L 5 42

CALEPINUS
SEPTEM
LINGUARUM.

SEPTEM LINGUARUM

CALEPINUS.

HOC EST

LEXICON LATINUM,

Variarum linguarum interpretatione adjecta

IN USUM

SEMINARII PATAVINI.

Editio quinta emendatior, & auctior.

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLI.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

JACOBUS FACCIOLATUS
LECTORI.

I. *De Ambroſio Calepino, ejuſque Dictionario.*

NEmo unus poſt homines natos tam bene ſibi in poſteritatem conſuluit, quam Ambroſius Calepinus, qui tamen fortunæ, in litteris quoque ſuas partes agenti, plurimum debet. Fuit ille quidem poſterorum fama dignus; quippe Græce Latineque ſciens, & inter Eremitani Ordinis alumnos, ineunte ſæculo ſextodecimo, eruditione & doctrina facile princeps: ſed ne ipſe quidem, opinor, *Dictionario* ſuo (ſic enim appellat) tantum tribuendum putavit, ut magna illud voluntate ſtudioſi omnes amplecterentur, ornarent, augerent, illuſtrarent; quodque mirabilius eſt, hominis nomen ad rem ipſam traducerent. Vidi ego primas illas tanti operis adumbrationes, quas Ambroſius ex Varrone, Feſto, Papia, Neſtore, Perotto, Tortellio duxit, *homo* ut verbis utar Ludovici Vives de trad. diſcipl. l. 3.) *homo*, inquam, *congerendis quidem illis idoneus, explendis vero, quæ deerant, non idoneus*: nec ſatis mirari poſſum, cur tot præſtantiſſima ingenia illis addere maluerint, quam novum moliri opus, & ſuo de nomine nuncupare. Sed hominis hoc fortunæ tribuatur. Illud vero cui tribuam, ipſos quoque ſemidoctos, &, ſi Diis placet, etiam typographos aggerere multa ſine ullo delectu auſos eſſe, ut voluminis molem augerent, & credulæ nimium juventuti fucum facerent? Ipſe quoque Paulus Manutius ante annos prope ducentos, ſua illa Additamenta cum ederet, queſtus eſt, *Calepini dictionarium iis rebus auctum fuiſſe, quibus minime oportebat*: ex quo tempore tanto magis excrevit, quanto plures typographi undique exorti excudere voluerunt, & novis ſubinde titulis populo commendare. Omnia promiſcue in illum congeſta, cujuſcunque farinæ eſſent.

II. *De hoc volumine, & ejus titulo.*

Hæc ego cum ſæpe animo verſarem, videremque, immane volumen ad latinitatem comparandam inſtitutum, maxima ſui parte alienis & ſupervacaneis redundare, denique ſtatui, aut alio quopiam Lexico noſtri hujus Seminarii rationibus proſpicere, aut hoc ipſum quoquo modo purgare. Primum fortaſſe facilius erat; at alterum viſum eſt tutius, & utilius. Oportet enim ſcenæ ac populo ſervire, qui pervulgato *Calepini* nomine capitur, nihilque hoc in genere præter *Calepinum* pati poteſt.

III. *De Paſſeratii Dictionario.*

Quidam mihi Paſſeratium obtrudebant; de quo nihil dicam; nimis enim multos amatores habet, ex iis præſertim, qui ſe plurimum ſapere putant. Illud tamen tacere nequeo, multa me ex multis collegiſſe, ex Paſſeratio fere nihil. Porro cum Paſſeratium dico, ex vulgi opinione loquor, cujuſcunque tandem hominis ſit Lexicon illud, quod Paſſeratii nomine circunfertur, ſuaque illa duorum voluminum ſpecie bonos emtores allicit.

IV. *De expulſis.*

Igitur Calepinum aggreſſus, ea primum extrudere conſtitui, quæ ſolidæ latinitatis ſtudium retardarent, qualia ſunt primum ridicula multa, & exſucca etyma,

ma, quæ in Voſſii Etymologico poni debuerant, in Lexico Latino non item; tum Geographica, & Hiſtorica quædam vel falſa, vel inania, vel alibi conquirenda; denique barbara omnia, & iniquis tabulis in Latium aſcita. Multa tamen rerum Grammaticarum nomina, etſi nullo Latino teſte firmata, multa herbarum, lapidumque, nonnulla etiam hominum, ac locorum valde ignobilium retinui, partim explicandi gratia, partim vero tædio quodam, ut fit in rebus omnibus, urgente præſertim typographo, nec ſatis temporis ad examinandum concedente.

V. *De vocibus dubiis.*

In dubiis etiam vocibus laborandum fuit, quæ cum vidiſſem ad multa millia paulatim augeri, decreveram, quemadmodum barbara, ad calcem propellere: veruntamen poſtea novo conſilio capto; ne tot indicibus juventuti moleſtus eſſem, variantes lectiones quam breviſſime adſcripſi; ſed verba ipſa loco non movi.

VI. *De emendatis, & additis.*

Hactenus quidem facilia: illud vero immenſi laboris fuit, obſcura, & contrariis auctoritatibus implicata expedire; varias ſibique diſſidentes vocum ſignificationes ſedibus, & explicatione diſtinguere; innumeras plane, quæ deerant, adjicere, teſtium fidem explorare; ſua cuique Scriptori verba reſtituere; dicam uno verbo, Augiæ ſtabulum repurgare, & ad aliquem nitorem adducere. Itaque hoc in primis non ſignificandum modo, ſed etiam declarandum arbitror, me earum rerum, quas adjeci, non defugere auctoritatem; earum vero, quas reliqui, nullam omnino præſtare. Nunquam enim fere de re ulla dubitavi, quin experiendo falſam repererim. Id fecit, ut cum ceteri rerum Scriptores ſub finem defatigati minus accurate properent, ego contra tanto diligentius contenderim quanto magis a principio receſſi. Neque enim initio perſuadere mihi poteram, tam multos, tamque fœdos errores in hoc volumine latitare, quod omnium manibus tereretur.

VII. *De Adjumentis.*

Quatuor amplius annos ſaxum hoc volvi, non ſine opera ſtrenuiſſimi adoleſcentis, at certe ſine multis adjumentis, ſine quibus nihil hujuſmodi tentare oportebat; nec vero tentaſſem, ſi mihi boni Superi tantum opum, facultatumque dediſſent, quantum profecto dedere animi. Præclare tamen nobiſcum actum, quod Baſilii Fabri Theſauro non caruimus, quo uno nihil eſt in hac ſtudiorum parte perfectius. Hinc infinita prope deduximus, non tamen ſine ratione, ac delectu ſumta, quemadmodom facile quivis agnoſcet.

VIII. *De Latinis Auctoribus, & citandi ratione.*

Reliquum eſt, ut de Latinis Scriptoribus pauca dicam, quorum auctoritas quam varia & anceps eſt, tam me ab initio ſollicitum habuit. Sed id demum conſilii cepi, ut quoties optimi adeſſent, eos producerem; tum ad bonos delaberer; poſtremo ne deterioribus quidem abſtinerem, ut totam, quanta eſt, latinitatem complecterer. Ipſa enim illa, quæ uſurpare dicendo minime oportet, tamen legendo intelligere oportet. Ac Livium quidem, Ciceronem, Cæſarem, Curtium per capita cum citaremus, non ea diviſione uſi ſumus, qua nos Auctores iſtos in ſcholarum noſtrarum uſum edidimus ſed ea, quæ ultra montes ubique tenet, & Italicas quoque bibliothecas per typos earum regionum nitidiſſimos occupare jam cœpit. Quippe nihil magis ſpectavimus, quam ut plurimos juvare poſſemus. Eorum porro teſtimonia parcius congeſſimus, ne nimia

libri

libri mole incommodi eſſemus: quare cum plura uno invenies, ſtatim reputa ſubeſſe aliquid, quod ea poſtulet. Modo verborum gradus, modo ſenſa, modo conſtructiones diſtinguunt; modo etiam ad eam copiam ſcribendi valent, cujus cauſſa *Farneſii Appendiculæ* olim ad Calepinum acceſſerant. Sed plura erunt, in quibus te inopia, quam copia offendet. Nunc habes veluti ſpecimen quoddam induſtriæ noſtræ. Si fata ſinent, curabimus, quantum in nobis erit, ne quid hoc in genere deſideres.

LATINI SCRIPTORES

in suas ætates distributi.

ÆTAS AUREA

Incipit ab anno Urbis conditæ DXIV. Desinit in annum Urbis conditæ DCCLVII, qui est a Christo nato XIV.

Horum non extant nisi fragmenta.

- *Livius Andronicus.*
- *C. Nævius.*
- *Statius Cæcilius.*
- *Q. Ennius.*
- *M. Pacuvius.*
- *L. Attius.*
- *C. Lucilius.*
- *Sex. Turpilius.*
- *L. Afranius.*
- *L. Cornelius Sisenna.*
- *P. Nigidius Figulus.*
- *C. Decius Laberius.*
- *Verrius Flaccus.*
- *M. Accius Plautus.*
- *M. Terentius Afer.*
- *M. Porcius Cato.*
- *T. Lucretius Carus.*
- *C. Valerius Catullus.*
- *P. Syrus.*
- *C. Julius Cæsar.*
- *Cornelius Nepos.*
- *M. Tullius Cicero.*
- *Sex. Aurelius Propertius.*
- *C. Sallustius Crispus.*
- *M. Terentius Varro.*
- *Albius Tibullus.*
- *P. Virgilius Maro.*
- *T. Livius.*
- *M. Manilius.*
- *M. Vitruvius.*
- *P. Ovidius.*
- *Horatius Flaccus.*
- *Pedo Albinovanus.*
- *Gratius Faliscus.*
- *T. Phædrus.*
- *C. Cornificius, cui tribuunt libros quatuor Rhetoricorum ad Herennium.*
- *Aulus Hirtius, vel Oppius, quorum alteruter Cæsaris Commentarios supplevit.*
- *P. Cornelius Severus, ad quem referunt Carmen de Ætna.*

Jurisconsulti, quorum fragmenta in digestis.

- *Q. Mutius Scævola.*
- *Alfenus Varus.*
- *M. Antistius Labeo.*
- *Masurius Sabinus.*

Supra ceteros eminent TERENTIUS, CATULLUS, CÆSAR, NEPOS, CICERO, VIRGILIUS, HORATIUS, OVIDIUS, T. LIVIUS, SALLUSTIUS. Sed hic quidem verborum novator est, ut ait Gellius lib. 1. c. 15. ideoque non omnibus ingeniis aptus.

ÆTAS ARGENTEA

Incipit anno a Chriſto nato XIV. Deſinit in annum CXVII.

Cornelius Celſus.
P. Vellejus Paterculus.
L. Junius Columella.
Pomponius Mela.
A. Perſius Flaccus.
Q. Aſconius Pedianus.
M. Annæus Seneca.
L. Annæus Seneca.
M. Annæus Lucanus.
T. Petronius Arbiter.
C. Plinius Secundus.
C. Silius Italicus.
C. Valerius Flaccus.
C. Julius Solinus.

D. Junius Juvenalis.
D. Papirius Statius.
M. Valerius Martialis.
M. Fabius Quintilianus.
Sex. Julius Frontinus.
C. Cornelius Tacitus.
C. Plinius Cælius Secundus.
L. Annæus Florus.
C. Suetonius Tranquillus.

Ætatis non prorſus certæ.
Q. Curtius Rufus.
Val. Probus Grammat.
Sulpitia.
Scribonius.
L. Feneſtellæ amal. fragmenta.

Supra ceteros eminent CELSUS, VELLEJUS, SENECÆ, PLINII, SUETONIUS, JUVENALIS, QUINTILIANUS, FLORUS, CURTIUS.

ÆTAS ÆNEA

Incipit a Chriſto nato CXVII. Deſinit in annum CCCC.

Juriſconſulti, quorum fragmenta in Digeſtis.

- *Licinius Proculus.*
- *Neratius Priſcus.*
- *P. Juvencius Celſus.*
- *Priſcus Jabolenus.*
- *Domitius Ulpianus.*
- *Herennius Modeſtinus.*
- *Salvius Julianus.*
- *J. Cajus.*
- *Calliſtratus.*
- *Æmilius Papinianus.*
- *Julius Paulus.*
- *Sex. Pomponius.*
- *Venulejus Saturninus.*
- *Ælius Martianus.*
- *Ælius Gallus, & alii.*

Ætatis non omnino certæ.

- *Valerius Maximus.*
- *Juſtinus.*
- *Fl. Avianus. al. Avienus.*
- *Terentianus Maurus.*
- *Minucius Felix.*
- *Soſipater Chariſius.*

- *A. Gellius.*
- *L. Apulejus.*
- *Q. Septimius Tertullianus.*
- *Q. Serenus Sammonicus.*
- *Cenſorinus.*
- *Cæcilius Cyprianus.*
- *T. Julius Calpurnius.*
- *M. Aurelius Nemeſianus.*
- *Ælius Spartianus.*
- *Julius Capitolinus.*
- *Ælius Lampridius.*
- *Vulcatius Gallicanus.*
- *Trebellius Pollio.*
- *Flavius Vopiſcus.*
- *Cælius Aurelianus.*
- *Flavius Eutropius.*
- *Rhemnius Fannius.*
- *Arnobius Afer.*
- *L. Cœlius Lactantius.*
- *Ælius Donatus.*
- *Commodianus.*
- *C. Vettus Juvencus.*
- *D. Hilarius.*
- *Julius Firmicus.*
- *Fab. Marius Victorinus.*
- *Sex. Rufus, ſeu Rufus Feſtus Hiſtoricus.*
- *Ammianus Marcellinus.*
- *Fl. Vegetius Renatus.*
- *Aurelius Theodorus Macrobius.*
- *Q. Aurelius Symmacus.*
- *Dec. Magnus Auſonius.*
- *Sex. Aurelius Victor.*
- *D. Ambroſius.*
- *Aur. Prudentius Clemens.*
- *Cl. Claudianus.*
- *Marcellus Empiricus.*
- *Proba Falconia.*

Supra ceteros eminent JUSTINUS, TERENTIANUS, VICTOR, LACTANTIUS, CLAUDIANUS.

AUCTO-

AUCTORES ÆTATIS INCERTÆ

Hic collocandi videntur: tametsi aliquis eorum, si ratio scribendi habeatur, quocumque tandem tempore vixerit, in superioribus ætatibus cum dignitate stare possit, aliquis vero etiam infra luteos detrudendus videatur.

Palladius Rutilius.
Æmilius Macer.
Messala Corvinus.
Vibius Sequester.
Jul. Exsuperantius.
Jul. Obsequens.
L. Ampelius.
Apicius Cœlius.
Sex. Pompejus Festus.
Chalcidius.
Zeno.
Probus Auctor Notarum.
Fulgentius Planciades.
Hygini Fabulæ & Astronomicon.
C. Cæsaris Germanici Aratea, quæ alii ad Augusti, alii ad Domitiani ætatem referunt.
P. Victor de Regionibus Urbis Romæ.
Vegetius de re Veterinaria.
Auctores Priapeorum.
Auctores Catalectorum, quæ Virgilio, & Ovidio tribui solent.
Auctor Elegiarum, quæ Cor. Gallo tribuuntur.
Auctor Orationis Sallustii in Ciceronem, & Ciceronis in Sallustium: item illius Antequam Cicero iret in exilium.
Auctor Epistolæ ad Octavium, quæ Ciceroni tribuitur.
Auctor Panegyrici in Pisonem, qui videtur aliis Statius, aliis Lucanus.
Declamationes, quæ tribuuntur Quintiliano; item quæ Porcio Latroni; item quæ Calpurnio Flacco.
Interpres Irenæi.
Interpres Daretis Phrygii, & Dictyos Cretensis.
Catonis Disticha moralia.
Scholiastæ veteres.
Grammatici antiqui.
Rhetores antiqui.
Medici antiqui.
Rei agrariæ Scriptores.
Catalecta Petroniana, & Errores Venerei, qui cum Petronio edi solent.
Pervigilium Veneris cum variis opusculis, quæ inscribuntur Baudii Amores.
Poematia, & Epigrammata vetera a Pithœo, & Almeloveno collecta.
Fragmenta Historicorum collecta ab Augustino, & Riccobono.
Monumentum Ancyranum, & insuper Monumenta varia antiqua, a Georgio Fabricio collecta.
Fasti Consulares.
Inscriptiones Veteres.
Legum antiquarum fragmenta.
Notitia dignitatum utriusque Imperii &c.

ÆTAS FERREA, ET LUTEA

Incipit anno a Chriſto nato CCCC. Deſinit in Sæculum IX.

Sæculi V.

- *Cl. Rutilius Numatianus.*
- *Servius Honoratus.*
- *D. Hieronymus.*
- *D. Auguſtinus.*
- *D. Damaſus.*
- *Rufinus.*
- *Sulpicius Severus.*
- *Paulus Oroſius.*
- *Cœlius Sedulius.*
- *Paulinus Nolanus.*
- *Codex Theodoſianus.*
- *Dracontius.*
- *Salvianus.*
- *Petrus Chryſologus.*
- *Proſper Aquitanicus.*
- *Martianus Capella.*
- *Paulinus Petrocorius.*
- *Claudianus Mamertus.*
- *Sidonius Apollinaris.*
- *Latinus Pacatus.*
- *Claudius Mamertinus.*
- *Nazarius.*
- *Eumenius.*

Sæculi VI.

- *D. Fulgentius.*
- *Alcimus Avitus.*
- *Orientius.*
- *Ennodius.*
- *Manl. Severinus Boëthius.*
- *Priſcianus Grammaticus.*

- *Nonius Marcellus.*
- *Diomedes.*
- *Juſtiniani Inſtitutiones.*
- *Juſtiniani Codex.*
- *Arator.*
- *Jornandes.*
- *M. Aurelius Caſſiodorus.*
- *Creſconius Corippus.*
- *Venantius Fortunatus.*
- *Gregorius Magnus.*
- *Gregorius Turonenſis.*

Sæculi VII.

- *Iſidorus Hiſpalenſis.*
- *Eugenius Toletanus.*
- *Drepanius Florus.*
- *Marculphus.*
- *Anonymus Ravennas.*

Sæculi VIII.

- *Aldhelmus, ſeu Adelhelmus.*
- *Beda.*
- *Flaccus Alcuinus.*
- *Paulus Diaconus.*

Sæculi VIIII.

- *Rabanus Maurus.*
- *Freculphus.*
- *Eginhardus.*
- *Strabus Gallus.*
- *Aimonius.*
- *Theodulphus Aurelianenſis.*

A

Littera prima eſt Alphabeti in omnibus linguis. *A* in lingua Hebraica, אלף, *Aleph*; in lingua Græca *Alpha*, & in Latina lingua, ut etiam in Italica *A*. Eam inſuaviſſimam literam ob ſonum vocat *Cic. in Orat. c.* 49. ¶ Interdum eſt littera numeralis, quæ quingenta deſignat, ut ceteræ alphabeti litteræ alios numeros, de quibus ſuis locis. Vide antiquum codicem de notis numerorum adjectum *Probo* edit. Venet. 1525. Porro eidem litteræ *A* ſi recta linea ſuperaddatur, quinque millia ſignificat. ¶ *A* puncto poſtpoſito prænomen ſignificat, ut *A. Cecina*, *Aulus Cecina*. ¶ *A* item, ſicut reliquæ litteræ, ponitur ſola pro tota dictione, cujus eſt initium, ut *A A A* Auro, Argento, Ære. ¶ Sed multa præterea ſignificare poteſt ſive ſola, ſive aliis litteris adjecta inveniatur, ut eſt apud *Urſatum de Notis Roman.* Illud tamen hoc loco omittendum non eſt, *A* in judiciis uſurpatum fuiſſe pro *Abſolvo*. Itaque *Pedianus in c. 27. Divin.* In cauſſis majoribus, inquit, univerſi judices in ciſtam tabulas conjiciebant ſuas, eaſque inſculptas litteras habentes, *A. Abſolutionis*, *C. Condemnationis*, *N. L. Ampliationis*. Qua de re latius *Briſſonius de formul. l.* 5. Hinc dicitur *littera Salutaris* a *Cic. c. 6. orat. pro Mil. C.* vero *triſtis*. In Comitiis autem legum, in quibus ſuæ cuique de populo tabellæ tradebantur inſculptas habentes *A*, & *U. R. A.* h. e. *Antiquo*, *reſpuo*, *abrogo*; & *U. R. Uti Rogas*, h. e. *conſentio*, *approbo*, ſignificabant.

A, Ab, Abs, præpoſitiones, quæ ſextum caſum regunt, & ſignificant Italice *da*, Græce ἀπὸ; differuntque inter ſe non vi, ſed modo adjiciendi. *A* enim adjicitur iis vocibus tantum, quæ incipiunt a conſonante, ut a Pompejo, a milite: *abs*, iis tere, quæ incipiunt a litteris *T*, *Q*, & *C*, ut abs te, abs quolibet, abs chorago: *Ab* plerumque iis, quæ incipiunt a vocali, aut ab *I* conſonante; aliquando tamen etiam reliquis conſonantibus additur, præſertim vero apud *Livium*, ut ab Gallis, *l.* 21. *c.* 52. ab re, *l.* 1. *c.* 17. & alibi paſſim. ¶ *A*, & *ab* cum verbis paſſivis ſignificant perſonam agentem. *Cic. Attic.* 2. *ep.* 6. Eraſtothenes a Serapione, & ab Hipparcho reprehenditur. ¶ Item remotionem, ſeu vacuitatem ab aliqua re. *Cic.* 1. *de legib. c.* 4. Vacatio a cauſſis. ¶ Aliquando conjunctionem. *Lucret. l.* 4. *v.* 1161. Ceres eſt ipſa ab Jaccho. *h. e.* Jacchi amica. ¶ Aliquando præter, ut ab re, *fuor di propoſito*, *Suet. in Aug. c.* 94. ¶ Item per. *Plaut. Rud.* 25. 21. Ab ſe cantat, cuja ſit. *h. e.* per ſe, ſua ſponte. ¶ Cum adjunguntur verbis *ſto*, *ſum*, *facio*, & ſimilibus, idem ſignificant, ac tavere, *tener le parti di qualcuno*. ut ſtare a mendacio. *Cic. l.* 1. *de Invent. c.* 3. Et *ibid. c.* 48. Commune eſt, quod nihilo magis ab adverſariis, quam a nobis facit. *Et l.* 2. *de Orat. c.* 38. Critolaus erat ab Ariſtotele. ¶ Ponuntur etiam ad ſignificandam proximitatem, & diſtantiam locorum. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 49. Paſſus ſexcentos ab his caſtris idoneum locum delegit. ¶ Pro eo, quod dicimus, *quod pertinet ad*. *Cic. Attic.* 7. *ep.* 15. Sumus imparati cum a militibus, tum a pecunia. ¶ Pro circa, vel verſus. *Liv. l.* 45. *c.* 28. Duo maria ab occaſu & ortu ſolis finitima iſthmus arctis faucibus dirimit. ¶ Interdum ſignificant locum, aut perſonam, apud quam aliquid fit. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 23. Tota fere a fronte, & a ſiniſtra parte nudata ſunt caſtra. ¶ Item cauſam, per quam res efficitur. *Cic.* 1. *Acad. c.* 7. Ratio ſempiterna eſt: nihil enim eſt valentius, a quo intereat. ¶ Item cauſam, propter quam res eſt. *Id. ibid. l.* 4. *c.* 33. Mare, quia nunc a ſole collucet, albeſcit. ¶ Conjunctæ cum nomine loci, incolam ejus loci ſignificant, & pro adjectivo ponuntur. *Liv. l.* 1. *c.* 50. Turnus ab Aricia. *h. e.* Aricinus. *Terent. Andr.* 4. 4. 15. Unde eſt? dic clare. *My.* a vobis. *h. e.* a domo veſtra. *Plaut. Ciſt.* 4. 1. 6. Hæc ciſtella num nam hinc ab nobis domo eſt? ¶ Variis ablativis præpoſitæ, elegantes locutiones efficiunt, ut *a puero*, *ab ineunte ætate*, *ab adoleſcentia*, *a teneris unguiculis*, paſſim apud *Cic.* & alios, *da fanciullo*, *fin da i primi anni*. ¶ A principio, *ſul principio*. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 3. Hæc a principio tibi pæcipiens. ¶ *A primo*, pro primum, vel a principio. *Id. Attic. l.* 11. *ep.* 7. Utinam a primo ita tibi eſſet viſum. ¶ Ab unguiculo ad capillum ſummum, *Plaut. Epid.* 5. 1. 17. *da capo a piedi*. Eodem ſenſu dixit *Horat. l.* 2. *epiſt.* 2. *v.* 4. ad talos a vertice pulcher ad imos. Sic dicimus, ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum, *Cic.* pro *Roſc. Com. c.* 7. ¶ Sæpe ad tempus referuntur, & ſignificant poſt, vel incipiendo ab illo tempore. *Cic. Phil.* 2. *c.* 41. Ab hora tertia bibebatur, vomebatur. *ſin dall' ora terza*. *Vellej. l.* 2. *c.* 104. Protinus ab adoptione. *Cic. Verr.* 6. *c.* 13. Ab illo tempore. *Liv. l.* 44. *c.* 34. Ab his præceptis concionem dimiſit. *dopo queſti precetti*. ¶ Item ad ordinem, & ſignificant poſt. *Hirt. de B. Alex. c.* 66. Secundus a rege. *h. e.* primus poſt regem. *Cic. in Orat. c.* 64. Proximus a poſtremo. *h. e.* poſtremo vicinus. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Proximum eſt caprarum ſtercus, ab hoc ovium. *h. e.* poſt hoc. ¶ Significant etiam initium. *Plin. l.* 7. *in proœm.* A ſuppliciis vitam auſpicatur animal ceteris imperaturum. ¶ A cura, *alla penſata*, *a bella poſta*. *Suet. in Tiber. c.* 70. Moroſitate nimia obſcurabat ſtilum, ut aliquando ex tempore, quam a cura præſtantior haberetur. ¶ His præpoſitionibus aliquando utimur, cum adjectiva circumloqui volumus. *Virg.* 2. *Georg. v.* 243. dulceſque a fontibus undæ. *h. e.* fontanæ undæ. *Martial. de Spectac. epigr.* 18. Tigris ab Hircano gloria rara jugo. *h. e.* tigris Hircana. ¶ Aliquando videntur abundare, ut apud *Lucret. l.* 3. *v.* 537. Quod lethalibus ab rebus munita tenetur. Sic apud *Vitruv. l.* 5. *c.* 7. a peregre. ¶ Sunt elegantes & hæ locutiones, *ab aliquo ſolvere*, *dare*, *numerare*, h. e. de alicujus pecunia. *Cic. Attic. l.* 5. *ep. ult.* Non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe a me ſolvere. Sic, repræſentare pecuniam ab aliquo, *Id. Attic. l.* 12. *ep.* 25. ſuppeditare ab aliquo, *Id.* 2. *Agrar. c.* 13. Sic *Suet. in Aug. c.* 40. Singula millia nummum a ſe dividebat. *h. e.* de ſua pecunia. ¶ Elephanti nuper a ſilva, *Flor. l.* 4. *c.* 2. h. e. recens capti. Sic a matre pulli, *Colum. l.* 8. *c.* 5. *h. e.* recenter a nido abſtracti. ¶ *A ſe aliquid facere*, h. e. per ſe, & ex ſua voluntate. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 24. Non ipſe aliquid a me prompſiſſe, ſed fortuito in veſtrum ſermonem incidiſſe videar. *Id.* 2. *de Fin. c.* 2. Ipſum a ſe oritur, & ſua ſponte naſcitur. ¶ A me ſalutem dic Ciceroni. *h. e.* meis verbis, *da mia parte*, *a mio nome*. *Id. Attic. l.* 6. *ep.* 2. Salvebis a meo Cicerone. ¶ Cum certis nominibus adjunguntur, munus aliquod ſignificantibus, ſignificant eum, qui præeſt illi muneri, ut *a commentariis*, *ab epiſtolis*, *a rationibus*, *a ſtudiis*, &c. *agiutante di ſtudio*, *computiſta*, *ſecretario*, &c. *Suet. in Claud. c.* 28. *Cic.* 8. *ad Attic. ep.* 5. *Tacit.* 15. *Ann. c.* 35. &c. Sic ſervus a pedibus, *lacchè*, aut *ſtaffiere*. *Cic.* 8. *ad Attic. ep.* 5. Sic *a manu*, *a pugione*, *a libellis*, & hujuſmodi, quæ paſſim apud Scriptores leguntur. Uſurpantur autem tere cum genitivo. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 584. *n.* 2. Alexio Cæſaris Auguſti a bibliotheca. Adde *pag.* 61. *n.* 4. & 578. *n.* 1. Reperitur tamen etiam dativus. *Vopiſc. in Carino*, *c.* 18. Claudius Euſthenius, qui Diocletiano ab epiſtolis fuit. *Senec. in Apocoloc. in fi.* Menandro liberto tradidit, ut a cognitionibus ei eſſet. Al. hic aliter leg. ¶ Eſt elegans uſus præpoſitionum *a*, & *ab* cum particulis *uſque*, & *prope*. *Cic. in Vatin. c.* 8. Quod augures omnes uſque a Romulo decreverunt. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Tam prope a muris habemus hoſtem. ¶ Reperitur etiam *ab ante*, ſequente ablativo. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 717. *n.* 11. Hunc ab ante oculiis parentis rapuerunt Nymphæ in gurgite. ¶ In compoſitione non cum quibuſvis litteris junguntur. Nam *A* cum *M* & *V* conſonante ſolum connectitur, ut *amoveo*, *amens*, *averto*. *Ab* cum *A*, *D*, *E*, *F*, *I*, *L*, *N*, *O*, *R*, *U*, ut *abactus*, *abduco*, *aberro*, *abfuturus*, *abjuro*, *ablacto*, *abnuo*, *aborior*, *abrogo*, *abundo*. Duo ſunt ex *ab* compoſita, quæ euphoniæ cauſa *b* mutant in *u*, *aufero*, & *aufugio*. Significant autem privationem, ut *abſimilis* non ſimilis: item ſeparationem, ut *ablacto*. ¶ *Abs* componitur cum *C*, *T*, *Q*, ut *abſcondo*, *abſtineo*, *abſque*: ſignificat autem retractionem, ut in *abſtraho*: & aliquando privationem, ut in *abſtemius*. ¶ De *abs* V. etiam infra loco ſuo.

Aaron, m. 3. אַהֲרֹן, ἀαρὼν frater Moyſis, primus Summus Sacerdos Hebræorum. Corripiunt penultimam *Tertull. in carm. adverſ. Marcion. l.* 4. *c.* 5. & *Venant. Fortun. l.* 3. *de vita beata*. Producit autem *Prudent. in Pſychom. v.* 884.

Aba, æ, m. Ἄβα mons Armeniæ, ex quo quidam Euphratem naſci putarunt. *Plin. l.* 5. *c.* 24. ¶ Aba, h. e. frater, V. infra in *Abo*, *as*.

Abăbus pro *Abavus* legitur in vet. Inſcript. apud *Reinef. claſſ.* 6. *n.* 71.

Abăctor, oris, m. 3. *Ladro di Beſtiami*, ἐλάτης βοῶν, a verbo Abigo: Eſt fur jumentorum, & pecorum, quem vulgo abigeum vocant, ſcilicet ab Abigendo. Paulus *l.* 5. *ſenten. c.* 18. Abactores ſunt qui unum equum, duas equas, totidemque boves, capras decem, aut porcos quinque abegerint. *Apul. ſub fin.* 7. *Metamor.* Abactorem indubitatum, cruentumque percuſſorem criminantes.

Abactus, a, um, a Verbo Abigo, *condotto via*, Furto, aut per vim abductus. *Cic.* 4. *Verr. c.* 7. Greges nobiliſſimarum equarum abactos. ¶ Additur aliquando ablativus *furto*, *Plin. l.* 8. *c.* 51. Compertum, agnitam vocem ſuarii furto abactis. ¶ Abacta nox pro exacta. *Virg.* 8. *Æneid. v.* 407. Medio jam noctis abactæ curriculo. ¶ *Abacti Magiſtratu* Feſto dicuntur, qui coacti deponunt Magiſtratus imperium. ¶ Ponitur etiam *abactus* pro expulſo, exacto, *ſcacciato*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 44. necdum omnis abacta Pauperies epulis regum. ¶ Abactus venter apud *Paul. l.* 4. *ſentent. tit.* 9. eſt fetus medicamentis ejectus, *aborto*. ¶ Abactos oculos *Stat.* 1. *Theb. v.* 104. vocat enectos, & intus recedentes. *occhi incavati*.

Abactus, us, m. actus abigendi. *Plin. in Paneg. c.* 20. Cum abactus hoſpitum exerceret.

Abacŭlus, i, m. 2. Diminutivum ab Abacus. Sed abaculos *Plin. l.* 36. *c.* 26. calculos vitreos dici a quibuſdam indicat vario colore tinctos, qui vel luſorii erant, ut *Harduinus* exiſtimat, vel, ut alii cenſent, in ſupputationibus uſurpati. *Segni da far conti*.

Abăcus, i, m. 2. ἄβαξ, a Genitivo Græco ἄβακος, menſa eſt, vel tabula, in qua aliquid deponitur; quales ſunt menſæ coquorum, in quibus receptacula eduliorum exponi ſolent, *banco*, *credenza*, *ſcacchiere*, שולחן, Ger. *ein credenzitſch*, *tafel*, Gal. *buffet*, *petite table quarree*, Hiſp. *aparador*, *tabla*. *Cic.* 6. *Verr. cap.* 16. Ab hoc iſte abaci vaſa omnia, ut expoſita fuerant, abſtulit. *Juven. ſat.* 3. *v.* 203. Lectus erat Codro Procula minor, urceoli ſex, ornamentum abaci. ¶ Item tabula calculatoria, in qua Arithmetici numeros ducunt ſubinde delendos, & Geometræ figuras deſignant. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 132. Nec qui abaco numeros, & ſecto in pulvere metas Scit riſiſſe vafer. ¶ Veteres hujuſmodi abacum menſam Pythagoricam appellabant. *La tavoletta da ſcrivere*, *o cartella*, *abbaco*. Hinc pro ſupputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, vulgus abuti ſolet. ¶ Eſt etiam alveolus aleatorius, *ſcacchiere*. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 5. Diem ſequentem omnes plerique abaco, & la-

trunculis conterunt. ¶ Est præterea quadrata planities in summis columnarum capitulis, *abbaco*, *tagliere*, *dado*. *Vitruv. l.* 4. *c.* 1.

Abadir, seu Abbadir, nomen mascul. de quo *Priscian. l.* 5. Abadir Deus est. ¶ Dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse pro Jove, quem Græci *βάτυλον* vocant.

Abæstuo, as, n. æstuo, ferveo. *Tertullian. in carm. de Judicio Domini cap.* 1. Quid faciat, lætis ut vitis abæstuet uvis.

Abagĭo, onis, f. *proverbio*. Vox obsoleta, idem ac adagium. *Varro l.* 6. *de L. L.*

Abalienatĭo, onis, f. *Alienazione*, *scongiungimento*, *ἀπαλλοτρίωσις*. *Cic. in top. c.* 5. *ad fin.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. ¶ Abalienationis verbo contineri Usucapionem, auctor est Paulus JCtus in l. *Abalienationis* 28. *ff. de V. S.*

Abaliēnatus, a, um, *separato*, *disgiunto*, *alienato*, מוזם, Germ. *entfromdt*, Gal. *aliené*, Hisp. *enagenado*. A. *alienazed*, *ἀπηλλοτριωμένος*, disjunctus, separatus. *Cic. ad Att.* 1. Sed mirandum in modum est animo abalienato. *Liv. l.* 22. *c.* 60. Abalienati jure civium. ¶ Abalienata membra a Medicis, & a *Quintiliano l.* 8. *c.* 3. appellantur membra emortua, & quæ non amplius vigorem habent, quasi ab aliorum membrorum communicatione, & a sensibus sint abalienata. Adde *Scribon. Larg. compos.* 227. ¶ Abalienatus autem differt ab *Alienatus*. Nam *Abalienatus* dicitur, quem quis a se removit: *Alienatus*, qui alienus est factus.

Abaliēno, as, are, a. *alienare*, *vendere*, quod meum erat, alienum facio, vendo, מויר נכר, Germ. *entfrombden*, Gall. *aliener*, Hisp. *enagenar*, A. *to sello alter*, *ἀπαλλοτριόω*. *Cic. de Leg. Agrar.* 2. *c.* 24. Hujusmodi res commissa nemini est, ut agros vectigales Pop. Romani abalienaret. ¶ Verbum autem hoc vetus est Civilis Juris, hoc est Civium R. proprium, peregrinis hominibus non commune, quo perfecta rei alicujus alienatio significabatur. Vide *Ulp. l. Abalienatum* 67. *de V. S.* ¶ Usurpatur etiam pro *Separare*, *disjungere*. *Cic. Fam.* 1. *epist.* 7. Qui nos, quos favendo in communi causa, retinere potuerunt, invidendo abalienarunt. ¶ Regit fere ablativum cum præposit. *a*, vel *ab*: sed reperitur etiam omissa præpositione. *Nepos in Agesil. c.* 2. Abalienare homines suis rebus. *Cic. in fragm. pro C. Cornelio*. Abalienari potestate alicujus.

Abambulantes, abscedentes, *ἀπερχόμενοι*. *Festus*.

Abamĭta, æ, f. *sorella di mio arcavolo*, *cioè del mio terzo nonno*, *ἡ θεία πρὸς πατρὸς μεγάλη*, soror abavi mei ex parte parterna: quæ & *amita maxima* dicitur. *Cajus Dig. l.* 38. *tit.* 10. *leg.* 3. & *Paul. ibid. leg.* 10.

Abāntes, Ἄβαντες, populi ex Thracia oriundi, qui finibus suis egressi in agro Phocensi oppidum condidere, quod a Ducis sui nomine *Aban* vocavere, ipsi quoque a nomine opp. Abantes vocati. Isti postea in Eubœam transgressi, quæ tunc Macris dicebatur, a suo, relictique nomine oppidi Abantidem illam vocarunt. Hos *Herodotus l.* 1. inter Jonas commemorat. Homerus *ὄπιθεν κομόωντας*, *ab occipitio comatos* vocat, ex peculiari gentis more. Ajunt enim antiquos Curetas Chalcidem habitasse; cum vero bellum iis de agro Lilantæo inferretur, hostesque ipsos anteriora coma prehensos in terram affligerent, fronte attonsa comam in occipitio tantum aluerunt. Ideo *Curetes* a tonsura vocati sunt, & statuæ hoc habitu apud ipsos visuntur. *Eustath. in Homer.* ¶ Abantes populi, inquit *Pausanias in Eliacis*, ex Eubœa octo navibus ad Ceraunia delati, Thronium in regione, quam Abantidem appellarunt, construxerunt, quam tandem amiserunt, & postea Corcyram deducti sunt.

Abantēus, a, um, ad Abantem Argivorum regem pertinens. *Ovid. Metam.* 15. *v.* 184. Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.

Abantiădes, patronymicum masculinum. *Ovid.* 5. *Met. v.* 137. Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam Ultor Abantiades. *hoc est* Perseus pronepos Abantis. Fuit enim Filius Danaes filiæ Acrisii Filii Abantis.

Abantĭas, adis, f. Patronymicum est a nomine *Abas*, quo significatur vel filia, vel neptis Abantis. Apud Poetas fere pro Danae ponitur, Abantis ex Acrisio nepte, vel pro Atalanta nepte ejusdem ex Jasio Argivorum Rege. ¶ Hoc nomine appellata est etiam Eubœa, *Negroponte*. Plin. lib. 4. c. 12.

Abāntis *Straboni*, *Abantias Plinio*, *ἀβαντὶς* Stephano, & Suidæ, Insula maris Ægæi, toti illi Græciæ litori opposita, quod a Sunio Atticæ promontorio, hodie *Capo delle Colonne*, ad Thessaliam usque extenditur, angustissimo freto, quod Euripon appellant, a Bœotia dirempta. *Macris* olim ob situs longitudinem dicta: postea ab Abantibus Thraciæ pop. qui relicta Aba, Phocensis agri oppido, in hac insula sedes suas fixerunt, dicta est *Abantis*, & postremo *Eubœa*. Hodie *Negroponte*. *Plin. l.* 4. *cap.* 12.

Abarcĕo, prohibeo. Est apud *Festum* ubi al. leg. *aberceo*.

Abarim. Vide Abbarim.

Abarĭmon, f. Scythiæ regio juxta Imaum montem, in qua sylvestres degunt homines, aversis post crura plantis, eximiæ velocitatis, passim cum feris vagantes. Hos in alio non spirare cœlo, ideoque ad finitimos non pertrahi Reges, neque ad Alexandrum Magnum pertractos, Beton itinerum ejus mensor prodidit. *Plin.* 7. 2.

Abăris, m. Viri nomen a Perseo occisi. *Ovid. Met.* 5. Caucasiumque Abarim, Sperchionidemque Lycetum. ¶ Quin & alterius viri nomen ab Euryalo interfecti. *Virg. Æn.* 9. Fadumque, Hebesumque subit, Rhætumque, Abarimque. ¶ Abaris, Scytha quidam celebris Seuthæ fil. Apollinis iter ad Hyperboreos descripsit, & multa alia. Hic ab Apolline sagittam accepit, quam jaculans & ipse cum ea ferebatur; itaque populos velocissime transiens per eam responsa dabat, unde *αἰθροβάτης* dictus est. Jamblicus Pythagoræ discipulum fuisse asserit; Aliis Solone antiquior est. Scripsit oracula regionibus, quas peragravit: prædixit iis quoque terræmotus, pestes, & similia. Legatus Athenas veniens ad suos Hyperboreos rediit, nihil comedens. Trojanorum Palladii simulacrum ex ossibus Pelopis dicitur confecisse, ut Firmicus habet. Vide plura de eo apud *Vossium de Poetis Græcis pag.* 16. & 17. & *Maussacum ad Harpocrationem pag.* 8.

Abaritānus, a, um, o. 1. 2. Abaritanam arundinem *Plin.* inter alia arundinum genera recenset *l.* 16. *c.* 36. Intelligit autem eam, quæ in Africa circa oppidum Abaris nascebatur.

Abas, m. Metaniræ fil. a Cerere in lacertam, seu ascalabum, aut stellionem conversus, quod a matre susceptam hospitio moleste tulisset & irrisisset. *Ovid. Met. lib.* 5. *fab.* 7.

Abas, antis, m. 3. Rex duodecimus Argivorum, Lyncei ex Hypermnestra conjuge filius (sunt tamen qui Beli filium faciunt) vir bellicosus, & acerrimi ingenii. Pater fuit Prœti, & Acrisii, & avus Persei, a quo postea Argivorum reges *Abantiadæ* dicti sunt. Regnavit ann. 23. Vide *Pausan. in Phoc.* ¶ Est etiam Abas filius Cymei, & Hypermnestræ, Danai filiæ, Abarum Phocensium urbis conditor, & Vates, quo Lysander Laced. usus est. Ejus statua olim Delphis spectabatur. *Pauf. in Phoc.* ¶ Est comes Æneæ. *Virg. Æn.* 1. *v.* 124. Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ, & qua vectus Abas, vicit hyems. ¶ Est & dux Thuscus, qui Æneæ suppetias tulit, a Lauso interfectus. *Virg. Æn.* 10. *v.* 170. Una torvus Abas &c. ¶ Est & quidam Græcus cum Androgeo ea nocte, qua incendebatur Troja, occisus a Trojanis. Ejus clypeum Æneas in agro hostili Ambraciæ Epigrammate addito consecravit. *Virg. Æn.* 3. *v.* 286. Ære cavo Clypeum magni gestamen Abantis Postibus adversis figo. ¶ Est & Centaurus Ixionis, & Nubis filius, venator insignis. *Ovid. Met.* 12. *v.* 306.

Abăton, n. Ædificium erectum a Rhodiis ad protegendum Artemisiæ tropæum, quod Religione impediti diruere non poterant. *Vitruvius l.* 2. *c.* 8.

Abătos, m. locus ultra Ægyptum, & Æthiopas juxta paludem Stygem, ab *a* privativa particula, & *βαίνω*, i. e. vado, sive ascendo, quæ loca Græci *Abata*, Latini *Invia*, sive *Avia* vocant, Ital. *Luoghi inaccessibili*. *Sen. nat. quæst. l.* 4. *c.* 6. Exiguo ab hac spacio terra dividitur, *ἄβατον* Græci vocant, nec illam, nisi Antistites calcant. ¶ Abatos f. Petra Ægypti in palude Memphitica, sic dicta, quia inaccessa, lini, & papyri copia olim celeberrima, quibus sunt in scribendo usi. Ibi Osiris Rex sepultus fuerat. *Lucan. lib.* 10. *v.* 323. Hinc Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas.

Abavia, æ, f. *arcavola*, *cioè terza nonna*, *ἀπόμαμμα*, mater proavi, vel proaviæ, tam ex parte paterna, quam materna. *Cajus Dig. l.* 38. *tit.* 10. *leg.* 1.

Abavuncŭlus, i, m. *fratello di mia arcavola*, frater abaviæ ex parte materna: qui & avunculus maximus appellatur. *Cajus Dig. lib.* 38. *tit.* 10. *leg.* 3.

Abăvus, i, m. *arcavolo*, *terzo nonno*, *padre del bisavolo*, *o della bisavola*, *ἀπόπαππος*, pater proavi, aut proaviæ, tam ex parte materna, quam paterna, ut *Paul. Dig. lib.* 38. *tit.* 10. *leg.* 10. docet.

Abax, cis, f. 3. Idem quod Abacus, hoc est mensæ genus in tricliniis, ubi vasa omnis generis exponi solent. *Jabolen. lib.* 32. *Dig. leg.* 38. ubi tamen alii aliter.

Abazēa, orum, instituta sacra a Dionysio Caprii filio rege Asiæ: quorum meminit *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 23. Dicta Abazea a taciturnitate, qua hæc sacra celebrabantur: nempe ab *a* privativa, & *βάζω*, *loquor*. Porro apud *Cicer.* al. leg. Sabazia.

Abbas, atis, *κοινοβιάρχης*, ab *Abba*, moderator, & rector collegii, & societatis, monachorum primus, & Antistes. Sunt qui per unicum *b* scribant. *Sidon. carm.* 16. *v.* 114.

Abbrevĭo, as, a. 1. *accorciare*, Germ. *verKurtzen*, Gall. *abbreger*, Hisp. *abbreviar lo lungo*, *βραχύνω*. *Veg. in prol. lib.* 3. *de re milit.* Quæ me per diversos Auctores dispersa, Imperator invicte, abbreviare jussisti.

Abdēra, æ, f. Ἄβδηρα, Urbs est Thraciæ maritima non procul a Nessi fluminis ostio, a Teiis condita. Hinc natum proverbium Græcum, Ἄβδηρα καλὴ Τηίων ἀποικία, *Abdera pulcra Teiorum colonia*, quo significamus, non deesse, quo confugiamus, siquis præter modum pergat esse molestus. De quo vide *Vossium ad Melam l.* 2. *c.* 2. Dicta est ab *Abdero* Herculis deliciis a Diomedis equis dilacerato, & ibi humato, in cujus honorem Hercules, posteaquam pugnasset cum Diomede, *Abderam* condidit, quæ postea *Clazomene* a Clazomeniis ex Asia venientibus, qui eam in meliorem formam redegerunt, vocata est. Consecutis temporibus *Astrizza*, hodie *Asperosa* dicitur. *Solinus cap.* 10. ab *Abdera* Diomedis sorore conditam scribit, ejusque nomine donatam. Ejus meminit *Ovid. in Ibin.* 567. Aut te devoveat certis Abdera diebus. Ephoro tamen Ἄβδηρα plurali numero, sic & *Pomp. Mela loc. cit.* Urbs, quam soror ejus suo nomine appellavit Abdera. ¶ Patria fuit Protagoræ, & Democriti. *Cic. de clar. orat. cap.* 8. & *Mela loc. cit.*

Abderīta, & Abderītes, æ, m. Abderæ incola. *Cic.* 3. *de Or. cap.* 32. & *l.* 1. *de nat. Deor. cap.* 23. ¶ Abderitæ, arum, m. ejus urbis incolæ. *Justin. lib.* 15. *cap.* 2.

Abderitanus, a, um, adject. ad Abderitas pertinens, & ponitur pro stupido. *Martial lib.* 10. *ep.* 35. Abderitanæ pectora plebis habes.

Abderites. V. Abderita.

Abderitĭcus, o. 1. 2. stupidus, ab Abderitis, ut Abderitica mens. Abderitas enim stupori mentis obnoxios fuisse, *Cic.* scribit in *l. de nat. Deor.*

Abdicatĭo, onis, f. 3. *scacciamento*, *eseredazione*, *rinunzia*, *rimozione*, Ger. *abkindigung*, *vervverffung*, Gall. *renonciacion*, *desaveu demission*. Hisp. *echamiento*, *renuciacion*, *ἀποκήρυξις*. Fieri autem consuevit Abdicatio a patre injuria aliqua, aut inobedientia filii læso, quem in judicium, ut quidam putant, vocatum probata causa abdicabat, eumque abdicatum alere non tenebatur, imo egenum, vestibusque ipsis spoliatum dimittebat, nec defuncto patri succedebat in hereditatem. Unde a *Brisson. Abdicatio* extremum patriæ potestatis fulmen appellatur. Hujus vocis exemplum habemus apud *Plin. l.* 7. *c.* 45. Abdicatio posthumi Agrippæ post adoptionem. ¶ Præterea Abdicatio opponitur Adoptioni, sicut in ea re testis est *Plinius* loco citato, ubi de Agrippa Posthumo loquens addit: *Abdicationi contraria est Dedicatio*, *sive Dicatio*. *Dicat*, *qui alteri proprium aliquid facit*, *abdicat*, *qui alienat*. Ex quo etiam colligitur, quod non tantum naturales liberi, sed adoptivi quoque abdicari poterant, ut patet etiam ex *Suet. August. cap.* 65. ¶ Transfertur etiam ad alia, ut Abdicatio magistratus, Dictaturæ, &c. *Liv. l.* 6. *c.* 16. Amotusque post triumphum abdicatione Dictaturæ terror & linguam & animos liberaverat hominum. ¶ Dicitur etiam Abdicatio hereditatis in *l.* 6. *cir. fin. C. de repud.* &c. & idem est, ac repudiatio hereditatis.

Abdicatīvus, a, um, verbal. *negativo*, ut *Abdicativa propositio*, quæ eadem est antiquis Philosophis, ac ea, quæ a recentibus *negativa* appellatur. *Apul.* 3. *dogm. Platon.*

Abdicātus, a, um, Adject. *scacciato*, *privato*, *diseredato*. *Gell. l.* 9. *c.* 6. abdicatum interpretatur, qui a familia patris abalienatus est. ¶ In alia significatione Abdicatus magistratus apud *Sallust. in Catil. cap.* 47. ¶ *Prudentius passion. Cyprian. v.* 52. dixit, Antra Abdicata Soli. *h. e.* sole carentia.

Abdĭco, as, are, *privare*, *rigettare*, *rimovere*, *cacciar di casa*, *privar dell' eredità*, *diseredare*, באסגריש, Ger. *vervverffen*, *verschupffen*, *enterben*, Gal. *rejetter*, *rebutter*, *desavouer*, Hisp. *echar*, *empuxar*, *desheredar*, *ἀποκηρύττω*, quasi longe dico, amoveo, repudio, rejicio, depono, privo. Abdicare, inquit *Nonius*, est familia abjicere: itidem & *Festus*: quasi non dicere, i. e. negare filium, quomodo est apud *Pacuvium*, *apud Non. c.* 6. *n.* 14. Consanguineam esse abdicant. i. e. negant. Sumtum autem a Græcis videtur, qui patrem *ἀπειπεῖν*, filium autem *ἀποκηρυχθῆναι* dicebant. Itaque *Quintilianus l.* 3. *c.* 6. Abdicatum interpretatur, qui a familia patris abalienatus est. V. *eundem l.* 7. *c.* 4. ¶ Abdicandi autem filii caussas vide apud Jurisconsultos. ¶ Idem non est abdicare, & exheredare. Abdicamus enim filios vivi, h. e. privamus omni jure filii: exheredamus, h. e. submovemus tantum ab hereditate post mortem. Itaque quisquis abdicatus est, idem est & exheredatus, non contra. *Sueton. in August.* Agrippam brevi ob ingenium stolidum ac ferox abdicavit. *Nepos* tamen exheredatum pro Abdicato posuit *in Themistocle c.* 1. ¶ Translate vero Abdicare dici potest, ut docet *Nonius*, *de vocab. impropr.* non solum de patris facto, h. e. familia abjicere, sed etiam rem quamlibet negare. ¶ Abdicare se dicitur Præses, *l. pen. de off. præsid.* qui ante diem munus suum deposuit. ¶ Abdicare se magistra-

ſtratu, eſt ante tempus magiſtratum deponere. *Pompon. l.* 2. §. 23. *de Orig. Jur.* Differunt autem inter ſe Abdicare ſe magiſtratu, & deponere magiſtratum. Moris enim erat, ut quibus imperium certa de cauſſa abrogandum erat, hi dignitati, & exiſtimationi ſuæ conſulentes per ſe, & quaſi ſua ſponte magiſtratum deponerent, ſeſeque privatos redderent. Quod in P. Lentulo Prætore factum videmus, apud *Cic.* 3. *Catil. c.* 6. de quo Senatus cenſuit, ut cum ſe prætura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur. Sed deponere magiſtratum dicebantur, qui eum confecto tempore populo Rom. tradebant. ¶ Abdicare magiſtratum. *Sall. in Catilin. c.* 47. Senatus decrevit, uti, abdicato magiſtratu, Lentulus, itemque ceteri in liberis cuſtodiis haberentur. ¶ Abdicare abſolute, eodem ſenſu. *Cic. de Nat. Deor.* 2. *c.* 4. Augures rem ad Senatum, Senatus ut abdicarent, Conſules abdicaverunt. ¶ Abdicare ſe tutela. *Cic. ad Att. ep.* 1. *l.* 6. Itaque tutela me abdicare cogito. Quod *Ulpianus in Epit. Inſtit. t.* 11. interpretatur. Eſt dicere, ſe nolle eſſe tutorem. ¶ Abdicat ſe ſtatu ſuo homo liber, qui ſeipſum vendit. *l.* 21. *de ſtatu homin.* ¶ Sed Abdicare alicui magiſtratum, Abdicare legem eſt abrogare. *Plin.* 7. *c.* 30. ¶ Eſt & repudiare. *Apollinar. in Perioch. Andriæ Terent. v.* 10. Recuſat nuptias, generum abdicat, i. e. repudiat. Sic Abdicare cibum aliquem. *Plin.* 20. *c.* 3. Democritus in totum raptum abdicavit in cibis: h. e. tollendum cenſuit; ex omni prorſus ciborum uſu ſuſtulit. Habet etiam *Cic.* in hoc ſenſu 2. *de Or.*

Abdīco, cis, העב הרחיק Germ. *verſſen*, Gal. *refuſer*, *rejeter*, Hiſp. *echar*, *dexar*, ἀποτίθεμαι, ἀπατίθεμαι, averſari, rejicere. Verbum hoc invenitur uſurpatum in judiciis, & in ſcientia Augurali. In judiciis abdicere vindicias, abjudicare ſignificat, ut notat *Briſſen. in l.* 2. §. *Et cum placuiſſet* 24. *ff. de orig. Juris*; vel decreto recuſare, ac denegare, ut notat *Hotom.* Cui ibidem opponitur *Dicere vindicias*, ſeu ut *Liv. l.* 3. *cap.* 56. loquitur, *Dare vindicias*. Cum enim olim tribus verbis in Decretis ſuis Magiſtratus uterentur, *Do*, *Dico*, *Abdico*, ſeu *Addico*, ſicubi ſecundum aliquem vindiciæ dicerentur, ab altero Abdici dicebantur. Sicut dicere, dare, decernere vindicias ſecundum aliquem, *a Pomponio l. citata*, & *Livio* dicitur Magiſtratus, qui cuipiam litis vindiciarum victoriam decernit: ſic Abdicere vindicias ab aliquo *Pomponius* dixit pro *Abnegare*, & *Recuſare*. ¶ Ceterum huic verbo etiam in Augurali ſcientia locus erat. Abdixiſſe enim aves in Auguriis dicebantur, quæ triſtis, & ſiniſtri eventus ſignificationem aliquam dederant: ut ex contrario *Addixiſſe*, vel *Admiſiſſe*, cum lætum, & proſperum aliquid portenderant. Ex quo *Admiſſivæ aves* apud *Feſt. Cic.* 1. *de Divinat. cap.* 17. Cumque in quatuor partes vineam diviſiſſet, treſque partes aves abdixiſſent, &c. Igitur aves in Auguriis *Abdicere* regionem dicuntur, quam improbant, ac ſequi, tenerique vetant, ut notat *Hotom.* ¶ Tranſlate *Abdicere* pro Abdicare, Alienare, & recuſare uſurpatur. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 617. *de Jo*, quam ſibi ab Jove dari petit Juno: Quid faciat? crudele ſuos abdicere amores. Ubi alii legunt *Addicere*, quaſi in ſervitutem dare.

Abditamentum, i, n. 2. detractionem, ac deductionem precii ſignificat, ab *Abdere*, i. e. *Demere*. *Detrazione*, *diminuzione*, cujus contrarium eſt Additamentum. *Apul. l.* 9. *Metam.* Minoris diſtraxit abditamento precii. *i. e.* detractione, ac diminutione precii. Aliter tamen plerique aliter legunt.

Abdĭte, adverb. occulte, latenter, ſecreto, *ſecretamente*, *di naſcoſto*, בסתר, Germ. *heimlich*, Gall. *en ſecret*, *en cachete*, Hiſp. *eſcondidamente*, *a eſcondidas*, *o eſcondillas*, κρύβδην, λάθρα. *Cic.* 4. *Verr. c.* 73. Abdite latere.

Abditīvus, a, um, qui latuit, qui abductus, amotuſque fuit. *Plaut. Pœn. prol. v.* 65. Filius abditivus a patre. ¶ *Feſto* Abditivi abortivi ſunt.

Abdĭtus, a, um, Partic. ab *Abdo*, occultus, *occulto*, *naſcoſto*. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 2. Abditus in tectis. *Horat.* 1. *ep.* 1. *v.* 5. Latet abditus agro. *Liv. l.* 1. *c.* 58. Cultrum, quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit. *Cic. Tuſcul. Quæſt.* 2. 25. Sub terram abditus. ¶ Abditus carceri pro in carcere dixit *Patercul. l.* 2. ¶ Interdum etiam ſubſtantive uſurpatur. *Plin. l.* 8. *c.* 5. In abdito *ſubaudi* loco. *Horat. de Arte v.* 49. Abdita rerum. ¶ Apud *D. Auguſt.* 5. *Confeſſ. c.* 5. & *in Enchir. cap.* 16. habetur etiam abditior, & abditiſſimus.

Abdo, is, didi, itum, ere, a. 3. *naſcondere*, proprie opponitur τῷ Addere, eſtque excludere, abſcondere, removere, a ſe abjungere, ut *Gronovius de Seſter. l.* 4. *c.* 8. præclare id explicat, הסתיר, Gall. *cacher*, *enſorcer*, *retirer*, Hiſp. *eſconder*, κρύπτω. Conſtruitur autem modo cum Accuſativo, idque dupliciter, vel cum præpoſ. *Cic. ad Att.* 9. In Ægyptum nos abdemus. *h. e.* occultandi gratia nos in Ægyptum recipiemus. Idem *Tuſcul.* 2. Audiſne hæc, Amphiarae ſub terram abdite? *Liv. ab U. C. l.* 2. Abdito intra veſtem ferro. Vel ſine præpoſ. *Cic. in Piſon.* Domum ſe abdidit. *Terent. Hecyr.* Rus abdidit ſeſe. *Tibull. l.* 2. *eleg.* 1. *v.* 81. Et procul ardentes hinc, precor, abde faces. ¶ Item abdere verum, i. e. veritatem occultare. *Ovid. Faſt.* 3. Abdere ſtultitiam. *Plaut. Trinum.* 1. 4. 2. Abdere tabulas. *Cic. in Piſon. c.* 17. ¶ Modo cum Ablativo, idque duobus modis, uno cum præp. *Liv. ab U. C. l.* 1. Se in ſuis quiſque tectis abdiderunt. *Id. ibid. cap.* 58. Cultrum, quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit. Altero ſine præp. *Virg. Georg.* 3. Hunc quoque ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis Deficit, abde domo. Ubi *Servius*, Abde domo, h. e. in domo. ¶ Dicimus etiam Abdere ſe litteris (ubi *litteris* eſt Dativ. caſus, inquit *Theſaur. L. L.*) & in litteras abdere, h. e. incumbere. *Attendere con tutto lo ſpirito*, *e con tutta l'applicazione agli ſtudi*. *Cic. pro Arch. c.* 6. Si qui ita ſe litteris abdiderunt, ut nihil &c. *Id. l.* 4. *ad Att. ep.* 3. Me totum in litteras abdo. ¶ Ponitur etiam interdum cum præp. *ex Plaut. in Pſeud.* 4. 7. 5. Ex conſpectu ſui heri ſi ſe abdiderunt, luxuriantur. ¶ Abdere aliquem in Inſulam, hoc eſt, relegare, deportare. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 85. Satis viſum eſt de Viſtilia ſtatuere, eaque in Inſulam Seriphem abdita eſt. ¶ Abdor paſſiv. Condor, occultor. *Plin. l.* 8. *c.* 8. Abduntur circa Solis ortum.

Abdōmen, inis, n. *graſſo del ventre*, חלב בשר, Ger. *der unterbauch*, Gal. *le ventre*, Hiſp. *borriga*, *vientre*. Eſt extrema pars ventris circa umbilicum, ita dicta, quod abdi, & tegi ſoleat, aut quod alimenta in ea abdantur, aut inteſtina ibi ſint abdita. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. Ipſa autem ilia inter coxas, & pubem in imo ventre poſita ſunt, a quibus a pube abdomen ſurſum verſus ad præcordia pervenit, ab exteriori parte evidenti cute, ab interiori levi membrana incluſum, quæ omento jungitur. περιτόναιον a Græcis appellatur. *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 107. Montani quoque venter adeſt abdomine tardus. ¶ Accipitur præterea Abdomen pro ima ventris ſuilli parte, quæ alio nomine ſumen appellatur, ſummiſque in deliciis habebatur apud Romanos. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Porcæ ſumen optimum, ſi modo fetus non hauſerit: Antiqui abdomen vocabant. ¶ Per tranſlationem aliquando Abdomen poſitum invenitur pro gula, & ventris ingluvie, quod γαστριμαργίαν, & πολυφαγίαν Græci, Itali vero *Gola*, *Goloſità*, *Intemperanza* dicunt. *Cic. pro Sextio cap.* 51. Libelli etiam pro vino oppignerabantur; manebat inſaturabile abdomen, copiæ deficiebant. ¶ Sic latine dicas: Abdomini indulgere: Abdomini inſervire: Abdomini natus, i. e. Ventri, & gulæ. *Cic. in Piſon. cap.* 17. Ille gurges, atque helluo natus abdomini ſuo, non laudi, atque gloriæ. Hinc Abdominis voluptates. *Cic. in Piſon. cap.* 27.

Abdūco, is, xi, ctum, ere, a. 3. Removeo, abſtraho, averto, traduco, *togliere*, *togliere per forza*, *condur via*, *e ritirare da qualche luogo*, הביא, Ger. *hinveg fuhren*, Gal. *diſtraire*, *detourner*, Hiſp. *llevar por fuerca*, ἀπάγω. Donatus ad *Terent. Adelph. act.* 3. *ſc.* 3. habet. Ducimus volentes, ſed *abducimus* invitos. Nihilominus dicimus abducere ſine vi, aut per vim. Sine vi *Terent. in Eunuch.* 3. 1. 17. Tum me convivam ſolum abducebat ſibi. *Cic.* 2. *de finibus*. Majores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator eſſet. Per vim abduci proprie mulier dicitur a marito, cum divortium fit. *Donatus* in illud *Terent. Hecyr.* 5. 1. 21. Et filiam abduxit ſuam. Abduxit, inquit, proprie: Accerſi enim dicitur ad maritum, abduci a marito. ¶ Dicimus etiam abducere vi, & abducere per vim. *Cic.* 5. *in Verr. c.* 34. Ad quem iſte deduxerat tertiam Iſidori Mimi filiam, vi abductam a Rhodio milite. *Liv. l.* 2. *c.* 56. Conſularibus negotio dato, ut collegam per vim, ſi aliter non poſſent, a foro abducerent. ¶ Dicimus etiam Abducere cum præp. *in*, & *ad*; ut Abducere in ſervitutem. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 11. & *Terent. Adelph. a.* 3. *ſc.* 3. *n.* 4. Abducere aliquem ad nequitiam. ¶ Aliquando etiam loco Ablativi cum præp. *A*, vel *Ab* regit accuſandi caſum. *Ovid. Faſt.* 5. *v.* 477. Viſaque confugiens ſomnos abduxit imago. ¶ Tranſlate etiam uſurpatur. Sic latine dicas: Abducere animum a cogitationibus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 17. Abducere animum a ſtudio. *Idem l.* 4. *Ep. fam.* 4. Abducere ſe ab omni reipublicæ cura. *Idem ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 5. Abducere mentis aciem a conſuetudine oculorum. *Idem Nat. Deor. l.* 2. *c.* 17. Abduci homines ab inſtitutis ſuis. *Idem pro Cæc.* 41. *Idem pro Flacco* dixit, Fide abducere, ſine præpoſitione, pro revocare a fide præſtanda. ¶ Abduco *tibi*, pro *Abs te*. *Diomedes*. ¶ Abducere potionem, h. e. ſumere, bibere, *Scribon. Larg. compoſ.* 122. ¶ Abducere gradum in terga, *darſi alla fuga*, *Sil. lib.* 10. *v.* 18. ¶ Abducere caput ab ictu, i. e. Avertere. *Virg. l.* 5. *v.* 428. ¶ Abduce pro Abduc dixit *Terent. in Adelph.* 3. 4. 36. Hunc abduce, vinci.

Abductĭo, onis, f. *il condur via*, actus abducendi. Legitur apud Interpretem *Daretis Phrygii*, *c.* 4. *in fi.* qui eſt dubiæ auctoritatis ſcriptor.

Abductus, a, um, participium, ſive nomen ex participio, *tolto per forza*, *condotto via*. *Plaut. Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Abductus recta in phylacam. *Suet. Aug. c.* 69. Feminam conſularem e triclinio viri coram in cubiculum abductam. *Id. in Othon. c.* 3. Abducta marito, i. e. a marito. ¶ Abductus in ſecretum. *Liv. l.* 30. *c.* 14. *ritirato in diſparte*.

Abe pro Ave legitur in vet. Inſcript. apud *Gruter. pag.* 786. *n.* 3. Furi, abe. ¶ Multa alia hujus generis, in quibus *B* pro *V* poſitum eſt, affert *Reineſ.* V. ejus Indicem, *cap. Eor. quæ ad rem Grammat. pertinent*.

Abecedarius, ii, m. 2. tam qui docet, quam qui diſcit Alphabetum. Sed vox Hieronymi eſt, & Auguſtini *lib.* 1. *Retract. c.* 20. & *Fulgentii lib.* 3. *Mythol. cap.* 10.

Abĕdo, is, vel, es, idem quod exedo, Abſumo, ex *Tacit.* 15. *Annal. c.* 5. in Lexicis affertur. Exorta vis Locuſtarum abederat &c. Sed legendum eſt *Ambederat* cum *Lipſio*, *Gronovio*, & *Ryckio*.

Abella, ſeu potius Avella, Campaniæ opp. *Sil. Ital. lib.* 8. *v.* 545. Surrentum, & paupèr ſulci cerealis Abella. Sed Avella vulgo perhibetur, fortaſſe ut notat Ambroſius Leo, ſic a priſcis Græcis ab ἄελλα, i. e. venti vertigine hunc tractum perflante, dicta. Unde *Avellanæ nuces*, *Macrob. ſat.* 3. 18. Nux Avellana, ſeu Præneſtina, quæ eſt eadem ex arbore, quæ corylus dicitur.

Abellīnæ nuces, *noccivole*, nuces exiguæ ſunt, vulgo *nocciole*, & *avellane*, ſic dictæ ab Abella opp. Campaniæ, ubi abundant. *Plin. l.* 15. *c.* 23.

Abellio, onis, m. 3. Eo inclinat animus (inquit *Voſſius* 2. *de Idol.*) ut Abellionem non alium, quam Solem, nec aliunde, quam a Belo dictum putem. Firmat opinionem meam, quod & Pamphilii, & Cretes ſic dixere. Heſych. Ἀβελίω ἥλιακὸν παρὰ Φύλαξι. Idem Ἀβέλιον, ἥλιον Κρῆτες. Et fortaſſe Apollo ex Cretico Ἀβέλιος. Nam veteres Romani *Apello*, pro *Apollo*, ut pro *Homo*, *Hemo*, pro *Bonus Benus*, unde *Bene*. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 37. *n.* 4. 5. 6.

Abĕmo, is, ere, a. 3. Verbum obſoletum. *Plaut.* Abemito veſtem, i. e. Demito, vel auferto. *Emere* enim antiqui dicebant pro accipere. Hæc *Feſtus*.

Abĕo, is, ivi, vel ii, tum, n. 4. *partire*, *andare*, אזל הלך, Ger. *hinveg gehen*, Gal. *s'en aller*, *ſe partir*, Hiſp. *irſe*, ἀπέρχομαι, diſcedo. *Liv. l.* 1. *c.* 16. Hæc locutus ſublimis abiit. ¶ Abi quoque dicimus quaſi hærenti, morantique. *Ter. in And.* 1. 1. 1. Vos iſthæc intro auferte, abite. ¶ Aliquando abire dicitur, quod nos paulatim deſerit, παρέρχεσθαι. *Ter. in Adel.* 4. 5. 57. Menſes abierunt decem, ideſt effluxerunt. ¶ Aliquando pro evaneſcere, præterire, deſinere. *Cic. pro Mur. c.* 3. Abiit illud tempus. *Idem Fam.* 9. *ep.* 20. Illa mea, quæ ſolebas antea laudare, abierunt. *Liv. l.* 3. Quia Æquos movere ſua ſponte arma poſſe, jam fides abiit. *ideſt* deſiit credi, & eſſe veriſimile. ¶ Interdum pro dilabi. *Cic. Attic.* 11. *ep.* 2. In quos ſumptus abeunt fructus prædiorum. ¶ Item pro deſerere. *Cic.* 3. *Verr. c.* 44. De ſuis bonis ita dat, ut ab jure non abeat, ideſt non diſcedat. *Liv. l.* 24. *c.* 19. Ne incepto abiretur. *ideſt* deſiſteretur. ¶ Interdum pro deponere, *rinonciare*. *Liv. l.* 4. Properantis abire magiſtratu. ¶ Denotat etiam motum ad locum, quod eſt ire, ut Quo abiit. *Plin. l.* 3. 34. Oppidum delevit, quod nunc in villas abiit. h. e. ex oppido factæ ſunt villæ. ¶ Habet alios quoque loquendi elegantes modos. *Liv. lib.* 2. Præceps Fabius in vulnus abiit. ideſt pronus cecidit in vulnus. *Idem ibid.* Ne in ora hominum pro ludibrio abiret. *ideſt* ne ab hominibus irrideretur. *Ter. Adelph.* 4. 2. 25. Abi, virum te judico. Ubi, inquit *Donatus*, blandientis eſt verbum, quemadmodum ad eos dicere ſolemus, qui jam compotes ſuorum votorum ſunt facti. *Idem in Phor.* Præſens quod fuerat malum, in diem abiit. ideſt in aliud tempus dilatum eſt, *differirſi*. *Liv. l.* 1. Quorum vetuſtate memoria abiit, *ſcordarſi*. *Cic. ad Attic. lib.* 14. Nauſea jam plane abiit, *ceſſare*. *Plin. lib.* 3. Ut redditus agrorum, ſic pretium retro abiit, *ideſt* imminutum eſt, *avvilirſi*. *Plaut. in Merc.* Sol abit. *ideſt* decedit, *è ſera*, *tramonta il Sole*. *Luc. lib.* 3. Spes victis telluris abit. *h. e.* perit, effluit. *Terent. in Phorm.* E medio abiit, *morire*. Sic *Cic.* 1. *Tuſc.* Cato e vita abiit. *Plaut. in Mil.* Ex hoc matrimonio abierim. *ideſt* matrimonium hoc reliquerim. *Plin. lib.* 24. *c.* 9. Salicis fructus ante maturitatem in arenam abiit, *mutarſi*. ¶ Abire in malam crucem, locutio eſt imprecatoria, ab antiquis uſurpata, *andar in mal'ora*. *Ter. in And.* Abi hinc in malam crucem. ¶ Taurus abiit in ſilvam, paſtorale adagium eſt in eos, qui a ſolitis deſciſcunt, & diverſum ſequuntur vitæ inſtitutum. ¶ *Abire viam* dictum, ſicut *ire viam*. *Plaut. Rud.* 2. 3. Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam. ¶ Abire fuga, i. e. *fugere*. *Virg.* 4. *Æneid. v.* 281. Ardet abire fuga, dulceſque relinquere terras. ¶ Abire ripam pro *ad ripam*, vel *in ripam* figurate. *Id.* 6. *Æn.* Ripamve injuſtus abibis. ¶ Abire e medio idem, quod *mori*. *Terent. in Phorm.* Ea mortem obiit, e me-

e medio abiit. ¶ Abire urbe, vel domo. *Plaut. Mer.* Cedo ſi hac urbe abis, pro *ab hac urbe*. ¶ Abire, vel ire in creditum, JCon. loquendi formula eſt, de qua *Hotoman. in Lexico*. Non, *inquit*, omnino idem eſt, quod credere, ſed tantum eas res credere, quæ accipientis fiunt. h. e. quæ functionem non in ſpecie, ſed in genere recipiunt, veluti pecuniam, frumentum, vinum, &c. Licet aliquando non ſolum generaliter ſumatur, ſed etiam ſpecialiter pro *mutuum contrahere*, ut *lib. 14. tit. 6. L. 3.* ¶ Abire in vanum pro eo, quod *evaneſcere*, irritum fieri, *andare in dileguo, andare in fumo, ſvanire. Senec. ep. 94.* Alioquin abibunt in vanum momentium verba. ¶ Eleganter etiam abeundi verbo impunitatem veteres expreſſerunt. *Catul. ep. 14.* Non, non hoc tibi, Salſe, ſic abibit, *non ti paſſerà no così. Terent. Andr. a. 1. ſc. 2. v. 4.* Mirabar, hoc ſi ſic abiret. ¶ Abi etiam per contemtum dicitur. *Terent. Adelph. 2. 2.* Numquam rem facies, abi, neſcis inepte ſcare homines. ¶ *Abi, abi*, cum faſtidium alicujus ſignificare volumus. *Terent. Adelp. 4. 4.* Abi, abi jam, Æſchine; ſatis diu verba dediſti nobis. ¶ Solemnis fuit apud veteres, cum aliquis obiiſſet, formula hæc: *Abiit jam, & reverti debet*. Nunquam enim ominis cauſa, & δυσφημίας vitandæ gratia obiiſſe, ſed vixiſſe mortuos dicebant. *Tertul. in l. de teſtimon. animæ*. Nam ſi, *ait*, de aliquo jampridem defuncto, tanquam vivo quis requirat, præ manu occurrit dicere: *Abiit jam, & reverti debet*. Adde *Phædr. l. 4. fab. 19.* ¶ *Abi quo lubet*, formula erat, qua veteres ſervos ſuos dimittere ſolebant. *Plaut. Stich.* In hunc diem nihil te moror, abi quo lubet. ¶ Paræmiæ aliquot ex hoc verbo naſcuntur, ut *aut abi, aut exuere*. Quod proverb. Græcum eſt. Hic enim, auctore *Platone in Teeteto*, mos fuit Lacedæmoniis, ut in publicis certaminibus nullum adoleſcentem otioſum eſſe paterentur, ſed cum nudi luctari ſolerent, dicebant, ἢ ἀπιέναι, ἢ ἀποδύεσθαι. Simile huic adagio eſt, *Aut abi, aut bibe*. ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι, Cujus meminit *Cic. queſt. Tuſcul. l. 5.* Monemur autem hac paræmia, ut aut tempori, locoque nos accommodemus, aut ab hominum conſuetudine nos ſubducamus.

Abeōna, æ, Dea ab antiquis culta, quod abeundi facultatem præſtaret. *Auguſtin. l. 4. de Civ. Dei, cap. 21.*

Abequĭto, as, n. 1. ἀφιππάζω, equo abeo, vel aufugio, *fuggire a cavallo. Liv. l. 24. c. 31.* Ut Prætores pavidi ab eo tumultu abequitarent Syracuſas. Al. leg. *obequitarent*.

Abercĕo, es, a. 2. prohibeo, ex *ab*, & *arceo*, ut *coerceo*. V. Abarceo.

Aberratio, onis, f. 3. Verbale ab Aberro, ἀποπλάνησις, ἀποτόξις, *ſbaglio, diſviamento*. Digreſſus a recta via. Per metaphoram Avocamentum ſignificat. *Scampo. Cic. Caſſio l. 15. ep. 18.* Veruntamen aliam aberrationem a moleſtiis non habemus.

Aberro, as, n. 1. *andare errando, vagare*, Gal. *s' egarer, ſe devoyer*, Hiſp. *deſviarſe*, ἀπλανῶμαι, erro, digredior, recedo, via deflecto. *Cic. lib. 5. Tuſc.* Redeat, unde aberravit, oratio. ¶ Aberrare in melius, dixit *Plin. Jun. lib. 4.* Artificem, quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare. *ideſt* ab illo exemplari diſcedere, etiam ſi melius facturus ſit. ¶ Dicimus etiam aberrare a miſeria. *Cic. ad Att. l. 12. ep. 45.* Nullo enim alio modo a miſeria quaſi aberrare poſſum, *i. e.* a miſeria cogitationem avertere. ¶ Item aberrare a propoſito, vel, aberrare propoſito, *uſcire di propoſito*. *Idem 2. Tuſc.* Sed te de æternitate dicentem aberrare propoſito facile patiebar. ¶ Eleganter quoque dicimus, Aberrare a communi utilitate. *Idem pro Ligario*, Utrisque cupientibus Rempublicam ſalvam, ſed partim conſiliis, partim ſtudiis a communi utilitate aberrantibus. ¶ Aberrare conjectura, vel a conjectura, h. e. conjectura falli. *Cic. Att. lib. 14. & 1. de Nat. Deor.* ¶ Aberrant inter ſe orationes, hoc eſt diſcrepant. *Liv. 8. Bell. Maced.*

Abĕſus, a, um, *mangiato, conſumato*, ab abedo, is. *Prudent. Cathemer. 10. v. 111.* ubi alii leg. *adeſus*.

Abtŏre, *dovere mancare*, ἀπόσεσθαι, abſuturum eſſe. *Virg. 8. Æn. v. 147.* Nihil abtore credunt. ¶ Quæ duo per *b* ſcribuntur, me ſi per geminum *ff* ſcriberentur, compoſita quis crederet ex *ad* præpoſitione, quæ contrarium ſignificat. Sic Abſorem pro *Abeſſem*: Afforem pro *Adeſſem*.

Abſuturus, a, um, partic. verbi abſum. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 11.* Nullam a ſe calamitatem abſuturam fuiſſe.

Abgrĕgo, gas, a. 1. *ſciolgere*, ἀφοιζω, ab grege deduco. *Feſt.*

Abhiēmat, abat, n. ut *hiemat*, h. e. hiems eſt. *Plin. l. 18. c. 35.* Cum ſereno cælo fulgetræ erunt & tonitrua, abhiemabit. Ita legit *Harduin.* ex MSS. Alii & *hiemabit*.

Abhinc, dictio compoſita ſignificans antehac, πάλαι, ἀπὸ τῶδε. *Già ſono* &c. *Da qui* &c. Jungitur autem & Accuſativo, & Ablativo. *Terent. Andr. 1. 1.* Abhinc triennium. *Cic. pro Roſc. Com.* Abhinc annis quindecim. Et refertur tum ad tempus præteritum, uti jam clariſſime patet, tum etiam aliquando, ſed rarius, ad tempus futurum, ut docet Sciopius. *Pallad. lib. 4. tit. 13.* Septimo anno omnes dentes equi explentur: latent abhinc ætatis notæ, *da queſto tempo in poi*. ¶ Uſurpatur etiam de loco. *Lucret. l. 3. v. 968.* Auſer abhinc lacrymas.

Abhorrens, entis, *alieno, diſſimile, lontano*, alienus, diſſimilis. *Liv. l. 22. c. 13.* Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione. ¶ Cum dativo. *Idem l. 4. c. 14.* Huic protectioni abhorrens mos traditus ab antiquis.

Abhorreo, res, rui, n. abhorrens ſum, aſpernor, fugio, diſſentio, abſum, diſcrepo, *abborrire, odiare*, שקץ, Ger. *ein abſcheuv haben vom ding tragen*, Gall. *avoir en horreur, & dedain*, Hiſp. *aborrecer*, μισάπτομαι, alienum eſſe ab aliqua re. Ponitur interdum abſolute. *Cic. pro Clu. c. 14.* Omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant. ¶ Sed fere ablativo jungitur cum præp. a, vel ab. *Ter. Hecyr.* Abhorrere animum huic video a nuptiis. ¶ Legitur etiam cum ablat. ſine præp. *Cic. de Fato c. 4.* Alii talibus vitiis abhorreant. ¶ Interdum cum dativo. *Liv. l. 4. c. 14.* Huic tam pacatæ protectioni ab urbe Regis Etrufci abhorrens mos traditus ab antiquis. ¶ Uſurpatum eſt etiam cum accuſativo. *Suet. de Aug. c. 83.* Pumilos, atque diſtortos, ut ludibria naturæ, malique ominis abhorrebat. *Liv. l. 4. c. 44.* Parum abhorrens lamam. ¶ Sciendum tamen, cum accuſativo jungitur, in ſimili fere ſignificatione ſumi, qua *horreo*: Tum enim ſignificamus, nos rem præſentem, vel propinquam, quam audire, aut aſpicere pertimeſcimus, execrari; Cum vero ablativo, tunc procul nos eſſe ab eo, quod non placet, vel quod refugimus, demonſtramus, ut docet *Paſſeratius* ad hanc dictionem. ¶ Præterea verbum hoc aliis gaudet ſignificationibus. Significat enim etiam *differre, diſcrepare, diſſidere: Diſſimigliare, diſcordare. Liv. 38. c. 56.* Abhorrent inter ſe orationes, i. e. diſſident. *Cur. 3. 6.* Cultus, habituſque paulum a privato abhorrens. ¶ *Abhorret a fide* pro Incredibile eſt. *Liv. Dec. 1. l. 9.* ¶ Abhorrere etiam de homine interdum dicitur, præciſe qui minime ſit aptus ad rem, vel artem aliquam. *Cic. l. 2. de Orat. c. 20.* Sin plane abhorrebit, & erit abſurdus, ut ſe contineat, aut ad aliud ſtudium tranſferat, admonebo.

Abhorreſco, is, n. horreſco. Legitur in quibuſdam editionib. *Lactantii de Ira Dei, c. 23.* neque tamen eſt *Lactantii*, ſed Interpretis cujuſdam, verſentis quoddam Apollinis oracultum, quod ibi Græco carmine a *Lactantio* affertur: ἐκτρέπεσθαι, *abborreſcunt*.

Abhorrĭde, horride, vel aſpere. Eſt *Caſſii l. 1. pag. 41. Putſch.*

Abjecte. Adverb. *Vilmente, con baſſezza. Cic. in Tuſcul. 2. c. 23.* Hoc in dolore maxime eſt providendum, ne quid abjecte, ne quid timide faciamus. ¶ Comparat. *Auctor Dialogi de orat. c. 8.* Quo ſordidius, & abjectius nati ſunt.

Abjectio, onis, f. 3. *Viltà, baſſezza. Cic. in Piſon. c. 36.* Debilitatio, atque abjectio animi tui. ¶ Item remotio. *Auctor ad Herenn. l. 1. c. 6.* Abjectio, adjectio, litterarum mutatio.

Abjectus, a, um, adject. *Gettato, abbaſſato, negletto, diſfatto*. Et tam ad res, quam ad perſonas pertinet. Ad perſonas. *Cic. ad Att. 1.* Senatum abjectum excitavi. Ad res. *Cic. pro Cluent.* Cauſſam pecuniæ publicæ contemtam, atque abjectam putare. *Idem in Bruto*. Verba non abjecta, res compoſitæ diligenter. ¶ Comparative etiam uſurpatur. *Cic. in Lælio c. 16.* Animus abjectior. Et *Val. Maxim. l. 4. c. 7. extern. 5.* Abjectiſſimum negotium. ¶ Significat etiam idem quod projectus. *Varr. lib. 4. de L. L.* In ſepulcrum ejus abjecta gleba non eſt. *Florus l. 1. c. 1.* Abjectus in profluentem. *Ovid. epiſt. 7. v. 1.* Abjectus in herbis olor.

Abiegnĕus, a, um, abiegnus. Legitur in quadam *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 207.*

Abiegnus, a, um, *di abete*, quod eſt factum ex abiete, ut abiegnæ menſæ. ἐλάτινος. *Di abete. Colum. l. 12. c. 43.* Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna ſcrobe virides uvas cuſtodiunt. ¶ Dictio eſt quadriſyllaba, ſed interdum apud Poetas triſyllaba. *Prop. l. 2. Eleg. 17.* Induit abiegnæ cornua falſa bovis.

Abiens, euntis, partic. ἀπερχόμενος, diſcedens. *Teren. Andr. 1. 1. 57.* Obſervabam ſervulos venientes aut abeuntes. *Cic. Att. 1. ep. 16.* Abiens magiſtratu. *Ovid. epiſt. 5.* Abeuntia vela. *Stat. 4. Theb.* Abeuntibus annis.

Abies, etis, f. 3. *Abete*, ברוש, Germ. *thannenbaun*, Gall. *ſapin*, Hiſ. *abeto*, Ang. *a ſinſe tree*. Arbor eſt altiſſima, rectiſſimaque, cujus pars inferior enodis *Sapinus* vocatur, ſuperior vero nodoſa, durioque *Fuſterna*, ut *Plin.* docet *l. 16. c. 39.* Græce ἐλάτη. *Cic. 3. Tuſc. queſt.* Abiete criſpa. ¶ Abietem pro tabellis uſurpavit *Plaut. in Perſ. 2. 2. 66.* quod non recipit ſoluta oratio, teſte *Quintil. l. 8. c. 6.* ¶ Abies metonymice pro re facta ex abiete. *Virg. Æn. 8. v. 91.* Labitur uncta vadis abies. i. e. navis abiegna. Sic *Æn. 11. v. 667.* Adverſi longa tranſverberat abiete pectus. *h. e.* haſta abiegna.

Abietaria negotia, inquit, *Feſtus*, dicebantur, quam materiam nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis.

Abietĭnus, a, um, abiegnus. *Apuleſ. de herb. c. 29.* Abietinum vas. Al. leg. *argenteum*.

Abīga, æ, f. 1. *iva muſcata*, alio nomine chamæpitys, vulgo iva muſcata, herba eſt, quæ vim partus abigendi habet, unde nomen accepit. *Plin. l. 24. c. 6.*

Abigeator, oris, m. 3. Idem, ac Abigeus, nomen uſurpatum a *Paulo JCto ſentent. l. 5. t. 18.* ubi tamen alii aliter legunt.

Abigeātus, us, m. 4. ἀπελασία, ipſum abactionis crimen, ſive ipſe abigendi actus. *Macer. Dig. l. 47. tit. 14. leg. 1.*

Abigĕus, i, m. 2. *rubatore di gregge*, Gall. *larron ordinaire de betail*, Hiſp. *hurtador de ganado*, ἀκτὴς βοῶν, ab abigo, qui pecora de paſcuis, vel ex armentis ſubtrahit, & deprædatur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercet. *Ulpian. Dig. l. 47. tit. 14. leg. 1.*

Abĭgo, gis, egi, actum, a. 3. *menar via gregge*, הריח, Gal. *chaſſer les betes*, Hiſp. *apartar ganado, hurtallo, o oxeallo*, ἀπελαύνω, ex ab, & ago, proprie eſt pecus, aut greges abducere, ſive vi id fiat, ſive dolo. *Cic. in Piſon. c. 34.* Familias abripuerunt, pecus abegerunt. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.* Greges ovium longe abiguntur ab Apulia. ¶ Significat præterea rem nobis odioſam, aut moleſtam propellere, & fugare, ἀπωθεῖσθαι. *Cic. 2. de Orat. c. 60.* Puer abige muſcas. ¶ Transfertur interdum ad res incorporeas, ut Abigere faſtidium, laſſitudinem. *Plin. l. 12. c. 17. & Plaut. Merc. 1. 2. 3.* ¶ Abigere partum eſt fetum jam conceptum expellere, *diſperdere. Cic. pro Cluent. c. 11.* Sibi ipſa partum medicamentis abegit. ¶ Abigere a cibo pro Prohibere. *Plaut. Curcul. 1. 3.* Si te edentem hic a cibo abigat. ¶ Abigere *de*, vel, *ex*. *Idem in Trucul. 2. 1. 41.* ¶ Abigere aliquo pro Ablegare. *Teren. Adelph. 3. 3. 47.* Abigam hunc rus. ¶ Abigere adjecta præp. *ab* habet *idem Plaut. Men. 1. 2. v. 18.* Uxorem abegi ab janua. ¶ Cum dativo *Juv. l. 8. v. 124.* Quæ dum abigo menti. ¶ Cum ablat. ſine præpoſit. *Ovid. 3. Faſt. v. 344.* O vir colloquio non abigende Deum.

Abjicio, cis, jeci, jectum, a. 3. *gittar da lontano*, הישליך, Ger. *hinwerffen, von ſich vvorffen*, Gall. *jetter par dedain, ou facherie*, Hiſpan. *abatir, ecchar de ſi*, ἀποβάλλω, ex ab, & jacio, eſt projicere, hoc eſt a ſe longe jacere. *Valer. Max. lib. 1.* Abjici eos in mare jutit. *Cicer. 1. de Orat. cap. 7.* Se abjiceret in herbam. *Plin. lib. 21. cap. 13.* Abjiciunt ſe humi. ¶ Eſt etiam hoc verbum aliquando humilis, & ſupplicis. *Cic. Att. lib. 4. ep. 2.* Cui libenter me ad pedes abjeciſſem. ¶ Interdum eſt vilefcere. *Cicer. in Parad. 1. c. 4.* Sic te ipſe abjicies, atque proſternes, ut nihil inter te, atque quadrupedem aliquam putes intereſſe. ¶ Transfertur aliquando ad res animi, & eſt pro deponere, & expellere, & amovere, ut Abjicere curam, *laſciare il travaglio*, abjicere amorem, abjicere ſocordiam, abjicere memoriam, *ſcordarſi*, abjicere ſpem, ſive animum, quod eſt dejicere, ac deprimere, ac pæne deſperare. *Cic. Pæto, lib. 9. Fam.* Me abjeciſſe curam Reipublicæ. ¶ Abjicere auctoritatem, eſt vilem, abjectamque reddere, *ſpregiare*. *Cic. Att. lib. 1. ep. 18. (al. 15.)* Senatus auctoritatem abjecit. ¶ *Id. 1. de Leg. c. 9.* Animantes abjecit ad paſtum, ideſt pronos fecit. *Id. Q. Fr. l. 3.* Scaurum Pompejus abjecit. *h. e.* neglexit. ¶ Eleganter etiam dicitur, abjicere arma. *Cic. Fam. ep. 2.* Abjicere conſilium ædificandi. *Id. 5. ad Attic. ep. 11.* Abjicere famam ingenii. *Id. 9. fam. ep. 16.* ¶ Abjicere obedientiam. *Id. l. 1. off. c. 29.*

Abĭla, f. 1. ἄβιλα, opp. nomen eſt ad Jordanem fluvium. ¶ Eſt & Abila, *Bellinas*, ἄβιλα, opp. in regione Decapolitana, Diogenis Sophiſtæ patria, cujus meminit *Plin. l. 5. c. 18.* ¶ Item Mons Mauritaniæ in faucibus freti Gaditani e regione Calpes Hiſpaniæ montis, ἄβιλξ, *Suidæ. Plin. in Proœm. l. 3.* Proxima autem faucibus utrinque impoſiti montes coercent clauſtra Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntque pertoſſas admiſiſſe maria antea excluſa, & rerum naturæ mutaſſe faciem. Hæc *Plin.*

Abitio, onis, f. *partenza*, ἀπέλασις, ipſe abeundi actus, h. e. diſceſſus. *Terent. Heaut. 1. 2. 16.* Propterea hæc turba, atque abitio evenit. ¶ Abitionem antiqui dicebant mortem. *Feſtus*.

Abĭto, is, n. 3. *andar via*, frequentativum ab abeo. *Plaut. Rud. 3. 4. 72.* Hunc quoque aſſerva ipſum, ne quo abitat.

Abĭtus, us, m. 4. *partenza*, idem quod abitio, ἀπέλασις. *Plaut. Amph. 4. 3.* Feram, & perferam abitum ejus animo forti. ¶ Significat etiam locum, per quem abire poſſumus. *Tacit. Ann. 14. 37.* Ceteri terga

præbuere difficili effugio, quia circumjecta vehicula sepserant abitus.

Abjudicātus, a, um, particip. *Tolto per via di giudizio*. *Liv. l. 4. c. 1.* Ardeatium populum ob injuriam agri abjudicati defisse.

Abjudĭco, as, are, *togliere per via di giudizio*, Germ. *mit recht absprechen*, Gal. *oter par jugement*, Hisp. *quitar por sentencia*, ἀποδικάζω. Proprie significat judicio auferre, & per sententiam alteri addicere, cujus significatui opponitur Adjudicare. *Cic. pro Cæc. c. 34.* Ipse sibi libertatem abjudicavit. *Id. in Verr. 2. c. 5.* Nulla res cujusquam tam patrita, atque avita fuit, quæ non ab eo imperio istius abjudicaretur. *Ibid.* Cognitionem veritatis ab hoc ordine abjudicari nefas est. ¶ Adhibetur aliquando extra forum pro Repudiare, *rifiutare*. *Cic. 2. de Orat. c. 24.* Ubi plus mali, quam boni reperio, id totum abjudico, atque rejicio. ¶ Abjudicabo me a vita, *in Asin. 3. 3. 17. Plautus* satis dure dixit pro *vitam mihi adimam*.

Abjŭgo, as, are, *sciorre dal giogo*, *disgiungere*, ἀποζεύγνυμι, proprie a jugo removeo, ut abjugare bovem, h. e. disjungere; sed per translationem est *separare*, *alienare*, ἀποχωρίζειν. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 37.* Quæ res te ab stabulis abjugat.

Abjunctus, a, um, *sciolto*, *disgiunto*, solutus, a jugo dimissus, disjunctus. *Propert. l. 2. eleg. 14. v. 12.* Aurora abiunctos sedula lavit equos. *Arnob. l. 3. pag. 105.* Ab omni turpitudinis labe disparata, atque abjuncta divinitas.

Abjungo, is, separo, removeo, *disunire*, *scompagnare*, *separare*, פרד. Ger. *abspindern*, Gall. *desjoindre*, Hisp. *desunir*, ἀποζεύγνυμι, ἀποχωρίζω, *Cic. ad Attic. l. 2. ep. 1.* Quod se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerit. *Virg. 3. Georg. v. 518.* It tristis arator Mœrentem abjungens fraterna cæde juvencum.

Abjurātus, a, tum. Adject. cum perjurio negatus; ut cum depositum abjuratum dicimus. Aliquando tamen simpliciter acceptum invenitur pro eo, quod est contra jus retentum. Sic enim interpretatur *Servius* illud *Virgil. l. 8. Æn. v. 263.* Abstractæque boves, abjuratæque rapinæ Cœlo ostenduntur.

Abjūro, as, are, *negare con giuramento*, נתבע אלה, Germ. *verschwören*, Gall. *renier par sermens*, Hisp. *negar jurando*, ἀπομόω, Rem mihi creditam perjurio nego. *Plaut. Curcul. 4. 2. 10.* Abjurant si quid creditum est. ¶ Abjurare pecuniam in jure, est, juramento apud Prætor negare, se pecuniam accepisse. *Plaut. in Rud. prol. v. 14.* Quique in jure abjurant pecuniam. Sic abjurare creditum, apud *Sall. in Catil. cap. 25.* & *Cic. ad Attic. l. 1. ep. 8.* Mihi autem abjurare certius est, quam dependere.

Ablaqueatio, onis, f. 3. *discalzamento delle viti, o degli alberi*. *Plin. l. 12. c. 15.* Myrrha gaudet rastris, & ablaqueationibus. Est autem *ablaqueatio* fossio circa radices, ut amoveantur, quæ illas illigant, aut impediunt. *Columel. l. 4. c. 17.*

Ablaquĕo, as, are, a. *scalzare e zappare a piè degli alberi*. Proprie est circum arbores terram, & radices superiores recidere. Post putationem, *inquit Columella*, vitem ablaqueare incipito. ¶ Est etiam circa vitium codicem terram aperire, & veluti lacus circa ipsas effodere, ut Solis teporibus, & imbribus provocentur. Itaque verbum hoc a lacubus deductum est, quia cum circum arbores foditur, & terra aperitur, velut lacus efficitur, ut ait *Palladius*. ¶ Aliter Ablaqueare est quasi laqueos arboribus demere, ut felicius crescant, & uberiorem fructum ferant. Vide *Catonem c. 5. & 27. Columellam l. 4. c. 29. Pallad. l. 2.*

Ablatĭo, onis, f. *il togliere*, actus auferendi. *Tertull. lib. 4. adverf. Marcion. c. 19.* Comminari ablationem.

Ablatīvus casus Grammaticis dicitur, qui sextus est apud Latinos, & alio nomine, teste Prisciano, *comparativus* appellatur, eo quod per eum non minus comparatio, quam ablatio significetur. Servit enim comparationi, ut fortior Hectore: Ablationi vero, ut cum dicimus, aufero ab Hectore. *Diomed. l. 1.* Hunc *Varro* interdum Sextum, interdum Latinum vocat, quia Latinæ linguæ proprius est, cujus vis apud Græcos per Genitivum explicatur. Vide apud *Priscian. l. 5. c. de casibus*. Usurpat hanc vocem etiam *Quintil. lib. 1. cap. 5.*

Ablātor, oris, m. 3. qui aufert. *Sedul. lib. 5. de Resurrect. hist.* Beati corporis ablator. *Aug. Civ. l. 19. c. 13.* Bonorum ablator.

Ablātus, a, um, *tolto*, *levato*. *Terent. Eunuch. prol. v. 26.* Parasiti persona inde ablata. *Plin. l. 8. c. 55.* Fetus uberibus ablati.

Ablectus, a, um, ab *ab*, & *lacio*; unde ablectæ ædes. *Plaut. in Mostell. 3. 3. v. 3.* quæ facile emptorem alliciunt. Calepinus putat, *ablectas ædes* significare ædes nitidas, & ornatas, quæ emptorem sua elegantia facile alliciant. Græce ἀπόλεκτοι οἶκοι. *Turnebus* legit, *abjectas ædes*; sed hæc lectio aliis non placet. Alii retinent cum *Scaligero ad Festum* in V. *ablegmina*, *ablectas ædes*, h. e. minimo pretio venditas, quasique projectas.

Ablegatio, onis, f. 3. *il mandar via*, ἀπόπεμψις, ἀποτομή. *Liv. l. 6. cap. 39.* Id accidit ablegatione juventutis ad Veliternum bellum. *Plin. lib. 7. cap. 45.* Pudenda Agrippæ ablegatio.

Ablegātus, a, um, Adject. ab Ablego. *Cic. in Verr. 4. c. 30.* Dimisso, atque ablegato concilio, eum produci jussit. *licenziato*. *Flor. l. 4. c. 2.* Ablegato equo. *lasciato andare*. *Justin. l. 1. c. 5.* Ablegatus in Persas. *vilegato*.

Ablegmĭna, orum, n. pl. Sunt partes extorum, quæ Diis porriciebantur, quæ propterea dicebantur *prosicia*, *prosecta*, tamquam separata quædam a reliqua visceratione. Id enim est *ablegere*, imitatione Græcorum, qui dicunt ἀπολέγειν. Ita *Scaliger* ad *Festum*, ubi ea vox legitur.

Ablĕgo, as, are, est Amandare, Removere, dimittere, *Mandar via lontano*, *tor via da se*, שלח, Ger. *abfertigen*, Gall. *renvoyer*, Hisp. *embiar*, ἀποπέμπω, ἀποστέλλω. *Cic. ad Att. lib. 2. ep. 18.* A C. Cæsare valde liberaliter invitor in Legationem illam, sibi ut sim, legatus; sed hæc a fratris adventu me ablegat. h. e. ita me hinc removet, ut fratris adventui adesse non possim. *Id. in Verr.* Post illos adhibuit, quos ablegarat. *Liv. l. 1. c. 35.* Pueros venatum ablegavit. *Varro de re rustica l. 1. c. 47.* Quin & pecus a prato ablegandum, & omne jumentum, ac etiam homines, *h. e.* longe repellendum, & procul arcendum. ¶ Dicitur etiam foras ablegare. *Plaut. Milit. a. 3. sc. 2. v. 55.*

Abligurio, is, ire, *consumare mangiando*. אכל, Ger. *verzehen*, Gal. *consommer en friandises*, Hisp. *gustar en golosinas*, κατεσθίειν. Liguriendo absumo. *Terent. Eunuch. 2. 2. 4.* Patria abligurierat bona. ¶ In obscenum sensum usurpatur a *Suet. de illust. Gram. c. 23.*

Abligurītio, nis, f. 3. actus abligurienti, *prodigalità*, *ghiottoneria*. *Capitolinus in Macrino c. 15.* Heliogabalus imperium dedecoravit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abligurītione, &c.

Ablŏco, as, are, *affittare*, rem alii locare. *Suet. in Vitell. c. 7.* Domum in reliquam partem anni ablocare.

Ablūdo, dissimilis sum, *disto*, *Dissimigliare*, ἀπονεύω, ἀπωνίζομαι. Hæc a te non multum abludit imago. *Horat. l. 2. Sat. 3. v. 320.* h. e. Hoc exemplum non multum dissimile est tuis moribus.

Abluo, is, ui, utum, a. 3. eluo, purgo, *lavare*, *nettare*. רחץ, Germ. *abwaschen*, Gall. *nettoyer*, Hisp. *lavar*, ἀπονίπτω. *Cic. in Tusc. 5. c. 16.* Ulyssi pedes abluens. ¶ Apud Veteres, antequam sacra fierent, manus abluebantur, præcipue si cæde & sanguine essent pollutæ. *Seneca in Herc. Furent. a. 4. sc. ult.* Quis Tanais, Taguſve lbera turbidus gaza fluens abluere dextram poterit? Et *Virg. 2. Æn. v. 719.* Donec me flumine vivo abluero. ¶ Abluere perjurium, h. e. expurgare a perjurio. *Ovid. 3. Fast. v. 681.* ¶ Abluere tenebras antiqui dicebant pro *discutere*, & *dissolvere*. *Lucret. l. 4. v. 378.* Nigrasque sibi abluit umbras. ¶ Abluere pro madefacere, aut rigare. *Colum. l. 3.* Terra pluviis non abluitur. ¶ Dicimus etiam κατὰ τὸ παροιμίαν, Abluit marinam auditionem fluviali sermone, ἀλμυρὰν ἀκοὴν ἀπεκλύσατο ποταμίῳ λόγῳ. Ubi quod erat audire molestum, id oratione grata mitigatur, & conditur. Usurpatur hoc adagium a *Platone in Phædro*, & ab *Athenæo dipnos. l. 3.* ¶ Transfertur & ad animum apud *Plinium l. 3. ep. 7.* Maculam veteris industriæ laudabili otio abluerat. ¶ Abluere sitim est extinguere apud *Lucret. l. 4. v. 874.*

Ablutio, f. 3. *lavazione*, *lavamento*, ἔκπλυσις. *Macrob. Sat. l. 3. c. 1.* Constat, Diis Superis sacra facturum corporis ablutione purgari.

Ablūtor, oris, m. 3. qui abluit. *Tertul. adverf. Marcion. l. 3. c. 6. v. 3.* Ablutor carnis, Domini præcursor apertus, Ablutor Christi, &c.

Ablūtus, a, um, partic. lotus, purgatus, *bagnato*, *lavato*, ἀπονιφθείς. *Varro de Re R. 3. c. 9.* Ova abluta condere. *Virg. 9. Æn. in fin.* Cædes abluta.

Abluvium, ii, n. 2. *diluvio*, diluvium, universalis inundatio, κατακλυσμός, Vox est obsoleta a Laberio usurpata. V. *Gellium l. 16. cap. 7.* ¶ Pro alluvione. *Aggen. Urbic. de controverf. agror. pag. 69. Goes.* Arenæ, lapides, & limus abluvio invectus remansit.

Abmatertĕra, æ, *sorella dell' arcavola*, cioè *della terza nonna*, abaviæ soror ex parte paterna: quæ & *matertera maxima* appellatur. *Cajus Digl. lib. 38. tit. 10. leg. 3. & Paul. ibid. leg. 10.*

Abmitto, is, ere, *Mandar via*, *cacciar fuori*, Germ. *hinsenden*, Gall. *Envoyer*, Hisp. *Embiar fuera*, ἀποπέμπω. Verbum rarissimum, idem quod mitto. *Plaut. Trucul. 2. 7. 33.* Dic, ob hæc dona, quæ abmiserit &c. ubi *Camerar.* rectius legit *quæ ad me miserit*.

Abnăto, as, n. 1. *nuotar in dietro*, Ger. *von dannen schwimmen*, ἀποπλέω, alicunde natando recedo. *Stat. 1. Achil. v. 383.* Tunc excepta freto, longe cervice reflexa abnatat.

Abnĕco, as, are, *far morire*, idem, quod *neco*, ἀναιρέω, ἀποκτείνω. *Plaut. Trucul. 1. 2. 98.* Puerumque rite abnecaret. Ubi *Camerar.* legit, *enecaret*.

Abnegatĭo, onis, f. *negazione*, negatio. *Arnob. l. 1. pag. 18.* Cum in eadem culpa sit & assertio talis rei, & abnegatio refutatoris increduli.

Abnegatīvus, a, um, negativo. *Priscian. l. 15. pag. 1020. Putsch.* Abnegativum adverbium est, ut non, haud, nequaquam, minime. *Et l. 16. pag. 1031.* Abnegativæ conjunctiones.

Abnegator, oris, *Tertul. de fuga in perfecut. c. 12.* Quis talem abnegatorem spernat?

Abnĕgo, gas, a. 1. *negare*, *ricusare*, *non volere*, כחש, Ger. *verlaugnen*, *abschlagen*, Gal. *denier*, *renier*, *refuser*, Hisp. *negar bechando sobre sí maldiciones*, ἀπαρνέομαι, nego, recuso, nolo. *Lact. lib. 5.* Qui communem omnium patrem Deum tanquam rebelles liberi abnegassent. *Col. l. 10. v. 51.* Si Juppiter abnegat imbrem. *Virg. 2. Æn. v. 637.* Abnegat excisa vitam producere Troja. *Horat. l. 1. od. 35.* Comitem abnegat.

Abnĕpos, otis, m. 3. *terzo nipote*, ἀπέγγονος, filius pronepotis, cui respondet *abavus*: quasi sejunctus a nepote. Est enim inter ipsum, & nepotem pronepos. *Sueton. in Tiber. c. 3.* Ejus abnepos patronus Senatus dictus.

Abneptis, is, f. *terza nipote*, filia proneptis, vel pronepotis. *Sueton. in Neron. c. 35.* Messalinam Tauri abneptem.

Abnŏba, æ, m. mons Germaniæ, e cujus jugis Danubium oriri docent *Plin. lib. 4. cap. 12.* & *Avien. in Perieg. v. 437.*

Abnocto, as, n. 1. *dormir fuori la notte*, Germ. *darzussen uber nacht bleiben* ἀπονυκτερεύω, foris pernocto, vel noctu absum. *Sen. de vita beata, c. 26.* Jovem adulterum inducit, & abnoctantem.

Abnodatus, a, um, a nodis purgatus. Colum. *l. 4. c. 22.* Pampinus non abnodatus, neque abrasus.

Abnŏdo, as, are, *tagliare i nodi*, ἀποδεσμεύω, δεσμὰς ἐκλύω, κλαδεῦ τὰ δένδρα. Enodo arbores, & vites nodis repurgo. *Colum. l. 4. c. 24.* Diligenter amputant, & abnodant priusquam corroboretur.

Abnormis, *senza regola*, ἄμετρος, sine norma, aut lege. *Hor. l. 2. Serm. 2. v. 3.* Rusticus, abnormis, sapiens, crassaque minerva.

Abnueo, es, pro *abnuo* veteres dixisse annotavit *Diomedes l. 1. tit. de dubia verborum positione*, & affert *Ennii* versum 8. *Annal.* Certare abnueo, metuo legionibu' labem. Et *in Telamone*. Ex eo futurum abnueant.

Abnuitōrus, a, um, particip. futuri ab abnuo, negaturus. *Sallust. in fragm. l. 1. histor.* apud *Arusian. Messum*, *veterem Virgilii. Interpr.* Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.

Abnuo, is, ere, *far cenno di no col capo*, *dir di no*, *ricusare*, מאן, Germ. *abschlagen*, Gall. *montrer de refuser*, Hisp. *negarde la cabeca*, ἀπονεύω, ex *ab*, & *nuo*. Nuere enim apud Veteres ponebatur pro *velle*: unde nutus, & numen. *Cic. pro Mil. c. 36.* Fortunam, quæcunque erit tua, ducam meam: non recuso, non abnuo. *Idem de Fin.* Ut intelligas, quid quisque concedat, quid abnuat. *Idem de leg.* Quorum nemo unquam tam audax fuit, quin abnuerit a se commissum facinus. ¶ Interdum est *prohibere*, *impedire*. *Virg. 10. Æn.* Abnueram bello Italiam concurrere Teucris. ¶ Abnuere aliquid alicui. *Cic. de Fato.* Nihil unquam abnuit voluntas tua studio meo. *i. e. negavit.* ¶ Abnuere curam pecoris. *Colum. in proœm. lib. 6.* ¶ Abnuere imperium apud *Liv. l. 28. c. 27.* ¶ Abnuere alicui de re aliqua. *Sallust. in Jugurth.* Neque Mario Senatus abnuere de ullo negotio audebit. ¶ Abnuit locus impetum, apud *Tacit. Hist. l. 5. 13.* Quando impetus, & subita belli locus abnueret. *h. e.* negaret facultatem impetum faciendi. ¶ Abnuit spes. i. e. *negat*. *Tibull. l. 4. el. 1.* ¶ Abnuitur imperf. usurpatur a *Livio in fi. l. 3.* Nec abnuitur, ita fuisse.

Abnutīvus, a, um, *negativo*, ἀποφατικός, abnuendi vim habens. *Paul. Digest. lib. 45. tit. 1. leg. 83.* Qui spondet, dolum malum abesse, abfuturumque esse, non simplex abnutivum spondet, sed curaturum se, ut dolus malus abst.

Abnūto, as, are, Frequentativum est, & significat sæpe abnuere, interprete *Festo*: quod tamen velut parum usitatum notat *Cic. de Orat. 3. c. 41.* his verbis: Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quam fuisset illud proprium, ac suum. *Quidnam est obstetro? Quid te adiri abnutas?* Melius esset, vetas, prohibes, abterres. Hæc Cicero. *Plaut. Captiv. a. 3. sc. 4. v. 79.* Quid mi abnutas? *Ty.* Tibi ego abnuto?

nuto? Et *Arnobius l.* 2. Abnutemus verum.

Abo, as, verbum eſt fratris fratrem blande compellantis: ab *aba* (quod ab ἀπάτη) frater. Legitur apud *Auſon. epigr.* 1. *ad patrem*. ubi V. *Scalig.*

Abolefacere, Abolere. *Tertul. apolog. c.* 35. *& de habit. mulier. c.* 3.

Aboleo, es, abolevi, abolitum, Deſtruo, tollo, deleo, השמיד, Ger. *abtilgen*, Gall. *effacer*, Hiſp. *borrar*, *raer*. Affine eſt Græco ἀπολέω, perdo, ab ἀπό, & ὄλεω, nunc ὄλλυμι. Alii ducunt ex *ab*, & *oleo*, i. e. odorem reddo, ut Aboleo ſit *odorem perdo*; quod fit, quando res interit: *Scancellare*, *caſſare*, *annullare*, *diſtruggere*; ut igne abolere. *Tacit. 16. Annal. cap.* 6. Abolere teſtamentum, *Veller.* 2. 58. 2. Si conſuetudo vicerit, vetus lex ſermonis abolebitur. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. ¶ Aboleo pro *Abluo*, ſeu *lavo*. *Virg.* 4. *Georg.* Nec viſcera quiſquam aut undis abolere poteſt, aut vincere flamma. ¶ Abſolete etiam uſurpatur pro *Exoleſcere*. *Liv. l.* 9. *cap.* 36. Cladis Caudinæ nondum memo ia aboleverat. Et *Gell.* 20. *c.* 1. Pœna abolevit, i. e. in deſuetudinem abiit. ¶ Abolere Magiſtratum pro *tollere*, & *abrogare*. *Liv.* 3. ¶ Aboleri pro *mori* uſurpavit *Plin. l.* 7. *in proœmio*. ¶ Præteritum *abolui*, *ctum* pro *evi*, *itum* affert *Priſcian. lib.* 9.

Aboleſco, is, ere, *venir in niente*, בטח, German. *zu nichts vverden*, Gall. *s' anneantir*, Hiſp. *menguarſe*, ἀφανίζομαι, ad nihilum redigor. *Colum. l.* 3. *c.* 2. Vinea ſiccitatibus non aboleſcit. *Virg. Æn.* 7. *v.* 232. Tantique aboleſcet gratia facti. ¶ *Aboleſcere* pro decreſcere affert *Lamb.* ex *Lucret. l.* 5. *v.* 732. ubi tamen alii aliter legunt. V. *Aboriſcor*.

Abolitio, onis, *cancellamento*, ἄφεσις, Abolitio legis. *Suet. Auguſt.* 34. Abolitio ſententiæ. *Tacit. l.* 6. *Ann. c.* 2. Sic *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Sub pacto abolitionis damnationem depoſuerat. ¶ Apud JCtos *Abolitio* eſt criminis, & accuſationis inſtitutæ extinctio, qua reorum numero reus eximitur, & accuſationis, inſcriptionisque memoria aboletur, *l.* 34. §. 1. *D. de ritu Nupt.*

Abolitor, oris, m. 3. Qui abolet. *Tertul. l.* 1. *de cultu femin. c.* 3. Omnium rerum abolitorem.

Abolitus particip. *diſtrutto*, *cancellato*. *Plin. l.* 7. *epiſt.* 6. Abolita accuſatio. *Gell. l.* 12. *c.* 1. Abolitis, & obliteratis elementis. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 49. Ædes vetuſtate, aut igni abolitas.

Abolla, æ, genus pallii duplici panno conſuti, quo in militia utebantur. Videtur autem eſſe ab ἀμβολή, pro ἀναβολή, amictus. *Varr.* apud *Non. c.* 14. *n.* 9. Toga detracta eſt, & abolla data ad turbam mihi, ſera militiai munera belli ut præſtarem. ¶ Eo uſi ſunt etiam Philoſophi, longiore tamen, & tuſiore. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 115. Audi facinus majoris abollæ. Adde *Martial. l.* 4. *epigr.* 53.

Ab oloes pro *ab illis* uſurparunt antiqui. *Feſt.*

Abominabilis, e, *abbominevole*, σιχαμὸς, βδελυρὸς. Sed vox eſt *Divi Hieronymi in Jerem. c.* 22. *v.* 30. itemque Quintiliani in Declamatione, cui Titulus, *Tribunus mariacus*: quam tamen eruditi plerique Quintiliani eſſe negant.

Abominamentum, n. 2. *abbominazione*, σιχασία, βδελυγμία. *Lactant. l.* 1. *c.* 17. Quid equorum tam pertinax abominatio? Habet etiam *Tertull. adv. Jud. c.* 5. ¶ Abominationum autem formulæ apud veteres erant hujuſmodi: Quod abominor: Quod Dii omen avertant: Dii averruncent: Dii melius faxint: Dii immortales avertite, & deteſtamini, quæſo, hoc omnen. V. *Briſſon. ad formul.*

Abominatus, a, um, partic. *chi ha abbominato*, נעל, Germ. *grevvlich*, Gal. *abomine*, Hiſp. *abominado*. *Liv.* 40. *cap.* 4. Abominatus mentionem facinoris. ¶ Paſſive *Horat. Epod.* 16. *n.* 8. Parentibuſque abominatus Annibal. Item *Liv.* 31. *c.* 12. Abominati feminares.

Abomĭno, as, voce activa uſus eſt *Plaut. Trinum. a.* 3. *ſc.* 2. *v.* 82. Mulctam abomina. ¶ Hinc paſſive *Verrius* apud *Priſcian. lib.* 8. Sævitia eorum abominaretur ab omnibus.

Abominor, aris, *abbominare*, *abborrire*, נעל, Germa. *verfluchen*, Gall. *abominer*, Hiſpan. *abominar*, σιχαίνομαι, βδελύττομαι, Idem eſt proprie, ac non ominor, aut tanquam malum omen abjicio, deteſtor, execror. Putarunt Veteres, cum aliquod triſte ſignum apparuiſſet, poſſe id facile eludi, & quod portendebatur periculum effugi, ſi vel verbis, vel aliquo facto indicarent ſe omen non accipere, ſed abominari; verbis quidem dicentes εἰς κεφαλὴν σοι, in caput tuum, ſcil. hoc omen redeat. *Virg.* 2. *Æn.* Quod Di prius omen in ipſum convertant. *Senec. conſol. ad Marciam*. Quis non ſi admoneatur, ut de ſuis cogitet, tanquam dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum, aut ipſius intempeſtivi monitoris abire illa jubeat? ¶ Facto vero ipſo infectantes deteſtabantur id, quod ſiniſtrum aliquid portendebat. Si enim vel avis, vel aliud infauſtum animal occurriſſet, periculo ſe defunctos arbitrabantur, ſi id lapidibus petiiſſent, ac teriiſſent. Hinc illud *Plinii l.* 28. *c.* 3. Incendia inter epulas nominata, aquis ſub menſas profuſis, abominamur. ¶ Quem veterum morem latius perſequitur *Apuleius l.* 3. *Metamorph.* Sic etiam oracula, & vaticinationes eludi ſolitas legimus cum apud alios Hiſtoricos utriuſque linguæ pertæpe, tum apud *Suet. in Julio Cæſ. c.* 59. Hinc elegans illa veterum phraſis: *Quod abominor*, pro eo, quod vulgo dicimus: *Quod Deus avertat*. *Ovid. l.* 3. *de Pont. el.* 1. Si mea mors redimenda tua (quod abominor) eſſet. *Curt. l.* 6. Hoc regium infigne aut moderate perterendum eſt, aut (quod abominor) in te ruet. Hac de re latius diſſerentem vide *Briſſonium de formulis*, & *Joannem Lomeierum de Veter. Gentil. luſtr.* ¶ Per translationem ſignificat aliquid quoquo modo extecrari. *Liv. lib.* 30. *c.* 20. Quod igitur nos maxime abominaremur. ¶ Reperitur etiam paſſiva ugnificatione. *Verrius apud Priſcian. lib.* 8. Sævitia eorum abominaretur ab omnibus.

Abominōtus, a, um, *abbominevole*. *Solin. c.* 3. Propter pares dies Februarius quaſi abominoſus Diis inferis deputatur. *Dramed. l.* 3. Sonum vocis abominoſæ audire. Apud *Solin.* alii leg. *aminoſus*.

Aborigines, um, m. ſunt conditores auctoreſque originis, γενάρχαι, & πρωτόγονοι a Græcis appellati. Ita adhibetur hæc vox a *Plin. l.* 4. *c.* 4. *ſub fin.* Erythia dicta eſt, quoniam Tyrii aborigines eorum, orti ab Erythræo mari terebantur. *Eſt qui legit* ab origine. ¶ Iidem atque indigenæ. *Servius* ad *Virgil. Æn.* 8. *v.* 328. Omnes terræ habitatores, aut *indigenæ*, aut *advenæ* ant *convenæ*, aut *incolæ* ſunt *Indigenæ*, ſunt inde geniti, quos vocant Aborigines Latini, Græci αὐτόχθονας. ¶ Itaque Aborigines dicti ſunt antiquiſſimi Italiæ populi in Latio, quorum reges Saturnus & Janus. *Juſtin. l.* 43. *c.* 1. Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus. *Salluſt. in Catil. c.* 6. Cum Trojanis Aborigines, genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum, in una mœnia convenere. *Liv. l.* 1. *c.* 2. Æneas, ut animos Aborigínum ſibi conciliaret, ne ſub eodem jure ſolum, ſed etiam nomine omnes eſſent, Latinos utramque gentem appellavit. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 14. Etruſci litteras ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt. ¶ *Aurel. Vict. de orig. gentis R. c.* 4. Quidam tradunt, terris diluvio coopertis, paſtum multos diverſarum regionum in montibus, ad quos confugerant, conſtitiſſe: ex quibus quoſdam ſedem quærentes pervectos in Italiam, Aborigines appellatos, Græca ſcilicet appellatione a cacuminibus montium, quæ illi ὄρη vocant. Alii volunt, eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines, poſt mutata una littera, altera dempta, Aborigines cognominatos. Hactenus *Aurel. Vict.* Hujus autem poſtremæ notationis auctor eſt etiam *Feſtus*. ¶ Græci Scriptores *Dionyſ. Halicarn. l.* 1. *Strabo l.* 5. *Stephan*. & alii ſcribunt Ἀβοριγίνες, aut Ἀβοριγῖνες, & Ἀβοριγίνοι: unde colligitur, producendam eſſe penultimam: tametſi & Ἀβοριγίνες ſcriptum legitur.

Aborior, iris, ortus ſum, deponens, *morire*, *perire*, idem ac morior, pereo. Eſt enim contrarium verbo *orior*: præpoſitio autem *ab* hoc loco privationem, aut vitium ſignificat, ut in *abſimilis*, *abrogo*, & aliis multis. *Varr. l.* 4. L. L. Idem hic Dieſpiter dicitur, infimus aer, qui eſt conjunctus terræ, ubi omnia oriuntur, ubi aboriuntur. *Gell. lib.* 12. *cap.* 1. Ut fetus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur. ¶ Translate *Lucret. l.* 3. *v.* 155. pallorem exiſtere toto Corpore, & infringi linguam, vocemque aboriri. *h. e.* intercludi, & deficere. ¶ *Aboriri* pro fetum immaturum edere, *abortire*, legitur apud *Arnob. lib.* 3. *pag.* 103.

Aboriſcor, eris, *mancare*, *perire*, idem ac pereo. *Lucret. l.* 5. *v.* 732. Inque dies privos aboriſci quæque creata. Ita Pareus: alii *aboriri*; alii leg. *aboleſcere*.

Aborſus, a, um, Aborſus venter dicitur a *Paulo l. ſentent.* 4. *c.* 9. (ſi ſana eſt lectio) cum fetus venenis, & medicamentis ejectus eſt. Aborſus, *inquit*, vel abactus venter partum efficere non videtur.

Aborſus, us, m. *aborto*, idem fere eſt, quod abortus. Differt tamen, quia aborſus eſt in primis menſibus, cum conceptui exordium factum eſt, abortus prope tempus pariendi. Deinde abortus ducitur ab aborior, aborſus ab ordior. Hæc *Nonius*, homo Grammaticus *cap.* 5. *n. ult.*

Abortio, onis, f. 3. *ſconciatura*, aboriendi actus, נפל Germ. *miſgeburt*, Gall. *avortement*, Hiſp. *avorto*, ἔκτωσμὸς. *Cic. pro Cluent. cap.* 12. Quæ pecunia mulieri legata erat a filio, ſi natus eſſet, eam præſentem Oppianicus non debitam mulieri ſolvit: ſi hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt. *Plaut. Trucul. a.* 1. *ſc.* 2. *v.* 98. Abortioni operam dare.

Abortio, is, ire, *diſperdere*, *ſconciarſi*, immaturum fetum edo, ante tempus pario. תפיל, Germ. *unzeitling gebaren*, Gall. *avorter*, Hiſp. *mal parir*, ἐξαμβλῶ. Tribuitur *Plinio l.* 8. *c.* 51. Propter facilitatem abortiendi. At *Harduin.* legit *aborſiendi*.

Abortium, ii, n. pro Abortu, vel abortione, vox eſt *Hieronymi ep.* 26. *c.* 1. & *epiſt.* 22. *c.* 5.

Abortīvus, a, um, adject. *che fa abortire* מפיל, Germ. *miſgeburt bringer*, Gall. *qui fait avorter*, *ou averton*, Hiſp. *que haze parir*, *o mal parido*, ἐκτωσματικὸς. *Plinius* tæpe uſus eſt tam pro eo, quod vim abigendi fetum habet, ut *l.* 20. *c.* 21. Malvas cum adipe anſeris abortivas dicit: quam pro ipſo abortu, ut *l.* 18. *c.* 17. Evaneſcit quodam abortivo, i. e. Abortu. Nam & abortivi dicuntur, qui aboitu nati ſunt, apud *Suet. Auguſt. c.* 35. & *Horat.* 1. *ſat.* 3. *v.* 46. Ut abortivus fuit olim Siſyphus.

Aborto, as, are, *abortire*, abortum facio. *Varro l.* 2. *de R. R. cap.* 4. Haram facere oportet ea altitudine abs terra, ne dum exilire vel.t (*ſus*) prægnans abortet. Uſus eſt & *Firmicus lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6.

Abortus, a, um, *nato*, ἀνάτασις, exortus. *Stat. l.* 8. *Thebaid. v.* 32. Nec ſolitus ſentire metus expavit aborta Sidera, jucundaque offenſus luce profatur. ¶ Alii rectius legunt *oborta*.

Abortus, us, m. *aborto*, *ſconciatura*, intempeſtivus ortus, נפל, Germ. *miſgeburt*, Gall. *avortement*, Hiſp. *avorto*, ἔκτρωμα. *Cic. ad Attic. l.* 14. *ep.* 20. Tertullæ nollem abortum. ¶ Abortum facere pro interire, apud *Plin. l.* 28. *c.* 7. & *l.* 21. *c.* 18. Pro pati. *Plin. jun. l.* 8. *ep.* 10. Neptem tuam abortum feciſſe. ¶ *Manilius l.* 1. *v.* 140. abortum pro occaſu Stellarum poſuit. ¶ Abortus etiam de arboribus dicitur. *Plin. l.* 12. *c.* 2. ¶ Abortum facere metaphorice habet *Plin. in præfat. hiſt. naturalis*.

Abpatrŭus, i, *fratello di mio terzo nonno*, frater abavi mei ex parte paterna: qui & *patruus maximus* dicitur. *Cajus Dig. l.* 38. *tit.* 10. *leg.* 3. & *Paul. ibid. lege* 10.

Abrado, dis, aſi, aſum, a. 3. *radere*, *radendo toglier via*, קצץ, Germ. *abſcaben*, *abkratzen*, *abſcheren*, Gal. *caſſer*, *enlever en rajant*, Hiſp. *raer de alguna coſa*, ἀποξύω, autero. *Col. de arbor. c.* 8. Arida dolabra abradito. *Plin. l.* 6. *c.* 20. Barba abraditur. ¶ Per translationem ponitur pro exprimere, ſive per vim auferre. *Cic. pro Cæc. c.* 7. Nihil ſe ab Cæcina poſſe abradere.

Abram, æ, m. 1. אברם, nomen primi Patriarchæ, & Latine pater excelſus interpretatur, quem Deus ab iis, quæ videntur, ad invifibilia protrahens, Non vocaberis, inquit, Abram, ſed Abraham erit nomen tuum, quia multarum te gentium patrem poſui. Genitivus *Abræ* legitur apud *Prudent. in Apotheoſi*, *v.* 441. & *Abrahæ* apud *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. cap.* 13. Poteſt etiam *Abraham* tamquam indeclinabile uſurpari, ut docet *Charif. lib.* 1. *cap. de Analog.* ¶ Secundum tamen declinationem latinam Abraamus dicitur, vel Abrahamus, cum aſpiratione.

Abraſus, a, um, ἀνεξυσμένος, radendo ablatus. *Cic. pro Roſcio Com. c.* 7. Supercilia penitus abraſa. *Luc. l.* 6. *v.* 115. Abraſæ tauces.

Abraxas, æ, m. Ἀβράξας, nomen ſummi & omnipotentis & conditoris Dei, fictum a Baſilide Hæretico, & ejus aſſeclis, ſub quo Nithran, h. e. ſolem colebant. Hujus nominis litteræ, ſecundum Græcam ſupputationem, conficiunt numerum CCCLXV. ſ, quo numero dies totius anni includuntur, totidemque cæli, quot Baſilides eſſe dicebat: qua de re V. *Auguſtin. de Hæreſib. ad Quodvultd.* Meminere hujus dei etiam *Tertullian. de Præſcriptionib. c.* 46. & *Hieronym. in Abd. c.* 1. & *in Amos*, *c.* 3.

Abrelictus, a, um, derelictus, *abbandonato*. *Tertull. adv. Jud. cap.* 1. Populus Judæorum divinitate abrelicta ſimulacris fuit deditus.

Abreptus, a, um, *tolto*, *rapito*, *tolto via per forza*, ab abripio. *Cic.* 3. *Verr. cap.* 3. E complexu parentum abreptos filios ad necem ducere. *Tacit.* 3. *hiſtor. cap.* 22. Occiſi centuriones, abrepta ſigna. *Liv. l.* 26. *c.* 39. Naves in terram remis abreptæ.

Abripio, is, ere, a. 3. *rapire*, *tirare*, *condur via per forza*, שוך, Germ. *hinvveg reiſſen*, Gall. *ravir*, *emporter*, Hiſp. *arrebatar*. A præpoſitione *ab* & *rapio*, ἁρπαγάζω, vi rapio, vi traho, & tum ad res, tum ad perſonas refertur. *Cic.* 1. *Offic.* Qui abripiunt ab aliis, ut aliis largiantur. *Idem* 1. *ad Quintt.* Ne patiamini, me a conjuge abreptum vitam degere in exilio. ¶ Abripere ſe ſe, i. e. ſe ſubducere, ſe ſubtrahere. *Plaut. in milit.* 2. 2. 21. Ita abripuit repente ſe ſe ſubito. ¶ Aliquando ſignificat vehementer ad me rapio, ut *Liv. l.* 1. Tarquinius

nius medium Servium abripit, elatumque e curia in inferiorem partem gradus dejicit. ¶ Abripere ad quæstionem, i. e. trahere. *Cic. pro Cluent. c.* 33. ¶ Abripere in servitutem. *Hirt. de bello Africa. c.* 26. ¶ Abripi in cruciatum. *Terent. And.* 4. 4. ¶ Abripi a parentis similitudine, h. e. patri dissimilem esse, ut in illo *Cic. 7. Verr. c.* 12. Ut eum etiamsi natura a parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen, ac disciplina patri similem esse cogeret.

Abrodiætus, ἀβροδίαιτος, cognomen fuit Parrhasii pictoris nobilissimi, quod latine significat delicatum, atque elegantem, ab ἁβρὸς, delicatus, & δίαιτα, vivendi ratio. *Plin. l.* 35. *c.* 10.

Abrŏdo, a. 3. *rodere*, עשׂת. Ger. *abnagen*, ἀποκναίω, est rodendo abscindo. *Plin. l.* 10. *c.* 62. Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

Abrogatio, onis, Verbale ab Abrogo, actus ipse abrogandi, *scancellamento*, *annullazione*, ἀποκύρωσις. *Cic. ad Attic. l.* 3. *ep.* 23. Neque enim ulla est lex, quæ non se scpiat difficultate abrogationis.

Abrogător, oris, qui abrogat. *Arnob. l.* 1. *p.* 30. Divini operis abrogatores.

Abrogatus, a, um, *annullato*, *cassato*. *Cic. pro Dom. c.* 31. Imperium abrogatum. *Id. pro C. Cornel.* Abrogata lex.

Abrŏgo, as, are, *toglier il vigore*, *annullare* השבית, Germ. *aufsheben*, Gall. *casser*, Hisp. *quitar*, ἀκυρόω, ἀκυρίω, Rescindo, dissolvo, antiquo, infirmo, irritum facio. Proprie est rogatum tollo. Rogare enim legem est legem ferre, rogata, i. e. interrogata plebe, an velit aliquid ratum habere. Unde abrogatur Legi, cum lex prorsus tollitur: Derogatur autem Legi, cum pars detrahitur: Subrogatur Legi, cum aliquid adjicitur: Obrogatur, cum alia lex fertur priori contraria. *Auctor ad Herenn.* Illa defensio tenuis est, cum ostenditur, id factum esse, quod ea lex sanxit, cui legi abrogatum, vel derogatum sit. ¶ Unde abrogare idem fere est, ac antiquare. Hæc tamen differentia inter duo hæc verba intercedit, quod proprie antiquabatur lex, quæ promulgata non recipiebatur, abrogabatur vero ea, quæ postquam perlata erat, retractabatur. Utrumque vero conjungit *Liv. l.* 22. Plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus sum, primus antiquo, abrogoque. ¶ Dicimus autem *abrogatur legi*, & *abrogatur lex*. *Liv. l.* 9. Ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat novæ. Ubi tamen alii legunt, *antiquam abrogat novæ*. *Cic. de Cl. orat. cap.* 62. Legem Semproniam abrogaverit. ¶ Abrogare alicui imperium, magistratum, potestatem, est eum publice privare imperio. *Privare pubblicamente*. *Cic.* 4. *Verr.* Si tibi magistratum abrogassct. Et *Val. Max. l.* 7. *c.* 7. Jurisdictionem abrogare. ¶ Abrogare aliquem, dictum figurate. *Plin. de Vir. illustrib.* 77. Privatus (Scipio) Lepidum Italia abrogavit. *hoc est ejecit*. ¶ Interdum est simpliciter auferre, *privare*, *togliere*. *L.* 1. *ad Herenn. cap.* 10. Quæ res fidem abrogat orationi. *Ovid.* 2. *Trist. eleg.* 1. *v.* 278. Et nimium scriptis abrogat ille meis. ¶ Abrogare pœnam est absolvere. *Senec. Hercul. Oct. v.* 899. Nemo nocens sibi ipse pœnas abrogat. Vide ibi *Gronov.* ¶ Beneficiis abrogare vires. *Plin. l.* 2. *cap.* 53. h. e. existimare, beneficia nullarum esse virium.

Abroicus. *Nonius c.* 3. *n.* 43. citat locum Plauti in *Abroico*, qui certe est titulus Comœdiæ Plautinæ deperditæ. Sed legendum videtur *Agroico*, hoc est Ἀγροίκῳ, agresti, rusticano.

Abrŏsus, a, um, *corroso*. *Plin. l.* 37. *c.* 6. Abrosæ corporis partes. *Id. ibid. cap.* 2. Abrosus calicis margo.

Abrotonītes, æ, m. 1. declin. sed figurate neutro generi jungitur, ut *vinum abrotonites*, a Græco ἀβροτονίτης, quod itidem primæ est declinationis: estque substantivum adjectivi vim habens, & jungitur cum altero substantivo *vinum*, ea ratione, qua dicimus *urbs Athenæ*, *urbs Philippi*, *urbs Lugdunum*, &c. Sic *myrtites vinum*, *absynthites*, *scyllites*, & alia quamplurima, quæ genitivum habent in æ, accusativum in *an*. Quod si malis, hujusmodi voces esse adjectiva, dicendum erit, Latinos Scriptores Latine hæc vertendo, Græcam omnino loquendi rationem, ac positionem servasse. Græce enim ἀβροτονίτης οἶνος dicitur, cum οἶνος sit masculinum. Est autem *abrotonites vinum*, quod herba abrotono conditum est. Ejus mentio fit a *Colum. l.* 12. *c.* 35.

Abrotŏnum, i, n. & Abrotonus, i, m. *abruotino*, *abruotina*, ἀβρότονον, herba odoris jucunde gravis, flore aureo, semine calidæ virtutis. *Lucan. l.* 9. *v.* 920. fumoque gravem serpentibus urunt Abrotonum. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Abrotonum odore jucunde gravi &c. ¶ Legitur & *abrotanum*.

Abrumpo, is, upi, uptum, *interrompere*, *rompere*, קרע, Gall. *rompre*, & *briser ce qui se tient ensemble*, Hisp. *desatar*, *romper*, ἀπορρήγνυμι, incido, interrumpo, avello. *Liv. l.* 6. *Bell. Pun.* Abrumpentium vincula jumentorum. *Idem l.* 8. Cohortes a fronte urgebant, ut abrumperent cornua a cetera acie. *ideſt* interrumperent. ¶ Transfertur & ad res incorporeas, *interrompere*. *Plin. jun. in epist.* Abrumpere otium. *Virg.* 3. *Georg.* Nec somnos abrumpit cura salubres. Sic Abrumpere sermonem, abrumpere vitam, apud *eund. Virg. Æn.* 4. & 8. ¶ *Cic. Phil.* 14. *c.* 12. Hæc legio se prima latrocinio abrupit Antonii. *ideſt* subito, & cum impetu se se ab eo liberavit. ¶ Patientiam abrumpere *Tacit. l.* 12. Atqui illi quamvis servitio assueti, patientiam abrumpunt. ¶ Fidem per scelus abrumpere apud *eund.* 4. *hist. c.* 60. h. e. violare.

Abrupte, adverb. Ut abrupte incipere, i. e. sine exordio. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Nec abrupte, nec unde libuit, incipiendum, *esabrutto*. *Id. l.* 4. *c.* 1. Abrupte cadere in orationem. *Justin.* 2. 15. 4. Non abrupte agendum, *i. e.* inconsiderate. *Ammian. l.* 20. *c.* 5. Torrens abruptius inundans. *h. e.* effusius.

Abruptio, onis, nomen a verbo deductum, *rompimento*, ἀπόῤῥηξις, ut abruptio corrigiæ. *Cic.* 2. *de Div. c.* 40. Abruptio matrimonii. *i. e.* divortium. *Id. ad Attic.* 11. *ep.* 3. ubi alii aliter leg.

Abruptum, i, n. Substantive in utroque numero. *Stat.* 3. *Silv.* 2. *v.* 69. imus in abruptum. Sic Cœli abrupta. *Id. Theb.* 3. *v.* 262. Charybdis sorbet in abruptum fluctus. *Virg.* 3. *Æn. v.* 422.

Abruptus, a, um, adject. Sic loca abrupta, ut rupes, scopuli, quæ etiam prærupta dicuntur. *Curt. l.* 7. *c.* 11. Petra abrupta. *Tertull. l.* 1. *adv. Marc. c.* 1. ¶ Comparative etiam usurpavit inquiens; Caucaso abruptior. *Frontin. l.* 1. *c.* 4. *Strateg.* Abruptiora tractare. & *Plin. jun. l.* 9. *ep.* 39. Ripæ abruptissimæ. ¶ Ad alia etiam transfertur. Hinc *Quintil. l.* 4. *c.* 2. *p.* 298. Genus orationis Sallustii abruptum vocat. *h. e.* non cohærens, vel non satis plenum, sed decurtatum. ¶ Oratio abrupta, *h. e.* quæ exordio caret. *Macrob.* 4. *Saturnal. c.* 2. Oratio pathetica necesse est initium abruptum habeat. ¶ Abruptum ingenium, i. e. præceps. *Sil. Ital. l.* 7. ¶ Lucrum abruptum quasi præceps, & præter spem objectum. *Ulpian. in l.* 1. *D. quæ. rer. act.*

Abs, *da*, præpositio ablativo serviens, idemque valens, quod *a*, & *ab*: neque tamen adeo frequens apud Latinos Scriptores, si Comicos excipias. Nam sæpissime legitur apud *Plautum*. Si quando usurpatur, præponitur dictionibus incipientibus a Q. & T. *Terent. Adelph.* 2. 3. 1. Abs quivis homine. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 31. Vincar abs te. ¶ Ante C. *Plaut. perf.* 1. 3. 79. Abs chorago fumito. ¶ Sunt qui putant, præponi etiam verbis incipientibus ab R, & S; confirmantque exemplis a *Plauto*, *Terent. Sallust. Cæsare*, & *Livio* petitis: sed non videntur antiquas eorum optimas editiones consuluisse, in quibus *a*, & *ab*, non *abs* legitur. Idem dicendum de loco *Gellii l.* 18. *c.* 14. ubi veteres optimi libri habent *ab re*, non *abs re*; quod etiam *Cellarius* adverterat *in Antibarb.* ¶ Docet *Cic. in Orat. c.* 47. hanc præpositionem (*abs* enim ibi legendum, non *ab*) suo tempore parum admodum in usu fuisse, folumque in accepti tabulis mansisse; & ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutatam esse in *ab*, vel *a*.

Abscēdens, entis, *che s' allontana*, *o si parte*, recedens, discedens, ἀποχάμενος. *Plin. l.* 2. *c.* 99. Luna accedens corpora implet, abscedens inani. ¶ Abscedentia dicuntur a Medicis collectiones humorum, *posteme*, ἀποχέματα, abscessus. *Celſ. l.* 5. *c.* 18. *n.* 18. Omnia abscedentia digerit murex combustus. ¶ In pictura sunt, quæ colorum temperamento remotiora repræsentantur, *lontananze*: sicut *prominentia*, quæ spectanti propius exstare videntur. *Vitruv. in proœm. l.* 7.

Abscēdo, is, essi, essum, ex, *ab*, & *cedo*, recedo, *partire*, *ritirarsi*. ἀφίσταμαι. Et usurpatur tam cum præpositione, quam sine. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Veneris, & Mercurii Stella nunquam longius a Sole abscedunt. ¶ Abscedere munere, apud *Liv. lib.* 9. *cap.* 13. ¶ Abscedere etiam miles dicitur, cum retro fert pedem, & relinquit locum. Ita usus est *Nepos in Iphicrate c.* 2. Et in *Epaminonda c.* 9. ¶ Abscedere incepto, idem, ac desistere. *Liv. l.* 26. *c.* 7. ¶ Ira abscedet, habet *Terent. Hec. a.* 5. *sc.* 2. *v.* 14. ¶ Similiter ægritudo abscedere dicitur apud *Plaut. Merc. a.* 1. *sc.* 4. *v.* 29. ¶ *Abscessem* contractum pro abscessissem, *Silius* dixit *l.* 8. *v.* 109. ¶ Abscessum Impersonaliter, *Liv. l.* 29. *c.* 2. Nec ante abscessum est, quam &c. ¶ *Abscedere* de pecunia dictum. *Plaut. Perf.* 1. 6. Decem accedent minæ. D. Abscedent enim, non accedent. *Suet. in Ner. c.* 34. Nequid abscederet. i. e. minus esset. ¶ Medici etiam hoc verbo utuntur de corruptis humoribus, quando collecti in exteriores incumbunt partes, & in ulcus erumpunt. *Celsus l.* 2. *c.* 5. Omnia abscedentia digerit murex combustus. *posteme*. *Id. l.* 7. *c.* 12. Sub lingua aliquid abscedit. ¶ Apud JCtos autem *Abscedens ususfructus* est ususfructus sejunctus, detractus.

Abscessĭo, onis, *allontanamento*, *partenza*, ἀπόστασις. *Cic. de Universf. c.* 12. Cum ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio.

Abscessus, us, idem ac abscessio: Ut Solis abscessus. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. *c.* 10. ¶ Abscessus etiam est concursus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo suppuratio fit, *apostema*. *Celsus l.* 5. *c.* 18. *n.* 2. Si materia extrahenda est, ut in hydropico, in lateris dolore, in incipiente abscessu, &c.

Abscīdo, dis, di, issum, ex *ab*, & *cædo*, *tagliar*, *tagliar via*. Significat partem de re aliqua seco, abscindo, נרץ, Germ. *abhauven*, *abschneiden*, Gal. *trancher*, *feparer*, *couper*, Hisp. *cortar alguna cosa*, ἀποτέμνω. Distinguendum est ab *abscindo* præteriti quantitate: hoc enim habet *abscīdi*, illud *abscĭdi*. *Ovid.* 12. *Met. v.* 362. Abscidit jugulo pectusque, humerumque sinistrum.

Abscindo, dis, idem quod abscido, *tagliar via*, ἀποκόπτω. *Virg. Æn.* 3. Efperium Siculo latus abscidit, arvaque, & urbes. *Plaut. in Amphitr.* Ego tibi istam scelestam, scelus, linguam abscindam. ¶ Per translationem apud *Liv. l.* 9. *c.* 23. Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus. ¶ Jungitur & ablat. cum præpositione. *Cic. Verr.* 7. *c.* 1. Tunicamque ejus a pectore abscidit. ¶ Dicitur etiam abscindere venas, querelas, operas, & similia. *Plaut. Cæsar*, *Plin. Tacit.*

Abscīse, adv. Idem quod breviter. *Val. Max. c.* 7. *l.* 3. *n.* 6. *extern.* Si verba numeres breviter, & abscise, si sensum æstimes, copiose, & valenter.

Abscisĭo. V. Abscissio.

Abscisse, adv. *Leg.* 5. §. 2. *ff. de jure immunit.* Demonstratur varie, nec abscisse, h. e. copiose, non ἀποτόμως.

Abscisĭo, onis, f. *troncamento*, actus abscindendi. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 55. Significatio, quæ plus in suspicione reliquit, quam positum est in oratione, fit per ambiguum, abscisionem, similitudinem. & *cap.* 54. Per abscisionem, si cum incipimus aliquid dicere, præcidimus. ¶ Quidam scribunt *abscisio*.

Abscīsus, a, um, Amputatus, abruptus, *troncato*, *levato via*, ἀπόκοπτος. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 303. Caput abscisum demens cum portat Agave. *Plin. l.* 4. *c.* 1. Insula a continenti abscisa. ¶ Metaphorice dicimus abscisam spem, & abscisam rem, h. e desperatam. *Cic.* & *Liv.* ¶ Abscisa castigatio pro dura, & aspera est apud *Val. Max. l.* 2. *c.* 2.

Abscīsus, a, um, particip. ut abscisior justitia, i. e. rigidior apud *Val. Max. l.* 6. *c.* 5. *n.* 4. Alii legunt, *Abscissior*. *Id. l.* 3. *c.* 8. *n.* 3. Abscisa responso, i. e. brevi. Sed *abscīsus*, & *abscissus* promiscue adhibentur, nec veteres codices tam fideles sunt, ut alterum ab altero distingui possit.

Abscondĭte, adverb. *occultamente*, κρυφίως, idem est, quod occulte. *Cic. de Invent.* 2. *c.* 23. Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negotialis, implicite, & abscondite, sed patentius, & expeditius recti, & non recti quæstionem continet.

Abscondĭtor, oris, qui abscondit. *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 15. Rerum humanarum absconditores. *Tert. adv. Marc. c.* 25. Qui abscondītor non fuit.

Abscondĭtus, a, um, particip. *nascosto*, *occulto*, ἀποκρυφος. *Cicer. in Catilin.* 3. *c.* 1. Quis tutus esse potest in tantis, tamque abscondītis insidiis! *Id. in Philip.* 2. *cap.* 42. Erant fortasse gladii, sed abscondīti.

Abscondo, is, di, ditum, vel abscōnsum, *ascondere*, *celare*, *nascondere*, טמן, Germ. *caehen*, Gall. *musser*, Hisp. *esconder*, ἀποκρύπτω, condo, abdo, occulto, vel celo. *Cic. pro Rosc. Amer.* Quod quo studiosius ab ipsis supprimitur, & absconditur, eo magis eminet, & apparet. *Colum. de arboribs. c.* 7. Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, fac abradas. ¶ Abscondere in tenebris, *Cæcil.* apud *Non.* ¶ Abscondere furto fugam, hoc est furtim fugere. *Virgil.* Abscondere terra, *Plaut.* ¶ *Abscondidi* fuit antiquum præteritum. *Sil. Ital. l.* 8. *v.* 191. Vitreisque abscondidit antris. V. *Priscian.*

Absconse, adv. *di nascosto*. *Hygin. fab.* 184. Filium infantem Merope mater absconse ad hospitem in Ætoliam mandavit.

Absconsĭo, onis, verbale, ἀπόκρυψις, Affertur a Lexicograph. quibusdam ex *Plin. lib.* 8. *c.* 16. fed ibi legitur *abscondente* pro *absconsione*.

Absconsor, oris, verbale, ἀποκρύπτης. *Jul. Firmic. l.* 3. *Matheseos c.* 8. absconsores auri, & divitiarum faciet.

Absconsus, a, um, particip. ab Abscondo, *nascosto*. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 18. Abscōnsarum artium magistri. Et *ibid.* Abscōnsi, & subdoli. Adde *Fulgent. l.* 1. *Mythol. c.* 21.

Absegmen, inis, n. frustum, resegmen. *Festus*. Penitam offam Nevius appellat absegmen carnis cum cauda.

Absens, entis, *assente*, *lontano*, ἀπὼν, partic. ab *abs*, & *sum*, ut *præsens* a *præ*, & *sum*. Sed Veteres dicebant *Præsesse*, *Absesse*; unde participia *præsens*, & *absens*. *Cic. Philipp.* 2. Non patiar fieri, ut absen-

tis ejus ratio habeatur. ¶ Invenitur etiam *Absente nobis*, *Præsente nobis* apud Comicos, sed est ἀρχαισμός. *Ter. Eun. a.* 4. *sc.* 3. Nescio quid profecto, absente nobis, turbatum est domi. ¶ Aliquando etiam per translationem idem est, ac *mortuus*, ἀποιχόμενος, ἀπεληλυθώς. *Virg. Æn.* 4. Sequar atris ignibus absens. Adde *Plaut. in prol. Cas. v.* 20. ¶ Superlativo usus est *August. l.* 4. *Confess. c.*4. Baptismum acceperat, mente, atque sensu absentissimus. ¶ Apud JCtos autem absens est, qui est extra provinciam, aut extra urbis continentia, aut non est in eo loco, quo petitur. Nemo autem absens damnabatur, sed requirendus adnotabatur, h. e. in reos referebatur.

Absentia, æ, f. *Lontananza*, ἀπουσία. *Cic. in Pison. c.* 16. Jam vides & digressum meum, & absentiam, &c.

Absentīvus, diutius absens. *Petron. in Satyric. c.* 33. Ne absentivus essem, omnem voluptatem mihi negavi. *Alii aliter legunt*.

Absento, as, are, Ablego, Absentem facio. *Claudian. de rapt. Proserp. v.* 213. Vetitamque Dearum colloquio patriis procul absentaverit astris. Sed in quibusdam codicibus *amandaverit* legitur. ¶ *Absentans* tamen invenitur apud *Sidon.* 9. *ep.* 13. pro *Absens*; itemque apud *Cyprian.* & alios, quos ad Sidonium notavit Savaro. Adde Petronium, cujus illa sunt in Satyrico: Absentemur, & dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus. Vide de hoc loco *Borrichium Vind. p.* 3.

Absīdatus, a, um, in modum absidis factus, ut *absidata porticus* apud *P. Vict. de regionib. Urb. Rom. reg.* 4.

Absĭlio, is, ire, *fuggire saltando*, ex *ab*, & *salio*, saltu alicunde recedo, ἀποπηδάω. *Stat.* 6. *Thebaid. v.* 97. Fugere feræ, nidosque tepentes absiliunt (metus urget) aves. *Lucret. l.* 6. *v.* 1225. aut procul absiliebat.

Absĭmilis, *dissimile*, ἀνόμοιος, dissimilis. Frequens est hujus vocabuli cum negatione usus, ut Haud absimilis, aliquantum similis. *Plin. l.* 8. *c.* 33. Rostrum haud absimile suillo. *Suet. in Oth.* Non absimilis Tiberio Principi fuit.

Absinthiātus, a, um, adject. absinthio perfusus, mixtum absinthium habens, ut absinthiatum poculum apud *Senec. Suas.* 7. ¶ Absinthiatum, i, n. ponitur pro vino absinthite apud *Apic. l.* 1. *c.* 3. & *Lamprid. in Heliog. c.* 21.

Absinthītes, æ, m. vinum conditum absinthio. *Colum. l.* 12. *c.* 35. & *Plin. l.* 14. *c.* 16. V. Abrotonites.

Absinthium, vel Absynthium, *Assenzo*, vulgo *Bonmaestro*, ἀψίνθιον. Quidam dici volunt ἀψίνθιον, quasi ἀπίνθιον, quod ob insignem amaritiem non facile bibatur. Alii ab ἅπτεσθαι, i. e. contrectare per antiphrasim, quod nullum animal ob eximiam amaritudinem hanc herbam attingat. *Stephanus* docet etiam, ἀψύνθιον scribi, tamquam gentile ab Ἄψυνθος. quæ est urbs Thraciæ, a qua populi cognominati, qui juxta Pontum habitant, ubi & mons ejusdem nominis. ¶ De usu Absinthii vide *Plin. l.* 27. *c.* 7. ¶ Magnam vim habet in enecandis vermibus, unde & pueris dari solent ejus folia in ficu latentia, aut etiam ejus succus in poculo melle illito ad eos fallendos. Quo referendum est illud *Lucretii l.* 1. *v.* 935. An veluti pueris absinthia tetra medentes, &c. ¶ Absinthium masc. genere *Varro* usurpavit in *Quinquatribus*, apud *Non. c.* 3. *n.* 4. Quid medico opus, absinthium ut bibam gravem, & castoreum? ¶ Translate significat molestiam aliquam, sed tamen salutarem. Hinc parum mellis, & absinthii multum habere, *Quintil. l.* 3. *c.* 1. De suo dixit libro, i. e. minus voluptatis, sed plus salubritatis in studiis.

Absis, vel Apsis, idis, f. *volta*, ἀψίς, curvatura fornicis, camera. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Cubiculum in absida curvatum. ¶ Item sacellum, *capella fatta a volta*. *Augustin. epist.* 203. & *Paulin. Nolan. ep.* 12. ¶ Item lanx escaria rotunda, & concava, *piatto tondo, e concavo*. *Ulpian. leg.* 20. *Dig. de aur. arg. leg.* ¶ Absis stellarum est curvatura circuli, quem stella motu suo proprio describit. *Plin. l.* 2. *c.* 15. 16. 17. ¶ Hæc vox in obliquis casibus circumflectitur a Græcis: quare apud Latinos quoque ejus penultima producenda est.

Absisto, is, n. 3. *stare lontano*, *partirsi*, הרפה, Gall. *se retirer arriere*, *se tenir loin*, Hisp. *alexarse*, ἀφίσταμαι, discedo. Jungitur frequenter ablativo sine præp. *Virg.* 6. *Æneid.* Totoque absistite luco. ¶ Quandoque sine casu pro desinere. *Virg.* 1. *Æn.* Nec prius absistit, quam septem ingentia victor corpora fundat humi, *fermasi*. ¶ Quandoque ponitur pro desistere, ἐγκαλεῖπειν, *lasciare*. *Liv. l.* 9. *c.* 34. Continuando abstitit magistratu. *Claudian.* Absiste rogari, *non ti far pregare*. *Liv. l.* 36. *c.* 35. Ne ingratis absistat benefacere. ¶ *Absistitur*, impersonale. *Liv. l.* 21. *c.* 6. Si non absisteretur bello.

Absŏcer, eri, m. *bisavolo di mia moglie*, uxoris meæ proavus, hoc est pater avi uxoris meæ. Socer enim est pater uxoris, prosocer avus, absocer proavus. *Capitolin. in Gord. c.* 2. Socero, prosocero, & duobus absoceris Consulibus ipse Consul.

Absolesco, is, n. 3. *andar in disuso*, ἀπαρχαιοῦμαι, obsolesco. *Tertull. in l. de exhortat. ad castit. c.* 6.

Absolvo, is, ere, *sciorre*, *assolvere*, *liberare*, הצדיק, Germ. *entledigen*, *ledig machen*, Gal. *delier*, *absoudre*, *delivrer*, Hisp. *desatar lo atado*, *absolver*, ἀπολύω, solvo, libero. Tum ad res, tum ad personas pertinet. Ad res cum pertinet, significat perficere, ad exitum perducere, *finire*. *Cic. ad Q. Fratr.* Orationes efflagitatas pro Scauro, & pro Plancio absolvi. *Id. Offic.* 3. *c.* 2. Nemo est inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret. ¶ Absolvere tamen, & perficere proprie differunt inter se. Nam Absolvere est rem ad exitum quoquo modo perducere: Perficere autem est finem rei imponere, nihil ut desit; quod plus est; sicut perfectum plus est, quam absolutum. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 36. In omni natura necesse est, absolvi aliquid, aut perfici. *Ulp. l.* 7. *D. ad l. Juliam*, & *Papinianus l.* 129. *de V. S.* Perfecisse ædificium is videtur, qui ita consummavit, ut jam in usu esse possit. ¶ Ad personas vero cum spectat, ponitur pro Liberare, vel solvere, in qua significatione accusativum solum habet, aut accusativ. cum genit. rei criminalis, aut cum ablat., & præposit. *de*, vel sine præposit. *Cic. ad Q. Fratr.* Sextius noster omnibus sententiis absolutus est. *Id. ibid. l.* 2. *epist. ult.* Drusus erat de prævaricatione a Tribunis ærariis absolutus. *Id. in Verr.* Non tu absolutus es improbitatis, sed ille damnatus est cædis. *Id.* 4. *Verr. c.* 8. Hunc hominem Veneri absolvit; sibi condemnat. *Liv. l.* 2. *c.* 8. Latæ deinde leges, quæ Consulem regni suspicione absolverent. ¶ Apud *Solinum c.* 8, hoc verbum idem est, ac verbis, & testimoniis aliquid evincere, ac demonstrare. Ita enim ait: Bochus absolvit, Gallorum veterem propaginem Umbros esse. ¶ Absolvere pignus apud *Paulum J. C.* 2. *Sent. c.* 5. accipitur pro eo, quod est pignus recipere, soluto debito; sed ibi al. leg. *luere*. ¶ Absolvere creditorem idem est, ac creditori satisfacere, cumque pecunia soluta dimittere. In hoc sensu usus est *Terent. Adelph. a.* 2. *sc.* 4. *v.* 13. Ad forum ibo, ut hunc absolvam. i. e. pretio numerato dimittam. Et *ibidem*. Hominem istum impurissimum quamprimum absolvitote. ¶ Pro dimittere, seu expedire. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 151. Omnino ut te absolvam, nullam conspicio &c. *Id. in Amph.* Quæso, hinc me absolvito. ¶ Similiter absolvi anima dicitur, cum dimittitur e corpore. *Apulej l.* 1. *de dogm. Platon.* Animam vero animantium omnium non corpoream esse, nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta. ¶ Etiam pro simplici *Solvo*. *Plaut. in Mil.* 4. 7. 17. Navim cupimus absolvere. Al. leg. *solvere*. ¶ Absolvere diem est vitam finire. *Avienus Periegesi, v.* 545. ¶ Absolvere se, i. e. mori. *Senec. de Consol. ad Marc. c.* 22. Sed hæc phrasis non habet locum, nisi ubi agitur de reo in judiciis.

Absolute, adv. perfecte, *perfettamente*, *compitamente*, τελείως. *Sueton. de Grammat. c.* 4. Absolute doctus. *Macrob. l.* 2. *in Somn. Scip.* Ut absolutius liqueat. *Auctor ad Herenn.* 2. *c.* 19. Absolutissime utamur.

Absolutio, onis, verbale, liberatio, perfectio, *assoluzione*, *perfezione*, ἀπόλυσις. *Cic. de Invent.* 2. Habitus quoniam in aliqua perfecta, & constanti animi, aut corporis absolutione consistit &c. *Id. de Orat.* 1. Hanc ego absolutionem, perfectionemque in oratore desiderans, a qua ipse longe absum. ¶ Absolutio ad crimen relata pro liberatione a crimine. *Cic. in Catil.* Decimus annus post Virginum absolutionem. *Id. pro Cluent.* Sententiis sexdecim absolutio fieri poterat. ¶ Significat etiam figuram oratoriam, per quam omnia, quæ incidunt in caussam, genera amplectimur partitione. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 22.

Absolutorium, ii, n. 2. Remedium absolvens, sive liberans. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Absolutorium ejus mali.

Absolutorius, a, um, ut tabula absolutoria apud *Sueton. August. c.* 33. h. e. ad absolutionem pertinens. Et sententia absolutoria. *Asconius in Orat. pro Mil. in fine*.

Absolutus, a, um, nomen ex participio: perfectus, liberatus, *assolto*, *compiuto*, כרם הם, Ger. *aussgemacht*, *vollkomen*, Gall. *absolu*, *parfait*, Hisp. *acabado*, ἀπολελυμένος, ἄφετος, τετελεσμένος. *Cæl. Cic. famil.* 8. Si nunc neque absolutus, neque damnatus Servilius de repetundis. *Cic. in Verr.* Non tu absolutus es improbitatis. *Cic. ad Q. Frat.* Romam cum venissem ad XIII. Kal. Octobr. absolutum offendi in ædibus tuis tectum. *Id. de Orat.* 3. Veram illam, & absolutam eloquentiam nemo consequitur. *Plin. l.* 9. *ep.* 38. Numeris omnibus absolutus liber. ¶ Interdum idem est, quod *dejectus*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 83. Hæc, quæ pulvere dissipata multo longas porticus explicat ruinas, en quanto jacet absoluta casu! ¶ Absoluta constitutio, ἀντίληψις, est, quæ in se continet juris, & injuriæ, seu recti, & non recti quæstionem. *Cic.* 1. *de Invent.* ¶ Absoluti creditores, quibus sc. satisfactum est. *Plaut. Aul.* 5. 3. Jamque hos absolutos censeas. ¶ Comparat. Absolutior, superl. Absolutissimus. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Quo sit absolutius os, & expressior sermo. *Auctor ad Herenn.* 4. *c.* 19. Exornatio absolutissima. Et *Auctor Dialog. de Orat. c.* 5. Absolutissimus poeta. ¶ *Absolutum verbum* dicitur a *Prisciano l.* 8. & 18. quod per se profertur, & sine casu. ¶ Item *absoluta* dicuntur a *Diomed. l.* 1. ea verba, quæ perfectam actionem significant, ut *caleo*, *horreo*: quibus opponuntur inchoativa, *horresco*, *calesco*.

Absŏnans, antis, idem quod absonus, abhorrens. *Justinian. l.* 2. *Institut. tit.* 15. Nec absonans a juris ratione codicillorum usus esset.

Absŏne, adverb. idem sonat, ac discrepanter. *Apulej. apolog. p.* 216. Absone, & indocte pronunciare. *Gell.* 15. *c.* 26. Absurde, atque absone fingere.

Absonus, a, um. Discrepans, & quasi a recto sono alienus, *discordante*, ἀπῳδός, ut vox absona extra modum, atque absurda. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 11. & *l.* 1. *c.* 25. Sunt quidam ita lingua hæsitantes, & ita voce absoni, ut etiamsi ingeniis, atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. ¶ Per translationem idem significat, ac non conveniens, & repugnans. *Horat. de arte poet. v.* 112. Si dicentis erunt fortunis absona dicta. *h. e.* non convenientia. ¶ Absonum fidei, i. e. repugnans, a fide alienum. *Liv. l.* 1. *c.* 15. Quorum nihil absonum fidei Divinæ originis. ¶ Item pro dissimili. *Liv. l.* 7. *c.* 2. Nec absoni a voce motus erant.

Absorbeo, bes, bui, usitatius, quam absorpsi, absorptum, a. 3. *inghiottire*, הבליע, Ger. *gar verschlingen*, *einschlucken*, Gal. *humer tout*, *engloutir*, Hisp. *sorber*, καταπίνω. sorbendo absumo, proprie de rebus liquidis dicitur. *Plin. l.* 22. *c.* 24. Lens optima, quæ maxime aquam absorbet. Transfertur & ad alia, ut si dicas, Aqua navim absorbuit. *Luc. l.* 4. Absorpsit penitus. ¶ Metaphorice etiam dicitur. *Cic.* 2. *de Leg.* Ne æstus nos consuetudinis absorbeat. *Idem in Brut.* Hunc absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ.

Absorptio, & Absortio, onis, f. *bevanda*, *sorbetto*, sorbitio. *Suet. in Ner. c.* 27. Absortio rosaria. *Alii aliter legunt*.

Abspello, & rectius Aspello, is, uli, ulsum, a. 3. *cacciare via*, *allontanare*, ἀπωθῶ. repello, arceo. *Cic.* 2. *Tuscul. c.* 10. Longe a numine aspellor Jovis. *Plaut. Capt.* 3. 3. 4. Aspellere metum alicui.

Absque, præposit. de qua *Priscianus l.* 14. Idem est, ac *Sine*, *senza*, Græce χωρὶς, ἄνευ. Magis apud Comicos in usu est, quam apud Oratores. *Plaut. in Menæch. a.* 5. *sc.* 7. *v.* 33. Absque te si fuissem, pro eo, quod vulgo dicimus, nisi tu fuisses. *Terent. in Hecyr. a.* 4. *sc.* 2. *v.* 25. Quam fortunatus ceteris sum rebus, absque una hæc foret. h. e. nisi hæc res una obesset. ¶ Semel apud *Cic.* invenitur hæc præpositio. *L.* 1. *ep. ad Attic.* 16. Nullam epistolam ad te sino absque argumento, ac sententia venire. ¶ Itaque satius est dicere, *sine injuria*, quam *absque injuria*: *Sine ulla dubitatione*, quam *absque dubio*. ¶ Pro *Præterquam* usurpavit *Solinus c.* 46. de Phœnice loquens: Postera parte purpureus, absque cauda. *i. e.* excepta cauda.

Abstantia, æ, *lontananza*, *distanza*. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Sol cum longius absit abstantia quadam.

Abstemius, a, um, *chi non bee vino*, Germ. *der kein wein trinckt*, *sich vom wein enthalt*, Gal. *qui ne boit point de vin*, Hisp. *el aguado*. Vox hæc ab abstinentia temeti derivata est, ut docet *Quintil. l.* 1. *c.* 7. & significat eum, quem Græci ἄοινον, *Apuleius* Græcum quasi interpretatus *invinium* vocat, *l.* 11. *Milesior.* Abstemius igitur est, qui vinum non bibit, vel ex disciplinæ quadam lege, vel quod natura, aut ex morbi vitio a vino abhorret. Nam vinum Latinis veteribus *temetum* appellabatur. Hinc *vetus Gloss.* Abstemius ὁ μὴ μετέχων οἴνου. *Ovid. l.* 15. *Metamorph. v.* 323. dixit: Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis. ¶ De iis, qui disciplinæ lege a vino sibi temperant, *Gellius* usus est *l.* 10. *c.* 22. *Plinius l.* 22. *c.* 24. dixit mulieres vini abstemias. Ubi notandum est, non absolute dixisse, *Abstemias*, sed *vini abstemias*; quasi *abstemius* esset simpliciter *abstinens*, & a quacunque re sibi temperans, non vini tantum, sive temeti abstinens. Quemadmodum & *Horat.* hac voce usus est illo sensu *l.* 1. *ep.* 12. *v.* 7. Si forte in medio positorum abstemius, herbis vivis, & urtica. Apud *Ausonium in Profess. de Attic. v.* 20. Est vini, cibique abstemius. Ubi *Abstemius vini*, *cibique* dicitur non certe, qui penitus abstinet, sed qui id parce gustat, & sobrie, ac temperanter in cibo, potuque se gerit. Et *Apuleius in Apolog.* Dicitur ante horam secundam diei jejunus adhuc, & abstemius testimonium vendidisse. Ubi *Abstemius* est, qui ad eam horam nihil vini biberat. ¶ Sic prandium abstemium, in quo nihil habetur vini, *Gellius* dixit *l.* 13. *c. ult.*

Abstentus, a, um, apud JCtos est qui bonis paternis, & hereditate abstinet, & etiam pupillus, qui tutoris auctoritate ab adeunda hereditate revocatus est. *Scævola ff. lib. 26. tit. 8. leg. penult.* & *Ulpian. ff. l. 36. tit. 4. leg. 1. in fin.* ¶ *Cyprian. ep.* 38. posuit *abstentum* pro excommunicato. Nam is Ecclesia, & Christianorum convictu abstinet.

Abstergeo, es, ersi, rsum, ere, *nettare*, *levar via*, Gall. *torcher*, *essuyer*, Hisp. *alimpiar*, ἀπομάττω, ἀποσμήχω, ἀποτρίβω. *Terent. Eunuch.* 4. *sc.* 7. Qui abstergerem vulnera. *Plaut. Asin. a.* 4. *sc.* 7. *v.* 52. Tu labellum abstergeas. *Liv. l.* 1. *c.* 41. Abstergere cruorem. ¶ Translate etiam usurpatur, ut abstergere fastidium. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Metum. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 16. Ægritudinem. *Id. Top. c.* 22. Molestias. *Id. de Sen. c.* 1. ¶ Abstergere, ut & detergere interdum idem est, ac frangere. *Curt. l.* 9. *c.* 9. Collidi inter se naves, abstergerique invicem remi cœperunt.

Abstergo, is, idem quod abstergeo. Afferuntur pro hoc verbo duo loca. *Plin. l.* 26. *c.* 7. Abstergunt fastidia. sed alii leg. *abstergent*. Et *alterius Plinii l.* 5. *ep.* 6. Ex quo possis rursus abstergi. sed alii leg. *adstringi*. Habet tamen *Apulej. l.* 1. *de doctr. Plat. prope fin.* Ut abstergat ea, quæ sordium sunt.

Absterreo, es, ui, itum, ere. Est terrore injecto avertere, *spaventare*, *metter paura per disturbare*, ἐκφοβεῖν, ἀποτρέπω. Præpositione plerumque gaudet. *Cic.* 2. *in Verr. c.* 58. Ut videamur a pecuniis capiundis homines absterrere. ¶ Absterrere anseres de frumento. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 41. ¶ Absterrere aliquid alicui. *Lucret. l.* 4. *v.* 1056. pro auferre: ubi tamen al. leg. *abstergere*, pro *absterrere*. *Plin.* habet etiam sine præpositione. *l.* 8. *c.* 16. Ceteri metu pæne simili absterrentur eadem noxa.

Absterritus, a, um, particip. ab absterreo. *Liv. l.* 5. *c.* 41. Solitudine absterriti.

Abstersus, a, um, ab abstergo, ut abstersa fuligo. *Cic. Philip.* 2. *c.* 36. Abstersæ lacrymæ. *Curt.* 5. 5. Abstersi oculi amiculo. *Id.* 6. 9.

Abstinax, acis, adject. idem quod abstinens. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 42. *Burm.* Si non abstinax fuisset.

Abstĭnens, entis, est suo contentus, vel nulla libidine præceps, maxime avaritia, & impotente cupiditate, *astinente*, *continente*, ἐγκρατής. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 1. *ep.* 1. Esse abstinentem, continere omnes cupiditates præclarum est. *Id. ad Attic.* 6. Q. Volusium hominem mirifice abstinentem misi in Cyprum. ¶ Comparat. habet *Auson. in Grat. Actione*. In cibis cujus Sacerdotis abstinentior ceremonia? Superlat. *Colum. l.* 11. *c.* 1. Somni, & vini sit abstinentissimus. *Plin. l.* 6. *ep.* 8.

Abstinenter, adv. *con astinenza*, ἐγκρατῶς. *Cic. pro Sest. c.* 16. Si non moderate, at certe populariter abstinenterque. *August.* 2. *de motib. Manich. c.* 13. Abstinentius vitam ducere.

Abstinentia, æ, f. 1. *astinenza*, *continenza*, Ger. *enthaltung*, Gall. *abstinence*, Hisp. *aquel refrenamiento de lo ageno*, *abstinencia*, ἐγκράτεια. Virtus est, quæ ab rebus illis abstinet, quas perperam appetimus. Avaritiæ modo, modo luxuriæ opponitur, & aliquando innocentia etiam dicitur: quamquam nomen hoc latius pateat. Nam qui a bonis alienis abstinet, potest is sane *Abstinens* dici; sed qui a vi in corpus alterius inferenda sibi temperat, *Abstinens* dici non potest, *Innocens* potest. Hinc *Abstinentia cœnæ*, *vini* apud *Plin. l.* 25. *c.* 5. Abstinentiam summam præstare. *Quintil. l.* 2. *c.* 2. *Idem l. eodem c.* 17. dicit, abstinentia mitigare febrem pro ἀσιτία. Ital. *dieta*. Uno verbo abstinentia proprie dicta, ut virtus est, idem fere est, ac continentia. In hoc tamen differunt, quod abstinentia est virtus, qua ab alienis abstinemus; continentia vero in omni victu, cultuque corporis, præsertim vero in vetitis voluptatibus cohibendis spectatur. Itaque hæc est viri temperantis, illa innocentis. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fratr.* Esse abstinentem, & continere omnes cupiditates præclarum est. *Sallust. in Catil.* Cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat. ¶ Nihil tamen inter se differre visæ sunt *Val. Max. in c. de Abstinentia*, & *Continentia*.

Abstineo, es, ui, stentum, ere, *astenere*, *tener lontano*, *astenersi*, נִתְאַפַּק, Ger. *enthaltea sich massigen*, Gall. *s'abstenir de quelque cose*, Hisp. *astenerse*, *refrenarse*, ἀπέχομαι. est cohibere, vel temperare: quod non tam significatione perplexum est, quam usu, & constructione varium. Construitur enim aliquando cum solo ablat. sine præposit. Abstinere armis. *Liv. l.* 8. Abstinere maledicto. *Cic. Phil.* 11. Sic abstinere culpa, comitiis, publico, alieno. ¶ Aliquando addita præposit. *ab*. Uxor ab hereditate abstinuit, *In lege Thais D. de Fideicom. liber.* ¶ Sed frequentius addito accusat. Se maledictis abstinere. *Cic. ad Brut. ep.* 17. *Idem in Verrem*. Abstineant in hoc judicio animos ab hoc scelere nefario. ¶ Usurpatur etiam cum accusat. rei, & ablat. cum, vel sine præposit. *Liv.* 8. Ut eorum populorum finibus vim abstinerent. *Idem*. Bellum ab innoxio populo abstineat. ¶ Item cum solo accusat. *Terent. Adelph.* 5. 2. Non manus abstines, mastigia? ¶ Item cum infinito. Abstineant mihi invidere. *Plaut. Curcul.* 1. 3. ¶ Abstinere manus a se, aut ab aliquo, interdum ad necem refertur. *Cic.* 4. *Tuscul. c.* 37. Qui cum interemisset Clytum, vix a se manus abstinuit. ¶ Adhibetur etiam absolute. *Sueton. de clar. Grammat. c.* 3. Ut ne clarissimi quidem viri abstinuerint, quominus scriberent de ea re. ¶ Cum genit. usurpavit *Horat. l.* 3. *carm.* Abstineto irarum. ¶ Dicimus etiam abstinere se re aliqua, a re aliqua, & in re aliqua. *Cic. Fam.* 7. Qui me ostreis, & murenis facile abstinebam. *Id. Phil.* 2. *c.* 3. Quod te abstinueris a nefario scelere. *Idem ad Attic.* Abstinere se in omnibus rebus. ¶ *Plaut. Mostell.* 4. *sc.* 2. Abstinere sermonem de aliqua re. ¶ Abstinere pro arcere, prohibere. *Liv. l.* 8. *c.* 2. Romano bello fortuna Alexandrum Magnum abstinuit. *Id. l.* 1. *c.* 2. Constat duobus Ænea, Antenoreque omne jus belli Achivos abstinuisse. *l.* 5. *c.* 21. Ut ab inermi abstineatur. ¶ Idem impersonaliter usurpavit. Passive *Colum. l.* 8. *cap.* 5. Pullorum si vacua non est ingluvies, cruditatem significat, abstinerique debent. ¶ Apud JCtos abstinere hereditate dicitur heres suus, & necessarius, V. gr. filius, qui ipso jure in bona paterna succedit etiam ab intestato, repudiare vero extraneus dicitur. Item Tutores dicuntur abstinere pupillum hereditate, cum iis auctoribus pupillus se abstinet hereditate. *Pompon. Dig. lib.* 29. *tit.* 2. *leg.* 11. & *Papin. Dig. lib.* 27. *tit.* 3. *leg.* 18.

Absto, as, stiti, stitum, & abstatum, n. 1. *star lontano*, ἀφίσταμαι, longe sto. *Horat. in arte poet. v.* 361. Ut pictura poesis erit, quæ si propius stes, te capiet magis, & quædam, si longius abstes.

Abstollo apud *Plaut.* compositum, ut attollo. *Diomedes Grammat. l.* 5. Sed ibi varia lectio.

Abstractus, a, um, *staccato per forza*, ut abstracta armenta. *Stat. Achilleid.* 1. *v.* 153. Cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur, *Cic. de Divin.* 1. *c.* 31.

Abstrăho, is, xi, ctum, ere. Violenter abduco, abripio, avello, avoco, *tirare per forza*, *menar via*, Ger. *abtzjeben mit rvvalt dar von tziehen*, Gal. *entrainer*, *tirer par force*, Hisp. *sacar*, *o tomar por fuerca*, ἀποσπάω, ἀφέλκω. *Terent. Andr. a.* 3. *sc.* 2. *v.* 39. Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? Et *Adelph. a.* 5. *sc.* 3. *v.* 57. Psaltriam una mecum hinc abstraham. *Liv. l.* 3. *c.* 44. Vi abstrahere. ¶ Translate etiam usurpatur. *Cic. pro Archia c.* 6. Ab illis nullo me unquam tempore aut commodum abstraxit, aut voluptas avocavit. *Id. pro Dejotaro c.* 14. Abstrahere se a solicitudine. ¶ In servitutem abstrahere. *Cæs.* 7. *B. G. c.* 14. ¶ Abstrahere ad aliquid. *Cic. in Bruto c.* 68. Nisi eum cupiditas gloriæ ad bellicas laudes abstraxisset. ¶ *Abstraxe* pro *abstraxisse Lucret. l.* 3. *v.* 65.

Abstrītus, a, um, detritus. *Hieronym. epist.* 22. *ad Eustoch. c.* 13. Viduæ otiosæ & curiosæ, quæ, rubore frontis abstrito, parasitos vincunt mimorum. *h. e.* omni verecundia abjecta.

Abstrūdo, is, si, ere, ex *Abs*, & *Trudo*. Significat Abscondo, Abdo, *ascondere*, *cacciar dentro*, Ger. *verbergen*, *vestossen*, Gall. *cacher*, & *serrer*, Hisp. *encerrar por fuerca*, ἀποκρύπτω. Et usurpatur cum præposit. & sine præposit. *In Plaut. Aul. Argum.* 1. *v.* 6. & *Merc. a.* 1. *sc.* 2. *v.* 78. & *Cic. l.* 12. *ad Att. ep.* 15. Mane me in silvam abstrusi densam, & asperam. *Id.* 4. *Acad. cap.* 10. Natura in profundo veritatem (ait Democritus) penitus abstrusit. *Tacit.* 4. *Annal. c.* 69. Latebra sese abstrudunt. ¶ Translate etiam usurpatur, ut abstrudere tristitiam. *Id. Annal.* 3. *c.* 6.

Abstrŭo, is, *nascondere*, ἀποκρύπτω. *Tertull. lib.* 4. *advers. Marcion. c.* 27. Negat lucernam abstruendam, sed confirmat, super candelabrum ponendam.

Abstrūse, *nascostamente*. *Ammian. l.* 28. *c.* 1. Semet abstrusius amandarunt.

Abstrusĭo, onis, f. *nascondimento*. *Arnob. l.* 5. *pag.* 183. Seminis abstrusio.

Abstrūsus, a, um, nomen ex participio, *nascoso*, ἀπόκρυφος. *Ovid. Heroid. ep.* 7. *v.* 157. Abstrusa terra. *Plin. Panegyr. c.* 63. Abstrusus, atque abditus. *Claud.* 4. *Consul. Honor. v.* 274. Recessus abstrusi. ¶ Translate etiam usurpatur. *Plin. Panegyr.* 45. 30. Bonos otio, aut situ abstrusos, atque sepultos non nisi delationibus, & periculis in lucem, ac diem proferebant. ¶ *Abstrusus homo*, h. e. qui secreta sua magnopere celat. *Tacit. l.* 1. *Annal. c.* 24. Hæc audita quamquam abstrusum, & tristissima quæque occultantem Tiberium &c. *Cic. pro domo sua*. Excitatus aliquando Cn. Pompeji nimium diu reconditus, & penitus abstrusus animi dolor subvenit subito Reip. ¶ Comparat. Abstrusior. *Cic.* 4. *Acad. Quæst. c.* 10. Paullo abstrusior disputatio.

Abstulo, apud Diomedem legitur *ex Plauti fragmentis*, pro *Aufero*, quasi a simplici *Tulo*, unde *tuli*. Dictio obsoleta.

Absuetūdo, inis, f. 3. *disuso*, idem quod desuetudo. Usus est *Apulejus Apolog. p.* 318. *edit. Elmenhorst.*

Absum, Remotus sum, disjunctus sum, abhorreo, *esser lontano*, הִרְחִיק, Ger. *abvvasend sein*, Gal. *estre absent*, Hisp. *estar absente de algun lugar*, ἄπειμι. Hujus verbi usus multus, & varius est. Primum quidem usurpatur absolute. *Terent. Eun.* Domini ubi absunt. ¶ Deinde duplicem habet distantiæ significationem, & utraque propria est, non translata. Prima localis est, cum locus a loco abest, ut castra a castris, urbs ab urbe, ager ab agro. *Liv. l.* 30. *c.* 29. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest. *Cic. ad Att.* 5. *ep.* 16. Abesse bidui a castris. ¶ Altera personalis, qua persona abest vel a persona, vel a loco. Absolute. *Cic. Famil.* 2. Quod abes, gratulor, quia non vides ea, quæ nos. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Cic. Famil.* 4. Itaque & domo absum, & foro. ¶ Cum Præposit. *Cic. Fam.* 2. Ego te abfuisse tamdiu a nobis doleo. *Id. in Verr. Act.* 6. Abesse a domo paulisper maluit, quam &c. ¶ Abesse propius. *Cic. l.* 1. *ad Att. ep.* 1. Abesse propius a morte, *h. e.* propinquiorem esse morti. ¶ Abesse etiam interdum in plures alios loquendi modos per metaphoram diffunditur. *Cic. ad Attic.* 7. A consilio fugiendi, ut tu censes, absum. *Id. de divinat.* Hæc non absunt a consuetudine somniorum. *Id. offic.* 1. Absumus a natura ferarum. *Cic. pro Flacco*, Vis absit, ferrum removeatur &c. *Id. offic.* 2. Illiberalitatis, avaritiæque suspicio absit. ¶ Ponitur deinceps hoc verbum pro *deesse*. *Cic. pro Sylla*. Ut mirari Torquatus desinat, me, qui Antonio abfuerim, Syllam defendere. *Id. in Bruto*. Aberat tertia illa laus, qua permoveret, atque incitaret animos. ¶ Aliquando pro *carere*, vel *vacuum esse* ponitur. *Cic. Famil.* 6. Intelliges, ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit a culpa. *Idem* etiam dixit *Famil. l.* 12. *ep.* 22. Quidquid acciderit, a quo mea culpa absit. ¶ Abesse pro *alienum esse*, Ut, abesse a contentione. *Cic. ad Attic.* 10. ¶ Venustus est item hujus verbi significatus, cum ponitur pro *Inferiorem esse*. *Cic. in Bru. c.* 62. Multum ab his aberat L. Fusius. ¶ Præterea elegans illud est, quod dicitur: Parum abest, quin; vel nihil abest, quin. *Cic.* Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. *Id.* Parum abfuit, quin occideretur. ¶ *Tantum abest* impersonaliter positum habet vel simplex, *ut*, vel duplex. Simplex sic. *Cic. ad Attic.* 13. Tantum porro aberat, ut binos scriberent, vix singulos confecerunt. ¶ Duplex sic. *Cic. ad Att.* 7. Tantum abest, ut ille meam sententiam moveat, ut valde ego ipsi, quod de sententia sua decesserit, pœnitendum esse putem. V. *Tursellini Particul.* ¶ Absum aliquando dividitur in partes duas. *Cæs.* Erat ab oppido millia passuum tria. ¶ *Absit verbo invidia*, modus loquendi apud veteres, cum id erant dicturi, quod arrogans videri posset. *Liv. l.* 9. *c.* 19. Absit verbo invidia, & civilia bella sileant. ¶ *Præsens abest*, parœmia in eum, qui cum præsens sit, non animadvertit ea, quæ dicuntur, cogitatione alio distracta. *Ter. Eun.* 1. 2. 112.

Absumēdo, nis, f. 3. Consumptio, a Verbo Absumo, *Consumamento*, ἀνάλωμα. *Plaut. Captiv. a.* 4. *sc.* 3. *v.* 4. Quanta sumini absumedo!

Absūmo, is, psi, ptum, Consumo, extinguo, conficio, *consumare*, *mettere a fine*, כִּלָּה, Germ. *verzehren*, *verthun*, *verbrauchen*, Gall. *consommer*, *mettre a fin*, Hisp. *gastar en mala parte*, καταναλίσκω. *Cic. pro Quint.* A me postulat, ne dicendo tempus absumam. *Liv. l.* 30. *c.* 8. Lacessendo levibus præliis diem absumpsit. *Ascon. Pædian.* Adeo ut in ejus impensas opes suas absumpserit. *Terent. Heaut. a.* 3. *sc.* 1. *v.* 18. Pitissando modo mihi quid vini absumpsit? *Plin. jun. in epist.* Vastissimum incendium multas privatorum domos absumpsit. *Liv. l.* 30. *c.* 7. Absumi flammis. *Cic.* 2. *Tuscul.* absumi clade. *Liv. l.* 21. absumi fame. *Terent. Phorm. a.* 2. *sc.* 2. absumi cura. Sic absumi illuvie, morbo, veneno, pestilentia apud alios.

Absumptio, onis, f. 3. pro Consumptione. *Ulpian. l.* 5. §. 1. *D. de usufr. ear. rer.* &c. Res, quæ in absumptione sunt.

Absumptus, a, um. *Consumato*. Absumptæ vires, *Virg. Æn.* 7. *v.* 301. Rebus maternis, atque paternis fortiter absumptis, *Horat.* 1. *ep.* 15. *v.* 26. ¶ Absumpti sumus pro *periimus*, vel *actum est de nobis*. *Siamo spediti*, *ella è spedita per noi*, ἀπεστεάμεθα. *Plaut. Most. sc.* 1. *a.* 2. Sic *Virg. Æn.* 1. *v.* 559. *Absumpta* salus, *perduta*.

Absurde, Adverb. est, Ab re, inepte. *sconciamente*, *goffamente*, *fuor di proposito*, ἀτόπως. *Cic. Tuscul.* 2. *c.* 4. Si absurde canat is, qui se haberi velit musicum, &c. *Id. de divinat.* Nihil tam absurde dici potest. *Digest. l.* 9. *tit.* 2. *leg.* 51. Longe absurdius constituere. *August. lib.* 4. *de Trinit. in fi.* Absurdissime dicere.

Absurditas, atis, f. *Inconvenienza*, *Claud. Mamert. de Anim. c.* 11. Hanc utramque absurditatem sententia sana despuit.

Absurdus, a, um, Ab re, *assurdo*, *sconcio*, *fuor di proposito*, *fuor di regola*, לֹא רָאוּי, Ger. *ungeschiekt*, *unbequem*, *nicht gezimmend*, Gal. *absurde*, *mal convenable*, Hisp. *cosa digna de no ser oyda*, ἄτοπος. Proprie

prie significat alienum ab auribus. *Cic. de Orat. l. 3. c. 11.* Vox extra modum absona, & absurda. *Id. pro Rosc. Com. c. 7.* Est hoc quidem auribus, animisque hominum absurdum. ¶ Sed usitatius ad animum transfertur, poniturque pro eo, quod omnium mentes aspernentur, ac respuant. *Cic. ad Att.* Tempus erat discessus absurdum. *Id. de Orat. l. 2. c. 20.* Si plane abhorrebit, & erit absurdus, ut se contineat, admonebo. *Terent. Adelph. a. 3. sc. 3. v. 21.* Ratio inepta & absurda. Ubi *Donatus*. Ineptum est stultum tantum, Absurdum quod & stultum est, & in ipsa stultitia diversum, & quasi repugnans sibi. ¶ Habet etiam suos gradus. *Cic. l. 1. Nat. Deor. c. 26.* Multo absurdiora sunt ea, quæ &c. *Id. Attic. l. 7. ep. 13.* Absurdissima mandata.

Absynthium. V. Absinthium.

Absyrtides, ἀψύρτιδες, Insulæ in Adriatico mari. *Plin. l. 3. c. 26.* Absyrtides a Grajis dictæ a fratre Medeæ Absyrto ibi interfecto. ¶ Dicitur etiam Absyrtis in singulari num. *Luc. l. 3. v. 190.* Colchis & Adriacas spumans Absyrtis in undas. Sed ibi de fluvio quodam sermo est, qui in Adriaticum mare se exonerat, & in Colchis nascitur. Alii in versu Lucani *Absyrtos* legunt.

Absyrtus, i, m. 2. ἄψυρτος. Æetæ Regis Colchorum, & Hypseæ filius, alio nomine Ægialeus dictus, quem soror ejus Medea cum Jasone discedens membratim discerptum circumquaque disjecit, ut sequentem se patrem in colligendis membris occupatum moraretur, ne eam fugientem assequeretur; unde locus ille dictus est *Tomos*, i. e. disjectio, & fluvius, juxta quem id perpetravit, *Absyrtus* vocatus. V. *Ovid. l. 3. Trist. eleg. 9.* & *Senec. Med. v. 963.* ¶ Sunt tamen, qui Absyrtum non ex eadem matre cum Medea, sed ex Idya Oceani filia natum tradunt. ¶ Alii non a sorore discerptum volunt, sed per Istrum fluv. cum fugientibus in Illyrium pervenisse. ¶ Fuit insuper Absyrtus, teste *Suida*, Nicomediensis miles quidam, qui cum sub Constantino ad Istrum militaret, librum utilissimum scripsit de equis medendis, & de cura animalium, quem in Bibliotheca Antonii Vicecom. Mediolanensis asservari, refert Calepinus.

Abtorqueo, es, a. 2. ab aliquo loco torqueo, deflecto. *Accius apud Non. c. 3. n. 66.* Abtorque proram.

Abverto, idem quod Averto. *Plaut. Rud. 1. 2. 76.* Abvertere scapham. *Hirt. de B. Hisp. c. 41.* Abvertere hostem.

Abundans, antis, nomen ex participio, affluens, copiosus, largus, dapsilis, exsuperans, *Abbondante, dovizioso, copioso*, ὄγκερος. Et usurpatur vel absolute, vel cum ablat. *Cic. pro Quinct.* Quis tam perditus, ac profusus nepos, non adesa jam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Nævius? *Id. pro Comel.* Quis tam abundans copiis? ¶ Habet etiam genitivum. *Nepos in Eumen. c. 8.* Via omnium rerum abundans. ¶ Dicitur etiam *ex abundanti* pro frustra & supervacuo, quæ locutio Papiniano familiaris, & propria. *L. 9. de supell. l. 20. D. de manumiss.* Usus est etiam. *Quintil. l. 4. c. 5.* ¶ Comparativum usurpavit *Hieronym. adverf. Jovinian. c. 4.* Abundantior tristitia. ¶ Superlativo usus est. *Cic. de Orat. l. 2. c. 14.* Timæus & rerum copia, & sententiarum varietate abundantissimus. ¶ Proprie significat effluentem, exundantem. *Virg. Georg. 1. v. 115.* Amnis abundans. *Plin. l. 22. c. ult.* Menses mulierum abundantes.

Abundanter, Adverb. est copiose, vel large, *Abbondevolmente, copiosamente*, ἀφόρως. *Cic. de Orat. lib. 2. c. 35.* Copiose, & abundanter loqui. *Ibid.* Qui abundanter, qui illuminate & rebus, & verbis dicunt. *Sil. l. 5. v. 453.* Abundanter defuso sanguine. *Cic. Topic. c. 10.* Loci aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustius. *Plin. l. 5. c. 9.* Abundantissime crescere.

Abundantia, æ, f. 1. Ubertas, copia, vel affluentia, *abbondanza, copia*, Ger. *uberflussigkeit*, Gall. *abondance, foison*, Hisp. *abundancia, copia*, ἀφορία, περισσία, ut abundantia rerum omnium. *Cic. de Amicit. c. 23.* Abundantia otii. *Id. l. 7. fam. ep. 1.* Abundantia ingenii apud *eundem 1. Academ.* ¶ Pro divitiis absolute positit *Tacitus in Agricola cap. 6.* Ludos, & inania honoris modo rationis, atque abundantiæ duxit. i. e. Ita probavit, quatenus de abundantia patrimonii, & sine detrimento facultatum exhiberi possent. ¶ Abundantiam feminarum vocat *Plin. l. 27. c. 12.* menses largius fluentes. Et *Vitruv. l. 5. c. 9.* abundantiam palustrem vocat copiam aquæ palustris.

Abundatio, onis, f. 3. idem est, ac abundantia, sed minus elegans. *Plin. l. 3. c. 16.* Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia.

Abunde, Adverb. est Affatim, copiose, large, profuse, & fortasse ab Adject. *abundus, abbondantemente*, ἄφορος. Usurpatur vel absolute, vel adjecta alia dictione. *Cic. 2. de Divinat. c. 1.* Erit abunde satisfactum. *Plinius Præfat.* Abunde pulchrum. Sic abunde magna prælidia. *Sall. Jugurth. c. 14.* Abunde potentiæ, gloriæque adipisci. *Sueton. Cæsar. c. 86.* ¶ Abunde esse alicui, idem quod satis esse. *Plin. l. 4. ep. ult.* Abunde mihi est, si satis expressi, quod efficitur. *Id. l. 5. ep. 8.* Sed utrumque tam magnum est, ut abunde sit alterum efficere. *Virg. 7. Æn.* Terrorum, & traudis abunde est.

Abundo, as, are, *abbondare*, הוֹתִיר, Ger. *uberflussig sein die volhaben*, Gall. *s'epandre par dessus, estre plein jusque a deborder, abonder*, Hisp. *abondar, y ser copioso*, ἀφορέω. Affluo, redundo, circumfluo, magnam copiam habeo. Ex *Ab*, & *Undo*, ut quidam ajunt. Est enim *Abundare* ductum ab amnibus, qui quo magis augentur imbribus, eo majoribus undis eriguntur. *Plin. l. 18. c. 22.* Abundat fons in omnem partem. ¶ Absolute usurpatur a *Cic.* pro diviteim esse. *lib. 1. Attic. ep. 2.* Cajetam, si quando abundare cœpero, ornabo. ¶ Ceterum construitur cum ablat. *Cic. de Senect.* Villa abundat porco, agno, hœdo. ¶ Sic abundare otio, ingenio, pecunia, copia frumenti, virtutibus, vitiis, &c. ¶ Abundare in aliqua re. *Cic. 3. de Leg. c. 6.* Theophrastus abundavit in eo genere rerum. ¶ Cum genit. habet *Lucil. ex Non. c. 9. n. 6.* Quarum rerum abundemus. ¶ Cum accusat. *Neratius in l. si fundum D. mandati.* Ut non abundet mandati quantitatem, i. e. non excedat. ¶ Hoc mihi abundat, dixit *Augustus. l. 6. Confess.* ¶ *Donat.* Inter Abundare, & Redundare hæc est differentia: quod abundat, est copiosum & cumulatum; redundat vero, quod supervacaneum est. Hoc tamen discrimen non est perpetuum. Nam *Ascon. in Cic. 3. Verr. c. 44.* abundare pro redundare posuit.

Abundus, a, um, idem ac abundans, Adject. quo usus est *Gellius l. 1. c. 2.* Lavacris nitidis, & abundis. Et *Accius apud Non. c. 4. v. 192.* Nec vi tanta quisquam est, neque tam abundis fortunis ferox. Sed hic varia lectio est. V. *Guyetum ad Terent. Adelph. a. 4. sc. 3.*

Abvŏlo, as, n. 1. ἀφίπταμαι, volando discedo. *Cic. 2. de Fin.* Fluit itaque voluptas, & prima quæque abvolat. Alii legunt, *Avolat*. *Maximian. Gall. Eleg. 1. v. 249.* Ipsa etiam cunctis requies gratissima somnus Abvolat, & sera vix mihi nocte venit.

Abusio, onis, f. *abusione, abuso*, κατάχρησις, figura est eadem quæ catachresis. *Cic. in Orat. c. 27.* Abusio, quam κατάχρησιν vocant. Sic *parricida* pro *homicida*, *Quint. l. 3. c. 3.* dicit per abusionem poni. *Impropria mente*. ¶ Pro malo usu usurpat *Salvian. lib. 8. post princip.* Nam quod quidam afferunt ex *Cicer. 11. ad Attic. ep. 22. vini abusio*, neque ibi, neque alibi apud *Cicer.* invenimus.

Abusive, Adverb. cum Abusione. *Quintil. l. 8. c. 6.* Abusive aliqua re uti. ¶ *Ab Ammiano lib. 24. c. 4.* ponitur pro perfunctorie.

Abusivus, a, um, adject. *abusivo, e abusato. Auctor Paneg. ad Constant. August. c. 4.* Nomen abusiva appellatione mutilatum.

Abusque, & Ab usque, *fino da*, usque ab, præpositio poetica, ablativo serviens. *Virg. 7. Æn. v. 288.* Siculo prospexit abusque Pachino. *Apulei. in Apolog.* Abusque Oceanium finibus.

Abūsus, us, m. *consumamento*, absumptio, quæ utendo fit, ἀπάτη. *Cic. in Top. c. 3.* Usus, non abusus legatus est. *Ulpian. Dig. lib. 7. tit. 5. leg. 5.* Res, quæ sunt in abusu.

Abūsus, a, um, partic. pass. pro Consumptus, apud *Plaut. Asin. 1. 3. 4.* Ubi illa quæ dedi ante? C. Abusa sunt.

Abūtor, eris, usus sum, *abusarsi*, κατάχρησθαι, Germ. *verbrauchen*, Gall. *abuser, faire abus*, Hisp. *usar mal de alguna cosa*. Utimur, *inquit Donatus*, cum honore, abutimur cum injuria. Vel: Utimur his rebus, quæ nobis utentibus permanent, ut domus, prædia, &c. Abutimur his, quæ nobis utentibus pereunt, ut vinum, frumentum, &c. Ablativum post se postulat: sed apud antiquos Comicos accusativ. habuit. V. *Pareum in Lex. Critico. Cic. pro Mil.* Quanquam in hac causa, Judices, T. Annii Tribunatu, rebus omnibus pro salute Reip. gestis, ad hujus criminis defensionem non abutemur. Hic *Abuti*, ut notat *Doletus*, vel alieno tempore uti significat, vel magnopere uti; quasi diceret: non magnopere hujus causæ fiduciam in rebus gestis Milonis ponam. ¶ Abuti otio, & litteris. *Id. 1. Tusc. c. 3.* ¶ Abuti regno, & licentia ad omnia. *Id. 1. de nat. Deor. c. 23.* ¶ *Suet. in Galba c. 9.* habet *abutendus*. His adeo se abutendum permisit, ut vix sibi ipsi constaret. ¶ Adhibetur etiam aliquando in bonam partem. *Cic. 2. de natu. Deor. c. 60.* Nos sagacitate earum ad utilitatem nostram abutimur. *Nazar. in Panegyr. Constantini c. 30.* O si mihi nunc facultas daretur sermonis pro rerum dignitate figurandi! Adhiberem omnes flosculos, & abuterer exquisito quodam lepore, & venustate dicendi. *Symmachus 3. ep. 46.* Ergo indulgentius abutere magnificentia. ¶ Significat etiam consumere, absumere, *consumare. Cic. 3. Verr. cap. 9.* Nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero. *h. e.* nisi omne tempus dicendo absumpsero. *Cato R. R. cap. 76.* Linito usque adeo, donec omne caseum cum melle abusus fueris. ¶ Passive usurpavit *Varro apud Priscian. l. 8.* Aliud exemplum V. etiam in *Abusus, a, um.*

Abydēnus, a, um, *di Abido*, ad Abydum oppidum pertinens. *Ovid. in Ibin, v. 690.* Omnis Abydena iit tibi pejor aqua.

Abidocŏme, ἀβυδοκόμαι, dicuntur sycophantæ a nomine Abydos, & a verbo κομᾶν, quod est, efferri, & parum modeste se gerere. Hoc enim nomine male audiebant Abydeni, quod insignes artifices essent calumniarum, eoque sibi nomine placerent.

Abydus, p. p. f. 2. ἄβυδος, urbs E. Asiæ a Milesiis condita, Gyge Lydorum Rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit, cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mari, a casu virginis Hellespontо nuncupato. Id, cum Asiam ab Europa dividat, Xerxes Persarum Rex ponte conjunxit. Abydus Asiæ non longe ab ostiis Simoentis amnis abest, inter Lampsacum, & Dardanum, a Lampsaco in Austrum, & ab Ilio in Boream 21. M. P. distans. Ibi arx firmissima contra Sestum, cui *Dardanello* nomen est. Abydus vero *Aveo*, & *Aidos* nominatur. ¶ Abydus item urbs est Ægypti, quæ *Abusich* appellatur, a Ptolemaide urbe in Austrum ad 22. M. P. recedens. ¶ Ne temere Abydum, h. e. naviges, μὴ εἰκῇ τὸν Ἄβυδον; proverbium Græcum quo quis admonetur, ne temere eo se conjiciat, unde non sine periculo exeat, præcipue vero in aulam Principis, quod ea res non omnibus feliciter cedat, sed æque ac Abydus, periculorum plena sit. V. *Erasmi* & aliorum Adagia.

Abyla, p. p. f. 1. ἄβυλα, mons excelsus Mauritaniæ Calpæ monti, qui in Hispania est, oppositus, quos ambos Herculis columnas dicunt *Eustath. Steph. Byzant. Dionys. Afer*. Et notandum, Alyban dici a Græcis, non Abylan, forte per Metathesin. ¶ Est & oppidum Syriæ. *Plin. l. 3. c. 1.*

Abyssus, f. 2. *abisso*, תְּהוֹם, Ger. *ein grosse tiefse des vassers, ein abgruud*, Gall. *abime*, Hisp. *abismo*, ἄβυσσος. Aqua vergens in immensam profunditatem. Omnis, inquit *Augustus*, aqua, omnis humida natura, atque substantia circumquaque diffusa per maria, & flumina, & antra, & occulta, simul uno nomine abyssus vocatur. ¶ Erat præterea Abyssus Sacellum Persephones, in quo magna vis auri multis sæculis erat congesta: Unde & nomen accepit ab infinita auri copia. Vide *Suidam*. ¶ Ab Ecclesiasticis Scriptoribus interdum ponitur pro loco Inferorum. *Prudent. in Hamartig. v. 835.* Mersandam penitus puteo ferventis abyssi.

A ANTE C.

Ac, *e*, &, conjunctio copulativa est, &, Et, atque. ut doctus ac justus es. Collocata post *alius, aliud, alter, secus, contra, contrarium*, & post nomen, aut adverbium comparativum, idem fere efficit quod *quam*, ἤ. *Terent. in Phorm. 4. 4.* Aliud mihi respondes, ac rogo. *Cic. Att. l. 16. ep. 13.* Aliter scribo ac sentio. *Idem in Orat.* Ut contra, ac dicat, accipi velit. ¶ Posita post *similiter, æque, par, pariter, juxta*, significat *ut*. *Cic. 3. de Nat. Deor.* Similiter facis, ac si me roges. *Idem post redit. in Sen.* Reliquis officiis juxta, ac si meus frater esset, sustentavit. ¶ In principio sententiarum connectendi vim habet. *Cic. 1. de Orat. in proœm.* Ac primo quidem totius orationis ignari. Non tamen frequenter adhibetur sequente vocali, aut duabus consonantibus *c*, & *q*. ¶ Ponitur etiam *ac*, & *ac si* post *perinde, similiter, aliter*, & significat, *ita ut, Non altrimenti che. Cic. 5. Tusc.* Ut perinde ac de hominum vita est merita, laudetur. ¶ Aliquando, teste Donato, significat, *contra quam*. *Terent. And. 5. 1.* Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere. ¶ *Ac* pro duabus his particulis, *idque*, vel & *quidem*. *Teren. Eunuch. 5. 2.* Cognoscit ne? C. Ac memoriter. *Idem Heauton. 4. 5.* Faciam tibi boni aliquid, ac lubens. ¶ In principiis semper ponitur sequente consonante. Ante vocalem semel legitur apud *Sueton. in Tiber. c. 12.* Ac in semet &c. Alii tamen reponunt *at*.

Acacia, spina est, quæ in Ægypto nascitur, arboris in modum fruticosa, flore candido, & semine lupino simili. Item succus ex spina illa expressus. *Acacia*, ἀκακία. Est & alterum acaciæ genus in Cappadocia Pontoque proveniens, longe tamen minus & tenerius, & foliis rutæ simile. Vid. *Dioscor. l. 1. c. 115.* meminit & *Plin. l. 24. c. 12.* Denique *Acacia*, si vim nominis spectes, est innocentia, simplicitas, animus ab omni terrore liber, in quo Democritus summum bonum constituebat. Sed vox græca est ab α privat. & κακός, malus. *Cic. 1. Fin.*

Academia, f. 1. *Accademia*, ἀκαδημία, *Suidæ*, ἀκαδήμεια, & ἀκαδήμεια *Stephano*. Locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans, ab Academo heroe. Vide *Laert. in Platon.* Duci potest etymol. ab ἄκος, medela, & δῆμος, populus, quod ibi sit officina sanandi animos. Vel ab ἀκή, & δῆμος, teorsum a populo. Ibi commoratus est Plato, & Philosophiam

losophiam magna discipulorum frequentia professus est. Unde & ejus sectatores Academici vocati sunt, sicut a Stoa Stoici. Antea per E scribebatur, *Ecademia*. ¶ Erat autem Academia gymnasium inferius, cum superiori gymnasio nomen esset Lyceum, quæ & inferior ambulatio, & superior dicebantur. Lyceum vero nomen fuit Scholæ Aristotelicæ. Academia dici potest quælibet litterarum schola insignior, atque celebrior. Per metonym. Academia ponitur pro philosophia academica, & secta philosophorum. *Cic. de Orat. lib.* 1. *c.* 12. ¶ Hujus nominis Academia pen. producitur a *Cic.* Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo. Sic & in alio versu Laureæ Tullii, Atque Academiæ celebratam nomine villam. Verum alii eam corripiunt, ut *Claudianus*; in Latium spretis Academia migrat Athenis. *Sidonius*, Obruet & quanquam totis Academia sectis. ¶ Academia etiam dictus est locus, ubi villa erat Cicer. apud Avernum lacum, a Puteolis sup. 2. M. P. distans, haud procul a Baiis. *Ciceroniano* adhuc locus dicitur, Aqua vero, seu Fontes Ciceronis, *Bagni di Tritoli*.

Academĭcus, a, um, ἀκαδημικὸς, ad Academiam pertinens, ut sectæ Academicæ, hoc est eorum qui Academicos sectantur. Academici autem fuere certa philosophantium familia, & duplicis quidem generis, veteres, & novi. Veterum princeps fuit Plato; recentiorum Arcesilas, ut *Cic.* docet in *Academ. quæst.* Novasse autem videbatur Arcesilas institutum, quod nihil comprehendi, & doceri de quaquam re posse, incertaque esse omnia pronuntiaret. Id faciendum putavit, quod Socratem quoque, & Platonem in utramque partem disputasse, & nihil affirmasse animadverterat. Quam ob causam Cicero nihil putat inter veterem & novam sectam interesse. Alii tamen plura afferunt Academiæ genera. *Diogenes* enim *Laert.* veterem, mediam & novam facit, hujusque auctorem Carneadem, mediæ Arcesilam, veteris Platonem, ut dictum est. Vide *Plutarch. in Lucull.*

Acalanthis, thidis, f. 3. avis est, quam alii acanthidem, alii carduelem vocant. *Virg.* 3. *Georg.* Resonant acalanthida dumi. Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teste *Pierio*; non *acanthida*.

Acanthice, es, f. 1. lacryma helxines herbæ. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Helxines hujus vertex summus lacrymam continet jucundi saporis, acanthicem mastichen appellatam.

Acanthinus, a, um, quod est acanthi, aut acantho simile. *Plin. l.* 25. *c.* 7. Spectatur foliis acanthinis.

Acanthion, n. 2. sive acanthium, thii, spinæ genus. *Plin. lib.* 24. *c.* 12. Spinæ albæ similis est spina illa, quam Græci acanthion vocant.

Acanthis, thidis, f. 3. Ger. *eindißelvogel*, ἀκανθὶς, avis stridula, quæ & carduelis, *Gardellino*. Ea spinis, & carduis pascitur. Nam ἄκανθα, spina, ἀκανθεὼν, spinetum. *Virg. lib.* 3. *Georg.* Resonant & acanthida dumi. Qui locus *Virg.* in antiquis libris, teste Pierio, legitur, Resonant acalanthida dumi, a nominativo *acalanthis*, *thidis*. ¶ Hæc & acanthylis vocatur, quæ lino intexit nidum. Alii argathylin vocant, de qua *Plin. l.* 10. *c.* 74. Argathylis in spinis vivit. ¶ Acanthis est etiam genus herbæ, quæ latine senecio dicitur. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Acanthis græce, latine spina alba.

Acanthus, i, m. 2. Germ. *vveiß baerenklavv*, ἄκανθος. Puer regius in florem sui nominis conversus, cujus folia occasionem præbuerunt ornamentis pulcherrimis sculpturæ. *Plin. l.* 22. *c.* 22. docet, acanthum esse herbam topiariam, lato longoque folio margines crepidinum vestientem. Apud *Dioscor.* duplex est, hortensis, & sylvestris: hortensis a Romanis *Pedevota* dicitur. de sylvestri *Virg.* 2. *Georg. v.* 119. Semper frondentis acanthi. ¶ *Servius in Pollione* dixit, esse arborem semper florentem, quasi spinis plenam. ¶ Aliqui putant, acanthum dici etiam limbum aut fasciam vesti prætentam, adducuntque locum *Virg. Æn.* 1. *v.* 649. Et circumtextum croceo velamen acantho. Sed hic aptius de herba topiaria intelligitur.

Accanto, & Adcanto, as, a. 1. juxta, vel simul canto. *Stat. l. & silv.* 4. *v.* 55. Naroneique fedens in margine templi Sumo animum, & magni tumulis accanto magistri.

Acapna, n. 2. German. *duerr und trucken holtz*, *das nicht raucht und dempfft*, ἄκαπνα, ligna, de quibus est titulus apud Martialem in Xeniis. Ea videntur esse, quæ Ulpiano dicuntur ligna cocta, ne fumum faciant. Nam ἄκαπνος, sine fumo interpretatur. ¶ Est & mellis genus, quod acapnon *Plin.* appellat *l.* 11. *c.* 16. quia citra fumum eximitur. Acapna thysia, sacrificia absque fumo, dicitur de nimium tenui convivio, & in quo nihil cocti oponii apponitur.

Acarnan, anis, ἀκαρνὰν, qui ex Acarnania est. *Virg.* 5. *Æn. v.* 298. quorum alter Acarnan, alter ab Arcadia &c.

Acarnania, ἀκαρνανία, Epiri pars, quam Achelous ab Ætolia dividit. In hac est oppid. Leucas. Ibi gignuntur equi corpore & viribus maximi, eximiique pretii. Hinc proverb. Græcum manavit: Equi Acarnanici, ἀκαρνανικοὶ ἵπποι. Dicitur de re quavis eximia. ¶ Est & regio quædam parva in Ægypto, dicta Acarnania, ut scribit *Serv. lib.* 5. *Æn.* ¶ Et civitas non procul a Syracusis (ut inquit *Cic. in Verr.*) in qua Olympii Jovis antiquissimum fanum fuit.

Acarnanicus, qui est ex Acarnania. *Liv. l.* 26. *c.* 25.

Acăron, sive accaron, f. 3. civitas Palæstinæ, quæ Cæsarea vocatur. Et arboris genus. *Plin. l.* 15. *c.* 7. Longe diversa a Cæsarea Palæstinæ hæc urbs est. Nam urbs erat Philistinorum, Geth, Azoto, & Jamniæ proxima, a Cæsarea supra 52. M. P. in austrum distans. Nomen antiquum adhuc retinet.

Acastus, ἄκαστος, Magnesiæ rex. Uxorem duxit Creteidem, sive Atalantam, quæ cum Peleum deperiret, ab eoque sperneretur, ultro illum apud maritum de stupro accusavit. Acastus igitur Peleum venationis prætextu in saltum abductum feris lacerandum objecit: sed ille Chironis, sive Mercurii ope liberatus Acastum cum uxore interfecit. ¶ Item Acastus fuit Pellæ Thessalorum Regis fil. venator sagittis clarus. *Ovid.* 8. *Metam.* & *l.* 11. ¶ Item Acastus Laodamiæ pater. *epist.* 13.

Acatalecticus, ἀκαταλήκτος, versus, cui nulla syllaba deest: contra catalecticus, cui una deest syllaba. V. Grammatic. *Diomed. l.* 3. & *Priscian. initio partit. versuum Virgilii*.

Acatalepton, ἀκατάληπτον, quod comprehendi non potest. Sic interpretatur *Cic. l.* 4. *Acad. quæst.* Latine usurpat *Tertull. adverf. Valentin. c.* 35.

Acatium, n. 2. ἄκατον, genus navigii actuarii. *Plin. l.* 9. *c.* 30. & *Gell. l.* 10. *c.* 25. ¶ Sed *Pollux* scribit, velum in navi maximum esse, sicut minimum, dolonem, tertium, quod retrorsum panditur, epidromum. V. *Bayfium de re navali*.

Acatus, idem quod Acatium. *Tertul. l.* 5. *cont. Marcion. c.* 1. Si nunquam furtivas merces in acatos tuas recepisti.

Acaustus, ἄκαυστος, ignem non sentiens. *Plin. l.* 37. *c.* 7.

Acca Laurentia, f. 1. Faustuli uxor, quæ Romulum, & Remum lactavit, & aluit, Lupa dicta, quod nobile scortum fuerit. Tales enim nuncupantur lupæ, ob avaritiam, cujus causa pudicitiam prostituerunt, & celiæ earum lupanaria. ¶ In hujus Accæ honorem Romani testamento ejus locupletati Laurentalia celebrarunt. V. *Scalig. ad Varr. de L. L.* Eadem etiam Acealia dicta sunt a *Varr. l.* 5. *L. L.*

Accanto, as, are, juxta canto, una canto, accino, παρᾴδω. *Stat.* 4. *Syl.* 4. *v.* 55. Sumo animum, & magni tumulis accanto magistri.

Accĕdo, is, essi, essum, n. 3. *accoſtarſi*, נגש, קרב, Ger. *herzu gehen*, *ſich herzu machen*, Gal. *s'aprocher*, *ſe tirer pres*, *s'ajoindre*, Hisp. *allegarſe alugar*, *o a otracoſa*, קרב, נגש, ex *ad*, & *cedo*, adeo, venio, appello, appropinquo, addor, seu adjungor. *Ter. in Adel.* Accedam ad fores. *Virg. l.* 1. *Æn.* Penitusque sonantes accestis scopulos. pro *accessistis*, per syncopen. ¶ Dicitur autem *accedere ad*, *accedere in*. ¶ Accedere, quandoque est assentiri, *consentire*. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Accedam in plerisque Ciceroni. ¶ Quandoque adjungi, *aggiugnerſi*, ut Hoc calamitatibus meis, vel ad calamitates meas malum accessit. *Liv. l.* 26. *c.* 50. Hæc tibi a me dotalia dona accedent. *Cic. pro Rosc. Am.* Eo accessit studium doctrinæ. ¶ Accedere etiam similitudinem significat, *ſomigliarſi*. *Cic. pro C. Rabirio*. Quorum potestas ad Deorum immortalium numen accedit. Sic *Accedere alicui*, id est similem esse. *Cic.* & *Quint.* Et cum solo accusativo, *Plin. l.* 16. *c.* 40. Cytisus proxime accedere ebenum videtur. ¶ Acceditur impersonale, apud *Cic. pro Cæc. c.* 8. Ad eas cum accederetur. ¶ Apud *Tacit. l.* 5. Minutius, & Servæus damnati indicibus accessere; hoc est, bona illorum indicibus cessere præmii loco. ¶ Accedere rei judicatæ aliquid dicitur, cum cautio a reo datur actori quæ executionem non tollit. *Ulp. l.* 4. *D. de re judicata*. ¶ *Accedere alicui* pro favere. *Terent. in prol. Phorm.* Voluntas vestra si ad Poetam accesserit. ¶ Usurpatur & absolute in initiis. *Cic.* sæpiss. Accedit ut, accedit quod. *Id. pro Rosc. Am.* 1. Accedit alia causa, quod & hic servit connexioni. ¶ *Accedere febris* dicitur, cum per intervalla intenditur, decedere vero, cum deficit. *Cels.*

Acceleratio, onis, f. 3. festinatio, properatio, *affrettamento*. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 13. Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.

Accelĕro, as, are, *andar in fretta*, *affrettare*, מהר, Ger. *eylen*, *ſchnellgehen*, Gall. *avancer*, *hater*, *ſe hater*, Hisp. *appreſſurarſe*, *darſe prieſſa*, ἐγκονέω, propero, festino. Accipitur & active. Accelerare iter apud *Cæs. l.* 2. *B. Civ.* Accelerare mortem. *Plin. l.* 16. *c.* 36. ¶ Et sine casu per ellipsim. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 4. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur.

Accendium, ii, n. 2. Incendium, *incendio*. *Solin. c.* 7. (al. 11.) Si adest Deus, ab ipso Numine fit accendium.

Accendo, dis, di, sum, a. 3. *accendere*, בער, Ger. *anzuenden*, Gal. *allumer*, *enflammer*, Hisp. *encender*, ἄπτω, ex *ad*, & *cando*, a in e mutato, licet non sit in usu, non a *candeo* (ut quidam putaverunt) quod est neutrum, *accendo* vero activum. Est autem accendere, ignem excitare. *Cic. de Univ. cap.* 9. Deus ipse Solem, quasi lumen accendit. ¶ Per translationem est instigare, & animare, *inſtigare*. *Virg.* Martemque accendere cantu. Sic accendere ad aliquam rem, vel in aliquam rem. *Sil. l.* 4. *v.* 169. In prælia mentes accendit. ¶ *Accendere pretium* pro augere dixit *Plin. lib.* 18. *cap.* 25. Nubilo occasu pluviosam hiemem denunciat, statimque augent lacernarum pretia; fereno asperam, & reliquarum vestium accendunt.

Accendŏnes, id est instigatores. *Salmas. in Tertull. de Pall. cap. ult.* ex vet. libr. restituit, pro quo vulgo erat *cerdones*. Is autem lanistas ibi intelligit, qui gladiatores ad pugnam excitant.

Accensĕo, es, ui, sum, ere, annumero. *Sen. epist.* 91. Eadem hæc ætas Lycurgum sacro illi numero sapientum accensuisset. *Non. Marcel. in* Accensi *pag.* 520. Accensi, qui his (*Decurionibus*) accensebantur, id est attribuebantur.

Accensi, m. 2. שוטרים, Ger. *ein ſtattknecht*, *odder vveibel*. Ut *Marcellus* scribit, genus militiæ erat adminiſtrantibus proximum, dicti, quod ad necessarias res sæpius accirentur, velut accersiti. *Festus* vero sic: Accensi dicebantur, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad censum adjiciebantur. *Idem alibi*: Adscriptitii veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur, quos supernumerarios vocant. Hos & accensos dicebant. Sed *Varro* rectius, qui docet, Accensos ministratores fuisse Magistratuum, ab acciendo dictos, idest vocando. Nam Accensus instar præconis acciebat jussu Consulis Quirites ad concionem. *Plin. lib.* 7. Adjectus est & meridies, Accenso Consulum id pronuntiantu. ¶ Erant singuli Præsidibus Provinciarum Accensi. Quod munus nemini, nisi libertis deferebatur, ut scripsit *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *Asconius* autem sic habet: Accensus est nomen ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur Princeps, vel Commentariensis, aut Cornicularius.

Accensor, oris, m. qui accendit, auget, & promovet. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 7. *n.* 1. Nec accensor glorioſæ illius pompæ, sed auctor spectatus est. Alii leg. *accessor*.

Accensus, i, Minister publicus, ex quo genere Lictores, & Viatores fuerunt. alii ab *acciendo*, alii ab *accensendo* deducunt. Vide in *Accensi*. De his enucleate *Lipſ. El. l.* 1. *c.* 23. *Rosin. Antiq. Rom. l.* 7. *c.* 48. *Accensus*, & *præco* in hoc conveniunt, quod ambo Consulis, vel alterius Magistratus ministri erant; sed ille, ut ad concionem, hic, ut ad Comitia pop. vocaret. *Alex. ab Alex. gen. dier. l.* 2. *c.* 27.

Accensus, a, um, ab accendo, *acceſo*, *infiammato*. ut tæda accensa. *Lucret.* Accensi rogi. *Virg.* ¶ Translate sumitur pro incitato, ut accensus furiis. *Virg.* ¶ Accensus ira, & in iram. *Plin. l.* 17. *c.* 4. Sic accensus odio, ira, amore, &c. ¶ Accensus absolute pro irato. *Virg.* 5. *Æn.* Luminibus tacitis, & sic accensa profatur.

Accensus, a, um, ab accenseo, adscriptus. *Lactant. l.* 5. *c.* 2. *fect.* 15. Religionis, cui fuerat accensus, proditor factus est.

Accentiuncŭla, læ, f. 1. *Gell. l.* 13. *c.* 6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum vocalationes appellabant.

Accentor, oris, m. qui ad alium, seu cum alio canit: qui & concentor dicitur. *Isidor. l.* 6. *Orig. c.* 12.

Accentus, m. 4. *accento*, טעם, Germ. *der thon der ſilbem in einem ieden vvort*, Gall. *accent*, *elevation*, *ou abbaiſſement de voix en prononcant*, Hisp. *El accento de cada palabra*. Dicitur quasi *adcantus*, hoc est juxta cantum, quia ad cantilenam vocis nos cognoscere facit syllabas. Græci προσῳδίαν dicunt, quod προσᾴδεται ταῖς συλλαβαῖς. A Latinis etiam tonus, & tenor vocatur, quia ibi sonus crescit, & desinit. Definitur a quibusdam, quod sit anima verborum, ab aliis, quod sit vox syllabæ. Hos veteres nunc moderamenta, nunc accentiunculas, nunc vocalationes appellant. Sunt autem tres accentus, acutus, gravis, & circumflexus. Acutus dictus est, quod acuat, & erigat syllabam: gravis, quod deprimat, est enim contrarius acuto: circumflexus est, qui ex acuto, & gravi constat. Incipiens enim ab acuto definit in gravem. *Priscianus*, *Quint. Diomedes*. ¶ *Ammianus* magis proprie hac voce usus est, *l.* 6. *c.* 12. secundum Valesium, aut *c.* 29. *edit. Gruter.* Ahenatorum accentu signo dato. Al. tamen leg. occentu. *Solin. c.* 5. *ad fin.* Tibiæ, quæ in accentus exeunt acutissimos. ¶ Hyemis accentum, pro rigore, seu augmento, habet *Sidon. l.* 4. *ep.* 6.

Accepso, dixerunt Veteres pro *acceperim*, vel ut alii volunt, pro *accepsa*.

Non. c. 2. ex *Pacuvii Teucro*. Priusquam accepso, quod peto.

Acceptabilis, e, o. 3. *Lactant. epitom. c.* 2. Acceptabilis victima.

Acceptæ, arum, f. 1. vocantur apud Rei Agrar. Scriptores, portiones a grorum viritim assignatæ, aut quæ sortito obtigerunt. *Sicul. Flacc. de condit. Agror.* Manipulus singulas acceptas accipiet.

Acceptator, oris, m. 3. qui acceptat. *Tertull. de Pœnit. c.* 2. Deus cum auctor, & defensor (*bonorum*) sit, necesse est proinde & acceptator: Si acceptator, etiam remunerator.

Acceptilatio, onis, f. 3. ἀπόχυσις, nomen ex *accipio*, & supino *latum* compositum, est ipsa relatio in acceptum. Apud JCtos est ficta quædam, & imaginaria solutio, & liberatio, ut docet Modestinus, *Dig. l.* 46. *tit.* 4. *leg.* 1. quæ fit per interrogationem, & responsionem, qua utrique contingit ab eodem nexu absolutio. Dicenti enim, Quidquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debeo, habesne acceptum? tu respondes, Habeo, acceptumque fero, quasi dicas, Perinde habeo, ac si accepissem abs te per veram solutionem. Italice dicitur *quittanza*, *cessione*.

Acceptio, onis, f. 3. verbal. ab accipio, actus ipse accipiendi. *Accettazione*, *ricevimento*. *Cic. Top.* 8. Neque deditionem, neque donationem sine acceptatione intelligi posse. ¶ Apud veteres Philosophos est propositio, quæ conceditur a respondente ex quæstione proposita. Vid. *Apulej. l.* 3. *doctr. Plat.* ¶ Acceptio vocis est interpretatio ex mente ejus, qui excipit. *Siculus Flacc.* ex *edit. Gruter. p.* 18. Acceptiones in centuriis explicandæ sunt.

Acceptĭto, a. 1. idem quod accepto. *Plaut.* apud *Non. c.* 2. *n.* 508. qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.

Accepto, as, are, ὑποδέχομαι, frequentat. ab accipio, *accettare*, *ricevere spesso*. *Plaut. Pseud.* 9. Mihi hercle vero, qui res rationesque heri curo, argentum accepto, expenso. *Id. ib.* 2. 2. ¶ Item pro simplici accipio, ut acceptare jugum. *Sil. Ital. l.* 7. *v.* 41.

Acceptor, oris, m. 3. qui accipit, *accettatore*, λήπτης, *Plaut. in Trin.* 4. Qui illorum verbis falsis acceptor fui, *ideſt*, approbator.

Acceptorius, a, um, ut acceptorius modulus, qui opponitur *erogatorio*, apud *Frontin. de Aquæduct. l.* 1. *Acceptorium* enim vocat, qui puteo immersus aquam haurit, *erogatorium* vero, qui in altum elatus retundit.

Acceptrica, æ, f. 1. quæ accipit. *Plaut. Truc.* 2. 7. 18. Nusquam apparet, neque datori, neque acceptricæ. Al. leg. *acceptrici*. V. *Taubman.*

Acceptrix, femin. ab acceptor. *Plaut. in Truc.* 2. 7. 18. V. *Acceptrica.*

Acceptum, i, n. 2. substant. absolute dicitur quidquid ab aliis accipimus seu dono, seu mutuo, seu alio quovis modo. Itaque in rationibus alterum caput *acceptorum* est, alterum *expensorum*, ut in mercatorum libris. Cicero *tabulas* dicit *accepti*, & *tabulas expensi*. *Plaut. in Trucul.* Hic ratio accepti scribitur. ¶ Hinc *acceptum referre*, est scribere in tabulis, vel fateri se accepisse. Dicimus etiam *acceptum ferre* in ead. significatione, sed rarius. *L. ult. D. quæ in fraud. cred.* Si fraudator fidejussori suo scienti acceptum tulerit. Sed & *in acceptum ferre & referre* dicimus. *Cic. in Ver. de Præt. Urb.* Opus in acceptum retulit. *Æmil. Macer. l.* 7. *D. ad l. Jul. repetund.* Illud quoque cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciundum. ubi *acceptum* accipitur pro tabula accepti, nisi *in acceptum*, id est *pro accepto* dixit. V. Acceptus, a, um. ¶ Apud cosd. JCtos dicitur etiam *accepto ferre*, ἀκαπένχι, & significat acceptum habere, quod nobis ex stipulatione promissum est, sive ut vulgo loquimur, *habere pro recepto*, etiamsi nulla solutio facta sit. Sic *accepto ferre*, *accepto facere*, & *acceptum facere*, item *habere acceptum* pro *acceptum referre*. ¶ *Accepto ferre rationibus aliquid*, est referre in tabulas rationum aliquid acceptum, *mettere nel libro delle ricevute*. ut *l.* 91. §. 4. *D. de leg.* 3. ¶ *Accepto*, vel *acceptum rogare* dicitur qui stipulatur, an id quod promisit creditor acceptum habeat. Contra vero *accepto liberare* dicitur creditor, cum debitori stipulanti respondet, se acceptum habere. *Hotom. in Lex.*

Acceptus, a, um, nomen ex particip. ab accipio, *accetto*, *caro*, *aggradevole*, Ger. *angenehm*, jucundus, gratus, χαρίεις. *Cæsar. l.* 1. *B. G.* Maxime plebi acceptus erat. *Tacit. l.* 5. Acceptum in vulgus, h. e. gratum vulgo. Superlativum habet *Plaut. Captiv.* 12. Acceptissimus apud te servus. & *Cic. antequam iret in exil.* Comparativo usus est *Liv. l.* 3. *U. C. Cic. Somn. Scip.* ¶ *Acceptum referre aliquid alicui*, est profiteri se aliquid accepisse, *riconoscere da qualcheduno*, *attribuire a qualcheduno*, & tam in bonam, quam in malam partem usurpatur. *Cic. pro Dejot.* Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. *Idem Philip.* 2. Omnia (*mala*) quæ vidimus, uni accepta referemus Antonio, h. e. omnium malorum auctorem Antonium existimabimus. V. Acceptum, i. ¶ *Acceptum habere*, est approbare, & pro grato habere. *Cic.* 5. *Tusc.*

Accersio. V. Arcessio.

Accersītor, oris. V. Arcessitor.

Accersītus, a, um. V. Arcessitus.

Accersītus, us, *domanda*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Cum ad eum ipsius rogatu accersituque venissem. Melius leg. *arcessitus*. V. arcesso.

Accerso. V. Arcesso.

Accessibĭlis, le, ad quem accedi potest. Gloss. ἐπιρόσιτος. *Tertull. adverſ. Praxeam*, *c.* 15. Per accessibilem lucem.

Accessibĭlĭtas, atis, f. 4. facilitas accedendi. *Tertull. loc. cit.* Adscriberemus mortalitatem, accessibilitatem.

Accessio, onis, t. 3. verbal. actus accedendi, *accesso*, *accostamento*. *Cic. de Univ. c.* 12. Cum ad corpora accessio fieret, tum abscessio. ¶ Sæpe incrementum significat. *Cic. Verr.* 5. *c.* 49. Accessio nummorum. Et *l.* 2. *Fam. ep.* 1. Accessio dignitatis. Sic accessio morbi apud *Suet. Vesp. c.* 23. vulgo Paroxysmus: cui opponitur Remissio.

Accessĭto, as, n. 1. frequentativum ab accedo. *Cato in originib.* apud *Gell. l.* 18. *c.* 12. Eodem convenæ plures ex agro accessitavere.

Accessor, oris, m. 3. qui accedit. *Valer. Max. lib.* 5. *cap.* 7. 1. Non accessor pompæ, sed auctor spectatus est. Alii malunt *Accensor*.

Accessorius, a, um, qui accedit. Vox est JCtis familiaris, ut Accessorium sequitur naturam sui principalis. V. *Instit. de rer. divis.* §. *si tamen.*

Accessus, us, m. 4. idem quod accessio. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 45. Luna accessu, & recessu suo lumen Solis accipit. ¶ Dare, vel negare accessum, est admittere, vel non admittere aliquem. *Ovid. de Pon.* 2. 2. 41. & *Heroid.* 10. *v.* 64. ¶ Accessus etiam dicuntur loca, quibus flumina & regiones transiri, aut adiri possunt. *Sueton. Virg. Flor.*

Accianus, a, um, ad Accium Poetam pertinens, ut Acciani versus. *Cic. Fam. 9. ep.* 16.

Accĭdens, *accidente*, *circostanza*, מקרה, Germ. *ein ungefehrer*, *zufall*, συμβεβηκὸς, quod adest, & abest præter subjecti corruptionem; quod *Cic.* conjunctum, vel adjunctum vocat. Vox est Dialecticis usitata *Quint. l.* 5. *c.* 10. Causa, tempus, locus, & cætera sunt rerum accidentia. Quamquam hic *Quintil.* ea vocat accidentia, quæ alii circumstantias. ¶ Accidentia item vocantur casus hominum. *Auct. declam.* 5. *cui titulus* Æger redemptus, *inter eas*, *quæ Quintiliano tribuuntur*. Non molliri prosperis facile, non accidentibus frangi.

Accidentia, æ, f. 1. id quod accidit, *avvenimento*, *sorte*, *caso*. σύμπτωσις. *Plin. l.* 32. *c.* 2. Esse vero illam naturæ accidentiam, appositio occurrit exemplo.

Accīdo, is, idere, a. 3. *tagliare*, *estenuare*, *scarnare*, *assottigliare*, ἰκτρίχω, amputo, extenuo, circumcido, ex *ad* & *cædo*. *Cæs. l.* 6. *B. G. c.* 27. Accidere arbores. ¶ Translate *Liv. l.* 8. *c.* 29. Accidit uno prælio res Vestinorum.

Accĭdo, dis, n. 3. *cadere a qualche luogo*, Gall. *cheoir sur*, *ou prés quelque cose*, Hisp. *caer*, *acontecer alguna cosa*, προσπίπτω, συμπίπτω, ex *ad*, & *cado*, quasi juxta cado. Tela (*e loco superiore*) missa gravius accidunt. *Cæs. l.* 3. *B. G. c.* 14. ¶ JCti usurpant accidere pro mori, *morire*, ut Si quid filio meo acciderit. Sed & *Suet. in Aug.* Julias, filiam, neptemque, si quid his accidisset, voluit sepulchro suo inferri. ¶ In tertia persona significat evenire tam bonum, quam malum, *accadere*, *succedere*. *Ter. in And.* Aliquid acciderit boni. ¶ Cum infinito *Cic. Fam. 6. ep.* 11. Nec enim acciderat mihi opus esse. ¶ Accidit absolute, sequente particula, ut, *avvenire*, *che*. *Cic.* 3. *Verr.* Accidit, ut illo itinere veniret Lampsacum. ¶ Accidere præterea est gestum corporis ostendere. Hinc *accidere ad genua*, *ad pedes*, vel *genibus alicujus*, id est supplicem fieri alicui. *Liv. l.* 44. *c.* 31. Genibus Prætoris accidens. *Cic. ad Attic. l.* 1. *ep.* 9. Ad pedes omnium accidente Clodio. ¶ *Accidere auribus*, *aures*, vel *ad aures*, h. e. pervenire. *Liv. l.* 8. *c.* 28. Quod ubi ad aures accidit Regis. *Plaut. Stich.* 1. 2. 31. Mihi paternæ vocis sonus aures accidit. *Plin. in Paneg. c.* 92. Major auribus nostris accidat clamor. ¶ *Quos accidam*, id est ad quorum pedes accidam. *Sallust. in Jug. c.* 16. ubi alii leg. *accedam*.

Accieo, es, ivi, itum, a. 2. *chiamare*, קרא, Ger. *herzu beruffen*, voco. *Pla. in Mil.* Ego illum huc acciebo. Alii aliter leg.

Accinctus, a, um, *apparecchiato*, *chi è in pronto*, ὄξυρος, ab accingo, expeditus, promptus ad partes obeundas. *Plin. paneg. Trajan.* Ad hoc comitatus accinctus, & parens. ¶ Comparativo usus est *Auson. in gratiar. act.* Cujus habitus familiaris condecentior, aut militaris accinctior? *h. e.* moderatior, parcior.

Accingo, is, ere, a. 3. *apparecchiare*, *ordinare*, *mettere all' ordine*, חגר, Ger. *sich bereiten*, *zarusten*, Gal. *trouſſer*, *s' appreter*, & *preparer à quelque choſe*, Hisp. *ponerse in orden*, *y aparejarse a hazer alguna cosa*, ἑτοιμάζω, instruo, armo. Dicimus autem *accingere se alicui rei*, & *ad aliquam rem*. Illi se prædæ accingunt. *Virg. Æn.* 1. *v.* 210. id est studiose parant se ad prædam. Et *Æn.* 2. *v.* 235. Accingunt omnes operi, *subaudi* se se. *Liv. l.* 8. *B. Pun.* Quin igitur ad hoc accingeris? ¶ Accingi magicas artes, omissa præpositione. *ad*, habet *Virg.* 4. *Æn.* ¶ Et cum præpositione. *in*, *Liv. l.* 1. *c.* 12. In hoc discrimen, si juvat, accingere. ¶ *Accinge*, pro accingere, *Pompon. ex Non.* Dum ego revortor, age ante accinge ad molas. ¶ Accingi pro armari, instrui, ut accingi armis, ense, ferro, &c. *Virg.* 2. *Æn.* &c. ¶ Accingi absolute est ad bella parari, ac instrui. *Tacit.* 4. *hist. c.* 68. Simul Domitianus Mutianusque accingebantur, dispari animo &c. ¶ Animos accingere futuris, *hoc est* præparare ad futura. *Valer. Flacc. Argonaut.* 4. ¶ Accingor cum infinito. *Virg.* 3. *Georg.* Accingar dicere pugnas Cæsaris. *hoc est* aggrediar.

Accino, is, n. accanto, πρασσάδω. Verbum perrari usus. Usurpavit *Diomed. Grammat. l.* 2. *c. de accentibus*.

Accio, is, ivi, vel ii, itum, ire, a. 4. *chiamare*, קרא, Ger. *zuyt ihm*, *heruffen*, *beſchicken*, προσκαλέω, ex *ad*, & *cio*, advoco. *Cic. de Aruſp. resp. c.* 12. Aruspices acciendos ex Hetruria putaremus. *Plaut. Mil.* 3. 3. Accire mortem. ¶ Translate *Cic.* 5. *Fin.* Qui se tatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisse.

Accipenser. V. Acipenser.

Accipĭo, is, epi, eptum, a. 3. recipio, tracto, interpretor, intelligo, mutuor, *pigliare*, *ricevere*, לקח, Ger. *annehmen*, *nehmen*, Gall. *recevoir*, *prendre*, Hisp. *tomar lo que se da*, λαμβάνω, capio, recipio. Multi, & varii usus est hoc verbum. Interdum est audire, *udire*. *Cic. in Cat.* Accipite veterem orationem Archiæ. ¶ Interdum sentire, *sentire*. *Ter. in Heau.* Aliter de amore tuo, atque est, accipis. ¶ Interdum cognoscere, *intendere*, ut Accepi, te in patriam reversurum. Accepi ex tuis litteris &c. *Cic. & al.* ¶ Interdum concipere. *Virg. l.* 9. *Æn.* ventosis tollibus auras accipiunt. ¶ Interdum tractare, *trattare*, tam in malum, quam in bonum. *Ter. in Adel.* Ingnis fum acceptus modis. Sic magnifice accipere, hilariter, &c. apud *Plaut.* & *Cic.* sæpe. ¶ Accipere nomen, pro eo, quod vulgus dicit, recipere ad monitram. *Liv.* 2. *B. Pun.* Si suum nomen Dictator acciperet. ¶ Accipere ætatem dixit. *Plin. l.* 14. *c.* 7. Cujus dulci admisto, reliquorum duritia suavitatem accipiat simul, & ætatem. ¶ Late patet hoc verbum. Dicimus enim, Accipere conditionem, colorem, fœdera, fidem, libertatem, &c. ¶ Accipio item est disputantium verbum, cum concedunt aliquid, quod alter posuit: *approvare*, *concedere*. *Gell. l.* 18. *c.* 1. Hoc ubi accepit Stoicus. & *infra*: Hoc ubi accepit Peripateticus. Sic *Terent. Heauton.* Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum, h. e. admittere, & approbare hoc metu plenum consilium. Sic accipere legem populus dicitur, quam jubet & probat. ¶ Sumitur & pro consequi, *conseguire*, ut accipere pacem, provinciam, &c. *Justin. l.* 5. *c.* 4. Pacem petierunt, quam ne acciperent, opera eorum effectum est. ¶ Accipere animum quietum in aliquem. *Virg.* 1. *Æn.* In primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam. ¶ Accipere cœlum, pro felicem esse. *Ovid. Metam. ad fi.* Quem si modo posse videre fata semel dederint, cœlum accepisse videbor. ¶ Accipio pro suscipio, *intraprendere*. *Terent. Hecyr.* Mea causa causam hanc accipite. *Plaut. Mostel.* 16. Accipiam hanc ad me litem. Accipere, pro experiri, *sentire*, *provare*. *Cic. l.* 3. *ad Q. Fr.* Magnam ex epistola tua accepi voluptatem. Sic accipere gaudium, dolorem, &c. ¶ Accipere aliquid in majus, h. e. amplificare fama supra quam par sit. *Liv.* 9. *B. Pun.* Omnia in majus metu augente accipiebant. ¶ Accipere in amicitiam, h. e. admittere, *Cic. ad Attic. l.* 2. in societatem regni, *Liv.* 4. *U. C.* in numerum, *idem* 10. *U. C.* in civitatem, *Cic.* 1. *Offic.* & *Liv. ab Urb.* ¶ Accipere memoriam de aliquo. *Cic. de Amic.* Loquimur de iis amicis, quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. *h. e.* de quibus aliquam fieri mentionem audivimus.

Accipĭter, is, m. 3. *Sparviero*, נֵץ, Ger. *vveyhe*, *habbich*, *sperber*, ἱέραξ, Nomen est commune omnibus avibus rapacibus, ut Æsalonі, Buteoni, Falconibus, &c. sic dictum ab accipiendis male avibus. *Terent. Phor.* 2. 2. Non rete accipitri tenditur, neque milvio. ¶ Tanta est velocitatis hoc avium genus, ut inde natum sit proverb. *Accipitre ocyor*. quo venuste utemur, si ad famam, vel nuncium, vel aliud quippiam detorqueatur. ¶ Translate sumitur pro avido, vel rapaci. *Plaut. Perſ.* 3. *ſc.* 3. Accipiter pecuniarum. ¶ Reperitur etiam in genere feminino. *Lucret. l.* 4. *v.* 1003. Accipitres somno in leni si prælia pugnasque Edere sunt perfectantes, vitaque volantes.

Accipĭtro, as, a. 1. προσβάλλω, idem ac lacero, sed obsoletum, quo usus est Nævius apud *Gell. l.* 19. *c.* 7.

Accĭsso, as, are, n. 1. Veteres dixerunt pro ineptire, *impazzire*, ἀκκίζω, stulte

multe facio. Derivatum ab Acco muliere fatua, quam vide suo loco. Cic. usus est græco verbo, pro inepte dissimulare, *Attic.* 2. Certi sumus periisse omnia: quid enim ἀκκιζόμεθα? ¶ Hinc accismus, ἀκκισμός, stulta, & inepta recusatio. Solebat enim ea femina, quæ maxime cuperet, detrectare. *Vid. Erasm. Chil. Cent.* 2. *Hadr. Jun. adag.* 585. *Cœl. Rhod. l.* 17. *c.* 2.

Accīsus, a, um, o. 1. 2. περικοπὴς, cæsus. *Tacit. de moribus Germ.* Accisis crinibus nudatam expellit domo. ¶ Sumitur & pro extenuato, afflicto, imminuto. *Virg.* 7. *Æn.* Accisis coget dapibus consumere mensas. *Liv. l.* 3. *c.* 10. Quamquam accisas res eorum satis constabit. Sic *accisæ opes* apud *Horat. l.* 2. *sat.* 2. *v.* 113.

Accītio, onis, f. *chiamata*, actus accienti. *Arnob. l.* 4. *pag.* 134. Magi in suis accitionibus memorant. *b. e.* in suis Deorum evocationibus.

Accītus, a, um, *chiamato*, evocatus, accersitus, ab accio. *Curt. l.* 4. *c.* 1. Classis ex Græcia accita. *Vellej.* 2. 69. Accito Milone.

Accītus, us, m. 4. subitant. *chiamata*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 677. Accitu chari genitoris. *Cic. in Ver.* 4. Accitu Prætoris evocari.

Accĭus, m. 2. Ἄκκιος, Poeta tragœdiarum scriptor insignis. Natus traditur parentibus libertinis, Marcio, & Serano Consulibus. Ejus tragœdiæ fuerunt clarissimæ, gravitate sententiarum, verborum pondere, & auctoritate personarum. Testis *Qu. l.* 10. *c.* 1. Eum tamen, ut durius culum notat *Cicero ad Att.* Sed & Licinius ferreum scriptorem appellabat, quod, dum tragœdias ex Sophocle verteret in Latinum, duriorem se præstiterit, id quod *Quintil.* pro suo candore in tempora illa rejicit. ¶ Fuit & Accius pictor insignis. Item alter historicus, de quo *Cic. l.* 3. *de Leg.* Item augur nobilis dissecta cote apud *Liv.* & *Cic. l. de Divin.* Ab Accio fit Accianus. *Cic. Fam.* 9. 16. Acciani versus.

Acclamatĭo, onis, f. *grido*, *gridata*, ἐπιφώνησις, clamor. *Colum. l.* 7. *c.* 3. In cogendis recipientisque ovibus acclamatione ac baculo minetur. ¶ Item vox & clamor multitudinis assentientis, probantis, laudantis, *acclamazione*, *applauso*, *viva*. *Curt. l.* 9. *c.* 4. Lætus his acclamationibus. *Suet. in Oth. c.* 6. Inter faustas acclamationes. ¶ Item adversantis, exsibilantis, maledicentis, *fischiata*, *grido*. *Cic.* 2. *de orat. c.* 83. Vitanda est acclamatio adversa populi. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. Non modo ut acclamatione, sed convicio, & maledictis impediretur. ¶ Epiphonema rhetoricum. *Quintil. lib.* 8. *cap.* 5. Est epiphonema rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. Sed vis hujus significationis est in epith. Summa.

Acclamĭto, as, are, frequentat. ab acclamo. *Plaut. Amph.* 3. 2. *v.* 3. Ea quæ sunt facta infecta esse acclamitat. *Sed editiones mire hic variant.*

Acclāmo, as, are, n. 1. *acclamare*, *gridare*, *applaudire*, קרא, צוח, Ger. *zuschreyen mit crebscher stimm*, Gal. *s'ecrier en la faveur*, *ou defaveur de quelquun*, *luy favoriser*, *ou contredire par cry*, Hisp. *dar vozes*, *y grizos*, *llamar dando vozes*, ἐπιβοάζω, ἐπιφωνέω, *Cic. pro Cæc.* Populus acclamavit ita esse. ¶ Acclamare dicitur populus oranti aut concionanti, cum probat id quod agitur. *Suet.* narrat Jul. Cæsarem in triumphi acclamari sibi jussisse, *Veni*, *vidi*, *vici*. Acclamandi autem mos in Theatris natus, mox ad forum, & tandem in ipsam curiam translatus est. V. *Plin. l.* 2. *epist.* 14. & *l.* 4. *epist.* 9. ¶ De ritu acclamandi vide *Lipsi. l.* 2. *Elect. c.* 9. ¶ Acclamare etiam usurpatur in malam partem, pro obstrepere cum indignatione, reclamare. *Paterculus* 2. 4. 4. Cum omnis concio acclamasset. *id est* reclamasset: ut ex contextu liquet.

Acclinatus, a, um, o. 1. 2. inclinatus, nomen ex particip. ἐπικλιτικὸς. *Ovid. Metam.* 10. Acclinataque colla mollibus in plumis, tanquam sensura reponit. *Petron. in Satyr. c.* 104. Unus ex vectoribus acclinatus lateri navis exonerabat stomachum.

Acclīnis, ne, o. 3. adiect. inclinans, propendens. *Ammian. l.* 29. *c.* 26. Municipium monti accline. *Virg. Æn.* 10. *v.* 834. Corpusque levabat Aboris acclinis trunco. ¶ Metaphorice propensus. *Horat. l.* 2. *sat.* 2. Acclinis falsis animus. Alii leg. *acclivis*.

Acclīno, as, are, a. 1. *inchinare*, ἐπικλίνω, ad aliquid flecto, inclino. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 72. Seque acclinavit ad illum. ¶ Translate sumitur pro assentiri. *Liv. l.* 4. *c.* 48. Haud gravate acclinaturos se ad causam Senatus.

Acclīvis, o. 3. *erto*, Gal. *elevè en montant*, *aigu par haut*, Hisp. *cosa eveſta arriba*, προσάντης, quod est leviter erectum, & acuminatum. Et proprie de ascensu dicitur, quasi in clivum acuminatum. *Cicer. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. Ea viæ pars valde acclivis est. *Cæs. l.* 2. *B. Gall. c.* 29. Leniter acclivis aditus. *di dolce salita*.

Acclivĭtas, atis, f. 3. *montata*, *l' erto*, ἀναφορία. *Cæs. B. G. l.* 2. Ab eo flumina pari acclivitate collis nascebatur. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Hac ratione difficultas acclivitatis infringitur.

Acclīvus, a, um, o. 1. 2. idem quod acclivis. *Liv. l.* 8. Placide acclivi colles. *Ovid.* 5. *Fast.* Leniter acclivo constituere jugo.

Acco, hujus accus, f. 4. ἄκκω, nomen mulieris proprium, quæ ejus delirii fuisse proditur, ut cum se contemplaretur in speculo, imag nem suam perinde, ac mulierem alteram alloqueretur, innueret, submurmuraret, arrideret, interdum comminaretur, promitteret, subblandiretur, & quidquid confabulantes solent, numeris omnibus impleret. Scribunt alii, etiam clavos nonnunquam spongia, veluti malleo, impingere conatam. *Cœl. l.* 9. *antiq. lect.* 37. Hinc, qui stultius, aut ineptius aliquid agunt, acciſſare dicuntur, & Accus nomine compellantur. Accismus etiam dicitur recusatio cum spe tamen accipiendi. ¶ Acco & Alphito junguntur a Plutarcho, tanquam duæ mulieres, quarum formidine solebant pueros compescere.

Accŏla, m. 1. *vicino*, *abitante*, שכן, נר, תושב, Ger. *nabbbar*, Gal. *voisin*, πάροικος. Vicinus, prope habitans. Incola est, qui in loco, accola, qui ad locum habitat. *Liv. lib.* 1. Pastor accola ejus loci. *Cic.* 6. *Verr. c.* 50. Accolæ, atque antistites Cereris.

Accŏlens, entis, particip. ab accolo, qui accolit, παροικῶν. *Plin. l.* 36. *c.* 12. Ante has est spinus vel magis miranda, qua silvestria sunt accolentium.

Accŏlo, lis, a. 3. *abitar vicino*, שכן, Germ. *bey vohnen*, *nach vvohnen*, Gall. *demeurer auprez*, *estre voisin*, Hisp. *morar cerca de algun lugar*, παροικέω, ex *ad*, & *colo*, juxta colo, & de aquis, montibusque dicitur. *Liv. l.* 4. Qui Hetruscum mare, quique Tiberim accolunt. *Plin. l.* 4. Persæ rubrum mare semper accoluere. ¶ *Accolitur*, passivum. *Plin. lib.* 3. *cap.* 1.

Accommodate, adv. *attamente*, *a proposito*, ἐπιτηδείως, apte, appositè. *Cic.* 1. *de Or. cap.* 33. Primum Oratoris officium esse dicere ad persuadendum accommodate. ¶ Comp. accommodatius, sup. accommodatissime. *Cic.* 5. *Fin. c.* 9. Sic affectum, ut optime affici possit, ad naturamque accommodatissime. *Id. in Orat. c.* 33. Ad popularem intelligentiam accommodatius.

Accommodatĭo, onis, f. 3. verbale, ipse actus accommodandi, *adattazione*, ἐπιτηδειότης. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 7. Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inventionem accommodatio. ¶ Translate. *Id.* 5. *Verr. c.* 81. Ex liberalitate, atque accommodatione Magistratuum. *h. e.* indulgentia, facilitate.

Accommodātus, a, um, o. 1. 2. aptus, idoneus, *atto*, *aggiustato*. ἐπιτήδειος, ἁρμόττων, ut accommodatus ad consolandum. *Cic. Fam.* 5. 16. ¶ Comparat. apud *eund. pro Cluent. c.* 1. Accommodatior concionibus. Superlativ. *Plin.* 13. 3. Ægyptus accommodatissima unguentis. ¶ Accommodatus, pro propenso. *Cic. Verr.* 3. Ad summum Græcorum otium potius, quam ad vim aut tumultum accommodati. Et *Verr.* 5. Accommodatus ad flagitia. *Celsus l.* 5. *c.* 19. *n.* 20. Accommodata adversus morsus emplastra. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. Accommodatus in aliquam rem.

Accommode, adv. attertur in Lexicis quibusd. ex *Quintil. l.* 4. *cap.* 1. Cui accommodissime jungi initium sequentium poterit: sed libri meliores hab. *commodissime*.

Accommŏdo, as, a. 1. commodo, apto, refero, & ad tempus rego, adhibeo, apte colloco, *acconciare*, *adattare*, הקן, רכן, Germ. *zu fugen*, Gal. *accommoder*, *appropier*, Hisp. *acomodar*, *ayuntar*, ἐφαρμόζω. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 61. Coronam sibi ad caput accommodanti. *Id. l.* 1. *Off.* Qui se ad magnas res gerendas accommodavere. ¶ Dicitur etiam, accommodare se duci in & assertorem alicui. *Suet. in Galba c.* 9. & apud *eund. in Tiber. c.* 48. accommodare se alicui. *h. e.* sequi ejus partes. ¶ Aliquando est pro Commodo. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 2. Peto, ut ei de habitatione accommodes. ¶ Apud JCtos accommodare est benigne, & ex æquo & bono contra summi juris regulas concedere. *leg. Filio. D. de vit. nuptiar.* ¶ Item interponere, ut accommodare auctoritatem, *Ulpian. Dig. l.* 26. *tit.* 8. *leg.* 1. & accommodare fidem, *Cajus ibid. l.* 34. *tit.* 9. *leg.* 10.

Accommŏdus, a, um, o. 1. 2. *atto*, *buono*, idem, quod accommodatus, aptus, idoneus. *Virg.* 11. *Æn. v.* 522. Vallis accommoda fraudi.

Accongĕro, is, essi, estum, a. 3. idem quod congero. *Plaut. Truc.* 1. 2. 17. Nam ego huic dona accongessi.

Accorpŏro, as, are, a. 1. adjungo, admisceo. *Ammian. lib.* 16. *cap.* 13. Ut damnatorum petita bonis suis accorporarent. Adde *Solin. c.* 37.

Accrēdo, dis, a. 3. *credere*, האמין, Ger. *zusammen stimmen*, *eines sinns*, *oder einer meynung. seyn*, *vervvilligen*, ex ad, & credo, ad id, quod creditur, accedo, assentior. *Nepos in Datam. c.* 3. *Plaut. Asin.* 3. 3. 37. & *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 25.

Accredŭo, duis, a. 3. *consentire*, idem, quod accredo. *Plaut. Asin.* 5. 2. 4. Quidquam accreduas.

Accrementum, i, n. 2. verbale ab accresco, incrementum, *accrescimento*, ἐπαύξησις. *Plin. l.* 9. *c.* 2. Mollique, ac tertili accremento. Sed Harduinus ex MSS. rectius legit *nutrimento*.

Accrescŏ, is, ere, n. 3. *crescere*, *aumentarsi*, רחב, Germ. *vvachsen*, Gall. *croitre*, *accroitre*, Hisp. *acrecentar*, *aumentarse*, ἐπαυξάνομαι, ex ad, & cresco, augeor. *Cic.* 2. *de Invent.* Flumen subito accrevit. *Liv. l.* 1. *c.* 54. Vana fides accrescit. ¶ Item pro adjungi. *Plin. l.* 2. *epist.* 8. Veteribus negotiis nova accrescunt. ¶ *Jus accrescendi* apud JCtos est, quo hereditatis, vel rei legatæ pars deficiente aliquo cohæredum, alteri attribuitur. *Ulpian. Dig. l.* 37. *tit.* 1. *leg.* 3.

Accrētio, onis, rem. 3. *accrescimento*; verbal. ab accresco, incrementum, ipse actus accrescendi. *Cicer.* 1. *Tusc. c.* 27. Accretio Lunæ, ac diminutio.

Accrētus, a, um, adiect. *cresciuto*. *Sever. in Ætna v.* 435. Et lapis accretus regerendis ignibus aptus. ¶ Scribitur & *adcretus*.

Accubatĭo, onis, f. 3. verbale, actus ipse accubandi, *il sedere a tavola*, ἀνάκλισις. *Cic. de Senect.* Accubatio epularis amicorum. Al. leg. *accubitio*. *Spart. in Vero c.* 5. Accubationes ac mensas de rotis, ac liliis fecit. *Cicer. de Offic. l.* 1. Status, incessus, sessio, accubatio.

Accubitalĭa, um, n. 3. lecti strati, in quibus accumbebant, ἀνακλιτήρια, vel stragula, quibus hujusmodi lectuli solent operiri. Vid. *Cœl. l.* 26. *c.* 29. & *l.* 27. *c.* 25. *Trebell. Poll. Claud. c.* 14. Accubitalium Cypriorum paria duo.

Accubĭtio. V. accubatio.

Accubĭto, as, n. 1. frequentat. ab accubo. *Sedul. in princip. operis*: Dignatus nostris accubitare toris.

Accubitorius, a, um, o. 1. 2. ut accubitoria vestimenta. *Petron. Satyr. pag.* 76.

Accubĭtum, i, n. 2. *seggia da stare a tavola*, כיסבה, Ger. *ein gntschen*, *oder lotterbeth auffdem man am tag schlaffe*, ἀνακλιτήριον, sedes cœnatoria triclinio similis, quæ, postquam triclinares lecti in desuetudinem abierunt, ad accubandum mensæ adhibita est. *Lamprid. in Heliogab. c.* 19. & *in Alex. Sev. c.* 34.

Accubĭtus, tus, m. 4. *lo star in giù*, *il giacere*, ἀνάκλισις, ipse accubandi actus. *Stat. l.* 1. *Achill. v.* 109. & *Plin. l.* 8. *c.* 2. Plenis hominum triclinis accubitu iere per lectos. ¶ Accubitus primus significat primo quidem actionem primo accumbentis, deinde locum primi accubitus.

Accŭbo, n. 1. accumbo, cubo, discumbo, *star appresso*, Gal. *giter aupres*, *etre couchè aupres*, Hisp. *assentarse cerca alcuno*, συνανακλινομαι, juxta cubo. *Virg.* 6. *Æn.* Furiarum maxima juxta accubat: *Plaut. in Asi.* Accubat mecum. ¶ Et pro adjacere, *esser vicino*. *Suet. in Cæs.* Theatrum Tarpejo monti accubans.

Accubŭo, adverb. ut *assiduo*, signif. accumbendo. *Plaut. Truc.* 1. 4. 68. Immo hercle vero accubuo mavelim.

Accŭdo, is, a. 3. *batter denari*. *Plaut. Merc. a.* 2. *sc.* 3. *v.* 96. Tres minas accudere etiam possum.

Accumbo, is, n. 3. *giacere appresso*, שכן אצל, Ger. *darbey sitzen*, juxta cubo. *Plaut. in Most.* Cave, ne prius in via accumbas. ¶ Est & accumbere, κατακλίνεσθαι, in convivio esse. Cubabant enim antiqui vescentes. *Cic. l.* 9. *Fam.* Accubueram hora nona. *Id. pro Mur. c.* 35. Accumbere in robore. *Virg.* 1. *Æn. v.* 79. Epulis accumbere divum. ¶ *Accumbere aliquem*, pro *apud aliquem*, quod aliqui in verb. *Accubo* notare solent. *Plaut. Menæch.* 3. 2. *v.* 11. Scortum accubui. & *a.* 5. *v.* 82. Potavi, atque accubui scortum. ¶ Sic *accumbere mensam*, *Acc.* apud *Non. c.* 4. *n.* 487.

Accumulate, adverb. *accumulatamente*, *abbondantemente*, σωρηδόν. *Apul. l.* 100. *A. A.* Omnia prolixe, accumulateque pollicetur. *Auct. ad Herenn. l.* 1. Hoc accumulatissime tuæ largiamur voluntati.

Accumulatĭo, onis, f. 3. ἐπισώρευσις, verbale a *Plin. l.* 17. *c.* 26. recensetur inter arborum morbidarum remedia; quod fit cum terra circa eas aggeratur, ut tectiores sint radices: Italice *rincalzamento*: cui contrar. est *ablaqueatio*.

Accumulātor, oris, m. 3. qui accumulat. *Tacit. Annal.* 3. *c.* 30. Opum accumulator.

Accumŭlo, las, a. 1. *ammassare*, Gall. *ammasser*, *accumuler*, *entasser*, Hisp. *amontonar*, ἐπισωρεύω, amplifico, & quali ad cumulum addo. *Cic. in Rul.* 2. *c.* 22. Auget, addit, accumulat. Constructur autem fere cum acc. & ablat. ¶ Accumulare vitem, arborem, aut aliquid simile, est circum abores aggerare terram, *rincalzare*, cui contrar. est ablaqueare. *Plin. c.* 10. *c.* 19. *l.* 18. *c.* 24. & *l.* 19. *c.* 5.

Accurate, adverb. diligenter, studiose, *diligentemente*, *squisitamente*, ἐπιμελῶς. *Cic. ad Brut.* Litteris tam accurate scriptis. *Id. l.* 1. *de Fin.* Accuratius explicari. *Id. Fam. l.* 5. *ep.* 17. Accuratissime tutari.

Accuratĭo, onis, f. 3. verbal. cura, diligentia, actus ipse accurandi, *diligenza*, ἐπιμέλεια. *Cic. de cl. Orat. c.* 67. Inveniendis componendisque rebus mira accuratio.

Accurātus, a, um, o. 1. 2. cura magna factus, exquisitus, meditatus, *fatto con diligenza*, ἐπιμελής. *Cic. Fam. l.* 13. *e.* 17. Accurata commendatio. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 3. Accuratissima diligentia. *Liv. l.* 3. *c.* 37. Accuratior delectus. ¶ Absolute *Plaut. Bacch.* 3. 6. 21. *Id.* Ille quod in se fuit, accuratum habuit. h. e. curavit. *Id. Mil.* 3. 1. 200. Accurato opus est. *ci vuol diligenza.*

Accūro, ras, a. 1. *diligentemente operare*, *far con accuratezza*, השקיר, השיסלב, Ger. *Heſſig verſorgen*, *in acht haben*, Gal. *ſoigneuſement faire quelque coſe*, Hiſp. *cuidar*, *poner cuidado*, ἐπιμελῶμαι, diligenter curo. *Plin. in Epid.* Accurentur hoſpites. *Cic. de Inv.* Melius accurantur. ¶ Accurare penſum, proverbialis ſermo. *Plaut. in Bacch.* Ego penſum meum lepide accurabo. *hoc eſt*, curabo, ut efficiam, quod mihi mandatum eſt. ¶ Accurare prandium alicui. *Plaut. Menæch.* 5. h. e. præparare.

Accurro, is, accurri, rere, n. 3. ad aliquid curro, ex ad, & curro, *accorrere*, προστρέχω, *Cic.* 1. *de Divin.* Ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimul atque velimus, accurrant. ¶ *Accurritur* impersonale. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 21. Accurritur ab univerſis. ¶ In præterito habet accurri, & accucurri. *Cic. Off.* 3. *c.* 31. Accurriſſe Romam dicitur. *Petron. Sat. circa finis.* Paulo ante in conductum accucurrit.

Accurſus, us, m. 4. *concorſo*. *Tac. l.* 1. *Annal.* Accurſu multitudinis protectus.

Accuſabĭlis, & le, o. 3. *riprenſibile*, *biaſimevole*, quod accuſatione dignum eſt. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 35. Quorum accuſabilis eſt turpitudo.

Accuſatĭo, onis, f. 3. *accuſazione*, *accuſa*, κατηγορία. *Cic. de cl. Orat.* Accuſationem factitavit. ¶ Inter accuſationem, & maledictionem hoc intereſt, quod accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet; maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam. Ita *Cic. pro Cœl. c.* 3.

Accuſatīvus, a, um, o. 1. 2. κατηγορικὸς, per quod quis accuſatur. Hinc accuſativus caſus dictus eſt, αἰτιατικὴ, quia per hunc vel accuſamus, vel laudare videmur, unde & Laudativus dicitur. *Quintilian. l.* 7. *c.* 9. Accuſativi geminatione facta Amphibolia ſolvitur ablativo.

Accuſātor, oris, m. 3. qui accuſat, *accuſatore*, κατήγορος. *Cic. pro Roſc. Am.* Accuſatores multos eſſe in civitate, utile eſt.

Accuſatorĭe, adv. *accuſatoriamente*, κατηγορικῶς. *Cic.* 5. *Verr.* Non agam tecum accuſatorie.

Accuſatorius, o. 1. 2. *pertinente ad accuſa*, κατηγορικὸς, quod ad accuſationem pertinet. *Cic. pro Clu. c.* 4. Accuſatorio animo.

Accuſātrix, icis, f. 3. ab accuſator, *accuſatrice*, ἡ κατήγορος, αἰτιάτρια. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 10. Tu mihi accuſatrix ades.

Accuſātus, a, um, o. 1. 2. particip. incuſatus, reprehenſus, in judicium vocatus. *Nepos* 4. 2. 6. Accuſatus capitis. *Id.* 6. 3. 4. Accuſatus crimine.

Accuſĭto, as, avi, atum, a. 1. frequent. ab accuſo. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 23. Nihil erit, quod Deorum ullum accuſites.

Accuſo, as, a. 1. *accuſare*, Gal. *acuſer*, *reprendre*, Hiſp. *acuſar delante al que puede punir*, κατηγορέω, frequentativum ab accudo, ut docet *Priſcianus*, ex *ad*, & *cuſo*, quod a *cudo* deducitur, ex quo compoſita Incuſo, Excuſo, & Recuſo. Quanquam non deſint, qui dicant, Accuſo ex *ad*, & *cauſa*, ſeu *cauſor*, componi. Accuſare, *ait Valla*, eſt apud judicem, vel alium, & aliquando apud illum, quem accuſes, oſtendere, aliquem peccaſſe. Dicimus autem, Accuſo te illi, apud illum, vel coram illo, ſceleris, aut de ſcelere. Id obſervatum fere comperi, ut quod peccati nomen exprimit, genitivo, quod minus, ablativo poneretur, ut, Te accuſavi homicidii, & alio ſcelere. Exempla patent apud *Cic.* & alios. Incuſare, eſt alterius mores reprehendere, & plerumque cum querela, quod ab illo injuria ſis affectus. Qui dixerunt Incuſare de majoribus dici, Accuſare de paribus, vel minoribus, errant. *Cæſ. in* 1. *Com.* Vehementer Centuriones incuſavit. *Diom.* Incuſante *Cicerone* Catilina convictus. *Tacit.* Intemperiem cœli incuſantes. ¶ Dicitur etiam accuſare pro ſimpliciter reprehendere, objurgare privatim. *Terent. Heaut.* 1. 1. *v.* 49. Quotidie accuſabam: Hem! Tibi ne hæc diutius licere ſperas facere me vivo patre? Sic, accuſare inertiam alicujus, vel inertiæ aliquem, aut de inertia. ¶ Accuſare tabulas. *Quintil. l.* 5. *c.* 5. h. e. falſas eſſe oſtendere.

Acdeſtis, is, m. Jovis filius ex petra, quam ille, caſu effuſo ſemine, polluerat. *Arnob. l.* 5. *pag.* 158.

Acdeſtĭus, a, um, ad Acdeſtim pertinens. *Arnob. l.* 5. *pag.* 163. & 165.

Acentēta, quæ & acentra, gemmæ leves, & quæ mucrones non habent, quaſi ſine punctis, & centris. *Plin. l.* 37. *c.* 2. *de cryſtallis.*

Acĕo, es, acui, n. 2. *eſſer acetoſo*, חמץ, Ger. *ſauver*, *oder zu eſſig verden*, ὀξύνω. *Cato de re ruſt.* Vinum, quod neque aceat, neque muceat.

Acephălus, a, um, *ſenza capo*, ἀκέφαλος, ſine capite. Acephali dicti ſunt quidam Hæretici, qui unam in Chriſto naturam agnoſcebant. Ita autem appellati ſunt, quia, ut ſcribit *Iſidor. l.* 8. *Orig. c.* 6. quis eorum fuerit auctor, & caput, ignoratur.

Acer, eris, neutr. gen. *Acero*. *Plin. l.* 16. *c.* 15. Acer operum elegantia, ac ſubtilitate cedro ſecundum. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 11. At nuper vile fuiſtis acer.

Acer, hæc acris, hoc acre, o. 3. *agro*, *bruſco*, ὀξὺς, חומץ, Ger. *ſauverbiter*, Gall. *aigre*, Hiſp. *agro fuerte*, a quo acrior, & acerrimus, proprie ad vinum, acetum, & hujuſmodi pertinet. *Col. l.* 3. Acri aceto. Et *acres cibi* dicuntur, qui acrimoniam habent, & quaſi mordaces ſunt, ut ſinapi, allium, cæpæ. *Plin. lib.* 11. *cap.* 35. Omnia in cibis acria. ¶ Transfertur ad alia, & modo pro forti ponitur, *forte*. *Virg. Æn.* 9. Acrem Turnum. ¶ Modo pro veloci, *veloce*. *Idem l.* 4. Acri gaudet equo. ¶ Modo pro acuto, *acuto*. *Cic.* Acri ingenio. ¶ Modo pro vehementi. *Idem in Hort.* Theopompo acrius. Modo pro diligente, *diligente*. *Virg.* 2. *Georg.* Jam tum acer curas venientem extendit in annum. ¶ Modo pro ſevero, *ſeverò*. *Cic.* 1. *Offic.* Acres animadverſores vitiorum. ¶ Modo pro aſpero, *crudele*. *Idem in Lælio*, Acerrimus inimicus. ¶ *Acre* pro *acriter* adverbii modo poſitum. *Salluſt.* 4. *hiſt. apud Non. c.* 2. *n.* 490. Omnes ut in ſecunda re, pariter acre invadunt. *Apul. l.* 10. *Metam.* Acre comminari. *Perſ. Sat.* 4. *v.* 34. & acre deſpuat in mores. ¶ Reperitur & *acra* in ablativo tanquam a recto *acras*. *Pallad. in Aug. tit.* 5. Si ex nimis acra dulcem fieri velis. Sic *acre piper* dixit *Plin. Valer. l.* 2. *c.* 45. ¶ Superlativum *acriſſimus* pro *acerrimus* legitur *leg.* 4. *Cod. de inceſt. & injuſt. nupt.* ¶ Reperitur etiam *acris* in maſculino. *Enn.* apud *Priſcian. lib.* 5. Somnus acris. ¶ Et *acer* in feminino. *Id. ibid.* Acer hiems.

Acerātus, a, um, o. 1. 2. ut aceratum lutum, quod eſt cum paleis miſtum. *Feſt.*

Acerbātus, a, um, acerbus factus. *Tertul. in Apol. cap. ult.*

Acerbe, adv. *acerbamente*, πικρῶς, immature, amare. ¶ Translate ſumitur pro dure, ſevere, aſpere, crudeliter. *Cicer.* 1. *Off.* Ea bella minus acerbe gerenda ſunt. *Id.* 1. *Tuſc.* Atqui ab hoc acerbius exigit natura, quod dederat. *Liv. cap.* 2. Ut quiſque acerbiſſime crudeliſſimeque dixit, &c.

Acerbĭtas, atis, f. 3. *acerbità*, κότος, πικρία, aſperitas illa in fructibus immaturis, quæ terreſtri quadam ſubſtantia linguam contrahit, exſiccat atque exaſperat. *Cic. pro Planc.* Fructus non lætos, & uberes, ſed magna acerbitate permiſtos tuliſſem. ¶ Translate ſumitur pro quacunque aſperitate, pro duritie. *Cic.* 4. *Pin.* Nec acerbitatem ſententiarum, nec differendi ſpinas probavit. ¶ Item pro ſeveritate. *Cic.* 1. *Off.* Atque etiam illud ipſum, quod acerbitatis habet objurgatio, &c. ¶ Item pro immanitate, crudelitate, feritate, barbarie. *Cic. de Am.* Apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ. ¶ Item pro triſtitia, ægritudine, dolore, cruciatu, moleſtia. *Cic. in Catil.* Ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatuſque perferrem. ¶ Item pro calamitate, ærumna, infortunio, periculo, adverſitate, rebus adverſis. *Cicer. pro Planc.* Nunc timeo, ne nihil tibi præter lacrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. ¶ Acerbitas etiam vocatur vitium, quod illi virtuti opponitur, quam Ariſt. φιλίαν dixit, qua præditos Latini comes, jucundos, ſuaves dicunt. *Cicer. Qu. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Si implacabiles iracundiæ ſunt, ſumma acerbitas eſt, ſin autem exorabiles, ſumma lenitas.

Acerbitūdo, inis, f. 3. idem, ac acerbitas. *Gell. l.* 13. *c.* 3. Sicut autem nihil quicquam intereſt, ſuavitudo dicas, an ſuavitas, ſanctitudo, an ſanctitas, acerbitudo, an acerbitas, &c.

Acerbo, as, a. 1. *inacerbire*, πικραίνω, acerbum reddo. ¶ Translate ſumitur pro exaſperare, exaggerare, amplificare, facere atrocius. *Virg.* 11. *Æn.* Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit, artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat. *Claudian. l.* 1. *in Rufin.* Et exiguum ſtimulando vulnus acerbat.

Acerbum, i, ſubſt. n. 2. acerbitas. *Cic. ante exil.* Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod Rempublicam tutabitur. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 2. Detrahat ut multum, multum reſtabit acerbi.

Acerbus, a, um, o. 1. 2. *acerbo*, *immaturo*, πικρὸς, τραχὺς, quod guſtu aſperum eſt, quod ſapore vehementer aſtringente præditum eſt, linguamque guſtatu contrahit, & exſiccat, ut poſt Platonem in Timæo docuit *Galenus l.* 1. *de facult. ſimpl. medic. c.* 37. Et proprie de fructibus immaturis dicitur. Differt ab auſtero, ut majus a minore. Nam quæ vehementer aſtringunt, acerba dicuntur, quæ mediocriter, auſtera. Et quæ acerba ſunt, ita guſtatu miſere fauces afficiunt, ut iterum guſtare nolimus. *Plin. l.* 15. *c.* 27. Interim quæ ſunt communia & pomis, omnibuſque ſuccis, ſaporum genera tredecim reperiuntur, dulcis, ſuavis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, falſus, &c. ¶ Tanſertur etiam ad alia. *Luer. l.* 2. *v.* 471. Neptuni corpus acerbum. *Ideſt*, aqua maris aſpera, & amara. ¶ Translate quoque ſumitur pro omni eo, quod ante tempus contingit, ut Acerbus interitus, pro morte immatura, ideoque graviore, atque amariore. *Cic.* 4. *Tuſc.* Angor eſt ægritudo premens, luctus, ægritudo ex ejus, qui charus fuerit, interitu acerbo. ¶ Item pro intempeſtivo, importuno. *Hor. in Arte*, *ad finem*, Indoctum, doctumque fugat recitator acerbus. ¶ Item pro imperfecto. *Cic. de Prov. Conſ.* Impolitæ vero res, & acerbæ ſi erunt relictæ, &c. ¶ Item pro triſti, moleſto, duro, *Plaur. Pœn.* Acerba Amatio eſt. *Hoc eſt*, dura, & toleratu difficilis. *Cic.* 2. *de Or.* Nihil mihi ad exiſtimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere poſſe. ¶ Item pro miſero, calamitoſo, funeſto, luctuoſo, indigno. *Virg.* 5. *Æn.* At pater Æneas caſu concuſſus acerbo. ¶ Item pro ſevero, tetrico, aſpero, horrido, cui opponitur lenis, ſive manſuetus. *Cic.* 2. *de Or.* Eaque omnia, quæ proborum, demiſſorum, non acrium, non pertinacium, non litigioſorum, non acerborum ſunt, valde benevolentiam conciliant. ¶ Item pro crudeli, immiti, immani. *Virg.* 5. *Æn.* Et ſævire animis Entellum haud paſſus acerbis. ¶ Item pro infenſo, inimico. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 4. Eo die acerbum habuimus Curionem. ¶ Poſt acerba prudentior, adagium in eum, qui ſuo malo redditus eſt cautior. ¶ Poetæ uſurpant acerba in num. pl. & in genere neutro pro adverbio acerbe. *Lucr. l.* 5. *v.* 34. Aſper, acerba tuens immani corpore ſerpens. *h. e.* torve. *Ovid. ep.* 8. Nox ubi me thalamis ululantem, & acerba gementem condidit. ¶ Comp. acerbior, ſup. acerbiſſimus. *Cic. pro Quinct.* Acerbum eſt ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo. *Iu. Art. l.* 10. Ut illi egenti, ac perditæ multitudini in odium acerbiſſimum venerit.

Acernus, a, um, o. 1. 2. quod ex acere confectum eſt, σφενδάμινος. *Virg.* 2. *Æn. v.* 112. Præcipue cum jam hic trabibus contextus acernis ſtaret equus.

Aceroſus, a, um, aceribus, hoc eſt paleis plenus, ut Aceroſum far, *Lucil.* apud *Non. cap.* 5. *n.* 97.

Acerra, æ, f. 1. λιβανωτὶς θυμιατήριον, ara, in qua ante mortuum odores incendebantur, vel, ut alii malunt, arcula, in qua thus reponitur, quam vulgus naviculam a figura vocat. *Feſt.* ¶ *Acron in Horatium* thuribulum vocat. *Virg.* 5. *Æn.* Et plena ſupplex veneratus acerra.

Acerræ, *Acerra*, urbs eſt Campaniæ, quam Clanius amnis præterfluit. *Virg.* 1. *Georg.* Vacuis Clanius non æquus Acerris.

Acerrānus, a, um, ad Acerram oppidum pertinens. *Liv. l.* 23. *c.* 17.

Acerſecŏmes, idem quod intonſus, ſive capillatus, ab α privat. & κείρω, tondeo: Apollinis epitheton. *Juvenal.* uſurpat pro catamito. *Sat.* 8. *v.* 128. Si nemo tribunal vendit acerſecomes.

Acervālis, & le, o. 3. quod ad acervum ſpectat, quod congregat, vel congregatur in acervum, ut *Argumentatio acervalis*, qua multa ſimul argumenta acervantur, quæ Græce *ſorites* dicitur, qua Chryſippus utebatur. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 4. Aut quemadmodum ſoriti reſpondeas? quem, ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acervalem appellare. Sed nihil opus. Ut enim ipſa Philoſophia, & multa verba Græcorum, ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt.

Acervātim, adv. *in cumulo*, σωρηδὸν, ἀθρόως, per acervos, conjunctim. *Hirt. de B. Alex. c.* 31. Plerique acervatim ſe de vallo præcipitaverunt. *Col. lib.* 9. *c.* 13. Sub favis acervatim enectæ reperiuntur. ¶ Uſurpatur & translate, ut *Acervatim dicere*, id eſt, omnia ſimul, ſummatim, promiſcue, & nullo ſervato ordine. *Cic. pro Cluent. c.* 10. Acervatim jam reliqua, Judices, dicam.

Acervatĭo, onis, f. 3. *ammaſſamento*, σώρευσις, actus acervandi, congregatio, accumulatio. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Homini cibus utiliſſimus, ſimplex, acervatio ſaporum peſtilera, & condimenta perniciofiora. ¶ Acervatio item genus eſt Figuræ Rhetoricæ, qua multa ſimul recenſentur, quæ etiam frequentatio appellatur. V. frequentatio. ¶ Item genus argumentationis, quod Græce ſorites dicitur. V. ſorites.

Acervātus, a, um, adject. *ammaſſato*. *Liv. l.* 3. *c.* 34. Immenſus aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulus.

Acervo, as, a. 1. *ammaſſare*, *accumulare*, σωρεύω, in acervum congero, accumulo. *Plin. l.* 26. *c.* 4. Plura undique acervabimus. ¶ Translate *Quintil. l.* 9. *c.* 3. Acervare verba, & ſenſus.

Acervus, i, m. 2. *cumulo*, *mucchio*, *maſſa*, σωρὸς, ὄγκος, θῖνα, cumulus. Acervus, minutarum proprie rerum congeries eſt, ut frumenti, & leguminis, & ſalis. Differt a ſtrue, ſtrage, ſarcina. Nam ſtrues eſt præ-

cipue

cipue lignorum; strages cadaverum interfectorum uno in loco jacentium, sive hominum, sive brutorum: farcina utensilium. *Virg.* 1. *Georg.* Populatque ingentem farris acervum curculio. *Cic.* 5. *Tusc.* Videamus, ne, ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. *Id. in Rull.* 2. *c.* 22. Vix jam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniæ capiat. *Id. in Phil.* Tanti acervi nummorum apud istum constituuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ. *Id. in Catil.* 3. *c.* 10. Acervis corporum redundavit. ¶ Bos apud acervum, prov. de splendide, ampliterque viventibus, vel, ut ait *Suidas*, de iis, qui in media rerum copia constituti, non sinuntur bonis præsentibus frui. ¶ Translate dicitur de rerum affluentia, ut Acervus bonorum, cum opes non pondere, neque numero, sed acervatim congestas, & ipso cumulo infusas intelligimus. ¶ Transfertur etiam ad res incorporeas. *Cic. pro Sylla c.* 27. Quantos acervos facinorum reperietis? ¶ Item per translationem ita sorites vocatur, quia pronuntiata multa accumulat. *Perf. sat.* 6. *in fi.* Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.

Acesco, is, sine præt. & sup. n. 3. *inacescire*, *agrirfi*, *inagrire*, ὀξύνομαι, ἐξύζω, acidus fio. *Hor. in Epist.* 2. *l.* 1. *v.* 54. Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. *Col. l.* 12. *c.* 26. In quo agro vinum acescere solet.

Acĕsis, ἄκεσις, genus est chrysocollæ. *Plin. l.* 33. *c.* 5.

Acesta, urbs Siciliæ, ab Aceste Rege dicta. *Virg. Æn.* 1. *v.* 718. Urbem appellabunt permisso nomine Acestam. ¶ Postea *Segesta* dicta est. In hac partem suorum reliquit Æneas, Italiam petens.

Acestes, acestæ, filius fuit Crinisi fluminis Siciliæ, & Egestæ mulieris Trojanæ. Vid. *Serv. in illud Æn.* 1. *v.* 554. Trojanoque a sanguine clarus Acestes. ¶ Item *Acestes* flu. est Indiæ, navigabilis, juxta quem Alexander Bucephalam urbem condidit.

Acestēus, a, um, ad Acestam urbem pertinens. *Plin. l.* 3. *c.* 8.

Acetabŭlum, i, n. 9. ὀξύβαφον, ἔμβαφον, vas acetarium. *Isid. & Apic. l.* 8. *c.* 7. ¶ Per translationem ita appellatur mensuræ genus, quod heminæ quartam partem continet, id est, drachmas quindecim, Græcis κοτύλη. *Plin. l.* 21. *c. ult.* Cum acetabuli mensura dicitur, significat heminæ quartam partem, id est, drachmas quindecim. *Id. l.* 18. *c.* 7. Coriandri selibra, salisque acetabulo. *Cels. l.* 5. *c.* 24. Instillaturque subinde quam optimi mellis acetabulum. ¶ Item hoc nomen a vasculo acetario translatum fuit ad significandum sinum, seu cavum, in quo caput femoris volvitur, quod Græce κοτύλη, & κοτυληδὼν dicitur. Nempe quia os hoc figuram habet oxybaphi, quippe est forma orbiculari, cava, & sine marginis latitudine, ut Marcellus ad Dioscoridem annotavit. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices verturtur. ¶ Simili translatione acetabula dicuntur cavitates in brachiis polyporum, cancrorumque, similiumque animantium. *Plin. l.* 9. *c.* 29. *de polypis*, Cetero per brachia velut acetabulis dispersis eo hausto quodam modo, cui adhærescunt, tenent supini, ut avelli non queant. ¶ Acetabula sunt etiam præstigiatorum vascula, sive calliculi, quibus astantium oculos præstringunt. *Sen. l.* 6. *ep.* Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula, & calliculi, in quibus me fallacia ipsa delectat. ¶ Latini etiam herbam quandam vocant hoc nomine, quam & Græci κοτυληδόνα, quod folia habeat concava, & quodammodo in acetabuli formam tornata. Alio nomine umbilicus Veneris dicitur. ¶ Denique acetabulum dici potest de rebus omnibus, quæ similitudinem quandam vasculi acetarii referant. *Quinct. l.* 8. *c.* 6. *de Catachresi*, Mille sunt hæc: & acetabula quicquid habet, & pyxides cujuscunque materiæ sunt, & parricida, matris quoque, aut fratris interfector. ¶ Legitur & Acetabula, æ, f. gen. apud *Varronem l.* 3. *R. R. c.* 5. ubi V. Scaligerum.

Acetare dicebant Vet. quod nunc dicimus agitare. *Festus*. ¶ Neutra significatione est acescere apud *Apul. de herb. cap.* 3.

Acetaria, orum, *insalata*, ὀξύβαφα, sunt herbæ, quæ crudæ eduntur conditæ aceto, sale, oleo. *Plin. l.* 20. *c.* 20. *de portulaca*: Stomachum in acetariis sumpta corroborat. ¶ Prisci etiam hortos ipsos *acetaria* vocabant, inquit *Herm. Barbarus* ad *Plin. l.* 19. *c.* 4. sed ibi Plinius videtur loqui de hortensibus, non hortis. Sunt qui putent *acetaria* dici etiam carnes minutatim in aceto concisas, sed non probant.

Acētum, i, n. 2. *aceto*, ὄξος, ὀξάλμη, vinum acidum. *Cic. in Hort.* apud *Non. c.* 4. *n.* 17. Quod alterius ingenium sic dulce, ut acetum Ægyptium, alterius sic acre, ut mel Hymettium dicimus. ¶ Translate sumitur pro mordacitate. *Hor. l.* 1. *Serm. sat.* 7. *v.* 32. At Græcus postquam est Italo perfusus aceto. *Id est*, Itala mordacitate reprehensus est. ¶ Item pro acrimonia, indignatione. *Plaut. Bacch.* 3. 3. Nunc experiar, sit ne acetum tibi peracre in pectore. *Erasmus* astutiam intelligit. ¶ *Tacitus* 5. *hist. c.*. 6. cum de bitumine Judææ tradit, acetum videtur appellasse liquorem, qui jam concrevit in crustam; quod in aceto fieri solet.

Acētum mel, ἄκρατον μέλι. portio mellis purior, quæ sine expressione ulla, sua sponte defluit. *Plin. l.* 11. *c.* 15. ubi quidam aliter legunt.

Achæa, Sarmatiæ Asiat. vicus, ad Pontum Eux. *Ptol.* ¶ Achæa Ceres cognominata est, Suida teste, a luctu & anxietate, id est ἄχος, quem habuit ob Proserpinæ filiæ raptum. ¶ Achæa Pallas dicta est, cujus templum, referente *Aristot. l. de mirabil.* apud Daunios Apuliæ pop. fuit: in quo antiquitus fuisse tradit cum alia, tum secures, & enses, ceteraque Diomedis, & ejus sociorum arma.

Achæi, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia, de quibus *Ovid. de Pont. l.* 4. *el.* 10. Nec potes infestis conferre charybdin Achæis. ¶ Item Achæi Thessaliæ populi. *Steph.* V. Achivus. ¶ Item Laconiæ incolæ. V. Achæus.

Achæĭas, iados, quæ ex Achaja est. *Ovid. epist.* 3. Inter Achæiadas longe pulcherrima matres. Sunt qui legunt *Achaiadas*.

Achæmĕnes, primus Rex Persarum Cyri avus, a quo multi insequentium regum nomen sumpsere. *Horat. Carm. l.* 2. *Od.* 12. Num tu quæ tenuit dives Achæmenes &c.

Achæmenia, pars Persidis, ab Achæmene Ægæi Filio, unde Achæmenius, a, um, adject. *Horat. Epod.* 13. Nunc & Achæmenia perfundi nardo juvat. ¶ Item Achæmenii, & Achæmenidæ dicti sunt Persæ ab Achæmene primo eorum rege. *Luc. l.* 2. Achæmeniis decurrant Medica Susis.

Achaja, quæ & Hellas, & Græcia, hodie *Livadia*, & *Romelia*, regio est Europæ inter Thessaliam ad Septentr. Epirum ad Occid. Peloponnesum ad Austrum, terminata a Meridie Sinu Corinthiaco Occid. ver. ab Ortu Sinu Saronico, Isthmo intercedente. Urbes Achajæ sunt, Naupactum caput Ætoliæ, Delphi Phocidis, Thebæ Bœotiæ, Athenæ Atticæ, Megara, Tanagra, Coronea, Lilæa, Lebadea. ¶ Est & Achaja regio Peloponnesi, hodie Ducatus Clarentiæ, inter Corinthum, & Patras, sinui Corinthiaco expositas, in qua urbes præcipuæ Corinthus, Sicyon, Patræ.

Achaĭcus, achivus, achæus. *Virg.* 2. *Æn. v.* 462. Et Danaum solitæ naves, & Achaica castra.

Achāis, idis, adject. fœm. *Græca*, Achæa. *Ovid.* 5. *Metam.* Per tot Hæmonias, & per tot Achaidas urbes.

Acharnæ, urbs est Græciæ in Attica regione, ubi primum Dionysia celebrata sunt. *Stat.* 12. *Theb. v.* 623.

Acharnanus, a, um. ad Acharnas pertinens. *Nepos in Themist. c.* 1.

Acharnæ, piscis marinus. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Achātes, m. 3. *Agata*, שבו, ἀχάτης, idest a cura, quæ Regum semper comes est, quo nomine dictus Æneæ comes, & lapis quidam pretiosus in Sicilia, apud Achatem fluvium primum repertus *Plin. l.* 37. *c.* 10. Achates in magna fuit auctoritate, tempestates avertere, & flumina sistere dicitur. ¶ In hoc lapide habuit Pyrrhus Epirotarum Rex Musas novem naturales, & Apollinem cum lyra. *Plin. l.* 37. *c.* 1.

Acheloïdes, sunt Sirenes Acheloi filiæ. *Ovid.* 5. *Met. v.* 552. Vobis, Acheloides, unde pluma, pedesque avium, cum virginis ora geratis? *Idem* & Acheloiadas, easdem dixit *lib.* 14. *Met. v.* 87.

Acheloïus, adject. possessiv. *Ovid. epist.* 15. Acheloja cornua fregit. *Virgil.* 1. *Georg.* Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis, *idest* aquam miscuit vino.

Achelōus, m. 2. *Aspropotamo*, ἀχελῶος, est fluvius Acharnanum, a Pindo oriens, Ætoliam ab Acharnania dividens, in Jonium mare se se exonerans contra Echinadas insulas, inter Halyziam opp. & Evenum fluv. a quo 12. M. P. abest in Occid. Alter etiam est in Thessalia, Lamiam urbem alluens. ¶ Veteres aquam omnem Acheloon nuncupavere, quod Achelous primus post Diluvium erupisse terra fertur, sive quod Achelous in Græcia, ubi tot ingenia floruerunt, omnium fluviorum celeberrimus fuit. *Macrob.* 5. *Saturn. cap.* 18. ¶ Est & Achelous f. Peloponnesi, Dimam urbem præterfluens. Hic Thoas a celeritate apud Poetas nominatur. ¶ Denique hoc nomine fuit Thoas Rex Ætoliæ, qui vel nomen dedit, vel accepit ab Acheloo fl. Acharnaniæ, qui ab *Ovid.* 9. *Met.* confunditur cum fluvio, fingitur pugnare cum Hercule pro Dejanira, quo in certamine se varias in formas transmutat, postremo in taurum, unde cornu Copiæ, ac tandem vincitur.

Achĕron, *Campaniano*, *o Sarno*, Fl. Brutiorum, in Calabria Cit. fluens juxta Pandosiam Urbem exsiccam, & desinens in sinum Terinæum. ¶ Acheron item, *Velichi*, seu *Verlichi*, seu *Fanar*, Fl. est Epiri, qui oritur ex Acherusia palude, & in sinum Ambracium decurrit. ¶ Item Fluvius hujus nominis est in Bithynia, teste *Apollonio*, & Isacio, qui ab iisdem, & a *Plinio* Sonantes dicitur, & exit in Euxinum mare ad Heracleam urbem. Ex horum fluminum similitudine fingitur a Poetis flumen, seu palus apud Inferos. Dicitur Acheron, quasi ἄχεος ῥέος, idest doloris fluxus. ¶ Accipitur & pro ipsis inferis. *Virg.* 7. *Æn. v.* 312. Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.

Acheronteus, a, um, adject. ad Acheronta pertinens. *Claudian. l.* 2. *de rapt. Proserp. v.* 351. Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes Lacte novo manasse ferunt.

Acherontĭa, urbs parva Apuliæ in monte sita: quam ob causam eam nidum appellavit *Horat. Carm. l.* 2. *od.* 3. Quicumque celsæ nidum Acherontiæ.

Acherontĭcus, a, um, ad Acherontem pertinens. *Plaut Bacch.* 2. 2. Regiones colere mavellem Acheronticas.

Acherontīni, pop. sunt in agro Brutio, juxta Acherontem fl. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Achĕruns, untis, in gen. fœmin. pro Acheron. *Plaut. Captiv.* 3. 4. 1. Nulla adæque est Acheruns, atque ubi ego fui. *h. est*, Multa sunt cruciamenta apud inferos, sed nullus Acheron potest inveniri adeo æruminosus, ut sunt illæ lapicidinæ, ubi ego fui, &c. Al. tamen leg. Nullus adæque est Acheruns. ¶ *Acheruns ulmorum* apud *Plaut. Amph.* 4. 2. 10. est vorago, & dissipatio virgarum, ut Acheruns sive Acheron fl. internus est vorago animarum. Ex ulmis autem virgæ fiebant ad servos cædendos. Unde alibi idem Plautus verberonem servum appellat *ulmitribam*. ¶ *Acherunti* adverbialiter ponitur pro in Acherunte, hoc est apud Inferos. *Plaut. Merc.* 3. 4. 31.

Acherunticus, a, um, ad Acheruntem pertinens. *Plaut. Bacc.* 2. 2. 21. Acherunticæ regiones. ¶ Homo *Acherunticus* dicitur ab *eod. Mil.* 3. 1. 33. qui valde tenex est, & morti proximus.

Acheruntius, a, um, Acheruntieus. *Vetus Poeta*, apud *Cic.* 1. *Tusc. c.* 21. Acheruntia templa, *h. e.* Inferorum loca.

Acherusĭa, f. 1. *Lago della Collucia*, ἀχερουσία λίμνη, palus est Campaniæ inter Misenum, & Cumas, ad 2. M. P. *Dionysius in* 2. *Biblioth. hist.* tradit, paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadavera in ulteriorem ripam deferenda, inde natam fabellam de Charonte, ab eo animas nave vehi trans Stygem. ¶ Item Acherusia palus Epiri est, in Thesprotia, ab Ambracia 36. M. P. quæ ad Chimerium port. & opp. exit in mare, ex qua Acheron F. emittitur. ¶ Item Acherusia specus est Bithyniæ, apud Heracleam Ponti, unde Cerberum extractum fabulantur.

Acherūsis, idis, vel idos, ἀχερουσὶς, idem quod Acherusia, hoc est specus Bithyniæ. *Val. Flac. l.* 5. *Argon. v.* 73.

Acherusĭus, a, um, qui ad Acherontem spectat. *Lucret. l.* 3. *v.* 25. Nusquam apparent Acherusia templa, i. e. infernæ regiones. ¶ Acherusia vita *Lucretio l.* 3. *v.* 1037. est vita anxia, sollicita, ærumnosa.

Achetæ, f. 1. ἀχέται, cicadæ sunt argutæ, & canoræ, a verbo ἠχέω, quod est sono, & crepito. *Plin. l.* 11. *c.* 26.

Achīllas, ἀχίλλας, servi Ægyptii nomen est, cujus manu interfectus fuit Pompejus. *Luc. l.* 8. *Plutarch.*

Achillēis, opus est Statii Papinii, quo Achillis pueritiam descripsit. Est etiam hoc nomine quædam species hordei. V. *Ruellium*.

Achilleon, ἀχίλλειον, opp. Troadis, juxta tumulum Achillis, a Mitylenæis conditum, ubi classis ejus steterat. *Plin. l.* 5. *c.* 30.

Achilleos, ἀχίλλειος, myriophyllum, herba. Sic appellata est, quod eam Achilles invenisse traditur, & adhibuisse in curando vulnere Telephi. *Plin. l.* 25. *c.* 5.

Achilleides, achilleidæ, m. ἀχιλλείδης, patronymic. Achillis fil. *Ovid. epist.* 8. Pyrrhus Achilleides animosus imagine Patris. Legitur & *Achillides*.

Achilles, ἀχιλλεύς, heros Græcus, filius Pelei, & Thetidis. *Ovid.* 11. *Met.* Hinc dicitur Pelides. Chironi Centauro nutriendus datus est. Inter filias Lycomedis Regis Sciri, a matre, ne ad bellum Trojanum iret cogeretur, ex quo sciebat non reversurum, sub habitu muliebri absconditus, ex Deidamia generavit Pyrrhum. Ab Ulysse habitu mercatoris detectus ad bellum Trojanum ductus est. Fuit fortissimus totius Græci exercitus. Occidit Hectorem fortissimum Trojanorum, ejusque cadaver ter circum mœnia Ilii traxit bigis alligatum. Patroclum enim ulcisci voluit, sibi amicissimum, qui indutus armis Achillis ab Hectore interfectus fuerat. Vulneravit Regem Mysiæ Telephum, eiusdemque hastæ rubigine sanavit. Dissensit ab Agamemnone odio implacabili, quod sibi Briseidem puellam eripuisset. Captus est amore Polyxenæ, tempore induciarum. Invitatus per fraudem specie nuptiarum a Deiphobo in templum Apollinis Thymbræi, a Paride post simulachrum latitante, sagittis Herculis, quæ a Philoctete acceptæ fuerant, in calcaneo transfixus, ubi mortalis erat, interfectus est. Sepultus est ad Sigæum pro-

montorium. De armis Achillis ingens dissensio nata est inter Ulyssem, qui solus ausus est ea petere, & Ajacem fil. Telamonis. Arma Ulyssi data fuerunt. Ajax ex indignatione incidit in furorem, & ensi incumbens, sibi ipse mortem conscivit. *Ovid. in fine* 12. *Met. & initio lib.* 13. ¶ Poetæ metri causa sæpe hoc nomen Græca declinatione usurpant. Itaque legitur in genitivo *Achillei* pro *Achillis*; quod & *Achilli* scribitur. Item in accusativo *Achillea* pro *Achillem*, in vocativo *Achille* pro *Achilles*, in ablativo *Achilli* pro *Achille* a Græco dativo Dorico τῷ Ἀχίλλᾳ.

Achillēum, ἀχίλλειον, genus spongiarum tenue, densumque, ex quo penicilli fiunt. *Plin. l.* 9. *c.* 45.

Achillēus, a, um, adject. possessiv. *Virg. Æn.* 3. *v.* 326. Stirpis Achilleæ fastus, juvenemque superbum.

Achillēus cursus, ἀχίλλειος δρόμος, Peninsula est non procul a Borysthene, ab exercitatione Achillis nomen habens. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Achillis, idos, ἀχιλλίς, insula in ponto Euxino ad Borysthenem. *Plin. l.* 4. *c.* 12. V. sup. Achillea.

Achīvus, a, um, dicitur proprie, qui est ex Achaja. V. Achæus. Sæpe tamen accipitur pro quovis Græco. *Virg. Æn.* 2. Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi. ¶ *Achivum* pro *Achivorum* legitur apud *Virg.* 11. *Æn. v.* 266.

Achne, auctore *Plinio l.* 5. *c.* 31. insula est Rhodiorum, in mari Carpathio, quæ deinde Casos dicta est.

Achor, ἀχώρ, Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilentiam invehebat. V. *Plin. l.* 10. *c.* 28.

Achōres, um, m. plur. *tigna, lartime*, ulcera capitis, tenui humore manantia, & pueros præsertim infestantia.

Achradina, Stephano pars est urbis Syracusanæ, cum reliqui urbis partibus ponte conjuncta. *Cic. in Ver. act.* 6. *Liv.* 25. *c.* 24.

Achras, adis, f. 3. *albero di pero selvaggio*, ἄχρας, pyrus silvestris. *Colum. l.* 7. *c.* 9. & *lib.* 10. *v.* 14.

Achrēstus, ἄχρηστος, inutilis, ineptus, nullius momenti, *inutile, da nulla*. Voce hac græca usus est *Auson. fest.* 1. *in Epigram. de duob. fratrib.*

Acĭa, æ, f. *acia, agata, filo*, μίτος, filum in acu ad suendum. *Cels. lib.* 5. *cap.* 26. *n.* 23. Sutura ex acia molli, non nimis torta. ¶ Quidam putarunt, *aciam* significare etiam cuspidem acus fibularis: Sed id probandum adhuc est.

Aciæris, f. 3. securis ærea, qua in sacrificiis Sacerdotes utebantur. *Fest.*

Acicŭla, æ, f. *spillo, spilletto*, περόνη, ab acu, acus parva, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. *l.* 1. *Cod. Theod. de repud.*

Acidălĭa, Veneris epithetum, vel quia injicit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt, vel a fonte Acidalio, qui est Orchomeni urbe Bœotiæ, in quo Gratiæ, quæ Veneri sunt sacratæ, se lavant. *Virgil.* 1. *Æneid. v.* 728.

Acidalĭus, a, um, ad Venerem pertinens, quæ *Acidalia* dicitur. *Martial. l.* 6. *epigr.* 13. Acidalius nodus. *h. e.* baltheus seu cingulum Veneris. *Id. lib.* 9. *epigr.* 14. Pingere arundine Acidalia. *h. e.* Cnidia, calamis aptissima. Cnidus autem est Veneri sacra.

Acidĭtas, atis, *acidezza*, sapor acidus. *Marcell. Empir. cap.* 20.

Acidŭlus, a, um, diminut. ab Acidus, subacidus. *Plin. l.* 15. *c.* 15. Pyra acidulo sapore. ¶ Item Acidulus nomen est fontis in agro Venafrano, ita dictus, quod aquas haberet acidulas. *Plin. l.* 31. *c.* 2.

Acĭdus, da, um, *acido, inagrito, forte*, חמוץ, Ger. *scharpff sawr*, Gal. *aigre*, Hisp. *agrio*, ὀξύς, ὀξώδης, aceti saporem habens. *Col. l.* 6. Si acidum, hoc modo emendabitur. *Petron. fragm. Tragur.* Acidior sonus. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 49. Acetum acidissimum. ¶ Acida lingua, h. e. mordax, apud *Senec. Controv.* 34. ¶ Acidus pro molesto. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 64.

Acĭes, ēi, f. 5. *filo tagliente, punta, taglio*, פִּי, צור, Ger. *die schneiden, oder scherpffe*, Gall. *la pointe, le tranchant*, ἀκίς, ἀκμή, primo est ea pars in ferro, quæ ob acumen secat. Derivari videtur a voce græca allata, ἀκίς, potius quam ab ἀκόνη, ut ait Festus. *Cic. Verrin. ult. c.* 43. Quod aciem tuarum securium vidisset. ¶ Deinde significat oculorum acumen, seu facultatem bene videndi. *Cic. Somn. Scip.* Radiis solis acies nostra sensusque vincitur. *Id. de Nat. Deor. l.* 2. *c.* 57. Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupula vocatur. ¶ Ponitur & pro ipso oculo. *Lactant. de opif. Dei c.* 10. Nasus utramque aciem simul & discernit & munit. ¶ Tertio idem est ac exercitus instructus, vel ordo exercitus. *Plaut. Mil.* 1. 1. Splendor clypei oculorum perstringit aciem in acie hostibus. Hinc illa sunt, continere, instruere, dirigere, componere, perturbare aciem, &c. ¶ Aciem pro ipso prælio dixit *Liv. l.* 33. *c.* 11. Cum sex consularibus exercitibus acie confixisse. ¶ Translate sumitur pro ingenii perspicacitate *Cic.* sæpe, acies ingenii, acies mentis, acies animi. ¶ Acies orationis. *Plaut. Epid.* 4. 1. 20. Orationis aciem contra conferam, h. e. accuratissimam, acutissimamque orationem. Sic acies auctoritatis, id est vis auctoritatis. In acie novaculæ, proverb. ἐπὶ ξυρῆ ἀκμῆς, in summo discrimine. ¶ Aciem trahere dicuntur cotes, idest exacuere. *Plin. l.* 36. *c.* 12. Repertæ sunt & in Italia aciem trahentes (cotes) acerrimo effectu. ¶ *Acii*, & *acie* pro *acici* genitivi sunt antiqui, & obsoleti. *Cæ. Matius* apud *Gell. l.* 9. *c.* 14. & *Sallust.* apud *Prisc. an. l.* 7. *sub fin.*

Acilia gens plebeja fuit a Trojanis oriunda: ex qua fuit M. Acilius Glabrio, cui, devicto Antiocho, statua in foro posita est aureis bracteis incrustata. Fuit & alter M. Acilius, apud quem Verrem accusavit *Cicero*. Ejus pater Aciliæ legis auctor fuit: quæ fuit de repetundis, ut hujusmodi causæ una actione absolverentur.

Acinăces, is, m. 3. ἀκινάκης, gladius Persarum, sive Medorum. Acinaces, inquit Pollux, gladiolus quidam Persicus est, qui temori suspendebatur. *Horat. carm. l.* 1. *od.* 27. Vino, & lucernis Medus acinaces immane quantum discrepat! Adde *Curt. l.* 3. *c.* 3.

Acinacĕus, a, um, adject. ab acino derivatum. *Ulp. l.* 9. *D. de tritico, vino*, &c. Acinaceum plane vino continebitur. Alii leg. *Acinaticum*. Est autem vinum acinis mixtum, vel ex aqua & acinis factum, de quo *Plin.* 14. 9. vel simpliciter vinum dulce, ut quidam putant.

Acinarius, a, um, adject. ad acinos pertinens, ut acinaria vasa apud *Varr. lib.* 1. *R. R. cap.* 22. h. e. in quibus uvarum acini ponuntur.

Acinaticius. V. Acinaceus.

Acinōsus, a, um, adject. qui multos habet acinos, ut uva acinosa. *Plin. l.* 12. *c.* 13. ¶ Superlativo *acinosissimus* usus est idem *Plin. l.* 14. *c.* 3.

Acĭnus, i, & acinum, i, apud *Nonium*; quin & acina, æ, apud *Catul. epigr.* 26. ut cum *Gellio l.* 7. *c.* 2. Scaliger, Grævius, & Silvius ediderunt, הרצן, Ger. *Kernlin in dem trauben*, βάξ, *acino, grano*. Fructus est generatim, qui sub tenui cute liquorem continet, constans folliculo, succo, carne, & granis sive vinaceis. *Laurent. Vall. l.* 4. *c.* 28. Acinos inter, & baccas hoc interesse putat, quod acini inter fructus minutiores arborum, fructicumve densius nascantur, baccæ dispersius, & rarius. *Plin.* enim *l.* 15. *c.* 24. non uvis modo, sed sambuco etiam, & hederæ acinos tribuit, nec non grana punici mali ita appellat. *Id. l.* 7. *c.* 7. Anacreon acino uvæ passæ strangulatus periit. ¶ Acinus item genus est herbæ. *Plin. l.* 21. *c.* 27.

Acipēnser, vel acipensis, seu aquipenser, m. 3. ἔλλοψ, piscis, de quo *Plin. l.* 9. *c.* 17. qui apud antiquos piscium nobilissimus habitus est. Unus omnium squammis ad os versis contra aquam nando meat. *Martial. l.* 13. *ep.* 91. Ad Palatinas acipensera mittite mensas. Doctiores ibi legere malunt *acipensem*: nec enim solent Latini, quæ vocabula ipsi a Græcis non acceperint, terminatione græca in accusat. singularibus usurpare. Tanto autem in honore habitum fuisse scribit *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 12. ut a coronatis ministris in conviviis inferri soleret. Afferuntur de eo *Cic.* verba: Vide quid agas, acipenser iste paucorum hominum est: quæ quidem *Macrob.* ex Dial. de Fato excerpta esse testatur.

Acis, m. 3. ἄκις, nunc *Freddo*, ob ejus frigiditatem, Fl. Siciliæ, in valle Nemorensi. Procedit ex Ætna, & haud procul ab Acesine Fl. medio itinere inter Cataniam, & Taurominum, in mare Jonium influit. Ex ejus ripis fertur Polyphemus saxum in Ulyssem jecisse. ¶ Est etiam Acis insula, una ex Cycladibus. *Plin. l.* 4. *c.* 12. ¶ Acis etiam adolescentis Siculi nomen fuit, qui cum Galateam nympham adamaret, a Polyphemo rivali suo est occisus, & deinde in fontem sui nominis mutatus. *Ovid.* 13. *Metam.*

Acisculus, parva ascia, quasi *asciculus*. Est in nummo Gentis Valeriæ apud Phil. a Turre de inscript. M. Aquilii c. 2.

Aclassis, tunica ab humeris non consuta. *Festus*.

Aclĭdes, tela antiqua, idest clavæ quædam breves eminentibus hinc, & hinc acuminibus quibusdam, quæ ita in hostem jaciebantur religatæ loro, vel lino, ut peractis vulneribus possent redire. *Virg.* 7. *Æn.* Teretes sunt aclides illis tela. ¶ In singulari numero usurpatur a *Val. Flacc. l.* 6. & *Sil. l.* 3.

Acmonides, æ, unus ex Vulcani ministris, ἀπὸ τῆ ἄκμονος, ab incude. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 288. ubi fingere ferrum Brontes, & Steropes, Acmonidesque solent.

Acna, vel Acnŭa, æ, f. mensura agrorum continens pedes centum viginti. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 10. & *Colum. l.* 5. *c.* 1.

Acœnonētus, ἀκοινώνητος, vox est a Græco ἄκοινος, derivata. *Juvenal. sat.* 7. *v.* 218. Discipuli custos præmordet Acœnonetus. Defingnat Poeta eo nomine pædagogum hominem privatæ tantum suæ utilitati studentem, & ob id mercedis, quæ magistro tota debetur, partem sibi per summam fraudem retinentem: ab *a* privativa, & κοινὸς, communis. Ita quidam Interpretes. Alii legunt *acœnitus ipse* eadem plane sententia. Sunt etiam qui putant, tacite designari ea voce *Anicetum* Neronis pædagogum, infamem & sceleratissimum: de quo *Sueton. in Ner. c.* 35. & *Tacit. Ann.* 14. *c.* 3. 7. 8. & 62.

Acolythus, & Acoluthus, i, m. ἀκόλουθος, comes, sequax, pedissequus, ab ἀκολουθέω, sequor. Nomen est sacri Ordinis in Ecclesia. *Aug. ep.* 104.

Aconiti, sine pulvere, & sudore, hoc est citra negotium & laborem, ἀκονιτί. Sumptum ab Athletis, qui pulverem inspergebant corporibus, ut se mutuo facilius comprehendere possent. Vox græca est, quam tamen *Plinius* latinis litteris scripsit *lib.* 35. *c.* 11. Dioxippum, qui citra pulveris tactum vicit, quod aconiti dicunt. *Vinse senza fatica*.

Aconītum, n. 2. דאש, ἀκόνιτον, herba, quæ ex Cerberi spuma conspersa venenum maxime dirum contraxit, quo tempore eum Hercules ab Inferis traxit. *Ovid.* 7. *Metam.* Alii ex Promethei sanguine in monte Caucaso vincti natum esse fabulantur. *Auson. in Monosyll.* Dictum aconitum ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc est, a cote, seu caute. Quæ, quia nascuntur dura vivacia cauto, mortales aconita vocant. Sunt, qui ab Acone portu derivent Heracleæ, Lyco flumini opposito. Alii, quod juxta nullus pulvis interveniat. Nam κόνις græce pulvis, ἀκονιτὶ sine pulvere dicitur. *Plin. l.* 27. scribit, aconitum dictum, quod in nudis cautibus, quas aconas vocant, nascatur, vel quoniam ἀκονιζομαι, est accelero, quia mortem accelerat.

Acontiæ, arum, m. ἀκοντίαι *forta di comete*, Ger. *ein comet wvie ein pfeil*, ἀκοντιαὶ, sunt stellæ crinitæ, ἀπὸ τῆ ἀκοντὸς, hoc est, a jaculo, quia jaculi modo vibrantur ocyssimo volatu. *Plin. l.* 2. *c.* 25.

Acontĭas, æ, m. serpentis genus, magnitudine duorum cubitorum, figura autem crassa in tenuem abeunte. Sic dictum, quod jaculi modo in homines prosiliat. Vocatur & Cenchrias, & Cenchris. *Luc. l.* 9.

Acontius, ἀκόντιος, Ceus fuit, ex Cea Ægei maris insula, cujus ad Cydippem, & Cydippes ad eum epistolas habet *Ovid. in Heroid.* ¶ Item Acontius Magnesiæ, vel Bœotiæ mons. *Plin. l.* 4. *c.* 7.

Acŏpa, orum, n. 2. ἄκεστα, medicamenta, quæ adhibentur lassis, impositio ex re vocabulo: scil. ab *a* privat. & κάπος, labor. *Plin. l.* 29. *c.* 3. Omnia, quæ acopis curantur.

Acŏpis, i. 3. ἄκοπις, gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, lassitudinem solvens. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Acŏpus, f. 2. herba est, quæ & anagyros, ἀνάγυρος, cujus semen commanducatum vomitiones facit. *Plin. l.* 27. *c.* 4. ¶ Unde proverb. Græcum, ἀνάγυρον κινεῖς, hoc est, anagyrum moves, quoties loquimur de re, unde nobis ignominia excitari possit.

Acor, m. 3. *acuità, asprezza*, Gal. *feure*, ὀξύτης, saporis, vel odoris a. cuitas, sive asperitas, ut vini, mali Punici, &c. *Col. l.* 3. *c. ult.* & *Plin. l.* 18. *c.* 11.

Acorna, f. 1. genus cardui. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Acorna tantum colore rufo.

Acosmos, inornatus, incomptus, ἄκοσμος, Græca vox, qua usus est *Lucret. l.* 4. *v.* 1153.

Acquiesco, is, evi, n. 3. *ripossarsi, acquietarsi*, רצה, יאר, Germ. *auffhoren, sie zu rube geben*, Gal. *se reposer, tomber d'acord*, Hisp. *descansar, o darse por contentado*, ἐπαναπαύομαι, accumbo, vel simpliciter quiesco. *Cic. Attic. l.* 13. *epist.* 34. Lanuvii tres horas acquieveram. ¶ Interdum est dolorem, aut aliam animi molestiam remitti. *Cic. de Fin.* Nunquam finit eam respirare, nunquam acquiescere. ¶ Significat etiam in re aliqua, aut in aliquo homine, cum quadam animi voluptate, quieteque consistere. *Cic. Sulp.* His vero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. ¶ Dicimus quoque acquiescere alicui rei, pro in aliqua re. *Seneca epist.* 25. Ut meliora tibi proponas, & acquiescas rei blandæ. ¶ Interdum significat contentum esse, & nihil amplius quærere. *Cic. de Amic. c.* 27. Vicissim autem senes in Adolescentum caritate acquiescunt. ¶ Item oblectari. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 10. Tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, scribere instituì. ¶ Item paulum consistere. *Plaut. Asin.* 2. 2. 60. Unumquidque rogita, ut acquiescam: non vides, me ex cursura anhelitum ducere? ¶ Κατ' ἀφημισμὸν, acquiescere pro mori dixit *Nepos* in vita Annibalis *c.* 13. *n.* 1. Sic vir fortissimus anno acquievit septuagesimo. Sic etiam in Lapid. antiquis in eod. sensu inventur usurpatum, ut refert *Sponius Misc. erud. antiq.* Apud citeriores ævi Scriptores acquiescere, consentire est, vel assentiri. *Hieron. l.* 2. *cont. Jovin.*

Acquiro, is, ivi, itum, a. 3. *acquistare*, קנה, רכש, Germ. *angen, uberKommen*, Gal. *aquerir*, Hisp. *alcancar*, προσπορίζομαι, κτάομαι, quærendo adipiscor, ab ad, & quæro. *Cic. de Am.* Acquirendi sunt, quos diligamus. ¶ De malis etiam rebus dicitur. *Plaut. Milit. sc.* 3. *a.* 2. Quis est, qui inimicitias sibi magis acquirat, quam tu? ¶ Acquiri pro augeri, vel conciliari. *Plin. l.* 15. *c.* 17. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

Acqui-

Acquisitio, onis, verbal. ab acquiro. *Front. de Aquæduct. l.* 1. Adjuvatus fons ex compluribus aliis acquisitionibus. Adde *Justinian. Instit. l.* 3. *t.* 11. §. 3. & *Tertull. in Exhor. ad Castit. c.* 12.

Acra, neut. plur. cacumina. τὰ ἄκρα. *Apulej. de Mundo.* ¶ *Acra* fœm. sing. ἡ ἄκρα, eandem habet significationem. Hinc *Acra Japygia* promontorium Salentinum. *Plin. l.* 3. *c.* 11. ¶ Acræ, arum, urbs Siciliæ. *Sil. l.* 14. *v.* 206.

Acragantĭnus, a, um, ad Acragantem pertinens. *Lucret. l.* 1. *v.* 716. ubi al. leg. *Agrigentinus*.

Acrăgas, nobilis artificis nomen apud *Plin. l.* 33. *c.* 12. ¶ Est item Acragas mons Siciliæ, non procul a Pachyno promont. cum oppido ejusdem nominis, quod Agrigentum alias dicitur. *Plin. l.* 3. *c.* 8. *Virg. Æn.* 3. *v.* 703. Arduus inde Acragas ostentat maxima longe mœnia. ¶ Item Acragas fluvius dictum montem & oppidum præterfluit.

Acratophŏrum, ri, n. 2. *botteglia*, שישׁה, Germ. *vvasserkrug*, urceolus. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 4. Ephippiis, & acratophoris.

Acrēdo, inis, *agrestezza*, idem quod acritas, sed rari usus. *Pallad. mense Januar. c.* 16. *de jugland.* Nuces servantur cæpis mixtæ, quibus hanc vicissitudinem reddunt, ut eis acredinem tollant.

Acredŭla, f. 1. *usignolo*, Ger. *ein nachtigal*, φιλομήλη, putatur luscinia avis, sive, ut aliis placet, avis illa, quam vulgo ravarinum vocamus. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 8. Et matutinis acredula vocibus inflat. *Ov. in Progne*, Et matutinos exercet acredula cantus. ¶ Aliqui pro ranę specie accipiunt. Videtur enim *Cic. l. c.* Acredulam eam dicere, quam Aratus ὀλολυγών. Ranas vero ololygones appellari auctor est *Plin. l.* 11. *c.* 37. Accedit & *Isidori* auctoritas *l.* 12. *c.* 6.

Acresco, is, n. 3. *inacetire*, acrem, acidumque saporem sumere. De vino usurpat *Veget. l.* 4. *Mulomed. c.* 8.

Acricŭlus, a, um, diminut. ab Acris, apud *Cic.* 3. *Tusc. c.* 17. qui *acriculum Zenonem* dixit: ut feliciter Turneb. & Gruterus depravatum locum restituerunt.

Acrifolium, lotos, alysa, alyserum, arbuscula est, quæ a *Macrobio* 2. *Saturn. c.* 16. inter arbores infelices numeratur.

Acrimonia, f. 1. *acrimonia*, *agrestezza*, מרירות, Gal. *apertè*, *force*, *& pointe come d'oignon*, *& choses semblables*, Hisp. *agror*, *agudeca*, *fortaleza*, δεμώτης, vis est in rebus, quæ gustantur, aut sensu aliquo percipiuntur, acrior, mordax, & ingrata. *Cat. de re rust. c.* 157. Si uscus acrimoniam ejus terre non poterit. ¶ Translate ponitur pro vehementia, δεινότης. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 37. Hæc exornatio tum multum venustatis habet, tum gravitatis, & acrimoniæ plurimum. ¶ Item pro severitate. *Id. l.* 3. *c.* 15. Convenit igitur in vultu pudorem, & acrimoniam esse.

Acris. V. Acer.

Acrisionēis, idis, f. Danae Acrisii Argivorum regis filia. *Virg.* 7. *Æn. v.* 409. ubi *Servius* docet *Acrisioneis* non cum *colonis*, sed cum *Danae* convenire.

Acrisionēus, adject. ἀκρισιωνεῖος, ad Acrisium pertinens. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 238. Acrisioneas Prætus possederat arces.

Acrisioniădes, dæ, ἀκρισιωνιάδης, patronym. pro Perseo Acrisii nepote. *Ovid.* 5. *Met. v.* 69. Vertit in hunc harpen spectatam cæde Medusæ Acrisioniades.

Acrisius, m. 2. ἀκρίσιος, Abantis Argivorum Regis filius, & pater Danaes. Hic, cum apud Argos annis 31. regnasset, a Perseo nepote suo, licet, non sponte, occisus est. ¶ Acrisius alter pater fuit Laertæ patris Ulyssis, Jovis filius, apud *Ovid. Met.* 63. *v.* 144. Nam mihi Laertes pater est, Acrisius illi, Jupiter huic. sed libri meliores habent, *Acceptus*.

Acrĭtas, atis, idem quod acritudo. *Gell. l.* 13. *c.* 2. Nihil quicquam interest, suavitudo dicas, an suavitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo, an quod Accius scripsit in Neoptolemo, acritas. ¶ Translate ponitur pro vehementia. *Accius* apud *Non. c.* 8. *n.* 80. Vis veritatis, atque acritas.

Acrĭter, adverb. ab acer, vehementer, *con veemenza*, σφόδρα. *Liv. in proœm. operis*. Ad illa pro se quisque acriter intendat animum. *Horat.* 1. *Sat.* 2. Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget. *Cic. Famil.* 10. *ep.* 28. Acerrime agere aliquid.

Acritūdo, inis, vis admordendi, dissolvendique, qualis in aceto est. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. *de cupressu & pinu*. Liquor, qui inest, habet amarum saporem, qui propter acritudinem non patitur cariem penetrare. ¶ Translate *Gell. l.* 10. *c.* 27. Par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudoque R. populi, & Pœni.

Acroāma, atis, n. *cosa piacevole da udirsi*, ἀκρόαμα, quidquid auditu jucundum est. ab ἀκροάω, audio. Apud Latinos significat musicam tibicinum symphoniam, quæ olim in agendis fabulis adhibebatur. Hinc in Glossis Isidori legitur: *Acroama*, *auditio lyrarum*, *& tibiarum*. *Suet. in Vespas. c.* 19. *Plin. l.* 6. *epist.* 31. ¶ Dicitur etiam de ipso tibicine aut symphoniaco. *Sueton. in Aug. c.* 74. Aut acroamata, aut histriones, aut ludios interponebat. ¶ Ponitur etiam pro jucunda rei alicujus narratione, aut festiva recitatione: quales potissimum fiebant inter cœnandum. *Cic. pro Arch. c.* 9. Themistoclem dixisse ajunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama libentissime audiret; ejus, a quo sua virtus libentissime prædicaretur. ¶ Item pro festivo narratore, aut recitatore. *Cic. Verr.* 6. *c.* 22. ubi *Manut.* tibicinem intelligit: sed cum *Cic. festivum acroama* appellet, aptius de recitatore exponi videtur. ¶ *Prudent. Peristeph.* 3. *v.* 323. *acroma* dixit pro *acroama* metri causa. Sed non est imitandus.

Acroamaticus, a, um, adject. ἀκροαματικός, auscultatorius. *Gell. l.* 20. *c.* 4. docet Aristotelem commentationes suas divisisse in *Acroamaticas*, & *exotericas*.

Acroāsis, is, f. ἀκρόασις, eruditus sermo, seu disputatio, quæ a magistro alicujus artis coram multis audientibus habetur. Latine *auditio* appellata. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.* Acroasim tacere. *Senec. l.* 4. *excerptar. controvers. in præfat.* Acroases suas populo committere. *h. e.* suas declamationes. ¶ Item ipse locus, ubi acroasis habetur. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 17.

Acrobatĭcus, a, um, adject. ad ascendendum aptus, scansorius, ἀπὸ τοῦ βαίνειν εἰς ἄκρα, ut acrobaticæ machinæ, *Vitruv. l.* 10. *c.* 1.

Acroceraunĭa juga, seu Acroceraunii montes, M. excelsi inter Armeniam, & Iberiam, sic dicti, quasi montes ignitas habentes a fulminibus summitates, quod fulminibus sæpe infestentur. Nam κεραυνὸς, fulmen est, ὄρος altus. ¶ Hoc nomine etiam appellantur montes altissimi prope Acroceraunium prom. inter Albaniam, & Epirum, qui Epirum a Macedonia separant, distant ab Aulone 11. M. P. in Bor. a Buthroto urbe Epiri 92. in meridiem a Japygio prom. Italiæ 700. stadia in ortum, & vulgo dicuntur Montes Diaboli, & *Monti della Chimera*, a Chimera urbe illis infidente.

Acrochordŏnes, f. 3. *pori*, *che nascono per le mani*, יבלת, Germ. *vartz*, Gal. *verrue*, *cor*, Hisp. *berruega*, ἀκροχορδόνες, verrucæ sunt, fabæ amplitudine, quæ pueros maxime infestant, dictæ, quoniam in imo angustæ ita sunt, ut pendere videantur. *Cels. l.* 5. *c.* 28. *n.* 14. Acrochordon si excisa est, nullam radiculam relinquit.

Acrocorinthus, m. 2. ἀκροκόρινθος, mons, & arx Corintho urbi imminens, non secus ac Ithome Messenæ imminebat, in Peloponneso, inter duo maria, Ægæum, & Jonium, stadiorum trium, & dimidiati. Sub ejus igitur radice, in plano, Corinthus instar meusæ jacet. Vertex Acrocorinthi Veneri sacram habuit ædiculam, infra verticem Pirene fons effluebat. Hæ duæ arces, Acrocorinthus, & Ithome Bovis cornua appellatæ sunt, hoc est Peloponnesi. Hinc quidam Philippo Macedoni suadebat, ut Bovem cornibus teneret, occupatis nimirum his duabus arcibus.

Acrocorĭum, ἀκροκόριον, bulbi species est. *Plin. l.* 19. *c.* 5.

Acrolithus, a, um, ἀκρόλιθος, in summitate lapidis positus: item lapidem in summitate habens: item generatim lapideus. *Trebell. Poll. in* 30. *Tyrannis*, *c.* 32. Statua acrolitha.

Acronyctæ stellæ, h. e. vespertinæ, quæ scilicet sub noctem oriuntur. *Firmic. l.* 2. *Astron. c.* 8.

Acropodĭum, ii, n. ἀκροπόδιον, basis statuæ, *piedestallo*, *Hygin. fab.* 88.

Acrostichis, idis, f. 3. ἀκροστιχὶς, dicitur, cum primis aliquot versuum literis nomen alicujus, vel alia quævis dictio, aut oratio exprimitur, ut argumenta quædam sunt comœdiarum Plauti. Videtur ejus meminisse & *Cic. l.* 2. *de Divin. cap.* 54. ¶ Appellatur hoc nomine & illud carminis genus, cujus strophæ per literas initiales repræsentant alphabetum.

Acroterĭa, orum, n. 2. ἀκρωτήρια, pinnacula in summitate ædificiorum prominentia. ¶ Item in corpore humano extremitates acroteria dicuntur, quales sunt in manibus, & pedibus illæ partes digitorum, quæ sub unguibus. ¶ *Vitruv. l.* 3. *ad fin.* latinitate donavit ita appellans ornamenta posita in summitatibus columnarum. ¶ Idem *l.* 5. *c.* 12. promontoria ita appellat. Portus, inquit, naturaliter si sint positi, habeantque acroteria, sive promontoria procurrentia, &c.

Acrothymium, ii, n. ἀκροθύμιον, genus porri in cute, subduri, perasperi, & colore thymi. *Cels. l.* 5. *c.* 28. *n.* 14.

Acta, æ, f. 1. *lido*, כתף, שפה, Germ. *das ufer*, *gestad der meers*, substantivum nomen, & Græcum, ultima depresso accentu, litus, seu amœnus in litore secessus. Nam ἀκτὴ, litus dicitur, ἀκτώδης litoralis. *Virg. l.* 5. In sola secretæ Troades acta Anchisen flebant. *Cic. Verr.* 7. *c.* 25. In acta cum mulierculis jacebat ebrius. Adde *cap.* 31.

Acta, orum, n. *azioni*, *fatti*, τὰ πραχθέντα, res gestæ, actiones, actus. *Ovid.* 1. *Trist. eleg.* 2. *v.* 97. Si tamen acta deos numquam mortalia fallunt. *Stat.* 2. *Thebaid. v.* 706. Ingentia acta recensere. ¶ Sæpissime dicuntur de rebus publice gestis a Senatu, a Magistratibus, ab Imperatoribus, & significant leges, decreta, & ea omnia, quæ reipublicæ causa fiunt, πράγματα. *Cic. pro Dom. c.* 31. Ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate cohonestes. *Id. Phil.* 1. *c.* 7. Acta Cæsaris. V. ibi reliqua. *Sueton. in Claud. c.* 11. Caii acta omnia rescidit. *Id. in Tiber. c.* 67. Jurare in acta alicujus. ¶ In singulari numero. *Cic. Phil.* 1. *c.* 7. Quid est, quod tam proprie dici possit actum ejus, qui in republica cum imperio versatus sit, quam lex? *Acta forensia* sunt causæ, & lites. *Auct. Paneg. ad Pison. v.* 34. Armorumque decus præcede forensibus actis. *Scævola Dig. l.* 26. *tit.* 8. *leg.* 21. Facere acta apud Procuratorem Cæsaris. ¶ *Acta publica*, & *acta* absolute sunt etiam commentarii, in quibus acta populi, Senatus, &c. perscribebantur, *atti pubblici*, ὑπομνήματα. *Sueton. Plin. Tacit.* ¶ Differunt ab Annalibus, & Fastis, quia in Annalibus res tantum maximæ & illustres memoriæ mandantur, in *actis* vero res minoris momenti, ut *Tacit. Ann.* 13. *c.* 31. docet. In Fastis vero continentur ea, quæ ad summos magistratus pertinent, bella, victoriæ, triumphi: præterea fasti nefastique dies, sacra, ludi, &c. quorum nihil tale in Actis habebatur. ¶ Præterea *acta* sunt tabulæ, in quibus acta forensia perscribuntur, *atti*, *protocollo*, *processo*. *Paul. Dig. l.* 42. *tit.* 1. *leg.* 45. *&* 46. & alibi. ¶ *Ab actis* dicitur is, qui actorum publicorum conficiendorum curam habet, *attuario*. *Inscript.* apud *Gruter. pag.* 389. *n.* 6.

Actæa, f. 1. nympha, ab acte, idest, litore maris dicta. ¶ Item genus herbæ apud *Plin. l.* 27. *c.* 7.

Actæon, nis, ἀκταίων, filius Aristæi, nobilis venator, qui, cum imprudens Dianam nudam se cum Nymphis in sylva lavantem vidisset, ab ea in cervum mutatus est, & a suis canibus laceratus interiit. *Ovid.* 3. *Met.*

Actæus, a, um, *Ateniese*, ἀκταῖος, dicitur pro Athenienси. Nam Attica regio apud priscos dicta est non solum Actis, idos, ab Actide Cranai Regis filia, ut inquit Eustathius, sed etiam Acte, ut *Plin. l.* 4. *c.* 7. & *Gell. l.* 14. *c.* 6. testantur, vel ab Actæone, sive Actæo Rege indigena, vel quia litoralis fere tota est, exili, & angusto quodam velut margine. *Ovid.* 1. *Met.*

Acte, es, regio est Attica, sic dicta, quia litoralis sit. ἀκτὴ, enim græce litus significat. V. *Actæus*. ¶ Est etiam planta, quam nonnulli ebulum esse putant. *Plin. l.* 26. *c.* 11.

Actĭa, orum, ἄκτια, ludi quinquennales, Apollini dicati, sic dicti, quod in Actio Epiri promont. celebrarentur. Vetustissimi erant, sed eos Augustus instauravit post Actiacam victoriam. Quinquennales fuerunt, teste *Sueton. in Aug.*

Actiăcus, a, um, adject. ἀκτιακὸς, ad Actium pertinens. *Vellej. Paterc. l.* 2. *c.* 86. Bellum Actiacum. *Ovid. Sapph.* Actiacas undas.

Actĭas, adis, patronym. fœmin. ἀκτιάς, idest Athenienсis. *Virg. Georg.* 4. *v.* 333. Actias Orithiya.

Actinōsus, a, um, *pieno di raggi*, ἀκτινώδης, ab ἀκτὶν, radius solis. *Ambros. in Psalm.* 41.

Actĭo, nis, f. 3. *azione*, *opera*, מעשה, Germ. *handlung*, Gall. *action*, Hisp. *acion*, *obra*, nomen verbale ab ago, generaliter capitur pro omni operatione, atque actu. *Cicer.* 1. *Offic.* Virtutis laus omnis in actione consistit. ¶ Quandoque vero significat pronuntiationem, *pronunzia*. *Cic. in Or.* Est actio quasi corporis quædam eloquentia, cum constet e voce, atque motu. ¶ Quandoque pro accusatione, sive petitione accipitur, quemadmodum actor pro accusatore, ut Ciceronis Actiones in Verrem. ¶ Quandoque dicitur defensio, δικαιολογία, sive oratio pro causæ defensione, aut alicujus rei, de qua agitur. *Cic. Q. Valerio*, Actionem meam Cæsar comprobavit. ¶ Dicimus etiam gratiarum actionem, pro beneficii accepti verborum grata redditione. *Cic. Planco*, Gratiarum actionem a te non desiderabam. ¶ Est etiam actio jus persequendi in judicio quod sibi debetur. *Lib.* 1. *ad Herenn.* Et a causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. Sic actio injuriarum, & actio furti JCtorum sunt. Actionem alicui intendere, *mover lite*. *Cicer. pro Mil.* Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. Sic, dare actionem. V. Judicium. ¶ Actio vitæ, pro vivendi ratione, seu modo. *Cic.* 3. *Offic.* Ad eas res parandas, tuendasque, quibus actio vitæ continetur.

Actuōsus, a, um, adject. *attivo*. *Plaut.* apud *Varr. l.* 6. *L. L. pag.* 83. Actiosæ mulieres. Al. aliter leg.

Actĭto, as, ā. 1. frequentativum, non ab ago, sed ab acto, sicut scripti-

to a ſcripto, lectito a lecto, & proprie dicitur de cauſis ἀγωνίσασθαι. *Cic. de cl. Or. c.* 70. M. Potidius multas privatas cauſas actitavit.

Actīve, *attivamente*, ἐνεργητικῶς, activorum more. *Priſcian. lib.* 8. *cap. de Communibus.*

Actium, *Capo Figalo*, ἄκτιον, prom. cum urbe Epiri, ad os ſinus Ambracii, contra Nicopolim urbem proximam vix M. P. diſtantem, a Buthroto, & Corcyra 50. in Mer. Leucadem verſus 30. Olim clarum fuit templo Apollinis. Hic Auguſtus devicit navali prælio Antonium, & Cleopatram, & procul M. P. urbem condidit, quam Nicopolim a Victoria nominavit.

Actiuncŭla, æ, f. 1. diminut. ab actio. *Plin. epiſt.* 15. *lib.* 9. Retracto etiam actiunculas quaſdam.

Actĭus, ἄκτιος, idem quod Actiacus, ut Actia bella. *Virg.* 8. *Æn. v.* 675. & Actius Apollo. Actia litora. *Idem Æn.* 3.

Actius Navius, augur fuit, qui novacula cotem proſcidit, ſpectante Tarquinio Priſco Rege. Inde factum eſt, ut a Rege, & a Populo ſemper in rebus dubiis conſuleretur.

Actĭus. V. Accius.

Actīvus, a, um, *che opera*, ἐνεργητικός, qui agit. Denominativum eſt a nomine actus, fictum a Grammaticis. Hinc Activa ſignificatio, & verbum Activum, quod, teſte *Priſciano lib.* 8. ſemper actum ſignificat, & facit ex ſe paſſivum. ¶ Activa Philoſophia apud *Senec. epiſt.* 95. Sic *Quintil. l.* 3. *c.* 5. activum opponit ſpectativo, ſive theoretico.

Actor, ris, m. 3. *operatore*, *facitore*, Gal. *acteur*, Hiſp. *actor*, qui aliquid agit. *Cic. pro Sext.* Et auctor, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is, qui in judicio cauſam agit. *Cic. de Cl. Orat.* Et actori ſummo cauſarum, & magiſtro. ¶ Fere tamen ſumitur pro accuſatore. ¶ Actor etiam dicitur hiſtrio, qui fabulam agit. *Cic. ad Q. Fr.* Poetæ boni, & actores induſtrii in extremo actu ſolent eſſe diligentiſſimi. ¶ Item actor dicitur villicus, qui noſtra res curat, quem factorem ſolemus appellare. *Col. l.* 1. *c.* 7. Ita fit, ut & actor, & familia peccet. ¶ Actor publicus dicitur a Tacito pro ſervo publico, *l.* 2. *Ann. c.* 30. Mancipari, inquit, ſingulos actori publico jubet. Item a *Plin. epiſt.* 19. *l.* 3. ¶ *Pignor. de ſervis* Actorem a Villico ſeparat.

Actor, comes Herculis in expeditione contra Amazones. In eo bello vulneratus cum retro domum abire vellet, in itinere mortuus eſt.

Actorides, Patroclus nepos Actoris. Is enim ex Ægina, quam ei Jupiter a ſe vitiatam uxorem dederat, Menœtium genuit, Menœtius autem relicta Ægina Opuntem in Locros ſe contulit, & ibi Patroclum genuit. *Ovid. l.* 1. *Triſt. el.* 9. *v.* 29.

Actrix, icis, f. 3. quæ agit, actionem inſtituit, *attrice*. *Lege* 41. *Cod. de liberali cauſa*. Jubemus, omnes epiſtolas actricis inanes, ac vacuas eſſe.

Actuālis, activus. *Macrob. Som. Scip. l.* 2. *c.* 17. Actualium vigor virtutum.

Actuariŏlum, i, dimin. parva navis actuaria. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 11. Quid duro tempore anni actuariolo fore cenſes?

Actuarĭus, ii, m. *notajo*, סופר, Germ. *aufzeichner*, *offenbarſchreiber*, Gal. *notaire*, Hiſp. *notario*, γραφεύς, ſcriba publicus, a conficiendis actis ſic appellatus, qui & Cenſualis dictus. V. *Lipſ. ad* 5. *Annal. Tacit. Suet. in Cæſ. c.* 55. Quam (orationem) exiſtimat magis ab actuariis exceptam, male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam. ¶ Utebantur enim Actuarii compendio quorundam punctorum, & minutarum figurarum, quibus recitantis, aut legentis verba mira celeritate excipiebant. ¶ Actuarii etiam dicti, qui in agendis rebus, & adminiſtrandis negotiis occupantur, πραγματεῖ. *Gloſſ. Vet.* ¶ *Oſtav. Ferrar.* putat Sext. Aurelium Victorem in Gallieno hanc vocem accepiſſe pro dardanariis, qui in exercitu mercaturam annonæ faciunt, Ital. *vivandieri*, *incettatori*. Et in eundem ſenſum trahit locum ex *Æl. Spartiano*, *Tyrann.* 5.

Actuarĭus, a, um, agilis, ſive qui agi, & impelli facile poteſt, *leggiero*, *agile*. Actuaria navigia, quæ ſc. remis aguntur. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 27. ¶ Abſolute actuarias, pro actuariis navibus dixit *Cic. ad Att.* 5. *ep.* 9. Actuariis minutis Patras accedere. ¶ *Actuarius* limes eſt, qui primus actus eſt, ab eo quintus quiſque, quem ſi numeres cum primo, erit ſextus, quoniam quinque centuriæ ſex limites claudunt. Actuarii autem extra maximos D. & K latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, ſicut per viam publicam debetur. Ita enim cautum eſt lege Sempronia, & Cornelia, & Julia. Quidam ex his latiores ſunt XII. pedibus, ut hi, qui ſunt per viam publicam militarem acti. Habent enim latitudinem viæ publicæ. Hæc tradita ſunt ab *Hygino in lib. de limitibus conſtituendis*, pag. 151. Goeſii.

Actum eſt, *è ſpedito*, *ſpacciato*, *finito*, πέπρακται, ſemper in malam partem accipitur, ut Actum eſt de Rep. id eſt, extincta, deſperata eſt. *Ter. in Andr.* 3. 1. *v.* 7. Actum eſt, ſi quidem hæc vera prædicat. Sic *Id. Heaut.* 3. 3. *v.* 3. Acta res eſt, perii. *Donat. in loc. Andriæ* monet, hoc ſecundum jus civile dictum eſſe, quo cavetur, ne quis rem actam apud Judicem repetat.

Actuōſe, adverb. πρακτικῶς. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 26. Quam leniter, quam remiſſe, quam non actuoſe. *b. e.*, quam ſine vehementiori corporis motu, ac geſtu.

Actuōſus, a, um, adject. *attivo*, *attuoſo*, πρακτικός, qui in actione, & labore verſatur, cui opponitur otioſus, deſes. *Cic.* 1. *de nat. Deo. c.* 40. Virtus actuoſa eſt, Deus autem veſter nihil agens. *Senec. de tranquil. c.* 3. Vita actuoſa. ¶ *Actuoſi* dicuntur etiam hiſtriones, qui actibus, hoc eſt geſticulationibus dant operam, dum fabulas agunt. *Feſt.*

Actus, a, um, o. 1. 2. *finito*, *condotto a fine*, πεπραγμένος, completus. *Virg. l.* 5. His actis propere exequitur præcepta Sybillæ. ¶ Ponitur etiam pro Appulſus. *Virg.* 2. *Æn.* Seu tempeſtatibus acti. ¶ Pro infixus. *Virg. l.* 9. Viribus enſis adactus tranſadigit coſtas. ¶ Pro admotus. *Virg. l.* 11. Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. ¶ Pro coactus, & territus, ut Prodigiis acti cæleſtibus oſſa piabunt. *Virg.* ¶ *Actum agere*, proverbio dicitur pro Nihil agere. *Ter.* Actum agam. Quod enim, inquit *Donatus*, in jure ſemel judicatum fuerit, reſcindi, & iterum agi non poteſt. ¶ Actus, tranſactus. *Cic.* 5. *Tuſc.* Eſt autem unus dies bene, & ex præceptis tuis actus. Sic acta vita. *Cic. pro Cluent.* ¶ Actus, agitatus, vexatus. *Virg. Æn.* 7. Quibus actus uterque Europæ, atque Aſiæ fatis concurrerit Orbis. ¶ Actum habere idem eſt, ac ratum habere. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 21.

Actus, us, m. *atto*, *azione*, πρᾶξις, id quod agitur. *Cic.* 2. *de leg. c.* 11. Non ſolum in rectis, ſed etiam in pravis actibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. In ceteris actibus vitæ &c. *Sen. ep.* 8. In actu mori. *morir' operando*. ¶ Item impulſio, motus. *Lucret. l.* 9. *v.* 471. Galeas, & ſcuta virorum, Pilaque contorſit violento ſpiritus actu. ¶ Item ſemita inter agros poſita, qua armenta gregeſque, & vehicula aguntur, & differt ab itinere, quod iter eſt, quo quis pedes, vel eques commeare poteſt. Ita definit *Modeſtin. leg.* 12. *dig. de ſervit. præd. ruſt.* V. Via. Atque hæc intelligenda ſunt de viis, & ſemitis, quæ inter agros diverſorum dominorum ducuntur; nam in aliis locis hæ deſcriptiones, & differentiæ locum non habent. *Cic. pro Cæc. c.* 26. Aquæductus, hauſtus, iter, actus. *Feſtus* ſcribit actum eſſe iter inter vicinos quatuor pedes latum. ¶ Præterea actus dicitur certum agri ſpatium ſeu modus: eſtque duplex, minor, qui continet 120. pedes in longitudine, & 4. in latitudine, major, qui quaquaverſus 120. pedes habet, teſte *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 70. Atque ita dictus eſt, quia in eo boves aguntur, cum aratur, uno impetu juſto, ut ait *Plin. l.* 18. *c.* 3. ¶ Sæpe actus ſumitur pro adminiſtratione, ſeu diſpenſatione, πραγματεία, *maneggio*, *amminiſtrazione*. *Vopiſc. in Caro c.* 6. Felix eſſet noſtra reſpub. ſi qualis eſt Carus, plures haberem in actibus collocatos. *Martian. leg. interdum*, *Dig. de publicanis*. Actum gerere. *h. e.* diſpenſatorem gerere, *aver' il maneggio*. Adde *Scævol. l.* 40. *dig. de ſtatu liber.* ¶ *Actus rerum* ſunt res gerendæ præſertim in rebus forenſibus. *Sueton. in Claud. c.* 15. Cum decurias actu rerum expungeret. *b. e.* a numero judicum rejiceret. *Id. in Ner. c.* 17. Cautum, ut rerum actu ab ærario cauſæ ad forum transferrentur. *b. e.* tempore judiciorum exercendorum. ¶ Præterea actus dicuntur geſtus, & motus corporis hiſtrionum, & ſaltatorum: ex quo ipſi *actuoſi* appellantur. ¶ Partes quoque Comœdiæ, & Tragœdiæ actus dicuntur. *Cic. de Senect. c.* 2. & *Feſt.*

Actūtum, *di ſubito*, *incontinente*, מהאום, Ger. *iehling*, *alsbald*, Gall. *uite*, *ſoudain*, Hiſp. *preſto*, *luego*, αὐτίκα, adver. temporis, ab actu, ideſt celeritate derivatum. Significat enim confeſtim, ſine dilatione. *Ter. in Phor.* Aggredere actutum.

Acuarĭus, ii, m. qui acus facit, βελονάς. Quidam putant eſſe ſartorem qui lacera veſtimenta reſarcit, vel etiam nova conficit. Inſcript. apud *Fabrett. pag.* 308. Syntropho Attiani acuario.

Acŭla, parva acus, apud Cledon. vet. Grammaticum *pag.* 1896. *Putſch.*

Aculeatus, a, um, adject. ex aculeo, *acuto*, *aguzzo*, quod acumine pungit. *Plin. l.* 10. *c.* 32. Putant ex ſpinis aculeatis. ¶ Translate etiam uſurpatur pro mordaci. *Cic. Attic. l.* 13. *epiſt.* 18. Literæ aculeatæ.

Aculeŏlus, diminut. ab aculeus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 71.

Aculĕus, i, m. 2. *pungolo*, דרבן, Gall. *pointe*, *ou aiguillon*, Hiſp. *el aguijon*, κέντρον, ſtimulus, vel ſpiculum, & proprie veſparum, apum, & ſimilium. *Colum. l.* 1. Inteſtis aculeis armata. *Cic. de Fin. l.* 5. Veſpas aculeis uti videmus. ¶ Item in herinaceis, & id genus animalibus, quæ ſetis pungunt. *Plin. l.* 8. *c.* 35. Hiſtrici longiores aculei. ¶ Denique in herbis, & ſeminibus, quidquid attactu horridum eſt. *Id. l.* 20. *c.* 23. ¶ De ferramentis etiam intelligi poteſt. *Liv.* 38. *c.* 21. Aculeus ſagittæ. ¶ Eleganter ſumitur per translationem. Sic, aculei contumeliarum, orationis &c. apud *Cic.*

Acūmen, n. 3. *acutezza*, הרורום צר, Gal. *pointe*, Hiſp. *agudeca*, ὀξύτης, ſubtilitas alicujus rei. *Lucret. l.* 6. *v.* 1191. Compreſſæ nares, naſi primoris acumen Tenue. ¶ *Auſpicium ex acuminibus* fuit militare; cujus mentionem facit *Cic.* 2. *de Divin. c.* 36. & 2. *de nat. Deor. c.* 3. & videtur fuiſſe illud, quod captabatur ex acuminibus pilorum, haſtarum, aliorumque telorum, ſi ſplendide emicarent, ſi non retuſa, non hebetia, ſi horrorem quendam videntibus incuterent. Ita *Turneb. l.* 23. *c.* 12. cui adſtipulatur *Dionys. Halicarn. l.* 5. Et alii plerique aſſentiuntur. ¶ Frequenter *acumen* invenitur poſitum pro ſolertia, aſtutia, ſeu calliditate: quemadmodum *Horat. l.* 1. *epiſt.* 17. dixit: Meretricis acumina. ¶ Uſurpatur & a *Cic.* de ſubtilibus Dialecticorum quæſtionibus, *l.* 2. *de Orat. c.* 38. Acuminibus ſuis ſe compungunt Dialectici. ¶ Item de tenuitate, & exiguitate ſtyli, ſeu de ſtylo infimo. *Cic. in Orat. c.* 6. Eſt quidam interjectus, medius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum. *b. e.* tenuitate eorum, qui utuntur ſtylo ſimplici. Loquitur enim hoc loco *Cic.* de ſtylo mediocri, qui medius eſt inter infimum, & ſublimem. Ergo *acumen* hoc loco ſignificat tenue, exile, atque infimum dicendi genus; de quo *Id. Cic.* ſupra dixerat: & contra tenues, *acuti*, omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes.

Acuminātus, a, um, *aguzzo*, quod acumen habet. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Acuminatum cornu Lunæ.

Acumĭno, nas, a. 1. *aguzzare*, לטש, ὀξύνω, acutum facio. *Lact. de opificio*, *cap.* 7. Contextum ſpinæ a ſummo capite deductum acuminavit in caudam.

Acŭo, is, cui, utum, *dare il filo*, *affilare*, *aguzzare*, לטש, Ger. *ſchærpffen*, Gall. *aiguiſer*, *affileer*, Hiſp. *aguçar*, ἀκονάω, ὀξύνω, proprie de talce, cultro, & hujuſmodi, quæ acui poſſunt, cui contrarium eſt obtundo, vel hebeto. *Cic.* 5. *Tuſc.* Serra acuitur. Sic acuere falcem *Colum. l.* 3. ferrum *Horat.* 1. *Od.* 2. mucronem *Virg.* 1. *Georg.* ¶ Per translationem ſignificat incitare. *Cic.* 3. *Offic.* Duæ res illum acuebant, odium, & ſolitudo. ¶ Item irritare. *Virg.* 3. *Aen.* Primos acuiſſe furores. ¶ Item pro excitare. *Cic. in Brut.* acuere ingenium. *Id. in Orat.* acuere juventutem ad dicendum. ¶ Apud Grammaticos *acuere ſyllabam* eſt ei acutum accentum appingere. *Quintil. l.* 1. *c.* 5.

Acupedĭus, o. 1. 2. ὀξύπους, cui præcipuum eſt in currendo pedum acumen. *Feſt.*

Acus, ci, m. 2. βελόνη, genus piſcis. Dicitur etiam acicula, & belone, & piſcis aculeatus. *Plin. l.* 9. *c.* 15. & *l.* 32. *c.* 11.

Acus, eris, n. gen. pula, purgamentum tritici, græce σκύβαλον, ἄχυρον. *Varro de re ruſt. l.* 4. Acus ſubiternebum gallinis partiuntibus. *Id. l.* 1. *c.* 52. ¶ Eſt etiam generis tœmin. *Colum. l.* 2. *c.* 10. Duriſſimæ quidem acus reſectæ, ſeparatæque erunt. Niſi forte hoc ſit ab *acus*, *acus*, ut putat Paſſeratius.

Acus, us, f. 4. *ago*, מחט, ἀκίστρα, βελόνη, inſtrumentum eſt, quo veſtes ſarciuntur, item quo mulieres capillos diſcernunt. *Mart.* Obliqua producit acu. ¶ Paleæ etiam trumenti acus dicuntur a ſimilitudine acus, qua ſuimus. *Colum. l.* 2. Duriſſimæ acus reſectæ. ¶ Rem acu tangere, apud *Plaut. Rudent.* 5. 2. rem divinare eſt. ¶ Acum invenire, de accurata inveſtigatione dicitur apud *eund. Menæch.* 2. 1. ¶ Acu pingere. *Virg.* 9. *Æn.* & *Ovid. Metam.* 6. Acus in fibula eſt quod Itali dicunt *ardiglione*, ea nempe pars tenuis, & acuta, qua pars fibulæ in alteram infigitur. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 14.

Acūte, adverb. *acutamente*, *ingegnoſamente*. Quod quamvis primo de acie ferri dicatur, ſæpius tamen ad animum refertur, & ſignificat ſubtiliter, ingenioſe. *Cic. pro Cæl.* Si mihi acute, arguteque reſponderit. Acutius tractare. *Id. l.* 2. *de invent.* acutiſſime cogitare. *Id. Offic.* 1. ¶ Interdum de voce dicitur, ut Vox acute ſonans, apud *eund. in Somn. Scip.* ¶ Nonnunquam & de viſu: pro quo etiam dicitur, Acutum. *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. Tam cernis acutum.

Acutŭle, adverb. ab acutulus. *Auguſtin. Confeſ. l.* 3. *cap.* 7. Quaſi acutule movebar.

Acutŭlus, a, um, diminut. ab acutus. Translate *Cicer.* 3. *Nat. Deor. c.* 7. Breves, & acutulas concluſiones.

Acūtus, a, um, o. 1. 2. *acuto*, *aguzzo*, שנין, Ger. *ſpitzig*, *ſcharpff*, Gal. *aiguiſé*, Hiſp. *agudo*, *agucado*, ὀξύς, proprie de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene ſecat, cui hebes, vel obtuſum opponitur. *Plaut. in Mil. a. v.* 5. Acutus culter probe. ¶ Item acutum eſt, quod in mucronem, ſive acumen definit, ut acutus palus, acutus angulus, acutum roſtrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro ſubtili, vel acri, ut acutum ingenium, acutus ſophiſta, acuta vox; item acuti oculi, ideſt clare cernentes. ¶ Acutus morbus dicitur, qui ſubitus ingruit,

gruit, & vel brevi tollitur, aut ipſe tollit. *Celſ. in præfat.* ¶ Acutus etiam dicitur Sol, cum maximos calores diffundit. *Horat. l.* 1. *Epiſt.* 10. Cum ſemel accepit Solem furibundus acutum. *Idem l.* 1. *Od.* 9. acutum gelu dixit, quod *Virgil.* penetrabile. Et *l.* 2. *Od.* 19. aures acutas, id eſt, ad audiendum arrectas. ¶ Acutum pro acute adverb. *Id. lib.* 1. *Sat.* 3. Cernere acutum. *Id. ibid. ſat.* 8. Reſonare acutum.

Acylos, i, f. ἄκυλος, *ghianda del leccio*, ἄκυλος, glans, ſeu fructus ilicis: ita vocatus ab *Homero Odyſſ.* 2. *v.* 242. & eo nomine a glande diſtinctus. Ita refert *Plin. l.* 16. *c.* 6.

Acyrologia, impropria dictio, quam ἄκυρον appellat *Quintilianus l.* 8. *c.* 2. alii ἀκυρολογίαν. Acyrologia per ſe quidem vitium eſt, ſed figuræ rationem induit apud *Virgil. Ecl.* 7. vir gregis ipſe caper, *Aeneid.* 4. tantum ſperare dolorem, pro *timere*, & alibi. Eadem ferme eſt, atque Abuſio, quam Græci dicunt κατάχρησιν. *Ser. ad Virg. Aen.* 4. *v.* 419.

Acys, V. Acis.

A ANTE D

Ad, *A*, אל, πρὸς, παρὰ, præpoſitio eſt accuſativo caſui ſerviens, cujus proprie eſt uſus, cum motus ad locum ſignificatur, & maxime proximitatem ſignificat. Frequenter denotat motum ad rem, ut Ivit ad Rhenum, non autem in Rhenum. Hoc enim differt ab In, quod Ad ſignificat acceſſum ad terminum, In ingreſſum in terminum. Perſpicuum ex eo eſt, quod olim ad Urbem accedere dicebantur, qui triumphum ſibi decerni vellent, urbem non ingredientes, ne id jus amitterent. ¶ Elegans etiam eſt uſus hujus præpoſitionis pro apud, vel prope, vel juxta. *Cic.* Fuit ad me ſane diu. *ideſt* apud me. ¶ Interdum ponitur pro In. *Plaut. Amph.* 1. 3. *v.* 6. Summus imperator ad exercitum. *Cæſ.* 5. *B. G.* Totam hyemem ad exercitum manere decrevit. ¶ Pro circa. *Cic. Attic.* Ad quæ tempora te expectem, fac me certiorem. ¶ Pro circiter. *Ter. Heaut.* Talenta ad quindecim coegi. ¶ Pro verſus, ut Ad Orientem, ad Meridiem, manus, vel oculos ad Cœlum tendere. ¶ Pro præ. *Ter. in Eun.* 2. 3. 69. Eſt ne, ut fertur, forma? P. Sane. Ch. At nihil ad noſtram hanc. ¶ Pro poſt. *Cic. Attic.* 12. *ep.* 46. Utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. ¶ Pro propter. *Liv. lib.* 1. Cum boves quædam ad deſiderium relictarum mugiſſent. ¶ Pro præp. *pro*. *Cic.* 5. *Verr.* Qui ad ſtatuam pecuniam contulerunt. ¶ Pro ante, ut Ad limina expectare, ad pedes ſtare, vel ad Judicem. Pro præter. *Ter. in And.* Ad hæc mala hoc mihi accedit. Sic ad hæc, ad hoc. *Cic. pro Flac.* Ad hæc, prędia incenſa dedicaviſti. *hoc eſt*, pręter hæc, præterea. *Flor. l.* 2. *c.* 8. Elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis aciem utrinque vallaverat. ¶ Pro ſecundum, ſcilicet ſignificans ſimilitudinem, ut ad arbitrium, ad nutum alterius. *Cic. de Amic.* Ad iſtam faciem virum quæro. ¶ Pro quantum attinet. *Cic.* 3. *Verr.* Vidi forum adornatum, ad ſpeciem magnifico ornatu, ad ſenſum, cogitationemque acerbo. ¶ Pro uſque ad, vel uſque in. *Cic. in Catil.* In urbe ad hanc diem remanſiſſet. *Id. ad Attic.* Ad multam noctem contenderunt. ¶ Aliquando ſignificat contrarietatem, ut ad illum mihi pugna eſt, ſcil. contra illum. *Virg.* 2. *Aen. v.* 443. Clypeoſque ad tela ſiniſtris protecti objiciunt. *id eſt*, contra tela, ut expon. *Serv.* ¶ Aliquando rei uſum. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Hoc ad albicandam cutem utuntur. ¶ Aliquando cauſam, ut Ad quid hoc feciſti? ¶ Aliquando perfectionem. *Liv. l.* 5. *dec.* 3. Ad cinerem ambuſtus. *ideſt*, ita ambuſtus, ut in cinerem redigeretur. ¶ Aliquando officium, ut cuſtos ad limina, & ſervus ad manus, qui & a manu, & amanuenſis dicitur. *Cic.* Ad cyathos ſtare dicuntur. ¶ Jungitur & cum gerundiis in dum. *Ter.* Nec ſatis ad objurgandum cauſæ. ¶ Sunt aliæ quoque hujus præpoſitionis locutiones, ut Ad pedes deſilire, pro de equo deſcendere. ¶ Ad dextram, ad ſiniſtram eſt ad manum dexteram, &c. *Ter.* Ad ſiniſtram hac recta platea. ¶ Ad extremum, ad poſtremum, ad ultimum, accipiuntur pro denique, poſtremo, tandem, & aliquando ſunt ordinis, vel temporis, aliquando nullius ſunt ordinis. ¶ *Ad ſummam* eſt, in ſumma, vel denique. *Cic. Att.* 10. Jurabant ad ſummam. ¶ Ad ſummum vero ad numerum, vel ad tempus refertur. *Cic.* Scies fortaſſe cras, ad ſummum perendie. ¶ *Ad verbum* idem eſt, quod de verbo ad verbum. *Cic.* Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas. ¶ *Ad unum* idem eſt, quod nullo excepto. *Liv.* Ad unum omnes occidit. ¶ Pro circiter, adverbialiter poſitum. *Cæſ. B. G. l.* 2. *c.* 33. Occiſis ad hominum millibus quatuor. *Liv. l.* 35. *c.* 22. Ad mille quingenti ad Conſules transfugerunt. ¶ Dicimus etiam, Ad lyram canere, Ad lucernam ſtudere. ¶ Ad nuntium, eſt audito nuntio. *Cic.* Ad eum nuntium commoti ſunt omnes. Simile eſt illud *Ovidii*, Mortua, crede mihi, tamen ad tua verba revixi. ¶ *Ad diem*, eſt die præfinito. *Cic. pro Cæcina*, Ad diem veni in caſtellum. ¶ Aliquando figurate uſurpatur cum genitivo, ut Senatus ad Apollinis habitus, ideſt ad templum Apollinis. *Cic. Philip.* 1. Pecunia utinam ad Opis maneret. *h. e.* in æde Opis. ¶ Conjungitur ſæpe cum uſque. *Sall. in Jug.* Uſque ad noſtram memoriam laboravere. ¶ Ceterum notandum eſt, cum Ad in compoſitione jungitur dictionibus incipientibus a literis c f g l n p r ſ t, mutari d in literam ſequentem, ut accurro, affero, aggrego, alligo, annumero, appono, arrogo, aſſiſto, attribuo. Excipitur *agnoſco*, in quo d abjicitur, aut in g mutatur, ſicut in agnatus, euphoniæ cauſa, ſimiliter *adſum*, ubi d remanet. Sed ſi componatur cum a b c d e h i o u, ſemper d integra manet, ut adamo, adbibo, adbrevio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, advoco. Si denique jungatur cum q, mutatur d in c, ut acquiro. *Anquiro* autem ab *am* fit, quod ſignificat circum.

Adactĭo, onis, f. 3. *l'indurre*, *lo sforzare*, actus adigendi. *Liv. l.* 22. *c.* 38. Adactio jurisjurandi.

Adactus, us, m. 4. idem quod adactio. *Lucret. l.* 5. *v.* 1539. Exibant dentis adactus. *h. e.* morſus dentis evitabant.

Adactus, a, um, particip. ab adigo, vi impulſus, *ſpinto*, ἐπαχθείς, ἐπακτός. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Et ne ſic quidem adactus avelli clavus queat. ¶ Idem quod infixus. *Virg. Aen.* 9. Sed viribus enſis adactus Tranſadigit coſtas. *Id.* 10. *Aen.* Vulnus alte adactum. *ideſt* profunde impreſſum. ¶ Item coactus. *Tacit. annal.* 14. *c.* 24. Carne pecudum propulſare famem adacti. ¶ Item ſubactus. *Stat.* 1. *Theb. v.* 19. Biſque jugo Rhenum, bis adactum legibus Iſtrum. ¶ *Adactum tempus* apud *Lucret. l.* 5. *v.* 1224. eſt tempus quod advenit, ſeu vicinum eſt.

Adad, ſive Adadus, Aſſyriorum ſummus Deus, cui etiam Deam Atargatim uxorem aſſignabant: Per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes. Ex his enim duobus potiſſimum cuncta credebant procreari. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 23. *Plin. l.* 37. *c.* 11. ¶ Vox *Adad* Aſſyriorum lingua *unum* ſignificat.

Adæquatĭo, onis, f. 3. actus ipſe adæquandi. *Tertull. ad Nation. l.* 1. *c.* 1. Deficit adæquatio comparationis iſtius. Adde *c.* 1. *l. eod. c.* 15.

Adæque, adv. *parimente*, *egualmente*, Gall. *pareillement*, Hiſp. *ygual*, *y ſemejantemnte*, ἐνίσως, peræque, pariter. *Plaut. in Caſ.* 3. 5. 45. Neque eſt quiſquam amator adæque miſer.

Adæquo, as, a. 1. *uguagliare*, שוה, Gall. *égaler*, *faire égal*, Hiſp. *ygualar*, ὁμαλίζω, æquo, hoc eſt complano. *Liv. l.* 1. *c.* 29. Omnia tecta adæquat ſolo. ¶ Significat etiam parem, vel ſimilem facere. *Cic. pro Cor.* Qui cum familiariſſimis ejus eſt adæquatus. *Id. de Univerſit.* Ut Deorum vitam poſſint adæquare. h. e. ad Deorum immortalitatem pervenire. ¶ Adæquare cum virtute fortunam, h. e. æque eſſe fortunatum, ac virtute præditum. *Cic. pro Arch.* ¶ Adæquare aliquem ſibi. *Tacit. l.* 12. *Ann. c.* 60.

Adæratĭo, onis, f. 3. apud JCtos eſt æſtimatio rei alicujus ad æris pretium. *Leg. ult. Cod. de militari teſt. & Cod. Theodoſ. leg.* 30. *de erog. mil. annon.*

Adæro, as, are, ab æs, ἐξαργυρίζομαι, primo ſignificat per æra, & calculos ſummam colligere. *Frontin. in Fragm. Agrar. apud Rigalt.* Subjectas deinde extremitatum partes ad rectum angulum, noſtra poſtulatione, podiſmis ſuis adæramus. Ita hunc locum reſtituit *Salmaſ. in Exercit. Plin.* Ubi *podiſmis adærare* nihil aliud eſt, quam agri modum ſive ad menſuram pedum exigere, ſeu quot ager pedes faciat, computare. *Podiſmus* enim eſt pedalis menſura, quam alii *Pedaturam* vocant. ¶ Deinde ſignificat rem ære taxare, ſive æſtimare, *ſtimar a contanti*: hoc enim verbum ab ære deducitur. Ad æs revocare, Aggenus dixit apud *Rigal. p.* 70. Ita ſæpe invenitur in JCtorum lib. ¶ Denique eſt in rationes referre. V. *Æra.* Ita adæratum ſalarium dixit *Eumenius pro reſtaur. Schol. c.* 11. uti emendat *Scal.* 5. *de emend. p.* 420. Alii legunt *adoratum*. ¶ Adærata prædia dicuntur, ex quibus æs certum præſtatur. *L.* 1. *Cod. de collat. donat.*

Adæſtŭo, as, are, *ondeggiare*, προσκυμαίνω, extra æſtuo, exundo. *Stat.* 5. *Thebaid. v.* 517. Squamiſque inciſus adæſtuat amnis.

Adaggĕro, as, are, quaſi aggerem facio, cumulo. *Cato de R. R. c.* 94. Terram adaggerato bene. *Plin. lib.* 13. *c.* 11. Ægyptus adaggerata Nilo. *Colum. l.* 5. *c.* 11. Terram circa arborem adaggerare.

Adagĭa, ad agendum apta. *Feſt.*

Adagĭo, onis, f. 3. idem ac adagium, ſed obſoletum. *Varro l.* 6. *L. L.* & *Auſon. in præfat. Technopægn.*

Adagĭum, ii, n. 2. *proverbio*, משל, Gall. *un proverbe*, Hiſp. *el refran*, παροιμία, proverbium. *Gell. in præfat.* Vetus adagium eſt.

Adagnitĭo, onis, agnitio, *cognizione*. *Tertullian.* 4. *adv. Marcion. cap.* 28. Revelatio, & adagnitio Dei.

Adalligatus, a, um, particip. ab adalligo. *Plin. l.* 24. *c.* 19. Herba adalligata lævo brachio. Et *l.* 27. *c.* 10.

Adallĭgo, as, are, ad aliquid ligo, *legare*, ut Adalligare aliquid alicui rei. *Plin. l.* 20. *c.* 21.

Adam, indeclin. & Adamus, i, m. 2. ἀδάμ, primus Pater generis humani. Dictus eſt Adam, quaſi ruber, quoniam ex terra rubra effectus eſt. ¶ Prima hujus vocis ſyllaba communis eſt quantitatis. Producitur a *Prudent. in Apotheoſi*, *v.* 1078. & alibi. Corripitur ab *Auſon. Idyll.* 1. *v.* 14. ¶ Secunda quoque in *Adamus* fere longa eſt: corripitur tamen a *Tertull. in carm. de Geneſi*, *c.* 2.

Adamantēus, a, um, o. 1. 2. *di diamante*, adamantinus. *Ovid.* 7. *Met. v.* 104. Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.

Adamantīnus, a, um, *adamantino*, *di diamante*, Gall. *fait de diamant*, Hiſp. *diamantino*, ἀδαμάντινος, quod eſt ex adamante. *Propert. lib.* 3. *el.* 11. *v.* 9. Colchis flagrantes adamantina ſub juga tauros.

Adamāntis, tidis, f. 3. herba magica. *Plin. l.* 24. *c.* 7.

Adămas, tis, m. 3. *diamante*, שמיר, ἀδάμας, lapis maximi inter gemmas omnes pretii, ab α privativa particula, & δαμάζω, domo, quod duriſſimus credatur, & nulla vi domabilis. Quod falſum eſſe ſæpius compertum eſt. Nulla autem re facilius, quam hircorum calido ſanguine diſſolvitur. Sunt autem adamantum genera quatuor, Indicus, Arabicus, Macedonicus, Cyprius. Qui in India naſcitur, æque magnus eſt, ac nucleus avellanæ, cui ſimilis eſt Arabicus, ſed aliquanto minor. Qui in Macedonia, in Philippico arvo inventus eſt olim, cucumeris ſemini par eſt magnitudine. Cyprius colorem aereum repræſentat, & in medicamine plurimum valet. Eſt etiam adamas cognomine Siderites, quod ferrei ſit ſplendoris, cæteris adamantum generibus ponderoſior, ſed diſſimili natura, utpote qui frangatur facilius, & adamante aliquo perforetur, nempe Cyprio. ¶ Volunt quidam in adamante Indico, qui omnium pretioſiſſimus eſt, tantam ineſſe vim, ut juxta magnetem poſitus, ferrum ab eo abſtrahi non patiatur, aut abſtractum ad ſe rapiat. Venena præterea, lymphationes, metuſque vanos abigit ex hominum mentibus. ¶ Eſt & Adamas nomen Fluvii Indici, in quo lapis adamas reperitur. *Plin. l.* 37. *c.* 5.

Adamātor, oris, qui amat. *Tertull. de Hab. mul. c.* 2. Nihil ad caſtitatem adamatores potuerunt præſtare.

Adambŭlo, as, are, ambulo ad aliquem locum. *Plaut. Bacch.* 4. 5. Adambulabo ad oſtium. *Apulejus lib.* 11. *p.* 261. *edit. Elmenh.* Vidi aſinum adambulantem cuidam ſeni debili.

Adāmo, mas, a. 1. *amare molto*, אהב, Gal. *aimer fort*, *aimer ardemment*, Hiſp. *amar como enamorado*, ὑπερφιλέω, amatorie amo. *Quint. Declam.* 18. *c.* 10. Matres liberos ſuos tanquam adamaverint, amant. ¶ Interdum adamare eſt honeſte, & valde amare, & de quacunque re dicitur. *Cic.* 3. *de Orat.* Antiſthenes patientiam & duritiam in Socratico ſermone adamarat. ¶ Eſt plus, quam amare. *Senec. epiſt.* 71. Si virtutem adamaveris: amare enim parum eſt.

Adamplĭo, as, are, idem quod amplio, ſeu acutius amplio. *Vetus Inſcript. apud Grut. pag.* 128. *num.* 5. Ædiculam vetuſtate corruptam adampliavit.

Adaperĭo, is, ire, idem quod aperio, vel patefacio. *Plin. l.* 2. *c.* 47. Nubes diſcuſſæ adaperuere cœlum. *Senec. Epiſt.* 55. Adaperire caput.

Adapertīlis, e, qui eſt apertu facilis, προσανοικτός. *Ovid. Triſt. l.* 3. *El.* 11. Aſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri.

Adapertĭo, onis. *Auguſt. QQ.* 83. *q.* 61. Legis adapertione, & diſputatione.

Adapertus, a, um, idem quod apertus. *Ovid. Amor. l.* 1. *El.* 5. Pars adaperta fuit, pars altera clauſa feneſtræ. *Liv. l.* 25. *c.* 30. Adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores. *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 396. Adaperta fides. *h. e.* manifeſta.

Adāquo, as, a. 1. *adacquare*. השקה, Gal. *abbreuver*, *ou arrouser d'eau*, Hiſp. *regar*, ποτίζω, ex *ad*, & *aquo*, aqua reficio, irrigo. *Suet. in Calig.* Ubi adaquare ſolebat jumentum. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Denis diebus adaquari. ¶ Adaquari apud *Hirt. l.* 8. *B. Gal. c.* 41. idem eſt quod aquari. Nec ſine periculo, inquit, poſſent adaquari oppidani.

Adarca, ſive adarce, ἀδάρκη, ſpuma arundinis, & falſilago quædam, medicinæ utilis, naſcens e cortice arundinis paluſtris. *Plin. l.* 17. ¶ Alii inter ſpecies ſinapis ut herbam numerant, ex *Plin. l.* 20. *c.* 22.

Adarĕo, es, ui, n. 2. *ſeccarſi*, יבש, Gall. *devenir ſec*, Hiſp. *ſeccarſe*, idem quod arere, ſive exareſcere. *Cato de re ruſt. c.* 98. Ubi ea adaruerit.

Adăro, as, idem quod aro. *Plin. in Præfat. l.* 23. *nat. hiſt. ex perſona Pomonæ loquens.* Ex me parata omnia nec curvo adaranda aratro, nec cura laboranda. Alii aliter leg.

Adaſia, ovis recentis partus, ſed major natu. *Feſtus*, *Iſid.*

Adau-

Adauĉto, as, are, frequentat. ab adaugeo. *Acc. apud Non. c. 2. n. 52.* Patriam noſtram quondam adauĉtavit pater.

Adauĉtor, oris, qui adauget. *Tertull. de teſtimonio animæ c. 2.* Anima datorem ſuum novit, & tandem poſtremo adauĉtorem.

Adauĉtus, us, ui, verbale, incrementum, ἐπαύξησις. *Lucret. l. 2. v. 1120.* Nam quæcumque vides hilari grandeſcere adauĉtu.

Adaugēo, es, xi, ĉtum, *accreſcere*, *aumentare*, רבה, Gall. *augmenter*, *accroitre*, Hiſp. *acrentar*, ἐπαύξω, αὐξάνω, idem quod augeo. *Cic. pro Roſc. Amer.* Hæc maleficia aliis nefariis cumulant, atque adaugent. Adde *Terent. Heaut.* 3. 1.

Adaugēſco, is, eſcere, ἐπαυξάνομαι, adaugeor, creſco. *Cic. 1. Nat. Deor.* Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu. *Lucret. l. 2. v. 296.* Nam neque adaugeſcit quidquam, nec deperit inde.

Adāxint, pro adegerint. *Feſt. Pomp.* ¶ Vel pro adigant. *Non. c. 2. n. 53.* Hinc *Plaut. Aulul.* 3. 1. 11. Utinam me dii adaxint ad ſuſpendium.

Adbĭbo, is, a. 3. idem, quod ſimplex bibo. *Ter. in Heaut.* Ubi adbibit plus paulo. ¶ Interdum eſt multum bibere. *Plaut. in Sticho.* Quando adbibero, alludiabo. ¶ Accipitur & pro imbibere. *Hor. 1. epiſt.* Adbibe puro peĉtore verba puer.

Adbĭto, vel adbeto, is, n. 3. ex ad, & beto, idem quod eo, is. *Plaut. Capt.* 3. 4. Si adbites propius, os denaſabit tibi mordicus.

Adblatĕro, as, idem fere quod blatero. *Apul. l. 9.* Has & ſimiles affanias fruſtra adblaterantes. Verum quidam aliter legunt.

Adcĭdo, pro accido, eſt *Ennii* apud *Varr. l. 6. L. L.* Cæſa adcidiſſet abiegna ad terram trabes.

Adclāro, vel Acclāro, as, a. 1. declaro, oſtendo. *Liv. l. 1. c. 18. referens verba veteris augurii.* Jupiter Pater, ſi eſt fas, Numam regem Romæ eſſe, uti tua ſigna adclaraſſis inter eos fines, quos feci. *h. e.* adclaraveris, vel adclares.

Adcognoſco, is, a. 3. probe cognoſco. *Petron. in ſatyr.* Riſit Trimalchio, &, adcognoſco, inquit, Cappadocem.

Adcorpŏro, as, are, adjungo, admiſceo. *Solin. c. 50.* Carinis ita tenaciter adcorporatur, ut niſi abraſa parte ligni, ægre ſeparetur. V. Accorporo.

Adcrēdo, is, ere, idem quod credo. *Horat. l. 1. epiſt. 15.* Tibi nos adcredere par eſt. *Plaut. Aſin.* 5. 2. Nec quidquam mihi poſthac adcredas. *Lucret. l. 3. v. 870.*

Adcrēſco, is, evi, etum, addor, adjungor. *Horat. de Arte poet.* Unde etiam trimetris adcreſcere juſſit nomen iambis.

Addax, m. 3. στρεψίκερως, nomen belluæ Africanæ, contortis cornibus. *Plin. l. 11. c. 37.*

Addĕcet, ebat. imp. 2. ἐπιπρέπει, idem quod decet. *Plaut. Amph.* Ejus ſtudio ſervire addecet.

Addensēo, es, ui, a. 2. *inſpeſſare*, *fare ſpeſſo*, *folto*, Gall. *èpaiſſir*, Hiſp. *eſpeſſar*, ex ad, & denſeo, denſum facio, conſtipo. *Virg. 10. Æn.* Extremi addenſent acies. Verbum rariſſimum.

Addenſo, as, a. 1. *condenſare*, עבה העבה, idem, quod addenſeo. *Plin. l. 10. c. 21.* Aquam radice ea addita addenſari ſub dio, atque laĉteſcere.

Addīco, cis, ixi, iĉtum, a. 3. *dare*, *donare*, *vendere all' incanto*, מכר. Gall. *s'addoner*, *vendre par encher*, *ou a l'encan*, Hiſp. *vender*, *almonedear*, *darſe en almoneda*, ἀποκηρύττω, ἀπεμπωλέω, ſignificat auĉtionem facere, hoc eſt, bona ſua proſcribere, & licitantibus tradere, & rem venalem ei, qui plus cæteris obtulerit, adjudicare. *Suet. in Cæſ.* Ampliſſima prædia addixit. ¶ Et addicere, καταδικάζειν, Prætor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori, ut in eum & vitæ, & necis haberet poteſtatem, cum ſolvendo non eſſet. Unde Addiĉti, καταδεδικασμένοι, ut eſt apud *Vallam l. 5.* Eſt enim unum ex tribus verbis Prætoriis, quæ ſunt hæc, *Do*, *Dico*, *Addico*. ¶ Ab hac forenſi ſignificatione refertur etiam ad alia. In diſciplina augurali aves dicuntur addicere, quando ratum faciunt auſpicium. *Liv. l. 27. c. 16.* Fabio auſpicanti aves non addixere. ¶ Addicere opus aliquod eſt locare faciendum. *Cic. 3. Verr.* Addicitur id opus ſeſtertiis 560. millibus. ¶ Addicere etiam ſententiam uſurpatur pro vendere. *Cic. Phil. 2.* Cum te Senatus de vendita, atque addiĉta ſententia movere non potuit. ¶ Addicere ſupplicio, morti, &c. elegans eſt pro damnare, deſtinare. ¶ Item addicere ſe cupiditatibus, intemperantiæ, &c. pro ſe dare, vel dedere. ¶ Addicere aliquem ad jusjurandum, eſt cogere, inducere. *Salluſt. in Catil.* Quum ad jusjurandum ſceleris ſui conſcios addiceret. Sed fortaſſe legendum, *adigeret*. ¶ Addicere litem, in 12. tab. eſt ſecundum aliquem judicare. *Gell. l. 17. c. 2.* Poſt meridiem præſenti litem addicito. ¶ Addicere rationibus, pro convincere, probare. *Cic. Parad. 4.* Ego vero te non ſtultum, ut ſæpe, non improbum, ut ſemper, ſed dementem, & inſanum rationibus addicam neceſſariis. Qui tamen locus non caret varia leĉtione.

Addīĉte, adverb. ab addiĉtus. Et compar. addiĉtius. Affertur a Lexicographis quibuſdam locus *Taciti de Germ. c. 43.* ubi inquit: Paulo jam addiĉtius regnantur, quam cæteræ Germanorum gentes: ſed meliores libri habent, *adduĉtius*, quod vide.

Addiĉtĭo, onis, f. 3. verb. ab addico. *Cic. 2. Verr. c. 4.* Bonorum, poſſeſſionumque addiĉtio.

Addīĉtus, a, um, nomen ex particip. *Horat. Epod. 17.* Feris alitibus, atque canibus addiĉtus. h. e. expoſitus, objeĉtus. *Cic. pro Cæl.* Addiĉtum, deditum, obſtriĉtum vobis, ac liberis veſtris habebitis. *Horat. 1. epiſt.* Nullius addiĉtus jurare in verba Magiſtri. *h. e.* coaĉtus. ¶ Addiĉtus uxori, hoc eſt uxorius, apud *Suet. in Claud. c. 29.* ¶ Addiĉti etiam fuerunt, quos lex ſervire creditoribus, donec ſolverent, jubebat. *Quintil. l. 7. c. 4. Gell. l. 20. c. 1.* ¶ Addiĉtus denique nomen eſt Plautinæ comœdiæ deperditæ, ab eo in piſtrino ſcriptæ. *Varro apud Gell. l. 2. c. 3.*

Addiſco, ſcis, a. 3. *imparar bene*, למד, Gall. *apprendre*, Hiſp. *aprender bien*, προσμανθάνω, ad ea, quæ didiceram, addo. *Cic. 1. Off.* Avemus aliquid addiſcere. ¶ Item pro ſimpliciter diſco. *Id. 3. de Orat.* Atque velocius puer addidicerat.

Additamĕntum, ti, n. 2. *aggiunta*, מרבה, Gall. *ſurcroit*, Hiſp. *anadidura*, acceſſio. *Cic. pro Sex.* Interceſſit Ligus iſte, neſcio quis, additamentum inimicorum meorum.

Additītĭus, a, um. *Celſus Lege 98. ff. de verb. ſignif.* Cato putat, menſem intercalarem addititium eſſe.

Additĭo, onis, verbale, acceſſio, adjunĉtio. *Quintil. l. 9. c. 3.* Figurarum additio, atque abjeĉtio.

Additus, a, um, o. 1. 2. *aggiunto*, Gal. *ajoint*, Hiſp. *anadido*, προστεθειμένος, adjunĉtus. *Horat. carm. 2. ode 9.* Flumen gentibus additum viĉtis. ¶ Quandoque ſumitur pro inimico. *Virg. Æn. 6.* Nec Teucris addita Juno uſquam aberit, ut Servius expon. Vide *Macrob. l. 6. ſaturn. c. 4.* ¶ *Addito tempore*, quod vulgo dicitur, ſucceſſu temporis. *Tacit. Ann. 12. 6. 4.* ¶ Addita ætate, ideſt auĉta, adulta. *Plin. l. 11. c. 48.*

Addivīno, as, n. 1. *indovinare*, קסם, Gall. *deviner*, Hiſp. *adevinar*. *Plin. l. 35. c. 10.* Ex facie hominum addivinantem.

Addo, as, ad data addo, προσδίδωμι, idem quod do, vel addo. *Plaut. in Trucul. a. 5. v. 19.* Tuo arbitratu, quod jubebis, addabitur. Alii leg. *id dabitur*.

Addo, is, a. 3. *aggiungere*, הוסיף, Gall. *ajouter*, Hiſp. *anadir*, adjungo, προστίθημι, ex ad, & do, das. *Cic. Ap. Pulch.* Additum potius aliquid ad meum erga te ſtudium, quam quicquam eſſe detraĉtum. ¶ Addere animum eſt augere, *accreſcere*. *Plaut. Amph.* 1. 1. Noſtris animus additur. ¶ Eleganter inſervit connexioni. *Liv. l. 7.* Adde huc populationes agrorum, prædas hominum, &c. Sic, Adde quod. *Ovid. 2. de Ponto el. 9. v. 48.* ¶ Ponitur pro indere. *Virg. Æn. 9.* Dii ne hunc ardorem mentibus addunt? ¶ Item pro dare. *Plaut. Milit. 9.* Cui me cuſtodem addis herus meus? *Virg. Æn. 9.* Tum comitem Aſcanio Pater addidit. ¶ Addere ſe exemplis melioribus, h. e. exempla meliora ſequi. *Claudian. 4. Paneg.* 12. ¶ Addere pro prodeſſe. *Salluſt. Jugurt.* Quorum majores Punico, atque aliis bellis multum Reip. addiderant. ¶ Hoc verbum fere conſtruitur cum accuſat. & dat. ſed pro dativo habet ſæpe alterum accuſat. cum præpoſ. in, vel ad. *Nepos in Catone c. 2.* Multas res novas in ediĉtum addidit. *Cic. 1. Off.* Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt? ¶ Poſt accuſ. habet ablat. cum præpoſit. *in*, apud *Plin. l. 13. c. 3.* Addere in potu unguentum.

Addocēo, es, a. 2. *inſegnare*, למד, Gall. *enſeigner*, Hiſp. *enſenar*, προσδιδάσκω. *Hor. l. 1. ep. 5. v. 18.* Solicitis animis onus eximit, addocet artes. Al. tamen leg. *ac docet*.

Addormīſco, n. 3. ישן, Gall. *s'endormir*, Hiſp. *adormecerſe*, ἐπικοιμάομαι, contrarium eſt ejus, quod eſt expergiſcor. *Sueton. in Claud. c. 8.* Quoties poſt cibum addormiſceret. Alii legunt, *obdormiſceret*.

Addubitatĭo, onis, verbal. idem ac dubitatio. *Nizolius* producit exempl. ex *Cic. 3. Offic. c. 4.* Quid eſt, quod nonnunquam addubitationem afferre ſoleat? Atque ita nonnulli libri; ſed caſtigatiores habent, *dubitationem*.

Addubitātus, a, um, dubitatus, dubius. *Cic. 3. Offic. c. 4.* Si plus adipiſcare re explicata boni, quam addubitata mali.

Addubĭto, as, a. 1. *dubitare*, פנה הלך אני, Gall. *douter*, Hiſp. *dudar*, *ſer algo dudoſo*, ἀμφισβητέω, idem quod dubito. *Cic. in Orat. c. 40.* Ut addubitet, quid potius, aut quomodo dicat. *Id. 3. Offic. c. 4.* Addubitare in aliqua re. *Liv. l. 8. c. 10.* Addubitare, an, &c. *Id. l. 2. c. 4.* Addubitare de aliqua re.

Addūco, is, xi, ĉtum, a. 3. *condurre*, הביא, Gall. *amener*, Hiſp. *llevar*, *guiar*, προσάγω, ad aliquem, ſeu ad aliquid duco. *Cic. pro Quint. c. 6.* Ex Gallia pueros venales iſti adducebat. *Id. Attic.* 8. 11. Gentes armatas in Italiam adducere. *Nepos in Epamin. c. 3.* Adducere aliquem ad aliquem. ¶ Speciatim ponitur pro conciliare alicui ſcortum. *Nepos*, *Tibull. Ovid.* ¶ Eſt etiam afferre, *apportare*. *Horat. l. 4. od. 12.* Adducere ſitim. *Plin. l. 30. c. 15.* Adducere tædium vini. ¶ Significat præterea ad ſe trahere, tendere, *tirare*. *Liv. l. 9. c. 10.* Adducere lorum. *Virg. Æn. 5. v. 507.* Adducere arcum. *Id. 1. Georg. v. 483.* Sitis miſeros adduxerat artus. *h. e.* contraxerat, & macie confecerat. ¶ Item redigere, *ridurre*. *Cic. pro Quint. c. 5.* Adducere aliquem in ſummas anguſtias. *Nepos in Eumen. c. 12.* Adducere ad deſperationem. ¶ Item conjicere, ducere. *Cic. 3. Offic. cap. 20.* Adducere aliquem in invidiam falſo crimine. *Terent. Heaut.* 5. 2. 42. Adducere aliquem ad miſericordiam. *muovere a compaſſione*. *Cic. Verr. 5. c. 61.* Adduci in ſermonem, *far parlare di ſe*. ¶ Item movere, impellere, inducere, *indurre*. *Cic. de prov. Conſul. c. 16.* Adducit ad ſuſpicandum. *Id. Fam. 2. ep. 10.* Non poſſum adduci, ut, &c. *Id. Fam. 13. ep. 54.* Adduci commendatione. ¶ Item afferre, allegare, *addurre*. *Modeſtin. Dig.* 27. 1. 16. Poteſt quis illam rationem adducere. ¶ *Adduce* pro *adduc* in imperativo eſt *Terentii*, & *Plauti*. ¶ *Adduxti* pro *adduxiſti* itidem *Terentii* eſt.

Adduĉte, adverb. comparat. adduĉtius. *Tacit. de Germ. c. 43.* Adduĉtius regnare. *hoc eſt* ſeverius, & ſtriĉtius. *Auſon. in gratiar. aĉt.* Nemo adduĉtius jacula contorſit.

Adduĉtor, oris, m. qui ad aliquem ducit. *Vetus Epigramma Petronii Afranii*. Græcule conſueta lenandi callidus arte, Cœpiſti adduĉtor conjugis eſſe ſuæ. *h. e.* ejus libidinum auĉtor, ejus pudicitiæ proſtrator.

Adduĉtus, a, um, particip. *condotto*. *Salluſt. in Catil. c. 49.* Adduĉtus ad Senatum. *Curt. l. 8. c. 6.* Adduĉtus in regiam. *Id. ibid. c. 10.* Adduĉtæ moles. *h. e.* adveĉtæ, admotæ. ¶ Item traĉtus, *tirato*. *Ovid. 8. Metam. v. 776.* Adduĉta funibus arbor corruit. ¶ Tranſlate *Salluſt. in Jug. c. 31.* Adduĉtus in ſpem. *Cic. de clar. Orat. c. 18.* Signa Myronis ſatis ad veritatem adduĉta. *h. e.* eo perduĉta ſubtili artificio, ut veritatem ſatis exprimant. ¶ Item redaĉtus, *ridotto*. *Cic. de Amic. c. 5.* Adduĉtus in anguſtum. ¶ Item impulſus, induĉtus, *indotto*, *ſpinto*. *Cic. in Partit. c. 14.* Præmio, gratia adduĉtus. ¶ Eſt etiam adjeĉtivum, & idem eſt ac extenſus, *teſo*, *tirato*. *Cic. 2. Tuſcul. c. 24. de tormentis bellicis.* Eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt contenta, atque adduĉta vehementius. *Virg. Æn. 5. v. 507.* Adduĉtus arcus. ¶ Item contraĉtus. *Capitolin. in Vero, c. 10.* Frons in ſupercilia adduĉtior. *Sueton. in Tiber. c. 68.* Adduĉtus vultus. ¶ Tranſlate ſeverus, rigidus, *ſevero*, *ſoſtenuto*. *Tacit. Ann. 14. c. 4.* Modo familiaritate juvenili Nero, & rurſus adduĉtus, quaſi ſeria conſociaret. ¶ Item contraĉtus, *ſtretto*, *riſtretto*. *Tacit. Ann. 12. c. 7.* Adduĉtum, & quaſi virile ſervitium. Al. leg. *addiĉtum*. *Plin. lib. 1. ep. 16.* In concionibus eadem, quæ in orationibus, vis eſt, preſſior tamen, & circumſcriptior, & adduĉtior.

Addŭis, it, pro addideris, it, dixere Veteres, teſte *Feſto*.

Adduplĭco, a. 1. *addoppiare*, כפל, Gall. *redoubler*, Hiſp. *doblar*, idem, quod duplico. *Plaut. in Pœn.* Adduplicabit omne turtum.

Adĕdo, n. 3. *conſumare*, *mangiar tutto*, Gall. *mangier tout*, Hiſp. *lograr*, *comer todo*, καταφάγω, in totum edo, conſumo. Nam *Ad* auget. *Virg. 4. Geor.* Sæpe favos ignotus adedit ſtellio.

Adĕlphi, m. 2. fratres, quaſi non ſoli. Delphon enim priſca lingua Græcorum unum ſignificat. Unde & Apollo, ideſt Sol, Delphios dicitur, quaſi unus, & ſolus. Hinc *Terentius* comœdiam inſcripſit *Adelphos*, quia in ea traĉtat de duobus fratribus.

Adelphĭdes, palmæ ſpecies eſt, de qua *Plin. l. 13. c. 4.*

Ademptĭo, f. 3. aĉtus adimendi. *Cic. pro domo c. 8.* Ademptio civitatis.

Ademptus, a, um, o. 1. 2. ablatus, ereptus, particip. ab adimo, ut ademptum imperium. *Liv. l. 22. c. 27.* Ademptus Heĉtor, *ideſt* interfeĉtus, *Horat. carm. l. 2. od. 4.* Sic *Ovid. 4. Triſt. el. ult.* Non aliter flevi, quam me fleturus ademptum Ille fuit.

Adēnes, *ſcrofole*, ἀδένες, glandulæ in gutture ex carne in duritiem contraĉta, quæ alio nomine χοιράδες, ideſt ſcrophulæ vocantur. *Plin. l. 11. c. 37.*

Adēo, *così*, *tanto*, Gall. *tant*, Hiſp. *tanto que*, τοσοῦτον, οὕτως, adverbium eſt, & ſignificat uſque eo, in tantum, & ponitur interdum in ſententia abſoluta. *Virg. 3. Georg.* Adeo a teneris aſſueſcere multum eſt. *Quint.* Nunquam adeo pro nobis ſolicita eſt. ¶ Quandoque ponitur pro valde. *Ter.* Juvenem adeo nobilem. ¶ Quandoque pro uſque etiam, ſive inſuper, vel imo, potius. *Cic. in Catil.* Intra mœnia, atque adeo in Senatu. ¶ Quandoque pro certe. *Virg. 1. Geor.* Multum adeo raſtris glebas qui frangit inertes. ¶ Quandoque pro modo. *Ter.* Tute jam adeo ejus audies verba. ¶ Apud poetas, præſertim Comicos, ſæpe eſt particula ornativa, ſeu mavis expletiva, quippe nihil ad ſenſum conferens,

ferens, sed vel ad sermonis ornatum, vel ad metrum explendum adhibita. *Ter. in And.* Propera adeo puerum tollere hinc. ¶ Apud *Plautum* sæpe est pro *quoque*. *Menæch.* 2. 4. Dii illum perdant, meque adeo, qui hodie forum inspexi: *& alibi*. ¶ Adeo pro *eo*, usus est *Terent. Heaut.* 1. *sc.* 1. *v.* 61. Postremo adeo res rediit. ¶ Pro usque eo dum. *Plaut. Merc. Prol. v.* 78. Adeo dum quæstum haberet. *Et alibi sæpius*. ¶ Pro *vero*, vel *agedum*. *Cic. pro Cluent.* Id adeo sic cognoscite. *Id. pro Cæcin.* Id adeo, si placet, considerate.

Adĕo usque, *finchè*, sive una est dictio, sive duæ, idem est, quod usque dum, donec. *Pla. in Asin.* Adeo usque dum peris.

Adĕo, dis, divi, vel dii, ditum, n. 4. *andare*. Gall. *aller*, Hisp. *yr*, *llegarse*, προσέρχομαι, accedo, ut Adeo Prætorem, & ad Prætorem. ¶ Aliquando ingredi, & suscipere, ἐπιχειρεῖν, ut Adire labores, adire pericula. ¶ Aliquando hostes aggredi. *Virg.* Nec quisquam ex agmine tanto audet adire virum. ¶ Adire hereditatem, *ereditare*, *andar'a possesso dell' eredità*. *Cic.* 2. *Phil.* Quum ipse patris hereditatem non adiisses. ¶ Usurpatur interdum absolute. *Plaut. Menæc.* 4. 1. Adeunt, consistunt, copulant dexteras. ¶ Usurpatur etiam passive. *Cic.* 2. *Tusc.* Illa pericula adeuntur in præliis. *Id. l.* 1. *ad Q. Fr.* Neque Prætores adiri possent. ¶ Item impersonaliter. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 7. Cum ad me aditum esset. & 4. *Verr.* Antequam in jus aditum esset. ¶ *Adire alicui manum* est frustrari, decipere. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. & *Pœn. a.* 2. *v.* 11. ¶ Particip. aditus, a, um, passivæ significationis. *Cic. Offi.* 1. 19. Laboribus susceptis, periculisque aditis. ¶ *Adeundus, a, um*, aliud particip. *Ovid.* 3. *Trist.* 1. 70. Hæc quoque erat pedibus non adeunda meis.

Adeps, adipis, gen. communis, 3. decl. *grasso*, *lardo*, *songia*, חֵלֶב, Ger. *schmalz*, *schmer*, Gall. *graisse*, Hisp. *enxundia*, στέαρ, pinguedo liquida, quæ nequeat facile durari; nam quæ concrescit, sevum dicitur. *Vossio* placet deduci, ut biceps a bicapis, sic adeps ab adapis, quod est ab antiquo adapio, idest conjungo, quia adeps carni adhæret. Medici inter adipem, & pinguedinem sic distinguunt, ut adeps animantibus magis terrestrem naturam habentibus conveniat, humidioribus pinguedo. Itaque pinguedo celeriter ab igne liquescit, adeps non item. Sed hæc differentia non est perpetua. *Plin. l.* 28. *c.* 9. & *l.* 30. *c.* 3. Adeps suillus. *Cel. l.* 3. *c.* 7. *n.* 2. Adeps cocta. ¶ Quandoque restringitur ad significandum pingue illud, quod ad similitudinem reticuli intestina continet. *Gell. l.* 4. Contegit hæc omentum, cui adeps quoque innascitur. ¶ De obesitate hominis *Cic.* 3. *Catil.* L. Cassii adipem non pertimesco. ¶ Adipes in plurali, *Quintil. l.* 2. *c.* 10. Adipes tenuare, detrahere. *h. e.* ad maciem redigere.

Adeptĭo, onis, f. 3. consecutio, *acquisto*, *conseguimento*, ἐπιτυχία, verbal. ab adipiscor. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 13. Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni judicemus.

Adeptus, a, um, o. 1. 2. particip. ab adipiscor, *acquistato*, *e chi ha acquistato*, ἐπιτυχών. Active & passive sumitur. Active *Plin. l.* 7. *c.* 24. Tam multis gloriam ejus adeptis. ¶ Passive *Cic. de senect.* Senectutem ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. *Ovid. Trist. l.* 4. *el.* 8. Ne palmas inhonestet adeptas.

Adequĭto, as, are, n. 1. juxta, vel prope equitare, προσιππάζω. *Liv. l.* 9. *c.* 22. Ægre patiens, quo tam ferociter adequitasset, &c. *Curt. l.* 4. *c.* 9. Jam per armatos adequitare cœpit. ¶ Cum accusativo. *Cæs. l.* 1. *B. Gall. c.* 46. Propius tumulum accedere, & nostros adequitare.

Aderro, as, are, n. 1. ex *ad*, & *erro*. *Stat. l.* 2. *silv.* 2. *v.* 119. Et blandi scopulis Delphines aderrant. Adde *l.* 9. *Thebaid. v.* 179. cum Gronovii castigatione.

Adēsdum, *sta qui*, παρέλκον, ex ades, quod imperativum est, & dum. Est enim dum productio, & adjectio syllabæ. *Ter. in Andr.* 1. 1. 2. Adesdum, paucis te volo.

Adespŏtus, a, um, o. 1. 2. ἀδέσποτος, nullius dominio subjectus, ex α priv. & δεσπότης, dominus. Hinc *adespota bona*, quæ cum justum heredem non inveniant, ad fiscum devolvuntur. *Adespoti libri*, vel epistolæ, in quibus auctoris vel scriptoris nomen supprimitur. ¶ Interdum significat, incertus, & sine auctore. *Cic. Fam. l.* 15. *ep.* 17. De Hispania rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι. ¶ Item nullius dominio mancipatus, libertate donatus. Sic enim Lacedæmonii libertos suos vocabant. *Alex. ab Alex. l.* 3. *c.* 20.

Adesurĭo, adesuris, ivi, ire, n. 4. idem quod esurio, vel valde esurio, *aver gran fame*, βουλιμιάω. *Plaut. Trinum.* 1. 2. Adesurivit magis, & inhiavit acrius.

Adēsus, a, um, o. 1. 2. ab adedor, arrosus, consumptus. *Cic.* 2. *Tusc.* Quum vero adesum in flatu renovatum est jecur. ¶ Metaphorice etiam usurpatur. *Id. pro Quint.* Adesa pecunia. Bona adesa apud *Tac.* 4. *hist. c.* 4. Fortunæ adesæ, idest egestas apud *eund. l.* 13. *Annal. c.* 21.

Adfiliātus, a, um, *adottato*, adoptatus in filium. *Cajus JCtus l.* 1. *Institution. tit.* 4.

Adfrĕmo, is, ad aliquid fremo. *Val. Flac. Arg.* 1. Adfremit his, quassatque caput.

Adfringo, ingis, ingere, a. 3. frango, seu ad aliquid frango. *Stat. lib.* 10. *Thebaid. v.* 47. Quod superest, duris adfringunt postibus ungues. ¶ Legitur & affrango. *Id.* 5. *sil.* 1. *v.* 36. Hiemes affrangere bustis.

Adfrĭo, as, a. 1. *stritolare*, *ridur in polvere*, frio, comminuo, contero. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 57.

Adgenicŭlo, as, genua flecto. *Tertul. de Pœnit. c.* 9. Presbyteris advolvi, & caris Dei adgeniculari.

Adgĕmo, is, emui, ere, n. 3. gemo. *Ovid. l.* 1. *Trist. el.* 1. Adgemit & nostris ipsa carina malis. *Stat. Theb.* 11. *v.* 247. Uterq; loquenti adgemit.

Adgressūra. V. Aggressura.

Adgrĕtus, a, um, o. 1. 2. pro aggressus, est apud *Ennium*: Adgretus fari. *Festus*.

Adguberno, as, avi, atum, a. 1. idem quod guberno, *governare*. *Florus l.* 3. *c.* 5. Pedibus iter adgubernabat utre suspensus.

Adhabĭto, as, are, n. 1. παροικέω, solet afferri exemplum *Plauti in Captiv. a.* 3. *sc.* 3. *v.* 72. sed ibi legendum est *adbites* pro *adhabites*.

Adhærĕo, es, æsi, ærere, n. 2. hæreo ad aliquid, arctissime insideo, nitor, approximo, *star attaccato*, *o appogiato*, *o vicino*, רבק, Ger. *sich lenen*, *oder stevvren*, Gal. *adherer*, *etre pres*, *du party*, Hisp. *arrimarse*, προσέρχομαι, κολλάομαι. *Cic.* 1. *Ver.* Tela in tuis visceribus adhærebunt. ¶ Frequenter construitur cum dat. ut adhærere lateri. *Liv. lib.* 39. *c.* 25. ¶ Cum accus. subaudita præposit. usurpavit *Tertull. de Pall. c.* 5. Humerum adhæret. ¶ Dicitur etiam adhærere ad aliquid. *Cæs. B. G. l.* 5. *c.* 46. Tragula casu ad turrim adhæsit.

Adhæresco, is, escere, n. 3. idem quod adhæreo. *Cic.* 4. *Acad. cap.* 3. Ad eam disciplinam tanquam ad saxum adhærescunt.

Adhæse, a rad. hæreo, adverb. *Gell. l.* 5. *c.* 9. Non turbide, neque adhæse locutus est, h. e. non hæsitanter.

Adhæsio, onis, f. 3. *accostamento*, רבק, Ger. *stutzel*, *beystand*, Gall. *entretouchement*, Hisp. *arrimadura*, actus adhærendi. *Cic.* 1. *Fin. c.* 6. Adhæsiones inter se. Al. leg. *adhæsitationes*.

Adhæsitatĭo. V. Adhæsio.

Adhæsus, us, ui, m. 4. idem quod adhæsio. *Lucret. l.* 5. *v.* 840. Membrorum adhæsu. *Id. l.* 3. Neque pulveris sentimus adhæsum.

Adhālo, n. 1. afflo, aspiro, προσπνέω. *Plin. l.* 22. *cap.* 22. Si patescentem fungum serpens adhalaverit.

Adhāmo, as, are, a. 1. Ita adhamare honores; dixit *Cic.* pro captare, ut citat. *Non. c.* 2. *n.* 5. & asserit *Scalig. in Catalect.* itemque *Ruigersius l.* 3. *var. lect. cap.* 3. Sed Merceri *Nonius* habet, *adamaverunt*. Verba autem Ciceronis hæc sunt: Qui serius honores adamaverunt, vix admittuntur ad eos &c. ex *fragment.* 2. *Academ.*

Adhibĕo, es, a. 2. *usare*, *adoperare*, כפה הריב, Ger. *geb rauchen*, *zuhalten*, *haben*. Gall. *joindre*, *user se servir de quelque chose*, Hisp. *usar*, *poner cuidado*, *poner junto a otra cosa*, προσφέρω, appono, admoveo, adjungo, & tam ad res, quam ad personas refertur. *Cic.* 1. *Fam.* Adhibui diligentiam, ut adessem. ¶ Adhibere aliquem ad consilium, ad caussas, &c. est admittere, advocare. *Cic.* 1. *Philip.* Ad deliberationes eas quas habebat domi, principes civitatis adhibebat. ¶ Adhibere moras, idest differre, morari, *Pompon. D. l.* 18. *tit.* 6. *l.* 17. ¶ Adhibere se, est se gerere. *Cic. Q. Frat. l.* 1. *ep.* 1. Permagni hominis est sic se adhibere in tanta potestate, ut &c. ¶ Adhibere vultum aliquo, h. e. convertere, legitur apud *Ovid. lib.* 2. *Amor. el.* 13. *v.* 15. Huc adhibe vultus, & in uno parce duobus. ¶ Est etiam afferre. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 13. Oratio, quæ lumen adhibere rebus debet. Item tractare. *Id. Q. Fr.* 1. 1. Adhibere aliquem liberaliter. ¶ *Adhibere fidem* est integre, & fideliter agere. *Plaut. Rud.* 4. 3. 104. Si adhibebit fidem, etsi est ignotus, notus est. ¶ Est item habere fidem, *credere*, sed raro. *Auson.* Si qua fides falsi unquam est adhibenda poetis.

Adhibitĭo, nis, f. actus adhibendi. *Cajus Institut. l.* 1. *tit.* 1. Liberti Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittuntur.

Adhibĭtus, a, um, particip. *adoperato*, *usato*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Adhibitæ opificum manus. *Id. pro Cæcin. c.* 15. Adhibita vis. *Sueton. in August. c.* 74. Adhibitus cœnæ. *ammesso*.

Adhinnĭo, is, n. 4. *annitrire*, צהל, Ger. *vviehlen*, idem, quod hinnio, & de equis dicitur. *Ovid.* Femina adhinnit equo. ¶ Dicitur tamen quisquam ad aliquid adhinnire, cum plausu excipit. *Cic. in Pison.* Ad illius orationem adhinniit.

Adhorrēsco, is, rui, ere, n. 3. horreo, vel valde horreo, *spaventarsi molto*, ἐπιφρίττω. *Ovid. ad Liviam de morte Drusi v.* 221. Ipse Pater flavis Tiberinus adhorruit undis. Sed præteritum duntaxat in usu est, nec satis constat, utrum sit ab *adhorresco*, an ab *adhorreo*.

Adhortāmen, inis, n. 3. adhortatio. *Apulej.* 4. *Floridor.* Non multa mihi apud vos adhortamina suppetunt.

Adhortatĭo, onis, f. 4. hortatio, incitatio, *esortazione*, προτρεψις, παράκλησις. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 3. Omissa nostra adhortatione, veniamus ad eorum sermonem.

Adhortātor, oris, m. 3. qui adhortatur, *esortatore*. *Liv. l.* 2. *c.* 58. Adhortator operis. *Id. l.* 9. *c.* 13. Suus cuique animus adhortator erat.

Adhortātus, us, m. *esortazione*, adhortatio. *Apulej. in Apolog. prope fin.* Rem familiarem meo adhortatu filiis condonasset.

Adhortātus, a, um, *chi ha esortato*, particip. activæ significationis *Cic. pro Rabir. perduel. c.* 1. Me meæ vitæ consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata. ¶ Sumitur etiam passive, *esortato*. *C. Hemina* apud *Priscian. l.* 8. Adulatique erant ab amicis, & adhortati.

Adhŏrtor, aris, d. 1. *esortare*, προτρέπω, Germ. *vermanen*, Gall. *exhorter*. *Cic. Phil.* 4. Ad recuperandam libertatem adhortabor. *Id. Phil.* 1. *cap.* 9. Adhortari aliquem, ut, &c. *Tacit.* 3. *hist. cap.* 61. Adhortari in bellum.

Adhuc, adverb. ex *ad* & *huc*, *fin qui*, עוד, Ger. *biss hernach*, *biss yetzud*, Gall. *encor*, *jusques icy*, *a present*, Hisp. *hasta à qui*, μέχρι τούτου, ἔτι, πρὸς ἔτι, significat hactenus, ad hoc usque tempus. *Cic. Att. l.* 7. Unam adhuc a te epistolam acceperam. *Terent. Phorm.* 3. 1. Adhuc tranquilla res est. ¶ Pro etiam, sive præterea. *Cic. in Læl. c.* 9. Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid adhuc forte vultis. ¶ Item pro etiamnum. *Plaut. Pseud.* 4. 7. Tun' hodie Sicyone pervenisti? H. alto adhuc meridie.

Adiabēne, *Botan*, regio Assyriæ, cujus populi Adiabeni. *Strabo l.* 16. *Plin. l.* 5. *c.* 12. Dicta est autem Adiabene, διὰ τὸ εἶναι πλείους ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, ἢ δυσχερεστέραν ποιεῖν τὴν διάβασιν. *Suid.*

Adiabenĭcus, a, um, o. 1. 2. adject. frequens in cognominibus Imperator. Severi, de quo *Sext. Rufus c.* 21. Parthicus, Adiabenicus, & Arabicus cognominatus est. Adde *Inscript. Grut. p.* 1. & 11. & 22. &c.

Adjacĕo, es, n. 2. *giacere vicino*, קרב, Ger. *beylingen*, *nebelingen*, Gall. *gesir aupres*, Hisp. *jazer cerca*, πρόσκειμαι, juxta jaceo, adhæreo. *Liv. l.* 2. *c.* 49. Tuscus ager Romano adjacet. ¶ Cum accus. sine præpos. *Nepos in Timoth. c.* 2. Gentes, quæ mare illud adjacent.

Adjāntum, ti, n. 2. *capel Venere*, ἀδίαντον, herba, quæ aliis nominibus polytrichon, callitrichon, & Capillus Veneris dicitur. *Plin. l.* 21. *c.* 21.

Adiaphŏros, *indifferente*, ἀδιάφορος, indifferens. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 13. Nec dolorem adiaphoron esse.

Adjectamēntum, i, n. 2. idem quod adjectio. *Jabolen. l.* 242. *D. de verb. signif.* Artemo magis adjectamento, quam pars navis. Al. leg. *additamento*.

Adjectĭo, onis, f. 3. verbale, accessio, additio, *aggiunta*, προσβολή. *Liv. l.* 1. *c.* 30. Res Romana adjectione populi Albani aucta. *Id. l.* 38. *c.* 15. Illiberalis adjectio.

Adjectīvus, a, um, o. 1. 2. ut nomen adjectivum, quod propriis, vel appellativis, ad exprimendam eorum qualitatem, adjicitur. *Macrob. Satur.* 1. *c.* 4. Adjectivum Græci ἐπίθετον vocant.

Adjecto, as, a. 1. adjicio, addo. Legitur apud *Apic. scriptorem culinarium*, *l.* 8. *c.* 2.

Adjĕctus, a, um, o. 1. 2. additus, adjunctus, *aggiunto*. *Horat. Carm.* 3. *Od.* 5. Adjectis Britannis imperio. *Id. l.* 2. *Epist.* 2. Calabris saltibus adjecti Lucani.

Adjĕctus, us, m. 4. *aggiungimento*, ab adjicio, idem, quod adjectio. *Vitr. l.* 9. *c.* 9. Cuneorum adjectus, aut exemptus.

Adĭgo, gis, a. 3. *conficcare*, פצר הקע, Gall. *pousser*, *contraindre*, Hisp. *constrenir*, *o empuxar*, βιάζομαι, ex *ad*, & *ago*, significat vi impellere, sicut feriendo adigimus cuneum. *Plin. l.* 16. *c.* 10. In arborem clavus ferreus adigatur. ¶ Per metaphoram ponitur pro concitare, impellere. *Ter. Adelph.* 1. 2. 31. Adiges me ad insaniam. ¶ Item pro aliquo agere, hoc est compellere, προσελαύνω. *Plaut. in Bacc.* Quis has huc oves adegit? ¶ Item pro cogere, adstringere, ut *Adigere in verba* est cogere quempiam, ut in verba nostra juret. ¶ Adigere arbitrium, erat, *Festo* interprete, cogere adversarium dare, vel sumere arbitrum. *Cic. de Off.* & *Top.* ¶ Adigere pro usque aliquid agere. *Cæs.* 4. *B. Civilis*. Pompejus tumulum quendam occupavit, qui tantum aberat a nostro castello, ut telum tormentumve emissum adigi non posset.

Adjiciālis, le, o. 3. adjectivus, *Adjiciales cœnæ* Sacerdotum apud Festum, & apud Macrobium ex *Varr. l.* 3. *c.* 11. vel 13. & apud *Plin. l.* 10. *c.* 20. dicebantur, quod in iis multa extra ordinem, ultraque justa fercula

ad-

adjicerentur. Ita *Bevald.* Sed rectius *Scaliger Conjectan. in Varron.* Adjicialis, inquit, erat, quoties aut inaugurandi alicujus causa, aut propter aliud quid, puta publicam lætitiam, indicebatur epulum: idque dicebatur, epulum aut cœnam adjicere. *Tacit. Annal.* 2. Rhescuporis sanciendo, ut dictitabant, fœderi convivium adjicit. Hactenus *Scaliger.* Vide & *Senecam epist.* 94. *post med.* ¶ *J. Lipsius l.* 4. *de magnit. Rom. c.* 9. Aditiales scribendum contendit, & sic dictas putat, quod in aditu honoris dari solerent. ¶ Dictæ alias & adipales, & Pontificales, secundum *Macrob.* Adipales, quidem a lautiore apparatu: Pontificales ab iis, qui exhibebant. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 6. Primus Q. Hortensius pavones Augurali adjiciali cœna posuisse dicitur.

Adjicĭo, is, jeci, jicere, a. 3. הוסיף, Gall. *ajouter*, Hisp. *anadir*, προσεμβάλλω, ex ad, & jacio, ad aliquid jacere. *Cæs.* 2. *B. G. c.* 21. Longius aberant, quam quo telum adjici posset. ¶ Significat etiam addere, *accrescere*, *aggiungere*. *Horat. carm.* 5. *od.* 7. Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina luci tempora Di superi? ¶ Sic adjicere vires, auctoritatem, &c. ¶ Item applicare, advertere, ut adjicere animum alicui rei, vel ad aliquam rem. *Terent. Eun.* 1. 2. ¶ Adjicere oculos alicui, vel ad aliquid est cupiditate rei visæ teneri. *Plaut. Asin.* 1. 4. ¶ Adjicere calculum est approbare. Sic apud *Plin. Jun. l.* 1. *ep.* 2. calculum album adjicere errori. ¶ Pro consentire, *Virg. Æn.* 10. Tercentum adjiciunt, mens omnibus una sequendi. Elliptica constructio pro adjiciunt illi animum, studium, aut quid simile. ¶ Construitur vel cum dat. vel cum accus. addita præp. *in*, vel *ad*. ¶ Poetæ interdum alterum i abjiciunt, & pro adjicere, *adicere* dicunt. *Martial. l.* 4. *ep.* 54. Nil adicit penso Lachesis.

Adĭno, is, emi, emptum, a. 3. *torre*, *portar via*, לקח, חזיר, Germ. *hinvveg nemmen*, Gal. *oter*, Hisp. *quitar*, ἀφαιρέω, (ex ad, & emo) significat auferre. *Ter. in Andr.* Hanc, nisi mors, adimet nemo. ¶ Adimere jus verborum in comitiis est jus suffragandi tollere. ¶ Adimere curam, consuetudinem alicui. *Terent. Hecyr.* 5. & *Phorm.* 1. 3. ¶ Adempsit pro ademerit. *Plaut. Epid.* 3. 2. 27.

Adimplĕo, es, evi, etum, ere, a. 2. מלא, Ger. *zuffällen*, Gal. *remplir*, Hisp. *henchir*, idem quod simplex impleo, *empire*, *adempire*, ἐμπιπλῶ. *Paul. l.* 43. *D. de administ. & peric. tutor.* Adimplere id quod promisit. *Tertull. l.* 5. *cont. Marcion. c.* 17. Temporum adimplendorum dispensatio. ¶ Non est autem genuinum exemplum, quod afferri solet a Lexicographis ex *Plin. l.* 11. *c.* 37. Nam veteres novique libri habent *implent*, non *adimplent*.

Adimpletĭo, onis, f. 3. impletio. *Tertull. l.* 5. *cont. Marcion. c.* 17. Temporum adimpletiones, & *mox*: dispensatio sine adimpletione. Adde *de Monogam. c.* 5.

Adimplētus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. idem quod impletus, *empito*, *pieno*. *Firmicus de error. profb. Religion. p.* 10. Adimpleti tibiarum cantu.

Adindo, is, indidi, inditum, a. 3. *imporre*, *aggiugnere*, הפה, Ger. *hinein thun*, *hienin setzen*, Gal. *faire entrer*, Hisp. *metter a dentro*, verbum antiquum, compositum ex *indo*, quod & ipsum ex *do* est compositum, significat imponere, immittere. *Cat. de re rust. c.* 28. Subscudes lineas adindito.

Adingĕro, is, idem quod ingero. *Sisen.* apud *Serv.* Satyram in aliquem adingerere.

Adinstar, *in guisa*, כמו, Ger. *zugleich*, *eben vvis*, Gal. *de mèmeque*, *en facon*, Hisp. *a semejanca*, idem, quod instar. *Apul. l.* 9. Adinstar inclyti montis. *Solin.* Adinstar amnis Ægyptii. ¶ Usus est hac voce etiam Serenus Lyricus, cujus auctoritas affertur a Servio 2. & 6. *Æn.* neque tamen probatur. Ceterum si sit adhibenda, tutius erit eam dividere in voces duas, ut legitur apud *Justin. l.* 36. *cap.* 3. & *Ulpian. Dig.* 6. 2. 7.

Adinvenĭo, a. 4. *trovare*, מצא, Ger. *erfinden*, *erdenken*, Gall. *trouver*, Hisp. *hallar*, idem quod suum simplex. *Serv. ad Æn. 6. v.* 603.

Adinventĭo, onis, f. 3. verbale, excogitatio, novus rei modus inventus; item consilium, opus, studium, *ritrovamento*, *partito*. *Paulin. Nolan. ep.* 43. vel 50. *ad August. n.* 12. Promunt conceptis ab eorum spiritu adinventionibus.

Adĭta entus, a, um, o. 1. 2. particip. ab adinvenio. *Cic.* 2. *nat. Deor. c.* 60. Ex quo intelligimus, adinventa animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos. *h. e.* excogitata. *Plaut. Curcul.* 1. 3. *v.* 34. Huic voluptati adinventum est odium.

Adipālis, le, o. 3. ad adipem spectans, vel pinguis, *grasso*. *Arnob. l.* 3. *p.* 115. Nisi postes virorum adipali unguine oblinerentur ab sponsis. *Cicero* quoque hac voce usus est in Orat. si sequimur *edit. Argent. an.* 1540. *p.* 199. Asciverunt aptum suis auribus opimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. Verum *Nonius Marcellus c.* 2. *p.* 521. *Turneb. l.* 2. *adverf. c.* 7. *Lauremverg. antiq. p.* 8. & alii legunt, *adipatæ dictionis*. Variam item lectionem habent Festi, Plinii, & Varronis loca, quæ ad hanc vocem afferri solent, ideoque parum probant.

Adipātus, a, um, o. 1. 2. adipem admixtum habens, *ingrassato*, *unto*, שמן, Ger. *gemestet*, *feist gemacht*, σεσαθδης. Adipatum Veteres honeste pro pingui & succulento, & opimo posuerunt, ait *Non. Marcel.* citatque *Cic.* locum, de quo in *Adipalis*. Atque illic quidem usurpatur metaphorice. Proprie autem usus est *Sosipater Charisius*, qui *l.* 1. *instit. Gramm. p.* 73. adipatum omni genere dici ait posse opus pistorium, quod adipe conficitur, citatque *Lucilium*, qui *adipatam pultem* dixit. ¶ Substantive usus est *Juvenal. sat. 6. v.* 630. Livida materno fervent adipata veneno. *h. e.* edulia pinguia, & quasi adipe condita, ut expon. *Joann. Britann.*

Adipiscendus, a, um, o. 1. 2. particip. ab adipiscor, passive etiam usurpatur, ut & adeptus. *Cic. Offic.* 1. *c.* 22. Sed iis, qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum, adipiscendi Magistratus sunt, h. e. accipiendi.

Adipiscor, eris, eptus sum, d. 3. *acquistare*, קנה, προσκτάομαι, ex ad, & apiscor, quod non est in usu, a quo aptus participium fuisse videtur, unde adeptus. ¶ Significat consequi, seu obtinere. 4. *ad Heren.* Hæc omnia adipiscemur. *Plaut.* passive dixit in *Tri.* 2. 2. 88. Ingenio adipiscitur sapientia. ¶ Aliquando significat pervenio, *giungere*, quando scilicet cum persona jungitur. *Liv. l.* 44. *c.* 28. Fugientes Gallos adepti ceciderunt.

Adĭpsos, ἄδιψος, species est palmæ viridis, in Ægypto nascens. *Plin. l.* 12. *c.* 22. ¶ Est & radix quædam, quæ ob dulcedinem glycyrrhiza vocatur. Vid. *eund. l.* 22. *c.* 9.

Aditĭtŭlus, m. 2. parvus aditus. *Festus*.

Aditĭo, f. 3. *andata*, מבוא, Ger. *zugang*, Gal. *allèe*, Hisp. *ida*, πρόσοδος, accessio. *Plaut.* Quid tibi hanc aditio est? *id est*, cur hanc adis? ¶ Aditio hereditatis, *Papin. l.* 93. *D. de solutionib. & liberat.* h. e. cretio.

Adĭto, as, n. 1. *andar spesso*, אהלך, Ger. *offt geben*, freq. ab adeo. *Enn.* apud *Diomed. l.* 1. Ad eum aditavere.

Aditus, m. 4. *adito*, *entrata*, כניסה, Ger. *einzugang*, *oder eingang*, Gal. *entrée*, *accez*, Hisp. *entrada*, significat ingressum, per quem ingredimur, & admittimur. *Virg.* Aditumque per avia quærit. ¶ Aditus etiam dicuntur loca, quibus adiri provinciæ & regiones possunt. *Passi. Cæs.* 4. *B. G. c.* 20. Magno sibi usui fore abitratur, si loca, portus, aditus cognovisset. ¶ Dicitur autem, aditus ad aliquem facilis, vel difficilis, cum facile, vel ægre conveniri se patitur. *Cic. Fam. l.* 13. Tantum ut faciles aditus ad te habeat. ¶ Usurpatur pro ingressu a *Cic. pro Cæc.* Primo aditu ædium suarum aliquem prohibere. ¶ Aditum patefacere, *Cic.* 1. *de Orat.* claudere, *Philip.* 1. intercludere, *pro Rosc. Am.* facere, *in Orat.* & similia. ¶ Adhibetur etiam metaphorice. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 10. Siquis mihi erit aditus de tuis fortunis agendi. Sic virtutis aditus. *Stat. l.* 2. *Achil.* &c.

Adjudicatĭo, onis, f. 3. actus adjudicandi. *Leg.* 78. *D. tit.* 19. *reg.* 16. *de hered. instit.* Factis adjudicationibus. *& Ulpian. in fragment. tit.* 19. Adjudicatione dominia nanciscimur.

Adjudĭco, as, avi, atum, a. 1. *attribuire*, *assegnare per sentenza*, פלל, הוכיח, Ger. *zuerkennen*, *mit urtheil zusprechen*, Gal. *adjuger*, Hisp. *attribuir*, ἐπιδικάζω, per sententiam, & judicium tribuo, assignove. *Cic. Att. lib.* 4. Domus nobis esset adjudicata. Contrarium est *abjudicare*. ¶ Refertur aliquando ad alias res extra forum discernendas. *Plaut. in Mer.* Adjudicato, cum utro hanc noctem sies. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 19. Adjudicare alicui salutem imperii.

Adjugatus, a, um, in jugum compositus, conjunctus. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Pampinos vitis adjugatæ detergere. *Lactant. de Opif. D. c.* 6. Adjugatis corporibus elata soboles. V. Adjugo.

Adjŭgo, a. 1. *congiungere*, העתיר, Ger. *zu sammen fugen*, Gal. *accoupler*, *adjoindre*, Hisp. *ayuntar una cosa à otra*, ἐπιζεύγνυμι, conjungo, ad aliquid jungo, quod fit, cum duo boves ad unum jugum junguntur. *Pacuv. apud Non. c.* 2. *n.* 55. Corpus animo mater adjugat. ¶ *Adjugare vites* est vites in jugum disponere, quod & jugare dicitur. Jugum autem hoc loco sumitur pro palis quibusdam in jugum assurgentibus, ad quos vites alligantur. *Colum. l.* 4. *c.* 17.

Adjumentum, n. 2. βοήθημα, *ajuto*, a verbo adjuvo, auxilium, adminiculum. *Cic.* 1. *Off.* Habent a natura adjumenta rerum gerendarum. ¶ Delicatiores cibos, *Sallust. Jugurth. c.* 49. adjumenta ignaviæ vocat.

Adjunctĭo, onis, f. 3. accessio, additio, *giunta*, *aggiunta*, πρόθεσις. *Cic.* 7. *ad Att. ep.* 2. Nulla potest hominis esse ad hominem naturæ adjunctio. ¶ Est etiam Adjunctio schema rhetorum, de qua vide *ad Herenn. l.* 4. *c.* 27. & *Cic.* 3. *de Orat.* item *Quintil. l.* 9. *c.* 3.

Adjunctor, oris, m. 3. qui adjungit, ἐπιδέτης. *Cic. Att.* 8. *ep.* 3. Ille Galliæ citerioris adjunctor. *h. e.* Pompejus, qui procuravit, ut Cæsari Galliam Cisalpinam regenti etiam Transalpina adjungeretur.

Adjunctus, a, um, o. 1. 2. additus, conjunctus, *aggiunto*, *unito*, ab adjungo, πρόσακτος, ut adjunctæ partes. *Horat. in Arte v.* 178. ¶ Comparat. usus est *Cic. pro Cluent.* Quæ propriora hujus caussæ, & adjunctiora sunt. ¶ Superlat. *Arnob. l.* 7. *p.* 243. Ventum ad veram, & adjunctissimam quæstionem. ¶ *Adjuncti equi* sunt ad currum juncti. *Ovid. Heroid. epist.* 12. *v.* 152.

Adjunctum, i, n. *aggiunta*, accessio, additio. *Cic.* 2. *de legib. c.* 21. Hostia maxima parentare, pietatis esse adjunctum putant. ¶ Apud Dialecticos est propositio conditionalis, cum scilicet aliqua sententia adjunctum habet aliquid conditionis, vel exceptionis loco. *Gell. l.* 16. *c.* 8. ¶ Apud Rhetores *adjuncta* sunt, quæ rem aliquam circumstant, *circostanze*. *Cic. in Top. c.* 18.

Adjungo, is, xi, ctum, ere, a. 3. ex *ad*, & *jungo*, חבר, προσζεύγνυμι, alligo, annecto, addo, & pene idem quod conjungo. *Cic. Att.* 1. *ep.* 9. Hæc dies me valde Crasso adjunxit. ¶ Interdum est comparare sibi aliquid. Sic auxilium sibi adjungere, *Cic. pro Rosc. Amer.* Adjungere sibi benevolentiam, *pro Mur.* ¶ Interdum accommodare. *Id.* 2. *Offic.* Conciliare animos hominum, & ad usus nostros adjungere. ¶ Item pro applicare, intendere. *Terent. And.* Ut animum ad aliquod studium adjungat. ¶ Adjungere fidem alicui, est conciliare fidem. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 55. ¶ Adjungere animum aliquo, *applicar l'animo*. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 61. Sic Adjungere animum ad aliquod studium, *Id. Andr.* 1. 1. 29. ¶ Adjungere jumenta, est ad currum sub jugo jungere. *Horat. l.* 2. *Jat.* 3. *Tibull. l.* 1. *eleg.* 10.

Adjuratĭo, onis, f. *scongiuro*, obtestatio. *Apul. l.* 2. *Met.*

Adjurātor, oris, m. 3. qui adjurat, *h. e.* incantationibus evocat. *Alcimus Avitus l.* 2. *v.* 313. Adjuratoris contempsit murmura serpens.

Adjuratorĭus, a, um, ad adjurandum pertinens, ut Cautio adjuratoria, *h. e.* juramento firmata, *l.* 12. *Cod. tit.* 22. *leg.* 8. & *tit.* 30. *leg.* 3.

Adjurātus, a, um, o. 1. 2. ab adjuro. *Lactant. l.* 2. *c.* 15. Dæmones Dei nomine adjurati de corporibus excedunt. *Vopisc. in Floriano c.* 1. Cum sciret, adjuratum esse in senatu Tacitum, ut &c.

Adjurgium, & Adjurgo, as, quidam latina putant, & auctoritate *Plauti* confirmant: sed *Plauti* loca invenire non potuimus.

Adjūro, as, avi, atum, are, a. 1. *giurare*, ἐπομόω, juro, vel valde juro. *ad* enim auget significationem. *Terent. And.* 4. 2. *v.* 11. Per omnes tibi adjuro Deos. *Cic. Q. Fr.* 3. *ep.* 5. Qui omnia adjurant, debere tibi valde renunciant. ¶ Item adjurare est incantationibus Dæmones ejicere, *scongiurare*. *Lactant. l.* 2. *c.* 16.

Adjutabĭlis, le, *giovevole*. *Plaut. Mil.* 4. 4. 8. Adjutabilem operam dare. Est qui legit *amicabilem*.

Adjūto, as, are, a. 1. frequent. ab adjuvo. *Terent. Andr.* 1. 3. Nec quid agam certum est, Pamphilumne adjutem. ¶ In Heraclii nummis apud Carol. du Fresne Famil. Byzant. est cum dat. personæ. *Deus adjuta Romanis*. Sic *Pacuv.* apud *Donat. ad Terent. Adelph. prol. v.* 16. Adjuta mihi. ¶ Cum accusativo rei, & dativo personæ. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 24. Tu pueris curre obviam, atque eis onera adjuta. *h. e.* adjuta eos onera portantes: hypallage.

Adjūtor, aris, atus sum, pass. 1. *essere aiutato*, ἀμύνομαι, adjuvor, adjumentum accipio. *Lucr. l.* 1. *v.* 811. Adjutamur enim dubio procul, atque alimur nos. ¶ Est etiam verbum deponens, apud veteres, idem valens, quod adjuto. *Pacuvius* apud *Non. c.* 7. *n.* 83. Illum quæro, qui adjutatur. *Afran. ibid.* Hæc, obsecro, igitur agite, & me adjutamini.

Adjūtor, oris, m. 3. verbal. qui adjuvat, *Ajutante*, *chi ajuta*, βοηθός. *Cic. de Amic.* Adjutor in his contra patriam inventus est nemo. *Plaut. Pseud.* 3. 2. Te mihi adjutorem Dii genuerunt.

Adjutorĭum, ii, n. 2. idem quod auxilium, seu officium illud, quod ab adjutore præstatur. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Adjutorio egere. & *l.* 3. *c.* 6. Adjutorio juris elabi ex crimine.

Adjūtrix, icis, f. 3. quæ adjuvat. *Cic. de Amic. c.* 24. Assentatio vitiorum adjutrix. *Terent. Heaut.* 5. 2. 38. Matres omnes adjutrices solent esse in peccato filiis. ¶ *Legio adjutrix* passim in Inscriptionib. & apud *Spartian. in Adriano c.* 2.

Adjūtus, us, ui, m. 4. auxilium, *ajuto*. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 6. Unius adjutu, quali natura flammei.

Adjūtus, a, um, o. 1. 2. particip. ab adjuvo. *Ovid.* 1. *Met. v.* 540. pennis adjutus amoris. *Nepos in Milt. c.* 2. Adjutus prudentia, & felicitate.

Ad-

Adjŭ·o, as, adjuvi, utum, a. 1. *ajutare*, יָעַר, Ger. *helffen*, Gall. *aider*, *ſecourir*, Hiſp. *ayudar*, βοηθέω, opem fero. *Terent. in Phorm.* 1. 4. Fortes fortuna adjuvat. ¶ Uſurpatur abſolute *Plaut. Capt.* 2. 1. In re mala animo ſi bono utare, adjuvat. *h. e.* prodeſt. ¶ Pro augere, *Liv. l.* 34. *c.* 39. adjuvare ignem. *Cic. de Orat. l.* 2. *c.* 47. adjuvare lacrymis mœrorem orationis. ¶ *Id. pro Arch.* adjuvare ad aliquid. *Gellius l.* 14. *c.* 6. adjutum ire aliquem. ¶ Adjuro pro adjuvero. *Enn. apud Cic. de Sen.* Si quid ego adjuro, curamve levaſſo. ¶ Præterit. *adjuvavi* pro *adjuvi* quidam leg. *Dig. lib.* 40. *tit.* 2. *leg.* 15. Particip. *adjuvaturus* habetur apud *Petron. in Satyr. cap.* 18. ¶ Adjuvare cum infinito. *Plin. l.* 11. *c.* 54. *in fin.* Adjuvat enim incubare. ¶ Cum accuſativo rei, & dativo perſonæ, *Gell. l.* 2. *c.* 29. Meſſem hanc nobis adjuvent.

Adlambens, prope lambens, ut adlambentes flammæ, *Quintil. declam.* 10.

Adlatro, V. Allatro.

Adlăvo, as, idem quod lavo. *Plaut.* apud *Varr. l.* 8. *L. L.* Piſces ego credo, qui uſque dum vivunt, adlavant, diu minus lavari, quam hæc lavat Phroneſium.

Adlŭveſcit, incipit lividus fieri. *Feſt.*

Adlubeſco, V. Allubeſco.

Adluceo, V. Alluceo.

Adluctor, aris, contra aliquem luctor. *Apul. l.* 10. & 11. *Metam.*

Admando, a. 1. *commettere*, פָּקַד, Ger. *befehlen*, *auffertlegen*, Gall. *donner charge*, *ou commiſſion*, Hiſp. *en comendar*, ἐπιτάττω, alicui quidquam curandum committo. *Pla. in Pœn.* Si quid admandare vultis. At caſtigata exemplaria habent, *mandare*.

Admatūro, as, are, a. 1. accelero, feſtino, *accelerare*, *far preſto*. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 54. Horum diſceſſu admaturari defectionem civitatis exiſtimabat.

Admenſus, a, um, *chi ha miſurato*. *Cajus Dig.* 18. 1. 35. In ſingulas metretas quos, quaſve admenſus eris. ¶ Paſſive *miſurato*, *Cato de R. R.* Dominus vinum admetietur: quod admenſum erit, pro eo dominus reſolvito.

Admetĭor, ris, d. 4. *miſurare*, מָדַד, Ger. *zumaſſen*, *maſſen*. *Suet. in Auguſt. c.* 41. Frumentum viritim admenſus eſt. *Cato c.* 154. Admetiri vinum emptoribus. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Florentin. Dig.* 19. 2. 36. Si per eum ſteterit, quo minus opus approbetur, vel admetiatur. ¶ Significat etiam adhibita menſura diſtribuere, præbere. *Sueton. in Aug. cap.* 41. Frumentum viritim admetiri. Adde *Curt. l.* 8. *c.* 12.

Admētus, m. 2. *Admeto*, Ἄδμητος, Theſſaliæ Rex, cui armenta ejus amore accenſus Apollo paviſſe dicitur juxta Amphryſum Fl. *Virg.* 1. *Geor.*

Admĭgro, as, avi, atum, n. 1. accedo, *accoſtarſi*. *Plaut. Perſ.* 3. 1. 19. Ad paupertatem admigrant inſamiæ.

Adminiculator, oris, m. 3. qui opem fert, qui adminiculatur, adjutor, συμβοηθός. *Gell. l.* 8. *c.* 3. Tirone Cicero adminiculatore, & quaſi adminiſtro in ſtudiis litterarum uſus eſt.

Adminiculātus, a, um, nomen paſs. ex particip. *Plin. l.* 14. *c.* 1. Vites adminiculatæ ſudibus. *Gell. l.* 1. *præfat.* adminiculatior memoria. *ideſt*, pluribus ſubſidiis adjuta. Adde *Macrob. Sat. l.* 1. *proœm.*

Adminiculo, as, & adminiculor, aris, proprie eſt, adminicula, hoc eſt pedamenta fulciendis vitibus erigo, *ſoſtentare*, ὑποστηρίζω. *Cic.* 5. *Fin. c.* 14. Quæ ſit ſcientia agricolarum, quæ circuncidat, amputet, adminiculetur. *Colum. l. de arborib. c.* 16. Vitem adminiculato, arborique jungito. ¶ Translate ſumitur pro adjuvare. *Varr.* apud *Non. c.* 7. *n.* 72. Quoad potui, adminiculavi tuam voluntatem ſcribendo.

Adminiculum, i, n. 2. *ajuto*, *ſoſtegno*, palus ille, ſive pedamentum, aut fulcrum, cui vites, aut arbuſcula incumbunt, כִּסְעָר, Ger. *ein hulff*, *auffenthalt*, *underſtutzung*, Gal. *happuy*, *ſoutenement*, Hiſp. *ſonſtenimiento*, χάραξ. *Cic. l.* 2. *Nat. Deo.* Vites claviculis adminicula, tanquam manibus apprehendunt. ¶ Metaphorice pro adjumento ſumitur. *Idem off.* 3. *c.* 7. Hanc partem explebimus nullius adminiculis, ſed ut dicitur, Marte noſtro.

Adminiſter, m. 2. *miniſtro*, מְשָׁרֵת, Ger. *ein diener*, *vervvalter*, qui miniſtrat, aut alicui opem præbet. *Cic.* 3. *de leg. cap.* 19. Jovi ſe conſiliarium, atque adminiſtrum datum.

Adminiſtra, æ, f. 1. ab adminiſter. Adminiſtra, & comes virtutis ars. *Cic. pro leg. Manil. c.* 13.

Adminiſtratio, f. 3. *governo*, פְּקוּדָה, Ger. *vorvvaltung*, actus ipſe adminiſtrandi. *Cic. ad Lent. Fam.* 1. *ep.* 9. In omni adminiſtratione Reip. floruiſſemus. *Idem Fam.* 15. *ep.* 1. Adminiſtratio belli. *Vitruv. l.* 9. *cap. ult.* Adminiſtratio aquæ; *compartimento*, *e regolamento dell' acqua*. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 25. Exitus adminiſtrationeſque Brunduſini portus. *h. e.* uſum, & commoditates.

Adminiſtratīvus, o. 1. 2. adject. *Quintil. l.* 2. *c.* 18. Ars activa, vel adminiſtrativa.

Adminiſtrātor, oris, m. 3. adminiſter, διοικητής, *amminiſtratore*, *governatore*. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 48. Adminiſtrator belli gerendi conſtitutus.

Adminiſtro, as, are, a. 1. διοικέω, ὑπηρετέω, primo ſignificat ſuppeditare, præbere, *ſomminiſtrare*. *Cæſ. B. G. l.* 7. *c.* 19. Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit. ¶ Deinde ſignificat, gubernare, *governare*, *amminiſtrare*, ut adminiſtrare bellum, civitatem, rem familiarem, remp. &c. *Cicer.* 1. *de Invent.* Quomodo rem familiarem adminiſtret. ¶ Tertio eſt, facere, peragere, *fare*. Sic adminiſtrare ſementem, fœnificium, vindemiam, & alia. *Columel. l.* 2. *c.* 22. *Varro R. R. l.* 1. *c.* 17.

Admirabĭlis, le, o. 3. admiratione dignus, vel admirationem habens, *maravigliozo*, *ammirabile*, θαυμαστός. *Cic. de Orat. l.* 1. *c.* 2. Vir admirabilis in dicendo, atque in omnibus artibus. *Liv. l.* 23. *c.* 37. Magnitudo populi R. admirabilior prope adverſis rebus, quam ſecundis fuit. ¶ Admirabilia vocat *Cic.* quæ Græci παράδοξα, *l.* 4. *Fin. ad finem*. Hæc παράδοξα illi (Stoici), nos admirabilia dicamus. Adde *Præfat. in Parad.*

Admirabilĭtas, f. 3. *maraviglia*, פֶּלֶא, Germ. *vervvunderung*, ab admirabilis, idem quod admiratio. *Cic. de nat. Deor.* 2. *c.* 36. Quanta ſit admirabilitas cæleſtium rerum.

Admirabilĭter, adverb. *maravigliozamente*, *mirabilmente*, פְּלָאִים, Ger. *vvunderbarlich*, Gall. *merveilleuſement*, Hiſp. *maravillozamente*, θαυμαστῶς. *Cic.* 2. *Nat. Deor. c.* 53. Mundus conſilio admirabiliter gubernatur. ¶ Apud *eund.* 4. *Tuſc. c.* 16. admirabiliter dicere, eſt dicere præter communem opinionem, παραδόξως.

Admirandus, o. 1. 2. *maravigliozo*, נִפְלָא, Ger. *vvunderlibh*, Gal. *digne d' admiration*, Hiſpan. *digno de ammiracion*, θαυμαστός, dignus admiratione. *Virg. Georg.* Admiranda tibi levium ſpectacula rerum. *Nepos in Epamin. c.* 3. Clemens, patienſque admirandum in modum.

Admiratĭo, f. 3. *ammirazione*, *maraviglia*, הִתְרַגְּנוּת, Ger. *vervvunderung*, Gall. *merveille*, *ebahiſſement*, Hiſp. *maravilla*, θαῦμα. *Cic.* 4. *de Fin.* Quid autem habet admirationis, &c. *Idem l.* 1. *de Orat. c.* 33. Hæc ſunt, quæ admirationes in bonis oratoribus efficiunt.

Admirātor, oris, m. 3. qui admiratur, *ammiratore*, θαυμαστής. *Quint. l.* 2. *c.* 5. Admirator nimius antiquitatis. *Senec. epiſt.* 94. *ſub fin.* Irritamentum eſt omnium, in quæ inſanimus, admirator, & conſcius.

Admīror, aris, atus ſum, d. 1. *maravigliarſi*, תָּמַהּ, Ger. *vervvundern*, *ſich hefftig vvunden*, θαυμάζω, idem, quod miror, aut valde miror. *Cic. ad Attic. l.* 6. *ep.* 9. Admiratus ſum brevitatem epiſtolæ tuæ. ¶ Admirari aliquem eſt venerari, ſuſpicere. *Cic.* 4. *Acad.* Quem & admiror, & diligo. ¶ Paſſive *Canutius* apud *Priſcian. l.* 8. Turpe eſt, propter venuſtatem veſtimentorum admirari, ut propter turpiſſimam vitam aſtam contemni.

Admiſcĕo, es, iſcui, admiſtum, ſive admixtum, a. 2. *meſchiare una coſa con l' altra*, Ger. *vermiſchen*, rem aliquam cum alia miſcere. *Col. l.* 12. *c.* 13. Admiſcent torrefacta ſeſama cum aniſo Ægyptio. *Cicer. Tuſcul.* 2. Verſus ab his admiſceri orationi. ¶ Dicitur etiam admiſcere ſe alicui negotio, metaphor. hoc eſt aliquod negotium ſuſcipere. *Terent. Heaut.* 4. 5. 35. & 5. 2. 22.

Admiſſārius equus, *ſtallone*, סוּס לִיחוּם, Germ. *hengſtitzum geſtud*, Gal. *cheval*, *etalon de haras*, Hiſp. *garanon*, *cavallo para caſta*, ἀναβάτης, denom. ex admiſſus, qui ad ſobolem creandam equæ adjungitur. *Colum. Plin. Varr.* ¶ Metaphorice ponitur pro homine libidinis pervagatæ, & ad omnium fœminarum luxuriam expoſito. *Cic. in Piſ. c.* 20. Admiſſarius iſte, ſimul atque audivit voluptatem. Item admiſſarius eſt, qui equam admiſſario aptat, Peroriga.

Admiſſĭo, onis, f. 3. verbal. aditus ad aliquem. *Plin. Jun. in Paneg.* Quis non in primis laudibus ferat admiſſionum tuarum facilitatem? *h. e.* quod facile quemlibet admittis ad colloquium. ¶ Habebant autem veteres primas, & ſecundas admiſſiones: quod & hodie ſervatur in Aulis Principum. Hinc amici primæ, & ſecundæ admiſſionis, ideſt qui primo & ſecundo loco admittuntur ad ſalutationem. *Senec. l.* 1. *de Clement. c.* 10. ¶ Hinc admiſſionum Magiſter, inter officia aulica. *Ammian. l.* 15. *c.* 5. ¶ Eſt etiam admiſſio idem quod admiſſura. *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 2. Horum fœturæ initium admiſſionis facere oportet in Æquinoctio.

Admiſſionālis, m. 3. *uſciero*, Ger. *eid laſſer*, *portner*, Gall. *huiſſier*, *portier*, Hiſp. *portero*, εἰσαγωγεύς, dicitur is, cujus officium eſt admittere aulicos in cubiculum ad Principem ſalutandum. *Lampridius in Alexand. Severo*, *c.* 4. Admiſſionalibus remotis.

Admiſsīvus, a, um, o. 1. 2. ut admiſſivæ aves *Feſto* ſunt, quæ conſulentem juvant, *h. e.* voce, aut volatu fauſtum omen præbent.

Admiſſor, v. g. facinoris, is eſt, qui facinus commiſit. *Lactant. Epitom. c.* 4. *fect.* 4. (*al. c.* 6.)

Admiſſum, i, n. 2. ſubſtant. peccatum, *miſfatto*. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 4. *n.* 5. Cum idem de admiſſis Poppææ ſentiam, quod omnes. Et *Liv. l.* 25. *c.* 23. Nequid falleret tale admiſſum.

Admiſſūra, f. 1. יוֹם, ὀχεία, tempus, & actio ipſa, qua mariti gregum admittuntur ad coitum fœturæ cauſa. *Colum. l.* 6. *c.* 24. Admiſſuræ idonei boves. Adde *Varro* & *Plin.*

Admiſſus, us, ui, m. 4. admiſſio. *Pallad. l.* 6. *tit.* 2. Admiſſu ſolis maturitati conſulere.

Admiſſus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. intromiſſus, *ammeſſo*, *laſciato entrare*. *Horat. de arte poet.* Spectatum admiſſi riſum teneatis amici? *Cur. l.* 3. *c.* 12. Irrupiſſe non admiſſus videbatur. ¶ Significat & commiſſus, ut admiſſa peccata, *Lucret. l.* 3. *v.* 840. ¶ Et citatus, immiſſus. *Cic.* 2. *Fin. c.* 19. Decius equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irruebat. ¶ *Admiſſus paſſus* pro celeri, & concitato. *Ovid. Met.* 1. *v.* 532. Admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.

Admitto, a. 3. *accettare*, *vicevere*, קִבֵּל, הֵבִיא, Ger. *auffnehmen*, Gal. *recevoir*, *accepter*, Hiſp. *recebir*, *entroduzir*, ἐφίημι, approbo, recipio, intromitto, & tam ad res, quam ad perſonas refertur. *Cic. in Phil.* Salutatum veniebant, admiſſus eſt nemo. ¶ Interdum ponitur pro facere, committere. *Cic. pro Rab.* Fraudem capitalem admiſit. ¶ Dicimus quoque admittere equum, cum laxas ei habenas permittimus, & ad curſum incitamus. *Liv.* 5. *bel. Pun.* In hoſtem admitterent equos. ¶ Admittere eſt marem fœminæ, vel fœminam mari admovere. *Col. l.* 7. Arietes feros ovibus admiſit. ¶ Eſt etiam verbum augurale. Nam cum aves volatu, aut voce fauſtum omen præbent, admittere dicuntur, ut & addicere. *Plaut. Aſin.* 2. *ſc.* 1. *v.* 11. Impetritum, inauguratum eſt, quovis admittunt aves. *Liv. l.* 1. *c.* 36. Concilia populi, exercitus vocati, ſumma rerum, ubi aves non admiſiſſent, dirimerentur. ¶ Admittere diem. *Plin. jun. epiſt.* 213. Notarium voco, & die admiſſo, quæ formaveram dicto. *h. e.* diei luce per feneſtram in cubiculum intromiſſa. ¶ Admitti in animum judicis apud *Quintil. l.* 4. *c.* 14. quod vulgo dicitur eſſe in gratia. ¶ Admittere abſolute *Plin. jun. epiſt. l.* 6. *ep.* 16. Egredi in litus, & e proximo aſpicere, ecquid jam mare admitteret. *h. e.* utrum navigare pateretur. ¶ Pro condonare eſt apud *Plaut. Pœnul.* 4. Tibi hanc admittam noxiam unam: non ſum irata. Al. leg. *amittam*. ¶ Venuſte ad inſitionem tranſtulit *Plinius l.* 17. *c.* 18. Qui ver probant, ab æquinoctio ſtatim admittunt, prædicantes, germina parturire: id eſt ſurculum trunco adjungunt, inſerunt.

Admixtĭo, vel admiſtio, onis, f. 3. actus admiſcendi, *meſcolanza*. *Cic. de Senect. c.* 22. Admixtione corporis liberatus.

Admixtus, us, m. 4. admixtio. *Macrob. Sat. l.* 2. *c.* 1. Honorem Dei nullo admixtu voluptatis augemus.

Admixtus, vel admiſtus, a, um, o. 1. 2. adject. *meſcolato*. *Cicer. de Senect. c.* 21. Animus non habet in ſe quidquam admixtum.

Admoděror, aris, idem quod moderor, tempero. *Plaut. Mil.* 4. 2. 81. Nequeo hercle riſu me admoderarier.

Admodŭlor, aris, ſimul modulor, accino. *Claud. in Epithalam. Hon. & Mar.* Padus electriferis admoduletur alnis.

Admŏdum, adverb. *aſſatto*, *per verità*, *certamente*, παντελῶς, idem, ac omnino, prorſus, plane, certe. ex *ad*, & *modus*: diciturque quaſi ad modum, h. e. ad menſuram, ſeu rationem plenam, perfectamque ejus rei, de qua eſt ſermo. Variis conſtructionibus inſervit, quæ tamen ad illum unum & eundem ſenſum commode referuntur. Jungitur tum adjectivis nominibus, tum verbis, tum adverbiis. *Cic. de Senect. c.* 4. Non admodum grandis natu, ſed tamen ætate provectus. *non aſſatto vecchio*. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Prætextatus admodum filius. *non più che preteſtato*. *Cicer.* 4. *Fam. ep.* 13. Qui me admodum diligunt. *Terent. Heaut.* 1. 1. 1. Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt. *benchè veramente è poco*, *che ſi conoſciamo*. ¶ Item cum adjectivis, & adverbiis quantitatem ſignificantibus. *Liv. l.* 23. *c.* 29. Equeſtris pugna nulla admodum fuit. *la cavalleria non combattè punto*. *Cic.* 5. *de Fin. cap.* 5. In quo multum admodum fortunæ datur. *per verità molto*. ¶ Eleganter jungitur cum adverbio *nihil*. *Cic. de Orat. cap.* 2. Alter (*Craſſus*) non multum, alter (*Antonius*) nihil admodum ſcripti reliquit. *niuna coſa affatto*. quamvis enim Antonius reliquiſſet libellum de ratione dicendi, ut habetur *de clar. Orat. c.* 44. nullam tamen omnino reliquerat orationem, ex qua cognoſci ejus eloquentia poſſet: quod confirmat *Cic. in Orat. r.* 38. Male igitur quidam *nihil admodum* exponunt hoc loco, *quaſi niente*. ¶ Interdum habet poſt ſe genitivum. *Colum. l.* 4. *c.* 1. Admodum exigui pulveris. ¶ Sæpe etiam jungitur cum adjectivis numerum ſignificantibus: neque tamen unquam pro *circiter*, aut *quaſi* ponitur. *Liv. l.* 44. *c.* 43. Secuti ſunt eum admodum quingenti equites. *cinquecento*,

quecento, e non più. Curt. l. 4. c. 12. In lævo cornu Bactriani, mille admodum. *mille in tutti. Liv. l. 22. c. 24.* Sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum. *e ben cinque mille de' Romani.* Huc pertinent illa *Justini l. 17. c. 2.* Post menses admodum septem. *dopo sette mesi.* & *Liv. l. 42. cap. 11.* Exacto admodum mense Februario. *finito già il Febbraio.* ¶ Eleganter usurpatur in responsionibus, præsertim a Comicis. *Terent. Heaut. 3. 5. 8.* Advenis modo. *Pa.* admodum. *sì, ora appunto.* Adde *Plaut. Rud. 4. 4. 36.* & *Bacch. 5. 1. 24.* ¶ In dialogis servit translitionibus, quod significet, satis de re aliqua, & admodum disputatum esse. *Cic. 3. de Legib. cap. 11.* Scis, solere, trater, in hujusmodi sermone, ut transiri alio possit, admodum, dici. *basta così.* ¶ Admodum quam, *Plaut. Amph. 1. 3. 43.* Admodum quam sævus est. *quanto è mai fiero! Gell. l. 19. c. 9.* Voce admodum quam suavi. *per certo molto soave.*

Admœnio, a. 4. *assediare*, צר, Gall. *assieger*, Hisp. *cercar las murallas. Plaut. in Pseu. 1. 3. 150.* Oppidum admœnire volo. & *Cistell. 2. 2.* Quot admœnivi illi fabricas! *id est*, quasi ad mœnia admovi.

Admolior, iris, d. 4. ἐπιχειρέω, admoveo, construo, ædifico, proprie dicitur de rebus magnis, aut arduis. *Curt. l. 8. c. 10.* Velut de industria rupes præaltas admolita natura. Et *manus admoliri*, pro adhibere dixit *Plaut. Asin. 3. 2.* Sic *Apulej. l. 1. & l. 6. Metam.* ¶ Significat etiam conari. *Plaut. Rud. 3. 1. 6.* Ad hirundininum nidum visa est simia, ascensionem ut faceret admoliri.

Admonĕo, es, ui, a. 2. *ammonire*, הזהיר, Ger. *vermehen*, Gal. *admonester, remontrer, advertir*, Hisp. *amoneſtar*, παραινέω, idem pene, quod moneo, sive commonefacio. Construitur vel cum genit. vel cum abl. & præp. de, vel cum accusativis communibus. *Liv. lib. 5.* Adversæ res admonuerunt religionum. *Cic. 4. Fam.* Putavi ea de re te esse admonendum. *Id. ad Q. Fr.* Illud te admoneo. ¶ Interdum est castigare, excitare. *Virgil. l. 10.* Leucagus ut pronus pendens in verbera telo admonuit biugos. *Senec. l. 1. de clement. c. 14.* Admonere aliquem verberibus. ¶ Admoneo cum infinito. *Virg. 4. Georg.* E pastu tandem decedere campis admonuit. *Horat. l. 1. sat. 6.* Sol acrior ire lavatum admonuit. ¶ Cum conjunctivo, & particula *ut*, vel *ne*. *Cic. Attic. 9. 9.* Illud me præclare admones, cum illum video, ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate. ¶ Et omissa particula, *Nepos in Phoc. c. 1.* Simul admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret. ¶ Particip. *admoniturus. Ovid. Heroid. ep. 10. v. 42.*

Admonitĭo, onis, f. 3. verbale, *ammonizione*, παραίνεσις. *Cic. 2. de Orat.* Tum objurgatio, si est auctoritas, tum admonitio, quasi levis objurgatio. ¶ Admonitio morbi, aut doloris, quod vulgo dicunt reliquias morbi, *Plin. l. 24. c. 17.* ¶ Apud JCtos admonitio est interpellatio, qua debitor admonetur, ut debitum solvat. *Ulp. in l. 2. D. de Judiciis.*

Admonĭtor, oris, m. 3. verbal. qui admonet, *ammonitore*, παραινέτης. *Cic. Top. c. 1.* Admonitore non eges.

Admonĭtum, i, n. 2. substant. παράγγελμα, idem quod admonitio. *Cic. 2. de Orat. c. 15.* Consolationes, præcepta, admonita.

Admonĭtus, us, ui, masc. 4. idem. *Cic. Att. 13. ep. 8.* Admonitu tuo pertuli libros ad Varronem. Et *Catil. 3.* Admonitu Allobrogum. ¶ Pro recordatione. *Ovid. 3. Fast.* Flet tamen admonitu mortis Elisa tuæ.

Admonĭtus, a, um, o. 1. 2. particip. *ammonito, avvisato. Cic. pro Cœl.* Illud te esse admonitum volo. *Id. Top. 1.* Admonitus hujus æris alieni. *Tacit. Ann. 15. cap. 67.* Admonitus fortiter protendere cervicem.

Admordĕo, es, admordi, orsum, a. 2. majus quiddam est quam mordere, & quasi abrodere, *mordere, o portar via mordendo*, προσδάκνω. *Virg. 2. Georg.* Admorso signata in stirpe cicatrix. Ubi *Serv. Admorso* particip. est, quasi diceret abroso. ¶ Translate pro damno afficere, vel aliquid ab aliquo corradere. *Plaut. Pers. 2. 3.* Homines bene admordere. Et *Pseud. 7.* Jam admordere hunc mihi lubet, *h. e.* adoriri, & ab eo aliquid corradere. ¶ Præteritum est *admordi*, & aliquando etiam *admomordi*, pro quo *admemordi* dixit *Plaut. in fragm. Aulul.* apud *Gell. l. 7. c. 9.*

Admorsus, us, ui, m. 4. substant. morsus, *morsicatura, morso. Symmach. 1. ep. 15.* Vereor, ne libellus ille admorsu duri dentis uratur.

Admorsus, a, um, o. 1. 2. particip. *morsicato. Propert. 3. el. 9.* Brachia admorsa colubris. Vide aliud exempl. in *admordeo.*

Admotĭo, onis, f. 3. verbale ab admoveo, *avvicinamento*, πρόσαψις. *Cic. 2. n. Deor. c. 60.* Ad nervorum eliciendos sonos, ac tibiarum aptæ manus admotione digitorum.

Admōtus, us, ui, m. 4. idem quod admotio. *Plin. l. 24. c. 11.* Arundo (Judaïca odorata) ciet menstrua admotu. Al. cum *Harduino* leg. *admota.*

Admōtus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. *appressato, avvicinato*, προσελαθείς. *Curt. l. 6. c. 11.* Tormentis admotis expressere. *Cic. pro Cluent.* Nulla materies, nisi admoto igni ignem concipere potest.

Admovĕo, a. 2. *porre appresso, appressare*, הקריב, Gall. *approcher*, Hisp. *allegar*, προσίθημι, juxta moveo, appono. *Virg. 3. Ecl.* Necdum illis labra admovi. ¶ Absolute pro admovere exercitum, seu copias videtur esse apud *Tacit. lib. de morib. Germ.* Non Samnis, non Pœni, ne Parthi quidem sæpius admovere. Sic legit Rhenanus. Al. Admonuere. ¶ Dicimus autem admovere ad aliquam rem aliquid, & alicui rei, ut pathm exempla occurrunt. ¶ Significat etiam adhibere. *Cic. pro Sext. c. 5.* Admovere stimulos alicui. *Id. 4. Tusc. c. 28.* Admovere curationem ad aliquem.

Admugĭo, a. 4. ἐπιμυκάομαι, proprie de duobus dicitur, cum aliorum mugitibus respondent. *Ovid. 1. de art. am. v. 279.* Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.

Admurmŭro, es, *accarezzare*, idem quod mulceo. *Pallad. in Mart. tit. 12. de bubus domandis.* Sed a fronte accedens bubulcus admulceat.

Admurmuratĭo, onis, f. 3. ψιθυρισμός, approbatio, applausus, cum scil. populus murmure quodam applaudit concionanti, &c. *applauso. Cic. pro Lege Manil.* Vestra admurmuratio facit, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint. Adde *ad Q. Fratr. l. 2. epist. 1.*

Admurmŭro, n. 1. ἐπιμορμύρω, submisso quodam murmure applaudere dicenti, & quasi ejus dictum approbare, ut fieri solet a corona populari in concionibus, & in foro judiciali. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Admurmurante Senatu. ¶ Significat & murmure obstrepere, murmure refragari, & indignationem ostendere. *Cic. 7. Verr.* Quam valde universi admurmuraverint, quam palam contradixerint.

Admutĭlo, as, avi, are, a. 1. idem quod mutilo, sc. plagis afficio, & dilacero. *Plaut. Pers.* Me usque admutilasti ad cutem. ¶ Translate *Idem Capt. 2. 2. v. 19.* Si frugi est, usque admutilabit probe. *De tonsore emungente fenem.*

Adnascor, d. 3. προσφύομαι, proprie dicitur, quod nascitur in re aliqua præter id, quod ei naturale, & proprium fuerat. *Plin. l. 16. c. 44. Gell. l. 3. c. 10.* V. Agnascor.

Adnăto, as, n. 1. *nuotare a qualche luogo*, ad aliquem locum nato, προσνήχομαι. *Plin. l. 8. c. 25.* Uni ei insulæ crocodili non adnatant.

Adnavigo, vel Annavigo, προσπλέω, n. 1. ad locum aliquem navigo. *Plin. l. 35. c. 10.* Rhodum cum Apelles adnavigasset.

Adnĕpos, otis, m. *quarto nipote*, ἐσχατόγονος, quartus nepos, abnepotis, vel abneptis filius, & refertur ad atavum. *Cajus Dig. 38. 10. 1.* & *Inscript. apud Fabret. cap. 10. n. 88.* ¶ Scribitur & *atnepos.* ¶ Fœminium est *adneptis* apud *Cajum ibid.*

Adnicto, as, n. 1. *cennare, far cenno con gli occhi*, ἐφθαλμίζω, ἐπιφθαλμίζω, σκαρδαμύσσω, sæpe, & leviter oculis annuo. *Fest.* Adnictat sæpe, & leviter oculis annuit. *Nævius ibid.* Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.

Adnītor. V. Annitor.

Adno, as, are, n. 1. שחה, Germ. *herzu schwimmen*, est natando aliquo pervenire. *Virg. 6. Æn.* Paulatim adnabam terræ.

Adnōto. V. Annoto.

Adnōtus, a, um, o. 1. 2. valde notus. *Suet. de illustrib. Grammat. c. 1.* Quos docuisse, adnotum est.

Adnubĭlo, as, are, a. 1. προσομιχλόω, nubila immitto, *annuvolare. Stat. Silv. lib. 5. carm. 1. v. 149.* Velis adnubilat aura secundis. *Ammian. lib. 27. cap. 14.* Virtutem ejus adnubilabant actibus pravis.

Adnūto, vel Annūto, as, n. 1. frequent. ab annuo. *Plaut. Merc. 2. 3. 100.* Mihi etiam nunc adnutat. *Apul. l. 10. A. A. sub fin.* Adnutante capite cœpit incedere.

Adnutrĭo, is, a. 4. *nutrire*, אמן, idem quod nutrio. *Plin. l. 17. c. 23.*

Adobrŭo, is, a. 3. *sotterrare*, כסה, Ger. *uberfallen oder bedecken*, Gal. *couvrir du tout, enterrer*, Hisp. *enterrar*, terra multa sepelio, ex ad, & obruo. *Col. l. 2. c. 11.* Jaciunt semina, & farculis adobruunt.

Adoletactus, a, um, *abbruciato*, incensus, ut arbores adoletactæ, in *Inscript. apud Gruter. pag. 121.*

Adolĕo, es, ui, & evi, ultum, a. 2. proprie est augere, *accrescere. Virg. Ecl. 8.* Verbenasque adole pingues. Ubi *Serv.* Adole, idest incende. Sed κατ' ἀφαιρεσιν dicitur. Nam adole, est, auge. ¶ Igitur significat etiam cremare, incendere, *abbruciare*. Θυμιᾶν. *Id. Æn. 1. v. 705.* Flammis adolere Penates. Ubi idem *Serv.* Adolere est colere: sed Adolere proprie significat augere. In sacris adolere per bonum omen dicitur: nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur. Hactenus *Serv.* Est autem adolere (ut scribit *Nonius*) verbum proprie sacra reddentium, quod significat votis, aut supplicationibus numen auctius facere, & quasi odorem diis præbere. Quoniam vero sacrificium igne fieri consuevit, adolere pro urere, seu igni imponere capitur. ¶ Adolere pro olere. *Plaut. Casin. 2. 3. 19.* Unde hic amabo unguenta adolent. Al. leg. *obolent*, alii *olent.*

Adolēscens, entis, adject. *crescente*, crescens. *Tertull. ad Nation. l. 1.* Adeo quotidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis. *Ammian. l. 22. c. 18.* Borysthenes concursu multorum omnium adolescens. ¶ Hinc comparativ. adolescentior. *Cic. Fam. l. 9. ep. 8.* Nosti os illius adolescentioris Academiæ. *h. e.* impudentiam novorum Academicorum.

Adolēscens, entis, 3. substant. *giovine, giovinetto*, ἔφηβος, μείραξ, juvenis. Est autem masculi. & fœm. gen. *Cic. Offic. 1. c. 34.* Est adolescentis majores natu vereri. ¶ Adolescentes a Veteribus ab anno XV. usque ad XXX. & amplius appellatos, auctor est *Censorinus de die natal. c. 14.* Hinc *Livius* Tarquinios adolescentes appellat, qui jam mariti erant: Sic *Cæsar lib. 2. B. C. c. 38.* Curionem Tribunum pl. *Liv. l. 30. c. 30.* Scipionem annum jam XXIX. excedentem. Ac vel annis XXX. majores esse adolescentes, ostendit *Manutius ad Cic. l. 2. Fam. ep. 1.* ¶ *Plinius* vult adolescentem dici ab anno XII. qui finis est pueritiæ, usque ad ann. XXI. quandiu sc. crescit, & primam lanuginem producere incipit. *Pareus in Lex. crit.* animadvertit, viros quoque appellari *adolescentes* a majoribus natu ex *Terent. Phorm. 2. 3. 14.* & ex *Plauto Pseud. 4. 2. 22.* & *4. 7. 38.*

Adolescentĭa, æ, f. 1. prima ætas hominis post pueritiam. V. in Adolescens, נעורים, Ger. *jugent*, Gall. *adolescence*, Hisp. *mocedad*, Ital. *adolescenza, giovinezza. Cic. de Senect.* Qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? *Idem in Top.* Adolescentia flos ætatis.

Adolescentĭor, aris, d. 1. obsoletum verb. pro nondum satis habere modestiæ. *Varro ex Non. c. 2. n. 25.* Id quidem ut facias censeo; nam tu quoque adhuc adolescentiaris.

Adolescentŭla, æ, f. 1. *giovinetta. Terent. Andr. 1. 1.* Forte unam aspicio adolescentulam.

Adolescentŭlus, i, m. 2. diminut. ab adolescens, *giovinetto*, μειράκιον. *Cic. pro Domo sua.* Imberbis adolescentulus. *Plaut. Mostell. 1. 1.* Medea fecit ex sene adolescentulum.

Adolescenturĭo, uris, ire, n. 4. adolescentum more facio, sive in adolescentiam redeo, *far da giovine*, μειρακιόομαι. *Laber. apud Non. cap. 2. n. 46.* Incipiunt adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.

Adŏlesco, is, lui, & levi, adultum, n. 3. *crescere*, גדל, Gall. *croitre*, Hisp. *crecer en edad*, αὐξάνομαι, ab adoleo, significat ætate augeri, & non solum de hominibus, sed de brutis quoque, & stirpibus dicitur. *Plaut. Casin. prol. 47.* Ad aliquam ætatem adolescere. *Velley. 2. 30. 6.* Adolevit in tantum numerus. *Tacit. 2. hist. c. 73.* Vix credibile memoratu, quantum superbiæ, socordiæque adoleverit Vitellio. ¶ Interdum est in sacrificiis incendi, vel augeri, ut de *Adoleo* dictum est. *Virg. 4. Georg.* Panchæis adolescunt ignibus aræ.

Adonēus, a, um, o. 1. 2. ad Adonidem spectans. *Auson. in monosyl. c. de cibis.* Cædis Adoneæ mala gloria fulmineus sus. ¶ *Adoneus* etiam Arabum genti dictus est Bacchus, qui nunc Adonis.

Adonēus, i, m. idem ac Adonis. *Plaut. Men. 1. 2. 35.* & *Apul. l. 2. Met.*

Adonia, orum, n. 2. ἀδώνια, festa Adonidi dicata. *Ammian. l. 22. Hist. cap. 9. (al. 24.)*

Adōnis, dis, m. 3. *Adone*, ἄδωνις, filius Cynaræ Cypriorum Regis, & Myrrhæ, quem Venus in deliciis habuit formositate præcellentem. Hic apri dente sub inguine percussus, interfectusque, a Venere in florem Adonium creditur conversus. *Ovid. 10. Metam.* ¶ Adon Græce suavitas dicitur. Et quia myrrha odore suavis est, Adonidem dicitur genuisse. Ideo autem a Venere amatum dicunt, quod hoc genus pigmenti sit valde fervidum. ¶ *Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 21.* accepit Adonidem pro Sole. ¶ Morcopolus ἀδώνιδος nomen ab ἄδω, quod est cano, derivatum putat. ¶ Est item piscis hoc nomine. *Plin. l. 9. c. 19.*

Adonĭum, ἀδώνιον, herbæ species, quam quidam ex Adonidis sanguine ortam tradunt: quidam eandem esse, ac Anemonem. ¶ Sumitur etiam pro Adonidis simulacro, & pro luctu sacro, quo Adonidis mortem plangere mulieres solebant. ¶ Est etiam genus carminis constans dactylo, & spondeo, ut *Terruit urbem, Visere montes.* Eo utebantur in festis Adonidis. *Serv. de metr. apud Putsch. pag. 1820.*

Adopertus, a, um, *coperto*, opertus. *Liv. lib. 1. c. 26.* Capite adoperto. *Juvenal. sat. 8. v. 145.* Adopertus cucullo.

Adopīnor, aris; dep. 1. idem quod opinor, *pensare. Lucret. l. 4. v. 814.* Deinde adopinamur de lignis maxima parvis.

Adoptabĭlis, e, adject. *In Cod. Justin. lib. 11. tit. 11. leg. 1.* Quod in cultu, ornatuque nostro sacrum, & adoptabile est, id facere privata temeritas non præsumat. *b. e.* assumi, seu adhiberi potest.

Adopta-

Adoptatio, onis, f. 3. actus adoptandi, vel idem, quod adoptio, *adottazione*, apud *Gell. l.* 5. *c.* 19. Sic & apud *Plin. Paneg. c.* 5. Quem pax, & adoptatio, & tandem exorata terris numina dedissent.

Adoptatitius, o. 1. 2. *figliuolo adottivo*, Gall. *adoptif*, Hisp. *el hyo del adoptando*, υἱοθετικός, qui in adoptionem venit. *Plaut. in Pœn.* 5. 2. 100. ¶ Item ex adoptato filio natus. *Festus*. ¶ Talem *adoptatium* vocant *Isid. glossæ*.

Adoptātor, oris, m. 3. qui adoptat, *adottatore*. *Gell. l.* 5. *c.* 19. Pater adoptator.

Adoptātus, a, um, o. 1. 2. nomen ex partic. *adottato*, qui in adoptionem venit. *Vellej.* 2. 104. Adoptatus Agrippa. ¶ Translate *Colum. lib.* 10. *v.* 38. Mitis adoptatis curvetur frugibus arbor. *di frutti d'incalmo*. ¶ Item exoptatus, *bramato*. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 21. Quorum mihi fuit adventus adoptatissimus. Ita meliores omnes libri, prætertim Palatini codd.

Adoptĭo, onis, f. 3. verbale per syncop. factum ab adoptatio, υἱοθεσία, *adottazione*, assumptio alieni filii in suam familiam, atque adeo in locum filii. *Cic. pro Domo sua*. Adoptio sancta est, quæ beneficia naturæ, & juris imitatur. ¶ De jure adoptionis consulantur *Jurisconsulti*, & *Gell. l.* 5. *c.* 19. & *Manut. de legib. Rom.* ¶ Translate *Plin. l.* 16. *in proœm.* de insitione dixit. Pomiferæ arbores, sive illæ ultro, sive ab homine didicere blandos sapores adoptione, & connubio.

Adoptīvus, a, um, o. 1. 2. υἱόθετος, qui ex adoptato natus est, aut etiam qui in adoptionem venit, ut filius adoptivus. *Gell. l.* 5. *c.* 19. ¶ *Cic. pro Domo sua*. Neque amissis sacris paternis, in hæc adoptiva venisti. *hoc est* in sacra adoptatoris tui.

Adōpto, as, a. 1. *adottare*, לקח לי לבן, Ger. *an Kindsstatt auffnemmen*, Gal. *adopter*, Hisp. *adoptar*, υἱοθετέω, est in filii locum asciscere. *Nepos in Attic. c.* 5. Testamento aliquem adoptare. *Plaut. Pœn. prol. v.* 36. Adoptare sibi aliquem pro filio. ¶ Interdum est generaliter eligere. *Cicer. in Verr.* Quem sibi illa defensorem sui juris adoptavit. ¶ Adoptare se alicui, est se adjungere, *accompagnarsi*. *Plin. l.* 12. *c.* 1. Qui se Cæsaris libertis adoptasset. ¶ Adoptare sibi nomen, est alienum nomen assumere. *Martial. l.* 1. Sic adoptare herbam aliquam, de suo nomine eam vocare. *Plin. l.* 25. *c.* 7. Invenit & Lysimachus herbam lysimachiam, quæ ab eo nomen retinet. Mulieres quoque hanc gloriam affectavere, in quibus Artemisia uxor Mausoli, adoptata herba. ¶ *Ovid.* venuste hoc verbum ad insitionem transtulit, *de remed. amor. l.* 1. Fac, ramum ramus adoptet.

Ador, indeclinab. vel ador, ŏris, farris genus, *edor* quondam appellatum ab edendo, teste *Festo*, vel quod uratur, ut fiat tostum, unde in sacrificiis mola salsa efficitur. Genitivus extat apud *Auson. monosyl. c. de cibis:* Mox ador, atque adoris de polline pultificum far. *Gannius* vero Poeta vetus genitivum modo corripuit, modo produxit. Unde *Scalig.* existimat, veteres in neutro, *ador*, *adoris*, & in mascul. *adōris* dixisse, ut *decus*, *ŏris*, & *decor*, *decōris*.

Adorabĭlis, le, o. 3. adoratione dignus, *adorabile*. *Apul. l.* 11. *Metam.* Adorabile beneficium.

Adoratĭo, onis, f. 3. actio adorandi, *adorazione*, προσκύνησις. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Fascinationibus adoratione peculiari occurrimus. *Apul. l.* 11. *A. A* Venerem religiosis adorationibus venerabantur.

Adorator, oris, m. 3. verbal. qui adorat, *adoratore*. *Tertull. de Spectac. c.* 8. Si Serapeum sacrificator, & adorator intravero.

Adorātus, a, um, *adorato*, *pregato*, προσκυνηθείς. *Ovid.* 5. *Fast. v.* 449. Venit adoratus caduciter. *h. e.* rogatus. *Lucan. lib.* 6. *v.* 243. Magnus adorato submittat Cæsare signa.

Adorĕa, æ, f. 1. *l'entrata, che si ricava dalle campagne*. Veteres dixerunt adoream, omnem ex agris proventum. Unde postquam præmium militibus, parta victoria, frumentum fuit, *adorea* pro laude, & gloria accipi cœpta est, *gloria, lode, o premio della vittoria*. *Horat. l.* 4. *carm. od.* 4. Ille dies, qui primus alma risit adorea. ubi *adorea alma* dicitur laus altrix virtutis. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Gloriam denique ipsam, a farris honore, adoream appellarunt. *Plaut. Amph.* 1. 1. *v.* 38. Præda, atque auro, adoreaque populares suos affecit. ¶ Putant aliqui laudem bellicam ideo adoream dici, quod victores a victis adorarentur.

Adoreum, i, n. 2. idem quod *ador*, frumenti sc. genus, quo populus R. trecentis ab U. C. annis victitavit. Unde etiam Imperatores, re bene gesta, hoc frumenti genere a populo solebant donari. *Plin. l.* 18. *c.* 8.

Adorĕus, a, um, o. 1. 2. adeject. ab adoreum, vel ador: ut far adoreum, vel semen adoreum, quod idem est ac ador. *Varro R. R. l.* 1. *Colum. l.* 2. *c.* 6. ¶ Adorea liba, e farre facta, quibus in sacrificiis utebantur. *Virg. Æn.* 7. *v.* 109.

Adordior. V. *Adorsus*.

Adorĭo, activ. 4. pro adorior. *Nev. lib.* 3. *belli Pun.* apud *Priscian. lib.* 8. Hercule proficiscente tunc ipsos adoriant.

Adorĭor, iris, vel oreris, adortus sum, d. 4. *assaltare*, פגע, Ger. *anfallen, schnell ungreiffen, oder anfharen*, Gal. *assaillir*, Hisp. *arremeter*, ἐπιτίθεσθαι, est repente, & ex insidiis aliquem invadere, aggredi, ab eo, quod corpora aggredientium exurgant subito, atque increscant. Atque hoc modo maxime ad rem bellicam pertinet. *Liv. l.* 1. Ne civitatem vis aliqua externa adoriretur. ¶ Differunt tamen, inquit *Donatus*, adorior, & aggredior, quia aggredimur de longinquo, adorimur de propinquo. ¶ Dicimus etiam adoriri aliquem extra insidias. *Terent. Adelph.* 3. 3. *v.* 50. Adortus jurgio fratrem apud forum, de psaltria hac. ¶ Denique adoriri significat, facere aliquid, conari, dare operam, aggredi. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 51. Ne convellere adoriamur ea, quæ non possunt commoveri. ¶ Pro simpliciter incipere, *cominciare*. *Cic. Attic. lib.* 16. *ep.* 2. Ἡρακλείδην, si Brundusium salvi, adoriemur: *h. e.* scribere incipiemus. ¶ *Adoriri aliquem* interdum est alloquendi causa ad eum accedere. *Terent. Heaut.* 4. 5. 9. Cesso hunc adoriri? ¶ Particip. *adortus* V. infra suo loco.

Adornāte, adv. idem quod ornate, *ornatamente*. *Suet. de Rhet. cap.* 6. Declamabat splendide, atque adornate.

Adornatus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. instructus, paratus, *fornito, preparato*. *Tacit. Ann.* 1. 52. 2. Equos venatui adornatos alere. *Vellej.* 2. 2. Tantis adornatus virtutibus.

Adorno, as, are, a. 1. *ornare*, idem quod orno, sed venustius, ut adornare aliquem insigni veste. *Liv. l.* 1. *c.* 20. ¶ Interdum est præparare. *Terent. Eun.* 3. 5. Continuo hæ adornant, ut lavet. *Plaut. Epid.* 5. 2. 25. Tragulam in te injicere adornat. Sic adornare bellum. *Liv. l.* 10. *c.* 38. Adornare naves. *Cæs. B. G. l.* 1. *c.* 26.

Adōro, as, avi, atum, are, a. 1. *adorare*, כגר השתחוה, Ger. *anbetten*, Gal. *adorer*, Hispan. *adorar*, προσκυνέω, ex *ad*, & *ore* factum. Hic enim habitus adorantium erat, ut dextram ad os referrent, & totum corpus circumagerent, ut docet *Plin. l.* 28. *c.* 2. Priscianus ab *ador* derivat. Valla ab *oro*. Sed primum etym. rectius. ¶ Apud antiquos significabat agere. Unde & Legati adoratores dicti, quod res populi agerent. *Festus*. ¶ Significat autem primo venerari, quod fiebat, ut dictum est, dextera ori admota, addito osculo, corpusque circumagendo. Idque non tantum apud Deos, sed apud alios etiam fiebat, quos honoratos vellent. *Vetus Epigram. de Pantomimo*. Ingressus scenam populum saltator adorat. *Suet. Ner. c.* 12. Citharam a judicibus delatam adoravit. ¶ Atque hæc adorandi actio mutis quoque animalibus tribuitur. *Plin. l.* 8. *cap.* 1. Elephanti regem adorant, genua submittunt. ¶ Interdum adorare est compellare, alloqui, & salutare. Sic apud *Apul. l.* 2. & 3. *Metam.* Adorare populum, est ad populum verba facere. *Stat. præfat. l.* 3. *Silv.* Quem statim ut videram, his versibus adoravi. ¶ Adorare pro simpliciter orare dixit *Propert. l.* 1. *eleg.* 4. Maneat sic semper, adoro. Et *Virg. Æn.* 10. Volens vos Turnus adoro. Et *Livius l.* 6. *c.* 12. Pacem Deum adorare. ¶ Adorare purpuram Principis, est illam manu reverenter tangere. *l.* 1. *C. si quis servum*. Et *l.* 7. *C. qui milit. poss.*

Adorsus, a, um, *chi ha principiato*, particip. ab *ordior*, & *ad* præposit. *Gell. l.* 9. *c.* 2. Qui tyrannum intersicere adorsi erant. *Apulej. in Florid.* 9. Id quod facere adorsus sum.

Adortus, a, um, *chi ha assaltato*, particip. verbi adorior. *Nepos in Lysandr. c.* 3. Dodonam adortus est. ¶ Passive *assaltato*. *Aurelius* apud *Priscian. l.* 8. Ab his Gallos adortos ex insidiis, plurimos necatos.

Adoscŭlor, aris, idem quod osculor. *Dictys Cretens. lib.* 2. Manus adosculari, contingere genua.

Adpatŭlus, a, um, patulus. *Varr. lib.* 6. *L. L. Omnia adpatula*. Sunt qui hunc locum corruptum putant.

Adpectoratus, a, um, pectori admotus. *Solin. c.* 26.

Adplōro, V. Apploro.

Adplumbatus, vel applumbatus, a, um, o. 1. 2. plumbo conglutinatus, *impiombato*. *Ulpian. Dig.* 19. 1. 17. Epistomia fistulis adplumbata. *Scribon. Larg. compos. ult.* Vase operto, & adplumbato.

Adplŭo, V. Appluo.

Adposco, vel apposco, is, adpoposci (retinet enim geminationem) a. 3. idem quod posco. *Horat.* 2. *epist.* 2. *v.* 100. Si plus adposcere visus. *Terent. Heaut.* 4. 7. *v.* 10. Talenta dotis apposcent duo.

Adpostŭlo, as, idem quod postulo. *Tertull. de monogam. c.* 10.

Adprĕcor, aris, atus sum, ari, dep. 1. idem quod precor. *Hor.* 4. *od.* 15. Rite Deos prius adprecati.

Adprĭmo, is, essi, essum, a. 3. imprimo, premo. *Plin. l.* 20. *c.* 15. Penicillis fervens adprimitur fasciis. ¶ Particip. *appressus*. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 21. Scutum pectori appressum.

Adprīmus, V. Apprimus.

Adpromitto. V. Appromitto.

Adpugno, as, a. 1. contra pugno, seu oppugno. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 81. Piso classem adpugnare frustra tentavit. Adde *Ann.* 4. *c.* 81. & 15. *c.* 13.

Adpulsus, us, m. V. Appulsus.

Adquo, *sino a quanto, sino a qual segno*, quoad, quantum. *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 63. Ut scire possis, adquo te expediat loqui. *Id. ibid.* Iratus essem, adquo liceret.

Adrādo, is, si, ere, a. 3. ἐπιξέω, idem quod rado, vel abrado, *radere via*. *Columel. de arborib. cap.* 8. Ne medullam lædas, adradito. Et *l.* 5. *R. R. c.* 11. Qua adraseris.

Adramyttēnus, a, um, ad Adramyttium pertinens. *Cic. pro Flac. c.* 13.

Adramyttium, & Adramytteos, *Landramiti*, urbs E. marit. Troadis, ad M. Idæ radices, inter Antandrum, ad Bor. 31. M. P. & Elæam urb. Æolidis in Austrum 50. a Pergamo 52.

Adrapĭdus, a, um, o. 1. 2. *Gell. l.* 12. *c. c.* 5. Videmus hominem febri simul adrapida (h. e. celerrimo pulsu, & vires rapiente) afflictari. Al. leg. *rapida*.

Adrastēus, a, um, o. 1. 2. adject. ab Adrastea. *Ammian.* 14. 38. Adrasteo pallore perfusus. *h. e.* ita perterritus, ut quasi a Nemesi agitari videatur.

Adrastia, æ, fœm. 1. ἀδράστεια, regio non longe a Troade, quæ est Mysia, ab Adrasto Rege dicta, qui primus Nemesi, idest fortunæ templum ædificavit, Adrastiamque vocavit. Ibi etiam eodem nomine civitas fuit, qua diruta, lapides transvecti sunt, & ibi ara ædificata, Hermocreontis opus magnitudine, & pulchritudine memorabile.

Adrastia, vel Adrastea, seu Nemesis, fingitur Necessitatis, ac Jovis filia, scelerum ultrix, cujus vindicta nullo modo possit vitari. Ejus sedem Ægyptii Theologi supra Lunam constituerunt, ut inde velut Regina, & arbitra hæc inferiora despectaret. *Virg. in Ciri*, *v.* 239. Ut scelere in tanto, quod nec sinit Adrastia, Lædere utrumque uno studeas errore parentem. *Apulei. de Mundo*. Adrastea, eademque ineffugibilis, &c.

Adrastis, idis, f. Adrasti filia. *Stat.* 12. *Theb. v.* 678.

Adrāstus, i, m. 2. ἄδραστος, nomen Regis Argivorum, qui fuit filius Thalaonis, & Eurymones. Hic, cum duas haberet filias, Argiam, & Deiphilen, in somnis visus est alteram leoni, alteram apro uxorem dare. Quare cum eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos venissent, ille apri, hic leonis pelle tectus, insomnii sui memor, utrunque sibi generum adscivit, Deiphile Tydeo, Argia autem Polynici tradita. Deinde cum utroque genero Thebas profectus, ut Polynicem ab Eteocle fratre exclusum in Regnum reduceret, magno accepto detrimento, in patriam reversus est.

Adrasus, a, um, o. 1. 2. idem quod abrasus, vel rasus. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 50. Adrasum quendam vacua tonsoris in umbra.

Adremigo, as, avi, atum, n. 1. remigare ad aliquem locum. *Florus l.* 3. *c.* 7. Cretes portubus suis adremigarunt. Adde *l.* 2. *c.* 8.

Adrēpo, pis, n. 3. *accostarsi pian piano a qualche cosa, insinuarsi*, רחש, Germ. *herzu Kriechen*, Gall. *ramper, marcher en rampant, s'approcher a petit pas*, Hisp. *gatear, andar a gatas, allegarse de espacio*, προσέρπω, ad aliquid repo. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Ad matris mammam adrepens infans. ¶ Per metaphoram, pro paulatim accedere. *Cic. in Verr.* Quibus rebus ad istius amicitiam adrepserat.

Adreptans, antis, adrepens, accedens. *Plin. l.* 35. *c.* 10. *a med.* Pinxit nobiles Bacchas, adreptantibus Satyris.

Adria, vel Hadria, æ, f. 1. *Atri*, Col. & urbs E. Piceni, in Aprutio, patria Hadriani Imp. ¶ Fuit item Adria, vel Atria, *Adri*, *Adria*, urbs E. Venetiæ, in ora, a Ravenna 50. M. P. Venetias versus totidem, ex qua mare superum Atriaticum, postea Adriaticum dictum est. ¶ Sumitur & *Adria* pro ipso Adriatico sinu, & tunc masculini generis est, quem improbum, & inquietum appellat *Horat.* 3. *carm.* 3. & 9.

Adriăcus, a, um, o. 1. 2. idem quod Adriaticus. *Propert. lib.* 3. *el.* 20. Adriaci vehor æquoris hospes.

Adrianalis, le, o. 3. adiect. ad Adrianum pertinens. Legitur in *Vet. Inscript. apud Fabrett. pag.* 454.

Adrianus, a, um, o. 1. 2. idem quod Adriaticus, ab Adria. *Cic. in Pis. c.* 38. Ultima Adriani maris oras petivit.

Adriatĭcus, a, um, o. 1. 2. adject. ab Adria, unde Adriaticum mare, quod & Atriaticum, & Hadriaticum, & Adriacum, & Adrianum dicitur. Idem appellatur etiam mare Superum. Ital. *Golfo di Venezia*. Est autem sinus ille maris mediterranei, qui inter Lacinium extremum Italiæ, & Acroceraunium primum Epiri promontorium irrumpit. Dictum est Adriaticum ab Adria urbe Venetiæ, dictum est mare Superum,

rum, ſive quod Italiam ab Oriente alluat, ſive quod ex Urbe eo tendentibus Apenninus ſuperandus ſit. Pertundit Illyricum, Iſtriam, Venetiam, Galliam Togatam, Picenum, Aprutium, Apuliam, & Salentinos. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Sinus maris Adriatici.

Adrŏgo. V. Arrogo.

Adrūmo, as, n. 1. *far romore*, rumorem facio, ſive commurmuro, a rumine parte gutturis. *Feſtus*.

Adrŭo, is, a. 3. Adruere terram, eſt eam verſando aliquo impellere, & adaggerare. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 35. Terra adruenda pulvinos facere. Al. aliter leg.

Adſcalpo, is, a. 3. idem quod ſcalpo. *Apul. lib.* 6. *Metam.* Adſcalpens aurem dexteram.

Adſciſco, vel Aſciſco, is, ivi, itum, ere, a. 3. aſſumo, adjungo, acccerſo, appeto, *aggiungere*, *prendere*, לקח, הדביק, הכר, Ger. *aufnemmen*, *an ſich nemmen*, *zu ſich beruffen*, Gall. *prendre*, *ou appliquer a ſoy*, *s' attribuer*, *uſurper*, & *prendre pour ſoy*, Hiſp. *llamar*, *traer*, *attribuir*, προσαιρέομαι, ἐπάγομαι, ut adſciſcere ſibi ſocios. *Cæſ.* 1. *B. G. c.* 5. *Cic. pro Arch.* Adſciſci in numerum civium. *Liv. l.* 33. *c.* 21. Adſciſcere ſibi nomen regium. *Cic.* 2. *Catil. c.* 4. Adſciſcere aliquem ad fœdus. *Sueton. in Claud. c.* 39. Adſciſcere aliquem in nomen familiæ.

Adſcītus, a, um, o. 1. 2. accerſitus, receptus, contrarius nativo. *Cic. Verr.* 4. *c.* 51. Sacra ab exteris nationibus adſcita. *Corn. Nepos de Attico c.* 3. *n.* 1. Amitti civitatem Romanam, alia adſcita: i. e. acquiſita. *Idem ib. c.* 4. *n.* 1. Lepor ſermonis in eo nativus, non adſcitus. ¶ In illo *Cic.* 5. *de Fin. c.* 7. Alii cenſent primum voluptatis adſcitum doloris vacuitatem, & primum declinatum dolorem: *aſcitus* videtur eſſe ſubſtantivum, quod ſignificet appetitionem, arceſſitum.

Adſcrībo. V. Aſcribo.

Adſellāre, alvum exonerare. *Veget. de re veterin. l.* 1. *c.* 12. Deinde ſale, & melle mixtis, in anum infundes, ut adſellandi augeat voluntatem.

Adſeneſco, is, n. 3. ſenex fio. *Tertull. in exhort. ad caſtit. cap. ult.*

Adsĕro, & Aſſero, is, ſevi, ſitum, a. 3. idem quod ſero, vel juxta ſero. *Varr. lib.* 1. *R. R. cap.* 22. Neque propter cupreſſos adſerunt vites. Adde *Caton. R. R. cap.* 34. ¶ Alia ſignificatione V. *Aſſero*.

Adsēſtrix, cis, f. 3. ab adſeſſor. *Afranius Fratris*, & *Nonius*.

Adſibīlo, as, avi, atum, a. 1. idem quod ſibilo. *Auſon. Moſell. v.* 258. Aura crepat, motoque adſibilat aere ventus. *Adde Stat.* 7. *Theb. v.* 578.

Adſignifĭco, as, a. 1. *ſignificare*, הורה, הוריע, Ger. *bedenten*, *anzelchen*, Gal. *ſignifier*, Hiſp. *ſignificar*, idem, quod ſuum ſimplex. *Var.* 2. *de re ruſt.* 11. & apud *Gell. l.* 10. *c.* 1.

Adſipēre, & præſipere, προσαπέπνυσθαι; & προπέπνυσθαι, dicebant antiqui a *ſapiendo*: ſicut nos quoque dicimus ab æquo iniquum, a quærendo inquirere. Hæc *Feſtus*.

Adsĭtus, a, um, *piantato vicino*, juxta ſatus. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 16. Vitis adſita ad olus. ¶ Item juxta poſitus. *Auſon. in Moſell. v.* 335. Atria viridantibus adſita pratis.

Adsŏno, & Aſſono, as, ui, n. 1. *riſonare*, ad ſonum alicujus reſpondeo. *Ovid. Met.* 3. *v.* 507. plangentibus adſonat Echo. ¶ Cum accuſativo *Apul. l.* 11. *Met.* Ut canoræ aviculæ concentus ſuaves adſonarent.

Adſpŭo, is, adſpui, utum, uere, a. 3. *ſputare contra*, *o addoſſo ad alcuno*, προσπτύω. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Si dormiens ſpectetur infans, a nutrice terna adſpui.

Adſtipŭlor. V. Aſtipulor.

Adſtitŭo, is, a. 3. *porre appreſſo*, *appreſſare*, παρατίθημι, juxta ſtatuo. *Auctor. ad Heren. l.* 3. *c.* 25. Faciemus reum, ad lectum ejus adſtituemus. Adde *Plaut. Capt.* 4. 2. 66.

Adſtrangulatus, a, um, o. 1. 2. *ſtrangolato*. *Minuc. Felix in Octav. c.* 30. Filios adſtrangulatos elidere.

Adſtringo, V. Aſtringo.

Adſtrŭo, V. Aſtruo.

Adſuctus, a, um, *ſucchiato*. *Lucret. l.* 4. *v.* 1187. Et tenet adſuctis humectans oſcula labris.

Adſudaſſit, vel aſſudaſſit, pro adſudaverit. *Plaut. Caſin.* 2. 6. 9. Stimulus ego ſum tibi, eo quod corculum adſudaſſit jam ex metu.

Adſum, ades, adfui, adeſſe, *eſſer preſente*, Ger. *ſegeavvertig ſayn*, Gall. *ètre pres*, *ètre preſent*, Hiſp. *reſtar cerca*, *o preſente*, πάρειμι, præſens ſum, vel prope ſum. Nam adeſſe etiam dicitur, quod paulo poſt futurum eſt, aut quod adventat. Unde dicimus, adeſt Scipio, cum jam in itinere eſt, vel non longe abeſt. *Cic.* 3. *Off.* Bellua ad id ſolum, quod adeſt, ſe accommodat. ¶ Conſtruitur etiam cum dat. vel abl. mediante In. *Cic. in Phil.* Omnibus his pugnis Dolabella adfuit, *trovarſi*. *Idem pro Flac.* In illa concione non adfuerunt. ¶ Quandoque adeſſe eſt favere, vel præſidio eſſe, *favorire*, *ajutare*, cui contrarium eſt deeſſe. Adeſſe amicis. *Cic. de ſenect. Liv. l.* 1. *belli Pun.* Pueri, feminæque adſunt. Sic *adeſſe cauſæ* dicuntur advocati, & amici. ¶ Quandoque accedere, *accoſtarſi*, *venire*. *Virg. Ecl.* 9. Huc ades, o Galatea. ¶ Interdum eſt ſubſiſtere, ſive manere, *reſtare*, *fermarſi*. *Plaut. in Aul.* Iſtic adeſto. ¶ Interdum habere, *Velle.* 2. 61. 1. Nullis adeſt vis ad reſiſtendum. ¶ Pro experiri. *Terent. Adelph.* 1. 1. Jam nunc times, quaſi nunquam adfueris. ¶ Pro ineſſe. *Plaut. Amph.* 8. Omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. ¶ Dicitur etiam, adeſſe apud aliquem. *Plaut. Amph.* Apud te adſum Soſia. ¶ Adeſſe animo, vel animis eſt favere. *Cic. pro Syll.* & adeſſe animo, pro forti animo eſſe. *Id. in ſomn. Scip. c.* 1. Ades, inquit, animo, & omitte timorem. ¶ Et pro intentum eſſe alicui rei. *Id. Philip.* 8. ¶ In adſum ſervatur d triplici ratione, differentiæ cauſa ab abſum, euphoniæ cauſa, quod plenius ſonet adſum, quam aſſum, poſtremo, quod ipſa verbi declinatio d repetit, tanquam in ſuum naturale principium revertens. Veteres tamen *Aſſum* dicebant, ut patet ex *Plaut. Pœn.* 1. 2. 67. Unde *Aſſas* dicebant nutrices, quod adſint iis, quos nutriunt, nec ab eis vel exiguo tempore divellantur. ¶ *Adſiem*, *es*, & pro *adſim*, *is*, *it*, frequens eſt apud Comicos. ¶ *Adforem*, *es*, pro *adeſſem*, *es*, &c. *Virg.* 1. *Æn.* 576. ¶ *Adfore* pro adfuturum eſſe, *Cic. Fam.* 9. *ep. ult.*

Adsŭo, & Aſſuo, is, a. 3. ad aliquam rem ſuo, conſuo. *Horat. de ar. poet. v.* 15. unus & alter aſſuitur pannus.

Adſuſpīrans, antis, ſuſpirans. *Apulei. l.* 4. *Metam.* Fletibus ejus adſuſpirans anus.

Adtermino, as, are, a. 1. terminis circumſcribere, definire. *Arnob. l.* 3. *p.* 107. Deos filo adterminatis humano.

Adtabernālis, m. 3. *taverniere*, πάροικος, habitator continuæ tabernæ, quod genus domicilii antiquiſſimum Romanis fuiſſe, teſtimonio ſunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. Unde etiam tecta caſtrenſia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tantum dicuntur. Hæc *Feſtus*.

Aduatici, populi Belgii, quorum urbs Duacum, *Dovay*, Academia Flandrorum, inter Atrebates 7. leuc. & Tornacum 8. a Cameraco 5. in Boream, Inſulam verſus, ad Scarpam Fl. Sed aliis Duacum urbs eſt Catuacorum, Aduatici vero in Brabantia locantur, in Comitatu Namurcenſi, cujus caput Namurcum, vel Boſcum Ducis, *Bosleduc*, apud Moſam Fl. ubi recipit Sabim, in Hollandiæ, & Geldriæ confinio, ab Antuerpia 12. leuc. in Ortum.

Advectĭo, onis, f. 3. *condotta*, *il condurre*, *o portare*, ἐπαγωγή, actus advehendi. *Plin.* 9. *c.* 54. Famem longæ advectionis a Brundiſio compeſcere in Lucrino.

Advectitĭus, a, um, o. 1. 2. aliunde advectus, *condotto*, *o portato d' altronde*. *Salluſt. B. Jugurth. c.* 44. Vinum advectitium.

Advēcto, as, are, a. 1. ἐπάγομαι, frequent. ab adveho. *Tacit. Ann.* 6. 13. Rei frumentariæ copiam advectare.

Advēctor, oris, m. 3. qui advectat, vel advehit. *Apulej. in Florid. n.* 21. Advectorem ſibimet equum deligunt.

Advēctus, us, ui, m. 4. idem quod advectio. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 84. Hæc de origine, & advectu Deæ celeberrima.

Advēctus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. *condotto*, *o portato d' altronde*. *Virg. Æn.* 5. Claſſis advecta. *Cic.* 2. *Phil. c.* 31. Ciſio celeriter ad urbem advectus. *Id.* 2. *de Divin. c.* 40. Caricæ Cauno advectæ.

Advĕho, is, xi, ctum, ere, a. 3. *condurre*, *portare da uno a un altro luogo*, הביא, Ger. *herzufuren*, ἐπάγω, adduco, affero. Dicimus autem advehere, vel advehi navi, vehiculo, equo, & alio quovis modo. Et tam de perſonis, quam de rebus. *Cic.* 3. *Offic.* Magnum frumenti numerum Rhodum advehere. *Liv. l.* 4. *B. P.* Impoſitoque, quem ſecum adveheret, milite. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. *ep.* 12. Piræeum navi advectus. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 45. Arminius equo colluſtrans omnia, ut quoſque advectus erat, recuperatam libertatem oſtentabat. ¶ *Advexe* pro *advexiſſe* eſt apud *Plaut. Merc.* 2. 2. 61.

Advelitatĭo, nis, f. 3. jactatio quædam verborum, figurate ab haſtis velitaribus. *Feſtus*. V. Velitor, & Velitatio.

Advēlo, as, ἐπικαλύπτω, idem, quod velo. *Virg.* 5. *Æn. v.* 246. Advelat tempora lauro.

Advĕna, æ, communis gen. *foraſtiere*, גר, Ger. *ein frombder*, *auſſlander*, Gal. *etranger*, Hiſp. *eſtrangero*, πάροικος, qui non eſt civis, aut inquilinus, ſed externus. Et proprie, qui ex uno longinquo loco in aliquod oppidum veniunt, advenæ dicuntur: convenæ, qui ex pluribus locis. *Ter. in Heau.* Eſt e Corintho hic advena anus paupercula. Sic exercitus advena, apud *Virg. Æn.* 7. *v.* 38. & mancipium advena *Priſcian. l.* 6. 1. ¶ Advenas æſtatis dixit *Plin. l.* 20. *c.* 23. ciconias, & grues.

Advenĕror, aris, d. 1. *riverire*, עבד, Ger. *in ehren halten*, σεβάζομαι, veneror. *Var. de R. R. l.* 1. *c.* 1. Adveneror Minervam, & Venerem.

Advenĭo, is, eni, entum, n. 4. *arrivare*, אתה, בא, Ger. *herzu komen*, Gal. *venir*, *arriver*, Hiſp. *venir*, *llegar*, προσέρχομαι, ad locum aliquem venio. *Ter. in Eun.* Si forte huc advenerit. ¶ Interdum ſignificat accidere. *Cic. Phil.* 11. Eſt enim ſapientis, quid homini accidere poſſit, præmeditari, ferendum modice, ſi advenerit, eſſe. ¶ Advenerunt litteræ, pro allatæ ſunt. *Suet. Veſp. n.* 7. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Virg. Æn.* 1. *v.* 388. Tyriam qui adveneris urbem.

Adventitĭus, a, um, o. 1. 2. *venuto d' altronde*, *veniticcio*, Ger. *formbdling*, *der anderſſvvo hurkommet*, Gal. *forain*, Hiſp. *advenedizo*, ἐπηλυς, ἐξωτικός, συμβεβηκώς, quidquid quacumque occaſione, vel ratione aliunde nobis accedit. Hinc adventitia bona, πορίσματα, quæ non ex recta ſucceſſione, puta patris, aut avi, ſed ex legatis, aut aliter caſu aliquo nobis adveniunt. *Cic.* 3. *Ver.* In re adventitia, neque hereditaria tam diligens eſſet. ¶ *Adventitia cœna* eſt, quæ peregre advenientibus lautior apparabatur. *Sueton. in Vitell. c.* 13. ¶ Adventitio opponitur innatum, & inſitum. *Cic. Top.* Innata, atque inſita aſſumptis, & adventitiis.

Advento, tas, n. 1. *approſſimarſi*, *avvicinarſi*, קרב, נגש, Ger. *herzukemmen*, προσέρχομαι, appropinquo. *Cic. Cur.* Nondum erat auditum, te ad Italiam adventare. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Tacit.* 6. *Ann. c.* 44. Propinqua Seleuciæ adventabat.

Adventor, oris, m. 3. verbale ab advento, quilibet homo externus, id eſt qui nobis non ſit domeſticus, vel etiam hoſpes, ſeu conviva adveniens. *Plaut.* 2. 7. *v.* 54. Si æquum facias, adventores meos non incuſes. Adde *ibid.* 1. 2. *v.* 2. & *Aſin.* 2. 2. *v.* 92. & *Apulej. l.* 10. *Metam.*

Adventorĭus, a, um, o. 1. 2. quod advenienti cuipiam offertur. Unde adventoria epiſtola, apud *Mart. in præfat. l.* 12., quæ adventanti amico mittitur obviam.

Adventus, a, um, o. 1. 2. particip. ab advenio. Loca adducta a *Palmerio tom.* 4. *Facis Grit. p.* 652. examinat *Voſſius de analog. p.* 203. Prior locus eſt *Terent. And.* 5. 2. *v.* 3. Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi. Sed *Voſſius* legit, ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi. Alter *Comici* locus eſt *Phorm.* 1. 3. *v.* 2. Ubi in mentem ejus adventi venit. *id eſt* patris, qui advenit. Sed *Voſſius* ait, adventi eſſe genit. ſubſtantivi adventus 2. declinat. pro quarta. Tertius locus eſt *Salluſt. B. Jugurth. c.* 91. Multo ante lucem adventam. Sed *Voſſius* reperit, multo ante lucis adventum.

Adventus, tus, m. 4. *venuta*, ביאה, παρουσία, verbale ab advenio, & proprie expectatorum, neceſſariorumque dicitur. *Ter. in Eun.* Salutant, adventum gratulantur. *Cic. in Piſon. c.* 22. Quid dicam adventus meos? ¶ *Adventus*, *i*, m. 2. V. in voce præcedenti.

Adverbĕro, ras, a. 1. *battere grandemente*, μαστιγόω, vehementer verbero. *Stat.* 9. *Theb. v.* 686. Adverberat unguibus armos.

Adverbialĭter, per adverbium. *Diomed. Grammat. l.* 1. *Priſcian. l.* 16. & *Aruntius Celſ.* apud *Chariſ. l.* 2.

Adverbĭum, ii, n. 2. *avverbio*, ἐπίρρημα, quaſi juxta verbum dicitur, quia in oratione prope verbum ponitur. Nec enim poteſt verbi vis ſignificantius ſonare, niſi jungatur adverbium, ut, Bene, vel male dicit, Feliciter navigat. Unde *Donatus* adverbium ſcripſit eſſe partem orationis, quæ adjecta verbo ſignificationem ejus explanet, atque impleat. Uſurpat hanc vocem *Gell. l.* 5. *cap. ult.*

Advereor, eris, idem quod vereor, vel magnopere vereor. *Accius* apud *Non. c.* 4. *n.* 121.

Adverſarĭa, orum, n. pl. 2. *giornale*, *libro de' ricordi*, Ger. *manual*, *o der handbuch*, Gall. *papier*, *journal*, *minute*, Hiſp. *el borrador*, *o libro de memoria*, ἐφημερίδες, diaria, ideſt tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perſcribebantur, ne memoria rerum excideret, ut ex iis poſtea tabulæ juſtæ, & æternæ fierent. Exactiores enim rationum tabulas codicem appellabant. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 2. Si eandem vim habent adverſaria, quam tabulæ, quid attinet codicem inſtituere? ¶ Dicta ſunt autem adverſaria, quod cum Veteres ex altera tantum libri ſcriberent parte, in his etiam a tergo, ſcribebant; unde & opiſthographa, ὀπισθόγραφα dicta ſunt ab ὄπισθεν, & γράφω.

Adverſarĭa, æ, f. 1. V. Adverſarius, ii.

Adverſarĭus, a, um, o. 1. 2. *nemico*, *contrario*, ἐναντίος, commodis noſtris obſiſtens, adverſus. *Cic. pro Cæc. c.* 2. Vis ea, quæ juri maxime ſunt adverſaria. *Nepos in Phoc.* cap. 3. Adverſaria factio.

Adverſarius, ii, m. 2. *avverſario*, שטן, Ger. *ein vviderſacher*, *vviderwertig*, ἀνταγωνιστής, ab adverſor pro repugno, cum gen. vel ſine caſu. Nam adverſarii dicuntur ſibi invicem repugnantes, & proprie ſunt ii, qui adverſus nos litigant in judicio, quos alias partem adverſam vocant.

sunt. *Ter. in Phor.* Causam tradere adversariis. *Cic. pro Mil. c.* 15. Tribuni plebis illius adversarii, detensores mei. ¶ *Adversaria* etiam genere feminino dici potest mulier, quæ adversus nos judicio contendit. ¶ Et extra personam. *Cic. Fam. 2. ad Curionem*, Est tibi gravis adversaria parata, incredibilis quædam expectatio.

Adversatio, onis, f. actus adversandi, *oppositione*. *Tertull.* adverſ. *Gnostic. c.* 5. Adersatio idololatriæ.

Adversativus, a, um, adject. *Conjunctiones adversativæ* sunt, quæ contrarium aliquid significant, ut *tamen*, *quamvis*, &c. *Prisc. sub init. l.* 16.

Adversātor, oris, m. 3. qui adversatur. *Apul. de Deo Socrat.* Quem adversatorem malis in omni vita ciebo?

Adversātrix, icis, f. 3. ab adversator. *Terent. Heaut.* 5-3. *v.* 4. Quin tu mihi adversatrix fueris, mulier? Adde *Plaut. Mostell.* 1. 3. *v.* 100.

Adverse, adverb. contrarie, apud *Gell. l.* 3. *c.* 16. Adverse dicere.

Adversio, onis, f. 3. verbale, unde in adversione emere, locare, &c. apud JCtos. Sed legendum *Aversio* cum Budæo, & aliis: quam vocem V. loco suo. ¶ *Adversio animi* pro *animadversio* legitur a quibusdam apud *Cice. pro Arch. c.* 7.

Adversĭtas, atis, f. 3. *inimicizia*, איבה, Ger. *vvidervvertkeit*, ἐναντίωμα, ab adversus, sa, sum, contrarietas, & repugnantia. *Plin. l.* 11. *c.* 25. Magnam adversitatem oleo mersis (scorpionibus) & stellionibus putant esse.

Adversitōres, m. 3. *servi*, *che vanno ad incontrare il padrone*, ab adversum, id est, obviam eundo; servi sunt, qui domino advenienti obviam procedunt. *Ter. in Adelph.* Neque servulorum quisquam advorsum ierat. Ubi ait *Donat.* proprie locutum Ter. esse, dicendo advorsum, nam inde *adversitores* dici. Adde *Plaut. Mostell.* 4. 1. 2.

Advĕrso, as, n. 1. antique dictum, pro adversor. *Plaut. in Rud.* 2. 2. Animo adversavi sedulo, ne herum unquam præterirem.

Advĕrsor, d. 1. *opporsi*, *contrastare*, עשן, איב, Germ. *vviderstehen*, *vviderstreben*, ἐναντίωμαι, contrarius sum. Et constituitur cum dativo. *Ter. in Hec.* Neque tuæ libidini adversabor. ¶ Cum accusat. est bis apud *Tacit. l.* 1. *hist. c.* 1. & 38. Sua facinora adversari Deos, lamentabatur. Sed utrobique Pichena, *aversari* substituit. ¶ Constituitur & absolute. *Terent. Phorm.* 1. 1. *v.* 25. Cœpi adversari primo. ¶ Adversans particip. *Cic.* 2. *de Orat.* Etiam adversantem, & repugnantem capere potest.

Advĕrsus, a, um, o. 1. 2. *contrario*, *ripugnante*, עך, קם, Ger. *vvidervig*, *ſtreitig*, *vvidervvertig*, Gal. *contraire*, *opposite*, Hisp. *contrario*, ἀντικείμενος, contrarius, repugnans, adversans, invitus. *Ter. in And.* 1. 1. 37. Adversus nemini. ¶ Adversum, absolute, pro re adversa, & improspera, *disgrazia*. *Ter. in Heaut.* Si quid adversi evenerit. ¶ Ponitur aliquando pro quacunque re, quæ ab anteriori parte apparet, ut Adversa vulnera, quæ a fronte accepimus. *Cic.* 2. *de Div.* Adversam conscendit ripam. ¶ Et in hac significatione contrarium habet Aversus. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 63. Et adversus, & aversus impudicus es. ¶ Item adversus, cui opponitur secundus, ut navigare adverso flumine, *Virg. Georg.* 1. *v.* 201. *contr' acqua*. ¶ Fere constituitur cum dat. Sed *Tacit. l.* 3. *Ann. cap.* 24. cum genit. Veneno eum a Lepida petitum illustrium domuum adversa. Al. aliter leg. ¶ Comparat. est apud *Plin. l.* 32. *c.* 4. Superlat. apud *Cæs. B. G. l.* 3. *c.* 107. ¶ *Lectus adversus* quid sit, V. Lectus.

Advĕrsus, & Advĕrsum, *contra*, *contro*, נגד, Gall. *contre*, Hisp. *contra*, κατὰ, πρὸς, præpositio, contra, ut adversus hostes bellum geritur. *Antonius Ciceroni in epist. ad Att. l.* 14. Non contendam ego adversus te. ¶ Aliquando significat erga, *verso*, in meliorem partem. *Cic.* 1. *Offic.* Ad'hibenda quædam reverentia adversus homines. ¶ Aliquando ante. *Gell. l.* 9. *c.* 12. Qui quotidie unguentatus adversum speculum ornetur. ¶ Item secundum. *Ulpian. Instit. tit.* 28. Bonorum possessio datur aut contra tabulas, aut adversus tabulas. ¶ Item coram. *Terent. And.* 1. 5. *v.* 30. Peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adversus hunc loqui. *Plaut. Bacchid.* 4. 4. *v.* 47. Si audias, quæ dixit me adversum, tibi. ¶ Est etiam pro obviam. *Plaut. Amph.* Ire adversum alicui. *Id. Menæch.* Quis hic est, qui adversum mihi sit? ¶ *Exadversum*, & *exadverso*, significat *a dirimpetto*, e regione, ex opposito, ἀντικρύ. *Ter. Phorm.* Ex adversum ei loco tonstrina erat. *Plin. l.* 4. *c.* 13. Ex adverso intrantibus geminæ cernebantur. *Cic.* 1. *de divin. c.* 45. Ara exadversus eum locum consecrata est. ¶ In adversum, h. e. in adversa parte. *Colum. l.* 4. *c.* 25. Cum in adversum defecare quid debet, cultro utitur, *troncare di taglio*.

Advĕrto, tis, a. 3. *volgere ad alcuna parte*, פנה, רפך, הכוין, הקשב, Ger. *hinzu keren*, Gal. *ſe tourner vers quelche choſe*, Hisp. *boeverſe hazia otra coſa*, ἐπιστρέφω, ad aliquem locum verto. *Ter. Eun.* 2. 3. 50. Illa sese huc adverterat in hanc nostram plateam. Sic *Ovid.* advertere cursum aliquo. *Virg. Æn.* 6. 36. Advertere terræ proras. Et *Æn.* 5. 37. notæ advertuntur arenæ. ¶ Advertere oculos, aurem, animum, &c. *Liv.* 4. 45. Adverterent animos, ne quid, &c. *Virg.* 8. 440. Huc advertite mentem. ¶ Advertere animo, advertere animum, & advertere absolute idem est aliquando, ac animadvertere, *osservare*. *Plin. l.* 25. *c.* 2. Scientiam ad nostros pervenisse animo adverto. *Ter. Phorm.* 5. 8. Id vos velle animum adverteram. *Id. Heaut.* 3. 3. 9. Advertunt graviter, quæ non censeas. *Cic. ad Att. l.* 2. De librariis diligenter adverte. ¶ Pro afficere, & ad se convertere. *Plin. l.* 1. *ep.* 10. Multa in Euphrate mediocriter quoque doctos advertunt, & afficiunt. *Tacit.* 3. *hist. c.* 48. Advertit ea res Vespasiani animum. ¶ Pro punire. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 32. In P. Marcium Consules more prisco advertere. ¶ Ponitur impers. *Cic. ad Lent.* Advertebatur, Pompeji familiares assentire Volcatio.

Advesperāscit, impers. *si fa sera*, ערב, הערים, Ger. *es vvirdabend vverden*. Gal. *il vient ſur le ſoir*, Hisp. *hazerſe tarde*, *o anochecer*, ἑσπέρα γίνεται, vespertinum tempus adventat. *Cic. Verr.* 6. *c.* 65. Cum jam advesperascret, discessimus. *Plin. l.* 7. *c.* 52. Cum advesperavisset.

Advigĭlo, as, n. 1. *vegghiare*, *attendere a qualche coſa*, שקד, Ger. *fleiſſig vvachen*, *vvachbar*, *und mit fleiſſ etvas thun*, Gall. *veillera quelque choſe*, *en avoir ſoin*, Hisp. *velar*, *cuydar de*, *tener cuydado con alcuna coſa*, ἀγρυπνέω, diligenter vigilo, & translate pro alicui rei operam dare. *Ter. in And.* Si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias. ¶ Constituitur cum dativo, vel cum accus. addita præpos. *ad. Cic. de leg.* 2. *c.* 12. Advigilare ad custodiam ignis. *Man. l.* 1. *v.* 81. Advigilare ubi. ¶ Quod vero inquit Statius 1. *Theb. v.* 147. *advigilare somno regis*, est vigilare apud regem, cum dormit.

Advīvo, is, xi, ctum, idem quod vivo. Vetus inscriptio apud *Gruter. p.* 1115. *n.* 8. Advivente eo. Et *p.* 1145. *n.* 8. Adde *Scævol. l.* 28. *ff. de liber. et. leg. Donec advivet*. Exemplum Plinii, quod affertur a Calepino, non caret controversia.

Adulabĭlis, le, cum adulatione factus. *Ammian. l.* 14. *c.* 11. (*al.* 36.) Adulabilis sermo. *Et l.* 31. *c.* 12. (*al.* 33.) Adulabilis sententia. ¶ Item qui adulatione moveri potest. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 666. Huic est animus propitiabilis, ita, & adulabilis. Al. aliter leg.

Adulatio, onis, f. 3. assentatio, *adulazione*, κολακεία. *Cic. de Amic. c.* 25. In amicitiis nullam pestem esse majorem, quam adulationem, blanditias, assentationem. ¶ Item blandimentum canum. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. V. Adulor.

Adulator, oris, m. 3. qui assentatur, seu adulat, *adulatore*. *Ad Heren.* 4. *c.* 21. Nolo esse laudator, ne videar adulator.

Adulatorie, adverb. *adulatoriamente*. *August. epist.* 148. Si perfunctorie, atque adulatorie res agatur.

Adulatorĭus, a, um, o. 1. 2. adject. ad adulationem pertinens, *adulatorio*, κολακευτικός. *Tacit. Annal. 6. c.* 32. Exemplar apud posteros dedecoris adulatorii habetur.

Adulātrix, icis, fœmin. 3. ab adulator, *adulatrice*, κόλαξ. *Trebell. Pollio in Claudio c.* 3. Adulatrices exteræ gentes. *Tertull. de anima c.* 51. Non reliquiis animæ adulatrix, sed &c.

Adulātus, a, um, particip. *adulato*, passiva significatione. *C. Hemina* apud *Priscian. l.* 8. Adulatique erant ab amicis, & adhortati.

Adūlor, aris, d. 1. *aduiare*, *lujingare*, התחנף, Ger. *ſchmeicheln*, *liebkoſen*, Gal. *flater*, Hisp. *liſongear*, κολακεύω, est assentari, hoc est blandiri voce, vel gestu, omniaque ad voluntatem alicujus & loqui, & agere, non ad veritatem. *Valla l.* 3. *c.* 69. Adulari est inservire, & adniti, ut favorem mereamur, quoquo modo, vel voce, vel gestu. Tractum est ἀπὸ τῶν δύων, quod est servus. Et sane adulari servile est, non liberale, & ingenuum. Sed *Festus* ab alludendo deductum putat, paucis literis transpositis. *Nonius c.* 1. *n.* 57. adulari proprie canum esse interpretatur, sed ad homines quoque consuetudine traductum fuisse. Dicuntur enim canes adulari, cum corporis gesticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. *Lucret. l.* 5. *v.* 1072. *Gell. lib. 9. c.* 13. *Ovid.* 14. *Met. v.* 263. ¶ Regit tum accusativum, tum dativum. *Cic. in Pison. in fi.* Adulans omnes. *Tacit. Ann.* 16. *c.* 19. Adulari Neronem. *Liv. l.* 23. *c.* 4. Adulari plebem. *Nepos in Attic. c.* 8. Adulari Antonio. ¶ Dicitur etiam Adulo active, pro Adulor. *Lucret.* Longe alio pacto gannitu vocis adulant. ¶ Hinc Adulor passivum. *Cic.* 1. *Offic. c.* 26. Cavendum est, ne adulari nos finamus. ¶ Usurpatum etiam legitur pro lambere, ebibere. *Cic.* 3. *Tusc. Ex Accii Prometheo*, Pennata cauda nostrum adulat sanguinem.

Adūlter, ri, m. 2. *μοιχὸς*, adultera, f. 1. *μοιχαλὶς*, *adultero*, *o adultera*, נואף, Ger. *ehebrecher*, *oder ehebrecherin*, Gal. *homme*, *ou femme adultere*, Hisp. *adultero*, *o adultera*, ex ad, & alter, seu altera, quod ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat. *Ov.* 1. *Ep.* Obrutus insanis esset adulter aquis. *Tacit. Ann.* 3. 24. In nepte Augusti adulter. *Horat. l.* 3. *od.* 3. Lacœna adultera. ¶ Per catachresin dicitur etiam de animalibus ratione carentibus. *Claud. Paneg. de Mal. Theod. Conf. v.* 302. Cum forte leænæ nobiliorem uterum viridis corrupit adulter. Et *Plin. l.* 8. *c.* 16. ¶ Adulteros crines dixit *Horat. l.* 1. *od.* 15. hoc est crines Paridis adulteri. Ubi hanc vocem adjective usurpat, quemadmodum & *Plin. l.* 33. *c.* 7. dixit minium adulterum, *h. e.* adulteratum. ¶ *Adulter monetæ*, *falsificatore*. In Cod. 1. 7. 3. & 9. 24. 2.

Adulteratio, onis, f. 3. Legitur in lemmatis Plinianis, quæ post præfat. loco *l.* 1. habentur ad *l.* 12. *n.* 20. In odoribus, aut condimentis dicuntur adulterationes. *Id. l.* 21. *c.* 6. Adulteratio croci.

Adulterator, oris, m. 3. qui adulterat, verbale. *Leg.* 16. *ff. de pœnis*, Adulterator monetæ.

Adulteratus, a, um, o. 1. 2. *falsificato*, κιβδηλευθεὶς, quod alienæ rei commixtione corruptum est, ut Adulteratum gummi. *Plin. l.* 9. *c.* 3. ¶ Adulterata mulier, idest adulterio corrupta. *Suet. Cæs. c.* 48.

Adulterīnus, a, um, o. 1. 2. *bastardo*, *falsificato*, מכויר, Germ. *bastbart*, *bankart*, Gall. *adulterin*, Hisp. *adulterino*, *μοιχικὸς*, *κίβδηλος*, quasi ex altero procreatus, nothus, vel non simplex, *Plin. l.* 10. *c.* 3. *de aquilæ pullo*. Præcipitat e nido, velut adulterinum, & degenerem. ¶ Per metaphoram adulterina signa dicuntur, quæ sunt alienis anulis facta. *Cic. pro Cluen. cap.* 14. Testamentum signis adulterinis obsignavit. Sic nummus adulterinus, adulterinæ literæ, & adulterinæ claves, quæ pro veris substituuntur. *Cic. Sallust.* &c.

Adulterĭtas, atis, f. 3. & adulterĭo, onis, nimis licenter dicta a *Laberio*, notant *Nonius*, & *Gell. l.* 16. *c.* 7.

Adulterium, ii, n. 2. *adulterio*, נאוף, Germ. *ehbruch*, *μοιχεία*, quod proprie cum nupta committitur, ut *Val.* scribit *l.* 6. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. Non commisi adulterium. Adde *Cic.* 2. *de Orat.* ¶ Transfertur aliquando ad alia, ut Adulteria naturæ, pro operibus non vere naturalibus, Adulteria mercis, pro fraude, Adulteria arborum, pro infitionibus, apud *Plin. l.* 17. *c.* 1. *l.* 19. *c.* 3. & *l.* 9. *c.* 40.

Adultĕro, as, n. 1. *commettere adulterio*, נאף, Germ. *ehbrechen*, *μοιχεύω*, adulterium committo. *Gell. l.* 10. *c.* 23. & *Sueton. & Justin.* ¶ Et Adulteror, deponens. *Cic.* 1. *Offic.* Fraudare, adulterari turpe est. Al. aliter leg. ¶ Invenitur etiam Adulteror, passive. *Hor. ep.* 15. Adulteretur & columba milvio. ¶ Est etiam arte aliqua quippiam pro vero assimilare, atque ita rem synceram corrumpere. *Plin. l.* 12. *cap.* 7. Piper longum facillime adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam adulterare judicium, adulterare tabulas, &c. apud *Cic. de Amic. c.* 25. & *pro Cæcin. cap.* 26.

Adūltus, a, um, o. 1. 2. *cresciuto*, ἀνδρωθεὶς, qui crevit ad justam staturæ suæ altitudinem. Unde juvenes dicuntur adulti, qui in flore ætatis sunt positi. *Cic. de Clar. Orat.* Eam tueamur, ut adultam virginem, caste. ¶ Transfertur etiam ad inanimata. *Cic. de Clar. Orat.* Non nascentibus Athenis, sed adultis. Sic Ver adultum, & æstas adulta. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 23. Et de nocte, apud eundem *hist.* 3. *c.* 23. ¶ Adultus pro aucto. *Vellei.* 2. 110. 2. Adulta viribus Dalmatia. ¶ Comparat. adultiores pulli, *Plin. l.* 10. *c.* 33. ¶ Adultus item particip. pro crematus. *Antias in* 74. Eo omnes hostiæ, & vituli conjecti, & ita omnia adulta sunt. *Ex Priscian. l.* 9. Sed facile fuit *aulta* pro *adusta* scribere.

Adumbratim, adver. subobscure, non aperte. *Lucret. l.* 4. *v.* 363. Sed quasi adumbratim paullum simulata videntur.

Adumbratio, onis, f. 3. *abbozzatura*, ἐνίσκιασμὸς, est rudis rei descriptio, sive repræsentatio. *Cic. in Orat. c.* 29. Si non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. V. adumbro.

Adumbratus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. subobscurus, non manifestus, *abbozzato*. *Cic. pro Cæl.* Non expressa signa, sed adumbrata virtutum. ¶ Item pro ficto, aut simulato. *Id. pro Sylla*: Informat ad hunc adumbratum judicium. Et adumbrata lætitia, *Tacit. Annal.* 4. *cap.* 31.

Adumbro, as, avi, atum, a. 1. *adombrare*, *e far' ombra*, הצל, Germ. *ſchatten*, *machen*, *enterffen*, ἐνισκιάζω, σκιαγράφω. Primum significat umbram inducere. *Colum. l.* 5. *c.* 5. Palmeis tegetibus vineas adumbrabat. ¶ Deinde est verbum pictorum, & significat quadantenus aliquid exprimere, non primis tantum lineis, ut vulgo interpretantur, delineare. Est enim adumbrare Latinis, quod Græcis σκιαγραφεῖν, & Adumbratio, σκιαγραφία, scilicet lineatio, quæ addit umbras, & oculis non modo lineas exhibet, sed explicatiores etiam rerum species sub-

jicit. Primum enim pictores lineamenta ducunt futuræ imaginis (quod Ichnographia dicitur) deinde inducunt colores, quibus addunt umbras, & sic paullo expressiorem speciem exhibent, non tamen perfectam. Hæc igitur adumbratio est, cui postea accedit manus ultima, cum omnia ad exactam elegantiam expoliuntur. Et propterea *Arist. 3. Rhet. c. 12.* genus dicendi deliberativum σκιαγραφίαν comparat, & illi ideæ, quæ in demonstrativo genere adhibetur, opponit. Hoc enim omnium accuratissimum, illius vero minus exquisite laboratum esse debet. *Quintil. l. 7. c. 10.* Quis pictor omnia, quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? *Cic. in Orat. c. 14.* Eloquentiæ speciem, & formam adumbrare. ¶ Adumbrare significat etiam imitari, sed dicendo, vel describendo. *Cic. in Orat.* Idipsum fumus in eorum sermone adumbrare conati. Et 2. *de Orat.* Veteres casus, fictosque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo.

Adunatio, onis, f. 3. *unione, adunamento,* ἕνωσις. Vox est *Cyprian. ep. 57. & 60. vel in edit. Oxon. epist. 60. & 62. Diomed. Grammat. l. 1. & Cassiod. l. 4. ep. 33. & 36.*

Adunatus, a, um, o. 1. 2. unitus, conjunctus, *adunato, congregato.* Sæpe usus est *Justin.* ut 7. 2. 12. Adunatæ gentes variorum populorum. Et 15. 4. 22. Adunatis omnium sociorum copiis. Item 24. 1. 5. Adunato exercitu. Adde *Pallad. l. 4. tit. 10. & Lactant. de Opific. Dei c. 17.* Addit *Non. c. 4. n. 10.* etiam locum *Cic. 3. Offic. c. 8.* Turpitudinem videas adunatam ei rei. Sed editi libri habent *adjunctam.*

Aduncĭtas, atis, f. 3. *curvità,* κεμπυλότης, incurvitas. *Cic. de Nat. l. 2. c. 47.* Rostrorum aduncitate.

Adūncus, a, um, *aduncо, piegato,* כפוף, Ger. *krumb, gekrumbd,* κεκαμπύλος, curvus, tortuosus, ex ad, & uncus. *Cic. pro Cluen. c. 48.* Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa.

Addŏno, as, avi, atum, are, a. 1. *adunare, congregare,* יחד, Ger. *versammlen, zusammen bingen,* Gall. *unir, assembler,* Hisp. *ayuntar,* ἑνῶ, congrego. *Justin. 2. 12. 18.* Cum adunata omnium sociorum classis esset. Et *Pallad. 3. tit. 19.* Membra divisa adunare.

Advocamēntum, i, n. 2. σωηγορία, advocatio. *Plin. l. 5. ep. 8.* Veniam advocamenti peto. Sed meliores libri habent *advocandi.* V. Advoco.

Advocatĭo, onis, f. 3. *avvocazione,* σωηγορία, patrocinium, advocati officium. *Cic. Fam. l. 7. ep. 10.* In re militari multo est cautior, quam in advocationibus. *Plin. l. 1. ep. 22.* Multos advocatione, plures consilio juvat. ¶ *Liv. lib. 3. cap. 47.* posuit pro advocatorum comitatu: Virginius, inquit, filiam suam cum ingenti advocatione in forum deduxit. ¶ *Cic.* consultationem etiam advocationem appellat. *Verr. 1. c. 49.* Maximarum rerum frequentissimæ advocationes sunt. ¶ Pro mora & spatio posuit *Seneca,* ut dare, petere advocationem: sumptum sc. a judiciis. nam qui ad respondendum parum instructi sunt, advocationem, hoc est spatium deliberandi, advocandique amicos petere solent. Vide *Lipsi. in Senec. de Consolat. ad Marc. c. 10.*

Advocator, oris, m. 3. idem quod advocatus, *Avvocato. Tertull. 4. cont. Marc. c. 15.* Deus divitum aspernator, mendicorum advocator.

Advocātus, a, um, *chiamato. Curt. 4. 11.* Advocato consilio. *Catull. carm. 40. ad Ravidum.* Deus advocatus. *Liv. l. 8. c. 33.* Dii haud frustra advocati.

Advocātus, i, m. 2. *avvocato,* Gal. *advocat,* Hisp. *abogado,* σωήγορος, dicitur, qui alteri adest in causa. *Pl. in Cas.* Dum adsto advocatus cognato meo. ¶ Inter advocatum, & patronum hoc interesse *Valla* existimat, quod advocatus nomen sit generalius, quam patronus, ut non tantum significet eum, qui alterius causam agit (quem proprie patronum dicimus) verum etiam quicunque adest alteri in causa officii gratia, advocatus appelletur, etiamsi nihil dicat, neque agat, sed tantum paratus sit defendere: patronus proprie sit, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. ¶ *Quintilianus* tamen Advocatum pro patrono etiam vel causidico posuit, *l. 12. c. 1.* Adde huic *Asconium in Divin. c. 4. & Plin. l. 5. ep. 4.*

Advocĭto, as, a. 1. frequent. sæpe advoco. *Festus.*

Advŏco, as, a. 1. *chiamare a se,* קרא, Ger. *herzuruffen, zusich ruffen,* προσκαλέομαι. ad me voco, pro consilii, auxiliive causa amicos accersere ponitur. *Ter. in Phor.* Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient. Adde *Cic. pro Sylla c. 29.* ¶ Significat etiam causas in foro agere, *far l' avvocato. Plin. l. 5. epist. 8.* Ideoque interim veniam (ne a forensibus verbis recedam) advocandi peto. *Senec. de brevit. vitæ c. 2.* Hic advocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit, hic judicat. ¶ *Tacit. l. 17.* In Senatus populique R. obliterata jam nomina, sacramenta advocabant. *b. e.* juramenta deferebant.

Advocātus, tus, m. 4. *volo*..actus advolandi. *Cic. 2. Tusc.* Tristi advolatu aduncis lacerans unguibus.

Advolĭtans, antis, *svolazzante. Plin. l. 11. c. 19.* Papilio luminibus accensis advolitans.

Advŏlo, las, n. 1. *volare,* עוף, Ger. *fliegen,* προσπετόμαι, juxta, vel ad aliquem locum volare, & construitur cum accusativo, præposito Ad, vel In, aliquando cum dativo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 49.* Advolans ad eas aves, quæ, &c. *Plin. l. 10. c. 29.* Advolant palumbes in agrum. *Id. ibid. c. 40.* Caprimulgi caprarum uberibus advolant. ¶ Translate *Plin. l. 9. c. 8.* Advolare in auxilium alicujus. ¶ Cum accusativo sine præposit. *Cicer. Attic. 1. 14.* Cato Rostra advolat.

Advŏlvo, is, a. 3. περιστέλλω, quasi volvendo adduco. *Virg. 3. Georg. v. 378.* Totas advolvere locis ulmos, ignique dedere. *Plin. 11. 37.* Advolvere aliquem ad ignem. ¶ *Advolvi pedibus alicujus,* est procumbere ad pedes. *Liv. l. 28. c. 34. & Curt. l. 3. c. 12.* ¶ Cum accusativo sine præposit. *Tacit. Ann. 1. c. 13.* Cum Tiberii genua advolveretur.

Advolūtus, a, um, o. 1. 2. nomen ex particip. *Advolutus pedibus alicujus,* qui supplex flexis genibus ante aliquem procidit. *Liv. l. 28. c. 34. & Curt. 8. 1. 84.*

Advŏrsor, aris, d. 2. *opporsi,* ἐναντόομαι, pro adversor, & advorsorem, pro adversarium veteres dixerunt, teste *Festo.* Sic advorsum, & advorto, pro adversum, & adverto.

Adurgĕo, es, ursi, a. 2. סגף, Ger. *trucken, zuingen,* ἐπείγω, ἐπισπέρχω, propius, seu vehementer urgeo. *Celsi. l. 7. c. 1.* In locum prioris quotidie digito adurgendus est. *Horat. 1. od. 37.* Remis adurgere.

Adūro, is, ussi, ustum, a. 3. *bruciare,* יקר, Ger. *befengen,* Gal. *brusler,* Hisp. *verbrennen, quemar,* ἀπαυαλόω, idem est, quod simplex uro. *Cic. 2. Offic.* Candenti carbone sibi adurebat capillum. ¶ Frigus etiam, & ventus nimius adurere dicuntur, quia adeo exsiccant, aditringunt, ac indurant, ut urere videantur. *Virg. 1. Georg. v. 93.* Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. ¶ Dicitur etiam de intertrigine, qua corporis aliqua pars atteritur, & eroditur. *Plin. l. 28. c. 5.* Femina atteri, aduriquc equitatu, notum est. Sic *Celsi. l. 6. c. 8.* Medicamenta adurentia. *corrosivi.*

Adūsque, *fin' a,* עד, Ger. *bis das,* Gall. *jusques a,* Hisp. *hasta a,* μέχρι. ideit, usque ad. *Gell. l. 15. c. 2.* Adusque ludibria ebriosus. Adde *Virg. 11. Æn.* & *Ovid. Fast. 3.*

Adustĭo, onis, f. 3. *abbruciamento,* שרפה, Ger. *befengung, verbrennung,* ἐπίκαυσις. *Plin. l. 14. c. 20.* Picis adustio. *Id. l. 20. c. 7.* Adustiones sanat lactuca. *le scottature.*

Adūstus, a, um, o. 1. 2. combustus, ustus, *abbruciato. Sidon. carm. 5. v. 528.* Quondam mihi corpus adustum frigoris igne perit. *Liv. l. 27. c. 47.* Color adustior. *Celsi. l. 5. c. 27.* Adustorum curatio, *delle scottature.*

Adynamum, n. 2. ἀδύναμον, vini factitii genus, quod fiebat ex musto albo, dimidia parte aquæ addita, quod admotum igni decoquebatur, donec aquæ mensura exaresceret. Vide *Plin. l. 14. c. 16.* Dictum adynamum, ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας, propterea, quod esset imbecille, & sine viribus. Ideoque ægris dabatur, quibus vini noxam timebant.

Adytum, i, n. 2. ἄδυτον, locus est secretior templi, ad quem nulli est aditus, nisi Sacerdoti, ab ἀ privativa, & δύω, ingredior, quasi inaccessibile. *Virg. 2. Æn.* Ilque adytis hæc tristia dicta reportat. *Cæs. l. 3. de B. G. c. 125.* In remotis atque occultis templi, quo, præter Sacerdotes, adire fas non est, quæ Græci adyta appellant &c. ¶ Translate *Lucret. l. 1. v. 737.* Ex adyto tamquam cordis responsa dedere. *h. e.* ex intimo animi recessu. ¶ Reperitur etiam *adytus, i,* m. *Accius* apud *Non. c. 8. n. 35.*

A ANTE E.

Æa, f. 1. *Satabella,* αἶα, peninsula Colchidis cum urbe cognomine, circa ostia Phasidis Fl. quam Hippos, & Cyanos Fl. e diversis locis in Phasim influentes efficiunt. Fabulantur poetæ, Æam nomen accepisse a puella ejusdem nominis, quæ cum Phasidis amnis vim effugere non posset, miseratione Deorum in peninsulam est conversa, quam etiam nunc, ut veterem illum amorem adhuc possis agnoscere, magna sui parte ambit, & quasi amplectitur. *Val. Flac. in Argon. lib. 1. v. 742. Argon. l. 5. v. 426.*

Ææa, f. 1. *isola,* insula fuit in mari Tyrrheno, non modico olim freto ab Italia dirempta, hodie continens, ita tamen, ut paludibus circumquaque cincta insulæ speciem præseferat. In hac *Hom.* Circes fedem collocavit, *l. 20. Odyss.* Hujus meminit *Virg. l. 3. Æn.* Internique lacus, Ææaque insula Circes. Latini locum hunc a Circes domicilio Circejos appellant, ibidemque antiqui Latii terminum constituunt. Vide *Plin. l. 2. c. 85. & l. 3. c. 5.*

Ææus, a, um, o. 1. 2. αἰαῖος, quod est ex Æa urbe Colchidis. *Virg. 3. Æn.* Infernique lacus, Ææaque insula Circes. *Ovid. 2. Amor. el. 15. v. 10.* Æææ artes. *h. e.* magicæ, quales Circe tractabat. Sic *Id. 1. Amor. el. 8. v. 5.* Ææa carmina. *h. e.* magica incantamenta. ¶ Quidam putant Circem dictam *Ææam* non ab urbe, sed ex eo, quod homines ab ea in feras converti sæpe *αἰ αἰ*, h. e. væ, vel hei, querentes vociterarentur. ¶ *Ææa puella* apud *Propers. l. 3. eleg. 12. v. 31.* est Calypso, quæ in Ææa insula habitavit.

Æacĭdes, m. 1. αἰακίδης, Achilles, nepos Æaci. *Virg. 1. Æn.* ¶ Item Pyrrhus, filius Achillis, pronepos Æaci. *Virg. 3. Æn.* ¶ Item Pyrrhus Epirotarum Rex, ab Æaco trahens originem. *Virg. 6. Æn.*

Æacidēius, a, um, adject. sex syllabarum. *Ovid. 7. Met. v. 472.* Oenopiam Minos petit Æacideia regna.

Æacidinus, a, um, o. 1. 2. adject. patronym. ab Æaco. *Plaut. Asin. 2. 3. 25.* Æacidinis minis animisque expletus incedit. Dictum est autem quasi proverbialiter: Æacum enim *Homerus* ubique stomachabundum, & minitabundum facit.

Aeăcus, ci, m. 2. αἰακός, Jovis filius ex Europa, sive ex Ægina filia Asopi. Regnasse dicitur apud Oenopiam, sive Oenonam, quam ex nomine matris Æginam nominavit. Hunc tantæ justitiæ fuisse dicunt, ut apud Inferos animarum creditus fuerit a Plutone delectus judex cum Minoe, & Rhadamantho, & peccantium peccata discutere, & pro meritis pœnas inferre.

Æas, antis, m. 3. αἶας, Aous, *Vajussa,* Fl. Epiri, qui ex Pindo, vel ex Candaviæ montibus in Macedonia oritur, & in mare Jonium inter Dyrrhachium, & Apolloniam Taulantiorum urbem illabitur. *Ovid. 1. Met. Luc. l. 6. v. 361.*

Æcastor, V. Ecastor.

Ædĕpol, *certamente, per mia fe,* νὴ τὸν Θεὸν, νὴ τὸν Πολυδεύκη, adv. jurandi, quod est, quasi per ædem Pollucis. Item Pol, & Perpol, quæ idem significant. Perpol, quam pauci, a *Ter. in And.* per tmesin dictum videtur, pro, Pol, per quam pauci. ¶ Erat autem ædepol, teste *Gell. l. 11. c. 6.* juramentum tam viris, quam mulieribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquam jurabant, neque viri per Castorem. ¶ Scribitur etiam *Edepol.*

Ædes, & Ædis, hujus Ædis, f. *il Tempio, la Chiesa,* היכל, Ger. *Tempel, Kirch,* Gal. *Temple,* Hisp. *Templo,* ναός, σηκός, tam in sing. quam in plur. num. pro templo, sed fere semper cum adjectione, ut Ædes sacra, vel ædes sacræ, ædes Jovis, ædes Deorum, ædes Pacis, & hujusmodi. *Cicer.* In ædem Telluris convocati sumus. ¶ Aliquando in sing. num. pro sepulchro ponitur. *Ovid. in Ep. Did.* Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. ¶ Pro cubiculo. *Curt. l. 8.* Proximi foribus ædis, in qua Rex acquiescebat. ¶ Pro cœnaculo. *Curt.* Ad fores ædis ejus, in qua Rex vescebatur. ¶ Sed tamen pro ædificio profano frequentius plurali numero usurpatur, cujus rei passim occurrunt exempla. ¶ *Ædis* in nominativo singulari. *Var. de vita pop. Rom. l. 1.* Hæc ædis, quæ nunc est, multis annis post facta fit, &c. ¶ In ablativo singulari pro domo privata, *Gell. lib. 4. cap. 14.* Eum sibi fas non fuisse recipere æde sua. Adde *Plaut. Asin. 1. 3. 67.* ¶ Et pro æde sacra, *Horat. l. 1. sat. 10. v. 38.* hæc ego ludo, Quæ nec in æde sonent. *h. e.* in æde Apollinis. Adde *l. 2. ep. 2. v. 94.* ¶ Ædes venales inscribere litteris est, schedula exposita ædes venales indicare: qua schedula & pretium ipsum significabatur, quo inscriberentur. *Plaut. Trinum. 1. 2. v. 131. & Terent. Heaut. 1. 1. v. 92.* Inscripsi illico ædes mercede. ¶ Apum alveos *Virg.* ædes appellavit, *Georg. 4.* Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes.

Ædicŭla, f. 1. *picciola casa, e cappella nelle Chiese,* חשבה, Ger. *hauslein, capell,* Gal. *petite maison, chapelle,* Hisp. *casa pequena, ciudiol,* parva domus. ¶ Aliquando pro cellula in ædibus. *Pla. in Epid.* In ædiculam seorsum. ¶ Aliquando pro sacello, quod est ædis sacræ appendix. *Liv. l. 35. c. 9.* Ædiculam Victoriæ virginis dedicavit. ¶ Aliquando pro loculamento simulacri. *Pl. 36. 5.* Ædicula ejus tota aperitur, ut conspici possit effigies Deæ.

Ædificātio, is, a. 3. fabbricare, ædifico. *Labeo Digest. lib. 19. tit. 2. leg. 60.* Mandavi tibi, ut excuteres, quanti villam ædificare velles. Ita *Torrentin.* Alii *edificare.*

Ædifex, icis, idem quod ædificator. *Tertull. de Idololatr. c. 12.*

Ædificatio, onis, f. 3. ædificandi actus, *fabbrica,* בנין, Germ. *ein bawe,* Gal. *batiment,* Hisp. *obra de edificar,* οἰκοδομία. *Cic. in Pison. cap. 21.* Immensa, & intolerabilis ædificatio.

Ædificatiuncŭla, æ, f. 1. parva ædificatio. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.*

Ædificator, oris, qui ædificat, *muratore, fabbricatore,* בונה, οἰκοδόμος. *Cic. de universi. c. 2.* Neque mundo quicquam pulchrius, neque ejus ædi-

dificatore præſtantius. ¶ Aliquando ponitur pro eo, qui nimia quadam ædificandi libidine laborat. *Nepos in Attic. c. 13. Colum. l. 1. c. 4. & Juvenal. ſat. 14. v. 86.*

Ædificatorĭus, a, um. Translate *Tertullian. de carne Chr. c. 17.* Verbum ædificatorium mortis. *h. e.* quod mortis cauſa fuit. Adde *de Anim. c. 47.*

Ædificātus, a, um, *fabbricato, οἰκοδομηθείς. Cic. 3. Offic. c. 13.* Villa bona, beneque ædificata. *Id. Verr. 7. c. 17.* Ædificata navis.

Ædificĭum, ii, n. 2. *edifizio, fabbrica*, בנין, Ger. *ein gebeuvv*, Gal. *edifice*, Hiſp. *edificion, οἰκοδόμημα*, ædis conſtructio, & ponitur pro omni ſtructura. Nomine autem ædificii non ſolum ſuperficiem deſignari, ſed & ſolum ipſum, cui ædificium ſuperpoſitum eſt, putat Ulpianus. *Cæſar B. G. lib. 3. in fi.* Omnibus vicis, ædificiiſque incenſis. *Cic. pro Mil.* Extruere ædificium.

Ædifico, as, a. 1. *fabbricare*, בנה, Ger. *bavven*, Gal. *edifier, bastir*, Hiſp. *edificar, οἰκοδομέω*, proprie ædem facio. Sed tamen ad omne conſtructionis genus, etiam ad naves, pertinet. *Cic. pro L. Man.* Cum maximas ædificaſſet, ornaſſetque claſſes. Unde videtur magis ſumi pro conſtruo, præſertim cum ei *domus* additur, quia aliter fruſtra *domum* jungeremus. *Cic. 1. de nat. Deor.* Conſtrui a Deo, atque ædificari mundum facit. ¶ Translate *Id. Fam. 9. epiſt. 2.* Ædificare rempublicam. *h. e.* conſtituere.

Ædilātus, us, idem ac Ædilitas. *Feſtus in* voce *Ædilis.*

Ædīles, ium, m. 3. *ἀγορανόμοι*, dicti ſunt ab eo, quod ædes ſacras, & privatas procurarent, teſte *Var. l. 4. de Lingu. Lat.* ¶ Primo ex plebe duo creati ſunt Ædiles, deinde procedente tempore duo ex patritiis adjuncti ſunt, qui a ſolio eburneo, quod eis datum eſt, Curules dicti ſunt. ¶ Officium Ædilium erat, ludos publicos exhibere, & ſacras, privataſque ædes procurare, totam urbem tueri, ut cloacæ, & aquæductus, & quæque publica ædificia munda, & integra eſſent, loca in theatro aſſignare. Si quiſpiam ſervum, aut jumentum morboſum, vitioſumque pro integro, ſanoque vendidiſſet, edicto Ædilium emptori ſuccurrebatur. Idque Edictum Ædilitium dicebatur, ſive Editiones Ædilitiæ. ¶ Erant & alii Ædiles, qui frumento præerant, a Cæſare primum creati, & a Cerere Cereales nominati, ut ſcribit Pomp. His cura ponderum, ne qua fraus fieret, & menſurarum commiſſa erat. *Cic. 3. de Leg.*

Ædilĭtas, tis, f. 3. *ἀγορανομία*, dignitas, ſeu Magiſtratus Ædilium. *Plaut. Stech. 2. 2. 29.* Ædilitatem gerit ſine populi ſuffragio. Adde *Suet. Claud. c. 38.*

Ædilitĭus, a, um, *ἀγορανομικός*, ad Ædiles pertinens. *Cic. Offic. 2. c. 16.* Functus eſt ædilitio maximo munere. ¶ Item pro eo, qui Ædilitatem geſſerit. *Id. in Vatin. c. 7.* Quem ædilitium vides. ¶ Item pro eo, qui ætate eſt ædilitia. *Id. in Piſon. c. 36.* Quæſtor ædilitius rejectus.

Æditĭmor, ſive Æditumor, aris, *οἰκωρέω*, ædem tueor, ſeu cuſtodio. *Pompon.* apud *Gell. l. 12. c. 10.* Qui poſtquam tibi appareo, atque æditumor in templo tuo.

Æditĭmus, mi, m. 2. *Sacreſtano, guardiano di Chieſa*, שומר היכל, Ger. *Kirchenhuter*, Gall. *Sacriſtain, garde du temple, marguillier*, Hiſp. *el Sacriſtan guarda del templo, νεωκόρος*, qui ædes ſervat, quaſi ædis intimus, pro quo nunc ædituus uſurpatur. *Gell. l. 12. c. 10. Varr. R. R. l. 1. c. 2.*

Æditŭa, æ, f. mulier templi cuſtos. *Inſcript.* apud *Fabrett. c. 10. n. 435. & Tertull. de cultu fœm. c. 1.*

Æditŭālis, le, ad Æditŭum pertinens. *Tertull. de Pudic. c. 16.* Æditualis lex.

Æditŭo, as, vel is, n. 1. vel 3. ædem tueor. *Inſcript. Reinef. p. 388.* Æditŭavit annos XIII. *Lucret. l. 6. v. 1273.* Hoſpitibus loca, quæ complerant æditŭentes. *h. e.* Æditui.

Æditŭus, ui, m. *difenſor del tempio ſacro. νεωκόρος*, idem, quod æditimus, ſacræ ædis tutor, ab ædibus ſacris, quas tuetur. *Lucr. l. 6.* pro æditŭis dixit æditŭentes, *v. 1273. Varro apud Gell. l. 12. c. 10.* Æditimi vocabulum magis probat, quam Æditui, quod vult eſſe recentius. Æditŭus tamen paſſim inveniur in *Inſcriptionib.* & in *Sueton. Auguſt. c. 5.* ¶ *Horat. l. 2. epiſt. 1. v. 229.* Quales Æditŭos habeat belli ſpectata domique virtus. per *Æditŭos* intelligit Poetas, qui res præclare ab aliis geſtas carmine celebrare ſolent.

Ædon, *ἀηδών*, & in genit. pen. brevi, *ἀηδόνος*, uxor Zethi Regis, fratris Amphionis, quæ Itylum filium per errorem nocte interfecit, putans eum ex Amanea, ſeu Amandea Amphionis eſſe filium (invidebat enim uxori Amphionis, quod illi eſſent ſex filii maſculi) crimen vero cognoſcens optavit mori, ſed miſeratione Deorum in carduelem verſa, Itylum deflere dicitur. Aliqui Philomelam eſſe dicunt, ſeu luſciniam, dictamque eſſe *ἀπὸ τῦ ἀεὶ ᾄδειν*, ideſt a perpetuo canendo, quod etiam nunc canat, cum reliquæ volucres ſilent. ¶ Eſt autem vox triſyllaba. *Senec. in Agamemn. v. 670.* Ramo cantat triſtis aedon. ¶ Eſt & Ædon diſyllab. mons Thraciæ. Alii ſcribunt Edon in hac ſignificatione ſine diphthongo, ut & ejus derivata *Edonis*, & *Edonius.*

Ædŏnis, idis, f. 3. mulier Tracia. *Ovid. Met. 11.* Protinus in ſylvas matres Ædonidas omnes.

Ædonĭus, a, um, ad ædonem pertinens. *Lucan. panegyr. ad Piſon. v. 257.* Sic & ædonia ſuperantur voce cicadæ. ¶ Item Ædonius, Thracius ab ædone monte. *Senec. Hercul. Oeth. 3.* In Ædonias tollite ſylvas.

Ædŭi, orum, m. 2. Hedui, pop. Gal. Celt. inter Ligerim, & Ararim, quorum tractus hodie *l' Autunois* dicitur, continebatque alias majorem partem Duc. Burgundiæ, ubi tractus Auguſtodunenſis, Carolenſis, Alexienſis, & Cabillonenſis. Sed hodie multo minor eſt.

Æduĭcus, a, um, o. 1. 2. adject. ad Æduos pertinens, ut Æduicus pater, *Auſon. Parent. 2. v. 2.*

Æētes, vel Æeta, m. 1. *αἰήτης*, Rex fuit Colchorum, filius Solis ex Perſa Oceani filia. Liberos habuit Medeam, Abſyrtum, & Calciopen. Ad hunc Phryxus Athamantis filius pervenit, & aureum vellus detulit, quod cum vigilantiſſime ſervaret, ejus cauſa bellum geſſit cum Argonautis. Tandem a Jaſone Medeæ filiæ proditione & vellere ſpoliatus, & Regno pulſus eſt. Sed tamen jam ſenex ab eodem in Regnum reſtitutus dicitur. ¶ Interdum hæc dictio contrahitur in duas ſyllabas per Synæreſim.

Æetæus, a, um, adject. gentile ab Æeta. *Catull. de Nupt. Pelei, & Thet. v. 3.* Phalidos ad fluctus, & fines Æetæos.

Æetĭas, adis, f. 3. Medea Æetæ filia. *Ovid. Metam. 7. v. 9.* Concipit interea vaſtos Æetias ignes.

Æētis, idos, f. 3. idem quod Æetias. *Valer. Flacc. l. 8. v. 233.* Suſcitat adfixam mœſtis Æetida curis.

Æctĭus, a, um, idem quod Æetæus. *Valer. Flacc. lib. 8. v. 379.* Illinc Æetius heros obſidet &c.

Ægæon, ōnis, m. 3. *αἰγαίων*, Gigantis nomen, quem centum manus, & quinquaginta ventres habuiſſe fabulantur. *Virg. Æneid. 10. v. 565.* Ægeon qualis, centum cui brachia. *Claudian. lib. 3. de rapt. Proſ. v. 345.* Hæc centum gemini ſtrictos Ægæonis enſes, &c. ¶ Ponitur & pro Ægæo mari. *Stat. l. 5. Thebaid. v. 288.* Diis pelagi, veutiſque, & Cycladas Ægæoni amplexo. ¶ Habet hoc loco penult. longam, ut & apud *Ovid. 2. Metam. v. 9.*

Ægæum Mare, n. 2. *l' Arcipelago*, ampliſſimus eſt Maris Mediterranei ſinus, a parte Orientali Iſthmi Corinthiaci, ut Pl. placet, aut certe a Sunio Atticæ promontorio, ut tradit Ptol. ad ipſum uſque Helleſpontum extenſus, alia aliis in locis nomina ſortitus a regionibus, quas alluit. ¶ De ratione nominis varia traduntur a Scriptoribus. Nonnulli, in quibus eſt *Suidas*, ad Ægeum Theſei patrem referunt, quem in hoc mare ſeſe præcipitem dediſſe ferunt, cum navim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat, nigro cum velo (quod ſibi cum nauclero amiſſi filii ſignum convenerat) redeuntem videret. Alii ſic dictum volunt, quod Ægea Amazonum Regina in eo perierit. *Strabo* ab Ægæis oppido in Eubœa, vel ab Æga promontorio Aeolidis. *Plinius l. 4.* derivat a ſcopulo inter Tenedum, & Chium, quem nautæ *αἴγα* appellant, quoniam procul viſentibus capræ ſimilis cernitur.

Ægæus, a, um, ad Ægæum mare pertinens. *Stat. 6. Theb.* Ægæa ſtagna. *Horat. l. 3. od. 29.* Ægæi tumultus. ¶ Scribitur etiam *Ægeus.*

Ægātes, (non Ægades) inſulæ maris Siculi ad Lilybæum promont. *Silius l. 1. v. 60.* Inſuper ævi flore vigens, avet Ægates abolere, Parentum &c. Adde *Cornel. Nep. in Hamilcare c. 1.*

Æger, ra, rum, o. 1. 2. *infermo, debole*, חולה, Ger. *kranck, bekummert, eſchvvach*, Gall. *fache, ennuye, malade*, Hiſp. *enfermizo, congoxado, νοσῶν*, male valens, morbo correptus. *Cic. l. 1. de Divin. c. 25.* Ita graviter ægrum fuiſſe, ut omnes medici diffiderent. *Id. 1. Catil. c. ult.* Æger morbo gravi. ¶ Servus ab ægris, *infermiere. Inſcript.* apud *Reinef. claſſ. 9. n. 91.* ¶ Translate *Cicer. 3. Verr. c. 2.* Maxime ægra, & prope depoſita reipublicæ pars. *Liv. l. 30. cap. 11.* Æger amore. *Salluſt. in Jug. c. 31.* Animus æger avaritia. ¶ Sæpe ponitur pro triſti, ſollicito, mœrente. *Plaut. Epid. 1. 2. 26.* Æger ab animo. *Virg. 2. Æn. v. 268.* Ægri mortales. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ mœrorem inducunt. *Plaut. Amph. 3. 2. 29.* Numquam quidquam meo animo fuit ægrius. *Id. ibid. 2. 2. 11.* Plus ægri ex abitu viri, quam ex adventu voluptatis cœpi. ¶ Eleganter habet poſt ſe genitivum. *Liv. l. 30. c. 15.* Æger animi juvenis. *Salluſt. in fragm. lib. 4. hiſtor.* Æger conſilii. *h. e.* inops, dubius. *Sil. l. 3. v. 72.* Æger timoris. *h. e.* timore ſollicitus. *Flor. l. 3. c. 17.* Æger rerum temere motarum. ¶ *Ægris oculis* aliquid aſpicere eſt invide aſpicere, *di mal'occhio. Tacit. 2. hiſtor. c. 20.*

Ægĕrĭa, *αἰγερία*, f. 1. nympha fuit, quæ colebatur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & connubium, & colloquium ſe habere ſimulavit ſuper cultu religionum, quo armorum, & prædæ ſtudio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abſtraheret. *Liv. l. 1. c. 19.*

Ægĕſta, urbs Siciliæ, quæ & Segeſta dicitur, & a Græcis ſine diphthongo ſcribitur, *ἐγέστα*. In hoc oppido fuit Æmilius Cenſorinus crudeliſſimus Tyrannus, de quo *Plutarch. in Parallel. ſub fin.*

Ægeſtāni, vel Segeſtani, Pop. Siciliæ, ab Ægeſto Trojano nominati, quorum urbs Ægeſta, non procul a Lilybæo Prom. *Plin. l. 3. c. 8.*

Ægeus, per duas ſyllabas, *αἰγεύς*, filius Pandionis fuit, & Rex Athenarum, qui ex Æthra Pithæi Trœzeniorum Regis filia Theſeum ſuſcepit, ex Medea autem ab Jaſone repudiata alterum filium nomine Medum, ut placet Juſtino. Hoc jam ad ſenium vergente, Minos Cretenſium Rex Athenienſibus ob Androgei filii necem bellum intulit, victiſque duriſſimas pacis conditiones imperavit, ut ſeptem quotannis juvenes Athenienſes ſibi in Cretam mitterent, Minotauro monſtro objiciendos. Quibus legibus cum triennio paruiſſent, evenit, ut quarto anno ſors inter omnes ex æquo ducta Theſeum proderet. Ægeus filium interiiſſe ratus, doloris impatientia ſeſe in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienſes, Theſei opera graviſſima ſervitute liberati, divinos honores inſtituerunt, Deum marinum, & adoptivum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipſum nonnulli ſentiunt ab eo Aegæum eſſe appellatum.

Aegiāle, f. 1. *αἰγιάλη*, ſive Aegialēa, *αἰγιάλεια*, uxor fuit Diomedis, quam Venus a viro ejus in bello Trojano vulnerata, tanta adulteriorum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recuſarit, acceptaque a Dauno agri portione, urbem condiderit in parte Italiæ, quæ Magna Græcia dicitur, quam a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellavit, quæ deinde dicta eſt Argyripa, & poſtremo Arpi.

Aegialeus, m. 2. *ἀιγιαλεύς*, filius Æetæ fuit, & frater Medeæ, a qua diſcerptus eſt, ut pater membrorum diſperſorum collectione ab ea perſequenda retardaretur. Alio nomine dictus eſt Abſyrtus. ¶ Fuit etiam hoc nomine Phoronei Regis Argivorum filius, cui Apis (quem quidam Phoronei, quidam Jovis filium ex Niobe Phoronei filia eſſe tradunt) poſtquam Argis regnaſſet, in Aegyptum tranſiens, Achajæ regnum reliquit. ¶ Alii Aegialeum Inachi filium ex Melia Oceanitide faciunt, & ab eo Aegialeam dictam, quæ poſtea Peloponneſus a Pelope vocata eſt.

Aegĭdes, æ, Theſeus Aegei filius. *Ovid. epiſt. 4. v. 59.* Perfidus Aegides ducentia fila ſecutus.

Aegĭlops, m. 3. *ſquala*, Ger. *vvilde habern*, Gall. *coquiole, orge batard*, Hiſp. *cevada, monteſina, αἰγίλωψ*, herba eſt hordeum enecans, quæ etiam dicitur teſtuca, & avena. *Plin. l. 18. c. 17.* ¶ Præterea ægilops eſt abſceſſus inter nares, & angulum majorem oculorum, per quem pituita aſſidue diſtillat, & ſi negligatur, ad oſſa uſque dehiſcit in fiſtulam. Dictus eſt ægilops, quaſi oculus caprinus, quod capræ huic vitio peculiariter obnoxiæ ſint. Huic malo medetur ægilops herba, de qua modo diximus, ex quo & ipſa nomen accepit. *Plin. l. 21. c. 19.*

Aegīna, f. 1. *ἄιγινα*, fuit Aſopi Bœotiæ Regis filia, & mater Aeaci, a qua urbs, & inſ. Peloponneſo adjacens, vulgo *Engia*, contra Africam, Aegina vocata eſt, cum antea Oenone diceretur, ut apud *Strabonem*, & *Plin.* & *Stephanum* legitur, aut certe Oenopia, ut placet *Ovid. l. 6. Met.* ¶ Inſula item eſt in Sinu Saronico inter Epidaurum Peloponneſi, & Pyræum port. Atticæ, ad 28. M. P. a Megaris 100. ſtad. in Mer.

Aeginēnſis, Aeginæ inſulæ incola. *Valer. Max. l. 9. c. 2. n. 8. extern.*

Aeginēta, idem. *Cic. 3. Offic. c. 11.* Athenienſes ſciverunt, ut Aeginetis pollices præciderentur. ¶ Inter Medicos celebris eſt Paulus Aegineta.

Aeginetĭcus, idem, ut æs Aegineticum, *Plin. l. 34. c. 2.*

Aeginium, n. 2. *αἰγίνιον*. opp. Theſſaliæ, prope Acheloum Fl. vel Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. *Plin. l. 34. c. 10.*

Aegiŏchus, epitheton eſt Jovis: vel ab *ἴσχειν*, tenere, & *αἰγίδος*, ægide, quod ægide utatur: vel ab *αἰγὸς*, capra, & *ὄχος*, ideſt alimonia, quod a capra fuerit nutritus. Sed vox Græca eſt, nec temere Latinis miſcenda.

Aegypanes, m. 3. *αἰγιπάνες*, quos nonnulli Semicapros vocant, monſtra ſunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humanam referentia figuram. *Plin. l. 6. c. 30.* ¶ Veteres hujuſmodi monſtra pro ſemideis, ſive agreſtibus Diis colebant. Faunos enim, ac Satyros montium Deos eſſe dicebant, Panas agrorum, Sylvanos ſylvarum.

Aegis, f. 3. *αἰγὶς*, munimentum pectoris æneum, a Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Si in pectore Numinis ſit, Aegis, ſi

in corpore hominis, ſicut in antiquis Imperatorum ſtatuis videmus, Lorica dicitur. *Virg.* 8. *Æn.* Aegidaque horrifera, turbatæ Palladis arma. Hæc fere *Servius*. ¶ Aegis apud Græcos varia ſignificat, pelliceum tegmen, quod geſtant Atri, præterea maris intumeſcentis undas, ac ventorum procellas, ac turbines. ¶ Alii malunt eſſe quid e coronis contextum, aut rete ex coronamentis contextum. ¶ Nec deſunt, qui putent, ſignificare ſacerdotem, quæ Athenis ſolita ſit ferre ſacram Aegidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxiſſent uxores. Unde factum proverbium, Aegis venit, quod *Suid.* indicat dici ſolitum de iis, qui petulanter, & impudenter agerent. ¶ Eſt præterea Aegis ſcutum Jovis, & Palladis, in cujus medio erat Meduſæ Gorgonis caput, ſerpentibus vice crinium terribile, quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides. *Ovid.* 4. *Met.* ¶ Eſt etiam ægis lignum denſum, medullæ ſimile, in larice femina naſcens mellei coloris, ex quo pictoriæ tabulæ fiebant, & codicilli, immortalis quædam materia, nulliſque rimis, aut fixuris obnoxia. *Plin. l.* 16. *c.* 39.

Ægisŏnus, a, um, o. 1. 2. ægide ſonans, ut Ægiſonum pectus Palladis apud *Val. Flacc. l.* 3. *Argonaut. v.* 88.

Ægisthus, m. 2. αἰγισθος, Thyeſtis filius, ex Pelopeja ejuſdem filia. Hunc infantulum mater cauſa tegendi ſceleris perdendum feris expoſuit in ſylvis. Sed a paſtore inventus, ejuſque beneficio nutritus eſt. Inde αἰγισθος dictus fuit, quod nutritus eſſet a capris. Provectior ætate, Atreum, impellente tamen patre, interfecit, & ejuſdem filium Agamemnonem inter epulas, vel, ut alii volunt, in primo egreſſu, adjuvante uxore Clytemneſtra, qua etiam turpiſſime uſus erat, obtruncavit. Poſtremo ab Oreſte Agamemnonis filio patris mortem ulciſcente e medio eſt ſublatus. ¶ Ægiſthus alius fuit, Beli Priſci F. & Danai frater. V. Ægyptus.

Ægithus, αἴγιθος, aviculæ nomen eſt, irreconciliabiles cum aſino ſimultates exercens, quod nidus ejus, quem fere in carduis ſtruit, ab aſino diſſipetur, quo etiam rugiente abortit ova, & pulli nido excutiuntur. Contra ægithus, quoniam alia parte nocere non poteſt, aſini ulcera erodit. *Plin. l.* 10. *c.* 74.

Ægle, nympha, filia Jovis ex Neæra. *Virg. Ecl.* 6. ¶ Fuit etiam una Heſperidum. *Serv. ad Æn.* 4. *v.* 484.

Æglŏga, V. Ecloga.

Ægocĕras, herba eſt, quam nos fenum Græcum appellamus. *Plin. l.* 24. *c. ult.*

Ægocĕros, αἰγόκερως, Capricornus vulgo dicitur, ex caprarum ſylveſtrium genere in Alpibus miræ pernicitatis. ¶ Eſt & ſignum cœleſte. *Lucan. l.* 9. *v.* 537. Humidus ægoceros, nec plus Leo tollitur urna.

Ægon, nomen Paſtoris apud *Virg. Ecl.* 3. caprile ſignificat. Hoc nomine etiam Promontorium Lemni dictum eſt. ¶ Ægon etiam a Poetis pro Ægeo mari uſurpatur. *Stat. Thebaid.* 5. *v.* 55. Pejor & innumeris, quas ſpumifer aſſilit Ægon, ideſt circumfluit. Adde *Valer. Flac. Argonaut. l.* 1. ¶ Ægon etiam dictus eſt collis Romæ, qui poſtea Quirinalis eſt appellatus, auctore *Feſto*.

Ægonenſis, porta Romæ, eadem quæ Quirinalis. *Feſtus*, ubi alii leg. *Agonenſis*.

Ægonychon, herba eſt. *Plin. l.* 27. *c.* 11. eadem quæ Lithoſpermon, Officinis *Melium Solis* dicitur.

Ægophthalmus, gemma, quæ caprini oculi ſpeciem præ ſe fert. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Ægos, Flumen, vel amnis, vel urbs, in Thraciæ Cherſoneſo juxta Helleſpontum, αἰγὸς ποταμοὶ Græcis. *Steph.* Αἰγὸς ποταμοὶ πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ. Et ita Græci plerumque numero multitudinis uſurpant; at Latini in ſingulari *Ægos* flumen appellant. *Plin. l.* 2. *c.* 58. & *l.* 4. *c.* 10. *Mela*, *Nepos*, & alii. ¶ Cæterum Ægos non nominativi, ſed genitivi caſus eſſe, Græci auctores ſatis indicant. V. *Plin. loc. cit. Plut.* & *Nepot. in Lyſandro*.

Ægre, adv. *moleſtamente*, *mal volentieri*, בכבל, Ger. *Kummerlich*, *ſeuverlich*, moleſte, dolenter, iniquo animo. *Ter. in Andr.* Redeo inde iratus, atque ægre terens. ¶ Item ægre, χαλεπῶς, *difficilmente*, difficulter. *Virg.* 3. *Georg.* Ægre raſtris terras rimantur. ¶ Neque ſolum cum verbo Ferre, ſed cum aliis etiam verbis jungitur, ut Careo ægre, ſuſtineo ægre. *Cic. Att.* Ab haſta ea ægre me tenui. ¶ Ægre eſt mihi, frequens eſt apud *Plaut.* pro dolet mihi, aut male me habeo, ut *in Caſ.* Quid tibi ægre eſt? ¶ Ægre facere alicui, eſt aliquem ægritudine, vel moleſtia afficere, *affliggere*. *Ter. in Eun.* 4. 1. Voluit facere conſ. huic ægre. ¶ Hinc ægrius, & ægerrime pro difficilius, & difficillime. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 37. Vitia ægrius depelluntur. *Cæſ.* 1. *B. G.* Ægerrime coniecerant, ut flumen tranſirent.

Ægrĕo, es, ui, n. *eſſer' ammalato*, æger ſum, ἀδενέω. *Lucret. lib.* 3. *v.* 837. morbis cum corporis ægret. Alii aliter leg.

Ægrēſco, is, eſcere, n. 3. *infermarſi*, *attriſtar'ſi*, ἀδενέω. *Lucret. l.* 5. *v.* 350. Morbis ægreſcimus iſdem. *Virg. Æn.* 12. *v.* 46. Ægreſcitque medendo. Adde *Plin. l.* 10. *c.* 12. ¶ Ægreſcere rebus lætis alterius eſt apud *Stat.* 2. *Theb. v.* 16. h. e. invidere, triſtari.

Ægrimonĭa, æ. f. 1. *infermità*, *malattia*, λύπη, idem quod ægritudo, ab æger, ut ab acer, acrimonia. *Cic. ad Att.* 12. 38. Si novæ ægrimoniæ locus eſſet. ¶ Uſus eſt etiam *Horat. Epod.* 13. *v.* 26. & 17. *v.* 73. Utroque autem loco ægritudinem animi ſignificat.

Ægritūdo, inis, f. 3. *dolore d' animo*, *malinconico*, *affanno*, דאבון, Ger. *KranKheic*, *beKummernut unluſt*, λύπη, eſt mala animi, aut corporis affectio, quanquam frequentius ad animum referatur. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ægritudo eſt animi adverſante ratione contractio. *Ter. in Phor.* 5. 1. Matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors contecuta eſt. ¶ Pro corporis morbo uſus eſt & *Curt. l.* 3. *c.* 5. Animum ægritudo corporis urgebat. Adde *Plin. Tacit. Columell.* & *Flor.* ¶ In plurali numero legitur apud *Cic.* 4. *Tuſcul. c.* 15. & *l.* 3. *c.* 19.

Ægror, oris, m. 3. pro ægritudine, *Lucretii* eſt *l.* 6. *v.* 1130. Peſtilitas etiam pecubus balantibus ægror. Adde *v.* 1257.

Ægrotatĭo, nis, f. 3. verbale, *infermità*, חולי, Ger. *KrancKeit*, νόσημα, proprie in corpore nominatur, ſicut ægritudo eſt animi adverſante ratione contractio. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 10. Ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo nomen habet. ¶ Dicitur etiam de animo. *Id. ibid. c.* 4. Nomen infamiæ ſignificat mentis ægrotationem, & morbum. ¶ *Plin. l.* 17. *c.* 24. de morbis arborum uſurpavit.

Ægrōto, as, n. 1. *infermarſi*, חלה, Ger. *Kranck und ſenvvach ſein*, νοσέω, ægro corpore ſum, morbo afficior. *Cic. pro Cluent. c.* 62. Satis vehementer, diuque ægrotavit. ¶ Dicitur etiam de animo. *Cic.* 4. *Tuſc. c. penult.* Res, ex qua animus ægrotat. ¶ Eleganti translatione uſus eſt *Lucret. l.* 4. *v.* 1121. Languent officia, atque ægrotat fama vacillans. ¶ De fructibus etiam dixit *Plin. l.* 17. *c.* 24. Ægrotant etiam poma ipſa per ſe ſine arbore.

Ægrōtus, a, um, o. 1. 2. *infermo*, *ammalato*, חולה, Ger. *Kranck*, νόσιμος, æ. æger. *Cic. ad Attic. l.* 9. *ep.* 10. Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt. Quod etiam proverbium quoddam eſt, quo admonemur, ne afflictiſſimis quidem rebus abjiciendam ſpem eſſe. ¶ Differt ægrotus ab æger, quod æger de corpore, & de animo dicitur; ægrotus de corpore tantum. ¶ Reſpublica ægrota. *Cic. Divin. in Verr. c. ult.* id eſt, afflicta, laborans.

Ægyptiăce, adverb. *all' Egizziana*. *Trebell. Poll. in xxx. Tyrann. c.* 30. *de Zenobia*. Loquebatur Ægyptiace ad perfectum modum.

Ægyptiăcus, a, um, o. 1. 2. idem quod Ægyptius. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Ad mare noſtrum, lituſque Ægyptiacum. *Gell. l.* 10. *c.* 10. Ægyptiaci libri.

Ægyptĭus, a, um, o. 1. 2. adject. qui ex Ægypto eſt. *Egizziano*. *Plin. l.* 5. *in princip.* Ægyptia ficus. *Cic. in Piſon. c.* 21. Ægyptius rex. ¶ Interdum ſumitur pro nigro, ſeu fuſco. Vid. *Scalig. ad Feſt.* Inde intelligendum illud *Suet. in Calig. c.* 57. Parabatur & in nocte ſpectaculum, quo argumenta inferorum per Ægyptios, & Æthiopes explicarentur.

Ægyptus, ti, f. 2. *l' Egitto*, αἴγυπτος, eſt regio ampliſſima Africæ, vel Aſiæ, ut quidam volunt. Olim dicta fuit Aeria, poſtea Ægyptus ab Ægypto Danai fratre. ¶ Extenditur a Septentrione in Meridiem, a Mari Mediter. uſque ad Syenem. A Septentr. habet Mare Mediter. ſeu Ægyptium, a Merid. Æthiopiam, ab Ort. deſerta Arabiæ, ab Occaſ. Libyam. Eam Nilus interfluit, cujus oſtio Canopico ab Africa, Peluſiaco ab Aſia ſecernitur. Figuræ eſt triangularis, quam efficit Nilus, ita ſe dividens, ut Δ literam facere videatur. ¶ In hac regione nunquam viſum eſt pluere, ſed Nili inundatione fœcundatur. *Plin. l.* 5. *c.* 9.

Ægyptus, filius Ægyſthi (qui ex Belo Priſco, vel ex Neptuno, & Libya, ortus eſt) & Anchiones Nelei filiæ, frater Danai. V. Belides.

Ælana, Læana, Lena, *Entor*, urbs Arabiæ Petrææ in conſ. Fel. ad intimum fere ſin. Arabici receſſum, qui ibi Ælaniticus ſinus, Elaniticus, Aleniticus, Læniticus, Lenticus nominatur, a Sina M. 60. M. P. ab Heropoli ad 150.

Ælia, αἰλία, regio in Aſia, inter Myſiam, & Joniam. ¶ Eſt & urbs Calabriæ. ¶ Ælia Capitolina urbs eſt Hieroſolyma, dicta ab Ælio Adriano, quia a Tito Imper. everſa, ab Adriano reſtaurata fuit. ¶ Item Ælia familia Romana. ¶ Ælia lex de Comitiis lata eſt a Q. Ælio Conſule, ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo ſervarent. *Cic. pro Sext. cap.* 15.

Ælianus, a, um, ad Ælium (nomen Romanum) pertinens, ut Ælianæ orationculæ, apud *Cic. de clar. orat. c.* 56. h. e. a quodam L. Ælio conſcriptæ.

Aello, ἄελλω, trium ſyllab. una Harpyiarum. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 583. ¶ Nomen etiam eſt unius ex canibus Actæonis. *Ovid.* 3. *Met. v.* 219. Et curſu fortis Aello.

Ælūrus, i, m. 2. *gatto*, αἴλουρος, fellis. *Gell. l.* 20. *c.* 7. Ælurorum oculi ad vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

Æmathĭa, V. Emathia.

Æmidus, idem quod tumidus, apud Veteres, teſte *Feſto*.

Æmilĭa, f. 1. *Romagna*, regio eſt Italiæ, a via Æmilia nomen habens, ab Arimino Placentiam uſque protenſa. Dicitur etiam Romandiola, & Flaminia. Sed latius patet. Nam præter Romandiolam, partem etiam LongobardiæCiſpadanæ complectitur. Flaminia vero nomen potius eſt Romandiolæ. Urbes Æmiliæ ſunt, Ariminum, Bononia, Cervia, Cæſena, Comaclum, Faventia, Ferraria, Forum Cornelii, vel *Imola*, Forum Livii, Forum Popilii, Julia, Mutina, Parma, Placentia, Petra Honorii, Ravenna, Regium, Sarſina.

Æmilia via ab Æmilio Coſ. ſtrata eſt. Tres viæ Æmiliæ ſunt, una ab Arimino Placentiam uſque, immo uſque Dertonam; altera ab Arimino Aquilejam uſque; tertia a Piſis per Hetruriam Dertonam uſque urb. Liguriæ.

Æmilia gens, fuit familia, & gens Romæ honeſtiſſima, a qua Scipio Africanus minor Pauli Æmilii F. per adoptionem infertus familiæ Scipionum, Æmilianus appellatus eſt. Dicitur appellata eſſe a Mamerco Pythagoræ Philoſophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuit Æmylos. Nam αἱμυλίαν Græci ſermonis lepiditatem vocant. ¶ Æmilia Tribus Romana ruſtica, ſic appellata eſt ab Æmilia gente.

Æmiliānus, nomen fuit Africani minoris Pauli Æmilii filii, cum ex Æmilia gente in Scipionum familiam eſſet adoptatus. Poſtea alii plerique ejuſdem familiæ hc appellati ſunt. *Juven. ſat.* 8. Et ſtantes in curribus Æmilianos. *Sueton. Claud. c.* 18. Æmiliana ædificia.

Æmilĭus, a, um, adject. *Propert. l.* 3. *eleg.* 3. Regiaque Æmilia vecta trophæa rate. id eſt Pauli Æmilii, qui de Perſeo triumphavit.

Æmilius Macer, Poeta Veronenſis fuit, teſte *Serv. ad Eclogam Virgil.* 5. & *in* 1. *Æneid.* ſcripſitque de volucribus, ſerpentibus, & virtutibus herbarum, ſub Auguſto: cujus meminit *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 10. Sed ejus carmina ætatem non tulerunt. Alterius enim, & multo poſterioris ſunt quæ hodie ſub hujus nomine circumferuntur.

Æmon, V. Hæmon.

Æmon.a, αἱμονία, regio Macedoniæ, quæ primum Pyrrhæa dicta eſt a Pyrrha Deucalionis uxore, deinde Æmonia ab Æmo monte, vel ab Æmone Deucalionis filio, tandem Theſſalia. A nonnullis ſcribitur *Hæmonia* cum aſpiratione. ¶ Eſt item Æmonia urbs Iſtriæ exciſa ad Nauportum fl. ex cujus ruinis civitas nova in ora inde ad 3. M. P. condita eſt. ¶ Æmonia etiam, vel Æmona, vel Hæmonia eſt Col. Japidiæ, in Norici, & Pannoniæ Super. conſ. M. P. a Labaco Metrop. Carniolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 24.

Æmonis, idis, gentile fœminin. quæ eſt ex Æmonia, ſeu Theſſalia. *Ovid. in epiſt. Laodam. ad Protes.il.* Æmonis Æmonio juncta puella viro.

Æmonius, a, um, o. 1. 2. adject. qui eſt ex Æmonia. *Ovid. de remed. Amor. v.* 249. Terra Æmonia. Et *Juvenis Æmonius* pro Jaſone, *l.* 7. *Metam. v.* 132. Æmoniæ artes, h. e. magicæ, *l.* 2. *de arte amandi*, *v.* 99. Theſſalia enim magicis artibus intamis fuit. *Æmonia cuſpis* apud *Propert. l.* 2. *el.* 1. eſt haſta Achillis Theſſali, qui *Æmonius heros* dicitur ab *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 9. ¶ *Æmonia puppis* eſt navis Argo apud *Ovid.* 1. *de ar. am. v.* 6. quia facta eſt in Theſſalia ab Jaſone, qui dicitur Æmonius juvenis ab *eod. l.* 7. *Metam.* 132.

Æmulanter, adverb. *con emulazione*, *o invidia*. *Tertull. cont. Hæret. c.* 40. Tum æmulanter affectavit (Diabolus) exprimere in negotiis idololatriæ.

Æmulatĭo, onis, f. 3. *emulazione*, *il contraſtare*, *l' imitare altri in qualche opera invidioſamente*, קנאה, Ger. *nachfolgung*, *eifer*, *item*, *vergunſt*, Gal. *envie d' enſuivre quelqu' un*, *jalouſie*, Hiſp. *remedamento*, *en bien*, *o en mal embidia*, ζῆλος, imitatio. Ut autem *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 8. ſcribit, dupliciter dicitur, ut in laude, & in vitio nomen hoc ſit, ſicut æmulor. Nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur, & eſt æmulatio, ægritudo, ſi eo, quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat. *Petron. in Sat. c.* 99. Neque enim in amantium poteſtate eſſe furioſam æmulationem. Et hæc a Græcis dicitur ζηλοτυπία, *geloſia*.

Æmulator, oris, m. 3. *emulatore*, ζηλωτὴς, idem quod æmulus. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 1. Catoni, & ejus æmulatori Servilio attribuas. ¶ Et dicitur tam ad laudem, quam ad vitium, ſed ad laudem frequentius, ut in loco *Cic.* cit. & ſignificat imitandi ſtudioſum.

Æmulātus, us, ui, m. 4. idem quod æmulatio. *Tacit. Annal.* 13. *c.* 46. Otho, ne in Urbe æmulatus ageret, provinciæ Luſitaniæ præfecitur. *Id. hiſt. l.* 3. *c.* 66. extincto æmulatu.

Æmŭlo, as, a. 1. idem quod æmulor. *Apulej. lib. 1. Metam.* Si patris tui virtutes æmulaveris.

Æmŭlor, aris, d. 1. *imitare a concorrenza*, קנא, נצה, Germ. *nachtsum, nacheifern*, Gall. *imiter, avoir de l' emulation, faire a l' envy*, Hisp. *imitar, competir*, ζηλόω, ab æmulus, cum accusativo in bonam partem accipitur, pro imitari, & quasi æquari, cum dativo in malam partem, pro invidere. *Cic. pro Flac.* Omnes ejus urbis instituta laudare facilius possumus, quam æmulari. *Id. 4. Tusc.* Quod his æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus. *Plaut. in Mil. 3. 2. 26.* Æmulari quia non licet, invidet. ¶ Æmulari cum aliquo est apud *Liv. l. 28. c. 43.* Tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur. ¶ Interdum significat contendere cum laude. *Quintil. l. 1. c. 3.* Sunt enim nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles fusus, cum, positis invicem quæstiunculis, æmulantur. ¶ Significat etiam sequi. *Tac. hist. lib. 3. c. 81.* Studium Philosophiæ, & placita Stoicorum æmulatus. ¶ Differt æmulari ab imitari: nam qui imitatur, satis habet, si aliqua ex parte similis ei esse possit, cujus exemplum sequitur: at qui æmulatur, studet etiam æquare, & superare, majoremque gloriam, si possit, adipisci. Et quia ad hoc studium sæpe livor, & invidia accedit, ideo æmulari accipitur frequenter pro contendere, aut invidere. *Cic. 4. Tuscul. c. 26.* Vitiosa illa æmulatione, quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? ¶ Tribuitur aliquando rebus inanimis. *Plin. l. 14. c. 2.* Basilicæ uvæ Albanum vinum æmulantur.

Æmŭlus, i, m. 2. substant. & in femin. æmula, æ, imitator, studiosus, *emulatore, emulo*, מקנא, Germ. *nacfolger*, Gall. *emulateur, emule*, Hisp. *embidioso, competidor*, ζηλότυπος. Derivat Voss. a græco ἀμιλλᾶν, quod est contendere, certare, nam & ἐθέμιλλος est æmulus. *Cic. pro Marcello.* Illo æmulo, ac imitatore studiorum meorum. *Vellej. Paterc. l. 2. in princ.* Sublata imperii æmula. *h. e.* Carthagine. ¶ Proprie est adjectivum, & in bonam, & in malam partem usurpatur cum dativo, & genit. vel etiam cum accus. addita præposit. in. *Tacit. Annal. l. 13. c. 3.* Dictator Cæsar summis Oratoribus æmulus. *Id. Ann. 16. c. 22.* Æmulus Brutorum Thrasea. ¶ Æmulum esse in aliquem dixit *Apulej. lib. 1. Metam. post init.* In convivas æmulus. *h. e.* qui avidius vorat, & timet, ne illi plus edant. ¶ Pro obtrectatore, & invido. *Virg. Æn. 6. de Miseno.* Æmulus exceptum inter faxa virum spumosa immerserat unda. Sic *æmulam senectutem*, h. e. invidam, seu adversam virtuti apud eund. *Æn. 5. v. 415. Servio* interpr. ¶ Non raro pro rivali ponitur. *Cic. lib. 6. Att. ep. 3.* Licet eum solus ames; me æmulum non habebis. ¶ Et quoniam qui æmulantur, pares, vel majores esse volunt, ideo res rei æmula dicitur, quæ similis est ei, & comparanda. *Martial. l. 4. epigr. 41.* Pæstanis rubeant æmula labra rosis. *Plin. l. 15. c. 18.* Ficus quædam pyris magnitudine æmulæ. ¶ Ejusdem Musæ æmulus, proverbii vice usurpatur a *Gell. in præfat.* de eo, qui ejusdem disciplinæ studiosus est.

Æmus. V. Hæmus.

Ænaria, Inarime, Pithecusa, *Ischia*, Insula cum Urbe cognomine E. in Campania, in sinu Neapolitano. Dicta est a statione navium Æneæ.

Ænēa, f. 1. αἰνεία, urbs Thraciæ, in regione Cressæa. *Liv. l. 3.* Condita creditur ab Ænea Trojano. *Steph.* Incolæ dicuntur Æneades, & Æneatæ. Hinc possess. Aeneaticus, a, um. ¶ Fuit etiam hoc nomine opp. in Latio conditum a Romulo Aeneæ filio, quod postea Janiculum dictum est, quia per ipsum Populus Romanus transire cœperat in agrum Etruscum.

Aeneădæ, Trojani, ab Aenea. *Virg. Æn. 3. v. 18.* Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

Aeneădes, æ, aut Aenīdes, vocalib. a, & e in i longum conflatis, Julus, vel Ascanius Aeneæ filius. *Virg. Æn. 9. v. 653.* Sit satis, Aenide, telis impune Numanum.

Aenēas, m. 1. αἰνείας, Veneris, & Anchisæ filius, Virgilii carmine notissimus, dictus Aeneas, ut quidam putant, ab αἰνέω, quod est laudo. Nam laus a Græcis αἶνος dicitur. De hujus genealogia vide *Ovid. l. 4. Fast. v. 31.* Dardanon Electra, &c. ¶ Ex incendio Trojæ navigavit in Italiam; ibique Romanæ reipublicæ fundamenta jecit: quod tota Aeneide sua narrat *Virgilius*. Ejus naves a Turno incensæ in Nymphas mutatæ sunt. *Virg. 9. Æneid. Ovid. 14. Met.* ¶ Deus indiges factus est. *Ovid. ibid.*

Aeneatōres, m. 3. *trombetti*, מחצרים, Ger. *trometter*, σαλπιγκταὶ, tubicines, ab ænea tuba. *Ammian. l. 19. & 34. Suet. in Cæs. c. 32.*

Aeneidomāstix, αἰνειδομάστιξ, liber a Carbilio Pictore in Virgilium editus, in quo ejus vitia, furtaque annotavit, ut sibi quidem persuaserat stultissimus nebulo. Quamquam non desunt, qui eum librum a Mecænate suppositum asserant.

Aenēis, idos, vel idis, Virgilii de Aenea opus. *Ovid. l. 2. Trist. v. 533.* Et tamen ille tuæ felix Aeneidos auctor. *Stat. in fi. Theb.* Vive, precor, nec tu divinam Aeneida tenta.

Aeneĭus, a, um, o. 1. 2. quatuor syllabar. ad Aeneam spectans. *Ovid. 1. Amor. eleg. 5.* Tityrus, & segetes, Aeneiaque arma legentur.

Aeneŏlus, diminut. ab æneus, seu ahenus. In *Tragur. Fragment. Petron. cap. 73. edition. Burm.*

Aenēsi, dicti sunt comites Aeneæ. *Festus.*

Aenĕus, a, um, adject. ab æs, idem quod æreus, *di bronzo*, נחושי, Ger. *ertzin, Kupfferig*, Gal. *fait de cuivre, ou qui est d' airain*, Hisp. *cosa de alambre, o cobre*, χαλκέος, vasa ænea. *Colum. l. 12. cap. 20.* Candelabra ænea. *Cic. 6. Verr.* ¶ Vossio videtur factum per syncop. ab ærineus. ¶ Diæresi ex æneus videtur esse *aeneus*, ut, murus aeneus esto. *Horat. l. 1. epist. 1. v. 60.* pro quo vulgo scribitur, *aheneus*. ¶ Aeneum pro firmo, perpetuo accipiunt Poetæ, quod, ut ait *Porphyr.* nulla rubigine consumitur. V. *Aheneus.*

Aenĭgma, tis, n. 3. *enigma, allegoria oscura*, חידה, Germ. *ratzsein, dunkale*, Gal. *enigme, & sentence obscure, & couverte*, Hisp. *sentencia obscura, enigma*, αἴνιγμα, obscura allegoria, vel quæstio obscura, quæ difficile intelligitur, nisi aperiatur, ab αἰνίττεσθαι, obscure loquor, innuo. Innuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum est. Hujusmodi est illud *lib. Judicum*, De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo. *Gel. l. 12. c. 6.* Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus Sirpos, vel Scirpos appellarunt. ¶ Hinc quævis obscurius dicta, vel scripta ænigmata appellantur. *Cic. Attic. l. 7. ep. 13.* Aenigma Oppiorum de Velia non intellexi. *Juv. Sat. 8. v. 50.* Ut legum ænigmata solvat. ¶ Apud *Prudent.* non semel invenitur pro imagine, & figura, ut *hymno 10. Cathemerin. Exequiali:* requiret sua munera victor, & auctor, Propriique ænigmata vultus.

Aenigmatista, vel Aenigmatistes, æ, m. αἰνιγματιστής, qui ænigmata proponit, seu obscure loquitur. *Sidon. l. 8. ep. ult.*

Aenobarbus, V. Anenobarbus.

Aenon, fabulam quidam interpretantur, sed cum quadam differentia, de qua vide Interpretes *Aristoph.* Alii apologum significare tradunt, alii proverbium, alii ænigma. *Quintil. l. 5. c. 11.* Aenon Græci vocant, nostrorum quidam non satis recepto in usum nomine Apologationem.

Aenos, Aenus, Aeneum, Poltiobria, Græcis *Enos*, & *Enio*, Turcis *Ygnos*, urbs E. Thraciæ, in ora maris Aegæi, inter ostia Hebri ad Occ. & Melanen sinum Chersonesi ad Or. ad 15. M. P. Ab Aenea condita creditur. *Virg. 3. Æn.* Ibi Polydorus sepultus est.

Aenŭlum, n. 2. diminut. ab Aeno, vas ex ære parvum. *Festus.*

Aēnum, V. Ahenum.

Aeolĭa, *Isola di Lipari*, regio est Siciliæ, ex septem constans Insulis, quarum nomina hæc sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphusa, sive Ericusa, Phœnicusa, & Evonymos, nunc *Lipari, Volcano, Strombuli, Saline, Panari, Alicur, Felicur*, & *Ustica*. ¶ Regio hæc dicta Aeolia est ab Aeolo Jovis filio, qui Iliacis temporibus in ea regnavit. Dicta etiam est Lipara a Liparo Ausonis Regis filio, qui eam ante Aeolum rexit. ¶ Insulæ vero simul sumptæ dicuntur a Latinis Aeoliæ, Liparææ, Vulcaniæ, a Græcis Helphæstiades, ab Italis *Merlere*, & *Isole di Lipari*. ¶ Aeolia item regio est Asiæ. V. Aeolis.

Aeolĭcus, a, um, o. 1. 2. ex Aeolia, idem quod Aeolius. ¶ Aeolica Dialectus, quæ Jonicæ proxima est. Gens Aeolica. *Plin. l. 6. c. 2.*

Aeolĭdes, æ, m. Aeoli filius, aut nepos. *Ovid. 13. Met. v. 26.* ubi de Sisypho Aeoli filio loquitur: & *7. Met. v. 672.* ubi de Cephalo Aeoli nepote: & *Virg. 6. Æn. v. 529.* ubi Ulysses intelligit creditum Aeoli filium ex furtivo concubitu Anticliæ Laertæ uxoris.

Aeolĭpylæ, ereæ dicuntur a *Vitruv. l. 1. c. 6.* Vasa rotunda ex ære ad cognoscendam ventorum rationem facta. Eæ habent foramen angustissimum, quo aqua implentur: collocanturque ad ignem, ex quo ut caluere, vehementem flatum emittunt. Alii eas vocant *ollas animatorias*.

Aeŏlis, idis, f. 3. αἰολὶς, vel Aeolia, æ, antea Mysia, *Sarcum*, reg. Asiæ proprie dictæ, mari Aegæo expositа, inter Troadem ad Arctos, & Joniam ad Merid. a Troade divita Lecto Promon. a Jonia Hermo fl. Dicta est ab Aeolibus Græciæ populis, qui 12. in ea urbes ædificarunt. *Herod. l. 1. Plin. l. 5. c. 30.* Populi igitur regionis Aeoles dicuntur, de quibus supra dictum est. Urbes sunt Elæa, Myrina, Cume, Phocæa. Flumina Hermus, & Pactolus, ex Lydia fluentes. ¶ Aeolis etiam est patronym. femin. id est Aeoli filia. *Ovid. Met. 11.* Aeolis interea tantorum ignara malorum.

Aeolĭus, a, um, o. 1. 2. possessiv. ab Aeolibus, ut mare Aeolium, antea Mysium, quod Asiatico litori adjacet. ¶ Aeolia puella, idest Sappho, apud *Horat. Carm. 4. od. 9. & od. 3.* Aeolio carmine nobilem. *h. e.* lyrico, quod Alcæus poeta, quem Horatius imitatus est, Aeolica Dialecto fit usus.

Aeŏlus, m. 2. *Eolo*, αἰολὸς, Jovis filius ex Aeesta, sive Sergesta filia Hippotæ Trojani, a quo Hippotades dicitur. *Ovid. 11. Met.* Hic in hospites benignus fuisse, ac Liparam, & Aeolias ab eo nominatas insulas in ora Siciliæ tenuisse perhibetur, & in his Strongylen, ex cujus fumo, quinam flatus futuri essent in triduum, prædicebat. Unde ventorum rex putatus est. ¶ Fuit præterea Aeolus Hellenis filius, nepos Deucalionis, a quo ventorum rationem primo inventam tradidit *Plin. l. 7. c. 4.* ¶ Fuit & alius Tuscorum Rex, Αἴολος, latine varius, sive dolosus dicitur.

Aeon, nis, ævum. *Tertull. de Præscriptionib. adverss. hæret. c. 33.*

Aepytius, a, um, o. 1. 2. adject. *Ægyptios agros* dixit *Stat. Theb. 4. v. 296.* h. e. ad eam Archadiæ partem pertinentes, quæ *Epytia* dicta est. Alii scribunt Ephitii.

Aequabĭlis, le, *uguale*, ἴσος, ὁμαλὸς, ut æquabile orationis genus, id est ubique sui simile. *Cic. Offic. 1. c. 1.* ¶ Nonnunquam idem est quod æqualis, ut æquabilis prædæ portio. *Id. 2. Offic. c. 11.* Adde *Plaut. Capt. 2. 2. v. 52.* ¶ Aequabilem esse in aliquem, est æquum, & moderatum esse. *Tacit. 6. Ann. c. 31.*

Aequabĭlĭtas, tis, f. 3. *ugualità*, ישר, כישור, Ger. *gleicheit, vergleichung, ἰσονομία, ὁμαλότης*, idem fere, quod æqualitas, hoc est certus quidam rerum modus, & constantia, vel sibi constans, & nulla parte in vitium inclinans ratio, ut Aequabilitas vitæ, in qua nulla est perturbatio, neque varietas, aut discrepantia. *Cic. 1. Off. c. 25.* In juris æquabilitate exercenda.

Aequabĭlĭter, *ugualmente*, adver. ὁμαλῶς, æqualiter. *Cic. 1. de natur. Deor.* Tactus toto corpore æquabiliter fusus est. ¶ Comparativum est apud *Sallust. Catil. c. 2.* Aequabilius, & constantius sese res humanæ haberent.

Aequævus, a, um, o. 1. 2. *della medesima età*, כבן גיל, Ger. *gloKches altors*, Gal. *da mesme age*, Hisp. *de igual edad*, ὁμήλιξ, æqualis, ejusdem ætatis, ab æqualitate ævi. *Virg. 2. Æn. v. 561.* Ut Regem æquævum crudeli vulnere. ¶ Nomen est proprie Poeticum. Nam Aequalis Oratorium est. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Plin. l. 16. c. 44.* Lotos æquæva Urbi.

Aequalis, e, o. 3. *uguale*, שוה, שאוה, Ger. *gleica*, ἴσος, par, similis. *Cic. 1. de Orat. c. 18.* Virtutes sunt inter se æquales, & pares. *Id. in Orat. c. 56.* Partem pedis æqualem esse alteri parti. *Id. ibid. c. 64.* Cretici æqualis pæon. *Ovid. 1. Met. v. 34.* Aequalis ab omni parte. *Liv. l. 24. c. 46.* Strepitus lentior, & æqualior auribus incidens. ¶ Sæpe usurpatur de tempore, & significat eum, qui ejusdem est ætatis, aut temporis, *coetaneo, contemporaneo*; usurpatur autem vel absolute, vel cum genitivo, aut dativo. *Terent. Andr. 2. 6. 22.* Quem vocabo ad cœnam meorum æqualium? *Cic. de clar. Orat. c. 69.* In memoriam notam, & æqualem incurro. *memoria de' miei tempi. Id. ibid. c. 18.* Livius Ennio æqualis fuit. *Id. de Aruspic. resp. c. 17.* Sacrificium vetustum, quod a regibus æquale huic Urbi accepimus. *Id. 1. de divin.* Philistus æqualis illorum temporum. ¶ Superlat. *Æqualissimus* habet *Tertull. de anim. c. 17.* Aequalissima porticus.

Aequalĭtas, atis, f. 3. *uguaglianza*, ישר, כישור, Ger. *gleichig*, ὁμαλότης, similitudo, paritas. *Plin. l. 30. c. 31.* Carnes, quæ excrescunt, ad æqualitatem redigit. *Cic. Partit. c. 6.* Similitudo, æqualitasque verborum.

Aequalĭter, adv. *ugualmente*, כישר, Ger. *gleich*, ὁμαλῶς, similiter, pariter. *Cic. 4. Acad.* Aequaliter omnibus abrogatur fides. *Tacit. Ann. 15. c. 21.* Aequalius, atque constantius provincias regere. *h. e.* æquabilius.

Aequamentum, i, n. *Varr.* apud *Non. c. 1. n. 28.* Amussis est æquamentum lævigatum, &c. *h. e.* instrumentum ad æquandum aptum.

Aequanĭmus, a, um, o. 1. 2. *temperato*, Ger. *dulmutig*, Gal. *qui prend biens le choses, qui survivennent, sans se fascher, & ennuyer*, Hisp. *patiente, y sufrido*, ἀοργήμων, qui est æqui animi, idest, qui nec prosperis extollitur, nec adversis frangitur. *Auson. in Sept. Sapient. v. 3.* Aequanimus fiam, te judice. *Id. Idyll. 3. v. 9.* Nulla res fuit parva unquam æquanimis.

Aequanĭmĭtas, atis, f. 3. *temperanza d' animo*, ענוה, Ger. *sanfftmutigKeit*, Gal. *moderation*, Hisp. *moderacion*, ἀοργησία, favor, & propitius animus. *Ter. in Adelph. prolog.* Bonitasque vestra adjutans, atque æquanimitas.

Aequanimiter, adv. *temperatamente*, ἀοργήμονως, moderate, æquo animo. ¶ Apud posteriores ætatis Scriptores frequens est. *Spartian. in Didi. 1. c. 4. Vossio c. 21.* Hæc tua verba æquanimiter acceperim. *Capitol. in Sabb. Saturn. 2. c. 4.* Augustus æquanimiter aliqua etiam jocis mordaciora pertulit. Adde *Ammian. 19. c. 21.*

Aequa-

Aequatio, onis, f. 3. *uguaglianza*, ἰσότης, ὁμαλότης. *Cic. Offic.* 2. Aequatio bonorum. *Liv. l.* 34. *c.* 31. Aequatio fortunę, & dignitatis. *Cic.* 2. *Offic. c.* 21. Aequatio bonorum.

Aequator, oris, m. 3. ἰσημερινὸς, (vox Astronomica, nec extra necessitatem adhibenda) circulus in Cœlo sphęram dividens in duas partes ęquales, partem utrinque versus polos mundi distantiam relinquens, in quem cum Sol inciderit (quod bis contingit in anno, semel in principio Arietis, atque iterum in principio Libræ) dies sunt æquales nocti toto orbe terrarum. Aequinoctialis etiam vocatur. ¶ Est etiam *aequator* qui æquat. *Inscript.* apud *Grut. pag.* 583. *n.* 8. Aequator monetæ.

Aequatus, a, um, *uguagliato*, *appianato*, æqualis factus. *Virg. Æn.* 7. *v.* 698. Ibant æquati numero. *h. e.* in pares ordines acierum digesti. *Cic. Verr.* 6. *c.* 48. Aequata agri planities. *Sueton. in Calig. c.* 37. Campi montibus aggere æquati. *Virg. Aen.* 4. *v.* 581. æquatis aciem procedere velis. *h. e.* æqualiter extensis, & prospero vento inflatis.

Aeque, *giustamente*, יחד, בצדק, Ger. *billicklich*, Gal. *justement*, *egalement*, Hisp. *ygualmente*, *justamente*, δικαίως, adv. juste. *Sen. in Med.* Etiamsi æque statuerit. ¶ Sæpe est æqualiter. *Cic.* 2. *Offic.* Benevolentia civium non æque omnes egent. ¶ Interdum significat tam, vel tantum, vel similiter, ὁμοίως, & construitur cum variis particulis. Sic æque ac. *Cic. Famil.* 2. 2. Mihi carus æque sis, ac fuisti patri. ¶ Aeque atque. *Terent. Phorm.* 4. 1. Tu mihi fidelis es, æque atque egomet sum mihi. ¶ Aeque ac si. *Cic. Fam.* 13. 44. Egnatii rem ut tueare, æque a te peto, ac si mea negotia essent. ¶ Aeque &. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 50. Versus æque prima, & media, & extrema pars attenditur. ¶ Aeque ut. *Cic. Philipp.* 12. *c.* 12. Possumus ne igitur in Antonii latrocinio æque esse, ut hi? ¶ Aeque cum. *Teren. Phorm.* 5. 9. Novi æque omnia tecum. ¶ Aeque quam. *Liv. l.* 28. *c.* 26. Nihil æque eos terruit, quam præter spem robur, & color Imperatoris. ¶ Aeque aliquando redundat. *Plaut. Capt.* 3. 5. Nec quisquam est mihi nunc, æque melius cui velim. ¶ Aliquando deest, sed subaudiendum est. *Plaut. Menec.* 5. 6. Rem heri diligenter tuetur, quam si ipse adsit. ¶ Aliquando geminatur. *Tac. vit. Agr. c.* 15. Aeque discordiam præpositorum, æque concordiam subjectis exitiosam. *Adæque* & *Peræque* V. locis suis.

Aequi, Aequicolæ, Aequiculi, Aequiculani, pop. Italiæ, Latinis, & Volscis finitimi, a Q. Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti, quorum urbes fuere Alba, Tibur, Præneste, Carseoli, cum aliis. *Plin. l.* 3. *c.* 12. ¶ In sing. numero *Ovid.* 3. *Fast. v.* 83. Quintum Laurentes, bis quintum Aequiculus asper.

Aequi Bonique facio, a. 3. *pigliare in buona parte*, εὐγνωμονέω τινὶ, in bonam partem accipio. *Terent. Heaut.* 4. 5. 40. Equidem isthuc, Chreme, equi bonique facio. ¶ Significat etiam, æquo animo patior, nihil laboro, non curo. *Liv. l.* 34. *c.* 22. Cæterum si vos nec cura civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne serpat latius contagio ejus mali, nos æqui bonique facimus. *noi ci contentiamo: non ci pensiam più.* ¶ Cicero *ad Attic. l.* 7. *epist.* 7. Aequi boni facit, sine copula dixit. ¶ Aequi bonique dicere, *parlar a dovere*, *a ragione*. *Ter. Phorm.* 4. 3. 32. Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris, ut est ille bonus vir, tria non commutabitis verba inter vos.

Aequicus, a, um, qui Aequorum est, ut bellum Aequicum. *Liv. l.* 10. *c.* 1.

Aequidialis, ἰσήμερος, adject. *Fest. Pomp.* Aequidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus Aequinoctiale.

Aequidici versus, explicantur a *Diomede Grammat. l.* 3.

Aequidistans, æqualiter distans *Martian. Capell. l.* 8.

Aequiformis, ut æquiformis versus apud *Diomed. Grammat. l.* 2.

Aequilanium, seu Aequilavium. *Festus* exponit a lavatione lanæ, quæ dicitur æqilanio redire, cum dimidium decedit sordibus.

Aequilanx, ancis, adject. æquas habens lances. *Fulgent. in Contin. Virg.*

Aequilatatio, onis, f. 3. *larghezza uguale*, ex æquo, & latum, quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio. *Vitruv. l.* 9. *c.* 8. Ducto circino ad lineam, planitiæ æquilatatio signetur.

Aequilateralis, le, æqualia habens latera. *Censorin. de die nat. cap.* 8.

Aequilaterus, a, um, æquilateralis. *Martian. Capell. lib.* 6.

Aequilatus, eris, n. *equilatero*, ἰσόπλευρον. *Auson. in Gripho*, *v.* 50. Per trinas species trigonorum regula currit, Aequilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.

Aequilibratus, a, um, *contrappesato*, *equilibrato*. *Tertull. cont. Hermog. c.* 41. Aequilibrato impetu ferebatur.

Aequilibris, e, proprie significare videtur, quod ad libram æquali constat pondere, ut si dicas, Hi nummi sunt æquilibres. ¶ Transfertur & ad aliam æqualitatem. *Vitruv. l.* 5. *c.* 12. Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ. *h. e.* omnino æquales, vel æqualiter librati.

Aequilibritas, atis, æquabilitas, æqualitas. *Cic. lib.* 1. *de nat. Deor. cap.* 39. Confugis ad æquilibritatem: Sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus.

Aequilibrium, ii, *contrappeso giusto*, פלם, Ger. *so die vvag instebt*, *gleich ist*, ἰσοῤῥοπία, æquatio libræ, vel exacta æqualitas. *Vet. Glos.* Aequilibrium, ἰσοσταθμία. *Senec. l.* 3. *quæst. nat. c.* 25. Tigna ad medium submersa ad æquilibrium aquæ. ¶ Translate *Gell. l.* 20. *c.* 1. Efficere rumpendi pariter membri æquilibrium.

Aequimanus, i, qui ambidexter a nonnullis dicitur, nempe qui utraque manu ęque utitur. *Auson. Technopægnio.* Quis mirmylloni contenditur? ęquimanus Thrax, *mancino*, *manritto*.

Aequimelium, n. 2. locus Romę, ubi domus Sp. Melii solo ęquata fuit. *Tit. Liv. l.* 4. *c.* 16. *Cic. pro domo sua*, *c.* 38.

Aequimentum, V. Equimentum.

Aequinoctialis, o. 3. *equinoziale*, Ger. *das zu des tags*, *und nachts gleiche geborth*, quod ad ęquinoctium spectat. *Plin. l.* 2. *c.* 72. & *Senec. l.* 3. *Quæst. Nat. c.* 8. ¶ Aequinoctialis circulus est Aequator, mundum in ęquales partes dividens. *Varr. l.* 8. *L. L.*

Aequinoctium, n. 2. *equinozio*, שוי היום, Ger. *gleich tag*, *und nacht*, ἰσημερία, ex ęqualitate noctium, tempus illud, quo dies, & noctes horarum spatio ęquales sunt. *Cic. ad Att.* Aequinoctium nos moratur. ¶ Duo sunt autem ęquinoctia, Vernale scilicet, & Autumnale. Vernale fit quarto idus Martias, vel circa octavum Cal. Apr. & in octava parte Arietis conficitur, Autumnale 18. Cal. Oct. ante Vergiliarum occasum diebus quadraginta. Annum enim olim in duas tantum partes dividebant, in ęstivum, & hiemale solstitium. *Liv.* 31. 47. *Plin.* 2. 97.

Aequipar, ęquiparis, ęqualis, ut compar. *Auson. in Monosyl.* Bissenas partes quis continet ęquipares? *As.* Adde *Apul. in Flor. n.* 3. & *Sidon. lib.* 8. *epist.* 6.

Aequiparabilis, & le, o. 3. *comparabile*, מכשל, Germ. *gleichlich*, quod ęquari cum aliquo potest. *Plaut. Curcul.* 1. 3. *v.* 12. Quid videbis Diis magis ęquiparabile? *Prudent. Hamart. v.* 79. Non conferre Deo velut ęquiparabile quidquam, Ausim.

Aequiparantia, ę, f. ęquiparatio. *Tertull. advers. Valentinian. c.* 16.

Aequiparatio, f. 3. *uguaglianza*, ערך, Ger. *vergleichung*, ἴσωσις. *Gell. l.* 5. *c.* 5. Rex de numero exercitus sui, & de ęquiparatione ęstimanda quęsierat.

Aequiparo, vel Aequipero, as, are, *uguagliare*, הלא, ערך, Ger. *vergleichen*, ἰσόω, ęquo, vel ęque parem facio. *Virg. Ecl.* 5. *v.* 48. Nec calamis solum ęquiparas, sed voce Magistrum. *Vet. Glos.* Aequiperas, ἐξισοῖς. ¶ Pro comparo, confero, *paragonare*. *Liv. l.* 5. *c.* 23. *de Camilli triumpho*. Jovis Solisque equis ęquiparari dictatorem, in religionem etiam trahebant. *Plaut. Milit.* 1. 1. *v.* 11. Neque ęquiparare virtutes suas ad tuas.

Aequipes, edis, ἰσόπους, ἰσοσκελής. *Apulej. l.* 1. *de dogm. Platon.* & *Diomed. Gram. l.* 3.

Aequipollens, entis, ęque pollens. Vox est Dialecticorum. *Apulej. de syllogismo categorem.*

Aequipondium, n. 2. *contrappeso*, פלם, Ger. *gleich gervicht*, ἀντιστάθμησις, στάθμημα, ex adject. ęquum, & pondus, est pondus illud, quod staterę scapo appenditur ad cognoscenda rerum momenta. *Vitruv. l.* 10. *c.* 8.

Aequitas, f. 3. *uguaglianza*, מישור, יושר, פרק, Ger. *billichKeit*, Gal. *egalite*, *equite*, Hisp. *equidad ygualdad*, ὁμαλότης, ęqualitas, *Senec. l.* 3. *Nat. Quæst. c.* 10. Ne portionum ęquitate turbata, mundus pręponderet. *Sueton. in Aug. c.* 79. Aequitas membrorum. *proporzione*, *simmetria*. ¶ Sępius translate sumitur pro ęqualitate inter homines, quę ad justitiam pertinet, *equità*, *discretezza*. Differt tamen a justitia proprie dicta, quod hęc secundum jura, & leges semper judicat, *æquitas* remittit aliquid, & leges benigne interpretatur. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 56. Pro ęquitate contra jus dicere. *Id. pro Cæcin. c.* 13. Aequitate uti. ¶ Interdum tamen ponitur pro ipsa justitia. *Cic.* 2. *Offic. c.* 22. Quam autem habet ęquitatem, ut agrum qui nullum habuit, habeat, qui autem habuit, amittat? ¶ Sępe etiam sumitur pro animi moderatione, qua quis libenter se ęquat aliis, nec supra se effert, *moderazione*. *Cæs. l.* 6. *B. Gall. c.* 22. Ut animi ęquitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis ęquari videant. ¶ Item pro ea moderatione, qua quis mediocria concupiscit, fortunę qualicumque libenter acquiescit, & ęquo fert animo quidquid accidit adversi. *Nepos in Thrasyb. c. ult.* Ex istis nolo amplius quam centum jugera, quę & meam animi ęquitatem, & vestram voluntatem indicent.

Aequiter, *egualmente*, ęque. *Liv.* vel *Læv.* apud *Non. c.* 11. *n.* 26. Prędam ęquiter partiri. Adde *Plaut. in fragment. apud Priscian. l.* 15.

Aequivaleo, es, n. 2. *poter parimente*, שוה, ערך, Germ. *gleich vermogen*, *gleich gelten*, Gal. *valoir autant*, *equipoller*, Hisp. *equivaler*, ἰσοδυναμέω, quasi ęque possum. *Auctor carminis de Philomela*, *quod Ovidio tribuitur*, *v.* 6. Nulla potest modulis ęquivalere tuis.

Aequivocum, o. 1. 2. *equivoco*, ὁμώνυμον, a *Martiano* vocatur *Plurivocum*, quando pluribus rebus eadem est appellatio, ut Aries. Nam & machinamentum, quo muri expugnantur, sidus in cœlo, & animal in terris aries vocatur. Est autem vox a Logicis inducta, sed non satis fortasse confirmata.

Aequo, as, a. 1. *spianare*, שוה, ישר, Ger. *eben machen*, Gal. *applanir*, *egaler*, Hisp. *ygualar*, *allanar*, ὁμαλίζω, ęquum, sive ęqualem facio, plano. *Cic.* 6. *Verr.* Quo in summo est ęquata agri planities. Sic ęquare aream apud *Virg.* 1. *Georg. v.* 178. ¶ Per translationem significat ęqualiter dividere. *Virg.* 1. *Æn.* Operumque laborem partibus ęquabat justis. ¶ Aliquando continuare. *Idem* 9. *Æn.* Felix si protinus illum ęquasset nocti ludum. ¶ Accipitur etiam frequenter pro eo, quod dicimus ęqualem, vel parem alicui facere, vel etiam quempiam aliqua in re assequi, *uguagliare*, atque ita interdum construitur cum prępositione cum, interdum cum dativo, interdum absolute. *Cic. de Leg. c.* 10. Quo tenuiores cum principibus se ęquari putarint. *Idem* 1. *Offic.* Qui se jam illis fere ęquarunt. ¶ Item pro ęqualem esse. *Curt. l.* 4. *c.* 2. Opus nondum aquę fastigium ęquabat. *Id. l.* 3. *c.* 13. Argenti facti pondus quingenta millia talentorum ęquabat. ¶ Aequare vela, est sinistrum & dextrum velum ęqualiter tendere. *Virg. Æn.* 4. *v.* 587. Vidit & ęquatis classem procedere velis, *id est* prospero cursu. ¶ Aequare solo urbes, domos, turres, est ad superficiem usque diruere. *Liv. l.* 24. *c.* 47. Solo ęquata omnia inter Salinas, & portam Carmentalem. *Id. l.* 6. dixit, ęquare solo Dictaturam. *h. e.* abrogare. *Vellej. Paterc. l.* 2. *c.* 2. Scipio Numantiam excisam ęquavit solo. ¶ Aequare frontes verbum est militare, apud *Tibull. panegyr. Messalæ v.* 10. Rectus ut ęquatis decurrat frontibus ordo. Pro quo *Liv. l.* 36. *c.* 44. dixit, ęqua fronte ad pugnam accedere. ¶ Aequare aliquem aliqua re, est in re ea se illi parem facere. *Liv. l.* 1. Quin ea arte ęquasset superiores Reges. ¶ Significat & comparare. *Id. l.* 31. *c.* 7. Ne ęquaveritis Annibali Philippum &c.

Aequor, ris, n. 3. *mare*, *pianura*, מישור, Germ. *das meer*, Gal. *la plaine de la mer*, *ou de la campagne*, Hisp. *llanura*, *del mar*, *o del campo*, *vega*, πέλαγος, mare dicitur ab æquare, pro planum facere, quod æquam superficiem habeat, sive planum sit, nullis jam a tempestate fluctuantibus procellis. *Virg.* 7. *Aen.* Quæ me æquora possunt accipere? ¶ Neque solum de mari dicitur, sed etiam in terra, de campo plano, *campo piano*, *pianura*. *Cic.* 1. *de Div.* In camporum patentium æquoribus habitantes. ¶ Quandoque pro aere, *aria*. *Virg.* 1. *Aen.* Aspice bis senos volitantes æquore cygnos.

Aequoreus, a, um, quod ad æquor pertinet, vel marinus. *Virgil.* 3. *Georg. v.* 243. genus æquoreum. *id est* pisces. *Ovid. Met.* 8. *v.* 606. Aequoreę Nereo genitore puellæ. *id est* Nereides nymphæ.

Aequum, i. neut. substant. æquitas, *giustizia*, *equità*. *Virg. Aen.* 2. *v.* 427. Et servantissimus æqui. *Horat.* 1. *satyr.* 3. *v.* 98. Justi prope mater, & æqui. Aequum campi, pro superficie plana. *Liv. l.* 5. *c.* 38. Haud dubius, facilem in æquo campi victoriam fore.

Aequus, a, um, adject. *uguale*, *piano*, *giusto*, ישר, Ger. *eben*, *gleich*, Gal. *plaine*, *egal*, *raisonable*, *equitable*, Hisp. *ygual*, *o justo*, *o llano*, ἴσος, ὁμαλός, in quo nihil eminet, nihil est inæquale. Venit ab εἰκός, *ei*, in *ai*, sive *ae* more Dorum converso, ut pro κτείνω κταίνω. Differt a plano, quod æquum sine planitie esse potest, planum vero semper in planitie dicitur, unde & planities ipsa est nominata. *Cic. pro Cæc. c.* 17. Sed ne æquo quidem, & plano loco. ¶ Aliquando usurpatur pro æquali, sive æque magno. *Virg.* 2. *Aen.* Sequiturque patrem non passibus æquis. ¶ Per translationem ponitur pro integro, & justitiæ dedito, quasi qui nullam in partem se inclinet. *Cic.* 6. *in Verr.* Prætor æquus, & sapiens. ¶ Aliquando pro favente, vel suffragante, *amorevole*, & hoc interdum cum dativo. *Cic. ad Att.* Eos ipsos, contra quos statuas, æquos placabilesque dimittas. *Id.* 5. *Fam. ep.* 2. Tu quoque æquum te judicem dolori meo præbeas. *Hor. l.* 2. *sat.* 1. Aequus virtute. *Cic. Verr.* 1. Vide, quam me sis usus æquo. ¶ *Aequus animus* est, qui sibi semper constat, & qui quidquid accidit, in bonam partem accipit, & leniter fert. *Plaut. Rud.* 2. 3. *v.* 71. Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum. *Cic. de sen. c.* 23. Aequissimo animo mori. *Virg.* 4. *Aen. v.* 372. Aequis oculis aspicere, *di buon occhio*. *Cic. Att.* 7. 8. Esse animo æquo, *lasciarsela passare*. ¶ Sic æquum dicere, æquum facere, æquum postulare apud *Terent. dire*, *fare*, *domandare cose ragionevoli*. ¶ Aequi, & iniqui, sunt amici & inimici. *Sallust. ad Cæs. de Rep. ordin.* Atque hæc ita se se habere, tametsi omnes æqui & iniqui memorent, tamen &c. ¶ Aequum & bonum passim conjunguntur cum, vel sine copula.

pula. *Plaut. Menæch.* 4. 2. *v.* 10. Qui neque æquum bonum unquam colunt. *Terent. Heaut.* 4. 1. *v.* 27. Qui neque jus, neque æquum atque bonum ſciunt. Hæc autem loquendi formula a JCtis eſt profecta. Nam illi *Aequum bonum* appellant, quando non ſtricto jure, ſed ex naturali æquitate negotium aliquod deciditur. Hinc ex æquo & bono ſtatuere, arbitrari, cenſere, &c. Aequum & bonum impetrare, ideſt rem ſuam recipere, jus ſuum obtinere. ¶ Aequi bonique facere V. ſupra poſt *Aequi*, *Aequicolæ*. ¶ Aequus ad res quoque inanimatas aliquando refertur, ut æqua conditio, lex, poſtulatio. *Plaut. Amph.* 1. 1. Aequis conditionibus bellum componere. ¶ Aequum eſt, pro par eſt, decet, juſtum eſt. *Terent. Eunuch.* 2. 3. An potius hæc pati æquum eſt &c. ¶ *Aequius melius*, formula eſt in judiciis bonæ fidei obſervari ſolita. *Cic.* 3. *Off. c.* 15. Hæc verba maxime excellunt in arbitrio rei uxoriæ, melius ęquius. Et *Topic. c.* 17. In arbitrio rei uxorię eſt quid melius ęquius. *Hoc eſt* in judicio dotis non tantum ſpectatur, quid ęquum bonum ſit, verum etiam quid ęquius melius.

Aer, m. 3. *aere*, *aria*, שחק, אויר, Germ. *die lufft*, Gal. *l'air*, Hiſp. *ayre*, ἀήρ, ab ἄημι, ſpiro, vel ab ἀεὶ ῥέειν, quod ſemper fluat, ut aliqui ex Platone tradunt: proprie dicitur elementum in medio ſpatio inter ętherem, & terram, quod inane etiam vocatur. *Luc. l.* 1. Aer, & longi volvent Titana labores. ¶ Accipitur etiam pro aeris conſtitutione, aut qualitate, ut purus & tenuis aer, apud *Cic. de Nat. Deor. l.* 2. *c.* 16. Et *Ovid. de arte am. l.* 2. *v.* 318. Aere non certo corpora languor habet. ¶ Item pro nebula. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 399. Famula duce protinus urget aere ſeptus iter. *Virg. Aen.* 1. 1. 411. & *Hor. l.* 2. *od.* 7. paulo clarius cum epitheto uſi ſunt. Ille obſcuro gradientes aere ſepſit. *hic*, Denſo paventem ſuſtulit aere. ¶ *Id. Virg. Georg.* 1. *v.* 123. Aera arboris, vel pro cacumine, vel pro aere ipſum cacumen ambiente poſuit. ¶ Aer etiam dicitur tuborum cavitas, qua fiſtulę aera trahunt. *Senec. Q. Natur. l.* 3. *c.* 24. Facere ſolemus dracones, milliaria, & complures formas, in quibus aere tenui fiſtulas ſtruimus. Al. rectius leg. *ære*. ¶ *In aere piſcari*, eſt ſtulta conari, & prępoſtera, aut aliquid fruſtra moliri. *Plaut. Aſin.* 1. 1. *v.* 86. ¶ Aeres in plurali dixit *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Aeres locorum, qui ſunt ſalutares, aut peſtilentes. ¶ Feminino genere hanc vocem extulit *Enn.* apud *Gell. l.* 13. *c.* 20. ¶ Inſolens eſt *aera* in accuſativo plur. neutro gen. *Virg. in Culice v.* 164. *de angue:* Obvia vibranti carpens gravis aera lingua. *Voſs. de Grammat. l.* 3. *c.* 26. ita ordinat: *gravis carpens aera lingua vibranti obvia*.

Æra, ę, femin. ſing. Nam poſteriores Latini ęras appellarunt, quę *Cic.* & *Lucil.* ęra dixerant. Alii ab ęre deducunt: alii ab eo, quod ex iſtis notis A. Er. A. ideſt *Annus erat Auguſti*, male interpunctis, ęrę nomen conflatum ſit. V. *Voſſ. Etymol.* Eſt autem Aera numeri nota, computus, ψηφισμός. Aera enim veteres Romani vocabant in rationum libris, qui vulgo articuli dicuntur, Ital. *capi di partite*. *Cic. in Hortenſio*: Quid tu, inquam, ſoles cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi ęra ſingula probaſti, ſummam, quę ex his confecta ſit, non probare? *Rufus Feſt. in Breviar.* Qui ingentes ſummas ęris brevioribus exprimunt. V. *Aes*, in fine. ¶ Accipitur etiam pro epocha ſeu inſigni annorum initio apud Chronologos, ut Aera Alexandri, Diocletiani, &c. Quę quidem eſt vel Chriſtiana, vel Judaica, vel Ethnica, vel Muhammedica. Celebris apud nos eſt Chriſtiana, quę & vulgaris, & Dionyſiana dicitur, quod a Dionyſio Exiguo inſtituta ſit. Ducitur autem a Chriſti Domini Nativitate. ¶ Legitur & Era, ſine diphthongo, ut placet *Scaligero*, & in monumentis aliquibus invenitur. ¶ Eſt & *Aera* herba quędam valde inimica ſegetibus, quam alio nomine Lolium appellant. *Plin. l.* 18. *c.* 17.

Aeramentum, ti, n. 2. *coſa fatta di rame*, Ger. *erinveck*, *das auffertzs gemach iſt*, *ertzin geſchit*, Gal. *ouvrage de cuivre*, *ou d'airain*, Hiſp. *obra de alambre*, χάλκωμα, opus ex ęre confectum. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Decocta amurca ungi ęramenta contra rubiginem. ¶ In ſingulari numero *æramentum* pro ęreis vaſis legitur apud *Paul. JCtum lib.* 3. *ſentent. tit.* 6.

Aeraria, æ, locus, ubi lavatur ęs. *Varro de L. L. l.* 7. Ubi lavetur ęs, ęrarias, non ęrilavias nominari. ¶ Pro fornace, ubi ęs coquitur. *Plin.* 34. 13.

Aerarium, rii, n. 2. *dove ſi ripone il teſoro*, Ger. *ſchatz Kammen*, Gal. *l'erpagne*, *le treſor public*, Hiſp. *el teſoro publico*, ταμιεῖον, ęris repoſitorium, hoc eſt nummorum, ſimiliumque rerum pretioſarum, atque opum, quę utilitatem reip. allaturę erant, ſic dictum, quod ęra in illud principaliter inferebantur. *Liv. l.* 27. *c.* 10. Aurum, quod in ſanctiore ęrario ſervabatur, promi placuit. ¶ Sumitur interdum pro ipſa pecunia publica. *Cic. de Aruſp. reſponſ.* Domum ex ęrario ędificandam putaret. *Id. Tuſc.* 3. C. Gracchus cum effudiſſet ęrarium &c. ¶ Differt a fiſco, quod Aerarium ſit Civitatis, vel Reipublicę, Fiſcus Principis. ¶ Aerarium fuiſſe in Saturni templo, ſatis ex *Feſto*, *Plutarchoque in Probl.* conſtat. Porro tria fuerunt Romę Aeraria. Primum illud fuit, quo effracto, cum per annos multos, ut *Appianus*, & *Lucanus* perhibent, clauſum fuiſſet, C. Cęſar pecuniam univerſam belli civilis initio ſumpſit. Atque in hoc tradit Appianus conditum fuiſſe aurum, quod in uſum Gallici belli erogandum aſſervaretur. Quod videtur eſſe jam inde ab eo tempore inſtitutum, cum urbem Romam Galli captam incenderunt. Tunc enim, ut aurum illud reponeretur, belli Gallici metu decretum eſt; Atque eo congeſtum eſt etiam, quicquid poſtea ex victoriis, ut ab Africanis duobus ex ſecundo, & tertio Punico bello, a prioris fratre L. Scipione ex Aſia, a Mummio, & Paulo ex Corintho, & Macedonia, a Lucullo, & Pompejo ex Tigrane, & Mithridate partum fuerat. *Lucan. l.* 3. Tum conditus imo Eruitur templo, multis intactus ab annis, Romani cenſus populi, quem Punica bella, Quem dederat Perſes, quem victi pręda Philippi. ¶ Alterum fuit ęrarium ex auro viceſimario, quod in ſanctiore ęrario ſervatum ad ultimos caſus, *Liv. l.* 27. prodidit, collectum autem ex eorum, qui manumitterentur, viceſima, idem *l.* 7. *c.* 16. narrat. Tertium ex annua vectigalium pecunia conſtabat, ex quo quicquid belli neceſſitas, aut quotidianus Reip. uſus requireret, decernente Senatu, ut ait *Polybius*, vel etiam, quod poſtremis temporibus P. Clodius Tribunus pleb. contra leges inſtituit, populo jubente, ſumebatur. Atque hoc tertium ęrarium aſſiduis, tum ordinariis, tum extraordinariis impenſis exhauſtum, & ad ſummas anguſtias redactum, in Agraria 11. & in oratione de provinciis Conſularibus, & contra Verrem Cicero, Pędianus in commentario Cornelianę, Marcellinus lib. 16. ſignificant. ¶ Priora duo perquam raro aperiri, ideoque ſanctiora vocari ſolita, *Cic. Cæſ.* & *Livius* demonſtrant. ¶ Cum igitur ęraria tria memorantur, diſtinguuntur pecunię potius, quam loca, cum uno Saturni templo publicę pecunię omnes aſſervarentur. Sed in eo templo tres fuiſſe cellas, in quibus theſauri publici reponerentur, licet exiſtimare, ut pecunię publicę tria genera fuerunt (pecuniam voco, ſive aurum, argentumque percuſſum eſſet, ſive factum, ut vaſa, & ſimilia, ſive infectum) unum ex auro illo propter belli Gallici timorem depoſito, & ex pręda bellica, alterum ex auro viceſimario, tertium ex annuis vectigalibus. *Manut. in commentar. ad Cic. ad Att. l.* 7. *ep.* 15.

Aerarius, ii, m. ſubſtant. qui ærea opera facit. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Aerariorum tantum officinis compendio. ¶ Aerarii Romæ dicebantur, qui nullum aliud habebant in curia, & tribu ſua jus, quam ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderent, ἐγγυητικοί, ἀποψηφισμένοι. Nam neque ſuffragium ferre in Urbe poterant, nec foris ſtipendia facere, ut *Aſcon. Pedian.* docet, videnturque iidem atque Capite cenſi. *Liv. l.* 24. *c.* 18. Tribuque moti ærarii omnes facti. ¶ Sic inter ærarios referre, *Cic. pro Cluent.* ¶ Ex ærariis eximere, eſt recipere aliquem in Civitatis locum, quo exciderat. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 66. ¶ Jus autem hoc in ærarios referendi ad Cenſores pertinebat.

Aerarius, a, um, *fatto di rame*, quod ad æs, ſive ærarium ſpectat, vel quod ex ære eſt. Gal. *qui eſt d'airain*, *ou de cuivre*, Hiſp. *de cobre*, *o de alambre*, χάλκεος. *Plin. l.* 33. *c.* 5. Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt. Sic ærarius faber, æraria officina &c. ¶ Præfecti ærarii Romæ erant, quos noſtri dicunt *Generales ſinantiarum*, qui etiam Quæſtores dici poſſunt, Italic. *Teſorieri*, *Camerlenghi*. Tribuni vero ærarii, ἀποδέκται, quos Receptores generales appellant. His autem, ut ait *Varro de L. L. l.* 4. tributa erat pecunia, quam militibus redderent. ¶ Aerarii milites, μισθοφόροι, dicti ſunt ab ære, quod ſtipendium facerent. Æs enim ſtipem dicebant. *Varro l.* 4. *de L. L. prope fin.*

Aeratus, o. 1. 2. *di rame*, Ger. *verKupffert*, *mit Kuppffer uberzogen*, Gal. *encroute d'airain*, Hiſp. *cubierto de cobre*, quod æreum eſt, vel ære tectum. *Plin. l.* 34. *c.* 3. Quod ærata oſtia haberet. *Horat. l.* 2. *od.* 16. Aerata navis. *h. e.* æreo roſtro munita, vel ære proram obductam habens. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 76. Aerata pila, *h. e.* ærea ſphæra. ¶ Ponitur aliquando ad ſignificandas res ex ferro aut chalybe. Prius enim fuit mortalibus æris, quam ferri cognitus uſus, ut ait *Lucret. l.* 5. *v.* 1285. Hinc a Poetis *ærata* ſæpe dicuntur arma, & ferramenta ad cædendum. *Virg.* 11. *Aen. v.* 656. Aerata ſecuris. *Tibull. l.* 1. *el.* 11. Tela ærata. ¶ *Aeratæ acies* ſunt armis inſtructæ. *Virg.* 9. *Aen. v.* 462. ¶ Aeratus homo, ære alieno obſtrictus, *indebitato*, qui uſitatius dicitur obæratus. *Cic. ad Att. l.* 1. *ep.* 16. Tribuni non tam ærarii, ut appellantur, quam ærati. Ubi tamen quidam nummatos interpretantur. *Plaut.* etiam *in Moſtell.* pro pecunioſo poſuit, *ricco di denari*, Ferocem facis, quia te æratus amat. *Al. leg.* quia te herus tam amat.

Aerelavina, locus, ubi æs lavatur. *Varr. l.* 7. *L. L.*

Æreus, o. 1. 2. *coſa fatta di bronzo*, Ger. *ertzin*, Gal. *d'airain*, Hiſp. *de cobre*, χάλκεος, quod eſt ex ære factum. *Virg.* 1. *Aen.* Aerea cui gradibus ſurgebant limina. ¶ Aerea ætas dicitur tertia illa ętas, quę argenteæ ſucceſſit, quam *Ovid. Met.* 1. ahenam vocat. ¶ Ferrum etiam æreum dici, vel ſolus *Virgilius* argumento eſt *Aen.* 7. *v.* 743. Æreus enſis. Niſi forte interpretari velimus, enſem validum, & optimæ temperationis, quemadmodum *Aen.* 5. *v.* 198. Tremit ictibus ærea puppis. Ubi Servius, *fortis*, interpretatur, quia prora, non puppis ærea eſt. ¶ Dicitur etiam *æreus*, qui æris colorem habet. *Plin. l.* 8. *c.* 52. Pilus aprorum æreo ſimilis agreſtibus, cæteris niger.

Aereus, & *rectius* Aerius, a, um, quadriſyllab. ἀέριος, *di aria*. Proprie ſignificat quod in aere fit, vel vivit. *Cic. Top. c.* 20. Aerei volatus avium atque cantus. Sic Aerium mel, apud *Virg.* 4. *Georg. initio*. Nempe apes mel non faciunt, ſed contrahunt ex rore matutino, qui ex aere defluit. ¶ Ponitur interdum pro excelſo, ut Aeriæ Alpes, *Virg. Georg.* 3. *v.* 474. Aeria ulmus, *Eclog.* 1. *v.* 59. At aerias palumbes *Id. Eclog.* 3. pro vagis dixit, ut *Scaliger* interpretatur ad *lib.* 1. *Ariſt. hiſt. Animal.* ¶ Spes aeria apud *Arnob. l.* 2. eſt vana, incerta, ut exponit *Meurſius Exercit. Crit. part.* 2. *l.* 1. *c.* 5.

Aerides, ἀερίδες, gemmæ ſunt e Beryllorum genere. *Plin. l.* 37. *c.* 5.

Aerifer, adiect. qui æs fert, χαλκοφόρος, *Ovid. Faſt.* 3. *v.* 740. Aeriferę comitum concrepuere manus, *ideſt* crepitacula ęrea ferentes.

Aeritice. *Varro apud Non. c.* 4. *n.* 130. ſi lectio proba eſt. Nihil ſunt Muſę pollicis veſtrę, quas ęrifice duxti. Quem locum varie tentarunt viri docti. Placet *Baſil. Fabro* conjectura *Jani Rutgerſii l.* 1. *Var. lect. c.* 2. legentis: Nihil ſunt Muſę pollicis veſtri, quas cerifice duxti. Alii aliter.

Aerificium, n. 2. χάλκωμα, quod ex ęre factum eſt. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 10. ſed incerta eſt lectio.

Aerifodinę, ęris fodinę. *Varro l.* 4. *de L. L.*

Aerinus, ſive ęrineus, idem, quod loliaceus, ab ęra. *Plin. lib.* 22. *c.* 25. Ærina farina.

Aeripes, edis, quadriſyll. ſed per ſyneręſim in tres ſyllabas contract. quaſi aereos pedes habens, ponitur pro celeri, & expedito. *Virg.* 6. *Aen. v.* 802. Aeripedem cervam. Alii tamen χαλκόποδα interpretantur, ideſt pedes habentem ſolidos, & indefatigabiles, quaſi componatur non ab aer, ſed ab ęs. Ita *Homer. Il.* Θ. *v.* 41. & Ν. *v.* 23. χαλκόποδες ἵππω. ¶ *Ovid. Heroid. ep.* 6. *v.* 32. Narrat & ęripedes Martis araſſe boves. *Heinſius* tamen hic, & *epiſt.* 12. *v.* 93. legit *ænipedes*.

Aeriſonus, a, um, ęris dans ſonum, χαλκεόφωνος. *Sil. l.* 2. *v.* 93. Æriſona antra, in quibus *ſcil.* Curetes ęra pulſabant.

Aerius. V. Æreus.

Aerizuſa, jaſpidis ſpecies eſt, aerei coloris. *Plin. l. ult. c.* 8.

Aero, onis, m. 3. *ceſtone*, *corba*, vaſis ſpartei genus, ferendo aliquid idoneum, φορμός, dictus ab αἴρειν, tollere, ferre. *Vitruv. l.* 5. *c.* 12. Æronibus ex ulva paluſtri factis. *Plin. l.* 36. *c.* 14. Id conſecutus eſt ęronibus arena plenis. V. etiam *Donatum* ad *Terent. Phorm.* 1. 2. & *Voſſ. Etymol.* Al. legunt *Hero*.

Æro, as, are, χαλκόω, ære orno, vel tego. *Priſcian. l.* 8. A metallorum quoque nominibus ſolent verba naſci, ut ab auro, auro, as, ab ære, æro, as. Hinc *Æratus*.

Æroides, æ, f. 1. ἀεροειδής, beryllus colorem habens aeri ſimilem. *Plin. l.* 37. *c.* 5.

Ærope, Atrei uxor, ex qua Thyeſtes duos filios ſuſcepit, ἀερόπη, & quadriſyllabum eſt. *Ovid. l.* 1. *Triſt.* Si non Aeropen frater ſceleratus amaſſet. ¶ Fuit & altera Cephei filia, quæ a Marte compreſſa ex partu periit. *Pauſan.*

Aeroſus, o. 1. 2. χαλκώδης, ex quo æs fit, vel æs habens, vel ære abundans. Hinc *Æroſa* ab antiquis Cyprus inſula dicebatur, quod in ea plurimum æris naſcitur, vel quod primo ibi æs inventum ſit. *Feſtus.* Aeroſus lapis. *Plin. l.* 34. *c.* 1. id eſt lapis, ex quo æs fit. ¶ Aeroſum ferrum, & fragile. *Ibid. c.* 14.

Aeruca, æ, f. 1. *verderame*, ærugo, quæ ex laminis æreis ſupra acetum ſuſpenſis fit. *Vitruv. l.* 7. *c.* 12. Eadem ratione lamellas æreas collocantes, efficiunt æruginem, quæ æruca appellatur. ¶ Eſt etiam herbæ ſalacis genus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 75.

Aeruginoſus, o. 1. 2. *pieno di ruggine*, Ger. *roſtig*, Gall. *plein de rovil*, *rouvillé*, Hiſp. *coſa mohoſa*, ἰώδης, quod eſt ærugine plenum. *Senec. lib. de brevit. vit. c.* 12. Majorem dierum partem in æruginoſis lamellis conſumit.

Aerugo, æruginis, f. 3. *ruggine*, ירקון, Ger. *roſt*, Gal. *enrouille*, *ou rouillure*,

lure, Hisp. *el mobo*, æris tubigo, & proprie in ære, vel argento, cum viridescit. ἰὸς χαλκοῦ, rubigo vero in ferro, & segetibus, ἰὸς σιδήρου. *Plin. l.* 34. *c.* 4. Aera detersa celerius rubiginem trahunt, quam neglecta, nisi oleo perungantur. ¶ Aeruginis in medicina magnus usus est, cujus vis est collyriis oculorum aptissima. *Plin.* 34. 11. ¶ Transfertur ad segetum rubiginem, ut est apud *Theoph. l.* 4. *de Causis plantarum*. Est autem ærugo incidentis segetibus humoris putrefactio, quo vitio spicæ marcidæ fiunt, & in pulverem fœtidum contriatiles. ¶ Figurate pro invidia & maledicentia sumitur. *Martial. lib.* 12. *ep.* 10. Nimiaque ærugine captus allatras nomen quod tibi cumque datum. ¶ Item pro avaritia. *Horat. in arte poet. v.* 33. Animos ærugo, & cura peculi cum semel imbuerit. Sic *Apulejus A. A. l.* 1. *sub fin.* Aerugini intentum, pro avaro dixit.

Aerumna, f. 1. *gran fatica*, *stento*, חוח, עצבון, Ger. *trubzahl*, *beschwerd*, Gall. *fascherie*, *malheur*, *peine*, *travail*, Hisp. *trabajo*, *desastre*, ὀιζύς, ἀπὸ τοῦ αἴρω, levo, tollo. Nam proprie ærumnæ dicuntur furcillæ, quibus viatores sarcinas suas religatas tabella interposita ferre consueverunt, quæ a Mario earum inventore muli Mariani postea vocatæ sunt. Hinc factum est, ut labores onerosi ærumnæ dicantur. *Cic. l.* 2. *de Fin. c. ult.* Labores non fugiendos ærumnas nominarunt. Unde labores Herculis ærumnę sunt appellati. *Idem l.* 4. *Tusc. c.* 8. Aerumma est ægritudo laboriosa. ¶ Invenitur & *erumna* sine diphthongo, & prima brevi. *Paulin. l.* 2. *de vita Martini:* Tristem miseratus erumnam. Et *l.* 3. linguæ partes proclamat erumna: & alibi. Adde *Fortunat. lib.* 1. *de vita Martini c.* 20. sed non sunt imitandi. ¶ Apud *Arnob. l.* 7. erumnæ, vel œrumnæ sunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos & referre natura est ruminatoribus sæculis, *il principio del gorgozzule*. Al. leg. *rumæ*.

Aerumnabĭlis, le, adject. ærumnis plenus. *Lucret. l.* 6. *v.* 1228. Miserandum, & magnopere ærumnabile. Et *Apul.* 8. ærumnabilis vita.

Aerumnālis, o. 3. *pien di fatica*, ὀιζυρὸς, ut labor ęrumnalis. *Apul. l.* 1. *de Asin.* ubi alii leg. *ærumnabilis*.

Aerumnōsus, a, um, idem quod Aerumnabilis. *Plaut. Epid.* 4. 1. *v.* 32. Arumnosam, & miseriarum compotem mulierem. *Cic. Tuscul.* 3. *c.* 28. ex Euripide vertit: ærumnoso navigassem salo. Et *pro Cluent.* Ærumnosissimus, dixit. Et *lib.* 3. *Attic. ep.* 23. Terentiam unam omnium ærumnosissimam.

Aerumnula, æ, f. 1. diminut. parva ærumna, h. e. furcilla, ut in *Ærumna* dictum est. *Plaut. in fragmen. apud Fest.*

Aeruscātor, oris, m. 3. *birbante*. Proprie de præstigiarum artificibus dicebatur. Ii enim experimenta facturi artificii sui, cum contraxissent cœtum, ordines obambulare solebant, & lucar, sive mercedem exigere. Hodie id genus hominum ad fores ædium, ubi ludicra sunt edituri, constituunt certos homines, qui neminem spectatum intromittant, nisi exolutis nummis. Itaque a colligendis æribus æruscatores dicebantur. ¶ *Gell. l.* 14. *c.* 1. Aeruscatos interpretatur, qui cibum quæstumque ex mendaciis captant. Vide etiam *l.* 9. *c.* 2. ¶ In veteribus Glossis legitur etiam Aesculator.

Aerūsco, as, are, *buscar danari*, Germ. *Gelt mit beteug hin*, *und vvider ubrkommen*, Gall. *queter*, *mendier avec mensonge*, *& tromperie*, Hisp. *buscar dineros por todas partes*, ἀγυρτίζω, χαλκολογέω, verbum vetus, significat æs, id est pecuniam quibuscumque artibus aucupari, petere, aut colligere. *Senec. de Clement. l.* 2. *c.* 6. Vultum quidem non dejiciet, nec animum, ob æruscantis civis, aut pannosi aridam faciem, & innixam baculo senectutem. Adde *Gell. l.* 9. *c.* 2.

Æ ANTE S.

Æs, æris, n. 3. *rame*, נחשת, Ger. *ertz*, Gal. *airain*, *cuivre*, Hisp. *cobre*, χαλκὸς, proprie est species metalli colore rubro. Deductum alii putant ab auri similitudine; alii a græco αἶα terra, Varro ab asse, Vossius ab ἄρης, unde antiquus rectus *æres*, & per syncop. *æs*. Aes Cyprium *Plin. l.* 33. *c.* 5. Aes rufum in panibus, sc. massæ æreæ. V. Panis. Leges in æs incidere, *Cic. Philip.* 3. scil. ob perpetuitatem. Aes circumforaneum, *Cic. ad Att. l.* 2. *ep.* 1. hoc est vulgare. ¶ Aes Corinthium mixtura quędam fuit æris, argenti, & auri, ut est apud *Muretum* 3. *Var. lect. c.* 5. Sed vide *Bochardum Hieroz. lib.* 1. *c.* 16. ubi contendit, æs Corinthium non esse mixturam variorum metallorum, sed æs quoddam Corinthiorum proprium, quo usi sunt multo ante ejus excidium. ¶ Figurate Aes, præsertim apud Poetas, multa significat, quæ ex ære fiunt, ut arma, *Virg. Æn.* 2. *v.* 734. Tubam, *Æn.* 6. Aere ciere viros. Galeam, *Ovid. Metam. l.* 8. *v.* 32. Cum vero faciem dempto nudaverat ære. Statuam, *Virg.* 6. *Æn.* Excudent alii spirantia mollius æra. ¶ Item pecuniam, cujus antiquissimum genus ex ære fuit. *Terent. Phorm.* 3. 2. Ancillam ære emptam suo. ¶ Hinc æs alienum, id est pecunia aliis debita, debitum, χρέος, passim apud probatos Scriptores. Sic ære alieno demergi apud *Liv. l.* 2. *c.* 15. quod *Cicero* dixit opprimi, obrui, premi. ¶ Aes alienum meum, æs alienum tuum, vetus, novum apud *Cic.* frequenter legitur. Sic apud eundem æs alienum contrahere, facere, habere, ex ære alieno laborare; quibus contraria sunt æs alienum dissolvere, ære alieno exire, levare se ære alieno, ære alieno liberari. Idem *Cic.* dixit, suscipere æs alienum alicujus, *farsi debitore per alcuno*, *pigliar a pagare per lui*. Item in ære alieno nullo esse, & in summis esse, *non aver alcun debito*, *ed averne moltissimi*. ¶ Adhibetur metaphor. pro quovis debito. *Cic. Top. c.* 1. admonitus hujus æris alieni. *h. e.* quod promiserim Topica scribere. ¶ Aes grave, cui opponitur æs signatum. Initio enim non numerari pecunia, sed pendi consuevit. *Liv. l.* 4. *c.* 60. Indicibus dena millia æris gravis, quæ tum divitiæ habebantur, data. *Senec. consol. ad Helv. c.* 12. a Senatu tutore suo dotem æs grave acceperunt. ¶ Adhibetur etiam *æs* absolute sine epitheto pro asse. *Var. de L. L. l.* 8. Pro assibus nonnuquam æs dicebant Antiqui; a quo dicimus, mille æris legasse. ¶ Accipitur & pro pecunia, quæ ex quæstu, vel artificio redit. *Horat. ad Pisones*, *v.* 345. Hic meret æra liber Sosis. ¶ Sic stipendium, seu merces *æs* dicitur. *Liv. l.* 5. *c.* 4. Annua æra habes, annuam operam ede. Ita apud eundem, Aera procedere alicui, *correre le paghe ad alcuno*. ¶ Hinc ære dirutus miles, cui stipendium ademptum est ignominiæ causa: quod eleganter ad jocum transtulit *Cic. Verr.* 7. *c.* 13. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuisset, ære tamen dirutus est. ¶ Aeris alicujus esse, idest alicujus pretii, apud *Gell. l.* 18. *c.* 5. ¶ In ære meo, h. e. inter meos, sive meus, ut res, & pecunia mea. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 62. & *l.* 15. *ep.* 14. ¶ Aera etiam dicebantur nummi, quibus calculones ad subducendas rationes utebantur: unde & singula rationum capita Aera neut. gen. appellantur. *Cic. apud Non. c.* 3. *n.* 18. Quid tu, inquam, soles, cum rationem a dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare? *ciascuna partita*. ¶ *Quid distent æra lupinis*, proverbium est apud *Horat. l.* 1. *ep.* 7. de rerum diversarum discrimine. ¶ *Aera*, *æ*, vide loco suo. ¶ In dativo plurali *æribus* legitur apud *Lucret. l.* 2. & *ærum* in genitivo *in Inscrip.* apud *Gruter. pag.* 565. *n.* 6.

Aesăcus, ci, Αἴσακος, Fl. Troadis, ad M. Idam. ¶ Fuit etiam hoc nomine filius Priami ex nympha Alyxothoe, seu Alexithoe, qui cum Hesperies amore captus, eam per avia fugientem insequeretur, evenit, ut serpens a puella calcatus ejus pedem mordicus apprehenderet, quo ex vulnere cum illa interiisset, Aesacus doloris impatientia se se in mare præcipitavit, quem Tethys miserata in mergum avem convertit. *Ovid.* 11. *Met. in fine*.

Aesalon, m. 3. αἰσαλών, genus parvæ cujusdam avis, quæ corvis est inimica, eorumque ova frangit. *Plin.* 10. 74.

Aesapius, a, um, adject. *Valer. Flacc. Argon.* 3. Ampycides petit adversis Aesapia sylvis Flumina. V. Aesapus. ¶ Legitur & *Aesepius* eodem sensu.

Aesāpus, Aesepus, *Spiga*, Fl. Mysiæ, ex Ida M. profluens, ac in Hellespontum influens, apud Cyzicum urb. *Plin.* 5. 32.

Aesar, áris, m. Aesarus, *Esaro*, Fl. Calab. ul. apud Siberenam, & Crotonem. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 22. ¶ Hæc vox Etruscorum lingua Dei cujusdam nomen est. *Sueton. in Aug. c.* 97.

Aesarēus, a, um, ad Aesarem fluvium pertinens. *Ovid.* 15. *Met. v.* 54.

Aeschĭnes, m. 3. Αἰσχίνης, Atheniensis Orator, Isocratis discipulus, Demosthenis æmulus, cujus orationes tres extant, & aliquot epistolæ. Aeschines multi narrantur a Diogene Laertio, primus Philosophus Socratis discipulus, secundus, qui artem oratoriam scripsit, tertius hic Orator, quartus Arcadia profectus, quintus Mitylenæus, quem flagellum Oratorum vocabant, sextus Neapolitanus Philosophus Academicus, septimus Milesius scriptor, octavus statuarius.

Aeschrologia, æ, f. αἰσχρολογία, Græca vox, qua significatur turpis sermo vel ex prava verborum compositione ortus, ut *cum nobis*, vel ex verbo ambiguæ significationis, ut *patrare*. *Diomed. l.* 2.

Aeschylēus, a, um, ad Aeschylum pertinens. *Propert. l.* 2. *el. ult. v.* 41. Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

Aeschylus, m. 2. Αἰσχύλος, nomen poetæ tragici. Hic cum esset calvus, & in aprico forte quiesceret, testudo ab aquila in altum delata cum decidisset, caput ejus contregit, interemitque. *Plin. l.* 10. *c.* 3. & *Valer. Max. l.* 9. *c.* 12. *extern. n.* 2.

Aeschynomĕne, herba est. *Plin. l.* 24. *c.* 17. ita dicta, quod appropinquante manu folia contrahat; veluti pudore refugiens alienos tactus.

Aesculanus, & Argentinus Dii habiti sunt æris, & argenti, idest hominum ditandorum potestatem habentes. *August. l.* 4. *de Civ. Dei c.* 21.

Aesculapius, m. 2. Ἀσκληπιὸς, Græce Asclepius, nomen est Apollinis filii ex Coronide, e cujus interfectæ secto utero prodiit, medicinam artem vel laude, vel opere ampliavit, ob eamque rem in Deorum numerum receptus fertur, cujus duo filii Podalyrius, & Machaon, bello Trojano Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus attulere, ut narrat *Cels. in præf. l.* 1. ¶ *Cic.* 3. *Tusc. c.* 22. tres enumerat Aesculapios. V. ¶ Habitus est ægrorum Deus, eorumque votis, & precibus fatigabatur: cui capram immolabant, & gallinas, & gallum gallinaceum. *Ser.* 2. *Georg. v.* 380.

Aesculātor. V. Aeruscator.

Aesculētum, i, locus æsculis consitus, πλατυφύλλων. *Horat. carm.* 1. *od.* 22. Daunia in latis alit æsculetis.

Aesculĕus, a, um, πλατυφύλλινος, qui est ex Aesculo. *Ovid. Metam.* 1. *v.* 449. Aesculeæ capiebat frontis honorem, id est coronæ.

Aesculinus, a, um, idem ac Aesculeus, ut Aesculini asses, apud *Vitruv. l.* 7. *c.* 1.

Aescūlus, *ischio*, πλατύφυλλος, arbor glandifera, cujus fructu in primęva ætate homines vescebantur. Unde quidam sine diphthongo scribunt, ab esca nomen trahentes. Et rectius: quamquam Servius diphthongum usu tuetur, ad illud *Virg. Georg.* 2. *v.* 290. Aesculus in primis &c.

Aesepĭus. V. Aesapius.

Aesernia, Esernia, *Sergna*, & *Isergna*, Col. & urb. E. Samnii, ad Vulturnum fl.

Aeserninus, a, um, adject. gentile, ab Esernia. *Plin. l.* 3. *c.* 12. Quamquam ibi leg. sine diphthongo. ¶ Fuit & gladiator quidam Aeserninus dictus, qui cum Pacidiano altero non minoris famæ gladiatore congressus proverbio locum fecit: *Aeserninus cum Pacidiano*, quo uti solemus cum duos in eodem genere artifices optimos comparamus. *Cic. de opt. gen. Orat.* V. Erasmi adag. a quo etiam sine diphth. scribitur.

Aesis, Αἶσις, fl. Piceni, qui inter Anconam, & Senogalliam in mare Adriaticum influit. Olim Italiam a Gallia dividebat. *Plin.* 3. 14. ¶ Æsis item, sive Aesium. *Jesi*, Col. & urbs E. est ejusdem Provinciæ ad Aesim fl.

Aeson, Cretei filius, frater Peliæ Regis Thessaliæ, & pater Jasonis. Ex sene in juvenem a Medea conversus est. *Ovid.* 7. *Metam.*

Aesonídes, æ, Jason Aesonis fil. *Ovid. Met.* 7. *v.* 60.

Aesonius, a, um, adject. possessiv. ab Aesone. *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 134. Ausus es Aesonia dicere cede domo, & *Met.* 7. *v.* 156. Aesonius Heros.

Aesopĭcus, Aesopeus, Aesopius, αἰσώπειος, ad Aesopum spectans. Aesopei logi apud *Senec. de Consol. ad Polyb. c.* 27. *Ausonius ep.* 16. Aesopiam dimetriam. *Phedrus proœm. l.* 5. & *Priscian. in princ. l. de præexercitam. Rhetor.* Aesopias fabulas dixerunt. ¶ Quando penultima in his corripitur, tum alterum elementum græcæ diphthongi abjicitur. *Phædr. l.* 5. quoniam caperis fabulis, Quas Aesopeas (al. Asopias) non Aesopi nomine. *h. e.* ad imitationem Aesopi confictas, non ab ipso inventas. *Auson. ep.* 16. Aesopiam trimetriam.

Aesōpus, m. 2. Αἴσωπος, Philosophus, Phryx genere, conditione servus, tempore Crœsi Lydorum Regis, cui fabulas suas dicavit. ¶ Item alius Aesopus anagnostes Mithridatis eruditissimus, qui scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut refert *Suidas*. ¶ Præterea Aesopus tragœdus amicitia junctus Ciceroni, qui in maximas opes ex histrionica pervenit, & filium reliquit adeo divitem, simul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis adponeret. Sæpe cum Cicerone ad videndum in Curia pronuntiantem Hortensium proficiscebatur. *Fam.* 7. *ep.* 1. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 10. & *l.* 9. *c.* 1.

Aesquillæ. V. Exquiliæ.

Aestas, f. 3. *estate*, קיץ, Ger. *der sommer*, Gall. *l'eté*, Hisp. *estio*, θέρος, anni pars, quæ incipit ab æquinoctio verno, & finitur æquinoctio autumnali, constatque senis mensibus. Nam totus olim annus in æstatem tantum, & hyemem dividebatur, ut constat etiam ex *Ulpiano Dig.* 43. 19. 1. *ad fin.* Postea tamen anno in quatuor partes diviso, cœpit æstatis nomine vocari trimestre illud ab ingressu Solis in Cancrum usque ad æquinoctium autumnale, quod fit Sole ingrediente Libram. Ita enim distinguuntur quatuor anni partes, ut Sole ingrediente Arietem incipiat ver, in Cancro æstas, in Libra autumnus, in Capricorno hyems principium sumat. *Var.* 3. *de ling. Lat.* Ab æstu æstas, hinc æstivum, nisi forte a Græco αἴθεσθαι. ¶ Dicimus autem Aestate ineunte, nova, adulta, præcipite. *Sallustius citatus a Servio ad Virg. Georg. l.* 1. *v.* 43. *Cic.* 4. *ad Attic. ep.* 2. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 23. ¶ Per metalepsim ponitur pro anno. *Velle. l.* 2. *c.* 47. Novem æstatibus vix ullus justus triumphus

phus emeritus, *in nove campagne*. Adde *Tacit. 6. Ann. c. 39.* ¶ Item pro aere sereno. *Virg. 4. Georg. v. 59.* Nare per æstatem liquidam.

Aestĭfer, a, um, o. 1. 2. quod æstum, id est, calorem affert. *Virg. 2. Georg.* Hoc ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva. ¶ *Aestifer* etiam dicitur, quod æstum patitur. *Luc. l. 1. 206.* Squalentibus herbis æstiferę Libyes.

Aestimabilis, e, *stimabile*, quod æstimari potest, יקר, Germ. *achtbarlich*, Gal. *estimable*, *digne d'etre prise*, Hisp. *estimable*, *cosa da precio*, τιμητὸς. *Cic. 3. Fin. c. 6.* Aestimabile esse dicitur id, quod aliquod pondus habeat dignum æstimatione, contraque inæstimabile, quod sit superiori contrarium.

Aestimatĭo, f. 3. *stima*, יערך, Ger. *schatzung*, *achtung*, Gall. *estime*, *estemation*, Hisp. *estima*, *estimacion*, τίμημα, actus æstimandi, judicium de pretio seu valore alicujus rei. *Cic. 4. Verr. c. 153.* In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ censori permittitur. *Id. Verr. 5. c. 91.* Aestimatio frumenti. *Id. Parad. 6. ad fin.* æstimatio census, *estimo*. *Ulpian. Dig. 1. 8. 9.* Aestimationem non recipit res sacra. *Paul. Dig. 17. 2. 17.* Venire in æstimationem. *Julian. Dig. 45. 1. 54.* Offerre æstimationem operæ. *h. e.* pretium ejus operæ, quanti scilicet æstimata fuit. Itaque hoc loco *æstimatio* pro re æstimata, seu pro ejus valore ponitur: cujus rei alia exempla mox dabimus. *Cæs. l. 1. B. C. c. ult.* Aestimationem æquam facere. *Cic. Att. l. 12. ep. 25.* Mihi & res, & conditio placet, sed ita, ut numerato malim, quam æstimatione, *piuttosto a contanti*, *che a permuta*. Loquitur hoc loco de emendis cujusdam Silii hortis, aitque, se eos emere malle pecunia numerata, quam aliam possessionem dando, æstimatam tanti, quanti valerent ipsi horti. *Id. Fam. 5. ep. 20. ad fin.* Nolles a me hoc tempore æstimationem accipere, nam numeratum, si cuperem, non erat. *h. e.* nolles a me exigere, ut in solutionem debiti mei possessionem aliquam tibi cederem æstimatam quanti esset pecunia a te mihi mutuo data. Hoc etiam loco *æstimatio* pro re æstimata ponitur. ¶ Narrat *Sueton. in Cæs. c. 42.* Jul. Cæsarem, exacto Civili bello, decrevisse ut veteres debitores creditoribus satisfacerent, datis in solutionem possessionibus ea æstimatione, qua fuissent ante civile bellum, deducto etiam ab summa æris alieni quidquid usurę nomine a debitore numeratum fuisset: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Hoc legitur etiam apud ipsum *Cæs. l. 3. B. C. c. 1.* De hac æstimatione intelligendus est *Cic. Fam. 13. ep. 8. & Fam. 9. ep. 16. & 18.* quo postremo loco *æstimationem accipere* est jacturam facere rei familiaris, quia præter usurarum deductionem, eo etiam capite credita deperibant, quod agri, qui ante civile bellum summo in pretio fuerant, eo confecto valde jacebant, vastationibus militum, & fuga colonorum sine cultura relicti. ¶ Ponitur etiam *æstimatio* pro ipso rei pretio, *prezzo*, *valore*. *Catull. carm. 12. ad Asin.* mihi linteum remitte, Quod non me movet æstimationem, Verum est μνημόσυνον mei sodalis. ¶ Translate significat nonunquam judicium de natura, aut dignitate alicujus rei. *Cic. 3. de Fin. c. 6.* Dignum æstimatione, quam ille ἀξίαν vocat. *Cur. l. 3. c. 6.* Secreta æstimatione pensare aliquid. *Tacit. 1. histor. c. 14.* Aestimatione recta severus: deterius æstimantibus tristior habebatur. *Velley. l. 2. c. 127.* Semper infra aliorum æstimationes se metiens. *h. e.* infra honorifica de se judicia. ¶ Pro existimatione, & fama legitur a quibusdam apud *Sueton. in Aug. c. 3.* sed incerta ibi est lectio.

Aestimator, m. 3. *pregiatore*, *stimatore*, מעריך, Ger. *schetzer*, Gal. *stimateur*, *priseur*, Hisp. *estimador*, *apreciador*, qui æstimat, & considerat. *Cic. 3. de Fin.* Te aptissimum habeo meorum studiorum æstimatorem, & judicem. *Id. in Pis. c. 35.* Unus tu dominus, unus æstimator, unus venditor.

Aestimatorĭus, a, um, vox est JCtorum, ut æstimatoria actio, quę sc. de æstimato proponitur, quoties de nomine contractus alicujus ambigitur. *Ulp. l. 1. D. de æstimat. action.*

Aestimātus, us, m. æstimatio. *Plin. l. 11. c. 15.* In æstimatu est mel e thymo, *è in grande stima*. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16. post med.* Aestimatu ę tatis.

Aestimātus, a, um, *stimato*, *valutato*, ἀποτιμηθεὶς. *Plin. l. 33. c. ult.* Aestimatus assibus quinis. *Nepos in Milt. c. 1.* Litem æstimatam solvere, *pagar la condanna*. ¶ Item perpensus, judicatus. *Tacit. 6. Ann. c. 12.* Lectum, æstimatumque carmen.

Aestimĭa, ę, æstimatio. *Festus*.

Aestimium, ii, idem ac æstimatio, *stima*. *Aggen. de limit.* Possessiones pro æstimio ubertatis augustiores sunt assignatę. *Festus:* Aestimium, æstimatio.

Aestĭmo, a. 1. *stimare*, *taxare*, ערך, השׂם, Ger. *schatzen*, *achten*, Gall. *priser*, *estimer*, Hisp. *estimar*, *apreciar*, τιμάω, significat considerare, sicut existimo judicare, ut *Valla* vult *l. 5. c. 20.* Hinc ponitur pro appretio, taxo, *prezzare*. Habet autem accusativum cum genitivo horum nominum tanti, quanti, quantivis, tantivis, tantidem, quanticumque, magni, parvi, pluris, minoris, maximi, plurimi, nihili, & si qua hujusmodi reperiuntur. *Cic. de Fin.* Magni æstimabat pecuniam. ¶ Si tamen hęc nomina adjective accipiantur, hoc est, si habeant aliud substantivum adjunctum, debent poni in ablativo. Non enim recte dixeris, Non æstimo hoc parvi pretii, sed parvo pretio. Quanquam etiam sine substantivis inveniuntur in ablativo posita. *Cic. 3. Verr.* Tu ista permagno æstimas. ¶ Cum aliis ablativum petit. *Id. 4. Verr.* Hęc pecunia æstimari non queunt. ¶ Interdum cum accusativo solum, quale est illud *Cic. in Verr.* Aestimate harum rerum omnium pretia. ¶ Interdum habet accusativum cum ablativo, & prępositione *Ex*, & tunc significat perpendere, metiri. *Cic. pro Rosc.* Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. ¶ Aestimare aliquem, est judicium de aliquo facere. *Curt. l. 10. c. 5.* Juste æstimantibus Regem liquet, bona naturę ejus fuisse, &c. ¶ Interdum est perpendere, considerare. *Plin. l. 10. ep. 78.* Aestimabo, an debeas cognoscere. ¶ Aestimare de aliquo, est apud *Cic. l. 1. de leg.* Omnes adhuc Scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus æstimare non possumus, facile superavit. ¶ Apud *Quintil.* pœnam suam summis honoribus æstimare, est pœnam inter summos honores referre, reputare. ¶ Lis æstimata (*Ascon. in 2. Verr.*) hoc est pecunia, de qua lis fuit, in summam redacta. Igitur *æstimare litem* dicitur præsertim in judicio peculatus, & repetundarum, cum damnato reo, rationes ineuntur pecuniarum, furtorum, &c. Sic æstimare litem alicui, apud *Cic. pro Cluent. c. 41.* ¶ Aliquando æstimare litem, est decernere mulctam. *Nepos in Miltiade c. 7.* Capitis absolutus, pecunia mulctatus est, eaque lis quinquaginta talentis æstimata est. *Cæs. l. 3. B. G. c. 1.* Arbitros inter civitates dat, qui litem æstiment, pœnamque constituant. ¶ Litem capitis æstimare, apud *Cic. pro Clu. c. 41.* hoc est, ut explicat *Manutius*, quę capitis lis est, ad pecunię solutionem redigere.

Aestīva, orum, n. 2. *luoghi da state*, בית חקוץ, מקום לקוץ, Ger. *sommer lager*, *sommer haus*, Gal. *quartiers d'été*, *lieux pour y passer l'été*, Hisp. *campos de estio*, *lugares para tener estio en ellos*, τὰ θερεινὰ, pluraliter dicuntur loca umbrosa, nemorosa, in quibus per æstatem vitatur Solis ardor. *Cic. Q. Fr. 3. 1.* Aestivus locus. *Stat.* Et umbrosi patuere æstiva Lycęi. ¶ Quandoque ponitur pro gregibus in æstivis commorantibus, vel contra pro ipsis locis, in quibus æstate sunt armenta, & greges. *Virg. l. 3. Georg.* Nec singula morbi corpora corripiunt, sed tota æstiva repente. ¶ Aliquando pro ipso æstatis tempore. *Patere. l. 2. c. 105.* Sic æstiva agere. *Curt. l. 5. c. 8.* ¶ Aestiva quoque castra dicuntur, in quibus æstate milites degunt, quemadmodum Hyberna, in quibus hyemem transigunt, *quartieri da state*. *Cic. Ep. l. 1.* Mihi erat in animo, cum primum æstiva attigissem, decedere ex S. C. ¶ Quandoque vocantur æstiva fruges, quę æstate feruntur. *Plin. l. 18. c. 7.* Aestiva, quę ante Vergiliarum ortum feruntur.

Aestivālis, le, adject. idem quod æstivus. *Hygin. Astr. 3. c. 24.* Virgo dextra manu circulum æstivalem tangit. *h. e.* Tropicum Cancri.

Aestīve, adverb. *Plaut. Menæch. 2. 1. v. 29.* Aestive admodum viaticati sumus: id est tenuiter, admodum parce, joculari translatione ab iis, qui per æstatem leviter, & expedite ornantur.

Aestīvo, as, n. 1. *ombreggiar per fuggir il caldo*, קוין, Ger. *das sommerlager haben*, *an einem ortk den sommer verschliefen*, Gall. *passer l'été*, Hisp. *tener el estio en algun lugar*, τὸ θέρος διάγειν, propter æstum evitandum alicubi commorari, quemadmodum hiberno, hiemem aliquo in loco transigere. *Varr. 2. de re rust. c. 2.* Hi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus æstivabant. Adde *Plin. lib. 12. cap. 5.* & *Sueton. in Galb. c. 4.*

Aestīvus, o. 1. 2. *estivo*, Ger. *sommerlich*, Gal. *d'été*, *appartenant a l'été*, Hisp. *cosa de estio*, θερεινὸς, quod est æstatis, licet ab æstus, non ab æstas formatum sit, ut æstivi menses, æstivę nives. *Cic. ad Q. Fr.* Unus æstivus dies. ¶ Usurpatur etiam pro æstati idoneo. *Liv. l. 22. c. 14.* Per æstivos saltus devioque colles exercitum duximus. ¶ Aestivę fruges dicuntur milium, panicum, & cęterę hujus generis, quę ante Vergiliarum exortum seruntur, quemadmodum hibernę circa Vergiliarum occasum satę per hiemem terra nutriuntur. Vide *Plin. lib. 18. c. 7.* ¶ Castra æstiva apud *Tacit. ann. 1. c. 16.* V. Aestiva.

Aestuabundus, a, um, æstuosus, *Pallad. l. 11. c. 17.* Mundo linteo tegas, per quod facile confectio æstuabunda suspiret.

Aestŭans, antis, *caldo*, *fervente*, *bogliente*. *Colum. l. 11. c. 2.* Sol æstuans. *Curt. lib. 8. cap. 9.* Fretum æstuans. *Pallad. l. 11. tit. 14.* Vina æstuantia. ¶ Translate agitatus, perturbatus, *turbato*, *agitato*, *anfioso*. *Cic. de Arusp. resp. c. 1.* Exsanguis, atque æstuans se e curia repente proripuit. *Sallust. in Jug. c. 98.* Animo æstuans.

Aestuarium, ii, locus, per quem vapores exhalant, quod & vaporarium dici potest. *Vitruv. l. 8. c. 7. ubi de puteorum fossionibus.* ¶ Aestuaria porro dicuntur loca marinis aquis referta ex inundationibus, per quę mare æstuans vicissim accedit, vel recedit, *stagni*, *lagune*. *Cæs. B. G. l. 2. c. 28.* Quos in æstuaria, ac paludes collectos dicebamus. *Plin. l. 5. c. 1.* Effunditur huc æstuarium e mari, flexuoso meatu.

Aestuatĭo, onis, verbal. actus æstuandi. *Plin. l. 18. c. 1.* Relictis æstuationi suę istis hominum turbis. *h. e.* furori, perturbationi. Tres MSS. libri habent, *exustioni*, *Harduino* teste.

Aestŭo, as, n. 1. *bollire*, *aver caldo*, רם, נבמר, Ger. *hitzigseyn*, *grosse hitz haben*, Gall. *avoir*, *ou jetter grande chaleur*, *bruler de chaleur*, *bouillir*, Hisp. *hervir de calor*, κωφόομαι, ferveo, flagro. *Cic. 1. Acad.* Ille cum æstuaret, umbram sequutus est. *Lucanus l. 1. v. 16.* Dies æstuat, *fa caldo*. ¶ Per metaphoram ponitur etiam pro angi, & dubitatione torqueri, *dubitare*. *Cic. 4. Ver.* Aestuabat dubitatione, versabat se in utramque partem. ¶ Aliquando æstuare est fluctuare, agitari, κυμαίνομαι, *ondeggiare*. *Virg. 6. Aen.* Vastaque voragine gurges æstuat. ¶ Dicimus etiam æstuare desiderio, invidia, amore, &c. pro flagrare. *Cic.* & alii. ¶ Et æstuare absolute pro vehementer cupere. *Claudian. de III. Consul. Honor. v. 82.* Stabulis minari æstuat. Et *lib. 1. in Eutrop. v. 191.* Sed pejus in aurum æstuat.

Aestuōse, adverb. æstuando. *Plaut. Bacch. 3. 3. 67.* Acerrime, atque æstuose absorbet.

Aestuōsus, o. 1. 2. *pieno di caldo*, רם, Ger. *hitzig*, *voll hitz*, Gall. *plein de grande chaleur*, *fort chaleureux*, Hisp. *cosa caloroſa*, κωφώδης, quod est calore plenum. *Cic. Attic. l. 5. ep. 13.* Iter conficiebam æstuosa, & pulverulenta via. Sic æstuosissimi dies circa Canis ortum. *Plin. l. 34. c. 12.* Et *Horat. Epod. 3.* Munus inarsit æstuosius. *b. est*, vestis Deianirę ardentior ussit Herculis humeros. Alii tamen *æstuosius* pro adverbio sumunt. ¶ Item agitatus, fervens, procellosus. *Horat. l. 2. od. 7.* Freta æstuosa. *Id. l. 1. od. 22.* Aestuosæ Syrtes.

Aestus, m. 4. *caldo grande*, חום, Ger. *grosso vverme*, *hitz*, Gall. *ardeur*, *ou grande chaleur*, Hisp. *la fiesta*, *o grande calor*, καύσων, πύγος, ἄλησις, calor nimius, & fervor, flagrantia Solis. *Virg. 3. Geor.* Aestibus in mediis umbrosam exquirere vallem. ¶ Aliquando pro motu, & agitatione fluctuum, *moto*. *Cic. 3. de Orat. cap. 39.* Sævi existunt turbines, fervet æstu pelagus. *Id. 2. de Nat. Deor. c. 53.* Aestus maritimi multum accedentes, & recedentes, *il flusso*, *e riflusso*. ¶ Ab utroque significato per metaphoram ponitur pro variis animi ægritudinum generibus, cupiditate, amore, libidine, &c. *Cic. 3. de Orat.* Repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul a terra abripuit, *l'ardore dello spirito*. *Virg. Aen. l. 4.* Fluctuare æstu irarum. *Id. l. 7.* Aestu curarum. *Cic. de cl. orat.* Ne æstus consuetudinis nos absorbeat. *Ibid.* Aestus gloriæ. ¶ Aestus ulceris apud *Cic. 1. Tusc. l'infiammazione della piaga*. ¶ Incensos æstus avertere. *Virg. 3. Georg.* hoc est febrim: quo sensu adhibetur etiam a *Cic. 1. Catil. c. 13.* ¶ Pro dubitatione, & turbatione animi. *Plin. lib. 3. ep. 94.* Explica æstum meum. *Cic. divin. in Verr.* Qui tibi æstus, qui error, quæ tenebræ! ¶ Duci forte possit æstus ab αἴσσω, quod verbale sit ab ᾄθω, præterito verbi ἄϊθω, accendo.

Æ A N T E T.

Ætas, *età*, *etade*, דור, Ger. *alter*, Gal. *age*, Hisp. *edad*, ab αἰὼν Græco nomine deductum. Ab hoc enim ævum, ævitas, & per syncopen ætas, ἥλικα. Generaleque nomen est ad infantiam, puritiam, adolescentiam, juventutem, & senectutem pertinens. *Varro* quinque gradus facit. In primo usque ad annum xv. pueros dictos vult, quod sint puri, idest impuberes: in secundo ad annum xxx. adolescentes ab adolescendo nominatos: in tertio usque ad annum xl. juvenes appellatos, eo quod remp. in re militari juvare possent: in quarto autem gradu usque ad lx. annum seniores nuncupatos, quod tunc corpus senescere incipiat: inde usque ad finem vitæ uniuscujusque quintum gradum factum, in quo qui essent, senes appellatos, quod ea ætate corpus jam senio laboraret. Horum tamen singuli trifariam dividuntur, ut prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Unde *Virg.* Viri iisque juventa. Alii aliter dividunt ætates. ¶ Dicitur etiam, ætas aurea, argentea, ærea, ferrea, lutea, de universa Mundi duratione, de Imperio Romano, ac de Latinis Scriptoribus, passim. ¶ Interdum ætas accipitur pro anno, *anno*. *Virg. 2. Georg. v. 190.* Ubi quarta acceserit ætas. ¶ Interdum pro xxx. annorum spatio. *Cic.* Tertiam jam ætatem

tem hominum vivebat. Sic *Plutarchus* Aetatem ostendit esse spatium xxx. anorum, secundum Heraclitum. ¶ Interdum pro centum annis. *Ovid.* 12. *Metam.* Annos bis centum vixi, nunc tertia vivitur ætas. ¶ Ponitur & pro quovis tempore humanæ vitæ. *Virg. Eccl.* 9. *v.* 51. Omnia fert ætas, animum quoque. *Stat. Theb.* 3. *v.* 562. Quid crastina volveret ætas, scire nefas homini. ¶ Ponitur & pro ipsis hominibus ea ætate natis. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Quid nos dura refugimus ætas? ¶ Ætas mala dicta est senectus. *Plaut.* Senectute onustum gero corpus, vires reliquerunt: ut ætas mala est, mors mala est. ¶ Ergo e contrario bona ætas juventus appellatur, ἀγαθὴ ἡλικία. *Cic.* Quod si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur libentius, primum parvulis fruitur rebus. ¶ Aetas media vocatur illa, quæ est inter juventam, & senectam, *età virile*, quam Avicenna vocat ætatem pulchritudinis, ἀκμὴν τῆς ἡλικίας, quæ fere est a trigesimo usque ad quadragesimum annum. Eadem dicitur ætas constans. *Cic. pro Planc.* & *de senect.* ¶ Aetas vini dicitur tempus illud, quo vinum potui aptissimum est. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Falernum nec in novitate, nec in nimia vetustate corpori salubre est: media ejus ætas a quintodecimo anno incipit. ¶ Aetatem, *lungamente*, adv. significat diu. *Ter. Eun.* 4. 5. 8. Jandudum ætatem. *è un secolo*.

Aetatŭla, f. 1. *età tenera*, Germ. *klein alter*, *oder gering alter*, Gall. *bas age*, Hisp. *edad pequeña*, νηπίων ἡλικία, dimin. ætas modica, & tenerior puerorum ætas. *Cic. de Fin.* In primis puerorum ætatulis. *Plaut. in Pseud.* 1. 2. 40. pro ipsa ætate potuit, blandimenti causa. In munditiis, inquit, mollitiis, delitiisque ætatulam agitis. *h. e.* tempus ætatis jucundissimum.

Aeternabĭlis, æternus, sed vox est exigui usus. *In Cod. Theodos. leg.* 3. *de collat. donat. possess.* Excepta æternabili urbe. *Accius* apud *Non. c.* 7. *n.* 64. Aeternabilem divitiam partissent.

Aeternālis, idem quod æternus. *Tertull. advers. Judæos c.* 6. Lex æternalis. *Venant. Fortun. l.* 10. *carm.* 10. Aeternalis salus. *Inscript.* apud *Grut. p.* 752. *n.* 3. Somno æternali sacrum. *h. e.* morti.

Aeternĭtas, *eternità*, דור, ἀϊδιότης, perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate mensurari, nullo temporis spatio designari potest, cum omne contineat ævum, & contineatur a nullo. *Plin. l.* 13. *c.* 5. Materiæ vero ipsi æternitas. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 14. Ab omni æternitate repetitum. ¶ Fuit etiam Aeternitas Dea a Veteribus culta, cujus imaginem, & sedem *Claudianus* descripsit *l.* 2. *de laudib. Stilicon. a versu* 424.

Aeterno, as, are, æternum & immortale facere, *eternare*, *perpetuare*, ἀποθανατίζω. *Horat. l.* 4. *od.* 14. Tuas, Auguste, virtutes æternet. *Varr.* apud *Non.* 2. 57. litteris ac laudibus ęternare.

Aeterno, adv. *eternamente*. *Plin. l.* 2. *c.* 107. Viret æterno hunc fontem igneum contexens fraxinus. Sed usitatius est

Aeternum, perpetuo, vel semper, *eternamente*, *sempre*, ἀεὶ. *Virg.* 6. *Aeneid.* Sedet, æternumque sedebit infelix Theseus.

Aeternus, a um, *eterno*, ἀΐδιος, per syncop. pro æviternus: perpetuus, fine carens. *Liv. l.* 28. *c.* 28. Urbs condita in æternum. Et *Ovid.* 3. *de Arte*, *v.* 83. Ilias opus æternum. ¶ Ponitur etiam pro eo, quod diutissime durat, & difficulter destrui ac solvi potest. *Phædr. lib.* 2. *ad fin.* Servumque collocarunt æterna in basi. Sic *Plin. l.* 14. *c.* 1. *de vite*. Nec est ligno ulli æternior natura. Ubi notandum comparat. haud passim obvium. ¶ Item pro continuo, seu magno. *Flor. l.* 4. *c.* 12. Certa mox fides, & æterna pax. ¶ Item pro eo, quod tandiu durat, quandiu vita nostra. *Terent. Eun.* 5. 2. *v.* 32. Spero æternam inter nos gratiam fore. ¶ Differunt æternus, & sempiternus: quod sempiternum dicimus Deum, qui semper fuit, eritque, æternos vero homines, qui principium quidem habuerunt, at animo immortales sunt. Quamquam sæpe ista confunduntur.

Aether, eris, m. 3. *sfera del fuoco*, שחק, Ger. *der himmel*, *oder das element des feuers*, Gal. *l'air supreme*, *ou l'element du feu*, Hisp. *cielo del fuego*, αἰθήρ, ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. *Arist.* vero *de Mundo*, hoc nomine significari, ait, cœli, syderumque substantiam, hoc est totam siderum, & cœli, & stellarum compaginem, non quod ignita flagret, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, sed quod semper motu suo circunductilis currat, & cursibus rapidissimis rotetur, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν. Sumitur itaque pro Cœlo. Hinc & pro Deo. *Claudian. Paneg. de* 6. *Consul. Honor. v.* 352. Providus Aether Noluit humano titulos auferre labori. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 15. Aethera esse eum, quem homines Jovem appellarunt. ¶ Item pro ære, passim apud *Virg.* & alios Poet. ¶ Item pro lumine. *Valer. Flacc. Arg.* 5. simul Aethere plena corusco. ¶ Invenitur etiam *Aethra* fœmin. 2. contractum ex Aethera. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* Summa pars cœli, quæ dicitur æthra. Sed alii leg. *Aether*. *Virg. Aen.* 12. *v.* 247. Rubra fulvus Jovis ales in æthra. *Sil. Ital. lib.* 4. *v.* 103. Liquida æthra. ¶ Aethera in plur. num. & neutro gen. usurpatum est a *Mario Victore Massiliensi*, & a *Beda* apud *Voss. l.* 3. *de Grammat. c.* 39. Neuter est imitandus.

Aetherĕus, & ætherĭus, a, um, αἰθέριος, ad ætherem spectans. *Cic.* 2. *Divin.* & *Ovid. de Arte am. l.* 3. *v.* 549. Sedibus æthereis spiritus ille venit. ¶ Terra ætheria est Luna apud *Macrob. l.* 1. *c.* 11. *in Somn. Scip.*, ex opinione Veterum, qui putabant eam quoque incoli, ut Terram.

ethiopĭa, f. *Etiopia*, αἰθιοπία, ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit, dicta, ut ait *Plin. l.* 6. *c.* 36. vel a Græco αἴθω, cremo, & ὤψ, aspectus, facies. Nam Solis vicinitate ejus regionis incolæ torrentur: Est enim ibi jugis æstus. Regio est Africæ, cis, & ultra æquatorem. Quicquid ejus fertile est, sub meridiano cardine est. Circa vero Occiduum montuosa est, arenosa in medio. Ad Orientalem plagam deserta. Ejus situs ab Occasu ad Atlantem montem, ab Oriente usque in Aegypti fines porrigitur, a Meridie Oceano, a Septentrione Nilo flumine clauditur.

Aethiopĭcus, adject. ad Aethiopiam pertinens, ut Aethiopicus Oceanus, *Plin. l.* 6. *c.* 30. Aethiopicæ naves. *Id. l.* 5. *c.* 9.

Aethiŏpis, idis, f. 3. αἰθιοπίς, herba est lactucæ folio, in Aethiopia nascens, vel in Meroe Nili Insula, a qua etiam Merois dicitur, cujus tactu (si Magorum vanitati credimus) clausa omnia aperiuntur, amnesque etiam, & lacus exarescunt. *Plin. l.* 26. *c.* 4. & *l.* 27. *c.* 4.

Aethĭops, m. 3. αἰθίοψ, Vulcani filius fuit, qui Aethiopiam a se denominavit, ut placet *Plin. l.* 6. *c.* 30. ¶ Et *Aethiops* est, qui ex Aethiopia est, qui etiam *Aethiopicus*, & *Aethiopus* dicitur, secundum *Servium*. ¶ Sunt, qui Aethiopes dictos putent a Chus filio Cham. Chus enim Hebraica lingua Aethiops interpretatur. ¶ Hi quondam ab Indo flumine consurgentes juxta Aegyptum inter Nilum, & Oceanum in meridie sub ipsa Solis civitate insederunt. Tres eorum sunt populi, Hesperi, Garamantes, & Indi. Hesperi sunt Occidentes, Garamantes Tripolitani, Indi Orientes. V. *Ovid.* 2. *Met.* ¶ Hinc *Aethiopissa*, mulier ex Aethiopia. Legitur apud *Hieronymum epist.* 22. ad Eustoch.

Aethon, m. 3. αἴθων, equus Phœbi dictus est. Fuere autem (ut in fabulis fertur) quatuor equi Solis, Phlegon scilicet, Pyroeis, Eous, & Aethon, quibus significantur quatuor diei horæ. Eous interpretatur splendens, Phlegon inflammatus, Pyroeis ardens, Aethon ardens, & splendidus. *Ovid.* 2. *Met. v.* 153.

Aethra. V. in Aether.

Aethra, filia Oceani, & Tethyos, uxor Atlantis filii Japeti, mater Hyadum, & Pleiadum. *Ovid.* 5. *Fast.* ¶ Hoc etiam nomine fuit mater Pithæi Regis, item filia ejusdem, uxor Aegæi, & mater Thesei.

Aetia, orum, n. τὰ αἴτια, liber Callimachi Poetæ de causis sacrorum, instar Fastorum Ovidii. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 4. Sed non vis, Mamurra tuos cognoscere mores. Nec te scire: legas αἴτια Callimachi.

Aetiologia, αἰτιολογία, causæ redditio. *Senec. epist.* 95. *prope fin.* His adjicit causarum inquisitionem, quam cur ætiologiam dicere non audeamus, cum Grammatici custodes Latini sermonis suo jure ita appellent, non video.

Aetītes, m. 1. ἀετίτης, lapis est colore subrufo, quem si concutias, alium lapidem, quem veluti prægnans in utero gerit, intus audis sonantem. Inveniuntur bini in aquilarum nidis, feruntque aquilæ sine iis ova parere non posse. Quam ob causam nomen illi impositum creditur. Quatuor autem sunt aetitæ species, quas enumerat *Plin. lib.* 36. *cap.* 23. ¶ Item ætites gemma est, quæ aquilæ colorem habet caudæ candicantis. Sunt, qui gagatem vocent. Estque ad multa utilis. Unde eam Zoroastres Magus omnibus prætulit.

Aetna, f. 1. Αἴτνη, prius Inesia, *Mongibello*, mons Siciliæ, qui sulphure abundans, ventis subterraneis flantibus, ignem perpetuum emittit. ¶ Diversus est ab Aenna urbe. Mons enim adjacet litori Catanensi. Aenna in medio insulæ est constituta. Præclaro carmine descriptum invenies apud *Corn. Severum*.

Aetnenses, m. 3. pop. Siciliæ ad Aetnam montem. *Plin. l.* 3. *c.* 8.

Atnæus, a, um, ad Aetnam pertinens. Aetnæi Fratres, Cyclopes. *Virg. Aen.* 3. Aetnæum fulmen. *Ovid. de Arte l.* 3. *v.* 490.

Aetolĭa, Αἰτωλία, *Artinia*, & *Lepanto*, regio Achaiæ, in Epiri conf. ad Occ. inter Locros ad Or. a quibus Eveno Fl. separatur, & Acarnaniam ad Occ. Acheloo Fl. dividente. Dicta est ab Aetolo filio Martis, vel Endymionis, cum antea Hyantis diceretur. Populi Aetoli dicuntur. Urbes Aetoliæ sunt Naupactum, Calydon, Chalcis, & Olenus.

Aetolĭcus, & Aetolius, Aetōlus, a, um, adject. ad Aetoliam pertinens. Bellum Aetolicum, apud *Liv.* & Aetolius heros, pro Diomede Tydei Aetoliæ Regis filio, apud *Ovid.* 14. *Met. v.* 461. ¶ Aetoli dicti sunt populi Aetoliæ, apud *Liv.* & *Flo.* passim.

Aetōlus, m. 2. Αἰτωλός, ut scribit *Plin. l.* 7. *c.* 56. Martis fuit filius. Homeri autem enarrator de Aetolo sic tradit: Aetolus, inquit, filius Endymionis fuit, qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ postea ab ipso Aetolia dicta est, ibique genuit filium Pleuronem, a quo urbs Aetoliæ dicta: hujus autem duo filii fuerunt, Cures, & Calydon, a quibus rursus aliis urbibus nomina data sunt.

Aevĭtas, f. 3. *età*, זקנה, Germ. *hohen alter*, Gall. *age avancè*, *vieillesse*, Hisp. *edad gustada*, *vejez de muchos anos*, antiqui pro ætas, vel annositas dixerunt. *Gell. l.* 20. *c.* 11. Si morbos, ævitasque vitium esset. *Cic. l.* 3. *de leg. c.* 3. Aevitatem annali lege servanto.

Aeviternus, a, um, adject. idem quod æternus. *Varro apud Priscian. ad fin. l.* 2. Per æviternam hominum domum tellurem propero gradum.

Aevum, i, n. 2. *tempo lungo*, *età lunga*, *perpetuità*, לדור, Germ. *lange zeit*, *ewigkeit*, Gall. *age*, *siecle*, Hisp. *edad*, *o siglo*, a Græco αἰών, V litera interjecta, significat temporis perpetuitatem, tempus immensum sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, & semper futurum est, ut de eo *Censorin.* scribit *de die Natal. cap.* 16. Hoc sensu *Varr. lib.* 5. *L. L.* scribit, *ævum* dictum esse ab *ætate omnium annorum*. *Lucret. l.* 1. *v.* 634. Innumerabilibus plagis vexata per ævum. ¶ Ex Philosophorum tamen loquendi consuetudine differt ævum ab æternitate, ut æternitas duratio sit principii, & finis expers: ævum careat fine, non perinde principio. Sed omissis Philosophis, *ævum* accipitur pro quocumque tempore, vel ætate, ac spatio vivendi. *Horat.* 2. *sermon. sat.* 6. *v.* 79. Vive memor, quam sis ævi brevis. Et *lib.* 1. *epist. ult.* Forte meum si quis te percontabitur ævum. idest ætatis annos. ¶ Aevi nomine appellatur & gradus ætatis humanæ. Sic primum ævum adolescentia est. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 338. ¶ Item longissima hominis ætas, quæ ferme annis centum definitur, & Sæculum dicitur. Ita acceptum videtur usurpasse *Ovid.* 1. *de Ponto Eleg.* 3. Nulli datus omnibus ævis Tam procul a patria est, horridiorque locus. ¶ *In ævum* idem est ac in omne ævum. *Horat. l.* 4. *od.* 14. Aeternare virtutes in ævum. ¶ Reperitur etiam *Aevus*, *i*, m. apud *Lucret. l.* 3. *v.* 605. & *Plaut. Pœn.* 5. 4. 14.

A ANTE F.

Afer, ri, subst. qui Africam incolit, *Africano*. *Virg. Æn.* 8. *v.* 724. Afri discincti. *Horat. l.* 4. *od.* 4. Dirus per urbes Afer ut Italas equitavit. *h. e.* Annibal.

Afer, afra, um, adject. *Africano*, qui est ex Africa, ut Afra avis, idest Numidica. *Horat. Epod.* 2. *v.* 53. Non Afra avis descendat in ventrem meum. V. Africanus.

Affabĭlis, o. 3. *affabile*, *piacevole*, חנן, נעים, εὐπροσήγορος, ex ad, & fabilis, in sermone jucundus, & gratus, vel comis, lenis, facilis *Ter. in Adel.* 5. 6. 8. Meditor esse affabilis. *Cic.* 1. *Offic. c.* 31. Esse affabilem omnibus in omni sermone. *Senec. ep.* 79. Alius erit affabilior.

Affabilĭtas, f. 3. *piacevolezza*, נעימה, εὐπροσηγορία. *Cic.* 2. *Offi. cap.* 14. Quantopere conciliet animos comitas, affabilitasque sermonis.

Affabilĭter, adv. comiter, *piacevolmente*. *Macrob. Satur.* 7. *c.* 2. Comiter, affabiliterque susceptus. *Spartian. Caracal. cap.* 3. Affabiliter loqui. ¶ *Gell. l.* 13. *c.* 3. Affabilissime dicere.

Affăber, & Adfaber, bra, um, est fabrefactus, *fatto con artifizio*. *Symmach. l.* 3. *ep.* 17. & *Festus*.

Affăbre, *con maestria*, *artifiziosamente*, כביר אבין, במשכל, Ger. *meercklich*, *kunstlich*, Gall. *artificieusement*, *avec un bel artifice*, Hisp. *artificiosamente*, *lindamente*, δαιδαλέως, adverb. artificiose, scite, sicut *infabre*, sine artificio. *Cic.* 2. *Verr. c.* 5. Paulo magis affabre, atque antiquo artificio.

Affamen, inis, n. 3. idem quod Affatus. *Apul. Met.* 11. Blando mulcentes affamine.

Affaniæ, arum, *ciancie*, *bugie*, res futiles, & nugatoriæ. *Apul. l.* 10 Has, & alias similes affanias frustra adblaterantes. Et *l.* 10. Nescio quas affanias effutire. ¶ Sunt qui deducunt a fando, sed *Voss. in Etymol.* quemadmodum Apinas, & Tricas a duobus ignobilibus Apuliæ oppidis; ita Affanias ab Aphanis oppido Sicil. originem trahere existimat. Vide *Plin. l.* 3. *c.* 11.

Affaris, atur, d. 1. *parlare*. Affor enim inusitatum est. *Cic. de Sen.* Licet verbis iisdem mihi affari te. *Id. de clar. Orat. c.* 72. Affari aliquem nomine. *chiamar per nome*. ¶ Affari deos est iis gratias agere, vel eos invocare, teste *Servio*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 492. & *Ovid.* 6. *Fast. v.* 323.

Affătim, *abbondevolmente*, כביר כאר, Germ. *ubereus*, *viel*, *uberflussig*, Gall. *largement*, *a foison*, *en abondance*, Hisp. *abondosamente*, *en abondancia*, ἄδην, adv. abunde, large, ex ad, & fatim, quod idem apud Vett.

Vett. significabat. *Cic. l. 2. ad Att. ep.* 16. Puto me Dicæarcho affatim satisfecisse. *Plaut. Mil.* 4. 1. 33. Tibi divitiarum affatim est. *Id. Bacch.* 3. 3. 93. Affatim est, Mnesiloche.

Affatus, a, um, partic. allocutus. *Virg.* 4. *Æn.* Barcem nutricem affata Sichæi. ¶ Passive *Apulej. l.* 11. Affatis singulis. *h. e.* narratis.

Affātus, us, ui, alloquium, *colloquio*, *discorso*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 284. Quo nunc Reginam ambire furentem Audeat affatu? ¶ Significat etiam mandatum, præsertim posterioris ævi Scriptoribus. *Cassiod. lib.* 2. *ep.* 29. Præsentibus te affatibus admonemus. Et *leg.* 3. *C. de Episcop. audient.* Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis expectet.

Affectatĭo, onis, κακοζηλία, æmulatio, sed infelix, *affettazione*. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. Nihil odiosius affectatione. ¶ Affectatio verborum. *Suet. Grammat. c.* 10. ¶ In bonam partem usus est *Senec. ep.* 89. Philosophiam definiens, sapientiæ amorem, & affectationem. ¶ *Tertull. de Baptis. c.* 5. pluraliter usus est: Credunt rebus Dei quarum affectationibus apud æmulum Dei credunt.

Affectāto, adverb. *affettatamente*, nimio affectu, studio, aut cura. *Lamprid. in Heliogab. c.* 17. Illud nomen affectato retinuerat, dum vult videri filius Antonini.

Affectātor, ris, m. 3. ζηλωτὴς, qui æmulatur. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Nimius risus affectator. *Id. l.* 6. *c.* 2. Affectatores libertatis. ¶ In bonam partem *Eutrop. l.* 10. *c.* 7. Affectator justi amoris.

Affectātrix, icis, femin. ab affectator. *Tertull. advers. Hæret. c.* 7. Sapientiam humanam affectatricem, & interpolatricem veritatis.

Affectātus, a, um, o. 1. 2. *affettato*, nimio studio quæsitus. *Plin. Jun. in Paneg.* Affectata aliis castitas. *Suet. in Cæs. c.* 79. Infamiam affectati regii nominis discutere. *Quintil. l.* 12. *cap. penult.* Dandum putant nonnihil esse temporibus atque auribus, nitidius aliquid, atque affectatius postulantibus, *h. e.* majore cura elaboratum. ¶ In bonam etiam partem aliquando sumitur. *Stat. l.* 5. *silv.* 2. *v.* 98. Nec tantum pietas, sed protinus ardua virtus Affectata tibi. *h. e.* studiosissime appetita.

Affecte, adv. cum affectu. *Tertull. de Anima c.* 45. Affecte, & anxie, & passibiliter.

Affectio, onis, verbale, *affezione*, idem quod affectus. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 25. affectionem esse, ait, animi, aut corporis ex tempore aliqua de causa commutationem, ut est lætitia, cupiditas, morbus, &c. Et *Gell. l.* 1. *c. ult.* τὰ πάθη, affectiones reddit. ¶ Significat interdum statum, constitutionem. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 47. Fac, in puero referre, ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit. *idest* qua cœli constellatione, ut ajunt. ¶ Item amorem. *Gell. l.* 10. *c.* 18. Virum amasse fertur ultra affectionis humanæ fidem. *Vet. Inscript. apud Grut. p.* 459. *n.* 4. Ob affectionem, & pietatem in se eximiam.

Affectiōsus, a, um, *affettuoso*, amoris, & affectus plenus. *Tertull. de Anima, c.* 19. Infantia naturaliter affectiosa.

Affecto, as, avi, are, *affettare*, *cercare con ansietà*, ζηλόω, μνηστεύομαι, cupide, & anxie appeto. Affectare, inquit *Festus*, est pronum animum ad faciendum habere. ¶ Affectare Regnum. *Liv. l.* 1. *c.* 46. At *affectare civitates* dixit *Sallust. Bell. Jugur. n.* 110. *ed. Plantinianæ*, & *Tacit.* 4. *hist. c.* 66. pro solicitare, sive in suas traducere partes studere. ¶ Affectare iter, est moliri apud *Teren. Phor.* 5. 8. *v.* 71. Gladiatorio animo ad nos affectant viam. Adde *Cic. pro Roscio*, & *Virg. Geor.* 4. *sub fin.* ¶ *Affectare diligentiam* est omnem diligentiam collocare. *Plin.* 17. 1. Sic affectare munditiam omni diligentia, *Nepos in Attic. c.* 13. ¶ Aliquando est afficere. *Plaut. Bacchid.* 6. Tua flagitia, aut damna, queis patrem, me, teque, amicosque omnes affectas tuos. ¶ Affectari morbo, idest corripi, apud *Liv. l.* 29. *c.* 10. Sed al. leg. *afflictari*. ¶ Affectare ad aliquid, pro aspirare. *Firmic. in pref. l.* 5. Ad quod Romanum non affectasset imperium. ¶ Apud *Virg. Æn.* 3. *v.* 670. dexteram affectare, est cupide intendere, ut exponit *Serv.* ¶ Cum infinito est apud *Sil. l.* 4. Decus affectat decerpere pugnæ. ¶ Pro consulto aliquid facere, est apud *Ulp. in l. Quod ait lex. ff. ad leg. Jul. de adult.* ¶ Invenitur & *affector* deponens, sed obsoletum. *Varro* apud *Diomed. lib.* 1. Affectatus est regnum.

Affectuōse, adv. cum affectu. *Cassiod. l.* 3. *ep.* 4. Dicam libere, dicam affectuose quod sentio. *Sid. l.* 4. *ep.* 11. Fratrem affectuosissime observans.

Affectuōsus, a, um, adject. amoris & affectus plenus, *affettuoso*. *Macrob. Saturn. l.* 2. *cap.* 11. piam affectuosamque rem fecisse. *Cassiod. l.* 5. *ep.* 2. Affectuosa salutatio. *Tertull. l.* 5. *cont. Marc.* 14. Amore fraternitatis invicem affectuosi. φιλόστοργοι.

Affectus, us, ui, *affetto*, *affezione*, *passione*, idem quod affectio. *Gell. l.* 1. *c. ult.* Affectus, & affectiones Latini Philosophi, Græci τὰ πάθη dixere. *Senec. ep.* 75. affectus sunt motus animi improbabiles, subiti, & concitati, qui frequentes, neglectique fecere morbum. *h. e.* habitum vitiosum. *Cic.* 5. *Tuscul. c.* 16. Qualis cujusque animi affectus esset, talem esse hominem. ¶ Interdum accipitur pro desiderio. *Juvenal. Sat.* 12. *v.* 10. Si res ampla domi, similisque affectibus esset. ¶ Pro morbo. *Cels. lib.* 3. *cap.* 18. Supersunt alii affectus, qui febri superveniunt. ¶ Aliquando pro illis, quos omni affectu prosequimur, ut liberi, propinqui. *Apul. de dogm. Platon. l.* 2. Orbatus affectibus piis urbe educitur. *Capitolin. in Maximin. c.* 23. Militum affectus in Albano monte erant. h. e. παῖδες, καὶ γυναῖκες, ut *Herodian. l.* 8. *c.* 5. dixit. Sic *Suet. in August. c.* 17. necessitudines pro necessariis posuit.

Affectus, a, um, *affannato*, *afflitto*, נענה, Ger. *schvvach*, *nicht starck*, Gal. *en mauvaise disposicion*, *languissant*, Hisp. *flaco*, ταλαίπωρος, cum absolute ponitur, sumitur pro languente. *Liv. l.* 5. Vires corporis affectæ. ¶ Affecta ædificia, & cetera hujusmodi dicuntur, quæ prope sunt confecta, sed non ad finem deducta. *Cic. de Prov. Cons.* Bellum affectum videmus, &, vere ut dicam, pœne confectum. Sic affecta hyems, quæ ad finem properat. *Sil. Ital. l.* 15. *v.* 502. Vide *Gell. l.* 15. *cap.* 5. ¶ Affectus est illi, pro erga illum, apud *Suet. Tiber. c.* 52. ¶ Affectus, pro dispositus, constitutus, animatus, *disposto*. *Cic.* 2. *Divin.* Etsi ad rem pertinet, quomodo cœlo affecto, compositisque sideribus animal oriatur. *Id. de Amic.* Eodem modo erga amicum affecti fumus. ¶ Pro commoto. *Id. de Orat.* Si pro dolore me affectum vides. ¶ Interdum pro affini. *Id. in Top.* Ducuntur argumenta ex iis locis, qui quodammodo affecti sunt ad id, de quo quæritur. ¶ Affecta femina, ait *Festus*, vel in bonam partem dicitur, velut honorata, vel in malam, ad extremum adducta. ¶ Superlat. est apud *Vellej. Paterc. l.* 2. *c.* 84. Affectissimos inopia remiges.

Affĕro, fers, attuli, allatum, a. *recare*, *portare*, נשא, הוביל, הביא, Ger. *herzubringen*, Gal. *apporter*, Hisp. *traer*, ἐπιφέρω, ex ad, & fero, significat apporto. *Ter. in Eun.* Hic magnam partem ad te tulit. ¶ Atque hujus significationis infinitus fere est usus. Inter cætera significat, quod vulgo dici solet, allegare, & adducere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 89. An ætatem adferet? *idest* in causam vel excusationem adducet. ¶ Item addere, augere. *Cic. Att. l.* 16. Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. ¶ Aliquando nuntiare. *Cic. Att. l.* 8. Complures attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam. Sic, *allatum est*, absolute, pro nuntiatum est, & *affertur*, *Liv. lib.* 4. *U. C.* Volscos exisse prædatum, affertur.

¶ Afferre alicui manus, est vim alicui inferre, *sforzare*. *Cic.* 1. *Off.* Is manus videtur afferre socio. ¶ Sibi manus afferre, est seipsum interficere. *Cic. ad Octav.* Ego ipse Senatum sibi manus afferre coegi. ¶ *Afferre se*, poetica phrasis est pro venire, accedere. *Virg. Æn.* 8. Fatis huc te poscentibus affers. ¶ Interdum est conferre. *Cic.* 2. *Fin. c.* 27. Diuturnitatem temporis ad beate vivendum aliquid afferre.

Afficio, is, eci, ectum, a. 3. *toccar*, *far impressione*, *commuovere*, עשה, הקן, Ger. *ein ansachiung machen*, *bevvegen*, Gall. *emouvoir*, *disposer*, Hisp. *afficionar*, διατίθημι, ex *ad* & *facio*, significat affectionem quandam, sive dispositionem induco, & tam ad animum, quam ad corpus, sive in bonum, sive in malum pertinet, construiturque cum accusativo, & ablativo. *Cic. ad Anton. post ep.* 13. *l.* 14. *ad Att.* Litteræ tuæ sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere a te. *Id. Fam.* 5. *ep.* 12. Affici a gratia, aut a voluptate. *lasciarsi vincere*, *smuovere*. *Id.* 1. *de Orat. c.* 19. Ut eorum, qui audirent, ita afficerentur animi, ut eos affici vellet Orator. *concepissero quegli affetti*, *che l'oratore bramasse*. Alii legunt: *Ut ii*, *qui audirent*, *ita afficerentur animis*, &c. quod diversam quidem habet phrasim, significationem vero eandem. *Suet. in Tiber. c.* 52. Alterius filii vitiis infensus, &c. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est. *h. e.* ejus mortem doluit. *Plin. l.* 3. *ep.* 1. *ad fin.* Sunt in usu & Corinthia, quibus delectatur, nec afficitur. *ma non vi s'appassiona*. ¶ Cum refertur ad corpus, significat debilitare, afflictare. *Liv. l.* 28. *cap.* 15. Æstus, labor, fames, sitisque corpora afficiunt. διατίθεσιν. *Cels. lib.* 4. *c.* 7. Pulmo totus afficitur. *Scribon. Larg. compos.* 186. Stomacho, & vesica affici. Sic *Nepos in Annibal. c.* 4. Affici morbo. *ammalarsi*. *Capitolin. in M. Ant. Philos.* Afficere corpus. *renderlo infermiccio*. ¶ Sumitur etiam pro tractare, sive bene, sive male. *Papinian. Dig. l.* 37. *tit.* 12. *leg. ult.* Filius, quem pater male contra pietatem afficiebat. ¶ Item pro quasi ad exitum perducere, *ridurre presso al fin*. *Cic. de prov. consul. c.* 8. Bellum affectum videmus, & vere ut dicam, pœne confectum. ¶ Præterea sæpissime ponitur pro dare, addere, augere, ornare: varie autem Italice vertitur pro varia significatione nominum, quibus adjungitur. *Cic. Agrar.* 1. *c.* 4. Afficere beneficio. *beneficare*. *Id. pro Mil. c.* 29. Afficere aliquem præmio. *premiare*. *Id. ib. c.* 28. Afficere lætitia. *rallegrare*. *Id. ad Brut. ep.* 16. Afficere voluptate. *dar piacere*. *Id. ib.* Afficere supplicio. *punire*. *Id. Att. l.* 15. *ep.* 1. Afficere molestia. *dar travaglio*. *Terent. Phor.* 5. 1. 3. Afficere injuria. *ingiuriare*. Sic afficere honore, laude, muneribus, dolore, morte, stipendio, verberibus, & sexcenta hujusmodi apud *Cic. Plaut. Just. Suet.* &c. ¶ Afficere nomine, *nominare*, *dar nome*, apud *Cic. in Top. c. pen.* & *pro Dejot. c.* 5.

Affictitius, a, um, כרוא, Gall. *ajoute*, Hisp. *anaido*, quod rei alicui affingitur, sive additur. *Varr. l.* 3. *de re rust. c.* 12. Affictitius ad villam qui solet esse. *che suol esser una giunta della casa di villa*.

Affictus, a, um ἐπιπλασθεὶς, additus, appositus. *Cicer.* 2. *de Orat. cap.* 80. Procemium affictum aliquod.

Affīgo, gis, a. 3. *attaccare*, הקע, הרביק, Germ. *anheffren*, Gall. *ficher*, *atacher*, Hisp. *hincar*, ad aliquid figo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Minerva, cui talaria affigunt. *Liv. l.* 28. *c.* 27. Cruci aliquem affigere. ¶ Per translationem de incorporeis dicitur. *Plin. l.* 30. *c.* 1. Hunc affixisse animis eam dulcedinem constat, *idest* impressisse. Et *Affigi animis* ea dicuntur, quæ tenaciter inhærent. *Plin. l.* 30. *c.* 1. Affigere litteras pueris. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. dixit pro inculcare. ¶ Affigere crimen alicui, id est affingere, attribuere. *Arnob. circa princ. lib.* 6. Consuestis crimen nobis maximum impietatis affigere.

Affigūro, as, are, figuro. *Gell. l.* 4. *c.* 9. (Voces) Disciplinosus, victoriosus Cato ita affiguravit. Al. leg. *figuravit*, al. *effiguravit*.

Affingo, is, finxi, ctum, *aggiungere*, *attribuire*, fingendo aliquid addere, cujus contrarium est detrahere. *Cæs. in princ. l.* 1. Addere, & affingere rumoribus. *Cic. pro Leg. Manil.* Ut neque vera laus ei detracta, neque falsa affcta esse videatur. ¶ Item pro attribuere. *Cic. in Or.* Quum probam orationem affingit improbo, stultove sapientis. ¶ Item imitari, assimilare. *Id.* 2. *in Or.* Describuntur mores hominum, & ita affinguntur, ut quales sunt, intelligantur.

Affīnis, e, o. 3. *vicino*, *congiunto*, קרוב, Ger. *nachbar*, *nahefreundt*, Gal. *voision*, *prochain*, Hisp. *vezino*, πρόσορος, adject. Ducitur ab ad, & finis: unde & proprie de agris dicitur, nam fines agrorum sunt *Leg. eos terminos*, *ff. Fin. reg.* ¶ Transfertur deinde ad homines, qui inter se conjunctionem, & propinquitatem contraxerunt per nuptias. *Modestin. leg. Non facile*, *ff. de Grad. & Affin.* Affines, inquit, sunt viri, & uxoris cognati, dicti ab eo, quod duę cognationes, quę diversę inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, *parenti*, *congiunti*. Quia porro Affines fiunt, cum duę cognationes per nuptias junguntur, ideo Affines interdum Conjuncti, & ipsa Affinitas Conjunctio dicitur. Affinium autem nomina sunt Socer, Socrus; Gener, Nurus; Vitricus, Noverca; Privignus, Privigna, de quibus vide suis locis. *Ter. Heaut.* 5. 1. *v.* 63. Imo & gener, & affines placent. *sc.* parentes sponsi. ¶ Transfertur Affinis etiam ad alia, ut Affinis culpę, Affinis facinoris, *conscio*, *partecipe*, *vicino*. *Cic. pro Ros. & Cat. l.* 4. ¶ Qua ratione cum dativo construitur, vel cum genit. *Ter. Heaut.* 1. 2. *v.* 39. Earum affines rerum esse. *Cic. pro Cluent. c.* 45. Affinis turpitudini.

Affinĭtas, tis, f. 3. *parentela*, מירעה, Ger. *schvvagerschafft*, Gal. *affinité*, est hominum affinium inter ipsos conjunctio. *Cic.* 4. *Ver.* Cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. Affinitates jungere, apud *Liv. l.* 1. *c.* 1. Affinitate se devincire cum aliquo, apud *Cic. de clar. Or. c.* 26. Affinitatem contrahere, *Vellej.* 2. 44. ¶ Interdum ponitur pro ipsis Affinibus. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 75. Patriam deseras, cognatos, affinitatem, amicos. ¶ Translate dicitur de quacunque vicinitate, & similitudine. *Gell.* 4. 13. Affinitas tanta est corporibus hominum, mentibusque. *Id.* 1. 18. Affinitas litterarum.

Affirmanter, adv. *con affermazione*, *asseverantemente*, quod vulgo affirmative dicunt. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Potuisset prędici affirmanter.

Affirmāte, καταφατικῶς, idem quod affirmanter. *Cic.* 3. *Offic. c.* 29. Quod affirmate, quasi Deo teste, promiseris. *Gell. l.* 10. *c.* 12. Plerique hoc affirmatissime scripserunt.

Affirmatio, f. 3. *affermazione*, ביוח, Ger. *bestetigung*, *verjebung*, κατάφασις, enuntiatio alicujus de aliquo. *Cic.* 3. *Off.* Est enim jusjurandum affirmatio religiosa. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Constantissima annalium affirmatione. *Curt.* 6. 11. Multa affirmatione abnuere. *negare costantemente*.

Affirmatīvus, a, um, ad affirmandum inserviens. *Diomed. Grammatic. l.* 1. *cap. de affirmat. specie*.

Affirmātor, oris, verbal. qui affirmat. *Tertull. advers. Marc. l.* 4. *c.* 7. Romulus ascensus sui ad Cœlum habuit Proculum affirmatorem. Et *de Anim. c.* 46. ¶ In jure *affirmatores* sunt, qui cum idoneos tutores affirmaverint, vicem fidejussorum obtinent. *Ulpian. l.* 4. *de Fidejussor.*

Affirmātus, a, um, *confermato*, firmatus, confirmatus. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 37. Propositionis approbatio, per quam id, quod breviter expositum est, rationibus affirmatum probabilius fit. ¶ Apud *Apulej. l.* 7. *Metam.*

eorium affirmatum cineris inſperſu eſt cinere firmatum contra putredinem.

Affirmo, as, a. 1. *affermare*, חיב הקים, Germ. *vergewiſſen*, Gal. *aſſeurer*, Hiſp. *afirmar*, proprie juxta firmo, *διισχυρίζομαι*, quamvis pro *aſſevero* ponatur, *κατατίθημι*. *Cic. 4. Acad.* Quid dubitamus igitur affirmare? *Liv. 1. 13.* Affirmare pro certo. ¶ Sumitur & pro confirmare. *Liv. l. 26. c. 23.* Hæc affirmarunt auctoritate ſua. *l. 32. c. 35.* Eam opinionem ipſe affirmavit petendo. Sic affirmare ſe animo, apud *Catull. carm. 76. ad ſeipſ.* hoc eſt confirmare ſe. ¶ Populi Roman. virtutem armis affirmavit, apud *Tacit. 4. hiſt. 73.* hoc eſt confirmavit famam virtutis a Populo Rom. jam partam.

Affixus, a, um, *o. 1. 2. attaccato*, *affiſſo*, *Cic. in Tuſc. 5. c. 3.* Prometheus affixus Caucaſo. *Virg. Aen. 10. v. 161.* Affixus lateri. *Cic. Q. Fr. l. 3. epiſt. 1.* Jubes illum mihi eſſe affixum tanquam magiſtro. Et *7. Verrin.* Affixum, atque inſitum in animo, & ſenſu. ¶ *Affixum*, vel *affixa* in plural. apud JCtos dicuntur ad familiam, & domum pertinentia, ut, domum inſtructam legare cum omnibus affixis. *Paul. ff. l. 33. tit. 7. leg. 18. & 21.* ¶ Comparat. *affixius* dixit *Porcius Latro declam. in Catil.*

Afflātor, oris, qui afflat. *Tertull. adverſ. Hermog. c. 32.* Qui ſuper aquas ferebatur, librator, afflator, & animator.

Afflatus, us, m. 4. verbale, *fiato*, *vento*, נשמה, *ἐπίπνοια*, actus afflandi. *Plin. l. 10. c. 33.* Perdices concipiunt ſupervolantium afflatu. ¶ Sumitur & pro inſtinctu, &, ut ita dicam, inſpiratione, *iſpirazione*. *Cic. de Nat. Deor. l. 2. c. penult.* Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit. Et *l. 1. c. 18.* Oracula inſtinctu divino, afflatuque funduntur. ¶ A *Varrone l. 3. R. R. c. 2.* fumitur pro aſpiratione, ſive pro littera H.

Afflātus, a, um, adject. inſpiratus, *iſpirato*. *Virg. Aen. 6. v. 50. de Sibylla.* Afflata Numine Dei. ¶ Item tactus, læſus, *tocco*. *Liv. l. 30. c. 6.* Saucii, afflatique incendio effugerunt. *Ovid. 3. de Ponto, el. 6.* Fulminis afflati telis. *Id. 3. Met. v. 49.* Afflatus tabe veneni.

Afflecto, is, a. 3. ad aliquid flecto, converto. *Avien. in Arat. v. 734.* huic rutilos ſi ſol afflexerit axes.

Afflĕo, es, evi, etum, n. 2. *piangere*, כבה, Ger. *mit einen uveinen*, Gal. *pleurer*, Hiſp. *plorar*, *ἐπιδακρύω*, idem quod fleo, vel ſimul fleo. *Plaut. in Perſ. 1. 3. 72.* Ut affleat, cum ea memoret.

Afflexus, a, um, *piegato*, flexus, inclinatus. *Cæſ. German. in Arat. de Caſſiopea.* Qua latus afflexum ſinuoſi reſpicit anguis.

Afflictātio, inis, idem quod afflictatio. Hanc vocem Fr. Guyetus Comment. in *Ter. And. 1. 5. p. 16.* reſtituit veteris poetę ſeptenario apud *Cic. 3. Tuſc. c. 13.* ubi in omnibus libris eſt *afflictatio*, vel *afflictio*.

Afflictatĭo, onis, ægritudo cum vexatione corporis, *afflizione*, *travaglio*. *Cic. 4. Tuſc. c. 7.* Solicitudo, moleſtia, afflictatio, deſperatio, & ſi quæ ſunt de genere eodem.

Afflictātor, qui affligit. *Tertull. l. 5. adv. Marc. c. 16.* Juſtum eſt, afflictatoribus noſtris rependi afflictationem.

Afflictĭo, onis, verbal. ab affligo, *κάκωσις*, *afflizione*, *moleſtia*, יגוי, Germ. *tribſal*, *beKummernus*, ægritudo cum vexatione corporis. *Cic. Tuſc. 3. c. 13.* Ægritudo habet tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem. *Senec. de Conſ. ad Hel. c. 16.* Afflictionis irritæ vexatio.

Afflicto, as, avi, atum, *agitare*, *maltrattare*, *ſpingere*, *far urtare qua, e là*, agito, vexo, huc illuc impello, frequentativum ab *affligo*, & ejus augens ſignificationem, *ἐπιθλίβω*. *Cæſ. 4. B. G. 29.* Naves, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempeſtas afflictabat. *Id. ibid. 3. 12.* Naves in vadis afflictantur. ¶ Translate eſt deprimere, vexare. *Tacit. hiſtor. 3. 19.* Anceps prælii fortuna equites, equoſque afflictaverat. *Id. 6. Annal. 35.* Afflictare hoſtes vulneribus. *Cic. Catil. 1. c. ult.* Afflictari morbo. ¶ *Afflictare ſe* eſt angi, cruciari, *affligerſi*, *accorarſi*. *Cic. 3. Tuſcul. c. 27. & 32.*

Afflictor, oris, qui affligit, *πρόσκρουστής*. *Cic. in Piſon. c. 27.* Senatus odit te afflictorem, & perditorem non modo dignitatis, & auctoritatis, ſed etiam ordinis, ac nominis ſui. *atterratore*, *abbattitore*.

Afflictus, us, ſubſtant. afflictio, allifio. *Nizol. Steph.* & alii afferunt ex *2. Tuſcul. c. 8.* ea verba: Effeminata virtus afflictu occidit. Sed Gruter. & Lamb. legunt afflicta. *Apulej. de Mundo.* Nubes afflictu ignem dant.

Afflictu, a, um, nomen ex participio proſtratus, jacens, rebus adverſis oppreſſus, *aſſiſtito*, *travagliato*, *κακοδαίς*, *ταλαίπωρος*. *Cic. pro Leg. Man.* Afflictum erigere, perditumque recreare. *Id. Fam. 6. ep. 1.* Afflictiore conditione eſſe. ¶ Pro perdito, *Macrob. 6. Sat. c. 7.* Nemo tam afflictis eſt moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam, quod laudari queat. Al. leg. *effiſciis*. ¶ Item allifus. *Cic. pro Rabir. perduell. c. 9.* Navis afflicta ad ſcopulos. *Flor. l. 4. c. 12.* Infantes ipſos afflictos humo in ora militum adverſa miſere. *Colum. l. 5. c. 6.* Arbor afflicta, *atterrata*. ¶ *Sueton. in Vitell. c. 3.* Lamentari aliquem pro afflicto, *piangerlo come perduto*.

Affligo, gis, xi, ctum, a. 3. *affliggere*, *atterrare*, נגה, Ger. *anfechten*, *zuſchleiffen*, Gal. *abbatre*, *affliger*, *aceabler*, Hiſp. *deribar*, *afligir*, *κακόω*, *ταλαιπωρέω*, ex ad, & fligo, antiquo verbo, proſterno, & in terram extendo. *Cæſ.* Neque ſi quo caſu afflictæ fuerint, erigere ſeſe, atque elevare poſſunt. *Plaut. Perſ. 5. 2. v. 15.* Affligam te ad terram, ſcelus. *Ovid. 12. Met. v. 139.* Affligere aliquem terræ. ¶ Translate ponitur pro perturbare, vexare, *travagliare*. *Cic. pro Roſc.* Mors Scævolæ afflixit cives omnes. ¶ Affligere monumentum, ſtatuam, & ſimilia apud *Cic.* hoc eſt evertere. Eſt translate. *Liv. l. 28. c. 39.* Affligere aliquem bello. ¶ Pro elevare, deprimere. *Cic. de clar. Orat. c. 12.* Oratoris eſt proprium rem augere poſſe laudando, vituperandoque rurſus affligere.

Afflo, as, a. 1. *ſpirare*, נשב, נפח, Ger. *anblaſſen*, *anbauchen*, *ἐπιπνέω*, ad aliquid ſpiro, vel flatu contingo. *Liv.* Afflabat vis frigoris acrior. *Colum. l. 8. c. 5.* Cavendum ne pulli a ſerpentibus afflentur. *Flor. l. 3. c. 5.* Afflat urbem terror Regius. *h. e.* tam prope eſt, ut quaſi ſpiritu contingat. ¶ Per translationem *Virg. Æn. 1.* lætos oculis afflarat honores. *h. e.* quaſi afflando dederat. ¶ Afflare alicui, pro favere. *Tibull. l. 2. el. 1.* Felix, cui placidus leniter afflat amor. *Cic. 3. Ver. c. 13.* Sperat, ſibi auram poſſe aliquam afflari in hoc crimine, voluntatis, aſſenſionisque, &c. ¶ Significat & quod vulgo dicunt inſpirare. *Cic. pro Arch.* Quaſi divino quodam ſpiritu afflari.

Affluens, entis, nomen ex partic. abundans, dives, copioſus, *abbondante*, *ricco*, *copioſo*, *πεφυσιάζων*. Proprie de aqua dicitur, & cæteris fluidis. *Cic. pro Sext.* Conſul unguentis affluens. Sed ut plurimum per translationem. *Cic. Offic. 1. c. 43.* Omnium rerum copia affluentes. *Id. in Verr.* Homo affluens omni lepore, & venuſtate. Et *pro Arch.* Urbs eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſque ſtudiis affluens. Et in comparat. *Id. de Amic.* Ditior, & affluentior amicitia. ¶ Superlat. eſt apud *Auguſt. Confeſſ. l. 2. c. 6.* & *Ambroſ. ſer. 81.*

Affluenter, *copioſamente*, כמאר מאר, Ger. *uberfluſſiglich*, *δαψιλῶς*, copioſe. *Apuley. l. 4. Met.* Vinum affluenter immiſſum. *Solin. c. 14. de Macedonia.* Affluenter ſucceſſus ejus ampliandis opibus proficiebant. Et in Comparat. *Cic. 5. Tuſc. c. 6.* Affluentius voluptates haurire.

Affluentĭa, *abbondanza*, שבע, Germ. *uberfluſſigkeit*, *ἀφθονία*, abundantia. *Plin. l. 26. c. 10.* Affluentia genituræ. ¶ Translate *Cic. de Leg. Agrar.* Ex hac copia, atque rerum omnium affluentia.

Affluo, is, uxi, ĕre, vel Adfluo, רבה, הריח, שנה, Germ. *herzufliefſen*, *vierfluſſig ſein*, ex ad, & fluo, *ἐπιῤῥέω*, *πλεονάζω*, fluo, diffluo, vel abundo, *ſcorrere*, *abbondare*. *Plin. l. 2. c. 97.* Æſtus maris bis inter duos exortus lunæ affluunt, biſque remeant. ¶ Addi poteſt præpoſitio. *Cicer. Fin. 1. cap. 11.* Voluptas ad ſenſum cum voluptate affluit, *ideſt* accedit, allabitur. ¶ Etiam cum dat. *Ovid. de Rem. Am. l. 1. v. 148.* Affluit incautis inſidioſus amor. ¶ De rumore etiam dixit *Cic. ad Q. Fr. ep. 3.* Nihil ex iſtis locis non modo litterarum, ſed ne rumoris quidem affluxit. ¶ De hominum concurſu. *Virg. 2. Aen. ſub fin.* Ingentem comitum affluxiſſe novorum Invenio admirans numerum. ¶ Pro abundare, ut affluere divitiis. *Plaut. Pſeud. 1. 1.* Fac, ut frumento affluam. *Lucr. 6. 12.* Affluere divitiis, honore, & laude.

Affodio, is, di, ſum, a. 3. fodiendo adjungo, *cavar vicino*, *zappando aggiungere*, חפר, חחר, Germ. *graben*, *aushelen*. *Plin. l. 2. c. 68.* Furto vicini ceſpitem noſtro ſolo adfodimus.

Affor. V. Affaris.

Affŏre, *παρίσθαι*, affuturum eſſe. *Cic. ad Pap.* Non mehercule ſuſpicatus ſum, illa affore. Eſt autem defectivum, ut ipſum *fore*.

Afformĭdo, a. 1. *temere*, חרר, כחר, Germ. *groſſe forcht haben*, *ſich ubel forchten*, *περιφοβέομαι*, valde timeo. *Plaut. Bacch. 4. 10.* Magiſque afformido, ne is pereat.

Affrango, is, egi, actum, a. 3. idem quod frango. *Stat. l. 5. Silv. 1. v. 36.* Hyemes affrangere buſtis.

Affricātus, a, um, participium ab *Affrico*, pro *affrictus*, *Apulej. l. 3. Metam.* Pyxides plufculas depromit, de quis egeſta unguedine, diuque palmulis ſuis affricata, &c.

Affrĭco, as, ui, ctum, a. 1. frico, vel juxta frico, *fregare a qualche coſa*, *προσξέβω*, ut, arbori ſeſe affricare, apud *Colum. l. 7. c. 7.* Anguis herbæ ſeſe affricans oculos inungit, ac refovet. *Plin. l. 8. c. 27.* Maculam, ſcabiem alicui affricare. *Senec. epiſt. 7.*

Affrictus, us, ui, verbal. *fregamento con qualche coſa*, *πρόσξεσις*. *Senec. Queſt. Nat. 5. c. 14.* *de ſpiritu ſubterraneo per loca ſulphurоſa ſe torquente:* Accendat flammam ipſo affrictu, neceſſe eſt. Al. leg. *obſtrictu*. *Plin. l. 31. c. 6.* Spuma aquæ marinæ affrictu verrucas tollit.

Affringo, vel Adfringo, is, egi, actum, a. 3. *rompere*, *frangere*. *Stat. Theb. 10. v. 47.* Duris affringunt poſtibus ungues. Alii leg. *affrangunt*.

Affrĭo, as, a. 1. רקק, Ger. *etwas zerreiben*, *ἐπιτρίβω*, ex *ad*, & *frio*, tero, comminuo. Friare autem de rebus iis dicitur, quæ facile, & nullo tritu comminuuntur, & in pulverem rediguntur, ut reſina inter digitos. *Varr. 1. de re ruſt.* Alius aliud affriat, aut aſpergit.

Affulgĕo, es, ſi, n. 2. *riſplendere*, *ἐπιλάμπω*, Germ. *anſcheinen*, *anleuthen*. *Sil. l. 7. v. 467.* Nitenti affulſit vultu ridens Venus. ¶ Metaphorice de iis dicitur, quæ nos erigunt, atque excitant. *Liv. l. 27. c. 28.* Spes affulſit. Et *lib. 30. cap. 30.* Lux civitati affulſiſſe viſa eſt. *Flor. l. 4. c. 9.* Affulſit occaſio.

Affundo, is, udi, uſum, a. 3. *verſare*, *ſpargere*, *infondere*, *gettare*, שפך, Ger. *zugieſſen*, *zuſchutten*, *πρόσχεω*, aſpergo. *Plin. l. 16. c. 14.* Vinumque illi affundere. ¶ Affundi fluvii dicuntur iis locis, quæ alluunt. *Id. l. 5. c. 1.* Affunditur huic urbi æſtuarium e mari. ¶ Translate *Tacit. in Agric. c. 35.* Ut equorum tria millia cornibus affunderentur, *ſi ſtendeſſero*. *Id. Ann. 6. c. 28.* Affundere alicui vim vitalem.

Affuſio, onis, verbal. infuſio, vel aſperſio. *Pallad. Febr. c. 28.* Antidoti affuſione radices imundant.

Affūſus, a, um, *verſato*, *ſparſo*, *infuſo*. *Plin. l. 12. c. 21.* Affuſa eis paulatim aqua calida. ¶ Eleganter de fluviis dicitur Urbes alluentibus. *Id. l. 5. c. 19.* Mæander plurimis affuſus oppidis. ¶ *Ovid. Met. 8. v. 539.* Affuſæque jacent tumulo. *h. e.* proſtratæ ad tumulum.

Afrania, Licinii Buccionis Senatoris cujuſdam uxor, quæ muliebris verecundiæ oblita, ſuas per ſe cauſas agebat, & importunis clamoribus Judicibus obſtrepebat. Hinc factum eſt, ut mulieres pertrictæ frontis, & matronalis pudoris oblitæ, Afraniæ per contumeliam dicerentur. *Valer. Max. 8. 3. 2.*

Afranius, Poeta Latinus fuit, togatarum fabularum ſcriptor, cujus comœdiæ, alioqui feſtivæ, & elegantes, minus gratæ fuerunt, quod fœdis puerorum amoribus eſſent conſpurcatæ. *Quintil. l. 10. c. 1.* ¶ Adjective *Afrania fabula*, h. e. ab Afranio conſcripta. *Cic. pro Cœl. c. 30.*

Afrĭca, *ἀφρική*, *Λιβύη*, f. 1. una ex quatuor orbis terræ partibus. Nomen habuit ab Afro uno ex poſteris Abrahæ, qui dicitur duxiſſe adverſus Libyam exercitum, & ibi devictis hoſtibus conſediſſe. Alii volunt appellatam eſſe ab *α* particula privativa, & a nomine *φρίκη*, horror, quod ſit ſine horrore frigoris, magnis enim caloribus abundat. ¶ Claditur a Septent. Mari Mediter. ſeu Lybico, ſeu Africo, ab Ortu Aegypto, & ſinu Arabico, ab Occaſu Oceano Atlantico, a Meridie Oceano Auſtrali. Olim in ſex provincias diviſa fuit, Aegyptum, Marmaricam, Africam proprie dictam, Mauritaniam, Libyam interiorem, Aethiopiam, & Agiſymbam ultra Aequatorem. Sunt, qui Africam dividant in majorem, & minorem, ſeu Zeugitanam ſeu Africam proprie dictam. Major eſt, quæ a Meridie incipit, & uſque ad Occaſum protenditur. Minor ab Occaſu habet Mauritaniam, vel Numidiam, ab Ort. Cyrenaicam, a Sept. Mare Mediterraneum, ſeu Africum. Hæc una cum Mauritania, nunc *Barbaria* nominatur. Urbes illius olim claræ fuere Carthago, Utica, Thabraca, Hadrumetum, Leptis magna, & intus Cirta, Sicca Veneria, Thyſdrus, Bulla Regia, Uthina. Nunc clarent Tunes, Utica, Hippon Regius, Tripolis. ¶ In Africa plurima monſtra gignuntur, quod propter aquarum penuriam feræ omnis generis ad idem flumen congregantur, ibique permiſcentur. Hinc adagium apud *Plin. l. 8. c. 16. Quid novi fert Africa?* quod convenit hominibus lubrica fide, ſemperque avidis rerum novandarum.

Africānus, a, um, o. 1. 2. *Λιβυκός*, quod ad Africam ſpectat. *Cic. pro Dejot.* Mittebat, qui rumores Africanos exciperent. ¶ *Africanus* per antonomaſ. dictus eſt Scipio major, & minor, quod prior Annibalem vicerit, alter Carthaginem deleverit. ¶ Gallina Africana, ſive Numidica, Indica vulgo dicitur de qua *Varro R. R. l. 3. c. 9.* Gallinæ Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ, quas *μελεαγρίδας* appellant Græci. Adde *Colum. l. 8. c. 2.* ¶ *Africana* abſolute dicuntur pantheræ, & pardi, quorum in Africa maxima copia eſt. *Plin. l. 8. c. 17. Liv. l. 44. c. 18.* & *Sueton. in Calig. c. 18.*

Africia, genus quoddam librorum, quo Veteres in ſacrificiis utebantur. *Arnob. l. 7.* Sed quid omnino illud fuerit, adhuc incompertum eſt.

Afrĭcus, a, um, *Africano*, *Λιβυκός*, Africanus. *Enn.* apud *Cicer. 3. de Nat. Deor. c. 42.* Africa terra. *Sil. l. 17. v. 11.* Africa bella. ¶ *Africus ventus*, qui ſæpius *Africus* abſolute dicitur, eſt is, qui Italice *Affrico*, & *Ponente Garbino*, & nautis Ultramontanis. *Sud-Oveſt*, Græcis *λίψ* appellatur, ſpirans ab Africa inter Auſtrum, Zephyrum, ab Occaſu brumalis; contrarius Aquiloni flatu, ſed ſitu oppoſitus Vulturno in Orientem, & Coro in Septentriones. *Senec. l. 5. quæſt. nat. c. 16. Plin. 2.*

47. &c. ¶ Adjective Africæ procellæ, *Horat. l. 3. od. 29.* h. e. quas Africus ventus movet.

A ANTE G.

Agallŏchum, n. 2. *legno aloe*, אהלים, Gall. *aloe*, ἀγάλλοχον, lignum aloes arb. maculis quibusdam distinctum, odore jucundissimo, gustu subamaro, oris graveolentiæ maxime conducens.

Agamēmnon, m. 3. ἀγαμέμνων, Atrei, & Aeropes filius, frater Menelai, Rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptum adversus Trojanos susceperunt, omnium consensu universi exercitus dux est declaratus. Quo in bello decimo demum anno victoria potitus, ubi primum in Græciam rediit, a Clytemnestra uxore, adjuvante Aegistho (qui cum illa absente viro adulterii consuetudinem habuerat) est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea indignam patris necem ulciscens, matrem una cum adultero interemit. *Sen. in Agamemnon.* & *Eurip. in Oreste.* ¶ Dicitur etiam *Agamemno* in recto casu singulari. *Stat. 1. Achil. v. 553.*

Agamemnonides, æ, masc. filius, vel nepos Agamemnonis. *Serv. ad Æn. 4. v. 471.*

Agāmus, i, ἄγαμος, m. qui nunquam uxorem duxit, *Hieronym. adverſ. Jovin. 1. 8.*

Agamemnonius, a, um, adject. possessiv. *Virg. 6. Æn. v. 838.* Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas, & *l. 3. v. 54.* Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus.

Aganippe, pes, f. g. ὑπποκρήνη, fons Bœotiæ a Cadmo monstratus, Musis sacer, quem Poetæ fabulantur factum esse Pegasi equi alati ungulis. *Claud. paneg. Mall. Theodor. v. 272.* Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe largior. *Virg. Ecl. 10. v. 11.* Nam neque Parnasi vobis juga, nam neque Pindi Ulla moram fecere, neque Aonia Aganippe.

Aganippēus, a, um, adject. *Propert. l. 2. El. 3.* Pars Aganippeæ ludere docta lyræ.

Aganippis, idos, patronym. *Ovid. Fast. 5. v. 7.* Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes. Ubi *Hippocrene Aganippis* cognominatur, non quod non differant, sed quia vicini sunt, & ejusdem naturæ, uterque enim inspirationem facit litterarum, ut *Solin. c. 7.* scribit.

Agaricum, *agarico*, Ger. *dannenſchwam*, ἀγαρικόν, fungus est in arboribus nascens, & colore candido, medicinæ vim habens. Nascitur circa Bosphorum, & in Gallia Cisalpina. *Plin. l. 25. c. 9.*

Agāso, onis, m. 2. *aſinaro*, *mulattiere*, נוהג הסוס או החמור, Germ. *ein vichtreiber*, *eſeltreiber*, Gall. *mulatier*, *palafrenier*, Hisp. *harriero*, ὀνηλάτης, equorum, vel asinorum ductor. *Liv. l. 45. c. 5.* Duo equi phalerati cum Agasonibus. Adde *Apulej. l. 6. & 7. Met.*

Agathŏcles, m. 3. ἀγαθοκλῆς. Siculus tyrannus fuit, qui ex sordido genere natus, patre scilicet figulo, cum libidini, latrocinioque operam dedisset, gregariam militiam exercuit. In qua, quod manu strenuus esset, & in concionibus perfacundus, brevi ex centurione tribunus militum evasit. Et primo quidem bello contra hostes pugnans, magna suæ virtutis præbuit experimenta, adeo ut in demortui Regis locum fuerit suffectus. Nec multo post, interfectis Syracusanis nobilibus, cum Carthaginensibus bellum gessit. Deinde spe ampliandi Regni in Italiam trajecit. Ubi cum deceptus fuisset, ex indignatione morbum contraxit, ex quo etiam vita functus est. Hic cum figuli (ut modo diximus) esset filius, generis humilitatem non modo non dissimulavit, verum etiam eo veluti firmissimo argumento usus est ad inflammandos suos ad capessendam virtutem. Unde vasis aureis frequenter figulina solebat admiscere, ut ostenderet, sordidissimæ etiam conditionis hominibus per virtutem ad honores iter patere.

Agathodæmon, is, m. 3. ἀγαθοδαίμων, bonus genius. *Lamprid. in Heliogab. c. 28.* Dracunculos Aegyptii agathodæmonas vocant. Ubi notat *Casaubon.* Phœnices divini aliquid serpentibus attribuisse.

Agathyrsi, m. 2. ἀγάθυρσοι, populi Scythis vicini, qui, ut inquit Hier. multum habent auri sine avaritia, sine invidia. Hos *Plin. l. 4. c. 22.* scribit habere capillos cæruleos. Poetæ pictos vocant, quoniam versicoloribus vestibus induuntur. Dicti sunt Agathyrsi ab Agathyrso Herculis filio. *Virg. Æn. 4. v. 146.* Cretesque, Dryopesque tremunt, pictique Agathyrsi. ¶ *Mela l. 2. c. 1.* eos hic describit. Agathyrsi ora artusque pingunt, ut quisque majoribus præstat, ita magis, minusve: cæterum iisdem omnes notis, & sic ut abiui nequeant.

Agāve, filia Cadmi, & Hermiones, & uxor Echionis, quæ in furorem versa Pentheum filium suis manibus dilaniavit. *Ovid. Met. 3.* ¶ Agave præterea fuit Statii poetæ tragœdia, in qua de Agave & Pentheo meminit. *Juven. sat. 7.* Intactam Paridi nisi vendat Agavem.

Age, *orsù*, *or via*, הבה, Germ. *vvolan*, Gall. *oeſus*, *ça*, *courage*, Hisp. *ea pues*, φέρε, φέρε δή, adv. adhortantis, & singularem, & pluralem numerum desiderat, *agite*, plural. *agedum*, utrumque. *Cic. pro Syll. c. 26.* Age dum, conferte cum illius vita &c. *Id. pro leg. Man.* Age vero, cæteris in rebus considerate. Et cum prima persona plur. num. *Id. pro Rosc. Amer.* Age nunc Roscii factum consideremus. *Liv. l. 1.* Agitedum, ite mecum. ¶ Age interdum est corripientis. *Ter. in Adel.* Age, scis quid loquar? ¶ Interdum pro dic, *dimmi*. *Ter. Adel.* Age, novi tuum animum. Ubi Donatus, Age, nunc verbum est significans, Dic, quia jam prope est, ut consentiat persuadenti. ¶ Interdum consentientis, *baſta*. *Ter. in Adel.* Age age, traducatur Bacchis. ¶ Interdum excitandi, & plerunque post Nunc apud Poetas ponitur. *Virg. Georg. 4.* Nunc age, naturas apibus, quas Jupiter ipse addidit, expediam. ¶ Transitionibus etiam inservit, & variis particulis jungitur, ut vero, jam, nunc, porro, sane, dum, & de quibus exempla passim occurrunt. ¶ Age sane, affirmandi vim habet. *Liv. l. 1. c. 57.* Incaluerant vino, age sane: omnes citatis equis advolant Romam. ¶ Agite, fere secundis imperativi personis additur. *Liv. l. 7. c. 34.* Agitedum ite mecum. *Virg. Æneid. 1. v. 627.* Quare agite, o juvenes, tectis succedite nostris. ¶ Agesis, V. suo loco.

Agĕa, f. 1. γεωστρόμος, via in navi dicta, quod in ea maximæ quæque res agi soleant. *Enn.* apud *Isid. 19. Orig. c. 2.* Multa foro ponens, ageaque longa repletur.

Agelades, æ, statuarius, olymp. 78. apud *Plin. l. 24. c. 8.* de quo & *Colum. l. 10. de cultu hort. v. 29.* Nec Polycletea, Nec Pragmonis, aut Ageladæ Arte laboretur.

Agelastos, ab ἀ, & γελάω, mœstus, & sine risu. Hoc nomine dictus est Crassus avus Crassi a Parthis interempti, quem tradunt semel tantum in vita sua risisse, quod factum est, cum vidisset asinum carduos comedentem, dixissetque ob id, similem habent labra lactucam. Factum hoc, dictumque testivissimum risus subsecutus est. *Cic. 5. de Fin.*

Agellŭlus, diminut. ab agellus. Habent hanc vocem *Catull. carmine* 20. (*in Catal. Virg.*) quod incipit *Hortorum Deus*, & *Symmach. l. 2. ep. 30.* & *Arnob. l. 1. p. 12.*

Agellus, m. 2. *campicello*, *campetto*, χώριον, dimin. significat parvum agrum. *Ter. in Adel. 5. 8.* Agelli est hic sub urbe paulum.

Agĕma, atos, n. 3. *ſquadra*, אגפים, Ger. *hauffen*, *flugel*, ἄγημα, agmen. *Arrianus* scribit, alam equitum fuisse, quæ dicebatur ἄγημα, quanquam & de peditibus dici agema, idem testatur. *Liv. l. 42. c. 51.* Delecta & viribus, & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant. Numerus militum incertus erat. ¶ *Liv. l. 37. c. 40.* millenarium ferme fuisse, ait, *Diodor. Sicul. l. 19. c. 27. & 28.* CL. & CCC. militum ponit.

Agēnor, m. 3. ἀγήνωρ, nomen Regis Phœnicum, & Beli filii. Hic genuit Taygetam, & Europam filias, filios vero Cilicem, Cadmum, & Phœnicem. Ex ejus nepotibus fuit Dido, quæ Carthaginem condidit. ¶ Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Trojani.

Agenorĕus, a, um, adject. ab Agenore. *Sil. Ital. lib. 1. v. 15.* Agenoreæ arces. *h. e.* Carthago. Et *lib. 17. v. 58.* Litora Agenoreæ tenuerunt perfida terræ.

Agenoria, Dea industriæ, sic appellata, quod ad agendum excitet. Vocatur & *Agerona*, fanumque habet in Aventino. *August. lib. 4. de Civ. Dei, c. 16.*

Agenorĭdæ, Phœnices, seu Carthaginienses, sic dicti a nomine Regis sui Agenoris.

Agenorides, æ, Ἀγλωσελδής, Cadmus Agenoris fil. *Ovid. Metam. 3. v. 7.* Profugus patriamque iramque parentis Vitat Agenorides.

Agentes in rebus, quorum in Codice sæpius, & alibi mentio fit, officii erat genus sub Imperatoribus, qui mittebantur per provincias, ut cursui publico, & vehiculariæ rei, importandisque frumentis præessent rimatique secreta domuum, omnia ad Principes, quæ reperirent, referrent: frumentarii antea dicti, item Curiosi. *August. 8. Conſeſſ. cap. 6.* Erat autem ex eis, quos dicunt Agentes in rebus. ¶ Agentes etiam dicti sunt Agrimensores. *Hyg. apud Rigalt. p. 188.* de constituendis limitibus. Plurimum agentibus præstat acti limitis perpetua rectura. V. *Curioſus.*

Ager, gri, m. 2. *campo*, *poſſeſſione*, דשה, Ger. *feld*, Gal. *champ*, Hisp. *campo*, ab ago, is, quod in eo aliquid agatur, vel (ut *Donatus* inquit) quod in eo multa fint agenda. *Quintil.* autem *lib. 1.* scribit, Græcum esse. Nam ἀγρὸς Latine rus dici potest. ¶ Significat autem quandoque circumjectum territorium alicujus urbis, seu provinciæ, χώρα, *territorio*. *Sal. in Cat.* Reliquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abducit. ¶ Unde dicimus, ager Campanus, ager Patavinus. Et includit in se nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, & omnia, quæ in territorio illo sunt. Et in ea significatione vix unquam reperitur pluraliter. ¶ Quandoque significat partem quandam ipsius territorii urbis, quæ privatim ab aliquo possidetur, & esse videtur rus, in quo & domus, & omnia, quæ in agro sunt, generaliter continentur, ideſt, quæ pro captu ipsius partis esse possunt, *villa*, *podere*, *poſſeſſione*. Unde *Ter. in Eun.* Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. *Et sequitur.* Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. ¶ His verbis innuitur, sub agri nomine & domum, & omnia alia, quæ in agro continentur, comprehendi, ideimque esse agrum, rus, & possessionem. Sed tamen nec rus, nec ager villa est, sed villa in rure, sive agro dicitur esse. ¶ Quandoque significat locum in rure, quem colimus, sive arando, sive conserendo; & singularem, pluralemque numerum habet. *Col. lib. 1.* Nam ubi sedulo colitur ager, compendium affert. *Liv. lib. 4.* Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, excepit. ¶ Ager colonus. *Cicer. de leg. Agrar.* Cognoscerent, qui ager colonus esset. Videtur eam agri partem significare, quæ proprie ad arandum accommodata est, & alio nomine arvum dicitur. ¶ *Agrum imbecilliorem esse oportet*, subaudi, quam agricolam; proverbium fuit apud Afros celebre, teste *Colum. l. 1. c. 3.* Quod *Virg. Georg.* sic extulit. Laudato ingentia rura, exiguum colito. Certum enim est, plus redditurum angustum agrum, qui diligenter colatur, quam amplum, qui negligentius. Conveniet proverb. in eos, qui student imperium amplificare, cum hoc ipsum, quod habent, administrare non possint; vel in eos, qui munus suscipiunt, cui ferendo sunt impares.

Agerăton, ἀγήρατον, herba est ferulacea ad duorum palmorum altitudinem excrescens, similis origano, florem ferens bullis aureis non absimilem, ita dicta, quod non facile marcescat. Vide *Plin. l. 24. c. 4.*

Agerona, V. Agenoria.

Agesilaus, m. 2. ἀγησίλαος, Lacedæmonius, Archidami filius, qui post mortem Agidis fratris sui Rex constitutus, Tissaphernem in Asia, qui principatum tenebat inter Persas, vicit, & Athenienses, & Bœotios apud Coroneam urbem Peloponnesi. Brevi statura corporis, & altero pede claudus fuit, sed rara virtute præditus. Vitam ejus vide apud Plutarch. ¶ *Ageſilaus* etiam dictus est Pluto. *Lactant. lib. 1. cap. 11.* Regnum Orbis ita partiti sunt, ut Orientis Imperium Jovi cederet, Plutoni, cui nomen Agesilao fuit, pars Occidentis. ¶ Sic autem cognominatus est Pluto, παρὰ τὸ ἄγειν τὰς ψυχάς. Aliqui tamen pro Agesilao leg. Agelasto. Sed nihil in Lactantio immutandum censet *Isæus in not. ad eund. & Cæl. Rhodig. lib. 10. lect. Antiq. c. 18.*

Agelinātes, Gall. populi sunt Pictonibus vicini. *Plin. l. 4. c. 19.*

Agēsis, *orsù*, adverb. excitandi, ex particula *ſis*, pro si vis, quæ verbis imperativi modi apud veteres addebatur. *Lucret. lib. 1.* Nunc agesis, quoniam docui, &c. Adde *Cic. in Partit.* ¶ Interdum disjungitur. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 16.* Age nunc, refer animum sis ad veritatem.

Aggĕmo, V. Adgĕmo.

Agger, ris, m. 3. *argine*, סוללה, Germ. *einſchutte*, *dcich*, *vveher*, *damm*, χῶμα, per duplex g, significat proprie lapidum, aut terræ coacervationem, ut est tumulus ad arcis cujuspiam expugnationem, impropriæ dicitur cujuslibet rei coacervatio, unde fossæ, aut valles impleri possunt. Quin *Servius* & muros, & munimenta aggerem dici voluit. *Virg. 10. Æn.* Quin intrant portas, atque ipsis prælia miscent aggeribus murorum. ¶ Dicitur etiam agger mediæ viæ eminentia ex aggeratis lapidibus strata. *Idem Æn. 5. v. 273.* Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens. Onomasticum vetus *Petri Daniel.* apud *Turneb. l. 28. Adverſ. c. 5.* Agger, strata via publica. V. *eund. Turneb. l. 11. c. 6.* ¶ Est etiam agger, ipsa materia, ex qua agger extruitur, puta glebæ, cæspites, quin & ligna, & stipites: unde, & cremari poterat. *Cæſ. B. G. l. 2. c. 20.* Qui paullo longius aggeris petendi causa proceſſerant. Et *l. 7. c. 58.* Cratibus, ac aggere paludem explere. ¶ Poetice interdum ponitur pro monte. *Virg. 6. Æn. v. 831.* Alpini aggeres. *h. e.* Alpes. *Sen. in Herc. Oet. v. 168.* Thessalici aggeres. *h. e.* Pelion, Ossa, & Olympus. ¶ *Stat. 2. Silv. 1. v. 176.* aggerem Milvium dixit, pontem intelligens.

Aggerātim, adverb. quasi cum aggerarione, accervatim. *Apulej. lib. 4. A. A. p. 146.* Estur ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis.

Aggeratio, onis, verbal. actus aggerandi, vel agger. *Vitruv. l. 10. c. ult.* Naves super aggerationem, quæ fuerat sub aqua, sederunt. Et *Justin. l. 2. c. 1. n. 20.* Quæ aggerationibus regum, sive Nili trahentis limum, recentissima videatur. Ubi al. leg. *exaggerationibus.*

Aggerātus, a, um, ex aggere factus, aggerando terram factus. *Tacit. Ann.*

Ann. 1. c. 63. Trames inter paludes aggeratus.

Aggĕro, as, a. 1. *accumulare*, כנר, Germ. *zuſamen, hauffen*, Gall. *amonceler*, Hiſp. *amontonar*, περισσάττω, ab agger, ſignificat accumulo. Unde arbores aggerare, vel aggerare circa arbores terram eſt, cum poſt hyemem, æſtate jam inſtante, terram circunfundimus, & veluti circummunimus, ne calore nimio radices exareſcant, *incalzare*. *Col. l. 11. c. 2.* Omnes arbores fructiferæ circunfoſſæ aggerari debent. ¶ Per metaphoram aggerare pro augere, & aggravare ponitur. *Virg. 11. Æn.* His onerat dictis, atque aggerat iras.

Aggĕro, is, eſſi, eſtum, erere, ex ad, & gero, cumulo, gerendo adjungo, juxta gero, *porre a canto, aggiungere portando*, הלל, Ger. *nahen ſetzen, herzu tragen*, Gall. *amaſſer*, Hiſp. *anadir*, ἐπιφορέω, προσφέρω. *Virg. Æn. 3. v. 63.* Ingens aggeritur tumulo tellus. ¶ Interdum eſt ſimpliciter addere. *Plaut. Rud. 2. 5. 27.* Siquidem mihi ultro his aggerunda eſt aqua. Et *in Caſina*. Te aggerunda aqua curvum faciam probe. In utroque autem reſpexit ad multam afferendæ aquæ copiam, & quaſi cumulum. ¶ Aggerere falſa apud *Tacit.* hoc eſt falſa falſis cumulare,

Aggeſtio, onis, aggeratio, *mucchio di terra, o d'altro*. *Pallad. lib. 12. c. 15.* Aggeſtione tectæ trabes.

Aggeſtus, us, ui, idem quod aggeſtio. *Tacit. Annal. 1. cap. 35.* Lignorum aggeſtus. Et *hiſt. 3. c. 60.* Locus ipſe caſtrorum placebat, late proſpectans, tuto copiarum aggeſtu. *h. e.* coactione, collectione (militum.)

Aggeſtus, a, um, nomen ex particip. ab aggero, accumulatus, acervatus. *Martial. l. 8. ep. 57.* Aggeſta contumulavit humo.

Agglomĕro, a. 1. *aggiugnere*, נלם, Ger. *auffruvinden, herzufugen*, συναγείρω; a glomero, quod a glomus, ſeu glomer deducitur. *Virg. 2. Æn.* Et lateri agglomerant noſtro. *h. e.* adjungitur quaſi globum facturi. *Idem Æn. 12.* Denſi cuneis ſe quiſque coactis Agglomerant. *h. e.* denſantur, ut cuneatim dimicent. *Serv.*

Agglutĭno, *congiungere*, הרביק, Germ. *anleymon*, προσκολλάω, ad aliquid glutino, copulo. *Plaut. in Aul.* Mihi ad malum malæ res plurimæ ſe agglutinant. *Cic. l. 16. Attic. ep. 6.* Novum proœmium exaravi; tibi miſi: tu illud deſecabis, hoc agglutinabis. ¶ Sed hactenus translate. Proprie autem eſt glutine conjungere, ut chartam, & alia ejuſmodi. Quin & pro terruminare uſus eſt *Plin. l. 33. c. 5.* Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinando auro. Sic *l. 36.*

Aggravātus, a, um, *aggravato*, gravis factus. *Suet. Aug. cap. 98.* Aggravata valetudine ſuccubuit.

Aggraveſco, is, ere, gravis fio, aggravor, *divenir grave, o moleſto*. *Terent. 3. 2. v. 2.* Ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat. *Cicer. 3. Tuſc. c. 31.* Aggraveſcens vulnus.

Aggrăvo, a. 1. *aggravare*, הכביד, Ger. *beſchweren*, ἐπιβαρύω, valde onero, vel valde gravis fum, & moleſtus, affligo. *Plin. l. 12. c. 17.* Odor aggravans capita, ſed citra dolorem. Aggravare ictus, ideſt graviores facere, apud *eund. l. 28. c. 4.* Aggravare reum argumentis, *Quintil. l. 5. c. 7.*

Aggredior, eris, eſſus ſum, d. 3. *aſſalire*, בא, פנין, Germ. *zu einem gehen*, item *einem angreiffen, anfallen*, Gall. *aſſaillir*, Hiſp. *acometer*, ἔπειμι, προσέρχομαι, ex ad, & gradior, proprie eſt aliquem adire. *Plaut. Curcul. 2. 3. v. 59.* Forte aſpicio militem: hominem aggredior. Sic Aggredi aliquem de re aliqua, apud *eund. Merc. 2. 3. v. 50.* Sic Ire, qua aggreditur mare, apud *eund. Menæch. 2. 1. v. 12.* ¶ Aggredi aliquid, & ad aliquid eſt incipere, tentare, conari, *principiare, intraprendere*, ἐπιχειρέω. *Cic. Offic. 1. c. 21.* In omnibus negotiis, priuſquam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens, Et *de Cl. Orat. c. 37.* Aggredi ad dicendum. Et *ad Q. Fr. l. 2. ep. 12.* Aggredi ad hiſtoriam. Et ſine præpoſit. *Hirt. B. Alex. cap. 5.* Opus magnum & difficile aggredi. ¶ Et eum infinito. *Cic. Offic. 2. c. 1.* De quibus dicere aggrediar. ¶ Significat ſæpe, ex inſidiis, & per vim aliquem adoriri, *aſſalire*, εἰσβάλλω, εἰσβάλλομαι. *Salluſt. in Catil. c. 63.* Ex lateribus ceteros aggreditur. ¶ Paſſive adhibitum inquit *Priſcianus l. 8. a Cicer. ad Nep.* Ut a te fictis aggrederer donis.

Aggrĕgo, as, a. 1. *congregare*, אסף, פנין, Germ. *zuſamen, ſetzen, veſammlen*, ἐπισωρεύω, congregare, & quaſi in unum locum gregem contrahere. *Cic. in Catil. 1. cap. penult.* Si eodem cæteros naufragos aggregaverit. ¶ Translate pro adjungere. *Cæſar 6. B. Gall.* Qui ſe ad eorum amicitiam aggregaverant. Sic aggregare in numerum. *Cic. pro Murena.* Aggregare filium eodem crimine ad Patris interitum. *Id. in Vatin. c. 10.*

Aggreſſio, f. 3. *aſſalto*, פנין, Germ. *anfall, angriff*, ἐπιχείρησις, verbale. *Cic. in Orat. c. 15.* Cum animos prima aggreſſione occupaverit.

Aggreſſor, oris, *aggreſſore, aſſalitore*, qui adoritur. *Juvencus in Matth. c. 12. v. 20.* Nipitius aggreſſor cuſtodum brachia nobis vinciat. *Ulp. l. 1. ff. de S.C. Silan.* Veluti ſi quis exclamavit, aut terruit aggreſſores.

Aggreſſūra, æ, f. 1. invaſio ex inſidiis, qualis latronum, aut conſpiratorum, *aſſalto a tradimento*, ἐπιχείρησις. *Ulpian. l. 3. ff. de Senatuſconſ. Silan.* Si cum omnes domini aggreſſuram paterentur, uni ſervus opem tulit, &c. *Idem l. 10. 1. 2. l. 4.* Si quid ſacrilegio quæſitum erit, aut latrocinio, aut aggreſſura. *Per aſſaſſinio.*

Aggreſſus, us, ui, ſubſtant. idem quod aggreſſio, actus incipiendi rem aliquam. *Firmic. l. 2. c. 10.* Juppiter inconſultum ſignificat rerum aggreſſum, atque difficilem operum exitum. ¶ Item invaſio. *Ulpian. Dig. 36. 1. 17.* Si naufragio, vel aggreſſu perierit.

Aggreſſus, a, um, particip. verbi aggredior. *Virg. 2. Aen. v. 165.* Palladium evellere aggreſſi. *Juſtin. l. 2. c. 8.* Inopinantes aggreſſus delevit. ¶ Paſſiva ſignificatione. *Juſtin. lib. 7. c. 6.* Facillimis quibuſque aggreſſis, *aſſaliti, tentati*.

Aggrĕtus, partic. pro aggreſſus. *Enn.* Aggretus fari.

Agĭlis, le, adject. ab ago, qui, vel quod facile agitur, ſeu movetur, *agile, leggiero*, מהיר, קל, חוש, Germ. *ſchnell, hurtig*, κλug, ὠκύπους, γοργός. *Senec. Med. v. 787.* Video Triviæ currus agiles. Sic dextram agilem, curſus agiles dixit *Stat. 5. Syl. 1. 10. & 4. 3. 32.* Agilis claſſis apud *Liv. l. 30. cap. 10.* ¶ De homine quando dicitur, acrem, celerem notat, & promptum ad agendum, *deſtro, agile, pronto, ſnello*, & qui corpore eſt expedito, ἐλαφρός. *Horat. l. 1. ep. 19. v. 89.* Oderunt agilem gnavumque remiſſi. *Senec. de Tranquill. animi, cap. 2.* Natura humanus animus agilis eſt. *h. e.* agendi cupidus.

Agilĭtas, f. 3. *deſtrezza*, פחז, Germ. *behendigkeit*, Gal. *agilite*, Hiſp. *ligereca*, ἐλαφρότης, mobilitas, dexteritas, corporis celeritas. *Colum. l. 1.* Ejuſdem agilitatis homo frugi melius, quam nequam faciet. ¶ Agilitas naturæ, ſc. cum faciles motus capit, apud *Cic. Att. lib. 1. epiſt. 17.* agilitas navium, apud *Liv. l. 26. c. 51.*

Agilĭter, *deſtramente*, כהרה, Germ. *fertiglich, behendiglich*, agilius, agillime, ideſt, cum agilitate. *Ammian. l. 14. c. 8.* Agiliter præterito Calycadni fluminis ponte. *Colum. l. 2. c. 2.* Ut totum ſpatium bos agilius enitatur.

Agĭna, æ, foramen in ſuperiori libra, in quo vertitur æquilibrium, ſeu trutina, *forame, in cui ſta il perno della bilancia*, ab agendo dicta. *Tertull. adv. Hermog. cap. 41.* In neutram partem pronus, & præceps, mediæ, quod ajunt, aginæ æquilibrato impetu ferebatur.

Aginātor, qui parvo lucro movetur, nomen ab agina tractum, quæ minimo pondere huc, atque illuc impellitur. *Feſtus in voce Agina.*

Agipĕdes, referente *Feſt. Pomp.* in dictione *Pedarius*, a Lucilio dicti ſunt Senatores, qui in Senatu quidem ſedebant, verum ſententiam non rogabantur, ſed in aliorum ſententiam pedibus ibant.

Agis, vel Agides, ἄγις, Lacedæmoniorum Rex, qui cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit. A ſuis tandem civibus in carcere necatus eſt, quod Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. *Plutarch. & Cic. 2. Offic.*

Agitabĭlis, le, adject. qui facile agi poteſt, agilis, *agitabile*. *Ovid. 1. Metam. v. 75.* agitabilis aer.

Agitatio, onis, *movimento, agitazione*, δόνησις, ὠκυπεδία, actus agitandi, motus, commotio. *Cic. 2. de Div. c. 62.* Numquam animus agitatione, & motu vacuus eſſe poteſt. *Idem pro Mur. c. 17.* Agitationes fluctuum. *Id. de Sen. c. 7.* Agitatio ſtudiorum, *eſercizio*. *Senec. ep. 109.* Agitatio virtutum.

Agitator, m. 3. *chi mena cavalli, o aſini*, מנהיג, Germ. *ein roſſtreiber, hetzer*, ἡγεμών, qui eſt equorum, curruumve rector, agaſo. *Virg. 1. Georg. v. 273.* tardi agitator Aſelli. ¶ Et pro auriga Circenſi apud *Suet. in Calig. c. 55.* ¶ Translate apud *Cic. 4. Acad. c. 29.* Ego, ut agitator callidus, priuſquam ad finem veniam, equos ſuſtinebo.

Agitātrix, icis, femin. ab agitator. *Apuleÿ. de Dogm. Platon. l. 1. p. 6.* Anima agitatrix aliorum, quæ natura ſua immota ſunt, atque pigra. *Arnob. l. 4. p. 141.* Silvarum agitatrix Diana.

Agitātus, us, ui, ſubſtant. idem quod agitatio, *moto*. *Macrob. Comment. l. 2. c. 14.* Imo per diverſa, ſi ſpontaneo terrentur agitatu.

Agitatus, a, um, *agitato, ſpinto qua, e là, travagliato, ſtimolato*, vexatus, jactatus, & accipitur frequenter in malam, aliquando etiam in bonam partem, modo ſine, modo cum caſu, tum proprie, tum metaphorice. *Salluſt. in Jug. c. 8.* Arena agitata vento. *Virg. 3. Aen. v. 331.* ſcelerum furiis agitatus Oreſtes. *Cic. pro Quinct. c. 2.* Æquitas multis injuriis jactata, atque agitata. *Id. 1. Offic. c. 24.* Rebus agitatis, *eſſendo le coſe in turbolenza. Id. in Somn. Scip. ſub fin.* Sunt autem optimæ curæ de ſalute patriæ, quibus agitatus, & exercitus animus, &c. *Quintil. l. 11. in fi.* Actio paulo agitatior, *azione, o geſto alquanto impetuoſo*. ¶ Eſt etiam incitatus, inſtigatus. *Flor. l. 1. c. 16.* Gens facratis legibus agitata in exitium urbis. ¶ Item *trattato, maneggiato*. *Cic. pro Cluent. c. 1.* Res agitata in concionibus. *Velley. l. 1. c. 16.* Res ſæpe agitata animo meo.

Agĭto, as, a. 1. *agitare, fare ſpeſſo*, הניע, הניר, Germ. *bevvegen*, πράττω, crebro facio, factito. *Salluſt. in Jugur.* Varie per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus, atque gaudia agitabantur. ¶ Eſt item ſtimulare, compellere, ἐλαύνειν, *ſtimolare*, quo pacto agi ſolent equi, cum eos calcaribus urgemus. *Plaut.* Agitabo quadrupedem calcari. Sic agitare triremem, h. e. remis impellere, *Nepos in Dion. c. 9.* ¶ Item obſervare, *celebrare*. *Virg. l. 2. Georg.* Ipſe dies agitat feſtos. ¶ Item perturbare, moleſtare, *nojare*. *Cic. de Leg.* Furiæ agitant, infeſtanturque improbos. ¶ Item inſectari, *perſeguitare*. *Cic. l. 3. Offic.* Suntne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiamſi exercitaturus non ſis, nec agitaturus? *Virg. Georg. 3.* Agitare gravi nidore chelydros. ¶ Item agere, ducere, facere, *Salluſt. in proœm. Bel. Cat.* Tum vita hominum agitabatur ſine cupiditate. Sic agitare ævum. *Virg.* ¶ Item cruciare, *affliggere*. *Salluſt. in Catil.* Agitabatur magis, magiſque in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conſcientia ſcelerum. ¶ Item adminiſtrare, *governare*. *Id. ibid.* In pace vero beneficiis magis, quam metu Imperium agitabant. ¶ Item ſæpe conſiderare, cogitare, recogitare, *conſiderare. Id. ibid.* Sed ea, quæ mente agitari, omnes jam antea audiſtis. *Ter. in Phor.* Id agitans mecum ſedulo, inveni remedium huic rei. *Salluſt. de Rep. ord. or. 2.* Mihi multa cum animo agitanti, &c. ¶ Item ſolicitare, *Salluſt. in Catil.* Minari interdum ferro, poſtremo ferocius agitare, &c. ¶ Item præ ſe ferre, oſtendere, *dimoſtrare*. *Id. ibid.* Veluti ſervitute erepta, gaudium, & lætitiam agitabat. ¶ Item tractare. *Cic. pro Cluent.* Res agitata in concionibus. ¶ Item moliri. *Virg. 2. Aen.* Vos agitate fugam. ¶ Jungitur interdum cum infinito. *Valer. Flacc. l. 2.* Ut cunctas agitent expellere Lemno. *Virg. 9. Aeneid. v. 187.* Mens agitat mihi invadere, &c. Ubi conſtructio dativi caſus eſt animadvertenda.

Aglaïa, ἀγλαΐα, una ex Gratiis, ſeu Charitibus. Latine interpretatur lætitia. Alio nomine Paſythea vocata eſt. *Virgil. in Catalect.*

Aglaŏpe, Ἀγλαόπη, una Sirenum, quaſi ſplendida aſpectu. V. *Siren.*

Aglaophŏtis, Ἀγλαοφῶτις, herba eſt jucundiſſimi coloris, qua magi utuntur ad evocandos dæmones. Hanc tradunt noctu lucere, & carpentium manus effugere, dum ſubinde locum mutat. *Plin. l. 24. c. 17.*

Aglaſpis, nomen legionis militum cetratorum, apud Perſas. *Liv. l. 44. c. 41.*

Aglauros, filia Cecropis, ſeu Erichthei Regis Athenarum, a Mercurio in ſaxum mutata. *Ov. l. 2. Metam. fab. penult.*

Agmen, inis, n. 3. *moltitudine, ſquadra, ordinanza*, מחנה, Germ. *ſchaar, menge, flugel*, צבא, אגף. *Serv. in Aen. 1. v. 186.* Proprie dicitur ordinata multitudo ambulantis exercitus. Eſt enim quaſi agimen, ab ago. Quare de ſtante exercitu proprie uſurpari non poteſt. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 24.* Aliæ cohortes in agmen Cæſaris, aliæ in equites incidunt. Ex quo loco colligitur, agminis vocem de peditibus maxime dici. *Virg. Aen. 9. v. 47.* Tardum præceſſerat agmen; ubi *Serv.* Tardum agmen dixit peditum, qui equitum comparatione tardi ſunt. ¶ Sed & ipſe actus, ſeu ductus exercitus aliquando agmen dicitur, *marchia*. *Salluſt. Jug. c. 14.* Ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum, aut jumentum haberet. ¶ Primum agmen, & noviſſimum agmen, apud *Cæſ. La Vanguardia, e la Retroguardia*. ¶ Agmen gravius, apud *Tacit.* hoc eſt, farcinæ, & impedimenta exercitus. ¶ Transfertur a militia ad multa alia, ut agmen aquarum. *Virg. Georg. 1. v. 322.* Et aligerum. *Aen. 12.* Et mulierum. *Liv. l. 2. c. 40. h. e.* multitudo. ¶ Ut autem motum, ſeu inceſſum ſignificat, ita ad decurſum, actumque fluminis transfertur. *Virg. Aen. 2. v. 782.* Lenis ſonat agmine Tibris. ¶ Item ad ſerpentum volumina. *Idem Georg. 3. v. 423.* Extremæque agmina caudæ ſolvuntur. ¶ *Agmen orationis* apud *Geil. l. 1. c. 4.* eſt orationis ductus, *l' andamento*. Agmen occupationum, *lunga ſerie d' occupazioni*, *Plin. l. 2. ep. 18.*

Agminālis, le, adject. ad agmen pertinens, πομπικός, ut agminales equi, qui agmen ſequuntur. *Leg. 18. ff. de mun. & bon. & l. 6. Cod. Theodoſ. de Curſ. publ.*

Agminātim, adv. quaſi agmine facto, *a truppa*. *Solin. c. 38. de Elephantis*; oberrant agminatim. *Apuleÿ. l. 4. Mileſ.* poculis agminatim ingeſtis.

Agna, æ, *agnella, agna*. *Ovid. Triſt. l. 1. el. 1. v. 77.* Excuſſa eſt avidi dentibus agna lupi.

Agna, gnæ, f. 1. menſuræ genus in agrorum dimenſione. *Colum. l. 5. c. 26.* ubi alii leg. *acnua*.

Agna-

Agnalia, um, festi dies Romæ, iidem qui Agonalia. *Ovid. 1. Fast. v.* 323.

Agnascor, d. 3. *nascere*, נולד, Ger. *nahe, herbey, zuwachsen*, παραφύομαι, ex ad, & nascor. Apud JCtos est nasci post testamentum factum. *Cic. 2. de Orat.* Agnascendo rumpi testamentum. ¶ Scribitur & *Adnascor*.

Agnati, m. 2. *parenti*, אחים, Ger. *blutsfreund*, συγγενεῖς, dicuntur, qui per virilis sexus personas cognatione conjuncti sunt, quasi a patre congeniti (inquit *Cajus* JCtus) veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepotve ex eo. ¶ Inter agnatos, & cognatos, συγγενεῖς, hoc interest, quod in cognatis continentur agnati, in agnatis non utique cognati, ut puta frater patris, idest patruus, est agnatus & cognatus, matris vero frater, idest avunculus, cognatus est, sed non agnatus. Gentilitas vero & agnationem, & cognationem complectitur. ¶ Proverbium est de furioso, apud *Varr. R. R. 1. c. 7. Ad agnatos, & gentiles est deducendus*. Furiosi enim lege XII. Tab. in potestate agnatorum erant. ¶ *Tacit. de Germania cap.* 19. Agnatos pro liberis dixit. V. ibi *Lipsi.* & *Colerum*. ¶ Etiam de mutis animalibus agnati dicuntur. *Ulpian. l. Vetus, ff. de usufruct.*

Agnatio, onis, verbal. *parentela*, πρόσφυσις, agnatorum consanguinitas, *Cic. l. 1. de leg. c. 7.* Homines Deorum agnatione, & gente tenentur.

Agnatitius, a, um, ad agnatos pertinens, ut agnatitium jus, *lib. 6 Cod. Justin. tit. 5. leg.* 15.

Agnatus, a, um, adject. quidquid ultra naturæ debitum natum est; ut Membra agnata, quæ superflua sunt, seu quæ abundant. *Plin. l. 11. c.* 52. Membra animalibus agnata mutila sunt, sicut sextus homini semper digitus. ¶ *Agnati* V. sup.

Agnellus, i, m. 2. ἀμνίσκος, parvus agnus, *Plaut. Asin.* 3. 3. 77. Agnellum, hœdillum me tuum dic esse.

Agniculus, diminut. ab agnus, *agnelletto. Arnob. l. 7. p.* 219. Centum cædat boves, totidemque cum agniculis suis matres.

Agninus, a, um, adject. quod ad agnum pertinet, ut agnina caro. Coagulum agninum. *Plin. l.* 30. *c.* 13. ¶ Apud *Plaut. in Pseud. 1. 3. v.* 85. Agninis lactibus canem alligare. *id est*, intestinis. ¶ Agnina absolute, idest agnina caro. *Horat.* Tabulas cœnabat omasi, vilis & agninæ.

Agnitio, f. 3. verbale, *riconoscimento, cognizione*, הכרה, Germ. *erKandnus*, ἐπίγνωσις, *Cic. de Nat.* Quæstio ad agnitionem animi pulcherrima. ¶ Volunt aliqui differre a cognitione, sicut a cognosco agnosco. V. Agnosco.

Agnitionalis, le, adject. ad agnitionem pertinens. *Tertull. adv. Valent. c.* 27. Substantivalis, non agnitionalis forma.

Agnitus, a, um, nomen ex particip. ab agnosco, *riconosciuto*. *Valer. Flac. 4. v.* 437. Expectata manus, nostrisque, ait, agnita votis. *Pompon. Dig.* 40. 14. 3. Agniti natales, *riconosciuti per legittimi*.

Agnomen, n. 3. *soprannome*, שם כנוי, Germ. *zunam, der nam vom geschlecht*, ἐπωνυμία, nomen, quod est extrinsecus aliqua ratione, vel casu quæsitum, & ad ultimum adiicitur, ut Africanus: aliquando cognomen, & cognomentum dicitur. *Cic. 2. de Invent. c.* 9. Nomen cum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet. Quod si quis de hoc Ciceronis loco dubitat, habet *Ovidius de Ponto l. 3. el. 2.* adjectique probant genitiva agnomina Cottæ. ¶ Scribitur & adnomen. *Capitolin. in Vero, c.* 3. Nec aliud ei honorificentiæ adnomen inditum est, quam quod &c.

Agnomentum, i, n. 2. idem quod agnomen. *Apulej. Apolog. p.* 310. Agnomenta ei duo indita.

Agnominatio, onis, f. 3. παρονομασία, figura, quæ similitudine litterarum detlectit vocem in contrarium, ut illud *Terent. And.* 1. 3. *v.* 13. Inceptio est amentium, non amantium. Et *Cic. in Verr.* Sicilia te non prætorem, sed prædonem habuit. *Auct. ad Herenn. l. 4. c.* 21. Hæ sunt agnominationes, quæ in litteratura brevi commutatione, aut productione, aut aliquo huiusmodi genere versantur. Adde *Quintil. l. 9. c.* 3. ¶ Legitur & *annominatio*.

Agnoscibilis, le, adject. qui agnosci potest. *Tertull. de Resurr. Carn. c.* 55. Lineamenta Petro agnoscibilia servaverat.

Agnosco, is, ovi, agnitum, *riconoscere, conoscere di nuovo*, הכר, ידע, Germ. *erKennen*, ἀναγιγνώσκω, ex ad & nosco, euphoniæ causa d in g mutato, Recognosco, & proprie de iis quæ antea vidimus, & novimus. *Virg. Æn.* 5. Agnoscitque suos, lætusque ad mœnia ducit. ¶ Differt a cognosco, quod proprie dicitur de rebus ante non cognitis. *Id. Ecl.* 4. Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem. ¶ Interdum tamen unum pro altero ponitur. *Terent. Eun.* 5. 2. *v.* 7. Ita miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret. Ubi Donat. ἀντιφραστικῶς notat, & pro *agnosceret, cognosceret* dixisse. Sed *ead. fab.* 5. 3. *v.* 12. cognitionem pro agnitione dixit. ¶ Ponitur etiam pro approbare, admittere. *Cic. pro Mil. c.* 14. Cum totius Italiæ concursus tacti illius gloriam libens agnosceret. *Paul. Dig.* 5. 2. 23. Agnoscere voluntatem alicujus. ¶ *Agnoscere filium* est eum tamquam suum, & legitimum cognoscere. *Suet. in Aug. c.* 65. Ex nepte Julia post damnationem editum infantem agnosci, alique vetuit. ¶ *Agnoscere bonorum possessionem* apud JCtos est eam ut ad se pertinentem cognoscere, & sibi adscisscere, *chiamarsi l' eredità. Cajus Dig.* 26. 8. 11. ¶ Agnoscere crimen est fateri. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 8.

Agnus, m. 2. *agno*, כשב, Ger. *lamb*, ἄρνος, fœtus est ovis, qui annum nondum egressus est. *Cic. de Senect.* Villa abundat porco, hœdo, agno. *Agnum lupo eripere velle*, proverb. est apud *Plaut. in Pœn.* 3. 5. *v.* 37. de conatu irrito. ¶ Est etiam *agnus* arbuscula quædam, qua viæ omnes ornabantur Athenis in festo Palladis: quam Latini a vinciendi usu viticem appellant. ¶ *Agnus fœmina* pro agna, est apud *Gell. l.* 4. *c.* 3. ¶ Ducitur autem agnus a græco ἄγειν (unde & hagnus a quibusdam scriptum est: sed usus aspirationem sustulit) quod sit hostia pura, & immolationi apta.

Ago, is, egi, actum, a. 3. *fare, trattare, operare*, פעל עשה, Ger. *thun, machen, verrecken*, Gal. *faire*, Hisp. *hazer*, ἄγω, multa significat. Nam primo proprie est, ante se pellere, impellere, & de pecoribus armentisque dicitur. *Virg. Ecl.* 1. Capellas Protinus æger ago. ¶ Deinde pertinet ad omnes actus humanos. Nam qui sedet, qui stat, qui cogitat, qui jacet, qui moritur, aliquid agere dicitur. Quin ipsum vivere, est agere: unde dicimus, Vitam agere, ætatem, ævum &c. & agere, absolute. *Tacit. Ann.* 3. Apud illos homines, qui tunc agebant. ¶ Itaque significat facere, operari, πράττειν, ἀγωνίζεσθαι. *Plaut. in Amph.* Dum hæc aguntur. ¶ Quandoque impellere, *spingere. Lucr. lib.* 6. Homines in omnia facinora præcipites agant. ¶ Quandoque dicere, *dire. Id. ib.* Est ne hic ipsus, de quo agebam? ¶ Quandoque cogitare, *considerare. Virg. Ecl.* 9. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto. ¶ Quandoque repræsentare, unde *actores* in scena dicuntur. *Cic. pro Rosc. Com.* Ballionem illum cum agit, agit Chæream. ¶ Quandoque emittere. *Plin. l.* 16. *c.* 31. Robora suas radices in profundum agunt. ¶ *Agi, & ferri* pro diripi adhibetur in re militari. *Liv. lib.* 48. Tum demum fracta pertinacia est, cum ferri, agique res suas viderunt. ¶ Quandoque ire, incendere, *andare*, διάγειν. *Pompon. Me-*

la, Nudi agunt, antequam puberes sint. ¶ Quandoque fungi officio. *Val. Max.* An scires Consul agere. Sed hoc in sensu usurpatur frequentius cum accusativo, subinteilecto pronomine *me, se*, &c. quod etiam exprimi potest. *Horat.* Lætum agit convivam. ¶ Quandoque extendere, porrigere, *estendere*, ut, Vera gloria radices agit. ¶ Quandoque sursum ducere ab imo pectore, unde & pro mori usurpatum est, addendo, animam. *Sen. epist.* 26. Cum animam ages. ¶ Quandoque applicare, seu admovere. *Cæs. B. Gall.* 3. Quibus fortiter resistentibus, vineas, turresque egit. ¶ Quandoque agitare, *travagliare. Virg.* 6. *Æneid.* Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt. ¶ Item *agere, & ferre*, est locutio tracta a Græcis, pro diripere, & populari, ἄγειν, & φέρειν, *mandare a ferro, e fuoco. Liv. l.* 38. *c.* 15. ¶ Item succedere, sive in bona conditione esse aut mala. *Val.* Bene egissent Athenienses cum Miltiade, &c. ¶ Frequentius in hoc sensu usurpatur impersonaliter, ut Bene, melius, optime tecum agitur, Male mecum actum est, &c. *Cic. de Amic.* Cum illo quis nescit actum esse præclare, mecum incommodius? ¶ Actum agere, est, nihil agere. *Ter. in Phor.* Actum, ajunt, ne agas. Forma loquendi est a more judiciorum tracta. Quod enim jure semel judicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. ¶ Interdum ponitur pro vertere, *volgere. Virg.* Ipse ter adducta circum caput egit habena. ¶ Pro urgere, persequi, *cacciare, perseguitare. Id.* Pastos agens telis. ¶ Pro vehere, ducere, *menare. Varr.* Pactolus aureas undas agens. Sic agere currus, agere navim, &c. ¶ Pro foras pellere, fugare, *cacciare*, ut *Virg.* Membris agit atra venena. ¶ Agere etiam ad lites, & judicia retertur, ut agere furti, actionem furti intendere, *accusare. Cic. pro Quint.* Ex sponso egit. ¶ Agere reum, est accusare. Peragere reum, est condemnare. *Vellej.* 2. 45. ¶ Agitur res nostra, vel de re nostra agitur, est, ad nos pertinet, vel res nostra in discrimen adducitur. *Cic. pro Sex. Rosc.* Tua res magna agitur. *Idem de Amic.* In quibus eorum de capite agatur, aut fama. ¶ Agere cum populo, erat vocare populum ad consilium, vel comitia, vel rogare populum, ut suffragiis suis aliquid juberet, aut vetaret. Agere ad populum, erat loqui ad populum. ¶ Agere forum est jura reddere, & causas audire. *Cic. Fam. ep. 6. l.* 3. ¶ Agere viam est viam sibi aperire per loca invia, *farsi la via. Virg.* 3. *Æn.* Alpheum fama est huc Elidis amnem occultas egisse vias. ¶ Habet etiam hoc verbum maximum usum in sacris. Agere enim dicebantur qui mactabant victimas, seu jugulabant. Ministri enim seu Popæ non nisi jussi feriebant hostiam. Itaque cum accincti quærerent, utrum agere deberent, hoc est munere suo fungi, dicebant, *Agon'?* ex quo Agonalia dicta. *Ovid.* 1. *Fast. v.* 317. Qui (Minister) calido strictos tincturus sanguine cultros, semper, Agatne, rogat, nec nisi jussus agit. ¶ Est etiam agere, Profiteri, ut agere Medicum, Patronum, Judicem. Sic agere amicum, dixit *Tacit. hist.* 1. *c.* 30. ¶ *Id ago ut*, elegans est formula, qua studium, conatus, consilium significatur, *procurare con ogni studio, tentare di* &c. *Cic.* 4. *Catil. c.* 6. Id egerunt, ut gentem Allobrogum in vestigiis hujus urbis collocarent. ¶ Item exigere, *pretendere. Terent. Adelph.* Non necesse habeo omnia pro meo jure agere. ¶ Item gubernare, regere. *Virg. Æn.* 1. Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. ¶ Agere cum aliquo, est alloqui, tractare, vel suadere. *Cic. de Amic.* Cum sæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid scriberem. Sic agere causas &c. *trattar cause. Id.* ¶ Regit etiam ablat. cum præposit. de, ut agere de pace, agere de bello, *trattar di pace*, &c. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 15. Non potuit accuratius agi, quam actum est a te cum Curione de supplicatione. ¶ Agere se, est aliquo concedere, *portarsi in qualche luogo. Plaut. Most.* 1. 4. *v.* 28. Unde agis te? *Terent. And.* 4. 2. *v.* 25. Quo hinc te agis? Sic *Virg. Æn.* 8. *v.* 465. Æneas se matutinus agebat, h. e. mane incedebat egressurus. ¶ Interdum agere, est morari, manere, *trattenersi, fermarsi, abitare. Virg.* 5. *Æn. v.* 51. Gætulis agerem si Syrtibus exul. Sic peregre agere, Ruri &c. ¶ Definere inter homines agere, id est mori. *Tacit.* ¶ Agere etiam est Oratoris recitantis, pronuntiantis, repræsentantis; unde actio oratoria, *recitare, pronunziare. Cic. de op. gen. Orat.* Deformitate agendi multi iniantes putati sunt. ¶ Actum est, Agentes V. suis locis. ¶ *Aliud agere*, vel *alias res agere* est id, de quo agitur, dissimulare. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 22. & pro *Cluent. c.* 64. ¶ *Age si quid agis*, formula est, qua utimur, cum monemus aliquem, ut ad rem, quam agit, animum advertat, & sedulo attenteque agat. *Plaut. Stich.* 16. 3. 35. ¶ *Hoc age* simulem habet sententiam, *attendi, guarda qui. Sueton. in Calig. c.* 58. & *Terent. Eun.* 1. 2. 50.

Agogæ, arum, ἀγωγαί, vel ἀγωγοί, fossæ sunt in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur. *Plin. l.* 33. *c.* 4.

Agolum, λαγόβολον, pastoralis baculus, quo pecudes aguntur, ab ago dictum. *Festus*.

Agon, onis, m. 3. *agone*, Ger. *kampff ubung zum streit*, Gal. *tout exercice de combat, comme luictec, & autres*, ἀγών, Græcis idem est, quod certamen. *Tertull. adv. Gnostic. c.* 6. Agonas istos contentiosa solemnia, & superstitiosa certamina. ¶ Appellantur hoc nomine apud Græcos Pythia, & Olympia certamina: apud Rom. Capitolinum Albanumque certamen, quæ Domitian. instituit. *Sueton. in ejus vita, c.* 4. Tales erant quoque agones musici, de quibus *idem in Ner. c.* 21. *& seq.* ¶ *Nunc Agon* est: proverb. græcum de necessitate ingruente. *Sueton. Ner. c.* 45. ¶ *Agon* etiam dictus est Romæ Circus Flaminius.

Agonalia, orum, vel ium, ἀγώνια, festa erant apud Romanos quotannis celebrari solita in honorem Jani, vel certe Agonii Dei, qui rebus agendis præesse putabatur. Hoc die rex sacrorum arietem immolabat. *Var. l.* 5. *L. L.* Vid. *Fest.* & *Ovid.* 1. *Fast.* De etymologia nominis hujus alii alia. Vide sup. in *Ago*, versus fin.

Agonalis, le, ut agonalis dies, id est Agonium. *Festus, & Ovid.* 1. *Fast. v.* 318.

Agonensis porta, *Porta Salaria*, una fuit ex portis Romæ, quæ & Collina, & Quirinalis dicitur. *Fest.* in *Agonium*.

Agonia, orum, feriæ erant Romæ mense Januario celebrari solitæ, postea Agonalia appellatæ. *Ovid. Fast.* 1. & *l.* 5. *sub fin.* ¶ Agonias item antiqui victimas appellabant, ab agendo, *Festo* referente.

Agonisticus, a, um, ad agona, idest certamen pertinens. *Tert. de cor. mil. c.* 13. Nunquid & Agonisticæ causæ disputabuntur, quas &c.

Agonium, ii, dies, quo rex sacrificulus hostiam immolabat. *Festus*.

Agonius Deus prædens rebus agendis, in cujus honorem Agonalia celebrata. *Festus*.

Agonothēta, sive Agonothetes, æ, m. 1. כנייה, Germ. *belohner, spielfrichter*, ἀγωνοθέτης, munerarius, quasi agonis præfectus, qui præmium certantibus in quolibet ludorum genere proponit, qualis Achilles apud *Homerum* in tunere Patrocli, & Æneas apud *Virg.* 5. *Æn. Spartianus in Adriano c.* 13. Pro agonotheta resedit. Adde *Tertul. de fuga in persecut. c.* 1. ¶ Differt ab Athlotheta, ut ait *Suidas*, quod ille in scenicis & muficis tantum, hic sit in gymnicis. *Petrus Faber l.* 1. *Agonistici c.* 18. hanc differentiam non agnoscit.

Agonus, Romæ dictus est mons Quirinalis. *Fest.*

Agoranomus, ἀγορανόμος, idem est, ac ædilis. Dictus est a foro rerum

venalium, cui regulam præscribit, ab ἀγορὰ, forum, & νέμω, lex. *Plaut. Curcul.* 2. 3. *v.* 5. Nec quisquam sit tam opulentus, qui mihi obsistat in via, nec agoranomus, nec demarchus, nec comarchus.

Agragantinus, a, um, Agrigentinus. *Plin. l.* 35. *c.* 15. Agragantinus fons.

Agrăgas, vel Acragas, m. 1. ἀγράγας, Fl. hodie *Drago*, mons, & opp. Siciliæ, quod & Agrigentum dicitur, *Gergenti*.

Agrammătos, i, ἀγράμματος, rudis, illitteratus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Non enim debet, nec potest esse Architectus grammaticus, uti fuit Aristarchus, sed non agrammatos.

Agrarĭus, a, um, *appartenente a campi*, ἀγρικὸς, quod ad agros pertinet. *Liv. l.* 2. Tum primum lex agraria promulgata est. ¶ Agrarius, rii, subst. legis agrariæ suffragator, aut qui agros possidet. *Cic.* 7. *Phil.* Num solicitabit rursus agrarios?

Agrestis, e, rusticus, seu qui ad agros pertinet, *agreste*, *rustico*, *villereccio*, ἄγριος. *Virg. Ecl.* 1. Calamo permisit agresti. Poma agrestia. *Æn.* 7. *v.* 111. ¶ Translate pro inhumano, & aspero. *Cic. pro Arch.* Animus agrestis ac durus. ¶ Comparat. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 27. Quæ barbaria India vastior, aut agrestior.

Agrestis, is, subst. *rustico*, *villano*, *contadino*, homo rusticus. *Virg. Æn.* 9. *v.* 11. Collectos armat agrestes. *Cic. pro Mur.* Non est hæc oratio habenda in aliquo conventu agrestium.

Agrestĭus, adverb. comparat. *Spartian. in Adrian. c.* 3. Orationem agrestius pronunciare, *alquanto rozzamente*.

Agricŏla, m. 1. *lavoratore della villa*, יכריכר הרמה, γεωργὸς, ex ager, & colo, cultor agri. *Cic.* 1. *Tusc.* Arbores fecet diligens agricola. ¶ Est autem nomen generale. Nam agricolarum alii aratores sunt, alii vinitores, nonnulli arboratores, multi etiam pastores. ¶ Nec solum rustici, & agrestes dicuntur agricolæ, sed multi etiam oppidani. *Cat. de re rust. c.* 1. Bonus agricola, bonusque colonus. Ita sc. laudabant antiqui virum bonum. Prisci autem Romani etiam nobilissimi agricolæ fuerunt. ¶ *Agricolum* pro agricolarum habet *Lucret.* 4. 587.

Agricolāris, e, adject. *da agricoltore*, ad agricolas spectans. *Pallad. de insitionib. in princip.* Bis septem parvos, opus agricolare, libellos.

Agricolatĭo, onis, f. 3. *agricoltura*, agricultura. *Col. l.* 1. *c.* 9. Agricolatio frugalitatem requirit. ¶ Etiam *Cic. de senect. c.* 16. hæc vox tribuitur. Sed Gruterus leg. *agricultione*, Græv. *agri cultione*.

Agricŏlor, aris, deponens, agrum colo, *coltivar la campagna*. *Salvian.* 2. *cont. Avarit. p.* 33. Qui agricolantur, id sibi fructuosum esse existimant. *Capitolin. in Alvino, c.* 17. Agricolandi peritissimus.

Agricultĭo, onis, f. agricolatio. *Cic. Verr.* 5. *c. penult.* ubi alii *leg.* divisim *agri cultio*.

Agricultor, m. 3. *agricoltore*, יכר, idem, quod agricola. *Liv.* 6. *Bel. Pun.* Servos agricultores Remp. abduxisse. Sed fortassis legendum separatim, *Agri cultores*.

Agricultūra, ræ, f. 1. *agricoltura*, γεωργία, cultus agrorum. *Cic.* 1. *Offic. c.* 42. Nihil agricultura melius, nihil homine libero dignius. Sed vere duæ voces sunt; unde etiam transponi possunt, & numero mutari. *Cic. de senect. c.* 16. Hominum universo generi cultura agrorum est salutaris. ¶ Frequenti tamen usu factum est, ut sæpius conjungerentur, & tanquam vox una efferrentur.

Agrigentīnus, a, um, adject. possess. ut Agrigentina civitas. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 8. & *Lucret. l.* 1. *v.* 717. Quorum Agrigentinus cum primis Empedocles est.

Agrigentum, Agragas, Agrigenta, *Gergenti*, urbs E. Siciliæ, in ora Australi ad Ostia Agragantis Fl. quondam maxima urbium Sicularum, a Panormo 85. M. P. in Euronotum, a Lilybæo 60. in Or. Pachynum versus, ab Ænna totidem in Africum. Populi Agrigentini. Ab hac urbe Empedocles Philosophus, & Phalaris Tyrannorum sævissimus originem duxerunt. *Plin. l.* 3. *c.* 8.

Agrimensor, oris, m. *agrimensore*, qui agros metitur, decempedator. *Ammian. l.* 19. *c.* 11. (*al.* 24.) & *Cassiodor. l.* 3. *ep.* 52.

Agrimensūra, æ, f. *agrimensura*, ars metiendi agros. *Innocent. de casf. lister. pag.* 223. *Goesii*.

Agrimonĭa, æ, f. *agrimonia*, herba caule lignoso, nigricante, hirsuto, foliis quinquepartitis, nigris plumosis. *Cels.* 5. 27. 10. *Plin.* 25. 6.

Agriŏdos, i, nomen canis venatici apud *Ovid.* 3. *Metam. v.* 224. ab ἄγριος, ferus, & ὀδὼς, dens.

Agriophăgi, populi Æthiopum, fera carne viventes. *Plin.* 6. 30.

Agriophyllum, herba, aliter peucedanum, & fœniculum porcinum. *Apul. de herb. c.* 5.

Agripĕtæ, m. 1. qui petunt ex agrorum divisione portionem, quæ viritim dabatur. *Cic. ad Attic. l.* 15. *epist. ult.* Agripetas ejectos a Buthrotiis.

Agrippa Sylvius, fil. Tiberini, XII. Rex Latinorum. Regnavit ann. 40. & Romulum fil. Regni hæredem reliquit. ¶ Hoc etiam nomine fuit Menenius ille Romanus, cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphavit, & populum, qui a Patribus secesserat, in gratiam revocavit, narrato apologo de membris adversus ventrem conspirantibus. Hic tam pauper decessit, ut collatis in singula capita sextantibus, publico sumptu elatus sit. ¶ Nomen item fuit Herodis, filii Aristobuli, Judæorum Regis, qui regnavit annis septem, anno primo C. Cæsaris. ¶ Alius quoque fuit Herodes Agrippa II. Rex item Judæorum. ¶ Alius Agrippa, cognomento Pistor.

Agrippæ, m. 1. *quelli*, *che nascono con li piedi innanzi*, quasi ægrippæ, ab ægro partu dicuntur, quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur. *Gell. l.* 16. *c.* 16.

Agrippīna, f. 1. ἀγριππίνη, M. Agrippæ filia, neptis Augusti, & uxor Germanici. ¶ Alia fuit Agrippina, Germanici, & Agrippinæ superioris filia, uxor Cn. Domitii Ænobarbi, mater Neronis Imp.

Agrippīna Colonia, vel Agrippinensis Colonia, *Cologne*, Ger. *Coln*, Gal. *Cologne*, urbs est Ger. Inf. præclarissima, metrop. Ubiorum, A. libera, Acad. & Emp. ad Rhenum, inter Treviros, & Monasterium urbem Vvestphaliæ, 16. leuc. a Francofurto 21. in Bo. cujus Archiepiscopus Elector est Imp. Nomen accepit ab Agrippina Neronis matre, quę ibi nata est, eoque veteranorum coloniam deduci imperavit, ut patriam splendidiorem redderet, sociisque etiam nationibus potentiam suam ostentaret.

Agrius, fil. Parthaonis, filii Martis, pater Thersitis. ¶ Item fil. Ulyssis ex Circe, frater Latini. *Ovid. in epist. Deianiræ ad Herc.* Heu devota domus, solio sedet Agrius alto. Antea legebatur, *acrior*.

Agrōsus, a, um, adject. Legitur apud *Varr. l.* 4. L. L. *pag.* 4. ita tamen, ut nulla inde ejus significatio, aut usus elici queat. *Voss.* exponit *dives agri*.

Agrypnia, ę, f. insomnia, vigilia, ἀγρυπνία. *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 27.

Agumentum, i, inquit *Varro de L. L. l.* 4. quod ex immolata hostia defectum in jecore imponendo, agendi causa.

Agyiĕus, ἀγυιεὺς, vox trium syllabar. Apollinis epithet. quasi viis urbanis præpositus. Agyiæ enim, ἀγυιαὶ, apud Athenienses vici dicuntur. *Horat.* 4. *carm. od.* 6. Dauniæ defende decus camenę, levis Agyieu. ¶ Erat item eo nomine columna fastigiata, & in acutum definens, prope januas erecta, Apollini sacra. Nam veteris moris fuit Apollinem in viçis publicis, & ante januas colere. *Macrob. Saturn. l.* 1. *c.* 9. *Cæl. l.* 6. *c.* 18. ¶ Porro *Agyieu* vocativus est Græcæ positionis Ἀγυιεῦ.

Agylla, f. 1. ἄγυλλα, urbs Tusciæ, alias Cere vocata, & Agyllina, a nomine conditoris, quem *Virg. l.* 8. ex Lydia venisse ostendit, nunc *Cervetere*, apud Alsium urbem excisam, juxta oram maris Tyrrheni, inter Urbem Romam 25. M. P. & Centum Cellas 15.

Agyllēus Herculeus, h. e. Herculis filius. *Stat. Theb.* 20. Insuper Herculeum sibi jungit Agyllea vates.

Agylleus, vox trium syllabar. luctator Cleonæus, structuræ prægrandis, nec minor Hercule, palæstra tamen a Tydeo victus. *Stat. Theb.* 6. Levat ardua contra membra, Cleonææ stirpis jactator Agylleus.

Agyllīnus, a, um, adject. possess. ab Agylla. *Virg. Æn.* 8. *v.* 478. Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto Urbis Agyllinæ sedes.

Agyrium, Agurium, Argyrium, Argyra, Agyra, Agyrina, *S. Filippo d' Argirone*, urbs Siciliæ, ab Ænna 12. M. P. Ætnam versus, a Centuripis 10. ab Assoro 6. in Bor.

A ANTE H, ET I.

Ah, (pro qua libri MSS. A exhibent) per Apocopen ab Aha, teste *Prisciano*. Interjectio est, variis affectibus exprimendis serviens, *Ah*, *Deh*, *Aimè*, αἲ αἲ. ¶ Interdum dolentis. *Virg. Ecl.* 1. Ah, filice in nuda connixa reliquit. ¶ Indignantis, reprehendentis, & increpantis. *Ter. And.* 3. 1. 12. Ah vix tandem sensi stolidus. *Et* 1. 5. 17. Ah tantamne rem negligere? Et *Eun.* 2. 1. 3. Ah rogitare? quasi difficile fiet. ¶ Ah, optantis. *Plaut. Asin.* 3. 3. 2. Ah quanto amplius valerem, si &c. Quamvis hic alii leg. *Aliquanto*, pro *ah quanto*. ¶ Servit & suspirationi. *Plaut. Mil.* 4. 8. 48. Ah, ah cum venit in mentem. ¶ Et placationi. *Terent. And.* 5. 2. 27. Ah ne sævi tantopere. ¶ Et contradictioni. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 17. Meum receptas filium ad te Pamphilum? B. Ah. ¶ Et admirationi, ut Ah, quid ais? ¶ Apud *Plaut. in Curcul.* 1. 2. 39. Ah. P. Quid est? Ecquid lubet? A. lubet. *ah* videtur esse gaudentis. ¶ Ah ah, irridentis etiam est. *Diomed. l.* 1. ¶ Invenitur & Aha. *Plaut. Bacchid.* 4. 5. 12. Aha, Bellerophontem jam tuus me fecit filius. ¶ Et cum abnegatione. *Id. ibid.* 1. 1. *v.* 54. Manum da, & sequere. P. Aha, minime.

Ahāla, m. 1. cognomen ejus Servilii, qui Sp. Melium novis rebus studentem occidit.

Ahenĕus, a, um, idem quod Ahenus, scil. æreus, vel æneus, ab æs. *Horat. Carm. l.* 2. *ep.* 1. Ahenea signa. ¶ Ttanslate ponitur pro forti, firmo, indissolubili. *Id. l.* 3. *od.* 9. Diductosque jugo cogit aheneo. *Id. l.* 1. *epist.* 1. *v.* 60. Hic murus aheneus esto, &c. ¶ Scribitur & *Æneus*, quod vide.

Ahenĭpes, edis, duras ungulas habens, & quasi æreas. *Ovid. epist.* 6. *v.* 32. Ahenipedes boves. Et *Epist.* 12. *v.* 93. Ahenipedes Tauri. Alii utrobique, *æripedes*, legunt. V. *Heinf.* ad utrumque loc.

Ahenobarbus, vel Æneobarbus, vel Ænobarbus, dictus est Cn. Domitius, ab æneo coloris barba: a quo postea cognomen Domitiorum fuit. Vid. *Suet. in Ner. c.* 2.

Ahēnum, i, n. 2. יקרור כיר, Ger. *kessel*, χαλκεῖον, caldarium, *caldaja*, *calderone*, *pajuolo*. Vas est, in quo aqua ad potandum, vel lavandum calefit. Pulmentaria enim, & carnes in cacabis coquebantur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 217. littore ahena locant alii. Vide ibi *Serv.* ¶ Interdum fumitur pro vase amplissimo, in quo purpura inficitur. *Ovid.* 3. *Fast.* Hanc cole, velleribus quisquis ahena paras. Hinc multa habet epitheta ex iis locis, in quibus claruit usus purpuræ, ut Agenoreum, Amyclæum, Assyrium, &c. ¶ Aliquando dicitur de vase ad cibos coquendos apto. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 645. & *Juvenal. sat.* 15. *v.* 81. ¶ Scribitur & *aenum*.

Ahēnus, a, um, adject. ab ἐς, ἐρις, *di bronzo*, poetice pro æreus, vel æneus, χάλκεος. *Virg. Æn.* 1. *v.* 453. Fores ahenæ. ¶ Metaphorice *Stat. Theb.* 3. *v.* 280. Scopulos, & ahena precando flectere corda paro, *id est* exoratu difficilia. ¶ Ahena lux, est armorum splendor. *Virg. Æn.* 2.

Ahu, vel aheu, vel ahahe *ĭŭ*, interjectio, index animi perturbati. *Ter. Eun.* Ahu, tace obsecro.

Ai, diphthongus, antiquis pro æ posita, quam, teste *Martiano l.* 3. sexcentis in locis usurpavit Lucretius distractam, ut terrai pro terræ. ¶ Est etiam Græca interjectio ai ai, αἰ αἰ, dolentis, & lamentantis. His litteris inscriptus fuit flos, ex sanguine Hyacinthi pueri disco occisi natus, quibus dolor amantis Phœbi declarabatur. *Ovid. Metam.* 10. *v.* 215. Ipse suos gemitus foliis inscribit, & ai ai Flos habet inscriptum, funestaque littera ducta.

Ajens V. in Ajo.

Ain' V. Ajo.

Ajax, m. 3. Αἴας, duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit, quorum alter a patre Telamone Telamonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu, alter a Oileo patris sui nomine Oileus dictus est. Ajax Telamonius contendit cum Ulysse de armis Achillis, & illis armis Ulyssi affignatis ob indignationem in furorem versus suo se ense interfecit. *Ovid.* 12. & 13. *Met.* ¶ Ejus cruor in florem hyacinthum mutatus fingitur. *Ovid.* 13. *Met.*

Ajo, is, it, *parlare dire*, φημὶ, dico, loquor. Est autem verbum defectivum, cujus usitatiora tempora, & personas subjectis exemplis hic referuntur. Usurpatur vel absolute, vel cum aliquo casu communi, vel cum infinito. *Plaut. Capt.* 1. 1. 3. Scio, absurde dictum hoc, derisores dicere: at ego ajo recte. *Horat. l.* 2. *sat.* 7. *v.* 67. Non sum mœchus, ais. *Terent. Andr.* 2. 1. 21. Hodie uxorem ducis? *Pa.* ajunt. *così vien detto*. *Plaut. Men.* 3. 3. 9. Te furripuisse, ajebas. *Id. Capt.* 3. 5. 18. Ita vosmet ajebatis. *Sallust. in Catil. c.* 49. Tarquinium a Cicerone immissum ajebant. *Cic.* 3. *Verr. c.* 18. Debere eum ajebat, &c. ¶ *Ajunt*, *ut ajunt*, *quomodo ajunt*, adhibentur, cum proverbium aliquod refertur, *come si suol dire*, *come dice il proverbio*. *Terent. Andr.* 4. 6. 10. Ut quimus, ajunt, quando, ut volumus, non licet. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 57. Docebo sus, ut ajunt, oratorem eum, qui &c. *Id. in Pison. cap.* 28. Claudus, quomodo ajunt, pilam, &c. ¶ *Ait* pro edicit, ut *ait lex*, *ait Prætor*, sæpissime legitur in Digestis. ¶ Sæpe ponitur pro affirmare, *dir di sì*, *affermare*. *Cic.* 3. *Offic. c.* 23. Diogenes ait, Antipater negat. *Id.* 2. *de Fin. c.* 22. Quasi ego curem, quid ille ajat, aut neget. *Plaut. Rud.* 2. 4. 14. Vel tu mihi ajas, vel neges. *Apulej. in Apolog.* Ajant, deos abnuere. ¶ *Ain'* dicitur pro *ais ne? Plaut. Amph.* 2. 2. 167. Ain', heri nos advenisse huc? *Al.* ajo. *dico di sì*. ¶ *Ain' tu*, *ain' tandem*, *ain' vero*, formulæ sunt percontantis cum admiratione. *Cic. Attic.* 12. 6. Ain' tu? verum hoc fuit? fine me? *dì tu il vero?* Cum plurali numero *Liv. l.* 10. *c.* 25. Ain tandem? inquit, castra vallata non habetis? *Plaut. Amph.* 1. 1. 188. Ain' vero? *So.* ajo enimvero. ¶ Particip. *Ajens*, *entis*. *Apulej. l.* 6. *Metam.* Sic ajens vasculum tradit. ¶ Pro affirmans. *Cic. in Top. c.* 11. Negantia contraria ajentibus. ¶ Sunt præterea hujus verbi aliæ quædam personæ, ac tempora minus usitata. Nam *ajerunt* dixit *Tertull. de fuga in persecut. c.* 6. Infinitum *aiere* pro affirmare legitur apud *Augustin. 9. de Trinit. c.* 10. Imperativum *ai* usurpavit *Nævius* apud *Priscian. l.* 10. Præterea *aiont* pro *aiunt* dixit *Accius ibid.*

ibid. Ad hæc præteritum *ai*, *iſti*, *it* affert *Probus Grammat. cap. de Cathol. verb. & aitis* ſecundam pluralem præſentis *Alcuin. c. de num. verb.* ſed neuter exempla affert Latini Scriptoris. Quamquam *aiſti* legitur apud *Auguſtin. epiſt.* 54. *a med.* Præterea *ait* tertia perſona præteriti, *diſſe*, probari poſſe videtur ex illo *Ovid. Heroid. ep.* 11. *v.* 49. Nec tenui vocem, quid, ait, tua crimina prodis? Oraque clamantis conſcia preſſit anus. Et *Virg. Æn.* 2. *v.* 153. Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas.... Teſtor numen, ait, *&c.* Adde alia hujuſmodi quamplurima, in quibus *ait*, cum alio verbo præteriti temporis jungitur: neque tamen inde neceſſario concluditur, eſſe præteritum. ¶ Olim *ajo*, *ajis*, *ait* ſcribebant: atque ita factitatum ab ipſo Cicerone, teſtatur *Quintil. l.* 1. *c.* 4. (*al.* 5.) ſed tum conſuetudo, tum Poetarum licentia (ut prima ſyllaba corripi poſſet) alterum i extrivit.

Ajus Deus, m. 2. a Rom. dictus eſt ab eo, quod ajebat. Nam olim Romæ audita vox eſt ſilentio noctis, clarior humana voce, quæ jubebat Magiſtratibus nuntiari, Gallos adventare, ut providerent, ne Roma ab iis caperetur. Ex eo dictus eſt *Aius*, ideſt loquens. *Cic. lib.* 2. *de Div. c.* 32. ¶ A *Livio l.* 5. *c.* 5. dicitur *Ajus Locutius*, ubi quidam male leg. *Allocutius*.

Aizōon, ἀείζωον, lat. ſempervivum, herba eſt folio carnoſo, lævi, oblongo, ſemper virenti. V. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

A ANTE L.

Al. *Auſon. in Technopægn. Grammaticomaſtix.* Dic, quid ſignificent cataleĉta Maronis? in his al Celtarum poſuit. ſequitur non lucidius tau, Et quod germano mixtum male lethiſernm min. *Scalig. in commen. ad Catal. Virg.* ita explicat, ut *al* ſignificet allium, *min* minium, *tau* taurum.

Ala, f. 1. *ala* כנף, Ger. *flugel*, πτερὸν, ab axilla per contractionem (veteres enim *axilla* dicebant) pars illa in avibus, qua volant. *Cic. in Orat.* ¶ Per ſimilitudinem dicitur etiam de loco illo concavo ſubter brachium in homine, quia in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. Immo dicitur etiam de quadrupedibus. *Plin. l.* 11. *de eleph.* ¶ Præterea ala dicta eſt equitum turma, quod pedites tegant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra, ſiniſtraque, tanquam alæ in avium corporibus, locantur. Græci ἴλας vocant. *Cic. Offic.* 2. Quum te Pompeius alæ alteri præfeciſſet. ¶ Invenitur aliquando uſurpatum de pedeſtribus copiis. ¶ Scribebatur etiam *hala* cum aſpiratione, ut teſtatur *Salmaſ. ad Capitolin. in Pertin. c.* 2. ¶ Alæ pro velocitate, *Virg. Æn.* 3. Et ventis, & fulminis ocyor alis. Sic velorum alæ, *ibid.* ¶ In ædificiis *alæ* dicuntur ſtructuræ ad latera ædium. *Vitruv.* 4. 7. & 6. 4.

Alabanda, æ, & Alabandæ, arum, *Eblebanda*, ἀλάβανδα, urbs Cariæ opulentiſſima: atque ea de cauſa *Juvenalis ſat.* 3. *v.* 70. inter urbes barbaricis deliciis & luxu perditas eam recenſet. Dicta eſt ab Alabando conditore, Caris filio, quem etiam pro Deo habuerunt. *Cic.* 3. *de nat. Deor.*

Alabandĭcus, & Alabandĭcus, a, um, adject. poſſeſſ. ut Alabandicus carbunculus. *Plin. l.* 37. *c.* 7. qui Alabandis petitus. Et Alabandiaca roſa, *Id. l.* 21. *c.* 4. ¶ Invenitur & Alabandenſis, & Alabandeus, apud *Cic. l.* 1. & 2. *de Orat.* & *Fam.* 13. *ep.* 57.

Alabarches, lat. ſalis præfectus. Et fuit apud Ægyptios honoris appellatio. V. Arabarches.

Alabaſtrītes, m. 1. ἀλαβαστρίτης, marmoris genus, candidi coloris, quod etiam onychites vel onyx dicitur, quia humani unguis candorem refert. Sic dictus, quod ex eo maxime alabaſtra fierent.

Alabaſtrum, n. 2. *alabaſtro*, Ger. *alabaſterſtein*, ἀλάβαστρον, vaſis genus erat ex alabaſtrite lapide torno excavatum, ad conſervanda unguenta maxime idoneum. *Mart.* Quot Coſmi redolent alabaſtra, focique Deorum. ¶ Dicitur etiam in maſc. g. alabaſter, ἀλάβαστρος, *Cic. l.* 2. *Acad.* apud *Non. c.* 15. *n.* 17. Alabaſter plenus unguenti. ¶ Ducitur ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχειν λαβάς, ut *Suid.* innuit, quod ſc. fine anſa ſit, vel a gerendo & ſuſtinendo: quod enim communiter ἀνάβαστρον, Attici ἀλάβαστρον dicunt. ¶ Alabaſtrorum figura ad inſtar pyrorum fuit, *h. e.* ex pleniore orbe in acumen definens: Materia non una. Fere enim ex alabaſtrite, ſed interdum etiam ex auro fiebant. *Plin.* 9. 35.

Alabaſtrus, m. 2. ἀλάβαστρον, Fl. Æolidis, qui ex Ida M. profluens per Troadem reg. decurrit. *Plin. l.* 5. *c.* 30. ¶ Alabaſtrus etiam dicitur calyx roſæ, antequam ſit expanſa, *Idem li.* 21. *c.* 4. eo quod alabaſtri figuram referat.

Alabes, ētis, piſcis Nili. *Strab. l.* 17. ¶ *Plin.* alabetam dixit *l.* 5. *c.* 9. ¶ Hic fortaſſe Muſtela eſt, vel Lampreta.

Alăcer, cris, & cre, o. 3. vel hic, & hæc alacris, & hoc alacre, *vivo*, *attivo*, *pronto*, *allegro*, שׂוש, Germ. *muhtig*, *friſch*, Gall. *gay*, *alaigre*, ἐυθυμος, qui viget ſenſibus univerſis, quod eſt indicium recti animi, atque ſublimis, cui contrarium eſt lacer, ideſt, qui eſt amputatis in corpore membris, & in quo animus non ſyncerus ſenſibus ſuis adeſt. Hinc intelligitur, aliud eſſe Alacrem, aliud Lætum. ¶ Sunt, qui *Alacrem*, feſtinantem, & properum dici putent, quaſi alis acrem. ¶ Donatus ſcribit Alacrem pro ἀδάκρυτον, ideſt non triſtem dici, littera l pro d poſita, in illud *Ter. Eun.* 2. 3. 12. Quid tu es triſtis? quidve alacris? ¶ Alacer, ut & acer, tantum in maſculino dicimus; alacris in utroque. ¶ Comparat. alacrior ad tutandam Rempublicam. *Cic. Somn. Scip. c.* 3. ¶ *Alacres enſes*, h. e. prompti ad cædendum. *Claudian.* 2. *in Eutrop. v.* 280.

Alacrĭtas, *vigore*, *gagliardezza*, גילה ניל, Ger. *frevvd*, *hurtigkeit*, φαιδρότης, vigor, & animi erectio, necnon lætitia geſtiens, quæ, ſecundum *Donatum*, proprie eſt mutatio quædam vultus geſtientis in ſpem aliquam, & media eſt inter lætitiam, atque triſtitiam. ¶ Interdum dicitur voluntaria celeritas, ſeu promptitudo, vel ardor, πρόθυμία. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 7. Mira ſum alacritate ad litigandum. *Idem* 4. *Tuſc. c.* 16. alacritatem, geſtientem lætitiam interpretatur. ¶ Itaque hominis lætitia propria, quippe quæ opinione conſtet: alacritas autem communis omnium animalium. ¶ In plural. num. dixit *Gell. l.* 19. *c.* 12. Senſus motuſque animi innexi implicatique vigoribus quibuſdam mentium, & alacritatibus.

Alacrĭter, *gagliardamente*, בגילה, Ger. *hurtiglich*, *dapfferlich*, *freudig*, προθύμως. *Pl. l.* 20. *c.* 12. Secuta ætas alacriter defendit. Sed optimi libri habent, acriter. At *Amm. Marcell. l.* 14. *c.* 8. In certamen alacriter conſurgere. *Juſtin. l.* 1. *c.* 6. Repetito alacrius certamine.

Alæſa, ἄλαισα, Straboni, ac Ptolemæo: Allēſa, ἄλεσα, Antonino ac Diodoro: urbs eſt Siciliæ celebris. Ciceroni porro dicta *Haleſa*, unde oppidanos *Plinius* vocat *Haleſinos*. Memoratur & Aleſini, vel Haleſini agri fons intumeſcens, & quaſi exultabundus ad cantus, apud *Solin.* & *Priſcian.*

Alalcomĕnæ, ſive Alalcomenion, ἀλαλκόμεναι, ſive ἀλαλκομένιον, oppidum Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatum, qui & Minervæ templum ibidem conſecravit, quam a ſuo nomine Alalcomeniam appellavit, cujus meminit *Homer.* 4. *Iliad.*

Alania, f. 1. regio eſt Scythiæ Europæ, quæ ad Mœotidas paludes pertingit. Hæc *Lithuania* hodie, ingens Provincia inter Polonos, & Moſchos, a nonnullis eſſe putatur. ¶ Populi Alani dicuntur, Roxolanis finitimi. *Plin. lib.* 4. *cap.* 12. *Ammianus* ſcribit, Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerunt. *Jul. Capit.* Alanos in parte Daciæ collocat: *Ptol.* vero in ea Scythiæ parte, quæ eſt intra Imaum. *Mart.* 7. 30. Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo. Europæos hic deſignat.

Alānus, m. 2. Fl. vel M. Scythiæ, intra Imaum M. ¶ Alanus item, *Alan*, fl. eſt Cornubiæ. ¶ Alani pop. ubi, V. Alania.

Alāpa, æ, f. 1. *guancíata*, *moſtaccione*, Germ. *ein bakenſtreich*, Gall. *un ſoufflet*, Hiſp. *bofetada*, κόλαφος, idem, quod colaphus, ſed alapa Latinum eſt, colaphus Græcum. *Juv. ſat.* 8. *v.* 192. *Mart. l.* 5. *ep.* 62. Sic *Phædr. l.* 5. *fab.* 3. Ducere alapam alicui.

Alapathus, herba eſt dejiciendæ alvi vim habens, unde & nomen invenit. Græci enim ἀλάπαθα purgationes vocant.

Alarĭcus, nomen Gothorum regis, qui Romam obſedit, deſtruxitque. Fuit alter Alaricus Gothorum rex quartus, qui etiam Romam cepit; ſed poſtmodum per fraudem in die Paſchæ occiſi ſunt Gothi. *Claudian. de bello Get. v.* 546. Rumpe omnes, Alarice, moras: hoc impiger anno, Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Urbem.

Alāris, alare, o. 3. & alarius, a, um, o. 1. 2. ab ala, ut equites alarii, & cohortes alariæ, quæ ſc. in alis exercitus ſunt. *Liv. l.* 10. Cohortibus alaribus. *Id.* Præerat alariis equitibus. *Cæſ.* 2. *Bell. Civil.* Cohortes triginta alariorum. ¶ Alarii equites fere erant ex auxiliis. Romani enim legionarii dicebantur. *Liv. l.* 40. *c.* 40.

Alaſtor, unus ex equis Plutonis. *Claud. in fin. l.* 1. *de rapt. Proſ.*

Alaternus, i, f. 2. arbor, ſive frutex nullum ſemen, aut fructum ferens, toliis inter ilicem, & olivam. *Plin. l.* 16. *c.* 26. *Col. l.* 7. *c.* 6.

Alatrium, Aletrium, Alatrum, *Alatri*, Urbs E. Latii in Hernicis, a Verulo 5. M. P. ab Anagnia 7. Ferentino propior, a Prænesta 15. totidem a Sora Anagniam verſus. Populi Alatrinates.

Alatus, o. 1. 2. *alato*, πτερωτὸς, quod habet alas. *Virg.* 4. *Æn.* alatis tetigit magalia plantis. ¶ Ponitur & pro veloci. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 415. alati equi.

Alauda, f. 1. *alodola*, κορυδαλὸς, Germ. *ein lech*, avis, quæ olim galerita vocabatur, quæ apicem habet, hoc eſt plumam elatam in capite ad ſimilitudinem galeri, ſive galeæ. *Varro* appellat galeritum, *l.* 4. *L. L. Plin. l.* 11. *c.* 37. ſcribit, alaudam aviculam appellatam quondam galeritam Gallico vocabulo etiam legioni nomen dediſſe. Hinc Cæſar, cum ex Gallis legionem conſcriberet, Alaudam appellavit. *Cic. ad Attic. l.* 16. *ep.* 8.

Alazon, ontis, *millantatore*. *Plaut. Mil.* 2. 1. 8.

Alazonĭa, vox græca eſt, ἀλαζονεία, ſuperbiam, ſeu arrogantiam ſignificat. Ἀλαζονεύεσθαι enim eſt, ſuperbire, vel ibi plus æquo tribuere. *Ulpian.*

Alba, f. 1. Ἄλβα, urbs fuit in Latio, ab Aſcanio condita, ſub monte, qui ab ea Albanus appellatus eſt, 16. M. P. a Roma. Vulgatior fama eſt, ab omine porcæ ibidem inventæ Albam eſſe dictam. Longa vero dicta eſt, quod in longitudinem ædificata eſſet. Populi Albani vocabantur. Nunc in ruinis jacet. Illam circumſtant caſtra Albanum, Savellum, & Gandulphi. Ex ruderibus Albanum urbs E. crevit, vulgo *Albano*.

Albania, ἀλβανία, *Zuiria* magna ex parte, & *Chipicche* ad Occ. & *Zitrachan* ad Arct. regio in Oriente, a colore populi vocata, eo quod albo crine naſcantur. Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens per oram Oceani ſeptentrionalis uſque ad Mœotidas paludes per deſerta extenditur. Nomadico generi proxima eſt inter Hiberiam, & mare Caſpium, ab Ortu Solis mari conjuncta, ab Occaſu Hiberiæ finitima: Boreale latus munitur Caucaſeis montibus, Auſtrale Armeniam contingit. In ea Albana Civitas, & Albanus Fl. Apud hanc habentur canes ferociſſimi, qui tauros, & leones occidunt. Strabo ſex, & viginti linguas Albanorum fuiſſe tradit; & totidem aliquando Reges. Fuere & ſub Imperio Perſarum, poſtea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Trajanus Imp. his Regem dedit. Nunc ſub Magno Cane degere creduntur. ¶ Albania item, *Albania*, Regio Græciæ eſt, quæ olim Epirus, & pars Occidentalis Macedoniæ. Ab Albania Orientis dicta eſt. Colonia enim illorum populorum in Græciam migraſſe fertur. ¶ Denique hoc nomine pars Scotiæ mediter. appellata eſt.

Albānus, a, um, adject. poſſeſſ. qui eſt ab Alba (longa) ut, Albana pax, Albanus exercitus, *Liv. l.* 1. *c.* 27. ¶ Item Albani ſubſtant. populi ejuſdem Albæ incolæ, ut, multitudo Albanorum. *Idem l.* 1. *c.* 6.

Albarium, n. 2. *il bianco da imbiancare le caſe*, טיח, Ger. *vveiſſe*, κονίαμα, dicitur, quod illinitur tectorio, cum paries pingendus non eſt, quod fit ex calce. *Plin. l.* 35. *c.* 16. Itaque, Albarii operis nitore decorare, apud *Pallad. l.* 1. *tit.* 40. eſt dealbare. ¶ Albarium opus quomodo fiat, docent *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. *Pallad. l.* 1. *c.* 14. & *Plin. l.* 36. *c.* 23.

Albarius, ii, ſubſtant. qui albarium facit. *Leg.* 2. *Cod. Theodoſ. de excuſ. artif.* Architecti, laquearii, albarii, tignarii. ¶ Eſt etiam albarius, a, um, adject. *Plin. l.* 36. *c.* 23. Conſtat in albario opere, ut macerata calx hæreat.

Albātus, a, um, *veſtito di bianco*, לבוש לבן, הורל בוש, Germ. *vveiſſ gekleidet*, ab albus, ut Albatus homo, ideſt veſtibus albis ornatus, cui contrarium eſt, atratus. Antiqui autem feſtos dies albati fere agebant *Cic. in Vat. c.* 13. Cum ipſe epuli dominus albatus eſſet.

Albēdo, inis, λεύκανσις, *biancheZZa*, candor, albitudo. Apud veteres latinos Scriptores non reperitur. *Severr. Sulpic. l.* 1. *hiſt. ſac. c.* 16. *de Manna*: Glaciali albedine erat. Habet & Onomaſt. Vet.

Albegmina, V. Ablegmina. ita enim legendum.

Albenſes, ium, populi Albæ incolæ. *Plin.* 17. 4. & *Feſt. in voce Albeſia.*

Albĕo, es, n. 2. *eſſer bianco*, הלבין, Germ. *vveiſſ ſein*, λευκαίνομαι, albus ſum. *Virg. l.* 12. *Æn.* Offibus albent. *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 68. Albente cœlo. *i. e.* prima luce.

Albeſco, n. 3. *farſi bianco*, הלבין, Ger. *vveiſſ vverden*, albus fio. *Cic.* 4. *Acad. c.* 33. Mare albeſcit. *Virg.* 4. *Æn.*

Albeſia, ium, n. 2. ſcuta, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt. Hæc & decumana vocabantur, quod eſſent ampliſſima, ut decumani fluctus, qui cæteris longe majores creduntur. *Feſtus.*

Albicaſco, is, n. albeſcere incipio, ab albico, ut a labo, labaſco, λεύκαίνω, *Cn. Mattius* apud *Gell. l.* 15. *c.* 25. Jamjam albicaſcit Phœbus. Sed al. leg. *Albicaſſit*; & hoc fuerit futurum ſubjunctivi, ut *levaſſo*, pro *levavero*.

Albicerātæ ficus, f. 4. quæ albo colore, & ceræ ſimili ſunt, pediculo minimo, latiſſimæ. *Plin. l.* 15. *c.* 18.

Albĭco, as, n. 1. *biancheggiare*, חור, Ger. *vveiſſ ſeyn*, ὑπόλευκος εἰμί, albeſco, aliquantulum albus ſum. *Plin. l.* 22. Mutat colorem, & ex nigra albicare incipit. *Horat. Carm.* 1. 4. Prata canis albicant pruinis. ¶ *Albicatur*, pro albeſcit, deponentis forma *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 58.

Albicŏlor, oris, qui albo eſt colore. *Coripp. l.* 1. *v.* 429. Albicolor campus.

Albicŏmus, a, um, comas albas habens. *Venant. Fortun. l.* 4. *de vita Martini*, *v.* 2. Albicomi flores.

Albidŭlus, a, um, diminut. ab albidus, *biancheto*. *Pallad. l.* 3. *c.* 15. *De liquamine ex pyris*: Liquorem dimittunt ſaporis jucundi, ſed coloris albiduli.

Albĭdus, o. 1. 2. *alquanto bianco*, חִוִּיר, Ger. *vveißlecht*, ὑπόλευκος, aliquantum albus. Albida spuma, apud *Ovid. 3. Met. v. 74.* ¶ *Plin. l. 8. c. pist. 20.* Color cœruleo albidior. *Cels. l. 5. c. 26. n. 20.* Albidissimum pus.

Albĭnĕus, a, um, *bianchiccio*, albidus. *Pallad. in Mart. tit. 13.* Colores equi badius, aureus, albineus, &c.

Albīnus, nomen Imperatoris Romani, ita dicti, quod exceptus sit utero candidissimus, cum cæteri infantes soleant rubere. ¶ Fuit etiam cognomen gentis Posthumiæ. ¶ Item albinus, i, subst. idem est, quod, albarius, dealbator. Constantinus Imp. *leg. 1. C. de excusat. artif.* Albini, quos κονιατὰς Græci appellant.

Albion, onis, *l' Inghilterra*, quæ & Britannia, Insula maxima Europæ in Oceano, Galliæ, & Germaniæ adjacens, a Gallia 30. M. P. inter Cantium prom. ad Or. & Bolerium prom. ad Occ. ad 400. M. P. lata, longa vero inter Austrum, & Septentriones supra 800. Dividitur in duo Regna, in Britanniam primam, seu Angliam, & Britanniam secundam, seu Scotiam. *Plin. l. 4. c. 16.* ¶ Fuit etiam Albion nomen filii Neptuni, qui contra Herculem pugnavit. *Mela l. 2. c. 5.*

Albis, *Elba*, Fl. Germaniæ. Oritur in finibus Slesiæ, in monte, qui Gigantum juga vocatur, *das Risengebirge*. Suscipit Multam fl. deinde Egram, postea Salam, ac Ortellam. In meridiem primum, deinde in Occ. postea in Sept. per Bohemiam, Misniam, & Saxoniam fluens, Dresda, Torga, Viteberga, Magdeburgo, Luneburgo, urbibus irrigatis, inter Ducatus Bremensem, & Holsatiæ, intra Hamburgum, & Glucstadium, Oceano Germanico miscetur. Hunc Romani voluerunt esse terminum sui Imperii.

Albitĭes, ei, f. albitudo. *Apulei. de herb. c. 20.*

Albitūdo, inis, *bianchezza*, λευκότης. *Plaut. Trinum. 4. 2. 32.* Ad isthanc capitis albitudinem. *id est*, canos capillos.

Albius Tibullus, Poeta elegiographus, Horatio, & Ovidio familiaris. *Hor. l. 1. ep.* Albi nostrorum sermonum candide judex.

Albo, as, *imbiancare*, album facio. *Priscian. de situ Orbis*, *v. 432.* Hoc fuscat niveas, hoc albat gurgite nigras.

Albogalērus, m. 2. pileum capitis, quo Flamines Diales utebantur. Fiebat enim ex hostia alba Jovi cæsa. *Festus.*

Albor, oris, m. 3. *albore*, *bianchezza*, לבן, Ger. *vveisse*, Gall. *blancheur*, Hisp. *blancura*, λευκότης, ab albeo, sicut candor a candeo. *Scrib. Larg. compos. 24.* Diluitur fere ovi albore. Adde *Pallad. in Octobr. tit. 14.* ¶ Quidam Lexicographi afferunt etiam locum *Varronis*, quem nos invenire non potuimus.

Albūcus, ci, m. 2. ἀσφόδελος, herba est, scapum habens cubitalem, radicem similem multis napis simul coacervatis. Alio nomine asphodelos, sive hastula regia vocatur. *Plin. 21. 17.*

Albuēlis, f. 3. uvæ genus. *Plin. l. 14. c. 2.*

Albūgo, f. 3. *macchia bianca nell' occhio*, הַבְּלֶל, macula in oculo, λεύκωμα. *Plin. l. 24. c. 5.* Oculorum albugines cedri succo inungere. ¶ Est etiam genus furfuris, seu porriginis inter capillos. *Id. l. 26. c. ult.* Callithrix albugines in capite tollit.

Albula, Θύβρις, Fl. Hetruriæ, Romam interluens, ab albo colore aquæ, qui postea Tyberis a Tyberino Sylvio Albanorum Rege ibi extincto dictus est. ¶ Albula item, vel Albulæ, plur. *Bagni di Tivoli*, sunt aquæ salutares apud Tibur urbem, quæ in Anienem Fl. excipiuntur. *Martial. l. 1. epigr. 13.*

Albŭlu , a, um, diminut. ab albus, *bianchetto*, albidus. *Catull. epig. 30.* [illegible] albulus columbus, aut Dioneus.

Album, i, n. 2. substantivum, *una tavola ingessata*, לוּחַ, Ger. *ein gevveiste tafel*, dicitur, quod Græci vocant λεύκωμα, tabula gypsata, in qua Judices notari, Prætorumque jura scribi solebant. Si quis vero album hoc Præt. [illegible], & Judicum vel fœdasset, vel vitiasset, vel quocunque scripturæ genere turbavisset, seu corrupisset, capitaliter, non expectato ordine sententiarum, puniebatur; quia Prætoris majestas contempta videbatur. *Paul. sentent. l. 1. tit. 14.* Si familia alicujus album corruperit, non similiter hic edicitur, ut in furto. *Sen. l. 3. de Benef.* Judex ex turba selectorum, quem census in album, & equestris hæreditas misit. Hoc & *pyctacium* dicitur, ut in Alexandro Cæsare Lampridius, vulgo *Matris* appellata. ¶ Similiter ea tabula dicitur Album, in qua singulorum annorum acta litteris mandabantur a Pontifice maximo, proponebaturque domi ejus, ut potestas esset populo cognoscendi. Hique nunc Annales maximi nominantur. *Cic. l. 2. de Orat.* ¶ Est & Album decurionum, & citharœdorum. Nam in Digestis titulus est, De albo scribendo, ubi docet Ulpianus, quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat. ¶ Fuit & album Senatorum, civium, judicum. Hinc apud Senec. mittere in album judicum; & apud alios albo eradere, albo ascribi, in album referre, &c. ¶ Album, pro albore dixit *Virg. Ecl. 2. v. 41.* Spartis nunc pedibus albo.

Album, ἄλβον, Prom. Africæ 15. M. P. freto a Mellaria Hispaniæ vico diremptum. *Plin. in Proœm. l. 3.* ¶ Item Prom. est in Phœnicia, *Capo Scandalio*, inter Tyrum, & Ptolemaidem, apud Ecdippam urbem. *Plin. l. 5. c. 19.*

Albūmen, n. 3. *chiaro dell' ovo*, חִוָּר, Ger. *das in ey*, *eyerchlar*, Gal. *blanch b' oeuf*, *glaire d' oeuf*, Hisp. *blanco del huevo*, *o clara del huevo*, λεύκωμα, quod est in ovo album. *Plin. l. 28. c. 6.* Ovi albumen.

Albūna, f. 1. Deæ nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A Græcis dicitur Λευκοθέα, Leucothea. Creditur fuisse Ino Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens, una cum Melicerta filio se in mare præcipitavit. ¶ Alii Sibyllam Tiburtinam fuisse existimant, quæ ob admirabilem sapientiam a vicinis populis Dea credita est. *Lactant. l. 1. c. 1.*

Albunēa, *Albuna*, f. 1. fons, & nemus juxta Anienem, sive ab albore aquæ sulphureæ, sive quod Albuna Latine sit, quæ Græce Λευκοθέα dicitur. *Virg. l. 6.* Lucosque sub alta consulit Albunea. ¶ Fons hic cum Albuneo fluviolo non longe a Tibure conspicitur.

Alburnum, n. 2. *parte tenera nel legno dell' arbore*, הֵלֶב הָעֵץ, Germ. *das burtz*, *oder gummi*, Gal. *la seve d' un arbre*, Hisp. *albura de la madera*, στέαρ δένδρου, adeps arboris. *Plin. l. 16. c. 38.* Humor & cortici arborum est, qui sanguis eorum intelligi debet. Est enim in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medulla. Pro cute cortex, humor sanguis, proximi plerisque adipes. Hi vocantur a colore alburnum.

Alburnus, *Alburno*, *Montagna di Sicignano*, *M. della Petina*, Mons Lucaniæ, in Lucanorum, & Picentium cont. apud Silarum fluv. & Auletam opp. unde Tanager fl. profluit, a Salerno 30. M. P. Dictus est a candore vertici[illegible]. ¶ Est & Alburnus nomen piscis. *Auson. in Mosel. v. 126.* ¶ Apud *Tertul. Apol c. 5.* Aburnus dicitur Alburni Montis Deus.

Albus, a, um, o. 1. 2. *bianco*, חִוָּר לָבָן, Ger. *veiss*, Gal. *blanc*, Hisp. *blanco*, λευκὸς, nomen coloris notissimi, quod a candido ita differt, ut album pallori conjunctum sit, quale est plumbum, candidum vero splendori, quale est in nive, atque illud natura, hoc cura fiat. *Festus* vult album a Græco ἀλφὸς esse appellatum. Sabini *alpum* dicunt. Unde credi potest, Alpium nomen a candore nivium esse derivatum. ¶ Albo opponitur atrum, candido nigrum. *Virg. Georg. 3. v. 81.* Honesti Spadices, glaucique, color deterrimus albis. Vide *Servium* ibi. ¶ Pro pallido. *Sulpitia in Sat. in Domit.* Sed tergo prolapsus, & ingluvie albus. ¶ Et pro cineritio. *Pers. Sat. 1. 59.* Auriculas (Asini) imitata est mobilis albas. ¶ Pro felici, & læto, ut atrum pro tristi. *Sil. l. 15. v. 53.* Sed current albusque dies, horæque serenæ. Sic dies albo notanda lapillo apud *Horat.* hoc est fausta. Album calculum alicui rei adjicere apud *Plin.* hoc est rem probare. ¶ Pro lucido, & candenti. *Martial. l. 10. epigr. 62.* Albæ leone flammeo calent luces. ¶ Albas, absolute, pro unionibus, *Lamprid. Venant.* & alii mediæ latinitatis Scriptores dixerunt. *Lamprid. Elagab. c. 22.* & ibi *Salmas.* ¶ Albus, an ater sis, nescio. Proverbium est de vehementer ignoto. *Cic. Philip. 2. c. 16.* Sic *alba avis*, de re valde inusitata. *Idem Fam. 7. ep. 28.* ¶ *Albæ sententiæ* sunt splendidæ, apertæ, perspicuæ. *Senec. in præfat. lib. 3. controvers.* ¶ *Albus ventus* dicitur, qui nubila fugat. *Horat. l. 1. od. 7.* Albus Notus. ¶ Gradus hujus adjectivi sunt *Albior*, *albissimus*, & ita formantur a *Varrone l. 6. L. L.* sed fortasse aliorum scriptorum exemplis carent.

Alcæus, m. 2. Poeta Lyricus Mitylenæus, magnificus, brevis, diligens, & plurimum Homero similis. ¶ Fuit etiam hoc nomine avus Herculis, qui inde *Alcides*.

Alcaĭcum, i, n. 2. carmen, ἀλκαϊκὸν μέτρον, quod post duos dactylos trochaicam habet syzygiam, quale est illud apud *Horatium*, Hesperiæ mala luctuosæ. Nomen accepit ab Alcæo inventore.

Alcathŏus, sive Alcothous, Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus Megaram venit, occisoque leone Citheroneo, qui Eurippum, Megarei Regis filium necaverat, a Rege ascitus est gener, & Regni successor. Hinc Megara urbs Alcathoi appellata est. ¶ Alcathous alius fuit Trojanus, qui Hippodamiam Anchisæ filiam in uxorem habuit, & in pugna apud Trojam ab Idomeneo Cretensi occisus est.

Alce, ἄλκη, nomen canis, apud Xenoph. ¶ Item meretricis, apud *Gell. l. 4. c. 11.* ¶ Item urbis Hispaniæ apud *Liv.* ¶ Est item alce animal jumento fere simile, nisi proceritas aurium, & cervicis distinguat. *Plin. l. 3. c. 15.* Vide Alces.

Alcea, f. 1. ἀλκέα, herba est sylvestrium malvarum generi assignata, folia habens similia verbenacæ. *Plin. l. 27. c. 4.*

Alcēdo, inis, vel alcyone, es, ἀλκυόνη ης, vel ἀλκυὼν, όνος, Ger. *eyssvogel*, avis maritima, paulo major passere, pennis purpureis, candidis admixtis, collo gracili, & procero, rostro subviridi, longo, & tenui. Dicta est alcedo, quasi algedo, quod frigidis temporibus mediæ fere hyemis, in litore maris, in arena parit. Alcyone vero ab ἅλς, mare, appellata est. Quare per aspirationem scribendum videtur Halcyone. Sed Eustathius contra etymi rationem ἀλκυόνες tenui spiritu notandum tradit, adjecto etiam generali canone, quo negat, vocabulum ullum esse aspirandum, quod initium sumat ab ηλ, subsequente κ. Statim ac alcedo ova posuit, mare, si antea procellosum fuerit, mitescit, & tranquillissime quiescit 14. dies, donec pullos nido eduxerit. Hos 14. dies nautæ præsumptæ serenitatis observant, quos & Alcyonios, vel Alcyonidas dies appellant, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. *Plaut. Pœn. 1. 2. 142.* Hinc Poetæ anim[illegible] fabulandi arripuerunt, Alcyonem filiam Æoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illa in litore ova parit, & fœtus educat, ventos inclusos servat. Vide infra Alcyone.

Alcedonia, n. 2. ἀλκυονίδες, dies sunt hiberni fere 14. quibus alcedo ova parit in litore maris, & fœtus educat, quo tempore summa ventorum est tranquillitas. *Plaut. Casin. prolog.* Tranquillum est, Alcedonia sunt circa forum.

Alces, is, seu alces, æ, sive alce, es, ἄλκη, *la gran bestia*, animal in Gallia Transalpina, item in Sarmatia Europæa, cujus unguis sinistri pedis posterioris a morbo comitiali tuetur. Figura, colore, magnitudine jumenti, idest mulæ similitudinem prætendit, sed proceritate aurium, & cervicis distinguitur, & labium superius adeo protensum habet, ut nisi retrograde incedens, herbas in terra carpere non possit. Sed aliqui dicunt, media inter camelum, & cervum similitudine esse, ex his mares in superciliis habere cornua. Est animal inventu rarum. Olfactu enim e longinquo venatorem sentiens, statim in specus, & latibula se condit. *Cæs. l. 6. Jul. Capit. Plin. l. 8. c. 15.* ¶ Est & Alces Bithyniæ fluv. *Plin. l. 5. c. ult.*

Alceste, es, sive Alcestis, idis, ἄλκηστις, fuit Peliæ filia, Admeti Pheræorum Regis conjux, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recusaverit. Cum enim Rex ægrotaret, Oraculo nuntiatum est ei, posse eum adhuc vivere, si foret aliquis ex affinitate vel amicitia, qui pro eo sponte mortem subiret. Cæteris id abnuentibus, sola uxor promisit. Plura apud *Eurip. in Alceste.*

Alceus, dictio dissyllaba, ἀλκεὺς, Pater Amphitryonis, & avus Herculis, a quo & Alcides, ἀλκείδης, appellatur. *Serv. ad Æn. 6. vers. 392.*

Alchymia, seu Alchimia, ἀλχυμεία, est ars, quæ in metallis operatur, & ignobilia in argentum, aurumque commutare conatur. Quare Græci eam τὴν τοῦ ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ κατασκευὴν, definierunt, & ἱερὰν τέχνην appellarunt. Atque huc referunt fabulam de aureo vellere ab Argonautis petito, ut scil. vellus illud nihil aliud esset, quam pellis quædam, in qua ratio omnis hujus scientiæ esset conscripta. *Jul. Firmic. l. 3. c. 15.* ¶ Ad Etymologiam quod attinet, Vetustiores omnes χημείαν, vel χημευτικὴν, infimæ Græciæ auctores ἀρχημίαν pro ἀλχημίαν nominant. Ac illud, Al, proculdubio articulus Arabum est, quo ea Gens pleraque Græca interpolavit, ut notat *Scalig. in Culicem Virg. p. 43.* χημεία autem, sive χυμεία potius a χύμα, pro χεῦμα, fusio, quia metalla fundit, duci videtur. Sed de Etymo hoc plane dubio V. plura apud *Voss.*

Alcibĭades, m. 3. ἀλκιβιάδης, vir Atheniensis, filius Cliniæ, ex genere Eurysacis filii Jovis, summis naturæ, & fortunæ muneribus ornatus, Atheniensium longe princeps genere, divitiis, pulchritudine, magnitudine ingenii, atque animi. Habuit tutorem Periclem, Pædagogum Zophyrum. A vulgo corruptus in omnia vitia cœpit, atque in omnem turpitudinem descendere, ac præsertim insano fastu, atque superbia efferri. Sed discendi studio, & sapientiæ amore accensus, extemplo cunctis amatoribus, adulatoribusque repulsis, ad Socraticam disciplinam animum vertit. Nunquam recedebat a latere Philosophi sapientissimi. A Socrate plurimum, atque adeo flagrantissime amabatur, a quo ad bonam disciplinam traductus est. Fuit summus Imperator, &c. Reliqua vide apud *Plutarch. Corn. Nep. & Justin. l. 4. & 5.*

Alcibiadēus, a, um, ad Alcibiadem pertinens. *Arnob. l. 6. v. 198.* Hermæ Alcibiadei.

Alcidāmas, luctator insignis. *Stat. 10. Theb.* ¶ Alcidamas Eleates, Philosophus, discipulus Gorgiæ Leontini, qui scripsit de Musica, & de Rhetorica. *Suid. Quintil. l. 3. c. 1. Laert. in Protag.*

Alcidămus, Rhetor antiquus, in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit. *Cic. 2. Tusc.*

Alcīdes, hujus dæ, m. 1. ἀλκείδης, Hercules Græca significatione a virtute appellatur. Nam ἀλκὴ, virtus, robur, fortitudo dicitur. Vel vetus Alcides, ut *Herod.* ait, nomen est patron. ab Alceo avo paterno Andro-

dromedes, & Perſei, & Amphitryonis patre. *Virg. Ecl. 7. v. 61.* Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho.

Alcimēdon, ontis, m. 3. ſculptor nobilis. *Virg. 3. Ecl. v. 37.*

Alcinous, vel Alcinus, ἀλκίνοος, Nauſithoi filius, Rex Phæacum in Corcyra inſula juſtiſſimus, cujus ædes fuerunt magnificentiſſime extructæ, & viridaria bifera erant. Hinc Alcinoi horti in proverbium tranſierunt, de loco divitiarum, ſeu delitiarum pleno, & per metaphor. de libris plenis eruditione. *Virg. Georg. 2. v. 87.* ¶ Fuit etiam Alcinous Philoſophus Platonicus, qui decretorum Platonis epitomem compoſuit. Verum hujus libri auctorem legitimum eſſe Arium Didymum, docet *Theoph. Rainaud. Theol. nat. diſt. 1. n. 42. p. 61.*

Alcithóe, Thebana mulier, quæ, cum Bacchum, ejuſque Orgia contemneret, ceteriſque mulieribus ſacra celebrantibus, cum ſororibus, & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in veſpertilionem cum ſociis mutata eſt, telæ autem in vitem, & hederam. *Ovid. 4. Metam.*

Alcmæon, ἀλκμαίων, Amphiarai vatis, & Eriphyles filius fuit, qui matrem in ultionem patris, quem illa dolo occiderat, interemit. ¶ Alcmæon etiam Philoſophus Crotoniates fuit, Pythagoræ auditor, qui primus de naturæ ratione ſcripſit lingua Dorica, & morbo pediculari periit.

Alcmæonius, a, um, adject. Alcmæoniæ furiæ. *Propert. l. 3. eleg. 5.* quia Alcmæon matricida furiis agitatus dicitur.

Alcmēna, f. 1. ἀλκμήνη, filia Electryonis, uxor Amphitryonis Thebani, quæ Jovi Herculem peperit. Dicta eſt ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, ideſt a robore, quoniam hæc mulier multum prætulerit animi, & conſtantiæ ad viros proxime accedens. ¶ Aliquando poſt c, ponitur u, Alcumena, prout verſus exigit. *Plaut. in Amphitr.* paſſim.

Alcomēnæ, ἀλκομεναί, Ithacæ inſulæ civitas eſt, a quo Ulyſſes Alcomeneus, ἀλκομενεύς, a Poetis appellatur. *Steph.*

Alcon, ſagittarius Cretenſis, qui, cum ejus filium draco invaſiſſet, tanta arte direxit ſagittam, ut ea in ſerpentis deficeret vulnere, nec tranſiret in filium. ¶ Fuit item Alcon Erichthei Athenienſium Regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit.

Alcyŏne, f. 1. vel Halcyone, ἀλκυόνη, quam & Alcedinem vocari ſupra diximus, Æoli Regis ventorum filia fuiſſe creditur, & uxor Ceycis, quæ deſiderio mariti, qui naufragio perierat, in mare ſe dejecit, verſaque eſt, ut Poetæ fabulantur, in avem ſui nominis. *Ovid. 11. Met.* ¶ Altera fuit Alcyone Eveni fluminis filia, uxor Idæi, ante Marpeſia appellata, quam Apollo cum rapuiſſet, non dubitavit maritus ſumpto arcu, & ſagittis uxorem vi ab eo repetere. Quod cum fruſtra conatus eſſet, parentes filiæ caſum lugentes, commutato nomine Alcyonem eam appellarunt, quod fatum ſuperiori Alcyone non diſſimile ſortita videretur. *Hom. 9. Iliad.*

Alcyonium, ii, n. 2. medicamenti genus apud *Plin. l. 32. c. 8.*

Alcyonius, a, um, adject. pacatus, feriatus, tranquillus, ut Alcyonii dies. *Colum. l. 11. c. 2.* V. Alcedo.

Alea, f. 1. *giuoco di ſorte, come dadi, o carte*, Ger. *bretſpiel, kartenſpiel*, Gal. *tout jeu de hazard*, Hiſp. *qualquier juego de fortuna, como dados*, πεττεία, κύβος, ludus tabulæ, ſeu ludus teſſerarum, & generatim omnis ludus in varietate fortunæ conſiſtens, ſeu qui caſu potius, quam arte gubernatur. Nomen accepit ab inventore, qui Aleas fuit, miles quidam, in ocio Trojano. *Hor.* Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat. ¶ Per translationem pro fortuna, & pro periculo, periculique dubitatione ſumitur. Hinc ille dicitur Aleam jacere, βίπτειν κύβον, qui ſe periculo, fortunæque committit, *Liv.* In dubiam imperii, ſervitiique aleam imus. *Sueton.* Omnem aleam jacere, *arriſchiar tutto.* ¶ Plinius Præfat. Oper. ſcripſit, Ciceronem extra omnem ingenii aleam poſitum, ideſt extra dubitationem, utrum aliquis ei videatur præferendus. ¶ Aleam emere, hoc eſt res incertas. *Pompon. in leg. Nec emptio, ff. de contraben. empt. & vendit.* ¶ *Facta eſt alea*, proverb. cum res fortunæ arbitrio omnino commiſſa eſt, *Sueton. in Cæſ. c. 32.*

Alea, æ, f. prima & ſecunda brevi eſt epitheton Minervæ, quæ in Arcadia templum habuit ab Aleo Arcadiæ rege exſtructum. *Stat. 4. Theb. v. 288.* templumque Aleæ nemorale Minervæ.

Alearis, e, ad aleam pertinens.

Aleātor, m. 3. *giuocatore, biſcazziere*, Ger. *ein bretterſpieler*, Gal. *joueur*, κυβεύτης, qui ſæpe alea ludit. *Cic. in Catil. 2. c. 10.*

Aleatorium, n. 2. *luogo del giuoco, ridotto*, Ger. *ein vverffſpiel*, Gal. *berland*, Hiſp. *lugar de juego*, κυβευτήριον, apud *Sidonium* pro ludo aleæ, ait enim, Atque illic aleatorium laſſis conſumpto ſphæriſterio faciat, *l. 2. epiſt. 2.*

Aleatorius, a, um, adject. ad aleam, vel aleatorem pertinens, ut Forum aleatorium, apud *Sueton. Auguſt. 71.* Damna aleatoria. *Cicer. Philip. 2. c. 27.*

Alebas, vel Alevas, æ, Ἀλεβᾶς, Lariſſæorum in Theſſalia crudeliſſimus tyrannus, ab ipſis tandem fatellitibus interfectus, quos ad corporis cuſtodiam adhibebat. *Ovid. in Ibin. v. 322.* Quoſque putas fidos, ut Lariſſæus Alebas.

Alebria, veteres uſurpabant pro bene alentia. *Feſtus.*

Alec, ēcis (in libris vetuſtiſſimis Allec, nec unquam per aſpirationem, niſi apud *Feſtum*) non certi alicujus piſcis nomen, ſed genus potius, ſub quo minimi quique, & viliſſimi piſciculi continentur. Qui aſpirationem appingunt, ducunt ab ἅλς, vel ἁλιὰς, qui marinus piſcis eſt. *Colum. l. 8. c. ult.* ¶ Eſt & liquaminis genus, ſed craſſius, quod ex inteſtinis piſcium conficiebatur, *ſalamoia*; efferturque feminino, & neut. genere. *Plin. l. 9. c. 17.* Mullorum alecem excogitare provocavit. *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 73.* Ego tœcem primus & alec, Primus & inveni piper album.

Alecto, us, f. ἀληκτώ, una ex furiis infernalibus, & latine, non ceſſans, interpretatur, ab α privativa, & λήγω, deſino, quia cupiditas nunquam ſatiatur, vel quod a ſuppliciis ſumendis de improbis nunquam ceſſet. A *Virg.* vocatur atra, ſata nocte, Cocytia, ſæva, luctifica, &c.

Alectoria, gemma, quæ in ventriculo galli invenitur. Gallus enim Græce ἀλέκτωρ dicitur. Hoc gemmarum genere Milo Crotonienſis invictus in certaminibus viſus eſt. *Plin. l. 37. c. 10.*

Alectorolŏphos, i, *creſta di gallo*, ἀλεκτοροφάλφ, herba eſt tuſſientibus utilis, foliis galli gallinacei criſtæ ſimilis, caulem tenuem, ſemenque nigrum in ſiliquis habeas. *Plin. l. 27. c. 5.*

Alecŭla, vel Allecula, diminutivum ab alec, hoc eſt parvus piſciculus aleci faciendo aptus. *Colum. l. 6. c. 8. & l. 8. ſub fin.*

Alejus Campus, m. 2. locus eſt Lyciæ, in quo cecidit Bellerophon, cum a Pegaſo ab œſtro agitato excuteretur, ſic dictus, quod in eo cœcus erraſſet Bellerophon, donec periret.

Alemanni, ſeu potius Alamani, Alamanni, *Alemani*, Ger. *die Teutſchen*, ἀλαμανοί, populi Germaniæ, Galliæ Belgicæ, & Rhætiæ proximi, qui Sueviam incoluerunt. Sed nunc omnes Germani Alemanni etiam dicuntur. Rheno fluvio a Gallis, Alpibus ab Italia diſcreti ſunt. Ita dicti ſunt patrio vocabulo, quaſi prorſus viri. Cum enim Germani illi Septemtrionales, præſertim Tranſalpiani, mutare ſedes cogitarent, imitati priores Germanos, qui trajecto Rheno, quo ſe totos viros fore oſtenderent, ſibi hoc nominis, quaſi *Gar ein man*, impoſuiſſent, & ipſi ſe, quod fortiſſimi bellatores, & viri omnes eſſe & vellent, & deberent, Alemannos, quaſi *Als manner* appellavere. Quod autem a Germanis vere diverſi ſint, illud argumento eſt, quod Alemannis victis Antonius Caracalla *Alemannicus* appellatus eſt, cum jam tum ſe *Germanicum* diceret.

Alemannia, æ, *Alemagna*, Alamannorum Regio, præſertim quę Rhætiam, Helvetiam, & Sueviam complectitur. *Claudian. in 1. Conſul. Honor. v. 234.*

Alemannicus, a, um, ut tentoria Alemannica. *Amm. Marcell. l. 27. c. 3.*

Alemōna, æ, f. vel Alimona, Dea Romanorum, alendis in utero fetibus præſes.

Alĕo, onis, *giuocatore*, κυβεύτης, idem, quod aleator. *Nævius* apud *Feſtum*, Audax ganeo, lurco, aleo.

Aleria, f. 1. *Aleria*, Col. a Sylla Dictatore deducta, & Urbs E. Corſicæ, mar. in ora Or. apud oſtia Rhodani Fl. nunc exciſa. *Plin. l. 3. c. 6.*

Ales, hujus alitis, *uccello, augello*, עוף, Ger. *ein groſſ vogel*, Gal. *oiſeau grand, comme geline, oye, grue, & autres*, Hiſp. *ave, o otra coſa, que buela como ſaeta*, οἰωνός, ὄρνις, quælibet avis, quę alas, & pennas habet, ſicut *volucris* omne volatile, & tam maſc. quam fem. gen. profertur. *Virg.* Namque volans fulvus Jovis ales in æthra. *Mart.* Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit. ¶ In genitivo plurali *alitum*, & *alituum* per epenthefim, ſecundum Priſcian. *Virg. l. Æn. 8. v. 27.* Alituum, pecudumque genus ſopor altus habebat. *Martial. l. 13. epigr. 61.* Inter ſapores fertur alitum primus. ¶ Apud Augures *alites* vocabantur aves majores, quæ ſcil. volatu; *oſcines* vero minores, quæ voce omen præbebant. *Plin. l. 10. c. 19. Cic. 2. de Nat. Deor. 64.*

Ales, itis, o. 3. adjectivum omnis generis, ponitur a Poetis pro veloci, *veloce*, Ger. *ſchnell, geſchvvind*, Gal. *leger, vite*, Hiſp. *ligero*, ταχύς. *Silius*, Alite vectus equo. *Virg. 8. Æn.* Alitis Auſtri. ¶ Ponitur & pro alato, hoc eſt, alas habente, *alato*. Sic Deus ales, pro Mercurio. *Ovid. Metam. 2. v. 714.* Ales currus, *Senec. in Med. ſub fin.*

Alēſa. V. Haleſa.

Aleſco, is, n. 3. *creſcere*, גדל, Ger. *vvachſen, zunemmen*, αὐξάνω, antiq. verb. ab alo, is, idem, quod creſco. *Varro l. 1. c. 44. de re ruſt.* Quæ nata ſunt, in fundo aleſcunt. *Et l. 2. c. 4.* Aleſcendo roborari.

Alēthes, m. 1. ἀληθής, viri Trojani nomen. *Virg. l. 11. Æn.* Et qua grandævus Alethes. Latine ſonat voracem.

Aletium, n. 2. *Lecci*, ἀλήτιον, Urbs E. Provinciæ Hydruntinæ, primaria Regionis, ac totius Regni poſt Neapolim clariſſima, 7. M. P. ab ora Maris Adriatici, inter Brunduſium ad Occ. & Hydruntum ad Or. 24. a Tarento 50. Populi Aletini. *Plin. l. 3. c. 11.*

Aletrinates, & Aletrini, Italiæ pop. in Campania. *Plin. l. 3. c. 5. & 11.*

Aletrinenſis, e, ad Aletrium pertinens. *Cic. pro Balb. cap. 22.* Aletrinenſis fœderatus.

Alterium. Vide Alatrium.

Aletūdo, f. 3. *graſſezza, corpulenza*, apud *Feſtum*, verbale, ab alendo, corporis pinguedinem ſignificat. Obſoletum eſt.

Alĕus, a, um, idem quod *Alius*, cum pro Elio ſumitur, hoc eſt ad Elidem Achaiæ urbem pertinens. *Plaut. Capt. prol. v. 31.* Eques Aleus.

Alex, ecis. V. Halec.

Alex, vel Halex, *Aleſſo*, ſeu *Alece*. Fl. Locrorum, ſeu Calabriæ Ult. qui Brutios a magna Græcia ſeparat, & agrum Locrenſem a Rhegino, & in mare Jonium ſe exonerat, inter prom. Herculis, & Leucopetram.

Alexander, ἀλέξανδρος, filius Philippi Regis Macedoniæ, & Olympiadis filiæ Neoptolemi Regis Moloſſorum. Plures habuit præceptores, inter quos Ariſtotelem, ex cujus diſciplina decem ferme annis informatus eſt. Mortuo patre annos natus viginti Regni adminiſtrationem ſuſcepit. Græcia univerſa ſibi parere coacta, bellum intulit Dario Regi Perſarum, eumque devicit cum multis aliis Regibus: Aſiam, & totum Orientem ſubegit, aliquam etiam Indiæ partem. Sed ultra Liberi Patris terminos progredi auſus non eſt, frequenti præſertim ſeditione militum. Plures urbes variis in locis condidit, quas a ſuo nomine appellavit. Cum ex India in Macedoniam reverteretur, ab Antipatro Macedoniæ Præfecto veneno aquæ Stygiæ ſublatus eſt, Babylone, in convivio, apud Theſſalum Medicum, anno ætatis 32. Regni 12. Alexandri res geſtæ a multis ſcriptæ ſunt, præcipue a Plutarcho, & a Q. Curtio. De eo etiam mentio facta eſt in Sacris Libris, lib. 1. Macnab.

Alexandrĭa, & Alexandrēa, ἀλεξάνδρεια, cognomento Magna, fem. 1. Italis *Aleſſandria*, Turcis *Scanderia*, Urbs Ægypti, in ora, ab oſtio Canopico 12. M. P. in Occ. a Syene ultima in Auſtrum urbe Ægypti 600. in Boream, a Peluſio 200. in Occ. Cyrenem verſus 705. ab Hieroſolymis 400. Condita eſt ab Alexandro Magno Olympiade 112. ante Salvatoris adventum anno 320. intra ſpatium 17. dierum, cum ſex millibus murorum paſſibus, ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato lacinioſa, anguloſo dextra, lævaque procurſu. Sed poſtea amplificatam Dinocrates Architectus dicitur metatus eſſe mirabili ingenio 15. M. P. laxitate. ¶ Hoc nomine multæ aliæ urbes numerantur. Secunda igitur eſt Albaniæ, incolis *Derbent*, Turcis *Demircapi*, 3. Arachoſiæ, *Cabul*, vel *Candahar*, 4. Ariæ, *Heri*, ſeu *Burgia*, 5. Carmaniæ, *Serent*, 6. Ciliciæ, ſeu Syriæ, Italis *Aleſſandretta*, Turcis *Scanderone*, 7. Margianæ, *Indion*, 8. Troadis, *S. Maria*, Turcis *Cavaia*, 9. Volhiniæ, *Alexandria*, 10. Liguriæ, quæ dicitur Alexandria Statiellorum, *Aleſſandria della Paglia*, in Ducatu Mediolanenſi, a Mediolano 52. M. P. in Auſtrolibycum, media fere inter Genuam ad Ort. & Auguſtam Taurinorum ad Occ. ideſt ad 40. M. P. Hæc olim Cæſarea dicta eſt. Poſtea Mediolanenſes amplificatam Alexandriam appellavere in honorem Alexandri III. Pontificis Maximi, qui eam Epiſcopali dignitate ornavit.

Alexandrīnus, a, um, *Aleſſandrino*, adject. quidquid ad Alexandriam pertinet, ut Alexandrinæ naves apud *Suet. Aug. c. 98.* ex quibus collecta claſſis ſupportando frumento maxime (quamquam & aliis mercibus) in Italiam ab Auguſto inſtituta fuit. ¶ Alexandrina vita atque licentia, apud *Cæſ. l. 3. B. C. c. 110.* quod Alexandrini populi voluptatibus, & deliciis maxime diffluerent. ¶ Alexandrinus, i, eſt etiam ſubſt. *nato d' Aleſſandria.*

Alexipharmăcum, i, n. *contravveleno*, ἀλεξιφάρμακον, antidotus, remedium contra venena, *antidoto, contravveleno*. *Plin. l. 21. c. 20.* Convenit medicamento, quod alexipharmacum vocant.

Alexis, Aſinii Pollionis puer, quem Virgilius ejus amore captus a Pollione dono accepit. In hujus gratiam Virgilius ſcripſit ſecundam eclogam.

Alga, *aliga*, סוף, Ger. *kraut, vvelches im meer vvachſt*, φῦκος, Θαλάσσιον βρύον, herba, quæ naſcitur in aquis marinis, dicta ab algore aquæ, ſive quod pedes alliget, quia craſſa eſt, foliis ex parte ſupernantibus. *Virgil. lib. 7.* Laterique illiſa refunditur alga. ¶ Ponitur ſæpe pro re vili. *Virgil. Ecl. 7. v. 42.* projecta vilior alga.

Algenſis, ſe, adject. quod in alga naſcitur, vel nutritur, *algoſo*. *Plin. l. 9. c. 37.* Purpurarum genera plura, pabulo & toro diſcreta: Lutenſe putri limo, & algenſe enutritum alga, viliſſimum utrumque.

Algĕo, es, alſi, ſine ſup. *patir freddo*, צנן, קרר, Ger. *frieren*, Gal. *avoir grand froid, geler de froid*, Hiſp. *enfriarſe*, ψύχμαι, a Græco ἀλγέω,

χέω, doleo, patior frigus, frigidus ſum, cui æſtuo opponitur. *Cic.* 2. *Tuſc.* Erudiunt juventutem venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. ¶ Translate algere eſt, negligi. *Juven. ſat.* 1. *v.* 74. Probitas laudatur, & alget. ideſt negligitur, non expetitur.

Algeſco, is, ĕre, algere incipio, algeo. *Prudent. Apotheoſ. v.* 142. (Deus) rabiem flammarum algeſcere cogit.

Algidenſis, o. 3. adject. ut raphanus Algidenſis, qui circa Algidum montem naſcebatur, longus, & translucidus. *Plin. l.* 19. *c.* 15.

Algĭdum, *Rocca del Papa*, opp. Latii in alto monte, Tuſculo finitimum, a Roma 12. M. P. Dictum eſt ex aeris algore. Similiter ipſe mons Algidus, & ſylva monti ſubjacens, in cujus ingreſſu Regillus lacus eſt, Algida dicitur, *Selva dell' Aglio*. Hinc terra Algida. *Ovid.* 5. *Faſt.*

Algĭdus, a, um, o. 1. 2. *freddo*, קור, Ger. *erKalt*, κρύεως, κρυερὸς, frigidus. *Catul. in Carm. de Aty*, 63. Algida Idæ nive amicta loca colam.

Algifĭcus, a, um, adject. ψυχροποιητικὸς, frigus inducens, *freddo*, *che fa freddo*. *Gell. l.* 19. *c.* 4. Quod timor ſit omnibus algificus.

Algor, m. 3. *freddo*, צנת הר, Ger. *Kolte*, *froſt*, Gal. *froidure grande*, *grande froid*, Hiſp. *frio o freſcor*, ψῦχος, κρύος, ab algeo, idem, quod frigus, & proprie frigus vehementius. *Salluſt. in Cat.* Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris. Et *Plin. l.* 15. *c.* 4. Oleo corpus contra algores munire.

Algōſus, a, um, alga abundans, ut locus algoſus. *Plin. l.* 32. *c.* 9. Vivuntque in algoſis myaces, ubi ſubaudias, *locis*.

Algus, i, vel algus, us, m. idem, quod algor. *Lucr. lib.* 3. *v.* 733. Solicite evolitant morbis, algoque, fameque. *Plaut. in Rud.* 2. 7. *v.* 24. Vel ſuda, vel peri algu, vel etiam ægrota.

Alia, *per altra ſtrada*, vel adverbium eſt, vel potius ablativus femininus adjectivi *alius* adverbii modo poſitus, & ſignificat *alia via*. *Flor. lib.* 2. *c.* 12. Cum alia miniſtratus, alia irrepiſſet. *Liv. l.* 44. *c.* 43. Equites ſine duce relicti, alii alia in civitates ſuas dilapſi ſunt. *chi per una ſtrada*, *chi per un' altra*.

Alias, adverb. *altre volte*, פעם אחר, Ger. *ein andermahl*, *biſſweilen*, Gal. *une autre fois*, Hiſp. *en otro tiempo*, *o en otro lugar*, ἄλλοτε, alia vice, alio tempore, & tam præterito, quam futuro, & ſæpe etiam indefinito. *Cic.* 4. *Acad. c.* 3. Quibus de rebus & alias ſæpe nobis multa quæſita ſunt. *Id. Divin. l.* 2. *c.* 2. Sed hæc alias pluribus: nunc ad inſtitutam diſputationem revertamur. *Idem de Orat. l.* 3. *c.* 7. Itaque & illi alias aliud de iiſdem rebus ſentiunt. ¶ Significat etiam alioqui, *per altro*. *Plin.* 2. *c.* 103. In Sylaro ſolia lapideſcunt, alias ſalubri potu ejus aquæ. ¶ Sumitur item pro aliter, *altrimenti*. *Curt. l.* 8. *c.* 3. Debilitatum vulnere jacuiſſe non alias, quam ſimulatione mortis tutiorem. ¶ Item, interdum, *alle volte*, quando geminatur. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 59. Vagabatur (Indutiomarus) alias ut ſitum caſtrorum cognoſceret, alias colloquendi aut territandi cauſa. ¶ Poteſt etiam ſæpius repeti, *Plin. l.* 7. *c.* 55. *Cic. de Invent. l.* 1. *c.* 52. ¶ Et ſine geminatione cum Interdum, *Id.* 3. *de Orat.* Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias.

Alĭbi, *altrove*, כמהום אחר, Ger. *anderſtwo*, Gall. *ailleurs*, *autre part*, Hiſp. *en otro lugar*, ἀλλαχῆ, alio loco. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 14. Habebam alibi animum amori deditum. ¶ Conſtruitur cum *Quam*, & æquivalentibus. *Suet. Aug. cap.* 23. Duas omnino clades, nec alibi, quam in Germania accepit. ¶ Significat etiam in alia re. *Liv.* 30. 35. Nec ſpem ſalutis alibi, quam in pace eſſe.

Alibĭlis, & le, o. 3. ἐρεπτικὸς, quod facultatem habet alendi. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 11. Eſt enim lac omnium rerum, quas cibi cauſa capimus, maxime alibile. ¶ Item quod ali poteſt. *Id.* 3. *R. R. c.* 9. *de pullis gallinarum*. Ita alibiliores fiunt.

Alica, æ, (rectius quam *halica*, cum ſit vox Latina) Duplex eſt, alia nativa, alia factitia. Nativa genus eſt frumenti, Græce χόνδρος, & videtur eſſe illud, quod Itali vocant *ſpelta*. Eſt enim zeæ ſpecies, ſpicas proferens duplici granorum ordine. *Plin. l.* 18. *c.* 7. *&* 11. 22. *c.* 25. Eam *Cato c.* 76. *R. R.* alicam primam vocat. ¶ Factitia eſt ſorbitio, vel puls ex nativa confecta, tuſis ejus granis, & creta, vel gypſo, vel lacte ad candorem ei conciliandum: cum vero ea uti opus erat, diluebatur diligenter, & mulſo, vel alio condimento imbuebatur, habebaturque in deliciis. *Martial. l.* 13. *ep.* 6. & alibi.

Alicŭbi, *in qualche luogo*, *in alcun luogo*, Germ. *an einem orth*, Gall. *en quelque lieu*, *en quelque part*, Hiſp. *en algun lugar*, ἐνιαχοῦ, in aliquo loco, uſpiam, uſquam. *Cic. pro Flacc. c.* 29. Omnino mallem hic alicubi in Cruſtumino, aut in Capenati (agro) paraviſſes. *Teren. Adelph.* 3. 5. 7. Utinam hic prope adeſſet alicubi.

Alicŭlæ, recenſentur ab *Ulp. D. de auro & argento*, *leg.* 24. inter veſtes pueriles. *Hotomann.* legit, *Alliculæ*, ut manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honeſtæ apud Romanos erant, ἀπὸ τῆς ἄλλης χρόας.

Alicunde, *da qualche luogo*, Ger. *von einem orth*, Gal. *de quelque lieu*, *de quelque part*, Hiſp. *de algun otro lugar*, πόθεν, ex aliquo loco. *Ter. in Andr.* 2. 4. 3. Venit meditatus alicunde. ¶ Interdum non ad locum, ſed ad rem aut hominem refertur. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 44. Alicunde exora mutuum. *id eſt* ab aliquo homine.

Alid. V. Alis.

Alienatio, onis, verbal. ab alieno, *alienazione*, *ſeparazione*, נכר, נכר, Germ. *entfremdung*, *entvvendung*, ἀλλοτρίωσις. Frequens eſt vox apud JCtos pro Abalienatione, & venditione. ¶ *Alienatio ſacrorum* apud *Cicer. in Orat. c.* 42. eſt translatio ſacrorum ab una in aliam familiam per fictam quandam emptionem, & venditionem. ¶ Alio ſenſu eſt disjunctio, ac ſeparatio unius rei ab alia. *Cic. de Am. c.* 21. Statim alienatio disjunctioque facienda eſt. *ideſt* amicitia diſſolvenda. Et *Cæſ.* 2. *B. C.* Alienatio exercitus. *h. e.* fuga, aut diſſolutio. ¶ Alienatio mentis eſt commotio vehemens, & perturbatio rationis, ut homo non ſit ſui compos. *Plin. l.* 21. *c.* 21. ¶ Et dicitur etiam alienatio abſolute, a *Firmic. l.* 4. *c.* 1. Luna aliis decernit alienationis incommoda.

Alienātor, oris, m. qui rem aliquam in alterius dominium transfert. *Lib.* 1. *Cod. Juſtin. tit.* 8. *leg.* 9.

Alienātus, a, um, particip. aut nomen ex particip. *alienato*, *ſeparato*, ἀλλοτριωμένος. *Cic. de Amic.* Alienatus eſt a Collega noſtro Metello. ¶ Sic alienatus mente, ſenſibus: & alienata mens, apud *Liv.* & *Plin.* V. Alienatio. ¶ Inter alienatus, & abalienatus, Feſtus diſtinguit, ut alienatus ſit, qui alienus eſt factus: abalienatus, quem quis a ſe removit. ¶ A Medicis *alienata membra* dicuntur, quæ ex vulnere, ictu, aut morbo intermortua ſenſum amiſerunt. *Celſ.* 5. 26. 23.

Alienigĕna, *foreſtiero*, נכר, Germ. *ein fremmbder*, *auſſlander*, Gall. *etranger*, Hiſp. *eſtrangero*, ἀλλόφυλος, communis generis, vel ſecundum Probum omnis generis, ſumitur in eodem ſignificatu, quo alienigenus, & componitur a genus, ut Grajugena, Trojugena. *Cic.* 4. *Catil. c.* 10. Hoſtes alienigenæ. *Liv. l.* 26. *c.* 13. Cum hoſtis alienigena in Italia eſſet. ¶ Significat etiam ex diverſis rebus genitum. *Lucret. lib.* 1. *v.* 859. venas, & ſanguen, & oſſa, & nervos alienigenis ex partibus eſſe.

Alienigĕnus, a, um, o. 1. 2. *foreſtiero*, ſignificat, quod eſt externum, vel alieni generis, vel inter alienos genitum. *Val. lib.* 1. *c.* 5. Adjici noſtris duo ejuſdem generis alienigena exempla poſſunt.

Alienō, as, avi, atum, *far diverſo*, *far' altro*, חיר וכר, Ger. *entfremmbden*, *abſondern*, Gall. *aliener*, Hiſp. *enagenar*, ἀλλοτριόω, alienum, vel alium facio. *Plaut. Amph.* 1. 1. 143. Certe tu me alienabis nunquam, quin noſter ſiem. ¶ *Alienare mentem alicujus* eſt ita immutare, ut ſui compos homo non ſit, *far delirare*, *far' uſcir di ſe*: Et *alienari mente*, *eſſer fuori di ſe*, *delirare*. *Senec. lib.* 2. *quæſt. natur. cap.* 53. *Plin. lib.* 28. *c.* 8. ¶ Sæpius ſumitur pro in alterius dominium transferre, vendere, *alienare*, *vendere*. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 13. Alienare vectigalia. *Ulpian. Dig.* 4. 7. 4. Alienare aliquid alicui. ¶ Uſurpatur etiam pro ſeparare, removere, *ſeparare*, *allontanare*. *Terent. Heaut.* 5. 2. 25. Ita nos alienavit. ¶ A Medicis *alienari* dicuntur membra, quæ corrumpuntur, & emoriuntur. *Celſ. lib.* 7. *c.* 16. Inteſtina momento alienantur, externo & inſueto ſpiritu circumdata. ¶ Translate eſt disjungere ab amore, favore, amicitia, *far nemico*, *diſguſtare*. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 14. *ad fin.* Alienare a ſe omnes bonos. *Id. Fam.* 3. *ep.* 6. Alienare a ſe voluntatem alicujus. *Vellej. lib.* 2. *c.* 112. Animum alicujus ſibi alienare. *Tacit.* 1. *hiſtor. c.* 59. Ne ſupplicio ejus ferox gens alienaretur. *non ſi rebellaſſe*.

Alienum, i, ſubſtant. neut. res aliena, *la roba d' altri*. *Salluſt. Catil.* Alieni appetens, ſui profuſus.

Alienus, a, um, adject. ab alius, *alieno*, *d' altrui*, זר, נכרי, Germ. *frembder*, Gal. *aliene*, *qui eſt a autrui*, Hiſp. *ageno*, *enagenado*, ἀλλότριος, qui alterius eſt, ſive qui ad alium pertinet. *Cic.* 1. *Offic. c.* 9. Difficilis eſt cura rerum alienarum. ¶ Conſtruitur fere cum ablat. & præpoſit. vel cum ſolo ablat. ſæpe cum dativo; interdum etiam cum genitivo, more Græcorum. *Lucret. l.* 6. *v.* 1063. Hæc ita ſunt aliarum rerum aliena. Sic dicitur *alienus dignitate*, *dignitati*, *dignitatis*, *a dignitate*. ¶ Interdum opponitur domeſtico, & familiari, aut etiam propinquo. *Cic. de Amic.* Cives potiores ſunt, quam peregrini, propinqui, quam alieni. *Plaut. Stich.* 3. 2. 31. Apud me cœnant alieni noveni. ¶ Interdum idem eſt ac abhorrens. *Cic.* 4. *Verr.* Homo alienus a litteris. *Id. Fam. l.* 2. *epiſt.* 17. Alienior eſt a me. Ubi nota Comparat. ut & Superlat. *alieniſſimus* apud *Nepot. in Themiſtocle*, *c.* 4. ¶ Item non conſcius. *Sall. in Catil.* 41. Foro propinqua erat, neque aliena conſilii. ¶ Medici *aliena* vocant membra corrupta, & intermortua. *Scribon. Larg. compoſ.* 201. Idem emplaſtrum, ſi os ſcabrum, aut putre vetuſtate vitii factum eſt, expurgat, & educit quantum ejus alienum eſt.

Alifæ. V. Allifæ.

Alĭfer, *alato*, πτερωτὸς, alatus. *Ovid. Faſt. v.* 562. Alifero tollitur axe Ceres. Al. leg. *aligero*.

Alĭger, *alato*, נכנף, Ger. *geflugelt*, Gal. *qui a aile*, Hiſp. *qui tiene alas para volar*, πτερωτὸς, alatus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 663. Aligerum affatur Amorem.

Alii, populi ſunt Elienſes, vel Elei, quos geſſiſſe bellum cum Ætolis, ex Polybio cognoſcimus. *Plaut. Capt. prol. v.* 27. Cœpit captivos commercarier hic Alios.

Alimentarius, o. 1. 2. *coſa*, *che appartiene a nutrire*, Gall. *appartenant a la nourriture*, Hiſp. *coſa perteneciente a mantenimiento*, σιτικὸς, quod ad alimentum pertinet, ut Lex alimentaria, qua filii parentes alere tenebantur. *Cæl. in ep. ad Cicer. l.* 8. *Fam. ep.* 6. ¶ Alimentarii in Jure dicuntur, quibus legata alimenta ſunt. *Leg.* 8. §. 9. & 24. *D. de Tranſactionib. Capitolin. in Pio*, *cap.* 8. Puellæ alimentariæ.

Alimentum, n. 2. *nutrimento*, זן, מרח, Germ. *ſpeiſſ*, *nahrung*, Gall. *nourriture*, *aliment*, Hiſp. *el mantenimiento*, ſustento, id, quo vita ſuſtentatur. *Cic. de univ.* Nec vero deſiderabat mundus alimenta corporis. ¶ Generatim quidquid alit, alimentum dicitur. *Ovid.* 14. *Metam. verſ.* 532. alimentaque cætera flammæ. ¶ Sic alimenta vitiorum, translate apud *eund. ib. lib.* 2. *v.* 769. ¶ Apud JCtos inter alimenta, & cibaria hoc intereſt, quod illorum nomine ea omnia continentur, ſine quibus ali corpus non poteſt: horum vero, tantum quæ ad cibum pertinent.

Alimŏdi, aliuſmodi. *Feſtus*.

Alimonĭa, æ, nutrimentum, alimentum, *alimento*, *nutrimento*. *Plaut. Perſ.* 1. 2. 1. Quæſtus alimoniæ. *Macrob. ſat.* 7. *c.* 4. Alimonia ventris diſperſa per univerſos membrorum artus. ¶ Plurali numero uſus eſt *Apul. in princip. l.* 2. *Met.* Non modo ſanguinis, verum etiam alimoniarum ſocia.

Alimonium, ii, n. 2. idem, ac alimonia. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 8. Quod in parto, & alimonio vinum, non ut in calice quærit aquam, ſed Solem. Adde *l.* 3. *c.* 16.

Alĭmos, & alimon, neut. gen. herba quæ guſtantes eſurire non patitur. *Plin. l.* 17. *c.* 24.

Alio, *altrove*, in alia loca. *Cic. ad Att.* 9. 17. Arpinum ne eundum ſit, an quo alio. *Suet. in Auguſt. c.* 98. Non alio datam ſummam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium abſumpturos. *ideſt* non in aliam rem. *Liv. l.* 7. *c.* 18. Plebem nuſquam alio natam, quam ad ſerviendum. *h. e.* non alio fine.

Aliōquin, & alioqui, aliter, cæteroquin, *del reſto*, *per altro*, Gal. *autrement*, Hiſ. *en otra manera*, ἄλλως, εἰ δὲ μή, ſignificat aliter, ſeu alio modo, vel quod ſi non, vel præter hoc. *Cic. de Leg.* 2. 25. Minima olim fuit iſtius rei cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum. *Liv. l.* 30. *c.* 29. Tumulum commodum alioqui, niſi quod longinquæ aquationis erat, cepit. ¶ Quod vero vulgo dicitur, *alioqui* ante conſonas, & *alioquin* ante vocales poni, non eſt perpetuum. *Curt. l.* 4. *c.* 2. Alioquin potens. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 11. Alioqui in ſummo diſcrimine. ¶ Significat etiam aliqua alia re, aut modo. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 3. Si quis dignus erat deſcribi, quod malus, aut fur, Quod mœchus foret, aut ficarius, aut alioqui Famoſus, multa cum libertate, notabant. ¶ Singularis eſt hujus particulæ uſus in allato *Curtii* loco. V. vocem *Potens*.

Aliorſum, *verſo altrove*, Ger. *anderſtwohin*, *zudem andern orth*, Gall. *vers autre lieu*, *cote*, *part*, Hiſp. *hazia otro lugar*, ἄλλοσε, verſus alium locum, ut Aliorſum ire, apud *Plaut. Trucul.* 2. 4. 49. ¶ Item aliter, *altrimenti*. *Ter. in Eun.* Neve aliorſum, atque ego feci, acceperit.

Alioverſus, & Aliovorſum, idem quod Aliorſum. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 8. Atque ego iſthuc aliovorſum dixeram. *con altra intenzione*.

Alĭpes, ĕdis, velox, quaſi alas in pedibus habens. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 100. Alipedisque Dei. *id eſt* Mercurii. Et *Virg. Æn.* 12. *v.* 484. Alipedes equi.

Aliphānus, & Alliphānus, a, um, ad Aliphas pertinens. *Cic.* 2. *Agrar. c.* 25.

Aliphe, Allipha, Alliphe, Allifa, Allifium, *Alife*, Urbs E. Samnii, a Vulturno amne 5. M. P. a Calatia 12. a Capua 16. per montes, a Venatro 15. a Caſſino 35.

Alipĭlus, li, m. 2. alarum pilos in balneis vellens. *Cæl. l.* 6. *c.* 46. *Senec. epiſt.* 56.

Aliptes, æ, m. 1. græca vox, ἀλείπτης, ab ἀλείφω, ungo. Aliptæ autem vocabantur, qui palæſtritas certaturos ungebant. ¶ Erant & Aliptæ inter ſervos balnearios, de quibus V. *Pignor.* Virium & boni coloris

cauſa

cauſa hos adhibitos, ſignificat *Cic. Fam. l. 1. ep. 9.* Sed vellem, non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum medici, ſed ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluiſſent.

Aliqua, *per qualche luogo*, Gal. *par quelque part, par quelque lieu, par quelque voye*, Hiſp. *por algun lugar*, פּזי, per aliquem locum. *Liv. l. 26. c. 27.* Si qui evaniſſent aliqua. ¶ Item, aliqua ratione, *in qualche maniera. Virg. Eclog. 3.* Et ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes. ubi *via*, aut *ratione*, ſubintelligere licet.

Aliquammulti, aliquot. *Cic. 6. Ver. c. 25.* Sunt veſtrum aliquammulti qui L. Piſonem agnoverunt.

Aliquammultum, adv. aliquantum. *Apulei. in Apolog.* Aliquammultum remotus.

Aliquammultus, a, um, aliquantum multus, *Apul. lib. 1. A. A.* Poſt aliquammultum temporis. Et *Apologia, p. 320.* Aliquammultis diebus.

Aliquamplūres, aliquanto plures. *Tertull. Apolog. c. 12.* Qui Senecam aliquampluribus, & amarioribus de veſtra ſuperſtitione perorantem reprehenditis.

Aliquandĭu, *alquanto tempo*, Germ. *etvuan einzeitlang*, Gal. *quelque temps*, Hiſp. *algun tiempo*, ἐπὶ χρόνον, adver. temporis, aliquo tempore, non autem longo admodum. *Cic. pro Cluent. c. 9.* Aliquandiu incolumis fuit.

Aliquando, alias, nonnunquam, interdum, quodam tempore, aliquo tempore, *alcuna volta, tal' ora*, פּעמים, Ger. *biſſvveilen, offtmal*, Gall. *quelque fois, aucune fois entre autres*, Hiſp. *en algun tiempo*, ποτὲ, adverb. temporis, ſervitque tum præterito, tum futuro. *Cic. l. 5. Fam. ep. 8.* Me aliquando immutarunt tibi. *Id. l. 1. de Orat.* Non deſperſo fore aliquem aliquando, qui &c. ¶ Pro Tandem, *finalmente*. *Id. pro Cluent. c. 19.* Collegi me aliquando. ¶ Atque ita ſæpe cum tandem componitur. *Id. Catil. 2.* Tandem aliquando L. Catilinam ex urbe ejecimus.

Aliquantillus, a, um, dimin. ab aliquantus, *pochettino*. *Plaut. Capt. 1. 2. 34.* Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.

Aliquantiſper, (pro iſta voce nitidius uſurpat Cic. pauliſper, parumper) *alquanto tempo*, כמעט, Ger. *ein vvenig*, Gal. *pour quelque peu de temps*, Hiſp. *por algun tiempo*, ἐπὶ χρόνον, ὀλίγον χρόνον, adv. ad temporis brevitatem retertur, ut ait *Valla*, idemque ſignificat, quod aliquandiu. *Ter. in Heaut. 3. 3. 11.* Concedas aliquo ab eorum ore aliquantiſper.

Aliquanto, adverb. nonnihil, *alquanto*. *Cic. 6. Verr. c. 34.* Amplius aliquanto, quam ferre poſſent. Sic aliquanto ante, aliquanto poſt. *Id. Offic. 1. c. 23.* & *pro Cæcin. c. 4.*

Aliquantŭlum, more adverbii, *un pochettino*, paululum. *Cic. in Orat. c. 40.* Ut a propoſito declinet aliquantulum. Adde *Ter. And. 2. 6. 16.*

Aliquantŭlo, adv. idem quod aliquantulum. *Vopiſc. in Aureliano, c. 34.* Aliquantulo triſtior.

Aliquantŭlus, a, um, diminut. ab aliquantus, *pochetto*, paululus, זעיר, Ger. *zeber ein Klein vvenig*, Gal. *bien peu*, Hiſp. *poquillo. Hirt. de B. Afric. c. 21.* Aliquantulum frumenti numerum congeſſerat. ¶ Neutrum ſubſtantive uſurpatur. *Liv. l. 21. c. 12.* Arietibus aliquantulum muri diſcuſſit.

Aliquantum, *alquanto*, כמעט, Germ. *etvvas ein vvenig*, Gal. *un peu, quelque peu*, Hiſp. *algun tanto tal*, ἐπὶ πόσον, modo nomen eſt. *Cic. pro Cluen.* Aliquantum agri in medio relictum eſt. ¶ Modo eſt adv. & ſignificat, paulum, nonnihil, leviter, pauliſper, neſcio quid, aliqua ex parte. *Id. 5. Fam. ep. 12.* Cogitatio aliquantum labefactata, & convulſa.

Aliquantus, a, um, idem quod nonnullus, *alquanto. Salluſt. in Jug. c. 105.* Timor aliquantus, ſed ſpes amplior. ¶ Plerumque neutro gen. uſurpatur, more ſubſtant. *Cic. Fam. l. 1. ep. 7.* Aliquantum laudis. Et *ad Attic. l. 7. ep. 13.* Aliquantum animi. ¶ Aliquanti, plural. pro aliquot. *Pallad. l. 1. c. 19.* Aliquantis diebus. *Eutrop. l. 4. c. 11. n. 6.* Aliquanta oppida.

Aliquatĕnus, *fin ad alcuna parte*, Ger. *etlicher maſſen, biſſ ſo vveis*, μέχρι πινός, ſignificat uſque ad aliquam partem, ſive ex aliqua parte, aut aliqua ratione. *Petron. in Satyr. c. 102.* Apertis aliquatenus labris. *Plin. l. 27. c. 12.* Caulibus aliquatenus rubentibus. Adde *l. 23. c. 7.* & *Senec. epiſt. 116. Quintil. l. 10. c. 1.* Philiſtius, ut multo infirmior Thucydide, ita aliquatenus lucidior.

Alĭqui, in recto caſu ſingulari, pro aliquis, ut *ſi qui* pro *ſi quis* habent *Plaut. Stich. 1. 2. 9. Cic. Fam. l. 7. ep. 1.* & *Offic. 1. c. 32. Gell. l. 11. c. 3. l. 15. c. 2.* & alibi. Item *Liv.* Quibus omnibus in locis vulg. leg. *aliquis*. Ita *Paræus in Lex.*

Alĭqui, pro aliqua re, *con qualche coſa*. *Plaut. Aulul. prol. 24.* Aut thure, aut vino, aut aliqui ſemper ſupplicat. Et *Trucul. 5. 1. 30.* Gaudere aliqui me volo.

Aliquis, qua, quod, quidam, quiſpiam, aliquiſpiam, ullus, nonnullus, unus aliquis, non nemo, aliquot, parum, paucus, quis, *alcuno, qualcuno*, איש, Ger. *einer, eine*, Gal. *quelqu'un*, Hiſp. *alguno*, τὶς, quaſi alius quis, ſignificat perſonam incertam, & habet vim pluralem, quamvis ſingulariter dicatur. Non enim eſt aliquis niſi de multis. Unde & apud veteres vario genere, numeroque proferebatur. *Ter. Adelph. 4. 4. 24.* Aperite aliquis actutum oſtium. *Cicer. pro Marcell. c. 6.* Si te aliqui timuerunt. ¶ *Aliquis* etiam, ut Græcis τὶς, capitur pro homine non obſcuro, & nonnullius pretii. *Cic. Att.* Fac, ut me velis eſſe aliquem, quoniam qui tui, & qui eſſe potui, jam eſſe non poſſum. *ideſt*, velis eſſe me non prorſus obſcurum, & abjectum. *Juven. ſat. 1. v. 73.* in eodem ſenſu: Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, ſi vis eſſe aliquis. Ubi al. leg. *aliquid*; quod habet & *Cic. Divin. in Verr. c. 15.* in eodem ſenſu. ¶ *Eſt aliquid*, formula dicendi, cum aliquid non plane contemnendum ſignificamus. *Id. ibid.* Eſt tamen hoc aliquid, etiamſi non eſt ſatis. *Ovid. Faſt. 6. v. 27.* Eſt aliquid, nupſiſſe Jovi. ¶ *Fiet aliquid* eſt dictum non deſperantis de rei exitu, licet difficilis videatur, *qualche coſa ſarà*. *Terent. Andr. 2. 1. 13.* Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies: interea fiet aliquid. ¶ *Aliquid dicere* perhibentur, qui non abſurda penitus in medium proferunt. *Cic. Tuſc. 1. c. 11.* Hic ab artificio ſuo non receſſit; & tamen dixit aliquid. ¶ *Aliquid*, pro aliud quid, dixit *Tacit. Ann. 1. c. 4.* Ne iis quidem annis aliquid, quam iram meditatum. ¶ Apud *Plaut. Menæch. 5. 5. 47.* Elleborum potabis faxo aliquos viginti dies. *ideſt*, circiter viginti. Al. leg. *aliquot*. Sic *Varr. R. R. l. 1. c. 2.* Ante eſſe oportet braſſicam crudam, & poſt aliqua folia quinque. Al. leg. *alia*. ¶ Aliquid, adverb. *Cic. pro Deiot. cap. 13.* Ne illum tibi ſuccenſere aliquid ſuſcipere. *Ter. And. 2. 6. 16.* Subtriſtis viſus eſt aliquid, *alquanto*. Vulg. leg. *aliquammultum*, vel *aliquantulum*.

Aliquiſpiam, aliquapiam, aliquodpiam, idem quod quiſpiam, *alcuno, qualche*. *Cic. pro Sext.* Atque ille ſi aliquapiam vi expelleretur. Adde *3. Tuſc. c. 9.*

Aliquiſquam, aliquaquam, aliquodquam, idem quod aliquiſpiam. *Liv. l. 41. c. 6. in fi.* Alicuiquam in ſervitutem dari.

Alĭquo, *in qualche luogo*, Germ. *etvvan in ein orth*, Gal. *en quelque lieu*, Hiſp. *en algun lugar*, פּזי, ad aliquem locum. *Ter. Adelph. 3. 3. 32.* Aliquo profugiet militatum.

Aliquot, *alquanti*, Ger. *etliche*, Gal. *quelque uns*, Hiſp. *algunos*, מזעיר, numero tantum plurali, teſte Donato, ſed indeclinabiliter, & ſignificat idem, quod nec multi, nec pauci. *Ter. in Andr. 3. 3. 2.* Aliquot me adiere.

Aliquottarĭam. *Var. de R. R. l. 1. c. 2.* In eo agro aliquotfariam in ſingula jugera dena culea vini fiant. Vox obſoleta.

Aliquottens, ſeu aliquoties, *alcune volte*, פּעמים, Germ. *ein mahl*, Gal. *quelque fois*, Hiſp. *algunas vezes*, ὁσάκις, ἐνίοτε, aliquot vicibus, aliquando. *Cic. 4. Ver.* Aliquoties literas de iſtius injuriis miſerat. Adde *pro Quint. c. 1.*

Aliquoverſum, verſus aliquem locum, *verſo a qualche luogo*. *Plaut. Caſin. 2. 4. 18.* Iſtam jam aliquoverſum tragulam decidero, h. e. vulnere latius inciſo evellam.

Alis, pro alius, & alid, pro aliud, dixere Veteres. Uſus eſt & *Catul. el. 66. de coma Berenices, v. 27.* Anne bonum oblita es facinus, quod regium adepta es Conjugium? quod non fortior aut ſit alis? Et *Lucret. l. 1. ſub fin.* Namque alid ex alio clareſcet, &c. Adde *l. 3. v. 989. Alis, idis*, idem, quod Elis, idis, quod eſt Achajæ oppidum. *Plaut. Capt. prol. v. 9.* Eumque hinc profugiens vendidit in Alide. Ita leg. *Turneb. Tauban. Operar.* & alii.

Aliſma, atis, herba, alias fiſtula paſtoris, vel plantago aquatica. *Plin. 25. 10.*

Aliter, ſecus, alio pacto, alio modo, non eodem modo, non perinde, *altrimente*, Gal. *autrement*, Hiſp. *en otra manera*, ἄλλως, adverb. ab *alis*, hujus *alis*, pro *alius*, ſicut declinabant antiqui, ſignificat alio, vel contrario modo. *Cic. 7. Ver.* Aliter decernere in eadem cauſa non potuiſti. ¶ Conjungitur eleganter cum particulis, quam, atque, ac. *Cic. Attic. l. 16. ep. 13.* Si aliter ſcribo ac ſentio. ¶ Eſt etiam alioqui, cæterum, *del reſto*. *Salluſt. Catil. c. 30.* Aliter ſine populi juſſu nulli earum rerum Conſuli jus eſt.

Alitūra, æ, *nutrizione*, τροφὴ, nutricatio. *Gell. l. 12. c. 1.* Alituram feram, & ſævam criminatus eſt.

Alĭtus, us, idem quod alitura, ſed rariſſimum. *Donat. in Vita Virg.* Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat.

Alĭtus, a, um, *nutrito*, nutritus, particip. verbi *alo, is. Curt. l. 8. c. 10.* & *Val. Max. l. 7. c. 2. n. 8. extern.*

Aliŭbi, *in altro luogo*, Ger. *an einem andern ort, anderſtvvor*, Gal. *ailleurs, ou autre part*, & *lieu*, Hiſp. *en otro lugar*, ἄλλη πῆ, compoſitum ex alius, & ubi, idem ſignificans, quod alibi. *Varr. l. 1. R. R. c. 44.* Ut ex eodem ſemine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo. *Plin. l. 10. c. 30.* Nec uſquam aliubi candidæ naſcuntur.

Aliunde, *da altro luogo*, ἀλλοθεν, ex alio loco. *Cic. pro Lig. c. 1.* Cum id neque per te ſcires, neque aliunde ſcire potuiſſes. Adde de *Orat. l. 2. c. 10. In Orat. c. 24.* & *Fam. lib. 5. epiſt. 13.*

Alĭus, alia, aliud, *altro*, אחר, Ger. *ander*, Gal. *autre*, Hiſp. *otro*, ἄλλος, genit. *alius*, dat. *alii*, idem, quod diverſus. Olim faciebat genitivum, & dativum, ſicut cætera adjectiva primæ, & ſecundæ declinationis. *Cic. de nat. Deor.* Quibus beſtiis erat is cibus, ut alii generis beſtiis veſcerentur. *Alii generis*, inquit, pro alius. ¶ Alius, de multis dicitur, *alter*, de duobus tantum. *Ter. And. 4. 4.* Fallacia alia aliam trudit. *Tacit. 2. hiſt. c. 95.* Succeſſere magis alii homines, quam alii mores. ¶ Conſtruitur cum quam, ac, atque. *Cæſ. B. C. l. 3. c. 51.* Aliæ ſunt Legati partes, atque Imperatoris. ¶ Item cum Niſi, a, præter. *Cic. de Or. l. 2.* Rogavit, numquid aliud ferret, præter arcam. *Id. Fam. l. 2. ep. 2.* Non quidquam aliud a libertate. *Id. pro Sext. Roſc. c. 52.* Nihil aliud agi, niſi ut proſcriptorum liberi tollantur. ¶ Geminatum per copulam varietatem notat. *Cic. in Or. c. 22.* Eadem res ſæpe aut probatur, aut rejicitur, alio atque alio elata verbo. ¶ Sæpe eſt pro diverſo, ac diſſimili. *Ter. And. 1. 2. 18.* Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. ¶ Eleganter jungitur *longe*. *Salluſt. Catil. 52.* Longe alia mihi mens eſt. ¶ Alium facere, eſt animum alicujus immutare, aliud perſuadere. *Plaut. Trinum. 1. 1. 123.* Verbis paucis quam cito alium feciſti me, alius ad te veneram. ¶ Sic hiſtriones alii fieri dicebantur, cum mutabant perſonas. *Id. Pœnul. prolog. in fin.* Valete, adeſte, ibo; alius nunc fieri volo. ¶ Alias res agere, apud *Ter. Eun. 2. 3. 56.* eſt nugari. ¶ *Alius* eleganter ablat. jungitur. *Horat. l. 1. ep. 16.* Neve putes alium ſapiente bonoque beatum, ideſt alium præter ſapientem, &c. ¶ Alius, pro alter, ſive ſecundus. *Cic. 6. Verr.* Tam te has phaleras a Philarcho abſtuliſſe, quam alias ab Ariſto, tertias a Cratippo.

Alĭus, a, um, adject. pro Elius, h. e. qui eſt ex Elide Achajæ oppido, quod & *Alis* dicitur. *Plaut. Capt. prol. v. 24.* Poſtquam belligerant Ætoli cum Aliis. Sic *v. 27.* & *59.* & alibi.

Aliuſmŏdi, *d' altra maniera*, duo genitivi coaleſcentes in unam vocem, & quaſi in adjectivum indeclinabile. *Cic. Invent. l. 12. c. 6.* Res aliuſmodi eſt, ac putatur.

Aliūta, *altramente*, veteres pro aliter dicebant. Hinc eſt illud in legibus Numæ, Si quis aliuta faxit, ipſius Jovis ſacer eſto. *Feſtus.*

Allabor, eris, apſus ſum, d. 3. accedo, adhæreo, *correre vicino*, juxta fluo, vel navigo, παραπλέω. *Virg. 6. Æn.* Euboicis Cumarum allabitur oris. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. *Id. 9. Æn. v. 474.* fama ruit, matriſque allabitur aures.

Allabōro, & adlaboro, as, a. 1. *affaticarſi grandemente*, יגע, חרש, עמל, Ger. *ſich ſehr bemihen*, Gal. *labourer fort, s'efforcer, mettre grande peine*, Hiſp. *trabajarſe con anſia*, ἐπιπονέω, eſt alicui rei per laborem aliquid adjicere. *Hor. 1. Car.* Simplici myrto nihil allabores.

Allævo, as, a. 1. *far piano*, כרת, ברק, Ger. *gleich, oder eben machen, ebenen*, ἐπιπλανάω, idem eſt, quod lævo, hoc eſt, planum facio. *Col. l. 4. c. 25.* Ea plaga uno veſtigio allævatur.

Allalia, f. 1. ἀλλαλία, Corſicæ opp. Phocenſium opus, teſte Herodoto. Gentile eſt Allalilæus. *Steph.*

Allambo, & adlambo, is, ambi, a. 3. לרך, לקק, Ger. *leken, ſanfft, anrihren*, ἐπιλαμβάνω, idem, quod lambo, & per metaphoram leviter attingo. *Auſon. Moſell. v. 360.* Feſtinant famuli quamprimum adlambere lymphis. Et *Prudent. Hamartig. v. 135.* Allambunt ora ceraſtæ.

Allante, es, f. 1. vel Allans, antis, Allantium, ii, Allantæum, i, duorum oppidorum nomen eſt, quorum alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Populi Allantenſes. Hinc gent. Allantius, Allanteus. *Plin. l. 4. c. 10.*

Allapſus, a, um, nomen ex particip. delapſus, juxta lapſus. *Virg. Æn. 12. v. 319.* alis allapſa ſagitta. Et de ſerpentibus, *Liv. l. 25. c. 16.* Angues duo ex occulto allapſi. ¶ Allapſus genibus, pro proſtratus, provolutus ad genua, *Senec. Hippolyt. v. 667.*

Allapſus, us, ui, m. ſubſtant. actus allabendi. *Horat. Epod. 1. v. 20.* Avis ſerpentium allapſus timet.

Allaſſontes calices apud *Vopiſc. in Saturn. c. 8.* ita dicuntur, quia varie picti ſunt, & pro diverſa lucis natura colorem mutant: ab ἀλλάσσω, *Apul.*

pul. l. 2. Met. hos calices appellat cryſtallum impictum.

Allátro, & adlatro, as, a. 1. נכח, Ger. *anbellen*, Gal. *abbaſer*, Hiſp. *ladrar*, προσυλακτέω, contra aliquem latro. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. cap.* 49. In Capitolium cunti numquam canes allatraverunt. ¶ Translate allatrare aliquem, eſt, per invidiam criminari, *calunniare per invidia. Liv. l.* 38. *c.* 54. Cato allatrare Africani magnitudinem ſolitus erat. ¶ *Plin. l.* 4. *c.* 5. Peloponneſi oram tot maria allatrant, *h. e.* cum murmure alluunt.

Allātus, a, um, nomen ex partic. ab affero, *portato*. προσενεχθέν. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 62. Quæcumque fervent allata popinis.

Allaudo, as, are, a. 1. *lodare*. poeticum verbum, pro laudo, ἐπαινέω. *Plaut. in Merc. prol. v.* 85. Ingenium allaudat meum.

Allectatio, onis, alliciendi actus, *folletico*, *carezze*. *Quintil. lib.* 1. *c.* 10. Nutricum allectatio. *ideſt* cantio, qua ſoporem vagientibus conciliant.

Allectio, vel adlectio, onis, verbal. ab allego, is, adjunctio, electio, *aggiunta*, *elezione*. *Tertull. adv. Hæret. c.* 43. Cura ſollicita, & allectio explorata. *Capitol. in Pertin. c.* 6. Allectionibus innumeris Prætorios miſcere.

Allecto, as, a. 1. *allettare per luſinghe*, freq. ab allicio, eſt per blanditias attraho, ἐπάγω. *Col. l.* 2. *c.* 3. Sibiloque allectari, quo libentius bibant. *Cic. de Senect. c.* 16. Non modo non retardat, verum etiam invitat, atque allectat.

Allector, ris, m. 3. *allettatore*, מפתה, qui allicit. *Col. l.* 8. *c.* 10. Quaſi allectores ſunt captivorum (*Turdi*) ¶ Eſt etiam verbale ab *allego*, *as*. Allectores dicti ſunt, qui ſuſcipiendis tributis fiſcalibus a Romanis Imperatoribus in provincias allegabantur. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 471. *n.* 9. L. Tauricio Allectori Galliæ. *Ibid. pag.* 375. *n.* 3. L. Bæbio Allectori Galliarum, ob Allecturam fideliter adminiſtratam, &c.

Allectūra, æ, f. munus Allectoris. V. vocem præcedentem.

Allectus, vel adlectus, a, um, *aggiunto*, ab allego, is. Allecti ſcenæ, erant adjuncti Comœdorum numero. *Vet. Inſcrip.* L. Arnero Adlecto. ¶ Allecti in Senatum dicebantur ii, qui ad augendum Senatorum numerum ex equeſtri ordine aſſumebantur, qui etiam Conſcripti dicti ſunt. *Suet. Auguſt. c.* 2. Ea gens allecta in Senatum, mox a Serv. Tullo in patricias gentes tranſducta. *Id. in Ner. c.* 1. Allecti inter Patricios.

Allectus, a, um, ab allicio, *allettato*, ut allectus conſuetudine peccandi, apud *Quintil. l.* 7. *c.* 3.

Allegatio, onis, f. 3. *il mandare*, מלאכות, Germ. *botſchafft*, παρεγγελία, legatio privata, qua aliquis mittitur ad aliquem. *Cic.* 3. *Ver. c.* 16. Quibus allegationibus illam tibi legationem expugnavit? *id eſt*, amicorum interceſſionibus, & velut legationibus. ¶ Sumitur & pro excuſatione quæſita, quippiam citando, atque allegando. *Marcian. D. l.* 23. *tit.* 2. *leg.* 63. Falſis allegationibus ſe a tutela excuſare. ¶ Item pro citatione. *D. de minoribus*, *leg.* 17.

Allegatus, us, ui, allegatio. *Plaut. Trinum.* 5. 2. 18. Allegatu meo venit, *mandato da me*.

Allēgo, as, a. 1. lego, mitto, *allegare*, *mandare ad alcun luogo*, שלח, Ger. *abſertigen*, *oder ſchicken*, Gal. *envoyer en quelque lieu*, Hiſp. *embiar perſona a algun lugar*, παραπέμπω, eſt mittere ad aliquem locum, vel hominem; ſed privatim; nam publice, *legare*, dicimus. *Plaut. in Caſ.* Ea me allegavit, qui iſtam accerſerem. *Cic. pro Roſc.* Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne ad Syllam adirent. ¶ Uſurpatur etiam pro cauſari, proferre, adducere, citare, ἐπάγειν, προσφέρειν, παρίεσθαι. *Plin. in præf. hiſt. nat.* Allegare exemplum. ¶ Item pro ſignificare, nunciare. *Plin. Paneg. Trajan. c.* 70. Hoc Senatui allegandum putavit. ¶ Item pro aſſerere, apud JCtos, ut allegare ſe ex ſervitute. *Ulp. Dig.* 40. 12. 27.

Allĕgo, gis, a. 3. *aggiugnere*, ברה, כהר, Ger. *herzu nemmen*, *in ein geſellſchafft auffnemmen*, ἐπιλέγεσθαι, quaſi juxta lego, adſcribo, annoto. *Liv. l.* 10. *c.* 6. Quia de plebe allegebantur. *Suet. Cæſ. c.* 41. Senatum ſupplevit, Patricios allegit. *h. e.* legit quos patricios faceret.

Allegoria, f. 1. ἀλληγορία, cum acc. in pen. Lat. Inverſio, Tropus eſt ex pluribus Metaphoris, quo aliud verbis, aliud ſenſu oſtenditur. *Virg.* 3. *Ecl.* Claudite jam rivos pueri, ſat prata biberunt. id eſt, Definite jam plura canere, quia ſatis audivimus. Uſus eſt hac voce *Arnob. lib.* 5. *p.* 186. Allegoriarum explanationes. Nam quod ex *Cic.* affertur, *Att. l.* 2. *ep.* 2. *allegoriis obſcurabo*, in meliorib. libr. græce, ἀλληγορίαις, ſcriptum eſt.

Allegorĭce, adv. per allegoriam, *allegoricamente*. *Tertul. adv. Marc. l.* 3. *c.* 5. Duo argumenta allegorice cucurriſſe. *Arnob. l.* 5. *p.* 183. Allegorice ſcripta.

Allegorĭcus, a, um, *allegorico*, ἀλληγορικὸς, quod per allegoriam ſignificatur. *Arnob. l.* 5. *p.* 183. Lex allegorica tenebroſis ambagibus explicata.

Allegorizo, as, n. 1. allegoriis utor. *Tertull. de reſurrect. carn. c.* 27. & *Hieronym. epiſt.* 61. *ad Pammach. cap.* 3.

Allelu-jah, הללו יה, Hallelu-jah, duæ dictiones ſunt, quibus ſignificatur, Laudate Dominum. *Allelu* enim, ut *Auguſtinus* ait, imperativi modi eſt, & ſignificat *laudate*, *Jah* vero, ut inquit *D. Hier.* apud Hebræos unum eſt de decem Dei nominibus. *Prud. Cathamer.* 4. 72.

Allevamentum, n. 2. *ajuto*, *alleggiamento*. *Cic. pro Syll. c.* 23. In adverſis ſine ullo remedio, atque allevamento permanere.

Allevatio, f. 3. *alleggiamento*, מאסר, Ger. *leichterung*, Gal. *allegeance*, *allegement*, Hiſp. *a quella ebra de aliviar*, *follevar*, ἀναπάυσις, verbale, doloris mitigatio. *Cic. Fam.* 5. Nullam allevationem quiſpiam ſperare debeat. ¶ Item *levitas*. *Id. l. de Fin. c.* 12. Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis eſſe ſolet, ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio conſoletur.

Allevātor, oris, qui allevat. *Tertull. adv. Marc. l.* 4. *c.* 36. Deſtructor ſuperborum, allevator humilium.

Allĕvo, as, a. 1. *levare in alto*, *alzare*, נשא, רוים, Ger. *erleichtern*, *lindern*, *in die hohe heben*, Gal. *elever*, *alleger*, Hiſp. *aliviar*, *follevar*, ἐπαίρω, ſublevo, in altum tollo, vel de imo, & ubi quid jacet, vel projectum eſt, ſurſum levo. *Quint.* 11. 3. Quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus allevarentur. ¶ Eſt etiam levius reddere. *Cic. pro Sex. Roſc.* Hoc onus, ſi vos aliqua ex parte allevabitis, feram, ut potero. ¶ Translate eſt lenire, mitigare, recreare, ſublevare. *Quint. declam.* 1. Non petit, ut afflictum allevetis. *Cic. de Clar. Or.* Quod aliqua ex parte ſollicitudines allevaret meas. ¶ *Floro l.* 4. *c.* 2. translate allevari dicuntur qui ſuperbiunt, & efferuntur. ¶ Allevare ſe, apud *Plaut. Perſ.* 2. 5. 3. eſt, habere bonum animum. Ubi tamen al. leg. *alluat*, ideſt ſolvat, liberet.

Allex, icis, allector, qui allicit, *allettatore*. Allex viri, apud *Plaut. Pœn.* 5. 5. 31. eſt qui ſibi virum quærit.

Allia, m. 1. *Caminate*, & *Rio de Moſſo*, fl. Sabinorum, qui a Cruſtuminis montibus in Tiberim apud Eretum opp. fluit. Abeſt a Roma 16. M. P. Ibi Romani magna ſtrage a Senonibus cæſi ſunt. Hinc dies *Alienſis*, ideſt, infauſtus.

Alliatum, *agliata*, ἐσκορδισμένον, ab allio admixto, pulmentarii, & intinctus genus eſt. *Plaut. Moſtell.* 1. 1. 45. Sine, me alliato fungi fortunas meas. Alii legunt *Alliatum*, id eſt ex allio comeſo olentem. Gloſſæ Petronianæ ad vocem Scordalus: ſcordalus, homo alliatus, &c. a σκόροδον, allium, quo frequenter nautæ utebantur.

Allicefactus, a, um, allectus, *allettato*. *Suet. Vitell. c.* 14. Omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatem imperii allicefactos occidit.

Allicĭo, cis, exi, ectum, allecto, invito, capio, capto, prolecto, traho, duco, attraho, induco, excito, titillo, illicio, *allettare*, *adeſcare*, *luſingare*, *invitare con luſinghe*, פתה, Ger. *zuhin reitzen*, *zuhin locken*, *zubrinbingen*, Gal. *attraire*, *allecher*, *affviander*, Hiſp. *atraer con algo*, ἑφελκύω, ἑπάλυμαι, ex ad, & lacio, eſt blanditiis attrahere, ſive potius invitare. *Cic. pro Planc.* Allicere voluntates alienas, retinere partas. *Ovid. 6. Faſt. v.* 681. Alliciunt ſomnos tempus, motuſque, merumque.

Allīdo, dis, a. 3. *percuotere inſieme*, רטש, Ger. *auff ſtoſſen*, Gal. *heurter contre*, *froiſſer en heurtant*, Hiſp. *herir una coſa a otra*, προσκρούω, ἐπερείδω, ad aliquid impingere, ex ad & lædo, ut allidere caput oſtio, vel ad oſtium. *Catull. epigr.* 65. *v.* 67. Ipſius ante pedes fluctus ſalis allidebant. *Cæſ.* 3. *B. C. c.* 27. Allidere aliquid ad ſcopulos. *Lucret. l.* 4. *v.* 296. Allidere aliquid alicui rei. ¶ *Allidi*, translate eſt damno affici. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. In quibus, me perlubente, Servius allifus eſt. Et *Colum. l.* 1. *c.* 3. Si fundus prævaleat, allidi dominum. *h. e.* jacturam facere.

Allienſis, ſe, adjectiv. ab Allia, Italiæ fluv. ut Allienſis pugna, apud *Cic. ad Att. l.* 9. *epiſt.* 5. Allienſis dies, ex clade funeſtus, & damnatus apud Roman. *Liv. l.* 6. *c.* 1. ¶ Ad alios etiam dies lugubres & infauſtos transfertur. *Cenotaph. C. Cæſaris Piſan. v.* 26. Diem eum, quo die C. Cæſar obit, qui dies eſt A. D. VIII. Kal. art. pro allienſi lugubrem memoriæ prodi.

Allifa, vel Allipha, vel Alifa, æ, f. 1. urbs prope Vulturni ripam, juxta Æſerniam, *Alifi*. *Liv. l.* 8. *Silius l.* 8.

Allifanus, a, um, adject. poſſeſſiv. ab Allifa, ut Allifanus ager, *Silio l.* 12. ¶ *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 39. Invertunt Allifanis vinaria tota. *h. e.* Allifanis poculis, ager enim Allifanus optimum vinum producit.

Alligatio, onis, verbal. actus alligandi, πρόδεσις, *legamento*. *Colum. l.* 9. *c.* 2. Arbuſtorum alligatio.

Alligātor, oris, *legatore*, qui alligat, προσδετὴς. *Colum. l.* 4. *c.* 13. Sequitur alligatoris cura, cujus officium eſt, ut rectam vitem producat in jugum.

Alligatūra, æ, *legatura*, ἐπίδεσις, alligatio. *Colum. c.* 8. *de Arborib.* Infra inſitionem, & alligaturam leviter vitem vulnerato.

Alligātus, a, um, nomen ex particip. *legato*, *unito*. *Cic.* 2. *Att. ep.* 18. Cum videas Civitatis voluntatem ſolutam, virtutem alligatam. Et *pro Cluent. c.* 64. Alligatus nuptiis. ¶ Alligati, abſolute, viliores ſervi dicebantur. *Colum. l.* 1. *c. ult.* Vincta plurimum per alligatos excoli. Iidem dicebantur etiam *deligati*.

Allĭgo, as, a. 1. devincio, aſtringo, *legare a qualche coſa*, Ger. *anbinden*, Gall. *allier*, *lier*, Hiſp. *atar alguna coſa a otra*, ἀπαρτάω, ad aliquid ligo, ut Alligare vitem palis, vel ad palos. *Colum. l.* 2. Arbuſtivam vitem, antequam putes, alligare diligenter oportet. ¶ Sæpe accipitur pro ſimplici ligo, ut Alligare vulnus. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 17. ¶ Per translationem eſt obſtringere, obnoxium facere. *Cic. pro Rab.* Lex omnes mortales alligat. ¶ Similiter quis dicitur alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poteſt: exemp. grat. adoleſcens alligatur ad amicam, qui vix ab ea diſcedit. ¶ Alligari in aliqua re, plus eſt aliquanto, quam impediri. *Cic. ad Att. l.* 8. *ep. ult.* Cedendum celeriter eſt, ne forte qua in re impediar, atque alliger. ¶ *Ter. Eun.* 4. 7. 30. Hic furti ſe alligat. *h. e.* reum facit.

Allĭno, vel adlino, is, levi, itum, a. 3. *ungere*, טוח, כשח, Germ. *ſchmieren*, *anſalben*, Gal. *oindre froter en oignant*, Hiſp. *untar una coſa a otra*, ἐπιχρίω, inungere, & ungendo rem alicui inducere, ex ad, & lino. *Plin.* Sunt, qui leporino coagulo dentem allinant. Adde *Horat. de ar. poet. v.* 445. ¶ Translate, allinere alteri vitia ſua dixit *Sen. epiſt.* 7. h. e. vitiis ſuis alterum inficere. *Cic. Verr.* 2. *c.* 6. Nulla nota, nullus color, nullæ ſordes videbantur his ſententiis allini poſſe.

Allīſio, onis, verbal. ab allido, actus allidendi. *Trebell. Poll. in tyranno Mario*, *c.* 8. Multa duorum digitorum alliſione contrivit.

Allīſus, a, um, *ammaccato*. *Cæſ. B. C. l.* 3. *c.* 2. Pars ad ſcopulos alliſa interficitur.

Allium, ii, *aglio*, שום, Ger. *Knobloch*, σκόροδον, genus oleris, quo veſcimur, graviſſimi odoris. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Allium ad multa medicamina prodeſſe creditur. *Virg. Ecl.* 2. Allia, ſerpyllumque herbas contundit olentes. ¶ *Allia ne comedas*, *& fabas*; proverb. ideſt, a militia, & foro abſtine. ¶ Allium olet: in ruſticum dicitur, cui theriaca allium eſt. *Taubm. in Plaut. p.* 517. ¶ Allii caput ex ſuperſtitione credebant Veteres ad multarum noxarum depulſionem valere. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 188. ¶ Allium cum ſale obſignare, proverbio dicitur de præparcis & tenacibus. *Plaut. Perſ.* 2. 3. 15.

Allobröges, & Allobryges, m. 3. nunc Sabaudienſes, *Savoiardi*, Ger. *die Saphoyer*, ἀλλόβριγες, pop. Gall. Narbon. inter Hiſaram fl. Alpes Grajas, Lacum Lemanum, & Rhodanum fl. quorum caput eſt Vienna, & Regia Sabaudia. Differunt a Delphinatibus, quia Vienna tantum, & Gratianopolis ex urbibus in Delphinatus Allobrogibus numerantur. ¶ *Horat.* ſingulari numero extulit, *Epod.* 16. Noviſque rebus infidelis Allobrox. ¶ Hinc

Allobrogĭcus, a, um, o. 1. 2. quod ad Allobroges ſpectat. *Plin. l.* 14. *c.* 2. de vini generibus, Eugenia ferventibus locis, Rhætica temperatis, Allobrogica frigidis.

Allocutio, onis, ab alloquor, alloquium, παραμυθία, προσφώνησις. *Plin. l.* 2. *ep. ult.* Mutat perſonam, vertit allocutionem. ¶ Sæpius conſolationem ſignificat, quemadmodum & alloquium: ita enim & Græci παραμυθίας voce utuntur. *Senec. conſolat. ad Helv. c.* 1. Novis verbis, nec ex vulgari allocutione ſumptis opus erat homini ad conſolandos ſuos.

Allodium, res libera, & propria alicujus; item hæreditas, quam vendere, & donare poſſum. ¶ Barbarum vocabulum eſt, a Gothis introductum.

Allophylus, ἀλλόφυλος, alienigena. *Prudentius* latine græcam vocem aliquoties ſcripſit, ut *Hamartig. v.* 500., & in *Diptych. de Samſone*. Utrobique penult. corripuit contra naturam græcæ vocis, quod etiam a *Paulino* factum *in Natali* 8. *v.* 71.

Alloquĭum, ii, n. 2. *parlamento con un altro*, πρόσφθεγμα. *Liv.* 1. *ab urb. c.* 34. Blando alloquio, & comitate invitare. ¶ Sumitur & pro conſolatione, ut allocutio. *Horat. Epod.* 13. Omne malum vino cantuque levato Deformis agrimoniæ Dulcibus alloquiis.

Allŏquor, eris, *parlare*, דבר, Ger. *anreed*, *aſprechen*, Gal. *parler a quelqu'un*, Hiſp. *hablar a alguno*, προσλαλέω. *Plaut. Amph.* 1. 1. 232. Alloqui te perpetuo liceat, obſecro. ¶ Sumitur interdum pro conſolari. *Varro l.* 5. *c.* 7. *L. L.* Allocutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquam locutum conſolandi cauſa.

Allubentia, æ, vel adlubentia, *prontezza*, *il far volentieri*, προθυμία. *Apul.*

Apul. l. 1. A. A. princ. Jam allubentia proclivis eſt ſermonis, & joci. *Al. aliter leg.*

Allubeſco, is, eſcĕre, ſive adlubeſco, *placere*, יאש, Ger. *gehorchen*, *gerathen*, Gal. *etre agreable*, Hiſp. *hazer de gana*, lubens facio, obedio, faveo, conſentio, *far volentieri*, ἐπαίνω, προθύμως ἔχω. *Plaut. Mil.* 4. 2. 13. Nitida fœmina jam mihi adlubeſcit.

Alluceo, ſive adluceo, es, xi, ere, ἀστεράπτω. *Suet. in Vitell.* Flagrante triclinio ex conceptu camini &c. inquit: Bono animo eſtote, nobis alluxit. *Sen. ep.* 92. Niſi aliquis ignculus alluxerit. ¶ Translate *Auguſtin. Conf. l.* 11. *c.* 23. Allucente miſericordia tua Domine.

Allucinatio, Allucinor, V. Alucinor.

Allucita. V. Alucita.

Alludio, as, avi, idem quod alludo, blandior. *Plaut. Stich.* 2. 3. (*al.* 2. 2.) 58. quando adbibero, alludiabo. Et *Pœn.* 5. 4. 64. Tu alludiato.

Alludo, is, ſi, ſum, n. 3. *alludere*, *far feſta*, אחק, Ger. *ſchimeffen*, *ſcherzen*, Gal. *jouër*, *faire alluſion*, Hiſp. *burlar mirando a otra coſa*, προσπαίζω, quaſi ad aliquem ludo, & ludendo alicui blandior, ut pueri, & canes faciunt. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Delphinus alludens natantibus. *Terent. Eun.* 3. 1. 34. Alludere ad aliquem. ¶ Eſt item alludere, ut ſcribit *Val. lib.* 4. cum aliud dicimus, & ad aliud ſententiam latenter referimus. *Virg. 7. Æn. v.* 116. Nec plura alludens. Adde *Suet. in Cæſ.* c. 22. ¶ Eſt etiam alludere, favere. *Sen.* Cum tibi alludit hujus vitæ proſperitas. ¶ Alludere Philoſophiæ, apud *eund. ep.* 73. eſt, quaſi per ludum tractare Philoſophiam. ¶ *Alludere aliquem* pro *ad aliquem*, omiſſa præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. *Nemeſian. Ecl.* 4. *v.* 10. nec eſt animus ſolitos alludere fontes. *h. e.* ludere apud ſolitos fontes.

Alluo, is, a. 3. *bagnare*, *ſcorrere vicino*, נגה, Ger. *anfliefſen*, *firuber flieſſen*, Gal. *couler aupres*, *arrouſer*, Hiſp. *lavar con avenida*, ἐπικλύζω, juxta fluo, allabor, ex *ad*, & antiquo verbo *luo*, quod eſt ejuſdem ſignificationis, ac lavo. De aquis proprie dicitur. Maria enim, & flumina alluere dicuntur loca, ad quæ feruntur, quæve præterfluunt. *Cic. 7. Verr. c.* 37. Non alluuntur a mari mœnia extrema. ¶ Translate *Id. pro Flac. c.* 26. Urbs Barbariæ fluctibus alluitur.

Allus, vel Hallus, i, m. *il dito groſſo del piede*, pollex pedis ſcandens ſuper proximum digitum: ab ἀλλεσθαι, ſalire, quod velut inſiluiſſe in alium videatur. *Feſtus*.

Alluſio, onis, f. *ſcherzo*, *giuoco*, luſus cum aliquo. *Arnob. l.* 7. Si manu viperam mulceas, nihil prodeſt illa alluſio.

Alluvies, f. 5. & Alluvio, onis, *inondazione*, שטף, Ger. *uberlauffung*, *waſſer flut*, *guſſbach*, Gal. *ruine d'au*, *debordement d'eau*, Hiſp. *avenida de agua*, πρόσκλυσις, immoderata aquarum violentia, vel pluvialium, vel fluvialium, quæ agros inundat, & ſæpe confundit, deripit, deſtruit. *Colum. l.* 3. *c.* 11. Valles, quæ fluminum alluvie, & inundationibus concreverint. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 38. Jura alluvionum, & colluvionum. ¶ Quandoque accipi videtur pro ipſo loco, quem flumen alluvione fecerit, vel quem flumen alluit. *Liv. l.* 1. *c.* 4. In proxima alluvie pueros exponunt. ¶ Cum pars alicujus agri impetu, & alluvione fluminis aggeritur in alium agrum, tunc cedit in poſſeſſionem ejus, cujus eſt ager. Unde *Lucanus*: Illos terra fugit dominos; his jura colonis accedunt, donante Pado.

Alluvius ager a veteribus dicebatur, quem paulatim flu. in agrum reddit. Ex *Vetere Grammatico pag.* 293. *Goeſii*.

Almities, almarum rerum habitus. *Feſtus*: h. e. decor, decora forma. εὐπρέπεια.

Almo, onis, m. 3. *Dachia*, & *il Rio d'Appio*, flu. agri Romani, prope portam Capenam, ex via Appia in Tiberim labens, in quo Sacerdotes Cybeles Deæ ſimulacrum, & cultros ſanguinolentos, & ſua vulnera ſolebant abluere. *Ovid. 4. Faſt. v.* 337. ¶ Almo etiam Deus illius fluminis, pater Laræ Nymphæ, ex qua Mercurius Lares genuit. Fabulam narrat *Ovid. Faſt.* 2 *v.* 599.

Almon, ἄλμων, ſeu Elmon, opp. Theſſaliæ. *Plin. l.* 4. *c.* 8. ¶ Eſt item nomen Paſtoris. *Virg. 7. Æn.*

Almus, a, um, ſanctus, auguſtus, *almo*, *ſanto*, *nutritore*, אומן, Ger. *das ernehret*, *heilig*, Gal. *qui nourrit copieuſement*, Hiſp. *lo que mantiene*, βρίμω, quod alit, ab alendo. *Col. l.* 3. *c.* 22. Quibus alma tellus annua vice, &c. Sic alma Ceres, alma Venus. ¶ Accipitur item pro ſancto. *Cic. Offic.* O fides alma. ¶ Pro tranquillo, claro, illuſtri, ut Lux alma. *Virg. Æn.* 5. Si nona diem mortalibus Almum Aurora extulerit.

Alneus, a, um, adject. *di ontano*, ex alno qui eſt. *Vitruv. l.* 5. *c. ult.* Locus palis alneis configatur.

Alnus, f. 2. κλήθη, αἴγειρος, *alno*, *ontano*, arbor aquoſis locis gaudens, ex qua primum factæ ſunt lyntres, dicta, quod amne alatur. Naſcitur enim juxta fluvios. ¶ Apta eſt navigiis, quod aquis obruta diu non corrumpitur. *Lucr. l.* 3. *v.* 442. Et fluctibus aptior alnus. Hinc pro navi quandoque poni ſolet. *Virg.* 1. *Georg.* Tunc alnos primum fluvii ſenſere cavatas. ¶ Poetæ fabulantur ſorores Phaethontis in has arbores mutatas fuiſſe. *Ovid.* 2. *Met. Virg. Ecl.* 6.

Alo, alis, alui, alitum, vel altum, a. 3. *nutrire*, אמן, Ger. *ernehren*, *erhalten*, Gal. *nourir*, Hiſp. *criar mantener*, βόσκω, educo, nutrio, alimentis ſuſtento. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Omnia, quæ aluntur, & creſcunt. ¶ Transfertur & ad res incorporeas, pro augere, & majus facere, *acreſcere*, ut Honor alit artes. *Cic. Catil.* 1. *c. penult.* Spem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt. ¶ Sic alere morbum, vulnus, vitium, audaciam, ſpem, gloriam, paſſim apud *Cic.* & alios. ¶ Alere pro augere, *Horat. l.* 4. *od.* 2. Monte decurrens velut amnis, imbres Quem ſuper notas aluere ripas. ¶ Duo habet participia, *altus* & *alitus*. *Cic. de Cl. Or. c.* 10. Urbs, in qua nata, & alta eſt eloquentia. *Liv. l.* 30. *c.* 28. Annibale alito, atque educato inter arma.

Alŏe, aloes, f. *aloè*, אהלות, Ger. *aloe*, Gal. *herbe tres amere*, *de laquelle le jus s appelle aloè*, Hiſp. *hierva baboſa*, ἀλόη, herba amariſſimi ſucci, ſed odoris ſuaviſſimi, foliis pinguibus, & craſſis, & in modicam latitudinem ſe fundentibus, iiſque ſtriatis, & in ſpinulas retuſas deſinentibus. Gignitur in India, & in Arabia. Vulgo ſempervivum marinum vocatur. Reſiſtit vermibus, & putredini, & viſui utilis eſt. ¶ Ad rem ingratam, & moleſtam transfertur. *Juven. Sat.* 6. *v.* 180. *de forma ſuperba*. Plus aloes, quam mellis habet.

Aloeus, m. 2. ἀλωεύς, triſyllabum, nomen gigantis, Titanis, & Terræ filii, cujus filii dicuntur Martem vulneraſſe. *Lucan. l.* 6. *v.* 410. Impius hinc prolem Superis immiſit Aloeus.

Alogia, ἀλογία, Græcis ea pars animi eſt, quæ rationis eſt expers. ¶ In Latium traduxit *Seneca in ludo de morte Cæſaris*, & *alogias* pro ſtultiloquiis, ſeu ineptiis poſuit: Citius, inquit, mihi verum, ne tibi alogias excutiam. *Auguſt. epiſt.* 86. *ad Caſulanum*. Quid eſt alogia, niſi cum epulis indulgetur, ut a rationis tramite devietur?

Alŏgus, a, um, ratione carens, ἄλογος, *Auguſtin. epiſt.* 86. & *Martian. Capell. l.* 6. & 9.

Aloïdæ, arum, patron. ab *Aloeus*, ideſt Otus, & Ephialtes Aloei filii. *Virg. Æn.* 6. *v.* 582. Hic & Aloidas geminos, immania vidi corpora.

Alopecias, m. 2. piſcis marini genus, apud *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Alopecia, f. 1. *pelaja*, *tigna*, ἀλωπεκία, morbus in capite humano, & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluvie capillorum; dicta eſt a vulpe, quam Græci vocant ἀλώπεκα, quod ea crebro id genus morbi patiatur. Uſurpatur plerumque in plur. num. *Plin. l.* 20. *c.* 5. & 22. & *l.* 22. *c.* 21. &c. ¶ In ſingulari numero habetur apud *Theodor. Priſcian. l.* 1. *c.* 6.

Alopeciōſus, a, um, capillorum profluvio laborans. Legitur in *lemmate c.* 6. *l.* 1. *Theod. Priſciani*.

Alopecūrus, ἀλωπέκουρος, f. 2. *coda di volpe*, herba ſpicam habens mollem, & lanuginem denſam, non diſſimilis vulpium caudis, unde & nomen habet. *Plin. l.* 21. *c.* 17.

Aloſæ, f. 1. Ger. *meyfiſe*, *helft*, Gal. *alofen*, Hiſp. *favalas*, τρίγωνα, piſces, iidem, ac clupeæ, vel triſſæ. *Auſon. Moſella*, *v.* 127.

Alpes, ium, f. *Alpi*, Ger. *Alpengeburg*, ἄλπεις, montes excelſi, qui Italiam ſeparant a Gallia, & Germania, dicti a candore nivium, quia perpetuis fere nivibus albeſcunt, lingua Sabinorum, qui alpum dixere, quod poſteri Latini album. ¶ *Celſi* ſententia in longitudinem centum millia paſſuum patent a ſupero mari ad inferum, ut *Livius* ſcribit, tria millia ſtadiorum. ¶ Multiplices Alpes ſunt, & varia pro locorum diverſitate ſortiuntur nomina, Maritimæ, ſeu Litoreæ, Cottiæ, Graiæ, Pœninæ, Summæ, Lepontiæ, Rhæticæ, Tridentinæ, vel Noricæ, Juliæ, vel Carnicæ, V. infra *Alpis*.

Alpha, ἄλφα, nomen primæ Græcorum litteræ. Unde pro principe accipitur. *Martial. l.* 5. *epigr.* 27. Codrus alpha penulatorum. *hoc eſt*, primum tenens locum inter pauperes.

Alphabētum, i, *alfabeto*. Legitur hæc vox in titulo *c.* 10. *l.* 37. *hiſt. natur. Plin.* & apud *Tertull. adverſ. hæret. c.* 50.

Alpheās, ădis, f. 3. ἀλφειάς, dicta eſt Arethuſa, ab Alpheo fluvio, *Ovid. Metam. l.* 5. Tum caput Eleis Alpheias extulit undis. V. Arethuſa.

Alphesĭbœa, æ, mulier Phegei filia. *Propert. l.* 1. *Eleg.* 17. Alphesibœa ſuos ulta eſt pro conjuge fratres. Ad quem locum addit *Muretus*, hoc nomine appellatas fuiſſe omnes elegantioris formæ puellas, quaſi quæ reperirent procos, qui ipſis boves darent dotis nomine. Ἀλφεῶν enim eſt reperire, & βοῦς bos.

Alphēus, m. 2. per tres ſyllabas, vel Alpheius, *Orfea*, *Carbon*, *Davbon*, ἀλφειός, fl. Peloponneſi, qui ex Stymphalo monte per Arcadiam, & Elidem regiones in ſinum Chelonitem ad Occi. apud Triphyliam urbem influit, ac Olympiam alluit, ab ejus oſtio 80. ſtadia diſtantem. Dictus eſt ab ἀλφός, quæ eſt ſpecies vitiliginis albæ, quia ejus aqua maculas ejuſmodi tollere creditur. *Strab. l.* 6. & *Paſuf. l.* 5. poetarum fabulam ſecuti tradunt, Alpheum occultis meatibus ſubter mare labi, & Arethuſæ fonti apud Syracuſas urbem Siciliæ miſceri. V. Arethuſa. ¶ Alphei aqua Jovi gratiſſima exiſtimata eſt; Qua de cauſa Jovis Olympii ſtatua ea aſpergebatur, & ſacrificiorum cineres abluebantur: Unde ſacer Alpheus dicitur a *Seneca in Medea*, *v.* 121.

Alphēus, a, um, adject. *Virg. Æn.* 10. *v.* 179. Alpheæ ab origine Piſæ.

Alphito, V. in Acco.

Alphius, vel Alfius, fœneratoris nomen, apud *Horat. Epod.* 2. Hujus dicitur illa eſſe ſententia, vel optima nomina non appellando fieri mala. *Colum. l.* 1. *R. R. c.* 7.

Alphos, m. 2. ſpecies vitiliginis. *Celſ. l.* 5. *c. ult.* Vitiliginis tres ſpecies ſunt: ἄλφος vocatur, ubi color albus eſt, fere ſubaſper, & non continuus, ut quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. *Et paulo poſt*. Eos, quos Alphos vocari dixi, &c.

Alpīcus, a, um, qui Alpes colit, ſeu habitat. *Nepos in Annibale c.* 3. Alpicos conantes prohibere tranſitum concidit. Al. leg. *Alpinos*. *Vet. Inſcript.* apud *Spon. Miſcell. p.* 84. Per montes Alpicos.

Alpīnus, a, um, adject. poſſeſſ. ad Alpes pertinens, *Alpino*. Alpinæ gentes, apud *Liv. l.* 21. *c.* 43. Alpina juga apud *Claudian. IV. Conſ. Honor. v.* 105.

Alpīnus, malus quidam Poeta fuit, qui Memnonis Auroræ filii bella ſcripſit. De eo *Horat.* Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona.

Alpis, is, in ſingulari, pro Alpes in plurali invenitur apud Poetas. *Ovid. l.* 3. *de arte am. v.* 140. *Lucan. l.* 1. *v.* 688. & *l.* 3. *v.* 299. *Juven. Sat.* 10. *v.* 152. *Sidon. Carm.* 16. *v.* 95. Præruptis porrectæ in rupibus Alpis. ¶ Idem *Sidon.* uſurpavit etiam pro quovis monte excelſo *Carm.* 2. *v.* 510. *de Athos*, quem Xerſes pertodit: Turgida ſylvoſam currebant vela per Alpem. Sic *Carm.* 9. *v.* 44. *de eod.* ¶ *Prudent. in Paſſione Laurentii v.* 438. etiam Pyrenæos Alpes vocavit.

Alſienſis, e, ad Alſium oppidum pertinens, ut Alſienſis ager, apud *Cic. pro Mil. c.* 20.

Alſietinus, a, um, adject. *Alſietinus lacus*, nunc *lago di Martignano*, eſt in Etruria, ex quo concipiebatur ductus aquæ Alſietinæ, de qua *Frontin. de Aquæd. artic.* 11. & 71. ¶ Hæc aqua dicta eſt Auguſta, quia ab Auguſto perducta fuit. *Frontin. cit. artic.* 11. V. doctas, & laboriosas adnotationes *Jo. Poleni ad cit. artic.* 71.

Alſine, nes, f. 1. ἀλσίνη, herba, quam muris auriculam Itali, Galli *mouron* vocant, quod hortorum muris delectetur. *Plin. l.* 26. *c.* 4.

Alſiōſus, o. 1. 2. *freddoloſo*, ψυχεὶς, qui eſt natu æ trigentis, quique a frigore læditur. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Abrotonum, & adonium alſioſa admodum ſunt. Sic alſioſum pecus *Varro* dixit *l.* 2. *R. R. c.* 3.

Alſium, *Cevi*, vel *Cere* (aliis *S. Severa*) opp. & Col. Etruriæ, apud oram lit. a Roma 25. M. P. in Occ. Centumcellas verſus.

Alſius, a, um, Alſienſis, ideſt, qui eſt ab Alſio opp. *Rutil. Itinerar. v.* 223. Alſia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt.

Alſius, a, um, idem quod alſioſus; & ſicut ab ebrius ſit ebrioſus, ita ab alſius, alſioſus. *Lucret. l.* 5. *v.* 1014. Ignis enim curavit ut alſia corpora frigus, &c.

Alſus, a, um, frigidus, *freddo*, *freſco*. Comparativo aliquoties uſus eſt *Cic.* ut *ad Att. l.* 4. *ep.* 8. de Antio oppido; Nihil quietius, nihil alſius, nihil amœnius. Et *ad Fr. l.* 3. *ep.* 1. Apodyterio nihil alſius, nihil muſcoſius. ¶ Poſitivum *alſus* non eſt in uſu.

Altānus, m. 2. *vento da terra*, Ger. *ein vvind auſs dem erdtricher*, genus venti, ſive flatus e terra conſurgentis. *Plin. l.* 2. *c.* 43. Videmus & alios ventos, quos vocant Altanos, e terra conſurgere.

Altāre, is, *altare*, מזבח, Ger. *ein altar*, βωμός, ara, in qua ſacrificatur: ab altitudine ſic dictum eſt. Altaria enim Superis tantum Diis ponebantur; aræ Superis juxta, & Inferis; Et Superis quidem a terra elevata erigebantur; Terreſtribus humi, Inferis terra effoſſa aræ conficiebantur. Quare per catachreſim uſurpavit *Virg. Ecl.* 8. Molli cinge hæc altaria vitta. Nam ſacra magica deſcribit, quæ Inferis Diis, non Superis fiebant. *Cic. de Aruſ. c.* 5. Ab altaribus religioſiſſimis fugatus. ¶ Aliquando altare eſt quod aræ imponitur, h. e. pars aræ ſumma, in qua exta cremantur. *Solin. c.* 9. *edit. Salmaſ.* Ara eſt in cacumine, Jovi dicata, cujus altaribus ſi qua de extis interuntur, &c. Sic *Prudent. in Romano*, *v.* 49. Altaris aram funditus peſſundare; ubi *Ign.* Aram planiciem interpretatur. *Vet. Gloſſ.* altare, ἐπιβωμίς, Itaque altare auguſtius quiddam & ſanctius, quam ara, eſt. ¶ Sæpe hæc vox ponitur in plurali numero, licet de uno tantum altari ſermo ſit. *Cic. Catil.* 1. *c.* 9. *Liv. l.* 21. *c.* 1. &c. ¶ *Prudentius* & *Altar* pro *Altare* poſuit

Hymn. 9. (vel 3.) *de S. Eulalia. v.* 211. Sic venerarier ossa libet, Ossibus altar & impositum. ¶ *Altarium*, pro *altare* habet *Sever. Sulpit. l.* 2. *hist. sacr. c.* 19. & *Hieronym. epist.* 83. *ad Ocean. sub fin.*

Altātus, a, um adject. *alzato. Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Per lineas Sol altatus extremas. Vox tamen est *Sidonio* relinquenda.

Alte, *altamente, profondamente*, בְּרוּם, Ger. *hoch, in der hohe*, Gal. *haussement, en haut*, Hisp. *alto*, ὑψοῦ, βαθέως, excelse, sublimiter. *Virg.* 6. *Æn.* Ergo alte vestigia oculis. *Cic. pro Cluent.* Proœmium alte petere. ¶ Sæpe profunde significat. *Liv. l.* 1. Ferrum haud alte in corpus descendit. *Cic. de Orat.* Alte cadere non potest, id est ex alto. ¶ Alte cinctus, apud *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. h. e. strenuus, fortis, minime mollis. ¶ Comparat. altius. *Virg. Georg.* 4. *v.* 285. Altius omnem expediam, prima repetens ab origine famam. ¶ Superlat. Altissime. *Plin. l.* 8. *ep.* 4. Ingenium altissime assurgit.

Altea, Oenei Regis Ætoliæ uxor, mater Tydei. *Serv.* 6. *Æn.*

Altegradius, vel Altegradus, qui alte graditur. *Tertull. de veland. Virgin. sub fin.*

Altellus, cognomen Romuli, vel quod in terra altus esset a lupa, vel quod rebus gestis excelsus, & gloriosus esset, vel quod a Tatio Sabinorum Rege in colloquium postulatus alternis vicibus adierit, ac locutus fuerit. Sicut autem fit per diminutionem a Macer, macellus, Vafer, vafellus, ita ab alter, vel alternus, altellus. *Festus.*

Alter, ra, rum, o. 1. 2. genit. alterius, *l' altro, l' uno di due*, אַחֵר, Ger. *der andere*, Gal. *l' autre, le second*, Hisp. *otro de dos, segundo en orden*, Græce ἕτερος, dicitur de uno ex duobus, sicut *alius* de pluribus; ut Annibal in transitu Alpium amisit alterum oculum. Sive de una duarum partium. *Cic.* Duplices similitudines esse debent, unæ rerum, alteræ verborum. ¶ Item ponitur pro secundo e duobus, pluribusve, ut Altero mense repudiavi uxorem, & Hic est alter annus belli Punici, idest, secundus a belli Punici origine. ¶ Interdum etiam tertium significat. *Ter. in Andr.* 1. 1. 50. Sed postquam amans accessit, pretium pollicens, unus, & item alter. Tres enim amatores erant. *Donat.* ¶ Aliquando pro adverso, & non bono, ut in Auguriis Altera appellatur avis, quæ utique prospera non est. *Festus.* ¶ Alter ego, pro homine mihi charissimo. *Cic. Attic.* Me ipsum accuso, deinde te quasi me alterum. ¶ Quando alter geminatur, prius idem est ac primus, posterius, secundus. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 7. Quorum alterum mihi facere necesse est, alterum facio libenter. ¶ Et cum hoc modo bis ponitur, si ad duo præcedentia referatur, sic accipi plerumq; debet, ut, servato ordine, prius priori, posterius respondeat posteriori, Nec tamen ordo semper servatur. *Cic. pro Quin.* Quæ res in Civitate duæ primum possunt, eæ contra nos ambæ faciunt, summa gratia, & eloquentia, quarum alteram (*eloquentiam*) vereor, alteram (*gratiam*) metuo. ¶ Alter junctus cum numeralibus iis, quæ Ordinalia appellantur, pro, primus, accipitur. *Cic. pro Mil. c.* 35. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, &, ut opinor, altera *h. e.* centesima prima. *Virg. Ecl.* 8. Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus, idest, duodecimus. Ubi tamen multi conteadunt, tertiumdecimum annum intelligendum esse. ¶ Aliquando tamen de pluribus usurpatur, & pro *alius* ponitur. *Plaut. Truc.* 1. 2. 58. Qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet. Sic *Hor.* 4. *Carm. od.* 10. Quoties te speculo videris alteram. *idest* aliam, dissimilem. ¶ Alterum tantum, pro tantumdem, *altrettanto. Liv. l.* 8. *Dec.* 1. Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur. Dicitur &, tantum alterum. *Id. l.* 1. Numero tantum alterum abjecit. Dicitur & Nemo alter, apud *Plaut. Epid.* 1. 1. 24. & Alter nullus. *Bacch.* 2. 3. ¶ *Alter*, ambove apud *Cic. Phil.* 7. Ut Consul alter ambove ad bellum proficiscerentur. ¶ Olim per primam, & secundam nominum inflexionem declinabatur: Unde apud *Plaut. Rud.* 3. 4. 44. Huic alteræ patria quæ sit, profecto nescio.

Alter, tĕris, sive altere, teris, vel melius halter, teris, m. 3. *palla di piombo, piombarolo*, ἁλτήρ, significat massam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasiis utebantur. *Martial. l.* 14. *epigr.* 44. Quid pereunt stulto fortes altere lacerti? Dictus est alter ab ἅλλομαι, quod est salio. Nam circumducebant alteres, dum saltando se exercerent. ¶ Hodie tali quadam librationc per plumbum utuntur funambuli.

Alteras, antiqui dicebant pro alias. *Fest.*

Altercabĭlis, le, qui per altercationem fit. *Arnob. l.* 5. *pag.* 156. Altercabilem sermonem conserere.

Alteratio, onis, *mutazione, alterazione*. Vox barbara est, & Philosophis relinquenda. Nam quod affertur ex *Quintil. l.* 10. *c.* 1. his verbis: Lectio non cruda, sed multa alteratione mollita: legendum profecto est, *iteratione*. V. Altero.

Altercatio, onis, verbal. contentio, disceptatio, διαδικασία, *altercazione, contesa di parole*, qualis erat inter actorem, & reum, ubi non perpetua oratione, sed interciss jurgiis sese mutuo petebant. *Cic. de Orat.* Nulla est altercatio clamoribus unquam habita majoribus. *Liv. l.* 35. *c.* 17. E disceptatione altercationem fecerunt. ¶ Significat etiam verborum contentionem extra judicia. *Cic. l.* 1. *nat. Deor. c.* 6. *in fin.* Oriri altercationem cum aliquo de aliqua re.

Altercātor, oris, qui altercatione utitur. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Bonus altercator vitio iracundiæ careat.

Alterco, as, & usitatius Altercor, aris, *altercare, contendere*, est pertinaciter aliquid contra aliquem defendere, contendere, jurgium cum aliquo habere, נצה, רוב, Ger. *hadern, zancken, balgen*, Gal. *batre l' un contre l' autre*, Hisp. *condender en disputacion*, διαδικάζομαι. *Teren. And.* 4. 1. Scio, cum patre altercasti dudum. *Liv. l.* 3. *c.* 68. Altercantur inter se mulierum ritu.

Altercum, sive altercagenum, ὀσχάμων, herba eadem, ac faba porcina. *Scribon. Larg. compos.* 181. & *Plin. l.* 25. *c.* 4.

Alternātim, *a vicenda, scambievolmente*, חֲלִיפוֹת, Ger. *eins umbs ander*, Gal. *l' un apres l' autre, par fois*, Hisp. *a las vezes uno, a las vezes otro*, ἀμοιβαίως, adv. per vices. *Claud. Quadrigar.* apud *Non. c.* 2. *n.* 64. Gaudium, atque ægritudinem alternatim sequi.

Alternatio, onis, *vicenda. Fest. Pomp.* habet, exponitque, per vices successionem. *Apul. in Trismegisto, p.* 95. Ordo & tempus innovationem omnium rerum per alternationem faciunt.

Alternātus, a, um, alterno ordine dispositus. *Senec. ep.* 44. Ex splendidis sordidisque alternata. Adde *Plin. l.* 29. *c.* 4.

Alterne, idem, quod alternatim. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Alterne mobilia. Adde *Senec. l.* 7. *quæst. natur. c.* 12.

Alternis, V. in Alternus.

Alterno, as, a. 1. *alternare, scambiare*, הֶחֱלִיף, Ger. *eins umb das ander machen, abwechseln*, Gall. *faire maintenant l' un maintenant l' autre, changer par fois*, Hisp. *dexir, o azer a vezes*, ἀμείβω, vicissim alterum duorum ponere. *Col. l.* 5. *c.* 6. Dabimus operam, ut pari ordine vernaculas, & atinias alterneimus. *Virg.* 4. *Æn. v.* 287. Hæc alternanti potior sententia visa est. h. est, alia, atque alia apud animum tractanti. *Ovid. Heroid. ep.* 6. *v.* 38. Alternant spesque, timorque fidem, hoc est, modo sperat, modo timet. ¶ *Plin. l.* 16. *c.* 6. Arborum fertilitas omnium fere alternat. *h. e.* altero quoque anno fructus parit. ¶ Passive *Id. l.* 18. *c.* 23. Terra nimis pinguis alternari potest. *h. e.* altero quoque anno ejus cultura intermitti potest.

Alternus, a, um, adject. *vicendevole*, חוֹלֵף, Ger. *einer umbden andern*, a nomine alter, quod fit alternis vicibus. *Cic. de Orat.* Pedes aut Heroos, aut Chorios, aut alternos esse oportet. ¶ *Alternis*, ablat. absolute, & quasi adverbialiter positum significat, vicissim, *a vicenda, or l' uno, or l' altro. Virg. Ecl.* 3. Alternis dicetis; amant alterna Camœnæ. Et *Georg.* 1. *v.* 79. Alternis facilis labor. *h. e.* agris intermissis. Et *ibid. v.* 71. Alternis cessare novales. *h. e.* altero quoque anno. ¶ Dicitur, & *alternis vicibus*, vel *alterna vice. Plin. l.* 9. *epist.* 33. *Senec. Hippolyt. v.* 1028. ¶ Alternas ripas, pro ambas, dixit *Papin. Stat.* 1. *Sil.* 3. *v.* 24.

Altĕro, as, *alterare, mutare*. Verbum minus latinum. Affertur ex *Ovid. Fast.* 1. *v.* 373. Ille suam faciem transformat, & alterat arte. Sed *Heins.* cum melioribus libris legit: *transformis adulterat arte*. In Glossis tamen, seu Onomastico veteri est *Altero*, ἑτερῶ.

Alterplex, *doppio*, a veteribus pro duplici positum invenitur. *Fest.*

Altertam, *o l' una, o l' altra*, pro *alterutram* veteres potuerunt. *Fest.*

Alterŭter, genit. alterutrius, & alterius utrius, *o l' uno, o l' altro di due*, זה או זה, Ger. *etwedere, einer auff deu zuvveyen*, Gal. *lun des deux, qui qu' il soit*, Hisp. *el uno, o l' otro de dos*, ἑκάτερος, alter ex duobus. *Cic. Divin. in Verr. c.* 18. Video necesse esse alterutrum. *Id. Act. l.* 10. *ep.* 1. Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset. Al. leg. alterius utrius. ¶ Reperitur etiam pro *uterque. Colum. l.* 12. *c.* 1. Cum victus & cultus humanus domi & sub tecto accurandus esset, necessarium fuit alterutrum, foris & sub dio esse, qui labore & industria compararet, intus qui tectis reconderet, atque custodiret.

Alteruterque, idem quod uterque. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Nec ullas res in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem: in causa alterutraque modus est. Ubi quidam legunt, *alterutrinque*.

Alterutrinque, V. Alteruterque.

Althæa, f. 1. *malvavischio*, Ger. *eibisch*, ἀλθαία, alterum ex malvarum generibus, sylvestre scilicet, cui grande folium, & radices candidæ. *Virg.* hibiscum, vulgus seplasiariorum bismalvam vocat. Dicitur ἀλθαία, ab ἀλθαίνειν, idest mederi, quasi medica. *Plin.* 20. 21.

Althæa, filia Thestii, uxor Oenei Calydoniæ Regis, mater Meleagri. *Ovid.* 8. *Met. v.* 447. V. Meleager.

Alticinctus, a, um, alte cinctas vestes habens: & dicitur de homine negotioso. Tales enim alte cingunt vestimenta, ut in opere sint expeditiores. *Phædr. l.* 2. *fab.* 5. Ex alticinctis unus atrienlibus.

Alticŏmus, a, um, altas habens comas. *Tertull. de judicio Dom. c.* 8. Nec sic alticoma est umbra crispata cupressus.

Altiliarius, ii, qui altiles aves nutrit, & faginat, qui & *fartor* dicitur. *Inscripc.* apud *Reinef. class.* 11. *n.* 33. Priscus aviarius altiliarius.

Altĭlis, & in plur. altilia, *tutte le cose, che s' ingrassano*, אבוס, Germ. *vvas mastet*, Gall. *ce qu' on egreisse, nourry pour engraisser*, Hisp. *cosa por engordar*, σιτηρά, quicquid domi, vel in villis, vel in vivariis faginatur, sive sit avis, sive quadrupes, live piscis, ab alendo, quasi *alitilis*, ut altilis gallina. *Juvenal. Sat.* 5. *v.* 115. Anseribus par altiliis. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 35. Satur altilium. ¶ Usurpatur sæpe pro pingui, *grasso. Auctor Priapeorum, carm.* 32. Collatas sibi quæ, fusique membris Formicas facit altiles videri. Hinc *Plaut. apud Non. c.* 2. *n.* 30. dotem altilem, h. e. opulentam, dixit.

Altiloquium, ii, n. *parlar sublime. In lib. de progen. Aug. Messalæ Corvini nomine circumfertur*. Cum te sæpe altiloquio tuo differentem dubitare animadvertissem.

Altīnas, atis, adject. omn. gen. *di Altino*, ad Altinum pertinens. *Colum. l.* 7. *c.* 2. Altinates oves. ¶ *Altinates, ium*, Altini incolæ. *Plin. l.* 3. *epist.* 2.

Altīnum, n. 2. *Altino*, Ἄλτινον, urbs olim E. & florentissima apud Silis flu. ostium, in litore Venetiarum, a Tarvisio 8. M. P. ab Aquileja 60. Hujus urbis lana fuit in pretio. *Mart. l.* 14. Nobilis Altinum tertia laudat ovis. Ab Hunnis eversa est, eique Turcellum successit in Episcopatu. *Martial. l.* 14. *epig.* 155.

Altīnus, a, um, ad Altinum pertinens. *Colum. l.* 6. *c.* 24. Altinæ vaccæ.

Altisŏnus, a, um, o. 1. 2. עָנָה גְּבוֹהַּ, Ger. *das hoch laut*, ὑψηχής, quod ex alto sonat. Poeticum est. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 3. *Tusc. l. c.* 19. Septum altisono carmine templum. *Juvenal.* 11. 179. *Mavo altisonus*.

Altispex, icis, qui alte suspicit. *Accius* apud *Non. c.* 4. *n.* 330.

Altithrŏnus, a, um, in alto sedens throno. *Juvenc. in prol.* & *Venant. Fortun. l.* 1. *de vita S. Martini, v.* 1.

Altitŏnans, o. 3. *altitonante*, רוֹמֵם בְּרוּמִים, Germ. *der in der hohe donnert*, ὑψιβρεμέτης, qui ex alto tonat. *In carm. de suo consul. l.* 1. *de Divin. c.* 12. Nam Pater altitonans stellanti nixus Olympo.

Altitŏnus, a, um, idem quod altitonans. *Varr.* apud *Prob. ad Eclog.* 6. *Virg.* Mundus, quem quinque altitonæ flammeæ zonæ cingunt.

Altitūdo, inis, f. 3. excellitas, vel celsitas, profunditas, sublimitas, *altitudine, altezza*, כְּרוּם גֹּבַהּ, Ger. *hohe, tieffe*, Gal. *hauteſſe, hauteur*, Hisp. *alteza, hondura*, עֹמֶק, denom. ab altus, proprie est rei alicujus sublimitas, ut altitudo turris. ¶ Dicitur etiam altitudo fluminis, vel maris, quæ est profunditas. *Cic.* 7. *Verr.* Totum opus est ex saxo in mirandam altitudinem depresso. ¶ Metaphorice *altitudo animi* apud *Cic. Fam.* 4. *epist.* 13. & *de Partit. c.* 22. idem fere est, quod animi magnitudo. ¶ *Altitudo ingenii* apud *Sallust. in Jug.* est ingenium reconditum, ac profundum, & sensa sua facile continens, nec, nisi opus sit, aliis aperiens. Verba sunt *c.* 100. Ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis.

Altivŏlans, o. 3. *altivolante*, Ger. *das hoch flieget*, ὑψιπέτης, qui altum volat. *Enn.* apud *Cic.* 1. *de Div. c.* 48. Servat genus altivolantum, ideit avium.

Altivŏlus, a, um, idem. *Plin. l.* 10. *c.* 19. Sunt omnes altivolæ.

Altiusculē, adverb. *alquanto alto. Apul. l.* 2. *post princ.* Altiuscule succinctulus.

Altiuscŭlus, diminut. ab altus: significat, paulo altior. *Suet. August. c.* 73. Altiuscula calceamenta.

Altor, oris, m. 3. *balio*, הָאוֹמֵן, Ger. *ein ernehrer*, Gal. *neurisseur*, Hisp. *criandor, o mantenedor*, τροφεύς, qui alit, sive educat. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 34. Omnium rerum altor est mundus.

Altrinsĕcus, *altronde*, מִכָּפָה אוֹ מִכָּפָה, Ger. *von der andern seiten*, ἑτερωθεν, adverb. ab alter, significat ab altera parte. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 73. Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus. ¶ Videtur etiam significare ex utraque parte. *Lactant. de Opif. Dei c.* 8. Aurum duplicitas incredibile est, quantam pulchritudinem præ se ferat, quod tum pars utraque similitudine ornata est, tum ut venientes altrinsecus voces facilius colligantur.

Altrix, cis, f. 3. *balia, nutrice*, צוֹכֶנֶת, Ger. *seugamme*, τροφός, quæ alit. *Cic. pro Flac. c.* 26. Eorum eadem terra parens, altrix patria dicitur.

Altroversum, *verso altrove*, Ger. *gegen der ander seiten*, ἑτεροσε, adv. antiq. ex alter, & versus, in, vel versus alteram partem. *Plaut. in Cas.* 3. 2. 25. Altroversum cum eam mecum rationem puto.

Altum,

Altum, i, subſt. profundior maris pars, *l'alto mare*. *Virg. 1. Æn. v.* 34. In altum vela dabant læti. *Cic. 4. Pin. c.* 23. Emergere ex alto. ¶ Item pro Cœlo, *Virg. l.* 1. Maja genitum demittit ab alto.

Altus, us, alitura, alimentum. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 20. Terræ, vel rerum naturæ altu nutritur univerſitas.

Altus, o. r. 2. ſublimis, excelſus, præcelſus, erectus, in altum editus, excitatus humo, *alto*, *profondo*, רם פלוני נבוה. Ger. *hoch*, *oder tieff*, Gal. *haut*, Hiſp. *alto*, *o hondo como el cielo*, *el mar*, ὑψηλός. ¶ Ponitur item pro adject. profundus, ut Mare altum, puteus altus, &c. ¶ Per translationem vero uſurpatur pro magno, ut Sic Pater ille Deum faciat, ſic altus Apollo. ¶ Pro excellenti, glorioſo. *Virg.* Te fine nil altum mens inchoat. ¶ Pro obſcuro, & recondito. *Virg.* Quid me alta ſilentia cogis rumpere? ¶ Comparat. altior, Superlat. altiſſimus. *Cic. pro Cluent. c.* 55. & *Curt. l.* 7. *c.* 4.

Altus, & alitus, particip. ab alo, V. in *alo*.

Alucinatĭo, Allucinatio, vel Hallucinatio, onis, f. *sbaglio*, *errore*, error, oſcitantia, & quædam veluti diſſolutio animi non advertentis, aut advertere nolentis, *Senec. de vita beata*, *c.* 26. Sic veſtras alucinationes fero, quemadmodum Juppiter ineptias poetarum.

Alucinātor, Allucinator, vel Hallucinator, oris, qui alucinatur. *Feſt.* ſeu potius *Paul. Diac. ejus epitomator*, *in voce Elucus*.

Alucĭnor, Allucinor, Halucinor, vel Hallucinor, aris, atus ſum, dep. 1. *sbagliare*, *fallare*, *ingannarſi*. Variæ ſunt Eruditorum ſententiæ de propria hujus verbi notione, ac ſcribendi ratione: de quibus V. *Voſſ. in Etymol.* Placet *Manutio*, & *Dauſq.* ſcribi ſine aſpiratione, & unico *l*, & ſignificare incerta mente ferri circa rem aliquam, & in ea intelligenda non conſiſtere (ut etiam *Non. c.* 2. *n.* 406. exponit) & ita falli, decipi, errare. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 11. Sed quemadmodum coram cum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet, epiſtolæ noſtræ debent interdum alucinari. *b. e.* inquit *Manut.* certa re non propoſita loqui, huc illuc errantium more ferri. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 26. Quæ Epicurus oſcitans alucinatus eſt. ¶ Activa ſignificatione pro decipere, fallere, *Apuleÿ. in Florid. n.* 18. Mimus alucinatur, comœdus ſermocinatur, tragœdus vociferatur.

Alucita, verbum *Petronii in fragment.* ubi ait: Centum me vernales alucitæ moleſtabant. *Fulgent. expoſ. ſerm. ant.* interpretatur κώνωπας, ideſt culices: indeque verbum *alucinari* deducit. Alii exponunt ſomniatores: alii alia. Scribitur & *Allucita*.

Alveāre, aris, n. 3. *vaſo*, *dove le api nidificano*, *o luogo*, *dove tali vaſi ſi tengono*. *Colum. l.* 9. *c.* 11. Cum vetus alveare numero apum deſtituitur. *Virg. 4. Georg. v.* 34. Alvearia vimine texta.

Alvearium, ii, idem quod Alveare. *Varro R. R. l.* 3. *c.* 16. Dic cujuſmodi facere oporteat alvearium.

Alveātus, a, um, *ſcavato*, *concavo*, κοιλωτός, in modum alveoli cavatus. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. *de ſtylobata*. Alveolatus oculo videbitur.

Alveŏlus, i, diminut. ab alveus, *vaſetto*, σμάγδ@, κυφέλη. *Col. l.* 8. *c.* 5. Totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat. ¶ Dicitur etiam alveolus fluminis. *Curt. l.* 6. *c.* 4. ¶ Item tabula, vel vaſculum aleatorium, & tunc eſt neut. gen. auctore *Feſto*. *Cic. de Fin. l.* 5. *c.* 20. Aut alveolum poſcere, aut quærere quempiam ludum.

Alvĕus, m. 2. *foſſa*, *canale*, *auge*, נר אפיק, Ger. *ein vvaſſer rohr*, *vaſſerkennel*, Gal. *canal*, *auge*, Hiſp. *la madre*, *o valle del rio*, proprie dicitur foſſa, per quam fluvius defluit. *Virg. 7. Aen. v.* 33. Aſſuetæ ripis volucres, & fluminis alveo. ¶ Ad ejus ſimilitudinem etiam vas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur, Græce ἴμβαξις. *Cic. pro Cœl. c.* 28. Alveuſne ille, an equus Trojanus fuerit. ¶ Item tabula luſoria ad aleam, & latrunculorum ludum accommodata alveus dicitur, Græce κύβ@. *Pin. l.* 37. *c.* 2. Tranſtulit alveum cum teſſeris luſorium. ¶ Sed & locus, in quo apes mellificant, alveus dicitur κύτταρ@, a mellis alimonia, ut *Varro* exiſtimat. *Plin. l.* 11. Alveos ex cornu ſpectatos eſſe. ¶ In hac ſignificatione etiam alvus dicitur. *Var. de R. R.* Si ex alvo minus frequenter exeunt. ¶ Aliquando pro navi, ſive pro ipſius navigii receptáculo, *nave*. *Propert.* Portabat ſanctos alveus ille viros. *Liv. l.* 21. Alveos informes raptim faciebant, *ideſt*, naviculas. ¶ Declinatur & hoc alveum. *Feſtus*: Nauſtibulum alveum eſt, ad navis ſimilitudinem factum.

Alvini, κοιλιακοί, dicti ſunt lienterici, quod alvo langueſcunt. *Plin. lib.* 21. *c.* 27. Vinea Punica alvinis impoſita multum prodeſſe dicitur.

Alum, σύμφυτον πετραῖον, allii ſpecies, quod in petris præcipue naſcitur, ſimile cunilæ bubulæ, foliis parvis, ramis tribus, aut quatuor a radice, cacuminibus thymi, furculoſum, odoratum, guſtu dulce, radice longa, & rutila. *Plin. l.* 27. *c.* 6. *Ruellius* buglum vulgo credit vocari.

Alūmen, n. 3. *alume*, נתר, Ger. *alaun*, *alat*, Gal. *alun*, Hiſp. *a lumbre*, ſalſugo terræ ad cryſtalli colorem accedens: dictum eſt a lumine, quod lumen coloribus tingendis præſtet. Græci στυπτηρίαν vocaverunt, ἀπὸ τῦ στύφειν, quod eſt adſtringere. Efficitur hyeme ex aqua, & limo, & æſtivis Solibus maturatur. Multa hujus numerantur genera, liquidum, ſciſſile, rupeum, plumeum, rotundum. *Plin. l.* 35. *c.* 15.

Aluminarius, ii, artifex, qui circa alumen laborat, vel aluminis negotiator. *Inſcript.* apud *Gruter. p.* 642. *n.* 9. C. Terentius C. L. Anteros aluminarius.

Aluminātus, & aluminoſus, a, um, o. 1. 2. Ger. *das von alaun iſt*, *oder mit alaun vermiſcht*, στυπτηριώτος. ut *Aqua aluminata*, quæ tranſit per venas aluminis, apud *Plin. l.* 31. *c.* 6.

Aluminōſus, a, um, aluminatus, ut aluminoſi fontes, *Vitruv. l.* 8. *c.* 3.

Alumna, V. in Alumnus.

Alumnātus, a, um, *allevato*, *educato*, alitus, educatus. *Martian. Capell. ſub init. l.* 9. In penetralibus ſanctioribus alumnatæ. *Apuleÿ. l.* 6. *Metam.* Adoleſcens meis manibus alumnatus. ¶ Deponentis forma pro eo, qui educavit, *Apuleÿ. l.* 8. *Metam.* Canes, quos ad tutelæ præſidia cutioſe fuerant alumnati.

Alūmnus, m. 2. *allievo*, τρόφιμ@, qui ab aliquo alitur, ſive victu, ſive moribus, ſive doctrina. *Cic. Dolabellæ*, Te juvenem Conſulem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. ¶ Sumitur etiam active pro educatore. *Plin. l.* 3. dixit de Italia, Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens numine Deum electa. *Curt. l.* 7. Oro, quæſoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum, commilitonemque veſtrum, ne dicam Regem, deſeratis. *Cic. Philipp.* 7. Ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus. ¶ Exemplum femin. *Alumna* habet *Cic. de cl. Or. c.* 12. Eloquentia bene conſtitutæ civitatis quaſi alumna quædam. Adde *Plaut. Pœn.* 5. 3. 4.

Alūta, f. 1. *pelle mollicina*, *e delicata*, κῶῤβατα, pellis mollior, ad calceos, & cætera opera facienda concinnata. *Cæſ.* 3. *B. G.* Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. ¶ Sumitur etiam quandoque pro ſacco, ſeu marſupio, *ſacco*. *Juven. ſat.* 14. *v.* 281. Ut tenſo folle reverti Inde domum poſſis, tumidaque ſuperbus aluta. *Id.* etiam *ſat.* 7. *v.* 192. Alutam poſuit pro calceo ex aluta facto. ¶ Aluta in plural. *Plin. l.* 34. *c.* 16. de metallis, & fodinis uſurpat; vel ſecundum alios *alutia*; vulg. ante legebatur *elutia*. Verba *Plin.* ſunt: Invenitur plumbum & in aurariis metallis, quæ aluta vocant.

Alutatĭo, Segullum eſt terræ genus in ſummo ſolo, ex quo metallarii cognoſcunt ſubeſſe venam auri. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Alutatio eſt, ſi & auro ea tellus ſubeſt. Al. leg. *Alutium*, alii *alutatium*.

Alvus, i, f. 2. venter, uterus, inteſtina, *ventre*, בטן, Ger. *der bauch*, Gall. *le ventre*, Hiſp. *vientre*, κοιλία, pars corporis ſubjecta ſtomacho, dicta ab alluendo, quod ea ſordes effluant, ſive eluantur. *Plin. l.* 20. *c.* 2. Pepones qui vocantur, retrigerant maxime in cibo, & emolliunt alvum. ¶ Quandoque capitur pro ventre, qui apparet. *Col. l.* 8. Niſi obeſam ingluvie, atque diſtentam in pabulis alvum demerſerit, & refrigeraverit. ¶ Ponunt alii hanc differentiam, ut alvus ſit venter feminæ ab alendo dicta, venter vero, qui videtur. ¶ Olim erat tam maſc. quam fem. hodie tantum feminini generis. Accius in Annal. teſte Nonio, Alvus quam frigidiſſimus. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 34. In ſuum alvum congerunt, ſic enim legendum. *Virg.* 2. *Aen.* In latus, inque feri curvam compagibus alvum. ¶ Interdum ſumitur pro vaſe cavato, ubi aliquid reponitur. ¶ Item vas, ubi apes mellificant, & alveus, & alvus dicitur. *Varro l.* 3. *R. R. c.* 16. *Plin. l.* 21. *c.* 12. & 14. *Celſus l.* 2. *c.* 6. alvum poſuit pro excrementis, quæ per alvum emittuntur. ¶ Pro utero, *Plaut. Stich.* 2. 1. 5. Nam me illa in alvo menſes geſtavit decem.

Alyattes, & Halyattes, is, & ĕi, m. Lydorum Rex, Crœſi pater, cujus memoriæ extructum eſt monumentum apud Sardos, maxima impenſæ parte ab ancillis in hoc opus collata, quæ omnes apud Lydos corpore quæſtum faciunt.

Alyattĭcus, a, um. *Horatius* tamen ſubſtantive poſuit pro Alyatte ipſo, vel Crœſo ejus filio, *Carm. l.* 3. *od.* 16. Quam ſi Mygdoniis regnum Alyattici campis continuem. Poſſit tamen aliquis legere *Alyattei*, ut Ulyſſei Achillei.

Alyſſon, n. 2. ἄλυσσον, frutex ex caule tantum, & foliis minoribus a rubia diſtans, ut tradit *Plin. l.* 23. *c.* 11. Nomen habet ab eo, quod ſolo conſpectu rabiem curare credatur. Quidam eſſe putant, quam hodie rubiam minorem vocamus, alii malunt, quæ cannabis agreſtis dicitur.

A, ANTE M.

Am, præpoſitio Græca, quæ niſi apud vetuſtiſſimos extra compoſitionem non reperitur, ſignificatque circum. Forte eſt ex græco ἀμφί contract. Quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ cauſa, ut Ambages, ambio, ambeſus, ambigo, amburbium, ambarvalis, ambuſtus. ſi vero cum c, h, f, q, mutatur m in n, ut Anciſus, anhelo, anfractus, anquiro: cum p, remanet integra, ut Amputo. ¶ In illo *Lucretii l.* 3. *v.* 445. *Corpore qui noſtro rarus magis am cohibeſſit*, qui hanc lectionem retinent, *am* interpretantur *eam*. Sed V. Incohibeſco.

Ama. V. Hama.

Amabĭlis, le, o. 2. *amabile*, *degno d' eſſer amato*, יריד, Ger. *lieblich*, *das vvirdig iſt lieb zu haben*, Gal. *digne d'etre ayme*, *aymable*, Hiſp. *digno de ſer amado*, ἐρασμι@, quod eſt dignum amari, dulce, ſuave. *Cic. ad Att. lib.* 5. *ep.* 19. Filiolam tuam amo, & amabilem eſſe certo ſcio. ¶ Comparat. eſt amabilior, ſuperlat. Amabiliſſimus, *Cic. Fam. lib.* 7. *ep.* 20. & *de Amic. c.* 14.

Amabilĭtas, f. 3. *amorevolezza*, יהידות, Ger. *holdſaligkeit*, Gal. *amiablete*, Hiſp. *amiſtad*, φιλότης, morum comitas, formæve venuſtas, ad amorem alliciens, *Plaut. in Stich.* 5. 4. *v. ult.* Si amabilitas tibi noſtra placet. ¶ *Id. in Pœn.* 5. 4. 1. pro amore poſuit: Qui amabilitati animum adjiceret.

Amabilĭter, *amorevolmente*, Ger. *holdſaligklich*, ἀγαπητῶς, humaniter, ſuaviter, animo amico. *Antonius Cic. l.* 14. *ep.* 13. *ad Att.* Si humaniter, & ſapienter, & amabiliter in me cogitare vis. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 148. Luſit amabiliter. *Ovid. 3. de ar. am. v.* 675. Spectet amabilius.

Amabo, *di grazia*, נא, Ger. *ei lieber*, πρὸς θεῶ, ſi me amas, interjectio blandientis, Comicis valde familiaris. *Plaut.* Noli, amabo, verberare lapidem. Quidam exponunt, Gratum erit. *Gell. lib.* 11. Amabo mi fili quieſcas. ¶ Sæpe etiam habet adjunctum accuſativum. *Cic. ad Att.* Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum.

Amalthea, f. 1. ἀμαλθέια, nomen nutricis Jovis, quæ cum ſorore ſua Meliſſa Jovem puerum caprino lacte, ac melle paviſſe fertur. Vel ipſa capra Olenia, quæ Jovem lacte ſuo nutriit. *Ovid. Faſt.* 5. *v.* 113. Oleniæ fidus pluviale capellæ. Eam enim, ob beneficium, Juppiter in Cœlum ſuſtulit, & ſidus fecit, cujus ortu & occaſu maximæ fiunt pluviæ. Dextrum ejus cornu idem Juppiter Nymphis nutricibus dedit, addito promiſſo, ſe, quidquid optaſſent, ex eo largiter ſuppeditaturum. Hinc Amaltheæ cornu, κέρας ἀμαλθείας, hoc eſt copiæ cornu, de locuplete abundantia dicitur: Quo nomine quidam libros ſuos, in quibus multa pollicebantur, inſcripſere. ¶ Amalthea item, & Amaltheum fuit Bibliotheca Attici & Ciceronis. de Attici Amaltheæ meminit *Cic. l.* 1. *ad Att. ep.* 13. De ſua vero *l.* 2. *ep.* 1.

Amandatio, onis, f. 3. *ſeparazione*, *relegazione*, ἀποπεμψις, relegatio, rejectio. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 15. Hæc vita ruſticana relegatio, atque amandatio appellabitur?

Amandatus, a, um, *rilegato*, *allontanato*, relegatus, rejectus. *Cic. pro Dom. c.* 25. Me expulſo, Catone amandato. *Id. poſt redit. ad Quir. c.* 4. Infra mortuos amandatus.

Amando, a. 1. ablego, relego, removeo, dimitto, alio mando, *mandare altrove*, שלח, Germ. *anderſvvohin ſenden*, *hinvvag ſchicken*, Gall. *envoyhors de chez ſoy*, Hiſp. *embiar de ſi*, ἀποπέμπω, alio aliquem mittere, ut a nobis amoveamus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 15. Amandaverat hunc ſic, ut eſſet in agro. *Id. Att. 7. ep.* 13. Amandare aliquem in Græciam. *Id. 2. de nat. Deor. c.* 56. Natura res ſimiles procul amandavit a ſenſibus.

Amandus, a, um, *amabile*, amabilis, jucundus. *Horat. l.* 4. *od.* 11. condiſce modos, amanda voce quos reddas.

Amanienſes, incolæ Amani montis, Syriam a Cilicia dividentis. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 10. Vexavi Amanienſes, hoſtes ſempiternos.

Amans, tis, nomen ex partic. *ebi ama*, ut, Homines amantes tui. *Cic. Fam. 9. ep.* 6. & *Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Si quem cognoviſti amantiorem tui. *Id. Fam.* 16. *ep.* 2. Ad nos amantiſſimos tui veni. *Id. Fam.* 5. *ep.* 15. Leniſſimis, & amantiſſimis verbis uti. ¶ Interdum eſt ſubſtantivum, *amante*, *innamorato*. *Ovid. Amor. 1. El.* 9. Militat omnis amans. *Ter. Andr.* 3. 3. 23. Amantium iræ amoris integratio eſt.

Amanter, adv. peramanter, ſtudioſe, *amorevolmente*, φιλικῶς. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 4. Velim amanter hoc diligenterque conficias. ¶ Comparat. amantius; Superl. amantiſſime, apud *eund. l.* 3. *Fam. ep.* 6. & *de Amic. c.* 1.

Amanuenſis, m. 3. *ſervi*, *che ſi adoperano a ſcrivere*, סופרם, Ger. *diener ſo man zum ſchreiben braucht*, *ſubſtituten*, Gall. *ceux*, *qui ſervent à eſcrire*, *ſecretaires*, Hiſp. *los que eſcriven lo que otro dize*, ὑπογραφῆς, ſunt ſervi, qui etiam *a manu* dicuntur, quorum opera, & manu in ſcribendo perinde, ac ſcribarum utimur. *Suet. in Ner. c.* 44. Ne diſpenſato-

fatoribus quidem, aut amanuenſibus exceptis. Adde *in Tito*, *c.* 3.

Amānus, i, m. 2. *Monte Negro*, *Areuna*, *M. di Scanderona*, mons Syriæ, qui illam a Cilicia diſcludit, maxime in longitudinem patens, ut qui a mari Cilicio uſque ad Euphratem fl. protenditur. Ibi portæ, per quas in dictas provincias trajectus eſt, quæ Amanicæ, & Ciliciæ appellantur a veteribus, apud Iſſum, Alexandriam, & Myriandrum. *Lucan. l.* 3. Cappadoces, duri populus nunc cultor Amani.

Amaracīnus, a, um, ἀμαρακῖνος, ut amaracinum oleum, ſeu unguentum, quod fit ex amaraco ad calefaciendos, emolliendoſque nervos, ut *Plin.* ſcribit *l.* 21. *c.* 22. *Lucr. l.* 6. *v.* 973. Poſteſque ſuperbos ungit amaracino. ¶ Hujus unguenti nobiliſſimus odor locum fecit proverbio, Nihil eum amaracino ſui: quod *Aul. Gel.* extremo lucubrationum ſuarum capite eleganter torquet in quoſdam ingenio pinguiore homines, & a Muſarum ſacris alienos, qui elegantiores litteras, quas non aſſequuntur, miro ſupercilio contemnunt.

Amarācus, Cynarę Regis Cypri puer, qui caſu lapſus, dum ferret unguenta, fregit alabaſtrum, &, cum nimio dolore contabuiſſet, verſus eſt in ſampſuchum, quæ ex ejus nomine amaracus appellari cœpta eſt. *Plin. l.* 21. *c.* 22. Sampſuchum, ſive amaracum in Cypro laudatiſſimum, & odoratiſſimum ſcorpionibus adverſatur ex aceto, & ſale illitum. Herbam hanc vulgo majoranam vocamus. *Virg.* 1. *Aen. v.* 697. Idalię lucos, ubi mollis amaracus illum, &c.

Amarantus, i, m. 2. ἀμάραντος, herba ſpicam verius habens, quam florem, eamque purpuream, ab immortalitate nomen trahens (unde Immortales Amaranti) quod nunquam marceſcit. Fit enim ab α privativa particula, & μαραίνομαι, ficceſco, tabeſco. *Plin. l.* 21. *c.* 8. Amaranto non dubie vincimur.

Amāre, adv. *amarамente*, πικρῶς, inſuaviter, aſper. *Cajus in l. Si quis*, *D. de edict. Aedilit.* Ne amare ab eo exigatur, ſed cum quodam temperamento. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 2. Amarius aliquem reprehendere. *Sueton. in Tiber. c.* 54. Amariſſime congeſtis probris.

Amareſco, n. 3. *divenir amaro*, πικραίνομαι, amarus fio. *Pallad. Januar. c.* 15. Amygdalus, ſi rodatur, amareſcit.

Amarice, Gal. *bruyere*, frutex ille exiguus eſſe creditur, qui erice, & tamarice, & myrice vocatur.

Amarĭtas, atis, amaritudo, *amarezza*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Succi amaritate. Al. aliter leg. Gloſſę Philoxeni: Amaritas, πικεία γώσεως.

Amarities, ei, ſ. *amarezza*, amaritudo. *Catull. carm.* 68. *ad Manl. v.* 19. Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.

Amarĭtūdo, amarities, amaror, *amaritudine*, πικρότης, מכר, Gal. *amertume*, Hiſp. *amargura*, inſuavitas, & aſperitas ciborum. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Tantam habent amaritudinem, ut a canibus non attingantur. ¶ Per translationem accipitur pro conviciandi acerbitate, ac petulantia. Sic, carminum amaritudinem, dixit *Plin. l.* 36. *c.* 5. Et, Jamborum amaritudinem, *Auctor Dialog. de cauſis corrup. eloquentiæ*, *c.* 10.

Amāro, as, amarum facio, *amareggiare*, πικραίνω. *Rufus Feſtus Avienus epiſt. ad Flavian. Myrmecium*, *apud Pithœum l.* 4. *Collect. Epigram. & Poem. vet.* Penitus fellitus amarans ora ſapor nil dulce meo linit eſſe palato. Sed vox eſt non adhibenda.

Amāror, oris, m. *amarezza*, amaritudo. *Lucret. l.* 4. *v.* 224. Amaror abſinthii.

Amarulēntus, o. 1. 2. *amaro*, מרירי, Ger. *befftig*, *bitter*, πικρὸς, valde amarus, ut Succus amarulentus. ¶ Per metaphoram pro animi dolore in invidiam, ac malevolentiam exacerbato, *invidioſo*, *maligno*. *Gell. l.* 3. *c.* 17. Timon amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit. *Macrob. l.* 1. *ſat. c.* 7. Erat amarulenta dicacitate.

Amārus, a, um, adject. *amaro*, *faſtidioſo*, מר, Ger. *amer*, πικρὸς, ἀλυκὸς, quod dulci contrarium eſt, item ſalſum. *Virg. Ecl.* 10. Doris amara ſuam non intermiſceat undam. *Id. Georg.* 2. *v.* 238. Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara. ¶ Interdum pro triſti, duro, & ingrato ſumitur. Amara Ponti pericula. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 2. *v.* 29. Hoſteni amarum dixit *Virg. Aen.* 10. *v.* 900. qui defatigat ſemper, ac premit. Amariſſimæ leges, ideſt neceſſitate contra voluntatem inductæ, apud *Val. Max. l.* 7. *c.* 6. ¶ Item pro moroſo, *faſtidioſo*. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 24. Amariorem me ſenectus facit: ſtomachor omnia. ¶ *Senecæ* amari ſunt, qui occultius, & diuturnius iraſcuntur, *l.* 1. *de Ira*, *c.* 4. ¶ *Amarum* adverbialiter pro *amare*. *Apulej. l.* 6. Amarum ſubridens.

Amaruſia, f. 1. ἀμαρυσία, Dianæ cognomen, ut Pauſaniæ videtur, ab Amarynthо Euboeæ vico, ubi ſumma cum veneratione colebatur.

Amaryllis, idis, ἀμαρυλλὶς, Lat. Amor, nomen propr. ruſticæ, de qua *Virg. in Eclog.* ¶ *Politian. l.* 1. *ep.* 2. auctor eſt, Romam triplici nomine inſignitam fuiſſe, vulgato Romam, arcano Amaryllida, rituali, ac ſacro Anthuſam, ſive Florentiam.

Amaſco, as, are, amare cupio. Ab amo, inquit *Diomedes*, Veteres inchoativo modo dixerunt, *amaſco*: unde & amaſcos amatores dicebant, ut *Plaut. Trucul.* 3. 1. 13. Mundulos amaſcos. Al. tamen rectius legunt *amaſtos*.

Amaſcus. V. Amaſco.

Amaſea, *Amaſia*, Turc. *Amnaſan*, urbs A. Cappadociæ in Ponto, caput Regionis, & Satrapæ Turcarum ſedes, ad Irim fl. inter Byzantium ad Occ. 500. M. P. & Trapezuntem in Or. ad 300.

Amaſenus, *Toppia*, vel *Fiume dell' Abbazia*, fl. Volſcorum in Latio, qui ex agro Privernate in Pontinam paludem, & mare Tyrrhenum haud procul a Tarracina, & Circæis deſcendit. ¶ Alter item in Latio eſt, qui ex finibus Aletrinorum in Lirin fl. labitur per agrum Fruſinatem, & Verulanum. ¶ Amaſenus quoque, vel Amenamus, *Judicello*, fl. eſt Siciliæ, qui Catanam urbem interluit, & modo fluit, modo areſcit. *Ovid.* 15. *Met.*

Amaſio, onis, idem quod Amaſius, eſt apud *Apul. Mileſ.* 7. *p.* 197. & *Prudent. in Romano*, *v.* 182.

Amaſiuncŭlus, & Amaſiuncula, diminut. ab Amaſius, & Amaſia, apud *Petron. fragment. Tragur. c.* 45. & 75. *edition. Burm.*

Amaſius, m. 2. *innamorato*, עגוב, Ger. *ein buhler*, Gall. *amoureux*, Hiſp. *enamorado*, ἐρώμενος, vel ἐρωμένη, qui, vel quæ amat, vel amatur. *Gell. l.* 19. *c.* 9. Noſtros Poetas amaſios, ac Venereos fuiſſe. Adde *Plaut. Caſ.* 3. 3.

Amaſſo, pro amavero, ſcripſit *Laberius*, & *Plaut. in Mil.*

Amaſtriăcus, a, um, ad Amaſtram pertinens. Eſt autem Amaſtra antiquum Siciliæ oppidum. *Sil. l.* 14. *v.* 267. Hinc *Ovid. in Ibin. v.* 329. Aut ut Amaſtriacis quondam Lenæus ab oris, &c. *h. e.* Siculis.

Amaſtris, Amaſtrum, *Famaſtro*, ἄμαστρις, Urbs Paphlagoniæ Metr. in ora maris Euxini, media fere inter Tejum, & Cytorum, Cromnæ propior, ab Heraclea Ponti ad 68. M. P. in Ort. Dicta eſt ab amaſtri filia Oxyathræ fratris Darii, vel ab Amaſtri Amazone. Crevit ex quatuor urbibus proximis, Seſamo, Cytoro, Cromna, & Tejo. ¶ Eſt etiam hoc nomine urbs Bithyniæ.

Amăta, f. 1. a Pontifice appellabatur virgo Veſtalis, cum ad miniſterium Veſtæ capiebatur, quod prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem idcirco dicebatur, quod veluti bello capta, a parente, vel ab eo, in cujus poteſtate erat, manu a Pontifice Maximo apprehenſa abducebatur. *Gell. l.* 1. *c.* 12. ¶ Fuit etiam Amata uxor Latini Regis, apud *Virg.*

Amăthus, untis, *Timiſſo*, Urb. E. Cypri, olim Veneri ſacra, marit. in ora Auſtr. ex qua Cyprus Amathuſia dicta eſt, a Papho 50. M. P. in Ort. inter Curium, & Citium, a Famaguſta 100. in Occ. in medio Salinæ. Hac tempeſtate pæne jacet.

Amathus, thi, m. 2. Paimſus, Pamiſſus, Panyſus, Mamaus, Arcadicus, *Stromio*, *Tifeo*, *Spirnazza*, ἀμαθὸς, fl. Meſſeniæ, in Peloponneſo, qui Pylon Neſtoris urbem præterlabitur, unde Pylos Amathœa videtur appellata.

Amathuſia, Cyprus. V. *Amathus*, *untis*. Amathuſia etiam abſolute dicitur Venus, ab *Ovid. l.* 3. *Amor. & Catull. epigr.* 61. & 51.

Amathuſĭăcus, a, um, adject. ab Amathus, untis. *Ovid.* 10. *Met. v.* 227. Lactantes vitulos, Amathuſiacaſve bidentes. Vel ex MSS. lege *Amathuſiadas*, a ſingulari *Amathuſias*, *iadis*.

Amathuſii, Cypri ſunt, ab Amathunte urbe. *Strab. l.* 8.

Amatio, *innamoramento*, ἔρως, amor venereus. *Plaut. in Pœn.* 5. 2. 136. Acerba amatio eſt. *Idem in Merc.* 4. 4. 53. Cum tua hac amica, cumque amationibus.

Amātor, oris, cultor, obſervator, amicus, *amatore*, מאהב, Germ. *ein liebhaber*, Gal. *amoureux*, Hiſp. *amador*, ἐραστὴς, & in bonam, & in malam partem accipitur. *Cic. de Univ.* Qui ſapientiæ amatorem ſe profitetur. *Ter. in Eun.* Amatores audieram eſſe mulierum eos maximos. ¶ Amator, & amans differunt, quod amator natura proclivis eſt ad amandum; amans ex cauſa amat: deinde amator fingere poteſt, in amante nihil eſt ſimulati.

Amatorcŭlus, m. 2. *innamoratello*, ἐρωτύλος, dimin. ab amator. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 27. Vix amatorculos invenimus.

Amatorie, amatorum more, *da amante*. Germ. *liebhabender*, *vveiſſnach*, Gal. *amoureſement*, *en amoureux*, Hiſp. *amoroſamente*, *y amiglablemente*, ἐρωτικῶς, adv. ad ſimilitudinem amantis. *Cic. Phil.* 2. *cap.* 31. Amatorie ſcripta epiſtola. *Plaut. Merc.* 3. 3. 20. Amatorie loqui.

Amatorium, n. 2. φίλτρον, genus veneni amorem inducentis, quod vulgo philtrum appellant. *Senec. epiſt.* 9. Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius veneficæ carmine: ſi vis amari, ama. Adde *Plin.* 20. 5. & 28. 8.

Amatorĭus, a, um, o. 1. 2. *d'amore*, *amoroſo*, ἐρωτικὸς, quod ad amorem pertinet, vel allicit. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 33. Anacreontis poeſis amatoria tota eſt. *Sueton. in Calig. c.* 50. Amatorium poculum.

Amātrix, icis, fem. quæ amat. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 8. Dicacula amatrix. Et *Pœn.* 5. 5. 25. Adire ad amatricem. ¶ Adjective *Martial. l.* 7. *epigr.* 14. Amatrices aquæ.

Amātus, a, um, *amato*, dilectus. *Horat. l.* 3. *od.* 27. *v.* 47. Frangere enitar modo multum amati cornua Tauri. *Id. Epod.* 17. *v.* 20. Amata nautis multum, & inſtitoribus.

Amazŏnes, f. 3. ἀμαζόνες, feminæ bellicoſiſſimæ, quæ Sarmatiam ad Tanaim fl. primum incoluerunt, deinde in Cappadocia ad Thermodoontem conſederunt. Dictæ ſunt Amazones, quaſi ſine mamma, ab α part. priv. & μαζὸς, mamma. Mos enim fuit Amazonibus, intertectis maribus, quos genuiſſent, ſervare feminas, earumque infantium mammas dextras inurere, ne impedimento eſſent ad pugnam conſerendam, & ne ſagittarum jactus impediretur. Vel dictæ ſuntab α, & μάζα, ideſt, puls, ſeu panis, quaſi ſine pane, eo quod non pane veſcerentur, ſed carnibus. Alii ab ἄμα, & ζῆν, cum aſpiratione in principio, tanquam in commune viventes, dictas putant. *Steph.* dictas putat a nympha Amazonide filia Samornæ. Alii ab Amazone puella Dianæ Sacerdote, & Regina Epheſi Amazones, volunt appellatas. ¶ Ab his Epheſus urbs Aſiæ condita eſt. Origo, regnum, & res geſtæ Amazonum a *Juſtino l.* 1. diſertiſſime deſcripta ſunt. ¶ Fuere & in Libya Amazones. Unde *Silius Ital. l.* 2. Haſpiten Hiarbæ filiam Amazonica pelta inſignem facit. ¶ *Amazon*, in ſingulari, apud *Virg. Aen.* 11. *v.* 648. medias inter cædes exultat Amazon.

Amazonĭcus, a, um, idem quod Amazonius. *Suet. in Ner. c.* 44. Securibus, peltiſque Amazonicis inſtruendis.

Amazonĭdes, idem quod Amazones, derivativum nomen pro primitivo. *Virg. Aen.* 1. *v.* 490. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilea furens.

Amazonius, m. 2. mons Cappadociæ, præter cujus radices labitur Thermodoon fluv. *Plin. l.* 6. *c.* 3.

Amazonius, a, um, adject. poſſeſſ. ad Amazones pertinens. Amazonia ſecuris, apud *Horat. l.* 4. *od.* 4. hoc enim teli genere Amazones uſæ. Genus Amazonium apud *Sen. Hippol. v.* 232. ¶ Vir Amazonius apud *Ovid. Heroid. epiſt.* 4. *v.* 2. eſt Hippolytus filius Hippolytes Amazonis.

Ambactus, i, Gallica lingua, inquit Feſtus, apud Ennium ſervus denotatur: atque Germanis etiam in uſu fuiſſe hoc vocabulum, teſtatur *Cluver. l.* 1. *German. antiq. c.* 8. Vet. Gloſſator, Ambactus, δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἕννιος. Recte autem μισθωτὸς, ideſt mercenarios dicit: Fuerunt enim Ambacti conditionis liberæ, & Clientes magis, quam ſervi, ut idem *Cluver. ibid. c.* 41. docet. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 14. Equitum (*Galliæ*) ut quiſque genere, copiſque amplifſimus, ita plurimos circa ſe ambactos, clienteſque habet. Quare *Joſeph Scalig. ad Feſt.* alios cenſet Ambactos apud *Cæſ.* qui non erant ſervi, alium Ambactum *Ennii*, qui ſervum ſignificet: illud Gallicum eſſe vocabulum, hoc plane latinum, ab ambigendo derivatum, quod mercedis gratia hac illac circum ageretur.

Ambadĕdo, is, a. 3. ab *am*, *ad*, & *edo* compoſitum, ſignificat proprie circum edere; deinde abſumere, vorare. *Plaut. Merc.* 2. 1. 15. Dicit, capram ſuæ uxoris dotem ambadediſſe. *Et mox*: Ut una illęc capra uxoris ſimiæ dotem ambadederit.

Ambāges, gum, gibus, & *ambage* in ablat. ſing. proprie & primario ſignificat viarum circuitus, *giravolta*, περίοδος, πλάνη, ab am, circum, & ago; pro quo apud *Cic.* eſt antractus. Huic contrar. eſt, recta via, apud *Terent. Heaut.* 4. 3. 28. *Ovid. 8. Metam. v.* 160. Ducit in errorem variarum ambage viarum. ¶ Translate notat verborum circuitum, *giro di parole*, περιαγωγὴ, ſeu captioſam perplexitatem: pro quo *Cic.* habet circuitum verborum, vel circuitionem. *Liv. l.* 9. *c.* 11. Ambages fallendæ fidei quærere. *Virg.* 2. *Georg. v.* 45. Non hic te carmine longo, atque per ambages, & longa exorſa tenebo. *Ovid.* 7. *Met. v.* 760. *de Sphynge*. Immemor ambagum vates obſcura ſuarum. *Plin.* 10. 49. Immenſa vitæ ambage circa auguria. *h. e.* perplexitate.

Ambagio, onis, idem quod ambages. *Varro l.* 6. *de L. L. pag.* 77.

Ambagiōſus, o. 1. 2. עלקטון, Ger. *das vil umbſchvveifig iſt*, περίπλοκος, quod abundat ambagibus. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Ambagioſa conjectatione nitentes.

Ambarvalis hoſtia, ab ambiendis arvis dicta, victimæ genus quotannis pro frugibus ſacrificari ſolitum. Hujuſmodi enim hoſtiis, antequam cæderentur, arva ſolebant luſtrari. *Virg.* 1. *Georg. v.* 345. Terque novas circum felix eat hoſtia fruges. *Feſtus* tamen ab ambo videtur deducere, dicens, Ambarvales hoſtiæ appellantur, quæ pro arvis a duobus fratribus ſacrificabantur. ¶ Huic autem ſacrificio præfecti erant Sacerdotes numero duodecim a Romulo primum inſtituti, quos Fratres Arvales vocabant.

Am-

Ambaxioqui, circumeuntes catervatim. *Fest.* ¶ Scaliger legit. *Ambaxi, qui circumeunt, & catervatim.*

Ambĕdo, dis, di, sum, a. 3. *mangiare attorno, in ogni parte*, כסביב אכל, Ger. *umbeſſen, zuring, umbnagen*, Gall. *manger, & rongertout autour*, Hisp. *comer en derredor*, περιφαγέω, circumedo, ex am, & edo. *Plaut. in Merc.* 2. 1. 15. & 17. Suæ uxoris dotem ambediſſe. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 5. Vis locuſtarum ambederat quidquid herbidum, aut frondoſum.

Ambegni, m. 2. a veteribus bos, & vervex appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in ſacrificium ducebantur. *Fest. Var. l. 6. de L. L.* habet Ambiegni. Ambiegna bos, inquit, eſt, circum quam aliæ hoſtiæ conſtituuntur.

Ambens, pro *ambedens*, conſumens. *Lucret. l.* 5. *v.* 397. Ignis enim ſuperavit, & ambens multa peruſſit.

Ambeſtrix, ĭcis, fem. quæ ambedit. *Ammian. Marcell.* 29. *c.* 3. (*al.* 19.) Cum duas haberet urſas ſævas hominum ambeſtrices.

Ambēſus, a, um, *corroſo, mangiato da ogni parte*, נכאל כסביב, Germ. *umbgeſſen, umbnagt*, περιτρωγείς, circumquaque eſus. *Virg.* 3. *Æn.* Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. *Id.* 5. *Æneid. v.* 752. Robora ambeſa flammis. *abbruſtolite.*

Ambidentes, f. 3. oves, dictæ a veteribus, quod in utraque mandibula habeant dentes. *Fest.*

Ambienter, *con iſtanza, e broglio*, cum ambitione, cupide. *Sidon. l. 7. epiſt.* 9. Ambienter expetere.

Ambifariam, adverb. dupliciter, *in due parti, o maniere. Apul. Apol. p.* 276. Ambifariam diſſolvere. Et 5. *Florid. p.* 360. Anceps argumentum ambifariam propoſuit.

Ambifarius, a, um, duplex, *doppio, di due parti. Arnob. l. 5. p.* 181. Ambifariæ fabulæ. Et *p.* 182. Ambifaria obtentione velatus. *Arnob.* his locis non tam duplicem, quam ambiguum ſignificare voluit.

Ambiformĭter, adv. *Arnob. l. 5. p.* 183. Ambiformiter dictum. *hoc eſt*, duplici ſenſu, ambigue.

Ambĭga, æ, f. vox Græca, ἄμβιξ, ικος, qua ſignificatur vaſculum pyramidis figura in acutum tendens, e teſta, vel vitro, ut docet *Cæl. Aurel. l.* 4. *Tard. c.* 7. Meminit etiam *Apic. l. 6. c.* 7.

Ambĭgo, gis, a. 3. circumdo, dubito, contendo, diſcepto, *circondare, girare, dubitare*, הלה פינ סכב, περιάγω, ex am, & ago, proprie ſignificat circumagere, circumdare, ambire. *Tacit. l.* 5. Deviis plerunque itineribus ambigens patriam, & declinans. Unde ambactus, & ambages. ¶ Item ambigere eſt dubitare, *dubitare*, Germ. *zvvei ſlhen, in einem zvvifeſtehn*, Gall. *eſtre en doute, douter*, Hiſp. *dudar*, ἀμφιβάλλω. *Cic. in Or.* Cum de vero ambigetur. ¶ Item diſcordem eſſe, litigare, *litigare*, ἀμφισβητεῖν. *Ter. in Heaut.* 3. 1. 93. Simo, & Crito ambigunt de finibus. ¶ Ambigitur impersonale. *Cic.* 3. *Ver.* Si de hereditate ambigitur. ¶ Apud *eund.* 3. *de Orat.* Omnis res habet naturam ambigendi. Hic *ambigendi* gerund. paſſivum eſſe videtur: non enim res ambigit, ſed ambigitur. ¶ Paſſive cum nominativo patiente, ut vocant Grammatici, *Cic.* 1. *de Orat. c.* 57. In eo jure, quod ambigitur inter peritiſſimos. *Id. ib. l. 2. c.* 26. In iis cauſis, quæ propter ſcriptum ambiguntur.

Ambigŭe, *dubbioſamente*, Ger. *zvveiflentlich*, ἀμφιβόλως, dubie. *Cic.* 4. *Acad.* Quid ambigue dictum ſit. *Tacit. hiſt. c.* 35. Ambigue agere. *h. e.* dubia fide. *Id.* 4. *hiſt. c.* 66. Ambigue pugnare. *h. e.* dubia fortuna.

Ambiguĭtas, f. 3. *ambiguità, dubbioſità*, מבוכה, Ger. *zvveflung*, ἀμφιβολία, amphibologia, anceps, dubia, incerta, multiplex verborum poteſtas, ſeu cum de re aliqua ambigitur. *Cic. de Inv.* 1. 40. Ambiguitate nominis videntur errare. *Ambiguitas nominis* eſt, quod æquivocationem vocamus. ¶ Ambiguitates, in plurali dixit *Seneca epiſt.* 108.

Ambigŭus, o. 1. 2. anceps, dubius, incertus, multiplex, *dubbioſo*, הלוי נבוח, Ger. *zvveiffelhafftig*, ἀμφίβολος. *Cic. de Orat.* Verba ambigua diſtinguere. *Virg. Æn.* 1. *v.* 661. Domus ambigua. *h. e.* in qua habitant homines dubiæ fidei. *Horat. l. 2. od.* 5. Puer vultu ambiguo. *h. e.* qui etiam puella videri poſſit. ¶ Reperitur interdum cum genitivo, quemadmodum & dubius. *Tac. l.* 2. 40. Ambiguus pudoris, ac metus. ¶ Sæpe ut dubium, ita *ambiguum* ſubſtantivum eſt, gen. n. *Auth. ad Her. l.* 1. Ex ambiguo controverſia naſcitur, &c. Sic eſſe in ambiguo, *eſſer in dubbio. Tacit.*

Ambĭo, bis, bivi, vel bĭi, bitum, a. 4. circumeo, prenſo, *girare*, סרב הקוף, Ger. *umbgehn, umbgeten*, Gal. *environner*, Hiſp. *rodear, y corcar*, κυκλόω, περιβάλλω, ex am, & eo, is, per mutationem e in i, & b interpoſita, ſignificat proprie undique cingo, circuo, concludo. *Virg.* 6. *Æn.* Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. ¶ Quoniam vero Romani, dum honores, & magiſtratus quærerent, ſingulos circuire ſolebant, prenſare dextras, rogareque ut ſe ſuffragiis adjuvarent, factum eſt, ut ambire capiatur pro honores quærere, σπουδαρχεῖν, φιλοτιμεῖσθαι. *Cicer.* 11. *Phil.* Quod ſi comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus. ¶ Interdum eſt blandiri, interpellare, παραγγέλλειν, circumvenire. *Virg.* 4. *Æn.* Quo nunc Reginam ambire furentem audeat affatu? ¶ Interdum ambire, eſt niti, contendere, vel deſiderare, petere, *chiedere, bramare. Sueton. Cæſ. c.* 18. Ambienti, ut legibus ſolveretur. Adde *in Auguſt. c.* 31. ¶ Apud *Ovid. Met.* 5. *v.* 361. legitur *ambibat*, pro *ambiebat*, quod eſt apud *Curt. l. 4. c.* 2. ¶ Apud *Stat. ambiſſet*, pro ambiiſſet, *l.* 1. *ſilv.* 2. *v.* 252.

Ambitĭo, onis, f. 3. ambitus, ſtudium, cupiditaſque honorum, conciliatio gratiæ, & amicorum, *circondamento, ambizione*, גאה כוסב, Germ. *ebgeitgkeit*, Gal. *environnement, ambition, appetit d'honneur*, περίοδος, circuitio. *Solin. c.* 35. Alveos circumdant ambitione tergorum bubalorum. ¶ Eſt etiam affectatio honorum, & dignitatis, ut de ambio dictum eſt. *Cic.* 1. *Offic. c.* 25. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumque contentio. Et in plurali apud *eund. Tuſc.* 2. *c.* 26. Quid de noſtris ambitionibus dicam? Ubi adverte, in bonam partem uſurpari, quemadmodum & *pro Syll. c.* 4. ¶ Item gratiæ ſtudium & affectatio. *Tacit.* 1. *Hiſt. c.* 1. Sed ambitionem Scriptoris averſaris, quippe adulatione fędum crimen ſervitutis ineſt. ¶ Item pro magno, & affectato ſtudio, non ſecus atque ambitus. *Nepos in Dione, c.* 2. Magna eum (Platonem) ambitione Syracuſas perduxit. *Juſtin. l. 1. c.* 3. Cum admitti magna ambitione ægre obtinuiſſet.

Ambitiōſe, adverb. *ambizioſamente*, φιλοτίμως, cum ambitione. *Cic. ad Attic. l.* 15. *ep.* 1. Ambitioſe corrigere orationem, *ideſt*, ad gratiam captandam parcius corrigere, ut *Manut.* interpretatur. ¶ Ambitioſius facere. *h. e.* abjectius, ad populi gratiam captandam. *Id. Fam.* 3. *ep.* 7. Ambitioſiſſime provinciam petere. *Quintil. l. 6. c.* 3. Ambitioſe ferre caſum aliquem, *Tacit. in Agric. in fi.* h. e. affectata conſtantia ad captandam opinionem virtutis.

Ambitiōſus, a, um, adject. *ambizioſo*, נכח לב גאח, Ger. *ehergeitzig, der nach ehren ſtelt*, φιλότιμος. Proprie ſignificat, qui ambit, atque amplectitur. *Horat. l. 1. od.* 36. Laſcivis hederis ambitioſior. *Solin. c.* 17. Magnis, & ambitioſis oppidis, *id eſt*, quæ magno ambitu ſunt. ¶ Tranſlate, qui ambitione laborat. *Cic. Attic. l. 1. ep.* 18. Amicitia ambitioſa. *Suet. Domitiano, c.* 8. Ambitioſæ ſententiæ. *hoc eſt*, ad captandam gratiam latæ. ¶ Item qui multa & magno ſtudio petit. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 1. Homo minime ambitioſus, minime in rogando moleſtus. ¶ Item indulgens, fautor, *Id. Q. Fr. l. 1. ep.* 2. De hoc genere toto, ne forte me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere, pauca cognoſce. *Ovid. de Ponto l.* 3. Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis. ¶ Denique ambitioſus dicitur & qui ambit, & qui ambitur. *Ovid.* 5. *Faſt.* Turbaque cœleſtes ambitioſa ſumus. *Quintil. l. 2. c.* 14. Ambitioſi pauperis ſupellex.

Ambĭtor, oris, verbale, qui ambit. *Paul. ep.* 13. Æternæ laudis ambitor. *Lamprid. in Alex. c.* 28. Patronis auctoribus damnatus ambitor eſt.

Ambĭtus, us, m. 4. converſio, circuitus, orbis, *giro*, Germ. *umbgang, umbkreiſſ*, Gal. *un cercle, circuit, ou tour*, Hiſp. *rodeo*, περίοδος, proprie circuitum ſignificat. *Cic. de Univer.* Cum ſe octo ambitus contectis ſuis curſibus ad idem caput retulerint. ¶ Hinc *ambitus ædium* dicebatur locus inter ædificia relictus pedum duorum, & dimidiati, ut eſſet facultas circumeundi. *Cic. in Top.* Q. Scævola id eſſe ſolum ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi cauſa tectum projiceretur. ¶ Item circulus, orbis, *circonferenza. Plin.* 26. 6. Folia ambitu ſerrato. ¶ Et quoniam qui honores petebant, ſi virtuti, aut meritis diffiderent, Tribus circuire ſolebant, eaſque aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum eſt, ut ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati, quod ſeveriſſimis apud Romanos legibus coercebatur, *favore, broglio*, ὄχλων δεκασμός, παραγγελία. *Cic.* 2. *de Orat.* Raro illud datur, ut poſſis liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione ſejungere. ¶ Capitur interdum pro ſpecie quadam favoris, & captatione miſericordiæ, cum habitu, vultu, geſtu, & oratione præſentium commiſerationem aucupamur. *Quint.* Si juvenis innocentiſſimus uti vellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis. ¶ Eſt item ambitus prolixior verborum circuitus, *giro di parole*, περίοδος, cum ſententia certa quadam deſcriptione definitur: & conſtat ex membris, quæ cola dicuntur, & inciſis, quæ commata. *Cic. de Clar. Orat.* Comprehenſio, & ambitus ille verborum, ſi ſic periodon appellare placet. ¶ Denique ambitus eſt quævis contentio, & quodvis nimium in aliqua re ſtudium. *Senec. Med. v.* 399. Segnis hic abit dies Tanto petitus ambitu, tanto datus. Et funeris ambitum dixit *Prudent. hymn. ad exſeq. Flor. l. 1. c.* 16. Gemmeis & argenteis armis uſque ad ambitum ornatum.

Ambītus, a, um, o. 1. 2. περιβεβλημένος, circumdatus, partic. ab ambior. *Ovid.* 1. *Met.* Juſſit & ambitæ circumdare litora terræ. *Cic. pro Planc. c.* 4. cedit precibus, facit eos, a quibus eſt maxime ambitus.

Ambivĭum, ii, n. *bivio*, bivium. *Varr.* apud *Non. c. 6. n.* 15.

Ambo, onis, m. apud Eccleſiaſticos infimæ ætatis Scriptores eſt ſuggeſtus, ſeu pulpitum, in quo ſtant concionaturi. Legitur etiam apud *Varr.* 4. L. L. *pag.* 29. Sed alio ſenſu, & dubia item lectione.

Ambo, æ, ambo, *ambidue*, nomen eſt pluralis num. tantum, שנירם, Germ. *albeyde*, Gall. *tous deux enſemble*, Hiſp. *ambos a dos, entrambos*, ἄμφω. *Ter. Heaut.* 1. 1. 67. Ambo accuſandi eſtis. ¶ Dicitur de duobus tantum, ut, Plato & Ariſtoteles ambo philoſophi. Vel cum hac dictione, Duo, ut Vidi duos homines ambos mihi amicos. Vel de iis quæ duo tantummodo ſint, ut Perdidi ambos oculos, ambas manus. ¶ Differt ab uterque: ut ambo fecerunt domum, ſc. operis conjunctis in unius domus ædificationem. Sed, uterque fecit domum, ſignificat, a duobus duas domos factas. ¶ Accuſat. maſcul. ambo pro ambos, ut Duo, pro Duos, eſt apud *Cic.* 5. *Fam. ep.* 8. Quos quidem ego ambo unice diligo. Sic *l. 9. ep.* 13. V. Duo.

Ambracia, f. 1. *l'Arta, Ambrachia*, Ἀμβρακία, urbs Ep. Epiri. Prius dicta eſt Eponia, & Paralia, deinde Ambracia ab Ambrace Rege Theſproti fil. denique ab Auguſto Nicopolis, a victoria de Antonio, & Cleopatra. Fuit Regia Pyrrhi. Jacet ad ſinum Ambracium ex ea denominatum, a Nicopoli, & Actio urbibus 25. M. P. in Ort. Sedes eſt Præfecti Turcarum.

Ambraciōta, & Ambracienſis, qui eſt ex Ambracia, ut *Ambraciotes vinum*, græca forma. (V. Abrotonites) *Plin. l. 14. c.* 7. Legatos Ambracienſes introduxit. *Liv. l. 38. c.* 43.

Ambracius, a, um, idem. *Stat. l. 2. Silv.* 2. 8. Pulvis, ad Ambracias converſa gymnade frondes.

Ambrices, f. 3. tegulæ, quæ tranſverſæ aſſeribus, & tegulis interponuntur, ut inquit *Feſtus*, ubi per aſſeres cantherios etiam intelligimus. Imbrices vero ſunt tegulæ, quibus incurvis domus tegitur.

Ambrones, m. 3. gentes quædam Gallicæ, quæ ſubita inundatione maris cum ſedes ſuas amiſiſſent, rapinis ſe alere cœperunt. Has cum Cimbris Teutoniciſque Marius delevit. Hinc tractum eſt, ut turpis vitæ homines *Ambrones* dicantur. *Feſtus.*

Ambrosĭa, f. 1. *ambroſia*, ἀμβροσία, Latine immortalitas dicitur, ab α privativa, & βροτὸς, mortalis, vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent, efficerentur immortales. Sed μ interponitur ad euphoniam. Fabulæ ferunt, ambroſiam eſſe Deorum cibum, nectarque potionem. *Cic. l. 1. Tuſc. c.* 26. Non enim ambroſia Deos, aut nectare lætari arbitror. ¶ Dioſcorides ambroſiam ſcribit vocari Romanis caprum ſylvaticum, aliis botryn, aliis apium ruſticum. *Plin. l. 27. c.* 4. herbam eſſe ſcribit, odore non injucundo, vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem. ¶ Etiam ambroſia alendus, proverb. a *Cicerone* dictum *l. 2. de Orat. c.* 57. de eo, qui vel immortalitate dignus, vel Diis ipſis æquandus eſſe videatur.

Ambroſĭăcus, a, um, ex Ambroſia, ut Ambroſiaca vitis, apud *Plin. lib.* 14. *c.* 3. una ex iis, quæ inſignes uva ſunt: & fortaſſe ita dicta eſt a dulcedine.

Ambroſiānus, a, um, ad Ambroſium pertinens (quod eſt nomen viri proprium, ut Ambroſiana baſilica,) *Auguſtin. l. 9. Confeſſ. c.* 7.

Ambroſius, a, um, o. 1. 2. pro divino, odorifero, fragranti, *divino, odorifero. Virg.* 1. *Æn.* Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem ſpiravere. *hoc eſt* ambroſia oblitæ, unguento Deorum. nam non cibum tantum, ſed & unguentum Deorum Ambroſiam dici, *Serv.* notat ad *Æn.* 12. *v.* 419.

Ambryſus, f. 2. Ἄμβρυσος, nomen duarum urbium, quarum unam Strab. locat in Phocide, alteram in Bœotia. ¶ Eſt & hoc nomine fluvius Magneſię, juxta quem Apollinem Admeti Regis pecus paviſſe Poetæ fabulantur. Alii ſcribunt, Amphryſus. Vide infra.

Ambubaĭæ, arum, ἀμβουβαῖαι, mulieres Syriæ, quæ Romæ in Circo, & aliis locis ad laſciviam factis habitabant, & tum corpora proſtituendo, tum organa quædam pulſando, quæ ſecum ex patria attulerant, victitabant. Dictę ab ambub, Syra voce, quę αὐλὸν ſignificat: inde Ambubaia, αὐλητρὶς, ut docet Scal. Alii malunt dictas ab am, circum, & Baiis, quod circum Baias, loca deliciis apta, verſarentur, quę tandem Romam uſque pervenerint. *Horat. l. 1. ſat.* 2. *Suet. in Ner. c.* 27.

Ambubeja, f. 1. *cicorea, radicchio*, κιχώριον, herba eſt, quam alii ambugiam, alii intubum agreſtem, & notiore nomine cichoreum appellant. *Celſ. l. 2. c.* 30.

Ambulăcrum, *loggia, cortile, paſſeggio*, Gal. *promenoir, galerie, lieu a ſe promener*, Hiſp. *paſſeo, paſſeadero*, περίπατος, eſt locus ad ambulandum, ubi commode ambulari poteſt animi cauſa. *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 68. Æ-

68. Ædificare balneas, ambulacrum, & porticum.

Ambulatĭlis, mobilis. *Vitruv. l.* 10. *c.* 13. Modioli fundulis ambulatilibus.

Ambulatio, f. 3. *paſſeggiameto*, הליכה, Ger. *ſpatzierung*, Gal. *promenade*, Hiſp. *paſſeo*, περίπα, actus ambulandi. *Cic. de Fin.* 5. 1. Conſtituimus, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Eſt & locus ad ambulandum, & idem, quod ambulacrum. *Vitr. l.* 5. *c.* 9. Circa theatra ſunt porticus, & ambulationes. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 1. Ambulatio, & aviarium.

Ambulatiuncŭla, f. 1. *paſſeggio*, Ger. *eingagle*. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 12. Cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno ſermone noſtro. ¶ Et pro loco ambulationis, *Id. l.* 13. *ad Att. ep.* 29. Tecta ambulatiuncula addenda eſt.

Ambulator, m. 3. *camminatore*, הולך. Ger. *vvandeler*, *ſpazierer*, Gal. *promeneur*, Hiſp. *paſſeador*, περιπατητικός, qui huc, & illuc ambulat. *Col. l.* 1. *c.* 8. Villicus, ut ait Cato, ambulator eſſe non debet. *hoc eſt*, otioſus eſſe, & huc, illuc vagari. ¶ Hinc Ambulatoris nomen ad circulatores, & circumforaneos transfertur. *Martial. l.* 1. *epigr.* 42. Tranſtiberinus ambulator, qui pallentia ſulphurata fractis Permutat vitreis.

Ambulatorius, a, um, *camminante*, *andante*, Ger. *das geth*, *ſpaziert*, *oder bevvegt virt*, περιπατικός, qui ambulat, aut movetur: ut Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admovebatur ad urbes oppugnandas, ut ſcribit *Vitru. l.* 10. *c.* 19. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. *Plin. l.* 21. *c.* 14. Operculum (alvearis) a tergo eſſe ambulatorium. *h. eſt* mobile. ¶ A JCtis ſumitur pro mutabili, & inconſtanti. *Ulpian. Dig.* 24. 1. 32. Ambulatoria voluntas.

Ambulatri, m. 2. Pop. Aquitaniæ, prope Vaſates. *Plin. l.* 3. *c.* 19.

Ambulātrix, icis, quæ ambulat. *Cato de officio villicæ*, *c.* 143. Ad cœnam ne quo eat, neve ambulatrix ſiet. *vagabonda*.

Ambŭlo, las, n. 1. *andare*, *camminare*, *paſſeggiare*, חלך, Ger. *verandenrn*, *gehn*, *ſpatzieren*, Gal. *aller*, *cheminer*, *ſe promener*, Hiſp. *andar paſſearſe*, βαδίζω, eo, incedo, gradior, *Plin. l.* 10. *c.* 65. Mures Ægyptii bipedes ambulant. ¶ Aliquando eſt animi cauſa ſe exercere, & plerumque de otioſis dicitur, περιπατέω. *Cic. Acad.* 4. *c.* 16. Ambulare in Sole. ¶ Transfertur etiam ad alia, *Cic.* 2. *de Fin.* Ambulare maria. *Cato de re ruſt.* Ambulant naves. *Plin. l.* 10. *c.* 18. Ambulant aves. *Ter. Phor.* 5. 7. 43. In jus ambula. *h. e.* adi ad Judicem. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Si ſtatim bina ſtadia ambulentur. ¶ Et impersonaliter, *Gell. l.* 2. *c.* 2. Sedeatur, ambuletur.

Amburbiāles hoſtiæ dicebantur, quæ circa terminos Urbis ducebantur. *Feſtus*.

Amburbium, ii, n. 2. *proceſſione*, ſacrificii genus erat, quo civitas luſtrabatur, ita dictum, quod victima, antequam immolaretur, urbem ambibat, unde & ipſæ victimæ amburbiales dictæ ſunt, auctore *Feſto*, eadem forma, qua hoſtiæ ambarvales, quæ circum arva ducebantur, antequam cæderentur, ut fruges felicius provenirent. *Vopiſc. in Aureliano*, *c.* 20. Luſtrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarvalia promiſſa. ¶ Deſcribitur hoc ſacrum a *Lucan.* 1. 592.

Ambūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. *bruciare d'ogni parte*, חרך, Ger. *zuring umb anbrennen*, Gal. *bruler tout a l'entour*, Hiſp. *quemar al derredor*, *oal rededor*, περιφλέγω, circumuro, *Plaut. Epid.* 5. 2. 9. Quaqua tangit, omne amburit. Et amburi fulmine. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 11.

Ambuſtio, onis, f. 3. *ſcottatura*, יקרה, Ger. *ein brand*, περίκαυσις. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Myrteum oleum medetur eruptionibus, & ambuſtionibus.

Ambuſtulātus, a, um, quaſi ambuſtus, *abbruſtolato*, *ſcottato*. *Plaut. Rud.* 3. 4. 65. Te ambuſtulatum objiciam magnis avibus pabulum.

Ambuſtus, o. 1. 2. *bruciato*, דרוך, Ger. *umbegebrent*, περιφλεχθείς, circumuſtus. *Cic. pro domo ſua*, Ambuſtas fortunarum mearum reliquias: metaphorice dixit. *Id. in Verr.* 1. Ambuſtus incendio ſociorum. Metaphorice etiam *Liv. Decad.* 3. *l.* 2. *c.* 21. Qui (L. Æmilius Paulus) cum M. Livio conſul fuerat, & damnatione collegæ, & ſua probe ambuſtus evaſerat. ¶ Proprie *Horat. l.* 4. *od.* 11. Phaethon ambuſtus. A medicis *ambuſtum* dicitur membrum quod nimio calore, aut frigore læſum eſt, *ſcottatura*. *Plin. l.* 21. *c.* 4. Galliæ nucleus ſedat ambuſta. *leva il bruciore*. *Id. l.* 35. *c.* 15. Ambuſtis prodeſt alumen.

Amĕcum, & amecam, *amico*, *e amica*, pro amico, & amica antiqui dicebant. *Laberius*, In lacu Averno mulierem fuiſſe amecabundam ſcripſit, hoc eſt, amantem. *Feſt.* in voce *Amicitiæ*.

Amella, f. 1. herba, quæ naſcitur juxta Mellam Galliæ fluvium, a quo nomen accepit. Amellus flos ejus. Vide *Servium* in illud *Virg.* 4. *Georg.* *v.* 271. Eſt etiam flos in pratis, cui nomen amello fecere agricolæ.

Amellus V. Amella.

Amen, vox Hebraica ſignificans vere, certe, vel fiat. Primam ſyllabam habet natura longam. Quare *Paulin. Nolan.* & *Venant. Fortun.* qui corripuere, non ſunt temere imitandi.

Amenānus, i, fluv. Siciliæ, Ætnæ proximus, per Catanam fluens. *Ovid. Met.* 15. *v.* 279. Necnon Sicanias volvens Amenanus arenas. Ubi vulg. *Amaſenus* legitur: cum tamen hoc nomine nullus ſit fluvius in Sicilia.

Amens, tis, o. 3. *furioſo*, *pazzo*, משונע, Ger. *unſinnig*, *tobend*, Gal. *inſenſe*, *hors du ſens*, *forceno*, Hiſp. *ſin ſeſſo*, *loco*, ἄνους, qui a mente ſua diſceſſit, vel de ſtatu mentis dejectus eſt, hoc eſt, qui ſine conſilio, animoque eſt, quo ſapimus. *Cic.* 2. *de Fin.* An me tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar? ¶ Quidam amentem a demente ita diſtinguunt, ut demens ſit, qui non cogitat, quid agat aut loquatur, amens, qui prorſus inſanit. ¶ Amens etiam dicitur, conſternatus, ſtupefactus, *attonito*, *ſtupefatto*. *Virg. Æn.* 4. *v.* 279. Æneas aſpectu obmutuit amens. ¶ Cum genit. *Virg.* 4. *Æn. v.* 203. Amens animi.

Amentatio, onis, f. actus jaculandi. Deinde ipſum jaculum, ſive telum. *Tertull. l.* 1. *ad Nation. c.* 10. Quo machæris veſtris amentationibuſque cadatis.

Amentatus, a, um, nomen ex particip. amentis vel loris ligatus; ut amentatæ ſoleæ, quibus utuntur mulieres. Amentatum jaculum, *Cic. de cl. Orat.* Amentatæ haſtæ, *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 57. ubi allegorice loquitur.

Amentſa, *pazzia*, שגיעון, Ger. *unſinnigkeit*, ἄνοια, inſania, dementia. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 5. Animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemque dementiam. ¶ Sumitur & pro turbatione mentis conſternatæ. *V. Ovid.* 5. *Metam. v.* 509.

Amento, as, are, ut amentare jaculum, ideſt amento ligare, & jactui parare. *Lucan. l.* 6. *v.* 221. Cum jaculum parva Libys amentavit habena, ſe rotat in vulnus. *Sil. l.* 14. *v.* 423. *ad ventum accommodat*. Paſtoſque bitumine torque Amentante Noto Pœnorum apluſtribus ignes.

Amentum, i, loramentum eſt, quo telum regitur, & emittitur, *Liv. l.* 37. *c.* 41. Humor jaculorum amenta emollierat. *Sil. l.* 9. *v.* 509. Amento contorta haſtilia. ¶ Item lorum, quo ſoleæ reſtringuntur. *Feſt.* Amenta ſunt, quibus vinciuntur jacula, ut mitti poſſint, ſive ſolearum lora: ex Græco ἄμματα, vel quia aptantes ea ad mentum trahunt. *Plin. l.* 34. *c.* 6. *ad fin.* Statua ſedens, ſoleiſq, ſine amento inſignis.

Ameria, *Amelia*, ἄμερια, urbs Umbriæ ante Perſicum bellum annis nongentis ſeptuaginta quatuor condita (uti ex Catone *Plin.* 3. 14. narrat) Ocriculo vicina, a Narnia 6. M. P. in Ortum, unde vites Amerinæ, & ſalix Amerina laudantur.

America, *America*, quarta orbis terræ pars, inſula Oceani maxima, & immenſa, eadem, quæ Atlantis Platonis, detecta a Criſtophoro Columbo Genuenſi an. 1492. & poſtea nominata ab Americo Veſpuccio Florentino Coſmographo, an. 1497. Sita eſt ad Occidentem. Dicitur aliter Novus Orbis, ob magnitudinem, quæ veteri ferme par eſt, & perſæpe, ſed improprie, India Occidentalis, quod eodem fere tempore detecta ſit ad Occ. quo India ad Or. magna parte reperta eſt. ¶ Claudutur ab Occ. mari Auſtrino, ſeu Pacifico, ab Or. mari Boreali, & Æthiopico, a Mer. freto Magellanico, & freto Mæreo. Porrigitur a Septemtrione in Meridiem. ¶ Hinc in duas ingentes peninſulas dividitur, Septemtrionalem, & Meridionalem, quę tenui iſthmo 17. leuc. disjunguntur, & inter Panamam & Nomen Dei urbes ponte connectuntur.

Amerimnon, n. 2. herba, quæ alio nomine aizoon majus appellatur. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Amerina, f. 1. ſpecies eſt ſalicis arboris, quæ & Sabina appellatur: aptiſſima ad vites alligandas. *Colum.* 4. 30. & *Plin. l.* 24. *c.* 9. ¶ Item Amerina, genus pyrorum. *Stat. l.* 1. *Sil. ult. v.* 18. Et maſſis Amerina non peruſtis. *Plin.* 15. *c.* 15. inter ſeriſſima pyrorum genera enumerat.

Amerinus, a, um, qui eſt ex Ameria. *Virg.* 1. *Georg. v.* 265. Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.

Ames, itis, m. 3. Amites furculæ ſunt, quibus in venatione retia ſuſpenduntur. *Feſt.* perticam, ſeu furcam aucupalem interpretatur, ἰξόπαις κάλαμος, σάλιξ. *Horat. Epod.* 2. Aut amite levi rara tendit retia turdis. ¶ Amites baſternarum apud *Pallad. in Jun. tit.* 2. Sunt vectes longi, quibus baſterna, hoc eſt lectica jumento imponitur. ¶ Quanta prima ſit, dubitatur. Pleriſque tamen doctioribus placet, brevem eſſe.

Amethyſtinātus, amethyſtinis veſtibus indutus, apud *Mart. l.* 2. *epigr.* 57. Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

Amethyſtinus, a, um, ex amethyſto, aut amethyſti colorem referens, ut veſtimenta, quæ ideo etiam abſolute *Amethyſtina*, dicuntur. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 135. Purpura vendit Cauſidicum, vendunt Amethyſtina. Hic enim color in maximo pretio, quia miſtus ex purpura. *Plin. l.* 9. *c.* 41. & *l.* 21. *c.* 8. Italis hic color dicitur *violetto chiaro*.

Amethyſtizontes, carbunculi, quorum externus igniculus in Amethyſti violam exit. *Plin. l.* 37. *c.* 7.

Amethyſtus, f. 2. ἀμέθυστος, gemma purpurea eſt, in qua fulgor purpuræ eſt, non prorſus igneus, ſed in vini colorem deſinens, & violæ ſimilis. Dicta eſt quaſi minime ebria, ab α priv. part. & a verbo μεθύσκομαι, inebrior. Ratio nominis eſt, quod, cum uſque ad vini colorem accedat, prius tamen, quam id deguſtet, in violam definit, ſive quod ebrietati reſiſtit. *Plin.* 37. 9. *Ov.* 3. *de ar. am. v.* 181. Purpureæ amethyſti. *Plin. loc. cit.* Amethyſti Indicæ. ¶ Amethyſtus etiam genus uvæ eſt, quæ ſobria eſt, & temulentiam ſola non facit. *Plin. l.* 14. *c.* 2.

Amfractum, apud *Varr. l.* 6. *de L. L.* eſt ab origine duplici flexum: dictum ab ambitu, & frango.

Amia, f. 1. piſcis eſt pelamidi ſimilis, cujus incrementum ſingulis diebus intelligitur. *Plin. l.* 9. *c.* 15.

Amiantus, m. 2. *alume di piuma*, ἀμίαντος, lapis eſt friabilis in modum lanæ, alumini ſciſſili adeo ſimilis, ut pro eo a ſeplafariis ſupponatur. Vulgus Gallorum vocat alumen plumeum falſo exiſtimans, ſpeciem eſſe aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quod ab igne non conſumitur. Texitur quoque inter veſtes, & mappas, quæ ſordidatæ igni pergantur. *Plin.* 36. 19.

Amica, cæ, f. 1. *amica*, רעיה, Germ. *ein bul*, Gal. *amie*, *amoureuſe*, Hiſp. *amiga*, ἐρωμένη, quam quis amat inhoneſte. *Ter. in And.* 1. 3. 10. Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida e Pamphilo eſt.

Amicabĭlis, le, *conveniente all' amico*, Ger. *das zur freund ſchafft gehort*, φίλος. *Plaut. Mil.* 4. 4. 8. Operam da amicabilem. *h. e.* quam dare debet amicus. Sed al. leg. *adjutabilem*. *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 3. Scamnis amicabilibus deputari. Al. leg. *Amicalibus*. Neutrum ergo ſatis certum exemplum. Utuntur tamen hac voce JCti. *Leg. ult.* §. *ult. C. de legit. hered.* Per amicabilem tranſactionem.

Amicālis, le, idem quod amicabilis. *Ulp. leg.* 10. *D. Mandati vel cont.* §. *Si quis ea*. Qui adfectionem amicalem promiſit. Adde *Sidon. l.* 1. *ep.* 3. ubi alii leg. *amicabilis*.

Amicarius, apud *Diomed. l.* 1. *p.* 313. Eſt qui amicam præbet. Sed vox eſt huic Grammatico relinquenda.

Amīce, adv. benevole, *amichevolmente*, באהבה, Germ. *freundilich*, Gal. *en amy*, *amiablement*, Hiſp. *amigablement*, φιλοπρέπως, cum amore, & benevolentia. *Cic. de Amic. c.* 2. Qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amice. ¶ Jungitur & cum Dativo. *Cic.* 1. *Offic. c.* 26. Vivere ſimpliciter, fideliter, vitæque hominum amice. ¶ Superlat. *amiciſſime*, eſt apud eund. *Div. in Verr. c.* 9.

Amicīmen, inis, idem quod amictus, apud *Apul.* 11. *Met.* Mulieres candido ſplendentes amicimine.

Amicīnum, n. 2. *pedicino dell' otre*, utris pediculus, ex quo vinum diffunditur. *Feſtus*.

Amicio, cis, icui, & ixi, ictum, *veſtire*, עטה, Ger. *Kleinden*, Gal. *vetir*, Hiſp. *veſtir*, ἀμπέχω, veſtio, operio: eſt ab am, circum, & jacio. *Hor. lib.* 2. *ep.* 1. *in fi.* Quicquid chartis amicitur ineptis. ¶ Veteres in tut. *amicibo* dicebant. *Plaut. Perſ.* 2. 5. 6. Subnixus alis me inferam, atque amicibor glorioſe. ¶ Duo habet præterita hoc verbum, *icui*, & *iſci*: & poſterius eſſe magis uſitatum, notant Grammatici. *Brutus* apud *Diomed. lib.* 1. Qui te toga prætexta amicuit. *Varro ibid.* Celerius mater amiſcit. ¶ Tertium quoque afferri ſolet, *amicivi*: ſed caret adhuc exemplis.

Amicſter, *amichevolmente*, adver. pro amice. *Plaut. Perſ.* 2. 3. 3. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt.

Amicitia, tiæ, f. 1. benevolentia, conjunctio, familiaritas, neceſſitudo, *amicizia*, *amiſtà*, ירידות אהבה, Ger. *frundtſchafft*, Gall. *amitie*, Hiſp. *amiſtad*, φιλία, ab amicus, eſt ſtudiorum omnium, voluntatumque conſenſus. *Cic. in Lælio*, *c.* 6. Eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omnium divinarum, humanarumque rerum cum benevolentia, & charitate ſumma conſenſio. Amicitia proprie inter pares eſt: *Plin.* tamen *l.* 1. *ep.* 17. Amicitia Principis, dixit, ideſt benevolentia. ¶ Par amicitiæ, apud *Cic. pro Dom.* hoc eſt duo amici. ¶ Pyladea amicitia, apud eund. *de Fin.* hoc eſt perfecta, qualis fuit Pyladi cum Oreſte. ¶ Jungere amicitiam cum aliquo, adjungere aliquem ad amicitiam; Accipere, recipere, adſcribere aliquem in amicitiam; ad amicitiam alicujus accedere, ſe conferre, ſe adjungere, ſe applicare: Avertere ſe, removere ſe ab alicujus amicitia, amicitias dimittere, deferere, diſcindere, divellere, diſrumpere, diſſociare, diſſolvere, diſſuere, paſſim occurrunt apud *Cic. Cæſ.* &c. ¶ Amicitia, cum ad plantas, ac ſimilia tranſfertur, συμπάθεια eſt. *Plin. lib.* 19. *cap.* 8. *de ruta*: Amicitia eſt ei cum fico in tantum, ut nuſquam lætior proveniat, quam ſub hac arbore. ¶ Amicitiæ in plurali quoque, ut *Cic. in Lel. cap.* 13. Fugiendas eſſe nimias amicitias. ¶ Hoc etiam nomine appellata fuit Dea quædam. *Lil. Gyrald. de Diis Gent.* ſyntagm. 1.

¶ Ami-

¶ *Amicitiai* in genit. pro *amicitia* dixit *Lucret. lib.* 3. *v.* 83.

Amicities, ei, antiq. vox pro amicitia, apud *Lucret.* legitur *l.* 5. *v.* 1018.

Amīco, as, a. 1. *fare amico*, רעה, Ger. *freundtschafft machen*, Gall. *faire amy*, Hisp. *hazer amigo*, προσάγομαι, concilio, placo, amicum facio, propitium reddo. *Stat.* 3. *Theb. v.* 470. Solita prece numen amicat.

Amicōsus, a, um, qui multas amicas habet. Affert *Diomed. l.* 1. *p.* 313. Sed nullo confirmat exemplo Latini Scriptoris.

Amictorium, ἀμπεχόνιον, vestimentum puellare candidum, & subtilissimum ex lino. Hoc nomine inscribitur Distichon apud *Martial. l.* 14. *ep.* 149.

Amictus, a, um, *vestito*, עוטה, Ger. *bekleidet*, *angethon*, Gal. *vestu*, *couvert*, Hisp. *vestido*, ἀμφιεσμένος, particip. vestitus, indutus. *Cic.* 2. *Phil. c.* 34. Amictus toga purpurea. ¶ Differunt *amictus*, & *indutus*, quod illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, & laxioribus, quæ hominem tegunt magis, quam vestiunt: hoc de interioribus, & magis adhærentibus. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 32. Pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, &c.

Amictus, us, m. 4. *sopravvesta*, Ger. *Kleidung*, ἐπίβλημα, vestis, quæ superponitur aliis vestibus, quasi pallium. *Tibull.* 1. 9. 13. Frustra jam vestes, frustra mutantur amictus. ¶ *Amictui* esse est ad vestiendum aptum esse. *Cic.* 5. *Tuscul.* 5. *c.* 32. Mihi amictui est scythicum tegmen. ¶ Ponitur & pro quolibet velamento. *Virg.* 3. *Æn. v.* 545. Velare capita amictu Phrygio. *Sil. l.* 12. *v.* 613. terras cæco nox condit amictu. ¶ De cælo, quod undique terram tegit, usurpavit *Lucret. l.* 6. *v.* 1131. Cœli mutemus amictum.

Amicŭla, f. 1. *amichetta*, Germ. *ein bule*, τὸ ἐρώτιον, dim. ab amica. *Plin.* 3. *ep.* 9. Miserat epistolas Romam ad amiculam quandam. Adde *Cic. de Orat.* 2. 59.

Amiculātus, a, um, amiculo indutus, vestitus. *Solin. c.* 65. (al. 52.) de India: Pars nudi, pars obscena tantum amiculati.

Amicŭlum, n. 2. palliolum, vestis, הכריך, Germ. *ein Kleid das man uber andere anlget*, ἀμφίεσμα, genus vestimenti, auctore *Festo*, a circumjectu dictum. *Cic.* 2. *de Div.* Visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo.

Amicŭlus, *amichetto*, dim. ab amicus. *Hor. in Epist.* 17. *l.* 1. Disce docendus adhuc, quæ censet amiculus. ¶ Hæc diminutiva plena blanditiarum, & amoribus accommodata sunt.

Amīcus, i, subst. m. 2. benevolus, necessarius, benevolentia conjunctus, cupidus, studiosus, *amico*, רעה, Ger. *ein freund*, Gal. *amy*, Hisp. *amigo*, φίλος, ab amando dicitur, & honesta in re est. Est enim, qui honeste amat, & indissolubili familiaritatis jure conjunctus est. *Paulus Jureconf.* Amicos appellare debemus non levi notitia conjunctos, sed quibus fuerint jura cum patrefamilias honestis familiaritatis quæsita rationibus. *Cic.* 5. *Ver.* Alba tuus antiquissimus non solum amicus, verum etiam amator. *Donat.* Amicus animi est, amator corporis, amator ad tempus, amicus in perpetuum. ¶ Amicum sibi esse, est bene curare cutem suam, non defraudare Genium. *Horat. l.* 1. *sat.* 2. *v.* 20. Vix credere possis, Quam sibi non sit amicus. ¶ Amici Principum dicebantur eorum consiliarii, ac familiares. Hi & Comites dicti, a comitando: quod cum facerent, præcedere solebant. nam servi & minus honorata ministeria sequebantur: unde & Pedissequi dicti. Illi autem Anteambulones, & Antepedes dicebantur. ¶ Sic & ipsi Patroni, & quibus præstamus obsequia, Amici dicuntur. Ita *Horatius* appellat Mecænatem patronum suum, *Epod.* 1. Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula. Et *Carm. l.* 2. *od.* 18. Nec potentem amicum Largiora flagito. Sic *Juven. sat.* 4. *v.* 57. Magnos amicos dixit. ¶ Amicum pro amicorum dixit *Plaut. Merc.* 2. 3. 51.

Amīcus, ca, cum, o. 1. 2. adject. *amico*, *caro*, φίλος, benevolus, amicitia conjunctus. *Cæs.* 2. *B. C.* Quas Cæsar esse amicas civitates arbitrabatur. ¶ Si jungitur cum re inanimata, significat utile, sive gratum, ut Amicus pratis humor, amica frugibus æstas, amicum plantis sidus. *Hor. lib.* 2. *od.* 17. Nec Diis amicum, nec mihi te prius obire. ¶ Hinc fit comp. *Amicior*, & superlat. *amicissimus*. *Cic. Att.* Mihi nemo amicior, nec jucundior Attico. Et *l.* 3. *Fam. ep.* 3. Successor conjunctissimus, & amicissimus. ¶ Legitur etiam *amicitior* pro *amicior*. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 2. Neque tibi amicitior quisquam posset succedere. Ita leg. plerique ex MSS. *Apulej. in Apolog.* Amicitiorem esse mediocritati. Adde *Symmach. l.* 4. *ep.* 7.

Amilcar, is, m. 3. Ἀμίλχαρ, Carthaginensium dux, Annibalis pater, qui filium irreconciliabili illo erga Romanos odio primus imbuit. ¶ Plures item alii hoc nomine fuerunt, ut ille Alexandri Magni tempore, qui, cum cives sui crescentes Alexandri vires extimescerent, exulem se fingens, ad ejus castra transfugit; receptus in militiam, & consiliis adhibitus suis omnia civibus in tabellis ligneis cera superinducta perscribebat.

Aminæum, sive Ammineum, opp. Campaniæ prope Falernum M. unde vites Aminææ, & vinum Aminæum.

Aminĕus, vel Ammineus, a, um, adject. Ab Aminæo, sive Aminea. *Virg.* 2. *Georg. v.* 97. Sunt & Amineæ vites fortissima vina. *Al. leg.* Sunt etiam Ammineæ vites, &c. Vide ibi *Serv. & Pier.*

Amissibĭlis, le, *che si può perdere*, qui amitti potest. *Augustin. lib.* 5. *de Trinit. cap.* 4. & *lib.* 15. *c.* 13.

Amissio, onis, f. *perdita*, actus amittendi, ἀποβολή. *Cic. Fam.* 4. *ep.* 3. Omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi. *Idem in Pis. c.* 17. Amissio oppidorum. *Et cap.* 18. *in fin.* Amissio dignitatis.

Amissis, pro amiseris, apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 217.

Amissus, a, um, dimissus, perditus, *perduto*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 148. Amissos hinc jam obliviscere Grajos. ¶ Absolute, Amissa recuperare, *Nepos* 13. 3. 2.

Amissus, us, ui, idem quod amissio, *perdita*. *Nepos* 7. 6. 2. Siciliæ amissum culpæ suæ tribuebant.

Amĭta, f. 1. *zia*, Ger. *des vatters schvvester*, Gal. *tante du cote du pere*, Hisp. *tia*, πατραδέλφη, patris mei soror, sic dicta, quia similiter a me tertia sit, atque avia videri possit, vel quia a patre meo amata est. Nam plus sorores a patribus, quam fratres diligi solent propter dissimilitudinem personarum, quæ ideo minus dissensionis habent, quod minus æmulationis. *Cic. pro Cluent. cap.* 10. Cluentia, quæ amita hujus Aviti fuit. ¶ *Amita magna* est avi mei soror. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. ¶ *Amita major* est soror proavi mei. *Paul. ibid.* ¶ *Amita maxima*, quæ & *abamita* dicitur, est soror abavi. *Idem ibid.*

Amiternīnus, a, um, ad Amiternum pertinens, ut Amiternina arva, *Colum. lib.* 10. *v.* 422.

Amiternum, n. 2. *S. Vittorino*, urbs excisa, olim Vestinorum in Aprutio ad Aternum amnem, ab Aquila 5. M. P. in Bor. Fuit patria Cr. Sallustii. *Plin.* 18. 13. & 19. 5.

Amiternus, a, um, ad Amiternum pertinens, ut Amiterna cohors, *Virg.* 7. *Æn. v.* 710.

Amithaon, pater Melampi vatis. *Stat. Theb.* 3. Juxtaque Amithaone cretus, Jam senior. Hinc

Amithaonius, a, um. *Tib.* 4. *eleg.* 1. Queis Amithaonius nequeat certare Melampus.

Amitīni, & Amitīnæ auctore *Nonio* dicuntur ii, quorum alter ex fratre, alter ex sorore genitus, *figliuoli di fratello*, *e sorella*, *cugini germani*, πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς ἀνεψιοί. Duorum autem fratrum filii, patrueles, duarum sororum, consobrini appellantur. *Dig.* 38. 10. 1.

Amitto, is, isi, issum, ere, *mandar via*, *perdere*, אבר, Ger. *verlieren*, Gal. *perdre*, Hisp. *perder*, ἀποπέμπω, ἀποβάλλω, primo significat, amandare, dimittere, seu abire permittere. *Plaut. Capt.* 2. 2. 82. Et te, & hunc amittam hinc. Ita Terentius multis in locis. Donatus: Quod nos dicimus dimittere, veteres dicebant amittere. ¶ Deinde significat perdere, jacturam facere. *Cic. ad Attic. l.* 15. *ep.* 11. Necesse est servire tempori, & non est amittendum, cum sit datum. ¶ De morte etiam eleganter dicitur, & non solum vitam amittere, animam, &c. sed etiam amittere patrem, liberos, &c. *Suet. Tib. c.* 7. Drusum fratrem in Germania amisit. ¶ Amittere de manibus aliquem, vel e manibus, *lasciarsi fuggir dalle mani*. *Cic. pro Cæl.* & *Liv. l.* 29. *c.* 32. Sic amittere e conspectu, *perdere di vista*. *Ter. Eun.* 2. 3. ¶ Et omissa præposit. quæ inest in ipso verbo, *Plaut. Mil.* 2. 5. 47. Amittere prædam manibus. ¶ *Amittere alicui noxam* est ignoscere. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 181. Tibi hanc amittam noxam unam. *te la lascierò passare*. ¶ *Amissis* pro amiseris, *Plaut. Bacch.* 5. 2. 70. Et *amisti* pro amisisti, *Ter. Eun.* 2. 2. 10.

Ammi, Ammios, ἄμμι, herbæ genus, quam cuminum Æthiopicum vocant. *Plin. l.* 20. *c. ult.*

Ammianus Marcellinus, historicus latinus, qui historiam scripsit a principatu Nervæ usque ad Valentis interitum libris 31. ex quibus 18. posteriores adhuc supersunt.

Ammitto pro admitto legitur in plerisque Codicib. *Valer. Flacci* 2. 399. & 6. 303.

Ammochrysus, ἀμμόχρυσος, gemmæ nomen. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Arenarum similitudo est in ammochryso, velut auro arenis misto.

Ammodites, m. 1. ἀμμοδύτης, serpens est viperæ similis, arenosi coloris, unde nomen accepisse videtur. A nonnullis cenchrias dicitur, quod caudam habeat duram instar milii. *Lucan. l.* 9. *v.* 715.

Ammon, onis, ἄμμων, sive Hammon, Juppiter vocatus est, qui in desertis Libyæ sub Arietis forma colebatur, ab arena, quæ a Græcis ἄμμος, vel ἄμμος dicitur, quod ejus templum in arenis situm esset. Nam cum Liber pater per desertum Libyæ exercitum duceret, universa jam Asia devicta, & siti admodum laboraret, imploraße a patre auxilium dicitur, quo facto apparuit ei extemplo aries, quem dum fugientem persequitur, pervenit illo duce ad fontem amœnissimum. Desiderio potitus, existimans, arietem illum fuisse Jovem, ei templum miræ magnitudinis in arena constituit, & Deum vocavit Ammonem, hoc est, Jovem arenarium. ¶ Nonnulli dicunt, Ammonem Jovem esse dictum ex nomine Ammonis pastoris, qui primus illic templum extruxit. Hujus meminere Suidas, & Aristophanes. ¶ Fortasse hæc ratio appellationis melior est, quod lingua Ægyptia Ammon Juppiter dicitur. Fortasse etiam hic Cham est filius Noe, quem corrupto nomine posteri Ammonem vocitare cœperint. ¶ Locus nunc *Canzaron di Mahoma* dicitur, in Libya inf. in confinio Cyrenaicæ reg. apud Garamantes, a Cyrene 400. M. P. in Austr.

Ammonĕo pro admoneo legitur in multis codicib. *Phædri l.* 1. *Fab.* 26. *l.* 3. *fab.* 10. *Valer. Flacci* 3. 147. & 5. 12. & *Macrob. l.* 1. *in somn. Scip.* 1. & 5.

Ammonia, f. 1. ἀμμωνία, regio mediterr. Libyæ, in qua Juppiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia, quæ ἄμμος a Græcis dicitur. Ammonia etiam cognominata est Juno, culta ab Eleis. *Pausan. in Eliac. p.* 163.

Ammonĭcum, V. Hammoniacum.

Ammoniăcus sal, ἀμμωνιακός, terræ salsugo in Libyæ arenis crescente Luna effervescens, alumini scissili non dissimilis, glebis oblongis, venisque in longitudinem rectis. Vide *Plin. l.* 31. *c.* 7. *Dioscor. l.* 5. *Ovid. de medicamine faciei*, *v.* 94. Cumque Ammoniaco mascula tura sale.

Ammonii, populi Libyæ, colentes Jovem Ammonem, ἀμμώνιοι.

Ammonitrum, ἀμμόνιτρον, massa est constans ex arena molis trita, & tertia parte nitri, ex qua recocta fit nitrum purum, & candidum. *Plin. l.* 36. *c.* 26.

Ammothea, Nympha, ἀπὸ τοῦ ἄμμου, καὶ θέειν, quasi per arenam currens.

Amnensis, ad amnem situs, περιποτάμιος. *Festus:* Amnenses dictæ urbes ad amnem sitæ.

Amnestia, ἀμνηστία, Græca vox, rerum præteritarum oblivionem significans, qua voce usus creditur *Cic.* in quadam Oratione ad Senatum habita in æde Telluris, de pace cum Antonio facienda, quæ hodie non extat. Ita enim *Philip.* 1. *cap.* 1. de ea oratione loquens, ait: In quo templo jeci fundamenta pacis: Græcum etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis usa erat illa Civitas (*Athenæ*) atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui. Dissentit tamen ab hac opinione *Muretus l.* 2. *Var. lect. c.* 15. V. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 1.

Amnicŏla, æ, περιποτάμιος, ad flumen habitans, *chi abita appresso al fiume*. *Ovid.* 10. *Met. v.* 96. Amnicolæque simul salices.

Amnicŭlus, i, diminut. ab Amnis, *picciol fiume*, *fiumicello*. *Liv. l.* 36. *c.* 22. Ab altero amniculo App. Claudium opposuit.

Amnĭcus, a, um, o. 1. 2. *di fiume*, Ger. *das des fluss*, *oder bach ist*, ποτάμιος, fluvialis, ut Stirps amnica, apud *Apul. Plin. l.* 3. *c.* 25. Insula amnicarum maxima.

Amnigĕna, vel Amnigĕnus, a, um, in amne genitus. *Auson. Mosella*, *v.* 116. Amnigenos inter pisces. Al. leg. *amnigenas*.

Amnis, m. 3. *fiume*, יאור נהר, Ger. *ein fluss*, *ein bach*, Gal. *fleuve riviere*, Hisp. *el rio*, ποταμός, fluvius, ab am, idest, circum, & nare, fluere, quoniam flexuoso meatu labitur. Vel dicitur ab ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideoque cornuta pinguntur. Nec desunt, qui a Græco ἀμνιός, deduci malint, quod etiam *Suidas* fluvium interpretatur. *Virg.* 1. *Georg.* Atque alius latum funda jam verberat amnem. ¶ Ponitur & pro torrente, *torrente*. *Virg.* 4. *Æn.* Ruunt de montibus amnes. ¶ In sexto casu facit etiam amni, pro amne. *Liv. l.* 21. *c.* 5. Verticoso amni delati in hostes. Et *c.* 27. *ejusd. lib.* Trajecto amni. ¶ Olim fuit etiam femin. gen. *Plaut. Merc.* 5. 2. 18. Neque mihi ulla obsistet amnis. Adde *Var. l.* 3. *R. R. c.* 5. & *Accium* apud *Non. c.* 3. *n.* 11.

Amo, a. 1. diligo, studio prosequor, benevolentia complector, *amare*, אהב, חבב, Ger. *liebhaben*, *lieben*, Gal. *aimer*, Hisp. *amar*, φιλέω, charum habere, bonum alicui velle. *Cic. Att.* Amat nos, charosque habet. ¶ Amare majoris vis est, quam diligere. *Cic. ad filium*, Ut scires, eum non a me diligi solum, verum etiam amari. *diligere* enim est amare cum delectu, ideoque rationis potius, quam appetitus. *Terentius* tamen contrarium posuisse videtur, Quo plus quenquam amem, aut plus diligam. ¶ Quod si amo absolute ponatur, capitur pro amore captus sum, *esser innamorato*. *Ter. Andr.* 1. 2. 14. Meum gnatum rumor est amare. ¶ Amare nimis pro indulgere. *Cic. Att. l.* 6. Nimis in isto Bruto amasti. ¶ Amare se ipsum, est, se mirari, sibi placere.

Cic.

Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 1. ¶ Si me amas, Ita me Dii ament, Sic me Deus amet, obteſtantis, & affirmantis formulæ ſunt. ¶ Dicimus ſæpe, amare, pro ſolere. *Hor. l. 2. od. 3.* Pinus ingens, albaque populus Umbram hoſpitalem conſociare amant. Et *l. 3. od. 16.* Aurum perrumpere amat ſaxa potentius ictu fulmineo. ¶ Interdum pro amanter, & ſtudioſe petere. *Plaut. Men. 2. 3. 71.* Scin' quid te amabo, ut facias? Sic *sbid. 3. 3. 1 Ter. Eun. 3. 3. in fin.* Amabo te, ut illuc tranſeas. ¶ Dicimus etiam, amo te, cum gratias agere volumus, & obſtrictum beneficio animum ſignificare. *Ter. Eun. 1. 2. 106.* Scilicet faciundum eſt, quod vi.. Th. Merito amo te: bene facis. ¶ Habet hoc verbum varios caſus præter accuſat. *Ter. Eun.* Ecquid nos amas de fidicina iſthac? *Plaut. Pœn.* Hic amat a Lenone. *Cic. Att.* Si quidquam me amas, &c. ¶ Amabo, Amans V. ſuis locis.

Amódo, *da ora innanzi, per l'avvenire*, מעתה, ἀπὸ τοῦ νῦν, poſthac, ſive ab hoc tempore. *Hieron. l. 1. adverſ. Jovinian. c. 3. ex Iſaiæ c. 38.* Amodo filios facias.

Amœbæus, ἀμοιβαῖος, in pen. cum æ, & in antep. cum œ diphthon. genus carminis, in quo qui canunt, utuntur æquali numero verſuum, & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut majus, aut contrarium aliquid dicat, ut eſt apud *Virg. in Bucol. Ecl. 3.* Ab Jove principium Muſæ, Jovis omnia plena: ille colit terras, &c. Nomen deductum eſt ab ἀμείβω, alterno, vices redoo, ſuccedo, permuto, &c. ¶ Amœbeus, & Antamœbeus pedes ſunt pentaſyllabi. Prioris exemplum eſt, *incredibiles*, poſterioris, *manifeſtaret. Diomed. l. 3. c. de pedib.*

Amœne, adv. *deliziosamente*, cujus Comparat. eſt apud *Gell. lib. 14. c. 1.* Superlat. apud *Plin. l. 4. ep. 23.* Habitare amœniſſime. Poſitivum apud *Plaut. Mil. 2. 5. 2.*

Amœnĭtas, f. 3. ſuavitas locorum, *amenità, diletto*, נועם, Germ. *luſtigkeit*, τερπνότης, jucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. *Cic. 2. de Leg. c. 1.* Amœnitatem, & ſalubritatem hanc ſequor. *Id. 2. de nat. Deor. 39.* Amœnitates litorum. *Plin. in Præfat.* Studiorum amœnitates quærimus. *h. e.* ea in ſtudiis conſectamur, quæ delectant, & jucunda ſunt. ¶ Pro munditie, & elegantia uſus eſt *Plaut. Men. 2. 3. 6.* Sternite lectulos, incendite odores. Munditia illecebra animo amantium. Amanti amœnitas malo, nobis lucro eſt.

Amœnĭter, pro amœne. *Gell. lib. 20. c. 8.* Hilare, atque amœniter agitare vindemiam.

Amœno, as, exhilaro, amœnum facio, *rallegrare, far ameno*, ἱλαρύνω. *Caſſiod. l. 2. epiſt. 40. de Muſæo.* Felices animas ſeptem chordarum pulſibus amœnabat. *Salvian. l. 7. pag. 249.* Regio amœnata lucis, atque irrigata fontibus. Adde *Sidon. l. 1. ep. 9.* Tetrica ſunt amœnanda jocularibus.

Amœnus, a, um, *ameno*, נעים, Ger. *luſtig, lieblich*, Gal. *plaiſant, agreable*, Hiſp. *ameno*, ῥυθρός, ἁβρός, aſpectu jucundus, non tamen artificio, ſed natura ipſa. *Feſtus* ab amo deducit, cum ait, *loca amœna, quod ad amandum alliciant.* ¶ Dicitur amœnus præcipue de locis, ut Amœnum rus, amœnus fons. *Cic. Attic. l. 16. epiſt. 3.* Prædiola noſtra ſatis amœna. *Juſtin. 38. 7.* Cœlum amœnius. *Tacit. hiſt. 3. 30.* Amœniſſima ædificia. ¶ Amœna in plurali ſubſtant. ponuntur pro locis ipſis amœnis. *Tacit. Ann. 3. c. 7.* Per amœna Aſiæ, atque Achajæ. ¶ Apud *Gel. l. 9. c. 8.* Puer Delphino amœnus: *ideſt* charus, dilectus.

Amolior, iris, d. 4. *rimuovere*, חסור, נגר, Germ. *dannen thun mit arbeit*, Gall. *chaſſer, & oter de quelque lieu avec grande peine*, Hiſp. *apartar, arredrar*, ἀποθέω, ex a, & molior, quod eſt a mole, ſignificat amovere, & proprie de iis dicitur, quæ cum magna difficultate ſubmoventur. *Plin. l. 11. c. 10.* Amoliuntur omnia e medio. ¶ *Terent.* per translationem *in And. 4. 2. 24.* pro recedo poſuit, *partiſſe*. Hinc vos amolimini. ¶ Accipitur & pro retellere. *Quintil. l. 3. c. 13.* An amoliendæ ſingula. ¶ Item arcere, depellere. *Plin. l. 32. c. 2.* Amoliri pericula. *Petron. in Satyr. c. 97.* Amoliri invidiam. ¶ Paſſiva ſignificatione *Plaut. Moſtell. 2. 1. 24.* Jube, hæc hinc omnia amolirier. Hinc particip. *amolitus* paſſiva item ſignificatione. *Apulej. de deo Socrat.* Omnibus exuviis amolitis equum contemplari. *h. e.* detractis.

Amolitio, r. 3. *Gel. l. 12. c. 1.* Ubi infantis facta ex oculis amolitio eſt. De infante loquitur, qui a matre removetur, ut alieno lacte alatur. *allontanamento.*

Amŏmis, f. 3. herba amomo ſimilis, venoſior tamen, & durior, minuſque odorata. *Plin. 12. 13.*

Amŏmum n. 2. ἄμωμον, arbor forma e vite labruſca, frutice venoſo, palmi altitudine, herbæ toliis ſimilis bryoniæ. Triplex eſt, Armenicum, Medicum, & Ponticum. ¶ *Amoma* in plur. pro unguentis quibuslibet. *Perſ. Sat. 3. v. 104.* Tandemque beatulus alto Compoſitus lecto, crateſque lutatus amomis. ¶ Inde Recentiores *Amomiam* vocaverunt illud omne, quo defunctorum corpora medicabantur & condiebantur. Quod vulg. detruncato vocabulo *Momiam*, ſeu *Mumiam* vocant.

Amor, ōris, m. 3. charitas, benevolentia, gratia, ſtudium, pietas, deliciæ, *amore*, אהבה, Ger. *liebe*, Gal. *amour*, Hiſp. *amor*, ἔρως, ardor benevolentiæ, vel cupiditatis. Definitur a *D. Auguſtino* animæ rationalis affectus, per quem ipſa aliquid cum deſiderio quærit, & appetit ad fruendum, & fruitur eo, cum adepta eſt, & cum quadam ſuavitate interiori amplectitur, & conſervat. ¶ Amor plus eſt, quam benevolentia, licet plerunque pro eodem accipiatur: Ex amore enim naſcitur benevolentia. *Cic. de Amic. c. 8.* Amor, ex quo amicitia nominata eſt, princeps eſt ad benevolentiam conjungendam. ¶ Differt item amor a charitate, quod amor ſit genus, charitas ſpecies, ille ad omnes pertineat animantes, hæc ad homines tantum. ¶ Amor ſingulari numero plerunque honeſtus eſt, ut amor fraternus, amor patris in filium. *Cicero.* Incenſus ſum amore virtutum tuarum. ¶ Poteſt tamen & in Venerem partem accipi, & tunc, ſecundum *Auguſtinum*, cupiditas, aut libido vocatur, *deſiderio. Virg.* Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres, in furias, ignemque ruunt, amor omnibus idem. ¶ *Amores* vero in plurali plerunque laſcivi ſunt. *Cic. pro Cœl.* Mulier amorum turpiſſimorum quotidie fœdera feriens. ¶ Nonnunquam tamen etiam de honeſta voluptate dicuntur. *Cic. 1. Offic. c. 5.* Formam, & tanquam faciem honeſti vides, quæ, ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. ¶ Metonymice amor, vel amores dicuntur ii, quos impenſe amamus. Sic Titus Veſpaſianus dictus fuit amor, ac deliciæ generis humani. *Suet. in ejus vita, c. 1.* Sic *Plaut. Pœn. 1. 1. 79.* Hem, amores tuos ſi vis ſpectare. ¶ Amor pro cupidine Veneris filio. *Propert. l. 2. eleg. 12.* Quicunque ille fuit primus, qui pinxit amorem. ¶ Amos pro amor, eſt apud *Plaut. Curcul. 1. 2. 2.* ſed ibi blæſa anus loquitur.

Amorabundus. Laberius mulierem amantem *amorabundam* dixit, apud *Gel. l. 11. c. 15.* Vox eſt inuſitata.

Amorĭfer, amorem concilians. *Venant. Fortunat. Epithalam. Sigeberti regis, l. 6. carm. 2.* Torſit amoriferas arcu ſtridente ſagittas Forte Cupido volans.

Amorĭficus, a, um, amorifer. *Apulei. de herb. c. 123.*

Amotio, f. 3. *rimovimento. Cic. de Fin. l. 1. c. 11.* In omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.

Amōtus, a, um, nomen ex particip. ab amoveo, remotus, ſublatus, *tolto via, levato. Horat. 1. Sat. 1. v. 27.* Amoto quæramus ſeria ludo. ¶ Item ſublatus furto, *rubato. Id. l. 1. od. 10.* Boves per dolum amotas. Idque verecunde, ne Mercurium, de quo loquitur, furti reum agere videretur. Sic apud JCtos, *res amotæ*, ut *Ulpianus in Leg. rei pro ſoc. l. 17. Pandect.* & alii.

Amovĕo, es, ovi, otum, a. 2. arceo, removeo, prohibeo, *rimuovere*, הסיר, Germ. *hinweg thun, von dannem treiben*, Gall. *oter*, Hiſp. *apartar*, ἀποκινέω, de loco moveo, expello. *Cic. pro Rabir. perduell. c. 4.* Amovere virgas a corpore civium. *Suet. in Calig. c. 34.* Amovere ſcripta Virgilii ex omnibus bibliothecis. *Plaut. Trucul. 1. 1. 64.* Amovere aliquem loco. ¶ *Amovere ſe* eſt recedere. *Terent. Phorm. 3. 3. 34.* Te hinc amove. ¶ Amovere aliquem pro relegare. *Tacit. 4. Ann. 31.* Amovere aliquem in inſula. *Id. ibid. c. 21.* Amovere aliquem Cretam. ¶ Ponitur etiam pro furari, cum de domeſticorum furtis ſermo eſt, lenitate vocabuli turpitudinem facti mitigante. *Paul. Dig. 25. 2. 3.* & *Ulpian. 29. 2. 70.*

Ampedices, dicebantur ab antiquis, quod circum penderent, quos nunc Appendices vocamus. *Feſtus.*

Ampelītis, terra tenax ad ſimilit. bituminis. *Plin. l. 35. c. 16.*

Ampelodeſmos, V. Ampelos.

Ampeloleuce, ἄμπελος λεύκη, vitis alba, uva Taminia. *Plin. l. 33. c. 1.*

Ampeloprāſos, V. in Ampelos.

Ampelos, ἄμπελος, Græcis ſignificat vitem. ¶ Ampelos Leuce, ἀμπελολεύκη, vitis alba, bryonia, pſilothrum, herba vel a qualitate coloris, vel quod ejus radix contrita, & corpori intricata teneriorem, & candidiorem cutem reddat. Nam & ſuccus baccarum ejus lac reddit uberibus ſiccis. ¶ Ampelodeſmos, ἀμπελοδεσμός, herba, qua Siculi vites ligant. *Plin. l. 37. c. 23.* ¶ Ampelos melæna, ἀμπελομέλαινα, vitis nigra, quam alii bryoniam, alii chirranam, alii cynechantem, aut aproniam vocant. ¶ Ampelos agria, ἄμπελος ἀγρία, labruſca, ſeu vitis agreſtis. *Plin. l. 23. c. 1.* ¶ Ampeloprāſon, ἀμπελόπρασον, vulgo porrum vinearium, herba naſcens in vinetis, foliis porri, ſed anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. *Plin. l. 24. c. 5.*

Amphiaraëus, a, um, ad Amphiaraum pertinens, Ἀμφιαράειος. *Propert. lib. 2. el. ult. v. 39.* Amphiaraeæ nil profunt fata quadrigæ.

Amphiaraïdes, dicitur Alcmæon Amphiarai filius. *Ovid. Faſt. 2. v. 43.* Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Amphiarāus, m. 2. ἀμφιάραος, Argivus, Oeclei, aut, ut alii malunt, Lini, & Hyperimneſtræ filius, vates, & augur fuit futurorum peritiſſimus, qui cum prævideret, fore, ut in bello Thebano interiret, domi latitavit. Tandem tamen ab uxore proditus, invitus a Polynice ad bellum eſt pertractus, ubi cum fortiter pugnaret, una cum curru terræ hiatu abſumptus eſt. Propter auguralem ſcientiam in tanto honore eſt habitus, ut Græcis Deus haberetur, & ab ejus ſolo, in quo eſt humatus, oracula peterentur, ut *Cic. 1. de Divin. c. 40.* teſtatur *Ovid. 3. de Ponto, eleg. 1. v. 52.* Notus humo mersus Amphiaraus equis. V. *Stat. ſub fin. l. 7. Theb.* ubi ejus in Interos cæſum deſcribit.

Amphibălus, ſive Amphibalum, genus veſtis pallio ſimilis, quo exterius amiciebantur. *Sever. Sulpic. Dial. 2. de virtut. B. Martini c. 1.*

Amphibia, orum, ἀμφίβια, animalia tam in terris, quam in aquis viventia, quæ a *Cic. 1. de nat. Deor.* beſtiæ ancipites vocantur. Dicuntur amphibia, quaſi duplicis vitæ, ab ἄμφω duo, & βίος, vita, quod in ambobus elementis vitam degunt. *Varr. 3. R. R. c. 10. & l. 4. de L. L. c. 13. & Colum. l. 8. c. 13.* ſed Græcæ.

Amphibologia, f. 1. & rectius *amphibolia*, vel *amphibolon*, ambiguitas, ἀμφιβολογία, dubium dictum, ſermo dubiam ſententiam indicans, figura, quæ fit vitio compoſitionis, cum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modo fit per duos accuſativos ejuſdem generis in Infinitivo, ut Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe. Modo per verbum commune, ut cum dicimus, Cato injuſte criminatur. Incertum eſt enim, an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium. Modo per particip. ut Vidi ſtatuam auream haſtam tenentem. Modo per homonyma, ut ſi quis dicat aciem, nec exprimat oculi, vel gladii, vel exercitus. Poteſt etiam fieri aliis modis. Recentiores Critici malunt dici amphibolia, quemadmodum Græce eſt ἀμφιβολία. Videtur enim amphibologia ſignificare potius ſermonem de amphibolia. Vide *Voſſ. de vit. ſerm. l. 1. c. 11.* Certe *amphibolia* uſus eſt *Cic. 1. de Divin. c. 56.* & *Auct. ad Herenn. l. 2. c. 11.* Amphibologiam uſurpat *Iſidor. l. 1. Orig. c. 33.*

Amphibŏlus, a, um, *ambiguo*, ambiguus, dubius. *Martian. Capell. l. 5. pag. 149.* Nomen amphibolum facit quæſtionem.

Amphibrachys, yos, m. 2. ἀμφίβραχυς, pes ex prima, & ultima brevibus media producta, ut timere; hic dictus, quod in utraque parte brevem habeat, ab ἀμφί, utrinque, & βραχύς, brevis. *Quint. lib. 9. c. 4.* Longa inter breves amphibrachys: duabus longis brevem ſequentibus, baccnius. ¶ Legitur etiam *amphibrachus, i*, poſitione Latina.

Amphibrevis, pes idem qui amphibrachys; ſed vox ipſa hybrida eſt, ex Græco ἀμφί, & Latino *brevis* conflata. *Diomed.* eam uſurpat *l. 3. pag. 475. Putſch.*

Amphictyŏnes, ἀμφικτύονες, publicum Græciæ concilium, inſtitutum ab Amphictyone Heleni filio, conſtans ex ſeptem Græciæ civitatibus. *Cic. 2. de invent. c. 23.*

Amphictyonĭcus, a, um, ut leges Amphictyonicæ, quibus ad concordiam colendam invitabantur.

Amphigenīa, f. 1. opp. Pelopponenſi in Meſſenia. *Stat. 4. Theb. v. 178.*

Amphimacrus, m. 2. ἀμφίμακρος, pes ex tribus ſyllabis conſtans, prima, & ultima longis, media correpta, ut *pallidi*, ſic dictus, quod utraque parte longam habet ſyllabam. Ἀμφί enim utrinque ſonat, & μακρός, longum. *Quintil. l. 9. c. 4.*

Amphimalia, *Suda*, & *S. Nicola*, opp. Cretæ in ora Bor. verſ. Occ. ubi Sinus Amphimalus, *Golfo di Suda*, inter Rhetymnam urb. ad Ort. & Drepanum prom. ad Occ.

Amphimalla, orum, n. ἀμφίμαλλα, tunicæ ex utraque parte pilos habentes, dictæ ab ἀμφί circum, & μαλλός, vellus. *Plin. l. 8. c. 48.* Gausapa patris mei memoria cœpere, amphimalla noſtra.

Amphimedon, unus ex Centauris. *Ovid. 5. Met.*

Amphinŏme, ἀμφινόμη, Nympha, a circumpaſcendo, quod fieri in aqua videmus.

Amphīon, ŏnis, m. 3. Ἀμφίων, Jovis, & Antiopes, vel ſecundum aliquos Mercurii filius, a quo accepta lyra adeo ſuaviter canebat, ut ſaxa ad ſtruendos muros Thebanos traxiſſe dicatur. Quod ideo fictum, quia eloquii ſuavitate homines rudes, & incultis moribus ad obſequii civilis pellexit diſciplinam. Ferunt hunc Muſicam invenſſe.

Amphionĭus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Amphion. *Propert. l. 1. el. 9.* Amphionia lyra.

Amphipŏlis, f. 3. ἀμφίπολις, poſtea Chriſtipolis, *Criſtipoli*, Turc. *Emboli*, urbs Macedoniæ in Thraciæ conf. juxta Philippos, & Apolloniam ad 30. M. P. a Theſſalonica 60. Serris proxima, & Sinui Strimonico.

Dicta

Dicta est Amphipolis, quod illam Strimon fl. circumfluit, & ambit: nempe ab ἀμφὶ, circum. *Plin. l. 4. c. 10.*

Amphipolitānus, a, um, ad Amphipolim pertinens. *Justin. in fine l. 14.* Amphipolitana arx.

Amphiprostylos, ædes, quæ columnas in anteriore, & posteriore parte habet. Græca hac voce utitur *Vitruv. l. 3. c. 1.*

Amphisbæna, f. 1. ἀμφισβαῖνα, serpens est in Libyæ desertis duo habens capita, unde & circulatis tractibus creditur incedere. *Luc. l. 9. 719.* Et gravis in geminum surgens caput Amphisbæna.

Amphissa, f. 1. ἄμφισσα, Amphysa, *Lambina*, *Anfissa*, opp. Phocidis in finibus Locrorum Ozolorum, juxta oram fin. Crissæi, ad fl. cognominem, a Delphis 60. stad. in Merid. Dicta est ab Amphissa Macraris, & Apollinis filia, vel quod undique montibus cingitur. Hinc Amphissæi, qui Delphicum templum diripuerunt. ¶ Amphissia, & Amphisa, *la Rocella*, oppidum Magnæ Græciæ, in ora Calabriæ Ulter. inter Locros, & Caulonam 8. M. P. apud ost. Sagræ fl. Hinc,

Amphissĭus, a, um, ad Amphissam pertinens. *Ovid. 15. Met. v. 703.*

Amphissa saxa.

Amphitane, ἀμφιτάνη, gemma colore aureo. *Plin. l. 37. c. 10.*

Amphithalămus, m. 2. cubilis genus, contra thalamum positus, *anticamera*. *Vitruv. l. 6. c. 10.* Dextra, & sinistra cubicula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphitalamus dicitur. Legitur & antithalamus. ¶ Apud nos *le anticamere* junctæ sunt thalamis, seu cubiculis, in quibus versamur: at apud Græcos separatæ erant angusto transitu, & in iis morabantur ancillæ, ut præsto essent ad imperium. Vide *Interpretes ad loc. cit. Vitruvii.*

Amphităpa, f. 1. vel amphitapum, *schiavina*, ἀμφίτατος, vestis genus utrinque villos habens, idem fere, quod amphimallum, *Varro*, *Lucil. Ulp. l. vestis de auro, & arg. leg. Non. c. 14. n. 24. ex Varrone* affert: dormire super amphitapa bene molli. ¶ Aliis amphitapa est tunica utrinque villos habens. ¶ Item tapetes hirsuti, & villosi.

Amphitheatrālis, le, adject. ad amphitheatrum pertinens. Amphitheatrales magistri. *Martial. l. 11. epigr. 70.* Amphitheatrale spectaculum, *Plin. l. 21. c. 24.*

Amphitheatrĭcus, a, um, amphitheatralis. *Symmach. lib. 4. ep. 8.* Amphitheatricum spectaculum. ¶ *Amphitheatrica* fuit genus chartæ, de qua *Plin. l. 13. c. 12.*

Amphitheātrum, *anfiteatro*, ἀμφιθέατρον. Locus erat spectaculis gladiatorum, & venatorum designatus. Is cum non semicirculari figura, sicut theatra, sed orbiculari ovi instar exstructus esset, Amphitheatri nomen accepit, quod veluti ex duobus Theatris constaret. *Isid. Or. l. 18. c. 52. Martial. de Spectac. epigr. 1.* Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro. Adde *Plin. l. 5. epist. 9.* ¶ In Theatro ludi scenici, in Amphitheatro gladiatorii fiebant, ac Circenses. Itaque illud Veneri, hoc Marti sacrum fuit.

Amphithetum, n. 2. ἀμφίθετον, ingens poculum, quo uti solebant, cum strenue potare volebant. Hinc prov. Ex amphitheto bibisti, idest, ad ebrietatem usque. Dictum est, quod utravis ex parte stare posset. Si enim aperiretur, in duo æqualia pocula dividebatur.

Amphithoe, f. 1. nympha, ab ἀμφὶ, circum, & θέω, curro.

Amphitrīte, tes, f. 1. ἀμφιτρίτη, Oceani, & Doridos filia, uxor Neptuni. Per metonymiam ponitur pro mari. Dicta est ab ἀμφὶ, & βίζω, strido, vel τείρω, vel βίβω, tero, quod mare terram circumterat, vel βέω, timeo, quod terreat navigantes, vel βέχω, curro, vel a βίττη, quia triplices aquæ, dulces, salsæ, mixtæ. *Ovid. Met. 1. v. 13.* Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Amphitryo, masc. 3. ἀμφιτρύων, princeps Thebanus, Alcei filius, & Alcmenæ Herculis matris conjux. *Plaut.* tamen Amphitruo scribit, quia vetustissimi Romani peregrinas litteras non admittebant. unde & *Phruges* dicebant, quod nos *Phryges*, & *Sullam*, quem nos *Syllam*.

Amphitryoniădes a Poetis Hercules dictus Amphitryonis filius. *Catul. carm. 59.* Audet falsiparens Amphitryoniades. *Falsiparens* propter fabulam Jovis Amphitryonem simulantis. *Virg. Æn. 8.* Amphitryoniades armenta, abitumque parabat. Al. leg. *Amphitryonides*.

Amphora, f. 1. *anfora*, כד, Ger. *en Krug*, ἀμφορεύς, vasis vinarii genus duas ansas habentis, sic dictum, quod ex utroque latere captum feratur. ¶ Sumitur item pro mensura continente congios octo, idest sextarios 48. (sextarius autem est unc. 20.) ex quibus aliæ sunt majores, ut Italicæ, quas & ceramia, & metretas, & Lat. quadrantalia vocant, aliæ minores duplo, ut Antiochicæ. *Cic. pro Font.* Quaternos denarios in singulas vini amphoras, &c. Adde *Od. 21. l. 3. Horat. Cic. 4. Verr.* Amphoras mellis. ¶ Fictiles fere fuerunt amphoræ. *Horat. de Art. v. 21.* Amphora cœpit Institui, currente rota cur urceus exit? ¶ In genitivo plurali plerumque habet *amphorum* pro *amphorarum*, si juncta sit cum adjectivis numeralibus.

Amphorālis, le, ut *vas amphorale*, quod amphoram capit, apud *Plin. l. 37. c. 2.*

Amphorarius, a, um, ut *vinum amphorarium*, quod in amphoras diffusum e dolio. *Leg. ult. ff. de tritic. vino, oleoque leg.*

Amphryssĭcus, a, um, adject. ab Amphryso. *Stat. Silv. lib. 1. 4. v. 105.* Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi.

Amphrysĭus, a, um, idem quod Amphryliacus. *Virg. Æn. 6. v. 398.* breviter fata est Amphrysia Vates.

Amphrysus, m. 2. & Amphryssus, ἄμφρυσος, ἄμφρυσσος, fl. Thessaliæ qui Halum opp. exc. alluebat, & juxta Othrys M. radices decurrit in Sperchium, apud Thebas Thessalias. Hic Apollinem Admeti Regis armenta pavisse fabulantur. ¶ Est item fl. Phrygiæ, qui feminis sterilitatem affert.

Ample, magnifice, honorifice, honeste, *ampiamente*, ברוב, Germ. *herlich*, *grosslich*, πλατέως, ἐντίμως, δαψιλῶς, ὑρέως, adverb. copiose, magnifice. *Cic. 6. Ver.* Exornat ample, magnificeque. ¶ Hinc superlat. *amplissime*. *Cic. 1. Verr.* Honores amplissime, & magnificentissime gessit. *h. e.* cum summa amplitudine, & dignitate. ¶ Comparat. Amplius V. infra suo loco.

Amplecto, pro amplector, usus est *Plaut. Rud. 3. 5. 36.* Amplectitote crura fustibus. Hinc passive *Lucill.* apud *Prisc. an. l. 8.* Ego non finam me amplectier.

Amplector, eris, amplexus sum, amplexu circumplico, complector, amplexor, comprehendo, circumnecto, circumplico, *abbracciare*, חבק, Ger. *umbfahen*, *umbfaſſen*, *umbreiſſen*, Gall. *embraſſer*, Hisp. *abracar*, περιβάλλω, idem est, quod circumnectere. *Plaut. in Cist.* Anus ei amplexa est genua. ¶ Ponitur & pro amare, *amare*. Eos enim amplecti solemus, quos vehementer amamus. *Cic. 5. Fam.* Amplector talem animum. Sic amplecti amore apud *Cic.* & *Sallust.* Amicissime amplecti, apud *Cic.* ¶ Item pro sequi. *Cic. de Orat.* Jus civile tam vehementer amplexus es. ¶ Item pro continere, ut si dicas, hæc una virtus ceteras amplectitur. ¶ Item pro comprehendere. *Cicer. pro Rosc. Com.* Quod ego pluribus verbis amplecterer, si &c. ¶ Item pro intelligere. *Cic. 4. Verr.* Ut totum genus amplectamini judiciorum, cognoscite prius &c. ¶ Item demereri, prosequi. *Cic. Fam. 5. epist. 8.* Ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse.

Amplexo, pro amplexor. *Accius* apud *Nonium c. 7. n. 14.* Postremo amplexa, fructum, quem Dii dant, cape.

Amplexor, aris, frequentat. idem fere quod amplector, *abbracciare*, ut amplexari aliquem, apud *Cic. Fam. l. 1. ep. 9.* Et amplexari otium. *Id. pro Sext.*

Amplexus, a, um, particip. ab amplector, *chi ha abbracciato*. *Virg. Æn. 2. v. 490.* Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt. *Martial. l. 9. epigr. 62.* Ædibus in mediis totos amplexa penates Stat platanus. *Pers. sat. 5. v. 182.* Rubrumque amplexa catinum Cauda natat thinni. ¶ Passive *Petron.* apud *Prisc. an. l. 8.* Animam nostram amplexam in corpore.

Amplexus, us, m. 4. amplectendi actus, *abbracciamento*, περιπλοκή, *Cic. 1. de Div. c. 36.* Serpentis amplexus circumplicatus. *Virg. Æn. 1. v. 687.* Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet.

Ampliatio, onis, verbal. ab amplio, *ampliazione*, *dilazione*. Apud Philosophos est tanquam extensio termini, cui opponitur restrictio. ¶ Est etiam verbum forense, de quo *Asconius l. 1. in Verr. Sigon. de Judiciis l. 2. c. 22. Paul. Man. Rosin.* & alii. In iis causis adhibebatur, cum Judices significabant, reni sibi non liquere, ideoque secundam actionem instituendam esse. Dicebatur autem ampliatio, quia Prætor de consilii sententia pronuntiabat, *causam amplius cognoscendam esse*. ¶ Differt a Comperendinatione, quia comperendinatio facta est etiam si judices non judicassent; ampliatio vero ex incerta Judicum sententia oriebatur. Ex causa comperendinationis bis tantum causa dicebatur: ex causa ampliationis sæpius dici potuit. In Comperendinatione poterat esse ampliatio; in ampliatione nequaquam comperendinatio. Qui putant, in comperendinatione detensorem primum dixisse, in ampliatione primum accusatorem, magnum sane inter utramque discrimen afferunt, sed falsum, utrobique enim idem ordo servatus est, ut egregie probat *M. Anton. Ferratius l. 1. ep. 9.* contra *Ascon.* & cet. omnes, qui *Asconium* secuti sunt.

Ampliatus, a, um, *ampliato*, *allargato*, *accresciuto*, amplior, seu major factus. *Cels. 7. 5. 2.* Ampliatum vulnus. *Hirt. de B. Hisp. cap. ult.* Ampliatus honor. ¶ Dicitur etiam de eo, cujus judicium dilatum est. *Liv. l. 43. c. 2.* Bis ampliatus, tertio absolutus est reus.

Amplificatio, onis, *accrescimento*, *aumento*, αὔξησις, accessio, cumulus. *Cic. 1. Offic.* Nec vero amplificatio rei familiaris nemini nocens vituperanda est. Et *l. 2.* propter amplificationem honoris, & gloriæ. ¶ Apud Rhetores figura est, qua argumenta tum verbis, tum rebus dilatantur. Vide *Quintil. l. 8. cap. 4. Cic. in Partit.* Amplificatio est gravior quædam argumentatio, quæ motu animorum conciliat in dicendo fidem. ¶ Apud Rhetoricæ artis Scriptores usurpatur etiam pro ea Perorationis parte, in qua affectus moventur. *Auct. ad Herenn. l. 2. c. penult.*

Amplificātor, m. 3. verbale, qui rem aliquam, aut personam ampliorem reddit. *Cic. 5. Tusc.* Rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Et *Fam. 2. ep. 9.* Amplificator dignitatis.

Amplificatrix, icis, *accrescitrice*, quæ amplificat. *Pacat. in paneg. Theodos. c. 8.* Quos plurima laude dotavit amplificatrix veri vetustas.

Amplificatus, a, um, *ampliato*, *accresciuto*, auctus. *Cic. 3. Catil. c. 1.* Urbs amplificata. *Id. pro Leg. Manil. c. 16.* Auctoritas amplificata. *Id. 3. de Legib. c. 14.* Pauci honore, & gloria amplificati.

Amplifice, adverb. *amplamente*, ample. *Catul. carm. 63. v. 265.* Talibus amplifice vestis decorata figuris. At Grævius legit, *amplificæ*.

Amplifĭco, as, a. 1. *amplificare*, הרר בה, הרחיב, Germ. *groſſ machen*, *erweiteren*, αὐξάνω, est augere. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Eamque facultatem differendi amplificavit. *Idem pro Domo*, A populo semper sum defensus, amplificatus, atque ornatus. ¶ Amplificare dicendo est exaggerare. *Cic. l. 1. de Orat. c. 51.* V. Amplificatio.

Amplifĭcus, a, um, amplus. V. *Amplifice*.

Amplĭo, as, avi, atum, are, augeo, amplifico, *ampliare*, *accrescere*, *dilatare*, הרבה, הרחיב, Ger. *vveiteren*, *groſſ machen*, Gall. *amplier*, *augmenter*, Hisp. *enſanchar*, *o eſtender*, μεγαλύνω, Rem ampliare, *Hor. l. 1. sat. 4. v. 32.* Ampliare servitia. *id est* numerum servorum augere. *Tacit. l. 2. hist. c. 78.* Ampliare plagam. *id est* ampliorem facere. *Cels. l. 7. c. 5. num. 1.* Ampliare Imperium, *Sueton. Aug. cap. 18.* & *Cæs. cap. 44.* ¶ Est etiam verbum judiciorum, & idem valet, ac, amplius pronunciare, h. e. differre, rejicere in aliud tempus, cujus rei signum dabant Judices per litteras N. L. idest non liquet. Sic ampliare hominem, est ejus damnationem differre. *Liv. l. 43. c. 2.* Bis ampliatus, tertio absolutus est reus. V. *Ampliatio*.

Ampliter, adverb. ample, *ampiamente*, *liberalmente*. *Plaut. Merc. prol. v. 98.* Acceptus hilare, atque ampliter. Et *Cistell. 2. 3. 54.* Ampliter occupatus. *hoc est* maxime.

Amplitūdo, dinis, f. 3. gloria, dignitas, splendor, pondus, auctoritas, gravitas, claritas, claritudo, præstantia, majestas, *ampiezza*, הדר, Germ. *groſſe hertligkeit groſſmachtigkeit*, πλάτος, ἀξιοπρέπεια, ut *Cic. l. 2. de Inv. c. 55.* scribit, est potentiæ, aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. *Idem ad Lent.* Omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua gravitate positam existimare. ¶ Amplitudo orationis apud *Gell. 7. 14.* est copiosum, ac magnificum dicendi genus. ¶ Est etiam amplitudo spatii, seu locorum. *Plin. l. 6. c. 16.* Amplitudo urbis. Et *lib. 12.* Platanos non potuisse in amplitudinem crescere. *Cic. 6. Verr.* dixit simulacrum modica amplitudine.

Amplivăgus, a, um, qui in amplum vagatur. *Auctor ad Herenn. 3. 19.* Amplivagas imagines reddunt. Alii aliter leg.

Amplius, plusquam, præterea, supra, magis, insuper, *più*, יותר, דוץ, Ger. *mehr*, *vveiter*, Gal. *plus*, *d'avantage*, Hisp. *mas*, πλέον, adverb. significat plus, & subintellecta conjunctione *Quam*, regit varios casus secundum verbi sequentis exigentiam. *Cæs. 1. Com.* Amplius octingentæ a litore discesserant. *Id. 4. B. G.* Cum ipsi non amplius quingentos equites haberent. *Id.* Amplius horas quatuor pugnaverunt. *Cic.* Amplius sunt sex menses. ¶ Ponitur etiam pro præterea, *dipoi*, fine casu. *Cic. de Aruſp. resp.* Quid amplius ad ejus laudem minuendam facere potuisset? ¶ Eleganter & cum *Quam* jungitur. *Cic. Verr. 4. c. 31.* Quibus ne rejiciundi quidem amplius, quam trium judicum præclaræ leges Corneliæ faciant potestatem. ¶ Habet vim substi. *Plaut. Capt. a. 5. v. 4.* Amplius liberorum. ¶ Est etiam formula Judiciorum. Cum enim Judicibus non liquebat, iterumque causa erat cognoscenda, *Amplius*, pronuntiabant, significantes de re ea esse iterum deliberandum. *Cic. 3. Verr. 9.* V. *Ampliatio*, & *Amplio*. ¶ *Hoc amplius*, hoc insuper. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 12.* Bestiis sensum, & motum dedit, homini hoc amplius, quod addidit rationem. *queſto di più che* &c. ¶ Nihil amplius, *niente di più*. *Cic. 7. Verr. 49.* Sthenius se se ipsum abs te repetit, nihil amplius. ¶ Regit etiam ablativum. *Cic. 4. Acad. c. 26.* Solem amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse, quam terram. *Sallust. in Jug. c. 57.* Morari amplius opinione. ¶ *Amplius* absolute

pro

pro insuper, præterea. *Terent. Heaut.* 1. 2. 11. Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset hodie, amplius. *b. e.* Menedemum quoque præter alios invitatum.

Amp.iuscule, adv. *Sidon. Apoll. l.* 8. *epist.* 16. Si aliquid insuper ampliuscule scribi depoposcisset.

Ampliuscŭlus, diminut. paulo amplior. *Apul. Apol. p.* 322. Ampliuscula fortuna devolutus.

Amplo, as, a. 1. idem quod amplifico, *Pacuv. apud Non. c.* 10. *n.* 14. Qui causam humilem dictis amplant. *obsoletum.*

Amplus, o. 1. 2. *ampio, spazioso,* רחב, Ger. *weit, breit,* Gal. *ample, spatieux,* Hisp. *ancho,* πλατὺς, dicitur magnum, spatiosum, quod late patet, & per multa diffunditur, quod in cumulum sui, & magnitudinem crescit, quasi plus magnum omni ex parte. *Cæs.* 4. *B. G.* Quorum fuit civitas ampla, & florens. ¶ Per translationem significat, quod multa dignitate præditum est, *onoratissimo, Cic. pro Sex. Roscio*, Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervenit. Sic *amplissimus ordo*, idest Senatorius, apud *Cic. pro Mil.* & *amplissimo* genere natus. h. e. nobilissimo, apud *Cæs.* 4. *B. Gall. c.* 12. ¶ Item copiosus. *Plin. l.* 3. *epist.* 11. Pecunia illi ampliore opus erat. Sic *Amplos* pro divitibus posuit *Horat. l.* 1. *epist.* 3. parvi properamus & ampli. ¶ *Amplus orator* dicitur a *Cicer. in Orat. c.* 9. qui oratione utitur fusa, copiosa, & magnifica. ¶ *Ampliores* pro *plures* bis usurpatum est a *Cajo Jct. in Dig.* 30. *leg.* 64.

Amptrŭo, vel Amtruo, as, antiquum, & obsoletum verbum significat moveri, aut circum moveri; ab *am*, circum, & *truo* moveo. *Lucil.* apud *Fest.* Præsul ut amptruat, inde & volgu' redamptruat olli. Sed variæ sunt hujus loci lectiones.

Ampulla, f. 1. *ampolla*, צנצנת, Ger. *ein oelgutter von glas*, Gal. *fiole, bouteille*, Hisp. *ambolla, o redoma de vidrio*, λήκυθος, gem. ll. vasis genus ex vitro, aut alia materia, turgidum veluti inflato ventre, & angusto ore, quo oleum veteres in balneis servabant, item quo in mensa ad aquam, ad potionem, & alios usus utebantur. ¶ Item vas vinarium ex corio. V. Ampullarius. *Cic. lib.* 4. *de Fin.* Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla accedat. ¶ *Hor.* dixit per translationem, *de ar. poet. v.* 97. Projicit ampullas, & sesquipedalia verba. *quod est*, verba turgentia, & sufflata abjicit.

Ampullacĕus, o. 1. 2. quod ex ampulla est, ut ampullacea pyra, quæ ab ampullæ forma nomen habent. *Plin. l.* 15. *c.* 15. ¶ *Ampullaceum corium* faciendis ampullis aptum, *Colum.* 8. 2. *sub fin.*

Ampullarius, ii, ampullarum artifex, seu qui ampullas corio tegit. *Plaut. Rud.* 3. 4. 50. Quivis dicat ampullarius, Optimum esse operi faciundo corium &c.

Ampullarius, a, um, o. 1. 2. quod ad ampullas pertinet. *Plaut. Stich.* 1. 3. 73. (al. 2. 1. 75.) Ampullarias cavillationes. *b. e.* quæ jactantur in balneis inter ungendum. Al. leg. *crapularias.*

Ampullor, aris, ampullis verborum utor, magnifice loquor. *Hora. l.* 1. *epist.* 3. *v.* 14. An Tragica defævit, & ampullatur in arte.

Amputatio, nis, f. 3. *troncamento. Cic. de Sen. c.* 15. Sarmentorum amputatio. ¶ Ponitur & pro ipsa materie amputata. *Plin. l.* 12. *c.* 25. *de arbore balsami.* Et sarmenta quoque in merce sunt: sestertii septingentis amputatio ipsa, furculusque væniit. ¶ *Amputatio vocis* est vocis amissio, φωνῆς ἀποκοπή. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 6.

Amputatorius, a, um, amputandi, & dividendi vim habens. *Theodor. Prisc. de diæta, c.* 10.

Amputatus, a, um, nomen ex particip. *tagliato, troncato, tronco*, ἀποκεκομμένος. *Cic. in Orat. c.* 51. Infracta, & amputata loquuntur. *Id. Fin.* 1. *cap.* 13. Amputata circumcisaque inanitate omni, & errore.

Amputo, as, a. 1. circumcido, reseco, rejicio, refello, *tagliare*, Ger. *abhauen, beschneiden*, Gall. *vonger, couper a l' entour*, Hisp. *cortar en derredor*, ἀποκόπτω, circumputo, abscindo, seu autero. *Cic.* 5. *de Fin.* Quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat. *Idem ib. l.* 3. *c.* 6. Amputare ramos miseriarum.

Ampycĭdes, patron. idest Mopsus Ampyci filius. *Ovid. Met.* 12. 455. Cecinisse futura Ampycidem Mopsum.

Ampycus, i, Mopsi auguris pater, Titanoris filius. *Ovidio* Ampyx dicitur. *l.* 12. *Met.* Ampyca quid referam?

Amsanctus, vel Ansanctus, *la val di Fricenti*, locus in Italia in Hirpinis, aut in Lucanis, aut in Sabinis noxius, & lethalis ob aquas putridas, & fœtentes, quod sulphureæ sint, & undique silvis, angustisque claudantur, adeo ut sine periculo adiri non possit ob fœtorem & horrorem loci. Inde ei nomen factum. Amsanctus enim, ut ait Servius, dicitur quasi ab omni parte sanctus, *Cic.* in Hirpinis ponit *l.* 1. *de Div. c.* 36. Alii in Lucania. ¶ Hic fabulantur Poetæ, ad Inferos aditum esse. *Virg. Æn.* 7. *v.* 563.

Amtermĭni, qui circa terminos provinciæ manent. *Festus.*

Amulētum, i, n. 2. medicamentum est, quod de collo suspenditur, aut alia quacumque ratione adhibetur, ad amoliendum fascinum præcipue & morbos: ab amoliendo dictum: unde quidam *Amoletum* scribunt, φυλακτήριον, ἀλεξιφάρμακον, *breve, amuleto. Plin. l.* 25. *c.* 9. Cyclamini radicem amuletum vocat. Et *l.* 37. *c.* 3. Infantibus succinum alligari amuleti ratione potest. ¶ Hujusmodi amuleta veterum, ac Hæreticorum imprimis, ex antiquis sigillis ac gemmis exhibuit *Pignorius* in Characteribus Ægyptiis.

Amulius, m. 2. Ἀμύλιος, Procæ filius, & Numitoris frater, qui Regnum fratri abstulit, atque omnem ejus stirpem virilem necavit, fratris quoque filiæ Rheæ Sylviæ per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Sed cum ea furtim a Marte compressa Romulum & Remum genuisset, ab his regno pulsus, & vita spoliatus est. *Ovid. Fast.* 3. *v.* 67. Romuleoque cadit trajectus Amulius ense.

Amurca, f. 1. *feccia dell' oglio*, פקמים, Ger. *oeltrusen, oder hefen*, Gal. *la lie d' huile*, Hisp. *alpeckin de azeite*, ἀμόργη, sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ sequuntur, fæces vocantur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 194. Nigra perfundere amurca. ¶ Contra culices, & limaces vim habet maximam. *Plin. l.* 15. *c.* 8. ¶ *Servius ad loc. Virg. cit.* docet, hanc vocem per *c* quidem scribi, sed per *g* pronunciari, ut *Camus, Cneus.*

Amurcaria dolia, in quæ amurca infunditur. *Cato de R. R. c.* 10. Dolia, queis vinacea condat decem, amurcaria decem.

Amusia, ἀμουσία, ruditas, canendi imperitia. *Varro apud Non. c.* 1. *n.* 54. & 247. Præsepibus se retineat forensibus, Quibus suam delectet ipse amusiam.

Amussis, is, f. *livella, traguardo*, χαὼν, προσαγώγιον, regula lignea, vel ferrea perfectæ rectitudinis, qua utuntur fabri ad cœquanda opera, & ad planam æqualitatem dirigenda. Ita definiunt *Festus*, & *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 28. ¶ Si huic rectæ regulæ addatur altera, ita ut rectum angulum efficiat, est *norma*, quam Itali squadra vocant. Aliam tamen huic voci significationem alii tribuunt, quod nempe sit funiculus ille, quem fabri materiarii rubrica illinunt, cum opus probant. Alii intelligunt perpendiculum, quo erectæ rectitudines exiguntur. Sed prior notio magis propria videtur. *Auson. Idyll.* 18. *v.* 12. nil ut deliret amussis. ¶ *Ad amussim* est exacte, perfecte. *Gell. l.* 20. *c.* 1. Talionem ad amussim æquiparare. *Id. l.* 1. *c.* 4. Judicium factum ad amussim. Al. hic leg. *examussim*, quod idem sonat. ¶ *Numerus ad amussim*, dicitur a *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 1. *ad fin.* qui tantus omnino est, quantus dicitur: ut si dicas: *numerus centenarius ad amussim*, Italice vertes *cento in punto.* ¶ Scribitur & *adamussim.*

Amussĭtatus, a, um, ad amussim exactus, & translate perfectus. *Plaut. Mil.* 3. 1. 38. Amussitata indoles.

Amussĭum, ii, n. idem quod *amussis*, vel opus ipsum ad amussim exactum. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Marmoreum amussium.

Amūsos, ex græco ἄμουσος, idest, alienus a Musis, indoctus, rudis, *ignorante, rozzo. Vitruv.* latinum fecit, & pro imperito muficæ dicit *l.* 1. *cap.* 1. Nec a muficus, ut Aristoxenus, sed non amusos. Et *Symmach. l.* 1. *epist.* 14. Amusus tibi videbar, qui dijudicare non possem.

Amyclæ, *Vordonia*, pluraliter, urbs Laconiæ, Tyndari Regia, in qua nati sunt Castor, & Pollux. ¶ Urbs etiam fuit Auruncorum in Italia, in ora maritima, ab Amyclæis Laconiæ condita, inter Tarracinam, & Cajetam, apud Fundos, ubi adhuc spectus Amyclæum, *Sperlunga*, ex qua mare Amyclæum, *mare di Sperlunga*. Hujus cives a muribus, vel a serpentibus, deleti sunt, ut narrat *Plin. l.* 3. *c.* 5. quod, cum Pythagoricam sectam sequerentur, abstinebant cæde animalium. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Sed verisimilius est, Amyclas ab hostibus captas, & eversas fuisse ex silentii observantia. Nam sæpius falso hostium adventu nuntiato, ne civitas inani terrore quateretur, cautum lege est, nequis amplius hostium adventum nuntiaret. Cum igitur aliquando hostes re vera adventassent, nemine nuntiare audente, urbs capta est, cives ad unum interfecti fuere. Hinc adag. a *Lucilio* usurpatum (apud *Serv. ad* 10. *Æn. v.* 564.) Mihi necesse est loqui, nam scio Amyclas tacendo periisse. *Virg.* 10. *Æn. v.* 563. *Plin. l.* 8. *c.* 29.

Amyclæus, a, um, ad Amyclas spectans, ἀμυκλαῖος. Est & epith. Apollinis, ob fanum ei dicatum Amyclis, in Laconia. *Strab. l.* 8. ¶ Hinc ipsæ Amyclæ Apollineæ vocantur a *Stat. Theb.* 4. *v.* 223. Et Amyclæi fratres ab eod. *lib.* 7. *v.* 413. dicuntur Castor & Pollux hujus oppidi alumni. ¶ Amyclæum canem laudat *Virg. Georg.* 3. *v.* 345. quia Laconiæ canes præstantes gignit. ¶ *Amyclæi olores* dicuntur a *Stat. l.* 1. *silv.* 2. *v.* 142. alludendo ad eum olorem, sub cujus specie Juppiter Ledam compresserat. *Amyclæam plumam* dixit *Martial. l.* 14. *epigr.* 161. cygneam intelligens.

Amyclānus sinus, prope Amyclas Auruncorum, ubi præstantissima vina Cæcuba proveniebant. *Plin.* 14. 6.

Amyclides, æ, m. Hiacynthus filius Amyclæ. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 162. Te quoque, Amyclide, posuisset in æthere Phœbus, &c.

Amyctĭcus, a, um, lacerandi, seu vellicandi vim habens, ab ἀμύσσω, vellico, lacero. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 6.

Amycus, m. 2. Ἄμυκος, Neptuni, & Melies nymphæ filius, Bebryciorum Rex, qui advenas in Bebrycium nemus ad cæstuum certamen provocabat, & insidiis circumventos ibidem interficiebat. Cum itaque Argonautæ in Bebrycium venissent, Pollux a Rege ad certamen provocatus est, sed in certamine insidias sentiens, convocatis sociis, Amycum interfecit. *Valer. Flacc. l.* 4. *Argon. v.* 148. *& seq.*

Amydon, onis, f. 3. ἀμύδων, Pæoniæ civitas, quæ Trojanis auxilia misit, teste *Homero* 2. *Iliad. Juven. Sat.* 3. Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta.

Amygdăla, læ, f. 1. *mandorla*, שקרים, Germ. *mandelnuss*, Gall. *amande*, Hisp. *almendra*, ἀμυγδάλη, nux Græca, quæ & Thalia dicitur. *Plin.* 16. 26. ¶ Amygdalum etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius, *Januar. tit.* 15. Græci afferunt nasci amygdala scripta. *Plin. l.* 16. *c.* 25. Floret prima omnium amygdala mense Januario.

Amygdalacĕus, a, um, amygdalam referens. *Plin. l.* 26. *c.* 11. Amygdalaceo tolio, flore rosaceo.

Amygdalēus, a, um, amygdalinus. *Pallad. l. ult. de pistaciis.* Quin & amygdaleos subeunt pistacia ramos.

Amygdalīnus, a, um, ex amygdalis factus, ut amygdalinum oleum. *Plin. l.* 26. *c.* 4. *Serenus Sammonic. carm.* 26. Fertur, amygdalinæ succus nucis esse bibendus.

Amygdalites, æ, herba est inter Tithymalorum genera. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Amygdălus, f. 2. *mandorlo*, שקד, Ger. *ein mandelbaun*, ἀμυγδάλη, arbor amygdala ferens. *Col. l.* 3. Amygdalus si parum ferax erit.

Amygdalum. V. Amygdala.

Amylātus, a, um, amylo mixtus. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. *c.* 13. & *Apic. l.* 2. *c.* 2.

Amylo, as, a, amylo misceo. *Apic. l.* 7. *c.* 5. *& 6.*

Amylum, ἄμυλον, vulgo amydum, genus placentæ ex triticeo lacte expresso, cum triticum aliquot dies in aqua maceratum est, ab α priv. & μύλη, mola, quasi factum sine mola. *Cato de re rust. c.* 87.

Amymŏne, fil. Danai, quæ dum se in sylvis jaculando exerceret, Satyrum percussit imprudens, qui impetu in eam facto vim ei voluit inferre. Imploravit virgo Neptuni auxilium. Sed id ab eo passa est, quod a Satyro formidarat. Prægnans facta Nauplium peperit. *Propert. l.* 2. *El.* 26. Testis Amymone latices cum terret in arvis, Compressa.

Amyntas, æ, m. 1. ἀμύντας, Pater Philippi Macedonum Regis. *Curt. l.* 1. ¶ Item nomen pastoris. *Virg.* 3. *Ecl.* At mihi se se offert ultro meus ignis Amyntas.

Amyntĭdes, æ, m. Philippus Rex Macedonum Amyntæ filius. *Ovid. in Ibin, v.* 295.

Amyntor, ŏris, pater Phœnicis, apud *Homer. Iliad.* 8. Hinc *Ovid. Met.* 8. *v.* 307. Et cretus Amyntore Phœnix. Et *Epist.* 3. *Heroid. v.* 27. Venerunt ad te Telamone, & Amyntore nati. ¶ Item Dolopum rector, apud eund. *Met.* 12. *v.* 364.

Amyntorĭdes, æ, m. Phœnix Amyntoris filius, Achillis præceptor, qui ex nimio fletu oculos amisit. *Ovid. in Ibin, v.* 259.

Amystis, f. 3. ἄμυστις, genus poculi, vel strenuæ potationis apud Thraces, quo uno ductu totam potionem hauriebant, ab adv. ἀμυστὶ, raptim, quod fit ab α priv. & a μύω, claudo, quoniam sine respiratione, & labiorum contractione biberent. *Hor.* 1. *Car. od.* 36. Bassum Threicia vincat amystide. Hinc ἀμυστίζειν, ingurgitare, bibere assatim, & sine respiratione. ¶ Aliqui amystim gemmam volunt esse, quæ nunc amethystus dicitur.

Amythaon, ŏnis, Crethei filius, Æsonis frater, Melampi pater, qui Pylii habitavit. *Stat. Theb. l.* 3. *v.* 452. Juxtaque Amythaone cretus Jam senior, sed mente virens, Phœboque Melampus.

Amythaonia, æ, f. 1. ἀμυθαονία, Elidis pars, ita dicta ab Amythaone Crethei filio. *Steph.*

Amythaonius, a, um. *Virg. Georg.* 3. *ad fin.* Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.

A A N T E N.

An, adverb. est alias interrogandi, *forte*, alias dubitandi, *fe*, ἢ μὴ. *Ter. Eun.*

Eun. 4. 5. 7. An abiit jam a milite? *Ovid. Heroid.* 17. *v.* 166. An neſcis longas regibus eſſe manus? *Nepos in princip. Timoleontis.* Huic uni contigit, neſcio an ulli, ut &c. ¶ Interdum uſurpatur, præcedente utrum. *Cic. in Piſ. c.* 10. In quo (convivio) nemo poteſt dicere, utrum iſte plus biberit, an vomuerit, an effuderit. ¶ Interdum *ne* præpoſito pro utrum. *Cic. in Orat. cap.* 61. Quæſitum eſt, in toto ne orationis circuitu, an in principiis ſolum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus ſit. ¶ Quandoque utraque particula *ne*, aut *utrum* omittitur. *Cic. Verr.* 4. *c.* 77. Reſpondeat, quis ſit iſte Verrutius, mercator, an orator, an pecuarius? ¶ Videtur *an* aliquando uſurpari pro *an non*. *Cicer. Fam.* 9. *ep.* 15. Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio, an maximum. ¶ *An* pro *Utrum*, primo loco poſitum, *Celſ. l.* 3. *c.* 6. Videndum, an adſtrictum corpus ſit, an profluat. *Plin. l.* 15. *c.* 1. Diſtat, an maturitas olivarum in torcularibus fiat, an in ramis. Habet etiam *Quintilianus*. ¶ *An* pro ſive. *Tacit. Ann.* 2. 22. Cæſar de ſe nihil addidit, metu invidiæ, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe. Ubi tamen ſubticeri videtur per Ellipſin, *neſcio utrum*. ¶ *Anne* idem eſt quod *an*. *Terent. Andr.* 5. 2. 10. Anne eſt intus Pamphilus? *Cic. in Orat. c.* 61. Quærendum, utrum una ſpecies ſit, anne plures. ¶ *Annon* eſt interrogantis, & arguentis. *Teren. Andr.* 3. 5. 15. Annon hoc dixi eſſe futurum? *non l'ho io già detto?* ¶ Ponitur & pro *necne*. *Terent.* 1. 2. 97. Pater ejus rediit, an non?

Anabaptiſmus, i, m. iteratus baptiſmus. *Auguſtin. enarrat. in Pſ.* 38.

Anabătis, herba, quæ Latine equiſetum dicitur, Recentiores Caudam equinam vocant. *Plin. l.* 26. *c.* 13.

Anabasĭus, i, m. *ſtaffetta*, ἀναβάς, velox nuncius, qui equo, curruve conſcenſo celeriter aliquid alio perfert. *Hieronym. l.* 3. *adverſ. Ruffin. c.* 1. *ad fin.*

Anabāthrum, i, n. *ſcaletta*, ſcalæ, ſeu gradus, per quos in theatris ad ſubſellia ſcanditur, ab ἀναβαίνω aſcendo: vel gradus ipſi, in quibus ſedebant ſpectaturi. Nam theatrorum ſedilia ita erant compoſita, ut gradatim, & ſcalarum more aſſurgerent. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 45. Nemo dabit regum, quanti ſubſellia conſtant, & quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Anabolĭcæ ſpecies, hoc eſt ad veſtiendum pertinentes, ut ſunt lanæ, ſerica, bombycina, &c. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 45.

Anabolĭum, ii, n. pallium. *Inſcript.* apud *Grut. pag.* 70. *n.* 8.

Anacephalæōſis, is, f. *ricapitolazione*, ἀνακεφαλαίωσις, brevis repetitio eorum, quæ in oratione ſparſim, & fuſe dicta ſunt, ab ἀνά, rurſum, & κεφαλή, caput. Vulgus vocat recapitulationem. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. vocat partem perorationis. Eſt autem Græca vox, & Græce uſurpanda.

Anacharſis, m. 2. ἀνάχαρσις, Philoſophus ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ. Venit in Græciam ætate ſeptem Sapient. Hic leges aranearum telis quam ſimillimas eſſe dicebat, quod muſcas quidem, & cætera ejus generis infirmiora animalcula irretirent, a fortioribus autem perrumperentur. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, famem pro pulmento habebat. Interrogatus, quo pacto abſtemius fieret, reſpondit, ſi ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat. Ejus imaginibus inſcriptum eſt, lingua, ventre, pudendis abſtinendum eſſe. Interemptus eſt a fratre ſuo Scytharum Rege.

Anachites, æ, m. 2. ἀναχίτης, gemma omnium pretioſiſſima, quam notiore vocabulo adamantem vocamus, dicta, quod vanos metus, animique lymphationes credatur abigere, & adverſus venena habere vim antidoti. *Plin.* 37. 4.

Anachorēſis, is, vel eos, f. *ritiro*, *ſolitudine*, ἀναχώρησις, receſſus, ſolitudo. *Sidon. in conc. poſt epiſt. l.* 7.

Anachorēta, vel Anachorīta, æ, m. 1. ἀναχωρητής, ἀναχωρέτης, qui in ſolitudinem ſecedit, ab ἀναχωρέω, ſecedo. *Sulpit. Sever. Dial.* 1. *de virtute Monach. Oriental. c.* 18. Laudabo anachoretas, mirabor eremitas, Martinum ſemper excipiam. *Cap.* autem 9. hanc inter Anachoretas, & Eremitas differentiam ſtatuit, quod Eremitæ in ſolitudinibus certa tabernacula habebant, & caſas, quibus Anachoretæ omnino carebant, ſoli per deſerta habitantes.

Anaclinterium, ii, *capezzale*, ἀνακλιντήριον. Legitur apud *Spartianum in Ælio Vero cap.* 5. hæc vox latina facta. Lectum, inquit, eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat. Ubi *Caſaubonus*: Lectorum quatuor ſunt ἀνάκλιτα. ad caput unum, alterum ad pedes: ad ſpondas interiorem, & exteriorem. Illud, cui incumbit caput, Græci ἀνακλιντήριον, vel ἀνάκλιστρον nominant, Romani tulcrum, vel interdum pluteum.

Anacollēma, atis, neut. cataplaſma conglutinans. *Veget. de re Veter.* 2. 17.

Anacolūthon, ἀνακόλουθον, quaſi inconſequens, figura eſt, vel vitium orationis, cum non redditur, quod ſuperioribus reſpondeat: ut ſi in oratione ponatur *μέν*, & non ſequatur *δέ*: ita ſi ponatur tot, quot non præcedente, aut tantum ſine quantum. *Virg. Æn.* 2. *v.* 331. Millia quot magnis unquam venere Mycænis. Et *Æn.* 3. 541. Sed tamen idem olim curru ſuccedere ſueti. In his enim *Tot*, & *Quamquam* non præmittuntur. *Plaut. Rud.* 5. 2. 5. Ergo dare ei negatis quicquam. ¶ Dicitur & anacoluthia, ἀνακολουθία, latine inconſequentia.

Anacrēon, m. 3. ἀνακρέων, Poeta Lyricus, a quo metra Anacreontica dicta ſunt, ortus ex Teo urbe Joniæ. Amavit puerum nomine Batyllum forma ſpectabilem. Periit acino uvæ paſſæ ſtrangulatus.

Anacreontēus, Anacreonticus, Anacreontius, ut Anacreonticum carmen, Anacreontium colon, apud *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *Dionyſ. l.* 3.

Anactoria, æ, f. 1. Anactorium, *Vonizza*, opp. Epiri apud ſinum Ambracium, ab Actio ſtad. 40. introrſum recedens, a Leucade 30. M. P. Pop. Anactorii. Gent. Anactorius, a, um, *Plin. l.* 4. *c.* 1. ¶ Item urbs Joniæ, in Aſia minore, quæ poſtea Miletus appellata eſt. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Anactorion, ἀνακτόριον, herba eſt, quæ notiore nomine ξιφίον Græcis, Latinis gladiolus appellatur. *Apulej. de herb. c.* 78.

Anactorius, a, um, ad Anactorium oppidum pertinens, ut Anactoria arx, *Sil. l.* 15. *v.* 299.

Anadēma, n. 3. ἀνάδημα, corona, aut ſimile capitis ornamentum. *Luc. l.* 4. *v.* 1122. Et bene parta Patrum ſiunt anademata mitræ. *Paulus leg.* 26. *D. de auro, & argent.* docet, mitras, & anademata, quamvis corpus tegant, tamen ornamentorum, non veſtis eſſe. Loquitur ibi de ornamentis muliebribus.

Anadiplōſis, f. 3. ἀναδίπλωσις, reduplicatio, conduplicatio, cum ultima prioris verſus dictio in principio ſequentis repetitur: ut illud *Virg. Æn.* 10. *v.* 18. Sequitur pulcherrimus Aſtur, Aſtur equo fidens &c. *Martian. Capell. l.* 5.

Anadyomĕne, f. 1. ἀναδυομένη, emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum eſt, quod Venerem habebat e mari emergentem. *Plin.* 35. 10.

Anagallis, fem. 3. ἀναγαλλίς, herba, quam morgelinam, vel gallinæ morſum vulgo vocant. Duę ejus a Pl. traduntur ſpecies, floris colore diſtinctæ. Mas flore habet Phœnicium, femina cæruleum. *Plin.* 25. 13.

Anaglypha, n. 2. *coſe di baſſo rilievo*, ἀνάγλυφα, dicuntur vaſa, aliave opera aſpera cælaturis inæqualibus, & eminentibus, ab ἀνά, ſuper, & γλύφω, ſculpo. *Plin. l.* 33. *c.* 11. Nunc anaglypha, in aſperitatemque exciſa circa linearum picturas quærimus. Dicuntur &

Anaglypta, eodem ſenſu, & origine. *Martial. l.* 4. *epig.* 39. Nec menſis anaglypta de paternis. Et in *cit. loco Plin.* Harduin. legit *anaglypta* pro *anaglypha*.

Anaglyptes, m. 1. ἀναγλύπτης, ſculptor, quem Anaglypharium vocat vetus *Scholiaſt. Juvenal. ad ſat.* 9. *v.* 145.

Anaglyptice, ἀναγλυπτική cælandi ars, ſive ſculpendi imagines, quæ emineant. Huic opponitur Diaglyphice, cum imagines ſuperficie operis ſunt depreſſiores, excavatæ, ut anuli, & ſigilla, quibus litteræ obſignantur. Utraque vox Græca eſt a γλύφω ſculpo.

Anaglypticus, a, um, *lavorato a baſſo rilievo*, cælatus, *Sidon. epiſt.* 13. *l.* 9. Geruli caput plicantes Anaglyptico metallo epulas ſuperbiores humeris ferunt onuſtis. Per *anaglypticum metallum* patinas ligneis cælatas intelligit.

Anagnĭa, f. 1. *Anagni*, urbs E. Latii in monte, caput Hernicorum, a Roma 37. M. P. Ferentinum verſus 5. Soram vero 16. a Præneſte 14. *Virg. Æn.* 7. *v.* 683.

Anagnīnus, a, um, ad Anagniam pertinens, ut Anagnini municipes, *Cic. pro Dom. c.* 30.

Anagnoſtes, æ, m. *lettore*, ἀναγνώστης. Veteres, qui copioſi eſſent, & paulo elegantiorem vivendi rationem inſtituiſſent, inter alia miniſteria habebant pueros, qui cœnantibus legerent. Hos anagnoſtas græco vocabulo dicebant, quos Lectores *Sueton. Aug. c.* 78. appellavit. *Nepos* 25. 13. 3. In familia erant pueri litteratiſſimi, anagnoſtæ optimi. Utitur & *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 12. & *Fam.* 5. *ep.* 9.

Anagramma, atis, ἀνάγραμμα, & Anagrammatiſmus, i, ἀναγραμματισμός, tranſmutatio, vel tranſpoſitio litterarum, ut Laudator, adulator, Galenus, angelus. Cæterum anagrammatum inventio (ut inquit *Morhoſius in Polyhiſt. litter. l.* 7. *c.* 3. *n.* 6.) neſcio quid plebeji & jejuni habet; nec ſane decet multum elegantes Poetas, qui ad antiquitatis genium ſcribere contendunt.

Anagyris, f. 3. ἀνάγυρις, herba eſt graviſſ. odoris, quæ ob id a ruſticis lignum putidum vocatur. Hujus folia, virgaſque ſi quis decerpſerit, fœdiſſimo odore manus imbuit, quo nonniſi frequenti lotione poteſt liberari. Hinc factus eſt locus proverbio, ut qui ſibi obfutura commoveat, ἀνάγυρον κινεῖν, hoc eſt, anagyrim movere dicatur. *Plin.* 27. 4.

Anaitis, idis, f. 3. ἀναΐτις, Deæ nomen, quæ in Anaitide Armeniæ regione præcipue colebatur. Hujus Deæ miniſterio moris erat optimatum filias forma præſtantiſſimas dedicare, quæ ubi aliquando omnibus corporis ſui copiam feciſſent, tanquam nobiliores redditæ, demceps viris tradebantur. Dies feſtus huic Numini dicatus Saca vocabatur, quo ſe viri mulieribus permixti ad ſtuporem vino ingurgitabant. Sunt, qui tradant, hæc feſta in memoriam victoriæ, quam Cyrus de Sacarum gente retulit, eſſe inſtituta. Ferunt enim, Sacas Cyri caſtra ingreſſos, quæ ille ſimulata fuga epulis, vinoque referta reliquerat, ita ſe vino obruiſſe, ut a Cyro omnes per internecionem pene deleti eſſent prius, quam poſſent expergiſci.

Analecta, orum, n. 2. *ſimmondezze della tavola*, פה, קורים, Ger. *diſchlachen, ſchutte, oder was ab dem tiſch felt*, Gal. *ce qui reſte ſur la table*, *reliquats*, Hiſp. *lo que ſobra de la meſa*, ἀναλέκτα, purgamenta cœnarum, & quiſquiliæ ciborum, quæ ſub menſam cadunt, ab ἀναλέγω, colligo. *Martial. l.* 14. *epigr.* 82. In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe: ſed pretium ſcopis nunc analecta dabunt. Poſteriorem verſum Voſſ. & alii ita legunt: Otia ſed ſcopis nunc analecta dabit: Ita ut analecta ſit maſculinum pro Analectes. Vide *Alex. ab Alex. Gen. dier. l.* 4. *c.* 21. ¶ *Id. Poeta l.* 7. *epigr.* 19. habet: Colligere longa turpe nec putat dextra Analecta, quidquid & canes reliquerunt. Ex quo colligi poteſt eſſe Analecta plurali numero. Quamquam & hoc loco cum Scriverio Voſſius τὴν ἀναλέκτων malit, quam τὰ ἀνάλεκτα agnoſcere. ¶ Translate hinc, & inde excerpta, & in unum conſarcinata librum, *Analecta* quidam dicunt, quæ *Collectanea* ab aliis appellantur.

Analectes, & Analecta, æ, m. ἀναλέκτης, Servus qui reliquias colligit. Translate *Seneca epiſt.* 27. Suaſit, ut Grammaticos haberet analectas: h. e. qui verba excideatia Calviſio, de quo ibi eſt ſermo, ſuggereret, ipſumque abſurda proferentem adjuvarent. ¶ Videtur etiam dici poſſe Analectes, qui multa legit, & memoria eſt firmiſſima. Sed verba non ſunt Latio inferenda ſine latini ſcriptoris auctoritate.

Analectĭdes, ἀναλέκτιδες, dicuntur, quibus e xylino lino, vel quavis materia puellę tanquam pulvinulis conſtipant ſcapulas prominentes, ut videri pleniores poſſint. *Ovid. 3. de arte v.* 273. Conveniunt tenues ſcapulis analectides altis. Ubi *Heinſius* legit *Analectrides*. Eum conſule.

Analemma, atis, ἀνάλημμα, inſtrumentum eſt ad Solis umbras in plano horologii venandas, terminandaſque, ſolarium Horologiorum deſcribendorum gratia. Uſurpat, & fuſius explicat *Vitruv. l.* 9. *c.* 4.

Analogia, f. 1. *proprietà*, *convenienza*, *ſimilitudine*, משקל, Germ. *gleich formigkeit*, *anlikheit*, Gal. *proportion*, *convenance*, Hiſp. *propriedad*, *conveniencia*, ἀναλογία, proprietas, proportio, convenientia, ſimilitudo. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Ejus (Analogiæ) vis eſt, ut id, quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. analogiam proportionem vertit, ſecutus *Cic. l. de Univerſ. c.* 4. cujus hæc ſunt verba: Quæ Græce analogia, latine comparatio proportiove dici poteſt. V. *Gell. c.* 25. *l.* 2.

Analogĭcus, a, um, adjectiv. ut analogici libri, qui ſcil. de analogia ſunt, apud *Gell. l.* 14. *c.* 16.

Analŏgus, a, um, *che ha proporzione*, analogiam habens, ἀνάλογος. *Varr. l.* 9. *L. L. pag.* 150. Dicitur utrumque ſeparatim analogon, ſimul collata quatuor, analoga.

Analphabētus, ἀναλφάβητος, qui ne elementarias quidem litteras novit. Fulgentius Abecedarium vocat, lib. Mythol. 3.

Anancæon, poculum magnum, ut putat *Turneb. l.* 1. *c.* 22. quod in potandi certamine bibere neceſſe erat; quaſi ἀναγκαῖον. *Varr.* apud *Non. cap.* 15. *n. ult.* Ad Sybaritanam prædam, in qua ſunt tripodes, crateræ, anancæa &c. *Plaut. Rud.* 2. 3. 33. Credo hercle, anancæo datum quod biberet. Quo in loco vide interpretationem *Taubmanni*.

Ananchītis, idis, gemma, qua dæmones evocantur. *Pl. l.* 37. *c.* 11.

Anantapodŏton, ἀνανταπόδοτον, ſchema, cum oratio aliquo membro, aut verbo, quod ſubaudiri oporteat, deſtituitur. Vox Græca, & Græce ſcribenda.

Anapæſticus, a, um, adjectiv. ut Anapæſticum carmen, quod Anapæſtis conſtat. *Cic. in Orat. c.* 56. Elegit triginta fortaſſe verſus, pleroſque ſenarios, ſed etiam anapæſticos. Al. leg. *anapæſta*.

Anapæſtum, i, n. ἀνάπαιστον, verſus conſtans pedibus anapæſtis. Eſt autem adjectiva vox, & *carmen* ſubintelligitur. *Gell. in præfat. ad fin.* Mutuabor ex Ariſtophanis choro anapæſta pauca.

Anapæſtus, i, m. ἀνάπαιστος, pes Poeticus conſtans duabus ſyllabis brevibus, & tertia longa, ut *ſapiens*: ideo ἀντιδάκτυλος vocari ſolet, quia eſt dactylo contrarius. Eſt autem vox adjectiva, quæ tamen ſæpe abſolute ponitur, & *pes* ſubintelligitur. *Cic. 2. Tuſcul. c.* 16. & 3. *de Orat. c.* 47. ¶ Ponitur etiam pro ipſo verſu, qui anapæſtis conſtet. *Cic. in Orat. c.* 56. Ita tactus eſt Anapæſtus is, qui Ariſtophaneus nominatur.

Ana-

Anapavoměnos, fons in Dodone, Jovi ſacer: ita dictus ab ἀναπαύω, eo quod ſub meridiem quotidie deſinat fluere. *Plin. l. 2. c. 103.* ¶ Ita etiam appellata eſt tabula Protogenis, in qua fecerat Satyrum tibiis canentem, & columnæ innixum, veluti otioſum, & ceſſantem. *Id. lib. 35. c. 10.*

Anaphe, *Nanfio*, Inſ. maris Cretici, una Sporadum, Theræ proxima, a Delo 100. M. P. in Mer. a Theraſia 10. in Cæc. circuitu 30. dicta ab Argonautis, quia tempeſtate laborantibus, & intermeſtri Luna, ex inſperato apparuit. *Plin. l. 2. c. 87.*

Anaphonēſis, is, f. exercitatio vocis ad eam tuendam. *Cæl. Aurelian. Tard. l. 1. & 5.*

Anaphŏra, æ, ἀναφορά, emerſio, in altum ſubvectio, ab ἀναφέρω, ſuſtollo, ſublevo. Ab Aſtronomis *anaphoræ* dicuntur aſcenſiones ſignorum ab oriente, circumacto quotidiano mundi. *Plin. l. 7. c. 49. Jul. Firmic. l. 3. Matheſ. cap. 3.* ¶ Eſt etiam *anaphora*, Latina appellatione *repetitio*, ſchema ſermonis, quo eadem dictio in principio verſuum aut commatum repetitur, ut in illo *Virg. 1. Æn. v. 665.* Nate, meæ vires, mea magna potentia ſolus, Nate patris ſummi, &c. & *Cic. Verr. 4. c. 10.* Verres calumniatores apponebat, Verres adeſſe jubebat, Verres cognoſcebat, Verres judicabat.

Anaphŏra, f. 1. ἀναφορά, ſeu epanaphora, ἐπαναφορά, Figura, Latinis Relatio, ſitque cum unum ad aliud refertur. Vox eſt Rediani.

Anaphorici dicuntur, ægre pituitam craſſiorem rejectantes e pectore. *Firmic. l. 3. c. 13. n. 1.*

Anaphysēma, atis, n. ἀναφύσημα, ſpiritus, efflatus, evaporatio de profundo, vel hiatibus terræ ad ſuperna aeris evadens. *Apul. de Mundo.*

Anapis, Cataneus, Amphinomi frater. *Claudian. Idyll. 7. de piis Fratrib. v. 41.* Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi. Apud *Solin. Anapius*; apud *Valer. Max. Anapus* legitur. Fuerunt hi fratres duo, quorum alter patrem, alter matrem ex Ætnæ incendiis, nimirum conſtantia per medium ignem vadentes, & ſuis humeris aſportantes, feliciter eripuerunt. *Solin. c. 5. Cornel. Sever. in Ætna ſub fin. & Claudian. in epigr. de piis fratrib.*

Anaplerotica medicamenta, quæ carnem inducunt, & vulnus implent. *Veget. 2. 26. de re Veterin.*

Anaporica horologia, quaſi retrogradientia, deſcribuntur a *Vitruv. de archit. l. 6. c. 9.*

Anăpus, i, m. 2. *Anapo*, ἄναπος, fl. Siciliæ, qui oritur apud Buſſemam caſtrum, decurrit per agrum Syracuſanum, & mari excipitur a Syracuſis mille paſſibus. *Ovid. 4. Faſt. v. 469.* Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapi. ¶ Anapus alter, fl. Epiri, qui juxta Stratum urb. fluit, ab ea 10. ſtad. teſte Thucydide.

Anarrhinum, ἀνάρρινον, herba anagallidi ſimilis, radice nulla, aut perexigua, ſemine vitulinas nares imitante, unde & nomen habet. *Pl. l. 25. c. 10. & Ruelius l. 3. c. 131.*

Anas, atis, f. 3. *anitra*, Ger. *ein ant*, Gal. *cane*, *ou canart*, Hiſp. *anadè*, νῆττα, avis ex genere amphibiorum, dicta ab aſſiduitate natandi. *Cic. 2. Nat. Deor. c. 58.* Anatum ova. *Martial. l. 13. epig. 52.* Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantum, Et cervice ſapit, cætera redde coquo. ¶ Anas item morbus eſt, quo vetulæ laborant. *Feſtus.*

Anas, vel Ana, *La Guadiana*, & circa ortum *Roydera* Fl. Hiſp. Tarr. qui Luſitaniam a Bætica magna ex parte diſterminat. Medio quaſi curſus ſui ſpatio abſorbetur, & poſt ſex Leucas ſub terris actus rurſus emergit. Unde cum toto illo ſpatio lætiſſima ſint paſcua, inter mirabilia Hiſpaniæ cenſetur, pontem ibi eſſe, ſuper quo decem millia ovium paſcantur. V. *Plin. l. 3. c. 1. & 6. l. 4. c. 22. & l. 8. c. 8.*

Anaſſum, i, n. *Piave*, flumen Venetiæ, quod ex Alpibus Carnicis per Bellunum Urbem deſcendit, aliiſque fluviis acceptis per Marchiam Tarviſinam fluens, inter Silim, & Liquentiam, prope Equilium urbem exciſam in Adriaticum influit. *Plin. l. 3. c. 18.* Anaſſum, in quod Varamus defluit. In antiquis editionib. 1470. & 1472. habetur *Anaſſum*, *quo* Varamus defluit. In alia anni 1470. legitur *Anaxum*. Ceterum ne de genere ambigas, *Anaſſum* ibi eſt rectus caſus. ¶ *Anonym. Ravennas*, & *Venant. Fortun. l. 1. ep. 1.* appellant *Plavem*.

Anastăsis, is, f. *riſurrezione*, ἀνάστασις, reſurrectio. Uſurpatur a *Lactantio c. 23. l. 7.*

Anastrŏphe, ἀναστροφή, inverſio, Fig. qua duo verba præpoſtero ordine ponuntur, ut Italiam contra, pro contra Italiam.

Anatarius, adject. *quello*, *che è dell' anitra*, Ger. *das zuder anten gehort*, quod ex anate eſt, ut Anatariæ plumæ, ſive quod ad anates pertinet, ut Anataria aquila, quæ anates venatur. *Plin. l. 10. c. 3.*

Anathēma, atis, ἀνάθημα, Diis dicatum donum. Quamquam hæc vox non de omni re Diis conſecrata Græcis uſurpatur, ſed de illis tantum, quæ ſuſpendi aut collocari in excelſo, & in conſpectu ſtatui poterant, ut templo ornamento eſſent. Unde & Heſych. ἀνάθημα, κόσμημα, interpretatur. *Prudent. Pſychom. v. 540.* Inſigne legens anathema favillis.

Anathēma, atis, ἀνάθεμα, execratio, deteſtatio, maledictio, diris devotio. Apud Eccleſiaſticos Scriptores in uſu eſt, & ſignificat excluſionem ab Eccleſia, *ſcomunica*. Hinc anathematis vinculo ferire, apud *Auguſt. epiſt. 75. a princ.* Et Anathematis vinculo innodare. ¶ Item apud hos anathema accipitur pro ipſo homine maledicto, aut ab Eccleſia ejecto. ¶ Inde etiam SS. Patres formant verbum.

Anathematīzo, as, ἀναθεματίζω, deteſtor, ab Eccleſia excludo, ſeparo, *ſcomunicare*. *Hieron. epiſt. 75. adv. Vigilant.* Si hæc quotidie non anathematizarem, id eſt deteſtarer. *Auguſt. ep. 75.* Tota domus anathematizata eſt. *Salmaſ. in Tert. de Pall. p. 225.* teſtatur, in priſcis libris etiam anathemare, & anathematus reperiri, pro anathematizare.

Anathymiāſis, is, f. ἀναθυμίασις, vapor, exhalatio, halitus, & præſertim is, qui in ſtomacho, aut ventre ex cibis gignitur. *Petron. in fragm. Tragur. c. 47. edition. Burm.*

Anaticŭla, f. 1. νηττάριον, parva anas, aut avis aquatica quæcumque anate minor, apud *Plaut.* & *Cic. 5. de Fin.* Serpere anguiculos, evolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti videmus boves.

Anatilia, æ, f. 1. Fanum S. Ægydii, *S. Gilles*, oop. Galliæ Narbonenſis, in Occitania regione, inter Arelatem, & Nemauſum, ad 4. l. diſtitum, ubi S. Ægidius vitam ſolitariam egit. *Plin. 3. 4.*

Anatīnus, na, num, o. 1. 2. νήττιος, ab anas, tis: *Plaut. in Rudente*, Utinam fortuna anatina nunc uterer. 2. 4. 49.

Anatocismus, ἀνατοκισμός, eſt uſuræ anniverſaria renovatio, ut uſuræ uſurarum debeantur; quod lege vetitum eſt. *Rinnovamento d'uſure, quando l'uſura entra in capitale, e ſa uſura. Cic. Attic. l. 5. ep. uls.* Qui centeſimis cum anatocismo contentus non eſſet.

Anatomĭcus, adject. ſed ſæpe ſubauditur Medicus, ut ſubſtantivi naturam induat. *Macrob. Saturn. l. 7. c. 13.* Libris Anatomicorum conſultis. Et *Ammian. l. 28. c. 26.* Diſciſſarum pecudum exta rimari cum Anatomicis. ¶ Fit hoc adject. ab *Anatome*, græca voce, quæ ſectionem ſignificat, a τέμνω feco, ſignatque præcipue eam medicinæ partem, quæ in ſecandis humani corporis partibus verſatur.

Anaurus, *Fiume Dimitriada*, Fl. Theſſaliæ, qui ex Pelio M. in ſinum Pagaſicum effunditur apud Demetriadem, ſic dictus, quod non auram, neque nebulam patiatur. *Lucan. l. 6. v. 370.*

Anaxis, apud Flaccum in Argon. procus eſt Medeæ, Alanorum, & Heniochorum Rex, poſtea a Styro rivali interfectus.

Anax, proprium viri nomen, qui Cœli, ac terræ fil. unde Milletus dicta eſt Anactoria. *Cæl. l. 5. c. 1.*

Anaxagŏras, æ, m. 1. Ἀναξαγόρας, Clazomenius Philoſophus in phyſicis præcellens. Hic non modo generis gloria, & divitiis, verum animi quoque magnitudine clariſſimus fuit, quippe qui totum patrimonium ſuis ſponte reliquit. Et cum ab eis negligentiæ inſimularetur, Quid ergo, inquit, nonne vos iſta curatis? Mox abſcedens ad ſpeculandam rerum naturam ſe contulit, ſtudio doctrinarum flagrans, rei & privatæ, & publicæ omnino negligens, & incuriоſus, adeo ut cuidam ipſum ita compellanti, Nullane tibi patriæ cura eſt? dixerit, Mihi vero patriæ cura, & quidem ſumma eſt, digitum in cælum intendens. Hic, cum poſt diutinam peregrinationem in patriam reveniſſet, poſſeſſioneſque deſertas vidiſſet, Non eſſem, inquit, ego ſalvus, niſi iſtæ periiſſent. Vide plura apud Laertium.

Anaxarchus, m. 2. Ἀναξάρχος, Philoſophus Abderita, ſectator Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri Tyrannum, a quo comprehenſus, conjectuſque in pilam ſaxeam, ibique ferreis malleis contuſus, adeo toleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile conduplicaverit, *Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.* Ad ultimum amputationem linguæ minitante Tyranno, propriis dentibus abſciſſam linguam in os ejus conſpuiſſe dicitur. Vide Laertium.

Anaxarēte, puella Cypria Salaminia Regali ſtirpe, mira pulchritudine. Hanc Iphis infimæ ſortis inſane amabat. Sed ab illa ſemper ſpretus ad ejus fores ſe ſuſpendit. Puella in lapidem viſo cadavere verſa eſt. *Ovid. 14. Met. v. 699.*

Anaximander, ri, m. 2. Ἀναξίμανδρος, Mileſius Philoſophus, Thaletis auditor. Primus terræ, mariſque circuitus deſcripſit, ſphæram conſtruxit, &c.

Anaximěnes, m. 3. Ἀναξιμένης, Philoſ. Mileſius, Emiſtrati F. diſcip. & ſucceſſor Anaximandri. Poſuit aerem principium rerum omnium. Objit eo die, quo Sardes a Cyro captæ ſunt.

Anăxo, filia Ancæi, quam quidam Alcmenes matrem faciunt, non Lyſidicem ſororem Pithei ex Pelope, & Hippodamia.

Anaxum. V. Anaſſum.

Ancæa, & Amcæſa, n. 2. *vaſi intagliati*, dicta ſunt ab antiquis vaſa quę cælata vocamus, quod circum cædendo talia fiant. *Feſtus.*

Ancæus, i, m. Neptuni, & Aſtypalææ Phœnicis filius, Samiorum Rex, agriculturæ ſtudioſiſſimus, cui a ſervo prædictum eſt, cum ſervos nimio labore premeret, nullum illum ejus vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis poſt annis coacta ejus vineæ vindemia juſſit ſibi ex lacu vinum hauriri, increpans eum, qui futurum prædixerat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Sed calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vaſtare. Abjecto itaque poculo, cum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. Hinc adag. Inter calicem, ſupremaque labra multa cadunt. *Ovid. in Ibin.* hunc Lycurgi filium facit.

Ancăla, æ, f. *piegatura interiore del ginocchio*, poples. *Cæl. Aur. Tard. 5. 1.*

Ancarius, ſive Ancharius, a finum videtur ſignificare *Lucil. apud Non. in Quiritare*. Ejus verba ſunt: Hæc, inquam, rudet e roſtris, atque ejulitavit, Concurſans velut ancarius, clareque quiritans. V. *Anchialus.*

Anceps, ipitis, incertus, dubius, ambiguus, *dubbio*, *dubbioſo*, תלוי, Ger. *zweifelhaftig*, Gal. *douteux*, *incertain*, Hiſp. *dudoſo*, ἀμφίσημος, ἀμφίβολος. Anceps, ſignificare videtur id, quod ex utraque parte caput habeat, ut ſecuris, bipennis. Sed magis a capiendo, quod ex utraque parte æque capiatur, appellatum eſt. Hæc *Feſtus*. Atque in hoc ſenſu hab. *Prudent. hymn. ante ſomn. v. 85.* Hujus manum potentem Gladius pererrat anceps. ¶ Deinde ſumitur uſitatiori notione pro dubio, ſive ambiguo, ut dictum eſt: ut cauſa anceps, *Cic. 2. de Or.* Anceps fortuna belli. *Idem pro Marcell.* Mars anceps, *Liv. l. 21. c. 1.* Certamen anceps. *ib. c. 29.* ¶ Ancipites beſtiæ, *Cic. 1. de Nat. Deor. c. 37.* ſunt, quę Græcis ἀμφίβια, quæ in terra juxta, & aquis degunt. ¶ Vox anceps, i. e. periculoſa, *Tac. hiſt. 1. c. 5.* ¶ Pro biceps, eſt apud *Ovid. Faſt. 1. v. 95.* Tum facer ancipiti mirandus imagine Janus. ¶ Ancipitia vocabula, apud *Gell. l. 12. c. 9.* ſunt quæ duplicem ſenſum habere poſſunt. Et Jus anceps, apud *Horat. l. 2. ſat. 5. v. 34.* ideſt controverſum, vel obſcurum. ¶ *Anceps eſt, non ſi ſa di certo. Horat. l. 2. ſat. 1. 34.* Lucanus, an Appulus, anceps. ¶ Legitur & *ancipes* in recto ſingulari. *Plaut. Rud. 4. 4. 114.*

Anchăces, m. 3. nomen ducis in exercitu Perſæ contra Æetem Colchorum Regem fratrem Perſæ. *Val. 6. Arg.* Doctus & Anchaces patulo vaga vincula gyro Spargere.

Anchesītes, Ventus ab Anchiſa Epiri portu ſpirans. *Cic. l. 7. ad Attic.* Flavit ab Epiro leniſſimus Anchesites. Ita legit *Turneb. l. 20. c. 16.* Alii aliter.

Anchiale, es, f. 1. urbs Ciliciæ, condita a Sardanapalo eodem die, & anno, quo Tarſus. *Strab. l. 14.* Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non a Sardanapalo, ſed ab Anchiale Japeti filia conditam vult, Cydni matre, a quo nomen vicino flumini.

Anchialus, i, f. 2. Anchialos, *Anchialo*, *Achelo*, Turc. *Kenkis* urbs A. Thraciæ, apud oram maris Euxini, a Develto 24. M. P. in Bor. Meſembriam verſus. *Ovid. l. 1. Triſt.* Thynniacos ſinus, & ab his per Apollinis urbem Alta ſub Anchiali mœnia findat iter. ¶ Item urbs Ciliciæ, quam ferunt a Sardanapalo conditam.

Anchiălus, putatur eſſe nomen divinum, apud Judæos, ex Chai, & Alah, h. e. per Deum viventem, vel ex Ha Chai Alam, i. e. per eum qui vivit in æternum: Afferturque *Epigr. 94. l. 11. Martialis*, his verbis: Ecce negas, juraſque mihi per templa Tonantis. Non credo, jura, verpe, per Anchialum. ¶ *Iſaac. Voſſ. ad Melam l. 1. c. 8.* negat hanc vocem Hebraicam eſſe, cujus linguæ imperitiſſimus fuit Martialis; & pro Anchialum, legit Ancharium, id eſt afinum. Male enim audiebant Judæi, *Petronio* teſte *in fragment.* quod porcinum Numen, & cilli auriculas adorarent. In vetuſtiſſimo Cod. *Anchalium*, legitur, ex quo unius litteræ mutatione *Voſſ.* legit *Ancharium*. V. Ancarius.

Anchiſæus, adject. poſſeſſ. ab Anchiſe. *Virg. Æn. 5. v. 761.* Tumuloque Sacerdos, Et lucus late ſacer additur Anchiſæo. ¶ Scribitur & *Anchiſius.*

Anchiſes, m. 1. ἀγχίσης, Capyos filius, ante bellum Trojanum nemorum latebras, & ſolitudines coluiſſe fertur, gregibus, & armentis inteutus, quibus cum vacaret, a Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, unde natus eſt Æneas, apud Simoenta Trojæ fluvium, ut ſcribit *Servius v. 621.* & ipſemet *Virg. ibid.* Porro cum ſe Veneris concubitu uſum fuiſſe jactaſſet, ab eadem oculis eſt privatus. Propterea dicunt, eum Trojanorum conſiliis non interfuiſſe. Ardente Troja, cum nulla ſalutis ſpes appareret, ſenio confectum Æneas humeris impoſuit, ſecumque Drepanum uſque Siciliæ urbem vexit, ubi fatis conceſſit, ut eſt apud

Virg. 3. *Æn. in fine.* Alii tamen volunt, in Italiam perveniſſe, ut notat *Serv. ad Æn.* 1. *v.* 271. & alibi. ¶ In accuſativo habet *Anchiſem*, & ſæpe *Anchiſen*, Græco more. *Virg.* 3. *Æn. v.* 82. veterem Anchiſen agnoſcit amicum. τὸν Ἀγχίσην. ¶ In vocativo, & ablativo habet etiam *Anchiſa* pro *Anchiſe* ὦ Ἀγχίση, nam Græcum η tum in *e*, tum in *a* vertitur. *Virg.* 3. *Æn. verſ.* 475. Conjugio, Anchiſa, Veneris dignate ſuperbo. *Id.* 5. *Æn. v.* 244. Tum ſatus Anchiſa, &c. ¶ Olim dictum eſt *Anchiſa* etiam in recto caſu, ut notat *Quintil. l.* 1. *c.* 5. (*al.* 9.)

Anchiſiădes, æ, patronym. ideſt Æneas Anchiſæ fil. *Virg. Æn.* 6. *v.* 348. Dux Anchiſiade, nec me Deus æquore merſit.

Anchŏra, vel ancora, f. 1. *ancora*, עוגן, Ger. *ein anker*, *der groſſ eiſſen hackan dem manin dem meer die ſchiff bealt*, Gal. *ancre*, *ou croc de fer*, *de que on retient les navires*, Hiſp. *ancla del navio*, *ancora*, ἄγκυρα, ferreum inſtrumentum, quo naves retinentur. Græce dicitur ἄγκυρα, ab ἀγκύλος, aduncus, & ῥέω, fluo, quia unco morſu alligat naves. Latina vox *anchora* a Græca ducta eſt, κ tenui verſa in aſpiratam χ, & υ in *o*. *Cic.* 7. *Verr.* Præcidi anchoras imperavit. ¶ Anchoras tollere, eſt inſtar proverbii, pro diſceſſum moliri, vel rem inſtitutam relinquere. *Varr. de R. R. c.* 17. *l.* 3. ¶ Anchoras præcidere, anchoras ſolvere eſt apud *Cic.* Anchoras jacere apud *Cæſ.* ¶ Metaphorice ſumitur pro refugio, præſidio, munimento. Ita Hecuba apud Eurip. filium ſuum vocat ſuæ domus anchoram. Ita ſæpe *Plin.* & *Ovid. Triſt.* 5. *eleg.* 2. *v.*41.

Anchorāgo, inis, vel Ancorago, nomen piſcis apud *Caſſiod. l.* 12. *epiſt.* 4. ita dictum, quod os inſtar Anchoræ habeat incurvatum. Creditur idem ac Salmo, *Voſſio* 4. *de orig. Idolol. c.* 29. & aliis. Vide Salmo.

Anchorāle, is, funis cui anchora alligatur. *Liv. lib.* 22. *c.* 19. Anchoralia incidunt. Et *l.* 37. *c.* 30. Anchorale tractum. Adde *Plin. l.* 16. *c.* 8.

Anchorarius, a, um, ad anchoram ſpectans, ut Anchorarii funes, apud *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 9. ¶ Additur a Lexicogr. & Anchorarius, ii, ſubſtant. qui Anchoræ curam habet, & affertur locus *Cæſ. l.* 2. *de B.C.* quem conſule.

Anchūrus, Midæ Regis filius, qui terra ingenti hiatu diviſa circa Celænon, cum Midæ reſponſum eſſet, futurum, ut terra coiret, ſi res in hiatum pretioſiſſimas dejeciſſet, nihil hominis anima pretioſius exiſtimans, conſcenſo equo, ſe in ſpecum præcipitavit. Non multo poſt terra in priſtinam coivit figuram. *Plut. in Parall.*

Anchūſa, æ, f. 1. *ancuſa*, ἄγχουσα, herba eſt, lactucæ foliis, cujus radix digitali craſſitudine ſcinditur papyri modo, manus inficit ſanguineo colore, lanas pretioſis coloribus præparat, variis ægritudinibus prodeſt, imprimiſque lepræ, & lentigini, ſi ea liniatur.

Ancīle, per l. ſimplex, n. 3. אנזה, ἀγκίλη, ſcutum breve erat, non rotundum, ſed ita ex utroque latere reciſum, ut nullus angulus videri poſſet, & ſummum, infimumque ejus latus medio pateret. Dictum eſt ab am, & cæſum, quaſi anciſum, vel ab ἀγκὼν, quod eſt cubitus, vel ab ἄκος, remedium, quoniam peſtilentiæ remedium fuit. Fertur Numę Pompilii tempeſtate de cœlo decidiſſe, unaque editam vocem, omnium potentiſſimam fore civitatem, quandiu in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt ejuſdem generis undecim alia opera Mamurii fabri ærarii præſtantiſſimi, quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet. *Ovid.* 3. *Faſt. Liv. l.* 1. *Dion. l.* 2. ¶ Hæc ancilia in æde Martis aſſervabantur, & annis ſingulis circumferebantur per Urbem menſe Martio per Sacerdotes, alioſque primores, dieque trigeſimo demum recondebantur: quod antequam fieret, nihil publice agi oportebat. *Suet. Oth. c.* 8. ¶ *Horat.* 3. *Carm. od.* 5. Anciliorum nominis, & togæ oblitus. pro *ancilium*.

Ancilla, læ, f. 1. pediſſequa, famula, *fante*, *ſerva*, שפחה, אמה, Germ. *ein dieſtmagt*, Gal. *chambriere ſervante*, Hiſp. *ſierva*, *eſclava*, *o moca de ſervicio*, δμωὴ, mulier ſerva. Nomen deductum putavit *Feſtus* ab Anco Martio, quod is in bello magnum feminarum numerum ceperit, ſive quod antiqui anculare dicebant miniſtrare. Ex quo Dii quoque, ac Deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi, & Anculæ. *Ter. Andr.* 3. 1. 3. Ab Andria eſt ancilla hæc. *Cic. pro Mil. c.* 50. Cum muliebri, & delicato ancillarum, puerorumque comitatu. *Salluſt. in Jug. cap.* 12. In tugurio mulieris ancillæ. ¶ Metaphorice *Plin. l.* 2. *c.* 63. Terra uſus mortalium ſemper ancilla.

Ancillariŏlus, ancillæ addictus, qui ancillam amat. *Martial. l.* 12. *epigr.* 58. Ancillariolum tua te vocat uxor. *Senec. de Benef. l.* 1. *c.* 9. Si quis ſe nulla amica facit inſignem, nec alienæ uxori æmulum præſtat, hunc matronæ humilem, & ſordidæ libidinis, & ancillariolum vocant.

Ancillaris, re, adject. ad ancillas ſpectans, δούλειος, δουλικός, δουλοπρεπής, illiberalis, ad ſerviendum idoneus, ſervilis. Sic Ancillaris adulatio, *Ammiano* dicitur *lib.* 26. *cap.* 17. cum de Procopio Tyranno narrat. *Cic. Tuſc.* 5. 20. Ancillari ſordidoque artificio.

Ancillor, aris, *ſervire*, עבד, Ger. *ein dienſtmagt*, *ſeyu*, *dienen*, Gal. *s' aſſujettir a quelqu' un*, *comme ſervan*, Hiſp. *ſervir como eſolavo*, *omoco*, δουλεύω, miniſtro, vel dedico me ad ſerviendum, more ancillarum, quę ſuis miniſtrant, ac ſerviunt heris. *Titin.* apud *Non. c.* 2. *n.*26. Dotibus deliniti (viri) etiam uxoribus ancillantur. ¶ Item alicui ſe addicere, & cum ambitione quadam merendæ gratiæ ſervire præter dignitatem, ut ancillæ ſc. & adulatores ſolent. *Porcius Lat. Invect. in Salluſt. ſub perſona Ciceronis*. Non uni privatim ancillatus ſum, neque me addixi.

Ancillŭla, æ, f. *fanticella*, θεραπαινίδιον, dimin. ab ancilla. *Cic.* 1. *de Orat.* Juris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adjunxiſti. *Ter. Eun.* 1. 2. 85. Dixit cupere te ex Æthiopia ancillulam.

Ancĭpes, itis, idem quod Anceps, eſt apud *Plaut. Rud.* 4. 4. 114.

Ancīſus, & Amciſus, a, um, *tagliato*, acciſus, ab *am*, & *cæſus*. *Lucr. l.* 3. *v.* 660. Omnia jam ſeorſum cernes anciſa recenti Vulnere tortari.

Ancla, idem quod antlia. *Salmaſ.* affert in Bonoſ. Vopiſci ex veteri epigr. & *Hauſtrum* interpretatur, ideſt cadum rotæ aquariæ, vel ipſam rotam.

Anclo, as, ſive antlo, ex græco ἀντλῶ, idem quod haurio. *Liv. Androm.* apud Feſt. Florem anclabant Liberi ex carcheſiis. *Idem* apud *Priſcian. l.* 6. Vinum quoque, quod libabatur anclabatur.

Ancon, onis, f. *Vitruv. l.* 3. *c. ult.* pars eſt normæ, quæ inſtar litteræ L ex duabus regulis quaſi brachiis jungitur. a græco ἀγκὼν, cubitus. ¶ Hinc Sinum Tarbellicum a curvitate Ancona dixit *Lucan. l.* 1. 421. Quem litore curvo Molliter admiſſum claudit Tarbellicus Ancon. Alii tamen leg. *æquor*. ¶ Sunt & Ancones feramenta, ex quibus retia ſuſpenduntur. *Gratius Cynegetico*, *v.* 87. Lineaque ex tritis lucent anconibus arma. *Arma linea* retia ſunt. ¶ Item menſulæ quædam volutarum inſtar leniter infractę ad ſpeciem literæ S ante oſtium, Græcis προθυρίδες dictæ. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. ¶ Anco *Martiali* eſt concha Neptuni, *l. Spectac. epigr.* 26. Fuſcina dente minax, nexu fluit anco recurvo. Vulg. legitur, *anchora curvo*. V. ibi *Rader.*

Ancon, ōnis, & Ancona, æ, f. *Ancona*, ἄγκων, Urbs Epiſcop. & Emp. Piceni primaria, quod inde nominatum eſt, in ora apud Crumerum Promont. media inter Piſaurum ad Occ. & Firmum ad Or. ad 40. M. P. ab urbe Roma ad 150. in Bor. Condita dicitur a Syracuſanis Dionyſii tyrannidem fugientibus. Portum habet amplum, quem Trajanus inſigni opere extruxit. Nomen accepit a ſitu, quia cubiti flexuram refert. Græci enim cubitum, & locum cubiti modo ſinuoſum appellant ἀγκῶνα. ¶ Fuit item Ancon apud Carthaginenſes obſcurum domicilium, in quod detrudebantur, quibus iratior erat Tyrannus.

Anconitānus, a, um, ad Anconam pertinens, ut Colonia Anconitanorum, in *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 465. 6.

Ancora, V. Anchora.

Ancŭli, & Anculæ Dii, Deæque ancillarum. *Feſtus*.

Ancunulentæ dicuntur fœminæ tempore menſtrui. *Feſt.*

Ancus, i, m. ἄγκος, λοξὸς, qui ita curvum habet brachii cubitum, ut illud exporrigere non poſſit. *Feſtus*. Hinc factum eſt nomen Anco Martio, qui quartus fuit Romanorum rex Numæ Pompilii nepos ex filia. *Serv. ad Æn.* 6. *v.* 816.

Ancyra, ἄγκυρα, *Anguri*, & *Angara*, Turc. *Enguri*, Urbs Galatiæ primaria, Sedes Præfecti, inter Peſſinuntem ad Occ. & Nyſam ad Or. 100. M. P. a Cæſarea 200. in Occ. Nicæam verſus totidem, a Claudiopoli 134. Dicta eſt ab ancoris navium captarum a Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti Rex ſuppetias Gallogræcis miſerat. Nam ἄγκυρα Græce ancoram ſignificat. *Plin. l.* 6. *c. ult.*

Ancyrānus, a, um, adject. ut Ancyrani triumphi, apud *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 416. *Ancyranum monumentum* ſunt tabulæ lapideæ inventæ in ſuburbio Ancyræ Galatiæ, quæ continebant indicem rerum ab Auguſto geſtarum: videntur autem exaratæ paulo poſt ejus mortem. Mutilæ tamen ad nos pervenerunt: præterea in multis peccant contra Latinitatem, ut & *Caſaubon.* adnotavit, ut a Græco homine, & Latinæ linguæ imperito exaratæ fuiſſe merito videantur.

Andabătæ, m. 1. *combattenti alla cieca*, ἀνδαβάται, gladiatores erant, qui oculis clauſis digladiabantur. Sed *Eraſmus* dubitat, fuerint ne populi clauſis oculis ſoliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clauſis oculis tenderent in adverſarium, an potius luſus genus, ut propemodum ex *Seneca* licet conjicere. Hinc prover. *Andabatarum more pugnare*, id eſt in tenebris, & temere, nullaque arte jaculari. *Cic. Fam.* 7. *epiſt.* 10. Quem antea ne Andabata quidem defraudare poteramus. *h. e.* avertere a ſpectandis Andabatis pugnantibus. Al. aliter leg.

Andegavi, & Andes, pop. Galliæ Celt. ſeu Lugd. inter Turones 26. leuc. & Nannetes ad Occ. 16. quorum regio Andegavia, nunc l' *Anjou*, ab Italis *Angio* dicitur, tit. Ducatus inſignis, terminata a Sept. Cenomanenſi Prov. ab Occ. Britannia, a Mer. Pictavienſi Provinc. ab Or. Turonico agro. Urbs vero primaria olim dicta eſt Juliomagus, deinde Andes, Andegavis, Andegavum, *Angers*, ad Meduanam flu. 2. leuc. a Ligeri fl. 9. a Salmurio in Occ. tot. a Flexia.

Andes. V. Andegavi. ¶ Andes item, *Petula*, vicus agri Mantuani, patria Virgilii, qui propterea *Andinus Poeta* cognominatur, 3. M. P. a Mantua. *Donatus in ejus vita*.

Andīnus, a, um, adject. ab Andes Virgilii patria. *Silius l.* 8. *v.* 594. Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu Evecta Andino. *h. e.* Virgiliano.

Andrius, a, um, ab Andro inſula qui eſt, ut apud *Ter. Andria*, ſc. mulier, quæ nomen fabulæ dedit. Et *And.* 5. 4. 3. Crito Andrius.

Androdămas, m. 3. ἀνδροδάμας, lapis eſt ex genere hæmatitarum, colore nigricante, pondere, ac duritie inſignis, qui attritus coti ſuccum reddit ſanguineum. Vide *Plin. l.* 36. *c.* 20. ¶ Præterea gemma eſt, alio nomine argyrodamas, & pyrites, argenti nitore, ut adamas, ita vocata ἀπὸ τοῦ ἄνδρας δαμάζειν, ideſt, a domandis viris, quod impetus hominum, & iracundiam domet. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Androdas, vel melius Androclas, annus ſexageſimus tertius vitæ humanæ ab Ægyptiis dictus eſt, quem alii Climactericum vocant, ut *Julius Firmic.* auctor eſt, *l.* 4. *Matheſ. c.* 14. Ducitur ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, & κλάω, frango, quod ea ætate hominum vires frangantur.

Androgeonēus, a, um, ab Androgeo. *Catull. Argonaut. v.* 77. Androgeoneæ pœnas exolvere cædis.

Androgeus, i, m. & Græca poſitione Androgeos, o, m. ἀνδρόγεως, fil. Minois, qui ab Athenienſibus, & Megarenſibus per invidiam occiſus eſt, quod palæſtra cæteros ſuperaret. Minos ſuſcepto adverſus hoſtes bello, primo Megarenſes ſubegit, deinde Athenienſes, eoſque adſtrinxit ſibi ſingulis annis adoleſcentes nobiles mittere, qui Minotauro devorandi in Androgei memoriam objicerentur. *Virg. Æn.* 2. *v.* 370. Apud eundem *l.* 6. *v.* 20. In foribus lethum Androgeo: ubi *Androgeo* genit. caſus eſt græca terminatione: At latina habetur *lib. eod. v.* 392. Androgei galeam, &c. ¶ Androgeona accuſat. eſt apud *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 63. Reſtituit patriis Androgeona focis.

Androgynus, m. 2. *ermafrodito*, ἀνδρόγυνος, qui utrunque habet ſexum maris, & fœminæ, ab ἀνὴρ, vir, & γυνὴ, mulier. *Cic.* 1. *de Div.* ¶ Hinc populi quidam Africæ Androgyni dicti ſunt, qui utriuſque naturæ ſunt participes, dexteram mammam virilem habent, lævam muliebrem, & inter ſe vicibus coeunt. *Plin. l.* 7. *c.* 3.

Andromăche, es, f. ἀνδρομάχη, Ætonis Regis Thebarum, quæ in Cilicia ſunt, filia, & Hectoris Trojani uxor, & mater Aſtyanactis, quæ a virili pugna nomen ſortita eſt. Fuit enim virili animo ſepta, & quædam veluti virago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Moloſſum filium ſuſcepit, poſtea Heleno vati Priami filio eam uxorem tradidit, Regnique portionem eidem aſſignavit. *Virg.* 3. *Æn.*

Andromĕde, es, & Andromeda, æ, f. 1. ἀνδρομέδη, Cephei, & Caſſiopes filia. Ob matris ſuperbiam, quæ ſe Nereides forma antecellere gloriabatur, a Nymphis ſcopulo fuit alligata, & ceto devoranda expoſita, ſed a Perſeo illac opportune iter faciente, occiſo monſtro, & liberata, & in uxorem ducta eſt. Poſtremo Minervæ beneficio inter aſtra collocata dicitur, propter Perſei merita, & ornata tribus, & viginti ſideribus. Oritur in parte piſcium duodecima. *Ovid.* 4. *Metam.*

Andron, m. 3. *viottolo*, ἀνδρὼν, ſpatium inter duos parietes, in quod pluvia deſcendit. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 17. ¶ Quidam accipiunt pro loco in domo anguſtiore, in quo viri plurimum verſantur, ut γυναικεῖον, in quo mulieres. *Feſt. Vitruv. l.* 6. *c.* 10. Solebant enim viri publico ſcito in conviviis maxime a mulieribus ſejungi, ne hæ illorum more accumberent. Dicebatur igitur hujuſmodi locus *Andron*, vel Andria, vel Andronitis, quod in eo viri ſine interpellationibus mulierum verſarentur. *Vitruv. ibid.* ¶ Sunt etiam *andrones* loca anguſta in ædibus, per quæ ab uno in aliud cubiculum itur *corridoj. Vitruv. loc. cit.*

Andronitis, V. Andron.

Andronium, n. 2. medicamentum eſt uvæ, quæ in fine faucium naſci ſolet, curandæ utile. Ejus confectionem vide apud *Celſum l.* 6. *c.* 14.

Andros, ſeu Andrus, *Andro*, ἄνδρος, Inſ. maris Ægei, una Cycladum, cum urbe E. a Gereſto prom. Eubœæ 10. M. P. in Or. a Delo 20. a Cea 39. in Bor. Appellata etiam eſt Antandros, Cauros, Laſia, Nonagria, Hydruſſa, Epagris. Patet cir. 93. M. P. ¶ Eſt item Andros, Hedros, *Berdeſey*, Britan. *Enbly*, Inſ. maris Hibernici, inter Vvalliam, & Hiberniam, adjacens Com. Arvoniæ.

Androſæmon, ἀνδρόσαιμον, herba eſt ſimlis hyperico, cauliculis tamen majoribus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus ſuccum emittit ſanguini ſimilem, unde nomen habet, αἷμα enim ſanguinem ſignificat. Vide *Plin. l.* 26. *c.* 5.

Androsăces, ἀνδροσάκες, herba eſt in maritimis Syriæ locis copioſiſſime pro-

proveniens, alba, carens foliis, folliculos in cirris habens, & in folliculis semen. *Plin. l.* 27. *c.* 4.

Andruare, ideſt, recurrere, a Græco ἀναδρᾶν, *Feſt.*

Anellus, V. Annellus.

Anemo, onis, m. 3. *l' Amone*, flu. Æmiliæ, qui ex Appennino M. influit inter Ravennam, & Argentam per Faventiam, quam interluit, in Padum. *Plin.* 3. 15.

Anemone, f. 1. ἀνεμώνη, herba florem habens ejuſdem nominis ſtatim evaneſcentem, quem Poetæ fabulantur ortum eſſe ex ſanguine Adonidis ab apro interempti. *Plin.* 21. 23.

Anennoëtos, ἀνεννόητος, hoc eſt incomprehenſibilis, vel cujus non eſt memoria; atque adeo æternus: unus eſt ex æonibus Valentini, apud *Tertull. adverſ. Valentinian. c.* 35.

Anĕo, es, anere, vetulam fieri, vetulæ mores imitari. Philoxeni Gloſſ. γηρᾷ, anet. Et Flavius Caper *l. de Orthogr. poſt prine.* Sordet, acet, anet, floret.

Aneſco, is, idem quod aneo. *Id. Caper.* Inceptiva ſunt, aceſcit, aneſcit, floreſcit.

Anethum, n. 2. ἄνηθον, genus herbæ boni odoris. Ructus movet, termina ſedat, & ſingultus cohibet. *Plin. l.* 20. *c.* 18. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 48.

Anetĭcus, a, um, ἀνετικός, remittens, ſeu remiſſionem habens, ut Aneticis temporibus curationes diſponere, h. e. tempore, quo vis morbi remittit, *Theod. Priſcian. l.* 3. *c.* 3.

Anfractus, m. 4. *via torta*, עקלקלות, Ger. *krumb umd umbgang der vvegen*, Gall. *un detour en rond*, *un detour de rue*, Hiſp. *rodeo de camino aſpero*, περίοδοι, obliqui viarum flexus in ſe recurrentes, ab am, & frango, quod recta via crebris mæandris undequaque ſit interrupta. *Cæſar l.* 7. *B. Gall. c.* 46. Si nullus anfractus intercederet, MCC. paſſibus aberat. ¶ Transfertur & ad alia, accipiturque pro quovis circuitu, *giro*, *circuito*. *Cic. de part. Or.* Oratio circumſcripta longo anfractu. Et anfractus judiciorum, *Id. pro Cluent.* ¶ Legitur & anfractum neu. gen. apud vetuſtiſſimos, *Accius in Eurypace*, citante *Nonio c.* 3. *n.* 16. Alta patris terrarum anfracta reviſam.

Angaria, f. 1. *angaria*, *gravezza*, עלין, Ger. *ein genetigter dienſt*, *zvvang*, Gall. *charge*, *contrainte*, Hiſp. *duana*, *o ſervidumbre*, ἀγγαρεία, dictio Perſica, ut inquit *Suidas*, proprie ſervitus coacta. Inde ἀγγαρεύω, cogo. *Budæus* ſic habet, Apud Perſas erat ἀγγαρεῖον ἐρέμημα, curſus perniciſſimus equitum, ut ſcribit. *Herod. in* 8. unde nomen angariæ, & perangariæ in libris juris lectitatum manavit. Eſt enim nomen Perſicum. ¶ Angari vero, ἄγγαροι, teſte *Suida*, nuntii erant Regii apud Perſas: quod nomen poſtea latius uſurpari cœpit pro quibuſvis, qui ſervorum, aut jumentorum onera bajularent. *Cæl. l.* 18. *c.* 8. Noſtrates *Poſtas*, quaſi poſitos, collocatoſque certis in locis, & ſemper in procinctu excubantes, appellant. Uſus eſt hac voce Nigidius Ciceronis æqualis, apud *Gell. l.* 19. *c. ult.*

Angarĭo, as, are, ἀγγαρεύω, adigere ad aliquid faciendum, & maxime ad curſum. Utus eo verbo *Ulp. l.* 4. *de Veteranis*, ubi angariari naves dicuntur. V. *Angaria*.

Angelĭcus, a, um, *angelico*, adject. ut Angelicæ excubiæ. *Paulin. ep.* 28. *num.* 1. *Prudent. Tetraſt.* 11. *de Manna*. Panibus angelicis albent tentoria Patrum.

Angellus, i, diminut. ab angulus. *Lucret. l.* 2. *v.* 428. Sed magis angellis proſtantibus. Al. leg. *angulis*.

Angĕlus, m. 2. Ἄγγελος, latine nuntius. Nam officii nomen eſt, non naturæ. Uſus eſt *Senec. epiſt.* 10. Ego angelus Epicuri. Si tamen ſana eſt ſcriptura. V. *Lipſium*. ¶ Cæterum ſæpe invenies apud Eccleſiaſticos Scriptores, cum ſignificare volunt cœleſtes illos Spiritus, qui ſupremo Dei numini aſſiſtunt.

Angerona, f. 1. *la Dea del piacere*, Ger. *die Gotitn des tzvvolluſt*, Ἀγγερών, voluptatis Dea, quæ & Volupia dicebatur, cui ſacra a Romanis inſtituta ſunt, cum angina Civitas vexaretur. Ab angore tollendo dicta eſt. Ejus feſta *Angeronalia* ſunt vocitata, teſte *Varr. l.* 5. *L. L.* & *Feſto*. Hinc Pontifices in Sacello Volupiæ ſacrum faciebant.

Angĭna, f. 1. *ſquinanzia*, Ger. *geſchvvulſt an der Rhel*, *braun*, Gall. *equinance*, Hiſp. *eſquinancia*, συνάγχη, genus morbi acutiſſimi, quo fauces anguntur, ac ſtrangulantur. Dicta *angina* eſt, quod angat guttur. Imperitum vulgus Medicorum ſquinantiam vocat, cum Hippocrates, & Galenus συνάγχην appellitarint. Dicitur etiam tonſilla. Sed *Plinius* tonſillas ſejungit ab angina. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 13. Sues moriuntur angina hic acerrima.

Angiportus, us, m. & angiportum, i, n. *via ſenza capo*, *angiporto*, קיקלה, Ger. *ein eng geſslin das nit durchangigit*, Gal. *une ruelle*, *ou qui eſt ſans iſſue*, Hiſp. *calle angoſta*, *o ſin ſalida*, στενωπός, via eſt exitum non habens, vel vicus anguſtus, & flexuoſus in modum anguis, quaſi anguſtus ad portum aditus, ab angendo, & portu. *Ulpian. Dig. l. ult. tit. penult. leg.* 59. Angiportum a portu dictum eſt, portus vero concluſus, & munitus locus eſt, quemadmodum & ſtatio, ab importandis, exportandiſque mercibus nomen habens. Alii a Græco ἀγχὶ, quod ſignificat prope, deductum volunt, qui non longius extenditur. *Cic.* 1. *de Div. c.* 32. Ex horreis direptum, effuſumque frumentum vias omnes, angiportuſque conſtraverat. *Id.* 4. *Verr.* Ut omnibus in angiportis prædonis improbiſſimi ſtatuæ ponantur. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 6. In id angiportum me devorti juſſerat.

Angitia, ſive Anguitia, f. 1. Æetæ filia, & ſoror Medeæ, & Circes, quæ Marſis remedia contra venena oſtendit, & iſto nomine pro Dea eſt a Marſis, & Marrubiis culta; unde Sylva Angitia, *Selva d' Albi*, in finibus Marſorum, inter Albam, & lacum Fucinum. *Sil. l.* 8. *v.* 500. & *Virg.* 7. *Æn. v.* 759.

Angli. V. Anglia.

Anglia, f. 1. *Inghilterra*, Ger. *Engelland*, Gal. *Angleterre*, Hiſp. *Inglaterra*, Βρεττάνικα. Inſ. in Oceano, Albionis inſulæ, ſeu Britanniæ pars major, ad Auſtrum, quæ undique a circumfuſo mari complexa eſt, nuſquam juncta continenti, ſed omni ex parte ab orbe noſtro diviſa. Hanc primum Troes incoluerunt, qui Troja diſjecta fugerunt exciſam patriam, Palladiſque oraculo claſſe in hanc inſulam migraverunt, atque gigantes tunc inſulam tenentes multis victos præliis expugnaverunt. Poſtmodum illam longo temporum tractu Saxones, qui ſunt illuſtres Alemanniæ populi, ductu Angelæ Reginæ oppreſſere, quæ agros, & opes inter Legatos Saxonum diviſit, atque, ut linguæ pariter, & gentis memoria in devicta Inſula ſempiterna foret, Angliam a ſe vocavit. Sed plerique dicunt, Angliam dictam eſſe, veluti noſtri orbis angulum. Sita eſt ex adverſo Galliæ, Germaniæ, atque etiam Hiſpaniæ, licet longiore intervallo. *Agrippa* longitudinem ejus prodidit eſſe 800. M. P. latitudinem vero 300. M. Populi hujus Inſulæ dicuntur Angli, Anglici, & Anglicani, quæ ſunt Geographis uſitatæ voces. Anglorum Germaniæ populorum meminit *Tacit. in Germ. c.* 40.

Ango, gis, anxi, ſine ſup. *ſtringere*, *affannare*, חציר, Ger. *truken*, *engſtigen*, Gal. *etrangler*, *tourmenter*, *angoiſſer*, Hiſp. *anguſtiar*, *o congoxar*, ἄγχω, conſtringere, cruciare, ſuffocare, premere, ſolicitare, vexare. *Colum. l.* 11. *c.* 3. *a med.* Stirpes præfractæ angunt oculos ſpongiarum, & quaſi excæcant, nec patiuntur aſparagum emittere. *Virg. Georg.* 3. *v.* 497. Ac faucibus angit obeſis. *i. e.* ſuffocat. ¶ Et ad animum, & ad corpus, & ad utrumque promiſcue pertinet. Ad animum. *Cic. ep. Fam. l.* 16. Audio te animo angi. Ad corpus. *Col. l.* 8. Robuſtus angit imbecillum. Ad utrumque promiſcue. *Gel.* Dum angerentur Romani. ¶ Deducitur ἀπὸ τοῦ ἄγκου, quod eſt ſuffoco, ſtrangulo: a quo ſynanche morbus tanctum acutus, ut dictum eſt in dictione Angina.

Angor, oris, m. 3. *affanno*, *doglia*, דאבה, Germ. *angſtaſſt*, *bekummernuſſ*, Gal. *angoiſſe*, Hiſp. *anguſtia*, *anſia*, *o congoxa*, ἀθημονία, corporis, vel animi cruciatus. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 8. Angor eſt ægritudo premens. *Id. de Amic. c.* 13. Capere angorem pro amico. *Id.* 2. *Off. c.* 1. Dedere ſe angoribus.

Angueſco, is, n. anguis fio, anguem imitor. *Tertull. de Pall. c.* 3. Cervus ſerpente paſtus, veneno angueſcit in juventutem. Al. leg. *langueſcit*.

Anguĕus, a, um, adject. ab anguis, idem quod Anguineus, ſed rari uſus. *Solin. c.* 24. (*al.* 37.) *de Libya:* Flexuoſo meatu æſtuarium e mari fertur, adeo ſinuoſis lateribus tortuoſum, ut vifentibus procul lapſus angueos fracta vertigine mentiantur.

Anguicŏmus, a, um, angues crinium loco habens. *Ovid. Met.* 4. *v.* 698. Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator.

Anguiculus, m. 2. *ſerpentello*, Ger. *ein kleine ſchlang*, ὀφίδιον, dimin. ab anguis. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 15. Serpere anguiculos.

Anguĭfer, m. 2. ſignum cœleſte, quod a Græcis dicitur ὀφιοῦχος, ideſt, Anguitenens. *Col. l.* 11. *R. R. c.* 2. Anguifer, cum mane occidit, tempeſtatem ſignificat.

Anguĭfer, a, um, adject. anguem ferens. *Propert. l.* 2. *eleg.* 2. *v.* 8. Gorgon anguifera. *Prudent. Hamartig. v.* 131. Anguiferum caput.

Anguigĕna, æ, angue natus, *nato da ſerpente*. *Ovid. Met.* 3. *v.* 531. Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, veſtras Attonuit mentes? *anguigenas* vocat Thebanos, quos fabulantur Poetæ ortos ex dentibus anguis a Cadmo occiſi.

Anguilla, æ, f. 1. *anguilla*, Gal. *anguilles*, Hiſp. *anguillas*, ἔγχελυς, ſic dicta ab anguis forma, ut *Varro* putat. *Juven. Sat.* 5. *v.* 103. Vos anguilla manet longæ cognata colubræ. ¶ Gignitur ex limo, algarumque putredine, nullo coitu, nulla tetura, ait *Ariſtot.* & *Plin. l.* 9. *c.* 51. ¶ *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 57. Proverbio dixit: Anguilla eſt, elabitur. Sic dicimus, Anguillam cauda tenere, de iis, qui lubrica ſunt fide.

Anguimănus, Elephas dicitur, propter proboſcidis (quæ ejus manus dicitur) agilitatem in quamvis partem, anguium inſtar. *Lucret. l.* 2. *v.* 536. In genere anguimanos elephantos. Adde *l.* 5. *v.* 1302.

Anguĭnĕus, a, um, adject. quod anguium eſt, aut quod ex anguibus conſtat, ὀφιώδης, ut Anguineæ comæ Meduſæ apud *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 7. ¶ Item quod ad anguis ſimilitudinem accedit, ut Anguineus cucumer, hoc eſt oblongus, & ad anguis ſimilitudinem contortus, apud *Colum. l.* 2. *c.* 9. Item quod erraticum eſt, apud *Plin. l.* 20. *c.* 2.

Anguĭnus, a, um, idem, ut Anguina vernatio, pro pelle, quam verno tempore angues exuunt. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Anguina cervix, *Cic.* 2. *Divin. c.* 64.

Anguipēdes, a Poetis dicti ſunt gigantes, *giganti*, quaſi loripedes, quod pedes tortuoſos habuiſſe finguntur, ſicut angues ſe tortuoſos faciunt. *Ovid. 1. Met. v.* 184. Anguipedum captivo brachia cœlo. *Macrob. Saturn.* 1. 20.

Anguis, *ſerpente*, *biſcia*, נחש, Ger. *ein ſclang*, Gal. *ſerpent*, *coleuvre*, Hiſp. *culebra*, *o ſerpiente*, ὄφις, tam fem. quam maſc. gen. ſed frequentius maſc. ſerpentis genus ſatis notum, & proprie illud (ſi *Servio* credimus) quod in aquis degit. Frequentiſſime tamen etiam de terreſtribus dictum invenitur. *Virg.* 3. *Ecl.* Frigidus latet anguis in herba. *Tacit.* 11. *Ann. c.* 11. Unam anguem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt. ¶ Apud *Plaut. Merc.* 4. 4. 21. Odiſſe æque atque angues: Et Vitare cane pejus & angue, apud *Horat. l.* 1. *ep.* 17. Et, anguem in ſinu fovere: proverbia ſunt. Atque hoc poſtremum de eo dicitur, qui eum alit, & fovet, a quo certa pernicies ſibi imminet.

Anguitĕnens, idem quod Anguifer, fidus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 42. Anguitenens Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graji.

Anguitia. V. Angitia.

Angularis, e, *angolare*, adject. qui habet angulos: ut lapis angularis, i. e. quadratus, apud *Cat. R. R. c.* 14.

Angularius, a, um, idem quod angularis. *Leg.* 69. *ff. de contrab. empt.* Emit lacum angularium. *Al. aliter leg.* Vet. Gloſſ. γωνιαῖος, angularius.

Angulātim, κατὰ γωνίας, adverb. per angulos. *Apul. l.* 9. *Met. p.* 237. Angulatim cuncta ſedulo perluſtrari jubent. *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. Paucis angulatim tringultientibus.

Angulatus, a, um, angulos habens. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 24. *de atomis Democriti:* Corpuſcula quædam lævia, alia aſpera, rotunda alia, partim angulata.

Angulōſus, a, um, angulatus, plures habens angulos, γωνιώδης. *Plin. l.* 37. *c.* 12. Figura anguloſa.

Angulŭlus, i, diminut. ab angulus. *Lucret. l.* 2. Sed magis angululis paulum proſtrantibus, &c.

Angŭlus, m. 2. *angolo*, *cantone*, *canto*, מקצוע אה, Ger. *ein eck*, *vvinckel*, Gal. *angle*, *coin*, Hiſp. *rincon*, γωνία, Geometris dicitur id, quod conſtat ex duabus lineis in idem punctum delinentibus, quod ibi anguſtus ſit locus. Hinc in ædificiis anguli dicuntur, ubi duo parietes coeunt. Item in agris, & regionibus, ubi duo latera conveniunt, atque in acutum definunt, angulus appellatur. *Cæſ.* 5. *B. G.* Hujus lateris alter angulus. ¶ Et quoniam anguli in ædificiis reliquis partibus fere ſunt obſcuriores, & ſecretiores, factum eſt ut angulus accipiatur pro loco quovis ſecreto, & abdito, *luogo ſecreto*. *Cic. in Catil.* Nemo ullo in angulo totius Italiæ fuit. *Florus l.* 3. *c.* 10. Bruttium agrum in extremo Italiæ poſitum, Bruttium angulum appellat.

Anguſtatus, a, um, *riſtretto*, *ſtretto*, coarctatus, anguſtus. *Cic. in ſomn. Scip. c.* 6. Terra anguſtata verticibus, lateribus latior. *Al. leg.* anguſta. *Plin. l.* 17. *c.* 8. Putei ore anguſtati.

Anguſte, arcte, ſtricte, exigue, exiliter, tenuiter, preſſe, jejune, *ſtrettamente*. *Cic. de Or. c.* 33. Preſſe, & anguſte definire. ¶ Comparat. eſt apud *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 59. Superlat. apud *Cic.* 2. *Nat. Deor. c.* 7.

Anguſtia, æ, f. 1. *luogo ſtretto*, *ſtrettezza*, עקה צרה, Ger. *enge eines orts*, Gal. *detroit*, Hiſp. *anguſtura*, *eſtrechura*, στενοχωρία, ſtrictitudo, tenuitas, locus anguſtus, quem difficile eſt tranſire, cujuſmodi ſunt montium fauces. *Cæſ.* 5. *B. G.* Anguſtiis viarum. ¶ Transfertur & ad alias res, ut Anguſtia orationis, ærarii, rei familiaris, pectoris, animi, rerum, &c. *Cæſ.* Neminem, qui ei in tot rerum anguſtiis ſubveniret, habebat. ¶ In Anguſtias adduci. *Cic. pro Quint. eſſet ridotto alle ſtrette*. ¶ Anguſtiæ temporis, *ſcarſezza di tempo*. *Cic.* 1. *de Or.* 11. *c.* 1.

Anguſticlavius, ii, qui equeſtris eſt dignitatis, ut Laticlavius, qui Senatorii eſt ordinis. *Suet. Otb. c.* 10. Anguſticlavius tribunus.

Anguſtĭtas, atis, vetus nomen pro anguſtia. *Ælius* apud *Non.* 2. 38. Sed angu-

anguſtitatem incluſam, ac ſaxis ſqualidam.

Anguſto, as, a. 1. ſtringo, coarcto, contraho, *ſtringere*, העיק הצר, Germ. *eng machen*, Gal. *etrcoir*, Hiſp. *angoſtar*, στενοχωρέω. *Lucan. l.* 5. *v.* 232. Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Canyſtos. ¶ Hinc anguſtans, anguſtatus, anguſtandus, partic. *Catul.* Cujus iter denſis anguſtans corporum acervis. *Cic. in Somn. Scip.* Omnis terra anguſtata verticibus, lateribus latior. *Sen. de tranquil. vitæ*, Anguſtanda patrimonia ſunt.

Anguſtus, a, um, o. 1. 2. *ſtretto*, צר, אץ, Ger. *eng*, στενός, arctus, brevis, ſtrictus, ab angulus, eo quod anguli ſemper coarctentur. *Cic.* 1. *de Fin.* Anguſtiſſimæ fauces. Et *Fam.* 3. *ep.* 8. Liberalitas anguſtior. ¶ Sumitur interdum pro paupere: ut *l. penult. ff. de uſu, & habitat.* Legatarius anguſtus. ¶ *Eſſe in anguſto* idem eſt, ac eſſe in periculo, ſeu in anguſtiis: ductum ab exercitu, qui tunc maxime periclitatur, cum in anguſta loca redigitur. Hinc in anguſtum venire, adducere, &c. ¶ Anguſtus pro abjecto, vili, *umile*, *abbietto*. *Cic.* 1. *Offic. c.* 20. Nihil eſt tam anguſti animi, tamque parvi, quam amare divitias.

Anhēlans, antis, nomen ex partic. qui difficulter reſpirat, *anelante*. *Ad Heren. c.* 33. Anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus. *Virg. Æn.* 5. *v.* 254. Acer anhelanti ſimilis.

Anhelanter, adverb. cum anhelitu. *Ammian. l.* 16. *c.* 15. (*al.* 10.) Alium anhelanter avido flatu ventorum lenunculo ſe commiſiſſe piſcantis. Al. legunt *Anhelante*.

Anhelatio, onis, f. 3. *difficoltà di reſpirare*, נפה, Ger. *das keichen*, Gal. *difficultè d' baleine*, Hiſp. *acezo*, πνευματωσις, ſpirandi difficultas. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *ad fin.* Hoc genus vini utile inflationibus, tuſſi, anhelationibus.

Anhelātor, m. 3. *chi non può facilmente riavere il fiato*, נופה, Ger. *Keicher*, *der ubel athem ſcheffen kan*, ἀσθματικός, qui eſt ſuſpirioſus, quod vitium conſiſtit in ſpirandi difficultate. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Anhelatoribus laſer cum porro ex aceto datur.

Anhelātus, a, um, efflatus, expiratus, ἐκπνευσθεὶς: ut, Verba inflata, & anhelata gravius, apud *Cic.* 3. *de Orat. c.* 11. quod vitium linguæ & oris eſt. *Ovid. Heroid.* 12. *v.* 15. Iſſet anhelatos non præmedicatus in ignes.

Anhelĭtus, us, ui, m. 4. *anelito*, ipſe ſpiritus difficulter actus, רוח, נפה, Ger. *der athem*, ἆσθμα. *Ovid.* 1. *de arte v.* 521. Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris. Et *Plin. l.* 9. *c.* 7. de Balænis: Anhelitum reddere, ac per vices recipere. ¶ Anhelitus terrarum, apud *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 50. eſt vapor *ventoſus* e terra erumpens. ¶ Item anhelitus vini apud eundem poſt *red. in Sen. c.* 7.

Anhēlo, as, a. 1. ſpiro, reſpiro, *ſpirare*, *anſare*, נפה, Germ. *blaſen*, *athemen*, Gal. *haleiner*, Hiſp. *acezar*, ἀσθμαίνω, ex am, & halo, m in n mutata, ſignificat ægre halo, cum ex curſu, aut alio quovis labore vehementi, crebris quaſi ſingultibus ſpiratur, ac reſpiratur. *Col. l.* 1. *c.* 3. Sudare, atque anhelare deſierint. ¶ Per translationem eſt ardenter cupere. *Cic. in Catil.* 2. 1. Furentem audacia, ſcelus anhelantem. Et *ad Heren. l.* 4. *c.* 55. Anhelare ex infimo pectore crudelitatem. ¶ Significat etiam ſpirando emittere. *Lucan. l.* 6. *v.* 92. Antraque lethiferi rabiem Typhonis anhelant.

Anhēlus, o. 1. 2. *anſante*, *anelante*, נפה, Germ. *der ſchvverlich athmet*, *Keicher*, ἀσθματικός, πνευματώδης, ægre anhelitum ducens. *Virg.* 2. *Georg.* Senibus medicantur anhelis, *ideſt*, ſuſpirioſis. Et *Georg.* 1. *v.* 250. Et me ſævus equis oriens afflavit anhelis. ¶ Dicitur etiam de iis, quæ anhelare faciunt. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 347. Curſus anhelus. *Id.* 1. *de Pont. eleg. ult. v.* 5. Anhelæ febres. *Virg.* 3. *Georg. v.* 497. Tuſſis anhela.

Aniatrologĭcus, & Aniatrologetus, non uſquequaque Medicinæ peritus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1.

Anicella, æ, f. *vecchietta*, parva anicula. *Varr. l.* 8. *L. L.*

Anicētum, n. 2. ἀνίκητον, anethum, aniſum, & in genere omne id, quod orexim, ſeu appetentiam excitat. *Plin. l.* 20. *c.* 17. *Ruel. l.* 3. *c.* 43. Cæterum Græci ἀνίκητον, invictum, ſeu invincibilem dicunt.

Aniciana, inter pyrorum genera reponuntur. *Colum. l.* 5. *c.* 10. *Cato c.* 7.

Anicŭla, f. 1. *vecchiarella*, Germ. *klein alters vveiblein*, γραΐδιον, dimin. ab anu, vetula. *Cic. pro Flacc.* Aniculæ minime ſuſpicioſæ purgat ſe. Et ſæpe apud *Terent.* ¶ Anicla per ſyncop. *Prudent. Periſteph.* 10. 149.

Aniculāris, & re, o. 3. *da vecchia*, γραώδης, idem quod anilis. *Auguſtin. enarrat. in Pſalm.* 38. Anicularia tibi videntur hæc verba.

Anĭen, enis, *Teverone*; Ἀνίων, fluv. Sabinorum in agro Tiburtino, qui oritur ex Trebanis, ſeu Trebulanis montibus, ex alto ſcopulo magna mole præcipitans, & in Tiberim a Roma 3. M. P. prolabitur. Nomen ei indidiſſe creditur Anius Rex Hetruſcorum, qui Cethegum inſequens ſuæ filiæ raptorem, cum aſſequi non poſſet, in hoc flumen inſiluit. *Stat. Silv. lib.* 1. *v.* 25. Quas præceps Anien, atque exceptura natatus Virgo juvat. *Ovid. Met.* 14. *v.* 334.

Anienicŏla, ad Anienem habitans. *Sil. l.* 4. *v.* 225. Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli.

Anienſis, nomen ruſticæ Tribus R. Erat in Sabinis, ſic dicta ab Aniene fluvio. Facta eſt A. U. 454.

Aniēnus, a, um, adject. ut Aniena fluenta, *Virg.* 4. *Georg. v.* 369. Anienam lympham, *Propert. l.* 3. *el.* 16.

Aniēnus, i, ſubſtant. Deus Anienis fluminis, ut Tiberis Tiberinus. *Silv.* 1. 3. 70. Illis ipſe antris Anienus fonte relicto. Et *Propert. l.* 4. *el.* 7. *v.* 86. Acceſſit ripæ laus, Aniene, tuæ.

Anigrus, Aniger, m. 2. ἄνιγρος, fl. Peloponneſi in Elide, vel potius Ætoliæ, in Evenum fl. labens, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt ſua vulnera. Unde cum antea haberet aquas puriſſimas, Centaurorum ſanguine ſordidæ redditæ ſunt, & impuræ. *Ovid. Met. l. ult.*

Anīlis, & le, o. 1. 2. *da vecchia*, γραϊκός, quod eſt anus, vel quod ad anum pertinet. *Virg.* 4. *Æn.* Studio properabat anili.

Anilĭtas, atis, f. 3. *vecchiezza*, נקנה, Germ. *das gravv oder vveiſſ aller der vveiberen*, Gal. *vielleſſe de femmes*, Hiſp. *vejez de la vieja*, γῆρας, ſenectus. *Catul. carm.* 62. *v.* 61. Tremulum movens cana tempus anilitas.

Anilĭter, *da vecchia*, γραϊκῶς, adv. *Cic.* 3. *de Nat. Deor. c.* 39. Neque id dicitis ſuperſtitioſe, atque aniliter.

Anima, æ, f. 1. ψυχή, ἄνεμος, ab *animus*, ut a Dominus domina (quamquam contra velit *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 8.) *anima*, *fiato*, *ſpirito*, primario ſignificat, halitum, ſpiritum, flatum. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 44. An fœtet anima uxoris? *Cic. in Verr.* 5. *c.* 58. Ne animum quidem eum integrum, ſed ne animam quidem puram conſervare potuiſſe. ¶ Interdum pro aere. *Virg. Ecl.* 6. Semina terrarum, animæque, mariſque fuiſſent. Sic *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 11. ¶ Et pro vento. *Horat. l.* 4. *od.* 12. Impellunt animæ lintea Thraciæ. ¶ Item pro ea vi ac facultate, qua ſentit corpus ac vivit, quæ nobis cum brutis communis eſt, quo ſenſu contra diſtinguitur ab animo. *Juven. ſat.* 15. *v.* 149. Principio indulſit communis conditor illis Tantum animas, nobis animum quoque. *Senec. ep.* 58. Animantia quemadmodum divido? ut dicam, quædam animum habent, quædam tantum animam. Ita quoque diſtinguunt *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 14. & *Lucret. l.* 3. ¶ Accipitur & pro ſubſtantia incorporea, a corpore ſeparabili. *Ovid. Metam.* 15. *v.* 158. Morte carent animæ. ¶ Sæpe pro vita ſumitur. Hinc animam amittere, projicere, relinquere, anima privare, apud *Virg. Plaut. & Ter.* & alios. ¶ Animam debere, apud *Ter. Phor.* 4. 3. 56. de eo, qui immodico ære alieno teneatur, ut plus quam omnes facultates debeat. ¶ Anima etiam dicitur nobiliſſima cujuſque rei pars. Sic anima avari eſt pecunia. Et Animam putei, pro ipſa aqua putei, dixit *Plaut. Amph.* 2. 2. 39. ¶ Dativus, & Ablativus plural. *Animabus* non videtur eſſe Ciceronianus. Ita enim *Cic. Fam. l.* 14. *ep.* 14. Tullius Terentiæ, & pater Tulliolæ, duabus animis ſuis. Idem obſerva in *Aſina*, *æ*, & ſimilibus, ubi epithetum, aut ipſa conſtructio genus patefacit. ¶ Animai pro animæ, *Lucret.* 3. 500.

Animabĭlis, le, o. 3. *animato*, adject. quod animam, & ſpiritum habet. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 36. Hac animabili, ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer.

Animadverſio, f. 3. conſideratio, attentio, notatio, *conſiderazione*, Ger. *vvarnemmung*, Gal. *conſideration*, Hiſp. *conſideracion*, ἐπίστασις, ἐπιλογισμός. *Cic. de Or. c.* 55. Notatio naturæ, atque animadverſio peperit artem. ¶ Interdum eſt reprehenſio. *Cic. in Or. c.* 57. Nec enim effugere poſſemus animadverſionem. ¶ Sæpe punitionem ſignificat, κόλασις, *pena*, *punizione*, *gaſtigo*. *Cic.* 1. *Off.* Omnis animadverſio, & caſtigatio contumelia vacare debet. *Id. pro Cluent. c.* 46. Animadverſio vitiorum. *Id. Phil.* 1. *c.* 2. Animadverſio in aliquem.

Animadverſo, as, pro animadverto, apud *Plaut. Rud.* 2. 2. 1. Sicut enim dicimus Verto, & verſo; ſic & in hoc compoſito.

Animadverſor, m. 3. qui conſiderat. Item κολαστὴς, punitor. *Cic.* 1. *Off. c.* 41. Si acres, ac diligentes eſſe volumus animadverſores vitiorum.

Animadverſus, us, m. animadverſio, caſtigatio. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 25. In animadverſibus aſper in quibuſdam fuit.

Animadverſus, a, um, *oſſervato*, *conſiderato*, διανενοημένος, perſpectus, cognitus, intellectus. *Cæſ. in Comm.* Hac re animadverſa, Cæſar jubet ſigna converti. ¶ Sumitur etiam pro punito. *Suet. in Ner. c.* 16. Multa ſub eo & animadverſa ſevere, & coercita. *Paul. l. ult. ff. de cadav. punitorum*, Corpora animadverſorum quibuslibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt. *Ideſt*, ſupplicio affectorum.

Animadverto, is, a. 3. noto, animum adverto, attendo, deprehendo, ſentio, intelligo, cogito, conſidero, *oſſervare*, *conſiderare*, *guardare*, *vedere*, הכינ הקשיב ראה, Ger. *vvarnemmen*, *fleiſſig*, *merken*, Gal. *adviſer*, *garder*, *appercevoir*, Hiſp. *mirar*, *y eſtar attento hazia alguno*, προσέχειν τὸν νοῦν, eſt animum in aliquid vertere, ſeu ſenſus in illud, quod fit, intendere, cogitare, intueri, conſiderare. *Cic.* 1. *Catil.* 8. Ecquid animadvertis horum ſilentium? ¶ Aliquando eſt punire, iram exercere, &c. *punire*, *caſtigare*, פקד, Ger. *ſtraffen*, κολάζω, & regit acc. cum *in*. *Cic. Verr.* 4. 23. Inſtitueras in eos animadvertere. ¶ Paſſive uſurpatur ſine hujuſmodi acc. *Cic. pro Roſc. Amer.* 40. Ea graviter animadvertenda peccata, quæ difficillime præcaventur. *Ter. Andr.* 1. 1. 129. Ea primum ab illo eſt animadvertenda injuria. ¶ Vel acc. mutatur in abl. cum *in*, ut Hæc ſcelera etiam in pueris animadvertenda ſunt. Differunt tamen animadverto, & punio; quod punire eſt quorumcumque, ſive jure, ſive injuria; animadvertere eſt ejus, qui in alterum habet poteſtatem. ¶ In Officio lictoris hoc proprium verbum erat, cum obvios ad honorem Conſuli, vel majori magiſtratui exhibendum admonebat. *Liv. l.* 24. *c.* 44. Conſul animadvertere proximum lictorem juſſit, & is inclamavit &c. *Suet. in Cæſ. c.* 80. Quum lictor animadverti ex more juſſiſſet.

Anĭmal, alis, n. 3. animans, *animale*, חיה, Ger. *ein their*, Gal. *un animal*, Hiſp. *animal*, ζῶον, ſubſtantia animata ſenſibilis. Dicitur de omni vivente. *Cic. l.* 24. *de Leg. c.* 7. Animal providum & ſagax, homo. ¶ Interdum de belluis tantummodo. *Varr. l.* 6. *L. L.* Multa ab animalium vocibus translata in homines. ¶ Interdum contumelioſe de homine indocto, & qui nulla moveatur ratione, quomodo & bellua, & pecus. *Cic. in Piſ. c.* 9. Quem in hoc animali invenire non poſſum. Adde 3. *Verr.*

Animalis, le, adject. *vitale*, Gal. *vivant*, *& ſentant*, *ayant me*, Hiſp. *coſa de vida*, ἔμψυχος, quod eſt ex animali, ſive quod habet in ſe animam. Hinc animales Deos veteres dixere, qui de animalibus eſſent facti, ut Penates. *Serv. ad* 3. *Æn.* 168. ¶ Et animalis hoſtia dicebatur, quæ ob eam ſolum cauſam mactabatur, ut ejus anima Deo alicui offerretur. Duo enim, ut inquit *Macrobius* 3. *Saturn.* 5. erant hoſtiarum genera, unum, in quo voluntas Dei per exta diſquirebatur, alterum, in quo ſola anima Deo ſacrabatur, quas Aruſpices animales hoſtias idcirco appellabant. ¶ Animalis item eſt ſpirabilis, vel aereus. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 17. Sive illi ſint animales, ſive ignei.

Animans, antis, *animale*, Ger. *ein thier*, ζῶον, ſubſt. animal, o. g. m. f. n. *Cic. de Univ.* A quo animante omnes reliquos contineri vellet animantes. *Id. de Nat. Deor.* Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis veſtitæ. *Id. de Univ.* Quæ ſunt animantia, eaque divina. ¶ *Animans* latius patet, quam *Animal*. Nam dicitur etiam de herbis, & arboribus, & omnibus, quæ alentem animam, ſeu vegetativam habent. *Sen. ep.* 58. Sunt quædam, quæ animam habent, nec ſunt animalia. ¶ Animans, adject. idem eſt, quod habens animam. *Auct. ad Her. l.* 4. Res omnes animantes, & inanimantes. ¶ Eſt & animans partic. a verbo animo. *Plin. l.* 11. *c.* 23. Terræ halitus animans florem.

Animatio, onis, actus animandi, *animazione*, ἐμψύχωσις. *Cic. de Univ. c.* 10. Divinæ animationis ſpeciem faciebat ex igne.

Animātor, oris, qui vitam dat, *Tertull. cont. Hermog. c.* 32. Spiritus afflator, & animator univerſitatis. *Prudent. in Romano*, *v.* 788. Novit animator ſolus & factor tui.

Animatrix, icis, fem. quæ animat, ſeu quæ dat animos. *Tertull. adverſ. Gnoſt. c.* 12. Fugatricem timoris, animatricem confeſſionis.

Animatus, us, ui, m. 4. idem quod animatio. *Plin. l.* 11. *c.* 3. Animatu carere.

Animatus, a, um, *animato*, מחוק, Ger. *geſinnet*, ἔμψυχος, ab animo, qui habet animam. *Cic. in Top. c.* 18. Animata inanimatis anteponantur. ¶ Sæpe Animatus idem eſt, ac animo, ſeu voluntate affectus, e. g. paratus, iratus, &c. *diſpoſto*, διακείμενος. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 28. Si eſſem aliter animatus, nunquam, quod tacerem, negarem. ¶ Cum infinito *Plaut. Trucul. in fi.* Si quid animatus es facere, fac jam. ¶ Ponitur etiam pro animoſo, *coraggioſo*, *animoſo*. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 18. Milites armati, atque animati probe. ¶ Urbanum ambiguum eſt in illo *Varron.* apud *Non. c.* 3. *n.* 67. Avi, & atavi noſtri, cum allium ac cæpe eorum verba olerent, tamen optime animati erant. *Varro* ludit in eo, quod *animatus* refertur etiam ad animam, qua oris halitum ſignificat.

Animĭtus, adverb. Onomaſt. vetus, *animitus*, ψυχόθεν. Affert *Non. Marcell. c.* 2. 608. Pro Animitus, apud Cic. eſt ex animo, impenſe, ſincere.

Anĭmo, as, a. 1. animatum facio, anima dono, animum tribuo, *introdur l' anima*, *far vivo*, ψυχόω, eſt animam inducere, & vivificare, *Cic. de Div.* Quicquid eſt hoc, omnia animat, format, alit, auget.

¶ Sæpe eſt animum incitare, fortem reddere, *inanimire*, *incoraggire*, *incitare*, חזק, Ger. *ſtercken*, Gall. *encourager*, Hiſp. *dar coraçon*, προθυμίαν ἐμβάλλω. Animare ad crimina. *Claud. l. 3. de Rapt. Proſ. v.* 386. Animare aliquem cibo, & potu. *Hygin. Fab.* 126.

Animōſe, adv. intrepide, fortiter, ſtrenue, *coraggioſamente*, θυμικῶς, magno animo. *Cic. 4. Phil.* Nec ſolum id animoſe, & fortiter. Comparat. eſt apud *Senec. de benef. 6.* 37. Superlat. animoſiſſime pro nimis cupide, *Suetonii* eſt *in Cæſ. c.* 47. Gemmas, inquit, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparaſſe. Al. explicant, munifice, nulla impenſarum habita ratione.

Animoſitas, f. 3. *ardire*, *coraggio*, גבורה, Ger. *hertzhafftigKeit*, θύμωσις, audacia. ¶ Sumitur item ſecundum Speuſippum pro impetu violento, ideſt, irrationalis partis animæ, abſque ratione, & ordine mentis, qui ſedem in corde habet. τὸ θυμικὸν Græci vocant. *Macrob. l. 1. Somn. Scip. c. 6. Ammianus l. 16. c.* 30. Abjecta reſiſtendi animoſitate. *Id. Macrob. l. 2. Somn. Scip. c.* 12. pluraliter *animoſitates* dixit.

Animōſus, o. 1. 2. plenus animi, plenus roboris, non timidus, *valoroſo*, *coraggioſo*, גלבב, Ger. *hertzhafft*, Gal. *courageux*, Hiſp. *de grande animo*, θυμοειδής, habens in ſe vehementiam animi, ſive qui eſt elati ſpiritus. *Cic. de Senect. c.* 20. Ex quo fit, ut animoſior etiam ſenectus ſit, quam adoleſcentia. ¶ Item iracundus, ſeu proclivis ad iram. Hinc ea pars animæ, in qua iræ ſedes eſt, animoſa vocatur, θυμική. ¶ Item magnificus, & munificus, ut docet *Salmaſ. ad Capitolin. Marc.* 17. *Prudent. Pſychom. v.* 874. Margaritum animoſa fides mercata pararat. V. *Animoſe* in fi. ¶ Ponitur etiam pro ſpirante, perflante, *ventoſo*, *ſoffiante*. *Virg. 2. Georg. v.* 441. Animoſi Euri. *Ovid. 1. Amor. 6.* 51. Animoſus ventus. ¶ Item pro animato. *Propert.* 3. 7. 9. Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna.

Animŭla, f. 1. *animetta*, dim. ab anima. *Sulp. ad Cic. l. 4. ep.* 5. In unius mulierculæ animula ſi jactura facta eſt.

Animŭlus, m. 2. dim. *Plaut. in Caſ.* 1. 1. 46. Ni animule, mea vita. Adde *Men.* 2. 3. 11.

Anĭmus, i, m. 2. *animo*, *anima*, נפש, Ger. *gemith*, Gal. *ame*, Hiſp. *anima*, idem proprie quod anima, h. e. totum illud in homine, quod corpus non eſt. V. *Anima*, ubi plura hic omittenda. Accipitur itaque pro diverſis partibus animæ, ſeu facultatibus: Ac primo mentem ſignificat, λογισμὸν, qua divinæ naturæ imaginem repræſentamus, *ragione*, *intelletto*, *mente*. Quo pertinent ea omnia, quæ in voce *Anima* attulimus de differentia animi & animæ. *Cic. de Amic.* Si in hoc erro, quod animos immortales credam, libenter erro. ¶ Hinc ſæpe ſumitur pro cogitationibus: Item pro voluntate. *Plaut. Prol. Amph. v.* 58. Teneo, quid animi veſtri ſuper hac re ſiet. ¶ Item conſilium, propoſitum, inſtitutum. Animo iſto eſſe, *Nepos*, 18. 11. 4. Sic animum inducere, & in animum inducere, eſt ſibi perſuadere. *Ter. Hecyr.* 2. 3. *princ.* Ita animum induxerunt, ſocrus omnes eſſe iniquas. ¶ *Meo quidem animo*, h. e. mea ſententia, *a mio parere*. *Cic. pro Sext. c.* 22. ¶ Secundo ponitur pro memoria, *Virg. Ecl.* 9. Omnia fert ætas, animum quoque. Hinc, ex animo delere, ejicere, cui contrar. eſt, eſſe in animo. *Ter. Andr.* 1. 5. 49. ¶ Tertio animus eſt pars illa animæ, quæ impetus habet, & motus, itaque opus habet, ut regatur a ratione, *affetto*, *paſſione*, τὸ παθητικόν. *Horat. l. 1. ep.* 2. Ira furor brevis eſt, animum rege, qui niſi paret, Imperat. *Plaut. Trin.* 2. 2. 49. Tu ſi animum viciſti, potius quam animus te, eſt quod gaudeas. ¶ Animi cauſa, *per divertimento*, animi recreandi cauſa, per jocum, per voluptatem. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 46. Animi, & aurium cauſa. ¶ Animum explere, *ſoddisfarſi*. *Ter. And.* 1. 2. 15. ¶ Ex animo facere, ideſt non coacte: æquo animo ferre, id eſt patienter. ¶ Animi in plur. *coraggio*, *audacia*, *ardire*, *arroganza*: Sic cadere animis, *perderſi d' animo*: animos tollere, ſumere, dare, *farſi coraggio*, *e dar' animo*. Dicitur tamen etiam, animum ſumere, abjicere, &c. eodem ſenſu: & tam in bonam, quam in malam partem, paſſim apud opt. Scriptores. *Cic. Attic. l.* 2. Noſtris animus acceſſit, hoſtibus timor &c. ¶ Quarto animus idem eſt, ac anima, ſeu vita, *vita*, ψυχή. *Virg. Æn.* 10. *v.* 486. Una eademque via ſanguis, animuſque ſequuntur. Hinc illa: animo linqui, *venir meno*, animum recipere, animum abeſſe, &c. apud Plaut. & Ter. & alios. ¶ Ad beſtias quoque transfertur. *Cic. Tuſc. 1. c.* 33. Quarum animi ſunt rationis expertes. ¶ Animus & mens ſæpe conjunguntur, non tantum pro ratione, verum etiam pro voluntate. *Virg. Æn.* 1. *v.* 304. Accipit in Teucros animum mentemque benignam. ¶ Animi mi, blandientis formula eſt in alloquendo, apud *Plaut.* & *Terent.*

Anĭo, idem quod Anien, fluvius in Tiburtino agro, ἄνιων. V. Anien. *Horat.* 1. *Od.* 7. Et præceps Anio, & Tiburti lucus. *Propert. l.* 3. *el.* 21. Hic Anio Tiburne fluis.

Aniſocycla, orum, n. 2. ἀνισόκυκλα, circuli inæquales continuati, quos vulgo Itali *vide* vocant. *Vitruv. l.* 10. *c.* 1.

Aniſum, n. 2. ἄνισον, herba eſt, caulem, folia, & flores habens fæniculo ſimilia. *Plin. l.* 20. *c.* 17. Aniſum fœtorem tollit manducatum, mox vino collutum vultum juniorem præſtat.

Aniſus, Onaſus, *Eas*, Fl. Auſtriæ, ad Aniſum urb. a Lentio 3. l. qui apud Laureacum in Danubium excipitur.

Anius, Apollinis fil. pater Andri, Rex in Delo. *Virg.* 3. *Æn. v.* 80.

Anna, ἄννα, f. 1. Beli filia, ſoror Didonis, quæ, poſtquam mortuam ſororem vidit, & Carthaginem ab Jarba Getulorum Rege occupatam, relicta ſede patria, ad Battum Regem, qui Melitæ inſulæ imperabat, deinde ad Æneam in Italia regnantem acceſſit, ab eoque benigne excepta eſt. Mox ob Laviniæ odia, in ſomnis ut cederet monita, in Numicium fluv. ſe præcipitem dedit. Inde Anna Perenna dicta a Romanis, & pro Dea culta. V. *Ovid. Faſt.* 3. *v.* 546. & *Sil. l.* 8. *v.* 50.

Annāles, lium, m. 3. memoria publica, monumenta, vetuſtatis monumenta, *annali*, רשומים, Ger. *jachrbucher*, *chronicken*, Gal. *annales*, *croniques*, Hiſp. *cronica*, ὑπομνήματα, ἱστορίαι, tabulæ ſeu libri, in quibus ſingulis annis, & lingulis diebus, res memorabiles & bellicæ, & urbanæ breviter ordine menſium, ac dierum ſcribuntur. Differunt ab hiſtoria, quia hæc menſes, & dies omittit, deinde prolixe res narrat, afferendo cauſas, deſcribendo loca, interponendo conciones, &c. tertio narrat res ab ætate noſtra remotas. A Diariis vero, ſeu Actis diurnis ἐφημερίδες differunt, quia in Diariis res etiam humiles, vileſque, neque per annos, ſed per dies ſingulos geſtæ ſcribuntur. ¶ Apud Romanos Annales a Pontifice Maximo ſcribebantur, & domi proponebantur, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi. Hinc Annales Maximi dicebantur. Atque hæc fuit Hiſtoria ab initio rerum Romanarum uſque ad P. Mutium Scævolam P. M. poſt quem uberiore ſtylo Hiſtoria ſcribi cœpta eſt a M. Catone, Fabio Pictore, Antiſtio Piſone, Cœlio Antipatro, & aliis. *Cic. de Orat.* ¶ Annales iidem erant, ac Faſti. Dicti tam ſunt a diebus faſtis, qui netaſtis candidiores erant. Denominatio enim a re potiore facienda eſt. ¶ Eſt autem hæc vox adject. non ſubſtant. & ſubaudiendum eſt, libri. *Gell. l.* 2. *c.* 1. Verba Quadrigarii ex Annali ejus ſexto deſcripta. *Nepos Annibale*, *c.* 13. Propter eos annalem ſextum adjecit. Et in plurali, *Cic. pro Dom. c.* 32. Annales & monumenta vetuſtatis.

Annālis, o. 3. *annale*, *annuale*, Germ. *das zu dem jahr gehort*, Gall. *annuel*, Hiſp. *anal*, ἐνιαύσιος, quod ad annos pertinet, ut Tempus annale, quod eſt unius anni, lex annalis, quæ præſcribebat legitimam ad petendum magiſtratum ætatem, *Cic. Phil.* 5. *c.* 17. ¶ Annalia, erant vota ſolemnia, ut Decennalia, Vicennalia. *Inſcript. apud Grut. p.* 116. *n.* 2. Auguſtorum annalia Feliciter. ¶ Annalis *bonorum* poſſeſſio apud *Paul. Dig.* 38. 17. 6. eſt quæ annum durat.

Annarĭus, a, um, idem quod Annalis. *Feſtus*: Annaria lex dicebatur ab antiquis, qua finiuntur anni Magiſtratus capiendi.

Annaſcor. V. Adnaſcor, & Agnaſcor.

Annavĭgo, V. Adnavigo.

Annecto, is, exui, exum, 3. 3. *attaccare*, *o legare a qualche coſa*, Germ. *anbinden*, *anKnupfen*, προσάπτω, ad aliquid necto, agglutino, alligo. *Cic.* 2. *Nat. Deor. c.* 54. Ad linguam ſtomachus annectitur. *Plin. l.* 4. *c.* 1. Inſulam continenti annectere.

Annellus, i, vel Anellus, *annelletto*, δακτυλίδιον, diminut. ab Annulus. *Horat. ſer.* 2. *ſat.* 7. *v.* 9. Cum tribus annellis. Ubi Lambinus: Conſuetudinem ſecuti, Annellum, ſcribimus. Nam ſi libros veteres ſequi velimus, Anulus, & Anellus, ſcribi debet &c. ¶ Affertur ab aliquib. etiam locus *Ciceronis*, 5. *Fin. c.* 1. Sed etiam in poculis, & in annellis habent. Verum al. leg. *in Annulis*.

Annexĭo, onis, f. *conneſſione*, connexio. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *ſub fin.* Germinantes oculos aliqua inter ſe annexione conglutina.

Annexus, us, ui, m. 4. *attaccamento*, *congiungimento d' una coſa all' altra*, ἐπιπλοκή. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 34. Cremona annexu connubiiſque gentium adolevit.

Annexus, a, um, alligatus, *anneſſo*, *unito*. *Cic.* 2. *de Invent. cap.* 51. Scapham annexam funiculus trahit. *Id. ibid.* 1. 18. Exordium annexum orationi.

Anniădæ, arum, qui ſunt ex Annia familia Romana illuſtri. *Claudian. in Conſul. Prob. & Olyb. v.* 8. nec te latuere potentes Anniadæ.

Annibal. V. Hannibal.

Annicĕris, idis, Ἀννίκερις, Philoſophus Cyrenaicus, qui Platonem, cum Æginæ venderetur, redemit. *Laert. in vita Platon.* ¶ Hinc *Anniceriі*, Philoſophi, de quibus *Cic.* 3. *Offic. c.* 33.

Annicŭlus, o. 1. 2. *d' un anno*, כן שנה, Ger. *iahrigh*, *das eins iahrs*, *alt iſt*, quod eſt unius anni, ut Anniculæ vites. *Plin. l.* 13. Plantaria inſtituunt, anniculaſque transferunt. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. *de Tauris*: Unus fit anniculus, alter bimus.

Annĭter, a, um, per totum annum ferens. *Plin. l.* 16. *c.* 29. Citreæ, & juniperus, & ilex anniteræ habentur, novuſque fructus in his cum annotino pendet.

Annihĭlo, as, a. 1. *ridurre in niente*, ἐξουδενόω, in nihilum redigo. Verbum eſt cadentis Latinitatis; legiturque apud *Hieronym. epiſt.* 135. *ad Sun. & Fretell.* Sed eſt nihilominus inter barbara reponendum. ¶ Idem eſto judicium de *Annullo*, *as*, quod ejuſdem eſt ſignificationis, atque uſus: & legitur apud *eund. ibidem*.

Annīſus, us, m. *appoggio*, *ajuto*, actus annitendi. *Symmach. l.* 5. *ep.* 74. Ut probabiles voluntates alieno etiam adjuventur anniſu.

Annītor, vel Adnitor, eris, iſus, & ixus ſum, d. 3. *forzarſi*, Germ. *ſich unſerſtehen*, Gal. *s' efforcer*, Hiſp. *esforcarſe*, προσκρατερέω, conor, incumbo ad aliquid agendum. *Liv. l.* 8. *c.* 16. Omni ope anniſi ſunt, ut &c. *Salluſt. in Jug. cap.* 47. Adniti ſummo ſtudio ad aliquid agendum. ¶ Cum infinito *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 8. Annitens retinere amorem. ¶ Cum accuſativo communi *Plin. l.* 6. *ep.* 18. Quod ego, quam plurimis occupationibus diſtentus, adnitor. ¶ Adniti de aliqua re. *Cic. Attic.* 6. 8. Ego, niſi Bibulus adniteretur de triumpho, æquo animo eſſem. ¶ Interdum eſt inniti, *appoggiarſi*. *Cic. in Læl.* Natura ſemper ad aliquid tanquam adminiculum annititur. ¶ Anniſus, & annixus, *Liv. l.* 5. *c.* 25. Interficere interceſſores legis anniſi ſunt. *Idem l.* 8. *c.* 16. Summa ope annixi ſunt. Unde *annixurus*, apud *eundem* 2. 39.

Anniverſarius, o. 1. 2. ἐτήσιος, quod ſingulis annis ſtatuto tempore revertitur. *Cic. Ver.* 6. Mercurius ſacris anniverſariis colebatur. ¶ Anniverſarii hoſtes, apud *Flor. l.* 1. *c.* 12. qui ſingulis annis eruptionem faciunt, & infeſtant.

Anno, as, are, annum agere, tranſigere. *Macrob. Sat. l.* 1. *c.* 12. Ad Annam Perennam ſacrificatum itur, ut annare perennareque liceat.

Anno, adverb. ſignificat, anno præterito, vel ante annum, *l' anno paſſato*, *o avanti queſt' anno*, cui reſpondet *horno*. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 38. Quaſi uxorem me habebat anno, dum hic fuit. Et *Amph. Prol. v.* 91. Hiſtriones anno cum in proſcenio Jovem invocarunt. Ubi al. leg. Hannio. Vide *Taubman.*

Anno, nom. prop. V. Hanno.

Annominatio. V. Agnominatio.

Annōna, æ, f. 1. *vivanda*, *o vettovaglia di un anno*, *di ogni coſa*, שבר, Ger. *iahrliche fruchr*, Gal. *proviſion de vivres pour un an*, Hiſp. *pan*, *trigo*, *cevada*, *y cada coſa para vivir un' ano*, *vitualla*, βίος, σιτηρέσιον, ab anno, vel ab alo, quaſi alimonia, res frumentaria, & quidquid ad annuum victum reponitur. *Cic.* 2. *de Div.* Annonam in macello cariorem fore. ¶ Sumitur etiam pro mercede, vel ſtipendio annuo, vel menſtruo. *Veget. de re mil.* Duplas conſequebatur annonas. ¶ Item pro ipſa æſtimatione, ſeu pretio communi rerum ad victum pertinentium, *il prezzo de' viveri*. Hinc Annona carior, vilior, laxior &c. Annonam incendere, levare, &c. ¶ Annonæ in plurali de panibus, apud JCtos, & Hiſtoricos Auguſtorum, paſſim dici, notat *Salmaſius*. ¶ Annonam macelli dixit *Sueton. Tiber. c.* 34. pro omni eo, quod in macello venit.

Annonarius, o. 1. 2. *coſa*, *che appartiene alla vettovaglia*, σιτηρέσιος, quod ad annonam pertinet, ut Lex annonaria, quæ a Clodio lata eſt. *Aſconius in orat. in Piſon. c.* 4. ¶ *Vegetius* annonarias expenſas vocat eas frugum, pabulique ſpecies, quas provinciales militibus expendunt. *l.* 3. *c.* 3. ¶ *Annonaris* functio eſt munus conterendi res ad annonam neceſſarias, *l.* 11. *Cod. Theodoſ. tit.* 28. *leg.* 4. ¶ Annonaria cauſa. ¶ *Hermogenian. Dig.* 49. 14. 46.

Annonianus, a, um, adject. ad annonam pertinens, ut annoniana lex, apud *Aſcon. Pædian. in Piſon. c.* 4. ubi al. aliter leg.

Annōſus, o. 1. 2. *vecchio*, *carico d' anni*, ישיש, Ger. *alt*, *betagt*, πολυετής, quod eſt vetuſtum, quaſi multorum annorum. *Horat. l.* 3. *od.* 17. Annoſa cornix. ¶ *Martial. l.* 6. Annoſum Falernum. ¶ Comparat. habet *Auguſtin. l.* 1. *Conf. c.* 7. Superlat. *Ambroſ. l.* 2. *de Vocat. Gent. c.* 8.

Annotamentum, i, idem quod annotatio. *Gell. l.* 1. *c.* 7. Veterum allocutionum copiam his annotamentis inſperſimus.

Annotatio, onis, *annotazione*. *Gell. in Præfat.* Facta in commentariis eadem diſparilitas, quæ fuit in annotationibus priſtinis.

Annotatiuncŭla, diminut. brevis annotatio. *Gell. l.* 17. *c. ult.* Finem proponere annotatiunculis.

Annotātor, oris, qui annotat. Pro obſervatore maligno, & inſidioſo poſuit *Plin. Paneg. c.* 49. Non ante medium diem diſtentus ſolitaria cœna ſpecta-

ſpectator, annotatorque convivis tuis imminens.

Annotatus, us, ui, ſubſt. 4. idem quod annotatio. *Val. Max. l. 9. c. 12. n. 1. extern.* Mortes dignæ annotatu.

Annotātus, a, um, nomen ex particip. *Plin. l. 2. c. 25.* Spatium ſeptem dierum annotatum.

Annotīnus, o. 1. 2. *d' un anno*, כתשנת, Ger. *iahrig*, ἐνέτειος, unius anni, ab annus. *Col. l. 4. c. 24.* Ungues annotinos reſecato. ¶ Annotinus ſignificat etiam, quod ad annonam pertinet, σιτηρέσιος, ut Naves annotinæ, quibus annona comportatur. *Cæſ. B. G. l. 5. c. 8.* Ita explicant Rhellicanus, Glarean. , & Goduin. quos ridet Dionyſ. Voſſius. Et ſane Græcus Cæſaris interpres vertit annotinas naves τὰς τῦ πρόσθεν ἔτους, anni ſc. præteriti.

Annōto, as, are, notam ad aliquid adjicere, notare, obſervare, *notare*, ἐπισημαίνω. *Plin. l. 3. epiſt. 5.* Legere, annotare, excerpere aliquid ex libro. *Gell. l. 19. c. 1.* Hæc annotanda eſſe exiſtimavimus. ¶ Eſt etiam inſcribere, titulum præſcribere. *Lactant. l. 5. c. 3.* Auſus eſt libros ſuos notarios, ac Dei hoſtes, φυλακτῆρας annotare. ¶ Item memoriæ cauſa in commentarium referre. *Colum. l. 12. c. 3.* Atque annotaret, quid, & quantum, & cui dediſſet. ¶ Annotari pro nobilitari, celebrari, *Plin. l. 3. c. 5.* Hæc litora præter cetera in toto mari conchylio, & piſce nobili adnotantur. ¶ Annotare etiam dicitur Prætor, aut Judex, qui aliquem abſentem delatum inter reos ſcribit: quo facto edicit, ut requiratur, judicioque ſiſtatur, ne abſens & indicta cauſa damnetur. *Dig. 48. 17. 1. & 49. 16. 4.* ¶ Similiter *annotare* dicitur cum jam peractum reum refert inter eos, qui deportandi, aut ſupremo ſupplicio afficiendi ſunt. *Sueton. in Calig. c. 27.* Ex noxiis laniandos annotavit. *Ulpian. Dig. lib. 32. leg. 1.* Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps inſulas adnotavit.

Annuālis, le, ad annum pertinens, annalis. *Arnob. l. 1. pag. 22.* ubi alii aliter leg. ¶ Item anniculus, *di un anno*. *Paul. l. 3. ſenten. tit. 7.* Annuales oves.

Annuātim, adverb. ſingulis annis. Barbara vox eſt. Nam apud *Plin. l. 12. c. 17.* legitur *annua* pro *annuatim*. quem locum afferens *Valla l. 6. Elegant. c. 60.* ipſe quoque ſuſpectum habuit.

Annullo, as. V. in *Annihilo*.

Annulus. V. Anulus.

Annumeratio, onis, ſ. *numerazione*, numeratio. *Modeſtin. Dig. 27. 1. 13.* Annumeratio dierum.

Annumerātus, a, um, *annoverato*, in aliquem numerum adſcriptus. *Cic. l. 2. de Invent. c. 45.* Si dicemus infirmum aliquid annumeratum.

Annumĕro, vel Adnumĕro, as, are, idem quod numero, *numerare*, *contare*, προσαριθμέω. *Plaut. Mercat. Prol. 88.* Mihi argentum ipſe annumerat ſua manu. ¶ Item in aliquorum numero pono, in eundem numerum refero, *annoverare tra qualche coſa*. *Cic. l. 2. de Divin. c. 1.* His libris annumerandi ſunt ſex illi de Republica. *Id. pro Roſc. Am. c. 32.* In grege aliquorum annumerari.

Annuntiatio, onis, verbal. nuntius, *annunziazione*, *nuova*, προσαγγελία. *Cic. de Fato, c. 12.* Hæc annuntiatio vera eſſe non poteſt. Alii rectius leg. *enuntiatio*: & ita ſane legendum eſt.

Annuntiātor, oris, qui annuntiat, *annunziatore*. *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion.* Chriſtus deſcenſus de cœlo ſui non invenerit annuntiatorem. *Auguſt. tom. 10. ſerm. 14.* de SS. Paulus annuntiator factus eſt Chriſti.

Annuntio, vel Adnuntio, as, are, *annunziare*, *portar la nuova*, הגיד, Germ. *verkunden*, προσαγγέλλω, idem fere quod nuntio. *Plin. l. 7. c. 52.* E longinquo multa annuntiare. *Id. ib.* Annuntiavere propere, examinatum illum. ¶ *Annuntiare ſalutem alicui* eſt ſalutem mittere, jubere aliquem ſalvere, *portar un ſaluto*. *Cic. Attic. l. 12. ep. 1.* ubi tamen alii aliter legunt. ¶ *Annuntiare* pro narrare uſurpavit non ſemel *Apuleï. lib. 8. Metam.*

Annŭo, is, ui, utum, ere, vel Adnuo, nutu aſſentior, affirmo, approbo, *acconſentire*, *approvare con cenno del capo*, προσνεύω, neutrum plerumque verbum eſt, cum dativo. *Plin. l. 1. epiſt. 22.* Supereſt, ut promiſſis Deus adnuat. ¶ Interdum uſurpatur abſolute. *Virg. Æn. 10.* Annuit, & nutu totum tremefecit Olympum. ¶ Interdum etiam active. *Valer. Flacc. Argon. 1. v. 40.* Hanc mihi militiam annue. ¶ Cum infinito *Liv. l. 28. c. 17.* Amicitiam ſe Romanorum accipere annuit.

Annus, i, m. 2. *anno*, שנה, Ger. *ein iahr*, Gal. *un année*, Hiſp. *ano*, ἐνιαυτός, τος, tempus quo Sol per Zodiacum curſum ſuum conficit, ſcilicet ſpatium 12. menſium, ſeu 365. dierum, 6. horarum, minus 12. minutis. Dicitur ab innovatione, ἀπὸ τῦ ἀνανεοῦσθαι: vel quod in ſe per ſua veſtigia volvitur, ut ait *Virg.* Anus enim, vel annus eſt circulus teſte *Varr. l. 5. L. L. n. 2.* ¶ Annus Solaris eſt 12. menſium, ut dictum eſt: annus Lunaris 30. dierum, quo ſpatio Lunæ Zodiacum percurrit. Annus Saturni eſt ſpatium triginta annorum: Magnus 12554. annorum. *Cic. 2. & 3. de Nat. Deor.* ¶ Romulus annum a Martio inchoavit, Numa a Januario, additis duobus menſibus. *Ovid. 1. Faſt.* ¶ Annus intercalaris Biſſextus, ſeu Biſſextilis conſtat 366. diebus, vocaturque Biſſextus, quia bis dicitur 6. Cal. ſc. 24. & 25. Febr. *Plin. l. 2. c. 47.* ¶ Annus Julianus dictus eſt a Jul. Cæſare, qui annum a Romulo & Numa concinnatum caſtigavit. Annus Gregorianus eſt a Gregor. XIII. appellatus, qui 1582. annum Julianum correxit. ¶ Dividitur præterea in Civilem, Naturalem, Aſtronomicum, &c. Sed de his omnibus V. Mathematicos, & Chronologos. ¶ Dicimus Anno ineunte, & exeunte, *al principio*, *o al fine dell' anno*. ¶ Natus eſt annos decem &c. *Cic. de Clar. Or. c. 64.* In qua dicendi formula ſubintelligitur præpoſit. *ante*. ¶ Annus vertens dicitur annus Solaris comparatione anni magni. *Cenſorin. de die Nat. c. 18. & 19.* ¶ Anno vertente, idem eſt, ac anno integro, ſeu poſt annum integrum. *Nepos in Ageſilao*, & *Cic. pro Quinct. c. 12.* ¶ In hunc annum, pro hoc anno. *Cic. pro Sext. c. 8.* Habebit Senatus in hunc annum, quem ſequatur. ¶ In annum, *per un anno*. *Liv. 37. 2.* ¶ Annum, *un anno intiero*. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 32.* ¶ Ad annum, poſt annum. *Cic. Att. 5. 2.* ¶ Interdum *annus*, præſertim apud Poetas, pro anni parte ſumitur: partes autem anni quatuor ſunt, Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems. *Formoſiſſimus annus*, pro Vere, *Virg. Ecl. 3.* Annus hybernus, pro hyeme, *Horat. Epod. 2.* ¶ Item pro anni proventu, ſive annona, *Lucan. l. 3. v. 450.* Curvoque ſoli ceſſantis aratro Agricolæ raptis annum flevere juvencis. Adde *Tacit. Germ. c. 14. & Sil. 3. Silv. 2. 22.* ¶ Annos exuere dicitur ſerpens cum pellem deponit. *Tibullus l. 1. El. 4.* ¶ Anno adverb. V. ſuo loco.

Annutrio. V. Adnutrio.

Annuum, & Annua, ſubſtantive ſumuntur pro iis rebus, quæ alimentorum cauſa ſingulis annis præſtantur. *Suet. Tib. c. 50.* Julium peculio conceſſo a patre, præbitiſque annuis fraudavit. *Id. Veſpaſ. c. 18.* Rhetoribus annua centena conſtituit.

Annŭus, a, um, o. 1. 2. *d' un anno*, Germ. *das ein iahr lang vverth*, ἐνιαύσιος, ἐτήσιος, ἐτησίσιος, quod unius anni ſpatio continetur. *Cic. Caſſ. l. 15.* Hanc provinciam Senatus, & populus annuam eſſe volunt. Sic annuus curſus, annuum tempus. ¶ Annuus quoque dicitur, qui fit ſingulis annis, anniverſarius. *Virg. 1. Georg. v. 338.* Atque annua magnæ ſacra

refer Cereri. *Cic. 2. de Nat. Deor. c. 39.* Annuæ varietatis frigorum, & calorum.

Anodyna, medicamenta ſunt, quæ ſomno conciliato dolorem levant. *Marcel. Empir. c. 25.*

Anomalia, f. 1. ἀνωμαλία, inæqualitas, aſperitas: & anomalus, a, um, ἀνώμαλος, inæqualis, aſper, varius, ab α priv. & ὁμαλὸς, planus, lævis. ¶ Transfertur etiam ad nomina, & verba. Anomalia igitur apud Grammaticos eſt inæqualitas declinationum, vel conjugationum, quæ conſuetudinem ſequitur, & anomala nomina, aut verba dicuntur, quæ aliqua ratione a recta norma quiaque declinationum, vel quatuor conjugationum aberrant. Analogia contraria eſt. *Gell. l. 2. c. 25. Varr. lib. 9. L. L.*

Anomălus, a, um, anomaliam habens. *Diomed. l. 1.* & *Priſcian. l. 8.*

Anōnis, quæ & ononis, ſ. 3. *bonagra*, Ger. *ochſenbrech*, *hauvechel*, *ſtalkraut*, ἀνωνὶς, herba eſt ex genere aculeatarum, quam recentiores herbarii reſtim bovis appellant. *Plin. 27. 4.*

Anonium, *Anone*, opp. Inſubriæ citer. ad Tanarum fl. ab Alexandria 10. M. P. in Occ.

Anonymus, a, um, o. 1. 2. obſcurus, ſine nomine. Ita appellata eſt quædam herba, quæ *non inveniendo nomen invenit*, ut ait *Plin. l. 27. c. 4.*

Anormis, V. Abnormis.

Anoterĭcus, a, um, ἀνωτερικὸς, h. e. ſuperior: ab ἄνω, ſupra *Medicamenta anoterica*, quæ ſtomacho, & ſuperiori ventri medendo inſerviunt. *Cæl. Aurelian. Tard. l. 4. c. 3.*

Anquina, ſ. 1. funis navis, quo ad malum antenna conſtringitur, ut interpretatur *Iſidor. de Originib. l. 19. c. 4.* Vetus Poeta *Helvius Cinna*, apud *Iſid. l. c.* Atque anquina regit ſtabilem tortiſſima curſum.

Anquīro, is, iſivi, itum, 3. 3. *cercare*, *procacciare*, ἀναζητέω, quæro, inquiro; vel diligenter circumquaque inquiro, ut habet *Feſt.* ab *an* circum, & quæro. *Cic. 1. Offic. c. 4.* Ut quæcunque ad vivendum ſint neceſſaria, anquirat, & paret. *Id. de Amic. c. 23.* Tamen is pati non poſſit, ut non anquirat aliquem, apud quem, &c. Adde *ibid. c. ult.* & *Senec. in Hippol. in fi.* ¶ Urbane eſt cogitando, vel diſputando inveſtigare. *Cic. 1. Offic. c. 3.* Aut anquirunt, aut conſultant, conducat, necne &c. Adde *de Fato c. 9.* & *Lucret. l. 4. v. 1182.* ¶ Sæpe etiam eſt verbum judiciorum, & ſignificat inquirere ad crimen aliquod cognoſcendum, *inquiſire*, *proceſſare criminalmente*. *Liv. lib. 6. c. 20.* Anquirere de perduellione. *Tacit. Ann. 3. 12.* Anquirere de morte alicujus. *Liv. l. 8. c. 33.* Anquirere capite de aliquo ob rem bello male geſtam. *proceſſare alcuno*, *caſtigarlo nella vita*. *Id. l. 2. c. 52.* & *l. 26. c. 3.* Anquirere capitis. ¶ In omnibus hiſce exemplis ſunt, qui aliter legunt: ſed jamdiu eſt, cum Critici fere omnes queruntur, hoc verbum paſſim a ſciolis, & librariis indoctis corruptum eſſe, & in *acquiro*, aut *inquiro* perperam mutatum.

Anquiſite, *diligentemente*, diligenter, accurate. *Gell. l. 1. c. 3.* Anquiſite ſatis, ſatiſque ſolicite aliquid quærere. Et *l. 4. c. 11.* Sed qui diligentius, anquiſitiuſque carmina Empedoclis arbitrati ſunt. Ita vett. Codd.

Anquiſitĭo, onis, ſ. inveſtigario, inquiſitio. *Varr. ſub fin. l. 5. L. L.* Commentarius anquiſitionis. *h. e.* libellus, in quo perſcripta ſunt ea, quæ ſervantur a Judice, cum de aliquo anquirit.

Anſa, ſæ, f. 1. *manico d' ogni vaſo*, יד, Germ. *heudhabe*, Gal. *anſe*, *manche*, Hiſp. *aſidero*, λαβὴ, vaſis auris utrinque prominens, quæ manu capi, & teneri ſolet. *Virg. in Sileno*, Et gravis attrita pendebat cantharus anſa. ¶ Anſa quoque manubrium dicitur, vel quidquid omnino a toto corpore exit. *Vitr. l. 10. c. 8.* Anſa gubernaculi. ¶ Unde ponitur quandoque pro fibula, ſeu fixula, quæ calceis infuitur, *fibbia*, περόνη. *Tibul. l. 1. eleg. 6.* Anſaque compreſſos alligat arcta pedes. ¶ In catenis quoque anſæ vocantur anuli, *anelli di catena*, ex quorum connexione tota conſtat catena. ¶ Per translationem ponitur pro occaſione, *occaſione*. *Cic. de amic.* Quo plures det ſibi, antas ad reprehendendum. Sic anſam præbere, quærere, arripere, optare, &c. paſſim apud Latinos Scriptores.

Ansātus, adject. o. 1. 2. quod anſam habet, ut Vas anſatum. *Plaut. in Perſa 2. 5. 7.* Quis hic anſatus ambulat? *anſatum* hominem joco dixit, qui incedit utroque brachio anſarum in modum ad latera applicato. ¶ Anſatæ abſolute ſunt jaculamenta cum anſa, *h. e.* amento. *Enn.* apud *Non. c. 18. n. penult.* quas *Id.* apud *Macrob. 6. Saturn. c. 1. anſata tela* dixit.

Anſer, is, m. 3. *oca*, *papero*, Ger. *ganſs*, Gal. *oye*, Hiſp. *anſar*, χὴν, avis eſt nota. Hæc nocturnas excubias celebrat. Vigilias enim ſuas clangore teſtatur. *Virg. ecl. 9.* Argutos inter ſtrepere anſer olores. ¶ Anſeres olim publice in Capitolio alebantur, quod cuſtodibus omnibus ſopitis Romanos ad defenſionem arcis excitaviſſent, & arcem ſuis veluti excubiis a Gallorum vi ſervaſſent. ¶ Anſerum autem alii domeſtici, alii agreſtes. *Plin. l. 10. c. 22.*

Anſerarium, ii, n. locus, in quo aluntur anſeres. Legitur hæc vox *in titulo c. 14. lib. 8. Columellæ*.

Anſercŭlus, m. 2. χηνάριον, parvus anſer. *Colum. l. 8. c. 14.*

Anſerīnus, o. 1. 2. χήνειος, quod eſt anſeris. *Plin. l. 20. c. 6.* Anſerino adipe curantur.

Ansŭla, ſ. 1. *anello della catena*, קרסים, Ger. *die rin an einer ketten*, βρόχος, diminut. ab anſa, quo uſus eſt *Auguſtinus l. 8. Conf.* pro anulo, quo fiunt catenæ, licet per translationem. Quibus, inquit, quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis, unde catenam appellant, tenebat me obſtrictum dura ſervitute. ¶ Pro parva anſa, *picciol manico*. *Apul. lib. 11. Metam.* Cymbium aureum, cujus anſulæ, &c. ¶ In calceamentis quoque anſulæ vocantur fibulæ, *fibbie*, quibus ligantur. *Valer. l. 8. c. 13.* Moneri ſe a futore de crepida, & anſulis paſſus eſt.

Antachates, æ, m. ἀνταχάτης, gemma, quæ pro achate eſt, mulieribus grata, quod cum uritur, myrrham redolet. *Plin. l. 37. c. 10.*

Antæ, arum, f. 1. n. plur. *le bande delle porte*, παραστάδες, poſtes, ſive pilæ lapideæ, quæ in lateribus oſtiorum ſunt, quod ante ſtent. *Vitruv. l. 3. c. 1.* Sed *Feſto* ſunt latera oſtiorum, *Nonio c. 1. n. 124.* quadræ columnæ, ideſt, plinthides quadratæ columnarum, quæ ad latera oſtiorum ponuntur, *pilaſtri*. Sed non quæcumque columnæ quadratæ *antæ* ſunt, ſed eæ tantum, quæ in frontibus ædium ſunt ad latera oſtiorum, ut dictum eſt. ¶ Hinc *in antis eſſe* dicitur ædes, quæ hujuſmodi columnas habet. *Vitruv. loc. cit.* ¶ *Projicere antas*, quod legitur in quodam veteri monum. apud *Gruter. pag. 207.* eſt antas ita conſtruere, ut extra parietem multum emineant.

Antæus, m. 2. ἀνταῖος, gigantis Libyci nomen, Neptuni ex terra filii, magno, ac procero corpore, quippe qui in 40. cubitos excreverit. Hinc cum Hercule congreſſus, quoties membra labore defeſſa eſſent, tactu terræ recreabatur. Qua re animadverſa Hercules alte ſublatum terræ contactu prohibuit, pectori ſuo arctius ſtrictum enecavit. Scribit *Plut.* Sertorium Romanorum ducem apud Tygæam opp. effoſſo ſepulcro Antæi cadaver inveniſſe. Fabulæ interpretatio eſt, Antæum Regem Mauritaniæ fuiſſe, qui in Regno ſuo multis victus certaminibus exercitum ſemper potentiorem reficiebat, ſed extra Regnum eductus in

Libyam, tunc demum superatus, profligatusque est. *Euseb. lib. de temp.* scribit, Antæum palæstricæ artis fuisse doctissimum, & quorumcumque certaminum, & ob id fictum, quod fuerit filius Terræ, & ab ea viribus restauraretur.

Antagonista, æ, m. *avversario*, *andagonista*, adversarius. *Hieronym. in vita Hilarion. ad fin.*

Antamœbæus. V. Amebœus.

Antanaclăsis, ἀντανάκλασις, ex adverso refractio, Fig. cum id, quod ab altero dictum est, non ea mente, qua dictum est, intelligitur: sed in aliam, aut contrariam accipitur. *Quint. l. 9. c. 3. Heren. l. 4. c. 14.*

Antandros, f. 2. Edonis, *S. Dimitri*, ἄντανδρος, urbs E. marit. Mysiæ, seu Phrygiæ min. sub A. Ephesino, media inter Troadem, & Adramytium 30. M. P. Eam Leleges habitavere finitimi Cilicibus. *Virg. 3. Æn. sub init.* ¶ Item Insula Maris Ægæi. V. Andros.

Antapŏcha, V. Apocha.

Antapodŏsis, f. 3. ἀνταπόδοσις, retributio, item Fig. cum media primis, & ultimis respondent. V. *Quint. l. 8. c. 3.* Alii def. cum ea commemorantur, quæ non sunt ante prædicta.

Antarctĭcus, ἀνταρκτικός, est polus australis, seu Meridionalis Arctico oppositus, qui terræ objectu a nobis non cernitur. *Apul. de Mundo, post princip.*

Antarii funes dicuntur, qui per trochleæ orbiculos trajiciuntur ad onus aliquod extollendum, ἀπὸ τ̃ ἀνταίρειν, extollere. *Vitruv. l. 10. c. 3.*

Antarium bellum Veteres appellabant, auctore *Festo*, quod ante Urbem geritur, & quasi ante aras.

Ante, præposit. accusativo serviens, *prima*, *innanzi*, πρὸ, πρόσθε, ἔμπροσθεν, accommodatur ad locum. *Cic. pro Mil. c.* 10. Clodius ante suum fundum Miloni insidias collocavit. ¶ Ad personam. *Id. 6. Verr. c.* 3. Ante hosce Deos erant tabulæ. ¶ Ad tempus. *Sulpic. Ciceroni Fam. l. 4. ep.* 12. Paulo ante lucem. ¶ Hinc illa: mortuus est ante istum Prætorem. Omnes ante eum Philosophi, &c. ¶ Usurpatur pro *præ* in comparationibus. *Liv. l. 1. c.* 14. Romulus longe ante alios acceptissimus. ¶ Dicimus ante diem tertium Calendas, & similia; idemque est ac si dicatur, *tertio calendas*. *Cic. Att. l. 2. ep.* 8. Quam epistolam ante diem XVI. Calendas Majas dedisti. quo in loco vide *Manut.* ¶ Invenitur *inante*, & *exante*, modo in unam vocem conjuncta, modo separata, quæ conjunguntur cum verbis motum significantibus. *Cic. Attic. l.* 2. Comitia Bibulus in ante diem XV. Cal. Novembr. distulit. *Id. ibid. l. 3. ep.* 17. De Q. Fratre nobis nuntii tristes, nec varii venerunt exante diem Nonas Jun. ¶ Cum nullum casum regit, adverbium est. *Cic. 2. Fin.* Qui asoti esse velint, Philosophi ante fiant. *Liv. l. 40. c.* 40. Prætor biduo ante venerat. ¶ Cum dicimus paucis ante diebus, annis, &c. sextus ille casus est ablat. temporis, nec pendet ab *ante*. Fere autem hæc particula interponitur, vel postponitur. *Livius* eam præposuit *l. 40. c.* 52. Æmilius templa ante annis octo voverat.

Antea, antehac, ante hoc tempus, superioribus diebus, vel temporibus, *avanti*, *nel tempo passato*, שרם, Ger. *zuvor*, Gal. *au peravant*, Hisp. *antes*, πρὸ τοῦ, adverb. idem signit. quod ante, & componitur ex ante, & ea, quamvis tantum tempus denotet. *Horat. ep.* 11. Nihil me, sicut antea, juvat scribere. *Cic. Attic. l. 15. epist.* 13. ¶ Conjungitur cum quam. *Cic. Fam. 3. ep.* 6. Antea quam tibi successum esset.

Anteactus, o. 1. 2. superior, *fatto innanzi*, *passato*, קדמוני, Ger. *zuvor volbracht*, Gal. *fait devant*, Hisp. *cosa becha delante*, partic. ex ante, & actus, præteritum significat. *Cic. pro Marcel.* Fructum anteactæ vitæ hodierno die maximum capit. Potest etiam separari.

Anteăgo, ante ago. *Sil. l. 4. v.* 30. Anteagitur conjux. Nisi forte melius sejungitur.

Anteambŭlo, onis, est qui honoris causa aliquem præcedens comitatur. Nam qui obsequia præstabant Domino, vel amici erant, sive comites; vel servi. Amici igitur, & comites præcedebant, servi sequebantur. Vide *Suet. in Vespas. c.* 2. & *Sen. epist.* 13. *Martial. l. 2. epigr.* 18. Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo Regis.

Antecănis, m. 3. προκύων, signum est ex tribus stellis in lacteo circulo defixum, pedibus æquinoctialem circulum tangens, inter Geminos, & Cancrum in Occasum: Sic dictum, quia ante Canem majorem oritur. *Colum. l. 11. c. 2.* & *Cic. in Arat.*

Antecantamentum, i, cantio solemnioribus præmissa, *preludio*. *Apul. l. 11. Met.* Inter majorum antecantamenta votorum. Alii legunt, *antecantamina*.

Antecapio, is, a. 3. *preoccupare*, *anticipare*, קדם, Germ. *vorreinnehmen*, Gal. *prevenir*, Hisp. *prevenir*, προλαμβάνω, anticipo, prævenio, ante occupo. *Tac. l.* 10. Pontem Mosæ anteceperat. *Sallustius Catil. c.* 55. Consul optimum factu ratus noctem, quæ instabat, antecapere, ne quid in eo spatio novaretur.

Antecēdens, entis, præcurrens, præpositus, antepositus. *Horat. l. 3. Od. 2. v.* 31. Raro antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.

Antecēdo, is, essi, essum, n. 3. anteeo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteverto, præcedo, *andare innanzi*, קדם, הקדים, Germ. *voranhin gehin*, Gal. *aller devant*, *preceder*, Hisp. *ir*, *o estar delante*, προέρχομαι. *D. Brut. Cic.* Biduo me Antonius antecessit. ¶ Passive *Auson. in gratiar. act.* Animi nostri celeritas beneficiis præeuntibus antecéditur. ¶ Est item excellere. *Cic. pro Arch.* Celeriter omnibus antecedere ingenii gloria. *Nepos in Thrasyb. c. ult.* Antecedere aliquem honore. *Id. in Alcib. c. ult.* Antecedere aliquem in aliqua re.

Antecellens, entis, qui antecellit. *Cic. pro Mur. c.* 17. Q. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem.

Antecello, is, n. 3. excello, præsto, antesto, *avanzare*, *vincere*, נצח, Ger. *firtreffen*, *ubertreffen*, Gal. *etre plus avance*, Hisp. *sobrepujar a otro*, *adelantar*, ὑπερέχω, præcello. Servit Dativ. & Accusat. *Cic. pro Corn.* Eloquentia cæteros antecellis. *Id. pro Arch. c.* 3. Antecellere omnibus ingenii gloria. *Id. 1. de Invent. c.* 4. Antecellere alicui in re aliqua. *Tacit. 2. histor. c.* 3. Antecellere aliquem honore. ¶ Passive *Auct. ad Herenn.* 2. 30. Qui omnibus his rebus antecelluntur. ¶ Præteritum *antecellui*, quod huic verbo tribui solet, nullo adhuc, quod sciam, confirmatur Latini Scriptoris exemplo.

Anteceptus, a, um, ante captus, præoccupatus. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 16. appellat πρόληψιν, Epicurus anteceptam animo rei quandam informationem. Ita meliores libri habent. ¶ Quod autem affertur ex *Liv. l. 5. c.* 38. Non loco castris antecepto; malunt alii dividere *ante capto*.

Antecessio, f. 3. præcursio, progressio, progressus, πρόοδος. *Cic. 1. Off. c.* 4. Progressus, & quasi antecessiones. *Id. in Top. c.* 13. Cum tripartito distribuatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiam. *h. e.* in locum ab antecedentibus.

Antecessīvus, a, um, qui antecedit, πρῶιον. *Tertull. de virgin. veland. c.* 4.

Antecessor, m. 3. *quel*, *che corre innanzi*, נגיד, Ger. *vorgenger*, *vorleuffer*, Gal. *avant coureur*, Hisp. *antecessor*, πρόδρομος, qui antecedit. In militia antecessores dicuntur, qui antecedunt agmen explorandi gratia, *forieri*. *Suet. in Vitell. c.* 17. Irruperant jam agminis antecessores, ac nemine obvio rimabantur, ut fit, singula. ¶ Antecessores etiam olim dicti, qui jura, ac leges profitebantur, ac publice docebant: ex eo quod antecederent, ac deducerent discipulos in penetralia artis. *L. 2. §. 11. C. de vet. Jur. enucl.* Sic antecessor dicitur Spiritus Sanctus a *Tertulliano de Virg. vel. c.* 1. quia Christianorum Magister. ¶ Dicitur etiam *antecessor*, qui in aliquo munere jam fuit: cui opponitur successor. *Paul. Dig.* 5. 1. 55. & *Ulpian. ibid.* 27. 9. 9.

Antecessus, a, um, præteritus, anteactus, qui præcessit. *Petron. c.* 17. Ubi antecessa latrocinia didicistis. Alii aliter leg. ¶ Absolute *in antecessum dare*, *solvere*, *accipere*, &c. est dare, aut accipere aliquid ante tempus constitutum, antequam dies cedat, hoc est adveniat dandi, aut accipiendi, *anticipatamente*, *innanzi tratto*. Hæc autem loquendi formula sumpta est ab argentariis, & mercatoribus, Græce εἰς προχρείαν. *Senec. l. 4. de benef. c.* 32. & *epist.* 7. & 98. ¶ Urbane *Flor. l. 4. c.* 12. Adeo certa victoriæ spe, ut prædam in antecessum pactione dividerent. *h. e.* antequam victoriam obtinuissent. Adde *l. 3. c.* 21.

Antecœnium, ii, n. prima cœnæ fercula, *merenda*, Ger. *das abendessen*, Gal. *le gouter*, Hisp. *merienda*, πρόδειπνον. *Apulej. l. 2. Met.* Gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antecurro, is, ere, προτρέχειν, *precorrere*. *Vitruv. l. 9. c.* 4. Stella Solem antecurrens.

Antecursor, m. 3. נגיד, πρόδρομος, qui præcurrit, ab ante, & cursor. *Cæs. 1. B. C.* Cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso. Est hic eodem sensu, quo antecessor, *i forieri*. *Tertull. de Monog. c.* 8. Joannes antecursor.

Antecursorius, a, um. *Apulei. l. 9. Metam.* Antecursoria potio. *h. e.* quæ principio cœnæ sumitur, & cœnam præcedit. Al. leg. *occursoria*, alii *accursoria*.

Antedīco, is, xi, ctum, idem quod prædīco, *predire*. *Cic. 1. Philip. c.* 10. Augurum est antedicere ea, quæ vitari possunt. ¶ Rectius divisim scribitur *ante dico*.

Antedictus, a, um, *detto avanti*, prædictus. *Scribon. Larg. compos.* 163. Propter antedictam causam. ¶ Rectius scribitur divisim *ante dictus*.

Anteĕo, is, ivi, itum, n. 4. antecedo, præeo, præcedo, *andare innanzi*, קדם, נצח, Ger. *vorgehn*, *voranhingehn*, Gal. *aller devant*, Hisp. *ir de lante*, πρόειμι, ὑπερέχω, antevado, cum dat. vel accus. *Cic. 2. Offic.* Barbarum districto gladio jubebat anteire. ¶ Item excello. *Cic. 2. Offic.* Cæteros virtute anteeunt. *Nepos Chabria*, 4. 1. Sed omnes, qui in Magistratu erant, auctoritate anteibat. *Gell. l. 19. c.* 9. Anteire aliquem in aliqua re.

Antefĕro, ers, tuli, latum, *anteporre*, Ger. *vorsetzen*, Gal. *preferer*, Hisp. *anteponer*, προτιμάω, antepono. *Cic. Cæc.* Quum vel iniquissimam pacem justissimo bello anteferrem. ¶ Antelatus, partic. *Cic. de prov. Cons. c.* 11. Quum ipse cæteris omnibus esset omni honore antelatus.

Antefixus, a, um, præfixus. *Vitruv. l. 10. c.* 15. Antefixa latitudo foraminis. *Liv. l. 26. c.* 23. Ad victorias, quæ in antefixis erant, hæsit. *Antefixa* autem, ut ait *Fest. Pomp.* sunt, quæ ex opere figulino tectis affiguntur sub stillicidio.

Antegenitalis, adject. *Plin. l. 7. c.* 55. Antegenitali experimento. *h. e.* sumpto ab iis, quæ antequam gigneremur, tacta sunt.

Antegredior, d. 3. progredior, antecedo, anteverto, *andare innanzi*, קדם, Germ. *vorgehen*, Gal. *preceler*, Hisp. *anteceder*, προκατάρχω, antevado. *Cic. de Nat. Deor. l. 2. c.* 20. Cum antegreditur Solem.

Antehabeo, a. 2. *anteporre*, הקדים, Ger. *hocher alten*, Gal. *preferer*, Hisp. *anteponer*, προτιμάω, prætero. *Tacit. hist. 4. c.* 11. Ne divulgata veris antehabeant.

Antehac, *nel tempo passato*, קדם, Ger. *zuvor*, Gal. *cy devant*, Hisp. *antes*, πρὸ τοῦ, hactenus, usque modo, ante hoc tempus. *Terent. in Andr.* 1. 2. 16. Quod antehac fecit, nihil ad me attinet. ¶ Significat etiam ante illud tempus. *Sallust. in Catil. c.* 26. Sæpe antehac fidem prodiderat. *Tacit. 3. Ann. c.* 25. Ut antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur.

Antelĭus, & Anthelius, ii, m. ἀντήλιος, & ἀνθήλιος. *Antelii* erant dii, qui ante domorum januas collocabantur, & ostiorum præsides habebantur: ἀντὶ ἡλίου, hoc est sub sole positi. *Tertull. de Idolol. c.* 15. & *de cor. mil. c. 13. in fi.*

Antelogĭum, ii, procemium; vox ibrida, hoc est partim latina, partim Græca. *Plaut. Men. prol. v.* 13. Huic argumento antelogium hoc fuit.

Anteloquium, ii, n. exordium, proloquium. *Macrob. Saturn. l. 7. c.* 4. Omnes prætextato anteloquium detulerunt. *h. e.* primum locum loquendi. *Symmach. l. 1. epist.* 71. Quorsum hoc spectet anteloquium, breviter explicabo.

Antelucanus, a, um, o. 1. 2. *innanzi dì*, Ger. *das frug*, *vor tag ist*, Gal. *qui est*, *on est fait devant le jour*, Hisp. *antes de la luz del dia*, ἀμφιλυκής, λυκαυγής, quod est ante lucem. *Cic. ad Caton. l.* 15. Ex antelucano tempore usque ad horam diei decimam. ¶ Hinc antelucanæ cœnæ. *Id. Catil.* 2. 10. ¶ Antelucani venti, ἀμφιλυκοὶ ἄνεμοι, sunt, qui diluculo flant, verno præsertim tempore, Sole autem invalescente, cadunt. *Plin.* 18. 6. *Vitruv.* 1. 6.

Antelucĭo, & antelucŭlo, *avanti giorno*, לפני השחר, Ger. *vor tag*, Gall. *devant jour*, Hisp. *antes del dia*, λυκαυγῶς, adv. ante lucem. *Apul. l. 1. Miles. p.* 107. Antelucio fugiamus isthinc quam pote longissime. *Id. ibid. p.* 108. Anteluculo furtim evadere, & viam, licet trepido vestigio, capessere.

Anteludia, orum, præludia illa, quæ pompam sacrificalem præcedebant, apud *Apul. l. 11. Met. post princ.* Ecce pompæ magnæ paulatim præcedunt anteludia.

Antemeridialis, le, apud *Martian. Capell. l. 6.* idem quod

Antemeridianus, o. 1. 2. *avanti mezzo dì*, Ger. *vor mittag*, Gal. *de devant midy*, Hisp. *cosa antes del medio dia*, προμεσημβρινός, quod est, vel fit ante meridiem. *Cic. Att. l. 13. epist.* 23. Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi.

Antemitto, is, præmitto, *mandar' innanzi*. *Solin. cap. 38. de elephantis*: Flumen transituri minimos antemittunt. *Cæs. l. 1. B. Civ. c.* 51. Antemissis equitibus. ¶ Potest etiam divisim scribi *ante mitto*.

Antemnæ, f. 1. Ἀντέμναι, urbs Sabinorum, exc. a Roma 4. stad. quasi ante amnem dicta, quod eam amnis præterflueret. *Virg. Æneid. 7. v.* 631. ¶ Hinc *Antemnas*, *atis*, apud *Liv. l. 1. c. 9. & 10.*

Antemurale, is, n. *antemurale*, propugnaculum muri exterius. *Hieronym. in hom. 2. Origen. quam ipse Latinam fecit.*

Antemurānus, a, um, adject. ante murum qui est. *Ammian. l. 21. c.* 22. Antemuranum vallum.

Antenna, f. 1. *antenna*, Ger. *die segelstang*, Gall. *antenne*, Hisp. *antena*, κεραία, a circumtenendo, lignum transversum in navi ad malum, cui velum alligatur. *Virg. 3. Æn. v.* 549. Cornua velatarum obvertimus antennarum. Ubi *cornua* extremitates dixit antennarum.

Antēnor, m. 3. Ἀντήνωρ, Rex Thraciæ. Habuit filios, Helicaonium, Polydamantem, &c. ex quibus Helicaonius uxorem duxit Laodiceam, Polydamas Lycastem, ambas Priami filias, sed Laodiceam ex Hecuba, Lycastem ex concubina. Cum filiis in auxilium Trojanorum venit. Sed existimatus est urbem prodidisse. Nam præterquam quod Græcorum

rum legatos hospitio suscipiebat, & Helenæ restitutionem frequenter suadebat, Ulyssem simulato habitu intra mœnia vidit, nec indicavit. Eo die, quo Ilium captum est, cum multitudine Henetorum, qui expulsi propter seditionem ex Paphlagonia, amisso Rege Philemone ad Trojam, sedes, & ducem quærebant, discessit ex Troade, venit in Italiam, ad ultimum sinum maris Adriatici, ibique expulsis Euganeis, qui inter Mare, & Alpes habitabant, urbem condidit. Locus ille, in quem ex navibus egressus est, Troja dictus est, urbs primo Antenorea, deinde Patavium. *Virg. Æn.* 1. *v.* 242. Exinde etiam regio inter Adduam, & Timavum flu. Venetia ab Henetis cœpit vocari, postea Marchia Tarvisina.

Antenorĕus, a, um, adject. possess. *Martial. l.* 1. *epigr.* 77. Flacce Antenorei spes & alumne Laris.

Antenorĭdæ, arum, Antenoris filii. *Virg.* 6. *Æn. v.* 484.

Anteoccupatio, onis, f. 3. πρόληψις, actus anteoccupandi. ¶ Est etiam genus Figuræ Rhetoricæ, idem ac occupatio. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 53. Et in hilaritatem impulsio, anteoccupatio.

Anteoccŭpo, a. 1. *prevenire, occupare. Cic. in Orat. c.* 40. Ut anteoccupet, quod putat opponi.

Antepagmentum, i, n. vocabulum est architectorum, quod Italice describitur a Daniele Barbaro: *tutta la cassa, o telaro della porta: o tutta la composizione delle erte col sopralimitare. Vitruv. l.* 4. *c.* 6. ¶ Ceterum antepagmenta locum habent etiam in projecturis mutulorum sub stillicidio, & fortasse etiam in aliis ædium partibus, ubi aliquid adpangitur, & ad ornamentum, vel munimentum adfigitur. *Cato R. R. c.* 14. *Vitruv. l.* 6. *c.* 7. ¶ Legitur & *antipagmentum*.

Anteparta, antea parta, & acquisita. *Næv.* apud *Charis. lib.* 2. & *Plaut. Trin.* 3. 2. 16. ¶ Scribitur & *ante parta* divisim.

Antepassiōnes, primi motus cupiditatis, qui vel nobis invitis insurgunt, animumque perturbant. *Hieronym. epist.* 9. *ad Salvin. post med.*

Antepĕdes, pedes priores in quandrupedibus. *Cic. in Arat. v.* 454. At caput, & totum sese Centaurus opacis eripite tenebris linquens vestigia parva Antepedum.

Antependŭlus, a, um, pendens ante, ut crines antependuli, apud *Apul. l.* 2. *Miles. pag.* 125.

Antepenultĭmus, a, um, *antepenultimo*, tertius ante ultimum. Legitur apud *Martian. Capell. l.* 3. *pag.* 60. & *Diomed. l.* 2. *pag.* 425. *Putsch.*

Antepilāni, m. 2. in Romana militia secundæ aciei milites erant, scutati omnes, robustiorisque ætatis, dicti, quod ante Pilanos, hoc est, ante Triarios, qui pilis pugnabant, prælium capesserent. Iidem Principes dicti sunt, quod fere ex optimatibus essent, & armis maxime insignes. In acie enim primi ante hostem erant Hastati, secundi Antepilani, seu Principes, tertii Triarii, seu Pilani. *Liv. l.* 8. *c.* 8. & 9.

Antepollĕo, es, n. 2. supra aliquem polleo. *Apulej. l.* 1. *Metam.* Quæ civitas cunctæ Thessaliæ antepollet. *Id. ibid. l.* 7. Toto vertice cunctos antepollebat.

Antepōno, is, a. 3. præpono, præfero, antefero, primas omnium alicui do, *preporre, anteporre*, הקדים, Germ. *vorsetzen*, Gall. *preferer, mettre devant*, Hisp. *anteponer, poner delante*, προτίθημι, προτιμάω. *Cic. in Læl.* Ut amicitiam rebus omnibus anteponatis. ¶ Significat etiam, ante aliquem ponere. *Plaut. Men.* 2. 2. 2. Bonum anteponam prandium pransoribus.

Antepositus, a, um, *posto innanzi. Plaut. Rud.* 2. 6. 24. Cœna anteposita Thyestæ, & Tereo. ¶ Item præpositus, *preferito. Tacit. Ann.* 12. *c. ult.* Antepositus filio privignus.

Antepŏtens, tis, adject. antepollens. *Plaut. Trinum.* 5. 1. 1. Hic homo est omnium hominum præcipuis voluptatibus, gaudiisque antepotens. *h. e.* abundans. Sic *Propert.* dixit, pietate potens, pro valde pio. Al. tamen leg. *anteponendus*.

Antequam, *prima che, avanti che*, קרמה, כטרם, Ger. *ehe dann*, Gall. *devant que*, Hisp. *antes que*, πρὶν ἂν πρὶν ἢ, priusquam: adv. temporis, quod fere jungitur indicativo. *Cic. pro Mur.* Antequam pro Muræna dicere instituo. ¶ Aliquando cum subjunctivo. *Id. Phil.* 1. *c.* 1. Antequam de Rep. dicam. ¶ *Id. pro Quint. c.* 17. cum infinito usurpavit. Dici, inquit, vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam necessariam devenire. Sed noli temere imitari. ¶ Solet etiam, pluribus verbis interjectis, dividi, ut patet in allato exemplo.

Anterides, plur. *contrafforti, speroni, barbacani*, ἀντηρίδες, sunt columnæ, vel lapides eminentiores, qui interponuntur ad sustinendam structuram, ut *Salmas.* definit ad *Solin. p.* 856. *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. In frontibus anterides, sive erismæ sint.

Anterĭor, qui ante est, vel præcedit. *Cæs. B. C. l.* 3. *c.* 63. Navibus circumvecti milites in anteriorem vallum tela jaciebant. Al. leg. *interiorem. Sulpit. l.* 1. *hist. sacr. c.* 52. Vasa omnia anteriorum regum cremavit.

Anterius, adv. *prima*, prius, priore loco, πρότερον, ἔμπροσθεν. *Sidon. l.* 2. *ep.* 9. Prima, & grata contentio, quænam potissimum anterius edulibus nostris culina sumaret.

Antĕros, terotis, m. 3. ἀντέρως, Veneris, & Martis filius, idem, ac Cupido tertius. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 23.

Anterōtes, ἀντέρωτες, gemma ex generibus amethysti. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Antes, ium, m. sunt areolæ hortorum, quæ quadratam lineam, seu figuram referunt. *Colum. l.* 10. *v.* 376. Humidaque andrachne sitientes protegit antes. *Nonius* hinc recte scribit *c.* 1. *n.* 124. *antes* esse quadraturas, unde & antas dictas esse quadras columnas. Ob similitudinem autem omnes arvorum, & vinearum ordines ad lineam ducti *antes* dicuntur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 412. Jam canit extremos effœtus vinitor antes. ¶ Translate usurpatur a *Catone* apud *Serv. ad l. c. Virg.* Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas. *h. e.* pedites quadrato agmine ducas, cujus agminis latera equites tegant, veluti duæ lineæ, seu alæ. ¶ Advertendum autem, a quibusdam *antes* cum *antis* confundi, ut ab *Isid.* 15. *Orig.* 7. & *a Serv. loc. cit.*

Antescholanus, i, *sotto maestro*, qui post magistrum primus est in schola. *Petron. in Satyr. c.* 81.

Antesignanus, m. 2. *guardia della bandiera*, דגול, Ger. *der vorden fenlin, oder panier steht und streit*, Gall. *qui marche en bataille devant le porte-enseigne, ou le guidon*, Hisp. *alferez*, πρόμαχος, ante signum, seu vexillum in acie constitutus, vexillorum defensor. Nam signum pro vexillo militari ponitur. *Cic. Philip.* 2. *c.* 29. Fuerat in acie Pharsalica antesignanus. *Cæs. B. C. l.* 1. *c.* 41. Unius legionis antesignanos præcurrere jubet.

Antesto, (seu antisto, ut Vett. scribebant) as, steti, atum, antecello, præsto, *stare innanzi, essere superiore*, προΐσταμαι. *Lucret. lib.* 5. *v.* 22. Herculis antistare autem si facta putabis. *Nepos Aristid. in princ.* Cognitum fuit quanto antistaret eloquentia innocentiæ. *Gell.* 9. 13. Virtute ceteris antestare.

Antestor, ris, d. 1. teste *Budæo*, vetus est Jurisconsultorum verbum significans accipere in testem. Apud veteres enim, qui adversarium, qui vades dare nollet, in jus pertrahere volebat, prius aliquem de præsentibus antestabatur, hoc est, attestabatur, vel testem capiebat, ejus attingens auriculam, & sic interrogans, *Licet ne antestari?* illo autem respondente, *Licet*, tum injecta manu adversarium in judicium rapiebat. Solos autem liberos antestari fas erat, servi testes esse non poterant. Quare autem antestantes testium aures apprehendamus, docet *Plin. l.* 11. *c.* 45. Est (inquit) in aure ima memoriæ locus, quam tangentes antestamur. *Horat. l.* 1. *sat.* 9. *v.* 76. Et *Cic. pro Mil. c.* 25. Te, magne, tamen antestaretur. *i. e.* testem citaret. ¶ Passiva significatione, *Liv.* apud *Priscian. l.* 8. Impubes libripens esse non potest, neque antestari: προσδικαστικῶς μαρτυρηθῆναι, ut idem *Priscian.* exponit.

Antevenio, n. 4. *venir innanzi*, קדם, Germ. *fir kommen*, Gall. *anticiper, venir devant*, Hisp. *venir delante*, προφθάνω, prævenio, cum acc. vel dat. *Sallust. in Jug.* Exercitum Metelli antevenit. *Plaut. in Trin.* Tempori huic hodie anteveni. ¶ Item excellere. *Plaut. Cas.* 2. 3. Omnibus rebus ego amorem credo antevenire.

Anteventŭlus. Anteventuli sunt mulierum capilli in fronte demissi, quod ante faciem siti sint. *Apul. Florid. l.* 1. *p.* 342. Crines ejus anteventuli, & propenduli.

Anteversio, onis, verbal. antevertendi seu præveniendi actus. *Ammian. l.* 21. *c.* 5. Expertus, quid in rebus tumultuosis anteversio valeat, & progressus.

Anteverto, is, præverto, antecedo, *prevenire*, קדם, φθάνω, prævenio, anticipo. *Cæs. B. G.* 7. *c.* 7. Qua re nuntiata, Cæsar omnibus consiliis antevertendum existimavit. *Tacit. Ann.* 13. 30. 3. Damnationem veneno antevertere. *Plaut. Bacch.* 3. 5. Rebus aliis antevertam, quæ mandas mihi. Al. leg. *anteverter*.

Antevidĕo, es, a. 2. *antivedere*, prævideo. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 582. nunc quo se raperet, nunc quo diversus abiret, Antevidens. ¶ Potest etiam divisim scribi *ante video*.

Antevŏlo, n. 1. *volare avanti*, προΐπταμαι. *Virg.* 9. *Æn. v.* 47. Turnus ut antevolans tardum præcesserat agmen.

Antevorta, Divinitatis comes apud Rom. quæ præerat futuris, sicut Postvorta præteritis. Ita *Octav. Ferrarius.* Sed *Carolus Stephanus* Postvortam futurorum, Antevortam præteritorum Deam putat. *Macrob. Saturn. l.* 1. *c.* 7.

Anteurbanus, o. 1. 2. προάστειος, urbi propinquus. *Fest.*

Anthalium, n. 2. ἀνθάλιον, malum rotundum magnitudine mespili, in Ægypto. *Plin. l.* 21. *c.* 15.

Anthēdon, f. 3. ἀνθηδών, mespili genus, pomum ferens minus cæteris, sed odore præstantius, & quod diutius servatur. *Pl. l.* 15. *c.* 20.

Anthēdon, onis, f. 3. Majuma, *Larissa*, al. *Daron*, ἀνθηδών, urbs Palæstinæ E. sub P. Hierosolymitano, maritima, inter Ascalonem, & Gazæorum portum, 8. M. P. utrinque. ¶ Anthedon altera, oppid. Bœotiæ, medit. inter Thebas 60. stad. & Chalcidem 70. Hodie teste Ortelio dicitur *Talandi*. Sed *Talandi* Atalanta potius esse videtur, opp. in ora. *Ovid.* 13. *Met.* Nuper in Euboica versis Anthedone membris Glaucus adest.

Anthedonĭus, a, um, ad Anthedonem oppidum pertinens. *Stat.* 9. *Theb. v.* 291.

Anthĕmis, Imbrasus, Parthenia, Samothrace, Ins. maris medit. Thraciæ adjacens.

Anthĕmis, f. 3. *camamilla*, ἀνθεμίς, alii leucanthemis, leucanthemum, melanthemon, chamomilla, herba fœniculi folio. *Plin.* 22. 21.

Anthĕræ compositiones dicuntur a medicis, quæ vel floridum colorem habent, vel certorum florum admixtione fiunt: ab ἄνθος, flos. *Plin. l.* 24. *c.* 9.

Antheus, m. 2. Antenoris fil. quem Paris amavit, & imprudens interfecit. ¶ Item unus ex Æneæ sociis. *Virg. Æn.* 1. *v.* 510.

Anthias, æ, piscis nomen apud *Plin. l.* 9. *c.* 59.

Anthinum mel, vocatur, quod vere factum est: quoniam ex floribus, qui a Græcis ἄνθη dicuntur, favi construuntur. *Plin. l.* 11. *c.* 14.

Anthologica, orum, libri de floribus tractantes. *Plin. l.* 21. *c.* 3.

Anthracinus color, idem qui ater. Anthracinæ vestes. *Varr. apud Non. c.* 10. *n. ult.*

Anthracites, æ, m. 1. ἀνθρακίτης, gemma, in qua velut scintillæ ignis discurrere videntur. *Plin. l.* 37. *c.* 7.

Anthrax, acis, m. 3. *carbone*, ἄνθραξ, carbo. ¶ Hinc Anthrax, vel anthracites, *carbonchio*, ἄνθραξ, ἀνθρακίτης, carbunculus, gemmæ genus fulgidæ, & lucentis, instar igniti carbonis, in qua veluti scintillæ ignis discurrere videntur. ¶ Item carbunculus, abscessus ex atra bili, rubore sublivido, vel genus ulceris cum inflammatione. *Æmil. Macer de herb. c. de Sabina.* ¶ *Vitruvio l.* 7. *c.* 8. Anthrax est etiam minii gleba.

Anthriscum, n. 2. ἄνθρισκον, herba scandici similis, tenuioribus, & odoratioribus foliis. Fatigato Venere corpori succurrit. Vide *Plin. l.* 21. *c.* 15.

Anthropogrăphus, m. 2. ἀνθρωπογράφος, dictus Dionysius, quod nihil aliud, quam homines pinxerit. *Plin. l.* 35. *c.* 10.

Anthropophăgi, ἀνθρωποφάγοι, qui humana carne vescuntur, ut populi Americæ, Æthiopiæ, &c. *Plin. l.* 14. *c.* 12. & *l.* 7. *c.* 2.

Anthus, m. 2. avis, quæ equorum hinnitum imitatur. *Plin. l.* 14. *c.* 42.

Anthyllion, ἀνθύλλιον, herba lenti simillima, quæ in vino pota vesicam vitiis liberat, & sanguinem sistit. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Anthyllis, f. 3. ἀνθυλλίς, herba est chamædryos similitudine, flore purpureo, gravi odore, radice intubi. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Anthypophŏra, ἀνθυποφορά, figura sentent. objectio, cum tacite occurrimus rationi: prolepsis. Ut illud *Virg. Æn.* 4. *v.* 603. Verum anceps belli fuerat fortuna: fuisset. *Senec. l.* 1. *controv.* 7.

Antiæ, capilli anteriores, demissi in frontem, quod ante faciem siti sint. *Festus. Apul. in Florid. l.* 1. *p.* 3. 42. *de Apolline:* Jam primum crines ejus præmulsis antiis, & promulsis caproneis &c.

Antiānus, a, um, ad Antium pertinens. *Cic.* apud *Non. c.* 4. *n.* 130. Hercules Antianus.

Antiātæ, vel Antiates, populi Antii incolæ. *Liv. lib.* 6. *c.* 33. & *l.* 8. *c.* 12. & 14.

Antiatīnus, a, um, ad Antium pertinens, ut Antiatinæ sortes, apud *Sueton. in Calig. c.* 57. h. e. quæ ducebantur in templo Apollinis, qui Antii colebatur.

Antibacchius, m. 2. ἀντιβακχεῖος, pes bacchio contrarius, ex duabus longis, & ultima brevi, ut *Audisse. Donatus pag.* 1739. *Putsch.*

Antiboræum horologium, apud *Vitruv. l.* 9. *c.* 9. videtur dici illud, quod descriptum in plano Æquatoris Boream respicit.

Antica, æ, f. dicta est pars prior in templo augurali. *h. e.* cęli spatio ab Auguribus descripto, sicut posterior dicebatur Postica. *Varr. l.* 6. *de L. L. post princ. Serv. in Virg. Ecl.* 9. *v.* 15. & *Fest.* in Posticum. V. Anticus.

Anticategoria, ἀντικατηγορία, Latine potest dici recriminatio, sive mutua accusatio, & est genus controversiæ judicialis. *Quint. l.* 3. *c.* 12. Græce: at Latine *Augustin. l.* 3. contra *Crescon. Grammat. c.* 26. & 74.

Anticatōnes, m. 3. ἀντικάτωνες, duo libri, quos Cæsar contra Catonem Ciceroni scripsit. *Juven. sat.* 6. *v.* 337. duo Cæsaris anticatones.

Antichthon, ἀντίχθων, orbis terræ toti globo nostro oppositus in cœlo. Figmentum fuit Pythagoreorum, qui cum ob perfectionem denarii numeri

meri decem orbes hujus universi crederent numerari oportere, neque tamen plus quam novem invenirent, decimum ab ingenio finxerunt ἀντίχθονα, h. e. terræ nostræ oppositum. *Cæl. Rhod. l.* 22. *c.* 14. putat eos per Antichthonem intellexisse lunarem sphæram.

Antichthŏnes, ἀντίχθονες, iidem qui Antipodes: ut Hispani, & Indi. Sed notandum ex Isaac Voss. ad Melam *l.* 1. *c.* 1. Antichthones a Veteribus accipi pro iis omnibus, qui oppositam terram Australem inhabitare credebantur, etiamsi in superiore nostro hemisphærio degerent. Ita semper ab Antipodibus distinguuntur. *Plin. l.* 6. *c.* 22. Tabrobanem alterum orbem terrarum diu esse existimatum est, Antichthonum appellatione. Adde *Melam l.* 1. *c.* 1.

Anticipatio, f. 3. πρόληψις, verb. ab anticipo. *Cic.* 1. *de Nat. Deor. cap.* 16. Quæ est gens, quæ non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum? *i. e.* ut ipse explicat, acceptam animo informationem, sive prænotionem. ¶ *Arnob. l.* 1. *p.* 107. In pedum officiis numerat suggerere anticipationem itionum. *b. e.* primos motus, quos animal ambulaturum facit. ¶ Est etiam figura Rhet. eadem ac Prolepsis.

Anticipātor, oris, qui anticipat. Habetur hæc vox in quadam Oratione ad Deum, quæ est in Ephemeride Ausonii; ab aliis Paulino Nolano tributa: Ipse Dei Verbum, Verbum Deus, anticipator Mundi, quem facturus erat, *h. e.* qui ante noverat, & capiebat Mundum quam faceret.

Anticipo, as, a. 1. anteoccupo, anteverto, *pigliar tempo*, *anticipare*, קדם, Ger. *vorkommen*, Gal. *anticipiter*, Hisp. *anticipar*, πρόλαμβάνω, antecapio, prævenio. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 14. Anticipas ejus rei molestiam, quam triduo sciturus sis. *Stat. Theb.* 6. 442. Anticipare viam.

Anticlea, f. 1. ἀντίκλεια, uxor Laertæ, quæ a Sisypho latrone Æoli filio capta, & constuprata est, ex quo Ulysses peperit. Aliqui dicunt, id ei accidisse, cum duceretur ad Laertæ nuptias, alii, cum Laertæ jam nupsisset, & ad Oraculum pergeret consultura. *Ovid.* 13. *Met.*

Anticus, a, um, ab ante deriv. *Festus:* Quæ ante nos sunt, antica; quę post nos sunt, postica dicuntur. Anticum etiam Vett. pro Janua posuerunt.

Anticyra, f. 1. Anticyrrha, Anticyræ, arum, Caparissus, *Suola*, ἀντίκυρα, urbs Phocidis lit. ante Cyrrham, inter Crissam ad Occ. & Siphas opp. Bœotiæ ad Or. isthmum Corinthiacum versus, a Delphis 10. M. P. ¶ Est item inf. sinus Maliaci, contra Oetam. M. in qua helleborus contra amentiam nascitur. ¶ Hinc navigare Anticyram eos jubet *Horat. l.* 2. *sat.* 2. *v.* 166. qui parum sanæ mentis sunt. Adde *v.* 82. & *de Arte*, *v.* 300.

Antidĕo, is, pro Antecĕo, habet *Plaut. Perf.* 5. 2. 2. & *Cistell.* 2. 1. 3.

Antidhac, pro Antehac est apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 29. *Pseud.* 1. 1. 14. & 2. 2. 26. & aliis in locis. Consona enim illa interposita hiatum tollit.

Antidōra, orum, in plur. *rimunerazione*, *guiderdone*, שׁלוּם, Ger. *gegengeschenck*, Gal. *remuneration*, Hisp. *remuneracion*, ἀντίδωρα, remunerationes, aut quæ a nobis pro acceptis muneribus redduntur. *Ulp. tit. de pet. hær.*

Antidŏtum, n. 2. *rimedio contra il veleno*, מירקא, Ger. *artzny vvider das gifft*, Gal. *antidote*, *contre poison*, Hisp. *antidoto*, ἀντίδοτον, remedium, sive medicamentum, quod contra venena datur, ex ἀντὶ, contra, & δίδωμι, do. *Quin. l.* 7. *c.* 2. Datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum. ¶ Dicitur & antidotus gen. fem. *Gell. l.* 14. Antidotus celebratissima, quæ Mithridatios vocatur.

Antiensis, e, ad Antium pertinens, ut *Antiense* templum, *Valer. M.* 1. 8. 2.

Antigerio, *subito*, veteres pro valde, & pro statim utebantur, quasi antequam res gereretur. *Festus*. Damnat hanc vocem Quintil. *lib.* 1. *c.* 6. & *l.* 8. *c.* 3. tanquam obsoletam.

Antigŏne, f. 1. ἀντιγόνη, Oedipodis Thebanorum Regis filia, quæ patri cæco a Creonte in exilium acto se viæ ducem præbuit, ob quam pietatem postea a Tyranno jugulata est. ¶ Fuit etiam hoc nomine filia Laomedontis, vel Priami, quæ, cum eam formæ suæ fiducia nimis arrogantem reddidisset, a Junone in ciconiam mutata est, *Ovid. 6. Met.*

Antigŏnus, ἀντίγονος, Macedo, ut quidam dicunt, frater Alexandri M. qui primus post Alexandrum in Asia 18. an. regnavit. ¶ Fuerunt alii Antigoni, inter quos Antigonus hoc nomine tertius, Macedoniæ rex, secundi nepos, qui tutor Philippi fuit ejus, quem Romani debellaverunt. Hunc Servatorem Græci, & Benefactorem vocabant.

Antigraphei, antigrapharii, ἀντιγραφεῖς, qui de archetypo transcribunt. Hos *Cic. in Rull.* custodes appellat. *Ulpian. l.* 3. *de adm. tut.*

Antilegŏmĕna, ἀντιλεγόμενα, contradictiones. *Plin. lib.* 20. *c.* 8. Petronius Tiodotus, qui antilegomena scripsit. Al. leg. *anthologumena*.

Antilibanus, m. 2. *Abellinas*, ἀντιλίβανος, Mons Syriæ, vel Phœniciæ, oppositus Libano M. valle longa interjecta. *Cic. Attic.* 2. 16.

Antilŏchus, ἀντίλοχος, Nestoris fil. major natu, occisus in bello Trojano ab Hectore, vel a Memnone. *Juven. Sat.* 10. *v.* 252.

Antimăchus, Poeta Clarius, vel Colophonius. Aggressus belli Thebani historiam, vigesimum quartum volumen implevit, antequam duces Thebas usque produceret. Cum convocatis auditoribus legeret eis magnum illud volumen suum, & eum legentem omnes præter Platonem reliquissent, *Legam*, inquit, *nihilominus. Plato enim mihi unus instar est omnium. Cic. in Brut.* ¶ Fuit item Antimachus Trojanus, qui donis Paridis corruptus impedimento fuit, quo minus Helena redderetur, & pro concione Trojanos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in urbem venisset cum Ulysse, redire ad suos finerent, sed in urbe asservarent, & trucidarent. *Homer. Iliad.* 11.

Antimetabŏle, f. 1. ἀντιμεταβολή, ex adverso mutatio, commutatio, Figura qua verba contraria ratione repetuntur, ut, Non, ut edam, vivo, sed, ut vivam, edo. *Isid. l.* 2. *c.* 21.

Antinomia, f. 1. ἀντινομία, legum contrarietas, & pugna. *Quintil. l.* 7. *c.* 8. (*al.* 8.) & *cap. ult.*

Antinŏus Bithynicus, admirandæ pulchritudinis adolescens. Tanta, tamque eleganti fuit forma, ut Adrianus Imper. a quo adamabatur, templum ei apud Mantineam constituerit. Inter sidera translatus fingitur.

Antiochensis, se, & Antiochēnus, a, um, adject. gentilia. *Tac. hist.* 2. *c.* 82. Apud Antiochenses aurum, argentumque signatur. *Gell. l.* 7. *c.* 19. Antiochena pecunia.

Antiochĭa, cogn. Magna, Theopolis, Rebbata, *Antachia*, ἀντιόχεια, urbs Reg. nunc Patr. Syriæ, condita ab Antiocho patre Seleuci. ¶ Antiochia, Nisibis, Mygdonia, *Abesin*, *Nisbin*, *Sibin*, urbs A. Mesopotamiæ, condita a Seleuco fil. Antiochi. ¶ Antiochia, *Antiochia*, *Versaogeli*, urbs Pisidiæ A. ¶ Antiochia ad Tragum, *Antiochetta*, urbs E. Ciliciæ. ¶ Antiochia, Alexandria, Seleucia, *Indion*, urbs Margianæ. ¶ Antiochia Mæandri, *Tachiali*, urbs Episc. Cariæ. ¶ Antiochia ad Taurum, urbs E. Comagenes. ¶ Aliæ septem præterea memorantur, quæ non extant.

Antiŏchus, m. 2. ἀντίοχος, nomen secundi Regis Syriæ, Seleuci filii, hujus nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnavit ann. 20. Ab hoc Reges sequentes & ipsi Antiochi dicti sunt. Secundus igitur fuit Antiochus Achios hujus fil. qui cum 20. ann. regnasset, veneno extinctus est ab uxore Laodicea. Tertius Antiochus Galericus. Antiochus quartus cognom. Magnus, regnavit ann. 36. Dictus est etiam Hierax, quod accipitris more in rapiendis alienis vitam duceret. Hic Ptolemæum Philometorem prælio superavit. Quintus Antiochus dictus est Epiphanes, idest nobilis, sive illustris. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala intulit Judæis. Regnavit ann. 11. Sextus Antiochus Syriæ, & Asiæ Rex dictus est Eupator. ¶ Fuit & alius Antiochus, Ascalonita, Philosophus, Cicer. Brutique præceptor.

Antiŏpa, f. 1. ἀντιόπη, Nicteï filia, & uxor Lyci Thebanorum Regis. Hanc cum Jupiter in Satyrum mutatus compressisset, Lycus repudiavit, uxoremque Dircem superinduxit, quæ Antiopam in carcerem conjecit. Verum instante partus tempore, illa ruptis vinculis in Cithæronem montem se recepit, ubi Amphionem, & Zethum peperit, qui a pastoribus inventi, & educati maternæ injuriæ ultores extiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecto. Qua de re est Pacuvii Tragœdia. *Pers. Sat.* 1. *v.* 77. Sunt, quos Pacuvius, & verrucosa moretur Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Antios, excruciatos. *Festus*. Contendit *Scalig.* legendum *anctos*, tanquam particip. passivum ab *ango*.

Antipagmenta, V. Antepagmenta.

Antiparastăsis, figura est frequens Demostheni, & Cicer. habens confessionem quandam conjunctam cum majore inficiatione.

Antipăter, Sidonius, seu ex Tyro Phœnicię, Philosophus Stoicus, qui post Panętium de Officiis scripsit. Innumerabiles pęne versus ex tempore faciebat. Sappho decimam inter Musas nobili epigrammate cooptavit. Eodem die, quo natus est, omnibus annis febri laboravit, & tandem extinctus est. Antipater alius, filius Jolai, e Paliura urbe Macedoniæ, discipulus Aristotelis, miles Philippi, inter duces Alexandri, ejus successor in Regno Macedoniæ. Alexandrum per fil. Cassandrum, & Jollam veneno sustulit. ¶ Item Antipater, Ascalonita, pater Herodis R. ¶ Fuere & alii hujus nominis.

Antipates, ἀντιπάτης, gemmæ nigræ species. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Antipathĭa, ἀντιπάθεια, naturalis rerum differentia, sive repugnantia, quæ est inter ea, quæ veluti naturali quodam odio inter se dissident. Huic opponitur sympathia, quæ mutuam quandam rerum inter se cognationem significat. *Plin. l.* 20. *c.* 4. & *l.* 24. *c.* 9.

Antiphātes, Rex Læstrygonum, fil. Melampodis, seu Lami, qui Formias condidit. ¶ Antiphates alius, nothus Sarpedonis, qui Æneam in Italiam secutus a Turno occisus est. *Virg. Æn.* 9.

Antipherna, ἀντίφερνα, juncto ex ἀντὶ, & φερνὴ nomine, dicuntur apud Jurisconsultos ea, quæ maritus constante matrimonio uxori suæ quasi remunerandæ dotis causa largitur. *In Cod. Justin. l.* 5. *tit.* 3. *leg. ult.*

Antiphrasis, f. 3. *parlare inteso al contrario*, ἀντίφρασις, sermo per contrarium intelligendus, ut Parcæ, quia nemini parcant. Græca vox est, & Græce scribenda.

Antipŏdes, m. 3. ἀντίποδες, qui contra nos positi sunt contrariis vestigiis. Declinatur Antipus, Antipodis, vel Antipodos. *Cic. l.* 4. *Acad. Quæst. c.* 39. Nonne etiam dicitis esse e regione, e contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? ¶ Festive *Seneca*, & lepide luxuriosos homines, qui noctu putant, interdiu dormiunt, Antipodas vocat, *epist.* 122.

Antipŏlis, f. 3. *Antibo*, Urbs in Gallia Narbon. cum portu, a Nicæa 3. leuc. in Occ. a Vincio 2. in Mer. a Foro Julii 7. in Cæc. ¶ Item urbs Asiæ.

Antipolitanus, a, um, adject. possess. ab Antipoli. *Martial. l.* 4. *epigr.* 89. Antipolitani nec quæ de sanguine thynni. Adde *l.* 13. *epigr.* 102.

Antipophŏra, ἀντιποφορά, contraria subjectio, Figura cum tacitæ objectioni respondetur, ab ἀποφέρω, subjicio, offero. *Senec. l.* 1. *controv.* 7. Hic physicum introduxit, deinde antipophoras sumpsit.

Antiptōsis, f. 3. Fig. cum casus pro casu ponitur, ab ἀντὶ, pro, & πτῶσις, casus, ut *Plaut. Aulul. prol.* Jam multos annos est cum possideo, &c. *Serv. ad* 10. *Æn. v.* 653.

Antiquaria, æ, f. 1. &

Antiquarius, ii, m. *antiquario*, φιλάρχαιος, qui est antiquitatis studiosus, maxime in verbis, & sermone. *Dial. de Orat. c.* 21. Nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cœlium ex ea parte laudet, qua antiquus est. *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 453. Ignotosque mihi tenet antiquaria versus. ¶ Item librarius, qui codices vetustos describit. *Sidon. Apoll. l.* 9. *ep. ult.* Licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina, & calamo durior gutta. *Hieron.* etiam adjective usus est *epist.* 6. *ad Florent.* Alumnos, qui antiquariæ arti serviunt. Loquitur autem de codicibus bibliothecæ describendis.

Antiquatio, f. 3. abolitio. *In Cod. Theodos.* 6. 55. 4. Pœnarum antiquatio.

Antīque, *anticamente*, קדם, Ger. *altfrenzckisch*, Gall. *anticament*, Hisp. *antiguamente*, παλαιῶς, adverb. ad morem antiquorum. *Horat.* 2. *ep.* 1. *v.* 66. Si quædam nimis antique, si pleraque dure dicere. *Solin. c.* 11. Titanas in ea antiquissime regnasse.

Antiquĭtas, *antichità*, קדם, Ger. *das alter*, Gal. *antiquité*, Hisp. *antiguedad*, ἀρχαιότης, pro vetustate. *Cic.* 1. *Fin.* Ab ultima antiquitate repetitis. ¶ Pro ipsis antiquis. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Fabulosa narravit antiquitas. ¶ Pro charitate, seu præcipuo amore. *Sallust.* Tantum antiquitatis, curęque majoribus pro Italica gente fuit. ¶ Item pro morum sanctitate, sinceritate. *Cic. pro Planc.* Hęc enim plena sunt officii, plena observantię, plena antiquitatis.

Antiquĭtus, ἀρχαίως, olim, tempore antiquorum, *Cæs. l.* 6. *B. G.* Summa auctoritas antiquitus erat in Heduis.

Antīquo, as, a. 1. *annullare*, הפיר, Ger. *abthun*, Gal. *reietter*, Hisp. *desaprovar*, παλαιόω, evacuo, aboleo, abrogo, irritum facere, in morem pristinum reducere, ut nihil innovetur. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 17. Legem antiquastis fine tabella. ¶ Antiquare, & abrogare inter se differunt. *Antiquatur* lex, cum populus eam perferri non patitur, suffragiis improbans, *abrogatur* vetus lex, quam scilicet antea latam populus suffragiis tollit.

Antīquus, a, um, priscus, vetus, *antico*, קדמין, Ger. *alt*, Gal. *ancien*, Hisp. *antiguo*, ἀρχαῖος, idem, quod vetus, ab ante, & ævum, ut *Varroni* placet. *Virg.* 2. *Georg.* Antiquasque domos avum. ¶ Sed differunt. Nam antiquum dicitur, quod est prioribus ęculis tactum, vetus, quod non est recens. ¶ Quoniam vero quę antiquiora sunt, fere meliora esse consueverunt, ut mores, vinum, & similia, factum est, ut antiquum pro bono, & charo usurpetur, *buono*, *caro*. *Cic. Attic. l.* 1. Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. *h. e.* charius, venerabilius, sanctius, & vulgatissima phrasis est. ¶ Sumitur etiam antiquus pro rudi, simplici, sine fallaciis, candido, probo. *Terent. And.* 4. 6. 23 Optime hospes pol Crito, antiquum obtines. Sic *Cic. l.* 9. *ad Att. ep.* 15. Vide, quam sim antiquorum hominum: te hanc rem gravius putavi laturum. ¶ Item pro magno natu, sene; præcipue apud Recentiores Scriptores latinit. *Ulpian. l.* 1. *ff. de alb. scrib.* Inter Duumvirales antiquissimus quisquis prior. Antiquior pro priore, nobiliore. *Gell.* 5. 13. Antiquiorem locum hospiti tribuit, quam clienti.

Antirrhinum, V. Anarrhinum.

Antiscĭi, orum, m. ἀντίσκιοι, qui circa Æquinoctialem circulum habitant, quorum

quorum umbrę meridianę, cum sol nobis est altissimus, nostris contrariæ sunt. *Ammian. Marcellin. l.* 22. *c.* 15. (*al.* 39.)

Antiscorodon, n. 2. ἀντισκόροδον, herba est ex generibus allii, quæ & Ulpicum, & allium Cyprium appellatur. *Plin. l.* 19. *c.* 6.

Antisophistes, æ, apud *Suet. Tiber. c.* 11. & *de Illustr. Gram. c.* 9. Sunt autem Antisophistæ, qui contraria invicem asserunt.

Antispastus, pes constans prima brevi, secunda & tertia longa, & quarta brevi, ut *Alexander. Diomed. l.* 3.

Antistătus, us, ui, m. 4. excellentia, *preminenza*. *Tertul. adverſ. Valent. c.* 13. Angelorum comparatitius antistatus.

Antistes, stis, m. 3. *presidente*, נגיד, Ger. *oberſter*, Gal. *prelat*, *preſident*, Hisp. *prelado*, *preſidente*, πρεσάτης, ex ante, & sto, tam fem. quam masc. gen. a verbo antiquo, anstito, pro antesto, i. excello. Erant hoc nomine primarii templorum singulorum Sacerdotes, qui sacris præerant, deque futuris responsa dabant. *Cic. Verr.* 4. *c.* 45. Cereris sacerdotes, atque illius fani antistites. *Val. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 1. Ne perita deesset antistes. Dicitur etiam de eo, qui in alia quapiam re præest. *Colum. l.* 3. *c. ult.* Antistes vindemiatorum. *Tertull. in Apolog. c.* 1. Antistites imperii Romani. ¶ Per translationem dicitur, qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet, *eccellente*. Unde Servius Sulp. *Quinteste l.* 11. *c.* 1. Juris antistes appellatus est. Sic *Cic.* 2. *de Orat. c.* 46. Artis dicendi antistes. *Plin. l.* 7. *c.* 30. Plato sapientiæ antistes.

Antisthĕnes, m. 3. ἀντισθένης, Phil. Socratic. acutus magis, quam eruditus, præceptor Diogenis. Hic, cum glorioſe docuisset Rhetoricam, audito Socrate, dixisse fertur ad discipulos, *Abite, & magiſtrum quærite, ego enim jam reperi*, statimque venditis, quæ habebat, & publice distributis, nihil sibi, præter palliolum, reservavit. Patientiam, & duritiam in Socratico sermone adamavit. *Cic.* 3. *de Or.*

Antistĭta, æ, f. *ſacerdoteſſa*, mulier, quæ sacris præest. *Cic. Verr.* 4. *c.* 45. Illius fani antistitæ, probatæ mulieres. Al. leg. *antiſtites*. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 410. Antistita Phœbi. *Plaut. Rud.* 3. 2. 10. Antistita Veneria.

Antistitium, προσασία, excellentia, dignitas antistitis. *Martian. Capella l.* 2. Venerabili antistitio præminere.

Antistĭtor, *preſidente*, שומר, Ger. *vorſteher*, ἐπισάτης, præfectus, quasi anteſtator. *Col. l.* 4. Antistitores, qui observent, quique præcipiant, ne acerbæ uvæ demetantur. Al. legunt Antistites.

Antisto. V. Anteſto.

Antistœchon, vel antistichon, ἀντίστοιχον, figura dictionis, qua littera pro littera ponitur, ut Olli pro Illi, Upilio pro Opilio. *Ser. l. Æn. v.* 425.

Antistrĕphon, est conversio quædam ejusdem propositionis, quam vide apud *Gell. l.* 9. *cap. ult.*

Antistrŏphe, ἀντιστροφή, Lyricis poetis est saltationis genus, quo modo in dexteram, modo in sinistram choros agerent, ac revocarent. Est etiam figura quædam: apud Grammaticos quidem inversio litterarum, ut Roma, amor: apud Rhetores vero repetitionis species, cum in eandem partem orationis sæpius desinitur: ut *Cic. pro Font.* Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimæ copiæ e Gallia, equites numero plurimi e Gallia. Huic contraria est *Epanaphora*.

Antithalamus. V. Amphithalamus.

Antithĕi, orum, m. 2. ἀντίθεοι, ab *Arnobio l.* 4. & *Lactant. l.* 2. *c.* 9. appellantur Dei mali a Magis conficti. Cæterum communiter credebantur spiritus quidam esse, qui se se apud homines insinuantes mendaciis, ac simulationibus eos eluderent, sequę Deos fingerent.

Antithĕsis, sive

Antithĕton, figura est, qua contrariis contraria opponuntur. Ut *Ovid. Met.* 1. *v.* 19. Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. *Quintilianus l.* 9. *c.* 3. Contrapositum vertit, & fuse explicat. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 85. crimina rasis Librat in antithetis.

Antium, *Anzio*, urbs olim & Col. Latii marit. Volscorum caput, a Roma 30. M. P. Circęios versus 36. in Or. ab Ostia 20. in Eur. a Velitris 14. in Mer. ubi Templum Fortunę celeberrimum. Hęc urbs Antium dicta est, quod ante alias urbes in ipso litore sita esset. Populi Antiates. Jacet in ruinis. Successit Neptunum opp. *Nettuno. Horat. l.* 1. *Carm.* 36.

Antlia, æ, machina quędam ad hauriendam aquam accommodata. *iſtrumento con che ſi cava l'acqua*, ἀντλία. *Martial. l.* 9. *epigr.* 19. Curta laboratas antlia tollit aquas. ¶ Apud *Sueton. in Tiber. c.* 51. in Antliam condemnari, est ad exhauriendam sentinam, vel aliam aquam damnari. V. *Lipſ.* 2. *Eleſt. c.* 15.

Antlo. V. Anclo.

Antœci, m. 2. ἀντοῖκοι, pop. trans equinoct. circulum, tot graduum latitudine ab eodem Austrum versus distantes, quot nos versus Septentrionem, ita dicti, quod zonam nobis non contrariam, ut antipodes, sed diversam incolant.

Antonia Familia, nobilissima Fam. Romæ, & vetustissima, quę ab Antone Herculis F. originem traxisse fertur.

Antoniānus, a, um, adject. *Cic. Fam. l.* 12. *ep.* 25. Antoniano latrocinio liberata Resp. ideſt Antonii.

Antoniaster, diminut. ex Antonio, ut docet *Priſcian. l.* 3. ex *Cicerone*.

Antoniniānus, a, um adject. ab Antonino: ut Antoninianę thermę. *Eutrop. in Carac.* Sic Antoniniani sodales, apud *Capitol. in Marco*, *c.* 15.

Antonīnus, m. 2. cognomento Pius, Romanorum Imperator, qui Ælio Hadriano succeſſit anno Christi 139. al. 140. Cum filium non haberet, M. Antoninum Philosophum adoptavit, eumque moriens imperii successorem reliquit. ¶ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Severum Romanum tenuit Imperium, anno 214. al. 213. ¶ Alius præterea cognomine Heliogabalus, qui Opilio Macrino succeſſit anno 222. al. 223.

M. Antonius, Orator clarissimus, avus Triumviri. *Cic. in Brut.* Duos filios habuit, C. & M. ex quibus C. fuit Consul cum Cicerone. ¶ Interfectus est a Marianis cum multis aliis præstantissimis civibus, quorum capita in rostris pependere. *Cic.* 3. *de Orat.* ¶ M. Antonius Triumvir, M. F. nepos Oratoris, concionem habens adversus interfectores Cæsaris, in qua sanguinolentam vestem ostendit, effecit, ut ob metum ab urbe profugerent. Mutinam Bruti provinciam invasit, ideo a Senatu hostis judicatus est, superatusque ab Hircio, & Pansa Coss. & Octaviano puero, Triumviratus fœdere inter eum, Lepidum, & Octavianum inito, Fulvia repudiata, Octaviam sororem Augusti duxit, M. T. C. occidit, Brutum, & Cassium in Macedonia apud Philippos superavit, cum inter se orbem terrę divisissent, ut Antonio Oriens, Lepido Africa, Octaviano Occidens obtingeret, Antigonum Judæorum R. fecuri percussit, ad bellum Parthicum Ventidium legatum misit, qui interfecto Pacoro R. F. triumphavit, Phraatem Medorum Regem vicit, & ad Araxem usque persecutus est, Armenię Regem in triumphum Alexandriam duxit, captus amore Cleopatrę Octaviam repudiavit, ad Actium navali prælio ab Augusto superatus est, Alexandriæ obsessus gladio sponte occubuit, an. æt. 56.

Antonomasia, f. 1. ἀντονομασία, Tropus, quo aliquid pro nomine ponitur, ut Filius Virginis pro Christo. *Quintil.* 8. *c.* 6. & 9. 1.

Antræ, arum, f. 1. convalles, vel arborum intervalla. *Feſt.*

Antrāre, gratias referre. *Feſt.*

Antrum, n. 2. *antro*, *ſpelonca*, מערה, Ger. *ein hele*, Gall. *caverne*, Hisp. *cueva*, ἄντρον, specus, vel caverna: vox Poetis, quam aliis, usitatior. *Virg.* 6. *Æn.* Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.

Anŭbis, is, & idis, m. 3. *cane*, Ger. *ein Gott. der Ægyptiem*, *ſolte in eines hunds geſtalt verebreten*, ἀνουβίς, lingua Ægyptiaca dicitur canis, sub cujus forma colebatur Mercurius. *Diodorus* scribit, Anubim filium fuisse Osiridis, qui canem gestabat, tanquam armorum insignia. Ex quo Ægyptii canem venerantur, & Anubim Deum canino capite effingunt. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 13. ¶ In accus. habet etiam *Anuben*. *Plin.* 33. 9.

Anularis, vel Annularis, e, adject. ab annulo. *Anularis color* dicitur a *Plin. l.* 35. *c.* 7. *in fi.* qui fit ex creta admixtis vitrei vulgi anulis. Hinc intelligitur, quid sit anularia creta, cujus meminit *Vitruv. l.* 7. *c. ult.*

Anularĭus, m. 2. *orefice*, *che fa anelli*, δακτυλιοποιός, artifex, qui anulos facit. *Cic.* 4. *Acad. c.* 26. Anularia creta. *Vitruv. l.* 7. *in fi.* V. Anularis.

Anulātus, a, um, δακτυλιωτός, anulo ornatus. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 21. Cum anulatis auribus. ¶ Item compede vinctus. *Apul. l.* 9. *Metam.* Frontes litterati, & capillum semirasi, & pedes anulati.

Anŭlus, m. 2. *anello*, טבעת, Ger. *ring*, Gal. *anneau*, Hisp. *anillo*, digitorum ornamentum, quasi anus, a circuitu, vel rotunditate, Græce δακτύλιος, a δάκτυλος, digitus. ¶ Mos fuit veterum gerere anulum in digito siniſtræ manus, qui est minimo proximus. *Gell. lib.* 10. *cap.* 10. ¶ Scribitur & Annulus: sed consule dicta in *Annellus*. *Ovid. l.* 1. *de arte am. v.* 473. Ferreus assiduo consumitur anulus usu. ¶ Anulis aureus erat insigne Senatorum & equitum R. ferreo cæteri utebantur. In militia vero etiam quilibet Tribunus jus anuli aurei habuit. Sub Imperatoribus tamen ingenuus quisque aureo usus est: quin & ipsi libertini interdum hoc idem jus impetrarunt. Fuse de universo anulorum apud Romanos usu agit *Camillus Sylveſtr. in notis ad Sat.* 10. *Juvenal.* ¶ Anuli etiam sunt crispati in orbem crines, & spiratim torti. *Martial. l.* 2. *epigr.* 66. Unus de tot peccaverat orbe comarum Anulus, incerta non bene fixus acu. ¶ Sumitur & Anulus pro vinculis, seu compedibus. *Id. l.* 11. *ep.* 38. Anulus iste tuis fuerat modo crinibus aptus. ¶ Item pro quovis circulo. *Plin. l.* 13. *c.* 9. Anuli velares. *h. e.* circuli, quibus aulæa, & vela suspenduntur.

Anus, us, *vecchia*, זכנה, Ger. *ein alth*, *vveib*, *ein vettel*, Gal. *vieille*, Hisp. *vieja*, γρῶς, gen. fem. & prima cor. vetula dicitur, ab annorum multitudine ita vocata. nam Vett. scribebant anus pro annus. vel ab ἀ, & νῶς, sensus, intellectus, quod jam mente careat. *Cic. Tusc.* 1. *c.* 21. Quę est anus tam delira, quæ timeat ista? ¶ Per catachresim quandam, chartam anum dixit *Catull. epigr.* 69. & amphoram anum *Martial. l.* 6. *epigr.* 27. ¶ Dicitur etiam *anus*, *uis*, *ui*. *Terent. Heaut.* 2. 3. 46. Ejus anuis causa. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 16. Vindemia hęc huic anui non satis est soli.

Anus, i, m. 2. podex, *culo*, אחור, Ger. *arſſ*, Gal. *deriere*, Hisp. *ſalvonor*, πρωκτός, pars posterior verenda. *Cic. Pæto l.* 9. *Fam. ep.* 22. Anum appellas alio nomine, cur non suo potius?

Anxie, adverb. *anſioſamente*, בראגה, Ger. *ſorgfeltiglich*, Gall. *auec chagrin*, & *ennuy*, Hisp. *congoxoſamente*, φροντιστικῶς, solicite, curiose. *Plin. l.* 11. *c.* 52. Ne in se quisque & auguria anxie quęrat. *Salluſt. Jugur. c.* 82. Neque tam anxie laturum fuisse, si &c.

Anxietas, tis, f. 3. *affanno*, *ſollecitudine*, דרדה, דאבה, Ger. *anhaffigkeit ſorgfeltigkeit*, ἀδημονία, nimia solicitudo. *Plin. l.* 7. *c.* 53. Quem eventi anxietate diximus mortuum. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 12. In aliis anxietas.

Anxietudo. V. Anxitudo.

Anxĭfer, a, um, o. 1. 2. *che porta affanno*, ἀλγηρός, angorem, anxietatemque ferens. *Cic. in proœm. de ſuo Conſul. l.* 1. *de Divin. c.* 13. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

Anxĭo, as, are, anxietatem, seu solicitudinem afferre, *dar faſtidio*, *o travagliare*. *Apul.* 4. *Met. p.* 155. *ed. Elmenh.* Tristitia animi, languore corporis, damnisque cęteris anxiatum iri prędicunt.

Anxitūdo, inis, f. *affanno*. *Cic. de Rep. l.* 2. *apud Non.* 2. 32. Anxitudo prona ad luctum. ¶ Dicitur & *Anxietudo*. *Paulin. Nol. ep.* 14. *ed. Pariſ. ad Delphin.* Ut gravissimę anxietudinis pœnam lucraremur.

Anxĭus, o. 1. 2. *ſollecito*, רואג, Ger. *ſorgfeltig*, Gal. *ennuye*, Hisp. *congoxoſo*, περιαλγὴς solicitus, mœstus, ab ἄγχω. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 17. Anxio & solicito animo esse. Et *de Senect. c.* 18. Sunt morosi, & anxii, & iracundi, & difficiles senes.

Anxur, tam masc. quam neut. gen. *Terracina*, urb. E. Latii, in Campania Romana, ad radices montis, in ora maris Tyrrheni, apud ost. Ufentis Fl. a Roma 60. M. P. inter Circęios ad Occ. & Fundos ad Or. 10. a conf. R. Neap. 2. a Cajeta 15. in Occ. Dicta est Anxur, quia ibi colebatur *Juppiter Anxurus*, ideſt, imberbis, ab ἄνευ, sine, & ξυρός, novacula, quod propter juventutem barbam nunquam rasisset: vel *Anxurus*, id est qui barbam habeat, sed tonsore non utatur. ¶ Monet *Scalig. ad Feſt.* & *Cerda ad* 3. *Æn. v.* 799. scribendum esse *Axur*, & *Axurus*: nam Græce ἄξυρος dici.

Anxŭrus. V. Anxur.

A ANTE O.

Aon, ŏnis, m. 3. ἄων, fil. Onchesti Apuli ex Parichia conjuge, qui factione suorum ex Apulia pulsus, Euboeam navigio venit, & inde se in Bœotiam detulit, ubi populis montes habitantibus imperavit, eosque Aones una cum montibus de suo nomine appellavit, a quibus Neptuni filius habitus est. Filium Dymantem reliquit, qui ei in Regno successit.

Aŏnes, Ἄονες, Bœotię populi, & montes. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 65. Aonas in montes ut duxerit una sororum. *h. eſt*, una ex Musis duxerit ad fontem Aganippes, Musis sacrum, qui in Bœotię montibus est.

Aonia, ἀονία, pars Bœotię montuosa, in qua sunt Aones montes dicti ab Aonibus Populis antiquis Bœotię: Est etiam ibi Aganippe fons Musis dicatus, qui & fons Aonius dicitur. ¶ Sumitur etiam pro tota Bœotia, ut ait *Serv. in Ecl.* 10. *Virg. v.* 12. & *Gell.* 14. 6.

Aŏnis, idos, patronym. femin. *Aonides* dictę Musę frequentissime a Poetis. *Juven. ſat.* 7. *v.* 58. Cupidus silvarum, aptusque bibendis fontibus Aonidum.

Aonĭus, a, um, adject. *Virg.* 3. *Georg. v.* 11. Aonio rediens deducam vertice Musas. Et *Ovid.* 3. *Met. v.* 339. Aonias urbes. *i. e.* Bœotias dixit.

Aoratos, ἀόρατος, h. e. invisibilis, unus est ex gonibus Valentini, apud *Tertull. adverſ. Valentinian. c.* 35.

Aornos, vel Aornus, f. 2. ἄορνος πέτρα, petra apud Indos præceps, & invia, ita dicta ob admirandam altitudinem, quasi ipsis etiam avibus inaccessa. Scribit *Plut.* Alexandrum, cum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse, Nunc locus iste facillimus est captu. V. *Curt. l.* 8. *c.* 11. ¶ Est & Aornos locus in Epiro ita dictus a pestifera exhalatione, teste *Plin. in Proœ. l.* 5. ¶ Hoc etiam nomine dictus lacus inter Puteolos, & Bajas, qui postea Avernus est appellatus.

A ANTE P.

Apăge, ἄπαγε, & apage te, *va via*, *leva via*, *eh via*, לך מוה, Germ. *troll dich hinvveg*, Gal. *ote toy d'icy*, Hisp. *quietate de ay*, remove vel remove te, verb. def. Imper. modi, quod accusat. poscit, ab ἀπάγω, abduco, abigo, removeo. *Vat. ad Cic. l.* 5. *ep.* 10. Apage te cum nostro Sex. Servilio. *Plaut. Amph.* 2. 1. 31. Apage te a me. *Idem Mercat.* 1. 2. 33. Apage istiusmodi salutem, quæ cum cruciatu advenit. ¶ *Apage sis. Terent. Eun.* 4. 6. 18. Apage sis: egon' formidolosus? *Plaut. Pœn.* 1. 2. 15. Apage sis: negotii quantum in muliere una est! *lungi*, *lungi*.

Apagĕsis, adv. familiariter corripientis, quod significat, aufer, si vis, vel absolute, abi, si vis. *Apul.* Apagesis jam cruentos Deos. *Plaut. in Pœn.* Apagesis, negotii in muliere quantum una est!

Apăla, vel Hapăla ova, idest recentia, *ova fresche*, ἁπαλὸς enim mollem, seu tenerum significat. Marcellus Empiricus: Statim dare debes lentem, & betam coctam, vel alicam, vel ova apala, &c. Adde *Apic. l.* 7. *c. ult.* & *Cæl. Aurelian. Tard.* 2. 7.

Apălar, vel apalare, idem fere quod cochlear. Isid. apalare, cochlear *Auson. epist.* 21. *ad Paulin.* Jam patinas implebo meas, ut parcior ille Majorum mensis apalaria succus inundet. *Scalig.* & *Salm.* contracte legunt *Aplaria*. ¶ Dicitur ab ovis apalis; hoc enim instrumento, quemadmodum cochleari, veteres utebantur ad extrahenda ova. ¶ Scribitur & hapalar, a Græco ἁπαλὸς. V. *Cochlear*.

Apalæstri, ἀπάλαιστροι, dicti sunt, qui palæstram, i. e. decentiam illam, qua status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quandam, leporemque præseferunt, non didicerunt. *Cic. in Orat.* Qualis eorum motus, quos Apalæstros Græci vocant, talis eorum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias. Vero tamen simile est Ciceronem græce ἀπαλαίστρυς, scripsisse. Nam ipsa vox per se græca est. Adde *Quintil. l.* 9. *c.* 4.

Apamēa, & Apamīa, f. 1. ἀπάμεια, *Hamous*, *Hama*, Urbs A. Syriæ, ad Orontem fl. inter Antiochiam, & Hemesam ad 65. M. P. a Larissa 15. Condita est a Seleuco Nicanore, & dicta de nomine Apamæ sororis, vel uxoris ejus. ¶ Aliæ sunt Apameæ, quas vide in Lexic. Geogr.

Apamensis, e, adject. &

Apamēnus, a, um, adject. ab Apamea, ut Apamenum vinum. *Plin. l.* 14. *c.* 7. Et Avienus Periegeta *v.* 1093. de Oronte: Præstringitque undis Apamenæ ubera glebæ. ¶ Apamensis, legitur apud *Cicer. ad Attic. l.* 5. *ep. ult.*

Aparctias, æ, m. *Tramontana*, ἀπαρκτίας, ventus ab Arcto flans, hoc est a Septentrione. *Plin. l.* 2. *c.* 47.

Apăthes, ἀπαθὴς, sine perturbationibus animi, qualem Stoici Sapientem esse volebant. *Plin. l.* 7. *c.* 19.

Apathīa, ἀπάθεια, affectuum vacuitas. Usus est *Gell. l.* 19. *c.* 12. Illi apathiæ sectatores, qui &c. *Cicero* apathias sedationes, videtur vertisse 5. *Tusc. c.* 15. vel indolentias, quod fere idem est *Gellio l.* 12. *c.* 5.

Apator, qui est sine Patre. *Tertull.*

Ape, apud antiquos dicebatur pro prohibe. *Festus*. ¶ Gloss. vet. vertit etiam ape, παρὰ, i. e. apud.

Apeliōtes, æ, m. *vento di Levante*, ἀπηλιώτης, ventus ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subsolanum vocant. *Gell. l.* 2. *c.* 22. *Catull. carm.* 26. *v.* 3. Ne sævi Boreæ, ut Apeliotæ.

Apella, m. 1. *circonciso*, מול, λειπόδερμος, sine pelle, quo nomine vocati sunt Judæi circumcisi. *Hor. l.* 1. *Ser. Sat.* 5. *v.* 100. Credat Judæus apella, Sed alii rectius putant, Apellam esse nomen proprium, quo notus Horatii tempore Judęus quidam Romæ fuerit.

Apelles, is, m. 3. Ἀπελλῆς, nomen Pictoris eximii, patria Coi, qui omnes prius genitos futurosque postea artificio superavit, & picturæ plura solus prope contulit, quam cæteri omnes. Fertur, Alexandrum Macedonem a nullo pingi voluisse, quam ab Apelle. V. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Hinc adject.

Apellēus, a, um, ad Apellem pertinens. *Stat. l.* 5. *Syl.* 1. Apelleo vultus signata colore.

Apellinem pro Apollinem dicebant Antiqui. *Fest.*

Apenninicŏla, æ, com. 1. Apennini incola. *Virg. Æn.* 11. *v.* 700. Apenninicolæ bellator filius Auni.

Apenninigĕna, æ, com. 1. qui apud Apenninum genitus est, & inhabitat. Et *Ovid. Met.* 12. *v.* 432. Apenninigenæ quæ proxima Tibridis alveo.

Apenninus, m. 2. *l' Apennino*, ἀπέννινος ὄρος, per duplex nn, vel Apœninus cum œ diphth. (ut scribit *Servius*) quasi Alpes Pœni, quod eas Annibal primus superavit. Mons Italiæ, qui illam mediam in longum dividit. Incipit ab Alpibus maritimis, seu a Genua, & usque ad extremos Salentinos, & Brutios extenditur, continuo jugo, nisi qua transitum præbet. Apud Hirpinos in duo cornua dividitur, quorum alterum desinit ad Acram Japygiam in Salentinis, alterum in Brutiis ad Leucopetram promont. Varia pro locorum diversitate nomina sortitur. *Ovid. Met. v.* 226. Nubifer Apenninus.

Aper, apri, m. 2. *porco selvatico*, *cinghiale*, חזיר מיער, Ger. *vvild schvvein*, Gal. *fanglier*, Hisp. *javali*, porcus sylvester, a græco κάπρος, remota prima littera. *Varr. de L. L. l.* 4. Apri ab eo, quod in locis asperis versantur, nisi a Græcis deductum malis, qui hos κάπρυς vocant. ¶ Fuit in deliciis ciborum apud Romanos. *Juven. Sat.* 1. *v.* 141. Quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros, animal propter convivia natum! ¶ *Uno saltu duos apros capere*, proverb. *pigliar due colombi ad una fava*. *Plaut. Cas.* 2. 8. 42. h. e. una fallacia duos decipere. ¶ Est etiam genus piscis. *Plin. l.* 11. *c.* 41. ¶ Fuit etiam nom. prop. ut M. Aper, &c.

Aperio, is, erui, ertum, a. 4. patefacio, vel declaro, illustro, indico, demonstro, explico, expono, pando, nudo, detego, dissero aperte, facile reddo, palam facio, *aprire*, פתח, Germ. *auffthun*, Gal. *ouvrir*, Hisp. *abrir*, ἀνοίγω, ex ad, & pario, ut inquit *Prisc.* quia partu aperiuntur in lucem edita, quæ latebant in uteri tenebris. *Ter. Adel.* 2. 1. 13. Aperire fores. ¶ Per translationem est detegere, nudare. *Cic.* 1. *Offic.* 35. Ut partes corporis quædam aperiantur. *Id.* 2. *Phil.* 31. Aperire caput. ¶ *Aperire se* est se manifestare, *comparire*, *farsi vedere*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 20. Stella matutinis temporibus se aperit. ¶ Dicuntur etiam *aperire se*, quæ a longe venientibus paulatim conspiciuntur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 275. Et formidatus nautis aperitur Apollo. ¶ Urbane, & translate *Cic. Tusc.* 1. *c.* 3. Aperire fontes philosophiæ. *Id. Verr.* 7. *c.* 71. Aperire locum suspicioni. *Liv. l.* 9. *c.* 27. Aperire alicui occasionem. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 18. Aperire sententiam suam. *Ter. Andr.* 4. 1. 8. Aperire se, *scoprire la sua natura*, *farsi conoscere*. ¶ *Aperii* pro *aperui* quidam legunt apud *Cic. Attic.* 7. 3. sed dubia est lectio. ¶ *Aperibo* in futuro pro *aperiam* antique dixit *Plaut. Trucul.* 4. 2. 50. ¶ Particip. futuri *aperturus*. *Liv.* 38. 55. Et se aperturum ærarium, dixisse, qui, ut clauderetur, effecisset.

Aperta, Apollo vocabatur, quia patente cortina respondebat. *Fest.*

Aperte, adverb. clare, manifeste, plane, non obscure, recte, non dissimulanter, *apertamente*, Gal. *ouvertoment*, *clairement*, Hisp. *claramente*, φανερῶς. *Cic. Brut.* Quæ verba aperte indicant, &c. *Id. pro Q. Rosc.* Planius, & apertius dicam. *Id. Attic.* 14. 13. Lætitiam apertissime tulimus omnes. *Plin. in Paneg. c.* 62. Aperte favere alicui.

Apertibĭlis, le, aperiendi vim habens. *Cæl. Aurelian. Acut.* 3. 3. & 4.

Apertio, onis, verb. f. 3. *apertura*, פתיחה. *Var.* 1. *de re rust. c.* 36. Recenti apertione.

Aperto, as, are, frequentat. ab Aperio. *Plaut. Menæch.* 5. 5. 12. Quæso cur apertas brachium?

Apertūra, æ, *apertura*, idem quod apertio. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Ornamenta forium aperturas habent in exteriores partes. ¶ Aperturæ tabularum, apud JCtos. *Ulpian. ff. l.* 28. *tit.* 5. *l.* 3. *aprimento del testamento*. ¶ Item foramen. *Vitruv.* 10. 9. Relictis aperturis ad aquam intus concipiendum.

Apertum, i, neutra vox adject. quæ induit naturam subst. *luogo aperto*. *Liv. l.* 1. *c.* 33. Castris in aperto positis. *Sallust. Jug. c.* 5. Pauca supra repetam, quo omnia illustria magis, & in aperto sint. ¶ Apud *Tacit. in aperto esse* dicitur, quod facile est, ut *l.* 3. *histor. c.* 56. Cum fessos hieme atque inopia hostes aggredi, in aperto foret. Sic alibi.

Apertus, a, um, nomen ex partic. ἀνοικτὸς, ἐμφανὴς, manifestus, patens, ante oculos positus, *aperto*, *chiaro*, *manifesto*, ut apertus campus. *Virg.* 2. *Georg. v.* 280. Homo apertus, apud *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. idest simplex, non simulator. *Id. pro Cluen. c.* 17. Quis apertior in judicium adductus est? *h. e.* reus manifestior. Et *Verr.* 6. *c.* 20. Nihil tam clausum, neque tam reconditum, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset. ¶ Item expositus. *Liv. l.* 32. *c.* 21. Peloponnesus nulli apertior, quam navali bello. ¶ *Apertum cælum* apud *Virg.* 1. *Æn. v.* 161. est serenum. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Invent. c.* 20. Aperta narratio. *Gell. l.* 6. *c.* 4. Apertis verbis dicere aliquid. *Virg.* 11. *Æn. v.* 360. Aperta pericula.

Apes, vel apis, f. 3. *ape*, דבורה, Ger. *imb*, *biene*, Gal. *abeille*, *mouche a miel*, Hisp. *abexa*, *o abeja*, μέλισσα, & μέλιττα, animal, quod mel efficit. Sunt qui putent gigni apes ex boum fimo, sicut crabrones ex equorum, fuci ex mulorum, vespæ ex asinorum excrementis. *Ovid.* 15. *Met.* & 1. *Fast.* & *Virg.* 4. *Georg.* ¶ Rectus casus singularis *apis* usitatior est, quam *apes*. ¶ In genitivo plurali habet *apum*, & *apium*. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 383. habet *apium*. at *apum* legitur apud *Cic. de Arusp. resp. c.* 12. *Colum. l.* 9. *c.* 2. &c.

Apex, icis, m. 3. cujusque rei summitas seu eminentia, *sommità*, *cima*, ἄκρον, κολοφών. De summo vertice in homine *Virgil.* 2. *Æn. v.* 682. Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex. ¶ Apices avium, idest cristæ. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Apex montis, *Sil. l.* 12. *v.* 709. Et apicem senectutis dixit *Cic. de Senect. cap.* 17. metaphorice auctoritatem, quæ præcipuum senectutis, & summum ornamentum est. ¶ Apices litterarum *Quintil. l.* 1. *c.* 7. sunt accentuum, & syllabarum notæ, quæ superpinguntur. Hinc apices aliquando ipsæ litteræ dicuntur. *Prudent. hym. in honor. Eulal. v.* 136. Quam juvat hos apices legere. ¶ Apices etiam dicuntur Imperatorum litteræ, *Sidon. Apoll.* 1. 5. Utpote sacris apicibus avito. ¶ Etiam pro quavis epistola. *Id. l.* 6. *epist.* 8. Apicum oblator. *h. e.* qui litteras affert.

Apexăbo, onis, m. 3. *boldone*, *sanguinaccio*, intestinum sanguine plenum admisto pingui, sic dictum, quod in summitate quiddam, quasi in capite apicem habeat. *Varr. l.* 4. *de L. L. pag.* 28. *Arnob. l.* 7.

Aphaca, cæ, sive aphace, es, f. 1. ἀφάκη, herba est in arvis nascens, paulo altior lente, foliis admodum tenuibus, terna, aut quaterna semina nigra in siliquis ferens. Hanc *Plin. l.* 27. *c.* 5. *Ruel.* eandem esse putat cum ea, quam vulgus viciam agrestem appellat.

Aphęa, ę, nomen Dianę, sub quo apud Æginetas culta fuit. *Auctor Ciri*, *v.* 303. *ad Dianam*: Et nomen Aphęę Virginis assignant. Sic restituit hanc vocem *Scalig.* perperam in libris depravatam.

Aphęrĕsis, f. 3. ἀφαίρεσις, abscissio, Fig. quę a principio dictionis litteram, vel syllabam aufert, ut Pone metum, pro depone, ex ἀφαιρέω, aufero. *Serv. ad* 1. *Æn. v.* 546.

Aphannę, obscurum Sicilię oppidum, χωρίον ἄσημον. Unde proverb. vel in Aphannas, ἢ εἰς Ἀφάννας, de obscuris, & remotis usurpatur, auct. *Steph. Byzant.* V. Affanię.

Aphareīus, a, um, ad aphareum pertinens. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 304. ubi quidam leg. *Ephyreius*.

Aphĕsas, antos, & Aphesantus, i, m. mons Peloponnesi in Argię regione, quo se primum demisit Perseus Pegaso vectus, cum ad extinguendam Gorgonem ferretur. *Stat.* 3. *Theb. v.* 460. & *Plin.* 4. 5.

Aphareus, m. 2. ἀφαρεύς, per tres syllabas, pater Lyncei.

Aphidnę, arum, Atheniensium vicus, ab Aphidna Thesei socio sic appellatus. *Senec. Hippol. v.* 29. Parvas alius Calcet Aphidnas.

Aphractum, n. 2. vel aphractus, m. 2. *burchio*, *barcha*, ἄφρακτον, navigium apertum, & intectum. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 8. & *l.* 5. *ep.* 13.

Aphrīca, V. Africa.

Aphrodisia, ἀφροδίσια, festa Veneris, vel voluptates Venereę. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 63. & 1. 2. 45. & alibi.

Aphrodisia, f. 1. ἀφροδισία, κοιλιὰς, *Afrodisia*, Inf. in Mari Persico, ubi Persis a Carmania disjungitur, dicta, quod in ea Venus coleretur. ¶ Item urbs E. Carię ab Antiochia Męandri 20. M. P. in Eur. a Laodicea 30. in Mer. ¶ Aphrodisia Templum Veneris, *S. Teodoro*, opp. Cilicię marit. inter Celenderim, & Sarpedonem prom. a Seleucia 12. M. P. in Afr. ab Arsinoe 18. in Or.

Afrodisium, duplex urbs Africę, in Barbaria, una *Africa*, inc. *Mahadia*, in ora R. Tunetani inter Neapolim, & Hadrumetum 20. leuc. in Or. altera *Mabra*, in ora litorali apud Hipponem Regium, in Occ. ¶ Aphrodisium item, *Achaton*, oppid. Cypri in ora ad Or. & Bor. a Salamina 24. M. P. in Bor. inter Carpasium, & Ceranniam. ¶ Item Aphrodisium, Templum Veneris, Venus Pyrenęa, *Capo de Creuz*, prom. & opp. in ora Hisp. citer. in conf. Gall. Narbon. seu Catalaunię, prope montes Antipyrenęos, a Narbone 16. leu. in Mer. a Rhodis 3. in Or. a Caucoliberi 6. in Eur. a Gerunda 10. in Cęc. a Pyrene adverso prom. ad Occ. 68. in Or. Differt a Portu Veneris, *Port Vendres*, qui inde 5. leu. abest in Circ. & 3. ab Helena in Or. in Ruscinonensi Com. ¶ Denique fuit hoc nomine in Latio templum Veneris prope Antium. *Plin.* 3. 5.

Aphrodisius, a, um, adject. ut juramentum aphrodisium, pro vano, & nullius momenti. Aphrodisia opera. id est lasciva, & amatoria. V. *Taubm. ad Plaut. Pœn. a.* 1. *sc.* 2. & *Scip. Gentil. ad Apol. Apul.*

Aphronitrum, *schiuma del salnitro*, Ger. *schaum des salniters*, Gal. *ecume de salpetre*, Hisp. *elatron*, ἀφρόνιτρον, spuma nitri. *Martial. l.* 14. *epigr.* 58. *Plin. l.* 24. *c.* 9.

Aphthę, ἄφθαι, exulcerationes in summo ore, infantibus peculiares, provenientes vitio lactis, quo nutriuntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ętate provectiori. *Celsus l.* 6. *c.* 11. Gręce usurpat: at Latine *Marcell. Empir. c.* 11.

Aphthonius, Sophista, qui scripsit Progymnasmata, hoc est, pręexercitationes in Rhetorica.

Aphya, vel apua, piscis genus, candidum, molle, ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. *Plin.* 31. 8. ¶ Unde proverb.

Aphya

Aphya ad ignem, in ea, quæ celeriter intereunt, aut consumuntur.

Aphythacoras, arboris genus electro fluens, non procul ab hortis Hesperidum, vel juxta Hypobarum Indiæ flu. *Plin. l.* 37. *c.* 2.

Aphyte, es, ἀφύτη, sive Aphytis opp. Thraciæ, non procul a Pallene, Apollinis oraculo insigne, ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. ¶ Incolæ Aphytei. *Steph.*

Apiacīus, a, um, ex apio confectus, ut Apiacia corona, *Hygin. fab.* 74.

Apiacus, a, um, idem quod Apianus, ab Apio, ut brassica apiaca, apud *Plin. l.* 19. *c.* 8. (ubi alii leg. *Apianus*) & *Cato*, *c.* 157.

Apiānus, o. 1. 2. *moscatello*, μελισσήρατος, apibus placens, aut conveniens. Hinc *apianæ uvæ*, quæ nunc vulgo muscatellæ dicuntur, quia eas muscæ infectantur. *Plin. l.* 14. *c.* 2. & 9. *Colum. l.* 12. *c.* 34. ¶ Alii hoc adject. ab apio deducunt: ut *uva apiana* sit, quæ est apio similis, &c.

Apiarium, n. 2. *luogo dove stanno l'api*, Ger. *immenbanck*, μελισσῶν, locus ubi apes consident, seu ubi alvei apium tenentur, quod mellarium, sive alvearium nominatur. *Colum. l.* 9. *c.* 3. & 5. ¶ *Gell. l.* 2. *c.* 20. docet, hanc vocem non multum antiquam esse: Veteres autem *mellarium* dixisse.

Apiarius, m. 2. μελιττουργὸς, qui curat, sive possidet apes. *Plin. l.* 21. *cap.* 10.

Apiarīus, a, um, ad apium pertinens, ut *apiaria corona*, *Hygin. fab.* 74.

Apiastra, vel apiaster, te. 1. μελισσόφαγος, avis dicitur, quæ apes comedit, alio nomine Merops, de qua suo loco. *Serv. ad Æn.* 4. *v.* 14.

Apiastrum, n. 2. *melissa*, μελισσόφυλλον, herba est, qua apes mirum in modum delectantur, unde & melissophyllon, & per syncopem meliphyllon appellatur, hoc est, apum folium. *Varr.* 3. *de R. R. c.* 16.

Apiātus, a, um, o. 1. 2. quod apum impressam habet similitudinem, ab apibus, sicut vermiculatus a vermibus, ut Apiata mensa. *Plin. l.* 13. *c.* 15. ¶ Alii apiatus ab apio derivant; & sic apiata mensa erit, quæ apii semen, & grana dense congesta in ligni venis referre videntur.

Apīcæ oves, *pecore, che non anno molta lana*, σφηκώδη πρόβατα, dictæ sunt, quæ non amplo corpore sunt, nec multam lanam habent, & ventrem glabrum. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Quibus ovibus venter nudus, apicas vocabant, damnabantque. Adde *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 2.

Apicatus, a, um, apice, i. e. pileo tectus. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 396. His etiam conjux apicati sancta Dialis.

Apiciānus, a, um, adject. ab Apicio, ut apiciana condimenta, *Tertull. de An. c.* 33. & apiciana coctura, *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Apicius, ii, quo nomine tres Romæ fuere gulæ studio noti, quorum primus circa tempora Cæsaris natus est; alter sub Tiberio; tertius sub Trajano fuit. Sed secundi maxime gula celebrata est, quem omnium nepotum altissimum gurgitem *Plin. l.* 10. *c.* 48. vocat. Hic ille est, qui cum HS. millies (duos milliones, & dimidium) in culinam congessisset, neque plus HS. centies (250000. Coronati) de patrimonio sibi superesse intelligeret, veneno vitam finivit, metuens, ne sibi esuriendum deinceps esset. Extat de re culinaria liber ipsius nomine; sed qui vel alterius Apicii est, vel alienis accessionibus interpolatus.

Apicius, a, um, ad apicium pertinens, ut apiciæ uvæ, *Cato R. R. c.* 24.

Apicŭla, f. 1. *ape picciola*, μελίττιον, dimin. parva apis. *Plin. l.* 7. *c.* 21. Quam apicula pennis absconderet. Adde *Plaut. in Curc.* 1. 1. 10.

Apicŭlum, n. 2. κορυφὴ, diminut. parvus apex. *Festus*. Apiculum filum est, quo Flamines velatum apicem gerunt.

Apidānus, m. 2. *Pidanemo*, *Epideno*, fl. Thessaliæ, qui ex Bormio M. Gomphos, & Pharsalum præterfluens, in Peneum supra Larissam labitur, acceptis Enipeo, Melace, & Phœnice. *Ovid.* 7. *Metam. vers.* 228.

Apīna, & Trica, f. 1. duo oppida Apuliæ fuerunt, quæ Diomedes evertit, tanta ignominia, ut in proverbii ludibrium transierint. Quoties enim rem nullius pretii ostendere volumus, Apinas, & Tricas nominamus. *Plin. l.* 13. *c.* 11. & *Martial.* 14. 1.

Apinarii, ab Apinis, γελωτοποιοί: Scurræ mimarii, qui divitum mensas sectabantur. *Treb. Poll. in Gallienis*, *c.* 8. quamquam alii, *Apenarii* malint.

Apirocalus, i, *poco pratico*, *rozzo*, *ignorante*, ἀπειρόκαλος. Vox Græca, quæ in quibusdam *Gellii* codicib. *l.* 11. *c.* 7. Græcis litteris scribitur, in quibusdam vero Latinis.

Apis. V. Apes.

Apis, apis, vel apidis, idem qui Serapis, & Osyris. *Luc. l.* 9. *v.* 160. Et sacer in Magni cineres mactabitur Apis. Bos erat, corpore niger, candida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demersum Ægyptii, indicto justitio, veste scissa, & laceratis crinibus defunctum plangebant, invento vero alio mirifice lætabantur. Responsa autem dare non, ut reliqua oracula, solitus est, sed si manu oblatum pabulum sumpsisset a consulentibus, secundos eventus, atque omnia prospera decernebat, si vero abnueret, omnia sinistra portendebat. Ideo cum a Germanico Cæs. pabulum oblatum renuisset, funestum omen, & indubiam necem, quæ paulo post secuta est, prænuntiavit.

Apiscor, eris, *acquistare*, זכה, Ger. *uberkommen*, Gall. *recouvrer*, Hisp. *alcanzar*, τυγχάνω, cujus præteritum volunt esse *aptus sum*, idem est, quod acquiro. *Lucr. l.* 1. *v.* 448. Nec ratione animi, quam quivis possit apisci Habet & *Cat. carm. de Nupt. Pelei*, & *Thetid. v.* 145. Animus prægestit apisci. Et *Tacit. Ann.* 4. *c.* 1. Et *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 14. & *Sulpicius Cicer. Fam. l.* 4. *ep.* 5. ut asserunt *Gruter.* & *Græv.* Quamquam *Manut.* ad hunc postremum loc. ait, omnes veteres suos libros, *adipisci*, exhibere. ¶ Nunc usitatius est *adipiscor*.

Apitius. V. Apicius.

Apĭum, ii, n. 2. *apio*, Gal. *persil*, Hisp. *perexil*, σέλινον, herba folia habens petroselino similia, sed majora, ex quibus fiebant apud antiquos coronæ victoribus in Nemæorum sacris certaminibus. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Quidam hoc nomen ab apice deducunt, quia antiqui apicem capitis apio coronabant. Alii dictum volunt, quod apes vehementer illius flores decerpant. ¶ Hujus herbæ multa sunt genera. Quod enim sponte in humidis locis nascitur, ἑλειοσέλινον, apium palustre dicitur, & uno folio est, nec hirsuto. Quod in siccis, ἱπποσέλινον, quod eo equi libenter vescantur, simile helioselino, sed pluribus foliis. Idem πετροσέλινον dicitur, Lat. apium saxatile, quod in petris nascitur, & olusatrum, vel olysatrum, quod folia habet subnigra, & petroselinum Macedonicum, quod in Macedonia optimum est. Tertium denique est ὀρεοσέλινον, apium montanum, apium agreste, quod in montibus nascitur, cicutæ foliis, radice tenui, *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Aplănes, ἀπλανὴς, non vagus. *Macrob. l.* 1. *de Somn. Scip. c.* 9.

Apluda. V. Appluda.

Aplustre, & aplustrum, & in plural. Aplustria, & aplustra, navium ornamenta. Quæ quia erant amplius, quam essent necessaria usu, etiam *amplustria* dicebantur. Hæc *Festus*. Rectius fortasse duci possit a græco ἄφλαστον. Erant autem aplustra tabula affixa ad summitatem puppis ornamenti causa, interdum in scuti, aut clypei modum, de cujus apice pinnæ ac cristæ eminebant. ¶ *Vet. Scholiast. ad Juven. sat.* 10. *v.* 136. Tabulatum exponit, ad decorandam superficiem navis appositum. ¶ Prima hujus vocis modo producitur, modo corripitur. *Juven. loc. cit.* producit: Et curtum temone jugum, victæque triremis aplustre. Adde *Sil. lib.* 10. *v.* 325. At corripit *Cic. in Arat.* Navibus absumtis fluitantia quærere aplustra. Sic *Rutil. Itinerar. l.* 1. *v.* 513.

Aplysiæ, ἀπλυσίαι, pessimum spongiarum genus, quæ elui non possunt. Cum enim vivæ, atque illotæ sunt, nigricanti sunt colore. *Plin. l.* 9. *c.* 35.

Apo, is, apere, antiq. verb. alligo, vinculo necto. *Fest.* in voce *Apex*.

Apocalypsis, f. *rivelazione*, ἀποκάλυψις, manifestatio mysteriorum alicui facta. *Tertull.* 4. *advers. Marcion. c.* 5. Apocalypsin Joannis Marcion respuit.

Apocarterēsis, ἀποκαρτέρησις est electio mortis per inediam, & famem. *Tertull. Apolog. c.* 46. Lycurgus apocarteresim optavit. *Quintil. l.* 8. *c.* 5. Luxuriosus ἀποκαρτέρησιν, simulasse dicitur.

Apocatastăsis, is, f. ἀποκατάστασις, hæc est restitutio in pristinum statum seu formam. Dicitur ab Astronomis de cursu solis, & reliquorum planetarum, cum post præfinitum tempus sub idem signum redeunt. *Apulej. in Asclep. pag.* 84. *edition. Elmenhorst.*

Apocatastĭcus, a, um, *Apocatasticus Mars*, est cum in eundem locum est restitutus. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11.

Apŏcha, æ, *quietanza*, *ricevere*, Ger. *guittunk*, schedula est, qua fatemur, nobis de pecunia esse satisfactum. ¶ *Antapocha* vero est, quam debitor dat creditori. In *Cod. Justin.* 4. 21. 18. ¶ Acceptilationis nomen generalius est, quam apochæ. Illa enim quamlibet liberationem continet, etiamsi nulla præcesserit numeratio, *apocha* solum dicitur, cum pecunia soluta est. *Ulpian. de acceptil. l. si acceptilatum*, & *l.* 18. *Cod. de fide instrument.*

Apochāre, verbum ab Apocha factum, quod idem videtur esse, ac apocham conficere. *Cod. Theodos. l.* 1. & 2. *de Tribut.* Apochandi licentia; & apochandi præsumptio.

Apoclēti, ἀπόκλητοι, Senatores, sanctiusque Concilium, quod ex delectis constat viris, qui & Decuriones dicuntur. *Liv. l.* 6. V. Apolectus.

Apocolocynthōsis, ἀποκολοκύνθωσις, ab ἀπὸ, & κολοκύνθη cucurbita, titulus est libelli festivissimi, quem Seneca composuit de morte Claudii. Est autem, quemadmodum *apotheosis*, relatio inter Deos, sic *apocolocynthosis*, quasi relatio inter cucurbitas, quam vocem commentus est *Seneca*, ut fatuum Claudii ingenium, & cucurbitæ simile notaret.

Apocŏpe, ἀποκοπὴ, amputatio, ex ἀπὸ, ab, & κόπτω, amputo: figura, cum ultima littera, vel syllaba tollitur, ut *peculi*, pro *peculii*.

Apocŏpus, ἀπόκοπος, exectus, spado, mutilus. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 14. *n.* 8. Inefficaces & apocopos reddent, & qui nihil agere possint.

Apocrisarius, & Apocrisiarius, medii ævi verbum, quo Pontificis, aut Episcopi legatus, seu minister significatur. *Constit. Novell.* 123. *c.* 25. Reverendissimi Apocrisarii cujuscumque Ecclesiæ, &c. ¶ Aliter, & quidem in causa militari hoc verbum adhibetur. *Novell.* 25. *c.* 1.

Apocrŏtus, ἀπόκροτος, durus, asper, rigidus. *Firmicus l.* 7. Nascentur servi miseri, apocroti, oligochronii, & infelices.

Apocryphus, a, um, *apocrifo*, *non autentico*, ἀπόκρυφος, ab ἀποκρύπτω, occulo, abscondo. *Apocryphi libri*, *apocrypha opera* dicuntur a scriptoribus Ecclesiasticis ea, quæ divina carent auctoritate, ideoque publice in Ecclesia legi prohibentur, non quidem semper, ut erroribus plena, & damnata, sed ut humana solum auctoritate fulta: & propterea canonicis, & ἁγιογράφοις opponuntur. Qua de re plura *Justus Fontaninus lib.* 2. *de antiquitatib. Hortæ*, *c.* 3. Hac voce præter *Hieronym. August.* & *Isid.* usus est etiam *Tertull. de anim. c.* 2. & *de resur. carn. c.* 63.

Apocynon, ἀπόκυνον, ossiculum in ranæ sinistro latere, quod si in aquam dejectum fuerit, statim fervere ferunt, amorem item, & jurgia concitare, si in potionem addatur, &c. Sic dictum est, quoniam canum impetus eo cohibentur. *Plin. l.* 32. *c.* 5.

Apŏdes, ἄποδες, alio nomine cypselli, aves ex genere hirundinum, ita dictæ, quod careant usu pedum. Volant plurimum, quies eis nisi in nido nulla: aut pendent, aut jacent. Nidificant in scopulis, atque in editioribus domibus. *Plin. l.* 10. *c.* 39.

Apodictĭcus, a, um, *dimostrativo*, evidentem probationem habens, ἀποδεικτικὸς. *Gell. l.* 17. *c.* 5. Usum esse argumento M. Tullium non probo, neque apodictico, sed, &c.

Apodioxis, ἀποδίωξις, Rejectio est, cum eludimus ab adversario proposita, hac, vel simili formula: Quid attinet de his rebus dicere, cum ad causam nihil faciant?

Apodīxis, f. 3. ἀπόδειξις, evidens probatio, & demonstratio. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. ¶ Latine scripsit *Petron. Satyric. p.* 182. Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde: quod alii explicant, remissionem senilis ætatis, seu liberationem: alii apocham: alii libellum, quo quis se ostendit defunctum esse. Reddere apodixim defunctoriam, inquit *Gronovius*, est leve specimen exhibere.

Apodŏsis, f. 3. ἀπόδοσις, redditio, secunda pars periodi: item figura, qua singulis præcedentibus verbis singula sequentia respondent: item altera exordii pars.

Apodyterium, n. 2. ἀποδυτήριον, spoliatorium, locus, in quo balnearium ingressuri vestes deponebant, quas capsarii servabant. Nam ἀποδύειν est exuere. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 1. *Plin. l.* 5. *ep.* 6.

Apogēus, a terra veniens, ἀπόγειος. *Plin. l.* 2. *c.* 43. Venti cum e mari redeunt, Tropæi vocantur, si pergunt, Apogei. ¶ Astronomis Apogeum est locus planetæ altissimus, & a terra quam maxime distans.

Apogrăphum, i, quod ad exemplar effingitur, *copia*, ἀπόγραφον. *Plin. l.* 35. *c.* 11.

Apolactīzo, a. 1. *assaltare con calci*, ἀπολακτίζω, calcibus invado, per translationem parvifacio, contemno. *Pla. in Epi.* 5. 2. 13. Apolactizo inimicos omnes.

Apolectus, i, ἀπόλεκτος, delectus, selectus. *Liv. l.* 36. *c.* 28. In concilio delectorum, quos Apolectos vocant. Gronov. habet *Apoletos*. ¶ Est & nomen piscis. *Plin. l.* 9. *c.* 15. & *l.* 32. *c.* 11.

Apŏlis, idis, qui caret civitate, ut exul, deportatus, damnatus in metalla. *Martian. l. quidam*, *de pœnis*.

Apollinăres, m. 3. ἀπολλώνια, ludi, qui in honorem Apollinis fiebant.

Apollinăris, e, ad Apollionem pertinens. *Horat. l.* 4. *od.* 1. Laurea donandus Apollinari. *Cic. Phil.* 10. *c.* 3. Apollinares ludos facere. ¶ *Apollinares* ludi fiebant a Romanis in honorem Apollinis. Hi Ludi, cum Annibal esset in Italia, ex Martii clari vatis carmine primum instituti. Cujus in libris hæc inventa *Livius* recitat *l.* 25. 12. eademque fere & *Macrob. l. Sat.* 1. Hostes Romani si expellere vultis, Apollini vovendos censeo Ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant, cum populus dederit ex publico partem, privati uti conferrent pro se, suisque. Iis ludis faciendis præerit Prætor is, qui jus populo, plebique dabit summum. X. viri Græco ritu facient. Hoc invento carmine, censuerunt Patres, Apollini Ludos vovendos, faciendosque; voveri autem, & fieri a Prætore Urb. quod is esse videretur, qui jus populo, plebique sum-

ſummum daret, cum facti eſſent, duodecim millia æris Prætori ad rem divinam, & duas hoſtias majores dandas, & ut X. viri ſacra ritu Græco facerent, hiſque haſtis, Apollini bove aurato, & capris duabus albis auratis, Latonæ bove femina aurata. Ludos Prætor cum facturus eſſet, edixit, ut populus per eos Ludos ſtipes Apollini, quantam commodum eſſet, conferret. Populus eos coronatus ſpectavit, matronæ ſupplicavere, vulgoque apertis januis in propatulo epulati ſunt, celeberque dies omni cæremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calphurnio Prætore, decrevit Senatus, ut ii Ludi in perpetuum voverentur, triennio poſt, ut in perpetuum in ſtatum diem voverentur. P. Varus, ut diximus, Prætor Urb. a Senatu juſſus legem tulit, & ex ea lege primus ipſe vovit, fecitque ante diem 11. Non. Quin. Eumque diem ſolemnem deinde ſervatum eſſe *Livius* tradit. Ego tamen, inquit *Manut. de legib. Rom.* M. Bruti, qui Cæſarem interfecit, Prætoris Urb. abſentis nomine, neque uno die tantum, neque 11. Nonas Quint. factos invenio, ſed cum nonis Quint. eſſent commiſſi, uſque ad 111. Idus datos fuiſſe. Quod ex duobus locis epiſt. ad Att. lib. 16. colligitur. Atque hoc ipſum, de pluribus Ludorum Apollinarium diebus, confirmat ſatis plane, ut videtur, *Liv. l.* 37. his verbis: Ludis Apollinaribus ad v. Idus Quint. cœlo ſereno interdiu obſcurata lux eſt.

Apollinaris, & Apollinarius, ſunt etiam nomina virorum propria. Unde C. Sulpitius Apollinaris Præceptor fuit Pertinacis Imperatoris. Et Sidonius Apollinaris ſcript. latinus Seculi V.

Apollinĕus, a, um, o. 1. 2. φοίβιος, ut Apollinea ars pro arte medica, vel pro arte vaticinandi. *Ovid. in Ibin, v.* 264. Apollinea clarus in arte ſenex. Tireſiam intelligit.

Apollo, inis, m. 3. *Apolline*, ἀπόλλων, fil. Jovis tertii, & Latonæ, frater Dianæ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sed a Græcis idem, atque Sol, exiſtimatur. ¶ Quatuor facultates habuit. Muſicam, ſeu poeſim, vaticinium, medicinam, peritiam ſagittandi. *Plato in Cratylo.* ¶ Dictus eſt quaſi ἀπολύων, & ἀπολύων, propter medicinam; ideſt, abluens a malis, ſolvenſque. ¶ Aliis etiam nominibus appellatur. ¶ Phœbus dicitur a φοίβος, quia ſol eſt purus, caſtus, ſplendidus. Item dicitur Liber, quod libere vagetur per aerem. Item Nomius, a νέμω, paſco, quod Admeti Regis pavit armenta, vel quod Sol paſcit omnia, vel quod Apollo Nomion dedit leges Arcadibus, a νόμος, lex. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Porphyrius ait, eundem eſſe Solem apud Superos, Liberum Patrem in terris, Apollinem apud inferos. Unde etiam tria inſignia circa ejus ſimulacrum videmus, lyram, quæ nobis cœleſtis harmoniæ imaginem monſtrat, Grynæum, quod terrenum Numen oſtendit, ſagittas, quibus Deus infernus, & noxius indicatur. ¶ A gentibus Deus habitus, & cultus eſt, ei magnificentiſſimis templis extructis. Hinc ex varietate locorum varia accepit cognomina, ut Apollo Delphicus, Apollo Thymbræus, &c. Ubique oracula reddebat. Sed omnium oraculum Apollinis Delphici celeberrimum fuit, quem omnes gentes ex omnibus mundi partibus conſulebant. *Cic.* 1. *de Div.* Delphis templum Apollini ædificatum eſt ab Agamede, & Trophonio, qui mercedem petentes, quod eſſet optimum homini, tertio die mortui ſunt reperti. *Plato in Axiocho. Cic.* 1. *Tuſc.* Apollinis tripodem vas aureum fuiſſe conſtat trium pedum a Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, dum uxorem duceret. Sacerdotium Apollinis Delphici a virginibus exercebatur. *Cic.* 1. *de Div.* ¶ Filium genuit Æſculapium. Ipſe imberbis, pater barbatus fingitur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.*

Apollodorĕus, a, um, ad Apollodorum pertinens. *Apollodorei* dicti ſunt diſcipuli cujuſdam Apollodori rhetoris, cujus ſæpe meminit *Quintilian.* ut *l.* 2. *c.* 15. *lib.* 3. *c.* 1. & alibi.

Apollonĭa, f. 1. *Piergo*, ἀπολλωνία, urbs Macedoniæ in R. Albaniæ marit. ad Occ. inter Dyrrhachium 34. M. P. in Auſtr. & Aulonem 25. a litore 7. a Scampe 35. in Occ. juxta quam Æas Fl. 10. ſtad. decurrit. Fuit Colonia Corinthiorum. Hic Octavianus literis operam dabat, cum Cæſar Romæ interfectus eſt. Populi *Apolloniatæ*. ¶ Aliæ ſunt Apolloniæ, quas vide in Lex. Geogr.

Apolloniātæ, m. 1. ἀπολλωνιάται, pop. Apolloniæ. *Plin.* 5. 29.

Apolloniatĭcus, a, um, ad Apollionem urbem pertinens, ut Apolloniaticum bitumen, *Plin.* 35. 15.

Apollonideaſes, ium, incolæ Apollonideæ urbis Lydiæ. *Cic. pro Flacc. c.* 29. ¶ Iidem dicuntur *Apollonidienſes* a *Plin. l.* 5. *c.* 3.

Apollonienſis, ſe, adject. ab Apollonia. *Cic.* 5. *Verr. c.* 34.

Apologatio, onis, idem quod Apologus, ſed vox eſt minus uſitata Latinis nominibus, ut *Quintil.* notat *l.* 5. *c.* 11.

Apologetĭcus, a, um, ad apologiam pertinens, excuſatorius, defenſorius. *Tertull.* librum ſuum, quo Chriſtianorum cauſam tuetur, Apologeticum inſcripſit. Eſt etiam *Hieronymi* Apologeticum ad Domnionem.

Apolŏgo, as, are, rejicio, contemno, repudio: ex græco ἀπολέγω: uſus eſt *Seneca epiſt.* 47. Ipſe illum invicem apollogavit. V. ibi *Lipſ.*

Apŏlogus, m. 2. *favola*, משל, Ger. *fabel*, Gal. *apologue*, Hiſp. *apologo*, ἀπόλογος, fabula, in qua bruta animalia loqui introducuntur. *Cic.* 2. *de Orat.* Ad hoc genus adſcribamus etiam narrationes apologorum. Vide *Quintil. l.* 5. *c.* 11. & *Gell. l.* 2. *c.* 29.

Aponinus, a, um, adject. ab Aponus: ut Aponinæ ſortes (ut leg. *Caſub.* & *Grut.* in *Vopiſci Firmo c.* 3.) Aponus enim non ſolum ſalubris, ſed & fatidicus habitus eſt. V. *Suet. Tiber. c.* 14.

Apōno, is, a. 3. idem quod depono, ex *ab*, & pono. Legitur a quibuſdam Criticis apud *Plaut.* variis in locis, & *Terent.* ſed ubique alii aliter.

Apŏnus, m. 2. *Abano*, ἄπονος, vicus cum fonte, & balneis, in agro Patavino, a Patavio 5. M. P. Euganeos colles verſus. Dictus eſt, non tam quod morbis medeatur, quam quod ſine dolore remedium afferat. *Claudian. Martial. Lucan.* & alii. ¶ Adjective *Martial. l.* 1. *ep.* 62. Cenſetur Apona Livio ſuo tellus.

Apophāſis, ἀπόφασις, negatio, abnuentia, depulſio; Figura Rhetorica eſt. ¶ Apophaſis etiam dicitur catalogus, & index bonorum, qualis fere fieri ſolet a morte alicujus, ab ἀποφαίνω, in lucem profero. Juriſperiti ſuo quodam more dicunt *inventarium*.

Apophorēta, orum, n. 2. *mancia*, מתנה, Ger. *geſchenk*, Gal. *etrenes*, Hiſp. *eſtrenas*, ἀποφόρητα, munera, quæ dari ſolebant Saturnalibus, ab ἀποφορή, tributum. *Sueton. in Dom. c.* 19. Dabat ſicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per calendas Martias feminis. ¶ Munuſcula quoque, quæ a cœna convivis dabantur domum auferenda, etiam apophoreta dicebantur, ab ἀποφέρω, aſporto. *Martialis* hoc titulo inſcripſit librum ſuum decimum quartum. ¶ Apophoreta quoque dicta fuiſſe, quæ Ludorum, aut Spectaculorum editores in fine mittebant amicis, docet *Lipſ.* 1. *Saturnal.* 16.

Apophthegma, tis, n. 3. כשל, Ger. *furtzer, und ſcharffer ſpruch*, Gal. *apophtegme*, Hiſp. *apophtegma*, ἀπόφθεγμα, brevis, & acuta ſententia, ſive acutum dictum, ſive reſponſio, non cujuslibet, ſed illuſtrium tantum virorum. Latine dicterium dicitur. *Cic.* 1. *Off.* Quæ vocant ἀποφθέγματα.

Apophyge, es, ἀποφυγή, pars in columna, quæ ſummam, imamque ſcapi partem revincit, in modum anuli elaborata. *Vitruv. l.* 4. *c.* 7. Sed V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Dicitur & apotheſis, ἀπόθεσις. *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. V. *Bald. loc. cit.*

Apoplanēſis, ἀποπλάνησις, i. e. aberratio, quæ eſt hujus modi ratio, qua differendo, obſcurando, tergiverſando Judicem in errorem trahimus: quod Cicero facit in cauſa Cluentii, qui reus erat veneficii. *Turneb. ad Quintil. l.* 2. *c.* 17.

Apoplecticus eſt, quem dicimus attonitum, cujus videlicet & corpus, & mens ſtupet ictu fulminis, aut morbo. *Celſ. l.* 6. *c.* 26. Græce ſcribit, at Latine *Cæl. Aurel. Acut.* 3. 5. & *Jul. Firmic.* 3. 5. 8.

Apoplectus, idem quod apoplecticus. *Cæl. Aurelian. l.* 2. *Acut. c.* 5.

Apoplexia, f. 1. ſive apoplexis, f. 3. *gocciola*, Ger. *derſchlag*, *oder tropff*, Gal. *apoplexie*, Hiſp. *apoplexia*, ἀποπληξία, ſubita percuſſio, qua totum corpus, & mens ſtupet, ideſt, ſenſu, & motu privatur, quæ fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ab ἀποπλήττω, percutio, terreo. *Celſ. l.* 6. *c.* 26. Id. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. & 27. græce ἀποπληξίαν appellat. *Capitolin. in Lucio Vero, c.* 9. Morbo, quem apoplexin vocant, correptus Lucius.

Apor, pro apud, antiquis. *Feſt.*

Aporiatio, onis, f. dubitatio, hæſitantia, perplexitas. *Tertull. adverſ. hæretic. c.* 49.

Apoſiopēſis, f. 3. ἀποσιώπησις, reticentia, interruptio, Figura Rhetorica indignantibus familiaris, qua aliquid tacetur, quod obſcurum eſt, & interdum longo ſermone explicandum. *Virg.* 1. *Æn.* Quos ego. ideſt, puniam, aut quid ſimile. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. & 3.

Apoſphragiſma, atis, ἀποσφράγισμα. *Plin. l.* 10. *epiſt.* 16. Signata eſt anulo meo, cujus eſt apoſphragiſma, quadriga. Signum inſculptum interpretatur ibi Bucolnerus.

Apoſtaſia, æ, f. *apoſtaſia*, ἀποστασία, defectio a vera religione. *Salvian. de gubern. l.* 6. *ante med.*

Apoſtăta, æ, m. *apoſtata*, *diſertore*, סורר, Ger. *abgefallener*, Gal. *apeſtat*, Hiſp. *apoſtata*, ἀποστάτης, defertor, qui duce ſuo deſerto ad hoſtes transtugit, ut a Chriſtianis ad Ethnicos, vel Judæos. *Tertull. l.* 5. *cont. Marcion. cap.* 11. Apoſtata Marcion. *Sedul. l.* 5. *de Juda proditore:* Tunc vir apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.

Apoſtatĭce, *da apoſtata*, apoſtatarum more. *l.* 1. *Cod. Juſtin. tit.* 1. *in epiſt.* ad Joann. Papam.

Apoſtatĭcus, a, um, ad apoſtaſiam, ſeu defectionem pertinens, vel apoſtaſiæ reus. *Sedul. Joan. c.* 20. *v.* 1. Formidine rurſus Plebis apoſtaticæ, Dominum quæ cæca negaſſet.

Apoſtēma, tis, n. *poſtema*, טפחה, Germ. *geſchwer*, Gall. *apoſteme*, Hiſp. *apoſtema*, ἀπόστημα, vomica, abſceſſus, ſuppuratio, eſt concurſus mali humoris in aliquam partem corporis, ab ἀφίστημι, abſcedo. Tria horum ſunt genera. Nam ſi quiddam melli ſimile contineant, melicerides appellantur, ſi pingue quippiam in morem ſevi, ſteatomata, quod ſi pultis ſimilitudinem referat, quod in iis continetur, atheromata dicuntur. *Plin. l.* 20. *c.* 3. & *l.* 25. *c. ult.*

Apoſtolātus, us, ui, apoſtoli officium, ſeu dignitas, *apoſtolato*. *Tertull. adverſ. Marcion. l.* 1. *c.* 2. Petrum, cæteroſque columnas Apoſtolatus. *Sidon. l.* 7. *epiſt.* 4. Apoſtolatus veſtri patrocinio.

Apoſtolĭcus, a, um, ad Apoſtolum ſpectans, *apoſtolico*. *Tertul. l. de præſcr. adv. hæreſ. c.* 32. Apoſtolicam Eccleſiam, & Apoſtolicam doctrinam dixit. Apoſtolici etiam dicti ſunt quidam hæretici, de quibus *Auguſtin. c.* 40. *de hæreſib.*

Apoſtŏlus, m. 2. *Apoſtolo*, ἀπόστολος, Latine miſſus, ſive nuntius, ab ἀποστέλλω, mitto. κατ' ἐξοχὴν ita vocamus illos duodecim, qui Euangelium per univerſum Orbem a Chriſto D. miſſi promulgaverunt. ¶ Athenis quoque Apoſtoli magiſtratus quidam erant, quorum officium erat recte, atque ordine curare, atque inſtruere claſſem. ¶ *Apoſtoli* dicuntur JCtis, quos dimiſſorias litteras alias vocant, quæ ab eo, a quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, teſtandæ appellationis cauſa dantur. *L. dimiſſoriæ*, *D. de verb. ſignif. & l.* 1. *de libell. dimiſſ.*

Apoſtrŏphe, es, & Apoſtropha, æ, f. ἀποστροφή, Lat. averſio, converſio, Fig. Rhet. qua ſermo a judice, vel auditore alio convertitur, ab ἀποστρέφω, averto, retero. *Cic. pro Mil.* Vos enim jam Albani tumuli, atque luci. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. *Aſcon. in Verr.* 3. *c.* 9.

Apotamia, f. *ſalvaroba*, cella penaria. *Cæl. Aurelian. Acut.* 3. 21.

Apoteleſma, atis, n. ἀποτέλεσμα, hoc eſt, effectio. ab Aſtrologis ita appellatur effectus ſtellarum, hoc eſt quidquid ex Aſtrorum convenientia, mutuoque reſpectu in natali cujuſque efficitur, boni, vel mali. *Jul. Firm. l.* 8. *c.* 5. *n.* 18.

Apothēca, æ, f. *guardaroba*, *ſalvaroba*, ἀποθήκη, cella, in qua aliquid ſervandum reponitur, ut ſunt horreum, cella vinaria, carnarium, & alia hujuſmodi, in ædibus, in quibus cujuſcumque generis fruges reponuntur: ab ἀποτίθημι, repono. *Cic. in Vatin. c.* 5. Cum omnium domos, & apothecas furaciſſime ſcrutarere. ¶ Ulpiano *Dig.* 33. 7. 12. apotheca librorum eſt quod nos dicimus *magazzino*. ¶ Speciatim dicitur de cella, in qua vina ſervantur. Differt tamen a cella vinaria, quia hæc conſtituitur in ima ædium parte, in qua fit vinum, & in cupis, doliis cullearíis, aliiſque vaſis majoribus ſervatur ad uſum familiæ: at apotheca erat apud Veteres in editiore ædium parte, quemadmodum & horrea; & in ea recondebantur amphoræ, & cadi, cæteraque minora vaſa ſervandis, etiam in multos annos, vinis accommodata. *Arnob. l.* 7. *p.* 236. Vinum omne, quod in cellis, atque apothecis eſt conditum.

Apotheōſis, is, f. 3. *canonizzazione*, ἀποθέωσις, conſecratio, & relatio hominis demortui in Deos. *Tertull. in Apol. c.* 34. ¶ Hoc nomine inſcriptum eſt *Prudentis* carmen, in quo agit de Divinitate, de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis, deque aliis ad illud pertinentibus.

Apoſtrŏphus, m. 2. ἀπόστροφος, eſt ſemicirculus averſus ſupra literam poſitus, quo ſignificamus, vocalem, vel conſonantem s, vel vocalem, ſimul & conſonantem s rejectam eſſe ut *Men'?* pro *me ne? magi'*, pro *magis*, *audin'*, pro *audiſne? Diomed. lib.* 2. *Priſcian. de accentib.*

Apothēca, ἀποθήκη, latine repoſitorium, horreum in ſuperiori ædium parte, & generatim quivis locus reponendis quibuslibet rebus idoneus. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Apothecæ recte ſuperponentur his locis &c. *Cic. Philip.* 2. *c.* 27. Apothecæ totæ nequiſſimis hominibus condonabantur. ¶ Frequenter ſumitur pro cella vinaria. *Plin. l.* 14. *c.* 14. ¶ Apud JCtos accipitur pro quodam obligationis genere. V. hypotheca.

Apothēſis. V. Apophyge.

Apoxyomĕnos, ἀποξυόμενος, deſtringens, abſtergens. Signum fuit, Lyſippi opus, de quo *Plin. l.* 34. *c.* 8.

Apozēma, atis, n. *decotto*, ἀπόζεμα, decoctum, hoc eſt aqua, in qua aliquid decoctum ſit. *Æmil. Macer lib.* 1. *c.* 13.

Appango, & Adpango, is, ad aliquid pango, affigo, infigo. *Feſt.* ſeu potius *Paul. Diacon. ejus epitomator*, *in voce* Antipagmenta.

Apparate, *con apparecchio*, Ger. *mit reiſtung*, Gal. *avec appareil*, Hiſp. *con aparejo*, ἀπρεπῶς, adv. cum apparatu, magnifice. *Cic. l.* 13. *Att.* Opipare ſane, & apparate. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 15. Apparatius cœnare.

Appa-

Apparatio, onis, f. 3. apparatus magnificentia, *apparecchio*, παρασκεύασμα, apparatus. *Cic. de Inv. l.* 1. *c.* 18. Suſpicio quædam apparationis. *Id.* 2. *Offic. c.* 16. Magnificentia, & apparatio popularium munerum.

Apparator, oris, m. 3. qui apparat, præſertim ludos. *Liv. l.* 44. *c.* 9. Ab apparatoribus ludi. *Al. leg.* apparitoribus: alii aliter.

Apparatorium, ii, *Inſcript. vetus apud Reinef. p.* 818. Hoc apparatorium pertinet ad monumentum Q. Aquili &c. *Fabrettus Inſcript. p.* 232. aſſerit, apparatorium ædificium aliquod ſepulcro annexum fuiſſe ad luſtrationem ſepulcri, & cœnas ſociales paratum, &c.

Apparatus, a, um, adornatus, paratus; *apparecchiato*, ut apparata verba, *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 7. Domus inſtructior, & apparatior. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 34. Spectaculum apparatiſſimum. *Id. Phil.* 1. *c. ult.*

Apparatus, us, m. 3. *apparecchio*, הכנות, Ger. *rüſtung*, Gal. *apparat*, Hiſp. *aparejo*, παρασκεύη, apparatio, præparatio cum magnificentia. *Cicer.* 3. *Philip.* Quid prandiorum apparatus proferam? *Nepos in Pauſan. c.* 3. Apparatu regio uti, *farſi un trattamento da Re*. ¶ Translate *Cic.* 1. *de orat. c.* 53. Dicere cauſam nullo apparatu, pure, & dilucide.

Apparentia, æ, *apparenza*, *apparizione*. *Tert. l.* 1. *adv. Marcion.* Ab apparentia Chriſti uſque ad audaciam Marcionis. *Firmic. l.* 5. *c.* 8. Homines bonæ apparentiæ, & qui ornatis veſtibus delectantur.

Apparĕo, es, rui, aritum, n. 2. videor, compareo, adſum, præſto ſum, exto, exiſto, conſto, eluceo, emineo, ſpeciem præfero, in conſpectum venio, vel prodeo, *apparire*, נראה, Ger. *erſcheinen*, Gal. *apparoître*, Hiſp. *aparecer*, φαίνομαι, ſignificat videor. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 31. Apparebat enim, has litteras non eſſe ipſius. *Virg.* 1. *Georg.* Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. ¶ Eſt etiam de improviſo ſe oſtendere, *comparire*. *Galba ad Cicer.* Cum equites Antonii apparuiſſent. ¶ Item obedire, & præſto eſſe ad obſequium. παρίσταμαι. *Virg. lib.* 12. Hæ Jovis ad ſolium, ſævique ad limina Regis apparent. *Valer. Max.* 2. 2. 4. Lictori, ut ſibi appareret, imperavit. Adde *Nep. Eum. cap.* 13. ¶ Item comparere. *Plin. in epiſt.* Non ipſe, non quiſquam ex ſervis ejus apparuit.

Appareſco, is, eſcere, idem quod appareo, verbum ſemibarbarum. *Ennod. l.* 7. *c.* 10. Appareſcere in foribus.

Apparitio, f. 3. ἐπιφάνεια. Sumitur pro præſtatione officii, ſeu præſentia miniſtri, ad obſequendum. *Cic.* In longa apparitione ſingularem, & incredibilem fidem. *l.* 13. *Famil. ep.* 54. ¶ Sumitur etiam pro ipſis apparitoribus, aut ſervis. *Ulpian. Dig. lib.* 4. *tit.* 2. *leg. ult.* Apparitione Prædidis interveniente.

Apparitōres, m. 3. *apparitori*, *sbirri*, טבחים, Ger. *ſtattknecht*, Gal. *ſergent*, Hiſp. *alguazil*, κλητῆρες, ſervi, dicti, quod appareant, & præſto ſint ad obſequium, qui & ſtatores dicuntur, ut ſunt, qui magiſtratus circunſtant parati ad obſequendum. *Cic.* 5. *Verr.* & alibi. Dabantur enim comites Magiſtratibus, & ſalarium a Repub. licet parvum accipiebant. Quandoque tabellariorum officio fungebantur. ¶ Iidem & Officiales dicti, de quorum variis generibus V. *Codic. l.* 12. *tit.* 53. *& ſeqq.*

Apparitūra, fæm. 1. παράστασις, miniſterium apparendi magiſtratibus. *Suet. de illuſtr. Grammat. c.* 9. Appariturum Magiſtratibus facere.

Appāro, as, a. 1. *apparecchiare*, הכין, Ger. *zurüſten*, Gall. *apprester*, Hiſp. *aparejar*, παρασκευάζω, aptare ad dignitatem quandam, & pompam, ſeu cum magnificentia. *Cic. Verr. 6. c.* 20. Ornare, & apparare convivium. ¶ Interdum eſt ſimpliciter præparare. *Cic. Phil.* 5. *in fin.* Facilius apparabitis, quæ neceſſitas poſtulat. ¶ Cum infinito. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 28. Delinire apparas. *Suet. in Aug. c.* 47. Trajicere apparans. ¶ Apparare ſe, *metterſi all' ordine*. *Terent. Eun.* 3. 5. 35. Dum apparatur, virgo in conclavi ſedet. ¶ Urbane *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 3. Apparare animum auditoris ad audiendum.

Appellatio, onis, *appellagione*, *nome*, πρόσφημα, προσφώνησις, nominatio, vocabulum, nomen. *Plin. l.* 9. *c.* 13. Omnes qui ſe patris appellatione ſalutarent. *Suet. in Cæſ. c.* 77. Nihil eſſe Rempublicam: (Cæſar pronunciavit) appellationem modo ſine corpore, & ſpecie. ¶ Eſt etiam pronunciatio, *pronunzia*. *Cic. de el. Orat. c.* 74. Lenis appellatio literarum bene loquendi tamam contecerat. ¶ Item provocatio ad judicem alium, præcipue apud JCtos, *appellazione*. *Suet. Ner. c.* 17. Ut omnes appellationes a judicibus ad Senatum fierent.

Appellatīvus, a, um, ut appellativum nomen, quod multorum commune eſt, ut homo animal. *Priſcian. l.* 2. *Chariſ. lib.* 2.

Appellātor, oris, m. 3. qui appellavit, id eſt, qui ab aliquo judice ad alium provocavit. *Cic.* 6. *Verr. c.* 65. Manus ab illo appellatore abſtinerentur.

Appellatorĭus, a, um, *appellatorio*, ad appellationem pertinens; ut libelli appellatorii, *L.* 1. *D. de Appellation.* Et appellatoria tempora, *l.* 5. *D. de Appellation. recip.*

Appellĭto, a. 1. freq. ab appello, as. *Apul. Apol.* Hoccine eſt, quod appellitabatis dæmonium? Et *Feſt. Pomp.* Appellitaviſſe, appellaſſe. ¶ Particip. appellitatus. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 65. Montem eum *Cœlium appellitatum*.

Appello, as, a. 1. nomino, nuncupo, uſurpo, dico, perhibeo, voco, invoco, alloquor, compello, *nominare*, *appellare*, קרל, Ger. *nennen*, Gal. *apeller*, Hiſp. *llamar*, ὀνομάζω, ſign. nominare. *Cic.* 3. *Off.* Qui primus Atticanus appellatus ſit. ¶ Item eſt comiter, ſeu familiariter nomine vocare, vel alloqui, *chiamare*, *parlare*. *Cic. pro Cluent.* Appellat hilari vultu hominem. Et appellare aliquem literis. *Id. l.* 15. *Fam. ep.* 20. Hinc appellare, teſte *Ulpian. de injur.* eſt blanda oratione alicujus pudicitiam attentare. *Senec. l.* 2. *controv.* 15. ¶ Item auxilii, vel teſtimonii gratia quempiam implorare. *Cic. pro Sext. Roſc.* Te nunc P. Scip. appello. ¶ Appellare debitorem, eſt rem nobis debitam a debitore exigere. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 8. Me ut ſponſorem appellat: *i. e.* monet, ut ſolvam. *Colum. l.* 1. *c.* 7. Vel optima nomina non appellando fieri mala. ¶ Interdum eſt poſt ſententiam tanquam iniquam ad ſuperiorem judicem provocare. *Ulp.* Qui appellat, majorem judicem debet appellare. Dicimuſque, Appello Principem, & ad Principem. *Cic.* 7. *Verr.* 65. Appellare prætorem. ¶ Hoc verbum ita conſtruitur ab *Aſconio ad Piſonianam orat.* ut ſignificet filiam alicui in matrimonium offerre. Is præco, inquit, cum Romam veniſſet cum filia, adoleſcentem nobilem Cæſonium auſus eſt appellare; filiam collocavit.

Appello, lis, uli, ulſum, a. 3. applico, admoveo, accedo, *arrivare*, *giungere*, נגש, קרב, Germ. *herzu kommen*, *lenden*, Gall. *aborder*, *arriver*, Hiſp. *aportar*, προσορμίζω, ſignif. adducere, compellere. *Cic.* 7. *Verr.* Cum Perſæ mille numero navium claſſem Delum appuliſſent. ¶ Legitur & *appellere* abſolute, pro accedere, *venire*, *accoſtarſi*. *Accius* apud *Cic.* 1. *Divin.* 22. Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere. ☞ Paſſive *Cic. Ver.* 7. *c.* 25. Appellitur navis Syracuſas. *Id. ib. c.* 28. Alios ex Hiſpania fugientes ad Siciliam appulſos eſſe. ¶ *Appellere animum*, eſt dirigere, intendere ad aliquid agendum, *applicare*. *Ter. Prol. Andr.* Poeta cum primum animum ad ſcribendum appulit.

Appendĕo, es, a. 2. idem quod appendo. *Apic. l.* 8. *c.* 7.

Appendĭcŭla, f. 1. parva appendix. *Cic. pro Rab. Poſt. c.* 4. Appendicula cauſæ judicatæ.

Appendix, icis, f. 3. *appendice*, Ger. *anhang*, Gal. *appantis*, Hiſp. *anadidura*, προσθήκη, quod alii adjunctum eſt, quaſi ex alio pendeat. *Cic. in Har.* Appendiceni animi eſſe corpus. *Liv. l.* 21. *c.* 15. Carpetanorum cum appendicibus Leſcadum centum millia fuere. ¶ Eſt & appendix genus ſpinæ, dictum, quod baccas Puniceas habet a ſe pendentes, quæ & ipſæ appendices nominantur. *Plin. l.* 24. *c.* 13.

Appendo, is, di, ſum, a. 3. *ſoſpendere*, *attaccare*, תמה, Ger. *anhangen*, Gal. *pendre*, Hiſp. *colgar*, προσαπτόω, ſuſpendo, quaſi ad aliquid pendo. *Plin.* Atque uvas jam maturas ad Solem appendere. *Locum hunc, qui a Lexicographis omnibus affertur, nondum invenire potuimus*. ¶ Eſt etiam ad ſtateram, lancemque ponderare, *peſare*, ζυθμίζειν. *Cic.* 2. *Phil.* 38. Ut jam appendatur pecunia, non numeretur.

Appenſus, a, um, particip. ſignificat ſuſpenſum, ſi ferenda eſt quorundam lectio ad *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 21. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari ſeta equina appenſum demitti juſſit. ¶ Item numeratus. *Liv. l.* 5. *c.* 48. Nondum omni auro appenſo. V. Aptus.

Appĕtens, entis, nomen ex particip. cupidus, *deſideroſo*, ὀρεγόμενος. *Cic. pro L. Manil. c.* 3. Appetens gloriæ. *Tacit. hiſt.* 4. 6. 1. Appetentior famæ. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 25. Sumus natura ſtudioſiſſimi, appetentiſſimique honeſtatis. ¶ Item adventans, ut Lux appetens, *Tacit. Annal.* 4. 51. 4.

Appetenter, adv. *con deſiderio*. *Apul. Met. l.* 7. Appetenter ſumere. Adde *Cic.* 1. *Offic. c.* 10. ubi tamen alii aliter legunt.

Appetentĭa, f. 1. *appetito*, תשוקה, Germ. *begierlichekeit*, Gall. *appetit*, Hiſp. *apetito*, ὁρμή, cupiditas, motus animi ad aliquid. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ut ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, libido effrænatam appetentiam.

Appetibĭlis, le, adject. qui optari poteſt, expetibilis, *deſiderabile*, ἐπιθυμητός. *Apul. lib.* 2. *de Dog. Plat.* Solicitudinem & laborem appetibiles dicebat eſſe. *Macrob. Saturn. lib.* 1. *c.* 1. Venuſtate appetibilis.

Appetiſſo, is, idem quod appeto. *Accius* apud *Non. c.* 4. *n.* 8.

Appetītio, onis, f. 3. *appetito*, *deſiderio*, ὁρμή, cupiditas. *Cic.* 1. *Offic.* Adjuncta eſt appetitio quædam principatus. ¶ Sumitur etiam pro facultate appetendi. *Cicer.* 3. *Fin.* Appetitio animi, quæ ὁρμή Græce vocatur, non ad quovis genus vitæ, ſed ad quandam formam vivendi videtur data.

Appetītor, oris, qui appetit. *Lamprid. in Alexand. Sev. c.* 40. Boni linteaminis appetitor fuit. *Ammian. l.* 25. *c.* 5. Laudum intemperans appetitor.

Appetītus, m. 4. *appetito*, ὁρμή, facultas partis inferioris animi, qua cupimus ea, quæ ſunt naturæ accommodata, fugimus, quæ ſunt contra naturam. *Cicer.* 1. *Off. c.* 28. Duplex eſt enim vis animorum, atque naturæ, una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμή Græce, quæ hominem huc, atque illuc rapit, altera in ratione, quæ docet, & explanat, quid faciendum, fugiendumve ſit. *Id. ib.* Efficiendum ut appetitus rationi obediant.

Appetītus, a, um, *deſiderato*, particip. ab appeto. *Pallad. in Mart. tit.* 15. Floribus avidius appetitis. *Cic. in Piſon. c.* 28. Non fugit ejus amicitiam, præſertim cum eſſet appetitus. ¶ Item invaſus, petitus, *aſſalito*. *Cic. pro Quint. c.* 31. Ignominiis omnibus appetitus.

Appĕto, is, ii, & ivi, itum, a. 3. cupio, opto, peropto, deſidero, expeto, aveo, *appetire*, *deſiderare*, שוקק, Ger. *begeren*, Gal. *convoiter*, Hiſp. *codiciar*, ὀρέγομαι, avide cupio, & tam in bonum, quam in malum, ſicuti expeto, capitur, niſi quod in expeto major vis eſt propter ex, quæ maximam in ſe vim continet. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ut bona natura appetimus, ſic & a malis natura declinamus. *Mart.* 9. 27. Appetitur poſito vilis oliva lupo. ¶ Appetere dextram ofculis, *Plin. l.* 11. *c.* 45. h. e. oſculari. ¶ Appetere mammas, *Cic.* 2. *de divin.* hoc eſt conari arripere. ¶ Interdum pro aggredi, invadere, *aſſaltare*. *Cic. pro Sex. Roſc.* Filii vita inſidiis appetita. *Liv. l.* 7. Os, oculoſque hoſtis roſtro, & unguibus appetit. ¶ Eſt etiam verbum neutr. & ſignificat inſtare, appropinquare, *avvicinarſi*, ut Dies appetit, nox, veſpera, &c. conſtruitur cum dat. *Plaut. Aulul.* 1. 1. Propinqua paritudo cui appetit.

Appĕto, onis, idem ac appetitor. *Laber. apud Non. c.* 2. *n.* 43. Alienum appetonibus viæ perditæ diverticula ſequi.

Appia via, f. 1. ὁδὸς ἀππία, via ſaxo quadrato ſtrata, Roma per portam Capenam Capuam, vel, ut alii volunt, Brunduſium uſque ducens, ab Appio Claudio Cæco ſtrata. ¶ Dicitur & *Appia* abſolute. *Horat. l.* 1. *ſerm.* 5. *v.* 6. Minus eſt gravis Appia tardis.

Appiădes. V. Appias.

Appiana poma, n. 2. ἀππιανὰ μῆλα, ab Appia ex Claudia gente cognominata. Odor his maximus eſt fere cotoneorum, magnitudo non multo inferior. *Plin. l.* 15. *c.* 14.

Appianum, ni, n. 2. coloris genus apud *Plin. l.* 35. *c.* 7.

Appĭas, adis, patronym. variis applicari poteſt. *Ovid.* 1. *de Arte am. v.* 83. Appias expreſſis aera pulſat aquis. ubi Appia aqua intelligitur. *Idem de Rem. am. v.* 660. Non illas Ides Appias ipſa probat. *i. e.* Venus, cujus templum in foro C. Cæſaris fuit, prope aquam Appiam: vel propter meretriculas Veneri ſacras, in Appia Via ante portam habitantes. *Id.* 3. *de Arte am. v.* 451. Has Venus e templis multo radiantibus auro Lenta vides lites, Appiadeſque Deæ: ubi *Cæl. Rhodig. l.* 12. *Antiq. lect. c.* 1. per Appiadas Deas Pacem, Pallada, Concordiam, Venerem, Veſtam intelligit. Sed *Heinſ.* legit *Appiadeſque tuæ*, h. e. meretriculæ.

Appiĕtas, atis, nomen fictum a *Cic. l.* 3. *Fam. epiſt.* 7. quo ſuperbiam Appii Claudii notat.

Appingo, is, nxi, ctum, idem quod pingo, vel juxta pingo. *Horat. de art. poet. v.* 30. Delphinum ſylvis appingit, fluctibus aprum. ¶ Translate *Cic. l.* 2. *Attic. ep.* 8. Superiorem epiſtolam reſtitue nobis, & appinge aliquid novi. i. e. adſcribe. ¶ In poſteriori hac notione poteſt commode derivari a *pango*; qua ratione eſt *appingo*, *is*, *pegi*, *pactum*.

Appius Claudius cæcus, in veteri Rom. hiſtoria nobilis, diſturbata maxime cum Pyrrho pace, de quo *Ovid. 6. Faſt. v.* 203. ¶ Fuerunt & alii hoc prænomine in Gente Claudia, de quibus *Sueton. in Tiber. proœm.* 4. *capitibus*. ¶ Appii os habere. i. e. impudentem eſſe, *Cic. Fam.* 5. *ep.* 10. Sed incertum de quo Appio loquatur.

Applaudo, is, uſi, uſum, n. 3. *applaudere*, ספק, Ger. *frolocken*, Gal. *applaudir*, Hiſp. *hazer applauſo*, ἐπικροτέω, allido. *Apul. 6. l. Meteſ.* Incuſſis eam poſteriorum pedum calcibus protinus applaudo terræ. Al. leg. *Applodo*. ¶ Aliquando applaudere, eſt manuum, vel pedum plauſu favorem oſtendere. *Cic. pro Sext. c.* 54. Quibus viris, aut cui generi civium maxime applaudatur.

Applaudor, oris, m. 3. qui applaudit. *Plin. in Pan. c.* 46. Populus ille aliquando ſcenici Imperatoris ſpectator, & applaudor.

Applauſus, a, um, o. 1. 2. partic. ἐπικεκροτημένος. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 372. Ille cavis velox applauſo corpore palmis Deſilit in latices. h. e. percuſſo leviter. *Sil. l.* 16. *v.* 356. *de Camphaſo equo*. Camphaſus ipſe aſper, nec qui cervicis amaret Applauſæ blandos ſonitus.

Applauſus, us, m. 4. ἐπικρότησις. *Cic.* 2. *de Div. c.* 50. Magno applauſu loqui-

loquitur assentiente populo &c. Al. leg. *plausu*.

Applicatio, f. 3. actus ipse applicandi, *applicazione*, *Cic. in Læl. c.* 8. A natura videtur orta amicitia applicatione animi cum quodam sensu amandi. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 39. jus applicationis vocat illud, quod ab Atheniensibus ortum erat, apud quos peregrini se alicui opulento civi in clientelam dabant: qui si intestato essent mortui, eorum bona patronus jure applicationis obtinebat.

Applicātus, & Applicitus, a, um, nomen ex particip. *applicato*, *avvicinato*. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 101. Applicatæ ad terram naves. *Cic. Fam.* 4. *ep.* 13. Applicatus ad se diligendum. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. §. 23. Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum. ¶ Appliciore nexu inhærere, h. e. applicatiore, *Apul. l.* 10. *Metam.* Hoc autem comparativum ab inusitato *applex*, *icis* nascitur.

Applico, as, a. 1. avi, atum, & applicui, applicitum, *accostare*, *attaccare*, גנח, Germ. *herzu legen*, Gall. *appliquer*, Hisp. *aplicar*, προσπλησιάζω, adjungo, annecto, contero, socio, & constructur cum dativo, vel accusativo cum ad. *Virg.* 1. *Æn.* Quæ vis immanibus applicat oris? *Subaudi te*. *Cic. Ap. Pul.* Omnes vires civitatis se ad Pompeji dictum applicaverunt. *Id. in Brut.* Me ad Milonem applicavi. *Id. pro Cluent.* Applicare se ad alicujus familiaritatem. *Ovid.* 4. *Fast.* applicare oscula feretro. *Liv. l.* 37. *c.* 12. Applicare classem in locum aliquem. *Cæs. l.* 6. *B. G. c.* 27. Applicare se ad arborem, *appoggiarsi*. *Cic.* 3. *Tusc.* Quo accedam, quo applicem? *Pomp. l. si id*, *D. fam. ercisc.* Servum rei communi applicare, h. e. præficere. *Cic.* 1. *Offic. c.* 32. Alii se ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant. *Horat. l.* 3. *od.* 11. Applicare aures alicui, *dar l'orecchio*.

Applōdo, is, osi, osum, *applaudere*, ἐπικροτέω, idem quod applaudo. Veteres enim *plodo* dicebant, quod nos plaudo. Applodere fulgetris, apud *Plin.* est favere, testarique honorem illo motu. V. Applaudo. ¶ Applodere aliquem terræ est ad terram dare. *Apulej. l.* 6. *& 9. Metam.*

Applōro, n. 1. προσδακρύω, apud aliquem ploro, vel una cum aliquo ploro. *Hor. Epod.* 11. *v.* 17. Querebar applorans tibi.

Applōsus, a, um, applausus, allisus. *Spartian. in Anton. Geta*, *c.* 3. Allatum ovum applosum ad terram fregit. Sic & *Lamprid. Heliogab. c.* 6.

Applūda, f. 1. *pula*, *fomola*, κτενίδιον, furfur, ab applodendo, quod propter tenuitatem, quia minutissima est, spiritu dejicitur. *Gell.* 11. 7. ¶ *Plin. l.* 8. *c.* 10. docet, appludam vocari purgamenta millii, & panici, & zizaniæ, cum in frumento palea dicatur. ¶ *Nonius*, *& Gell. l.* 11. *c.* 7. auctores sunt, Frumenti furfures a rusticis veteribus appludam fuisse appellatos. *Nævius* apud *Fest.* Non hercle appluda est hodie, quam tu nequior.

Applumbo. V. Adplumbo.

Applŭo, is, ere, idem quod pluo, *piovere*. *Plin. l.* 9. *c.* 16. Ubicumque pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat, examinantur. Al. leg. *affluat*.

Appōno, is, sui, situm, a. 3. pono, antepono, affingo, adscribo, addo, adjungo, admoveo, adduco, *mettere appresso*, προσίθημι, est ad aliquid ponere, seu adjungere. *Cic. in Pison. c.* 30. Notam apponebat ad malum verbum. *Petron. in Satyr. c.* 135. Apponere cucumam loco. *Horat. l.* 2. *od.* 5. Apponere alicui annos. h. e. addere. *Id. l.* 1. *od.* 9. Apponere aliquid lucro. *tenere per guadagnato*. *Plin. l.* 8. *c.* 51. solidum aprum in epulis apponere. *metter'in tavola*. Sic *Cic. Verr.* 6. *c.* 22. Cœnam isti dabat: apposuit patellam, &c. ¶ Apponere alicui pædagogum, custodem, &c. est dare. *Cic. c.* 16. *Divin. Verr. & Sueton. in Claud. c.* 2. ¶ *Terent. Andr.* 2. 1. 3. Postulare, id gratiæ apponi sibi. *pretendere*, *che se gliene sappia buon grado*: *che segli resti obbligato*. ¶ Aliquando est deponere. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 35. At onus urget. Mi. Si. At tu appone, & respice ad me. Adde *Ter. Heaut.* 1. 1. 36. Ita enim in plerisque MSS. legitur. Atque in hoc sensu aliqui scribunt *Apono*, unico p. V. *Pareum Lex. crit.* ¶ *Appŏsīvi* pro *appŏsui* legitur apud *Plaut. Mil.* 3. 3. 30.

Apporrectus, a, um, *disteso*, porrectus apud aliquem. *Ovid. Met.* 2. *v.* 563. infantemque vident, apporrectumque draconem.

Apportātio, onis, actus apportandi. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Cujus materiei si esset facultas apportationibus ad urbem, maximæ haberentur in ædificiis utilitates, *se si potesse condurne in Città*.

Apporto, a. 1. *portare*, *condurre*, Ger. *herzutragen*, προσφέρω, affero, adveho. *Cic.* 1. *Offic. c.* 42. Mercatura multa undique apportans. *Id.* 3. *Verr. c.* 56. Lapis apportandus fuit. ¶ Item pro nuntiare. *Ter. Andr.* 5. 2. 17. Quidnam apportas?

Apposco. V. Adposco.

Appositè, adverb. *acconciamente*, הֵיטֵב, Germ. *figlich*, Gal. *propremente*, Hisp. *lindamente*, ἐπιτηδείως, apte, accommodate. *Cic. de Invent. l.* 1. *c.* 5. Dicere appositè ad persuasionem.

Appositio, onis, f. 3. adjunctio. *Cic. in Parad.* 1. *c.* 3. Hæc sine appositione exemplorum lentius disputantur. Al. aliter leg. ¶ Est & Appositio figura Syntaxeos, quæ & Epexegesis dicitur. V.

Appositum, i, n. V. Appositus, a, um.

Appositus, us, ui, m. 4. idem quod Appositio. *Plin. l.* 23. *c. ult.* Prodest appositu, totu, illitu. & *l.* [illegible] *c.* 5. Appositu, vel suffitu.

Appōsītus, a, um, o. 1. 2. *posto appresso*, *atto*, *accomodato*, שׂוּמָה, Ger. *richtig*, Gal. *apposé*, Hisp. *apuesto*, ἐπιτήδειος, quod ad aliquid, vel juxta positum est. *Cic. de Invent.* Gladium prope appositum e vagina eduxit. ¶ Aliquando sumitur pro conveniens, *convenevole*, *acconcio*. *Id. ibid.* Si quid ad id appositum sit, quod nos interpretamur. Et 6. *Verr. c.* 57. Operarius appositior ad deferenda, quam ad auferenda signa. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 10. Non omnis apta natio ad pecuariam: Galli appositissimi, maxime ad jumenta. ¶ Appositus est etiam adjacens. *confinante*, *vicino*. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 7. Appositum Luppiæ castellum. Et *Curt. l.* 4. *c.* 1. Apposita urbi regio. ¶ Appositum, i, substant. pro Repositio. *Senec. l.* 4. *de Benef.* Ut multa etiam ex appositio, & acquisito perdenda sint. ¶ Est etiam appositum idem quod epithetum, *epiteto*, *aggiunto*. *Quintil. l.* 8. *c.* 2. *& 6.*

Appōtus, a, um, *quello*, *che ha bevuto molto*, סבוא, Ger. *sauffer*, Gal. *qui a bien bu*, Hisp. *el que bevio mucho*, οἰνόληπτος, qui multum potavit. *Plaut. in Am.* 1. 1. 126. Credo quidem dormire solem, atque appotum probe. Adde *Curcul.* 2. 3. 75. & *Rud.* 2. 7. 8.

Apprĕcor. V. Adprecor.

Apprehendo, is, endi, ensum, a. 3. & in carmine *apprendo*, arripio, appeto, *prendere*, *stringere*, אחז התוך, λαμβάνω, capio, attrecto, ad me traho. *Cic. de Nat. Deor.* 2. 47. Vites claviculis adminicula quasi manibus apprehendunt. *Plaut. Amph.* 5. 1. *v.* 65. Altera alterum apprehendit manu perniciter. *Plin.* 10. 74. Apprehendere aliquid morsu. ¶ Apprehendere hominem est vi capere, captivum facere, apud *Gell. l.* 5. *c.* 14. ¶ Est etiam occupare. *Cæs. l.* 3. *B. C. c. ult.* Militibus expositis Pharum apprehendit, atque ibi præsidium posuit. ¶ Poetæ contrahere amant. *Sil. lib.* 16. *v.* 373. Nisusque apprendere primos.

Apprehensĭbĭlis, le, adject. *Tertull. adverf. Valent. c.* 11. Filium constituunt apprehensibilem Patris.

Apprehensio, onis, actus apprehendendi. *Macr.* 3. *Saturn. c.* 2. *in illud Virg.* 12. *Æn. v.* 201. *Tango aras*, *medios ignes*, *&c.* Eandem vim nominis ex apprehensione significat. ¶ Pro intellectione non semel usurpatur a *Cæl. Aurel. Acut.* 1. 8. *Tard.* 5. 4. *&c.*

Apprehenso, & Apprenso, as, frequentativum ab apprendo. *Gratius in Cyneg. v.* 239. Mandit humum, celsasque apprehensat naribus auras.

Apprehensus, & contracte Apprensus, a, um, *preso*, *afferrato*. *Sueton. in Claud. c.* 15. Pede apprehenso detinere aliquem. *Stat.* 3. *Silv.* 4. *v.* 43. Apprensa traxisset fortius urna.

Apprĕtio, as, a. pretio æstimo. *Tertull. de resurr. carn. c.* 9. Cujus passiones sibi apprettat.

Apprima, adverb. inprimis, apprime. *Virg.* 2. *Georg. v.* 134. Flos apprima tenax. Al. leg. *Apprime*, ut corripuerit ultimam, quam similiter *Lucret.* & *Horat.* in *Superne* corripuerunt.

Apprīme, in primis, egregie, valde, *sopra ogni altra cosa*, *più che altro*, εἰς τὰ πρῶτα, adv. ab apprimus, quod est longe primus, signif. valde. *Ter. in Andr.* 1. 1. 34. Id arbitror apprime in vita esse utile. *Cic.* 3. *Fin. c.* 9. Apprime rectissime dicitur. Gruter. legit, *adprimo*. *Varr. R. R.* 3. 2. Apprime doctus.

Apprĭmo, is, a. 3. *premere*, προσπιέζω, ex ad, & premo, sign. adstringere. *Plin. l.* 24. *c.* 9. Ut tunica corpori apprimeretur.

Apprīmus, o. 1. 2. πρῶτος, longe primus. *L. Liv. in Odyss.* Vir summus, apprimus Patroclus. Ex *Gell. l.* 7. *c.* 7.

Approbatio, f. 3. δοκιμασία, *approvazione*. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 1. Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. ¶ Sumitur & pro inclinatione animi, & voluntate. *Cic. Acad.* 4. 17. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii. ¶ Est etiam pars argumentationis, per quam id, quod expositum est, rationibus firmatur, *prova*. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 36. Hæc propositio indiget approbatione.

Approbator, m. 3. qui aliquid approbat. *approvatore*, δοκιμαστής. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 7. Quamvis non fueris suasor protectionis meæ, approbator certe fuisti.

Approbātus, a, um, probatus, *approvato*, δοκιμασθείς. *Quintil. l.* 2. *c.* 17. Approbatus ab omnibus. *Cic.* 3. *Fin. c.* 8. Omnium assensu approbatum.

Approbe, vel Adprobe, valde probe. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 115. Nosse aliquem approbe. Adde *Gell. l.* 7. *c.* 7.

Approbo, a. 1. comprobo, laudo, confirmo, *laudare*, *approvare*, קיים, Germ. *approbirn*, Gall. *approuver*, Hisp. *aprovar*, δοκιμάζω, idem quod probo, vel etiam vehementer probo. *Cic. in Pison. c.* 3. Una voce, & consensu approbare. Et *Fam.* 1. *ep.* 9. Diis hominibusque approbantibus. ¶ Significat etiam demonstrare, verum aliquid esse, ostendere, *provare*. *Suet. in Aug. c.* 12. Quo magis pœnitentiam prioris sectæ approbaret. i. e. evinceret ac declararet, non fictam, sed veram pœnitentiam esse. *Tacit. Agric. c.* 42. Operam suam in approbanda excusatione offerre. *h. e.* veram & justam esse ostendendo. ¶ Cum infinito *Sueton. in Aug. c.* 17. Quo magis degeneratse eum a civili more, approbaret.

Approbro, as, exprobro, objicio, *rinfacciare*. *Apul. Apolog.* Approbrare crimen alicui. Al. aliter leg.

Approbus, o. 1. 2. *molto buono*, προσδέκτως, valde probus. *Cæcil.* apud *Gel. l.* 7. *c.* 7. Hierocles adolescens approbus.

Appromittor, oris, qui promittit. *Ulpian. leg. in omnib. D. de solutionib.* Appromissorem vocat hidejussorem.

Appromitto, is, isi, ssum, pro altero promitto; quod alter promisit, iterum promitto, vel valde promitto. Reperitur hoc decompositum aliquoties usurpatum a *Cic. l.* 5. *ad Attic. ep.* 1. & *pro Rosc. Amer. c.* 9.

Approndre se in genua, *inginocchiarsi*, כרע, Ger. *niderkujem*, γονυπετέω, pro ingeniculari, seu in genua inclinari, ex ad, & pronus. *Apul. lib.* 1. *Milef.* In genua appronat se avidius affectans portionem.

Approperatus, a, um, properatus, *affrettato*. *Liv. l.* 27. *c.* 26. Approperato opere.

Appropĕro, as, n. 1. *affrettare*, ביהר, Germ. *eylen*, Gall. *se hater*, Hisp. *apressurarse*, σπεύδω, idem, quod propero, vel valde propero, accelero. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 10. *in fi.* Adduc, si me amas, fratrem: sed approperate. *Id. pro Mil. c.* 17. Approperare ad cogitatum facinus. ¶ Cum infinito *Ovid.* 15. *Metam. v.* 583. portasque intrare patentes approperare. ¶ Cum accusativo *Tacit. Ann.* 16. *c.* 14. Approperare mortem. *Liv. l.* 4. *c.* 9. Cæptumque opus adeo approperatum est, ut, &c.

Appropinquatio, f. 3. *avvicinamento*, προσπέλασις. *Cic. de Sen. c.* 9. Appropinquatio mortis.

Appropinquo, as, n. 1. accedo, advento, proxime accedo, *accostarsi*, *avvicinarsi*, קרב, Germ. *herzunahen*, Gall. *s'approcher*, Hisp. *acercarse*, ἐγγίζω, propinquum fieri, aut loco, aut tempore. *Cic. ad Q. Fr.* 3. 8. Ejus rei maturitas nequedum venit, & tamen jam appropinquat. *Id.* 4. *de Fin. c* 23. Appropinquare ad aliquem locum. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 44. Appropinquare alicui rei. *Hirt. de B. Hispan. c.* 30. Appropinquare in locum aliquem.

Appulejus. V. Apulejus.

Appŭlus. V. Apulus.

Appulsus, us, ui, accessus, qui fit navigio, *l'approdare*, *sbarco*. *Liv. l.* 27. *c.* 30. Classem a litoris appulsu arcere. ¶ Translate *Cic.* 2. *Nat. Deor. c.* 56. Omnes nimios caloris & frigoris appulsus sentire, *l'accostamento*.

Appulsus, a, um. *Cic. Verr.* 5. *c.* 33. Appulsa classis, *flotta che ha preso porto*. *Cæs. l.* 3. *B. G. c.* 3. Magno numero navium appulso.

Aprarius, a, um, adject. ab aper. *Paul. D. l.* 23. *tit.* 7. *leg.* 22. Retia apraria, & cætera venationis instrumenta.

Apricatio, onis, ἀλίασις, in loco aprico confessio. *Cic. l.* 7. *ad Att. ep.* 11. Unam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quam omnia istiusmodi regna.

Apricĭtas, atis, hybernus solis tepor in locis apricis. *Justinus l.* 36. *c.* 3. Non minor loci ejus apricitatis, quam ubertatis admiratio est: quippe cum toto orbe regionis ejus ardentissimus sol sit, ibi tepidi aeris naturalis quædam ac perpetua apricitas est. ¶ Apud *Colum. l.* 7. *c.* 4. est serenitas, & calor.

Aprico, as, are, active pro fovere, refocillare, dixit *Paulin. Jamb. ad Cyther. v.* 311. Martinianum suscipit fraternitas, Tectoque apricat, & cibo. *Pallad.* etiam active *lib.* 1. *tit.* 38. Ventis frigidioribus altus paries resistat, qui locum possit defensis sedibus apricare. *h. e.* apricum reddere, id est tepidum & apricationi aptum.

Apricor, aris, d. 1. *stare al Sole*, התחכם, Germ. *an der Sonne sieben*, Gal. *se chauffer*, *se tenir au Soleil*, Hisp. *abrigarse*, ἀλιάζομαι, ἐγκαθέζομαι, est in aprico loco esse, hoc est, in loco soli exposito versari. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 65. Hieme in Sole apricari. *Colum. l.* 8. *c.* 4. Habere claustram (gallinam) oportet amplum vestibulum, quo prodeat, & ubi apricetur. *Cic. Tusc.* 5. *c.* 32. Alexander offecerat Diogeni apricanti.

Apriculus, piscis genus dentibus acutissimis, ac validissimis, κεντρίσκος, divertus ab eo, quem Aprum dicunt. *Apul. in Apolog.* Tam ridiculum argumentum, quam si dicas venandis apris piscem apriculum &c.

Aprĭcus, a, um, o. 1. 2. *esposto al Sole*, *aprico*, חמו, Germ. *sonnechter*, Gall.

Gall. *ce qui eſt a l' abry*, Hiſp. *abrigado*, ἀπρόηλιος, Soli expoſitus, vel qui Sole gaudet, quaſi ſine frigore, ab α priv. & φείκη, frigus, horror, φ aſpirata in ſuam tenuem π converſa. *Virg. 2. Georg.* Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. ¶ Senes aprici vocantur a *Perſ. ſat. 5. v. 79.* quod apricari amant, calore nativo deficiente. ¶ Apricior, comp. & apriciſſimus, ſuperlat. *Col. l. 11. c. 3.* Nonnulli hanc locis aprico rioribus deponunt. *Id. l. 9. c. 14.* Apriciſſimo die purgatis domiciliis. *h. e.* ſereniſſimo.

Aprīlis, m. 3. *Aprile*, יאר, Germ. *der monat Aprill*, Gall. *le mois d' Avril*, Hiſp. *el mes d' Abril*, Ἀπρίλιος, menſis anni. Dictus eſt, quaſi *Aperilis*, quod terram aperiat. Nam verna temperie plantarum germina aperiuntur. Vel dictus eſt, quaſi Aphrilis, ab ἀφρὸς, ſpuma, quod Venus, cui hic menſis ſacer eſt, ex ſpuma maris fingitur nata. *V. Ovid. 4. Faſt.* ¶ Accipitur & adjective, ut Nonis Aprilibus. *Cic. ad Lent. Fam. 1. 9.* Nonis Aprilibus mihi eſt Senatus aſſenſus.

Aprinĕus, a, um, idem quod Aprinus, ut Aprinea pellis. *Hygin. fab. 69.*

Aprīnus, a, um, adject. ab aper. *Lucil.* apud *Charif. l. 1. p. 63.* Viſcus aprinum. *Martian. Capell. l. 2. ſub fin.* Nunc criſtæ cum aprinis dentibus videbantur.

Apronia, f. 1. genus vitis nigræ, quam ampelomelænam, bryoniam, chironiam, cynechantem vocant. *Plin. l. 23. c. 1.*

Apronianus, a, um, ad Apronium pertinens, ut Apronianum Senatusconſultum, apud JCtos, & Aproniana ceraſa, apud *Plin. 15. 25.*

Apronius, ii, m. nomen proprium Romanum. *Cic.* & *Tacit.*

Apruginĕus, a, um, idem quod Aprugnus, *di cinghiale*, ut *apruginei dentes*, apud *Solin. c. 32.* (al. 45.)

Aprūgnus, a, um, idem quod aprinus, ut aprugna caro, ſumina aprugna, *Lamprid. in Eliogab.* & Aprugnum callum, apud *Plaut.* non ſemel. V. Callum.

Aprutium, *Abruzzo*, Prov. in Regno Neapolitano, ubi olim Prægutini, Veſtini, Marrucini, Frentani, Characeni, Peligni, Marſi. Terminos habet ab Occ. Campaniam Romanam, & Terram Laboris, ab Or. mare Adriaticum, a Sept. Marebian Anconitanam, & Umbriam, a Mer. Comitatum Molicinum. Ab aliis ſic termini aſſignantur. Ab Occ. habet Picenum Truento fl. ſeparante, ab Or. Apuliam Dauniam Phiterno amne, ſeu Frentone dividente, a Sept. mare Adriaticum, a Mer. Sabinos, & Samnites Apennino M. interjecto. ¶ Duplex eſt, citerius, & ulterius. Ulterioris caput eſt Aquila, citerioris Anxanum.

Apſis, V. Abſis.

Aptatus, a, um, *aggiuſtato*, *adattato*, accommodatus, appoſitus, convenienter adjectus, ἡρμένος. *Plin. 28. 13.* Sanguis hircinus cibo aptatus. *Quintil. in fi. lib. 10.* Aptatus ad præſens tempus. *Cic. 3. de Orat. c. 40.* Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat.

Apte, adverb. *convenientemente*, ἁρμόσως, appoſite, accommodate, congruenter. *Cic. de Fin. 3. 14.* Ad pedem apte convenire. *Martial. l. 13. epigr. 26.* Aptius hæc puero, quam tibi, dona dabis. *Cic. in Orat. c. 44.* Aptiſſime cohæreant extrema cum primis. ¶ Proprie ſignificat conjuncte, connexe, arcte. *Cic. de Univ. c. 5.* Mundi corpus ita apte cohæret, ut diſſolvi nullo modo queat. *Idem in Hortenſ.* apud *Non. c. 4. n. 3.* Altera eſt nexa cum ſuperiore, apteque pendens.

Apto, as, a. 1. *adattare*, *accomodarſi*, *ſtar bene*, כון, Germ. *ordnen*, Gall. *accomoder*, Hiſp. *ataviar*, προσάπτω, convenienter aliquid rei alicui jungo, ſeu accommodo. Conſtruitur cum dativo, vel accuſativo mediante ad. *Cic. in Phil.* Cujus fortunæ ſtudia tantæ laudi, & gratulationi tuæ ſe non aptarint? *Id. 3. de Orat.* Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat. ¶ Eſt etiam parare. *Horat. l. 2. Sat. 2. v. 110.* Metuenque futuri in pace, ut ſapiens, aptarit idonea bello.

Aptus, a, um, particip. ab apiſcor, idem quod adeptus. *Plaut. Capt. 4. 1. 8.* Hæreditatem ſum aptus retertiſſimam. *Gell. Epitaph. Plauti* affert *l. 1. c. 24.* his verbis: Poſtquam eſt mortem aptus Plautus, Comœdia luget. Quamquam alii aliter leg. ¶ Eſt etiam ab antiquo apo, quod ſignificat colligare, vincire, & ſignificat primo colligatus, connexus. *Cic. Partit. Orat. ſub fin.* Inter ſe pleraque connexa, & apta. Et *5. Tuſc. c. 21.* Fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina aptum dimitti juſſit. Hæc videtur optima lectio, quanquam ineptiores libri habeant *appenſum*. ¶ Translate aptus eſt idem ac conveniens, habilis, idoneus, accommodatus, *atto*, *abile*, *conveniente*, *acconcio*, ἐπιτήδειος. Et conſtruitur cum dat. vel cum præpoſit. ad, & accus. *Cic. de cl. Orat. c. 62.* Aptior auribus imperitorum. Et *1. de Orat. c. 54.* Calcei apti ad pedem. *Cæſ. lib. 2. B. C. cap. 37.* Caſtra erant ad bellum ducendum aptiſſima. ¶ Accipitur & ſine caſu. *Horat. l. 1. Od. 12. v. 45.* Et avitus apto cum Lare fundus. *Catul. Carm. 28. v. 2.* Aptis ſarcinulis, & expeditis.

Apŭa, *Pontremoli*, opp. Liguriæ, in conf. Tuſciæ, a font. Macræ 5. M. P. ab Apennino M. 4. intra Montes Apuanos, a Luna 25. in Bor. a Bardo tot. a Bruneto 15. in Or. æſt. Populi *Apuani*. *Liv. 40. 41.*

Apua, piſcis genus. V. Aphya.

Apuani, Apuæ populi, i. e. Ligures. *Liv. l. 40. c. 41.*

Apud, *appreſſo*, לאת, Germ. *bei*, Gal. *aupres*, *chez*, Hiſp. *cerca*, παρά, πρός, prope, juxta, præp. quæ accuſ. regit. Quandoque locum denotat, ut Apud Mantuam hæc ſcripſi: quandoque perſonam, ut apud Regem: quandoque loci, & perſonæ conjunctionem, ut Cœnavi apud Pompejum. ¶ Sed cum ad perſonam refertur, plerumque familiaritatem ſignificat, non dominium, ut Fui apud te, ideſt, tecum, vel domi tuæ. ¶ Apud aliquando ponitur pro in. *Teren. in Andr.* De Davo modo apud forum audivi. *Eutr. l. 7. c. 13.* ¶ Apud ſe dicitur eſſe, qui domi ſuæ eſt, vel qui omiſſis negotiis ſe in receſſum recepit. *Cic. 1. de Or.* Scaurus, quem ruri apud ſe eſſe audio. ¶ Item apud ſe eſt, qui ſui compos eſt. *Terent. And. 5. 4. 35.* Quid audio? vix apud me ſum. ¶ Dicimus etiam: apud animum cogitare, ſtatuere, &c. *Salluſt.* Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo. ¶ Apud aliquando poſtponitur ſuo caſui. *Tacit. l. 4. c. 5. n. 1.* Miſenum apud, & Ravennam.

Apulejus, ſeu Appulejus, nom. prop. Multi fuere hoc nomine; inter quos Lucius Apulejus Medaurenſis, qui ſcriptis libris inclaruit temporibus Antoninorum. ¶ Alter fuit Apulejus Celſus celebris Medicus, Tiberii ævo. ¶ Adjective Apuleja lex, *Cic. 2. de Orat. c. 25. & 49.*

Apulia, f. 1. *Puglia*, Ἰαπυγία, Italiæ regio inter Apenninum M. ad Mer. & Mare Adriaticum ad Bor. in Regno Neapolitano. Duæ ſunt, quæ Aufido fl. dividuntur, una Daunia, *Puglia piana*, & *Capitanata*, in qua Garganus M. & Sipontum Metr. quæ Occidentalis eſt, & Tipherno, ſeu Phiterno flu. ſejungitur a Frentanis in Occ. altera Peucetia, *Terra di Bari*, & *Puglia*, in qua Barium Metrop. quæ in Ortum vergit, ibique deſinit, ubi Salentini, ideſt Meſſapia, ſeu Japygia, & Calabria Borealis, *Terra d' Otranto*, ſubſequuntur. ¶ Prima ſyllaba in Apulia modo brevis, modo longa eſt. *Horat. carm. 3. od. 4.* Nutricis extra limen Apuliæ. ubi *Bentlei* lectionem ſollicitat. *Martial. in Apophor. epig. 155.* Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis Nobilis. Secunda vero ſemper producitur. Apuliæ deſcription. Vid. apud *Plin. l. 3. c. 11.*

Apŭlus, & Appulus, a, um, adject. ab Apulia. Primam ſemper producit, ſecundam corripit. *Lucan. l. 5. v. 380.* Apulus Adriacas exit Garganus in undas.

Apus, V. Apodes.

Apyrinus, a, um, o. 1. 2. ἀπύρηνος, carens nucleo, ab α priv. & πυρὴν, nucleus. Hinc apyrinum malum, genus mali Punici dulciſſimi, cui nucleus lignoſus non ineſt. *Colum. l. de arbor. c. 23. Plin. l. 13. c. 19. Martial. l. 13. epigr. 42.* Non tibi de Lybicis tuberes, & apyrina ramis. ¶ Scribitur & *Apyrēnus*. nam Græce eſt ἀπύρηνος, & ἀπύρηνος.

Apyron, ſulphuris præſtantioris genus *Plinio l. 35. c. 15. Celſus quoque l. 5. c. 18. n. 13.* de hoc meminit.

Apyrōtus, ἀπύρωτος, ſeu apyraſta, ſeu pyropus, carbunculus, gemma, cui ignis non nocet. *Plin. l. 37. c. 7.*

A A N T E Q.

Aqua, f. 1. *acqua*, מים, Germ. *vvaſſer*, Gal. *eau*, Hiſp. *agua*, ὕδωρ, humor gelidus, unum ex quatuor elementis. Componi videtur ex a, & qua, quaſi a qua vivamus, ut ait *Feſtus*. Unde aqua, & igni damnatis interdici ſolebat. Sunt, qui aquam, quaſi *æquam*, hoc eſt, æqualem dictam volunt, ablato e, quod aqua, niſi ventis agitetur, nihil ſit æqualius. ¶ Aquam a pumice poſtulare, proverbio dixit *Plaut. Perſ. 1. 1. 42.* h. e. truſtra petere vel ab egente, vel ab avaro. ¶ Aquis perire ſummum & ultimum exitium exiſtimatum veteribus, quippe quod non tantum vitam adimere, ſed animam ipſam extinguere credebatur. *V. Serv. ad v. 98. Æn. 1.* ¶ Aquam perdere apud *Quintil. l. 11. c. 3.* eſt tempus inutiliter terere: ſumptum a clepſydris, quæ a Judicibus Oratori dabantur, in quibus incluſa aqua paulatim defluens tempus ad dicendum definiebat. Ex quo fortaſſe & illud proverbium eſt: *aqua hæret*: quod adhibetur ubi difficilis res probatio, aut explicatio eſt. *Cic. l. 2. ad Q. Fr. ep. 7.* In hac cauſa mihi aqua hæret. *V. Eraſm. Adag.* ¶ Aquam, & terram poſcere, γῆν & ὕδωρ αἰτεῖν, apud Græcos idem eſt ac bellum alicui inferre. Hinc *Liv. l. 25. c. 17.* Perſæ aquam, terramque a Lacedæmoniis petierunt. ¶ Aquam aſpergere proverb. dicitur is, qui dicto quopiam metum alicui ademerit. *Plaut. Trucul. 2. 4. 15.* Aſperſiſti aquam, jam rediit animus. ¶ Aquæ, in plurali aliquando thermas ſignificant, ut Aquæ Sextiæ, apud *Vellej. l. 1. c. 14.* Aquæ Sinueſſanæ, apud *Tacit. l. 1. hiſtor. c. 72.* ¶ Multa ſunt oppida in terrarum orbe, quæ quia prope celebriores aquarum fontes, aut thermas condita ſunt, ab iis nomen accepere, ut Aquæ Sextiæ, quæ nunc *Aix*, Aquæ Auguſtæ, quæ *Baiona*, Aquæ Taurinæ, quæ *Acquapendente*, & alia multa, de quibus V. Geographos. ¶ *Aquæ* pro *aquæ* genitivus eſt Poeticus. *Lucret. l. 1. v. 283.* & *Cic. in Prognoſt. l. 1. de Divin. c. 9.*

Aquæductio, onis, aquæ deductio, aquæductus. Hab. *leg. 10. ff. de aqu. pluv. arc.* quamquam diviſe ſcribitur in melioribus lib.

Aquæductus, m. 4. ductus aquæ, tubus, euripus, *acquidotto*, הגלת, Ger. *vvaſſer*, *graben*, Gal. *aqueduc*, *conduit*, Hiſp. *aguaducho*, ὑδραγωγία, ab aqua ducendo, eſt aquarum deductio, hoc eſt, cum aliunde aqua derivatur, ut per cuniculos impoſitis canalibus alio inducatur, ſive ad bibendum, ſive ad irrigandum. *Ulpian. de ſerv. ruſt. prædior.* Servitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ, iter, actus, via, aquæductus. ¶ Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per ſubterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Utriuſque generis etiam hodie Romæ non pauca veſtigia extant. *Frontin.* librum ſcripſit *de aquæduct.* cujus lectionem innumeris inquinatam erroribus, ac prope depoſitam ſumma diligentia recenſuit, ac reſtituit Joannes Poſenus in Patavino Lyceo Mathematicus profeſſor, & laborioſis adnotationibus illuſtratam edidit Patavii typis Seminarii.

Aquæmanālis. V. Manalis.

Aquagium, n. 2. ὑδραγωγία, aquæductus, quaſi aquæ agium. *Feſt. Pompon. leg. 3. §. ult. ff. de aqu. quotid.* Aquagium rivalibus deterius faciat.

Aqualiculus, m. 2. ſumitur pro inferiore ventris parte, in quam ſordes fluunt. *Perſ. Sat. 1. v. 57.* Cum tibi, Clave, pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. *Senec.* etiam *epiſt. 90.* & *Marcell. Empir.* ſtomachi ventriculum, aqualiculum dixere.

Aqualĭcus, m. 2. alveus, quo ſordes defluunt. ¶ Item genus quoddam lati inteſtini, ex quo farcimina fieri ſolent. *Apicius*. Reple aqualicum ſic, ut laxamentum habeat, ne diffiliat in coctura.

Aquālis, m. 3. *urna*, כד, Ger. *eingrab*, ὑδρία genus vaſis, quo aqua manibus datur. *Plaut. in Curc. a. 2. ſc. 3. v. 33.* Date iſti aqualim cum aqua.

Aqualis, le, adject. ad aquam pertinens, ut *aquales nubes*, *Varr.* apud *Non. c. 1. n. 221.*

Aquānus, a, um, *di acqua*, aqueus. *Tertull. de carne Chriſti, cap. 9.*

Aquariŏlus, m. 2. *ruffianello*, πρωταγωγὸς, mullerum impudicarum aſſecla. *Feſtus*. Talem deſignat *Lamprid. in Commod. c. 2.* Aquam geſſit, ut lenonum miniſter. ¶ Aquarioli lenonum etiam vice fungebantur, & conditiones meretricibus conciliabant, προξενήσαντες. *Tert. Apol. c. 43.* Lenones, perductores, aquarioli. Qua ratione & *Apul. Apol. p. 323.* videtur vocare Rufinum uxoris ſuæ aquariolum.

Aquarium, ii, n. 2. & aquariolum, ὑδροδοχῖον, locus in culina, in quem ſordida aqua jactatur. ¶ Dicitur & Aquarium locus, quo pecudes ad potum aguntur. *Cato de R. R. c. 1.*

Aquārius, ii, m. 2. *Aquario*, Ger. *vvaſſerman*, ὑδροχόος, undecimum ſignum Zodiaci, poſt Capricornum, quod oritur 15. Kal. Februar. & conſtat ex 42. ſideribus. *Ovid. 2. Faſt.* Hunc Ganymedem eſſe Poetæ fabulati ſunt. V. Ganymedes. ¶ Item aquarius apud JCtos, dicitur aquarum cuſtos, ὑδροφύλαξ. *Lipſ. ad Tacit. An. 15.* ¶ Eſt etiam aquarius, qui aquam importat domum. *Juven. Sat. 6. v. 331.* Veniet conductus aquarius. ¶ Item Aquilex, ſeu architectus aquarum, & aquæductuum. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 6.* Niſi ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem. Erat enim Cælius Ædilis, cui cum opificibus ſemper eſt negotium. ¶ Item Aquariolus, h. e. qui meretricibus aquam miniſtrabat, προξενήσαντος, ut in Gloſſ. Vet. ¶ Aquarii etiam dicti ſunt quidam hæretici, qui ſolam aquam in Miſſæ ſacrificio offerebant. *Epiphan. Hæreſi 46.*

Aquārius, a, um, o. 1. 2. ὑδατικὸς, quod ad aquam pertinet. *Plin. l. 33.* Cum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant. ¶ Aquarius ſulcus, αὔλαξ ὑδατικὸς, eſt, qui aquam educit. *Colum. lib. 2. c. 8.* Crebroſque ſulcos aquarios. Græci ἔλικας vocant.

Aquate, dilute. *Plin. Valer. 1. 10. Cæl. Aurelian. Tard. 1. 4.*

Aquatĭcus, o. 1. 2. *acquatico*, ἔνυδρος, quod in aqua degit. *Plin. l. 8. c. 27.* Aquaticæ aves. *Id. l. 16. c. 37.* Aquaticæ arbores. ¶ Item aquoſus, humidus, *acquoſo*. *Id. l. 18. c. 11.* Aquaticus panis. *h. e.* qui multa aqua ſubigitur. *Ovid. 2. Metam. v. 853.* Aquaticus Auſter.

Aquatĭlis, o. 3. aquarum incola, in aquis degens, vivens, ὑδατικὸς. *Cic. 1. de nat. Deor.* Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites in utraque ſede viventes.

Aquatio, f. 3. ὑδρεία, actus aquandi, ideſt, aquam ad caſtra afferendi. *Cæſ. 4. B. G. c. 11.* Se non longius aquationis cauſa proceſſurum.

Aquator, m. 3. ὑδροφόρος, qui aquandi miniſterium, præſertim in exerci-

tu, facit. *Cæs.* 1. *B. C.* c. 73. Aquatores ab equitatu premi noſtro.

Aquātus, a, um, *acquoſo*, *fluido*, aquam referens, fluidus. *Senec.* 1. *quæſt. natur.* c. 3. An purpura craſſius medicamentum, an aquatius traxerit. *Pallad.* l. 4. *tit.* 1. Non aquatus, ſed ſpiſſus humor. *Plin.* 28. 5. Omne lac vernum aquatius æſtivo. *Scribon. Larg. compoſ.* 26. Collyrium aquatiſſimum. ¶ Item aqua mixtus, *adacquato*. *Auguſt.* 6. *Confeſſ.* c. 2. Vinum aquatiſſimum.

Aquifolia, f. 1. & Aquifolium, *κραταιγών*, ſpecies ilicis meſpilum foliis referens, unde & meſpilus ſylveſtris a nonnullis appellatur. Græci vocant ſmilacem. *Plin.* l. 24. c. 13. & l. 16. c. 15. & 25.

Aquifolius, a, um, adject. qui eſt ex aquifolio. *Cato R. R.* c. 31. Vectes iligneos, aquifolios, ulmeos facito, uti ſient parati. Adde *Plin.* l. 16. c. 43.

Aquifūga, æ, qui aquas fugit ex morbo, qui *hydrophobia* dicitur. *Cæl. Aurel. Acut.* 3. 15.

Aquigĕnus, a, um, in aquis natus. *Tertull.* l. 2. *adverſ. Marcion.* c. 12. Inter aquigena, & terrigena animalia.

Aquĭla, f. 1. ales nuncius Jovis, pennata Jovis ſatelles, *aquila*, נשר, Ger. *ein adler*, Gall. *aigle*, Hiſp. *aguila*, *ἀετὸς*, ab aquæ colore, (V. Aquilus) ſive ab acute videndo, regina avium, quam Poetæ Jovis alitem, ejuſdemque armigeram appellant, & fulmina ei ſubminiſtrare fabulantur. Cui fabulæ occaſionem dedit aquilæ natura, quia ſola avium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem fixis, & immotis oculis poteſt aſpicere. In ſenectute pennis gravata, oculis cæcutiens, ter ſe in fontem mergit, & ſic ad juventutem redit, ut narrat *Arator* l. 2. *in Act. Apoſtol.* v. 529. ¶ Aquila quoque dicitur aſtrum ex novem ſtellis, cujus ala dextera circulum æquinoctialem attingit, ſiniſtra autem non longe a capite Ophiuchi videtur figurata. Roſtrum ejus a reliquo corpore dividit circulus a Cancro ad Capricornum perveniens. Exoriente Leone occidit: exoritur autem cum Capricorno. Habet in capite ſtellam unam, in utraque ala unam, & unam in cauda. ¶ Eſt etiam aquila piſcis ex genere planorum, & Græci *ἀετὸν* appellant. *Plin.* l. 9. c. 24. ¶ Ad maſculinum genus ſi vis traducere, dic *Aquilam marem*. ¶ Item ſigni militaris nomen apud Rom. quod alitem hanc repræſentabat, ex argento factum, & perticæ infixum, & a ſingulis Legionibus portabatur. *Lucan.* l. 1. v. 6. V. *Salmaſ. ad Vopiſc. in Aurel.* c. 31. ¶ Aquilæ in ædificiis ſunt ſummæ partes, quæ faſtigium conſtituunt: quod aquilarum alas referant. *Tacit. hiſt.* 3. c. 71. Inde lapſus ignis in porticus oppoſitas ædibus: mox ſuſtinentes faſtigium aquilæ vetere ligno traxere flammam, aluerunteque. ¶ Aquilæ *Senectus* proverbio dicitur de iis, qui in ſenectute magis bibaces ſunt, quam edaces: dicatur enim Aquila, cum ad ſenectutem pervenerit, quia ſuperius roſtrum adeo creſcit, ut aduncitas aperiri non queat, aliquamdiu ſolo prædę ſanguine nutriri. *Terent. Heaut.* 3. 2. 10. ¶ Alio ſenſu dicitur de iis, qui etiam in ſenectute actuoſi ſunt, & reipublicæ proſunt: quo ſenſu dicitur etiam *equi ſenectus*. Ambo enim hæc animalia etiam in ſenectute generoſitatem retinent. Utrumque conjunxit *Auſon. in Profeſſionib.* 4. v. *ult.*

Aquilĕgus, a, um, aquam colligens, ut *rotæ aquilegæ* apud *Tert. de anim.* c. 33. ¶ Aquilegus abſolute eſt idem qui *aquilex*. *Caſſiod.* l. 3. *Variar. ep. ult.* ubi tamen alii aliter legunt.

Aquilēja, f. 1. *Aquileja*, a legendis aquis, Germ. *Aglon*, & *Aglar*, *ἀκυλήια*, Col. Rom. Urbs Patriar. Carnorum Metrop. in decima Reg. Italiæ, quæ alluitur Timavo flu. ad Turri, & Alſæ flu. confluentium, media inter Palmam, & Gradum, inter Concordiam ad Occ. & Tergeſtum in Or. 3. M. P. ab Utino 20. ubi Patriarcha reſidet, a Venetiis 60. ab ora lit. Maris Adriatici 9. in Bor. Fuit primaria, Roma excepta, totius Italiæ. Ab Attila exciſa eſt anno 452. Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæpe ſcripſit, & Rufinus Græce, Latineque eruditus, qui Joſephum convertit in Latinum.

Aquilejēnſis, ſe, adject. *Plin.* l. 2. c. 103. In Aquilejenſi campo Timavus.

Aquilĕntus, a, um, aquoſus, aquaticus. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 318. *de Luna*. Tum contremula, aquilenta, apud alta litora oriris, ac reluces nobilis omnibus. *h. e.* pluviam inducens: vel marino humore conſperſa.

Aquilex, Aquilĕgis, ab aquis legendis, i. e. inquirendis dictus, eſt architectus fontium, & aquæductuum. *Plin.* l. 20. c. 6. de Bechio, ideſt tuffi Lagine: Ejus duo genera: ſilveſtris ubi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, & hoc habent ſignum aquileges. Adde *Plin.* alterum l. 10. *epiſt.* 46.

Aquiliānus, a, um, ab Aquilio, ut Aquiliana ſtipulatio, apud Jurifconſultos. Dig. 2. 15. 2.

Aquilices in Vet. Gloſſ. dicuntur *οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι*, *ποταμῖται*, *ὑδροσκόποι*, ut ſint iidem ac Aquileges, ſc. ab eliciendis aquis. *Dig.* l. 50. *tit.* 6. *leg. ult.* ¶ Item qui aquilicia ſacrificia curabant.

Aquilĭcium, *Feſto* eſt, cum aqua pluvialis quibuſdam remediis elicitur: quod in magnis ſiccitatibus aliquando factum creditur. Vel ſacrificium pro impetrandis imbribus. *Tertul. Apolog.* c. 40. Aquilicia Jovi immolabant, &c.

Aquilĭfĕri, m. 2. *ἀετοφόροι*, ſigniferi in Romana militia, ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in ſecundo Conſulatu ſuo proprie dicavit. Aquila enim fuit tanquam princeps totius legionis ſignum. *Cæſ.* 3. *B. C.* c. 64. Gravi vulnere affectus aquilifer. ¶ Habuerunt Romani alia ſigna, lupos, minotauros, equos, apros, dracones, quæ ſingulos ordines antecĕbant. Poſtea tamen, repulſis ceteris, unam ſervaverunt aquilam.

Aquilīnus, a, um, *aquilino*, o. 1. 2. quod ad aquilam pertinet, aut quod eſt aquilæ ſimile. *Plaut. in Pſeud.* 3. 2. 63. Niſi ſit milvinis, & aquilinis unguibus. *ideſt*, manibus rapacibus. ¶ Aquilinus naſus, i. e. aduncus. Aquilinus aſpectus, ideſt acutus viſus. *Apul.* l. 2. *Met.*

Aquilius, Aquilia, gentis Romanæ nomen, quam *Car. Patin. de Famil. Rom.* p. 36. recenſet.

Aquĭlo, m. 3. *Aquilone*, *Borea*, *Greco Tramontana*, צפון, Ger. *Biſvvind*, *Nord*, *oſtvvind*, Gal. *Biſe*, Hiſp. *Reganon*, *βορέας*, ventus Septemtrionalis, frigidus, & ſiccus, ita dictus a vehementiſſimo volatu inſtar aquilæ. Flat inter Septemtrionem, & Ortum ſolſtitialem, e regione Cauri. *Plin.* l. 2. c. 47. ¶ Aquilo etiam dicitur tempus illud anni, quo crebrior flat. *Virg.* 4. *Æn.* v. 310. Properas mediis Aquilonibus ire per altum.

Aquilonalis, le, Borealis. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 19. Regio aquilonalis. Alii aliter legunt.

Aquilonāris, e, idem quod Aquilonalis, *Vitruv.* l. 9. c. 6. Piſcis aquilonaris, *ſc.* Sidus.

Aquilonia, Urbs olim E. Hirpinorum, in Samnio, in Regno Neapolitano, inter Beneventum, & Luceriam.

Aquilonigĕna, æ, poetica Septemtrionalium populorum cognominatio. *Auſon. in Moſel.* v. 407. Aut Italum populos, Aquilonigenaſque Britannos.

Aquilonius, a, um, *Aquilonare*, ubi Aquilo flat, Aquilonaris. *Plin. lib.* 28. c. 13. Omnes herbæ vehementiores effectu, viribuſque ſunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis. Et l. 18. c. 26.

Aquĭlus, a, um, *foſco*, *bruno*, *ὑδατώδες χρῶμα*, color fuſcus, & ſubniger, ab aqua. Nam cum antiqui duos omnino naturales colores noſcerent, album ſcilicet, & nigrum, tertium inter utrumque medium ab aqua, cujus incertus eſt color, aquilum dixere. *Plaut. in Pœn.* 5. 2. 152. Statura haud magna, colore aquilo. *Suet. in Aug.* c. 79. Colorem inter aquilum, candidumque. Quem quidem *Caſaubon.* eum putat, qui eſt in iis, quos Solis æſtus torruit. ¶ Hinc Aquili, Dii quidam dicti, quaſi nigri, de quibus *Arnob.* l. 3.

Aquiminarĭum, ii, n. genus vaſis aquarii quod inter eſcaria, & ea, quæ ad menſam pertinent, continĕri, docent *Ulpian. Dig. lib.* 34. *tit.* 2. *leg.* 20. *a med.* & *Pompon. ibid. leg.* 22. Videtur autem eſſe vas lavandis manibus aptum, quod ideo inter eſcaria enumeratur, quia ante, & poſt menſam aqua manibus datur. Quidam cenſent ſcribendum eſſe *aquimanarium*. Apud *Paul. receptar. ſentent.* l. 3. *tit.* 7. legitur *aquimanile*: pro quo *Cuiacius* cum aliis mallet *aquæ manile*. Sed *aquiminarium* habetur in editione Digeſtorum *Haloandri*, & *Torrentini* tum locis allatis, tum l. 33. *tit. ult. leg.* 3.

Aquinas, atis, gentile, qui eſt ab Aquino. *Tacit. hiſt.* l. 1. c. 88. Dolabella in coloniam Aquinatem repoſitus. *Sil.* l. 12. v. 528. Mox & vicinus Aquinas.

Aquīnum, n. 2. *Aquino*, *ἀκύινον*, Col. & Urbs E. exc. Latii, apud fines Samnitium, R. Neap. in Provin. Terræ Laboris, a conf. ditionis Pontificiæ, & cis Caſinum 5. M. P. patria D. Thomæ Theologorum Principis, qui inde Doctor Aquinas dicitur.

Aquipenſer. V. Acipenſer.

Aquitania, Aremorica, *Guienne*, & *Gaſcogne*, *ἀκυιτανία*, una ex quatuor Galliæ partibus, dicta ab obliquis aquis Ligeris. ¶ Olim complectebatur totam illam regionem, quæ a Ligeri flu. ad Pyrenæos, & Oceanum extenditur. Nunc a Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur, ab Occ. Hiſpaniam, a Septent. Lugdunenſem Provinciam, a Merid. Narbonenſem.

Aquitanĭcus, & Aquitānus, a, um, gentil. ab Aquitania. *Tibul.* l. 1. *eleg.* 7. Hunc fore, Aquitanas poſſet qui vincere gentes. *Plin.* l. 6. c. 19. Sinus Aquitanicus. *Tibul. lib.* 2. *eleg.* 1. v. 33. Gentis Aquitanæ celeber Meſſala triumphis.

Aquivergium, ii, locus in quem aqua ex editiore parte defluit. Vox eſt M. Baronis inter Scriptores rei Agrar. Goeſii *pag.* 244. ſed non temere adhibenda.

Aquo, as, avi, atum, a. 1. & aquor, aris, atus ſum, d. 1. *far acqua*, שאב, Ger. *vvaſſer*, *ſchepffen*, *ὑδρεύω*, verbum caſtrenſe, aquam haurio, vel fero ad uſum exercitus, vel alterius rei. *Curt.* Cum miles aquatum profectus eſſet. *Virg.* 4. *Georg.* v. 193. Sub mœnibus Urbis aquantur.

Aquōſus, o. 1. 2. *acquoſo*, Ger. *gevvaſſert*, *das vil vvaſſer hatt*, *ὑδατώδης*, quod copiam aquæ habet. *Col.* l. 4. *de ſicis*, Locis frigidis, & autumni temporibus aquoſis præcoces ſerito. Aquoſior ager. *Plin.* l. 18. c. 17. & Aquoſiſſimus locus, *Cato R. R.* c. 34.

Aquŭla, f. 1. *ὑδάτιον*, dim. ab aqua, *acquetta*. *Cic. de Orat.* l. 1. c. 7. Ipſa aquula, quæ deſcribitur.

A ANTE R.

Ar, pro Ad, vetus eſt: unde *Arceſſo* pro Adceſſo. *Priſcian. lib.* 1. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 17. Ar me advenias. Al. aliter leg.

Ara, f. 1. *Altare*, כורה, Ger. *ein Altar*, Gal. *Autel*, Hiſp. *Ara*, *o Altar*, *βωμὸς*, altare. Dicta eſt, quaſi anſa, ut *Varroni* placet, a tripodibus, quod ſacrificantes anſas tenerent, aut potius quia precantes manibus aras apprehenderent. Hinc *Virg.* 4. *Æn.* Talibus orantem dictis, arafque tenentem. Primo ergo anſæ dictæ, deinde commutatione litterarum aræ. Sunt, qui aras ab ardendo derivent, quod in his victimæ adolerentur. ¶ Jurantes etiam olim aras tangebant. Unde celebratur nobilis illa Periclis ſententia. *Ad aras uſque me amicum eſſe oportet*, qua ſignificatur, neminem amici cauſa, aut pejerare, aut quippiam inhoneſtum facere oportere. ¶ *Ad aram confugere*, proverbium eſt, cum extremum refugium intelligi volumus, inde ſumptum, quod veteres ad aras Deorum ſolerent confugere, unde nefas erat quempiam abſtrahere. Hinc ara ſæpe fumitur pro protugio. *Ovid.* l. 5. *Triſt. eleg.* 8. Quę patuit, dextræ firma ſit ara meæ. Cæterum, ut ab aris avelli poſſent, qui eo confugerant, ignis admovebatur: ſic enim eos non ab hominibus, ſed a Deo divelli exiſtimabant. V. *Interpr. Plautinos ad Moſtell.* 5. 1. 64. ¶ Quid inter aram, & altare differat, V. Altare. ¶ Pro aris, & focis pugnare, *Cic.* l. 3. *de nat. Deor. c. init.* h. e. pro religione, & patria, &c. ¶ Ara apud *Aratum* eſt etiam ſignum cœleſte, ſub aculeo Scorpii prope Auſtrum. ¶ Aræ denique ſunt omnes crepidines, ac eminentiæ, ut ſaxa in mari. *Virg. Æn.* 1. v. 109. Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, ara, &c.

Arabarches, æ, m. *ἀραβάρχης*, (ut oſtendit Alciatus l. 1. Prætermiſſorum) dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Ægyptum adducebantur. Hujus officium Arabarchia vocabatur. Hinc *Juven. Sat.* 1. v. 130. Neſcio quis Ægyptius, aut Arabarches. *Cic.* etiam l. 2. *Attic. ep.* 17. Antonium *Arabarchen* appellat, quaſi Ægyptium publicanum. Extorquebat enim ingentia vectigalia, quæ poſtea prodigebat, ait *Plutarch.* Alii ea voce non Antonium, ſed Pompejum notari volunt, qui Arabiam devicerat. Alii ſcribunt *Halabarches*, ut ſignificet ſalis Præfectum, *ἁλαβάρχης*. *Cujacius* utrobique tam apud Ciceronem, quam Juvenalem legit *Alabarches*: quæ quidem lectio placet quamplurimis. Ἄλαβα enim ſcriptura, vel atramentum eſt. Vectigalium autem ratio latine etiam *Scriptura* dicitur: quare Alabarches Vectigalium præfectum ſignificat, ſeu, quod idem eſt, magiſtrum ſcripturæ. ¶ Arabarchen alii putant a Juvenale dictum per contemptum, quaſi Arabum Principem, h. e. latronum.

Arabarchia, æ, f. dignitas, & officium Arabarchæ. *In Cod. Juſt.* 4. 61. 9.

Arabia, f. 1. *Arabia*, *ἀραβία*, quam *Solinus* ſacram interpretatur, pars Aſiæ, ab Arabe filio Apollinis ex Babylone. Terminos habet, a Septent. Syriam, & Euphratem flu. ab Or. Sin. Perſicum, ab Occ. Sin. Arabicum, a Merid. Mare Arabicum, ſeu partem Oceani Indici. ¶ Triplex eſt. Prima eſt Petræa, Nabathæa, *Barraab*, & *Bengaucal*. Secunda eſt Deſerta, Scenetis, Ptol. *ἀπὸ τῆς σκηνῆς*, quod gens vaga, & ſine ædificiis in tentoriis habitet. Tertia eſt Felix, quæ & Panchaja, *Hyaman*, *Aiman*, *Gemen*, *Gramen*, Sar. *Mamotta*, inter Petræam, & Deſertam, & ſin. Perſicum ad Sept. & ſin. Arabicum ad Auſtr. inter Occ. & Or. longiſſime excurrens, mari Rubro Indiam verſus deſinita, in qua Sabæi populi, multaque Regna continentur, & avis Phœnix reperitur, & thus, & ſardonyx gemma naſcitur. *Plin.* 5. 11. *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) *Pomp. Mela* 1. 10.

Arabĭce, adverb. Arabice olere, ideſt odores Arabicos. *Feſt.* Affert *Diomed. Gram.* l. 1. *fragment. ex Plauto*, quod ita habet: Facite oleant ædes Arabice. *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) Arabice ſacri vocantur *h. e.* Arabum lingua.

Arabĭcus, ex Arabia. *Plaut. Mil.* 2. 5. 2. Ut Arabico fumificem odore: Arabia enim optimorum odorum feracifſima.

Arabicus Sinus, *Golfo d'Arabia*, *Mare Roſſo*, *Mar della Mecca*, inc. *Bohar*,

har, *Corſum*, & *Calzæo*, mare inter Æthiopiam ſuper. Ægyptum, & Arabiam, long. 350. leuc. Hiſp. lat. max. 50. *Plin.* 2. 67.

Arabĭlis, le, o. 3. *arativo*, quod ararı poteſt. *Plin. l.* 17. *c.* 5. Campus arabilis.

Arabiſſa, æ, f. mulier ex Arabia. *Hieronym. in Chronic. Euſebii*.

Arabĭus, a, um, Arabicus. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 6. Arabius, murrhinuſque omnis odor complebat.

Arabs, vel Arabus fil. Apollinis ex Babylone, qui Medicinam ad Arabes detulit, unde appellati Arabes ſunt. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Arabs, is, o. g. ἄραψ, ex Arabia. *Vir. Æn.* 8. *v.*706. Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi. *Id.* 2. *Georg. v.* 115. Eoaſque domos Arabum.

Arăbus, i, Arabs. *Virg.* 7. *Æn. v.* 605. Bellum Hircaniſve, Arabiſve parant. *Lucil.* apud *Charif. l.* 1. Arabus artemo.

Arachne, f. 1. ἀράχνη, nomen puellæ Lidiæ, quæ, cum de lanificio auſa fuiſſet cum Pallade certare, a victrice Dea percuſſa radio in araneam eſt commutata. *Ovid.* 6. *Metam. init.* Sed *Plin.* 7. 56. ſcribit, Arachnem linum, & retia, filium ejus Cloſterem fuſos inveniſſe. *Suidas* ſcribit, ἀράχνιον, filum eſſe, & licium tenuiſſimum, & ἀράχνην, fem. gen. telam, ſeu texturam, maſc. vero gen. puſillum animal, dictum, quod rara, molliaque habeat veſtigia.

Aracynthus, m. 2. ἀράκυνθος, Mons Ætoliæ, ſive Acarnaniæ. ¶ Alter in confin. Bœotiæ, & Atticæ, a quo Minerva Aracynthia, ubi Dircæ fons. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 24. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Ubi adverte, o in *Actæo* non elidi, nec verſum eſſe ſpondaicum.

Ærœotylos, i, genus ædificii, in quo raræ admodum columnæ ſunt, & ſine ordine collocatæ. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2. *&* 3.

Aranĕa, f. 1. *tela de' ragni*, *ragnatelo*, קוריעכביש, Germ. *ſpinvveb*, Gal. *toile d'aragnee*, Hiſp. *telarana*, ἀράχνη, tela ſeu rete araneorum. *Ovid.* 4. *Metam.* Nec ſummo, quæ pendet, aranea tigno. Adde *Lucret.* 4. *v.* 728. ¶ Reperitur quandoque aranea pro ipſo animali, *ragno*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 247. Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.

Araneæ, unde particip. Araneantes fauces, apud *Apul. l.* 4. *Metam.* ideſt in quas cibus jamdudum non intraverat, atque ob id quaſi incipientes obduci araneæ telis.

Araneŏla, læ, f. 1. diminut. *Cic. de nat. Deor.* 2. 48. Ut in araneolis aliæ quaſi rete texunt. *piccioli ragni*.

Araneŏlus, m. 2. ἀρακνίδιον, diminut. ab araneus. *Virg. initio Culic.* Atque ut araneoli tenuem formavimus orſum.

Araneōſus, a, um, araneo ſimilis, ut caulis araneoſus, apud *Plin. l.* 21. *c.* 15. Sic fila araneoſa, *l.* 11. *c.* 19. & *c.* 21. cera araneoſa.

Aranĕum, i, n. 2. tela aranearum, *tela di ragno*. *Phædrus lib.* 2. *Fab.* 9. Tollere hæc aranea quantum eſt laboris? ¶ Item vitium peculiare olivis, & vitibus, cum telæ veluti involvunt fructum, & abſumunt. *Plin. l.* 17. *c.* 24.

Aranĕus, nei, m. 2. *ragno*, *aragno*, שממית, Germ. *ſpinn*, Gal. *aragnee*, Hiſ. *arana*, ἀράχνης, animal ex genere inſectorum. *Plaut. in Aſin.* Dejici opera araneorum. ¶ Varia genera ſunt araneorum, omniaque græco vocabulo, ſed apud Latinos uſurpato, *phalangia* dicuntur. *Plin. l.* 11. *c.* 24. Adjective *Id. l.* 18. *c.* 17. Phalangion beſtiola aranei generis. ¶ Eſt etiam piſcis quidam hoc nomine mari peculiaris, noxiam in dorſo ſpinam ferens. *Plin. l.* 9. *c.* 48. & *l.* 32. *c.* 11. ¶ Araneus mus, μυγάλη, animal ex genere muſtelarum, morſu venenato. *Plin. l.* 8. *c.* 38.

Arar, vel Araris, Saucona, *la Saone*, flu. Gall. Celt. qui Sequanos ab Æduis ſeparat. Oritur ex Vogeſo M. in confin. Lotharingiæ, & in Rhodanum ſe exonerat juxta, & infra Lugdunum.

Arāticus, a, um, ad Aratim pertinens. *Gruter. Inſcript. p.* 375. *n.* 3.

Arātor, eris, pro Aratrum dicebant Antiqui. *Hygin. de limit. conſtit.* Menſura territorii uſque fieri debet ſecundum legem D. Auguſti: Qua Fax, & arater ierit. Sic alibi.

Aratēus, a, um, poſſeſſiv. ab Arato. *Cinna apud Iſid. l.* 6. *c.* 12. Arateis multum invigilata lucernis.

Aratio, nis, f. 2. *arazione*, *aratura*, ברישׁ, Ger. *ackerung*, Gal. *labourage*, Hiſp. *aradura*, ἄρσις, ipſe arandi actus. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Aratione per tranſverſum iterata, occatio ſequitur. ¶ Nonnunquam ſumitur pro ipſo arvo, ſeu agro culto, *campagna*. Nam, ut recte inquit *Valla*, nomina, quæ poſitionem habent in *io*, latius ſignificare ſolent, nec actionem modo, ſed rem etiam, & corpus ſignificant. *Plin. l.* 27. *c.* 8. *de calla herba*: Naſcitur in arationibus. ¶ Arationes etiam dicebantur agri publici pop. R. qui aratoribus colendi dabantur, impoſitis decumis. *Turneb. ad Varr. l.* 1. *Adverſ. c.* 6. *Cic. in Verrinis*. *Plaut. Truc.* 1. 2. 47.

Aratiuncŭla, æ, diminut. parvus ager arabilis. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 46. Volo habere aratiunculam.

Arātor, m. 3. *aratore*, הירש, Ger. *ackermann*, Gal. *laboureur*, Hiſp. *arador*, γανὰν, ἀρότης, qui arat, & ſumitur tam pro bove, quam pro homine bovem ducente. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Arator, niſi incurvus, prævaricatur. ¶ *Aratores* ſæpe dicebantur non tam illi, qui arabant ſuum rus, quam opulenti homines, & fere equeſtris ordinis, qui maximas arationes habebant, publico, & decumano agro conducto. De his intellige *Suet. Aug. c.* 42. Ut non minorem aratorum, & negotiantium, quam populi rationem duceret. *Cic. in Verr.* hoc genus hominum optimum, ac honeſtiſſimum appellat.

Arātor, Poeta Chriſtianus fuit, Romanus Subdiaconus, qui Acta Apoſtolorum hexametro carmine conſcripſit. Floruit circa finem Seculi VI.

Aratorius, a, um, ad arationem pertinens. *Paul. l.* 3. *recept. ſentent. tit.* 7. Boves aratorii.

Arātro, tras, ſive *artro*, a. 1. *roverſciare*, Ger. *vvviderumberen*, ἀροτριάω, quaſi arando itero, eſt ſegetes jam natas rurſus arando proſcindere, quod impinguandi cauſa fit. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Quod nunc vocant artrare, ideſt aratrare, ut credo, tunc dictum.

Arātrum, tri, n. 2. *aratro*, Ger. *pflug*, Gal. *charrue*, Hiſp. *arado*, ἄροτρον, ab aro, inſtrumentum, quo aratur. *Virg.* 7. *Æn.* Et terram centum vertebat aratris. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 18. Ab aratro arceſſebantur, qui Conſules fierent.

Arātus, a, um, *arato*, nom. ex particip. ut terra arata, agri arati, apud *Ovid.* 7. *Metam. v.* 122.

Arātus, Poeta Cilix, Aſtronomiæ peritiſſimus, cujus phœnomena extant Græce, quæ *Cicero* Latine vertit. ¶ Penultimam corripuit *Sidon. carm.* 23. *v.* 112. Diverſas Arato vias cucurrit.

Arauſienſis, e, adject. ab Arauſione. *Spon. Miſc. erud. antiq. p.* 156. *ex vet. lapide*. Gemina Titulla Arauſienſis. Et *pag.* 98. Vir Arauſienſis.

Arauſĭo, *Oranges*. Col. Secundanorum, nunc Urbs E. ſub A. Arelat. Acad. Princ. Gall. Narb. in Provincia, ab Avenione 4. leuc. a Rhodano 1. ad riv. *Eigue*. *Plin.* 3. 4.

Araxes, m. 3. *Araxi*, *Aclar*, *Cajaz*, Perſis *Araſſ*, Turc. *Areſque*, flu. Armeniæ majoris, qui illam a Media Atropatia ſeparat, oritur 6. M. P. ab Euphrate, Artaxatam rigat, in Mare Caſpium ſe exonerat, inter oſtia Cyri, & Cambiſis flu. ¶ Araxes alter, Savoras aliis, flu. Meſopotamiæ, qui in Euphratem ſe exonerat 80. M. P. infra Thapſacum. *Mela* 3. 5. *Plin.* 6. 9.

Araxeus, adject. ab Araxe. *Avienus Periegeſi*, *v.* 30. *de Tanai*: Sciſſus Araxeo prius æquore, jam ſuus unda Effluit in Scythiam. Sed aliud flumen, vel mare hyperboreum ſignificari videtur.

Araxum, i, n. 2. *Capo di Chiarenza*, prom. ſcopuloſum Elidis, in ora occ. Peloponneſi, inter Dymam, & Cyllenem, non procul a Patris, a Dyma 60. ſtad. in Occ. *Plin. l.* 4. *c.* 5. *&* 12.

Arbĕla, ἡ ἀρβέλη, οἱ ἀρβέλοι, urbs Siciliæ, cujus cives tamen ſtupidi fuerunt, ut illis facile imponeretur. Unde proverb. Quid non ſies Arbelas profectus? V. *Eraſm. Chiliad.* ¶ *Arbela*, neut. gen. plura. τὰ ἄρβηλα, Urbs quondam Aſſyriæ, nobilis clade Darii Perſarum Regis ab Alexandro devicti. *Curt. l.* 4. *c.* 9. & *l.* 5. *c.* 1. Quæ prælio apud Arbela conjuncta ſunt, ordiar dicere.

Arbii, m. 2. ἄρβιοι, pop. Indis finitimi, non procul ab Arianis, & Gedroſiis, dicti ab Arbi vicino fluvio. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Arbilla, arvina, ideſt pinguedo corporis. *Feſtus*.

Arbina. V. Arvina.

Arbĭter, tri, m. 2. judex, diſceptator, teſtis, præſens, domeſticus, *giudice*, *arbitro*, פלילי, Ger. *ſchiedſman*, Gal. *arbitre*, Hiſp. *arbitro*, διαιτητὴς, judex, non a lege datus, ſed ab iis, qui litigant, electus, qui totius rei habet poteſtatem, dictus ab arbitrando, ideſt, exiſtimando. Ejus enim officium eſt judicare, non ad ſummum juris rigorem, ſed prout ipſe æquum eſſe exiſtimat. Judex vero ex officio dictus eſt. *Ter. in Heaut.* 3. 1. 92. Me cepere arbitrum. ¶ Aliquando arbiter dicitur ſpeculator. *Cic. Verr.* 7. Locus amœnus, & ab arbitris remotus. *Plaut. Mil.* 2. 2. 3. Mihi quidem jam arbitri vicini ſunt, meæ quid fiat domi. ¶ Hinc dicimus, facere aliquid ſine arbitris, h. e. nemine vidente, vel audiente. *Plaut. Ciſtel. Liv. l.* 1. ¶ Arbiter etiam dicitur Princeps, ſeu Rex. Sic Deus Arbiter Orbis dicitur. *Seneca Herc. Fur. v.* 582. *de Plutone*: Tandem noctis ait, vincimur, arbiter. *Horatius* etiam Notum ventum Adriæ arbitrum, quaſi dominum illius maris vocat, *lib.* 1. *od.* 3. ¶ *Id. l.* 1. *epiſt.* 11. *v.* 26. *locum maris arbitrum* dixit, qui mare proſpectat.

Arbĭtra, æ, f. 1. *Horat. Epod.* 5. 49. O rebus meis non infideles arbitræ, Nox & Diana. *h. e.* teſtes, conſciæ.

Arbitrālis, le, adject. idem quod arbitrarius. *Macrob. Saturn. l.* 7. *c.* 1. Arbitrali judicatione aliquid componere.

Arbitrario, adver. pro arbitrio, pro voluntate, *ad arbitrio*, διαιτητικῶς. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 42. Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario. *h. e.* ſine dubio, ſine controverſia, *ſenza dubbio*.

Arbitrārius, a, um, o. 1. 2. *arbitrario*, פלילי, Ger. *vvilkemlich*, τὸ ἐφ' ἡμῖν, dicitur, quod alicujus arbitrio eſt relictum, ab arbitrorum more, qui totius controverſiæ ſuo arbitrio finiendæ poteſtatem habent. Hinc *arbitraria pœna*, quæ non lege ſtatuta eſt, ſed judicis arbitrio relicta. *Plaut. Amph.* 1. 1. 216. Hoc quidem profecto certum eſt, non arbitrarium. h. e. dubium: quandiu enim res apud arbitrum geritur, dubium eſt, quo caſura ſit.

Arbitratĭo, onis, f. *Gell. l.* 13. *c.* 20. hanc vocem ponit tanquam uſitatam. Inquit enim. *Hic* allegatus, *& hic* arbitratus *pro* allegatione, *proque* arbitratione *dicuntur*. Nos nullum aliud adhuc exemplum vidimus.

Arbitrātor, oris, m. arbiter, dominus, moderator. *Inſcript. optimæ notæ* apud *Gruter. p.* 1088. *n.* 7. Mars arbitrator caſtrorum.

Arbitratrix, icis, f. *Tertull. contra Marcio. l.* 2. *c.* 12. Juſtitia in domino inventa eſt arbitratrix operum ejus. *h. e.* moderatrix.

Arbitrātus, tus, m. 4. opinio, judicium, ſententia, voluntas, arbitrium, *parere*, *giudicio*, *volontà*, פלילה, Ger. *gutdincken*, Gal. *avis*, Hiſp. *parecer*, θέλημα. *Cic. in Læl.* Cujus diſputationis ſententias in hoc libro expoſui meo arbitratu. *Id. Fam. l.* 6. *ep.* 1. Quæro cauſas omnes aliquando vivendi arbitratu meo, *a mio modo*. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 21. Tuus arbitratus ſit: comburas, ſi velis.

Arbitrium, ii, n. 2. arbitratus, voluntas, libido, *ſentenza arbitraria*, Ger. *meinung*, Gal. *arbitre*, Hiſp. *arbitrio*, *alnedrio*, δίκη, ſententia, quæ ab arbitro ſtatuitur. Inde arbitria facere, i. e. judicare, ſententiam pronuntiare. *Horat. lib.* 4. *od.* 7. Quum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos Fecerit arbitria. ¶ Accipitur frequenter pro cujuſvis voluntate, *genio*, *volontà*. Sic, ad arbitrium alicujus vivere. *Cic. pro Mur. c.* 9. Et agere arbitrium. *i. e.* ſtatuere pro arbitrio, apud *Liv. Dec.* 5. *l.* 4. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 45. Nutu, atque arbitrio Dei omnia reguntur. ¶ Item ſignificat Imperium. *Suet. in Cæſ. c.* 7. Arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes. ¶ Item electionem. *Nep. in Conon.* 4. 1. Id arbitrium negavit Conon ſui eſſe conilii. ¶ Item libertatem, epitheto addito. *Liv. l.* 32. *c.* 37. Quintio liberum arbitrium pacis, ac belli permiſſum. Sic alibi ſæpe. ¶ Item teſtimonium, quemadmodum arbiter pro teſte ponitur. *Sever. in Ætna*, *v.* 195. Arcent aditu, divinaque rerum cura ſine arbitrio eſt. ¶ *Arbitrium pro ſocio*, formula Juris eſt, quæ idem ſignificat, ac judicium, ſeu actio ſocietatis. *Cic. pro Quinct. c.* 3. Quaſi ii qui bona fide ſocietatem gererent, Arbitrium pro ſocio, condemnari ſolerent: *hoc eſt* judicio ſocietatis: quaſi diceret *ſecundum arbitrium*. Tametſi hoc loco alii legunt *arbitrii*, alii *arbitrio*, alii *ad arbitrium*. ¶ Arbitrium denique eſt pecunia vectigalis, quam publicani ſolvunt Reip. ob jus monopolii, ſeu ut ſoli ipſi vendant. *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 7. Nondum palam factum eſt concidiſſe Remp., cum tibi arbitria funeris ſolvebantur. Ital. *l'appalto*. Sic apud *Liv. l.* 2. *c.* 9. Salis vendendi arbitrium.

Arbĭtro, as, pro arbitror, ſed minus uſitatum. *Plaut. Stic.* 1. 2. 87. Probiores, credo, arbitrabunt, ſi probis narraveris. *Id. Pſeud.* 4. 2. 57. Te arbitrarem dignum, miſiſſem tibi. *Nepos in Alcib. c.* 9. Non ſatis tuta ea loca arbitrans. *Apulej. l.* 4. *Metam.* Domus attiguæ fortunas arbitraturus.

Arbĭtror, traris, d. 1. puto, judico, autumo, cenſeo, *giudicare*, *penſare*, *ſtimare*, חשׁב, Ger. *meinen*, Gal. *penſer*, *eſtimer*, Hiſp. *juzgar*, δοκῶ, exiſtimo. *Cic.* 6. *Ver.* Partes, quas alienas eſſe, arbitrabar. ¶ Interdum accipitur pro ſpeculari, & inquirere, ſeu auſcultare, *penſare*, *inveſtigare*, *cercare*. *Plaut. in Aul.* 4. 1. *in fin.* Hinc potero, quid agant, arbitrarier. *Gell. l.* 4. *c.* 11. Arbitrari carmina alicujus. *h. e.* examinare. ¶ Apud Juriſconſ. *arbitrari* pro judicare ponitur, & ſententiam dicere, *ſentenziare*, διαιτᾶν. *Ulp. de recep. arb.* Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur, pœna committetur. ¶ Fidem arbitrari alicui, ideſt, habere, dixit *Plaut. Bacchid.* 3. 6. 14. & *Apul. Apol. p.* 487. ¶ Particip. *arbitratus* paſſive poſuit *Gell. l.* 1. *c.* 13. Anceps quæſtio, & in utramque partem a prudentibus arbitrata eſt. *h. e.* judicata. ¶ Ipſum quoque verbum paſſive uſurpatum legitur. *Cæl.* apud *Priſcian. l.* 8. Ex ſcriptis eorum, qui veri arbitrantur. *h. e.* exiſtimantur. *Ulpian. Dig.* 11. 7. 12. Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti. *h. e.* æſtimantur. ¶ In illo *Plaut. Epid.* 2. 2. 82. Continuo arbitretur uxor tuo gnato. *arbitretur* eſt quæratur, proſpiciatur, vel eligatur, & detur: ducta loquendi ratione a judicibus, qui arbitrando aliquid alicui adjudicant.

Arbor, oris, f. 3. *albero*, עץ, Germ. *ein baum*, Gal. *arbre*, Hiſp. *arbol*, δένδρον, & δένδρος, a robore, ſignif. plantas majores, ut vitem, quercum, &c. Dicitur & *arbos*, in nom. Hinc *Feſt. Arboſem* pro arbore antiqui dicebant, & *roboſem* pro robore. ¶ Uſurpatur continuate cum

suis speciebus, ut Arbor ficus, arborem ficum, &c. Sed reperitur etiam cum gen. *Cic. pro Flacc. cap.* 17. Qui arborem fici nunquam vidisset. ¶ Dicitur etiam de malo navis, apud JCtos. *Paul. l.* 2. *sent.* 7. §. 3. Nave vel arbore vi tempestatis amissa. *Virg. Aen.* 5. *v.* 504. Arborem mali, dixit. Ab *eod. Aen.* 10. *v.* 207. pro remo ponitur: centena arbore: *i. e.* centum remis. ¶ Item de trabe illa præli, quæ deprimitur premendi causa. *Plin. l.* 18. *c.* 31. ¶ Item de quacumque lignea materia. *Plin. lib.* 12. *cap.* 1. Arbore sulcamus maria: arbore exædificamus tecta, &c. ¶ *Arbor*, m. 3. piscis est in Oceano Gaditano tam vastis dispansus ramis, ut fretum nunquam ingressus credatur. *Plin. l.* 9. *c.* 4.

Arborarius, o. 1. 2. quod ad arbores pertinet, ut Picus arborarius, qui in arboribus nidificat. *Plin. l.* 30. *c.* 16. Proventus arborarius. *Solin. c.* 11. Arborariæ falces, *Varr. R. R.* 1. 22.

Arborator, m. 3. *potatore d'alberi*, Ger. *baumbauver*, Gal. *emondeur d'arbres*, Hisp. *podador de los arboles*, δενδροτόμος, qui arbores putat, qui & frondator dicitur. *Plin. l.* 18. *c.* 33. Frondem medio die arborator ne cædito. Adde *Colum. l.* 11. *c.* 1.

Arborea, Usellis, *Oristagni*, Urbs A. Sardiniæ, in ora Occ. a litore 6. M. P. inter Sassarim, & Calarim 60. ad Mer. a Bosa 30. in Austr.

Arboresco, n. 3. *farsi albero*, δενδρόομαι, arbor fio, in arborem cresco. *Plin. l.* 19. *c.* 4. In Arabia malvas septimo mense arborescere.

Arborĕtum, i, idem quod arbustum. Usus est eo *Cl. Quadrigar. apud Gell. l.* 17. *c.* 2. qui addit: Arboreta ignobilius verbum est, arbusta celebratius. V. Arbustum.

Arborĕus, o. 1. 2. δένδρειος, quod est arboris. *Virg. l.* 1. *Georg. v.* 55. Arborei fœtus alibi. *Ovid. Met.* 10. *v.* 129. Arborea umbra. *Virg.* 1. *Aen. v.* 194. Cervi cornibus arboreis.

Arborius, a, um, idem quod arboreus. *Cato*, *c.* 11. Falx arboria. *i. e.* cædendis arboribus apta. Al. leg. *arborea*.

Arbos. V. Arbor.

Arbuscŭla, f. 1. *arboscello*, שיח, Ger. *ein beumlein*, Gal. *arbrisseau*, Hisp. *arbolillos*, *alborcillos*, δενδρίον, dim. ab arbor. *Var. l.* 3. In eo arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem. ¶ Significat etiam machinulam, quæ Græce ἀμαξόπους dicitur, in qua versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis. *Vitruv. l.* 10. *c.* 20. ¶ Arbuscula præterea nomen est mulieris cujusdam mimæ. *Horat.* 1. *serm. sat. ult. v.* 77. ¶ *Arbuscula crinita* ob similitudinem dicitur a *Plin. l.* 11. *c.* 37. apex capitis pavonum.

Arbusta, n. 2. *luoghi*, *dove sono molti alberi*, אשל, Ger. *baumgarten*, *baumgertlein*, Gall. *bocage*, Hisp. *arboledas*, θάμνοι, loca consita arboribus vitiferis, hoc est, ulmis, populis, vel similibus, in quibus vites extendi solent, vel ipsæ etiam arbores vitibus maritatæ, atque vitiferæ, quæ in ordinem digeruntur. *Col. l.* 3. Qui vineam, vel arbustum constituere volet. ¶ Rursus arbustum locus est, in quo arbores sunt ad fructum consitæ, sicut salictum, vel salicetum, in quo sunt salices. Hoc & arboretum aliqui vocant. *Gell. l.* 17. *c.* 2. Convalles, & arboreta magna erant. ¶ Translate *expressa arbusto convicia* dixit *Horat. l.* 1. *sat.* 7. *v.* 28. *h. e.* ex pectore expressa feraci maledictorum. Ducitur enim translatio a vindemiatoribus, & frondatoribus, qui dum frondationi, aut vindemiæ sunt intenti, in prætereuntes viatores, veluti decussa ex arbore, congerere convicia solent, & ab iis vicissim dictis lacerari.

Arbustivus, o. 1. 2. δενδρώδης, adject. ut Arbustivæ vites, quæ arboribus applicantur, & in sublime procedunt. *Colum. de arborib. c.* 4. & 16. & *l.* 3. *c.* 13. ¶ *Arbustivus locus* est arboribus consitus. *Colum.* 3. 13. Ex loco sive arbustivo, sive silvestri, &c.

Arbusto, stas, n. 1. *piantare alberi per sostegno delle viti*, נטע עץ, Ger. *bleom pfantzen*, Gal. *planter des arbres*, Hisp. *plantar arboles*, δενδροφυτέω, agrum arboribus consero ad maritandas vites. *Plin. l.* 17. *c.* 23. Populo, tilia, accere, orno, carpino arbustat agros.

Arbustum. V. Arbusta.

Arbustus, a, um, adject. quasi arbustis plenus, seu consitus. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Larium lacum appellat, amœnum arbusto agro. Et comparat. apud *Tertull. l.* 2. *cont. Marc.* ubi ait, Deum res suas arbustiores in primordiis procurasse. *i. e.* quasi magis luxuriantes, ac feraciores.

Arbutĕus, a, um, ex arbuto factus. *Virg. Georg.* 1. *v.* 166. Arbuteæ crates. *Ovid.* 13. *Metam.* Arbutei fœtus. i. e. arbuta.

Arbŭtum, i, n. *corbezzolo*, fructus arbuti, qui & *unedo* dicitur, κόμαρον. *Virg.* 1. *Georg. v.* 148. cum jam glandes, atque arbuta sacræ Deficerent silvæ. ¶ Sumitur & pro ipsa arbore. *Id.* 3. *Georg. v.* 300. Jubeo frondentia capris Arbuta sufficere.

Arbutus, f. 2. *corbezzolo*, κόμαρος, arbor folio citro similis, sed raris frondibus, & non deciduis, cujus fructus *arbutum*, & *unedo* vocatur. Hæc arbor in Arabia excrescit in altitudinem 50. cubitorum, *Plin.* auctore *l.* 15. *c.* 24. *Virg.* 2. *Georg. v.* 69. Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.

Arca, cæ, f. 1. *arca*, *cassa*, *scrigno*, ארון, Ger. *kasten*, *bisle*, Gal. *coffre*, *arche*, Hisp. *arca*, *caxa*, κιβωτός, scrinium, capsa, armarium, ab arcendo, ut Varro ait, quod ab ea clausa arceantur fures. ¶ Sumitur pro loculo, seu sarcophago, *cassa da morto*. *Plin. l.* 13. *c.* 13. Cn. Terentium Scribam repastinantem offendisse arcam, in qua Numa situs fuisset. ¶ Est & Arca vestiaria, in qua vestes reponuntur. *Cato*, *c.* 11. ¶ Frequentissime pro receptaculo nummorum, seu pro ipsis divitiis accipitur. *Juven. sat.* 11. inter arcam & sacculum distinguit, ut illa sit locupletum, hic pauperum: Ignoras, quantum ferrata distet ab arca sacculus. ¶ Hinc arca sæpe idem est, ac Fiscus, *cassa pubblica*. Sic theatralis arca, & Quæstoria, & Pontificialis, apud Vett. invenitur. ¶ Accipitur & pro pecunia præsenti; unde solvere ex arca, *pagar a contanti*: cui opponitur solvere e mensa, *pagar per giro*. ¶ In libris Juris Civilis invenitur arca frumentaria, & olearia, & apud *Symmach. l.* 10. *ep.* 42. & 47. arca vinaria: in qua scili. reponuntur pecuniæ vectigales ex frumento, oleo, aut vino. ¶ Arcæ etiam dicuntur loci quidam in carceribus secretiores, & obscuriores. *Cic. pro Mil. c.* 22. Subito arrepti in quæstionem, tamen separantur a cæteris, & in arcas conjiciuntur, ne quis cum iis colloqui possit. ¶ Agrimensoribus arcę sunt limites quidam in modum arcæ constructi. *Frontin. de Coloniis:* Adrianus ager finitur per rationem arcarum, riparum, &c. ¶ Arcas appellat *Vitruv. l.* 6. *c.* 3. tabulationes intra aquam, sc. ab arcendis aquis. Alii Aquaria septa vocant. ¶ Denique in tectis ædium, arca est universa dispositio trabium, quæ tectum sustinent. *Vitruv. l.* 6. *c.* 3. & 4.

Arcădes. V. Arcas.

Arcadia, f. 1. *Arcadia*, inc. simul cum Laconia, *Tzaconia*, ἀρκαδία, reg. in meditullio Peloponnesi, pars Achajæ, a mari undique remota, habens a Sept. Achajam propriam, a Mer. Messeniam, ab Or. Argiam, & Laconiam, ab Occ. Elidem. Dicta est ab Arcade Jovis F. ex Calisto Lycaonis filia, qui Pelasgos in deditionem redegit. Dicta etiam est Lycaonia, a Lycaone Rege patre Calistus, item Gigantida, item Parrhasia, a Parrhasia ejus urbe, & regione, item Pelasgia, a Pelasgo Rege, sapiente viro, qui cultioris vitæ populis illis auctor fuit, & victum ex stirpibus herbarum, arborumque frondibus transtulit ad glandem, maximeque ad fagineam. ¶ Tota montosa est. ¶ Habet hæc regio asinos procerissimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abierunt. Habet & lapidem ἄσβεστον, hoc est, inextinguibilem. ¶ Arcadia quoque urbs est Peloponnesi, in ora occ. Messeniæ, inter Haliartum, & Methonem.

Arcadicus, & Arcadius, a, um, gentile ab Arcadia. *Liv. l.* 1. *c.* 5. A Pallanteo, urbe Arcadica, Palatium appellatum. Et *Senec. Herc. Fur. v.* 229. Arcadia nemora. ¶ *Arcadicus juvenis* est bardus, stupidus, alludendo ad Asinos, qui maximi in Arcadia sunt. *Juvenal. sat.* 7. *v.* 160.

Arcadius, m. 2. ἀρκάδιος, Theodosii filius, Romanorum Imperator cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de syntaxi conscripsit. *Suid.*

Arcane, & arcano, adv. *secretamente*. *Cæs.* 1. *Bel. Civ. c.* 19. Ipse arcano cum paucis familiaribus colloquitur. *Colum. l.* 3. *c.* 2. Quid arcanius judicem &c.

Arcanum, n. 2. *secreto*, סוד, Ger. *geheim*, Gal. *secret*, Hisp. *secreto*, ἀπόρρητον, secretum, occultum, ab arca, in qua quæ clausa sunt, secreta manent, vel ab arce, quæ tutissima pars urbis est. *Virg.* 1. *Æn.* Fatorum arcana movebo. *Curt. l.* 4. *c.* 6. *n.* 5. More Persarum arcana Regum mira celantium fide.

Arcānum, *Arce*, villa olim Cicer. nunc oppidum Latii, inter Arpinum, 4. M. P. & Aquinum 7. in colle, apud Melphem fl. præterfl. *Cic. Att.* 10. 2. & *Q. Fr.* 3. 1.

Arcānus, o. 1. 1. *occulto*, *secreto*, נעלם, Ger. *verborgen*, Gal. *secret*, ἀπόρρητος, ut Arcanus homo, qui quæ audit, tacet, & continet optime. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 155. Dixisti arcano satis. ¶ Dicitur etiam de rebus ipsis, quæ occultæ sunt. *Virg.* 4. *Æn.* Arcanos etiam tibi credere sensus. ¶ Substantive *Tacit.* 2. *Ann. c.* 59. Arcana dominationis. *Virg.* 7. *Æn. v.* 123. Arcana fatorum.

Arcarius, a, um, ad arcam pertinens. Arcarii enim dicuntur, qui accepta & expensa arcarum tractant, *Ministri alla Cassa*. *Lamprid. in Alex. Severo c.* 43. Arcarios instituit, qui de arca fisci ederent munera. Sic Arcarii Pontificiales, apud *Symmach. l.* 1. *ep.* 62. ¶ In familia etiam Arcarii dicuntur servi, qui domini pecuniam administrant. *Scævol. l.* 41. *Dig. de fideicom. Libert.* Stichus arcarius, probante domino, nomina fecit, &c.

Arcas, cadis, m. 3. ἀρκάς, nomen Jovis filii ex Calisto, a quo Arcades originem ducunt. ¶ Item Mercurius, qui in Cyllene Arcadiæ monte natus est. *Martial. l.* 9. *ep.* 35. & *Lucan. l.* 9. *v.* 661. ¶ Est & gentile ab Arcadia. *Ovid.* 5. *Fast.* Arcadis Evandri nomen tibi sæpe refertur. ¶ Arcades autem vetustate gentis adeo gloriari soliti sunt, ut ante Solem & Lunam natos se dicerent. *Ovid. Fast.* 2. *v.* 289. Cujus fabulæ causam affert. *Censorin. de die Natalis*, *c.* 19. his verbis: Arcades trimestrem annum primo habuisse dicuntur, & ob id Proselenæ appellati; non, ut quidam putant, quod ante nati sint, quam Lunæ astrum, sed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad Lunæ cursum constitueretur. ¶ Dicti sunt etiam βαλανηφάγοι, i. e. glande vescentes, quia primo glandiferas arbores coluerunt. *Plin. l.* 16. ¶ Laudantur etiam a Musices studio. Inde illud *Virg. Ecl.* 10. Soli cantare periti Arcades. De antiqu. Arcadibus consule *Leon. Adamum*.

Arcatūra. V. Arcella.

Arcātus. V. Arquatus.

Arcella, & Arcatura, apud Grammaticos scriptores accipiuntur pro arcis, quæ scilicet agrorum limites sunt. Arcaturam habet & *Cassiodor. l.* 3. *Variar. c.* 52. Sed ambæ voces sunt minus latinæ. ¶ Arcella item tanquam genus vitis, affertur a quibusdam ex Columella, *l.* 3. *c.* 21. Sed lectio valde dubia est. V. seq. vocem. ¶ *Arcella* pro parva arca legitur apud *Fest.* in voce *Arca*.

Arcellata vitis, apud *Colum. l.* 3. *c.* 2. legitur a quibusdam, hoc est in arceræ modum disposita. (Nam *arcella* putant diminutivum ab *arcera*.) sed alii aliter legunt.

Arcellŭla, læ, diminut. ab arcella. *Diomed. Grammat. l.* 1.

Arceo, es, cui, a. 2. *scacciare*, *allontanare*, כלא, Ger. *entweichen*, Gall. *chasser*, *empecher*, Hisp. *arredrar*, *echar costrenir*, ἀπείργω, est procul pulsare, vel fugare, sive de longe vetare, ne accedant, qui veniunt, vel obsistere, ne adversarius nocere prope queat, ut arcere muscas, arcere hostes. Hinc arx dicta est, quod procul a se hostes removeat. Supino caret. *Arcitum* enim inusitatum est, licet in compositis in usu sit *coercitum*, *exercitum*, &c. Regit ablat. cum præp. *a*, vel *ab*, & sine præ. *Cic. in Catil.* 1. *c. ult.* Hunc a mœnibus urbis arcebis. *Liv. l.* 1. Sed etiam foro arcebat. ¶ Usurpatur etiam sine ablat. *Id. ibid.* Ad arcendam vim advenarum armati concurrunt. ¶ Item cum infinito. *Silius l.* 13. *v.* 341. Solem infervescere fronti Arcet. ¶ Interdum est prohibere. *Cic. in Parad.* Quæ vis est, quæ magis arceat homines ab improbitate? ¶ Interdum stringere. *Virg.* 2. *Æn.* Teneras arcebant vincula palmas. ¶ Interdum continere. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 54. Alvus arcet, & continet quod recipit. *Id. in somn. Scip. c.* 4. Orbis cœlestis extimus qui reliquos omnes complectitur, summus ipse Deus, arcens, & continens ceteros. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Flumina arcere, dirigere, avertere. *h. e.* ripis continere. Hinc *coercere* significat continere, & *arcus in ædificiis dicitur*, quod ipse se contineat.

Arcĕra, f. 1. *lettiga*, Ger. *ein senffte*, φορεῖον, ab arca deducitur, (*Varr. L. L. l.* 4.) & significat plaustrum tectum undique ex tabulis, quasi arca quædam magna vestimentis instrata, ut inquit *Afronius*, quo vehiculi genere senes, & ægroti cubantes vectabantur. *Gell. l.* 20. *c.* 1. *Varro l.* 4. *L.L.* ¶ Ante lecticas in usu fuit, & his inventis postea desiit.

Arceranĕa. V. Atteranea.

Arcesius, fil. Jovis, pater Laertæ. *Ovid.* 13. *Met. v.* 144.

Arcessītor, oris, qui arcessit, seu vocat. *Plin l.* 5. *ep.* 6. Nemo arcessitor ex proximo. ¶ Item qui accusat. *Ammian. l.* 29. *c.* 10. (*al. c.* 1.) Verba placentia arcessitori loqui.

Arcessītus, us, m. *chiamata*. *Ammian.* 31. 10. Arcessitu Valentis. *Plaut. Stich.* 2. 2. 3. Tuo arcessitu venio huc. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 6. Cum ad eum ipsius rogatu, arcessituque venissem. ¶ Extra ablativum casum exempla nondum vidimus.

Arcessītus, a, um, nomen ex particip. ab arcesso, vocatus, *chiamato*. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 261. Quo rediturus erat non arcessitus. *Justin. l.* 11. 10. 14. Arcessitis mox auxiliis. ¶ Est etiam arcessitus idem quod externus, aliunde petitus. *Cic.* 2. *de Or. c.* 63. Cavendum, ne arcessitum dictum putetur.

Arcesso, is, ivi, itum, essere, *chiamare*, *andar a chiamare*, μεταπέμπω, προσκαλέω, primo significat vocare, & tam de personis, quam de rebus dicitur. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 18. Cum ab aratro arcessebantur Consules. *Id. pro Dom. c.* 3. Cum me arcesserent in Senatum, non venirem. *Id. Top. c.* 9. Cum a genere ducetur argumentum, non erit necesse id usque a capite arcessere: h. e. repetere a principio. ¶ Deinde, & quidem sæpe, accusare significat: *accusare*, *chiamar in giudizio*: quæ notio a priore manat. nam qui accusat, in judicium vocat. Construitur autem ad normam verborum accusandi. *Cic. pro Dejot. c.* 11. Capitis ar-

ceſſere. Et 2. *Offic. c.* 14. Ne quem unquam innocentem judicio capitis arceſſas. ¶ Sunt qui prohibendi ſignificationem adjiciunt, quaſi ab *arceo* ſit frequentativum: ſed perperam, non enim ab *Arceo* eſt, ſed ab antiquo *ar* pro *ad*, & *ceo*, vel *cieo*; ut ſit idem quod *accio*, vel *accieo*. *Priſcian. l.* 1. *Velius Longus Vet. Grammat. de orthograph.* &c. Quare male ſcribitur *Accerſo*, pro *arceſſo*. Multis argumentis (inquit *Voſſ. in Etymol. c.* 40.) evincere poſſumus, *accerſo* per c. non eſſe latinum, ſed poſterioribus ſæculis corruptum ex *arceſſo*. ¶ Præteritum, ſupinum, & aliquando etiam infinitum mutuatur ab inuſitato *arceſſio*. *Cic. ad Attic. l.* 16. *epiſt.* 11. Ego autem ejus librum arceſſivi. *Cæſ. l.* 5. *B. G. cap.* 11. Alios arceſſiri jubet. pro qua voce *Cicero* habet *arceſſi*, *l.* 15. *ad Att. ep.* 13.

Archaïcus, a, um, *ſemplice*, *ſchietto*, *fatto all' antica*, ἀρχαϊκὸς, quidquid ad antiquorum ſimplicitatem factum eſt. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. Si potes archaicis conviva recumbere lectis: *h. e.* humili brevique forma. Al. leg. *archiacis*, ideſt ab Archia artifice ſic vocatis.

Archaiſmus, m. 2. ἀρχαισμὸς, antiquitas, Fig. qua more veterum loquimur, vel ſcribimus. *Ter. Eun.* 4. 3. 7. Neſcio quid abſente nobis turbatum eſt domi.

Archeōta, æ, m. *archiviſta*, archivii curam gerens. *Arcad. Dig. l.* 50. *tit.* 4. *leg. ult.* ¶ Legitur & Archiota.

Archetypus, i, m. 2. vel archetypum, n. 2. ἀρχέτυπος, prima forma, ſecundum quam expediuntur ſimulacra, *archetipo*, *originale*. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 10. Ut pictores pulchram, abſolutamque faciem raro exprimunt, ſic ego ab hoc archetypo labor, ac decido. ¶ Adjective. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 7. Archetypi Cleantæ, *ritratti originali di Cleante*. ¶ *Nugas archetypas* dixit *Martialis l.* 7. *ep.* 10. libellos ſuos manu ſua emendatos: & *l.* 12. *ep.* 70. *archetypos amicos*, pro veris, & germanis, metaphorice.

Archezoſtis, al. vitis alba, gen. vitis ſylveſtris, ſativæ ſimilis foliis, ſarmentis, pampinis. *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Archiater, vel Archiatrus, i, m. 2. *protomedico*, ἀρχιατρὸς, proprie dicitur, qui Principis medendi cura fungitur; apud JCtos *in Cod. Tit. de Com. & Archiat.* & *Hieronymum Mercurial. l.* 4. *Var. lect. c.* 1. ¶ Alii Archiatros dici volunt, non quaſi Principis Medicos, ſed quaſi principes in arte Medica, ab ἀρχὸς, princeps, & ἰατρὸς, medicus.

Archiatrĭa, æ, f. dignitas, & munus archiatri. *Julian. Imp. lib.* 13. *Cod. Theodoſ. tit.* 3. *l.* 8.

Archidiacŏnus, i, *archidiacono*, ἀρχιδιάκονος, princeps Diaconos. *Hieronym. ep.* 61. *ad Pammach. c.* 4. & *Sidon. l.* 4. *ep.* 25. ¶ In recto caſu *Archidiacon* dixit *Venant. Fortun. l.* 3. *de vita S. Martini*, *v.* 38. non imitandus.

Archigallus, i, Sacerdos, qui præerat ſacris Magnæ Matris Cybeles, quem pinxit Parrhaſius, apud *Plin. l.* 35. *c.* 10. quemque ridet *Tertul. Apologet. c.* 25. & *Firmic. l.* 3. *c.* 6.

Archigĕnes, ἀρχιγένης, princeps generationis. ¶ Sumitur etiam pro iis, qui ſe præ omnibus ſui generis ſapientes oſtentant. ¶ Fuit item hoc nomine Medicus Trajani tempore. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 235.

Archigĕron, ontis, præfectus, & quaſi princeps ſeniorum. *leg.* 1. *Cod. Theodoſ. de Alexan. pleb. primat.* Archigerontes, & diæcetæ deligantur.

Archilochius, a, um, adject. poſſeſſiv. ab Archilocho, ut carmen, metrum Archilochium, *Diomed. Gram. l.* 3. ¶ Item contumelioſus, conviciis plenus, quo modo *Cic. l.* 2. *ep.* 21. *ad Att.* Archilochia in Cæſarem edicta Bibuli vocat.

Archilochus, m. 2. ἀρχίλοχος, poeta Lacedæmonius, carminis jambici inventor, quod ab eo Archilochium vocatur, quo Lycambem, quod filiam ſibi promiſſam alteri locaviſſet, ad ſuſpendium dicitur adegiſſe. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Vixit regnante Romulo. *Cic.* 1. *Tuſc.* ¶ Alius fuit Archilochus Neſtoris fil. qui patrem in expeditione Trojana ſecutus a Memnone interfectus eſt. ¶ Alius fuit Siculus, qui Arciam urbem condidit.

Archimagīrus, *maeſtro de' cuochi*, ἀρχιμάγειρος, princeps, & magiſter coquorum, vel qui coquinæ præeſt. Nam μάγειρος coquus eſt. *Juvenal. ſat.* 9. *v.* 109. Finxerunt pariter librarius, archimagiri. Adde *Sidon. Apoll. l.* 2. *ep.* 9.

Archimandrĭtæ, arum, m *Abbati*, *Priori*, *Guardiani*, ἀρχιμανδρῖται, Germ. *ein Abbt*, *ei Prelat*, Abbates, Præpoſiti Monachorum. Priſci enim Monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, in mandris, ideſt, in ſpeluncis, & cavis montium habitabant. *Sidon. Apoll. l.* 8. *ep.* 14. Conſequi affectans Palæſtinos archimandritas. Adde *l.* 8. *C. de ſum. Trin.* & *Alcim. Avit. ep.* 2.

Archimēdes, m. 3. ἀρχιμήδης, vir Syracuſanus, admirando, ac prope divino ingenio, quo nemo unquam præſtantior fuit in Geometria, in Arithmetica, in Aſtronomia, in machinali arte, in omnibus Mathematicis diſciplinis. *Cic. pro Cluen.* & 2. *Acad.* Quaſi terreſtris Deus conſtruxit ſphæram vitream, in qua ſidera, ut in Cœlo, movebantur. *Cic.* 1. *Tuſ.* & 2. *de nat. Deor.* Decem annos Syracuſas ſuis machinis ab hoſtibus defendit. Sed tandem urbs capta eſt. Marcellus interdixerat, ne unus Archimedes interficeretur. A milite tamen ignaro, quis eſſet, interfectus eſt, cum in pulvere quædam deſcribens attentius urbem eſſe captam non ſentiret. *Cic.* 5. *Fin.* Vixit poſt Dionyſium. *Id.* 5. *Tuſc.* Ejus ſepulchrum a Cicerone Siciliæ Prætore repertum eſt. *Id. Ibid.*

Archimedēus, a, um, ad Archimedem pertinens. *Martian. Capell. l.* 6. *pag.* 191.

Archimīmus, *principe de' buffoni*, ἀρχίμιμος, princeps mimorum. Habetur apud *Suet. in Veſp. c.* 19. *Auguſtin. l.* 6. *d. C. D. c.* 10.

Archipirāta, m. 1. princeps piratarum, *capitano di corſari*, Ger. *ein oberſter der meerauber*, Gal. *le capitaine de corſaires*, & *ecumers de mer*, Hiſp. *capitano de cofarios*, ἀρχιπειρατὴς, prædonum dux. *Cic.* 2. *de Offic.* Ille, qui archipirata dicitur.

Archipresbyter, ĕri, m. *arciprete*, ἀρχιτρεσβύτης, primus inter presbyteros. *Hieron. ep.* 4. ad Ruſticum, circa *med.*

Archiſynagōgus, i, m. *Archiſinagogo*, ἀρχισυναγωγὸς, Synagogæ præfectus. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 28. *in fi.*

Architas, vel potius Archytas, ἀρχύτας, Tarentinus, Æſtiei, vel Mneſagoræ fil. Philoſophus Pythagoricus, præſtantiſſimus in Mathematicis. Cubum excogitavit, columbam ligneam effecit, quæ vivæ volatum imitabatur, platagen invenit, hoc eſt, crepitaculum puerorum. Ei Plato ſuos quoſdam commentarios nondum abſolutos credidit. *Ficin. arg. in ep.* 12. Fuit magiſter Philolai. *Cic.* 3. *de Orat.* Fuit doctus, & plane ſapiens. *Cic.* 5. *Tuſc.* ¶ In recto caſu *Architta* dixit *Sidon.* & penult. corripuit *carm.* 2. *v.* 176.

Architecta, æ, fæmin. ab architectus. *Plin. l.* 10. *c.* 71. Præcipua naturæ architectæ vis. Ita Harduin. ex MSS.

Architectio, onis, architectura. In Plinii loco modo cit. alii legunt: In quo præcipua naturæ architectio. Al. leg. *architectatio*.

Architecton, ŏnis, idem quod architectus. *Plaur. Moſtell.* 3. 2. 73. Sibi laudaſſe haſce ait architectonem neſcio quem, eſſe ædificatas has ſane bene. Adde *Solin. c.* 23.

Architectonice, ἀρχιτεκτονικὴ, ars ædificandi. *Quintil. l.* 2. *c. ult.* Aliæ quoque artes habent multiplicem materiam, velut architectonice. ¶ Architectonice ab Ariſtotele vocatur Philoſophia, quæ omnes artes tanquam ſatellites complectitur.

Architectonĭcus, a, um, ad architectonem ſpectans, ut rationes architectonicæ, *Vitruv. l.* 9. *c.* 4.

Architector, aris, d. 1. *fabbricare*, בנה, Ger. *bauven*, Gal. *batir*, Hiſp. *edificar*, ἀρχιτεκτονέω, conſtruo, fabricor. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 19. Cogitatio quamvis regionem poteſt amplecti, & in ea fabricari, & architectari. ¶ Paſſive *Nepos* apud *Priſcian. l.* 8. Ædes Martis architectata ab Hermodoro. ¶ Translate ponitur pro comminiſci, præſcribere, *formare*, *produrre*. *Cic.* 2. *de Fin.* An quod ita ſapientia callida eſt, ut optime poſſit architectari voluptates? *h. e.* comminiſci, parare.

Architectorĭcus, a, um, Architectonicus. *Sidon. Apoll. l.* 8. *ep.* 4. Domicilium parietibus attollitur, ad concinentiam ſcilicet architectoricam fabre locatis.

Architectūra, æ, apud *Cic.* 1. *Offic.* 42. *architettura*, ἀρχιτεκτονική. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. eam definit ſcientiam pluribus diſciplinis, & variis eruditionibus ornatam, cujus judicio probantur omnia, quæ a cæteris artibus perficiuntur opera, ex fabrica, & ratiocinatione natam. *Lib.* autem 2. *c.* 3. ejus tres partes enumerat, Ædificationem, Gnomonicam, & Machinationem.

Architectus, i, *architetto*, *proto*, *ingegnere*, דהבונים, Ger. *bauvmeiſter*, Gall. *architecte*, Hiſp. *architeto*, ἀρχιτέκτων, ex ἀρχὸς, princeps, & τέκτων, faber, principalis faber fabricandi artem habens, vel qui ſtructuris ædificiorum præeſt, & fabricanda præſcribit. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 14. Philo architectus Athenienſibus armamentarium fecit. ¶ Translate pro auctore ſumitur, & elegantem uſum habet in iis præſertim, qui nectendis dolis, parandis ſceleribus, ſtruendis fallaciis excellunt. *Cic. pro Cluent. c.* 22. Princeps & architectus ſceleris. ¶ Accipitur & in bonam partem, ut architectus benefactorum, apud *Plaut. prol. Amph.* Architectus beatæ vitæ. *Cic.* 1. *Fin. c.* 10.

Architriclīnus, m. 2. טלצר, Germ. *hoffmeiſter*, Gal. *maitre d' hotel*, Hiſp. *maeſtre ſala*, ἀρχιτρίκλινος, qui præeſt triclinio, ideſt, qui curat, ut recte omnia diſpoſita ſint, & variorum eduliorum tercula ordine, & tempore convivis exhibeantur.

Archīum, & altero u inſerto, Archīvum, ἀρχεῖον, magiſtratuum ædes ſignificat, & regiam, & palatium, & judiciale forum apud Græcos. *Pauſan. in Lacon.* ¶ Hinc factum eſt, ut ſumatur pro chartophylacio, ſeu Tabulario publico, quia plerumque archiva chartophylaciis vicina ſunt, *archivio*, *cancellaria*. *Ulpian. l.* 9. §. 6. *Dig. de pœnis:* Ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archio forte, vel grammatophylacio. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. cap.* 7. Cenſum Auguſti Romana archiva cuſtodiunt. ¶ Pro templo, vel potius pro Adyto templi, ubi congregabantur Magiſtratus Sacerdotum, uſurpavit *Pomponius Mela l.* 3. *c.* 8. de Phœnice loquens; ſi ſequamur emendationem Iſaaci Voſſii. Nam ibi pro *Archio* al. leg. *Nardo*.

Archon, tis, m. 3. ἄρχων, ſummus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginenſes, Romæ Dictator. Fuerunt, teſte Suida, Archontes novem, quorum ſex Theſmothetæ, hoc eſt legislatores dicebantur, unus Rex, unus Polemarchus, & præter hos unus Princeps Collegii, & Prætectus, qui per excellentiam Archon, & Hegemon, & Prytanis vocabatur, quod Prytanibus præerat. Ut enim Romæ Prætor Judicibus præerat, atque ideo Judex quæſtionis, & Quæſitor dictus eſt, ita hic ſummus Archon Athenis, quod Prytanibus Judicibus præerat, Prytanis etiam dicebatur. Prytanes 50. viri erant, qui deni ſingulis menſibus in orbem vices mutantes judicabant. *Cic. de Fato c.* 9. *Vellei. l.* 1. *c.* 2. & 8.

Archytas. V. Architas.

Arcifinālis, le, idem quod arcifinius. V. infr. *Siculus Flacc. de condit. agror. p.* 3. Occupatorii dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant.

Arcifinius ager dictus eſt, qui certis linearum menſuris non continetur, ſed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium, arborum. Unde & in his agris nihil ſubſecivorum intervenit. Sic *in l. varior. auctor. de limitib.* ¶ Siculus autem Flaccus, Occupatorii, inquit, dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant, ii autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. Bellis enim geſtis, victores populi terras omnes, ex quibus victos ejecerant, publice, atque univerſaliter territorium dixerunt, intra quos fines jus dicendi eſſet, deinde, ut quiſque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. ¶ Et apud *Frontinum* hæc legimus. Ager arcifinius, ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus, qui poſtea interventu litium per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit. In his agris nullum jus ſubſecivorum intervenit. Arcifinales agri, & arcifinii dicuntur, quorum fines deprehendi non poſſunt. *P. M.*

Arcio, is, ivi, itum, a. 4. *chiamare*, *far venire*, accio, arceſſo. *Cic. Attic.* 3. 1. Tu invita mulieres: ego arcivero pueros. *Al. leg.* accivero.

Arcipotens, entis, *valente in tirar d' arco*, qui arcu poteſt, ſagittandi peritus. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 17. Arcipotens adverte, precor, nunc denique Apollo. ¶ In quodam antiquo epigrammate legitur *arcupotens*.

Arcirma, f 1. *carretta*, ἁμαξὶς, genus modici plauſtri, quo homo geſtari ſolet. *Feſtus*. Al. leg. *arcuma*.

Arcitĕnens, adject. τοξοφόρος, Apollinis epitheton, ab arce Acropoli, ubi colebatur, vel ab arcu tenendo, quod ſemper cum arcu, & pharetra pingeretur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 75. ¶ Scribitur & Arquitenens. *Arnob. l.* 1. *p.* 20. Arquitenentes Diana & Apollo. ¶ Eſt etiam ſignum cœleſte, i. e. Sagittarius. *Cic. in Arat. v.* 181. Subeunt veſtigia magni Arcitenentis &c.

Arcivus, a, um, ut *arciva avis* apud *Feſt.* ut *Scalig.* leg. V. Arcula.

Arctatĭo, onis, arctandi actus. *Diomed. Grammat. l.* 2. Cum quadam arctatione ſermonis. ¶ Apud *Varr. l.* 4. *L. L. p.* 2. *arctatio ſyllabarum* eſt, cum duæ ſyllabæ in unam coaleſcunt, ut *murus* pro mœrus.

Arctatus, & artatus, a, um, nomen ex particip. anguſtus, exiguus, *anguſto*, *riſtretto*. *Vellej. l.* 1. *c.* 16. Artati temporis ſpatium. Et *l.* 2. *c.* 10. Ut clariſſima, ita numero artata felicitas. *Martial. l.* 12. *epigr.* 5. Arctatus labor. *h.e.* brevior factus.

Arcte, *ſtrettamente*, ſtricte. *Cic. Parad.* 1. Illud arcte tenent, accurateque defendunt. *Id. de Fato*, *c.* 9. Arctius adſtringi. Et *Plin. l.* 6. *ep.* 8. Arctiſſime diligere.

Arctĭcus, o. 1. *Settentrionale*, ἀρκτικὸς, Septentrionalis, ut Polus Arcticus, cui oppoſitus eſt Antarcticus, hoc eſt, Meridionalis. *Hygin. Poet. Aſtron. l.* 1. *c.* 6. Circulus Arcticus appellatur, quod &c.

Arcto, as, a. 1. *ſtringere*, στενόω, freq. ab arctum inuſit. ſup. verbi arceo, idem, quod conſtringo. *Col. l.* 12. *c.* 45. Tranſverſas perticas arctare. ¶ Eſt item anguſtias facere. *Plin. l.* 3. *c.* 6. Anguſtias eas arctantibus inſulis parvis. ¶ Translate *Ulpian. Dig.* 42. 1. 2. Arctare, aut prorogare tempus. *Id. Dig.* 38. 9. 1. Arctare aliquem. *h. e.* breve tempus ei præſtituere. *Id. Dig.* 1. 11. 2. Arctare ſe, *ridurſi a ſtrettezza di tempo*. ¶ Scribitur & *Arto*.

Arctophylax, ăcis, m. 3. ἀρκτοφύλαξ, alio nomine Bootes, ſignum juxta majorem Urſam, quod ex viginti, & tribus ſideribus conſtat. Hic Arcas eſt Caliſtus Urſæ majoris fil. qui puer 15. ann. cum in venatione

in

in matrem incidiſſet, jam jam occiſurus, ipſo momento a Jove una cum matre in Cœlum translatus fuiſſe fingitur. *Ovid.* 2. *Met.* Dicitur Arctophylax, ideſt, cuſtos Urſarum. Nam in Cœlo ita ſitus eſt, ut non ſolum majoris, ſed etiam minoris Urſæ curam gerere videatur. Dicitur quoque Bootes, ſeu Vociferans, quia & in Cœlo magna voce videtur vociferari, & in Urſam terri. Denique dicitur Ductor boum. Nam ut ex figura Urſa major etiam Plauſtrum majus, & Urſa minor etiam Plauſtrum minus dicitur, ita Arctophylaci etiam bubulci nomen impoſitum eſt, quia eſt inſtar bubulci, qui currum ſequitur. *Cic. in Arat. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 42. Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes, Quod temone quaſi junctam præ ſe quatit Arcton.

Arctos, vel Arctus, i, f. 2. ἄρκτος, urſus, vel urſa. Accipitur pro duobus ſignis cœleſtibus Borealibus, quæ dicuntur Arcti, vel Urſæ, item Septentriones, item Currus, vel Plauſtra. Dicuntur Urſæ, quia Caliſto in urſam mutata eſſe fingitur. Dicuntur Septentriones, quia ita hæ ſtellæ ſitæ ſunt, & ternæ quæque proximæ inter ſe trigonum, ſeu triangulum efficiant, vel a bobus junctis. Triones enim, ut ſcribit Varro, ruſticorum vocabulo boves vocabantur, quaſi terriones, hoc eſt, idonei arandæ terræ, & colendæ. Dicuntur Currus, vel Plauſtra, ἁμαξαι, quia plauſtris ſimilia videntur. Nam ex ſeptem ſtellis quæ pariles uno in loco ſunt, quæ pro bobus accipiuntur, reliquæ quinque plauſtri figuram deſignant. ¶ Arcti, ut dixi, duæ ſunt, quæ Septentrionali polo innixæ vehuntur, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ, ut utraque reſupinata alterius contegat caput, ſed caput ejus, quæ ſuperior eſt, ad caudam inferioris contendat. Una dicitur Urſa major, Plauſtrum, vel Currus major, Septentrio major, Elice. Hæc Caliſto fuiſſe fertur Lycaonis Arcadiæ Regis filia, quæ ſtudio venationis ſe Dianæ adjunxit, a qua mirifice amabatur, ſed quodam die ſola in ſylvis deprehenſa a Jove compreſſa eſt, quod facinus cum aliquandiu celaſſet, tandem juſſa cum cæteris virginibus lavari, tumore uteri crimine detecto, a Diana e choro expulſa eſt. Peperit in ſylvis filium, qui Arcas eſt appellatus. Statim a partu a Junone in urſam mutata eſt. Cum 15. annos vitam ferinam vixiſſet, quodam die in filium incidit, quo arcum intendente, a Jove & urſa, & filius inter ſidera translati ſunt. *Ovid.* 2. *Met.* Conſtat ex ſeptem, & viginti ſtellis. Hanc Græciæ populi in navigando obſervant. Altera dicitur Urſa minor, Plauſtrum, vel Currus minor, Septentrio minor, Cynoſura, ideſt canis cauda. Hæc fuit Cynoſura una ex illis Nymphis, quæ in Creta in monte Ida lacte caprino Jovem aluerunt. Hoc merito & ipſa, & ſorores in Cœlum translatæ ſunt, prope Polum Borealem. Septem ſtellas habet currus imagine. Hanc Sidonii in navigando aſpiciunt. *Ovid.* 3. *Faſt.* & 4. *Triſt. el.* 3. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 41. Circum polum arcti duæ feruntur, nunquam occidentes. ¶ Geminas arctos, pro duabus noctibus poſuit *Prop. l.* 2. *eleg.* 22. Jupiter Alcmenę geminas requieverat Arctos. ¶ Pro populis ſeptentrionalibus, *Claud. 6. Conſ. Honor. v.* 336. Atque indignantes in jura redegerat Arctos.

Arctōus, a, um, arcticus, ſeptentrionalis, ut Arctous orbis, *Lucan. l.* 1. *v.* 53. Arctoæ provinciæ, *Ammian. l.* 17. *c.* 12. Arctoum frigus, *Lucan. l.* 10. *v.* 250.

Arctūrus, m. 2. ἀρκτοῦρος, ſtella in ſigno Bootæ, & inter eius crura poſita. Oritur a canicula fere poſt diem quinquageſimum. *Plin. l.* 11. *c.* 16. Ab Arcturi exortu ad Æquinoctium vernum. ¶ Cauſa procellarum, & ſævæ tempeſtatis creditur. *Horat. l.* 3. *od.* 1. *v.* 27. Sævus Arcturi cadentis impetus. ¶ In fabulis eſt, Arcturum fuiſſe Icarium patrem Erigones, qui cum a quibuſdam paſtoribus, quod eos multo vino inebriaverat, fuiſſet fuſtibus occiſus, in Cœlum translatus ſit. Ita *Hygin. fab.* 130. ¶ Sæpe autem non tam pro ſtella in ſigno Bootes, quam pro toto ipſo Boote ponitur a Poetis: Unde nomen traxit. Eſt enim ab ἄρκτος, urſa, & ὄρος, cuſtos. ¶ Pro ipſo Autumni tempore *Virg.* 1. *Georg. v.* 67. Sub ipſum Arcturum.

Arctus, vel artus, a, um, aſtrictus, *ſtretto*, στενὸς, anguſtus, ſtrictus, ab arceo, ideſt, conſtringo. *Cic.* 3. *Ver. c.* 5. Arctioribus laqueis tenebitur. *Id. Offic.* 3. *c.* 6. Arctiſſimum vinculum ſocietatis. ¶ Arctæ res, i. e. anguſtæ, miſeræ, in magnum diſcrimen adductæ. *Tacit. hiſt.* 3. *c.* 69. Et niſi ſubveniretur, res arctas nunciaret. ¶ Arctum animum pro dejecto, & trepido, *Horat. l.* 4. *ſat.* 6. *v.* 82. ¶ Arcta annona, *careſtia*, *Sueton. in Tiber. c.*8. ¶ Arctus ſomnus, *profondo*. *Cic. in Somn. Scip. c.* 1. ¶ Colligere volumina in arctum, *ridur' in compendio*. *Plin.* 8. 16.

Arcuariŭs, a, um, ad arcus pertinens. *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 11. Fabricæ ſcutariæ, loricariæ, arcuariæ. ¶ *Arcuarius, ii*, qui arcus facit. *Dig. l.* 50. *tit.* 6. *leg.* 6. Tubarii, corrucarii, arcuarii.

Arcuatĭlis, le, idem quod arcuatus, *piegato a modo d' arco*, *archeggiato*. *Sidon. l.* 2. *epig.* 2. Triclinium arcuatili camino, &c.

Arcuātim, adv. in modum arcus, *a volte*. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Multis pedibus arcuatim repens. de *Millepeda* loquitur.

Arcuatĭo, onis, curvatio in modum arcus. *Jul. Frontin. l.* 1. *de Aquæduct. Rom.* Sicubi vallium conditio exigit, ſubſtructionibus, arcuationibuſque veteres (ductus) exigentur: *con fabbriche in arco*.

Arcuatus, o. 1. 2. partic. curvatus in modum arcus. *Liv.* 1. *c.* 21. Curru arcuato vehi juſſit. ¶ Dicitur & arcuatus, *oppilato*, *otterico*, correptus morbo regio, de quo vide arquatus.

Arcuballiſta, æ, f. genus quoddam minoris balliſtæ, habentis incluſum arcum ligneum ad jacienda miſſilia. Erant enim balliſtæ, quæ non arcuato ligno, ſed nervo, aut fune extento jaciebant. *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 15. *& lib.* 4. *c.* 22.

Arcuballiſtarius, ii, m. qui arcuballiſta miſſilia jacit. *Veget. lib.* 4. *de re milit. c.* 21.

Arcŭla, f. 1. *caſſetta*, κιβώτιον, dim. pro ſcriniolo. *Cic.* 2. *Offi. c.* 7. Perſcrutarentur arculas mulierbres. ¶ In auſpiciis quoque *arcula* dicebatur, teſte *Feſto*, avis, qua aliquid fieri vetabatur, ab arcendo nomen habens, quod conſulentem a re aliqua aggredienda arceret, hoc eſt prohiberet. Al. leg. *arciva*.

Arcularĭus, ii, qui arculas facit, & vendit, apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 45.

Arculāta, orum, n. 2. circuli, qui ex farina in ſacrificiis fiebant. *Feſt.*

Arculum, i, n. virga ex malo Punico incurvata, quæ fit quaſi corona, & ima ſummaque inter ſe alligatur vinculo laneo albo: quam in certis ſacrificiis regina (*h. e. regis ſacrificuli uxor*) in capite habebat: Flaminica autem Dialis in omni ſacrificatione uti debebat. Hæc *Servius ad l.* 4. *Eneid. v.* 137. ¶ Hoc idem *Feſtus inarculum* vocat.

Arcŭlus, teſte *Feſto*, dictus eſt Deus, qui tutelam gereret arcarum. ¶ Item *arculus*, ut idem *Feſtus* teſtatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad ſuſtinenda commodius vaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienſes, poſtea ad alias quoque nationes translatus, ut virgines nubiles Dianæ ſacra capite gererent in caniſtris, circulis quibuſdam ſuppoſitis, ut firmius inhærerent. Hinc a caniſtris *Caniſoræ* dictæ ſunt.

Arcuma. V. Arcirma.

Arcŭo, as, a. 1. *piegar in modo d' arco*, בסף, Ger. *Biegen*, *als bagen krimmen*, Gal. *faire en arc*, Hiſp. *enarcar*, κάμπτω, in modum arcus curvare. *Plin. l.* 29. *c. ult.* Illam, quæ non arcuatur, ſepa Græci vocant, alii ſcolopendram.

Arcus, m. 4. *arca*, קשׁת, Ger. *ein bogen*, τόξον, inſtrumentum, e quo ſagittæ emittuntur, ab arcendo, quaſi *arcitur*, contracte, quod eminus arceat hoſtem, non cominus propulſet, quemadmodum enſis, aut haſta. *Cic. de Sen.* Animum, tanquam arcum intentum habebat. ¶ Eſt præterea arcus curvatura in ædificiis, quæ alio nomine fornix appellatur, ita dictus ab arcendo, hoc eſt, continendo, quod ſe ipſe contineat, κιμάρα, *volta*, *arco*. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 11. Subſtitit ad veteres arcus, madidamque Capenam. ¶ Arcus item, ſive, ut *Nonio* placet, arquus, *arco celeſte*, ἶρις, accipitur pro arcu cœleſti, quem pluvio tempore variis coloribus expreſſum in nubibus conſpicimus. *Hor. in art. v.* 18. Cum flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus. In hac autem ſignificatione etiam per ſecundam declinationem inflexum legitur. *Cic. de nat. Deor.* 3. 20. Cur arci ſpecies non in Deorum numero reponitur? Al. leg. *arqui*. *Ennius* item gen. fem. protulit. Inter ſigna pluviæ refertur a *Virg.* 1. *Georg. v.* 380. Et bibit ingens arcus. V. Bibo. Hinc *Plaut. Curcul.* 1. 2. 41. de muliere bibaciſſima: Ecce autem bibit arcus, pluet, credo, hercle hodie. ¶ Arcus etiam dicitur de curvamine ſerpentum alte incedentium. *Ovid. Metam.* 3. *v.* 42. Immenſos ſaltu ſinuatur in arcus. ¶ Arcus etiam dicuntur propagines vitium, & aliarum arborum in terram deflexæ. *Virg.* 2. *Geor. v.* 26. *Plin. l.* 17. *c.* 13. ¶ Hoc nomen, cujuſcunque ſit ſignificationis, etiam per q ab antiquis ſcribebatur *arquus*. Unde Arquites, τοξόται, arcu præliantes, qui & Sagittarii dicuntur, & Arquatus, cui color, & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Sed *Nonius* dicit, arcum fornicem appellari, arquum nonniſi qui in Cœlo apparet. *Voſſ. Etymol.* hoc diſcrimen non agnoſcit. ¶ In dativo plurali facit *arcubus*. nam *arcibus* eſt ab *arx*, *arcis*, ut *Priſcian.* docet *l.* 8. *ſub fin.*

Ardĕa, f. 1. ἀρδιὸς, *Aghirone*, avis quædam, quaſi ardua, quoniam volando alta petit, *Virg.* 1. *Georg.* 1 *v.* 364. ¶ Varia ejus genera, pulla, alba, ſtellaris, paluſtris. ¶ Hanc avem *Ovidius* fabulatur natam eſſe ex cineribus Ardeæ urbis, 14. *Met.* 2. *v.* 573.

Ardĕa, f. 1. *Ardea* ἀρδέα, Urbs Latii, Rutulorum Metrop. Turni Regia, condita a Danae Perſei matre, vel a Dauno Pilumni filio, dicta a fervore regionis, vel quaſi ardua, ob difficilem aſcenſum, vel quaſi ardua, ideſt magna, & nobilis, vel denique ab augurio Ardeæ avis. Erat ab urbe Roma 20. M. P. a litore 9. inter Oſtiam, & Antium. poſt Turni mortem ab Ænea incenſa eſt. *Ovidius* fabulatur, in avem ſui nominis commutatam eſſe. 14. *Metam. v.* 573.

Ardĕas, atis, & plur. Ardeātes, adject. gentile. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 18. In agro Ardeati. *Liv. l.* 5. *c.* 44. Ardeates veteres amici. ¶ Dicitur & *Ardeatis*, *te*. *Cato* apud *Priſcian. l.* 4.

Ardeatīnus, a, um, Ardeas, *Sen. epiſt.* 105. Bonam valetudinem in Ardeatino tuereris. *ſc.* agro.

Ardellĭo, onis, m. 3. *inquieto*, *che vorrebbe fare ogni coſa*, *affannone*, Gal. *qui ſe veut meler de toutes choſes*, πολυπράγμων, homo inquietus, huc, atque illuc ſemper volitans, omnibus negotiis ſe immiſcens. *Mart. ad Attal. l.* 2. *epigr.* 7. Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio. Dictus eſt ardelio ab ardea, quod ejus avis inſtar huc illuc volitet. Eleganter deſcribitur a *Phædro l.* 2. *fab.* 5.

Ardens, entis, nomen ex particip. *ardente*, *cálido*, *focoſo*. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Ardentiſſimæ horæ diei. Et *l.* 20. *c.* 20. Ardens febris. ¶ Translate ponitur pro ſollicito, ſtrenuo, & feſtinante, *valoroſo*, *ſollecito*. *Virg.* 1. *Æn.* Inſtant ardentes Tyrii. ¶ Item pro ſplendido, fulgido. *riſplendente*. *Pl. l.* 21. *c.* 4. Ardentiſſimus color. ¶ Item pro vehementi, ut ardens oratio, *vecmente*. *Cic. in Orat. c.* 38. Et, ardentiore ſtudio petere. *Cic.* 2. *Fin. c.* 19.

Ardenter, adverb. *caldamente*, *con ardore*, *o veemenza*, ut ardenter cupere, *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 17. & Ardentius ſitire, *Tuſc.* 5. *c.* 6. ardentiſſime diligere. *Plin. l.* 6. *ep.* 4.

Ardĕo, es, arſi, arſum, flagro, conflagro, deflagro, *ardere*, בער, דלק, Ger. *brennen*, Gal. *ardre*, *bruler*, Hiſp. *arder*, κάομαι, cremor, flagro. *Virg.* 5. *Æn.* Liquidis in nubibus arſit arundo. ¶ Per translationem eſt furere, vel perturbatione aliqua agitari vehementer. *Virg.* 10. *Æn.* Latumque per agmen ardens militem agit ferro. Hinc illa: Ardere avaritia, cupiditate, dolore, iracundia, invidia, flagitio, ſcelere, &c. ¶ Præcipue vero ponitur pro ardenter amare, *eſſer innamorato*, ſive alicujus rei ſtudio, ſeu cupiditate teneri. Atque in hoc ſenſu modo cum accuſat. modo cum ablat. conſtruitur. *Virg.* 2. *Ecl.* Formoſum Corydon ardebat Alexim. *Hor. Epod.* 14. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batillo Anacreonta Teium. *Cic.* Nimio videndi te deſiderio ardebam. Et cum infinitivo. *Ovid. Met.* 5. 166. ruere ardet utroque. ¶ Interdum pro feſtinare, *ſollecitare*. V. in Ardens. ¶ Interdum pro fulgorem emittere, *riſplendere*. *Virg.* 4. *Æn.* Tyrioque ardebat murice læna. Id. 11. *Æn. v.* 602. campi ardent armis.

Ardeŏla, læ, diminut. ardea, *aghirone*. *Plin. l.* 10. *c.* 60. ubi tria ardeolarum genera refert.

Ardeſco, n. 3. *divenir ardente*, יקר, בער, Ger. *brenuent vverden*, φλέγομαι, ardens fio, iterum, atque iterum ardeo. *Lucret.* 6. 174. omnia motu percaletacta vides ardeſcere. ¶ Translate *Virg.* 1. *Æn. v.* 717. Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 41. Ardeſcere in iras. *Tacit. Ann.* 16. *cap.* 29. Voce, vultu, oculis ardeſcere. ¶ Pro augeri, intendi, *Virg.* 11. *Æn. v.* 607. fremituſque ardeſcit equorum. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 17. Queſtus magis ardeſcebant. ¶ Dicitur gladii mucro ardeſcere, cum ejus acies vehementer acuitur, ut cædendo pene adurat. *Tac.* 15. *Ann. c.* 54. *Lucan. l.* 7. *v.* 139.

Ardĭfer, a, um, ardorem ferens, inflammans. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 27. Ardifera lampas.

Ardor, oris, m. 3. incendium, flagrans æſtus, *ardore*, דלקת, Ger. *brunſt*, Gal. *arduer*, Hiſp. *ardor*, κάῦμα, vehemens calor, & incendium. *Cic.* 4. *Acad. c.* 37. Fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. ¶ Metaphorice ponitur pro impetu, ſeu vehementia, ut ardor animi, amoris, cupiditatum, &c. apud *Cic.* ſæpe. ¶ Pro fulgore, & ſplendore, *Cic. in carm. de ſuo Conſul. l.* 1. *de Divin. c.* 11. Ardor ſtellarum. *Id. pro Balb. c.* 21. Ardor oculorum. *occhi ſfavillanti*.

Arduĭtas, tatis, f. 3. *alteza*, *falita difficile*, *arduità*, כשנב, קשׁי, Ger. *hohe*, altitudo. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 10. Montium arduitas, atq; aſperitas.

Ardum, *arido*, veteres pro aridum dicebant. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 48.

Ardŭus, a, um, o. 1. 2. altus, aſper, *arduo*, *alto*, *difficile*, *malagevole*, קשׁה, נשנב, Ger. *hoch*, *ſchvve*, Gal. *haut*, *mal-aiſé*, Hiſp. *alto*, *difficultoſo*, ἀνάντης, ἀναφέρης, proprie locus aſcenſu acclivi, & aſpero. *Cic. in Ver.* 6. 23. Oppidum difficili aſcenſu, atque arduo. ¶ Per metaphoram accipitur pro difficili, & moleſto, & incommodo, δυσχερὴς, χαλεπὸς. *Salluſt. in Catil.* Arduum videtur res geſtas ſcribere. ¶ Arduæ res, pro adverſis, apud *Horat. l.* 2. *Carm. od.* 3. Æquam memento rebus in arduis ſervare mentem. ¶ Vocibus *arduior*, & *arduiſſimus*, uſus eſt *Cato* apud *Priſcian. l.* 3. *poſt princip.* ¶ Ponitur etiam *arduus* ſimpliciter pro erecto, & alto. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 88. Ardua cervix.

Ovid. 1. amor. 14. v. 12. Ardua cedrus. *Virg. 9. Æn. v. 53. de Turno*, & campo ſe ſe arduus infert.

Ārĕa, f. 1. *aja*, *piazza*, גורן, Ger. *platz*, *ſchewre*, Gal. *baſſecour*, *aire*, Hiſp. *era*, *patio*, ἄλως, καὶ ἄλων, proprie dicitur locus in urbe purus ſine ædificio, quem Græci πλάτανν dicunt, accommodatus foro extruendo. Dicta eſt *area*, quod ardore Solis ſit facta arida. Quidam ab ara deducunt, quod ſicut ara pura eſt, ita areæ in urbe, ſive vico loca pura ſunt, ideſt ſine ædificio: vel quod ſicut ara flammis, ita area Solis ardore torretur. *Suet. in Cæſ.* Forum de manubiis inchoavit, cujus area ſuper ſeſtertium millies conſtitit. Sed *Valla* dicit, aream eſſe quamcunque planitiem, ſi vero planities ſit ſpatioſa, campi nomen accipere. *Cic. in Parad.* Areas quaſdam magni æſtimant, quod ei generi quaſi nocere nihil poteſt. ¶ Item area dicitur ſolum terreum, ſeu planities glabra, ubi frumenta areſcunt, teruntur. *Virg. l. 1. Georg.* Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro. ¶ Item area, & per diminutionem areola, eſt terra probe ſubacta atque ſata, ſeu ſerenda, qualia ſunt in hortis quadrata quædam, & bene ſubacta, & coæquata ſpatia, in quæ mox ſemina jaciantur. *Col. l. 11. c. 3.* Areæ ſic informandæ ſunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perveniant. ¶ In prædiis urbanis area dicitur etiam locus, in quem ſtillicidium cadit. *Cajus leg. Urbanor. Prædior. 2. ff. de ſervit. Urban. Præd.* ¶ Apud Geometras area ſumitur pro ſpatio vacuo in aliqua figura, ut in triangulo, vel quadrangulo. ¶ Denique area morbus eſt capitis cum capillorum profluvio, ita dictus, quod areas quaſdam, hoc eſt, loca capillis nuda in capite efficiat. Ejus duæ ſunt ſpecies, prior alopecia, quæ fit in capillis, & barba, altera ophias a ſerpentis ſimilitudine, quæ incipit ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excedens. *Celſ. l. 6. c. 4.*

Arĕātor, m. 3. ἁλωνιστὴς, qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. *Colum. l. 2. c. 21.* ſed rectius leges arator.

Arectēus, vel Arectæus, vel Aracteus, a, um, adject. *Arectei campi* apud *Tibull. l. 4. carm. 1. v. 142.* ſunt campi circa Babylonem, ubi fuit oppidum Arech, ſeu Arach.

Arefacĭo, a. 3. *ſeccare*, יבש, Ger. *trucknen*, *derren*, Gal. *ſacher*, Hiſp. *ſecar*. ξηραίνω, aridum facio. *Cato de R. R. c. 69.* Amurcam arefacito. Adde *Macrob. Satur. 5. c. 19.* ¶ *Lucret.* verbum diviſit, & tranſpoſuit hoc pacto *l. 6. v. 962.* Principio terram Sol excoquit, & facit are. ¶ In loco *Catonis* allato alii leg. *arfacito*.

Arefactus, a, um, exſiccatus, *raſciurto*, *ſecco*. *Plin. l. 13. c. 22.* Arefactus caulis. *Id.* 34. 14. Mora in ſole arefacta.

Arelatenſis, e, ad Arelatem pertinens, ut Arelatenſis ager. *Plin. lib. 10. cap.* 42.

Arĕlas, atis, & Arelate, *Arles*, ἀρελάτη, Urbs A. Galliæ Narbon. dicta Colonia Sextanorum, quoniam ex ſexta Legione coloni eo ducti ſunt, primaria Provinciæ ad Rhodanum flu. a Nemauſo 5. leuc. in Or. ab Aquis Sextiis 12. & tot. a Maſſilia in Occ. ab Avenione 7. in Auſtr. *Auſon. de clar. Urbib. n. 8.* Pande, duplex Arelate, tuos blanda hoſpita portus. *Id. ep. 24. v. 81.* Utque duplex Arelas, &c.

Aremorĭca, Armorica, *la Bretaigne*, Aquitania, vel pars Aquitaniæ, diviſa a Celtis Garumna fl. *Cæſ. l. 5. c. 53.*

Arēna, f. 1. *arena*, *ſabbione*, חול, Ger. *ſand*, Gal. *ſable*, Hiſp. *arena*, ἄμμος, tenuiſſimus pulvis, ab ariditate, quia caret omni humore, & ſucco, unde & plurimum aquæ bibit. Nec quenquam movere debet, quod *arena* habeat primam brevem, *areo* longam, cum derivativa non ſemper primitivorum naturam ſervent. Itaque ſine aſpiratione ſcribi debet. Sed aliqui per aſpirationem ſcribunt, voluntque dici ab hærendo, quod ſibi invicem propter tenuitatem cohæreat, vel quod cum calce parietibus inhæreat. Ejus vero tres ſunt ſpecies, foſſilis, fluvialis, & marina, inter quas craſſior fabulum nuncupatur. *Horat. l. 1. Od. 28.* Numero carens arena. ¶ Quandoque ponitur pro litore, ſeu portu. *Virg. 1. Æn. v. 176.* Egreſſi optata potiuntur Troes arena. Adde 6. *Æn. v. 316.* ¶ Quandoque pro loco, in quo pugnabant gladiatores. *Suet. in Aug.* Parthorum obſides per arenam mediam ad ſpectaculum induxit. Hinc *arenarii* dicti gladiatores, qui in arena depugnabant. ¶ Per translationem arenam dicimus pro foro, *palagio della ragione*, quia illic ſic depugnant actores cauſarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. *Sen.* Hoc ita habitum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe, forum arenam. Hinc *Plin. l. 6. ep. 12.* arenam ſuam appellat Centumviros, quoniam in judicio centumvitali certabat frequenter telis oratoriis. ¶ Item pro quocunque alio loco, in quo pugnatur. *Flor. l. 4. c. 2.* Prima civilis belli arena, Italia fuit. ¶ In plurali numero hanc vocem uſurpari negavit *Cæſar de Analog.* apud *Gell. l. 19. c. 8.* Nihilominus legitur apud *Virg. 3. Georg. v. 350. 2. Georg. v. 106. & 232. Horat. l. 3. od. 4. Ovid.* ſæpe, *Valer. Flacc.* non ſemel, *Suet. in Aug. c. 80. Plin. Petron. in fragm.* & alios.

Arenacĕus, o. 1. 2. ἀμμώδης, quod ex arena eſt. *Plin. l. 17. c. 7.* Eſt argillacea, tophacea, arenacea.

Arenarĭæ, arum, f. 1. fodinæ, in quibus arena foditur. *Cic. pro Cluent. c. 13.* In arenariis quaſdam perductus occiditur. ¶ Dicitur etiam *arenaria*, neut. plur. *Vitruv. 2. 4.* Non erunt arenaria unde fodiatur.

Arenarius, o. 1. 2. adject. ἀμμώδιος, quod ad arenam pertinet, ut Juppiter Arenarius, quem Græci Ammonem dicunt, ab ἄμμος. ¶ Arenaria fera, h. e. theatralis, quæ erat in publicis ludis interficienda. *Ammian. Marcell. l. 29. c. 7.*

Arenarĭus, ii, ſubſtant. qui in arena, ſeu amphitheatro pugnat. *Leg. 21. §. 2. ff. de Teſtib. & l. 38. de oper. Libert. Tertull. de Spect. c. 22.* Scenicos, xyſticos, arenarios conjungit. ¶ Item qui pueros elementa numerorum docet, *maeſtro di conti*: minor tamen, quam Arithmeticus: ſic dictus, quod numeros in abaco pulvere, ſive arena ſcriberet, ut facile mutari poſſent. *Tertull. de Pall. ſub fin.* Primus informator literarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum arenarius. V. ibi *Salmaſ.*

Arenatĭo, onis, f. 3. actus inducendi parietibus arenatum, *l'intonacare le pareti*. ¶ Significat etiam ipſum arenatum. *Vitruv. l. 7. c. 3. a med.*

Arenātum, i, n. 2. *miſtura di calzina*, *e di ſabbia per intonacare i muri*, *o far pavimenti. Vitruv. l. 7. c. 4. Plin. l. 36. c. 23.*

Arenifodīnæ, eædem ac arenariæ. *Leg. 13. §. 5. ff. Ulpian.*

Arenivăgus, a, um, adject. qui per arenam vagatur. *Lucan. l. 9. v. 941.* Vidit arenivagum ſurgens, fugiensque Catonem.

Arenōſus, o. 1. 2. *arenoſo*, Ger. *volſand*, *ſandechtig*, ψαμμώδης, quod arena abundat. *Virg. 4. Æn.* Litus arenoſum Libyæ. ¶ Comparat. & ſuperlat. eſt apud *Plin. l. 33. c. 6. & l. 27. c. 4.*

Arens, entis, *arido*, *ſecco*, *ſenz' acqua*, aridus, humore carens. *Virg. 1. Georg. 109.* Arva arentia. *Id. 3. Æn. 35.* Arens rivus. *Id. 12. Æn. v. 522.* Silva arens. *Ovid. Heroid. ep. 4. in fi.* Arens ſitis. *Horat. Epod. 14.* Arente fauce trahere pocula. ¶ *Sil. l. 10. v. 511.* arentique cruore ſqualebat barba. *Virg.* eodem ſenſu dixit *concretos ſanguine crines*, *Æn. 2. v. 227.*

Arenŭla, æ, *venella*, f. 1. dimin. ab arena, ψαμμάθιον, arena tenuiſſima. *Plin. l. 30. c. 3.* Arenulæ, quæ inveniuntur in cornibus cochlearum.

Arĕo, res, rui, n. 2. *eſſer' arido*, *e ſecco*, יבש, Ger. *dirr ſein*, Gal. *ſe ſecher*, Hiſp. *ſecarſe*, σκλήω, aridus ſum, ab ara, in qua quæ Diis immolabantur, torreri ſolebant, vel per contrarium ſenſum ab ἄρδω, irrigo, quod aridum minime ſit irrigatum. *Plaut. in Rud. 2. 6. 50.* Ut cum exiſſem ex aqua, arerem tamen. *Senec. 3. de benef. c. 8.* Arere fiti.

Arĕŏla, æ, f. *aietta*, *ajuola*, parva area. *Plin. l. 5. ep. 6.* Diæta cingit areolam. ¶ Pro ſpatio quadrato in hortis. *Colum. l. 11. c. 2.* ſemina in areolas differere.

Areopagīta, vel Areopagītes, æ, judex in Areopago. *Cic. 1. Offic. c. 22.* Solon primum conſtituit Areopagitas. ¶ Horum incorrupta ſeveritas in proverbium abiit. *Cic. ad Attic. l. 1. ep. 14.* Romæ res ſic ſe habent: Senatus ἄριος πάγος. Nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.

Areopagītĭcus, a, um, ad Areopagitas pertinens. *Sidon. Apollin. l. 9. ep. 9.* Gymnaſia Areopagitica.

Areopagus, m. 2. (penultima dubiæ quantitatis) vicus Athenarum, ubi templum Martis erat, in quo judicia exercebantur. Sed fere accipitur pro ipſo templo, & loco judicii. Dictus eſt ab ἄρης, Mars, & πάγος, vicus, quaſi vicus Martis, quia in eo vico Marti templum conſtitutum fuerat. Sed aliqui dicunt, Martem, cum Halirrhotium Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ ſuæ intulerat, occidiſſet, a Neptuno homicidii reum factum eſſe, cauſaque a duodecim Diis in illo vico cognita ſex ſententiis fuiſſe abſolutum, hoc fuiſſe Athenis primum capitis judicium, exinde locum illum Areopagum cœpiſſe appellari. ¶ Hoc judicium a Solone inſtitutum eſt. *Cic.* 1. *Offic.* De his vide copioſius apud *Alex. ab Alex. l. 3. c. 5. & l. 4. c. 31. & l. 6. c. 11.* apud *Cœl. Rhodig. antiq. lect. l. 7. c. 19. Budæum in Pandect. & Eraſm. in Chiliad.* ¶ Hujus vocis penultima dubia eſt. Qui a latina voce *pagus* deducunt, producendam putant. Eſt enim pagus a Græco πάγη Dorice πάγα, ut *Feſt.* & *Servius* docent. Qui vero interpretantur ſaxum, ſeu rupem, aut collem Martis, quia curia Athenienſium, quæ erat Areopagus, in edito ſaxo ſita erat, corripiunt. Nam prima in πάγος (quod ſaxum ſeu collem ſignificat,) corripitur in illo Homeri Odyſſ. ε. Ἀλλ' ἀκτὴ προβλῆτες ἔσαν, πιλάδεσσε, πάγοι τε.

Arepennis, is, m. alio nomine Candetum, apud Gallos menſura eſt dimidii jugeri, qua illi agros ſuos metiuntur. *Col. l. 5. c. 1.* Quod aratores candetum nominant, ſemijugerum quoque atepennem vocant.

Ares, is, m. *Marte*, Ἄρης, Mars. *Plaut. Trucul. 2. 7. 54.* Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares. Al. aliter leg. ¶ Eſt etiam idem ac aries priſcis Latinis, teſte *Var. l. 4. de L. L.*

Areſco, is, arui, ſine ſup. n. 3. *ſeccarſi*, יבש, Ger. *dirr*, *und trichen vverdn*, Gal. *devenir ſec*, Hiſp. *hazerſe ſeco*, ξηραίνομαι, aridus fio. *Cic. in Partit. c. 17.* Cito areſcit lacryma, præſertim in alienis malis. *Plaut. Rud. 2. 7. 16.* Da mihi veſtimenti aliquid aridi, dum mea areſcunt, *s' aſciugano*.

Aretalŏgus, i, m. 2. *ciarlatore*, *ciarlatano*, בורא, דרכן, Ger. *ſchwetzig*, Gal. *farceur*, Hiſp. *chocarrero*, ἀρετάλογος. *Juvenal. Sat. 15. v. 15.* Riſum fortaſſe quibuſdam moverat, ut mendax aretalogus. *Suet. in Aug. c. 74.* Aut acroamata, & hiſtriones interponebat, ac frequentius Aretalogos. Ad quem locum *Caſaubonus*, Aretalogos cenſeo appellatos miſeros Philoſophos, mera hominum mendicabula, ſectæ fere Cynicæ, aut Stoicæ, qui cum ſcholam, & ſectatores non haberent, convivia beatorum frequentabant, & Romulidas ſaturos variis de virtute, & vitiis diſputationibus oblectabant. *Turneb. l. 10. Adverſ. c. 12.* Aretalogum putat non tam ab ἀρετὴ, virtus, quam ab ἄρετος, gratus, ac placens derivari, quod Aretalogi grata, ac jucunda auditoribus loquantur. Alii Aretalogos ajunt eſſe circulatores quoſdam, qui in compitis mira de ſuis pharmacis pollicentur: vel fabuloſorum voluminum Scriptores, ut Amadiſii & ſimilium. Alii inter Mimorum ſpecies annumerant. *Salmaſ. ad Vopiſci Aurelian. c. 42.*

Arethūſa, f. 1. Ἀρέθουσα, fl. Siciliæ, apud Syracuſas. Poetæ fabulantur, Arethuſam virginem fuiſſe venatricem, Dianæ comitem, amatam ab Alpheo fl. Elidis, cum Alphei vim poſt longum curſum effugere non poſſet, Dianæ miſeratione in fontem verſam fuiſſe, ac, ne amatoris aquis polluereturr, per ſubterraneos cuniculos in Ortygiam fugiſſe Siciliæ Inſulam apud Syracuſas, ibique uberrimo aquarum gurgite emergere, unde Syracuſæ Arethuſides dictæ ſunt, Alpheum fuiſſe inſecutum occultis ſubter mare meatibus, & apud Syracuſas in Arethuſam fluere. *Ovid. 5. Met.* Vera explicatio eſt, apud Piſas in Elide ingentem fontem eſſe, qui in duos alveos Alpheum, & Arethuſam dividitur. ¶ Plures alii fontes hoc nomine numerantur, in Smyrna, in Chalcide, in Ithaca, in Eubœa, in Bœotia. Hinc epitheton eſſe putatur cujuſcunque fontis, ab irrigando. ¶ Arethuſa item eſt lacus Armeniæ majoris. ¶ Item urbs E. Syriæ, *Fornacuſæ*, ſub A. Apameno. ¶ Item urbs Macedoniæ. *Rendina.*

Arethuſæus, a, um, adject. ad Arethuſam pertinens, ut Arethuſæi latices, apud *Claud. l. 2. de Rapt. Proſerp. v. 60.*

Arethūſis, idis, adject. femin. ab *Arethuſa*, ut Syracuſæ Arethuſides, *Ovid. 4. Faſt. v. 873.*

Arethuſius, a, um, ad Arethuſam pertinens, ut Arethuſia proles, *h. e.* Syracuſani, *Silius 14. 357.*

Aretinus, a, um, adject. poſſeſſiv. ab Aretio, ut, Aretina vaſa. *Mart. l. 14. epigr. 98.*

Aretĭum, ii, n. 2. Arretium, *Arezzo*, urbs Hetruriæ, ab Areta Jani filio condita, una ex primis 12. Thuſcorum Coloniis, in monte, & territorio Florentino, ſub magno Duce Hetruriæ, inter Florentiam, & Peruſiam 40. M. P. al. a Peruſia 33. M. P. in Occ. æſtivum, a Sena 28. in Or.

Arĕus, a, um, adject. *Areum judicium* apud *Tacit. Ann. 2. c. 55.* eſt judicium Areopagi, qui locus a Marte cognominatus eſt. Ἄρειος autem *Martium* ſignificat.

Arferia, f. 1. a. fero, aqua, quæ Inferis libabatur, ſen vas vini, quod ſacris adhibebatur. *Feſtus.*

Argæi, orum, m. 2. loca quædam Romæ appellabantur, quod in iis ſepulti eſſent quidam Argivorum illuſtres viri, qui cum Hercule Argivo Romam venerant, & in Saturnia ſubſederant. *Feſt. Liv. l. 1. c. 21.*

Argĕma, atis, n. 3. ἄργεμα, morbus oculorum, al. λεύκωμα, albugo, cum albidum quoddam ulcus oculi infeſtat circulum, quem Irim Græci dicunt. *Plin. l. 20. c. 5. & 19. & l. 28. c. 11.*

Argĕmon, n. 3. herba apud *Plin. l. 24. c. 19.* quæ lappa canaria dicitur.

Argemōne, f. 1. ἀργεμώνη, herba ſylveſtri papaveri omnino ſimilis, ita dicta ab effectu, quod oculorum albugines, quæ argemata appellantur, ſanet. *Plin. l. 26. 9.*

Argennon, argentum percandidum. *Feſtus.*

Argenon, genus jaſpidis apud *Plin. l. 37. c. 9.*

Argentarĭa, iæ, f. 1. ſubſtant. ſubaudi menſa, ſive taberna, ubi æra uſuraria ſolebant perſcribi, *banco*, *o bottega del banchiere*: τραπεζιτῶν ἐργαστήριον, vel officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur, *zecca*. *Plat. Epid. 2. 2. 15.* Per myropolia, & lanienas, circumque argentarias. Sic Argentarias novas dixit *Liv. l. 26. c. 27.* ad diſtinctionem veterum, quas in foro Tarquinius Priſcus extruxerat. ¶ Item officium argentarii: hinc argentariam facere, vel exercere. *Ulpian. l. 6. ff. de eden.* Et *Cic. 3. Offic.* ¶ Prope argentarias auctiones fieri ſolitæ. *Cic. pro Cæcin. Quintil. l. 11.* ¶ Eſt etiam ideo quod argentifodina, *miniera d' argento*. *Liv. l. 34. c. 21.* Vectigalia magna inſtituit ex ferrariis, argentariisque.

Argentarĭum, ii, n. *luogo dove ſi ripone l' argentaria*, locus, in quo argen-

gentea vasa reponuntur. Ulpian. Dig. 34. 2. 20. Quod non in argentario paterfamilias ponere solebat.

Argentarius, rii, m. 2. subst. cassiero, banchiere, Ger. vvechsler, Gal. banquier, changeur, Hisp. cambiador, o banquero, τραπεζίτης, trapezita, nummularius, mensarius, qui argentariam exercet, hoc est apud quem pecuniam deponimus, qui tempore, locove alio nobis reddat. Plaut. in Curc. trapezitam, & argentarium pro eodem accipit. Sed Jurisc. ff. de eden. dicit, argentarios majores mensarios esse, qui multorum pecunias acceptas custodiunt, cum opus fuerit, reddituri, & quorum officium, atque ministerium publicam habet causam, hique rationes conficiunt. Habent præterea alia munera, quod nempe fidejubent; testes sunt in contractibus, quæ apud illos fiunt: eorumque tabulas asservant; auctionibus præsunt, accepto tamen lucello, quod eis ex lege præstituitur. ¶ Argentarii etiam dicuntur, qui vendendis auri, argentique speciebus, nummis veteribus, vasis cælatis, gemmisque operam dabant, orefici. Suet. in Ner. c. 5. Argentarios pretiis rerum coemptarum fraudare.

Argentarius, a, um, di argento, adject. qui est argenti, vel ad argentum pertinet, ἀργυρικός. Plaut. Pseud. 1. 1. 103. Auxilium argentarium. Jabolen. Dig. lib. 34. tit. 2. leg. penult. Argentarius faber. orefice. Liv. l. 26. c. 11. Taberna argentaria. bottega di banchiere.

Argentatus, coperto d'argento, ἀργυρωμένος, argento tectus. Liv. l. 9. c. 40. Argentati milites. h. e. scutis argento cælatis instructi. Argentata querimonia, Plaut. Pseud. 1. 3. 78. quæ argentum una affert secum.

Argenteolus, a, um, adject. diminut. ab argenteus, ut argenteola fitilicula, Plaut. Rud. 4. 4. 125.

Argenteum flumen, nom. prop. est fluvii cujusdam in Gallia, de quo Lepidus ad Cic. Fam. l. 10. ep. 34.

Argenteus, a, um, o. 1. 2. d'argento, Ger. silberin, ἀργύρεος, quod est ex argento, ut Argentea sphæra, Argentea ætas. Ovid. 1. Met. Argentea amica, quæ argento vendita est. Plaut. in Pseud. ¶ Item albus, ut argentei crines. Plin. l. 2. c. 25. Et fons nitidis argenteus undis. Ovid. 3. Met. v. 407. ¶ Argenteus numus, primo valuit decem asses, qui fere respondent viginti solidis Venetis; deinde ad sexdecim ascendit, postremo ad duodecim redactus est. Plin. 33. 3.

Argentiexterebronides, apud Plaut. Pers. 4. 6. 21. significat eum qui fraude, & fallaciis argentum ab aliquo exterebrat, h. e. elicit, extorquet, un cavadenari.

Argentifex, icis, qui argentum elaborat. Varr. l. 7. L. L.

Argentifodina, f. 1. miniera d'argento, Ger. einsilbergrub, Gal. mine d'argent, Hisp. minero deplata, ἀργυρωρυχία, ubi foditur argentum. Plin. l. 33. c. 6. Odor ex argentifodinis inimicus est omnibus animalibus, sed maxime canibus.

Argentina, vel Argentoratum, ἀργεντόρατον, Strasbourg, Argentina, urbs E. libera, sub A. Moguntino, caput Alsatiæ, ad Rhenum, inter Basil. 14. leuc. ad Aust. & Spiram 12. ad Sep.

Argentoratensis, e, adject. gentile, ab Argentorato, seu Argentina. Ammian. l. 17. in princ. post Argentoratensem pugnam.

Argentoratum, i, n. 2. idem quod Argentina: dicta ab argento, & censu ibi a Romanis collecto. Ammiano l. 15. c. 27. est femin. gen. Inquit enim, Argentoratus barbaricis cladibus nota.

Argentosus, o. 1. 2. che tien d'argento, ἀργυρομιγής, cui immixtum est argentum. Plin. l. 33. c. 5. Ita ferruminatur aurum, quod argentosum vocant.

Argentum, n. 2. argento, כסף, Ger. silber, Gall. argent, Hisp. la plata, ἄργυρον. metallum post aurum pretiosissimum, quod gignitur ex argento vivo, & sulphure albo. ¶ Aliquando ponitur pro supellectili argentea, ut pro scyphis, cochlearibus, &c. Cic. Cum esset argentum expositum in ædibus. ¶ Sæpissime pro pecunia, Plaut. Emunxi argento senes. ¶ Argentum factum est, quod in vasa, &c. elaboratum est: signatum est pecunia, in qua signum Reip. vel Magist. vel Princ. impressum est: infectum, quod in massis est, quod & grave dicitur. ¶ Argentum pullulatum, seu pusulatum, etiam ipsum infectum est, sed purissimum. Argentum enim dum coquitur, in pusulas, sive pustulas assurgere solet. Turneb. l. 24. c. 2. ¶ Argentum sumitur etiam pro vasis argenteis. Plaut. Pseud. 1. 2. 29. & Cic. 6. Verr. Argentum eluere. ¶ Argentum Romæ primo signatum est anno Urbis 585. Q. Fabio Cons. quinque annis ante bellum Punicum primum. Nota argenti bigæ, & quadrigæ fuerunt. Inde Bigati, & Quadrigati nummi appellati sunt. Plin. 33. 3. ¶ Argentum accepi, imperium vendidi, Plaut. proverbii quadam specie in Asinaria dixit, Quia qui accipit munera, libertatem, & arbitrium vendit.

Argentum vivum, n. 2. argento vivo, Ger. queck silber, Gal. vif argent, Hisp. azogue, ὑδράργυρος, genus metalli liquidi, argentum colore, fluida vero consistentia aquam referens, unde & nomen accepit. Hujus duæ sunt species, nativum, sive fossitium, & factitium, quod ex minio excoquitur. ¶ Plin. hydrargyron ab argento vivo distinguit, quod fossile est, & nativum, argentum vivum, quod ex minio purgatur, hydrargyron appellat, l. 33. c. 3.

Argestes, is, m. Ponente maestro, ἀργέστης, ventus flans ab Occasu æstivo, qui a Latinis Corus, & Caurus dicitur. Plin. l. 2. c. 47.

Argeus, a, um, idem quod Argivus. Horat. l. 4. carm. 6. Tibur Argeo positum Colono.

Argi. V. Argos.

Argia, f. 1. ἀργία, Adrasti Regis Argivorum filia, Polynicis uxor, mater Thersandri, quæ Argis Thebas profecta est, ut virum a Creonte occisum sepeliret, quam ob rem una cum Antigone Polynicis sorore a Tyranno interfici jussa est. Boccat. l. 2. Conversa in fontem fingitur.

Argiletanus, a, um, ad Argiletum spectans, ut argiletanæ tabernæ, apud Martial. l. 1. epig. 3. Nam prope Argiletum tabernæ opificum erant, & in primis bibliopolarum.

Argiletum, n. 2. locus erat Romæ juxta Palatium, ab Argolo, sive Argo Argivorum duce, qui ab Evandro hospitio exceptus, cum in affectati Regni suspicionem venisset, ab Arcadibus inscio Evandro est occisus, cui Evander tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletum appellavit. ¶ Alii Argiletum dictum putant, quasi argilletum, ab argilla, h. e. creta, cujus eo in loco magna erat copia. Varr. l. 4. de L. L. ¶ Alii a morte Argi dictum putant, & Argilethum scribunt. V. Virg. Æn. 8. v. 345. & Serv. ibi.

Argilla, f. 1. creta, terra, חמר, Ger. topffererde, Gal. argille, Hisp. barro, ἄργιλλος, terra cretosa, & tenax, qua figuli utuntur ad vasa facienda. Cic. in Pis. c. 25. Quid cessat hic homulus ex argilla, & luto fictus Epicureus? ¶ Sunt, qui unico l scribant, quod etiam convenire videtur cum Græca origine. Contra tamen usus obtinuit.

Argillaceus, o. 1. 2. di creta, Ger. von lett, ἀργίλλιος, quod ex argilla est, aut quod tenax est in modum argillæ. Plin. l. 17. c. 7. Est enim alba terra, argillacea, &c.

Argillosus, o. 1. 2. abbondante di creta, ἀργιλλώδης, abundans argilla. Col. Olea collibus siccis, & argillosis gaudet. Plin. l. 31. c. 3.

Argiphontes, is, m. Ἀργειφόντης, h. e. occisor Argi: a φένω occido: est cognomen Mercurii, qui iussu Jovis Argum occidit. Arnob. lib. 6. pag. 209.

Argivus, a, um, adject. Argolicus, Græcus. Virg. Æn. 2. v. 254. Argiva phalanx.

Argo, f. 3. ἀργώ, prima navis fuisse creditur, qua Jason una cum flore juventutis Græcæ in Colchidem navigavit, vellusque aureum a Medea adjutus in Græciam reportavit. Volunt autem, hanc navem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus, Ad charum Tritonia devolat Argum, moliri hanc puppim jubet, & demittere ferro robora. Diod. a velocitate dictam putat, quod ἀργὸς significet velocem, celerem. Sed nobis ἀργὸς otiosus est, & piger, quasi ἀεργὸς, ab α priv. & ἔργον, opus. Alii ab Argivis, qui in ea vecti fuerunt, malunt appellatam. Cic. l. 1. Tusc. Quæst. ¶ In Cœlum translata fingitur, & ornata stellis 45. Oritur pridie Idus Martii.

Argolicus, o. 1. 2. Argivus, ἀργολικός. Virg. 2. Æn. v. 118. Animaque litandum Argolica.

Argolis, idis, f. 3. Argiva, ἀργολίς. Ovid. 9. Met. Argolis Alcmene. ¶ Argolis etiam dicitur regio Argivorum, in qua erant Argi, & Mycenæ. Pompon. Mela, l. 2. c. 3. & Plin. in princip. l. 4.

Argonautæ, ἀργοναῦται, heroes illi, qui cum Jasone in Colchos profecti sunt numero amplius quinquaginta, ex quibus præcipui fuere Castor, & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hylas puer, sic cognominati a navi, qua navigaverunt. Cic. 4. Tusc. 1. de Orat. De his Orpheus l. 1. & Apollon. in catal. Heroum, & Flac. in Argonaut. V. Phryxus. ¶ Argonautæ apud Mart. epigr. 67. lib. 3. sunt pigri, & lenti nautæ. Nam re vera ἀργὸς otiosus est, & piger.

Argonautica, neutrum plurale, titulus est poematis Valerii Flacci, in quo res ab Argonautis gestas describit.

Argos, eos, ἄργος, n. g. & in plur. num. Argi, orum, g. m. Argo, clarissima urbs Peloponnesi, in Achaja, caput Argiæ, olim Ep. sub A. Corinthio, nunc A. non procul a Mycenis, dicta ab Argo Rege. Dicta est Argos Hippium, ab ἵππος, equus, quia ibi generosi equi, multique gignuntur. Dicta etiam est Dipsion, a δίψος, sitis, propter aquæ penuriam, quo fit, ut plures eodem utantur puteo, quod genus est apud illos arctissimæ societatis. Aliquando dicta est Phoronicum, teste Steph. a Phoroneo primo Rege. Hinc Argivi Græci dicti sunt, & Argolicus sinus, & Argolici duces, & Argolica regio. ¶ Est item Argos cognomine Pelasgicum, a Pelasgis, Armiro, opp. Thessaliæ, in ora sinus Pagasæi, Larissæ prox. ¶ Aliud est cognomine Amphilochium, Anfiloca, in Epiro, inter Ambraciam, & Cassiopen, in finibus Acarnanum, quod Alcmæon, ejusque liberi condidere, ut inquit Strab. l. 7. ¶ Ipsa etiam Peloponnesus Argos, & Argos Achaicum, & ipsa Thessalia Argos Pelasgicum appellata est. Strab. l. 9. Plin. l. 4. c. 7. ¶ Imo omnis ora litoralis Græciæ dicebatur Argos ab Argia matre Pelasgi, quæ in ea dominata est. ¶ Fuit & Argos Apuliæ oppidum a Diomede conditum, & primum a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellatum, quod deinde Argyrippam, & postremo Arpos vocitarunt. ¶ Fuit item hoc nomine canis Ulyssis, item equus Agenoris, a quo Argos Jasonis urbs nomen habuit.

Argous, a, um, o. 1. 2. ἀργῷος, ad Argo navem pertinens. Hor. in Epod. 16. v. 57. Non huc Argoo contendit remige pinus. Valer. Flacc. l. 5. v. 436. Argoa securis. h. e. qua usus est Argus ad Argo navem fabricandam. Propert. l. 3. eleg. 22. Argoa columba. h. e. qua duce Argonautæ navem inter Symplegadas direxere.

Argumentalis, le, adject. ut argumentalis narratio, quæ scil. aliquid probat. Ascon. Pedian. in Divinat. Cic. in Verr. c. 1.

Argumentatio, onis, f. 3. ratio, argumentum, rei propositæ per argumenta probatio, prova della proposizione, הוכחה, Ger. bevveisung, Gal. argumentation, Hisp. argomentacion, ἐπιχείρημα, συλλογισμός, est explicatio, & dilatatio argumenti, seu ejus, quod ad faciendam fidem inventum est, artificiosa expositio. Cic. 1. de Inv. qui hoc nomine etiam argumentum complectitur. ¶ Quadruplex est, Syllogismus, seu Ratiocinatio, Enthymema, Inductio, Exemplum: deinde Ratiocinatio complectitur alias etiam species, ut Epicherema, Soritem, Dilemma. Sed Cic. dividit argumentationem in duas partes, Inductionem, & Ratiocinationem. 1. de Inv. ¶ Olim fiebat interrogando. Cic. 2. Leg.

Argumentator, oris, qui argumentis utitur. Tertull. de anim. c. 38.

Argumentatrix, icis, f. quæ utitur argumentis. Tertull. de spectac. c. 2.

Argumentatus, a, um, particip. ab argumentor. Cic. de clar. Orat. c. 80. Cum essem argumentatus, quantum res ferebat. ¶ Passive provato con argomenti. Aufustius vetus scriptor apud Priscian. l. 8. Omnia argumentata nomina. πιστωθέντα.

Argumentor, aris, d. 1. argumentis ostendo, vel probo, argumentis, vel conjecturis prosequor, provare, הוכיח, Ger. bevveisen, Gal. argumenter, Hisp. argomentar, ἐπιχειρέω, rationibus nitor ad aliquid probandum. Cic. 1. de Fin. Argumentandum, & accurate disserendum putant.

Argumentosus, sa, sum, o. 1. 2. argomentoso, ingegnoso, Ger. das viel bevvberung hatt, kunstreich, ἐλεγχώδης, quod est factum magno argumento, hoc est artificio. Quint. l. 5. c. 9. Paulo numerosius opus dicitur argumentosum, id est, nimia argumentorum mole refertum. Adde Sidon. l. 9. ep. 9.

Argumentum, n. 2. argomento, prova, הוכחה, Ger. bevveiss, Gal. argument, Hisp. argomento, ἐπιχείρημα, est ratio vel certa, vel probabilis, qua res aliqua dubia ostenditur, & confirmatur. Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 4. Multis, & gravibus argumentis Deum esse docens. ¶ Sumitur interdum etiam pro materia, quæ in aliquo opere tractatur, quam Græci ὑπόθεσιν vocant, soggetto, somma. Cic. Quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictum est. Sic dicimus, Argumentum comœdiæ, quod Græci periocham vocant, id est, summam totius comœdiæ paucis versibus expressam. ¶ Interdum pro conjectura, indizio, segno. Id. in Cat. Certissima argumenta, atque indicia sceleris. Hinc argumento esse, servir di prova. Cic. Phil. 2. 16. ¶ Item pro judicio, seu sententia. Cic. l. 2. Off. Tabulæ novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum? ¶ Argumentum pro monito, seu documento citat ex Ennio Gellius l. 20. c. 29.

Arguo, guis, gui, gutum, a. 3. accuso, incuso, convinco, far conoscere, riprendere, accusare, Gal. reprendre, convaincre, Hisp. redarguir, y reprender, ἐλέγχω, proprie est ostendere, vel acute ostendere. Virg. 4. Æn. Degeneres animos timor arguit. ¶ Sæpe est accusare, vel reprehendere, vel cum solo acc. vel etiam cum gen. criminis certi, aut cum abl. incerti. Cic. pro Cæc. Non modo Æbutium, sed etiam se ipsum arguit. Liv. l. 1. arguere regem culpæ. Cic. Verr. 7. c. 18. Te hoc crimine arguo. Cic. pro Rosc. Am. c. 29. de quibus quoniam verbo arguit. Id. de Inv. l. 2. c. 11. de crimine arguere. ¶ Aliquando jungitur cum accusativo rei. Vellej. 2. 68. 4. Arguunt in eo regni voluntatem. ¶ Et cum infinito. Liv. l. 30. c. 23. M. Valerius Lævinus, speculatores, non legatos venisse arguebat. ¶ Apud Suet. in Calig. c. 38. Arguebat perperam editi census &c. idest puniebat. V. Interpr. Argutum iri, explicat Festus, in discrimen vocari. ¶ Participium arguiturus Sallustius usurpavit in fragm. apud Priscia. l. 10.

Argus, m. 2. ἄργος, nomen proprium Regis Argivorum, filii Apis, a

cujus

cujus nomine Argivi appellati sunt. Hoc regnante cœpit uti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Post obitum Deus haberi cœpit, templo, & sacrificiis honoratus est. ¶ Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transvectus est. ¶ Fuit & alius Argus, πανόπτης a Græcis cognominatus, quod totus oculis constaret, quem poetæ fabulantur a Junone constitutum fuisse custodem Ius Inachi filiæ in bovis speciem conversæ. Hunc postea Mercurius Jovis jussu interfecit, unde ἀργειφόντης, cognominatus est. *Cic.* 3. *de nat. Deor. Ovid.* 1. *Met.* Juno autem oculos ejus avis suæ, hoc est, pavonis caudæ inseruit. *Ovid. ibid.* Hinc Argum fallere proverbio dicimus de vehementer astuto. Mystice autem Argus est cœlum stellarum luce distinctum, quibus inesse quædam species cœlestium videtur oculorum. Io terra est, quam Ægyptii bovis imagine in hieroglyphicis litteris exprimebant. Hanc Argus, hoc est, cœlum stellatum nocturno tempore desuper videtur observare. Mercurius Sol est, qui Argum tunc dicitur occidere, cum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earumque conspectum mortalibus eripit. V. *Macrob. Saturn. l.* 1. *c.* 19. ¶ Argus quoque vocatus fuit navis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta est, qua Jason in Colchidem vectus est.

Argutatĭo, f. 3. *strepito*, הביה, Ger. *geschvvetz*, Gal. *bruit*, Hisp. *estallido*, δυχέρμα, strepitus. *Catull. epist.* 6. *v.* 11. Tremulique quassa lecti argutatio, inambulatioque, *idest* crepitantis lectuli quasi garrulitas.

Argutator, oris, m. 3. *sofista*, *acuto*, מבוה, Ger. *geschvvetzig*, *sophist*, Gal. *sophiste*, Hisp. *sofista*, σοφιστὴς, sophista argutulus, vel argumentator. *Gell. l.* 17. *c.* 5. Processisset argutatori isti fortasse reprehensio.

Argūte, adv. subtiliter, acute, *acutamente*, *con arguzia*. *Cic. pro Cœl. c.* 8. Acute, arguteque respondere. Et *l.* 2. *de Orat. c.* 4. De rebus difficillimis argutissime disputare.

Argutiæ, arum, f. 1. acumen, elegantia, urbanitas, jocus, *arguzie*, *sottiglieżze*, קכם, Ger. *spitz findigkeit*, σοφίσματα, acute, & malitiose dicta, vel facta. *Cic. de Amic. c.* 13. Nihil est, quod illi non assequantur suis argutiis. ¶ In singulari numero *Gell.* 3. 1. Importuna atque audax argutia. ¶ Dicitur etiam de garrulitate soni. *Plin. l.* 10. *c.* 29. *de luscinia:* Tantæ, tamque artifices argutiæ. ¶ Item de ingeniosis inventis in artefactis: ut de picturis *Plin.* 35. 10. *ad fin.* Plurimæ præterea tales argutiæ facetissimi salis, *ingegnose*, *e bizzarre invenzioni*. *Id. ibid.* Parrhasius primus symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, &c. *h. e.* vim, leporem, gratiam. *la galanteria del sembiante*, inquit Carolus Dati *in vitis Pictor. de Parrhasio*. ¶ Argutiæ digitorum sunt celeres digitorum motus adhibiti in gesticulando ad verba magis exprimenda. *Cic. in Or. c.* 18.

Argutiŏla, læ, f. 1. σοφισμάτιον, dimin. *Gell. l.* 2. *c.* 7. Argutiola frivola, atque inanis est.

Arguto. V. in voce sequenti.

Argūtor, aris, dep. 1. *parlottare*, *cicalare*, *romper il capo con ciarle*, loquacem esse, loquendo obstrepere, & obtundere. *Plaut. in Frivol.* apud *Non.* 1. 340. Superaboque omnes argutando præficas. *Næv.* apud *Non.* 4. 34. Alii cum tacent, totum diem argutatur quasi cicada. ¶ Dicitur etiam *arguto*, *as*. *Propert.* 1. 6. 7. Illa mihi totis argutat noctibus ignes. *h. e.* obstrepit objiciendo suos amores. ¶ Significat etiam argutias loqui, *dire acutezze*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 192. *Me.* Ego tibi istam comprimam linguam. *So.* Haud potes: bene, pudiceque asservatur. *Me.* Pergin' argutarier? ¶ Item subsilire, pedes celeriter movendo. Nam *argutus* etiam celerem significat. *Titinn. in Fullonia*, apud *Non. c.* 4. *n.* 34. Ubi tu solitus argutarier pedibus, cretam dum compescis, vestimentaque lavas.

Argutŭlus, m. 2. στωμύλος, ἐγχειρηματικός, dimin. *Cic. l.* 13. *ep.* 18. *ad Attic.* Arguturi libri. h. e. subtiliores, & de rebus abstrusioribus agentes. Intelligit enim suos libros Academicorum.

Argūtus, a, um, o. 1. 2. *tassato*, *ripreso*, *accusato*, ἐλεγχθεὶς, partic. ab arguor, accusatus. *Plaut. in Pseud.* Argutus malorum facinorum. ¶ Quandoque nomen est, idem significans, quod qui argutias habet, callet, subtilis, acutus, festivus, urbanus, concinnus, elegans, *ingegnoso*, *acuto*, קכם, Germ. *bescheiden*, *spitzfundig*, *oder listig*, Gal. *subtil*, *ingenieux*, Hisp. *agudo*, *o ingenioso*, ὀξύς. *Plin. in ep.* Vitassem jamdudum, ne viderer argutior. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 5. Literas argutissimas. ¶ Interdum pro canoro, resonantique ponitur, λιγυρὸς, *risonante*, ut arguta hirundo, & arguti homines, qui multum, & celeriter loquuntur. *Virg. Eclog.* 9. Argutos inter strepere anser olores. *Virg.* 1. *Georg. v.* 143. Argutæ lamina serræ. ¶ Sumitur etiam pro concinno, & eleganti, & συμμετρίαν τινὰ habente. Hinc *Virg. Georg.* 3. *v.* 8. inter præclari equi dotes enumerat argutum caput. ¶ Item pro celeri. Hinc *Cic.* 2. *de Orat. c.* 59. Manus autem minus arguta, digitis subsequens verba non exprimens, *h. e.* minus actuosa, & mobilis. ¶ Item pro significante, vel ad significandum aptissimo. *Cic.* 2. *Divin. c.* 12. Arguta exta. *Id. Att.* 6. 5. Argutissimas litteras alicui mittere. ¶ Item pro acuto, acri, penetranti. *Plin.* 15. 3. Argutus odor. *Pall.* 3. 25. Argutus sapor, *piccante*.

Argyranche, es, f. ἀργυράγχη, quasi dicas *argentangina*, hoc est angina ab argento inducta. ab ἄργυρον, argentum, & ἄγχω, strangulo Legitur apud *Gell. l.* 11. *c.* 9.

Argyraspĭdes, m. 2. *quelli*, *che portano gli scudi d' argento*, ἀργυράσπιδες, qui argentea scuta ferunt, ut Alexandri Magni milites. *Curt. l.* 4. *c.* 13. & *l.* 8. *c.* 4. & *Liv. l.* 37. *c.* 40.

Argyrĭpa, æ, f. 1. oppid. Apuliæ Dauniæ, alio nomine Arpi. *Virg.* 11. *Æn. v.* 245. Ille urbem Argyripam patriæ cognomine Gentis condebat.

Argyrītis, f. 3. *schiuma d' argento*, ἀργυρῖτις, spuma argenti. *Plin. l.* 33. *c.* 6. Ejus tria sunt genera, chrysitis, vel aurea, argyritis, vel argentea, molybditis, vel plumbea.

Argyrodămas, ἀργυροδάμας, lapillus argenti nitorem habens, al. androdamas, qui impetus hominum, & iracundias domat. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Ariadna, æ, & Ariadne, es, f. 1. Ἀριάδνη, filia Minois Regis Cretæ ex Pasiphae uxore. Thesei amore capta, qui ab Atheniensibus ex fœdere cum Minoe in Cretam Minotauro devorandus missus fuerat, ei arma, & filum dedit, ut labyrinthi vias signaret, & monstro interfecto incolumis evaderet. Victor Theseus cum Ariadna in patriam reversus est. Sed beneficii immemor abductam in Chium, seu Naxon Insulam ibi Ariadnam deseruit. A Baccho in uxorem ducta est. Interea Bacchus in Indiæ expeditionem proficiscitur. Indis victis inter cæteras captivas duxit in Græciam Regis filiam præstantissima forma. Ariadne igitur etiam a Baccho relicta est. Cum in litore fleret, Bacchus eam in cœlum transtulit, & coronam quandam, quam Venus Ariadnæ fuerat largita, novem gemmis ornatam astris intulit, gemmasque in novem stellas transformavit. Atque hæc est Corona Septentrionalis, vel Gnossia. *Ovid.* 3. *Fast.* & 8. *Metam.*

Ariadnæus, a, um, adject. possessiv. *Ovid. l.* 5. *Fast. v.* 345. ex Ariadnæo sidere nosse potes.

Arianis, idis, f. 3. ἀριανίς, herba ignei coloris, cujus tactu Magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Nascitur apud Arianos Scythicam gentem. *Plin. l.* 24. *c.* 17.

Aricĭa, f. 1. *l' Ariccia*, Col. olim, & urbs Latii, nunc oppid. & Duc. Campaniæ Romanæ, a Roma 16. M. P. a Velitris 4. Condita dicitur ab Hippolyto Thesei F. & a nomine conjugis appellata. Gignit porros miræ magnitudinis. ¶ Juxta hanc urbem Sylva Aricina fuit, in qua Ægeria Nympha, item Lacus Aricinus, qui & Lacus Triviæ, & Speculum Dianæ, *Lago di Nemi*. *Silius* 4. 369. immitem appellat, quia olim ibi Dianæ Tauricæ humana victima cædebatur.

Aricīnus, a, um, adject. ab Aricia, ut Vallis Aricina, *Ovid. Met.* 15. *v.* 488. Arvum Aricinum, *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 167. V. Aricia.

Arĭde, adv. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 27. Amor ardifera lampade aride agit amantes æstuantes. *h. e.* urit, cruciat.

Aridĭtas, f. 3. quæ & aritudo dicitur, *aridità*, *siccità*, ציה, Ger. *durre*, Gal. *secheresse*, Hisp. *secura*, ξηρασία, siccitas. *Plin. l.* 11. *c.* 35. Omnem humorem absorbens ariditatem ampliat. ¶ Pluraliter *Arnob. l.* 2. *p.* 69. Imbres ariditatibus temperamenta laturi.

Aridŭlus, a, um, diminut. ab aridus. *Catul. de nupt. Pel. & Thetid. v.* 316. Laneaque aridulis hærebant morsa labellis.

Arĭdum, i, n. substant. pro sicca terra ponitur. *Cæs. l.* 4. *B. G. c.* 26. Nostri simul arido constiterunt. Et *c.* 29. Naves, quas in aridum subduxerat: *avea tirate in secco*.

Arĭdus, a, um, *arido secco*, יבש, Ger. *dirr*, *verdorrt*, Gal. *aride*, Hisp. *enxuto*, αὖος, ξηρὸς, siccus, exsiccatus, humorem non habens. Aridus fons, aridus viator. *Virg.* 4. *Georg. v.* 98. ¶ Translate sumitur pro exili, vili, tenui. Aridissimi libri, *Cic. de Orat. c.* 19. Sic arida oratio, idest jejuna. ¶ Aridus victus, id est tenuis. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 27. Atque *Id. pro Quint. c.* 30. Vitam semper horridam atque aridam opposuit profusis sumptibus. ¶ Aridi etiam dicuntur homines, qui male habiti, enectique sunt, *magri*, *smunti*. *Plaut. Aulul.* 2. 4. Pumex non ita æque est aridus, atque hic est senex. ¶ Item qui sordido victu, vel præparco utuntur, sive ob inopiam, sive ob avaritiam: quo sensu accipiendum illud *Ter. Heaut.* 3. 3. Habet patrem quendam avidum, miserum, atque aridum. ¶ Aridum sonum *Lucret. l.* 6. *v.* 118. tonitrui tribuit: quem acutum, atque horrificum Nonius interpretatur. Sic *Virg. Georg. l.* 1. *v.* 357. strepitum detractarum arborum aridum fragorem dixit. ¶ Aridum argentum, pro puro, & lucido. *Plaut. Rud.* 3. 4. 12. Alii (quod fere eodem recidit) exponunt bene excoctum, & sonans.

Ariena, pomi nomen, quo sapientes Indorum vivunt. *Plin. l.* 12. *c.* 6.

Arĭes, ietis, m. 3. *montone*, איל, Ger. *ein vvider*, Gal. *belier*, Hisp. *carnero dosudo*, κριὸς, mas ovium, & dux gregis, qui integer est, & servatur ad generandam sobolem. Vervex vero, cui inversi, vel adempti sunt testiculi. ¶ Dictus est ab ἄρης, Mars, quasi Martialis. Nam etiam Mathematici dicunt, Arietem, & Scorpionem domum Martis esse. Vel dictus est ab ara, quod aris imponi ad sacrificia soleret. *Virg. Ecl.* 3. Aries nunc vellera siccat. ¶ Fuit item ferrum in testudine, machina bellica, sic dictum, quod instar arietini capitis fieri soleret, quod haberet durissimam frontem, quæ subrueret muros, vel quod more arietum retrocederet, ut vehementius feriret. *Virg.* 2. *Æn.* Labat ariete crebro Janua. Adde *Veget. l.* 4. *c.* 14. V. Testudo. ¶ Aries etiam marinus piscis, sive marina bellua est. *Plin. l.* 9. *c.* 44. ¶ Albo ariete aliena occupare bona. h. e. honesto prætextu aliena bona occupare sub specie æquitatis: proverb. est *Plauti Pers.* 1. 2. 22. ubi al. leg. *vete*. Est etiam signum constans tredecim sideribus, primum Zodiaci. *Vitruv. l.* 9. *c.* 5. cum Sol arietis signum init. Vide fabulam in voce *Phryxus*.

Arietarĭus, o. 1. 2. κριώδης, quod ad arietem pertinet, seu quod arietis habet similitudinem. *Vitr. l.* 10. *c.* 19. Arietaria machina.

Arietatĭo, onis, actus arietandi, *cozzo*, *urto*, concussio. *Sen. l.* 5. *Quæst. Nat. c.* 13. Nonnumquam calor, quem modo Sol fecit, modo ipsa arietatio magnorum inter se corporum conglobationem nubis rumpit.

Arietātus, a, um, ariete percussus, *urtato*, *spinto*. *Senec. ep.* 54. Arietata inter se arma. Et 3. *de Ira*, *c.* 4. Arietatos inter se dentes.

Arietīnus, o. 1. 2. ὁ τοῦ κριοῦ, quod est ex ariete. *Plin. l.* 30. *c.* 10. Arietinos testiculos.

Ariĕto, tas, a. 1. *percuotere*, *cozzare*, נגח, כרה, Ger. *stossen*, *abvverffen*, Gal. *heurter*, *battre*, *jetter par terre*, Hisp. *derribar*, *topetar*, κορύπτω, percutio, dejicio, a militari ariete. *Curt. l.* 9. *c.* 7. Quem Dioxippus arietavit in terram. ¶ *Arietare in re* aliqua est incidere, incurrere. *Senec. de vita beata*, *c.* 8.

Arilator, V. Arrilator.

Arimaspi, m. 2. Ἀριμασποί, pop. Sarmatiæ Europææ, in Moscovia, ubi nunc Ingria, & Duc. Novogradensis, & Plescoviensis. Unicum in media fronte oculum habere crediti sunt, & cum gryphis auri custodibus continue præliari. *Plin. l.* 7. *c.* 2.

Ariminensis, se, ad Ariminum pertinens. *Horat. Epod.* 5. *v.* 42.

Arimīnum, n. 2. *Rimini*, Ἀρίμινον, urbs Æmiliæ, seu Romandiolæ, in ora Maris Adriatici, ad ostia Arimini fl. inter Bononiam, & Anconam in Or. 70. M. P. a Pisauro 20. in Occ. æstiv. a Ravenna 35. in Or. hyber. ab Urbino 30. in Bor. Hic Flaminia via ab Urbe Roma perducta terminatur, & Æmilia incipit Placentiam usque protracta. Conditum est anno ante Christum 270. P. Sempronio, & Appio Claudio Coss. ætate Ptolemæi Lagi F. deinde ampliatum ab Augusto, & ornatum ponte lapideo miræ structuræ, denique a Liburnis dirutum, a Diocletiano repositum est, qui arcum triumphalem in eo extruxit.

Arinca, f. 1. ὄλυρα, Gallicum vocabulum, quo teste *Plin. l.* 18. *c.* 8. significatur frumenti genus, quod Græci olyram, Latini siliginem vocant. V. *Ruel. l.* 2. *c.* 21.

Ariobarzanes, m. 3. Rex Cappadocum fuit, amicus, sociusque populi Romani. *Cic. pro Leg. Manil. & in Epist. ad Att.* sæpe meminit. ¶ Quater regno expulsus est, & toties est restitutus. Hinc *Horat. l.* 1. *epist.* 6. *v.* 39. Æris eget Cappadocum Rex.

Ariŏlor, V. Hariolor.

Arīon, m. 3. Ἀρίων, citharœdus nobilis, & Poeta Lyricus ex Methymna Lesbi civitate, qui primus Dithyrambos creditur invenisse. Venit in Magnam Græciam, & Tarenti diu habitavit, ubi, & in aliis urbibus, arte sua ingentem pecuniæ vim cumulavit. Cum in patriam rediret, nautæ de Arione interficiendo deliberarunt, ut illius opibus potirentur. Arion nonnihil spatii ab iis sibi concedi postulavit, quo veluti cygnus moriturus suas sibi exequias caneret. Quod cum impetrasset, stans celsa in puppi, carmen Orthium Diis marinis cecinit, eoque peracto, se in mare præcipitem dedit. Statim delphinus accurrit, & exceptum dorso Arionem vexit ad Tænarum Laconiæ promontorium, unde Citharœdus se se ad Periandrum Corinthiorum Tyrannum contulit. Periander immissis navigiis cum militibus nautas comprehendit, qui rem, uti gesta erat, confessi, gravissimo supplicio sunt affecti. Hoc merito delphinum Jupiter astris recepit, & stellas novem jussit habere. *Ovid.* 2. *Fast. Cic.* 2. *Tusc. in fin. Herod. l.* 1. & *Plat. in Sympos.* ¶ Est etiam Arion nomen equi, quem primum omnium Neptunus,

nus, percussa terra tridenti, produxisse fertur. *Claud. Paneg. de 4. Consf. Honor. v.* 553. Si dominus legeretur equis, tua posceret ultro Verbenis Nereidum stabulis nutritus Arion.

Arionius, adject. possessiv. ab Arione. *Ovid. de Arte am. l.* 3. *v.* 326. Piscis Arioniæ tabula nota lyræ.

Arista, æ, f. 1. *spica*, שבולת, Ger. *spitz ander aehr*, Gal. *arête*, Hisp. *raspa*, ἀθήρ, ab ariditate dicitur, quod sit omnino arida. Sunt enim aristæ extremæ spicæ partes, quæ primæ arescunt, quæ veluti tela, sive spinæ, sive aculei, frumentum ab avium minorum morsu tuentur. *Cic. de Senect. c.* 15. Fundit frugem spicæ ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. ¶ Quandoque accipitur pro ipso frumento, *frumento*. *Virg.* 1. *Georg.* Chaoniam pingui glandem mutavit arista. ¶ Ponitur pro ipsa æstate, vel anno, *estate*, *anno*, per metalepsim. *Idem* 1. *Eclog.* Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Aristæus, m. 2. ἀρισταῖος, fil. Apollinis ex Cyrene. *Cic.* 3. *de Nat. Deor. Justin. l.* 13. *in fin.* V. Cyrene. In Arcadia late regnavit. Primus & apum, & mellis usum, & lactis coagulum hominibus tradidit, primus solstitialis sideris ortum invenit. *Justin. ibid.* Item fuit inventor olivæ. *Cic. ibid.* Primus quoque apum ex bubulis visceribus reparandarum rationem traditur invenisse. *Virg.* 4. *Georg. in fin. Ovid.* 1. *Fast.* rem totam narrant. ¶ Ex Autonoe Cadmi filia Actæonem genuit. Fertur relictis Thebis in Chium insulam se contulisse, deinde cum Dædalo in Sardiniam, ubi Caraliam condidit.

Aristarchēus, a, um, ad Aristarchum pertinens, & dicitur de iis, qui Aristarchi more aliorum scripta, & dicta carpunt. *Varr. l.* 7. *L. L. pag.* 106.

Aristarchus, m. 2. ἀρίσταρχος, nomen Grammatici, qui tantum sibi in Homeri poemate permisit, ut versus, quos vellet, velut supposititios partus, ab Homeri familia submoveret. Hinc etiam hodie Aristarchos vocamus aliorum scriptorum censores, & criticos severos. ¶ Alius fuit Tegeates, Poeta tragicus. *Horat.* Fuit item alius Mathematicus.

Aristides, m. 3. ἀριστείδης, Atheniensis, cognomento δίκαιος, idest justus, filius fuit Lysimachi filii Aristidis. *Plato in Theage*, *in Menone*, *in Lachete*. Proficiebat ex consuetudine cum Socrate, postquam a Socrate discessit, sapientiam oblitus est. *Plato in Theage*, *& in Theæteto*. Justissimus, idest optimus habitus est. *Plato in Menone*, *& in Gorgia*. *Cic.* 3. *Offi.* Dux belli detexit Pausaniæ collegæ consilia proditionis cum Xerxe. *Justin. l.* 2. A Themistocle etiam in administranda Republica dissensit, cum esset diversis moribus. Aliquando ob eam causam expulsus est, quod præter modum justus esset. *Cic.* 5. *Tusc.* Eo mortuo, in ædibus ejus nihil præter veru ferreum inventum est. Civitas tamen beneficiorum ejus non immemor filiabus egregiam ex publico dotem dedit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam ex Adrianis Mysiæ, sive Bithyniæ urbe ortus, qui, cum Smyrnæ profiteretur, advenienti forte M. Antonio Principi unus omnium non processit obviam, eoque modo in cognitionem, & amicitiam venit Imperatoris. ¶ Aristides item Thebanus Pictor fuit Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & sensus expressit omnes, quos Græci vocant ἤθη, durior aliquantulum in coloribus. Hujus pictura illa præcipue laudatur, Infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prohibentis: sentire mater, & timere videtur, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander transtulit Pellam. *Plin. l.* 35. *c.* 10.

Aristĭfer, ri, aristas ferens. *Prudent.* καθημ. *hymno* 3. *v.* 52. Ager dives aristiferæ segetis.

Aristippēus, a, um, adject. possessiv. *Cic. de Fin. l.* 2. *c.* 6. Illud Aristippeum.

Aristippus, m. 2. ἀρίστιππος, Philosophus ex Cyrene urbe Libyæ in Africa, vel ex Larissa, ut *Plato* inquit *in Menone*. Posuit summum bonum in voluptate, quæ sensum movet. *Cic.* 2. *Acad.* 2. *de Fin.* 3. *de Orat.* Fuit princeps, & author Cyrenaicorum, & Anniceriorum. *Cic.* 3. *Offic.* 2. *Acad.* 3. *de Or.* Primus Socraticorum mercede philosophatus est. Egit sæpe contra instituta civilia. *Cic.* 1. *Offic.* ¶ Fuit & alter Aristippus hujus nepos ex filia, Matrodidactus dictus, quasi a matre doctus. Hic in navigio a tempestate deprehensus timuit, & expalluit, & interrogatus a quodam, quare Philosophus timeret, cum ipse contra nihil timeret, festive respondit, non eandem sibi, & illi causam esse, quoniam is non esset magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis, ipse pro Aristippi anima timeret. *Gell. l.* 19. *c.* 1.

Aristo, onis, m. 3. ἀρίστων, Philosophus, Chius patria. *Cic.* 2. *Acad.* 5. *Tusc.* 3. *de nat. Deor.* Fuit discipulus Lysiæ. *Idem* 5. *Fin.* Item Zenonis. *Id.* 2. *Acad.* 5. *Tusc.* 1. *de nat. Deor.* Cognominatus est Scepticus, idest quæsitor, considerator, a σκέπτομαι, circumspicio, speculor, delibero. Nihil enim sciri putabat posse, sed de omnibus dubitabat, & inquirebat. *Id.* 2. *Acad.* Neque formam Dei intelligi posse censebat, neque in Diis sensum esse dicebat, dubitabatque, omnino Deus animans, necne esset. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Nihil bonum dixit esse, ut Stoici, nisi quod rectum, & honestum esset. *Id. de Philos.* 3. *Fin.* 1. *de Leg.* Præterea rerum differentiam sustulit, ex. gr. dicebat, nihil interesse inter optime valere, & gravissime ægrotare. Idcirco tanquam naturam ipsam excludens ab omnibus rejectus fuit. *Id.* 1. *Offic.* 1. 3. 4. 5. *Fin.* 1. *de Leg.*

Aristocratīa, f. 1. ἀριστοκρατία, optimatum Principatus, ab ἄριστος, optimus, & κράτος, Imperium. Hujusmodi est Veneta Resp.

Aristolochīa, f. 1. ἀριστολοχία, herba. Duplex est, longa, & rotunda. Valet ad morsus serpentium. *Cic.* 1. *&* 2. *de Divin.* Aurium sordes emundat, & auditum juvat. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Aristonēus, a, um, ad Aristonem Philosophum pertinens. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 15. Aristonea vitia.

Aristophănes, m. 3. ἀριστοφάνης, facetissimus Poeta Comicus, ex Lindo Rhodi oppido, lege vero Atheniensis, patre Phillo, al. Philippo. *Cic.* 2. *de Leg.* Atticæ linguæ splendore adeo excelluit, ut Dionysio roganti aliquem ejus sermonis eruditum, hunc miserint. Docuit Fabulas 54. Fuit inventor versus tetrametri, & octometri. Deos novos, & peregrinos e civitate ejecit. *Cic.* 2. *de Leg.* Fuit maledicus, & in carpendis hominum vitiis liberrimus, ac mordacissimus. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus. Filios habuit Ararotem, Philippum, Phileterum, Comicos omnes. ¶ Aristophanes alter Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenodoti, & Dionysii. *Cic.* 3. *de Orat.* 5. *Fin.*

Aristophanēus, a, um, adject. possessiv. ut Aristophaneus anapæstus, *Cic. in Orat. c.* 56.

Aristophŏrum, n. 2. ἀριστοφόρον, discus, vas, quo prandium defertur, ab ἄριστον, prandium, & φέρω, porto. *Festus*.

Aristor, Crotopi fil. pater Argi centoculi, qui ab eo *Aristorides* vocatur. *Ovid. Met.* 1. *v.* 624.

Aristotĕles, m. 3. Ἀριστοτέλης, Philosophus e Stagiris urbe Macedoniæ, unde Stagirites dictus est, fil. Nicomachi medici ex Phæstiade. Fuit parvus, gibbosus, deformis, balbutiens. Sed excelluit ingenii magnitudine. *Cic.* 1. & 2. *Acad.* 1. *Tusc.* 1. & 2. *de Div.* 2. *de Orat.* Septendecim annos natus Athenas profectus est, ubi viginti annis Platonis se auditorem præbuit. *Id.* 1. *Acad.* 1. *de nat. Deor.* Deinde a Philippo in Macedoniam evocatus decem annis Alexandrum instituit, cui quam fuerit carus, vel illud unum abunde magno est argumento, quod Stagiram patriam ejus, quam diruerat, in gratiam ejus instauraverit. *Id.* 3. *de Orat.* Alexandro deinde in Asiam profecto Athenas rediit, & in Lyceo 13. annis Philosophiam professus est. Fuit institutor Peripateticorum. Docebat enim deambulando, quod Græci περιπατεῖν dicunt. *Id.* 1. *Acad.* 5. *Fin.* 3. *de Orat.* Fuit maximus Philosophus. *Id.* 2. *Acad.* 5. *Fin.* 1. *Tusc.* Motus Isocratis gloria cœpit eloquentiam tractare, & Philosophiam cum Eloquentia conjungere. *Id.* 3. *de Orat.* 1. *Tusc.* Fuit author disserendi de omnibus rebus in utranque partem. Multa scripsit, in quibus non dubitavit aliquando a Platone Magistro suo dissentire. Denique accusatus, quod de Diis non recte sentiret, cedens invidiæ abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transegit. Alii alias mortis ejus causas narrant. Excessit ætatis anno 63. sub idem fere tempus, quo & Demosthenes. Aristotelis discipuli numerantur Aristoxenus, Theodectes, Theophrastus. *Cic. in Orat.* Reliquit fil. Nicomachum. Libri de moribus, dubitatur, fuerint ne Aristotelis, an Nicomachi filii. *Id.* 5. *Fin.*

Aristotelĭcus, a, um, adject. vulgatissimum: cujus loco Ciceroni placet *Aristotelius*.

Aristotelius, a, um, vis Aristotelia. *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 19. Aristotelia pigmenta *l.* 2. *ep.* 1. *ad Attic.* Commentarii Aristotelii, *lib.* 3. *Fin. c.* 3. Ita meliores libri. Al. leg. *Aristotelēus*.

Aristoxĕnus, Tarentinus Philosophus, Medicus, Musicus, discipulus Lampri, Zenophili, Aristotelis, cui morienti convicium dixit, quod sibi Theophrastum in scholæ successione præponeret. Excelluit in Musicis. *Cic.* 5. *Fin.* 1. *Tusc.* 3. *de Orat.* Posuit animum in harmonia corporis. *Id.* 1. *Tusc.* Animum vere sustulit. *Id. ibid.*

Aristus, i, Salaminius, scripsit res gestas Alexandri. ¶ Alius Ascalonitæ frater, is est, quem *Voss. l.* 1. *hist. Græc. c.* 10. Ciceronis æqualem, & Bruti Magistrum vocat.

Arithmetica, æ, & Arithmetice, es, f. 1. *aritmetica*, ἀριθμητική, numeralis scientia, quæ tractat de numeris, & supputandi ratione, ab ἀριθμὸς, numerus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Per arithmeticam sumptus ædificiorum consummantur. *Senec. epist.* 88. Numerare nos docet Arithmetica. ¶ Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam nulla indiget disciplina: Musica autem, & Geometria, & Astronomia, denique omnes artes istius auxilio egent. *Plato in Epinomide*. Duplex est, practica, & speculativa, *Id. in Philebo*, & *in Civili*. Antiquissima est. *Cic.* 5. *Tusc.* ¶ Dicimus etiam Arithmetica, orum. *Cic. Att.* 14. 12. In arithmeticis satis exercitatus. ¶ Posterioribus sæculis Arithmeticæ vocabulum ad Astrologiam genethliacam tractum, observat *Savaro ad Sidon. l.* 8. *ep.* 12. ¶ Adjective *Vitruv.* 10. 16. Arithmeticæ rationes.

Arithmus, i, m. ἀριθμὸς, numerus. *Ter. l.* 4. *adv. Marc. c.* 23. *&* 28. vocat *Arithmos* eos sacræ Scripturæ libros, qui *Numeri* inscribuntur.

Aritūdo, f. 3. *aridità*, *siccità*, ξηρασία, pro ariditate. *Var.* apud *Non.* 2. 23. Frigus calore, atque humore aritudinem miscet. *Plaut. Rud.* 2. 6. 40.

Arīus, sive Arēus (græce Ἄρειος, non ἄριος) Alexandrinus Philosophus fuit, valde carus Augusto. *Suet. Aug. c.* 84. *Senec. c.* 4. *Consol. ad Marc.* ¶ Areus Rhetor *Quintiliano* memoratur *l.* 2. *c.* 15. Et *l.* 3. *c.* 1. ¶ Arius hæresiarcha notissimus, sæculo Christiano 4. Hic Filium Creaturam, & Spiritum S. creaturæ creaturam esse affirmabat, teste *August. c.* 49. *de hæres.* ¶ Vulg. perperam scribitur *Arrius*; nam græce est ἄρειος: nec tamen novus est error. Arator poeta in *Act. Apost. c.* 5. fusa ruit Arrius alvo.

Ariusia. V. Arvisia.

Arma, orum, n. 2. *arme*, *e armi*, אזנים, Germ. *vvaffen*, *gevver*, *und harnisch*, Gal. *armes*, Hisp. *las armas*, ὅπλα, ab armis dicuntur, idest humeris, a quibus dependent, ut inquit Fest. ut scutum, gladius, tela, & alia, quibus præliamur. *Servius* docet, arma esse, quæ armos tegunt. Itaque hoc nomine proprie non continentur tela, hastæ, & similia, sed clypei, loricæ, ocreæ, galeæ. Unde *Albinov. eleg.* 1. *v.* 235. Periit arma inter, & enses. Apud *Ciceronem* vero 3. *de orat.* & *Sallustium* sæpe *tela*, *& arma*. Sed plerumque hac voce omne genus armorum continetur. *Cic. pro Cæc.* Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. Ital. *arme da difesa*, *e da offesa*. *Id. pro Lig.* In armis esse. *Vell. l.* 2. *c.* 87. Ferre arma adversus aliquem. ¶ *Ad arma* vox est invicem adhortantium ad arma capienda. *Un allarme*. *Liv. l.* 3. *c.* 15. Alternæ voces, ad arma. Hinc conclamare ad arma. *Cæs. l.* 1. *B. C.* 69. & *Liv. l.* 6. *c.* 28. ¶ Armis ludere dicebantur, qui se armis exercerent. *Vulc. Gallic. de Avidio Cass. c.* 6. ¶ Quandoque arma capiuntur pro bello, sicut toga pro pace. *Cic. Offic.* 1. Cedant arma togæ. ¶ Fraudes quoque & consilia arma dicuntur. *Virg.* 2. *Æn.* 298. Et quærere conscius arma. ¶ Videntur etiam capi pro insignibus. *Virg. Æn.* 1. *v.* 257. Armaque fixit Troia. Consueverant enim antiqui suspendere arma in postibus. ¶ Perdere arma pro honestatis rationem deserere apud *Horat. l.* 1. *ep.* 16. quia arma projicere vel amittere flagitiosum militibus erat. ¶ Arma item dicuntur omnium artium instrumenta. Hinc rusticorum arma rastra, ligones, &c. *Virg.* 1. *Georg.* 1. *v.* 160. Arma Cerealia, idest ad conficiendum panem. *Id.* 1. *Æn.* 177. Arma senectutis, artes exercitationesque virtutum. *Cic. de senect. c.* 3. Sic arma coquinaria instrumenta culinæ, & similia. ¶ Etiam vires leonis arma dicuntur. *Virg. Æn.* 12. *v.* 6. Tunc movet arma leo.

Armamaxa, vel harmamaxa, æ, lecticæ genus apud Persas mulis jungi solitum. V. *Athen.* 5. 29. & *Curt.* 3. 3. 23.

Armamenta, n. 2. *munizione d'armi*, *e cose simili*, זינים, Ger. *allerlei*, *ristzeug*, Gal. *utensiles*, *& instrumens servans a quelque cose ce qui soit*, Hisp. *ayunamiento de armas*, ἐργαλεῖα, σκεύη, armorum congregatio, idest, instrumentorum in omni arte, ut sunt funes, & vela in nautica, rastra, ligones, &c. in agricultura. *Col. l.* 4. Navigia instruuntur armamentis, ministrisque. Et armamenta vinearum. *Plin. l.* 17. *c.* 21.

Armamentarium, rii, n. 2. *luogo da ripor l'armi*, *arsenale*, Germ. *ein zughauss*, Gal. *arsenal*, Hisp. *arsenal*, *almazen*, ὁπλοθήκη, repositorium armorum, & fere navalium, quale fuit illud, quod Athenis Philon ædificavit, mille capax navium: quale item amplissimum illud, quod hodie Venetiis cernitur. *Liv. de bell. Mac.* Conflagravit armamentarium cum ingenti apparatu machinarum, & tormentorum. Adde *Cic. pro Rab. perduell. c.* 7.

Armariŏlum, i, diminut. ab armarium, *scrigno*, *gabinetto*, *studiolo*. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 35. Armariola Græca. & *Sidon. l.* 8. *ep. ult.* Per armariola, & zothecas nostras.

Armarium, rii, n. 2. *armario*, אוצר, Germ. *kalter*, Gal. *armoire*, Hisp. *armario*, ἄβαξ, locus, ubi cibaria, libri, & similia reconduntur. *Plaut. in Cap.* 4. 4. 10. Reclusitque armarium.

Armatūra, f. 1. *armatura*, נשק, Ger. *ristung*, Gal. *armure*, Hisp. *armadura*, ὁπλισμὸς, habitum armorum, vel ipsa arma significat. *Cic.*

Att.

Att. l. 6. ep. 1. Habet cohortes nostra armatura triginta. *ideft*, similibus, quibus nos, armatas armis. *Id. Philipp.* 10. *c.* 6. Nostræ sunt legiones, nostra levis armatura, *hoc est*, milites leviter armati. Sic etiam dicitur armatura duplex, armatura simplex, sc. milites, qui singulas, vel binas annonas consequuntur, ut ait *Veget. l.* 2. *c.* 7. ¶ Est etiam armatura militaris exercitii genus, de quo *Veget. l.* 1. *c.* 13.

Armātus, us, ui, *armatura*, idem quod armatura. *Liv. l.* 37. *c.* 40. Eodem armatu Cares, & Cilices mille, & quingenti. Et *ibid. c.* 41. Toto fere gravi armatu.

Armātus, a, um, armis munitus, instructus, *armato*, nom. ex particip. ὡπλισμένος. *Cic. pro Cæcin. c.* 21. Armatos, si latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt. ¶ Et metaphorice *Id. pro Dom. c.* 55. Erat incredibili armatus audacia. ¶ Hinc armati sæpe pro ipsis militibus ponuntur. *Nepos* 10. 9. 2. Navem triremem armatis ornat. Superlat. usus est *Sen.* 5. *de Benef. c.* 4. Tam par tibi sum, quam multis armatissimis nudi, aut leviter armati. ¶ Armata Venus a Lacædemoniis æde, & simulacro culta. V. *Lactant. l.* 1. *c.* 20. *Div. Instit.* & *Auson. epigr.* 42. ¶ Armatæ preces sunt Principum, qui precibus minas miscent. V. *Cic. ad Att. l.* 9. *ep.* 13. ¶ Armata dicebatur Virgo sacrificans, cui lacinia togæ in humerum erat rejecta. *Festus*.

Armenia, f. 1. *Armenia*, ארמנה, Ἀρμενία, regio Asiæ inter Taurum, & Caucasum montes sita, & a Cappadocia ad Caspium mare usque protensa. Appellata est ab Armeo, seu Armenio Thessalo Jasonis comite, ut inquit Strabo, vel ab Armeno quodam Rhodio, ut ex Antipatri sententia tradit Steph. ¶ Ea (ut *Plin. l.* 6. auctor est) duplex est, major scil., & minor. Major, *Turcomania*, & *Curdistan*, fere tota sub dominio Turcarum, est ultra Euphratem. A Septentr. habet Moschicos montes, & Cyrum fl. a Merid. Taurum M. ab Occ. Euphratem fl. ab Or. partem Hyrcani maris, & Caspium M. Minor, *Anaduole*, tota paret Turcis, & est inter Cappadociam ad Occ. & Sept. Euphratem flu. ad Or. Syriam, & Ciliciam ad Austr.

Armeniăcum malum, *armelino*, μῆλον ἀρμενιακὸν, pomum, quod ex Armenia advectum est, medium inter Persica, & pruna. Ossibus enim ad prunum, carne ad Persicum accedit, quo minus est, & citius maturescit. Hujus generis mala Dioscorides ait alio nomine præcocia vocari. Sed *Gal. lib.* 2. *de alim. facult.* & *lib.* 7. *simpl.* mala Armeniaca discernit a præcocibus, hæcque illis multo præstantiora esse testatur. *Colum.* 5. 10. & 11. 2.

Armeniăcus, & armeninus, a, um, gentil. adject. *Virg. Ecl.* 5. Armenias curru subjungere tigres. *Vet. Inscript. apud Grut. p.* 253. *n.* 2. Aurelio Vero Aug. Armeniaco. ¶ Armeniaca mala, quæ & præcocia dicuntur, *meliaca*. V. Armeniacum.

Armenii, orum, Armeniæ populi. *Martial. l.* 5. *epigr.* 59. Nunquid apud Parthos, Armeniosque latet?

Armenĭum, ii, n. genus est pigmenti cærulei, quod ex quodam lapide fit ex Armenia advecto. *Plin.* 35. 6. *Varr. R. R.* 3. 2. ¶ Item idem quod malum Armeniacum. *Col. l.* 10. *v.* 404. Armeniisque, & cereolis, prunisque Damasci &c.

Armentālis, le, o. 3. ἀγελαῖος, quod est ex armento. *Virg.* 11. *Æn. v.* 571. Armentalis equæ mammis, & lacte ferino nutribat.

Armentarius, rii, m. 2. *custode dell' armento*, בקר, Ger. *viehehirt*, Gal. *gardeur de betail*, Hisp. *guarda de ganado, mayor*, ἀγελάρχης, armenti custos. *Lucr. l.* 7. Pastor, & armentarius omnis. *Virg. Georg.* 3. *v.* 344. Armentarius Afer. ¶ Armentarius etiam fuit cognomen Maximiani Galerii Imp. R. quia pastor armentorum fuerat. *Epit. Aurel. Vict. c.* 57.

Armentīnus. V. Armentivus.

Armentitius, a, um, idem quod armentalis. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 10. armentitii greges, & *c.* 5. armentitium pecus.

Armentīvus, a, um, armentitius. *Plin. l.* 28. *c.* 17. De armentivis loquor. Ubi *Harduinum* consulas, qui vulgatam lectionem, *armentinis*, ut ineptam repudiat.

Armentōsus, o. 1. 2. armentis abundans, ἀγελώδης. *Gell. l.* 11. *c.* 1. Italia tunc esset armentosissima.

Armentum, n. 2. majorum bestiarum grex, *armento*, בקר, Ger. *groß viech*, Gal. *troupeau de gros bestil*, Hisp. *ganado mayor*, ἀγέλη, inquit *Fest.* id genus pecoris dicitur, quod est idoneum ad opus armorum, ut sunt equi, & boves. Nam equis in bellum curritur, clypei vero boum coriis armantur. *Varro* autem boves armenta vocari voluit, quasi *aramenta*, tertia littera sublata, quod eorum præcipue opera in arandis agris utamur. Unde *Col. l.* 7. Jumenta, & armenta nomen a re traxere, quod nostrum laborem vel onera subvectando, vel arando juvarent. Proprie itaque armenta boves dicuntur, & equi, quamvis etiam alia majora animalia eo nomine dici possint, licet sint ad arandum, aut ad gestanda arma inutilia. Nam cervi, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur a *Virg. Æn. l.* 1. *v.* 185. ¶ Differt a Grege, qui proprie est ovium. *Virg.* 3. *Georg. v.* 286. V. Grex. ¶ In singulari numero. *Plin.* 8. 42. *de equis*. Amissa parente in grege Armenti. ¶ Observat *Nonius c.* 3. *n.* 3. a veteribus in fœmin. gen. Armentas usurpari. Et Festus, invenies, inquit, fœminine *armentas* apud Ennium positum.

Armidoctor, oris, idem qui Campidoctor, qui sc. tirones milites armaturam docet, ὁπλοδιδάσκαλος. Uti sunt *Veget. l.* 1. *c.* 13. & *Lamprid. in Alex. c.* 53. Al. leg. armiductor, & Campiductor. Et *Veget.* ipse tradit, ductorem ἀρχαικῶς doctorem dici. V. *Salmas. ad Lamprid. l. c.*

Armifactor, oris, qui arma facit. Legitur hæc vox in *Novella* 5. *c.* 1.

Armĭfer, a, um, o. 1. 2. *armigero*, ὁπλοφόρος, arma ferens. *Sil. l.* 4. *v.* 45. armiferi gens sacra Quirini.

Armĭger, armigeri, m. 2. qui arma domini sui gerit, *armigero*, *scudiero*, רכב, Ger. *vvaffentreger*, Gal. *ecuyer*, Hisp. *escudero*, ὁπλοφόρος, ὁπλίτης, qui lanceam, scutum, galeamque ferens armatum equitem in prælio sequitur, quod officium olim etiam a summis viris præstabatur. Nam Patroclus armiger Achillis fuit. Achates Æneæ. *Cic. pro Dom. sua, c.* 5. Sergius armiger Catilinæ, stipator corporis. ¶ Sumitur & adjective. *Id. l.* 7. *epist.* 33. *Fam.* ex veteri poeta: armigerum corpus. *Sil. l.* 7. *v.* 87. armiger Deus. *h. e.* Mars.

Armilausa, æ, vestis genus rubri coloris, forte sagum militare. *Isid. Orig. l.* 19. *c.* 22. Armilausa vulgo vocata, quod ante, atque retro divisa, & aperta est, in armis tantum clausa, quasi Armiclausa. *Paul. Nolan. epist.* 22. *post init.* Sibi illi habeant armilausam suam, & suas caligas &c. Meminit & *Juvenalis Scholiast. ad Sat.* 5. *v.* 143.

Armīle. V. Armillum.

Armillæ, f. 1. *bracciali*, *braccialetti*, *smaniglie*, צמיד, Germ. *armbende*, Gall. *brasselets*, Hisp. *manillas*, ornamenta in circulorum modum, quæ aurea, vel argentea viri militares ab Imperatoribus donata in sinistris brachiis gerere consueverunt. Dicuntur armillæ ab armis, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. Unde etiam arma ab his dependentia sunt vocata. *Liv. l.* 10. *c.* 44. Armillis, aureisque coronis donavit. ¶ Est etiam quandoque collare. V. in armillatus.

Armillātus, a, um, adject. ψελιοφόρος, qui armillas habet. *Sueton. Calig. c.* 52. Manuleatus, & armillatus in publicum processit. ¶ *Propert. l.* 4. *el.* 8. Armillatos canes dixit, idest collaribus revinctos.

Armillum, & armīle, urceoli vinarii genus, ut *Nonius* 15. 33. ex Varr. interpretatur, sic dictum, quod armo, i. e. humero deportetur, ut ait Fest. *Apul. l.* 6. *Metam.* Ad armile redit. Et *lib.* 9. Ad armillum revertit. Ad priorem locum *Julianus Florid. p.* 192. Ad armile redit, i. e. ad ingenium, ad notas artes. Prover. est ab anuum bibacitate tractum, quæ, sicunde vini odor naribus allatus est, eo statim currunt. Usurpatum est etiam a *Lucil.* apud *Non. n.* 45.

Armilustrĭum, n. 2. vel armilustrum, ὁπλοκαθάρσιον, festum apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, & sacrificantes canebant tubis. Ita *Festus*. Erat igitur quædam lustratio, seu expiatio armis facta. In vet. Glossa: Armilustrium, ὁπλοκαθάρσιον. Fortasse etiam erat lustratio armorum a Duce facta stato die, de qua *Vulcat. Gallican. de Avid. Cassio c.* 6.

Armipŏtens, o. 3. *potente nelle armi*, *armigero*, κρατερὸς αἰχμητὴς, armis valens. Unde & Pallas, sive Bellona armipotens dicitur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 425. Divæ armipotentis ad aram procumbit.

Armipotentĭa, æ, *valor nell' armi*. *Ammian. l.* 18. *c.* 5. (*al.* 10.) Armipotentia fretus.

Armisŏnus, o. 1. 2. quod armis strepit. *Virg.* 3. *Æn. v.* 544. Numina sancta precamur Palladis armisonæ.

Armo, as, a. 1. munio, orno, confirmo, instruo, *armare*, נשק, Germ. *bevvaffen*, Gall. *armer*, *equiper*, Hisp. *armar*, ὁπλίζω, armis induo, seu munio. *Planc. ad Cic.* Manus, quas justius in Lepidi perniciem armasset. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 28. Armari milites Cæsar jubet. ¶ Sæpe est animare, & stimulare. *Vellej.* 2. 49. 3. Pompejum Senatus auctoritas, Cæsarem militum armavit fiducia. ¶ Significat etiam instruere, munire. *Virg.* 10. *Æn. v.* 140. Armare sagittas veneno. *Id.* 4. *Æn. v.* 299. armare classem. *h. e.* armamentis instruere ad navigandum. *Martial. l.* 14. *epigr.* 9. Armare thecam calamis. *Cic. pro Cluent. c.* 67. armare accusatorem omnibus rebus. *Id. pro Mil.* armare temeritatem alicujus auctoritate publica. *Id.* 1. *de Invent. c.* 1. armare se eloquentia.

Armoge, es, commissura, & transitus colorum. *Plin. l.* 35. *c.* 5.

Armoracea, f. 1. *ramolaccio*, ἀρμοράκιον, raphanus agrestis, vel sylvestris, quem Pontici armon vocant, alii leucem. *Plin. l.* 19. *c.* 5.

Armorĭcæ Civitates, Armoricus, Hermionia, Britannia minor, *la Bretaigne*, & ejus pars, *Lhydavv*, regio Galliæ Celticæ extrema, ad Oceanum in Occ. & Bor. extensa. Pop. Britones.

Armus, m. 2. *omero*, *spalla*, שוק, Ger. *ein schulteren*, *ein spallen*, Gal. *l'epaule, ou l'extremite d'icelle*, Hisp. *espalda*, ἄρμος, humerus. *Virg.* 3. *Georg.* Dextro jactata recumbit in armo. ¶ Differt tamen armus ab humero. Nam humeri proprie eorum sunt, qui recti in cœlum spectant, unde homini soli humeros esse dicimus. *Virg.* 1. *Æn.* Os, humerosque Deo similis. Armi vero sunt brutorum, quamvis & de hominibus quandoque dicantur. *Hor. Sat.* 4. *lib.* 2. *v.* 44. Fæcundi leporis sapiens sectabitur armos. ¶ Hanc vocem Vossius in etymol. *Armillæ*, ab ἁρμὸς, derivat, quod compagem significat, aut commissuram: Atque hinc patere, ait, ne humeros quidem proprie dici armos, sed humerorum cum brachiis commissuram.

Arna, oppidum excisum Umbriæ. *Sil. Ital. l.* 8. *v.* 457. ¶ Item urbs Phthiotidis.

Arna, *Festo*, est agna, ex Græco ἀρς, ἀρνὸς, agnus.

Arnăcis, idis, f. ἀρνακὶς, genus vestis puellaris, fortasse ex pellibus agninis. nam ἀρς, ἀρνὸς agnus est. *Varr.* apud *Non. c.* 14. *n. ult.*

Arnates, m. 3. pop. Umbriæ. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Arniensis, vel Arnensis, Tribus rustica apud Romanos, omnium ultima, utpote quæ longissime omnium Roma distabat: erat enim in Hetruria, constituta anno U. C. 369. quemadmodum Suburana erat omnium prima. Dicta est ab Arno fluvio. *Cic. in Agrar.* 2. 29. A Suburana ad Arniensem nomina vestra proponat.

Arnobius, i, Afer, insignis Rhetor, Philosophus, & Scriptor Seculi tertii Christiani, cujus extant lib. 8. adversus Gentes. Fuit præceptor Lactantii.

Arnus, *l'Arno*, fl. Tusciæ, qui oritur ex Apennino M. in conf. Romandiolæ, a font. Tiberis 15. M. P. in Occ. Florentiam, ac Pisas interluit, & in mare Tyrrhenum cadit ab ost. Auseris 6. M. P. in Mer. a Liburno 15. in Bor.

Aro, as, n. 1. aratro proscindo, *arare*, חרש, Germ. *ackern*, Gall. *labourer*, Hisp. *arar*, ἀρόω, proprie significat terram jam proscissam rursus vomere everto. *Plin.* In arando magnopere servandum est Catonis oraculum. Quid est primum? agrum bene colere. Quid secundum? bene arare. Quid tertium? stercorare. ¶ Per translationem ponitur pro coire. *Plaut. Asin.* 5. 2. 24. Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit. *idest*, alienas mulieres subagitat, uxorem suam deserit. ¶ Transfertur etiam ad navigationem. *Ovid.* 3. *Trist. el.* 12. *v.* 36. arare aquas. Sic *Virg. l.* 3. *Æn. v.* 495. ¶ Et ad rugas seniles. *Ovid. de Arte l.* 2. *v.* 118. Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent. *h. e.* tanquam sulcis notent, & deforment. ¶ Item de lucro, quod ex agricolatione habemus, usurpatur. *Cic.* 5. *Verr. c.* 47. Fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex jugere ararent, h. e. perciperent. ¶ Arare litus, proverb. est, idem significans, quod inanem laborem sumere. *Ovid. Epist. Heroid.* 5. *v.* 116.

Arōma, atis, n. 3. ἄρωμα, sed raro in singulari numero apud Latinos. *Prudent. in pass. Agnetis, v.* 72. Tinctus aromate. ¶ Usitatius plurale, aromata, *droghe*, *spezierie*, quarundam erbarum fructus, odoris, & saporis gratissimi, quibus utimur vel ad fovendum ventriculum, vel ad appetentiam provocandam, ut sunt zinziber, piper, saccharum, & similia, quæ vulg. *species* vocant. *Colum. l.* 12. *c.* 20. Aromata contusa, & cribrata paulatim insperges.

Aromatĭcus, a, um, ad aromata pertinens, *aromatico*, ut sapor, odor, calamus aromaticus. *Spart. in Adriano, c.* 19. In honorem socrus suæ aromatica populo donavit. Supple, munera. *Sedul. in hist. Resurrect. Matth.* 28. Cum munere matres messis aromaticæ.

Aromatītes, m. 1. ἀρωματίτης, gemma, quæ in Arabia, & in Ægypto gignitur, dicta, quod myrrhæ odorem habeat. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Est item aromatites, vinum aromatibus conditum. *Plin. l.* 14. *c.* 15. 16. & 17. V. Abrotonites.

Arpi, m. pl. Argos, Hippium, Argyrippa, urbs exc. Apuliæ Dauniæ, condita a Diomede, inter Luceriam, & Sipontum 18. M. P. a Fossa opp. 6.

Arpīnas, atis, ab Arpino qui est. *Cic. de Leg. Agrar.* 3. *c.* 2. Meus paternus, avitusque fundus Arpinas. Et *l.* 1. *Attic. ep.* 16. Arpinates aquæ.

Arpīnum, n. 2. *Arpino*, opp. Latii, in Samnii confin. hodie castrum Terræ Laboris in Regno Neapolitano, a Sora 4. M. P. in Austr. a Monte Cassino 9. in Bor. a Liri flu. 2. ab Aquino 11. in colle excelso, apud Fibrenum flu. patria M. T. Cic. C. Marii, Plinii, Plauti, &c.

Arpīnus, a, um, ad Arpinum pertinens. *Martial. l.* 10. *epigr.* 19. Arpinæ chartæ. *h. e.* scripta Ciceronis, qui Arpinas fuit. ¶ Item ad Arpos pertinens, Apuliæ oppidum. *Liv. l.* 24. *c.* 45.

Arquātus, a, um, o. 1. 2. *cosa torta, che ha figura d'arco*, Ger. *gebogen, gekrumet*, Gal. *courbe en forma d'arc, voutè*, Hisp. *arcado, corcobado*, ab arcus, dicitur, quicquid arcus figuram ullo modo imitatur. *Ovid. 11. Met. v.* 590. Dixit, & arquato cœlum curvamine signans. Al. leg. *arcato*, & *arcuato*. Hinc illa opera, quibus aqua duci solet, *arquata* dicuntur, quod multis arcubus æqualiter distantibus fulciantur. ¶ Dicuntur etiam *arquati*, quos Græci *ἰκτερικοὺς* vocant, quod virentibus oculis arqui cœlestis colorem imitentur, *itterici*. Hic morbus a Varrone Morbus Regius dicitur. Unde arquatum pecus, quod morbo ictérico, ideſt Regio laborat. *Col. l. 7. c.* 5. Humana urina remedio eſt etiam pecori arquato. Adde *Corn. Celſ. l. 3. c.* 24.

Arquitĕnens. V. Arcitenens.

Arquītes, m. 3. *ſagittari, arcieri*, τοξόται, dicebant antiqui arcu præliantes, quos nunc ſagittarios vocant. *Feſtus*.

Arquus, i, idem quod arcus, Veterum ſcriptione. *Lucret. 6.* 525. Tum color in nigris exiſtit nubibus arqui. *h. e.* iridis. *Non. cap. 5. n.* 14. hoc ſtatuit diſcrimen, ut *arcus* dicatur fornix ſuſpenſus, *arquus* qui in cœlo apparet.

Arrālis, le, qui ſub arra, ſeu arrha fit. *Dioclet. l. 3. Cod. de action. empt. & vend.* Ex arrali pacto.

Arrectārius, o. 1. 2. *diritto*, adject. a particip. arrectus, quod eſt arrectum, ut Aſſer arrectarius in cratitio pariete, qui arrectus eſt, ſicut tranſverſarius, qui in tranſverſum ponitur. *Vitruv. l. 2. c.* 8. Rimas in iis faciunt arrectariorum, & tranſverſariorum diſpoſitione.

Arrectus, a, um, erectus, rectus, extenſus, elatus, *dirizzato*, ὀρθόμενος, *ἐστάμενος*, *Virg. Æn. 1. v.* 152. Arrectis auribus adſtant. Et *Æn. 4. v.* 280. Arrectæque horrore comæ. *Liv. l. 21. c.* 3. Ut pleraque Alpium ab Italia ſicut breviora, ita arrectiora, *più erte*. ¶ Item excitatus, *inanimato*. *Salluſt. B. Jug. c.* 86. Plebis animos arrectos videt. *Virg. Æn. 5. v.* 138. Laudum arrecta cupido. ¶ Item intentus. *Tacit. 3. Ann. c.* 11. Arrecta civitas omnis, quanta fides amicis Germanici, quæ fiducia reo, &c. h. e. intenta, admirans, &c.

Arrēpo, V. Adrepo.

Arrepto, as, idem quod repto, vel Adrepo. *Plin. lib. 35. c.* 10. Item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.

Arreptus, a, um, *preſo, colto*, nomen ex particip. ab arripio, ſtatim raptus, apprehenſus. *Liv. l. 3. c.* 48. Arrepto cultro. *Horat. l. 1. Sat. 9. v.* 4. Arrepta manu. Et arreptum tempus. *Virg. Æn. 11. v.* 459.

Arrha, vel arra, rhæ, f. 1. & arrabo, vel arrhabo, onis, *arra, caparra*, יְרֻכוֹן, Ger. *gotſpfenning*, Gal. *arrhe*, Hiſp. *ſenal*, ἀῤῥαβών, id, quod dari ſolet ad confirmationem contractus. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Argumento eſt conſuetudo vulgi ad ſponſiones etiamnum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior. *Ter. Heaut. 3. 3.* 42. Ea relicta huic arrhaboni eſt. Adde *Plaut. Mil. 4. 1. 11.* ¶ Claudius Annalium ſcriptor arrhabonem pro obſidibus poſuit; apud *Gell. l. 17. c.* 2. qui hanc vocem monet inter ſordida verba haberi cœptam.

Arrhăbo, V. Arrha.

Arrhenĭcum, i, n. *arſenico*, ἀῤῥενικὸν, & ἀρσενικὸν, arſenicum. *Plin.* 28. 15.

Arrhētos, ἄῤῥητος, hoc eſt qui dici non poteſt: unus eſt ex æonibus Valentini Hæretici. *Tertull. adverſ. Velentinian. c.* 35.

Arridĕo, es, iſi, iſum, n. 2. ſubrideo, *rider di coſa, che piaccia*, צחק, Ger. *anlachen*, Gal. *ſourire, rire a quelqu'un*, Hiſp. *ſoreirrei*, προσγελάω, ridendo applaudo, vel riſu lætitiam oſtendo. *Cic. de ſom. Scip.* Hic leniter arridens Scipio. *Terent. Adelph.* 5. 4. 10. Arridere omnibus. ¶ Accipitur & pro placeo, *piacere*. *Idem Attic. l. 13. epiſt.* 21. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet.

Arrīgo, is, exi, ectum, a. 3. *dirizzare*, ex ad, & rego, ſign. erigere, elevare, ut arrigere aures, &c. *Virg.* 10. Comaſque arrexit. *Plaut. Rud.* 5. 2. 6. Suo mihi ſermone arrexit aures. *ideſt* fecit ut arrigerem. ¶ Dicitur etiam metaphor. alicujus animum arrigere, ideſt excitare. *Sall. Jug. c.* 8. Eos non paullum Marius oratione ſua arrexerat. *Virg. Æn.* 12. 251. Arrexere animos Itali.

Arrilātor, *Feſto* eſt is, qui empturiens data arrha ſibi poſtulat credi. V. *Scal. ad Feſt.* ubi hanc ſcripturam laudat præ vulgata *arrulator*, vel arilator. Vide & *Gell. l. 16. c.* 7.

Arripio, is, arripui, arreptum, a. 3. corripio, apprehendo, accipio, capio, attraho, per vim adduco, *torre, rapire, prendere, cogliere*, תפש, Ger. *ergreiffen*, Gal. *emporter, enlever de force*, Hiſp. *arrebatar*, προσαρπάζω. *Cic.* 2. *de Orat.* Si quemcumque patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo. *Idem* 1. *de nat. Deor.* Quærit, unde animum arripuerimus. ¶ Dicimus etiam arripere tempus, cauſam, occaſionem, *ſervirſi dell' occaſione*. *Cic. Fam. 5. ep.* 12. & *pro Cluent. c.* 33. ¶ Avide arripere, celeriter arripere litteras, *Cic. pro Roſ. Com. c.* 11. & alibi. ¶ Arripi, pro accuſari. *Suet. in Vitell. c.* 2. Inter Sejani conſcios arreptus. *Id. in Cæſ. c.* 23. Aliquot criminibus arreptus eſt. *Cic. pro Mil. c.* 22. arripi in quæſtionem. Sic apud eund. arripi in carcerem. Al. leg. *abripi*. ¶ Arripere maledictum ex trivio, *Cic. pro Mur. c.* 6. hoc eſt uti plebejo maledicto. ¶ Dolor aliquem arripuit. *Cic.* 2. *de fin. c.* 29. ¶ Cognomen ſibi arripere ex aliorum imaginibus: *Cic. pro Seſt.* 32. ¶ Arripere terram velis, *prender terra*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 477. Ecce tibi Auſoniæ tellus, hanc arripe velis.

Arrisĭo, onis, riſus, applauſus. *Auct. ad Herenn. cap.* 6. Interpellatio, aut arriſio.

Arrīſor, ris, m. 3. qui alicui ſubridet, adulator. *Sen. ep.* 27. Stultorum divitum arroſor, & quod ſequitur, arriſor.

Arrius. V. Arius.

Arrōdo, a. 3. idem, quod rodo, vel circumrodo, *rodere intorno*. Metaphorice *Cic. pro Sext. c.* 33. Arrodere Remp. Adde *Sidon. l. 7. ep.* 6.

Arrōgans, o. 3. ἀλαζών, *arrogante*, qui ſibi temere, atque inſolenter tribuit, quæ in eo non ſunt. *Cæſ. 3. bel. Civ.* Ne arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. *Macrob. Satur. l. 3. c.* 11. Arrogantiſſimum proverbium. *Quintil.* 12. 3. Pigritia arrogantior.

Arroganter, ſuperbe, contumaciter, *arrogantemente*, Ger. *vermeſſentlich*, Gall. *arrogament*, Hiſp. *arrogantemente*, ἀλαζονικῶς, adv. ſuperbe. *Cic.* 2. *de Or.* Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter dictum eſſe aliquid videatur. *Id. pro Mur. c.* 37. Nihil dicam arrogantius. *Oroſ. l. 7. c.* 25. A quo arrogantiſſime exceptus eſt.

Arrogantĭa, f. 1. ſuperbia, inſolentia, intolerantia, faſtidium, *arroganza*, גאוה, Ger. *vermeſſenheit*, Gal. *arrogance*, Hiſp. *arrogancia*, ἀλαζονεία, vitium, quo quis bona, quæ ei non ſunt, ſibi aſſumit. Differt a ſuperbia, quia ſuperbus turgeſcit iis bonis, quæ re vera habet, arrogans temere, & impudenter bona ſibi vendicat, quæ non habet. Sed tamen promiſcue ſuperbia, & arrogantia uſurpantur. *Cic. in Orat. c.* 38. Nec in veritate crimen arrogantiæ extimeſcerem.

Arrogātio, f. 3. *adozione*. Eſt actus legitimus, per quem aliquis in filium aſciſcitur. Dicta eſt, quod per populi rogationem fieret, vel quod tum aſciſcens, tum aſciſcendus de conſenſu interrogarentur. Differt ab adoptione, quod arrogatio puberum eſt, adoptio impuberum. *Gell. l. 5. c.* 19.

Arrogātor, oris, *adottatore*, qui arrogat, hoc eſt ſibi aliquem in filium arrogatione aſſumit. *Cajus Dig. 1. 7. 2. & Ulpian. 1. 7. 19. & 22.*

Arrogātus, a, um, *adottato*, arrogatione in alienam familiam aſſumptus. *Aur. Vict. de Cæſarib. c.* 13. & *Marcell. Dig. 1. 7. 18.*

Arrōgo, as, a. 1. ſumo, aſſumo, aſciſco, vendico, *attribuirſi troppo, vantarſi*, לקח נשא, Ger. *ihm ſelbs zumeſſen, ihm ſelbs zuſchreiben*, Gal. *s'attribuer*, Hiſp. *attribuirſe*, ἀλαζονεύομαι, a præp. a, & rogo, proprie videtur ſignificare *εἰσποιῆσαι*, in filium, ac familiarem aſciſcere. *Gell. l. 5. c.* 19. Arrogantur ii, qui in alienam ſe ſe poteſtatem tradunt. Unde *arrogatio*. ¶ Arrogare Dictatorem conſuli, *Liv. l. 7. c.* 25. ideſt adjungere. ¶ Eſt etiam ſibi aſſumere, cui opponitur *derogo*, *Cic. pro Sex. Roſc. Amer.* 32. Non tantum mihi derogo, tametſi nihil arrogo. *Id. de cl. orat. c.* 85. arrogare ſibi ſapientiam. ¶ Interdum ſignificat petere, rogare. *Plaut. Rud. 5. 2.* 45. Venus hæc volo arroget te. ¶ Arrogare *aliquid alicui rei* eſt tribuere, vel afferre, & in bonam quoque partem accipitur. *Horat. l. 4. od.* 14. Fortuna laudem, & optatum peractis imperiis decus arrogavit. *Id. de ar. poet. v.* 122. Jura neget ſibi nata: nihil non arroget, armis. *h. e.* omnia in armorum vi poſita eſſe putet.

Arrōſor, oris, m. 3. qui arrodit. *Senec. epiſt.* 27. Stultorum divitum arroſor. *h. e.* qui divitum bona abligurit.

Arroſus, a, um, adject. *corroſo*. *Pin. l.* 10. *c.* 62. Semina arroſa condunt formicæ.

Arrugia, *foſſa, d'onde ſi cava l'oro*, Ger. *goldegub*, χρυσωρυχία, cuniculus ſubterraneus, ex quo effoditur aurum. V. *Plin. l. 33. c.* 4.

Arrulator. V. Arrilator.

Ars, tis, f. 3. artificium, ratio faciendi, facultas, ſtudium, diſciplina, *arte*, מלאכא, Germ. *ein kunſt*, Gall. *art*, Hiſp. *arte*, τέχνη. *Auct. ad Herenn. l. 1. c.* 2. *Artem* præceptionem dicit, quæ dat certam viam, rationemque faciendi. ¶ Artes etiam dicuntur virtutes, & vitia. *Tacit. 1. hiſt. c.* 30. Nemo unquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit. Et *Annal. 14. c.* 57. Tigellinus malas artes, quibus ſolis pollebat, gratiores ratus &c. ¶ Item ſtudium, induſtria, ſed cum prudentia agendi. *Ter. Andr. 1. 1. 4.* Quid eſt quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? V. ibi *Donat.* ¶ Item dolus, aſtutia, & in bonam, & in malam partem. *Virg. Æn. 2. v.* 152. Dolis inſtructus, & arte Pelaſga. *Tacit. 4. hiſtor. c.* 88. Intelligebantur artes; ſed pars obſequii erat, ne deprehenderentur. *Ovid. 15. Met.* Nam te non alius belli tenet aptius artes. ¶ Artes quandoque ſumuntur pro iis libellis, qui præcepta artium continent. *Quintil. l. 2. c.* 15. Hæc, opinor, origenem ab Iſocrate duxit: ſi tamen revera ars, quæ circumfertur, ejus eſt. Sic *Cic.* Artes Oratorias dixit *Top. c.* 8. ¶ Quandoque & pro ipſis operibus arte factis. *Horat. l. 4. od.* 8. Divite me ſcilicet artium, Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas. ¶ Pro Muſis, quæ ſunt artium liberalium præſides, *Phæd. in prol. l. 3. v.* 18. Tonanti ſancta Mnemoſyne Jovi Fecunda novies artium peperit chorum. ¶ Multæ ſunt artium diviſiones, ſed illa celebrior, qua in liberales, & mechanicas, ſeu ſerviles dividuntur. Liberales ſunt, quæ ſola animi ſeu ingenii vi exercentur, ut ſcientiæ, & facultates: ſerviles eas dicimus, quas corporis viribus adhibitis factitamus, ut fabrilis, militaris, nautica &c.

Arsăces, is, m. 3. ἀρσάκης, nomen proprium Parthorum Regis, cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæſitum, conſtitutumque ab eo Regnum, ut omnes deinde Reges ſuos Arſaces appellaverint, quemadmodum Ægyptii Reges ſuos vocaverunt Ptolemæos, quin & Parthi ipſi ab eo Arſacidæ dicti ſunt. *Juſtin.* 41. 5.

Arſacidæ, arum, m. Arſacis Parthorum regis ſucceſſores, ſeu poſteri. *Tacit. 1. hiſtor. c.* 40.

Arſacĭus, a, um, adject. ab Arſace ductum, & ponitur pro Perſico, *Perſiano*. *Martial. l. 9. epigr.* 35. Scis quid in Arſacia Pacorum deliberat aula.

Arſe, verſe, Tuſcorum lingua ſignificat *averte ignem*. *Feſtus*.

Arſenĭcum, ci, n. 2. *arſenico*, Ger. *arſenick*, Gal. *arſenic*, Hiſp. *arſenico*, ἀρσενικὸν, ſuccus eſt mineralis, pinguis, inflammabilis, compoſitus ex pinguedine ſulphurea, hydrargyro, & ſpiritu ſalis candido. Duplex eſt, candidum, propr. arſenicum, & flavum, quod auripigmentum dicitur. *Plin. in fi. libri* 34.

Arſenogŏnon, n. 2. ἀρσενόγονον, herba, ſub ſatyrii nomine comprehenſa, ferens ſemen teſtibus ſimile, dicta, quod vino, in quo macerata eſt, epoto, mares generari credantur, ut thelygono feminæ. *Plin. l. 26. c. ult.* Uvas habet fructibus oleæ ſimiles, ſed aliquanto pallidiores, ſemen vero ad ſimilitudinem papaveris albi.

Arſineum, ornamentum capitis muliebris. *Feſt.*

Arſinŏe, f. 1. ἀρσινόη, filia Ptolemæi Lagi filii, qui Ægyptum poſt Alexandrum tenuit, & uxor Lyſimachi Regis Macedoniæ, forma præſtantiſſima, a cujus nomine Ptolemæus Philadelphus ejus frater urbem condidit in Cyrenaica regione, quæ Teucheria quoque dicta eſt, *Toachara*, inter Berenicem ad Occ. 47. & Ptolemaidem in Ort. 45. M. P. V. Coronis.

Arſis, f. 3. ἄρσις, Latine dicitur elevatio vocis, ſicut θέσις poſitio eſt, ut in voce *arma*, *ar* elevatio eſt, *ma* poſitio. *Diomedes Grammatic. l. 3.*

Artacĭa, æ, fons apud Lætrygonas, de quo *Tibul. ad Meſſal. l. 4. v. 6.* Nobilis Artaciæ gelidos quos irrigat unda.

Artātus, bonis artibus inſtructus. *Feſt.* V. Artitus.

Arte. V. Arcte.

Artaxăta, orum, n. pl. *Tauris, Teſtis*, ἀρτάξατα. Urbs Armeniæ majoris, ad Araxem fl. in Georgiæ Regno, a Gaza 350. M. P. a Nifibi 500. in Bor. a mari Caſpio 120. in Occid. ¶ Item urbs Cappadociæ, inter Cæſaream 24. M. P. & Comanam 42. *Juv. ſat. 2. v. ult.* Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Artemisĭa, f. 1. ἀρτεμισία, Mauſoli Cariæ Regis uxor, inſignis pudicitiæ, quæ virum ultra humanæ affectionis fines amaſſe perhibetur. Nam & mortui cineres vino commiſto ebibit, & memoriæ ejus ſplendidiſſimum erexit ſepulchrum. Hinc magnifica omnia monumenta Mauſolea appellantur. *Cic.* 3. *Tuſc. Ficin. in Conv. Plat.*

Artemisĭa, herba inſignis, quæ ab Artemiſia Mauſoli uxore nomen ſibi arripuit, cum antea Parthenis diceretur. Deſcribitur *a Plin. l. 25. c.* 7.

Artemisĭus, m. 2. ἀρτεμίσιος, apud Macedonas menſis Majus dicitur. ¶ Eſt item nomen montis Arcadiæ. *Plin. l. 4. c.* 6.

Artĕmon, onis, m. 3. *artimone*, ἀρτεμών, quid ſit, inter eruditos non ſatis convenit. *Baſſius* credit, eſſe velum maximum in navi, eo argumento fretus, quod etiam hodie Veneti maximum navis velum ita vocant: Alciatus, eſſe velum addititium, quod ſcilicet majori velo additur, & aſſuitur, dirigendæ navis cauſa. Nam Græci ἀρτάω, dicunt aſſuere, vel appendere, & ἄρτημα, appendicem. *lege* 242. *Dig. de Verb. ſign.* Malum navis eſſe partem, artemonem non item, *Labeo* ait. ¶ Alii volunt, eſſe navis antennam, ex qua velum ſuſpenditur. *Vitr. l.* 10. *c.* 5. docet, artemonem eſſe, quam noſtri trochleam, Græci ἐπάγοντα vocant. Hac autem in navibus funes ducturi trahuntur, & armamenta explicantur, ut merito additamentum magis, quam pars navis eſſe videatur. Ait idem Scriptor, machinas id genus tractorias ad

onerandas naves esse accommodatas, fierique his trochleis navium subductiones.

Arteria, f. 1. *arteria*, *la canna della gola*, *strozza*, כרקים, Germ. *ein pulsader*, Gal. *artere*, Hisp. *arteria*, ἀρτηρία, Latine vena vitalis, seu semita, in qua est vitalis spiritus mistus cum sanguine, quæ motu, atque pulsu febris indicium est. Dicta est ab ἀήρ, aer, & τηρέω, servo, quod aer, idest, spiritus in ea servetur. Ab antiquis pulsus vocabatur. ¶ Arteriæ positæ subter venas sunt, præterquam in dorso, in quo magna arteria, quæ trachea dicitur, est posita super venam. ¶ Non desinunt micare, propter calorem. *Cic. 2. de nat. Deor.* ¶ Aspera arteria est fistula ab ore ad pulmonem, per quam spiritus, sive aer attrahitur, & emittitur, & vox formatur. Apud *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 54. ¶ *Lucretius* neut. gen. usus, asperiora arteria vocavit, *l. 4. v.* 532. Quemadmodum & Latini aulæum dixerunt quod Græci αὐλαῖαν. ¶ Cum de aspera arteria sermo est, fere *arterias* num. plur. dicunt Auctores. Revera enim duæ sunt arteriæ asperæ, altera, qua esculenta immittuntur, altera, qua spiritus ducitur. *Ad Heren. l. 3. c.* 12. Læduntur arteriæ, si antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur. *Suet. in Ner. c.* 25. Neque quidquam serio, jocove egit, nisi adstante Phonasco, qui moneret, parceret arteriis.

Arteritce, es, medicamentum quoddam ex capitibus papaveris, quod & diacodion appellatur. *Plin. l. 20. c. 19.* Est autem contra arteriarum morbos. *Scribon. Larg.* 75. ¶ Aliud est arteriaces genus ex pomorum succis, cujus confectionem docet *Plin. lib. 23. c. 7.*

Arteriăcus, a, um, ad arterias pertinens, ut Arteriaca medicamenta. *Cæl. Aurel. Tard. 2. 6.*

Artesia, *Artois*, Prov. & Com. Galliæ Belgicæ, inter Picardiam, & Flandriam: Caput Atrebatum.

Arthrĭsis, idem quid Arthritis: *Prudent. Romani passion. v.* 495. Nodosa torquet quos podagra, & arthrisis.

Arthritĭcus, m. 2. *gottoso*, ἀρθριτικός, qui laborat arthritide, hoc est morbo articulari, ab ἄρθρον, articulus. *Cic. Pœto, l. 8. epist. 23. Fam.* Coquum etiam te arthriticum habere.

Arthritis, idis, ἀρθρῖτις, morbus articularis, sc. tumor articuli cum dolore, *gotta artetica*. Dolorem articulorum vocat *Cic. l. 1. Attic. ep. 5. Vitruv. l. 1. c. 6.* Gravitudo, arthritis, tussis, &c.

Articulamentum, i., n. 2. articulus, articulatio, membrorum junctura. *Scribonius Larg. Compos. 74. & 82. 103.*

Articulāris, e, & articularius, a, um, adject. ad articulos pertinens, ut morbus articularis, h. e. arthritis, *podagra*, *gotta*. *Plin. l. 20. c. 17. sub fin.* & Morbus articularius, apud *eund. l. 23. proœm. & l. 32. cap. 4.*

Articularĭus, rii, m. 2. subst. ἀρθρικός, qui articulari morbo laborat. *Plaut. in suppositis ad Mercat. v. 17.* Nec podagricus, nec articularius est.

Articulāte, cum primis, adv. clare, aperte. *Cic. Att. 6. 5.* Puellæ salutem articulate dices. ¶ Articulate pronuntiare, est, distincte, quibusdam veluti articulis. *Gell. l. 5. c. 9.* Articulate loqui.

Articulatim, seperatim, seorsum, ἐνάρθρως, per articulos. *Plaut. in Epid. 3. 4. 50.* Istic homo te articulatim concidit. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 26.* Puerum obtruncat, membraque articulatim dividit. ¶ Est etiam idem quod articulate, i. e. clare, distincte. *Id. Cic. 1. de leg. c.* 13. Articulatim & distincte dicere.

Articulatĭo, onis, in arboribus est, cum veluti per articulos, seu nodos crescunt. *Plin. l. 16. c. 25.* Tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio. Sic *l. 17. c. 21.* ¶ Est etiam arborum morbus, qui tribus de causis accidere solet: una, vi tempestatum germinibus ablatis: altera, in supinum excilis: tertia, cultu æ imperitia læsis. Omnes enim earum injuriæ in articulis sentiuntur. *Plin. 17. 24.*

Articulatus, a, um, *articulato*, quasi articulis distinctus: ut articulata vox differt a sono. *Solin. c. 65.* Articulata verba.

Articŭlo, as, avi, are, *articolare*, articulis veluti distinguo. *Lucret. 4. 548.* voces articulat verborum dædala lingua. *Apul. in Florid. 2.* Eo facilius verba hominis articulantur potentiore plectro, & palato. *Arnob. l. 3. p.* 121. Multijuga lingua sonos articulet.

Articulōsus, o. 1. 2. *nodoso*, Ger. *febr knodicht*, Gal. *noueux*, Hisp. *nudoso*, ἀρθρώδης, plenus articulis. *Quint. l. 4. c. 5.* Evitanda concisa nimium, & velut articulosa partitio, quæ *scil.* orationem nimium multis distinctionibus afficit. *Plin. 24. 16.* Radix articulosa.

Articŭlus, m. 2. nodus, junctura nodus, *nodo*, *giuntura*, Germ. *glied*, Gal. *article*, Hisp. *articulo*, ἄρθρον, dim. ab artus, & ponitur pro juctura, sive nodo, vel parte membri. *Plin. l. 11. c. 37. sect. 67.* Cervix articulorum nodis jungitur. *Cic. Att. 1. 5.* Dolores articulorum, *dolori artetici*. ¶ Sed & in vite nodi dicuntur articuli. *Cic. in Cat.* Tamquam ad articulos sarmentorum. ¶ Articuli etiam in montibus dicuntur, *colli*. *Plin. in calce oper.* Aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis, soli fertilitate, pabuli ubertate. Ubi *montium articulos* videtur accepisse pro colliculis, & clivis molliter surgentibus. ¶ Interdum pro digito, *dito*. *Ov. l. 2. de Pont.* Quid sit utile solicitus supputat articulis. ¶ Interdum pro momento, sive puncto, idest temporis particula, & pro tempestiva rerum faciendarum hora. *Ter. in Adelph. 2. 2. 20.* Vide, ut in ipso articulo oppressit eam. *Cic. pro Quint. c. 5.* In ipso articulo temporis adstringeret. ¶ *Curt. l. 3. c. 5.* In quo me articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis, *in quasi stretto punto di cose*. *Plaut. Men. 1. 2. 31.* Commoditatis omnes articulos scio. ¶ Item apud Grammaticos articulus est pron. *Hic*, *hæc*, *hoc*, quod in declinandis nominibus discernendi generis causa præponitur. ¶ Et apud Rhetores articulus membrum est, seu incisum periodi, item Fig. al. Dissolutio, qua plura dissoiute demptis conjunctionibus dicuntur, ut Ejus virtuti, fidei, felicitati commendata est: Sed *Auctor. ad Her. l. 4.* duas constituit Figuras, unam pro singulis membris, quam Dissolutionem, alteram pro singulis verbis, quam Articulum nominat. ¶ Articuli etiam certas particulas, seu positiones notant. *l. 142. Dig. de Verb. signif.* Non possunt omnes articuli singillatim legibus comprehendi. *Arnob. l. 7. p.* 243. Ventum est ad ipsum articulum causæ. *b. e.* ad id, in quo causa vertitur.

Artĭfex, ficis, m. & f. 3. opifex, sciens, & peritus, *artefice*, אמן, Germ. *handvverkſmann*, Gal. *artifan*, Hisp. *artiſta*, *official*, τεχνίτης, qui artem aliquam exercet, dictus, quod arte quippiam faciat. *Festus* hanc affert etymologiam, Artifices dicti, quod scientiam suam per artus exerceant, sive quod apte opera inter se arcteut, qua ex causa etiam artes appellatæ sunt. *Cic. Fam. l. 7. ep.* 1. Egregius artifex præclaris operibus suis lætatur. Et *in Orat. c.* 48. Consuetudo artifex suavitatis. ¶ Sæpe sumitur pro auctore. *autore*. *Cic. de Univers. c. 2.* Deum artificem mundi appellat. *Senec. Agam. v.* 983. Sceleris infandi artifex. ¶ Aliquando idem est ac sciens, peritus. *Cic. 4. Acad.* Qui distingues artificem ab inscio? *Sueton. in Calig. c.* 32. Miles decollandi artifex. *Propert. 2. 1. 60.* Artifex morbi. *h. e.* medicus. ¶ *Virg. Æn. 2. v.* 135. Artificem absolute posuit pro homine vafro, & dolorum architecto. ¶ Adjective interdum usurpatur pro arte laborato. *Pers. sat. 5. v.* 40. Artificem vultum. *Macrob. 1. sat. cap.* 13. Artificem nodum. *Quintil. lib. 9. cap.* 4. Artifices motus, dixit.

Artificialis, le, artefactus, seu ad artem pertinens, *artificiale*, ἔντεχνος. *Quintil. l. 6. c. 4.* Artificialis ratio.

Artificialiter, adverb. artificiose, *artifizjosamente*, τεχνικῶς. *Quintil. l. 2. c.* 17. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Artificiōse, *artifizjosamente*, τεχνικῶς, adv. *Cic. 1. de Orat.* Qui illa artificiose digesta generatim componerent. *Id. 2. de Nat. Deor. c.* 22. Artificiosius aliquid efficere. *Auct. ad Herenn. 4. 4.* Artificiosissime facere aliquid.

Artificiōsus, o. 1. 2. habens artem, vim artificii, *artifizjoso*, Ger. *kunſtreich*, Gal. *artificieux*, Hisp. *artificioso*, ἔντεχνος, plenus artificio. *Cic. 2. de Fin.* De re obscura, ut Physici, aut artificiosa, ut Mathematici. ¶ Sumitur etiam active, pro eo, qui aliquid arte facit. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 22. Zeno naturam ita definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum.

Artifĭcium, n. 2. ars, opificis industria, opus, actio, præstantia, opera, *artifizjo*, *arte*, מלאכה, Germ. *handevvverck*, Gal. *artefice*, Hisp. *arte*, *artefizio*, τέχνη, ars, & scientia. *Cic. pro Clu.* Medici nihil præter artificium præstare debent. ¶ Et pro astuto invento in bonam partem. *Cic. Fam. l. 9. epist. 16.* Non jam satis est consilio pugnare: artificium quoddam excogitandum est. *Cæs. l. 7. B. G.* Neque acie viciisse Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. ¶ Artificia etiam sumuntur pro ipsis artibus, *arti*, *mestieri*, ut Artificium sutoris, *mestiere del Calzolajo*. *Cic. 1. Offic.* Jam de artificiis & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hoc fere accepimus. ¶ Artificium item sumitur pro fraude, dolo, *inganno*, *astuzja*, *Cæs. ad Oppium post epist. Cic. 8. l. 9. ad Att.* Quorum artificiis effectum est, ut resp. in hunc statum perveniret.

Artĭo, is, ivi, ire, dixere Vet. pro arcto, as, auctore *Nonio* 10. 10. ¶ Artire apud *Catonem*, est, inserere, immittere. Inquit enim *R. R.* 40. Surculum aridum, quem artiveras, eximito: eo artito furculum, quem inserere voles.

Artĭtus, a, um, bonis artubus instructus, ut *Festus* explicat. *Plaut. Asin. 3. 2. 19.* Ubi sæpe causas dixeris, pendens adversus octo artitos, audaces viros.

Arto V. Arcto.

Artocopus V. Artopta.

Artocreas, atis, n. 3. *vivanda di pane, e di carne*, ἀρτοκρέας, cibi genus ex pane, & carne minutim concisa confectum. Vide lib. Apitii. *Pers. sat. 6.* Oleam, artocreasque popello largior. *Vet. Gloſſæ Steph.* Visceracionem interpretantur.

Artolagănus, ni, m. 2. ἀρτολάγανος, panis genus delicatissimi, quod cum pulillo vino, lacte, oleo, & pipere coquebatur. *Cic. Pæt. l. 9. ep. 20.* Dedisce ndæ sunt tibi sportellæ, & artolagani tui. *Athen. l. 3. c. 29.* scribit in artolagano poni parum vini cum pipere, & lacte, & oleo, seu adipe modico.

Artopta, æ, f. *forta di vaſo da cuocer pane*, ἀρτόττη, vas quoddam, in quo panis coquitur, nec quivis panis, sed lautior, & delicatior: Græca vox ab ἄρτος, panis, & ὀπτάω, coquo, asso. *Plaut. Aulul. 2. 9. 4.* Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto. *Plin. l. 18. c. 11.* Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aululariam scripsit: magna ob id concertatione eruditorum, an is versus Poetæ sit illius. Quidam hoc *Plinii* loco *artoptam* perperam interpretantur de muliere panifica. *Juvenal. Sat. 5. v. 72.* dextram cohibere memento: Salva sit artoptæ reverentia. *h. e.* verere artoptam in domini delitias, velut in usum sacrorum comparatam, neque audeas tangere panem in ea coctum. Ubi præsertim Græcam appellationem *Juvenalis* irridet more suo. Hic Interpretes fere omnes *artoptam* dicunt panis dispensatorem & custodem, quasi sit ἀρτόπτης masc. gen. ab ἄρτος & ὄπτομαι, video. Sed neque Satyrica urbanitas, neque consequentium verborum contextus patiuntur, ut a prima hujus vocis significatione recedamus. ¶ *Henninius* panem assum intelligit: quam explicationem sumpsit, a *Ferrar. Elect. 2. 10.* Verum panis ejusmodi non *artopta*, sed artopticius dicitur, h. e. in artopta assatus: qua de re consulendi Græci Scriptores *Pollux l. 10. c. 25. & Athenæus l. 3. c. 28.* ¶ Neque est prætermittendum, in vet. edit. A. 1473. legi *artocopi* ab ἄρτος, panis, & κόπος, labor, id est panis elaborati, vel ipsius pistoris, qui panem hunc declicatum elaboravit.

Artoptitius panis, qui torretur in artopta, sicut *furnaceus*, qui in furno. *Plin. 18. c. 11.*

Artotrōgus, ἀρτοτρώγος, panem manducans, nomen est parasiti apud *Plaut. Mil. 1. 1. 9.*

Artotyritæ, m. 1. ἀρτοτυρῖται, populi sic dicti ab oblatione, quod panem, & caseum offerrent, ab ἄρτος, panis, & τυρός, caseum. *Augustin. de Hæresib. n.* 28.

Artro, as, avi, atum, a. 1. significat enatas in agro fegetes rursus arando proscindere. *Plin. l. 18. c. 20.*

Artuatim, adverb. per artus, *a membro*, *a membro*. *Firmic. l. 7. c. 1.* Artuatim concisus.

Artuatus, a, um, in articulos resolutus, vel per artus concisus, laniatus. *Jul. Firm. l. 6. c. 30.* Artuatis visceris partibus. ¶ Est nomen ex particip. a verbo artuo, as, quod significat per artus divido. *Jul. Firmic. 6. 31.* Sic artuatis viscera partibus.

Artus, artuum, artubus, m. 4. plur. num. tantum, *nodi*, Germ. *gliedern*, Gal. *neuds*, Hisp. *nudos*, ἄρθρα, nodi in corpore animalis, seu partes corporis inter juncturas, ex duorum ossium coeuntibus extremitatibus resultantes, dicti ab arctando, quia alligant membra membris, vel quod inter se arctentur. Festus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Digitorum contractio facilis propter molles commissuras, & artus. *Plin. l. 31. c. 6.* Luxata corpora in artus redeunt. *Virg. l. 5.* Et magni memorum artus. ¶ Quidam distinguunt artus a membris, quod artus dicuntur ossa cum nervis, & venis, membra autem vocamus carnem artus tegentem. Unde membrana, superior membris pars, hoc est, pellis. Sed sæpe confunduntur. ¶ Sæpe vero artus ponuntur pro membris. *Virg. 2. Æn. v. 353.* sopor fessos complectitur artus. *Scribon. Larg. compos. 104.* Artus constringere. *h. e.* membra comprimendo perfricare, *far le freghe*. ¶ In singulari numero *Lucan. 6. 754.* tunc omnis palpitat artus. ¶ Translate *artus* dicuntur de arboribus. *Plin. 14. 1.* Stat per se vitis fine ullo pedamento, artus suos in se colligens. *Phædr. in append. fab. 4.* tribuit *artus* nodis, & laqueis retis. ¶ Olim dictum est etiam *artua*, *orum*, n. *Plaut. Men. 5. 2. 102.* Ut ego hujus membra, atque ossa, atque artua comminuam illo scipione.

Artus, a, um, V. Arctus.

Arvales Fratres, m. 3. Sacerdotes duodecim, quos Romulus instituit, seque inter illos fratrem appellavit, quorum officium erat Cereri, & Bacco pro frugum, & vini ubertate hostias mactare, quæ Ambarvales dicebantur, quod, antequam mactarentur, ter circum arva ducebantur. Ei sacerdotio Acca Laurentia Romuli nutrix tribuit infulas albas, & spiceam coronam pro insigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Hic honor non nisi vita finiebatur, exulesque, & captivos comitaba-

tur. *Maſſur. Sabin.* apud *Gell. l. 6. c. 7. Plin. l. 18. c. 2.*

Arvectus, advectus. *Cato R. R. c.* 135.

Arvĕho, is, idem quod advehо. *Cato R. R. c.* 138. Boves arvehant ligna fabalia, frumentum. *Id. ib. c.* 135. Trapetum ubi arvectum erit &c. *ar* Veteribus pro *ad* dictum eſt.

Arverni, *ἀρβέρροι*, pop. Galliæ Aquitanicæ, ad Elevarim, inter Lemovices, Bojos, Ruthenos, & Gabalos. Horum regio dicitur Alvernia, *Arvergne*, Metropolis Arvernæ, Arverna, Arvernum, Claromons, *Clermont*. ¶ Arverni a Trojanis oriundi fraternitatis nomen cum populo Rom. uſurpare voluerunt. *Luc. l.* 1. *v.* 427.

Arviga, aries: & Arviges hoſtiæ, quæ cornua habebant, & quarum exta in olla, non in veru coquebantur. Ita *Var. de L. L. l.* 4. V. Haruga.

Arvignus, a, um, adject. arietinus. *Var. l.* 4. *L. L. pag.* 24.

Arvina, *f.* 1. *graſſo*, *lardo*, חֵלֶב, Ger. *ſchmaher*, *feiſt*, Gal. *graiſſe*, Hiſp. *graſſaque eſta pueſta ſobre la carne*, *λίπος*, durum pingue inter cutem. *Virg. lib.* 7. *Æn. v.* 627. Lucida ſpicula tergent arvina pingui.

Arviſia vina, *Virg. Ecl.* 5. *verſ.* 30. ubi rectius leg. *Ariuſia*, ſc. ab Ariuſio Chii inſula, ubi id vinum proveniebat, omnium optimum inter Græcanica. *Athen.* quoque *l.* 1. *Ἀριούσιον* vocat.

Arŭla, læ, *f. picciola ara*, parva ara. *Cic. 6. Verr. c.* 3. Ante hoſce deos erant arulæ, quæ &c.

Aruncus, m. 2. *barbetta della capra*, Ger. *geiſsbart*, Gall. *barbe de chevre*, Hiſp. *la barba de las cabras*, *o cabrones*, *κρόγκος*, villus a caprarum mento dependens. *Plin. l.* 8. *c.* 50. Villus, quem aruncum vocant.

Arundifer, adject. ferens arundines. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 637. Tybris arundiferum medio caput extulit alveo.

Arundinacĕus, o. 1. 2. *coſa*, *che ha forma di canna*, *καλαμοειδής*, ſimilis arundini. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Frumentis folium arundinaceum.

Arundinētum, n. 2. *luogo*, *dove ſono molte canne*, Ger. *rohrbuſch*, Gall. *lieu plante de roſeaux*, Hiſp. *canal*, *καλαμών*, locus, ubi arundines conſitæ ſunt. *Plin. l.* 10. *c.* 32. In arundinetis canunt. Adde *Suet. Ner. c.* 48. & *Cat. R. R. c.* 6.

Arundinĕus, o. 1. 2. *καλάμινος*, quod eſt ex arundine. *Plin. lib.* 10. *c.* 29. Fronde arundinea. *Virg.* 4. *Georg. v.* 265. Arundinei canales.

Arundinōſus, o. 1. 2. adject. *καλαμώδης*, abundans arundinibus. *Catul. carm.* 36. *v.* 13. Cnidumque arundinoſam colis.

Arundo, *f.* 3. *canna*, קָנֶה, Ger. *vohr*, Gal. *canne*, *roſeau*, Hiſp. *cana*, *κάλαμος*. aquaticus frutex. *Liv.* 7. *Bel. Pun.* Alia arundine texta, ſtramento intecta. ¶ Et quoniam ex arundinibus fiebant ſagittæ, quandoque arundo ponitur pro ſagitta, *ſaetta*. *Virg. l.* 7. *Æn. v.* 499. Perque ilia venit arundo. ¶ Eſt etiam arundo, a qua hamus pendet, quo piſces capiuntur. *Tibull. l.* 2. *eleg. ult.* Hæc captat arundine piſces. ¶ Item baculum viſco illitum, quo capiuntur aves. Hinc proverb. Arundo alas verberat; de eo, qui aliqua arte ſe captum ſentit. *Plaut. Bacchid.* 1. 1. 17. ¶ Item fiſtula ex arundine. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 8. Silveſtrem tenui meditabor arundine Muſam. ¶ Item calamus ſcriptoris. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 11. Inque manus chartæ, nodoſaque venit arundo. ¶ Scribitur & *harundo* cum aſpiratione.

Arundulatĭo, onis, *f.* 3. Suppoſitio arundinum ad ramos arborum fulciendos. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 8. ¶ Scribitur & *harundulatio*.

Aruns, m. 3. vates Tuſcus, divinandi ſcientia inſignis. *Luc. l.* 1. ¶ Eſt item nomen viri, qui Camillam occidit. *Virg. l.* 11. *Æn.* ¶ Fuit etiam Tarquinii Superbi filius natu maximus, qui Junium Brutum in pugna interemit, & ab illo viciſſim haſta trajectus eſt. *Liv. l.* 1.

Aruntius, Auguſti tempore ſcripſit de bello Punico, ſtylo Salluſtiano. De eo *Senec. epiſt.* 114. & *Tacit. Ann.* 1. *c.* 8. & 6. *c.* 7. &c. ¶ Aruntius Stella celebris poeta, inter alia Domitiani victoriam de Sarmatis carmine celebravit.

Arupenum, Arupinum, *Auſperg*, opp. Japodum, in conf. Iſtriæ, & Illyrici, finitim. Labaco Metrop. Carniolæ. ¶ Eſt & opp. Iſtriæ, *Rovigno*, inter Parentium ad Occ. 15. M. P. & Polam 12. ad Or.

Arupinus, a, um, ad Arupinum pertinens. *Tibull.* 4. 1. 110.

Aruſpex, V. Haruſpex,

Arvum, i, ab arando, ager qui aratus, non ſatus eſt, ut *Varr.* ait *l.* 1. *R. R. c.* 24. שָׂדֶה, Ger. *acker*, Gal. *camp*, Hiſp. *campo*, *ἄρουρα*, ab arando. Dumoſa arva, apud *Luc. l.* 6. *v.* 13. *Virg.* 2. *Georg. v.* 262. Optima putri arva ſolo. ¶ Revera adjectivum eſt, ut Nonius exemplis probat, & *arvus ager*, legitur apud *Plaut. Trucul.* 1. 2. 47. *Varronem*, & *Iſid. l.* 15. *Orig. c.* 13. ¶ Translate *Lucret. l.* 4. *v.* 1104. Arva muliebria pro muliebri natura poſuit. Et *Virg.* genitale arvum, *Georg.* 3. *v.* 136. ¶ Dicitur etiam de regione, *paeſe*. *Ovid.* 4. *de Ponto*, *el.* 7. *v.* 3. Aſpicis en, Præſes, quali jaceamus in arvo. ¶ Arva *Neptunia* eſt mare. *Virg.* 8. *Æn. v.* 695. ¶ Olim, *arvae*, *arum*, f. uſurpatum fuit. *Pacuv.* apud *Non.* 3. 15. Poſtquam calamitas plures annos arvas calvitur.

Arx, arcis, *f.* 3. *rocca*, מְרוֹמָה, Germ. *eine feſtung*, Gall. *forteresſe*, Hiſp. *fortalica*, *ἀκρόπολις*, *ἄκρα*, ab arceo, vel ab *ἄκρος*, proprie ſignificat locum excelſum. Unde ſæpe montibus tribuitur. *Virg. l.* 1. *Geor. v.* 240. Ripheas arces: & *l.* 2. *v.* 534. *de Urbe Roma*. Septemque una ſibi muro circumdedit arces: h. e. colles. ¶ Atque hinc quidquid in quaque re ſummum eſt, arcem dicimus: Sic, capitis arcem pro vertice, *Claudian. Paneg. de* 4. *Conſul. Honor. verſ.* 235. Arcem mentis, *Stat. Silv.* 2. *v.* 131. Arcem veri, *Petron.* Arcem eloquentiæ, *Quint.* Arcem Muſicæ, *Priſc. in præfat.* ¶ Quia vero caſtella, & munimenta arcendis hoſtibus, tutelæ cauſa in arcibus collocari ſolent, ideo ipſa ſtructura arx appellata, *Rocca*, *Caſtello*, *Fortezza*, *ἀκρόπολις*. Sic Arx Tarpeja, pro Capitolio. *Aſcon. in Divinat. Cic.* & *Virg. Æn.* 2. *v.* 322. & *Nep.* etiam 20. 3. 3. ¶ Translate id omne, quo maxime nitimur, arx appellatur. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Non potui magis in arcem illius cauſæ invadere. Et *Divin. in Verr. c.* 5. legem repetundarum, arcem Sociorum vocat, Sic ab *eod. Catil.* 4. Roma dicitur Arx omnium provinciarum. ¶ Arcem ex cloaca facere, veteri proverbio dicuntur, qui hominem nihili magnificis in cœlum laudibus extollunt. *Cic. pro Cn. Plancio*.

Arytæna, vas ab hauriendo ſic dictum. *Feſtus*.

A A N T E S.

As, aſſis, m. 3. *aſſe*, *ὡσσάριον*, ab *æs* ductum, nummi ænei genus, qui libralis initio fuit, æs grave, ſæpe ab Auctoribus appellatus. Poſtea cum populus R. ære alieno premeretur, ex ſingulis aſſibus ſextantarii, i. e. ſelibres, deinde unciales, & demum lege Papiria ſemiunciales facti, ut docet *Plin. l.* 33. *cap.* 3. Hujuſmodi igitur nummi in ſtipem dari ſolebant. *Suet. Aug. c.* 91. Cavam manum aſſes porrigentibus præbens. ¶ Valebat autem as duos ſolidos Venetos. ¶ Aſſis æſtimare, id eſt, parvi facere, *Catull. ep.* 5. ¶ Accipitur etiam *as* pro quacumque re integra, ſed præſertim pro hæreditate: Sic hæres ex aſſe eſt is, ad quem tota hæreditas tranſit, *ἐξ ὅλου κλήρου*. *Mart. lib.* 3. *ep.* 10. Idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit. Dicimus etiam ex aſſe ſatisfacere, & ex aſſe poſſidere: Et *Sidon.* proverbio dixit: ex aſſe hiſtoriam texere, ex aſſe cognoſcere, ad aſſem differre, h. e. ſolide, plene. ¶ Aſſis diviſionem, & partes perſequitur *Ulpian. l.* 50. *de hæredib. inſtituend.* §. 2. Hæreditas, inquit, plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ *aſſis* appellatione continentur: habent autem hæ partes propria nomina, ut ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as. Quæ omnia vide ſuis locis. ¶ Aſſis, & partim ejus vocabula tribuuntur etiam omnibus rebus menſurandis, & numerandis, ut triens, quadrans, quincunx accipiuntur pro calicibus, ſeu menſura poculorum. *Propert.* Cum fuerit multis exacta trientibus hora. *Mart.* Te conviva leget mixto quincunce.

Aſa antique pro ara. In *fragm. antiquæ legis* apud *Gell.* 4. 3.

Aſa fœtida, *σίλφιον*, vel aſa putida, herba, al. laſer.

Aſaroticus, a, um, ad aſarota pertinens, teſſellatus. *Sidon. c.* 23. *de Narbone*: Aureaſque portas exornas aſaroticis lapillis.

Aſarōtum, n. 2. *pavimento ſcaccato*, *ἀσάρωτον*, paviimentum picturæ arte elaboratum, a Græcis inventum, ſic dictum, quod verri non debeat, ab α priv. & *σαίρω*, verro, purgo ſcopis. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ *ἀναλέκτα* vocantur, e pavimento everri, dum ſubtegulanea pavimenta in uſu erant: poſtea aſarotis inventis ceſſavit uſus ſcoparum, manibuſque colligi purgamenta cœperunt, pavimenta vero ſpongiis mundari. ¶ Xenodorus primus claruit in faciendis aſarotis, quę miro artificio parvulis teſtulis in varios colores tinctis, & imagines pictis ſtravit. *Stat. l.* 1. *Silv.* 3. Gaudet humus, ſuberantque novis aſarota figuris.

Aſărum, n. 2. *ἄσαρον*, teſte *Plin. l.* 12. *c.* 13. herba, al. baccar, folia habens ſimilia hederæ, rotundiora tamen, & molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, ſemen acinoſum, ſaporis calidi, & vinoſi.

Asbeſtĭnum, n. 2. *lino*, *che non s'abbrucia*, *ἀσβεστινόν*, genus lini, quod igne non abſumitur. Vivum id vocant. *Plin. l.* 19. *c.* 1.

Asbeſtus, m. 2. *ἄσβεστος*, inextinguibilis, lapis ferrei coloris in montibus Arcadiæ, qui ſic ardet, ut non poſſit extingui. *Pl. l.* 37. *c.* 10.

Asbŏlus, canis Actæonis, ab *ἄσβολος*, fuligo, a colore pilorum. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 218. & villis Asbolus atris.

Aſca, f. 1. urbs Siciliæ, condita ab Elymo. *Serv. in* 5. *Æn.*

Aſcalabōtes, m. 3. *ἀσκαλαβώτης*, animal ex genere ſtellionum. *Plin. l.* 29. *c.* 4.

Aſcalăphus, fil. Acherontis, & Orphnes Avernalis Nymphæ. Hic vidit Proſerpinam, quæ a Plutone rapta fuerat, ſeptem grana mali Punici ex arbore decerpti in horto comedentem. Cum Ceres filiæ ſuæ reditum a Jove ea lege impetraſſet, ſi nihil apud Inferos guſtaſſet cibi, Aſcalaphus eam prodidit. Indignata Proſerpina, ſibi Aſcalaphi indicio negatum eſſe reditum, convertit eum in bubonem avem funeſtam, & triſtium ſemper rerum nuntiam. *Ovid.* 5. *Met.*

Aſcălon, Aſcalo, *Scalona*, Urbs Palæſtinæ marit. E. ſub Pat. Hieroſol. una ex quinque primis Philiſtinorum urbibus, inter Azotum ad Sept. & Anthedonem ad Auſtr.

Aſcalonĭa, & aſcalonium, *ſcalogna* Ger. *eſchlaue*, Gal. *echalote*, Hiſp. *ejcalona*, *ἀσκαλώνιον*, *κρόμμιον*, cæpæ genus, quod in Aſcalonis agro plurimum naſcatur. *Plin. l.* 19. *c.* 16.

Aſcalonius, a, um, qui eſt ab Aſcalone. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Aſcalonia cæpa.

Aſcania palus, vel Aſcanius lacus, *Lago di Nicea*, Turc. *Iſnich*, & *Acſu*, pal. Myſiæ, ſeu Bithyniæ, apud Nicæam urb. inter eam, & Daſcylium, in quam, & ex qua Aſcanius fl. ingreditur, & egreditur.

Aſcanius, ii, qui & Ilus, Julus dictus, *ἀσκάνιος*, Æneæ ex Creuſa Priami Regis filia natu maximus, qui, incenſa Troja, una cum Patre in Italiam venit, & poſt ejus mortem Lavinii regnavit annos octo & triginta. Albam longam condidit, eoque Regni ſedem tranſtulit. Alii narrant, Aſcanium hunc non Creuſæ, ſed Laviniæ filium fuiſſe, V. *Dionyſ. l.* 1. &c. *Virg. Æn.* 1. *v.* 267. At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Julo Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno. ¶ Adjective Aſcania terra, apud *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Aſcaules, m. utricularius, h. e. qui utrem, cui tibia innexa ſit, inflat, & ſonat, *ἀσκαύλης*. *Mart. l.* 10. *ep.* 3. Et concupiſcat eſſe Canus aſcaules.

Aſcendo, & adſcendo, is, ndi, nſum, n. 3. ſcando, *aſcendere*, *ſalire*, *montare*, אָלָה, Ger. *auf ſteigen hinaufgehen*, Gal. *monter*, Hiſp. *ſubir arriba*, *ἀναβαίνω*, ex ad, & ſcando, ſignificat ſurſum, five ad aliquid ſcando. *Ter. in Adel.* 4. 5. 69. Navem aſcendit. ¶ Aſcendere equum, & in equum, *Cic. de Senect. c.* 10. *Liv. l.* 23. *c.* 14. ¶ Aſcendere in concionem, eſt in eum locum ſcandere, unde oratio ſolet haberi ad populum. *Cic. Att.* Ille in concionem aſcendit. *l.* 4. *ep.* 2. ¶ Aſcendere ad honores, *Cic. de clar. Orat. c.* 68.

Aſcenſibilis, le, qui aſcendi poteſt, *Cœl. Aurel. Tard.* 3. *c.* 1. Aſcenſibili itinere gradiantur.

Aſcenſio, & Adſcenſio, onis, f. 3. verbale, aſcendendi actus, *aſcenſa*, *ſalita*, *ἀνάβασις*. *Cic. de clar. Orat. c.* 36. Quorum (oratorum) quæ fuerit aſcenſio, & quam in omnibus rebus difficilis perfectio, ex eo quod dicam exiſtimari poteſt. Al. leg. *aſſenſio*. ¶ Aſcenſionem facere pro aſcendere. *Plaut. Rud.* 3. 1. 7. Ad hirundininum nidum vita eſt ſimia aſcenſionem ut faceret, admolirier.

Aſcenſor, oris, m. *ſalitore*, *ἀναβάτης*, qui aſcendit. *Hieron. in fin. l.* 1. *Ruſin.* Aſcenſor montis Dominici.

Aſcenſus, m. 4. *aſcenſa*, *ἀνάβασις*, pro aſcendendi actu. *Cic. pro Domo*, Ab ejus templi aditu, atque aſcenſu repulſiſti. *Liv.* 25. 36. Hoſti aditum, aſcenſumque difficilem præbere.

Aſcenſus, a, um, *ſalito*, particip. ab Aſcendo, *Prop.* 4. 3. 63. Ne, precor, aſcenſis tanti ſit gloria Bactris.

Aſcĭa, æ, *f.* 1. dolabra, *aſcia*, מַגְרָה, Ger. *beyl*, *hobel*, Gal. *hache*, Hiſp. *acuela*, *ἀξίνη*, fabri lignarii inſtrumentum, quo fabricæ materiæ dolantur. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Citiſſime aſcias retundit. ¶ Item fabri murarii inſtrumentum, quo calx maceratur, *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. Sumatur aſcia, & quemadmodum materia dolatur, ſic calx in lacu macerata aſciatur: Si ad aſciam offenderint calculi, non erit temperata, &c. ¶ *Sub aſcia dedicare*, formula eſt, quæ in Veteribus ſepulcris ſæpe invenitur: ſignificat autem recens ſepulchrum uſui dicare, hoc eſt cadaver inferre, dum adhuc ſub aſcia eſt opus. Vid *Mazochium in tstul. Camp. Amphith. c.* 3. *p.* 90. Nili forte ſepulchrum ſub aſcia eſt ſepulcrum aſciatum. V. Salmaſium ad Trebell. in trig. Tyrann. cap. 32.

Aſcĭa loca (*ἄσκια*) dicuntur, in quibus meridie nullæ ſunt ſolis umbræ. *Plin. l.* 2. *c.* 73.

Aſcio, as, are, *aſciare*, *polire*, *purgare*, aſcia cædo, vel dolo, aut purgo. *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. aſcia materiam dolare, dixi: & calcem in lacu maceratam aſciare, h. e. calculis & ſcabritie purgare. Adde *Pallad. l.* 1. *tit.* 14. V. Aſcia.

Aſciſco, V. Adcio, vel Adſciſco.

Aſcitæ, m. 1. *ἀσκῆται*, Arabes dicti ſunt, ab utribus, quos Græci *ἀσκοὺς* vocant, quod bubulos utres binos ſternentes piraticam exercent. *Plin. l.* 6. *c.* 29.

Aſcītes, *ἀσκίτης*, hydropis ſpecies, in qua plus ſeſe humoris promit, ſpiritus autem minus, cui opponitur tympanites, in qua plus ſpiritus, quam aquæ. *Cœl. Aurel. Tard.* 3. 8. *Plin. Valer.* 3. 12.

Aſcĭi, ii, *ἄσκιοι*, ſine umbra, ab α privat. & *σκιὰ* umbra. ¶ Aſcii dicuntur Zonæ Torridæ incolæ, quando Sol ipſis verticalis eſt: tunc enim corpore nullas umbras faciunt. Sic Aſcia loca *Plin. l.* 2. *c.* 73. dixit, quæ umbra carent.

Aſcle-

Aſclepĭa, orum, vox Græca eſt, & ſignificat feſta in honorem Æſculapii, qui Ἀσκλήπιος dicitur. *Pollux l. 1. c. 1. n. 32.* ¶ Sunt etiam agones quidam in *Inſcript. Smetii p.* 304. & 415.

Aſclepĭades, m. 3. ἀσκληπιάδης, nomen Hiſtorici Cyprii, eo tempore, quo Pygmalion regnabat in Oriente. ¶ Alius fuit Philoſophus cæcus, quem ferunt, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut puero uno eſſet comitatior. ¶ Fuit & alius Aſclepiades Pruſienſis medicus, qui cæteros Medicos Eloquentia vicit, amicus Lucii Craſſi. *Cic. 1. de Orat.* Hic lapſu ſcalarum interiit. ¶ Fuit & alius Aſclepiades, Poeta, a quo carmen Aſclepiadeum dictum eſt.

Aſclepiadēum carmen, quod & choriambicum dicitur: cujus exempla multa in *Horatio*, ut illud. Mecænas atavis edite regibus.

Aſclepias, adis, f. 3. ἀσκληπιάς, herba ramos oblongos, & hederæ folia habens, dicta ab Aſclepio inventore. *Dioſc. l. 3. & Plin. l. 26. c. 5.*

Aſconius Pedianus, m. 2. Grammaticus, & Hiſtoricus ſub Nerone, vel ut alii volunt, ſub ipſo Auguſto, clariſſimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios. Vixit annos 85. ſed 12. in cæcitate. *Euſeb.* V. *Scalig. Animadverſ. in Euſeb.*

Aſcopēra, æ, f. *valigia, facchetta, borſa di cuoio*, ἀσκοτήρα, ſacculus pelliceus, ab ἄσκος, & τήρα. *Suet. in Neron. c.* 45. Collo aſcopera deligata.

Aſcra, ἄσκρα, vicus Bœotiæ, in aſpero, & ſterili loco, in dextra parte Heliconis, a Theſpia 4. ſtad. patria Heſiodi. *Ovid. 4. de Ponto, eleg. 14. v. 31.*

Aſcræus, a, um, adject. ab Aſcra. ut Aſcræus Senex pro Heſiodo: & Aſcræum carmen, *Virg. 2. Georg. v. 176.*

Aſcribo, & adſcribo, is, pſi, ptum, a. 3. adjungo, affigno, aſciſco, *ſottoſcrivere, attribuire*, כתב על, Ger. *herzuſchreiben*, Gall. *adjouter a ce qui eſt écrit, attribuer*, Hiſp. *eſcriver matricularido, attribuir, y eſcrivir perſona para alguna coſa*, προσγράφω, ex ad, & ſcribo, ſignificat ſubſcribo, hoc eſt, ad ſcriptum aliquod nomen, vel ſententiam meam ſubjungo. *Cic. 1. de Leg.* Aſcribito me fratris ſententiæ. *Id. ad Att.* Salutem utrique aſcribito. ¶ Significat & aſciſco. *Cic. pro Arch. c.* 4. Aſcribi ſe in eam civitatem voluit. *ideſt*, civis fieri, & aliis civibus adjungi. Dicimus autem aſcribere civitati, in civitatem, vel in civitate. *Id. ibid.* ¶ Item eſt atribuere, adjungere, vel aſſignare, cum dat. vel acc. cum præp. in, vel ad. *Cic. Dolab.* Socium me aſcribat tuis laudibus. *Idem Offic. l.* 3. Se in amicitiam tertium aſcriberent. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c.* 5. Hunc ad tuum numerum aſcribito. ¶ Et in malam partem, pro imputare, *imputare*. *Cic.* Neque mihi negligentiam, velim, aſcribas. ¶ Et in bonam partem, *Id. 3. de nat. c.* 37. Bonos exitus aſcribere, & attribuere diis immortalibus.

Aſcripti dicebantur, ab aſcribo, qui in Colonias nomina dediſſent, ut cæteris Colonis adderentur. *Feſt. & Liv. l. 8. c.* 14. ¶ Item Aſcripti, milites, qui ſupplendis legionibus aſcribebantur, *Feſtus. Reclute.*

Aſcriptĭo, onis, adjectio in ſcriptura, *giunta, aggiunta*, προσγραφή. *Cic. pro Cæcin. c.* 33. Declarat iſta aſcriptio, eſſe aliquid, &c. Dixerat autem antea, aſcripſiſſe Syllam in eandem legem: Si quid jus non eſſet, rogari, &c.

Aſcriptĭtĭus, a, um, *aggiunto, arrolato*, כתוב, Ger. *ein geſchriben angenomen*, Gal. *enregiſtre, écrit, come un officier nouvellement creé, & adjute au nombre ancien*, Hiſp. *perſona eſcritta para alguna coſa*, παράγγραπτος, qui ad aliquam rem aſcriptus eſt, ut Dii aſcriptitii, qui Diis majorum gentium opponuntur: item cives aſcriptitii, qui natis civibus adjuncti ſe jam in alterius imperium dediderunt. *Cic. de Nat. D. l. 3. c. 15.*

Aſcriptīvus, a, um, idem quod aſcriptitius, ut aſcriptivi milites, qui extra numerum ſcribebantur, ut ſuccederent iis, qui periſſent. *Varr. l. 6. c. 3. de L. L. Plaut. Menæch.* 1. 3. Extra numerum es mihi. *Pe.* Idem iſtuc aliis aſcriptivis ad legionem fieri ſolet.

Aſcriptor, oris, m. 3. προσγραφεύς, qui adſcribit, ſubſcriptor. Et translate qui aliquid approbat, favetque. *Cic. pro Domo, c.* 19. Ille novitius Ligur, venalis aſcriptor, & ſubſcriptor tuus. *Id. poſt red. in Sen. c.* 10. Is fuit non modo ſalutis defenſor, verum etiam aſcriptor dignitatis meæ.

Aſcriptus, a, um, *aſcritto*, ſcribendo additus, allectus, παρέγγραπτος. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c.* 3. Antiquior dies in litteris aſcripta. Et *pro Arch. c.* 4. Civitatibus aſcripti. V. Aſcripti.

Aſculanenſis, ſe, & Aſculanus, a, um, adject. ab Aſculo. *Paterculus l. 2. c.* 15. Malum ab Aſculanis ortum. Et *c.* 16. Multum Minatii Magii, atavi mei, Aſculanenſis tribuendum eſt memoriæ.

Aſcŭlum Picenum, *Aſcoli*, urbs E. Piceni, ad Truentum fl. in conf. Aprutii. *Plin.* 3. 13. ¶ Aſculum Satrianum, vel Apulum, *Aſcoli di Satriano*, urbs E. Apuliæ Dauniæ ſub. A. Beneventano, in Capitanata. ¶ *Silius* metri cauſa *Aſclum* dixit *l.* 8. *v.* 440.

Aſcyron, ἄσκυρον, herba hyperico ſimilis, comas habens, quæ manibus tritæ ſucco ſanguineo manant. *Plin. l. 27. c.* 4.

Aſdrŭbal, m. 3. Ἀσδρούβας, gener Amilcaris patris Annibalis, qui poſt ejus mortem ſeptem annos imperium tenuit, demum a ſervo barbaro, cujus dominum occiderat, interfectus eſt. ¶ Alii plures hoc nomine fuerunt, quos vide apud *Liv. Dec.* 3.

Aſella, f. 1. *aſinella*, ὀνίσκη, dim. ab aſina, ut aſellus ab aſinus. *Ovid. 3. de art. v.* 290. Ut rudit a ſcabra turpis aſella mola.

Aſellĭo Sempronius, hiſtoricus, ac Tribun. mil. ſub Scipione Æmil. *Gell. l. 2. c. 13. & l. 13. c. 3.*

Aſellŭlus, i, diminut. ab Aſellus. *Arnob. l. 3. p.* 109. Si aſelluli, canes, porci humanum aliquid ſaperent.

Aſellus, m. 2. *aſinello*, Ger. *eſelein*, Gal. *anon*, Hiſp. *aſnillo*, ὀνάριον, dimin. ab aſinus. *Virg. 1. Georg. v.* 273. Agitator Aſelli. ¶ Aſellus etiam eſt nomen piſcis, quod ſit colore cineritio, ſicut aſinus. Vulgus merluſium vocat. *Plin. l. 9. c.* 17. ¶ Eſt & nomen duarum ſtellarum in ſigno Cancri. *Plin. l. 18. c.* 35. Jupiter enim bello adverſus Gigantes edixit, ut omnes Dii ſibi opem ferrent. Adfuerunt Satyri quoque, & Sylvani Aſinis inſidentes, qui, cum in conſpectu hoſtium eſſent, conſternati ſunt, eoque perſtrepuere tumultu, ut Gigantes metu perterriti diffugerent. Aſini ergo princeps cauſa victoriæ Diis fuerunt. Hoc merito a Jove inter ſidera collocati ſunt. Exiguum inter has duas ſtellas ſpatium nubecula occupat, quam Præſepe dicunt.

Aſēmæ tunicæ, ἄσημοι χιτῶνες. ſunt tunicæ ſimplices, nullamque intextam purpuram, nullum clavum aſſutum habentes. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 33. *in fi.*

Aſĭa, f. 1. *Aſia*, ἄσία, una ex tribus orbis terræ partibus, ut antiquis cognitus fuit, quæ reliquas ſimul acceptas magnitudine ſuperat. ¶ Dicta eſt ab Aſia Nympha, Oceani, & Tethyos filia, Japeti conjuge, ex qua Prometheum ortum ferunt, ſive, ut quidam volunt, ab Aſio Manei Lydi filio. ¶ In Orientem maxime extenſa eſt. ¶ Ab Europa Tanai fl. mari Euxino, & Ægæo ſeparatur ad Occ. ab Africa ſinu Arabico. ¶ Perfunditur ab Or. Oceano Eoo, a Mer. Indico, a Sept. Scythico, ſeu Tartarico, ab Occ. habet ſin. Arabicum, ſeu mare Ruhrum, Iſthmum inter Arabicum ſinum, & mare internum, atque inde maria Phœnicium, & Ægæum, Propontidem, Pontum Euxinum, Mæotidem paludem, & fluvios Tanaim, Rham, & Obium. ¶ Eſt etiam nomen Nymphæ, & primam ſyllabam producit. *Virg. 4. Georg. v.* 343. Atque Ephyre, atque Opis, & Aſia Dejopea. Quem verſum ita ſcande, docente *Pierio: Atqu' Ephy-re at-qu' Opis, et-Aſia-Dejopea.* ¶ De Aſia palude V. Aſius.

Aſiăcus, a, um, adject. ad Aſiam pertinens, *Aſiatico. Ovid. Met. 12. v.* 588. Ecquid ubi aſiacas caſuras aſpicis arces. Al. leg. *Ecquid ubi jamjam caſuras aſpicis arces?* Et probant *Giſan. & Farnab.* ne verſus claudicet, quod prima in Aſiacus brevis ſit. At idem Poeta primam in *Aſide* producit. V. infra in Aſis.

Aſiāne, adver. Aſiano more, *all' Aſiatica. Quintil. l. 12. c.* 10. Rhodii neque Attice preſſi, neque Aſiane ſunt abundantes.

Aſiānus, a, um, idem quod Aſiaticus. *Liv. l. 31. c.* 2. Curæ Aſianam rem Senatui fore. *Quintil. in præf. l.* 8. Aſianos vocat, qui genus dicendi Aſiaticum ſequuntur, de quo mox.

Aſiatĭcus, a, um, *Aſiatico*, gentile, vel poſſeſſ. ab Aſia, & uſitatiſſimum aliorum. Hinc Aſiatici Oratores, qui redundanti orationis genere utebantur. ¶ *Stylus Aſiaticus* eſt genus dicendi uberrimum, & copioſiſſimum, quod undequaque redundat copia ſententiarum, & verborum. Duplex eſt, unus redundat copia ſententiarum concinnarum, & venuſtarum, alter magis copia verborum, quam ſententiarum. *Cic. 1. de Orat. de opt. gen. Orat. & in Bruto.* ¶ Fuit item cognomen L. Scipionis fr. P. Africani ſup. qui Africani legati ope Aſiam ſubegit, & de Antiocho triumphavit. *Cic. pro Mur.*

Aſĭlus, m. 2. *taſano*, Ger. *ein bremſe*, Gal. *teon*, Hiſp. *moſcarda*, οἶστρος, muſcæ genus gregibus maxime infeſtum, unde etiam a Græcis *œſtros* appellatur. Hoc infecto Juno pellicem Jovis ſo mutatam in juvencam adegit ad inſaniam. *Virg. Georg. 3. v.* 147. Cui nomen aſilo Romanum eſt, œſtro Graji vertere vocantes. Naſcitur e latiuſculis quibuſdam beſtiolis, quæ in fluviis ſupernatant, unde circa aquas magna aſilorum copia eſt.

Aſĭna, Corneliorum cognomen, a Cn. Cornelio Scipione, aſinam pecuniæ onuſtam loco ſponſorum producente, ad poſteros propagatum. *Macrob. 1. Sat. c.* 6.

Aſīna, æ, femin. ab Aſinus, *aſina*, ὀνίσκη. *Varr. l. 2. R. R. c.* 8. Ex equo & aſina fit hinnus. *Plin. l. 11. c.* 40. in Dat. plur. non *Aſinabus*, ut Grammatici volunt, ſed *Aſinis* dixit: Aſinis, inquit, a fœtu dolent mammæ. Ideo a ſexto menſe arcent partus.

Aſinālis, e, idem quod aſinarius. *Apul. l. 4. Met.* Aſinali verecundia ductus.

Aſinarĭus, o. 1. 2. ὀνικός, adject. quod ad aſinos pertinet, ut *Aſinaria* Plauti comœdia, in qua memoratur pecunia ex Aſinorum venditione collecta. ¶ Aſinaria mola, quam ſc. aſinus trudit, *Cato de R. R. c.* 10.

Aſinarius, rii, m. 2. *aſinaio*, Ger. *ein eſelbirt, ein eſeltreiber*, ὀνηλάτης, qui aſinos paſcit, vel cuſtodit. *Cato de re ruſt. c.* 10. & *Suet. Aug. c.* 96. ¶ Chriſtiani per convicium olim a Paganis dicti *Aſinarii*, quod Aſini caput colere crederentur: qua de re *Tertull. Apologet. c.* 16. & *l. 1. ad Nation. c.* 11. & 14. *Minucius Felix in Octavio, p.* 66.

Aſinīānus, a, um, ad Aſinium pertinens, quod eſt nomen proprium Romani Civis. *Cic. pro Cluent. c.* 13.

Aſinīnus, a, um, adject. poſſeſſ. *aſinino*, ὄνειος, ὀνικός. *Varr. de R. R. l. 2. c.* 8. Aſininus pullus, & *Plin. l. 11. c.* 41. Aſininum lac, quod ad cutis candorem conferre videtur.

Aſīnus, m. 2. *aſino*, חמור, Ger. *ein eſel*, Gal. *ane*, Hiſp. *aſno*, ὄνος, animal notum. *M. Var. de re ruſt. l. 2. c.* 8. Ex equa, & aſino fit mulus, ex equo, & aſina hinnus. ¶ Aſini in Achaja optimi Arcadici, in Italia Reatini. *Plin. l.* 8. *c.* 41. ¶ *Ab aſino lanam*, ὄνου τόκος ζητεῖς, vetus proverbium, de iis, qui ſtulte quærunt ea, quæ nuſquam ſunt. ¶ Aſinus ad lyram, proverb. in ſtupidos, & imperitos. *Hieronym. ep.* 102. *ad Marcell.* ¶ Aſinus machinarius apud JCtos *l. 12. §. 10. D. de inſtruct. & Inſtrum. leg.* dicitur qui molam rotat. Unde Aſini dicti, qui ad truſatiles molas hoc Aſinorum officio fungebantur. *Taubman. ad Plaut. p. 1.*

Aſĭo, onis, ἀσίς, noctuarum genus maximum, quibus pluma aurium aſinarium modo eminet. *Plin. l. 10. c. 23. & l. 29. c. 6.*

Aſis, idis, *Aſiana*, ἀσίς, gent. fem. ab Aſia. *Ovid. Met. 5. v.* 648. Jam ſuper Europen ſublimis & Aſida terram. & *l. 9. v.* 447. Ægæas metiris aquas, & in Aſide terra Mœnia conſtituis.

Aſĭum. V. Æſiium.

Aſĭus, a, um, adject. ut Aſia palus in Mæonia, ad Cayſtrum flu. de qua *Virg. Æn. 7. v.* 701. Sonat amnis, & Aſia longe Pulſa palus. Et *1. Georg. v.* 383. Et quæ Aſia circum dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. ¶ Ejus accolæ Aſii dicti. ¶ Aſia myrtus, apud *Catull. Epithalam. Jul. v.* 22. quam *Turneb. l.* 28. *c.* 22. interpretatur de ea, quæ ad Aſiam paludem nata eſt.

Aſomātus, a, um, *incorporeo*, ἀσώματος, incorporeus. *Martian. Capell. initio libri* 3.

Aſopĭades, m. 3. ἀσωπιάδης, Æacus, nepos Aſoni, pater Æginæ. *Ovid. Met. 7. v.* 484. Huic Aſopiades, petis irrita, dixit.

Aſōpis, idis, Ægina, filia Aſopi, ſeu filia Æaci, proneptis Aſopi. *Ovid. Met. 6.* 113. ¶ Item Evadne Nympha, altera ejuſdem Aſopi filia, quam Nilus fluvius adamaſſe fertur. *Ovid. 3. Amor. el. 6. verſ.* 41. ¶ Adjective *Aſopide ripa*, hoc eſt ripa Aſopi fluvii, dixit *Stat. 4. Theb. v.* 370.

Aſōpus, ἄσωπος, *Aſopo*, Fl. Beotiæ, item Theſſaliæ, item Macedoniæ, item Achajæ, item Lydiæ. ¶ De Aſopo fl. Achajæ fabulantur, eum Oceani, & Terræ fl. fuiſſe, liberos habuiſſe Hypſeum, & Æginam, licet alii filiam Æaci nepotis Aſopi faciant, Æginam a Jove vitiatam fuiſſe, Aſopum adeo ægre tuliſſe, ut furore commotus undis in ſidera bellum moverit, Jovem iratum fulmine illum interfeciſſe. ¶ Aſopus item, *Eſpo*, eſt opp. Peloponneſi in ora Laconiæ, apud Onugnatum prom. inter Biandinam, & Boam urb.

Aſotia, æ, ἀσωτία, incontinentia, luxus, prodigalitas, *luſſo, incontinenza. Gell. l. 10. c. 17.* Eſt enim perſona divitis avari, & parci, ſumptum plurimum, aſotiamque adoleſcentis viri deplorantis. Al. leg. ἀσωτίαντε. Adde *l. 19. c.* 9.

Aſōtus, m. 2. prodigus, effuſus, laſcivus, *laſcivo, prodigo*, ἄσωτος. *Cic. 2. de nat. Deor.* Aſotos ex Ariſtippi, acerbos ex Zenonis ſchola exire. V. *l. 2. de Fin. c.* 7.

Aſpalăthus, m. 2. ἀσπάλαθος, ſpina candida, teſte *Plin. l. 12. c.* 24. magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cujus radix unguentis expetitur. Putatur eſſe, quod hodie lignum Rhodium appellant. *Ruel. l. 1. c.* 38.

Aſparăgus, gi, m. 2. *ſparagio*, Ger. *ſpargen*, Gal. *aſperges*, Hiſp. *eſparagos*, ἀσπάραγος, herbæ genus eſt, fœniculi, folio, baccifque, cum maturuerint, rubris, ita dictum, quod ex aſperis virgultis legatur, vel lingua Chaldæorum, qui *aſparagos* appellant herbam, quæ creſcit in virgulta, & in caulem. Hujus duo ſunt genera, hortenſe, & ſylveſtre. *Juvenal. Sat. 11. v.* 69. Montani Aſparagi, poſito quos legit villica fuſo, ¶ *Citius quam aſparagi coquuntur*. proverb. de re quæ celeriter fit; ſæpe uſurpatum ab Auguſto. *Suet. c.* 87. ¶ Aſparagi etiam in genere dicuntur prima germina vel ſtirpes fruticum, & herbarum. *Plin. l. 23. c.* 1.

Aſpargo, inis, vitium ex pluvia, undave contractum. *Calliſtrat. in l. 4. D. ad leg. Rhod. de jact.* Si vinenum merces duorum fuerunt, & alterius aſpargine decem eſſe cœperunt.

Aſpectabĭlis, le, o. 3. *riguardevole*, περιβλεπτός, dignum, quod aſpiciatur.

tur. *Cic. de Univ.* c. 4. Deus animal unum aſpectabile effecit. ¶ Interdum id, quod videri poteſt, *viſibile*. *Id. ibid.* Corporeum, & aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt. *Apul. Apol. p.* 282. Nihil eſt aſpectabilius homini nato, quam forma ſua.

Aſpectio, onis, f. actus aſpiciendi *Feſt. in voce ſpectio*. Spectio in auguralibus ponitur pro aſpectione.

Aſpecto, as, a. 1. intueor, aſpicio, *guardar fiſſo*, ἐφοράω, ſæpe, aut fixe aliquem intueor. Frequentativum eſt ab aſpicio. *Ter. Eun.* 3. 5. 11. Quid me aſpectas? quid taces? *Tacit. An. l.* 1. c. 4. Juſſa principis aſpectare, *aver riguardo*, *aver la mira ai comands del Principe*. ¶ Aſpectari pro ſuſpici, *Lucret. l.* 3. *v.* 75. Illum eſſe potentem, Illum aſpectari &c.

Aſpectus, ĕtus, m. 4. præſentia, conſpectus, *aſpetto*, *veduta*, מראה, Ger. *anſichtvven*, ὄψις, *Virg.* 6. *Æn. v.* 456. Teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Ubi monet *Gell. l.* 4. *c.* 16. *Aſpectu* poſitum eſſe pro *aſpectui*. Sic dicimus, in aſpectum proferre, adducere, ſub aſpectum cadere, &c. *in viſta*. ¶ Significat etiam actum aſpiciendi, *viſta*, *occhiata*, πρόσοψις. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 3. E litteris tuis primo aſpectu hanc voluptatem cepi. *Id.* 6. *Verr.* Tantus eſt gemitus factus aſpectu ſtatuæ & commemoratione, ut &c. Sic aſpectum convertere, referre, &c. ¶ *Aſpecti* in genit. dixit *Accius in Aſtianacte apud Non.* 8. 15. Nam mihi miſeritudine commovit animum excelſa aſpecti dignitas, h. e. perſonæ.

Aſpello, is, uli, ultum, arceo, removeo, repello, *allontanare*, *cacciar via*. ἀπωθῶ, *Plaut. Capt.* 3. 3. 4. Neque adeo ſpes, quæ mihi hunc aſpellat metum. *Cic. Tuſcul. l.* 2. *c.* 10. *ex vet. Poeta*: Sed longe a læto aſpellor nomine Jovis.

Aſpendius, m. 2. ἀσπένδιος, citharœdus inſignis, qui tam leviter ſiniſtra manu citharæ ſuæ cordas movebat, ut ſonus ad ipſum tantum citharœdum, aut certe ad proxime aſtantes perveniret. Hinc qui *intus canunt*, ideſt, omnia privato metiuntur emolumento, ſeu qui non alterius rei, quam privati ſui compendii rationem habent, a Græcis Aſpendii Cithariſtæ dicuntur. *Cic.* 3. *Verr. Aſcon. in eam orat. c.* 20.

Aſper, ra, rum, o. 1. 2. ſcaber, durus, habens aliquid aſperitatis, *aſpro*, *rigido*, *auſtero*, קשה, שעיר, Ger. *rauch*, *ſcharff*, Gall. *apre*, *& rude*, Hiſp. *aſpero*, τραχύς, quod viſu, vel guſtu, vel tactu, aliove ſenſu inſuave eſt, cui *lævis* contrarium eſt. Videtur deductum a Græco ἄσπορον. Hinc Medici vocant aſperam arteriam, quam Græci τραχεῖαν, propter multorum ſemicirculorum aſperitatem. *Cic. in part. Orat. c.* 10. In locis autem & illa naturalia, læves, an aſperi, ſalubres, an peſtilentes. ¶ Aſpera etiam vaſa cælata dicuntur. *Virg.* 5. *Æn.* Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis pocula. *h. e.* inſculpta, anaglypha. ¶ Aſper nummus bene percuſſus, & alte expreſſas notas habens, quales ſunt recenter cuſi, & manibus uſuque hominum non detriti, *moneta ruſpa*. *Senec. ep.* 19. ¶ Translate aſperum dicitur quidquid parum voluptatis, leporis, & gratiæ habet: & quidquid grave moleſtumque eſt. Sic aſper victus, *Plaut. Capt.* 1. 2. 85. Vox aſperior, *Curt. l.* 7. *c.* 1. ¶ Aſpera & rudia, de ſcriptis impolitis, & incultis, *Velley. l.* 1. *c.* 17. ¶ Aſpera loca, quæ ſc. difficulter adeuntur, *Cæſ. B. C. l.* 3. *c.* 42. ¶ Leo aſper, h. e. crudelis, *Horat. l.* 3. *od.* 2. ¶ Aſperi homines, dicuntur immites, duri, intractabiles. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop. v.* 181. Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum. *Cic. pro Planc. c.* 16. aſper natura, & omnibus iniquus. *Horat. epod.* 6. *v.* 11. In malos aſperrimus parata tollo cornua. ¶ At aſpera Diana, apud *Senec. Med. v.* 87. & aſpera Camilla, *Virg. Æn.* 11. *v.* 664. ideſt minime molles, fortes, & genus vitæ aſperum conſectantes. ¶ Aſpera cœna dicitur a *Plaut. Capt.* 3. 1. 37. quæ ex iis cibis paratur, qui e terra naſcuntur, quam idem alibi terreſtrem vocat, *Capt.* 1. 2. 86. ¶ *Guſtus aſper* eſt qui terreum ſaporem reddit, *aſpro*, *ſozzo*, *Terent. Heaut.* 3. 1. 49. Aſperum hoc (*vinum*) eſt: aliud lenius ſodes vide. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Acetum quam aſperrimum. ¶ Ponitur etiam pro acuto, *tagliente*, *Lucan.* 7. 139. Aſper mucro.

Aſperātus, a, um, ut Alopeciæ aſpiratæ, *Plin. l.* 29. *c.* 6. h. e. puſtulis, & ſcabie deformatæ. ¶ Translate *inaſprito*. *Tacit.* 3. *hiſt.* 82. Aſperatus prælio miles.

Aſpere, ſine ſpere, h. e. ſine ſpe. V. Speres.

Aſpere, dure, ſevere, rigide, acerbe, *aſpramente*, Germ. *reuclich*, Gall. *aprement*, Hiſp. *aſperamente*, τραχέως, χαλεπῶς, adv. *Cic. de Amic.* Alterum libere agere, non aſpere. Comparativ. *Aſperius*, ejuſdem eſt *Cic. l.* 9. *Attic. epiſt.* 15. Superlat. *aſperrime*, *Senecæ de Ira l.* 3. *c.* 3. 7. & *Velley. l.* 2. *c.* 7. *n.* 4.

Aſpergo, inis, f. *ſpruzzo*, βαπτισμὸς aſperſio, madefactio, actus ipſe aſpergendi, item liquor, quo res aſpergitur. *Virgil.* 3. *Æn. v.* 534. Salſa ſpumant aſpergine cautes. ¶ Aſpergines parietum, *Plin. l.* 22. *c.* 21. ſunt guttæ illæ, quæ ex humiditate parietibus decidunt. ¶ Translate *Prudent. Apotheoſ. v.* 641. Omni culparum aſpergine liber.

Aſpergo, & adſpergo, gis, ſi, ſum, reſpergo, *ſpargere*, *ſpruzzare*, נזה, Ger. *anſprützen*, *beſprengen*, Gal. *arroſer*, *aſperſer*, Hiſp. *derramar*, *o rociar*, ἐπιπάσσω, quam ad aliquid ſpargo, vel aliquantulum madefacio. Regit autem vel accuſativum ſolum. *Plaut. Truc.* 2. 4. 15. Aſperſiſti aquam, tam redit animus. ¶ Vel accuſativum cum dativo. *Virg.* 3. *Georg.* Pecorique aſpergere virus. ¶ Vel ablat. ſine præp. vel cum præp. *e*, vel *ex*. *Cic. pro Planc. c.* 12. Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis? *Cic.* 6. *Fam.* eodem tonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, e quo ſit leviter aſperſus. *Id. pro Cæcin. c.* 6. Facit hæredem ex deunce Cæcinam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium; Æbutio ſextulam aſpergit. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 36. aſpergere aram ſanguine. *Id. ad Q. Fratr.* 2. 9. Epiſtola hoc mihi aſperſit moleſtiæ. *Id. in orat.* 26. Sales orationi aſpergere. *Id.* 2. *Fam. ep.* 15. Hæc aſperſi, ut ſcires &c. *Id. pro Mur.* Comitatem gravitati aſpergere. *h. e.* miſcere. ¶ *Aſpergere* pro dicaciter notare. *Horat.* 1. *ſat.* 4. 87. E quibus unus avet quavis aſpergere cunctos.

Aſperĭtas, tis, f. 3. *aſprezza*, קשי, Germ. *rauccheit*, Gall. *apreté rudeſſe*, Hiſp. *aſpereca*, τραχύτης, τραχυσμός, inæqualitas, qualitas contraria lævitati. *Cic. de Nat.* Saxorum aſperitates, impendentium montium altitudines. ¶ Hinc aſperitas animæ pro difficultate reſpirandi. *Plin. l.* 22. *c.* 24. Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ dulciore ſucco mitigatur. ¶ Item acritudo, ut aſperitas aceti, *Plin. l.* 9. *c.* 35. aſperitas pomi, *Id.* 12. 10. ¶ Item difficultas, ut Aſperitas locorum, apud *Curt.* & *Liv.* ¶ Metaphorice accipitur pro nimia gravitate, ſeu ſeveritate, cui opponitur ἐπιείκεια, facilitas, benignitas. *Nepos in Attic. c.* 5. Habebat avunculum Q. Cæcilium difficillima natura, cujus ſic aſperitatem veritus eſt, ut &c. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 18. aſperitatem opponit placendi ſtudio, ſeu aſſentationi.

Aſperiter, adver. aſpere. *Nævius* apud *Non.* 11. 32. Ubi tu nequaquam cubares aſperiter.

Aſperitūdo, inis, *aſprezza*, aſperitas. *Tert. de Pœnit. c. penult.* Aſperitudo ſacci, & horror cineris. ¶ Translate *Apulej. l.* 1. *Metam.* Aſperitudinem fabularum lepida jucunditas lævigabit.

Aſpernabilis, o. 3. *degno d'eſſere ſprezzato*, ἐφθαστὸς, dignus, ut aſpernetur, vel rejiciatur. *Gell. l.* 11. *c.* 3. Hominibus non bene eruditis aſpernabiles, Comparat. eſt apud *Auguſt. l.* 2. *de mor. Manich. c.* 8.

Aſpernamentum, i, n. 2. idem quod aſpernatio. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 14. Qui aſpernamento habetur a nationibus. Adde *l. de Pudicitia*, *c.* 8.

Aſpernanter, adverb. contemptim, *con diſprezzo*. *Sidon. l.* 7. *epiſt.* 8. Aſpernanter audire. & *epiſt.* 2. Aſpernanter reſalutari.

Aſpernatĭo, f. 3. contemptus, rejectio, *diſpregiamento*, בזיון, Ger. *verachtung*, καταφρόνησις. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 14. Ex aſpernatione rationis eveniunt.

Aſpernator, oris, qui rejicit, aut contemnit. *Tert. adverſ. Marcion. l.* 4. *c.* 15. Divitum aſpernator, medicorum advocator.

Aſpernātus, a, um, qui rejecit, aut contempſit. *Cic. pro Cluent. c.* 68. Aſpernatus furorem, & crudelitatem alicujus. ¶ Paſſive rejectus, contemptus. *Arnob. l.* 5. *pag.* 175. Aſpernatam ſumit atque ebibit potionem.

Aſpernor, aris, com. 1. reſpuo, recuſo, rejicio, abhorreo, *ſprezzare*, *rifiutare*, מאס, Ger. *verachten*, *verwerffen*, καταφρονέω, aſperno, eſt recuſare, averſari, faſtidire. *Terent. in Phorm.* 2. 3. 24. Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. ¶ *Cic.* 3. *Offic.* Non recepit iſtam conjunctionem honeſtas: aſpernatur, repellit. Et *pro Cluent. c.* 68. Cujus ego furorem & crudelitatem Deos immortales a ſuis aris & templis aſpernatos eſſe, confido. *h. e.* repuliſſe. *Id.* 2. *de Fin. c.* 10. Animal appetit voluptatem, aſpernatur dolorem. ¶ Reperitur etiam paſſiva ſignificatione. *Cic. in frag.* apud *Priſc. l.* 8. Qui habet, ultro appetitur: qui eſt pauper, aſpernatur. *Hirt. de B. Afric. cap.* 93. regem a ſuis defertum ab omnibus aſpernari. ¶ Particip. *aſpernandus*. *Cic.* 15. *Fam. ep.* 6. Non nimis concupiſcendus honor, ſed minime aſpernandus.

Aſpĕro, as, a. 1. *inaſprare*, *inaſprire*, τραχύνω, aſperum facio. *Colum. l.* 8. *c.* 3. Aſſerculi formatis gradibus aſperantur, ne ſint advolantibus (gallinis) lubrici. *Virg. Æn.* 3. *v.* 285. Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas. ¶ Metaphorice eſt animum alicujus ad iram, ſeu odium excitare, ſtimulare, *eſacerbare*, *inaſprire*. *Annal.* 2. 29. Ita moderans, ne lenire, neve aſperare crimina videretur. *h. e.* aſperiora ſeu graviora facere. *Id.* 2. *hiſtor. e.* 28. Aſperare iram victoris. *Quint.* 9. 4. Aſperare compoſitionem orationis. ¶ Significat etiam acuere, *aguzzare*, ut aſperare pugionem ſaxo. *Tacit. Ann.* 15. 54. ¶ *Aſperare ignem* eſt vehementiorem facere. *Valer. Flacc.* 5. 368. Sirius aſperat ignes.

Aſperſĭo, onis, f. 3. *ſpargimento*, *ſpruzzo*, רסיס, Ger. *beſprengung*, Gall. *aſperſion*, *arroſement*, Hiſp. *rociadura*, ῥαντισμὸς. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 10. Aſperſione aquæ tollitur. Adde *Macrob. l.* 3. *ſat. c.* 1.

Aſpersōres aquæ qui ſint in *l. athletas*. *ff. de iis qui not. infam.* conjectura quadam putat *Accurſ.* eos eſſe, qui in ſtadio poſiti, quo celerius equi in equeſtri certamine refocillati currerent, eos frigida aqua ſuffundebant, & aſpergebant.

Aſperſus, ſus, m. 4. *ſpargimento*, *ſpruzzo*, *Plin. l.* 11. *c.* 53. Inſecta olei aſperſu necantur.

Aſperſus, a, um, nom. ex particip. *ſpruzzato*, βεβαπτισμένος, ut Aſperſus imbre lutoque, *Horat. l.* 1. *epiſt.* 11. *v.* 12. Aſpertæ lacrymæ. *Prop. l.* 1. *el.* 12. *v.* 16. *Juvenal. ſat.* 5. *v.* 104. Aſperſus maculis. ¶ Translate *Cicer. pro Cœl. c.* 10. Aſperſus ſuſpicione, aut infamia.

Aſperūgo, inis, Cappago aſperioribus foliis. *Plin. l.* 26. *c.* 10.

Aſphaltis, & Aſphaltites, *Mare morto*, ἀσφαλτίτης, lacus Palæſtinæ in Judæa, in quem Jordanis fl. Arnon, Vibon, & Zered torrentes fluunt, cinctus altiſſimis montibus, long. 100. M. P. ſeu 20. l. latus 25. M. P. ſeu 5. l. ab Hieruſalem 35. M. P. in Or. Dictus eſt Aſphaltites a bitumine, quod gignit. Nam ἄσφαλτος, bitumen ſignificat. Dictus eſt Mare mortuum, quia nullum corpus demerſum ſuſtinet, ſed rejicit.

Aſphodēlus, li, m. 2. ἀσφόδελος, herba, alio nomine antericon. Ejus duæ ſunt ſpecies, ſexu diſcretæ. Marem albucum nominant, feminam haſtulam Regiam, quod, dum floret, Regii ſceptri effigiem referat. *Plin. l.* 30. *c.* 17. & *Rucel. l.* 2. *c.* 99. ¶ Hac herba, ut Poetæ fabulantur, campi Elyſii conſiti ſunt, eaque Manes victitare dicuntur.

Aſpĭcio, & adſpicio, is, exi, ectum, a. 3. conſpicio, tueor, intueor, contueor, in aliquem oculos conjicio, obtutum in aliqua re figo, *vedere*, *guardare*, ראה, Ger. *anſehen*, Gal. *voir*, Hiſp. *veer*, ἐμβλέπω, ex *ad*, & *ſpecio*, vel *ſpicio* antiquo verbo, teſte *Varrone*. *Ter. in And.* Inter mulieres unam aſpicio adoleſcentulam. *Cic. pro Sext. Roſc. c.* 22. Hanc ſuaviſſimam lucem aſpicere. & *de Haruſp. reſp.* Ad C. Lentulum Conſulem aſpexit. *Plaut. Capt.* 3. 4. 38. Aſpice ad me. ¶ Significat etiam ſuſpicere, venerari, admirari. *Nepos in Chabria*, *c.* 4. *n.* 1. Auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui præerant, aſpiciebant. ¶ Item conſiderare, *Senec. Med. ver.* 82. Cedent Æſonio duci, Si torma velit aſpici, Proles fulminis improbi. ¶ *Nepos in Epamin. c.* 8. *n.* 3. Coegit (Thebanos) apud Leuctra ſuperare Lacedæmonios, quos ante ſe imperatorem nemo Bœotiorum autus aſpicere in acie. Ubi hoc verbum timorem ſignificat. ¶ *Aſpexit* pro *aſpexeris* habes apud *Plaut. Aſin.* 4. 1. 25.

Aſpilātes, ἀσπιλάτης, gemma ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in avium quarundam nido inveniri, eamque ex cameli pilo ſpleneticis alligatam malo illorum mederi. ¶ Eſt & altera eodem nomine argentei coloris lymphaticis utilis. Utriuſque meminit *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Aſpirāmen, inis, n. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 465. Da, precor, artificis blanda aſpiramina formæ, *aria di bellezza*, *brio*.

Aſpiratĭo, f. 3. exhalatio, *lo ſpirare*, נשמה, Ger. *amblaſung*, Gal. *aſpiration*, *ſouffflement*, Hiſp. *aſpiracion*, ἐπίπνοια, actus aſpirandi, ideſt inſpirandi, nempe dum aerem in corpus intromittimus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 33. Animantes aſpiratione aeris ſuſtinentur. ¶ Sumitur item pro influentia. *Cic. l.* 1. *de Div.* Ejus aſpiratio gravis, & peſtilens. de ſtella loquitur. ¶ Eſt item δασεῖα, ſpiritus aſper, quo literas quaſdam vegetiore ſono efferimus. *Cic. in Or. c.* 48. Majores nuſquam niſi in vocali aſpiratione utebantur.

Aſpīro, & adſpiro, as, n. 1. affio, nitor, cogito, *ſpirare*, *favorire*, נפח, פוח, Ger. *anteblaſen*, Gal. *ſouffler*, *aſpirer*, Hiſp. *dar aliento*, *aſpirar*, ἐμπνέω, ex *ad* & *ſpiro*, & proprie ſignificat atflare. *Virg.* 7. *Æn. v.* 8. Aſpirant auræ in noctem. *Celſ. l.* 2. *c.* 17. Curioſe veſtimentis involvendus eſt, ne ad eum frigus aſpiret. ¶ Paſſive *Solin. c.* 22. Inſula aſpiratur freto Gallico. ¶ Per metaphoram ponitur interdum pro auxilium præbere, favere, *ajutare*, *favorire*, cum dativo. *Virg.* 2. *Æn. v.* 385. Aſpirat primo fortuna labori. Tractum eſt a navigantibus, quibus ſpirantes auræ favent. ¶ Interdum pro incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, conari aliquid adipiſci, vel juxta accedere, & prope tangere, *cercare*, *giugnere*, *arrivare*, *uguagliare*, cum acc. & præp. ad, ut Aſpirare ad Conſulatum. Uſurpatur autem fere cum negatione, aut interrogatione, & ſignificat conatum quemdam, & cupiditatem tendentis ad rem aliquam. *Cic. in Bruto*, *c.* 21. Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt: ideſt æquare Africanum. *Id. Tuſc.* 5. *c.* 9. Omnes aditus tuos intercluſi, ut ad me aſpirare non poſſes. hoc eſt, pervenire. *Id. Verr.* 4. Quando iſte aſpirabit in Curiam? *Id. Verr.* 3. *c.* 54. Quid enim quiſquam ad meam pecuniam, me invito, aſpirat? *Id. in Divin. Verr. c.* 5. *in fin.* Quiſquam tam impudens reperietur, qui ad alienam cauſam accedere, aut aſpirare audeat? Ubi *Aſcon.* accedere eſt proximum fieri: aſpirare, in eam partem qua quid quæſitum eſt, vultum, & oculos, ac ſpiritum oris advertere. ¶ Apud Grammaticos ſignificat ſyllabam vehementiore ſono pronuntiare: item aſpero ſpiritu notare.

Nigid.

Nigid. apud *Gell. l.* 13. *c.* 6. Rufticus fit fermo, fi afpires perperam. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. (*al.* 9.) Diu fervatum, ne confonantibus afpiraretur, ut in *Graccis*, aut *triumpis*.

Afpis, idis, f. 3. *afpe*, *afpido*, נפה, Ger. *attern*, Gal. *afpic*, Hifp. *afpid*, ἀσπὶς, ferpens parvus, tardi vifus, tam præfens habens venenum, ut nullum fit morfis remedium, nifi ut partes læfæ confeftim amputentur. *Cic. pro Rabir. Poftb. cap.* 9. Afpide ad corpus admota vita eft privatus. ¶ Huic animali tantus eft amoris affectus, ut vix unquam fine compare vagetur. *Plin. l.* 8. *c.* 28. ¶ Afpis, fi credimus *Lucano l.* 9. in fola Africa nafcitur, fed & in noftrum orbem avaritia invexit. ¶ Sunt autem plures afpidum fpecies, difparefque effectus, ad nocendum, ut *Solinus* fcribit *c.* 27. Unde fomniculofa afpis quæ fomnum lethiferum percuffis immittit.

Afplēnum, ni, n. 2. *fcolopendria*, ἄσπληνον, herba, dicta, quod lienem imminuat. *Plin. l.* 27. *c.* 5.

Afportatio, onis, f. 3. afportandi actus, *il portar via*, ἐξαγωγή. *Cic.* 6. *Verr. c.* 49. Eorum demolitio, atque afportatio difficilis videbatur.

Afporto, a. 1. *portar da un luogo in un altro*, ἐκφέρω, hinc alio portare. *Cic. in Parad.* 1. *c.* 2. Multa de fuis rebus fecum afportarent. ¶ Eft etiam auferre, *togliere*, *e portar via*. *Cic. in Div. Verr. c.* 9. Non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur, fed afportare velle ex Sicilia litteras fufpicantur.

Afprātus, a, um, afperatus, afper, ut lima afprata. *Sidon. l.* 4. *ep.* 8. & *Carm.* 2. *v.* 418. Hic domus Auroræ rutilo cruftante metallo Baccarum præfert læves afprata lapillos.

Afprēdo, dinis, f. 3. *afprezza*, idem, quod afperitas. *Celf. l.* 5. *c.* 28. *n.* 2. Afpredine quadam. Al. leg. *afpritudine*.

Afprētum, ti, n. 2. *luogo afpro*, *difaftrofo*, τραχὺν, locus afper, & abruptus. *Liv. l.* 9. *c.* 24. Saxa temere jacentia, ut fit in afpretis.

Afpritūdo, inis, f. 3. *afprezza*. *Celf. l.* 6. *c.* 6. *n.* 26. Ex afpritudine lippitudo fit. *Scribon. Largus Compof.* 35. Caliginem, & afpritudinem oculorum, dixit.

Affa,)
Affæ,) V. Affus.

Affamenta, torum, n. 1. *tavole da fegare*, tabulæ fectiles, quæ & affes, five potius afferes dicuntur, non abfimiles fcandulis, quibus tecta tegularum vice aliquando tegi folent. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Affamentifque portarum utiliffima. Sed *Harduinus* ad hunc loc. notavit, omnes lib. MSS. *craffamentis* exhibere.

Affarăcus, m. 2. Trois fil. ex Acalide Eumedis filia, qui uxorem habuit Clytodoram Laomedontis filiam, & genuit Capyn, ex quo, & Nympha Naide natus eft Anchifes pater Æneæ ex Venere. *Dionyf. lib.* 1. ¶ *Gens Affaraci* eft Romanus populus ab Ænea defcendens. *Virg. Æn.* 9. *v.* 643.

Affaratum, n. 2. auctore *Fefto*, potionis genus erat ex vino, & fanguine temperatum. Latini enim prifci fanguinem *affir* vocabant: quafi *affiratum*.

Affarius, a, um, affus, affatus, *arroftito*. *Cato de R. R. c.* 132. Daps Jovi affaria pecunia, urna vini Junoni caftæ.

Affarĭus, ii, m. apud antiquos idem quod as, ut docent *Varr. l.* 7. *L. L.* & *Charif. l.* 1. Ex Varrone autem colligitur, in ufu fuiffe, ut in genitivo plurali *affarium* diceretur pro *affariorum*, ut *equus publicus mille affarium*.

Affatūra, æ, *arrofto*, caro affa, ὄπτημα. *Vopifc. in Aureliano*, *c. ult.* Convivium de affaturis maxime fuit.

Afsĕcla, m. 1. *feguitatore*, Germ. *nachfolger*, Gal. *fuivant*, Hifp. *feguidor*, ἀκόλουθος, ab affequendo, fignificat eum, qui alicujus commodi fpe alterum fequitur, ejufque omnibus imperiis præfto eft. *Auct. declam. triumpif. in Sal.* Omnium menfarum affecla, omnium cubiculorum pellex. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 3. Qui potentiffimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem hujus affeclæ? ¶ Affecla diftinguitur a fodali, & comite, quod fodalis dicitur adolefcentiæ, comes is, qui una iter facit, affecla, qui fequitur potentiorem, ita ut comes comiti fecuritatem, fodalis amico amicitiæ, affecla vero officii jus præftet fuperiori. *Cor. Fronto*.

Affectatio, onis, f. 3. *accompagnamento*, *corteggio*, παρακολούθησις. *Cic. pro Mur. c.* 34. Hanc in noftris petitionibus operam, atque affectationem. ¶ *Plin. l.* 2. *c.* 2. Latet plerofque, magna cœli affectatione compertum a principibus doctrinæ viris: h. e. obfervatione.

Affectātor, oris, m. 3. ἀκόλουθος, qui affidue comitatum præftat. *Cic.* 7. *Ver.* Vetus quidam affectator ex numero amicorum. ¶ Item imitator, ut affectator eloquentiæ alicujus, *Plin. l.* 29. *c.* 1. *Gell. l.* 5. *c.* 10. Cum diutule auditor affectatorque Protagoræ fuiffet.

Affector, aris, d. 1. frequent. *feguire*, *feguitare*, הרביק, Ger. *einen nachfolgen*, Gal. *fuivre*, Hifp. *feguir*, παρακολουθῶ, comitatum præfto, feu alterum honoris gratia affidue comitor. *Cic. de Or.* Eumque major natu, & Confularis Serg. Galba affectaretur. *Sueton. Cæf. c.* 19. Pompejum affectatus eft. *i. e.* Pompejo fe adjunxit. ¶ Paffiva fignificatione *Enn.* apud *Prifc. l.* 8. Affectari fe omnes cupiunt. ἀκολουθεῖσθαι. ¶ Hinc particip. paffivum *affectatus*, ut *affectata femina* apud *Feftum* h. e. vel honorata, vel ad extremum periculum adducta: quam utramque explicationem *Feftus* ponit.

Affensĭo, onis, f. 3. confenfus, approbatio, *affenfo*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 12. Neque peccare quenquam nifi affenfione. *Id. ib. c.* 84. Crebræ affenfiones.

Affenfor, m. 3. *chi confente*, Gall. *qui confent*, Hifp. *el que confiente*, σύμψηφος, qui alicui affentitur. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 22. Te in tanto exercitu mihi fuiffe affenforem.

Affenfus, us, m. 4. affenfio, approbatio, *confentimento*, רצון, Germ. *verwilligung*, συγκατάθεσις. *Cic. l.* 2. *de nat. D. c.* 2. Affenfu omnium aliquid dicere. *Id.* 4. *Acad.* 29. Cohibere affenfum.

Affentatĭo, f. 3. adulatio, blanditiæ, *adulazione*, κολακεία, θωπεία, actus affentandi. *Cic. de Amic.* Semper auget affentatio id, quod is, cujus ad volutatem dicitur, vult effe magnum. ¶ Sumitur & pro affenfione, *confenfo*. *Petron. fat. c.* 17. Tacentibus nobis, & ad neutram partem affentationem flectentibus. Alii leg. *affenfionem*. *Vell. l.* 2. *c.* 128. Ut pene affentatione fua, quibus vellet, principatus conciliaret: *h. e.* commendatione, & auctoritate fua.

Affentatiuncŭla, f. 1. dim. *Cic. ad Lucejum*, *Fam.* 5. 12. Vereor, ne affentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.

Affentàtor, m. 3. ad voluntatem dicens, qui affentatur, *adulatore*, κόλαξ. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. Non tu is es, qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos, quam eos, qui laudent, affentatores arbitrere. ¶ Item qui affentitur, & permittit. *Tert. adverf. Hermog. c.* 10. Non auctor, fed affentator mali invenitur Deus.

Affentatorĭe, adverb. *adulatoriamente*, κολακευτικῶς, *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *epift.* 14. Dubitare te non affentatorie, fed fraterne veto.

Affentātrix, femin. ab affentator, *adulatrice*. *Plaut. Moftell.* 1. 3. *v.* 100. Nunc affentatrix fcelefta eft, dudum adverfatrix erat.

Affentĭo, is, fi, enfum, ire, & ufitatius

Affentior, iris, enfus fum, depon. *affentire*, *acconfentire*, *approvare*, συγκατατίθημι, συναινέω, confentio, in eadem fententia fum. *Cic.* 1. *Off. c.* 6. Ne incognita pro cognitis habeamus, hifque temere affentiamur. Ita *Gruter. Græv.* & alii leg. *Curt. l.* 4. *c.* 13. Omnes ferme Parmenioni affentiebant. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 49. Senatus tibi magnis de rebus eft affenfus. Et *l.* 3. *c.* 48. Ego illud affentior Theophrafto. *Plaut. Amph.* 2. 2. 192. Qui illud, quod ego dicam, affentiant.

Affentor, aris, d. 1. adulor, blandior, *adulare*, החליק, Ger. *fchmeichlen*, Gal. *flater*, Hifp. *halagar*, *lifongear*, κολακεύω, infidiofe, & conciliandæ alicujus utilitatis gratia effufius, & plerunque falfo quempiam laudare. Proprie enim affentamur voce, adulamur geftu, blandimur tactu. Ponitur autem aliquando abfolute. *Cic.* Ne affentari viderere. Aliquando cum dativo. *Id. in Bruto*. Ne me tibi affentari putes. Aliquando cum accuf. communi. *Ter. in Eun.* 2. 2. 22. Imperavi egomet mihi omnia affentari. ¶ Aliquando eft affentiri. *Vellej. l.* 2. *c.* 48. Pompejus iis, qui a Cæfare dimittendos exercitus contendebant, affentabatur, iis qui ab ipfo, adverfabatur.

Affĕquor, eris, utus fum, d. 3. confequor, nancifcor, *giongere*, השיג, הדביק, Germ. *einem nachfolgen*, *ereilem*, *elangen*, Gall. *fuivre*, & *atteindre*, *parvenir jufque a quelque chofe*, Hifp. *confeguir*, *y alcancar*, ἐπικαταλαμβάνω, eft juxta fequi, vel ad eum, quem fequimur, pervenire. *Cic. Att. l.* 3. *epift.* 5. Si es Romæ, jam me affequi non potes, fin es in via, cum me fueris affecutus, coram agemus. ¶ Per translationem accipitur pro æquare, *agguagliare*. *Cic. de Leg.* Quem imitaris, nunquam affequere. *Idem Lent.* Nullam partem tuorum erga me meritorum videar affequutus. ¶ Quandoque eft acquirere, obtinere. *acquiftare*. *Id. poft redit.* Veftros honores, quos eramus gradatim fingulos affecuti. ¶ Interdum intelligere, *capire*, *intendere*. *Cic. de Invent. l.* 2. *c.* 47. Cogitationem alterius affequi. Et *Verr.* 5. *c.* 86. Affequi conjectura. ¶ Paffiva fignificatione. *Id.* 4. *Verr. c.* 73. Ut nihil horum inveftigari, nihil affequi potuerit.

Affer, eris, m. 3. *tavola da fegare*, לחות, Germ. *breten*, Gal. *membrure*, Hifp. *tables*, σανὶς, tabula fectilis, dicta ab affidendo, quod admoveatur, hæreatque parietibus, trabibufque. *Feftus*. *Plaut. Aulul.* 2. 6. 8. Ligna apud nos nulla funt. Co. Sunt afferes? Sta. Sunt pol. ¶ Afferes proprie funt trabeculæ illæ, quibus tegulæ in tectis imponuntur: quod illa *Vitruvii* verba docent *l.* 4. *c.* 2. Deinde infuper fub tegulas afferes ita prominentes, uti parietes eorum projecturis tegantur. ¶ Hinc afferes de fudibus, & contis etiam dicuntur. *Liv. l.* 30. *c.* 10. & alibi. Sic afferes lecticariorum, *Suet. in Calig. c.* 58. fc. ligna illa, quibus lecticarii utuntur. V. Affis.

Affercŭlus, σανίδιον, dimin. eft ab affer, ris. *Col. l.* 12. *c.* 50. Afferculos inter fe diftantes femipedalibus fpatiis. ¶ Dicitur etiam *afferculum*, *i*, n. *Cato R. R. c.* 12. Affercula quinque.

Affĕro, vel Adfero, ris, affevi, affitum, n. 3. *feminar appreffo*, juxta femino, vel juxta planto. *Cato de R. R.* Vites fatis multæ afferantur. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 26. Neque vites propter cupreffos afferunt, quod hæc inter fe inimica. *Id. ib. c.* 16. Vitis affita (vel *adfita*) ad olus. *Cat. Epithal. Manl. v.* 106. Velut affitas vitis implicat arbores.

Affĕro, & Adfero, is, erui, ertum, a. 3. vindico, affirmo, *affermare*, *approvare*, קים, חקים, Germ. *beftetigen*, *vor gevvifs fagen*, Gal. *affeurer*, *affermer*, Hifp. *afirmar*, διαβεβαιοῦμαι. *Tac. Ann.* 16. *c.* 2. Per quos nofceret, an vera adfererentur. *Juftin. l.* 28. *c.* 2. Mittit, qui Senatui affereret, puerum illum ex Ariarathe genitum. *Quintil. declam.* 7. *c.* 6. Non vacat afferere quæ finxeris, cum vix prodeft & verum fateri. *M. Senec. in excerpt. controv.* 7. 1. Afferens, minus verendum effe, &c. ¶ Magis propria, & elegantiori notione fignificat vindicare. Unde afferere libertatem Reip. *Quint. l.* 6. *c.* 5. Sic *afferere in libertatem*. Nam qui aliquem in libertatem vindicabat, eum ad fe trahebat, manuque capiti ejus impofita dicebat: Hunc ego hominem jure Quiritum ajo liberum effe oportere. ¶ Afferere in fervitutem, eft in fervitutem conjicere. *Liv. l.* 3. *c.* 44. ¶ *Afferere fe*, abfolute, eft fe liberare. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 11. *v.* 3. Scilicet afferui jam me, fugique catenas. Huic affinis eft ufus apud *Mart. l.* 14. *epigr.* 142. Hoc focale tuas afferat auriculas, *h. e.* defendat. ¶ Afferere manu idem eft, ac in libertatem vindicare. *Terent. Adelph.* 2. 1. 40. Ego liberali illam affero caufa manu: *hoc eft* manu affero. ¶ Afferere manum, eft admovere, quod ea, quæ in terram dimittuntur, feri dicuntur, &c. *Feftus*. ¶ Eft etiam affumere, arrogare fibi, *pretendere*. *Quint. l.* 12. *c.* 1. Afferere fibi nomen Sapientis. Sic afferere fibi partem hæreditatis. *Ulpian. l.* 1. *ff. fi pars hæred. petat.* ¶ Item eximere, liberare; ut afferere fe a mortalitate. *Plin. l.* 2. *epift.* 10. ¶ Item afcribere, ut afferere aliquem cœlo, *Ovid.* 1. *Met.* ¶ Apud *Plin. l.* 1. *ep.* 3. Afferere fe ftudiis, eft fe tradere.

Affertio, onis, *affermazione*, διαβεβαίωσις, actus afferendi. *Cic.* 1. *Acad. Quæft. c.* 12. Neque affertione approbare. Sed al. leg. *affenfione*. *Arnob. l.* 1. *pag.* 18. Affertio talis rei, & abnegatio. ¶ Eft etiam vindicatio, qua fc. in libertatem afferimur. *Quintil. l.* 3. *c.* 6. (*al.* 8.) Sit ne liber, qui in affertione eft. Adde *l.* 5. *c.* 2.

Affertor, m. 3. βεβαιωτὴς, qui aliquem in fervitutem, aut etiam in libertatem vindicat, vindex. *Liv. l.* 3. *c.* 44. Affertorem vocat eum, qui Virginii filiam, quafi fervam fuam, ficta caufa repetebat. *Senec. epift.* 13. Catoni gladium affertorem libertatis extorque. Adde *Sueton. Cæf. c.* 80.

Affertorĭus, a, um, ut lis affertoria, *in Cod. de affertione tollenda*, *fub init.* h. e. in qua agitur de libertate alicujus.

Affertum, i, n. *afferzione*, affirmatio. *Martian. Capell. l.* 6. Terram in medio mundi ftare, multiplicibus monftratur affertis.

Affervātus, a, um, *confervato*, *guardato*, φυλαχθεὶς, fervatus, cuftoditus. *Cic. pro Arch. c.* 5. Appii tabulæ negligentius affervatæ. *Plin. l.* 9. *c.* 25. Pifcis in fale affervatus.

Affervĭo, vel Adfervio, n. 4. *fervire*, ὑπηρετέω, infervio. *Cic. Tufc.* 2. 24. Contentioni vocis afferviunt.

Affervo, vel Adfervo, as, a. 1. *confervare*, *cuftodire*, שמר, Ger. *bealten*, *bevvaren*, Gal. *garder*, Hifp. *guardar*, fervo, cuftodio. *Cic.* 5. *Verr. c.* 22. Imperat, hominem ut affervarent. ¶ Significat etiam obfervare, oculis aliquem cuftodire. *Terent. Heaut.* 3. 3. 32. Atqui nunc here, hic tibi affervandus eft, *dei avergli gli occhi addoffo*. *Liv. l.* 8. *c.* 20. Affervare aliquem in carcerem.

Affefsĭo, onis, verbale ab affideo, *affiftenza*. *Cic. Fam. l.* 11. *epift.* 27. Quæ tua fuerit affeffio, oratio, confirmatio animi mei.

Affeffor, m. 3. *affeffore*, Gal. *affeffeur*, Hifp. *affeffor*, πάρεδρος, ab affideo, qui affidet Præfidi, & confilium dat in caufarum cognitionibus, edictis, poftulationibus, libellis, epiftolis. *Cic.* 1. *de Div.* Lacedæmonii Regibus fuis augurem affefforem dederunt. Adde *Suet. in Galba c.* 19.

Affefforius, a, um, ad Affefforem pertinens. *Ulp. ff. l.* 47. *tit.* 10. *l.* 5. §. 8. Sabinus in affefforio. *h. e.* in libro de officio affefforis.

Affeffūra, æ, officium affefforis. *Ulpian. Dig.* 50. 14. 3.

Afsefsus, a, um, particip. ab affideo. *Sil. l.* 12. *v.* 453. Afsefsos Capuæ muros. *h. e.* obfidione cinctos. Al. leg. *obfeffos*.

Affe-

Aſseſtrix, icis, ſ. *levatrice*, obſtetrix, quæ puerperæ aſſidet, & aſſiſtit. *Afran.* apud *Non. c. 2. n. 39.*

Aſseveranter, *βεβαίως*, affirmate. *Cic. Att. l. 15. ep. 19.* Locutum ſecum eſſe Q. Cic. valde aſseveranter. *Id. 4. Acad. c. 19.* Multo aſseverantius in Syria.

Aſseverāte, adverb. affirmate. *Gell. l. 7. c. 5.* Tragœdias Poetarum nobilium ſcite, atque aſseverate actitavit. *con molta grazia, e franchezza.*

Aſseveratĭo, ſ. 3. *affermazione*, Germ. *ein beſtetigung*, Gal. *affeurance*, Hiſp. *affirmacion*, *βεβαίωσις*, affirmatio. *Quintil. l. 4. c. 2.* Cum quorundam probatio ſola ſit in aſseveratione, & perſeverantia. *Cicer. Att. l. 13. ep. 23.* Omni tibi aſseveratione affirmo.

Aſsevĕro, as, a. 1. *affermare*, הרום קים, Germ. *beſtetigen*, *etvvaſſ*, *gevviſſ*, *un.l beſtendigKlich ſagen*, Gal. *affermer*, *aſſeurer*, Hiſp. *afirmar porfiando*, *διχυρίζομαι*, *διαβεβαίωμαι*, eſt quaſi *aſſero verum*, & ponitur pro conſtanter affirmare. *Cic. 4. Tuſc. c. 11.* Nemo illa de re poteſt aſseverare ſine certa aliqua eius rei nota. ¶ Aſseveror paſſivum imperſ. *Cic. 4. Verr. c. 10.* Utrum aſseveratur in hoc, an tentatur?

Aſsiccātus, vel Adſiccatus, a, um, *ſecco*, *ſeccato*. *Colum. l. 1. de R. R. c. 6.* Plurimum refert, non adiiccato ſucco ſimum vires continere.

Aſsicceſco, is, n. 3. *ſeccarſi*, *ἀρωμάομαι*, ſiccum fieri. *Col. lib. 12. cap. 9.* Dum aſsicceſcant caules.

Aſsicco, vel Adſicco, as, a. 1. *ſeccare*, הובש החרוב, Ger. *trucknen*, *ξηραίνω*, diligenter ſiccare. *Col. l. 12. c. 15.* Tum rurſum in Sole aſsiccavit.

Aſsiculus, i, Aſserculus, parvus aſsis. Citat Calep. locum *Col. l. 6. c. 19.* Sed al. leg. *axiculus*, quod fere idem eſt.

Aſsidelæ menſæ, ad quas ſedentes Flamines ſacra faciebant. *Feſtus.*

Aſsideo, es, edi, eſsum, aſsiſto, prope ſedeo, *ſedere appreſſo*, ישכעל, Germ. *bey ſitzen*, Gal. *s'aſſeoir pres de quelqu'un*, Hiſp. *aſſentarſe cerca de alguno*, *παρεδρεύω*. *Cic. Acad. 1. c. 4.* Simul aſsideamus, ſi videtur. *Salluſt. in Jug. c. 1.* Hiempſal dextra Adherbalem aſsedit. *Plat. Rud. 2. 6. 48.* Aſsidere apud carbones. *Id. Bacc. 3. 3. 28.* Aſsidere in ſella. *Cic. 2. de Fin. c. 18.* Aſsidere ſuper aſpidem. ¶ Significat etiam præſto eſse, ut de iis, qui ægrotis inſerviunt. *Horat. l. 1. ſat. 1. v. 80.* Aut alius caſu lecto te affixit, habes, qui aſsideat, &c. ¶ Aſsidere etiam dicuntu Aſseſsores, qui a Prætoribus, vel aliis in conſilium adhibentur. *Suet. Tib. c. 35.* Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerumque ſe offerebat conſiliarium, aſsideoatque mixtim. Hinc *Aſseſſor*. V. ¶ Eſt etiam verbum militare, pro obſidere. *Virg. in Cir.* Noſtris qui mœnibus aſsidet urbis. *Plin. Paneg. c. 12.* An audeant, qui ſciant te aſsediſſe ferociſſimis populis? ¶ *Id. ib. c. 81.* Aſsidere gubernaculis. Et *lib. 3. epiſt. 5.* Aſsidere literis, h. e. aſsiduum eſſe. ¶ Apud *Horat. l. 1. epiſt. 5. v. 13.* Parcus ob hæredis curam, nimiumque ſeverus, Aſsidet inſano. *i. e.* proximus eſt.

Aſsĭdo, is, n. 3. conſido, confedeo, ſedeo, *porſi a ſedere*, שיב, Germ. *herſitzn*, *ſitzen*, Gal. *s'aſſeoir*, Hiſp. *aſſentarſe*, *καθίζομαι*, idem pene, quod *aſsideo*, ſed cum motu quodam, ut ſit quaſi ad aſsidendum me demitto. *Plaut. Aulul. 4. 1. 20.* In ara hac aſsidam ſacra. Caret proprio præterito, & ſupino, capit autem præteritum a verbo *aſsideo* propter ſignificationis affinitatem, & temporum ſimilitudinem, quæ vix alia ratione dignoſcas.

Aſsidŭe, adverb. *aſsiduamente*, *σωνεχῶς*, *Cic. 5. Fam. ep. 15.* Perfugium mihi literæ, quibus aſsidue utor. *Id. de clar. Orat. c. 91.* Aſsiduiſſime mecum fuit Dionyſius.

Aſsiduĭtas, ſ. 3. perſeverantia, opera quotidiana, diligentia, *diligenza*, *aſsiduità*, *σωνεχὲς*, *Cic. 2. de nat. Deor.* Aſsiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſsueſcunt animi. *Id. de petit. Conſul. ſub init.* Aſsiduitatem, & frequentiam conjungit, tanquam ſynonyma. Atque apud *Suet. in Aug. c. 43.* Aſsiduitas ſpectaculorum, itidem pro frequentia accipienda eſt.

Aſsiduo, idem quod aſsidue, *aſsiduamente*. *Plaut. Mil. 1. 1. 50.* Aſsiduo edes. Item frequenter, teſte *Var. l. 5. de L. L.*

Aſsiduus, a, um, o. 1. 2. quotidianus, irequens, continuus, diligens, *aſsiduo*, *continuo*, *frequente*, תכיר, Germ. *ſtet*, Gal. *aſſidu*, Hiſp. *aſsiduo*, *σωνεχὴς*, ab aſsideo, quod in ea re, quam quis frequens agit, conſediſſe videatur. *Tibull. l. 1. el. 1. v. 6.* Dum meus aſsiduo luceat igne focus. *Cic. pro Sex. Roſc. c. 7.* Cum hic filius aſsiduus in præliis eſſet. *Id. pro Cal. c. 4.* Caſſius fuit aſsiduus meus. *Plaut. Aſin. 2. 4. 22.* Aſsiduam operam dare foro. *Ovid. 15. Met. v. 178.* Ipſa quoque aſsiduo labuntur tempora motu. ¶ Habet & ſuos gradus. *Suet. in Aug. c. 71.* Vaſa aurea aſsiduiſſimi uſus conflavit omnia. *Varr. l. 2. R. R. c. 9. de canibus*: Ita enim aſsiduiores ſunt, quod cum altero idem ſit acrior. ¶ Alia eſt etiam hujus nominis origo, qua ab aſse deducitur. *Cic. in Top. c. 2.* Cum lex Ælia Sentia aſsiduo vindicem aſsiduum eſſe jubeat, locupletem jubet locupleti. Locuples enim eſt aſsiduus, ut ait *Ælius*, appellatus ab ære dando. Hinc & *Plaut. Amph. 1. 1. 14.* aſsiduum pro divite poſuit. Et apud *Feſtum* aſsidui dicebantur milites, qui ſuo ſumptu militabant. ¶ *Soſipater Chariſ. lib. 1.* aliam hujus ſignificationis rationem affert. Inquit enim, cum a Servio Tullio populus in quinque claſſes eſſet diviſus, ut tributum, prout quiſque poſſideret, inferret; ditiores, qui aſses dabant, *Aſsiduos* dictos: & quoniam ſoli in negotiis publicis frequentes aderant, hinc eos, qui frequenter adſunt, aſsiduos appellatos. V. etiam *Gell. l. 16. c. 10.*

Aſsignatĭo, onis, ſ. 3. *aſſegnazione*, *προσαπόθεσις*, attributio. *Cicer. l. 13. Fam. ep. 9.* Cum Cæſar Syllanas venditiones, & aſsignationes ratas eſſe velit.

Aſsignātor, oris, qui aſsignat, *diſtributore*, *aſſegnatore*. *Ulpian. l. 4. ff. de aſsign. libert.* Præferri filio nepotem aſsignatoris.

Aſsignātus, a, um, nomen ex particip. *aſsegnato*, *attribuito*. *Cic. Som. Scip. c. 3.* Munus aſsignatum a Deo defugere. *Id. in Piſon. c. 36.* Per ſervuſum ordines aſsignati.

Aſsĭgno, as, a. 1. tribuo, attribuo, adſcribo, *aſſegnare*, *conſegnare*, נתב, דרר, Germ. *zugeben*, *zuordnen*, Gall. *aſſigner*, *bailler par aſſignation*, Hiſp. *aſsignar*, *o conſtituir*, *παραθήκη*, attribuo. *Cic. pro Domo*, *c. 44.* Inferiorem ædium partem aſsignavit genti ſuæ Clodiæ. ¶ Interdum idem, quod tribuere, imputare, *incolpare*. *Auct. ad Her. l. 1.* Si tardius, occupationibus aſsignare debebis. *Cic. Verr. 7. 50.* Aſsignare culpam fortunæ. ¶ Eſt autem proprius hujus verbi uſus, cum de agris ſermo eſt, qui hoſtibus adempti dividuntur in populum. Atque, ut *Siculus Flaccus* ait, *de condit. agror.* apud *Rigalt. p. 51.* aliud eſt dividere, aliud aſsignare. Dividuntur enim agri limitibus conſtitutis per centurias, aſsignantur viritim nominibus. ¶ Ponitur etiam pro obligare, *ſigillare*. *Perſ. ſat. 5. v. 81.* Aſsigna, Marce, tabellas.

Aſsĭlĭo, vel adſilio, lis, n. 4. aſsilui, aſsilivi, aſsultum, aggredior, *ſaltare a qualche coſa*, רקר, רלג, Germ. *herzuſpringen*, Gall. *aſſaillir*, Hiſp. *ſaltar*, *acometer*, *ἐπιπηδάω*, ſaltu ad rem aliquam me confero. *Cic. de Or. c. 53.* Nec aſsiliendum eſt ſtatim ad illud genus. ¶ Accipitur etiam pro invadere, aggredi, *dare aſſalto*. *Ovid. l. 11. Met.* Cum ſæpe aſsiluit dictenſæ mœnibus urbis. ¶ Etiam aſsilire dicitur de animalibus maribus, cum feminas ineunt. *Col. l. 7.* Ea marem concivit aſsilientem.

Aſsimilanter, cum ſimilitudine, per ſimilitudinem. *Nigid.* apud *Non. c. 1. n. 190.* Sunt etiam aſsimilanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bovatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

Aſsimilatĭo, onis, verbal. *ſomiglianza*, ſimilitudo, *ὁμοίωσις*, *Plin. l. 11. c. 49.* prodigioſa aſsimilatio.

Aſsimilātus, a, um, *fatto ſimile*, ſimilis factus, *ὁμοιωθείς*. *Cic. 4. Verr. c. penult.* Litteræ, lituræque omnes aſsimilatæ, expreſſæ, de tabulis in libros transferuntur.

Aſsimĭlis, le, o. 3. ex ad, & ſimilis, *ſimile*, *ὅμοιος*, prorſus ſimilis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Aſsimilis ſpongiis mollitudo. *Ovid. 1. Triſt. 5. 27.* Aſsimilemque ſui fecit.

Aſsimĭlĭter, *ſimilmente*, *ὁμοίως*, ſimiliter. *Plaut. Bacch. 4. 9. 27.* Aſsimiliter hodie mihi obtigit.

Aſsimĭlo, as, a. 1. ſimilem facio, confero, comparo, *aſſomigliare*, *paragonare*, רומה, Germ. *vergleiche*, Gall. *comparer*, *parangoner*, *rendre ſemblable*, Hiſp. *aſſemejar*, *ὁμοιῶ*. *Ovid. 1. de Triſt. el. 5. v. 28.* Grandia ſi parvis aſsimilare velis. *Cic. 1. de invent. c. 28.* In conferenda, aſsimilandaque natura. *Tacit. de Germ. c. 9.* Aſsimilare Deos in ſpeciem humani oris.

Aſsimulāte, adv. *con ſimulazione*. *Plaut. Ciſtell. 1. 1. 98.* Aſsimulate amare oportet.

Aſsimulatĭo, onis, *προσωποποιΐα*. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 37.* inter figuras enumerat, ut ſit licentiæ ſpecies quædam. Aſsimulatio, inquit, ſua ſponte ad animum auditoris ſe accommodat. Videtur autem eſſe adulatoria quædam, & callida ſimulatio. Vide, ne cum multis Lexicogr. cum *Aſsimilatione* confundas.

Aſsimulātus, a, um, ſimulatus, fictus, *ſimulato*, *finto*. *Cic. pro Cal. c. 6.* Species virtutis aſsimulatæ. Et *pro Cluent. c. 13.* Familiaritas aſsimulata.

Aſsimŭlo, vel adſimulo, as, a. 1. *ſimulare*, *fingere*, תנף, Ger. *gleiſſnen*, Gal. *ſimuler*, *feindre*, Hiſp. *fingir*, *ſimular*, *ὑποκρίνω*, fingo aliquid eſſe, quod re vera non eſt. *Ter. And. 1. 1. 41.* Has bene ut adſimules nuptias. *Ovid. 14. Met. v. 556.* Aſsimulavit anum. *h. e.* ſimulavit ſe eſſe anum. *Ter. Andr. 4. 3. 20.* Venire me, aſsimulabo. *Id. Phorm. 1. 2. 78.* Aſsimulare ſe amicum alicujus.

Aſsipondĭum, n. 2. *λίβρα*, libræ pondus. *Varr. de L. L. l. 4. num. 36.* Quod unum pondo aſsipondium dicebatur, ideo, quod as erat libræ pondus.

Aſsiratum. V. Aſsaratum.

Aſsis, is, ſ. 3. *tavola*, *aſſe*, לוח, קרש, Germ. *ein dilen*, *tafel*, *brett*, Gal. *un ais*, Hiſp. *tabla*, *o ripia*, *σάνις*, tabula ſectilis, idem fere quod aſser. *Colum. l. 6. c. 19.* Roboreis aſsibus ſolum compingere. Ubi al. leg. *axibus*; quod idem eſt. *Plin. l. 36. c. 25.* Quernis aſsibus contabulare pavimenta. ¶ Differunt tamen *aſser*, & *aſsis*: nam *aſsis* tabulam ſolum ſignificat: *aſser* etiam tignum, trabeculam. V.

Aſsĭſium, V. Æſiſium.

Aſsiſto, vel adſiſto, is, n. 3. aſsideo, ſto, adſto, *ſtare*, *eſſer preſente*, התיצב, Germ. *beivohen*, Gal. *aſſiſter*, Hiſp. *aſsiſtir*, *παρίσταμαι*, præſentem me exhibeo. *Teren. in Adel. 2. 1. 15.* Hic propter hunc aſsiſte. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 23.* Aſsiſtite omnes contra me, & advertite animum. *Cic. 3. Verr. c. 26.* Aſsiſtere ad tores. *Id. 2. de Legib. c. 4.* Ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſsiſteret. *Virg. 10. Æn. v. 492.* Quem Turnus ſuper aſsiſtens. ¶ Cum accuſativo, ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo, *Stat. Theb. 3. v. 206.* & media quamvis in cæde frementes Hos aſsiſtere equos. ¶ Pro ſtare ſimpliciter. *Cic. 3. de Fin. c. 16.* Ita jacere talum, ut rectus aſsiſtat. ¶ Aliquando eſt patrocinari, *eſſer avvocato*. *Plin. l. 7. epiſt. 6.* Aſsiſtebam Vareno jam tantum ut amicus, & tacere decreveram. Et *l. 10. ep. 85.* Archippus, cui Eumolpus, ſicut Pruſæ, aſsiſtebat, dicit, ſe libellum daturum. ¶ Elegantius, *adeſſe alicui*, dicimus. ¶ Præteritum eſt *aſtiti*, commune cum verbo aſto.

Aſsĭtus, a, um, *ſituato*, *poſto*. *Apul. ſub init. Floridor.* Neque longule diſſita, neque proxime aſsita poſsumus cernere. ¶ Scribitur & *Adſitus*.

Aſsĭus, a, um, o. 1. 2. *ἄσσιος*, adject. ab Aſſo, Troadis urbe, ut Aſsius lapis, qui ad Aſsum exciditur. Ex hoc lapide ſarcophagi fieri ſolent, in quibus condita cadavera intra diem quadrageſimum cum oſſibus, ſolis dentibus exceptis, conſumuntur. *Plin. l. 35. c. 17.*

Aſso, as, a. 1. *intavolare*, קרה, Germ. *braſen*, Gall. *plancher*, *ou paver d'ais*, Hiſp. *entablar*, *aſſar*, tabulis ſterno, vel operio, a quo coaſso, pro contabulo, *Vitr. l. 7. c. 1.* Cum aſſatum fuerit, ſuper altera coaſsatio ſtruatur. Al. aliter legunt. ¶ Aſſare etiam utimur pro cibum ad ignem torrere, *ſeccare*, *arroſtire*, pro quo *Plin.* inaſſare dixit. *Apulej. l. 2. Met.* Super iſtum ignem porrectus aſſari.

Aſsocĭo, as, a. 1. *accompagnare*, חבר, Ger. *zugeſellen*, Gal. *aſſocier*, Hiſp. *accompaſar*, ſocium ſe adjungere. *Stat. 1. Theb. 452.* Juxtaque Amythaone cretus aſsociat paſſus. ¶ Eſt etiam adaptare, & conjungere, *congiongere*. *Claudian. de Bello Gild. v. 481.* Cornua ſummis aſsociant malis.

Aſsocĭus, a, um, ſocius, ſimilis. *Caſſiod. l. 3. epiſt. 47. de Salamandra*: Animal aſsocium lumbricis.

Aſsŏlet, *ſi ſuole*, היקריא, Ger. *man iſt gevvohnt*, *ἔωθε*, ſolet. Abhibetur in 3. tantum perſonis, ex *ad*, & *ſolet*, pro fieri ſolet. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 4.* Senatus, ad quos aſsoleret, referendum cenſuit. *Gruter.* & alii leg. quos adſoleret. *Id. 2. Phil. 33.* Ut aſsolet. *Ter. in And. 3. 2.* Quæ aſsolent, quæque oportet ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.

Aſsŏno, ſive adſono, as, n. 1. *rimbombare*, רכה, Ger. *vviderſchallen*, Gal. *reſonner*, *retentir*, Hiſp. *retumbar*, *reſonar*, *ἀντηχέω*, ſimul ſono, vel ſonitum reflecto, ſono reſpondeo. *Ovid. 3. Met. v. 587.* Plangentibus aſsonat Echo.

Aſsūdaſso, ſudo, vel valde ſudo, *Plaut. Caſ. 2. 6. 9.* Corculum aſsudaſſit ex metu. Alii aliter legunt.

Aſsudeſco, is, n. 3. ſudus fio, *diſeccarſi*. *Varr. l. 4. L. L.* Ab igne aſsudeſcunt.

Aſsuclacĭo, is, eci, actum, a. 3. uſu doceo, in conſuetudinem induco, *aſſuefare*, *avvezzare*, ἐθίζω, ex *ad*, & duobus verbis *ſuco*, & *facio*. *Cic. Fam. 4. epiſt. 13.* Orbus iis rebus, quibus & natura me, & voluntas, & conſuetudo aſsuefecerat. *Id. de provinc. conſul. c. 13.* Nationes imperio Populi R. parere aſsuetecit.

Aſsuefactus, & adſuefactus, a, um, *avvezzato*, *aſſuefatto*, *uſo*, ἐθισθείς. *Cic. 2. Catil. c. 5.* Scelerum exercitatione aſsuefactus. Et *in Bruto c. 59.* puro ſermone aſsuefacta domus. *Caſ. l. 6. B. Gall. c. 24.* Paulatim aſsuefacti ſuperari.

Aſsuefco, is, evi, etum, n. 3. ex *ad*, & *ſuefco*, *avvezzarſi*, לכר, Ger. *gevvohnen*, Gall. *s'accoutumer*, Hiſp. *acoſtumbrarſe*, ἐθίζομαι, eſt uſu diſcere. Conſtruitur interdum cum infin. *Cic. 5. Fin. c. 2.* Ut tremitum aſsuefceret voce vincere. ¶ Interdum abſolute, & cum dat. *Cic. Fam. 9. epiſt. 22.* Ego ſervo, & ſervabo (ſic enim adſuevi) Platonis verecundiam. *Suet. in Aug. c. 38.* Aſsuefcere Reipublicæ. ¶ Dicitur etiam aſsuefcere, qui libidinis cum aliquo conſuetudinem habet. *Curt. l. 6. c. 5.* Bagoas ſingulari ſpecie ſpado, cui & Darius fuerat aſsuetus, & mox Alexander aſsuevit. ¶ Active etiam invenitur uſurpatum, & inter active refert *Sanct. in Minerva*. *Virg. Aen. 6. v. 832.* Ne pueri, ne tanta animis aſsuefcite bella: *id eſt*, multum bellando bellorum conſuetudinem

nem ne contrahite: vel per hypallagen, pro ne aſsuescite animos tantis bellis: id eſt, aſsuetacite. Et paſsive impersonaliter. *Liv. l. 2. c. 1.* Caritas ipſius ſoli, cui longo tempore aſsuescitur. ¶ Hinc aſsuescendus. *Vell. l. 2. c. 79.* Militi, ac remigi navalibus aſsuescendo (id eſt, *aſsuefaciendo*) certaminibus præfectus eſt M. Agrippa.

Aſsuetūdo, dinis, f. 3. *uſanza, conſuetudine*, דרך, Ger. *gewvonheit*, Gal. *accutumance*, Hiſp. *coſtumbre*, συνήθεια, conſuetudo. *Liv. l. 25. c. 26.* Aſsuetudine mali efferaverant animos. ¶ Pro turpi conſuetudine. *Tacit. Ann. 13. 46.*

Aſsuētus, o. 1. 2. ſuetus, aſsuefactus, *aſſuefatto, avvezzo*, למוד, Ger. *gevvont oder gevvehnt*, σύντροφος, uſitatus, ab aſsuesco. Jungitur non ſolum dativo, ſed etiam ablativo. *Cic. 3. de Orat. c. 15.* Homines labore aſſiduo, & quotidiano aſsueti. *Liv. l. 21. c. 18.* Aſsuetior montibus. ¶ Interdum cum genit. *Id. l. 38. c. 17.* Romanis Gallici tumultus aſsuetis. ¶ Et cum Infinito. *Horat. 2. Sat. 2. v. 11.* Aſsuetus græcari. ¶ Ponitur etiam pro ſolito, *conſueto, ſolito. Ovid. de Ponto 1. 5. 36.* Tempus & aſsueta ponere in arte juvat. *Id. Heroid. ep. 6. v. 72.* Longius aſsueto.

Aſsŭla, æ, f. 1. Aſsulæ partes ſunt materiæ aſcia abraſæ, aut ſecuri truncatæ, *ſcheggie*, σχίδια. *Plaut. Merc. 1. 2. 20.* At etiam ceſſo ſoribus hiſce facere aſsulas. *Plin. l. 29. c. 2.* Aſsulis tædæ ſubjectis. ¶ Aſsulæ etiam dicuntur fragmenta marmorea, quæ marmorarii ex operibus dejiciunt. *Vitruv. l. 7. c. 6.*

Aſsulātim, minutatim, *a ſcheggie. Plaut. Cap. 4. 2. 53.* Pultando vel aſsulatim ſoribus exitium afferre. Et *Menæch. 5. 2. 106.* Dedolare aſsulatim viſcera alicujus.

Aſsulōſe, *in iſcheggie*, aſsulatim. *Plin. l. 12. c. 22.* Aſsuloſe frangitur.

Aſsultim, adv. ſaliendo, *a ſalti. Plin. l. 11. c. 24.* Phalangia aſsultim ingrediuntur.

Aſsulto, as, n. 1. *ſaltellare*, ἀποπηδάω, freq. ab aſsilio, ſæpe ſaltare. Regit dat. & accuſ. *Sil. l. 7. v. 401.* Vallo aſsultare. *Stat. Theb. 11. v. 244.* Portarumque moras aſsultat. *Tacit. Ann. 1. 51.* Aſsultare latera, & frontem exercitus.

Aſsultus, us, m. 4. *ſaltellamento*, Gal. *aſſaut*, Hiſp. *aſſalto*, verbale ab aſsilio, actus aſsiliendi. *Virg. 5. Æn. v. 442.* Variis aſsultibus irritus urget.

Aſsum, aſſit, & aſſiet, pro aſsit, & ſimilia tempora pro *adſum, adjit*, invenies apud *Plaut.* & alios Vett.

Aſsumo, is, mpſi, mptum, a. 3. accipio, *prendere, aſſumere*, Gall. *prendre, s'attribuer*, Hiſp. *tomar a ſu cargo*, προσλαμβάνω. *Celſ. l. 1. c. 3.* Aſsumere cibum bis die. *Cic. 1. de Orat. c. 50.* Aſsumere ſibi artem aliquam. *Id. pro Mur. c. 14.* Aſsumere ſibi laudem ex re aliqua *Liv. l. 2. c. 22.* Aſsumere aliquem in ſocietatem. ¶ In argumentationibus *aſſumi* dicitur id, quod in Scholis *medius terminus* dici ſolet. *Cic. 2. de Divin. c. 52.* Aſsumit autem Cratippus hoc modo, ſunt autem innumerabiles, &c. ¶ Item ſibi tribuere, arrogare, *attribuire. Idem 1. Offic. c. 1.* Si id mihi aſsumo, videor id meo jure quodammodo vendicare.

Aſsumptĭo, nis, f. 3. בקה, Ger. *annennmung*, Gal. *priſe*, Hiſp. *tomamiento*, πρόληψις, acceptio. *Cic. 3. de Fin. c. 5.* Quia ſit in his aliquid dignum aſsumptione. ¶ Hoc nomine item appellatur ſecunda pars ſyllogiſmi, quam vulgus Minorem vocat. *Cic. 1. de Invent. c. 37. Quintil. l. 5. c. ult.*

Aſsumptīvus, a, um, qui aſsumitur, προσληπτικός. ¶ Conſtitutio judicialis aſsumptiva eſt ea probationum pars, in qua ratio externa ad defenſionem recte facti, vel ad accuſationem male facti aſsumenda eſt, ut An Milo recte Clodium occidit, qui vitæ ſuæ inſidiatus eſt. *Cic. 1. de Invent. c. 11.*

Aſsumptus, ta, um, *aſſunto, preſo*, ut aſsumpta lyra, *Ovid. de arte am. l. 3. v. 142. Cic. 3. de nat. Deor. c. 36.* Tum nihil noſtræ laudi aſsumptum arbitramur.

Aſsŭo, vel adſuo, is, *cucire una coſa ad un' altra*, προσράπτω. *Hor. de Arte poet. v. 16.* Unus, & alter aſsuitur pannus.

Aſsūra, æ, cura, diligentia in nutriendo: ab Aſsa, ſc. nutrice. *Varr. l. 3. R. R. c. 9.* V. *Turneb. l. 24. c. 22.*

Aſsurgo, gis, exi, ectum, n. 3. *alzarſi, levarſi*, Ger. *aufſtehen*, Gal. *ſe lever*, Hiſp. *levantarſe*, ἀναίστημαι, idem quod ſurgo. *Liv. l. 3. c. 24.* Aſsurgere ex morbo. ¶ Interdum creſcere, *innalzarſi, creſcere. Plin. l. 24. c. 4.* In arborem ſalicis modo aſsurgit. *Virg. 4. Æn. v. 86.* Non cœptę aſsurgunt turres. ¶ Sæpe eſt in alterius honorem, aut officii, aut benevolentiæ cauſa ſurgere, *levarſi in piè. Cic. in Piſon. c. 12.* An quiſquam in Curiam venienti aſsurrexit?

Aſsus, a, um, *arroſto, arroſtito*, צלי, Ger. *gebraten*, Gal. *roty*, Hiſp. *aſſado*, ὀπτός, a verbo aſso, quod igni aſsueverit, vel, in igne ſudaverit, ſeu pinguedinem ob calorem diſtillaverit, ut *Varro 4. de L. L.* docet, vel a nomine *aſſus*, ſolus, ut *Nonius* mavult, quia ſine condimento alieni ſaporis editur, ut *vinum merum* dicitur, ideſt ſolum, quod nihil aquæ habet admixtum. Hinc aſsa, orum, gen. n. & num. pl. aſsæ carnes, vel quod ſolo igne ſine aliquo liquore coctæ ſunt, vel quia ſine pigmento ſaporis alieni in menſam inferuntur. ¶ Aſsus, a, um, etiam pro ſolo, ſeu mero dicitur: ut aſsa voce canere, ideſt ſola voce, nullis adhibitis muſicis inſtrumentis: Et aſsæ tibiæ dicuntur, quibus canitur ſine chori voce. *Nonius* ex *Cat.* & *Varr.* ¶ Aſsi lapides dicuntur ficci. i. e. qui nulla calce conglutinantur, ſed alius ſuper alium poſitus eſt, ut in maceriis. ¶ Aſsas nutrices ideo appellari cenſet *Non. c. 1. n. 280.* quod adſint, vel aſſint iis, quos nutriant, & ne momento quidem ab iis divellantur. ¶ Aſsa, orum, in balneis loca ſunt, quæ a *Seneca* ſudaria apellantur, ſic dicta, quod tantum ibi ſudent, non etiam lavent. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1.* In balnearis aſsa in alterum apodyterii angulum promovi.

Aſsyrĭa, Adiabene, vulgo *Sarch, Adrinza, Azimia, Moſul, Arzerum*, & aliis pluribus nominibus, אשור, ἀσσυρία, regio majoris Aſiæ, dicta ab Aſsur filio Sem, Meſopotamiæ contigua, ab ea Tigri fl. diviſa, in Ortum recedens, Mediam, & Suſianam verſus. Eſt trans Tigrim. Habet ab Occ. Meſopotamiam, ab Ort. Mediam, a Sept. Armeniam, a Mer. Suſianam. ¶ Differt a Syria, Ital. *Soria*, Turc. *Suriſtam*, quia Syria eſt cis Tigrim, & Meſopotamiam.

Aſsyrĭus, a, um, qui eſt ex Aſsyria. *Lucan. l. 4. v. 298.* Aſsyrii ſcrutator pallidus auri.

Aſt, *ma*, αὐτάρ, conjunctio, ſed, at. *Virg. 1. Æn.* Aſt ego, quæ Divum incedo Regina. ¶ Utuntur maxime Poetæ, quamquam habet & *Cic. l. 6. Attic. ep. 5.* Hoc tu indaga, ut ſoles, aſt hoc magis. Et *Liv. l. 10. c. 19.* Aſt ego templum tibi voveo.

Aſtacēnus, a, um, ad Aſtacum Bithyniæ oppidum pertinens. ut *Aſtacenus ſinus*, nunc *Golfo di Comidia. Plin. l. 5. c. 32.*

Aſtacĭdes, æ, Aſtaci filius, & eſt quidam Menalippus, qui cum Tydeum in bello Thebano lethali vulnere perculſiſſet, ab eo moribundo capite truncatus, & dentibus corroſus fuit. *Ovid. in Ibin, v. 515.* V. *Stat. ſub fin. l. 8. Thebaidos.*

Aſtăcus, i, *gambero marino*, ἄσταχος, cancer marinus. *Plin. l. 5. c. 31.*

Aſtăphis, idis, f. 3. *uva paſſa*, Ger. *gedorte trauben*, Gal. *raiſin de paſſe*, Hiſp. *paſſas, o uvas paſſas*, ἀσταφίς, a nobis uva paſsa vocatur. *Plin. l. 32. c. 2.* Uva paſsa, quam aſtaphida vocant.

Aſtăphis agria, ſive ſtaphis agria, *ſtafuſaria*, ἀσταφὶς ἀγρία, herba cauliculis nigris, rectis, foliis labruſcæ. Hæc a Romanis teſte *Dioſcor.* pedicularis herba dicebatur, eo quod nucleos haberet phthiriaſi curandæ utiles.

Aſtarte, f. 1. ἀστάρτη, Syriorum Dea erat, quam alio nomine Atergatim, aut Derceto nominatam volunt. *Cic. 3. de nat. Deor.* vult, fuiſſe Venerem quartam, quæ Adonidi nupſit. Hanc ſacræ Literæ Aſtartem Sidoniorum Deam vocant. V. Atargatis.

Aſtātor, ſeu Adſtātor, oris, qui aſtat, ſeu præeſt. *in Inſcript. Fabret. p. 164. & 183.* Deo ſancto numini Deo magno Libero Patri, & Adſtatori.

Aſteiſmus, mi, ἀστεισμός, latine urbanitas, eſt tropus multiplex, numeroſæque virtutis. Nam *aſteiſmus* putatur, quicquid ruſtica ſimplicitate caret, & faceta ſatis urbanitate exponitur, ab ἄστυ, urbus, vel ἀστῶος, urbanus. Ut illud *Virg. ecl. 3. v. 90.* Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi. ¶ Græca vox, & Grece ſcribenda.

Aſter Atticus, ἀστὴρ ἀττικός, herba, quæ, quod præſens eſt inguinum remedium, a Romanis bubonium dicitur, vulgo inguinalis. *Plin. l. 27. c. 5.*

Aſtĕrĭa, vel Aſterie, es, f. 1. ἀστερία, ſoror Latonæ. ¶ Item nomen Deli, & Rhodi inſularum. *Plin. l. 4. c. 12. & l. 5. c. 31.* ¶ Significat & gemmam, quę incluſam quandam lucem pupillæ modo continet, & appoſita Soli radios regerit candicantes. *Plin. l. 37. c. 9.*

Aſteriāce, es, f. refertur a *Celſo l. 5. c. 14.* inter medicamenta, quæ carnem nutriunt, & vulnus implent.

Aſtĕrĭas, ἀστερίας, avis ex genere ardeolarum, a fulgore aſtrorum. *Plin. l. 10. c. 60.*

Aſtĕrĭcum, n. 2. *parietaria*, ἀστερικὸν, herba ocymi folio, quæ & helxine dicitur, & urceolaris herba, quod vitreis urceolis detergendis in primis ſit idonea. ¶ Item parietaria, vel muralis, quod naſcitur in tegulis, & parietibus. *Plin. l. 22. c. 17.*

Aſtĕrĭon, n. 2. ἀστέριον, Civitas Theſſaliæ, dicta, quod in alto ſita monte velut aſtrum quoddam procul aſpicientibus fulgere videatur, ut tradit *Stephan.* qui eam ſua ætate Piteſiam vocatam aſſerit. ¶ Eſt & altera urbs ejus nominis in Syria. ¶ Eſt & flu. Achajæ, in Nemea ſylva leniter fluens. ¶ Item mons Peloponneſi ad ſinum Argolicum, de quo *Plin. l. 4.* ¶ Aſterion item Cometæ filius, qui Jaſonem Colchos navigantem ſecutus eſt, ut habet *Apollonius. Val. l. 1. Argon. v. 355.* ¶ Aſterion, rii, n. 2. ἀστέριον, ſpecies eſt aranei, cujus morſu genua labefactantur. *Plin. l. 29. c. 4.* ¶ Eſt item herba apud *Pauſan.* in agro Argivo naſcens ad ripam fl. ejuſdem nominis, cujus folia Junoni ſacra accolę in coronas nectebant.

Aſterno, vel adſterno, is, aſtravi, aſtratum, a. 3. *diſtendere*, רפד, הרבין, השכיב, *berzuſtrevven*, προσκατακλίνω, ὑποστρώννυμι, juxta ſterno. *Ovid. 2. Met. v. 343.* Aſternunturque ſepulchro.

Aſthmatĭcus, a, um, adject. *chi patiſce l' aſma*, qui reſpirandi facultate laborat. *Plin. l. 20. c. 21. & l. 26. c. 7.*

Aſtipulatĭo, onis, f. 3. *conformità di ſentimento*, συγκατάνευσις, aſſenſus, affirmatio. *Plin. l. 29. c. 1.* Qua de re extat etiam Annęi Senecę aſtipulatio.

Aſtipulator, oris, m. 3. *chi ſi accorda, o concorre in opinione con alcuno*, συνυπόκριτος, qui aſſentitur. *Cic. 4. Acad. c. 21.* Stoicorum aſtipulator Antiochus. ¶ Eſt etiam, qui actori, aut reo vadimonii facti, vel alterius cujuſpiam forenſis actionis teſtis accedit, & ſimul cum eo adpromittit. *Cic. pro Quint. c. 18.* & *in Piſon. c. 9.*

Aſtipulātus, us, m. 4. *conſentimento*, affirmatio, aſſenſus. *Plin. l. 7. c. 47.* Jovis Deorum ſummi aſtipulatu.

Aſtipulor, & adſtipulor, d. 1. *conſentire*, יאה, רצה, Germ. *vervvilligen*, Gal. *conſentir*, Hiſp. *conſentir*, πρόσθεμαι, aſſentior. *Liv. 39. 5.* Aſtipulari irato Conſuli.

Aſtĭtŭo, & adſtĭtuo, is, titui, ſtitutum, a. 3. *collocare, ponere*, הפקיד, Ger. *neben ſetzen, neben etvvas ſtellen*, παρίστημι, ex ad, & ſtatuo, ſignif. juxta ſtatuo. *Ad Her. l. 3. c. 20.* Reum ad lectum ejus aſtituemus. ¶ Eſt item ſuo loco collocare. *Plaut. in Capt. 4. 2. 66.* Juben' aſtitui aulas, patinas elui?

Aſto, as, aſtiti, n. 1. *eſſer preſente, ſtar fermo in piedi*, עמד, Ger. *beyſtehen*, Gal. *aſſiſter*, Hiſp. *aſſiſtir*, παρίστημι, præſens, aut firmus, ſeu erectus ſto. Ponitur interdum abſolute. *Plaut. in Cap.* Vix aſto præ formidine. *Id. in Ciſt.* Adoleſcens aſtat, atque audit. ¶ Interdum cum dativo. *Id. in Caſ. 3. 3. 4.* Dum aſto advocatus cuidam cognato meo. ¶ Interdum cum præpoſit. in. *Id. in Caſ. 5. 2. 41.* Continuo in genua aſtanti. ¶ Et cum ad. *Cic. pro Arch. c. 10.* Cum in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet. ¶ Aliquando ſimpliciter ſto, *ſtare. Virgil.* Arrectiſque auribus aſtant. Sic *Plaut.* pluribus in locis. ¶ *Aſtans* idem quod ſtans. *Plin. 34. 8.* Statua aſtans. ¶ Pro erecto, aut hirto. *Virg. 3. Georg. v. 545.* attoniti ſquamis aſtantibus hydri.

Aſtomachētus, qui ſtomachi vitio non laborat. *Inſcript.* apud *Gruter. 750. 14.* (Vox barbara)

Aſtŏmi, m. 2. ἄστομοι, Indiæ populi, ſine ore, anhelitu tantum viventes, & odore, ab α privativa, & στόμα, os, oris. *Plin. l. 7. c. 2.*

Aſtrăba, æ, f. ἀστράβη, clitellæ, quæ aſinis, & mulis imponuntur ad vehenda onera. Titulus eſt unius ex *Plauti* Comœdiis deperditis, Latine Clitellaria.

Aſtræa, f. 1. *Giuſtizia*, Ἀστραία, Aſtræi, & Auroræ, ſive, ut alii malunt, Jovis, & Themidos filia, juſtitiæ antiſtita, quam poetæ fabulantur aureo illo ſæculo e cœlo in terram migraſſe, & tandem mortalium ſceleribus offenſam cœlum repetiviſſe. *Ovid. 1. Met. v. 149.* Ultima Cœleſtum terras Aſtræa reliquit. V. Libra.

Aſtræus, i, m. Ἀστραῖος, unus ex Titanibus, qui cum Aurora concubuit, & ex ea ventos genuit, qui *Aſtræi fratres* ab *Ovid. Met. 14. v. 545.* vocantur. Hi autem ſunt Zephyrus, Boreas, Notus, & Favonius. ¶ *Cæſar German. in Arat. v. 104.* Aſtræum dicit omnium Aſtrorum patrem. ¶ Quidam ſcribunt *Aſtreus*, & diſſyllabum putant: ſed obſtat Græca dictio, qua Ἀστραῖος dicitur ab *Heſiod. Apollod. Arato*, & aliis.

Aſtragalizontes, ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes. Nomen eſt ſigni a Polycleto facti, quo repræſentabantur pueri talis ludentes. *Plin. 34. 9.*

Aſtragălus, i, m. & Aſtragalum, i, n. ἀστράγαλος, Græce ſignificat officulum in infimo crure ſitum, qui Latine *talus* dicitur: item talum luſorium. A ſimilitudine ejus officuli aſtragalos dicitur membrum architecturæ in baſibus columnarum, in ſuperciliis, in coronis, & alibi, Italice *tondino, ſuſajuolo, uovolo. Vitruv. l. 3. c. 3.* maſculino, *l. 4. c. 6.* neutro genere uſurpat. ¶ Eſt etiam hoc nomine herba caule terno, foliis longis & inciſis, folio hyacinthi. *Plin. 26. 8.*

Aſtrăpe, ἀστραπή fulgur. *Plin. l. 35. c. 10.* Apelles pinxit & aſtrapen. ¶ Vox græca eſt.

Aſtrapĭas, æ, f. ἀστραπίας, gemma colore partim albo, partim cyaneo, tulminis radios habens in medio diſcurrentes, unde & nomen accepit. Nam ἀστράπτει fulgur eſt. *Plin. l. ult. c. 11.*

Aſtrapopolecta, neut. plur. τὰ ἀστραπσπλήκτα, loca fulgetro, ſeu fulgore icta. *Senec. l. 1. quæſt. nat. c. 15.*

Aſtrĕpo, vel Adſtrepo, is, pui, itum, ere, ſimul, vel juxta ſtrepo. *Plin. Paneg. c. 26.* Plerique irritis precibus ſurdas Principis aures aſtrepebant. *Tacit.*

Tacit. Annal. 11. *cap.* 14. Adſtrepebat huic alacre vulgus, h. e. ſtrepitu applaudebat. *Id.* 4. *hiſt.* 49. Aſtrepere aliquid. *h. e.* ſtrependo dicere.

Aſtricte, adv. *ſtrettamente*, Ger. *eng nahe*, *zuſammen*, Gal. *etroitement*, *ſerrement*, Hiſp. *apretadamente*, *eſtrechamente*, arcte. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 48. Theophraſtus putat, orationem non aſtricte, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. *Plin. l.* 3. *ep.* 18. *ſub fin.* Quæ preſſius & adſtrictius ſcripſi.

Aſtrictio, f. 3. *ſtringimento*, קפון, Ger. *zuſammen ziehung*, *oder bindung*, Gal. *reſtriction*, Hiſp. *apretamiento*, στύψις, στρυγνότης, actus aſtringendi. *Pl. l.* 27. *c.* 10. Guſtus amari cum aſtrictione, *con laſſezza*.

Aſtrictorius, o. 1. 2. στυπτικός, quod aſtringit. *Plin. l.* 24. *c.* 13. Paliuri folia aſtrictoriam vim habent.

Aſtrictus, a, um, nom. ex partic. *ſtretto*, *riſtretto*, arctus. *Cic. in Bruto*, *c.* 90. Contracta, & aſtricta eloquentia. Et *Paradox.* 1. Voluptatibus aſtricti. *h. e.* alligati. ¶ Alvus aſtrictior, *Celſ. l.* 1. *c.* 3. cui oppon. fuſior. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 174. Non aſtricto percurrere ſocco. i. e. laxo. ¶ Aſtrictus etiam dicitur, qui tenax eſt, ſumptuſque quam pauciſſimos facit. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. Cum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim aſtrictior. Adde *Propert. l.* 2. *eleg.* 23. *v.* 17. ¶ *Aſtrictus ſcelere*, h. e. obſtrictus, *Cic. pro Syll. c.* 29.

Aſtrĭcus, a, cum, adject. ad Aſtra pertinens. *Var. apud Non.* 6. 16. Cœli choreas aſtricas oſtenderet.

Aſtridĕo, vel Adſtrideo, es, n. 2. idem quod ſtrideo, vel prope ſtrideo. *Stat. Theb.* 11. *v.* 494. premit aſtridentibus hydris, Intentatque faces.

Aſtrĭfer, a, um, adject. poetic. qui aſtra fert. *Stat.* 8. *Theb. v.* 83. Aſtriferos inclinat Jupiter axes.

Aſtrĭfĭcus, a, um, adject. aſtricus. *Martian. Capell. l.* 2. *initio*.

Aſtrĭger, a, um, adject. idem ac aſtrifer. *Stat.* 10. *Thebaid. v.* 828. Cominus aſtrigeros Capaneus tollendus in axes. Adde *Claudian. de B. Get. v.* 245.

Aſtrilūcus, a, um, adject. lucens, ut aſtrum. *Mart. Capell. l.* 6.

Aſtringo, gis, inxi, ictum, a. 3. alligo, obligo, contraho, conjungo, coarcto, contr. diſſolvo, relaxo, *ſtringere*, *legare*, צר, אזן, דחק, קפא, חסם, בלם, Ger. *zuſammen ziehen*, *zueinander zuvingen*, Gal. *ſerrer*, *eſtreindre*, *lier*, *contraindre*, Hiſp. *apretar mucho*, πρωτέλλω, proprie juxta ſtringo, unio, conjungo. *Col. l.* 3. Vimine arborem aſtringito. *Virg. l.* 1. *Georg.* Venas aſtringit hiantes. ¶ Per translationem ponitur pro obligare, ἐνέχειν, *obbligare*, & ſic genitivo jungitur, ſicut *Gellius* notavit, Sabinum ſcripſiſſe, Qui alienum tacens lucri faciendi cauſa ſubſtulit, furti aſtringitur. Adde *Plaut. Rud.* 4. 7. 34. Sic adſtringi ſcelere. *Cic.* 4. *Philip. c.* 4. Et aſtringere fidem. *Terent. Eun.* 1. 2. 22. ¶ Interdum eſt cogere, ut aſtringi neceſſitate, vel lege, *eſſer coſtretto*. *Cic. l.* 1. *de Nat. Deor. c.* 7. & *pro Cluent. c.* 57. ¶ Aſtringere aliquid dicendo, *h. e.* paucis dicere, *reſtringere*. *Cic. Tuſcul.* 3. 6. *Quintil.* 10. 4.

Aſtrios, ii, gemma cryſtallo propinqua, quæ ſi aſtris opponitur, fulgorem eorum rapit, & regerit. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Aſtroïtes, ἀστροίτης, gemma, quæ oculis piſcium ſimilis eſſe perhibetur. *Plin. l.* 17. *c.* 9.

Aſtrologia, f. 1. aſtrorum ſcientia, *aſtrologia*, ἀστρολογία, ſcientia tractans de natura, & motu aſtrorum, quæ & Aſtronomia dicitur. Aliqui ita diſtinguunt, ut Aſtronomia ſit, quæ de motu aſtrorum differit, Aſtrologia, quæ influxum ſiderum ſpectat, & ex aſtris prædicit futura contingentia circa vitam, & fortunam hominum. Sed hæc differentia non obſervatur, præſertim a latinis Scriptoribus. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 42. Eudoxus in Aſtrologia facile princeps. *Id.* 1. *de Or. c.* 16. Ignarus Aſtrologiæ.

Aſtrológus, m. 2. ſive Aſtronomus, interpres aſtrorum, *Aſtrologo*, ἀστρολόγος, ἀστρονόμος, qui aſtrorum ſcientiam profitetur. *Cic.* 4. *Verr. c.* 52. Novus Aſtrologus, qui non tam Cœli rationem, quam cœlati argenti duceret.

Aſtronomia, æ, ἀστρονομία, ſcientia quæ ex ratione motus ſiderum aliquid colligit, & ad uſum vitæ transfert: v. g. ad rationem temporis, dierum, menſium, anni conſtituendam; item ad navigationem &c. *Petron. in Satyr. c.* 88. Ubi eſt dialectica? ubi aſtronomia? *Senec. ep.* 95. Scita, vel placita, quæ in geometria, & in aſtronomia invenies.

Aſtronomĭcus, ἀστρονομικός, ad Aſtronomiam pertinens, ut Aſtronomica præcepta, & Aſtronomici libri, qui de aſtris agunt, quales ſunt *Manilii*, & *Hygini*.

Aſtronŏmus, i, ἀστρονόμος, aſtrorum menſor, qui ſtellas, ſtellarumque curſus, & diſtantias contemplatur. *Jul. Firmic.* 5. *Matheſ. c.* 13. Sortilegi, aſtronomi. Adde *c.* 15.

Aſtructor, oris, verbal. qui aſtruit, vel affirmat. *Fortunat.* 2. *de Mart.* Nobilis aſtructor, facundus concionator.

Aſtructus, a, um, nom. ex particip. additus, appoſitus. *Apul. Met. l.* 11. Fuſis precibus, & aſtructis lamentationibus.

Aſtrum, i, n. 2. ἄστρον, *ſtella*, *aſtro*, *coſtellazione*, proprie eſt ſignum ſtellis coactum, quod nos ſidus vocamus. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 14. Sic *Virgil.* Zodiaci ſigna aſtra vocat: Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra. *l.* 1. *Geor. v.* 231. ¶ Ponitur tamen ſæpe pro ſola ſtella apud *Cic. in Verr.* & *Virg. Ecl.* 9. Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. *Horat. l.* 2. *od.* 17. Utrunque noſtrum conſentit aſtrum. Ital. *l'Oroſcopo*. ¶ Ma o aſtro natus, i. e. infelici ſorte, homo infelix, *Petron. in Satyr. c.* 44. ¶ Tollere, ſeu ferre ad aſtra, eſt cœlo afferre, vel fumnis laudibus efferre. *Virg.* & alii.

Aſtrŭo, & adſtruo, is, xi, ctum, a. 3. *fabbricare appreſſo*, *fortificare*, בנה, חיבר, הרכיב, Ger. *beinzu bauven*, Gal. *batir*, *& edifier ſoignant autruy*, Hiſp. *fabricar*, *affirmar*, *o confirmar*, προσκατασκευάζω, juxta ſtruo, & ædificium ædificio jungo. *Col. l.* 1. *c.* 5. Cum veteri aſtruitur recens ædificium. ¶ Per tanslationem fumitur pro affirmare, *affermare*. *Plin. l.* 22. *c.* 18. Periti rerum aſtruxerunt. Ubi al. leg. *aſſeverant*. ¶ Significat etiam ſuperaddere, *aggiungere*. Sic adſtruere aliquid magnificentiæ, vel dignitati, *Senior Plin. l.* 9. *c.* 35. & *Junior l.* 3. *epiſt.* 2. Adde *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 78. & *Vellej.* 2. 55. 2. ¶ Apud *Curt. l.* 10. *c.* 1. Gentis ejuſdem leviſſimos falſis criminibus aſtruxit. *ideſt*, inſtruxit, ut ea deferrent.

Aſtu, n. 4. ut *cornu*, pro civitate Athenienſi, quam ἄστυ vocabant, κατ' ἐξοχήν. Nam a Latinis mutatur y in u, & fit *aſtu*, ut inquit Priſc. *Ter. Eun.* 5. 6. An in Aſtu venit? *Cornel. Nep. in Themiſtocle*: Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus acceſſit Aſtu.

Aſtŭla, æ, f. 1. idem quod aſſula, ſc. pars ligni conciſi. *Plin. l.* 16. *c.* 12. Aſtula in fructu eſt. *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 36. Tædas pingues in aſtulas concides. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. Aſtula ſilicis. ¶ Sunt qui ſcribunt *Haſtula*.

Aſtupĕo, vel Adſtupĕo, es, ui, ēre, ad aliquid ſtupeo, *ſtupirſi di qualche coſa*, ἐπιθαυμάζω, *Senec. de Tranquil. c.* 8. Non te pudet, quiſquis divitiis aſtupes? *Stat. Theb.* 3. *v.* 405. Cui fida manus procereſque, ſocerque Adſtupet oranti.

Aſtur, uris, gentile, qui ab Aſturia natus eſt, & *Aſtures*, Aſturiæ populi. *Martial. l.* 14. *epigr.* 199. Venit ab auriferis gentibus aſtur equus. ¶ Eſt etiam aſtur avis prædatitiæ nomen. *Firmic. l.* 5. *Matheſ. c.* 7.

Aſtura, fluv. in Hiſp. Tarraconenſi, a quo Aſturia dicta, cujus mentio eſt apud *Flor. l.* 4. *c.* 12. ¶ Item urbs quædam, ubi Cicero villam maritimam habuit. *Cic. Attic.* 12. 40.

Aſturcōnes, m. 3. *gianetti*, *cavalli ambianti*, *chinee*, Ger. *zeltgeneros*, equi, ab Aſturia regione Hiſpaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt. Talem greſſum Græci ὄδομον vocant a bonitate curſus. Latini dicunt tolutarios equos a tollendis pedibus, & glomerandis. *Senec. epiſt.* 87. Non omnibus obeſis mannis, & aſtur conibus, & tolutariis præferres unicum illum equum a Catone defrictum?

Aſturia, f. 1. *las Aſturas*, regio Hiſp. Tarrac. in Regno Caſtellæ veteris, in ora Boreali Oceani, inter Callaicos ad Occ. & Cantabros ad Ort. in longum extenſa, ſeu inter Gallæciam, & Biſcajam, dicta ab Aſtura fl. Duplex eſt, *Aſturea de Oviedo*, quæ Gallæciæ adjacet ad Occ. & *Aſturia de Santillana*, quæ Biſcajæ contigua eſt ad Or.

Aſturĭca Auguſta, *Aſtorga*, urbs, & col. Regni Legionis, ad flu. Teram, E. ſub A. Compoſtellano.

Aſturĭcus, a, um, adject. ab Aſturia. *Sil. l.* 16. *v.* 584. Aſturica gens.

Aſtus, us, ui, m. 4. *aſtuzia*, *furberia*, *accortezza*, πανουργία. Dictum eſt ab *Aſtu*, quod urbem ſignificat, quia qui urbem frequentant, ruſticis callidiores eſſe ſolent. *Plaut. Capt.* 2. 1. Doli non ſunt, niſi aſtu colas. *Virg. Aen.* 11. Verſare dolos aſtu. *Sil. l.* 16. *v.* 32. Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat. ¶ Adjective aſtus, a, um, h. e. aſtutus. *Acc.* apud *Non. l.* 54. Niſi ut aſta ingenium lingua laudem. Al. aliter leg.

Aſtūte, adv. *aſtutamente*, בערמה, Ger. *liſtigkeich*, Gal. *finement*, *cauteleuſement*, Hiſp. *con aſtuzia*, πανούργως, callide, verſute. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Aſtute reticere. *Varr. l.* 9. *de L. L.* Ne aſtutius videar poſuiſſe. *Gell. l.* 18. *c.* 4. Levia, inaniaque pro gravibus, & veris aſtutiſſime componentes.

Aſtutĭa, f. 1. *aſtuzia*, ערמה, Ger. *liſtigkeit*, *geſchefdigkeit*, Gall. *ruſe*, *fineſſe*, *aſtuce*, *cautelle*, Hiſp. *aſtucia*, *cautela*, πανουργία, calliditas, malitia. *Cic. Fam. l.* 3. *ep.* 8. Quæ ego omnia in expetenda amicitia tua, non aſtutia quadam, ſed aliqua potius ſapientia ſecutus ſum. ¶ Differt *aſtutia* ab *aſtu*, ut ab ira iracundia. Eſt enim ipſe habitus, ſive perverſa, & nequam illa ingenioſitas, quæ in inveniendis dolis atque fallaciis poſita eſt. ¶ In plurali num. *Cic. Offic.* 3. *c.* 17. Aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias. Adde *Plaut. Mil.* 2. 2. 78.

Aſtūtus, o. 1. 2. vafer, *aſtuto*, *malizioſo*, ערום, Ger. *liſtig geſcheid*, πανοῦργος, adject. verſutus, cautus. Proprie aſtutus eſt, qui fingendo & ſimulando aliud, quam eſt, aut gerit, aut loquitur; decipit alios, ut ſibi conſulat. V. Aſtus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 62. Fictum, aſtutumque: & *Cic. Fam. l.* 3. *ep.* 10. aſtutum, & occultum conjungit. Et *ibid.* Quod ſi id eſt maxime aſtuti hominis, omnia ad ſuam utilitatem referre, &c. ¶ Comparat. apud *eund. l.* 3. *ep.* 8. *Fam.* Quod ſi quis me aſtutiorem fingit. ¶ Superlat. Aſtutiſſimus eſt *Auguſt. Serm.* 17. *de Sanctis*, *c.* 3. & *l.* 21. *de Civ. Dei*, *c.* 6. ¶ Aſtutus, arte tutus. *Feſtus*.

Aſty, V. Aſtu.

Aſtyanax, m. 3. ἀστυάναξ, unicus filius Hectoris ex Andromache, natus poſt inchoatum bellum inter Trojanos, & Græcos. Dictus eſt etiam Scamander. Hunc Ulyſſes, antequam naves e Sigæo ſolverent, e turri dejecit, ne quid reliquiarum ſupereſſet, quod excidium Trojæ ulciſceretur. Sed Dionyſius narrat, Scamandrum, & alios Hectoris filios a Pyrrho in Græciam captivos ductos fuiſſe, deinde ab illo dimiſſos, ad Regnum paternum in Troadem rediiſſe ductu Aſcanii filii Æneæ, ad quem in agro Daſcylitico regnantem ſe contulerant. *Virg.* 2. *Æn. v.* 457. & avo puerum Aſtyanacta trahebat.

Aſtycus, a, um, adject. ab Aſty, ut aſtyci ludi, apd *Suet. in Calig. c.* 20. qui a Græcis inſtituti fuerunt, qualia Athenis Dionyſia. Ita legit *Scalig. l.* 5. *de Emend. Temp.* At *Torrent.* pro *Aſtyci*, legit *Actiaci*. V. *Suet. in Tiber. c.* 6. Alii *haſtici*.

Aſtylus, m. 2. unus ex Centauris, qui in prælio cum Lapithis una cum Neſſo fugam arripuit. *Ovid. Met. l.* 12. *v.* 307.

Aſtynŏme, f. 1. Chryſe Sacerdotis filia. V. Chryſes.

Aſtynomĭci, dicuntur Papiniano Ædiles, qui curam Urbis, viarum, & ædificiorum gerunt. *Lege unica*. *Dig. de viis publ.* &c. ab ἄστυ, civitas, & νέμω, ordino, rego. Græca vox.

Aſtypalæa, f. 1. ἀστυπάλαια, inſula in mari Carpathio, aut certe Icario, e regione Cnidi, oppidum habens ejuſdem nominis. *Plin. l.* 4. *c.* 12. *Ovid. de Arte. l.* 2. *v.* 82. Cinctaque piſcotis Aſtypalæa vadis.

Aſtypalæĭcus, a, um, ad Aſtypalæam pertinens, ut Aſtipalæicæ cochleæ, *Plin. l.* 30. *c.* 4. 6. & 14.

Aſtypaleius, a, um, adject. *Ovid. Met.* 7. *v.* 461. Regna Aſtypaleia.

Aſyla, herbæ genus, al. ferus oculus. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Aſylum, n. 2. *aſilo*, *franchigia*, ἄσυλον, templum, aliuſve quivis locus inviolabilis, conſecrationis lege tutus, ad quem confugientes tutæ ſummo piaculo avelli non poterant. Dictum aſylum ab α priv. & verbo συλάω, ſpolio, rapio, prædor. Servius tamen aſylum dictum mavult, quaſi aſyron, ab α priv. & a verbo σύρω, trano, quod inde extrahi neminem fas eſſet. ¶ Aſylum primum Athenis ſibi conſtituerunt Herculis poſteri veriti vim eorum, qui ab illo fuerant vexati. *Strat.* 12. *Thebaid. Liv. l.* 38. ſcribit, templum Apollinis Delii fuiſſe aſylum, atque ſacra templa a Græcis vocari aſyla. Græcos Romulus imitatus & ipſe Romæ aſylum conſtituit, inter Capitolium, & Palatium, in ſacro luco, quod Quercetum dicitur. *Gell. l.* 6. *c.* 2. Perfugiunt in fani aſylum. *Cic.* 3. *Verr. c.* 33. In aſylum confugere. V. *Alex. ab Alex. Gen. dier. l.* 3. *c.* 20.

Aſymbolus, m. 2. ἀσύμβολος, qui ſymbolum non dedit, & ſine collatione accellit ad comeſtationem. *Ter. in Phor.* 2. 2. 25.

Aſyndĕton, vel aſyntheton, n. 2. ἀσύνδετον, ἀσύνθετον, al. Diſſolutio, & Articulus, figura eſt, cum pluia ſine conjunctione proferuntur, ut, veni, vidi, vici. ¶ Aſyntheta *Plin.* appellat cryſtalla, quæ pura ſunt, & ſine vitio.

A A N T E T.

At, ſed, atqui, verum, *ma*, יב, אבל, אך, Ger. *aber*, Gal. *mais*, Hiſp. *empero*, *pero mas*, ἀλλά, particula principiis apta, præſertim cum aut indignationem, aut dolorem exprimere volumus, ut iræ æſtum, aut querelas ſignificantius oſtendere valeamus. *Cic. Attic.* 7. 11. Non eſt in parietibus reſpublica, at in aris, & focis. *Virg.* 2. *Æn. v.* 535. At tibi pro ſcelere, &c. ¶ Quandoque ſuperiorum dictorum diſcretivum eſt. *Ter. in And.* At mihi ſcrupulus unus reſtat. ¶ Quandoque ponitur pro ſaltem, *almeno*. *Virg.* 1. *Æn.* Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, at ſperate Deos. ¶ Componitur cum *enim*, ut At enim. Eſt autem hæc particula Antipophoris in primis accommodata, *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* At enim minora Dii negligunt, *ma mi direte*, *che* &c. Etiam ſola *at* eandem vim habet. *Cic. Fam.* 6. 6. At in eius perſonam multa fecit aſperius. Armorum iſta, & victoriæ ſunt facta, non Cæſaris. ¶ Ponitur etiam pro atqui. *Cic pro Mil. c.* 6. Quid porro quærendum eſt? factum ne ſit? at conſtat: a quo? at patet. ¶ Jungitur etiam cum *vero*, & ſervit ſæpe occupationi, ut *at* enim. *Cic.* 2. *Phil. c.* 15. At vero Pompeii voluntatem a me abalienabat oratio mea, &c.

Atabulus, m. 2. ἀταβύλιος, ventus Apuliæ peculiaris, qui & Apulus appellatur, frigidiſſimus, ab ἄτη, damnum, & βάλλω, immitto, infero, quod nimio frigore Apuliæ perniciolus eſt. Si enim flaverit circa bru-

mam,

mam, omnia arefacit, & exurit, ut nullis poſtea poſſint Solibus recreari. V. *Plin. l.* 17. *c.* 24. *Horat.* 1. *Sat.* 5. *v.* 78. quos torret Atabulus. ¶ *Gellius* hanc ventum *Horatianum* vocat, *l.* 2. *c.* 22.

Atabyria, f. 1. Ἀτταβυρία, Rhodus, ab Atabyro Rege, vel ab Atabyri monte.

Atabyris, mons Rhodi. ¶ Item Siciliæ, apud Agrigentum.

Atacīnus, a, um, adject. ad Atacen fluvium, vel vicum Galliæ Narbonenſis pertinens. P. Terentius Varro ab Atace vico ejuſdem Galliæ *Atacinus* dictus, Poeta fuit celebris Romæ, eodem tempore, quo alter M. Terentius Varro. Scripſit Argonautica, & bellum Sequanicum heroico carmine: quæ perierunt. Ad augendam facultatem dicendi parum locuples fuiſſe dicitur a Quintil. lib. 10. cap. 1. ¶ *Atacini*, *orum*, ſunt populi Galliæ Narbonenſis. *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 5.

Atæon, Ariſtæi fil. ex Autonoe fil. Cadmi, & Hermiones.

Atalanta, æ, & Atalante, es, f. 1. Ἀταλάντη, Schoenei, vel, ut alii malunt, Jaſii Argivorum Regis filia, virgo forma, & viribus corporis præſtans, una ex comitibus Dianæ. A Meleagro vocata ad venationem apri Calydonii cum reliqua Achajæ juventute, eum prima ſagitta vulneravit. Aper a Meleagro occiſus eſt. Hic Atalantæ amore captus illi caput feræ largitus eſt. Cum eam rem avunculi Meleagri, Althææ fratres, Plexippus, & Toxeus indignarentur, & puellæ munus ademiſſent, a Meleagro interfecti ſunt. Althæa ſtipitem fatalem igni admovit, quo combuſto & ipſe Meleager conſumtus eſt. *Ovid. 8. Met.* ¶ Atalanta a nuptiis omnino abhorrebat, ſylvis tantum, & venatu delectabatur. Cum mira corporis velocitate præſtaret, procis ſuis curſus certamen propoſuit, in quo victum mortis pœna, victorem conjugii ſui præmium ſequeretur. Multis ſuperatis, tandem ab Hippomene, tribus pomis aureis, quæ ei Venus dederat, ſingillatim in ſtadium projectis ſemel, iterum, tertium, a currendo retardata, & ſuperata eſt. Irata Venus, quod ſibi gratias non egiſſet Hippomenes, nec thus dediſſet, effecit, ut in via in ſacro Cybeles templo concumberent, quod erat in ſylva. Cybele ſcelus ulta eſt, eoſque in leones convertit. Atque hi leones ſunt, qui Cybeles currum trahunt. *Ovid.* 10. *Metam.*

Atalantæus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Atlanta. *Stat.* 4. *Theb. v.* 309. Jamque Atalantæus implerat nuncius aures. ¶ Al. ſcribunt *Atalanteus* ſine diphthongo.

Atanuvium, ii, n. 2. poculi fictilis genus, quo in ſacrificiis Rom. utebantur ſacerdotes Potitii. *Feſtus.*

Atargatis, Syrorum, vel Aſſyriorum Dea, quo nomine terram intelligunt. *Macrob. Satur. l.* 1. *c.* 23.

At, at, ἄ, ἄ, ἄτ, ἄτ, interjectio eſt paulatim percepti, atque intellecti mali. *Ter. in Eun.* 4. 5. 1. At at, data hercule verba mihi ſunt. ¶ *Servius in Arte:* At at eſt aliquid de improviſo deprehendentis. ¶ Quandoque eſt interjectio timoris. *Ter. in Eun.* 4. 6. At at. T. Num formidoloſus, obſecro, es, mi homo? ¶ Legitur & *atat* junctis vocibus ſcriptum item *attat* non ſemel apud *Plaut.*

Atate! interject. eſt tacite ſecum muſſantis, & aliquid intelligere incipientis. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 35. *Merc.* 2. 2. 31. & alibi.

Atavĭa, æ, *biſarcavola*, *quarta nonna*, mater abavi, vel abaviæ: cui reſpondet adneptis. *Cajus Dig.* 38. 10. 1.

Atăvus, i, m. *biſarcavolo*, *quarto avo*, δισπαππος, abavi, vel abaviæ pater. *Cic. pro Cæl. c.* 14. Non avum, proavum, atavum audieras Conſules fuiſſe? V. Avus. ¶ Atavo reſpondet *adnepos*, ut *Cajus Dig.* 38. 10. 1. docet. ¶ Aliquando ponitur pro abavo, ut apud *Vellei. l.* 1. *c.* 2. ubi V. notas Lipſii.

Atax, ăcis, m. 3. Galliæ Narbonenſis fluv. hodie *Aude*. *Tibul. l.* 1. *el.* 7. Quam tremeret forti militе victus Atax. Ubi Scal. legit *Atur*, qui Aquitaniæ. ¶ *Atacis* tamen meminere & *Plin. l.* 3. *c.* 4. ubi inquit: Atax e Pyrenæo Rubrenſem permeans lacum. & *Lucan. l.* 1. *v.* 403. & *Sidon. Apollinar. in carm. epiſtolæ* 15. *l.* 9.

Atella, *S. Arpino*, urbs E. Campaniæ, apud Clanium Fl. & Averſam urb. inter Capuam, & Neapolim 8. M. P. ¶ Eſt & Atella, *Atella*, urbs Lucaniæ in Baſilicata ad radic. Apennini.

Atellānæ, Latini Dramatis genus, omnium maxime jocoſum, & dicax. V. *Scalig. l.* 1. *Poet. c.* 7. & *Turneb. l.* 3. *c.* 17. & *l.* 10. *c.* 27. ¶ Adhibebantur autem Atellanæ extra argumentum fabulæ exodii loco, ut apud Græcos Satyræ, & apud Ital. *gl' Intermedj*. *Juvenal. ſat.* 5. Urbicus exodio riſum movet Atellanæ. ¶ Dictæ ſunt Atellanæ ab Atella Oſcorum urbe in Campania. V. Atellanus.

Atellanĭcus, a, um, adject. ab Atellanis, ut Atellanicus verſus. *Cic. l.* 2. *de Divin. c.* 10. Atellanicum exodium. *Suet. Tiber. c.* 45.

Atellānus, a, um, aliud adject. *Liv. l.* 7. *c.* 2. Juventus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit: quæ inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt: quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit juventus, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Hactenus Liv. Mox recenſet privilegia, quibus Actores Atellanarum uſi ſunt.

Atellanus, i, ſubſtant. actor fabularum Atellanarum. *Suet. Galba*, *c.* 13. Atellanis notiſſimum canticum exorſis.

Ater, atra, atrum, o. 1. 2. *nero*, *oſcuro*, *atro*, שחור, Ger. *ſchwartz*, Gal. *noir*, Hiſp. *negro*, μέλας, obſcurus, niger. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 39. Alba, & atra diſcernere non poterat. ¶ Atra bilis, ſuccus eſt frigidus, & ſiccus, qui ex multa aduſtione atrum colorem contraxit, *melancolia*. *Cicer.* 2. *Tuſc.* Græci, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipſi vocant, quaſi vero atra bilis, &c. ¶ Interdum capitur pro funeſto. *Virg.* 3. *Æn.* 64. Atra cupreſſus. ¶ Hinc atri dies adverſi, & infelices vocabantur, quibus Romani inſignem aliquam cladem acceperant. *Gel. l.* 5. *c.* 17. ¶ Capitur etiam pro turpi, & fœdo. *Hor. de Arte*, *v.* 3. ut turpiter atrum deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne. ¶ Ater etiam dicitur, qui atratus eſt, *Horat. l.* 1. *epiſt.* 7. *v.* 6. Atri lictores. ¶ *Virg. Æn.* 12. *v.* 591. Atrum odorem dixit pro gravi, & inimico: quamquam *Serv.* aliter interpretatur. ¶ Atra Tigris, pro ſæva, *Virg.* 4. *Georg. v.* 407. Sic *Horat. l.* 3. *od.* 4. Atras viperas. ¶ Ater etiam de ſcriptoribus dicitur, qui obſcuri, & intellectu difficiles, *Stat. l.* 5. *Silv. v.* 157. Tu pandere doctus Carmina Battiadæ, latebraſque Lycophronis atri. ¶ Albus, an ater ſis neſcio: proverb. de homine prorſus ignoto. *Cic. Philip.* 2. *c.* 16. & alii. ¶ Comparat. atrior. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 11. Atrior multo ut ſiet, quam Ægyptii.

Atergatis. V. Atargatis.

Ateria, vel Aterna lex, qua conſtituti ſunt in oves ſingulas æris deni, in boves æris centeni: quo tempore mulcta dicebatur a Magiſtratibus pecoris & armenti. Meminit *Gell. l.* 11. *c.* 1.

Aternus, i, m. *Peſcara*, opp. Aprutii cit. olim urbs Marrucinorum. ¶ Aternus, Fl. in Veſtinis, qui dividit Aprutium Cit. ab Ult. Aquilam, & Teateam præterfluit, & in mare Adriaticum cadit.

Ateſte, is, n. 3. *Eſte*, opp. in agro Patavino, olim urbs E. Venetiæ, ſub P. Aquilejenſi. ¶ Hinc Principes Ateſtini, ſive Eſtenſes, qui Duc. Ferrarenſi diu potiti, nunc Mutinenſem, & Regienſem obtinent. ¶ Ateſte Coloniam Romanorum fuiſſe, docet. *Plin. l.* 3. *c.* 18. Hinc

Ateſtīnus, a, um, adject. ut Ateſtina Sabina, *Martial. l.* 10. *c.* 93.

Athamanĭa, f. 1. regio Epiri, inter Acarnaniam, Ætoliam, Theſſaliam, & Achajam, intra montes, ubi alias urbs præcipua Argithea. Pop. Athamanes, *Liv.* 36. 14. *Plin.* 4. 2.

Athamantēus, a, um, adject. ab Athamante. *Ovid.* 4. *Met. v.* 496. Inooſque Sinus, Athamanteoſque pererrant.

Athamantiădes, æ, Palæmon antea Melicerta dictus, filius Athamantis, Deus marinus. *Ovid. Met.* 13. *v.* 919.

Athamantis, ĭdis, patronym. fem. Helles Athamantis fil. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 903. Et fruſtra pecudem quæres Athamantidos Helles: h. e. arietem Phrixi, & Helles vectorem.

Athămas, antis, fil. Æoli, rex Theſſaliæ, Phrixi, & Helles pater, in furias actus a Junone. *Ovid. Faſt.* 6. *v.* 489. Hic agitur furiis Athamas, & imagine falſa. Adde *Met.* 4. *Fab.* 13. ¶ Eſt item mons Phthiotidis ab Athamante Rege dictus, cujus incolæ Athamantes vocantur. Ex eo Fl. Athamas profluit, qui Luna ſenefcente ligna inſtar ignis accendit. *Ovid.* 15. *Met.*

Athara, f. 1. ἄθαρα, medicamentum ex olyra, ſive ſiligine, infantibus utiliſſimum, quo tamen & adultos illinunt. Vide *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Athēnæ, arum, f. 1. num. pl. *Serines*, Ἀθῆναι, urbs Græciæ Metrop. Atticæ, inter fl. Cephiſum, & Iliſſum, a Thebis 40. M. P. in Auſtr. a Corintho 44. a Lacedæmone 145. in Bor. Primum dicta eſt *Cecropia* a conditore Cecrope, poſtea *Mopſopia* a Mopſo, & *Jonia* a Jone Xuthi fil. & *Athenæ* ab Ἀθηναίαι, vel Ἀθηνᾶ, Minerva. ¶ Plato ſcribit, ante diluvium alias Athenas extitiſſe & apud Græcos, & apud Ægyptios, quas Pallas condidit, & docuit, ea Reipub. forma tradita, quam ipſe in ſuis libris deſcribit. Athenas in Græcia conditas fuiſſe mille annis ante Ægyptias; Atticam regionem a Vulcano, & Minerva gubernatam fuiſſe, eoſque priſcis Athenienſibus Rempublicam tradidiſſe; veteres Athenienſes omnium virtutum genere præ ceteris hominibus excelluiſſe; bellum geſſiſſe cum Regibus, & populis Atlantidis inſulæ, qui in Græciam venerant, novem mille annis ante ſuam ætatem, Athenas veteres terræmotu abſorptas fuiſſe. *Ficin. l. de Rep. Plato. in Timæo*, & *in Critia*. ¶ Fruges Athenis primum inventas, aut invectas, *Diodor. Sicul.* auctor eſt. Inde Frugum parentem vocat *Florus l.* 3. *c.* 5. Sed major laus, omnis generis literas ibi inventas atque excultas fuiſſe, ut ea Urbs communis Magiſtra diceretur. Hinc *Juvenal. ſat.* 15. *v.* 110. Athenas pro literis poſuit: Nunc totas Grajas, noſtraſque habet Orbia Athenas; i. e. Romanas, & græcas literas.

Athenæum, n. 2. Ἀθηναῖον, locus erat Athenis Minervæ dicatus, ad quem Poetæ, aliique Scriptores Græci ſcripta ſua deferebant, quemadmodum Poetæ Latini ad Apollinis templum, item locus, in quo Poetæ, Rhetores, Philoſophi, & alii ſua ſtudia profitebantur, ideſt, carmina recitabant, oratorie declamabant, philoſophice diſputabant, &c. *Lamprid. in Alex. Sever. c.* 35. Ad Athenæum audiendorum & Græcorum, & Latinorum Rhetorum, vel Poetarum cauſa proceſſit. ¶ Eſt & Athenæum, al. Prænuſſum, & Prom. Minervæ, & Sirenum, *Capo di Minerva*, *Capo di Campanella*, *Capo di Maſſa*, Prom. Picentinorum contra Capreas inſ.

Athenæus, a, um, ad Athenas pertinens, Ἀθηναῖος, *Lucret. l.* 6. *v.* 749. Athenæis in mœnibus.

Athenĭcæ ſunt bibliothecæ, quaſi loca Minervæ dicata, in quibus cuſtodiuntur literaria monumenta. *Trebell. Poll. in xxx. Tyran. c.* 10. Epiſtolam Claudii repertam in Athenicis, inſerendam putavit. *Salmaſ.* tamen legit, *in Archivis*.

Athenienſis, ſe, adject. gentile, ab Athenis, *Ateniefe*, Ἀθηναῖος. *Cic. pro Flac. c.* 26. Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. ¶ Vanitas Athenienſibus pop. objiciebatur, & loquacitas: unde proverb. apud *Sidon. l.* 8. *epiſt.* 6. Athenis loquacior: Amyclis taciturnior. ¶ Ut ſe αὐτόχθονας, hoc eſt indigenas, & ex ſua terra natos eſſe declararent, capillum habebant congeſtum in conum, cui cicadas ex auro fere innectebant. Cicadas enim e terra procreari, volunt. *Taubm. ad Plaut. p.* 17. ¶ Cum trinæ fuerint Athenæ, inquit *Varr. de L. L.* ab una dicti Athenæi, ab altera Athenienſes, a tertia Athenæopolitæ.

Athēnis, idis, & Bupalus ſtatuarii fuerunt. *Plin. l.* 36. *c.* 5. qui cum Hipponactis imaginem cum ludibrio effinxiſſent, ſtilum ejus in ſe acuerunt. Hinc *Ovid. in Ibin*, *v.* 523. emendat Andr. Alciatus: apud quem ſic vulgo legitur: Utque parum ſtabili qui carmine læſit Athenas, Inviſus pereas deficiente cibo. *Parum ſtabile carmen* eſt Scazon: tale enim Hipponax ſcripſerat. Pro *Athenas* autem legendum *Athenin*, quod etiam *Turneb.* innuit *l.* 9. *c.* 25.

Athĕos, i, m. *ateo*, qui nullos eſſe Deos credit. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 23. & *Arnob. l.* 3. & 5.

Atherōma, atis, n. 3. ἀθήρωμα, tumor ſine dolore, qui in cervice, alis, & lateribus ſolet oriri: dictum ab athera, ἄθηρα, quod tenuem pulticulam ſignificat, cujus ſimilem humorem atheroma continet. *Cel.* 7. 6. Atheromati ſubeſt quaſi tenuis pulticula.

Athēſis, m. 3. *Adige*, ἄθεσις, flu. Venetiæ, qui oritur ex Brenna M. Alpium, in Com. Tirolenſi, alluit Tridentum, & Veronam, labitur in mare Adriaticum inter Foſſam Claudiam, & Carbonariam poſtremum Padi oſtium. *Virg.* 9. *Æn. v.* 681.

Athĕus, & Athcos, i, triſyllab. ἄθεος, qui ſine Deo, & religione eſt, *Atciſta*; qualis fuit Diagoras Melius, qui Atheus cognominatus eſt, *Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 23. Diagoras, atheos qui dictus eſt. *Arnob. lib.* 5. *p.* 178. Quemquam ex his atheum, irreligioſum, ſacrilegum.

Athlēta, æ, m. 1. pugil, luctator, gladiator, *atleta*, ἀθλητής. *Cic. de Senect. c.* 9. Cum Milo jam ſenex eſſet, athletaſque ſe in curriculo exercentes videret, &c. *Nepos Epamin. c.* 2. Athletæ viribus ſerviunt. ¶ Athleta etiam dicitur, qui quacunque in re excellit. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 5. Athletæ comitiorum, & *l.* 2. *c.* 1. Athletæ pecuarii.

Athlētica, æ, ars pugilum, & gladiatorum, ſeu ipſum certamen, atque ludi. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Hercules Olympiæ Athleticam inſtituit.

Athlētice, adverb. ut athletice valere, pro firmiter. *Plaut. Bacchid.* 2. 3. 14.

Athlētĭcus, a, um, ad athletas pertinens, ut athleticus victus, *Celſ. l.* 4. *c.* 6. pro ſagina gladiatoria, cum viribus firmandis ſervitur. V. *Lipſ. Saturn. l.* 1. *c.* 14.

Athlon, i, n. ἄθλον, præmium certaminis quod victori datur. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 57. *edition. Burm.* ubi alii aliter legunt. ¶ Apud Aſtrologos *athla* ſunt opera, res, labores, ſtudia, certamina, & quicumque caſus in vita humana poſſunt contingere: quorum duodecim claſſes fecerunt, & ſingulis Zodiaci ſignis affixerunt. *Manil. l.* 3. *v.* 162. 172. 193. &c.

Athlos, ἄθλος, certamen, ludus. *Hyginus* latine ſcripſit *fab.* 91. In athlo funebri.

Athos, & Atho, o, o, on, o, & Athon, onis, *Monte Santo*, ἄθως, dictus a gigante ejuſdem nominis, mons inter Macedoniam, & Thraciam, in tractu *Jambuli*, inter Cherſoneſi, ſeu Peninſulæ, annexus Chalcidiæ regioni anguſto iſthmo. 412. ſtad. in marc Ægæum excurrens inter Sinus Strymonicum, & Singiticum, ambitu 150. M. P. adeo excelſus, ut locum imbrium ſuperet, & umbram in Lemnum inſulam pro-

projiciat inde 87. M. P. distantem in Ort. In hoc monte 24. Monasteria sunt Calogerorum, seu Monachorum Græcorum. ¶ Scribit *Herodot. l. 7.* Xersem hunc montem perforasse, & mari fecisse pervium. Pro falso habuit *Juvenal. Sat. 10. v. 174.*

Atilia, familia Romana plebeii ordinis, sed perantiqua, ex qua multi celebres viri extiterunt. Hinc

Atiliānus, a, um, ut Atiliana prædia. *Cic. Attic. 5. 1.* ¶ Atilianus tutor, qui Atilia lege, hoc est a quodam Atilio lata, alicui datur. *leg. 2. Dig. de Orig. juris.*

Atīna, f. 1. olim Prætect. & urbs Latii apud fin. Samnii, nunc vicus Campaniæ Fel. prope Melum flu. Nulla frequentior tuit tota Italia, & plenior magnorum virorum. *Cic. pro Planc.* ¶ Atina altera, *Ateno*, opp. Lucaniæ, seu vicus R. Neap. in Princ. Cit. ad Tanagnum flu.

Atinas, atis, ex Atina qui est. Atinates, Atinæ oppidi incolæ. *Cic. pro Planc.* ¶ Atinas etiam ab Atino Lucaniæ oppido, de quo infra. *Plin. l. 2. c. 103.* In Atinate campo fluvius mersus, post viginti M. passuum exit.

Atinĭa, æ, f. 1. genus ulmi, rarissimam ferens sameram. Ita enim ulmi semen vocant. *Col. de arborib. c. 16.*

Atizōes, ἀπιζώης, gemma argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris jucundi. *Plin. l. 37. c. 10.*

Atlantes, Libyæ populi, degeneres humani ritus, quibus nec nominum inter se appellatio, sed in universum Atlantes dicuntur. Mos etiam iis est Solem orientem, & occidentem diris imprecationibus prosequi, ut exitialem ipsis, agrisque. *Plin. l. 5. c. 8.* Vide etiam *l. 15. cap. 4.* plura. ¶ Atlantes etiam, quos Telamones vocat *Vitruv. l. 6. c. 10.* sunt signa quædam virili forma, quæ in ædificiis mutulos, seu proceres, aut coronas, aut quid simile sustentant.

Atlantēus, a, um, adject. ab Atlante; ut Plejades Atlanteæ, *Ovid. 3. Fast. v. 105. Horat. l. 1. Od. 34.* horrida Tænari Sedes, Atlanteusque finis Concutitur.

Atlantiacus, a, um, adjest. possessiv. *Auson. Mosel. v. 144.* Talis Atlantiaco quondam balæna profundo.

Atlantĭădes, æ, patronym. Mercurii cognomen, qui Atlantis nepos est ex Maja filia. *Ovid. Met. 8. v. 627.* Venit Atlantiades positis caduciter alis.

Atlantĭas, ădis, patronym. ab Atlante, ut Sorores Atlantiades, apud *Silium l. 16. v. 137.*

Atlantĭcæ insulæ, V. Fortunatæ insulæ.

Atlanticum mare, quod & Oceanus Occidentalis, ἀτλαντικὴ θάλασσα, pars perampla Oceani, quæ Africam alluit ad Occ. inter Artabrum Hisp. prom. ad Bor. & prom. Leonis versus Guineam ad Mer. a Mulucha fl. ad Ort. usque ad Ampelusiam prom. ad Occ. Extenditur etiam ad Gorgades Insl. Abylam M. alluit. Dictum est ab Atlante M. qui eam Oceani partem respicit.

Atlantĭcus, a, um, Atlantiacus. *Horat. l. 1. Od. 31. v. 14.* Revisens æquor Atlanticum.

Atlantĭdes, f. 3. ἀτλαντίδες, filiæ Atlantis. Atlas duas uxores habuit, Plejonem, & Æthram sorores, fil. Oceani, & Tethyos, ut alii malunt, Deucalionis. Ex Plejone septem filias genuit, Electram, Alcyonem, Celæno, Majam, Asteropem, Taygetem, Meropem: ex Æthra filium suscepit nomine Hyanthem, & septem filias, Ambrosiam, Eudoram, Pasithoem, Coronidem, Plexauridem, Pytho, Tychem. Omnes a Jove honoribus cœlestibus dignatæ sunt. Illæ, quæ ex Plejone Atlanti natæ sunt, positæ fuere ante genua Tauri, & Plejades, atque Vergiliæ dicuntur: illæ, quæ ex Æthranatæ sunt, in Tauri capite collocatæ sunt, partim in ore, partim juxta cornua, & dicuntur Hyades, Suculæ, & vulgo *le Gallinelle*, *la Chioccia*. *Gell. lib. 12.* V. Hyades, & Plejades. *Virg. l. 1. Georg. v. 221.* Ante tibi eoæ Atlantides abscondantur.

Atlantĭon, ii, n. extrema colli vertebra dorso proxima, quæ tum caput, tum onera, si qua bajulentur, sustinet. *Plin. 28. 8.*

Atlantis, idis, patronym. femin. *Tibull. l. 4. el. 1.* Fœcunda Atlantidos arva Calypsus.

Atlantis, idis, quæ & Atlantica, insl. maris Atlantici ad Austrum, trans Herculis columnas, major Libya, & Asia simul, divisa in decem regiones, decem constans urbibus, gubernata a decem Regibus potentissimis, qui in tota Libya usque ad Ægyptum, & in Europa usque ad mare Tyrrhenum dominati sunt, & aliquando Ægyptum, & Græciam invaserunt, sed ab Athenien sibus victi fuere. Leges & historiæ in templo Neptuni inscriptæ in columna servabantur. Regnum primogenitis Reges relinquebant. Insula erat fertilissima, & abundabat metallis, præsertim orichalco, elephantis, &c. Summa in illa erat magnificentia ædificiorum. Tandem ingenti terræmotu submersa est. Hinc mare propter limum insulæ factum est innavigabile. *Plato in Timæo*, & *in Critia*, qui præterea insulam, mores populorum, Rempublicam, Magistratus, Judicia, Sacrificia, disciplinam militarem accurate describit.

Atlantĭus, a, um, atlanticus. *Silius l. 15. v. 37.* Atlantia regna. A. leg. *Atlantica.*

Atlas, antis, ἄτλας, fil. Neptuni, & Clitones. Regnavit in magna quadam insula, quæ ab illo Atlantis dicta est. Nomen etiam Mari Atlantico dedit. Sed aliis Japeti filius fuit ex Clymene, vel ex Asia, vel ex Libya, frater Promethei, & Hesperi, Rex Mauritaniæ. Humeris Cœlum sustinuisse dicitur, quia primus cursum Solis, & Lunæ, siderumque omnium deprehendit, ideoque astrologiam invenit, & sphæram construxit. *Cic. 5. Tusc.* Vel origo fabulæ est, quod in montem excelsissimum conversus est, cujus cacumen cerni non potest, Cœlumque tangere videtur. Cum enim monitus fuisset Oraculo, ut sibi a Jovis filiis caveret, intelligens, Perseum, qui devicta Medusa ad eum venerat, filium Jovis esse, a se rejecit, quod Perseus indigne ferens, ostendit ei caput Gorgonis. Atlas statim in montem mutatus est. Historia est, Perseum Medusa Regina devicta, bellum Atlanti intulisse, & Atlantem in montes recessisse. ¶ Alii tradunt, tres Atlantes fuisse, unum Regem Italiæ, patrem Electræ uxoris Corythi, alterum Regem Arcadiæ, patrem Majæ, ex qua natus est Mercurius, tertium Maurum, qui dictus est Maximus, qui primus Astrologiam invenit, primus navim construxit. ¶ Alii etiam hanc fabulam narrant, Atlantem Cœlum hospitio excepisse, deprehensum autem, quod illi struxisset insidias, præcipitem datum esse in mare, & exinde mare Atlanticum appellari cœpisse, ut Icarium ab Icaro. Hinc proverb. Græcum, *Atlas Cœlum*, de iis, qui se magnis, & molestis involvunt negotiis: item de iis, qui sibi malum accersunt. ¶ Atlas Mons Mauritaniæ nomen habuit ab Atlante Rege. Extenditur ab ora Oceani Atlantici juxta promon. Gerum ad Occ. usque ad conf. deserti Barcæ ad Ort. Fere e medio monte nubes incipiunt, hyeme, & æstate nivem habet. ¶ Duplex est, major, & minor, uterque in Mauritania Tingitana. Major, quem Cœli columnam vocant, *Induacal*, seu *Ayruacal*, est prope Libyam, & Mauritaniam a Libya interiore separat. Juxta hunc Regnum Marrocchium situm est. Minor, *Eriff*, est pars Atlantis majoris, vicinior columnis Herculis. Inter Marrocchium, & Fessense Regnum in Sept. recedit. Abest ab Herculis columnis 317. M. P. in Aust. a Lixa urbe 130. ¶ Est etiam hoc nomine fl. ex Hæmo M. nascens, & in Istrum defluens ad Sept. Ab Atlante Rege Arcadiæ nominatus est.

Atocion, n. 2. ἀτοκίον, medicina, quæ conceptum abigit. *Plin. l. 29. c. 4.*

Atŏmus, i, f. 2. *atomo*, *indivisibile*, Germ. *unzertheilig ding*, Gal. *atome*, Hisp. *atomo*, ἄτομος, corpusculum minutissimum, quod τομὴν, idest sectionem non recipit, ab α, & τέμνω, divido. Per se adjectivum est. *Lactantius* tamen, & *Vitruv.* usi sunt hoc nomine in gen. masc. ille *lib. de ira Dei c. 10.* hic *l. 2. c. 2.* At *Cic. 1. de Fin. c. 17.* & *1. de nat. Deor. c. 20.* in feminino. Subauditur enim *substantia*, aut particula. ¶ In singulari numero. *Id. de Fato, c. 11.* De ipsa atomo dici potest. ¶ *Democritus* excogitavit innumerabilia quædam individua corpuscula, quæ atomos appellavit, quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam & quasi aduncа, quæ huc, & illuc casu, & temere in inani concurrerent, & aliquando cohærescerent inter se, & aliis apprehendentibus continuarentur, ex his mundum, & omnes mundi partes factas esse, & omnia fieri, quæ in mundo gignuntur, motum atomorum æternum esse, omnia necessitate fieri, ne ab atomis naturalis motus avellendus sit. Hunc & Epicurus secutus est. *Cic. 1. & 2. Acad. 1. Fin. Tusc. 1. & 2. de nat. Deor. de Fato.*

Atque, *e*, *ed*, ῥ, Ger. *und*, Gal. *et*, Hisp. *y*, &, particula est copulativa, & fere ante vocales a Latinis utiurpatur. *Cic. pro Flac. in princ.* Cum in maximis periculis hujus urbis, atque imperii, gravissimo, atque acerbissimo reip. casu, socio, atque adjutore consiliorum meorum L. Flacco, &c. ¶ Post voces *alius*, *secus*, *aliter*, *contra*, *contrarius*, significationem habet particulæ *quam*. *Cic. 3. de Or. c. 30.* Paulo secus a me, atque ab illo perfecta sunt. ¶ Atque uti, *Plaut. Amphitr. 1. 1. 118.* Neque se Luna quoquam mutat, atque uti exorta est semel: hoc est a loco, in quo exorta est. ¶ Atque adeo, augendi vim habet, *anzi che*, *o per dir meglio*. *Cic. pro Sext. Rosc.* Hoc consilio, atque adeo hac amentia impulsi. ¶ Interdum est idem ut æque ac, vel, sicut. *Nepos Miltiad. c. 7.* Cum totidem navibus, atque erat profectus. ¶ Interdum intensivam vim habet, pro, & quidem, vel præcipue. *Cic. l. 5. Att. ep. 12.* Negotium magnum est navigare, atque id mense Quintili. ¶ Interdum statim, confestim, simul atque. *Virg. Georg. 1. v. 203.* Si brachia forte remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amni. *Tacit. l. 1. hist. c. 82.* Otho ingredi castra ausus: atque illum tribuni, centurionesque circumsistunt. Sic alibi, & *Plaut.* multis in locis. ¶ Pro tamen, vel atqui, vel sed. *Terent. Andr. 1. 3. 20.* Mihi quidem hercle non fit verisimile: atque ipsis commentum placet. Sic *Plaut. Bacch. 1. 1. 53.* & alibi. ¶ Servit hæc particula eleganter transitionibus. *Sallust. ep. 1. ad Cæs.* Atque ego scio, quam aspera res hæc in principio futura sit. ¶ Geminata auget rem, de qua agitur, qua de re vide *Gellium l. 10. c. ult.*

Atqui, *ma*, *e pure*, אבל, Ger. *aber*, Gal. *mais*, Hisp. *mas*, ἀλλὰτοι, sed, certe, etenim, tamen, veruntamen. *Ter. in Andr.* Atqui ex me hic non natus est. ¶ Dicitur & atquin, addito n. *Lactan. de mor. persecut. c. 23.* Atquin homo impius misertus est illis.

Atquin, idem quod atqui. *Lactant. de mortib. persecut. c. 23. Ulpian. Dig. l. 1. tit. 14.* Item *Tertull. Florus*, & ipse *Plaut.* Ubique tamen incerta est lectio.

Atracis, idis, f. Hippodamia, seu Hippodame filia cujusdam Atracis, seu Atracii de gente Lapitharum, vel, ut alii volunt, Atracis fluvii (V. Atrax) Alii etiam volunt dictam esse ab Atrace Thessaliæ oppido. Hæc Pirithoo cum nupsisset, causa fuit acerrimæ pugnæ inter Lapithas, & Centauros. *Ovid. 1. Amor. 5. 8.* V. *eund. 12. Met. v. 219.*

Atracius, a, um, adject. ab Atrace Thessal. urbe: ut Atracia ars, pro magica, quæ in Thessalia viguit. *Stat. Theb. l. 1. v. 105.* Qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color.

Atractylis, ilis, f. 3. ἀτρακτυλὶς, spina, ex qua mulieres colus faciebant, unde & nomen habet. Ejus duæ sunt species, unam cartamum agrestem, alteram carduum benedictum vocant officinæ. *Plin. l. 21. c. 17. Ruel. l. 3. c. 55.*

Atramentum, n. 2. *inchiostro*, דיו, Ger. *dinten*, Gal. *encre*, Hisp. *tinta*, μέλαν τὸ, succus ater, ab atro colore. Ejus duo sunt genera, scriptorium, μέλαν γραφικὸν, quo & librarium dicitur, quod librarii in transcribendis libris eo uterentur, & tectorium a tectoriis, quo pictores utebantur. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. epist. penult.* Calamo, & atramento temperato res agetur. ¶ Est & futorium atramentum, *vitriolo*, quod in inficiendis pellibus futores coriarii usurpant. Vulgo hoc a vitri similitudine vitriolum nominant. *Plin. l. 34. c. 22.* Græci cognationem æris fecerunt nomine, & atramento futorio. Appellant etiam chalcantum. ¶ Atramentum pro sanguine est sepiis. *Plin. l. 9. c. 29.* Effuso atramento, quod pro sanguine his est. Adde *Cic. 2. de nat. Deor. c. 50.*

Atramitæ, m. 1. pop. Arabiæ Felicis. *Plin. l. 6. c. 28.*

Atramiticus, ad Atramitas pertinens, ut Atramitica myrrha, *Plin. l. 12. c. 15.*

Atratus, a, um, o. 1. 2. *fatto nero*, *vestito di bruno*, קורר, Ger. *geschwerzet*, *trauvrig*, Gal. *noircy*, *habillé de deuil*, Hisp. *negrecido*, *vestido de luto*, μελανειμων, adject. ab ater, atro colore tinctus. *Cic. de Divin. l. 1. c. 43.* Atratus sanguine fluxit. ¶ Item veste lugubri indutus. *Cic. in Vatin. c. 10.* Quis unquam cœnavit atratus?

Atrax, Ætoli filius, pater Hippodamiæ, artis Magicæ inventor in Thessalia, vel Ætolia. Ab eo regio Atracia nominata est, populi Atraces, vel Atracii. ¶ Atrax etiam ab illo fluvius regionis dictus est. ¶ Item Urbs, quæ hodie *Voidanar*, in Pelasgiotide, apud Peneum fluv.

Atrebātes, um, m. populi Galliæ Belgicæ, quorum regio nunc *l' Artois* dicitur. *Plin. 4. 17.* & *Sidon. carm. 5. v. 212.*

Atrebatĭcus, a, um, ad Atrebates pertinens, ut *Atrebatici fagi* apud *Trebell. Poll. in Gallien. c. 6.* ¶ Hujusmodi vestes ab Atrebatibus confectæ olim in pretio fuerunt apud Romanos. Eas xerampelino colore fuisse, tradit *Suidas.*

Atrēus, a, um, trisyllab. adject. ab Atreo. *Stat. Theb. l. 8. v. 743.* I, precor, Atrei si quid tibi sanguinis unquam.

Atreus, i, m. 2. dissyllabum, ἀτρεὺς, Pelopis, & Hippodamiæ filius, ita dictus, quasi ἀτηρὸς, noxius, & inexorabilis. Rex fuit Mycenarum, totiusque Peloponnesi. Ejus uxorem frater Thyestes amavit, & a viro abduxit, unde inter fratres orta discordia, & Thyestes e Regno pulsus. Inde Atreus nefaria scelera meditatus, fratrem revocavit, quasi ad Regni societatem, eique duos ipsius filios, Tantalum, & Philisthenem epulandos, eorumque sanguinem vino admixtum bibendum dedit, ad extremum capita objecit, quærens, agnosceret ne, quibus cibis pastus fuisset. Sol, ne tanta scelera cerneret, in occasum fugisse fertur. *Serv. ad 1. Aen. v. 572.* fabulam sic explicat: Thyestem, cum fratri, cui pessime cupiebat, dissentione nocere non posset, in simulatam gratiam rediisse, & ea occasione uxorem ejus per adulterium polluisse, &c. sed veritatem hanc esse, Atreum apud Mycenas primum Solis eclipsim invenisse, ei invidentem fratrem ex urbe discessisse eo tempore, quo ejus dicta probata sunt. Atreo quinque filii fuerunt, Agamemnon, Menelaus, Alco, vel Alceus, Melampus, Eumelus. Sed plerique dicunt, Pelopem tres filios habuisse, Atreum, Thyestem, & Philisthenem, ex Philisthene Agamemnonem, & Menelaum natos esse, hos fratris morientis commendatione ab Atreo educatos tuisse instar filiorum. Atreus denique

ab Ægiſtho filio Thyeſtis occiſus eſt, qui etiam poſt bellum Trojanum occidit Agamemnonem. Atque ita Thyeſtes Regnum obtinuit. ¶ In vocativo habet, *Atreu*, a Græco Ἀτρεῦ. *Senec. in Thyeſt. v.* 513.

Atriarius, ii, ſervus atrii cuſtos, qui opera mediaſtini fungitur, atque adeo vilioris officii eſt, quam atrienſis. *Ulpian. Dig.* 4. 9. 1.

Atricapilla, *caponero*, μελαγκόρυφος, avis ex ficedularum genere, ita dicta, quod ſummum ejus caput nigrum ſit. *Feſtus*.

Atricolor, oris, *di color nero*, adject. 3. atro colore qui eſt. *Auſon. epiſt.* 7. *v.* 52. Pingens aridulæ ſubdita paginæ Cadmi filiolis atricoloribus. *h. e.* literis atramento ſcriptis. *Ovid.* 11. *Met. v.*611. Plumeus, atricolor, pulloque velamine tectus.

Atrides, & Atrida, æ, m. Ἀτρείδης, filius Atrei, & dicitur fere de Agamemnone, & Menelao. Cum in ſingulari numero effertur, & ſine addito, ſignificat plerumque Agamemnonem majorem natu: cum in plurali, utrumque. *Propert. l.* 2. *el.* 14. *v.* 1. Non ita Dardanio gaviſus Atrida triumpho. *Ovid. Heroid. ep.* 3. *ſub fin.* Enſis in Atridæ pectus iturus erat. ¶ *Atrides minor* eſt Menelaus. *Ovid. ſub fin.* 12. *Met.* ¶ Atridem vocat *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 65. Domitianum, ſimul ut irrideat, ſimul ut ejus tyrannidem perſtringat, qui ſe tanquam regem Romanorum gerebat, quemadmodum Agamemnon Græcorum.

Atrienſis, e, ad atrium pertinens. *Atrienſis* eſt ſervus, cui atrii, ſeu potius totius domus cuſtodia demandata eſt. Erat is inter ſervitia honoratiora, ut qui aliquod etiam imperium in alios Servos habebat, ut colligitur ex *Plaut. Aſin.* multis in locis. Ei aliqua ratione reſpondet qui ab Italis dicitur *maeſtro di caſa*. *Cic. Parad.* 5. *c.* 2. Ut in magna familia ſunt alii lautiores, ut ſibi videntur, ſervi, ſed tamen ſervi atrienſes, ac topiarii, &c.

Atriŏlum, li, n. 2. parvum atrium, αὐλίδιον, *picciol' atrio*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 1. Quo loco in porticu te ſcribere ajunt, ut atriolum fiat, mihi, ut eſt, magis placebat: neque enim ſatis loci eſſe videbatur atriolo; neque fere ſolet, niſi in his ædificiis fieri, in quibus eſt atrium majus; nec habere poterat adjuncta cubicula, & membra.

Atrĭplex, plicis, n. *atrepice*, *trebice*, ἀτράφαξις, herba, al. atriplexum, ſubſtantiæ frigidæ, & humidæ, ab atro colore, quod homines pallidos facit. *Plin. l.* 20. *c.* 20. ¶ Feminino genere effert *Æmil. Macer de herb. c. de Atripl.* maſculino *Plin. Valer.* 4. 7.

Atriplexum, eadem herba, quæ nunc atriplex dicitur. *Feſtus*.

Atrĭtas, atis, f. 3. *nerezza*, *negrezza*, Gal. *noirceur*, Hiſp. *negror*, *negrura*, μελανότης, nigredo. *Plaut. in Pœn.* 5. 5. 11. Ita replebo atritate, ut atrior multo fiet, quam Ægyptii.

Atrĭum, trii, n. 2. primus intra ædes aditus, *cortile*, *corte della caſa*, *chioſtro*, חצר, עזרה, Ger. *ein vorhof eines hauſſ*, Gal. *premiere ſale d'une maiſon*, *l'entre de la grande ſale*, Hiſp. *el ortal dentro de caſa*, αὐλή, prima pars domus, quæ continet mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia deſcendit, & in qua priſci, ut ait *Cato*, aperto oſtio epulabantur, ubi etiam pecunias, & cetera pretioſiora ſervabant, ſervoſque, quibus tanquam honoratioribus earum rerum cuſtodiam committebant, atrienſes, *corteggiani* appellabant. *Vitruv. l.* 6. *c.* 4. *Gell. l.* 16. *c.* 5. diſtinguit atrium a veſtibulo, quia veſtibulum eſt locus extra januam domus, qui viam reſpicit. ¶ Dictum eſt a græco αἴθριον, quia ſub æthere, ſeu dio erat: ita artificioſe porticibus incluſum, ut nunquam Sole careret: unde *Tertulliano* etiam *ſubdival* vocatur. ¶ Aliquando ſumitur pro toto ædificio. Unde *Ovidius* dixit; atria marmore tecta, de tota domo. Sed proprie eſt prima pars interior domus. *Virg. Æn.* 2. *v.* 483. Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt.

Atrocĭtas, atis, f. 3. diritas, immanitas, crudelitas, *atrocità*, *crudeltà*, אכזריות, Ger. *grauſamkeit*, *grimme*, Gal. *felonnie*, *cruautè*, *outrage*, Hiſp. *inhumanidad*, *y crueldad*, ἀτλωσία. crudelitas. *Cic.* 6. *Verr.* Multitudo atrocitate rei commota ſenatum clamore coegit. *Sueton. in Tiber. c.* 48. Atrocitas temporum, *diſgrazie de' tempi*. *Id. in Calig. c.* 29. Atrocitas verborum, *acerbità*, *aſprezza*. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 13. Atrocitas morum. *h. e.* aſperitas. ¶ In plur. numero habet *Apulej. l.* 10. *Met.* ¶ Quam *Cic.* 4. *Acad. c.* 44. Academiæ *atrocitatem* tribuit, ſignificat animi affectum nulla ſe re commoveri patientis. *inſenſibilità*, *durezza*.

Atrocĭter, adv. *crudelmente*, Ger. *grauſamlich*, *grimmiglich*, ὠμῶς, crudeliter. *Cic. pro Roſc. Amer.* Omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus. *Tacit.* 1. *hiſtor. c.* 23. Atrocius accipi. *Suet. Tiber. c.* 58. Atrociſſime leges exercere.

Atrŏpha, partes, quæ cibum, aut nutrimentum non ſentiunt. *Plin. l.* 27. *c.* 8. Explent ſinus ulcerum, & atropha carnoſiora faciunt.

Atrŏphi. V. Atrophia.

Atrophia, ἀτροφία, morbus, quo corpus non alitur, vitiata facultate naturali, unde macies, & mors ſequitur. *Celſ. l.* 3. *c.* 22. Græcis litteris ſcribit. At Latinis *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 14. & 3. 7. *Theodor. Priſcian. l.* 2. *p.* 2. *c.* 11.

Atrŏphus, a, um, ἄτροφος, qui non nutritur. *Plin. l.* 22. *c. ult.* Quæ cibum non ſentiunt, atropha appellata. *Id. l.* 27. *c.* 8. Atropha carnoſiora facere. ¶ *Atrophi* homines dicuntur, qui atrophia laborant. *Plin.* 28. 9. & 31. 10.

Atrŏpos, f. 2. ἄτροπος, una ex tribus Parcis, dicta quaſi immutabilis, quod ad nullius preces convertatur. *Martial. l.* 10. *epigr.* 44. Gaudia tu differs; at non & ſtamina differt Atropo. V. Parcæ.

Atror, oris, nigredo, ater color, *color nero*, *negrezza*. *Gell. l.* 2. *c.* 26. Rubidus eſt rufus, atrore, & nigrore multo mixtus.

Atrōtus, a, um, invulnerabilis, ἄτρωτος. Vox Græca, qua Latine utitur *Hygin. fab.* 28. & 30.

Atrox, ocis, o. 3. *atroce*, *crudele*, אכזרי, Ger. *grauſam*, *grimmerſcrockenlich*, Gal. *cruel*, *felon*, *ſans pitiè*, Hiſp. *inhumano*, *teribler*, *y cruel* ἀτλωής. Proprie ſignificat, quod crudum, & immaturum eſt eſui, ἀτρώξ, *Nevius apud Non.* 2. 62. Simul exta porrigerent atrocia miniſtratrores. *Feſtus*: Atroces appellantur ex Græco, quia illi atrocia appellant, quæ cruda ſunt. Hinc atrox aſtutia apud *Plaut. Capt.* 3. 4. 7. eſt nova, recens, inaudita, plena vigoris, ac veluti ſucci, ut ea, quæ cruda, ac viridia ſunt. ¶ Sæpius accipitur pro immani, crudeli, immiti. *Virg. Georg. v.*407. inimicus atrox. *Liv. l.*24. *c.*16. Atrocior cædes. *Cic. Fam.*9. *epiſt.* 25. Atrociſſimæ literæ. ¶ Pro conſtanti etiam accipitur, & inflexibili, atque id in bonam partem. *Horat. l.* 2. *od.* 1. *v.* 24. Præter atrocem animum Catonis. *Sil. l.* 6. *v.* 378. *de M. Attilio Regulo*: Atrox illa fides. ¶ Cum genitivo *Tacit. Ann.* 12. *c.* 22. Atrox odii Agrippina.

Atrum olus, herba ſativo apio multo major al. ἱπποσέλινον, equi apium, ἀγριοσέλινον, agreſte apium. *Colum. l.* 12. *c.* 7.

Atta, vox eſt, qua ſenes honoris, & reverentiæ cauſa appellamus, quaſi eos avi nomine vocantes. *Feſtus*. ¶ Item qui propter crurum, aut pedum vitium ſummis plantis incedendo inſiſtit. *Feſtus*. ¶ Hoc cognomen Quintio cuidam poetæ, de quo *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 79.

Attactus, a, um, tactus, *toccato*. *Sil. l.* 11. *v.* 147. Inter prælia nullis attactus telis.

Attactus, us, ui, tangendi actus. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. Corium attactu non asperum, ac durum. *Virg. Æn.* 7. *v.* 350. Volvitur attactu nullo.

Attăgen, ēnis, m. 3. ἀτταγὴν, & attagena, æ, f. avis Aſiatica inter nobiliſſimas habita, maxime vero, quæ in Jonia naſcitur, & inter eſculentiores aves præcipuo ſapore, alias vocalis, capta obmuteſcens. *Plin. l.* 10. *c.* 46. *Horat. Epod.* 2. *v.* 53. Non Attagen Jonicus. *Martial. l.* 13. *epigr.* 61. Jonicarum guſtus attagenarum.

Attăgus, i, m. hircus, caper, lingua Phrygum. *Arnob. l.* 5. *pag.* 159.

Attalicus, a, um, adject. ut Attalica aulæa, attalicæ veſtes, apud *Propert. l.* 2. *el.* 32. & *l.* 3. *el.* 17. quibus aurum intextum eſt. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Aurum intexere in eadem Aſia invenit Attalus, unde nomen Attalicis. ¶ *Attalicis conditionibus*, id eſt ampliſſimis, & opulentiſſimis. *Horat. l.* 1. *od.* 1.

Attălus, m. 2. ἄτταλος, nomen Pergami Regis pecunia ditiſſimi, & ſplendida ſupellectile, a quo omnia magnifica Attalica dicta ſunt. Hic, cum liberis careret, populum Romanum teſtamento ſuo hæredem inſtituit. *Cic.* 1. *Agrar.* Verba autem teſtamenti erant: *Populus Romanus bonorum meorum hæres eſto*. Quod larga, & liberali interpretatione Romani a privatis bonis Regis ad Regnum ipſum extenderunt. Unde *Horat. l.* 2. *od.* 18. ait; Nec Attali ignotus hæres regiam occupavi: hoc eſt, hæres non vocatus.

Attămen, *nondimeno*, אך, Ger. *aberdoch*, Gal. *neamnoins*, *mais toutesfois*, Hiſp. *empero*, ἀλλ' ὅμως, conjunctio, ex *at*, & *tamen*, verumtamen. *Cic. in ep.* 26. *l.* 7. *Fam.* Attamen ne mirere, unde hoc acciderit. ¶ Aliquando etiam legitur diviſa. *Id.* 3. *de Orat.* 4. Si nequaquam parem ejus ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam referre debemus.

Attamino, as, avi, atum, are, idem fere, quod contamino, *contaminare*, *macchiare*, σπιλόω. *Juſtin. l.* 21. *c.* 3. *n.* 4. Omnibus ante juratis viris, ne quis ullam attaminet. Adde *Aur. Vict. in Anton. Cæc. c.* 16. & *Capitolin. Gord. c.* 27.

Attat, & Attate. V. At at.

Attegiæ, arum, *capanne*, סכות, Ger. *hittlein*, ἀττεγίαι, mapalia, & tuguria. *Juven. ſat.* 14. *v.* 196. Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum.

Attegrāre, a. 1. veteres dixerunt pro integrare, ſive augere. *Feſtus*.

Attelăbus, ἀττέλαβος, minima locuſtarum, ſine pennis. *Plin. l.* 29. *c.* 4.

Attella, Attellanus. V. Atella.

Attemperate, adv. tempeſtive, *a tempo*, *opportunamente*, ἐγκαίρως. *Ter. And.* 5. 4. 13. Itane attemperate venit hodie in ipſis nuptiis, &c.

Attempĕro, as, a. 1. *accomodare*, הכן, Ger. *etwas zu in figen*, Gal. *adreſſer*, Hiſp. *ataviar*, προσάπτω, adapto. *Senec. ep.* 30. Gladiator tota pugna timidiſſimus jugulum adverſario præſtat, & errantem gladium ſibi attemperat.

Attendo, is, endi, tum, a. 3. *attendere*, *avvertire*, *conſiderare*, הקשיב, Ger. *auffmerken*, Gal. *etre attentif*, Hiſp. *eſtar attento*, προσέχω, adverto, conſidero, & quaſi animum intendo. Ponitur interdum abſolute. *Cic.* 2. *de Invent.* Si diligenter attendimus, hæc apta eſſe inter ſe intelligemus. ¶ Sæpe admittit accuſ. *animum*. *Cic.* 3. *Offic.* Cum animum attenderis, turpitudinem videas adjunctam, hoc eſt, animum intenderis. ¶ Interdum animus in ablat. ponitur. *Terent.* Quid petam, æquo animo attendite. ¶ Regit & alios accuſativos. *Cic. pro Arch.* Me tam diligenter attenditis. *Id.* 2. *de Invent.* Hoc oportebit attendere. *Id. Agr.* 2. *c.*15. Attendite animos ad ea, quæ ſequuntur. *Plin. l.* 7. *ep. ult.* Privatus quoque attendebat his, quæ &c. Sic attendere juri, & eloquentiæ: hoc eſt operam dare, apud *Sueton. in Calig. c.* 53. & *in Galba c.* 5. ¶ Proprie ſignificat tendere, ut *attendere arcum*, *Apulej. l.* 2. *Met.* ¶ *Attendere* cum infinito, *Pompon.* apud *Non. c.* 4. *n.* 10. Si pol ego hanc diſcere artem attenderim. ¶ Pro contendere, *Accius* apud *Non. ibid.* Ne attendas petere a me id, quod nefas ſit concedi tibi.

Attentatĭo, onis, f. *attentato*, actus tentandi, tentamentum. *Symmach. l.* 5. *ep.* 9. Inanis attentatio comprimatur.

Attentatus, a, um, *tentato*, tentatus. *Cic. ad Quir. poſt redit. c.* 7. Quia ſuam claſſem attentatam magno cum ſuo periculo vidit. *claſſem* intellige populi ſuffragia ferentis, quam corrumpere quidam conati fuerant. *Id.* 3. *de Orat. c.* 28. Ut præteriri omnino fuerit ſatius, quam attentatum deſeri. *tentato*, *e principiato*. Adde *Liv. l.* 23. *c.* 15.

Attente, *attentamente*, Ger. *fleiſſiglich*, φιληκόως, adverb. attento animo, diligenter. *Cic. Cat.* Quam attente audire ſoleam. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 197. Spectare attentius. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 89. Attentiſſime audire.

Attentĭo, f. 3. *attenzione*, קשב, Germ. *auffmerkung*, Gal. *attention*, Hiſp. *atencion*, προσοχὴ, a *Platone in Defin.* deſcribitur, Animi ad perdiſcendum contentio. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 35. Attentione animi, cogitatione, vigilantia, &c.

Attento, as, a. 1. tento, pertento, periculum alicujus rei facio, experior, *tentare*, πειράω, ex ad, & tento. *Cic. Verr.* 2. *c.* 54. Inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare. Et *pro Sext. c.* 4. Capuam ab illa impia, & ſcelerata manu attentari ſuſpicabatur, *h. e.* inſidiis invadi. Sic apud *eund.* Fidem auditoris inſidiis attentare: Et apud *Stat.* 4. *Theb.* 71. Attentare aliquem bello.

Attentus, a, um, adject. excitatus, intentus, qui advertit, *attento*, *intento*, προσεκτικός, ut animo attento tueri, *Cic. de Fin. l.* 1. *c.*17. Facere auditores attentos, *Ad Herenn. l.* 1. *c.* 4. Attentior circa aliquid, *Quint. l.* 5. *c.* 4. Attentiſſima cogitatio, *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 5. ¶ Attentus ſignificat etiam hominem frugi, parcum, & diligentem, *Horat. l.* 1. *epiſt.* 7. *v.* 91. Durus, ait, Vultei, nimis, attentuſque videris eſſe mihi. *Ter. Adelph.* 5. 8. *in fi.* Vitium commune omnium eſt, quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſimus. Sic attenta vita apud *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 15. Paterfamilias rerum attentus, apud *eund. pro Quint. c.* 3. ¶ *Attentus* particip. ab *attineo*, detentus, ut *aſinus attentus machinæ*, *Apulej.* 7. *Met.*

Attenuate, ψιλῶς, tenuiter, jejune. *Cic. de Clar. Orat. c.* 55. Attenuate, preſſeque dicentium.

Attenuatio, f. 3. extenuatio, imminutio, *eſtenuazione*, λεπτυσμὸς, *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 2. Cum attenuatione ſuſpicionis. Dicitur etiam de ſtilo tenui. *Id. l.* 4. *c.* 11. Qui non poſſunt in illa facetiſſima Verborum attenuatione verſari.

Attenuatus, o. 1.2. ſubtillis, exilis, humilis, abiectus, demiſſus, *eſtenuato*. *Cic. in Bruto*, Oratio nimia religione attenuata. *Id. pro L. Manil. c.* 9. Attenuatum bellum, atque imminutum. Et Attenuatæ legiones præliis. *Cæſ. l.* 2. *B.C. c.* 89. Attenuatiſſima voce uti, *ad Heren. l.* 3. *c.* 14. Pertinet etiam ad ſtilum tenuem. *Id. l.* 4. *c.* 8. Oratio attenuata eſt, quæ demiſſa eſt uſque ad uſitatiſſimam puri ſermonis conſuetudinem.

Attenŭo, as, a. 1. *aſſottigliare*, *eſtenuare*, הדק, Ger. *dinn*, *ſuptil machen*, Gal. *attenuer*, *amoindrir*, Hiſp. *adelgacar*, ψιλόω, ſubtilem facio, minuo. *Ovid. l.* 1. *de ar. am. v.*735. Vigilatæ noctes attenuant corpora. *Idem* 4. *Triſt.* Curas attenuare meas. *Id. Met. l.* 8. *v.* 849. Jamque fame patrias, altique voragine ventris Attenuarat opes. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Inſignem attenuat Deus. *h. e.* deprimit. *Auct. ad Herenn.* 3. 3. Attenuare aliquid dicendo.

Attĕro, ris, trivi, tritum, a. 3. *fregare*, *ſtropicciare*, דכא, Ger. *unreiben*, Gal. *frotter*, *frayer*, Hiſp. *gaſtar*, *fregar*, προστρίβω, eſt rem aliquam ad aliam rem terere, & quodammodo contricare. *Plin. l.* 9. *c.* 51. An-

guillæ atterunt ſe ſcopulis. ¶ Eſt & comminuere, frangere, *rompere*. *Col. l.* 5. *c.* 6. Demiſſum palmitem interior atteret. *Plaut. Perſ.* 4. 9. 11. Atterere aures alicui. ¶ Translate Atterere alicujus famam, i. e. imminuere, lædere. *Salluſt. Catil. c.* 16. ¶ Aliquando ſignificat proterere, calcare. *Plin. l.* 8. *c.* 5. *de elephantis.* Amnes tranſituri minimos præmittunt, ne, majorum ingreſſu atterente alveum, creſcat gurgitis altitudo.

Atterranĕa fulmina dicuntur a *Senec. l.* 2. *quæſt. natur. c.* 49. quæ in incluſo fiunt: fortaſſe quia veluti e terra erumpere videantur. Al. leg. *ateranea*, h. e. atra, ab *ater*: alii *arceranea*, *h. e.* tecta, occulta, ab *arcera*, quæ genus plauſtri eſt undique tectum. Alii *artencata*, alii *atercauta*; quæ omnia verborum monſtra ſunt.

Attes. V. Atys.

Atteſtatĭo, onis, teſtimonium, *atteſtazione*, διαμαρτύρησις. *Macrob. in Somn. Scip. l.* 2. *c.* 9. Deſcribi hoc atteſtatione noſtra non debuit.

Atteſtator, oris, qui atteſtatur, ἐπιμάρτυρ. *Plin. l.* 6. *ep.* 17. Quis uno te benignior atteſtator? Ita Cod. MSS. Gloſſ. etiam gr. lat. Atteſtator, ἐπιμαρτυρητής. Al. tamen leg. *æſtimator*.

Atteſtātus, a, um, nom. ex partic. paſſiva ſignific. ſc. teſtimonio comprobatus. *Plin. l.* 10. *c.* 34. Gratia indignatione quoque Pop. Rom. atteſtata. ¶ Apud *feſtum Atteſtata fulgura* ſunt, quę iterato fiebant, videlicet ſignificationem priorum atteſtantia.

Atteſtor, aris, d. 1. teſtor, teſtem facio, *chiamare per teſtimonio*, אהיר, Ger. *bezeugen*, Gal. *atteſter*, Hiſp. *ateſtar*, μαρτύρομαι, teſtem voco, in teſtem accipio, anteſtor. *Cic. pro Syll. c.* 29. Atteſtari memoriam omnium. Vulg. lect. hab. *atteſtante memoria*. Et ſic eſt teſtimonium dare. Quo ſenſu & *Plin. in præfat. op.* Hoc atteſtabatur, vel inimico judici ſe probari poſſe. Et *Phædrus l.* 1. *Fab.* 11. *v.* 3. Hoc atteſtatur, brevis Æſopi fabula. ¶ Alia exempla pro priore hujus verbi ſignificatione afferuntur a Lexicogr. in quibus legitur *anteſtor* pro *atteſtor*: ſed omnino idem eſt.

Attexo, is, attexui, attextum, a. 3. adjungo, applico, *teſſere appreſſo*, *aggiungere*, הרביק, הקריב, הקריב, Ger. *anuveben*, Gal. *titre*, *ajouter*, Hiſp. *texer*, *anadir*, προστίθημι, *Cic. de Univ. c.* 11. Ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. *Cæſ.* 5. *B. Gall.* 40. Pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur.

Atthis, idis, f. 3. Ἀτθὶς, Cranai R. Athenienſium filia, unde regio Attica dicta eſt. *Martial.* 11. 54. ¶ Atthidem præterea Poetæ luſciniam appellant ad fabulam reſpicientes, qua Philomela Pandionis Athenienſium R. filia in hanc avem dicitur converſa. *Martial. l.* 1. *epigr.* 54.

Attĭca, f. 1. Attis, Acte, Acta, Actica, Mopſopia, Cecropia, *Ducato di Setbines*, Ἀττικὴ, regio Achajæ, ſive Helladis, in angulo Orientali, & Auſtrali, cujus caput Athenæ. Dicta eſt ab Atthide filia Cranai, cum prius Actica ab Actæone diceretur, ſive ab Actæo Rege, ſive ab ἀκτὴ, litus, quod ea regio, ut ait Strab. magna ex parte litoralis ſit. Præcipuæ regionis hujus civitates fuerunt Athenæ, Eleuſis, Marathon. *Plin.* 4. 1. & 7.

Attĭce, es, f. genus ochræ, ſeu ſilis in Attica laudatiſſimi. *Celſ.* 5. 18. 19.

Attĭce, adv. Attico more; ut Attice dicere. *Cic. de opt. gen. Or. c.* 4.

Atticiſmus, m. 2. ἀττικισμὸς, quædam peculiaris Attici ſermonis elegantia. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 17. Ille Latinus Atticiſmus, ex intervallo reguſtandus. Adde *Quintil. l.* 6. *c.* 3.

Atticīzo, as, n. 1. ἀττικίζω, Attice loquor. *Plaut. Menæch. prol. v.* 12. Non atticizat, ſed ſicilizat. Nam ut Attici inter Græcos omnes ornatiſſime loquebantur, ita Siculi omnium peſſime. Unde Cic. Q. Cæcilium irridet, quod linguam Græcam non Athenis, ſed in Sicilia didiciſſet. Alii ſcribunt *Atticiſſo*.

Atticurges, genus architecturæ Attico more elaboratæ: *Vitruv. l.* 3. *c.* 3.

Attĭcus, a, um, o. 1. 2. Athenienſis, ἀττικὸς, quod ex Athenis eſt, vel ad Athenas pertinet, ut Attica regio, Atticus ſermo. *Cic. de Nat. Deor.* Scito ſermone, & Attico loqui. ¶ Stylus Atticus eſt genus dicendi, quod erat in uſu apud Athenienſes, ideſt incorruptum, elegans, omni ex parte perfectum, & abſolutum, in quo nihil deeſt, nihil redundat, nihil denique reprehenſibile eſt. Sic Atticus orator, cui opponitur Aſiaticus. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. Attici limati, & emuncti nihil inane, aut redundans ferebant: Aſiana gens tumidior alioqui & jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata eſt. V. *Cic. in Bruto c.* 82. *in Or. c.* 26. & *de opt. gen. orat. c.* 3. & 4.

Attĭgo, a. 3. *toccare*, idem, quod attingo. *Plaut. Epid.* 5. 2. 58. Ne attigas. Adde *Aſin.* 2. 2. 106.

Attigŭus, o. 1. 2. *contiguo*, *proſſimo*, προσαφής, proximus, ab attingendo. *Apul. l.* 4. Contra proclive montis attigui.

Attilius, vel Atilius Regulus, Civis Romanus, qui captus a Carthaginienſibus, Romam miſſus eſt legatus de permutandis captivis, adactus ante jurejurando, ſe re non impetrata rediturum, ſed ille captivorum permutationem diſſuaſit, & nihilominus ad hoſtes rediit, a quibus in carcere fame necatus eſt.

Attĭlus, i, m. piſcis in Pado, inertia pingueſcens ad mille aliquando libras. *Plin. l.* 9. *c.* 15.

Attīnæ, arum, f. termini agrorum facti ex lapidibus in ſpeciem maceriæ congeſtis. *Siculus Flacc. de condit. agror. pag.* 4. *Goeſii*. Addunt quidam locum *Palladii l.* 6. *tit.* 3. ſed ibi varia eſt lectio.

Attinĕo, es, ui, entum, detineo, vel teneo, *tenere*, *trattenere*, κατέχω. *Tacit. Annal.* 3. *c.* 36. Attineri publica cuſtodia. *Plaut. Menæch.* 5. 1. 29. Nunc eadem ante oculos attines. *h. e.* tenes, habes. ¶ Attinet, imperſonaliter, *appartiene*, pertinet, προσήκει. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 41. Servos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. Et *Fam.* 4. *ep.* 7. De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere.

Attingo, gis, attigi, attactum, a. 3. *toccare leggiermente*, נגע, Ger. *anriren*, Gall. *atteindre*, *toucher*, Hiſp. *alcantar*, *toccar*, ἅπτομαι, ἐπιψαύω, leviter tango. *Terent. Eun.* 4. 6. 2. Digito uno attingere. *Cic. pro Cœl. c.* 12. Primoribus labris guſtare, & extremis ut dicitur, digitis attingere. ¶ Hinc translate *Suet. de Illuſtr. Grammat. c.* 9. Studia leviter attingere. Et *Cic. de Orat. l.* 2. *circa princip.* Craſſus non plus doctrinæ attigit. ¶ Item attinere, *appartenere*. *Id l.* 2. *de leg. c.* 1. Hæc res te attingit: ¶ Item loco, vel cognatione proximum eſſe. *Cic. ad Attic. l.* 5. *ep.* 20. Cappadociæ pars ea, quæ Ciliciam attingit. Sic attingere aliquem ſanguine, cognatione, affinitate, neceſſitudine. *Plin. l.* 7. *epiſt.* 24. *Cic. Verr.* 4. *c.* 10. ¶ Forum attingere, eſt prætexta poſita virilem togam ſumere. *Cic. Fam. l.* 5. *ep.* 8. & *l.* 15. *epiſt.* 16. Sic attingere Remp. *Id. l.* 2. *Attic. ep.* 22. Nunquam vero Tull. *Rempubl. contingere* dixit, pro *attingere*. Quare monet *Græv.* male nonnullos *pro Leg. Manil. c.* 1. legere: Cum per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem: & *attingere*, reponendum eſſe. ¶ Cum accuſativo, & præpoſit. *ad*. *Plaut. Mer.* 1. 1. 32. Quæ nihil attingunt ad rem, nec ſunt uſui. ¶ Rem ipſam attingere, *toccar' il punto*.

Attollo, is, a. 3. *alzare*, *levare*, נשא, Ger. *erheben*, *auffheben*, Gal. *lever*, *elever*, Hiſp. *alcar*, *o quietar*, ἐπαίρω, elevo, erigo. *Quintil.* 11. 3. Attollere pedem. *Terent. Eun.* 4. 6. 31. Attollere pallium. *Plaut. Caſ.* 2. 6. 5. Attollere ſigna. *inalborare*. *Virg.* 10. *Æn. v.* 856. Attollere ſe in lenius. *Liv. l.* 8. *c.* 7. Attollere ſe a gravi caſu. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Attollere ſe a terra. *Id. l.* 34. *c.* 6. Attollere aliquid ſupra aliud. *Virgil.* 4. *Georg. verſ.* 127. Attollere humeris. *levar ſulle ſpalle*. ¶ Urbane, & translate *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Attollere vocem. *Id. l.* 10. *c.* 5. Attollere orationem. *Id. l.* 1. *c.* 2. Attollere mentem. *Celſ.* 5. 26. 1. Parvam rem attollere. *amplificare*. *Tacit.* 2. *hiſtor. c.* 90. Attollere aliquem laudibus. *Virg.* 12. *Æn. v.* 4. Attollere animos. *incoraggirſi*, vel *inſuperbirſi*. ¶ Pro auferre antiquum eſt. *Pacuv.* apud *Non. c.* 4. *num.* 35. Cuſtodite iſtum, ne quis attollat, neve attigat. ¶ Hoc verbum præterito, ac ſupino caret. Nam quod *Non. loc. cit.* ei tribuit *attuli*, afferens illud *Virg.* 8. *Æn. v.* 200. Attulit & nobis, &c. ad verbum *affero* pertinet. *Attollo* autem mutuatur *ſuſtuli* a *ſuſtollo*.

Attondeo, es, ondi, onſum, idem quod tondeo, vel circa tondeo, *toſare*, *radere*, ἐπικείρω. *Virg. Eccl.* 10. *v.* 7. attondere virgulta. *Plaut. Capt.* 2. 2. 18. Per pectinem attondere. Et metaphor. *Id. Bacchid.* 5. 1. 9. Is me uſque attondit doctis dolis. *id eſt* emunxit. V. attonſus.

Attonĭte, adverb. ἐκπληκτικῶς. *Plin. l.* 30. *c.* 1. *h. e.* Britannia hodieque magiam attonite celebrat. *h. e.* ad ſtuporem uſque ſuperſtitioſa, & defixa.

Attonĭtus, o. 1. 2. *ſtupefatto*, *attonito*, נבהל, Ger. *erſchrocken*, Gal. *etonne*, *ebaby*, ἀπόπληκτος, cujus & corpus & mens ſtupet ex caſu vicini fulminis, ab *attono*, & generatim qui ſtupet ex quacunque cauſa, ex morbo, ex ſubita re, &c. *Virg.* 3. *Æn.* Talibus attonitus viſis, ac voce Deorum. ¶ Cum genitivo, more Græcorum. *Sil. l.* 6. *verſ.* 231. Attonitus ſerpentis equus. ¶ Attoniti etiam ex morbo dicuntur. *Celſ. l.* 3. *c.* 26. Attonitos quoque raro videmus, quorum corpus & mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: ἀποπληξίαν hunc Græci vocant. ¶ Aliquando attoniti dicuntur furentes, ſeu μανίαν paſſi. Ita *attonitam catervam*, furioſas illas Bacchas *Statius* dixit *l.* 5. *Silv.* 1. *v.* 118. *Suet. Claud. c.* 37. Alter ante lucem attonito ſimilis, patroni cubiculum irrupit.

Attŏno, as, ui, itum, attonitum reddo. *Senec. epiſt.* 19. Etiam ipſa altitudo attonat ſumma. *h. e.* attonita habet ſumma, ſeu percutit, & quaſi tonitru quatit. Sic *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 5. Aut quas ſemideæ Dryades, Faunique bicornes Numine contactas attonuere ſuo. *Id. Metam.* 3. *v.* 531. Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, veſtras Attonuit mentes?

Attonſus, a, um, *raſo*, *toſato*, ut arva attonſa, *Luc. l.* 6. *v.* 84. Metaphorice *Cic.* ex quodam poeta, *l.* 5. *Tuſc. c.* 7. Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum. *h. e.* imminuta.

Attractĭo, onis, verbal. ab attraho. *Pallad. in April. tit.* 4. Recenter lecta poma ſi guttis vini veteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet attractio. ¶ Translate *Attractionem*, apud *Quint. l.* 1. *c.* 4. legimus pro eo poſitam, quod *Donatus* adverbium congregandi vocat, ut faſceatim, viritim, ſummatim, oſtiatim, &c. Lege locum ipſum.

Attractorius, a, um, vim attrahendi habens, ut Virtus attractoria. *Macer l.* 4. *c.* 19.

Attractus, a, um, nomen ex particip. tractus, adductus, *tirato*. *Virg. Georg.* 3. *v.* 505. Attractus ab alto ſpiritus. *Senec. de Benef. c.* 31. Quum Pollionis attractiorem vidiſſet frontem. *id eſt* contractiorem.

Attrăho, is, xi, ctum, a. 3. *trarre*, *tirare*, *allettare*, משך, Ger. *zuſich zichen*, Gal. *attirer*, *tirer a ſoy*, Hiſp. *traer a ſi*, ἐπισύρω, ad me traho, allicio. *Cic. de Amic. c.* 14. Ad amicitiam nihil tam allicit; & attrahit, quam ſimilitudo. Sic Attrahere, & reddere animam, *Plin. l.* 11. *c.* 37. h. e. ſpirare, & reſpirare.

Attrectatio, onis, attrectandi actus, *il maneggiare*, *il toccare*, ψηλάφησις, *Lamprid. in Heliogab. c.* 12. Eorum attrectatione gaudebat. Adde *Pallad. in Mart. tit.* 12.

Attrectātus, us, ui, m. 4. idem quod attrectatio. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 21. *ex Poeta*. Nam attrectatu, & quaſſu ſævum amplificatis dolorem.

Attrectatus, a, um, *toccato*, *maneggiato*, manibus tractus. *Gell. in fi. l.* 11. Res furti faciendi cauſa attrectatæ.

Attrecto, a, 1. *maneggiare*, *toccare*, משש, Ger. *betaſten*, *angreiffen*, Gal. *manier*, Hiſp. *manear*, μεταχειρίζομαι, manibus tracto, palpo. *Cic. de Aruſp. reſ. c.* 13. Attrectare contaminatis manibus. *Id. pro Cæl. c.* 8. Attrectare uxorem alicujus. *h. e.* impudice tangere. *Tacit. Ann.* 3. 52. Attrectare aliquid. *h. e.* tentare aggredi. *Flor. l.* 3. *c.* 5. Attrectare terminos provinciæ, *h. e.* violare, invadere. *Sabinus JCtus* apud *Gell. in fin. l.* 11. Attrectare rem alienam. *h. e.* tangere, & ſurripere.

Attremo, is, n. 3. tremo, *tremare*, ἐπιτρέμω. *Stat.* 8. *v.* 81. *Theb.* Attremit oranti.

Attrepĭdo, as, apud *Plaut.* eſt, ſenili gradu accedere, *Pæn.* 3. 1. 41. Attrepidate ſaltem: nam vos approperare haud poſtulo.

Attribŭo, is, ui, utum, a. 3. aſcribo, aſſigno, addico, aſciſco, affingo, *aſſegnare*, *attribuire*, נתן, Ger. *zugeben*, *zumeſſen*, Gal. *attribuir*, *bailler*, *aſſigner*, Hiſp. *attribuir*, *o dar*, προσάπτω. *Liv.* 26. 49. Cæterorum curam tuendorum C. Flaminio attribuit. *Cic. Verr.* 7. *c.* 41. Huic accedit ſummus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit. ¶ Apud *eund. l.* 1. *de Invent. c.* 52. Attribuere orationem alicui eſt, loquentem aliquem inducere. ¶ Eſt etiam aſſignare. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Tertium locum (ſalici) in æſtimatione ruris Cato attribuit. Sic *attribui pecunia publica* dicebatur ea, quæ ex ærario dabatur vel in ſtipendium, vel in opus aliquod faciendum, a Quæſtoribus. *Liv. l.* 40. *c.* 46. Cenſoribus deinde poſtulantibus, ut pecuniæ ſumma ſibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur, &c. V. Attributus.

Attributĭo, onis, verbal. *Cic. l.* 1. *de Invent. c.* 26. Ex his etiam attributionibus, ſacer, an profanus, publicus, an privatus; alienus, an ipſius, de quo agitur, locus ſit, an fuerit. Epitheta hic, ac circumſtantias intelligit. ¶ Sed *attributio pecuniæ* ſignificat aſſignationem pecuniæ, quæ fit alicui, ut alteri inde ſolvatur. *Cic. Attic. l.* 15. *ep.* 13. & *l.* 16. *ep.* 1. & *Fam.* 16. *ep.* 24.

Attribūtus, a, um, nomen ex particip. aſſignatus, *attribuito*, *aſſegnato*. *Cæſ. B. Gall. l.* 7. *c.* 81. Suus cuique locus attributus. *Plin. l.* 2. *c.* 8. Attributa ſidera ſingulis nobis. ¶ Attributa pecunia dicebatur, quæ a Quæſtoribus aſſignabatur præſidibus in provincias euntibus, vel aliis ad opus aliquod publicum faciendum. *Cic. in Piſon. c.* 35. Seſtertium centies, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæſtu reliquiſti. Adde *Verr.* 3. *c.* 13. & ibi *Aſcon.* & *Liv. l.* 40. *c.* 51. ¶ *Attributum* abſolute pro pecunia attributa, ſeu aſſignata alicui, habet *Varr. l.* 4. *de L. L.* ¶ Attributa alicui rei ſunt, quæ ad ejus rei naturam & circumſtantias aliquo modo pertinent. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 24. Perſonis has res attributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes. Et *c.* 26. Negotiis autem quæ ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, &c. ¶ *Attributi* dicuntur populi, aut urbes, quæ proprium forum non habent, ſed alteri urbi adjunctæ ſunt, ut inde jura petant, eoque accedant ad tributa ſolvenda, & alia ſubeunda munia publice impoſita. *Plin. l.* 3. *c.* 20. Camuni, compluresque ſimiles finitimis attributi municipiis.

Attritĭo, onis, f. actus atterendi, ſeu conterendi, ἐπίτριψις. *Lamprid. in Heliogab. c.* 19. Roſatum ab aliis acceptum, pinearum etiam attritione odoratius reddidit. *col peſtarvi dentro*, &c.

Attrītus,

Attrītus, a, um, ab attero, κατατετριμμένος, contritus, allisus, imminutus, *sminuito*, *logoro*, & metaph. vexatus, afflictus, ut attrita bellis Æthiopia, *Plin. l. 6. c. 29.* ¶ Attritæ opes, i. e. imminutæ, apud *Liv.* sæpe. ¶ Attrita toga, i. e. lacera, *Martial. l. 14. epigr.* 125. ¶ Comparat. *Cic.* Mentum simulacri Herculis paulo attritius, dixit *Verr. 6. c.* 43. sc. propter oscula orantium. ¶ Medici *attrita membra* appellant, quæ ex tricatione, aut pressione alicujus rei eroduntur, & fracta cute vulnerantur. *Plin. l. 24. c. 7.* Mastiche lentisci medetur & attritis partibus. *Id. l. 20. c. 5.* Cæpæ attrita sanant.

Attrītus, us, ui, m. 4. κατάτριψις, atterendi actus. *Plin. l. 9. c. 45.* Pisces attritu petræ scalpentes pruritum. *Id. l. 28. c. 16.* Attritus calceamentorum sanat urina asini. *le rosicature.*

Attŭbus, μογίλαλος, μογγός, ἄτυπος, impeditæ linguæ homo, *balbo*. *Auson. ep.* 22. Canus, comosus, hispidus, trux, attubus. Ita restituit *Jos. Scal. l. 2. lect. Auson. c. 9.* Antea legebatur *artubus*. V. Atypus.

Atypus, i, *balbo*, *scilinguato*, ἄτυπος (ex quo Latinum, attubus) est, ut *Budæus* exponit *annot. prior. in Pand.* qui non satis expedito linguæ plectro utitur, quasi aerem non feriens, vel quasi non satis verba exprimens. Græce a τύπτω ferio, & τύπος forma est. Ita enim legit locum *Ulp. l. 10. §. ult. Dig. de Ædil. ed.* ubi ait: Quæsitum est, an balbus, & blæsus, & atypus, isque qui tardius loquitur, & varus, sanus sit. *Gell. l. 4. cap. 2.* hæc profert Cæcilii Sabini: Balbus & atypus, vitiosi magis, quam morbosi sunt.

Atyrus, vel Aturus, vel Aturnus, nobilis fluv. in Aquitania e Pyrenæis montibus labens. *Ador*, vel *Dour*. *Luc. l. 1. v.* 420. Tunc rura Nemossi Qui tenet, & ripas Atyri, qua litore curvo Molliter admissum claudit Tarbellicus æquor. Adde *Auson. in Mosella*.

Atys, vel Attys, yos, vel Attis, is, & idos, & Attin, vel Atthin, īnis, item Attes, æ, (tot enim modis scribi, & inflecti solet) de quo Carmen est integrum Catulli, *de Berecynthia, & Aty*, cum Cybele cultus fuit a Phrygibus. Fuit autem puer formosissimus, quem Cybele caste amavit, eumque sacris suis præfecit, ea lege, ut perpetuo castitatem conservaret. Sed cum postea Sangaritidem nympham compressisset, ab irata Dea in furorem actus testes sibi execuit. Hinc Dea castratis Sacerdotibus usa est. Cum vero manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinum arborem mutatus est. *Ovid. l. 10. Met. Diodor. Pausan. Euseb. Arnob.* & *Augus†.* singuli singulas de eo, planeque varias narrationes scripserunt. ¶ Alius item ex Hercule, & Omphale prognatus, qui filium habuit Lydum, a quo Lydia dicta est, & Tyrrhenum, a quo Tyrrheni appellati sunt, de quibus *Strab. l. 5.* ¶ Item alius fuit ex India, ex Lymniace Gangis filia progenitus, qui in Andromedæ nuptiis occisus est a Perseo. *Ovid. 5. Met.*

A ANTE V.

Au, interjectio variis animi affectibus inserviens, ut consternati animi, *Terent. Andr.* 4. 4. 12. Dicturan' es quod rogo? *My.* au. *Id. Eun.* 5. 2. 60. Au, tace obsecro. Ita autem his locis exponit. *Donatus*. ¶ Item abominantis. *Id. Phorm.* 5. 1. 27. Quid? duas ne is uxores habet? *So.* au, obsecro: unam ille quidem hanc solam. ¶ Item admonentis cum indignatione, & increpatione. *Plaut. Mil.* 2. 2. 62. Vigila: tibi ego dico: au! feriatus ne sis. Al. aliter leg. ¶ Scribitur etiam *hau*, & *ahu*. ¶ Est etiam *au* præpositio, quæ in duobus solummodo verbis componendis locum habet *aufero*, *aufugio*, estque ibi posita pro *ab*.

Avar, ris. Avares Scythiæ populi Romanum Imp. Justiniani temporib. & proximis infestantes. *Corippus de laudib. Justini l. 3. c. 8. vers.* 170. Crudus & Asper Avar dictis sic cœpit acerbis: Rex Avarum Cagan, debellans intima mundi, &c.

Avāre, adv. *avaramente*, πλεονεκτικῶς, tenaciter. *Cic. 3. Off. c.* 8. Nihil avare, nihil injuste. *Colum. l. 1. c. 7.* habet comparat. *avarius*, & superlat. *avarissime*, *Senec. de Otio Sap. c. 32.*

Avaricensis, e, ad Avaricum pertinens. *Cæs. l. 7. B. Gall. c. 47.*

Avarĭcum, n. 2. Avaricum Biturgicum Cuborum, *Bourges*, urbs Galiæ, A. & primaria Bituricensis prov. ad fl. Auram, seu Avarum, cum Academia celebri.

Avarĭter, adv. avare, avide, *avaramente*. *Plaut. Rud.* 4. 7. 13. Quam si quis avidus poscit escam avariter. *Id. Curcul.* 1. 2. 35. Ingurgitat impura in se merum avariter faucibus plenis.

Avaritĭa, æ, & avarities, ei, f. *avarizia*, aviditas, cupiditas, φιλαργυρία. *Cic. 4. Tus.* Avaritia est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens, & penitus insita. *Lucr.* Avarities, & honorum cæca cupido. *l. 3. v. 59.* ¶ In plurali num. *Cic. 4. de Fin. cap. penult.* Nec enim omnes avaritias, si æque avaritias esse dixerimus, &c.

Avārus, o. 1. 2. alieni appetens, qui omnia in pecunia ponit, tenax, avidus, *avaro*, *avido*, *ingordo*, כילי, Ger. *geitzig*, Gal. *avaritieux*, Hisp. *codicioso*, φιλάργυρος, ab aveo, cupio, vel ab aveo, & æs, æris, vel potius aurum, *t. Horat. 1. Epist. 2. v. 56.* Semper avarus eget. ¶ Transfertur a divitiis ad res alias, ut avarus laudis, *Horat. l. 2. ep. 1. v.* 179. Avarus cædis miles, *Claudian. de B. Get. vers. 606.* ¶ Comparat. avarior, Superlat. avarissimus, illud apud *Horat. l. 2. ep. 2. v.* 157. hoc vero apud *Cic. 3. Verr. c.* 37.

Auceps, cupis, c. 3. venator avium, *uccellatore*, יוקש, Ger. *vogelfenger*, Gal. *oiseleur*, Hisp. *paxarero*, ὀρνιθοθήρας, quasi aviceps, qui, vel quæ aves capit. *Col. l. 8. c. 10.* Ab aucupibus in hunc usum nutriti. ¶ Translate *Plaut. Mil.* 4. 1. 9. Circumspicito dum, ne quis nostro hic auceps sermoni sit. *Cic. l. 1. de Or. c. 55.* Auceps syllabarum, *h. e.* qui quærit & captat syllabas.

Auceta, sæpe aucta. *Festus*.

Auchātæ, arum, Scythæ ad os Bosphori, ubi Hypanis oritur. *Valer. Flacc. l. 6. v.* 132. in singulari: Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

Aucilla, diminut. ab avis, avicula. *Apul. Met. l. 9.* Bona, & satis fœcunda aucilla. V. *Meurs. p. 2. Exerc. Crit. l. 4. c. 8.*

Auctarium, ii, *giunta*, *soprappiù*, ἐπίμετρον, quidquid supra mensuram, aut pondus adjicitur. *Plaut. Merc.* 2. 4. 22. Auctarium adjicito.

Aucte, adv. valde, copiose, cujus comparat. usus *Apul. l. 4. p.* 153. Puella auctius ejulans sese. Al. leg. *altius*.

Auctĭfer, a, um. *Cic. vertens quosdam Homeri versus* (ut quidem citat *Augustin. 5. de Civ. Dei, c. 8.*) Jupiter auctiferas lustrabat lampade terras. *h. e.* terram omnia gignentem, atque alentem. Nam *augeo* pro gigno a *Lucret.* usurpatur.

Auctifĭco, as, are, augere, *accrescere*. *Arnob. l. 7. p.* 224. Cibis novis auctificatis. & *p.* 233. Auctificat dignitates.

Auctifĭcus, o. 1. 2. *quello, che accresce*, αὐξητικός, quod auget. *Luc. l. 2. v.* 571. Auctifici motus, *h. e.* motus, quibus corpora alimentorum accessione augentur.

Auctĭo, nis, f. 3. *aumento*, *accrescimento*, *vendita all' incanto*, Ger. *vergantung*, Gal. *vente à l' enchere*, Hisp. *almoneda*, αὔξησις, augmentum, ab augeo. *Macrob. l. 1. Saturn. c.* 14. Modo auctio, modo retractio dierum. ¶ Ponitur fere pro publica venditione rerum privatarum, *incanto*, quia in ea pretium semper augetur, & res traditur plus offerenti. Ejus ratio hæc erat. Præco proclamabat diem auctionis, & res venales, designato pretio (quod *Plaut. Stich.* 2. 1. 42. auctionem prædicare, dixit). Tum licebantur auctores, h. e. dicebant pretium, quo vellent emere, qui plus offerebat, ei res adjiciebatur. *Cic. pro Quint. c.* 4. Auctionem in Gallia se facturum esse, præscribit.

Auctionalia, *Ulpian.* vocavit tabulas, & instrumenta auctionis. *L. 1. §. Officio. D. de Tutel. & Ration. distr.*

Auctionarĭus, a, um, quod ad auctiones pertinet, ut Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat. *Cic. de Leg. Agr.* Ut in atriis auctionariis auctionentur.

Auctiōnor, aris, d. 1. auctionem facio, auctione vendo, per præconem vendo, præconis voci subjicio, *vendere all' incanto*, Ger. *verganten*, Gal. *vendrè à l' encant*, Hisp. *almonedear*, ἀποκηρύττω, λαφυροπωλῶ, per auctionem vendo. *Cic. pro Quinct. c. 3.* Hominem deterret, ne auctionetur. *Ascon. in Ver. 3. c.* 23. Bona condemnatorum auctionari.

Auctĭto, as, are, frequent. ab augeo. *Tacit. Ann. 6. c.* 16. Auctitare pecunias fœnore. *Arnob. l. 7.* Potentias auctitare.

Aucto, as, are, augere, auctitare, frequent. *Plaut. Amph. Prol. v. 6.* Res suas bono, atque amplo auctare lucro. *Catull. Carm.* 67. Te bona Jupiter auctet ope.

Auctor, oris, m. 3. *autore*, בעל, מחבר, Ger. *ein ersinder*, Gal. *auteur*, Hisp. *autor*, αὐτουργός. Declinatum videtur, inquit *Franc. Hotom. Comment. Verb. Jur.* ab auctionibus, in quibus ei, qui plurimum auget, res addicitur, & ex ea auctione, atque adjectione sua auctoritatem sibi in rem emptam comparat. Unde pro domino rei usurpatur. *Cic. Verr. 7. c.* 21. Tum illi intellexerunt, se id, quod a malo auctore emissent, diutius obtinere non posse. ¶ Alii ducunt ab *augeo*, quod *creare* significat, secundum *Lucret. l. 5. v.* 323. Nam quodcumque alias ex se res auget, alitque. Hinc auctor rei, unde primum res est. *Virg. Æn. 6. v.* 650. Trojæ Dardanus auctor. Ex his collige, non *autor*, neque *author*, sed *auctor*, scribendum esse. ¶ Fere autem auctor is est, cujus imperio, atque auctoritate, item consilio, opera, impulsu, vel periculo, atque exemplo aliquid suscipitur, aut geritur. *Tacit. Agric. c.* 8. Nec unquam in suam famam gestis exultavit, ad auctorem, & ducem, ut minister fortunam referebat. *Cic. 3. Offic. c.* 30. Hujus deditionis ipse suasor, & auctor fuit. Ubi nota, auctorem plus aliquanto esse, quam suasorem. ¶ Pro recitatore usurpatur a *Cic. l. 3. de Orat. sub finem*. Significavit quantum esset in actione, qui orationem eandem aliam esse putaret, auctore mutato. Nisi forte legendum est *actore*, ut quidam putant. ¶ Auctor etiam est, qui aliquid facit, aut invenit: proinde librorum conditores, auctores vocamus. *Cic. in Orat. c.* 57. Aristoteles auctor optimus. *Lucan. l. 9. v.* 661. Mercurium auctorem citharæ appellat, h. e. repertorem. ¶ Auctor etiam est, qui aliquid proponit, ut Auctor legum, pacis, belli, &c. Hinc illa: Populus jussit, Patres auctores fuerunt, passim apud *Liv.* & alios. Dicimus, auctor sum tibi faciendi aliquid, vel ad faciendum, vel ut facias, vel in faciendo. *Cicero* passim, & alii. ¶ Invenitur etiam cum infinito. *Cic. l. 9. ad Att.* Ego quidem tibi non sum auctor, si Pompejus Italiam relinquit, te quoque profugere. ¶ In utroque genere auctoris nomen effertur. *Ovid. 5. Fast. v.* 192. Optima tu proprii nominis auctor eris. *Senec. Med. v.* 979. Ipsam sceleris auctorem horridi. Dicitur tamen & *auctrix*. V. ¶ Scribitur etiam *autor*, ab iis, qui vel ab *aveo* deducunt, vel ab *audeo*, vel a Græco αὐτουργός: item *author* ab iis, qui ab αὐθέντης derivant. Verum probabilissima est Etymologia, qua ab *augeo* deducitur, & *auctor* per *ct* scribitur.

Auctoramentum, i, n. 2. ipse actus paciscendi, & auctorandi se, & inde nata obligatio: item merces & commodum, quod inde sequitur: speciatimque dicitur de gladiatoribus. *Cic. 1. Offic. c.* 32. In mercenariis ipsa merces auctoramentum servitutis: hoc est obligatio. V. *Auctoro*. ¶ Transfertur tamen & ad alia. *Senec. ep.* 69. Nullum sine auctoramento malum est: avaritia pecuniam promittit, luxuria voluptates &c. h. e. Nullum est vitium, quod non aliquid utilitatis promittat. *Id. l. 4. de Benef. c.* 36. Philippus Macedonum Rex militem fortem habebat ..... hominem venalis animæ crebris auctoramentis accendebat. h. e. muneribus, donis.

Auctoratĭo, onis, verbal. actus auctorandi, h. e. venditio, ut *Isid.* exponit. Est hæc vox & veteris *Horatii Scholiastæ ad sat. 7. l. 2. v.* 59.

Auctorātus, a, um, nomen ex particip. addictus alii, venditus, mercede conductus. *Glossæ Philoxeni:* Auctoratus, αὐθαίρετος εἰς δοῦλον ἑαυτὸν βάλλων, & μονόμαχος. *Vet. Interp. Horat. ad l. 2. sat. 7. v.* 59. Auctorati, inquit, dicebantur, qui se ludo vendiderant. *Senec. in Apocoloc.* Proximo munere inter novos auctoratos ferulis vapulare placet. ¶ *Tertul. de Corona, c.* 2. aliter usus est, & in meliorem partem: Delictum quod committitur in observationem suo jam vindicandam nomine, & satis auctoratam consensus patrocinio. h. e. probatam, confirmatam.

Auctorĭtas, atis, *autorità*, αὐθεντία, κῦρος, τὸ ἀξιωματικόν. Primo significat factum, aut dictum, quod aliis deinceps pro consilio, exemplo, aut testimonio est. *Vitruv. Præf. ad Aug.* Ædinciorum publicorum auctoritates egregias. *i. e.* exempla. *Cic. 2. de Fin. c.* 13. Auctoritatem alicujus sequi. Et *pro Balbo c.* 13. Cujus auctoritate & exemplo nunquam intermissa est largitio &c. ¶ Hinc testimonia, sententiæ, ac dicta auctoritates dicuntur. Quo nomine & litteræ publicæ, & instrumenta sæpius veniunt. *Cic. Verr. 2. c.* 3. Legationes cum publicis auctoritatibus ac testimoniis convenisse dicit. ¶ Decreta etiam Senatus, quæ non approbasset populus, *Auctoritates* dicebantur; quæ vero probasset, *Consulta*. *Cic. Fam. 8. ep.* 8. Idem etiam testimonia & probationes hoc nomine appellat, ut *7. Verr. c.* 39. Testibus, & auctoritatibus convincere. ¶ Defrugere auctoritatem, est inficiari se esse auctorem, aut impulsorem alicujus rei, ut ostendit *Muretus ad Ter. Eun. 2. 3. v. ult.* allatis etiam exemplis Ciceronis, & Plauti. ¶ Sumitur etiam auctoritas frequenter pro amplitudine quadam, ac vi, quæ alicui accedit ex genere, ætate, meritis, opibus, dignitate & similib. *Cic. 2. de Div.* Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, auctoritate tamen hos minutos philosophos vinceret. Hinc valere auctoritate &c. ¶ Interdum ponitur pro majestate. *Tacit. 1. histor. c.* 29. Auctoritas Principis majoribus remediis integra servanda. ¶ Neque vero personis tantum, verum etiam rebus auctoritas tribuitur. *Cic. pro Flac. c.* 4. Tota hujusce rei, quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. *Plin. l. 12. c.* 4. Tanta arbori auctoritas erat. Et, auctoritas orationis, apud *Cic.* ¶ Hinc res aliqua in auctoritate esse dicitur, quæ in honore, ac pretio habetur. *Id. l. 34. c. 6.* ¶ In jure auctoritas est jus vindicandæ rei suæ adversus eos, qui eam in præsenti possident, hoc est dominium legitimum. Lex XII. Tab. apud *Cic. Top. c. 3.* & *pro Cæcin. c.* 19. Usus, auctoritas fundi biennium; cæterarum rerum annuus esto. *Lex Attinia* apud *Gell. l. 7. c. 7.* Quod subreptum erit, ejus rei æterna auctoritas esto. ¶ *Scævola Dig. l. 13. tit. ult. leg. ult.* Exhibere instrumentum auctoritatis. *l' istromento d' acquisto*.

Auctōro, as, are, οἰκειόω. Est mercede operam alicujus obligare, dice-

baturque præcipuè de gladiatoribus, qui, liberi cum essent, pretio tamen se in ludum gladiatorium addicebant. *Tertull. ad Nation. l.* 1. *c.* 18. Non vitæ amore gladio vos ad laniſtas auctoritatis, ſed mortis nomen ſtultitiæ datis. Quidam afferunt exemplum *Pollionis ad Cic. ex l.* 10. *Famil.* ſed lectio illa non eſt genuina. ¶ A gladiatoribus ad alios quoque transfertur: milites enim auctorati dicuntur, qui ſtipendia merent, & contra exauctorati, qui a militia remoti fuerunt. ¶ Auctorare ſibi mortem peſſimo facinore, h. e. mortem quaſi mercede ſibi quærere, & arceſſere, ut debitam, dixit *Velleſ. l.* 2. *meritarſi, tirarſi addoſſo la morte.* ¶ Reperitur etiam *auctor, aris* deponentis forma. *Apuleſ. l.* 9. *Met.* Mulier exſecrando metallo pudicitiam ſuam protinus auctorata eſt.

Auctrix, īcis, fem. ab auctor, quæ auget. *Tertull. de Corona mil. c.* 3. Traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix. Et *l.* 5. *adv. Marcion. c.* 10. Anima auctrix operum carnis. Adde *Auguſt. ſerm.* 38.

Auctum, i, vocabatur ſpatium circi, quod ſupra definitum modum victoriæ adjungitur. *Feſtus.* ¶ Item augmentum, *accreſcimento*, αὔξησις. *Gell. l.* 20. *c.* 8. Solum cæpe contra Lunæ aucta & damna vices minuendi & augendi habet contrarias. Al. tamen leg. *luera*.

Auctus, us, ui, m. 4. *accreſcimento*. *Liv. l.* 4. *c.* 2. Maximis auctibus creſcere. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Auctu imminenſo aquarum.

Auctus, a, um, nom. ex particip. *accreſciuto*, ὠξηθείς, ut pecunia aucta, *Ciç. pro Cluent.* Aucta numero acies, *Liv. l.* 8. *U. C.* ¶ Item præditus, ornatus. *Horat. lib.* 1. *ſat.* 6. *v.* 11. Amplis honoribus auctus. ¶ Comparat. auctior. *Liv. l.* 4. *c.* 2. Majeſtatem auctiorem, ampliorem-que eſſe. V. Augeo. ¶ In malam partem *Terent. Heaut.* 4. 1. 15. Auctus damno. ¶ Superlat. *auctiſſimus* rarum eſt. *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 18. Statuam in auctiſſima baſe ponere *h. e.* ampliſſima. Al. leg. *acutiſſima*.

Aucupabundus, a, um, ut venabundus. *Tertull. de anima, c.* 39. Spiritus nequam aucupabundus.

Aucupatio, onis, ipſe actus aucupandi, avium venatio, *uccellagione*. *Quintil. Declam.* 13. Multa quæ libera fuerant, tranſeunt in jus occupantium, ut venatio, aucupatio.

Aucupatorius, a, um, ad aucupium pertinens. *Plin. l.* 16. *c.* 36. *de calamis aquaticis*. Cum anno permanſit inundatio, proficiunt in aucupatoriam amplitudinem. *h. e.* adeo craſſi fiunt, ut poſſint aucupio inſervire.

Aucupatus, us, m. idem quod aucupium. *Capitolin. in Antonin. Philoſ. c.* 4. Amavit pugilatum, & curſus, & aucupatus.

Aucupatus, a, um, ſignif. paſſiva, ab aucupo, captus, acquiſitus. *Lactant. l.* 5. *Inſtit. c.* 23. Aucupata per rumorem.

Aucupium, ii, n. 2. ὀρνιθοθήρησις, avium captus, *uccellagione*. *Cic.* 2. *Fin. c.* 8. Piſcatu, aucupio, venatione. ¶ Pro ipſa præda, quæ aucupio fit, *Senec. de Provid. c.* 3. Felicior eſſet, ſi in ventrem ſuum peregrina aucupia congereret. ¶ Translate apud *Terent. Eun.* 2. 2. 16. Paraſitus dixit: Hoc novum eſt aucupium. & *Plaut. Mil.* 4. 1. *ad fin.* Aucupium auribus facere. *Cic. pro Cæc. c.* 23. Aucupia verborum. *h. e.* ſubtilium verborum captiunculæ, quibus JCti in rebus definiendis uti ſolent.

Aucupo, as, activa voce, pro aucupor ſæpe eſt apud *Plaut.* ut *Aſin.* 5. 2. 32. aucupare ſermonem. Et *Trucul.* 5. 1. 73. Lepide aucupavi, atque ex mea ſententia. Verum uſitatius eſt *Aucupor*.

Aucupor, aris, depon. *uccellare*, aves capere. Translate autem ponitur pro ſolerter quærere, & captare. *Cic. Fam.* 5. *epiſt.* 12. Vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari videar gratiam tuam. *Id. in Piſ. c.* 24. Levitatis eſt inanem aucupari rumorem. Et *de Orat. l.* 2. *c.* 14. aucupari utilitatem.

Audacia, ciæ, f. 1. confidentia, impudentia, *audacia*, *ardire*, מבטח, Ger. *frævel heit*, Gal. *audace*, Hiſp. *audacia*, θράσος, ſecuritas, qua quis malum neque futurum expectat, neque præſens horreſcit. Et fere accipitur in malam partem pro nimia confidentia. *Cic.* Nec vires eis, nec audacia, nec tela deſuere. ¶ In bonam partem apud *Liv.* 25. 38. Non enim frangere audaciam veſtram, ſed differre in majorem gloriam, atque opportunitatem volui. ¶ *Audacias* in plur. dixit *Cicer. Catil.* 2. *c.* 5. & *pro Sylla*, & *ad Attic.* 9. *epiſt.* 7.

Audaciter, & audacter, per ſyncopem, *audacemente*, Gal. *hardiment*, *audacieuſement*, Hiſp. *oſadamente*, θρασέως, fidenter. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. reprehendit *audaciter*: *Gronovius* autem *Livio lib.* 22. *c.* 25. & *lib.* 40. *c.* 45. non ſolum reſtituit ex vetuſtis libris, ſed etiam auctoritate comprobat utriuſque *Senecæ Controv.* 20. & *de Provid. c.* 4. ¶ *Audacter* tamen uſitatius eſt. *Terent. Heaut.* 1. 1. 6. Audacter aliquem monere. *Cic. in Orat. c.* 8. Audacius exultavit. *Liv. l.* 30. *c.* 30. Audaciſſime omnia incipere.

Audaculus, m. 2. dimin. ab audax. *Gel. l.* 5. *c.* 21. Reprehenſor audaculus verborum.

Audax, acis, o. 3. *audace*, *ardito*, כוד, Ger. *freveler*, Gal. *audacieux*, Hiſp. *audaz*, modo fidens dicitur, τολμητής. *Virg.* 5. *Æn.* Quique pedum curſu valet, & qui viribus audax. ¶ Modo temerarius, *temerario*. *Plaut.* Pergin' audax hoc facinus perſequi? ¶ Comparat. *audacior* eſt apud *Cic. Catil.* 2. *c.* 5. Superlat. *audaciſſimus* apud *eund. pro Sext. Roſc. c.* 1. ¶ Cum genitivo *Stat. l.* 3. *Sil.* 2. *v.* 64. Audax ingenii. ¶ Cum infinito *Horat. lib.* 1. *od.* 3. Audax omnia perpeti.

Audendus, a, um, particip. paſſiv. *Liv. l.* 35. *c.* 35. Res eſt agenda, audendaque.

Audens, tis, audax. *Virg. Æn.* 10. *v.* 284. Audentes fortuna juvat. Et *Æn.* 6. *v.* 95. Sed contra audentior ito. *Tacit. in Agric.* 33. Audentiſſimus quiſque miles.

Audenter, *audacemente*, בטח, Ger. *freventlich*, θρασέως, audacter. *Leg.* 29. §. 14. *D. de Lib. & Poſth.* Audenter dicere. *Tac.* Quidam audentius apertis in oſculis viſebantur. *l.* 4. *Annal. c.* 47.

Audentia, æ, f. *ardire*, *animoſità*, animi fidentia, audacia. *Non. c.* 5. *n.* 84. rectè docet, audentiam in bonam partem ſumi, & eſſe fortitudinis; audaciam plerumque in malam, & eſſe temeritatis. *Tac. Ann.* 15. *cap.* 53. & *de morib. Germ. c.* 34. & *Plin. lib.* 8. *epiſt.* 4.

Audeo, des, auſus ſum, *ardire*, *tentare*, *eſſer audace*, דיק, כטח, Germ. *deorffen*, Gall. *oſer*, Hiſp. *oſar*, τολμάω, ſignif. fidentem eſſe, temere prætumere, aggredi, ab *aveo*, inferto d. Verbum activum eſt, & licet ſæpe abſolute uſurpetur, tamen ſemper aliquid ſubaudiendum eſt. *Tacit. l.* 2. *hiſtor. c.* 25. Modica ſilva erat, unde rurſus auſi &c. ſubaudi, prorumpere, & integrare pugnam. *Virg. Æn.* 2. *v.* 347. Audere in prælia. *ſc.* progredi. ¶ Audere quin, *Plaut. Aſin.* 1. 1. 10. Non audeo quin promam omnia. ¶ Sæpe accuſativus apponitur. *Ter. Eun.* 5. 5. 16. Qua audacia tantum facinus audet? Sic audere puguam, aciem, ſcelus, *Tacitus* dixit, audere ultima, *Livius*; audere majora viribus, *Virg.* ¶ Interdum infinitus. *Cic. ad Brut. ep.* 16. Aude negare. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimis. *Lucret. l.* 6. *v.* 1070. Vitigeni latices in aquai fontibus audent miſceri. ¶ Auderi paſs. eſt apud *Nepotem* 1. 4. 5. Auderi adverſus ſe dimicare. *Liv.* 29. 9. Multa dolo audebantur. ¶ In præſen. conjunct. habet ſæpe *auſim, ſis, ſit*, pro audeam, as, at. *Liv. in proœm. l.* 1. Nec ſi ſciam, dicere auſim. Pro quo legitur *auſerim in Carm. de Paſſione Domini*, quod *Lactantio* quidam tribuunt. Sed vel ex hoc pudendo barbariſmo intelligi poteſt, quantum carmen illud abhorreat a ſtilo elegantiſſimi Scriptoris.

Audiens, entis, nom. ex particip. idem quod obediens. *Plaut. Truc.* 1. 2. 25. Tibi ſervio, atque audiens ſum imperii. Sic *dicto audiens*, V. in *audio*.

Audientia, æ, f. 1. *udienza*. *Cic. de Sen. c.* 9. Facit ſibi audientiam diſerti ſenis oratio. *Liv. l.* 43. *c.* 16. Audientiam facere præconem juſſit. *audientiam facere* eſt ſilentium audiendi cauſa indicere, *intimar ſilenzio*. Apud *Apuleſ. l.* 3. *Met.* audientiam alicui tribuere, eſt quod Itali dicimus, *dar' udienza*. ¶ In Codice Juſtinianeo ſæpe *audientia* ponitur pro auditione, & cognitione cauſarum, quæ fit ab habente juriſdictionem, ut *lib.* 2. *tit.* 13. *leg.* 1. *lib.* 7. *tit.* 19. *leg. ult.* Adde *tit.* 4. *lib.* 1. qui eſt *de Epiſcopali audientia*, h. e. de iis, de quibus cognoſcere ad Epiſcopos pertinet. ¶ Sumitur etiam generatim pro quacumque auditione. *Arnob. lib.* 3. *pag.* 117. Janus pandit viam ad deorum audientiam. Adde *lib.* 5. *pag.* 178. & *lib.* 6. *pag.* 192. ¶ Audientia pro ipſa audiendi facultate, *l'udito*. *Prudent. in Romano*, *v.* 954. Surdis truendam reddere audientiam.

Audio, is, ivi, itum, a. 4. *udire*, שמע, Ger. *hoeren*, *loſen*, Gal. *ouir*, Hiſp. *oyr*, ἀκούω, auribus accipio, ab ὠΐα, ſonus, qui auditur, vel ab aura, quia vox per aerem ad aures fertur. *Cic. pro Sex. Roſc.* Attente, bonaque cum venia verba mea audiatis. ¶ Interdum eſt audita petenti concedere. *Virg.* 9. *Æn. v.* 631. Audiit, & Genitor cœli de parte ſiniſtra intonuit lævum. Sic audire preces alicujus, hoc eſt exaudire. ¶ Interdum credere, *credere*. *Cic. in Tuſc.* Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Dus raptum ait. ¶ Interdum præcipienti parere, *ubbidire*. *Cic. Fam. l.* 2. *ep.* 7. Te adhibe in conſilium, te audi, tibi obtempera. ¶ Hinc dicto audiens, vel edicto, i. e. qui obedit. In qua phraſi ſi perſona addenda ſit, in dativo poni debet, tanquam ſi dicto audiens unica vox eſſet. *Cic. 6. Verr. c.* 12. Reſpondit dicto audientem fuiſſe Prætori. *Nepos in Lyſandro*, *c.* 1. Qui quod dicto audientes imperatoribus non erant. Sic *audire alicui* pro parere, apud *Apuleſ. in Apolog.* ¶ In hoc ſenſu etiam inanimis rebus tribuitur. *Ov.* 5. *Met. v.* 380. De mille ſagittis Unam ſeposuit, ſed qua nec auctior ulla, Nec minus incerta eſt, nec quæ magis audiat arcum. *Virg.* 1. *Georg. v.* 514. Nec audit currus habenas. ¶ Audire pro intelligere, *Plaut. Epid.* 2. 2. 69. Ajebat, ſe audiviſſe ab ea, atque ex epiſtola. ¶ Audire etiam diſcentium eſt, qui ſcholam alicujus frequentant. *Cic.* 1. *de Nat. Deor. c.* 14. Cleanthes Zenonem audivit. ¶ Bene, vel male audire, eſt bonam, vel malam famam habere. *Cic.* 3. *Fin c.* 17. eſt hominis ingenui velle bene audire ab omnibus. Sic apud *eund.* minus commode audire. ¶ *Horat. l.* 1. *ep.* 16. Tu rectè vivis, ſi curas eſſe, quod audis. *h. e.* diceris, perhiberis. Et *epiſt.* 7. *v.* 37. Rexque paterque audiſti. *h. e.* appellatus es. ¶ Auditur, pro *ſubintelligitur*, ut vulgo dicunt, eſt apud *Quintil. l.* 8. *c.* 5. ubi, quid τὸ καὶ ſit, explicat. Ejus verba ſunt: Eras dignus, ut haberes integram manum. Sic enim auditur: ut depugnares. ¶ *Audivo* pro *audiam* habet *Plaut. Capt.* 3. 4. 86. & alibi.

Auditare frequentativum eſt ab *audire*. *Feſtus*: Auditavi, ſæpe audivi.

Auditio, f. 3. *l' udire*, שמועה, Ger. *hoerung*, ἀκρόασις, ipſe audiendi actus. *Cic.* 5. *Fin.* Fabellarum auditione dicuntur. *Id. Famil.* 8. *epiſt.* 1. Romam cum veniſſem, tenuem auditionem de te accepi. *h. e.* famam, ſermonem. Sic *Cæſ. B. G. l.* 7. *c.* 42. Levem auditionem habent re comperta. ¶ Eſt etiam ſchola, diſſertatio, acroaſis, ut vertit *Gell.* græcam vocem ἀκρόασιν, *l.* 14. *c.* 1. Egreſſus ibi, inquit, ex auditione propere annotavi. Et *l.* 19. *c.* 8. Quando erat a Migiſtris auditionibuſque obeundis otium.

Auditiuncula, æ, f. 1. diminut. brevis auditio, ſeu acroaſis. *Gell. l.* 13. *c.* 19. Auditiuncula quadam de Catonis familia aſperſus es.

Auditor, ris, m. 3. *uditore*, תכמן, Germ. *ein zuhorer*, Gal. *auditeur*, Hiſp. *oydor*, ἀκροατής, qui audit. *Cic. Act.* 16. *ep.* 2. Bonos auditores nactus. ¶ Sumitur & pro diſcipulo. *Cic. de nat. Deor.* 1. 14. Perſeus Zenonis auditor. ¶ Etiam qui librum legit, *auditor* quodammodo dici poteſt, audit enim Auctorem illum. Atque hac ratione videtur locutus *Varro in tit. l.* 5. *de L. L.* Si qua erunt, inquit, ex diverſo genere adjuncta, potius cognationi verborum, quam auditori calumnianti geremus morem.

Auditorium, n. 2. *auditorio*, Gal. *auditoire*, Hiſp. *auditorio*, ἀκροατήριον, locus, ubi audiuntur Oratores. *Quintil. l.* 2. *c.* 11. Sed cujus rei gratia plenum ſit auditorium. ¶ Sed per Metonymiam accipitur etiam pro ipſa auditorum turba, *uditori*. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 7. Nuper, adhibito ingenti auditorio, librum de vita ejus recitavit. ¶ Item ſchola eſt, ubi pueri ingenuas artes a Magiſtris audiunt. *Quint. l.* 10. *c.* 1. Alia ratio eſt fori, & auditorii. ¶ Etiam pro toro, & tribunali ponitur, *palazzo della ragione*. *Paulus in l. contra*, *de re jud.* Is, qui ad majus auditorium vocatus eſt.

Auditus, us, m. 4. ſenſus audiendi, auditio, *udito*, כשמע, Ger. *gehoor*, Gal. *ouye*, Hiſp. *el ſentido*, ἀκοή. *Plin. l.* 10. *c.* 69. Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus.

Auditus, a, um, nomen ex particip. *udito*, *ſentito*, ἀκουσθείς. *Horat. l.* 3. *od.* 1. Carmina non prius audita canto. *Velleſ. l.* 2. *c.* 25. Audito crudelior. ¶ Elegans eſt participii hujus uſus, cum *audito* abſolute ponitur pro *re audita*. *Liv. l.* 27. *c.* 7. Audito, Machanidam territum refugiſſe. *Tacit. Ann. l.* 2. *c.* 7. Audito caſtellum Luppiæ obſideri.

Audomārum, n. 2. *S. Omer*, urbs Belgii, ad fl. Agnionem, ex primis Arteſiæ, E. ſub A. Cameracenſi.

Ave, avēto, avete, avere, verbum defect. ſignificat *vive*, *vivite* &c. a voce Hebr. חיה, græce χαῖρε dicitur. Utebantur eo in matutinis ſalutationibus, *buon dì*, ut verbo *ſalere*, ὑγιαίνειν, in veſpertinis. *Mart. l.* 1. *epigr.* 56. Et matutinum portat ineptus ave. *Id. l.* 9. Non vis, Ater, avere, vale. V. Aveo. ¶ Sæpiſſime in antiquis monumentis reperitur *have* cum aſpiratione.

Avectus, a, um, nom. ex particip. *portato*, *e condotto via*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 43. Avecti hoſtes. Et *l.* 11. *v.* 225. Avecta corpora.

Avĕho, is, exi, ectum, a. 3. *condurre via*, ἀπάγω, abduco, alio veho. *Ter. in Adel.* 4. 5. 19. Is venit, ut ſecum avehat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 516. penituſque alias avexerat oras. ¶ Scribitur & *abvebo*.

Avellana, næ, f. 1. *nocciuola*, נוץ, Gal. *noiſette*, *avelaine*, Hiſp. *el avellana*, λεπτοκάρυον, nux coryli arboris. Primum dicta eſt Abellina, deinde Avellana, ab Avellino Campaniæ opp. quod *Abella* a Virg. *Avella* a Silio appellatur, quia ibi abundat. Dicitur etiam *nux Pontica*, quod primo e Ponto venit in Græciam, & Italiam. Item *nux Præneſtina*, quod Præneſtini his abundent, vel quod ab Annibale obſeſſi his nucibus famem tolerarint. Eſt autem *Avellana* adjectiv. ut cum abſolute ponitur, intelligatur, nux. Dicitur tamen & nux Avellana. *Plin. l.* 37. *c.* 4. Avellanæ nucleo ſimilis. *Scribon. Larg. compoſ.* 135. Avellanæ nucis magnitudine.

Avello, lis, avulſi, & aliquando avelli, avulſum, a. 3. abſtraho, aufero, *ſbarbicare*, *ſtirpare a forza*, *ſpiccare*, *ſtaccare*, נתק, Germ. *abreiſſen*, *damen reiſſen*, Gal. *arracher*, *retirer a force*, Hiſp. *arrancar*, ἀποσπάω,

ἀ-*ϊλω*, a loco per vim vello, abstraho. *Cic. de Sen.* 19. Poma ex arboribus, si cruda sint, vi avelluntur. *Id. pro Fontejo*, *c.* 17. De matris complexu avellere, atque abstrahere. ¶ *Avellerat*, pro *avulserat* est apud *Curt. l.* 5. *c.* 6. 5.

Avēna, æ, f. 1. *avena*, Ger. *haber*, Gal. *avoine*, Hisp. *avena*, *βρῶμος*, herba ex frumentaceo genere, equorum præcipue pabulis nascens, tritico foliis, & culmo similis, semen habens ejusdem nominis, e summo pendens culmo. *Plin. l.* 18. *c.* 17. Primum omnium frumenti vitium avena est, & hordeum in eam degenerat. ¶ Ponitur interdum pro fistula, seu calamo, & metaph. pro stylo Poetico. *Virg. Ecl.* 1. Sylvestrem tenui musam meditaris avena. ¶ Item pro culmis, & stipulis frugem non habentibus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 153. Steriles dominantur avenæ.

Avenacĕus, a, um, adject. ad avenam pertinens, ut farina avenacea, apud *Plin. l.* 29. *c.* 6.

Avenarĭus, a, um, ut avenaria cicada, quam nonnulli frumentariam vocant, quia simul cum frumentis arescentibus apparet. *Plin. l.* 11. *c.* 26.

Avens, tis, pro libens, ex Nævio affert *Gell. l.* 19. *c.* 7. Hinc

Aventer, adverb. i. e. cupide. *Sidon. l.* 2. *epist.* 2. Quin tu contubernio nostro aventer insertus fallis inclementiam Canicularem. Adde *Ammian. l.* 18. *c.* 5. & *l.* 29. *c.* 13. *ed. Grut.*

Aventiniensis, e, adject. ad Aventinum spectans, ut Aventiniensis Diana, *Val. Max. l.* 7. *c.* 3. 1. quæ in Aventino colebatur.

Aventīnus, i, m. & Aventinum, i, n. *M. di S. Sabina*, *αὐεντῖνος*, unus ex 7. collibus Romæ, ad cujus radicem Tiberis præterlabitur, dictus ab avibus, quod eo aves se a Tiberi ferrent; vel ab Aventino Rege Aboriginum, Romuli Silvii filio, qui in eo monte sepultus fuit, ut opinatur *Liv. l.* 2. *c.* 3. ¶ Aventinus etiam fuit Herculis filius. *Virg. Æn.* 7. *v.* 656. Satus Hercule pulchro Pulcher Aventīnus.

Aventīnus, a, um, adject. ab Aventino, ut Aventina arx, *Ovid.* 6. *Fast. v.* 728. & Aventina silva, *l.* 3. *v.* 329.

Avĕo, es, a. 2. sine præt. & sup. *desiderare*, *appetire*, אוה, Germ. *begehren*, Gal. *souhaiter*, Hisp. *dessear*, *γλίχομαι*, concupisco. Usurpatur fere cum alterius verbi infinito. *Cic.* 1. *Off. c.* 4. Avemus aliquid audire, & discere. & *Attic. l.* 1. *epist.* 15. Valde aveo scire, quid agas. ¶ Apud Veteres *aveo* in usu fuisse, pro salvus sum, & incolumis, a quo *ave*, *avete*, vox salutandi, colligitur ex *Mamertino in Paneg. Julian. c.* 29. ubi inquit: Aveo plane imperator, & avebo: neque enim eventus esse potest hujus optati ambiguus, cum is avere jubeat, qui jam facit, ut averem. Respicit autem ad salutationem Imperatoris, qui dixerat: *Ave Consul amplissime*. V. Ave. ¶ Veteres scripserunt etiam *haveo*, & *have*, ut videre est in multis inscriptionib. quas collegit *Manut. in Orthograph.*

Avernālis, e, adject. ab Averno, ut Avernales aquæ, *Horat. Epod.* 5. *v.* 26.

Avernus, m. 2. & n. plur. Averna, orum, n. 2. *ἄορνος*, *Lago d' Averno*, & *Lago di Tripergola*, lacus Campaniæ prope Bajas, apud antrum Sibyllæ Cumanæ, a Puteolis 3. M. P. dictus ab *α* priv. & *ὄρνις*, avis, quasi sine avibus, quia ejus aquæ inter densas sylvas adeo pestilentes sunt, ut aves supervolitantes mortuæ decidant. Hinc ad Inferos descensum esse Poetæ fabulantur, qui etiam Avernum pro loco Inferorum usurpant. *Lucret. l.* 6. *v.* 740. Principio quod Averna vocantur, nomen id ab re impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis. Et pro inferorum locis *Stat.* 11. *Theb. v.* 588. pigri sulcator Averni: i. e. Charon.

Avernus, a, um, adject. *Sil. Ital. l.* 13. *v.* 601. Conjux Junonis Avernæ *i. e.* Pluto. Juno autem Averna ea est, quam *Virg. Æn.* 6. *v.* 138. Infernam, *Claudian. l.* 1. *de Rap. Proserp. v.* 2. profundam vocat: scil. Proserpina.

Averro, is, erri, a. 3. asporto, aufero, quasi verrendo alio abduco. *Licin. Macer* apud *Priscian. l.* 10. Quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias averrerunt.

Averruncasso, averruncavero, ut *levasso*, *impetrasso*. *Pacuv.* apud *Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 5. *a med.* Dii monerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam. *Non. c.* 2. *n.* 49. hæc verba tribuit *Lucilio l.* 26. ¶ *Averruncassere*, averruncare. *Pacuv.* apud *Non. ibid.* Possum ego istam cladem capite averruncassere?

Averrunco, a. 1. *rimovere*, *scacciare*, הסיר, Germ. *aussreuten*, Gal. *oter*, *detourner*, Hisp. *estorvar*, *quitar*, *ἀποβέπω*, averto, depello, ex ab, & erunco, quod est runca cædere, vel ab *ἀπερύκω*, prohibeo, vel a verrunco, verto. Proprie est amputare, resecare: unde in Glossis expon., *ἀποτέμνω*. ¶ Translate est avertere, depellere, *allontanare*. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 2. Dii, inquis, averruncent. *Liv. l.* 10. *c.* 23. Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum averruncandorum causa supplicationes in biduum Senatus decrevit.

Averruncus, ci, m. 2. *ἀποτρόπαιος*, Dei nomen erat apud Romanos, qui mala averruncare, hoc est, depellere, atque avertere putabatur, cujusmodi apud Græcos habebantur Hercul. & Apollo, quos idcirco *ἀλεξικάκους*, *ἀποπομπαίους*, & *ἀποβοπαίους* appellabant. *Pacuv. apud Varr. l.* 6. *de L. L.* Deus, qui meis rebus præest Averruncus.

Aversabĭlis, le, adject. abominandus, *abbominevole*. *Lucret. l.* 6. *v.* 389. Scelus aversabile. *Arnob. l.* 7. *pag.* 249. Aversabilis fœditas.

Aversatĭo, onis, recusatio, fastidium, *ἀποβολή*, *aversione*. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Mihi cernere videor eorum, qui aderant, tacitam aversationem, ac timidam verecundiam.

Aversātrix, icis, f. quæ aversatur, atque odit. *Tertull. de anim. cap.* 51. Crudelitatis aversatrix.

Aversātus, a, um, nom. ex particip. pass. signif. pro aversus. *Aurel. Vit. epit.* 43. Cachinnantem vultu notare aversato.

Aversĭo, onis, contrar. *Adversio*, ipse avertendi actus, *ἀποβολή*. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. post descriptam Apostrophem, subjungit: illa quoque vocatur Aversio, quæ a proposita quæstione abducit audientem. ¶ Apud JCtos aversione emere, locare, vendere, est, cum emptor, vel venditor suscipit in se omne periculum rei, quam vendit aut emit, & a venditore, seu emptore avertit. *Leg.* 4. §. 1. *Dig. de peric. & comm. rei vend.* Aversione vinum venit. Aliqui leg. *Adversio*, sed *Aversio* rectius.

Aversor, aris, d. 1. *abbominare*, *volgere il volto in altra parte*, מאס, Ger. *abscheuven haben*, Gal. *rejetter*, *detester*, Hisp. *aborrecer*, *ἀποστρέφομαι*, detestor, abominor ab aliqua re, quam odio habeo, vultum averto. *Col.* Nec rubos aversatur capra. Sic aversari honorem, *Ovid.* 1. *Fast. v.* 5. Aversari scelus, *Curt. l.* 6. *c.* 7. *n.* 10. ¶ Interdum absolute ponitur. *Cic.* 4. *Verr. c.* 76. Hærere homo, aversari, rubere.

Aversor, oris, m. 3. *ἀποστρεπτής*, qui aliquid alio avertit. *Cic. in Ver.* 7. *c.* 58. Aversor pecuniæ publicæ.

Aversus, a, um, o. 1. 2. *quello*, *che volge le spalle verso noi*, נסוג, Ger. *vviderwertig*, Gal. *qui a le dos tourné*, Hisp. *el que buelve las espaldas*, *ἀπεστραμμένος*, qui faciem a nobis avertit, tergumque ostendit, cujus antitheton est *adversus*, *ἐναντίος*, qui faciem anterioremve partem nobis objectam habet. *Cic.* 3. *de Orat.* Adversus, & aversus impudicus es. *Vellej. l.* 2. *c.* 63. Per aversa castrorum. *per la parte di dietro*. Aversa charta apud *Mart. l.* 8. *epigr.* 62. ¶ Per metaphoram aversus est iratus, infestus, alienus, contrarius, *irato*, *nemico*, *contrario*. *Cic. Att. l.* 8. Deos aversos esse a salute populi R. *Id. Attic. l.* 11. Aversissimo animo a me fuit. *Horat.* Amicos aversos componere. *Id.* Aversus mercaturis. *Cic. Catil.* 3. *c.* 9. Aversus a vero. *Liv. l.* 2. *c.* 8. Aversus a proposito. *Cic. Att.* 11. 5. Aversissimo animo esse ab aliquo. *Senec. de Ira* 2. 24. Vultus aversior. Cum genit. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 26. Aversus animi. ¶ Apud *Cic. in Verr.* 3. aversa pecunia publica, est pecunia abducta, ab *averto*. Sic apud *eund.* aversum frumentum a Rep. h. e. abreptum. V. averto.

Averta, æ, f. *valigia*, pera, mantica, quæ equo imponitur in itinere. *Acron ad Horat. l.* 1. *sat.* 6. *v.* 106. & in *Cod. Justin.* 12. 54. 12.

Avertarĭus, equus, qui avertam gestat. *Id. Cod. Theodos.* 8. 5. 22.

Averto, & abverto, is, ti, sum, a. 3. arceo, removeo, abduco, prohibeo, propello, amoveo, *rimuovere*, *volgere altrove*, השיב, Ger. *abvvenden*, Gal. *detourner*, Hisp. *estorvar*, *ἀποστρέφω*. *Virg.* 1. *Æn.* Nec posse Italia Teucrorum avertere Regem. ¶ Hujus antitheton est *adverto*. Unde advertere oculos, vel mentem, dicimus, pro ad rem aliquam aciem oculorum, vel mentis convertere, *riguardare*, *considerare*. Avertere autem, est alicunde removere, & aliorsum flectere. *Cic. de Amic.* Tu, velim, animum parumper a me avertas. *Id. in Philipp.* Avertere se. *h. e.* terga vertere. & *pro Corn.* Avertere se totum. ¶ Est item averto, furtim, vel rapina aliquid subducere. *Cic. Verr.* 1. Pecuniam publicam avertit. Sic apud *eund. in Fam.* Hereditatem avertere. V. *Aversus*. ¶ Item propulsare, arcere, *Virg. Æn.* 3. *ad fin.* Dii talem terris avertite pestem. Sic *quod Dii omen avertant*, apud *Cic.* & alios. Avertere furorem alicujus a pernicie Reip. apud *eund.* Avertere hostem a portis, apud *Cæs.* ¶ Avertere se ab aliquo, apud *Plaut.* & ab alicujus amicitia, apud *Cæs.* est se removere. ¶ *Avertere se alicui*, pro *ab aliquo*, legitur apud *Col. l.* 6. *c. penult.* ¶ Avertere culpam a se in alium, apud *Liv.* Avertere se in mercaturam, apud *Plaut.* ¶ Magicis sacris sensus avertere. *Virg. Ecl.* 8. hoc est incantationibus dementare. ¶ *Averto* neutrorum more. *Corn. Sever. Ætnæ v.* 150. Flamma avertit, qua proxima cedunt. *h. e.* avertit iter. *Virg.* 1. *Æn. v.* 406. Dixit, & avertens rosea cervice refulsit.

Avertor, eris, d. 3. *ἀποστρέφομαι*, dedignor, aversor. depon. *Virg. Georg.* 3. 9. 499. Victor equus fontes avertitur &c.

Aufeia aqua. V. Martia.

Aufĕro, ers, abstuli, ablatum, a. eripio, abripio, adimo, detraho, removeo, *togliere*, *portar via*, Gall. *emporter*, *porter*, Hisp. *quitar*, *llevar*, *ἀποφέρω*, ex ab, & fero. *Cic.* 3. *de Fin.* Commentarios quosdam Aristotelicos, veni, ut auferrem. *Id. l.* 7. *Attic. ep.* 21. Pecuniam auferre ex ærario. ¶ *Auferre se*, est abire, & quidem præcipitanter. *Plaut. Asin.* 2. 4. 63. Aufer te domum, abscede hinc, molestus ne sis. ¶ Aliquando auferre est impetrare. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 14. Verba fecimus pro Buthrotiis, liberalissimum decretum abstulimus. *Plaut. Mostell.* 4. 1. Bene merens hoc pretium inde abstuli. ¶ Auferri, pro allici, aut decipi, *Ovid.* 1. *de Remed. v.* 344. Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur omnia: pars minima est ipsa puella sui. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 7. Ne te auferant aliorum consilia. ¶ Responsum auferre, apud *Cic.* 1. *de Or. c.* 56. est responsum accipere. ¶ Auferre paucos dies ab aliquo creditore, apud eund. *pro Quint. c.* 5. est paucorum dierum veniam ad solvendum obtinere. Auferre litem, apud *Plaut. Rud. Prol. v.* 20. est litem obtinere. ¶ Aufer me vultu terrere, *Horatius* dixit 2. *Sat.* h. e. cessa. ¶ Hæc res me transversum abstulit, dixit *Plinius*: h. e. me a recto tramite abduxit.

Aufidēna, Auphidena, f. 1. *Αὐφιδηνα*, *Alfidena*, opp. Caracenorum, in Aprutio cit. ad radices Apennini, *Liv. l.* 10. *c.* 12.

Aufidenātes, populi inter Samnites. *Plin. l.* 3. *c.* 12.

Aufidianus, a, um, adject. possess. ut Aufidianum nomen. *Cic.* 16. *Fam. ep.* 19.

Aufidĭus cognomento Lurco, Civis Romanus, qui primus pavones saginare aggressus est, & ex eo quæstu reditum sexagenorum sestertiorum percepit. *Plin. l.* 10. *c.* 20.

Aufidĭus Bassus, nobilis Historicus Quinctiliani ætate, qui de rebus Germanicis scripsit.

Aufĭdus, m. 2. *l' Ofanto*, *αὔφιδος*, Fl. Apulorum, qui oritur in Principatu ult. ex Apennino M. in fin. Hirpinorum, quem secat, supra Compsam 6. M. P. quam alluit, & inter Daunios, & Peucetios illos separans in mare Adriaticum defertur. *Horat. l.* 3. *Od.* 30. Qua violens obstrepit Aufidus. ¶ Est etiam Aufidus, a, um, adject. ut Aufida stagna apud *Sil. l.* 10. *v.* 171.

Aufugio, is, ugi, n. 3. *fuggire altrove*, נוס, נדד, Ger. *hinvveg flieben*, Gal. *s' enfuir*, *echapper*, Hisp. *huyr*, *ἀποφεύγω*, alio fugo. Sæpe ponitur absolute, sine casu. *Cic. Fam.* 13. 77. Cum multos libros surripuisset, aufugit. ¶ Interdum ablat. jungitur cum præp. *ex*. *Liv. l.* 1. *c.* 55. Ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat. ¶ Invenitur etiam cum accus. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 43. *ex Arato*: Aufugiens conspectum mœsta parentis. ¶ Aufugere ad aliquem est confugere. *Apul. in Apolog.*

Auga, æ, f. 1. vel Auge, es, vel Augea, æ, *αὔγη*, ἢ *αὔγεια*, mater fuit Telephi, quam Euripides dicit ab Alæo patre, cum ab Hercule corrupta deprehenderetur, in urna quadam cum Telepho filio impositam, & in mari demersam esse, sed Palladis providentia urnam ad Cayci ostia transmissam evasisse, & Augen a Teuthrante exceptam eidem nupsisse, illumque Telephum pro filio educasse, & Regni successorem instituisse. *Strab. l.* 13. Aliter *Diodorus l.* 5. Auge, inquit, mater Telephi fuit ex Hercule, quæ a patre gravida deprehensa nauclero cuidam tradita est submergenda, sed antequam ad mare pervenirent, urgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit, qui postea inventus a pastoribus Coritho regi datus est, & Telephi nomine appellatus, quod a pastoribus inventus esset pendens ab uberibus cervæ: Auge vero a mercatoribus, qui illam a nauclero dono acceperant, in Cariam ad Teuthrantem Regem delata est, ubi postea a Telepho filio fuit agnita.

Augeas, m. 1. Comicus Atheniensis. ¶ Item Rex Eleorum. V. Augias.

Augĕo, es, xi, auctum, a. 2. majus facio, amplifico, exaggero, cumulo, *accrescere*, *far maggiore*, הרבה, Germ. *mehren*, Gal. *augmenter*, *multiplier*, Hisp. *accrecentar*, *αὔξω*, *αὐξάνω*, *συναύγω*, majus facio, ab *αὔξω*, vel *αὐξίω*, *σ*, quod in *ξ* inest, pereunte, & *κ* abeunte in *γ*, & tum ad res, tum ad personas refertur. Ad personas. *Cic. Bruto*, Auctus Antonii beneficio sum. ¶ Ad res. *Id. in Verr.* Locupletissimi cujusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. Sic augere Remp. agris, & urbibus, *Id. pro Sext. Rosc.* Et *Ter. Heaut.* 4. 1. Herus damno auctus est. *Plaut. Stich.* 1. 1. 49. Augeri mœrore. *Tacit.* Augere aliquem nominibus Imperatoris. h. e. ornare. *Ovid.* 3. *Fast.* Æneas regno, nataque Latini auctus erat. ¶ Usurpatur aliquando absolute. *Plaut. Men.* 3. 3. 27. Dii me equidem adjuvant, augent, amant. ¶ Est etiam verbum sacrorum. Nam cum mola salsa respergebatur hostia, tunc augeri dicebatur; item mactari. de quo V. suo loco. *Vet. Inscript.* Si quis huic aræ donum dare, augereque volet, liceto. *Augere aram*, habet & *Plaut. Merc.* 4. 1. 11. pro aræ imponere aliquid ad sacrificium. ¶ Pro

gignere adhibetur a *Lucret. lib.* 5. *v.* 323. Nam quodcumque alias ex se res auget, alitque. ¶ Usurpatur etiam neutrorum more, & passiva significatione, *Cato* apud *Gell. l.* 18. *c.* 12. Eo eorum res auxit. *h. e.* crevit, aucta est.

Augesco, scis, n. 3. adaugesco, *crescere*, *aumentarsi*, *ingrossarsi*, רכה, Ger. *grosser verden*, *zunemmen*, αὐξάνομαι, cresco, incrementum accipio, in significatione passiva, & intransitive, seu absolute. *Cic. l.* 2. *nat. Deor. c.* 10. Temperatione caloris oriri, & augescere.

Augias, m. 1. Tyrannus Elidis. Huic bubile erat capiens tria boum millia, quod antea nunquam purgatum, ab Hercule expurgatum est, immisso Alpheo fluvio. Unde *Augiæ stabulum repurgare*, proverbio dicitur pro rem immensi laboris conficere. *Senec. in Apocoloc.*

Augiſco, as, a. 1. *Ennius*, dixit pro augeo. Et tabes numeros augificabit suos. *Non.* 2. 61.

Augmen, inis, n. 3. *accrescimento*, כרריח, Ger. *ein mehrung*, Gal. *augmentacion*, *acroissement*, Hisp. *acrecentamiento*, αὔξησις, augmentum. *Lucret. l.* 3. *v.* 269. Perfectum corporis augmen.

Augmento, as, a. 1. σωάγω, idem, quod augeo. *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 6. Ut thesauros tuos augmentes.

Augmentum, i, n. 2. *aumento*, *accrescimento*. *Plin.* 37. 6. Augmentum fulgoris. *Apul. l.* 1. *Dogm. Plat. p.* 6. Multiplicatis augmentis incrementisque. ¶ Est etiam verbum sacrorum, ut de augeo diximus. *Varro* enim *l.* 4. *de L. L.* Augmentum vocat, quod ex immolata hostia desectum est. Ubi *Scalig. in conject. p.* 48. legit Augmentum, de quo & *Arnob. l.* 11.

Augur, guris, g. com. 3. *augure*, *indovino*, נוחש, Ger. *ein vveiseger*, Gal. *devin*, *augure*, Hisp. *agorero*, οἰωνοσκόπος, qui ex volatu, aut cantu avium futura divinat, ita dictus ab augendo, vel quod divinet ex garritu, seu cantu avium, vel ex gestu, ideſt modo, quo se gerunt aves in volando, vel ex signis, quæ aves gerunt, vel a gustu, ideſt, si aves pascuntur, & qua ratione. *Cic.* 1. *de Div.* Ipse optimus Augur fuisse traditur. *Id. Philipp.* 1. *c.* 10. Dicere de futuris est augurum. *Horat. l.* 3. *od.* 17. Augur annosa. ¶ Apud Romanos maximo in honore semper habiti, & sacri appellati. *Florus l.* 1. *c.* 5. Inde Romanis sacer auguratus; *sc.* post dissectam ab Accio cotem sub Tarquinio Prisco. qua de re *Liv. l.* 1. *c.* 36.

Auguracŭlum, n. 2. οἰωνοσκοπεῖον, locus, vel arx, ubi auguria capiebant. *Festus*.

Augurāle, is, locus erat in castris, ubi auguria capiebantur, de quo *Tacit. Ann.* 2. *c.* 13. & *l.* 15. *c.* 10. *Hyginus* Augurātorium vocat, *Festus* Auguraculum. ¶ Aliud augurale est apud *Sen. de Tranquillit. an. c.* 11. ubi inquit: Quæ dignitas, cujus non prætextam, & augurale, & lora fordes, & exportatio comitentur. Ubi *augurale* est ornamentum, seu insigne augurum, ut Lituus, &c.

Augurālis, le, o. 3. οἰωνοσκοπικός, ad Augurem pertinens, ut Auguralis virga, auguralis cœna, quæ & adjicialis, augurales libri, auguralia insignia, porta auguralis, vir auguralis, &c. *Varr. de R. R. c.* 6. Primus hos Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur. Erat autem auguralis cœna, quam dabat Augur, qua primum die Sacerdotium accipiebat. V. Adjicialis. ¶ Auguralis vir, i. e. Auguratus dignitate præditus, ut vir Consularis. *Cic. de cl. Orat. c.* 77.

Auguratio, f. 3. *indovinazione*, οἰωνοσκοπία, divinatio, ipse actus augurandi. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 30. Quæ tandem ista auguratio est? &c.

Augurāto, adverb. *per augurio*, οἰωνοσκοπικῶς, auspicato. *Liv. l.* 1. *c.* 18. Romulus augurato in urbe condenda Regnum adeptus est.

Auguratōrium, ii, n. locus, seu ædificium capiendis auguriis destinatum. *Inscript.* apud *Gruter. p.* 128. *n.* 4.

Auguratrix, icis, quæ auguratur. *Paul. Diac. in epit. Festi*, *in voce Lingulaca*.

Augurātus, a, um, nomen ex particip. passiva signific. ut *auguratum templum*, *Cic. in Vatin. c.* 10. de quo scilicet rite capta essent auguria.

Augurātus, us, m. 4. οἰωνοσκοπική dignitas Auguris. *Cic. de Divin. l.* 1. *c.* 17. Quod clarissimum est insigne auguratus.

Augurium, ii, n. 2. *augurio*, οἰωνοσκοπία, divinatio, quasi *avigerium*, ab avium gestu, vel *avigarrium*, ab avium garritu. *Cic.* 1. *de Divin.* Omnino apud veteres, qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant. ¶ Agere augurium, *Cic.* 3. *Offic. Varro l.* 5. *de L. L.* Augures, inquit, agere augurium dicuntur, cum in eo plura dicunt, quam faciant. ¶ Augurium capere dicebantur Candidati, cum nocte, quæ Comitia præcedebat, sub dio extra Urbem cubantes, dein solida sella sedentes, in loco ei rei destinato expectabant, dum ipsis Deus aliquod bonum signum mitteret. V. *Casaub. ad illud Suet. in Aug. c.* 95. Primo autem Consulatu ei augurium capiendi duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt. ¶ Captabantur autem auguria ex volatu avium, cantu oscinum, & tripudiis solistimis, ut breviter complexus est *Cic. Fam.* 6. *epist.* 6. V. Auspicium. ¶ Ponitur interdum pro augurii interpretatione. *Ovid.* 1. *Met. v.* 395. Conjugis auguri quamquam Titania mota est. ¶ Item pro scientia augurandi. *Virg.* 9. *Æn. de Rhamnete augure*. Sed non augurio potuit depellere pestem. ¶ Item pro munere, & dignitate auguris. *Virg.* 12. *Æn. v.* 393. Augurium, citharamque dabat. ¶ *Augurium auspicii* est augurium ex spectione avium captum. *Plaut. Ain.* 2. 1. 15.

Augurius, a, um, o. 1. 2. οἰωνοσκοπικός, idem quod auguralis. *Cic. epist. l.* 2. Cum ipsam cognitionem juris augurii consequi cupio.

Augŭror, aris, d. 1. & auguro, as, a. 1. *augurare*, *indovinare*, *immaginarsi*, נחש, Ger. *veissagen*, Gal. *augurer*, Hisp. *agorar*, οἰωνοσκοπέω, est ex avium volatu, vel cantu, vel pastu futura divinare, & latius quovis modo futura conjicere, cum accusativo, & aliis casibus communibus. *Cic.* 2. *Divin. c.* 33. Calchas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est. *Id. Attic.* Quantum conjectura auguramur. *Id. in Bruto*, Quid de illo augurer, lubet dicere. *Idem Cæcinæ*, Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro oscinis tibi auguror. *Virg. Æn. l.* 7. *vers.* 273. Si quid veri mens augurat. Ubi *Serv. Auguro* dicimus, secundum *Plin.* cum præsagio mentis futura colligimus: *auguror* vero, cum futura veris captamus auguriis.

Augusta, æ, f. 1. Romani Imperatoris uxor. *Tacit. l.* 2. *Ann. c.* 34. Quamquam Augusta, violari se & imminui, quereretur. Sic sæpissime in antiquis inscriptionibus. V. *Gruterum*.

Augusta, *Sebaste*, *Sevesta*, urbs Ciliciæ, in ora, inter Tarsum, & Anemurium ad Occ. al. opp. inter Corycium, & Pompejopolim. ¶ Item, *Tubingen*, Urbs, & Acad. Sveviæ, in Duc. Vvirtembergensi, ad Necrum fl. Condita fuit a Caracalla Augusto. ¶ Augusta item, al. Xiphonia, *Augusta*, opp. marit. Siciliæ, ad Or. in Noctina valle, opus Friderici Augusti.

Augustāle, is, n. 3. domus Principis, Imperatoris tabernaculum. *Quin. l.* 8. *c.* 2. Tabernaculum Ducis, Augustale.

Augustalĭcus, a, um, adject. in Vet. inscript. apud *Fabret. p.* 486.

Augustālis, le, adject. ad Augustum pertinens, ut Ludi Augustales, in honorem Augusti editi, de quibus *Tacit. l.* 1. *Ann. c.* 15. & 54. ¶ Augustales etiam dicebantur vel Sodales Augustales, Sacerdotes quidam itidem in honorem Augusti instituti. *Tacit. l.* 2. *histor. c.* 95. Augustales facti subdiderunt, quod Sacerdotium ut Romulus Tatio Regi, ita Cæsar Tiberius Juliæ Genti sacravit. ¶ Denique Augustales dicti Milites ordinariis ab Augusto additi, ut docet *Vegetius l.* 2. *c.* 7.

Augustālĭtas, atis. Hoc nomen est in duabus Inscript. apud *Grut. p.* 215. *n.* 2. & *p.* 354. *n.* 7. Sed cave usurpes.

Augustānus, V. Augustianus.

Augustātus, a, um, consecratus, augustus factus. *In jure Papiniano* apud *Macrob. Satur.* 3. 11. In templo Junonis Populoniæ augustata mensa est. *Turneb. l.* 18. *adverſ. c.* 4.

Auguste, adverb. *santamente*, *religiosamente*, σεβασμίως, cum augurio, seu captato augurio, sancte, pie, religiose. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 21. Quem nostri majores auguste, sancteque Liberum cum Cerere, & Libera consecraverunt.

Augustēus, a, um, adject. ab Augusto: in usu est apud *Frontin. de Colon.* ubi limites, & terminos rotundos in effigiem columnæ, Augusteos vocat. ¶ *Augusteum*, i, n. est Ædes in honorem Augusti dicata.

Augustiānus, & Augustĭnus, a, um, ad Augustum pertinens. *Suet. in Ner. c.* 25. Sequentibus currum ovantium ritu plausoribus, Augustianos, militesque se triumphi ejus clamitantibus. Hos ipsos *Tacitus Ann.* 14. *c.* 15. Augustanos appellat.

Augustĭnus, a, um, aliud adject. ab Augusto, ut a Crispo Crispīnus. *Suet. in Claud. c.* 11. Circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernendum curavit. Al. leg. *Augusteo*.

Augustīnus, i, Tagaste in Africa ortus, primum hæreticus Manichæus, deinde Matris Monicæ precibus, & lachrymis ad Christianam veram Religionem revocatus, & ab Ambrosio Mediolanensi Episcopo baptizatus, floruit sub finem Sæculi Christiani quarti: cujus acumen ingenii & disputationibus contra Hæreticos, & libris quamplurimis editis Catholica Ecclesia semper admirata est, maximamque illi inter SS. Patres tribuit auctoritatem: adeo ut unus sit ex quatuor, quos antonomastice Doctores Ecclesiæ nominamus.

Augusto, as, a. 1. augustum, ac venerabilem reddo. *Arnob. l.* 6. *p.* 201. Augustare deos.

Augustus, a, um, o. 1. 2. *augusto*, *venerabile*, *sacro*, האוה, Ger. *heilich*, Gal. *auguste*, Hisp. *augusto*, σεβάσμιος, sanctus, venerabilis, & dignus, quem religiosa quadam veneratione, observationeque colamus, ab *augurium*, quia proprie est id, quod augurio est consecratum, vel ab avium gestu, quia ab avibus significatum est, vel ab avium gustatu, quia aves pastæ id ratum fecere, ut *Fest.* explicat, & *Tranquill. in Aug. c.* 7. vel ab augendo, ut *Ovidius* scripsit 1. *Fast. v.* 609. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 13. Ex hoc Platonis quasi quodam sancto, augustoque fonte nostra omnis manabit oratio. ¶ Hinc Octavianus decreto Senatus, fine bellis civilibus impositio, ob egregias virtutes Augustus, quasi venerabilis, dictus est. *Ovid. ib.* A quo deinde Imperatores reliqui Augusti appellati sunt, & appellantur. ¶ Item Senatui visum est Sextilem mensem Augustum appellari, in honorem Octaviani Augusti, quod hoc mense primum ille Consulatum iniisset, & bellum civile confecisset. ¶ Adjective *Pallad. l.* 8. *tit.* 9. Quartodecimo calendarum Augustarum. ¶ Augusta dicuntur etiam non solum sancta, & consecrata, sed etiam quæ specie magnifica, & admirabilia sunt. *Virg. Æn.* 7. *v.* 170. Templum augustum, ingens, septem sublime columnis. Sic augusta forma viri, *Florus l.* 1. *c.* 1. Gravitas augusta, *Ovid. Met.* 6. *v.* 73. Augustiora primordia, *Livius in præfat.* Vir augustissimus. *Vopisc. Tacit. c.* 7. & *Stat.* 4. *Sil.* 8. *v.* 20.

Augustus, i, V. in augustus, a, um.

Avia, orum, substant. n. plur. loca prærupta, difficilia aditu, quasi sine via. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 475. Horrenda avia. *Sil. l.* 12. *v.* 352. Latebrosa per avia saltus. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 21. Per avia, ac derupta præibat eum.

Avia, æ, f. 1. μήμμη, patris, vel matris mater, γία. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 34. Matres duas habet, & avias duas. ¶ Metonymice *Pers.* 5. 92. avias appellat inveteratas in animo opiniones, quas vel ab avia quis didicisse videri potest, fabulas, & deliramenta anilia. ¶ *Avia* item est nomen herbæ. *Col. l.* 6. *c.* 14.

Aviarium, ii, n. 2. ὀρνιθών, secretum nemus, quod aves frequentant, vel quod avibus abundat. *Virg.* 2. *Georg. v.* 430. Sanguineis inculta rubent aviaria baccis. ¶ Item locus, ubi aves clausæ custodiuntur, & nutriuntur, vel quo quædam aves, ut columbæ, & passeres se recipiunt. *Cic. Q. Fr.* 3. 1. 1. Nihil restabat præter balnearia, ambulationem, & aviarium. Adde *Colum. l.* 8. *c.* 1.

Aviarius, m. 2. *colui*, *che tiene cura d' uccelli*, Ger. *vegeletzer*, Gal. *oiseilier*, Hisp. *guarda de ave*, ὀρνιθοκόμος, qui curam avium gerit. *Col. l.* 8. *c.* 3. ¶ In vet. Gloss. *aviarius* expon. ὀρνιθοπώλης, h. e. qui aves vendit.

Aviarius, a, um, ad aves pertinens, ut rete aviarium, *Varr. R. R.* 3. 5.

Avicŭla, dim. f. 1. *uccellino*, *augellino*, Ger. *ein vogelin*, ὀρνιθάριον, parva avis. *Gell. l.* 2. *c.* 29. Avicula est parva. ¶ Item dimin. est ab avia. *Cic. pro Flacc. c.* 36. Aviculæ minime suspiciosæ purgat se per epistolam. Al. rectius legunt *aniculæ*.

Avĭde, *desideroſamente*, *avidamente*, Ger. *begirlich*, Gal. *ardement*, Hisp. *codiciosamente*, ἐπιθυμητικῶς, cupide, adverb. *Cic. de Sen. c.* 8. Græcas literas senex sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. ¶ Gradus quoque admittit, *Curt. l.* 3. *c.* 6. Avidius quem intueri, *Cic. Philip.* 14. *c.* 1. Avidissime expectare.

Avidĭtas, tis, f. 3. *avidità*, האוה, Ger. *begerlichkeit*, Gal. *aviditè*, Hisp. *codicia*, πλεονεξία, cupiditas, desiderium. *Cic. de Sen. c.* 14. Mihi sermonis aviditatem auxit, potionis, & cibi sustulit. *Plin.* 20. 16. Aviditas ad cibos. *Cic.* 2. *Offic. c.* 11. Aviditate inflammatus. ¶ Pro appetentia, *appetito*, *fame*. *Plin.* 23. 8. Amygdalæ aviditatem faciunt. ¶ In plur. num. *Plin.* 11. 6. Contra bestiolarum aviditates.

Avidĭter, adverb. idem quod avide. *avidamente*. *Arnob. l.* 5. *sub init.* Invasisse aviditer dulcedine potionis captos.

Avĭdus, o. 1. 2. *avido*, *desideroſo*, *bramoſo*, מאוה, Ger. *begierig*, Gal. *avide*, Hisp. *codicioso*, πλεονέκτης, cupidus, valde appetens, ab avendo, ideſt cupiendo. *Ter. in Heaut.* 3. 3. Patrem avidum, miserum, aridum. *Id. in Eun.* 5. 4. 16. Avidus cibi. Et 1. 2. 51. Eius frater aliquanto ad rem est avidior. *Liv. l.* 22. *c.* 21. Hispanorum inquieta, avidaque in novas res sunt ingenia. *Cic.* 5. *Philipp.* Avidus in pecuniis locupletum. *Cic. pro leg. Manil. c.* 3. Avidissimus gloriæ.

Avienus Festus, poeta sub Gratiani, ac Theodosii tempore post initium sæculi Christi V. de quo *Serv. in* 10. *Æn.* ¶ *Virg.* Vertit latine Arati Phænomena, & Dionysii Periegesim.

Avilla, æ, f. agna recens nata. *Festus*.

Avis, f. 3. *uccello*, *augello*, עוף, Germ. *ein vogel*, Gal. *oiseau*, Hisp. *ave*, ὄρνις, volucris omnis, quæ ova parit, & pennis prædita est, a *via*, quod facile per avia quæque vagatur. Volucres autem, πτηνά, dicuntur, quæcunque volare possunt. Unde apes, vespæ, muscæ, papiliones, volucres sunt, non tamen aves. ¶ Alba avis, λευκὴ ὄρνις, proverbio a M. Tullio dicitur pro re bona, atque auspicata. Quadrabit in rem admodum raram, & inusitatam, quod aves perpaucæ sint hoc colore. Verba *Cic. l.* 7. *epist.* 28. sunt: Quasi albam avem videntur bene sentientem civem videre. ¶ Sic bonis avibus, secundis avibus, idem

est,

eſt, ac bonis auſpiciis, omine ſecundo, *con buon' augurio*. *Liv. l. 6. c.* 12. Dii, qui ſecundis avibus in prælium miſerint. *Ovid. Faſt. 1. v.* 513. Eſte bonis avibus viſi natoque, mihique. ¶ Contra mala avi, malis avibus. *Horat. Epod.* 10. Mala ſoluta navis exit alite. ¶ Adverſa avi. *Cic. 1. de Divin.* Siniſtra avi, *Plaut.* ¶ Avis Junonia eſt Pavo. *Juven. Sat. 7. v.* 32. ¶ Aves aliæ ſunt altiles, quæ & *cortales* & *cohortales* Columellæ dicuntur, *Plin.* etiam *fartiles*, quod ſaginantur. Aliæ palmipedes, ſiſſipedes, præpetes, oſcines, &c. quas V. ſuis locis.

Avite, adverb. ab avitus, eſt apud *Tertul. c. ult. adverſ. Valent.* Filium hominis avite pronunciatum. Quamquam *Rigalt. ajunt*.

Avitium, ii, pro multitudine avium. *Apul. in Florid. ſub fin.* Tam pulcra ales, quæ ex omni avitio longe præcellit.

Avītus, a, um, *degli avi*, o. 1. 2. προγονικὸς, quod ab avo, aut avia, vel cæteris majoribus ad nos pervenit. *Cic. Verr.* 2. *c.* 5. Nulla res cujuſquam tam patria, atque avita fuit. Et *pro Cœlio*, *c.* 14. Bona avita.

Avĭus, a, um, o. 1. 2. *ſenza via*, Ger. *unvvegſam*, ἄβατος, quod diſtat a via, aut quod eſt ſine via. *Salluſt. in Jugur.* Nocturnis aviis itineribus Romanos aggreditur. ¶ Item qui a via recedit, ut lupus avius, *Virg.* 11. *Æn. v.* 710. ¶ Translate *Lucret. l.* 3. *v.* 465. Animus avius: h. e. demens. *Id. l.* 2. *v.* 81. & 229. Avius a vera ratione. *h. e.* non ſequens rectam rationem. ¶ *Avia*, *orum*, ſubſtant. V. ſup.

Aula, f. 1. atrium, regia, *palazzo*, *corte del Principe*, בירה, Ger. *hoff*, Gal. *cour*, Hiſp. *corte*, αὐλὴ, locus ſubdialis, & perflatilis, ab ἄω, flo, apud Græcos: a Latinis uſurpatur pro regia, ſive domo Principis. *Cic.* 14. *Fam. ep.* 4. *Virg. l.* 3. *Æn. Lucan. l.* 8. Exeat aula, qui volet eſſe pius. ¶ Videtur etiam pro quovis atrio uſurpari. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. Metaulæ dicuntur, quod inter duas aulas ſunt interpoſitæ. ¶ Sunt etiam aulæ cellulæ apium apud *Virg. Georg.* 4. ¶ Apud veteres aula pro *olla* uſurpabatur. *Feſtus*, & *Plautus* ſæpe. Hinc diminut. aulula, unde Plauti Comœdia *Aululatia*. ¶ Aula regia erat media janua in Scena, duabus a latere poſitis nobilior, & ornatior, quæ in Tragicis maxime, domicilium Regum repræſentabat. *Vitruv. l.* 5. *c.* 7.

Aulæa, orum, n. 2. fere ſemper plur. *arazzi*, *tapeti*, כסף, Germ. *teppig*, *tapeth*, Gal. *tapis*, Hiſp. *tapiz*, αὐλαία, ſunt vela picturata, & verſicolori textura ſpectabilia, quæ a Græcis nominantur περιπετάσματα, & περιστρώματα, quibus in ſplendido apparatu parietes obteguntur. Dicta ſunt Aulæa & Attalica, ab aula Attali Aliæ Regis, in qua primum inventa ſunt. *Propert. el.* 2. *v.* 22. Nobilis aulæis porticus Attalicis. ¶ Eadem vocantur Babylonica, quia Babylonii ſoliti fuere colores diverſos picturæ veſtibus intexere. ¶ Sunt etiam aulæa vela picta, quæ in Scena obducuntur, dum fabularum actus commutantur, ſiparia. *Virg.* 3. *Georg. v.* 25. Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. ¶ Singularis numerus legitur apud *Cic. in orat. pro Cœl. c.* 27. Scabella concrepant, aulæum tollitur. ¶ Legitur & *aulea* f. g. apud *Curtium l.* 8. *c.* 5. Cum poſt aulæam, qua ſectos obduxerat, ſtaret, *l.* 8. *c.* 5. Sed al. aliter leg.

Aular, aris, ollæ operculum. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 15. Aular impoſitum.

Aulētes, æ, tibicen, αὐλητὴς. *Cic. pro Mur. c.* 13. Ajunt eos auletas eſſe, qui citharœdi fieri non potuerint. Alii tamen leg. *aulædos*. ¶ Fuit etiam cognomen Ptolemæi patris Cleopatræ, quod choraulam exercuit. Hic ab Alexandrinis Regno exactus, cum Romam confugiſſet, a Gabinio in Regnum reductus eſt. *Strab. l.* 17.

Auletĭcus, a, um, o. 1. 2. αὐλητικὸς, tibiis idoneus. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Orchomenius eſt continuo foramine pervius, quem auleticon vocant.

Aulicŏqua, n. 2. al. aulicocia, antiqui dicebant, quæ in aulis, hoc eſt, ollis, coquuntur. Unde aulicoqua exta dicuntur in ollis elixa. *Feſtus*.

Aulĭcus, a, um, adject. ad aulam, h. e. regiam domum pertinens, *aulico*. *Suet. Domit. c.* 4. Luctatores aulici. Et *in Ner. c.* 45. Reverentia domus aulicæ. *Spartian. Hadrian. c.* 11. Aulici miniſtri.

Aulis, idis, f. 3. *Aulide*, αὐλὶς, regiuncula ſaxoſa Bœotiæ, e regione Chalcidis urbis Euboeæ, cum urbe, & portu exiguo capaci quinquaginta non amplius navium. Huc Græcos convenïſſe ferunt, deliberandi cauſa, bellumne Trojanis inferendum eſſet. Hinc locus Aulis nominatus eſt, ab αὐλὶς, caſtra, tentorium. *Virg.* 4. *Æn. v.* 426. Non ego cum Danais Teucrorum excindere gentem Aulide juravi.

Aulœdus, m. 2. tibicen, αὐλῳδὸς, qui tibiis canit, quas Græci αὐλοὺς vocant. *Cic. pro Mur. c.* 13. Aulœdos eſſe ajunt, qui citarœdi fieri non poſſent. Al. leg. *aulætas*.

Aulocrēne, nes, f. 1. fons, convallis, & mons Phrygiæ Magnæ, ex quibus Mæander fl. emanat, ab Apamea 10. M. P. ubi platanus oſtenditur, ex qua pependit Marſyas victus ab Apolline. *Plin. l.* 16. *c.* 14. & *l.* 15. *c.* 29.

Aulon, *Valona*, urbs Macedoniæ, in ora occ. in Albania ſup. ubi alias Pelaſgonia. ¶ Item urbs Ciliciæ. ¶ Item Calabriæ, de qua *Mart. l.* 13. *ep.* 125. Nobilis & lanis, & felix vitibus Aulon. V. *Caulon*.

Aulularia, æ. Titulus Plautinæ comœdiæ, ab *aulula*, quod eſt diminut. ab *aula* pro olla. Inducitur enim in ea ſenex aulam habens auri plenam.

Avocamentum, i, remiſſio, ſolatium, negotium jucundius, quo a ſeriis, & laboriosis avocamur, *ricreazione*, *ſollievo*, ἀπόκλημα. *Plin. l.* 8. *ep.* 5. Avocamenta doloris admittere. Item *in Paneg. c.* 82. Ludus & avocamentum.

Avocatio, onis, f. 3. idem quod avocamentum, ἀποτροπὴ, ἀπόκλημα. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 15. Avocatio a cogitanda moleſtia.

Avocator, oris, qui avocat, ſeu alio vocat. *Tertull. de Cor. Chriſti*, *c.* 5. Vivorum avocator.

Avocātrix, icis, femin. ab avocator. *Tertull. de Anima*, *c.* 1. Vis veritatis avocatrix.

Avocātus, a, um, *divertito*, *diſtolto*, alio vocatus, abſtractus. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 37. Solus, & nullis voluptatibus avocatus.

Avóco, a. 1. traduco, abſtraho, removeo, arceo, abduco, *chiamare altrove*, השיב, Ger. *hinvveg beruffen*, *anders vohin beruffen*, Gall. *rapeller*, *retirer*, Hiſp. *llamar*, *eſtorvar*, ἀποκαλέω. *Cic. de Haruſp. reſp. c.* 9. Detertere, atque avocare animum a religione. *Idem* 1. *de Div.* Avocare ſe a corpore, & ad cogitationem rerum divinarum rapi. ¶ Avocare concionem ab aliquo Magiſtratu, apud *Gell. l.* 13. *c.* 14. eſt impedire, ne concio ab illo habeatur. ¶ Eſt etiam oblectare, levare, *ſollevare*, *dilettare*. Sic animum picturis, fabulis avocare, dicimus. *Arnob. l.* 7. *p.* 215. Parvuli puſiones, quo abſtineant ploratibus, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus avocare ſe poſſint.

Avolo, as, n. 1. *volare altrove*, נדר, Ger. *hinvveg fliegen*, Gal. *o'en voler*, Hiſp. *volar*, ἀφίστημι, alio volo, ſive alio ſubito diſcedo. *Cic. ad Att. l.* 9. *epiſt.* 10. Experiar, ut hinc avolem. *Idem* 2. *Fin. c.* 32. Fluit voluptas corporis, & prima quæque avolat.

Aura, æ, f. 1. *aura*, *vento piacevole*, *venticello*, ריח, Ger. *liebliche lufft*, Gal. *air*, Hiſp. *ayre*, αὔρα, lenis ventorum flatus, ab ἄω, ſpiro, vel ab ἀείρω, aer. *Virg.* 6. *Æn.* Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura. Accipere, & reddere auras follibus, apud *eund.* 4. *Georg.* ¶ Interdum ponitur pro favore, *favore* quia cum flat aura æſtate, videtur æſtuantibus favere. *Idem ibid.* Nimium gaudens popularibus auris. Et apud *Liv.* 42. *c.* 30. Homo popularis auræ, qui *ſc.* populo placere ſtudet. ¶ Aura item ſplendorem ſignificat. *Virg.* 6. *Æn.* Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. ¶ Sumitur & pro rumore, & fama, qua quis per ora hominum fertur. *Horat. l.* 2. *od.* 8. Tua ne retardet aura maritos. Sic *Virg.* 7. *Ln. v.* 649. auram famæ dicit. ¶ Aura ſecunda ponitur pro ſucceſſu, vel proſpera fortuna, a navigatione petita metaphora. *Ovid. l.* 2. *de Ponto*, *ep.* 3. Non paucis quondam munitus amicis, Dum flavit velis aura ſecunda meis. Paulo aliter *Cic. Ver.* 3. *c.* 13. Sperat ſibi auram aliquam poſſe affari in hoc crimine. h. e. ſpem aliquam oſtendi. Et *Liv. l.* 42. *c.* 39. Auram ſpei, dixit. ¶ Veſci aura, carpere vitales auras, ſuperas evadere ad auras, poeticæ phraſes ſunt, quæ ad vitam reteruntur. Hic enim aura pro *aere* ſumitur, *Virgil. Æn.* 3. *v.* 335. & alibi.

Auramentum, n. 2. χύσωμα, inſtrumentum effodiendo, aut purgando auro accommodatum. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Hiſpania ſtrigiles vocat auri parvulas maſſas, quod ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur. Al. leg. *Maſſa*, *aut ramento*.

Auraria, æ, aurifodina, *miniera d'oro*. *Tacit. Ann. 6. c.* 19. Aurarias ſibimet Tiberius ſepoſuit.

Aurarĭus, a, um, o. 1. 2. *di oro*, Ger. *von gold*, adject. ut Auraria metalla. *Plin. l.* 37. *c.* 12. Aurarium negotium. *Plaut. Bacch.* 4. ¶ Aurarii dicuntur etiam fautores ab *aura*, teſte *Servio in 6. Æn. ſub fin.*

Aurata, f. 1. *orata*, χυσόφρυς, piſcis, ab auri colore, cujus amator Sergius *Orata* cognominatus eſt, ut refert *Macrobius Saturn.* 2. 11. quaſi Aurata, ſicut ploſtrum pro plauſtrum. *Martial. l.* 13. *epigr.* 90. Non omnis laudem, pretiumque aurata meretur.

Auratĭlis, le adject. χάλκυσος, auratus, ut auratilis pulviſculus. *Solin. c.* 25. (al. 15.) de Boryſthene, & Scythicis gemmis.

Auratūra, æ, *doratura*. Affertur ex *Quintil. l.* 8. *c.* 6. ubi ait: Puſillum a vero diſcedo, quia non eſt niſi pars auratura: Sed recentiores libri habent, *aurata*. ¶ *Servus ab auraturis eſt*, qui curam habet vaſorum auratorum. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 583. *n.* 4.

Auratus, a, um, o. 1. 2. inauratus, *dorato*, *indorato*, Ger. *verguldt*, Gal. *doré*, Hiſp. *dorado*, χυσωτὸς, quod in ſuperficie habet aurum. *Cic. poſt red. in Sen.* In patriam fumus equis inſignibus, & curru aurato reportati. *Liv. l.* 9. *c.* 40. Tunicæ auratis militibus verſicolores. *Tertull. de Idolol. c.* 6. Saginatiorem, & auratiorem, & majorem hoſtiam cædere.

Aurĕa, f. 1. dicebatur frænum, quod ad aures equorum religabatur: oria, vel orea, quo ora coercebantur. *Feſtus*.

Aureatus, a, um, *Sidon. carm. 9. v.* 396. In caſtris edera ter aureatus. *h. e.* decoratus, ornatus.

Aurelĭa, αὐρηλία, familia Romæ in primis celebris, a Sabinis, (ſi Feſto credimus) oriunda, cui locus publice deſignatus erat, in quo Soli ſacra faceret. Olim Auſelia dicebatur, ut Valeſia, Papiſia, pro Valeria, Papiria. ¶ Fuit & nomen proprium matris Cæſaris.

Aureŏlus, a, um, adject. *di color d'oro*, diminut. ab aureus. *Varro l.* 3. *R. R. c.* 9. gallum gallinaceum deſcribens: Roſtro brevi, acuto, oculis ravis, aut nigris, collo vario, aut aureolo. ¶ Aureolum libellum, aureolam orationem, pro eximia, & eleganti. *Cic.* 4. *Acad. c.* 44. & 3. *de nat. Deor. c.* 17.

Aureŏlus, i, ſubſtant. nummi aurei diminutivum. *Martial. l.* 5. *epigr.* 19. *vel* 20. Qui crepat aureolos forſitan unus erit. Niſi malis adjective accipere ſubintelligendo, *nummos*.

Aureſco, is, ere, χυσόομαι, χυσωγέω, auri colorem refero. *Varr. l.* 6. *L. L.* Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, quod ab igne Solis tum aureo aer aureſcit.

Aurĕus, a, um, adject. ab auro, qui ex auro eſt, *d'oro*, Germ. *guldin*, Gal. *d'or*, Hiſp. *de oro*, χυσοῦς, ut aureus nummus. *Cic. Philipp.* 12. *c.* 8. ¶ Item auratus, *indorato*, ut aurea ſella. *Idem Philipp.* 2. *c.* 34. ¶ Aurea metaphorice dicuntur, quæ eximie pulchra, & ſplendida ſunt, ut aurea Venus, aurea cæſaries. *Virg. Æn.* 10. *v.* 16. & 8. *v.* 659. Quin & olorem aureum dixit *Manil. l.* 5. *v.* 379. ab inſigni, & ſplendeſcente candore. ¶ Aurea item ſunt, quæ optima, ut auream mediocritatem *Horat. l.* 2. *Od.* 10. & aureos mores, *Idem l.* 4. *Od.* 2. aurea ſæcula, *Virg. Æn.* 6. *v.* 792. ¶ Apud *Catull. Carm.* 64. *de Aty*, horas aureas legimus in vulgatis lib. Sed meliores (V. *Græv.* & *If. Voſſ.*) pro *horis aureis Sol*, habent *oris aurei*.

Aurĕus, i, m. 2. ſubſtant. nummus aureum ſignificat, *moneta d'oro*. *Plin. l.* 33. *c.* 10. Tabulæ pretium accepit aureos menſura, non numero. ¶ Valebat autem fere Aureus Romanus idem quod Hiſpanienſis duplex Ducatus, ait *Lipſ. de re Num. c.* 5. ¶ Poſterioribus Romanæ Reipub. temporibus *ſolidus* dictus eſt, a Græcis νόμισμα. *Idem ib.* V. & *Bud. de Aſſe*.

Aurichalcum, ſive Orichalcum, i, ὠρείχαλκον, & ὀρείχαλκον, æs cyprium ab aliis, ab aliis coronarium dictum. Sive ſit in rerum natura, & ab auro, & ære componatur, ut quidam putarunt, ſive non, ut ſentit *Scalig. ad Feſtum*, auctoritate maxime Ariſtotelis nitſus, certe habitum eſt pro pretioſiſſimo metallo, ipſique auro comparando, aut etiam præponendo, ut habet *Serv. ad Æn.* 12. *v.* 87. & *Taubmann. ad Plaut. Curc.* 1. 3. 45. ¶ Rectius tamen ſentire videntur, qui putant, eſſe materiam æri ſimilem, aureo colore infectam, quam vulgo *leronem* dicimus, Ital. *Oricalco*, *Ottone*. *Sueton. in Vitell. c.* 5. Pro auro, & argento ſtamnum, & orichalcum ſuppoſuiſſe. ¶ Non eſt vox hybrida ex lat. *aurum*, & græca χαλκὸς compoſita, ſed vox pura puta græca, ex ὄρος, mons, & χαλκὸς, æs. Vulgus autem exiſtimans ex *auro* concinnatam, dixit Auricalchum pro Orichalcum. V. *Feſt.* & *Voſſ. in Etymol.*

Auricilla, æ, dimin. ab auricula, quaſi diminutivum diminutivi. *Catull. epigr.* 25. *ad Thallum*, Thalle, mollior cuniculi capillo, vel anſeris medullula, vel imula oricilla. Sic emendat *Scalig. oricilla* pro *auricilla*: nam antea legebatur: *hinnula tenella*.

Auricŏlor, oris, adject. *di color d'oro*. *Juvenc. in Matth.* 3. *de baptiſm. Chriſti*: Scinditur auricolor cœli ſeptemplicis æthra.

Auricomans, tis, &

Auricomus, a, um, comam auream habens, χυσοκόμης, *Auſon. Idyll.* 6. *v.* 11. Crocus auricomans, *Sil. l.* 3. *v.* 608. Auricomus Batavus. *Valer. Flacc. l.* 4. *v.* 92. Sol auricomus.

Auricŭla, f. 1. *orecchia*, λοβὸς, quamvis diminutivi formam habeat, non tamen parvam aurem ſignificat, ſed exteriorem partem auris, vel mollem illam particulam, quæ etiam infima, vel ima auris appellatur. *Cicer. Q. Fratr.* Auriculam tortaſſe mordicus abſtuliſſet. ¶ Apud *eund. l.* 2. *ad Q. Frat. epiſt. penul.* homo auricula infima mollior, dicitur pro leviſſimo, & nullius ingenii. V. *Eraſm. Chiliad.* Huc ſpectat loc. *Catulli*, quem ſupra attulimus in *Auricilla*. ¶ Ponitur & pro tota aure, ſæpe apud Scriptores, ut *Martial. l.* 3. *epig.* 28. Garris in Auriculam, &c.

Auricularĭus, o. 1. 2. *da orecchio*, ὠτικὸς, Germ. *das zu den ohren gehort*. Gal. *auriculaire*, Hiſp. *auriculario*, quod ad aures pertinet. Unde auricularium ſpecillum, chirurgorum inſtrumentum, quod curandis auribus adhibetur. *Ulpian. Dig. l.* 50. *tit.* 13. *leg.* 1. Medici, qui certi doloris ſanitatem pollicentur, ut puta ſi auricularius, ſi ſiſtulæ, ſi dentium. V. Oricularius.

Aurĭfer, ra, rum, o. 1. 2. χυσοτόκος, quod fert aurum. Unde aurifera flumina, Tagus in Hiſpania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Aſia, Ganges in India. ¶ Aurifera arbor. *Cic.* 2. *Tuſc.* Auriferum nemus. *Plin. l.* 5. *c.* 1. Aurifera terra. *Mart. l.* 10.

Au-

Aurifex, ficis, m. 3. *orefice*, צרף, Ger. *goldſchmied*, Gal. *orfevre*, Hiſp. *platero*, χρυσοχόος, faber aurarius, auri laborandi artifex. *Cic.* 1. *de Orat.* Quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.

Aurifodīna, locus, ubi aurum effoditur, *miniera d'oro*. *Plin. l.* 33. *c.* 4.

Aurifur, m. 3. *rubator d'oro*, χρυσοκλέπτης, qui furatur auruin. *Plaut. Pœn.* 5. 55. Mihi hic aurifur eſt. Al. leg. disjunct. *auri fur*.

Auriga, gen. com. *cocchiero*, רכב, Ger. *ein karker*, *ein furman*, Gal. *charretier*, *cocher*, Hiſp. *carrettero*, *cochero*, ἡνίοχος, qui, vel quæ currum regit, quaſi curriga, quod currum agit, vel ab aureis, ideſt frænis. *Aurea* enim frænum erat, quod ad aures equorum religabatur, *orea*, quo ora coercebantur. *Virg.* 12. *Æn.* Circunſtant properi aurigæ. Et *Ovid.* 2. *Metam. v.* 327. *de Phaetonte*. Currus auriga paterni. ¶ Peculiariter aurigæ ſumuntur pro iis, qui in Circenſibus ludis bigis, trigis, vel quadrigis decertabant, qui alio nomine & Quadrigarii, & Agitatores dicti. *Suet. in Calig. c.* 54. Sed aliorum generum artes ſtudioſiſſime, & diverſiſſimas exercuit: Thrax, & Auriga, idemque cantor atque ſaltator. ¶ Pro Gubernatore, *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 3. Aurigam video vela dediſſe rati. ¶ Eſt etiam Auriga Signum Cœleſte ex tredecim ſideribus, aliter Erichthonius, vel Erichtheus. V. *Erichthonius*. Adject. etiam uſurpatur, ut aurigis coloribus. *Tertull. de Spect. c.* 9. h. e. aurigarum. Aurigamque ſororem. *Virg. Æn.* 12. *v.* 918. Ad quem loc. V. *de la Cerda*.

Aurigarius, m. 2. qui in Circo aurigatur. *Suet. Ner. c.* 5. Mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

Aurigatio, onis, f. 3. ἡνιοχεία, verbale. *Gell. l.* 7. *c.* 8. Luſus, geſtationes, aurigationes refert.

Aurigator, oris, m. 3. auriga. *Avien. in Phænom. v.* 495. Aurigatorem par ſit quoque cura videre. De videre loquitur.

Aurigĕna, æ, quaſi auro genitus. *Sidon. Apollin. carm.* 6. Cum matrem impleret filius aurigena. *h. e.* Perſeus Danaes filius ab Jove in auream pluviam mutato genitus.

Auriger, a, um, χρυσοφόρος, idem quod aurifer. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 30. *in proœm.* Auriger Taurus, h. e. cœleſte ſidus hujus nominis. Et Aurigeræ caput arboris, *Val. Flac. l.* 8. *v.* 110.

Aurīgo, as, a. 1. *guidar cocchi*, ἡνιοχέω. *Suet. in Ner. c.* 24. Ipſe aurigare, atque etiam ſpectari voluit. *Idem Calig. c.* 54.

Aurigor, aris, d. 1. idem quod aurigo. *Varro* apud *Non.* 2. 14. Natura aurigatur, non neceſſitudo. Al. aliter legunt.

Aurilegŭlus, i, χρυσομύχος, qui auri grana ex arena colligit. *L.* 11. *Cod. tit.* 6. *de metallariis*. Vet. Gloſſa expon. χρυσοκλέπτης, aurifur.

Auripigmentum, ti, n. 2. *orpimento*, Germ. *operment*, Gall. *orpin*, *orpiment*, Hiſp. *orpimiento*, ἀρσενικόν, genus coloris, quod in Syria invenitur, in ſumma tellure, auri ſplendore, ſed fragile, lapidum ſpecularium ſimilitudine. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Sic *Vitruv. l.* 7. *c.* 11.

Auris, is, f. 3. & in plur. aures, *gli orecchi*, *le orecchie*, אזנים, Ger. *ohr*, Gall. *oreille*, Hiſp. *oreja*, τὰ ὦτα. Duo membra capitis, per quæ voces, & ſonos haurimus: dicta ab aura, per quam ſonos recipimus, vel ab hauriendo, vel ab αὐδὴ vox, ut ſint aures quaſi audes. *Ter. And.* 5. 4. 31. Arrige aures, Pamphile. *Cic. de Orat. l.* 1. *c.* 50. Eſt bonis Oratoris, multa auribus accepiſſe. ¶ *In aurem*, *in aure*, *ad aurem*, eſt ſecreto, *ſecretamente*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. *v.* 9. *Juven.* 11. 59. *Cic.* 2. *de Fin.* 21. ¶ Canere ſurdis aurious, a *Livio* dicitur tanquam proverbium: hoc eſt, tempus terere, obſtinatis verba facere. ¶ Dormire in utramque aurem, h. e. ſumma ſecuritate, *Terent. Heaut.* 2. 3. 101. ¶ Servire auribus, & dare auribus, pro adulari, illud *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 27. hoc *Cic.* eſt *l.* 12. *Fam. ep.* 16. ¶ Aurem vellere admonendi cauſa *Virg. Ecl.* 6. Eſt enim in auribus memoriæ locus, ut ſcribit *Plin. l.* 11. *c.* 45. Tractum ab anteſtantibus, qui anteſtandi imam auriculam tangebant cum hoc verbo, Memento. ¶ Auris rimoſa, apud *Horat.* dicitur de eo, qui neſcit audita cuſtodire. ¶ Aures etiam pro judicio ſumuntur. *Hor. de arte poet. v.* 386. Si quid tamen olim ſcripſeris, in Metii deſcendat judicis aures h. e. ab eo probetur. Sic *Mart. l.* 6. *epig.* 1. Libellum aure diligenti tergere: h. e. accurato judicio examinare. ¶ Aures etiam in rebus inanimis dicuntur, anſæ ſc. quibus rem aliquam apprehendimus, *manico*. *Virg.* 1. *Georg.* Binæ aures duplici aptantur dentalia dorſo.

Auriſcalpium, ii, *ſtuzzicorecchi*, ὠτογλυφίς, inſtrumentum, quo aures purgantur. *Scribon. Larg. l.* 6. *c.* 7. Auriſcalpium lana molli involvitur.

Auritus, a, um, o. 1. 2. *orecchiuto*, Ger. *der groſſe odren hat*, Gal. *qui a grandes*, *ou bonnes oreilles*, Hiſp. *orejudo*, ὠτώας, qui magnas habet aures. *Virg.* 3. *Æn.* Auritoſque ſequi lepores. ¶ Auritus item, qui bene audit. *Horat. l.* 1. *Carm.* Doctus auritas fidibus canoris ducere quercus. ¶ Auritus populus apud *Plaut. in Aſin.* aures intentas habens. ¶ Auritum ſubſtant. pro lepore poſuit *Avien. in Arat. v.* 788. Auritum primis emittit gurges ab undis. ¶ Auritus teſtis, *teſtimonio d'udito* apud *Plaut. Truc.* 2. 6. 8. Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem.

Auro, as, are, *indorare*, χρυσόω, auro, obduco, inauro. *Tert. de corona Mil. c.* 12. Hinc auratur famulis. Al. leg. *inauratur*.

Auroclavatus, a, um, aureis clavis diſtinctus. *Vopiſc. in Tacit. c.* 11. Auroclavatis veſtibus item interdixit.

Aurōra, 1. *aurora*, *alba*, diluculum, שחר, Ger. *die morgenrethe*, Gal. *aurore*, Hiſp. *aurora*, *alva*, ἠώς, Solis aſcenſus, vel prima pars diei, vel prima lux, qua ſub Solis adventum aer illuſtratur, vel ab *auro*, quod ab igne Solis aer fit quaſi aureus, vel ab aura, ventus, quia ſolet pulſu Solis aer commotus auram facere, vel ab αὐρα, ſplendor, quia Cœlum tunc rutuli, & aurei fit coloris. *Virg. Æn.* 3. *v.* 521. Jamque rubeſcebat ſtellis aurora fugatis. ¶ Auroram etiam diluculum nuncupavere, quod tunc aer luceſcere incipiat. ¶ Poetæ fingunt, Auroram eſſe filiam Titanis, ideſt, Solis, & Terræ, Tithoni conjugem, & matrem Memnonis, quæ quod maritum habeat ſenem, relicto ejus cubili, ortum Solis antevertit.

Aurōſus, a, um, auro plenus, πολύχρυσος. *Pallad. l.* 1. *c.* 5. Auroſi pulveris lapidoſa macies. *Lamprid. Heliog. c.* 31. Auroſa arena.

Aurugĭno, as, n. 1. *eſſer' itterico*, aurugine laboro. *Tert. de anim. c.* 16.

Aurūgo, inis, f. *itterizia*, morbus regius, ita dictus ab auri colore. *Scribon. Larg. compoſ.* 110. & 127.

Aurŭla, æ, diminutivum ab aura. *Tert. de anim. c.* 28. *& Hieron. c.* 141.

Aurulentus, a, um, aureum colorem habens. *Prudent. Periſteph.* 6. *v.* 49.

Aurum, ri, n. 2. *oro*, זהב, Ger. *gold*, Gal. *or*, Hiſp. *oro*, χρυσός, pretioſiſſimum omnium metallorum, ab αὐρώ, vel αὐρα, quo nomine ſplendor ſignificatur, vel ab אור, flamma, ignis. *Cic. de ſen.* Eis, qui haberent aurum, imperare. ¶ Sumitur aliquando pro ornamento muliebri, *Ter. in Eun. a.* 4. *ſc.* 1. Interea aurum ſibi clam mulier demit. ¶ Aurum factum dicitur, quod artificis manu aliquem in uſum eſt elaboratum. *Ulpianus L.* 2. *Mutius*, *ff. de auro*, *& arg. leg.* Cui aurum, vel argentum factum legatum eſt, ſi tractum, vel colliſum fuerit, non continetur, Servius enim exiſtimat, aurum, vel argentum factum id videri, quo commode uti poſſumus. ¶ Huic opponitur aurum infectum, hoc eſt, rude, & non elaboratum. *Virg. Æn.* 10. Sunt aurī pondera facti, infectique mihi. ¶ Aurum ſignatum eſt pecunia, quæ ex auro cuſa eſt. Sed in eadem ſignificatione legimus aurum abſolute poſitum ſine ulla adjectione. *Plaut. Aul.* Effodio aulam auri plenam. *Virg.* 3. *Æn.* Auri ſacra fames. ¶ Aurum coronarium erat, quod Imperatori triumphaturo in coronam decernebatur. Triumphalis enim corona, quæ antiquitus ex lauro fiebat, poſtea ex auro fieri cœpit. *Cic. Agrar.* 1. Ex auro coronario ad XViros referri jubet id, quod &c. V. *Gell. l.* 5. *c.* 6. ¶ Aurum coronatum, pro corona aurea. *Stat. l.* 3. *Sylva* 4. Sic ibidem aurum gemmatum, pro auro gemmis intexto. ¶ Sumitur etiam pro rebus auro confectis. *Juvenal. ſat.* 1. Ventilat æſtivum digitis ſudantibus aurum: hoc eſt annulum. *Stat. Theb.* 5. Vacuare aurum mero: hoc eſt poculum. ¶ Aurum Toloſanum proverb. dicitur, ut apud *Gell. l.* 3. *c.* 6. hoc eſt aurum poſſeſſori funeſtum, quod in direptione Toloſæ, qui aurum ex templis ſurripuere, miſero exitu perierint. ¶ Aliquando *aurum* ponitur pro ſplendore, aut fulgore. *Valer. Flacc.* 5. 369. fævo cum non acceditur auro. *Ovid. Met.* 9. 688. ſpicis nitido flaventibus auro.

Aurunca, æ, Latii urbs, patria Turni Satyrici Poetæ. *Juven. ſat.* 1. *v.* 19. Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo, per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus. Poſſunt tamen ibi intelligi & *Livius* & *Silius*. nam & ipſi Satyrarum ſcriptores, & ex eadem Urbe fuere. Lucilium deſignari, vult *Scalig. Lect. Auſon. l.* 2. *c.* 11.

Aurunci, pop. Latii, ubi nunc pars Terræ Laboris a Terracina ad Lirim Fl. in R. Neapolitano, quorum urbs *Aurunca* condita ab Auſone fil. Ulyſſis, & Calypſus.

Auſa, f. 1. *Vich*, & *Vico de Auſona*, urbs exc. Hiſp. Cit. in Catalaunia, cui Vicus ſucceſſit urbs E. ſub A. Tarrac. Pop. Auſetani.

Auſcaripĕdam dixerunt Veteres pro vermiculo piloſo, qui ſolet in fronde naſci cum multis pedibus. *Varr. l.* 6. *de L. L.*

Auſci, Auſcii, Auſcenſes, pop. Aquitaniæ, quorum urbs Auſcii, Auxis, Clara, Auguſta Auſciorum, Auxitana urbs, *Aux*, *Auſch*, A. caput Com. Arminiaci in Vaſconia, a Toloſa 11. l. in Occ. ab Agenno 8. in Auſt.

Auſcŭlor, d. 1. *baciare*, pro oſculor, apud Veteres, ab *auſculum* pro oſculum. *Feſtus*.

Auſcultatio, onis, auditio, ἀκρόασις, *l' aſcoltare*. *Plaut. Rud.* 2. 6. 18. Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio? *Seneca* ad vitium tranſtulit, *de Tranquill. animi*, *c.* 12. Ex hoc malo dependet teterrimum vitium, auſcultatio, & publicorum ſecretorum inquiſitio &c.

Auſcultātor, oris, ἀκροατής, auditor, *aſcoltatore*, *uditore*. *Cic. Partit. c.* 3. Auſcultator eſt modo, qui audit. ¶ Item qui obtemperat. *Apulej. Met.* 7. Mandati ſervus auſcultator.

Auſcultātus, us, ui, m. 4. idem quod auſcultatio. *Apul. l.* 6. *p.* 178. Nec auſcultatu pœnitendo diligenter inſtructa illa ceſſavit. *Fulgent. Virgil. Contin. p.* 142. Quæ grammatici diſtrahunt puerilibus auſcultatibus.

Auſculto, as, avi, atum, are, *udire*, *aſcoltare*, שמע, השמעות, Ger. *zuloſen*, *zuhoren*, *auffmercken*, Gal. *ouir*, *ecouter*, Hiſp. *oyr*, *eſchuchar*, ἀκούω, ἀκροάομαι, audio, quaſi aure occulto. Veteres enim *audes* (unde audio) & *auſes*, & *aures* dicebant. Auſcultamus igitur, quæ in auribus velut defigimus, recondimus. Quare auſcultare & majus eſt, quam audire: nam quæ leviter ad aures admittimus, audire dicimur. Cato apud *Gell. lib.* 1. *c.* 15. Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam pharmacopolam. ¶ Eſt etiam obtemperare. *Varro de L. L. l.* 5. *c.* 8. Hi auſcultare dicuntur, qui auditis parent. ¶ In hac ſignificatione dativo jungitur. *Ter. And.* 1. 3. 4. Pamphilum ne adjutem, an auſcultem ſeni? ¶ Eſt etiam clam, & ex inſidiis audire, atque captare aliorum ſermones. Hinc Auſcultare ab oſtio, ad fores. *Plaut. Merc.* 2. 4. 9. & *Trucul.* 1. 2. *in princ.*

Auſim, auſis, auſit, πολμήσω, ponitur pro audeam, audeas, audeat. *Liv. in proœm. l.* 1. Nec ſi ſciam, dicere auſim.

Auſon, is, & in plur. Ausŏnes, Auſoniæ populi. V. Auſonĭus.

Auſonĭa, ὠσονία, regio Campaniæ, inter Cales & Beneventum, in qua Capua metr. Ab Auſone fil. Ulyſſis, & Calypſus. Pop. Auſones, Auruncis finitimi. ¶ Hoc etiam nomine Calabria in Magna Græcia, & Brutiis dicta eſt. ¶ Olim Auſonia dicebatur omnis Italia, quæ Apennino finitur.

Auſonĭdæ, arum, Auſonii. *Virg.* 10. *Æn. v.* 563. ditiſſimus agri Qui fuit Auſonidum. ¶ Pro Romanis poſuit *Lucan. l.* 9. *v.* 999.

Ausŏnis, idis, adject. femin. tam de rebus, quam de perſonis. *Sil. l.* 9. *v.* 187. Pater ipſe ſuperbus aquarum Auſonidum Eridanus. Et *Avien. in Periegeſi*, *v.* 308. Auſonis hæc duro vaſtavit dextera bello, Auſonis invicti gens roboris.

Auſonium mare, ὠσόνιον πέλαγος, idem, ac Siculum, quod Auſoniam alluit, hoc eſt, Brutios, & Magnam Græciam, inter Tyrrhenum, quod ad fretum Siculum terminatur, & Jonium, quod alluit Salentinos, ſeu pars maris Jonii a prom. Japygio in Mer. uſque ad Siciliam.

Auſonĭus, a, um, adject. ad Auſoniam pertinens: ut Terra Auſonia, mare Auſonium. *Virg.* 4. *Æn. v.* 349. *Plin. l.* 3. *c.* 10.

Auſonius, Grammaticus & Rhetor fuit temporis doctiſſimus floruit. A. C. 370.

Auſpex, icis, m. 3. *pronoſticatore*, טוכם, Ger. *anvveiſer*, Gal. *auſpice*, Hiſ. *adevino*, οἰωνοσκόπος, a ſpiciendis, ſive inſpiciendis avibus dictus, eſt idem, ac augur, qui auſpiciis præeſt, vel qui ex avium volatu, cantu, aut paſtu futura divinat. *Cic. Att. l.* 1. Latores, & auſpices legis curiatæ. ¶ Hinc etiam dicti ſunt Auſpices, qui nuptiis contrahendis præerant, a patre ſponſi adhibiti, quemadmodum pronubæ a patre ſponſæ, quod de nuptiarum ſucceſſu auſpicia ſumerent. Unde apud *Suet.* legimus, Sporum puerum Neroni nupſiſſe, dote inter Auſpices conſignata. ¶ Auſpicem præterea vocamus, cujus ductu, & auctoritate rei aliquid gerimus. *Hor. l.* 1. *Car.* Nil deſperandum eſt Teucro duce, & auſpice Teucro.

Auſpicabilis, le, adject. bonum præbens auſpicium. *Arnob. l.* 4. *p.* 129. Et auſpicabile ducitis, & optatis.

Auſpicalis, le, o. 3. *augurale*, οἰωνοσκοπικὸς, quod ad auſpicium pertinet, ut Auſpicalis piſciculus, qui aliquid ſignificat futurum. *Plin. l.* 32. *c.* 1.

Auſpicalĭter, adverb. auſpicato. *Hyginus de Limitib. p.* 153. Poſita auſpicaliter groma.

Auſpicāto, adv. *avventuroſamente*, *in buona ora*, Gal. *a la bonne heure*, Hiſp. *con buena dicha*, idem, quod augurato, bono auſpicio, avibus addicentibus. *Cic.* 2. *de Div.* Romulus urbem auſpicato condidit. ¶ Sumitur nonnunquam pro feliciter, *felicemente*. *Ter. And.* 4. 5. 12. Haud auſpicato me huc appuli. *Plin.* 7. 9. Auſpicatius, enecta parente gignuntur.

Auſpicātus, a, um, nom. ex particip. paſſiva ſignif. ex Activo Auſpicare, captis auſpiciis factus, felix, proſper, conſecratus. *Cic. pro Rabir. c.* 4. Auſpicato in loco. ¶ Cum autem felicia putentur quæ ſecundum auſpicia fiunt, hinc auſpicatus ponitur pro felici, & proſpero, ut dictum eſt. *Catull. Carm.* 46. Quis ullos homines beatiores Vidit? quis Venerem auſpicatiorem? *Juſtin. l.* 18. *c.* 5. *n.* 7. Urbs toto orbe auſpicatiſſima.

Auſpicium, cii, n. 2. ab aſpiciendis avibus, augurium, *auſpicio*, Germ. *vvelſagung*, Gall. *auſpice*, Hiſp. *auſpicio*, οἰωνισμὸς, avium obſervatio, quemadmodum volarent, & canerent, unde cognoſcebatur, agendum eſſet, necne. Dictum eſt, quaſi *aviſpicium*, ab avis, & aſpicio.

¶ Su-

¶ Sumitur etiam latius, ut ad alia divinandi genera extendatur. *Cic.* 1. *de Div.* Fulmen optimum auspicium habetur, si sinistrum fuerit. ¶ Ponitur & pro ductu, & fortuna, *fortuna*, quia dux belli, antequam iret in expeditionem, & antequam res gereret, auspicia capere solebat. *Virg.* 6. *Æneid.* En hujus nate auspiciis illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit Olympo. ¶ Auspicium, & augurium idem sunt. Nam dicebatur auspicium respectu eorum, qui aves aspicerent, augurium respectu avium, quæ aspicerentur. Sed distingui etiam possunt, quia auspicium ad oculos, augurium ad aures pertinet. Est enim augurium quasi avigarrium. Aliam differentiam affert *Serv. ad* 4. *Æn.* ubi ait: Auspicia omnium rerum sunt, auguria certarum. Auspicari enim cuivis, etiam peregre, licet: augurium agere, nisi in patriis sedibus non licet. ¶ De variis Auspiciorum generibus V. *Hotoman. l.* 6. *Observat. c.* 11. *Polyd. Virg. l.* 1. *de Prodig.* & *Freinshem. ad Curt. l.* 7. *c.* 7. *n.* 10. & *lib.* 9. *c.* 4. *n.* 22. ¶ Auspicium nonnunquam accipitur pro imperio, ac potestate, quam Magistratus habebant, & Imperatores. Hinc Vet. Gloss. auspicium ἀρχὴν exponit. *Plaut. Amph.* 1. 1. 36. Expugnatum est oppidum imperio, atque auspiciis heri mei. *Liv. l.* 41. *c. ult.* Tib. Gracchi Consulis imperio, auspicioque exercitus Pop. Roman. Sardiniam subegit. Quamquam vero hisce, & sexcentis aliis exemplis imperium, ductus, auspicium conjungantur, tanquam synonyma, auspicium tamen non raro a cæteris distinguendum est. Nam possunt habere ductum, ac imperium, qui auspicium non habent: & possunt aliqui auspicio suo rem gerere, cum ductus & imperium penes alios est. Nempe ducendi belli, exercitibus imperandi potestatem obtinent Legati, Ducesque, qui in expeditionem aliquam mittuntur: at ipsum auspicium, h. e. summa rerum apud Principem est etiam absentem. Tum itaque res geri dicuntur Legatorum ductu, & imperio; at auspicio Principis. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 41. Ob recepta signa cum Varo amissa, ductu Germanici, auspicii Tiberii &c. Quod si Princeps ipse ad bellum gerendum proficiscatur, tum & ductum, & imperium, & auspicium habere dicitur. *Curt. l.* 9. *c.* 6. *n.* 9. Alexandri auspicium atque imperium secuti amici ejus. ¶ Auspicium pro libero privati hominis arbitrio, posuit *Virg.* 4. *Æn. v.* 340. Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis. ¶ Pro cujusque rei initio, *Justin. l.* 26. 2. 2. A parricidio incipere auspicia belli. Sic auspicia castrorum, *Stat.* 5. *Sylv.* 2. 9. Auspicia regni, *Justin. l.* 27. 1. 1.

Auspĭco, as, n. 1. antiqui dixerunt, pro auspicor. *Plaut. in Pers.* 4. 6. 7. Ego auspicavi in hunc diem. *Id. in Rud.* 3. 4. 12. Non hodie isti auspicavi rei. *Id. Stich.* 3. 2. 96. Auspicare mustellam. *h. e.* mustellam sumere in auspicium. Adde *Gell. l.* 3. *c.* 2. & *l.* 13. *c.* 14.

Auspĭcor, aris, d. 1. de Cœlo servo, auspicium ago, *augurare*, Ger. *vveissagen*, Gal. *deviner*, *commencer*, Hisp. *adevinar*, *comencar*, οἰωνοσκοπέω, est auspicia sumere, idest, ex avium inspectione divinare. *Cic. de nat. Deor.* 2. 4. Gracchus, cum pomerium transiret, auspicari est oblitus. ¶ Et, quia veteres nihil rei magnæ, nisi auspicato, ordiebantur, fit, ut auspicari dicamus pro incipere, *cominciare*. *Suet. in Aug.* Militiam auspicantibus præfecturas alarum dedit. ¶ Porro credebant Veteres, quidquid inchoarent operis initio anni, id toto illo anno feliciter processurum. Quare eo die v. g. Kal. Jan. suam quisque artem leviter, & tantum boni ominis causa tractare solebat: atque idipsum cum facerent, auspicari dicebantur. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricolæ, ita tamen ut ipsis Kalendis Jan. auspicandi causa omne genus operis instaurent. Sic de Druso præfecto urbis *Tacit. Ann.* 4. *c.* 36. Auspicandi causa tribunal ingressus. V. *Ovid.* 1. *Fast. v.* 265. & *seqq.*

Austellus, parvus, & lenis Auster. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 229.

Auster, m. 2. *vento Ostro*, הַנֶּגֶב, Ger. *Sudvvind*, Gal. *Sud*, Hisp. *Austro*, νότος, ventus meridionalis, humidus, & calidus, ab αὔω, sicco, uro. Græce νότος appellatur, quoniam νοτὶς Latine humor dicitur. *Virg.* 4. *Georg.* Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster. ¶ Aliquando ponitur pro regionibus meridionalibus. *Plin.* 2. 9. ¶ *Auster* pro *austerus* V. Austerus.

Austēre, dure, duriter, severe, *acerbamente*, *austeramente*, Ger. *ernsthafciglich*, Gal. *austerement*, Hisp. *austeramente*. *Cic. pro Mur. c.* 35. Agit mecum austere, & Stoice Cato.

Austerĭtas, atis, f. 3. *austerità*, *severità*, στρυφνότης, qualitas contraria suavitati. *Quint. l.* 2. *c.* 2. Non austeritas ejus tristis, non dissoluta sit comitas. *Plin.* non semel austeritatem coloribus tribuit, ut *l.* 35. *c.* 10. ubi ait: Eadem res nimis floridis coloribus austeritatem occulte daret. V. Austerus. ¶ In Plur. numero habet *Pallad.* 1. 35.

Austerŭlus, a, um, adject. diminut. ab austerus. *Apul. in Florid. n.* 20. Musicæ dulcem, dialecticæ austerulam.

Austērus, a, um, o. 1. 2. acer, asper, immitis, barbarus, nimium severus, & acerbus, *acerbo*, *aspro*, קָשֶׁה, Ger. *savver*, Gal. *austere*, Hisp. *austero*. αὐστηρός, qualis est sapor fructuum, qui nondum plenam maturitatem sunt consecuti. Differt ab acerbo (ut docet *Gal. l.* 3. *de facult. simpl.*) tanquam minus a majore. Utraque enim gustata astringunt, & contrahunt linguam, minus tamen eam exasperant, quæ austera sunt. Hinc austerum vinum dicimus. *Cels. l.* 3. *c.* 6. ¶ Per translationem accipitur pro severo, inhumano. *Prop. l.* 3. *Eleg.* Qui volet austeros arte ferire viros. ¶ Et pro duro, difficili, molesto, *duro*, *nojoso*. *Horat. in Ser. l.* 2. *sat.* 2. Molliter austerum studio fallente laborem. Homo austerus apud *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 25. ¶ Etiam color dici videtur austerus: *Plin. l.* 35. *c.* 6. hoc est lucens obscurius. ¶ Comparat. *austerior* apud *Colum. l.* 12. *c.* 12. & 39. Superlat. *austerissimus*, apud *Scribon. Larg. composit.* 142. ¶ *Auster* in recto casu singulari, *Scribon. Larg. compos.* 188. Gustus auster, & subamarus.

Austrālis, le, ad Austrum pertinens, meridionalis, *australe*, *meridionale*, νότιος. *Ovid.* 4. *de Pont. el.* 4. dies australibus humida nimbis. *Cic. Somn. Scip.* Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo &c.

Austrĭfer, a, um, adject. poeticum, austrum ferens, nimbosus. *Sil. l.* 12. *v.* 2. Austrifero nebulosam vertice frontem Immitis condebat hyems.

Austrīnus, a, um, idem quod Australis. Austrinum Cœlum pro nebuloso, *Plin. l.* 16. *c.* 26. Et Austrinus dies eodem sensu. *Colum. l.* 11. *c.* 2.

Austroafrĭcus, i, m. Λιβόνοτος, ventus Africo, & Austro utrinque junctus. *Vetus lapis* apud *Gruter. pag.* 137.

Ausum, i, n. 2. *azzardo*, *attentato*, *impresa*, τόλμημα, factum quod quis audet, aut sustinet aggredi. *Virg. Æn.* 6. *v.* 624. Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti. *Ovid. epist.* 14. *v.* 49. crudelia ausa. Et *Met.* 2. *v.* 328. excidere ausis: quod dicimus, cum conatus nostri non succedunt.

Ausus, a, um, activa signif. ab audeo. *Liv. l.* 26. *c.* 40. Exules, obærati, capitalia ausi plerique. ¶ Passive *ausa res* dicitur, quam quis facere ausus est. *Tacit. Ann.* 3. 67. Ausis ad Cæsarem codicillis, quibus invidiam, & preces miscuerat. *Apulej. in Florid. n.* 7. (*al. l.* 1.) Multa sublimia facinora vel belli ausa, vel domi provisa.

Ausus, us, m. idem quod ausum. *Flacc. l.* 3. *Argon. v.* 613. Jamque moræ impatiens cunctantes increpat ausus Tiphys.

Aut, *ovvero*, *ovveramente*, אוֹ, Ger. *oder*, Gal. *ou*, Hisp. *o*, ἤ, vel conjunctio separativa, vel a Punico au, adjecto t, vel a Græco. αὖτε. *Virg.* 4. *Georg.* Aut onera accipiunt venientum. ¶ Si semel subjiciatur, diminutiva est. *Virg.* 1. *Æn. v.* 69. Aut age diversas. Quod enim gravissimum erat, Juno primum optabat, ut scilicet submersas puppes obrueret, aut si id gravius videretur, ut saltem in partes diversas disjiceret. ¶ Aliquando hortativa. *Virg.* 9. *Æn. v.* 495. Aut tu, magne pater Divum, miserere. ¶ Aliquando conjunctiva. *Id. Æn.* 1. *v.* 414. Molirive moras, aut veniendi discere causas. ¶ Aliquando comminativa. *Id. Eclog.* 7. Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen, quale meo Codro, concedite, Aut hic arguta sacra pendebit fistula pinu. ¶ Conjungitur cum particulis *vero*, & *etiam*, elegantiæ causa. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 17. Sed si quis esset, aut etiam fuisset: aut vero si posset, tu esses profecto. ¶ Aut pro an, habet *Plaut. Aulul.* 2. 6. 11. Cœnæ ne causa, aut tuæ mercedis gratia postulas &c.

Autem, *ma*, *poi*, אֲבָל, Ger. *aber*, Gal. *mais*, Hisp. *mas*, δὲ, sed, verum, conjunctio subjunctiva, quæ semper postponitur; ab *aut*, vel ab αὖτις, *Cic.* 1. *de Orat.* Verborum autem licentia liberior. ¶ Servit aliquando correctioni. *Cic. ad Attic. l.* 12. *ep.* 42. Ferendus tibi meus error, ferendus autem? immo vero etiam adjuvandus. ¶ Ecce autem, Porro autem, Tum autem, idest Præterea. *Ter. Phorm.* 1. 5. 34. & alibi. ¶ Dicimus etiam, Et autem, sed rarius. *Sueton. Aug. c.* 73. Et forensia autem, & calceos nunquam habuit. Adde *Lucret. l.* 1. *v.* 1077. & *Quintil. lib.* 4. *cap.* 1.

Authenta, æ, m. αὐθέντης, dominus, auctor. *Fulgent. in contin. Virg.*

Authentĭcus, o. 1. 2. *autentico*, *approbato*, αὐθεντικὸς, habens auctoritatem. Nam αὐθέντης, author est, αὐθεντία, authoritas. Hinc authentica scripta, vulgo originalia, & lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum auctoritate comprobatum est. *Ulpian. l.* 4. *Dig. Famil. ercisc.*

Authepsa, αὐθέψη, ollæ æneæ fuit genus duos habentis fundos, quorum inferiori igniculus superimponebatur, superiori sive interiori cibi, qui coquendi essent, ab αὐτὸς, ipse, & ἕψω, coquo, quod per se cibos coqueret, non indigens externo foculo. Sed alii intelligunt vas illud, quod in mensis solet patinis supponi, ne cibi refrigerentur, ab αὖ τε, rursus, & ἕψω, coquo. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 46. *Lamprid. Heliogab. c.* 19.

Author cum derivat. V. Auctor.

Autochthŏnes, indigenæ, minimeque aliarum gentium adventu, & hospitiis mixti, ut *Tacit. Germ.* 2, 1. describit: velut nati ex ipsa terra, αὐτόχθονες, γηγενεῖς, ἰθαγενεῖς.

Autogrăphus, a, um, αὐτόγραφος, propria manu scriptus, *scritto di propria mano*. *Suet. Aug. c.* 71. Nec id dubium est, autographa quadam epistola. Et *c.* 87. Literæ ipsius autographæ ostentant. ¶ Autographum, i, n. absolute pro scripto autographo. *Symmach. l.* 3. *ep.* 1. Vetustatis exemplar de autographo tuo sumere.

Autolŏles, m. 3. pop. Africæ, vel Libyæ, Numidis, & Getulis finitimi, in Mauritaniæ fin. inter Salam fl. & Atlantem M.

Autolycus, i, αὐτόλυκος, Mercurii filius, & avus maternus Ulyssis, artificiis furtorum clarus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 59. Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Automăta, αὐτόματα, ultronea, vel suæ spontis, qualia sunt instrumenta arte mechanica ita subtiliter constructa, ut sua sponte nulla apparente causa moveantur, ut horologia, & machinæ versatiles. Hæc vox est apud *Suet. in Claud. c.* 44. latinis literis scripta.

Automatarĭus, a, um. Ita *Ulp. l.* 41. *l.* 41. *l.* 1. *de leg. & fideicom. automataria* dixit, subaudi opera. ¶ Automatarius faber, reperitur in vet. lapide apud *Grut. p.* 642. & apud *Torrent. ad Sueton. Claud. c.* 44.

Automĕdon, ontis, Αὐτομέδων, auriga Achillis. *Virg. Æn.* 2. *v.* 477. Equorum agitator Achillis Armiger Automedon. ¶ Ponitur & pro quovis auriga. *Juvenal. sat.* 1. *v.* 61.

Autonŏe, f. 1. filia Cadmi, & Hermiones, uxor Aristæi, mater Actæonis, qui ab illa Autonoejus vocatur. *Juven. sat.* 6. *v.* 72.

Autonoeĭus, a, um, ad Autonoen pertinens, ut Autonoejus heros, h. e. Actæon. *Ovid. Metam.* 3. *v.* 198.

Autopyros, i, m. *pane di tutta farina*, panis ex tritico, cui aut nihil, aut sane levissime furfures sunt adempti. *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Autumnal, pro autumnale, ut capital pro capitale. *Varr.* apud *Charis. l.* 1. Equinoctium autumnal.

Autumnālis, le, adject. ad autumnum pertinens, *autunnale*, ὀπωρινός. *Colum. l.* 4. *c.* 9. Putatio autumnalis. *Liv. l.* 31. *c.* 47. Æquinoctium autumnale.

Autumnesco, is, escere, verbum inchoativum ab Autumno. *Martian. Capell. l.* 6.

Autumnĭtas, atis, autumni tempus, ὀπωρισμὸς, *tempo di autunno*. *Cato R. R. c.* 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Et *c.* 155. prima autumnitate, cum pluvia est. ¶ Ponitur & pro vindemia, seu proventu autumni. *Arnob. lib.* 1. *p.* 12. Ex olivis vestris, atque vinetis plenam faciunt autumnitatem fundi. Adde *Symmach. l.* 3. *ep.* 23.

Autumno, as, are, dicimus, ut vernare, hyemare. *Plin. l.* 2. *c.* 50. Semper quodammodo vernat, vel autumnat. Et *cap.* 47. Corus autumnat: huic contrarius est Vulturnus.

Autumnus, & auctumnus, i, m. 2. *autunno*, חוֹרֶף, Ger. *herbst*, Gal. *l'automne*, Hisp. *otono*, ὀπώρα, una ex quatuor anni partibus, inter æstatem, & hyemem media, ab augendo, quod tum coactis agrorum fructibus opes maxime augentur, ut ait *Fest.* & *Voss. Ov.* 2. *Art. am. v.* 318. Sæpe sub autumno, cum formosissimus annus. ¶ Quandoque accipitur pro autumni fructibus. *Virg. Georg.* 2. *v.* 5. Pampineo gravidus autumno Floret ager. *Martial. lib.* 3. *epigr.* 57. Fragrat testa senibus autumnis. *hoc est* vino vetere. ¶ Reperitur etiam *autumnum*, *i*, n. *Charis. l.* 1. & *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 22.

Autumnus, a, um, adject. autumnalis, ad autumnum pertinens, ὀπωρινός, *autunnale*. *Ovid. Met.* 3. *v.* 728. Autumnum frigus. *Gell. l.* 19. *c.* 7. Autumnam tempestatem.

Autŭmo, as, a. 1. dico, opinor, censeo, puto, *stimare*, *affermare*, חָשַׁב, Ger. *halsen*, *schetzen*, Gal. *estimer*, *penser*, Hisp. *juzgar*, *o pensar*, ὑπολαμβάνω, ex ab, & æstumo, vel ab auctor fum, quod est, sic tibi agendum censeo, ac dico. *Cic. in Top.* Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri. *Ter. Prol. Heaut.* Neque se id pigere, & deinde facturum autumat. *Plaut. Capt.* 4. 2. 110. Si vera autumas. *h. e.* dicis, prædicas. ¶ Pro æstimare, seu ponderare, *stimare*, *pesare*. *Plaut. Men.* 5. 2. 7. Res plurimas, pessimas, cum advenit, affert: quas si autumem omnes, nimis longus sermo sit. Et passive *Pœn.* 1. 2. 32. Quasi salsa muriatica esse autumantur.

Avulsio, onis, verbal. ab avello, avellendi actus, ἀπόσπασμα, *staccamento*, *strappata*. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Arbores aut semine proveniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulsione &c. Adde *l.* 19. *c.* 7.

Avulsor, oris, qui avellit, ἀποσπαστὴς. *Plin. l.* 9. *c.* 45. Spongiæ ubi avulsorem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur.

Avulsus, a, um, nom. ex particip. ἀπόσπαστος, *sbarbato*, *spiccato*, *strappato*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 558. Avulsum humeris caput. *Horat. l.* 2. *sat.* 8. *v.* 89. Leporum avulsi armi. *Cic. pro Dom. cap. penult.* Avulsus a meis.

Avuncŭlus, m. 2. *zio dal lato di madre*, Ger. *oheimb*, Gal. *oncle*, Hisp. *tio*,

μητ-

μητράδελφος, matris meæ frater, ſic dictus, quod æque tertius a me, ut avus, eſt, ſed non ejuſdem juris, ideoque vocabuli facta diminutio eſt, perinde ac minor avus, vel quod avi locum teneat, & proximitate tueatur ſororis filios, quemadmodum frater patris a patre patruus, πατράδελφος, θεῖος, πρὸς πατρός, appellatur, quod ſit quaſi alter pater. *Cic.* 3. *Fin. c.* 2. Eam controverſiam dijudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo. ¶ Aliquando maritus ſororis matris ſic appellatur, ut apud *Senec. de Conſol. ad Helv. c.* 17. ¶ Sic Fratris vocabulum quandoque ad patrueles transtertur. ¶ Avunculus magnus eſt aviæ frater. *Cic. de cl. Orat. c.* 62. Idemque dicitur Avunculus major a *Vellejo Pat. l.* 2. *c.* 59. & a *Sueton. in Aug. c.* 7. Ita enim vocant Julium Cæſ. ex cujus ſorore Julia nata eſt Atia Auguſti mater. ¶ Apud JCtos Avunculus major eſt proaviæ frater, qui & Proavunculus. *Leg.* 1. §. 7. *de gradib.* V. *Paul. Leg.* 10. §. 15. 16. 17. *Dig. eod.* ¶ *Avunculus maximus* eſt frater abaviæ. *Paul. ibid.*

Avus, i, m. 2. *avolo*, Ger. *groſſvatter*, Gal. *ayeul*, Hiſp. *abuelo*, πάππος, patris, vel matris pater, ab Heb. אב, *pater*, & *avus*, vel ab ævum, quia patre antiquior eſt. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. Avus tibi maternus fuit, atque paternus. ¶ Hinc *proavus*, ſecundus avus, avi pater, quaſi tertius pater, a *pro*, ante, quia eſt ante avum: *abavus*, tertius avus, proavi pater, quia eſt longe ab avo, ſeu ab avo abeſt: *atavus*, quartus avus, abavi pater, ab *ad*, & *avus*, quaſi adavus, ut atnepos pro adnepos: *tritavus*, quintus avus, atavi pater, quaſi tetravus, a τέτταρα, *quater*, quia eſt quartus ab avo. ¶ Poſt tritavum, majores, πρόγονοι, dicuntur. Poetæ tamen interdum avos dicunt quoſcumque majores. *Ovid. Heroid. epiſt.* 16. *v.* 173. & *l.* 1. *de Pont. ep. v.* 8. 17. ¶ Pro homine ſene *Albinovan. eleg.* 2. *v.* 4. Longius annoſo vivere dignus avo.

Auxiliabundus, a, um, qui auxiliatur. *Apul. de Deo Socrat. p.* 48. *ed. Elment.* Virgiliana Juturna in mediis millibus auxiliabunda fratri conſerſatur.

Auxiliāris, re, adject. *ſaccorrevole*, βοηθικὸς. *Ovid. Met. 9. v.* 698. *de Lucina*. Dea ſum auxiliaris. Et *l.* 6. *v.* 424. Auxiliaria arma. ¶ Auxiliares, abſolute, ſunt, ut ait *Feſt.* in bello ſocii Romanorum ex exteris nationibus: dicti ex græco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum creſcentium auctiones, *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 25. & *l.* 1. *B. C. c.* 78.

Auxiliarĭus, a, um, adject. idem quod auxiliaris; ut auxiliariæ cohortes, *Cic. de Prov. conſul. c.* 7. Equites auxiliarii, milites auxiliarii, *Salluſt. Jug. c.* 46. *Liv. l.* 40. *c.* 40.

Auxiliatio, onis, f. auxilium. Vox hæc uſurpatur a *Nonio* Grammatico homine *c.* 4. *n.* 403.

Auxiliātor, oris, *aiutatore*, *ſovvenitore*, βοηθὸς. *Tacit. l.* 6. *c.* 37. haud inglorius auxiliator. *Stat. l.* 3. *Silv.* 4. *v.* 23. Ubi maximus ægris Auxiliator adeſt.

Auxiliātrix, icis, femin. ab auxiliator, *ajutatrice*, *Caſſiod. l.* 2. *ep.* 40. Muſicæ pernicioſa odia convertit ad auxiliatricem gratiam.

Auxiliātus, us, ui, ſubſtant. m. 4. idem quod auxilium. *Lucret. l.* 5. *v.* 1038. Alituum porro genus alis omne videmus Fidere, & a pennis tremulum petere auxiliatum.

Auxiliatus, a, um, *chi ha ajutato*, particip. verbi auxilior. *Auct. ad Herenn.* 4. 27. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ ſunt. ¶ Paſſive *ajutato*, βοηθηθείς. *Vitruv. l.* 5. *c.* 8. Vox ab imis auxiliata. *Lucil.* apud *Priſcian. l.* 8. A me auxiliatus ſi eſt.

Auxilĭo, as, are, pro auxilior, *Gracchus*, apud *Diomed. l.* 1. & *Priſcian. l.* 8.

Auxilĭor, aris, d. 1. adjuvo, ſuffragor, opitulor, opem fero, *ajutare*, *aiſtare*, עזר, Ger. *helffen*, Gal. *aider*, Hiſp. *aydar*, βοηθέω, cum dativo conſtruitur. *Ter. Adel.* 2. 3. Si omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliari. Auxiliari contra aliquem, *Plin. l.* 24. *c.* 12.

Auxilĭum, lii, n. 2. *ajuto*, עזר, Ger. *belfung*, Gall. *aide*, Hiſp. *ayuda*, βοήθεια, ſubſidium, adjumentum, quod & opem Latine dicimus. *Cic. pro Rabir. c.* 2. Ope, & auxilio Deorum gubernantur Reſp. ¶ Sumitur & pro remedio. *Celſ. in præfat. l.* 1. Auxilia adverſæ valetudinis. ¶ Auxilia nautica, apud *Ovid. lib.* 3. *de arte am.* ſunt nautica inſtrumenta. ¶ Accipitur aliquando pro ipſis militibus, qui auxilio mittuntur, plurali tamen numero. *Salluſt. Jug. c.* 8. Dimittere auxilia. ¶ Auxilia ſociorum erant, Legiones ex Romanis conſtabant. *Cic. pro Dejot.* Imperatoribus noſtris auxilia mitteret. ¶ Dictum putatur auxilium, ab augendo, quod vires ejus augeat, cui accedit.

Auxillam, ollam parvulam dicebant antiqui, ut inquit *Feſtus*.

Auxĭmum, Auximum, Oximum, n. 2. *Oſimo*, αὔξιμον, urbs E. Piceni, in colle, ad Muſonem Fl. ab Ancona 12. M. P. in Mer. inter Æſium, & Laurctum fere totidem. *Luc. l.* 2. *v.* 466. Auximon dixit metri cauſa,

A A N T E X.

Axamenta, n. 2. carmina, quæ a Saliis in univerſos homines componebantur. *Feſtus*.

Axāre, *nominare*, antiqui pro nominare poſuerunt. *Feſtus*.

Axēnum mare, ἄξενος πόντος, olim dicebatur, quod hodie Ponticum, & Euxinum dicitur, a truci accolarum barbarie. Nam ἄξενος, inhoſpitalis eſt. Ut enim *Strab. l.* 7. tradit, ſolebant Scythæ maris hujus accolæ hoſpites immolare, eorumque carnibus veſci. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 4. *v.* 55.

Axiăcæ, m. 1. ἀξιάκαι. populi Sarmatiæ Europææ ſub Tirangitis, ubi nunc Podolia inferior, inter Tyram, & Boryſthenem amnes, Peucinis, & Carpianis proximi, ita dicti ab Axiace Fl. ex Peucinis jugis naſcente, quæ Carpathio monti adhærent. Hos autem populos juſtiſſimos fuiſſe tradit *Mela lib.* 2. ut qui furti omnes ignari nec ſua cuſtodirent, nec aliena contingerent. Meminit horum & *Plin. l.* 5. *c.* 12. & *Ptol. l.* 3. *c.* 5.

Axiăces, m. 3. *Solina*, Fl. geminus Sarmatiæ Europææ, unus influens in pal. Mœotidem, alter in Pontum Euxinum ad Axiacem urbem.

Axicia, æ, forfex, quo ſecantur capilli, quaſi exicia ab exſicando. Nam exſicare pro exſecare dictum eſt a Vet. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 22. Ubi alii leg. *Exicia*, Al. *excutia*, ſc. parva ſcopa.

Axicŭlus, i, m. *picciolo ſtelo*, *o perno*. *Vitruv.* 10. 14. Tympanum verſatile in axiculo concluſum. ¶ Item trabecula, *travicello*. *Colum.* 6. 19. ¶ Item parva tabula, *Ammian. l.* 21. *c.* 2. (*al.* 4.) Scuti orbis compaginatus axiculis.

Axĭes, mulieres dicebantur, ſive Dii, una aliquid agentes. *Feſt.*

Axilla, f. 1. *aſcella*, אצל, Germ. *die achſel*, Gall. *aiſſelle*, Hiſp. *ſobaco*, μασχάλη, locus concavus ſubter brachium, ubi naſcuntur pili, a Græca, vel ab Hebr. dictione, quæ propoſita eſt. Ex hoc per contractionem facta eſt vox ala. *Cic. in Orat. c.* 45. Quomodo veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga litteræ vaſtioris?

Axim, pro egerim. *Pacuvius*. Quæ egi, ago, vel axim, verruncent bene. *Nonius c.* 2. *n.* 895.

Axinomantia, f. 1. ἀξινομαντεία, divinatio per aſcias, ab ἀξίνη, aſcia, & μαντεία, divinatio. *Plin. l.* 36. *c.* 19. Gagate dicuntur uti Magi in ea, quam vocant axinomantiam. Sed in aliquibus codicibus eſt *necyomanſiam*, in aliis *cauſinomantiam*.

Axĭōma, atis, n. 3. *ſentenza*, *aſſioma*, משל, Ger. *ſpruch*, Gal. *axiome*, Hiſp. *ſentencia*, ἀξίωμα. Eſt principium in Artibus, ſeu Diſciplinis, &

B A

propoſitio indemonſtrabilis, quæ in communi ſenſu, conceptuque verſatur, neque ulla eget probatione, ſed per ſe ipſam clara, & evidens eſt, ut *Quæ eidem ſunt æqualia, inter ſe quoque æqualia eſſe neceſſe eſt.* ¶ Accipitur item pro oratione perfecta veri, aut falſi ſignificativa, quam *Cic. 1. Acad.* effatum, 1. *Tuſc.* pronuntiatum vocat, *Varro* profatum, & proloquium, nonnulli ex recentioribus propoſitionem, ut *Annibal Pœnus fuit. Gellius* explicat hanc vocem toto *c.* 8. *l.* 16. ¶ Latine uſurpat *Apulej. l.* 3. *de dog. Plat. ſeu de ſyllog. categorem.*

Axis, m. 3. *aſſe*, *cardine*, *polo*, ברית, Ger. *vvagenachſſ*, Gal. *eſſieu*, Hiſp. *exe*, ἄξων, proprie ſignificat lignum illud teres, circa quod rota currus vertitur, ita dictum ab agendo, quod rota circa illud agatur. *Virg.* 3. *Geor.* Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis. ¶ Nonnunquam tamen figurate pro toto curru ponitur: *carro*. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 60. Purpureo tepidum qui movet axe diem. ¶ Apud Coſmographos axis eſt linea imaginaria ducta a Polo Arctico per mundi centrum ad polum Antarcticum, circum quam mundus perpetuo motu convertitur. ¶ Accipitur etiam pro ipſis Polis, ſeu cardinibus, quod circa eos rotari Cœlum videatur. *Cic. 1. Tuſc.* Ora, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, &c. ¶ Item pro toto Cœlo. *Virg.* 4. *Æn.* Ubi maximus Atlas axem humero torquet: ideſt, Cœlum ſuſtinet. ¶ Item axes, *aſſe*, tabulæ ſectiles ſunt, inquit *Feſtus*, quæ & a Græcis *axones* appellantur, cujuſmodi erant Athenis, quæ leges Solonis habebant inſculptas. Nam generatim Veteres dixere *axes* pro aſſes, ſeu aſſeres. *Colum. l.* 2. *c.* 30. Stabula roboreis axibus conſtrata. *Vitr. l.* 7. *c.* 1. Axes æſculini, querni. Quin & femin. gen. axes quernas, dixit *Palladius l.* 1. *de R. R. tit.* 9. V. *Gell. l.* 2. *c.* 12. ¶ Item terrum illud, in quo januæ cardo vertitur, *arpione del cardine*. *Stat. 1. Theb. v.* 348. axemque emoto cardine vellunt. ¶ Denique axis nomen eſt prop. terræ in India, hinnuli pelle, pluribus, candidiſque maculis, ſacræ Libero Patri. *Plin. l.* 8. *c.* 25.

Axitiōſi, m. 2. *fazioſi*, a veteribus dicti factioſi, cum plures una quid agerent, facerentque. *Feſtus*, & *Plaut. in fragment.* apud *Varr. l.* 6. L. L.

Axon, ŏnis, m. linea recta ad meridiem poſita in horologiis ſolaribus. *Vitruv.* 9. 8. ¶ Item membrum balliſtæ ad axis ſimilitudinem factum. *Idem* 10. 17. ¶ Item axones fuerunt tabulæ, in quibus deſcriptæ erant leges Solonis. *Gell. l.* 2. *c.* 12. & *Ammian. l.* 16. *c.* 5.

Axŏnes, ŏnum, populi Galliæ Belgicæ circa Axonem fluvium. *Lucan. l.* 1. *v.* 423. Et Biturix, longiſque leves Axones in armis.

Axungia, f. 1. *fugna*, Gal. *ſein*, Hiſp. *enxundia*, ὕειον στέαρ, Dioſcor. ἄξυγγιον, Ægynetæ, interior porci pinguedo inveterata, ab axe plauſtrorum ungendo dicta, ut facilius circa eum rota vertatur. *Plin. l.* 28. *c.* 9. *ſect.* 37. Adipi laus eſt, maxime ſuillo, qui tanto utilior, quanto vetuſtior. Axungiam appellavere etiam Græci in voluminib. ſuis. Hæc *Plin.*

A A N T E Z.

Aza, f. 1. ἄζα, urbs Cappadociæ prope montes, non longe a conf. Armeniæ min. mediæ inter Trapezuntem, & Neocæſaream.

Azymus, i, ἄζυμος, non fermentatus. Latine, panem azymum, ſcripſit *Scribon. Larg. Compoſit.* 133. ¶ De penultima hujus vocabuli controverſia eſt, brevis ne, an longa ſit. *Prudent. in Apotheoſi, v.* 421. corripuit. Græci Poetæ aliquando produxere, ut *Nicand. in Alexipharm. v.* 521. Μὴ μὲν δὴ ζίμωμα κακὸν κακὸν ἀνέρι κήδοι.

DE LITTERA B.

B Littera muta eſt, quæ non in ſonum ſuum, ſed in ſonum e litteræ finitur. ¶ Hanc Greci βῆτα nominant. ¶ Gerit virtutem, & poteſtatem mediam inter p, & ph. Quare nos ob litterarum affinitatem dictiones Græcas traducentes nonunquam p, & ph in b convertimus, ut πύξος buxus, ἄμφω, ambo. Et e contrario, quod illi b ſcribunt, nos cum ph traducimus, ut θρίαμβος, triumphus. ¶ Convertitur quandoque in u, euphoniæ, vel differentiæ cauſa, idque in duobus tantum verbis teſte *Ciſerone*, *Aufero*, pro *abſero*, *auſugio*, pro *abjugio*. ſed in antiquis monumentis ſæpiſſime pro *u* ponitur etiam extra neceſſitatem, ut *ababus*, pro *abavus*, *bixit* pro *vixit*, & ſexcenta alia, quæ non ſunt temere imitanda. ¶ Tranſit etiam in f, ut, *Sufficio*, in c ut, *Occurro*, in g, ut *Suggero*, in m, ut *Summitto*, in p, ut *Nubo*, *pſi*.

B A N T E A.

Ba! Item Bat! Interjectio eſt avertentis, ſive ejus, qui alterius interpellationem inhibere cupit, *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 6. & *Aſin.* 1. 1. 24. *Chariſius l.* 2. laudans priorem locum ex ſententia Cæſellii Vindicis, ait, *ba* ſonum eſſe cornicinis ex ore lituum eximentis.

Baal, & Bahal! m. indeclin. Βααλ, nomen dei ab Aſſyriis, Phœnicibus, & aliquando etiam ab Judæis culti: qui & *Bel*, ſeu *Belus* dictus eſt, conſecratus a Nino Beli filio in honorem patris, ut *Hieronym. in cap.* 23. *Ezechielis* docet. *Auguſtin. lib.* 7. *quæſt. ſup. Jud. q.* 17. Puficam vocem eſſe ſcribit, & ſignificare dominum. *Prudent. in Apotheoſi, v.* 393. caput & jam coctile Bahal, Finxerat, *Sedul. l.* 5. *v.* 147. Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam.

Babæ, βαβαῖ adverb. Græcum, pro quo nos *papæ* utimur. Interjectio eſt cum admiratione approbantis, vel negligentis, *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 131. Babæ nunc demum mihi animus in tuto eſt loco.

Babecalus, vel Babæcalus apud *Arnob.* & *Petron. in fram. Tragur.* ſignificat libidinoſum, mulierioſum, & ex nimis voluptatibus pæne amentem. Alii tamen utroque loco aliter legunt.

Babel, elis, nomen civitatis Aſſyriæ, quod a confuſione linguarum accepit. Nam cum una prius eſſet, pro numero gentium linguæ 72. hinc ortæ ſunt. *Babel* Hebr., Latine confuſionem, ſeu mixtionem ſignificat, σύγχυσιν, V. Babylon.

Babylon, ōnis, f. 3. *Babilonia*, Βαβυλών, urbs A. caput Chaldææ, in Babylonia, reg. celeberrima; & ex maximis Aſiæ, ad Euphratem fl. interfluentem in vaſtiſſima, & lætiſſima planitie; a Bagdato ad Tigrim 90. M. P. al. 50. in Aſr. a Terodone apud oſt. Tigridis 412. al. 250. a Sardibus 2300. in Or. a Damaſco 480. ab Edeſſa 375. in Or. Condita eſt a Nembroth, ſeu Belo, filio Chuſan, nep. Cham, poſtea a Semiramide amplificata, & mœnibus cincta. Dicta eſt a Babel, confuſio, quia ibi linguarum confuſio facta eſt. In media urbe Nembroth ingentem turrim ædificavit, figura quadrata; duorum undequaque ſtadiorum latitudine, quæ ex octo turribus alia alii ſuperimpoſita conſtabat, & ad altitudinem excreſcebat 5174. paſſuum. Muri coctili latere, & interfuſo bitumine compacti ſunt. Sed Deus linguas opificum immutavit, ne opus altius erigeretur. Atque hæc eſt origo varietatis ſermonum. Semiramis vero urbem amplificavit ſimiliter in quadratam figuram ad 480. ſtadia, ita ut ſingula latera 120. longa eſſent, ideſt ad 15. M. P. & mœnibus cir-

cun-

cundedit altis 200. pedes, latis 50. ita ut quadrigæ sibi invicem occurrentes facile pertranire possent, præterea munivit 300. turribus, centum portis æneis, fossa extrinsecus late patente, & vice amnis circumfluente, atque duabus arcibus supra Euphratem, denique ornavit magnificentissimis ædibus, & hortis pensilibus, eaque omnia intra anni spatium. Nunc tantę urbis vix rudera supersunt.

Babylonia, f. 1. *Bagdet*, *Yerach*, pars Assyriæ veteris, de urbis nomine dicta, circa Euphratis, & Tigridis confluentiam, inter partem Mesopotamiæ ad Bor. Arabiam desertam ad Occ. Susianam ad Or. partem sinus Persici ad Mer. *Plin.* 6. 26.

Babyloniăcus, a, um, Babylonicus. *Manil. l.* 4. *v.* 578. Cum Babyloniacas submersa protugit in undas. *h. e.* in Euphratem, qui Babilonem interluit.

Babylonica, orum, n. plur. vestes stragulæ Babyloniorum arte pictæ. *Lucret. l.* 4. *v.* 1023. Cum Babylonica magnifico splendore rigantur.

Babylonĭcus, a, um, o. 1. 2. Βαβυλωνικὸς, adject. a Babylone, ut Babylonicæ vestes, & Babylonica stragula, quæ variis coloribus intexta sunt. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Babylonica triclinaria. *Plaut. Stich.* 2. 2. 54. Babylonica peristromata advexit.

Babylonienlis, se, aliud adject. gentile a Babylonia, quo usus sæpe *Plaut. Truculent.* 1. 2. 100. Babylonienlis miles.

Babylonius, a, um, adject. possess. a Babylonia, ut Babylonii muri, *Curt. l.* 5. *c.* 1. ¶ Babylonii, orum, Babylonis incolæ, *Id. ibid.* Babylonii maxime in vinum effusi sunt. ¶ Eos magna cura Astrologiam, & Genethliacorum artem coluisse, plures auctores tradunt, interque eos *Plin. l.* 6. *c.* 26. Hinc *Horat. l.* 1. *od.* 11. Tu ne quæsieris, quem tibi finem Dii dederint, nec Babylonios tentaris numeros.

Bacar, aris, vas vinarium simile trullæ bacrioni. *Festus*, putat dici a Baccho, quasi bacchar.

Bacca, f. 1. *bacca*, שכלים, Ger. *beerlein*, Gal. *baye*, Hisp. *baca*, ἀμπέλινον, continet intra sui nominis ambitum fructus divertorum generum, lauri, olivæ, corni, myrti, & aliorum hujusmodi. Differt ab acino, quod acinus densius nascitur, ut in uvis, bacca dispersius, & rarius. Vide *Plin. l.* 15. *c.* 14. *Cic.* 1. *Tusc.* Arbores ferit, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. ¶ Est & bacca, *perla*, μαργαρίτης, gemma candida, & baccæ more rotunda, quam & unionem dicimus. *Virg. in Culice*, *v.* 67. Nec Indi Conchea bacca maris pretio est. ¶ Bacca etiam dicitur stercus ovium, seu caprarum. *Pallad. l.* 2. *R.R. tit.* 14. Si caprini stercoris baccam subtiliter excavaveris. ¶ Item nodi, globuli, anuli baccæ dicuntur. *Prudent. περὶ στεφ, hymn.* 1. *v.* 46. Carcer inligata duris colla baccis impedit. Et *in præfat. Psychom. v.* 33. Attrita baccis colla liber erigit. *h. e.* anulis catenarum.

Baccalla, æ, lauri species, a baccarum fertilitate dicta. *Plin. l.* 15. *c.* 30.

Baccălis, le, baccas ferens, ut baccalis laurus, *Plin.* 17. 10.

Baccar, aris, vel baccharis, is, f. 3. βάκχαρις, herba radicis odoratæ ad cinnamomi similitudinem, hederæ pene foliis rotundioribus, & mollioribus, al. nardus rustica, quam vulgo D. Mariæ chirothecas vocant. Valere dicitur contra fascinationes. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 27. & ibi *Serv.*

Baccātus, a, um, adject. baccas habens, ut monile baccatum: h. e. gemmis, tamquam baccis distinctum. *Virg. Æn.* 1. *v.* 654. Adde *Silium l.* 8. *v.* 134.

Baccabundus, a, um, bacchans, furens, *baccante*. *Curt. l.* 9. *c.* 10. Bacchabundum agmen incessit.

Bacchæ, arum, quæ & Mænades & Thyades, & Mimallonides dictæ, mulieres erant Bacchum comitantes, & ejus sacra celebrantes, magno ululatu, tertio quoque anno: quarum habitus ita describitur ab *Ovid. Metam.* 6. *v.* 592. Vite caput tegitur, lateri cervina sinistro Vellera dependent, humero levis incubat hasta. *Horat. l.* 3. *Od.* 25. *v.* 15. Bacchæ valentes proceras manibus vertere fraxinos. Et in singulari pro muliere furiosa, *Plaut. Amph.* 2. 2. 71. Bacchæ bacchanti si velis adversari, ex insana insaniorem facies.

Bacchānal, vel Bacchanale, lis, διονύσιον, locus, in quo Bacchi festa celebrantur. Item festum ipsum, seu sacrificium in Bacchi honorem fieri solitum. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 3. Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum. *Id. Mil.* 3. 2. 43. Vos in cella vinaria Bacchanal facitis. ¶ Pro *ganeo* etiam positum invenitur apud *eund. Bacch.* 1. 1. 19. Et *Aulul.* 3. 1. 36. &c.

Bacchanalĭa, ium, & orum, Bacchi festa, quæ & Dionysia, διονύσια, βακχεῖματα. *Liv. l.* 39. *c.* 9. Via una corruptelæ bacchanalium erant. Fœditatem hujus festi describtam habes *ibid. c.* 8. *Sallust.* Sonus bacchanaliorum. *Juvenal. Sat.* 2. *v.* 3. Qui Curios simulant & bacchanalia vivunt: h. e. luxuriosam vitam agunt.

Bacchanālis, e, adject. ad Bacchum pertinens, ut Bacchanale festum, *Macrob. Satur.* 1. 4. Bacchanalis chorus, *Aurel. Vict. de Cæsarib. c.* 3.

Bacchans, antis, *baccante*, *furioso*, βακχεύων, qui bacchatur & furit Baccharum more. *Cic.* 4. *Catil. c.* 6. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, & furor, in vestra cæde bacchantis. ¶ *Bacchantes*, *ium*, sunt ipsæ Bacchæ, *le Baccanti*, βάκχαι. *Curt. l.* 8. *c.* 10. Toto nemore similes Bacchantibus vagarentur. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 702. Cithæron Cantibus, & clara Bacchantum voce sonabat.

Bacchātim, adverb. βακχικῶς, more Bacchantium. *Apul. l.* 1. *Milef. p.* 108. Quin igitur, soror, hunc bacchatim discerpimus?

Bacchatio, onis, bacchantis actus. βάκχευσις, *Cic.* 3. *Verr. c.* 12. Nocturnæ bacchationes.

Bacchātus, a, um, passive usurpavit *Virg.* 2. *Georg. v.* 487. Virginibus bacchata Lacænis Taygeta. *h. e.* a bacchantibus frequentata.

Bacchēis, idos, patronym. femin. *Stat. l.* 2. *Silv.* 2. *v.* 34. Qualis si fubeas Ephyres Baccheidos altum culmen. Sumptum est a *Bacchiadibus*, qui Corinthum incoluerunt. *Ephyres* enim nomine Corinthus notatur. V. Bacchiadæ.

Bacchefus, quadrisyllab. & Bacchēus, a, um, trisyllab. adject. a Baccho. *Virg.* 2. *Georg. v.* 454. Baccheia dona. *Colum. l.* 10. *v.* 223. Pierii nemoris, Bacchea voce trementem. ¶ Scribitur & *Baccheus*.

Bacchiădæ, gens, vel familia Corinthi, a Bacchia Bacchi filia sic appellata, quæ per CC fere annos tyrannidem in patria exercuit: a Cypselo tandem expulsa in Siciliam venit, & Syracusas condidit. *Ovid. Met.* 5. *v.* 407. Et qua Bacchiadæ, bimari gens orta Corintho, Inter inæquales posuerunt mœnia portus.

Bacchĭcus, a, um, adject. possess. a Baccho, βακχικὸς. *Ovid. l.* 1. *Trist. eleg.* 6. *v.* 2. Deme meis hederas, bacchica serta, comis.

Bacchis, Idis, mulier Bacchi sacrificula, quæ & Thyas, & Bacca dicebatur. Hinc Bacchides sorores duæ, quæ titulum dedere Comœdiæ Plautinæ.

Bacchius, m. 2. βακχεῖος, pes ex brevi, & duabus longis, ut *Honestas*, sic dictus, quod usitatus esset in carminibus sacrorum Bacchi. Contrarius est *Antibacchius*, ex duabus longis, & ultima brevi, ut *Fortuna*.

Bacchor, aris, *impazzire*, *infuriare*, debacchari, furere, חלה, Ger. *toben*, Gall. *etre forcene*, Hisp. *enloquecer*, βακχεύειν. Usurpatur pro furere, vagari, discurrere. *Cic. de clar. Orat. c.* 80. Nec erat, quod eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere, & bacchari arbitraretur. *Virg. Æn.* 4. Totamque incensa per urbem Bacchatur. ¶ Item pro impotenter, & immodice lætari. *Horat. l.* 2. *Od.* 7. Non ego sanius Bacchabor Edonis. *Cic.* 1. *Catil. cap.* 10. Quanta in voluptate bacchabere. *Id. Catil.* 4. 6. Aspectus Cethegi in vestra cæde bacchantis. ¶ Bacchari in aliquem. *Terent. Adelph.* 2. 1. Egone bacchatus in te, an tu in me? ¶ *Stat.* de Poetis usurpavit, cum veluti furore correpti fundunt carmina, *lib.* 1. *Silv.* 2. *v.* 257. Tecum similes, junctæque Camœnæ, Stella, mihi, multumque pares bacchamur ad aras. ¶ Bacchari, de sono, quem vasa edunt, *hac hac*, cum effunduntur. *Plaut. Mil.* 3. 2. 43. ¶ Taygeta bacchata Virginibus Lacænis, *Virg.* 2. *Georg. v.* 487. ubi passiv. adhibetur.

Bacchus, m. 2. *Bacco*, βάκχος, filius Jovis secundi, & Semeles. *Cic.* 1. *Tusc.* 2. *de nat. Deor.* Dictus est a βάζω, loquor, quia loquax ebrietas, vel a βίᾱ, vis, & ἰάχω, vociferor, quod Bacchi Orgia non fuerint sine tumultu, & clamore celebrata, vel a Bacchis mulieribus Indiæ, quæ illum furentes sequebantur. Idem dictus est Dionysius; Liber Pater, Osiris, Priapus, Bromius, Brotinus, Euchyus, Lenæus, Bactes, Babactes, διμήτωρ, quod duas habuisse matres, & bis natus fuisse fingatur. V. Semele. ¶ Dicitur vinum invenisse. Hinc pro vino sumitur frequenter a Poetis. *Plato* scripsit, Bacchum a Junone mente deturbatum fuisse, atque idcirco illum ulciscendi gratia Bacchantium choream, omnemque insaniam induxisse, & vinum ad hoc ipsum tribuisse. Primus emere, ac vendere instituit. Primus diadema Regium excogitavit. Primus triumphavit, Indico vectus elephanto. Fuit maximus Imperator. Totum fere orbem nostrum debellavit, Indos subegit. Innumerabiles res gessit pro conservatione generis humani. Hinc maximi viri Bacchi nominibus vocantur. In Cœlum evolasse creditus est. ¶ *Bacche*, *io Bacche*, vox est baccantium. *Plaut. Casin.* 5. 2. 10.

Baccĭfer, a, um, adject. baccas ferens, ἀκροδρυοφόρος. *Silius l.* 3. *v.* 596. Baccifer Sabinus: quia *sc.* ager Sabinorum olivæ ferax est. Hedera baccifera, *Senec. Oedip. v.* 414.

Baccŭla, dim. f. 1. parva bacca. *Plin. l.* 25. *c.* 8. Ferunt bacculas parvas.

Bacēli, m. 2. βάκελοι, ab Augusto dicti sunt stulti, teste *Suet. cap.* 87. a Bacelo quodam eunucho ut *Alciatus* credit, qui corpore quidem procero fuit, sed adeo stolidus, ut cesserit in proverbium. Al. leg. *Baceoli*.

Bacillum, i, diminut. a baculus, *bastoncello*, βακτήριον. *Cic.* 2. *Fin. c.* 11. Bacillum aliud est inflexum, & incurvatum de industria, aliud ita natum. ¶ Masculino gen. est apud *Isid. l.* 20. *Orig. c.* 13. ubi ait: A baculo bacillus per diminutionem.

Bacrio, onis, genus vasis longioris manubrii, quod alii trullam appellant, quo manus perluuntur. *Festus*.

Bactra, orum, n. *Bagdasan*, *Budasan*, *Termend*, urbs ad Bactrum fl. prope Caucasum M. caput Bactrianæ reg. ¶ Hinc Bactriana regio, *Carassan*, *Corasan*, al. *Baxter*, *Maulrenahar*, *Urbek*, olim inter Ariam ad Occ. Paropamisum, ac partem Sogdianæ ad Or. seu, ut alii definiunt, inter Margianam, Scythiam intra Imaum, Massagetas, & Indiam, nunc arctior, Oxo fl. bipartita, inter Persiam, Tartariam desertam, Imp. Magni Mogolis, & Reg. Thibeti. Olim mille urbes habuit. *Luc. l.* 3. *v.* 266. *Curt.* sæpe.

Bactri, orum, m. iidem qui Bactriani. *Lucan. lib.* 3. *v.* 267.

Bactriana regio, V. Bactra.

Bactriani, pop. ex Bactra. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Bactrīnus, a, um, ad Bactra pertinens, ut camelus Bactrinus, *Apul. lib.* 7. *Metam.*

Bactroperīta, æ, m. qui baculum, & peram gestat; & dicitur de philosophis Cynicis, a βάκτρος, baculum, & πήρα, pera. *Hieronym. in cap.* 10. *Matth.*

Bactros, m. 2. *Buchiam*, al. *Bocchara*, fl. in fin. Scythiæ Asiaticæ, qui ex Tauro M. effluit, Bactrianam reg. irrigat, ipsaque Bactra interluit, & Oxo congreditur fl. Sogdianorum.

Bacŭlus, m. 2. & bacŭlum, n. 2. *bastone*, מקל, Ger. *einstab*, Gal. *baton*, Hisp. *baculo*, βακτηρία, fustis, scipio, a Græco βάκτρον, *Ovid. Met.* 15. *v.* 655. Baculumque tenens agreste sinistra. *Apul. in Apol. p.* 288. *edit. Elmenh.* Hoc Diogeni, & Antistheni pera, & baculus, quod regibus diadema. ¶ Ponitur etiam pro sceptro. *Flor. lib.* 4. *c.* 11. & *lib.* 3. *c.* 19.

Badĭus, a, um, *di color bajo*, color in equis rubeus cum exuberantia, & splendore, qui dicitur etiam phœniceus, & spadix. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 87. Equi colore dispares ita dati: hic badius, iste gilvus, ille murinus. Adde *Pallad. in Mart. tit.* 13.

Badīzo, as, are, ire, incedere, βαδίζειν, vox pura puta Græca, sed a *Plauto* usurpata, *Asin.* 3. 3. 116. Demam hercle jam tibi de hordeo, tolutim ni badizas.

Bætĭca, *Strab.* Turdetania, *Plin.* Hispania ulterior, quæ tamen latius patet, quam Bætica, hodie Andalusia, & major pars Regni Granatensis, *Andaluzia*, e *Granada*, Βαστική, una ex tribus Hispaniæ partibus, ad Austr. divisa a Tarraconensi Marianis Montibus, a Lusitania Ana fl. Dicta est a Beti fl. qui eam præterfluit. *Plin. l.* 3. *epist.* 9.

Bæticatus, a, um, adject. indutus vestibus ex lana provinciæ Bæticæ. *Martial. l.* 1. *epigr.* 97. Amator tristium lacernarum, & bæticatus. V. Bæticus.

Bæticŏla, Bætis flu. accola. *Sil. l.* 1. *v.* 146. Bæticolasque viros spatiis agitabat iniquis.

Bætĭcus, a, um, ab Hispania Bætica, ut Bæticus aer. *Juven. Sat.* 12. *v.* 42. ¶ Bætici, ejus loci incolæ. *Plin. l.* 3. *epist.* 9. Dictum Bæticorum non illepidum ferebatur. ¶ Bæticus, seu bæticatus color, est fusci coloris genus, quem lana ovium nativum habet circa Bætim fluvium. Lacerna Bætica, tit. *epigr.* 133. *l.* 14. *Martial.*

Bætigĕna, Bæticola, ad Bætim flu. natus. *Sil. l.* 9. *v.* 234. Bætigenæque viri.

Bætis, m. 3. Tarteffus, *Guadalquivir*, Βαῖτις, fl. Hisp. ulr. Oritur non longe a Basti, in conf. R. Murciæ, ex Argenteo M. Andalusiam mediam secat, unde Bætica dicebatur, Biatiam, Ubedam, Illiturgim, Cordubam, Hispalim irrigat, Oceano Gaditano ad Fanum Luciferi se immiscet. ¶ In quarto casu facit *Bætim*, & *Bætin*. ¶ Scribitur per diphthongum, etiam græce Βαῖτις. Quare non imitanda *Paulini Nolani* licentia, qui *carm.* 10. *v.* 236. primam corripuit illo versu: Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus.

Bagauda, sive Bagoda, vox Gallica est, qua significabatur rebellium rusticorum factio, qui omnia latrociniis postea infestabant. Cœpit in Gallia tempore Diocletiani, ut ex *Victore*, *Eutrop.* & *Hieronymo* constat. V. *Voss. de vit. serm. l.* 2. *c.* 3.

Bagōas, æ, vel Bagous, i, Persica vox spadonem significans. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Uno in horto Bagoi: ita enim vocant spadones, qui apud eos etiam regnavere. *Ovid. l.* 2. *Amor. eleg.* 2. *ad Bagoum*: Quem penes est dominam servandi cura, Bagoe, Adde *Quint. l.* 5. *c.* 12.

Bahal. V. Baal.

Bajæ, arum, f. *Baja*, Βάϊαι, oppidum Campaniæ litorale, inter Cumam, & Puteolos, cum portu: locus celebris amœno situ, & aquis calidis

tum

tum ad voluptatem, tum ad morbos ſanandos accommodatiſſimis. Dictæ ſunt a Bajo, uno ex ſociis Ulixis, ut *Serv.* docet *ad* 3. *Æn. v.* 441. ¶ Magna eo Romanorum frequentia confluebat valetudinis, & amœnitatis cauſa: unde paulatim ſedes luxuriæ, & vitiorum diverſorium factæ ſunt. *Senec ep.* 51. ¶ Dicuntur *Baiæ* & alia loca, balneæ, lacus, & hujuſmodi, quas privatim ditiores in hortis ſuis voluptatis cauſa habere ſolent. *Cic. pro Cæl. c.* 16. *Tibul. l.* 3. *el.* 5. *v.* 3.

Bajānus, a, um, adject. poſſeſſ. *Horat. l.* 2. *Sat.* 4. *v.* 32. Murex Bajanus. ¶ Bajanus ſinus. *Plin. l.* 2. *c.* 103. Mare Bajis vicinum, qui & Lucrinus, & Cumanus, & Puteolanus dicitur, inter Niſitam, & Miſenum promont. *Golfo di Pozzuolo*, e *di Napoli*.

Bajulatorĭus, a, um, *portatile*, ad bajulandum aptus. *Cæl. Aurel. l. Acut. c.* 11. Sella bajulatoria.

Bajŭlo, as, a. 1. *portare*, נשא, Ger. *tragen*, Gal. *porter*, Hiſp. *llevar*, βαστάζω, porto. *Plaut. Merc.* 3. 1. 10. Non didici bajulare. *Cajus JCtus l.* 235. *ff. de V. S.* Ferri proprie dicimus, quæ quis ſuo corpore bajulat: portari ea quæ quis jumento ſuo ſecum ducit.

Bajŭlus, m. 2. *facchino*, סבל, Ger. *reffireger*, Gal. *porte faix*, *crocheteur*, Hiſp. *baſtaje*, *ganapan*, φορτοβαστάκτης, qui onera corpore ſuo victus quærendi gratia portat. *Cic. in Parad.* 3. *c.* 2. Quid bajuli, an quid doctiſſimi ſenſerint. *Feſtus*: Bajulos dicebant antiqui, quos nunc operarios dicimus.

Balæna, f. 1. *balena*, φάλαινα, al. piſtris, cetus, φ mutata in β, bellua marina omnium maxima. *Juven. Sat.* 10. *v.* 12. Quanto delphinis balæna Britannica major.

Balænātus, a, um, adject. a balæna. *Petron. in Satyr. c.* 21. Balænatam virgam gerens. Quidam putant, fuiſſe ex balænæ cartilagine confectam, cujus generis virgis athletarum, ac gladiatorum certamina dirimebantur. Al. leg. *Ballenatiam*.

Balanātus, a, um, adject. oleo balanino unctus, *Perſ. Sat.* 4. *v.* 37. Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas.

Balāni Sardiani, caſtaneæ, a Sardibus, ubi primum creduntur proveniſſe. *Plin. l.* 15. *c.* 26.

Balanīnus, a, um, ut balaninum oleum, apud *Plin. l.* 23. *c.* 4. ex balanis ſc. confectum.

Balanītes, æ, m. 1. βαλανίτης, gemma ſubviridis, Corinthio ſimilis æri, ſecante mediam flammea vena. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Balanītis, idis, f. 3. genus caſtaneæ, rotundius & oblongius cæteris. *Plin. l.* 15. *c.* 23.

Balans, antis, f. *pecora*, ovis. Ovium enim proprium eſt balare. *Virg.* 1. *Georg. v.* 272. Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.

Balănus, i, f. *ghianda*, βάλανος, generale nomen, omnia continens, quæ apud nos glandis vocabulo comprehenduntur, præcipue tamen dactylos, olivas, & alia, quæ intus nucleos habent. *Plin. l.* 16. *c.* 6. ¶ Balanus myreptica, fructus arbuſculæ myricæ ſimilis, magnitudine nucis avellanæ, ex cujus cortice odoriferus liquor exprimitur, quem vocant oleum balaninum. A *Plinio* dicitur myrobalanus, quaſi glans unguentaria, *l.* 12. *c.* 21. V. myrobalanus. *Horat.* etiam illo verſu *l.* 3. *od.* 29. *v.* 4. Preſſa tuis balanus capillis, de myrobalano intelligendus. ¶ Balanus etiam eſt piſcis marinus. *Plin. l.* 32. *c.* 11. ¶ Denique ita dicitur medicamentum rotundum, & oblongum, quod in anum immittitur, *cura*, *ſuppoſita*. *Plin. l.* 20. *c.* 5.

Balatrōnes, m. 3. antiqui teſte *Feſto* ita appellabant bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum ſoleis raditur. Hinc balatrones homines nihili dicti ſunt, *maſcalzoni*, *poltroni*. *Varr. de R. R. l.* 2. *c.* 5. ¶ Porphyrion accipit pro vaniloquis, & vult dictos eſſe a balatu, vel quaſi *blatrones*, ideſt blaterones, a blaterando. *Horat. l.* 1. *Sat.* 2. Mendici, Mimæ, Balatrones. Et *lib.* 2. *Sat.* 8. *v.* 64. Balatro ſuſpendens omnia naſo.

Balatus, us, ui, m. 4. *belamento*, vox ovium, a balando. *Virg.* 3. *Georg. v.* 554. Balatu pecorum. *Ovid. Met.* 7. *v.* 541. Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros.

Balauſtĭnus, a, um, ut color balauſtinus, ſimilis flori mali punici. *Plin. l.* 13. *c.* 19.

Balauſtĭum, n. 2. *fior di pomo granato*, Ger. *granat apfelblit*, Gal. *la fleur d'un grandier*, Hiſp. *flor del granado*, βαλαύστιον, flos mali Punicæ, utilis non modo medicis, ſed etiam tingendis veſtibus. Proprie eſt ſylveſtris Punicæ flos. Nam ſativæ Cytinus dicitur. *Plin. l.* 13. *c.* 19. & *l.* 23. *c.* 6.

Balbe, adverb. balbi more, obſcure, βλαισῶς. *Lucret. l.* 5. *v.* 1021. Vocibus & geſtu cum balbe ſignificarent.

Balbus, o. 1. 2. lingua hæſitans, cujus lingua inhæret, *balbo*, *ſcilinguanza*, עלג, Ger. *ſtammler*, Gal. *begue*, Hiſc. *tartamudo*, ψελλός, qui vitio linguæ non bene poteſt exprimere verba, & obſcure loquitur. *Cic. de Orat. l.* 1. *c.* 61. Cum ita balbus eſſet, ut ejus ipſius artis, cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere. *Hor. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 274. Balba verba *h. e.* balbe prolata.

Balbutĭo, is, ivi, itum, n. 4. lingua hæſito, & metaph. inepte diſſero, obſcure, ambigueque pronuntio, *balbettare*, עגל, Ger. *ſtammlen*, Gall. *begeyer*, Hiſp. *tartamudear*, ψελλίζω, imperfecte loquor, quadam linguæ hæſitatione trepido. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 26. Balbutire delinant aliquando. *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 48. Balbutire Scaurum. ¶ Dicitur etiam de mutis animalibus. *Plin. l.* 10. *c.* 19. Merula æſtate canit, hyeme balbutit.

Baleāres, f. 3. βαλεαρίδες, Balerides, Balliarides, Græc. Gymneſiæ, vel Gymneſiæ, *Majorica*, e *Minorica*, duæ Inſ. Maris Mediterranei, Hiſp. Tarrac. adjacentes. Dictæ ſunt a βάλλω, jacio, quod fundam invenerint, & fundæ jactu excellerent, vel a *Baleo* Herculis comite ibi relicto. Tradit enim *Lycophron*, & poſt eum *Florus l.* 3. *cap.* 8. eam hiſce in inſulis obſervatam conſuetudinem, ut eſurientibus filiis a matribus jentaculum in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, niſi prius funda dejeciſſent. ¶ In hiſce inſulis tantus olim cuniculorum proventus fuit, teſte *Plin. l.* 18. *c.* 52. ut in eos præſidium militare ab Auguſto petere ſint coacti. ¶ Pop. Baleares dicuntur.

Balearis, re, &

Balearĭcus, a, cum, adject. gentil. *Virg. Georg.* 1. *v.* 309. Balearis verbera fundæ. *Sil. l.* 7. *v.* 297. Telum baleare. *Ovid.* 2. *Met. v.* 727. Balearica funda.

Balinĕæ, arum, f. *bagni*, balnea, & præſertim quæ publicis uſibus ſunt deſtinata. Nam ut docet *Varr. l.* 8. *L. L.* publica balnea duobus membris conſtabant, altero, in quo viri lavabant; altero, in quo feminæ: ideo *balineas* in plurali numero dicebant. *Plin.* 9. 54. Qui primus penſiles balineas invenerit. ¶ Dicuntur tamen & de privatis. *Id. l.* 33. *c.* 12. Stratas argento mulierum balineas. ¶ Interdum ponuntur pro ipſa lavatione. *Id. l.* 28. *c.* 19. Caventur pridiana balinea. ¶ Sunt qui putant, penultimam eſſe producendam, quod Græce βαλανεῖον ſcribatur: ſed Latini alteram diphthongi vocalem extriverunt.

Balinearĭus, a, um, ad balineas pertinens, ut *balinearius lacus* in quadam inſcript. apud *Gruter. pag.* 171.

Balinĕum, i, n. 2. idem quod balneum. *Varr. lib.* 4. & 8. *L. L.* habet hanc vocem. Item *Cic.* aliquibus locis, in quibus vulgo libri habent *balneum*. ¶ De quantitate penultimæ V. in *Balinea*.

Baliŏlus, a, um, *di color foſco*, qui colore fuſco eſt. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 23. ubi Afrum hominem intelligit. Afri enim fuſci coloris ſunt. Eſt autem *baliolus* dictum pro *badiolus* a *badius*. *Voſſ. in Etymol.*

Baliſta. V. *Balliſta*.

Ballĭto, as, are, frequent. a balo, as. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 20. Oves ballitantes. Alii aliter leg.

Balliſta, & Baliſta, æ, f. a βάλλω, jacio, militaris machina, qua muri concutiuntur, ingentibus inde emiſſis faxis. *Cæſ.* 2. *B. C. cap.* 2. Afferes pedum duodecim cuſpidibus præfixi; atque hi maxime balliſtis miſſi. V. *Lipſ. l.* 3. *Poliorcet. Dial.* 3. qui duplex inſtrumentum eo nomine ſignificari notat, unum, quo tela, & grandiores ſagittæ, alterum, quo lapides, & ſaxa in hoſtes jaciuntur, prius *Catapultam*, poſterius *Balliſtam* dixere. *Sil. l.* 1. *v.* 335. Phocais effundit vaſtos balliſta molares. ¶ Metaphorice Balliſta infortunii apud *Plaut. Pœn.* 1. 1. 73. Et *in Captiv.* 4. 2. 16. Paraſitus inquit: Meus eſt balliſta pugnus, cubitus catapulta mihi eſt, humerus aries.

Balliſtarĭum, ii, locus balliſtarum. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 74.

Balliſtarius, ii, balliſtarum artifex, *l. ult. ff. de jur. immun.* ¶ Balliſtarii etiam ſunt funditores, milites levis armaturæ, *frombatori*. *Veget. l.* 2. *c.* 2. & *Ammian. l.* 16. *c.* 2.

Balliſtēa, ſive Baliſtea, orum, *ariette*, *balletti*, a βαλλίζειν, carmina ludicra inter ſaltandum cantari ſolita. *Vopiſc. in Aurel. c.* 6. Etiam balliſtea pueri, & ſaltatiunculas in Aurelianum componebant.

Ballōte, βαλλωτή, herba eſt marrubio ſimilis. Officinæ marrubiaſtrum vocant, aut marrubium nigrum. *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Ballūca, æ, apud JCtos eſt aurum ex aurifodinis modo extractum, & nondum purgatum. *Lib.* 2. *Cod. tit.* 6. *l.* 1. *de metallar.* ¶ Eſt etiam Balux, ucis. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Hiſpani aurum, quod minutum eſt, balucem vocant. Itaque *Turneb. l.* 30. *c.* 26. Ita legit locum *Martial. l.* 12. *epigr.* 57. Illic ballucis malleator Hiſpanæ. In vulgat. leg. *paludis*. Græce χρύσαμμος appellatur.

Balneāris, are, adject. ad balneum pertinens; ut balneare argentum, quo utebantur in balneo lavantes. *Scævola in l. alt. de aur. & argen. leg.* Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare. Sic locus balnearis apud *Spartianum in Adriano*. ¶ *Balnearia* abſolute ſunt lintea, & cetera balnei inſtrumenta. *Apul. l.* 3. *Metam.* Milonem juſſit cum balnearibus aſſequi.

Balnearĭa, orum, locus in quo eſt balneum, vel ipſum balneum. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *epiſt.* 1. In balneariis aſſa promovi in alterum angulum. *Idem ad Att. l.* 13. *ep.* 29. Balnearia majora. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Balnearia occidenti æſtivo advertantur.

Balnearĭus, a, um, adject. balnearis, ad balneum pertinens: ut fur balnearius, *Catul. epipr.* 33. Adde *Ulpian. l.* 1. *ff. de furibus balneariis*.

Balneātor, oris, m. 3. βαλανεύς, qui balneorum curam habet. *Cic. Philip.* 13. *c.* 12. Temperantem fuiſſe ferunt Iſauri balneatorem. *Lamprid. in Commodo*, *c.* 1. Cum tepidior forte locus eſſet, balneatorem in fornacem conjici juſſit.

Balneatorĭus, a, um, idem quod Balnearius. *Martian. JCtus l.* 17. *ff. de Inſtruct. & Inſtrum. leg.* æque *balneatorium*, & *balnearium inſtrumentum* dixit.

Balneātrix, icis, quæ balnea curat. *Petron. apud Serv. in* 12. *Æn. v.* 159. ¶ Idem *Serv.* etiam communi genere, *hic*, & *hæc balneator* dici poſſe autumat.

Balneŏlum, i, n. 2. parvulum balneum. *Juven. Sat.* 7. *v.* 4. Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos. *Cic. in Hortenſ. apud Non.* Primus balneola, ſuſpendit, incluſit piſces. Al. leg. *balneolas*, quod eſſet a *balneola*, æ, femin. genere.

Balnĕum, n. 2. & num. pl. balnea, orum, vel balneæ, arum, *bagno*, מרחצה, Ger. *badſtube*, Gal. *bain*, Hiſp. *bagno*, βαλανεῖον, locus, in quo ſanitatis, aut abſtergendarum ſordium cauſa lavamur, a βάλανος, glans, quod glandes in balneis ſuccendi ſolerent. Nam olim glandes hominibus, earum cortices igni alimenta præbuerunt. *Cic. Fam. l.* 14. *epiſt.* 20. Labrum, ſi in balneo non eſt, fac ut ſit. ¶ Illud autem fere obſervatur a Scriptoribus, ut *balneæ*, vel *balnea*, in plur. num. de publicis tantum dicantur, *balneum* in ſingulari ſit locus in domo noſtra, ubi privatim lavamur. Ratio hujus diverſitatis videtur, quod in publicis balneis plura ad lavandum fuerint loca. Habebant enim mulieres lavationes ſuas a viris ſeparatas. ¶ Erant præterea in balneis tria veluti cœnacula (niſi regiones malis appellare) quorum ſummum plenum erat aeris calidi, qualia hodie ſunt Germanorum hypocauſta, hæc balneorum pars *Laconicum* vocabatur: in medio cœnaculo erant aquæ calidæ in imo frigidæ. ¶ Ex his facile oſtendi poteſt, quid ſit diſcrimînis inter *balnea*, & *thermas*: Balnea enim tantum dicuntur: in quibus lavamur. Unde ſumma illa balneorum pars, quam *Laconicum* vocari diximus, & cryptæ quædam ſiccæ in litore Bajano calidi aeris plenæ *balneorum* appellatione non veniunt: quæ tamen *thermæ* apte dici poſſunt. Thermæ enim dicuntur quæcunque loca calida, ſive illa ſicca ſint, ſive calidis lavationibus accommodata. Frigidum itaque balneum ſub *thermarum* appellatione non venit. Nam θέρμη, calorem ſignificat. Valla in Raudenſem hujuſmodi ponit differentiam, ut *thermæ* dicantur, quæ natura calidæ ſunt, *balnea* etiam, quæ calefiunt igni. Quod non omnino verum eſſe conſtat multis tum *Martialis*, tum aliorum teſtimoniis, qui Neronis, & Tiberii balnea thermas vocant, quæ certe igni calefiebant. ¶ Balneorum uſus tum apud Græcos, tum apud Romanos frequentiſſimus, voluptatis præſertim, & luxuriæ cauſa fuit. Quare in luctu, atque juſtitio publico claudi balnea ſolebant. *Tertull. cont. Pſychicos*, *c.* 17. *Sueton. in Calig. c.* 23. &c.

Balo, as, are, verbum eſt, quo proprie ovium vox denotatur, *belare*, βληχάομαι. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 740. Tactaque fumanti ſulphure balet ovis. ¶ Balantes pro ipſis ovibus, *Virg.* 1. *Georg. v.* 272. Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.

Balſamĕus, a, um adject. a balſamo. *Auctor Carminis de Phœnice*, quod *Lactantio* a quibuſdam tribuitur: Unguine balſameo condit.

Balſamīnus, o. 1. 2. ut Balſaminum oleum. *Plin. l.* 23. *cap.* 4. Balſaminum longe pretioſiſſimum omnium, contra omnes ſerpentes emicax.

Balſamōdes caſia, βαλσαμώδης κασία, dicitur a *Plin.* 12. 19. quæ balſami odorem habet.

Balsămum, n. 2. *balſamo*, צרי, Ger. *balſam*, Gal. *baume*, Hiſp. *balſamo*, βάλσαμον, arbuſcula uni terrarum Judææ quondam conceſſa, viti ſimilior, quam myrto. Scritur malleolis, ut vitis, & colles implet vinearum modo, ſuſtinens ſe ſine adminiculis. Proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Intra tertium annum eſt fructifera. Incidituir vitro, lapide, oſſeis cultellis, & ſuccum emittit eximiæ ſuavitatis, quem opobalſamum dicunt, qui præfertur omnibus odoribus. Nam ὀπὸς dicitur ſuccus. Summa opobalſami probatio eſt, ut lac coagulet, & in veſte maculas non faciat. *Plin. l.* 12. *c.* 25. ¶ Pro arboris ſucco balſamum dixit *Claud. Epithal. Palladii*, *v.* 121. Balſama effudere cadis. Adde *Virg.* 2. *Georg. v.* 119.

Baltea-

Balteārius, ii, m. qui balteos facit. *Inscript.* apud *Reinef. claſſ.* 8. *n.* 69. Miles ex armamentario Auguſtorum balteārius.

Balteŏlus, i, diminut. parvum balteum. *Capitolin. in Maximinis*, *c.* 2. Severus militares dabat ludos, propoſitis præmiis argenteis, ideſt armillis, torquibus, balteolis.

Baltĕum, & Baltĕus, i, m. & n. & in plural. plerumque neutrum, *pendono*, ζωστὴρ, cinguluni eſt militare, e corio, bullis ornatum, non tantum quo cingimur, ſed etiam a quo arma dependent, ut ait *Servius ad verſ.* 312. *Æn.* 5. ubi de pharetra loquens *Virgil.* canit: Lato quam circum amplectitur auro Balteus, & tereti ſubnectit fibula gemma. *Liv. apud Non. cap.* 3. *n.* 25. Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant. ¶ Sumitur & pro quovis cingulo, ut balteus placentæ, apud *Cat. de R.R. c.* 75. quo ſc. placenta cingitur, & ambitur. V. *Turneb. Manil. l.* 1. *v.* 679. *de Zodiaco:* Sed nitet ingenti ſtellatus balteus orbe. ¶ *Tertull. de Spectac. c.* 3. Vias vocant cardines balteorum per ambitum. Ubi *baltea* ſunt repagula quædam in Theatro; quibus ſpectantium ordines claudebantur, & inter ſe diſtinguebantur: qua vero parte repagula iſta ingreſſum dabant quali per quoſdam cardines, ea pars via dicta eſt. ¶ Huiuſmodi baltei vocantur etiam *diazomata* a *Vitruv. l.* 5. *c.* 7. Item *præcinctiones*, *l.* 5. *cap.* 3. ¶ Sunt item baltei apud *eund. l.* 3. *c.* 3. cinguli in capitulis Ionicarum columnarum, quibus volutarum pulvilli terminantur, Ital. *cordoni*.

Balux. V. Balluca.

Bambalio, onis, vocabulum eſt ignominioſæ appellationis, uſurpatum a *Cicer. Philip.* 3. *c.* 6. his verbis: Tuæ conjugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero; nihil illo contemptius, qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. *Turneb. l.* 17. *Adverſ. c.* 19. ducit a βαμβαλίειν, quod ſignificat, tremere, dentibus crepitare, & labiis balbutire.

Bambatæ. Apud Colum. in hactenus editis ita legitur *l.* 12. *c.* 24. Qui ſcylliticum acetum facere volunt, decem bambatæ in tres amphoras muſti mitis, &c. Sed locus plane corruptus ita reſtitutus eſt a *Hieronym. Mercurial. l.* 1. *Var. lection. c.* 14. ut illa verba *qui ſcylliticum acetum facere volunt* ad ſuperius caput 23. pertineant, deinde pro *decem bambatæ* legatur *de Embammate*, qui eſt titulus capitis 24. Deinde initium ejus capitis ſit: *In tres amphoras muſti mitis*, &c.

Banauſon, i, n. 2. genus machinæ tractoriæ ad magna onera tollenda, vel trahenda, βάναυσον. *Vitruv. l.* 10. *c.* 1. V. ibi *Baldum in Lex. Vitruv.* ¶ In Danetii Dictionario legitur *banavcon*, βάναυσον, ſed mendum fortaſſe erit typograph.

Banchus, m. 2. βάγχος, piſcis aſelli genus, quem & myxona vocari auctor eſt *Plin. l.* 32. *c.* 7.

Bantia, opp. Apuliæ Peucetiæ, in conf. Lucaniæ, a Venuſia 3. M. P. Pop. Bantini, ſeu Batini.

Bantinus, a, um, ut ſaltus Bantinus, ſc. in Apulia. *Horat. l.* 3. *Od.* 4. *v.* 15.

Baphia, orum, officina tinctorum apud *Lamprid. in Alex. c.* 40. Aurelius Probus præfectus Baphiis. *In Cod. Juſtin. l.* 11. *tit.* 8. *leg. ult.* Ad baphia Phœnices mitti præcipimus.

Bapheus, i, m. *tinctor*, βαφεύς, tinctor. *Lib.* 11. *Cod. tit.* 7. *leg.* 2. Baphei, & gynæciarii.

Baptæ, m. i. βάπται; Athenis erant Sacerdotes Cotyttus impudicitiæ Deæ, cui nocturna ſacra peragebant ſaltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicti Baptæ a βάπτω, *tingo*, quod qui ſacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur, vel quod tincti, & fucati inſtar mulierum ſacra peragerent. *Juv. ſat.* 2. *v.* 92. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. ¶ In hos Eupolis Comœdiam ſcripſit, quam ab illorum nomine *Baptas* appellavit, in qua mollitiem eorum, & libidinem depinxit, quam ob cauſam ab illis in mare præcipitatus eſt. V. *Suidam*, & *Politianum*, *miſcell. cap.* 10.

Baptes, βάπτης, gemma viridis, ranæ colore, atque ſpecie, batrachite mollior, præſtantiſſimi odoris. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Baptiſmus, m. 2. & Baptiſmum, i, n. & Baptiſma, atis, n. *Batteſimo*, טבילה, Ger. *tauff*, Gall. *bateme*, Hiſp. *bauptiſmo*, βάπτισμος, & βάπτισμα, Latine immerſio, vel intinctio dicitur, a βάπτω, immergo. Apud Chriſtianos eſt Sacramentum novæ Legis poſitum in ablutione corporis humani per aquam naturalem cum determinata verborum forma, quo anima divinitus omnibus peccatis, tanquam maculis, abluitur, & mundatur. *Prudent. Pſychomach. v.* 103. abolens baptiſmate labem. *Auguſtin. ſer.* 36. *de Temp.* Quale eſt hoc baptiſmum, ubi, &c.

Baptiſta, æ, βαπτιστής, qui baptizat. *Arator in Act. Apoſt. c.* 13. Clamavit virtute potens baptiſta Joannes.

Baptiſterium, n. 2. lavacrum, tinctorium, piſcina, natatorium, *lavatoio*, רחצה, Ger. *tauffſtein*, *bad*, Gal. *lavoir*, *batiſtaire*, Hiſp. *lavadero*, βαπτιστήριον, eſt lacus, vel vas quoddam ex ligno, aut lapide ædificatum, in quo lavandi gratia mergi ſolemus. Solet in cellis, ideſt in locis ſecretioribus conſtitui: quarum aliæ caldariæ ſunt, in quibus calida lavamur, aliæ frigidariæ, in quibus lavamur frigida. *Plin. Jun. ad Apollinarem*, *l.* 5. *ep.* 6. Cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum, atque opacum. ¶ Apud Eccleſiaſticos ſcriptores eſt locus, in quo Sacramentum Baptiſmi adminiſtratur. *Sidon. l.* 4. *epiſt.* 15.

Baptizatio, onis, f. actus baptizandi. Legitur apud *Ambroſ. ſerm.* 17.

Baptizātor, oris, m. qui baptizat. *Tertull. de Baptiſm. c.* 12.

Babtizātus, a, um, *batteззato*. *Auguſtin. epiſt.* 23.

Baptizo, as, are, *batteззare*, βαπτίζειν. *Tertul. l.* 5. *cont. Marcion. c.* 10. ¶ Pro lavare, *Priſcian. l.* 1. *cap.* 21. Vulnus ex aceto baptizare.

Barāthro, onis, gurges, & vorago patrimonii, *diſſipatore*, *crapulone*, *prodigo*. Sic dictus, quod ventri, tanquam barathro, omnia donet: vel quod dignus ſit; qui in barathrum conjiciatur, ex Athenienſium conſuetudine. *Acron*, *vetus Grammaticus*, *ad Horat. balathrones*, *l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 2.

Barāthrum, n. 2. *abiſſo*, *profondità*, תהום, Germ. *abgrundt tieffe*, Gall. *abyme*, Hiſp. *abiſmo*, βάραθρος, locus Athenis immenſæ profunditatis, in imo mollis, & cœnoſus, in quem noxios, & damnatos deturbabant. *Diom. & Suid.* Sed alii dicunt, locum in Ægypto profundiſſimum eſſe. ¶ Item barathrum nominatur locus omnis præceps, & profundus, unde quis emergere non poteſt. *Virg. 3. Æn. v.* 420. ¶ Transfertur quoque ad alia. *Mart.* Barathrum femineum pro locis muliebribus dixit, *l.* 3. *epigr.* 81. *Idem l.* 1. 88. Extremo ructus cum venit a barathro. *hoc eſt*, ab imo ſtomacho. ¶ Barathrum infernum, apud *Val. Flacc. l.* 2. ¶ Barathrum macelli, apud *Horat. l.* 1. *ep.* 15. hoc eſt, homo edaciſſimus. ¶ De femina etiam dicitur ſumme impudica a *Plaut. Bacchid.* 1. 2. 41.

Barba, f. 1. *barba*, זקן, Ger. *ein bart*, Gal. *barbe*, Hiſp. *barba*, πώγων, villus ad mentum, non ſolum hominum, ſed & brutorum quadrupedum. *Plaut. Bacchid.* 5. 1. 15. Cano capite alba barba. *Sil. l.* 13. Indociles nunc propexis in pectora barbis verrere humum. ¶ Prima barba, eſt tenuis illa lanugo primum naſcens in adoleſcentibus, quam Apollini, Jovi, & Veneri veteres conſecrare ſolebant. *Suetou. in Ner. c.* 12. ¶ Barba hirquina pro convicio olim objiciebatur. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 12. Heus tu, qui cum hirquina barba ſtas, reſponde quod rogo. ¶ Barbam alicui vellere, proverbio ei dicimus, quem contemptui habemus. Maximo enim probro habebatur, vel unum barbæ pilum per vim evelli. *Hor. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 133. ¶ Barba tenus Philoſophus dicitur a *Cicer.* qui non ſapientia, & moribus, ſed habitu tantum philoſophus eſt. ¶ Barbam Leoni vellere, eſt illum contumelia afficere; qui id inultum haud ſinat: quod proverb. ad obſcenum ſenſum detorſit *Martial. l.* 10. *epigr.* 90. ¶ Dicitur de ſummis arborum ramulis, tenuioribus foliis, lanugine, & ſimilibus. *Plin.* 12. 22. Ponticas nuces mollis protegit barba. *Id.* 17. 23. Tenuiorum virgultorum barbæ.

Barbāre, aſpere, craſſe, *barbaramente*. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 4. Si Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur. ¶ Item ruſtice. *Horat. l.* 1. *od.* 13. Dulcia barbare lædentem oſcula. ¶ *Barbare* pro *Latine* poſuit *Plaut. Aſin. prol. v.* 11. V. vocem ſequent.

Barbāri, m. 2. *barbari*, לועז, Ger. *glob*, *ungeſchlaffen*, Gal. *barbare*, Hiſp. *barbaro*, βάρβαροι. Appellati ita ſunt a βάρβαρ, voce ficta ab Athenienſibus, cum exteros irridere vellent, quod eorum ſermo vernaculus inconcinnus videretur, & quod loqui Græce volentes difficulter, duriter, aſpereque Græca ſonarent. Alii cauſam afferunt, quod peregrini, cum pronuntiare Græce non poſſent, frequenter in hanc vocem βάρβαρ inciderent. Fortaſſe etiam Græci hanc vocem ab Arabibus ſumpſere. Barbar enim Arabibus eſt murmuro. ¶ Hujus generis cæteræ omnes gentes erant præter Græcos; quod nulli præter ipſos viderentur eleganter loqui. Unde *Plautus* Nævium Poetam Latinum *Barbarum* dixit *Mil.* 2. 2. 56. ¶ Hoc deinde nomen Romani uſurparunt, eoque omnes appellabant, qui vel Latini, vel Græci non eſſent. *Cic.* 2. & 5. *Fin.* Latini enim mitiorem linguam, ac magis cultam, quam cæteræ gentes, & Græcis ſi non præſtantiorem, parem certe habent ſuavitate, ſplendore, amplitudine, copia verborum. ¶ Κατ' ἐξοχὴν, & veluti proprie, barbari a Latinis vocati Phryges: unde tibia barbara, pro phrygia, apud *Catul. Carm.* 65. ¶ In ſumma barbari dicuntur illiterati, & qui ingenuarum artium expertes ſunt. ¶ Item qui ſunt malis moribus, ac præſertim feris, & crudelibus. *Cic. pro Fontejo c.* 10. Iminanis, ac barbara conſuetudo hominum immolandorum. ¶ *Barbarum* pro *Barbarorum*, *Phædr.* 4. 6.

Barbaria, f. 1. βαρβαρία, regio, item gens fera barbarorum. *Cic.* 5. *Fin.* Omnium fere civitatum non Græciæ ſolum, ſed etiam Barbariæ ab Ariſtotele mores, inſtituta, diſciplinas, a Theophraſto leges etiam cognovimus. *Id.* 2. *Fin.* de Epicuro, Philoſophus nobilis, a quo non ſolum Græcia, & Italia, ſed etiam omnis Barbaria commota eſt. ¶ Item mores duri, feri, vita barbara, crudelitas, barbaries. *Cic.* 1. *de Orat.* Hæc turba, & barbaria forenſis dat locum vel vitioſiſſimis Oratoribus. ¶ Ponitur etiam pro Italia. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 21. ¶ Item pro Phrygia. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 7. Græcia Barbariæ lento colliſa duello.

Barbaricarii, aliter Phrygiones textores, artificeſque barbaricæ veſtis, in qua ex auro, & coloratis filis effigies hominum, & animalium exprimuntur. *Donat. ad Æn.* 11. *v.* 777. & *Servius*.

Barbarĭce, adverb. barbarorum more. *Capitolin. in L. Vero*, *c.* 10. Barba prope barbarice demiſſa.

Barbarĭcum, n. 2. clamor exercitus dicitur, quod eo vociferandi genere barbari utantur. *Feſt.*

Barbarĭcum, i, quaſi ſubſtantive poſitum (ſubaudi *ſolum*) dicitur omnis regio quæ ditionis Romanæ haud fuerit. *Ammian. Marcellin. l.* 18. *c.* 4. Viſus in Barbarico miles, per Hortarii regna tranſibat intacta. *Eutrop. l.* 7. *c.* 5. Albis fluvius in Barbarico longe ultra Rhenum eſt. Nec aliter locuti Imperatores in Codice.

Barbarĭcus, a, um, o. 1. 2. *barbaro*, *crudele*, βάρβαρος, barbarus, feris, & malis moribus. *Apuleg.* Feris, ac barbaricis moribus. ¶ *Virgil.* Barbaricum aurum dixit, pro auro ex Barbaria advecto. *Æn. l.* 2. *v.* 504. Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi. ¶ Barbarica ſylva, apud *Colum.* eſt ſylva multorum generum arboribus conſita, *l.* 11. *c.* 2. *a med.* ¶ Ponitur etiam pro Phrygio. Phryges enim ſpeciatim *Barbari* dicti ſunt. *Enn.* apud *Cic. Tuſcul.* 3. 19. Aſtante ope Barbarica. *b. e.* dum ſtaret regnum Phrygum incolume. *Lucret. l.* 2. *v.* 499. Barbaricæ veſtes. *hoc eſt* Phrygio more pictæ. ¶ *Barbaricum* adverbii more pro barbare. *Sil. l.* 12. *v.* 418. Barbaricum, atque immane gemens.

Barbarĭes, f. 5. βαρβαρότης idem, quod barbaria, populi, & regiones alienæ, vel ferę. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Ægyptii, & Syri, & fere cuncta Barbaries. ¶ Sumitur item pro vitioſo, & inquinato ſermone. *Cic. in Brut.* Nec eos aliqua barbaries domeſtica intuſcaverat. ¶ Item pro incivilitate, & feritate. *Id. pro Corn. Balbo*, Inveteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus, diſciplinaque delevit. ¶ Item pro ignorantia, ſtultitia. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 8. *v.* 3. Ingenium quondam pretioſius auro: At nunc barbaries grandis habere nihil.

Barbarĭſmus, m. 2. βαρβαρισμός, eſt vitium Grammaticale, quo in noſtra lingua, ſive Latini ſimus, ſive Græci, ſive Galli, &c. utimur vocibus peregrinis, ut *perla* pro *unio*, *avviſo*, pro *admoneo*, vel utimur quidem vocibus noſtræ linguæ propriis, ſed eas corrumpimus pronuntiatione, vel ſcripto, ut ſi dicamus *circundabo* p. l. ſi ſcribamus *onor*, pro *honor*. A Romanis ruſticus ſermo appellabatur. De barbariſmo V. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. *Voſſ. de vitiis ſerm. l.* 1. *c.* 1. & alios Grammaticos. ¶ Differt a Solœciſmo, quia Solœciſmus male voces inter ſe conjungit, ut *Duobus templis condidit*, pro *duo templa*, ſed Barbariſmus male ſingulas voces uſurpat, ut *Duos templos condidit*, pro *duo templa*. ¶ Refertur etiam ad mores. *Quintil. loc. cit.* Alterum genus barbariſmi accipimus, quod fit animi natura, ut is, a quo inſolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictum ſit, &c. ¶ De voce ipſa *barbariſmus* dubitavit *Gell. l.* 13. *c.* 6. an antiqua eſſet. Sed uſurpavit, etiam ante Auguſtum, *Auctor ad Herenn. l.* 4. *c.* 12.

Barbārus, o. 1. 2. *crudele*, βάρβαρος, externus, incultus, agreſtis, ferus, immanis, crudelis, atrox. *Cicer. pro Mur.* Gentes immanitate barbaræ. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 1. *v.* 2. Non ſunt illa ſuo barbariora loco. ¶ Cætera quæ huc ſpectant, vide in voce *Barbari*.

Barbatŭlus, a, um, *di prima*, *o poca barba*, dim. a barbatus, imberbis, vel cum parva barba. *Cic.* 1. *ad Att. ep.* 14. Concurſabant barbatuli juvenes: *Id. in Parad.* 5. Barbatulos mullos exceptare de piſcinis.

Barbatus, o. 1. 2. *barbuto*, Germ. *berticht*, Gal. *barbu*, Hiſp. *barbubo*, ἐμπώγων, qui barbam habet. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Jovem ſemper barbatum: ¶ *Id. pro Mur. c.* 12. & *pro Cælio c.* 14. barbatos pro Antiquis dixit. Nam vetuſtiſſimi illi Romani inconſi erant: unde inconſos avos dixit *Tibull. l.* 2. *el.* 1. ¶ *Barbatus magiſter* eſt Philoſophus apud *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 12. ubi de Socrate loquitur.

Barbĭger, a, um, o. 2. *barbato*, πωγωνοφόρος, qui barbam gerit. *Luc. l.* 5. *v.* 897. Pingueſcere ſæpe cicuta barbigeras pecudes.

Barbĭtĭum, n. 2. barba *Apul. Mileſ. l.* 5. Hircino barbitio Philoſophum mentiebatur.

Barbĭtos, i, m. & f. & Barbiton, i, n. *cetera*, κάρκιτος, inſtrumentum muſicum, quod pulſatur plectro, vel calamo. *Mor. l.* 1. *carm. ode* 32. Dic Latinum, barbite, carmen. *Ovid. in epiſt.* 15. *v.* 7. Nec facit ad

lacrymas barbitos ulla meas. *Auſon. in Philomuſ. epigr.* 44. Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde.

Barbŭla, æ, diminut. a barba, *picciola barba*, *ϖωγώνιον*. *Cic. pro Cæl. c.* 14. Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, non hac barbula, qua iſta delectatur.

Barbus, i, m. *peſce barbo*, piſcis fluviatilis, idem qui mullus; ita dictus, quod veluti barba gemina inſignitur in labris. *Auſon. in Moſell. v.* 94. & 134.

Barca, æ, navigii ſpecies, quæ & phaſelus, & ſcapha dicitur, onerariis inſerviens, *barca*, *ἐφόλκιον*, *σκάφος*. *Paulin. Nolan. carm.* 21. *v.* 95. Ut mox ſalubri barca perfugio foret.

Barca, vel Barce, *Barca*, regio Africæ, in Barbaria, inter Ægyptum, & Syrtim magnam, juxta mare medit. ubi alias Libya exterior, Cyrenaica, & Marmarica, dicta ab urbe primaria Barce, Pentapoli, *Barca*, *Tolometta*, in tractu *Moſrata*, quæ quidem a Regina Barce nomen habuit. Defertum habet peramplum ejuſdem nominis, in mediter. Item montem, ſeu prom. in Libya, ſeu Marmarica. Pop. Barcæi, vel Barcitæ.

Barcæi, orum, m. 2. Lybiæ populi. *Virg. Æn.* 4. *v.* 42.

Barce, es, *Βάρκη*, nutrix Sichæi, de qua *Virg.* 4. *Æn. v.* 632.

Barcha, ſ. 1. cognomen nobiliſſimæ apud Carthaginenſes familiæ, ex qua fuerunt Annibal, & pater ejus Amilcar. Inde *Barchina factio* dicta, quæ Barcharum potentiæ favebat. *Liv. l.* 21. *c.* 3.

Barcīno, & Barcinon, onis, ſ. Julia Auguſta Barcino, prius Faventia, & Col. Faventia, *Barcelona*, urbs Hiſp. cit. marit. empor. inter primas Hiſp. urbes, Catalauniæ caput, ſeu conventus juridicus & Acad. ab Hamilcare cogn. *Barcha* condita. *Auſon. epiſt.* 24. *v.* 89. Oſtritero ſuperaddita Barcino ponto. *Prudent. peri Steph.* 7. *v.* 33. Barcinon claro Cucufate freta.

Barcinonenſis, ſe, ad Barcinonem pertinens, ut Barcinonenſis muria, apud *Auſon. ep.* 21.

Bardaicus, a, um, villoſus, vel bardocucullo indutus. Dicitur autem de milite: *Juvenal. ſat.* 16. *v.* 13. Bardaicus judex datur hæc punire volenti, calceus, & ſuræ. Fortaſſe vox eſt ſubſtantiva, & ponitur pro ipſo bardocucullo, ut ſenſus ſit, judex datur bardaicus, calceus, & ſuræ, per quæ tria deſcribitur miles. Ita etiam uſurpavit *Martial. l.* 4. *epigr.* 4. Quod ſiccæ redolet palus lacunæ, laſſi bardaicus quod evocati: *ideſt*, bardocucullus militis laſſi. Utrobique alii leg. *bardiacus*. ¶ *Capitolinus in Pertinace c.* 8. Bardocucullum vocat *Bardiacum cucullum*. Ex quo colligi poteſt, *bardiacum* ſive *bardaicum* idem eſſe ac villoſum, fortaſſe a Bardæis Illyrici populis, qui cilicio ſago utebantur.

Bardi, orum, apud Gallos eximio in honore, quod Poeticæ operam darent, & laudationibus, inquit *Strabo l.* 4. *Feſtus*: Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, ita dictus a Gente Bardorum. ¶ Unde quicunque virorum fortium geſta perſequuntur, Bardi appellantur. *Lucan. lib.* 1. *v.* 449. Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Bardiăcus, i, V. Bardaicus.

Barditus. V. Barritus.

Bardocucullus, m. 2. *ſchiavinotto*, *cappotto*, genus veſtis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare ſoliti erant Imbrium tempore in caſtris milites, & in agris ruſtici. Sunt, qui dicant, bardocucullum eſſe tegmen capitis villoſum translatum a Bardis pop. Galliæ. Nam & in German. & in Gallia Bardi fuerunt. ¶ Mittebatur e Santonibus, & Lingonibus Romam. *Martial. l.* 14. *ep.* 128. Gallia Santonico veſtit te bardocucullo.

Bardus, a, um, *tardo d'ingegno*, *ſtupido*, ſtupidus, hebes, tardus, נבל, Ger. *ungelergin*, Gal. *lourdaut*, Hiſp. *bobo*, βλαξ, ſtultus, a *βραδύς*, tardus, ideſt, a tarditate ingenii. *Cic. de Fato*, Stupidum eſſe Socratem dixit, & bardum. ¶ Comparat. bardior, eſt apud *Tertull. l. adverſ. Hermogen. c.* 36. V. Bardi.

Baris, ſ. 3. *Βάρις*, apud Ægyptios dicebatur cymba, qua cadavera vectabant ad ſepulturam, cujus gubernator Charon vocabatur: qualem apud Inferos finxere Poetæ. *Propert. l.* 3. *el.* 9. *v.* 44. Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

Baro, onis, antiquis idem erat, ac bardus, ſeu ſtupidus, quaſi *varo*, quod ſignificat ſtipitem non dolatum, ac durum. *Cic.* 5. *Fin. c.* 23. Hæc cum loqueris, nos barones ſtupemus. ¶ A nobis dicuntur, qui merum, mixtumque imperium in aliquo caſtro, vel oppido conceſſione Principis habent, quod ſint viri eximii, & magnæ auctoritatis: quo in ſenſu non eſt vox latina, ſed originis Germanicæ ex vocabulo *Ber*, vel *Var*, quod virum ſignificat, & hominem liberum, item ſatellitem, vaſſallum, & magnatem. Sed hæc ſignificatio minus pertinet ad linguam Latinam.

Baroptenus, gemma nigri coloris, ſanguineis, & albis nodis diſtincta. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Barrīnus, a, um, elephantinus, ut aures barrinæ, apud *Sidon. Apollinar. l.* 3. *ep.* 13.

Barrio, is, ire, verbum eſt, quo Elephantum vox notatur. *Feſt.*

Barrītus, us, ui, m. 4. Elephanti vox. *Apul. l.* 3. *Flor.* Eſt elephantorum triſtis barritus. ¶ Item clamor a Romanis militibus tolli ſolitus, cum prælium inibant. *Veget. l.* 3. *c.* 18. Clamor autem, quem *barritum* vocant, prius non debet tolli, quam acies utraque ſe junxerit. Apud *Tacit. de Germ. cap.* 3. legitur *Barditus*, pro eodem. ¶ Hanc vocem non Romanam, ſed barbaram eſſe, colligitur ex *Ammian. lib.* 26. *cap.* 22.

Barrus, m. 2. *elefante*, בהמות, Ger. *elephant*, Gall. *elephant*, Hiſp. *elefante*, *ἐλέφας*, elephas, a *βάρος*, gravitas, quia animalium maximus eſt, vel a בה, extra, foras, quia eſt animal peregrinum, vel a בעיר, brutum, jumentum. *Horat. Epod.* 12. Nigris digniſſima barris. ¶ Eſt & nomen propr. apud eund. *l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 31.

Barycæ ædes ſunt, latæ quidem, ſed humiles ob raritatem columnarum, ut columnæ pondus ſuperpoſitum facilius ſuſtineant, a *βαρύς*, gravis. Dicuntur item barycephalæ, quaſi gravicipites, a *βαρύς*, gravis, & *κεφαλή*, caput, quod pro columnarum paucitate ſatis grave pondus ſuſtineant. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2.

Baſaltes, m. 3. *Βασάλτης*, marmor ferrum colore, & duritia imitans, a בסל, Æthiopice *ferrum*, quia Ægyptii illud in Æthiopia invenerunt. *Plin. l.* 36. *c.* 7.

Baſanītis, itis, m. 3. vel baſanus, m. 2. *Βασανῖτης*, vel *Βάσανος*, lapis Lydius, vel Heraclius, quo aurum probatur, a *βασανίζω*, exploro, torqueo, vel a baſal, Æthiop. *ferrum*, quia eſt ferrei coloris. *Plin. l.* 36. *c.* 22.

Baſcauda, ſ. 1. vas Britannicum, in quo calices, & alia lavantur. *Juven. ſat.* 12. *v.* 46. *Martial. l.* 14. *epigr.* 99.

Baſcŭli, orum, populi Hiſpaniæ, Bæticæ, ad fretum Gaditanum, *Varr.* 2. *R. R. c.* 10. ¶ Hos *Plin. l.* 3. *c.* 3. *Baſtulos* vocat.

Baſella, æ, parva baſis, *Pallad. de re ruſt. l.* 1. *c.* 18. Baſellis altioribus in poſitas cupas collocare.

Baſiatio, onis, *baciamento*, actus baſiandi, *φίλημα*. *Catull. Carm.* 7. Quæris, quot mihi baſiationes ſint ſatis.

Baſiātor, oris, m. 3. qui baſiat, *φιλητής*. *Martial. l.* 11. *epigr.* 98. Effugere non eſt, Baſſe, baſiatores.

Baſiātus, a, um, *baſiciato*. *Martial.* 12. 59. Hic ſutor modo pelle baſiata.

Baſilĭa, orum, n. *τὰ βασίλεια*, h. e. regia, ad regios ſpectantia. *Tertull.* 4. *adverſ. Marc. c.* 14. Sic retro in Baſiliis Anna mater Samuelis, &c. *h. e.* in ſacris Regum libris.

Baſilĭca, cæ, ſ. 1. *luogo pubblico*, *ſala pubblica*, היכל, Ger. *rahtbaus*, Gal. *maiſon royale*, Hiſp. *caſa real*, *Βασιλικὴ*, Regia, locus publicus, & magnifice ornatus, prope forum, templo perſimilis, ambulationibus ampliſſimis inſtructus, in quo negociationes, conſilia, & judicia exercebantur, ſive quod *βασιλεὺς*, non ſolum Regem, ſed etiam alios nobiles, & Regios ſignificet, ut Judices, ſive quod omnia, quæ grandia, & excellentia ſunt, *baſilica*, ſeu *Regia* appellentur. *Liv. l.* 26. *c.* 27. & *l.* 39. *c.* 44. ¶ Baſilicæ Romæ complures fuere. Primam Cato extruxit, *Porciamque* appellavit, aliam Julius Cæſar, quæ *Julia* dicta eſt, &c. ¶ Hinc a Chriſtianis Eccleſiæ maximæ, ampliſſimæque *Baſilicæ* appellari cœptæ ſunt, quia ibi Regi omnium Deo cultus, & ſacrificia offeruntur, *Sulpic. Sever. l.* 2. *hiſt. ſacr. c.* 33. ¶ *D. Hieronym. epiſt.* 3. *ad Heliodor.* appellat *baſilicas Eccleſiæ* minora ſacella, ſeu ædiculas in ipſa Eccleſia poſitas.

Baſilicāta, *Baſilicata*, prov. R. Neapolitani, ubi alias major, & potior pars Lucaniæ, inter Principatum cit. Calabriam, ſinum Tarentinum, & Terram Barienſem.

Baſilĭce, adv. *ſplendidamente*, *regalmente*, *Βασιλικῶς*, regie, magnifice, ſplendide. *Plaut. in Pœn.* 3. 1. Baſilice ornatus incedit, & affabre ad fallaciam. ¶ Translate *Id. Epid.* 1. 1. 54. Interii baſilice. *h. e.* omnino, funditus. nam reges cum pereunt de magno ſtatu decidunt.

Baſilicŭla, æ, diminut. parva baſilica. *Paulin. Nolan. epiſt.* 32. *n.* 17. *edit. Pariſ.* Hanc quoque baſiliculam conſecrabunt.

Baſilĭcum, i, n. 2. veſtimenti regii, & ſplendidi genus. *Plaut. Epidico*, 2. 2. 48. Tunicam rallam, tunicam ſpicam ..... baſilicum, aut exoticum, &c. V. ibi Interpr.

Baſilĭcus, a, um, o. 1. 2. *reale*, Ger. *keniglich*, Gal. *royal*, Hiſp. *real*, *Βασιλικὸς*, Regalis. *Plaut. in Cap.* 4. 2. 31. Baſilicas edictiones, atque imperioſas habet. Et *in Pſeud.* 1. 5. 43. Baſilicus ſtatus. Et *in Perſ.* 1. 1. 32. baſilicus victus. *ideſt*, regalis, & excellens. & *Trinum.* 4. 3. 23. Baſilica facinora, ideſt, Regia. Sed baſilicus jactus, apud *eund.* idem eſt ac Venereus. *Curc.* 2. 3. 80. ¶ Significat etiam ſuperbum, & faſtuoſum. *Id. Rud.* 2. 4. 15. At ego baſilicus ſum, quem niſi oras, guttam non feres. ¶ Baſilica nux, *Βασιλικὸν κάρυον*, juglans, genus nucum optimum, & quaſi Regium, quod & *Perſicum* dicitur. *Plin. l.* 15. *c.* 22.

Baſiliſcus, m. 2. *baſiliſco*, Ger. *ein baſiliſch*, *βασιλίσκος*, al. regulus, genus ſerpentis, quod, teſte *Plin. l.* 8. *c.* 21. in ſolitudinibus Africæ habitat, candida in capite macula, veluti quodam diademate adornatum. Acutiſſimum habet caput, rubeos oculos, colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos ſerpentes ſibilo fugat, ut ſolus regnare videatur.

Baſio, as, a. 1. *baciare*. *Martial. l.* 6. Et bis, terque, quaterque baſiavit. *Catull. carm.* 7. Baſia multa baſiare.

Baſiŏlum, i, n. 2. diminut. a baſium. *Petron. in Satyr. c.* 85. & *Apul. l.* 10. *Metam.*

Baſis, ſ. 3. ſuſtentamentum, ima pars, radix, pes, *baſe*, *ſoſtegno*, מבונה, Germ. *ein grund*, *eeſt*, Gall. *baſe*, Hiſp. *baſa*, *βάσις*, eſt ſeſſio columnæ, ſtatuæ, &c. quæ a fundamento conſurgit, & pondus fabricæ ſuperimpoſitæ ſuſtinet. *Cic.* 5. *Tuſc. cap.* 23. Aditus in adverſam Baſim. ¶ Hinc orbiculi illi, in quibus vaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur, vocari ſolent baſes. *Jabolen. Dig. l.* 32. *leg.* 98. Baſes quoque horum vaſorum. ¶ Baſis trianguli eſt ima pars, qua triangulum ſedet. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 49. Baſis trianguli, quam grues efficiunt. ¶ *Metiri aliquem cum ſua baſi* apud *Senec. epiſt.* 76. *ſub fin.* proverbialiter ſignificat prava menſura uti. Nam ſi ſtatuam metiendo, baſim quoque comprehendas, juſto major illa videbitur.

Baſium, n. 2. *bacio*, נשיקה, Germ. *ein kuſſ*, Gal. *un baiſer*, Hiſp. *el beſo*, *φίλημα*, oſculum, ſuavium. Donatus *oſculum*, *baſium*, & *ſuavium* ſic diſtinguit, ut *oſcula* ſint officiorum, *baſia* pudicorum affectuum, *ſuavia* libidinum, vel amorum. Sed hæc differentia non obſervatur. *Catull. ad Lesb. carm.* 5. Da mi baſia mille.

Baſſăreus, i, m. *Βασσαρεύς*, Bacchi cognomen a Baſſara Lydiæ opp. ubi præcipue colebatur, vel a *βάζω*, clamo, quod ejus ſacrificia maximis clamoribus celebrarentur. *Horat. l.* 1. *od.* 18. Non ego te, candide Baſſareu, invitum quatiam.

Baſſărĭcus, a, um, h. e. Bacchicus. *Propert. eleg.* 17. *v.* 30. *l.* 3. Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas.

Baſsăris, is, vel idis, ſ. 3. *Βάσσαρις*, Bacchi ſacrificula. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 100. Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris. ¶ Eſt etiam veſtis genus ad talos uſque demiſſæ, qua in Bacchi ſacrificiis utebantur ſacerdotes. *Vet. Scholiaſt. in Perſ. loc. cit.*

Baſtăga, vel Baſtagia, æ, ſ. vox deducta a Græco *βαστάζω*, porto, bajulo, veho, ſignificat onus, farcinam. *Βαστάγη*. Sumitur autem *Cod. Juſtin.* pro munere, & officio tranſvehendi jumentis res publicas, aut Principis, *l.* 12. *tit.* 58. *leg.* 3.

Baſtagarii, vel Baſtagiarii, orum, qui baſtagis, hoc eſt oneribus tranſvehendis præſunt. *Lib.* 11. *Cod. tit.* 7. *leg.* 4.

Baſtarnæ, Baſternæ, pop. Sarmatiæ Europææ, in Regno Polonico, ad oram maris Euxini, finit. Peucinis, qui in Podolia, & Alanis, qui in Lituania cenſentur, ubi nunc Ruſſia nigra, Volhinia ſuper. & Beſſarabia. *Plin. l.* 4. *c.* 12. & *Liv. l.* 40. *c.* 57.

Baſterna, æ, genus vehiculi muliebris tecti, forma nihil a lectica diſtans, quod a mannis, vel mulis portabatur; pilentum. *Lamprid. Heliogab. c.* 21. Dedit quadrigas, equos ſtratos, mulos, baſternas, & rhedas. Adde *Ammian. l.* 14. *c.* 17.

Baſternarius, ii, qui baſterna portat. *Symmach. l.* 6. *epiſt.* 15. Baſternarios præbere alicui.

Bat. V. Ba.

Batăvi, m. 2. pop. Bataviæ, ſeu Hollandiæ. *Lucan. l.* 1. *v.* 431. Vangiones, Batavique truces, quos ære recurvo Stridente acuere tubæ. ¶ Reperitur hæc vox etiam penult. longa. *Sil. l.* 3. *v.* 608. Jam puer auricomo perfomidate Batavo.

Batavĭa, Inſula Batavorum, *Hollanda*, regio Germ. inf. in Belgio, pars Auſtralis Hollandiæ, inter duo Rheni cornua, & Oceanum Germ. Ejus portio, quæ eſt in Geldriæ Duc. adhuc antiquum nomen retinet & dicitur *Betouve*, ſeu *Betuve*. Populi Batavi.

Baternæ, arum, populi iidem qui Baſtarnæ. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 96.

Bathyllus, m. 2. *Βάθυλλος*, Poeta tragicus inſignis. ¶ Fuit item Samius adoleſcens amatus ab Anacreonte. *Horat. Epod.* 14. *v.* 9.

Batillum, i, n. & Batillus, i, m. *paletta*, *badile*, *pala*, Ger. *fewerſchaufel*, Gal. *palette*, *ou pele*, Hiſp. *badil*, *πύραυτον*, ferreum inſtrumentum,

tum, quo cineres, & prunæ tolluntur, alioque transferuntur, a βατέω, patina, vel a pateo, quasi patulum, & dimin. p mutato in b, batillum. *Plin. l.* 33. *c.* 8. Batillis ferreis candentibus ramento argenti impolito. *Marcell. Emper. c.* 27. Super batillum candentem. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 14. Coctilium batilla quatuor. ¶ Ruſtici etiam batillum vocant ferreum inſtrumentum, quo ad ſulcos, elices, foſſaſque in agris faciendas utuntur. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 6. Paſtorem earum cum batillo circuire oportet, ac ſtercus tollere. ¶ Eſt item meſorum inſtrumentum ligneum, quo Picentes utebantur. *Id. l. de R. R. c.* 50. In Piceno ligneum habent incurvum batillum, in quo extremo ſit ferrula ferrea, hæc cum comprehendit laſcem ſpicarum, deſecat. ¶ Item foculus geſtatilis, in quo odores accenduntur, aut qualis hyeme menſis imponitur. *Horat. l. i. ſat.* 5. *v.* 36. prunæque batillum.

Batinus, Batinum, Matrinus, *Tordino*, fl. Picenorum, in Aprutio, qui Interamnam alluit, & ad Flavianum caſtrum in mare Adriaticum labitur.

Batinus, a, um, ad Batinum pertinens, ut Batini ſaltus, *Horat. l.* 3. *od.* 4.

Batiŏca, V. Batiola.

Batiola, batioca, batiaca, f. 1. genus vaſis, quo vinum cado hauſtum ad menſam fertur. *Plaut.* Batiolam auream octo pondo habeat. Ita refert *Non. c.* 15. *n.* 19. Sed & *in Stich.* 5. 4. 12. hæc vox legitur.

Batis, idis, *finocchio marino*, κεῖθμον, m. & f. herba eſt fructicoſa, pinguifolio, in modum portulacæ, ſed craſſiore, latiuſculo, & guſtu ſalſo, floribus candidis, & ſemine libanotidis, quam *Dioſcorides* κεῖθμον, ſive κεῖθμιον appellat, vulgus certam marinam. *Plin. l.* 32. *c.* 11. ¶ Batis item inter aves numeratur. *Plin. l.* 21. *c.* 15.

Batrachites, βατραχίτης lapis ranæ viridis colore, & effigie. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Batrachium, n. 2. βατράχιον, genus herbæ apud *Apul. de herb. cap.* 8. & 9. qua mendici flagitioſi ſibi crura, & lacertos dilaniare conſueverunt. *Plin. l.* 25. *ſub fin.* ranunculum vocat: ſed Batrahium *Apuleÿ. de herb. c.* 8. & 9.

Batrachomyomachia, βατραχομυομαχία, ranarum, & murium pugna, quo titulo *Homerus* elegantem conſcripſit libellum, a βάτραχος, rana, & μῦς, mus. *Stat. in præfat. ad lib.* 1. *Silvar.*

Batrăchus, m. 2. nobilis ſtatuarius, ex Laconia, qui Romæ, Scauri, & Octaviæ templa ſtruxit porticibus incluſa. *Plin. l.* 36. *c.* 5.

Battiădes, m. 1. Callimachus Poeta, fil. Batti, Cyrenes conditoris, ut ipſe jactitabat. *Ovid. in Ibin. v.* 53. & *Stat. c.* 5. *Silv.* 3. *v.* 157. ¶ Battiades etiam dicuntur a Batto Rege oriundi. *Sil. l.* 3. *v.* 252.

Battis, f. 3. βαττίς, puella formoſiſſima, quam Philetas Poeta elegiographus adamavit, ſuiſque carminibus celebravit. *Ovid. l.* 1. *Triſt. el.* 6.

Battologia, al. tautologia, f. 1. βαττολογία, eſt vitium Grammaticale, quo idem verbum, vel eadem ſententia ſine cauſa iteratur, a Batto paſtore, qui hoc vitio notatus eſt, ut *Cujus rationis ratio non extat, ei rationi ratio non eſt fidem habere. Ovid.* 2. *Met.* ſub illis Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis. Alii non a Paſtore, ſed a Poeta quodam inepto Battologiam dictam volunt, inter quos *Suidas* eſt, verbo βαττολογία.

Battus, i, nom. propr. ejus, qui Cyrenas condidit. *Suid. l.* 17. ¶ Item Poetæ cujuſdam inepti, a quo Battologia eſt dicta. ¶ Item Paſtoris, qui quod Mercurii furtum indicaſſet, ab eo in Indicem, ſeu Lydium lapidem mutatus eſt. *Ovid.* 2. *Met. v.* 688.

Batùlum, opp. Campaniæ. *Virg.* 7. *Æn. prope fin.*

Batŭo, is, ere, eſt ferulis, ſeu rudibus velitari. *Suet. in Calig. c.* 32. Myrmillonem in ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit. ¶ Item percutere, *battere. Plaut. Caſ.* 2. 8. 60. Batuatur tibi os, fenex nequiſſime. ¶ At batuere ulcera, apud *Plin. l.* 31. *c.* 9. eſt comprimere, arcte ſtringere. ¶ De obſceno hujus verbi uſu *Cic. Fam. l.* 9. *ep.* 22. Βατταρισμὸν.

Batus, genus herbæ. *Feſtus.*

Baubor, aris, atus ſum, d. 1. βαύζω, fictitium verbum, a voce canum, cum latrant. Differt tamen a *latro*, *as*, quia latrant canes irati, baubantur cum queruntur. *Lucr. l.* 5. *v.* 1070. Et cum deſerti baubantur in ædibus omnes.

Baucis, anus paupercula, quæ cum Philemone marito Jovem, & Mercurium ſuſcepit hoſpitio. *Ovid.* 8. *Metam.* ¶ *Perſ. Sat.* 4. *v.* 21. pannucea Baucis ſumitur pro quavis paupere mulierecula.

Bauli, *Bagola*, *Bauli*, locus Campaniæ, inter Miſenum urb. exc. & lacum Bajanum, a Puteolis 3. M. P. ¶ *Servius* ductum inde nomen ait, quod olim Hercules juxta Bajas fecit caulam bobus, & eam ſeptit, qui locus primo *Boaulia* dictus, mox Bauli. *Symmach. epiſt. l. l.* 1. Huc Deus Alcides ſtabulanda armenta coegit, Eruta Geryonis de lare tergemini. Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos Nuncupat occulto nominis indicio.

Bavius, poeta ineptiſſimus, de quo *Virg. Ecl.* 3. Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mevi.

Baxĕæ, f. 1. *pianelle*, *zoccoli*, Ger. *pantoffeln*, *ſolhen*, Gal. *pantouffles*, Hiſp. *chinclas*, *o alcorques*, crepidæ, & calceamenta, & propri calcei Philoſophorum. *Apul. in l. de A. A.* Qui pallio, baculo, baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret. Adde *Plaut. Men.* 2. 3. 40.

B A N T E D.

Bdellium, n. 2. arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Gummi genus exſudat, quod & ipſum bdellium vocatur, & uſum habet in unguentis. Naſcitur in Bactriana, Arabia, India, Media, Babylonia, *Plin. l.* 12. *c.* 9.

B A N T E E.

Beāte, *beatamente*, adverb. feliciter. *Cic.* 1. *de Fin.* Omnis ſumma Philoſophiæ ad beate vivendum refertur. *Senec. epiſt.* 92. Beatius vivere. *Et de conſol. ad Helv. c.* 9. Beatiſſime vivens. ¶ In plauſibus ſignificat feliciter, proſpero ſucceſſu. *Martial. l.* 2. *epigr.* 27. Effœte, graviter, cito, naviter, euge, beate.

Beatĭfico, as, beatum facio. *Auguſtin. l.* 14. *de Trin. c.* 14.

Beatĭficus, a, um, qui beatum facit, *beatifico*. *Apul. de habit. Doctr. Plat. l.* 1. *p.* 3. Deus beatus, & beatificus.

Beatĭtas, atis, & beatitudo, inis, f. 3. *beatitudine*, *felicità*, אשרי, Ger. *ſeligkeit*, Gal. *beatitude*, Hiſp. *bienaventurança*, μακαριότης, felicitas. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 34. Iſta ſive beatitas, ſive beatitudo dicenda eſt (utrunque omnino durum, ſed uſu mollienda nobis verba ſunt) verum ea, quæcunque eſt, &c.

Beatitūdo, V. Beatitas.

Beatŭlus, a, um, *beatino*, dim. a beatus. *Perſ. Sat.* 3. *v.* 103. Beatulus alto compoſitus lecto, h. e. mortuus.

Beātus, a, um, o. 1. 2. *beato*, *felice*, אשרי, Ger. *ſerig*, Gall. *heureux*, *bien heureux*, Hiſp. *bienaventurado*, μακάριος, felix, fortunatus. *Cic.* 5. *Tuſc.* Hos exiſtimo beatos, qui ſint in bonis nullo adjuncto malo. *Id. ib. c.* 8. Qui beatus eſt, non intelligo, quid requirat, ut ſit beatior.

¶ Interdum ponitur pro nobili. *Horat. lib.* 2. *Carm.* Ante generum beati Phyllidis flavæ decorent parentes. ¶ Item pro valde divite. *Nepos in Ageſilao, c.* 8. Homo non beatiſſimus. *i. e.* non admodum inſtructus copiis rei familiaris. ¶ Translate ponitur pro affluenti, abundanti. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Immortalis ingenii beatiſſima ubertas. *Id. l.* 11. *c.* 3. Vox beata. *voce piena*. ¶ Apud Chriſtianos *beati* dicuntur, qui pie, ſancteque vivendo cæleſtem ſibi patriam promeruerunt. Etnici etiam pro mortuis uſurpaſſe videntur eodem modo quo *felices*. V. Beatulus.

Bebicius, a, um, V. in Bœbeis.

Bebriacenſis, adject. a Bebriaco. A *Plinio l.* 10. *c.* 49. dicuntur Bebriacenſes aves illæ, quæ eo primum tempore in Italia viſæ ſunt, cum pugna Othonem inter & Vitellium ad Bebriacum commiſſa eſt.

Bebriăcum, i, n. *la Bina*, opp. olim, nunc pagus Cenomanorum, ad Ollium fl. inter Cremonam 12. M. P. & Brixiam 20. Aliis eſt *Caneto*, opp. Duc. Mantuani, ad Ollium fl. ubi recipit Cluſium, medium inter Cremonam, & Mantuam 20. M. P. ubi Otho a Vitellio victus eſt. *Sueton. in Oth. c.* 9. & *Juvenal. Sat.* 2. *v.* 106.

Bebryce, una filiarum Danai, quæ cum Hypermneſtra præter juſſa patris viro pepercit. Fugiens una cum viro in Bithyniam venit. Hinc regio Bebrycia dicta eſt.

Bebrycĭa, f. 1. βεβρυκία, regio Bithyniæ, dicta a Bebryce filia Danai. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 502.

Bebryces, um, Alii ſunt Aſiæ populi in Bithynia, quæ ante Bebrycia dicta: Aliis in Galliæ finibus circa Pyrenæos montes, &c.

Bebrycĭus, a, um, gentile adject. a Bebrycia Aſiæ regione. *Flac. l.* 4. *v.* 99. Proxima Bebrycii panduntur littora regni. *Sil. l.* 3. *v.* 420. *de Pyrenæis jugis*. Nomen Bebrycia duxere a virgine colles. ¶ *Bebrycia arena* locus eſt, ubi Pollux cum Amyco cæſtibus pugnavit. *Stat. l.* 4. *Silv.* 5. *v.* 28.

Bebryx, cis, m. 3. Βέβρυξ, Rex fuit in montibus Pyrenæis, teſte *Silio l.* 3. *v.* 423. ¶ Item Amycus Bithyniæ rex, quem Pollux cæſtu pugnans occidit. *Valer. Flac. l.* 4. *v.* 261. ¶ Eſt item nomen gentile, eum ſignificans, qui ex Bebrycia ortus eſt. *Solin. c.* 42. V. Bebrycia. Hujus penult. in obliquis caſibus anceps eſt.

Becco, Gallica vox, roſtrum galli gallinacei ſignificans: quo cognomine appellatus fuit Antonius Primus, Toloſæ natus, qui Vitellium oppreſſit. *Suet. in Vitell. in fi.*

Bechĭon, βήχιον, Lat. tuſſilago, a βὴξ, χὴς, tuſſis, quia tuſſim ſanat. *Plin. l.* 26. *c.* 6.

Bee, vox eſt ovium belantium. *Varr.* 2. *R. R. c.* 1. Non me, ſed bee ſonare videtur (*vox ovium*) unde belare dicunt, extrita littera. *h. e.* dempto altero *e*, nam a *bee* dicendum eſſet *bielare*.

Beelphĕgor, Idolum Moab, idem ac Baal, ſive Beel, qui in monte Phegor colebatur. Interpr. *vir habens hiatum*, vel *Deus hians*, vel *ſimulacrum ignominiæ*.

Beelzĕbub, βεελζεβούβ, Idolum Accaronitarum, quaſi idolum muſcarum, a bel, beel, baal, *idolum*, & zebub, *muſca*. ¶ Sed & pro Dæmoniorum Principe ponitur in ſacris litteris.

Bela, ovis apud antiquos, ex *Varrone de R. R. l.* 2. *c.* 1. Græce μῆλα.

Belĕnus, fuit Aquilejenſium Numen, quod ſumma religione coluerunt, & ipſum Apollinem eſſe crediderunt. *Tertull. Apol. c.* 24. & alii.

Belgæ, m. 1. Βέλγαι, quaſi bellorum gens, pop. Galliæ Belgicæ, al. Comatæ, inter Sequanam, & Scaldim flu. in 15. pop. olim diviſi, ſed nunc qui verſus Oceanum incolunt, quorum regio eſt Belgium, *Pæſe Baſſi*.

Belgĭcus, a, um, o. 1. 2. ut *Eſſedum Belgicum*, currus genus apud Belgas primum inventum. *Virg.* 3. *Georg.* Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

Belgium, *Paeſi Baſſi*, eſt pars Borealis, & Oceano vicinior antiquæ Galliæ Belgicæ, alio nomine Germania inferior, quia regio humilior eſt verſus Oceanum, & ſermo gentium ab aliis Germanis non multum differt. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 34.

Belĭas, adis, Beli neptis, Danai filia. *Senec. Herc. Oet. v.* 958. Stricto cruenta Belias ferro ſtetit.

Belĭdes, æ, m. 1. Βελίδης, patr. maſc. filius, vel aliquis de genere Beli. *Virg.* 2. *Æn. v.* 81. Belidæ nomen Palamedis.

Beli, idis, patr. fem. filia, vel neptis Beli. ¶ *Belides*, plur. num. quinquaginta filiæ Danai, neptes Beli. V. Danaus. *Ovid.* 4. *Met. v.* 462. Aſſidue repetunt, quas perdunt, Belides undas.

Bellaría, orum, n. 2. *paſticci*, *confetture*, *coſe dolci da poſpaſto*, ἡδύσματα, cupediæ, omne genus ſecundæ menſæ, ut cibi ſaccharo, aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & ſecundæ menſæ appellantur, a bonitate, quia bellæ res ſunt, ut *Cato* vocat *pulchralia*. *Macrob. in Sat.* Secundæ menſæ illata bellaria novo ſermoni principium dedere, *l.* 3. *c.* 18. ¶ Vina quoque dulciora in comœdiis antiquioribus eſt invenire hoc vocabulo appellata, dictaque eſſe ea Liberi bellaria. *Gellius l.* 13. *c.* 11.

Bellator, ōris, m. 3. *combattitore*, *guerriero*, אוש כיחכה, Ger. *ein Krieger*, Gal. *guerrier*, Hiſp. *guerrero*, πολεμιστὴς, bellicoſus, vel qui bellum gerit. *Cic.* 4. *Tuſc.* An acculatori majores noſtri majora præmia, quam bellatori eſſe voluerunt? ¶ Dicitur & de brutis animalibus. *Virg.* 10. *Æn.* Et inter bellatoris equi cava tempora conjicit haſtam. ¶ Bellator enſis, *Sil. l.* 13. *v.* 376.

Bellatorĭus, a, um, ad bellum, ſeu bellatorem pertinens. *Plin. l.* 7. *epiſt.* 9. Non ideo pugnacem, & quaſi bellatorium ritum ſuaſerim.

Bellatrix, icis, *guerriera*, אשה כיחכה, Ger. *ein Kriegerin*, Gall. *guerriere*, Hiſp. *guerrera*, πολεμιστικὴ, mulier bellicoſa. *Virg.* 1. *Æn. v.* 493. Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ bellatrix. ¶ Interdum additur velut adjectivum: ut belua bellatrix, *Sil. l.* 9. 577. Bellatrix iracundia, *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 24. Bellatrix triremis, *Claud. de ſex. Conſ. Honorii, v.* 135.

Bellātŭlus, a, um, o. 1. 2. vocabulum blandientis, idem quod bellulus. *Plaut Curc.* Cur ergo non imus cubitum bella bellatula? Sic *in Caſ.* 4. 4. *v. ult.*

Bellax, acis, adject. *bellicoſo*, bellicoſus. *Lucan. l.* 4. *v.* 406. bellaci confiſus gente Curetum.

Belle, adverb. pulchre, ſcite, eleganter, venuſte, ſuaviter, commode, *bellamente*, *bene*, καλῶς, χαλῶς, ἐῦ. Eſt autem diminutivum a *bene*, ut *Feſtus* docet. *Cic. Attic. l.* 16. *epiſt.* 3. Belle ædificata prætiola. *Id. l.* 5. *epiſt.* 11. Cum ego me non belle haberem. Sic apud *eund.* cetera belle: *intelligo* ſe habent. Et, belle cecidit. *Att. l.* 13. Et beliſſime navigare. *Fam. l.* 15. *epiſt.* 9. ¶ Accipitur & pro ſenſim, pedetentim, placide. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 35. Sequere iſtum bella belle. Et *Asin.* 3. 3. 86. Sane bella belle. ¶ Habet ſæpe locum in plauſibus. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 26. Bene, & præclare quamvis nobis ſæpe dicatur, belle & feſtive nimium ſæpe nolo.

Bellerophontes, æ, Βελλεροφόντης, ſeu Bellerophon, tis, m. 3. filius Glauci, nepos Siſyphi, pronepos Æoli, pater Laodamiæ, Iſandri, Hippolochi ex Achimene uxore. Primum Hipponous dictus eſt, deinde Bel-

Ierophontes, a Bellero quodam Corinthio, quem occidit. Fuit Rex Ephyræ, ſed Regno ſpoliatus a Præto Argivorum Rege apud illum ejus juſſi aulicam vitam vixit. Corporis pulchritudine excelluit, ornatus ſimul præclariſſimis, maximiſque virtutibus. Cum ab Anthia, ſeu Stenobœa uxore Præti de coitu interpellatus eſſet, veritus hoſpitalis Jovis iram, laſcivam feminam repulit. Quare exardens repulſa mulier, apud virum innocentem hoſpitem accuſavit, qui hoſpitii jure motus illum domi interficere non ſuſtinuit, ſed datis codicillis ad Ariobatem, ſeu Jobatem ſocerum in Lyciam miſit. Lectis ergo codicillis Jobates in ultionem criminis ad Solymos domandos Bellerophontem miſit, ut ſub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verum cum & Solymos facile viciſſet Bellerophontes, & aliis pleriſque periculis objectus ſemper victor rediiſſet, poſtremo ad interimendam Chimæram miſſus eſt: quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegaſum equum, ſumma cum laude ſuperavit. Jobates virtutem juvenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum Regni parte uxorem dedit: ex qua Iſandrum, Hippolochum, & Laodamiam ſuſcepit. Hæc cum audiſſet Stenobœa, ſibi ipſa mortem conſcivit. Bellerophontes autem felici rerum ſucceſſu elatus, cum in cœlum evolare cum Pegaſo conaretur, immiſſo a Jove œſtro, equo excuſſus eſt, deciditque in eum campum, qui Alejus appellatus eſt. Pegaſus autem a Jove inter ſidera eſt relatus. *Horat. l. 4. od. 11. v. 26.* ¶ *Plaut. Bacch. 4. 7. 11.* Bellerophontem jam tuus me tecit filius: Proverbii more dictum eſt, ex eo ducti, quod Bellerophontes neſcius litteras attulit ad Jobatem, in quibus de ſua ipſius nece agebatur.

Bellerophonteus, a, um, adject. poſſeſſiv. *Propert. l. 3. el. 3.* Bellerophontei qua fluit humor equi. ¶ *Bellerophonteus morbus*, pro animi morbo accipitur, quo ſc. Bellerophontem laboraſſe ferunt. V. *Scalig. in not. ad Auſon. p. 130.*

Bellĭca, cæ, f. 1. dicebatur columella illa ante templum Bellonæ, ſuper quam jaciebant haſtam, cum bellum indicerent. *Feſt.*

Bellicōſus, o. 1. 2. *feroce, valoroſo, bellicoſo*, איש מלחמה, Ger. *kriegiſch*, Gall. *belliqueux*, Hiſp. *bellicoſo*, πολεμικὸς, ad bella gerenda aptus. *Sal. in Jug.* Libyes, quam Getuli, minus bellicoſi erant. *Liv. l. 9. c. 6.* Cepiſſe eos non Romam, ſed quod multo bellicoſius fuerit, Romanam virtutem, ferociamque. *Cæſ. l. 3. B. Civ. c. 1.* Bellicoſiſſima gens. *Liv. l. 10. c. 9.* Annus bellicoſus, *pieno di guerre*.

Bellicrēpa, f. 1. genus veteris ſaltationis a Romulo inſtitutæ, in qua cum armis ſaltabant. *Feſtus.*

Bellĭcum, ci, ſubſtant. n. 2. ſonus tubæ, quo ſignum dabatur militibus ineundæ pugnæ. Unde bellicum canere, *dar all' arme*, תרועה, Germ. *ein lermen*, eſt, milites tubæ cantu ad prælium animare. ¶ Per metaphoram accipitur pro inſtigare ad diſſidium, *inſtigare*. *Cic. 6. Phil.* Atque iidem bellicum me ceciniſſe dicunt.

Bellĭcus, a, um, o. 1. 2. militaris, *militare, della guerra*, adject. πολεμικὸς, quod ad bellum pertinet, ut Bellica diſciplina, bellica corona, quæ bellatoribus victoribus dabatur. *Ovid. 3. Faſt.* Dea bellica Pallas, *bellicoſa*. *Cic. pro Mur.* Virtus bellica. *Id. 2. de Legib. c. 24.* Mors bellica. *h. e.* in bello obita.

Bellĭfer, a, um, o. 1. 2. *bellicoſo*, πολεμικὸς καὶ πολεμοφόρος, qui bellum infert. *Claudian. in Eutrop. l. 1. v. 429.* Quid belliferam communibus urunt Italiam maculis?

Bellĭficor, aris, dep. 1. idem quod gratificor. *Cic. 8. Fam. ep. 10.* Ne bellificatus alicui dicaris. *Al. leg.* velificatus.

Bellĭger, a, um, qui bellum gerit. *Mart. l. 15.* Hermes belligera ſuperbus haſta. Sic mens belligera, apud *Sil. Ital.* & belligeri labores, apud *Val. Flacc. l. 5. v. 617.*

Belligerātor, oris, m. 3. qui bellum gerit. *Venant. in Vita Martini, l. 3. v. 369.* Belligeratori valeat ne femina jungi. Adde *Avien. in periegeſi. v. 55.*

Belligĕro, ras, n. 1. *guerreggiare*, πολεμέω, bello, bellum gero. *Cic. pro Font. c. 12.* Par alicui in belligerando. ¶ Translate *Plaut. Truc. 1. 2. 81.* Parcipromi, qui cum geniis ſuis belligerant. ¶ Deponentis forma *Hygin. fab. 274.* Belus Neptuni filius gladio belligeratus eſt.

Bellipŏtens, o. 3. *poſſente in guerra*, ἐνέπαλος, qui bello pollet. *Cic. 2. de Div.* Æacidæ bellipotentes ſunt. *Virg. Æn. 11. v. 8.* tibi magne tropæum Bellipotens. *h. e.* Mars.

Bellis, idis, f. 3. genus herbæ, *piccíola margherita*. *Plin. l. 26. c. 5.*

Bellisŏnus, a, um. *Paulin. Nolan. 8. Natal. Felicis, v. 443.* Belliſono venientes flumine pugnas.

Bellitudinem ſicut magnitudinem dixit Verrius. *Feſtus.*

Bello, as, n. 1. belligero, bellum gero, *combattere, guerreggiare*, נלחם, Ger. *kriegen*, Gal. *faire guerre*, Hiſp. *guerrear, hazer guerra*, πολεμέω. *Cic. pro Leg. Man.* Longe a domo bellare. ¶ Eſt & *bellor, aris*, deponens. *Virg. 11. Æn.* Pictis bellantur Amazones armis. ¶ Arma ipſa bellare dicuntur apud *Plin. l. 5. c. 1.* Romana arma in Mauritania bellavere. ¶ Bellare alicui, *Stat. Theb. 8. v. 505.* ¶ Bellare cum aliquo, *Cic. pro Arch.* & alibi. ¶ Ponitur etiam pro pugnare. *Stat. 6. Theb. v. 829.* Bellare cæſtu. *Sil. l. 3. v. 235.* Bellare enſe.

Bellōna, næ, ἐνυὼ, ἐγυὼς, *Bellona*, Martis ſoror, bellorum Dea, quam *Horat. lib. 2. ſat. 3. v. 223.* gaudentem cruentis dixit; quia ſanguine, ac cædibus, quæ belli negotia ſunt, delectatur. ¶ *Lactant. l. 1. c. 21.* & *Turneb. l. 8. c. 23.* obſervant, Bellonam eandem a Romanis habitam tuiſſe, ac Virtutem. ¶ Romæ templum habuit extra Urbem, in quo ſenatus dabatur iis, quos in Urbem admittere nolebant.

Bellonarii, m. 2. Sacerdotes Bellonæ, qui ſe ſe cultris feriebant, ut ſanguine ſuo illam placarent. *Lucan. l. 1. v. 565. Lamprid. in Commodo, c. 9.*

Bellōſus, a, um, o. 1. 2. πολεμικὸς, vetuſtum nomen, idem, quod bellicoſus. *Cæcilius apud Non. c. 2. n. 96.* Bellum ſuſcitare contra belloſum genus.

Bellovāci, Βελλοβάκοι, pop. Galliæ, in Francia propria, ſeu Inſula Franciæ, quorum urbs Bellovacum, al. Cæſaromagus, *Beauvais*, ad Tharam flu. inter Pariſios 16. leuc. & Ambianos 14. regio *le Beauvoiſis*. *Plin. l. 4. c. 17.*

Bellŭa, V. Belua.

Bellŭle, apud *Plautum* adverb. diminut. eſt a bene, quod facit belle, & bellule. Hæc Feſtus. *Apul. l. 10. Met.* Bellule ſuffarcinatus.

Bellŭlus, a, um, dim. a bellus, o. 1. 2. idem, quod pulchellus. *Plaut. in Muſ. 4. 1. 42.* Hæc quidem bellula eſt.

Bellum, n. 2. *guerra*, מלחמה, Ger. *krieg*, Gall. *guerre*, Hiſp. *guerra*, πόλεμος, diſſenſio populorum, qua arma ſibi mutuo inferunt, a *duellum*, quia olim adhibebant *du* pro *b*. Differt a prælio, & pugna, quia bellum ſignificat totum tempus, quo homines ſunt in militia, prælium eſt certamen ipſum, vel congreſſio hoſtium, pugna fit etiam ſine gladiis, imo citra arma nudis verbis. Hinc *Liv. lib. 9. c. 18.* ait, Populum Rom. nullo bello, multis vero prælis victum fuiſſe. ¶ Aliquando tamen bellum capitur pro prælio, *fatto d'arme*. *Varr. l. 6. L. L.* Rorarii, qui bellum committebant ante. *Florus l. 1. c. 18.* Actum erat, niſi elephanti converſi in ſpectaculum belli procurriſſent. ¶ Bellum movere, parare, comparare, indicere, gerere, conficere &c. locutiones ſunt in opt. Scriptoribus frequentiſſimæ. ¶ Gerere bellum cum aliquo duplici ratione dicitur: nam primo ſignificat, adverſus aliquem bellum gerere. *Cic. Fam. 12. ep. 22.* Nos cum Antonio bellum gerimus. Deinde eſt, una cum alio, conjunctis viribus, pugnare. *Nepos in Chabria, c. 4.* Quod Chabrias adverſum Regem bellum gereret cum Ægyptiis. V. ibi *Cellarium*. ¶ Belli, genit. pro *in bello*. *Plaut. Amph. 2. 2. 16. Cic. Salluſt.* & alii. ¶ Adhibetur etiam metaphor. Sic bellum indicere ventri, apud *Horat.* Bellum indicere voluptatibus, apud *Cic.*

Bellus, a, um, *atto, confacevole, proprio, comodo*, aptus, commodus, appoſitus. Eſt autem diminutive factum a *bonus*, pro quo *benus* olim dictum fuit. Itaque minus ſignificat, quam *bonus*. Nam *bona* dicimus ea, quæ perfectionem habent in quolibet genere: *bella* autem non item *Petron. in Satyr. cap. 25.* Belliſſima occaſio. *Cicer. Attic. lib. 5. c. 17.* Illum pueris locum eſſe belliſſimum duximus. *Id. ibid. 15. 11.* Bella eſt hujus juris quinquennii licentia, *mi comoda aſſai*. *Id. ib. 4. 16.* Bella civitas. *h. e.* tranquillus reipubl. ſtatus. *Id. ibid. 4. 6.* Epiſtola valde bella, *una lettera ben meſſa*. ¶ *Bellum eſt*, commodum eſt, utile, jucundum. *Id. Attic. 13. 49.* Eſt bellum, aliquem libenter odiſſe. ¶ *Belli cibi* dicuntur, qui ſuaves, & delicati ſunt. Unde *bellariorum* nomen ortum eſt. *Terent. Adelph. 4. 2. 51.* Unumquodque, quod erit belliſſimum, carpam. *Col. 12. 19.* Vinum belliſſimum. ¶ Dicitur interdum de rebus affabre factis. *Varr. l. 7. L. L.* Vaſa figura bella. ¶ Refertur aliquando ad pulchritudinem, *bello*. *Plaut. Aſin. 3. 3. 84.* Nimis bella es, atque amabilis. *Varr.* apud *Non. cap. 4. n. 45.* Bella uxor. ¶ Sæpe transfertur ad mores. Hinc *bellus homo* dicitur, qui lepidus eſt, facetus, feſtivus, urbanus, blandus, ſuavis, *garbato, piacevole, faceto*. *Cic. 2. de Fin. c. 31.* Hæc non poſſum dicere non eſſe hominis & belli, & humani; ſapientis vero nullo modo. *Id. Fam. 14. ep. 7.* Cicero belliſſimus tibi ſalutem plurimam dicit. *Plaut. Mere. 4. 5. 10.* Tuus pater belliſſimus amicam adduxit intro in ædes, *il galantiſſimo tuo padre*, εἰρωνικῶς. ¶ Jocus eſt in illo *Martial. l. 1. epigr. 10.* Bellus homo, & magnus vis idem, Cotta, videri: Sed qui bellus homo eſt, Cotta puſillus homo eſt. *bellus* enim cum ſit diminutivum a *bonus*, ut dictum eſt, diminutiva autem de rebus parvis dicantur, non poteſt idem & bellus, & magnus eſſe. ¶ *Bellus* quoque eſt, qui bene ſe habet, & ſano eſt corpore, ac mente hilari. *Cic. Fam. 16. 18.* Fac, bellus revertare. Hinc *belle habere*. ¶ Comparativum *bellior* perrarum eſt. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 74.* In quo Græci belliores, quam Romani noſtri. *h. e.* meliores, ut ipſe *Nonius* exponit.

Bellūtus, ſive belutus, beſtiæ ſimilis. *Feſtus.* Sed fortaſſe *belluatus* legendum eſt.

Belo, as, n. 1. idem quod balo. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.*

Belŏne, *anguſigola*, βελόνη, piſcis, al. acus, vel acicula. *Plin. l. 32. c. 7.*

Belua, æ, ſive, ut alii malunt, bellua, geminato ll, f. 1. *beſtia*, חיה, Ger. *thier*, Gall. *bête*, Hiſp. *beſtia*, θήρ, θηρίον, fera immanis, & formidabilis, quaſi minime bella, vel a *bello*, quia beſtiæ fere bellum gerunt inter ſe, & pleræque etiam cum hominibus. *Ter. in Eun.* Eo ne es ferox, quia habes imperium in beluas? ¶ Belua etiam per convicium dicitur in hominem. *Ter. in Phorm.* Quid pertimui autem, belua?

Beluālis, le, adject. ad belluas pertinens, *beſtiale*, θηριώδης. *Macrob. l. 5. Sat. c. 11.* Virgilius educationem quoque nutricationis, tanquam belualem & aſperam, criminatur. Addit enim de ſuo: Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

Beluatus, a, um, *Plaut. Pſeud. 1. 2. 14.* Tapetia beluata. *h. e.* beluris picta.

Beluīnus, a, um, *beſtiale*, θηριώδης, adject. quod eſt beluæ, ut Beluina rabies, & voluptates beluinæ, apud *Gell. l. 19. c. 2.*

Belūnum, *Cividal di Belluno*, urbs Venetiæ E. ſub Patriar. Aquilejenſi, intra montes Tauriſanos, ad Anaſſum fl. *Plin. 3. 19.*

Beluōſus, a, um, o. 1. 2. θηριώδης, quod abundat beluis. *Horat. 4. Carm. Ode 14.* Te beluoſus, qui remotis obſtrepit Oceanus Britannis.

Belus, m. 2. Βῆλος, per ſimplex l, Nembroth, fil. Chuſan, nepos Cham, pronepos Noe, pater Nini, primus Rex Aſſyriorum, ita nominatus a Sole, qui illorum lingua *Bel* dicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babilonii, & divinis honoribus illum coluere. Alii illum Saturnum, alii primum Jovem appellant. ¶ Alius item fuit, cognomento *Priſcus*, filius Epaphi, nepos primi Jovis, frater Libyes, quæ ex Neptuno Buſiridem peperit, pater Danai, Ægypti, ſeu Ægiſthi, & Agenoris, avus Phœnicis, proavus Beli junioris, & Philiſthenis, qui Sichæum genuit Didonis maritum. Dominatus eſt in Ægypto, ubi rerum cœleſtium ſcientia inventa templum meritus eſt Babylone, nomine *Jovis Beli*. Sunt, qui Belum Priſcum Jovem ſecundum exiſtiment. Ab illius nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ ſunt. ¶ Hoc etiam nomine dictus fl. Syriæ, a Ptolemaide 2. ſtad. ubi primo repertum fuiſſe vitrum *Plinius* ſcribit *l. 5. c. 29.* ¶ Item gemma, vitrea ſpecie, magnitudine nucis juglandis, in Arbellis naſcens. *Plin. l. 37. c. 10.*

Belŭus, & Belluus, a, um, beluinus. *Auguſtin. de Gram. pag. 2012. Putſch.*

Benācus, m. 2. *Lago di Garda*, Βενάκος, a Garda opp. lacus Venetiæ, in Marchia Tarvilina, in finibus Cenomanorum, inter Brixiam ad Occ. 20. M. P. & Veronam ad Ort. 12. longus inter Piſcariam arcem ad Mer. & Ripam opp. ad Bor. 30. latus, ubi plurimum, ad 6. Ex eo Mincius fl. effuſus Mantuam in Auſtr. defertur. Hic carpio piſcis reperitur, & anguillæ plurimæ capiuntur. *Plin. l. 2. c. 103.*

Bene, adverb. *bene*, recte, probe, præclare, valde, commode, ratione, היטיב, Ger. *wol*, Gall. *bien*, Hiſp. *bieu*, εὖ, adverb. ab antiquo, *benus*, pro *bonus*, quomodo dicebant *hemo* pro *homo*, *elus* pro *olus*, *Apello* pro *Apollo*. *Ter. in And.* O factum bene. ¶ Interdum ponitur pro prudenter, pulchre. *Cic. 2. Off.* Domus bene, & ratione ædificata. ¶ Interdum pro feliciter, ſive proſpere, *felicemente*. *Cic. 2. de Div.* Primis minentur extis, bene promittant fecundis. ¶ Nonnunquam pro valde, *molto*, ut Bene nummatus, *Horat. l. 1. ep. 6.* & *Cic. cont. Rullum*: ideſt pecunioſus. *Id. 3. de Orat.* Habetis ſermonem bene longum. ¶ Eſt etiam nota approbationis, cum aliorum reſponſis acquieſcimus. *Juven. ſat. 19. v. 72.* Bene habet, nil plus interrogo. ¶ Bene cogitare, vel male cogitare referuntur ad alterum, ſignificantque beneficium, aut perniciem. *Pl.* Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem liberaliorem reddens. *Cic. de Sen.* Carthaginem diu male cogitantem non prius timere deſinam, quam exciſam cognovero. ¶ Bene cum dat. & accuſ. Priſcis erat hilaritatis indicium, & ſolemnis inter pocula bene precandi formula. *Plaut. Stich. 5. 4. 27.* Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene noſtram etiam Stephanium. Et *Perſ. 5. 1. 10.* Bene mihi, bene vobis, bene amicæ meæ. ¶ Aliquando ſumitur pro large, liberaliter, ἁπλῶς. *Id. Men. 1. 2. 12.* Lanam, aurum, veſtem purpuram bene præbeo; nec quicquam eges. ¶ Bene habent tibi principia, *Ter. Phorm. 2. 3.* hoc eſt, bene vertunt. ¶ Dii bene vertunt, *Ter. Eun. 2. 3.* Sic quod bene vertat, *Virg. Ecl. 9.* ¶ Bene eſſe alicui aliqua re: h. e. abundare, *Plaut. Caſ. 2. 3. 37.* Minore nuſquam bene fui diſpendio. *Id. Menæch. 3. 2. 20.* hoc eſt, nuſquam tam bene acceptus ſum parvis impenſis. ¶ Bene velle alicui, *Plaut. Pſeud. 4. 3. 7.* Unde *benevolentia*.

¶ Bene

¶ Bene eſt, *Plaut. Caſin.* 3. 4. 15. Ital. *Va bene.*

Benedíce, adverb. a benedícus, bonis verbis, & lenibus, εὐφήμως, *Plaut. Aſin.* 1. 3. 54. Illiciebas blande ad te, & benedice.

Bene dico, a. 3. bene precor, laudo, *laudare*, *benedire*, ברך, Ger. *gutt reden*, *ſegnen*, Gal. *benir*, *dire bien*, Hiſp. *bendizir*, εὐλογέω, εὐφημέω, bene loquor de aliquo, laudo, cum dat. *Cic. pro Sext.* Cui bene dixit unquam bono? ¶ Sed fere abſolute uſurpatur pro loqui oratorie. *Cic.* 2. *de Orat.* Bene dicere autem, quod eſt ſcienter, & perite, & ornate dicere. ¶ Interdum in unam vocem coaleſcit, & regere poteſt quartum caſum. *Apulejus ad Aſclepium:* Benedicentes Deum. *Tibul. l.* 2. *el.* 1. *v.* 31. Sed bene Meſſalam ſua quiſque ad pocula dicat. Ubi per tmeſim diviſum eſt. ¶ *Benedice* pro *benedic* eſt *Plauti Auſul.* 4. 10. 57.

Bene dicta, n. 2. εὐφήματα, bona verba, & benevolentiæ plena, quibus opponuntur maledicta. *Ter. in Phor. prol.* Bene dictis ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶ Item quæ prudenter, & appoſite dicta ſunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Bene dicta male interpretari.

Benedictío, εὐλογία, *benedizione*. *Apul. in Treſmegiſto*, *p.* 92. Laudibus benedictionibuſque celebretur.

Benedictum, i, n. *buone parole*, εὐλογία, bona verba. *Terent. Phorm. prol. v.* 20. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.

Benedictus, a, um, *benedetto*, *ſacro*, conſecratus, ſanctus, apud Eccleſiaſticos Scriptores. *Tertull. ad Martyr. c.* 1. Benedicti Martyres. *Hieronym. in vita Hilarion.* Oleum benedictum. ¶ Item laudatus, h. e. de quo bene loquuntur homines. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 875. *num.* 3. Hic ſuper oſſa cineresque tuos benedicta quieſcis.

Benefacío, acis, eci, factum, ere, *far benefizio*, *beneficare*, εὐεργετέω, beneficium in aliquem conferre. *Cic.* 1. *Invent. ad fin.* Male tractari ab iis, quibus beneferimus. *Plaut. Trin.* 5. 2. 4. Siquid amicum erga beneteci. Quo ſenſu omnino videtur disjunctè ſcribendum, quemadmodum & apud *Horat.* 4. *carm. od.* 8. Neque ſi chartæ ſileant quod bene feceris. ¶ *Plaut.* 2. 2. 108. Quod bonis bene fit beneficium.

Benefactio, onis, f. *beneficium*. *Tertull.* 4. *contr. Marcion. cap.* 12. Sabbati diem benedictione patris ſanctum benefactione ſua efficit ſanctiorem.

Benefactor, oris, m. *benefattore*, εὐεργέτης, qui benefacit. *Coripp. de laudib. Anaſtaſ. Quæſt. v.* 19. fons maximus aulæ Communis benefactor herus.

Benefactum, ſubſt. n. 2. recte factum, honeſte factum, *coſa ben fatta*, הסר, Germ. *ein gutthat*, Gal. *bienfait*, Hiſp. *el bienhecho*, εὐεργέτημα, quod recte factum eſt. *Cic.* 4. *Tuſc.* Omnia benefacta in luce ſe collocari volunt. ¶ Item beneficium, meritum. *Cic.* 2. *Offic.* Benefacta male collocata, malefacta arbitror.

Benefice, *beneficamente*, cum beneficentia. *Gell. l.* 17. *c.* 5. Benefice, liberaliterque facere.

Beneficentia, æ, f. 1. liberalitas, benignitas, *beneficenza*, נדבה, Germ. *guttetigkeit*, Gal. *beneficence*, Hiſ. *beneficenzia*, εὐεργεσία, virtus, qua propenſi ſumus ad bene merendum de hominibus, propria optimæ & præſtantiſſimæ naturæ. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 43. Quid præſtantius bonitate, & beneficentia?

Beneficiárius, ii, *chi ha ricevuto beneficio*, εὐπαθών, qui beneficium accepit. ¶ Beneficiarii dicebantur milites beneficio tribunorum promoti, teſte *Vegat. l.* 2. *c.* 7. Vel ducum apparitores, ſatellites, corporis cuſtodes. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 75. Cum hac prætoria cohorte cetratorum, barbariſque equitibus paucis, beneficiariis ſuis, quos ſuæ cuſtodiæ cauſa habere conſueverat, improviſo ad vallum advolat. ¶ Quamquam non Tribunorum tantum, ſed aliorum quoque Magiſtratuum reſpectu beneficiarii dicebantur. Nam in Vet. Inſcriptionib. legere licet Beneficiarios Conſulum, Prætorum, Præfecti prætorio. Hi autem, quia a militaribus muneribus vacabant, idcirco *municipibus* opponebantur: quos a faciendo munere ſic appellari, *Feſtus* docet. *Gruter. Inſcript. p.* 51. *n.* 4. Beneficiarius Legati Conſulari. V. *Caſaub. ad Auguſt. Sueton.* ¶ Eſt etiam beneficiarius, adjectiv. i. e. ad beneficium pertinens, ut res beneficiaria, *Senec. epiſt.* 90. V. Beneficium.

Beneficium, n. 2. benefactum, meritum, promeritum, munus, *beneficio*, הסר, Ger. *ein gutthat*, Gal. *benefice*, Hiſp. *beneficio*, εὐεργέτημα. *Ter. in Eun.* Ut ſolidum parerem hoc mihi beneficium. In beneficii loco deferre aliquid alicui, apud *Cicer.* 4. *Verr.* hoc eſt conferre aliquid alicui tanquam beneficium. ¶ Beneficium facere, apud *Gell. l.* 7. *c.* 2. Beneficium dare, collocare, deferre, reddere, ſolvere, item beneficio complecti, afficere, obſtringere, alligare, obligare, &c. ſæpe apud *Cicer.* & *Teren.* ¶ Significat etiam promotiones ad altiores gradus, præſertim vero militiæ; quo ſenſu videtur intelligendus locus *Taciti* 4. *hiſtor. c.* 48. non tamen locus *Ciceronis* 5. *Fam. ep.* 20. qui ad illud Taciti caput affertur a Lipſio. ¶ Hinc qui promoti ſunt, dicuntur eſſe beneficii ejus, a quo promoventur. *Suet. in Tiber. c.* 12. Venit in ſuſpicionem per quoſdam beneficii ſui centuriones. Sic beneficii ſui facere aliquem, apud *Senec. lib.* 3. *de benef. c.* 18. eſt aliquem ſibi beneficiis obnoxium reddere. ¶ Beneficium item pro præmio publice dato ex ærario. Ital. *penſione*. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 20. Genus horum beneficiorum definitum lege non erat. Hinc deferre in beneficiis ad ærarium. V. *defero*. ¶ Aliquando beneficium dicitur id, quod rei cauſam præbet, ſeu propter quod aliquid fit. *Ter. Heaut.* 2. 4. 14. Hoc beneficio utrique ab utrique vero devincimini; h. e. ingenii & morum ſimilitudine, de qua in verſu præced. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 35. Quem Cæſar, meo beneficio, in Novocomenſes retulit: h. e. me rogante. ¶ Et in malam partem pro culpa. *Ulp. l.* 5. *Dig. Damn. inf.* Detrimentum hoc, quod beneficio ejus contingit. ¶ Sumitur & pro privilegio. *Ulpian. Dig.* 29. 1. 3. Qui voluit jure communi teſtari, ſtatim beneficio militari renuntiavit.

Benefícus, o. 1. 2. benigne faciens, benignus, liberalis, *benefico*, *chi fa beneficio*, הסיר, נדיב, Ger. *gutthetig*, Gal. *bien faiſant*, Hiſp. *bienhechor*, εὐεργέτης, *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos, & benignos fuiſſe. ¶ Comparat. beneficentior, ſuperl. beneficentiſſimus. *Cic. ibid.* Jupiter optimus, id eſt, beneficentiſſimus. *Senec. l.* 1. *de benef. c.* 4. Tu me aliquod eorum doce, per quæ beneficentior fiam. ¶ Legitur & beneficiſſimus, apud antiquos. *M. Cato* apud *Gell. l.* 17. *c.* 5. De Ptolemæo Rege optimo, & beneficiſſimo.

Bene mereor de aliquo, idem eſt ac beneficium in aliquem confero, beneficio aliquem mihi devincio, εὐεργετῶ τινα, *far beneficio a qualcheduno*. Cui opponitur male mereri. *Cic. Fam. l.* 10. *ep.* 5. Nec quicquam eſt præſtantius, quam de Republica bene mereri. *Virg. Æn.* 4. Si bene quid de te merui. Hinc

Benemerítus, a, um, ut benemeritus de Rep. h. e. qui Reip. fidelem operam præſtitit. *Cic.* 1. *Offic.*

Benedlens, entis, *di buon'odore*, bene olens. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 48. Beneolens anethum. *Propert. l.* 3. *eleg.* 15. Beneolens flumen.

Beneſuadus, a, um, qui bona ſuadet. *Apulej. in Apolog.* Paupertas conſilio beneſuada.

Beneventánus, a, um, ad Beneventum pertinens. *Cic.* 3. *Verr. c.* 15.

Beneventánus ager. *Juvenal. ſat.* 5. *v.* 46. Beneventanus ſutor.

Beneventum, n. 2. Βενέβεντον, Ptol. Βενεβέντος, *Benevento*, Urbs A. & Colonia Hirpinorum, in Regno Neapol. ad Calorem, & Sabbatum fl. a Capua 28. M. P. a Neapoli 32. a Salerno 34. Condita fuit a Diomede una cum Arpis. Olim *Maleventum* dicebatur, ſed cum eo Colonia a Romanis duceretur, boni ominis cauſa Beneventum dicta eſt. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 71. *Liv.* 9. 27.

Benevóle, adverb. *benignamente*, ברצון, Germ. *gutwvilligkich*, Gall. *avec bienveillance*, Hiſp. *con benevolencia*, εὐμενῶς, benigne, amice. *Cic. de Amic.* Hæc accipienda amice, cum benevole fiunt.

Benevólens, o. 3. qui bene vult alicui. *Plaut. in Capt.* Ecquem alium benevolentem videris. ¶ Aliquando ſubſtantive ſumitur pro amico. *Plaut. Trin.* 1. 2. 7. Cujus vox prope me ſonat? M. tui benevolentis. ¶ De Comparat. & Superlat. V. Benevolus.

Benevolentia, & benivolentia, æ, f. 1. amor, ſtudium, charitas, *benevolenza*, *amicizia*, רעוה, רחף, Ger. *gutvvilligKeit*, Gal. *bienveillance*, Hiſp. *benevolencia*, εὐμένεια. *Cic.* 1. *Offic.* Benevolentia beneficiis capitur maxime. ¶ Benevolentiam præſtare alicui, in 4. *Fam. ep.* 11. Habere benevolentiam erga aliquem, apud *Cic.* 1. *Offic.* Conciliare animos ad benevolentiam, apud *Cic.* 2. *de Orat.* Benevolentiam conciliare, captare, acquirere, conſectari, &c. paſſim apud *Cic.* Sic benevolentia complecti, & colere aliquem, apud *eund.*

Benevolentus pro benevolus. Affert *Paſſerat. in Lex.* locum *Plauti in Truculent.* 2. 2. 61. At pol hero benevolentus ut is eſt ſuo! Sed ita ibi legendum cum melioribus libris. *At pol hero benevolens ut is eſt ſuo!*

Benevólus, & benivolus, a, um, o. 1. 2. *benevolo*, *amico*, רעוה, Ger. *gutvvillig*, εὐμενής, bene volens, vel bene cupiens alicui. *Cic.* 2. *Ver.* Benevolo animo me, ut caverem, præmonebat. ¶ Comparat. & Superlat. gradum mutuatur a *benevolens*. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 12. Benevolentior tibi, quam tui, nihil fum factus. Et *l.* 5. *ep.* 16. Officio fungi benevolentiſſimi, atque amiciſſimi.

Benígne, adv. *benignamente*, Ger. *freundlich*, Gal. *benegnement*, Hiſp. *benignamente*, δωρεῶς, liberaliter, amice, benevole. *Ter. Hec.* Quod opus ſit, benigne præbeatur. *Cic.* 1. *Offic.* Aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. *Curt. l.* 8. *c.* 6. *num.* 19. Rex benignius, quam alias, allocutus. *Cic.* 4. *Verr. c.* 4. Benigniſſime promittere.

Benignítas, atis, f. 3. liberalitas, comitas, humanitas, *benignità*, *liberalità*, הסר, Ger. *guittigkeit*, Gal. *benignité*, Hiſp. *benignidad*, εὐεργεσία. *Cic.* 1. *Offic. c.* 14. Ne major benignitas ſit, quam facultates. *Horat. Epod.* 1. *v.* 31. Satis ſuperque me benignitas tua ditavit. ¶ Sumitur etiam pro humanitate, ſeu comitate. *Cic. pro Dom.* Veſtra in me attente audiendo benignitas.

Benígnĭter, *benignamente*, benigne. *Titinius* apud *Non. c.* 11. *n.* 9. Nimium te patrocinari cenſeo beniginter.

Benígnus, a, um, o. 1. 2. liberalis, beneficus, munificus, blandus, comis, *benigno*, *liberale*, הסיר, נדיב, טיב, Ger. *guttig*, *trevv*, Gal. *benin*, Hiſp. *benigno*, εὐεργετικός, ab antiquo *benus*, addito *gnus*; vel ut Feſtus ait, quia proprie ille eſt, qui bonis, & dignis largitur; vel a *bene*, & *gigno*, unde benignam terram dicimus fructus abunde reddentem, *fruttifera*. *Plin. de Ægypto*, Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Futuros benignos, & beneficos fuiſſe. ¶ Item facilis, comis, humanus. *Plaut. Trin.* 2. 4. 58. Beniginorem, Lesbonice, te mihi confido fore. *Plin. l.* 35. *c.* 2. Beniginiſſimum inventum. ¶ Cum genit. jungit *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 3. illo verſu: Vini, ſomnique benignus, *h. e.* large indulgens vino, & ſomno.

Benna, æ, f. 1. teſte Feſto, lingua Gallica, corbis, ciſta, item vehiculum vimineum quadratum, duabus rotis volubile a βένα, *eo. Cat. de R. R. c.* 23. Bennæ emantur.

Beo, as, a. 1. *beatificare*, *beare*, אשר, Ger. *ſelig machen*, Gal. *rendre heureux*, Hiſp. *beatificar*, *hazer beato*, μακαρίζω, beatum facio, translate conſolor, *conſolare*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 12. Hoc me beat. *Ter. in Andr.* 1. 1. 78. O factum bene! beaſti.

Berecynthía, V. Cybele.

Berecynthiácus, a, um, adject. a Berecyntho, ut Berecynthiacus ſacerdos, apud *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 51.

Berecynthiádes, æ, patronym. Affertur ex *Ovid. in Ibin*, *v.* 508. Sed ibi alii alia leg.

Berecynthius, a, um, adject. ut cornu Berecynthium, *Horat. l.* 1. *od.* 18. id eſt, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecynthiæ ſacerdotes. *Virg. Æn.* 9. *v.* 82. Ipſa Deum tertur genitrix Berecynthia. Ubi *Serv.* ſine aſpiratione ſcribi oportere *Berecyntia* docet, quia a Berecynto dicatur Phrygiæ monte: addi vero aſpirationem, cum Cynthum Deli montem dicimus.

Berecyntus, m. 2. vel Berecynthus, *Berécyntos*, mons Aſiæ, in confin. Phrygiæ Magnæ, & Cariæ, apud Marſyam fl. & Celænum M. non procul ab Apamea, apud quem Cybele colebatur, unde Berecyntia dicta eſt.

Berenice, es, f. 1. Βερενίκη, Ptolemæi Lagi uxor, Regina Ægypti, a cujus nomine Ptolemæus Philadelphus ejus filius inſignem urbem in ſinu Arabico condidit. *Plin. l.* 6. *c.* 29. ¶ Fuit & alia, Ptolemæi Philadelphi, & Arſinoes filia, quæ Ptolemæo Evergetæ fratri nupſit. Hæc, cum Ptolemæus expeditionem in Aſiam ſuſcepiſſet, vovit, ſe comam ſibi detonſuram, qua nihil pulchrius unquam viſum eſt, Venerique dicaturam, ſi incolumis reverteretur. Igitur Ptolemæo reverſo Berenice abſciſſos crines tulit in templum Veneris. Cum poſtridie coma non apparuiſſet, ægre id ferente Rege, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, inter ſidera collocatam affirmavit, ſeptem ei figura vacuas ad caudam leonis oſtendens ſtellas, in quas Berenices comam mutatam aſſerebat.

Berenice, f. 1. Bernice, *Choſair*, *Alchaſir*, *Celir*, Βερενίκη, urbs Ægypti, ad ſin. Arabicum, in conf. Æthiopiæ, condita a Ptolemæo Philadelpho, & de nomine matris appellata. ¶ Item Berenice, Heſperia, *Bernich*, urbs A. Cyrenaicæ, mar. una ex quinque urbibus Pentapolitanæ reg. opus Ptolemæi Evergetæ ex nomine uxoris. ¶ Hic erant horti Heſperidum.

Berenicēus, a, um, ad Berenicem pertinens. *Catull. Carm.* 66. E Berenicео vertice ceſariem.

Berenícis, vel Beronicis, idis, & Berenice, nomen eſt multarum civitatum, quarum una eſt in Libya Cyrenaica prope Syrtes, ex illis, quæ Pentapolim efficiunt. De hoc tractu *Lucan. l.* 9. *v.* 523. Nam quidquid pulvere ſicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes.

Bergomates, Bergomi incolę, *Plin. l.* 3. *c.* 17. ¶ *Id. l.* 34. *c.* 1. Bergomatium ager.

Bergómum, n. 2. *Bergamo*, urbs Venetiæ, in Cenomanis, in monte, E. ſub A. Mediol. inter Mediolanum, & Brixiam ad Or. utrinque 30. M. P. quot a Como in Or. inter ſſ. Brembum, & Serium, condita ab Orobiis una cum Como, & Foro Licinii, teſte Catone. Populi Bergomates. Gent. Bergomas, atis.

Berſnum veſtimentum, h. e. rufum. *Plaut. Epid.* 2. 2. 49. Sed al. leg. cerinum, id eſt ceræ colore.

Berŏe, anus Epidauria, ſub cujus ſpecie Juno Semelem decepit, *Ovid.* 3.

Mess. ¶ Item conjux Dorycli Ismarii. *Virg. l.* 5. ¶ Beroa, urbs. V. Berrhœa.

Berrhœa, f. 1. *Βέρροια, Βερροία, Veria*, Turc. *Boor*, urbs A. Macedoniæ, in Æmathia reg. prope Ludiam flu. inter Allacmonem, & Axium fl. ¶ Item Berrhœa, Beroea, Beroa, Beroe, *Aleppo*, urbs, & Empor. Syriæ, ad Marsyam flu. media inter Antiochiam, & Hierapolim. Sed aliis *Aleppo* Hierapolis est.

Berrones, Verones, pop. Hisp. Tarrac. sub Celtiberis, inter Autrigones, Caristos, & Pelendones, juxta Iberum fl. ubi nunc pars Rivogiæ prov.

Berōsus, m. 2. Chaldæus, cui ob admirandam prædicendi futura scientiam Athenienses in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. *Plin. l.* 7. *c.* 37.

Berous, m. 2. collis Taurorum, tres habens fontes sine remedio, & sine dolore mortiferos. *Plin. l.* 2. *c.* 103.

Beryllus, li, m. 2. *Βήρυλλος*, gemma subviridis, perlucida, similis smaragdo, sed cum pallore, vix alibi, quam in India, reperta, cujus novem species *Plin. l.* 37. *c.* 5. enumerat. *Propert. l.* 3. Et solitum digito beryllus adederat ignis.

Berytensis, se, Berytius, ut Berytensis colonia. *Ulpian. Dig.* 50. 15. 1. ubi al. leg. *Berytiensis*.

Berytius, a, um, adject. possess. a Beryto, ut berytium vinum, Berytia uva. *Plin. l.* 14. *c.* 6. & *l.* 15. *c.* 17.

Berytus, & Beryta, *Βαρυτὸς, Βήρυτος*, Col. & urbs E. & Emp. Phœniciæ lit. sub Patr. Antiocheno, Montt Libano subjecta, Justiniani temporibus Legum studiis celeberrima. ¶ Penultima hujus vocis corripitur ab *Avieno in descript. Orbis Terræ v.* 1080. at producitur a *Prisciano in Periegesi v.* 833.

Bes, bessis, *assis uncia*, m. *dimidium*, m. 3. compositum ab asse, octo significans uncias. *Fest.* Bes appellatus est, quod bis triens fit. *Cic. ad Att. l.* 4. *ep.* 15. Fœnus ex triente factum erat bessibus. ¶ Legitur & nominativus *bessis* apud *Festum*, modo emendata sit lectio. Bessis (inquit) unciæ octo, trientis quatuor. ¶ Bes etiam est Geometrarum mensura, continens octo partes jugeri in duodecim partes divisi. *Col. l.* 5. *cap.* 1. ¶ Bes denique accipitur pro poculo bessis mensuram continente. *Martial. l.* 11. *epig.* 37. Quincunces & sex cyathos, bessemque bibamus.

Bessālis, le, adject. a bes, ut bessiales laterculi, *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. qui sc. octo pollicum longitudinem habent.

Bessi, *Βέσσοι*, pop. Thraciæ, seu Mysiæ, in conf. juxta Hebrum fluvium, inter Hemum, & Pangeum M. quorum præcipua urbs Philippopolis. Gens fera est, & latrociniis sueta. *Strab. l.* 7. ¶ Metallorum divites, & in effodiendo auro solertes fuisse significat *Claudian. in Paneg. de Conf. Mall. Sac. v.* 41. Quidquid luce procul venas rimata sequaces Abdita pallentis fodit solertia Bessi.

Bessĭcus, a, um, adject. ut Bessica gens, apud *Cic. in Pison. c.* 34.

Bestĭa, f. 1. *bestia*, חיה, Ger. *thier*, Gal. *bête*, Hisp. *bestia*, *Θηρίον*, crudelitatem videtur exprimere, *bellua* magnitudinem, & quasi monstrositatem, *fera* opponitur cicuri. Dicta est, vel a vastando, vel quia vestiendis hominibus inservit. *Ulp. Dig.* 3. 11. & 9. 1. 1. Bestias accipere debemus magis ex feritate, quam ex animalis genere, quæ proprio morsu, vel unguibus sæviunt, ut pardi, leones, tigrides, a vastando. ¶ Bestiæ a *Cic.* etiam pisces, & volucres appellantur *Tusc. 5. c.* 13. ubi ait: Natura alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit: alias volucres, cœlo frui libero: serpentes quasdam, alias gradientes, &c. ¶ Per convicium de malo homine usurpatur. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 21. Mala tu es bestia. ¶ Ad bestias damnari dicebantur, qui bestiis laniandi objiciebantur. *Gell. l.* 5. *c.* 14. ¶ Est & *Bestia* inter Romana nomina. *Plin.* 27. 2.

Bestialis, le, *bestiale*, *Θηριώδης*. *Prudent. hymn. jejun. v.* 153. Impexa villis virgo bestialibus. *Sidon. l.* 8. *ep.* 14. bestiale corpus.

Bestiarii, m. 2. *Θηριομάχοντες*, qui damnabantur, ut bestiis subjicerentur, & qui citra damnationem intromittebantur in arenam cum bestiis pugnaturi. *Cic. pro Sext.* Unus leo, ducenti bestiarii. ¶ Auctor est *Ulpianus*, eos, qui operas locaverunt, ut cum bestiis depugnarent, notari infamia.

Bestiarĭus, a, um, adject. bestialis, ut ludus bestiarius, *Senec. epist.* 70.

Bestiŏla, læ, f. 1. *bestiuola*, *Θηρίδιον*, dim. a bestia. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 48. Dissimillimæ bestiolæ. *Plin. l.* 11. *c.* 6. Contra aliarum bestiolarum aviditates.

Beta, *βῆτα*, secundæ literæ apud Græcos nomen. *Juvenal. sat.* 14. *v.* 209. Hoc discunt omnes ante alpha, & beta puellæ. ¶ Translate ponitur pro secundo, sicut *alpha* pro primo. V. Alpha. ¶ Declinatur etiam beta, æ, f. *Auson. in Technopeg.* Dividuum betæ monosyllabon Italicum B. ¶ Est etiam nomen herbæ. *Colum. l.* 10. *v.* 251. folio viridi, pede candida beta.

Beta, æ, f. 1. *bietola*, *bieta*, *τεῦτλον*, Ger. *mangolt*, *oder kel*, Gall. *betterave*, Hisp. *acelga*, herba, a figura literæ Græcæ, cum turget semine, quę, quod insipida sit, fatua peculiari epitheto appellatur. *Mart. l.* 13. *epig.* 10. Ut sapiant fatuę Fabiorum prandia betę.

Betacĕus, a, um, adject. ad betam herbam pertinens, ut betaceus pes: h. e. betę caules. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2.

Bethleem, f. indecl. *Βηθλεέμ*, prius Ephrata, urbs Judææ a Jebusæis condita, in tribu Juda, E. sub Patr. Hierosolymitano, ab Hierosolymis 7. M. P. Hebron versus in Austr. dicta, quod ibi Jacob pecora sua pavit, nam interpretatur *Domus panis* orbium omnium fortunatissima, in qua Rachel occubuit, David natus, & mortuus est, Jesus Christus æterni Dei Filius, humani generis Redemptor, natus est ex Maria Virgine.

Bethleemĭcus, a, um, Bethleemiticus. *Juvenc. l.* 1. *in c.* 2. *Matth.* Crudeli tinxit Bethleemica compita cæde.

Bethlemitĭcus, a, um, ad Bethleem pertinens, ut *Hieronym. epist.* 27. Bethlemitica rura.

Bethlemītis, e, Bethlemiticus. *Hieronym. epist.* 27. Bethlemiti conditur antro.

Bethlĕus, a, um, Bethlemiticus. *Sedul. l.* 2. *v.* 73. Talia Bethleis dum signa geruntur in oris. ¶ Quidam scribunt *Bethlæus*.

Betis, V. Bætis. ¶ Est etiam nomen herbæ, nempe beta. *Seren. Sammon.*

Betizāre, vel Betissāre, pro *languescere* usurpabat sæpe Augustus, teste *Sueton. in ejus vita, c.* 87. a *beta*, quæ herba est mollis, & languida. *Catull. carm.* 66. *v.* 21. Languidior tenera cui pendens sicula beta.

Beto, is, n. 3. *andare*, eo, vado, ambulo, *πορεύομαι*. *Varr.* apud *Non.* 2. 73. Multos toras betere jussit. *Plaut. Curc.* 1. 2. 52. Qui me æque fortunatus erit, si illa ad me betet, Palinure? ¶ In Plautinis libris sæpius legitur *bito*.

Betonĭca, f. 1. seu vetonica, aut vettonica, *bettonica*, Ger. *betonien*, Gal. *betoine*, Hisp. *betonica*, *κέστρον*, herba plurimarum virtutum, a Vettonibus Lusitaniæ opp. Lat. ferratula, a foliis circumquaque serratis, Græce *κέστρον*, ab *ἀκέσμαι*, medeor, quia variis morbis medetur, & *ψυχότροφον*, a *ψυχρὸς*, frigidus, & *τρέφομαι*, nutrior, quia in humidis locis crescit. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Betulla, f. 1. *σημὺς*, gemino ll, arbor Gallica mirabili candore, atque tenuitate, virgis aptissima, ex qua Galli bitumen excoquebant, quam Romani in Italiam transtulerunt, & ex ea falces conficiebant, qui Magistratibus præferrentur. *Plin. l.* 16. *c.* 18. ¶ Scribitur & *Betula*.

B A N T E I.

Biæon, *Βίαιον*, vinum factitium, ex uvis ad Solem siccatis, & aqua marina, valetudinis causa, a *Βία*, vis, robur, quod vinolentum sit, & efficax contra morbos. *Plin. l.* 14. *c.* 8.

Bianor, m. 3. filius Mantus, & Thusci fluminis, al. Ocnus, qui Mantuam a nomine matris dixit. ¶ Item unus ex Principibus Trojanis occisus cum Oileo auriga ab Agamemnone.

Biarchia, æ, officium Biarchi. *Leg.* 1. *Cod. de off. magistri offic.* Ad Biarchiam nemo suffragio, sed labore unusquisque perveniat.

Biarchus, i, qui commeatui præest, rebusque ad vitam sustentandam necessariis comparandis. *Βίος* enim græce non vita modo, sed & victum significat. *Leg.* 3. *Cod. de Agent. in reb.* Biarchorum nomen, meritumque commemoratur. Adde *l.* 2. *Cod. de Offic. Pr. Præt. per Afric.* & *Hieronym. ad Pammach. epist.* 6. *c.* 5. ubi Biarchi, & Circitores conjunguntur.

Bias, Biantis, m. 3. *Βίας*, Philosophus Prienensis, unus ex septem Sapientibus Græciæ. *Cic. de Amic. & Parad.* 2. Fuit vir totus Regius, & civium suorum princeps, quos diu adversus pericula tutatus est. Capta patria, cum universi fugerent rerum pretiosissimarum farcinulis onusti, ipseque interrogaretur, cur ex bonis suis solus nihil secum ferret, respondit: *Omnia bona mea mecum porto*. Fortuita enim inter bona sua non numerabat. *Laert.*

Bibaculus, i, nomen Poetæ, de quo *Tacit.* 4. *Ann.* 34. & *Hieronym. in Chronic.* Cremonæ natus est, fuitque paullo minor Cicerone.

Bibax, o. 3. *bevitore*, שכר, Ger. *seufter*, Gal. *beuveur*, Hisp. *bevedor*, *πολυπότης*, bibendi avidus, nimius potator. *Gell. l.* 3. *c.* 12. Bibendi avidum P. Nigidius in Commentariis Grammaticis bibacem, & bibosum dicit. Bibacem ego, ut edacem a plerisque aliis dictum lego: bibosum dictum nusquam reperi nisi apud Laberium. Hæc *Gellius*.

Biber, antiquum nomen, *τὸ πῖον*, ab infinito *bibere*. *C. Fann. Ann.* 8. Domina ejus, ubi villam emerat, jubebat biber dari. *Cato* quoque usus *in Originib.* Sed & *Titinn. in Præl.* Date illi biber, iracunda est. Hæc habet *Charis. l.* 1.

Biberĭus, m. 2. Tiberii Cæsaris agnomen joculare, ob nimiam vini aviditatem. *Suet. in Tiber. c.* 42.

Bibesĭa, æ, f. 1. *φιλοποσία*, vocabulum a *Plaut. in Curc.* 2. 3. *v.* 74. confictum pro nimia bibendi aviditate. *Fest.*

Bibītor, oris, m. 1. *bevitore*. *Sidon l.* 1. *epist.* 8. Bibitor Araricus.

Bibĭtus, a, um, *bevuto*, particip. a bibo, is, *Æmil. Macer cap. de porro*. Commixtus porri succus lacti muliebri, Et bibitus. *Plin. Valerian. l.* 2. *c.* 18. Equi lingua inveterata, ex vino bibita valet.

Bibliopōla, m. 1. *libraro, venditore di libri*, Ger. *buchführer*, Gal. *libraire*, Hisp. *librero*, *βιβλιοπώλης*, qui libros vendit, ex *βιβλίον*, liber, & *πωλῶ*, vendo. *Martial.* 4. 72. Habet bibliopola Tryphon. Adde *Plin. lib.* 9. *ep.* 11.

Bibliothēca, f. 1. *libreria*, בית ספרים, Ger. *buchladen*, *bibliotheck*, Gal. *bibliotheque*, Hisp. *libreria*, *βιβλιοθήκη*, tam librorum per se magnus numerus, quam locus, ubi libri sunt, appellatur, ut *lib.* 32. *Digestorum* scribit *Ulpian. Cicero ad Sulp.* Meam bibliothecam multorum nummorum tractavit. ¶ Latinis *libraria* dicitur. *Gell. l.* 5. *c.* 4. Forte in Libraria ego, & L. Paulus confederamus. ¶ Est & bibliotheca inscriptio, qua Diodorus historiam suam nominavit. *Plinius in proœm. Oper.* Diodorus Bibliothecam, historiam suam inscripsit. ¶ Bibliothecæ, ut scribit *Vitruvius*, ad Orientem spectare debent. Usus enim librorum matutinum expostulat lumen. ¶ *Servus a bibliotheca* est, qui bibliothecæ curandæ præpositus, *bibliotecario*. Legitur non semel in antiquis Inscriptionibus apud *Gruter. pag.* 584. *n.* 4. 6. 7. &c. ubi *bybliotheca* per y scripta legitur a Græco *Βύβλος*, papyrus, ex qua fit charta: sed & *bibliotheca* per *i* optime scribitur, a *Βίβλος*, liber.

Bibliothecalis, le, adject. ad bibliothecam spectans. *Sidon. Apoll. l.* 8. *ep.* 4. Thesauris bibliothecalibus large refertus. *Martian. Capella lib.* 4. Bibliothecalis copia.

Bibliothecula, æ, diminut. a bibliotheca, *picciola libreria*. *Symmach. l.* 4. *epist.* 18. Sume ephemeridem C. Cæsaris, decerptam bibliotheculæ meæ, ut tibi muneri mitteretur.

Biblis, idis, f. 3. filia Myleti, & Cyanes, cum fratrem Caunum deperiret, atque ab eo merito repelleretur, soluta in lacrymas tandem in fontem mutata est. *Ovid. in Ibin, v.* 459. Biblides, & Canaces, sicut facit, ardeat igne. ¶ Scribitur & *Byblis*.

Biblus, fem. 2. *Βίβλος*, juncus, planta Aegypti, al. papyrus, unde olim chartæ scribendi causa fiebant. *Lucan. l.* 3. *vers.* 222. Nondum tlumineas Memphis contexere biblos Noverat. ¶ Scribitur & *byblus*.

Bibo, bis, bibitum, poto, perpoto, *bere*, שתה, Ger. *trincken*, Gal. *boire*, Hisp. *bever*, *πίνω*, a *πίνω*, vel *πίω*, *bibo*, & de iis dicitur, quæ haustum habent. *Plaut. in Stich.* Vide, quot cyathos nos bibimus. *Propert. l.* 2. *el.* 18. *v.* 33. Ex una sæpe bibemus aqua. ¶ Et passive, præfertim in tertiis personis. *Juven.* Nulla aconita bibuntur fictilibus. ¶ *Virg. l.* 11. etiam iis junxit, quæ vim attrahendi humorem nullam habent. Hasta sub exertam donec perlata papillam hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem. ¶ Bibere etiam accipitur pro studiose audire. *Horat. l.* 2. *Carm.* Pugnas, & exactos Tyrannos densum humeris bibit aure vulgus. ¶ *Aut bibat, aut abeat. Cic.* 5. *Tusc. c.* 41. proverb. a Græcis deductum, quo monemur, ut aut tempori, locoque nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. ¶ Bibere mandata, h. e. præ nimio potu oblivisci quod mandatum fuerat, *Plaut. Pers.* 2. 1. 3. & *Amph.* 2. 1. 84. ¶ Pro summo bibere, *bere per l' ultima volta*, apud *Plaut. Stich.* 5. 4. 33. sed locus hic non caret contentionibus. ¶ Bibere nomen alicujus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 51. Ut jugulem curas, nomen utrunque bibam. Nempe Romanis hic mos fuit, ut in honorem, ac jucundam amici memoriam tot biberent cyathos, quot literis ejus nomen constaret. *Id. l.* 1. *epigr.* 72. Nævia sex cyathis, septem Justina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quattuor, Ida tribus. ¶ Metaphorice *Virgil.* usus est *Ecl.* 3. Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt: h. e. Cessate a cantu: jam enim satis audivimus. ¶ Apud *eund. l.* 1. *Geor. v.* 380. bibere dicitur cœlestis arcus, ex opinione scilicet, & errore vulgi credentis Irim cornibus suis aquam haurire: atque ideo inter signa pluviæ ponitur. ¶ Bibere mores maternos, apud *Claudian. de Nupt. Honor. v.* 231. est imbibere. Sic Lana bibit colorem. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Bibere amorem. *Virg.* 1. *Æn.* quod *Stat.* dixit 1. *Achil.* bibere novum ignem totis ossibus. ¶ Malum mœrorem bibere, *Plaut. Aulul.* 2. 3. 12.

Bibo, onis, bibax, bibitor, *bevitore*. *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 4. *fub fin.* Epulones, & bibones.

Bibōsus, a, um. o. 1. 2. bibendi avidus, nimius potator, a *bibo*, *is*. *Laberius* apud *Gell. l.* 3. *c.* 11. Non annosa, non bibosa, non procax. Vocabulum est *Laberii*, nec videtur usurpandum. V. *Bibax*.

Bibŭlus, a, um, *che riceve, e assorbe*, *πολυπότης*, *ποτικὸς*, quod facile for-

sorbet. *Virg. ad Messalam*, Inverso bibulum restringens lumen olivo. Lumen enim bibit oleum, ideſt, ardendo consumit. *Lucan.* 4. 136. Conficitur bibula Memphitis carta papyro. Nam sorbet atramentum. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 91. Potores bibuli media de nocte Falerni oderunt porrecta negantem pocula. Sic arena bibula, quæ aquam facile sorbet. *Virg.* 1. *Georg. v.* 114. Aures bibulæ, i. e. avidæ. *Perſ. Sat.* 4. *ad fin.*

Bibrĕvis pes, pyrrhichius, *Diomed. Gram. l.* 1. *pag.* 471. *Putſch.*

Bicamerātus, a, um, duplicem cameram habens. *Hieronym. adverſ. Jovinian. l.* 1. *c.* 9.

Biceps, bicipitis, o. 3. *coſa, che ha due capi*, Ger. *zweykopffig*, Gall. *de deuxtetes*, Hiſp. *de dos cabecas*, δικέφαλος, quod habet duo capita. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 53. Si puella nata biceps eſſet. ¶ Translate *civitas biceps* eſt in duas partes, ſeu factiones diviſa. *Varr.* apud *Non.* 6. 36. & *Flor.* 3. 17. ¶ Olim dicebatur *bicipes* in recto ſingulari: *Priſcian. in fine l.* 6.

Bicepſos, i, idem ac biceps, ut bicepſos mons, *Varr. l.* 4. *L. L.*

Biclinĭum, n. 2. *luogo, dove ſtanno due letti*, Gall. *chambre a deuxlits*, Hiſp. *lugar para des camas*, δικλινιον, locus, ubi duo lecti ſunt, ex Latin. *bis*, & Græc. κλίνη, *lectus*. *Plaut. in Bacch.* 4. 4. 102. In biclinio cubitum eatis.

Bicŏlor, adject. 3. *di due colori*, Germ. *das zweyerley farbenhat*, Gall. *de deux couleurs*, Hiſp. *de dos colores*, δίχροος, duorum colorum. *Ovid.* 11. *Met.* Myrtea ſylva ſubeſt bicoloribus obſita baccis.

Bicolorĕus, vel Bicolōrus, a, um, bicolor. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 13. Vexilla bicolora. *Apulei. in Apolog.* Tæniæ bicoloræ. Utrobique al. leg. *bicoloreus*.

Bicŏmis, e, duplicem habens comam, ut Equus bicomis, h. e. qui comam habet utrinque pendentem. *Veget. de re Veterin.* 1. 56.

Bicornĭger, a, um, bicornis. *Ovid. Heroid. ep.* 13. *v.* 33. Ut quas pampinea tetigiſſe bicorniger haſta creditur. *h. e.* Bacchus.

Bicornis, o. 3. *di due corna*, Ger. *das zwey horner hat*, Gal. *de deux cornes*, Hiſp. *de dos cuernos*, δικέρως, quod habet duo cornua. *Virg.* 1. *Georg. v.* 264. Furcaſque bicornes. *Horat. Carm. ſæc. v.* 35. Luna bicornis.

Bicorpor, is, *di due corpi*, Ger. *das zwey leib hat*, Gal. *de deux corps*, Hiſp. *de dos cuerpos*, δίσωμος, duorum corporum. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 9. *ex Sophocle ſub Herculis perſona* Bicorporem afflixit manum. hoc eſt Centauros.

Bicorporĕus, a, um, bicorpor. *Jul. Firmic. l.* 2. *c.* 12. Gemini ſignum in Cœlo bicorporeum.

Bicors, ordis, qui duplex habet cor; & translate verſutus, vafer. *Commodian. inſtruct.* 11. Bicors virgo.

Bicubitālis, o. 3. *di due cubiti*, Germ. *das zweyelenbogen lang iſt*, Gal. *de deux coudes*, Hiſp. *de dos codos*, δίπηχυς, duorum cubitorum. *Plin. l.* 20. *c.* 23. Bicubitalis caulis.

Bicubĭtus, a, um, bicubitalis. *Apuley. de herb. c.* 72. Herba ramulis bicubitis.

Bicurgĭum, *Erffurdt, Erfurt, Erdfurt, Erford*, urbs ampliſſima, & Acad. Germ. Thuringiæ caput, ad Jeram flu. inter Herbipolim, & Vittebergam.

Bidens, tis, *di due denti*, qui duos habet dentes. *Plin.* 7. 56. Anchora bidens. *Auct. Priap. carm.* 83. Anus bidens. ¶ Item ovis circa bimatum, dicta, quod inter octo dentes duos eminentiores habet. *Hygin. Feſt. Serv. Iſidor. Voſſ.* vel quod binos ordines dentium habet in utraque maxilla. Sed alii volunt, hoſtias bimas hoc nomine intelligi, eas primo dictas eſſe *bientes*, quaſi *biennes*, poſtea bidentes dici cœpiſſe, d litera ex ſuperfluo interjecta, ſicut in *redeo*, ad hiatum duarum vocalium præcavendum, vel vocabulo corrupto longo uſu loquendi. *Vet. Horatii Interpres, ad Od.* 13. *l.* 3. *Agell. Non. Marcell. Macrob.* Vide *Gell. l.* 10. *c.* 4. Ex quo etiam notandum eſt, non oves modo, ſed & tauros, & verres bidentes dici. ¶ Item bidens, inſtrumentum ruſticum foſſorium, quod duos dentes habeat, *ſarchio*, *marra*. *Tibull.* 2. 3. 6. Verſarem valido pingue bidente ſolum. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 128. Bidentis amans. *h. e.* agriculturæ ſtudioſus.

Bidenſes, ium, populi Siciliæ, quorum oppidum *Bidis* prope Syracuſas. *Cic.* 4. *Verr. c.* 22. ¶ Sæpius dicuntur *Bidini*, ut *ibid.* & *c.* 23. 24. & 25. & apud *Plin.* 3. 8.

Bidental, n. 3. locus, aut ædificium fulmine ictum, & bidente, ſeu ove expiatum, & conſecratum, quæ ibi immolabatur, & ſepeliebatur, quod ingredi, & calcare nefas erat. *Nonius* bidental dici vult, quod binæ pecudes mactarentur. *Perſ. Sat.* 2. *v.* 27. *de homine fulgurito*, Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.

Bidentālis, e, ad bidental pertinens. *Sacerdotes bidentales* dicti ſunt, qui fulmina procurabant. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 96. *n.* 5. & 6.

Bidini. V. Bidenſes.

Bidŭum, n. 2. *lo ſpazio di due giorni*, יומים, Ger. *zweyentag*, Gal. *deuxiours*, Hiſp. *dos dias*, δύο ἡμέρας, ſpatium duorum dierum. *Terent. in Eun.* Biduum ſaltem ut concedas ſolum. ¶ Biduo continenti, duobus diebus continentibus. *Suet. in Gal.* Ultro, citro commeavit biduo continenti.

Biennis, o. 3. *di due anni*, Germ. *von zweyen jahren*, Gal. *de deux ans*, Hiſp. *dos anal*, διετής, duorum annorum, ut triennis trium. *Plin. l.* 2. *c.* 82. Bienni ſpatio. Al. leg. *biennii*.

Biennĭum, ii, n. 2. *lo ſpazio di due anni*, שנתים, Ger. *zwey jar*, Gall. *l'eſpace de deux ans*, Hiſp. *eſpacio de dos anos*, διετία, ſpatium duorum annorum. *Cic. de Amic.* Biennio autem poſt Caſſia. *Plaut. Bacch.* 2. 1. 1. Biennio poſtquam hinc abii.

Bifarĭam, *in due parti*, Ger. *auff zwey weg, auff zwo weiſſ*, Gal. *en deux parties, en deux manieres*, Hiſp. *en dos partes, o maneras*, δίχως, adverb. duobus modis, vel in duas partes, a *bis*, & *fari*, loqui. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 11. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ. *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 4. Diviſus annus bifariam.

Bifarius, o. 1. 2. duorum generum, vel partium. *Apul. l.* 3. *Dogm. Plat. c.* 39. Bifaria ſit ſublata illatio. *Ammian. l.* 18. *c.* 8. Ratione bifaria.

Bifer, vel Bifĕrus, a, um, δίφορος, δίκαρπος, quod bis quotannis fructum fert. *Col. l.* 5. *c.* 10. Fabulantur Poetæ, Alcinoi Phæacum Regis pomaria fuiſſe bifera. *Virg.* 4. *Georg. v.* 117. Biferique roſaria Pæſti. ¶ *Manil. l.* 4. *v.* 230. Biferum Centauri corpus. *h. e.* equina, & humana forma conſtans.

Bifeſtus, a, um, *Prudent. periſtephh. 6. in fi.* Feſtum SS. Petri, & Pauli vocat diem bifeſtum.

Bifidātus, a, um, *feſſo in due parti*, in duas partes fiſſus. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Folia lateribus in ſe bifidatis.

Bifĭdus, a, um, o. 1. 2. *feſſo in due parti*, Ger. *zu zweytheil zerſpalten*, Gal. *qui eſt fendu, ou ſe fend en deux*, Hiſp. *coſa endida en dos partes*, δίχηλος, in duas partes fiſſus. *Ovid. Met.* 14. 303. Bifidoſque relinquit rima pedes.

Bifiſſus, um, idem quod bifidus. *Solin. c.* 51. Bifiſſæ ungulæ.

Bifŏris, re, o. 3. *che ha due porte*, Ger. *das zwo, thiren hat*, Gal. *a deux battans*, Hiſp. *de dos puertas*, δίθυρος, quod habet duas fores. *Ovid.* 3. *de Pont.* Bifores intrabat Luna feneſtras. ¶ Ponitur metaph. pro biſono, impari. *Virg.* 9. *Æn.* Biforem dat tibia cantum. *Serv.*

Biformātus, o. 1. 2. *di due forme*, Gall. *de deux formes*, Hiſp. *de dos formas*, διμόρφος, biformis. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 8. *ex Sophocle convertens*, non biformato impetu Centaurus ictus corpori infixit meo.

Biformis, me, o. 3. duas habens formas. *Virg.* 6. *Æn. v.* 25. Miſtumque genus, proleſque biformis.

Bifōrus, a, um, adject. idem quod bifloris. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Ipſa forium ornamenta non fiant cerofrata, neque bifora, ſed valvata.

Bifrons, tis, o. 3. *di due fronti*, Ger. *der zwey ſtirnen hat*, Gal. *qui a deux fronts*, Hiſp. *coſa que tiene dos frentes*, διμέτωπος, qui duas frontes habet, Jani epitheton, quod præterita ſciverit, & futura præviderit, vel quia Superum, & Inferum janitor eſt. *Virg.* 12. *Æn. v.* 198. Janumque bifrontem.

Bifurcus, o. 1. 2. *biforcato*, Ger. *das zwyen ſpitzen, oder zincken hat*, Gal. *fourchu*, Hiſp. *horcajado*, ἀμφίσφυρος, geminas furcas habens. *Col. l.* 3. *c.* 18. Ferramentum bifurcum. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 442. Ramus bifurcus.

Bigæ, f. 1. n. pl. *carretta di due cavalli*, Ger. *zwagen mit zwey pferden*, Gal. *char attelé de deux chevaux de front*, Hiſp. *caretta a dos cavallos*, συνωρίς, ζεῦγη, currus duobus equis vecti, a *bis*, & *jugum*, quaſi bijugæ, quod duo equi ad jugum juncti ſint, vel a *bis*, & *ago*, quaſi biagæ, quod a duobus equis agantur. Equi vero ipſi *bijugi*, *bijugeſve* dicuntur. *Virg.* 5. *Æneid.* Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat. ¶ Apud veteres tamen bigam, & trigam, & quadrigam invenimus. *Sueton. in Tiber.* Vix unius bigæ adjectione honorari paſſus eſt. ¶ Bigas primum junxerunt Phrygii, quadrigas Erichthonius, teſte *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Bigarĭus, ii, bigæ ductor. *Vet. Inſcript.* apud *Ferret. Muſ. Lap. p.* 255. Florus ego hic jaceo bigarius Infans, qui dum cupio currus, cito decidi ad umbras.

Bigatus, a, um, qui bigas impreſſas habet: ut bigatus nummus. Bigatum argentum *Livius* dixit *l.* 23. *c.* 33. *Id. lib. eod. c.* 15. Bigatos quingentos quæſtorem numerare jubet.

Bigemmis, e, adject. duas gemmas habens, ut annulus bigemmis, *Trebell. Poll. in Claud. c.* 14. ¶ De vitibus etiam dicitur. *Col. l.* 5. *c.* 5. Bigemmes reſeces fiunt. Et in ſingulari: Reſex bigemmis.

Bigenĕrus, a, um, o. 3. διγενής, ex diverſo genere natus, ut leopardus ex leæna, & pardo. *Feſtus. Var. l.* 2. *de R. R. c.* 8. Multi bigeneri, atque inſtitii.

Bigerra, veſtis genus, V. Bigerriga.

Bigerri, orum, m. populi Galliæ Aquitanicæ ad Pyrenæos montes, quorum oppidum Tarbe: regio nunc *la Bigorre*. *Paulin. in epiſt. ad Auſon. carm.* 10. *v.* 246. Dignaque pellitis habitas deſerta Bigerris. ¶ Hi dicuntur Bigerrones, vel Bigerriones a *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 27.

Bigerrĭcus, a, um, adject. a Bigerronibus, ſeu Bigerris, ut Bigerricus turbo, apud *Sidon. Apoll. l.* 8. *epiſt.* 12.

Bigerrĭga, æ, veſtis nigra, & villoſa ex utraque parte, quæ ideo & *Bigerra* dicitur, quaſi *bicirra*. Cirra enim villus eſt. Inde hirſuta Bigerriga. *Fortunat. l.* 3. & *Sulpit. Sever. Dial.* 2. Bigerrigam veſtem brevem, atque hiſpidam, &c. ¶ Alii Bigerrigam dictam volunt a Bigerronibus; alii quaſi bariegatam, h. e. variegatam.

Bigerritānus, a, um, adject. idem quod Bigerricus: ut patria Bigerritana, apud *Auſon. epiſt.* 11. *v. ult.*

Bignæ, f. 1. *gemelle*, geminæ dicuntur, quia bis una die natæ ſunt. *Feſtus.*

Bijŭgi, m. 2. *due cavali ad un gingo*, Ger. *zwey roſſ nahen einander geſpant*, Gall. *deux chevaux attelez de front*, Hiſp. *dos cavallos de junta*, δίζυγοι, equi dicuntur, cum bini ad unum jugum nexi ſunt. *Virg.* 10. *Æn.* Bijugis infert ſe Lucagus albis.

Bijŭgis, ge, & Bijugus, a, um, a bijugis tractus, ut bijugis currus, *carro tirato da due cavalli*. *Suet. Calig. c.* 19. Bijuge curriculum, *Sil. l.* 2. *v.* 82. Bijugo curru.

Bilanx, ancis, f. *bilancia*, ſtatera duas habens lanceas. *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 42. Sine bilance libra.

Bilbĭlis, *Baubola, Bambola*, βίλβιλις, urbs exc. Hiſp. Tarrec. in Celtiberis, in R. Aragonio, in monte apud Salonem fl. ſubterfluentem, apud *Calatayud*, inter Cæſaraugustam 14. leuc. & Segontiam 16. Pop. Bilbilitani. Ex hac urbe Martialis Poeta originem traxit. Hinc *Bilbilitanus Poeta* dicitur. ¶ Bilbilis item fl. ejuſdem loci, *Rio Barbula*, *Xiloca*, qui juxta Bilbilim in Salonem ſe exonerat, & terri temperaturæ aptiſſimus eſt.

Bilbĭo, is, ivi, ire, n. 4. βομβύζω, verbum fictum a ſimilitudine ſonitus, qui fit in vaſe. *Nævius apud Feſt.* bilbit amphora.

Bilĭbra, f. 1. pondus duarum librarum. *Liv. l.* 4. *c.* 15. Bilibra farris ſperaſſe libertatem ſe civium ſuorum emiſſe.

Bilĭbris, bre, o. 3. *di due libre*, Ger. *zweyfindig*, Gall. *de deux livres*, Hiſp. *de dos libras*, δίλιτρος, duarum librarum. *Martial. l.* 11. *epigr.* 50. Grandemve lupum, mullumve bilibrem. *Plaut. Mil.* 3. 2. 30. Aqualis bilibris.

Bilinguis, o. 3. *bilingue, fallace*, Germ. *zweyzingig*, Gall. *qui parle deux langues, trompeur*, Hiſp. *el que tiene dos lenguas, enganoſo*, δίγλωττος, qui duas habet linguas. ¶ Significat etiam duarum linguarum peritum. Sic *Ennius* Brutios bilingues vocat, quod oſee, & græce loqui fuerint ſoliti. Sic *Horat. l.* 1. *Sat.* 10. *v.* 30. Canuſinum bilinguem dixit, qui ſciret Græce, & Latine. Adde *Curt. l.* 7. *c.* 5. ¶ Item bilinguis dicitur, qui parum ſincera fide loquitur, διπλοῦς, δίλογος. *Virg. Æn.* 1. *v.* 665. Domum timet ambiguam, Tyrioſque bilingues. ¶ Bilingui prehendere, apud *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 15. Ubi alter alterum bilingui manifeſto inter ſe prehendunt. Loquitur autem ibi *Plaut.* de mutuo ſe deoſculantibus, qui cum καταγλωττίζωσι, deprehendunt ſe veluti duplicem habere linguam.

Biliōſus, a, um, adject. bile abundans, ut bilioſa alvus, *Celſ. l.* 2. *c.* 8. h. e. bile, humore noxio abundans.

Bilis, f. 3. *collera*, מרורה, Ger. *beſe choleriſche, feuchtigkeit*, Gall. *bile*, Hiſp. *colera*, χολή, nomen eſt commune duobus præcipuis humani corporis humoribus, quorum alter, qui calidus eſt, & ſiccus, ab aureo colore *flava bilis* appellatur, alter, qui frigidus, & ſiccus, quoniam nigræ lavillæ colorem imitatur, *atra bilis* dicitur. ¶ Atra bilis eſt melancholia. *Plaut. in Amph.* 2. 2. 95. Atra bili percita eſt. ¶ Accipitur item bilis pro ira, quæ a bile excitatur. *Hor.* 1. *Ser. Sat.* 2. Et pro indignatione, *Cic. Att. l.* 2. *epiſt.* 7. Bilem id commovet. Sic effundere bilem, *Juvenal. Sat.* 5. *v.* 159. Bilem alicui movere, *Martial. l.* 5. *epiſt.* 26. ¶ Vetus eſt adagium: fames, & mora bilem in naſum concinunt, *Plaut. Amphitr. in ſuppoſit. ſc.* Di voſtram fidem.

Bilix, icis, o. 3. *maglia a due licci*, Gal. *de deuxlices*, Hiſp. *de dos lizos*, adject. a licium, ut bilix lorica. *Virg.* 12. *Æn. v.* 375. Rumpitque infixa bilicem loricam. *h. e.* duplici textura munitam: ducta ſimilitudine a pannis, quæ duplici licio contexta ſpiſſiora, & firmiora ſunt.

Billis, apud Afros appellatur humanum ſemen humi profuſum. *Feſtus.*

Biluſtris, ſtre, o. 3. *di due luſtri*, διετηρίς, quod duo luſtra, hoc eſt, decem annos duravit. *Ovid.* 2. *Am. el.* 12. *v.* 9. Pergama cum caderent bello ſuperata biluſtri.

Bilychnis, e, adject. duos lychnos habens. *Petron. Satyr. c.* 30. Lucerna bilychnis de camera pendebat.

Bimăris, re, o. 3. *poſto tra due mari*, quod inter duo maria ſitum eſt. *Horat.* 1. *Carm. od.* 7. Aut Epheſum, bimarisve Corinthi mœnia.

Bimaritus, i, qui duas uxores habuit, vel habet. *Cicer. pro Planc. c.* 12.

Bima-

Bimaritum appellas, ut verba etiam fingas, non ſolum crimina.

Bimáter, m. 3. διμήτωρ, qui duas habet matres, agnomen Bacchi, *Ovid. Met. 4. v. 12. de Baccho*,

Bimátus, m. 4. ætas duorum annorum. *Varr. R. R. 2. 5.* Vitulos caſtrare ante bimatum. *Plin. l. 11. c. 12.* Vita veſparum bimatum non tranſit.

Bimembris, o. 3. διμελής, duarum partium, quaſi membrorum. *Ovid. Heroid. ep. 9. v. 99.* Confiſum pedibus, formaque bimembri. ¶ Et Bimembres ſubſtantive, pro Centauris. *Ovid. 11. Met.* Vaſto trepidi clamore bimembres.

Bimenſis, maſc. 3. *ſpazio di due meſi*, τὸ δίμηνον, tempus duorum menſium. *Liv. l. 45. c. 15.* Anni, & bimenſis tempus prorogaretur.

Bimeſtris, ſtre, o. 3. *che ha due meſi*, δίμηνος, duos menſes habens. *Horat. l. 3. Carm. od. 17.* Porco bimeſtri.

Bimēter, tra, trum, duobus metris conſtans. *Sidon. l. 9. ep. 15.* Litteræ bimetræ. *h. e.* in quibus ſunt duo genera carminum.

Bimūlus, o. 1. 2. *di due anni*, διετής, qui duos annos ætatis habet. Proprie de iis dicitur, teſte *Valla Elegant. l. 1. c. 5.* quæ poſt eam ætatem adhuc incrementum poſſunt accipere. Exem. grat. puer proprie *bimulus* dicitur, bos, aut canis non ita. *Catull. Carm. 17.* Nec ſapit pueri inſtar bimuli. Adde *Sueton. in Calig. c. 8.*

Bimus, o. 1. 2. *di due anni*, διετής, qui ætatem habet duorum annorum, a *bis*, & *annus*, quia veteres dicebant *amnus* pro *annus*. *Varr. 2. de R. R. c. 5.* Unum anniculum, alterum bimum. *Cic. ad App. l. 3. Fam. epiſt. 8.* De hac ſententia bima decedat. *ideſt*, qua cenſuit, ut per duos annos remanerem in provincia.

Binārius, a, um, adject. binis conſtans. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 39.* Formas binarias, ternarias, & quaternarias, &c. *h. c.* typos nummorum binos, vel ternos aureos valentium.

Bini, æ, a, o. 1. 2. *duerni*, שנים שנים, Ger. *je zwvey, und zwvey*, Gal. *deux a la foisdeux a deux*, Hiſp. *de dos en dos*, δίτιτοι, numerus eſt diſtributivus ſignificans duo, non ſeparatim, ſed conjunctim intellecta. *Ter. Phorm. 5. 3. 6.* Ex his prædiis talenta argenti bina ſtatim capiebat. *h. e.* ex unoquoque prædio talenta duo. *Cicer. 5. Verr.* Binis centeſimis fœneratus eſt. *a due per cento*. ¶ Nonnumquam ſimpliciter accipitur pro duobus, & jungitur ſubſtantivis iis quæ ſingulari numero carent. *Cic. Fam. 10. epiſt. 5.* Binas a te accepi litteras eodem exemplo. *Val. Max. l. 1. c. 6.* Bina caſtra. *Cic. pro L. Manil. c. 4.* Binæ hoſtium copiæ. ¶ Jungitur & aliis; nam binas venationes, binos tabellarios, *Cic.* dixit *ad Attic. l. 6. epiſt. 1. & l. 7. Fam. epiſt. 1.* ¶ *Id. Fam. 9. ep. 22.* Cum loquimur *terni*, nihil flagitii dicimus, at cum *bini*, obſcenum eſt. Alludit Cicero ad Græcam vocem *βίνει*. ¶ Invenitur etiam in ſingulari. *Lucret. 4. 450.* Bina ſupellex.

Binoctium, ii, ſpatium duarum noctium. *Tacit. Ann. 3. c. 71.* Ut pluſquam binoctium abeſſet. Adde *Ammian. l. 30. c. 2.*

Binominis, ne, o. 3. *di due nomi*, Gall. *de deux noms*, Hiſp. *de dos nombres*, διώνυμος, quod geminum habet nomen, ut *Iſter*, & *Danubius*, *Julus*, & *Aſcanius*. *Ovid. 14. Met.* Inde ſub Aſcanii ditione binominis Alba, reſque Latina fuit.

Binomius eſt is cui geminum eſt nomen, ut Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius. *Feſtus.*

Biocolytæ, βιοκολύται, Officiales quidam a vi prohibenda vocabantur, quorum meatio fit in *Novell. Conſt. 8. & Novell. 145.*

Bion, ōnis, m. *Βίων, ωνος*, Philoſophus Boryſthenites ſophiſta, perditam, & voluptariam vitam duxit, jociſque mordacibus non homines modo, ſed etiam deos infectatus eſt. *Laert. l. 4.*

Bionēus, a, um, adject. ad Bionem pertinens. *Horat. l. 2. epiſt. 2. v. 60.* Ille Bioneis ſermonibus, & ſale nigro. Nimirum Bionis Philoſophi ſermones adeo acres fuerunt, & ſatyrici, ut neque hominibus pepercerit, & in Deos contumelioſus fuerit.

Biothanātus, βιοθάνατος, violenter mortuus. *Lamprid. in Heliogab. c. 33. & Jul. Firmic. l. 3. c. 15.*

Bipallium, n. 2. *vanga*, ὄργις, inſtrumentum ruſticum, quo terra foditur. *Var.* Id prius bipalio vortito. Adde *Colum. l. 3. c. 5. Cat. R. R. c. 45.*

Bipalmis, me, o. 3. *di due palmi*, διπαλαίστος, duorum palmorum. *Var. 3. de R. R. c. 7.* Tabulæ fixæ ſint bipalmes.

Bipartio, vel bipertio, is, ivi, itum, in duas partes dividere, *divider in due parti*, διχομερίζω, *Colum. l. 11. c. 2.* Calendas Majas ver bipartitur. *Cic. 3. Catil. c. 2.* Atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos, & pons intereſſet.

Bipartito, *in due parti*, dupliciter. *Cic. pro Flac. c. 14.* Bibartito claſſis diſtributa. Et *de Invent. l. 2. c. 29.* Hoc fit bipartito: h. e. duobus modis.

Bipartītus, & bipertitus, a, um, adject. *diviſo in due parti*. *Colum. l. 11. c. 2.* Hiems bipartita.

Bipātens, entis, o. 3. *che s'apre da due parti*, δίθυρον, quod ex utraque parte aperitur. *Virg. 2. Æn. v. 330.* Portis alii bipatentibus adſunt.

Bipēda, æ, ſ. *pianella*, lapis, vel later quadratus, aut oblongus, binum pedum menſura, quo pavimenta ſterni ſolent. *Pallad. l. 1. tit. 19.* Solum omne bipedis ſternatur. Adde *Inſcript. apud Fabrett. c. 7. n. 511.*

Bipedalis, le, o. 3. *di due piedi*, Ger. *von zavey ſiſſen*, Gal. *de deux picds*, Hiſp. *de dos pies*, διπόδης, quod habet longitudinem duorum pedum. *Cæſ. B. G. l. 4. c. 17.* Bipedalibus trabibus immiſſis. *Horat. l. 2. Sat. 3. v. 309.* Ad ſummum totus moduli bipedalis.

Bipedānus, a, um, five bipedaneus, o. 1. 2. bipedalis. *Col. l. 2. c. 2.* Frumentis ſat erit, ſi æque bona fuberit bipedana humus. *Id. l. 4. c. 1.* Altitudinem bipedaneam.

Bipenniger, a, um, o. 1. 2. πελεκυφόρος, ferens bipennem. *Ovid. 8. Met. v. 391.* Bipenniger Arcas.

Bipennis, e, adject. qui duas pennas habet, ſeu acumina, quod Veteribus idem erat. *Virgil. Æn. 11. verſ. 135.* Ferro ſonat acta bipenni Fraxinus: h. e. ex utraque parte acuminato. ¶ Item qui duas pennas habet proprie dictus. *Plin. lib. 2. c. 27.* Inſectorum quædam binas gerunt pennas, ut muſcæ. Nullum, cui aculeus in alvo, bipenne eſt.

Bipennis, f. 3. *bipenne, ſcurre da due tagli*, בשיל, Ger. *axt, beyl*, Gall. *hache, befague*, Hiſp. *hacha, δίπτερον*, telum, ſeu fecuris utrinque aciem habens. *Virg. Æn. 2. v. 479.* Ipſe inter primos correpta dura bipenni Limina porrumpit. *Horat. l. 4. Od. 4. v. 57.* Duris ilex tonſa bipennibus.

Bipennĭfer, a, um, o. 1. 2. πελεκυφόρος, ferens bipennem. *Ovid. 8. Met. v. 391.* Bipenniſer Arcas.

Bipennis, e, adject. qui duas pennas habet, ſeu acumina, quod Veteribus idem erat. *Virgil. Æn. 11. verſ. 135.* Ferro ſonat acta bipenni Fraxinus: h. e. ex utraque parte acuminato. ¶ Item qui duas pennas habet proprie dictus. *Plin. lib. 2. c. 27.* Inſectorum quædam binas gerunt pennas, ut muſcæ. Nullum, cui aculeus in alvo, bipenne eſt.

Bipennis, f. 3. *bipenne, ſcurre da due tagli*, בשיל, Ger. *axt, beyl*, Gall. *hache, befague*, Hiſp. *hacha, δίπτερον*, telum, ſeu fecuris utrinque aciem habens. *Virg. Æn. 2. v. 479.* Ipſe inter primos correpta dura bipenni Limina porrumpit. *Horat. l. 4. Od. 4. v. 57.* Duris ilex tonſa bipennibus.

Bipennĭlis, le, adject., ut *bipenſiles forcipes*, apud *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 237.* ubi fortaſſe intelligit eas, quæ duplex manubrium habent, unde appendi poſſint.

Bipertior, V. Bipartior.

Bipertito, V. Bipartito.

Bipes, bipedis, adject. 3. *chi ha due piedi*, Ger. *zvveyfüſſig*, Gal. *de deux pieds*, Hiſp. *de dos pies*, δίπους, quod habet duos pedes. *Juven. ſat. 9. v. 92.* Bipedem ſibi quærat aſellum. ¶ Ponitur etiam ſubſtant. quia facile *animal* intelligitur. *Cic. pro Dom. c. 19.* Omnium non modo bipedum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus.

Birēmis, is, ſ. 3. *fuſta*, Ger. *ein ſchiff der zvvey rudere*, Gal. *navire a deux rangs des rames*, Hiſp. *navio, que tiene dos ordenes de remos*, δίκροτος, navis duobus remorum ordinibus acta, ab Erythræis primum inventa. *Plin. l. 7. c. 57. Virg. 8. Æn.* Geminaſque legit de claſſe biremes. ¶ Significat etiam naviculam duos tantum remos habentem. Hinc adjective *Horat. l. 3. Od. 29.* Tum me biremis præſidio ſcaphæ aura feret.

Birōta, æ, ſ. 1. *carro da due ruote*, δίτροχον. *Cod. Theodoſ. l. 8. de curſu publico*. Rhedæ mille pondo tantummodo ſuperponi, birotæ ducenta, veredo triginta.

Birŏtus, a, um, duas habens rotas. *Non. c. 2. n. 139.* Ciſium vehiculi biroti genus.

Birrus, i, veſtis genus, idem quod lacerna, ſeu pænula: a colore ſic dictum, quod rufum eſſet, ex græco πυῤῥός, unde & Byrrhus recte ſcribitur. V. *Salmaſ. & Caſaub. in hiſtor. Auguſt. Martian. Capell. l. 4. de Univoc.* Et birrus, & tunica nomen veſtis habent.

Bis, adv. *due fiate*, פעמים, Ger. *zvvey mal*, Gal. *deux fois*, Hiſp. *dos vezes*, δίς, ab antiquo *duis*. *Cic. in Orat.* Ut duellum bellum, & duis bis, &c. *Ter. Hecyr. 3. 2. 8.* Bis ſtulte facere. *Plaut. Ampb. 3. 2. 62.* Bis tanto amici ſunt inter ſe, quam prius: h. e. tanto magis, *il doppio di più*. *Virg. Ecl. 3. v. 34.* Bis die. *due volte al dì*. Sic *bis anno* apud *Plin. 2. 73.* ¶ Jungitur & cum nominibus numeralibus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 18.* Bis bina. *h. e.* quatuor. *Horat. Epod. 4.* Bis ter ulnarum toga. *h. e.* ſex. *Martial. l. 4. epigr. 37.* Trecenta debet Titius, hoc bis Albinus. *il doppio*. ¶ *Bis*, & *iterum* in eo differunt, quod *bis* utramque ſimul rem complectitur, *iterum* ſecundam reſpicit. *Cic. pro Dom. c. 52.* Audierat, ſe a me bis ſalutem accepiſſe, ſeparatim ſemel, iterum cum univerſis. ¶ Itaque *bis conſul* eſt qui duos conſulatus geſſit, quia *bis* refertur ad numerum, Italice autem redditur *due volte conſole*: at *iterum conſul* eſt, qui ſecundum conſulatum gerit; quia *iterum* refertur ad tempus; Italice *conſole la ſeconda volta*. *Cic. l. 1. de Divin. c. 35.* C. Flaminius conſul iterum. *Id. 4. Acad.* C. Flaminius, qui legem agrariam tribunus plebis tulerit, & poſtea bis conſul factus ſit. ¶ Videtur tamen *bis* pro *iterum* poni in illo *Martial. 10. 48.* De Nomentana vinum ſine fæce lagena, quæ bis Frontino conſule prima fuit.

Biſaccium, ii, geminus ſaccus, *biſaccia*. *Petron. ſatyric. c. 31. 77.* In promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus. *h. e.* vas ex Corinthio ære, quod utrinque receptaculum inſtar ſacci habuit, in quo ferculorum lances, & paropſides ponebantur.

Biſaltæ, maſc. 1. βισάλται, pop. Macedoniæ, Thraciam verſus, juxta Strymonem fl. ubi al. Euporia opp. circa Amphipolim, & Philippos, ubi Biſaltes fl. & Biſaltia regio, a Biſalte Solis, & Terræ filio. Lege orationem P. Æmilii apud *Liv. l. 45. c. 29.* ubi ſatis accurate deſcribuntur. Quare erraſſe videtur *Serv.* qui ad illud *Virgil. Georg. 3. verſ. 461.* Biſaltæ quo more ſolent, acerque Gelonus; vult eſſe Scythiæ populos, qui ſanguine equino lacte permixto victitent.

Biſaltĭa, & Biſaltica, æ, ſ. 1. βισαλτία, regio Thraciæ, ad Strymonem fl. ita dicta a Biſalte Solis, & Terræ filio, aut a Biſalte vicino fluvio. *Liv. l. 45. c. 29.* Biſalticam. *Gell. l. 16. c. 15.* Biſaltiam vocat.

Biſaltis, idis, nomen puellæ, quam Neptunus in arietem converſus compreſſit. *Ovid. 6. Met. v. 117.*

Biſelliarius, ii, m. qui honorem biſellii eſt conſecutus. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 1099. n. 2. & pag. 1103. n. 6.*

Biſellium, & Biſſellium, ii, n. *Varr. l. 4. L. L.* A ſedendo appellatur ſedes, ſedile, ſella: ab his ſubſellium: ubi in ejuſmodi duo, biſellium dictum. ¶ Accipitur itaque pro ſella ſplendida, atque honeſta præclaris viris concedi ſolita, ut publice in ea ſederent in ludis, in theatro, in foro, in curia, ea ratione, qua Romæ ſella curulis. *Inſcript.* apu *Fabrett. c. 3. n. 324.* & apud *Gruter. pag. 475. num. 3.*

Biſēta, porca dicitur, a cujus cervice ſetæ biſariam dividuntur, cum jam eſſe incipit major ſex menſibus. *Feſt.*

Biſon, ontis, m. & f. bos ferus cervi figura, unico cornu in media fronte exeunte. *Plin. l. 8. c. 15.*

Biſōnus, a, um, duplicem habens ſonum. *Servius ad 9. Æn. v. 618.*

Biſpellĭo, onis, verſutus, verſipellis, fraudulentus. *Marcell. Dig. 47. 3. 72.*

Biſsēni, æ, a, *dodici*, bis ſex. *Auſon. in Monoſyll.* Biſſenæ partes. ¶ In ſingulari numero *Stat. 3. Theb. v. 574.* Biſſeno die. ¶ Frequentius ſcribitur *bis ſeni* diviſim.

Biſſextus, ſive biſextus dies, al. intercalaris, *biſeſto*, Gall. *biſſexte*, Hiſp. *biſiesto*, ἐμβόλιμος ἡμέρα, dies, qui quarto quoque anno Februario interſeritur. Annus autem biſſextilis, vel intercalaris, qui poſt tres annos civiles recurrit, conſtans ex diebus 366. ¶ Hæc intercalatio inſtituta eſt a C. Julio Cæſare in Pontificatu opera Soſigenis præſtantiſſimi Aſtrologi, ut anni Aſtronomici, & civiles inter ſe convenirent. Nam annus Aſtronomicus habet 365. dies, & 6. circiter horas, quæ tribus quibuſque annis Civilibus omittuntur, ne populo confuſionem afferant, ſed anno quarto Civili colliguntur, & diem naturalem efficiunt, ſpatium ſc. 24. horarum. ¶ Intercalationi dies certus conſtitutus fuit in menſe Februario inter Terminalia jam peracta, & Regifugium, ideſt, inter diem 24. & 25. Februarii. ¶ Dictus igitur annus *biſſextilis*, vel *intercalaris*, quia habet biſſextum, vel intercalarem diem. Dies vero dictus eſt *intercalaris*, quia in menſe Februario unus dies *inter* ſextum, & quintum *calendas* Martii interponitur, ideſt, inter diem 24. & 25. Februarii. Dictus eſt *biſſextus* a *bis*, & *ſextus*, quia bis, ideſt, duobus diebus continuis, ſcil. die 24. & die 25. Februarii, dicimus *Sexto Calendas Martii*, duos videlicet dies pro uno computantes. Unde qui natus eſt biſſexto calendas, nihil refert, ut inquit *Celſ. de verb. ſignif. l. cum biſſextus*, utrum priore, an poſteriore die natus ſit, cum illud biduum pro uno tantum die habeatur.

Biſſextĭalis, le, continens bis ſex menſuras, ut biſſextialis olla, *Marcell. Empir. c. 15.*

Biſſextilis. V. Biſſextus.

Biſſextum, i, idem quod Biſſextus. *Ammian. l. 26. c. 2.* Biſſextum vitans Februarii menſis tunc illuceſcens. Infauſtus autem non modo hic dies, ſed & totus annus, in quem ille inciderat, veteribus fuit. *Macrob. l. 1. ſat. c. 13.*

Biſton, onis, Martis, & Callithoes filius fuit, Biſtoniæ urbis Thraciæ conditor, a qua Thraces Biſtones, i. e. Thracum ultimi, auctore *Seneca in Herc. Oct.* & Thracia ipſa Biſtonia, ſeu Biſtonis terra dicta fuit. *Sil. l. 2. v. 76.* Lunatis Biſtones armis.

Biſtŏnis, idis, adject. femin. quæ eſt ex Biſtonia. *Ovid. Epiſt. Parid. ad Helen. v. 344.* Et tuta a bello biſtonis ora fuit. Apud *Horat. l. 2. Od. 19. v. 20.* Bacchus dicitur nodo coercere crines Biſtonidum, h. e. mulierum Thracicarum.

Biſtŏnis, idis, m. 3. Biſtonum ſtagnum, βιστονὶς, *Bouron*, lacus Thraciæ, in Droſica reg. cis Rhodopen, ubi Biſtonia urbs, *Bouron*.

Biſtonĭus, a, um, adject. *Ovid. l. 13. Met. v. 430.* Eſt, ubi Troja fuit, Phrygiæ contraria tellus Biſtoniis habitata viris.

Biſulcilingua, qui duplici loquitur lingua, quaſi biſulcam linguam habens. *Plaut. Pæn. 5. 2. 74.*

Biſulcus, o. 1. 2. *chi ha l'unghie feſſe*, Germ. *der zerſpaltene klauven hat*, Gal. *fourchu*, Hiſp. *hendido*, δίχηλος, qui ungulas non ſolidas habet, ſed ſciſſas. *Ovid. 7. Met. v. 113.* Pulvercumque ſolum pede pulſavere biſulco.

fulco. ¶ Accipitur item generatim pro omni eo, quod in duas cuſpides diviſum eſt. *Col. de arbor. c. 26.* Biſulci ſurculi arborum.

Biſultor, m. 3. Martis cognomen, a bis ulciſcendo. Auguſtus enim, cum Brutum, & Caſſium viciſſet, & ſigna a Parthis recepiſſet, Marti templum dedicavit, quem *Biſultorem* cognominavit, quod primum C. Cæſaris, deinde Craſſorum M. patris, & P. filii necem ultus eſſet. *Ovid. 5. Faſt. v. 595.* Rite Deo templumque datum, nomenque Biſultor. Sed meliores libri hab. *bis ulto.*

Biſyllabus, a, um, adject. qui duas ſyllabas habet. *Varr. l. 8. de L. L.*

Bithymum, i, θύμον, genus mellis ex utriuſque thymi, candidi ſc. & nigri floribus confecti. *Plin. l. 11. c. 16.*

Bithynia, *Becſangial*, al. *Burſia*, Turc. *Oſmanili*, βιθυνία, regio Aſiæ minoris, Ponto finitima ad mare Euxinum, adverſa Thraciæ, & proxima Troadi ad Propontidem. Primum Bebrycia dicta eſt, poſtea Mygdonia, denique Bithynia a Bithyno Rege, vel a Thynis pop. Thraciæ, qui in eam regionem tranſierunt. Appellata etiam eſt Thracia Aſiatica, Maliande, Cronia, Strymonis, Theſſalis, Pontus. ¶ Thracum ſua terra egreſſorum ſedes quondam fuit. *Claud. l. 2. in Eutrop. v. 247.* Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Bithynĭcus, a, um, adject. a Bithynia. Fuit etiam cognomen ejus, ad quem aliquot epigrammata ſcripſit *Martialis*, ut *l. 2. ep. 26. l. 9. ep. 10.* &c. Item Pompeii apud *Feſt.*

Bithynus, a, um, ex Bithynia qui eſt, ut Bithyni equites, *Juvenal. ſat. 7. v. 15.* ¶ Abſolute Bithyni, Bithyniæ populi. *Tacit. l. 12. c. 22.* Accuſantibus Bithynis.

Bitienſis, vel betienſis, qui aſſidue peregrinatur, a *betere*, *ire*. *Feſt.* Bito. V. Beto.

Bitūmen, inis, n. 3. *bitume*, רמר, Ger. *feiſter ſchwefelſtein*, Gal. *bitume*, Hiſp. *betum*, ἄσφαλτος, genus cretæ tenax, de natura ſulphuris. Naſcitur in Babylonia, & in Judæa in lacu, qui inde Aſphaltites dicitur. V. *Plin. l. 35. c. 15. Vitruv. l. 8. c. 3.* & *Serv. in Ecl. 8. v. 82.* qui ſulphureum illud, quod ex fulminibus procreatur, bitumen vocat.

Bituminātus, a, um, bitumine illitus, vel mixtus, ut aqua bituminata, apud *Plin. l. 31. c. 6.*

Bitumĭnĕus, a, um, ex bitumine qui eſt. *Ovid. Met. 15. v. 350.* de Æthnæ incendio: Sive bitumineæ rapiunt incendia vires.

Bitumĭno, as, bitumine illino. Habetur hujus verbi particip. paſſ. in *bituminatus.*

Bituminōſus, a, um, bitumine abundans. *Vitruv. l. 8. c. 3.* Bituminoſi fontes. *Id. ibid.* Bituminoſa terra.

Biturĭcus, a, um, ad Bituriges pertinens, ut Biturica uva, *Plin. 14. 2.*

Biturĭges, gum, cognomine Cubi, populi ſunt Aquitaniæ, quorum præcipuum oppidum Avaricum fuit: nunc eorum regio dicitur *le Berri*, & oppidum *Bourges*. *Plin. 4. 19.* ¶ Alii ſunt cognomine Ubiſci, nunc *les Bourdelois*: oppidum Burdigala, nunc *Bourdeaux*. *Plin. ibid.* ¶ In ſingulari numero *Lucan. 1. 423.* Et Biturix, longiſque leves Sueſſones in armis.

Bivertex, icis, adject. o. 3. *di due cime*, qui binos vertices habet; & ſolet eſſe epithetum Parnaſſi, cujus duo juga ſunt, Helicon & Cytheron. *Stat. 1. Theb. v. 628.* ſummaque biverticis umbra Parnaſſi reſidens, &c. *Sidon. in carm. epiſt. 15. l. 9.* Montemque iſte victor per biverticem.

Bivĭra, æ, f. 1. quæ duos habuit maritos. *Varr. apud Nonium c. 2. n. 83.*

Bivĭum, ii, n. 2. *di due vie*, Gal. *chemin fourchu*, *rencontrè de deux chemins*, Hiſp. *lugar donde ſe encuentran dos caminos*, ἀμφόδος, quod duas vias habet. *Virg. Æn. 9. v. 239.* Qui patet in bivio portæ. ¶ Translate pro duplici ratione. *Varr. l. 1. R. R. c. 18.* Bivium nobis ad culturam dedit natura, experientiam, & imitationem.

Bivĭus, a, um, adject. qui duas vias habet. *Virg. Æn. 11. v. 516.* Ut bivias armato obſidam milite fauces.

Biūrus, i, m. animal vites erodens, ita dictus quaſi *diurus*, h. e. duplicem habens caudam. *Plin. l. 30. c. 15.*

B A N T E L.

Blactĕro, as, vocem eſſe arietis, vult *Auctor carminis de Philomela Ovidianis vulgo annexi.* Blacterat hinc aries, & pia balat ovis.

Blæſus, a, um, *balbo*, *feilinguato*, לעג, Ger. *liſpler*, *ſtammler*, Gal. *begue*, Hiſp. *tartamudo*, βωκτός, qui linguam impeditam habet, & aliquam litteram, ut R, pronuntiare non poteſt, vel in pronuntiando aliquam litteram excludit, vel male profert. *Juven. Sat. 15. v. 48.* Blæſis, atque mero titubantibus. *Martial. l. 10. epigr. 65.* Os blæſum tibi, debiliſque lingua eſt.

Blande, *piacevolmente*, ἡδέως, adv. ſuaviter, placide. *Cic. Att.* Vides ne, quam blande? *Id. l. 1. de Orat. c. 24.* Blandius petere. *Id.* pro *Cluent. c. 26.* Blandiſſime appellare aliquem. *Quintil. declam. 1. c. 13.* ſuſpenſa manu blande flectere cardinem. *pian piano*, *bel bello.*

Blandicellus, a, um, diminut. a blandus, ut blandicella verba. *Feſtus.*

Blandicŭle, blandulo modo. *Apulei. l. 10. Met.* Blandicule reſpondere.

Blandidĭcus, a, um, qui blanda dicit. *Plaut. Pœn. 1. 1. 10.* Nunc mihi blandidicus es.

Blandificus, a, um, blandum faciens. *Martian. Capell. initio l. 9.* Blandificaque libens ſtringere corda face.

Blandifluus, a, um, blande, & ſuaviter fluens. *Venant. Fortunat. lib. 3. carm. 12.* Blandifluæ uvæ.

Blandilŏquens, entis, ut oratio blandiloquens, *Laber.* apud *Macrob. l. 2. ſat. c. 7.*

Blandiloquentĭa, æ, f. 1. χαριτολογία, *parlare dolce*, *e piacevole*. *Cic. de Nat. Deor. c. 25. l. 3. ex veteri poeta.* Ut ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia.

Blandiloquentŭlus, i, diminut. *Plaut. Trin. 2. 1. 13.* Ab re conſulit blandiloquentulus.

Blandiloquium, ii, n. blandiloquentia. *Auguſt. epiſt. 19. ad Hieroym. c. 4.*

Blandilŏquus, a, um, adject. blandiloquens. *Plaut. Bacch. 5. 2. 54.* Ut blandiloqua eſt! *Senec. Agamem. v. 289.* Vox blandiloqua.

Blandimentum, ti, n. 2. *luſinghe*, *carezze*, χαριτολογία, blanditiæ, illecebræ. *Cic. pro Cœl. c. 17.* Multa blandimenta nobis ipſa natura genuit. Blandimenta in cibis ſunt condimenta. *Petron. in Satyr. c. 141.* Aliqua inveniemus blandimenta, quibus ſaporem mutemus. *Tacit. de Germ. c. 23.* Sine blandimentis famem expellere. ¶ In ſingulari num. legitur apud *Tacit. Ann. 14. c. 4.* & *Plin. 17. 13.*

Blandĭor, iris, d. 4. *luſingare*, *adulare*, התחליק, Ger. *ſchmeichlen*, *liebkoſen*, Gal. *flater*, *mignarder*, Hiſp. *halagar o liſongear*, σαίνω, aſſentor, adulor. *Cic. de Am.* Qui adverſario aſſentatur & litigare ſe ſimulans blanditur. *Id. 1. Acad.* Vide, quam ſuaviter voluptas ſenſibus blandiatur. ¶ Blandior calamitatibus meis, dixit *Quint.* pro mitigo calamitates. Et *Plin. l. 1. ep. 2.* Blandiri alicujus auribus, *grattar l'oreecbie*. *Tacit. Hiſtor. l. 2. c. 12.* Blandiebatur cœptis fortuna. h. e. arridebat, favebat. ¶ Animalia etiam blandiri dicuntur, ut canes &c. *Plin. l. 8. c. 17. de Panthera.* Feram vero circumvolutari, non dubie blandientem. ¶ Refertur autem tum ad animum, tum ad ſenſus, ut liquet ex allatis exemplis, quibus addi poteſt *Plin. l. 10. c. 42.* Blandiri avibus cibo. *Id. ibid. c. 37.* Columbæ blandiuntur inter ſe. *Id. l. 25. c. 2.* Pomi ſuavitas blanditur. ¶ *Colum.* cum accuſativo jungit *l. 7. c. 5.* Lac caprinum igneam ſævitiam blanditur. *mitiga.*

Blandĭter, adv. idem, quod blande. *Plaut. Pſeud. 5. 2. 3.* Sæviter, blanditerve alloquar.

Blanditĭa, æ, f. 1. in ſingulari numero reperitur, eſtque ἀρέσκεια Græcorum, *compiacenza*. *Cic. de Pet. Conſ. c. 11.* De amicitiis conſtituendis ſatis dictum eſt: dicendum de altera parte petitionis, quæ in populari ratione verſatur: Ea deſiderat nomenclationem, blanditiam, aſſiduitatem &c. *Plaut. Bacch. 1. 1. 16.* Viſcus merus veſtra eſt blanditia: *le voſtre carezze.*

Blanditiæ, arum, f. 1. *carezze*, חלקה, Ger. *Liebkoſung*, Gal. *flaterie*, *careſſes*, Hiſp. *liſonias*, *o halagos*, χαριτολογία, adulatio, illecebræ. *Cic. 1. de Fin.* Blanditiis præſentium voluptatum deliniti, atque corrupti *Id. de Amic. c. 17.* Benevolentiam civium blanditiis, & aſſentationibus colligere, turpe eſt. ¶ Dicere blanditias, *Ovid. Heroid. epiſt. 8.*

Blanditĭes, ei, f. blanditia. *Apulej. l. 9. Metam.* Sermonis blanditie cavillari.

Blanditim, adverb. idem quod blanditer. *Lucret. l. 2. v. 173.* Ut res per Veneris blanditim ſæcla propagent.

Blandĭtus, a, um, nom. ex particip. blandus, *piacevole*, ὑπαγωγός, ut Vet. Gloſſæ exponunt. *Plin. l. 10. c. 23.* Peregrinatio blandita. *ideſt* grata, & jucunda. Sic *Tibul. l. 1. el. 4.* Blanditis vult eſſe locum Venus ipſa querelis. Et *Propert. l. 4. el. 6.* Blanditæque fluant per mea colla roſæ.

Blanditus, us, ui, m. 4. idem quod blanditiæ. Afferebatur a quibuſdam Lexicographis exemplum *Lucretii l. 2. v. 173.* Sed ibi omnino legendum *blanditim*. Cave utaris antequam alibi invenias.

Blandŭlus, a, um, o. 1. 2. dim. a blandus. Occurrit in illo Hadriani dicto apud *Spartian. c. 25.* Animula vagula, blandula.

Blandus, a, um, adject. benignus, comis, ſuavis, *piacevole*, חלק, Ger. *lieblich*, *ſchmeicheilich*, Gal. *plaiſant*, *attrayant*, Hiſp. *blando*, *obalaguено*, χαριτολόγος, εὐπροσήγορος. *Plin. l. 1. epiſt. 8.* Blandioribus alioquiis proſequuntur. *Ovid. Heroid. 15. v. 27.* Blandiſſima carmina. ¶ *Blandum* adverbialiter poſitum pro blande. *Petron. in Satyr. c. 127.* Riſit illa tam blandum, &c. ¶ Blandus etiam eſt, qui flectendi vim habet, & deliniendi quos velit, ἐπαγωγός, θυμηδής. *Horat. Carm. l. 1. od. 12.* Blandum & auritas fidibus canoris ducere quercus. Et *l. 2. epiſt. 1. v. 135.* Cœleſtes implorat aquas docta prece blandus. Et *Statius Theb. 11.* Blandamque precatu Antigonem timeo. ¶ Cum genitivo *Stat. 2. Achill. v. 236.* Ulyſſes blandus precum. ¶ Blandi etiam ſunt ἄρεσκοι, qui ſcilicet benigne & comiter cum omnibus verſantur, at veram amicitiam cum nemine colunt. Hos *Ariſt. ad Nicomach. l. 8.* φίλως πολιτικὸς appellat. *Cic. ad Attic. l. 12. ep. 6.* Scis, me eſſe minime blandum.

Blapſigonĭa, f. 1. prolis detrimentum, cum apes morbo, ignavia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt. *Plin. l. 11. c. 19.*

Blaſphemabĭlis, le, conviciis, ſeu blaſphemiis dignus. *Tertull. de cultu fem. c. 12.* Quanto blaſphemabile eſt, ſi, quæ ſacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ, aut expictæ?

Blaſphemātĭo, onis, convicium, irriſio. *Tertull. de cultu fem. c. 12.* Optemus, ne juſtæ blaſphemationis cauſa ſimus.

Blaſphemĭa, f. 1. *beſtemmia*, הגאה, Ger. *ein eſterung*, Gal. *blaſpheme*, Hiſp. *blaſfemia*, βλασφημία, execratio, maledictio, vituperatio, convicium, obtrectatio nefaria, a βλάβη, noxa, vel a βλάπτω, lædo, & φήμη, fama. *Auguſtin. de morib. Manich. 2. 10. Hieronym. epiſt. 75. ad fin.* ¶ Neutro genere in plur. numero extulit *Prudent. in Pſychom. v. 715.* Non tulit ulterius capti blaſphemia monſtri Virtutum regina Fides.

Blaſphēmo, as, *beſtemmiare*. *Tertull. adverſ. Jud. c. 13. Auguſt. Hieronym.* ſumunt pro convicium in aliquem dicere, dictis lædere.

Blaſphēmus, a, um, qui blaſphemat, ut blaſphemus ſatelles, apud *Prudent. hymn. 1. Periſtleph. de Calagurrit. v. 75.*

Blatĕa, vel Blattea, æ, f. bulla luti ex itinere adhærens veſtibus. *Feſtus in voce Balatrones.* ¶ Item purpura. *Venant. Fortun. l. 2. carm. 3. v. 19.* ſerica blattea.

Blaterātus, us, ui, m. 4. blaterandi actus, *cicaleccio*. *Sidon. Apoll. l. 9. epiſt. 11.* Cujus abundante blateratu.

Blatĕro, as, n. 1. & blatio, is, n. 4. *parlar goffamente*, אפצק, Ger. *pladeren*, *ſchwetzen*, Gall. *babiller*, *begueyer*, Hiſp. *tartamudear*, τραυλίζω, veteres dicebant pro incondite, & inaniter loqui, ut faciunt, qui extra propoſitum loquuntur, vel verba immoderata emittunt, a ſono incondito garrulorum. *Plaut. in Amph. 2. 1. 79.* Nugas blatis. *Id. in Aul.* Blateraſti vicinis omnibus me filiæ daturum dotem. *Horat. in Serm. l. 2. ſat. 7. v. 35.* Audit, cum magno blateras clamore, furiſque. ¶ *Blaterare* etiam dicuntur Cameli cum vocem edunt. *Feſtus.*

Blatĕro, onis, m. 3. *cicalone*, *ciarlone*, טצמצף, Ger. *ein pladere*, Gal. *babillard*, Hiſp. *parlero*, *y mentiroſo*, βλαξ, immoderate loquens, homo in verba projectus, levis, importunus locutor, qui verbis inanibus diffluit, a *blatero*. *Gell. l. 1. c. 15.* Nec minus inſigniter veteres noſtri hoc genus hominum in verba provectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Blatĭo. V. Blatero.

Blatta, f. 1. *tarma*, עש, Ger. *einſchaben*, σῆψ, vermiculus, qui libros, ac veſtes erodit, a βλάπτω, noceo. *Horat. in Serm. 3. lib. 2.* Cui ſtragula veſtis blattarum, ac tinearum epulæ. ¶ Item vermis, qui alvearia lædit. *Virg. 4. Georg.* Nam ſæpe favos ignotus adedit Stellio, lucifugis congeſta cubilia blattis. ¶ Item pro purpura, unde *rutilas blattas* apud *Sidonium l. 9. ep. 13.* & *blatteus color*, de quo infra. Adde *eund. Sidon. in paneg.* Pontus caſtorea, blattam Tyrus, æra Corinthus. V. *Voſſ. in Etymol.*

Blattaria, f. 1. herba verbaſco ſimilis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo, ſic dicta, quod abjecta blattas in ſe contrahit. *Plin. l. 25. c. 9.*

Blattarĭus, a, um, ad blattas pertinens, ut blattaria balnea, *Senec. epiſt. 86.* propter blattas ibi adnaſcentes, utpote quæ maxime in humidis locis progignuntur. *Lipſ. ibi* expon. tenebroſa, quia blattæ vermes lucem fugiunt, ut *Plin.* tradit 11. 28.

Blattĕa V. Blatea.

Blattĕus, a, um, o. 1. 2. *roſſo*, Gal. *rouge*, *vermeil*, Hiſp. *rayo*, *colorado*, πορφύρεος, purpureus. *Eutrop. in Ner. l. 7. c. 9.* Retibus aureis, argenteiſque piſcabatur, quæ blatteis funibus extrahebat. ¶ Atque blatteum colorem purpureum eſſe, patet ex verbis *Svetonii in Ner.* Piſcatus eſt reti aurato, purpura coccoque funibus nexis. Adde *Vopiſc. in Aurel. c. 46.* Conceſſit, ut blatteas matronæ tunicas haberent.

Blattiarii, *in Cod. Theodoſ. de excuſ. artif. l. 2.* ſunt purpuram tractantes.

Blattĭfer, a, um, blattam, h. e. purpuram gerens. *Sido Apoll. l. 9. ep. 16. in carm.* Blattifer Senatus.

Blattoſerĭcus, a, um, ex purpura, & ſerico conſtans, ut pallium blattoſericum, apud *Vopiſc. in Aurel. c. 45.* ſicut in prima edit. legit *Salmaſius.*

Blax, mollis, laſcivus, ſtolidus, qui neſcit res diſcernere, & qui ſe inaniter jactat. *Feſtus* in voce *Blitum.*

Blem-

Blemmyes, ſeu Blemmiæ, *βλέμμυες*, populi fabuloſi in Æthiopia, *Plinio l.* 5. *c.* 8. capitibus carentes, ore, & oculis pectori affixis. De iiſdem, demptis fabulis, in confinio Æthiopiæ, & Ægypti poſitis agunt *Strab. l.* ... *opiſc* ... *Prob. c.* 17. &c.

Blennus, a, um, o. 1. 2. mucoſus, & tranſlate ſtupidus, ſtultus, a *βλέννα*, nom. antiq. pro *μύξα*, mucus, catarrhus narium. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 2. Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. *Idem Curcul.* 2. 3. 29. habet *dentes blennos:* h. e. ſtupidos, & quaſi muco plenos. Vide omnino *Taubmann.* Al. leg. *plenos*, & exponunt ſtupidos præ fame.

Blephăro, m. 3. *βλεφαρών*, ſuperciliosus, qui magna ſupercilia habet. *Plaut. Amph.* Blepharo captus arbiter. Ibi eſt nomen proprium.

Blitĕus, a, um, fatuus, ſtupidus, nullius pretii. *Plaut. Trucul.* 4. 4. Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam. ¶ Dicitur a *Blito*, herba nullius uſus.

Blitum, n. 2. *βλίτον*, olus iners, & nullius ſaporis, a *βλὰξ*, ignavus, iners, vel quaſi vilis beta, vel quaſi *βλητὸν*, abjiciendum. *Plaut. Pſeud.* 3. 2.

B ANTE O.

Boa, vel bova, æ, f. 1. ſerpentis genus, quod in miram magnitudinem excreſcit, ... quod lactis bubuli ſucco primum alatur, vel quod inſtar bovis turgeat, vel a ... bovis. Aquatilis eſt, & a Græcis hydrus vocatur. *Plin. l.* 8. *c.* 14. ¶ Eſt etiam boa morbi genus, quod pueros præcipue infeſtat, cum corpora papularum multitudine rubent. *Plin. l.* 24. *c.* 8. ¶ Boa quoque dicitur, cum crura ex viæ labore tument, a ſimilitudine eorum, qui a boa ſerpente icti obturgeſcunt. *Feſt.*

Boarius, a, um, adject. ad boves pertinens, ut forum boarium, locus Romæ, ubi boves vendebantur, *Plin. l.* 28. *c.* 2. & *l.* 34. *c.* 2. ¶ Lappa boaria, *Id. l.* ... 11.

Boătus, us, ui, m. 4 mugitus vel potius clamor. *Apul. lib.* 3. *Mileſ. a princip.* Præconis amplo boatu citatus accuſator.

Bocas, adis, f. 3. *βόκη*, *βόκας*, piſcis, al. girrus, girrulus, a *boando*, ideſt, clamando, *Feſtus*.

Boccar, ăris, vel Boccor, oris, nomen cujuſdam regis Maurorum, & ponitur pro quovis Mauro in illo *Juvenal. ſat.* 5. *v.* 90. Propter quod Romæ cum Boccare nemo lavatur. Al. leg. *Boccore*.

Bodĭni, Budini, Geloni, pop. Scythiæ, ſive Sarmatiæ Europææ, quorum regio *Podolia* eſt in R. Polonico, Sauromatis, & Tauroſcythis finitima, ubi Camenecia urbs primaria, vel pars Baſtarnarum, inter Amadocos, & Gevinios, ubi nunc pars Volhiniæ ſup.

Bœbeis, Bœbe, *Lago di Jeniſar*, & Bœbos, *Eſero*, lacus, & opp. Theſſaliæ inter Oſſam, Pelion, Olympum, & Pheras urb. *Lucan. l.* 7. *v.* 176. Ire per Oſſeam rapidus Bœbeida ſanguis. ¶ Hinc Bœbejus, & Bebicius, adject. *Flacc. l.* 3. *v.* 543. & *Lucan. l.* 6. *v.* 382.

Boebeĭus, a, um, ad Boebeida lacum vel Boeben oppidum pertinens; & ponitur generatim pro Theſſalo. *Valer. Flacc.* 3. 543. *de Hyla*. Proles Boebeia. Fuit autem Hylas ex Argis Theſſaliæ oppido.

Bœbicius, a, um, Bœbejus, Theſſalicus. *Lucan.* 6. 382. ubi al. leg. *Boebiacus* eodem ſenſu.

Boethi, *βοηθοὶ*, adjutores, qui Officialibus, ut Scribis, morbo, vel occupationibus nimiis detentis ſuccurrunt, eoſque opera ſua ſublevant, a *βοηθεῖν*, adjuvo, quod eſt quaſi *εἰς βοὴν θεῖν*, ad alicujus clamorem juvandi cauſa currere. *Leg.* 4. *Cod. de Tabulariis*.

Boethius. Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius, Romanus ex nobili Torquatorum familia, Græce, & Latine eruditus, qui Philoſophiam cum oratoria, & poeſi conjunxit, & honores ampliſſimos, & Conſulatum etiam geſſit, floruit ſub Zenone Imp. Sed a Theodorico Gothorum Rege, ob neſcio quas ſuſpiciones, Ticinum in exilium pulſus, libros de conſolatione Philoſophiæ conſcripſit, tandemque ultimo ſupplicio affectus eſt ab eodem Tyranno, A. C. 524.

Bœotia, æ, f. 1. *Strar ulipa*, *Βοιωτία*, regio Achaiæ, ſeu Helladis, inter ſin. Corinthiacum, & mare Ægæum, ubi ſin. Oetæus, & Chalcidicus, contermina Doridi, Phocidi, Atticæ, & Theſſaliæ, ſeu Phthiotidi, diviſa ab Attica Cithærone M. objecta Eubœæ inſ. cujus urbs primaria Thebæ *Stives*, dicta a bove, quem Cadmus immolavit, antequam Thebas conderet, *Ovid.* 3. *Metam.* vel a Bœoto filio Neptuni ex Arne filia Æoli. Prius dicta fuit Aonia, Ogygia, Hyantis, Meſſapia, Cadmeis. Nunc ſub Livadia a Geographis comprehenditur.

Bœoticus, a, um, ad Bœotiam pertinens, ut frumentum Bœoticum, *Plin.* 18. 7.

Bœotis, idis, f. Bœotia. *Mela* 2. 3.

Bœotius, & bœotus, ex Bœotia, *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 244. Bœotum in craſſo jurares aere natum. *Ovid.* 3. *Met.* Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.

Bojæ, ... genus vinculi, collare, torquis damnatorum, ex corio bubulo, vel ex ligno, vel ex ferro, a *βόεια*, bubula, quod ex corio bubulo olim fierent. *Feſtus* & *Plaut. Aſin.* 3. 2. 5. ¶ Habetur etiam in ſing. num. apud *eund. Capt.* 4. 2. 108.

Boĭi, *Βοῖοι*, pop. Germ. in Vindelicia, quorum regio Bojaria, deinde Bavaria, *Bayern.* Duc. & Elect. S. R. I. trans Rhenum, in Norico, inter Iſarum, & Oenum ſit. Regia eſt Monachium, *Munchen*. Hi in Galliam profecti ſunt. ¶ Hinc Boii, pop. Galliæ Celt. quorum regio Borbonenſis prov. *Fourbonnois*, Ducatus. ¶ Item Boii, pop. Aquitaniæ veræ, in Medocenſi agro, juxta Oceanum Aquitanicum, quorum tractus Principatus eſt, & dicitur *le pais de Bucchs*. ¶ Boji Borbonnenſes in Italiam tranſgreſſi juxta Padum conſederunt, hinc Boj, pop. Italiæ in Gallia Togata Ciſpadana, ubi nunc Ducatus Parmenſis, & Mutinenſis, & ager Bononienſis, inter Æmiliam viam, & Padum, apud oram, quorum primaria Ravenna. ¶ Deinde a Romanis expulſi in Germaniam ſe contulerunt, teſte *Strab. l.* 7. ubi Hercyniæ ſylvæ partem incoluerunt, quæ regio ab eis primo Bojohemia, poſt abjectis aliquot litteris Boemia vocata eſt.

Boĭcus, a, um, Boicus ager dicitur, qui fuit Bojorum Gallorum. Is autem eſt in Gallia citra Alpes, quæ Togata dicitur, in qua ſunt Mediolanenſes. Hæc *Feſtus*.

Bola, Bolæ, f. 1. *Βῶλα*, opp. Æquorum in Latio, in via Appia, a Roma 10. M. P. Pop. Bolani, proximi Fidenatibus, & Coriolanis. *Virg. Æn.* 7. 776.

Bolbĭton, n. 2. *βόλβιτον*, *letame di bue*, fimus boum, vel aſinorum, a *βολὴ*, jactus, quia *βάλλεται*, ejicitur. *Plin. l.* 28. *c.* 17.

Bolenia, f. 1. gemma, quæ nimbo invenitur, glebæ ſimilitudine. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Bolētar, aris, n. 3. vaſis genus, in quo boleti apponebantur; ſed uſurpatum eſt etiam pro quolibet eſcario vaſe. *Martial. l.* 14. *ep.* 101. Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen, Prototomis (pudet heu!) ſervio cauliculis. Titulus epigrammatis eſt *Boletaria*, ſc. plurali numero. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 17. Boletar halievticum argenteum librarum xx. V. ibi *Salmaſ.*

Bolētus, m. 2. *fongo roſſo*, *uovolo*, *βωλίτης*, genus fungi inter omnes optimi, a *βῶλος*, gleba, cui ſimilis eſt figura convoluta, & globoſa. ¶ Nero vocavit boletos cibum Deorum, quia veneno tincti ab Agrippina Claudium necarunt, & ejus divinitatem maturarunt. *Suet. in Ner. c.* 42. *Martial. l.* 1. *epigr.* 21. Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Bolis, idis, f. 3. *dardo*, Ger. *pfeyl*, *grnudlloſſ*, Gall. *dard*, *ſonde*, *trait*, Hiſp. *lance*, *ſonda*, *dardo*, *βολὶς*, a Græcis dicitur haſta miſſilis, a *βάλλω*, jacio. Hinc in meteoris faces quædam igneę bolides vocantur, quę in ſuprema aeris regione gignuntur. Differunt a lampadibus, quia lampades, ſeu faces veſtigia longa faciunt priore ardente parte, bolides perpetuę ardentes longiorem trahunt limitem. *Plin. l.* 2. *c.* 26.

Bolona, æ, m. 1. cetarius. *Donat. ad Ter. Eun.* 2. 2. 24. Cetarii, qui cete, & magnos piſces venditant, & bolonas exercent. *Muretus* docet *bolonas exercere* dici eos, qui ſolent non ſingulos piſces, ſed univerſos retis jactus ſimul vendere, a *βόλος*, retis jactus. *Arnob. l.* 2. *pag.* 70. Salinatores, bolonas, unguentarios, &c. *Gloſſa Latino-Græc.* Bolonæ *μεταπράται*, *Rivenduglioli*.

Bŏlus, i, m. *βόλος*, prima brevi, Græca vox, quæ jactum ſignificat, a *βάλλω*, jacio. Latine ſumitur aliquando pro jactu talorum. *Plaut. Rud.* 2. 3. 29. & *Curc.* 5. 2. 12. ¶ Item pro jactu retis: & pro piſcibus, qui uno retis jactu capiuntur. *Sueton. de clar. Rhet. c.* 1. & *Plaut. Perſ.* 4. 4. 106. ¶ Hinc tranſlate accipitur pro præda, aut lucro. *Varr.* 3. *R. R. c.* 14. Cochleæ magnum bolum deferunt æris. Adde *Plaut. Trucul.* 4. 2. 12. ¶ Item pro jactura, damno. Hinc *tangere aliquem bolo* eſt circumvenire, fraudare, damno afficere: ducta tranſlatione a piſcatoribus, qui rete jaciendo piſces decipiunt. *Plaut. Pœn. prol. v.* 101. Sic *multare aliquem bolo* apud *eund. Trucul.* 4. 3. 70. ¶ Eſt etiam bolus, i, prima longa, *βῶλος*, Græce glebam ſignificans. Metaphorice ponitur pro parte, fruſto; item offa, buccea, *Terent. Heaut.* 4. 2. 6. Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam ſubito e faucibus. *un sì buon boccone*. Sunt qui huc trahunt etiam loca *Plauti Perſ.* 4. 4. 106. & *Trucul.* 4. 2. 12. modo allata. Sunt contra, qui locum *Terentii* ad ſuperiorem notionem referunt, nec abſurde.

Bombax! Interjectio eſt hominis læte vel cum admiratione approbantis, vel etiam negligentis, & contemnentis. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. *v.* 131. Fur. B. babæ. P. fugitive. B. Bombax. P. fraus populi. B. planiſſime.

Bombĭlo. V. Bombito.

Bombitatio, onis, eſt ſonus apum, ait *Feſtus*, ab ipſo ſono dictus, ſicut mugitus boum, hinnitus equorum.

Bombĭto, as, are, *βομβῶ*, bombum edere, quod eſt Apum. Auctor carminis *de Philomela v.* 36. Bombitat ore legens munera mellis apis. Ita enim legendum, non *Bombilat*, ut monuit *Giphanius* ad *Lucret. l.* 2. *v.* 1115. in voce *Perfice*.

Bombomachides, fictum imperatoris nomen, apud *Plaut. Mil.* 1. 1. 14.

Bombus, m. 2. *rimbombo*, *mormorio*, האויה, Gal. *ſon de trompette qui n'eſt clair, ou bourdonement de mouches a miel*, Hiſp. *zumbido, o ſonido ronco*, *βόμβος*, nomen a ſono factum, quod proprie convenit apum murmuri. *Varro l.* 3. *R. R. c.* 16. Ex apibus conjecturam faciunt, ſi intus faciunt bombos. ¶ Transfertur & ad alios ſonos, ut tubarum, & ſimilium inſtrumentorum, Unde apud *Serv.* legas Organariorum bombos. *Catull. de nupt. Pelei, & Thet. v.* 263. Multi raucifonis efflabant cornua bombis. ¶ Plauſus quoque bombos vocavit *Suet. in Ner. c.* 20.

Bombycĭna, orum, n. 2. *βομβύκινα*, veſtes tenuiſſimæ, ex bombyce, vel ſerico. *Mart. l.* 8. *epigr.* 68. Femineum lucet ſic per bombycina corpus.

Bombycĭnus, & Bombycius, a, um, o. 1. 2. *βομβύκινος*, ex bombyce, ut Panniculus bombycinus: *Juv. ſat.* 6. *v.* 259. Delicias & panniculus bombycinus urit.

Bombylis, m. 2. vermis genus, ex quo necydalus, deinde bombyx procreatur. *Plin. l.* 11. *c.* 22.

Bombyx, ycis, m. 3. *bigatto, che fa la ſeta*, Gal. *ver a ſoye*, Hiſp. *guſano de ſeda*, *βόμβυξ*, vermis ſimilis erucæ, qui apud Indiam, Æthiopiam, & Seres in aranearum morem tenuiſſima fila ducit ad veſtem faciendam, primum *bombylis*, deinde *necydalus*, demum *bombyx* dictus, voce accepta a Barbaris. *Propert. l.* 2. *el.* 2. *v.* 25. Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella. V. *Plin. l.* 11. *c.* 22. & 23. ubi ex ejus deſcriptione ſatis apparet, quos nunc habemus bombyces, omnino alios ab iis eſſe, qui Latinis noti fuere. ¶ Reperitur etiam in feminino genere. *Plin. l.* 11. *c.* 23. Aſſyria bombyce adhuc feminis cedimus.

Bona Dea, f. 1. *ἀγαθὴ θεά*, quam veteres *Faunam*, ſive *Fatuam*, ſive *Sentam* dixere, & aliqui cenſent uxorem Jani, alii Numæ fuiſſe. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam, dum vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen ejus audierit. Quare illi in operto mulieres ſacrificabant, & Bonam Deam appellabant. Hujus Deæ ne nomen quidem viros ſcire fas erat. *Cic. de Aruſp. reſp.* Ejus ſacrificia fiebant per Virgines Veſtales in domo Pontificis maximi pro ſalute Populi Romani. *Cic. ibid.* Accepta ſunt a Regibus. *Id. ib.* Cerni ab hominibus non licebat. *Id. ib.* & 2. *de Leg.* Violata ſunt a Publio Clodio. *Id. ib.*

Bonaſus, m. 2. *βόνασος*, fera eſt, quæ, ut ſcribit *Ariſt.* in monte Meſapo, qui Pæoniæ, ac Mœſiæ limes eſt, invenitur. De ea vide *Plin. l.* 8. *c.* 15. *Ælian.* & *Solin.*

Bone, adverb. pro bene agnoſcitur a *Chariſ. l.* 1. & adhiberi creditur a *Lucret. l.* 6. *v.* 996. & *l.* 4. *v.* 573. & *l.* 2. *v.* 7. tametſi ubique lectio variat.

Boni conſulere, eſt in bonam partem accipere, ſeu interpretari, æqui bonique facere, *prender' in buona parte*. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Sit ne Conſul a conſulendo, an a judicando? Nam & hoc conſulere veteres appellaverunt: unde adhuc remanet illud: Rogat, boni conſulas, id eſt, bonum judices. *Cic. l.* 7. *ad Att.* Tranquilliſſimus autem animus meus, qui totum illud æqui bonique facit. Adde *Terent. Heaut.* 4. 5. 39.

Bonĭtas, tis, f. 3. *bontà*, טובה, Ger. *gettugkeit*, *gute*, Gall. *bonté*, Hiſp. *bondad*, *ἀγαθότης*, capitur pro virtute, & juſtitia, ſeu honeſtate. *Cic.* 2. *de Offic.* Cum fidem, bonitatemque laudant. ¶ Frequentius tamen bonitas pro benignitate, & quadam ingenii ſimplicitate ponitur, *ſemplicità*. *Plin.* Bonitas, & ſimplicitas uxoris. *Cic. pro Q. Roſc.* Affluere bonitate. ¶ Eſt & alia bonitas, non ex induſtria, ſed ex natura proveniens, *eccellenza*. *Cic.* 3. *de Off.* Quæ & bonitate naturæ multi aſſequuntur, *id eſt*, præſtantia ingenii. Sic bonitas ingenii, bonitas ſoli, &c.

Bononia, f. 1. prius *Felſina*, a Felſino conditore Rege Tuſcorum, *Bologna*, urbs Arch. & Acad. Galliæ Togatæ, in Æmilia, Romandiolæ primaria, prope Rhenum flu. a Ferraria 25. M. P. in Auſtr. a Florentia 54. *Sil. l.* 8. *v.* 601. Ocni priſca domus, parvique Bononia Rheni.

Bononienſis, ſe, adject. *Bologneſe*, qui eſt ex Bononia. *Cic. de Clar. Oratorib. c.* 46.

Bonum, boni, ſubſtant. n. 2. *bene*, & plur. bona, orum, *ἀγαθὸν*, antiquis *duonum*, id, quod eſt natura abſolutum. *Cic.* 3. *Fin.* Vel id, quod eſt natura appetendum, aut quod prodeſt, aut quod juvat, aut quod libet. *Id.* 2. *Fin.* Vel id, quod ſecundum naturam eſt, quo juvamur in vita. *Id.* 1. *de Leg.* ¶ Etymologia incerta eſt. *Id.* 4. *Fin.* ¶ *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 30. Tria genera bonorum Peripatetici faciunt: maxima animi, ſecunda corporis, tertia externa. ¶ Bona maxima ſunt virtutes, externa bona ſunt *τὰ ὑπάρχοντα*, ut opes, gloria, &c. Hinc bona ſæpe accipiuntur pro poſſeſſionibus, ſive divitiis. *Cic.* ſæpe, & alii. ¶ Bo-

num

num etiam dicitur quidquid utile eſt. *Sen. ep.* 8. Dari bonum quod potuit, auferri poteſt. Unde & *Bono eſſe* dicuntur, quæ proſunt. *Cic. pro Mil.* Itaque & pro beneficio accipitur. Vet. Inſcript. apud *Grut. p.* 787. *n.* 5. Bæbius Pardus omni bono de ſe meritæ fecit. *Tacit.* 3. *hiſtor. c.* 81. Bona pacis, h. e. utilitates, & commoda. ¶ Item quidquid jucundum eſt, & delectat. *Plaut. Caſin.* 2. 8. 33. Ut mihi multa bona faciam! *h. e.* quam multas voluptates mihi procurabo!

Bonus, a, um, o. i. probus, præſtabilis, ſalutaris, frugi, integer, juſtus, humanus, benevolus, ſimplex, apertus, comis, ſuavis, *buono*, טוב, Ger. *gut*, Gal. *bon*, Hiſp. *bueno*, ἀγαθός. ¶ Item ſumitur pro eo, qui virtutibus, & egregiis moribus præditus eſt. *Cic.* 1. *Offic.* Vir bonus innumerabilibus officiis, & laudibus continetur. ¶ Pro nobili, *nobile*. *Ter. Phor.* Illam civem eſſe Atticam, bonam, bonis prognatam. *Plaut. Perſ.* 4. 4. Bono genere natus. Hinc *Optimates* dicuntur viri, qui dignitate, & auctoritate præſtant. ¶ Pro pulchro, *bello*. *Terent.* Et forma ſortaſſe bona. ¶ Pro apto, & idoneo, *atto*, *buono*. *Virg.* 2. *Georg.* Et bona bello cornus. *Id. eclog.* 5. Boni quoniam convenimus ambo, Tu calamos inflare leves, &c. h. e. idonei, periti. ¶ Pro miti, & favente, *favorevole*. *Stat.* Tu corda parumper huc adverte libens, atque has bonus accipe voces. ¶ Pro eo, qui recte ſuo officio fungitur, vel fungi poteſt, ut Bonus ſervus, Bonus Imperator, Bonus Grammaticus, Bonus Judex, &c. ¶ Pro magno. *Salluſt.* Bona pars militum inde diſceſſerat. ¶ Adhibetur ad bene ominandum. *Ovid. Met.* 15. Ite bonis avibus. Sic apud *Plaut. Pœn.* 2. 1. 9. Bona exta: h. e. faventia. ¶ Bone vir, eſt ironice compellantis. *Terent. Andr.* 3. 5. 10. ¶ Bona verba quæſo, *ibid.* 1. 2. 32. *di gratia colle buone*. ¶ Bonam copiam ejurare, V. in *Ejuro*. ¶ Bonæ fidei emptor. *L.* 109. *ff. de verb. ſign.* ¶ Comparativus gradus eſt *melior*, ſuperlativus *optimus*. V. ſuis locis.

Bonuſcŭla, orum, diminut. a bona, ſc. poſſeſſiones *Sidon. Apoll* 1. 9. *epiſt.* 6. Quantum de bonuſculis avitis, & paternis ſumptuoſitas domeſticæ charybdis abligurĭſſet.

Boo, as, n. 1. *muggire*, *vimbombare*, נעה, Ger. *vviderbrillen*, Gal. *mugir*, *blagler*, Hiſp. *bramar*, *boyar*, μυκάομαι, mugio, clamo, a boum mugitibus, vel a βοάω, vociferor. Eſt proprium boum, cum vocem emittunt. *Plaut. in Amph.* Boat cælum fremitu virum. ¶ *Boo*, *bois*, *boire*, ejuſdem ſignificationis, verbum antiquum. *Pacuv.* apud *Non.* 2. 80. Clamore, & ſonitu reſonantes bount. ¶ Reperitur etiam *bovare*. *Varr.* 1. 6. *de L. L.* & *Enn. ibid.* Sed *boare* magis eſt in uſu. ¶ Hinc *reboo*.

Boōtes, æ, Arctophylax, ſidus Septentrionale, a βοῦς, bos, unde etiam *bubulcus* vertitur. *Ovid. Faſt.* 3. *v.* 405. Sive eſt Arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes. *Id. l.* 2. *de arte am. v.* 55. Comeſque Bootæ Enſiger Orion. *Avien. Periegeſ.* format genit. *Bootis*, ut *v.* 364. *axe* Bootis. Et *v.* 456. plaga dura Bootis. V. *Arctophylax*.

Borĕa, vel Boria, f. 1. aliter Aerizuſa, gemma ex jaſpidum genere. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Boreālis, le, adject. ad Boream ſpectans. *Avien. in Arat. v.* 964. Borealis tramite cœli.

Borĕas, m. 1. *Borea*, *Greco tramontana*, צפון, Ger. *nortvvind*, Gal. *vent de biſe*, Hiſp. *Reganon*, *viento entre norte*, *y ſolano*, Βορέας, eſt ventus Septentrionalis, tertius poſt Septentrionem, Orientem verſus, qui alias dicitur Aquilo, a cujus dextera, ideſt verſus Sept. eſt Septentrio Aquilo, a ſiniſtra, ſeu verſus Or. Aquilo meſes. Apud veteres dicitur flare ab ortu ſolſtitiali, ſive æſtivo, quia octo tantummodo ventos agnoverunt, tres ab Ort. tres ab Occ. unum a Merid. unum a Septentr. Dictus eſt a βοή, clamor, quia eſt turbulentus, ac ſonorus. *Virg.* 1. *Georg.* Boreæ penetrabile frigus. Vide *Orithyia*.

Borĕus, o. 1. 2. *ſettentrionale*, Ger. *mitnechtig*, Gal. *ſeptentrional*, Hiſp. *ſetentrional*, βορεῖος, ſeptentrionalis. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 8. Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt.

Borith, vel Boryth, herba ſaponaria, de qua *Iſid. l.* 16. *c.* 2. Crepitat in aqua, quomodo calx viva, & ipſa quidem diſperit, ſed aquam lavationi aptam reddit.

Bormiæ Aquæ, *Vvormsèe*, opp. Rhetorum, ad extremum Vallis Telinæ inter fontes Adduæ, & Ollii flu. a Novocomo urbe Inſubrum. 100. M. P. in Cæc. ¶ Sunt & Aquæ Bormiæ, thermæ apud Aquenſem urbem Statiellorum in Liguria, hic dictæ a Bormia fluv. juxta fluente.

Borſycites, ſeu Boryptes, gemma nigra, notis albis, & ſanguineis. ¶ Item ſpecies olivæ. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Boryſthĕnes, m. 3. Danaſter, Danaſtus, *Nieper*, Βορυσθένης, fl. Sarmatiæ Europææ, in Polonia, qui fontes habet in Moſcovia, qua relicta Poloniam ingreditur, ubi Smolenskum, Orſam, Mohiloviam, & Rohaczoviam, Lithuaniæ urbes rigat, deinde auctus fluviis Bereſina, Pripeto, Soſa, & Deſena, & aliis, per Volhiniam infer. labitur juxta Kioviam, & Circaſſium urb. & in mare Nigrum ſe exonerat prope Oczacoviam, quæ al. Olbia, & Boryſthenes etiam dicta fuit, ab oſtio Tyræ 50. M. P. ab oſtio Bor. Iſtri 100. in Septent. ¶ Sunt etiam ibi hoc nomine urbs, ut dixi, al. *Olbia*, nunc *Oczacovia*, quæ melius dicitur Boryſtenis, idis: item inſula; item lacus. *Plin. l.* 14. *c.* 12.

Boryſthenĭdæ, arum, ad Boryſthenem habitantes. *Propert. l.* 2. *eleg.* 7. Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas.

Boryſthenĭus, a, um, adject. ad Boryſthenem pertinens. *Ovid.* 4. *de Ponto*, *el.* 10. *v.* 53. Cumque Boryſthenio liquidiſſimus amne Dryaſpes.

Bos, bovis, com. 3. *bue*, שור, Ger. *ein vind*, Gal. *beuf*, Hiſp. *buey*, βοῦς, animal, quo agri coluntur, a βῶς, bos, more Dorum, qui βῶς dicunt, vel a genit. βοὸς, ut canis a κυνὸς, vel a βόσκω, paſco, quod homines ſuis laboribus paſcit. Gen. plur. habet *boum*, dat. & ablat. *bobus*, per ſyncopen, vel *bubus* more veterum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quid de bubus loquar? ¶ Ambigui eſt generis, & æque de tauro, ac vacca dicitur. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 631. Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Inde cum actæ boves quædam, &c. ¶ Dat. plur. ut diximus, *bobus*, & *bubus* facit, prima producta; at *Auſon.* corripuit, *epigram.* 62. Æs veluti ſpirans cum bobus exagites. ¶ *Horat. l.* 1. *epiſt.* 14. *v.* 44. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Quo proverbio ſignificatur, neminem ſua ſorte contentum eſſe. ¶ Bos Lucas Elephas dicitur, quod in Lucanis Elephantes primum vidit Italia Pyrrhi tempore. *Varro de L. L. l.* 6. a luce dictos putat, quia longe relucebant propter inauratos clypeos, quibus eorum turres ornatæ erant. *Ennius* apud *Var. l. c.* Atque prius pariet locuſta lucam bovem. ¶ Boves mortui apud *Plaut. Aſin.* 1. 1. 22. ſunt lora bubula.

Boſchis, idis, avis paluſtris, ſeu marina anati ſimilis, ſed minor. *Colum. l.* 8. *c.* 15. Querquedulæ, boſchides, phalerides.

Boſphorānus, & Boſphorĭus, a, um, adject. a Boſphoro. *Ovid. Triſt. l.* 2. *v.* 298. Egerit Jonio, Boſphorioque mari. *Tacit. l.* 12. *c.* 15. Mithridates boſphoranus. ¶ Boſphorani, abſolute, Boſphori Cimmerii accolæ. *Cic. pro L. Manil. c.* 4. Poſteaquam ſe Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet.

Boſphorus, m. 2. Βόσπορος, Græce ſine aſpiratione, ut vera ratio poſtulat, anguſtæ maris fauces, a meabili bovis tranſitu, quaſi βοὸς, bovis, πόρος, via, iter. Sunt autem duo Boſphori, Thracius, & Cimmerius, tanta uterque anguſtia, ut & alitum cantus, & canum latratus ab ulteriore litore invicem audiantur. ¶ Boſphorus Thracius, *Stretto di Coſtantinopoli*, Græc. Ακμὰς, quaſi guttur, Turc. *Bogazin*, eſt anguſtia maris inter Thraciam, & Aſiam minorem, ſeu inter Byzantium in Europa, & Chalcedonem in Aſia, ſeu inter Pontum Euxinum, & Propontidem. Patet ſtadiis 4. ſeu paſſ. 500. *Val. Flac.* 4. *Argon.* tabulatur. Io puellam in vaccam commutatam per hæſce anguſtias in Aſiam tranſiiſſe, inde fretum illud Boſphorum nominari cœpiſſe. ¶ Boſphorus Cimmerius, al. Fretum Cimmerium, Os, vel Fauces Mœotidis, Patares anguſtiæ, *Voſpero*, *Stretto di Gaffa*, *Bocca di S. Giovanni*, eſt anguſtia maris inter Tauricam Cherſoneſum in Europa, & Sarmatiam in Aſia, ſeu inter Meotidem Paludem, & Pontum Euxinum, per quam illa in Euxinum defluit, paulo latior Boſphoro Thracio, ideſt latitudine 2. M. P. a quo abeſt 500. M. P. ab oſtio Tanais 375. in Auſt. Dictus eſt a Cimmeriis Populis, qui circa ipſum habitant. Sed & Boſphorus appellatus eſt Cimmerius a Cimmeriis, & Cimmerii appellati ſunt Boſphorani a Boſphoro. ¶ Ibi etiam Boſphorus eſt, urbs A. poſtea Panticapæum, *Voſpero*. ¶ Item hoc nomine opp. eſt Germ. *Oehſenfurt*, in Franconia, inter Herbipolim, & Rotemburgum 4. leuc. ad Mœnum flu.

Boſtrychus, m. 2. βόστρυχος, βόστρυχος, cæſaries in modum muliebris comæ ornata. *Firmic. l.* 4. *c.* 12.

Botaniſinus, i, runcatio, herbarum evulſio. *Plin. l.* 8. *c.* 18. Pauci runcant, quod botaniſmon vocant.

Botellus, i, dim. a botulus, *falcicciuolo*, inteſtinum delicatiore aliquo cibo fartum. *Martial. l.* 5. *epigr.* 79. Et pultem niveam premens botellus.

Bothynus, i, m. βόθυνος, genus quoddam cometæ in modum foveæ ſeu ſcrobis; a βόθρος, ſcrobs. *Senec. l.* 1. *Quæſt. natur. c.* 14. (ubi Græcam poſitionem retinet, *Bothynoe*, οἱ βόθυνοι) & *Apulej. de Mundo*.

Botronātum, i, ornamentum delicatum, contextum βοτρυδῶν, cujus baccæ, aliæ aliis adhærent, ut in botris. *Tertull. de cultu fem. c.* 10.

Botruōſus, a, um, adject. botris, h. e. racemis abundans. *Plin.* 12. 13. Botruoſus frutex. *Al. leg.* myrtuoſus. *Apul. de herbis c.* 67. Botruoſum ſemen.

Botryo, vel Botryon, onis, m. *grappolo*, βότρυων, uvæ racemus. *Pallad. l.* 3. *tit.* 33. Ut vitis botryones & albos afferre poſſit, & nigros. ¶ In illo *Martial. l.* 11. *ep.* 28. Nec dignam toto ſe botryone putat: *botryonem* alii interpretantur racemum uvæ conditiæ, alii liquamen ex ovis piſcium, quia ova ita condita mutuo adhæreſcunt, ut in uva acini.

Botrys, f. 3. βότρυς, herba, al. ambroſia, artemiſia, a βότρυς, *racemus*, quod circa imum caulem ſemen habeat in ramulis uvarum modo dependens, odore vinoſo. *Plin. l.* 27. *c.* 1.

Botrytes, βοτρύτης, gemma incipienti uvæ [illegible]is. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Botularĭus, botulorum confector, ſeu vendito, *ſalcicciajo*. *Senec. ep.* 56.

Botŭlus, m. 2. *Jalciccia*, Ger. *bratvvurſt*, Gall. *jauciſſe*, Hiſp. *longanica*, farciminis genus duplex. Aliud enim fit ex ovis, nucleis, cepa, & porro conciſis, thure item & pipere vino perfuſis, ut *Apicius* deſcribit *l.* 2. *c.* 5. Aliud ex fruſtulis carnis, ſanguine, &c. *Feſtus*. Botulus genus farciminis, propter connexionem a bolis ſic appellatur. *Tert. Apologet. c.* 9. Botuli cruore diſtenti. *Gell. l.* 16. *c.* 7. refert hoc verbum inter fordida, quibus *Laberius* uſus eſt.

Bovātim, ad ſimilitudinem bovis. *Nigid. apud Non.* 1. 190.

Bovianĭus, a, um, ut Boviania luſtra, i. e. ſilvæ circa Bovianum. *Sil. Ital. l.* 8. *v.* 565.

Bovianum, V. Bojanum.

Bovīle, is, n. 3. *ſtalla de' buoi*. *Phædr. l.* 2. *Fab.* 9. Cervus ſe bovili condidit. A. leg. *bubili*. Adde *Caton.* & *Varr.* apud *Charif. l.* 1.

Bovillæ, arum, f. 1. Bobile, *Babuco*, *Bauco*, Βοῦλλαι, oppid. Latii, in Hernicis, in Campania Romana, prope fin. Regni Neapolitani, Aletrio, & Verulo finit. inter Fruſinonem 8. M. P. in Or. & Soram ad Bor. 6. ab Urpino tot. a Liri ſl. 4. ¶ Item pag. Romæ vicinus, in via Appia. Nomen inde accepit, quod bos vulnerata ſua trahens illa eo venerit.

Bovillānus, a, um, ad Bovillas pertinens. *Cic. pro Planc. c.* 9.

Bovillus, a, um, idem quod Bovinus. *Theodor. Priſcian. l.* 1. *c.* 7.

Bovinātor, oris, *Lucilio* eſt tergiverſator, & malitioſus. *Non. c.* 2. *n.* 84. & *Gell. l.* 11. *c.* 7.

Bovīnor, d. 1. λοιδορέω, convicior, quaſi in aliquem mugio, verb. antiq. *Feſt.*

Bovīnus, a, um, ad boves pertinens, *bovino*. *Theodorus Medicus antiquus*, *de diæta*, *c.* 15. Utilior omnibus probatur medulla cervina, ſecunda bovina, & maxime de juvenibus.

Bovo, as. V. Boo.

Box, ocis, m. 3. βῶξ, genus piſcis, a boando. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

B A N T E R.

Brabēum, ſeu Brabĭum, aut Bravium, i, n. *premio della vittoria*, *palio*, βραβεῖον, victoriæ præmium, ejus præcipue, quæ in Ludis publicis pyritur. *Novatian. de cibis Judaicis*, *c.* 1.

Brabeutæ, m. 1. βραβεῦται, judices ſpectaculorum, qui victoribus in certamine exhibent præmium, & coronas. *Suet. in Ner. c.* 53.

Braca, & Bracca, æ (quibuſdam & Bracha) f. 1. ἀναξυρίδες, veſtis fluxa, & intonſa, ac varii coloris, qua olim gentes duntaxat frigidioris plagæ utebantur, ut Sarmatæ, Galli, &c. a βραχὺς, brevis, vel a βράκω, lacera veſtis, vel melius a voce Belgica. Nam Belgæ *broeck* appellant, Cimbri *brog*, Britanni *breache*. *Ovid. de Scythis*, Pellibus, & laxis arcent mala frigora bracis. *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 1. *de Sarmatis*. Ob ſævitiem hyemis admodum aſſiduæ, demerſis in humum ſedibus, ſpecus, aut ſuffoſſa habitant, totum bracati corpus, niſi qua vident, & ora veſtiti. Ex quo colligere licet, bracas ejuſmodi eſſe, ut thoracem, feminalia, & tibialia uno contextu contineant. ¶ In ſingulari numero *Ovid. s. Triſt.* 10. 34. Pro patrio cultu Perſica braca tegit.

Bracăra Auguſta, *Braga*, urbs A. Hiſpan. Tarr. ad R. Portugallicum ſpectans, ad Cavadum fl. in Provincia dicta intra Durium, & Minium. *Auſon. de Urbib.* 9. *v.* 5.

Bracarauguſtānus, a, um, ab Bracaram Auguſtam pertinens. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 324. *n.* 11.

Bracări, orum, populi Hiſpaniæ, quorum urbs Bracara. *Plin. l.* 3. *c.* 4.

Bracărus, a, um, ad Bracaram pertinens, ut Bracarus conventus. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Bracarii, m. 2. bracarum veſtium confectores. *Lamprid. in Alex. c.* 24. Vectigal inſtituit bracariorum.

Bracata, V. Gallia.

Bracātus, o. 1. 2. bracis indutus. *Cic. pro Font.* Sagatos, bracatoſque.

Brachiāle, n. 3. *maniglia*, *Braccialetto*, אמצעדה, Ger. *armzier*, Gal. *braſſelet*, Hiſp. *bracal*, *brazalete*, περιβραχιόνιον, ornamentum brachii. *Plin. l.* 29. *c.* 7. Argenteo brachiali incluſo.

Brachiālis, le, adject. ad brachium pertinens, ut nervus brachialis. *Plaut. in Pœn.* 5. 4. 99. Et brachialis craſſitudo, *Plin. l.* 13. *c.* 11.

Brachiātus, o. 1. 2. quod eſt ad brachiorum modum factum. *Col. l.* 5. *c.* 5. Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant. *h. e.* quæ ramos utrinque in brachiorum modum compoſitos habent.

Bra-

Brachiolāris, brachialis, ut muſculi brachiolares, *Veget. l. 2. c. 25.*

Brachiŏlum, i, n. 2. diminut. parvum brachium. *Catul. Carm. 62. v. 181.* Brachiolum teres.

Brachĭum, n. 2. *braccio*, זרוע, Ger. *ein arm*, Gal. *bras*, Hiſp. *braco*, βραχίων, proprie eſt pars illa corporis, quæ eſt a cubito uſque ad manum. *Ovid. Met. 1. v. 500.* Laudat brachia, & nudos media plus parte lacertos. Sed fere ſumitur pro omni eo, quod a ſcapulis dependet uſque ad extremam manum. *Virg. 5. Æn.* Evinctis attollit brachia palmis. ¶ Molli brachio, & levi brachio aliquid fieri dicimus, cum indulgentem operam ſignificamus. *Cic. l. 1. ad Att. 2. & 4.* ¶ Translate, Præbere brachia ſceleri, dixit *Ovidius*; hoc eſt operam navare, favere. Sic ab aliis transfertur ad piſces, arbores, flumina, montes, & alia multa, quæ ſimilitudinem brachii habent. *Ovid. 1. Metam.* Nec brachia longo margine terrarum porrexerat Amphitrite. *Id. 2. Metam.* Edidit hinnitus, & brachia movit in herbis. *Liv. l. 44. c. 35.* Veluti per devexum in mare brachium. *Id. l. 4. c. 9.* Muro brachium injunxerat. *Virg. 2. Georg. v. 296.* Ramos, & brachia tendens.

Brachŏdes, m. 3. βραχώδης, prom. Africæ, in extremo cornu Syrtis parvæ. *Plin. l. 4. c. 3.*

Brachmanæ, um, m. βραχμᾶνες, *Bramini*, & *Nairi*, Sapientes in India cit. diligentiſſimi ſiderum obſervatores, alterum genus Gymnoſophiſtarum. Nam Bardeſanes Babylonius Gymnoſophiſtarum duo tradit genera, quorum illi, qui ex generis ſucceſſione veluti hæreditariam Sapientiæ profeſſionem amplectebantur, *Brachmanes* dicti, qui vero electione ad Philoſophiæ profeſſionem aſſumebantur, *Samanei*. Ex *Strab. l. 15.* A *Plinio* memorantur Brachmanæ populi circa Gangen, *l. 6. c. 17.*

Brachycatalecton, βραχυκατάληκτον, carmen, cui pes integer deeſt. Hujuſmodi carmen dicitur *brachycatalecticon*. V. Grammat.

Brachylogia, βραχυλογία, breviloquium, Laconiſmus. V. *Quint. l. 9. c. 3.* ubi tamen Græcis litteris ſcribitur.

Bractĕa, f. 1. *sfoglia*, *lama ſottile*, eſt lamina exilis auri, &c. vel ligni, aut alius materiæ, a ברק, *fulgurare*, vel a βραχέω, crepito, quia propter exilitatem crepitat. Differt a lamina, quod lamina craſſior eſt, ex qua armatura conficitur, bractea magis tenuis, & ſua ſponte plicabilis. *Virgil. l. 6.* Læni crepitabat bractea vento. ¶ Bracteis inaurari ſimulacra ſolebant, ſed unguibus plerunque auferebantur. *Mart. 8. 33.* Aſtuti deraſa eſt ungue miniſtri bractea.

Bracteamentum, i, ſubtile figmentum, ut Vet. Gloſſator interpretatur. *Fulgent. Contin. Virg. p. 140. edit. Munker.* Aſcræi fontis bracteamento ſaturior.

Bractealis, le, adject. ad bracteas pertinens. *Prudent. hymn. Romani, v. 1025.* Setaſque fulgor bractealis inficit.

Bracteārius, ii, qui bracteas facit. *Jul. Firmic. l. 4. c. 15. & l. 8. c. 26.* Inauratores, bractearios, argentarios.

Bracteātor, m. 3. qui bracteas facit. *Firmic. l. 8. c. 16.* Quicunque habuerit horoſcopum in 17. parte Scorpii, erit aurifex, inaurator, bracteator.

Bracteātus, o. 1. 2. bractea obductus. *Sidon. l. 2. epiſt. 10.* Bracteatum lacunar. ¶ Translate ornatus, & elegans. *Fulgent.* Bracteata eloquentia. ¶ Item in quo interius minus eſt, quam foris apparet. *Senec. epiſt. 115.* Omnium iſtorum bracteata felicitas eſt. Ital. *apparente*.

Bracteŏla, læ, diminut. parva bractea, ſeu lamina. *Juven. Sat. 13. v. 152.* Qui bracteolam de Caſtore ducat.

Branchĭæ, arum, f. *branchie*, βράγχια, partes hiantes in piſcibus follium more juxta cervicem, quibus anhelitum reddere, ac per vices reſpirare exiſtimantur, a βρύγχω, guttur, quia gutturis officio in reddenda aqua, quæ ore accepta eſt, funguntur. Balænæ, & Delphini excipiuntur, qui fiſtulis ſpirant, Balænæ a fronte, Delphini a dorſo. *Plin. l. 9. c. 18.*

Branchidæ, m. 1. Apollinis Didymæi Sacerdotes, apud Poſſideum opp. & promontorium Joniæ, qui locus prius Branchidarum Oraculum dicebatur. *Plin. l. 5. c. 29.*

Branchus, filius Apollinis ex filia Jauci, uxore Sucronis, qui cum Apollinis malas deoſculatus eſſet, coronam, & virgam accepit, cœpitque vaticinari, & ſubito nuſquam apparuit. *Stat. l. 3. Theb. v. 479.* ¶ Ingens ei templum ædificatum eſt, quod Branchiadon nominarunt. *Lactant. Statii Scholiaſt. ex Varr.* ¶ Sed alibi idem ait, Branchum quendam Theſſalum fuiſſe ab Apolline maxime dilectum, cui poſt mortem in ſuo templo ſacra fieri juſſit, inde Apollinem Branchiadem vocatum fuiſſe.

Braſma, atis, n. 3. βράσματα Græci vocant bullas aquæ ſcaturientis, vel ebullientis; puſtulas item ab igne in pane torrido factas. ¶ Hinc Braſma piper atrophum, & inane dixit *Plin. l. 12. c. 7.*

Braſmatiæ, arum, βρασματίαι, terræ motus, qui humum moleſtius ſuſcitantes, ſurſum propellunt immaniſſimas moles. Ita deſcribit *Ammian. l. 17. c. 7.* (*al. 16.*)

Braſſĭca, f. 1. *cavolo*, ורד, Ger. *koelkraut*, Gal. *choux*, Hiſp. *berca*, κράμβη, herba, vulgo caulis, quaſi *præſeca*, teſte *Varrone*, quia ex ejus icapo, quem maximum habet, folia minutatim præſecantur, vel, ut alii volunt, quaſi *paſſica*, quod ex ſcapo præſecetur, & paſſa fiat, vel a βράσσω, voro, quod illa avide veteres veſcerentur. Vitibus pernicioſa eſt, a qua illæ in diverſam partem refugiunt. *Cic. de nat. Deor. 2. 47.*

Braſtæ, arum, m. eadem terræmotus ſpecies, quæ *braſmatiæ* dicuntur, a βράσσω, ebullio, *Apulej. de Mundo*.

Bravĭum, V. Brabium.

Brennus, dux Senonum, qui Romam ceperunt. Brenonam condidit, quæ nunc *Verona* dicitur. Apollinis Delphici templum prædæ cauſa ingreſſus ira Numinis ſe ipſe interfecit.

Brephotrophĭum, βρεφοτροφεῖον, locus, in quo infantes expoſiti, & pauperes nutriuntur. *Leg. 19. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*

Breve, is, libelli genus, in quo militum, vel aliorum nomina deſcribebantur. *Vopiſc. in Aurel. c. 26.* Breve nominum conſcripſit. ¶ Dicitur & brevis in maſculino, ſubaudi *libellus*. *Lamprid. in Severo c. 21.* Milites ſuos ſic ubique ſcivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militantium.

Brevi, propediem, brevi tempore, exiguo tempore, paucis diebus, item paucis, perpaucis, paucis verbis, breviter, *brevemente*, Ger. *kuertzlich*, Gal. *bref*, *enpeu de temps*, Hiſp. *brevemente*, *in* βραχεῖ, adverb. *Cic. Curion.* Brevi ſic habeto. ¶ Poteſt eſſe & ablativus, ut ſubintelligatur tempore. *Cic. in Verr.* Brevi poſtea mortuus eſt. *Gell. l. 13. c. 17.* Fuit Æſchylus non brevi antiquior Euripide. ¶ Sæpe ablat. tempore exprimitur. *Idem ad Terent.* Ne brevi tempore fames in urbe ſit. ¶ Reperitur etiam cum præpoſit. in *Auct. epiſt. ad Octav.* O miſeram, & in brevi tam celerem, & tam variam Reipub. commutationem.

Brevĭa, plur. neut. ſunt loca maris vadoſa, navigantibus periculoſa, quod ibi undæ breves ſint. h. e. non profundæ. *Virg. Æn. 1. v. 110.* Tres Eurus ab alto In brevia, ac Syrtes urget. *Tacit. Ann. 1. c. 70.* Neque diſcerni poterant incerta a ſolidis, brevia a profundis.

Breviarĭum, ii, ἐπιτομή, compendium, *compendio*. *Suet. in Auguſt. c. ult.* Fecit breviarium totius imperii. Et *in Veſpaſ. c. 21.* Deinde perlectis epiſtolis, officiorumque omnium breviariis, amicos admittebat. *Senec. ep. 39.* Hæc quæ nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur ſummarium vocabatur.

Breviarius, a, um, compendiarius, ut Rationes breviariæ. *Leg. ult. ff. de pecul. legat.*

Breviatĭo, onis, f. contractio, decrementum. *Auguſt. epiſt. 80.* Breviatio dierum.

Breviātor, oris, m. 3. qui breviat. *P. Oroſ. l. 1. hiſt. cont. Pagan. c. 8.* Pompejus hiſtoricus, ejuſque breviator Juſtinus.

Brevicŭlum, li, vel breviculus i, m. brevis ſcriptura, libellus. Hinc titulus 44. *l. 7. Cod. Juſtin.* inſcribitur *de ſententiis ex breviculo recitandis*, h. e. ex libello, in quo judices ſententias ſuas perſcribebant.

Brevicŭlus, idem quod perbrevis. *Apul. l. 1. Mileſ. p. 107.* Grabatulus aliquanto breviculus, & uno pede mutilus.

Brevilŏquens, entis, adject. qui breviter loquitur. *Cic. Attic. l. 7. ep. 20.* Breviloquentem me tempus ipſum facit.

Breviloquentĭa, æ, quod Laconiſmum vulgo dicimus, *parlar breve*. *Cic. apud Gell. l. 12. c. 2.* Breviloquentiam in dicendo colere.

Brevĭo, as, are, a. 1. abbrevio, *abbreviare*, *compendiare*, *accorciare*, βραχύνω. *Quintil. l. 1. c. 9.* Et breviare quædam, & exornare, ſalvo Poetæ ſenſu, permittitur. *Manil. l. 3. v. 461.* Ex illa totidem per partes ſic breviantur. ¶ *Breviare ſyllabam* brevi quantitate proferre. *Quintil. l. 12. c. 10.*

Brevis, & ve, o. 3. parvus, puſillus, anguſtus, exiguus, *breve*, קצר, Ger. *kurtz*, Gall. *bref*, Hiſp. *breve*, βραχύς, id, quod longo opponitur, a Græca voce, quæ poſita eſt. *Cic. pro Arch.* In hoc vitæ curriculo, & tam brevi. Apud *Horatium l. 2. od. 14. brevis dominus*, eſt paucorum dierum dominus. Apud *eund. in Poet.* Dum brevis eſſe laboro. *hoc eſt* non prolixus. ¶ Dicitur de omnibus, quæ exigua, & parva ſunt, ut brevis cenſus, *Horat. l. 2. Od. 15.* Breviſſimum vaſculum, *Pallad. R. R. l. 5. tit. 8.* Breves Gyaras, h. e. anguſtas, *Juven. Sat. 1. v. 73.* ¶ Brevis pro libello. V. in *Breve*. ¶ Ad breve, ſubaudi, tempus, *Suet. in Tiber. c. 68.* ¶ *Brevia* V. ſupra ſuo loco.

Brevĭtas, atis, f. 3. *brevità*, קצר, Ger. *kurtze*, Gal. *brieveté*, Hiſp. *brevedad*, βραχύτης. *Cic. 2. Offic.* Brevitatis cauſa uno exemplo contenti erimus. ¶ Dicitur etiam pro parvitate. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 30.* Gallis præ magnitudine corporum ſuorum, brevitas noſtra contemptui eſt.

Brevĭter, exigue, ſummatim, brevi, *brevemente*, βραχέως. *Cic. de Amic.* Multa ab eo prudenter diſputata, multa breviter, & commode dicta. ¶ Uſurpatur etiam de tempore, cui opponitur *diu*. *Publ. Syrus*: Iratum breviter vites, inimicum diu. ¶ Comparat. *brevius*, ſuperlat. *breviſſime*. *Cic. Fin. l. 4. c. 10. & l. 2. de nat. Deor. c. 1.*

Bria, V. Ebria.

Briăreus, triſyllab. Βριάρεως, Gigas nepos Cœli, filius Titani, & Terræ, a βρίθω, valde, & ἄρης, Mars, vel a βριάω, robuſtus ſum. Hunc Poetæ finxerunt centum habuiſſe brachia, & quinquaginta ventres. *Homerus* narrat 1. *Iliad.* Briareum ſuaſione Tethydis, cum Pallas, Juno, Neptunus, aliique ex Diis nonnulli adverſus Jovem conjuraſſent, in cælum aſcendiſſe, ut Jovi ſuppetias ferret, Deoſque conjuratos illius adventu territos a cœptis deſtitiſſe, & cum Jove in gratiam rediiſſe. Ubi etiam hoc addit, a Superis quidem Briareum dictum fuiſſe, ab hominibus autem Ægæonem. ¶ Alii Briareum inter eos numerant Gigantes, qui adverſus Jovem bellum geſſerunt. Unde a *Virg. l. 6.* cum aliis monſtris in veſtibulo Inferorum collocatur.

Briareius, a, um, adject. quinque ſyllab. *Claudian. de Rapt. Proſerp. l. 3. v. 188.* Appetiit centum Briareia turba lacertis.

Brigantes, pop. Hiberniæ, ubi nunc Comit. *Waterford*, & *Triperary*, in Momonia, inter Suirii oſt. & confl. Neroi, & Barouvi. ¶ Apud *Marcell. Empir. c. 8.* ſunt vermiculi, qui cilia exulcerare ſolent.

Brigantīnus, a, um, adject. gentile, ut lacus Brigantinus, qui alias Acronius. *Plin. l. 9. c. 17.*

Brilētus, m. 2. Brileſſus, Ægialeus, mons Atticæ, prope Tharnen, in quo bina leporibus ſunt jecinora, cervis renes quaterni, pennatis, & ſquamoſis nulli. *Plin. l. 4. c. 7. & l. 11. c. 37.*

Brimo, Ἑκάτη, Hecates, vel Proſerpinæ cognomen, ἀπὸ τῦ βρεμᾶν, h. e. a terrendo, eo quod nocturna terriculamenta immitteret. *Propert. l. 2. eleg. 2. v. 64.* Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.

Briſa, æ, f. 1. vinaceus uvæ cum calcatur, vel, ut alii malunt, vinaceorum maſſa, ex qua vini, vel aquæ affuſione fit vinum ſecundarium, a βρίθω, mano, ſcaturio, quia cum calcatur, vini liquorem effundit. *Col. l. 12. c. 39.* Subactam briſam prælo ſubjicere. ¶ Eſt etiam Briſa, Βρίσα, promont. Lesbi, in quo Bacchus colebatur; inde Briſæus dictus, Quare in *Perſ. Sat. 1. v. 76.* ita legunt quidam: Eſt nunc, Britæi quem vinoſus liber Acci: ut Accius Briſæus dicatur, quod Accius Poeta in tutela eſſet Liberi Patris. Al. tamen legunt *Briſeis*. V. ¶ Alii Briſæum dictum volunt Bacchum a Briſa, h. e. uva; quod uvam invenerit, & expreſſerit. V. *Voſſ. in Etymol.*

Briſēis, f. 3. Βρισηΐς, Lyrneſſia puella, a patre Briſa ita appellata, cum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lyrneſſo urbe, Achilli victori in ſortem ceſſit, poſtea ab Agamemnone erepta, implacabilis inter eos diſſidii cauſa fuit. Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neque unquam adduci potuit, ut arma ſumeret, donec Patrocli mors nuntiata eum ad vindictam impulit. *Horat. l. 2. Od. 4. v. 3.* Serva Briſeis niveo colore Movit Achillem.

Briſeus, i, m. Βρισεύς, cognomen Bacchi, apud *Macrob. 1. Saturn. c. 18.* V. *Briſa*.

Briſæus, a, um, V. in Briſa.

Britanni, m. 2. Βρεττανοί, pop. Britanniæ. *Virg. 1. Ecl.* Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

Britannĭa, f. 1. Βρεττανία, inſ. maxima in Oceano Sept. Prius dicta eſt Albion, ab Abis montibus, qui ad eam navigantibus primo apparent, deinde Britannia a Britone Rege. Ab Ort. abluitur Oceano Germanico, ab Occ. Hibernico, a Sept. Caledonio, ad Mer. anguſto freto a Belgio dirimitur. Porrigitur 800. M. P. in longitudinem inter Auſtrum, & Septentrionem. 400. in latitudinem, inter Cantium promont. ad Or. & Bolerium prom. ad Occ. Dividitur in duo Regna, Angliam in Auſtr. quæ & Britannia major dicitur, & Scotiam ad Septent. quæ Britannia minor. Hinc gentile *Britannus*, a, um, & poſſeſſ. *Britannicus*, a, um. ¶ Eſt & Britannia min. al. Armoricæ civitates, *Bretagne*, pars Gall. Celt. ad Occ. & Bor. ſic a Britannis, qui ex Britannia magna ab Anglis, ſive Saxonibus ejecti in ea confederunt.

Britannĭca, f. 1. *Plin. l. 25. c. 3.* herba foliis oblongis, & nigris, radice item nigra, nervis, & dentibus ſalutaris, & contra anginas, & ſerpentum morſus efficax remedium. Hujus flores vibones vocantur, quibus ante tonitrua deguſtatis milites adverſus fulminum ictus prorſus ſecuri reddebantur.

Britannĭcus, a, um, n. 1. 2. βρεττανικός, quod ab Britannia ſpectat. *Cic. 3. de nat. Deor.* Quid? æſtus maritimi, vel Hiſpanienſes, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel acceſſus, vel receſſus ſine Deo fieri nonne poſſunt? *Juven. Sat. 7.* Quantum delphinis balæna Britannica major.

Britannus, a, um, o. 1. 2. *Βρεταννὸς*, qui eſt ex Britannia. *Juven. Sat.* 15. Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

Britomartis, vel Britone, nympha Cretenſis, Dianæ dilecta, quæ ſe in fluvium præcipitem dedit, ut Minois vim effugeret. Hæc vox Cretica eſt, & dulcem puellam ſignificat, teſte *Solin. c.* 11. (*al.* 16.) *Claudian. in* 2. *Conſul. Stilich. v.* 251. Ignea Cretæa properat Britomartis ab Ida.

Britŏnes, iidem ac Britanni, ſed ex Britannia min. in Gallia. *Juven. Sat.* 15. *v.* 124. Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Brixĭa, f. 1. *Breſcia*, urbs Tranſpadanæ regionis, opus Cenomanorum, qui poſt Inſubres in Italiam venerunt, prope Melam fl.

Brocchus, vel brochus, i, m. 2. dens eminulus, & in adverſum de ſerie procurrens, ſive exertus. *Varro R. R. l.* 2. *c.* 8. *de equis*: Cum dentes facti ſint brocchi, & ſupercilia cana, & ſub ea lacunæ, ex obſervatis dicunt, eum equum habere annos ſexdecim. ¶ *Plin. l.* 11. *c.* 37. Brocchos appellat homines ipſos ejuſmodi dentibus, atque labratos improbius. Bronchos idem dixit *Lucilius*, quos *Nonius c.* 1. *n.* 102. interpretatur producto ore, & dentibus prominentibus.

Brochĭtas, atis, ipſum vitium dentium prominentibus. *Plin. l.* 11. *c.* 37.

Brochon, n. 2. arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Aliqui malachram, alii maladocon appellant. *Plin. l.* 12. *c.* 9.

Bromĭus, m. 2. *Βρόμιος*, Bacchi cognomen, a *βρέμω*, tremo, vel a *βροντῇ* tonitru, quod natus ſit cum tonitru, ejus genitrice fulmine perempta, vel a Brome, vel Bromio nympha, quæ eum educavit, ut *Serv. ad Ecl.* 6. *v.* 15. & *Hygin. fab.* 182. narrant: *Ovid. Met.* 4. *v.* 11. Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque.

Bromos, *Βρῶμος*, avenæ ſpecies, *Plin. l.* 18. *c.* 11. & *l.* 21. *c.* 25.

Bromŏſus, a, um, *puzzolente*, graveolens, *βρωμώδης*. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 37. & *Tard.* 3. 2.

Bronchus, V. Broccus.

Brontes, æ, *Βρόντης*, Cyclops, unus e tribus Vulcani miniſtris, a *βροντάω*, *tono*. *Virg. Æn.* 8. *v.* 424. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Bronteſque, Steropeſque, & nudus membra Pyracmon.

Brontēum, n. 1. *βροντεῖον*, machina erat ſub ſcena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi tonitru ſonum imitabantur, quod genus *Claudiana tonitrua* Feſtus vocavit, a Claudio Pulchro inventore. Sed vox Græca eſt, non Latina.

Brontia, æ, f. 1. *βροντία*, gemmæ nomen, quæ cum tonitru cadere creditur, teſtudinis capiti ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Bronton, ontis, *tonante*, *βροντῶν*, tonans. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 34. *n.* 5. Sacerdos Dei Brontontis. *h. e.* Jovis tonantis.

Broteas, æ, & Ammon, Fratres pugiles. Vide *Ovid. Met.* 5. *v.* 107. ¶ Alius Broteas, vel Broteus Vulcani Filius, propter vultus deformitatem contemtus, ſe in rogum ardentem conjecit. *Ovid. in Ibin*, *v.* 517. & *Gell. l.* 22. *c.* 11.

Bruchus, m. 2. *βροῦχος*, genus vermis e locuſtarum genere, ſine alis, a *βρύκω*, rodo, quod herbas, & arborum frondes erodit. *Hieron. in Malach. & Joel.* & *Prudent. in Hamartig. v.* 229.

Bructĕri, Pop. Friſiæ Orientalis. *Claud. de* 4. *Conſ. Honor. v.* 449. Venit accola ſylvæ Bructerus Hercyniæ. *Tacitus* etiam meminit 4. *hiſtor. c.* 21.

Bruma, f. 1. ברה, Ger. *vvinter*, *χειμερινὴ τροπή*, initium hyemis, quæ incipit a ſolſtitio hyberno, quod in tribus diebus Decembris, 19. 20. 21. poſitum eſt. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 163. Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima Solis. ¶ Fere ponitur pro tota hyeme. *Virg.* 3. *Georg. v.* 321. nec tota claudes fænilia bruma. *Id. ibid. v.* 443. Horrida bruma. Adde *Phædr. l.* 4. *fab.* 23.

Brumālis, le, adject. ad brumam pertinens. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 45. Sol accedens ad brumale ſignum. ¶ Item ad hyemem pertinens. *Martial.* 13. 16. Brumali gaudentia frigore rapa.

Brunda, æ, f. idem ac Brunduſium. *Feſt.* & *Arnob. l.* 2.

Brundusīnus, a, um, ad Brunduſium pertinens, ut Brunduſinum fœdus. *Tacit. Ann. l.* 1. *c.* 10.

Brundusĭum, Brundiſium, Brendeſium, Brenteſium. *Brindiſi*, *Βρεντήσιον*, Col. & Urbs A. Salentinorum cum portu, R. Neapolit. in prov. Hydruntina, in ora Bor. maris Adriatici, contra Tarentum, conditum ab Ætolis ſociis Diomedis, a *βρέντιον*, *caput cervi*, quia & caput cervi, & cornua, & linguam habere videtur, vel a *Brento* Herculis fil. *Plin.* 3. 11. *Lucan.* 2. 610.

Bruſcum, n. 2. tuber arboris, intortum, & criſpum. *Plin. l.* 16. *c.* 16.

Bruta, f. 1. arbor ſoli Orienti cognita, cypreſſo fuſæ ſimilis albicantibus ramis, odore cedri, a ברוש, vel ברות, cypreſſus. V. *Plin. l.* 12. *c.* 17.

Brutātes, iidem qui Brutii. *Enn.* apud *Feſt. in voce Bilinguis.*

Bruteſco, is, eſcere, brutum, vel ſtolidum fieri. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1. Secundum beluas ineptit, bruteſcit. ¶ Item ſenſum amittere. *Lactant. l.* 2. *Inſtit. c.* 5. *ſect.* 40. Animal quia ſenſu præditum eſt, etiam membra ejus habent ſenſum, nec, niſi a corpore avulſa, bruteſcunt. Ita reſtituit Gronov. ex MSS. Antea legebatur, *putreſcunt.*

Brutĭa pix, ſecundus liquor, qui ex tæda excoquitur, & aceto coagulatur, doliis, aliiſque vaſis illiniendis utilis, dicta, quod optima in agro Brutio excoquebatur. *Plin. l.* 6. *c.* 11.

Brutiāni, m. 2. dicebantur, qui officia ſervilia Magiſtratibus Romanis præſtabant, hac ignominia Brutiis populis loco militiæ impoſita, quod primi Annibali adhæſiſſent, & cum eo perſeveraſſent, donec ex Italia recederet. *Gell. l.* 10. *c.* 3.

Brutiānus, a, um, ad Brutum pertinens, ut Brutianum bellum, *Lactant.* 2. 7. Brutiana caſtra. *Vellej.* 2. 72.

Brutĭi, vel Bruttii, Brutiani, Bretii, *Abruzzeſi*, *Βρέττιοι*, pop. Italiæ, in Magna Græcia, in parte Auſtrali R. Neap. in ora maris ſuperi, & inferi, contra Siciliam, diviſi in Ciſmontanos, & Tranſmontanos, ubi olim Oenotria, & Auſonia, nunc Calabria citerior, & ulterior, inter Lucaniam, poſt Laum fl. & fretum Siculum, & inter mare Tyrrhenum, & ſinum Tarentinum. Hi fuerant ſervi, & paſtores Lucanorum, qui inde aufugientes furtim in regione conſederunt, ubi Coſentia eſt, quæ fuit eorum metropolis. Dicti ſunt, quaſi *bruti*, ideſt, tardi, ſtupidi, obſcœni. A Romanis propter eorum perfidiam pene deleti fuere, ſine dignitate, ſine honore, ad ſervilia opera ſemper coacti.

Brutīnus, a, um, adject. ad Brutum pertinens, ut Brutina conſilia, *Cic. ad Brut. ep.* 15.

Bruttiānus, vel Brutianus, a, um, ad Brutios pertinens, ut Bruttiani caules, *Plin.* 19. 8.

Brutĭus, vel Bruttius, a, um, adject. a Brutiis, ut Brutius ager, & tellus Brutia, *Sil. Ital. l.* 16. *in princ.*

Brutus, a, um, *grave*, *tardo*, *inſenſato*, *ἄλογος*, *ἀναίσθητος*, Ger. *unvernünfftig*, Gal. *brutal*, Hiſp. *bruto*, *brutal*, quod nomen proprie terræ tribuitur, quaſi quæ ſine ſenſu immota, & gravis maneat. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Quo bruta tellus, & vaga flumina. Ad quem locum *Vet. Scholiaſt.* Bruti, inquit, graves & tardi dicuntur, quod terræ perpetuum eſt. Similia habent *Feſtus*, & *Non.* ¶ Bruta fortuna dicitur *ad Heren. l.* 2. h. e. cæca, & ſine ratione. Et bruta fulmina dicuntur a *Plinio l.* 2. *c.* 43. quod temere, & ſine ratione cadunt. ¶ Id. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *circa med.* Bruta exiſtimantur animalium, quibus (*cor*) durum riget; audacia, quibus parvum eſt; pavida, quibus prægrande. ¶ Bruta ſiquando inveniuntur ſine ſubſtantivo, intellige *animalia*. ¶ Brutus etiam dicitur, qui hebes, & ſtultus eſt. Hinc L. Junius cognominatus eſt Brutus, & ab eo cæteri ejus familię poſteri, quia, ut tutus eſſet a Tarquinio ſuperbo, ſe ſtultum ſimulavit.

Brya, bryæ, f. 1. frutex in Achaja, quem Dioſcorides *μυρίκην*, Romani tamaricem appellant. *Plin. l.* 13. *c.* 21.

Bryon, herba marina lactucæ foliis, quæ naſcitur maxime in ſcopulis. *Plin. l.* 27. *c.* 8. ¶ Item muſcus in arboribus naſcens, & odoratus. *Id. l.* 24. *c.* 6.

Bryonĭa, f. 1. herba, ſarmenta, capreolos, & folia habens ſativæ viti non diſſimilia, omnia tamen hirſutiora, alio nomine *vitis alba*, a nonnullis *pſilothrum*, quod acinos ferat rubentes, quibus tergora depilantur. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Sed aliis eſt vitis ſylveſtris genus, quam ampelomelænam dicunt. V. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *Dioſcor. l.* 4. *c.* 176.

B ANTE U.

Bu, *βοῦ*, particulam ſolebant Græci magnis, & amplis rebus præponere, a magnitudine ſcilicet bovis. Hinc *bupædas* magnos pueros, *bupodas* magnos pedes, *bulimum* magnam famem dixerunt. *Feſtus.*

Bua, f. 1. *βροῦν*, puerorum infantium potio eſt. *Varr.* Cum cibum, ac potionem pappas, & buas vocent. *Lucil. l.* 8. Cum vinulentas diceret, vini buas deſignavit. *Non.* hæc refert *c.* 2. *n.* 97.

Bubalīnus, a, um, o. 1. 2. ad bovem, ſeu bubalum pertinens, ut laridum bubalinum, *Vopiſc. in Prob. c.* 41. ¶ Bubalina ſtragula a Jureconſulto dicta ſunt, quæ equis inſterni ſolebant. Ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus ſtragula hæc.

Bubālis, le, idem quod bubalinus, ut bubale fruſtum, *Petron. in Satyr. c.* 35. Id eſt fruſtum carnis bubulæ.

Bubălus, m. 2. *bufalo*, יחמור, Ger. *ein buffel*, Gal. *buffle*, Hiſp. *bufalo*, *βούβαλος*, animal ſimile bovi, vel ſilveſtris bos, colore nigro, fortiſſimis cruribus, & brevibus, cornua habens longa, inflexa, nigra, parvæ caudæ, magnæ velocitatis. Sed *Plin. l.* 8. *c.* 15. dicit, imperitum eſſe vulgus, quod boum ferorum genus, qui in Germania gignuntur, bubalos appellat, quia bubali beſtiæ ſunt Africæ vituli potius, vel cervi quadam ſimilitudine. *Martial. de Spectac. epigr.* 23. Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon.

Bubălus, Bupalus, pictor, qui cum Hipponactem Poetam deformi figura pictum omnium riſui expoſuiſſet, tam mordaci ab eo carmine fuit perſtrictus, ut laqueo vitam finiret.

Bubăſis, idis, patronym. fem. a Bubaſo. *Ovid. Met. l.* 9. *v.* 745. Bubaſides videre nurus. *h. e.* nurus Cariæ.

Bubuſtia, Sacra, quæ in honorem Dianæ quotannis celebrabantur apud urbem Bubaſtum. *Gratius in Cyneget. v.* 42. Vix operato ſuo ſacra ad Bubaſtia lino &c.

Bubaſtus, & Bubaſtis, Hephæſtus, *Pibeſeth*, vel *Azjoth*, *Βούβαστος*, urbs E. Ægypti inf. ad Nilum, extra Deltam, a Peluſio 30. M. P. in Auſt. in qua templum erat Dianæ, vel potius Iſidis, quæ Bubaſtis propter fabuloſam metamorphoſim in bovem dicta eſt, *Ovid. Met.* 9. 692. Cum qua latrator Anubis, ſanctaque Bubaſtis.

Bubăſus, Regio Cariæ. *Plin. l.* 5. *c.* 18.

Bubīle, n. 3. *ſtalla da buoi*, *bovile*, רפת, Ger. *ochſenſtall*, Gal. *étable a beufs*, Hiſp. *eſtablo para bueyes*, *βουστάσιον*, boum ſtabulum, quod & bovile dicitur. *Cat. R. R. c.* 4. Bona bubilia, bonas præſepes. ¶ Revera adjectivum eſt, unde *bubilem* in accuſ. dixit *Plaut. Perſ.* 2. 5. 18. ubi ſubaudire potes *caulam*.

Bubīno, as, a. 1. menſtruo mulierum ſanguine inquino, a *buo*, unde *imbuo*. *Feſtus.*

Bublēum, ſeu bublinum, vini genus imbecillimi, a Byblo urbe Thraciæ, vel a biblo, ſeu byblo, ſtirpe Ægyptia, quæ aliter papyrus dicitur, & aquatica eſt. *Feſtus.*

Bubo, onis, g. m. & fem. ſecundum Priſcianum, *barbagiani*, בום, Ger. *ein ubu*, Gal. *hibou*, Hiſp. *bubo*, *βύας*, avis feralis, debilis ad volandum, in cavernis commorans, ſpecie ſimilis noctuæ, ſed magnitudine non minor aquila, ſic dicta a ſua voce, unde verb. *bubulo*. *Virg. l. Æn.* 4. Solaque culminibus ferali carmine bubo. Ubi ſubintelligitur, *avis*, ait *Serv.* qui negare videtur eſſe generis femin. *Ovid.* 5. *Met. v.* 55. Ignavus bubo. ¶ Bubo item tumor eſt præter naturam, in quacunque corporis parte, ſed maxime circa inguina, a *βουβὼν*, inguen, tumor inguinis, nempe a *βοῦ* particip. augmentativa, & *βάω*, eo. Sed in hac ſignificatione vox Græca eſt, non latina.

Bubo, is, ire, verbum effictum ad exprimendam Bubonis, vel ſimilis avis vocem. Auctor carminis de Philomela. Inque paludiferis butio bubit aquis. Al. leg. butit.

Bubōna, f. 1. boum Dea habita eſt, ut Pomona pomorum. *Auguſtin. de Civ. Dei.*

Bubonĭum, n. 2. *βουβώνιον*, herba, quæ tumoris inguinum præſentaneum remedium eſt, a *βουβὼν*, *inguen*, *tumor inguinis*. Hinc Latine *inguinalis* dicitur. Vocatur etiam Aſter Atticus a capitulis quibuſdam, quæ in cacumine habet ſtellæ in modum radiata. *Plin. l.* 26. *c.* 5.

Bubonocēle, *βουβωνοκήλη*, herniæ ſpecies, cum inteſtinum, aut omentum non intra ſcrotum deſcendit, ſed in inguine retentum ipſum tumefacit. Latini appellant ramicem inguinis.

Bubsĕqua, m. 1. *biſolco*, *βουκόλος*, bubulcus, qui boves ſequitur. *Sidon. ad Eutrop. l.* 1. *ep.* 6. Bubſequas ruſticanos, ſubulcoſque runcantes.

Bubulcĭto, n. 1. vel bubulcitor, d. 1. *βουκολέω*, bubulcum ago, boves paſco, a *bubulcus*. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 50. Decet me amare, & te bubulcitarier. *Apul. l.* 1. *Florid. p.* 343. Nihil amplius, quam bubulcitare, novere. ¶ Metaphorice eſt declamitare more bubulcorum, verius, quam Oratorum. *Varr.* apud *Non.* 2. 85. Quod apud Plotium Rhetorem bubulcitaret.

Bubulcus, m. 2. *biſolco*, בוקר, Ger. *ochſenhirt*, Gall. *bouvier*, Hiſp. *boyero*, *βουκόλος*, qui bobus arat, vel qui boves paſcit. *Cic.* 1. *de divin. c.* 27. Mane bubulco præſto ad portam fuit.

Bubulinus, a, um, idem quod bubulus. *Veget. de re Veterin. l.* 1. *c.* 13. Stercus bubulinum.

Bubŭlo, as, are, verbum exprimens bubonis vocem. *Auctor carminis de Philomela v.* 37. Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Bubŭlus, a, um, o. 1. 2. *bovino*, בקרי, Germ. *oſchern*, Gall. *de beuf*, Hiſp. *boyuno*, *βόειος*, bovinus. *Plin.* Stomachum exulceratum lactis aſinini, ac bubuli potus reficit. ¶ Bubulum pecus, apud *Varr.* eſt boum grex. ¶ Apud *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. habetur *bubula* ſubſtant. h. e. bubula caro.

Bucæda, æ, m. 1. qui bubulis loris cæditur. *Plaut. Moſtell.* 4. 2. 1. Illi bucædæ erunt potius, quam ego ſim reſtio.

Bucardĭa, f. 1. *βουκαρδία*, lapillus bubulo cordi ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Bucca, cæ, f. 1. *bocca*, פה, Ger. *mundt*, Gal. *bouche*, Hiſp. *bocca*, *γνάθος*, oris concavitas interior intra malas a mento ad oculos, quæ ſpiritu a pulmone revocato, & oppreſſis labiis retento inflatur. *Horat. l.* 1. *ſerm.* Quid cauſæ eſt, merito quin illis Jupiter ambas iratus buccas inflet?

Perſ. Sat. 5. *v.* 11. Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas. ¶ Reperitur etiam pro maxillis exterioribus, *guancie*. *Plaut. Truc.* 2. 2. 35. Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. ¶ Quidquid in buccam venerit, effutire, garrire, loqui, eſt loqui temere, & ex tempore, *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 12. ¶ Bucca etiam dicitur, qui buccina canit, tibicen, quia buccas inflat. *Juven. ſat.* 3. *v.* 35. Notæque per oppida buccæ. ¶ Item buccella, fruſtum panis. *Martial. l.* 10. *epigr.* 5. Oret caninas panis improbi buccas. ¶ Buccas inflare, & buccas rumpere de ſuperbis dicitur, item de iratis, Exempla attulimus ex *Horat.* & *Perſ.* Græci quoque de ſuperbis dicunt *φυσᾶν τὰς γνάθους*.

Buccĕa, ceæ, f. 1. *boccone*, פַּת, Ger. *mundvoll*, Gal. *morceau*, Hiſp. *bocado*, ἔνδεσις, a bucca fit, & ſignificat fruſtulum alicujus rei eſui aptæ, quantum ſcilicet bucca commode capit. *Suet. in Auguſt. c.* 76. Duas buccas manducavi, priuſquam ungi inciperem.

Buccella, læ, f. 1. diminut. a *bucca*, & ſumitur pro fruſtulo dulciarii panis aut alterius exquiſiti eſculenti. *Martial. l.* 6. *epigr.* 75. Cum mittis turdumve mihi, quadramve placentæ, ſive femur leporis, ſive quid his ſimile; Buccellas miſiſſe tuas te, Pontia, dicis. ¶ Eſt etiam panis in modum coronæ factus, qui ab Imperatoribus Romano populo diſtribui aliquando ſolebat. *l.* 14. *Cod. Theodoſ. tit.* 17. *leg.* 5.

Buccellāris, e, adject. ut buccellaris farina, *Plin. Valerian. l.* 1. *c.* 6. h. e. ex buccellato bene tunſo confecta. ¶ Subſtantive *Buccellare* videtur eſſe vas ad coquendum. *Marcell. Empir. c.* 23. in buccellari decoquere.

Buccellarĭus, ii. Buccellarii ſunt domeſtici ſtipatores, & cuſtodes corporis domini ſui, ita dicti, quod ejus buccea vivant. *Leg.* 10. *Cod. ad leg. Jul. de vi public.* ¶ Suidæ Buccellarii ſunt Gallogræci, quod hi potiſſimum ad hoc miniſterium eligerentur. *Turneb. Adverſ. lib.* 24. *c.* 16. & *l.* 26. *c.* 15.

Buccellātum, n. 2. *biſcotto*, ἐψωμισμένον, panis ſex unciarum, vel panis caſtrenſis, vel nauticus, quod in buccellas, & quaſi teſſellata fruſta confectus ſit. *Ammian. l.* 17. *c.* 17. (al. *c.* 8.) Frumentum ad uſus diuturnitatem excoctum; buccellatum, ut vulgo appellant, humeris impoſuit libentium militum. Adde *Spartian. in Nigro c.* 10.

Buccĭna, æ, f. 1. vel buccinum, i, n. 2. *corno*, *tromba*, שׁוֹפָר, Germ. *zincken*, *trommet*, Gal. *cornet*, *trompette*, Hiſp. *bozina*, *trompeta*, σάλπιγξ, tuba, a *βυκάνη*, bucina, ex ſimilitudine ſoni, quia quaſi *bou*, *bou* canit, ut *Varro*, *Iſidorus*, *Feſtus* volunt, vel a vocando, quaſi *vocina*, ut *Iſid.* vel a *bucca*, per diminutionem. Propter hanc opinionum varietatem de etymologia, tui arbitrii erit, utrum ſimplici *c* hoc nomen an duplici ſcribas. ¶ Aliqui buccinam a tuba diſtinguunt, quia buccina proprie ſit cornu recurvum, quod modo tubæ inflatur, qualis tuba paſtoralis eſt, qua boves, oves, porci &c. convocantur, tuba ex ære, vel argento confici ſoleat ad animos militum, vel equorum inflammandos, ad lætitiam feſtorum dierum, conviviorum, &c. *Apul. l.* 3. *Flor.* Sed nec ex vi nominis, nec ex uſu loquendi hæc diſtinctio robur ullum habet. *Cic. pro Mur.* Illum buccinarum cantus exſuſcitat. *Plin. l.* 11. *c.* 10. de Apibus loquens. Donec una excitet gemino, aut triplici bombo, ut buccino aliquo. ¶ *Prima*, *ſecunda*, *tertia buccina* eſt prima, ſecunda, tertia vigilia noctis. Nam in caſtris vigiliarum ſignum buccina dabatur. *Propert. l.* 4. *eleg.* 4. *v.* 61. Et jam quarta canit venturum buccina ſignum. ¶ Diei quoque partes buccinæ ſono aliquando indicari ſolitæ. *Senec. in Thyeſt. v.* 798. ¶ Urbane *juvenal.* 14. 152. quam fœde buccina famæ! ¶ Dicitur etiam de paſtorali tuba. *Varr. R. R.* 2. 4. & 3. 13. ¶ Eſt etiam buccinum minoris conchæ genus, apud *eund. l.* 9. *c.* 36.

Buccinātor, m. 3. præco, tubicen, *trombetta*, מְחַצְצֵר, Germ. *trommeter*, *zinckenbleſer*, Gal. *trompette*, *joeur de cornet*, Hiſp. *bozinero*, *trompeta*, σαλπιγκτής, qui buccina canit. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 35. Buccinatore in caſtris, & paucis ad ſpeciem caſtrorum in tabernaculis relictis. ¶ Per translationem pro laudatore ponitur, *laudatore*. *Cic. Tir. Fam. l.* 16. *ep.* 21. Te buccinatorem fore exiſtimationis meæ.

Buccīno, n. 1. *ſonare di cornetto*, הִתְקִיר, Ger. *hornblaſen*, Gall. *trompetter*, Hiſp. *trompetèar*, σαλπίζω, buccina cano. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 4. Cum buccinatum eſt, &c.

Buccĭnum, V. Buccina.

Buccīnus, i, m. *trombetta*, buccinator. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 74. *edition. Burm. de gallo gallinaceo*. Non ſine cauſa hic buccinus ſignum dedit.

Bucco, onis, m. 3. *arrogante*, *ſcilocco*, arrogans, vel garrulus, qui laudes ſuas plenis buccis prædicat, paraſitus, ſcurra. *Plaut. Bacch.* 2. 1. Stulti, ſtolidi, buccones, &c.

Buccŭla, *bocchina*, *guancia*, dimin. a bucca, pro ore, puſilla bucca. *Suet. in Galba c.* 4. apprehenſa buccula pueri. ¶ Hinc pars caſſidis buccula dicitur, ſcil. quæ buccas, ſeu genas tegit, quæ a *Cæſare* buccarum tegmen appellatur. *Juv. ſat.* 10. *v.* 133. Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens. *v.* 134. ¶ Apud *Vitruv. l.* 9. *c.* 15. Buccula ſunt regulæ in catapultis, quæ dextra ac ſiniſtra ad canalem, in quo telum ponitur, affiguntur.

Buccularĭus, ii, m. qui bucculas facit. *Dig. lib.* 50. *tit.* 6. *leg. ult.* ubi alii aliter leg.

Bucculentus, o. 1. 2. qui magnam habet buccam. *Plaut. in Merc.* 3. 4. 54. Varum, ventroſum, bucculentum.

Bucephălus, m. 2. a *βοῦς*, bos, & *κεφαλή*, caput, fuit equus Alexandri Magni, ſic dictus per excellentiam a figura taurini capitis arte impreſſa, quæ generoſioribus Theſſaliæ equis imprimebatur, ex qua omnes *bucephali* dicebantur, vel quod latitudine frontis bubulum caput referret, vel ab aſpectu torvo, vel ſimpliciter a magnitudine, quia *βοῦς* magnum ſignificat. *Plin. l.* 8. *c.* 42.

Bucĕras, atis, n. *βούκερας*, herba, quam fœnum græcum vulgo appellant. *Plin. l.* 24. *c. ult.*

Bucerĭa, V. in Bucerus.

Bucĕrus, a, um, o. 1. 2. bubulus, cornutus, a *βοῦς*, bos, & *κέρας*, cornu, vel ingentia habens cornua, a *βοῦ* partic. quæ auget. *Ovid. 6. Met. v.* 395. Armentaque bucera pavit. *Feſtus*: Bucerum pecus de bubus dicimus. *Lucret. l.* 2. *v.* 66. Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles, Bucerïæque greges. Ubi videtur per Epentheſim interſeruiſſe, i, ut bucerius dixerit pro bucerus. Alii tamen legunt, *Bucerïæque greges*, Choreo poſito pro dactylo. *Non. c.* 2. *n.* 94. putat declinari *buceria*, æ, f.

Bucĕtum, n. 2. vel bucĭtum, locus, ubi boves, vel armenta paſcuntur. *Gell. l.* 11. *c.* 1. Buceta in ea terra gigni, paſcique ſolita ſunt plurima. Ita leg. *Gronov.* ex MSS. pro quo quidam leg. *Bucera*. *Lucan. l.* 9. *v.* 185. Calidi lucent Buceta Matini. Ubi al. *buxeta*. At *Sidonius Apoll.* ſine controverſia *buceta* habet *l.* 2. *ep.* 2. *poſt med.*

Bucĭna, V. Buccina.

Bucolica, orum, neut. plur. carmen bucolicum, ſeu paſtorale. Titulus eſt Eclogarum Virgilii: a *βοῦς*, bos, & *κόλον*, cibus.

Bucolĭcum, i, n. 2. herba, genus panacis. *Plin. l.* 25. *c.* 4.

Bucolĭcus, a, um, ad bubulcos pertinens, ut bucolicum carmen. *Ovid. 2. Triſt. v.* 538. *de Virgilio*. Bucolicis juvenis luſerat ante modis. ¶ *Bucolice tonte*, *βουκολικῇ τομῇ*, apud *Auſon. epiſt.* 4. *v.* 88. eſt cæſura in verſu hexametro, in quo pes quartus dactylus eſt, & dictionem terminat, ut in illo *Virg. Ecl.* 1. Sepæ tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. ¶ *Bucolici milites* apud *Capitolin. in Anton. Philoſ. c.* 21. ſunt milites Ægyptii, ita dicti a locis, quæ incolebant, Bucolia appellata.

Bucŭla, f. 1. *vacchetta*, פָּרָה, Germ. *ein kelblin*, *ein junge kuen*, *βοῦδιον*, vacca juvenis, & adhuc tenera, dim. a bove. *Virg.* 1. *Georg.* Aut bucula cœlum ſuſpiciens.

Bucŭlus, i, parvus bos. *Colum. l.* 6. *c.* 2. Cum deinde buculos comprehenderis, extra ſtabulum producito.

Bufo, m. 3. *roſpo*, Ger. *ein Krott*, Gal. *crapaut*, Hiſp. *capo*, *eſcuecro*, *μύοξος*, rana terreſtris nimiæ magnitudinis, & venenata, a *βοῦ* partic. quæ magnitudinem ſignificat, vel a *βοῦς*, & *ὄζω*, *φάω*, occido. *Virg.* 1. *Georg. v.* 194. Inventuſque cavis bufo.

Bugloſſa, ſive bugloſſos, *buglоſſa*, Germ. *ochſenzung*, Gal. *bugloſe*, Hiſp. *buglоſſa*, *βύγλωσσον*, herba, al. borrago, euphroſynum, nepenthes, a linguæ bubulæ aſperitate, vel figura. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Bugōnes, *βυγονῆς*, apes natæ ex bove putrefacto. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5.

Bugonĭa, apum generatio. *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 5. Non minus tibi ſatisfaciam, quam qui bugoniam ſcripſit. *h. e.* de apum generatione.

Bulbacĕus, a, um, bulboſus. *Plin. l.* 21. *c.* 26. Radix bulbacea.

Bulbōſus, o. 1. 2. quod bulbos habet. *Plin. l.* 21. *c.* 17. Semipedali radice bulboſa.

Bulbŭlus, i, diminut. parvus bulbus. *Pallad. de R. R. l.* 3. *tit.* 21.

Bulbus, m. 2. *bulbo*, *cipolla*, Germ. *eine zwerteszel*, Gall. *oignon*, *bulbe*, Hiſp. *bulbo*, *βόλβος*, cæpæ genus non abſimile aſcaloniæ, Lat. *allium agreſte*, vel *marinum*, caulem, & folia habens lilio ſimilia, quod Venerem impendio excitat. *Col. l.* 10. *v.* 106. Jam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi. ¶ Generaliter vero apud idoneos auctores bulbi ſunt radices rotundæ, tunicatæ, quales ſunt croci, narciſſi, &c. *Plin.* 21. 6. & 22. 22. & 19. 4.

Bule, βουλή, græca vox, qua ſignificatur decurionum collegium, vel ſenatus, præcipue in Civitatibus Græcis. *Plin. l.* 10. *ep.* 117. Solent totam bulen, atque e plebe non exiguum numerum vocare. Hinc

Buleuta, m. 1. *conſigliero*, *ſenatore*, Germ. *ein rathsherr*, *βουλάρχης*, Senator, a *βουλή*, conſilium. *Plin. in Epiſt.* 48. *l.* 10. Quam buleutæ addunt beneficio tuo.

Buleuterĭum, locus, quo Senatores conveniunt. *Cic.* 4. *Verr. c.* 21. In Curia Syracuſis, quem locum illi Buleuterium vocant. Adde *Plin. l.* 36. *c.* 15.

Bulga, f. 1. *bolgia*, *biſaccia*, יַלְקוּט, Ger. *ein bulg*, *felleiſſ*, Gal. *bougette*, Hiſp. *alforja*, *o alforxa*, *bolſa*, *de cuere*, *διφθέρινον πήρα*, auctore *Feſto*, omnis tolliculus, ſeu facculus ex corio, aut alia materia, ut crumena, ſed præcipue ille, qui peregrinantibus ad brachium pendet, a *βαλγός*, pro *μαλγός*, faccus coriaceus. *Lucil. Sat. l.* 6. Cum bulga cœnat, dormit, lavat. *Non. c.* 2. *n.* 76.

Bulimus, *βουλιμία*, *ἡ βούλιμος*, magna fames, al. phagedæna, a particula *βοῦ* quam amplis rebus Græci proponunt, & *λιμός*, fames. *Feſtus*. V. Bu. *Gellius l.* 16. *c.* 3. vim famis intolerabilem interpretatur. Medici appetitum caninum vocant.

Bulimo, as, are, magna fame laboro. *Theodor. Priſcian. l.* 2. *c.* 29. Edaces bulimantes.

Bulla, f. 1. *βοῦλλα*, inſigne erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, quæ crederent adverſus invidiam valentiſſima, item puerorum ingenuorum, pro ea ætate, qua toga prætexta utebantur. Erat hæc bulla (ut *Macrob. l. Saturn. c.* 6. ſcribit) in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, ut bullam inſpicientes ita demum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Libertinorum vero filii lorum in collo pro bullæ decore geſtabant. *Aſcon. in Verr.* 3. Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea. ¶ Ab hujus rei ſpecie dicta bulla *περιφόλαξ*, tumor quidam excretcens in aqua, cum bullit, & in urina, cum ſpumam facit, & repente evaneſcens. Sed *Voſſius* vult, bullam triumphantium, & puerorum non dediſſe, ſed accepiſſe nomen per metaph. ab illo tumore, qui in aqua naſcitur. *Ovid. Met.* 10. *v.* 732. ut pluvio perlucida cœlo ſurgere bulla ſolet. ¶ Bullam pueri uſque ad pubertatem terebant, puberes facti Laribus ſuſpendebant, ut puellæ Veneri pupas ſuas. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 30. Cum primum pavido cuſtos mihi purpura ceſſit, Bullaque ſuccinctis laribus donata pependit. ¶ In oſtiis quoque bullæ dicuntur umbellata clavorum capita. Nam more bullæ quaſi turgentia formata ſunt. *Pla. in Aſin.* 2. 4. Juſſiſti in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris. *Cicero* etiam dicit, 6. *Verr. c.* 56. Verrem bullas aureas ex valvis templi magnificentiſſimi abſtuliſſe. ¶ Denique bullæ dicuntur ornamenta in cingulis, in ephippiis, pectoralibus, habenis equorum &c. *Calphur. in Buc.* Alternat vitreas lateralis cingula bullas. *Apul. l.* 6. Bullis multis aureis inoculatum, veluti ſtellis relucentem. ¶ *Homo bulla*, proverb. *Varronis* eſt, *l.* 1. *R. R. c.* 1. quia ſcil. ſimilis bullæ vita hominis eſt, fluxa, & momento caduca. ¶ *Bulla dignus* dicitur, qui puerilia facit. *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 4.

Bullatio, onis, f. 3. hoc ſubſtantivum *Harduinus* e MSS. *Plinio* vindicavit *l.* 34. *c.* 14. *ſub fin.* ubi ait: Non ille magnes verus, caute continua, ſed ſparſa bullatione: *h. e.* lapidem illum bullarum inſtar agros ſpargi, non e continua rupe excidi. Al. leg. *bubbatione*.

Bullātus, a, um, bulla inſignitus. *Juven. ſat.* 14. *v.* 4. Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & hæres bullatus. *h. e.* parvulus, ut qui adhuc bullas geſtet. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 19. Bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat. *Bullatæ nugæ* ſunt argumenta inania, in quibus nil utilitatis ineſt, mera verba. Al. leg. *pullatæ*.

Bullĭo, is, ivi, itum, n. 4. *bollire*, רתח, Germ. *ſieden*, Gall. *bouillir*, Hiſp. *bullir*, ἀναβράζω, ferveo, bullas emitto, a *bullis*, quas in aqua fervida videmus. *Celſ. l.* 5. *c.* 19. Spumæ argenti ſelibra cocta, donec bullire deſierit. ¶ Translate *Apuley. l.* 10. *Metam.* Bullire indignatione. *h. e.* fervere ira.

Bullītus, us, bulliendi actus, *bollimento*, ἀναβρασις. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Aquæ bullitus.

Bullo, as, n. 1. bullas emitto, ἐκφυσῶμαι. *Cat. de R. R. c.* 105. Ubi bullabit vinum, ignem ſubducito. *Celſ. l.* 2. *c.* 7. Si urina bullat, aut male olet.

Bullŭla, f. 1. parva bulla. *Celſ. l.* 2. *c.* 6. *de urina*, Si bullulas excitat.

Bumamma. V. Bumaſtos.

Bumaſtos, i, f. *βυμαστός*, f. 2. uvæ genus craſſioris, a *βοῦ*, quæ vox magnitudinem ſignat, vel a *βοῦς*, bos, & *μαστός*, mamma, quia intumeſcit inſtar magnæ mammæ, vel inſtar mammæ bovis fœminæ. *Virg.* 2. *Georg. v.* 101. ¶ Dicitur etiam *bumamma* eadem ratione. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 5.

Bumelia, f. 1. *βυμελία*, fraxini ſpecies in Macedonia. *Plin. l.* 16. *c.* 14.

Bunĭas, adis, f. 3. napus ſylveſtris, a *βουνός*, *collis*, quia figura colles refert. Nam in altum excreſcit cum orbiculari tumore. Differt a bunio. Nam *Plin. l.* 20. *c.* 4. duas napi ſpecies facit, quarum altera *bunium*, altera *bunias* ab illo vocatur.

Bunium, V. Bunias.

Bupălus, Chius quidam marmorarius, aut piſtor. Hic una cum fratre Athenide cum imaginem Hipponactis poetæ ob inſignem fœditatem, ridendam expoſuiſſet, eos Hipponactes tam amaro carmine eſt perſecutus, ut

ad laqueum compulerit. *Horat. Epod.* 6. Qualis Lycambæ ſpretus infido gener, aut acer hoſtis Bupalo. ¶ Hanc tamen hiſtoriam vanam arguit *Plin. l.* 36. *c.* 5.

Buphthalmos, i, m. βούφθαλμος, herba, Latin. bovis oculus, a βοῦς, bos, & ὀφθαλμὸς, oculus, quod oculorum bovis gerit ſimilitudinem. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Bupleuron, i, n. Βούπλευρον, herba caule cubitali, foliis multis, longiſque, capite anethi. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

Bupreſtis, is, f. animal ex genere cantharidum, ſcarabeo longipedi ſimile venenatum, ſanguine carens, a βοῦς, bos, & πρήθω, incendo, inflo, quod boves inter herbas fallit, & eos inflat. Apud Jureconſ. *tit. ad l. Cornel.* ſcribitur, Si cui temere pigmentarii dederint pityocampas, aut bupreſtes, quæ ambo venenata ſunt, teneri pœna legis Corneliæ de ficariis, & veneficis. ¶ Eſt & bupreſtis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuere. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

Bura, æ, & Buris, is, pars aratri poſterior curvata, qua aratrum regitur, quaſi βοὸς οὐρὰ, quod ſimilitudinem habeat caudæ bovis. Ita vulgo quidem creditur, & contunditur *buris*, & *ſtivæ* ſignificatio; ſed revera buris eſt potius curvamen illud aratri, cui vomer inſeritur, ſtiva autem pars illa, quæ bubulci manu tenetur. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 19. Sæpe tracta bura, relinquunt vomeres in aratro. *Virg.* 1. *Geor. v.* 169. Continuo in ſilvis magna vi flexa domatur in Burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.

Burdigăla, Burdegala, *Bourdeaux*, Urbs Aquitaniæ, ad Garumnam fl. in ora Occ.

Burdigalenſis, e, adject. a Burdigala. *Sidon. epiſt.* 13. *l.* 9. *in Carm.* Coram diſcipulis Burdigalenſibus.

Burdo, m. 3. *mulo*, ἡμίονος, qui ex equo, & aſina natus eſt, a ברד, mulus. *Ulpian. leg.* 49. *l.* 3. *de Legatis*, & *fideicom.*

Burgarii, orum, qui in Burgis habitant. Exſtat de his titulus in *Cod. Theodoſ. l.* 7. *tit.* 14. ubi intelligi videntur ii, qui in Caſtellis limitaneis cuſtodiendæ provinciæ cauſa ponuntur.

Burgi, ſunt arces, & propugnacula in limitibus regionum, a πύργος, turris. Quia vero tractu temporis ex limitaneis arcibus urbes factæ ſunt, inde eſt, quod multarum Germaniæ urbium nomina in burgum deſinunt, ut *Neoburgum*, &c. *Veget. l.* 4. *c.* 10. Caſtellum parvulum, quem Burgum vocant.

Burgundia, f. 1. *Borgogna*, prov. Galliæ Celticæ, olim ſub Regibus, nunc ſub Ducibus, ubi olim Sequani, & Hedui, nunc Burgundi, Burgundiones, *Borgognoni*. In duas partes Arari fl. dividitur. Prima eſt Ducatus ſub Rege Franciæ, in qua Hedui, cujus caput eſt Divio regionis conventus. Altera eſt Comitatus, *la Franche Contè*, ſeu *Contè de Bourgogne*, ſub Rege Hiſpaniæ, in qua Sequani, cujus urbs primaria eſt Dola, Senatus Sedes.

Burgundiōnes, um, *Borgognoni*, populi Burgundiæ. In ſingulari numero. *Sidon. carm.* 7. *v.* 234. Burgundio trux.

Buricus, vel Burichus, i, mannus, mannulus, minor equus. *Vet. Horat. Interpres ad Epod.* 4. *v.* 14. Manni equi ſunt, quos vulgo burdones, vel burichos nominamus. Adde *Paulin. Nolan. epiſt.* 29. *c.* 12.

Burræ, arum, ineptiæ, quiſquiliæ. *Auſon. in præfat. ad Latin. Pacat.* At nos illepidum, rudem libellum, Burras, quiſquilias, ineptiaſque.

Burranĭca, potio ex lacte & ſapa. *Feſtus.*

Burranícum, genus vaſis. *Feſtus.*

Burrio, is, ire, verbum fictum ad referendum ſuſurros formicarum. *Apul. A. A. l.* 8. *p.* 211. Formicarum nidifica in carioſo ſtipite burriebant. Al. leg. *oberrabant*. Al. *bulliebant*.

Burrus, *roſſo*, πυῤῥὸς, rubeus, rufus, a voce Græca, quæ propoſita eſt. Hinc rubens cibo, ac potione ex prandio *burrus* appellatur. *Feſt.*

Buſelīnum, n. 2. Βουσέλινον, herba, ſativo apio ſimilis, ſola caulis brevitate, & ruta radice differens. *Plin. l.* 20. *c.* 12.

Busīris, m. 3. genit. Buſiris, & Buſiridis, Βούσιρις, Neptuni, & Libyes filiæ Epaphi filius, crudeliſſimus Ægyptiorum Tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argivis imperavit. Hic cum hoſpites omnes Jovi immolaret, ab Hercule in Ægyptum delato, cum eaſdem illi inſidias pararet, una cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe, & miniſtris aræ interfectus eſt. ¶ *Statius* mediam ſyll. corripuit, 12. *Theb.* Non trucibus monſtris Buſirim, infandumque dediſti Cercyona. ¶ Eſt & Buſiris nomen urbis in Ægypto, *Boſire*, ad Nilum flu. a Buſiride condita, in qua fuit templum magnum Iſidis. Hinc Buſiritica Præfectura apud *Strabonem lib.* 17.

Busycon, Βούσυκον, ficus erat præcipuæ magnitudinis, ſed fatuo ſapore, quæ alio nomine Marſica dicitur. *Feſt.* in voce *Bullima*, & *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 5.

Buſtēus, a, um, buſto proximus. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 48. Odio es, confoſſus, buſteus. Verum hæc lectio mire varia.

Buſticētum, i, locus buſtis frequens, vel buſtum in agro. *Arnob. l.* 7. *p.* 222. Uſtrinæ rogi ſunt, & buſticeta. Et *l.* 1. *p.* 24. Concrematus in funeſtis buſticetis Hercules.

Buſtirăpus, i, qui lucri cauſa buſta ſpoliat: & ſumitur pro quovis ſceleſto, *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 127. Verbero, buſtirape, furcifer.

Buſtuālis, le, ad buſtum pertinens. *Sidon. l.* 3. *ep.* 12. Refertus buſtualibus favillis. *Prudent. Cathemerin.* 9. *v.* 52. Suetus antro buſtuali ſub catenis frendere.

Buſtuarĭus, a, um, adject. a buſto, buſtualis, ut buſtuarii gladiatores, *Cic. in Piſ. c.* 9. qui ſc. ante buſta dimicabant. Buſtuaria mœcha, quæ inter buſta proſtat. *Martial. l.* 3. *epigr.* 93. ¶ Buſtuarius, ii, ſubſtant. *Ammiano lib.* 28. *c.* 4. eſt libitinarius, ſc. qui curat funera, & corpora comburit.

Buſtum, i, n. 2. *ſepolcro*, מטרצה, Germ. *ein grab*, Gal. *ſepulcre*, *tombeau*, Hiſp. *la ſepultura*, *ſepulcro*, τύμβος, ab urendo dictum. Nam veteres & uro, & buro dixere. Quid autem ſit buſtum, exponit *Feſtus* his verbis. Buſtum proprie dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus, & ſepultus, diciturque buſtum, bene uſtum. Ubi vero combuſtus quis tantummodo, alibi vero ſepultus, is locus ab urendo uſtrina vocatur. (*quod Serv.* Uſtrinum *appellat*) Hactenus *Feſtus*. Quia vero antiquitus ibi fere ſepeliebantur corpora, ubi cremabantur, ideo buſtum ſæpe pro ſepulcro accipitur. Hinc buſtum facere, violare, *Cic. Philip.* 1. *cap.* 2. & *de Legib. l.* 2. *c.* 26. ¶ Buſtum inane apud *Stat.* 6. *Theb. v.* 169. idem eſt ac cenotaphium, tumulus honorarius, *Suet. in Claud. c.* 1. *Depoſito*. ¶ In buſtis hiſce ædificia ſubterranea fieri ſolebant, in quæ per gradus deſcendebatur, eoque confugiſſe plebem Rom. Nerone Urbem incendente, auctor eſt *Suet.* in ejus vita, *c.* 38. Scorta quoque ibi delituiſſe, colligimus ex *Martial. l.* 1. *epigr.* 35. Abſcondunt ſpurcas & monumenta lupas. In buſta quoque ſe recipiebant Chriſtiani perſecutionis tempore. V. *Kirchman l.* 3. *de fun. c.* 22.

Butēo, onis, m. 3. *poiana*, Τριόρχος, avis ex genere accipitrum, a Syro בזע, diripio, vel a *bubo*. A Græcis dicitur Τριόρχος, triteſtiger, quod tres habeat teſtes, a τρεῖς, tres, & ὄρχις, teſticulus. Huic avi Phæmonoe Apollinis filia in auguriis principatum dedit. *Plin. l.* 10. *c.* 8. ¶ Buteonum item nobilis Romæ familia fuit ex Fabia gente, ita dicta a buteone ave, quæ proſpero auſpicio in Fabii ducis nave conſedit. *Plin. loc. cit.*

Butes, ſeu Buthes, æ, m. Βούτης, filius fuit Amyci, Bebryciorum Regis, qui ob ſævitiam patris ab Argonautis cæſi Regno pulſus, parvo navigio Drepanum in Siciliam confugit, ubi a Lycaſte nobili meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt, a qua cum ob formæ, morumque, & ætatis elegentiam diligeretur, ejus concubitu uſus Erycem filium ex ea ſuſcepit. Et quoniam Lycaſte ob eximiam pulcritudinem Venus vocabatur, datus eſt locus fabulæ, Butem ex Venere filium Erycem ſuſcepiſſe. *Virg. lib.* 5. *Æn.* Butem a Darete juxta tumulum Hectoris occiſum tradit. ¶ Alius fuit Trojanus, qui a Camilla occiſus eſt. *Virg.* 11. *Æn.*

Buthrotĭus, a, um, ad Buthrotum pertinens. *Cic. ad Planc. poſt epiſt.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Buthrotius ager.

Buthrōtum, n. 2. Buthrotus, f. 2. *Butrintò*, oppid. Epiri, ſeu Albaniæ, in Chimæra regione contra Corcyram. *Virg.* 3. *Æn. v.* 392.

Buthyſia, æ, f. 1. Βουθυσία, magnum ſacrificium appellavere, qualis eſt hecatombe, & immolatio magnarum hoſtiarum, a βοῦς, bos, & θυσία, ſacrificium. *Suet. in Ner.* Inter buthyſiæ apparatum barbam primam poſuit.

Butĭo, onis, ardea ſtellaris minor, *Auzzago*, *bozzago*. *Auctor Carminis de Philom. v.* 42. Inque paludiferis butio bubit aquis.

Butubata, ſeu buttubata, n. 2. n. plur. res nugatoriæ, a ביטו בגטה, *locutionem garriens*. *Nævius* apud *Feſt.*

Butyrum, n. 2. *butiro*, חמאה, Germ. *butter*, Gal. *beurre*, Hiſp. *manteca*, βούτυρον, portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione a ſero ſeparatur, & coaleſcit in ſe, atque ſolidatur, a βοῦς, *bos*, & τυρὸς, *caſeus*, & *coagulum*, a τυρόω, agito, turbo, miſceo. Fit enim potiſſimum ex lacte bubulo. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Butyrum recens. ¶ Habet penultimam ſyllabam indifferentem, quam *Macer*, & *Serenus* corripuerunt, *Sidonius* vero, aliique nonnulli produxerunt.

Buxans, antis, nom. ex particip. buxoſus, buxo ſimilis. *Apul. l.* 8. *p.* 211. Buxanti pallore trepidus.

Buxētum, n. 2. *luogo*, *dove ſono molti buſſi*, Gall. *lieu plantè de buis*, Hiſp. *boxedal*, πυξεών, locus buxis conſitus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. Tonſilique buxeto.

Buxĕus, a, um, o. 1. 2. *di boſſo*, πύξινος, quod ex buxo eſt, vel quod buxi colorem imitatur. *Mart.* Dentes piceique, buxeique. *l.* 2. *epigr.* 41.

Buxĭfer, o. 1. 2. πυξοφόρος, ferens buxum, ut Buxifer Cytorus. *Catul. carm.* 4.

Buxōſus, o. 1. 2. πυξοειδής, buxo ſimile, ut Lignum balſami buxoſum. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Ex hoc buxoſum eſt optimum.

Buxus, f. 2. *boſſo*, Germ. *buchsbaum*, Gal. *buis*, Hiſp. *box*, πύξος, arbor exigua, ſemper virens, & tonſilis, a πύξος, tenui converſa in media, πύξος autem eſt a πύκα, denſe, ſpiſſe. Producit ex ſe viſcum, & ſemen, ſeu granum, quod *cartegon* dicitur, omnibus animalibus inviſum, lignum habet adeo durum, ut cariem non ſentiat, tam ponderoſum, ut in aqua ſubſidat. ¶ Lignum g. n. *buxum* appellatur. Nam in pleriſque nominibus arbores ſunt f. g. fructus vero, & ligna neutrius. *Virg.* 2. *Georg. v.* 449. torno raſile buxum. ¶ Quandoque buxus ponitur pro tibia buxea. *Ovid.* 14. *Met. v.* 542. Inflati murmure buxi.

B ANTE Y.

Byblis, idis, f. 3. filia Mileti ex Cyane nympha, quæ a fratre Cauno, cujus amore deperibat, repulſa, impatientia amoris in fontem ſui nominis eſt mutata. *Ovid.* 9. *Met. Fab.* 11. Hanc tamen eandem narrat. *l.* 1. *de Arte Amandi*, laqueo vitam finiiſſe. ¶ Eſt etiam hujus nominis inſula parva, & rotunda, cum oppido, in mari Mediterraneo. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Byrrus, V. Birrus.

Byrſa, f. 1. *cuojo*, עור, Ger. *lader*, Gall. *cuir*, Hiſp. *cuero*, βύρσα, corium, ac tergus Græcis dicitur. Hinc Arx in media Carthaginenſium Urbe *Byrſa* appellata eſt. Dido enim, cum fratrem fugiens in Africam perveniſſet, emit ab Jarba Rege tantum ſoli, quantum taurino tergore poſſet circumdari, diſſecto deinde tergore in minutiſſima filamina, tantum loci eo circumdedit, quantum arci extruendæ ſat eſſet. *Virg.* 1. *Æn. v.* 371. Aliam hujus appellationis originem affert *Scalig. in Animadverſ. Euſeb.* quod ſcil. apud Phœnices *Byſram* (unde poſtea *Byrſa*) arx dicatur.

Byſsĭnus, a, um, ex byſſo, ut linum Byſſinum, *Plin. l.* 19. *c.* 1. ¶ *Lipſius* ad *Ann. Tacit. l.* 2. obſervat, byſſina, ſerica, & bombycina non raro ab auctoribus confundi: hoc autem intereſſe, quod byſſina e terra naſcantur, ut linum; ſericum ſit lana arborum, quam Seres in ſylvis depectunt; bombycina denique ſit e vermibus.

Byſſus, m. 2. *biſſo*, בוץ, Ger. *heſtlich leinvvand*, Gall. *fin lin d' Achaie*, Hiſp. *lino finiſſimo*, Βύσσος, genus lini candidiſſimi, tenuiſſimi, molliſſimi, ex terra naſcens, in India, & in Ægypto, a vocibus Græca, & Hebr. quæ propoſitæ ſunt. Sed alii aliter dicunt. Philoſtratus ait, byſſum ex quadam arbore naſci, quæ altitudine populos æquat, foliis ſalicibus æquiparatur. ¶ Aretas in Apocalypſin interpretatur corticem arboris Indicæ in lignum redactam. ¶ Alii dicunt, byſſum eſſe coloris pene aurei. ¶ Alii multa eſſe genera byſſi, lanam etiam conchæ adhærentem, colore luteo, ac perlucido, byſſum appellari. ¶ Alii dicunt byſſum genus, non lini, ſed coloris, lutei, ac perlucidi, colorem hunc & byſſinum, & byſſum dici, fieri, ſi cocco tinctum Tyrio tingatur. ¶ Quicquid ſit, byſſum in deliciis fuiſſe mulierum, & natum primum in Achaja, ſcribit *Plin. l.* 19. *c.* 1.

Bytos, m. Βυθὸς, profunditas: unus ex æonibus Valentini. *Tertul. Valent. c.* 7.

Byzantiăcus, &

Byzantīnus, &

Byzantius, a, um, adject. a Byzantio. *Stat. l.* 4. *Sil.* 9. Aut Byzantiacos colunt lacertos. *Auſon. de Conſtantinopoli*, & *Carthagine*: Tu cum Byzantina Lygos, tu Punica Byrſa fuiſti. *Cic. de Provinc. Conſ. cap.* 3. Urbe Byzantinorum, h. e. Byzantii incolarum. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 9. *v.* 31. Byzantia littora.

Byzantium, Bixantium, Conſtantinopolis, *Conſtantinopoli*, Turc. *Stambul*, Βυζάντιον, Urbs Patr. Thraciæ, ad Boſphorum, inter Pontum Euxinum, & Propontidem, e regione Aſiæ minoris, contra Chalcedonem urbem Bithyniæ, ambitus 18. M. P. condita a Pauſania Spartanorum Rege, anno Mundi 3469. poſt captam Trojam 96. quando Tarentum, & Locri, deinde inſtaurata, & aucta a Conſtantino Magno, Sedes Imperii Græci, ſeu Orientalis annis 1140., & totius Orientis caput, nunc Regia Turcarum.

DE LITTERA C.

C Litera muta eſt, quæ ante n ſequente vocali in eadem ſyllaba ponitur, ſed profertur ſub voce g ob cognationem literarum, ut Cnidus, Cneus. ¶ Tranſit etiam per compoſitiones, & derivationes in g, ut *Quadringenti* pro *quadrincenti*, in ſ, ut *Parco*,

parſi,

parſi, in x, ut *Duco*, *duxi*, *noceo*, *noxa*. ¶ Media eſt inter g, & ch. C, dum profertur, extremæ linguæ pars anteriores dentes percutit, fitque ex eo repercuſſu obtuſior ſonus. Diverſæ regiones diverſimode pronuntiant: aliæ ita proferunt, ut magis ad ſonum ſ videatur accedere, aliæ vero nonnihil de ſono g admixtum habent. ¶ Litera triſtis appellatur quod nota condemnandi eſſet. In judiciis enim Rom. tabellæ ceratæ ternæ ſingulis diſtribuebantur, in quarum una impreſſa erat litera A, ideſt, *Abſolvo*, in altera C, ideſt, *Condemno*, in tertia N. L. ideſt, *Non liquet*. ¶ In notis numeralibus Centum ſignificat. ¶ In notis verborum ſignificat *Caium*: & ſi inverſa ſcribatur *Caiam*.

C ANTE A.

Caballatĭo, onis, f. pabulum caballi annonæ loco præbitum. *l.* 12. *Cod. Juſtin. tit.* 38. *leg.* 14.

Caballīnus, a, um, adject. a caballo, ut caballina caro. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Fontem caballinum vocat *Perſ. in prol. Sat.* Hippocrenem, quem nimirum Pegaſus equus pede ſaxum feriens aperuit.

Caballus, m. 2. *cavallo*, סוס, Germ. *ein roſſ*, *pferd*, Gall. *cheval*, Hiſp. *cavallo*, ἵππος, dicitur de equis vilioribus, ut qui in piſtrino ſunt, aut qui onera geſtant, a καβάλλω, dejicio, proſterno. *Lucill.* apud *Non.* 2. 134. Succuſſatoris, tetri, tardique caballi.

Cabātor, V. Cavator.

Cabera, f. 1. Protei filia, quæ tres ex Vulcano filios genuit, & totidem nymphas. Hinc dicti ſunt Caberi Dii, vel Cabiri. V. Cabiri.

Cabillonenſis, e, pertinens ad Cabillonum, quod eſt Æduorum oppidum in Gallia Celtica, nunc *Challon*, ut Cabillonenſis portus, *Eumen. in paneg. ad Conſtantin. c.* 18.

Cabiri ex *Kippingo antiq. l.* 1. *c.* 3. *n.* 8. floruerunt circa Diluvii Ogygiani tempora, orbemque magicam artem, & incantationes exercendo peragrarunt. Hinc iidem creduntur eſſe, ac Telchines, faſcinatores nempe, ac præſtigiatores. Ex Cabera Protei filia, & Vulcano genitos tradit *Pherecydes*, unde tres Caberos, & tres Caberidas Nymphas enumerat. Alii duos tantum faciunt Cabiros. Manaſcas (ut eſt apud veterem Apollonii interpretem) quatuor, *Cicero* tres *l.* 3. *de nat. Deor.* ex Jove Rege antiquiſſimo, & Proſerpina natos: ſcilicet Tricopatreum, Eubuleum, & Dionyſium. Hinc Dioſcuri, hoc eſt filii Jovis dicti ſunt: etſi quidam putant Dioſcuros appellatos ob excellentiam, & virtutem, quales olim plures artium inventores. Hi enim procul dubio credebantur ferri, atque æris fabricam inveniſſe; qua de cauſa fortaſſe Vulcani filii dicti ſunt. Hinc mirum non eſt, eos fuiſſe divinitate donatos, & quod artium initia olim ſacrarentur, & quod magis Deorum loco haberentur, ut Zoroaſter apud Perſas, & alibi alii. Quidam tamen non Deos putant, ſed Deorum miniſtros, & apparitores: quæ eſt opinio *Kippingi l.* 1. *c.* 3. *n.* 1. ¶ Cum inter mortales eſſent, cultum Cereris primi docuerunt. Fuerunt etiam Rheæ magnæ Deorum matris Sacerdotes, cujus ſacra armata ſaltatione (ut inquit *Strabo lib.* 10.) tintinnabulis, tympanis, ac tumultu faciebant. Ex quo facile intelligas, fuiſſe eoſdem ac Curetas, Corybantes, ac Idæos Dactylos. ¶ Credebantur ſecuritatem a maris tempeſtatibus iis præſtare, qui eorum ſacris initiati eſſent.

Caca, ſoror Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicaſſe, & ideo meruiſſe, ut diu ibi ara, ſacriſque coleretur. *Lactant.* 1. 20.

Cacabacĕus, a, um, adject. *Tertull. ad Hermog. c.* 41. Motus non turbulentus, nec cacabaceus (h. e. ad ollæ ebullientis ſimilitudinem) ſed compoſitus, & temperatus.

Cacăbo, as, κακκαβίζω, eſt vocem edere, ut perdices faciunt, a κάκκη, ſtercus, quia vox perdicis cacantium, & crepitum ventris emittentium refert ſonum. *Auctor. Carm. de Philomela v.* 19. Cacabat hinc perdix.

Cacabŭlum, vel cacabulus, i, diminut. a Cacabus. *Apic. l.* 4. *c.* 1. Cucumeres in cacabulo compones. Et *cap.* 3. Paſſo vel vino dulci temperabis in cacabulo. *Tertull. Apologet. c.* 13. Deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignorando, venditando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, in trullam de Minerva, &c.

Cacăbus, vel caccabus, m. 2. *paiuolo*, *laveggio*, λέβης, κάκκαβος, vas æneum, in quo pulmentarium coquimus, a ſono ca, ca, ca, quem fervendo exprimit. *Paul. Jureconſ.* Inter ahenum, quod ſupra focum pendet, cacabum non multum intereſt. Nam in hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum caleſcit. Antiqui enim calidam, & frigidam cœnis adhibebant. Adde *Varr. l.* 4. *L. L.*

Cacalĭa, f. 1. κακαλία, herba eſt, quæ & *leontice* vocatur, in montibus fere naſcens, folia ferens candida, & magna. *Plin. l.* 25. *c.* 12. & *Dioſcor. l.* 3.

Cacaturĭo, n. 4. *deſiderare di cacare*, χεζητιάω, cacare deſidero. *Mart. l.* 11. *epigr.* 78. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cacatus, a, um, excrementis fœdatus. *Catull. carm.* 37. Annales Voluſi cacata charta.

Cacemphăton. κακέμφατον. V. Cacophaton.

Cachectes, ſeu Cachecta, æ, m. 1. qui Cachexia laborat. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Cachectæ phthiſici.

Cachectĭcus, i, idem quod Cachetes. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Cachetici, quorum corpus macie conficitur.

Cachexia, καχεξία, ſpecies phthiſis, quaſi malus corporis habitus, quo alimenta corrumpuntur, quod fit, cum longo morbo vitiata corpora, etſi illo vacant, alimentum tamen in ſui ſubſtantiam non convertunt. *Celſ. l.* 3. *c.* 22. Græce uſurpat: at Latine *Cæl. Aurelian. Tard.* 3. 6.

Cachinnabĭlis, le, adject. ad cachinnum pertinens. *Apul. l.* 3. *Mileſ. p.* 132. Populus riſu cachinnabili diffluens.

Cachinnatĭo, f. 3. *riſo immoderato*, καγχασμὸς, diſſolutior riſus. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 31. Ut ſi ridere conceſſum ſit, vituperetur tamen cachinnatio.

Cachinno, onis, qui effuſe, & immoderate ridet. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 12. Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno.

Cachinnor, aris, depon. & cachinno, as, neut. *ridere troppo*, צחק, Ger. *uber die maſſen lachen*, Gal. *rire fort*, *ou de toute ſa force*, Hiſp. *carcajear*, *dar carcajadas de riſa*, καγχάζω, immoderate rideo: a καγχάζω, extrito γ. *Cic.* 6. *Verr.* Ridere convivæ, cachinnari ipſe Apronius. ¶ Dicitur & de alio quovis ſono vehementiori. *Accius apud Non. c.* 6. *n.* 85. Sæva ſonando crepitu clangente cachinnant. ¶ *Apul.* cum accuſat. junxit, *l.* 3. *p.* 132. Inſuper exitium meum cachinnat.

Cachinnōſus, a, um, qui facile cachinnat. *Cæl. Aurel. Acut.* 1. 3. Hilares natura, atque cachinnoſi.

Cachinnus, m. 2. riſus ſolutior, καγχασμὸς, riſus immoderatus, diſſolutus, perſtrepens. *Perſ.* 3. 87. Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. ¶ Apud antiquos non de riſu tantum dicitur, ſed & de quovis alio ſono vehementiore. *Catull. carm.* 65. Procedunt, leviterque ſonant clangore cachinni. De undarum ſono loquitur.

Cachla, herba eſt, quæ & buphthalmus dicitur. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Cachryes, pilulæ quædam ſunt, quæ in abiete gignuntur, larice, picea, & ſimilibus arboribus, poſteaquam folia decidere, & hyeme durant. Vide plura apud *Plin. l.* 16. *c.* 8.

Cacizotechnos, κακιζότεχνος, artem damnans, aut corrumpens. Ita cognominatus fuit ab Athenienſibus Calimachus ſtatuarius, quod ſemper eſſet calumniator ſui, nec finem haberet diligentiæ. *Plin.* 34. 8.

Caco, as, n. 1. *cacare*, Ger. *zu ſtuel gehen*, Gal. *chier*, Hiſp. *cagar*, alvum exonero, a κακκάω, quod venit a κάκκη, *ſtercus*. *Mart. l.* 1. *epigr.* 38. Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro, Baſſe, bibis vitro; carius ergo cacas.

Cacodæmon, κακοδαίμων, malus Genius, noxius Dæmon. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. Aſtrologis Cacodæmon dicitur duodecimus ab Horoſcopo locus, de quo *Jul. Firmic. l.* 2. *c.* 20. & 22.

Cacoēthes, dictio tetraſyllaba, g. n. κακοήθης, mala, & præpoſtera conſuetudo, a κακὸν, *malum*, & ἦθος, *mos*. Eſt autem proprie ulcus ex carbunculi, aut cancri genere: *Celſ. l.* 5. *c.* 27. ¶ Metaphorice ſumitur pro mala conſuetudine. *Juven. Sat.* 7. *v.* 21. Tenet inſanabile multos ſcribendi cacoethes.

Cacophătum, ſeu cacophonia, & cacemphaton, ſeu cacephaton, al. æſchrologus, & æſchrologia, & cacemphaton, eſt vitium Grammaticale, cum aliquæ voces, vel litteræ ſoni deformis inter ſe concurrunt, ut *Cum notis hominibus*, &c. Cenſetur enim cacophaton, quoties *cum* particulam *n* litera ſequitur. V. Grammaticos. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Κακέμφατον vocatur, ſive mala conſuetudine in obſcenum intellectum ſermo detortus eſt, ſive junctura deformiter ſonat.

Cacoſtomăchus, κακοστόμαχος, qui malum, ac debilitatum ſtomachum habet, ideſt, ventriculum. Os enim ventriculi, qui ſtomachus dicitur, pro ipſo ventriculo ſumi ſolet. *Cic. Fam. l.* 16. *epiſt.* 6. græce ſcripſit.

Cacoſynthĕton, κακοσύνθετον, mala, ſeu deformis compoſitio, ut apud *Virg.* 9. *Æn. v.* 610. verſaque juvencum Terga fatigamus haſta. Nam *terga* cum eodem fine caſus terminatur, ut *verſa haſta*. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. ¶ Latinis litteris ſcribitur hæc vox a *Lucil. l.* 9. *Sat.* At non multum abit hoc cacoſyntheton, atque canina, &c.

Cacotechnia, κακοτεχνία, ars mala, inventa ad perniciem. *Quintil. l.* 2. *c.* 20. Cacotechniam quidam nominaverunt artis pravitatem.

Cacozelia, κακοζηλία, mala, & indecora affectatio, quoties inſcite virtutem aliquam imitantes in vitium labimur. *Quintil. lib.* 8. *c. ult.* habet hanc vocem, ſed litteris græcis ſcriptam.

Cacozēlus, i, *imitatore affettato*, qui imitando peccat. *Suet. Aug. c.* 86. Cacozelos, & antiquarios, ut diverſo genere vitioſos, pari faſtidio ſprevit.

Cactos, vel cactus, m. 2. κάκτος, herba eſt, teſte *Plin. l.* 21. *c.* 16. in ſola Sicilia naſcens, quæ caules habet e radice emiſſos, & in terra ſerpentes. Athenæus eam eſſe credit, quæ Latinis carduus vocatur. Hinc *Tertull. de Pall. c.* 2. Eradicato omni aconito hoſtilitatis, & cacto, & rubo ſubdolæ familiaritatis.

Cacubălum, n. 2. herba acinos ferens nigros, quæ a latinis, quod ſtrumis medeatur, ab effectu ſtrumum appellatur. Vide *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Cacŭla, m. 1. militis ſervus, fuſtibus, claviſque ligneis armatus ad tutelam domini, ἀπὸ τῶν κάλων, ideſt, a lignis, fuſtibus, clavis, vel a κακὸς, imbellis, quod non eſſet in numero militum, ſed imbellium, vel a χάζομαι, quod eſt vitium in militia, cum locum amittunt in acie. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 95. Video caculam militarem me futurum haud longius. ¶ Idem eſt quod *Calo*.

Caculātus, ſervitium, caculæ munus. *Feſtus*.

Cacūmen, n. 3. *cima*, *ſommità*, ראש, Germ. *ſpitze hohe*, Gall. *ſommet*, Hiſp. *cumbre*, κορυφὴ, ſummitas cujuſque rei, a *caput*, & *acumen*, vel a *con*, quaſi *coacumen*, quia acumina in unum coeunt. *Cæſ.* 7. *B. G. c.* 83.

Cacuminatus, a, um, acuminatus. *Plin. l.* 10. *c.* 52. Ova cacuminata.

Cacumĭno, a. 1. *aguzzare*, acutum reddo. *Ovid.* 3. *Met. v.* 195. Summaſque cacuminat aures.

Cacus, m. 2. κάκος, filius Vulcani, ab Arcadibus ſic appellatus, quod malus, parvuſque eſſet. Hic Latium undique latrociniis, & incendiis infeſtabat, demum Herculis quoque ex Hiſpania occiſo Geryone redeuntis, & apud Evandrum hoſpitantis boves noctu cauda traxit in antrum ſuum. Quas cum mane diminutas cerneret Hercules, nec quorſum erraſſent, ſcire poſſet, forte fortuna ad hoc antrum pervenit, ſed cum veſtigia omnia foras verſa videret, cum reliquis abiit. Abeuntibus autem cæteris, occluſæ boves aliarum deſiderio mugierunt. Hercules audito mugitu, Caci fraudem cognovit, raptaque clava iratus recurrit, extractumque occidit. *Virg.* 8. *Æn. Liv. l.* 1. *c.* 7.

Cadaver, n. 3. *cadavero*, נבלה, Germ. *ein poder corper*, Gal. *cadaver*, Hiſp. *cuerpo muerto*, τὸ νεκρὸν, ὁ νεκρὸς, τὸ πτῶμα, corpus mortuum, a cadendo, quod abſque anima ſe ſe fulcire nequit. *Servius* deducit a carendo. *Cæſ.* 7. *B. G.* Si pene in ipſis cadaveribus prælio decertare cogerentur. ¶ Transfertur & ad alia, ut etiam de oppidis ſolo æquatis quandoque dicatur. *Sulpit. Cic. Fam. l.* 4. *ep.* 5. Tot oppidorum cadavera projecta jacent.

Cadaverīnus, a, um, cadaveri ſimilis, vel ex cadavere qui eſt. *Tert. de anima*, *c.* 32. Ruminare cadaverinam, & humanam: ſcil. carnem.

Cadaverōſus, a, um, cadaveri ſimilis, *morticcio*, νεκρώδης, ut facies cadaveroſa, *Terent. Hecyr.* 3. 4. 27.

Cadialis, le, ad cadum pertinens, ut *reſina cadialis*, quæ ſcil. cum liquidior ſit, in cadis ſervari ſolet. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 7.

Cadiſcus, Mons Cretæ. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Cadīvus, o. 1. 2. *caduco*, *e caduto*, quod per ſe cecidit. Unde *cadiva poma* dicuntur, quæ non manu collecta, ſed ſua ſponte in terram ceciderе, & cadiva folia, quæ per ſe ex arboribus cadunt. *Plin. l.* 15. *c.* 16.

Cadmēa, f. 1. καδμεία, auctore *Plutar. in vita Pelopidæ*, arx fuit Thebana, licet nonnunquam pro ipſa ſumatur urbe. *Nepos in Pelopida*: arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit. ¶ *Stephanus* auctor eſt, ipſam etiam Carthaginem olim Cadmeam fuiſſe appellatam.

Cadmēis, idis, patronym. fœm. a Cadmo. *Ovid. Met.* 4. *v.* 544. Cadmeida palmis Deplanxere domum. Et *Sen. Herc. Fur. v.* 758. Impiæ Cadmeides. *i. e.* Cadmi neptes.

Cadmeĭus, a, um, quadriſyll. Cadmeus. *Stat. Theb. l.* 8. *v.* 520. Levius Cadmeius Æmon Tela rotat.

Cadmēus, a, um, adject. poſſeſſ. a Cadmo, ut Cadmea juventus. *Stat. Theb. l.* 8. *v.* 601. Thebæ Cadmeæ, *Propert. l.* 1. *el.* 7. ¶ Scribitur & Cadmæus per diphthong. Sed minus recte; græce enim eſt Καδμεῖος, non καδμαῖος.

Cadmia, f. 1. *cadmia*, καδμεία, corpus metallicum, ex quo fuſo æs fit. Ejus duo ſunt genera. Alterum in rivis, & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris ſunt metalla. Atque hoc quidem cadmiæ genus etiam *Plin.* cognitum fuit, ut videre eſt *l.* 34. *c.* 1. & 10. Alterum eſt genus cadmiæ, quod in ærariis officinis invenitur.

Cadmus, i, Mileſius, orationis ſolutæ primus auctor, ſecundum. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Scripſit hiſtoriam Mileſiorum, attulit e Phœnicia litteras in Græciam. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Unde *Auſonio epiſt.* 29. literæ vocantur Cadmi filiolæ atricolores. Et *Epiſt.* 21. Cadmi nigellæ filiæ. ¶ Alter Agenoris Phœnicum regis filius, qui ab eo miſſus ad Europem ſororem conquirendam, in Bœotiam pervenit, ibique Thebas condidit, interempto prius Dracone eum locum infeſtante, ex cujus ſatis dentibus ho-

mines

mines nati, ipsum Cadmum in Urbis ædificatione juverunt. Ipse tandem post varia discrimina in Draconem mutatus est. Vide *Ovid. Met.* 3. ¶ Est & Cadmus mons Lyciæ apud Laodiceam, ex quo fl. Lycus manat.

Cado, is, cecidi, casum, n. 3. concido, labor, delabor, decido, corruo, *cadere*, נפל, Ger. *fallen*, Gall. *cheoir*, *tomber*, Hisp. *caer*, *morir*, *y acontecer*, πίπτω. ¶ Usurpatur sæpe absolute. *Cic. in Orat.* Si semel constiterit, nunquam cadet. ¶ Cum dativo. *Plaut. in Men.* Tum dentes mihi cadebant primulum. Cum ablat. & præpos. *ab*. *Plin. l.* 16. *c.* 18. Rursus ab alto cadere has, illas salire. ¶ Cum *de*. *Cicer. de Fato*, Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere. ¶ Cum *ex*. *Plin. l.* 17. *c.* 20. Sponte cadunt ex arbore. ¶ Habet hoc verbum multas, egregias, & venustas translationes, locutionesque. ¶ Ponitur enim interdum pro evenire, *accadere*, sumpta metaphora a talorum jactu. Sic commode, opportune cadere dicuntur res, cum prospere eveniunt. *Cic. Attic. l.* 3. *epist.* 1. Nihil mihi optatius cadere potuit. *Nepos in Miltiad. c.* 2. Etsi præter opinionem ceciderat res. ¶ Item pro venire, incidere, *cadere*, *incorrere*, ut cadere in suspicionem, in cogitationem, in morbum, &c. *Nepos in Pausan. c.* 2. & mutata constructione: Non cadit in hos mores, in hunc hominem ista suspicio, *Cic. pro Sylla*. Sic cadere in disceptationem. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 2. Et cadere sub judicium sapientis, *Id.* 3. *Fin.* Cadere sub sensum, sub rationem, &c. *Idem*. ¶ Item pro amittere, ut cadere causa, *perder la causa*. *Cic.* ¶ Item pro mori. *Virg.* 2. *Æn. v.* 426. Cadit & Ripheus. Sic cadere prælio, in prælio, in acie, *Nepos*, & *Curtius*. Hinc cadere alicui Deo dicuntur hostiæ, cum mactantur. *Ovid. l.* 4. *Fast. v.* 653. Hic geminas Rex Numa mactat oves: Prima cadit Fauno, leni cadit altera somno. Hinc translate *Corn. Sever. in fragm. de morte Cicer.* Nostræque cadens ferus Annibal iræ. ¶ Item frangi, & debilitari, ut cadit Animus, vultus, &c. Et cadere animis, *perdersi d'animo*. *Cic.* ¶ Aliquando est desinere. *Cic. in Orat.* Verba melius in syllabas longiores cadunt. ¶ Cadere etiam stellæ dicuntur, cum ad occasum vergunt, *tramontare*. *Horat. Epod.* 10. Orion cadit. *Virg. Æn.* 2. *v.* 9. Suadentque cadentia sidera somnos. ¶ Cadere formula dicuntur patroni in judicio, cum rem ipsam per formulas non bene explicant: *Quintil. l.* 3. *c.* 6. ¶ Cadere apte, cadere in rem, *venir' a proposito*. *Cic.* ¶ Cadere dentes pueris dicuntur, cum eos circa septennium mutant. *Plaut. Men.* 5. 9. 57. Et ita intelligendus *Censorinus*, *de die Natali*, *c.* 4. ¶ Obscæno sensu accipitur apud *Plaut. Pers.* 4. 4. 104. Libera eris, si crebro cades: h. e. viris succumbes. ¶ Cadere pro remittere, paulatim deficere. *Liv. l.* 26. Itaque cadente jam Euro, qui per dies aliquot sævierat. Et *lib.* 36. Ubi primum Aquilones (ii namque per aliquot dies sævierant) cecidere. Sic dicitur cadere nebula. *Id. l.* 29.

Caducarius, a, um, idem fere quod caducus. *August. de vita beata*, *circa med.* ¶ Lex caducaria apud *Ulp. tit.* 28. *lib. cui titulus Tit. ex corp. Ulp.* hoc est, quæ agit de hereditatibus caducis.

Caduceator, m. 3. *ambasciator di pace*, dicitur legatus pacem petens, a caduceo, quod manu gestat. *Cato* apud *Fest.* Caduceatori nemo homo nocet. *Liv.* 6. *Bel. Pun.* Asdrubal caduceatorem misit.

Caduceatus, a, um, caduceum ferens. *Inscript.* apud *Ferret. in Mus. lapid. pag.* 5. Mercurius petasatus, & caduceatus.

Caduceum, n. 2. vel Caduceus, m. 2. Mercurii virga, qua ille ad dissidia, & discordias tollendas utebatur, a *cadendo* dicta, quod contentiones, & bella cadere faceret, vel quasi caruceum a Græco κηρύκειον, seu κηρύκιον. Hac virga etiam dicebatur animas ad inferos mittere, aut ex inferis revocare. *Virg. Æn.* 4. *v.* 242. Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco Pallentes, alias sub tristia tartara mittit. ¶ Est etiam insigne Caduceatorum. Id duobus anguibus circumdatum erat, quia sicut illi obliti veneni sui in se coeunt, ita hostes depositis inimicitiis in amicitiam revertuntur; ut exponit *Servius ad Virg. Æn.* 8. *v.* 138. ¶ Caduceum, & hastam simul mittere, est optionem facere belli, & pacis. *Gell. l.* 10. *c.* 27. ¶ In mascul. gen. extulit *Hygin. Astrom. c.* 7. Nonnulli faciunt caduceos, &c. Et *Var. de vita pop. R.* Id erat caduceus. Sed *Apul.* in neutro, *l.* 10. *A. A.* Quem Caduceum, & Virgula Mercurium indicabant. ¶ Græci non modo in bellis, sed & in palæstra, reliquisque certaminibus dirimendis caduceo utebantur. Romani pro caduceo sagmina, quæ herba quædam est, ferebant. ¶ Penultima hujus vocis ambiguæ est quantitatis: nam Græce per ει scribitur, & etiam per ι. *Alciat. in Emblem.* corripuit: geminis caduceus alis.

Caducifer, a, um, caduceum ferens, & pro Mercurio accipitur. *Ovid. Met.* 2. *v.* 710. Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis.

Caduciter, adverb. antiquum, teste *Nonio c.* 2. *n.* 172. præcipitanter. *Var. apud eund.* Frigidos nimbos aqua ista caduciter ruentes.

Caducus, a, um, o. 1. 2. facile cadens, fragilis, mobilis, mortalis, falsus, incertus, *caduco*, *mortale*, *fragile*, Ger. *bauvfellig*, *vergenglich*, Gal. *caduco*, *perissable*, Hisp. *caduco*, πτώσιμος, signif. momentaneum, quod facile cadit. *Cic. de somn. Scip. c.* 4. Infra lunam nihil est nisi mortale, & caducum. *Id. de Amic. c.* 27. Res humanæ fragiles, & caducæ sunt. *Ovid. l.* 6. *Metam.* Caducæ lacrymæ, h. e. cadentes. Sic caduca aqua, caducæ frondes, glandes, &c. *Varr. Lucret. Ovid.* ¶ Hinc caducus homo dicitur, qui comitiali morbo laborat, *chi patisce mal caduco*. *Apul. in Apol. non semel*. Ipse etiam morbus *caducus* dicitur, *mal caduco*. *Apulej. de herb. c.* 60. & *Æmil. Macer*, *cap. de aristoloch.* Uterque tamen scriptor est exiguæ admodum auctoritatis. ¶ Caducus etiam dicitur, qui jam cecidit. *Virg.* 6. *Æn. v.* 481. Belloque caduci Dardanidæ. Sic *Horat.* lignum caducum, *l.* 2. *od.* 13. Et caducum fulmen, *l.* 3. *od.* 4. ¶ Translate caduca spes, *Ovid.* 9. *Met.* preces caducæ. *h. e.* vanæ, inutiles. *Id.* 1. *Fast.* caduci tituli, *Plin. in Paneg.* ¶ Apud JCtos *caduca bona* dicuntur, quæ heredem non habent, ideoque vel ad fiscum pertinent, vel ad substitutum devolvuntur. Hinc *Cic. Phil.* 10. *c.* 5. Nisi in via caducæ hereditates retardassent. *Juven. Sat.* 9. *v.* 87. propter me scriberis heres, Legatum omne capis, necnon & dulce caducum. ¶ Caduca auspicia dicebantur antiquis, cum aliquid in templo exciderat, velut virga e manu. *Festus*. ¶ Caducæ literæ dicuntur a *Plinio l.* 13. *c.* 12. quæ non insident in charta, sed fugiunt, evanescunt.

Cadurci, Cadorci, Catorci, populi Galliæ Aquitan. quorum tractus Cadurcensis ager dicitur *le Quercy*, inter provinc. Petrocoricensem, Ruthenensem, Alverniam, & Occitaniam, ubi primaria Cadurcum, *Cahors*, urbs E. Academ. sub A. Bituricensi, inter Tarnem, & Duranium flu.

Cadurcum, n. 2. peripetasma, seu cortyna, tegmen lecti nivei coloris. Nomen habet a Cadurcis pop. Galliæ Celticæ, qui laudatissimo lino abundabant. *Juven. Sat.* 7. *v.* 221. Institor hibernæ tegetis, niveique cadurci. ¶ Sumitur etiam pro toto lecto. *Id. Sat.* 6. *v.* 536. Magnaque debetur violato pœna cadurco. Est igitur hic stramentum illud, in quo feminæ Cereri, aut Isidi operaturæ seorsim a Maritis cubabant.

Cadurcus, a, um, ad Cadurcos pertinens. *Auson. in Professorib. n.* 17. Tempora prædives finisti sede Cadurca.

Cadus, i, m. *caratello*, *barile*, κάδος, vas vinarium condendo, servandoque vino aptum. Ejus figura turbinata fuit, ore non admodum lato: materia plerumque fictilis. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici. ¶ Habuit etiam alios usus: cadis enim sicci ficus reponebantur, *Plin.* 15. 19. item olivæ, & legumina, salsamenta, & mella. *Id. variis in locis*. ¶ Est etiam mensura liquidorum continens congios duodecim, sextarios 72. *Rhem. Fann. de ponderib. c.* 84. ¶ In hac significatione sæpius habet *cadum* quam *cadorum* in genitivo plur. *Plin.* 14. 14. *Varr.* apud *Non.* 15. 9.

Cadusii, m. 2. populi inter mare Caspium, & Pontum. *Nepos in Datame. Plin. l.* 6. *c.* 17.

Cæa, V. Cea.

Cæcatus, a, um, o. 1. 2. *acciecato*, cæcus factus, partic. a cæcor. *Cic. de Clar. Orat.* Rapida, & celeritate cæcata oratio: Et *Tusc.* 1. *c.* 30. Libidinibus cæcati.

Cæcias, m. 3. καικίας, ventus, qui ita flare dicitur ab *Aristot.* non ut nubes propellat, sed ut ad se vocet, ita dictus, quia spirat a Caico Mysiæ fluvio. Flat inter Aquilonem, & ortum æquinoctialem. *Plin. l.* 2. *c.* 47. Itali dicunt *Greco Levante*.

Cæcigenus, ni, m. 2. *nato cieco*, Ger. *ein geborner*, *blinder*, Gal. *aveuglè nè*, Hisp. *nacido ciego*, τυφλογενής, qui cæcus natus est. *Lucr. l.* 2. *v.* 740. Cum cæcigeni cognoscant corpora tactu.

Cæcilia, f. 1. genus serpentis cæci. *Colum. l.* 6. *c.* 17.

Cæcilianus, a, um, ad Cæcilium pertinens. *Cic. Attic.* 1. 16. *ad fin.* Cæciliana fabula.

Cæcilius Epirota libertus Attici Equ. Romani ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virg. & alios Poetas novos prælegere cœpisse. ¶ *Cæcilius Gallus*, Jurisconsultus præstantissimus ætate *Gellii*, scripsit libr. de verb. significat. quæ ad jus civile pertinent. ¶ Alius fuit horum antiquissimus *Cæcilius Statius* Poeta Comicus, Ennii contubernalis, quem *Cic. ad Attic. l.* 7. *epist.* 3. appellat malum latinitatis auctorem. *Hor. l.* 2. *epist.* 1. *v.* 59. Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Cæcilius, a, um, ad Cæcilium pertinens, ut Cæcilia familia, *Vellej. l.* 2. *c.* 11. Cæcilia lex, *Cic. pro Dom. c.* 20. & *Phil.* 5. *c.* 3.

Cæcitas, atis, *cecità*, עורון, Germ. *blindheit*, Gall. *cecitè*, *aveuglement*, Hisp. *ceguedad*, τυφλότης, privatio sensus oculorum. *Cic. Tusc.* 5. *c.* 38. Horribilis cæcitas. ¶ Translate etiam ad animum refertur. *Id. de Arusp. resp.* An tibi luminis obesset cæcitas plus, quam libidinis? *Id. pro Dom. c.* 40. Cæcitas mentis.

Cæcitudo, inis, femin. cæcitas. *Opil. Aurel.* apud *Fest.* Cæcitudines nocturnæ.

Cæco, as, a. 1. excæco, cæcum facio, vel efficio, oculis privo, *acciecare*, עור, Ger. *blind machen*, *blenden*, Gal. *aveugler*, Hisp. *cegar*, τυφλόω, cæcum facio. *Cic.* 8. *Philip.* Spes rapiendi cæcat animos eorum. Et *pro Sext. c.* 66. Largitione cæcarunt mentes imperitorum *Lucret. l.* 1. *v.* 330. Sol etiam cæcat, contra si cernere pergas. ¶ Translate *Pallad. l.* 1. *c.* 6. Cæcabitur spes vindemiæ. ¶ Ponitur & pro obscurare. *Avien. Perieg. v.* 500. Denso cæcantur stipite silvæ.

Cæcubum, i, n. *Monte Cecubo*, *Monte di Gajeta*, καίκουβον, locus palustris Latii, in conf. Campaniæ ad fin. Cajetanum, apud Fundos urb. prope Amyclas, ferax vini generosi, quod inde *Cæcubum* dicitur. *Horat. l.* 1. *od.* 37. & *Epod.* 9. *Martial. l.* 13. *epigr.* 115.

Cæcubus, a, um, adject. a Cæcubo, ut Cæcubi agri. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Cæculto, as, are. *In Frag. apud Fest.* Cæcultant, cæcis proximi sunt, oculorum acie obtusa *Plautus*: Numnam mihi oculi cæcultant? Hæc *Festus*, qui item alio loco: cæcultare est cæcos imitari. ¶ Apud *Liv. l.* 27. *c.* 3. ubi ait: Inter multas, magnasque res, quæ nunc secundæ, nunc adversæ occupabant cogitationes hominum: Sunt qui legunt *cæcultabant*, pro *occupabant*.

Cæculus, Vulcani filius. *Virg. Æn.* 7. *v.* 681. & *Æn.* 10. *v.* 544. ¶ Hic Prænestem condidit, & Cæciliorum familiæ princeps fuit. ¶ Dictus est autem Cæculus a morbo oculorum. ¶ Fuit revera Latini Regis filius, verum ille vana quadam gloriæ cupiditate Patrem Vulcanum jactabat. ¶ Fabulati sunt Poetæ, ejus matrem prope ignem sedentem ex favilla concepisse, quæ in ejus gremium evolaverat, Inde Vulcani filius dictus.

Cæcus, a, um, o. 1. 2. sine visu, lumine captus, *cieco*, עור, Germ. *blind*, Gal. *aveugle*, Hisp. *ciego*, τυφλός, qui oculis captus est. *Horat. l.* 1. *Sat.* 2. Hypsea cæcior. ¶ Interdum ad tempus, & locum refertur, & obscurum significat, seu carens lumine. *Virg.* 6. *Æneid.* Carcere cæco clausus. *Id.* 5. *Æneid. v.* 589. Parietes cæci. *h. e.* nullas habentes fenestras. Adde *Varr. l.* 8. L. L. *Cic. pro Mil.* Neque cæca nox ostendisset Milonem. *Id. Fam.* 12. *ep.* 25. Cæcum tempus servitutis. *Virg.* 6. *Æn.* Cæca regens filo vestigia. *h. e.* latentia. ¶ Transfertur ad alios sensus. Sic, cæcum murmur apud *Virg. Æn.* 12. Et, cæcus sonus, apud *Senec. Troad.* ¶ Dicitur morbus cæcus a *Colum. l.* 1. *c.* 5. qui est obscurus, & cognitu difficilis. ¶ Cæca die emere, V. Dies. ¶ Cæcum vallum dicitur, in quo præacuti pali terræ affixi herbis, vel frondibus occuluntur. *Festus*. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 28. Milites moniti, ut vallum cæcum, fossasque caveant. ¶ Transfertur etiam ad animum. Sic cæcus animi. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Cæcus animo, *Cic.* 4. *Fin.* Cæcus cupiditate, & avaritia, *Id. pro Quint. c.* 26. Cæcus futuri, h. e. nescius, *Claudian. l.* 1. *de rapt. Proserp.* ¶ Sic ipsa cupiditas cæca dicitur a *Cic. in Pis.* Et, expectatio cæca, ab *eod. Agrar.* 2. *c.* 25. ¶ Cæcos Consules: h. e. improvidos, dixit *Varr. l.* 4. *de vita popul. Rom. apud Non.*

Cæcutio, ūtis, n. 4. *veder losco*, Ger. *bocksaugen haben*, Gal. *estre quasi aveugle*, Hisp. *cegar*, ἀμβλυώττω, parum video, unde *cæcutiens*, quasi semicæcus. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 133. Utrum oculi mihi cæcutiunt.

Cædes, dis, f. 3. *uccisione*, רציחה, φόνος, mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo, qui occidere, aut ferire volebat. *Cic. in Bruto*, Cum in sylva Scantia facta cædes esset. ¶ Et quia ligna dicuntur cædi, ideo etiam ligni cædes dicitur. *Gell. l.* 19. *c.* 12. Ligni atque frondium cædem facere. ¶ In genit. plurali habet etiam *cædum* pro *cædium*. *Sil. l.* 4. *v.* 353. Exoritur rabies cædum, & vix tela furori sufficiunt.

Cæditiæ tabernæ, dictæ sunt a Cæditio quodam, qui eas in via Appia ædificavit. *Festus*.

Cædo, is, cecidi, cæsum, a. 3. tundo, verbero, occido, trucido, interficio, *percuotere*, הכה, Germ. *schlagen*, *streichen*, Gal. *frapper*, *couper*, Hisp. *herir*, *matar*, *cortar*, *batir*, πλήττω, κόπτω. *Ter. in And.* Verberibus te cæsum in pistrinum Dave dedam. *Cic. Ver.* 3. Cædere januam saxis. ¶ Interdum est excidere, amputare, abscindere, *tagliare*. *Cic.* 2. *de Div.* Arbores simul cum luna senescentes tempestive cædi. ¶ Item occidere, *ammazzare*. *Virg.* 2. *Æn.* Cæduntur vigiles. ¶ Cædi testibus, est testium multitudine urgeri, premi, convinci. *Cic. ad Q. Fratr.* ¶ Cædere sermones, pro serere, colloqui. *Ter. Heaut.* 2. 3. 1. Verum interea dum sermones cædimus, Illæ sunt relictæ. Græci quoque eodem sensu dicunt κόπτειν ῥήματα, ut *Priscian.* observat *l.* 18. ¶ Cædere pro consumere. *Lucil. apud Non. c.* 4. *n.* 97. Lanæ opus omne perit, squalor, tineæ omnia cædunt. ¶ Cædere est concidere obscæno significatu. *Plaut. Cas.* 3. 1. 14. *Lipsius epist. quæst. l.* 5. *epist.* 14. ¶ *Cædere pignora* est in auctione vendere, ea ratione, qua bonorum venditio sub hasta *sectio* appellatur. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 1.

Cædŭus, a, um, adject. a cædo, qui cædi poteſt, κοπτικός, ut ſilva cædua, *boſco da tagliare*. *Plin. l.16. c.26.* Talis dicitur, quæ religioſa non eſt, ſed quoties opus eſt, ad quodcunque opus cædi poteſt. *Id. l. 12. c. 19.* Frutex cæduæ naturæ.

Cæl pro Cælum dixit *Ennius* teſte *Auſon. in Technopægn. ſub fin.*

Cælāmen, nis, n. 3. *intaglio*, γλυφή, cælatura. *Ovid. 13. Met. v. 291.* Neque enim clypei cælamina novit.

Cælaſſis, antiquum verbum, pro cælaveris. *Feſtus.*

Cælator, oris, m. 3. *intagliatore*, פסחוה, Ger. *ein auſſgraber, auſſſtecher*, Gal. *graveur, ſculpteur*, Hiſp. *entallador, eſcultor*, γλύπτης, ſculptor. *Quintil. l. 2. c. 4.* Cælator cælum deſiderat, & pictor pennicilla. *Plin. l. 34. c. 8.* Argenti cælatores.

Cælatūra, f. 1. *intaglio*, פרוח, Ger. *das bilder hawven, oder bildthawvung*, Gal. *graveure*, Hiſp. *eſcultura*, γλυφή, ars cęlandi, aut ipſa ſculptura, & inciſio. *Plin. l. 19. c. 4.* Super piſtrinarum operibus, & cælaturis vivere. *Id. l. 35. c. 12.* Plaſticem matrem ſtatuariæ ſculpturæque, & cælaturæ. ¶ Cælaturam ſculpturæ partem facit *Quintil. l. 2. c. ult.* & utriuſque diſcrimen affert, Cælaturam dicens in auro eſſe, argento, ferro, ære, & cæteris metallis tantum, Sculpturam vero in ligno, marmore, vitro, & gemmis. At *Manutius* hoc diſcrimen ſtatuit non a materia, ſed a forma accipiendum eſſe, cælatumque opus dici, in quo eminent figuræ, & ſigna; ſculptum vero, in quo depreſſæ imagines, & cavatæ ſunt. V. ipſum *Quæſt. per epiſt. l. 2. epiſt. 9.*

Cælātus, a, um, nom. ex particip. inſculptus, *intagliato*. *Virg. Ecl. 3. v. 37.* Cælatum opus. *Cic. 5. Tuſc. c. 21.* Aurum, & argentum cælatum. *Horat. l. 2. epiſt. 2. v. 9.* Cælatum novem Muſis opus, vocat poema artificioſum, & varie quaſi pictum.

Cælebs, ibis, vel cæleps, ipis, com. 3. *celibe, ſmogliato*, Ger. *ein beſreyt*, Gal. *qui guarde le celibat*, Hiſp. *el que vive en ſolteria*, ἄγαμος, vir ſine uxore, aut mulier ſine marito vivens, a κοίτη, *lectus*, & λείπω, *relinquo*. *Voſſius*. Alii volunt dictum eſſe a *Cælo* patre Saturni, quod ei filius genitalia abſciderit. ¶ Proprie cælebs eſt, qui uxorem non habet, etſi concubinas habeat. Nam cælebs, & maritus contraria ſunt. *Quintil.* Liber, an ſervus, maritus, an cælebs. *Cic. de Leg.* Cælibes eſſe prohibento. *Martial. l. 12. epigr. 63.* Corrumpis ſine talione cælebs. *hoc eſt*, corrumpis alienas uxores, cum ipſe vivas in cęlibatu, nec habeas uxorem, quam illi viciſſim poſſint corrumpere. ¶ Sed auctores ſecundæ etymologiæ accipiunt cælibem non tam pro eo, qui uxore caret, quam pro eo, qui caſtus vivit, & omni Venere abſtinet. ¶ Cælebs pro eo, qui olim uxorem habuit, *Plaut. Stich. 4. 137.* ¶ Additur & ſubſtantivis, more adjectivorum, ut Platanus cælebs, *Horat. l. 2. Od. 15.* Lectus cælebs, *Catull. carm. 69.* Vitam agere cælibem, *Gell. l. 5. cap. 11.* Cælibes Lycurgus omni Civitatis honore privavit. *Plutarc. in Apophth.* ¶ Scribitur & *Cælebs*.

Cæleſtis, ſte, o. 3. *celeſte*, Ger. *himmeliſch*, Gall. *celeſte*, Hiſp. *celeſtial*, οὐράνιος, e cælo exiſtens, divus, divinus, ut Auguria cæleſtia, quæ e cælo fiunt, cum fulgurat, & tonat. *Virg. 1. Æn.* Tantæ ne animis cæleſtibus iræ? Cæleſtis aqua, ſc. pluvialis, *Horat. l. 2. ep. 1. v. 135.* ¶ Comparat. uſus eſt *Senec. epiſt. 66.* Nihil eſt divino divinius, cæleſti cæleſtius. ¶ Cæleſtia etiam dicuntur omnia, quæ aliqua laude, atque præſtantia pollent, ut & *divina*. Itaque ſæpe hac voce uſus *Velleius*, ut Cæleſtia præcepta: Cæleſtiſſimum os Ciceronis, Cæleſtiſſima Tiberii opera, *l. 2. c. 66. 94.* & 104. Sic cæleſtem Neronis vocem dixit populus Rom. apud *Suet. in Ner. c. 21.* Adde *Quinti. Præfat. l. 4.* ¶ Cæleſtes ſubſtantive pro Diis ipſis. *Cic. 4. Phil. c. 4.* Quid eſt, quo de voluntate cæleſtium dubitare poſſimus? Adde *Ovid. 6. Metam. v. 72. & Tibull. 1. 10. 5.* ¶ In ablativo habet *cæleſte*, & *cæleſti*. *Ovid. Metam. 15. 743.* ſpecie cæleſte reſumpta. *Id. de ar. am. v. 237. l. 2.* imber cæleſti nube ſolutus. ¶ In genitivo, plur. *cæleſtium*, & *cæleſtum*. *Perſ. ſat. 2. v. 61.* O curvæ in terras animæ, & cęleſtium inanes. *Virg. 7. Æn. v. 430.* Cęleſtum vis magna jubet.

Cæleſtis, Dea Afrorum. Quamquam alii Deum putaverint, & *Cæleſtum* appellarint, ut *Luna*, & *Lunus* utraque terminatione & Dea habita, & Deus. V. *Pith. l. 1. Subſec. c. 4.* & *Selden. Syntag. 2. de Diis Syris, c. 2.*

Cælia, V. Celia.

Cælibālis, le, adject. a *cælebs*, agnoſcitur tanquam Latinum a *Priſciano l. 4. pag. 631. Putſche.*

Cælibāris, re, adject. ad cælibem pertinens, *celibe*, ut Cælibaris haſta, cujus cuſpide maritus ſponſæ comam diſtinguebat, vel ut offenderet, quid illi impenderet, ſi adulterium admiſiſſet, vel ut ſignificaret imperium, quod ſibi in uxorem conveniret. Haſta enim imperii inſigne eſt. Aliqui dicunt, oportuiſſe, ut haſta illa in corpore gladiatoris occiſi ſtetiſſet, & ſignificari, ſicut illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, ſic cum viro novam nuptam copulatam eſſe. V. *Feſtum* plura afferentem. De hac haſta duo illa *Ovidii* carmina intelligenda ſunt 2. *Faſtor. v. 559.* Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri, Comat virgineas haſta recurva comas.

Cælibātus, us, m. 4. ἀγαμία, vita, quæ agitur ſine uxore. *Sueton. in Galba, c. 5.* Amiſſa uxore Lepida, duobuſque ex ea liberis, manſit in cælibatu, *Senec. 1. de benef. c. 9.* Conſenſus vidui cælibatus.

Cælicolæ, arum, com. 1. *abitatori del Cielo*, Ger. *ein wvoner des himmels*, Gall. *qui habite au ciel*, Hiſp. *morador del cielo*, οὐράνιοι, qui vel quæ cælum inhabitant. *Virg. 2. Æn. v. 641.* Me ſi cælicolæ voluiſſent ducere vitam, *Juvenal. ſat. 13. v. 42.* convivia Cælicolarum. *Virg. Æn. 3. v. 21.* Cælicolum regi. ¶ *Cælicolæ* dicti ſunt etiam inter Judæos quidam hæretici, qui Cęlum, tanquam numen colebant. Exſtat in *Cod. Juſtin. l. 1. tit. 9.* de Judæis, & cælicolis. ¶ *Cælicola* in ſingulari num. legitur apud *Priſcian. l. 5. pag. 668. Putſch.*

Cælĭcus, a, um, *celeſte*, cæleſtis. *Auct. carm. de nomine Jeſu, quod, quidam Paulino Nolano tribuunt, v. 64.* quod omnes cælici, medii, inferi nomen genu flexo audiunt.

Cælĭfer, o. 1. 2. οὐρανοφόρος, Atlantis epitheton, quem Poetæ ob inſignem Aſtrologiæ peritiam finxerunt ſuſtinere cælum. *Virg. Æn. 6. v. 796.*

Cæligĕna, æ, & Cæligenus, a, um, in Cælo, vel ex Cælo genitus. *Varr. l. 4. L. L. pag. 15.* Victoria, & Venus dicitur cæligena. *Apulej. de Mundo.* Stellæ cæligenæ.

Cælilŏquus, a, um, de cælo loquens, ut Cæliloquus Eſaias. *Commodian. inſtruction. 60.*

Cælimontanus, a, um, adject. a Cælio monte, uno ex ſeptem Romæ collibus: ut porta cælimontana, cujus meminit *Cic. in Piſon. c. 23.* & *Liv. l. 35. c. 9.*

Cælipŏtens, tis, qui in Cælo poteſt, ſeu imperat. *Plaut. Perſ. 5. 1. 3.* Jupiter, Dique alii omnes cælipotentes.

Cæliſpex, icis, vocatur Apollo apud *Sex. Rufum*, & *Publ. Victor. in 2. de region. urb.*

Cælites, cælitum, m. 3. *Dei celeſti*, Ger. *diei himmel ſchent, die im himmel ſind*, Gal. *celeſtes, habitans au ciel*, Hiſp. *los dioſes, o ſanctos del cielo*, οὐράνιοι, Dii cęleſtes, qui cælum inhabitant. Cælum autem appellabant veteres illam mundi partem, quam nos æthera, ſive æthereum mundum vocamus, hoc eſt, omne illud, quod eſt ſupra elementum ignis. Unde Solem, & Lunam, & cæteros planetas inter Deos cæleſtes numerabant. *Cic. in Somn. Scip. c. 1.* Grates tibi ago, ſumme Sol, vobiſque reliqui Cælites. ¶ Legitur & ſing. cæles, itis. *Ovid. 4. de Ponto, el. 6. v. 17.* de Auguſto, Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti veſtra procul poſitus carmen in ora dedi. ¶ Invenitur hæc vox etiam adjective uſurpata. *Capell. l. 1.* Convocati in aulam cælitem venere. *Ovid. 1. Faſt. v. 236.* Cælitibus regnis ab Jove pulſus erat.

Cælĭtus, *dal Cielo*, ἀφανῶς, adv. ſignificat e cælo, ſicut, divinitus, a Deo. poſterioris ævi Scriptores eo uſi ſunt, non item antiqui. *Lactant. l. 4. c. 2.* Statuerat Deus Ducem magnum cælitus mittere. Adde *Prudent. in hymn. Epiph. v. 79.*

Cælſus, m. 2. Orator acerrimo ingenio, fuit diſcipulus Cic. de quo extat illud Quintil. elogium, longiore illum vita, & meliore mente dignum fuiſſe. Hic ab Atratino quodam accuſatus, quod cum Catilina conſpiraſſet in perniciem Reip. quodque aurum a Clodia Clodii ſorore extorſiſſet, eique venenum propinaſſet, defenſus eſt a *Cic.* elegantiſſima oratione, quæ etiam nunc extat.

Cælius, m. 2. *M. di S. Gio: Laterano*, unus ex ſeptem collibus Romæ, qui Urbi additus eſt a Tullo Hoſtilio. Aliqui dicunt, appellatum eſſe a Vibeno nobiliſſimo Duce Etruſco, qui Romulo adverſus hoſtes auxilium tulerit, & in eo monte habitaverit. *Feſtus.* ¶ Scribitur æque per æ, & per œ. V. *Manutii orthograph.*

Cælo, as, a. 1. *ſcolpire, intagliare*, פרח, Ger. *auſſgraben, auſchavven*, Gal. *graver tailler*, Hiſp. *entallar, eſculpir*, γλύφω, ſculpo, a *cædo*, vel a *cæſulo* per ſyncopen, quod fit a *cæſum*, ut *uſtulo* ab *uſtum*. *Cic. 1. de Divin. c. 36.* Hanc ſpeciem Praxiteles cælavit argento. *Virg. 1. Æn. v. 644.* Cælare aliquid in auro. ¶ *Cælaſſis* pro *cælaveris*, antique dictum. *Feſtus.*

Cælum, n. 2. *ſcalpello*, מרש, Ger. *grabeyſen, meſel*, Gal. *burin, eiſeau*, Hiſp. *ſinzel, buril*, γλυπτήριον, inſtrumentum, quo utuntur argentarii, dum vaſa ſculpunt, aut quo ſculptores, aut ſtatuarii utuntur in ligneis, aut lapideis ſimulacris ſculpendis. *Auſon. epigr. 56.* Talem fecerunt ferrea cæla Deam. *Quintil. in fin. l. 2.* Cælator cælum deſiderat.

Cælum, n. 2. & num. pl. cæli, orum, m. 2. *Cielo*, שמים, Ger. *der himmel*, Gal. *le Ciel*, Hiſp. *Cielo*, οὐρανός, proprie eſt illa mundi pars, quæ eſt a ſphæra ignis, ſeu ab æthere uſque ad cælum empyreum, quæ ambitu ſuo omnia complectitur. Dictum eſt a *cælo*, ſculpo, quia ſideribus cælatum, ſeu ſignatum eſt, ut cenſent. *Stilo, Plin. Iſidor. Ambroſ.*, vel a κοῖλον, cavum, ut Voſſius exiſtimat. Ut enim veteres Cælum dixere cohum, vel covum, a κόος, *cavitas*, ſic juniores a κοῖλον, *cavum*, dixere cælum. ¶ Hinc apparet, quam incertum ſit, utrum ſcribi debeat per æ, an per œ. Prior tamen ſcribendi ratio magis arridet. ¶ Cæli undecim ſunt, primum Lunæ, 2. Mercurii, 3. Veneris, 4. Solis, 5. Martis, 6. Jovis, 7. Saturni, 8. Cælum ſtellarum fixarum, 9. Cælum cryſtallinum, 10. Primum mobile, 11. Cælum Empyreum, ita dictum, quod ſplendore, & claritate cæteris antecellat. Sed alii non tam minute diſtinguentes, quinque Cælos eſſe dicunt, planetiferum, ſtellatum, cryſtallinum, primum mobile, Empyreum. *Cicero* novem ponit, ſupremum, quod omnia complectitur, Cælum ſtellarum fixarum, & ſeptem, in quibus ſeptem planetæ convertuntur. *In Somn. Scip. in Timæo, 2. de nat. Deor.* ¶ Interdum cælum ſumitur pro aere. *Cic. 1. Tuſc.* Penetret, & dividat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ. *Virg. 1. Georg.* Et varium cæli prædicere morem. Ubi Servius, Cæli, ideſt, aeris. Hinc cælum molle, atrox, caliginoſum, &c. ¶ Translate dicitur cælum capitis pro cranio, quia caput totum eo tegitur, ut inferiora hæc cælo. *Plin. l. 11. c. 37.* Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum, proximumque cælo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. ¶ De cælo ſervare erat, cæli ſtatum obſervare, an, & quemadmodum fulguraret, & tonaret. Erat genus auſpiciorum, & nonnili cælo ſereno ſervabatur. *Cic. in Verr.* Quod eo die ſcires de cælo eſſe ſervatum. ¶ De cælo ici, vel tangi, eſt percuti fulmine. *Cic. 2. de Div.* Summanus de cælo ictus. ¶ In cælum ferre, vel tollere, eſt ſummis honoribus, vel laudibus aliquem afficere. *Cic. Attic. 3.* Salaminii nos in cælum decretis ſuis ſuſtulerunt. ¶ De cælo detrahere, eſt de ſummo honoris gradu deturbare, *Cic. 2. Philipp.* Collegam de cælo detraxiſti. ¶ De cælo lapſus, vel miſſus, dicitur de viro magno, admirando, qui felicitatem mortalibus affert. *Cic. pro lege Manil. c. 14.* Pompejum omnes ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cælo lapſum intuentur. ¶ Cęlum digito, vertice, pedibus tangere dicuntur, qui beatiſſimi ſibi videntur. *Propert. l. 1. el. 8.* Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis. *Cic. Att. l. 2. ep. 1.* Noſtri autem Principes digito ſe cælum putant attingere, ſi &c. ¶ Quid ſi cælum ruat? Proverb. in eos, qui inaniter timent. *Ter. Heaut. 4. 2. 41.* ¶ Cælum aliquando ponitur pro Climate, ſeu cæli regione. *Horat. l. 1. epiſt. 11. v. 27.* Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt. *Flor. l. 4. c. 12.* Ipſe hominum color ab alio cælo venire fatebatur. Loquitur de Indis Romam venientibus. ¶ *Cælos* in plur. *Varr. l. 4. L. L. pag. 5.* Cæli dicuntur loca ſupera, & ea deorum. *Lucret. l. 2. v. 1095.* Quin pariter cælos omnes convertere. ¶ Cælus in maſcul. dicebant antiqui, a *Cælus*, de quo intra.

Cælus, pronepos Demogorgonis, qui primus Deorum omnium in fabulis numeratur, nepos Erebi, filius Ætheris, & Dici. Ex Veſta uxore undecim filios genuit, Saturnum, Opim, Tethyn magnam, Cererem primam, Vulcanum primum, Mercurium tertium, Venerem magnam, Venerem ſecundam, Thoſium, Titanum, Jovem ſecundum. Saturnus, ut generis ſui ſplendorem augeret, Uranium patrem Cælum appellavit, matrem Opim Terram, vel a Cælo patre nomen huic ſpheræ impoſuit, quæ omnia complectitur. *Cic.* dicit, Cælum habuiſſe Diem uxorem, & ex ea genuiſſe Venerem primam. *3. de nat. Deor.* Fortaſſe Cælo & mater, & uxor fuit ejuſdem nominis. Huc pertinet illud *Ennii c. 3. n. 44.* Saturno, quem Cælu' genit. Et alio loco. Cæluſque profundus. Hic tamen pro æthere poſuit.

Cæmenta, æ, f. idem ac cæmentum. *Enn.* apud *Non. cap. 3. n. 42.* Labuntur ſaxa, cæmentæ cadunt.

Cæmentarĭus, ii, m. *muratore*, qui cæmenta componit, & muros ſtruit. *Hieronym. epiſt. 103. ad Paulin. c. 6.*

Cæmentĭtius, o. 1. 2. quod eſt ex cæmento, ut parietes cæmentitii. *Vitr. l. 2. c. 8.* Parietibus cæmentitiis altitudines extructæ.

Cæmentum, n. 2. *ſaſſi, pietre vozze da muro*, χάλιξ, lapides minores, rudes, ac informes, & quævis lapidum fragmenta, atque aſſulæ, denique omnis rudior materia, ex qua ædificia conſurgunt, & quæ ad operum farcturas adhibetur. Dictum eſt a cædo, quia cæſum ſit a lapide majore. *Liv. l. 1. bel. Pun.* Cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto. *Col. l. 9.* Quadratæ haræ cæmentis, vel etiam latericulis extruuntur. ¶ Aliquando ſumitur pro ipſo opere, ideſt, ædificio, quod ſtructo lapide erigitur. *Plin. l. 26. c. 22.* Pallidus lapis in cæmento raro utilis.

Cæneus, diſyll. V. Cænis.

Cænīna, urbs Latii. Pop. Cæninenſes. *Liv. l.* 1. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Cænis, puella Theſſalica, filia Elati. Huic a ſe compreſſæ Neptunus præcepit, ut in mercedem, quicquid vellet, eligeret. Illa petiit, ut in virum mutaretur, ne deinceps talia pati poſſet. Neptunus inſuper addidit, ut eſſet invulnerabilis. In virum converſa, Cæneus appellata eſt. Fertur Lapithis imperaſſe. Superbia elatus, contemptis Diis, jubebat Lapithas per haſtam ſuam jurare. Sed Jupiter hanc ſuperbiam ultus eſt. In prælio inter Lapithas, & Centauros, poſt ingentem ſtragem Centaurorum, cum ferro vulnerari non poſſet, ingenti arborum mole oppreſſus, & extinctus eſt, vel mutatus in avem. *Ovid.* 12. *Metam. Virgilius* dicit, Cæneum in primam feminæ formam rediiſſe. 6. *Æn. v.* 443.

Cæpārius, ii, m. 2. cæparum ſector. *Lucil. ſat.* 5. *v.* 12. Lippus edenda acri aſſidue cæpariu' cæpa. Apud *Non. c.* 3. *n.* 67.

Cæpe, n. indeclin. & Cæpa, æ, f. 1. *cipolla*, Ger. *zwyvibel*, Gal. *oignon*, Hiſp. *cebolla*, κρόμμυον, olus hortenſe notum, acri ſapore, & ſucco. *Perſ. ſat.* 4. *v.* 30. Tunicatum cum ſale mordens Cæpe. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Cæpas ter toſto ſolo ſeri jubent. *Apulei.* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 681. *Putſch.* Cæpe ſuccum melle mixtum. ¶ Cæpe neutrum plurali numero caret. Nam quod afferri ſolet ex *Virg. in Moreto*, *v.* 73. & capiti nomen debentia cæpe, *Joſ. Scalig.* reponit *porra*.

Cæpētum, i, n. 2. locus cæpis conſitus. *Gell. l.* 20. *c.* 8. Cæpetum revireſcit decedente Luna. Alii libri habent *cæpe enim*.

Cæpīna, æ, f. 1. κρομμυὼν, *luogo ſeminato di cipolle*. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Cæpina magis frequenter ſubactam poſtulat terram.

Cæpitium, vel Cæpicium, ii, idem quod cæpe. *Arnob. lib.* 1. *circ. princ.* In caput cæpitii ambiguitatis illius incerta traduceret.

Cæpulla, æ, f. 1. idem quod Cæpa, vel Cæpe ſpecies. *Pallad. l.* 3. *c.* 24. Satureia cum cæpullis mixta ſeminatur. ¶ Legitur & ſine diphthongo.

Cære, g. n. & indecl. & Cæres, ĭtis, *Cervetere*, καῖρε, olim urbs, nunc opp. Thuſciæ in Terr. Rom. in colle. Hæc urbs olim regionis caput fuit. Condita fuit a Pelaſgis, qui e Theſſalia venerant. Sed hi Agyllam vocarunt. Poſtea autem nomen Cære accepit, idque occaſione hujuſmodi. Lydis, qui Tyrrheni dicti ſunt, adverſus Agyllinos bellum gerentibus, quidam ad urbem propius acceſſit, nomenque urbis interrogavit: a Theſſalo autem e muro reſponſi loco accepit χαῖρε. Id omen accepere Tyrrheni, captaque urbe, *Cære* ei nomen fecerunt. ¶ Declinatur & Cæres, ĭtis, in obliquis caſibus. *Virg.* 8. *Æn. v.* 597. Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. ¶ A Cære fit adject. *Cæres*, ĕtis, vel ĭtis, vel *Cærētis*, *tis*, vel *Cærītis*, *tis*, *Virg.* 10. *Æn. v.* 183. Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in arvis. Sed aliqui dicunt, hoc loco ſubſt. nomen eſſe a nominativo *Cæres*, *etis*.

Cæremoniæ, vel cærimoniæ, (ut eſt in vet. lap. apud Manut.) & ceremoniæ, f. 1. *ceremonie*, הקוה, Ger. *cerimoniem*, *kirchen gepreng*, Gall. *ceremonies*, Hiſp. *las ceremonias*, θρησκεῖαι, ſacri ritus, quibus Deum colimus, ut Orgia apud Græcos, a *Cære* urbe Etruriæ, quæ Romanis bello Gallico Sacerdotes, Virgines Veſtales, & res ſacras conſervavit, vel a Cerere, quod ejus ſacra *Ceremonia* dicta ſint, deinde hoc nomen ad omnem omnium Deorum cultum translatum fuerit, vel ab antiquo *cerus*, ſanctus, vel a *Cælo*, quaſi *cælimoniæ*, vel a *gero*, quaſi *gerimoniæ*, ideſt, a geſtibus, & a modo ſe gerendi in ſacrificando. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 12. Cæremoniæ ſepulcrorum. *Id pro Rab. c.* 10. ¶ Dicitur etiam *cæremonia* num. ſing. *Cæſ.* 7. *bell. Gall.* Quod more eorum graviſſima cæremonia continetur. Adde *Nepos. Themiſt. c.* 8.

Cæremoniālis, le, ad cæremonias pertinens. *Arnob. l.* 7. *p.* 237. O Deorum ſublimitas præpotens, quam venerari, quam colere officiis omnibus cæremonialibus debeas.

Cæremoniōſus, a, um, idem, vel cæremoniis plenus. *Ammian. l.* 22. *c.* 37. Per ſeptem cæremonioſos dies, quibus Sacerdotes Memphi natales celebrant Apis.

Cæretanus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Cære, ut Amnis Cæretanus, qui oppidum Cære præterfluit. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Cærītes, itum, Cære incolæ. Hos primos municipes ſine ſuffragii jure, obſervat *Gell. l.* 16. *c.* 13. Inde Cærites tabulæ appellatæ, in quas Cenſores referri jubebant eos, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant. Itaque qui in has Tabulas referebatur ad hoc tantum civis erat, ut ait *Aſcon. in Cic. Divinat.* ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Huc ſpectat & illud *Horatii l.* 1. *epiſt.* 6. Cærite cera Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſis.

Cærŭlans, antis, cærulum colorem referens. *Fulgent.* 1. *Mythol.* Cærulante polo.

Cæruleatus, a, um, cæruleo colore tinctus. *Velley. Paterc. l.* 2. *c.* 83. Cæruleatus, ac nudus caputque redimitus arundine.

Cærulĕum, n. 2. *azzurro*, arenæ genus eſt, quod in auri, atque argenti metallis naſcitur ad pictorum uſum. Ejus tria ſunt genera, Ægyptium, Scythicum, Cyprium. Poſtea probatum eſt Atticum marmoroſum, & Scyricum, ſive preſſum. *Plin. l.* 34. *c.* 12. & 13.

Cærulĕus, & Cærulus, a, um, *turchino*, *cileſtro*, *azzurro*, *ſbiadato*, κυάνεος. Color cæruleus (Græce κυανὸς, Italice *acqua di mare*, & *mavi*, cum eſt aliquanto dilutior) eſt color cæli, cum ſerenum eſt; item maris, quod ſereni cæli colorem repræſentat. *Cic. in fragm. Non. c.* 2. *n.* 717. Mare cæruleum. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 814. Tollere aliquem in cærula cæli. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 97. Cærula veſtis. ¶ *Cærula* ſunt ipſa maria (ſubaudi *freta* aut *æquora*) *Virg.* 8. *Æn. v.* 622. fluctu ſpumabant cærula cano. ¶ Hinc ipſi Dii maris *cærulei* dicuntur, & quæ ad ipſos pertinent. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 8. Cæruleos habet unda deos. *Virg.* 5. *Æn. v.* 819. Cæruleus currus Neptuni. Plures ſunt cærulei coloris gradus, prout dilutior eſt, aut intenſior. Cum dilutior eſt, ad album, & ſubviridem prope accedit. *Virg.* 1. *Georg. v.* 136. Cærulea glacies. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 518. Cærula quot baccas Pallados arbor habet. *Id. Metam.* 11. *v.* 158. Cærula quercus. ¶ Cum vero eſt intenſior, fuſco, ſeu nigro propior eſt. *Virg.* 3. *Æn. v.* 63. ſtant Manibus arę Cæruleis mœſtæ vittis, atraque cupreſſo. *Stat.* 2. *Theb. v.* 528. Nox & cæruleam terris intuderat umbram. ¶ Inter *cæruleus* & *cærulus* hoc ſolum diſtat, quod illud a Poetis æque, ac a proſe ſcriptoribus uſurpatur, hoc a Poetis tantum.

Cæſa, æ, f. *colpo di taglio*, idem ac cæſio, ſeu ictus cæſim inflictus. *Veget. lib.* 1. *de re milit. cap.* 12. Cæſa, quovis impetu veniat, non frequenter interficit: at puncta duas uncias adacta mortalis eſt. ¶ *Inter cæſa*, & *porrecta* V. Cæſus. ¶ *Cæſa*, teli genus Gallis peculiare. Sed melius ſcribitur *Caſa*. ¶ *Cæſa*, *orum*, ſunt inciſa, commata, quibus oratio diſtinguitur. *Martian. Capell. l.* 5. Nonnullis cæſis interrupta oratio.

Cæſar, aris, m. 3. καίσαρ, cognomen Juliorum eſt. Ille, qui primus Cæſar appellatus eſt, dictus eſt, quod cæſo matris utero natus fuerit, vel quod cum cæſarie in lucem prodierit, vel quod oculis cæſiis, & ultra humanum modum viguerit, vel quod ipſe, aut ejus avus elephantem in Africa occiderit, qui cæſar dicitur Pœnorum lingua. Primus vero hoc nomine vocatus eſt P. Scipio Africanus ſuperior. *Plin. l.* 7. *c.* 9. *Solin. c.* 4. ¶ In hac familia natus eſt C. Julius Cæſar, ille, qui Dictator perpetuus fuit, & primus Imperator vulgo numeratur. Hic poſt Germanos, Gallos, Britannoſque devictos, & Romano imperio adjitos arma vertit in Pompejum, qui Senatus partes tutabatur, quo bello victor, rerum omnium potitus Rempublicam in Monarchiam convertit. V. Suetonium. ¶ A Julio Cæſare ſucceſſores ejus Cæſares vocati ſunt, ut Auguſti ab Auguſto. Sed aliquando hæc nomina ſeparata ſunt, ita, ut Auguſtus eſſet, qui imperaret, Cæſar vero, qui futurus eſſet Imperii ſucceſſor. Atque hic honor tanti nominis L. Vero primum habitus eſt. *Sex. Aurel. Victor. in Diocletiano*: Maximianum Auguſtum fecit, Conſtantium, & Galerium Maximianum cognomento Armentarium Cæſares creavit. Hodie *Cæſarem* vocant, quem veteres Auguſtum, & *Regem Romanorum*, quem illi Cæſarem.

Cæſarauguſta, æ, prius Salduba, *Saragoza*, καισαραυγούστα, urbs A. Hiſp. Tarr. Aragoniæ primaria, ad Iberum fl. ¶ Cæſarauguſtanus conventus, *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Cæſarēa, cognom. Magna, prius Mazaca, *Tiſaria*, *Caiſar*, urbs A. Cappadociæ ad Melam fl. & radices M. Argæi. ¶ Cæſarea item urbs Ciliciæ, eadem, ac Anazarbus, vel prope Anazarbum. ¶ Item urbs Bithyniæ E. ſub A. Nicomedienſi. ¶ Cæſarea, al. Turris Scratonis, & Apollonia, *Caiſar*, urbs A. Palæſtinæ, inter Ptolemaidem ad Bor. 40. M. P. & Joppen in Auſtr. 30. a Hieroſolymis 50. in Occ. & Circ. prorſus jacens in lit. maris, ab Herode dicta in honorem Cæſaris. ¶ Cæſarea Philippi, prius Paneas, *Belina*, vel *Balbeo*, urbs exc. Paleſtinæ apud ort. Jordanis fl. in finibus Cæleſyriæ, ad radices Libani M. olim E. ſub A. Tyrio, condita a Philippo Herodis F. & in honorem Cæſaris appellata ab ejus nomine.

Cæſarēus, a, um, o. 1. 2. *Ovid.* 1. *Faſt.* Cæſareoque diu numine clauſus ero. ¶ Vultus Cæſarei. *Id.* 2. *de Pon. eleg.* 8.

Cæſariānus, a, um, idem quod Cæſareus, ut nomen Cæſarianum, Decretum Cæſarianum. *Mart. l.* 9. *epigr.* 79. Sed domini mores Cæſarianus habet.

Cæſariātus, a, um, qui cæſariem habet, comatus, *chi ha chioma*. *Plaut. Mil.* 3. 1. *v.* 173. Miles uſque cęſariatus. Adde *Apul. de Mundo*.

Cęſarienſis, e, ad Cęſaream urbem pertinens. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 58.

Cęſarienſes, m. 3. Jonię populi in Epheſ. conventu. *Plin. l.* 5. *c.* 19.

Cęſariēs, riei, f. 5. *chioma*, אפרה, Germ. *haar*, Gal. *chevillure*, Hiſp. *cabelladura*, κόμη, coma, a crebra cœſione, ideoque proprie virorum eſt. *Plaut. Mil.* 1. 1. 64. Vide, cęſaries quam decet. ¶ Cęſaries promiſſa, ideſt, longa, apud *Liv. l.* 28. *c.* 35. ¶ Tribuitur quandoque & feminis, quamquam de illis potius *coma* dicitur. *Virg. Geor.* 4. *v.* 337. *de Nymphis*: Cęſariem effuſę nitidam per candida colla. V. Cirrus. ¶ Dicitur interdum de barba. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 656. Cęſariem longe dextra deducere barbę.

Cęſēna, f. 1. *Ceſena*, urbs Senonum in Gallia Tog. ſeu Ciſpad. in Romandiola, ad Sapim. Fl. Dicta eſt Cęſena, quod exiguo amne cęſa, id eſt, diviſa ſit, vel quod ager ejus duobus fluminibus Sapi, & Rubicone ſit diviſus. *Plin. l.* 3. *cap.* 15.

Cęsēnas, atis, ad Cęſenam pertinens. *Plin. l.* 14. *c.* 6. Cęſenatia vina.

Cęſim, *di taglio*, Ger. *durch ſchnitt*, Gal. *du tranchant*, Hiſp. *de corte*, κοπτικῶς, ſignificat cedendo, ſive per inciſionem gladii, ut punctim pungendo. *Liv. l.* 22. *cap.* 46. Hiſpano punctim magis, quam cęſim aſſueto petere hoſtem. ¶ *Cic. in Orat. c.* 67. Membratim adhuc, deinde cęſim diximus; h. e. per membra adhuc, deinde per inciſa, ſeu commata.

Cęsio, onis, f. 3. *tagliatura*, inciſio. *Col. l.* 1. *c.* 33. In alteram cęſionem perennat.

Cęſĭtĭus, vel Cęſicius, a, um, adject. a cęſius. *Plaut. Epid.* 2. 2. 46. Linteolum cęſitium: h. e. purum, candidum, & cęſii coloris. Sed *Nonius c.* 14. *n.* 17. ſic dictum ait, vel quod cędendo ad candorem perveniat, vel quod oras circumciſas habeat.

Cęsĭus color, glaucus, cyaneus, felineus, γλαυκὸν χρῶμα, color ſubviridis, igneo quodam ſplendore intermicans, proprius oculorum, ut potiſſimum cernimus in leonis oculis, quod Cęli ſpeciem habeat, *color celeſte*, *azzurro*. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Cæſios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni. ¶ Hinc cæſi dicuntur, qui cæſios oculos habent. Quare & Leones cæſios dixit *Catull. Carm.* 46. Atque hinc *cæſiſſimus* ſuperlat. formari auctor eſt *Varro l.* 7. *L. L. num.* 39.

Cæsōnes, m. 3. qui cæſo matris utero nati ſunt. *Plin. l.* 7. *c.* 9.

Cæſoniānus, a, um, ad Cæſonium pertinens. Eſt autem *Cæſonius* Romanum nomen. *Colum.* 1. 4. Cæſonianum præceptum.

Cæſor, oris, m. *tagliatore*, qui cædit. *Hieronym. epiſt.* 103. *c.* 6. Fabri metallorum, lignorumve cæſores.

Cæſpes, itis, m. 3. *ceſpite*, *ceſpug lio*, בגר, Germ. *roſen*, Gal. *gazon*, Hiſp. *ceſped*, ἔδαφος, a cædo, terra cum herba avulſa, ſeu, in modum lateris cæſa. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 19. Aggerere cæſpites. ¶ Ex cæſpite agger caſtrenſis fit. *Luc. l.* 5. Et ſubitus rapti munimine cæſpitis agger præbet ſecuros intra tentoria ſomnos. V. *Veget. l.* 3. qui docet, qua altitudine, ac latitudine cæſpes circumduci debeat. ¶ Scribitur & ceſpes, ſine diphthongo. ¶ Cæſpes vivus eſt, qui ex herba viridi ſimul cum evulſa terra extruebatur. *Horat. l.* 1. *od.* 19. ¶ Quandoque fumitur pro ara; nam interdum ad extruendam aram cæſpite utebantur. *Ovid. Triſt.* 5. *el.* 5. *v.* 9. Araque gramineo viridis de cæſpite fiat. Quin & ipſi aræ Romano ritu interdum cæſpes imponebatur, ut notat Serv. ¶ Quandoque pro ſepulcro. Sepulcra enim cæſpite aggeſto cooperiebantur. *Suet. in Calig. c.* 59. Cadaver ſemiambuſtum levi cæſpite obrutum eſt. Adde *Virg.* 3. *Æn. v.* 304. Inſerviebat & ædificiis, maxime pauperum. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 69. Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmen. *Senec. epiſt.* 8. Hanc domum cæſpes erexit. ¶ Quin & milites ut vallo, ita & Tribunali caſtrenſi extruendo utebantur cæſpite. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 18. Congerunt cęſpites, extruunt Tribunal. *Plin. in Paneg. c.* 56. Tribunal viridi cęſpite extructum. ¶ Apud *Avienum in Periegeſ.* ſæpe ponitur pro tractu cœli, ſeu regione, ut *v.* 227. Cæſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Carambis.

Cæſpitātor, oris, qui cæſpitat, h. e. vacillat. *Serv. in Æn.* 11. *v.* 671.

Cæſpitator equus dicitur, qui caſurus eſt, vel qui facile pede offendit. Al. leg. *incæſpitator*.

Cęſpititĭus, vel cæſpiticĭus, a, um, qui fit ex cęſpite, ut Murus cæſpititius, *Capitolin. in Pio. c.* 5. Cæſpititium tribunal, *Vopiſc. in Probo*, *c.* 10.

Cęſpĭtōſus, a, um, *erboſo*, cęſpite plenus. *Colum. l.* 10. *v.* 130. Cęſpoſo litore Cumę.

Cæſtrum, vel potius Ceſtrum, n. 2. inſtrumentum, quo ebur cavatur. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Varronis inventa Romę pinxit, & cæſtro in ebore imagines mulierum maxime.

Cæſtus, us, ui, m. 4. a. cædendo dictus, arma pugilum, ſc. ut deſcribit *Manut. de Quæſit. per epiſt. l.* 1. *epiſt.* 8. lora ex multiplici crudo bovis tergore (aliis laminæ ferreæ, vel anuli connexi) manibus & lacertis inducta, ferreis plumbeiſve clavis, aut ſquamis, ut ita dicam, clavatis armata, ad ſimilitudinem arietini cornu, quod egregie expreſſit *Plin. l.* 11. *c.* 37. Manus igitur loris illis involutæ, clavæ quædam eſſe videbantur. Hæc *Manut. Virg. Æn.* 5. *v.* 420. Et tu Trojanos exue cæſtus. V. eundem poetam ibi cæſtuum certamen deſcribentem. ¶ Aliqui duo ponunt cæſtuum genera, alterum quod expoſuimus, alterum clavam quandam pilas plumbeas loris bubulis appenſas habentem. *Cic.*

2. *Tusc. c.* 17. Pugiles cæstibus contusi non ingemiscunt. ¶ Scribunt aliqui *cestus* sine diphthongo.

Cęsŭlię, m. 1. a. vetustissimis dicti sunt, qui cęsiis sunt oculis. *Fest.*

Cæsūra, ræ, f. 1. *taglio*, גזירה, Ger. *ehrhauung*, Gal. *incision*, *cesure*, Hisp. *incision*, *cortadura*, διακοπή, proprie incisura. *Plin. l.* 11. Tempestivam habet cæsuram, hoc lignum cum durescere incipit. ¶ Cęsura item in carmine dicitur syllaba, quæ ex dictione cæditur, ac post quemvis pedem relinquitur. *Virg.* 1. *Æn.* Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt. Pes enim primus est *semper ho*, cæsura est syllaba *nos*, &c. ¶ Item pars versus, quæ voce pronuntiantis a reliqua parte inciditur. Ab aliquibus definitur decora terminatio vocum in medio versuum. ¶ De variis cæsurarum generibus, præsertim in heroicis carminibus, vide Grammaticos. Diligentissime ea colligit ex variis Auctoribus *Fabricius de re poet. l.* 7.

Cæsurātim, *brevemente*, Ger. *befchneidich*, Gal. *par incision*, Hisp. *brievemente*, συντόμως, per cæsuras, & commata. *Sidon. ad Claud. an. l.* 4. *epist.* 3. Sic cæsuratim succincta, quam profluens.

Cæsus, a, um, nom. ex particip. κεκομμένος, *tagliato*, *percosso*. *Ter. Andr.* 1. 2. 28. Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam. *Cic. Philipp.* 14. *c.* 1. Exercitus hostium cæsus, fugatusque. ¶ *Id. ad Att. l.* 5. *epist.* 18. Ne quid inter cæsa, & porrecta, ut ajunt, oneris mihi addatur. Proverbium est a sacrificiis sumptum, cum inter cædem hostiæ, & oblationem extorum finistri quid accidebat, ne litari posset, sed instaurari sacrificium necesse esset. Id igitur his verbis significare videtur *Cicero*, vereri se, ne dum discessum parat, aliquid accidat, quod impediat.

Cæter, vel cæterus, a, um, vel ceterus sine diphthongo, o. 1. 2. *altro*, נשאר, אחר, Ger. *das uberig*, Gal. *l' autre*, *le reste*, Hisp. *el reste*, καὶ ἕτερος, alius, a voce Græca, quæ proposita est. In singulari cæterum exercitum dixit *Cato* apud *Gell. l.* 3. *c.* 7. Quin & ipse *Cic. l.* 6. *ad Att. epist.* 2. Cætera jurisdictio. Et *Ver.* 3. *c.* 2. Pro cætera ejus audacia. Sic *Liv.* non semel, & alii. ¶ Frequentius tamen usurpatur in plur. cæteri, æ, a. *Cic. Fam.* 14. *epist.* 9. Ad cæteras meas miserias. *Plaut. Pseud.* 1. 2. Cætera quis nescit? ¶ Cætera accus. plural. *nel rimanente*, cum nominibus frequens est, per Hellenismum, subintellecta præposit. κατὰ, *secundum*. *Liv. l.* 1. *c.* 35. Virum cætera egregium secuta ambitio est; h. e. quantum ad cætera. *Horat. l.* 4. *od.* 2. *de bove*. Qua notam duxit, niveus videri, Cætera fulvus. ¶ Solet etiam hæc vox in Partitionibus eleganter poni, cum post multa enumerata sermonem abrupimus. *Cic. in Top. c.* 7. In partitione quasi membra sunt, ut corporis caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, cætera. Ubi impressi libri aliqui vulgato more habent *& cætera*. quos corrigit *Lambinus*, & *Gruter*. ¶ Usurpatur item pro aliis particulis. *Virg.* 9. *Æn.* Cætera parce, puer: h. e. deinceps. *Curt.* Cætera opimam prædam fore; h. e. in posterum. ¶ De cætero, pro *cæterum*. *Senec. l.* 3. *de ira*. ¶ In primo casu singulari, cæterus ornatus, *Cato R. R. cap.* 22. Verum Meursius, & Popma illa verba non agnoscunt. ¶ Veteres solitos sine diphthongo scribere, satis constat. V. Orthograph. *Manut.*

Cætĕro, adverb. idem ac cæterum. *Plin. l.* 8. *c.* 3. Hoc solum ebur est: cetero & in his vilitas ossea. *Id. lib.* 6. *c.* 26. Cętero ad solitudines rediit.

Cęterŏqui, & Cęteroquin, adverb. alioquin, *per altro*, *altrimente*. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 22. Cęteroqui doctus. Et *in Orat. c.* 25. Cęteroquin recte.

Cetĕrum, *ma*, *quanto al resto*, אבל, Ger. *aber*, Gal. *quant au reste*, Hisp. *por el resto*, μέντοι, conjunctio, sive adverb. quod reliquum est. *Plaut. Pœn. prol. v.* 126. Dehinc ceterum valete. ¶ Significat etiam, sed, *ma*. *Ter. Eun.* 1. 2. 7. Cæterum de exclusione verbum nullum. *Nepos* 18. 8. 5. Via brevior, cæterum dierum erat fere decem. ¶ Item alioquin, *per altro*. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 14. Ego me in Cumano, & Pompejano, præterquamquod sine te, cæterum satis commode oblectabam.

Cætĕrus, V. Cæter.

Cæyx, V. Ceyx.

Cajānus, a, um, adject. a Cajus. *Stat. l.* 4. *Sylv.* 9. 22. Emptum plus minus asse Cajano. Quid sit autem assis Cajanus, explicat *Barth. ad Stat. Sylv. p.* 418. nempe minimum assis pondus, ac pretium, ad quod Romanus as a Caligula redactus fuit ob inopiam pecuniæ. ¶ *Suet. in Tito*, *c.* 1. Insignis annus Cajana nece. i. e. Caligulæ.

Caĭcus, olim Astræus, *Girmasti*, *Castri*, *Chiay*, fl. Phrygiæ, seu Æolidis, qui oritur ex Mysia, non procul a Pergamo decurrit, & inter Pitanen ad Bor. & Ælæam ad Austr. in mare Ægæum labitur. *Virg.* 4. *Georg. v.* 370.

Cajĕta, *Gaeta*, urbs Latii novi Prov. Terræ Labor. E. sub A. Capuano, ad radices collis, in peninsula, cum duplici arce, & portu percapaci, in ora maris Tyrrheni, proxima Formiis. ¶ Nomen habuit a Cajeta muliere Trojana nutrice Æneæ, vel Ascanii, vel Creusæ. Hanc Æneas ab Interis reversus fato cessisse inveniens eam non longe a Bajano sinu sepeliit, ibique urbem condidit, quam una cum adjacenti portu Cajetam dixit. *Virg.* 7. *Æneid.*

Cajetānus, a, um, ad Cajetam pertinens, ut Cajetana villa, *Valer. Max.* 1. 4. 5.

Caio, as, cohibeo, compesco. Affertur exemplum *ex fragment. Plaut. in Astraba*: Quid tuam amicam times, ne te manulea caiet?

Caĭulus, i, m. diminutivum a Cajus. *Stat. l.* 1. *silv. ult. v.* 17. Molles Caioli, Laguncalique. *h. e.* cupedię, in quibus impressæ erant formæ istorum puerorum. *Al. leg.* Molles caseoli, lucunculique.

Cajus, m. 2. γάϊος, prænomen a parentum gaudio sumptum. Est dictio dissyllaba, nisi per diæresim ex i consonante facias vocalem, ut apud *Martial.* Pervigil in pluma Caius ecce jacet. Proferebatur autem *Gajus* per G, licet per C scriberetur, *Quintil. l.* 1. *c.* 7. cujus rei rationem affert *Voss. de Vit. Serm. l.* 2. *c.* 1. Ipsa autem C littera inversa ↄ mulierem Cajam declarat, *Quintiliano* auctore *l.* 1. *c.* 7. *Cic. pro Mur.* Putarunt, omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari. ¶ Apud Priscos pro domino ponebatur, sicut & Caja, γάϊα, pro domina. Vide *Plutarchum*. ¶ Fuit autem revera prænomen proprium uxoris Tarquinii Prisci, quæ Caja Cæcilia appellabatur. Hæc in lanificio excelluit. Ea de causa prænomen omnibus Romanis mulieribus commune factum est. Nova enim sponsa, cum viri domum perveniret, ante fores interrogabatur, quęnam esset, illa ominis causa se Cajam esse respondebat, inquiens: *Ubi tu Cajus*, *ego Caja*: h. e. Ubi tu dominus eris, & paterfamilias, ego domina ero, & materfamilias. *Plutarc. in Quæstionib. Roman.*

Cala, f. 1. *bastone*, fustis. Calę, teste *Servio*, dicebantur fustes, quos portabant servi, sequentes dominos ad prælium, unde etiam calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & servus vallum, vallum autem dicebant calas. *Lucil. apud Serv. in princ.* 6. *Æn.* Scinde calam, ut caleas idest, scinde lignum, & locum accende, ut calefias.

Calăber, bra, um, qui ex Calabria est. *Sil. Ital. l.* 22. *v.* 396. *de Ennio*: Miserunt Calabri, Rudię genuere vetustę. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 14. Calaber hospes.

Calăbra, æ, f. 1. erat Curia proxima casæ Romuli in Capitolio. Dicta est a *calando*, idest, a vocando, quod ante Fastorum evulgationem in eum locum convocato Populo statim post novilunium Pontifex minor, a Rege Sacrificulo facto sacrificio, pronuntiabat, quot dies inter calendas, & nonas intercederent, ut nonis convenirent, audituri, quinam dies eo mense fasti, quinam nefasti, quinam festi essent, qui ludi, quę sacrificia celebranda. *Macrob. l.* 1. *c.* 15.

Calabrĭa, f. 1. *Calabria*, καλαβρία, *Terra d' Otranto*, olim regio Italiæ in Salentinis, pars Provinciæ Hydruntinæ ad oram Borealem, inter Apuliam Peucetiam ad Occ. & Japygiam ad Ort. circa Brundusium, & Hydruntum. ¶ Calabria vero hodierna longe ab hac diversa, & distans est. ¶ Regio enim Australis est *Calabria*, Siciliæ proxima, quæ brevi maris tractu a Peloro disjungitur, ubi alias Brutii, & Magna Græcia, inter Mare Tyrrhenum, & Mare Jonium, a Borea in Austrum extensa. Estque duplex, Calabria citerior, seu citra montes, quę magis in Boream extenditur, & Calabria ulterior, quę in Merid. Citerioris caput est Consentia, ulterioris S. Severina.

Calabrĭco, as, are, fasciis involvere. *Plin. Valer. l.* 3. *c.* 13. Lanis involvere, & calabricare.

Calabrĭcus, a, um, adject. possessiv. a Calabria, ut Olea Calabrica. *Colum. l.* 12. *c.* 49. ¶ Calabrica etiam genus fasciarum esse videtur. *Plin. Valer. l.* 3. *c.* 13.

Calaguris, *Calahorra*, urbs Hisp. Tarrac. olim in R. Navarrę nunc in Castella veteri, in fin. Vasconum, prope confinia Navarrę, ad Iberum flu. patria *Quintiliani*. *Auson. in Professoribus num.* 1.

Calaguritanus, a, um, ad Calagurim pertinens, *Plin. l.* 3. *c.* 3. Calaguritani populi.

Calăis, m. 3. Boreę ex Orithyia conjuge filius alatus, qui una cum Zetho fratre similiter alato cum Argonautis Colchos profectus est. Cum in ea expeditione a Phineo Rege Arcadię Argonautæ humaniter essent accepti, Harpyias, quæ Regnum illius infestabant, persequi constituerunt. Quas cum & alarum auxilio, & fagittandi peritia in Plotas usque Insulas fugassent, ab Iride admoniti sunt, ne Jovis canes ulterius persequerentur. Ii itaque rettorsum conversi, duas illas insulas, in quibus Harpyias reliquerunt, a conversione sua Strophadas appellarunt, nempe ἀπὸ τῆς στροφῆς, a conversione. Postremo ab Hercule occisi dicuntur, & in ventos commutati, qui Caniculæ exortum dies fere octo præcedunt. Unde προδρόμοι, idest *præcurrentes*, appellantur. *Ovid. in fi. l.* 6. *Metam.* ¶ Est etiam Calais gemma Saphiro similis, candidior tamen, & litorofi maris specie. Hanc plerique eandem esse existimant, atque Augitem.

Calamarĭus, a, um, ad calamum pertinens, ut theca calamaria apud *Suet. in Claud. c.* 35. in qua sc. calami scriptorii reponuntur. *pennaiuolo*.

Calamēta, n. 2. fragmenta veterum calamorum, hoc est, pedamentorum, quæ ex calamis, idest arundinibus fiunt. *Colum. l.* 4. *c.* 27. Sic deinde ordinata vineta festinabimus emundare, sarmentisque, & calametis liberare.

Calamĭnæ Hetrusćæ, insulæ in Lydia, quæ non ventis solum, sed etiam contis quo libeat pulsæ, multorum civium Mitridatico bello saluti fuerunt. *Plin. l.* 2. *c.* 95.

Calamistrātus, a, um, adject. Calamistro ornatus, ut calamistrata coma. *Cic. pro Sext. c.* 8. Et calamistratus saltator, *Id. post red. in Sen. c.* 6.

Calamistrum, & calamister, n. & m. 2. *ferro da increspare i capelli*, Ger. *ein pfrieme dormit man das haar kreuset*, Gal. *fer a friser les cheveux*, Hisp. *hiero para ensortijar los cavellos*, καλαμίς, ίδος, acus major, qua calefacta crispantur capilli, a calefaciendo, vel a καλαμίζω, calamo canere, quia ferrum hujusmodi est cavum instar calami, idest, acus arundineæ. Unde a *Nonio c.* 15. *n.* 27. calamistrum fistula dicitur. *Cic. post Red.* Frons calamistri notata vestigiis. Hinc calamistro crines convertere, apud *Petron. in satyr. c.* 102. ¶ Calamistros adhibere, translate pro, fucatum cultum, sive ornatum orationi addere. *Cic. in Orat. c.* 23. Tum removebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarum: ne calamistri quidem adhibebuntur. Et *de Clar. Orat. c.* 75. Calamistris inurere.

Calamītæ, *rannocchi piccioli*, Ger. *ein laubfrosch*, καλαμίτης, ranę minimæ sunt, & viridissimæ, quæ a quibusdam dryopetæ vocantur, sic dictæ, quod inter calamos versentur. *Plin. l.* 32. *c.* 7.

Calamĭtas, tis, f. 3. miseria, ærumna, pernicies, adversa, vel incommoda fortuna, incommodæ res, *grandine*, *calamità*, *miseria*, אויר, Germ. *ein feldeschade*, Gal. *calamité*, Hisp. *calamidad*, χάλαζα, proprie est calamorum imminutio, idest cum calami segetum contringuntur grandine, ac procellosa aliqua tempestate. *Plaut. Cas.* 5. 2. 30. Quicquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam. V. *Taubman. Ter. Eun.* 1. 1. 34. Nostri fundi calamitas. ¶ Translate accipitur pro infortunio quolibet, seu miseria, vel ærumna. *Cic. Verr.* 1. Ejusmodi fuit, non ut Legatus pop. Rom., sed ut quædam calamitas pervadere videretur. Hinc calamitate affligi, calamitatem inferre, accipere, ferre, &c. *Id.* & *Nepos variis in loc.*

Calamitōse, adv. misere, *calamitosamente*, *miseramente*, δυσυχῶς, ἀθλίως. *Cic.* 3. *Offic. c.* 29. Turpiter potius, quam calamitose.

Calamitōsus, a, um, calamitatibus plenus, *calamitoso*, εἰζυρὸς. Primo significat, quod calamitatem infert: h. e. labem fegetum: Unde calamitosam tempestatem; dixit *Cic. Verr.* 3. *c.* 28. Sic calamitosus ager, apud *Cat.* & Calamitosum cœlum. *Cic. de Leg. Agr. Orat.* 2. ¶ Deinde id, quod hujusmodi calamitati est obnoxium. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Hordeum ex omni frumento minime calamitosum. ¶ Præterea calamitosus est, qui ærumnis, & calamitate afficitur, vel afficit, ut dictum est. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 28. O rem miseram, & calamitosam: Et *Fam. l.* 6. *epist.* 21. Appropinquare exitus huius calamitosissimi belli videbatur. *Auctor epist. ad Octavium*, *quæ inter Ciceronianas est*: Quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Rom. illuxit?

Calămus, m. 2. *canna sottile*, *penna da scrivere*, קנה, סרס, Ger. *rohr*, *schreibferd*, Gal. *roseau*, *plume*, Hisp. *cana*, *pluma*, καλαμος, a undo minuta, habens internodia longa, & recta, ex qua sagittæ apud diversas gentes fiebant. *Virg.* 3. *Ecl.* Cum Daphnidis arcum fregisti, & calamos. ¶ Aliquando accipitur pro stipula, & pro quacunque re tereti, ac fistulosa ad similitudinem arundinis. Unde arborum quoque, ac vitium calamos dicimus, idest, teretes particulas, & virgas ad serendum in terra aptas. *Plin. l.* 17. *c.* 18. Inseritur oleaster calamo, & inoculatione. *s' innesta a marza*, *e a occhio*. ¶ Calamus item est virga ad capiendas aves viseo illita, *panie*. *Mart. lib.* 13. *epig.* 68. Galbula decipitur calamis, & retibus ales. ¶ Metonymice de tibia dicitur: itemque de fistulis, quas syringas vocant. *Virg.* 4. *Ecl.* Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum. ¶ Hujus primum inventorem Panem fuisse Poetæ narrant. *Id.* 3. *Ecl.* Pan primus calamos cera conjungere plures instituit. ¶ Denique penna, qua nunc scribimus, quæ est ex avibus, calamus dicitur secundum priscam consuetudinem. Principio enim calami scriptorii ex arundinibus Ægyptiis confecti fuere. *Cic. ad Attic. l.* 6. *ep.* 8. Cum instituissem ad te scribere, calamumque sumsissem. Et *l.* 2. *epist.* 15. *ad Q. Fr.* Calamo, & atramento temperato. Calamus temperatus, est ita acuminatus, ut expresse scribat. ¶ Calamus odoratus,

ratus, vel aromaticus, κάλαμος μυρεψικὸς, est arudini similis, multis geniculatus nodis, fragrans odore suavissimo, casię sapore. Provenit in Arabia, India, & Syria. *Plin. l.* 12. *c.* 22.

Calamus, Mæandri flu. filius, qui amavit, & amatus est a Carpo filio Zephyri, & unius ex Horis, puero pulcherrimi corporis. Accidit, ut Carpus in Mæandrum fl. caderet, & extingueretur. Calamus patrem propter hoc scelus aversatus aufugit, rogavitque Jovem, ut finem suis luctibus daret; sibique mortem præstaret, ut amato post obitum jungeretur. Juppiter Calamum in arundines vertit, quæ semper circa oras fluminum nasci solent; Carpum vero in fructus rerum omnium vertit, ut semper renasceretur. *Serv. in Ecl.* 5. *Virg. v.* 28.

Calantĭca, f. 1. *cuffia*, ταινία, κεκρύφαλος, tegmen muliebre, quod capiti innectitur, a καλὸν, pulchrum, & ἄνθος, flos, quod floribus intextis variata sit. Usus hac voce *Cic. in Clodium*, *apud Nonium.* 14. 2. Cum calanticam capiti accommodaret. Adde *Auson. in periocha* 5. *Odyss.* ☛ Aliqui scribunt *Calatica*, dempto *n.*

Calăris, Caralis, 3. *Cagliari*, urbs A. Sardiniæ primaria, & Regia, in qua sedes est Proregis. ☛ Populi Calaritani. ☛ Hinc pars Australis Insulæ dicitur Prom. Calaritanum, *Capo Cagliari*.

Calasis, is. f. 3. χάλασις, nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem submittitur, a χαλάω, laxo, & σύρω, traho. *Festus*. Sed aliqui dicunt, vocem Ægyptiam esse, & ea tunicam fimbriatam Ægyptiam significari. *Pollux l.* 7. *c.* 16.

Calathiāna viola, f. 1. flos est præter violarum naturam autumno proveniens, lutei coloris, foliis minutis, sine odore, figura calathum referens. *Plin. l.* 21. *c.* 6.

Calathiscus, i, m. 2. *cestelletta*, diminut. parvus calathus. *Catul. Carm.* 65. *v.* 319. Vellera virgati custodiebant calathisci.

Calăthus, m. 2. *cestella*, *paniere*, סל, Germ. *einbandkorb*, Gal. *panier*, Hisp. *canasto*, κάλαθος, ab aliquibus qualus, & quasillus, ab aliis fiscella, vas vimineum, in quo mulieres pensa, vel tramam revolvunt, aut in quo flores, vel fructus, aut aliquid id genus ferunt, a κᾶλον, lignum. *Virg. in Alex. Ecl.* 2.2.45. Tibi lilia plenis ecce ferunt Nymhpæ calathis. ¶ Accipitur interdum pro calice, seu poculo, *calice*. *Virg.* 5. *Ec.* Vina novum fundam calathis Arvisia nectar. ¶ *Servius* ait, esse vas æneum, in quo lac, vel recens caseus asservatur. In hac usurpatione videtur dictus quasi γάλαθος, a γάλα, lac. *Virg. Georg.* 3. *v.* 400. Quod surgente die mulsere... Sub lucem exportant calathis, adit oppida pastor. ¶ Calathorum formam *Plin. l.* 21. *c.* 5. liliis tribuit: sc. ex angusto orbe in ampliorem surgentem. ¶ Calathus fuit etiam fil. Jovis, & Antiopes.

Calatia, Galatia, *Gajazzo*, urbs R. Neap. in Prov. Terræ Laboris, prope Vulturnum fl. media inter Capuam, & Telesiam. *Liv. l.* 9. *cap.* 2.

Calatĭo, onis, f. vocatio, κλῆσις, *chiamata*. *Varr. lib.* 4. *L. L.* Calabra sine calatione potest aperiri.

Calatīnus, a, um, adiect. qui ex Calatia est. *Liv. l.* 22. *c.* 13. Per Allifanum, Calatinumque agrum.

Calător, oris, m. 3. *Vet. Gloss.* Calatores, ἐκβιβασταὶ ἱερέων. *Isidorus* Calator, minister sacrorum. *Sueton. de illust. Grammat. c.* 12. Cornelius Epicadius Syllę libertus, calatorque sacerdotio augurali. ¶ *Festus* generatim omnes servos Calatores dictos putat, quia semper vocari possent. Est enim Calator a *calando*, i. e. vocando. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 52. Harpax calator meus est, ad te qui venit. ☛ *Vet. Scholiast. ad Horat. Sat.* 2. *l.* 1. eum servum calatorem dici censet, qui alios ad ministeria vocat.

Calatorĭus, a, um, adject. ad calatorem pertinens. *Inscript. apud Fabrett. p.* 435. Permissu Calatorio, & Flaminum.

Calătus, a, um, *chiamato*, vocatus, ab antiquo *calo*, *as*, ut calata Comitia. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 15. *Gell. l.* 15. *c.* 27.

Calaurēus, a, um, adiect. *Latois* cognominata est *Calaurea* a Calauria insula sinus Argolici, ubi culta fuit. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 384. Inde Calaureæ Latoidos aspicit arva.

Calbei, m. 2. auctore *Festo*, dicebantur armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob virtutem donabantur, vel a καλὸς, *pulcher*, vel a *galbeus*, viridis, vel a καρπὸς, *junctura manus*, quod primo *carpios* diceretur, deinde *calpios*, tandem *calbius*, vel *calbeus*.

Calcabĭlis, le, qui calcari potest. *Sidon. l.* 1. *epist.* 5. Agger calcabili silice crustatus.

Calcanĕum, i. n. *calcagno*, עקב, πτέρνα, pars posterior pedis imi. *Virg. in Moret. v.* 36. Continuis rimis calcanea scissa rigebant. *Lamprid. in Heliog. cap.* 20. Comedit sæpius calcanea camelorum.

Calcar, aris, n. 3. *sprone*, פרישום, Ger. *sporn*, Gal. *èperon*, Hisp. *espuela*, πλῆκτρον, ferreus stimulus ad urgendos equos, sic dictus, quod ad calcem alligetur, vel a calcando. *Cic.* 3. *de Orat.* Dicebat Isocrates, se calcaribus in Ephoro egere, contra in Theopompo frænis uti solere. ¶ Currenti calcar addere, proverbio dicitur, h. e. eum, qui sua sponte ad rem aliquam satis incitatus est, vehementiùs adhuc inflammare. *Plin. l.* 1. *ep.* 8. ¶ Calcaria tribuuntur etiam gallinis a *Colum. l.* 8. *c.* 2. ☛ Adhibere, & admovere alicui calcaria, apud *Cic.* & *Horat.*

Calcarĭa, æ, f. 1. fornax, in qua calx coquitur, *fornace da calcina*. *Ammian. l.* 27. *c.* 4. Calcarias extinguere. *Ulpian. l.* 8. *de pœnis:* In calcariam quoque, vel sulphurariam damnari solent. Quo loco notatur calcis fodina.

Calcarĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad calcem pertinet. Hinc calcaria fornax, *fornace da calcina*, Ger. *kalkofen*, Gal. *four a chaux*, Hisp. *calera*, in qua calx coquitur. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Cinere e calcariis fornacibus. ☛ Calcarius, ii, subst. qui præest fornaci calcariæ. *Cat. de re rust. c.* 16. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Calcāta ædificia. V. Calicata.

Calcātor, oris, m. qui calcat, & speciatim qui calcat uvas. *Calpurn. Ecl.* 4. *v.* 24. Ut nudus ruptas saliat calcator in uvas.

Calcatorĭum, ii, n. *palmento*, locus in cella vinaria, in quo uvæ calcantur. *Pallad. lib.* 1. *tit.* 18. *de cella vinaria*. Basilicæ ipsius forma calcatorium loco habeat altiore constructum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sint, gradibus tribus fere, aut quatuor ascendatur.

Calcātrix, icis, f. 3. quæ calcat. *Prudent. Psychomac. v.* 589. Calcatrix mundi.

Calcatūra, æ. f. calcandi actus. *Vitruv. l.* 10. *c.* 10. Pinnæ rotarum, sine operarum calcatura, fluminis impulsu sunt versatæ.

Calcātus, us, ui, m. 4. idem quod calcatura. *Pallad. Jan. tit.* 13. Ne calcatu assiduo terra effossa solidetur.

Calcātus, a, um, *calcato*, *piegato*, calcando pressus. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 29. Calcatæ uvæ. ☛ Translate violatus, contemptus. *Stat. Theb.* 3. *v.* 208. Calcatum fœdus. *Claudian.* 2. *in Eutrop. v.* 123. Calcatum jus. ¶ Item habitatus, Poetice, *Sil.* 3. 676. Calcatosque Jovi lucos prece, Bostar, adora.

Calceāmen, & calceamentum, pro ipso calceo, *scarpa*, ὑπόδημα. *Plin. l.* 19. *c.* 2. Hinc calceamina, & pastorum vestis. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 32. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.

Calceamentum. V. Calceamen.

Calcearĭum, ii, pecunia, quæ ad parandos calceos impenditur. *Sueton. in Vespas. c.* 8. & *Ulpian. l.* 21. *Dig. de aliment. & cibar.* Simili modo *Vestiarium*, *Vasarium* dicebatur.

Calceatus, us, m. 4. *scarpa*, idem, quod calceamen. *Suet. in Calig. c.* 52. Vestitu, calceatuque, & cætero habitu neque patrio, neque civili usus est.

Calceatus, a, um, calceis indutus, *calzato*. *Cic. pro Cæl. c.* 26. Non satis commode calceati, & vestiti. ☛ Jlocaliter *Plaut. Captiv.* 1. 2. 84. Calceati dentes. *h. e.* parati instructique ad comedendum, sumpta translatione a viatoribus, qui per srcupolas vias ituri calceis diligentius se muniunt. Supra autem dixerat: *nam meus scruposam victus commeat viam.* ☛ *Equus altius calceatus* est, qui altas habet ungulas. *Pallad. in Mart. tit.* 13.

Calceŏ, as, are, calceis vestio, *calzare*. ὑποδέω, *Sueton. in Vespas. c.* 21. Calceabat ipse se, & amiciebat. ¶ Transfertur & ad jumenta. *Id. ibid. c.* 23. Calceare mulas, quod Itali *ferrare*.

Calceolarĭus, m. 2. *calzolaio*, Ger. *schuchmacher*, Gal. *cordonier*, Hisp. *capatero*, ὑποδηματοποιός, qui calceos conficit. *Plaut. in Aul.* 3. 5. 38. Propolæ, linteones, calceolarii.

Calceŏlus, m. 2. *scarpetta*, ὑποδημάτιον, dim. a calceus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 29. Cum hasta, cum scuto, cum calceolis repandis.

Calces, *Festo* sunt ampullæ plumbeæ.

Calcĕus, m. 2. *scarpa*, נעל, Ger. *ein schuch*, Gal. *soulier*, Hisp. *capato*, ὑπόδημα, pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium, a *calx*, quia calcem munit, ut solea tegit solum, seu plantam pedis. *Cicer.* 1. *de Invent.* Si multus erat in calceis pulvis. *Id. Philip.* 2. *c.* 30. Cum calceis, & toga. ¶ Usi autem Romani duplici calceorum genere: altero quod ex aluta, assuta lunula, altero ex puro corio: primi generis calcei dicebantur Mulleoli, secundi Perones. *Tertull. de Pall. c.* 4. ☛ Calceos mutare, est Senatorem fieri: Alii enim erant Magistratuum ac nobilium, alii plebeiorum calcei. *Cic. Philip.* 13. *c.* 13. Mutavit calceos: pater conscriptus repente factus est. ¶ *Calceos poscere* dicebantur convivæ, cum peracta cœna erant abituri. Nam discubituri ponebant calceos, ne triclinares lectos conspurcarent. *Plin. l.* 9. *ep.* 17. Quam multi, cum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos poscunt. ¶ De calceis libellum edidit satis accuratum *Benedictus Balduinus*.

Calchas, antis, m. 3. Κάλχας, proprium nomen Græci Auguris Thestoris filii, a quo Thestorides a poetis appellatur, qui cum Græcis ad expeditionem Trojæ profectus est, cujus consilio, quoniam divinandi arte plurimum præstabat, multa gesta sunt. Diruta autem Troja reversus cum Amphilocho Amphiarai filio terrestri itinere Colophonem, cum in luco Apollinis Clari extra urbem apud fanum in Mopsum præstantissimum Augurem incidisset, artis peritia ab illo superatus, dolore contabuit, quod proposita sibi a Mopso caprifico, ut refert Hesiodus, aut, ut Pherecydes mavult, sue gravida, conjicere non potuisset, quot in illa ficus essent, quotve hæc utero suculas gereret, quod tamen Mopsus sine ullo errore divinavit. *Virg.* 2. *Æn.*

Calciamentum, pro calceamentum legitur apud *Colum. l.* 12. *c.* 3.

Calciarĭum. V. Calcearium.

Calcifrăga, f. 1. ἐμπετρον, herba est in maritimis petris fere nascens, a calculis frangendis ita dicta. *Plin. l.* 27. *c.* 9. *Ruel. l.* 2. *c.* 129.

Calcĭo. V. Calceo.

Calciŏpe, f. 1. filia Æetæ Colchorum Regis, soror Medeæ, & Absyrti, quæ Phryxo nupsit, ex quo Cytorum peperit. *Ov. in ep. Helen. ad Parid.*

Calcitrātus, us, m. 4. λακτισμὸς, actus ipse calcitrandi. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

Calcĭtro, as, n. 1. calce percutio, renuo, *trar de' calci*, בעט, Ger. *aussschlang*, Gal. *regimber*, *ruer*, *calcitrer*, Hisp. *acocear*, λακτίζω, calcibus ferio. *Plin. l.* 30. *c.* 16. Mulas non calcitrare, cum vinum biberint. ¶ Translate *Cic. pro Cæl. c.* 15. Calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti.

Calcĭtro, onis, qui calcibus ferit. *Gell. l.* 4. *c.* 2. Equus mordax, & calcitro. *Plaut. Asin.* 2. 3. 10. Procul si quem videt ire ad se calcitronem.

Calcitrōsus, o. 1. 2. λακτιστὴς, qui sæpe calcibus ferit. *Col. l.* 2. *c.* 2. Juvencum retrectantem, & calcitrosum reddit.

Calco, as, a. 1. *premere col piè*, *calcare*, דרך, Ger. *truken*, *pressen*, Gal. *fouler aux*, *pieds*, Hisp. *hollar*, πατέω, calcibus premo. *Virg.* 12. *Æn.* Mixtaque cruor calcatur arena. ¶ Transfertur etiam ad animum, ut Calcare voluptates, amorem, honores, jura, clientes, pro conculcare, despicere, &c. *Ovid. Claudian.* & alii. Calcare æquor dixit idem *Ovid.* 3. *Trist. eleg.* 10. ☛ Calcare uvas, *Varr. R. R. l.* 1. *c.* 54. ¶ Calcare, de Gallo gallinam ineunte, *Columel. l.* 8. *c.* 5.

Calcularĭus, a, um, adject. ad calculos seu rationes pertinens. *Modestinus Dig.* 50. 8. 8. Calcularii erroris retractatio etiam post decennii, aut vicennii tempora admittetur.

Calculatĭo, onis, calculus, supputatio, *conto*, *calcolo*. *Cassiodori* est hæc vox *l.* 1. *ep.* 10. & *Fortunati l.* 5. *epist. prosa* 6. *ad Syagrium Episc.* ¶ Pro generatione calculorum in vesica, *Cæl. Aurelian. Tard.* 5. 4.

Calculător, m. 3. *contista*, *calculatore*, כרשב, Ger. *ein rechenme ster*, Gal. *calculeur*, *conteur*, Hisp. *contador*, λογιστὴς. *Mart. lib.* 10. *epig.* 62. Nec calculator, nec notarius velox.

Calcŭlo, as, n. 1. *far il calcolo*, *o conto*, ψηφίζομαι, λογίζομαι, ratiocinor, rationem facio, a calculis, idest lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant. *Prudent. in hymno Laurent. v.* 131. Nam calculanda est primitus, Tum subnotanda est summula.

Calcŭlo, onis, idem quod calculator. *Rufus Fest. in præfat. Breviarii rer. Rom.* Morem sequutus calculonum, qui ingentes summas æris brevioribus explicant. Al. tamen leg. *calculatorum*. Adde *Augustin. l.* 2. *de ordine*, *cap.* 12.

Calculōsus, a, um, o. 1. 2. *sassoso*, Ger. *volsteinlin*, Gal. *pierreux*, Hisp. *pedregoso*, λιθώδης, calculis plenus, *Col. l.* 3. *c.* 11. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. ¶ Item qui calculorum morbo laborat. *Plin. l.* 21. *c.* 18. Apollodorus professus, cypiron efficacissimum esse adversus calculosos. Adde *Cel. l.* 7. *c.* 26.

Calcŭlus, m. 2. *sassolino*, חצץ, Ger. *steinichen*, Gal. *calcul*, Hisp. *guijarillo*, ψῆφος, lapis terræ admixtus, rotundus, durissimus. *Cic. l.* 1. *c.* 61. *de Orat.* Demosthenes conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronuntiabat. ☛ Est item calculus lapillus in renibus, aut vesica generatus, meatum urinæ prohibens, asperrimumque gignens cruciatum, quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Sed hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi. Sic apud *eundem* calculorum valetudo. ¶ Item calculus, ψῆφος, dicitur, quem *latronem*, seu *latrunculum* antiqui appellaverunt, vulgus *scaccum* vocat. *Mart.* Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto, calculus hic gemino discolor hoste perit. In hac significatione etiam *calx* dicitur. *Lucill. l.* 14. *apud Prisc. l.* 6. Naumachiam licet hæc, inquam, alveolumque putare, & calces. ☛ Item quoniam calculis subducere rationes solemus, calculus pro ipsis rationibus ponitur, *conto*, *ragione*. *Cic.* Si te alicujus dati pœnitet, ad calculum reducas. Hinc revocare, sive reducere ad calculum, est aliquid exactius supputare. *Cic. de Amic. c.* 16.

c. 16. Hoc eſt quidem nimis exigue, & exiliter ad calculum revocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum, & datorum. ¶ Calculis item olim Græci ſuffragia colligebant, candidis abſolutionem, nigris condemnationem ſignificantibus. Unde factum eſt, ut calculum pro ſuffragio, ſententia, & judicio ponamus. *Plin. Junior. in Paneg.* Calculum de ſe alicui permittere. *Id. l.* 1. *epiſt.* 2. Adjicere alicui album calculum; & *l. 6. ep.* 11. O diem lætum, notandumque mihi candidiſſimo calculo! Solebant enim Thraces dies proſperos, & lætos notare albo calculo, ſeu lapillo in urnam conjecto, infelices vero atro, ut ſcirent exacto anno, quot & quos dies lætos, aut triſtes habuiſſent. *Plin. l.* 7. *c.* 40. *Martial. l.* 12. *epigr.* 34. ¶ Calculum parem ponere apud *Plin. Jun. l.* 5. *ep.* 97. eſt par pari rependere, *render la pariglia.* ¶ Calculum reducere apud *Cic.* eſt mutare ſententiam, *cangiar parere.* Sic *Nonius.* ¶ Calculos ponere apud *Col.* 3. 3. & calculos alicujus rei ſubducere apud *Cic.* eſt Ital. *fare i conti.*

Caldamentum, i, fomentum calidum. *Marcell. Empir. c.* 5. Caldamentis adhibitis ſopiri.

Caldariŏla, læ, f. parvum caldarium. *Vetus Scholiaſt. Juv. ad Sat.* 5. *v.* 47.

Caldarĭum, n. 2. *caldara*, דוד, Ger. *einkeſſel*, Gal. *chaudiere*, Hiſp. *caldera*, λέβης, ahenum, quo aqua calida hauritur, vel in quo aqua igni admovetur. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. ¶ Eſt etiam caldarium pars balnei, quam *Plin.* cellam caldariam vocat *l.* 5. *ep.* 6., *ſtuffa.* *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. Ipſa autem caldaria, tepidariaque lumen habebant ab occidente hyberno.

Caldarĭus, & Calidarius, a, um, adject. quod ad ignem liquefit ac funditur, ut Maltha calidaria, *Pallad. l.* 1. *R. R. tit.* 40. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *in fine*, Caldarium æs. ¶ Caldaria cella, locus erat in balneo, ubi calida aqua lavabantur. Cui oppon. Frigidaria. *Plin. l.* 5. *ep.* 6.

Caldius, pro Claudius, militari joco appellatus eſt Tiberius, apud *Sueton. in ejus vita*, *c.* 42.

Caldor, oris, pro Calor. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 55. Caldore fraceſcit, & oleum fœtidum fit. *Arnob. l.* 7. *p.* 240. Lavacrorum caldoribus ſe refovere.

Caldus, a, um, pro calidus, *caldo*, ut calda aqua, *Martial. l.* 8. *epigr.* 67. & *l.* 1. *ep.* 12. Calda abſolute, illo verſu; Jam defeciſſet portantes calda miniſtros. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 53. Caldior eſt? acres inter numeretur. Quamquam *Varr. l.* 7. *L. L.* dari Caldius, & Caldiſſimus, videtur dubitaſſe. V. *Calidus.*

Caledonĭa, Albania, *Allibavvn*, *Roſſia*, pars Sept. Scotiæ, ubi nunc prov. Roſſia, Loquabria, & Atholia. Populi Caledonii, qui ſæpe pro Scotis accipiuntur. Hic Sylva Caledonia eſt, *Caldar*, & *Calender*, apud Sterlinum, olim in immenſum ſpatium diffuſa, & monte Grampio diviſa. Et Caſtrum Caledonium, *Dunkelden* urbs E. ad Tavum fl. Ab hac regione mare Scoticum dicitur Oceanus Caledonius & Ducaledonius, maxime verſus Bor.

Caledonĭus, a, um, *Martial. de ſpectac. epigr.* 7. Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo. *ſc.* Britanno, vel Scoto. ¶ Caledonia Sylva V. in Caledonia.

Calefacĭo, acis, eci, actum, a. 3. *ſcaldare*, חמם, Germ. *vvermen*, Gall. *chauffer*, Hiſp. *calentar*, θερμαίνω, calidum reddo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Ad calefaciendum corpus, igni adhibito. ¶ Transfertur & ad animum. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 2. Gabinium ad populum luculenter calefecerat. *h. e.* exagitarat, vel ad iram commoverat. ¶ Per ſyncopen dicitur *calfacio.* *Cic. Fam.* 16. *ep.* 18. Calface hominem. *h. e.* commove, hortare, accende. ¶ Paſſive *Vitruv. l.* 1. *c.* 10. Teſtudine alveolorum calefacientur. Adde *l.* 4. *c.* 7. Sed non eſt facile imitandus.

Calefactio, onis, *il riſcaldarſi.* *Dig. l.* 50. *tit.* 4. *l.* 4. Calefactiones thermarum.

Calefacto, as, idem quod calefacio, *ſcaldare.* *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 169. Lignis calefactat ahenum. *Macrob.* 7. *Satur. c.* 12. Aut minorem vim in corporibus calefactandis habet. *Plaut. Caſ.* 2. 6. 48. Ipſe actutum virgis calefactabere.

Calefactus, a, um, *ſcaldato*, nom. ex particip. *Claudian. de Bello Gildon. v.* 182. Ut vino calefacta Venus.

Calefīo, is, n. paſ. *ſcaldarſi*, חמם, Ger. *vvarm vverden*, Gal. *s'echauffer*, Hiſ. *eſcalentarſe*, θάλπομαι, calidus fio, paſſivam habet ſignificationem. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 3. Balneum calefieri jubebo.

Calendæ, arum, Καλένδαι, νεομηνία, primus dies cujuſque menſis, *primo giorno del Meſe*, a *calando* dictus: καλεῖν enim eſt vocare. Ex quo Latini Vet. *Calo, as* fecerunt. Convocabatur autem primo quoque menſium die populus (antequam publici Faſti evulgarentur) & quæ feriæ toto menſe eſſent futuræ, quidque in Religione peragendum, a minore Pontifice docebatur. Conſcriptis poſtea faſtis, & calendariis, in quibus omnis unius anni ratio, & diſpoſitio conſcripta erat, ceſſatum eſt a populi convocatione. Manſit tamen calendarum vocabulum, pro prima die Menſis. V. *Polydor. Virg. l.* 2. *c.* 5. ¶ Calendis etiam pecuniæ dabantur fœnori, & iiſdem uſuræ exigebantur. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 87. Cum triſtes miſero venere Calendæ. ¶ *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 55. Calendas Auſonias dixit, quia Latinorum propriæ ſunt, iis vero Græci carent. Unde Proverb. *ad Calendas Græcas*, quo aliquid nunquam futurum ſignificatur. Uſurpabat ſæpe Auguſtus, teſte *Suet. in ejus vita*, *c.* 87. qui cum aliquos nunquam debita ſoluturos exiſtimabat, ad Calendas Græcas ſoluturos ajebat. ¶ *Intra Calendas*, pro *Calendis*, h. e. ipſo Calendarum die. *Gell. l.* 12. *c.* 13. Ceterum uſitatior eſt ablativus. ¶ *Tertio Calendas*, *quarto Calendas*, &c. eſt tertio die ante calendas, quarto die ante calendas. Pro quo dicimus etiam, *ad tertium calendas*, vel *ante diem tertium calendas*, & ſimilia. *Cic. Att.* 1. *ep.* 5. Pater nobis deceſſit ad VIII. Kal. Decembr. *Id. Att.* 2. *ep.* 8. Quam epiſtolam ante diem XVI. Kal. Maias dediſti. ¶ De ratione efferendi hanc vocem, & illi cognatas per totum menſem vide Grammaticos. ¶ Legitur & *Kalendæ.*

Calendaris, re, o. 3. quod ad calendas pertinet, ut Juno Calendaris, dicta, quod calendarum dies ei ſacer eſſet. *Macrob. l.* 1. *c.* 14. ¶ *Calendaris curator*, qui calendarii curam habet. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 446. *n.* 7. & 478. *n.* 9. V. vocem ſequent.

Calendarium, ii, ſeu Kalendarium, ut Veteres ſcribebant, liber fœnebris dicebatur, in quo perſcribebantur uſuræ in Calendas ſingulas petendæ, aut exſolvendæ. *Senec. l.* 7. *de Benef. c.* 10. Quid fœnus, & Calendarium, & uſura, niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina? Et *l.* 1. *c.* 2. Nemo bonus beneficia in Calendario ſcribit. ¶ *Curatores calendarii* dicti ſunt in municipiis, & coloniis, qui curam habebant tabularum, in quibus perſcripta erant eorum nomina, qui pecuniam fenebrem a civitatibus acceperant, & uſuras calendis ſolvebant. *Inſcript.* apud *Gruter.* 1029. *n.* 7.

Calens, entis, *caldo.* *Horat. l.* 3. *od.* 16. Sole calens terra. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 571. Ætate, & amore calens. *Liv. l.* 25. *c.* 39. Romani calentes adhuc ab recenti pugna.

Calēnum, *Carinola*, urbs Campaniæ, R. Neap. in Prov. Terræ Laboris. ¶ Hinc vinum illud celeberrimum, quod *Calenum* vocatur.

Calēnus, a, um, o. 1. 2. quod ſpectat ad Cales, ſive ad Calenum. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 20. Et prelo domitam Caleno Tu bibes uvam. ¶ Vinum Calenum celeberrimum erat, quod & Calenum abſolute dixit *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 69. Molle Calenum porrectura viro.

Calĕo, es, lui, n. 2. *eſſer caldo*, חמם, Ger. *vvarm ſeyn*, Gall. *être chaud*, Hiſp. *ſer caliente*, θέρομαι, ferveo, calidus ſum, a Dorico καλέω, pro κηλέω, comburo, vel a κήλεος, Dorico, pro κήλεος, urens, ſplendens *Virg.* 1. *Æn.* 417. Thure calent aræ. ¶ Calere dicitur res, per tranſlationem, dum adhuc recens eſt. *Plaut. in Pœn.* Nihil eſt, niſi dum calet, hoc agitur. Tracta eſt metaphora a ferrariis fabris, qui ferrum candens ſimul ac igni exemerunt, ſtatim cudunt, ne mora interpoſita durum fiat, & intractabile. ¶ Calere etiam dicuntur, qui magno ſtudio in aliquid incumbunt. *Ad Heren. l.* 6. *c.* 15. In re frigidiſſima cales, in ferventiſſima friges. Sic calere cupidine laudis, *Ov.* 8. *Met. v.* 300. Calere ſcribendi ſtudio, *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 108. Calere ſpe, *Curt. l.* 4. *c.* 1. Calere etiam dicitur res ipſa, quæ magna vi agitur, quemadmodum *Virgil.* dixit, fervere opus. *Tibul. l.* 1. *el.* 11. *v.* 53. Sed Veneris tunc bella calent. Sic *Cic. ad Att. l.* 4. *ep.* 16. Judicia calere dixit. Et apud *Sueton. Aug. c.* 71. Calent loca, quæ ſc. frequentantur. ¶ Caletur, imperſonale, calor eſt. *Plaut. Capt.* 1. 1. 12. Quaſi cum caletur, cocleæ in occulto latent. ¶ Particip. *caliturus.* *Ovid.* 13. *Metam. v.* 590. caliturasque ignibus aras.

Calepĭum, n. 2. *Calepio*, καλέπιον, opp. in Cenomanis, 14. M. P. a Bergomo, Brixiam verſus, apud Ollium fl. patria Ambroſii Calepini, qui huic Lexico nomen dedit.

Cales, Calium, plur. *Calvi*, Col. & Urbs Campaniæ condita a Calai filio Boreæ. *Horat. l.* 4. *od.* 12.

Caleſco, ſcis, n. 3. *ſcaldarſi*, θερμαίνομαι, calidus fio. *Plin. l.* 20. *c.* 21. Succus caleſcit in eo in Sole modice. *Ter. Eun.* 1. 2. 5. Accede ad ignem hunc, jam caleſces plus ſatis.

Calfacĭo, is, feci, factum, a. 1. *riſcaldare*, θερμαίνω, idem, quod calefacio. *Plin. l.* 21. Chryſocomæ radix calfacit, & ſtringit. *Ovid. Faſt.* 4. *v.* 698. Calfacit igne focum. Tranſlate Auguſtus apud *Sueton. c.* 71. Luſimus per omnes dies, forum aleatorium calfecimus: h. e. aſſidue triviimus. ¶ Et pro commovere, exagitare, *Cic. Fam.* 16. *ep.* 17. Calface hominem.

Calfactus, a, um, calefactus, *ſcaldato.* *Ovid. in Ibin*, *v.* 46. Non ſum calfacti Velitis haſta.

Calfactus, us, ui, m. 4. idem quod calefactio. *Plin. l.* 29. *c.* 3. Calfactuque obiter foveant. *Lactant. de Opific. Dei*, *c.* 14. Jecoris officium eſt, ut cibos concoquat amplexu, & calfactu ſuo.

Calianaſſa, & Calianea, Nymphæ, quarum altera a bene recendo, altera a viris honeſtandis dicta eſt.

Calicāta ædificia dicuntur calce contecta, & præcipue ſi lævia, & polita ſint, ut albarium, vel pictura ſuperinduci poſſit: quam artem, loricationem, vel tectoriam appellant. *Feſtus.*

Calicellus, li, m. parvus caliculus. *Theodor. Priſcian. l.* 4.

Caliculāris, re, adject. ut herba calicularis, quæ caliculos habet, qualis eſt hyoſcyamos, apud *Apul. de herb. c.* 4.

Calicŭlus, li, m. 2. *calicetto*, κυλίκιον, dimin. a calice, vas potorium. *Cat. de re ruſt. c.* 108. *Plin. l.* 16. *c.* 44.

Calidarium. V. Caldarium.

Calide, adverb. *caldamente*, *fervoroſamente.* ¶ Accipitur metaphorice pro ſubito, ſine mora. *Plaut. Epid.* 2. 2. 99. Tute igitur calide, quidquid acturus, age. Græce ταχέως πρᾶττε. Al. leg. *callide.*

Calidus, a, um, o. 1. 2. *caldo*, חם, Ger. *vvarm*, Gal. *chaud*, Hiſp. *caliente*, θερμός, quod in ſe calorem habet. *Virg.* 9. *Æn.* Vomens calidum de pectore flumen. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Calidiſſima lixivia. ¶ Pro veloci, *veloce.* *Varro* apud *Non. c.* 4. *n.* 76. Ecce calidis pedibus quidam navicularis irrumpit in curiam. ¶ *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 18. Calidior eſt, vel potius ardentior animus &c. ¶ Calidi etiam dicuntur, qui facile commoventur, & excandeſcunt. *Horat. l.* 3. *carm. od.* 14. Non ego hoc ferrem calidus juventa. *Ter. in Eun.* 2. 3. 88. Vide ne nimis calidum hoc ſit. h. e. præceps, & audax, ſubaudi conſilium. *Cic.* quoque 1. *Offic. c.* 24. calida conſilia dixit. Et *Plaut. Epid.* 1. 2. 38. Huic homini opus eſt quadraginta minis celeriter calidis: h. e. celerrime repertis. Sic Calidum mendacium apud *eund. Moſtell.* 3. 1. 135. h. e. recens ac novum. Al. in his *Plauti* exemplis leg. *callidis* duplici ll. ¶ *Calida, æ*, abſolute ponitur pro aqua calida. *Senec. epiſt.* 77. Calida ſubinde ſuffuſa. ¶ Caldus per ſyncop. pro *calidus* Veteres dicebant. Et vero Auguſtus, ut eſt apud *Quintil. l.* 1. *c.* 6. (vel 10.) *caldum* prætulit: non quod *calidum* minus latinum ſit, ſed quia *caldus* mollius videtur, & minus odioſum. Exempla V. ſuo loco.

Caliendrum, n. 2. *cappello poſticcio* capitis operimentum, ideſt, vel galericulus, vel coma appoſita, a καλύντρον, ſeu καλύπτρα, tegmen, quod eſt a καλύπτω, tego. Acron in illud *Horat. l.* 1. *ſat.* 8. Altum Saganæ caliendrum excidere. Uſus & *Arnob. l.* 6. *ad finem.*

Calĭga, f. 1. *ſcarpa*, Ger. *ſtiffel*, Gal. *chauſſe*, Hiſp. *calca*, κάλιγα, calceamentum militare, non quorumlibet militum, ſed gregariorum, a *callo* pedum, vel a *calligando*, vel a *calce*, unde *calcia*, & per metatheſin *calica.* *Cic.* 2. *Phil.* Cum caligis, & lacerna cucurriſti. V. *Caligula.* ¶ Sed non milites modo, verum & iter facientes caligas ſolebant ſumere. *Juven. ſat.* 3. *in fin.* Satyrarum Adjutor gelidos veniam caligatus in agros. ¶ Caliga ſpeculatoria, apud *Suet. in Calig. c.* 52. qua milites induti ſpeculatum exibant. ¶ Sæpe caliga pro militia, ſeu militari profeſſione ſumitur. *Senec. de brevit. vitæ*, *c.* 17. Marium caliga dimiſit? conſulatus exercet. *Vet. Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 445. *n.* 9. C. Oppio in caliga functo. De caliga librum edidit *Jul. Nigronius.*

Calĭgans, antis, *caliginoſo*, *oſcuro*, caligine plenus, tenebroſus. *Cic. in Arat. v.* 205. Atque Aram tenui caligans veſtiet umbra. *Virg.* 4. *Georg. v.* 468. Et caligantem nigra formidine lucum. ¶ *Caligans oculus*, cujus aciem caligo obſcurat. *Plin. l.* 20. *c.* 22. ¶ *Caligans*, qui oculis eſt caligantibus. *Martial. l.* 10. *epigr.* 4. Qui legis Oedipodem, caligantemque Thyeſten. ¶ *Caligantes feneſtras* dixit *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 31. quæ præ altitudine oculos deſpicientium caligare faciunt. ¶ *Vultus caligans*, mœrorem præſeferens. *Pacuv.* apud *Non. c.* 2. *n.* 869.

Caligaris, re, & Caligarius, a, um, adject. ad caligam pertinens, ut Caligares clavi. *Pl. l.* 9. *c.* 18. & Clavi caligarii, apud *eund. l.* 34. *c.* 14. Clavis enim ſuppactum erat hoc calceamenti genus. V. *Nigron.* ¶ Caligarium ſolum in *Gloſſar. Vet.* quod Itali *ſuola di ſcarpa.*

Caligarĭus, ii, m. 2. qui caligas conficit. *calzolaio.* *Lamprid. in Alex. c.* 33. Corpora omnium conſtituit vinariorum, popinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium. ¶ Eſt etiam ſutor caligarius, in *Vet. Inſcript.* quæ affertur a *Nigronio de Caliga*, *c.* 2.

Caligatio, onis, f. 3. *caligine*, *oſcurità*, כאפליה, Ger. *verfinſterung*, Gall. *eblouiſſement*, Hiſp. *eſcuridad*, ἀμβλυωπία, *Plin. l.* 29. *c.* 6. Caligationes, ſuffuſioneſque oculorum.

Caligātus, a, um, caligis indutus. *Juven. ſat.* 3. *in fi.* Gelidos veniam caligatus in agros. ¶ Caligatus, abſolute pro milite. *leg.* 6. *Dig. de re militari*: Caligatus, qui metu hoſtium languorem ſimulavit. *Juven. ſat. ult. v.* 24. Offendere tot caligatos, Millia clavorum. Ubi tamen alii leg. *tot. caligas*, *tot Millia clavorum.*

Ca-

Caligĭnĕus, a, um, idem quod caliginosus. *Gratius in Cynegetico*, v. 56. Vel caligineo laxanda reponito fumo.

Caligĭnōsus, a, um, o. 1. 2. *obscuro*, *caliginoso*, אפל, γνοφώδης, obscurus, caligine tectus. *Cic.* 1. *Tusc.* c. 25. Cœlum humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ. Superlat. est *Augustin. epist.* 7.

Caligo, nis, f. 3. *nebbia folta*, רשון, Ger. *finſterniſſ*, Gall. *obſcurité*, Hiſp. *eſcuridad*, ζοφὸς, tenebræ, forte ab ἀχλὺς, caligo, per metathesim. *Cic. Agrar.* 2. c. 17. Tenebræ tetræ, & caligo. ¶ *Caligo* est etiam oculorum vitium, cum eorum acies offuscatur, humore aliquo interfluente. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Sanat omnia oculorum vitia, præcipue caligines. ¶ Metaphorice *Cic. pro Planc. c.* 40. Caliginem istorum temporum vide.

Caligo, as, are, neut. 1. cęcutire, *esſer cieco*, ἀμβλυώττω, *Plin. l.* 30. *c.* 1. Ad quas res caligat humanum genus. *Quintil. l.* 1. *c.* 2., Caligare in Sole. Quod proverbium dixit de iis, qui in clarissima luce cæcutiunt. ¶ Nubes caligat pro nigrescit apud *Virg. l.* 2. *v.* 606. quæ nunc obducta menti mortales hebetat visus sibi, & humida circum caligat, nubem eripiam. ¶ Posterioris ævi Scriptoribus *caligare* active accipitur pro obscurare. *Fulgent. in contin. Virgil.*

Caligŭla, m. 1. cognomen C. Cæsaris filii Germanici, qui Imperator fuit, quod puer in castris caligis uteretur, quia parum ambitiose manipulario, seu gregali habitu inter milites educabatur, ad concilianda vulgi studia. In exercitu enim natus erat. *Suet. Tac.* & alii.

Calim, veteres pro clam usurparunt. *Fest.*

Caliptra, genus vestimenti, quo capita operiebant: a καλύπτω, tego. *Festus.*

Calisto, us, καλιςὼ, Lycaonis regis Arcadiæ filia; hinc Lycaonia Calisto, apud *Catull. carm.* 61. Vide plura in voce *Arctos*.

Calix, icis, m. 3. *calice*, *bicchiero*, כוס, Ger. *ein trinckgeſchirr*, *ein kelch*, *ein beecher*, Gal. *calice*, *coupe*, Hiſp. *caliz*, κύλιξ, genus poculi, quo bibimus, a κύλιξ, calix, quod est a κυλίω, volvo, quia calices olim torno fiebant. *Plin. in Cap.* 4. 4. 8. Aulas, calicesque omnes confregit. ¶ Quandoque accipitur pro vase, in quo legumina coquuntur, *pentola*. *Ovid l.* 5. *Fast.* Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. ¶ Est etiam calix cochleæ, *Plin. l.* 9. *c.* 56. ¶ Item florum, scilicet cavitas in medio depressa, unde se folia rotundo ambitu explicant, ut in liliis videre est. *Id. l.* 21. *c.* 4. ubi de rosa, & *c.* 5. ubi de liliis differit. In hac significatione scribitur & *calyx*.

Calla, f. 1. herbæ genus est aro simile, in arationibus nascens, ususque eosdem habens, quos aron. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Callaïci. *Gallegos*, pop. Hiſp. Tarrac. extremi, ad Oceanum Occ. & Bor. Alias divisi fuere in Callaicos Braccarios, & Callaicos Lucenses. Braccarii inter Durium, & Minium fl. habitabant, ubi nunc pars Regni Portugalliæ, quæ dicitur Transmontana, & regio inter Durium, & Minium. Lucenses, qui & præcipui fuere, ubi nunc Galliciæ Regnum, *Gallicia*.

Callaïcus, a, um, adject. *Ovid.* 6. *Fast. v.* 461. Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste Fecit. *Callaicum hostem* pro Hispano videtur dixisse, quemadmodum & *Martial. l.* 10. *epigr.* 16. Callaica arva. Et *epigr.* 37. Oceanum Callaicum. ¶ Callaicus color, καλλαϊκὸν χρῶμα, est color purpureus, aut Puniceus, a καλλαϊκὸν, vel κάλλαϊ, gallorum barba, vel palea. Sed plerique dicunt, esse Venetum colorem, quem *viridem marinum* appellant, qui est purpuræ dilutioris, ut in smaragdo, qui e pallido viret. *Isid. l.* 16. *c.* 7. Hinc *Martial.* 14. 139.

Callaicæ lacernæ. *Al. leg.* Callainæ. ¶ *Callaicum aurum* est, quod in Callaicorum regione nobile, & plurimum effodiebatur. *Id. ibid. epigr.* 95.

Callaïnus, a, um, qui colorem habet callaidis gemmæ. *Plin. l.* 37. *c.* 10. V. vocem præced.

Callăis, is, f. 3. καλλαὶς, gemma ex viridi pallescens, seu quæ sapphirum imitatur, candidior, & mari litorali similis. *Plin. l.* 37. *c.* 8. Differt a callaica, seu callaina, quia callaina turbidior est. *Plin.* Sed *Isidoro* eadem est. Hæ gemmæ dictæ sunt a colore callaico.

Callarĭas, m. 1. piscis marinus ex asellorum genere. *Plin. l.* 32. *cap. ult.*

Callens, entis, nom. ex particip. qui callet, *pratico*, *dotto*. *Ammian. l.* 16. *c.* 12. Bellandi usu diutino callentes. *Gell. l.* 17. *c.* 5. Utriusque linguæ callens.

Callenter, adverb. quo usus *Apulejus l.* 4. *A. A.* Quorum satis callenter curiosos aspectus Thrasileon noster impetu minaci frequenter inhibebat. *Julian. Floridus* interpretatur *astute*.

Callĕo, les, lui, sine sup. n. 2. scio, teneo, possideo, *fare il callo*, Ger. *harte oderſchwvellechtige haut haben an henden oder fiſſen*, Gall. *avoir des cals*, *& durillons*, Hiſp. *hazer callos*, *ſer calloſo*, *o tener callos*, τυλόω, est callum contrahere, callosum esse a *callus*. *Plaut. in Pseud.* 1. 2. 4. Plagis costæ callent. ¶ Transfertur & ad animum. *Sulp. Cic. Fam. l.* 4. *ep.* 3. In illis rebus exercitatus animus callere jam debet. ¶ Interdum callere, est perfecte scire, quod sicut pes, vel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus versatur. Et tunc neutrum transitivum est. *Hor. in Art.* Legitimumque sonum digitis callemus, & aure. *Ter. Adelph.* 4. 1. 18. Illius sensum pulchre calleo. ¶ Cum infinito, Calleo pati, *Hor. l.* 4. *od.* 9. ¶ Cum ablat. callere fidibus, *Apulej. in Florid. n.* 18. (*al. l.* 3.)

Callesco, vel Callisco, is, n. 3. callum facio, obdurescо. *Cato* apud *Non. c.* 2. *n.* 162. Aures nobis callescerunt ad injurias.

Calliblephărum, n. 2. καλλιβλέφαρον, medicamen pro vitiis oculorum. *Plin. l.* 23. *c.* 6.

Callicía, f. 1. herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. *Plin. l.* 24. *c.* 17.

Callĭde, adv. astute, vafre, malitiose, caute, *astutamente*, Ger. *liſtigelich*, *behendiglich*, Gall. *finement*, *par ruſe*, Hiſp. *aſtutamente*, *y recadamente*, πανούργως, *Cic.* 2. *de Fin.* Omnia callide referentem ad utilitatem. ¶ Sumitur etiam in bonam partem, pro scite, vel ingeniose. *Cic. in Orat.* Callide, arguteque dicere. ¶ Comparat. callidius, & superlat. callidissime: illud est apud *Tacit. Annal.* 6. *c.* 37. hoc apud *Nepot. in Themistocle*, *c.* 1. ¶ Callide nosse, idest optime. *Plaut. Asin.* 2. 2. 82. & *Terent. Andr.* 1. 2. 30.

Calliditas, f. 3. *astuzia*, *malizia*, ערמה, Ger. *geſchwvindigkeit*, Gall. *fineſſe*, *ruſe*, Hiſp. *aſtucia*, *y recatamento*, πανουργία, astutia. *Cic.* 1. *Off. c.* 19. Scientiam, quæ est remota a justitia, calliditatem potius, quam sapientiam appellandam.

Callidus, o. 1. 2. astutus, versutus, vafer, malitiosus, veterator, *fcaltrito*, *aſtuto*, ערום, Ger. *klug*, *geſchvvindlifftig*, Gal. *fin*, *ruſé*, Hiſp. *aſtuto*, *y recatado*, πανοῦργος, qui rerum peritus est, a *calleo*. *Cic. de nat. Deor.* Chrysippus non sine dubio versutus, & callidus. ¶ Versutus, & callidus unde dicti sint, & quomodo inter se differant, *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 10. docet his verbis: Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur, callidos autem, quorum tanquam manus opere, sic animus usu concaluit. *Id.* 4. *Acad.* Ut agitator callidus equos sustinebo. ¶ Accipitur in bonam & in malam partem. *Martial. l.* 5. *epigr.* 43. Callidus effracta nummos fur auferet arca. *Colum. l.* 7. *c.* 2. Aristoteles callidissimus naturæ rerum. h. e. scientissimus. *Tacit. Histor. l.* 2. *c.* 31. Quo nemo ea tempestate callidior rei militaris. ¶ Cum infinito *Horat. l.* 1. *od.* 10. Callidus, quidquid placuit, jocoso condere furto.

Calligŏnon, καλλίγονον, herba, quæ & polygonon dicta a multitudine seminis, & densitate fruticis. Nonnulli sanguinariam dicunt. *Plin. l.* 27. *c.* 32.

Callimachium metrum constat tribus choriambis, anapæsto, & bacchio, vel amphibrachus, ut *Armipotens* Mars, genitor Romulidum, ut venias precamur. *Serv. in centimetro*, *pag.* 1823. *Putsch.*

Callimăchus, m. 2. καλλίμαχος, nomen poetæ Cyrenensis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. *Cic.* 1. *Tusc.* Omne poematis genus attigit. In adversarium poema acerbissimum scripsit, quem ficto nomine Ibin appellat: unde *Ovid.* poematis sui nomen, & argumentum mutuatus est. ¶ Callimachus alius sculptor fuit, qui primus lapidem perforavit minutatimque tractavit. Fuit etiam inventor columnæ Corinthiæ. ¶ Item alius Grammaticus. *Cic.* 3. *de Orat.*

Callimus, m. 2. κάλλιμος, lapis est ex genere ætitarum. *Plin. l.* 36. *c.* 21.

Callion, κάλλιον, herba, quam aliis nominibus tolanum somniferum, halicacabum, & vesicariam appellant. *Plin. l.* 21. *c.* 31.

Callionymus, m. 2. καλλιώνυμος, & callichthys, καλλιχθὺς, & lupus, λύκος, piscis genus, cujus tel oculis plurimum prodest. *Plin. l.* 37. *c.* 7.

Calliŏpe, f. 1. καλλιόπη, & Calliopea, καλλιόπεια, una Musarum, quæ præest heroicis versibus, a κάλλος, pulchritudo, & ὄψ, ὠπὸς, vox. *Juven. sat.* 4. *v.* 33. Incipe Calliope, licet & considere: non est &c. *Virg. Ecl.* 4. Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Calliopius, Grammaticus Criticus, qui Terentii Comœdias recensuit. At Scholiastes Vetus Terentii Calliopium non criticum, sed actorem, seu recitatorem agnoscit. ¶ *Gaspar Barthius l.* 6. *Adversar. c.* 20. conatur probare, hunc Calliopium eundem esse, ac Alcuinum.

Callipĭdes, & Callippides, is, histrio Tragœdiarum fuit Agesilai tempore. Proverbio usurpatur pro tardo, & cunctatore. *Cic. ad Attic. l.* 13. *ep.* 12. Biennium præterit, cum ille Callipides assiduo cursu cubitum nullum processerit. V. *Sueton. in Tiber. c.* 38.

Callipŏlis, f. 3. *Gallipolli*, καλλίπολις, urbs Chersonesi Thraciæ Episc. sub A. Heracl. Sedes Præfecti maris, e regione Asiæ minoris, juxta Hellespontum, qui ab ea dicitur *Stretto di Gallipoli*, contra Lampsacum 5. M. P. in Occ. a Byzantio 120. in Aust. condita a Calligula, unde dicta est. *Plin.* 4. 11.

Calliröe, uxor altera Alcmæonis, quæ petiit a Jove, & impetravit, ut duo filii adhuc infantes contestim ad viri occisi ultionem adolescerent. *Ovid.* 9. *Metam.* ¶ Alia item, filia Lyci, quæ Diomedem liberavit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat, a quo cum se desertam videret, vitam laqueo finivit. ¶ Item Callirhoe, Heb. Laza, *Coronun*, opp. Judææ, ad Jordanem, & fons apud lacum Asphaltitem. ¶ Item fons, & urbs Syriæ, al. Edessa. ¶ Item fons Atticæ, qui novem fistulis aquam mittit. *Stat. Theb.* 12. *v.* 629.

Callis, is, m. 3. *calle*, *ſtrada*, כלטה, Ger. *ein gebanneter*, *vveg*, τρίβος, semita minor, a callo, quod vestigiis animalium trita, & calcata sit. *Virg.* 4. *Æn. v.* 404. Prædamque per herbam Convectant calle angusto. V. Serv. ibid. *Curt. l.* 5. *c.* 4. Calles silvestres, & *c.* 5. Calles invii. ¶ *Callium provincia* erat munus minimi negotii, & a Quæstoribus administrari solitum, quibus cura mandabatur callium, silvarum, & saltuum. Ex his enim vectigalia exigebantur propter pecora, & pascua. *Tacit.* 4. *Ann.* 27. *Sueton. in Cæs. c.* 19. & *in Claud. c.* 24. quibus tamen locis ubique variat lectio. ¶ Sunt etiam *calles* viæ vicinales saltuum, aut montium. *Cic. pro Sext. c.* 5. Italiæ calles, & pastorum fabula prædari. ¶ Callis gen. femineo. *Liv.* apud *Non. c.* 3. *n.* 46. Per devias calles. Ita legit *Non.* alii *devios*.

Callisco. V. Callesco.

Callisthĕnes, m. 3. ex Olyntho urbe Macedoniæ, seu Thraciæ, Philosophus, discipulus Aristotelis, condiscipulus Alexandri Magni. Alexandrum secutus est in Asiam, ab eo accitus, ut illius res gestas scriberet. Scripsit historiam Rhetorico pene more. Intertectus est jussu Alexandri, quod illum a Macedonibus divinis honoribus adhuc viventem colendum non censeret, more Persarum. *Cicer. 2. de Orat.* 3. *Tusc. Justin. l.* 15. *Curt. l.* 8.

Callisto, V. Calisto.

Callistruthĭæ, f. 1. fici frigidissimæ, a κάλλιστος, optimus, & σρυθὸς, passer, quod passeribus gratæ sint. *Plin. l.* 15. *c.* 18.

Callitrĭchon, n. 2. herba, al. *callitrix*, polytrichon, adiantum, a καλὸς, pulcher, & θρὶξ, τριχὸς, pilus, quod pulchros, & densos crines facit. *Plin. l.* 25. *c.* 11. Decocta in aqua humidis etiam ulceribus prodest. *Id. l.* 15. *c.* 14.

Callĭtrix. V. Callitrichon. ¶ Est item genus simiæ, dictum a pili pulchritudine. *Plin. l.* 8. *c.* 54.

Callosĭtas, atis, f. 3. induratio callorum, *callosità*, ut callositas palpebrarum, *Scribon. Larg. Compos.* 36. ¶ Translate *Tertull. de testimonio animæ*, *sub fin.* Existe hæc in usus communis callositatem, ubi *Rigaltius* exponit, consuetudinem.

Callōsus, a, um, callis abundans, vel callis obductus, & duratus, *calloſo*, ut manus callosa. *Auctor. Panegyrici ad Pison. v.* 17. Humida callosa cum pinseret hordea dextra. Sic ulcus callosum. *Cels. l.* 6. *c.* 3. Crassior callosiorque cutis in homine. *Plin. l.* 11. *c.* 39. ¶ Callosa ova, *Horat. l.* 2. *sat.* 4. *v.* 14. Namque marem cohibent callosa vitellum, de melioribus & longis dixit, quod marem cohibeant, seu contineant, ideoque ob calorem densioris albuginis sint, & succi melioris. Ita *Torrentius*.

Callus, m. 2. & callum, n. 2. *callo*, Ger. *hertigkeit*, *dicke*, Gal. *cor*, *durillon*, Hiſp. *callo*, τύλος, est cutis labore viæ in pedibus, aut alio opere in manibus, parteve alia corporis densior facta, cujusmodi est in suis rostro, cervice bovis, animalium plantis, & duritia illa, quæ in manibus hominum ex labore nascitur, a *calx*, vel *calco*, quod proprie sit durities in pedibus, vel a κάλαμος, *lignum*, quod sit cutis lignea, idest, dura. *Sueton. in Augusto*, *c.* 80. Sed & callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoque & vehementi strigilis usu pluritariam concretis &c. ¶ Callum in suibus agnoscit *Plaut. Capt.* 4. 3. quod aliis in locis aprugnum vocat: fuisse autem in deliciis mensarum, indicat locus Catonis apud *Plin. l.* 8. *c.* 51. quem vide. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, quæ duriusculæ sunt instar callo. *Plin.* 14. 1. Vna gratior callo. *Id.* 15. 28. Callo placet pira. ¶ Translate Calium obducere, metaphorice est assuescere alicui labori multo exercitio. *Cic. Tusc.* 2. *c.* 15. Ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori. Et *Tusc.* 3. Quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat.

Calo, as, a. 1. *chiamare*, קרא, Ger. *ruffen*, *nennen*, Gall. *appeller*, Hiſp. *llammar*, καλέω, voco, a voce Græca, quæ proposita est. *Gell. l.* 15. *c.* 27. Curiata comitia per lictorem curiatum calari. ¶ Item pronuntiare, nominare, indicere. *Varr. l.* 5. *L. L. pag.* 52. Primi dies mensium nominati calendæ ab eo, quod his diebus calarentur ejus mensis nonæ, &c. ¶ Item invocare. *Varr. ibid.* Dies te quinque calo, Juno novella. ¶ Scribitur & *Kalo*.

Calo, onis, m. 3. *faccardo*, *bagaglione*. Calones ministri erant militum, a ferendis lignis palisque sic appellati. Nam ut Servius ait ad *Æneid.* 6. *v.* 1. Calas dicebant Veteres fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prælium: Vel, ut ait *Festus*, quia ligneas clavas gerebant, quæ

quæ græce κάλα dicuntur. Unde & Clavatores dicti. *Liv. l. 3. Belli Pun.* Calones, lixaſque, & invalidos milites vallum ferre. *Perf. ſat. 5. v. 95.* Sambucam citius caloni aptaveris alto. ¶ Calones etiam dicti Servi quicumque viliores ad imitationem calonum in exercitu, ut obſervat Scoliaſtes Vetus ad illud *Horatii l. 1. ſat. 6. v. 102.* Ne ſolus ruſve, peregreve Exirem, plures calones atque caballi paſcendi. Adde *l. 1. epiſt. 14. v. 42.* Sic & *Seneca* Calones *lecticarios* appellat, *epiſt. 110. ſub fin.* ubi ait; Lectica formoſis impoſita calonibus. ¶ Sunt etiam calones calceamenta lignea, auctore *Feſto*, a κάλον, lignum.

Calobatarii, V. Collobatarii.

Calophanta, æ, καλοφάντης. *Plaut. Curcul. 4. 1. 2.* Calophantam, an Sycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio. Ita legunt *Alciatus*, & *Pareus*, & exponunt χρησόλογον, h. e. eum, qui honeſte quidem loquitur, ſed ejus facta ab oratione diſcrepant. Al. leg. *Halophanta*. V. Taubman.

Calopodium, ii, n. *forma da ſcarpe*, καλοπόδιον, forma lignea, qua utuntur ſutores in calceis faciendis. *Acron Interpres Horat. ad l. 2. ſat. 3. v. 106.* ubi in feminino genere uſurpat: qua in re non eſt imitandus.

Calor, oris, m. 3. ardor, *calore*, *caldo*, חֹם, Ger. *vverme*, *hitz*, Gal. *chaleur*, Hiſp. *calor*, θέρμη, a calendo. *Plaut. Mil. 3. 2. 22.* Mihi nimius calor comburebat gutturem. Sic calor ſolis, calor febris. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. epiſt. 16.* Maximis caloribus, & anni tempore graviſſimo. ¶ Translate accipitur pro impetu, fervore, ſeu ardore animi, qui plerumque in juvenibus eſt. *Quint. l. 2. c. 15.* Juvenili calore Polus inconſideratior. *Paul. JCtus l. 9. Dig. de Public. & Vectig.* Locatio vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum inflavit, ita demum admittenda eſt, &c. ¶ Aliqui huic voci neutrum genus tribuunt niſi auctoritate *Plauti Mercat. 5. 2. 19.* Nec calor, nec frigus metro. Sed *Taubman.* aliter legit.

Calor, m. 3. *Calore*, fl. Hirpinorum, in Princip. ult. qui oritur ex Apennino M. & Montem Maranum urb. rigat, deinde auctus Miſcano, & Tamaro fl. prope Beneventum labitur, & paulo infra in Sabatum ſe exonerat.

Calorātus, a, um, calidus, calefactus, *ſcaldato*, *Apul. l. 6. p. 182.* Primæ juventutis caloratos impetus træno quodam coercendos exiſtimavi.

Calorifĭcus, a, um, o. 1. 2. θερμοποιὸς, quod calorem facit. *Gell. l. 17. c. 8* Oleum calorificum eſt.

Calpar, ăris, n. 3. κάλπη, dolium, vel genus vaſis fictilis, a κάλπη, urceus, urna. Metonymice eſt vinum, & per excellentiam id vinum, quod feſtis Vinalibus ex dolio demebatur ſacrificii cauſa, & Jovi offerebatur, antequam vina guſtarent. *Varr.* apud *Non. c. 15. n. 31.* & *Feſt.*

Calpe, ſ. 1. *Gibraltar*, κάλπη, una ex columnis Herculis, mons, & urbs Hiſp. Bæticæ, in Vandalitia, ad fretum Herculeum, quod inde dicitur *Stretto di Gibraltar*, contra Abylam alteram columnam, M. & opp. Mauritaniæ. *Plin. l. 3. in Præfat. & c. 1.*

Calpurnius, a, um, ad Calpurnium pertinens (*Calpurnius* autem eſt nomen proprium Romanum) ut Calpurnia domus, *Auct. Paneg. ad Piſon. v. 15.*

Caltha, ſ. 1. *ſparancio*, κάλθη, viola lutei coloris, al. *chryſanthemum*, calendula, non a forma, qua calathum, ſive calicem refert, ſed a κάλυξ, pro κάλθα, *flos*, vel *animal*, quo purpura tingitur. *Plin. lib. 21. c. 6. Virg. Ecl. 2. v. 50.* Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Calthŭla, veſtis genus eſt *Plaut. Epid. 2. 2. 47.* dicta fortaſſis a colore luteo. Adde *Non. c. 16. n. 4.*

Calthularĭus, ii, qui calthulas conficit. *Plaut. Aulul. 3. 5. 36.* Flammearii, violarii, calthularii. Ita a quibuſdam legitur: Ab aliis *carinarii*. V. Taubman.

Calva, æ, f. 1. *cranio*, *teſchio*, κρᾶνιον, os capitis, ubi capilli eſſe conſuevere. *Mart. l. 3. ep. 74.* Pſilothro faciemque lavas, & dropace calvam. Adde *Liv. l. 23. c. 24.*

Calvaria, ſ. 1. *teſchio*, θρίγκος, totum caput carne nudum, & tam de brutis, quam de hominibus dicitur. *Celſ. l. 8. c. 1.* Calvaria ex interiore parte concava, extrinſecus gibba. *Plin. 30. 6.* Calvaria canis. *Pallad. l. 1. tit. 35.* Calvaria equæ.

Calvariŏla, æ, parvus calculus inſtar minoris calvariæ. *Vet. Scholiaſtes Juvenalis Sat. 5.* Calices fractos, vel calvariolas componere.

Calvarĭum, ii, n. idem quod calvaria. *Apulej. in Apolog.* Si dicas, quæſita eliciendis mortuis marina calvaria.

Calvātus, a, um, calvus, ut *calvata vinea*, in qua vites quidem ſunt, verum paucæ, ut in calvitio capillorum. *Plin. l. 17. c. 22. Cato de R. R. c. 33.*

Calveſĭo, fis, *divenir calvo*, calvus fio. *Varro R. R. l. 1. c. 37.* Ne decreſcente Luna tondens calveſiam.

Calvĕo, es, *eſſer calvo*, קרח, Germ. *katſein*, Gal. *être chauve*, Hiſp. *ſer calvo*, φαλακρόω, calvus ſum. *Plin. l. 11. c. 37.* Quædam animalium naturaliter calvent.

Calveſco, n. 3. ſine præt. & ſup. *divenir calvo*, incipio calveſieri. *Plin. l. 11. c. 29.* Proprium huic calveſcere omnibus annis. ¶ Dicitur & de agris. *Colum. l. 4. c. 33.* Caſtaneta novella calveſcunt.

Calvĭtas, atis, deceptio, a calvo, is. *Ulpian. l. Si fideiuſſor. ff. Mandati*, &c. Ipſe autem ſtellionatus crimine propter ſuam calvitatem plectetur. Al. leg. *callidıtatem*.

Calvities, ſ. 5. & calvitium, n. 2. φαλάκρωμα, defluvium capillorum a capite, ſeu locus capitis, ex quo jam capilli defluxerunt. *Cic. 3. Tuſc. 26.* Quaſi calvitio luctus levaretur. *Petron. in Satyr. c. 108.* Superciliorum æqualis cum fronte calvities.

Calumnĭa, ſ. 1. *calunnia*, *cavillazione*, *frode*, עָקַשׁ רבר, Ger. *leſterung*, Gal. *calomnie*, Hiſp. *calumnia*, διαβολὴ, callida, & malitioſa juris interpretatio, ad deterendos, accuſandos, ac evertendos alios inventa. *Sueſon. Calig. c. 38.* Ad rapinas convertit animum, vario, & exquiſitiſſimo calumniarum, & auctionum, & vectigalium genere. *Idem in Vitell. c. 7.* Creditorum turbam non niſi terrore calumniæ amovit. Sic fiſcales calumniæ, quibus fiſcus augetur, *Id. in Domit. c. 9. Cic. de Offic. l. 1. c. 10.* Exiſtunt etiam ſæpe injuriæ calumnia quadam, & nimis callida, & malitioſa juris interpretatione. ¶ Sed & quævis ficta infamatio, aut falſo intentatum crimen calumnia dicitur. Hinc calumniam terre, calumniam effugere. *Cæl. Cic. Fam. 8. epiſt. 8.* Et *pro Cluent. c. 59.* ¶ Calumniam jurare, eſt teſtari juramento, ſe ad litem, vel accuſationem non acceſſiſſe calumniandi ſtudio. *Cæl. Cic. l. c.* ¶ Hoc nomen *Priſcian. l. 10.* derivat ab inuſitato ſupino *calutum* verbi *calvo* decipio.

Calumniatĭo, onis, ſ. 3. actus calumniandi, calumnia. *Aſcon. Pedian. in Divin. Verr. c. 14.* Calumniationes, & hoc genus argumenti complexio dicitur.

Calumniātor, m. 3. συκοφάντης, malitioſus interpres, vel qui falſum crimen objicit. *Cic. pro Cæc. c. 23.* Scriptum ſequi calumniatoris eſt. *In leg. 12. Tab.* Calumniator idem patiatur, quod reus, ſi convictus fuerit. ¶ Calumniator ſui dicitur, qui in ſe ipſum nimis inquirit, & in eo quod facit, diligentiæ finem ponere neſcit. *Plin. l. 34. c. 8. ad fin.*

Calumniatrix, icis, ſ. 3. quæ calumniatur. *Ulpian. leg. 1. §. 14. ff. de Ventr. in poſſeſſ. mitt.* Niſi manifeſta ſit calumniatrix mulier.

Calumnĭor, aris, d. 1. calumniam adhibeo, vexo, *calunniare*, שטן, רבה, Ger. *ſchmehen*, *leſteren*, Gal. *calomnier*, Hiſp. *calumoiar*, διαβάλλω, eſt mendaciis aliquem in litibus vexare, vel falſa crimina objicere, a *calvo*, decipio. *Cic. poſt Redit. c. 11.* Me, ſi diutius calumniarentur, redire juſſiſtis. *Tacit. 3. hiſt. c. 75.* Sermonis nimius erat: id unum calumniatus eſt rumor. *h. e.* reprehendit, nimis tamen, tamquam ſcelus eſſet. *Gell. l. 7. c. 3.* Tiro verba ponit Catonis, & aliis tamen eum verbis calumniatur. *Io critica. Paul. Dig. l. 10. tit. 4. leg. penult.* Calumniari verba juris. *h. e.* malitioſe interpretari. ¶ *Calumniari ſe* eſt nimis anxie in ſe inquirere, nimio timore peccandi. *Quintil. l. 10. c. 3.* ¶ Reperitur etiam *calumnior* paſſiva ſignificatione. *Staverius* apud *Priſcian. l. 8.* A quibus interdum analogia calumniatur, συκοφαντῶται, ut idem *Priſcian.* exponit.

Calumniōſe, adverb. fraudulenter, *con calunnia*, συκοφαντικῶς. *Aggeus Urbicus de Limit. cap. de aqua pluvia:* Calumnioſe fines defendere. Et *Leg. 8. ff. de ſtipulat. prætor.* Calumnioſe petere.

Calumniōſus, a, um, συκοφαντικὸς, qui calumniam inferre ſolet, vel calumniarum plenus. *Jul. Paul. l. 1. Recept. Sent. Tit. 5. ſent. 1.* Calumnioſus, inquit, eſt, qui ſciens, prudenſque per fraudem negotium alicui comparat. *Arnob. in princip. Operis:* Calumnioſas diſſolvere criminationes. Superlativ. *calumnioſiſſimus* habetur apud *Auguſt. epiſt. 152.*

Calvo, is, calvi, a. 3. *ingannare*, נכרה, Ger. *betriegen*, Gal. *tromper*, Hiſp. *enganar*, παράγω, decipio, cujus paſſivum eſt *calvor*, *eris*, a καλύπτω, tego, ut ſit tecte decipere. *Salluſt. in 3. Hiſtor. apud Priſcian. l. 10.* Contra ille calvi ratus. ¶ Invenitur etiam deponens. *Plaut. in Caſ. 2. 2. 4.* Sopor manus calvitur. *h. e.* truſtratur manus intentas operi. Ita *ajunt JCtus*. Si calvitur, & moretur, & truſtretur. *Vet. Gloſſ.* calvor, ἐξαπατῶ.

Calvus, o. 1. 2. *calvo*, קרח, Ger. *kal*, *glatzechtig*, Gal. *chauve*, Hiſp. *calvo*, φάλακρος, dicitur, a cujus capite capilli defluxerunt, ſive qui ſine capillis natus eſt. *Suet. in Cæſ. v. 51.* Mœchum calvum adducimus. ¶ Comparat. calvior. *Apul. l. 5. A. A.* Maritum ſortita ſum cucurbita calviorem. ¶ Translate *Martial. l. 12. epig. 32. calvas reſtes* dixit *allio*, *cæpiſque*, in quibus rarum allium, & paucæ cæpe erant.

Calx, cis, m. & f. 3. pars poſterior pedis, *calcagno*, עָקֵב, Ger. *die verſen der fiſſ*, Gal. *talon*, Hiſp. *calcano*, πτέρνα, calcaneum, extrema pars pedis, qui & pes imus appellatur, a λάξ, *calx*, quod a λήγω, deſino. *Plaut. Merc. 5. 2. 111.* Eu. Sequere ſis. Ch. ſequor. Eu. clementer: calces deteris. *tu mi ſcalcagni. Virg. 11. Æn. v. 714.* Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. *h. e.* calce ſtimulo ferreo armata. *Al. leg.* ferrato. *Stat. l. 5. Silv. 2. v. 115.* vexantemque ilia nuda calce ferocis equi. ¶ Sumitur aliquando pro ictu calcis, & percuſſione pedum, plagaque ponitur, λάκτισμα, *calcio*. *Terent. in Phorm. 1. 2. 27.* Nam quæ inſcitia eſt, adverſum ſtimulos calces? *ſc.* jactare, quod proverbium eſt de iis dictum, qui contra eos reluctantur, quos vincere nequeunt. ſibi enim ipſis magis nocent. ¶ Metaphorice ſignificat metam circi, vel lineam creta alba ductam in eo circi loco, ubi curſus finis erat, ut a calce ad carceres revocari: h. e. a fine ad principium, *Cic. de Senect. ſub fin. Lucret. lib. 6. v. 91.* Perſcripta ad candida calcis. Adde *Senec. ep. 108. & Cic. 1. Tuſc. c. 10.* Nunc video calcem, ad quem decurſum eſt. *Vitruv. l. 9. c. 2.* imas partes columnæ, cui ſcalarum gradus adnærent, inferiores calces ſcaporum vocat.

Calx, cis, ſ. 3. *calcina*, שִׂיד, נִיר, Ger. *kalk*, Gal. *chaux*, Hiſp. *cal*, πέτρος, lapis coctus, quo utimur pro bitumine. *Cic. pro Mil.* In eam inſulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit. ¶ Calx viva, i. e. nondum intincta, *calcina viva*. *Plin. l. 29. c. 3.* Contra vero calx macerata, quæ aqua diluta, & ſubacta eſt. *Id. l. 36. c. 23.* ¶ Calcis etymologia, in hoc ſenſu, ducitur a χάλιξ, *lapis*, vel *lapidum fragmenta*: vel a *calore*, quia fit ex lapidibus calidis, & uſtis. Ipſum etiam nomen *calx* lapidem ſignificat; unde calculus lapillus. *Plaut. Pœn. 4. 2. 86.* Ad incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit. M. Quin prius diſperibit, taxo, quam unam calcem civerit. *h. e.* calculum luſorium. Alii legunt *unum*, & intelligunt partem pedis extremam. Vide *Scalig. in append. ad conject. in l. 6. Varr. de L. L. & Taubm. ad loc. Plauti cit.* Vide etiam *Incitus*.

Calycŭlus, li, m. 2. *bottoncino*, diminut. parvus calyx in herbis, & arboribus. *Plin. l. 17. c. 44.* Calyculis inanibus.

Calydon, onis, ſ. 3. poſtea Aquila, *Ayton*, καλυδών, urb. Ætoliæ, regia olim Oenei patris Meleagri. *Virg. Æn. 7. v. 305.* Conceſſit in iras Ipſe Deum antiquam genitor Calydona Dianæ.

Calydōnis, idis, patronym. *Ovid. Metam. 8. v. 529.* Plangunt ora ſimul matres Calydonides.

Calydonĭus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Calydone, ut aper Calydonius, *Ovid. Met. 8. fab. 4.* & Calydonius heros, *Id. ibid. v. 325.* ſc. Meleager. ¶ At Caledonia ſilva, V. ſupra in *Caledonia*.

Calypſo, us, & onis, ſ. nympha, filia Atlantis, matre incerta, vel Oceani, & Tethyos. Regnavit in Ogygia inſula, ubi Ulyſſem naufragum humaniter excepit. *Ovid. 4. de Pont. 10. 13.* pulchram toviſſe Calypſo. *Tibull. 4. 1. 77.* fœcunda Atlantidos arva Calypſus. *Apul. l. 1. Meleſ.* At ego, inquit, Calypſonis æternam ſolitudinem flebo.

Calyptra, æ, ſ. 1. κάλυπτρα, genus veſtimenti, quo mulieres capita tegebant, a καλύπτω, tego. *Feſtus*.

Calyx, ycis, m. 3. *bottone*, κάλυξ, folliculum, quo flores, ſemina herbarum, fructus arborum cooperiuntur, a καλύπτω, tego. *Plin. l. 15. c. 22. & 23.* ¶ Item teſtaceorum piſcium durum corium. *Plin. 9. 31. & 56. & l. 32. c. 4.* ¶ Per ſimilitudinem dicitur de ovi putamine, *guſcio d' ovo*. *Id. l. 28. c. 2.* ¶ Item de cruſta e luto, qua caminantur ſtrues lignorum in carbone faciendo. *Id. l. 16. c. 6.* ¶ Scribitur & *calix*.

Camarīna, Camerina, ſ. 1. *Camarina*, καμάρινα, urbs Siciliæ cum fluvio, & palude cognomine, in ora Auſtr. inter Gelam ad Occ. & Pachynum prom. ad Or. 30. M. P. inter fl. Vanum, & Iporum. Paludis Camarinæ aquæ cum fœtore ſuo peſtem generarent, Camarinenſes conſuluerunt Apollinem, expediretne ipſis Camarinam exſiccari: quibus ab Apolline reſponſum eſt, Camarinam non eſſe movendam. Neglecto tamen Oraculo ſiccaverunt paludem, per quam mox ingreſſis hoſtibus contempti Oraculi pœnas dederunt. Hinc manavit proverbium, *Camarinam movere*, pro ſibi malum accerſere.

Cambĭo, is, pſi, ptum, a. 3. *cambiare*, חלף. Ger. *bertauſchen*, *vvechſeln*, Gal. *changer*, Hiſp. *cambiar*, *trocar*, κάμπτω, μεταλλάττω, ἀντιμεῖμαι, commuto, permuto. Citat ex *Chariſio Priſcian. l. 10. Apul. in Apolog. p. 284. edit. Elmenh.* Tu an habeas ad agrum colendum, an ipſe mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque ſcio, neque laboro.

Camēlæ virgines ſunt, quibus ſupplicare ſolebant ſponſæ nupturæ. *Feſtus. l'oſſ.* notat Græce dici γαμηλίαι θεαί.

Camelarĭus, ii, m. 2. qui camelorum curam gerit, eoſque paſcit. *Leg. ult. §. 11. ff. de muner. & honor.*

Camelatĭa, καμηλασία, *Ammiano*, & *JCtis*, *Leg. ult. ff. de muner. & honor.* dicitur camelorum curatio, & præfectura, vel etiam pecunia, quæ pro alendis camelis datur. Notat *Terent. ad Veſpaſian. c. 8. Ammiani* autem locus eſt *l. 17. c. 5.* Sed notat *Valeſ.* tam a MSS. quam primitus editis hoc verbum abeſſe.

Camelasĭum, ii, n. annona pro alendis camelis, aut vectigal, quod pro iis alendis penditur. *Ammian. l. 17. c. 3.* (*al. 5.*)

Camelīnus, a, um, ad camelum pertinens, ut lac camelinum. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Et camelinus color, pro fusco ad flavedinem vergente.

Camella, f. 1. genus vasis. Vide *Gell. l.* 17. *c.* 7. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 779. Tum licet, appolita veluti cratere camella, Lac potes. *Petron. in Satyr. c.* 137. Infra manus meas camellam interposuit.

Camelopardālis, m. 3. καμηλοπάρδαλις, animal forma camelum referens, colorum varietate Pardum, seu Pantheram. *Plin. l.* 8. *c.* 18.

Camēlus, m. 2. *camelo*, גמל, Ger. *ein kameltier*, Gal. *chameau*, Hisp. *camelo*, κάμηλος, animal quadrupes, quod crura prolixa, & collum oblongum habet, a χαμηλός, humilis, quia cum oneratur, humi accumbit, vel a *camerus*, seu *camurus*, curvus, vel a κάμπτω, flecto & *μηρός*, femur, quia genua flectit. Sitim tolerat etiam quatriduo, ut scribit *Plin. l.* 8. *c.* 19. Hinc *Pers. sat.* 5. *v.* 136. Tolle recens primus piper e sitiente camelo.

Camenæ. V. Camœnæ.

Camĕra, f. 1. *volta*, *cielo fatto a volta*, גבפה, אולם, Germ. *ein gewvelh*, Gal. *voute*, *berceau*, Hisp. *bovedа*, κάμαρα, testudo, fornix, scil. pars superior ædificii, tectum incurvum, introrsum respiciens, a voce Græca, quæ allata est, vel a *camurus*, curvus. De ea sic *Nonius c.* 11. *n.* 126. Camerum, obtortum: unde Cameræ tecta in curvitatem formata. Cameras igitur appellarunt culmina arcuata, sive ex lapide, sive ex contignatione essent. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. *Suet. in Ner. c.* 34. Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus est. *Cic. ad Q. Fratr. l.* 3. *epist.* 1. Cameras quasdam non probavi. ¶ Est etiam navigii genus, Dacis usitatum, quod tumido mari, prout fluctus attollitur, tabulis augetur in summis partibus, donec in modum tecti claudatur, ut scribit *Tacit.* 3. *Histor. c.* 47. ¶ Differt camera a fornice in eo, quod *camera* significat totum tectum fornicatum, fornix vero de singulis etiam cameræ arcubus dicitur.

Camerārius, a, um, o. 1. 2. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Camerarium, genus cucurbitæ vocant, quod in pergulis arrepit in hortis, non quod humi serpit.

Cameratĭo, onis, *volta*, camera. *Spartian. in Caracalla*, *c.* 9. Cancelli, quibus cameratio tota concredita est.

Cameratus, a, um, *fatto a volta*, curvus in modum cameræ, ut camerata arca, *Leg.* 9. §. 5. *ff. loc. conduct.* Verum meliores libri habent *erata*. Adde *Inscrip.* apud *Reines*, *in append. n.* 46. ubi tamen legitur *camaratus*.

Camĕro, as, avi, atum, a. 1. *fabbricar' a volta*, in modum cameræ struo. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Publicum omnium (*avium*) est, tabulata ramorum sustinendo nido provide eligere, camerare ab imbri, aut fronde protegere densa.

Camers, ertis. Camertes populi sunt Umbriæ, montes incolentes, quibus a Picenis Umbri separantur. ¶ Apud *Virg. Æn.* 10. *v.* 562. Camers est nomen viri proprium. ¶ Est etiam Camers, adject. *Cic. pro Sylla*, *c.* 19. In agro Camerti, Piceno, Gallico.

Camertīnus, a, um, Camers, ut fœdus Camertinum, *Cic. pro Cornel. Balbo*, *c.* 20.

Camilla, καμίλλη, Virgo Volsca, quæ venit suppetias ferens Turno contra Latinos & Æneam: quo in bello etiam periit. *Virg. Æn.* 7. *v.* 803. Hos super advenit Volsca de gente Camilla.

Camillum, i, n. teste *Festo*, in voce Cumera, erat vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant: sic appellatum, quod *camillus* dicebatur minister, qui eum gerebat. ¶ Ab hujus similitudine fortasse camillum dictum est membrum catapultæ, de quo *Vitruv. l.* 10. *c.* 15. ubi tamen quidam leg. *catillum*.

Camillus, m. 2. κάμιλλος, apud veteres nunc puer ingenuus dicitur, nunc minister in rebus occultioribus, veluti sacris, aut nuptialibus. Hinc Metabus filiam Camillam vocavit, idest, Dianæ præministram, & Etrusci Mercurium appellabant Camillum, quasi ministrum Deorum. ¶ Flaminius Camillus erat puer ingenuus, patrimus, & matrimus, qui Flamini Diali ad sacrificia præministrabat, & Flaminia Camilla erat puella ingenua, patrima, & matrima, quæ ministrabat Flaminicæ Diali. V. *Fest.* & *Plin. l.* 19. *c.* 18.

Camīno, as, a. 1. facere in modum camini. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur.

Camīnus, m. 2. *fornace*, *camino*, כבשן, תנור, Ger. *ein kamim*, *schornstein*, Hal. *fournaise*, *cheminée*, Hisp. *hornaca*, *cheminea*, κάμινος, fornax, & structura, quæ fumum, & ignem excipit. *Virg. Æn.* 6. *v.* 630. Cyclopum educta caminis mœnia conspicio. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 10. Valde metuo, ne frigeas in hybernis; quamobrem camino luculento utendum censeo. Vide ibi *Manut.* de caminis veterum multa differentem. Vide etiam *Catan. in Plin. l.* 2. *ep.* 17. ¶ Addere oleum camino, est malo alicui fomentum. & materiam adjicere. *Horat. Sat.* 3. *l.* 2. *v.* 321. Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino. ¶ De caminis Veterum V. *Ferrar. Elector. l.* 1. *c.* 9.

Camisĭa, æ, genus vestis interioris lineæ. *Paul. epitomator Festi in voce Supparus*, & *Hieronym. epist.* 128.

Cammāron, n. 2. herba, al. aconitum, quia habet radicem similem cammaro pisci marino. *Plin. l.* 27. *c.* 3. ¶ Sed cammoron potius dici debet, quia κακῷ μόρῳ, idest, malo fato hominem tollit.

Cammărus, i, m. 2. *gambaro*, κάμμαρος, piscis ex cancrorum genere, a voce Græca, quæ proposita est. *Plin. l.* 31. *c.* 8. *Martial. l.* 2. *epigr.* 43. Concolor in nostra, cammare, lance rubes.

Camœnæ, arum, Musæ, *le Muse*. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 59. Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ. *Horat. l.* 1. *od.* 12. *v.* 39. Gratus insigni referam Camœna. ¶ *Varro l.* 5. *de L. L. n.* 7. *Festus*, & *Macrob. l.* 2. *in Somn. Scip. c.* 3. ducunt a canendo, quasi *Canenæ*. Item *Serv. in Ecl.* 3. *Virg. Voss. in Etymolog.*

Camœnālis, le, ad Camœnas pertinens. *Sidon. l.* 3. *epist.* 3. Nunc oratorio stylo, nunc etiam Camœnalibus modis imbuebatur. *Avien. in Phænom. v.* 495. *de Pegaso*: Illusisse pedem, cornuque excita repente Lympha Camœnalem fudit procul Hippocrenem.

Campæ, arum, f. 1. nugæ, ut campas dicere, apud *Plaut. Truc.* 5. 1. 44. h. e. nugari, ut ibi legunt, & explicant *Taubman.* & *Pareus*. Aliter habet *Lambinus*.

Campăgus, i, calceamenti genus, a Patriciis, & Imperatoribus gestari solitum; idem fere, quod caliga, nisi quod variis reticulis, & candido linteamine ornabatur. Hujus meminit *Jul. Capitol. in Maximinis*, *c.* 2. & *Trebell. Pollio in Gallieno*, *c.* 16. ¶ Diaconos etiam Rom. Ecclesiæ Campagis usos, testatur *Gregor. M. l.* 7. *epist.* 28. Vide *Albert. Ruben de Calceo Senat. c.* 5.

Campania, cogn. Felix. V. Terra Laboris.

Campania Romana. V. Latium.

Campanĭcus, a, um, idem quod Campanus. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 12. Campanica peristromata.

Campānus, a, um, o. 1. 2. καμπανός, quod ad Campaniam reg. Italiæ spectat. *Virg.* 10. *Æn.* Hinc nomen Campanæ ducitur urbi.

Campas, ātis, idem quod Campanus, ut Campas genus, pro Campanus genere. *Plaut. in Trinum.* 2. 4. 144. In alio sensu V. Cappas.

Campe, es, f. 1. καμπή, eruca, vermis hortensis herbas, & arborum frondes infestans, a κάμπτω, flecto, quod flexo obliquis tractibus corpore progreditur. *Colum. l.* 11. *sub fin.* Hirsutaque campe. ¶ Apud *Plaut. Trucul.* 5. 1. 44. Campas dicere, est nugari. ¶ Campas, marinos equos Græci appellant, a flexu posteriorum partium. *Festus*.

Campester, campestris, campestre, & hic, & hæc campestris, & hoc campestre, adject. *campestre*, ad campum pertinens, vel qui in campis est. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 6. Campester locus. *Liv. l.* 4. *c.* 37. Capua a campestri agro appellata. Sic arma, prælia campestria apud *Horat. de arte poet. v.* 379. & *l.* 1. *epist.* 18. *v.* 54. Iter Campestre, apud *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 66. ¶ Quia vero in campo Martio comitia fiebant, campestris etiam ad comitia, & petitiones honorum pertinet. *Liv. l.* 7. *c.* 1. Ædilitatem Quintio gratia campestri dederunt. *Vale. Maxim. l.* 4. *c.* 1. *n.* 14. Campestrem temeritatem experiri.

Campestrātus V. in voce sequenti.

Campestre, is, n. 3. pannus, seu velum, quo Ephebi nude se exercentes pudenda velabant, quod & Succinctorium, & Subligaculum dicebatur. *Horat. l.* 1. *epist.* 11. *v.* 17. Incolumi Rhodos, & Mitylene pulcra facit, quod Penula solstitio, campestre nivalibus auris. *August. l.* 14. *de Civit. Dei*, *c.* 17. Campestria latinum quidem verbum est; sed ex eo dictum, quod juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde qui ita succincti sunt, *campestratos* vulgus appellat.

Campestris, V. Campester.

Campicursĭo, onis, f. 3. exercitatio militaris, quæ currendo fiebat. *Veget. l.* 3. *c.* 4. Campicursionem, ut ipsi appellant, assidue faciant.

Campidoctor, oris, m. 3. *maestro di campo*, qui tirones in campo exercet, armorum usum docens. *Vet. Gloss.* Campidoctor, διδάσκαλος. *Lamprid. in Alexandro*, *c.* 53. Campidoctores docuerunt. ¶ *Stevvechius* mavult legi *Campiductor* apud *Veget. l.* 1. *c.* 13. & *l.* 2. *c.* 22. & alios, qui ejus vocis meminerunt. Verum tutior hæc quam sequimur, lectio, tum quia Campidoctores iidem & armidoctores, & armorum doctores dicebantur, ut *Salmas. ad Lamprid.* notat. quod satis probat, non a ducendo, sed a docendo hanc vocem componi. tum quia duæ Inscriptiones, quas affert *Gruterus f.* 80. *nu.* 2. & *f.* 565. *nu.* 5. ambæ Campidoctorem exhibent.

Camptaules, æ, καμπτᾶυλης, qui inflexa canit tibia. *Vopisc. in Carino*, *c.* 19. Exhibuit centum Camptaulas.

Campter, m. 3. κάμπτηρ, flexus metæ, seu decursus circa metam, & meta ipsa, a κάμπτω, flecto. *Pacuv.* Extremum intra campterem ipsum. Apud *Non. c.* 1. *n.* 328. Al. aliter leg.

Campus, m. 2. *campo*, שדה, ככר, איל, Ger. *ein feld*, Gal. *un champ*, *une plaine*, Hisp. *campo raso*, *vega*, πεδίον, est grande, atque amplum spatium terræ planæ, a *capiendo*, quod animalium, seu rerum aliarum multitudinem facile capiat. *Varr. l.* 4. *L. L. pag.* 7. Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus. ¶ Translate sumitur pro qualibet re, in qua quis studidum habet, *foggetto*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 35. Cum sit campus, in quo possit exultare oratio. Hinc latissimus dicendi campus, ubertas materiæ. ¶ Antonomastice Campi nomine sæpe venit Campus Martius, qui locus erat extra Pomœrium, Marti sacer, in quo Comitia creandis Magistratibus, ferendis legibus, &c. a Populo Rom. habebantur. *Cic. Catil.* 1. *cap.* 5. Comitiis Consularibus me Consulem in Campo, & competitores tuos interficere voluisti. Huc & illud pertinet ejusdem *in Pison. c.* 2. Fors domina campi. Hinc Campi nota, pro repulsa in Magistratus petitione, *Valer. Max. l.* 6. *c.* 9. *n.* 14. ¶ Campus etiam dicitur locus pugnæ, castrorum, & expeditionum. *Ammian. l.* 20. *c.* 10. Edicto, ut futura luce omnes convenirent in campo. Adde *Juvenal. Sat.* 2. *v.* 106. ¶ Item locus, ubi tirones exercebantur (qui locus Romæ erat ipse idem Campus Martius, de quo modo) & armorum usum discebant, ex quo *Campidoctores*, dicti, & *Campicursiones*. ¶ Ut æquor pro campo, sic nonnunquam campus pro mari sumitur. Sic *Virg. Æn.* 6. *v.* 724. Campos liquentes. Et *Æn.* 10. *v.* 214. Campos salis. *Ovid.* etiam *Met.* 1. *v.* 41. mare vocat, campum liberioris aquæ. ¶ Campus sceleratus, erat locus Romæ juxta portam Collinam, in quo Vestales Virgines, in adulterii crimine deprehensæ, vivæ sepeliebantur. *Festus*. Campus pro agro raro invenitur usurpatum. Habet *Plin. l.* 5. *epist.* 6. ubi ait; Prata inde, campique, quos nonnisi ingentes boves, & fortissima aratra perfringunt.

Campus Martius, V. Campus.

Camum, i, genus potionis, seu cerevisiæ species. *Ulpian. l.* 33. *ff. tit.* 6. 9. Nec camum, nec cerevisia continebitur, nec hydromeli. Al. leg. *curmi*. Vide *Cujac. Obser. l.* 24. *c.* 39.

Camūrus, a, um, o. 1. 2. *torto*, *piegato*, כפוף, Ger. *krumb*, Gal. *camus*, *courbe*, Hisp. *corcobado*, κάμπυλος, inflexus, curvus. Hinc camuri boves, a cornuum curvatione. *Virg.* 3. *Georg. v.* 55. Camuris hirtæ sub cornibus aures. Dicuntur autem camuri boves, ut notat *Junius Philargyrus ad hunc Virg. loc.* quibus cornua sunt introrsus conversa, quibus contrarii patuli, qui diversa cornua habent.

Camus, m. 2. *briglia*, *laccio*, שומה, מתג, Ger. *maulkorb*, Gal. *frein*, *licou*, Hisp. *freno*, *lazo*, κημός, genus asperi fræni, quo equi superbi coerceri solent, a voce Græca, quæ allata est, quæ est a κάμπτω, curvus. Ita *Ulid. l. ult. Orig. cap. ult.* ¶ Item funis, quo damnati alligabantur ad furcam. *Plaut. Caf.* 2. 6. 37. Hodie tu camum, & furcam feras. Ita legit *Meursius*; Al. leg. *Canem*.

Cana dicunt Græci, nos canistra. *Festus*.

Canabŭla, orum, & Canabulæ, arum, Lapidum congeries, termini genus apud *Frontinum*, & alios Grammaticos Scriptores, a *Goesio* editos *pag.* 257. Fusiorem explicationem V. in Indice *Goesii* ad hanc vocem.

Canăce, f. 1. Æoli filia, quæ cum fratre Macareo corpore mixto puerum peperit, qui cum extra Regiam ad educandum mitteretur, se ipse vagitu avo prodidit. Æolus jussit puerum canibus objici. Filię ensem per fatellitem misit, ut illo pro meritis uteretur. Illa sibi necem traditur conscivisse. Macareus fugit. *Ovid. in epist.* 11. *Boccat. l.* 13.

Canalicŏlæ, m. 1. homines pauperes, dicti, quod circa canalem fori consisterent. Fuit enim in Foro locus, *Canalis* dictus, ut ex *Plauto Curcul.* 4. 1. 14. colligitur. *Fest. Gell. l.* 4. *c.* 20. Qui jurabat, cavillator quidam, & canalicola, & ridicularius fuit. De his etiam loquitur *Plaut. Curcul.* 4. 1. V. *Salmas. ad Vopisc. in Carino*, *non longe a princip.* ¶ Hinc forte Ital. *canaglia*.

Canalicŭla, f. 1. dimin. *canaletto*, σωλωσάριον, parva canalis. *Gell. l.* 17. *c.* 11. Duas esse quasi canaliculas quasdam.

Canaliculātim, adverb. quasi per canaliculos. *Plin. l.* 9. *c.* 33. *de muricibus*, *& conchis loquens*; Jam, inquit, distinctione virgulata, crinita, crispa, canaliculatim, pectinatim, imbricatim undata, &c. Al. leg. *cuniculatim*.

Canaliculātus, a, um, *fatto a canaletti*, σωλωνώδης, in canalis modum factus. *Plin. l.* 27. *c.* 9. Planta ad radicem canaliculata.

Canalicŭlus, m. 2. σωλωσάριον, diminut. a canalis. *Cocum. l.* 9. Canaliculi milio repleti apponuntur. *Vitruv. l.* 10. *c.* 14. Emittet per canaliculum. ¶ Apud *eund. Vitruv. l.* 4. *c.* 3. est etiam canaliculus cavitas exterior in columnis.

Canalicnsis, e, & Canalitius, vel Canalicius, a, um, adject. a canali.

Ambo hæc adjectiva inveniuntur apud *Plinium l.* 33. *c.* 4. *sub initium*, ubi Canalienſe, & Canalicium aurum appellat quod puteis foditur, quoniam ejus metalli venæ, tamquam canales, per latera puteorum vagantur.

Canālis, lis, m. & f. 3. *canale*, שׁיקר, Garm. *einè rinne*, Gall. *canal*, *tuyau*, Hiſp. *canal*, *σωλὴν*, alveus terreſtris, vel ex ligno, item tubus, ſeu fiſtula, per quam aqua deducitur. *Feſtus*. Canales, per quos aqua confluit in vias lapide ſtratas. *Virg. Georgic.* 3. *v.* 330. Currentem ilignis potare canalibus undam. *Corn. Sever. in Ætn. v.* 149. Nec tamen in rigidas exit contenta canales. Adde *v.* 127. ¶ *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, rivis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubulis fictilibus. Ubi *canales ſtructiles* ſunt ſtructura, & fabrica conſtantes. ¶ Canalis etiam dicitur lignum illud cavum, in quo tractum crus, aut femur a medicis reponitur. *Celſ. l.* 8. *c.* 10. *n.* 5. Ubi deligatum eſt (crus, vel femur) in canalem conjiciendum eſt. ¶ Erat etiam Canalis locus in foro Rom. *Plaut. Curc.* 4. 1. 15. V. Canalicolæ. ¶ Interdum pro via ſumitur. *Apul. l.* 6. *Met.* Jam canale directo pergis ad ipſam Orci regiam. V. *Paræum in Lex. Cret.*

Canalitius. V. Canalienſis.

Canaria, f. 1. herba, foliis tritici, qua canes ægroti vomitum eliciunt, vulgo herba canis. *Plin. l.* 25. *c.* 8. ¶ Eſt etiam una ex inſulis, quas Fortunatas etiam dicunt. *Plin. l.* 6. *c.* 32. ¶ Hodie omnes eæ Inſulæ Canariæ dicuntur. V. Fortunatæ inſulæ.

Canārius, a, um, o. 1. 2. *cagneſco*, κυνικὸς, quod ad canem pertinet. *Plin. l.* 18. *c.* 3. *ex commentar. Pontif.* Augurio canario agendo dies conſtituatur. Vox plane antiqua.

Canātim, *cagneſcamente*, *in cagneſco*, κυνικῶς, ad ſimilitudinem canis. *Nigid. Figulus in comm. Gramm.* ut citat *Nonius c.* 1. *n.* 190. Canatim, bovatim, ab animalibus ſumuntur.

Cancellārius, ii, m. *cameriere*, qui ad cancellos januæ cubiculi aſſiſtit. Olim enim Imperatorum, ac procerum cubicula, qua patebant, non tantum vela ad fores, ſed & cancellos habebant, ſeu feneſtratas januas, ut *Caſſiodorus l.* 21. *Var. ep.* 6. appellat. His igitur qui præfecti erant, non ſolum *a velis*, & *a cancellis*, ſed etiam *Velarii*, & *Cancellarii* appellabantur; quorum munus erat ſtare foribus, & admiſſiones curare. Iidem igitur erant ac Oſtiarii. Quam ob cauſam *Vopiſcus in Carino c.* 26. eum reprehendit, quod unum ex Cancellariis Prætectum Urb. feciſſet. V. etiam *Sidon. l.* 1. *ep.* 2. ¶ Horum tamen aliquos non tantum Oſtiarios fuiſſe, colligitur ex *Agathia*, qui *l.* 1. *de geſtis Juſtiniani* narrat, Cancellarios ritos τὰ ἀρχεῖα, archiva ſc. Narſetis curaſſe. ¶ Etiam tribunalia habebant cancellata ſepta, quibus excludebantur turbæ, atque iis præpoſiti item *Cancellarii* dicti: quorum aliqui Judicibus ſcribendo navabant operam. De his plura *Caſſiod. loc. cit.* Digniores tamen erant, quam Scribæ, eoque munere fungi etiam ſoliti, quo ii, qui *a ſecretis* dicuntur apud nos. Qui his omnibus præerat, hodie κατ' ἐξοχὴν Cancellarius, olim Quæſtor Sacri Palatii dicebatur, & in Conſtantinopolitana Aula ὁ μέγας λογοθέτης. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 647. *n.* 6. Cancellarius, & Scriba. Vide *Caſaub.* & *Salmaſ. in Vopiſci Carinum*, *loc. cit.*

Cancellātim, ad ſimilitudinem cancelli. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Cancellatim reticulata. *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 17. Stipitibus cancellatim pendentibus.

Cancellātio, onis, pro limitatione, vel mutatione agrorum. *Frontinus de colon. pag.* 109. *Goeſ.* Ager Seſtertianus aſſignatus in cancellatione limitibus maritimis. Adde *Sic. Flacc. pag.* 16.

Cancellātus, o. 1. 2. factus ad formam cancellorum, *ingraticolato*, *incrocicchiato*. *Plin. l.* 9. *c.* 51. Cancellato brachiorum implexu claudit. Et *l.* 8. *c.* 10. Elephantorum cutem cancellatam dixit. ¶ Cancellatus apud JCtos, idem eſt, ac deletus, ut cancellatum chirographum, *Leg.* 22. *Cod. de Solutionib.* Et Tabulæ, cautioneſve cancellatæ, *Leg.* 82. *ff. de Furtis*, quia cum aliquid delemus, lineas tranſverſas ducimus in modum cancellorum.

Cancelli, orum, m. 2. *geloſia*, *grata*, *cancelli*, κιγκλίδες, ſepta ex rectis, obliquis, tranſverſis lignis, aut ferramentis contexta, ac plagulis, ſeu foraminibus diſtincta modicis intervallis, inſtar retis, quibus feneſtræ, fenestræ, tribunalia muniri ſolent, adituſque eorum præcludi, a voce Græca, quæ propoſita eſt, verſo i in a. *Cic. pro Sext. c.* 58. Tantus ex fori cancellis planctus excitatus, Æreorum cancellorum diſerte meminit *Colum. l.* 8. *c.* 17. ¶ Perraro invenitur ſingularis numerus, ſed eſt in *Lege* 9. *ff. Quod vi, aut clam:* Si ferra, vel clavis, vel cancellus, vel ſpecularium ſit ablatum. ¶ Sed & in agris Cancelli pro limitibus erant; unde Cancellatio. Huc pertinet *Vet. Gloſſ.* Cancellus, χαράδρα. χαράδρα autem foſſa eſt, qua etiam ad diſcernendos in agris fines utimur: ut ex *Siculo Flacco*, aliiſque priſcis Agrimenſoribus conſtat. V. Cancellatio. ¶ Hinc petitæ translationes illæ: cancellis circumſcribere, cancellos circumdare. *Cic. pro Quint. c.* 10. Si extra hos cancellos egrediar, quos mihi ipſe circumdedi. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 12. Cancellis circumſcripta ſcientia.

Cancello, as, are, *ingraticolare*, *cancellare*, κιγκλίζω, cancellis includo, vel in cancellorum morem ſtruo. *Colum. l.* 4. *c.* 2. Hæc autem (vitis) quæ toto proſtrata corpore, cum inferius ſolum quaſi cancellavit, atque irretivit, &c. Alia exempla vide in Cancellatus. ¶ Apud JCtos eſt delere, expungere, quod multis decuſſatim, vel cancellatim lineis ductis fieri ſolet. Unde *Iſid. in Gloſſ.* Cancellat, concidit, batuit. Sic cancellare teſtamentum, *Leg.* 22. *Cod. de ſolutionib.*

Cancer, cri, & canceris, m. 2. *gambaro*, *granchio*, Ger. *ein krebs*, Gal. *canchre*, *ecreviſſe*, Hiſp. *cancregio*, *cancer*, καρκῖνος, a voce Græca, quæ propoſita eſt; priſcis eſt genus, teſta muniti. Vide *Plin. l.* 9. *c.* 31. *Virg.* 4. *Georg. v.* 47. rubentes Ure foco cancros. ¶ Eſt etiam hoc nomine morbus quidam, tumor ſc. durus, & inæqualis, adſpectu teter, venis circa turgentibus, colore liveſcens, *canchero*. *Ovid.* 2. *Met. v.* 827. Utque malum late ſolet immedicabile cancer Serpere. ¶ Item ſignum Cæleſte in Zodiaco novem conſtans ſideribus; ita dictum, quod cum ad illud Sol pervenerit, Cancri more incipiat retrocedere. *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 313. Octipedis fruſtra quærentur brachia Cancri. *Lucret. l.* 5. *v.* 616. *de ſole*. Canceris ut vertat metas ad ſolſtitiales. ¶ Cancros etiam dixerunt Veteres, quos nos cancellos: Unde adagium illud apud *Apul. l.* 6. *Meteſ. p.* 176. Inter Orci cancros adhæſiſſe, quod de iis uſurpari poteſt, qui ita irretiti, & illaqueati ſunt, ut nullo pacto expedire ſe, & effugere queant, quoniam Plutonis ſepta, & cancellos tranſilire homini non datur.

Cancerātĭcus, a, um, ad cancrum ſpectans. *Veget. l.* 2. *c.* 43. Canceraticus fetor.

Cancĕro, as, are, *incancherire*, canceris inſtar deteri, vel putreſcere. *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 10. Si intrinſecus canceraverit auris.

Cancerōma, atis, n. idem quod cancer, ulcus. *Apulei. de herb. c.* 19. *&* 31.

Candelacio, is, a. 3. *imbiancare*, חלבן, Ger. *vveiſſen*, Gall. *blanchir*, Hiſp. *blanquear*, λευκαίνω, candidum facio. *Plaut. in Moſt.* 1. 3. 102. Una opera ebur atramento candelacere poſtules. ¶ Aliquando etiam candelacere, eſt candentem, id eſt ignitum reddere, *infocare*, ἐμπυρίζειν. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Ubi inter lapides candefactos funditur.

Candēla, f. 1. *candela*, Germ. *liecht*, Gal. *chandele*, Hiſp. *candela*, *vela*, λύχνος, fax ex goſſibio, & cera, vel ſevo, a candeo, propter lucis candorem. Veteres funiculis pice illitis, aut cera veſtitis uſi ſunt, poſtea ex papyro, & cera candelas fecere, item ex ſcirpis, & cera. *Juven. ſat.* 3. *v.* 286. Vel breve lumen Candelæ, cujus diſpenſo, & tempero filum. *Plin. l.* 13. *c.* 13. Lapidem fuiſſe quadratum vinctum candelis quoquoverſus. Ubi *Hermolaus* notat, ex quacumque materia, ſcirpis, tæda, ſevo, cera conſtet, *candelam* dici. Unde, mirum non ſit, libros Numæ, de quibus ſermo eſt in loco citato Plinii, candelis involutos fuiſſe. Sic apud *Liv. l.* 40. *c.* 29. Faſces candelis involuti. ¶ Candelas ſebare apud *Colum.* eſt candelas ex ſevo conficere.

Candelābrum, n. 2. λυχνία, in quo candelæ figuntur, a candela ſimpliciter, vel a candela, & λαμβάνω, capere, vel a candela, & labrum. *Cic. 6. Ver. c.* 26. Lectos æratos, & candelabra ænea.

Candens, entis, nom. ex particip. V. in Candeo.

Candentĭa, æ, idem quod candor, ut candentia Lunæ, *Vitruv. l.* 9. *c.* 4.

Candĕo, es, ui, n. 2. *eſſer bianco*, הלבין, Germ. *vveiſſ ſein*, Gall. *être blanc*, Hiſp. *ſer blunco*, λευκὸς εἶναι, candidus ſum, a *cando*, antiquo verbo, incendo. *Ovid.* 11. *Met.* Candida de nigris, & de candentibus atra. ¶ Significat etiam ignitum eſſe, *eſſer infocato*, πύρωσιν. *Cic. Off. l.* 2. *c.* 7. Candente carbone ſibi adurebat capillum. Sic ferrum candens, *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 287. ¶ Transfertur & ad alia, quæ non igneſcunt quidem, ut ferrum &c. ſed fervent tamen, & liqueſcunt, admoto igne, ut cera, ſevum, & aqua. *Colu. l.* 7. *c.* 5. Candens ſevum vulneri per ardentem tædam inſtillato. *Id. l.* 12. *c.* 53. Sues mactantur, aqua candente glabrantur. ¶ Candentior Phœbus, *Valer. Flacc.* 3. *v.* 481. Et, Candentiſſimum ſidus, *Solin. c.* 52.

Candeſco, is, n. 3. *imbianchirſi*, λευκόομαι, albus fio, inch. a candeo. *Tibul. l.* 1. Liceatque caput candeſcere canis. ¶ Item igneſco, ignitus fio, *infocarſi*, πυρόομαι. *Ovid.* 2. *Met.* Currufque ſuos candeſcere ſentit.

Candētum, i, genus menſuræ agrorum. Galli Candetum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum, & quaſi centetum. *Iſid. l.* 15. *Orig. c.* 15. & *Goeſ. Auct. rei agrar. p.* 292.

Candicantia, *bianchezza*, λεύκανσις, albedo, a candico. *Plin. l.* 37. *c.* 13. Fictitiæ ſacrificationis candicantiam fugiunt.

Candĭco, as, n. 1. λευκαίνω, candorem habeo. *Solin. c.* 53. Candicant orbiculi lapillorum. Et *Plin. l.* 12. *c.* 13. Candicans e rufo.

Candidatorĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad Candidatum pertinet. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 1. In omni munere candidatorio fungendo.

Candidātus, a, um, o. 1. 2. λευκαθὴς, candida veſte indutus, *Plaut. Cæſin.* 2. 8. 10. At candidatus cedit hic maſtigia. ¶ Candidati apud Romanos erant, qui aliquem Magiſtratum petebant. Dicti ſunt, quod cum Romani vulgo togis albis uti ſolerent, hi cretam togæ addebant, ut ſplendeſceret. Significabant enim ſe pecunia, aut aliis muneribus nolle populum corrumpere, ſed pure, ac ſyncere petere, optare duntaxat, ut vel ſuæ, vel majorum dignitatis in ferendis ſuffragiis ratio haberetur. Erant etiam ſine cingulo propter eandem petendi ſynceritatem. Petebant autem in Campo Martio. Candidati ibant per Comitia, ſe cuique ſubmittebant, ſupplicabant, manus prehendebant, oſculabantur, &c. ¶ Candidati Cæſaris erant amici Cæſaris, quos ipſe populo commendabat, qui favore Principis ſubnixi non magnopere ſupplicabant. *Sueton. in Aug.* & *Quintil. l.* 6. ¶ Per translationem aliarum quoque rerum petitores, vel ſtudioſi Candidati dicuntur, ut Candidatus Eloquentiæ, apud *Quint. l.* 12. Candidatus gloriæ & immortalitatis, apud *Plin. in Paneg. c.* 63.

Candide, adv. *puramente*, *candidamente*, Germ. *trevvlich*, Gal. *naivement*, Hiſp. *ſencillamente*, εἰλικρινῶς, pure, ſyncere, benigne. *Cælius Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 6. Ne parum ſimpliciter, & candide poſſuiſſe inimicitias videaris. ¶ Proprie *Plaut. Caſ.* 4. 1. 10. Candide veſtitus. *veſtito di bianco*.

Candĭdo, as, a. 1. *imbiancare*, הלבין, Ger. *vvveiſſigen*, λευκαίνω, candidum facio. *Tertull. adverſ. Gnoſticos*, *c.* 12. Laverunt veſtimentum ſuum, & candidaverunt ipſum in ſanguine Agni. ¶ Item pro candidum eſſe, *Solin. de Sardonych. cap. de Arabia*; Medietas circumitur limite candidante. Sic edidit *Salmaſ.* Vul. leg. *candicante*.

Candidŭle, adverb. diminut. a candidulus. *Arnob. l.* 2. *p.* 50. Qui ſermonem candidule prompſit.

Candidŭlus, a, um, diminut. a candidus, *bianchetto*. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 16. Candiduli dentes. *Prudent.* καθημ. 3. 157. Grex candidulus.

Candĭdus, o. 1. 2. *candido*, *bianco*, לבן, Ger. *vveiſſ*, Gall. *blanc*, Hiſp. *blanco*, λευκὸς, quod lucentem quandam habet albedinem a candeo. Secundum *Iſid.* eſt quaſi candor datus, quia cenſet album eſſe natura, candidum cura, & ſtudio. Sed fallitur, ut patet ex nive, quæ candida dicitur ab *Ovid.* 8. *Metam.* ¶ *Ovid. l.* 1. *de art. Am. v.* 723. Candidus in natura turpis color. ¶ Significat etiam purum, clarum, intemeratum. *Plaut. Amph.* 1. 3. 49. Luce clara, & candida. *Cic. in Orat. c.* 16. Purum & candidum genus dicendi. ¶ Sed & *Quintil. l.* 11. *c.* 3. candidam vocem dixit, quæ ſc. fuſcæ opponitur. ¶ Sæpe formoſum & pulchrum notat. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 2. *v.* 4. Candidus, & talos a vertice pulcher ad imos. ¶ Aliquando eſt idem quod canus. *Plaut. Moſtell.* 5. 2. 27. Sapere iſthac ætate oportet, qui ſunt capite candidi. ¶ Translate ſumitur pro ſincero. *Ovid.* 4. *Triſt. el. ult.* Jure tibi grates, candide lector, ago. *Id. de Ponto l.* 4. *eleg.* 14. *v.* 43. Tam felix utinam, quam pectore candidus, eſſem! ¶ Item pro felici. *Tibul. l.* 3. *el.* 6. *v.* 30. Sis felix, & ſint candida fata tua. ¶ Comparat. *candidior*, & ſuperl. *candidiſſimus*, paſſim apud probatos Scriptores invenies, *Ovid. Senec. Plin. Colum.* & al.

Candifĭco, a. 1. *imbiancare*, λευκαίνω, candidum facio. *Auguſtin.* 21. *de civ. Dei c.* 7. Ignis lapides coquendo candificat.

Candiffĭcus, a, um, qui candidum facit. *Apul. Apol. p.* 277. *in carm.* Pulviſculus candificus, quo ſc. dentes fricantur.

Candiŏpe. V. Orion.

Candor, oris, m. 3. ſplendor, fulgor, lux, *bianchezza*, לבן, Ger. *vveiſſe*, Gal. *blancheur*, Hiſp. *candor*, λευκότης, albedo ſplendori conjuncta. *Virg.* 3. *Æn. v.* 537. de Equis: Tondentes campum late candore nivali. ¶ Dicitur & ſolis candor, h. e. ſplendor. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 28. ¶ Sumitur & pro pulchritudine. *Cic. pro Cæl. cap.* 15. Candor hujus te proceritas vultus oculique perdiderunt. ¶ Metaphorice ſignificat animi ſinceritatem, & ſimplicitatem. *Ovid. l.* 2. *de Ponto*, *el.* 5. *v.* 5. Candor in hoc ævo res intermortua.

Candoſoccus, m. 2. voce Gallica, palmes prolixus in vitibus, qui ſummo ſolo obruitur, deinde iterum erigitur in arborem ad fructum gignendum. *Col. l.* 5. *c.* 4.

Cănens, entis, *canuto*, canus. *Virg.* 10. *Æn. v.* 191. Canens ſenectus. ¶ Item albeſcens, *biancheggiante*. *Ovid.* 6. *Meta n. v.* 81. Canens oliva. *Sil. l.* 3. *v.* 534. Canens pruina.

Cănens, entis, *cantante*, qui canit. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 8. Tibiæ modulate canentes. *Ovid. Triſt.* 4. 53. fremitumque canentum.

Canen-

Canentas *Feſtus* dicit eſſe capitis ornamenta.

Canĕo, es, ui, n. 2. *eſſer canuto*, שב, Germ. *grawverdẽn*, Gal. *griſonner*, *devenir chenu*, Hiſp. *encanecer*, πολιόομαι canum eſſe, id eſt, capillis albere, a *cani*, *orum*. *Virg.* 4. *Æneid.* v. 416. Canet ſenectus. ¶ Metaph. dicitur de omnibus, quæ albeſcunt. *Virg.* 3. *Georg.* Dum gramina canent. ¶ Cano, is, 3. declinat. dixit *Propert. l.* 2. *eleg.* 14. ubi ait. Quid ſi jam canis ætas mea caneret annis?

Canephŏræ, f. 1. καναφόροι, virgines primariæ Athenienſes, quæ in Panathenæis, aliiſque feſtis ſacra Palladi in caniſtris ferebant, a κάνεον, ῦ, caniſtrum, & φέρω, fero. ¶ Duas dicebantur ciſtas capite ſuſtinentes ferre, in quarum altera flores, in altera ſpicas portabant. Bis de his meminit *Cic. Verr.* 6. ſc. *c.* 3. & 8. ¶ A ſtatuariis & artificibus coeptæ ſunt formari e marmore, ære, vel alia materia pretioſa, locarique in ædibus & atriis ornatus cauſa. *Symmach. l.* 1. *epiſt.* 29. Polycleti canephoras hominum pars magna mirata eſt. ¶ Eſt & Canephorus, maſc. gen. *Plin. l.* 36. *c.* 5. *circa med.* ubi al. leg. *canephoros* Græca terminatione, ὁ καναφόρος.

Canephŏrus. V. Canephoræ.

Caneſco, is, n. 3. canus fio, & proprie de ſenibus dicitur, cum capilli eorum in albedinem vergunt. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 421. Queritur caneſcere mitis Jaſiona Ceres. *Plin.* 30. 15. Capilli caneſcunt. ¶ Et translate de omnibus, quæ albeſcunt. *Ovid. lib.* 1. *Amor. el.* 8. v. 52. Situ caneſcunt tecta. ¶ Eleganti translatione *Cic.* orationem dixit caneſcentem, habentemque ſuam quandam maturitatem, & ſenectutem, *de clar. Orat. c.* 2.

Cani, orum, m. 2. πολιαὶ, capilli albi in capitibus ſenum, a κανέω, dealbo. *Cic. de Sen. c.* 18. Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre poſſunt.

Caniſa, æ, f. 1. urticæ ſylveſtris genus. *Plin. l.* 31. *c.* 15.

Caniſcæ, f. 1. *femola*, *cruſca*, furfures farris, ut *Feſt.* docet, quod canes iis paſcerentur. *Nonius* vero *c.* 2. *n.* 150. furfures generatim exponit.

Caniculă, f. 1. κωλίδιον, dimin. a cane. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Prudentis eſt intelligere, ſe habere ſenſum, & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro convicio in mulierem maledicam, apud *Plaut. Curcul.* 5. 1. *verſ. ult.* ¶ Item pro Signo Cœleſti. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 44. Poſt ſolſtitium canicula exoritur. *Horat. l.* 3. *od.* 13. v. 9. Flagrantis atrox hora caniculæ. V. plura in voce Canis. ¶ Eſt etiam canicula jactus quidam talorum, qui unitatem oſtendebat: quem qui feciſſet, vincebatur. *Perſ. ſat.* 3. v. 49. Damnoſa canicula quantum Roderet.

Caniculāris, e, adject. ad Caniculam ſidus cæleſte ſpectans, ut Dies caniculares, qui ſc. caliditſimi ſunt. *Pallad.* 8. 7. Inchoantibus Canicularibus diebus. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 2. Fallis clementiſſimo receſſu inclementiam canicularem. V. Canis.

Caniformis, e, adject. qui canis formam habet. *Prudent. Apotheoſ.* v. 195. Caniformem latrantem Anubim throno cæli præponere.

Caninefas, Caninefates, gens Gallica: coluit partem Batavorum inſulæ, origine, lingua, virtute par Batavis, numero inferior. De his *Tacit. l.* 4. *hiſtor. c.* 17. & alibi. Horum tractus *Kennemerlandt*.

Caninus, a, um, o. 1. 2. κωικὸς, quod ad canem pertinent. *Plin.* Sanguine canino nihil contra toxica præſtantius eſt. ¶ Canini dentes, qui poſt primores ſunt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. ¶ Canina cœna, vel canium prandium, abſtemium, in quo nihil vini potatur, quoniam canis vinum non bibit. *Gel. l.* 13. *c.* 29. *Plaut. in Caſin.* & *Taubman.* ¶ Canina facundia dicitur, cujus vis tota eſt in criminando, & conviciando. *Quintil. l.* 12. *c.* 9. ¶ Canina littera eſt R, quam exprimere videntur canes, cum latrare incipiunt. ¶ Caninæ nuptiæ vocantur a *Hieronym. epiſt.* 83. *c.* 2. qui vago, ac meretricio concubitu, canum more, delectantur.

Canis, com. 3. *cane*, כלב, Germ. *ein hund*, Gal. *chien*, *ou chienne*, Hiſp. *can*, *perro*, κύων, animal latrabile, a κύων, *canis*, ideſt, a genit. κυνὸς, quod a κύω, *diligo*, quia domini amans eſt. Vitare cane pejus, & angue, proverb. eſt apud *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 17. v. 30. *Curt. l.* 7. *c.* 4. Canem timidum vehementius latrare, quam mordere. ¶ Plura ſunt canum genera, ut venatici, pecuarii, villatici, &c. V. *Plin. l.* 8. *c.* 40. &c. ¶ Hujus nominis uſus creber in conviciis, cum ſordidum, impurum hominem, vel maledicum notamus. *Terent. Eun.* 4. 7. 33. Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. Cn. Ain vero, canis? ¶ Canes etiam appellantur accuſatores, & delatores: quin & maledici, & obtrectatores. *Cic. Verr.* 3. *c.* 11. Quid? iſta cohors quorum hominum eſt? Voluſii haruſpicis, & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere. *Horat. Epod.* 6. Quid immerentes hoſpites vexes, canis? Hecubam quoque appellatam canem a Græcis, quod omnibus mala ingereret, quos aſpiciebat, auctor eſt *Plaut. Menæch.* 5. 1. 16. ¶ Canis etiam dicitur jactus quidam talorum ludentibus valde damnoſus. *Propert. l.* 4. *el.* 8. v. 46. Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos, ſemper damnoſi ſubſiluere canes. V. Canicula. ¶ Item vinculi ferrei genus, *Plaut. Caſin.* 2. 6. 37. Tu ut quidem hodie canem & furcam feras. Ubi *Turneb.* canem ferre, inquit, idem eſt ac vinctum eſſe. Al. tamen legunt *camum*. V. *Taubman.* ¶ Eſt præterea Canis ſidus cæleſte, & quidem duplex, major, & minor. Major decem & octo ſtellis conſtans dicitur fuiſſe (ut fabulæ referunt) miræ velocitatis, cui fatis conceſſum fuerat, ut nullam non feram ſuperaret. Cephalus hoc cane Thebas protectus eſt, ubi fama erat, vulpem eſſe eodem fatorum munere donatam: quorum certamen, ne alterius fata irrita redderet, dicitur Juppiter, cane in cœlum translato, diremiſſe. Hic etiam Sirius dicitur, a σείριος, ſeu σειριάων, *ſicco*, *arefacio*, quia poſt ejus ſideris ortum maximi in terris calores eſſe ſolent. *Virg. Georg.* 1. v. 218. Averſo cedens canis occidit aſtro. ¶ Canis minor etiam Canicula dicitur, de qua alii alia fabulantur. V. Mythol. Hac etiam oriente maximi æſtus ſunt. ¶ Denique Canis piſcis eſt marinus. *Plin. l.* 9. *c.* 35. ¶ Veteres in ſingulari *Canes* etiam dixerunt pro *Canis*. *Lucil. l.* 1. v. 23. & *Enn. in fragm.* Adde *Plaut. Trinum.* 1. 2. 133.

Caniſtellum, i. n. *caneſtruccio*, parvum caniſtrum. *Symmach. lib.* 2. *ep.* 81. Ceteros quoque amicos eburneis pugillaribus, & caniſtellis argenteis honoravi.

Caniſtrum, n. 2. & caniſter, m. 2. *caneſtro*, *ceſto*, *paniere*, כל, Germ. *ein korb*, Gal. *panier*, Hiſp. *canaſta*, κάνεον. fiſcella, ciſta viminea, a κάνεον, ου vel a κάναστρον, caniſtrum, fiſcella. *Vir.* 1. *Æn.* v. 801. Cereremque caniſtris expediunt. ¶ Salignis virgultis caniſtros fieri debere monet *Pallad. in Novemb. cap.* 17. de oleo faciendo.

Canitia, æ, f. *canizia*. *Plin. l.* 31. *cap.* 7. Canitia in vaſis ſumma eſt *Chariſ.* quoque *lib.* 1. *pag.* 41. *Putſch.* hanc poſitionem agnoſcit.

Canities, f. 5. *branchezza*, *canutezza*, שיבה, Ger. *grawe haar*, Gal. *chenure*, Hiſp. *canez*, πολιότης, capillorum albedo. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Canities homini tantum, & equis. *Horat. l.* 1. *od.* 9. Moroſa canities. & *l.* 2. *od.* 11. arida canities. ¶ Canitiem inficere, h. e. canos tinctura occultare. *Ovid. l.* 3. *de Arte*, v. 163.

Canitūdo, inis, f. 3. idem quod Canities; ſed verbum antiquum eſt, & fere obſoletum. *Varro* apud *Non.* 2. 206. de equis loquens: Nec canitudini comes virtus. Ita *Plaut.* apud *Feſt.* Stultus eſt adverſus ætatem, & canitudinem.

Canna, f. 1. *canna*, קנה, Ger. *rohr*, Gal. *canne*, Hiſp. *cana*, κάννα arundinis ſpecies, minor arundine, major calamo, a κάννα, planta, unde floreæ conficiuntur. *Col. l.* 5. Gracilis, & cannæ ſimilis arundo prodeat. *Ovid. l.* 1. *de Remed. Amor.* v. 141. Et quam limoſa canna paluſtris humo. ¶ Accipitur & pro fiſtula paſtorali. *Silius l.* 7. v. 439. Arguta revocans ad roſcida paſcua canna. ¶ Apud *Stat. l.* 1. *ſilv. ult.* v. 15. *canna* eſt ſpecies arundinis aromaticæ. ¶ *Canna gutturis* eſt aſpera arteria, *la canna della gola*. *Cæl. Aur. Acut. l.* 2. *c.* 16.

Cannabētum, i, locus cannabe conſitus. *Vet. Inſcrip. apud Grut.* v. 896. *n.* 14. Uſque ad cannabetum huic areæ cedet.

Cannabĭnus, a, um, adject. *di canape*, qui ex cannabe eſt, ut cannabinus funis. *Colum. l.* 6. *c.* 2.

Cannăbis, f. 3. & cannabum, n. 2. *canape*, Germ. *hanf*, Gal. *chanvre*, Hiſp. *canamo*, κάνναβις, herba eſt, ex qua funes fiunt, a *canna*. *Perſ. ſat.* 5. v. 146. Tibi torta cannabe fulto cœna ſit in tranſtro. *Pallad. l.* 3. *c.* 5. Hoc tempore cannabum ſeris. ¶ *Varro l.* 1. *R. R. c.* 23. in quarto caſu *cannabim* format.

Cannabĭus, a, um, adject. idem quod Cannabinus. *Gratius in Cyneget.* v. 47. At pauper rigui cuſtos Alabandicus horti Cannabias nutrit ſilvas.

Cannæ, f. 1. urbs Apuliæ Peucetiæ E. exc. in agro Bariano, prope Auſidum fl. Hic 40. millia Romanorum ab Annibale cæſa ſunt. Pop. Cannenſes.

Cannenſis, ſe, adject. ut pugna Cannenſis, anno tertio ſecundi belli Punici ad Cannas pugnata, *Nep.* 23. 5. 4. Hanc *Cic. de clar. Orat. c.* 3. Cannenſem calamitatem vocat.

Cannētum, i, n. *canneto*, Ger. *rohrbuſch*, Gal. *lieu plein de roſeaux*, Hiſp. *canaveral*, καλαμὼν, locus, ubi cannarum copia eſt. *Pallad. lib.* 3. *c.* 23. Canneta ponenda ſunt.

Cannĕus, a, um, adject. di *canna*, qui ex canna eſt, ut cannææ tegetes, *Colum. l.* 12. *c.* 50.

Cannicĭę, arum, locus cannis obſitus. *Innocent. edit. Goſii*, *p.* 225. Sub ſe cannicias, & res paluſtres habet. ¶ Apud *Pallad. l.* 1. *tit.* 13. adjective, *canniciæ cameræ*, h. e. ex cannis factæ.

Cannŭla, æ, f. 1. diminut. parva canna, *cannella*. *Apul. l.* 3. *A. A. poſt princip.* Parva caſula cannulis temere contecta.

Cano, is, cecini, cantum, a. 3. canto, cantus edo, ſono, vaticinor, *cantare*, שר, זבר, Ger. *ſingen*, Gal. *chanter*, Hiſp. *cantar*, ᾄδω, eſt proprie voce modulari, a χαίνω, *hio*. *Cic.* 4. *Acad.* Cum cornix cecinerit. ¶ Hinc canere poetæ dicuntur, quoniam verſus rhythmica ratione compoſitos cantando pronuntiare conſueverunt, *dire cantando*. *Virg.* 1. *Æn.* Arma, virumque cano. ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organave pulſat, aut qui tibias inflat, *ſuonare*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Epaminondas fidibus præclare ceciniſſe dicitur. ¶ Et quia veteres laudare, & vaticinari verſibus ſolebant, factum eſt, ut canere pro laudare capiatur. *Virg.* 7. *Æn.* Regemque canebant. ¶ Et pro vaticinari. *Idem* 6. *Æn.* Ipſa canas, oro. Ita nimirum, quia Sibylla omnia vaticinia ſua carminibus edebat. ¶ Sumitur etiam pro prædicare, & cum quodam, ut exaudiri poſſit, canore proferre. *Mart. de Spect. epigr.* 5. Quicquid fama canit, donat arena tibi. ¶ Canere eandem cantilenam dicitur is, qui moleſtus eſt, ſæpius eadem inculcans. *Ter. in Phor.* 3. 2. 10. Cantilenam eandem canis. ¶ Canere receptui, *ſuonare a raccolta*, ſignificat, poſt conflictum milites a pugna revocare, quod fit clangore, ſeu ſono tubarum. *Liv. l.* 6. *Bel. Pun.* Flaccus receptui cani juſſit. ¶ Contra canere bellicum eſt milites tubæ clangore ad bellum accendere, *dar' all' arme*. *Cic. in Orat. c.* 12. Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. ¶ Canere intus, quid ſit, docet *Aſcon. in Verr.* 3. his verbis: Cum canunt cithariſtæ utriuſque manus funguntur officio. Dextra plectro utitur, & hoc eſt foris canere: Siniſtra digitis chordas carpit: & hoc eſt intus canere. Hinc metaphorice intus canere dicitur, qui privati commodi ſtudioſus, quidquid agit, ad ſuam refert utilitatem. *Cic. in Rull.* 2. *c.* 26. Hoc carmen hic Tribunus pl. non vobis, ſed ſibi intus canit. ¶ Canere ad tibiam, h. e. tibiæ ſono cantum accommodare. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 2. ¶ *Canerit* pro *cecinerit* legitur apud *Feſt.* in voce *Rumentum*: ad quem locum notat *Scalig.* Salluſtium dixiſſe etiam *canuere* pro *cecinere*.

Canon, onis, m. 3. κανὼν, regula, a קנה, calamus, canna, quia canna recta eſt, & olim erat recti menſura. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam. *Cic. l.* 16. *Fam. epiſt.* 17. græce ſcripſit, inquiens: Heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles. ¶ Erat & canon penſitationis annuæ genus, quod frumento, & oleo perſolvebatur; de quo *Aſcon. Divin. in Verr.* & *Verrin.* 4. *c.* 12. *Spartian. in Severo*, *c.* 8. Rei frumentariæ ita conſuluit, ut excedens vita ſeptem annorum canonem P. R. relinqueret. ¶ Certum quoque modium numerumque frumenti, quo opus eſſet ad alendam urbem aliquam per annuum uſum, Canonem dictum, & ita Canonem Urbis Romæ apud JCtos inveniri. *Lipſius l.* 1. *elect. c.* 8. obſervat.

Canonicarii apud JCtos ſunt, qui Principis nomine, ac mandato canonem exigebant. *l.* 9. *Cod. de exact. tribut.*

Canonĭcus, a, um, regularis, ut Canonica Mathematicorum ratio, apud *Vitruv. l.* 5. *c.* 3. Et *Plin. l.* 2. *cap.* 17. Ratio canonica fallit. ¶ Canonicæ penſitationes, *leg.* 2. *Cod. de lucr. advocat.* de quo V. Canon. Sic Canonica indictio, *leg.* 4. *Cod. de prox. ſacr. ſcrin.*

Canopĭcus, & Canopius, vel Canopæus, a, um, adject. poſſeſſiv. a Canopo, ut Oſtium Nili Canopicum, apud *Plin. l.* 5. *c.* 10. *Catul. carm.* 65. v. 58. Canopiis littoribus.

Canopitānus, a, um, idem quod Canopicus. *Solin. c.* 31. (*al.* 44.)

Canōpus, m. 2. *Bochir*, *Bichieu*, κάνωπος, urbs cum inſula Ægypti olim E. apud oſtium Nili, quod inde Canopicum dictum eſt, al. Heracleoticum, vel Naucraticum, patria Claudiani Poetæ, condita a Menelao, qui devicta Troja eo vi ventorum cum Helena delatus eſt, & nominata a Canopo Amyclæo ejus gubernatore, qui ictu ſerpentis, quem hæmorrhoida vocant, ibi interiit, & ſepultus eſt. ¶ *Juven. ſat.* 15. v. 46. Famoſum Canopum vocat, ſc. ob profligatam luxuriam, qua populus ille male audiebat. Eſt enim ea regio tertiliſſima: ex abundantia autem rerum omnium luxuria viget. ¶ Canopus quoque, vel Canobus Sidus eſt ingens, & clariſſimum, de quo videndus *Plin. l.* 6. *c.* 22. ¶ Fuit etiam Canopus Deus Ægyptiorum, de quo Vide *Rufinum l.* 11. *Hiſtor. Eccleſ. c.* 26.

Canor, oris, m. 3. *canto*, *concento*, זמרה, Germ. *melodey*, Gal. *melodie*, Hiſp. *melodia*, μέλος, cantus. *Ovid. l.* 5. *Met.* v. 561. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures. *Virg.* 4. *Georg.* v. 71. Æris canor. *h. e.* tubæ ſonus.

Canōre, adverb. canendo, cum cantu. *Apulej. l.* 1. *de dogm. Plat.* Muſice mundus, & canore movetur.

Canōrus, a, um, o. 1. 2. *ſonoro*, *canoro*, Germ. *vvolſingerd*, Gall. *reſonant*, Hiſp. *reſonante*, μελῳδικὸς, vocalis, ſonorus. *Cic. de Sen.* Canorum

norum illud in voce ſplendeſcit. Sic aves canoræ, *Virg. 2. Georg. v.* 328. Nugæ canoræ, *h. e.* verſus inepti, *Horat. de ar. Poet. v.* 322. Apud *Plin. l.* 4. *c.* 8. Fluvius canorus avium concentu. *riſonante.*

Canōſus, a, um, idem quod canus. *Vopiſcus in Probo ex Valariani litteris:* Mihi eo tempore (ea legio) credita eſt, quo & me canoſum cum gratulatione vidit.

Canta, pro *cantata* veteres uſi ſunt. *Feſt.*

Cantăber, bri, Hiſpaniæ Tarraconenſis populus, ut Cantaber bellicoſus, *Horat. l.* 2. *od.* 11. V. Cantabri.

Cantabrarius, ii, ſignifer qui cantabrum fert. *Cod. Theodoſ. l.* 14. *tit.* 7. *leg.* 2.

Cantăbri, m. 2. pop. Hiſp. Tarr. inter Aſtures ad Occ. & Autrigones ad Or. juxta Oceanum Bor. qui inde Cantabricus nominatur, quorum regio Cantabria, *la Biſcaya*, ubi nunc Biſcaja pro majore parte, & pars Auſtriæ Santillanæ, quæ cum late ſumitur, continet etiam Autrigones, Caristos, & Vardulos.

Cantabrĭca, herba, dicta a Cantăbris, qui eam in Hiſpania invenere ætate Auguſti. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Cantabrĭcus, a, um, adject. ut bellum Cantabricum. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 55. Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti.

Cantăbrum, i, pro furture, apud *Apicium l.* 7. *c.* 1. & *Cælium Aurelian. Tard.* 3. 2. & 4. 3. obſervavit *Turnеb. l.* 15. *Adverſ. c.* 16. ¶ *Vetus Scholiaſt. ad Juven. ſat.* 5. *v.* 9. Cantabrum caninum panem interpretatur. ¶ Cantabra etiam ſigna ſunt, ſeu vexilla quædam militaria. *Tert. Apolog. c.* 16. Sipara vexillorum, & cantabrorum ſtolæ crucium ſunt. Et *ad Nation. l.* 1. *c.* 12. In cantabris atque vexillis ſipara illa veſtes crucium ſunt. Adde *Minuc. Felic. in Octav. c.* 29. V. *Turneb. l. cit.*

Cantabundus, a, um, adject. cantans. *Gel. l.* 9. *c.* 13. affert ex hiſtoria *Claudii Quadrigarii*. Acidalius legit *captabundus* a capto, qua verbum eſt gladiatorium. Alii *cautabundus*. *Petron. in fragm. Tragur.* Sedeo ego cantabundus, & ſtellas numero.

Cantāmen, nis, n. 3. *incantaſimo*, Gall. *enchantement*, Hiſp. *encantamiento*, γοητεία, incantatio. *Proper. l.* 4. *el.* 4. *v.* 51. O utinam Magicæ noſſem cantamina muſæ.

Cantatĭo, onis, cantio. *Apul. l.* 2. *Metam. ad fin.* Cantationibus permulcere animum. *Varro* quoque hanc vocem agnoſcit *l.* 5. *L. L. pag.* 73.

Cantātor, m. 3. ᾠδὸς, qui conſuevit canere. *Martial. l.* 13. *ep.* 77. Cantator cygnus funeris ipſe ſui. ¶ Item *ſonatore*. *Gell. l.* 16. *c.* 19. Vetus, & nobilis Ario cantator fidibus fuit.

Cantātrix, icis, *cantatrice*, quæ canit *Claudian. de B. Gild. v.* 448. Imploret citharas, cantatriceſque choreas. ¶ Et pro ſaga, *Apul. ſub fin. l.* 2. *A. A.* Cantatrices anus.

Cantātus, us, ui, m. 4. cantio. *Alcimus Avit. l.* 5. *Carm. v.* 157. de plaga Ægyptiaca: Ranarum fœdis texit cantatibus urbes. Al. leg. implevit ſaltibus urbes.

Cantātus, a, um, nom. ex partic. celebratus, cantu laudatus. *Martial. l.* 7. *epigr.* 13. Amica cantata. & *l.* 9. *epigr.* 50. Toga cantata. ¶ Item magicis cantionibus obligatus, excantatus, *incantato*. *Propert. l.* 4. *el.* 5. *v.* 13. Audax cantatæ leges imponere Lunæ. *Sil.* 1. 430. Cantatus ignis. *h. e.* magicus.

Cantharĭas, fem. 1. gemmæ ſpecies, ſcarabæorum effigie. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Canthăris, idis, f. 3. *canterella*, κανθαρὶς, ſcarabæus, animalculum illud, quod frumentum erodit. *Plin. l.* 18. *c.* 17. ¶ Item animalculum venenoſum minuti ſcarabæi forma, viride, aureis lineis, quas in pennis tranſverſas habet, e vermibus naſcens, cujus ſuccus in venas ingreſſus ut venenum interimit. *Cic. l.* 9. *ep.* 21. Cajus, accuſante L. Craſſo, cantharidas ſumpſiſſe dicitur.

Cantharŭlus, li, diminut. a Cantharus, Bacchi inſigne, apud *Arnob. l.* 6. *ſub fin.*

Canthărus, i, m, 2. ταζζα, κάνθαρος, *Plaut. Perſ.* 5. 2. 40. Plenis cantharis bibere. *Virg. Ecl.* 6. *de Sileno:* Et gravis attrita pendebat cantharus anſa. Uti enim Herculis proprium poculum ſcyphus eſt, ita Bacchi cantharus. ¶ Eſt etiam aquæ conceptabulum ludicris formis elaboratum, per quas aqua ſalit. *Leg.* 41. §. 11. *Dig. de Legat.* 1. Si qui cantharі, per quos aquæ ſaliunt, poterunt legari, maxime ſi impoſiticii ſint. V. *Auſon. epiſtola Centoni*, ſive *Idyllio* 13. præmiſſa, & *Paulin. epiſt.* 12. *ad Sever.* & 31. ¶ Item navigii ſpecies. *Macrob. l.* 5. *c.* 21. ¶ Item piſcis genus. *Plin. l.* 32. *c.* 7. ¶ Item malleolus, quo fores pulſantur, ipſis foribus appenſus, quia anſa cantharum refert. *Plaut. Menæch.* 1. 2. 64. ubi tamen alii aliter interpretantur. ¶ Item cæleſte ſidus in Aquario tribus conſtans ſtellis.

Cantheriatus, a, um, cantheriis ſubnixus, ut arbuſculæ, ſeu vites cantheriatæ, *Columel. l.* 5. *c.* 4. ¶ Scribitur & *canteriatus*.

Cantherīnus, a, um, o. 1. 2. a cantherius, equus. *Plaut. in Men.* 2. 3. 44. Hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat. Solent enim equi ſtantes ſomniare, auctore *Plin. l.* 10. *cap. ult.* ¶ Catherinum hordeum, quod cantherios, & alia jumenta optime paſcit, vel quia folliculo caſtratum naſcitur. Idem dicitur hexaſticum, quia habet ſex verſus, ideſt, ordines granorum. *Col. l.* 2. *cap.* 9. ¶ Cantherinum lapathum Latini rumicem appellant. *Plin. l.* 20. *c.* 21. ¶ Scribitur & *canterinus*.

Cantheriŏlus, m. 2. parvum pedamentum, quo vitis fulcitur. *Col. l.* 11. *c.* 3. *ad fin.*

Cantherĭus, ſeu canterius, *cavallo caſtrato*, Germ. *ein vvallache*, Gall. *cheval hongre*, Hiſp. *caballo caſtrado*, κανθήλιος, equus, cui teſticuli amputantur, quaſi καν-θήλιος, aſinus magnus. *Varro*, & *Cato* a *caveo* deducunt, quod ſemine careat, quaſi *carentarius:* ex qua etymologia ſcribi poteſt ſine aſpiratione. V. Voſſ. Etymol. ¶ Cantherio vehi. *Senec. epiſt.* 87. ¶ Cantherius in foſſa, *Liv. l.* 23. *c.* 47. proverb. de re impedita, & periculoſa. ¶ Eſt etiam jugi, ſeu pedamenti genus, quo vitis innititur. *Colum. l.* 4. *c.* 12. ¶ Item tignum tecti oblongum a culmine ad extremum tectum ductum, quod ubi longius prominet, ſuggrundam efficit. *Vitruv. l.* 4. *cap.* 2. Hujuſmodi tigna in multis Italiæ locis *cantieri* appellantur.

Canthus, thi, m. 2. *cerchio della ruota*, κανθὸς, circulus ferreus, quo apſis, ſive rotæ curvatura munitur. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 71. pro ipſa rota poſuit, ubi ait: Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. docet, Afrum, vel Hiſpanum vocabulum eſſe, eo tamen uti *Perſium* tanquam recepto.

Canthus, fil. Abantis, unus ex Argonautis. *Valer. Flacc. l.* 1. 3. *&* 6.

Canticulum, li, diminut. a canticum. *Septim. Afer apud Terentianum*, *Maur. pag.* 2427. *Putſch.* Pinea brachia cum trepidant. Audio canticulum Zephyri.

Cantĭcum, i, n. *cantico*, *canzone*, *cantata*, ᾆσμα, ᾠδὴ, cantio, cantilena. *Quint. l.* 1. *c.* 2. Omne convivium obſcenis canticis ſtrepit. Adde *Petron. in Satyr. c.* 31. ¶ Speciatim dicitur pars Comœdiæ, in qua una tantum perſona ad tibias canit, μονῳδία. Tres enim Comœdiæ partes aſſignat *Diomed. lib.* 3. diverbium, canticum, & chorum: diverbium, cum plures alternis colloquuntur, canticum quando unus tantum, chorum, quando plures ſimul eandem rem una voce canunt. Aliquando *canticum* dicitur tota fabula, in qua una tantum perſona canit. *Cic. Fam. 9. ep.* 2. Forte noſti canticum, meminiſti Roſcium. ¶ Ab *Apulei. in Apolog.* dicitur de carmine magico. Item de carmine probroſo, & mordaci. *Id. ibid.* ¶ Adjective *Macrob. l.* 2. *in ſomn. Scip. c.* 3. Ita delinimentis canticis occupatur, ut &c.

Cantilēna, ſ. 1. *canzone*, זמירה, Ger. *ein geſang*, *ein lied*, Gal. *chanſon*, Hiſp. *cancion*, μελῳδία, carmen, canticum. *Cic.* 1. *de Orat.* Neque ex ſcholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum jactatione, rumore. *Brutus ad Cic. l.* 11. Totam iſtam cantilenam ex hoc pendere, ut plurimum lucri faciant.

Cantilenōſus, a, um, metricus, ad muſicam compoſitus. *Sidon. lib.* 3. *ep. ult.* Poetarum ſtilo cantilenoſæ nugæ. & *l.* 4. *epiſt.* 1. Si quid Lyricus cantilenoſum condidit.

Cantillo, as, ſubmiſſa voce cano. *Apul. l.* 4. *A. A.* Clamore ludunt, ſtrepitu cantillant.

Cantĭo, nis, ſ. 3. *canzone*, *canto*, שיר, Ger. *ein geſung*, ᾠδὴ, cantus. *Plaut. in Stich.* 5. 5. 19. Lepidam, & ſuavem cantionem. Ita Lambinus edidit, & Camerarius. At Taubman. ex MSS. cantationem. ¶ Sumitur & pro incantamento. *Cic. de clar. Orat. cap.* 60. Veneficiis, & cantionibus Titiniæ factum eſſe.

Cantĭto, as, a. 1. freq. a canto. *Cic. in Brut. c.* 19. Illa carmina, quæ in epulis eſſe cantitata a ſingulis convivis, &c.

Cantiuncŭla, f. 1. dim. a cantio, *canzoncella*, ᾀσμάτιον. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 18. Si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Canto, as, a. 1. cano, cantus edo, vel fundo, *cantare*, שיר, Ger. *ſingen*, Gal. *chanter*, Hiſp. *canatar*, ᾄδω, frequent. a cano. *Plin. lib.* 12. *c.* 26. Mares cantant in utroque genere. ¶ Item eſt incantare, *incantare*. *Virg. in Pharmaceutria:* Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. ¶ Item celebrare, tollere laudibus, *lodare*. *Horat. l.* 1. *od.* 22. Dum meam canto Lalagen. ¶ Ponitur & pro ſæpe dicere, inculcare. *Ter. Heaut.* 2. 1. 19. Qui harum mores cantabat mihi. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 10. Hæc dies noctesque tibi canto, ut caveas. Adde *v.* 69. ¶ Et pro ſimpliciter dicere. *Id. Bacch.* 4. 4. 61. Idem cantant litteræ, quod priores: h. e. idem continent, idem ſignificant. ¶ Poetæ cantare, ſeu canere dicuntur, cum carmina dicunt: ſed præcipue cum fabulas narrant. *Juven. ſat.* 4. *v.* 34. Incipe, Calliope; licet hic conſidere; non eſt Cantandum, res vera agitur. ¶ Cantare etiam ſeu canere dicebantur recitatores, ſeu declamatores, propter tractum pronunciationis genus, & hiſtrionales quos exprimebant modos: quod vitium perſtringit. *Plin. l.* 12. *epiſt.* 14. & *Auct. de cauſ. corrupt. Eloquent. cap.* 26.

Cantor, oris, *cantore*, שורה, שיר, Ger. *ſenger*, Gall. *chantre*, Hiſp. *cantor*, ᾠδὸς, qui cantum exercet. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. Omnibus hoc vitium eſt cantoribus &c. ¶ Sumitur & pro hiſtrione, & actore comico. Solebant enim olim hiſtriones, non, ut hodie, uno vocis tenore, ſed vario & multiplici, Cantorum more, recitare. *Horac. ad Piſones, v.* 155. Donec cantor, vos plaudite, dicat. *Suet. Calig. c.* 54. Aliorum generum artes ſtudioſiſſime exercebat: Thrax, & auriga, idem cantor, atque ſaltator. V. *Canticum.*

Cantrix, icis, cantatrix, *cantatrice*, ᾠδὸς. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 23. Cantrices, ciſtellatrices &c.

Canturĭo, is, ire. Gloſſ. Cyrilli: Canturit, ᾠδυρίζει. *Petron. in frag. Tragur.* Canturire belle. *Paulus epitomator Feſti in Dagnades:* Dagnades ſunt avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire ſoliti ſunt, quas vellicando, morſicandoque, & canturiendo aſſidue non patiuntur dormire potantes.

Cantus, us, m. 4. ſymphonia, vocis inflexio, *canto*, *canzone*, יבדה, Ger. *ein geſang*, Gal. *chant*, Hiſp. *canto*, μέλος, eſt inflexio vocis, & pro cantione cujuſcunque rei dicitur. *Cicer. 2. de Or.* Qui cantus moderata pronuntiatione dulcior invenirі poteſt? ¶ Cantus etiam pro incantatione, ſeu magicis carminibus accipitur, *incantesimo*. *Tib. l.* 1. *el.* 9. *v.* 21. Cantus & e curru Lunam deducere tentat. ¶ Dicitur etiam de ſono. *Cic. Verr. 7. c.* 13. Cantus ſymphoniæ. *Id. pro Mur. c.* 9. Cantus tubarum.

Canus, a, um, o. 1. 2. albus, candidus, *canuto*, *bianco*, שב, Germ. *gravv*, Gal. *chenu*, Hiſp. *cano*, πολιὸς, cui canent, ſive albent capilli præ ſenectute. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 15. Cano capite, atque alba barba. ¶ Transfertur & ad alia, ut Cani montes, albi ex nive, &c. *Virg.* 1. *Æn. v.* 29. Cana Fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus. Ubi *Serv.* Canam fidem dixit, vel quod in canis hominibus invenitur; vel quod ei albo panno involuta manu ſacrificabatur, per quod oſtenditur, fidem debere eſſe ſecretam. Hactenus *Serv.* Poſſis etiam canam fidem, priſcam, & veterem interpretari, quemadmodum & *Varro* Canam veritatem Atticæ Philoſophiæ alumnam dixit. Vel cana fides dicitur ob eam rationem, qua *candor* pro fide, & probitate adhibetur. ¶ Cani, orum, pro capillis canis V. ſuo loco.

Canuſinātus, a, um, qui ruſa veſte de Canuſina lana indutus eſt. *Martial. l.* 9. *epiſt.* 22. *Suet. Ner. c.* 30. V. Canuſium.

Canuſīnus, a, um, qui a Canuſio eſt, ut Canuſinus bilinguis, apud *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 93. qui ſcilicet Latino ſermoni Græca admiſcet. ¶ Canuſini birri, ideſt, lacernæ optimæ ruſo coiore. *Vopiſc. in Carino, cap. ult.* ¶ Hos eoſdem Canuſinas rutas appellat *Martial.* 14. *epigr.* 129.

Canuſĭum, n. 2. *Canoſa*, κανύσιον, urbs Apuliæ Peucetiæ, nunc agri Bariani, apud Aufidum fl. *Plin.* 3. 5. Laudatiſſimæ lanæ terax eſt, ut ſcribit *Plin. l.* 8. *c.* 48. Fuit autem coloris rutili, qui auxit pretium. Unde Canuſini birri. V. Canuſinus. ¶ Conditum fuit Canuſium a Diomede, ut indicat *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 92. Nam Canuſi lapidoſus, aquæ non ditior urna, Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim.

Capacĭtas, atis, ſ. 3. *capacità*, כדר, Germ. *eine vvoice*, Gall. *capacité*, Hiſp. *capacidad*, χώρησις, ſpatium capiendi, ſeu locus, qui capere, & continere poteſt. *Cic. Tuſc. l.* 1. *c.* 25. Utrum capacitatem aliquam in animo putamus eſſe? *Colum. lib.* 12. *cap.* 43. Pro capacitate vaſorum. ¶ Pro menſura cibi, quam quis capore ſolet. *Plin.* 18. 7. Athletarum capacitas jumentis ſimilis. ¶ Translate dicitur de jure, quod quis habet capiendi hereditatem. *Cajus Dig. l.* 31. *leg.* 57. Nullus eſt dominus, in cujus perſona de capacitate quæri poſſit.

Capacĭter, *capacemente*. *Auguſtin. lib.* 11. *Trin. cap.* 2. *ad fin.* Primordia feminum ſequuntur capaciter intentionem maternæ animæ.

Capanēus, a, um, adject. quinque ſyllab. a Capaneo. *Stat. l.* 12. *Theb. v.* 545. Auſa ante alias Capanea conjux.

Capanēus, a, um, aliud adject. *Id. lib. eod. v.* 764. Capaneaque miſimus umbris Pectora.

Capaneus, m. 2. per tres ſyllabas, καπανεύς, Argivus fuit, a quo primum ſcalarum oppugnatio dicitur inventa, qui una cum Polynice ad bellum Thebanum protectus, cum ſcalas muris admovere vellet, a Thebanis lapidibus eſt obrutus. Hinc factus eſt locus fabulæ, Capaneum, cum Deorum contemptor eſſet, a Jove fulmine percuſſum eſſe. ¶ In vocativo habet, *Capaneu*. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 21.

Capax, acis, o. 3. *capace*, *largo*, גרחב, Germ. *febig*, Gall. *capable*, Hiſp. *capaz*, δεκτικὸς, quod capit, ſeu continet, aut continere poteſt. *Plin. l.* 12. *c.* 1. Capax quindecim convivarum triclinium. *Cicer. in Orat. c.* 29.

Demo-

Demosthenes non semper implet aures meas; ita sunt avidæ, & capaces. *Liv. l. 9. c. 16.* Cibi, vinique capacissimus. *Plin. l. 11. c. 37.* Capaciora intestina ad alvum. *Id.* 37.2. Capax calix ad sextarios tres. *Ovid.* 8. *Met.* 243. Ad præcepta capax animus. ¶ Apud *Ulpian. Dig.* 9. 2. 5. Impubes capax injuriæ, est qui injuriam inferre potest. ¶ Dicitur etiam capax, a Jurisconsultis, qui acquirere, ac possidere aliquid potest. *Paul. Dig.* 34. 3. 29.

Capēdo, inis, f. 3. *ἀρυχωρίκ*, vas in sacris Deorum, a capiendo. *Cic. in Parad.* 1. *c.* 3. Capedines, ac fictiles urnulas fuisse.

Capedunculă, dimin. a capedo. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 17. Capedunculis, quas Numa nobis reliquit.

Capella, æ, diminut. a capra, *capretta*, *αἰγίδιον*. *Virgil. Ecl.* 7. *v.* 3. Distentas lacte capellas. ¶ Item sidus cœleste, seu potius stella una primæ magnitudinis in sinistro humero Aurigæ. *Plin. l.* 18. *cap.* 26. & 31.

Capellianus, a, um, ut Rutæ folium capellianæ: idest caprariæ, quam capreæ sectantur. *Martial. l.* 11. *epigr.* 32.

Capēna, f. 1. *Porta di S. Sebastiano*, porta urbis Romæ, a Capena opp. exc. apud lucum Feroniæ, quod ab Italo rege conditum est. *Juven. Sat.* 3. *v.* 11. Substitit ad veteres arcus madidamque Capenam. Madidam autem vocat, quia super eam portam aquæductus erat, ex quo aliquid semper stillabat. Sic *Martial. l.* 3. *epigr.* 47.

Capēnas, atis, ad Capenam oppidum pertinens. *Cic.* 4. *Verr. cap.* 12. Fundus Capenas. ¶ Est etiam *Capenas* parvus fluvius Tusciæ, ad locum Feroniæ. *Sil.* 13. 84.

Capēnus, a, um, adject. ad Capenas Thusciæ oppidum pertinens. *Virg. Æn.* 7. *v.* 697. Cymini cum monte lacum, lucosque Capenos.

Caper, pri, m. 2. *capro*, *becco*, תיש, Germ. *ein geschnittener bock*, Gal. *boucchatrè*, Hisp. *cabron castrado*, *τράγος*, mas castratus in genere caprino, a voce Tyrrhenorum *κάπρος*, caper. *Martial. l.* 3. *ep.* 24. Dum jugulas hircum, factus es ipse caper. ¶ Sumitur tamen etiam pro hirco. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 11. Vir gregis ipse caper deerraverat. ¶ Caper etiam dicitur fœtor alarum sub brachiis, qui ex sudore ibi collecto nascitur. *Catull. epigr.* 70. Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper.

Caperātus, a, um, rugosus, *rugoso*, ductum a caprorum frontibus crispis, auctore *Nonio c.* 3. *n.* 89. *Apul. Metam. lib.* 9. Insuavis, & odiosi mariti caperatum supercilium perhorrescit.

Capĕro, n. 1. *crespare la fronte*, כרוה, Germ. *runtzeln*, Gal. *rider*, Hisp. *rugar*, *ῥυσόω*, frontem rugis contraho, & asperitatem vultus ostendo, a crispis caprorum frontibus. *Plaut.* neut. usus est *Epid.* 5. 1. 3. Quid illud est quod illi caperat frons severitudine?

Capesso, is, ivi, itum, a. 3. obtineo, consequor, assequor, capio, *pigliare*, לקח, Ger. *anemen*, *greiffen*, *ἐπιχειρέω*. *Cic.* 4. *de Repub.* Æschines Remp. capessivit. ¶ Item exequendum suscipio, *eseguire*. *Virg.* 1. *Æn.* Mihi jussa capessere fas est. ¶ Item recipio. *Plaut. Amph.* 1. 1. 106. Me domum capessam. Simile est illud *ejusdem Auctoris*; Capessere se præcipitem ad malos mores. ¶ Capessere fugam, pericula, arma, pugnam, &c. *Liv.* & *Sallust. plurib. loc.*

Capētus, Atys, Epitus, Ægyptius, fil. Albæ, pater Capyos, sextus Rex Albanorum. Regnavit ann. 26. vel 29.

Caphareus, m. 2. trisyll. *καφαρεύς*, *Capo dell' Oro*, al. *Chimi*, al. *Figera*, promont. Orient. Eubœæ. Hic classis Argivorum periit, fraude Nauplii ejus insulæ regis, qui, ut Palamedis filii a Græcis interempti mortem ulcisceretur, ab eo promontorio Græcis tempestate laborantibus facem prætulit, qua decepti, in asperrimos scopulos inciderunt, *Serv.* ad *Æn.* 11. *v.* 260.

Caphareus, a, um, adject. quadrisyll. *Propert. l.* 3. *el.* 7. Saxa triumphales fregere Capharea puppes.

Capharnaum, urbs Palæstinæ, olim E. in Galilæa, ad oram Bor. lacus Genesaræ.

Capharnæus, a, um, ad Capharnaum pertinens, ut Capharnæa urbs, *Sedul. l.* 4. *v.* 82.

Capidŭlum, n. 2. genus vestimenti, quo caput tegebatur. *Fest.*

Capillacĕus, a, um, *capigliato*, *τριχώδης*. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Balsamum tenui, & capillacea coma.

Capillāgo, inis, capillus, capillamentum. *Tertull. de Anima*, *cap.* 51. Pro cerebri ubertate vel affluit capillago, vel deserit.

Capillamentum, i, *capellamento*, *capellatura*, *τρίχωμα*, capillorum complexus, quo nomine veniunt & illæ suppositititiæ comæ, quarum aliæ totum verticem tegunt, aliæ solam cervicem. *Tertull. de cult. fem. c.* 7. Adfigitis præterea nescio quas enormitates subtilium, & textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro. *Suet. Calig. c.* 11. Ganeas, atque adulteria capillamento cælatus, & veste longa noctibus obibat. ¶ Dicitur etiam de seminibus, & radicibus. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Quæ rectam non habent radicem, statim plurimis nascuntur capillamentis. *Colum. lib.* 4. *c.* 11. capillamenta seminum.

Capillāre, ris, unguentum capillorum. *Martial. l.* 3. *epigr.* 82. Mœchæ pauperis capillare.

Capillaris, re, adject. qui capillos habet, ut herba capillaris. *Apul. de herb. c.* 47. ¶ Capillaris, vel capillata arbor antiquissima Romæ, ad quam capillum tonsum Vestales Virgines appendebant Deo consecrantes. *Fest.* & *Plin. l.* 10. *c.* 44.

Capillatūra, æ, idem. *Tertull. de cult. fem. cap.* 7. Structores capillaturæ.

Capillātus, a, um, o. 1. 2. *τριχωτὸς*, qui crines longiores habet. *Cic. de lege Agrar.* 2. *cap.* 22. Nom minus bene nummatus, quam bene capillatus. & *cap.* 5. Capillatior quam ante, barbaque majore.

Capillitĭum, n. 2. *chioma*, *crine*, *κόμη*, capillamentum. *Apul. l.* 2. *A. A.* Capillitium flavum, & inaffectatum.

Capillor, d. 1. *mettere i capelli*, Ger. *haar machen*, Gal. *faire*, *commencer a avoir de chevoux*, Hisp. *hazer cabellos*, *τριχόω*, est capillos facere. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Polythrix in viridi capillatur.

Capillōsus, a, um, capillatus, capillis abundans. *Cæl. Aurel. lib.* 5. *c.* 2. Capillosum sedimen.

Capillŭlus, i, diminut. a capillus. *Lyricon*, *quod vulgo Cornel. Gallo tributum fuit*. Pande puella, pande capillulos, flavos, lucentes, &c.

Capillus, m. 2. *capello*, שׂער, Ger. *haupt haar*, Gal. *cheveu*, Hisp. *cabello*, *θρίξ*, crinis, quasi capitis pilus. *Cic. in Pison.* Erant illi compti capilli. ¶ In capillum involare, apud *Terent. Eun.* 5. 2. 2. *Gettarsi a' capelli.* ¶ Accipitur etiam pro barba. *Cic.* 2. *Offic. c.* 7. Dionysius cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum. ¶ Neque tamen de hominibus tantum, sed & de omnibus animalium cæterorum pilis dicitur. *Catul. epigr.* 25. Mollior cuniculi capillo. ¶ Dicitur autem capillus tener, seu mollis, passus, solutus, fusus, nexus, colligatus, vinctus, tortus, flexus, calamistratus, &c. *Horat. de Ar. poet. v.* 33. *Ter. Phorm.* 1. 2. *Juvenal. Sat.* 6. *Ovid.* ¶ Capillos in gratiam mortui tondebant Veteres, & sectos in eum conjiciebant. *Kirchmannus de funer. l.* 2. *cap.* 15.

Tom. I.

Capillus Veneris, *ἀδίαντον*, herba, dicta, quod delapsos post alopeciam capillos recreat. *Apulej. de herb. c.* 47. ¶ *Plin.* Adiantum, polytrichon, & callitrichon vocat.

Capio, is, cepi, captum, a. 3. comprehendo, prehendo, fero, *pigliare*, לקח, לכר, Ger. *fangen*, *nemmen*, Gal. *prendre*, *comprendre*, Hisp. *comar*, *caber*, *λαμβάνω*, est proprie manu capere. *Virg. l.* 4. *Georg.* Cape saxa manu, cape robora pastor. ¶ Capio, & accipio differunt, quia *capere* est cum affectu, *accipere*, cum quis non sic accipit, ut habeat. Ideo, ut *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. penult. leg.* 71. scribit, non videtur quis capere, quod est restituturus. *Valer. Max.* Ut non coactus ensem accipere, sed sua sponte sumere videretur. ¶ Habet interdum reciprocum usum. *Ovid.* 1. *Trist. eleg.* 7. Oblivia nostri te ceperunt. *Plin. l.* 7. *c.* 24. Propinquorum cepit oblivionem. *Virg. Ecl.* 8. Alter ab undecimo jam me tum ceperat annus. Sic Cepi voluptatem, & cepit me voluptas, Cepisti dolorem, cepit te dolor. ¶ Quandoque significat tacere, *fare*. *Ter. in And.* Non si capiundos mihi sciam inimicos homines omnes. ¶ Quandoque delectare, *dilettare*, inescare, irretire, ex translatione ferarum, venatusque. *Horat.* 2. *Serm.* Te conjux aliena capit. Sic capere aliquem sua humanitate. *Ter. Andr.* 4. 1. 27. ¶ Quandoque propitiari. *Lucr. l.* 2. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. ¶ Quandoque eligere, *Ter. in Hec.* Quum illum generum cepimus. ¶ Quandoque perpeti, *patire*. *Id. in Heaut.* Omnes mihi labores, quos cepi, fuere leves. ¶ Quandoque tenere, *capire*. *Id. ibid.* 2. 3. 13. Ædes nostræ vix capient. ¶ Quandoque invadere, occupare, *prendere*. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 10. Capere oppida vi oppugnando. Sic capere portum, *Cæs. l.* 4. *B. G. cap. penult.* ¶ Aliquando amore accendi, *innamorarsi*, unde capti amantes dicuntur. *Lucil.* Ne aspectu, & forma capiare aliena. ¶ Capere consilium est deliberare. *Cic.* Cum autem consilium hoc princeps cepisset. ¶ Capere rationem est modum invenire. *Plaut.* Rationem cepi, ut & amanti obsequerer, & patrem non offenderem. ¶ Capere fidem, *pigliar parola*. *Liv.* Rex Legatos misit ad capiendam fidem ab Imperatoribus Roman. ¶ Capere absolute, pro decipere, *Cicer. Acad.* 4. *c.* 20. Sapientis est cavere, ne capiatur. ¶ Est etiam verbum Augurum, cum locum eligebant ad fines templorum statuendos, de quo V. in Captus. ¶ Significat aliquando convincere. *Plaut. Amph.* 2. 2. 189. Tu si me impudicitiæ captas, non potes capere. ¶ Dicimus etiam capere, quæ in naturam nostram, sensum, & vires cadunt. *Curt. l.* 7. *c.* 8. concupiscis, quæ non capis. Et *l.* 3. *c* 13. Magnitudinem fortunæ non cepit. *Capitolin. in Vero*, *cap. ult.* Nota est tabula, quam Marci vita non capit: h. e. quæ non cadit in Marci vitam, quæ aliena est a secta, & instituto Marci. ¶ Non capiunt indulgeri: h. e. non possunt. *Tertull. de Pudic. cap.* 1. Sed apud hunc Auctorem *capit* pro potest, seu licet frequentissimum est. ¶ Capere pro coercere, frænare, apud *Ovid. Trist. l.* 4. *eleg.* 4. *v.* 230. Nec natum in flamma vidisset, in arbore natas, Cepisset genitor si Phaethonta Merops. ¶ Est etiam verbum Pontificiale. Cum enim Pontifex Maxim. Virginem legebat, quæ Vestæ deserviret, tunc eam capere dicebatur, & velut captam bello abducere. *Lege c.* 12. *Gell. l.* 1. Adde & *Tacit. Ann.* 15. *c.* 22. ¶ Captus, a, um, V. suo loco. *Capsis* pro *cape si vis* olim usurpatum fuisse, testatur *Cic. in Orat. c.* 45.

Capis, dis, poculum ansatum, a capiendo, quia facile capitur, vel a *καπίθη*, mensura, seu vas, quod capit duas cotylas Atticas. *Liv. l.* 10. *cap.* 7. Si conspiciatur cum capide, & lituo, capite velato, victimam cædat.

Capisterĭum, n. 2. genus vasis rustici, in quod infusa aqua, frumenti grana expurgantur. *Colum. l.* 2. *c.* 9. Semen, quod exteritur, capisterio expurgare.

Capistrātus, a, um, capistro vinctus. *Ovid. Heroid. epist.* 2. *v.* 80. Inque capistratis tigribus alta sedes.

Capistro, as, a. 1. *incapestrare*, חסם, Ger. *ein halffter anlegen*, *anbinden*, *κημόω*, capistrum impono. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Fiscellis capistrari boves oportet. ¶ Item vites vinculis colligare. *Colum.* 11. 2. *sub fin.*

Capistrum, n. 2. *capestro*, *legame*, *fune*, כרסים, Ger. *halffer*, Gal. *licou*, *chevètre*, Hisp. *xaquima*, *cabestro*, *κημὸς*, capitis vinculum, quod equis, & hujusmodi animalibus adhiberi solet, ne fugiant, a caput, vel a capio, quod eo jumenta capiuntur, & tenentur. *Martial.* Paret purpureis aper capistris. ¶ Capistra etiam dicuntur vincula, quibus vites ligantur. *Colum. l.* 4. *c.* 20. Cum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur. ¶ Sunt etiam retinacula prælorum. *Cato R. R. c.* 12.

Capĭta Deorum, dicebantur fasciculi facti de verbenis. *Fest.*

Capĭta Minerva cognominata est a Romanis, eoque nomine culta mense Martio per quinque dies, quos Quinquatria appellabant. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 837. ¶ Al. leg. *Minerva capta*.

Capĭtal, alis, n. dictum per apocopen a *Capitale*, genus est operimenti, quod capiti imponitur. *Varr. l.* 4. *L. L.* ¶ Festus interpretatur linteum, quo in sacrificiis utebantur. ¶ Item facinus, quod capitis pœna luitur. *Plaut. in Men.* 1. 1. 16. Tametsi capital fecerit, facile asservabis.

Capitālis, le, o. 3. *capitale*, *mortale*, Ger. *das den tod verschult hatt*, Gal. *capital*, *criminel*, *mortel*, Hisp. *criminoso*, *digno de muerte*, quod capitis supplicium meretur. *Cic.* 7. *Verr.* Insimulatio repentina capitalis, atque invidiosi criminis. ¶ *Capitalis homo*, non solum pro scelesto, qui est dignus puniri capite, sed etiam, qui promptus est ad cædem, *pestifero*. *Cic. in Anton.* Capitalem, & pestiferum M. Antonii reditum a Brundusio expectabamus. ¶ Capitalis oratio; h. e. perniciosa. *Cic. l.* 1. *Offic.* Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens. ¶ Capitalis ira ab *Horatio* dicitur pro mortifera, *l.* 1. *Sat.* 7. *v.* 13. ¶ Capitale odium, & capitalis morbus, quod caput, & vitam hominis petant, *Cic. de Senect.* Sic capitalis inimicus, apud *Plaut.* 4. 2. 57. ¶ Capitale facinus dicitur, quod capitis pœnam meretur. *Cic.* 1. *nat. Deor.* In civitate fieri facinora capitalia. ¶ Capitalis pro solerti, & ingenioso quandoque ponitur. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *epi.* 12. Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, pene pusillus Thucydides. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 839. Capitale vocamus Ingenium solers.

Capitalĭter, adverb. *capitalmente*, *κεφαλικῶς*. *Plin. l.* 1. *epist.* 5. Quam capitaliter me ipsum apud Centumviros lacessisset: h. e. usque ad periculum capitis: Sic capitaliter odisse, *Ammian. l.* 21. *c.* 32. Capitaliter animadvertere, *Veget. l.* 2. *c.* 22. *de re militari*.

Capitarium æs, quod capi potest, *Fest.* Vel, quod caput est, & sors: vel quod capite penditur, non censu, ut exponit *Scalig. ad Fest.*

Capitatĭo, nis, f. 3. tributum, quod in capita ita distributum erat, ut jugatio in juga boum. *L. immunitates*, & *l. seq. Cod. de agric.* & *cens. l.* 11. Adde *Gell. l.* 16. *c.* 10. ¶ Item annona. *Tit. C. de annona*, & *capitatione*.

Capitatus, a, um, o. 1. 2. *κεφαλωτός*, quod in caput latius crescit. *Colum. l.* 12. Cultus porri capitati assidua sarritio, & stercoratio est. *Idem l.* 5. *c.* 5. Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant. *Capitatæ* autem *vineæ* dicuntur, ubi ita componuntur vites, ut non in brachia, sed in capita adolescant.

Capite censi, m. 2. erant, qui in Plebe Romana nullo ære censebantur, a censione capitum, quod solis capitibus, idest, solis personis censerentur. Horum opera Romani in bello non utebantur, quod opes civium

obsidum loco ducerent, metuerentque, ne infimæ sortis homines, qui nihil, quod amittere possent, in urbe reliquissent, aut segniter pugnarent, aut facile spe lucri ad hostes deficerent. Differebant a Proletariis, qui Reipublicæ nihil præter prolem filiorum dabant in usum belli. *Gell. l. 16. c.* 10. Qui in plebe Romana pauperrimi erant, neque amplius quam mille quingentum æris in censum deferebant, proletarii appellati sunt, qui vero nullo, aut perquam parvo ære censebantur, capite censi vocabantur. *Sallust. in Jugur. c.* 91. V. *Sigon. l.* 1. *c.* 4. *de antiquo jure Civ. Rom.*

Capitellum, n. 2. *capitello*, כותרת, Ger. *ein keuptin*, Gal. *capiteau*, Hisp. *capiter*, κεφάλαιον, diminut. est a capitulum, & significat parvum caput, idest, crassiorem summitatem cujuscunque rei. *Plin. l.* 24. *c.* 19. Inde ramuli assurgunt sua capitella gerentes. Al. leg. *capitula*. ¶ Item capitulum columnarum. Nam inferior pars basis dicitur: *Corippus l.* 4. *v.* 59. Buxea populeis aptant capitella columnis. Adde *Plin. l.* 36. *c.* 23. ubi alii leg. *capitulum*.

Capitis diminutio, f. 3. κεφαλῆς ἐναλλαγή, est prioris status mutatio. Triplex est, maxima, minima, media. Tria enim sunt, quæ habemus, libertas, civitas, familia. Igitur cum hæc omnia amittimus, maxima dicitur capitis diminutio, ut est *deportatio*: cum vero amittimus civitatem, & libertatem retinemus, media est, ut est *in colonias Latinas transportatio*: cum libertas, & civitas retinetur, & familia tantum mutatur, minima capitis diminutio vocatur, velut est *adoptatio*. *Cic. pro Domo*, Impendentibus periculis maximis cum diminutione capitis. Sic & *Horatius de M. Regulo, l.* 3. *Od.* 5. Fertur pudicæ conjugis osculum, Parvosque natos, ut capitis minor, Ab se removisse.

Capitium, n. 2. mulierum integumentum, quo illæ pectus tegunt, a capiendo, quod pectus capit, seu comprehendit. *Varro l.* 4. *de L. L.* & *l.* 5. *de vita Pop. Rom.* Sed *Nonius c.* 14. *n. penult.* capitis tegmen interpretatus est.

Capito, onis, m. *chi ha gran testa*, Κεφαλάλγος, qui magnum habet caput, *chi ha testa grande*. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 29. Redeo ad Deos, ecquos arbitramur nævum habere? ecquos silos, flaccos, frontones, capitones? ¶ Apud *Plaut. in Pers.* 1. 2. 8. duri Capitones sunt impudentes, ore improbo, perfricta fronte. *Lambinus* autem putat ita dictos a pertinacia in edendo. Nam de Parasitis sermo est. V. *Taubman.* ¶ Est etiam Capito piscis, alio nomine Cephalus. *Cato R. R. c.* 158.

Capitolinus, a, um, adjectiv. a Capitolio, ut Jupiter Capitolinus, qui magnifice colebatur in Capitolio. *Cic. pro Rabir.* ¶ Capitolini ludi, in honorem Jovis Capitolini, ob servatum a Gallis Capitolium instituti. *Liv. l.* 5. *c.* 50.

Capitolium, n. 2. *Campidoglio*, Καπιτώλιον, unus ex septem Romæ collibus. Primo dictus est Tarpejus a virgine Tarpeja filia Sp. Tarpeji præsidis arcis, quæ arcem Sabinis prodidit, & ibi necata ab iisdem fuit. Deinde L. Tarquinio Superbo regnante Capitolium, & Clivus Capitolinus dici cœpit, quia cum Rex Jovi templum ædificaret, qui fundamenta effodiebant, caput hominis Toli nomine invenere, quo Romam caput mundi fore intellectum est. *Liv. l.* 1. ¶ Hinc & aliarum urbium magnifica templa, arcesque, Capitolii nomine appellabantur. Sic Capitolium Capuæ *Suet.* memorat in *Calig. c.* 57. ¶ Poetæ in plurali etiam usurpant. *Virg. Æn.* 6. Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho. *Ovid.* 1. *Trist. eleg.* 3. *v.* 29. Ab hac Capitolia cernens.

Capitularii, orum, *sotto esattori*, in *Cod. l.* 12. *tit.* 29. *leg.* 2. appellantur, qui adjutores sunt arcarum præpositis, & Tabulariis, h. e. exactores capitum, seu rationum publicarum. Adde *Symmach. l.* 9. *ep.* 10. ubi al. leg. *capitulani*, sed eodem sensu.

Capitularius, a, um, ad Capitularios pertinens, ut Capitularia functio, *l.* 11. *Cod. Theodos. tit.* 16. *leg.* 14.

Capitulatim, adv. *sommariamente*, summatim, per capita. *Plin. l.* 2. *c.* 12. Capitulatim attingam. *Nepos in Catone, c.* 3. Atque hæc omnia capitulatim sunt dicta.

Capitulatus, a, um, idem quod capitatus. Apud *Cels. l.* 8. *c.* 1. & *Plin. l.* 17. *c.* 21. Surculus capitulatus.

Capitulum, n. 2. *capo picciolo*, Ger. *heuptlin*, κεφάλαιον, parvum caput. *Plaut. Curc.* Operto capitulo caldum bibunt. ¶ Est & vox blandientis. *Terent.* O lepidum capitulum. ¶ Aliquando dicitur initium sententiæ, *capitolo*, quod principia sententiarum per metaph. capita vocantur. *Cic.* 1. *de Leg.* Si audierint, te primum capitulum optimum prodidisse. ¶ Item capitulum dicitur caput columnarum, κεφάλαιον, *capitello*. *Plin. l.* 36. *c.* 23. Columnis spiræ subditæ, & capitula addita. Adde *Vitruv. l.* 4. *c.* 1.

Capnias, καπνίας, gemma est ex jaspidum genere, veluti fumo infecta, a καπνός, fumus. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Capnitis, f. 3. καπνίτης, cadmiæ species tenuissima, quæ e fornacibus flamma, atque flatu egesta cameris, lateribusque fornacum adhæret. *Plin. l.* 34. *c.* 10.

Capnos, ni, sive capnon, herba est, al. fumus terræ. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Capnumargos, argilla rufa, qua arva pinguescunt. *Plin. l.* 17. *c.* 7.

Capo, V. Capus.

Cappa, litera Græcorum. Cum malum hominem Græci significare volunt, dicunt eum habere unum cappa, cum pejorem, duo, cum pessimum, tria, intelligi volentes, illum esse Cretensem, Cilicem, Cappadocem, qui singularis fuisse improbitatis existimantur. *Suid.*

Cappadocia, f. 1. regio Asiæ, mari Euxino exposita, aliquibus Armenia minor. Ab Occ. habet Galatiam, ab Or. Armeniam, a Mer. Ciliciam, Tauro. M. dividente. Dicta est a Cappadoce fl. ante Leucosyria vocabatur.

Cappadocius, & Cappadócus, a, um, adject. a Cappadocia, ut Gemma Cappadocia, *Plin. l.* 37. *c.* 10. *Martial. l.* 10. *epigr.* 76. Nec de Cappadocis eques catastis.

Cappadox, ocis, qui ex Cappadocia est. *Lucan. l.* 7. *v.* 225. Cappadocum montana cohors. *Cic. post Redit. c.* 6. Cappadocem modo abreptum de grege venalium ducens.

Cappari, n. indeclin. & Cappar, is, n. & Capparis, is, f. 3. *cappari*, Ger. *capern*, Gal. *capre*, Hisp. *alcaparra*, κάππαρις, frutex est firmioris ligni, senticosus, & humilis, baccis oleæ, sed minoribus. *Col. lib.* 10. *v.* 118. Capparis, & tristes inulæ. *Palladius l.* 11. *tit.* 11. Tymum, & origanum, & cappar. *Cels. l.* 4. *c.* 9. Huic rei cappari aptum est.

Cappas, pro marinis equis habet *Festus*. Al. leg. Campas.

Capra, f. 1. *capra*, עז, Ger. *ein geiss*, Gal. *chevre*, Hisp. *cabra*, αἴξ, animal notum, quasi *carpa*, quod virgulta carpat. *Var. R. R. l.* 2. *c.* 3. ¶ Est etiam Capra signum cæleste, quæ, ut Poetis placet, Amaltheæ capra fuit, cujus lacte educatus Juppiter, postea rerum potitus inter astra eam collocavit. Constat ex viginti sideribus. *Ovid.* 3. *Fast. Col. l.* 11. *c.* 2. Decimo Cal. Jan. Capra occidit mane, tempestatem significat. ¶ Est etiam Capra meteori igniti nomen, de cujus appellationis ratione sibi non liquere ait *Senec. Natural. Quæst. l.* 1. *c.* 1.

Caprarius, m. 2. *capraro*, Germ. *geisshirt*, Gall. *berger de chevres*, Hisp. *cabrero, o cabrerizo*, αἰγονόμος, custos caprarum. *Var.* 2. *de R. R. c.* 3. *Col. l.* 3. *c.* 10. ¶ Adjective usus est *Solinus c.* 1. (*al.* 6.) Locatus est ad caprarios pastus a matre.

Caprea, f. 1. *capra selvatica*, δόρκας, animal sylvestre, non solum videns acerrime, sed & aliis visum præbens, unde δόρκος Græcis dicitur, a δέρκω, video. Asserunt enim Medici, huic animali intra viscera humorem quendam inesse, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosque visus exacuat. *Martial. lib.* 13. *epigr.* 99. Pendentem summa capream de rupe videbis. ¶ Est & caprea vitis, dicta, ut inquit *Varr. R. R.* 1. 31. quod pariat capreolum. Sed ibi alii aliter legunt.

Capreæ, arum, *Capri*, Καπρέαι, ins. R. Neapol. Campaniæ adjacens, in mari Tyrrheno, in ora fin. Crateris. Coturnicibus abundat.

Capreensis, se, ad Capreas insulam pertinens, ut Capreensis secessus, *Sueton. in Tiber. c.* 43.

Capreolatim, adverb. quod Elmenhorstius *implicate* interpretatur. *Apul. l.* 11. *p.* 268. In modum rotæ tortuosis, capreolatimque condensis apicibus. h. e. literis vario, & inconsueto ductu in se implicitatis.

Capreolus, li, m. 2. *capriolo*, צבי, Germ. *ein reh*, Gal. *petit chevreuil*, Hisp. *cabrito, montes*, δορκάδιον, animal sylvestre, diminut. a caprea. *Virg.* 2. *Ecl.* Præterea duo nec tuta mihi valle reperti capreoli. ¶ Sunt etiam capreoli claviculi intorti in vitibus, & veluti quidam cincinni, in tenerioribus pampinis apparentes, quibus vitis, veluti manibus quibusdam, adminicula complectitur. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 31. ¶ Præterea capreolus est ferramentum bicorne, a similitudine cornuum capreoli, *Colum. l.* 11. *c.* 3. Capreolis, quod genus bicornis ferramenti est, terra commoveatur. ¶ Denique in architectura capreoli, συγκύπται, sunt proclinata hinc, atque hinc ligna, quæ canterios sustinent, quia sicut capreoli vitium arbores, ita ligna illa canterios complectuntur, *contrafissi*. *Vitruv. l.* 4. *c.* 2. & *l.* 10. *c.* 19. Adde *Cæs. de B. G. l.* 2. *c.* 10.

Capricornus, m. 2. αἰγόκερως, cæleste signum, quod ex viginti, & octo sideribus constat. Cum in Ægypto Dii convivium celebrarent, repentino adventu Typhonis, seu Thyphoei Gigantis omnibus perterritis, alii se in alias formas transmutarunt, Pan interiorem partem in effigiem piscis, superiorem in formam hirci commutavit, seque in flumen dejecit. Periculum ubi evaserunt, ingentes risus de Panis metamorphosi ediderunt. Juppiter vero admiratus ingenium, hanc figuram in cælum transtulisse fertur. ¶ Sed aliqui dicunt, hoc signum fingi capram referre propter capram Jovis nutricem, & capram scandentem, quia Sol, ubi ad Capricorni sidus pervenerit, iterum ad nos revertitur, inferiore vero parte piscem, quia primus tunc incipit mensis hyemis, in qua copiosissimi imbres de aere labuntur. *Isid. l.* 3. *c.* 70. ¶ Alii volunt, Capricornum Jovis fuisse collactaneum. Amalthea enim, cui Juppiter nutriendus datus erat, cum ipsa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hædos. Hos Juppiter una cum matre in cælum transtulit. ¶ Stellam habet in naso unam, in pectore duas, in pede duas, inter scapula septem, in ventre sex, in cauda duas, *Horat. l.* 2. *od.* 17. *Cic. in Arat.*

Caprificatio, onis, f. 3. ἐρινασμός, ratio quædam perficiendi, ut culices, seu vermiculi, qui e grossis caprifici gignuntur, ad alias ficus advolent, humoreque earum lacteo consumpto, ad maturitatem eas perducant. Vide *Plin. l.* 15. *c.* 19.

Caprificialis, le, ut Dies caprificiales, idest Caniculares Vulcano sacri, quibus mulieres sub caprifico sacra faciebant. *Plin. l.* 11. *c.* 15.

Caprifico, as, are, est culicibus e caprifico genitis ficubus aliis maturitatem afferre, quod fit, cum lacteum humorem in iis contentum absumunt. *Plin. l.* 16. *c.* 27. Fici caprificantur. *Pallad. l.* 7. *c.* 6. Nunc caprificandæ sunt arbores fici. V. *Plin. l.* 15. *c.* 19.

Caprificus, fici, f. 2. *ficaja selvatica*, Ger. *feigen vvildt*, Gal. *figuier sauvage*, Hisp. *cabrahigo*, ἐρινεός, ficus est sylvestris, cujus fructus nunquam maturescunt, dicta, quod parietes carpit, & saxa sibi obstantia discerpit, quia in muris innascitur, vel quod arbor hæc Messeniis τράγος, dicta est, idest, hircus, unde etiam veteres Latini eam capram vocavere, & caprificum, ut a capro animali distinguerent. *Mart. l.* 10. *epigr.* 2. Marmora Messalæ scindit caprificus. ¶ Metaphorice *Pers. sat.* 1. *v.* 25. Quod didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ semel intus Innata est, rupto jecore exierit caprificus? h. e. gloriæ cupiditate.

Caprigenus, a, um, o. 1. 2. *caprigno*, Ger. *geissgeschlecht*, Gal. *de nature de chevres*, Hisp. *cabruno*, αἰγογενής, ex caprarum genere. *Plaut. in Epid.* 1. 1. 16. Caprigenum hominum genus non placet mihi. De iis loquitur, qui semper febricitant. Scripsit autem *Plin. l.* 8. *c.* 50. Capras perpetua febri laborare. Sic caprigenum pecus *Auson. epigr.* 76. *Macrob. l.* 6. *c.* 5.

Caprile, n. 3. αἰγών, locus, ubi capræ servantur. *Plin. l.* 28. *c.* 10. In caprilibus optime convalescunt.

Caprimulgus, i, qui capras emulget, αἰγοθήλης, pro convicio est apud *Catull. epigr.* 22. *ad Varrum*. ¶ Caprimulgi, m. 2. aves sunt merulæ aspectu, aliquanto grandiores, quæ interdiu non videntur, nec ipsæ vident, intrant pastorum stabula, caprarumque uberibus propter succum lactis advolant, qua injuria emoriuntur ubera. *Plin. l.* 10. *c.* 40.

Caprinus, a, um, o. 1. 2. quod ad capram pertinet. *Cic. l.* 1. *c.* 19. *de nat. Deor.* Pellis caprina. *Horat. l.* 1. *epist.* 18. *v.* 15. Alter rixatur de lana sæpe caprina. *h. e.* de re trivola, & inutili.

Capripes, edis, adject. caprinos pedes habens. *Horat. l.* 2. *od.* 19. Capripedes Satyri. *Propert. l.* 3. *el.* 15. Capripedes calamo Panes hiante canent.

Capronæ, sive capronea, arum, f. 1. προκόμια, comæ, quæ ante frontem sunt, quasi a capite pronæ, vel simpliciter a *capite*, vel a *capero*, contraho, quia frontem caperant, & corrugant. Alio nomine dicuntur *antiæ, anteventuli, propenduli*. *Lucil. l.* 7. *Sat.* Comas nutare capronas. apud *Non. c.* 1. *n.* 81. *Apul. l.* 1. *Flor. de Apolline*: Promulsis capronis anteventuli. Al. leg. *caproneis*.

Caprotinam Junonem veteres dixerunt, quod illi Nonis Caprotinis sub caprifico sacra fierent ab ancillis simul, & liberis. Nam post Urbem captam, cum sedatus esset Gallicus tumultus, exhausta Rep. finitimi opportunitatem invadendi Romani Imperii aucupati, prætecerunt sibi Posthumium Livium, Fidenatium Dictatorem, qui Feciale ad Senatum misso, postulavit, ut si vellent, reliquias suæ Urbis non deleri, matres familias, & virgines omnes sibi dederentur. Cum Patres essent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (ut alii malunt) Tutela, assumptis cæteris omnibus ancillis, matrumfamilias, virginumque habitu, nomine dominarum ad hostes transiit, prosequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ cum a Livio in castris distributæ essent, viros plurimo vino provocaverunt, diem festum apud se esse simulantes, quibus somno obrutis, ex caprifico dato signo hostes trucidati sunt. Memor itaque pop. Rom. accepti ab ancillis beneficii, omnes jussit manumitti, dotemque eis ex publico assignavit, diemque ipsum Nonas Caprotinas appellavit, ab illa caprifico, ex qua signum acceperant, sacrificiumque annuum Junoni Caprotinæ sub caprifico instituit, cui etiam lac, quod ex caprifico fluit, ad rei memoriam adhibebatur. *Macrob. l.* 1. *sat. c.* 11.

Caprotinus, a, um, adject. *Auson. de feriis Rom. v.* 9. Festa caprotinis celebrabo solemnia nonis.

Capruginеus, & Caprugnus, a, um, adject. idem quod caprinus, ut ca-

pru-

ptugineï lumbi. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 13.* Ita legit *Salmaſ. ad Solin.*

Capruncŭlum, n. 2. vas fictile, ſic dictum fortaſſe, quia capri habuit figuram. *Feſt.* Sed videtur eſſe *capunculum* dim. a *capis*.

Capſa, f. 1. *caſſa*, ארגז, Ger. *kaſter*, Gall. *coffre*, Hiſp. *cofre*, *arca*, κιβωτός, arca, ciſta, a capſo, fut. verbi capio, quo veteres uſi ſunt pro *cepero*, quod res in ſe reconditas capiat. *Cic. 1. Ver. c. 16.* Si te ſemel ad meas capſas admiſero.

Capſăces, æ, m. *vaſo da oglio*, ὁ κρωβύλος, vas olearium. *Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtoch. c. 14.* Mirum in modum capſace completo, qui alendus venerat, alit.

Capſārius, m. 2. *caſſiere*, qui capſas facit. *l. ult. Dig. de jure immunit.* ¶ Item qui pueris in ſcholam euntibus portat capſam librariam. *Sueт. in Ner. c. 36.* Conſtat, quoſdam cum pædagogis, & capſariis, uno prandio pariter necatos. ¶ Item qui mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipit. *Paul. l. 3. parag. fin. ff. de off. Præf. Vig.*

Capſella, æ, diminut. a capſa. *Ulpian. l. 12. §. Conſervandi Dig. de Inſtruct. & Inſtrum.*

Capſis, cape, ſi vis. *Feſt.* Capſit, prehenderit. *Cic. in Or. c. 45.* Jam in uno capſis tria verba ſunt. h. e. *cape, ſi vis*.

Capſo, pſis, pſit, veteres dicebant, pro cepero, a capio. *Plaut. Bacchid. 4. 4. 61. Pſeud. 4. 3. 6. Rud. 2. 1. 15.*

Capsŭla, f. 1. dim. a capſa. *Plin. l. 30. c. 11.* Stellionem incluſum capſulis ſubjiciunt capiti. ¶ Totos de capſula, *Senec. epiſt. 115.* eos dicit, qui maxime ſtudent munditiæ. V. ibi *Lipſ.*

Capſus, i, m. 2. eſt ſeptum ſudibus factum. *Veller. Paterc. l. 1. c. 16.* Clauſa capſo animalia. V. *Salmaſ. ad Spartiani Hadrian.* & *Vopiſci Proculum*. ¶ Item rhedæ pars, qua qui vectantur, ſedent. *Vitruv. l. 10. c. 14.* Ad capſum rhedæ loculamentum firmiter figatur.

Captabundus. V. Cantabundus.

Captatĕla, æ, f. captio, prehenſio. *Captatela pallii* eſt prehenſio pallii, cum eo amicimur. *Tertull. de pall. c. 5.* ubi alii aliter legunt.

Captatĭo, onis, prehenſio, ut *Cic.* vocat. Captatio teſtamenti *Plin. l. 20. c. 14.* h. e. ars blandiendi aliis, ut teſtamento heredem ſcribant. ¶ Captatio verborum, *Cic. in Partit. c. 23.* h. e. exquiſita verborum exquirendorum diligentia. ¶ Eſt etiam gladiatorum vocabulum. *Quintil. l. 5. c. 13.* Ut gladiatorum manus, quæ ſecundæ vocantur, fiunt & tertiæ, ſi prima ad evocandum adverſarii ictum prolata erat; & quartæ, ſi geminata captatio eſt, ut bis cavere, bis repetere oportuerit.

Captator, oris, qui venatur, & ambit aliquid quovis modo ut Captator popularis auræ, *Liv. l. 3. c. 33.* ¶ Κατ' ἐξοχὴν, & abſolute Captatores dicuntur, qui hereditates, ac legata ambiunt, eamque ob rem ſenes orbos & divites ſectantur, & ſimulato obſequio eos ſibi conciliare ſtudent, omnes injurias fœdiſſima adulatione, & diſſimulatione patientes. *Juvenal. ſat. 10. v. 202.* Uſque adeo gravis uxori, gnatiſque, ſibique, ut Captatori moveat faſtidia Coſſo.

Captatorĭus, a, um, o. 3. 2. κολακευτικός, fraudulentus, adulatorius, ut Captatoriæ ſcripturæ. Papin. & Cajus JCti. Inſtitutio captatoria. *Paulus l. 29. D. de hær. inſtituend.*

Captātrix, icis, *Apul. de Dogm. Plat. l. 2. p. 16.* Adulandi ſcientia captatrix veriſimilium.

Captātus, a, um, particip. a *capto*, *ar. Ovid. 4. Met. v. 72.* Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris. *hoc eſt* datus invicem, & acceptus. *Id. Met. 11. v. 768.* Heſperie ſæpe captata. *h. e.* adamata *Quint. 9. 3.* vox non captata, ſed velut oblata. *non cercata a poſta. Ovid. 3. Met. 2. 279.* Captatum tempus.

Captensŭlus, a, um, adject. captioſus. *Martian. Capell. l. 4. ad fin.* Captenſuliſque ludis illigantibus Pellax ſoritas cumque ſenſim congeris.

Captĭo, onis, f. 3. deceptio, argutia, ſophiſma, *atto di pigliar*, ὑπαγωγὴ, ἅπαξ, actus capiendi. Sed fere eſt argumentatio ſophiſtica, fallax, per quam quis verbis capitur. *Cic. de Div.* Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? ¶ Accipitur item pro deceptione generatim, *inganno. Plaut. Epid.* Nulla in ea re captio eſt. ¶ Accipitur etiam pro jactura, & damno. *Cic. l. 5. ad Attic.* Pene præterii, chartam tibi deeſſe: mea captio eſt: ſiquidem ejus inopia minus multa ad me ſcribis. ¶ Captioni eſſe, pro fraudi eſſe, *Plaut. Moſtell. 3. 3. 19.*

Captiōſe, vafre, argute, *con inganno, ſofiſticamente*, Germ. *mit betrug*, Gal. *pour ſurprendre*, Hiſp. *enganoſamente*, σοφιστικῶς, cum fraude. *Cic. 4. Acad. c. 29.* Nec diutius captioſe interroganti reſpondebo.

Captiōſus, a, um, o. 1. 2. *pieno d'inganni*, Ger. *betreglich*, Gal. *captieux*, Hiſp. *enganoſo*, σοφιστικὸς, quod capit, ſeu decipit, & dolis plenum eſt. *Cic. pro Q. Roſc.* Quo nihil captioſius, neque indignius dici poteſt. Et *Acad. 4. c. 15.* Fallax & captioſa interrogatio. Et *c. 16.* Captioſiſſimo genere interrogationis utuntur. ¶ Captioſus aliquando idem eſt ac damnoſus. *Cic. pro Cæcin.* Captioſum eſt omnibus rem ullam conſtitui ejuſmodi, quæ cum armis geſta ſit, reſcindi jure non poſſit.

Captito, as, are, diminut. a capto. *Apul. de Deo Socrat. p. 52.* Omina vulgo loquentium captitaſſe.

Captivator, oris, m. qui captivos facit. *Auguſtin. epiſt. 199. a med.*

Captivĭtas, f. 3. *cattività, prigionia*, שבי, Ger. *gefengnuſſ*, Gall. *captivité*, Hiſp. *captividad*, αἰχμαλωσία, ſervitus. *Cic. pro C. Cornel. apud Aſcon.* Omnibus Gentibus finem diuturnæ captivitatis afferre. *Senec. epiſt. 85.* Deſcribere captivitatem, verbera, catenas, &c. ¶ *Tacit. hiſtor. l. 3. c. 70.* pluraliter dixit: Dum inter Veſpaſianum, ac Vitellium præliis legionum, captivitatibus urbium &c. judicatur. *eſpugnazioni di città*.

Captiuncŭla, f. 1. dim. a captio. *Cic. Attic. l. 15. ep. 7.* Omnes captiunculas pertimeſcere.

Captīvo, as, *fare ſchiavo*, captivum facio. *Auguſtin. de Civ. Dei, c. 1.*

Captīvus, o. 1. 2. captus, & vinctus, *prigione*, שבוי, Germ. *gefangener*, Gal. *captif*, Hiſp. *captivo*, αἰχμάλωτος, qui bello captus eſt, & in ſervitute vivit. *Cic. 1. Off.* Pyrrhi de captivis reddendis illa præclara ſententia. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus ad captivos pertinentibus. *Curt. l. 8. c. 7. l. 5. c. 6.* Ingens pecuniæ captivæ modus. *Virg. 10. Æn. v. 510.* Captivus ſanguis. *Martial. 11. 97.* Captiva ſitis. *Ovid. Amor. 1. 14. 45.* Crines captivi. ¶ Item de quacumque re bello capta. *Cæſ. 2. B. C. c. 5.* Naves captivæ. *Virg. 2. Æn. v. 765.* Veſtis captiva.

Capto, a. 1. allicio, aucupor, conſector, peto, *pigliare con luſinghe, cercare*, בקש, Germ. *nachſtellen*, Gall. *guetter, attraper*, Hiſp. *captar, halagar*, θηράω, freq. a capio, eſt blanditiis, vel illecebris aliquid venari, dare operam ut capias. *Cic. in Piſon.* Captare plauſus, vehi per urbem, conſpici velle. ¶ Plura ad eundem modum, ut captare occaſionem, captare ſomnum, frigora, umbras, *Cic.* & *Virgil.* ¶ Captare omnibus aliquid, eſt de alicujus rei eventu omnia præſagia colligere. *Suet. Tiber. c. 14.* ¶ Captare teſtamenta, hæreditates, &c. dicitur is, qui fictis obſequiis ſenes orbos ambit, ut hæres ſcribatur. V. Captator. Et eodem ſenſu captare aliquem, i. e. ejus hæreditatem, dixit *Juven. ſat. 16. v. 55.* Eſt enim captare callide & inſidioſe petere. Unde & decipere, vel conari decipere aliquando ſignificat. *Terent. Hecyr. 1. 1. 15.* Injurium eſt autem, ulciſci adverſarios? aut qua via captent te, eadem ipſos capi? Item inſidiari in ſermone. *Cic. Acad. 4. 29. Plaut. Amph. 1. 1. 269.* ¶ Eſt etiam gladiatorum proprium. V. *Plauti Interpretes ad Moſtell. 5. 1. 21. Auct. Paneg. ad Piſonem*: Arma tuis etiam ſi forte rotare lacertis, Inque gradus clauſis libuit conſiſtere membris, & vitare ſimul, ſimul & captare petentem. V. Captatio.

Captrix, icis, f. quæ captat. *Cæl. Aurel. Acut. 2. 39.* Injectiones clyſterum ſunt virium captrices. *h. e.* vires tentant, & debilitant.

Captūra, f. 1. *preſa*, מלקוח, Ger. *ein fahung*, Gall. *priſe*, Hiſp. *prendimiento*, ἅρπαγμα, actus capiendi. *Plin. l. 19. c. 1.* Ad piſcium, & alitum capturam. ¶ Interdum præda, quæ capitur. *Id. l. 10. c. 40.* Capita earum morſu corripiens, donec capturam extorqueas. ¶ Interdum captura dicitur ſordidæ, obſcenæ artis merces. *Suet. Calig. c. 40.* Ex gerulorum diurnis quæſtibus, ex capturis proſtitutarum exigebatur. *Val. Max. l. 9. c. 4. n. 1.* Inhoneſti lucri captura invitatus.

Captus, us, ui, κατάληψις, proprie actus capiendi, apprehenſio. *Val. Max. l. 3. c. 3. ad fin.* Virtus in captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit. ¶ Sæpe ſumitur pro ingenii vi, ac menſura, ſeu capacitate, *capacità*. *Ter. Adelph. 3. 4. 34.* Ut captus eſt ſervulorum. *Cic. Tuſc. 2. c. 27.* Græci, ut eſt captus hominum, ſatis hoſtem aſpicere non poſſunt. *Gell. l. 1. c. 9.* pro captu ſolertiæ. ¶ *Plin. l. 24. c. 10.* Captus trium digitorum: h. e. quantum tres digiti capere poſſunt.

Captus, a, um, nom. ex particip. *preſo*, λελῃσμένος, occupatus, victus, captivus. *Cic. Catil. 3. c. 7.* Belli duces captos & comprehenſos tenere. Sic capta caſtra, oppida, claſſis &c. ¶ Et pro Captivo. *Virg. 2. Æn. v. 64.* Certantque illudere capto. Et *verſ. 75.* Quæ ſit fiducia capto. ¶ Captus etiam idem eſt ac affectus, *commoſſo*. *Nepos 2. 8. 7.* Captus miſericordia. Et *25. 4. 1.* Adoleſcentis captus humanitate, & doctrina. *Horat. l. 2. od. 18. v. 36.* Auro captus, i. e., corruptus. ¶ Item ſuſceptus, electus, conſtitutus. *Plaut. Stich. 4. 1. 72.* Capti conſilii memor. *Id. Men. 1. 2. 54.* Captum ſit collegium augurum. Sic enim loqui ſolebant, inquit *Turneb. l. 30. c. 29.* cum aliqua de re collegium augurum conſulebatur. *Feſtus*: Captus dicebatur locus ad ſacrificandum legitime conſtitutus. ¶ Sic captus augur, judex, arbiter. ¶ Item orbus, privatus, *privo*, ut captus mente, *Cic. 1. Offic. c. 27.* & *Tuſc. 5. c. 40.* Captus auribus, & oculis.

Capŭa, f. 1. *Capoa*, κεφαλή, urbs exc. Campaniæ in R. Neap. ad Vulturnum fl. Aliqui vocatam ajunt a falcone, ave, quem Campani olim capyn vocabant, quod ex volatu falconis de ea ædificanda fumptum fuerit augurium. *Liv. l. 4. c. 37.* ſcripſit, Capuam olim Vulturnum fuiſſe, & urbem Etruſcorum, appellatam Capuam fuiſſe a Capye Samnitium duce, a quibus capta eſt anno ab Urbe condita 333. vel a camporum planitiæ, & latitudine, in quibus ſita eſſet. *Dionyſius* narrat *l. 1.* Capuam ab Ænea, cæteriſque Trojanis conditam fuiſſe, & a Capy Trojano appellatam. Hæc urbs nomen dedit illi Regioni, quæ olim Campania dicta eſt, nunc *Terra di Lavoro*. Urbs amplißima, & ornatiſſima fuit, magnificentia ædificiorum, amplitudine temitarum, ager Campanus orbis terræ pulcherrimus.

Capuānus, a, um, ad Capuam pertinens. *Serv. ad Æn. 10. v. 145.* ex *Varrone* habet *Capuanus ager*: ſed negat *Varro l. 9. de L. L. c. 1. ante med.* in conſuetudine Latina eſſe.

Capuenſis, e, adject. a Capua, in *Inſcript. apud Gruter. p. 459. n. 1.* & *Sponium Miſc. erud. antiq. p. 160.*

Capŭla, f. 1. diminut. a capis, vaſis genus, quod facile capi poſſit, quia anſatum eſt, vel a κάλπη, ſeu κάλπις, urna, hydria. *Varro de Ling. Lat. l. 4.*

Capulāris, re, o. 3. *vicino a morte*, τυμβογείτων, capulo ſeu morti contiguus, & mox capulo efferendus, ut Capularis ſenex, *Apul. Apol.* & *Plaut. Mil. 3. 1. 33.* ¶ Reum item capularem dicebant, quod capulo dignus eſſet. *Fulgent. de priſco ſerm. n. 23.*

Capulator, m. 3. qui capulis oleum deplet. *Col. l. 12. c. 50. Cato R. R. c. 56.*

Capulātus, a, um, capulo indutus. *Vet. Inſcript. apud Fabret. p. 9.* Martialis capulatus. Capulatus autem dicitur, quia capulum, ſive manubrium, aut apicem ſaliaris pilei ſeu caſſidis pro geſtamine habuit. V. Capulus.

Capŭlo, as, a. 1. *travaſar l'oglio*, dolia olearia capulis deplere. *Cato de R. R. c. 67.* Lingua in torculario cædat, oleum frequenter capulet. ¶ Eſt etiam capulo ferire, cædere, a gladii capulo ortum. *Pomp. Mela l. 2. c. 5. de piſce, qui e terra oritur*: Qui ubi ex alto hucuſque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur.

Capŭlus, m. 2. *cataletto*, ארון, Germ. *ein todtenbar, oder des ſchwerdts knopff*, Gall. *cercevil, biere, ou poignée d'épée*, Hiſp. *andas, empunadura*, νεκροφόρον, eſt feretrum, in quo mortui deferuntur, quaſi κεφαλὸς καπαλή, ſeu κάπη, præſepe, propter figuram, vel a capio, quia mortuum capit. Ideo *Plaut. Aſin. 5. 2. 43.* ſenem vocat capuli decus. ¶ Eſt capulus item manubrium gladii, quod gladius ea parte capitur, *manico della ſpada. Virg. 12. Æn. v. 552.* Capulo tenus abdidit enſem. ¶ Apud *Plaut. Caſ. 5. 2. 31.* & *in Priapeiis* habet obſcenum ſenſum. ¶ Pro ſtiva, ſeu manubrio aratri poſuit *Ovid. lib. 1. de Pont. eleg. 8. v. 57.* Ipſe manu capulum preſſi modeſtus aratri.

Capus, pi, m. 2. & capo, onis, m. 3. *cappone*, כרכרים, Ger. *cappaun*, Gal. *chapon*, Hiſ. *capon*, ἀλεκτρυών, gallus, cui teſtes ſunt avulſi. *Var. 3. de R. R.* Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus. ¶ Inter gulæ delicias numerat *Martialis l. 13. epigr. 63.* ubi in titulo *capo* legitur in recto caſu. *Id. l. 3. epigr. 58.* Coactos non amare capones.

Caput, pitis, n. 3. principale in animali membrum, *capo*, *teſta*, ראש, Ger. *ein Kopff*, *ein haupt*, Gal. *la tête*, *le chef*, Hiſp. *cabeça*, κεφαλή, eſt totum illud, quod collo ſuſtentatur, inde dictum, quod ab eo initium capiunt nervi, per quos totum in corpus ſenſus, & motus diſtribuitur. In ſummo enim a natura collocatum eſt, quod in eo regimen totius animantis reſidet. ¶ Partes capitis diſtinguuntur. Nam eminentior pars *vertex* appellatur: tum corona capitis dividitur in frontem anteriorem, & occiput poſteriorem partem: media vero ſunt tempora, quibus aures inhærent. ¶ Sacrum olim habebatur: unde per caput jurare ſolebant Veteres. *Ulp. l. 3. Dig. de jureturan. Ovid. 5. Triſt. eleg. 8.* ¶ Ponitur aliquando pro vita, ut capitis vel capite damnare, accuſare &c. paſſim apud Scriptor. ¶ Caput aperire, eorum eſt qui honorare volunt. *Senec. epiſt. 64.* ¶ At contra caput obvolvere ſolebant, qui latere vellent, vel fallere, vel turpe aliquid facere, aut pati, ut pudori conſulerent. *Suet. Cæſ. c. 58.* & *in Ner. c. 48. Lucan. l. 8. v. 613.* ¶ Caput uno digito ſcalpere, mollitiei datum fuit. *Juven. ſat. 9. v. 106.* Qui digito ſcalpunt caput uno. ¶ Capitis vacui eſſe dicuntur, qui dementes, & ſtolidi ſunt. *Id. ſat. 15. v. 23.* ¶ Aliquando Caput ipſum hominem vocamus. Sic carum caput, dulce caput de amicis dicimus. *Horat. l. 2. ſat. 1. v. 27.* quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum Millia. Sic *exactio capitum* apud *Cicer.* eſt vectigal a ſingulis hominibus exactum: & *ſextantes in capita collati* apud *Liv.* ſunt nummi a ſingulis hominibus dati. ¶ Caput etiam dicitur, quod in unaquaque re primum eſt, & a quo cætera veluti fluunt. *Ter. And. 2. 6.* Hem illic eſt huic rei caput. *Cic. pro Flac. cap. 18.* Caput eſt omnium

Græcorum concitandorum Heraclides. ¶ Sic & quod maximum præcipuumque est, caput dicitur. *Cic. 5. Tusc. c.* 34. Negavit se illo jure nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. *Id. de Orat. l. 2. cap.* 82. Ad consilium de Rep. dandum caput est nosse Remp. ¶ Quin omnium rerum summitates capita vocantur, ut capita papaverum, *Flor. l. 1. c.* 7. Capita montium, arborum. ¶ Capita fontium, h. e. origines, *Horat. l. 1. od. 1. v.* 22. In capite Bithyniæ, h. e. in finibus, *Plin.* ¶ Item Caput dicitur pecuniæ summa, quæ occupatur, ut usuræ inde redeant. *Liv. l. 6. c.* 35. Promulgavere leges, unam de ære alieno, ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod supereset, triennio persolveretur. ¶ Item in decumis summa frumenti, qua Decumani decumas alicujus civitatis coemebant lucri causa, ut *Hotomann.* explicat *ad Cic. Verr. l. 1. c.* 4. ¶ Item in ulceribus apiculus, quo humor concoctus in pus maturitatem suam prodit. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Furunculum (genus est ulceris extuberans) caput facere. ¶ Item in libris summaria, seu breviaria, *compendy*, *sommary*, *Cic. de clar. orat.* Illa vero contra Domitium non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paullo plenius. ¶ Item sectiones, *articoli*, *capitoli*. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 8. Sed duo prima capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. V. *Borrich. Cogit. de L. L. p.* 55. & *Salmas. in Prolegom. ad Exercit. Plin.* ¶ In legibus etiam olim dicebantur Capita, quæ hodie Paragraphi. Quod intelligere ex iis licebit, quæ JCti Vet. Scriptoresque Gromatici de Aquilæ, Maniliæque legum capitibus allegant. ¶ Nec caput, nec pedes, proverbio dicitur a *Cic. Famil. 7.* & a *Plaut. Asin. a.* 3. *sc.* 3. de sermone, vel alia re qualibet valde confusa. *Capite census*, *Capitis diminutio* V. supra loco suo.

Capys, Trojanus, comes Æneæ. ¶ Item Capys septimus Rex Albanorum, filius Capeti, vel Atys, vel Epiti. Ab *Ovidio* 14. *Met.* vocatur Capetus, 4. *Fast.* Calpetus. Fertur Capuam condidisse. Regnavit annos 28. Reliquit fil., qui a *Dionysio* Calpetus, a *Livio* Capetus nominatur.

Cara, f. 1. radix est herbæ ejusdem nominis, quam lacti admixtam *Hircius* scribit Cæsaris exercitum diu inopia levasse. *l.* 3. *B. C. c.* 48.

Carabus, m. 2. κάραβος, genus cancri cauda a cæteris distans, a gravitate capitis, quia κάρα, est caput, βαρὺς, gravis. *Plin. l.* 9. *c.* 31. ¶ Est item parva scapha, genus navigii. *Isid. l.* 19. *c.* 1.

Caracalla, f. 1. vestis talaris, a κάρα, caput, & calx, quia a capite usque ad calcem demittitur, vel a *caracta*, sive *cascta*, quo nomine Galli chlamydem appellant. Hinc Antonius Caracallæ nomen accepit, quia id genus vestis populo dedit, vel quia e Gallia vestes plurimas advexit, talaresque caracallas fecit, coegitque plebem ad se salutandum talibus indutam introire. *Spartian. in ejus vita, c.* 9.

Caralitānus, a, um, *di Cagliari*, ad Caralim pertinens, quæ est urbs Sardiniæ in ora meridionali. *Liv. l.* 27. *c.* 6. Caralitanus ager.

Carambis, *Capo Pisello*, al. *Comano*, prom. Paphlagoniæ, in Pontum Euxinum excurrens, contra Criumetopon prom. Tauricæ. *Val. Flacc.* 5. 107.

Carbas, m. 1. *Garbino*, λίψ, ventus circa Subsolanum spirans, al. Africus, & Libycus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6.

Carbasĕus, o. 1. 2. κάρπασος, quod factum est ex carbaso, *Cic. 7. Verr.* Tabernacula carbasëis intenta velis collocabat.

Carbasĭnĕus, & carbasinus, o. 1. 2. *Varro* apud *Non.* 14. 28. Eadem postea carbasineo magis, ut pellibus tegerentur togæ. *Plin.* 19. 1. Carbasina vela.

Carbăsus, *lino pno*, κάρπασος, λίνον λεπτὸν, in singulari fere tem. gen. interdum neutrius, in plur. neut. fere, interdum & mascul. genus lini miræ tenuitatis, a κάρπασος. *Propert. l.* 4. *el.* 11. Exhibuit vivos carbasus alba focos. ¶ Sæpe pro velo ponitur, quia ex hoc lino plurimum fit. *Virg.* 3. *Æn.* Tumidoque inflatur carbasus Austro. *Martial. l.* 12. *epigr.* 29. Festinant trepidi substringere carbasa nautæ. *Ammian. l.* 14. *c.* 27. A fundamento ipso carinæ ad summos usque carbasos. ¶ Item pro velis theatrorum. *Lucret. l.* 6. *v.* 108. Carbasus ut quondam magnis intensa theatris. ¶ Item pro pallio ex carbaso. *Virg.* 8. *Æn. v.* 33. *de Tiberino:* Eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus. *Curt. l.* 8. *c.* 9. *de Indis:* Corpora usque ad pedes carbaso velant. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. *de Vestali:* Cum carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset. ¶ Adjective usurpavit *Propert. l.* 4. *eleg.* 3. *v.* 64. Raptaque odorato carbasa lina duci.

Carbatīna, æ, f. 1. calceamenti rustici genus ex recentiore corio bubulo, unde carbatinæ crepidæ, apud *Catullum*. Plura de hoc calcei genere *Politianus in Miscellan.* ut locum Catulli adversus contaminatores asserat. Locus Poetæ est *Carm.* 99. Et crepidas lingere Carbatinas. V. *Scalig. Castigat. in Catull.*

Carbo, onis, m. 3. *carbone*, פֶּחָם, Ger. *ein kolen*, Gal. *charbon*, Hisp. *carbon*, ἄνθραξ, proprie est pruna extincta. *Ter. Adelph.* 5. 3. 63. Tam excoctum reddam, atque atrum, quam carbo est. Et de ardente pruna dictum, *Cic. Offic.* 2. *c.* 7. Candente carbone sibi adurebat capillum. ¶ Carbone notare, est inter infelicia numerare, vel damnare. contra creta notare, est inter prospera reponere. V. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 246. ¶ Carbonibus fores implere elogiorum, apud *Plaut. Merc.* 2. 3. mos erat Amantium, qui cum non reciperentur, titionibus famosum aliquod carmen ostio inscribebant. ¶ *Thesaurus carbones erant.* Proverb. de expectatione frustrata. *Phædrus l.* 5. *fab.* 6. Sed fato invido Carbonem, ut ajunt, pro thesauro invenimus. ¶ Carbones terminis subjici solitos, *Siculus Flaccus de condit. agror.* & *August. l.* 21. *de Civ. Dei c.* 4. testantur, ubi & causam habes. Pro carbunculo ulcere, *Seren. Sammon.* Horrendus magis est, permixit qui corpora, carbo.

Carbonaria, æ, officina Carbonarii. De calcaria in carbonariam transire vel descendere, est a conditione laboriosa ad aliam similem devolvi. *Tertull.* usus hoc proverb. *de Carne Christi, c.* 6.

Carbonarĭus, m. 2. *carbonaro*, Ger. *koler*, Gal. *charbonnier*, Hisp. *carbonero*, ἀνθρακεύς, qui carbones conficit. *Plaut. in Cas.* 2. 8. 2. Virum cum furca tanquam carbonarium. ¶ Carbonarius, a, um, o. 1. 2. adject. ut Fornax carbonaria. ¶ Carbonarium negocium exercere. *Aurel. Vict. de Vir. illustr. c.* 72. Quamvis patritius carbonarium negocium exercuit.

Carbonesco, is, escere, in carbonem transeo, *Aurel. Cæl.* 2. *Tard. c.* 13. Donec materia carbonescat.

Carbunculatso, onis, vitium est quo teneræ plantæ corripiuntur, cum eas pruinæ adurunt. *Plin. l.* 17. *c.* 24. V. Carbunculus.

Carbuncŭlo, as, vel carbunculor, aris, depon. carbunculi vitium contrahere. *Plin. l.* 12. *c.* 7. & *l.* 18. *c.* 28.

Carbunculōsus, a, um, carbunculis abundans, ut ager carbunculosus, *Colum. l.* 3. *c.* 11. ¶ Arena carbunculosa, apud *Plin. l.* 31. *c.* 3. dicitur, quæ plena est lapillis rubris, tanquam carbunculis.

Carbuncŭlus, m. 2. dim. ἀνθράκιον, parvus carbo. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 6. Ipse a vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret. ¶ Est item carbunculus tumor præter naturam, sive ulceris genus celeriter crustam faciens, cum vehementi partis inflammatione, ita dictus a carbonis i gniti similitudine. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Nomas repurgant, carbunculos rumpunt. ¶ Præterea morbus est arborum, vitium, segetum, cum flores verno tempore pruina, vel cum æstate fructus fervore comburuntur. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Quod in flore carbunculum vocant. ¶ Terræ item, vel arenæ genus est, quæ nimio Solis ardore exusta in carbonis similitudinem redacta est. *Vitruv. l.* 2. *c.* 6. Ut in Campania exusta terra pulvis, sic in Etruria excocta materia efficitur carbunculus. *Pallad.* Januario mense carbunculus, nisi stercoretur, macras vineas reddit. ¶ Carbunculus item gemma est instar igniti carbonis, quæ etiam nocte fulget, & inter tenebras cernitur. *Plin. l.* 37. *c.* 7. Principatum habent carbunculi, a similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes. A quibusdam apyrasta, vel apyrotus dicitur. ¶ Denique genus est ulceris pessimæ naturæ, *carboncello*, ἀνθράκωσις. *Cels.* 5. 28. *Plin.* 37. 7.

Carcer, ceris, m. 3. custodia, vincula, *carcere*, *prigione*, כֶּלֶא, Ger. *gefengnuff*, *keriker*, Gal. *prison*, Hisp. *carcel*, φυλακὴ, locus, in quo homines servantur, quasi coarcer, a coercendo, quod inde exire prohibeantur. *Liv. l.* 1. Carcer media urbe imminens foro ædificatur. ¶ Metaphorice etiam carcer dictus est ἀρετηΐα, Nævio oppidum, locus in Circo, ubi equi tanquam intra carcerem conclusi consistebant, usque dum ad cursum, signo misso a Magistratu, dimitterentur. Terminum autem ad campi finem, ubi cursum sisterent, metam, & calcem dicebant. Ad *Heren. l.* 4. *c.* 3. Impudentes illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet. ¶ Hinc carcer pro principio, meta, & calx pro fine ponitur. *Cic. de Senect. ad fin.* Nec velim, quasi decursо spatio, ad carceres a calce revocari. ¶ Carcer pro homine carcere digno, usurpatur apud Comicos. *Ter. Phorm.* 2. 2. 26. Ain' tandem carcer?

Carcerālis, le, adject. ad carcerem spectans, ut Carceralis cæcitas, *Prudent. in Vincentio v.* 271. & *v.* 551. Carceralem stipitem.

Carcerarĭus, a, um, o. 2. ἀρετηκὸς, quod ad carcerem pertinet. *Plaut. Capt.* 1. 2. Hunc quæstum facere carcerarium.

Carcerĕus, a, um, carcerarius. *Prudent. Perist. leph.* 10. 16. Carcerea catena.

Carcĕro, as, in carcerem conjicio. *Messala Corvin. de progen. Aug. c.* 29. & *Salvian. l.* 2. *de guber. c.* 4.

Carchēdon, χαρχηδὼν. Carthago. Unde Carthaginienses Carchedonii dicti. Hinc *Plaut. in Pœn. Prol. v.* 53. Carchedonium vocatur hæc Comœdia. V. ibi Interp.

Carchedonĭus, m. 2. species carbunculi, idem, ac pyropus, qui nascitur apud Garamantes in India. *Plin. l.* 37. *c.* 7. ¶ Item lapis Smaragdites, qui inter metalla æris reperitur, apud Nasamones in Africa, & in Ægypto circa Thebas. Dicti sunt, quod Carchedonem, & inde ad alios advehebantur. *Id. l.* 37. *c.* 5.

Carchesĭum, n. 2. *gabbia*, χαρχήσιον, proprie est summa pars mali nautici, hoc est, foramina, quæ funes recipiunt. *Catul.* apud *Non.* 15. 28. Lucida, quæ splendent summi carchesia mali. ¶ Ob similitudinem carchesium dictum est poculi genus procerum, & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis a summo ad infimum pertingentibus. *Macrob. l.* 5. *Sat. c.* 21. *Virg.* 4. *Georg.* Cape Mæonii carchesia Bacchi. ¶ Item machina, qua onera sublevantur, figura literæ T, vel Ψ. *Vitruv. l.* 10. *c.* 5. Danici Barbarus vertit *parestolo*.

Carcinĭas, f. 1. χαρκινίας, gemma marini cancri colore. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Carcinēthron, genus herbæ, cujus succus naribus infusus supprimit sanguinem. Græci etiam polygonon, geniculatam Latini vocant. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Carcinōdes, n. 3. morbus cancri naturam imitans. *Plin. l.* 22 *c.* 17. Narium carcinodes consumit, illitum ex aqua.

Carcinōma, atis, n. 3. *cancro*, Ger. *der krebs*, Gal. *chancro*, Hisp. *cancer*, *o carsan*, χαρκίνωμα, cancer, morbus. *Cato de re rust. c.* 157. Si quid in mammis ulceris natum, & carcinoma, brassicam tritam apponito, sanum faciet. ¶ Est autem carcinoma morbi genus, quod in superioribus partibus, circa faciem, nares, aures, mammas feminarum &c. nascitur, & curationem non recipit, ut *Cels. l.* 5. *c. ult.* auctor est. Hinc Augustus Julias suas filiam, & neptem contaminatas probris omnibus, & plane extra omnis emendationis spem positas, vomicas, & carcinomata sua vocare solebat. *Suet. in ejus vita, c.* 65.

Carcīnus, i, m. 2. καρκίνος, cancer, *cancro*. Est autem signum cæleste, idem ac Cancer. *Lucan. l.* 9. *v.* 536. Par geminis Chiron, & idem quod carcinus ardens.

Cardaces, militis Persici genus, forte, & bellicosum quidem (Persis enim *carda* virile, & bellicosum significat) sed admodum turax. *Nepos in Datame, c.* 8. Habebat peditum centum millia, quos illi Cardaces vocant. Ita enim legendum, non *Cardates*, ut vulg. leg.

Cardamōmum, n. 2. καρδάμωμον, frutex est amomo similis odore, oblongo semine, & anguloso, a cardamum, & amomum. *Plin. l.* 12. *c.* 13.

Cardea. V. Carna.

Cardiaci, m. 2. καρδιακοὶ, qui stomacho laborant. Nam καρδία Græcis cor est, sed prisci Medici, si doleret stomachus, cor ipsum laborare putabant. *Cic. 1. de Div. c.* 38. Nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis.

Cardiācus, i, morbus, qui καρδιακὴ, & καρδιαλγία, Græcis dicitur, affectio nempe oris ventriculi, & corporis imbecillitas stomacho laguente: quod fit ab acri humore vellicante, atque rodente. *Cels. l.* 3. *c.* 19. ¶ Cardiacus, a, um, adject. qui hujusmodi morbo laborat. V. *Cardiaci.* ¶ Contra hunc morbum maxime vinum valet, ut scribit *Plin. l.* 23. *c.* 1. Hinc *Juven. Sat.* 5. *v.* 32. Cardiaco nunquam cyathum misisus amico.

Cardinalis, le, adject. qui ad cardinem spectat. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Fores ita compingantur, uti scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte. *Serv. ad Æn.* 1. *v.* 131. de ventis Euro, & Zephyro: Isti, inquit, sunt cardinales. *h. e.* præcipui. Hinc in libro Offic. Theodosii Cardinales vocantur Præfecti Prætorio Asianæ Diœcesis, & Civitatum Magistratuum exemplo S. R. E. Principes *Cardinales* dicuntur.

Cardinātus, a, um, o. 1. 2. cardinem habens. *Vitruv. l.* 10. *c.* 21. Conjuncta capitibus transversario cardinato tigno.

Cardinĕa. V. Carna.

Cardinĕus, a, um, cardinalis. *Septimius apud Terentianum:* Stridula cui limina, & cardinei tumultus.

Cardisce, f. 1. gemma, e draconis cerebro. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Cardo, dinis, m. 3. *ganghero*, צִיר, Ger. *ein thirangel*, Gal. *gond*, *pivot*, *tenon*, Hisp. *gozne quicio*, γιγγλυμὸς, ferramentum, circa quod tores vertuntur, a κραδάω, agito, quia in cardinibus janua agitatur, & vertitur, vel a κάρτος pro κράτος, robur, firmitas, quam janua in solis cardinibus habet. *Virg.* 6. *Æn.* Foribus cardo stridebat ahenis. ¶ Et quoniam in cardine vertitur janua, ideo in omni re id, in quo maximum momentum est positum, tum maxima ejus rei gerendæ opportunitas, metaphorice cardo vocatur. *Virgil.* 1. *Æn. v.* 672. Haud tanto cessabit cardine rerum. Ubi *Serv.* Non poterit in tanta rerum opportunitate cessare: ut sit de proverbio tractum, quo dicitur: res est in cardine, h. e. in articulo. Hæc *Serv.* ¶ Cardinem litium, pro controversiæ summa, *Quintil. l.* 12. *c.* 8. ¶ Medium cardinem, pro meridie: occiduum, pro occidente, dixit *Lucan. l.* 4. *v.* 672. & 73. Nam Cardines Mundi seu Cæli dicuntur præcipuæ Cæli plagæ, Oriens, Occidens, &c. *Lucan. l.* 5. *v.* 71. quantum semotus Eoo Cardine. *Ovid. 2. de Pont. eleg.* 10. Ipse quidem gelido cum sim sub cardine Mundi. Sic *Vitruv. l.* 9. *c.*

7. cardines appellat quos Græci πόλους, *Poli*, quod circa eos veluti versatur cælestis machina. ¶ *Apul. de Mundo post init.* cardinem appellat ipsam terram, quia circa eam, tanquam circa centrum Cælum verti videtur. ¶ In re Agraria cardo est limes a meridie in septemtrionem ductus, quemadmodum *Decumanus* est, qui ab occidente in orientem. *Plin.* 17. 22. & 18. 33. ¶ Reperitur etiam in genere feminino. *Granius* apud *Non.* 3. 75. Regia cardo. Gracchus apud *Prisc. l.* 6. O grata cardo.

Carduēlis, m. 3. *cardellino*, Ger. *ein distelvogel*, Gal. *chardonneret*, Hisp. *jirguero*, *jirgueriro*, ἀκανθὶς, avis parva, capite rubro, alis luteis, albo, nigroque distinctis, dicta, quod carduorum semine pascatur. *Plin. l.* 10. *c.* 42.

Carduētum, i, locus carduorum. *Palladius l.* 4. *c.* 9.

Cardŭus, m. 2. *cardo*, קוץ, Germ. *ein distel*, Gal. *cherdon*, Hisp. *cardo*, σκόλυμος, herba, a *caro*, *is*, discrimino, quia apta est carendæ lanæ. *Virg.* 1. *Georg. v.* 151. Segnisque horreret in arvis carduus.

Care, adverb. *a caro pretzo*, τιμίως, magno pretio, magna mercede, & magno pretio, & pluris, quam pro rei valore. *Cic. Bruto epist.* 16. Valde care æstimas tot annos. *Id. pro Dom. c.* 64. Emit domum prope dimidio carius, quam æstimabat. *Senec. ep.* 42. Quæ carissime constant.

Carectum, n. 2. δουκών, locus caricibus plenus. *Virg.* 3. *Ecl.* Tu post carecta latebas.

Carenaria, æ, vas, in quo carenum coquitur. *Pallad. l.* 8. *tit.* 7.

Carendus. V. Careor.

Carēnum, n. 2. vini dulcis genus, quando decocta musti parte una duæ relinquuntur, a Cares, pop. & οἶνος, vinum, quod primi Cares vinum decoxerint, vel a *careo*, quia fervendo parte caret. *Pallad. l.* 11. *c.* 18.

Carĕo, es, carui, caritum, *mancare*, *esser senza*, Ger. *darben*, Gal. *manquer*, Hisp. *carecer*, στερέω, est proprie, ut *Cic.* definit 1. *Tusc. c.* 36. egere eo, quod habere velis, vel non habere id, cujus indiges; sed tamen generatim de omnibus, quæ non habemus, dici solet, etiam de iis, quæ mala sunt, ut Febri carere, dolore, molestia, &c. Construitur cum ablat. sine præp. *Cic.* 6. *Fam.* Mihi nuntiavit, te plane febri carere, & belle habere. ¶ Reperitur cum genit. *Ter. Hesur.* 2. 3. 18. Tui carendum quod erat. ¶ Item cum acc. *Plaut. in Cur.* 1. 2. 46. Id, quod amo, careo. ¶ *Idem ibid.* 1. 1. 27. præpostere locutus est. Caruit ne febris te heri, vel nudius tertius? ¶ Significat etiam abstinere, abesse. *Cic. pro Mil. c.* 7. Caruit foro postea Pompejus, caruit Senatu, caruit publico. Et *de clar. Orat. c.* 8. Carere luce forensi. ¶ Sunt qui ab hoc verbo supinum *cassum* effingunt, quibus videtur assentiri *Prisc. l.* 9. Verum præstat *cassus* inter nomina ponere, quemadmodum & ipse *Priscianus* ait, *l.* 11. Quia in futuro non cassurus, sed casiturus dicimus. *Juven. sat.* 6. *v.* 39. Casiturus turture magno. ¶ *Carint* pro careant habet *Plaut. Most.* 4. 1. 1.

Careor, pro *careo*, deponentis forma antiquissimos dixisse *Priscianus* auctor est *l.* 9. ¶ Carendus passiva significatione *Ovid. epist. Penelopes*, *v.* 50. Virque mihi dempto sine carendus abest.

Cares, m. 3. nu. pl. κᾶρες, populi Cariæ, qui sub Minoe Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asiæ minoris partem meridionalem occuparunt, quæ Rhodum spectat, ab eaque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, a Cara ejus oræ Rege. In rebus bellicis præcellebant. Hinc arma Carica, & lorica Carica. Sed viles habiti sunt, quod mercede militarent, ac in prima acie locati primos hostium impetus sustinentes vitam suam nihili æstimarent. Hinc prover. In Care periculum facere, cum periculo exponitur res, cujus jactura gravis non sit. *Cic. pro Flac.* Cum Care carissa. Significat autem, cum rustico rustice agas, quod Cares inter agrestes, & rusticos haberentur.

Careum, sive Carium, n. 2. κάρφον, herbæ genus est, gentis suæ cognomento ita appellatum, semen habens ejusdem nominis. Athenæus pastinacam majorem interpretatur, vulgata pastinaca multo præstantiorem, Officinæ *carui* appellant. Vide *Ruell. l.* 3. *c.* 43. *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Carex, icis, f. 3. *carice*, βάτις, herba acuta, & duriissima, similis sparto, a carendo, seu discriminando. *Virg.* 4. *Georg. v.* 231. Et carice pastus acuta.

Caria, f. 1. Καρία, regio Asiæ min. cujus incolæ *Cares*. Habet a Septentr. Joniam, ab Or. Lyciam, ab Occ. Mare Carpathium, a Merid. Mare Rhodium. Dicta est a Cara Rege, qui primus auguria avium dicitur invenisse. Certe Caria in ostentis animadvertendis diligens fuit. *Cic.* 1. *de Div.* Agros fertilissimos habet. *Id. ibid.*

Cariatides. V. Caryatides.

Carica, æ, f. 1. *fichi secchi*, genus fici a Caria, quod etiam *Cauneas* a Cauno opp. Cariæ. Sed ut Pergamena prius, quæ Pergamo afferebatur, postea membrana quævis dicta est, sic caricæ prius, quæ e Caria ferrentur, postea quævis ficus siccatæ dici cœperunt. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 40. Quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, *Cauneas* clamitabat.

Carĭcus, & Carius, a, um, adject. possessiv. a Caribus, vel a Caria. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 57. Carica creta. *Stat.* 4. *Theb.* Plaudentique habiles Cariæ resonare Dianæ.

Caries, ei, f. *putrefazione*, *corruzione*, *intarlamento*, φθορὰ, corruptio, putredo, qua aliquid eroditur, & corrumpitur, ex vetustate, aut alia quappiam de causa. *Cæs. l.* 8. *c.* 2. Ubi caries in osse est. ¶ Sæpe dicitur de vitio ligni. *Plin.* 16. 39. Cedri oleo peruncta materies nec tineam, nec cariem sentit. ¶ Item de parietibus, & ædificiis vetustate ruentibus. *Ammian.* 16. 2. ¶ Item de agris. *Colum.* 3. 11. V. Cariosus. ¶ In vinis caries dicitur sapor, & odor ille, quem ex vetustate acquirunt. *Plin.* 14. 4. & 15. 2.

Carīna, næ, f. 1. *carena*, Ger. *der boden in schiff*, τρόπις, proprie est trabs ima in navi, fundamentum totius fabricæ, seu infima pars navis concava, quæ & alvus dicitur. *Ovid.* 4. *de Pont.* Dum mea navis erat valida fundata carina. *Cæs. l.* 1. *B. C.* Carinæ primum ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium corio integebatur. ¶ Hinc a similitudine, carinæ dicuntur putamina concava nucum a *Plin. lib.* 15. *cap.* 22. ¶ Ceterum poetæ passim carinam pro tota navi usurpant. *Virg.* 2. *Æn.* Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.

Carīnæ, arum, f. 1. nomen vici Romani ad pedem Clivi Capitolini, in quo fuit domus Pompeji, a κάρα, caput, ut *Varro* putat, quod hinc oriretur caput Sacræ viæ. *Cic. in Parad.* Manlius habuit ædiculas in Carinis. *Horat. l.* 1. *epist.* 7. *v.* 48. Dum redit, atque foro nimium distare carinas Jam grandis natu queritur. ¶ Valde celebris hic vicus fuit, tum quia ibi via sacra, & templum Pacis, tum quia celebres viri, Pompejus, & Cicero, & alii ibi habitarunt. Hinc *Virg. Æn.* 8. *v.* 361. lautas carinas dixit.

Carinarius, ii, qui cerino colore vestes inficit, apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 36. Ducitur a κηρός, Dorice, pro κηρός, cera. Alii tamen legunt *cerinarius*.

Carinātus, a, um, in modum carinæ formatus. *concavo*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Pectus homini latum, reliquis animalibus carinatum.

Carīno, as, a. 1. est in modum carinæ formare. *Plin. l.* 9. *c.* 33. Saliunt pectines, & extra volitant, seque & ipli carinant *ideft*, carinam quandam ex testa effingunt. ¶ Aliquando significat illudere, probra objicere, quod id fiat ab infimæ sortis hominibus, sicut carina navis pars est infima, vel quia qui sunt in carinis, sæpius contumeliosis verbis alios impetunt, vel a κείρω, carpo, mordeo, vel a χαρίεν, venustum, lepidum, ut carinari proprie sit facete, & falsè jocari. *Ennius*. Sed neque me decet hanc carinantibus edere chartis. *Festus*, *Serv. ad Æn. l.* 8. *v.* 361.

Carint, pro careant, ἀχρειοῦσι, *Plaut. Mostell.* 4. 1. 1.

Carĭo, as, are, putresco, cariem contraho, vel carie absumo. *Martian. Capell. l.* 1. Carianem tripodem, dixit.

Cariōsus, a, um, o. 1. 2. *tarlato*, *roso*, Ger. *vvrmig*, Gal. *vermolu*, Hisp. *carcomido*, σηπεδὼν, carie plenus. *Colum. l.* 4. *c.* 26. *de pedamentis vineæ*: Summovendo vel quæ carios, vel quæ justo breviora sunt. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 12. Nisi vos carios fenectus rodat. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 67. Palmula carios ior. ¶ Carios a terra dicitur a *Catone R. R. c.* 5. est arida, fistulosa, scabra, canescens, exesa, & pumicosa, ut *Plin.* 17. 5. interpretatur.

Caris, idis, f. genus piscis, quibusdam idem creditus qui squilla. *Ovid. in Halieut. v.* 130.

Carissa, lena vafra, & lepida, a χάρις, gratia. *Fest.* Sed legitur etiam *capriffa*, ideft, quæ capræ, vel meretricis mores imitatur. ¶ *Cariffa*, verbum V. in Cares.

Carĭtas, atis, sine h aspir. f. 3. *carestia*, חסר, Ger. *theyvrung*, Gal. *cherté*, Hisp. *carestia*, πολυπραία, inopia frumenti, vel alterius rei, vel exuberans rei alicujus pretium ex penuria proveniens, a *careo*, cui opponitur vilitas, ubertas, copia. *Cic.* 5. *Verr.* Cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. ¶ Differunt caritas, & inopia, quod caritas fit rerum penuria, quæ adhuc extant, inopia earum, quæ non extant. *Cic. pro Dom.* Qua ex re primum caritas nata est, deinde inopia. ¶ Caritas, inquit *Valla l.* 4. *c.* 62. est inopia frumenti, & annonæ; penuria vero vini, pabuli, pecorum, &c. Vel penuria est, ut ita dicam, carentia rerum omnium, caritas vero est, quæ opponitur vilitati. ¶ Est etiam caritas idem quod amor, benevolentia, dilectio, *amore*. *Cic.* 1. *Off. c.* 17. Cari sunt parentes, cari liberi, sed omnes omnium caritates patria una complexa est. Et *de Universf. c.* 5. Mundus ipse se concordi quadam caritate complectitur. ¶ Putant aliqui a caritate amorem ita distingui, ut genus a specie, ut in homines tantum sit caritas, pietas, & amor in patriam. Verum hæc differentia perpetua non est. V. Amor. ¶ Quidam scribunt *Charitas*, cum amorem significat: sed rectius scribitur sine aspirata in utraque significatione. ¶ Quemadmodum *amores*, ita & charitates pro iis quos amamus, posuit *Ammian. l.* 24. Reliqui cum charitatibus suis, & supellectile Chalcida transmisti sunt. *h. e.* cum conjugibus, & liberis.

Carĭus, V. Caricus.

Carmani, orum, Carmaniæ populi. *Pomp. l.* 3. *c.* 8. Carmani sine veste, ac fruge, sine pecore, ac sedibus, piscium cute se velant.

Carmēlus, m. 2. *Carmelo*, καρμήλος, mons Palæstinæ, in ora, in conf. Phœnices, inter Sycaminum, & Doram urb. prox. prope Porphyrion, & Caipham. Hunc describit *Tacit. l.* 2. *histor. c.* 78. ¶ Item Deus quidam. *Sueton. in Vespas. c.* 5. Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem ita confirmavere sortes, &c.

Carmen, minis, n. 3. versus, *verso*, שיר, Ger. *ein gesang*, Gal. *vers*, *poesie*, Hisp. *verso*, *o poesia*, ἔπος, oratio numeris, seu pedibus vincta, ab antiquo *casmen*, quod a *casno*, cano. *Virg.* 4. *Æn.* Rem carmine signo. ¶ Sæpe sumitur pro poemate, ideft, pro serie multorum versuum, quibus aliqua res describitur. Sic Eclogæ universæ dicuntur Carmen Bucolicum. ¶ Quandoque carmen dicitur incantatio, *incantesmo*. *Horat. Epod. od.* 17. Per atque libros carminum valentium refixa Cœlo devocare sidera. ¶ Item vaticinium. *Virg. Ecl.* 4. Ultima Cumæi venit jam carminis ætas. Adde *Liv. l.* 1. *c.* 45. ¶ Dicebantur etiam carmina formulæ quædam conceptis verbis ad solemnitatem aliquam compositæ, ut Jurisconsultorum, Prætorum, Saliorum, Fecialium, Patrum Patratorum, Imperatorum in obsidione urbium, Deos evocantium, &c. *Cic. pro Murem. de Prætore*, Ei quoque carmen compositum est. ¶ Titulus item & epigraphe carmen dicitur. *Sil.* 15. 491. tumulo clypeum cum carmine figunt. ¶ Denique carmen instrumentum est, quo lana purgatur, a carendo, *scardasso*. *Lucret. l.* 4. *v.* 376. Quali carmine lana trahatur. V. Caro, is.

Carmenta, æ, f. 1. & Carmentis, is, f. 3. cognomen Nicostratæ matris Evandri, a carminibus, quibus responsa dabat. Erat enim fatidica mulier. Hæc venit in Italiam cum Evandro F. ante Romam conditam, ætate Herculis. A Romanis culta est, cujus sacrificia a Pontificibus peragebantur prope portam Urbis, quæ inde Carmentalis dicta est, postea Scelerata propter interitum 300. Fabiorum, inter Tiberim, & Capitolium. *Ovid.* 1. *Fast.* V. *Gell. l.* 16. *c.* 16.

Carmentālis, le, adject. ut Carmentalis porta, juxta quam Carmentam Deam coluerunt Romani. *Virg.* 8. *Æn. v.* 388. Et Carmentalem Romano nomine portam. ¶ Carmentalia, orum, in plur. dicebantur sacrificia Carmentæ dicata. *Varr. l.* 5. *L. L.* & *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16.

Carminabundus, a, um, qui carminat. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. In bucolica parcus, vigilax, carminabundus. Hic metaphoricum est.

Carminatĭo, t. 3. *il pettinare*, actus carminandi. *Plin. l.* 11. *c.* 23. Subigique unguium carminatione.

Carminatus, a, um, pexus, ut lana carminata. *Plin. l.* 9. *c.* 38.

Carmĭno, as, a. 1. *pettinare*, Ger. *kardetschen*, Gal. *carder*, Hisp. *carmenar*, est pectere, & lanas ab immunditiis repurgare, a *carmen*, pecten. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Justum est, quinas denas carminari. *Varro de L. L. l.* 6. Carminari lana tum dicitur, cum caret eo, quod in ea est nequam. ¶ Translate *Sidon. l.* 1. *epist.* 9. Exeras veterem Musam, votivum quippiam vel tumultuariis fidibus carminantem.

Carna, t. 1. five Cardinea, sive Cardea, Dea, quæ cardinibus, & vitalibus humanis præesse existimabatur, a *Grane*, per metathesin, vel a *cardine*, vel a *carne*. Fuit Nympha Sylvæ Helernæ circa Tiberim, nomine Grane, quæ a Jano amata est, & facta præses cardinum. Ab ea petebatur, ut jecinora, & corda, quæque sunt intrinsecus viscera, salva conservaret. Cardinibus, ideft, limitibus agrorum præerat. Nam cardines januarum erant in tutela Jani. Credebatur striges nocturnas infantium cunas infestantes summovere. *Ovid.* 6. *Fast. v.* 101. Hanc *Tertull.* & *August.* Cardeam vocant.

Carnalis, le, adject. ad carnem pertinens, *carnale*, *di carne*, σαρκικὸς. *Prudent. Apotheos. v.* 987. Stirps carnalis. *Tertull. de pœnit. c.* 3. Delicta carnalia.

Carnalĭter, adverb. *carnalmente*. *Prudent. Apotheos. v.* 368. Posteritas carnis carnaliter omnia cernens.

Carnarĭum, n. 2. *carnaio*, Ger. *ein fleischkamner*, Gal. *carnier*, Hisp. *carnero* ἢ κρεῶν, locus, ubi caro falsa suspenditur, seu reponitur. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. Succidiam in carnario suspendere. ¶ Quandoque etiam dicitur locus, ubi carnes tantummodo venduntur, *beccaria*. *Plaut.* Cœnam e carnario emit jam factus satur. *Varr.* Tabernam carnariam vocat. ¶ Interdum carnarium accipitur pro ipsa carne, ut cibarium pro cibo, *carne*. *Plaut.* Qui mihi carnarium paravit ad jentandum. ¶ Carnarium

narium item, instrumentum dicitur cum pluribus uncis, quibus carnes appenduntur, vel alio modo servantur. *Colum. lib.* 12. *cap.* 53. Salsuram paululuin afficcatam in carnario suspendi. *Plaut. Capt.* 4. 4. 6. Adveniens modo deturbavit totum cum carne carnarium.

Carnarius, m. 2. Ger. *ein metzger*, Κρεοπώλης, qui carnes vendit, item qui in edenda carne delectatur. *Martial. l.* 11. Carnarius sum, pinguiarius non sum. *ideſt*, carnosa muliere delector, non pingui.

Carnarius, a, um, o. 1. 2. quod ad carnem pertinet, ut Carnaria taberna, ubi carnes venduntur. *Varro l.* 7. *de L. L. c.* 30.

Carneades, Καρνεάδης, Cyrenæus fuit, novæ Academiæ princeps, Chrysippi studiosus, Zenonis confutator, de quo *Gell. l.* 17. *c.* 15. Multa de eo passim prædicat *Cicero*. Fuit enim in eo magna differendi vis, magnum acumen, adeo ut nihil non explicare posse videretur. Sed nihil certo affirmabat. Quare cum missus ab Athemensibus Legatus, copiose de justitia disputaret Romæ, postridie contraria disputatione omnia rursus subvertit. V. *Lactant. l.* 5. *Instit. Divin. c.* 14. Vixit annos 90. *Cic. l.* 2. *Acad.*

Carneadeus, a, um, adject. ad Carneadem pertinens, ut Carneadea divisio, Carneadeo modo. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 6.

Carneus, a, um, o. 1. 2. *di carne*, Ger. *fleiſchin*, σαρκώδης, quod ex carne est. *Maximian. Gall. eleg.* 1. Carnis ad officium carnea membra placent.

Carni, *Furlani*, pop. Venetiæ, qui & Forojulienses, ubi nunc pars Orientalis Foro-Julii, & Comitatus Goritiæ, inter Liquentiam fl. & Formionem, vulgo *Friuli*, & *Patria del Friuli*. *Plin.* 3. 3.

Carnifex, ificis, m. 3. *boja*, *manigoldo*, Ger. *ein nachrichter*, *ein hencker*, Gal. *bourreau*, Hisp. *fayon*, *o verdugo*, ἥμιθνης, qui carnes ex hominibus facit, ideſt eos interficit. *Cic.* 7. *Verr.* Aderat janitor carceris, carnifex Prætoris, mors, terrorque sociorum. ¶ Carebat domicilio urbis. *Cic. pro Rab.* ¶ Erant olim Carnifices inter apparitores Magistratuum, ut notat *Schild. ad Sueton. p.* 300. Quin immo & milites ipsi, & Centuriones, & Tribuni aliquando hoc officio fungebantur. *Id. ibid. p.* 432. *Lipſ. ad Tacit. p.* 23. & 109. Alicubi etiam Senatores novissimi. Vide *Lanſii Consult. p.* 902. ¶ Carnifex aliquando adjective ponitur pro eo, quod carnificis instar excruciat. Ita *Claud. de B. Gild. v.* 179. Carnifices epulas. *Sil. l.* 3. *v.*173. Carnifices manus. *Martial. l.* 12. *epigr.* 48. Sulphureusque color, carnificesque pedes: h. e. podagrici. ¶ Libido carnifex, *Arnob. l.* 1. *ad fin.* ¶ Trahere ad Carnificem, idem esse aliquando ac in carcerem trudere, notat *Paræus*, & *Revard. in Plaut. Rud.* 3. 6. 19. ubi tamen alii legunt *tradere*. Unde colligitur Carnificem usurpari etiam pro carceris custode. Apud antiquos Comicos legitur *Carnufex*.

Carnificīna, f. 1. supplicii, & cruciatus locus, cruciatus, crudelitas, *luogo della giuſtizia*, Ger. *ein richſtatt*, Gal. *lieu du ſupplice*, *ou le ſupplice*, Hisp. *lugar del ſupplizio*, *o el ſuplicio*, Κολαστήριον, locus publicus, in quo jussu Magistratus homines fontes a carnifice occiduntur. *Suet. de Tib.* Carnificinæ ejus ostenditur locus Capreis, unde damnatos præcipitari coram se in mare jubebat. ¶ Carnificina item dicitur carnificis officium, & ipsa excarnificatio, cruciatus, tormentum. *Cic. pro Sext.* Non ea est medicina, sed carnificina, atque crudelitas. *Cato* carnificinas dixit plur. num. apud *Gel. l.* 10. *c.* 3. Eos dolores, atque carnificinas per dedecus, atque ignominiam te facere ausum esse? ¶ Transfertur etiam ad animum. *Cic. l.* 3. *Tuſcul. c.* 13. Carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatumque conficit.

Carnificīnus, a, um, ad carnificinam pertinens. *Plaut. Moſtel.* 1. 1. 52. O carnificinum cribrum. De servo loquitur, cujus tergum est a carnifice pertoratum. Alii legunt *Carnificum*. Alii *Carnificium* gen. plur. pro *Carnificum*. V. *Taubman.*

Carnificium, ii, carnificina, tormentum a carnifice. *Sarisb. l.* 1. *c.* 4. Ad venatoris carnificium prolabi. Et *lib.* 4. *c.* 3. Carnificii imaginem repræsentare.

Carnifico, as, a. 1. *ſquartare*, נתח, Ger. *vviertheilen*, Gal. *ecarteler*, Hisp. *deſpedacar*, ἀνασπάω, est corpus humanum in frusta secare, seu carnificis officium agere. *Liv. l.* 24. *c.*15. Neminem stantem jam vulnerari hostem, carnificari jacentes.

Carnificus, a, um, ad Carnificium, vel Carnificem spectans. V. *Carnificinus*.

Carnivŏrus, o. 1. 2. *divorator di carne*, Ger. *fleiſchfreſſer*, Gal. *grand mangeur de chair*, Hisp. *carniboro*, σαρκόβορος, carnes volans. *Plin. l.* 10. *c.* 73. Serratorum dentium carnivora omnia.

Carnōsus, a, um, o. 1. 2. *carnoſo*, *graſſo*, *pieno di carne*, Ger. *fleiſchigt*, Gal. *charnu*, Hisp. *carnoſo*, *carnudo*, πολύσαρκος, carne, seu musculis abundans, pinguis. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Carnosum aquatilibus palatum. *Idem l.* 27. *c.* 8. Atropha carnosiora. Et *lib.* 15. *cap.* 3. Carnosissimæ olivæ. ¶ Item carni similis. *Plin.* 16. 38. Lignum carnosum. *Id.* 11. 37. Carnosus candor.

Carnulentus, a, um, adject. a carne, idem quod carnosus, pinguis, πολύσαρκος, *carnoſo*, *graſſo*. *Solin. c.* 8. (al. 2.) *de Liguſtici maris fruticibus*; Fluxi sunt, tactu prope carnulento. *Prudent. Periſteph.* 10. *v.* 372. Carnulenta pectora.

Carnūtes, Carnutæ, Carnuti, Carnoti, pop. Galliæ Celticæ, in Belsia prov. quorum tractus *le pais Cartrain*. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall.* 35.

Caro, is, a. 3. *purgare*, *pettinare*, ξαίνω, est lanam purgare, seu pectere, a Κείρω, tondeo, vel a careo, quia cum purgatur, eo deducitur, ut sordibus careat. *Plaut. Men.* 5. 2. 49. Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere. ¶ Hinc est *carmen*, *carmino*, &c. V.

Caro, nis, & olim carnis, nis, f. 3. *carne*, בשר, Ger. *fleiſch*, Gal. *chair*, Hisp. *carne*, Κρέας, est substantia mollior corporis, a Κρᾶς, per metathesim, seu Κρέας, caro. Sed aliqui volunt, carnem proprie dici mortuorum, dictamque esse a careo, quod careat anima, hinc enim carnifices dictos esse, quod carnes ex homine faciant. ¶ Inter carnem, & pulpam sic *Donatus* distinguit, ut caro sit, quæ sanguine, venis, ossibus, nervisque constringitur, pulpa, ea, quæ manducatur, eo quod pulsetur, & conscindatur. ¶ Bubula caro, ovilla, vitulina, hædina, &c. *Ovid. Met.* 15. *v.* 380. Caro viva. *Cic. in Piſon. c.* 9. Hominem scelestum, putidam carnem dixit. ¶ Arboribus etiam tribuit *Plin. l.* 16. *c.* 38. ¶ Carnem pro corpore amant Christiani Scriptores. Ita tamen & *Seneca* locutus est *epiſt.* 65. *ſub fin.* Nunquam me caro ista compellet ad metum, nunquam ad indignam bono simulationem.

Caropeïus, a, um. *Stat.* 5. *Theb. v.* 159. Caropeia conjux. *h. e.* Polyxo uxor Caropi Lemnis.

Carota, æ, f. *carota*, δαῦκος, genus oleris, quod pastinacam erraticam appellari a *Plin. l.* 25. *c.* 9. notat *Harduin. Apic. l.* 3. *cap. ult.*

Carpathĭus, a, um, adject. a Carpatho, ut Carpathium mare, *Horat. l.* 1. *od.* 3. 5. *v.* 8.

Carpăthus, f. 2. *Scarpanto*, Κάρπαθος, inf. Asiæ, inter Cretam ad Occ. & Rhodum ad Or. Doridi propior, una Sporadum.

Carpentarius, m. 2. *legnaiuolo*, חוטב עצים, Ger. *vvagner*, Gal. *charpentier*, Hisp. *carpintero*, ἁμαξουργός, faber, qui carpenta facit. *Leg.* 1. *Cod. de excuſ. artif.* Fullones, carpentarii, sculptores. ¶ Nec tantum carpentorum artifices, sed & qui cujusvis generis vehicula conficiunt, carpentarii dicuntur; quia carpentum posteriori ævo late pro omni vehiculo ponitur, ut notat *Salmaſ. & Caſaub. ad Lamprid. Alexand. c.* 52. ¶ Cæterum Carpentarius, a, um, proprie est adject. ut carpentarius artifex, *Lamprid. loc. cit.* Et carpentarium vehiculum. *Trebell. in Zenobia.*

Carpentum, n. 2. *cocchio*, *carretta*, רכוב, Germ. *rollvvagen*, Gall. *coche*, Hisp. *coche*, ὄχημα, vehiculi genus, duos capiens, fortasse a *carpinus*, arboris specie, quod ex carpino fieret. *Isidorus* censet fuisse vehiculum pompaticum, dictumque a carrus, & pompa. *Plin. de Vir. Illuſt.* Super ipsum corpus carpentum agere præcepit. ¶ Videtur autem Carpentum olim mulierum tantum fuisse proprium. Nam *Liv. Ovid. Florus*, & *Suet. in Claud. & Tiber.* feminis tribuunt. ¶ *Tacitus* vero *Annal. l.* 12. ita loquitur: Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius. Carpento Capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus, & sacris antiquitus concessus, veneratione augebat feminæ. ¶ *Florus* quoque *l.* 3. *c.* 2. & 10. genus vehiculi bellici facit. V. *Ovid. l. Faſt. v.* 619.

Carpetāni, pop. Hisp. Tarrac. in Castella nova, ubi nunc pars Algarriæ, & regionis *la Mancha*, versus Tagum, & Anam, quorum metrop. Toletum.

Carpetānus, a, um, ad Carpetanos pertinens, ut Carpetana juga, *Plin.* 3. 1.

Carphos, n. 3. τρᾶγος, herba, al. buceras, ægoceras, fœnum Græcum. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Carpi, orum, populi barbari, Romanis infesti, qui videntur primum Carpates montes infedisse; deinde ad Danubium digressi sunt. *Eutrop. l.* 9. *c.* 15.

Carpĭcus, cognomen Aureliani Imperatoris ob devictos Carpos. *Vopiſc. cap.* 30.

Carpinĕus, a, um, o. 1. 2. ex carpino factum. *Plin. l.* 16. *c.* 34. Manubria carpinea.

Carpĭnus, f. 2. *carpine*, ζυγία, arbor nota de acerum genere. *Colum. l.* 5. *c.* 7. Carpinus, & ornus in hoc ipsum disponitur.

Carpiscŭlum, seu Carpiscŭlus, genus calceamenti barbarici multifariam scissi. *Vopiſc. in Aureliano*, *c.* 3. ¶ Est etiam vox architectonica. *Salmaſ. ad Vopiſcum* affert Inscript. hujusmodi: Tegulas æneas auratas, cum carpiscŭlis, & vestituris basium.

Carpistes, æ, m. Καρπιστής, hoc est vindex, assertor, a καρπός, qua voce tum carpum manus, tum ipsam volam Græci appellant. Ita *Horon* suum appellavit *Valentinus* apud *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 9. *in fi.*

Carpo, is, carpsi, carptum, ere, ארח, Ger. *brechen*, *abbrechen*, Gal. *prendre*, *ceuillir*, Hisp. *tomar*, *coger*, δρέπομαι, proprie est molliter decerpere, & leniter auferre, nulla violentia adhibita, *carpire*, *pigliare*, *cogliere*. *Virg. Ecl.* 9. Carpent tua poma nepotes. *Colum. l.* 5. *c.* 6. Carpere herbas. ¶ Et metaphorice. *Cic. pro Sext.* Floſculos orationis carpere, ac delibare. ¶ Est verbum etiam militare, cum partem hostium se recipientium intercipimus, & obtruncamus. *Cæſ. B. C. l.* 1. *c.* 63. Relinquebatur Cæsari nihil, nisi uti equitatu agmen adversariorum male haberet, & carperet. *Lucan. l.* 4. *v.* 155. Jamque agmina summa Carpit eques. ¶ In multas, parvasque partes carpere exercitum, apud *Liv. l.* 26. est pro dividere, *ſmembrare*. ¶ Est etiam lædere, consumere paulatim, & quasi per partes. *Virg.* 4. *Æn.* Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. *Ovid. l.* 2. *de ar. am. v.* 114. Forma spatio carpitur ipsa suo. ¶ Sæpe significat reprehendere, perstringere, & quasi verbis vellicare. *Cic. pro Corn. Balbo*, *c.*26. Carpere maledico dente. *Ovid.* 3. *de Pont. eleg.* 1. *v.* 64. Carpere facta alicujus. ¶ Item spoliare, emungere, ut Carpere opes alicujus. *Id. l.* 4. *de Pon. eleg.* 8. ¶ Item laniare, lacerare, ut carpere faciem, in *leg. XII. Tab.* quam affert *Serv. ad Æn.* 12. ¶ Item carminare, ut carpere pensum, *Virg. Æn.* 4. *v.*134. Simile fere est illud *Propert. l.* 2. *el.* 17. Carpere pecus. h. e. tondere. ¶ Carpere iter, carpere somnos, poetica sunt pro capere. *Horat. l.* 2. *Od.* 17. *Virg. Æn.* 4. *v.*555. ¶ Carpere est etiam scindere cibum, *trinciare*. *Petron. in Satyr. c.* 36.

Carpobalsămum, καρποβάλσαμον, balsami fructus. *Plin. l.* 12. *c.* 25.

Carpophyllon, laurus montana, foliis mollioribus. *Plin. l.* 15. *c.* 30.

Carptim, adverb. *ſommariamente*, ἀκροθιγῶς, hinc, atque illinc carpendo. *Salluſt. in Catil.* Res gestas pop. Rom. carptim perscribere. *Liv. l.* 44. *c.* 41. Carptim aggredi. h. e. sine ordine. *Id. l.*38. *c.*25. Ut ad stipendium petendum convenirent, seu carptim partes, seu singuli mallent.

Carptor, m. 3. *trinciante*, al. structor, a carpo, qui in conviviis cibos scindens, carpensque præministrat. *Juven. Sat.* 9. *v.* 110. Carptores, archimagiri. ¶ Item obtrectator, maledicus. *Gell. l.* 19. *c.*7. Vituperones suos subducti supercilii carptores appellavit.

Carptūra, æ, f. 1. collectio, prehensio, captus. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Apes discrimen sequuntur in carptura.

Carptus, us, ui, m. 4. idem. *Plin. l.* 24. *c.* 10. Trium digitorum carptu. Al. leg. *captu*.

Carptus, a, um, carminatus, pexus, *pettinato*, ut lana bene carpta, *Celſ. l.* 6. *c.* 6.. ¶ Item decerptus. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 80. Flos carptus.

Carpus, i, m. 2. καρπός, palmæ pars, qua brachio jungitur. *Celſ. l.* 3. *c.* 6. Carpo manum admovere.

Carræ, *Orſa*, *Horren*, urbs E. Mesopotamiæ, prope Chaboram fl. condita a Parthis, ubi Crassi M. & P. cæsi fuere. *Lucan. l.* 1. *v.* 104.

Carrāgo, inis (Græci καρκῆν vocant) *carriaggio*, impedimenta exercitus, & munitio ex connexis carris, hosti arcendo. Usi hac voce *Ammian. l.* 31. *c.* 20. & *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 13.

Carrobalista, vel Carroballista, æ, ballistarum genus carro impositum. *Veget.* describit *l.* 3. *c.* 24. *de re milit.*

Carróco, onis, m. genus piscis. *Auſon. ep.* 4. *v.* 58. Carroco, lethalis trygon, mollesque plateæ.

Carrūca, f. 1. *carrozza*, כרכבה, Ger. *kernlein*, Gal. *chariot*, Hisp. *carreta*, ἅμαξα, vehiculum pomporum honoratorum, a carrus, vel a καρῆνα, vehiculum, quod apud *Hesychium* legitur. *L. un. C. de honorat. vehicul.* Omnes honorati, seu civilium, seu militarium dignitatum, vehiculis dignitatis suæ, hoc est carrucis, intra urbem utantur. ¶ Dormitoriæ carrucæ mentio fit *Lex Uxori* 13. *ff. de argent. & aur. legat.* & significare videtur Lecticam rotis impositam. ¶ Carrucas argento, auroque ornatas, & ebore, atque a Senatoribus non solum, sed & ab Imperatoribus ipsis usurpatas fuisse, *Vopiſc. in Aureliano*, *c.* 46. *Spartian. in Alexand. Severo*, & *Heliogab.* testantur. His adde *Plin. l.* 34. *c.* 11. & *Suet. in Ner. c.* 30. V. Carrucarius, adject.

Carrucarius, ii, m. 2. qui carrucam regit. *Ulpian. l.* 13. *ff. loc. conduct.* Quæritur, si cisiarius, ideſt carrucarius, dum cæteros transire contendit, evertit.

Carrucarius, a, um, adject. a carruca, ut Carrucariæ mulæ, *Ulpian. lib.* 38. *ff. de Æd. ædict.* Muliones carrucarii. *Capitolin. in Maximino junior*, *c.* 4. Ex quo colligitur, carrucas a mulis trahi solitas. ¶ In Pandect. Florentinis scriptum legitur *carruchs*, & *carruchavius*.

Carrŭlus, i, m. *carretto*, parvus carrus, ἁμάξιον. *Ulpian. Dig.* 17. 2. 52. Carrulorum vecturæ.

Carrus, m. 2. carrum, n. 2. *carro*, עגלה, Ger. *ein karn*, Gal. *char*, Hisp. *carro*, ἅμαξα, currus quatuor rotarum, cujusmodi erant, quibus exercitus impedimenta vehebantur, a *currus*, vel a *cardine*, rotarum. *Hirt.*

de B. Hisp. c. 6. Per viarum angustias carra compluria, multosque lanistas retraxit. *Cæs. B. G. l. 1. c. 26.* Ad impedimenta, & carros suos se contulerunt.

Carseolānus, a, um, gentile a Carseolis. *Plin. l. 3. c. 12. Ovid. 4. Fast. v. 410.* nam vivere captam Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.

Carseŏli, m. 2. *Carsoli, Arsoli*, Col. & opp. Æquorum in Latio, in colle, ab Anniene fl. 3. M. P. a confin. Aprutii paulo ampl. *Ovid. 4. Fast. v. 683.* Frigida Carseolis, nec olivis apta ferendis Terra.

Cartha, Cartheia, Carteia, Cartæa, Tartessus, *Algezira*, urbs exc. Bastulorum, in Hispania, ad fretum Herculeum.

Carthæa, æ, urbs in Cea insula. *Plin. 4. 12.* Hinc

Carthæus, & Cartheius, a, um, ut Carthæa arva, *Ovid. Met. 10. v. 109. & Met. 7. v. 368.* Antiquæ cartheia mœnia Ceæ.

Carthaginensis, vel Carthaginiensis, adject. a Carthagine. Lis est magna, utrum rectius dicatur. *Voss. de art. Gram. l. 1.* præfert *Cathaginensis*, additque, cum *Ennius* dixit: Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis, metri causa per Epenthes. *i* interseruisse. Eum consule, & simul *Gronov. in Not. ad Liv. l. 28. c. 26.*

Carthāgo, f. 3. *Cartagine*, inc. *Berſak*, καρχηδών, urbs Africæ, in ora lit. Condita est 72. annis ante Romam ab Elissa, seu Didone filia Beli junioris Regis Phœnices, uxore avunculi Acerbæ, vel Sichæi Sacerdotis Herculis. Hæc fratrem Regem aversata, quod virum sibi interfecisset cupiditate auri, quo hic affluebat, e Tyro fugit, & primo in Cyprum, deinde in Africæ linum delata est, ubi empto ab incolis loco, qui corio bovis tegi posset, in quo tessos longa navigatione socios, quoad proficiscereturr, reficere posset, corium in tenuissimas partes secari jussit, atque ita ingens spatium occupavit. Loco inde Byrsæ nomen fuit, a corio bovis. Nam βύρσα corium est. Confluentibus vicinis locorum, qui spe lucri multa hospitibus venalia inferebant, sedesque ibi statuentibus, ex frequentia hominum velut instar civitatis effectum est. Uticensium quoque legati dona ut consanguineis attulerunt, hortati sunt, urbem ibi conderent, ubi sedes sortiti essent. Sed & Afros detinendi advenas amor cepit. Itaque consentientibus omnibus urbs conditur, statuto annuo vectigali pro solo urbis. In primis fundamentis caput bubulum inventum est. Auspicium fuit fructuosæ terræ, sed laboriosæ, perpetuoque servæ urbis. Quare in alium locum urbs translata est. Ibi equi caput repertum bellicosum, potentemque populum futurum significans, urbi auspicatam sedem dedit. *Justin. lib. 18.* Mœnibus urbis montem includerunt, in quo arcem condidere, & Byrsam appellavere, quæ hodie dicitur *Cartin, Rocca de Maſtinaces*, Afris *Berſak Almenara*. Urbs vero universa Carthago vocata est a Charta opp. Phœnices haud procul a Tyro, vel a Carthagine filia Herculis. Ex *Cic. 3. de nat. Deor.* Progressu temporis facta est urbs amplissima, Romam diu æmulata est, quam bellis gravissimis, & periculosissimis vexavit, misso in Italiam Annibale, & aliis ducibus cum maximis exercitibus. Dominata est sexcentos fere annos, propter consilia, & disciplinam. *Cic. 1. de Rep.* Eversa fuit a P. Scipione Æmiliano, qui Africanus junior dicitur, post tertium bellum Punicum. *Id. 3. de nat. Deor. 1. 2. Agr. 1. & 1. Offic.* ¶ Carthago nova, quæ & Spartaria, a sparti copia, *Cartagena*, urbs Hisp. Tarr. cum arce permunita, & portu amplissimo, condita ab Hasdrubale.

Cartibŭlum, n. 2. vinaria mensa lapidea, quadrata, oblonga, una columella: quæ apud multos in ædibus ad compluvium ponebatur, & in ea, & cum ea æneæ vasa. Prius dicta est *gerribulum*, a gerendo, postea *cartibulum*. *Var. l. 4. de L. L. pag. 31.*

Cartilaginĕus, a, um, qui ex cartilagine, ut Aures cartilagineæ, *Plin. l. 11. c. 37.*

Cartilaginōsus, a, um, idem quod cartilagineus. *Cels. l. 8. c. 1.* Humerus incipit extremis utrinque capitibus cartilaginosus. ¶ Aliis quoque rebus tribuitur. *Plin. l. 12. c. 25.* Galbanum cartilaginosum, *sc.* quod ligneso opponitur.

Cartilago, inis, f. 3. *cartilagine*, נרל, Ger. *darknerplichte*, Gal. *cartilage*, Hisp. *ternilla*, χόνδρος, pars corporis similaris, mediæ naturæ inter carnem, & ossa, qualis est in auribus, naribus, extremitatibus costarum, operculis oculi, quæ moventur. *Plin. l. 11. c. 4.* Insecta non videntur habere cartilaginem. Adde *Cels. l. 8. c. 1.* ¶ Per similitudinem dicitur de aliis rebus. *Plin. 15. 28.* Carne placent palmæ, succo uvæ, callo pira, mora cartilagine.

Carunculla, *carnicina*, σαρκίον, dimin. a caro. *Cic. de Div. l. 2. c. 24.* Carunculæ vitulinæ mavis, quam Imperatori veteri cedere?

Carus, a, um, o. 1. 2. pretiosus, non vilis, item dilectus, gratus, jucundus, suavis, acceptus, *pretioſo, caro, diletto*, יקר, הכיב, Ger. *thevver, vverth*, Gal. *cher*, Hisp. *agradecido, caro*, πολύτιμος, προσφιλής, proprie notat pretiosum, & per metalepsim significat dilectum. Nam quæ pretiosa sunt, eadem dilecta esse solent. Deductum est a *careo*, quod deficiente annona res caræ sint. Scribendum est sine aspirat. sive pro pretioso, sive pro dilecto sumatur. *Cic. 2. de Div. c. 27.* Annonam in macello cariorem fore. *Id. pro Arch.* Carus fuit Africano superiori noster Ennius. *Id. Catil. 4. c. 2.* Frater carissimus, & amantissimus. ¶ Construitur cum genit. a *Tertulliano de Pœn. c. 9.* Caris Dei adgeniculari. ¶ *Cari, orum*, aliquando sunt liberi. *Lactant. l. 6. c. 12.* Cum sciat, se caros suos Deo relinquere.

Carya, æ, f. Καρύη, urbs Peloponnesi. *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Caryātes, tium, Caryæ incolæ. *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Caryatĭdes, f. 3. statuæ muliebres in ædificiis publicis collocatæ oneri ferendo. Carya enim civitas Peloponnesi cum Persis contra Græciam consensit. Græci bello Persico per victoriam liberati communi consilio Caryatibus bellum indixerunt, urbe capta, & deleta, viris interfectis, matronas eorum in servitutem abduxerunt, nec sunt passi ornatus matronales deponere, ut æterno servitutis exemplo gravi contumelia pressæ pœnas penderent pro civitate, denique voluerunt, ut earum imagines ad ignominiam sempiternam in publicis ædificiis oneri ferendo collocarentur. *Vitruv. l. 1. c. 1.* ¶ Caryatides etiam statuæ virginum videntur fuisse, quæ Caryatidi Dianæ choros agitantes captæ sunt. *Plin. l. 36. c. 5.* Romæ Praxitelis opera sunt, quas Thyadas vocant, & Caryatidas. Carya enim, vel Caryatium, templum etiam Dianæ in Laconia fuit, sic dictum, quod, cum luderent virgines, minitante ruina, omnis chorus in arborem nucis fugit, & in ramo ejus pependit. Nam eam nucem Græci καρύαν, vocant. *Philander.*

Caryīnus, a, um, καρύινος, adject. a caryon, ut caryinum oleum. *Plin. l. 23. c. 4.*

Caryītes, per tres syll. tithymali species. *Plin. l. 26. c. 8.*

Caryon, n. 2. καρύον, nux juglans, a κάρα, caput, quia est fructus rotundus instar capitis, vel quia gravedinem capitis affert. *Pl. l. 15. c. 22.*

Carvophyllon, n. 2. *garofolo*, Gal. *clou de giroffle*, Hisp. *clavo de eſpecias*. καρυόφυλλον, flos arboris Indicæ in clavi modum capitatus, præstantissimo odore. Aliqui deducunt a καρύον, juglans, & φύλλον, folium, quasi nucis folium. Sed neque naturam, neque figuram juglandis habet. Aliqui Græcanicam caryophylli vocem corruptam suspicantur. *Plin. l. 12. c. -.* ¶ Ex flore Indico noster iste flos appellatus est. Nam similem odorem spirat.

Caryōta, æ, & caryotis, idis, f. καρυωτὶς φοίνιξ, fructus palmæ, al. dactylus, margaris, palmula, a κάρα, caput, vel καρόω, soporo, quia capiti gravedinem affert, vel a καρύον, nux, quia est palmula major, quæ formam habet amplæ nucis, & referta est succo. *Scribon. Larg. compos. 74.* ¶ Aurea caryota dicebatur, quæ calendis Januarii dono mittebatur, quia aureis bracteis involvebatur, vel erat caryota Babylonica, colore electri, qui aureus est. *Martial. l. 13. epig. 27.* Aurea porrigitur Jani caryota calendis; Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. *Stat. 1. Silv. 6. 20.* Prægnantes caryotides cadebant.

Carystĕus, a, um, ad Carystum pertinens. *Ovid. 4. Fast. 282.* Quaque Carystcis frangitur unda vadis.

Carystĭus, a, um, adject. a Carysto, ut columnæ carystiæ, *Plin. l. 6. epist. 6. n. 36.* Ubi vide quæ de carystio marmore notavit. *Cellarius.*

Carystus, f. 2. *Carysto*, κάρυστος, urbs Eubœæ lit. in ora Austr. inter Leonem prom. & Caphareum. Hic Briareus Gigas colebatur. Marmore abundat, quod Carystium nominatur. *Tibul. l. 3. el. 3. v. 13.*

Casa, f. 1. *cajuccia, capanna*, מלונה, Ger. *hirtenhaus*, Gal. *caſe, cabane*, Hisp. *caſilla, choca*, καλύβη, tugurium, domus rustica, & vilis *Cic. Tusc.* Ptolemæo peragranti Ægyptum cibarius in casa panis datus est, *Ovid. 2. Amor. eleg. 9. v. 18.* Stramihea casa. ¶ *Veget. l. 2. c. 10.* casas vocat tentoria militum. *Ovid. 3. Fast. v. 527.* Sub Jove pars durat, pauci tentoria ponunt; Sunt quibus e ramis frondea facta casa est. ¶ *Scelera non intrant casas*, prov. in paupere fortuna innocentiam ac virtutem sæpius coli, quam in magna. *Senec. in Thyest. v. 451.* ¶ Ita *fugias, ne præter casam*, aliud proverb. apud *Terent. Phorm. 5. 2. 3. h. e.* ne vitium aliquod adeo fugias, ut in pejus ferare.

Casabundus, o. 1. 2. πτώσιμος, crebro cadens. *Macrob. l. 5. Saturn. c. 21.* Herculem fictores cum poculo fecerunt, & nonnunquam casabundum, & ebrium.

Casālis, le, ad casas pertinens. In re Agraria *Casalia* sunt limites, qui agros finiunt. *Auctores rei Agrar* apud *Goes.* passim.

Casans, antis, nutans, & cadenti similis. *Plaut. Asin. 2. 3. 23.* Casanti capite incedere. Al. leg. *quassanti*.

Casaria, æ, *casiera*, f. 1. mulier, quæ casam custodit. *Fest.*

Casarius, ii, rusticus, qui in casa habitat agri colendi causa. In *Cod. Theod. 9. 42. 7.*

Casce, adverb. a cascus, antique, vetuste, *Gell. l. 1. c. 10.*

Cascus, a, um, o. 1. 2. *vecchio*, קכרוני זקן, Ger. *alt*, Gal. *vieil, ancien*, Hisp. *antiguo*, κασκός, vetus, antiquus, lingua Sabinorum, a *cajus* voce Oscorum pro vetere. *Manil. apud Varr. l. 6. de L. L.* Cascum dutisse cascum non mirabile est. *Cic. Tuscul. 1. c. 12.* Itaque illud unum erat insitum priscis illis, quos cascos appellat Ennius.

Caseāle, lis, n. 3. locus, in quo fit, & servatur caseus. *Colum. l. 2. c. 15.* Culina, & caseale quotidie debent emundari.

Caseārius, a, um, o. 1. 2. quod ad caseum refertur, ut Taberna casearia, ubi casei siccantur, vel venduntur. *Ulp. l. ſicuti*, §. *Aristo*, *ff. ſi ſervit. vend.* Non putare se, ex taberna casearia fumum in superiora ædificia jure immitti posse.

Caseātus, a, um, in modum casei formatus, vel caseo admixtus. *Apul. l. 1. Met. ſub init.* Polentæ caseatæ offula.

Caseus, m. 2. *formaggio, cacio*, גבינה, Ger. *kese*, Gal. *fromage*, Hisp. *queſo*, τυρός, lac coactum, vel pressum, a *coago*, hoc est, cogo, premo, quasi *coaxeus*. *Cic. de Sen. c. 16.* Villa abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. ¶ Caseum neut. gen. *Plautum*, & alios formasse, auctor est *Nonius c. 3. n. 63.* ¶ *Plin. l. 16. c. 38.* Figurare caseos, *compor forme di cacio*.

Casĭa, f. 1. *caſſia*, κασία, κασσία, frutex aromaticus in Æthiopia, & Arabia crescens, in montibus, juxta campos cinnami, multis, furculosisque brachiatus ramis, simillimus cinnamomo, crassiore sarmento, infirmiori virtute, tenui cute verius, quam cortice, altitudine cubitorum trium. *Plin. l. 12. c. 19.* ¶ Est etiam genus herbæ apibus gratissimæ. *Virg. 2. Ecl.* Casia, atque aliis intexens suavibus herbis. ¶ Utebantur in funeribus Veteres. V. *Martial. l. 11. epigr. 55.*

Casia fistularis, κασσία συριγγώδης, filiqua oblonga, & teres, concretum intus atramentum continens, non una coalescens serie, sed ex intervallis lignosis, tenuibusque membranis septum, ossaque quædam habens immersa, non dissimilia iis, quæ nostra profert siliqua. Aliqui nominant siliquam Ægyptiam.

Casilīnas, atis, Casilinensis. *Valer. Max. 7. 6. 2.*

Casilinenses, iidem qui Casilini. *Cic. de Invent. 2. 57.*

Casilīni, m. 2. cives Casilini opp. *Plin. l. 3. c. 5.*

Casilīnum, *Caſtelluccio*, κασίλινον, Col. & oppid. olim, nunc pag. Campaniæ, ubi Casilinus fl. in Vulturnum excipitur. *Plin. 3. 5.*

Casilīnus, a, um, ad Casilinum pertinens, ut Casilina limina, *Silius l. 12. v. 426.*

Casīna, κασίνα, nomen Fabulæ Plauti a præcipua ejus dramatis persona tractum, quæ scortillum significat. nam Κάσαν scortum interpretantur.

Casīnas, atis, ad Casinum pertinens, ut Casinas fundus, *Cic. Agr. 2. c. 25.*

Casīnum, *Caſſino*, Col. & urbs Volscorum, E. exc. in Latio, juxta conf. Campaniæ, nunc in Prov. Terræ Laboris, in Reg. Neap. ad M. Cassini radices, in quo magnificentissimum est Cœnobium Monachorum, ubi incunabula Ordinis S. Benedicti.

Casĭto, n. 1. freq. a caso, quod est a cado. *Paul. de ſerv. urb. præd. l. ſervitutes.* Si antea ex tegula casitaverit stillicidium.

Casĭus mons, *Lariſſa*, mons Ægypti, in ora lit. in Augustamnica regione, prope Sirbonis paludem, & confinia Palæstinæ, extensus versus limites Arabiæ Petræ. Ibi Pompeii Magni sepulchrum, & Jovis templum, qui inde Casius cognominatus est, & urbs Cassium. *Plin. 5. 12.* ¶ Casius alter, *Liſon, Liza*, mons Syriæ, mare Syrium inter Ciliciam, & Phœnicem attingens, Antiochiæ urbi, & Lydiæ finitimus, cujus altitudo tanta est, ut Sol oriens 4. vigilia noctis conspiciatur, ac eodem tempore dies sit ad Or. nox ad Occ. ut scribit *Plin. l. 5. c. 22.*

Casius, a, um, ad Casium montem pertinens, ut Jupiter Casius, *Plin. 5. 12.*

Casnar, m. 3. fenex, Oscorum lingua, *Fest. Var. l. 6. L. L.*

Caso, as, are, frequentat. a cado, *cadere ſpeſſo*. *Plaut. Mil. Glor. 3. 2. 37.* Non hercle tam istoc valide casabant cadi. Afferuntur alia loca ejusdem *Plauti*, sed ibi incerta lectio.

Casperĭa, *Aspra*, opp. Sabinorum, ad ortum Himellæ fl. *Virg. Æn. 7. v. 714.*

Caspiācus, a, um, adject. idem quod Caspius, ut porta Caspiaca, apud *Stat. 4. Silv. 4. 64.*

Caspiădæ, arum, populi Caspii. *Valer. Flacc. 6. 106.*

Caspiæ portæ, *les portes de Teſſis*, κασπίαι πύλαι, angustiæ M. Tauri, haud procul a Caspio mari, quæ Mediam ad Occ. separant a Parthia. Dictæ sunt, quod per eas ex Babylonia, & Perside ad Mer. translitus est ad mare Caspium in Bor. *Plin. 6. 14.*

Caspiāni, orum, populi iidem qui Caspii. *Mela l. 1. c. 2.*

Caspii,

Caſpĭi, pop. Hyrcaniæ, quorum regio Caſpiana, *Strabo*, apud mare quod ab illis Caſpium dictum eſt. *Plin.* 6. 13. ¶ Caſpii ſunt montes inter Armeniam majorem, & Mediam, valde extenſi a Sept. in Mer.

Caſpĭnus, a, um, idem quod Caſpius, apud *Dionyſ. in Perieg. v.* 881. Caſpinam late terram ſuperabilis unda. Si tamen lectio certa eſt.

Caſpĭus, a, um, adject. ut Tigris Caſpia, *Stat.* 10. *Theb. v.* 288. Regna Caſpia, *Virg.* 6. *Æn. v.* 798. ¶ Caſpiæ portæ. V. ſup.

Caſſandra, f. 1. Κασσάνδρα, Priami, & Hecubæ filia, quæ cum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis ſui copiam promiſit, ſi vates ab illo neret. Quod Apollo ſe facturum juramento firmavit. Sed cum illa promiſſis non ſtaret, iratus Deus fecit, ut ejuſdem vaticinus nulla fides adhiberetur. Nunquam igitur illi creditum eſt, cum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Poſtea deſponſata fuit Chorœbo (ut ait Maro. Homerus vero Orthryon eum nominat) qui in auxilium Trojanis veniens poſtrema nocte periit. Hanc Ajax Oileus in Minervæ templo vitiavit. Tandem, devaſtata Troja, Agamemnoni in ſorte contigit, cui omnia, quæ illi a conjuge pararentur, prædixit. Sed nihil ei creditum eſt. Veniens igitur cum Agamemnone Mycenas, cum eodem in convivio juſſu Clytæmneſtræ occiſa eſt. *Serv. ad* 2. *Æn. v.* 247. & *Hygin. fab.* 93. & 117.

Caſſātus, a, um, abrogatus. *Caſſiodor. l.* 5. *epiſt.* 14. Omnium redemptione caſſata.

Caſſe, adverb. a caſſus, fruſtra, *in vano*, κατὰιως. *Liv. l.* 24. *c.* 26. Caſſe ne tempus tereretur.

Caſſeſco, is, eſcere, evaneſco, ut Caſſeſcere in ſavillas, apud *Solin. c.* 22. ut reſtituit *Salmaſ. in Exercitat. p.* 177.

Caſſia via, Romæ a Caſſio ſtrata: *Feſtus*.

Caſſiānus, a, um, adject. a L. Caſſio. *Cic. pro Mil. c.* 12. Illud Caſſianum, *Cui bono fuerit*, in his perſonis valeat. ¶ Judex Caſſianus pro triſti, & ſevero, *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 30. & *Verr.* 3. *c.* 62. Fuit enim L. Caſſius Prætor ſummæ ſeveritatis in judicando, ita ut ſcopulus reorum diceretur. *Val. Max. l.* 3. *c.* 7.

Caſſĭcŭlus, i, m. diminut. a Caſſis, is. *Hieron. l.* 3. *cont. Rufin. c.* 6. Nequaquam arenarum mihi opponas caſſiculos. ¶ Apud *Feſt.* legitur *caſſiculum* neutr. gen.

Caſsĭda, æ, f. 1. idem quod Caſſis, idis, aut diminut. factum ex accuſativo *Caſſida*. *Propert. l.* 3. *el.* 9. *v.* 15. Aurea cui poſtquam nudavit Caſſida frontem. *Virg.* 11. *Æn. v.* 774. aurea vati caſſida.

Caſſidārius, ii, m. qui caſſidas facit. *Inſcript.* apud *Reinef. claſſ.* 8. *n.* 70.

Caſsĭlam antiqui pro *caſſide* ponebant, inquit *Feſtus*.

Caſſiodōrus, Ravennas, ingenio, & eruditione clarus, & Theodorico Gothorum Regi apprime carus, cujus beneficio Quæſturam Sacri Palatii, Conſulatum, Magiſtri Officiorum, & Præfecti Prætorio munera obtinuit. Noviſſime, abdicatis fæculi ſtudiis, religioſam vitam amplexus Ravennatenſi Cœnobio Abbas præpoſitus fuit. V. *Voſſ. de Hiſtor. Lat. l.* 2. *c.* 19.

Caſsiŏpe, es, & Caſsiopēa, æ. Κασσιόπη, fuit Cephei Regis Æthiopum uxor, mater Andromedes, relata inter ſidera. *Cic. l.* 2. *de Nat. Deor. c.* 43. Obſcura ſpecie ſtellarum Caſſiopea. *Propert.* 1. 17. 3. Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam Ominat.

Caſsis, caſsis, m. 3. *rete*, רשת, δίκτυον, rete, præſertim venatorium. *Virg.* 4. *Georg.* In toribus laxos ſuſpendit aranea caſſes. *Ovid. de Art. am. l.* 2. *v.* 2. Decidit in caſſes præda petita meos. *Senec. Agamemn. v.* 882. Ut altis hiſpidus ilvis aper, Cum caſſe vinctus tentat egreſſus tamen.

Caſsis, hujus caſsidis, f. 3. *elmo, elmetto*, Germ. *ein helm*, Gal. *beaume*, κόρυς, galea. *Cæſ. 7. B. G.* Muliones cum caſſidibus. *Ovid.* 8. *Met. v.* 25. Caſſis criſtata pennis.

Caſsĭta, f. 1. *lodola*, Gal. *alouett*, Hiſp. *coguvada*, κορύδαλος, avis, quam alii alaudam alii galeritam dicunt. *Plin. l.* 10. *c.* 37. *Gell. l.* 2. *c.* 29.

Caſſiterĭdes, Cattiterides, *inſ.* in Oceano Cantabrico, in ora Bor. R. Gallæciæ, quæ Trileuco prom. adjacent, quarum una *Zizarga* dicitur ad Occ. altera *Isle de S. Ciprian*, ad Or. Dictæ ſunt, quia plumbo abundant, a *caſſiterus*, plumbum. *Plin. l.* 4. *c.* 22.

Caſſitĕron, i, n. *ſtagno*, κασσίτερος, ſtannum, vel plumbum album. *Plin. l.* 24. *c.* 16.

L. Caſſius Longinus Q. F. pater illius I.. Caſſii, qui in omnibus cauſis ſolebat quærere, cui bono, & illius C. Caſſii, qui C. Mario, C. Flavio Coſſ. multas leges tulit ad Nobilitatis potentiam minuendam.

Caſsĭus, a, um, ad Caſſium pertinens, ut *Caſſia via*, a Caſſio ſtrata. *Feſtus*. ¶ Caſſia lex agraria memoratur a *Livio l.* 2.

Caſſo, as, a. 1. *vender vano*, deſtruo evacuo, abrogo. *Sidon. l.* 1. *epiſt. ult.* Cæterum objecta ſi non improbabiliter caſſaverimus, &c.

Caſſus, a, um, o. 1. 2. *caſſo, vacuo, vuoto*, ריק, Ger. *leer*, Gal. *vain, vuide*, Hiſp. *vano, vazio*, φρᾶδος, quod eſt inane, & vacuum, a careo, ut *Priſcian.* docere videtur *l.* 9. *Plaut. in Aul.* Virginem habeo grandem dote caſſam, atque illocabilem. ¶ Hinc caſſa nux, quæ vitioſa eſt. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 136. ¶ Et lumine caſſus, æthere caſſus, &c. vita privatus, mortuus. *Virg.* 2. *Æn.* &c. Ire in caſſum, ſignificat irritum eſſe. *Lucan. l.* 2. *v.* 263. Ubi alii leg. *Incaſſum* conjunctim. ¶ Caſſam familiam, h. e. indigam, eſurientem, ſunt qui legant in *Plaut. Aſin.* 3. 2. 17. V. Cauſa. ¶ Caſſus cum genitivo, ut caſſus luminis, h. e. lumine carens, *Cic. in Arat. v.* 369.

Caſtalĭa, æ, f. 1. idem quod Caſtalius mons. *Virg.* 3. *Georg. v.* 293. Caſtaliam molli divertitur orbita clivo.

Caſtalĭdes, dum, Muſæ dictæ a Caſtalio monte. *Martial. l.* 4. *epigr.* 14. Caſtalidum decus ſororum.

Caſtalĭus, a, um, adject. ut arbor Caſtalia, *Propert. l.* 3. *eleg.* 3. Caſtalia aqua, *Ovid. l.* 1. *Amor. eleg.* 15.

Caſtallĭus, καστάλια, mons Phocidis, pars Parnaſſi, & fons Muſis ſacer, qui & Cabalinus, & Libethris, inter Delphos, & Parnaſſum, a virgine Caſtalia, quæ Apollinem fugiens in fontem verſa eſt.

Caſtanēa, f. 1. *caſtagna*, קרכום, Germ. *einkoſten oder Keſtenbaum*, Gall. *chataigne, ou chataignier*, Hiſ. *caſtana, o caſtano*, κάστανα, genus nucis, a κάστανον, caſtanea, quod a Caſtana, ſeu Caſtanea Theſſaliæ urbe, qui locus harum nucum fertiliſſimus eſt. Tam fructum, quam arborem ſignificat. *Virg.* 3. *Ecl.* Caſtaneæ molles. *Plin. l.* 17. *c.* 20. Caſtanea pedamentis omnibus præfertur. ¶ Revera adjectiv. eſt, & ſubintelligitur *nux*. *Virg. Ecl.* 2. Caſtaneaſque nuces, meas quas Amaryllis amabat.

Caſtanētum, n. 2. *caſtagneto*, Ger. *ein kaſtenwald*, locus caſtaneis conſitus. *Col. l.* 4. *c.* 33. Sæpe novella caſtaneta calveſcunt.

Caſte, adv. *caſtamente*, Ger. *zuchtiglich*, ἁγνῶς, integre, pure, honeſte, pudice. *Cic. pro Leg. Man.* Meus labor in privatorum periculis caſte, integreque verſatus. *Liv. l.* 10. *c.* 7. Caſtius ſacra privata facere. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Quod (fanum) cum Dejotarus religione ſua caſtiſſime tueretur. *h. e.* ſanctiſſime.

Caſtellamentum, i, n. 2. edulium, farciminis genus. *Arnob. l.* 2. *p.* 73. Ut ſpirulas, & butulos facerent, ificia, caſtellamenta, lucanicas. Sic *Vvovverus ad Minuc. Felic.* & *Heraldus* legunt. *Alii catillamenta*. A figura autem appellatio eſt.

Caſtellānus, a, um, o. 1. 2. quod ad caſtellum pertinet. *Cic. in Brut. c.* 73. Quam caſtellanos triumphos duos: h. e. de victis caſtellis actos. Caſtellanus miles, qui ſtationem in Caſtello habet. *Leg.* 2. *C. de Fund. & Limitroph.* ¶ Item incola Caſtelli. *Liv. l.* 34. *c.* 27. Caſtellani agreſte genus. *Et paulo poſt*: Caſtellani agreſtes.

Caſtellārius, ii, qui præeſt aquæductibus. *Vet. Inſcript. apud Grut. p.* 61. *n.* 7. Clementi Cæſarum ſervo Caſtellario aquæ Claudiæ. V. Caſtellum.

Caſtellātim, κατὰ φυλάκια, quaſi turmatim, per caſtella. *Liv. l.* 7. *c.* 36. Ut hoſtes circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederentur. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Allium in plano ſeri vetant, caſtellatimque grumulis imponi.

Caſtellum, li, n. 2. *caſtello*, Germ. *ein ſchloſſ*, φυλακεῖον, dim. a caſtro, parvus vicus muris circumdatus. *Iſidor. l.* 15. *Orig. c.* 4. Vici, & Caſtella, & Pagi ii ſunt, qui nulla dignitate Civitatis ornantur, ſeu vulgari hominum conventu incoluntur, & propter parvitatem ſuam majoribus Civitatibus attribuuntur. *Vet. Gloſſ.* Caſtellum, κώμη, & φυλακεῖον, h. e. cuſtodia, nam caſtella in limitibus regionum eriguntur cuſtodiæ cauſa. *Cic. pro Cæc.* Ebutius in Caſtellum venit. ¶ Caſtellum etiam dicitur conceptaculum aquæ deductæ, unde diſtribuatur publice per Urbem. *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. *Frontin. de aquæduct.* &c.

Caſteria, f. 1. locus, ubi, cum navigatio conquieſcit, remi, & gubernacula reponuntur, quaſi ſchafteria, quæ eſt pars navis, a ἐχάζω, inhibeo. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 16. Si repoſivi remum ſola ego in caſteria. ¶ Aliis eſt pertica, quam hortator remigum tenet, quam ſi incuſſerit, remiges non deſinunt, ſi depoſuerit, quieſcunt a labore. Al. leg. Ciſteria, & *Turneb.* Schafteria. Σχαστηρία autem græce dicitur funis, quo aliquid vel intendendo, vel laxando demittitur.

Caſtifĭco, as, caſtum facio. *Auguſtin. 9. Confeſſ.* 9. & *Tertull. de Pudic. c.* 19.

Caſtifĭcus, a, um, o. 1. 2. quod caſtum facit. *Sen. in Hipp. v.* 168. Expelle facinus mente caſtifica horridum.

Caſtigabĭlis, le, adject. caſtigatione dignus. *Plaut. Trin.* 1. 2. 6. Admiſit in ſe culpam caſtigabilem.

Caſtigāte, adverb. *diſciplinatamente*, cum caſtigatione, vel caſte, ſancte. *Senec. Controv. lib.* 6. *ad fin.* Vixit modeſte, caſtigate. *Macrob. de Somn. Scip. l.* 1. *c.* 6. Hæc de monade caſtigatius, quam ſe copia ſuggerebat. *h. e.* preſſius, brevius.

Caſtigātio, nis, f. 3. objurgatio, animadverſio, *ripreſione*, כיסר, Germ. *ſtraff*, Gall. *chatiment, reprimende*, Hiſp. *caſtigo, y correction*, κολασμὸς, reprehenſio. *Cic.* 1. *Offic. c.* 25. Omnis & animadverſio, & caſtigatio contumelia vacare debet. ¶ Translate *Plin.* 17. 22. Viviradix ſecundo anno reciditur: alias feſtinatione pariendi, ni cohibeatur caſtigatione tali, in fetum exeat tota.

Caſtigātor, m. 3. *ripreſore*, כיוכיח, Germ. *ein ſtraffer*, Gall. *chatiſur*, Hiſp. *caſtigador, y corregidor*, ἐπανορθωτὴς, qui reprehendit. *Horat. in Art. v.* 174. Cenſor, caſtigatorque minorum.

Caſtigatorĭus, a, um, ad caſtigandum pertinens. *Plin. l.* 5. *ep.* 16. *ad fin.* Adhibere ſolatium non quaſi caſtigatorium, & nimis forte, ſed molle & humanum.

Caſtigātus, a, um, nom. ex particip. correctus, caſtus, moderatus. *Cic. Tuſcul.* 2. Non ſedatus, ſed caſtigatus animi dolor. *Gell. l.* 4. *c.* 20. Exempla caſtigatiſſimæ diſciplinæ. *Auguſt. l.* 5. *c.* 24. *de Civ. Dei*. Luxuria caſtigatior.

Caſtīgo, as, a. 1. *ripprendere*, הוכיח, Germ. *ſtraffen*, Gall. *chatier, corriger, reprendre*, Hiſp. *caſtigar, o corregir*, κολάζω. *Virg.* 5. *Æn.* Entellum dictis caſtigat Aceites. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 27. Pueros matres, & magiſtri caſtigare ſolent, nec verbis ſolum, ſed etiam verberibus. Et 1. *Offic. c.* 25. Qui punit, aut verbis caſtigat. ¶ Interdum eſt corrigere, emendare. *Horat. in Art. Poet. v.* 294. Carmen caſtigare ad unguem. ¶ Translate eſt cingere, & quaſi conſtrictum tenere. *Sil. l.* 12. *v.* 355. Inſula fluctiſono circumvallata profundo Caſtigatur aquis.

Caſtimonĭa, f. 1. *caſtità*, ἁγνότης, caſtitas. *Liv. l.* 39. *c.* 9. Decem dierum caſtimonia opus eſſe. *Cic.* 6. *Verr.* 45. Ibi ſacra per ſummam caſtimoniam virorum, ac mulierum erant. *Apul. l.* 11. *Mileſ. ſub fin.* inanimam caſtimoniam dixit. h. e. conjunctam cum abſtinentia a cibis animatis. ¶ In plurali num. legitur apud *Plin.* 31. 8.

Caſtimonĭālis, le, adject. caſtus. *Pallad. Februar. c.* 25. Caſtimoniale liquamen. h. e. aptum ad ſervandam caſtimoniam.

Caſtĭtas, & caſtitudo, f. 3. *caſtità, pudicizia*, Ger. *keuſchheit*, Gal. *chaſteté*, Hiſp. *caſtidad*, σωφροσύνη, pudicitia, ſeu puritas a turpitudine Venerea. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 12. Sentiant mulieres in natura omnem caſtitatem pati. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 124. Ibi cunctam antiquam caſtitudinem.

Caſtitūdo, inis, f. 3. V. Caſtitas.

Caſtor, oris, κάστωρ, frater Pollucis, filius Tyndari, & Ledæ. V. Pollux. ¶ Cæterum nomen Caſtoris apud Auctores ambobus his fratribus commune eſt. *Plin. l.* 10. *c.* 43. Super ædem Caſtorum genitus pullus in oppoſitam ſutrinam evolavit. ¶ Fuit Caſtor equorum domitor, Pollux vero pugil. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 2. *v.* 54. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 26. Caſtor gaudet equis; ovo prognatus eodem pugnis. Quod autem de ovo meminit Horat. ex ea fabula ortum eſt, qua Poetæ commenti ſunt, Ledam cum Jove ſub oloris ſpecie concubuiſſe; atque ex eo concepiſſe ovum, ex quo Caſtor, & Pollux nati ſint. Alii duo ova concepiſſe, ajunt, alterum ex Jove, ex quo Pollux natus ſit immortalis, alterum ex Tyndaro, ex quo Caſtor mortalis progenitus: quare occiſo in pugna Caſtore, Pollucem ei ſuam immortalitatem communicaſſe. Inde factum, ut inter ſidera relati alternis occiderent, & orirentur. V. *Virg. Æn.* 6. *v.* 121. & *ibi Serv.* ¶ Eſt etiam Meteori genus, quod Caſtores appellant, felix omen navigantibus habitum, ſi geminum apparuiſſet. *Plin. l.* 2. *c.* 28. & *Senec. Queſt. natural. l.* 1. *c.* 1.

Caſtor, m. 3. *caſtore*, κάστωρ, animal amphibium, al. fiber, vel beber, vel canis Ponticus, quaſi γάστωρ, quia ventre magno eſt. Fertur, cum viderit ſe obſideri, teſticulos ſuos morſu avulſos projicere. Intelligit enim, ob hanc rem ſe capi, quia plurimum ad medicinam conterunt. Sed Sextius, & Dioſcorides id negant, quia teſtes in caſtore ſubſtricti ſunt, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſunt. *Plin. l.* 32. *c.* 3.

Caſtorĕum, i, κάστορος ὄρχις, teſticulus Caſtoris plurimum ad medicinam conferens. *Plin. l.* 32. *c.* 3. Fibris, quos caſtores vocant, & caſtorea, teſtes eorum. V. Caſtor animal.

Caſtorĕus, a, um, o. 1. 2. quod ad caſtorem pertinet, ut Caſtoreus odor, pro acuto, vel pro fœtido. *Plin. l.* 12. *c.* 24. Ubi Frobenius quidem legit: *odore caſtoreo*: at Dalechamp. & Harduinus: *odore caſtorei*. ¶ Eſt etiam adject. a Caſtore Pollucis fratre. *Senec. Hippolyto*, *v.* 810. Manus Caſtorea.

Caſtorinātus, a, um, fibrina, ſeu caſtorea veſte indutus. *Sidon. l.* 5. *ep.* 7. Incedunt pullati ad nuptias, caſtorinati ad litanias. ¶ De his veſtibus *Iſid. l.* 19. *Orig.* Fibrina veſtis, tramam de fibri lana habens, caſtorina.

Caſtorīnus, a, um, a caſtore animali, ut caſtorinum oleum, *Marcell. Empir. c.* 35.

Caſtra, plur. num. n. 2. *campo, allogiamento, ſteccato*, מחנה, Germ. *leger*,

ger, Gal. *camp*, Hisp. *real*, στρατόπεδον, loca, in quibus milites tentoria fixerunt, vel ipsa tentoria, in quibus milites diversantur, quasi claustra, a claudo, quod vallo, & fossa clauduntur. *Cic. ad Att.* Cum Cæsar ad oppidum castra haberet. ¶ Dicuntur & de navibus. *Cæs. B. G. c.* 22. Castra navalia adoriantur. Sic Castra nautica, pro navium stationc, *Nepos in Alcib. c.* 8. *n.* 5. ¶ Castra urbana, erat locus ad Urbem prope muros non longe a via Nomentana, ubi Prætorianus miles continebatur: unde & Prætoriana, & Prætoria castra dicta. *Suet. in Claud. c.* 21. *Capitolin. in Balbino, c.* 10. Item castra, absolute, apud *Suet. l. c. c.* 30. Nec alia intelligenda, cum in urbanis rebus de his mentio fit. Instituta res est a Tiberi, ex consilio Sejani. V. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 1. ¶ Interdum castra pro ipta militia ponuntur. *Tibull. l.* 4. *el. v.* 39. Nam quis te majora gerit castrisve forove? ¶ Illud etiam notandum circa hanc vocem, nonnunquam dedisse initium Urbibus, & conditas Urbes ab iis nomen accepisse, qui ibi olim castra habuissent. Sic Castra Cornelia, Castra Pyrrhi, &c. de quibus V. Geographos. ¶ Dicimus Castra facere, ponere, habere, movere, apud *Liv. Sallust.* & al. ¶ Ad alia etiam transfertur. *Senec. epist.* 2. Soleo & in aliena castra transire, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator. Loquitur de se subinde legente aliquid ex Epicuri libris.

Castrametātor, oris, qui castra locat, *magistro di campo*, στρατοπεδάρχης. In *Thes. L. L.* appellatur *Vitruvius* ad hanc vocem *l.* 8. *c.* 5. & *l.* 10. *c.* 7. Sed nos invenire non potuimus. *Cicero* divitiis usus est *Philipp. 11. c.* 5. Castrorum antea metator.

Castrāmētor, aris, d. 1. *accampare, attendare*, חנה, Germ. *das leger schlagen*, Gal. *camper*, Hisp. *assentar el real*, στρατοπεδεύω, castra loco, sive pono. *Liv. l.* 9. *c.* 27. Cunctati, castrametatique sunt. Al. aliter leg. *Plin.* 18. 6. Peritia castra metandi. ¶ Sæpius divitim usurpatur. *Curt. l.* 3. *c.* 8. Metari suos castra jusserat.

Castratĭo, f. 3. virilium amputatio. *Col. l.* 6. *c.* 26. Id optimum genus castrationum. ¶ Castratio etiam dicitur in arboribus, cum earum rami amputantur, apud *Plin. l.* 16. *c.* 40.

Castrator, oris, qui castrat. *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 1. Castrator carnis suæ castor. Adde *l.* 2. *ad Nation. c.* 13.

Castratorĭus, a, um, adject. ad castrationem pertinens, ut Castratoria ferramenta, *Pallad. l.* 1. *c. ult.*

Castratūra, æ, f. 1. idem quod castratio. *Pallad. l.* 6. *c.* 7. Vulnera castraturæ cinere sarmentorum, & spuma linentur argenti. ¶ Castratio filiginis apud *Plin.* 18. 9. est ejus purgatio.

Castrātus, a, um, nom. ex particip. exectus, cui virilia amputata sunt, *castrato*, εὐνοῦχος. *Curt. l.* 6. *c.* 3. Castratus homo. ¶ Translate, castratam Remp. dixit *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 41. h. e. attritam, attenuatam: Et *Plin. l.* 11. *c.* 17. castratas vires, pro ademptas. ¶ Dicuntur etiam *castratæ arbores*, amputatæ, truncatæ. *Plin.* 24. 8.

Castrensiānus, a, um, idem quod castrensis, ut castrensiani milites, qui in limitibus imperii contra barbaros excubabant. *l.* 12. *Cod. Justin. tit.* 26.

Castrensiarĭus, a, um, idem quod Castrensis, ut Castrensiarius negotiator, *vivandiere*. *Inscript.* apud *Gruter. pag.* 649. *n.* 5.

Castrensis, o. 3. στρατικός, quod ad castra pertinet. *Cic. pro Cœl. c.* 5. Castrensis ratio, & militaris. *Plin.* 7. 43. Mulio castrensis. *Id.* 10. 21. Vigilia castrensis. *Liv.* 7. 36. Triumphus castrensis. *h. e.* in castris actus. *Gell.* 5. 6. Castrensis corona. *h. e.* quæ dabatur ei qui primus castra hostium introisset. *Pompon. Dig.* 49. 17. 11. Peculium castrense. *h. e.* quod quis militiæ acquisivit.

Castricianus, a, um, ad Castricium (quod est nomen proprium R.) pertinens. *Cic. pro Flacc. c.* 23.

Castro, as, a. 1. seco, execo, *castrare*, Germ. *verschneiden*, Gal. *chatter*, Hisp. *castrar*, ἐκτέμνω, εὐνουχίζω, est testes amputare, a castore, animali, qui sibi dicitur testes avellere in venatione, vel a castus, quia castrando vis libinis extinguitur. *Var. R. R.* 2. 5. Castrare vitulos. ¶ Translate de quacunque truncatione, sive privatione dicitur. *Pacuv.* Ut esset aliquis, qui linguam ejus castraret. *Colum. l.* 7. *c.* 12. Castrare caudas catulorum. ¶ Est & castrare arbores, vites, apud *Plin. l.* 24. *c.* 8. & *Caton. c.* 33. quod fit, cum in imo arbores perforantur. ¶ Castrari etiam faccis vina dicuntur apud eund. *Plin. l.* 19. *c.* 4. cum faccis percolantur, ut mitiora fiant & suaviora. ¶ Significat etiam coercere, compescere. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop. v.* 193. castrare avaritiam. ¶ Castrare favos, est, mel e favis extraere, *smellare*, apud *Colum. l.* 9. *c.* 15.

Castrum, n. 2. *castello, fortezza*, τεῖχος, locus muris munitus, cum militum præsidio, arcendis hostibus in loco editiore extructum, si quidem amplius est; quod si brevius, castellum dicitur. *Cic. Fam.* 15. *epist.* 4. Vallo, & fossa circumdedi, sex castellis, castrisque maximis sepsi. *Hirc. de B. Alexand. c.* 3. Postero die Castellum, quod in proximo vico non longe a suis munierat, brachiisque cum opere castrorum conjunxerat, vici obtinendi causa, Cæsar expugnat. ¶ Itaque Castrum dicitur civitas munitionibus, atque præsidio firmata; Castellum vero pagus, seu vicus fossa, murisque cinctus, militeque instructus. V. *Veget. l.* 3. *c.* 8.

Castŭla, æ, f. 1. τεριζώνιον, præcinctorium, palliolum, quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur, quod ea pudori, & castitati consuleretur. *Nonius c.* 16. *n.* 5.

Castulonenses, m. 3. populi Hispaniæ in conventu Carthaginiensi, ubi saltus Castulonensis, *Puerto de Muladar*, inter Castellam novam, & Andaluziam, in conf. Bæticæ, ad Anam fl. *Plin.* 3. 3. ¶ Eorum oppidum est Castulo in finibus Hispaniæ Bæticæ. *Id. ibid. c.* 2.

Castus, a, um, o. 1. 2. purus, integer, incorruptus, *casto, immacolato*, Germ. *keusch*, Gal. *chaste*, ἁγνὸς, purus, continens, & a libidinis labe immunis a *cestus*, quod est cingulum Veneris, quo in nuptiis honestis utebatur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 524. Casta pudicitiam servat domus. *Cic. Phil.* 3. *c.* 6. Quis hoc adolescente castior. Et *de Aruſp. Resp. c.* 13. Matronarum castissima. ¶ Sumitur aliquando generalius pro integro, a quavis improbitate incorrupto, sancto. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 13. Ut deceat nos esse a culpa castas. *Horat. de Art. v.* 206. Et frugi, & castus, verecundusque coibat. Ubi *Vet. Scholiast.* castum, religiosum interpret. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Id. l.* 4. *od.* 11. Verbenis castis vincta ara. *h. e.* puris, mundis. ¶ *Castus sermo* est purus, nitidus, elegans, & ab omni barbarie, ac sordidis phrasibus expurgatus. *Gel.* 19. 8. C. Cæsar vir sermonis præter alios suæ ætatis castissimi. ¶ Adhibetur etiam pro fido. *Sil.* 3. 1. Sagunti mœnia castæ. *& l.* 14. *v.* 84. Socialia jura servarat casta.

Castus, us, m. 4. ritus, institutum, quia in sacris ritibus nihil magis requirebatur, quam ut a Venere abstinerent. *Varr.* Et religiones, & castus id possunt. Sic *Gell. l.* 10. *c.* 15. cæremoniæ, & castus multiplices. Quam lectionem tuetur *Gronov. ex MSS.* ¶ Invenitur & *casto* in ablat. Hinc in Casto Cereris esse, h. e. Cereris sacris operari, ἁγνίοις Δήμητρος. *Tertul. de Jejun.* Sed bene, quod in nostris xerophagiis, blasphemias ingerens, casto Isidis, & Cybeles eas adæquas. *Festus* in verbo, *Minustur*: Luctus minuitur, cum in casto Cereris est.

Casu, adverb. a nominativo *Casus*, significat forte, fortuna, præter opinionem, *a caso, casualmente*, τυχὸν. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 2. Eo die casu apud Pompejum cœnavi. *Nepos* 23. 12. 1. Accidit casu.

Casuālis, le, adject. *casuale, fortuito*, quod casu fit, sine certa ratione, ut casualis conditio, quæ ab incerto eventu pendet. *Leg. ult. Cod. de necessar. serv.* ¶ Apud Grammaticos dicitur de casibus declinationum, ut formæ casuales, *Prisc. an. l.* 5. Præpositiones casuales. *Prob. l.* 1.

Casualiter, *casualmente*, *a caso*, casu, forte. *Sidon. l.* 9. *ep.* 11. Si quid ibi vel casualiter placet.

Casŭla, æ, dimin. a casa, *casetta*. *Plin. lib.* 35. *c.* 10. Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo. Adde *Petron. in Satyr. c.* 111.

Casus, us, ui, m. 4. a cado, *caduta, caso, accidente, calamità*, Gall. *cheute, ruine, cas, fortune*, Hisp. *caso, y fortuna, o caida*, πτῶσις, σύμπτωμα. *Liv. l.* 21. *c.* 35. Festis tædio tot malorum nivis etiam casus ingentem terrorem adjecit. Sic casus urbis Trojanæ, h. e. ruina. *Virg. Æn.* 1. *v.* 623. ¶ Significat etiam inopinatum eventum, & calamitatem. *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 3. Casus horribilis, gravis, & repentinus. *Curt. l.* 4. *c.* 7. Sive illud Deorum munus, sive casus fuit. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 85. Casus adversos sapienter ferre. ¶ Rem in casum dare, est fortunæ permittere, sive alicujus rei fortunam periclitari. *Tacit. Annal.* 12. *c.* 14. *Liv. l.* 42. *c.* 62. ¶ Casum, & fortunam Antiqui Deos fecerunt. *Juvenal. sat.* 10. *v. ult.* ¶ *Plin. in Paneg.* casum usurpavit, quo sensu Itali usurpant, scil. pro facto, seu re. Sedulo, inquit, vitavit hunc casum. ¶ Apud Grammaticos variæ nominum terminationes casus vocantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 25. *Gell. l.* 2. *c.* 5. ¶ Casu, adverb. V. suo loco.

Catabăsis, is, f. descensus, κατάβασις, descendo. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 21.

Catabathmos, i, m. descensus, vel locus declivis, ubi descenditur. *Sallust. in Jug. c.* 20. *&* 22.

Catabolenses, in *Cod. Theodos.* 14. 3. 9. *&* 10. Sunt qui onerariis jumentis onera transvehunt, & præsertim qui frumenta molenda ad pistrinum jumentis comportant, ut censet *Cujac. l.* 16. *Observation. c.* 5. ita dicti a *catabulo*, quod erat stabulum jumentorum publicæ utilitati inservientium. ¶ Scribitur & *catabulenses*.

Catabolĭci spiritus *Tertulliano de Anim. c.* 28. sunt genii infausti, a καταβολή, jactus ex alto deorsum, quia sæpe eos, in quibus sunt, prosternunt, ac dejiciunt per furorem. *Tertull. l. de Anima, c.* 28. Sed fortasse legendum est *Procatabolici*, qui Spiritus quidam sunt, qui non perpetuo adsunt, sed ex condicto, & quasi devincti pignore se se repræsentant, a προκαταβάλλω.

Catacecaumĕne, καταικεκαυμένη, a κατακαίω, comburi; est regio Soli perusta, quam Mysi, & Lydi incolunt, omnibus arboribus, præter vites, exuta. *Vitruv. l.* 11. *c.* 6. Hinc

Catacecaumenītes, m. vinum generosum, quod colles in Mysia producunt. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. *Plin. l.* 14. *c.* 7.

Catachrēsis, f. 3. κατάχρησις, vox Græca, Latine Abusio, Tropus, quo nomen simile, & proximum adhibetur in iis rebus, quæ proprio nomine carent, ut *parricida* pro interfectore matris, fororis, fratris, &c. *Virg.* 2. *Æn.* Equum divina Palladis arte ædificant.

Cataclista vestis est recentissima, & modo ex arcula deprompta, a κατακλείω, circumclaudo. *Apulej. l.* 11. *Met.* ubi alii leg. *cataclita*.

Cataclistĭcus, a, um, pretiosus: a κατακλειστός, quia quæ pretiosa sunt, in arcis condita servari solent. *Venant. Fortun. l.* 4. *de vita Martini, ante med.* ubi tamen alii aliter leg.

Cataclĭtum, i, stragulum, quo lecti accumbentium in triclinio sternuntur: item ipse lectus. *Tertull. de Pall. c.* 3.

Cataclysmus, m. 2. *diluvio*, מבול, Germ. *sindfluss*, Gal. *deluge d'eau*, Hisp. *diluvio*, κατακλυσμός, diluvium, & inundatio. *Varr.* 3. *de R. R. c.* 1. Thebæ ante cataclysmum ab Ogyge conditæ dicuntur.

Catadrŏmus, m. 2. Apud Græcos est tunis e sublimi parte theatri extentus in inferiorem, per quem tunambuli decurrunt, vel alia machina, per quam quis delapsus aliquem rapit, & secum asportat, ut cum Aquila Ganymedem rapit, Aurora Memnonem, Diana Endymionem. *Sueton. in Ner. c.* 11. Notissimus Eques Rom. Elephanto supersedens per Catadromum decurrit.

Catadūpa, orum, n. *catadupe*, locus in Æthiopia, quæ Ægypto jungitur, ubi per prærupta saxa præceps Nilus tanto fragore ruit, ut qui circa sunt accolæ aurium sensum amiserint. *Senec. Cic. Plin. Macrob.* & *Vitruv.* de his meminerunt.

Catadūpi, orum, pop. Æthiopiæ apud catarractas Nili, a quibus ipsæ catarractæ Catadupa vocantur. *Plin.* 6. 29.

Catægis, gidis, f. *vento impetuoso, procella*, κατηγίς, ventus procellosus, & qua perflat, divellens, & perfringens. *Apulej. de Mundo.* ¶ Est etiam hoc nomine ventus peculiaris Pamphyliæ. *Senec. l.* 5. *quæst. natur. c.* 17.

Catagelasīmus, qui irridet. *Plaut. Stich.* 4. 2. 51. Nunc ego nolo e *Gelasimo* mihi te Catagelasimum. Est a γελάω, rideo, irrideo.

Catagrăpha, orum, *pitture in profilo*, κατάγραφα, imagines obliquæ, quæque varie formant vultus respicientes, suscipientes, vel despicientes, quas Cimon Cleonæus invenit. *Plin. l.* 35. *c.* 8.

Catagrăphus, a, um, κατάγραφος, inscriptus. Catagraphon linon, apud *Catul. carm.* 25. dicitur linum variis figuris intextum, & quasi inscriptum, *ricamato*. Alii legunt *catagraphos Thynos*, h. e. Thynos Bithyniæ populos in lino inscriptos, quemadmodum, intextos in aulæis Britannos, dixit *Virg.* 3. *Georg.*

Catagūsa, κατάγυσα, hoc est quæ reducit. Ita appellatum est æreum signum a Praxitele factum, Cereris filiam Proserpinam ab Inferis reducentis. *Plin. l.* 34. *c.* 8.

Catalecta, orum, n. *raccolta*, τὰ κατάλεκτα, a καταλέγω colligo. Catalecta Maronis appellantur breviora quædam carmina a nescio quo collecta, & Virgilio adjudicata. *Auson. in Technopægn. v.* 145.

Catalectĭcum, n. 2. metrum dicitur, cui una deest syllaba, ut Jambicum illud senarium Horat. *Mea renidet in domo lacunar.* Acatalecticum vero est, in quo nihil deest, nihil superfluit. *Catull. Phaselus ille, quem videtis hospites. Prisc.*

Catalectus, a, um, idem quod catalecticus. *Diomed. l.* 3.

Catalŏgus, m. 2. *catalogo, tavola*, מגלה, Germ. *ein register*, Gal. *catalogue*, Hisp. *catalogo*, καταλογος, fermo, vel scriptum, quod numerum, vel ordinem recensct. Vel enumeratio, seu rei, quæ exponitur, ordo. *Plauti* locus *in Mil.* 3. 1. 9. affertur; sed lectio valde dubia est. V. *Taubman.* ¶ Alioqui Catalogus vox est militaris, & significat consignationem, seu seriem eorum, qui stipendia merent. *Auson. in Perioch. Iliad.* 2. Sequitur enumeratio copiarum viritim, ut per catalogi seriem milites, naves, duces patriæ referantur. V. *Alex. ab Alex. Gen. dier. l.* 1. *c.* 20.

Catamidĭo, V. Catomidio.

Catamītus, i, a Veteribus Romanis necdum assuetis Græcæ linguæ appellatus est, qui Ganymedes Græcis dicebatur, & Jovi in deliciis fuisse traditur. *Festus. Vet. Glossa:* Catamitus, γανυμήδης. *Plaut. Menech.* 1. 2. 35. Ubi Aquila Catamitum raperet, aut Venus Adoneum. ¶ Sumitur & pro Amasio. *Apul. l.* 1. *Mileſ.* Hic est carus Endymion, hic Catamitus meus. Hinc aliqui Catamitum putant dictum, quasi κατὰ μίσθον, ut sit idem, quod puer meritorius. ¶ Item pro pocillatore, quo mu-

nere fungebatur apud Jovem Ganymedes. *Apul. l. 11. Mileſ.* Vidi Simiam Catamiti paſtoris ſpecie aureum geſtantem poculum. Adde *Auſon. Epitaph.* 37. ¶ Item generaliter pro molli, & effœminato. *Cic. Phil.* 2. *c.* 31. Ergo ut te catamitum nec opinato cum oſtendiſſes, &c.

Catăna, Catina, *Catania*, urbs Siciliæ, in ora Or. maris Jonii, unde finus Catanenſis, in reg. Valle Dæmona, Ætnæ M. finitima.

Cataphăges, æ, m. *mangione, ſcialacquatore. Petron. in fragm. Tragur. c.* 39. *Burm.*

Cataphracta, f. 1. *armatura*, κατάφρακτη, eſt tegmen lineum ferreis ſquammis conſertum, quod modo pectus, modo totum hominem, & totum equum munit, quo tum pedites aliquando uſi ſunt, tum equites. De peditum cataphractis teſtatur *Veget. l.* 1. *de re milit. c.* 20. De equitum vero *Tacit. l.* 1. *hiſtor. c.* 79. ¶ Fuit in uſu apud Perſas maxime, & apud Sarmatas. *Tacit. l. c.*

Cataphractarii, m. 2. qui cataphractis muniti ſunt, al. clibanarii. *Lamprid. de Alexan. cap.* 56. Cataphractarios decem millia in bello interemimus. Adde *Trebel. in Claud. c.* 16.

Cataphractus, o. 1. 2. *armato da capo a piedi*, רמוש, Germ. *knifſer*, Gal. *arme de toutes pieces*, Hiſp. *hombre armado de todo*, κατάφρακτος, undique munitus, a κατὰ, φράσσω, armis munio, ut Cataphracti equites, qui & ipſi lorica muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. *Liv. l.* 37. *c.* 40. Tria millia cataphractorum equitum.

Catapirātes, æ, m. 1. καταπειρατής, vel potius καταπειρατήρια, inſtrumentum, quo nautæ maris altitudinem explorant, *ſcandaglio*. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 12. Ne peſſum abeat, tanquam catapirates maris. Adde *Iſid. Orig. l.* 19. *c.* 4.

Cataplaſma, atis, n. 3. *empiaſtro*, Ger. *ein pflaſter*, κατάπλασμα, emplaſtrum, malagma, compoſitum ex viridibus ſimplicibus decoctis, & contuſis, vel ex aliis rebus in uſum Medicinæ, a κατὰ, de, ex, & πλάσμα, figmentum. *Plin. l.* 20. *c.* 17. *Celſ. l.* 3. *c.* 19.

Cataplaſmo, as, are, cataplaſma impono. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 3. Cataplaſmanda exteriora.

Cataplaſmus, m. idem quod cataplaſma. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 210.

Cataplexis, f. 3. κατάπληξις, h. e. horror, admiratio, ſtupefactio. Græca vox a *Lucretio* uſurpata *l.* 4. *v.* 1157.

Catăplus, i, Græca vox, κατάπλους, & proprie dicitur, cum ex alto redit navis, atque in portum, unde exierat, remeat, ſicut contra cum e portu ſolvitur, ἀνάπλους, dicitur. ¶ Hinc ſæpe pro ipſa claſſi appulſa accipitur. *Mart. l.* 12. *epigr.* 75. Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus. Al. leg. *cataſtus*. *Auſon. de claris Urbib. in Narbone, ad fin.* Toto tibi navigat orbe cataplus. Adde *Sidon. lib.* 7. *epiſt.* 7. & *lib.* 6. *epiſt.* 8. Quin & *Cic. pro Rabir. Poſt. c.* 14. Cataplus ille Puteolanus, ſermo illius temporis, &c. Ubi Alexandrina claſſis intelligitur Puteolis portum ingrediens.

Catapotĭa, orum, n. 2. *pilole*, καταπότια, pilulæ, a καταπίνω, deglutio, devoro, quoniam neque editur, neque lingitur id genus, ſed devoratur. *Plin. l.* 26. *c.* 8. *Celſ. l.* 5. *c.* 25. & *Scribon. Larg. Compoſit.* 145.

Catapulta, f. 1. κατατέλτης, machina bellica, qua tela, aut ſaxa longius jacebantur, a πέλτης, haſta, vel a πάλλω, vibro. A Syris ante Dionyſium inventa eſt. *Plin. l.* 7. *c.* 56. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 2. & 9. *Sidon. Carm.* 22. *v.* 123. Non quæ ſtridentes torquet catapulta molares. ¶ Accipitur etiam pro telo. *Plaut. Curcul. a.* 3. *v.* 28. Nam illæcce catapultæ ad me crebro commeant. V. ibi *Taubman.*

Catapultarĭus, a, um, ad catapultam pertinens. *Plaut. Curc.* 5. 3. 11. Ex te hodie faciam pilum catapultarium. *h. e.* quod ejicitur catapulta.

Cataputia, V. Lathyris.

Cataracta, f. 1. ſive cataractes, m. 1. ſive etiam geminato r catarracta, vel catarractes, *cateratta*, ארבה, καταράκτης, καταρράκτης, locus eſt præruptus, & præceps in flumine, unde aqua ruit potius, quam fluit, ut ſunt cataractæ Nili, a καταράσσω, cum impetu decido, defluo. *Plin. l.* 5. *c.* 9. *Lucan. l.* 10. *v.* 315. ¶ Dicuntur item catarractæ, portæ quædam ex funibus, aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti poſſunt, cujuſmodi in urbium portis videmus, ut, ſi hoſtium pars intraſit, illis demiſſis incluſi extinguantur. *Liv. l.* 27. *c.* 28. *Veget. l.* 4. *c.* 4. ¶ Item portæ, quibus demiſſis, fluminum aquæ retinentur, elatis emittuntur. *Plin. l.* 10. *v.* 62. ¶ Item aves Diomedeæ in Apulia, ſulicis ſimiles, dentatæ, oculis igneis, corpore candido, quia ex more omnium avium prædatricium ſuperne cum impetu ſe in prædam immittunt. *Plin. l.* 10. *c.* 44.

Cataractrĭa, vel Catarractria, æ, aromatis, ſeu condimenti genus, joculariter fictum a coquo *Plaut. Pſeud. c.* 3. 2. 47.

Catarractes, is, m. 3. *Caſcata di Tivoli*, caſus Anienis fl. apud Tybur urb. in Latii, Sabinorumque confinio. ¶ Catarractes Danubii, *Sevvureuffel*, locus Norici, in Auſtria, infra Lentiam urb. ubi in Danubio navigia periclitantur.

Catarrhytus, irriguus. *Plin. l.* 5. *c.* 4. ait, Hipponem Africæ oppidum propter irriguos fontes catarrhytum dictum.

Catarrhus, i, m. *catarro, diſtillazione*, κατάρρους, deſtillatio, defluxus humoris noxii a capite ad nares, vel ad fauces, &c. *Marcell. Empir. c.* 5. *Plin. Valerian. l.* 1. *c.* 2.

Cataſcopium, n. 2. navis exploratoria, a κατασκοπέω, circumſpicio. Afferunt locum ex *Cic. l.* 5. *ad Attic. epiſt.* 11. Sed lectio varia eſt. Refert hanc vocem inter alia navium nomina *Gell. l.* 10. *c.* 15.

Cataſcŏpus, i, m. *ſpia*, explorator, ſpeculator, a σκοπέω, exploro. *Hirtius de B. Afric. c.* 26. Litteris per cataſcopum miſſis.

Cataſta, f. 1. τὸ ϑέατρον, machina, vel locus, ubi venales ſervi exponebantur, a καϑίστημι, ſtatuo, colloco. *Suet. de Illuſtr. Grammat. c.* 13. ¶ Erat & cataſta privata, in qua mangones pueros formoſos collocabant, ut venderent, quæ a *Martiale lib.* 9. *epigr.* 60. arcana dicitur. ¶ Cataſta item equuleus erat, in quo homines torquebantur. Sed alii compedem ligneum intelligunt. V. *Caſaub.* ad illud *Perſii Sat.* 6. *ad fin.* Ne lit præſtantior alter Cappadocas rigida pingues plauſiſſe Cataſta.

Cataſtolicus, a, um, καταστολικός, cohibendi, & reprimendi, aut ſuppriméndi vim habens.

Cataſtrŏphe, Cataſtropha, æ, f. 1. καταστροφή, ſubverſio, a καταστρέφω, ſubverto. Hinc extrema pars fabulæ cataſtrophe dicitur, quod in ea res turbulentæ in lætum exitum convertantur, ut in Comœdiis, aut contra res latæ fortiantur triſtem exitum, ut in Tragœdiis, *Petron. in fragm. Tragur. c.* 54. *editione Burm.*

Cataſtus, m. 2. ſervus venalis, a cataſta. *Vitruv. l.* 8. *Martial. l.* 12. *epigr.* 75. Sed in *Vitruvio* alii legunt *calaſtros*, canoræ vocis, a καλέω, clamo, alii *catlaſtres*, a catulire: in *Martiale* aliqui legunt *cataplus*, navigatio, adventus navis, locus, quo navigatur. V. Cataſter.

Catatechnus, κατάτεχνος, artificioſus, induſtrius. *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. Callimachus propter elegantiam, & ſubtilitatem artis marmoreæ ab Athenienſibus catatechnus fuerat nominatus. Al. leg. *cacozotechnus*.

Catax, acis, o. 3. κοφός, claudus, quaſi cadax, a cadendo, vel quaſi κατᾶξ, a κατάγω, confringo, veluti fractos habens pedes. *Feſtus*, *Non. c.* 1. *n.* 100. *Lucil.*

Cate, *accortamente*, prudenter, aſtute, callide. *Plaut. Men.* 2. 3. 61. Quæ te novit tam cate. *Cic. in Arat. v.* 304. Jam tornare cate contortos poſſiet orbes.

Catechēſis, is, f. *iſtruzione*, κατήχησις, inſtitutio, eruditio. Ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus ſumitur pro inſtitutione elementorum Religionis Chriſtianæ. *Hieronym. epiſt.* 51. *ad Pammach. c.* 4.

Catechiſmus, i, m. idem quod catecheſis, κατηχισμός. *Auguſtin. de Fide, & operib. c.* 13.

Catechĭſo, vel Catechizo, as, are, primis Chriſtianæ fidei rudimentis imbuere, erudire. *Tertul. de corona, c.* 41. & *alibi*.

Catechumēni, m. 2. κατηχούμενοι, qui myſteriis religionis erudiuntur, a κατηχέω, quod eſt erudire, inſtituere. *Tertul. de corona, c.* 2. ¶ Catechumena, æ, in fem. gen. apud *Auguſtin. epiſt.* 169.

Categoria, f. 1. κατηγορία, accuſatio, a κατὰ, contra, & ἀγορεύω, loquor. *Macrob. Saturn.* 7. 3. ¶ Sed *Ariſtoteli* categoria, ſeu categorema eſt prædicamentum. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1.

Categorĭcus, a, um, adject. q. d. prædicamentalis. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 9. Categoricis ſpiris lubricas quæſtiones innodare.

Cateja, æ, genus teli, quo utebantur Teutones, & Galli. *Virg.* 7. *Æn. v.* 741. Teutonico ritu ſoliti torquere catejas. V. ibi *Serv.*

Catella, æ, f. 1. diminut. a catena, monile muliebre. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 17. *v.* 55. Sæpe catellam, ſæpe periſcellidem raptam ſibi flentis. ¶ Erat & virile ornamentum, virtutis præmium. *Liv. l.* 39. *c.* 31. Quintius ſuos equites catellis, ac fibulis ornavit. ¶ Præterea catella idem eſt ac canicula *cagnolina*. *Juven. Sat.* 6. *v.* 653. Morte viri cupiant animam ſervare catellæ.

Catellus, i, *cagnolino*, σκυλάκιον, diminut. a canis, vel a catulus. *Cic.* 1. *Divin. c.* 46. Catellus mortuus. ¶ Item genus vinculi. *Plaut. Cur.* 5. 3. 13. Te hodie faciam cum catello ut accubes, ferreo ego dico.

Catēna, f. 1. *catena*, דרהוק, Ger. *ein ketten*, Gal. *chaine*, Hiſp. *cadena*, σειρά, vinculum terreum ex connexis anulis, a κατέχω, ſuper unum, quia varios anulos jungit. *Cic. 7. Ver.* Hominibus miſeris, innocentibuſque injici catenas imperat. Sic indere catenas apud *Plaut.* compeſcere, & vincire catenis, apud *Horat.* & *Ovid.* ¶ Catenæ etiam dicuntur lignea illa vincula, quibus afferes trabibus contignationis, tectove affiguntur. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. *Pallad. l.* 1. *de R. R. c.* 13. ¶ Translate *Cic. pro Sext. c.* 7. Hanc terram, immanemque belluam conſtrictam legum catenis, &c.

Catenarĭus, o. 1. 2. qui catena ligatur, ut canis ad fores domus cauſa cuſtodiæ. *Sen. l.* 3. *de Ira, c.* 37. Iraſceris catenario cani.

Catenatĭo, f. 3. *incatenatura, legamento*, conjunctio rerum inter ſe. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Ab lentitudine firmas recipiunt catenationes, ſcil. trabium colligationes.

Catenatus, o. 1. 2. *catenato*, כרוך, Ger. *mit Ketten gebunden*, Gal. *enchainé*, Hiſ. *encadenado*, ἁλυσιδωτός, catena vinctus. *Martial. l.* 7. Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis. *Horat. Epod.* 7. *v.* 7. Catenatus Britannus. ¶ Catenati labores, per translationem, id eſt, ſeſe viciſſim ſequentes. *Martial. l.* 1. *epig.* 16. Expectant curæque, catenatique labores.

Catēno, as, a. 1. *legare*, δεσμέω, catena ligo. *Venant. Fortunat. l.* 8. *carm.* 4. *v.* 268. Bractea gemmatam cycladem fila catenant.

Catenoplium, κατενόπλιον, ſpecies fuit rhythmi, carminiſque, ad quod ſaltabant veteres arma quatientes, uti apud *Suidam* legimus. *Auſon. epiſt.* 10. *v.* 41. Nobiſcum invenies catenoplia, ſi libet uti. Al. aliter leg.

Caterva, f. 1. *caterva, ſquadrone, ſquadra*, גדוד, Germ. *auffen Kriegsvolck*, Gal. *brigade, trouppe*, Hiſp. *caterva*, ϛίφος, præcipua pars exercitus apud multas Barbaricas gentes, ut *Legio* apud Romanos. *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 2. ¶ Uſurpatur ſæpiſſime de quacumque militum manu. *Nepos in Chabr. c.* 1. Caterva conductitiæ fugatæ. ¶ Aliquando ita adhibetur, ut dicatur tantummodo de multitudine peditum, *ſquadra d' infanteria*: ſicut *turma* de equitibus dicitur. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 190. equitum turmæ, peditumque catervæ. ¶ Dicitur etiam de quacunque hominum multitudine. *Cic.* 3. *de Or. c.* 30. Catervæ, & conventus hominum.

Catervarius, a, um, adject. *Suet. Aug. c.* 45. Spectavit pugiles, non legitimos, atque ordinarios modo, ſed & catervarios temere pugnantes. *h. e.* catervatim contertos, *a frotte*.

Catervātim, *in frotta*, ἰλαδόν, per varias catervas. *Liv. l.* 23. *c.* 27. Cum alii catervatim currerent.

Cathartĭcus, o. 1. 2. καθαρτικός, purgatorius, ut Medicamentum catharticum, quod vulgo purgationem vocant, a καθαίρω, purgo, expio, luſtro. *Celſ. l.* 2. *c.* 12. Omnibus catharticis aloe miſcenda eſt.

Cathēdra, f. 1. *ſedia*, כיסא, Ger. *predigſtul*, *catheder*, Gal. *chaire*, *ſiege*, Hiſp. *cathedra*, *ſilla*, καθέδρα, ſella ſublimior recitatorum, aut declamatorum. *Martial. l.* 11. *epigr.* 100. De cathedra quoties ſurgis. *Hyas. l.* 1. *ſat.* 10. *v.* 91. Diſcipularum inter jubeo plorare cathedras. ¶ Erat autem cathedra, ut diximus, ſublimioris ſellæ genus, cum ſuppedaneo, & aliquando cum umbella, qua poſtea uſi Epiſcopi, & Profeſſores. De ea non pauca *Savaro ad Sidon.* ¶ Item ſella velata, qua feminæ geſtari per urbem ſolebant. *Martial. l.* 12. *epigr.* 38. Hunc, qui femineis noctéſque, dieſque cathedris Incedit, &c. ¶ Dicitur etiam de quacumque ſella *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 47. Quæque reportandis poſita eſt orcheſtris. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Cathedra ſupina. *una poltrona*.

Cathedralicĭus, a, um, *Martial. l.* 10. *epigr.* 13. Cum cathedralicios portet tibi rheda miniſtros. h. e. molles, & effeminatos pueros, & feminis ſimiliores, quam viris. *Cathedra* enim feminæ maxime utebantur tum domi, tum foris.

Cathedrarĭus, a, um, aliud adject. a cathedra, ut Cathedrarii ſervi, qui cathedram portant, apud *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 11. ¶ Cathedrarius Philoſophus, & Cathedrarius Orator, qui cathedra ad docendum, vel dicendum utitur. *Senec. epiſt.* 11. & *de Brev. vitæ, c.* 10.

Cathemerinon, καθημερινόν, hoc eſt quotidianorum. Græca vox, qua *Prudentius* partem poematum ſuorum inſcripſit, ubi hymnos poſuit variis diei horis, & aliquot etiam ſolemnioribus feſtis decantandos.

Cathĕtus, i, κάθετος, linea perpendicularis, vox geometris nota. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. Lineæ, quæ catheti appellantur.

Catholĭce, adverb. a catholicus. *Tertul. adverſ. Hæret. c.* 26. Regulam fidei ſuperinducerent contrariam illi, quam catholice in medium proferebant. *univerſalmente a tutti*.

Catholiciāni, orum, m. miniſtri Catholicorum, *in Cod. Juſtin. l.* 9. *tit.* 49. *leg. penult.* ¶ Porro *Catholici* dicti ſunt aliquando Procuratores fiſci, qui exigendis tributis præerant, præſertim in provincia Africa. *Cujac.* & Du Freſne *in Gloſſar.*

Catholĭcus, o. 1. 2. *cattolico, univerſale*, Ger. *allegemein*, Gal. *univerſel*, Hiſp. *univerſal*, καθολικός, univerſalis, a κατὰ, ideſt circa, & ὅλον, totum, quaſi circa omnia verſetur. *Plin. l.* 1. *hiſt. natur. in ſencto libri* 2. *n.* 15. Catholica fiderum errantium. *h. e.* ea, quæ univerſim pertinent ad ſidera errantia. Sic *n.* 55. Catholica fulgurum. ¶ *Catholica fides* eſt Fides Chriſtiana: & *Catholici*, Chriſtiani. *Prudent. periſtepb.* 4. *v.* 24. & 30.

Cati fons dicebatur, ex quo aqua Petronia in Tyberim fluebat, quia in agro erat cujuſdam Cati. *Feſtus*.

Catilīna, m. 1. Patritius Romanus, qui cum multis aliis ex Nobilitate contra Rempub. conjuravit, exercitu etiam in Etruria parato adversus Patriam. Detecta conjuratione nonis Decembris prudentia M. T. Ciceronis tum Consulis, in exilium concessit. Inde exercitum Romam versus movit. Victus a C. Antonio altero Consule in prælio desperatissime pugnans interiit. *Cic. in Catil. pro Mur. pro Flacc. pro Sylla, pro Arch.* &c.

Catilinānus, & Catilinarĭus, a, um, adject. a Catilina, ut Catilinana prodigia, apud *Plin. l. 2. c. 51. Cic. Catil. 2. c. 10.* Catilinarium Seminarium. Et *Quintil. l. 3. c. 8.* Catilinarium bellum.

Catilla, æ, f. 1. videtur esse diminut. femin. a catulus, i. e. parva canis. *Plaut. Cas. 3. 2. 22.* Vide ibi *Taubmann.*

Catillamenta, orum, quasi catillationes, apud *Arnob. l. 2. p. 73.* Ubi al. leg. *Castellamenta*. V. Castellamentum.

Catillatĭo, f. 3. λειχεία, actus lingendi. *Fest.* Catillatio grave opprobrium objiciebatur hominibus generosis, si qui provincias amicas pop. Rom. expoliassent.

Catilli, m. 2. pop. Sabinorum ad Catillum montem. *Sil. l. 4. v. 225.* Pomifera arva creant, Aniemcolæque Catilli, &c.

Catillo, as, a. 1. *leccare i piatti*, Ger. *teller lecken*, Gal. *lecher les plats*, Hisp. *lamer los platos*, λειχάζω, est catinos lingere, a catillus, dimin. catinis. Sed *Fulgent. de prisco Serm. n. 22.* dicit catillare esse per aliena domos gyrare, al. ligurire, tractum a catulis, qui per omnes domos circum eunt. *Plaut. Cas. 3. 2. 22.* Operam uxoris polliceor foras quasi catillatum. Ita legit *Lambinus*. V *Taubman.*

Catillo, onis, m. 3. *lecca piatti*, זולל, Ger. *tellenschelcKer*, Gal. *friand*, *gourmand*, Hisp. *goloso*, *lamedor*, λίχνος, liguritor, & generatim gulosus, a catillis, idest catinis lingendis. Proprie catillones dicti sunt, qui ad sacrificium Herculis ultimi cum venirent, catillos liguriebant. Translate etiam lupi pisces a *Lucilio* dicebantur *catillones*, qui inter duos Tiberis pontes proxime ripas stercore vescerentur. Hæc omnia docet *Macrob. l. 2. Saturn. c. 12. in fi.*

Catillus, i, m. 2. dimin. parvus catinus. *Colum. l. 12. c. 27.* Mixturam in catillo componere. *Valer. Max. l. 4. c. 3. n. 5.* Catillus ligneus. ¶ Est etiam inferior molæ pars, de qua V. in Mola.

Catillus filius Amphiarai, qui cum fratribus Corate, & Tiburto in Italiam venit, & urbem condidit, quam a Fratre Tibur vocavit. *Sil. 8. 366.* ¶ Item mons, *Monte di Tivoli*, apud Tibur urb. & Anienem fluvium. *Serv. ad 7. Æn. v. 672.*

Catīna, æ, urbs Siciliæ, eadem ac Catana. *Plin. 3. 8.*

Catinensis, e, adject. a Catina Siciliæ Urbe, ut Catinensis pumex, apud *Juven. Sat. 8. v. 16.* Si tenerum attritus catinensi pumice lumbum. *h. e.* qualem pumicem Ætna Catinæ vicinus evomere solet.

Catīnus, m. 2. & catinum, n. 2. *catino*, *conca*, Ger. *erve schiffel*, Gal. *bassin*, Hisp. *fuente*, τρυβλίον, vas ingens escarium, in quo pultem, aut jurulenti quid ponebant, a capiendo, vel a κάτινον, vas Siculorum, ubi assa ponebant. *Var. 1. R. R. 63.* In sole ponere aquæ catinos. *Cato R. R. c. 84.* Catinum fictile. ¶ Catinus item dicebatur vas, in quo metalla purgabantur. *Plin. l. 33. c. 4.* Quæ e catino jactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria.

Catĭus, ii, Deus apud Romanos, qui pueris præerat, ut eos, *catos*, *h. e.* solertes, & prudentes faceret. *August. de Civ. Dei 4. 21.*

Catlaster, stri, grandior puer, adolescentulus. *Vitruvio* hanc vocem restituit *Turneb. l. 24. Advers. c. 7.* pro eo quod vulgo legebatur *catastos l. 8. c. 4.* Catlastri autem forma, quam *Charisius* habet *l. 1.* contracta est ex *Catulaster*, quod in diminutivis ex *Catulus*, *Priscianus* ponit *l. 3.* Gloss. Vet. Catulaster, βίνκα. Et Glossa Cyrill. Catulaster, πάλληξ. ¶ Hinc *Catulastra*, *æ*, f. quo usus *Dracontius l. 2. ad fin.* Non catulastra gerit puerilia.

Catlitĭo, V. Catulitio.

Catoblĕpas, æ, m. καταβλέπας, fera in Æthiopia ad Nili caput, capite prægravi, & deorsum flexo. *Plin. 8. 21.*

Catochites, m. 1. κατοχίτης, gemma, quæ veluti gummi manum impositam retinet. *Plin. l. 37. c. 10.*

Catomidĭo, as, a. 1. est κατ' ὤμων τύπτειν, humeros verberare, a *catomum*. *Petron. Satyr. c. 132.* Vocat cubicularios, & me jubet catomidiari. *Spartian. in Adrian. cap. 18.* Decoctores bonorum suorum catomidiari in amphitheatro, & dimitti jussit. Ita leg. *Salmas.* & *Gruter.* ¶ *Casaub.* retinet *catamidiari*: & sic *catamidio*, *as*, significat publice irrisui præbere, ac ludibrio, καταμειδιᾶν.

Catŏmum, i, est commissura cervicis cum humeris, ut explicat *Scalig. ad Manil.* ex græco κατ' ὤμων. *Turneb.* vero censet, esse vinculum, aut catenam. V. Catonium. ¶ Hinc catomo, vel catomis cædere, est scapulas verberare: quod sæpe legitur in vetustis Martyrologiis.

Catŏnes. Familia Catonum ex Tusculano municipio ortum traxit. *Cic. 2. de Leg. pro Sylla, pro Plancio*, &c. Primus M. Porcius Cato se Romam contulit, amicitia, & suasione Val. Flacci. Natus est Q. Fabio Maximo, eo, qui Tarentum recepit, primum Consule. *Idem de Sen.* Fuit æqualis Africani Superioris, & Q. Fabii Maximi. Gessit Censuram summa severitate. Hinc Censorius dictus est. Scripsit historiam. *Id. 1. de Leg.* Scripsit libros de originibus rerum, item de re Rustica, & alia. *Id. de Sen. 4. Tusc. in Brut.* Reliquit plurimas orationes, in quibus omnes Oratoriæ virtutes inerant. *Id. in Brut.* Fuit Stoicus, sed summa humanitate. *Id. in proœm. Parad. pro Mur.* Sapiens nominatus est. *Id. 3. Offic. de Amic.* Filium præstantissimum genuit, qui ante patrem mortuus est Prætor designatus. *Id. 3. Offic.* Diutissime vixit, & floruit in senectute. *Id. de Amic. de Sen.* Linguam Græcam in senectute didicit. *Id. de Sen. 2. Acad.* Vixit annos 85. & mortuus est L. Marcio, M. Manilio Coss. annis 86. ante Cic. Consulem. *Id. in Brut.* Ejus elogium habes apud *Liv. l. 39. c. 40.* ¶ Fuere multi alii Catones, omnes viri gravissimi, vitamque agentes ex disciplina Stoicorum. In iis celeberrimus est M. Cato, cognomento Uticensis, Imperator in Africa. Hic, cum cæteri omnes in Africa se Cæsari traderent, mortem sibi suis manibus maluit Uticæ consciscere, quam Tyranni vultum aspicere. *Cic. 1. Offic.*

Catoniānus, a, um, ad Catonem pertinens. *Cic. 7. Fam. epist. 25.*

Catonĭum, n. 2. locus Inferorum, a κάτω, deorsum. *Cic. l. 7. Fam. ep. 15.* Vereor, ne in catonium Catonianos, idest, metuo, ne Cæsar me, teque, qui Catonem extollimus, ad Orcum demittat. Sed alii egunt *catomum*, alii *caronium*, a Charonte, *Laberius*: Tollet bona fide vos Orcus nudus in Catonium. *Gell.* hanc vocem sordidam putat, *l. 16. c. 7. Turneb. l. 1. Advers. c. 28.* legit *catomum*.

Catopyrites, κατοπυρίτης, gemma in Æthiopia. *Plin. l. 37. c. 10.*

Catta, æ, f. *Martial. l. 13. epigrammate 69. cujus lemma est Cattæ.* Pannonicas nobis numquam dedit Umbria cattas. Mavult hæc domino mittere dona Pudens. *Martial.* tum in præcedentibus, tum in sequentibus distichis de variis avibus agit: quare etiam *cattæ* istæ inter aves censendæ sunt, & quidem Pannoniæ peculiares, ut ipse *Martial.* indicat (quamvis non constet, quodnam avium genus hoc nomine delignetur) Neque audiendi sunt, qui mustelas silvestres esse putant, multo minus, qui *feles* interpretantur.

Catti, orum, pop. Germaniæ, ubi nunc Hassia, *Hessen*, cum parte Turingiæ, & Brunsuicensis Ducatus, prope Visurgim flu. & Cheruscos pop. quorum primaria Castellum Cattorum, *Cassel*. *Tacit. de Germ. cap. 30.* ¶ Apud *Plin. 4. 14.* legitur *Chatti*.

Catŭla. V. Catulus.

Catularia, f. 1. porta Romæ, dicta, quia non longe ab ea ad placandum caniculæ sidus frugibus inimicum rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur. *Fest.*

Catulaster, & Catulastrum V. in Catlaster.

Catuli, familia Romæ nobilissima. Hinc Q. ille Lutatius Catulus, qui Pœnos apud Ægades insulas navali prælio superavit. Hinc Q. Catulus Orator fil. M. Catonis majoris, summa vitæ, & naturæ comitate, dulcissimo sono vocis, incorrupta Latini sermonis integritate. *Cic. in Brut. 2. & 3. de Orat. 1. & 2. Offic.* A Mario bello civili mo i jussus, cum exilium deprecaretur, haustis ardentibus carbonibus se præfocavit. *Id. 5. Tusc. 3. de nat. Deor.* Reliquit orationes, & librum de suo Consulatu, & suis rebus gestis. *Id. in Br.* Habuit filium eodem nomine, & eadem comitate vitæ, & sermonis. *Id. 1. Offic.*

Catulianus, a, um, adject. a Catulo, nomine R. ut Catuliana Minerva, a Q. Lutatio Catulo Romæ intra Capitolium dicata. *Plin. l. 34. c. 8.*

Catulīnus, a, um, o. 1. 2. *di cagnolino*, σκυλακινὸς, ex catulo. *Plin. l. 29. c. 4.* In cœnis Deum etiamnum ponitur catulina. *sc.* caro.

Catulĭo, n. 4. σκυζάω, est gestire, proprium canum, cum libidine lasciviunt. *Varr. l. 2. R. R. c. 9.* Tum dicuntur catulire. ¶ Translate *Laber. apud Non. c. 2. n. 171.* Lupa catuliens. *h. e.* meretrix ἄνδρα ἐφελκομένη.

Catulitĭo, f. 3. σκυζηθμὸς, est, cum statis anni temporibus canes ad Venerem incitantur. *Plin. l. 16. c. 25.* Catulitionem, inquit, vocant, gestiente natura semina accipere. In quodam MS. apud Harduin. & Turneb. legitur *catlitionem* per syncopen.

Catulianus, a, um, adject. a Catulo, ut basia Catuliana, *Martial. l. 11. epigr. 7.*

Catullus, m. 2. Poeta Veronensis, natus Syllæ, Mariique temporibus, in poemate cum lascivus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minime pepercit, Jambis eum criminatus. Reconciliatus nihilominus eodem die ab eo cœnæ adhibitus est. *Sueton.* Amavit Ipsithillam, & Clodiam, quam Lesbiam vocat. Scripsit de passere suæ Lesbiæ, & alia multa. Mortuus est Romæ. *Ovid. l. 2. Trist.* ¶ Alius fuit Catullus urbicarius mimographus, de quo meminit *Juvenal. sat. 13. v. 11.* & *sat. 8. v. 185.*

Catŭlus, m. 2. *cagnuolo*, *picciol cane*, גור, Germ. *ein jung hindlem*, Gal. *un petit chien, ou un petit de quelque autre bete*, Hisp. *cachorro*, κυνίδιον, parvus canis, a *caniculus*, vel a *catus*, sagax. *Cic. de Nat. Deor.* Omnia in perfectis, & maturis meliora, ut in equo, quam in equulo, in cane, quam in catulo. ¶ Sed sæpe large ponitur pro fetu omnium animalium, sive immanium, sive mitium, præterquam avium. *Plin. 8. 4.* Raptor appropinquante tigridis fremitu abjicit unum ex catulis. Sic *Virg. 3. Georg. v. 438.* *Catulos* usurpat de filiis viperæ. ¶ Est etiam genus vinculi, quod & canis dicitur. *Lucilius* apud *Festum*. Cum manicis, catulo, collarique. ¶ Catula in femin. est *Aurel. Vict. in epit. c. 23.* Indomitæ, & rabidæ libidinis catula ¶ Aliter catuli longe olent, aliter sues: proverb. est in dissimiles ac dispares, apud *Plaut. Epid. 4. 2. 9.* ¶ Est etiam Catulus cognomen familiæ Rom. de qua V. in Catuli, sup. & tunc verisimile est non a *canis*, deduci, sed a *catus*, prudens, sagax.

Catumēum, i, libi genus in sacrificiis adhibiti. *Arnob. l. 7.*

Catus, a, um, o. 1. 2. *accorto*, *sagace*, Ger. *listig*, *verschlagen*, *vveise*, Gal. *fin*, *ruse*, *accort*, Hisp. *astuto*, *y recatado*, πανοῦργος, sapiens, peritus, acutus, quasi cautus, a *caveo*. *Plin. l. 7. c. 31.* ait catos, & corculos a sapientia dictos. *Ennius* apud *Cic. 1. Tusc. c. 9.* Egregie cordatus homo catus Æliu' Sextus. Adde *Horat. l. 1. od. 10.* & *l. 3. od. 12.* ¶ Cum infinito *catus canere* dixit *Apulej. in Floridis*.

Catus, i, m. 2. machinæ militaris genus, quam etiam vineam, & pluteum dixerunt, sub qua miles latebat muros oppugnaturus. *Veget. de re milit. l. 4. c. 15. Turneb. l. 11. advers. c. 24.* ¶ Item feles, αἴλουρος, *gatto*. *Pallad. in Mart. tit. 9.* Contra talpas prodest catos frequenter habere in carduetis.

Cavædium, dii, n. 2. hoc est cavum ædium, *corte*, *cortile*, Ger. *vorhaus*, Gal. *basse cuor*, Hisp. *patio*, locus sub dio vacuus, in mediis ædibus, ad communem omnium usum. Hujus quinque sunt genera, Tuscanicum, Corinthium, tetrastylon, displuviatum, & testudinatum. *Varro l. 4. de L. L.* duplex cavædium facit, alterum tectum, sub dio alterum. *Plin. l. 2. epist. 17.* A tergo cavædium, porticum, aream. *Vitruv. l. 6. c. 3.* disjunctim, *Cavo ædium*, protulit.

Cavāmen, inis, n. 3. caverna, cavum. *Solin. c. 14.* (al. 9.) *de Macedonia*: In latebrosis rupium cavaminibus.

Cavatĭcus, a, um, adject. ὀπηαῖος, ut cochleæ cavaticæ, *Plin. l. 30. c. 6. h. e.* quæ in cavis terræ degunt.

Cavatĭo, onis, f. 3. excavatio, cavandi actio. *Var. l. 4. de L. L.* Sinus majorem cavationem, quam pocula, habet.

Cavator, oris, m. 3. qui excavit, *scavatore*. *Plin. l. 10. c. 18.* Picus ca ator arborum. ¶ Item scalptor gemmarum, vel lapidum: pro quo legitur etiam *cabator*. *Inscript.* apud *Grut. p. 622. n. 1.* Cabatores de via sacra fecerunt sibi &c. V. *Salmas. in not. ad Vopisc.*

Cavatūra, æ, f. 1. idem quod cavatio, ut cavatura temporum. *Veget. l. 1. c. 25. de re veterin.* Cavaturæ dentium, *Marcell. Empir. c. 12.*

Cavātus, a, um, nom. ex particip. a cavo, as, excavatus, *scavato*. *Cic. 2. de Leg. c. 18.* Lignum cavatum. *Tertul. advers. Hermog. c. 29.* Segregatis aquis in cavatiorem sinum.

Caucălis, lis, f. 3. herba, fœniculo similis, brevi caule, flore candido. *Plin. l. 22. c. 22.*

Caucasĭæ Portæ, Portæ Iberiæ, Pylæ Iberiæ, *Demircapi*, seu *Themircapi*, locus quidam Iberiæ angustissimus, 220. passuum, al. 300. in Albaniæ confinio, inter montem Caucasum, & mare Caspium, vel melius Hyrcanum, prope Cyrum fl. circa Harmastin urb. in cujus rupe *Cumanian* castellum est. Nec alibi transitus ex Iberia in Albaniam conceditur. Magno errore a nonnullis cum Caspiis Portis confunduntur, ut Plinius monet. Nam Caspiæ Portæ sunt angustiæ montis Tauri, in Regno Persarum, haud procul a Caspio mari, ubi transitus est inter Mediam, & Parthiam. Nunc apud Caucasias Portas urbs est, Emporium, & præsidium, quæ *Derbent* vocatur ab exteris, quod angustias significat, & a Turcis *Demir*, seu *Temircapi*, idest, ferreæ portæ, non quod ibi sint portæ ex ferro constantes, sed quod locus adeo munitus sit, ut quemvis hostilem impetum facile sustineat. Gaudet portu satis capaci.

Caucasigĕna, æ, ad Caucasum genitus. *Sidon. l. 4. ep. 1.* Caucasigenæ Alani.

Caucasĭus, & Caucasēus, a, um adject. ad Caucasum pertinens. *Virg.*

Ecl. 6. v. 42. Caucaſeaſque refert volucres. *Sil. l.* 4. *v.* 333. Caucaſiis tigris ſe protulit antris.

Caucāſus, m. 2. καύκασος, *Cocas*, *Cochias*, *Albſor*, *Adazar*, *Salatto*, *Navagrot*, *M. de' Circaſſi*, mons Aſiæ, ad Sept. verſus Mengreliam, & Georgiam valde extenſus, inter mare Euxinum ad Occ. & Caſpium, ſeu Hyrcanum ad Or. ex quo Cyrus flu. profluit. Tanta eſt altitudine, ut ad tertiam noctis partem vertices illius Solis radiis illuſtrentur. Scopulоſus eſt. Hinc Scopuli Caucaſi, prov. Hic Prometheum vinctum fuiſſe tabulati ſunt. ¶ Caucaſum mente induere, apud *Senec. Med. v.* 43. eſt ſupra modum indurare animum, & ad ſcelerata quęque obdurare. *Tertul. adverſ. Marcion. l.* 1. *c.* 1. proverbio dixit, Caucaſo abruptior.

Caucus, i, m. patera, poculi genus. *Spartianus in Nigro*, *c.* 10. Quum milites quondam in cauco argenteo expeditionis tempore bibere vidiſſet, *Trebell. in Claud. c.* 14. Dabis in caucos, & ſcyphos pondo undecim. V. ibi *Salmaſ.*

Cauda, f. 1. *coda*, זנב, Germ. *cin ſchwvant*, Gall. *queue*, Hiſp. *coda*, οὐρά, pars poſtrema in beſtiis. *Cic.* 3. *de Orat.* Oculos natura nobis, ut equo, & leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. ¶ Interdum ponitur cauda pro virili membro. *Hor. in ſerm. Sat.* 2. *v.* 45. Caudamque falacem demeteret ferro. ¶ Caudam jactare popello, *Perſ. ſat.* 4. *v.* 15. proverb. quod ſignificat venditare ſe apud populum ſpeciоſis actionibus: tractum a canibus, qui cauda ſuis heris blandiuntur. ¶ Caudam trahere, eſt derifui eſſe: *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 53. vel quia pueri, quos irridere volunt, quiddam eis caudæ ſimile appendere a tergo ſolent: vel quia aliquæ beſtiæ, cum timent, caudam demittunt, & trahunt. *Turneb.* tamen hoc proverb. aliter explicat: h. e. de iis, qui ſibi placent, & ſuperbe, ac magnifice incedunt. ¶ Equinæ caudæ pilos vellere: aliud proverb. apud eund. *Horat. epiſt.* 2. h. e. quod viribus, atque impetu fieri nequit, id tempore, atque aſſiduitate aſſequi. ¶ Antiqui etiam coda, æ, uſurparunt. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 135. Ut canis ſine coda. *Petron. in fragm. Tragur.* Retro ceſſit, ut coda vituli.

Caudēcæ, vel Caudētæ, dicuntur ciſtellæ ex junco, ad ſimilitudinem caudæ equinæ factæ. *Feſt.* Al. leg. *Caudetæ*: alii *Caudeæ*.

Caudēta, vel Codeta, ager trans Tiberim, quod in eo virgulta naſcuntur ad caudarum equinarum ſimilitudinem. *Feſtus*. Quin & ager ille Caudetanus dictus.

Caudēus, a, um, ut caudea ciſtella, *Plaut. Rud.* 4. 4. 65. & 89. h. e. ex caudice facta, vel ad ſimilitudinem caudæ.

Caudex, vel codex, dicis, m. 3. truncus arboris, *tronco d' albero*, *ceppo*, *pedale*, גזע, Ger. *ſtumpff*, Gal. *tronc*, Hiſp. *tronco*, κορμός, dicitur in fructibus, & arboribus id, quod a radice ſupra terram ſimplex aſſurgit. Differt in hoc a caule, ut caulis ad herbas, caudex vero ad frutices, & arbores pertineat. *Virg.* 2. *Georg.* Quin & caudicibus ſectis mirabile dictu, &c. Codex inveteratus. *Colum. l.* 4. *c.* 8. ¶ Item tabula, & contextus tabularum caudex, vel codex dicitur. Hinc naves caudicariæ, quibus commeatus advehuntur. Appius etiam Claudius Caudex cognominatus eſt, quoniam primus Romanis perſuaſit navem conſcendere. *Senec. de brev. vitæ*, *c.* 13. & *Feſt.* ¶ Ponitur & pro duro ſcidili, ſeu pro fede meretricia, quæ plerunque ex truncis fieri ſolet. *Juv.* Horrida quale facit reſidens in caudice pellex. ¶ Hominem præterea ſtultum metaphorice caudicem appellamus. *Ter. in Heaut.* 5. 1. 4. Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

Caudĭcæ, arum, naves ſunt ex caudicibus, ſive lignis craſſioribus compactæ. *Gell. l.* 10. *c.* 15. V. Caudex.

Caudicalis, le, adject. ad caudicem pertinens. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 25. Caudicalem provinciam, joculariter dixit, h. e. munus caudicum findendorum. ita enim loquitur: Te cum ſecuri caudicali præficio provinciæ.

Caudicarĭus, vel Codicarĭus, a, um, ad caudicem pertinens. Caudicariæ naves. *Senec. de Brevit. vitæ*, *c.* 13. quæ ſcilicet ex craſſiore caudice cavatæ, vel compactæ ſunt. ¶ Alii putant eſſe eaſdem cum ſcaphis; Alii iis ſimiles, quos monoxylos lintres appellat *Plin. l.* 6. *c.* 23. quæ apud Americanos *Canoe*. ¶ *Senec. loc. cit.* Plurium tabularum contextus Caudex apud antiquos dicebatur: unde naves nunc quoque, quæ ex antiqua conſuetudine per Tiberim commeatum deferunt, Caudicariæ vocantur. Intelligit itaque Seneca naves non ex ſingulis caudicibus, ſed ex multis in unum compactis confectas. Sic *Varr. apud Nonium*: In Tiberi naves codicarias appellamus. ¶ Caudicarii etiam ſunt ipſi nautæ, qui Tiberi annonam vehunt, ut notat *Lipſ. ad Senec. loc. cit. ex Cod. Theodoſ. leg.* 9. *l.* 14. *tit.* 14.

Caudicĕus, a, um, aliud adject. a caudice. *Auſon. in Moſella*, *v.* 197. Navita caudiceo fluitans ſuper æquora lembo. *Lembus caudiceus* idem eſſe putatur, ac caudicaria navis.

Caudĭnæ furcæ. V. Caudium.

Caudĭum, *Arpaia*, opp. Hirpinorum, in Italia, nunc vicus Princ. ult. in R. Neap. in conf. Terræ Laboris, prope Iſcelerum fl. ¶ Hinc Caudinæ furcæ, *Stretto d' Arpaia*, *Giogo di S. Maria*, anguſtiæ montium in Valle Caudina, *Val di Gardano*, in Princ. cit. inter Abellam, & Beneventum, ac inter Arpaiam, & Airolam caſtr. ubi Romani a Samnitibus ſub jugum tranſire coacti ſunt, ſub Sp. Poſthumio.

Cavĕa, f. 1. *cava ſotterranea*, *gabbia*, כבול, Germ. *hele*, *keſig*, Gall. *caverne*, *cage*, Hiſp. *cueva*, κάτοψη, ſpecus, antrum, locus ſub terra vacuus, atque obſcurus, a *cavus*, a, *um*. Item receptaculum ferarum cavea dicitur. Nam in antris ferarum cubilia eſſe ſolent. *Apul.* Beſtiam immittimus caveæ. ¶ Item ſeptum ex ligno, vel alia materia, in quo aves coercentur, propter ſimilitudinem caveæ, ubi feræ habitant, ὀρνιθοτροφεῖον. *Plaut. Curc.* Quia enim cavea ſi forent concluſi itidem, ut pulli gallinacei. ¶ Item theatrum tempore Reip. Rom. amphitheatrum ſub Cæſaribus, quia interior pars concava erat, capaci quadam profunditate. *Tert.* Solemnes voluptates circi furentis, & caveæ ſævientis, & ſcenæ laſcivientis. ¶ Dividebatur cavea in imam, mediam, ſummam. Ima continebat *Orcheſtram*, & *Equeſtria*. Orcheſtra erat ſedes Senatorum. Cum plurium eſſet graduum, honoratior erat is locus, qui podio, & arenæ propinquior, utpote magis accommodatus ad videndum. *Equeſtria* Orcheſtræ erant proxima. Fuere autem graduum quatuordecim. Media, & ſumma aſſignatæ erant plebi. Quare locus is popularia dicebatur. Sed media honoratior. Nam Auguſtus pullatis in media ſedere interdixit. Sedebant igitur in ſumma. Item feminæ lege eiuſdem Auguſti e ſumma cavea ſpectabant. Hinc Verba ad ſummam caveam ſpectantia. hoc eſt, vilia, & ad guſtum infimæ plebis. *Cic. de Senect. cap.* 14. ¶ Sumitur etiam pro quocumque loco munito, ad quem aditus ſit intercluſus. *Lucret. l.* 4. *v.* 76. *Colum. l.* 5. *c.* 6. & pro cuſtodia, ſeu carcere, *Plaut. Capt.* 1. 2. 15. ¶ Item pro alveario. *Virg.* 4. *Georg. v.* 58.

Cavefactĭo, is, *ſchivare*, evito, caveo. *Fortunat.* 8. *carm.* 4. *v.* 192. Per tribulos gradum, ſpinæ cavefecit acumen.

Cavĕo, es, vi, cautum, n. 2. conſulo, video, provideo, proſpicio, obſervo, vito, fugio, declino, *ſchivare*, *provvedere cautamente*, נשמר, Germ. *ſehenſich*, Gall. *prendre garde*, Hiſp. *guardarſe*, εὐλαβεῖσθαι, eſt diligentiam adhibere, & providere, ne aliquid præter expectationem cadat. Neutrum eſt tertii ordinis, hoc eſt, dativum poſtulat. *Cic. de Leg.* Altera lex privatorum ædificiis, altera ſepulchris cavet. ¶ Uſurpatur etiam cum ablat. & præpoſit. a, vel ab. *Plaut. Pſeud.* Cavendum eſt mihi abs te irato. ¶ Item cum, de. *Plaut. Men.* 5. 5. 32. De illis verbis cave tibi. ¶ Activum etiam eſt primi ordinis, & conjungitur cum accuſat. vel perſonæ, vel rei. *Cic.* 1. *Ep.* Ut conſiderares, quibus crederes, & quos caveres. *Id. Att.* Pompejum fecerat certiorem, ut caveret inſidias. ¶ Item in tertio activorum ordine uſurpatur. *Id. in Top.* Cum tu mihi, meiſque multa ſæpe caviſſes. ¶ Sæpe conſtruitur cum conjunctivo, & adv. *ne* in iis, quæ fieri nolumus, vel *ut* in iis, quæ volumus. *Id. in Ep.* Cave, ne cui ſuſpicionem des fictæ reconciliatæ gratiæ. *Plaut. Bacch.* Quid iſti caveam? B. ut ſe revehat domum. ¶ Item ſine ulla particula. *Cic. Attic.* Cave, facias. nam iſta lex perferetur. ¶ Cavere ſibi, vel alteri, eſt conſulere, vel proſpicere. *Id.* 7. *Fam. ep.* 6. Tu, qui cæteris cavere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis decipiaris, caveto. ¶ In Jure eſt ſecurum facere, ut cum pignora dantur, aut fidejuſſores, & præter dativum perſonæ admittit ablat. inſtrumenti, & alium ablat. cum *de*. Hinc illæ locutiones, *Cavere capite*, hoc eſt, capitis periculo ſe obligare, & alium ſibi eodem vinculo obſtringere. *Cavere teſtamento*, id. teſtamento conſtituere; *Cavere lege ne*, &c. pro prohibere. *Plin. l.* 16. *c.* 5. Cautum eſt lege XII. tabularum, *Cavere alicui obſidibus*. obſides dare; *Cavere ſibi obſidibus ab aliquo*, acceptis obſidibus ſe ſecurum facere: *Cavere alicui*, *vel ſibi obſidibus de pecunia*, dare vel accipere obſides, quoad pecunia ſolvatur. *Cic. in Brut. ideſt*, Tibi ego non ſolvam, niſi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio ſit, petiturum. *ideſt*, niſi a te ſpondente ſatis accepero. ¶ Speciatim vero de Juriſconſultis dicitur. Illi enim dicuntur cavere ſuis clientibus, cum proſpiciunt, nequid illis damni interatur. *Id. 1. de Leg.* Non enim id quærimus, quemadmodum caveamus in jure, aut quid de quaque conſultatione reſpondeamus. ¶ Inveniur & *cavo*, *is*, n. 3. in eadem ſignificatione. *Hor. in Serm.* Vade, vale, cave, ne titubes, mandataque frangas. *Tibul. l.* 1. *el.* 4. *v.* 67. Hæc mihi, quæ caverem Titio, Deus edidit ore. Al. leg. *canerent*. ¶ Cavendus, a, um. *Cic. Att. l.* 12. O hominem cavendum! *Lucil. l.* 26. *apud Non. c.* 5. *n.* 62. Quid tibi cavendum cenſes, quid vitandum maxime? Ex quo colligitur, inter *cavere*, & *vitare* intereſſe aliquid: nam cavere eſt ſibi proſpicere quocumque modo, & ratione: vitare eſt declinare corpore, & effugere ea, quæ nocitura ſunt, ut Gladiatores ſolent. Quamquam hæc differentia negligitur interdum. ¶ Cavere de evictione, apud *Ulp. l. ſi duo. Dig. de jurejur.* eſt præſtare cautionem de evictione, *promettere di mantenere ciò che s' è venduto ad altri*.

Caverna, f. 1. locus in terra cavus, antrum, ſpelunca, *ſpelonca*, *caverna*, Germ. *ein hele*, Gall. *caverne*, Hiſp. *cueva*, κάτοψη, concavitas terræ vacua, atque obſcura. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Nos ex terræ cavernis ferrum elicimus. *Scribon. Larg. compoſ.* 95. Caverna dentis, *Plin.* 11. 37. Cavernæ aurium.

Cavernātim, adverb. per cavernas, *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 14. Aqua ſcabris pumicibus cavernatim ructata.

Caverno, as, a. 1. cavernam facere, cavare, ut cavernare fiſtulam, apud *Cœl. Aurelian.* 4. *Tard. c.* 3.

Cavernōſus, a, um, *cavernoſo*, ἀντρώδης, locus vacuus, & cavernis plenus. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Radix cavernoſa. *ſc.* quæ intus cavernulas, aut cavas partes habet.

Cavernŭla, æ, f. 1. *cavernetta*, dim. a caverna. *Plin. l.* 27. *c.* 11. Cavernulas habent, & intus ſemen.

Caviāres hoſtiæ, quæ & *cavæ*, erant hoſtiæ cauda tenus, quæ in ſacrificio pro collegio Pontificum quotannis ponebantur, *Feſt.* V. ibi *Scalig.*

Cavilla, æ, f. 1. σκῶμμα, irriſio jocoſa. *Plaut. Aul.* 4. 4. 10. Pone, hoc, ſis; auter cavillam.

Cavillabundus, a, um, qui cavillatur, aut qui cavillari paratus eſt. *Tertull. de Anima*, *c.* 34. Decenni prælio extorquet, non latens, non fallens, non cavillabundus.

Cavillatĭo, f. 3. *cavillo*, *ſoffiſticheria*, jocus, facetiæ, urbanitas, dictum ridiculum, σκῶμμα, arguta irriſio. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 54. Cum duo genera ſint facetiarum, alterum æquabiliter fuſum, in omni ſermone, alterum peracutum & breve; illa a veteribus cavillatio, altera dicacitas nominata eſt. ¶ Item σόφισμα, ſubdola ratio, ut *Valla*, & *Cajus Juriſc.* definiunt, quam conſcii nobis mendacii vincendi tamen cauſa proferimus. *Ulp. in l. natura*, *ff. de verb. & rer. ſignif.* Cavillationis natura, quam Græci σωρίτην appellaverunt, hæc eſt, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, quę evidenter falſa ſunt, perducatur, *Senec. epiſt.* 111. Quid vocentur latine ſophiſmata, quæſiſti a me. Videtur mihi aptiſſimum (*nomen*) quo Cicero uſus eſt: Cavillationes vocat, quibus quiſquis ſe tradidit, quęſtiunculas quidem vafras nectit, cæterum ad vitam nihil proficit.

Cavillator, m. 3. *ſofiſtico*, *cavilloſo*, φιλοκέρτομος, qui cavillationibus utitur, hoc eſt, facetus, item qui per fraudem alium lite vexat. *Cic. Att. lib.* 1. *ep.* 13. Cavillator genere illo moroſo. Sic *Gell. l.* 4. *c.* 20. Qui jurabat, cavillator quidem, & canicula, & nimis ridicularius fuit. ¶ Pro ſophiſta etiam uſurpari poſſe videtur. V. Cavillatio.

Cavillatorĭus, a, um, ad cavillandum pertinens, ut tractatus cavillatorius, *Dig. l.* 35. *tit.* 2. *leg.* 88.

Cavillatrix, icis, f. 3. a cavillator. *Quintil. l.* 7. *c.* 3. Dialecticorum formata concluſio, in diſputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix &c.

Cavillātus, us, ui, m. 4. idem quod cavillatio. *Apul. l.* 8. Sed ille, cognito cavillatu, ſimilis indignanti &c.

Cavillor, aris, d. 1. jocoſe ludo, dicteria dico, *ſcherzare*, *beffare*, לצים, Germ. *bespotten*, Gal. *ſe moquer*, *iouer*, Hiſp. *motejar*, *burlar*, *o eſcarnecer*, σκώπτω, κερτομέω, jocor, cavillum, ſeu facetiam dico, irrideo. *Liv. l.* 2. *c.* 58. A Centurionibus corruptum exercitum, dicere, Tribunos pl. cavillans interdum, Volerones vocare. ¶ *Cic. l.* 2. *ad Att. ep.* 1. Itaque familiariter cum ipſo etiam cavillor, ac jocor. *Sueton. in Tito*, *c.* 8. Sæpe cum populo cavillatus eſt, verum majeſtate ſalva. *ſc.* jocatus eſt. ¶ Cavillari verba, *ſtiracchiar le parole*, nimis ſubtiliter interpretari. *Ulpian. Dig. l.* 38. *tit. ult. leg.* 2. ¶ Eſt etiam diſſimulando illudere, *Tacit. Annal. c.* 46. Auguſtum feſſa ætate toties in Germaniam commeare potuiſſe; Tiberium vigentem annis ſedere in Senatu verba patrum cavillantem. *h. e.* ficta cunctatione ludificantem. ¶ Denique accipitur ſimpliciter pro caveo. eſt enim cavillor veluti diminut. a caveo, ſeu cavo, is, ut *Scal. ad Feſt.* docet. *Tertul. de Corona c.* 11. Omnibus modis cavillandum eſt, ne quid adverſus Deum committatur.

Cavillōſus, a, um, cavillis abundans. *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 8. Aſtuti, callidi, cavilloſi, & inſidiarum plent.

Cavillŭla, æ, dem. vel Cavillŭlum, i, n. parvum cavillum. *Plaut. Trucul.* 3. 2. 15. *Strа.* Dicax ſum factus jam ſum cavillator probus. *Aſtaph.* quid id eſt, amabo? iſtæcce ridicularia cavillationes vis fortaſſe dicere?

Strа.

Syra. Ita, ut pauxillum differat a cavillulis. Al. aliter leg.

Cavillum, n. 2. σκῶμμα, irrisio jocosa, cavillatio, *Apul. l. 1. Milef.* Jam allubentia proclivis est sermonis, ac joci, & scitum est cavillum.

Cavillus, i, m. idem quod cavillum. *Apuleÿ. l. 2. Metam.* Jam risus affluens, & joci liberales, & cavillus hinc inde.

Cavitĭo, onis, olim dicebatur, quæ nunc cautio. *Fest.*

Caula, læ, f. 1. vel caulla, *stalla*, רֶבֶר, Ger. *stall*, Gall. *etable*, Hisp. *aprisco de ovejas*, ἔπαυλις, αὐλὴ, stabulum, in quo oves reconduntur, a *cavo*, ut *Festus* vult, quia antiquitus ante usum tectorum oves in antris claudebantur, vel quia e *caulibus*, ideſt, viminibus fit. *Cic. pro Sext.* Cum Catilina Italiæ caulas, & pastorum stabula præclara cepisset. ¶ Sumitur etiam pro alio quocunque receptaculo, *Lucr. l. 6.* Dispergunt animas per caulas corporis omnes. *Idem* poros, meatusque alios corporis *caulas* vocat, *l. 2. vers.* 950. ¶ Etiam pro theatro, & amphitheatro. *Tertull. de Spectac.* Circo, & utraque caulla, & omni stadio gratiora. Sed fortasse *cavea* legendum est.

Caulĭas, æ, m. 1. καυλίας, succus ex caule laserpitii. *Plin. l. 19. cap.* 3.

Cauliculātus, a, um, in cauliculi modum factus. *Apul. de virt. herb.* Cauliculati rami.

Cauliculus, m. 2. καυλὸν, dimin. a caulis, *Plin. l. 19. c. 8.* Delicatior, tenerioque cauliculus. ¶ Apud Architectos Cauliculi sunt flexuræ illæ in capitulis columnarum, quæ e quadruplici caule prodeuntes ad modum volutarum curvatæ, partim ad angulos abaci, partim vero ad ipsos flores, quibus abacorum frontes mediæ ornantur, cincinnatæ concurrunt. *Vitruv. l. 4. c. 1. & Bald. in Lex.*

Caulĭnum, n. 2. vinum juxta Capuam proveniens, ab agro ita nominatum. *Plin. l. 14. c. 6.*

Caulis, hujus caulis, m. 3. & colis, is, *gambo dell' erbe, fusto*, גבעול, Ger. *ein stengel am kraute*, Gal. *tige d'herbe*, Hisp. *tallo*, καυλὸς, proprie est stipes, sive thyrsus, sive robur ipsum in omni genere herbarum, ideſt, ea herbæ pars, unde se produnt folia, aut ramusculi. *Plin. l. 18. c. 7.* Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis. ¶ Speciatim vero, seu per excellentiam caulis, sive colis thyrsum brassicæ significat, & per synecdochen sumitur pro brassica, quia thyrsus ipsius amplius cæteris oleribus crescit. *Plin. 17. 24.* Odit vitis & caulem & olus omne. *Hor. l. 2. sat.* 4. Caule suburbano, qui siccis crevit in hortis, dulcior. ¶ Caulis item in volucrum pennis dicitur calamus extra cutem eminens, e quo plumea illa lanugo erumpit. *Plin. l. 11. c. 39.* Pennarum caules omnium avium præcisi non crescunt, avulsi autem renascuntur. ¶ In animalium quoque caudis caulis dicitur illud, unde pili nascuntur. *Idem l. 11.* Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. ¶ Quandoque (sicut docet *Servius*) sumitur pro virili membro, quandoque pro ensis parte, quæ manubrio inditur, quandoque pro hastili, vel hastæ extremitate, in qua cuspis infigitur. Vocem *colis* vide suo loco. V. etiam *cauliculus*.

Caulŏdes, καυλώδης, brassicæ species caule magno. *Plin. l. 20. c. 9.*

Caulon, ōnis, m. *Castel vetere*, oppidum magnæ Græciæ in monte cognomine, in ora Calabriæ, ultimæ. *Vir.* 3. *Æn. v.* 553.

Caunĕæ, & Caunius, & Caunæus, a, um, f. 1. καυνίας, ficus e Cauno Cariæ urbe. *Cicer. 2. de Divin. c.* 40. Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat, qua voce putabatur admonere voluisse, ne iret; quasi diceret, *cave ne eas*.

Caunus, fil. Mileti ex Cyanee filia Mæandri, nepos Solis. A sorore Byblide sceleste amatus fugit e Lesbo in Cariam. Hunc cum Byblis sequeretur, multis peragratis provinciis, labore fessa constitit, & lacrymis confecta in fontem versa est. Ipse vero ibi urbem ædificavit, quam suo nomine Caunum dixit. *Plin. l. 5. c. 28. Ovid. 9. Met.*

Cavo, is. V. in Caveo.

Cavo, as, a. 1. excavo, *incavare*, Gal. *caver, creuſer*, Hisp. *cavar*, κοιλόω, κοιλαίνω, cavum facio. *Liv. l. 21. c. 26.* Naves alias cavabant ex singulis arboribus. *Virg. 1. Georg. vers.* 262. Cavat arbore lintres.

Cavosĭtas, is, cavatura, locus cavus. *Tertul. de Anima, c. 55. & de Pudicitia, c.* 20.

Caupo, nis, m. 3. *oſte, oſtiere*, Ger. *vvirth, gaſtgeber*, Gall. *cabaretier, tavernier*, Hisp. *tavernero, ventero*, καπηλὸς, esculentorum poculentorumque venditor, a voce Græca, quæ allata est. Sed alii dicunt cauponem nomen esse generale, quod etiam comprehendit mercatores, & institores, tactumque esse a copiis: alii a verbo cavo factum esse primo cavipam, vas vinarium, deinde ab eo caviponem, & caviponam, quod cavis in locis vinariam exercerent, *Cic. 1. de Divin. c.* 27. Alterum, ad cauponem divertisse, ad hospitem alterum. *Martial. l. 1. epig.* 57. Non potes, ut cuperes, vendere, caupo, merum.

Caupōna, f. 1. *oſteria*, זונה, Ger. *gaſtgeberin, oder, vvirthshauſſ*, Gal. *cabaret, ou cabaretiere*, Hisp. *taverna, o tavernera*, καπηλὶς, significat tabernam, in qua vinum & esculenta venduntur, *Cic. in Pis. c.* 22. Nonne tibi nox erat pro die, caupona pro oppido? ¶ Pro copa, seu muliere cauponam exercente usurpari, testis *Priscian. l. 6. Lucil. sat.* 3. Caupona hic tamen una Syra.

Cauponĭus, a, um, o. 1. 2. *cosa che appartenga all' oſte*, καπηλικὸς, quod ad cauponem pertinet. *Justin. l.* 1. Justitque cauponias, & ludicras artes, & lenocinia exercere. *Plaut. Pœn. 5. 5. 19.* Puer cauponius: h. e. meritorius. V. *Taubman. ad Plaut. Pseud. 2. 4. 48.*

Caupōnor, aris, d. 1. lucri, causa quidvis facio, *far oſteria*, German. *vvirtſchaffi treiben*, καπηλεύω, cauponariam exerceo, vel re aliqua lucri causa ad quæstum abutor. *Ennius apud Cic. 1. Offic. c.* 12. Nec cauponantes bellum, sed belligerantes. *h. e.* non lucri causa, sed pro patriæ salute bellum gerentes.

Cauponŭla, f. 1. parva caupona. *Cic. 2. Philip. c.* 31. Delituit in quadam cauponula.

Caupŭlus, vel Caupolus, i, m. genus navigii apud *Gell. 10. 25.* & si *Isidoro* credimus *l. 19. c. 1.* idem quod lembus, aut cymba.

Caurīnus, a, um, adject. a Caurus. *Gratius in Cyneget. v.* 296. Verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper.

Caurĭo, is, ire, verbum effictum ad exprimendam Pantheræ vocem. *Auctor Carminis de Philomela, quod Ovidio tribuitur, v.* 51. Panther caurit amans, pardus hiando felit.

Caurus, i, m. *Coro, Ponente, Maeſtro*, idem quod Corus, ventus Occidentalis. *Virg. 3. Geor. v.* 356. Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri. V. Corus.

Causa, vel Caussa, æ, (ut *Virgil.* & *Cic.* scripsere, teste *Quintil. l. 1. c. 7.*) *cagione, motivo*, סבה, כבר, עלולה, Ger. *ein urſach*, Gal. *cauſe, raiſon*, Hisp. *causa*, αἰτία, αἴτιον, proprie dicitur id, ex quo, vel propter quod, vel per quod, vel a quo aliquid fit; quasi *cautsa*, a caveo, ut *Scauro placet*, & *Prisciano*. V. *Voſſ. Etymol. Cicer. de Fato*: Causa est, quæ id efficit, cujus est causa, ut vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. ¶ Quatuor autem causarum genera statuit *Aristot.* materiam sc. formam, efficiens, & finem. Plato quintam addit, sc. exemplum, seu Ideam. ¶ Eleganter post *causa* ponitur *quamobrem*. *Ter. Eun. 5. 6.* Aliquam causam quærebat senex, quamobrem aliquid faceret. Et *ibid. 1. 2. 65.* Multæ sunt causæ, quamobrem cupio abducere. ¶ Dicimus etiam tua, mea, vestra causa &c. *Cic. Fam. 15. epist.* 18. Non tam mea causa, quam Reip. nomine. ¶ Aliquando *causa* omittitur. *Tacit. histor. 4. c. 25.* Tum e seditiosis unum vinciri jubet, magis usurpandi juris, quam quia unius culpa foret. ¶ Significat aliquando prætextum, vel excusationem. *Flor. l. 2. c. 6.* In causam belli deleta Saguntus, *Cæs. de B. G. l. 3. c. 76.* Equitatum per causam pabulandi emisſum. *Ter. Andr. 1. 5. 22.* Censen', me verbum potuisse ullum proloqui? Aut ullam causam, ineptam saltem, falsam? obmutui. *Cic. Fam. 16.* Si ob eam rem moraris, accipio causam. *h. e.* excusationem. ¶ Item occasionem, *Cic. l. 2. de Div. c.* 2. Ac mihi quidem causam explicandæ Philosophiæ attulit gravis casus Reip. *Cæs. l. 2. B. C. c.* 28. Hanc nactus appellationis causam Quintilius: h. e. occasionem appellandi militis. ¶ Item conditionem. *Cic. de Leg. Agrar. 3. c.* 2. Soluta in meliore causa sunt, quam obligata. ¶ Item morbum: unde *causarius*, de quo infra. *Tibul. l. 1. el. 9. v.* 51. Non illi fontica causa. ¶ Item negotium quodlibet, *negozio, faccenda. Cic. Verr.* 5. Ei Senatus dederat publice causam, ut mihi fratrique meo gratias ageret. ¶ Item emolumentum, commodum. *Plau. Asin. 3. 1. 17.* Ubi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi. Ita JCti rem restituendam dicunt cum sua causa, h. e. cum suo emolumento. Nec aliter intelligendus est Titulus, *De fructibus, & omni causa.* ¶ Videtur etiam usurpari pro conjunctione. *Cic. pro Quint. c.* 15. Is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ, & necessitudines veteres intercedebant. ¶ Dicitur aliquando causa rei pro ipsa re. Sic apud JCtos veteres causa facti, pignoris, ordinis, bonorum &c. pro facto, pignore, ordine, bonis passim dicuntur. ¶ Sed ea frequentissima notio est, præsertim apud Oratores, qua accipitur pro quæstione, seu controversia, quæ versatur circa certas personas, loca, tempora, actiones, negotia, cujusmodi sunt, quæ in Foro, & judiciis agitantur. Hanc Græci ὑπόθεσιν dicunt, h. e. quæstionem definitam, *lite, causa*. Hinc causam dicere, defendere, agere, orare, perorare passim apud Cic. & alios, *trattar, o difender cauſe*. Ubi advertendum est, cum absolute invenitur, causam dicere, id non actori, sed reo tribuendum esse, idemque valere, ac defendere. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 5. Accusant ii, qui in fortunas hujus invaserunt, causam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Hinc causæ dictio, h. e. defensio, *Cæsar B. G. l. 1. c. 4. Liv. l. 29. c. 19.* Ex vinculis causam dicere. Ital. *dar le ſue difeſe in prigione*. ¶ Aliquando causam dicere, est recusare, deprecari. *Terent. Phorm. 2. 1. 42.* Non causam dico, quin quod meritus est, ferat. ¶ Causa cadere, est causam amittere, *perder la lite. Cic. l. 2. de Invent. c.* 19. Contra est *causam vincere*: pro quo causam tenere, dixit *Suet. in Domit. c. 9.* ¶ Indicta causa condemnare: h. e. reum non auditis ejus rationibus damnare, *Cic.* ¶ Causam contendere, pro disceptare, *Lucret. l. 4. v.* 476. ¶ Conjicere, confiteri, sive constituere causam dicitur is, qui controversiam apud Judicem præsentibus testibus exponit, quod actoris est proprium. *Gell. l. 5. c. 9.* Litem cum Evathlo contestatur: Et cum ad Judices conjiciendæ, confitendæque causæ gratia venissent, tunc Protagoras sic exorsus est, &c. *Quintil. l. 1. c. 7.* (al. 13.) docet, Ciceronem, ac Virgilium duplici ſſ scripsisse: simulque indicat, tum ante, tum post eos simplicem i fuisse adhibitam. Extant præterea monumenta antiqua permulta pro utraque scriptione. Ex Orthographis *Manut.* vult *cauſſa: Dauſquio* placet *cauſa: utrumque probat Cellarius.*

Causālis, le, ad causam pertinens, ut Causalis ratio, *August. l. 7. de Gen. ad litter. c.* 23. ¶ Causales conjunctiones dicuntur a Grammaticis, quibus aliquo modo causa redditur rerum. *Charis. l. 2. pag.* 199. *Putſch. Diomed. l. 1. pag.* 410. & *Priſcian. l. 16. pag.* 1027. ¶ Quod legitur apud *Arnob. l. 5. pag.* 168. Sicut suis scribit in Causalibus Butas: *causalia*, vel *causales* libri sunt, in quibus de causis rerum disseritur.

Causalĭter, per causam, vel causæ vim præstando. *Augustin. l. 5. de Gen. ad litter. cap. ult.* Quæ terra producit potentialiter, atque causaliter.

Causarĭe, adverb. sc. per causariam missionem, *Macer. Dig. 49. 16. 13.* Ad eum qui causarie missus est &c. Alii aliter legunt.

Causarĭus, a, um, morbidus, valetudinarius, *cagionevole*, a causa, quę quandoque morbum significat, *Sen. epist.* 68. In animo nostro sunt quasi causariæ partes, quibus adhibenda curatio est. Et *præfat. l. 1. Natur. quæst.* Hoc corpus causarium, ac fluidum periturumque &c. ¶ Hinc causaria missio in militia dicitur, quæ fit ob valetudiem. *Leg. 13. ff. de re milit.* Et Causarius miles, h. e. adversa valetudine affectus, *Liv. l. 6. c. 6.* Tertius exercitus ex causariis, senioribusque scribatur.

Causāte, adverb. cum causa, *Plin. in præfat. hiſt. nat.* causatius defendere, *con più ragione*.

Causatĭo, f. 1. *preteſto, ſcuſa*, Germ. *entſchuldigung*, Gall. *excuſe*, Hisp. *eſcuſa*, πρόφασις, prætextus, excusatio. *Gell. l. 20. c.* 1. Ne causatio ista ægri corporis perpetuam vacationem daret. ¶ Significat etiam morbum, apud *Pallad. de R. R. l. 1. tit.* 4. Si salvo capite, in pulmonibus ac thorace aut nulla, aut rara causatio est.

Causatīvus, a, um, o. 1. 2. *quello che dà cagione di far qualche coſa*, αἰτιῶν, quod est causa, ut aliquid fiat. *Martian. Capell. l.* 5. Causativum litis est, quod facit dubitationem. ¶ Causativus casus apud *Priscian. l.* 5. est accusativus.

Causātrix, icis, f. quæ in causa est, ut aliquid fiat. *Dig. l. 38. tit. 10. leg.* 4. Omnis mali causatrix.

Causĭa, f. 1. *cappello*, καυσία, pileus latos margines habens ad prohibendum Solis æstum, a καίω, uro. *Plaut. Mil. 4. 4. 42.* ad naucleri habitum refert. Facio, inquit, ut venias huc ornatus ornatu nauclerico, Causiam habeas ferrugineam &c. *Valer. Max.* Macedonibus tribuit, *l. 5. c. 1. extern. 4.* ¶ *Veget. l. 4. c. 15.* refert inter vinearum militarium nomina.

Causidĭcīna, æ, f. 1. ipsa ars seu munus Causidicorum. *Cod. Theodoſ. leg. ult. de Cohortal. princip. cornic. Ammian. Marcellin. l. 30. cap. 16. Symmach. l. 5. epiſt. 17. & 75.*

Causidĭcus, m. 2. causæ patronus, *avvocato*, Ger. *advocat*, Gal. *avocat*, Hisp. *abogado*, δικαιολόγος, qui causas agit. Apud optimos Scriptores valde differt ab oratore. Nam ita appellatur quicumque rabula, & vilis patronus, qui sola voce, & garrulitate valet. *Cic. 1. de Orat. cap.* 46. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone conquirimus, sed &c. Adde *in Orat. cap.* 9.

Causĭficor, d. 1. αἰτιολογίομαι, idem quod causor. *Plaut. in Aul. 4. 4. 25.* Non causificor, quin ego illam habeam potissimum.

Causor, aris, deponens, *ſcuſarſi*, Ger. *ſich entſchuldigen*, Gall. *s'excuſer*, Hisp. *escusarse*, προφασίζομαι, rei gestæ causam affero, excusationem adduco. *Virgil. Ecl. 9.* Causando nostros in longum ducis amores. *Tacit. 3. histor. c. 59.* Sabinus inhabilem labori & audaciæ valetudinem causabatur. ¶ Interdum est accusare, criminari, *Hor. l. 1. epiſt. 14. v. 12.* Locum immeritum causatur inique. ¶ Interdum expostulare. *Trebell. Poll. 30. Tyrannis, lib. ult.* Qui cum malevolis quidem, sed bono animo

causabaris. ¶ Passive est apud Ovid. de nuce, v. 124. Causabor, quare sit lapidosus ager. h. e. in causa esse dicar. Al. leg. causa habeor.

Caustĭcum, n. 2. quod habet vim ustivam. Plin. l. 23. c. 9. Stirpium brassicæ aridorum cinis inter caustica intelligitur.

Caustĭcus, a, um, caustico, καυστικὸς, urendi vim habens. Plin. l. 27. c. 9. Vis ei caustica est.

Causŭla, æ, diminutiv. picciola causa, picciol motivo. Hirt. de B. Afr. c. 54. Parvulam modo causulam nactus Cæsar. Cic. de opt. gen. orat. c. 3. Lysias parvarum rerum causulas scripsit.

Caute, cautamente, Germ. vorsichtiglich, Gal. prudemment, Hisp. cautamento, εὐλαβῶς, prudenter, callide. Cic. pro Cluen. c. 3. A me omnia, caute, pedetentimque dicentur. Id. pro Dejot. c. 6. Cautius efficere aliquid. Et Attic. l. 15. epist. 26. Cautissime navigare.

Cautēla, f. 1. cautela, προφυλακὴ, cautio. Paul. in l. si defunctus, §. qui ad communi. ff. de proc. Qui ad communi dividundo judicium datus est, ad agendum idem, & ad defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Vet. Gloss. Cautela; ἀσφάλισμα.

Cauter, eris, m. 1. cauterio, idem quod cauterium, καυτήρ. Tertull. de Pall. cap. ult. Adigo cauterem ambitioni. Adde Prudent. in Vincent. v. 229.

Cauterīzo, as, cauterio uro. Veg. l. 3. de re veterin. c. 2. altero.

Cauterĭum, rii, n. cauterio, καυτήριον, instrumentum, quo notæ, seu stigmata imprimuntur. Sen. l. 4. Benef. c. 37. item quo morbi insanabiles inuri solent, a καίω, uro, vel a caveo. Plin. l. 22. c. 23. Tempestive datum cauterii vim obtinet. ¶ Est item pictorum instrumentum, quo in pictura encaustica ad colores ceris inurendos utuntur. Martian. l. Item pictoris. Dig. de instruct. vel instrum. leg. Pictoris instrumento legato, ceræ, colores cedunt; item peniculi, & cauteria, & conchæ.

Cautes, cautis, f. sassi aspri, e grandi, צור, Germ. fels, Gall. rocher, Hisp. pena, ῥαχία, saxum asperum, & abruptum, rupes. Virgil. 6. Æn. v. 471. Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Cæs. 3. B. G. Nihil saxa, & cautes timerent. ¶ Prudentius recto casu cautis dixit, ut secundam corriperet. Roman. v. 701. Quæ cautis illud perpeti spectaculum Possit?

Cautim, prudenter, callide. Ter. Heaut. 4. 8. 29. Cautim, & paulatim dabis.

Cautĭo, onis, f. 3. cauzione, sicurtà, בטחון, Germ. versicherung, Gall. pourvoyance, caution, Hisp. cautela, caution, εὐλάβεια, providentia quædam, qua advertimus, & vitamus, ne quid mali nobis accidat. Cic. Tusc. 4. 6. A malis natura declinamus, quæ declinatio si cum ratione fiet, cautio appellatur. Ter. Adelph. 3. 4. 57. Pisces hi mihi ne corrumpantur, cautio est. ¶ Cautiones etiam a JCtis vocantur fidejussiones, aut aliæ etiam stipulationes, quibus nobis cavemus, idest securos nos reddimus. Ulpian. l. ita autem, §. Julianus, ff. de admin. tut. quę alio nomine chirographa aut syngraphæ dicuntur. Adde Cic. 7. Fam. ep. 18. ¶ Simili sensu videtur usus Sen. de Benef. l. 7. c. 10. Video istis diplomata, & syngraphas, & cautiones, vacua habendi simulacra.

Cautionalis, le, o. 3. quod ad cautionem pertinet. Ulpian. Dig. 46. 5. 1. Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species, judiciales, cautionales, communes.

Cautor, m. 3. quello, che difende gli altri, מזהיר, Ger. verhueter, qui cavet, & providet aliis, quales sunt Jurisconsulti, & patroni, qui consultoribus, aut clientibus suis cavere solent, & providere, ne quid caus. eorum detrimenti accipiat. Cic. pro Sext. c. 7. Nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset.

Cautus, a, um, o. 1. 2. tutus, providus, circumspectus, protectus, cauto, prudente, sicuro, scaltrito, accorto, נבון, Germ. firsichtig, Gall. avisé, Hisp. cauto, εὐλαβὴς, prudens, & qui sibi scit cavere. Ter. in Phorm. Tacit. 2. hist. 76. Cautissima senectus. Cautus est, ubi nihil opus est. ¶ Cum infinito Horat. l. 1. sat. 6. v. 51. dignos assumere cautus. ¶ Cum genitivo Macrob. 1. Saturn. 15. Rei divinæ cautus. ¶ Nonnunquam ponitur pro re, cui cavetur, & tutum significat. Cic. pro Cæc. Quo res mulieri esset cautior. Lucan. l. 4. v. 409. Cautus ab incursu belli. ¶ Cauto opus est, pro cavendum est, Plaut. Cist. 2. 1. 59. Most. 4. 2. 22. Mer. 2. 3. 128.

Cavum, i, vel cavus, i, cavità, buco, locus concavus, vel cavatus, κοίλωμα. Horat. l. 1. epist. 7. v. 33. Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti. Colum. l. 12. c. 8. Cavum, quem feceris, surculo obturato. Cato de R. R. c. 28. Ita neque aspergo nocebit, nec cava mures facient.

Cavus, a, um, o. 1. 2. vuoto, cavato, concavo, κοῖλος, concavus, vacuus. Virg. 3. Æn. Dat signum specula Misenus ab alta ære cavo. Ovid. 1. de Art. aman. v. 520. Inque cava nullus stet tibi nare pilus. Cavi menses dicuntur a Censorino de die nat. cap. 20. qui dies triginta habent, & pleni, qui XXXI. ¶ Cavus substant. V. in Cavum.

Caycus V. Caicus. ¶ Cayci, orum sunt populi Germaniæ, quorum meminit Lucan. 1. 463. Hos Claudian. vocat Caucos, 1. in Eutrop. v. 379.

Caystrĭus, a, um, adject. a Caystro, ut ales caystrius, pro cygno apud Ovid. l. 5. Trist. eleg. 1. v. 11.

Caystrus, & Caistros, i, m. Chiay, κάϋστρος, fl. Asiæ minoris, qui fontes habet in Phrygia combusta, unde nominatus est, deinde per Lydiam non longe a Sardibus labitur, & rigatis Philadelphia, & aliis urbibus per Joniam in sinum Jonium se se exonerat, inter Ephesum, & Colophonem. Dictus est a καίω, uro, idest a regione torrida, & deusta Phrygiæ. Virg. 1. Georg. v. 384. Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Ovid. Metam. 5. v. 386. non illo plura Caistros &c. ubi al. leg. caister.

C ANTE E.

Ce, adjectio syllabica jungitur fere casibus pronominis hic, ut hicce, hujusce, hisce, hosce, &c. Horat. l. 1. Sat. 2. Hisce versiculis, &c.

Cea, Cia, Ceos, Hydrussa, Zoa, Zia, insula una Cycladum, prope Atticam reg. & Helenam ins. Dicta est a Ceo Titani filio. In ea olim vestes bombicinæ pretiosæ texebantur, in usum fœminarum, inventrice Pamphila, seu Pasyphile Platis filia. ¶ Pop. Cii, apud quos nec tibicines, nec meretrices fuere, cum alieni a voluptatibus essent. Hinc adagium, Non Chius, sed Cius, de rebus valde discrepantibus. Athen. l. 13. Sed apud Aristarchum legitur, Non Chius, sed Cous de fortunatiore, quia Chius erat jactus taxillorum habens unum, Cous habens sex. Ovid. in Heroid. epist. 20. v. 221. Insula Coryciis quondam celeberrima nymphis Cingitur Ægeo nomine Cea mari.

Ceba, æ, f. 1. Ceva, opp. amplum Liguriæ, in Principatu Pedemontano, ad Tanarum flu. Pop. Cebani, Gent. Cebanus, a, um, ut Caseus Cebanus, qui a Plinio laudatur l. 11. c. 42.

Cebānus, a, um, V. Ceba.

Cebren, nis, Κεβρὴν, fluvius Troadis, unde Cebrenis.

Cebrenĭa, æ, f. 1. Cebrena, Cebrina, Κεβρηνία, regio Troadis, per quam Cebrenus fl. decurrit, cum opp. Cebrenia, vel Cebrene, non procul a Sepsi. Nomen accepit a Cebrine Priami notho.

Cebrēnis, idis, patronym. fœmin. Ovid. Met. 11. v. 769. Aspicit Hesperiem patria Cebrenida ripa. ¶ Fingitur filia Cebrenis flu. in Troade. Fabulam V. apud Ovid. loc. cit. & Apollod. l. 3. n. 5.

Cebrēnus, a, um, adject. a Cebrene: Auson. ep. 14. Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus, &c. Hoc tamen loco est nomen proprium fundi.

Cecaumĕnus, κεκαυμένος, ustus, vel urens, a καίω, uro. Capell. l. 1. de nupt. Merc. &c. Flamma flagrantior ab ipsius cecaumenis exanclata somitibus.

Cecinna, vel Cecīna, m. 1. Cecina, fl. Etruriæ, qui oritur in agro Volaterrano, inter Volaterras, & Senas, & auctus aliquot fluviis, in Mare Medit. se exonerat.

Cecropĭa, æ, arx Athenis, & oppidum ipsum. Plin. l. 7. c. 56. Oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis. ¶ Sumitur & pro Attica regione. Catull. in nupt. Pel. & Thet. v. 79. Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.

Cecropĭdæ arum, Athenienses, ita dicti a Cecrope eorum primo Rege, & Athenarum conditore. Virg. 6. Æn. v. 20. Tum pendere pœnas Cecropidæ jussi. ¶ Cecropidę pro nobilibus, propter originis antiquitatem. Juven. Sat. 8. v. 45. Quorum nemo queat patriam monstrare parentis: Ast ego Cecropides. V. Cecrops.

Cecrŏpis, idis, patronymic. fœmin. filia Cecropis regis Atheniensium. Ovid. 2. Metam. v. 805. ¶ Sumitur etiam pro quacumque Atheniensi. Juvenal. sat. 6. v. 186. De Sulmonensi mera Cecropis. ¶ Adjective Ovid. Heroid. epist. 10. v. 100. Impia funeribus, Cecropi terra, tuis.

Cecropĭus, a, um, Atticus, Atheniensis, ut Cecropius cothurnus, Horat. lib. 2. od. 1. v. 12. quia Cecrops Athenis primas tragædias scripsit. Arx Cecropia, Ovid. Met. 6. v. 70.

Cecrops, opis, m. 3. antiquissimus Rex Atheniensium, qui Athenas vel condidit, vel amplificavit jam conditas a Pallade. Regnavit annos 50. Hinc Athenienses Cecropidæ dicti sunt. ¶ Eusebius narrat, tricesimo quinto Moysis anno Cecropem regnare cœpisse, annis ante Trojam captam 375. V. Polyd. Virg. l. 1. c. 4. & 6.

Cedens, entis, particip. Plin. lib. 3. ep. 6. Rari, & cedentes capilli. h. e. flexiles.

Cedenter, adverb. cedendo. Cœl. Aurel. Acut. 3. 16. Ita respondentes, ut cedenter, ac sine ulla constantia eum consentiendo coerceant.

Cediānus, a, um, ad Cedias pertinens, qui est locus Campaniæ prope Sinuessam. Inscript. apud Gruter. pap. 448. n. 4. Cediani coloni.

Cedĭtĭus, a, um, Cedianus ut Cedĭtius campus, Plin. 11. 42.

Cedo, is, cessi, cessum, n. 3. concedo, locum do, me retraho, cedere, dar luogo, ὑποχωρεῖν, est abire, discedere, locum dare. Cic. Fam. 4. epist. 9. Tempori cedere, semper sapientis est habitum. Cedere alicui in aliqua re. Id. 2. Offic. Ovid. 2. de art. v. 197. Cede repugnanti, cedendo victor abibis. ¶ Sic cedere vita, vel e vita, pro mori, vel ultro, vel coacte. Cic. de clar. Orat. c. 1. Tacit. histor. l. 2. c. 55. ¶ Sic cedere iræ, h. e. iræ dare locum. Cedere de suo jure, h. e. jus quod habemus alteri dare. Cic. 2. Offic. c. 18. ¶ Cedere foro, pro eo quod Ital. dicitur fallire. Juven. Sat. 11. v. 50. ¶ Cedere bonis, pro omnia bona sua creditoribus tradere. Quintil. lib. 6. c. 1. ¶ Cedere ab aliquo, h. e. recedere. Virg. Æn. 3. Illa manent immota locis, nec ab ordine cedunt. ¶ Cedere etiam dicitur, quod ad nos pervenit. Virg. 3. Æn. v. 333. Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit Pars Heleno. ¶ Interdum significat evenire, accadere, succedere, ut cedere bene, male, feliciter, &c. Virg. 12. Æn. v. 148. Cedere res Latio: ubi Serv. Feliciter cuncta procedere. ¶ Item incedere. Plaut. Pseud. 4. 1. v. ult. Non prorsus, verum ex transverso cedit, quasi cancer solet. Sic Var. l. 6. de L. L. ¶ Dies cedere dicitur, cum accedit tempus, quo incipit deberi pecunia. Ulpian. l. 213. ff. de verb. signific. ¶ Alio sensu Cic. de Senect. Horæ quidem cedunt, & dies, menses, & anni, nec præteritum tempus unquam revertitur. h. e. recedunt, prætereunt. ¶ Particip. cessus, a, um, ceduto, Ulpian. Instit. tit. 20. Si antequam adeatur hæreditas, in jure cessa sit, perinde hæres fit, cui cessa est, &c.

Cedo, est verbum anomalum imperativi modi, 2. pers. num. singul. & significat da, tribue, cum accus. vel cum accus. & dat. Cic. 5. Ver. Cedo tabulas. Id. 2. Ver. c. 42. Cedo mihi leges Atinias. ¶ Interdum significat dic, solo num. sing. Cic. de Sen. c. 6. Cedo, qui vestram Rempublicam tantam amisistis tam cito? ¶ Reperitur etiam in plur. num. cette pro cedite. Enn. apud Non. c. 2. n. 122. Cette manus vestras, measque accipite. h. e. date. Pacuv. ibid. Uter sit, cette. h. e. dicite.

Cedrātus, o. 1. 2. illitus cedri succo, vel cedrino unguento. Plin. l. 13. c. 13. Libros cedratos tineas non tetigisse. Harduin. ex MSS. legit citratos.

Cedrelāte, es, f. 1. κεδρελάτη, cedrus magna, abietem æquans. Plin. l. 24. c. 5.

Cedrēus, a, um, adject. qui est ex cedro. Vitruv. l. 2. c. 9. Ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, nascitur.

Cedrĭa, f. 1. κεδρία, pix, quæ ex cedrelate fluit. Est adject. substantive usurpatum, quia pix subintelligitur. Plin. l. 24. c. 5. Cels. 5. 28. 35.

Cedrīnus, a, um, o. 1. 2. κέδρινος, quod est ex cedro. Plin. lib. 16. c. 40. Cedrinæ trabes.

Cedris, idis, f. 3. cedri fructus. Plin. l. 24. c. 5.

Cedrĭum, n. 2. κέδριον, κεδρέλαιον, pix, vel oleum ex cedro. Plin. lib. 16. cap. 11.

Cedrostis, f. 3. κέδρωστις, vitis alba, al. ampeloleuce. Plin. l. 23. c. 1.

Cedrus, f. 2. cedro, ארז, κέδρος, arbor perpetuo virens, jucundo odore, quæ a tinea immunis est, cujus pice, vel oleo res unctæ a tineis, & carie non læduntur. Plin. lib. 11. c. 40. ¶ Hinc cedro digna loqui, h. e. digna immortalitate. Pers. Sat. 1. v. 42. & Horat. de Art. poet. v. 331. Speramus carmina fingi Posse linenda cedro. Ubi Cedrus pro cedri succo sumitur. Hoc enim illiti Numæ libri ad annos 535. durarunt, teste Plin. l. 12. c. 13. & Vitruv. l. 2. c. 9.

Celænæ, f. 1. Celenæ, Κελαιναὶ, urbs Phrygiæ Magnæ, in monte ejusdem nominis, juxta quam Marsias flu. decurrit. Ibi enim Marsyas ausus cum Apolline tibiarum cantu certare, victus, excoriatus, & tandem in fluvium sui nominis conversus est. Luc. 3. 205. Stat. 4. Theb. v. 186.

Celænæus, a, um, ad Celænas pertinens, ut Marsyas Celænæus, Martial. 10. 62. Celænæus concubinus, Id. 5. 42. h. e. Atys, Celænis natus.

Celæno, us, f. 4. Κελαινὼ, una Harpyarum. Significat atrum, tenebrosum, a κελαινὸς, niger. Virg. 3. Æn. v. 245. ¶ Fuit & Celæno una ex septem Lycurgi filiabus, quæ quod Liberum educassent, a Jove inter sidera relatæ sunt, dicunturque Pleiades. Ovid. in Heroid. ep. 19. v. 135.

Celāte, adverb. clam, tecte, di nascosto, nascostamente. Ammian. l. 14. c. 7. Non celate turbidum sæviebat ingenium.

Celātim, ascosamente, celatamente, Germ. heimlich, Gal. secretement, en cachette, Hisp. escondidamente, κρύβδην, clam, abscondite. Sison. apud Gell. l. 12. cap. ult. Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit.

Celato, nomen deæ esse creditur, & legi in illo Varron. apud Gell. l. 13. c. 22. Ted Anna Perenna, Panda, Celato, Pales, &c. Sed Eruditi reponunt te Lato, vel Græce, te Λατοῖ, h. e Latona. V. Turn. l. 19. Advers. c. 11.

Celātor, oris, m. 3. nascenditore, qui celat. Luc. l. 10. v. 286. Qua Deus

undarum

undarum celator, Nile, tuarum Te mihi nosse dedit.

Celātus, a, um, nom. ex particip. absconditus, tectus, *nascosto*, *occulto*, ut bene dissimulatus, & celatus amor, *Ter. Andr.* 1. 1. *v.* 105. Celata virtus, *Horat. l.* 4. *od.* 9. *v.* 30. ¶ *Ter. Adelph.* 3. 2. Celato opus est. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 15. Celati indagator.

Celebrabilis, le, celebrandus, celebris. *Ammian. l.* 29. *c.* 5. (*al.* 34.) Ætatum ordinumque omnium celebrabili favore susceptus.

Celebratĭo, onis, f. 3. *celebrazione*, חג, הרה, *ἐπιφημισμός*, actus celebrandi. *Cic. Attic. l.* 15. *epist.* 29. De celebratione ludorum Bruti tibi assentior. ¶ Item frequentatio. *Id. pro Sylla*, *c.* 26. Quæ domus, quæ celebratio quotidiana? &c. ¶ Item laudatio. *Plin. l.* 34. *c.* 5. Equestres statuæ Romanam celebrationem habent.

Celebrator, oris, m. qui celebrat. *Martial. l.* 8. *epigr.* 76. Hyperborei celebrator Stella triumphi.

Celebrātus, a, um, nom. ex particip. frequentatus, *frequentato*, *περιβόητος*. *Curt. l.* 4. *c.* 8. Celebrata regia Memnonis. *Liv. l.* 3. *c.* 63. Celebratior supplicatio. *Cicer.* 2. *Phil.* Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari. ¶ Substantive celebrata, orum, pro solemnibus, seu justis sepulturæ, affert *Domitius* ad illud *Martialis l.* 6. *epigr.* 16. Inscripsit tumulo septem celebrata virorum se fecisse Chlote. Sed alii ly *celebrata* adjective accipiunt, i. e. famosa. Alii legunt *scelerata*. ¶ Item laudatus, prædicatus. *Plin.* 31. 2. Fontes celebrati carmine Laureæ Tullii.

Celebresco, n. 3. *divenir famoso*, *ἐνδοξιμέω*, celebris fio. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 158. Et qualiscunque fama celebrescat tua.

Celĕbris, & hoc celebre, vel celĕber, bris, bre, o. 3. præclarus, honestus, honorificus, qui celebratur, colitur, frequentatur, *famoso*, *celebrato*, ונבכר, Ger. *berihmt*, Gal. *celebre*, Hisp. *celebre*, *διάσημος*, *Cic.* 1. *de Divin.* Nunquam illud Oraculum tam celebre, & tam clarum fuisset. ¶ Accommodatur non solum personis, sed etiam rebus, ut pugna celebris, h. e. memorabilis, *Cic. de Amic.* ex multis diebus, quos in vita celeberrimos, lætissimosque viderit. *Vet. Gloss.* celebris, *διάσημος*. ¶ Præterea celebris dicitur, qui frequentatur. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 12. Portus Cajetæ celeberrimus, & plenissimus navium. *Auctor ad Heren.* Locus quæritur celebris, an desertus? *Ovid.* 4. *Fast. v.* 391. Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum. ¶ Item velox, festinus. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 161. Celebri gradu gressum accelerasse decet. nisi forte legendum est *celeri*.

Celebrĭtas, f. 3. fama, laus, honor, dignitas, & splendor, *fama*, *ἐνδοξία*, famæ claritas. *Cic.* 3. *Offic.* In maxima celebritate, atque in oculis quondam civium viximus. ¶ Item frequentia, hominum cœtus, concursus, *frequenza*, קהל, Ger. *versamlung*, Gal. *grand' assemblee*, Hisp. *celebridad*, *frequencia*, *πολυπλήθεια*. *Cic. Tusc.* Magno ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. *Id. Attic. l.* 3. *epist.* 7. Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. ¶ Celebritas etiam dicitur conventus sacrorum, aut alterius rei peragendæ gratia. Vet. Gloss. Celebritas, *ἑορτὴ*, festus dies. Ita supremi diei celebritatem pro solemnibus exequiarum, dixit *Cic. pro Mil. c.* 32.

Celĕbro, as, a. 1. prædico, orno, honesto, illustro, *celebrare*, *δοξάζω*. *Cic. pro Rab.* Hæc mira laus est, quæ non poetarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, sed prudentium judicio expenditur. Hinc *laudibus celebrare*, laudare. ¶ Est item colere, venerari, agere cum quadam celebritate, *ἑορτάζειν*, *ἄγειν*, *ἑορτὴν*, ut Celebrare diem festum, *fare festa*, Celebrare ludos, *fare i giuochi*. *Cic.* 1. *Catil.* Celebratote illos dies cum conjugibus, & liberis vestris. *Id. Phil.* 6. Ludi Apollinares celebrati. ¶ Sæpe etiam pro frequento usurpatur. *frequentare*, הלל, הגן, נקהל, Ger. *begehem*, *ribmen*, Gal. *celebrer*, *hanter*, Hisp. *celebrar frequentar*, *φοιτάω πρός σε*. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 45. Q. Mutii janua, & vestibulum maxima quotidie frequentia civium, ac summorum hominum splendore celebratur. *Ovid. Met.* 4. *v.* 414. Tectaque, non silvas celebrat. ¶ Significat etiam implere. Vet. Gloss. celebrat, *πληροῖ*. Eodem sensu usurpatur etiam Concelebro. V. ¶ Item festinare, properare. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 35. Hæc cito celebrate, ne quæ mora sit, &c. V. *Taubman.*

Celer, hæc celeris, hoc celere, adject. 3. velox, volucer, incitatus, *presto*, *veloce*, מהר, Ger. *schnell*, Hisp. *ligero*, *ταχύς*. *Cic. pro Domo*, Videbam celerem mihi reditum fore. *Ovid. Met.* 8. *v.* 84. Fatali nata parentem Crine suum spoliat, prædaque potita nefanda Fert secum spolium celeris. *Ter. Phorm.* 1. 4. 1. Nisi aliquod consilium celere reperies. *Cic. in Orat. c.* 59. Mente nihil celerius. *Virg. Æn.* 12. *v.* 507. Fata celerrima. ¶ Cum infinito. *Horat. l.* 3. *od.* 12. Celer latitantem excipere aprum. ¶ Apud *Ennium* occurrit superlat. *celerissimus* ut *Annal.* 16. Celerissimus rumor, apud *Priscian. l.* 7. ¶ Reperitur etiam celer in feminino. *Liv.* apud *Priscian. ibid.* Celer hasta. ¶ *Celere* neutrum pro celeriter, *Plaut. Curcul.* 2. 3. 4. Subito, propere, celere objectum est mihi negotium. ¶ Est etiam *Celer* cognomen Romanum, a pernicitate impositum, vel ab Equitibus Romuli, qui *Celeres* dicti sunt: ut Q. Metelius Celer.

Celeranter, celeriter. *Accius* apud *Non. c.* 11. *n.* 33. Quis est, qui cursum huc celeranter rapit?

Celerātim, adverb. celeriter. *Sisenn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 140. Quo magis celeratim poterant.

Celĕre, adverb. V. in Celer.

Celĕres, um, m. trecenti equites a Romulo constituti ad custodiam sui corporis, ut *Liv. l.* 1. *c.* 15. narrat. *Festus* docet ita nominatos fuisse a Celere Remi interfectore, quem Romulus initio iis præfecerat, & Tribunum Celerum appellaverat. Alii derivant a Græco Κέλης, ιππος, quod vel equum significat, vel equitem equo insidentem. V. *Celes*. Sunt etiam, qui ducunt a *celeritate*. Hæc omnia leguntur apud *Serv. ad Æn.* 11. *v.* 603. ¶ *Festus*, & *Plin. l.* 33. *c.* 2. docent, sub regibus omnes equites *celeres* fuisse appellatos.

Celerĭpes, pedis, m. 3. *veloce*, *ὠκύπους*, qui levis est pedibus. *Cicer. ad Att. l.* 9. *epist.* 7. Venit autem eo ipso die ille celeripes, quem Salvius dixerat.

Celerĭtas, atis, f. 3. velocitas, pernicitas, *prestezza*, *velocità*, כירה, Ger. *behendigkeit*, Gal. *vitesse*, Hisp. *celeridad*, *ταχύτης*. *Cic.* 1. *Acad.* In pedibus celeritatem, in manibus vim ponebant. *Id. de clar. Orat. c.* 61. Expedita, & profluens celeritas verborum. ¶ In plur. num. *Id.* 1. *Offic.* 36. Suscipere nimias celeritates.

Celerĭter, cito, brevi tempore, mature, quam primum, propediem, *velocemente*, בבהרה, Ger. *schnelliglich*, Gal. *vitement*, Hisp. *prestamente*, *legermente*, *ταχέως*. *Cic. Att.* 15. 27. Librum tibi celeriter mittam. *Id.* 2. *de Fin.* Celerrimeque multa simul agitantem. *Cæs. de B. G. lib.* 2. *c.* 3. Cum celerius omnium opinione venisset.

Celeritūdo, f. 3. *velocità*, *prestezza*, velocitas. *Varr. lib.* 3. *de R. R. cap.* 12. L. Ælius putabat dictum leporem a celeritudine, quod levipes edet.

Celeriuscŭle, adverb. *alquanto più presto*. *Auct. ad Heren. lib.* 3. *c.* 14. Celeriuscule dicere.

Celeriuscŭlus, a, um, *alquanto celere*. Agnoscit hanc vocem *Prisc. l.* 3.

Celĕro, as, n. 1. festino, celeritate utor, *affrettare*, מהר, Ger. *heilen*, Gal. *haster*, Hisp. *apressurar*, *ταχύνω*, celeriter aliquid facio. *Cic. de Univ. c.* 10. Quod semper uno modo celeraret. ¶ Usurpatur & cum accus. *Virg.* 9. *Æn.* 378. Tum celerare fugam, patriaque excedere suadet. *Id. Æn.* 5. 609. Celerare viam. *Valer. Flacc.* 4. 80. Celerare imperium alicujus. h. e. celeriter exsequi. ¶ Cum infinito *Auson. in Mosell.* 355. sed celerant in te consumere nomen.

Celes, ētis, m. 3. *κέλης*, apud Græcos genus est navis, quam Latini celocem dicunt. *Plin.* 7. 56. *Gell.* 10. 25. ¶ Ab iisdem Græcis *celes* dicitur, qui ab uno tantum regitur, freno, non jugo: item eques, qui in certaminibus publicis hujusmodi equo utitur. *Plin.* 34. 5. *Serv. ad Æn.* 8. *v.* 635. ¶ Denique *celetes* dicti sunt trecenti illi equites a Romulo instituti, qui sæpius Latina voce, hinc fortasse ducta, *Celeres* appellantur. *Valer. Prob. in not.* Tr. Cel. Tribuni Celetum.

Celetizontes. m. 3. Κελητίζοντες, dicuntur, qui celetes equos regunt. *Plin. l.* 34. *c.* 8. ¶ *Hesych.* per ε scribit *κελετίζοντες*.

Celeus, dissyllab. Κελεὸς, nom. propr. regis Eleusinæ, a quo Ceres hospitio excepta omnem ei agriculturæ rationem aperuit. *Virg.* 1. *Georg. v.* 165. Virgea præterea Celei, vilisque supellex.

Celeusma, atis, n. 3. הידד, Ger. *ein gescherey*, *damiteiner den andern zur arbeit anmanet*, Gal. *cry de plusieurs personnes ensemble*, Hisp. *grita como de marineros*, *o otros*, Κέλευσμα, est adhortatio portisculi, seu celeustæ, scil. qui remigibus signum dat, a κελεύω, jubeo, hortor. *Ascon. in Divin. Verr. c.* 17. Cani remigibus celeusma per symphoniacos solebat, & per assam vocem, idest, ore prolatam, &, ut in Argo navi, per citharam. ¶ Itaque celeusma clamor est, vel cantus nautarum invicem ad remigandum hortantium. *Martial. l.* 3. *epigr.* 27. Lentos figitis ad celeusma remos. ¶ *Fortun. Venant. de Vita S. Martini l.* 4. *v.* 423. Celeusma, æ feminino gen. extulit, cum ait: Atque petens portum vada complet nauta celeusma. ¶ Reperitur etiam *celeuma*, extrito s. nam & Græce κέλευμα dicitur.

Celĭa, vel Cælia, f. 1. potus ex frugibus confectus, quĭ Hispanis præcipue in usu erat, sicut cervisia Gallis. *Plin. l.* 22. *c. ult. Flor. l.* 2. *c.* 18.

Celibāris hasta, V. Cælibaris.

Cella, æ, f. *guardaroba*, *dispensa*, אצר, Ger. *ein keller*, *ein speiss kammer*, Gall. *cellier*, Hisp. *celda*, *bodega*, *ἀποθήκη*, omnis locus, ubi aliquid reconditur, & asservatur, a celo, quod in ea celentur, quæ velimus esse occulta. *Cic. in Rull.* Illi Capuam cellam, atque horreum agri Campani esse voluerunt. ¶ Capit autem cella significationem pro ratione adjectivorum, quæ illi junguntur, ut cella vinaria, *cantina*, *caneva*, cella olearia, cella farinaria, cella pomaria, cella lignaria, cella libraria, cella casearia. *Cic. de Sen. cap.* 16. Semper boni, assiduique domini referta est cella vinaria, olearia, mellaria, & pomaria. ¶ *Virg.* 1. *Æn. v.* 432. favorum cavernas cellas vocavit cum ait: Distendunt nectare cellas. ¶ Item loca, in quibus lavamur, aut ungimur in balneis, cellæ dicuntur, ut Cella caldaria, frigidaria, tepidaria, *Pallad. lib.* 1. *R. R. c.* 40. ¶ Cella item sacellum erat, seu pars templi sacratior, in quam ingredi cuivis fas non erat, *cappella*. *Cic.* 1. *Phil.* Armatos in cella Concordiæ inclusit. Sic cella Jovis, Minervæ, &c. apud *Liv.* Sic Capitolinum templum tres cellas habuit, quarum media Jovi, dextra Minervæ, læva erat Junoni sacra, ut ex *Dionysio* constat. ¶ Denique cellæ dicuntur cubicula servorum, ut cella ostiarii, apud *Petron. c.* 29. Cellæ bubulcorum, & pastorum, apud *Colum. lib.* 1. *R. R. cap.* 6. *Cic. Phil.* 2. *cap.* 27. Servorum in cellis stratos lectos conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis videres. ¶ Et meretricum fornices. *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 122. *Martial. lib.* 11. *epigr.* 46. *Petron. in Satyr. cap.* 8.

Cellaria, æ, *dispensiera*, mulier, quæ cellæ, sive penori præest. *Plaut. Mil.* 3. 1. 102. Jampridem quia nihil abstulerit, succenset cellaria. Et quamvis hæc lectio valde incerta sit, de qua V. *Taubman.* non tamen dubitandum de vocabulo, & munere, de quo multa *Pignorius de Serv. p.* 99.

Cellariensis, se, adiect. ad cellarium pertinens, ut cellarienses species. *Cod. Theodos. l.* 32. *de erogat. militar. annonæ*. V. Cellarium.

Cellāris, re, adject. ad cellam pertinens, ut cellares columbos, *Colu. l.* 8. *cap.* 8. *in princip.* Nam cellas etiam pro columbarum caveis *Idem* dixit *loc. cit.*

Cellarĭum, ii, n. 2. *ripostiglio*, *granajo*, *conserva*, אסם, Ger. *keller*, Gal. *cellier*, Hisp. *cilla*, *ταμιεῖον*, cella, promptuarium, cella promptuaria, ubi conduntur, & unde promuntur, quæ ad victum necessaria sunt. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Quorum agri minorem modum obtinuere, quam istorum cellaria. *Donat. ad Ter. Adelph.* 4. 2. 13. Cella, inquit, & cellarium a reponendis, celandisque rebus esculentis & poculentis dicitur. Vet. Gloss. Cellarium, *ταμιεῖον*. ¶ Cellarium etiam olim dicebatur quidquid ex cellario promebatur, v. g. sal, vinum, oleum, carnes, &c. præter annonam panis, vel frumenti; quæ omnia *in Cod. Theodos.* vocantur species cellarienses, quas rectores provinciarum, eorumque comites solebant accipere. *Sulpit. Sever. l.* 2. *histor. sac. de Concil. Ariminensi:* Acciti Occidentales Episcopi Ariminum convenere: quibus omnibus annonas, & cellaria dari Imperator præceperat. Ubi *Sigon.* notat, annonas, & cellaria idem esse quod *lautia* apud Rom. veteres. ¶ Itaque annonæ nomine venit frumentum, & panis: cellarii vero vocabulo cæteræ species, quas supra diximus. ¶ Inter penu, & cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, penu vero longioris temporis, teste *Serv. ad Virg.* 1. *Æn. v.* 704.

Cellarĭus, m. 2. *dispensiere*, סיכן, Ger. *kellermeister*, Gal. *cellerier*, Hisp. *botillero*, *ταμίας*, qui in cella præpositus est penui condendo, & promendo, qui etiam promus, & condus dicitur. *Col. l.* 11. *c.* 1. Ut cibus, & potus sine fraude a cellariis præbeatur.

Cellarĭus, a, um, adject. ad cellam, sive promptuarium pertinens, ut cellaria sagina, apud *Plaut. Mil.* 3. 2. 31. scil. locus ubi animalia saginantur, ut expon. *Paræus in Lex. Crit. verbo*, *Sagina*.

Cellatĭo, onis, f. 3. cellarum constitutio, sive dispositio. Occurrit *in fragment. Tragur. Petron. cir. fin.* Domus habet cellationem.

Cellĭo, onis, m. 3. idem quod Cellarius. *Vet. Inscript. apud Gruter. p.* 582. *n.* 10. D. M. Secundi Nundini Primitivi Cellionis.

Cellŭla, f. 1. dimin. a cella. *Ter. Eun.* 2. 3. 18. Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

Cellulānus, i, Monachus est, qui in cella vitam degit. *Sidon. l.* 9. *epist.* 3. *de Senatu*. Lirinensium cellulanorum.

Celo, as, a. 1. *nascondere*, *celare*, סתר, Ger. *verbelen*, Gal. *cacher*, Hisp. *esconder*, *ἀποκρύπτω*, occulto, abscondo, clam habeo, sciri nolo, a κλείω, claudo. Activum est quarti ordinis, hoc est, cum duobus accusativis construitur. *Plaut. Bacch.* Cum isthæc flagitia me celavisti, & patrem. ¶ Loco accusativi posterioris admittit ablat. cum de. *Cic. l.* 7. *epist.* 20. Bassus noster me de hoc libro celavit. ¶ Interdum construitur cum uno duntaxat accusativo, vel personæ, vel rei. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Nec tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos. ¶ *Celor*. passivum nominat. personæ habet, & accusat. rei, ut Ægypti res sacras a Sacerdotibus celabantur. ¶ Vel jungitur abl. rei cum de. *Cic. pro Cluent.*

Cluent. Non eſt de illo veneno celata mater. ¶ Interdum conſtruitur more verborum tertii ordinis cum nominat. rei, & dat. perſonæ. *Nepos*, 7. 5. 2. Id Alcibiadi diutius celari non potuit.

Celox, ocis, f. 3. *fregata*, κέλης, navigii exigui genus, quod uno remo tantum agitur, a celeritate, vel a Græca voce, quæ allata eſt, quæ ſumpta eſt per metaphoram ab equo celete, quia, ut hic ab uno regitur ſeſſore, ita navigium iſtud unico tantum per tranſtra remo agitur. Eſt inventum Rhodiorum. *Liv. lib.* 21. *c.* 17. Naves longæ 160. celoces duodecim. Adde *Plaut. Capt.* 4. 2. 94. ¶ *Id. Pœn.* 3. 1. 40. adjective operam celocem, dixit, h. e. celerem. ¶ Et metaphorice pro ventre poſuit *Pſeud.* 5. 2. 12. Hinc celocem onerare, h. e. inebriare ſe ſe.

Celſe, adverb. *in alto*, alte. Comparat. celſius. *Claud. l.* 1. *in Eutrop. v.* 387. Celſius aſſurgunt. *Col.* 4. 19. Lætitia vitium celſius evagatur.

Celſitas, atis, f. 3. excelſitas, elatio, *altezza*, ἐξοχή, altitudo. *Cic. Offic. l.* 3. *c.* 5. Celſitas animi, & magnitudo. Alii legunt *excelſitas*.

Celſitūdo, inis, f. 3. idem quod celſitas. *Velleï. l.* 2. *c.* 94. Juvenis genere, forma, celſitudine corporis, &c. inſtructiſſimus.

Celſus. Aulus Cornelius Celſus, m. 2. variæ eruditionis nomine a *Quintiliano* commendatur, qui Rhetoricam multo, quam antea, diligentius explicavit, & de re militari accuratiſſime ſcripſit, nullumque pene diſciplinæ genus intactum reliquit. Sed ex ejus ſcriptis ad noſtra tempora nihil pervenit, præter octo elegantiſſimos de re medica libros, qui omnium manibus teruntur. Floruit ſub Tiberio Principe. *Medicus Cicero* appellatur ab Eruditis propter ſtili elegantiam, & Hippocrates Latinus propter peritiam medicæ artis. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. *l.* 3. *c.* 6. & *l.* 12. *cap. ult.*

Celſus, a, um, o. 1. 2. ſublimis, erectus, elatus, *alto*, *eccellente*, רם, Germ. *hoch*, Gal. *haut*, Hiſp. *alto*, ὑψηλὸς, altus, ſublimis, excellens, & dicitur proprie de iis, quæ alta ſimul, & erecta ſunt. *Cicer. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. Deus homines humo excitatos, celſos, & erectos conſtituit. *Id. pro Syl. c.* 2. Celſiſſima ſedes honoris, & dignitatis. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 547. Celſior artus taurus. ¶ *Feſtus* docet *celſum* derivari a Græco κέλης, eques: quaſi inde hujus vocis ratio petita ſit, quod homines equo inſidentes, & alti ſunt, & erecto ſtant corpore. *Horat. de ar. poet. v.* 342. Celſi prætereunt auſtera poemata Rhamnes. *Stat. l.* 1. *Silv.* 4. *v.* 41. Celſus eques. *Id. Theb.* 8. 564. Nunc pedes eſſe vago, prenſis nunc celſus habenis.

Celtæ, m. 1. Κέλται, pop. Galliæ Comatæ, dicti a Celto Polyphemi filio. Ab his una pars Galliæ Celtica dicta eſt, poſtea Lugdunenſis, *Il Lioneſe*, cujus urbs præcipua eſt Lugdunum. *Plin.* 4. 17.

Celtiber, era, erum, a Celtiberia qui eſt, ut Celtiberæ urbes *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 5. ¶ Celtiberi Celtiberiæ populi, de quibus *Plin. l.* 3. *c.* 3. *Caſ. de B. C. l.* 1. *c.* 38.

Celtiberĭa, æ, Celtiberorum regio, ea ſcil. pars Hiſpaniæ circa Iberum, quo Celtæ perveniſſe creduntur. *Catull. carm.* 38. Cuniculoſæ Celtiberiæ filii.

Celtiberĭcus, a, um, adject. a Celtiberia, ut Celtibericæ viriæ. *Plin. l.* 33. *c.* 3.

Celtiberĭus, a, um, idem quod Celtiber, vel ad Celtiberiam pertinens. *Catul. carm.* 40. *vel* 39. Nunc Celtiber in Celtiberia terra.

Celtĭca, f. 1. pars Galliæ. V. Celtæ. ¶ Eſt item opp. Hiſpaniæ Bæticæ, in conventu Hiſpalenſi. *Plin. l.* 3. *c.* 1.

Celtĭce, adverb. *Sulpic. Sever. dial.* 1. *c. ult.* Celtice, vel Gallice loqui.

Celtĭci, m. 2. pop. Hiſpaniæ, in Callaicis, qui a *Plinio* Neriæ, & Præſammarci cognominantur, circa Celticum prom. quod & Artabrum dicitur. *Plin.* 3. 1.

Celtĭcus, a, um adject. ut Celtica rura, *Sil. Ital. l.* 1. *v.* 50. Celticum promontorium, *Plin. l.* 4. *c.* 20.

Celtis, f. 3. arbor de genere lotorum, magnitudine pyri, in Africa. *Plin. l.* 13. *c.* 17. ¶ Item genus eximię teſtudinis, ſed raræ, quam Troglodytæ adorant, *Id. l.* 9. *c.* 10. ¶ Item genus ſcalpri, quo lapides cæduntur, *ſcalpello*. *Inſcrip.* apud *Gruter. pag.* 329. Malleolo, & celte litteratus filex.

Cenæus, i, Κηναῖος, epitheton Jovis, qui ſic dictus a Cenæo promont. Euboeæ, ubi Hercules Jovi aram extruxit. *Ovid.* 9. *Met. v.* 136.

Cenchræus, a, um, ad Cenchreas pertinens: & ſumitur pro Corinthio. Nam Cenchreæ, Κεγχρεαὶ, oppidum eſt Peloponneſi in Iſthmo prope Corinthum: item portus ipſius Corinthi. *Stat. Theb.* 4. *v.* 60. Cenchræa manus.

Cenchramides, f. 3. Κεγχραμίδες, ficorum grana, a κέγχος, milium, propter ſimilitudinem. *Plin. l.* 15. *c.* 19.

Cenchrĕæ, arum. V. Cenchræus.

Cenchrēis, idis, f. uxor Cinyræ, mater Myrrhæ, *Ovid.* 10. *Metam. v.* 435. ¶ Item inſula in Ægæo mari. *Plin.* 4. 12.

Cenchris, idis, f. 3. Κεγχρὶς, avis ex accipitrum genere, quaſi miliaria, a κέγχος, milium, Lat. *tinnunculus*, a tinnitu vocis. *Plin.* 10. 52. ¶ Eſt item Cenchris, chris, m. 3. ſerpens maculis plenus, Thebano marmori ſimilis. *Lucan. l.* 9. *v.* 712. Et ſemper recto lapſurus limite cenchris. Pluribus ille notis variatam tingitur alvum.

Cenchrītes, m. 1. Κεγχίτης, gemmæ ſpecies, quæ veluti ſparſa milii grana habere videtur, a κέγχος, milium. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Cenchrĭus, flu. Aſiæ, qui per Joniam apud Epheſum fluit, & non procul a Cayſtro, Ortygiam lucum irrigat, ubi Latona edidit Dianam, & Appollinem.

Cenchros, i, m. 3. adamantis genus, milii magnitudine, a Κέγχος, milium. *Plin. l.* 27. *c.* 4.

Cenĕta, f. 1. *Ceneda*, urbs Venetiæ, in Marchia Terviſina, ad montium radices, inter Anaſſum, & Liquentiam fl. *Venant. Fortun.*

Ceninenſis, ſe, ad Ceninam pertinens. *Liv. l.* 1. *c.* 9. & 10. ¶ Fuit autem Cenina oppidum Latii olim celebre, ita dictum a Cenite conditore. *Feſt.* & *Plin.* 3. 5. ¶ Scribitur etiam *Cænina*, & *Cæninenſis*.

Cenomāni, m. 2. vel Cenomanni, Aulerci Cenomani, Κενόμανοι, pop. Galliæ Celticæ, ſeu Lugdunenſis, ad Sartam fl. Horum tractus nunc *le Maine* dicitur, prov. ampla inter Normanniam ad Bor. Belſiam ad Or. Britanniam minorem ad Occ. Andegavenſem prov. cum parte Turonenſis prov. ad Auſtr. Metropolis fuit Cenomanum, Vindunum, ſeu Subdinum, *le Mans*. ¶ Hi populi in Italiam venerunt. Hinc Cenomani, pop. Galliæ Tranſpadanæ. Habebant a Sept. Euganeos, ab Or. Venetos, a Mer. Padum flu. ab Occ. Inſubres, ubi nunc agri Veronenſis, Mantuanus, Cremonenſis, Brixianus. Eorum urbes numerantur Bergomum, Cremona, Mantua, Brixia, Crema, Tridentum, Verona. *Plin. lib.* 3. *cap.* 19.

Cenotaphĭum, n. 2. *monumento*, Ger. *lechr grab*, Gal. *ſepulcbre*, Hiſp. *ſepulcro*, κενοτάφιον, vacuum ſepulchrum, ideſt ſine corpore, & ſine ullis reliquiis corporis, aliter *ſepulchrum honorarium*, a κενὸς, vacuus, & τάφος, ſepulcrum. *Lamprid. in Alexandr. c.* 63. Cenotaphium in Gallia, Romæ ampliſſimum ſepulchrum meruit. Adde *Vopiſc. in Florian. c.* 2.

Cenſĕo, es, ſui, ſum, arbitror, puto, exiſtimo, decerno, æſtimo, cenſum habeo, *ſtimare*, *penſare*, *giudicare*, חשב, Ger. *achten*, Gal. *penſer*, *eſtimer*, Hiſp. *eſtimar*, חשבן, νομίζω, ἀξιόω. *Cic. Att.* 10. 11. Quid mihi animi in navigando cenſes fore? ¶ Item eſt conſtituere, deliberare, ſententiam dicere. Nam Senator cenſet, cum ſententiam dicit de eo, quod ſibi videtur. *Cic.* 1. *Catil.* Quid Senatus cenſuerit, exponam. *Liv. l.* 10. *c.* 12. Bellum Samnitibus & cenſuere Patres, & populus juſſit. ¶ Sed proprie Senatores cenſere dicebantur, cum novam de re aliqua ſententiam dicebant. nam qui aliorum ſententiam probabant, aſſentiri potius dicebantur. *Sueton. in Aug. cap.* 35. Ut perinde quiſque animum intenderet, ac ſi cenſendum magis, quam aſſentiendum eſſet. ¶ Item æſtimare, & ſpeciatim cenſum agere, ideſt, facultates civium æſtimare, quod munus Cenſorum fuit. Sed de civibus, etiam dicitur, & eſt bona ſua apud Cenſores profiteri. *Cicer. pro Flac.* In qua Tribu denique iſta prædia cenſuiſti? ¶ Invenitur etiam depon. *cenſeor*, *eris*, *cenſus ſum*, quod eſt profiteri, ſive deferre in cenſum apud Cenſores. *Cic. pro Flac. c.* 32. Verum eſto glorioſus fuiſti, voluiſti magnum agri modum cenſeri, & ejus agri, qui dividi plebi Romanæ non poteſt: cenſus es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta H. S. millia: cenſus es mancipia Amyntæ. ¶ Gerundium *cenſendi* paſſiva ſignificatione. *Cic. act.* 1. *in Verr. c.* 18. Hæc frequentia, quæ convenit cenſendi cauſa. *h. e.* ut de ea cenſus agatur. ¶ Eſt tamen etiam *cenſeor* ſignificatione paſſiva. *Cic. Verr.* 4. *c.* 56. Quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur. *Id. ad Attic. l.* 1. *epiſt.* 18. Ne abſens cenſeare, edicendum curabo. ¶ Ex hac cenſendi, h. e. æſtimandi notione factum eſt, ut qua quidque re excellit maxime, atque inſigne eſt, ea cenſeri dicatur, ideſt, æſtimari, prædicari. *Val. Max. l.* 5. *c.* 3. *extern. exempl.* 3. Ariſtides, quo totius Græciæ juſtitia cenſetur. Et *c.* 2. *ad fin.* Ampliſſimæ, & ſpecioſiſſimæ divitiæ ſunt, feliciter erogatis beneficiis late poſſe cenſeri. *Plin. in Paneg. c.* 15. Quiſquis paulo vetuſtior miles te commilitone cenſetur, hoc eſt, magni fit, quod te commilitonem habuit. ¶ Significat aliquando iraſci, ut ſuccenſeo ejus compoſitum. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 88. Ne vobis cenſeam, ſi ad me referetis. ¶ Eſt etiam verbum approbantis, ſeu affirmantis. *Plaut. Caſ.* 4. 3. 8. Quid ſi etiam occentem hymenæum? St. Cenſeo. ¶ In ſup. videtur etiam habere cenſitum. V. *cenſitus*.

Cenſĭo, onis, *caſtigazione*, *correzione*, תקורים, Germ. *geſchetzin*, Gall. *taxre*, Hiſp. *taxados*, τίμησις, caſtigatio. Unde cenſionem facere dicebantur Cenſores, cum mulctam cuipiam irrogabant. *Plaut. in Rud.* 4. 8. 9. Nec cenſionem ſemper facias. ¶ Eſt etiam, cenſionem facere, idem quod delectum habere: quo ſenſu locutus videtur *Plaut. l. c.* ubi vide omnino *Taubman.* ¶ *Feſtus*: Cenſionem facere dicebatur Cenſor, cum multam Equiti irrogabat. Et haſtaria cenſio dicebatur cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, ut haſtas daret. Hactenus *Feſt.* ¶ Cenſio bubula, hoc eſt, animadverſio in ſervum bubulis loris facta, *Plaut. Aulul.* 4. 1. 14.

Cenſitĭo, onis, f. 3. idem quod Cenſio. *Frontin. de Colon. p.* 145. *Goeſii*. Veſpaſiani cenſitione, & juſſu. ¶ Item tributum, *gravezza*. *Spartian. in Peſcenn. Nigra*, *c.* 7. Palæſtinis rogantibus, ut ejus cenſitio levaretur, &c.

Cenſĭtor, oris, m. 3. verbale, idem quod Cenſor, ab antiq. *cenſio*, *is: Ulpian. in l. forma*, §. *illam æquitatem*, *ff. de cenſib.* Illam æquitatem debet admittere Cenſitor, ut officio ejus congruat. ¶ Revera nullum diſcrimen eſt inter Cenſitor, & Cenſor, cum eandem originem habeant. Tamen *cenſor* uſitatior eſt, & ſi quando *cenſitor* adhibetur, de iis fere dicitur, qui non in urbe, ſed in provinciis cenſent: quod & *Gisbert.* Cuperus adnotavit.

Cenſĭtus a, um, in cenſum relatus, acceptus, æſtimatus, deſcriptus, nom. ex particip. pro Cenſus, a, um, tanquam a Cenſio, is, 4. Conjugat. *In monumento Ancyrano, quod Auguſti res geſtas continet*: Quo luſtro Civium Rom. cenſita ſunt capita quadrages, &c.

Cenſor, oris, m. 3. *cenſore*, *correttore*, בחבן, Germ. *ſchetzer*, *ſtraffer*, Gall. *cenſeur*, Hiſp. *cenſor*, τιμητὴς, qui Cenſuram gerit, vel qui cenſum populi agit. Cenſorum munus inſtituit Servius Tullus Rex, & ipſe primus exercuit. Exactis Regibus, ipſi Conſules primis temporibus adminiſtrarunt. Poſtea bellorum curis impliciti cum ei negotio vacare non poſſent, peculiaris ad hoc Magiſtratus eſt inſtitutus, in quo penes duos Cenſoria poteſtas eſſet. Cenſores igitur dicti, quod populi opes cenſerent. Quibus poſtea morum, diſciplinæque Pop. R. cura data, immo & jus additum publicorum, privatorumque locorum, & vectigalium. ¶ Quinto quoque anno creabantur: civeſque ſic notabant, ut Senatorem, qui in moribus deliquiſſet, Senatu ejicerent. Rom. Equitem equo publico ſpoliarent; plebejum jure ſuffragii privarent, & ærarium facerent. ¶ Pertinebat etiam ad Cenſores tribus addere, tueri Urbis templa, leges condere, aut abrogare, de certis rebus cognoſcere, &c. ¶ Eorum Magiſtratus uſque ad Imperatores perduravit, qui ad ſe hoc munus traxere, cum in eo eſſet magna vis, & ampliſſima dignitas: nomen quoque ipſum mutarunt, *morum præfectos* appellantes. De Cenſorum origine, atque officio V. *Liv. l.* 4. *c.* 8. & *Cicer.* 3. *de Legib. c.* 3. ¶ Hinc Cenſores appellantur quicunque alicujus rei corrigendæ munus ſuſcipiunt, ut qui de aliorum ſcriptis judicium ferunt, qui & Critici dicuntur. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 2. *v.* 109. At qui legitimum cupiet feciſſe poema, Cum tabulis animum Cenſoris ſumet honeſti.

Cenſorīnus, nomen familiæ apud Rom. ¶ Item nomen Imperatoris, qui ſeptem tantum dies imperavit, ab iis ipſis, qui eum elegerunt, occiſus. *Trebell. in* 30. *Tyrann. c.* 32. ¶ Item Grammatici cujuſdam, qui ſcripſit de die Natali, ſive de humana origine, A. C. 238. *Voſſ. de hiſt. lat. l.* 2. *c.* 3.

Cenſorĭus, a, um, *Cenſorio*, adject. ad Cenſores pertinens, ut Cenſorius, vir, qui ſcil. Cenſor fuit. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 89. Cenſoria animadverſio, *Id. pro Cluent. c.* 42. ¶ Sic quidquid grave, & ſeverum eſt, cenſorium dicitur, ut cenſorium ſupercilium, cenſoria ſeveritas, gravitas, &c. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. ¶ Cenſoria virgula, nota critica eſt, & damnatoria. *Id. l. cit.* ¶ Cenſorius dies, pro die extremi judicii, invenitur in Vet. quoadam Inſcript. apud *Grut. p.* 1052. *n.* 8.

Cenſuālis, le, o. 3. quod ad cenſum pertinet. *Ulpian. l. forma*, *ff. de cenſib.* Forma cenſuali cavetur, ut agri ſic in cenſum referantur. *Id. ead. l.* §. *ſi quis*. Vinculis cenſualibus tenetur. ¶ *Cenſuales*, ſubſtantive dicebantur Scribæ publici, qui cenſuales Tabules conficiebant. *Capitolin. in Gord. c.* 12. Ut non ſcribæ, non ſervi publici, non cenſuales illis actibus intereſſent. Hinc *tit.* 2. *in Cod. Theod. l.* 8. de Tabulariis, Scribis, Logographis, & Cenſualibus. Adde *Symmach. l.* 10. *ep.* 43. ¶ Dicuntur etiam *cenſuales* ipſi libri, in quibus cenſus perſcripti ſunt. *Tert. in Apol. c.* 19.

Cenſuarii, orum, videntur eſſe ii, qui cenſum, h. e. penſionem annuam domino agri, quem colunt, pendunt: *in Cod. Juſt. l.* 9. *tit.* 49. *leg.* ult.

Cenſum, i, n. idem quod cenſus. *Cic.* apud *Non. c.* 3. *n.* 76. Quorum luxuries fortunata cenſa peperit.

Cenſūra, f. 1. *cenſura*, *ripreenſione*, הוכחה, Germ. *das amt deſſtraffens*, Gall. *cenſure*, Hiſp. *cenſura*, תוכחה ארץ, τιμητικὴ ἀρχὴ, erat Magiſtratus duorum virorum, qui cenſui Pop. Rom. habendo præerant. V. Cenſor. *Liv. l.* 4. *c.* 8. M. Gegamo Macerino, T. Quintio Capitolino Coſſ.

cenſu-

censuræ initium fuit. ¶ Item severitas, & disciplina. *Capitolin. in M. Antonin. Philos. c.* 22. Res etiam in Sequanis turbatas censura, & auctoritate repressit. *Vulcatius de Cassio, c.* 13. Mores ipsius varii, sed ad censuram, crudelitatemque propensiores. ¶ Item castigatio, animadversio, judicium. *Juvenal. sat.* 2. *v.* 63. Dat veniam corvis, vexat censura columbas. *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 3. Constabat, censuram parentis eum ferre non potuisse. *Vellei.* 2. 36. 3. Censura vivorum difficilis est.

Census, us, m. 4. *censo*, *entrata*, ערך, Germ. *scatzung*, Gal. *taxe*, Hisp. *pecho*, *censo*, τίμημα, descriptio, ac æstimatio bonorum juxta, ac personarum. Vet. Glos. Census, ἀπογραφὴ, ἀποτίμησις: ubi ἀποτίμησις ad personas pertinet. Ita autem agebatur census, ut quisque civis nomen, genus, annos de se, uxore, liberis, & servis, eorumque officia, & artes, deinde pecunias suas, & prædia coram Censoribus profiteretur. Agri ita deferebantur, ut nomen fundi, tum locus in quo esset, vicini præterea, deinde arva, vineæ, prata, silvæ, pascua deferrentur. Atque hæc omnia jurati edebant; & si quis detrectaret, aut falleret, primis temporibus virgis cædebatur, postea vero amissione bonorum, & civitatis multari consuevit. *Sueton. in Aug. c.* 27. Censum populi agere. *Cic.* 4. *Ver.* 26. Censum habere. V. *Dionys. Halicarn. l.* 4. *c.* 19. & *l.* 5. *c.* 85. *Suet. in Calig. c.* 38. ¶ Institutus est census primum Romæ a Serv. Tull. sexto Rom. Rege, eo scil. consilio, ut de virib. Reipub. constare posset. ¶ *Censere censum* idem est quod censum agere, seu habere. Hinc *censui censendo legem dicere* apud *Liv. l.* 43. *c.* 14. significat legem, seu modum dicere, quo census habendus sit. Et *censui censendo agri* vocantur a *Cicer.* qui ea conditione sunt, ut in censum deferri possint, & a censoribus describi, atque æstimari; qui proinde & emi, & vendi jure civili poterant, ut *Festus* scribit. *Cic.* pro *Flacc. c.* 32. Illud quæro, sint ne ista prædia censui censendo, habeant jus civile, sint, necne sint mancipi. ¶ In provinciis etiam census agebatur, non solum ut de cujusque facultatibus constaret, sed ut tributa, & vectigalia imponi possent. *Lips. ad Tacit. Annal. l.* 1. *p.* 47. ¶ *Salmas. de modo usurar.* notat, censum proprie dici, qui in Urbe fieret, in provinciis vero ἀπογραφὴν, sive professionem appellari, quod tamen discrimen ab Auctoribus non semper est observatum. V. *Cellar. notas ad Plin. l.* 10. *epist.* 22. ¶ Census etiam dicuntur libri, sive tabulæ, in quibus census populi descriptus erat. *Leg.* 10. *ff. de prob. & præsumpt.* Census, & monumenta publica potiora testibus esse, Senatus censuit. ¶ Hinc illa: in censum deferre, deducere, &c. *Cic. pro Arch. Ulpian.* & alii. h. e. edere, & profiteri, quæ in censualibus libris perscribantur. *Cic. pro Balb.* Non enim furatus esse civitatem, non irrepsisse in censum dicitur. ¶ Dedicare in censu. V. Dedico. ¶ Item cujusque opes, & fortunæ. *Ovid. Fast.* 1. *v.* 217. In pretio pretium nunc est, dat census honores, Census amicitias. *Horat. l.* 2. *od.* 15. Privatus illis census erat brevis, Commune magnum. ¶ Hinc edere, profiteri, significare censum. *Cic. pro Arch. c.* 4. absolute *profiteri* dixit. ¶ Census Senatorius, sc. patrimonium Senatorum, erat octingenta millia H. S. h. e. viginti milia scutatorum, seu philippicorum; nomine autem census non annuum redditum intelligendum esse, sed universorum bonorum æstimationem, sentit *Octav. Ferrar. elect. l.* 1. *c.* 20. Augustus tamen Senatorium censum ampliavit ad duodecies H. S. h. e. ad triginta millia scutatorum. *Suet. in ejus vita c.* 41. ¶ Census equestris erat duplo minor, h. e. quadringentorum H. S. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 57. ¶ Censui censendo V. suo loco.

Census, a, um, o. 1. 2. qui venit in censum, τιμηθεὶς, is, de cujus bonis factus est census. *Cic. pro Arch.* Illis Censoribus nullam Populi partem esse censam. V. Capitecensi.

Centaurēa, æ, f. 1. & centaurium, rii, n. 2. κενταυρεία, κενταύρειον, κενταύριον, herba, al. chironion, a Chirone Centauro inventore. *Plin. l.* 25. *c.* 4. & 6. ¶ *Virg.* n. plur. usus est 4. *Georg. v.* 270. Graveolentia centaurea.

Centaurēus, a, um, adject. a Centauro. *Horat. l.* 1. *od.* 18. *v.* 8. Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero.

Centauri, m. 2. *Centauri*, κένταυροι, erant centum Equites ad instar 300. Celerum Romuli, qui Regibus Lapitharum in Thessalia ad corporis custodiam & in bello, & in pace aderant. Dicuntur filii fuisse Ixionis ex Nube, quia ab illo instituti sunt, ut ab iis corpus suum tegeretur. Dicti sunt Centauri a κεντέω, *pugno*, & ταῦρος. Cum enim Ixion, bobus œstro exagitatis, satellites suos ad eos revocandos ire jussisset, illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos, & eorum velocitate boves assecuti, eos stimulis ad tecta revocarunt. *Serv. in* 3. *Georg. v.* 115. ¶ Sunt tamen, qui aliunde etymologiam deducunt, nempe ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τὴν αὔραν, eo quod Ixion, qui eorum pater fuisse fingitur, ex nube, cum qua coierit, eos generasse fertur. Ideo autem a Poetis parte superiore viri, inferiore equi finguntur, quia a rudibus hominibus conspecti animalia ex equis, & hominibus composita crediti fuere. Sed aliqui dicunt, populos illos Thessaliæ, qui circa Pelium montem habitabant, universim Centauros appellatos esse, quod primi equos domuissent, & ex iis pugnare cœpissent.

Centaurĭcus, a, um, ad Centauros pertinens, ut Centaurica lustra, apud *Stat.* 1. *Achill. v.* 266.

Centauromachia, æ, pugna cum Centauris. *Plaut. Curcul. a.* 3. *v.* 75.

Centaurus, i, m. monstrosus homo, inferiore parte equina, superiore humana specie conflatus. V. *Centauri*. ¶ Item sidus cæleste idem qui sagittarius. ¶ Alterum est etiam in cælo sidus hoc nomine in parte Australi, qui fingitur esse Chiron, qui ob inventam medicam artem meruerit inter astra transferri. *Manil. l.* 1. *v.* 408. ¶ Item nomen navis. *Virg.* 5. *Æn. v.* 122. Centauro invehitur magna, *subaudi* navi. *Magna centaurus* Græce dicitur βουκένταυρος, *bucentauros*, ex qua voce datum est nomen navi cuidam apud Venetos, *bucentoro*. ¶ Denique *centaurus* est nomen herbæ apud *Lucret.* 2. 400. nempe eadem, quæ *centaurea*.

Centēna, æ, f. 1. gradus, seu dignitas militaris centurionatui similis. *Leg.* 3. *de Cohortal. princip. cornicul. in Cod. Theodos.* Primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dari dignitas potest.

Centenarĭus, a, um, adject. qui centum continet. *Varro* 2. *de re rust. c.* 5. Centenarius numerus gregum. ¶ *Centenariæ cœnæ*, dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus, præter terra nata, impendebatur. *Fest.* ¶ *Vasa centenaria*, quæ centum pondo habent. *Lamprid. in Heliogab. c.* 19.

Centenionālis pecunia, genus est monetæ in *Cod. Theodos. l.* 9. *tit.* 23.

Centēnus, a, um, adjectiv. distributivum a centum: pro quo tamen extra distributionem sæpius Latini utuntur, ut centeni anni, h. e. centum. Sic centena prædia. *Cic. Paradox.* 6. *c.* 3. ¶ Singulari numero *Virgil. Æneid.* 10. *v.* 207. Centenaque arbore fluctum Verberat. h. e. centum remis. ¶ Decies centena, V. in Decies.

Centesĭma V. in Centesimus.

Centesĭmo, as, are, est centesimum quemque, ducta sorte, punire. *Capitolin. in Macrin. c.* 12. Milites sæpius decumavit, aliquando etiam centesimavit: quod verbum proprium ipsius est, cum se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui decumatione, atque vicesimatione digni essent.

Centesĭmus, a, um, o. 1. 2. numerus ordinalis, postremus, vel unus ex centum. *Plaut. in Milite*, Haud centesimam partem dixi. ¶ Interdum multiplicandi vim habet, & pro centuplo accipitur, ut cum dicimus, Centesimum fructum, vel centesimam frugem ager attulit; hoc est, centies tantum, quantum sementis acceperat. *Plin. l.* 5. *c.* 4. Cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra, *cento per uno*. ¶ Centesimas calendas Jurisc. vocant centesimum mensem. Unde centesimis calendis aliquid dare, est, intra annos octo, & menses quatuor. ¶ *Centesimæ, arum*, f. 1. usuræ erant, quasi usurarum asses: cum singulis mensibus in fœnus centesima sortis pars impendebatur, vel quod idem est, duodeni nummi quotannis pro centenis. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 10. A menstrua enim solutione potius appellatas esse centesimas credibile est, quam quod nonnulli putant, quia centum mensibus usura fortem adæquaret. *Cic. Att. l.* 5. *ep. ult.* At bono nomine centesimis contentus erat, &c. ¶ Hinc centesimas ducere. *Id. Attic. lib.* 6. *ep.* 1. Centesimis sexennii ductis: h. e. subductis. *Id. ibid. l.* 5. *ep. ult.* Ut Centesimæ perpetuo fœnore ducerentur: h. e. ut centesima usura in singulos menses solveretur. ¶ Fuit & genus vectigalis nummo centesimo impositum, quod Augustus instituit, ærario militari condendo, quod *Tacit. Annal.* 2. *c.* 42. vocat Vectigal centesimæ.

Centĭceps, pitis, o. 3. *di cento capi*, Ger. *hundertkepffig*, Gal. *a cent têtes*, Hisp. *de cien cabecas*, ἑκατογκέφαλος, qui centum habet capita. *Hor.* 2. *carm. od.* 13. Demittit atras bellua centiceps aures. *Sc.* Cerberus, vel propter serpentum turbam, quibus redimitur. Unde *Id. l.* 3. *od.* 11. *de eodem Cerebro*. cujus furiale centum Muniunt angues. Vel quia revera centum habet capita, ut *Isacius*, apud *Natal. Com. l.* 3. *Mytholog.* tradit. *Hesiod.* autem in Θεογον, quinquaginta ei tribuit: Cæteri Poetæ tria tantummodo assignant, unde τρικέφαλος passim a Græcis cognominatur.

Centĭes, adv. ἑκατοντάκις, centum vices. *Terent. Heaut.* 5. 1. 8. Nisi idem dictum est centies. *Cic. in Pison. c.* 35. Sestertium centies, & octogies ex ærario tibi attributum. h. e. centies centena millia. *Martial.* 5. 71. O quanta est gula, centies comesse! *h. e.* centies centena millia. ¶ Legitur & *centiens*.

Centifĭdus, a, um, qui in centum partes finditur. *Prudent. in Symm.* 2. *v.* 889. Dæmon centifidum contundit iter.

Centifolĭus, a, um, *di cento foglie*, centum habens folia, ut Centifolia rosa. *Plin.* 21. 4.

Centigranĭus, a, um, *di cento grani*, centum habens grana, ut Centigranium triticum, *Plin.* 18. 10.

Centimănus, a, um, o. 1. 2. *di cento mani*, Germ. *der hundert hend hait*, Gal. *à cent mains*, Hisp. *de cien manos*, ἑκατόγχειρ, qui centum habet manus. *Horat. l.* 2. *od.* 17. *v.* 14. Centimanus Gyas.

Centimĕter, tri, m. qui centum metris utitur; vel qui vario & multiplici metrorum genere carmina componit, ut Terentianus Maurus, de quo *Sidon. carm.* 9. *v.* 265. Sed nec centimeter Terentianus, Nec Lucilius hic, Lucretiusque est.

Centimĕtrum, tri, n. opus de centum metris. *Servius in Centimetro* apud *Putsch.*

Centinodia, f. 1. herba, al. genicularis, a nodorum, & geniculorum multitudine. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Centipĕda, f. 1. σκολοπένδρα, vermis pilosus mutis pedibus arcuatim repens, al. scolopendra, multipeda, millepeda. *Plin. l.* 29. *c.* 6.

Centipellĭo, onis, m. alter e ventriculis cervorum (nam duo habere dicuntur) quod multis constet plicaturis, & sinubus, quasi pellibus. *Plin.* 28. 9. Item venter, quem centipellionem vocant.

Centĭpes, edis, adject. centum, vel multos habens pedes. *Plin.* 9. 43. Scolopendræ, quas centipedes vocant.

Cento, onis, m. 3. *schiavina*, *schiavinotto*, κέντρων, ωνος, stragulum significat ex lana coacta, vel ex variis pannis consutum, & refertur inter vestimenta, & stragula rusticorum, apud *Cat. R. R. c.* 2. & *Colum. l.* 1. *c.* 8. ¶ Ejus usus etiam in restinguendis incendiis, *Cæs. B. C. l.* 2. *c.* 10. *Veget. l.* 4. *c.* 15. ¶ Est etiam vestis vilis genus e variis panniculis, ac diversis interdum coloribus consarcinatum. *Juven. sat.* 6. *v.* 121. Intravit calidum veteri centone lupanar. ¶ Item fasciculus ex variis pannis compactus, quo parietes detergentur, quo sensu accipi videtur ab *Ulp. l.* 12. *Dig. de instr. & instrum. leg.* ¶ Translate cento dicitur Carminis genus ex variis variorum Poetarum versibus compactum. Vide *Auson. in ep. ad Paul. quam Centoni nuptiali præfixit*. ¶ Suos centones farcire alicui, proverb. pro consarcinatis sermonibus aliquem obruere, & se jactare, apud *Plaut. Epid.* 3. 4. 19.

Centobrĭca, æ, urbs Celtiberorum in Hispania. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 1. *n.* 5. Hinc

Centobricensis, e, ut Machinæ Centobricenses, apud *Val. Max. loc. cit.*

Centonarĭus, a, um, ad centonem pertinens. *Tertull. de Præscript. c.* 39. More centonario. h. e. in modum centonis.

Centonarĭus, ii, m. 2. qui centones consuunt. Præterea centonarii dicebantur, qui tabernacula & castrensem supellectilem (quæ centones vocant) suppeditabant. Hinc collegii Centonariorum fit mentio in *Inscript. apud Sponium Miscell. Erud. Ant. p.* 57. 62. 63. & *Fabret. Inscript. p.* 485. M. Junius Sabinus Patronus Collegii centonariorum.

Centŏres, um, populi Scythiæ Europeæ, fortasse iidem, qui Essedones, quos *Plin.* 6. 7. Colchis junctos facit. *Valer. Flac.* 6. 150. Impulit & dubios Phrixei velleris ardor Centoras.

Centrālis, o. 3. κεντρικὸς, quod ad centrum spectat. *Plin. l.* 2. *c.* 23. Quam terra centralis interveniat.

Centrātus, a, um, in centro positus, apud *Fulgent. l.* 1. *Mythol. c.* 11.

Centronĭcus, a, um, ad Centrones pertinens, ut Centronicæ Alpes, *Plin.* 11. 42.

Centrōnes, pop. Galliæ Narb. nunc in Sabaudia, versus Alpes Grajas, quorum regio Tarantasia. *Plin. l.* 3. *c.* 20.

Centrōsus, a, um, o. 1. 2. ut Centrosa scobs, idest, limatura admodum dura veluti centrum, quod in marmore, vel junipero invenitur. *Plin. l.* 37. *c.* 7. Gemmæ factitiæ centrosa scobe deprehenduntur.

Centrum, tri, n. 2. *il centro*, קרב, Ger. *mittel*, Gal. *centre*, Hisp. *centro*, κέντρον, punctum in medio circuli, vel sphæræ, a quo omnes lineæ, quæ duci possunt ad peripheriam, sunt inter se æquales. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 17. Terram in medio mundo sitam ad universi Cæli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant. *Plin. l.* 18. *c.* 29. Solis centrum. ¶ Centra in marmore, & arboribus sunt quidam veluti duriores nodi ad clavi similitudinem, *Plin. l.* 26. *c.* 39. ¶ Est item centrum crystalli quoddam vitium, durum, & fragile, quod & salem appellant. *Plin. l.* 37. *c.* 2.

Centum, *cento*, מאה, Ger. *hundert*, Gal. *cent*, Hisp. *cien*, *ciento*, ἑκατὸν, nomen numerale, & indeclinabile. *Cic. pro Milon.* Hi centum dies penes accusatorem cum fuissent. ¶ Accipitur aliquando centum indefinite pro pluribus, *molti*. *Hor. l.* 1. *carm. ode* 16. Te greges centum, Siculæque circum mugiunt vaccæ. ¶ Centum emere: h. e. centum nummis emere. *Paul. JCtus l. Diligenter. Dig. Mandati.* Ut domum Sejanam centum emeres.

Centumcapita, ἑκατογκέφαλος, al. eryngium, vel erynge alba, herba ex aculeatarum genere. *Plin. l.* 22. *c.* 8.

Cen-

Centumgeminus, a, um, adject. *Virg. 6. Æn. v.* 187. Et centumgeminus Briareus, *h. e.* centum habens brachia. *Servius* exponit *centies duplex*. Sed vox *geminus* iuncta nominibus numeralibus fere non duplicat, ut *tergeminus* idem est quod triplex, non sextuplex, *septemgeminus* est septemplex; *quadrigeminus*, quadruplex. *Valer. Flacc. 6.* 118. Centumgemina Thebe. *h. e.* centum habens portas.

Centumpondium, vel centupondium, n. 2. lapis unicus centenarii ponderis, quo in appendendo ŭtuntur. *Voss. in As, ex Cat. c.* 13. Centumpondium incertum unum, & pondera certa. ¶ Aliqui accipiunt pro immani pondere, etiamsi centum pondo excedat. *Plaut. in Asin.* 2. 2. 37. Ad pedes quando adjectum est centupondium.

Centumviralis, le, ad Centumviros pertinens, ut Centumvirale judicium. *Cic. pro Cæc. c.* 18. Centumvirales causæ. *Plin. l.* 2. *ep.* 14. ¶ Centumviralis hasta, qua posita cogebantur solemni conventu Centumviri ad res iudicandas. *Suet. in Augu. c.* 36. Auctor fuit, ut centumviralem hastam, quam quæstura functi consueverant cogere, decemviri cogerent.

Centumviri, m. 2. *cento uomini*, Judices Romæ, qui hastæ præerant, & de rebus privatis judicabant, ut de usucapionibus, de tutelis, de gentilitatibus, de agnationibus, de alluvionibus, de circumluvionibus, de nexis, de mancipiis, de parietibus, de luminibus, de stillicidiis, de testamentis, vel hereditatibus. *Cic. 1. de Or. pro Cæc.* &c. Eligebantur terni e singulis 35. Tribubus; & ideo erant centum, & quinque. Sed ut facilius nominarentur, Centumviri dicti sunt. ¶ Instituti fuere simul cum Decemviris post institutionem Prætoris Peregrini, ideſt, post annum Urbis 512. ¶ Causæ Centumvirales leves habebantur. Hinc non legimus, Ciceronem, vel alium magnum Oratorem causas tractaviſſe coram Centumviris, præter Asinium Pollionem. Sed Taciti ætate primum locum obtinebant. *Tac. in Dial. de Orat.* Et *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 18.

Centunculus, m. 2. *ἐπισαγμάτιον*, dim. a cento, dorsuale, & instratum jumentorum. *Liv. l.* 7. Mulis strata detrahi jubet binis tantum centunculis relictis. ¶ Item vile, ac fordidum stragulum, vestis, &c. ad usum hominum, *schiavina*. *Senec. ep.* 81. In centunculo dormit. ¶ Item herbæ genus. *Plin. l.* 24. *c.* 15. ita dicta, quod cementi inopia, ejus foliis centones farciebantur.

Centüplex, icis, o. 3. *a cento doppi*, Ger. *hundertfeltig*, *ἑκατονταπλάσιων*. *Plaut. in Perf.* 4. 4. 11. Centuplex murus rebus servandis parvus est.

Centuplicato, *raddoppiando cento volte*, Ger. *dopplet hundertfeltig*, adverb. *Plin. l.* 6. *c.* 23. Quæ apud nos centuplicato veneunt.

Centuplicatus, a, um, idem quod centuplex. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 1050. Solertia centuplicatos Agrorum redigis fructus.

Centupondium. V. Centumpondium.

Centuria, f. 1. *compagnia di cento uomini*, Ger. *ei rott von hundert kriegsleuten*, Gal. *centurie*, Hiſp. *centuria*, *ἑκατοντάς*, multitudo centum hominum, vel agrorum, &c. ¶ Centuriæ erant partes classium, ideſt, partes minores Populi Romani institutæ a Servio Tullio secundum censum, ideſt, divitiarum magnitudinem. V. *Liv. l.* 1. *c.* 43. & *Dionyſ. l.* 4. ubi centuriæ P. R. enumerantur, & in suas Classes distribuuntur. ¶ Centuria in agris initio ex centum jugeribus fuit, postea ex ducentis. *Colum. l.* 5. *c.* 1. ¶ In militia centuria est centum militum numerus. *Iſidor. l.* 9. *Orig. c.* 3.

Centuriālis, le, ad centuriam pertinens, ut centuriales lapides apud *Var. Auct. de limitibus*. h. e. lapides terminales in agrariis centuriis positi.

Centuriātim, adv. *κατὰ τάξεις*, per centurias. *Cic. pro Flac. c.* 7. Tributim, & centuriatim descriptis ordinibus.

Centuriatĭo, onis, f. 3. in centurias distributio. ¶ Est etiam vox Agrimensorum, qua significatur forma, & divisio per centurias. *Siculus Flaccus*, *p.* 16. Alii formam agri) dicunt perticam, alii centuriationem, alii mutationem, &c.

Centuriātus, us, m. 4. dignitas, & officium Centurionis. *Cic. pro L. Man. c.* 13. Cujus in exercitu veneant Centuriatus, atque venierint. ¶ Item centuriatio, in centurias divisio. *Liv. l.* 22. *c.* 38. Ubi ad decuriatum, aut centuriatum convenissent.

Centuriātus, a, um, in Centurias distributus. *Liv. l.* 22. *c.* 38. Ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant. ¶ Centuriata Comitia dicebantur, in quibus populus per centurias suffragia ferebat, erantque omnium maxima, quia in his universus R. populus suffragium ferebat, convenientibus non solum qui in Urbe, sed etiam qui in agris erant, & in iis urbibus, quibus data fuerat civitas cum jure suffragii. Nam in *curiatis* comitiis soli cives Urbani aderant, in *tributis* soli plebeii, exclusis patribus. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 19. Ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis, noluerunt. ¶ Centuriatus ager, *Feſto* est in centena jugera definitus.

Centurĭo, onis, m. 3. Centuriæ præfectus, & dux, *Centurione*, *capitano di cento ſoldati*, חכאוש, Ger. *hundereſt mann*, Gal. *centenier*, Hiſp. *centurion*, *ἑκατοντάρχης*, qui uni Centuriæ præest, ideſt, centum equitibus, vel peditibus. In Legione 60. Centuriones erant, pro sexaginta Centuriis, quot fuisse in Legione tradit *Dionyſ. l.* 9. *Tac.* 1. *Annal.* ¶ Eligebantur, quorum virtus bellica omnibus esset spectatissima. ¶ Dux primæ Centuriæ dicebatur Primipili Centurio, & Primipilus. Nam prima Centuria Primipilum vocabatur, quod circa signa gravis armaturæ constituta erat. Hic non modo Aquilæ præerat, sed quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites, in prima acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita consequebatur, & commoda. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 73. Magnis e Centurionibus orti. *h. e.* ditibus, & nobilibus parentibus.

Centurĭo, as avi, atum, a. 1. centurias conficio, in centurias distribuo, *ordinar ſoldati a cento a cento*, *κατατάττω*, in centurias ordino. *Cic. ad Quir. post red.* Ego cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarique vidiſſem. *Liv. l.* 10. *c.* 21. Seniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati. ¶ *Hygino de Limitib. conſtit.* apud *Goeſ. p.* 195. centuriare agrum, est, limitibus includere, & in centurias redigere.

Centurionatus, us, m. 4. apud *Tacit. Annal. l. c.* 44. Centurionatum egit: ideſt Centurionum delectum habuit, & partim veteres confirmavit, partim novos adlegit, ut locum legenti patet.

Centurĭōnus, m. 2. apud veteres idem, ac Centurio. *Feſt.*

Centurīpæ, arum, f. 1. *Centorvi*, *κεντορίπα*, urbs olim, nunc opp. Siciliæ, in Valle Demona, ad Ætnæ M. radices, prope Adranum fl. *Plin.* 31. 7.

Centuripīnus, a, um, ad Centuripas pertinens, ut Centuripini legati. *Cic. Verr.* 4. *c.* 49.

Centussis, m. 3. nummus brevis ex ære, qui centum asses valebat, seu quadraginta sestertios. a *centum*, & *as*, *assis*. *Perſ. ſat.* 5. *ad fin.* Et centum Græcos curto centusse licetur. h. e. adeo contemnit, ut centum eorum æstimet singulos assis unius. *Lucil.* apud *Gell. l.* 2. *c.* 24. appellat legem *centussis*, legem Fanniam, qua cavebatur, ne quis ultra centum asses in cœnam impenderet.

Cepe. V. Cæpe.

Cephalæa, æ, f. *dolor di capo*, *κεφαλαία*, dolor capitis. *Plin.* 20. 13. ¶ Scribitur & *Cephalea*.

Cephalalgia, & Cephalargia, æ, f. *dolor di capo*, dolor capitis. *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 3. & *Æmil. Macer cap. de Acidula*.

Cephalalgĭcus, a, um, adject. cui caput dolet. *Veget. l.* 1. *c.* 25. *de re veterin.* ¶ Est a *κεφαλή*, caput, & *ἄλγος*, dolor.

Cephalēa, V. Cephalæa.

Cephalēdis, f. 3. Cephaloœdis, Cephaledium, Cephalodium, *Cefalù*, *Cifalù*, urbs Siciliæ marit. in ora Occ. & Bor. cum portu versus mare Tyrrhenum, & in modum promontorii in mare excurrens. Pop. Cephaleditani, vel Cephalodienſes.

Cephalēne, & Cephalenia, æ, insula maris Jonii, *Cefalonia*, sic dicta, ut quidam putant, a Cephalo Dionei filio, qui ibi quondam regnavit. *Plin. l.* 4. *c.* 12. & *l.* 32. *c.* 2.

Cephalēnes, um, populi sunt insulæ Cephalenes incolæ. *Silius l.* 15. *v.* 305. Saxa Cephalenum, & scopulosis Neriton arvis.

Cephalēus, a, um, adject. ad cephalum pertinens, ut cephalea caro. *Lucil. apud Gell. l.* 10. *c.* 20. ubi alii aliter legunt.

Cephalĭcus, a, um, *cefalico*, *κεφαλικός*, ad caput pertinens: & dicitur de iis, quæ capitis doloribus prosunt, ut *Cephalicum emplaſtrum*, *in titulo n.* 7. *c.* 19. *l.* 5. apud *Celſum*.

Cephalōtes, æ, m. capitatus. *Seren. Sammon.* At thymbræ speciem, quam commemorant cephalotem, *h. e.* cunila capitata.

Cephălus, m. 2. *κέφαλος*, piscis, al. mugil, a capitis magnitudine. *Plin. l.* 9. *c.* 17. & 42.

Cephalus, m. 2. filius Æoli, vel nepos Æoli, filius Dejonei, venator insignis. Procrin Erechthei, seu Erichthei, Athenienſium Regis, vel secundum Servium, Iphicli filiam, Orithyiæ sororem in uxorem habuit. Sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, a qua, cum venaretur, raptus est. Cum ille fœdus conjugale excusaret, Aurora irata vaticinata est, futurum, ut Cephalus Procrin non habuisse vellet. Dubitans Cephalus de uxoris fide, habitu mercatoris sumpto, faciem Aurora mutante, uxorem donis sollicitare statuit. Diu repulsus est. Sed augendis muneribus Procrin dubitare coegit. Illa victa pudore, ubi se Cephalus indicavit, in sylvas fugit, & Dianæ comitem se adjunxit. Sed paulo post Cephalo veniam orante in urbem regressa est, & viro dona dedit Lælapam canem, cui fatis datum fuerat omnes feras currendo superare, & jaculum omnia contingens, quæ vellet. Circa meridiem Cephalus venatum in sylvas ire solebat sine famulis, sine equis, sine canibus, solo armatus jaculo, & cum fatiatus cæde ferarum esset, repetere frigus, & umbras, & auram invocare. Audiens nescio quis nomen auræ sæpe vocatum putavit esse Nymphæ, & Procri nuntiavit, Nympham a Cephalo amari. Postero die Procris furtim virum in sylvam secuta est, ut ipsa videret, an alteram amaret, seque venatione peracta inter virgulta absconditi. Cum maritum auram vocantem audisset, movit se paulum. Quod Cephalus sentiens, feram ratus, jaculum immisit, atque ita insciens uxorem interfecit. *Ovid. 7. Met. in fin.* Sed aliqui scripsere, Lælapam canem, & duo jacula dono data Cephalo fuisse ab Aurora, aliqui etiam Cephalum ex Aurora, vel ex Aura filium Hesperum suscepisse. ¶ De cane Lælapa, & fera quadam, quæ item invincibilis erat, *Ovidius* narrat, eos inter se certavisse apud Thebas, cumque Cephalus jaculum in feram immissurus esset, in Lapides a Jove fuisse conversos. *Ibid.* Sed alii omnes fabulantur, Lælapam in Cælum translatum esse, dicique Canem Sirium, vel majorem.

Cepheĭus, a, um, ad Cepheum pertinens, ut Andromede Cepheia, *Propert. l.* 1. *eleg.* 3. *v.* 3. *h. e.* filia Cephei.

Cephēnes, um, m. *fuchi*, *galavroni*, *κήφωνες*, fuci, apes imperfectæ, & inutiles operi, nisi quod multitudine, quæ calorem confert, fœtum adjuvant. *Plin. l.* 11. *c.* 16. ¶ Item populi Æthiopum sub Cepheo rege *Ovid. 7. Met. v.* 1.

Cepheus, i, m. 2. dissyllab. *κηφεύς*, Æthiopum Rex, Andromedæ pater. In cælum translatus dicitur, cum genero Perseo, uxore Cassiope, filia Andromeda, & ornatus undecim sideribus. Oritur 15. parte Capricorni.

Cephēus, a, um, adject. Æthiopicus. *Ovid. Met.* 4. *v.* 669. Cepheaque conspicit arva. Alii leg. *Cepheia deſpicit arva*. *Propert.* 4. 6. 78. Cepheam Meroen, fuscaque regna canat.

Cephisĭa, *κεφισία*, Atticæ regio, per quam Cephisus labitur. ¶ Item fons ejusdem regionis. *Plin. l.* 9. *c.* 7.

Cephisĭas, adis, f. 3. &

Cephīsis, idis, f. 3. patronym. femin. a Cephiso. *Ovid.* 1. *Met. v.* 369. Adeunt pariter Cephisidas undas. *Id.* 7. *Met. v.* 438. Vidit & immitem Cephisias ora Procusten.

Cephisus, & Cephissus, i, m. 2. *Ceſiſſo*, *κήφισος*, fl. Græciæ, qui oritur in Doride prope Lilæam urbem, deinde auctus Mela fl. Elatæam Phocidis urbem rigat, postea per Cherroneam in Bœotiani labitur, & cadit in Copaidem lacum, qui ab eo Cephissides aliquando dictus fuit; mox per cuniculum exiliens in Euripum se exonerat prope Larimam opp. Aquæ Cephisi fatidicæ a *Lucano l.* 3. *v.* 175. dictæ sunt ob Themidis Oraculum vicinum. ¶ Cephissus alter fl. Atticæ, qui juxta Athenas fluit ad Occ. & in fin. Saronicum se exonerat prope Piræum portum.

Cepidĭnes, vel Cephidines, saxa in ædificiis prominentia. *Feſt.*

Cepīna. V. Cæpina.

Cepotaphĭum, i, *κηποτάφιον*, sepulcrum in horto; vel hortus sepulcro religiosus factus. *κῆπος* enim hortum, & *τάφος* sepulcrum significat. Inscript. apud *Fabrettum p.* 115. Hoc cepotaphium muro cinctum cum suo jure omni ex auctoritate, & judicio Pontificum possederunt.

Cepto, as, are, idem quod capio, vel capto. *Plaut. Merc. c.* 3. 4. 63. Cur istud ceptas consilium?

Cepurĭcus, a, um, *di orto*, *κηπικός*, a *κῆπος*, hortus, hortensis. *Firmic. l.* 2. *c.* 12. ¶ Cepurica, orum, substant. olera. Unde *Sabinus Tyro* Cepuricōn librum scripsit, & Mecænati dicavit. V. *Plin. l.* 19. *c.* 10.

Cepūros, i, m. *ortolano*, *κηπουρός*, olitor, hortulanus. Ita inscribitur liber *Apicii* tertius, in quo agit de ratione condiendorum olerum.

Cera, f. 1. *cera*, Ger. *vvachſſ*, Gal. *cire*, Hiſp. *cera*, *κηρός*, illud, quod melle ex favis expresso remanet. *Cic.* 3. *de Orat.* Verba, sicut molliſſimam ceram ad nostrum arbitrium formamus, & fingimus. ¶ Metonymice sumitur pro ceratis tabellis, in quibus plerunque antiqui scribere solebant. Hinc formulæ illæ loquendi, In cera prima, secunda, ima, vel extrema, ideſt, in principio, in secunda parte, in ultima. *Cic.* 3. *Verr. c.* 36. Codicis extrema cera. *Sueton. in Nerone*, *c.* 17. Cautum est, ut in testamentis primæ duæ ceræ, testatorum modo nomine inscriptæ, vacuæ signaturis ostenderentur. Primæ duæ ceræ. *h. e.* primæ duæ paginæ. V. *Salmaſ. c.* 11. *de modo uſur.* ¶ *Cic. Attic. l.* 15. *epiſt.* 19. His literis scriptis, me ad *σωτάριους* dedi; quæ quidem vereor, ne miniatula cerula tua pluribus locis notandæ sint. Adde *l.* 16. *epiſt.* 11. Quibus locis significat *Cic.* se Attici censuram de suis libris fuisse veritum. Critici enim in perlegendis libris, suspecta, dubia, aut improbata notis quibusdam signare solebant, affingendis particulis e cera, eaque miniata. ¶ Ceras pro imaginibus cereis, quibus divites atria ornabant, posuit *Juven. ſat.* 8. *v.* 19. Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria. ¶ Pro tabulis, seu coloribus pictorum, *Stat. Silv.* 1. *v.* 100. Apelleæ

pellæ cuperent te ſcribere ceræ. Et *ceris pingere* dixit *Plin. l. 35. c. 11.* & opponit τῷ, *penniculo pingere*. Habebant enim pictores diſcolores ceras, quas inducebant tabulis ad exprimendum quod vellent. Eas poſtea igne inurebant, lævigabantque: ex quo hujuſmodi opera encauſtica dicta ſunt. *Plin. l. c.* ¶ Ceræ nomine interdum intelligitur mixtura ceræ, & picis, aut ſimilium, qua navium rimæ obducuntur. *Ovid. l. 11. Met. v. 520.* Spoliataque tegmine ceræ Rima patet, præbetque viam lethalibus undis.

Cerachātes, gemma ex achatæ generibus, ceræ colore. *Plin. l. 37. c. 10.*

Ceramīci, loca duo Athenarum fuere, unus in urbe, qui erat certa ſedes meretricibus conſtituta, alter extra urbem, in quo qui in bello cecidiſſent, publico ſumptu ſepeliebantur, funebrique oratione ornabantur, a κέραμος, terra figularis, teſta, tegula. *Cic. 1. Fin. c. 11.*

Ceramites, æ, m. 1. gemma teſtæ colorem habens, a κέραμος, teſta. *Plin. l. 36. c. 10.*

Ceraria. V. Geraria.

Cerarĭum, ii, n. 2. *Cic. 5. Verr. c. 78.* Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primum pro ſpectatione, & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Cerarium vocat *Cic.* pecuniam, quam exigebat Verres pro impenſis ceræ: fortaſſe eam ceram intelligit, quæ in ſcribendo a tabulariis conſumebatur.

Cerasīnus, a, um, adject. ceraſis ſimilis colore, aut ſapore, aut ceraſis infectus. *Petron. Sat. c. 28.* Cerafino ſuccinctus cingulo.

Ceraſtes, æ, m. 1. genus ſerpentis, quod quadrigemina cornua præfert, ſimillima arietum, a κέρας, cornu. *Lucan. l. 6. v. 679. & l. 9. v. 716.* ¶ Latina forma, Ceraſta, æ, eſt apud *Alcim. Avitum l. 1. v. 91.* Mordax abſorbuit ore ceraſta. ¶ A Poetis finguntur Furiæ ceraſtas in capite pro capillo habere. *Stat. Theb. 11. v. 65. & Claudian. 3. in Rufin. v. 96.*

Ceraſtibŏla, æ. Retertur hæc vox a *Varr. l. 6. L. L.* & ſignificat carnem e coxendicibus. *Scaliger* legendum putat *caro ſtrebula*, de qua meminere *Feſtus*, *Plaut. in fragm.* & *Arnob. V. Scalig. conject. ad Var.*

Ceraſtis, f. 3. dicta Cyprus, quod procurrentibus promontoriis, velut inſeſtis cornibus aſſurgat, vel quod incolæ olim ceraſtas aluerint. *Plin. l. 5. c. 31.*

Cerăſum, i, n. 2. fructus ceraſi arboris, *ciregia*. *Plin. l. 15. c. 25.* Ceraſorum Aproniana maxime rubent. ¶ Dicitur & de ipſa ceraſo. *Col.* Ceraſa, & amygdalæ, quæ primæ florent, poſſunt inſeri commode.

Cerăſus, f. 2. *ciregio*, Germ. *ein kirſch baum*, Gal. *cerifier*, Hiſp. *cerezo*, κέρασος, arbor nota, a Ceraſunte Ponti urbe ſic dicta, quam cum Lucullus deleviſſet, inde illam Romam tranſtulit, & ab urbe ceraſum appellavit. Nam ante Lucullum erant quidem ceraſa in Italia, ſed dura, & cornoceraſa dicebantur. *Serv. 2. Georg. Iſid. l. 17. c. 7. Ovid. de nuce, v. 32.* Audiat hæc ceraſus. ſtipes inanis erit.

Cerăſus, untis, f. 3. *Chiriſſonda*, κερασοῦς, urbs Cappadociæ, in Ponto Polemoniaco, in ora litorali Ponti Euxini. *Plin. 6. 4.*

Cerataules, æ, m. *ſonator di cornetta*, κερατᾶυλης, idem qui cornicen. V. Ceraula.

Cerathēus, a, um, adject. a Ceratho flu. *Virg. in Cyri, v. 113.* Carpathium fugiens, & flumina Cerathea.

Cerathus, i, m. 2. Ceratus, *Fiume di Ginoſa*, fl. Cretæ, præter Gnoſſum fluens, quæ etiam de nomine fluvii dicta eſt.

Ceratia, f. 1. herba uno folio, radice nodoſa, & magna. *Plin. l. 26. c. 8.*

Ceratias, æ, m. κεραΐας, cometa cornutus, a κέρας, cornu. *Plin. l. 2. c. 25.* Ceratias cornu ſpeciem habet, qualis fuit, cum Græcia apud Salaminas depugnavit.

Ceratĭnæ, f. 1. κερατινοὶ, λόγοι, argumentationes ſophiſticæ, in quibus cornuum mentio fit, a κέρας, cornu, ut, quod non perdidiſti, habes, cornua non perdidiſti, cornua ergo habes. *Quint. l. 1. c. 10.*

Ceratĭum, n. 2. κεράτιον, ſiliqua, a κέρας, cornu, quia eſt corniculata, & ſpeciatim fructus arboris ceroniæ, quæ & ipſa ceratia, & ceratonia dicitur, quia eſt incurvus inſtar cornu. *Col. de arborib. c. 25.*

Ceratorĭum, ii, n. 2. cerotum, ceratum, *cerotto*. *Marcell. Empir. c. 35.* Ceratorium chalaſticum. *Cæl. Aurel. 2. Tard. c. 3.* Ceratorium apponere.

Cerātum, i, n. 2. emplaſtri genus ex cera, *ceroteo*. *Celſ. l. 4. c. 20.* Ceratum ex cyprino. *Et c. 24.* Ceratum liquidum.

Ceratūra, æ, f. 1. ceræ obductio. *Col. l. 12. c. 50.* Quemadmodum nova vaſa ſi calefiant, liquidam ceram facile excipiunt, ſic vetera non crediderim propter olei ſuccum ceraturam pati.

Cerātus, a, um, cera obductus, *incerato*, ut ceratæ tabulæ, in quibus ſcribebant. *Cic. Divin. in Ver. c. 7.* Ceratæ pennæ, *Horat. l. 1. od. 2.*

Ceraula, æ, κεραύλης, cornicen, a κέρας, cornu. *Apul. l. 8. A. A.* Juvenis ſatis corpulentus, & ceraula doctiſſimus. *Pricæus* quidem legit ibi *choraula*, ſed *Salmaſ. in exercit. Plin.* priorem lectionem defendit. Legitur hæc vox & in *Vopiſc. Charin. c. 19.* ubi alii legunt *Cerataules*. quod idem eſt: alii *Choraules*.

Ceraunĭa, f. 1. vel Ceraunium, n. 2. κεραυνία, κεραύνιον, gemma, a κεραυνὸς, fulmen, fulgur, quia cadit cum imbribus, & fulminibus, vel quia fulget inſtar fulguris. *Plin. l. 37. c. 9. & 10. Claudian. de laud. Serenæ, v. 78.*

Ceraunĭa, orum, montes Epiri, ita appellati, quod fulminibus infeſtentur. nam κεραυνὸς fulmen eſt. *Virg. Æn. 3. v. 506.* Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta. ¶ *Flor. l. 2. c. 9.* Ceraunios montes vocat. V. Acroceraunia.

Ceraunium, n. 2. κεραύνιον, tuberis genus, a κεραυνὸς, fulmen, quia e fulminibus, & tonitribus maxime naſcitur. *Plin. l. 19. c. 3.* ubi alii aliter leg.

Ceraunĭus, a, um, ad Ceraunia Epiri montes pertinens. *Colum. 3. 2.* Ceraunie vites.

Ceraunobolia, m. 2. κεραυνοβολία, Apellis tabula, in qua fulmina pinxit, a κεραυνὸς, fulmen, & βάλος, jactus. *Plin. l. 35. c. 10.*

Ceraunus, a, um, Ceraunius. *Propert. 2. 13. 3.* Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Cerauno. *b. e.* ſcopulis Acroceraunii.

Cerberaſtrum. V. Serperaſtrum.

Cerberĕus, a, um, adject. a Cerbero. *Stat. 5. Silv. 1. v. 249.* Ne Cerbereos Priſcilla tremiſcat latratus.

Cerbĕrus, m. 2. *Cerbero*, κέρβερος, canis triplici capite, januæ Infernalis cuſtos, quem Hercules domuit, & ſubactis Inferis ad Superos catenis conſtrictum traxit, tum videlicet, cum ad Interos deſcendit, ut Theſeum liberaret, qui occiſo Pirithoo in vinculis apud Plutonem detinebatur, tum eo profecti eſſent ad rapiendam Proſerpinam. Interpretatio hæc eſt, Cerberum canem fuiſſe Plutonis, vel Orci Regis Epiri, ſeu Albaniæ inferioris, Epirum partem eſſe internam Regni Saturni ſecus mare inferum, in Epiro canes ferociſſimos eſſe, qui ſint inſtar trium canum alius generis, Herculem occiſo, vel placato Cerbero Theſeum e carcere liberaviſſe. ¶ Sed Mythologi terram interpretantur, dictamque volunt Cerberum, quaſi κρεόφορον, hoc eſt, carnivoram, a κρέας, caro, & βόρος, vorax, quia terra corpora omnia ſibi credita vorat, & conſumit. ¶ Alii ſerpentem fuiſſe volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, qui populis exitioſiſſimus eſſet, & quoniam in Tænaro ad Interos dicitur eſſe aditus, Ditis canem eſſe nominatum, denique hunc ſerpentem ab Hercule interemptum fuiſſe. *Virg. Æn. 6. v. 417.*

Cercēris, f. 3. animal quoddam amphibium. *Var. 4. de L. L.*

Cercĭus. V. Circius.

Cercŏlips, ipis, f. 3. κερκόλιψ, genus ſimiæ, ſine cauda, a κέρκος, cauda, & λείπω, relinquo, deſum, deficio. Sed alii dicunt ſimiam eſſe, quæ caudam pinguem habet, & ultimam partem villoſam, a κέρκος, cauda, & λίπος, pinguedo. *Feſt.*

Cercopithēcus, m. 2. *gatto mammone*, תכיום, Ger. *meerkatz*, Gal. *guenon*, Hiſp. *gato paus*, κερκοπίθηκος, ſimia cum cauda, a κέρκος, cauda, & πίθηκος, ſimia. *Mart. l. 14. epigr. 202.* Si mihi cauda foret, cercopithecus eram. ¶ Hoc animal inter varia monſtra adorabant Ægyptii. *Juven. Sat. 15. v. 4.* Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci.

Cercops, opis, f. 3. κέρκωψ, fera ingentem habens caudam, ideſt, vulpes, vel genus ſimiæ, idem ac cercopithecus, a κέρκος, cauda, & ὤψ, facies, quia cauda ſpectabilis eſt. ¶ Aliqui intelligunt hominem verſutum, quod velut in facie caudam habeat, qua aliis blandiatur, alii lucrionem, a κέρδος, lucrum. *Feſt.*

Cercūrus, i, m. κέρκουρος, navis prægrandis Aſiana, vel Cypria, *Plin. l. 7. c. 56. Plaut. Stich. 2. 2. 43.* Conſpicatus ſum interim Cercurum, quo ego me majorem non vidiſſe cenſeo.

Cercyonēus, a, um, ad Cercyonem pertinens. Fuit autem Cercyon Neptuni filius, latro inſignis apud Eleuſinem, qui validiſſimas arbores incurvans, iis alligatos viatores diſcerpebat, ut *Ovid. 7. Met. v. 439.* narrat. Hic a Theſeo occiſus eſt. *Ovid. in Ibin, v. 412.* Quæque Ceres vidit læto pereuntia vultu Corpora Theſea Cercyonea manu.

Cercyros, i, piſcis marinus in ſcopulorum fine habitans. *Ovid. in Halieutic. v. 102.*

Cerdo, onis, m. *artefice vile*, *artigiano di poco pregio*, ſignificat vilem, & ſordidum artificem, quique omni ratione lucellum ſectatur, quales ſunt infimæ plebis homines, & nullius cenſus; a κέρδος, lucrum. *Juvenal. ſat. 8. v. 181.* At vos, Trojugenæ, vobis ignoſcitis, & quæ Turpia cerdoni, Voleſos, Brutoſque decebunt. ¶ Jungitur interdum cum aliis artificum nominibus, ut *ſutor cerdo* apud *Martial. 3. 59. ciabattino*. Et *cerdo faber* in *Inſcript.* apud *Spon.* ¶ Eſt etiam nomen proprium ſervi apud *Ulpian. Dig. 30. l. 42.*

Cerealĭa, orum, *Sacrificio di Cerere*, δημήτρια, ſacra Cereris a Triptolemo inſtituta, al. *Theſmophoria* a Cerere Theſmophora, ideſt, legumlatrice, & *Adoria*, ab ador, far, frumentum. Hæc teſta tanta religione celebrabantur, ut feriæ pollutæ crederentur, ſi quis eo tempore cum uxore concubuiſſet. Præterea in ſacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Unde *Plaut. in Aulul.* jocandi anſam ſumpſit, Megadorum Cereri nuptias eſſe factarum, quod nihil vini ad nuptias eſſet allatum. V. *Auguſtin. de civ. Dei, l. 7. c. 20.*

Cerealis, le, o. 3. *ciò, che appartiene a Cerere*, δημητριακὸς, quod ad Cererem pertinet. *Virg. 1. Æn. v. 177.* Cerealiaque arma expediunt. ¶ Ædiles Cereales, Magiſtratus erat duorum virorum, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant. ¶ Cereales ludi, qui in honorem Cereris fiebant. *Liv. l. 30. c. 39.* ¶ Cereale papaver a *Virg. 1. Georg.* dictum eſt, vel quod eſt eſui, ſicut frumentum, vel quod eo Ceres uſa eſt ad obblivionem doloris. ¶ Cerealis cœna, h. e. lauta, qualis diebus Cerealibus ſolebat apparari. *Plaut. Men. 1. 1. 25.*

Cerebellāre, ris, n. 3. tegumentum cerebri. *Veget. l. 3. c. 33.* (*ſi ſalva eſt lectio*) Caput cerebellari communire.

Cerebellum, n. 2. *cervelletto*, ἐγκεφάλιον, dimin. a cerebrum. *Plin. l. 29. c. 5.* Morſis a cane rabido, ne rabioſi fiant, cerebellum gallinaceo occurritur.

Cerebrōſus, a, um, adject. qui ex cerebro laborat, *ghiribizzoſo*, *girellaio*, quemadmodum cerebroſum ſenem, h. e. mente commotum, *Plaut. Moſtel. 4. 2. 36.* Et ita inſanum, & cerebroſum conjungit *Lucil.* apud *Nonium*, qui *c. 1. n. 82.* cerebroſum interpretatur eum, qui ad inſaniam facilis eſt. *Horat. l. 1. Sat. 3. v. 21.* Cerebroſus prodiit unus, &c. quem locum vide. ¶ Dicitur & de brutis. *Col. l. 2. c. 11.* Noxium eſt bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

Cerĕbrum, n. 2. *cervello*, מוח, Ger. *das hirn*, Gal. *cerveau*, *ou cervelle*, Hiſp. *meollo de la cabeca*, ἐγκέφαλος, ſubſtantia illa, quæ in capite incluſa eſt, a κάρα, vel a κέρας, caput. *Cic. 1. Tuſc. c. 9.* Alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem, & locum. *Plaut. Mil. 2. 2. 51.* Cerebro laborare. *h. e.* mente commotum eſſe. Alii tamen aliter legunt. ¶ Cerebrum accipitur pro bili, ſeu iracundia. *Hor. l. 1. Sat. 9. v. 11.* O te, Bollane, cerebri felicem! Alii ibi accipiunt pro ſapientia. *Id. lib. 2. Sat. 3.* Putidius cerebrum, dixit, h. e. inſaniorem mentem. ¶ Joculariter *Plaut. Aulul. 2. 1. 28.* Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta, ſoror: lapides loqueris. *Id. Pœn. 3. 5. 25.* Id nunc his cerebrum uritur. *h. e.* iraſcuntur, ægre patiuntur. ¶ Cerebrum arboris, pro ipſius medulla. *Plin. l. 13. c. 4.*

Cereŏlus, a, um, diminutivum a *cereus*, *a*, *um*. Apud *Col. l. 10. v. 404.* *cereola* dicuntur pruna cerei coloris, quæ a *Plin. cerina* appellantur *lib. 15. cap. 13.*

Ceres, eris, *Cerere*, δημήτηρ, filia Saturni, & Opis, ſoror Jovis, ex quo Proſerpinam peperit, a Gentibus habita Dea frugum. Dicta eſt Ceres a *creo*, olim *cereo*, quaſi frugum creatrix. Sed aliis dicta videtur quaſi Geres a gerendis frugibus. *Cic. 2. & 3. de nat. Deor.* A Græcis dicitur δημήτηρ, quaſi *gemeter*, hoc eſt, terra mater; quia terra omnium frugum mater eſt. *Id. 2. ibid.* ¶ Peculiari epitheto *Alma* dicitur, quia homines, & beſtias alit. Græci etiam Cererem Theſmophoron vocant, hoc eſt, legum latricem a θεσμὸς, lex, & φέρω, fero, quia ante, quam illa agriculturæ uſum docuiſſet, homines nulla lege vivebant, poſtea Cereris beneficio monſtrato uſu frugum, cœptum eſt de agrorum finibus, qui antea nulli erant uſui, diſceptari, quam primum volunt fuiſſe legum, & juris originem. Nonnullorum opinione eadem eſt, ac terra. *Cic. 1. & 2. de nat. Deor.* Aliis eſt intelligentia, quæ terræ præſidet. *Id. 3. ibid.* ¶ Aliis Ceres Luna eſt, ut Liber eſt Sol. *Virg. 1. Georg.* Vos o clariſſima mundi lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum Liber, & alma Ceres. ¶ Aliqui duas Cereres faciunt, primam filiam Cœli, & Veſtæ, ſororem Saturni, uxorem Sicani Regis antiquiſſimi Siculorum, matrem Acherontis, quæ Siculos frumenti uſum docuit; ſecundam filiam Saturni, & Opis, ſororem Jovis, matrem Proſerpinæ ex Jove fratre. *Boccat. l. 3. & 8. V.* Proſerpina, & Triptolemus. ¶ Ponitur interdum Ceres pro ipſo frumento, ſeu pane, ſicut Liber pro vino. *Ter. Eun. 4. 5.* Sine Cerere, & Baccho friget Venus. ¶ Cereri ſacrificant, dici ſolitum, ſi quando in convivio deeſſet vinum, propterea, quod in hujus ſacris neſas vinum inferre. *Plaut. in Aul. 2. 6.*

Cerevisĭa. V. Cervisia.

Cereus, a, um, o. 1. 2. *di cera*, Ger. *vvecbſin*, Gal. *de cire*, Hiſp. *de cera*, κήρεος, quod eſt ex cera. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 12.* Si omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod commutari non poſſet. ¶ Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili. *Horat. ad Piſon. v. 163.* Cereus in vitium flecti. ¶ Item pro flavo, *giallo*, a ceræ colore. *Virg. 2. Ecl.* Addam cerea pruna. Inde ficedulæ pingues ab *Accio apud Nonium* cereæ vocantur, translucente nimirum per cutem flava pinguedine. ¶ Quandoque pro uncto. *Martial. l. 1. epigr. 93.* Cerea ſi

pen-

pendet lumbis, & trita lacerna. ¶ Alii interpretantur lacernam, quæ ex longo usu candidum colorem amisit, & cerea, seu subtusca facta est.

Cerĕus, i, m. 2. *cereo, torcio*, Ger. *vvachsfikertz*, Gal. *un cierge*, Hisp. *cirio*, κηρός, est tunale, vel candela ex cera contecta. *Cic. Offic.* 3. 20. Omnibus vicis statuæ factæ sunt, ad eas thus, & cerei. *Mart. l.* 14. *epigr.* 42. Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes. ¶ *Festus*: Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.

Cerĭa, æ, f. 1. potionis genus apud Hispanos. *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Cerifĭce. V. Ærifice.

Cerifĭco, n. 3. ceram facio. *Plin. l.* 9. *c.* 38. Cum cerificavere, fluxos habent succos. *h. e.* cum lentorem suum ceræ similem mutuo attritu salivavere. Al. leg. *fatificavere*.

Cerinarĭus, ii. V. Carinarius.

Cerintha, æ, cerinthe, es, κηρίνθη, κήρινθος, κηρίνθη, herba, mellis cum cera mixti saporem habens, folio candido, cujus florum apes sunt avidissimæ, a *cera*, quia ad ceram conficiendam confert. *Virg.* 4. *Georg.* *v.* 63. Cerinthæ ignobile gramen. Adde *Plin. l.* 21. *c.* 12.

Cerĭnus, a, um, o. 1. 2. *simile alla cera*, Ger. *das dem vvachs gleich ist*, Gal. *resemblant a cire*, Hisp. *semejante a la cera*, κήρινος, quod ceræ simile est. *Plin. l.* 15. *c.* 13. Laudatiora cerina, atque purpurea. ¶ Cerinum, subst. vestis genus, a coloræ ceræ. *Plaut. Epid.* 2. 2. 49.

Cerĭon, n. 2. κήριον, favus. *Plin. l.* 20. *c.* 2. Sanat ulcera concreta in modum favi, quem cerion appellant.

Cerites, m. 1. κηρίτης, gemma est cerei coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Ceritŭlus, vel Cerritulus, a, um, adject. diminut. a Ceritus. *Capel. instit. l.* 9. Assimilare quemquam vel cerritulum garrientem.

Ceritus, vel cerritus, o. 1. 2. δημητριακός, insanus, furiosus quasi *cereritus*, idest, a Cerere animo vexatus, mente orbatus, quia ut in Bacchi sacris a Baccho, sic in Cereris sacris a Cerere furore corripiebantur. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 277. Cerritus fuit, an commotæ crimine mentis absolves hominem? *Plaut. Amph.* 2. 2. 144. Quin tu istam jubes pro cerrita circumferri? *Id. Menæch.* 5. 4. Larvatus est ille, aut cerritus. ¶ Rectius videtur scribi dupliciter. est enim contractum a *Cereritus*.

Cermălus, locus in Urbe sic nominatus. *Festus* Apud *Varr. l.* 4. *L. L.* est *Germalus*.

Cernentĭa, æ, f. 1. actus cernendi, *il vedere*. *Capell. l.* 4. *de nupt. Philol.* Cernentia opponitur cæcitati.

Cernētum, opp. Latii, inter Bovillas, & Cassinum. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Pop. Cernetani. *Id. ibid.*

Cernītus, a, um, idem quod cretus, discretus, separatus, cribratus, a cerno, *Theod. Prisc. l.* 2. *c.* 4. Lomentum subacium bene cernitum. Alii aliter legunt.

Cerno, is, crevi, cretum, cernere, proprie significat separare, secernere, cribrare, *crivellare*, *vagitare*, διαττᾶν. Est enim per metathesim a κρίνω, dirimo, discerno, ut placet Vossio. *Plin. l.* 33. *c.* 5. Cribro tenui cernitur. *Ovid. de Medicam. faciei*, *v.* 89. Hæc ubi contrieris, per densa foramina cerne. *Cato R. R. c.* 107. per cribrum minutissime cernere. ¶ Hinc & pro agitare usurpat *Severus in Etna*, *v.* 491. quia quæ cernuntur, agitantur. Verba *Severi* sunt: Sicut cum curvo rapidum mare cernitur æstu. ¶ Et quia omnis judicandi vis in rerum discretione posita est, qua vera a falsis separantur, ideo sæpe usurpatur pro judico, censeo, delibero, *giudicare*, *deliberare*. *Tacit. An. l.* 15. *c.* 14. Illum locum tempusque destinatum, quid de Armenia cernerent. *Cic.* 3. *Leg.* Quotcumque Senatus creverit, populusve jusserit, tot sunt. *Plaut. Cist.* 1. 1. 1. Mihi amicam esse crevi. *h. e.* constitui, *ho stabilito*. ¶ Item pro decerno, dimico, certo, *combattere*. *Virg.* 12. *Æneid. v.* 709. Inter se coiisse viros, & cernere ferro. *Plaut. Amph. argum.* 2. Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostibus. Sic cernere certamen, h. e. certare: *Plaut. Bacchid.* 3. 2. 15. cernere bellum, pro bello, seu armis disceptare. *Lucret. l.* 5. *v.* 393. Cernere vitam, i. e. de vita armis certare, *Enn. apud Cic. l.* 1. *Offic. c.* 12. ¶ Frequentissime usurpatur pro videre, *vedere*, βλέπειν, qua notione plerumque præterito caret. *Horat. l.* 1. *sat.* 3. *v.* 25. Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? *Nepos in Timol. c.* 2. 2. Ut non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur. *Virg.* 5. *Æn.* frustra cerno te tendere contra. ¶ Differunt tamen *cernere*, & *videre*. nam cernere est formas atque imagines rerum visu internoscere, *discernere*: videre, est aciem oculorum aliquo intendere quare *cernere* plus est, quam *videre*. *Cic. Tuscul.* 1. *c.* 20. Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus, *non discerniamo*. ¶ Usus tamen hæc confundit, & promiscue usurpat. *Plin. l.* 8. *epist.* 20. Seu quod differimus, tamquam sæpe visuri, quod datur videre, quoties velis cernere. *Cic.* 4. *Acad. c* 25. Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video, Pompejanum non cerno. *Id. Fam.* 6. *ep.* 3. Quæ ego tam video animo, quam ea, quæ oculis cernimus. ¶ Translate ponitur pro animadvertere, intelligere, *osservare*, *intendere*. *Cic. in Top.* Ea quæ tangi & demonstrari non possunt, cerni tamen animo, atque intelligi possunt. *Id. 1. Fin.* Quidquid porro animo cernimus, id omne oritur a sensibus. ¶ Cernere hereditatem, est adire hereditatem: cum enim, ut inquit *Priscian. l.* 10. constitnat heres, se velle hereditatem adire, *cernere* dicitur, & cum id fecerit, *crevisse*. *Cic. Att. l.* 11. *epist.* 2. Eo ipso die ex testamento crevi hereditatem. *Id. l.* 6. *Att. epist.* 1. Debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate crevisse. V. *Crescо*. in fine.

Cernualĭa, um, n. ludi, in quibus super pelles unctas saliebant, & cernuabant. *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 76. Etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant: a quo ille versus vetus est in carminibus: Sibi pastores ludos faciunt coriis, Cernualia. Ita legit *Scalig. ad Fest.* in voce *Coinquire*. Alii *coriis Conjualia*.

Cernuātus, a, um, curvus in caput, in terram pronus, *inchinato*, *chino*, *volto col capo all' ingiù*, ἐσκυφός, *Solin. c.* 57. *de equo*. Adeo sprevit lupatos, ut de industria cernuatus, ruina & sc, & equitem pariter affligeret.

Cernŭlo, as, are, idem quod cernuo. *Senec. epist.* 8. Non evertit fortuna, sed cernulat, & allidit. Al. leg. *cernuat*.

Cernŭlus, a, um, idem quod cernuus. *Apul. l.* 9. *Metam.* Supra mensam cernulus corruens.

Cernŭo, as, are, a, vel n. 1. inclinare, vel inclinari, *voltare col capo in giù*, *ovvero inchinare*, κυβιστᾶν, *Apul. l.* 1. *Met.* Corpus exanimatum in flumen pene cernuat. *Prudent. l.* 1. *adv. Symmach. v.* 350. Cernuat ora senex barbatus, & oscula figit. *Varro de vita pop. Rom. apud Non. c.* 1. *n.* 76. Etiam pelles bubulas oleo pertusas percurrebant, ibique cernuabant, *h. e.* saltando se se inclinabant, aut in terram cadebant proni.

Cerndus, a, um, adje. incurvatus, in caput pronus, *chino*, *volto col capo a terra*, σφριγᾶν. *Virg. Æn.* 10. *v.* 894. de equo: Ejectoque incumbit cernuus armo. Ubi *Serv.* Cernuus, inquit, est qui cadit in faciem, quasi in eam partem qua cernimus: unde & pueri, quos in ludis videmus ea parte, qua cernunt, stantes, cernui vocantur, ut etiam Varro in Theatralibus docet. Hæc *Serv.* ¶ Hinc Cernui dicebantur ipsi Petauristæ, & funambuli corpora cernuantes, ut habetur in *Gloss. Philox.* Atque huc pertinere videtur illud *Lucilii apud Nonium c.* 1. *n.* 76. Modo sursum, modo deorsum, tanquam collus cernui. V. *Voss. in Etymol.*

Cero, as, a. 1. *incerare*. Germ. *vervvechssen*, Gal. *cirer*, Hisp. *encerar*, κηρόω, cera obduco. *Col. l.* 12. *c.* 50. Sexta olivitate dolia cerari oportere, antiqui dixerunt.

Cerōma, atis, n. 3. κήρωμα, est unguentum ex cera, & oleo, quo athletarum corpora ungi solebant. Sed aliqui dicunt fuisse lutum ex oleo, & terra albida ex agro Albano, vel rubea ex Bajano, pulvere. *Martial. l.* 7. *epigr.* 31. Injecto ceromate brachia tendis. ¶ Item locus, in quo athletæ ceromate ungebantur. *Plin. l.* 35. *c.* 2. Iidem palæstras athletarum imaginibus, & ceromata sua exornant.

Ceromatĭcus, a, um, o. 1. 2. κηρωματικός, ceromate unctus. *Juvenal. sat.* 3. *v.* 68. Et ceromatico fert niceteria collo.

Cerōsus, a, um, o. 1. 2. *che ha della cera mistchia*, κηρώδης, quod ceram admixtam habet. *Plin.* 32. *c.* 3. Liquore veluti mellis cerosi, idest, non satis expurgati.

Ceroströtum, n. 2. *tarsìa*, *intarsamento*, κεροστρωτον, proprie quod cornibus stratum est, ut lithostrotum, quod lapidibus: item picturæ genus, cum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inferuntur, a κέρας, cornu, & στρωτὸς, stratus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ cerostrota a picturę genere dicuntur. *Harduin.* tamen *cestrota* legit. ¶ *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Ipsaque forium ornamenta non fiunt cerostrota, neque bitora, sed valvata. Ubi *Salmas.* & *Voss. in Etymol.* putant genus aliud encaustices a priore diversum significari, quod ceris fusis, insfratisque inurebatur. Nam & hujusmodi fuisse januarum ornamenta, indicat *Auson. epigr.* 25. *in divitem*. Alii in *Vitruvio* leg. *cerostrata*, al. *clostrata*.

Cerōtum, i, n. 2. *cerotto*, ceratum, emplastri genus ex cera, κηρωτὸν. *Mart. l.* 11. *epigr.* 99. Labra pingui delibuta ceroto.

Cerretāni, Ceretani, pop. Hisp. Tarrac. intra montes Pyrenæos, in finibus Vasconum, Ausetanis & Ilergetibus finitimi, quorum regio Cerretania, *la Cerdanna*, pars Cataloniæ. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Cerrĕus, a, um, o. 1. 2. quod ad cerrum spectat. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Proximam huic cerream tradit. *idest*, glandem.

Cerrĭnus, a, um, o. 1. 2. ex cerro. *Plin. l.* 30. *c.* 10. In cerrino calice.

Cerrĭtus. V. Ceritus.

Cerrōnes, homines leves, & inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis usi sunt, quas Græci γέρρας appellant. *Festus*. Alii legunt *congerrones*, pro *cerrones*, & *stratis* pro *scutis*.

Cerrus, i, f. *cerro*, αἴγιλωψ, arboris glandiferæ species est, cujus glande suilla caro firmior redditur. *Plin. l.* 24. *c.* 4. *Pallad. lib.* 1. *c.* 9.

¶ Arbor est Herculi sacra.

Certabundus, a, um, certans, disceptans. *Apul. in Apolog. pag.* 288. Diogenes Cynicus cum Alexandro M. de veritate regni certabundus.

Certāmen, minis, n. 3. *battaglia*, *combattimento*, *contrasto*, מְרִיבָה, Ger. *streit*, *kampff*, Gal. *combat*, Hisp. *pelea*, ἀγών, contentio inter duos, aut plures de re aliqua. *Cic. de cl. Orat. c.* 92. In patrocinio Sicilienfi in certamen veni cum Hortensio. *Id. pro Flacc. c.* 26. De quorum urbis positione, propter pulcritudinem, etiam inter Deos certamen fuisse proditum est. *Id.* 1. *Acad. c.* 12. Cum Zenone Arcesilas sibi omne certamen instituit. *Id. in Pison. c.* 32. Adducta res in certamen putabatur. *Virg. Ecl.* 7. Et certamen erat Coridon cum Thyrside magnum. ¶ Item pro Ludis. *Ovid.* 1. *Metam.* Instituit sacros celebri certamine ludos. *Vir.* 2. *Georg.* Velocis jaculi certamina ponit in ulmo. *h. e.* res ipsas, pro quibus certabatur, & quæ victori cessuræ erant. Sic certamen disci, certamen Veneris apud *Ovid.* 10. *Metam.* & *l.* 2. *Amor. eleg.* 10. Hinc certamina Olympia, Nemea, Isthmia, Pythia, &c. V. suis locis. ¶ Sæpe pro prælio, seu conflictu bellico ponitur. *Virg.* 11. *Æn.* Me solam Teucri in certamina poscunt. *Liv. Dec.* 3. Ne minus instando renovaret certamen. Hinc certamen inire, experiri, inferre, facere, dirimere, conserere, &c. *Liv.* sæpe, *Cæsar*, & al. ¶ Item pro periculo. *Cicer. Divin. l.* 1. Quo majus erat certamen, & discrimen salutis. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 1. Devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen. ¶ *Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 7. Mitte leves spes, & certamina divitiarum. *h. e.* labores in opibus cumulandis.

Certanter, adverb. cum certamine, vel certando. *Paulin. Petrocor. l.* 6. *v.* 489. Aut si certanter rapuissent flumina cætus.

Certātim, adv. *a gara*, Ger. *umb die vette*, *camps vveiss*, Gal. *à l'envy*, *à qui mieux mieux*. Hisp. *à porfia*, ἀγωνιστικῶς, cum certamine, & æmulatione. *Cic. pro Sex. c.* 34. Cum omnes certatim alius alio gravius, atque ornatius de mea salute dixissent.

Certatĭo, nis, f. 3. *contesa*, מְרִיבָה, Ger. *das streiten*, *oder kempffen*, φιλονεικία, actus, contentioque certantium. *Cicer. 2. de Legib.* Quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat. *Id. l.* 2. *Fin. c.* 14. Virtuti cum voluptate certatio est. ¶ Certatio multæ, *Liv. l.* 25. *c.* 3. V. Certo in fine.

Certātor, oris, m. 3. qui certat. *Vet. Gloss.* Gertator, ἀγωνιστής. Translate *Gell. l.* 12. *c.* 10. Addatur id proper agrestes quosdam & indomitos certatores, qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur.

Certātus, us, m. 4. *contesa*, certamen. *Stat. l.* 2. *Silv.* 1. *v.* 152. nudosque virorum Certatus.

Certātus, a, um, nom. ex pareip. *contrasto*. *Sil. l.* 17. *v.* 338. Certatus nobis hodie dominum accipit orbis. ¶ Ablativus *certato* ponitur pro *cum* certatum esset. *Tacit. Ann.* 11. 10. In amnis transgressu multum certato. Adde *l.* 4. *histor. c.* 16.

Certe, certo, profecto, sine dubio, sine ulla controversia, *certamente*, אוּלָם, Ger. *gervvisslich*, Gal. *certament*, *assurement*, *sans doute*, Hisp. *ciertamente*, νὴ Δία, adv. affirmantis. *Cic.* 3. *de Finib.* Satis ne hoc loco conclusum videtur? certe. ¶ Interdum idem est, quod certo, idest, sine dubio. *Terent. Andr.* 3. 2. 23. Certe enim scio. ¶ Ponitur & pro saltem. *Cic.* 1. *Tusc.* Homines mortem optare incipiant, vel certe timere desistant. ¶ Item pro tamen. *Cic. Att.* 16. *ep.* 7. Quamvis non fueris suasor, & impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti. ¶ In responsionibus affirmat, aut concedit. *Plaut. Asin.* 3. 3. 132. Ain' vero? *Le.* Certe inquam. *Cic. in Orat. c.* 42. At dignitatem docere non habet: certe, si quali in ludo. ¶ Eleganter jungitur cum particulis *quidem*, & *equidem*: sed si aliis verbis præponatur, fere dicimus *certe quidem*; si subjiciatur, *quidem certe*. *Plaut. Perf.* 2. 2. 27. Certe equidem pejorem te vidi neminem. *Cic. Tuscul.* 1. *c.* 29. Nunc ubi sit animus, certe quidem in te est. *Id. Fam.* 1. *ep.* 9. *ad fin.* Me quidem certe tuarum actionum comitem habebis. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. *a med.* Agebatur quidem certe nihil.

Certificatĭo, rei explanatio, manifestatio est apud JCtos Ulpianum, & Scævolam.

Certiōro, as, are, certiorem facere, *far consapevole*. *Ulp. leg.* 2. §. 11. *Dig. de heredit. petit.* Si forte is, cui denuntiatum est, eum certioraverit. Et *l.* 1. *Dig. de action. emp. & vend.* Neque certiorari debuit, qui non ignoravit. ¶ Ipse autem *Ulpian.* pro se citat melioris ævi testem *Julianum*

ciranum Dig. l. 16. tit. 3. l. 1. §. 33. & l. 13. tit. 6. l. 5. §. 8.

Certiſſo, as, n. 1. certus fio. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 160.* Vocant cocos, unde certiſſent.

Certitūdo, is, *certezza*. Apud *Ammian. Marcell. l. 30. poſt princip.* in Codicibus legitur: In cujus fidei certitudine manſit immobilis. Sed abeſſe a MSS. Valeſii fratres notarunt. V. *Voſſ. de Vit. ſerm. l. 1. c. 6.*

Certo, *certamente*, באמונה, Germ. *freylich*, σαφῶς, *Ter. Eun.* Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe eſſe ajebat. *Cic. pro Cæc.* Veniunt in mentem mihi permulta, vobis plura, certo ſcio. *Ter. Eun. 5. 1. 9.* Certo comperi. ¶ Jungitur & cum *quidem*. *Plaut. Epid. 3. 2. 42.* Me quidem certo ſervavit conſiliis ſuis.

Certo, as, frequentat. a cerno, *contendere*, *combattere*, נצה, Ger. *ſtreiten*, *kempffen*, Gal. *debatre avec quelqu' un*, *combatre*, Hiſp. *contender*, *y pelear*, ἀγωνίζομαι, eſt contendere, vel per diſceptationem, vel per vim, quod ad rem bellicam pertinet, & conſtruitur vel abſolute, vel cum ablativo, & præp. *cum*, perſonæ, cum qua contendimus, item cum abl. & præp. *de*, rei, de qua certamen eſt, item cum abl. inſtrumenti ſine præp. *Tac. l. 21.* Miſſus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certavit. *Cic. 2. de Orat.* Qui tot annos cum Pop. Rom. de Imperio certavit. *Ter.* Bene dictis ſi certaſſet, audiſſet bene. *Liv.* Aricini, atque Ardeates de ambiguo agro cum ſæpe bello certaſſent. ¶ Item cum acc. perſonæ, & præp. *inter*. *Cic.* Reliquum eſt, ut officiis certemus inter nos. ¶ A Poetis etiam cum dat. perſonæ uſurpatur. *Virg. Eclog. 5.* Solus tibi certet Amyntas. Et *Eclog. 8.* Certent & cygnis ululæ. ¶ Et cum infinito. *Virg. 2. Æneid.* Certantque illudere capto: *vanno a gara nel beffarlo*. ¶ Certare multam alicui, eſt, de multa alicui irroganda in concione, vel apud Judices diſceptare. *Liv. l. 25. c. 3.* Tribuni plebis multam M. Poſtumio dixerunt, cui certandæ cum dies adveniſſet, &c. *Id. ibid. c. 4.* Omiſſa multæ certatione. ¶ Certare officiis inter ſe, *gareggiare nelle offizioſità*. *Cic. 7. Fam.* ¶ *Plin. in Paneg. c. 30.* Certat Ægyptus cum feraciſſimis terris: *in fertilità la contende*, &c. ¶ Uſurpatur & impersonaliter paſſiva terminatione. *Cic. l. 1. de Orat.* In Centuriali judicio certatum eſſe accepimus. *Liv. l. 1.* Inter ordines certabatur.

Certus, o. 1. 2. apertus, compertus, manifeſtus, exploratus, notus, clarus, quaſi judicatus; per metatheſ. a ſup. *cretus* verbi cerno, *certo*, *chiaro*, ידוע, נאמן, Germ. *gevviſſ*, Gal. *certain*, Hiſp. *cierto*, *claro*, ἀτρεκής. *Cic. Att.* De Cœlio adhuc nihil certi habebamus. ¶ Item non vacillans, non errans. *Martial.* O quam certa fuit librato dextera ferro. *Ovid.* Da mihi, quod petitur, certo contingere ferro. ¶ Certus item eſt ſecurus, fidelis. *Cic. l. 2. in Verr. c. 64.* Cum Androne homine honeſtiſſimo, & certiſſimo electus eſt. *Plaut. Trin. 1. 2. 57.* Tu ex amicis certis mihi es certiſſimus. ¶ Item definitus, peculiaris, conſtitutus. *Cic. Att. l. 5. epiſt. 17.* Habere homines certos. *Liv. l. 1. c. 50.* In diem certam convenire. *Cic. in Orat.* Certa & definita lex in carminibus. Et *l. 1. de Orat.* Certis quibuſdam verbis fieri divortium. ¶ Conſtruitur cum genitivo, vel cum ejuſdem caſus gerundio: item cum ablat. & præpoſit. *de*. *Tacit. hiſtor. 2. c. 46.* Certus conſilii. *Id. 4. hiſtor. c. 14.* Deſciſcendi certus. *Plancus Ciceroni Fam. 10. ep. 2.* De hoc mihi parum certum eſt. ¶ Certum eſt mihi, h. e. deliberatum, & conſtitutum eſt. *Ter. And. 2. 1. 11.* Si iſtuc ita certum eſt tibi. *Plaut. Capt. 3. 1. 32.* Certum eſt jus meum omne perſequi. ¶ Pro certo dicere, pro certo habere, credere &c. hoc eſt certum, & verum dicere &c. *Cic. Salluſt.* ¶ Certo certius, h. e. veriſſime. *Apul. l. 10. Mileſ. ad fin.* Quos occultaret apud ſe certo certius. ¶ Apud *Virg. 9. Æn. v. 250.* Certa pectora, exponit Servius firma, vel fortia. ¶ Certiorem facere, *far ſapere*, *far conſapevole*. *Cic. Fam. 9. ep. 23.* Cum certum ſciam, faciam te paulo ante certiorem. Eodem ſenſu facere certum eſt apud *Virg. 3. Æn. v. 179.* Anchiſem facio certum, remque ordine pando. Et apud *Plaut. Pſeud. 1. 1. 16. & 4. 6. 35.*

Cerva, æ, f. 1. *cerva*. *Gell. l. 15. c. 22.* Cerva alba Sertorii. *Virg. Æn. 6. v. 802.* Æripes cerva.

Cervarĭus, a, um, o. 1. 1. quod eſt a cervo. Cervarium venenum, ſuccus limei herbæ, quo ſagittas in venatu tingunt. *Plin. l. 27. c. 11.* ¶ Lupus cervarius fera eſt lupi effigie, maculis pantheræ, a cervi pernicitate. *Id. l. 8. c. 22.* ¶ Aliqui dicunt, animal eſſe ex cervo, & lupa, aut ex lupo, & cerva genitum.

Cerūchi, m. 2. κερῦχοι, funes a dextera, & ſiniſtra antennæ, quibus ejus cornua firmantur. Aliqui accipiunt pro ipſis cornibus antennæ, ideſt extremis antennæ partibus, quæ in utrunque veli latus diffunduntur, alii pro cavea in faſtigio navigii, quam Latini corbem vocant. *Lucan. l. 8. v. 177.* Surget, & inſtabit ſummis minor Urſa ceruchis.

Cervīcal, alis, n. 3. *guanciale*, כראשות Ger. *kiſſem*, Gal. *chevet*, *traverſin de lit*, Hiſp. *almohada*, *cabecat*, προσκεφάλαιον, id, quo dormientis cervix, ſeu caput fulcitur. *Juven. ſat. 6. v. 352.* Conducit comites, ſellam, cervical, amicas.

Cervicosĭtas, atis, f. 3. obſtinatus animus, pervicacia, *durezza*, *oſtinazione*. *Sidon. l. 7. epiſt. 9.* Diſciplinæ ægre ſubditur popularium cervicoſitas.

Cervicŭla, f. 1. dim. a cervix. *Cic. 5. Verr. c. 19.* Tamen ne putamus, patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum? *h. e.* ſe oſtentaturum. ¶ Metaphorice *Vitruv. l. 10. c. 13.* in machinæ hydraulicæ deſcriptione: Supra cerviculam ejus coagmentata arcula, &c.

Cervīnus, a, um, o. 1. 2. *di cervo*, Germ. *hieſchin*, ἐλάφειος, quod ad cervum pertinet, ut Cervinum cornu, cervinus color, qualis eſt pellis cervi vel caſtaneæ. *Pallad. l. 4. c. 13. Horat. l. 1. epiſt. 2.* ¶ Cervina ſenectus apud *Juvenal. ſat. 14. v. 251.* eſt diuturna, & vivax. Cervi enim ultra centum annos vivere dicuntur, ut eſt apud *Cicer. Tuſcul. 3. c. 28.* & *Plin. l. 8. c. 32.*

Cervisĭa, cereviſia, f. 1. *cervogia*, *birra*, שכר, Ger. *bier*, Gal. *cervoiſe*, *birre*, Hiſp. *cerveza*, ζῦθος, potus ex hordeo, vel avena, a Cerere, ideſt, fruge, quaſi Cereris vis, quia frugum vis eo in liquore dominatur, vel a voce Gallica. *Plin. l. 22. c. 25.* Ex iiſdem frugibus fiunt & potus, xythum in Ægypto, cœlia, & ceria in Hiſpania, cerviſia, & plura genera in Gallia, aliiſque provinciis.

Cervix, icis, f. 3. *cervice*, *collottola*, ערף, Germ. *genick*, Gal. *le derriere du cou*, Hiſp. *cerviz*, τράχηλος, poſterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad ſpinam, a *curvus*, quia inflectitur, & curvatur. *Cic. Tuſc.* Gladium demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus. *Id. de Div. l. 2. c. 64. ex Pacuvio:* Teſtudo capite brevi, cervice anguina. ¶ Translate cervix ponitur pro fortitudine, & audacia. *Cic. Verr. 5. c. 59.* Si qui erunt tantis cervicibus Recuperatores, qui audeant in Provincia, cum Prætor adſit, contra voluntatem ejus judicare. *Id. pro Domo.* Univerſam Remp. ſolis veſtris cervicibus ſuſtinetis. ¶ Cervices præbere, dare alicui, eſt, dare ſe in alicujus poteſtatem, ſe necandum præbere. *Cic. anteq. iret in exil. & Philip. 5.* ¶ In cervicibus eſſe, h. e. imminere. *Liv. l. 22. c. 33.* In cervicibus bellum eſt. Adde *l. 44. c. 39.* ¶ Quod monet *Quintil. l. 8. c. 3.* primum Hortenſium cervicem in ſingulari uſurpaſſe, falſum oſtenditur ex verbis *Pacuvii* (qui ante Hortenſ. fuit) modo allatis, & ex *Enn.* apud *Serv. ad 10. Æn. v. 396.* ¶ Cervix vitis eſt vitis craſſior, & robuſtior ramus. *Colum. l. 4. c. 7.* Cum ad unum pampinum jam redegeris, & ipſe exceſſerit pedalem longitudinem, decacuminare conveniet, ut in cervicem potius confirmetur, & ſit robuſtior. ¶ Cervices ligneæ dicuntur a *Vitruv. l. 10. c. 13.* capita tignorum. ¶ In genit. plur. habet *cervicium*, & *cervicum*: illud probatur a *Chariſ. l. 1.* ex *Plin. Secundo*: hoc uſurpatur a *Cic. in Orat. c. 18. & Plin. 23. 2.*

Cerŭla, æ, diminut. a cera. Exempla vide in *Cera*.

Ceruſmanus, in carmine Saliari, veteri lingua ſignificat, *creator bonus*. *Feſt.* in voce *Matrem Matutam*.

Ceruſſa, f. 1. *biacca*, פוך, Ger. *bleyvveiſſ*, Gall. *ceruſe*, *fard*, Hiſp. *alvayalde*, ψιμμύθιος, plumbum aceto in calcem, ſeu cinerem diſſolutum, quaſi κηρόεσσα, *cerea*, a κηρὸς, *cera*, propter ſimilitudinem. *Plin. l. 34. c. 18.* ¶ Eſt & color quidam, quo ſibi fucum mulieres faciunt. *Ovid. de medicam. faciei, v. 73.* Nec ceruſſa tibi, nec nitri ſpuma rubentis Deſit.

Ceruſsātus, a, um, adject. ceruſſa illitus, *imbiaccato*, ut ceruſſata cutis, ceruſſatæ buccæ, *Martial. l. 7. epigr. 24. Cic. in Piſon. c. 11.*

Cervŭlus, i, *cerviatto*, diminut. a Cervus. *Frontin. de Stratagem. l. 1. c. 5.* Vallum cervulis, & alio materiæ genere conſtructum incendit. V. Cervus.

Cervus, vi, m. 2. *cervo*, איל, Germ. *hirſch*, Gal. *cerf*, Hiſp. *ciervo*, ἔλαφος, animalis ſpecies, a κέρας, cornu. *Cic. Tuſc. l. 3. c. 28.* Natura cervis, & cornicibus vitam diuturnam dedit. ¶ Cervi item furcæ ſunt, quæ fiunt ad ſuſtentationem caſarum, ita dictæ a ſimilitudine cornuum cervinorum. *Virg. Ecl. 2.* Atque humiles habitare caſas, & figere cervos, ut *Servius* exponit. ¶ Cervis iſtis, ſeu furcis utebantur etiam ad impediendos hoſtium acceſſus, incurſuſve. *Liv. l. 44. c. 11.* Cervis etiam objectis, ut viam intercluderet. Adde *Cæſ. l. 7. B. G. c. 72.*

Ceryx, icis, m. 3. *banditore*, *trombetta*, κῆρυξ, græco, a κηρύσσω, clamo. *Senec. de Tranquil. anim. c. 3.* Non vis enim niſi Conſul, aut Priſtanes, aut Ceryx, aut Sufes adminiſtrare Remp. ¶ In Vet. Gloſſ. Ceryx exponitur etiam ὁ ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστελλόμενος, caduceator.

Ceſpes. V. Cæſpes.

Ceſſans, antis, *intralaſciante*, *tardo*, *ozioſo*, qui ceſſat, & intermittit, tardus, otioſus. *Horat. l. 1. od. 35.* Concitare ceſſantes ad arma. *Lucan. l. 3. v. 451.* Solum ceſſans aratro. *h. e.* coli intermiſſum. *Ovid. 2. Triſt. el. 2. in fi.* Ceſſantia fata. *h. e.* tarda. *Sueton. in Cæſ. c. 76.* Conſulis morte ceſſans honor, *carica vacante*.

Ceſſatĭo, nis, f. 3. *ceſſagione*, *intralaſciamento*, שבת, Ger. *auffherung*, Gall. *relaſche*, *ceſſation*, Hiſp. *ceſſacion*, ὀκνηρία, *Cic. 1. de nat. Deor. c. 37.* Epicurus nihil ceſſatione melius exiſtimat. *h. e.* otio. *Plaut. Pœn. 4. 2. 103.* Id negotium inſtitutum eſt, non datur ceſſatio. *h. e.* intermiſſio.

Ceſsātor, oris, m. 3. piger, lentus, ſegnis, *ozioſo*, *chi tralaſcia*, שובת, Germ. *miſſig*, ὀκνηρός, ocioſus, qui ceſſat, & nihil agit. *Cic. Pæto, l. 9. ep. 17.* Non quod ceſſator eſſe ſolerem.

Ceſsātrix, icis, f. 3. a ceſſator. *Tertul. l. 1. adv. Marcion. c. 24.* Quomodo defenditur bonitas ex majori parte ceſſatrix?

Ceſsātus, a, um, nom. ex partic. paſſ. a neutro *ceſſo*, ut Ceſſata arva, ideſt, neglecta, & non culta. *Ovid. 4. Faſt. v. 617.* Largaque provenit ceſſatis meſſis in arvis. *Id. 10. Metam. v. 669.* ceſſata tempora. *h. e.* in quibus ceſſatum eſt.

Ceſſim, adverb. *addietro*, *indietro*, Vet. Gloſſ. Ceſſim, gradatim. *Juſtin. l. 2. c. 12.* Ite ceſſim, inhibete remis, & a bello diſcedite. *Varro apud Non. 4. 42. & 109.* Vereor ne me quoque, cum domum ab Ilio Ceſſim revertero, præter canem cognoſcat nemo.

Ceſsĭo, onis, f. 3. *ceſſione*, actus cedendi. *Cic. in Top. cap. 5.* Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio nexu, aut in jure ceſſio. ¶ *Ceſſio dici* eſt acceſſio temporis, quo incipit deberi æs alienum. *Ulpian. Dig. 36. 2. 7.* Hæredis aditio moram legati quidem petitioni facit, ceſſioni diei non facit.

Ceſſo, as, n. 1. frequent. a cedo, *ceſſare*, *fermarſi*, *laſciare*, שבת, Ger. *auffheren*, *ablaſſen*, Gal. *ceſſer*, Hiſp. *ceſſar*, παύομαι, eſt deſiſtere, deſinere, intermittere, finem facere, abſtinere, conquieſcere, reſpirare. *Donat. in Ter. Eun. 3. 1. 15.* Ceſſat deſidioſus, requieſcit feſſus. ¶ Uſurpatur vel abſolute. *Cic. 1. Acad.* Nec tamen iſtum ceſſare, ſed celare, quæ ſcribat, exiſtimo. ¶ Vel cum infinito. *Id. Att.* Ille non ceſſat de nobis detrahere. ¶ Vel cum abl. & præpoſ. *in*, aut *a*, vel *ab*. *Id. de Sen. cap. 5.* Neque unquam in ſuo ſtudio, & opere ceſſavit. *Liv. 4. 27.* Nec ex quo caſtris caſtra collata ſunt, ceſſatum a levibus prælus eſt. ¶ Interdum ſignificat ab opere vacare, otioſum eſſe, nihil agere, *ſtar ozioſo*. *Cic. de nat. Deor.* Iſto tam immenſo ſpatio, quæro, cur Pronæa veſtra ceſſaverit. ¶ Interdum tardare, morari, diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere, *tardare*, *indugiare*. *Virg. 6. Æn.* Ceſſas in vota, preceſque. *Ter. Eun.* Paululum ſi ceſſaſſem, domi non offendiſſem. ¶ Ceſſare dicuntur agri, qui non ſeruntur. *Virg. 1. Georg. v. 70.* Alternis idem tonſas ceſſare novales, &c. Sic mulieres, cum parere deſinunt. ¶ Item ceſſare dicuntur, qui in judicio ad dicendam cauſam non comparent. *Suet. in Claud. c. 15.* Abſentibus ſecundum præſentes facillime dabat, nullo delectu, culpa ne quis, an aliqua neceſſitate ceſſaſſet. ¶ Cum dat. pro vacare, dare operam, habet *Propert. lib. 6. el. 6. v. 21.* Nam tua non ætas unquam ceſſavit amori. V. Scalig. ad eum loc. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 12.* It dies, ego mihi ceſſo. *h. e.* ego tempus tero damno meo.

Ceſſus, particip. a cedo. V. Cedo.

Ceſtiānus, a, um, ad Ceſtium pertinens, qui fuit declamator, ſæpe a *Senec. in Controverſ.* laudatus. *Id. ſub fin. controv. 7.* Deinde ad illum colorem redit Ceſtianum.

Ceſticillus appellatur circulus, quem ſuperimponit capiti, qui capite aliquid eſt laturus. *Feſtus*. Al. leg. *circitillus*, alii *ceſticulus*.

Ceſtroſphendŏne, es, f. κεστροσφενδόνη, telum ſemicubitale, bipalme ſpiculum infixum habens digiti craſſitudine, cui ad libramen pinnæ tres, veluti ſagittis ſolent, circumdabantur. *Liv. l. 42. c. 65.*

Ceſtron, vel Ceſtrum, i, κέστρον, herbæ genus apud *Plin. l. 25. cap. 8.* Alio nomine Vettonica dicitur. ¶ Item ſcalpellum exiguum in modum veru factum, quo utebantur in ebore pingentes. *Plin. l. 35. c. 11.* ¶ Opera hac ratione picta *ceſtrota* appellantur. *Id. l. 11. c. 37.* V. Ceroſtrotum.

Ceſtrōtum, i, encauſticum opus ceſtro pictum. Ita legit in exemplis ſup. adductis in *Ceroſtrotum* Salmaſius *in Excercitat. Plinian. pag. 231. & Turneb. l. 13. c. 24.* V. Ceſtron.

Ceſtus, i, m. 2. κεστὸς, mulieris ornatus, ſive baltheus, acu pictus, a κεντέω, pungo. Quare ſcribendum eſt ſine diphthongo. *Voſſ. Etymol.* in Voce *Cæſtus*. ¶ Præcipue *ceſtus* dicitur zona illa, qua nova nupta nuptiarum die præcingebatur, a ſponſo ſolvenda. Unde illud: Zonam ſolvere. V. in Zona. ¶ *Vet. Scholiaſt. ad Stat. Theb. l. 2. v. 283.* obſervat, Ceſti uſum eſſe in honeſtis nuptiis. nam turpes ideo *inceſtas* dici,

quod illo ſacro Veneris cingulo non fuerint vinctæ. ¶ Fuit autem Ceſtus cingulus ille pulcherrimus picturatus, efficax ad illectamenta Gratiarum, & amorum, quo Venus Martem, & Juno Jovem ſibi conciliabant. *Mart. l. 6. epigr.* 13. Ut Martis revocetur amor, ſumminque Tonantis, a te Juno petit ceſton, & ipſa Venus. *Ceſton* dixit græca inflexione pro *Ceſtum*. ¶ Ceſtum Veteres vetuſtiſſimum hymnum vocaverunt, quo Paris Veneris laudes complexus eſt, eamque Junoni & Palladi prætulit. Hinc creditur orta fabula de Paridis judicio. ¶ Ceſtus item arma pugilum. V. *Cæſtus*.

Cetariæ, arum, f. 1. & Cetaria, orum, n. loca juxta mare, ſtagnante lacu, in quibus thynni, & alii hujuſmodi piſces capiuntur, & ſaliuntur. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Juxta cetarias. Ita legit *Harduin. Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 44. Adnabunt thynni, & cetaria creſcent.

Cetarius, ii, m. *peſcatore di peſci groſſi, ſalumiere*, genus piſcatorum, qui majores piſces capiunt, & ſalſamentis condiunt, ut vendant: a *cete*, quæ in mari ſunt majora piſcium genera. *Varro* apud *Non. c.* 1. *n.* 244. Non animadvertis, cetarios, cum videre volunt in mari thynnos, aſcendere in malum, &c. *Colum. ſub fin. l.* 8. Saltamentorum purgamenta, quæ cetariorum officinis everruntur. ¶ Cetarius inſcriptus fuit liber cujuſdam C. Matii, in quo tradebatur ratio ſaliendorum piſcium, teſte *Colum. l.* 12. *c.* 44.

Cete. V. Cetus.

Ceter. V. Cæter.

Ceto, us, f. Κητώ, οῦς, uxor Phorci, mater Meduſæ. *Lucan. l.* 9. *v.* 645.

Cetra, træ, f. 1. ſcutum breve loreum, quo utuntur Afri, & Hiſpani, ex pelle orygis, a κεύθω, abſcondo, tego, quia militem tegit, vel a voce Maurorum. *Virg.* 7. *Æneid.* Lævas cetra tegit. *Liv. lib.* 28. *c.* 5. Pelta cetræ haud diſſimilis eſt. ¶ *Tacit. in Agric. c.* 36. Britannis tribuit.

Cetrātus, a, um, cetra munitus, cetra utens, ut cetratæ cohortes, apud *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 39. Adde *Liv. l.* 31. *c.* 36.

Cette, per ſyncop. pro *cedite*, ſignificat dicite, date. *Non. c.* 2. *n.* 122. *Ennius Medea:* Cette manus veſtras, meaſque accipite. *Plaut. Merc.* 5. 4. 4. Cette dextras nunc jam.

Cetus, m. 2. vel cete, num. plur. indecl. *gran peſce di mare, come balena, orca*, &c. κῆτος, piſcis marinus immenſæ magnitudinis, & generatim omne genus majorum piſcium marinorum, præſertim qui animal pariunt, non ovum, cujuſmodi ſunt balænæ, orcæ, priſtes, thynni, & ſimiles. *Hyginus Fab.* 89. Neptunus cetum miſit, qui Trojam vexaret. *Plin. l.* 11. *c.* 37. In jecore eſt & cetis tel. *Virg.* 5. *Æn. v.* 822. Tum variæ comitum facies, immania, cete. ¶ Invenitur & cetum, i, neut. gen. *Vet. Gloſſ.* Cetum crudum ἐμστάρτιχος. ¶ Et græca forma, cetos, τὸ κῆτος, in accuſat. ſing. *Plin. l.* 32. *c.* 1. Juba tradit cetos in flumen Arabiæ intraſſe, pinguique ejus mercatores negotiatos, &c. V. *Harduin.*

Ceu, *come, ſiccome*, οἷον, ὡς, adverb. Poetis familiariſſimum, idem ſignificans cum quemadmodum, ſicut, velut. *Sueton. in Vitell. c.* 17. Reducto coma capite, ceu noxii ſolent. *Horat. l.* 4. *od.* 4. Ceu flamma per tædas, vel Eurus per Siculas equitavit undas. ¶ Pro tamquam, aut quaſi. *Plin.* 29. 4. Cantharides objectæ Catoni, ceu venenum vendidiſſet. *Id.* 31. 1. Ceu parum ſit in tantam pervenire altitudinem. ¶ *Ceu vero* eſt quaſi vero. *Id. in præfat. hiſt. nat. & l.* 7. *c.* 55. ¶ *Ceu plerumque*, ut plerumque, *come per lo più*. *Id. l.* 19. *cap. ult.*

Ceva, vacca humilis ſtaturæ, lactis abundans. *Colum. l.* 6. *c.* 24.

Cevĕo, es, n. 2. eſt clunes movere, ut in re Veneréa, & proprie de maribus dicitur. Mulierum enim eſt criſſare. Uſi ſunt hoc verbo *Juv. ſat.* 2. *v.* 21. & *Sat.* 9. *v.* 4. *Mart. l.* 3. *epigr.* 93. ¶ Translate eſt adulari, tractum a canibus, qui cum domino blandiuntur, clunes & caudam movent. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 87. An, Romule, ceves? Ita aliqui interpretantur.

Ceus, vel Cæus, fil. Titani, & Terræ, pater Latonæ, & Aſteries. Regnavit in Ceo inſ. Ob Latonam filiam a Jove ſtupratam adverſus eundem arma movit. Sed victus periit. *Virg.* 4. *Æn.*

Ceus, a, um, vel Cæus, adject. a Cea inſula, ut Simonides Ceus, de quo *Horat. l.* 2. *od.* 1. Sed ne relictis Muſa procax jocis Ceæ retractes munera næniæ. Simonides enim primus carmen lugubre dicitur inſtituiſſe. Adde *l.* 4. *od.* 9.

Ceyx, ycis, filius Luciferi, maritus Alcyones, Rex Trachiniæ. Ob Dedalionis fratris caſum in accipitrem mutati ad Clarium Oraculum repugnante uxore navigans in Ægæo mari tempeſtate ſubmerſus eſt. Alcyone, cum quotidie Diis, ac præſertim Junoni, ſacrificia offerret pro viri ſalute, ab illa per Morphęum noctu, in ſomno monita eſt, maritum interiiſſe. Mane igitur experrecta ad litus acceſſit, & cadaver in mari longius aſpexit, quod cum mariti eſſe cognoviſſet, ac per undas ad illud proficiſci vellet, Deorum miſeratione in avem converſa ad os mariti advolavit, qui oſcula uxoris ſentiens in avem & ipſe mutatus eſt. Hæ aves alcyones dicuntur, & habitant prope maris litora. *Ovid.* 11. *Met. Plin. l.* 32. *c.* 9.

C A N T E H.

Chærephyllon, i, χαιρέφυλλον, herba, aut olus potius, vulgo Chærefolium. *Colum. l.* 10. *v.* 110. Eſt breve Chærephylum, & torpenti grata palato. Ubi metri cauſa alterum l abſorbuit.

Chalaſticāmen, inis, n. 3. apud Medicos ſignificat relaxationem, ſeu luxationem articulorum ex laſſitudine. *Theod. Priſcian. l.* 2. *c.* 19. Chalaſticammibus relaxari.

Chalaſtĭcus, a, um, *rilaſſativo, emolliente*, χαλαστικὸς, quaſi dicas, relaxatorius, remittens, ut chalaſtica emplaſtra, apud *Theod. Priſcian.*

Chalaſtra, χαλάστρα, urbs Macedoniæ, a Chalaſtra proximo portu dicta. Hinc

Chalaſtrĭcus, a, um, adject. ut Chalaſtricum nitrum. *Plin. l.* 31. *c.* 10.

Chalatorĭus, a, um, ad laxandum pertinens, a χαλάω, laxo, remitto. *Veget. lib.* 4. *de re milit. c. ult.* Falx chalatorios funes, quibus antemna ſuſpenditur, repente præcidit. Ita legit *Turneb.* Alii *collatorios*, fortaſſe quia hujuſmodi funes ab inferiori parte in unum conteruntur.

Chalazias, æ, m. χαλαζίας, gemma, quæ grandinis colorem præfert, & figuram. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Chalcanthum, n. 2. *vitriolo*, χάλκανθον, corpus minerale, quaſi æris flos, a χαλκὸς, æs, & ἄνθος, flos, vel melius quaſi ſuccus concretus ex chalcitide genitus, & efflorecens, qui lapis eſt, ex quo æs coquitur. Nam æris flos eſt viride æs, chalcanthum eſt aqua æris. Vulgo dicitur vitriolum, a perſpicuitate vitrea. Olim etiam dicebatur *atramentum ſutorium*, quia eo in coriis tingendis utebantur. *Plin. l.* 34. *c.* 11.

Calcēdon, f. 3. Chalcedonia, *Calcidonia, Scutari*, urbs A. Bithyniæ, in ora, ex adverſo Byzantii, Boſphoro intercedente, condita a Megarenſibus, qui cæci dicti ſunt, quod non potius litus oppoſitum elegiſſent, in quo poſtea Byzantium conditum eſt, maxima loci amœnitate.

Chalcedonĭus, a, um, ad Chalcedonem pertinens. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 32. Thraſymachus Chalcedonius.

Chalcĕus, a, um, adject. *di rame*, idem quod æreus. *Martial. lib.* 9. *epigr.* 95. Chalcea donanti Chryſea qui dederas.

Chalcidenſis, e, qui Chalcidem incolit, ut Timagoras Chalcidenſis, *Plin. l.* 35. *c.* 9.

Chalcidicenſis, ſe, idem quod Chalcidenſis. *Gell. lib.* 10. *c.* 16. Chalcidicenſis colonia. *h. e.* Cumæ, quam urbem Chalcidenſes condidiſſe dicuntur.

Chalcidĭcum, n. 3. pars magni ædificii, quam aliqui cœnaculum eſſe putant. *Arnob. l.* 4. Scribuntur Dii veſtri in tricliniis cœleſtibus, atque in Chalcidis aureis cœnitare. ¶ Apud *Vitruv. l.* 5. *c.* 1. videtur hæc vox uſurpari pro latis ambulationibus, quæ, ut idem ait, in extremis baſilicarum conſtituuntur, *loggie, portici da paſſeggio*. Sunt qui putant legendum ibi *cauſidica*, & eſſe loca ubi cauſidici, & rhetores verſarentur. V. *Bald. in Lex. Vitr.* ¶ *Feſtus* paucis rem explicat, dum inquit, Chalcidica genus eſſe ædificii a Chalcide dictum. ¶ Superiores quoque ædium partes, in quibus cœnacula, & ſolaria, & loca ampla erant, vel tecta, vel ſub dio poſita, *chalcidica* appellantur, ὑπερῶα. *Arnob. lib.* 4. Deferibuntur dii veſtri in tricliniis cæleſtibus, atque in Chalcidicis aureis cœnitare. *Auſon. in periocha* 23. *Odiſſ.* Chalcidicum greſſu nutrix ſuperabat anili.

Chalcidĭcus, a, um, qui a Chalcide eſt. *Virg. Ecl.* 10. *v.* 5. Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu. Ubi videtur deſignare Euphorionis cujuſdam Chalcidenſis carmen. *Id. Æn.* 6. *v.* 17. Chalcidicaque levis tandem ſuper aſtitit arce. *h. e.* Cumis a Chalcidenſibus conditis. ¶ *Carmen Chalcidicum* apud *Stat. lib.* 5. *Sil.* 3. *v.* 182. ſunt verſus Sibyllini, a Cumana Sibylla conditi.

Chalcīæcus, i, Minervæ cognomen, quo Spartæ dedicata & culta fuit, χαλκίοικος, quod ſc. domum æream habebat. Meminit *Nepos in Pauſan. c.* 5. & *Liv. l.* 35. *c.* 36. qui tamen hoc nomen de ipſo Deæ templo uſurpavit.

Chalcis, idis, f. 3. vel chalcidix, icis, χαλκὶς, genus lacertæ, dictum, quod quaſdam ærei coloris lineas in tergo habet. *Plin. l.* 32. *c.* 3. ¶ Eſt & avis noctuma, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens. *Plin. l.* 10. *c.* 8. cymnidin vocat. ¶ Eſt item nomen piſcis. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Chalcis, idis, f. 3. *Negroponte*, χαλκὶς, urbs primaria Eubœæ inſ. ad Euripum, Aulidi proxima, Euripo tantum intercedente, dicta a Chalcide filia Aſopi, aut quod æreariæ fabricæ ibi primum fuerint repertæ. ¶ Chalcis altera, quæ & Hypochalcis, urbs Ætoliæ, prope fontes Eveni fl. verſus Athamaniam. Hinc regio Chalcidica.

Chalcītis, itidis, f. 3. χαλκῖτις, lapis, ex quo coćto æs fit. *Plin. l.* 34. *c.* 12.

Chalcophŏnos, m. 2. χαλκόφωνος, gemma, quæ illiſa æris tinnitum reddit. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Chalcoſmaragdus, m. 2. χαλκοσμάραγδος, gemma æneis venis turbida. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Chalcus, m. 2. χάλκος, exiguum pondus apud Atticos, quod decies ſumptum obolum conficiebat. *Plin. l.* 21. *c. ult.*

Chaldæi, pop. Babyloniæ reg. quorum regio Chaldæa, *Caldar*, vel *Kaldar, Curdiſtan, Yerach*, pars Babyloniæ vergens in Auſtrum, Arabiam attinges deſertam, & ſin. Perſicum, in qua Euphrates, & Tigris conjunguntur. Excelluerunt Aſtronomia, & Divinationis artem effecerunt. *Cic. 1. de Div. c.* 1.

Chaldaĭcus, a, um, adject. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 42. Totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.

Chalo, as, are, *mandar giù, calare*, χαλῶ, remitto, relaxo. *Veget. l.* 4. *c.* 23. Centones, & culcitras tunibus chalant. Adde *Vitruv.* 10. 13.

Chalybēius, a, um, adject. qui eſt e chalybe. V. Chalybs.

Chalybes, m. 3. pop. Cappadociæ, in Ponto circa Thermodoontem fl. inter Tibarenos ad Occid. & Moſynos ad Or. ac inter Polemonium, & Trapezuntem, verſus fin. Armeniæ min.

Chalybs, ybis, m. 3. *acciaio*, χάλυψ, genus ferri duriſſimi, a Chalybibus pop. qui eo abundant, & in alias regiones mittunt. *Plin.* aciem & nucleum ferri vocat. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 405. Æs erat in pretio, chalybis jam maſſa placebat. Ubi Heinſ. leg. *Chalybeja maſſa latebat*, ut *Chalybeius* ſit adject. ¶ Sumitur & pro inſtrumentis ex chalybe. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 341. It medium per pectus, & horrida nexu Lethifer æra chalybs. *Lucan. l.* 6. *v.* 398. *de equo:* Chalybem frænoſque momordit.

Chamæcĕles, es, f. 1. genus ſambuci, al. ebulum. *Plin. l.* 24. *c.* 8.

Chamæcerăſus, f. 2. χαμαικέρασος, genus ceraſi humillimæ. *Plin. l.* 16.

Chamæcĭſſus, χαμαίκισσος, genus hederæ quæ nunquam ſe ab humo attollit, a χαμαὶ, humi, & κισσὸς, hedera. *Plin. l.* 24. *c.* 10.

Chamæcyparĭſſus, χαμαικυπάρισσος, herba, quæ ex vino pota contra venena ſerpentium omnium, & ſcorpionum pollet. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Chamædaphne, f. 1. χαμαιδάφνη, herba, foliis lauri, unde nomen habet, quaſi parva laurus, in longum creſcens, flore violæ ſimili, al. pervinca, quia obvia quæque vincit. *Plin. l.* 21. *c.* 11. ¶ Eſt etiam genus ceraſi humilis, ſylveſtris, al. laureola. *Id. l.* 16. *c.* 25.

Chamædrys, yos, f. 3. *querciola*, χαμαίδρυς, herba, al. triſſago, chamyrope, teucrion, calamandrina, ferratula, quaſi humilis, & terreſtris quercus, a χαμαὶ, humi, & δρῦς, quercus. *Plin. l.* 25. *c.* 7.

Chamælæa, f. 1. χαμαιλαία, herba, al. coccus Cnidius, foliis oleæ. *Plin. l.* 23. *c.* 7.

Chamælĕon, onis, f. 3. χαμαιλέων, herba, al. bupho, ex genere aculeatarum, ita dicta, quia colorum varietate chamæleontem animal imitatur. Mutat enim cum terra colorem, hic nigrum, illic viridem, alicubi cyaneum, alicubi croceum. *Plin. l.* 22. *c.* 18.

Chamælĕon, onis, & ontis, m. 3. *camaleonte*, χαμαιλέων, quaſi parvus leo, animal eſt diverſa varietate conſperſum, ut pardus, & ad colores, quos videt, converſione facillima variatur. Naſcitur in India, figura, & magnitudine lacertæ, niſi quod crura habet recta, & excelſiora. Latera ventri junguntur, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum ſimile ſuillo, cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus, ungues aduncı, motus tardior, ut teſtudini, aſperum corpus, ut crocodilo. Habet oculos corpori concolores, nunquam eos operit. Latet hyeme, ut lacerta. *Plin. l.* 28. *c.* 8. ¶ Ferunt quidam, hoc animal nullo cibo veſci, ſed fabuloſum eſt.

Chamæleuce, χαμαιλεύκη, herba, al. tuſſilago, ungula caballina, populago, bechion, ſolio populi, ſed ampliore. Circa fluvios naſcitur. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Chamæmēlon, n. 2. *camamilla*, Germ. *kamillen*, Gall. *camomille*, Hiſp. *manzanilla*, χαμαιμήλον, herba, & flos, al. chamomilla, & anathemis, quia odorem habet mali Mariani. *Plin. l.* 22. *c.* 21.

Chamæmyrsĭne, f. 1. χαμαιμυρσίνη, ſylveſtris myrtus, ex qua fit oleum chamæmyrſinum. *Plin. l.* 23. *c.* 9. Aliis eſt frutex, ex quo ſcopæ fiunt, al. ruſcus.

Chamæpeuce, f. 1. χαμαιπεύκη, herba laricis foliis, lumborum, & ſpinæ doloribus propitia. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Chamæpĭtys, χαμαιπίτυς, herba, al. ajuga, & ina. *Plin. l.* 24. *c.* 6.

Chamæ-

Chamæplatănus, i, f. 2. genus platani coactæ brevitatis, ut ait *Plin. l. 12. c. 2.*

Chamærops, opis, f. 3. herba eſt myrteis circa caulem geminis foliis, capitulis Græculæ roſæ. *Plin. l. 26. c. 8.* Ruellius eandem eſſe exiſtimat, quam a Mithridate inventore Mithridation appellant.

Chamætĕræ, vel chamæteridæ, χαμαιτηρίδες, humiles, & depreſſæ imagines, quales ſunt ancillarum, & pediſequarum. *Plin. l. 36. c. 5.*

Chamæzēlon, n. 2. χαμαίζηλον, herba, al. pentaphyllon, foliis albis, ac mollibus. *Plin. l. 25. c. 9.*

Chameunia, æ, f. *id dormir ſulla terra*, χαμεύνια, humi cubatio. *Hieronym. epiſt. 2. ad Nepotian.*

Chamulcus, i, m. 2. genus carpenti humilioris, *carretta*. *Ammian. l. 17. c. 8.* Coloſſus chamulcis impoſitus, tractuſque.

Chaŏnes, m. 3. pop. Epiri, quorum regio Chaonia, a Chaone fratre Heleni Trojani, poſtea Moloſſia, a Moloſſo filio Pyrrhi, nunc *Camina*, a caſtro cognom. intra montes, extenſa ab Onæo ſinu Buthrotum uſque verſus oram maris Jonii. *Plin. in proœm. l. 4. Claudian. de B. Get. v.* 135. non Chaonas atque Moloſſos, Quos Epirus alit.

Chaonia, æ, f. χαονία, regio Epiri, in qua ſunt Chaones populi. *Cic. Att. 6. 3. Virg. Æn. 3. v.* 334.

Chaŏnis, idis, f. quæ eſt ex Chaonia, χαονίς. *Ovid. 2. de ar. am. v.* 150. Chaonis ales. *h. e.* columba. *Id. Metam.* 10. 90. Chaonis arbor. *h. e.* quercus. V. *Chaonius*.

Chaonĭus, a, um, ad Chaones, vel Chaoniam pertinens. *Virg. 3. Æn. v.* 334. Chaonii campi. *Id. 1. Georg. v.* 8. Chaonia glans. *h. e.* quæ multa in Epiro colebatur propter abundantiam quercuum. Sic 2. *Georg. v.* 67. Chaonique patris glandes. *h. e.* Jovis Dodonæi, cui quercus iliæ ſacræ erant. *Id. Ecl. 9. v.* 13. Chaoniæ columbæ. *Chaonias* appellat, alludens ad celebres illas columbas, quæ inter quercus Dodonæas degebant, & fatidicæ fuiſſe dicuntur.

Chaos, n. *confuſione*, תהו, Germ. *ein vermiſchung*, *verwvietung*, Gall. *chaos*, *confuſion*, Hiſp. *confuſion*, χάος, materia cœli, & terræ confuſa, atque informis, qualis initio fuiſſe non a Poetis modo dicitur, ſed e ſacris etiam Libris cognoſcitur, quæ non fuit ex omni æternitate, ut quidam Philoſophi, & Poetæ arbitrati ſunt, ſed a Deo ex nihilo facta eſt primo ſex illorum dierum, quibus mundum machinatus eſt, de qua poſtmodum res omnes hujus univerſitatis per ſpecies varias, formaſque proprias prodieruut, a χάω, vel χαίνω, hio, quod proprie ſit vaſtus hiatus. *Ovid. 1. Metam.* Apud Græcos eſt nomen n. 1. contractorum. Apud Latinos tantum in uſu eſt *chaos*, & abl. *chao*. Sed *Priſcianus lib. 6.* declinavit *chaus*, *chai*. ¶ *Antiquior*, *quam chaos*, de re nimium priſca, & obſoleta dicitur. Nam *Heſiodus in Theog.* chaos ominium rerum initium vocat, quod ante omnes Deos, Deaſque natum ſit. V. *Ovid. in princip. Metam.*

Chara, herba, vel radix herbæ, quam admixto lacte, exercitui pro cibo fuiſſe, ſcribit *Cæſ. de B. C. l. 3. c.* 48.

Characātus, o. 1. 2. vallatus, pedatus, a χάραξ, vallum. *Col.* Eas (vites) nonnulli characatas vocant, *l. 5. c. 4.* V. Characias.

Characēnus, a, um, adject. a Charace urbe in Suſiana ut Characenorum Rex, *Plin. l. 6. c. 28.*

Characĭas, m. 1. tithymali genus, ramos habens digitali craſſitudine. *Plin. l. 26. c. 8.* ¶ *Characias calamas* genus eſt arundinis craſſioris, & firmioris, & pedamentis vitium, atque vallis faciendis idoneæ. Vites hujuſmodi fulcimento munitæ, *characatæ* appellantur. *Plin. l. 16. c. 36.*

Character, eris, m. 3. *carattere*, *ſegno*, *figura*, *forma*, אות, אותה, Ger. *malzeichen*, Gal. *caractère*, Hiſp. *caracter*, *ſeñal*, χαρακτὴρ, ſignum, inſigne, figura, forma, nota inſculpta, vel inſcripta, a χαράσσω, inſculpo, inſcribo. *Col. l. 11. c. 2.* Nec minus majora quadrupedia charactere ſignari debent. *Pallad. l. 2. R. R. c. 16.* Maturi agni, & animalia omnia charactere ſignentur. ¶ Notæ quoque, & ſigna occulta quadam forma expreſſa, quibus ſuperſtitioſi Veteres vim quandam miram tribuebant, characteres dicuntur. V. *Auguſtin. l. 2. de Doctr. Chriſt. c. 20. & 29.* ¶ Apud Rhetores & genera dicendi characteres vocantur. *Varr. l. 3. R. R. c. 2.* L. Albutius homo apprime doctus, cujus Luciliano charactere ſunt libelli, &c.

Characteriſmus, m. 2. χαρακτηρισμὸς, figura, qua vita alicujus deſcribitur. Rutilius Lupus antiquus Rhetor, *Quintiliano* major, *l. 2. de fig. ſent.* Characteriſmus. Quemadmodum pictor coloribus figuras deſcribit, ſic Orator hoc ſchemate aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat.

Charagma, atis, χάραγμα, idem quod character. *Avienus:* Sicut nummus habet charagma hominis, ſic homo habet charagma Dei.

Charaxes, ſive Charaxus, i, Mitylæneus fuit, Sapphus frater. *Ovid. in ep. Sapphus, v.* 117. Gaudet, & e noſtro ſurgit mœrore Charaxes Frater.

Charaxo, as, are, *graffiare*, *ſcarificare*, χαράσσω, ſcarifico. *Prudent. hymn. 10. Romano, v.* 557. Charaxat ambas ungulis ſcribentibus Genas, cruentis & ſecat faciem notis.

Carientiſmus, χαριεντισμὸς, (Græca vox, & Græce ſcribenda) orationis figura, quæ duram ſententiam mollibus verbis corrigit, ut cum ad ſenis minas Davus apud *Terent.* reſpondet: *bona verba*, *quæſo*. V. *Donat. in libello de barbariſmo*, *Voſſ. l. 4. Inſtit. Orator.*

Charisma, atis, n. *dono*, χάρισμα, donum. *Prudent. in Apotheoſi, v.* 11. Deus ipſe fideles In populos chariſma ſuum diffundere promptus. ¶ Primam ſyllabam producit: qua in re non eſt imitandus.

Chariſtĭa, n. 2. & num. plur. χαρίστια, erat ſolemne convivium inter cognatos, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur, ut ſiqua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur, a χαρίζομαι, gratificor, largior, condono. *Valer. lib. 2. cap. 1. n. 8.* ¶ Ipſe dies ejus convivii eodem nomine appellabatur. *Ovid. 1. Faſt. v.* 617. Proxima cognati dixere Chariſtia cari, &c.

Charitas, V. Caritas.

Charites, um, f. 3. *le Grazie*, χάριτες, Latinis Gratiæ, beneficiorum Deæ. *Sen. l. 1. de Benef. c. 4.* Verendum eſt, ne, quia Charites Jovis filiæ ſunt, putemus certe parvum ingerere ſacrilegium, ſi tam bellis puellis fiat injuria. *Auſon. Idyll. 11. v. 19.* Tres Charites, tria fata, triplex vos, trina elementa. V. plura de his in v. *Gratiæ*.

Charĭton mia, V. in voce ſequenti.

Charitonĭus, a, um, o. 1. 2. χαριτώνιος, gratiam venalem habens, ut puellæ, quæ gratia ſua ad quæſtum, & ad expilandos amatores abutuntur. Ulus eſt *Lucretius* in commendatione puellæ *l. 4. v.* 1155. Parvula, pumilio, charitonia tota, merum ſal. Verum depravatam eſſe hanc lectionem, aſſerunt *Gyſanius*, & *Pareus*: itaque *Lucretium* ſcripſiſſe: Parvula, pumilio, Chariton mia, tota merum ſal. *Chariton mia*, χαρίτων μία, una Charitum, ſc. propter venuſtatem, & leporem. Quod cum non intelligerent exſcriptores, bellum illud *Charitonia* commenti ſunt.

Charmidātus. V. dictionem ſequent.

Charmides, æ, m. nomen proprium ſenis cujuſdam, inducti a *Plauto in Trinum.* a Græco χάρμη, lætitia: ad quam ſignificationem alludens *Id. ibid. 4. 2. 132.* Poſtquam, inquit, me aurum ferre dixi, poſt tu factus Charmides: prius tu non eras, quam auri feci mentionem. Nihil agis. Proin tute itidem ut charmidatus es, rurſus recharmida. *h. e.* quam lætitiam ob auri ſpem concepiſti, rurſum depone.

Charon, ontis, & onis, m. 3. *Caronte*, nepos Demogorgonis, filius Herebi, quem animas mortuorum per tria Inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum ad aliam ripam cymba tranſvehere fabulantur. V. Acheruſia. Vox Ægyptia eſt, proprieque ea portitor notatur. Sed alii volunt dictum eſſe per antiphraſin a χαίρω, gaudeo. *Virg. Æn. 6. v.* 298. Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat Terribili ſqualore Charon. ¶ Per convicium Charontes dicuntur homines terribili ſqualore, & pravo, ac corrupto animo. *Apul. Apolog.*

Charonēum, vel Charonĭum, n. 2. χαρώνιον ſeu χαρωνεῖον, barathrum gravem odorem exhalans, fortaſſe idem, quod Acheron, quia loci ejuſmodi Charontis oſtia, ac portus credebantur, & Deorum manium, ſive inferorum oſtia nominabantur. Sed alii dicunt antrum fuiſſe inter Tralles & Nyſam, ubi ægroti a morbis liberari credebantur ſolemnibus quibuſdam ſuperſtitionibus. *Plin. l. 2. c. 93.*

Charta, f. 1. *carta*, כרטיא, Ger. *papier*, Gal. *carte*, *papier*, Hiſp. *carta*, *papel*, χάρτης, folium amplum, & tenue, in quo ſcribimus, a χαράσσω, inſcribo, inſculpo. ¶ Reperta fuit Alexandri Magni victoria, ut *M. Varro* auctor eſt, condita in Ægypto Alexandria. *Plin. lib. 13. c. 11.* Fiebat ex papyro, ſeu ex biblo papyri, ideſt, ex phylura, ſeu libro, vel ſimpliciter, vel glutinis præparatione ut aliqui cenſent. Hodie charta ex linteis contritis efficitur. ¶ Interdum ponitur pro toto illo, quod nos librum dicimus. *Ovid. 3. Triſt.* Nullus in hac charta verſus amare docet. ¶ Charta virgo, apud *Martial. l. 1. ep. 67.* eſt charta adhuc in ſcrinio latens, necdum expoſita ad hominum uſum. ¶ In charta averſa, hoc eſt in chartæ tergo ſcribere, quod veteres non ſolebant. *Id. l. 8. epigr. 61.* Scribit in averſa Picens epigrammata charta. ¶ Charta dentata apud *Cic. 2. ad Q. Frat. ep. 15.* hoc eſt lævigata, dente polita. ¶ Chartis nocturnis impalleſcere, *Perſ. Sat. 5.* ¶ Charta plumbea, pro lamina plumbea, *Sveton. in Ner. c.* 20. Lamina enim extenſa eſt chartæ perſimilis. ¶ De chartæ inventione, & conficiendæ ratione V. *Voſſ. l. 1. de art. Grammat. c. 37. Joſeph. Scalig. in Plin. & Melchior. Guillandinum Comment. in c. 11. 12. & 13. l. 13. ejuſd. Plinii.*

Chartacĕus, a, um, qui eſt ex charta, ut Codices chartacei, *Ulpian. l. 52. de Legat. & fideicom.* Ubi codices chartacei a membranaceis diſtinguuntur.

Chartarĭum, ii, n. locus in quo aſſervantur chartæ, & libri, *archivio*, *biblioteca*. *Hieronym. l. 3. adverſ. Ruſin. c. 6.* Cur eam (*epiſtolam*) in chartario Romanæ Eccleſiæ non requiris?

Chartarĭus, a, um, quod ad chartam pertinet. *Plin. l. 18. c. 10.* Hoc arariæ officinæ, chartarieæque ducuntur.

Chartĕus, a, um, *di carta*, ὁ ἐκ χάρτα, quod eſt ex charta. *Auſon. epiſt. 10.* Nam tota ſupellex Vatum piorum chartea eſt.

Chartiatĭcum, i, apud JCtos eſt merces, quæ Officialibus ſolvitur pro chartis. V. *l. 6. ff. tit. 20.* ubi alii aliter leg.

Chartophylax, ăcis, m. χαρτοφύλαξ, chartarum, & archivii cuſtos, chartularius, *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 587. *n.* 11.

Chartoprātes, æ, m. qui chartam vendit, χαρτοπράτης. Legitur in lemmate *tit. 17. l. 11. Cod. Juſtin.*

Chartŭla, f. 1. *cartolina*, *foglietto*, χάρτιον, dimin. a charta, ſcheda, libellus, commentariolus. *Cic. Fam. lib. 7. epiſt. 18.* Miror; quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, &c.

Chartularĭus, ii, m. χαρτοφύλαξ, vel χαρτογράφος, qui chartam, & archivum Principis curat, idem fere qui commentarienſis. Varii autem fuerunt chartularii, nempe *divinæ domus*, *ſacri cubiculi*, *largitionum*, *numerorum militarium*, &c. Horum omnium mentio fit in *Cod. Juſtin. l. 10. tit. 23. leg. 3. l. 12. tit. 50. leg. 10.* & in *Cod. Theodoſ. lib. 8. tit. 7. leg. 5.* &c.

Chartus, i, m. idem quod charta. *Lucil. lib. 21.* Ubi Græci, ubi nunc Socratici charti? Ita *Nonius* refert *c. 3. n.* 40.

Charus, V. Carus.

Charybdis, is, f. 3. *Cariddi*, Χάρυβδις, dicta ἀπὸ τῦ χάειν, vel Χάσκειν, hiare, & βύθειν, impetuoſe, vaſta profunditas eſt in mari Siculo, ubi vorticoſum fretum navigantibus negotium faceſſit. *Virg. 3. Æn. v.* 419. Et pater Anchiſes, nimirum hæc illa Charybdis, &c. In fabulis eſt, Charybdin feminam fuiſſe voraciſſimam, quæ cum boves aliquot Herculi furripuiſſet, a Jove fulmine icta, in marinum monſtrum verſa fuit. Alii tradunt, ab Hercule ipſo cæſam fuiſſe. ¶ Translate ponitur pro voracitate, & aviditate inſatiabili. *Cic. Philip. 2. c. 27.* Quæ Charybdis tam vorax tot res tam cito abſorbere potuiſſet? Et *Horat.* de ſcorto loquens *l. 1. od. 27. v. 19.* Quanta laboras in Charybdi! ¶ Quod ad fabulam attinet V. Scylla.

Chaſma, atis, n. 3. Χάσμα, hiatus, rictus, vaſta vorago, a Χασμάομαι, hio. *Ulpian. Dig. de cenſib. l. forma*, §. *quare ſi.* Si agri portio chaſmate perierit. Adde *Sen. l. 5. quæſt. n. 11. c. 9.* & *Serv. ad 9. Æn. princ.* ¶ Eſt etiam nieteoron, quando ſcil. ignis velut e diſrupto cælo decidere videtur. *Plin. l. 2. c. 26.* Fit & cæli ipſius hiatus, quod vocant chaſma. V. & *Serv. ad Æn. 9. in prine.*

Chaſmatĭas, æ, m. 1. ſpecies terræmotus, quo tellus hiſcit. *Ammian. Marcellin. l. 17. c. 16.* (al. c. 7.) Chaſmatiæ grandiori motu patefactis ſubito voratrinis, terrarum partes abſorbent. Adde *Apul. de Mundo.*

Chauci, V. Cauchi.

Chaus, m. 2. *lupo cerviero*, Ger. *ein luchs*, Gal. *loup cervier*, Hiſp. *lobo cerval*, lupi ſpecies pardorum maculas habentis, quem allo nomine lupum cervarium vocant, Galli raphum. *Plin. l. 8. c. 19.* ubi alii aliter legunt.

Chelæ, arum, f. 1. *branche di gambari*, *e di granceole*. Ger. *krebſcheren*, Gal. *branceques*, *pinces d'écreviſſe*, Hiſp. *bracos de alacgan*, *o congreio*, χηλαὶ, denticulati cancrorum, & ſcorpionum forcipes, a χάω, capio. Hinc ponitur pro prima parte Scorpionis ſigni cæleſtis. *Virg. 1. Georg. v.* 33. Qua locus Erigonem inter, chelaſque ſequentes. ¶ In balliſtis *chele* (Græca terminatione pro *chela*) eſt membrum quoddam ad ſimilitudinem brachiorum cancri efformatum. *Vitruv. 10. 17.* Exſtantia cheles, *h. e.* pars cheles, quæ exſtat.

Chelidon, onis, f. *rondinella*, Χελιδών, όνος, Græce eadem, quæ Latinis *hirundo*, cujus adventus veris ineuntis indicium eſt. Hoc nomine appellabatur etiam quædam Verris amica: unde ludit in ambiguo *Cicero*, cum inquit *Verr. 3. 40.* Qui auſpicato a Chelidone ſurrexiſſet. ¶ Hujus vocis penultima longa eſt. *Colum. 10. 415. Avien. in Periteg. v.* 683. ¶ *Aſcon. in Verr. 3. cap. 46.* nomen Verrini ſcorti in recto caſu *Chelido* profert.

Chelidonĭa, æ, *celidonia*, Χελιδόνιον, herba, Latine hirundinaria, viſui ſaluberrima, ab hirundinibus appellata, quæ Græce Χελιδόνες dicuntur. Floret enim adventu hirundinum, diſceſſu marceſcit. Hac etiam hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt viſum. *Plin. l. 8. c. 27. & l. 25. c. 8.*

Chelidonia ficus, ſpecies ficus, dicta vel quod ea hirundines delectentur, vel quod tum primum matureſcat, cum hirundines migrant. Noviſſima enim ſub hyeme maturatur. *Id. l.* 15. *c.* 18.

Chelidoniæ, inſulæ tres parvæ in mari Pamphylio, prope Sacrum prom. in fine ſinus Attalici, in ora Lyciæ exterioris, verſus Crambuſam inſ. Vulgo dicuntur *le Correnti*, al. *Caproſe*. *Plin.* 5. 31.

Chelidonias, æ, m. 1. χελιδόνιας, Favonius ventus dicitur, poſt diem 23. Febr. per novem dies, a primo aſpectu hirundinum. Nonnulli *Ornithiam* vocant, ab adventu avium, univerſim. *Plin. l.* 2. *c.* 47.

Chelidonius lapis, χελιδόνιος λίθος, vel χελιδόνιος, lapillus, qui in ventre pullorum hirundinis inveniri fertur, a χελιδών, hirundo. *Plin. lib.* 11. *cap.* 37.

Chelo, onis, pars catapultæ, quæ nervum attractum continet, alio nomine manucla. *Vitruv. l.* 10. *c.* 15.

Chelonia, orum, vel Chelonaria, n. 2. dicuntur retinacula, in quibus ſucula vertitur. *Vitruv. l.* 10. *c.* 2. Chelonia, in quæ conjiciuntur ſuculares capita. Sed V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Chelonia, f. 1. χελωνία, oculus teſtudinis Indicæ, inter gemmas connumeratus a *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Chelonitis, idis, f. 3. χελωνῖτις λίθος, gemma ſimilis teſtudini, aureis quibuſdam guttis inſignis, a χελώνη, teſtudo. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Eſt etiam nomen Inſulæ in ſinu Arabico. *Id. l.* 6. *c.* 28.

Chelonophăgi, m. 2. populi in Carmaniæ angulo, qui ſolis teſtudinibus vivunt, earumque ſuperficie caſas tegunt, a χελώνη, teſtudo, & φάγω, edo. *Id. l.* 6. *c.* 24.

Chelydrus, m. 2. *teſtudine marina*, Ger. *meerſchnek*, χέλυδρος, Græce eſt teſtudo marina, vel aquatica, a χέλυς, teſtudo, & ὕδωρ, aqua. ¶ Chelydrus item, vel cherſydrus, eſt ſerpens aquaticus, aliter hydrus. Dictus eſt chelydrus, a χέλυς, teſtudo, & ὕδωρ, aqua, quia ſimilis ſit teſtudini, ſive tergi duritie, ſive pariter in terris, & in aquis vivendo, more teſtudinis. Dictus eſt cherſydrus, a χέρσος, terra, & ὕδωρ, aqua, quia & in terra, & in aqua vivit. *Virg.* 3. *Georg. v.* 415. Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. *Lucan. l.* 9. *v.* 750. Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arva Cherſydrus, tractique via fumante chelydri. V. *Voſſ. Etymol.*

Chelys, ys, f. 3. *teſtudine*, χέλυς, Ger. *ſchneck*, Gal. *tortue*, Hiſp. *galapago, tortuga*, χέλυς, χελώνη, χελώνη, teſtudo animal apud Græcos. ¶ Apud Latinos ſumitur pro cithara, quia figuram habet teſtudinis, & orta eſt ex lyra Mercurii, quam ille ex teſtudine effecit, detracta carne. Hinc Chelyn intendere, & Chelyn laxare, apud *Stat. l.* 1. *Silv.* 5. *v.* 11. & *l.* 4. *Silv.* 4. *v.* 33. *Auctor Panegyrici ad Piſonem inter Lucani opera*, *v.* 154. Sive chelyn digitis, & eburno pectine pulſas. ¶ Eſt etiam *chelys* ſignum cæleſte, idem quod Lyra. *Avien. in Arat. v.* 617.

Chemia, Chemicus, V. Chymia.

Chenalopeces, χηναλωπέκες, genus anſerum, quandam habens cum vulpe ſimilitudinem. *Plin. l.* 10. *c.* 22.

Cheniſcus, χηνίσκος, anſerculus, apud Græcos. Hinc puppis faſtigium, vel pars proræ, a qua dependent anchoræ, *cheniſcus* dicitur, quia ibi anſer, vel caput anſeris impoſitum eſt. Sed alii ipſam navem dicunt *cheniſcum* appellari ſolitam fuiſſe, boni augurii gratia, quod undis more anſeris non madefacta ſupernataret. *Apul. l.* 11. *Mileſ.* Puppis intorta cheniſco.

Chenoboſcion, n. 2. χηνοβόσκιον, locus, ubi anſeres, aliæque id genus nantes volucres aluntur, a χήν, anſer, & βόσκω, paſco. *Col. l.* 7. *c.* 14. Chenoboſcia conſtituant.

Chenomychon, n. 2. herba, ad cujus aſpectum anſeres expaveſcunt. *Plin. l.* 21. *c.* 21.

Chenŏpus, odis, m. 3. χηνόπους, herba, quæ habet effigiem anſerini pedis. *Plin. l.* 21. *c.* 8.

Cheramides, gemma, eadem, ac oſtracites, niſi quod hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Chernites, m. 3. χερνίτης, lapidis genus eſt ebori ſimillimum, in quo defunctorum cadavera condebantur. *Plin. l.* 36. *c.* 17.

Cherronenſis, ſe, adject. a Cherroneſo peninſula. *Cic. in Piſon. c.* 35. Bœotii, Byzantii, Cherronenſes.

Cherronenſice, vel Cherſoneſice, adverb. Cherronenſium more. *Varr. l.* 4. *de L. L. p.* 34. *edit. Scalig.* Has phancillas Cherroneſice dicunt faſces. V. *Scalig. ibid.*

Cherronēſus, f. 2. vel Cherſoneſus, *peninſula*, χερρόνησος, vel χερσόνησος, peninſula, terra in inſulæ modum mari cincta, uno tantum, eoque angulto ſpatio continenti adjuncta, a χέρρος, vel χέρσος, terra deſerta, inculta, quæ non aratur, & νῆσος, inſula. ¶ Per excellentiam hoc nomine pars Thraciæ appellatur, juxta Helleſpontum, ubi nunc *Gallipoli*. Item Peloponneſus. V. ibi. Deinde multæ aliæ Cherſoneſi numerantur, nomine proprio addito, ut *Aurea Cherſoneſus*, *Cimbrica*, *Taurica*, &c. ¶ Eſt item nomen multarum urbium, quas vide in Lex. Geogr.

Cherſina, f. 1. genus teſtudinis terreſtris. *Plin. l.* 9. *c.* 10.

Cherſonēſus, V. Cherroneſus.

Cherſos, i, f. χέρσος, ſpecies teſtudinis terreſtris, quæ maſcula & marina vilior eſt. *Martial. epig.* 88. *l.* 14. Femineam nobis cherſon ſi credis ineſſe, Deciperis: pelagi maſcula præda ſumus.

Cherſydrus, V. Chelydrus.

Cheruſci, pop. Germaniæ verſus Viſurgim flu. & Meliboccum M. ubi nunc Duc. Brunſuicenſis, & Luneburgenſis, Marchia antiqua, Diœceſes, Halberſtadienſis, & Hildesheimienſis, & pars Magdeburgenſis, cum quadam parte Thuringiæ. *Claudian. de* 4. *Conſ. Hono. v.* 451. Et ingentes Albim liquere Cheruſci.

Chia ficus, ſive Chia abſolute, σῦκον χῖον, fici ſpecies eſt, grato quodam ſapore palatum pungens, vinique veteris, ſaliſque ſaporem referens. *Martial. l.* 7. *epigr.* 30. Et flavas medio vapore chias. Et *in Xeniis*, *epigr.* 23. Chia ſeni ſimilis Baccho, quem Setia mittit, Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem. Ubi obſervandum, *Chia* cum de ficu, aut vino ſermo eſt, ut chia ficus, chium vinum, primam producere: cum vero aliis rebus jungitur, corripere. V. Chius.

Chiliarchus, vel Chiliarcha, m. 2. *colonello di mille fanti*, χιλίαρχος, qui mille militibus præeſt, Romanis Tribunus militum. *Curt. l.* 5. *c.* 2. *Nepos in Con. c.* 3.

Chilōnes, χειλῶνες, labeones, qui labra ingentia habent, a χεῖλος, labrum. *Soſipater Chariſ. l.* 1. & *Feſt.*

Chimæra, i. 1. *chimera*, mons Lyciæ, qui flammam ad modum Ætnæ in Sicilia emittit e ſummo vertice, deinde interius leones habet media parte capras, ubi paſcuis abundat, in radicibus vim ingentem ſerpentium. Hinc factus locus fabulæ, Chimæram monſtrum eſſe, quod flammas evomit, caput, & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Aliqui fabulati ſunt, filiam fuiſſe Typhonis, & Chedriæ. Bellorophontes Pegaſo equo alato vectus adverſus hanc belluam pugnaſſe, eamque viciſſe dicitur. Nam montem illum habitabilem reddidit. *Virg. Æn.* 6. *v.* 288. Flammis armata Chimæra.

Chimærĭfer, a, um, adject. *Ovid.* 6. *Met. v.* 338. Chimærifera Lycia.

Chimerīnus, a, um, hybernus, hyemalis. Vox græca eſt, & græce ſcripta apud *Martialem l.* 9. *epigr.* 13. Si daret autumnus mihi nomen, ἀπώρινον eſſes, Horrida ſi brumæ ſidera, χειμερινος.

Chiŏne, es, nympha, a qua Chion inſulam dictam *Cleobulus*, & *Metrodorus* putarunt, auctore *Plin. l.* 5. *c.* 31.

Chios, & Chius, ii, f. 2. *Scio*, χῖος, inſ. Aſiæ in mari Ægæo, & Icario, Joniæ adjacens. Tota fere montoſa eſt. Sola maſtichen inter inſulas gignit. Dividitur in duas partes, ſuperiorem, ſeu Epanomeream, & inferiorem, ſeu Catomeream. In ea montes Pellenæus, & Arviſius vino celebres, & marmore. *Plin.* 5. 31.

Chirăgra, f. 1. *gotta delle mani*, Ger. *das zipperle der henden*, Gal. *douleur, & goutte aux mains*, Hiſp. *gotta*, *dolencia de las manos*. χειράγρα, morbus articularis, qui manus infeſtat, ab ἄγρα, captura, & χείρ, manus, quia manus irretit, illaqueat. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 1. *v.* 31. Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra. Et *l.* 2. *Sat.* 7. *v.* 15. Poſtquam illi juſta chiragra contudit articulos. Ubi nota primam in hac voce ſyllabam contra naturam corripi, more Græcorum, qui nonnunquam ex diphthongo alteram vocalem abjiciunt. ¶ Legitur & *Cheragra*: quod rectius quibuſdam videtur eſſe, ſi corripere primam velis.

Chiragrĭcus, i, m. 2. qui chiragra laborat, *gottoſo. Celſ. l.* 4. *c.* 27. *in princ.* Quæ in podagricis, chiragricique eſſe conſuerunt, ea raro vel caſtratos, vel pueros tentant. ¶ Et adjective *Sidon. l.* 3. *epiſt.* 13. Taceo chiragricas manus, unctis cataplaſmatum pannis involutas.

Chiramaxĭum, ii, *carretto da mano*, curriculus, ploſtellum parvum, quod manu trahi poſſit, a χείρ, manus, & ἅμαξα, currus. *Petron. Sat. c.* 28. Præcedente chiramaxio, in quo deliciæ ejus ferebantur. *Uvouvverius* pueri geſtatorium interpretatur.

Chiridōta, tunica, *ſottana colle maniche*, tunica manicata, ut *Cic.*, vel manuleata, ut *Plaut.* loquitur. ideſt, quæ habet manicas prolixas ad manus uſque, al. macrochera, a χείρ, manus, vel χειρίς, manica. Fuit propria Dalmatarum. *Scipio African.* apud *Gell. l.* 7. *c.* 12. Qui in conviviis cum chiridota tunica inferior accubuerit.

Chirographarĭus, a, um, ad chirographum pertinens, ut chirographarius creditor, qui ſibi chirographo cavit: Chirographaria pecunia, quæ ex ſolo chirographo, non dato pignore debetur. *Dig. l.* 42. *tit.* 6. *leg. penult.* & *l.* 13. *tit.* 6. *leg.* 5. & *l.* 8. *Cod. tit.* 27. *leg.* 1.

Chirographum, n. 2. *ſcritto di mano propria*, כתב, Ger. *ein handſchrifft*, Gall. *écrit*, *manuſcrit*, Hiſp. *eſcritura*, χειρόγραφον, quod noſtra manu ſcripſimus. Sumitur aliquando pro ſcribendi ratione cuique propria. *Sueton. Auguſt. c.* 64. Nepotes & literas, & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit, ac nihil æque laboravit, quam ut imitarentur chirographum ſuum. Adde *eund. in Tito*, *c.* 3. Italice, *immitar l' altrui caratttere*, *o mano*. ¶ Frequentius ſumitur pro cautione, ſeu obligatione, vel pro ſcripto, quod alicujus contractus rationem continet, *ſcritto*, *ſcrittura*. Hinc Chirographum dare, *Planc. Ciceroni Fam. l.* 10. *epiſt.* 21. Chirographo convincere, *Cic. Philip.* 2. *c.* 4. Chirographi cautio, *Id. Fam.* 7. *epiſt.* 18. ¶ Legitur & chirographus, i, m. *Quintil. l.* 6. Interroganti, an in tabulis chirographus eſſet, Et verus, inquit.

Chiron, nis, m. 3. Centaurus, Saturni, & Phillyræ filius, unde dictus eſt Phillyrides, homo parte ſuperiore, equus inferiore. Fabulantur enim Poetæ, Saturnum, cum Phillyram Oceani filiam adamaret, ejuſque frueretur concubitu, Opis uxoris interventu turbatum ſubito ſe in equum convertiſſe, Phillyram autem eo gravidam effectam fœtum peperiſſe, cujus anterior pars hominem, poſterior equum referret. Sed fingitur hac forma, quia fuit ex genere Centaurorum, qui primi equos domuiſſe dicuntur, & idcirco omnes forma partim humana, partim equina deſcribuntur, vel quia Medicinam invenit, quæ & hominibus, & jumentis ſalutaris eſt. Fortaſſe etiam Chiron dictus eſt, quia Chirurgiæ artis inventor fuit. Ubi primum adolevit, in ſylvas ſe ſe contulit, ibique herbarum vires contemplatus, præſtantiſſimus Medicus evaſit. Ludum aperuit juventuti Græcæ erudiendæ, in antro quodam, ut in fabulis eſt. Huic Thetis Achillem filium educandum tradidit, quem leonum medullis aluiſſe fertur, & docuiſſe citharæ artem, & herbarum uſum. Univerſos ſuæ ætatis homines bonitate, & juſtitia ſuperavit. Ad extremum, cum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet, armaque ejus tractaret, evenit, ut ſagitta quædam Hydræ Lernææ veneno imbuta illi in pedes decideret. Hoc malum cum nulla ope ſanari poſſet, optavit ſe eſſe mortalem, & a Diis mortem precatus eſt. Mori enim non poterat, quod utroque parente immortali natus eſſet. Deorum miſeratione in cælum ſublatus eſt, & collocatus inter ſigna Zodiaci figura Sagittarii.

Chironĭa vitis, herba ſmilacis ſolius, claviculis ſuis arbores vitis modo conſcendens, al. ampelos. *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Chironĭcus, a, um, ad Chironem pertinens, ut Chironica ars, *Sidon. l.* 2. *ep.* 12.

Chirōnion, n. 2. panacis genus, foliis lapathi, flore aureo, radice parva, ab inventore Chirone Centauro. *Plin. l.* 25. *c.* 6.

Chironĭus, a, um, ad Chironem pertinens. *Plin.* 25. 4. & *Celſ.* 5. 28. 5.

Chironomia, f. 1. χειρονομία, lex geſtus, a χείρ, manus, & νόμος, lex. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. (*al.* 19.)

Chironŏmon, ontis, m. 3. χειρονόμων, qui geſtu, & ſecundum artis legem cibos ſcindit, *trinciante*. *Juvenal. Sat.* 5. *v.* 121. Saltantem ſpectes, & Chironomonta volanti Cultello. *Sidon. l.* 4. *epiſt.* 7. Si inter Apicios Epulones, & Byzantinos chironomontas hucuſque ructaverit. V. *Lipſ. l.* 2. *Sat. c.* 2.

Chironŏmus, m. 2. χειρονόμος, qui certa lege manus movet, ſeu manibus geſticulatur, ac ludit, in ſaltando, in cibis inferendis, ac ſcindendis, &c. Idem eſt, atque orcheſtes, ſeu pantomimus. *Voſſ. ex Heſychio*, & *Caſſiod. Var. l.* 4. *c.* 51. ¶ *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 63. femin. gen. dixit de ſaltatrice pantomima: Chironomon Ledam molli ſaltante Bathyllo.

Chirurgia, f. 1. medicinæ pars, quæ manu medetur, *chirurgia*, Germ. *vvundartznet*, Gal. *chirurgie*, Hiſp. *cirugia*, χειρουργία, eſt manuum operatio, a χείρ, manus, & ἔργον, opus. Sed per excellentiam dicitur de ea parte medicinæ, quæ ſectione, vel uſtione, aut alia quavis ratione, quæ manu adminiſtretur, morbos curat. *Cic. ad Att. l.* 4. *epiſt.* 3. Dieta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Chirurgĭce, es, χειρουργική, ars Chirurgorum. *Celſ. in proœm. l.* 1. ſcripſit græcis literis.

Chirurgĭcus, a, um, ad Chirurgiam ſpectans. *Hygin. Fab.* 274. Chiron Centaurus Saturni filius medicinam chirurgicam ex herbis primus inſtituit.

Chirurgus, m. 2. *chirurgo*, Ger. *ein wundartz*, Gal. *chirurgien*, Hiſp. *cirujano*, χειρουργός, medicus, qui manu curat, a χείρ, manus, & ἔργον, opus. *Celſ. lib.* 7. *in proœm.* Eſſe chirurgus debet adoleſcens, aut certe adoleſcentiæ propior, manu ſtrenua, ſtabili, nec unquam intremiſcente. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 581. *n.* 1. Antinous Druſi medicus chirurgus.

Chius, a, um, adject. a Chio inſula, ut marmor Chium, Chium vinum, quod

quod & *Chium* absolute dicitur, & a Latinis scriptoribus passim celebratur. *Horat. l. 2. Sat. 3. v.* 115. Si positis intus Chii, veterisque Falerni Mille cadis. *Avien. in Arat. v.* 1173. Curva Chii cœlo cum surgent brachia signi. V. Chia. ¶ Chius, ii, χῖος, qui & canis, & canicula dictus, erat tali jactus ludentibus damnosus, ut qui unum tantum numerum continebat. Sed hujus rei exemplum nullum apud Latinos Scriptores adhuc vidimus.

Chlamyda, æ, f. idem quod Chlamys. *Apul. l.* 10. Ephebica chlamyda sinistrum tegebat humerum.

Chlamydātus, o. 1. 2. χλαμυδωτός, clamyde indutus. *Cic. pro Rab. Post. c.* 10. Sylla imperator chlamydatus.

Chlamydŭla, æ, f. 1. diminut. χλαμύδιον, *picciola clamide*. Affertur a Calepino Plautina auctoritas, *sume chlamydulam*: Sed hoc fortasse hemistichion est in *Merc. a. 1. sc. 2. v.* 16. ubi legitur: *sume laciniam*.

Chlamys, dis, f. 3. *sopravveste militare*, מעיל, Ger. *reutrock*, Gal. *manteau*, Hisp. *capa*, χλαμύς, vestis, quæ thoraci superinducbatur, non ad corporis tutelam, sed ornatus causa, a χλιαίνω, per syncopen, *calefacio*. Proprie vestis militaris erat, pallio brevior multo, ac strictior. Sed & de paludamento Regio dicitur, & inter vestimenta puerilia numeratur. *Cic. pro Rab.* L. Scipionis non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. *Plaut. Merc.* 5. 2. 70. Puer cape chlamydem, & da pallium. ¶ Erat etiam viatoria vestis, item servorum aulicorum, ut docet *J. Lips. Elect. l. 1. c.* 25.

Chlorīon, m. 3. χλωρίων, avis lutei coloris perpetuas cum corvo inimicitias exercens, altero alterius ovis insidiante, a χλωρός, viridis, & luteus. *Plin. l.* 10. *c.* 29.

Chloris, idis, f. 3. *Flora*, χλωρίς, eadem creditur, atque illa, quæ a Romanis Flora dicta est, & Dea florum habita, quæ cum Zephyro nupsisset, a marito muneris loco impetravit, ut florum omnium haberet potestatem. *Ovid.* 5. *Fast.* ¶ Fuit & Chloris filia Amphionis, non ejus, qui Thebas mœnibus cinxit, sed filii Jasii, qui regnavit Orchomeni, & Pyli, qui etiam Argus appellatus est! Hæc Neleo nupsit, cui Nestorem, & alios filios peperit. ¶ De priori illa *Ovid.* 5. *Fast. v.* 195. Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino Nominis est nostri litera græca sono.

Chlorītes, m. 1. χλωρίτης, gemma herbacei coloris, quæ in scyllæ avis ventre invenitur. *Plin. l. ult. c.* 10.

Chlorus, m. 2. flu. Syriæ, qui inter Alexandriam, & Ægas opp. Ciliciæ in fin. Issicum influit. *Plin. l. 5. c.* 27. ¶ Constantius Imperator Constantini M. Pater *Clorus* dictus est, ob colorem pallidum.

Choa, vel Chus, χοῦ, mensura liquidorum apud Græcos, quæ Romanum capiebat congium, hoc est, sextarios sex, sive cotylas Atticas duodecim. *Fannius de ponderib. & mensur. v.* 70. Adde duos, (sextarios) Chus fit, vulgo qui congius idem. Alii leg. χοῦς. ¶ Dicitur autem Choa a χέω fundo. ¶ In triclinio choa, in cubiculo nola: ænigma est apud *Quintil. l. 8. c. 6.* cujus explicationem enixus est *Cæl. Rhod. l. 19. c. 1. & l. 29. c. 1.* sed non ejusmodi, ut possit omnibus satisfacere.

Choaspes, m. 3. Eulæus, *Tiritiri*, *Zeimare*, χοάσπης, flu. Susianæ, in Media oriens, qui Susam urbem rigat, deinde auctus aliis fluviis post longum decursum in sinum Persicum se exonerat 50. leu. Hisp. a Balsera in Or. *Tibull.* 4. 1. 140. ¶ Item fl. Indiæ, qui in Indum influit.

Choaspītes, m. 1. gemma viridis, aureo fulgore intermicante. *Plin. l.* 37. *cap.* 10.

Choătræ, arum, populus circa Mœotim. *Plin. l. 6. c. 7. Lucan. l. 3. v.* 46. Ubi *Grotius* pro *Coastris*, restituit *Choatras*. ¶ Fuerunt incantatores maximi cum duce suo Choaste. Unde *Valer. Flac. l. 6. v.* 151. Diros magico terrore Choatras. Et *v.* 155. Maximus hos inter stygia venit arte Choastes.

Chodax, acis, m. 3. V. Cnodax.

Chœnicion, vel Chœnicium, n. 2. instrumentum est Chirurgicum, quo minora officula extrahuntur, latine Modiolus. *Cels. l. 8. c.* 3.

Chœnix, icis, f. 3. & Chœnica, æ, f. 1. χοῖνιξ, mensura quatuor capiens sextarios, vel semodium. Hac mensura olim domini servis frumentum in cibum diurnum admetiebantur. Hinc Pythagoræ ænigma, Super chœnice non sedendum, hoc est, sectandus non est alienus cibus per inertiam, & ocium, sed sua quisque industria sibi vitæ necessaria debet parare. ¶ Chœnix *Camerario* mensura est duorum sextariorum, seu quatuor heminarum. Sic enim legendos censet hos Rhemnii versus in carmine de ponderibus, apud Priscianum: *Heminas recipit geminas sextarius unus, Quis quater assumptis fit Graio nomine Chœnix.* Alii aliter.

Choerădes, um, f. *scrofole*, χοιράδες, strumæ. *Theodor. Priscian. l. 1. c. 9. & Apulej. de herb. c. 2. n.* 10.

Chœrĭlus, vel Cherilus, m. 2. Poeta Samius, qui scripsit Atheniensium victoriam contra Xerxem, item gesta Lysandri Lacædemoniorum ducis, item Alexandri Magni. Sunt, qui tradant, Alexandrum cum Chœrilo pepigisse, ut pro singulis bonis versibus singulos acciperet philippeos, pro singulis malis singulos colaphos, opere autem perfecto, vix septem fuisse inventos, qui possent probari. *Horat. l. 2. ep. 1. v.* 232.

Choĭcus, a, um, *di terra*, χοϊκός, terrenus. *Tertull. advers. Valentinian. c.* 24. Homo choicus, & animalis.

Cholĕra, f. 1. *collera*, *bile*, Gal. *colere*, Hisp. *colera*, χολέρα, morbi genus, quod celeri vomitu, alvique dejectione ventriculum, & intestina conturbat, a χολή, bilis, quia in ea bilis, sive multitudo humorum fluentium felli similium superne, inferneque ejicitur, vel a χολάς, intestinum, quod capit bilem hepatis. *Cels. l. 2. c.* 13. Si acutus est morbus, sicut in cholera. ¶ Accipitur & pro bile, χολή. *Lampr. in Alex.* Commotione animi, & stomacho choleram evomebat. ¶ Cholera laborare, apud *Cels. l. 2. c.* 14. ¶ In plurali numero. *Plin. l. 20. c.* 14. Mentastrum choleris efficacissimum. *Id. ibid.* Menta choleras emendat.

Cholerĭcus, a, um, qui bile abundat, *collerico*, ut tormina cholerica. *Plin. l. 20. c.* 14. ¶ *Cholericus* etiam dicitur, qui cholera laborat. *Scribon. Larg. compos.* 256. Malagma cholericis prodest.

Choliambus, m. 2. χωλίαμβος, versus jambicus trimeter, vel senarius acatalecticus, qui quinto loco jambum habet, sexto spondæum, in cæteris consentit cum jambico, ita dictus, quasi claudus jambus, a χωλός, claudus, quia deturbato e sexta sede jambo, & substituto spondæo, videtur quasi claudicare, ut illi Martialis; *Cur in theatrum Cato severe venisti? an ideo tantum veneras, ut exires?* Dicitur etiam *scazon*, idest, claudicans, a σκάζω, claudico. *Diomed. l.* 3.

Choma, atis, n. 3. χῶμα, agger, sive terræ aggestæ moles, qua aqua coercetur, a χόω, vel χώννυμι, aggerem educo, quod a χοῦς, terra egesta. *Ulpian. de extr. crim. l. Jaccularii*.

Choragiarĭus, ii, m. 2. qui choragio præest, vel qui choragium instruit. *Inscript.* apud *Gruter. p. 475. n.* 2. A. Titio A. L. Bellico VI. Vir. Augustali Choragiario.

Choragĭum, gii, n. 2. *apparato da scena*, χορήγιον, scenicum instrumentum, quo scilicet scena instruitur, & apparatur, a χορός, chorus, & ἡγέομαι, duco. *Fest.* Sed alii appellant ædificium amplum post scenam, unde promebantur omnia ad ludos necessaria. *Vitruv. l. 5. c. 9. & l. 10. c.* 13. ¶ Translate dicitur de cujuslibet rei apparatu, *apparecchio*. *Aut. ad Heren. lib. 4. cap.* 50. Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. ¶ Coragium, sine aspir. est funus virginale, a κόρη puella, & ἄγω, duco. *Fulg. Planc. de prisco serm. Apul. l.* 5. Jam feralium nuptiarum miserrimæ virgini coragium struitur. Sed hic etiam *choragium* legi potest.

Choragus, m. 2. χορηγός, dux, vel rector chori, a χορός, chorus, & ἡγέομαι, duco. Honestissimum hoc nomen habebatur apud Græcos, iisque tribuebatur, qui suo sumptu ludos sacros præberent. ¶ Apud Latinos *Choragus* dicitur, qui scenicis histrionibus ornamenta agendæ fabulæ necessaria, vel ab Ædilibus accepta præbet, vel de suo locat. *Plaut. Pers.* 1. 3. 78. Ornatam adduce lepide in peregrinum modum. Sa. Sed πόθεν ornamenta? To. Abs chorago sumito: dare debet: præbenda Ædiles locaverunt. ¶ Est etiam dux Chori, seu cœtus. *Vetus Epigramma de Augusto*, apud *Sueton. in ejus vita*, *c.* 70. Cum primum istorum conduxit mensa Choragum, &c.

Choralistrĭa, æ, f. 1. femina canendi, & saltandi in choris perita. *Propert. l. 4. eleg. 8. v.* 39. vel *eleg. 9. v.* 11. Ubi tamen legendum videtur *Crotalistria*. V.

Choraula, V. in Choraules.

Choraules, m. 1. vel Choraula, m. 1. *sonatore corista*, χοραύλης, qui ad chori cantum inflat tibiam; a χορός, chorus, & αὐλός, tibia. Differt ab *auletes*, sive *aulœdus*, quia hic solus tibia canit. *Martial. l.* 11. Non sit citharœdus, aut choraules. ¶ Canebant etiam in convivis Choraulæ. *Id. l. 9. epig.* 78. Quod optimum sit, quæritis, convivium? In quod Choraules non venit. ¶ Choraules etiam dicebatur, qui ad tibias saltabat. Quo sensu *Petronius in fragm.* Manu puer loquaci Ægyptius Choraules. V. *Salmas. ad Vopisci Carin. c.* 19. ¶ Choraula, æ, terminatione latina, habet *Apul. l. 8. A. A.* Erat quidam juvenis, choraula doctissimus, &c. Ubi *Beroaldus in Comment.* pro sexto casu habet, & interpretatur artem tibicinam. ¶ Apud eundem *Apul. in Florid. l.* 1. Choraulæ monumentarii dicti sunt tibicines, qui defunctos ad sepulchra canebant, quales prisci siticines dixerunt, ut ait *Gell. l. 20. c.* 2. V. Ceraula.

Chorda, æ, f. 1. *corda negl' instrumenti musicali*, יתר, Ger. *ein seiten*, Gal. *corde*, Hisp. *cuerda*, χορδή, funiculus in instrumento musico, qui Latine fides dicitur, a χορδή, intestinum, & fides, quia ex tenuioribus animantium intestinis filis, contortisque fieri solet. *Cassiod.* ait *cordam* scribendum esse, dictamque, quod corda moveat. A corde quoque deducit *Isid.* quia sicut pulsus est cordis in pectore, ita pulsus est cordæ in cithara. *Cic. 3. de Orat. c.* 57. Voces, ut chordæ, sunt inventæ, quæ ad quenque tactum respondeant. ¶ Chordas experiri, apud *Stat. l. 1. Achill. v.* 187. Et prætentare, apud *Ovid.* 5. *Metam.* 339. est tentare sonum chordarum, utrum sibi invicem secundum musicæ leges respondeant. ¶ Sociare verba chordis. *Horat. l. 4. od.* 9. ¶ Accipitur pro fune a *Plaut. Most.* 3. 2. 55. Tibi chorda tenditur, inde interriterium, postea in crucem recta.

Chordacista, æ, m. qui chordis, h. e. fidibus canit. *Martian. Capell. l.* 9.

Chordus, sive cordus, *tardivo*, ὀψίγονος, quod sero natum est, vel maturescit, & dicitur de fœno autumnali, de frumento, & aliis herbis, de arboribus, de agnis, de hominibus, &c. a χορδίδιος, juveniis, vel ab ὅρος, terminus, vel a χόρτος, fœnum. Duci etiam potest a χορίον, secundina, ut indicat *Varro lib. 2. R. R. cap.* 1. ubi ait: Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, ac remanserunt in volvis ultimis. Vocant χορίον, a quo Chordi appellati. ¶ *Plin. l. 8. c.* 47. sine aspiratione scribit. Et *Colum. l. 12. c.* 13. ¶ De hominibus etiam sero natis hanc vocem usurpari, testis *Quintil. l. 1. c.* 4. Sic Cremutius Chordus apud *Suet. Aug. c.* 35. &c.

Chorēa, f. 1. *ballo*, מחלה, Ger. *ein dantz*, Gal. *danse*, Hisp. *dauca*, χορεία, saltatio, tripudium cum cantu, a χορός, chorus. *Virg. 6. Æn. v.* 644. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. *Ovid. 8. Met. v.* 581. Festas duxere choreas. ¶ *Varro* apud *Non. c. 6. n.* 16. choreas stellis tribuit, quæ certa lege, & veluti ad numerum decurrunt. Item *Manil. l. 1. v.* 69.

Chorēus, m. 2. vel chorius, vel trocheus, χορεῖος, pes dissyllabus, ex longa, & brevi, ut *Arma*, *vincor*, a χορός, chorus, & τρέχω, curro, scil. a velocitate, qua agentes in choris agilius moventur in morem saltantium. Nam major est velocitas pedis e longa, & brevi, quam ex duabus longis. ¶ Hoc item nomine tribrachys vocatur, qui constat ex tribus brevibus. Et sane magis meretur chorei, & trochei nomen, quam ille vulgaris. Nam tres syllabæ breves majorem, quam longa, & brevis, velocitatem habent. V. *Cic. l. 3. de Orat. c.* 8.

Choreutes, m. 1. χορευτής, saltator quilibet ex choro. *Petron. in frag.* Manu puer loquaci Ægyptius Choreutes. Alii leg. *Choraules*.

Choriambicus, a, um, ad Choriambum pertinens, ut Choriambicus versus, *Sidon. in carm. priore ep. 13. l.* 9.

Choriambus, m. 2. χορίαμβος, pes ex choreo, & jambo, idest ex quatuor syllabis, prima, & ultima productis, duabus mediis brevibus, ut *Nobilitas*, *distulerant*. *Diomed. l.* 3. ¶ Adjective *Auson. epist. 10. v.* 37. Choriambum carmen.

Chorĭcus, a, um, ad Chorum pertinens, ut *Choricum metrum*, quod est choris aptum. *Serv. in Centimetro*, *pag.* 1821. *Putschii*. ¶ Dicuntur etiam *chorici* qui choris, seu choreis delectantur. *Jul. Firmic.*

Chorĭon, ii, n. χορίον, Apud *Vitruv. l. 2. c.* 8. *Choria* sunt ordines lapidum, qui æquali crassitudine sunt in structura isodomo. V. *Salmas. in Solin.*

Chorius V. Choreus.

Chorobătes, æ, m. 1. χωροβάτης, regula longa pedes viginti ad explorandam altitudinem turrium, ac propugnaculorum, item aquarum, a χώρα, regio, & βαίνω, eo, quasi regionem perambulans. *Vitruv. l. 8. c.* 6. *strumento da livellare*.

Chorocitharista, m. 1. *quello che canta, o suona in coro*, חליל, χοροκιθαριστής, qui in choro citharizat. *Suet. in Domit. c.* 4. Præter citharœdes, chorocitaristæ quoque, & psallocitharistæ. Ubi Chorocitharistæ, & Psallocitharistæ opponuntur. Chorocitharistæ enim dicuntur, qui cum aliis canunt, Psallocitharistæ qui vel soli canunt cithara sine melodia vocis, ut *Turnebo* placet, *l. 20. c.* 16. vel una cum voce citharam pulsant, ut *Casaubon. ex Athen. & Platone* interpretatur. Alii legunt *Psilocitharistæ*.

Chorographia, f. 1. χωρογραφία, regionis alicujus particularis descriptio, ut Agri Patavini, &c. *Vitruv. l. 8. c.* 2.

Chors V. Cohors.

Chorus, m. 2. *coro*, *moltitudine di quelli, che cantano, ovvero saltano*, מחול, Germ. *hauffen*, Gal. *choeur*, Hisp. *coro*, χορός, multitudo canentium, aut saltantium, maxime in sacris, a χαρά, lætitia, dictum, ut placet *Platoni l. 3. de Leg.* Hinc choros ducere, *Horat. l. 4. od. 7. Suet. in Calig. c.* 37. Inter choros, & symphonias. *Virg. Ecl. 5. v. 66.* Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. ¶ Dicitur & de quolibet cœtu, seu conventu. *Tibul. l. 2. eleg. 1. ad fin.* currumque sequuntur Martis lascivo sidera fulta choro. *Cic. pro Mur. c.* 24. Catilina stipatus choro juventutis erat. Et 3. *Offic. c.* 33. Chorus virtutum. ¶ *Hieronym. ad Dardan.* scri-

scribit, chorum etiam dici musicum quoddam instrumentum, ex simplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primam inflatur, per alteram sonum emittit.

Chrestológus, i, χρηστολόγος, qui bene loquitur, sed male facit, munificus verbis, sed minime beneficus. *Capitolin. in Pertinace, c.* 13.

Chreston, n. 2. herba, al. cicorium: a χρηστός, utilis, quia singulariter salubris est, *Plin. l.* 20. *c.* 8.

Chria, f. 1. χρεία, est commemoratio, seu explicatio alicujus dicti, vel facti, vel utriusque simul certis capitibus comprehensa, sic dicta, quod est exercitatio valde utilis ad eloquentiam adipiscendam. Nam χρεία est usus, utilitas, commodum. ¶ Triplex est, activa, quæ factum aliquod exponit, verbalis, quæ sententiam ab aliquo prolatam explicat, mixta, quæ factum quodpiam sermone conjunctum complectitur. ¶ Partes chriæ octo sunt, encomium, paraphrasis, causa, contrarium, simile, exemplum, testimonium veterum, epilogus. V. *Quintil. l.* 1. *c.* 9. (*al.* 15.) *Sen. epist.* 33. Pueris & sententias edifcendas damus, & has, quas Chrias Græci vocant, quia complecti eas puerilis animus potest.

Chrisma, tis, n. 3. *unzione*, χρίσμα, unctio, a verbo χρίω, ungo, *Tertul. de Baptis. c.* 7. Christus dicitur a chrismate quod est unctio.

Christiane, *cristianamente*, Christiano more, atque adeo sancte, caste, religiose. *Augustin. epist.* 79. Domos suas & familias Christiane regunt.

Christianismus, i, *Cristianità*, Christianorum religio, χριστιανισμός, *Tert. l.* 4. *adverf. Marcion. c.* 33. Joannes constitutus inter vetera, & nova, ad quem desineret Judaismus, & a quo inciperet Christianismus.

Christianitas, atis, f. 3. idem quod Christianismus. *Impp. Honor. & Theodos. l.* 16. *Cod. Theodos. tit.* 8. *leg.* 19. ¶ Sumitur etiam pro clericatu in Religione Christiana, *stato Clericale*. *Impp. Valentinian. Theodos. & Arcad. l.* 12. *ejusd. Cod. tit.* 1. *leg.* 123. & *l.* 14. *tit.* 3. *leg.* 11.

Christianizo, as, are, Christianum ago, Christianam Religionem profiteor. *Tert. adver. Marcion. l.* 1. *c.* 21.

Christianus, i, m. 2. χριστιανός, *Cristiano*, qui Christi Religionem profitetur. V. *Lipf. ad Tacit. Ann.* 15. ¶ Est etiam adject. *Hieron. ad Pammach. epist.* 101. *c.* 5. Vir omnium nobilium Christianissime, & Christianorum nobilissime.

Christicŏla, æ, masc. & f. 1. & Christicolus, i, qui Christum colit, Cristianus. *Prudent. Cathem.* 8. *ad fin.* Cibus obsecrantum Christicolarum. *Venant. Fortun. l.* 2. *carm.* 8. (vel 9.) Et pia Christicoli semina terret agri. Alii leg. *Chriflicolis agris*.

Christigĕna, æ, m. & f. qui genere Christum contingit. *Prudent. Hamartig. v.* 787. *de Ruth:* Christigenam fœcunda domum, Davidica regna Edidit.

Christipŏtens, entis, o. 3. qui in Christo potest, qui fide, & pietate in Christum valet. *Prudent. 2. adverf. Symmach. v.* 709. Christipotens juvenis.

Christus, m. 2. Χριστός, unctus, a χρίω, ungo, cognomen Salvatoris Nostri, quia donis Spiritus Sancti uberrime, & sine mensura ornatus fuit, & a Patre constitutus est Propheta, Sacerdos, & Rex generis humani.

Chroma, atis, n. 3. genus musicæ est, quæ, ut inquit *Vitruv. l.* 5. *c.* 4. subtili folertia, ac crebritate modulorum suaviorem habet delectationem. ¶ A nostris Musicis chromata dicuntur nigræ notulæ, vel a colore (χρῶμα enim est color) vel quod in chromatico modulationis genere præcipue locum habent. V. Chromata.

Chromăta, n. 3. accipiuntur pro ornamentis, & luminibus artium, a χρῶμα, color. Hinc chromaticum melos, una ex tribus Musicæ partibus, quæ in flexionibus vocum posita est, quæ ob nimiam mollitiem intamiæ nota non caruit. *Vitruv. l.* 5. *c.* 4.

Chromatiarius, ii, m. 2. *Vetus Interpres Perf. Sat.* 4. *v.* 18. Chromatiarii dicuntur colorarii, vel qui tota die in arena sunt, vel in sole. Antiqui enim ungebant se, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet.

Chromatice, es, genus symphoniæ, quod a *Vitruvio* describitur *l.* 5. *c.* 5.

Chromatĭcus, a, um, adject. coloratus, a χρῶμα, color. *Isidor. l.* 10. *Ovig.* Chromaticus, qui non contunditur, nec colorem mutat. ¶ Chromaticum melos describit *Cæl. Rhodig. l.* 5. *c.* 22. Vide Chromata.

Chrombus, m. 2. genus piscis, cujus tres enumerantur species, Cyprinus, Chalcis, Cobio. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Chromis, filius Herculis, qui cum Adrasto ad bellum Thebanum profectus est. ¶ Est item piscis in aquis nidificans. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Chromius, filius Nelei, & Cloridos, qui in ea pugna, quam Pylii, & Messenii adversus Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est. ¶ Alius fuit Priami filius, qui bello Trojano interfectus est a Diomede.

Chronĭca, orum, *croniche*, *cronaca*, דברי הימים, Ger. *chronick*, Gall. *cronique*, Hisp. *cronica*, χρονικά, historiæ cum descriptione temporum, quibus scilicet res gestæ, servato temporum ordine, digeruntur, a χρόνος, tempus. Differunt ab annalibus, quod hi commemorant, quid quoque anno in gente una contigerit, illa plurium gentium res exponunt. *Plin. l.* 35. *c.* 9. ¶ Invenitur & chronicus, a, um. *Gel. l.* 17. *c.* 21. Excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur. ¶ *Chronici morbi* sunt, qui durant, quibus opponuntur *acuti*, qui brevi vel sanantur, vel conficiunt. *Cæl. Aurel.* quinque libros suos *Chronicorum morborum* inscripsit.

Chronĭcus, V. in Chronica, & in Cosmicus.

Chronisso, as, are, cunctor, subinde subhito. *Lucret. l.* 2. *v.* 320. Et fatrati agni ludunt, blandeque chronissant. Ita Lexicograph. Verum probata lectio est, *conisant*, hoc est, arietant lascivientes, vel *eorusant*. V. *Pareum in Lucret.*

Chronogràphus, i, m. *fcrittore di cronologia*, χρονογράφος, qui res gestas per sua tempora digerit. *Sidon. l.* 8. *ep.* 6. Eusebius chronographus.

Chrysallis, idis, f. 3. *crisalide*, χρυσαλλίς. Hoc nomine appellantur insecta, quæ primo sui ortu vermiculi sunt, deinde circa se folliculum, seu telam aranei similem obducunt, eaque se involvunt, ex qua postea se expedientes, emissis alis evolant, ut v. g. bombyces, ex quibus sericum conficitur. *Plin. l.* 11. *c.* 32. & 35. ¶ Est vox a χρυσός, aurum, quia sæpe aurei coloris hujusmodi animalcula sunt.

Chrysanthĕmum, n. 2. herba, al. caltha, a χρυσός, aurum, & ἄνθεμον, flos. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Chrysas, m. 1. *Fiume d' Afforo*, *Veria*. *Dittaino*, fl. Siciliæ, qui per fines Assorinorum fluens Terræ commiscetur. Hic a Siculis habebatur Deus, & religione maxima colebatur.

Chrysæ, f. 1. opp. Phrygiæ min. prox. Cyllæ, & Tenedo, ubi templum Apollinis Sminthei. ¶ Item sinus maris Eoi, *Mare Cin*, *Mar della China*, cum insula cognomine, *Giappone*, ad Or. Regni Sinarum. ¶ Chrysæ. & Argyræ, inf. extra ost. Indi, teraces auri, & argenti. *Plin. l.* 26. *c.* 21.

Chrysēis, idis, f. χρυσηΐς, Astynome filia Chrysæ. *Ovid. 2. Trist.* 373.

Chryselectron, n. 2. χρυσήλεκτρον, gemma in colorem electri declinans. *Plin. l. ult. c.* 9.

Chryseptĕton, n. 2. χρυσέπετον, vasis genus aureis crustis illigatum, a χρυσός, aurum, & πέω, ligo. *Martial. l.* 11. *epig.* 30. Accipe vina domum, pueros, chrysenteta, mensas. Vide *Salmas. ad Trebell. Claud. c.* 15.

Chryses, æ, m. 1. χρύσης, Sminthii Apollinis Sacerdos, pater Astynomes, quæ a nomine ejus *Chryseis* cognominata fuit. Cum Græci, expugnatis Thebe, Cilla, Chryse, Lyrnesso, & aliis, virginem abduxissent, & Agamemnoni in prædæ divisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus exornatus ad Græcorum castra accessit, filiamque sibi petit restitui: quod cum impetrare non potuisset, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon patri puellam restituere coactus fuerit. Ejus autem loco Achilli Hippodamiam Briseæ filiam eripuit. Hinc inter Achillem, & Agamemnonem implacabile dissidium ortum est.

Chrysĕus, a, um, aureus, a χρυσός, aurum. *Martial. l.* 9. *epigr.* 95. Chalcea donanti chrysea qui dederas.

Chrysippēus, a, um, ad Chrysippum pertinens. *Cic. 4. Acad. c.* 30. Hæc Chrysippea sunt, ne ab ipso quidem dissoluta. ¶ *Chrysippea* apud *Plin.* 26. 9. est herba quædam a Chrysippo inventore nominata.

Chrysippus, m. 2. χρύσιππος, Apollonidæ fil. patria Solensis, sive, ut alii malunt, Tarsensis, Stoicæ sectæ Philosophus, auditor Zenonis, & Cleanthis, post quos etiam scholæ præfuit, & habitus est Princeps Stoicorum. In Dialectica longe omnibus antecelluit. ¶ De exitu ejus varia tradunt. Quidam volunt, a discipulis ad sacrificium vocatum, cum vinum dulce affatim hausisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atque ita quinto demum die fato concessisse, annos jam natum circiter tres, & septuaginta. Alii ferunt, nimio risu expirasse. Nam cum ficus rure allatos asinum comedentem videret, ancillæ imperavisse ajunt, ut vinum asino bibendum daret, ejusque dicti urbanitate tantopere sibi placuisse, ut nimio risu suffocaretur. Mortuo Athenienses statuam posuerunt in Ceramico. *Cic.* 1. *Fin.*

Chrysītis, f. 3. herba, al. chrysocome, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis. *Plin. l.* 21. *c.* 8. ¶ Item spuma optima argenti. *Id. l.* 33. *c.* 6. ¶ Item gemma, al. philoginos, ostreæ umilis Atticæ. *Id. l.* 37. *c.* 10.

Chrysoaspīdæ, arum, m. 1. χρυσοάσπιδες, milites, qui clypeos auro cælatos gestant. Alexander Severus Alexandrum imitaturus, fecerat sibi argyroaspidas, & chrysoaspidas, ut scribit *Lamprid. in ejus vita c.* 50. Tale quid priscis etiam Reip. R. temporibus factum scribit *Liv. l.* 9. *c.* 40.

Chrysoberyllus, m. 2. χρυσοβήρυλλος, beryllus pallidior, cujus viriditas in aureum colorem resplendet, *Plin. l.* 37. *c.* 5.

Chrysocĕras, æ, masc. 1. Cornu Byzantii, *Pera*, *Galata*, suburbium Byzantii, a Byzantio portu, & sinu maris divisum, ubi Christiani omnes habitant, ubi etiam prom. ejusdem nominis. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

Chrysocolla, f. 1. *borrace*, Gal. *cole paur appliquer de l'or*, Hisp. *borrax*, *o atincar*, χρυσόκολλα, humor, qui in auritodinis per venas auri defluit, & crassescens rigoribus hybernis usque in duritiem pumicis congelascit, a χρυσός, aurum, & κόλλα, gluten, quia aurum agglutinat. *Plin. l.* 33. *c.* 5. Addit *ibid.* Neronem in solemni aurigatione Circi arenam chrysocolla straviss.

Chrysocome, V. Chrysitis.

Chrysographātus, a, um, adject. χρυσογράφος, auro pictus, vel aureis litteris scriptus, ut Chrisographata scuta, *Trebell. in Claud. c.* 14.

Chrysolăchānum, n. 2. olus aureum, a χρυσός, aurum, & λάχανον, olus. *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Chrysolampis, idis, f. 3. χρυσόλαμπις, lapillus, qui die pallescit, nocte ignei coloris est, a χρυσός, aurum, & λάμπω, splendeo. *Pl. l.* 37. *c.* 10.

Chrysolithus, m. 2. *grisolito*, χρυσόλιθος, lapis pretiosus, aureo nitore translucens, a χρυσός, aurum, & λίθος, lapis. *Plin. l.* 37. *c.* 9. & 11.

Chrysomallus, i, χρυσόμαλλος, aureum vellus habens: epithetum arietis Colchici. *Hygin. fab.* 188.

Crysomēla, n. 2. χρυσόμηλα, mala aurea, al. Cydonea, seu cotonea, al. aurantia, a χρυσός aurum, & μῆλον, malum. *Plin. l.* 15. *c.* 11.

Chrysomeliānus, a, um, adject. *Colum.* inter alia malorum genera, mala Chrysomeliana laudat, *l.* 5. *c.* 10. *fub fin.*

Chrysōphrys, χρυσόφρυς, piscis, al. aurata, a χρυσός, aurum, & ὀφρύς, supercilium, quia locis illis, ubi cætera animalia supercilia habere solent, aureo colore fulget. *Ovid. in Halieut. v.* 110.

Chrysoprāsus, m. 2. χρυσόπρασος, gemma, quæ porri viriditatem habet, aureis intervenientibus guttis, a χρυσός, aurum, & πράσον, porrum. *Plin. l.* 37. *c.* 5. & 10.

Chrysorrhŏæ, m. 1. χρυσορρόας, pop. ad Phasim fl. ita dicti, quod in his locis, ut inquit Strabo, auriferi torrentes sint; unde fabulæ occasio de vellere apud Cholchos aureo.

Chrysorrhŏas, æ, m. 1. Pactolus, *Sarabat*, χρυσορρόας, fl. Lydiæ, ex Tmolo M. in Hermum fl. labens; Sardesque, & Thyatiram urbes alluens, a χρυσός, aurum, & ῥέω, fluo, vel ῥοή, fluxus, ob arenas aureas, quas defert. ¶ Item fl. Syriæ, *Adegele*, *Ferne*, qui per Damascum, & ejus agrum fluit. ¶ Item fl. Bithyniæ. ¶ Item fl. Themiscyræ.

Chrysos, i, m. 2. ovo, χρυσός, aurum, aurea moneta. *Plaut. Bacchid. a.* 3. 6. Opus est chryso Chrysalo. ¶ Item piscis genus aurei coloris. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Chus. V. Choa.

Chutra. V. Scutra.

Chylisma, atis, n. χύλισμα, succus expressus ex aliqua re, ut *chylisma acaciæ*, apud *Scrib. Larg. Compos.* 23.

Chymus, i, m. *chilo*, χυμός, succus, & speciatim succus ventriculi. *Seren. Sammon. cap. Subitan. dolor. febr.* &c. Præterea chymum stomacho deficcat iniquum.

C A N T E I.

Cia. V. Cea.

Cibalis, le, ἐδώδιμος, quod ad cibum pertinet. *Lactant. de Opific. Dei, c.* 11. *fect.* 5. Duas esse per collum fistulas, necesse est, cibalem, & spiritualem. ¶ Locus autem *Varronis l.* 2. *R. R. c.* 11. quod a Lexicogr. quibusdam affertur in emendationib. editionib. habet, *Omnium rerum, quas cibi causa*, non, *cibali causa*.

Cibaria, orum, n. 2. *nudrimento*, *cibo*, *gli alimenti*, מאכל, Ger. *allerleifpeiff*, Gal. *nourriture*, *vivres*, *sitia*, alimenta, idest omnia, quibus animantes vescuntur, & aluntur. *Cic. pro Sex. Rosc. c.* 20. Anseribus cibaria publice locantur.

Cibarium, ii, farina excussa post pollinem, seu florem, farina secundaria, *cruschello*, *ftacciatura*. *Plin. l.* 18. *c.* 9. Et cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor, &c.

Cibarius, a, um, o. 1. 2. ἐδώδιμος, quod ad cibum pertinet. *Macr. l.* 2. *Sat.* 13. Lepidus Consul legem tulit cibariam. ¶ Cibarium oleum, quo cibi conduntur, *Col. l.* 12. *c.* 50. Ne ex ea fiat oleum cibarium. ¶ Cibarius panis, qui fit ex farina secundaria, ex qua flos ante excussus est. *Cic. l.* 5. *Tusc.* Cibarius in casa panis datus est. ¶ Cibarium vinum pro ignobili. *Varr.* apud *Non.* 2. 188. Potus meus vinum cibarium. ¶ Cibarius homo, pro sordido, & plebejo. *Id. ibid.* Tuus frater cibarius fuit Aristoxenus.

Cibatio, onis, f. 3. cibandi actus, cibus, *cibo*, *refezione*. *Solin. c.* 40. *n.* 563. Solitæ cibationi diem superponunt.

Cibātus, us, m. 4. *cibo*, *vivanda*, אכל, Ger. *fpeifung*, Gal. *nourriture*, Hisp.

Hisp. *comida*, σιτίον, cibus. *Plaut. Mil.* 2. 2. 69. Cibatus, & commeatus. *Plin. l.* 8. *c.* 55. Lepores in Alpibus candidi, quibus hybernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. Sues cibatu largiore sustentare.

Cibicīda, æ, m. 1. qui cibum cædit, & absumit, lurco, vorax. *Lucil. l.* 27. *apud Non. c.* 2. *n.* 148. Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas.

Cibilla, f. 1. mensa escaria, a cibus. *Varro l.* 4. *de L. L. c.* 25. Mensam escariam cibillam appellabant: ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est. A cibo cibilla dicta: postea rotunda facta. V. Cillibæ.

Cibo, as, a. 1. *nodrire*, *cibare*, האכיל, Ger. *speisan*, Gal. *nourrir*, Hisp. *criar*, *y mantener*, σιτίζω, alo, nutrio, cibum infero. *Col. l.* 8. *c.* 10. Quæ intra septa villæ cibantur. Adde *Sueton. in Tiber. c.* 72.

Cibōrium, n. 2. κιβώριον, fabæ Ægyptiæ folliculus, qui ima parte latior est, superiore angustior, ex qua faba prominet, quæ madefacto luto condita seritur, a voce Ægyptia, vel quasi κιβώτιον, scrinium, propter similitudinem, quod a κιβωτὸς, arca. ¶ Hinc etiam significat poculum ex faba Ægyptia, ac denique sumitur pro poculo capaciore alius materiæ, quod fabæ Ægyptiæ folliculum refert. *Horat. l.* 2. *od.* 7. *v.* 21. Oblivioso lævia Massico Ciboria exple. ¶ Genus etiam esse dicitur pomorum Alexandrinorum, quæ habent similia fabæ Ægyptiæ folia. *Vet. Interpr. in Hor. l. c.*

Cibus, m. 2. esca, pastus, epulæ, *cibo*, מאכל, Ger. *speise*, Gal. *viande*, Hisp. *cevo*, *mantenimiento*, σιτίον, omne id, quo vescimur. *Cic. de Div. lib.* 1. *cap.* 29. Onusti cibo, & vino perturbata, & confusa cernimus. ¶ Donatus cibum distinguit a victu, quod cibus etiam delicatis præbeatur, victus in parvis, aridisque alimoniis constitutus sit. *in Andr.* 1. 1. 48. ¶ E flamma cibum petere, *Ter. in Eun.* 3. 2. 38. dixit, pro quidvis cibi causa pati, ac facere. ¶ Aliquid esse in cibo homini dicitur, quod eo homo vescatur, *Plin. l.* 18. *c.* 14. ¶ Hora cibi, apud *Ovid.* 1. *de ponto*, *el.* 10. hoc est, hora capiendi cibi. ¶ Cibum capere, *Cic.* & *Terent.* Cibo vacare, *Cels. l.* 3. *c.* 15. ¶ Translate *Cic.* 5. *de Fin.* Animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus. *Ovid. de remed. amor. v.* 138. Hæc sunt jucundi causa cibusque mali.

Cibyra, cogn. Magna, *Curuz*, κιβύρα, urbs Phrygiæ Magnæ, vel Cariæ, in conf. Lyciæ, intra montes, prope fontes Xanthi fl. media inter Alabandam ad Occ. & Antiochiam Pisidiæ ad Or. ¶ Cibyra altera, dicta minor, urbs Ciliciæ asperæ, versus Pamphyliam, ad Tragum, al. Cragum M. *Plin.* 5. 27.

Cibyrātæ, arum, m. 1. Cibyræ incolæ, ut Cibyratæ fratres. *Cicer.* 4. *Verr. c.* 13.

Cibyratĭcus, a, um, adject. a Cibyra, *Tacit. Ann.* 4. *c.* 13. Cibyratica civitas. *Horat. l.* 1. *ep.* 6. Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas.

Cicāda, f. 1. *cicala*, חגב, Ger. *hevvschrecke*, Gal. *cigale*, Hisp. *cigara*, *o chicarra*, τέττιξ, κίξιος, κίκος, κίλλος, insecti genus canorum non nisi æstivis mensibus apparens, quasi κὶκ, sonus ejus animalculi, & ᾄδων, cantans, vel a κίκκος, membranula, quia κίκκῳ ᾄδει, membranis, seu alis canit. *Virg.* 3. *Georg. v.* 328. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. ¶ Cicadas Athenienses ex auro fere crinibus innectebant, ut se αὐτόχθονας, declararent. Vid. Atheniensis. ¶ Cicadas homines aliquando fuisse ita cantu delectari solitos, ut cibi potusque obliviscerentur; cæterum Musarum beneficio in Cicadas conversos, Socrates apud Platonem in Phædro fabulatur.

Cicatricatus, a, um, cicatricibus plenus. *Sidon. l.* 6. *epist.* 7. Cicatricatum pectus precatu levare ad veniam.

Cicatrīco, as, are, cicatricem duco, *far cicatrice*, οὐλόω. *Sidon. l.* 6. *epist.* 7. Ut conscientiæ hiulca vulnera vestro saltem cicatricentur oratu. *Cœl. Aurel. Chronic. l.* 4. *c.* 8. Ulcera cicatricantur.

Cicatricōsus, o. 1. 2. *pieno di cicatrici*, Ger. *vollvvundmaleren*, Gal. *cicatrise*, Hisp. *cubierto de cicatrizes*, οὐλώδης, cicatricibus plenus. *Col. de arb. c.* 11. Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Facies cicatricosa.

Cicatricŭla, æ, f. 1. *marginetta*, parva cicatrix. *Cels. l.* 2. *c.* 10. Donec valens cicatricula fit.

Cicātrix, cis, f. 3. *cicatrice*, *margine*, *saldatura*, Ger. *ein vvundmahl*, Gal. *cicatrice*, Hisp. *cicatriz de la herida*, οὐλὴ, signum, quod sanato vulnere, vel ulcere hæret in corpore. *Cic.* 2. *de Orat.* Judicibus cicatrices adversas senis Imperatoris ostendere. *Id. cont. Rull.* 3. *c.* 2. Refricare obductam jam Reip. cicatricem. ¶ Cicatrix duci dicitur, cum vulnus sanatur. *Ovid.* 1. *de Ponto*, *el.* 3. *v.* 15. Tempore ducetur longo fortasse cicatrix. *Cels. l.* 7. *c.* 27. dixit hoc eodem sensu: vulnus ad cicatricem tendit. ¶ Cicatrix etiam de arboribus. *Virg.* 2. *Geor. v.* 379. Admorso signata in stirpe cicatrix.

Ciccus, vel cicus, m. 2. interior membrana, qua grana discriminantur in malis Punicis, a κικκὸς, separatio, discrimen, quod a κόκκος, granum. *Var. l.* 6. *de L. L. c.* 5. Nonnesius exponit rem nihil, sine viribus, a κίκυς, robur, per antiphrasim. Atque in hoc sensu *Plaut. Rud.* 2. 7. 22. Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim. Vet. Gloss. Ciccum, γρῦ, κόκκος.

Cicer, eris, n. 3. *cece*, Ger. *kichern*, Gal. *pois chiche*, Hisp. *garvanzo*, ἐρέβινθος. *Plin. l.* 18. *c.* 12. Cicer solum urit, nec nisi madefactum pridie seri debet. ¶ Ciceris emptorem & nucis, *Horat. in arte poet. v.* 249. videtur proverb. dixisse de infimæ sortis homine.

Cicĕra, æ, f. 1. *cicerchia*, leguminis genus solo colore a cicercula differens. *Pallad. Mart. tit.* 6. *Colum. l.* 2. *c.* 11. Cicera bobus ervi loco fresa datur.

Cicercŭla, f. 1. *cicerchia*, Gal. *pois cert*, Hisp. *cicercha*, λάθυρον, leguminis genus, ciceri non dissimile, sed minutius, inæquales angulos habens. *Plin. l.* 18. *c.* 12. *Col. l.* 2. *c.* 10.

Ciccerculum, n. 2. genus sinopidis, cujus color Italice *grigio bruno* dicitur. *Plin. l.* 35. *c.* 6.

M. T. Cicero, m. 3. Κικέρων, natus est Arpini in Campania, Equestri loco, patre Marco, matre Helvia, die 3. Januarii, L. Cassio Longino, & C. Mario Coss. anno U. C. 645. Romæ educatus est. Audivit variis temporibus partim Romæ, partim in Græcia, in Rhetorica Molonem Rhodium, Apollonium Alabandensem, Æschylum Gnidium, Dionysium Magnetem, Zenoclem Adramytenum, in Dialectica Diodotum Stoicum, in Philosophia Philonem principem Academiæ, Antiochum, Posidonium, in Jurisprudentia Q. Mutium Scævolam P. F. Vide *Cic. in Bruto circa finem*. Omnium Romanorum eloquentissimus fuit, & Latinæ Eloquentiæ Princeps. Fuit sectator novæ Academiæ. Villam habuit in Campania inter Puteolos urbem, & Avernum lacum, quam Academiam appellavit ab exemplo Academiæ Platonicæ. Ex uxore Terentia filium M. suscepit, & filiam Tulliam, quam Dolabellæ collocavit. Quæstor in Siciliam profectus est, deinde ad alios omnes gradus honorum ascendit. A Q. Hortensio etiam Augur cooptatus fuit. In Consulatu Catilinæ conjurationem detexit, & extinxit, ejecto Catilina ex Urbe, cæteris conjuratis nobilissimis Patritiis in carcere interfectis; indicta causa, sed ex S. C. Ea de causa P. Clodio Trib. pl. legem ferente in exilium pulsus, exulavit in Græcia. Sed 16. mense revocatus est decreto Senatus, suffragiis cunctæ Italiæ. Plurima in ocio scripsit, Orationes suas, multos libros de Eloquentia, de Philosophia, de Republica, & aliis rebus. Interfectus est anno 64. suæ ætatis, jussu M. Antonii Triumviri, ab Herennio, & Popillio prope Capuam, cum a villa sua ad mare in lectica deferretur. Illius vita a Tirone Tullio ejus liberto tribus voluminibus scripta est, deinde a Plutarcho.

Ciceromastix, Ciceronis flagellum. Ita inscriptus fuit liber cujusdam Largi Licinii contra Ciceronem: de quo *Gel. l.* 17. *c.* 1.

Ciceronianus, a, um, adject. ad Ciceronem pertinens, ut Ciceroniana simplicitas, *Plin. in Præfat. ad Vespasian.*

Cichorēum, & Cichorĭum, n. 2. *cicoria*, *radicchio*, כרוך, Ger. *vvegveiss*, Gal. *chichorée*, Hisp. *cicoria*, κιχώρειον, herba, alio nomine intubus erraticus, a κίω, vado, & χωρίον, locus, quia per agros, & prædia vadit, seu serpit. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Cichorium refrigerat in cibo sumptum. *Horatius l.* 1. *Carm. od.* 31. Me pascunt olivæ, me cichorea, levesque malvæ.

Cici, Κίκι, frutex est parvæ fici magnitudine, folia habens platano similia, al. ricinus, & catapucia major. *Plin. l.* 15. *c.* 7. ¶ Ex eo fit oleum, quod *cicinum* dicitur. *Plin.* 23. 4.

Cicilendrum, & Cicimandrum, nomina aromatum ficta a coquo Plautino *Pseud.* 3. 2. 42. & 46.

Cicindēla, f. 1. *lucciola*, Ger. *eine liechtmicke*, Gal. *verluisant*, Hisp. *luciernaga*, λαμπυρὶς, genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo, al. nocticula, & nitedula, a *cis*, & *candeo*, quod tum candidum, tum ignitum esse significat. *Plin. l.* 18. *c.* 26.

Cicĭnus V. in *Cici*.

Cicònes, um, Thraciæ populi juxta Hebrum habitantes. Hujus Gentis mulieres Orpheum, quod ab eo spretæ essent, simulatis Liberi Patris Orgiis discerpserunt. *Virg.* 4. *Georg. v.* 520. & *Silius l.* 11. *v.* 477.

Ciconĭa, f. 1. *cicogna*, חסידה, Ger. *ein stork*, πέλαργος, avis species, a Ciconibus pop. Thraciæ, vel a cicur propter benignam naturam, vel quasi cicania, a sono, quem crepitante rostro facit. Serpentibus pullos nutrit. *Plin. l.* 10. *c.* 13. *Juven. sat.* 14. *v.* 73. Prænestini coniam dicebant. *Plaut. Trin.* ¶ Translate ab Hispanis hoc nomine vocatur lignum rostratum, quo e puteis aqua hauriri solet, quod alii telonem, vel tollenonem dicunt. *Isid. l.* 20. *c.* 15. ¶ Item mensuræ genus est, sive instrumenti, quo rustici uti solent in sulcis, & fossis ducendis, ne qua pars aliis aut profundior sit, aut latior. *Col. l.* 3. *c.* 13. ¶ Item genus irrisionis, digiti curvati, in quempiam directi, crebra motione, instar rostri ciconiæ. *Pers. sat.* 1. *v.* 58.

Ciconīnus, a, um, ad Ciconiam pertinens. *Sidon. l.* 2. *ep. ult.* Usque ad adventum hirundineum, aut ciconinum.

Cicuma, cucuma, f. 1. κικκαβὴ, avis nocturna, eadem ac noctua. *Fest.*

Cicur, uris, o. 3. *animal di salvatico fatto domestico*, אכר, Ger. *zahm*, Gal. *aprivoisé*, Hisp. *manso*, πιθηκός, animal, quod ex fero factum est mansuetum. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 5. Quod a fero discretum est, id dicitur cicur. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 39. Varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum. ¶ Cicur ingenium, h. e. mite, mansuetum. *Varr. loc. cit.* ¶ *Festus* in V. *Incicur* monet, *cicur* interdum pro sapiente poni, ut apud *Pacuv.* Consilium cicur.

Cicurinus, i, cognomen Veturiæ gentis R. a morum simplicitate. *Var. l.* 6. *de L. L. c.* 5.

Cicŭro, a. 1. *domesticare*, Germ. *zam machen*, Gal. *apprivoiser*, Hisp. *amansar*, πιθασσόω, mansuefacio, verbum antiq. a cicur, adjectiv. *Pacuv.* apud *Varr. l.* 6. *L. L. c.* 5. Nulla res neque cicurare, neque mederi potis est.

Cicūta, f. 1. est canna quævis intus cava, & vacua, unde pastores fistulas faciebant; a *cis*, & *cutis*, quia circum se habet calamum velut cutem. *Servius in Ecl.* 2. dicit esse spatium, quod est inter cannarum nodos. ¶ Speciatim sumitur pro herba venenosa, κώνειον, *cicuta*. Caule viridi est, & geniculato, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibus ramosa, foliis coriandri tenuioribus, gravi odore, semine aniso crassiore, radice concava. *Plin. l.* 25. *c.* 13. ¶ Cicutæ famam Athenienses auxerunt, qui succo ejus capitali judicio damnatis necem inferebant. ¶ Est tamen & herba cathartica. Nam semini, & foliis refrigeratoria vis inest. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Itaque *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 53. Quæ poterunt unquam satis expurgare cicutæ. Ubi cicutam pro helleboro posuit, aut alia simili medicina purgante. *Lambinus* tamen hanc lectionem improbat, & *sicyæ*, vel *sicuæ* reponit. Quem consule. ¶ Cicuta pro fistula, seu tibia. *Virg. Ecl.* 5. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. *Id. Ecl.* 2. Est mihi disparibus septem compacta cicutis cera. Ubi cicutas *Serv.* interpretatur spatium inter cannarum nodos, ut dictum est.

Cicutĭcen, inis, m. 3. qui cicuta canit. *Sidon. carm.* 1. *v.* 15. Alta cicuticines liquerunt Mænala Panes.

Cidàris, seu citaris, fem. 3. Κίταρις, tegumentum capitis proprium Regum Persarum, quod diadema, seu fascia cærulei coloris albis maculis intermicantibus ambibat. Nam diadema fascia est, non insigne id, quod fascia ambit. *Curt. l.* 3. *c.* 3. Cidarim vocant Persæ regium capitis insigne: hoc cærula fascia albo distincta circuibat.

Ciĕo, es, civi, citum, *muovere*, הניע, העיר, Ger. *errengen*, Gal. *èmouvoir*, Hisp. *mover*, *turbar*, *o llamar*, κινέω, est commovere, excitare, a κίω, eo, vel a cis, ut sit citra movere. *Cic. de Univ.* Cujus orbis semper eodem modo ciebatur. Sic ciere dolorem, pugnam, bellum, fletus, &c. *Cic. Liv. Virg.* Ciere urinam, *Plin. l.* 20. *c.* 5. Ciere verba, h. e. loqui. *Valer. Flacc. l.* 3. Sic ciere voces varias, apud *Lucret.* 5. 1059. est varias voces edere. ¶ Significat etiam vocare, invocare, nominare, *chiamare*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 67. Animamque sepulcro Condimus, & magna supremum voce ciemus: *l'ultimo addio*. *Suet. Ner. c.* 46. Exaudita vox est nomine eum cientis. ¶ Patrem ciere posse, apud *Liv. l.* 10. *c.* 8. est patrem posse vocare & ostendere, atque adeo ingenuum esse. ¶ Præteritum *civi* & *cii* (apud *Charis. l.* 3. in compositis tantum) commune est cum *cieo*, & *cio*: supinum *citum* a *cieo* primam corripit, a *cio* producit.

Cilicensis, e, adject. ad Ciliciam pertinens. *Cic. ad Q. Frat. l.* 1. *epist.* 2. Si te interioribus vicinis tuis Cilicensi, & Syriaco anteponit.

Cilĭces, um, m. 3. Ciliciæ populi. *Stat. l.* 3. *Sil.* 3. *v.* 33. Tu messes Cilicum, Arabumque superbis Merge rogis. *h. e.* Crocum. V. Crocus.

Cilicĭa, f. 1. *Caramania*, κιλικία, regio Asiæ min. dicta a Cilice Rheæ filio. Ab Occasu in Ortum extenditur juxta mare Cilicium. Habet a Sept. partim Cappadociam, partim Armeniam min. versus Taurum M. a Merid. Mare Cilicium, ab Occ. Pamphyliam, ab Or. Syriam, Amano M. separante. Dicitur vulgo Caramania propria. Caramania enim late sumpta complectitur Ciliciam, Pamphiliam, Pisidiam, & partem meridionalem Cappadociæ. Dividitur in asperam, quæ ad Occ. & in Campestrem, quæ in Or. ¶ Regio hæc maxime croco abundat, præsertim apud Corycum. Hinc adag. *Crocum in Ciliciam*, in eos, qui merces eo deferunt, ubi maxima illarum copia sit.

Ciliciarĭus, ii, m. 2. *cilicciajo*, qui facit, aut vendit cilicia. *Vet. Inscr.* apud *Grut. p.* 648. *n.* 6. Respectio Gratiano Ciliciano Catiola Conjux P. C.

Cili-

Cilicinus, a, um, adject. *cilicino*, ex cilicio factus. *Solin. c.* 33. (al. 45.) *de Arabia*. Ipsa tentoria cilicina sunt.

Ciliciolum, i, n. parvum cilicium. *Hieronym. epist.* 27. *c.* 7. Super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat.

Cilicium, n 2. *cilicio*, *vestimento tessuto di peli di diversi animali*, שק, Ger. *herinKleid*, Gal. *haire*, *cilice*, Hisp. *cilicio*, κιλίκιον, vestis ex pilis hircorum, vel caprarum, in castrorum usum, atque nautarum, a Cilicia regione, quia ibi primum hoc vestis genus institutum est, cum ibi hirci productis, hirsutisque pilis sint, vel a ciliis, quæ aliqui pro pilis accipiunt. In castris adhibentur ad excipiendum impetum sagittarum. *Veget. l.* 4. *c.* 6. & *Cic. Verr.* 3. *c.* 38. Cum iste civitatibus coria, cilicia, saccos imperaret. ¶ Hæc vox revera adjectivum est, & subintelligitur *textum*, *stragulum*, aut quid simile. *Ulpian. Dig.* 33. 7. 12. Vela Cilicia ideo parantur, ne ædificia vento, vel pluvia laborent.

Cilicius, a, um, ad Ciliciam pertinens. *Plin.* 5. 3. Cilicium mare. *Id.* 21. 6. Cilicium crocum. *Martial. in lemmate epigr.* 40. *l.* 14. Udones Cilicii. *h. e.* ex pilis hircinis, ut cilicia, confecti. ¶ *Cilicii termini* in re Agraria dicti sunt a Cilicio Saturnino centurione. *Frontin. de Colon. pag.* 120. *Goesii*.

Cilicus, a, um, idem quod Cilicius. *Virgil. in Culice*, *v.* 400. Cilico crocus editus arvo. *Al. leg.* Cilici, a *Cilix*, icis.

Cilissa, æ, f. *di Cilicia*, adject. femininum, quæ est e Cilicia. *Spica Cilissa* apud *Ovid.* 1. *Fast. v.* 76. est crocus, cujus magna copia in Cilicia est. ¶ Apud *Propert.* vero 4. 6. 70. *spica Cilissa* est unguentum crocinum, ut docet *Scalig.*

Cilium, ii, n. *Plin.* 11. 37. docet, olim cilium significasse extremum ambitum genæ superioris oculi, in qua pili nascuntur, βλεφαρίς, *l'estremità pelosa della palpebra*. ¶ Postea vero significare cœpit ipsam genam, seu palpebram, *palpebra*, βλέφαρον. *Festus*: Cilium est folliculus, quo oculos tegit, unde fit supercilium. *Plin.* 11. 39. Cutis vulnerata non coit in bucca, cilioque. *Apul. l.* 10. *Met.* Ciliis alterna connivere.

Cilix, icis, κίλιξ, nepos Beli Prisci, filius Agenoris tertii. Occupavit regionem Asiæ minoris, quæ ab illo Cilicia dicta est. Tres filios habuit, Lampsacium, Pygmalionem, Pyrodem. ¶ Est item nomen gentile, quod significat eum, qui e Cilicia ortus est. *Ovid.* 2. *Met. v.* 217. Ardet Athos, Taurusque Cilix, & Tmolus, & Oete. *Martial.* 7. 94. Tonsor Cilix. *Stat. l.* 2. *Sil.* 1. *v.* 160. Cilicum flores. *h. e.* crocus. Sic Cilicum messes, *Id. ibid.* 3. 3. 34.

Cilleo, a. 2. vel Cillo, is, a. 3. antiq. verb. est, *movere*, a κίλλω, pro κινέω, moveo. Hinc furcillæ, quibus frumenta cilluntur, apud *Serv. l.* 2. *Georg.* Et oscilla, quod ora cillent, apud *Isid. lib. ult. Orig. c.* 14. & *Serv. l. c.*

Cillibæ, arum, mensæ rotundæ. *Fest.*

Cillo, V. Cilleo.

Cillones, V. Cilones.

Cillus, i, m. 2. asinus, auritum animal. *Petron. in fragm. Carm.* Judæus licet & porcinum numen adoret, Et cilli summas advocet auriculas. Al. *leg.* cæli.

Cilones, m. 3. quorum capita oblonga, & compressa sunt, vel quibus frons eminentior, a cædo, quia in illis frons a dextera, & sinistra velut recisa videtur, vel a κυλλός, mutilus. *Festus*, & *Charis. Grammat. l.* 1. ¶ *Cic. in Sallust.* Cilones, (vel Cillones, scil. a cillo, motito) impudici, parricidæ, sacrilegi. Quem locum exponens *Cælius l.* 21. *c.* 22. Cilones, inquit, sunt cinædi. *Flav. Caper vetus Grammat.* Cilo est angusto capite, cui hoc contingit in partu. ¶ Legitur & *cyllo*, seu *cylo*.

Ciluncŭlus, i, m. diminutivum a *cilo*, qui est capite, & fronte angusta, & compressa. *Arnob. lib.* 3. Capitones, cilunculi, labeones. Al. aliter leg.

Cimber, bri, m. *Festus* docet, lingua Gallica latronem significare. ¶ *Cimbri*, *orum*, sunt populi Germaniæ, qui eam regionem tenuerunt, quæ Cimbrica Chersonesus dicta est. Hi cum aliquando in Italiam venissent, sedes quæsituri, a Q. Catulo, & C. Mario Coss. devicti sunt. *Flor. l.* 3. *c.* 3. ¶ Adjective *Ovid.* 4. *de Ponto*, *epist.* 3. *v.* 45. Ille Jugurtino clarus, Cimbroque triumpho.

Cimbri, orum. V. Cimber.

Cimbrica Chersonesus al. Cartris, nunc Jutia, *Jutland*, peninsula perampla Germaniæ, a Sept. in Mer. extensa, inter Cimbricum mare, & Svevicum, seu Codanum sinum, pars Regni Daniæ.

Cimbrice, adverb. Cimbrorum more. *Quintil. Declamat.* 3. An nobis Cimbrice loquendum sit.

Cimbricus, a, um, adject. a Cimbris. *Cic. pro Dom. sua*, *c.* 38. Porticum post aliquanto Catulus de manubii Cimbricis fecit.

Cimeliarcha, æ, m. 1. κειμηλιάρχης, custos vasorum Ecclesiæ, seu pretiosæ cujuslibet supellectilis, *tesoriero*. *Leg. ult. Cod. de Bonis auctorit. judicis possiden. §. sin autem*. Præsente viro reverendissimo Cimeliarcha.

Cimeliarchium, n. 2. κειμηλιαρχεῖον, sanctius conditorium rerum eximiarum, a κειμήλια, supellex cæteris pretiosior, talisque, ut reponi mereatur, dicta a κεῖμαι, repositus sum. *Codex loc. cit. in Cimeliarcha*.

Cimex, icis, m. 3. *cimice*, κόρις, vermis odore gravissimo, ex ligno nascens, chartis, & paleis; item ex herbis. *Martial. l.* 11. *epigr.* 33. Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus.

Ciminus, i, m. *montagna di Viterbo*, mons Etruriæ, ad cujus radices Viterbum positum est. Ibi est silva Ciminia, quam *Flor.* 1. 17. Ciminium saltum appellat; & Lacus Ciminius, de quo *Virg.* 7. *Æn. v.* 697. Et Cimini cum monte lacum. ¶ Hunc *Colum.* 8. 16. Ciminium lacum appellat. ¶ Scribitur & *Cyminus*.

Cimmerii, populi Asiæ circa Bosphorum Cimmerium, ab ipsis dictum, ad Mæotidem paludem, in Sarmatia, ad dexteram Ponti partem, in Taurica Chersoneso, quæ cum tractu adjacente ab ipsis aliquando Cimmeria dicta fuit, postea Scythia Europæa, seu parva Scythia, nunc Tartaria minor, seu Precopensis. Aerem crassum habent, & densis exhalationibus nebulosum, quare Solem raro aspiciunt. Hinc Cimmeriæ tenebræ, pro densissima caligine, & translate de multa obscuritate animi. *Lactant. l.* 5. *c.* 3. ¶ Alii item sunt in Scytharum regione inter Colchos, & Iberos, juxta mare Caspium, quorum regio *Havessen*. ¶ Cimmerii item, populi Campaniæ, apud Avernum lacum, quorum oppid. Cimmerium, ubi antrum Sibyllæ, *la grotta della Sibilla*. Horum fuit mos patrius, ut in subterraneis habitarent domiciliis, ubi metallorum maxime effossione victum quærentes, die latebant, noctu vero ad latrocinia egrediebantur, ut ex Ephoro scribit *Strabo*.

Cimmerium promont. al Cerberion, *Capo di S. Croce*, promont. Asiæ, in tractu Bosphorano, juxta Bosphorum Cimmerium.

Cimmerius, a, um, ut Bosphorus Cimmerius inter Asiam, & Europam. V. Bosphorus. ¶ Cimmerii lacus, pro infernis, & caliginosis, *Tibull. l.* 3. *eleg.* 5. *v.* 24. Sic Cimmeriæ tenebræ, pro obscuritate, & caligine multa. *Ammian. l.* 29. *c.* 11. V. Cimmerii.

Cimolius, a, um, adject. a Cimolo insula maris Cretici, ut terra Cimolia, *Plin. l.* 35. *c.* 16. & 17. Creta Cimolia, *Cels. l.* 2. *c. ult.* qua utuntur fullones in vestibus abluendis, quæ & medicamentis apta dicitur; alio nomine terra saponaria.

Cimolus, f. 2. *Polino*, ins. mari Cretici, circuitu 10. M. P. *Ovid.* 7. *Met. v.* 463. cretosaque rura Cimoli.

Cimon, m. 3. Atheniensis, Milciadis fil. mira erga cives munificentia. V. *Plut.* qui eum cum Lucullo comparat.

Cinædiæ, m. lapilli in cerebro cinædi piscis. *Plin. l.* 37. *c.* 15.

Cinædicus, a, um, o. 1. 2. quod ad cinædum pertinet. *Plaut. Stich.* 5. 5. *in fin.* Suavem cantationem aliquam occipito cinædicam.

Cinædologus, i, qui cinædica impudentia in loquendo utitur, κιναιδολόγος. *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 277. Convocat Ptolemæum cinædologum. *Al. aliter leg.*

Cinædulus, li, diminut. a Cinædus. Affert hanc vocem *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 14. ex oratione quadam Scipionis Africani Æmiliani.

Cinædus, m. 2. κίναιδος, impudicus, mollis, effeminatus, & qui inter viros mulier est, a κινέω, moveo, & αἰδοῖον, inguen, vel a κενὸς, vacuus, & αἰδὼς, pudor. *Catull. epigr.* 22. Cinædus mollior cuniculi capillo. ¶ Sumitur etiam pro pantomimo, seu saltatore, quia saltatores libidine omnibus anteibant. *Plaut. Mil.* 3. 1. 73. Ad saltandum non cinædus malacus æque est, atque ego. Adde *Non. c.* 1. *n.* 15. ¶ Adjective, cinæda fronte, est apud *Martial. l.* 6. *epigr.* 29. Et *Catull. carm.* 10. Ut decuit cinædiorem. ¶ Est & cinædus nomen piscis, de quo *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Cinara, f. 1. *carciofo*, Ger. *artischochen*, Gal. *artichaux*, Hisp. *alcachofa*, κινάρα, carduus sativus, & edulis, a Græca voce allata, vel a *cinis*, quod cinere in primis hæc herba gaudet stercorari, vel a Cinara puella in hanc herbam conversa *Col. l.* 11. *c.* 3. Cinaræ plantam multo cinere stercorabimus. ¶ Scribitur & *cynara*.

Cincia, n. 2. num. plur. locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit. *Festus*.

Cincinnalis, le, adject. cincinnos habens. *Apul. de herbis*, *c.* 51. Cincinnalis herba.

Cincinnatulus, a, um, *ricciutello*, dimin. a cincinnatus. *Hieronym. ep.* 8. Cincinnatuli pueri, & calamistrati.

Cincinnatus, a, um, *ricciuto*, qui capillos intortos gestat, a Cincinnus, quod cognomen fuit L. Quinctii, qui ab aratro ad Dictaturam vocatus, Æquos victos sub jugum egit. *Cic. post red. in Sen. c.* 5. Quo vultu cincinnatus ganeo non solum civium lacrymas, verum etiam patriæ preces repudiavit? ¶ Cincinnatæ stellæ, h. e. crinitæ, *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 5.

Cincinni, m. 2. *capelli crespi*, מחלפות, Ger. *gekgrauff*, *-haar*, Gall. *boucles de cheveux*, Hisp. *guedeja de los cabellos*, *vatillas*, *grenas*, κίκιννοι, spiræ, & speciatim crines intorti, qui etiam calamistrati dicuntur, a Græca voce, quæ allata est. *Juven. Sat.* 6. *v.* 491. Altior hic quare cincinnus? ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat. c.* 25. In Oratoris, aut in Poetæ cincinnis, ac fuco.

Cincinnulus, i, diminut. a cincinnus. *Varro apud Non. c.* 15. *n.* 43. Intorti dimittuntur sex cincinnuli. Ita legit *Scalig.* At alii *cincinni*.

Cincius, a, um, adject. ad Cincium pertinens, quod est nomen unius gentis Romanæ. ¶ *Cincia lex* de donis & muneribus, lata fuit a M. Cincio Alimento trib. pl. adversus eos, qui pretio causas orabant. Prohibebat enim, ne quis ob causam orandam donum, munusve caperet. Ejus meminit *Cic. de orat. c.* 71. Dicta est etiam *lex muneralis*, ut ex fragmento *Plauti* docet *Festus*.

Cincticulus, m. 2. *grembiale*, Ger. *leibgirtel*, Gal. *petite ceinture*, Hisp. *pequena cinta*, διαζωμάτιον, dimin. a cinctulus, puerilis amiculi genus, quod fere sub umbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur. *Plaut. in Bacch.* 3. 3. 28. Cincticulo præcinctus.

Cinctorium, n. 2. *cintura*, *ciarpa*, ζωστήριον, cinctus, vel cingulum, ex quo pugio dependet. *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 1. Marti pro simulacris enses, & cinctoria dedicant.

Cinctorius, a, um, adject. paratus ad pugnam, gladiatorius. *Plin. l.* 7. *c.* 7. Tu, cujus semper cinctoria mens.

Cinctura, æ, f. 1. *cintura*, cinctus. *Suet. in Cæs. c.* 45. Cingeretur fluxiore cinctura. ¶ In illo *Quintil.* 11. 3. Pars togæ prior mediis cruribus optime terminatur, posterior eadem portione altior, quam cinctura, *cinctura* videtur esse ipsa tunica cincta. V. *Ferrar. de re vest. l.* 1. *c.* 24.

Cinctus, us, אזור, Ger. *gartel*, Gal. *ceinture*, Hisp. *cinta*, *cintura*, διάζωμα, tunicæ genus intra pectus corpus comprehendens, subligaculo similis, a cingo. Italice dici posse *grembiale*. Cinctus erat virorum, cingulus mulierum. *Varro* 4. *de L. L.* ¶ Gestabatur autem a viris, ut expeditiores essent ad agendum. Habebant enim soluta brachia, & ad exercendum habiliora. ¶ *Cinctus Gabinus* fuit ipsius togæ quædam conformatio in hunc modum. Lacinia ejus extrema lævo brachio subducta in tergum rejiciebatur, ac retrahebatur ad pectus, atque ita in nodum colligabatur, ut togam contraheret, & breviorem ac strictiorem redderet. Hujus autem cinctus origo est hujusmodi. Cum toga laxum vestimenti genus esset, & ad pugnandum inepta, repentina apud Gabios incursione hostium, cum non esset spatium deponendi togas, & sumendi chlamydes, subductam, & rejectam togam circa corpus complicaverunt, & ad pugnandum processerunt. *Virg. Æn.* 7. *v.* 612. & *Liv. l.* 5. *c.* 46. ¶ Est etiam *cinctus* idem quod zona, *cintura*, *cinto*. *Sueton. in Ner. c.* 51. & *Plin. l.* 23. *c.* 6.

Cinctus, a, um, nom. ex partic. a cingo, *cinto*, περιβεβλημένος, ut gladio cinctus, *Curt. l.* 9. *c.* 7. Cinctus multitudine immensa. *Vellei.* 2. 14. 1. h. e. stipatus, comitatus. Provincia cincta mari. *Cic. pro Flac. c.* 12. ¶ Cinctus pro militiæ addicto, *soldato*. *L.* 15. *ff. de mil. test.* ¶ Alte cinctus, h. e. industrius, gnavus, *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. *v.* 10. quod una voce *Alticinctus* dixit *Phædrus l.* 2. *fab.* 6. ¶ Cincta, flaminica veste velata. *Festus*.

Cinctutus, a, um, *vestito di grembiale*, ea veste indutus, quæ *cinctus* dicitur, ut Cethegi cinctuti, *Horat. de ar. poet. v.* 50. Cinctuti Luperci, *Ovid.* 5. *Fast. v.* 101. Nam Luperci seminudi, & solo cinctu velati per Urbem discurrebant.

Cinefactus, a, um, *ridotto in cenere*, in cinerem redactus. *Lucret. l.* 3. *v.* 920. At nos horrifico cinefactum te prope busto Insatiabiliter deflebimus.

Cineraceus, a, um, *cinerizio*, cineris colorem referens, *Plin. l.* 25. *c.* 13. Capnos cineracei coloris.

Cinerarium, ii, n. 2. sepulcrum, cineris mortuorum receptaculum. *Vet. Inscript.* apud *Grut. p.* 850. *n.* 10. Fratri optimo, & piissimo cinerarium fecit.

Cinerarius, idem ac ciniflo. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 29. Qui calamistros calefactos in cinere ministrabat, a cinere Cinerarius est appellatus. *Catull. carm.* 60. *v.* 138. Nunc tuum cinerarius tondet os. Sic *Tertul. l.* 2. *ad Uxor. c.* 8. in luxu feminarum nobilium & cinerarios ministros posuit. V. Ciniflo.

Cineresco, is, ere, in cinerem abeo, *andar in cenere*. *Tertul. Apolog. c.* 40. *de Sodomis*: Poma contacta cinerescunt.

Cinereus, a, um, *cinerizio*, quod cineris est, vel cineris colorem refert. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Non eundem vel nigri, vel cinerei coloris.

Cine-

Cinericíus, vel Cineritius, a, um, *cinerizio*, cinereus. *Varr. R. R. l.* 1. *c.* 9. Terra cinericia.

Cinerósus, a, um, cinerum plenus, cinereus. *Apul. Met. l.* 7. *fub fin.* Cinerofa canities.

Cingillus, i, vel Cingillum, i, diminut. parvum cingulum. *Petron. in fragment. Tragur.* Venit Gabino fuccincta cingillo. Vet. Gloff. Cingillus, σβέδιον, ζώνιον.

Cingo, is, xi, ctum, a. 3. coerceo, comprehendo, circundo, *cingere, circondare*, חגר, Ger. *umbgirten, umbgehen*, Gal. *ceindre, environner*, Hifp. *cenir*, ζώνυμι. Eft quinti ordinis Activorum. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c. ult.* Diligentius urbem religione, quam ipfis mœnibus cingitis. *Liv. l.* 7. *c.* 39. Cingere caftra vallo. ¶ Cingere urbem obfidione, *ftringer d' aſſedio*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 52. Cingere fe gladio, *metterſi la ſpada*. *Liv. l.* 7. *c.* 10. ¶ Cingi venenis, *Val. Flac. l.* 6. hoc eſt armare fe venenis. ¶ *Claud. in* 1. *conſ. Stilic. v.* 102. Diverſos tecum cinguntur in uſus, *hoc eſt* accinguntur. Quo ſenſu videtur uſurpari a *Plauto Amphitr.* 1. 1. 152. Cingitur, certe expedit ſe. ¶ Cingere etiam de arboribus dicitur. *Paul. l.* 5. *ff. arb. furt.* Cædere eſt non ſolum ſuccidere, eſt etiam ferire cædendi cauſa, cingere eſt deglabrare. ¶ *Cingere aliquem* aliquando eſt ſtipare, comitari. *Ovid.* 4. *de Pont.* 9. 17. Dumque latus ſancti cingit tibi turba ſenatus. ¶ Cingere locum aliquem, h. e. circumire. *Lucan.* 9. 372. terra cingere Syrtim. *h. e.* terreſtri itinere obire. ¶ Dicitur & de fluminibus. *Cæſ. l.* 1. *B. G. cap.* 38. Flumen totum oppidum cingit. *ſcorre intorno*. ¶ Poetice interdum ſignificat occupare. *Virg. Æn.* 5. *v.* 13. cinxeruut æthera nimbi. ¶ Aliquando eſt militare verbum. *cingi* enim milites dicuntur, cum militiæ nomen dant. *Papinian. Dig. l.* 29. *tit.* 1. *leg. penult.* Filius familias equeſtri militia exornatus, cingi teſtem juſſus, &c.

Cingŭla, æ, f. 1. *cigna*, *cinghia*, חגורה, Germ. *voſſgirrel*, Gal. *ſangle*, Hiſp. *cincha*, ζώνη, qua cinguntur jumenta. *Ovid. de rem. amor. v.* 237. Ut nova velocem cingula lædat equum.

Cingăli, homines ſatis tenues in iis locis, ubi cingi ſolemus. *Feſt.*

Cingŭlum, n. 2. *cintola*, *cintura*, חגר, Germ. *ein girtel*, Gal. *ceinture*, Hiſp. *cinta de la muger*, ζώνη. *Varro l.* 4. *de L. L.* Cinctus, & cingulum a cingendo; alterum viris, alterum mulieribus attributum. *Et paulo poſt*: quod cingulum e corio habebant bullatum, baltheum dictum. ¶ Cæterum hæc vox & viris ſæpiſſime tribuitur: nam cingulum militiæ inſigne fuit, & pro ipſa militia ponitur. Hinc cingulum ſumere, vel abjicere. *Sever. Sulpic. dial.* 2. *de virtutib. S. Martini*: Miles quidam cingulum in Eccleſia monachum profeſſus abjecerat. *Virg. Æn.* 12. *ſub fin.* Notis fulſerunt cingula bullis. ¶ Eſt etiam *Cingulum* nomen oppidi in Piceno, nunc *Cingoli*, a Labieno conditum, ut docet *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 15. ¶ Ejus incolæ *Cingulani* dicuntur a *Plin. l.* 3. *c.* 13.

Cingŭlus, i, m. 2. idem quod cingulum. *Cic. de Somn. Scip. c.* 6. Cernis terram quaſi quibuſdam redimitam, & circundatam cingulis, e quibus duos maxime inter ſe diverſos, & cæli verticibus ipſis ex utraque parte ſubnixos obriguiſſe pruina vides.

Cinĭffo, onis, m. 3. Ciniflones, qui & Cinerarii, ita dicti ab officio calamiſtrorum, quod ſcilicet acus, & veruta flando calefaciebant, quibus matronæ crines criſpabant. Unde inter luxus miniſtros numerantur. *Horat. l.* 1. *Sat.* 2. *v.* 98. Cuſtodes, lectica, ciniflones, parafiti.

Cinĭpes, vel Cinifes, κνίπες, & κνίφες, muſcæ minutiſſimæ, ſed aculeis permoleſtæ, a ſing. κνίψ, idem. *Iſid. l.* 12. *Orig. c.* 8. Adde *Sever. Sulpic. hiſt. ſacra l.* 1. *c.* 14.

Cinis, eris, ab antiq. nomin. *ciner*, hodie m. g. olim etiam f. 3. *cenere*, אפר, רשן, Germ. *aſch*, Gall. *cendre*, Hiſp. *ceniya*, τέφρα, pulvis, in quem materia uſta reſolvitur. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 15. *v.* 39. Verti in fumum, & cinerem. *Catull. carm.* 68. *v.* 90. Troja virum, ac virtutum omnium acerba cinis. ¶ Cineres etiam pro funerum reliquiis, & pro ipſis defunctorum Manibus uſurpantur. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 75. Agrippina aſcendit claſſem cum cineribus Germanici. *Horat. de Arte Poet.* Utrum minxerit in patrios cineres. *Virg.* 4. *Æn. v.* 552. Fidem ſervare cineri.

Cinĭſcŭlus, li, m. parvus, vel paucus cinis. *Prudent. Cathemer.* 10. *v.* 149. cinifculus arens Minimi menſura pugilli.

Cinnabăris, is, f. 3. κιννάβαρι, eſt gummi arboris Indicæ, quod ahenis decoquitur, & vocatur ſanguis draconis propter colorem. Hinc nata eſt fabula *apud Plin. l.* 33. *c.* 7. ſaniem eſſe draconis elephanti morientis mole oppreſſi, permixto utriuſque ſanguine. ¶ Eſt & cinnabaris factitia, ex ſulphure, & argento vivo. *Plin. l.* 33. *c.* 7.

Cinnabări, is, n. idem quod cinnabaris. *Plin.* 33. 7. Minium quidam vocant cinnabari. Al. leg. cinnabarim.

Cinnamĕus, a, um, adject. a cinnamo, ut cinnameus odor, *Apul. l.* 8. *A. A.* Et *l.* 5. Crines cinnamei.

Cinnamolŏgus, i, m. 2. qui cinnamum legit. Nomen eſt avis cujuſdam in Arabia, vel India. *Plin. l.* 10. *c.* 33. ¶ *Solin. c.* 33. (alias 46.) Cinnamolgum contracte vocat: ex quo aliqui *Cinnamulgum* fecerunt.

Cinnamomĭnus, a, um, ad Cinnamomum pertinens, ut unguentum cinnamominum. *Plin.* 13. 1. ubi al. leg. cinnaminum.

Cinnamōmum, i, n. 2. *cannella*, κιννάμωμον, idem quod Cinnamum. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Cinnamomum, & caſias fabuloſe narravit antiquitas. ¶ Poetæ interdum eliſo altero n, primam corripiunt.

Cinnămum, n. 2. *cannella*, Κίνναμον, frutex in Æthiopia Troglodytis contermina, humilis, & furculoſus, duorum cubitorum altitudine. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Cinnami duo genera, candidius, nigriuſque: quondam præferebatur candidum: nunc contra nigrum laudatur. ¶ Frequenter poetæ uſurpant in num. plur. *Ovid.* 15. *Met. v.* 399. Quaſſaque cum fulva ſubſtraxit cinnama myrrha. *Martial. l.* 4. *epigr.* 13. Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo.

Cinnămus, i, n. idem quod cinnamum, vel cinnami ramuſculus. *Solin. c.* 33. (*al.* 46.) Phœnix rogos ſuos ſtruit cinnamis, quos prope Panchaiani concinnat.

Cinnānus, a, um, adject. ad Cinnam pertinens, ut Cinnanus tumultus, & Cinnanæ partes, apud *Nepot.* 25. 2. 2. ¶ Fuit autem L. Cornelius Cinna civis R. qui bello civili contra Syllam ſtetit, & a ſuis tandem interfectus eſt. *Flor. & Vellej.*

Cinnāris, f. 3. herba, cervis remedium adverſus venenata pabula. *Plin. l.* 8. *c.* 7.

Cinnus, i, m. 2. commixtio eſt multarum rerum, ſecundum *Non. c.* 1. *n.* 295. Sic *Cic. in Orat. c.* 6. *de dicendi generibus*: Eſt autem quidam interjectus inter hos medius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum, ut cinnus amborum. Ita legit *Gruter. ex Nonio*. ¶ Sumitur & vulgo pro capillis intortis, & affertur locus *Plauti Trucul.* 2. 2. 32. Verum meliores libri *cincinnus*, pro cinnus, habent. ¶ Eſt item potionis genus ex frumento coctæ, vel ſecundum *Non. c.* 1. *n.* 297. ex variis liquoribus confectæ. *Arnob. l.* 5. *p.* 174. Sitienzi adoris oggerit potionem cinnum, cyceonem quam nuncupat Græcia.

Cinyphius, a, um, adject. a Cinypho. *Virg.* 3. *Georg. v.* 312. Cinyphii tondent hirci. V. Cyniphius.

Cinyps, Cinyphus, Macer, *Magra*, fl. Africæ, qui oritur ex deſertis Libyæ, & in Mare Medit. ſe exonerat, inter Tripolim novam, & prom. Mezrataim, prope Leptim. Pop. Cinyphii V. Cinyphius.

Cinyras, æ, Κινύρας. Cinyræ duo fuerunt, Phœniciæ rex alter, alter Cypri, a quo fit

Cinyreius, a, um, adject. *Ovid.* 10. *Met. v.* 369. At virgo Cinyreia pervigil igne carpitur indomito.

Cinyrēus, a, um, ad Cinyram pertinens. *Lucan. l.* 8. *v.* 716. Cinyreæ litore Cypri. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 1. *v.* 214. Cinyrea germina.

Cinxia, Juno dicebatur, quod nuptiis præeſſet. Inito enim conjugio ſolvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. *Feſtus*.

Cio, cis, civi, citum, a κίω, eo. Eaſdem habet ſignificationes ac cieo. *Colum. l.* 6. *c.* 5. Ea res aut cit alvum, aut movet febrem. ¶ Primam in ſupino ſyllabam producit, unde *accītus*, *excītus*: *cieo* vero corripit; unde *concītus*, *incītus*, &c.

Cippus, i, m. 2. valli genus ex trunco arboris: unde & Vet. Gloſſar. κεφαλὴν, truncum exponit. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 73. Truncis arborum, haud admodum firmis ramis acciſis, atque horum dolabratis, atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ ducebantur. Huc illi ſtipites demiſſi, & ab infimo revincti, ne revelli poſſent, ab ramis eminebant, quo qui intraverant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant: hos cippos appellabant. ¶ Dictus eſt a capiendis pedibus: unde ſumitur etiam pro vinculo ligneo, quo fontium pedes alligantur, *ceppo*, ποδοκάκη, ſive ποδοστράβη. Vet. Gloſſar. Soleas ligneas vocat *Auctor ad Heren. c.* 13. & *Cic. de Invent. l.* 2. *c.* 2. ¶ Eſt etiam columella quadrata, in ſepulcris cum memoria, & titulo aliquo poſita. *Horat. l.* 1. *Sat.* 8. *v.* 12. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ne ſequerentur. ¶ Cippis utebantur etiam ad ſtatuendos, & diſcernendos agrorum terminos. Vet. Gloſſ. Cippus, ὅρος λίθινος, h. e. terminus lapideus. *Vet. Inſcript.* Terminavit ripam R. R. proximo cippo.

Circa, *intorno*, סביב, על, Germ. *herumb*, *umb*, *ungefehr*, Gal. *environ*, *pres*, Hiſp. *entorno*, *cerca*, περὶ, circum, juxta, a circus, præp. quæ regit acc. & dicitur de loco, & de perſona. *Horat. l.* 1. *od.* 25. Circa jecur. *Quintil. proœm. l.* 1. Circa ima ſubſiſtere. *Suet. in Domit. c.* 9. Omnes circa ſe liberaliſſime profecutus. *h. e.* quorum conſuetudine utebatur, ut οἱ περὶ αὐτὸν apud Græcos. ¶ Aliquando ad tempus refertur. *Plin. l.* 9. *c.* 18. circa eum menſem. ¶ *Id. l.* 8. *c.* 16. Varia circa hæc opinio. h. e. de his. ¶ Interdum eſt adverbium. *Cicer. Attic. l.* 4. *ep.* 9. Ea quæ circa ſunt, velim inviſas.

Circæa, f. 1. herba, ſtrychno ſativo ſimilis, flore nigro, & puſillo, ſemine minii magnitudine, radice ſemipedali. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Circæum, Circeum, Circæus mons, *Monte Circello*, mons, & prom. Latii, nunc Campaniæ Romanæ, ad cujus radices fuit urbs Circæi, al. Circeji, Circæum, Circejum, urbs Volſcorum. Locus nunc dicitur, *citrà Vecchia*.

Circæus, a, um, o. 1. 2. quod ad Circen ſpectat. *Virg.* 7. *Æn. v.* 10. Proxima Circææ raduntur litora terræ. *Propert.* 2. 1. 55. Circæum gramen. *h. e.* herbæ veneficæ. ¶ Item adject. a Circæo monte, ut Circæa mœnia, *Horat. Epod.* 1. *v.* 30.

Circanēa, f. 1. omnis avis, quæ volans circuitum facit, ſeu volando in gyrum ſe vertit, a circando, quia circando agros oberrat. *Feſt. Voſſ.* Al. leg. Circenda.

Circātor, vel circītor, m. 3. qui vigilias circuit, & renuntiat, ſi qua culpa admiſſa ſit. *Veget. l.* 3. *c.* 8. Idoneos tribuni, & probatiſſimos eligunt, qui vigilias circumeant, quos Circuitores appellabant: Nunc militiæ factus eſt gradus, & Circitores (unus cod. habet *Circatores*) vocantur. V. ibi *Stewech.* ¶ Appellantur & Circitores, qui merces ad diſtrahendum circumferunt. *Ulpian. l.* 5. *Dig. de inſtitor. act.* §. 4. Sed eos etiam inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam; quos vulgo Circitores appellamus. Gloſſ. Vet. Circitores, περιτάλοι. V. *Voſſ. Etymol. v.* Circitor.

Circe, f. 1. Κίρκη, filia Solis, & Perſes, ſeu Perſeidis Nymphæ, ſoror Æetæ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Veneficii peritiſſima ſuis poculis exteriora hominis fertur in beſtias transformaſſe. Sarmatarum Regē, cui nupſerat, veneno ſublato, Regnoque per ſcelus parto, cum crudelius imperaret, ab incolis pulſa in Italiam profugit, & in monte Latii in Volſcis, herbarum feraciſſimo, qui ab illa *Circeus* eſt appellatus, ſedem ſibi delegit. Ibi Glauci amore capta eſt, qui a Scylla, quam deperibat, repulſus, ad Magicam Circes artem confugerat. Sed ab illo Scyllæ poſthabita Rhegium ſe contulit, fontem, in quo ſe Scylla lavare conſueverat, venenis infecit, & virginem in monſtrum marinum commutavit. Socios item Ulyſſis, quos ille duos, & viginti præmiſerat, inter quos Eurylochus, Macareus, Polytes, Ephenor numerantur, in ſues vertit, Eurylocho excepto, qui a Mercurio de Circes veneficiis præmonitus, & moly herba munitus fuerat. Sed illis deinde Eurylochi amore humanam ſpeciem reddidit. Ulyſſem mox hoſpitio ſuſcepit, quem una cum ſociis anni ſpatio, & ampliore apud ſe detinuit. Ei Telegonum peperit. Cum in ſylva quadam Circe herbas legeret, amore Pici filii Saturni Regis Laurentium exarſit, qui uxorem habebat Canentem, ſeu Pomonam filiam Jani, & Veniliæ. A Pico rejecta, illum in avem immutavit, ſocios in varia genera ferarum. *Ovid.* 14. *Met.* Dicitur & *Circa*, æ, poſitione Latina. *Plaut. Epid.* 4. 2. 34. Hanc aſſerva Circam Solis filiam.

Circejenſis, ſe, ad Circejos pertinens. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 19. Circejenſes coloni.

Circeji, urbs in monte Circæo. *Liv. l.* 27. *c.* 9. & *l.* 29. *c.* 15. enumerat inter colonias Romanas. V. Circæum.

Circeium. V. Circæum.

Circellus, li, m. parvus circulus. *Circelli ifficiati* apud *Apic.* 2. 5. ſunt farcimina in circuli formam & rotunditatem efficta. *boldoni*. Al. leg. *circillus*.

Circenſes ludi, ἡ ἱππόδρομία, ludi, qui in Circo fiebant, ut Romani, Plebeii, Apollinis, Auguſti, Cereris, Magnæ Matris Deorum, Martis, &c. Dicti ſunt, quia in Circo peragebantur. Aliqui volunt dictos eſſe, a *circum*, & *enſis*, quod olim agerentur in litore fluminis, ab altero latere poſitis enſibus, ut ignavi præſens periculum ex omni parte haberent. *Varr. l. de gen. Pop. R. Iſidor. l.* 18. *Orig. c.* 27. *Tertull. l. de ſpect. Serv.* 3. *Georg.* & 8. *Æn. Caſſiod. l.* 3. *Var. ep.* 51. Sed non ante vocati ſunt Circenſes, quam iis edendis Tarquinius Priſcus circum extruxit. Antea enim hæc ſpectacula vel dicebantur a Deo, cui ſacra erant, ut *Conſualia* a Conſo, vel a rerum, quibus fiebant, miniſterio, ut *Equiria* ab equorum curſu. Græci putant, Circen Solis filiam primam patri inſtituiſſe ludos Circenſes, atque a ſuo nomine appellaviſſe, ut ſcribit *Iſid. l.* 18. *c.* 28. ¶ Hi ludi poſiti erant in curſu equorum, qui currus traherent, in curſu hominum, qui pedibus currerent, in pugillatu, & in lucta.

Circenſis, e, adject. o. 3. ad Circum pertinens, ut Circenſes ludi, de quibus V. ſup. ¶ Dicuntur etiam Circenſes abſolute. *Juven. ſat.* 10. *v.* 80. Duas tantum res anxius optat (populus R.) Panem & Circenſes.

¶ Cir-

¶ Circenſe tomentum fiebat ex paluſtrium arundinum paniculis conciſis, & fartis, quibus pauperiores pro culcita utebantur. *Martial.* 14. 160. ¶ Dicti ſunt Circenſes vel quia Circenſibus ludis hujuſmodi cultitas ſibi ſpectatores ſternere ſoliti ſunt, vel a paludibus circa Circeios, circa quas ejus tomenti vis magna fuit.

Circerus, V. Cercurus.

Circes, hujus circitis, m. 3. circus, apud veteres. *Feſt.* Circites, circuli ex ære facti. ¶ Nec tantum ex ære, ſed e qualibet materia. *Sidon. carm.* 22. *v.* 222. Umbrat multicavus ſpatioſo circite fornix.

Circidius, m. 2. *Pranello*, vel *Bavona*, fl. Corſicæ, qui fluit apud urb. Adjacenſem in ora Occidua, & in Caſalum ſinum influit.

Circillus, V. Circellus.

Circinatio, onis, f. 3. Κύκλωσις, *cerchio*, *circuito*, verbal. a circino. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. Ducatur ex eo centro rotunda circinatio. Et *l.* 9. *c.* 6. Propter eam circinationem (Mercurius, & Venus) in ſpatiis ſignorum morantur.

Circinatus, a, um, nom. adject. ex particip. circino ductus. *Plin. l.* 16. *c.* 23. Circinata rotunditas.

Circino, as, a. 1. *ritondare*, הוג, Germ. *circkeln*, Gall. *circuir*, *etendre en rond*, *tournoyer faire un cercle avec le compas*, Hiſp. *rodear*, *compaſſar*, Κυκλεύω, eſt rotundum facere, vel circino circulum facere. *Plin. l.* 16. *c.* 38. Circinantur in pulpam. ¶ Item circumire. *Ovid.* 2. *Met. v.* 723. Eaſdem circinat auras.

Circinus, m. 2. *feſta*, *compaſſo*, מהוגה, Germ. *ein cirkel*, διαβήτης, inſtrumentum, quo circuli deſignantur, a circus, vel a circando. *Plin. l.* 2. *c.* 15. Omnia hæc conſtant ratione circini ſemper indubitata.

Circitellus, vel Circitillus, V. Ceſticellus.

Circiter, præp. circa, prope, fere, non multo ſecus, *intorno*, *circa*, יגל, ב, Germ. *umb*, *herumb*, περὶ, ἀμφὶ, refertur ad tempus, & ad numerum. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 50. Circiter meridiem. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 47. Octavam circiter horam. ¶ Interdum adverbium eſt. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 17. A. D. VI. circiter Idus Majas. *Aurel. Vict. in Tacito:* Menſe circiter poſt.

Circitor, V. Circator.

Circius, m. 2. ventus violentiſſimus, peculiaris Galliæ Narbonenſis, a circus, ob turbinem ejus, ac vertiginem, qua omnia turbat, ac circumvertit. V. *Plin. l.* 2. *c.* 47. & *Senec. l.* 5. *Queſt. Natur. c.* 17. ¶ *Gell. l.* 2. *c.* 22. Cercium vocat. ¶ Spirat inter occidentem æſtivum, & ſeptemtrionem, & dicitur ab Italis *maeſtro tramontana*, a Gallis *nord-oueſt*, vel *nord-oueſt-nord*.

Circo, as, a. 1. περιβάινω, circumeo. *Propert. l.* 4. *el.* 9. *v.* 35. Fontis egens erro, circoque ſonantia lymphis. Ita reſtituit *Scalig.* Vet. Gloſſ. Circitat, & circat, κυκλεύει.

Circos, vel Circus, i, m. Κίρκος, accipitris genus. *Plin. l.* 10. *c.* 7. ¶ Item gemma pyris ſimilis. *Id. l.* 37. *c.* 10.

Circuĕo. V. Circumeo.

Circuitĭo, f. 3. *l'andare intorno*, περίοδος, verbale a circneo. *Liv. l.* 3. *c.* 6. Circuitio, ac cura Ædilium pl. erat. ¶ Translate ſumitur pro gyro, & multitudine verborum. *Cic.* 3. *de Div.* Hic circuitione quadam Deos tollens certe non dubitat divinationem tollere. ¶ *Vitruv. l.* 6. *c.* 6. Duo triclinia cum circuitionibus: *corridori*.

Circuĭtor, oris, qui circuit. Legitur in *fragm. Tragur. Petron.* pro eo, qui fundum circuit, & cuſtodit. Alii tamen leg. *circumitor*, alii *circitor*.

Circuĭtus, & circumitus, us, m. 4. converſio, periodus, ambitus, orbis, *giro*, *circuito*, περίοδος, verbale a circumeo. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* 19. Circuitus Solis orbium quinque, & 60. & 300. quarta fere diei parte addita, converſionem conficiunt annuam. *Id.* 3. *de Orat. cap.* 51. Circuitum, & quaſi orbem verborum conficere. *Senec. epiſt.* 79. Circumitus Siciliæ totius. ¶ Circuitus febrium, *Celſ. l.* 3. *c.* 5.

Circuĭtus, vel Circumitus, a, um, o. 1. 2. περιαγωγὴ, circunductus, nom. ex partic. paſſ. a circumeo. *Cic. in fragm. pro Cornel.* Circuitis roſtris ejicerentur lapidibus homines. *Liv. l.* 37. *c.* 42. Subſidia circumita a tergo cædebantur.

Circulāris, e, *circolare*, circulo ſimilis, rotundus. *Martian. Capell. l.* 6. Lineares ductus, circulares flexus.

Circulatim, adv. per circulos, *circolarmente*, Κυκλοτερῶν. *Sueton. Cæſ. c.* 84. In publico luctu externarum gentium multitudo circulatim ſuo quæque more lamentata.

Circulatĭo, onis, f. *circolazione*, *giro*, circulandi actus, ambitus. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Mercurii ſtella ita pervolitat, ut trecenteſimo, & ſexageſimo die per ſignorum ſpatia currens perveniat ad ſignum, ex quo priore circulatione cœpit facere curſum.

Circulātor, m. 3. & circulatrix, f. 3. circumforaneus, homo vulgaris, vagus, ſordidus, quem Hor. cyclicum dicit, *cantambanco*, *ciarlatano*, Germ. *ein gaukler*, Gall. *charlatan*, *bateleur*, Hiſp. *charlatan*, *chocarrero*, ἀγύρτης, qui in foro, vel per vicos urbis cantu, ſaltatione, fabulis, prætigiis, ludis homines ad ſe trahit, & oblectat lucri cauſa, a circulus, quia circuit, vel circulum hominum facit. *Aſin. Poll. Cic.* 10. *Fam. ep.* 32. Circulator quidam actionum notiſſimus. *Corn. Celſ. l.* 5. *c.* 27. Quod per quædam medicamenta circulatores faciunt.

Circulatorĭus, a, um, o. 1. 2. ἀγυρτικὸς, quod ad circulatorem ſpectat. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Extemporalis garrulitas circulatoriæ jactationis.

Circulatrix, icis, fem. a circulator. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 3. Fœda lingua probra circulatricis.

Circulātus, a, um, in circulum, ſeu in gyrum actus. *Cæl. Aurel. Chronic. l.* 1. *c.* 1. Circulatus greſſus vertiginem ingerit ægrotanti.

Circŭlo, as, n. & a. 1. *circondare*, Gal. *environner*, Hiſp. *cercar*, περιβαίνω, περιβάλλω, eſt circumire, circundare, in circulum formare. *Apul. in Flor. l.* 2. *al. n.* 9. Ipſe ejus anuli & orbiculum circulaverat. ¶ Item caput modo huc, modo illuc verſare. *Cic. de clar. Or. c.* 54. Videt oſcitantem judicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem. V. *Pet. Vitt. l.* 7. *Var. Hiſt. c.* 13.

Circŭlor, aris, depon. 1. *circuire*, *andar'intorno*, περιοδεύω. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 64. Totis vero caſtris milites circulari, & dolere, hoſtem e manibus dimitti. ¶ Item vagari oſtentandi artificii, & quæſtus faciendi cauſa, ut circulatores ſolent, qui & inde ſic appellantur. *Senec. epiſt.* 88. Appion Grammaticus, qui ſub C. Cæſare tota circulatus eſt Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus. Adde *epiſt.* 40.

Circŭlus, m. 2. orbis, gyrus, ambitus, *cerchio*, *circolo*, חוג, Germ. *ein circKel*, Gal. *cercle*, Hiſp. *circulo*, Κύκλος, dim. a *circus*, eſt figura plana, unica tantum linea curva contenta, quæ peripheria, ſeu circunferentia dicitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 18. Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus, ex planis autem circulus, aut orbis. ¶ Per translationem circulus pro corona, ſeu cœtu hominum in orbem congregatorum ſumitur. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 18. Sermo in circulis duntaxat, & in conviviis eſt liberior, quam fuit. ¶ Circulus item eſt libi genus a figura ſic dictum. *Varr.* 4. *de L. L.* Circuli, quod mixta farina caſeo, & aqua circuitum æquabiliter fundebant. V. ibi *Scalig.* Adde *Popiſc. in Tacit. c.* 6. ¶ Apud Mathematicos Circuli dicuntur quidam ambitus, ſeu orbes, quos conſtituerunt ad certos Cæli fines deſcribendos, finiendoſque. *Varr. l.* 8. *de L. L. c.* 18. ¶ Variis nominibus vocantur, ut Horizon, Meridianus, Æquator, &c. *Manil. l.* 1. *v.* 564. Circulus ad Boream fulgentem ſuſtinet Arctos. ¶ *Circlus*, per ſyncop. pro circulus, *Virg.* 3. *Georg. v.* 166. tenui diſcrimine circlos.

Circum, *intorno*, יגל, סביב, Germ. *umb*, *herumb*, Gal. *à l'entour*, Hiſp. *en derrevor*, περὶ, præp. quæ acc. ſervit. *Cic. in Verr.* 4. *c.* 70. Is Prætorem circum omnia fora ſectabatur. ¶ Quandoque ponitur adverbialiter. *Virg. Æn.* 4. *v.* 416. Anne vides toto properari litore circum?

Circumactĭo, onis, f. 3. *Vitruv. in fi. l.* 9. Sol rediens circumactione ad Capricornum, *col volgerſi intorno*. ¶ Translate *Gell. l.* 17. *c.* 20. Enthymema brevibus, & rotundis numeris, cum quadam æquabili circumactione devinctum.

Circumactus, us, ui, m. 4. idem quod circumactio, ut circumactus rotarum, *il girar delle ruote*. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Et *l.* 8. *c.* 31. Collum flecti, niſi circumactu totius corporis nequit.

Circumactus, a, um, *voltato intorno*, in gyrum actus. *Plin.* 9. 33. Circumactus in orbem. ¶ Item tranſactus. *Liv.* 6. 1. Anno circumacto. *Plin.* 7. 16. Circumacto triennio.

Circumadnītens, entis. *Salluſt. in fragm.* In obſidione moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente. *h. e.* nullo eorum, qui circa erant, opem ferente.

Circumaggĕro, as, are, *ammucchiare intorno*, περιχωννύω, aggerare in circuitu. *Colum. l.* 5. *c.* 11. Stercoratam terram circumaggerato. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Terra minuta circumaggerare radices.

Circumăgo, gis, egi, actum, a. 3. *menare intorno*, circumduco. *Apul.* Nudum hominem circumagens, omnibus oſtendebat. *Liv. l.* 1. *c.* 24. Circumagere frenis equos. ¶ Sumitur eleganter pro flectere, compeſcere, *piegare*, *raffrenare*. *Sueton. in Cæſ. c.* 70. Decumanos ingentibus minis, ſummoque etiam Urbis periculo miſſionem flagitantes, una voce, qua Quirities eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit, & flexit, ut ei milites eſſe conteſtim reſponderint. ¶ *Senec. epiſt.* 8. Philoſophiæ ſervias, oportet, ut tibi contingat vera libertas: non differtur in diem qui ſe illi ſubjecit: ſtatim circumagitur. *h. e.* manumittitur, & in libertatem vindicatur. nam qui manumittendus erat, prehendebatur dextra a domino, inque orbem circumagebatur, ſicque liber erat. ¶ *Liv. l.* 9. *c.* 18. Ante tempus comitiorum cauſa revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: *paſsò l'anno*. ¶ Apud *Plin.* 23. 5. circumagere ſtomachum, *ſconvolgere*. ¶ *Juvenal. ſat.* 9. *v.* 81. Quo te circumagas? *h. e.* quo te vertas, quo confugias?

Circumambŭlo, n. 1. in circuitu ambulo. *Paulus JCtus in l. Poſſideri. Dig. de acquir. poſſeſſ.*

Circumamictus, a, um, adject. circumdatus, *veſtito all'intorno*, *o circondato*. *Petron. Satyr. c.* 100. Quaſi ſomnio quodam turbulento circumamictus.

Circumāro, n. 1. arando circundo. *Liv. l.* 2. *c.* 10. *ſub fin.* Agri quantum uno die circumaravit, datum.

Circumaſpĭcĭo, is, exi, ectum, a. 3. *guardar intorno*. Affertur a Lexicogr. quibuſdam locus *Plinii l.* 8. *c.* 33. Sed ibi legitur *circumſpicit*, pro *circumaſpicit*.

Circumcæsūra, æ, f. 1. περικοπὴ, περιγραφὴ, extremitas cujuslibet rei, extremum lineamentum. *Arnob. l.* 3. Deos filo atterminatis humano, & quod indignius multo eſt, terrenorum corporum circumcæſura finitis. *Lucret. l.* 3. *v.* 220. Extima membrorum circumcæſura tamen ſe Incolumem præſtat.

Circumcæſus, a, um, adject. circumſectus, *tagliato intorno*. *Lucret. l.* 3. *v.* 404. Quavis eſt circumcæſis lacer undique membris.

Circumcalco, V. Circumculco.

Circumcelliōnes dicti ſunt homines monachorum habitu, qui circum cellas vagabantur, non habentes ſtabilem ſedem. Item hæretici quidam inſano amore martyrii ſe ipſos perimentes. *Auguſtin. in Pſalm.* 132. & *epiſt.* 169. & 265.

Circumcidanĕus, a, um, o. 1. 2. ut vinum circumcidaneum, *vino di torchio*, quod poſtremo exprimitur, vinaceis, ubi fluere deſierint, circumquaque accifis, *Cato de R. R. c.* 23. h. e. quod poſt primam preſſuram vinaceorum circumciſo pede exprimitur, ut loquitur *Colum. l.* 12. *c.* 36.

Circumcīdo, is, a. 3. περικόπτω, circum, vel per circulum incido, amputo, *Col. l.* 2. Ejuſdem ſpolii corticem circumcidito. ¶ Circumcidere vinum eſt a vino abſtinere. *Celſ. l.* 4. *c.* 20. Ubi ad ſe redit, circumcidendum vinum eſt in totum annum. ¶ Sic pro reſecare, removere. *Cic. lib.* 4. *Acad. Quæſt. c.* 45. Circumcidere, & amputare multitudinem ſententiarum. *Phædr.* 4. 19. Circumcidere impenſam.

Circumcingo, a. 3. *circondare*, περιζώννυμι, circumdo. *Siliut lib.* 10. *in princ.* Cum fera, quæ telis circumcingentibus ultro Aſſilit in ferrum.

Circumcirca, *d'intorno*, סביב סביב, Germ. *umb und umb*, *allenthalben*, Gal. *de toutes parts*, *tout a l'entour*, Hiſp. *de todas partes*, ab omni parte, ut Circumcirca proſpicere. *Sulpit. ad Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 5. Cœpi regiones circumcirca proſpicere.

Circumcirco, as, n. 1. circumeo. *Ammian.* 31. 2. Circumcircare regiones.

Circumcīſe, adv. breviter, abjectis verborum ornamentis. *Sueton. de clar. Rhetor. c.* 6. Circumciſe, ac ſordide, & tantummodo trivialibus verbis egit. Adde *Quintil.* 8. 3. *ſub fin.*

Circumcisĭo, onis, f. 3. *circoncifione*, מילה, Germ. *beſchneydung*, Gal. *circonciſion*, Hiſp. *circunciſion*, περιτομὴ, ſignaculum Judæorum. *Lactant. l.* 4. *c.* 17. Quod circumcilionem vacuefaceret.

Circumcisĭtĭus, a. 1. 2. idem, quod circumcidaneus. Legitur hæc vox apud *Varr. l.* 1. *de R. R. c.* 54. Sed libri variant. V. *P. Victorium*.

Circumciſorĭum, ii, n. inſtrumentum chirurgicum ad circum ſecandum. *Veget. l.* 1. *rei Veterin. c.* 26.

Circumcisūra, f. 1. inciſio in orbem facta, circumſectio. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Arbores ſtantes a circumciſura ficcatæ, fideliores.

Circumcīſus, a, um, adject. *tagliato intorno*, *troncato*, circumſectus. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Circumciſas ad medullam arbores aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor ſtantibus effluat. ¶ Item remotus, ablatus, *tolto via*. *Celſ. l.* 4. *ad fin. de convaleſcente:* Delectationis cauſa ambulare debet, circumciſa omni negotioſa actione. *Plin. lib.* 1. *epiſt.* 20. Circumciſa & brevis oratio. ¶ Item abſciſſus, præruptus. *Cic.* 6. *Verr. c.* 48. Planities ab omni aditu circumciſa, atque dirempta.

Circumclamātus, æ, um. *Sidon. carm.* 2. *v.* 506. Seſtias ora Helleſpontiacis circumclamata procellis. *h. e.* procellarum murmure circum completa.

Circumclaudo, & Circumcludo, is, ere, *ſerrar'intorno*, περικλείω, undique claudo. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Si nubes ſolem circumcludent. *Cæſ. lib.* 3. *B. C. c.* 30. Pompejus, ne duobus circumclauderetur exercitibus, ex eo loco diſceſſit.

Circumclūſus, a, um, undique clauſus, *chiuſo da ogni parte*, περίκλειστος. *Cic. Catil.* 2. *c.* 7. L. Catilina conſiliis, laboribus periculis meis circumcluſus.

Circumcŏla, æ, qui circumcolit. *Tertull. adverſ. Gnoſtic.* 3. Reſervatis gentium circumcolarum viribus.

Circumcŏlo, is, n. 3. circumhabito. *Liv. l.* 31. *c.* 41. Qui circumcolunt Bæben paludem.

Circumcordialis, le, adject. qui circa cor eſt, ut circumcordialis calor, *Tertull. de Anim.*, *c.* 43.

Circumculco, & Circumcalco, as, are, *calcare intorno*, περιπατεῖν. *Colum. l.* 5. *c.* 6. Radices operiamus, & circumcalcemus ipſum ſeminis codicem. Et *ibid.* Radices fimo bubulo ſcrobiculis deponi, ac diligenter circumculcari.

Circumcurro, n. 3. *correre intorno*, Ger. *umblauffen*, περιτρέχω, *Quint. l.* 1. *c.* 10. Illa circumcurrens linea ſi efficiet orbem. Et *l.* 2. *c. ult.* Circumcurrentem vocaverunt.

Circumcurſio, onis, actus circumcurrendi. *Apulei. lib.* 9. *Metam.* ubi alii aliter legunt.

Circumcurſo, as, n. 1. freq. a circumcurro, *correr' in fretta qua e là*, περιτρέχεσθαι, *Plaut. Rud.* 1. 4. 4. Omnia jam circumcurſavi, atque omnibus in latebris perreptavi.

Circumdātus, a, um, *circondato, attorniato*, περιβληθείς. *Virg.* 9. *Æn. v.* 462. Armis circumdatus. *Cæſ.* 1. *B. Gall. c.* 38. Hunc montem murus circumdatus arcem efficit. Ital. *attorniando. Celſ.* 6. 9. Reſina denti circumdata. *Nepos in Dat. c.* 3. Agreſti amiculo circumdatus. *Virg.* 2. *Æn. v.* 137. Dido circumdata chlamydem.

Circumdensātus, a, um, adject. *denſato intorno. Juvenc. lib.* 3. *v.* 713. *in Matth. c.* 21. Cui jugera multa nitentis Vineti ſepes circumdenſata coercet.

Circumdo, as, edi, atum, a. 1. circumvallo, cingo, ſepio, vallo, ſtipo, *circondare*, סבב, חקף, Germ. *umbgehen*, Gall. *environner, circuir*, Hiſpan. *cercar*, *y rodear*, περιβάλλω, eſt quidpiam circum quempiam ponere. *Cicer. de Univ.* Animum Deus circumdedit corpore, & veſtivit extrinſecus. *Id.* 5. *Tuſc. c.* 20. Cum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 106. Circumdare aliquem brachiis, *abbracciare*. ¶ Item circumſcribere. *Cic. l.* 1. *de Orat.* Exiguis quibuſdam finibus Oratoris munus circumdediſti. ¶ Item conciliare. *Tacit. in Agric. c.* 20. Egregiam famam paci circumdedit. *diede gran riputazione*.

Circumdŏlo, a. 1. eſt undequaque dolare, ſeu polire. *Plin. l.* 16. *c.* 32. Platanus etiam circumdolatis lateribus reſtibilis ſponte tacta.

Circumdūco, is, xi, ctum, a. 3. in orbem duco. *Cic.* 2. *Philip.* Ut vexillum videres, & aratrum circumduceres. ¶ Interdum eſt decipere. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 115. Per ſycophantiam, atque per doctos dolos eam circumducam lepidule. ¶ Et cum ablativo rei, *Plaut. Pœn.* 5. 2. 16. Circumducere aliquem pallio. *h. e.* pallium per fraudem furripere alicui. ¶ Apud Juriſconſultos eſt abolere, delere, abrogare, *annullare*. *Ulp. l. poſt edictum, ff. de re jud.* Tunc circumducendum erit edictum. ¶ *Sueton. in Ner. c.* 41. Reliquam diei partem per organa hydraulica novi, & ignoti generis circumduxit, h. e. tranſegit. ¶ Cum altero accuſativo ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo, *Plaut. Moſtel.* 3. 2. 157. Eho iſtum puer circumduce haſce ædes, & conclavia. ¶ Cum accuſ. & præpoſit. *per*, *Petron. in fin. Satyrici*. Circumducere aliquem per totam civitatem.

Circunductĭo, onis, f. *il condurre intorno*, ut circumductio ſphæræ. *Hygin. l.* 1. *Aſtronom. c.* 2. & 3. h. e. peripheria. Apud *Vitruv. l.* 8. *c. ult.* circumductiones aquæ ſunt, cum aqua oblique ad latera montis ducitur. ¶ In oratione circumductio eſt amplificatio & copia, opponiturque *paucioribus verbis* a *Quintil. l.* 9. *c.* 4. ¶ Eſt etiam deceptio, *inganno*. *Plaut. Capt. in fin.* Nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circumductio.

Circumductor, oris, qui circum ducit, μεταγωγεύς. Ita Latine vertitur Græca vox allata a *Tertull. adverſ. Valentinian. c.* 10.

Circumductus, us, ui, m. idem quod circumductio. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. *ad fin.* Quartam lineam deducent eodem circumductu.

Circumductus, a, um, nom. ex particip. *Senec. epiſt.* 12. Tot ætas partibus conſtat, & orbes habet circumductos majores minoribus. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 16. Numam it a balneo circumductus pallio? *h. e.* ſpoliatus. In illo *Quintil.* 11. 3. *ſub fin.* Infinito magis illa flecta, & circumducta ſunt: Me miſerum, me infelicem! Et, quid reſpondebo liberis meis? *circumducta*, h. e. longiore vocis ſono, & mora prolata, ut auribus ſedeant altius, & vim majorem habeant ad movendam miſericordiam.

Circumĕo, & Circueo, Circumis, & circuis, &c. circumire, & circuire, *andar' intorno, circondare*, περιέρχομαι. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 87. Circumire munitiones. *Galba Ciceroni l.* 10. *Fam. epiſt.* 30. Cum equites noſtrum cornu circuire vellent. *Stat. l.* 4. *Sil.* 4. *v.* 26. Inde ſonus geminas mihi circuit aures. *Nepos in Datam. c.* 7. Circumiri ab hoſtibus. ¶ Dicitur etiam de iis qui prenſant petendi cauſa. *Cæl. ad Cic. Fam.* 8. *ep.* 11. & *Plin. lib.* 6. *ep.* 6. ¶ Item de iis, qui decipiendi cauſa circumcurſant. *Ter. Phorm.* 4. 6. 8. Facinus indignum, Chreme! ſic circumiri! ¶ Circumire rem aliquam dicendo, eſt per circumlocutionem explicare, apud *Quintil. lib.* 12. *cap.* 10.

Circumequĭto, as, n. 1. equo circumeo. *Liv. l.* 10. *c.* 34. Duas turmas ſociorum circumequitare mœnia jubet.

Circumerro, as, are, circumeo. *Apul. de Mundo, p.* 71. Saturnus ſublimior triginta ſpatiis annorum circumerrat. Adde *Senec. l.* 2. *controverſ.* 9.

Circumferentĭa, æ, f. 1. *circonferenza*, *circolo*, περιφέρεια. *Apul.* 4. *Florid.* Sedilium circumferentia.

Circumfĕro, es, tuli, atum, *portar intorno*. *Cic.* 4. *Ver. c.* 42. Quæſo codicem circumferi, oſtende. *Liv. l.* 2. *c.* 10. Circumferens inde truces minaciter oculos. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 46. Sol circumfertur. ¶ Translate ſumitur pro luſtrare, expiare, ut expon. *Serv.* ad illud *Vir. Æn.* 6. *v.* 229. Ter ſocios pura circumtulit unda. Citat etiam *Plaut.* ubi ait *Amph.* 2. 2. 144. Quin tu iſtam jubes pro cerrita circumferri? *h. e.* tanquam inſanam, & furentem luſtratione curari. Fit enim luſtratio hoſtiis in orbem circumlatis. ¶ Ad nutum aliorum circumferri. *Curt. lib.* 5. *laſciarſi girare a piacer altrui*. ¶ Circumferre aliquid prædicatione, *Plin. jun. lib.* 3. *ep.* 11. *pubblicare*. ¶ Circumferri etiam dicuntur quæ publici juris, & uſus ſiunt. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Hæc opinio originem ab Iſocrate (ſi tamen revera ars, quæ circumfertur, ejus eſt) duxit. ¶ Circumferre ſe, *Ovid.* 2. *Amor.* 17. 29. Novi aliquam, quæ ſe circumferat eſſe Corinnam, *ſi ſpaccia per Corinna*.

Circumfīgo, is, a. 3. circum configo. περιπήγνυμι. *Cato R. R. c.* 20. Columellam ferream cunei ſaliginis circumfigi oportet bene.

Circumfingo, is, a. 3. *Tertull. de anim. cap.* 23. Qui exinde illis peccatricem circumfixerit animam. *h. e.* circumdederit.

Circumfirmo, as, a. 1. circumſepio, circum munio. *Col. lib.* 4. *c.* 17. Vitis quaſi quadrato circumfirmanda eſt agmine.

Circumflecto, is, a. 3. in gyrum flecto. *Virg.* 5. *Æn. v.* 130. Longos ubi circumflectere curſus. ¶ Apud Grammaticos *circumflectere* eſt accentu circumflexo ſyllabam notare, & pronunciare. *Gell. l.* 4. *c.* 7. Valerius Probus Hannibalem ita pronuntiabat, ut penultimam circumflecteret.

Circumflexĭo, onis, f. 3. *il piegare intorno, piegatura*. *Macrob. lib.* 1 *Somn. Scip. c.* 12. Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circumflexionis occurſu ambiendo complectitur, ut &c.

Circumflexus, a, um, o. 1. 2. περιτετμημένος, undique flexus, particip. a circumflecto. *Claudian. de* 6. *Conſ. Honor. v.* 391. Circumflexa ſæcula. *h. e.* revoluta, tranſacta. *Prudent. Apotheoſ. v.* 203. Anceps labyrinthus, & error Circumflexus agat. ¶ *Accentus circumflexus* dicitur a Grammaticis qui ex acuto, & gravi compoſitus ſyllabam longiore mora proferendam reddit. Hinc *circumflexæ ſyllabæ*, *& dictiones dicuntur*, quæ eo accentu ſignantur. *Gell.* 4. 7. Syllaba circumflexa.

Circumflexus, us, m. 4. *giro*, περιλαβεῖς, *ambitus*. *Plin. l.* 2. *c.* 1. Mundi circumflexu teguntur cuncta.

Circumflo, as, n. & a. 1. eſt undique flare, vel afflare. *Stat.* 11. *Theb. v.* 42. Circumflantibus Auſtris. *Cic. Verr.* 3. *c.* 41. Translate: Ut ab omnibus ventis invidiæ circumflari poſſe videatur.

Circumfluens, entis, nom. ex particip. ut circumfluens exercitus. *Cic. pro Mur. c.* 24. Circumfluens gloria. *Id. ad Att. l.* 2. *ep.* 2. Redundans & circumfluens oratio. *Id. de clar. orat.*

Circumflŭo, is, n. 3. *correre intorno a qualche coſa*, περιῤῥέω, eſt circum aliquid fluere, decurrere. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Nunc eam (Cariam) circumfluunt Mæander, & Moſſinus. ¶ Significat etiam affluere, *abbondare*, ἀπορρεῖν. *Cic. Verr.* 5. *c.* 4. Circumfluere & abundare omnibus rebus.

Circumflŭus, a, um, o. 1. 2. περιῤῥέων, quod circumfluit. *Plin. l.* 2. *c.* 66. Tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. ¶ Sumitur & paſſive. *Ovid.* 15. *Met. v.* 624. Circumflua Tybridis alti inſula. ¶ *Stat.* 6. *Theb. v.* 540. Chlamys circumflua limbo Mæonio, *h. e.* circumdata.

Circumfodĭo, is, ere, *ſcavare intorno*, περισκάπτω, ut circumfodere platanos. *Senec. epiſt.* 12. Adde *Cat. de R. R. cap. penul.* ¶ In 4. conjug. in infinito uſurpavit *Colum. l.* 5. *c.* 9. Olivetum debet bidentibus alte circumfodiri.

Circumforaneus, a, um, o. 1. 2. quod eſt circum forum. Circumforaneus homo, *ciarlatano*, Germ. *landſtreicher*, Gall. *charlatan*, Hiſpan. *charlatan*, ἀγύρτης, qui circa forum ſpatiatur venditans aliquid. *Cic. Cluent. c.* 14. L. Clodium pharmacopolam circumforaneum aggreditur. ¶ Æs circumforaneum erat æs fœneratitium, ſeus æs fœnore ſumptum. Nam circum forum tabernæ erant argentariorum, qui artem fœneratoriam exercebant. *Cicer. Attic. l.* 2. *ep.* 1. Me ære 'non Corinthio, ſed hoc circumforaneo obruerunt. ¶ Circumforanea domus, apud *Apulejum* ſumitur pro ea, quæ mobilis, & ambulatoria eſt, facilis ad circumferendum. *l.* 4. *Metam.*

Circumforātus, a, um, adject. a circumfŏro, *pertugiato, forato all' intorno*. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Stipite ab ima parte circumforato.

Circumfossor, m. 3. *chi cava d'intorno*, περισκαπτής. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Circumfoſſor injurioſo ictu vites verbaravit.

Circumfossūra, æ, f. 1. *ſcavamento all'intorno*. *Plin. l.* 17. *c.* 26. Cuprefſus aſpernatur circumfoſſuram.

Circumfossus, a, um, *ſcavato all'intorno*, περισκαφθείς. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, ſi circumfoſſo ſtipite, & ab ima parte circumforato, defluens pituita abſtergeatur.

Circumfrĕmo, is, ui, itum, ere, *fremere da ogni parte*. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 7. Aves inanes nidos circumfremunt.

Circumfrĭco, a. 1. περιτρίβω. *Cato c.* 26. *R. R.* Queis labra doliorum circumfrices.

Circumfulcĭo, is, a. 3. *Tertull. de Pall. cap.* 5. Pallium, qua in humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumſtringit.

Circumfulgĕo, es, n. 2. *ſplendere intorno*, περιλάμπω. *Plin. lib.* 2. *c.* 37. Hominum capita veſpertinis horis magno præſagio circumfulgent.

Circumfundo, a. 3. *ſpargere d'intorno*, περιχέω, circumcirca aſpergo. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. cap.* 36. Terra circumfuſa undique eſt hac animabili, ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer. Et *ibid. c.* 6. Circumfundit terram aer. h. e. ambit. *Plin.* 2. 65. Circumfunduntur terræ undique homines. *h. e.* circum terram undique habitant. *Cæſ.* 3. *B. Civ. c.* 63. Magna multitudo ſagittariorum ab utraque parte circumfundebatur. *h. e.* conveniebat, concurrebat. ¶ Cum accuſ. ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo, *Cæſ. B. Gall.* 7. 74. Ut hoſtes præſidia circumfundi poſſent. ¶ Pro circumdare, cingere, *circondare*. *Tacit.* 3. *Ann.* 19. Circumfundere hoſtes exercitu.

Circumfusĭo, onis, f. 3. *Oroſ. lib.* 1. *c.* 2. Circumfuſio Oceani. Ad le *Jul. Firmic. l.* 2. *Matheſ.*

Circumfūſus, a, um, adject. *Nepos* 12. 4. 2. Circumfuſus hoſtium concurſu, *attorniato*. *Velleſ.* 2. 46. Circumfuſæ immanes copiæ equitum *Tacit. ann.* 3. *c.* 5. Circumfuſæ lecto imagines.

Circumgarrĭens, entis. *Claud. Mamert. de ſtatu anim.* 2. *c.* 9. Falſiloquiis circumgarrientibus reſpondere.

Circumgelātus, a, um, adject. *agghiacciato all' intorno*. *Plin. l.* 13. *c.* 22. Cortex circumgelatus videri poſſit.

Circumgĕlo, as, a. 1. *gelar intorno*. *Tertull. de Anim. c.* 23. Quod germina mortale ei circumgelaverint corpus. *h. e.* concreſcere fecerint.

Circumgĕmo, is, n. 3. *gemere intorno*. *Hor. Epod.* 16. *v.* 51. Circumgemit urſus ovile.

Circumgesto, as, a. 1. *portare intorno*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Eam quoque epiſtolam T. Catienus circumgeſtabat.

Circumglŏbo, a. 1. *ammucchiare all' intorno*, περιφορέω. *Plin. l.* 9. *c.* 47. Circumglobata eſcæ ſæpe extrahuntur.

Circumgredĭor, eris, *aſſaltar' intorno*, περιπεδάω. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 28. Illi metu, ne hinc Romani, illinc Cheruſci circumgrederentur. ¶ Item circumeo, *camminar' intorno*. *Ammian.* 16. 12. Circumgredi lacunam. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 21. Circumgredi Syriam.

Circumgressus, ūs, m. *circuito, giro*, circuitus. *Ammian.* 22. 2. Ob rapidos circumgreſſus. *Id. ibid. c.* 8. Palus ampliſſimi circumgreſſus.

Circumhiſco, is, n. 3. *Arnob. l.* 5. Hæſitare, circumhiſcere, tergiverſari. *h. e.* caput circumagendo oſcitari, quod eſt hominis in re difficili verſantis.

Circumhumātus, a, um. *Ammian.* 22. 12. Circumhumata corpora ſtatuit exinde transferri, *ſepolti in quel contorno*.

Circumjacĕo, n. 2. in circuitu jaceo. *Liv. l.* 37. *c.* 54. Quæ circumjacent Europæ, in veſtra ſunt poteſtate.

Circumjacĭo, is, jeci, jactum, ere, *gettar intorno*, περιβάλλω, *Liv. l.* 33. *c.* 18. Circumjacere haſtam in venientem hoſtem. Et *l.* 35. *c.* 4. Conſul triarios vallum circumjacere juſſit.

Circumjectĭo, onis, f. idem quod circumjectus, ūs. *Arnob. l.* 2. *p.* 73. *de animab.* Habitare juſſæ ſunt has partes, & humani corporis circumjectione veſtiri. *h. e.* amictu.

Circumjectus, a, um, o. 1. 2. circumpoſitus, particip. a circumjicio. *Cæſ. de B. G. l.* 2. *c.* 6. Circumjecta multitudo mœnibus. *Liv. lib.* 9. *c.* 28. Ædificia circumjecta muris. *Curt. l.* 3. *c.* 1. Circumjectos rigat campos. *h. e.* circumjacentes.

Circumjectus, us, ui, m. amplexus, circumiectio. περιπλοκή. *Cicer. l.* 2. *de Nat. Deor.* Qui terram tenero circumjectu ampleſtitur. Al. leg. *circumvectu*. *Tertull. de pall. c.* 5. Id ex uno circumjectu licet &c.

Circumjicĭo, is, jeci, ectum, idem quod Circumjacio. *Liv.* 35. 4. Conſul triarios vallum circumjicere juſſit, *piantare intorno*. ¶ Pro circumplecti, circumdare. *Cicer. de Univ. c.* 8. Animus a medio profectus, extremitatem cæli, a ſuprema regione, rotundo ambitu circumiecit.

Circum-

Circuminvolvo, is, vi, utum, a. 1. *invogliare intorno. Vitruv. l.* 10. *c.* 11. Singula puncta prætereundo, & circuminvolvendo.

Circumĭtus, V. Circuitus.

Circumlăbens, entis, qui in orbem labitur. *Lucan. l.* 6. *v.* 484. Prospectumque dedit circumlabentis Olympi.

Circumlambo, is, a. 3. *leccare intorno. Plin. l.* 11. *c.* 37. *sect.* 65. Ad circumlambenda ora.

Circumlaquĕo, as, are, laqueis cingo. *cingere con lacci. Gratius Cynegetic. v.* 29. per tmesim: Per senos circum usque sinus laqueabis.

Circumlatĭo, onis, f. actus circumferendi. *Tertull.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 12. Arcæ circumlatio apud Hieruntem. *Serv. ad* 6. *Æn. v.* 229. Circumlatio victimæ.

Circumlatĭtĭus, a, um, adject. *portatile*, quod circumfertur, vel quod circumferri potest. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 2. Quendam vivum, & circumlatitium carcerem corpulentia facit.

Circumlātor, oris, m. qui circumfert. *Tertull.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 19. *&* 21.

Circumlatrātus, us, m. Translate *Juvenc. lib.* 4. *hiſt. Evang. v.* 357. nec talia quiſquam Inſonuit tantis circumlatratibus audax.

Circumlātro, as, a. 1. *Latrare intorno. Senec. de conſol. ad Marc. c.* 22. Acerrimi canes hominem circumlatrant. ¶ Translate *Avien. in Perieg. v.* 48. totum hoc circumlatrat æstus. *h. e.* circumſonat, perſtrepit. ¶ Paſſive *Symmach. l.* 8. *ep.* 17. Domus noſtra multis circumlatratur injuriis.

Circumlātus, a, um, nomen ex particip. a circumfero, ut circumlata ſcriblita, *Mart. l.* 3. *epigr.* 17. ¶ Circumlata, & deducta oratio, *Quint. l.* 4. *c.* 1. h. e. periodorum ambitu circumducta, periodica. ¶ Item luſtratus, *Lucil.* apud *Non.* 4. 70. Tum farto ſunt omnia circumlata.

Circumlăvo, is, a. 3. *lavare intorno*, περιλούω, circa lavo, alluo. *Salluſt. in fragm.* apud *Non.* 10. 2. Dubium, an inſula ſit, quod Euri, atque Auſtri ſuperjactis fluctibus, circumlavit. *h. e.* alluitur; & ſubaudi tur *ſe*. ¶ Dicitur & *circumlavo*, as, *Hygin. fab.* 275. Ægyptus, quam Nilus circumlavat.

Circumlĕvo, as, a. 1. circum attollo. *Cœl. Aurelian. Acut.* 2. 37. Utrinque orarum circumlavat tegmina.

Circumligātus, a, um, *legato all' intorno. Plin. l.* 28. *c.* 2. Chartam inſcriptam circumligatam lino ſubnectebat collo.

Circumlĭgo, as, a. 1. implico, complico, *ligare intorno*, περιδέω. *Cic.* 2. *de Divi.* 31. Ut circumligatus fuerit angui. *Liv. lib.* 21. *c.* 8. Circumligabant ſtupa, linebantque pice.

Circumlinĭo, is, inivi, itum, a. 4. &

Circumlĭno, is, ini, ivi, evi, itum, a. 3. circum ungere, aut aliquid leviter alicui rei circumducere, *unger' intorno*, περιχρίω. *Colum. l.* 6. *c.* 16. Vulnera medicamento circumlinienda. *Plin. l.* 6. *epiſt.* 88. Circumlinere oculum. ¶ Circumlinire in pictura quid ſit, V. *Circumlitio*. ¶ Translate *Quint. l.* 1. 11. (*al.* 19.) Simplicem vocis naturam pleniore quodam ſono circumlinire. *h. e.* pleniorem eam, & magis fuſcam, quam natura ſit, emittere. *Id. lib.* 12. *c.* 9. Etiam ſi fuſcaverunt negotia paulo ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circumliniunt. *h. e.* exornant: ducta translatione a circumlinendis picturis. qua de re V. in voce ſequenti.

Circumlitĭo, onis, f. actus circumlinendi, περίχρισις. *Plin.* 24. 7. Pix facit ad circumlitiones oris. ¶ In pictura eſt circumductio colorum in extremitatibus figurarum, qua ipſæ figuræ aptius finiuntur, & eminentius exſtant, *contorno, proffilo. Quintil.* 8. 5. Nec in pictura, in qua nihil circumlitum eſt, eminet. *Plin.* 35. 11. Tantum circumlitioni ejus tribuebat.

Circumlĭtus, a, um, circum unctus, περιχισθείς. *Plin. lib.* 21. *c.* 14. Vaſis melle circumlitis. ¶ Et pro circumdatus. *Horat. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 7. Muſco circumlita ſaxa. & *Ovid.* 11. *Met. v.* 137. auro circumlitus. ¶ Translate *Lactant.* 3. 1. Mendacium ornatu quæſito circumlitum.

Circumlocutĭo, περίφρασις, Figura eſt, cum pluribus verbis id, quod uno, aut paucioribus dici poteſt, explicatur. *Gell. l.* 3. *c.* 1. *Arnob. l.* 6. *in fi.* Sine ullis circumlocutionibus dicere.

Circumlŏquor, eris, verborum circuitu explicare, quod paucioribus dici poteſt. *Auſon. epigr.* 146. Cum maxime nunc proloquor circumloquentis ambitu.

Circumlūcens, entis, *lucente intorno*, περιλάμπων. *Senec. Conſol. ad Marc. c.* 2. Magnitudinis fraternæ nimis circumlucentem fortunam exoſa.

Circumlŭo, is, ere, a. 3. *bagnar' intorno. Tacit. l.* 4. *hiſtor. c.* 12. Rhenus amnis tergum & latera circumluit. *Liv. l.* 25. *c.* 11. Mari in peninſulæ modum major pars circumluitur.

Circumluvĭo, onis, f. 3. eſt, cum ager aliquis aquarum vi alluitur, & circumdatur, & undique claudĭtur. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 38. Gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum.

Circumluvĭum, n. 2. locus, quem aqua circumluit. *Feſt.* Circumluvium jus prædiorum. ¶ Eſt autem *circumluvium*, cum parte aliqua diviſum flumen ita agrum alicujus ambit, ut inferius unitum illum in inſulæ formam redigat. *Leg.* 6. *Dig. de acquir. rer. Domin.*

Circummĕo, as, circumeo, *Tertull. de Pall. c.* 1. Proh quantum circummeavit! a Pelaſgis ad Lydos, a Lydis ad Romanos.

Circummetĭor, iris, dep. 4. Paſſiva ſignificatione, *Vitruv.* 4. 4. Si duæ columnæ æquæ craſſæ lineis circummetientur.

Circummingo, is, xi, circa mingere, *piſciare intorno. Petron. in fragm. Tragur. c.* 62. *Burm.* At illa circumminxit veſtimenta ſua.

Circummitto, a. 3. *mandare intorno*, περιπέμπω. *Liv. l.* 4. *c.* 18. Qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit.

Circummœnītus, a, um, adject. compoſitum a mœnio, idem eſt quod circummunitus. *Plaut.* 2. 2. 4. Ita vinclis cuſtodiiſque circummœniti ſumus.

Circummulcĕo, n. 2. περιψαύω, molli attactu circumcirca blandior. *Plin. l.* 28. *c.* 3. Circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Circummunĭo, a. 4. *fortificare intorno*, περιτειχίζω, circumſepio, circumroboro. *Col. l.* 5. *c.* 10. Pomarium circummunito macerie, aut foſſa. Adde *Cæſ. de B. C. l.* 1. *c.* 18.

Circummunitĭo, f. 3. *fortificazione in giro. Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 19. Obſidione, oppidique circummunitione fiebat.

Circummunītus, a, um, *fortificato all' intorno*, munitione ſeptus. *Colum.* 5. 4. Vites arundinibus circummunitæ. *Cæſ. B. Gall.* 2. 30. Vallo, creberiſque caſtellis circummuniti, oppido ſe continebant. *circondati*.

Circummurānus, a, um, qui circum muros eſt. *Ammian. l.* 14. *c.* 14. Populus R. annis ferme trecentis circummurana pertulit bella. Adde *l.* 21. *c.* 25.

Circumnaſcens, entis, περιφύόμενος. *Plin. l.* 2. *c.* 103. Lacus circumnaſcente abſynthio inficitur.

Circumnavĭgo, as, are, *navigar' intorno. Vellej. Paterc. l.* 2. *c.* 106. Claſſis quæ Oceani circumnavigaverat ſinus.

Circumnecto, is, ere, *legare, e connettere intorno*, περιπλέκω, *Senec. l.* 1. *Quæſt. Natur. c.* 2. Fulgor, qui ſidera circumnectit.

Circumnotātus, a, um. *Apulej. l.* 11. *Metam.* Chlamys colore vario circumnotatis inſignita animalibus. *h. e.* circum textis, vel pictis.

Circumobruo, is, a. 3. *ſotterrare intorno*, περιχώννυμι. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Folia circumobruere.

Circumpadānus, a, um, o. 1. 2. quod eſt circum Padum. *Liv. l.* 21. *c.* 35. Circumpadani campi, *Plin. l.* 8. *c.* 48. Circumpadanæ lanæ.

Circumpango, a. 3. *ficcare, o piantare intorno*, περιφυτεύω. *Plin. l.* 17. *c.* 13. Trajectis per vaſa fictilia, vel qualos ramis, terraque circumpactis. Ita vulg. legitur. At *Harduin.* ex MSS. monet legendum *Circumfartis*.

Circumpavĭtus, a, um, *calcato all' intorno. Plin. l.* 12. *c.* 14. Circumpavita area.

Circumpēdes, um, m. 3. *ſtaffieri*, ſervi a pedibus. *Cic.* 3. *Ver.* Circumpedes homines formoſos, & litteratos ſuos eſſe dicebat. *Gruterus* diviſe ſcripſit Circum pedes, h. e. qui circa pedes dominorum erant. Quare dubia eſt compoſitio, nec ſatis ex uno hoc *Ciceronis* loco confirmatur.

Circumpendens, entis, *pendente all' intorno. Cur.* 8. 9. Aurea lectica, circumpendentibus margaritis, recubare.

Circumplaudo, is, auſi, auſum, a. 3. *plaudere all' intorno. Ovid.* 4. *Triſt. el.* 2. *v.* 49. Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum.

Circumplecto, is, a. 3. idem quod circumplector. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 106. Meum collum circumplecte.

Circumplector, eris, d. 3. circumplico, *abbracciare intorno*, περιπλέκω. *Cic. De Univ. c.* 7. Eo motu undique eſt eos circumplexus. *Cæſ.* 7. *B. G. c.* 83. Collem opere circumplecti, *h. e.* munitionibus cingere. ¶ Paſſive *Gell. l.* 15. *c.* 1. Turris lignea cum ex omni latere circumplexa igni foret.

Circumplexus, us, m. 4. περιπλοκή, *abbracciamento*, amplexus. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Lacertæ circumplexu Venerem novere.

Circumplicātus, a, um, circumnexus, circumdatus. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 24. Bellua circumplicata ſerpentibus.

Circumplĭco, as, a. 1. περιπλέκω, circumnecto, circumplector. *Cic.* 1. *de Div.* Puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. *Prudent. Periſtleph.* 10. *v.* 272. Barbam rigentem dum Jovis circumplicat.

Circumplumbo, as, *impiombare all' intorno. Cato R. R. c.* 20. Circumplumbare modiolos.

Circumpōno, is, a. 3. *mettere intorno*, περιτίθημι. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 4. *v.* 74. Piper album cum ſale nigro Incretum puris circumpoſuiſſe catillis.

Circumpositĭo, onis, f. actus circumponendi. *Auguſt. epiſt.* 199. ex 1. *Timoth.* 2. 9. Auri circumpoſitio.

Circumpositus, a, um, *poſto all' intorno. Celſ.* 8. 10. 1. Ferulæ circumpoſitæ oſſa in ſua ſede continent.

Circumpotatĭo, onis, f. 3. verbal. a circumpoto. *il bere in giro*, ἐγκυκλοποσία, περίποσις. *Cic. de Leg. l.* 2. *c.* 24. Omnis circumpotatio tollitur.

Circumpulſo, as, a. 1. *battere all' intorno*, *Stat. 6. Theb.* 228. Et lituis aures circumpulſantur acutis. al. legunt diviſim.

Circumpurgo, as, are, *purgare intorno*, περικαθαίρω. *Celſ. l.* 7. *c.* 12. Dens circumpurgandus, & evellendus eſt.

Circumquāque, *intorno*, idem quod circa, vel circum undique. *Aurel. Vict.* (*ſeu quicumque alius auctor eſt*) *de Orig. Gentis Rom. c.* 17. *extr.* Coloniæ deductæ ſunt Præneſte, Tibur, Gabii, ceteraque oppida circumquaque.

Circumrādo, is, ſi, a. 3. *radere intorno*, περιξέω, *Celſ. l.* 7. *c.* 22. Dens circumradi debet.

Circumrasĭo, onis, f. *il radere intorno. Plin.* 17. *c.* 26. Circumraſio corticis.

Circumrāſus, a, um, adject. *raſo da ogni parte. Colum. l.* 4. *c.* 29. Sarmentum leviter circumraſum, ut cortex tantum detrahatur.

Circumraptus, a, um, *ſtraſcinato all' intorno. Plin.* 29. 4. Veſpertilio ovilibus circumraptus toties, &c.

Circumretĭo, is, a. 4. *impedire, intrigare*, περιπλέκω, impedio, implico involvo. *Lucret. l.* 5. *v.* 1151. Circumretit enim vis, atque injuria quemque.

Circumretītus, a, um, περιδεδικτυωμένος, implicatus, involutus, *Cic. Verr.* 5. *cap.* 58. Circumretitus frequentia pop. R.

Circumrigŭus, a, um, qui circum irrigatur. *Propert.* 1. 20. 37. Et circumriguo ſurgebant lilia prato. ¶ Poſſis etiam diviſim ſcribere *circum riguus*.

Circumrōdo, is, ſi, a. 1. *rodere intorno*, περιδρώσκω. *Plin. l.* 33. *c.* 2. Quam eſcam circumroſerit. ¶ Translate *Cic. Att. lib.* 4. *ep.* 5. Dudum circumrodo, quod devorandum eſt. ¶ Item obtrectare, detrahere. *Hor.* 1. *Epod.* 18. *v.* 82. Dente Theonino cum circumroditur.

Circumrōrans, antis, leviter circum aſpergens. *Apulej. l.* 11. *Metam.* Sueto lavacro puriſſime circumrorans abluit.

Circumróto, as a. 1. *girare*, in gyrum moveo. *Apulej. l.* 9. *Metam.* Circumrotare machinas, *h. e.* verſare molas.

Circumſaltans, antis, qui circum ſaltat. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 145. Hoc circumſaltante choro.

Circumſarrĭo, is, a. 4. *Cato R. R. c.* 114. Earum radices circumſarrito, & purgato. Al. leg. *circumſecato*.

Circumſcalpo, is, a. 3. *grattare, o raſpare intorno*, περιξύω. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Dentes radice circumſcalpti.

Circumſcarĭfico, as, a. 1. *radere intorno*, περιαμύττω. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Pedum clavos circumſcarificatos ferro, mixtum ceræ extrahit.

Circumſcindo, is, a. 3. *fendere intorno*, περιαίστω. *Liv. l.* 2. *c.* 55. Quo atrocius clamabat, eo infeſtius circumſcindere, & ſpoliare lictor.

Circumſcribo, is, ipſi, ptum, ere, περιγράφω, in circuitu ſcribere, *ſcriver' all' intorno. Cic. Philip.* 8. *c.* 8. Virgula ſtantem circumſcripſit, dixitque ſe non ante renunciaturum ſenatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quam ex illa circumſcriptione excederet. ¶ Frequenter ſumitur pro definire, terminos aſſignare, *diffinire, circoſcrivere. Cic. pro Rabir. ſub fin.* Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit. ¶ Eſt etiam contrahere, & arctioribus terminis coercere, *riſtringere. Senec. epiſt.* 108. Libebat gulam & ventrem circumſcribere. *Id. de Conſol. ad Helv. ſub fin.* Hæc non retero, ut ejus laudes exequar, quas circumſcribere eſt, tam parce tranſcurrere. ¶ Item ſcribendo, vel alio modo fallere, *ingannare*, & fere de tutoribus dicitur, qui pupillos defraudant. *Juven. ſat.* 10. *v.* 222. Quos circumſcripſerit Hirrus pupillos. Sic teſtamentum circumſcribere, h. e. fraudem committere circa teſtamentum. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 18. Conſtitui vincere dolorem tuum, non circumſcribere. *Senec. l. c.* 3. hoc eſt non artificio, & exquiſitis verbis fallere, ſed aperte debellare. ¶ Item removere, *allontanare*, *Cic. Philip.* 13. *c.* 9. Parata de circumſcribendo adoleſcente ſententia, h. e. de Octavio ab imperio removendo. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 32. Crudelitatem in circumſcribendis Tribunis pl. ¶ Item cingere, complecti. *Gell.* 12. 14. Oceanus undique circumſcribit omnes terras, atque ambit.

Circumſcripte, adverb. circumſcribendo, διαγεγραμμένως. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 59. Singulas res definire, circumſcripteque complecti. *h. e.* ſuis quaſque finibus concludendo, & unam ab altera diſtinguendo. *Id. in Orat. c.* 66. Circumſcripte, numeroſeque dicere, *periodicamente*, per periodos, quæ ſunt certæ, ac diſtinctæ comprehenſiones verborum, ſuis quæque clauſulis terminatæ. Nam periodus appellatur etiam *circumſcriptio* ab

eodem

eodem *Cic. ibid. c.* 61. ¶ Item contracte, *in viſtretto, brevemente. Lactan.* 5. 14. Volo prius circumſcripte, & breviter, quid ſit, oſtendere.

Circumſcriptĭo, onis, f. περιγραφή, *lo ſcriver' intorno*. Exemplum attulimus in Circumſcribo ex *Cic. Philip.* 8. ¶ Eſt etiam defraudatio, deceptio, maxime quæ ſcriptis fallis vel callide mutatis fit, *inganno. Cic. pro Flacc. c.* 30. Emptiones falſas aperta circumſcriptione feciſti. Et 3. *Offic.* Circumſcriptio adoleſcentium vindicata leg. XII. Tab. ¶ Item definitio, conſtitutio terminorum, *circoſcrizione, viſtrignimento. Cic.* 1. *Tuſc. c.* 20. Totam terram contueri licebit, ejuſque tum formam, ſitum, circumſcriptionem &c. ¶ Item figura Rhetorica, vel figuræ ſimilis, de qua *Quint. l.* 9. *c.* 3. *verſ. fin.* Quædam omnino non ſunt figuræ, ſicut ordo, dinumeratio, circumſcriptio, ſive hoc nomine ſignificatur comprehenſa breviter ſententia, ſive finitio. ¶ *Cic. in Orat. c.* 66. circumſcriptionem vocat ipſam periodum.

Circumſcriptor, oris, qui circum ſcribit, περιγραφεύς, ut expon. Vet. Gloſſ. *chi ſcrive all' intorno*. ¶ Item deceptor, fraudator. *Cic. Catil.* 2. *c.* 4. Quis teſtamentorum ſubjector? quis circumſcriptor? *Juvenal. ſat.* 15. *v.* 135. pupillum ad jura vocantem circumſcriptorem.

Circumſcriptus, a, um, nom. ex particip. definitus, terminatus, conſtitutus, brevis, *circoſcritto. Cic. in Orat. c.* 12. Arguti certique, & circumſcripti verborum ambitus, *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 12. Forenſibus cancellis circumſcripta ſcientia. ¶ Item deceptus, fraudatus, *Id.* 4. *Academ. c.* 15. Fallacibus, & captioſis interrogationibus circumſcripti, atque decepti. ¶ Item remotus, *allontanato. Id. Attic. l.* 7. *epiſt.* 9. Senatuſconſulto circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus. ¶ Comparat. apud *Plin. l.* 1. *ep.* 16. Vis orationis circumſcriptior, preſſior, & adductior.

Circumsĕco, as, a. 1. *tagliare intorno*, περικόπτω, circumcido. *Colum. l.* 7. *c.* 5. Ferro quam cautiſſime circumſecare. ¶ *Suet. in Domit. c.* 12. de Judæis loquens, *circumſecare*, pro circumcidere poſuit.

Circumſectus, a, um, *tagliato all' intorno*, circumciſus. *Scribon. Larg. compoſ.* 229. Circumſecta aluta. *Sueton. in Domit. c.* 12. Cum a procuratore inſpiceretur nonagenarius ſenex, an circumſectus eſſet, *circonciſo*.

Circumsĕcus, adverb. *da ogni parte. Apul. l.* 5. *p.* 166. Qui circumſecus venantur.

Circumſedĕo, & circumſideo, des, ſedi, ſeſſum, n. & a. 2. obſideo, circumvenio, *aſſediare, circondare*, περιχθήμαι, eſt ſedere circum, aſſidere utrinque alicui. *Liv. l.* 9. *c.* 2. Circumſidere oppidum. *Cic. ad Attic. l.* 15. *ep.* 9. Florentes amicorum turba circumſedet. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 54. A Dacis Pannonica hiberna circumſideri.

Circumſepĭo, is, a. 4. *circondare*, περικλείω. *Liv. l.* 1. *c.* 49. Armatis corpus circumſepſit.

Circumſeptus, a, um, circundatus, *aſſediato, attorniato. Cic. ſive auctor epiſt. ad Octavian.* Cohortibus armatis circumſeptus ſenatus.

Circumsĕquens, entis, qui circumſequitur. *Apul. ſub init. l.* 3. *Metam.* Inter tot millia populi circumſequentis. *Al. aliter leg.*

Circumsĕro, is, n. 3. *piantare, e ſeminare intorno*, περιφυτεύω. *Plin. l.* 21. *c.* 12. Geniſtas circumſeri alveariis gratiſſimum.

Circumſeſſĭo, onis, *aſſediamento*, περιδόρυσις, obſeſſio. *Cic.* 3. *Verr. c.* 33. Quid ſi planum facio, te hujus circumſeſſionis tuæ cauſam in alios tranſtuliſſe?

Circumſeſſus, a, um, nom. ex particip. *attorniato, aſſediato. Cic. Philip.* 12. *c.* 10. Circumſeſſus valentiſſimorum hominum viribus. *Id. Catil.* 4. *c.* 2. Lacrymæ, a quibus me circumſeſſum videtis.

Circumſidĕo. V. Circumſedeo.

Circumsĭdo, is, n. 3. περιχθίζω, eſt circumſedere, vel circumſidere, *aſſediare. Liv. l.* 9. *c.* 21. Pliſtiam circumſidunt.

Circumſigno, as, a. 1. *ſegnar intorno. Col. l. de arb. c.* 26. Gemmam duobus digitis quadratis circumſignato.

Circumsĭlĭo, is, ire, *ſaltare intorno. Catull. carm.* 3. Circumſiliens modo huc, modo illuc. ¶ Translate *Juven. ſat.* 10. *v.* 218. Circumſilit agmine facto Morborum omne genus.

Circumſĭſto, is, a. 3. *ſtare intorno, circondare*, περιίσταμι, circumſto, circundo. *Liv. l.* 1. *c.* 28. Centuriones Metium circumſiſtunt. ¶ Plus eſt quam circumſto, ait *Valla l.* 4. *c.* 49. Nam circumſtare eſt ſimpliciter ſtare in circuitu, *ſtare all' intorno:* At circumſiſtere eſt aggredi, invadere. *Cæſ.* 3. *Bell. Gall. c.* 15. Cum ſingulas binæ, aut ternæ naves circumſiſterent. ¶ Paſſive *Id.* 7. *B. Gall. c.* 43. Ne ab omnibus civitatibus circumſiſteretur. *h. e.* obſideretur.

Circumsĭtus, a, um, adject. circumjacens. *Ammian. l.* 23. *c.* 26. Antequam circumſitos populos ad ditionem traherent.

Circumsŏnans, antis, *riſonante all' intorno*, περιηχῶν. *Liv.* 27. 18. Circumſonans undique clamor. *Vitruv.* 5. 8. Circumſonantes loci, *ecchegginti*.

Circumsŏno, as, n. 1. *ſonare d' ogn' intorno*, περιηχέω, undique ſono. *Cic. in Offic. l.* 3. *c.* 2. Conducere, arbitror, talibus aures tuas vocibus circumſonare. ¶ Paſſive *Ovid. ſ. Triſt. eleg.* 3. *v.* 11. Circumſonor armis. ¶ Cum accuſativo, vi præpoſitionis. *Virg.* 8. *Æn. v.* 474. Hinc Rutulus, premit, & murum circumſonat armis. *Liv.* 3. 28. Clamor hoſtes circumſonat.

Circumsŏnus, a, um, adject. qui circa ſonat. *Avien. Phænom. Arat. v.* 108. Creta ubi fluctu Tunditur inſanis late circumſona Cauris. *Ovid. Metam.* 4. 722. quem turba canum circumſona terret.

Circumſpectātrix, icis, *chi guarda intorno*, fœmin. a circumſpector. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 2. Circumſpectatrix cum oculis emiſſitiis.

Circumſpecte, *con riguardo*, περισκεμμένως. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Hoc parcius, & circumſpectius faciendum eſt. ¶ *Gell. l.* 1. 2. *c.* 5. Circumſpecte, compoſiteque indutus. *h. e.* diligenter.

Circumſpectĭo, f. 3. *conſiderazione*, περίσκεψις. *Cic.* 4. *Acad. c.* 11. Sin ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione, &c.

Circumſpecto, as, a. 1. *guardare ſpeſſo intorno*, κατασκοπέομαι, freq. a circumſpicio. *Ter. Eun.* 3. 5. 54. Simul alia circumſpecto. *Liv. l.* 25. *c.* 36 Circumſpectare atque agitare dux cœpit. *Cic. in Piſon. in fi.* Circumſpectans omnia quicquid increpuerit pertimeſcens.

Circumſpectus, us, m. 4. περίσκεψις, actus circumſpiciendi, provida conſideratio, *il guardar' intorno, riguardo, circoſpezione. Plin. lib.* 11. *c* 37. Cervix flexilis ad circumſpectum. *Cic. Philipp.* 12. *c.* 11. Hæc ego in urbe prævideo: facilis eſt circumſpectus, unde exeam, quo progrediar *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 6. Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra, malique in circumſpectu ſtat ſine fine ſui.

Circumſpectus, a, um, o. 1. 2. animadverſus, *conſiderato*, περισκεμμένος, partic. paſſ. a circumſpicior, quod circumſpicitur, perpenditur conſideratur. *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 9. Circumſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis, ſummam feci, &c. ¶ Eſt etiam idem quod ſpectabilis. *Ammian. l.* 14. Romani populi nomen circumſpectum, & verendum. *Id. lib.* 8. Genere, fama, potentiaque circumſpectus. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui in omnem partem circumſpectat, hoc eſt, qui prudens eſt, & ſagax, πεφυλαγμένος, *circoſpetto, prudente. Colum. lib.* 1. *c.* 8. Illa ſolemnia ſunt omnibus circumſpectis, ut ergaſtuli mancipia cognoſcant. *Sueton. Tiber. cap.* 21. Circumſpectiſſimus, & prudentiſſimus Princeps. ¶ Verba non circumſpecta, *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 539. h. e. inconſiderata.

Circumſpergo, & circumſpargo, is, n. 3. *ſparger d' ogn' intorno*, περιῤῥαίνω. *Col. l.* 11. *c.* 2. Convenit magis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circumſpergere. *Plin. l.* 8. *c.* 1. Aqua circumſpergi. *Apic. l.* 8. *c.* 8. Impenſam talem circumſparges, piperis ſemunciam &c.

Circumſpicientia, f. 1. *conſiderazione*, περίσκεψις, actus circumſpiciendi. *Gel. l.* 14. *c.* 2. Multa, & anxia cura, & circumſpicientia indigens.

Circumſpicio, is, exi, ectum, 3. *guardare intorno*, adverto, perpendo, agnoſco, oculis colluſtro, accurate conſidero, περισκοπέω, ex *circum*, & *ſpecio*, verbo antiquo, quod ſignificat aſpicere. *Cic. de nat. Deor.* Oculi altiſſimum locum obtinentes plurima circumſpiciunt. ¶ Translate ſignificat animadvertere, & diligenter videre, ſive conſiderare. *Cic.* 4. *Acad.* Cum omnia fecerit, diligentiſſimeque circumſpexerit. ¶ *Circumſpicere diem bello*, h. e. exſpectare idoneum tempus belli gerendi, *Salluſt. in orat. Philippi contra Lepid.* ¶ Circumſpicere ſe, eſt gloriari, *pavoneggiarſi, compiacerſi. Cic. pro Q. Roſc.* Utque eo ne te diligis, & magnifice circumſpicis? &c.

Circumſpiraculum, i, n. *Lucret. l.* 6. *v.* 492. Et quaſi per magni circumſpiracula mundi. h. e. aditus, fauces. Niſi forte legendum eſt diviſim *circum ſpiracula*.

Circumſtagno, as, are, *ſtagnare intorno. Tertull. de Pudic. c.* 22. Lacrymæ circumſtagnant.

Circumſtantia, æ, f. *lo ſtare intorno*, περίστασις, actus circumſtandi. *Senec.* 2. *quæſt. nat.* 7. Aquæ ſic corpora accipiunt, ut ſemper in contrarium acceptis refluant: hanc noſtri circumſtantiam, Græci autem περίστασιν appellant. *Gell.* 3. 7. Circumſtantia hoſtium. ¶ Item rei qualitas, adjunctum. *circonſtanza. Quintil. l.* 5. *c.* 10. Hoc genus argumentorum ſane dicamus ex circumſtantia, quia περίστασιν, dicere aliter non poſſumus: vel ex iis, quæ cujuſque cauſæ propria ſunt.

Circumſtatĭo, onis, f. 3. actus circumſtandi, περίστασις, *lo ſtare intorno. Gell. l.* 7. *c.* 4. Circumſtatio militum corona appellata.

Circumſtipātus, a, um, *attorniato. Claudian. de IV. Conſul. Honor. v.* 595. & ducibus circumſtipata togatis.

Circumſtĭpo, as, are, *attorniare. Sil. l.* 10. *v.* 453. Magna circumſtipante caterva. *Claudian. in* 1. *Conjul. Stilich.* Pennatique nurum circumſtipantur Amores.

Circumſto, ſtas, ſteti, ſtatum, a. 1. *ſtare intorno, circondare*, περίστημι, circundo, circumſiſto. *Cic. Philip.* 10. *c.* 10. Nocles, & dies omnia nos undique fata circumſtant. V. *Circumſiſto*. ¶ Circumſtare etiam dicuntur, qui officii cauſa circa ſunt. *Suet. in Cæſ. c.* 82. Aſſidentem conſpicati ſpecie officii circumſteterunt.

Circumſtrĕpo, is, n. 3. *fare ſtrepito intorno*, περιτέω, in circuitu ſtrepitum facio. *Tacit. l.* 11. *Annal. c.* 31. Certatim cæteri circumſtrepunt. Et paſſive *Id. l.* 1. *hiſtor. c.* 44. Legatus clamore ſeditioſorum, ac fugacium circumſtrepitur, *Senec. de vita beata, c.* 11. Tot humanam vitam circumſtrepentibus minis.

Circumſtrepĭtus, a, um, adject. ſtrepitu impulſus. *Apul. Apol.* Feneſtræ canticis circumſtrepitæ. *Sidon. lib.* 7. *epiſt.* 9. *in conc.* Aures incondito tumultu circumſtrepitæ.

Circumſtrictus, a, um, nom. ex particip. a circumſtringo, *ſtretto all' intorno. Tertull. de Pall. c.* 1. Habitus cervicibus circumſtrictus.

Circumſtrĭdens, entis, qui circumſtridet. *Ammian.* 14. 11. Circumſtridentium terror larvarum.

Circumſtringo, is, *ſtringer' all' intorno. Tertull. de cor. Mil. c.* 8. Linteo circumſtringi.

Circumſtrŭo, is, uxi, ctum, a. 3. *edificare intorno*, περιοικοδομέω. *Plin. l.* 11. *c.* 6. His deinde fores quoque latiores circumſtruunt.

Circumſtupĕo, es, n. 2. *Sever. in Ætna, v.* 333. ubi alii aliter leg.

Circumsŭdo, n. 1. *ſudare intorno. Plin.* 14. 1. Vinaceis circumſudantibus.

Circumſurgo, is, exi, ctum, n. 3. *ſorgere all' intorno. Tacit. Ann.* 1. *c.* 64. Circumſurgentibus jugis. *Celſ. l.* 7. *c.* 15. In media parte circumſurgente quodam nodo.

Circumsūtus, a, um, nom. ex particip. a circumſuo, *cucito all' intorno*, περιῤῥαφείς. *Celſ. l.* 8. *c.* 5. Molli pellicula cincta, & circumſuta intus injicienda ſunt. Adde *Plin. l.* 4. *c.* 16.

Circumtĕgo, a. 3. *coprire intorno*, περικαλύπτω, circumcirca operio. *Lucret. l.* 1. *v.* 1094. Supra circumtegere omnia cælum.

Circumtectus, a, um, adject. *coperto da ogni parte. Plau. Mil.* 2. 2. 82. Herus meus elephanti corio circumtectus. Alii legunt *circumtentus*.

Circumtergĕo, es, a. 2. *nettare all' intorno. Cato R. R. c.* 76. Panno oleo uncto tangito, & circumtergeto.

Circumtextum, i, n. amictus genus, quod purpuram circum habeat. *Varro de L. L. l.* 4. *pag.* 32.

Circumtextūra, æ, f. opus textum circa aliquid. *Lucret. lib.* 4. *v.* 648. Extima membrorum circumtextura.

Circumtextus, a, um, nom. ex particip. a circumtexo, *teſſuto da ogni parte. Virg.* 1. *Æn. v.* 649. Et circumtextum croceo velamen acantho.

Circumtinnĭo, is, ivi, itum, ire, circumſono, de cavis metallis dictum. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Apes perterritas, quo voluerit, perducet, circumtinniendo ære.

Circumtollo, is, a. 3. *levare all' intorno. Cæl. Aurelian. Acut.* 3. 4. Cepulis circumtollere exteriorem corticem.

Circumtŏno, as, n. 1. *tuonare intorno*, περιβρομέω. *Horat.* 2. *Ser. Sat.* 3. *v.* 223. Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis. *h. e.* tonitru veluti perculit, attonitum, ac dementem reddidit. ¶ Proprie *Sil.* 6. 216. feralem ſtrepitu circumtonat aulam Cornea gramineum perſultans ungula campum.

Circumtonſus, a, um, nom. ex particip. a Circumtondeo, *toſato all' intorno. Sueton. Aug. c.* 45. Circumtonſa matrona. *Senec. epiſt.* 115. Circumtonſa oratio.

Circumtorquĕo, es, orſi, ortum, ere, *ſtirare intorno. Apul. l.* 6. *A. A. ſub fin.* Prenſo loro retrorſum me circumtorquet.

Circumträho, a. 3. *ſtraſcinare intorno. Dictys Cretcn. de B. Torjano, l.* 3. *c.* 15.

Circumtrĕmo, is, n. 3. *tremare intorno*, περιτρέμω. *Lucret. lib.* 1. *v.* 1087. Totum circumtremere æthera ſignis.

Circumtuĕor, eris, itus ſum, circumſpicio, *guardar' intorno*, περιβλέπω. *Apul. cir. princip. l.* 1. *Florid.* Aquila eodem loco pendula circumtuetur.

Circumtumulātus, a, um, *ſepolto all' intorno. Petron. in Satyr.* nigro ſqualentia pumice ſaxa Gaudent ferali circumtumulata cupreſſu.

Circumvădo, is, a. 3. *aſſalire d' ogn' intorno*, περιέχομαι. *Liv. l.* 34. *c.* 38. Repente anceps terror barbaros circumvaſit.

Circumvăgus, a, um, o. 1. 2. *chi gira intorno*, περιπλανώμενος. *Hor. Epod.* 16. *v.* 41. Nos manet Oceanus circumvagus. *Lucan. ad Piſon. de Sole, v.* 19. Ætheræ moles circumvaga flammæ.

Circumvallātus, a, um, adject. obſeſſus, *aſſediato. Liv. l.* 3. *c.* 25. Luce prima

prima jam circumvallati ab dictatore erant.

Circumvallo, as, a. 1. *cingere di circonvallazione*, περιτειχίζω, eſt vallo cingere. *Cæſ. 7. B. G. c.* 11. Oppidum biduo circumvallavit. ¶ Sumitur etiam generatim pro obſidere. *Cic. Att. l. 9. epiſt.* 12. Circumvallatum eſſe Pompejum. ¶ Translate *Terent. Adelph.* 3. 2. Tot res repente circumvallant.

Circumvectĭo, onis, f. 3. *il portare intorno*, περιφόρησις. *Cic. Attic. l.* 2. *epiſt.* 16. De portorio circumvectionis, *h. e.* pretium, quod ſolvitur publicanis pro mercibus, quæ circumferuntur. ¶ Item circuitus, *circuito, giro. Cic. de Univerſ. c.* 9. Ut terram Lunæ curſus proxime ambiret, eique ſupra terram proxima Solis circumvectio eſſet.

Circumvecto, as, a. 1. frequentativum a *circumveho*, & fere paſſive uſurpatur, diciturque de iis, qui navi, aut equo circumeunt. *Plaut. Rud.* 4. 2. 27. Mihi navem faciam, oppida circumvectabor. ¶ Translate *Virg.* 3. *Georg. v.* 284. fugit irreparabile tempus. Singula dum capti circumvectamur amore. *h. e.* circa ſingula deſcribendo vagamur.

Circumvectus, a, um, qui navi, aut equo locum aliquem circumiit. *Cæſ.* 3. *B. Civ. c.* 63. Navibus circumvecti milites in vallum tela jaciebant. *fatto un giro colle navi. Liv.* 3. 28. Dictator circumvectus equo. *Plaut. Mil.* 4. 3. 5. In oras ultimas circumvectus.

Circumvĕho, is, a. 3. *portare intorno*. Fere adhibetur paſſive, ea ratione, qua in *Circumvectus* dictum eſt. *Cæſ. B. Gall.* 7. 45. Multones collibus circumvehi jubet. *girare per i colli. Hirt. de B. Alex. c.* 14. Cæſar Pharon claſſe circumvehitur. ¶ Translate *Virg. in Ciri v.* 271. truſtra circumvehor omnia verbis. *h. e.* circa omnia dicendo vagor.

Circumventĭo, is, a. 4. *circondare*, κυκλόω, circumdo, tum in malam partem, tum in bonam. *Liv. l.* 1. Ut & hoſtibus circumveniri ſe a tergo ratis terror, ac fuga injiceretur. *Salluſt.* Hominem nobilem, familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumventum. ¶ Aliquando ſignificat decipere, ſeu inſidiis involvere, *ingannare*, tractum a venatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumvenire ſolent. *Cic. l.* 2. *Offic.* Neque tenuiores propter humilitatem circumveniantur. *Salluſt. in Catil.* Se falſis criminibus circumventum. ¶ Circumvenire leges, *Leg.* 123. *ff. de Legat.* eſt aliquid in fraudem legum facere.

Circumventĭo, onis, f. 3. deceptio, *inganno*. *Leg.* 17. *ff. de Minor.* Allegatio circumventionis adverſarii.

Circumventor, oris, m. 3. qui circumvenit, & decipit, *ingannatore. Lamprid. Alexand. c.* 66. Amicos ſanctos, & venerabiles habuit, non circumventores ſui, non irriſores, &c.

Circumventorĭus, a, um, *ingannevole*, ad circumveniendum aptus. *Auguſtin.* 3. *Confeſſion. c.* 3. Infida, & circumventoria obſequia dæmoniorum.

Circumventus, a, um, nom. ex particip. oppreſſus, deceptus, *ingannato, defraudato, oppreſſo. Cic.* 1. *Tuſc. c.* 41. Judicio iniquorum circumventus. *Stat. Theb.* 5. *v.* 165. Qualis cerva circumventa lupis.

Circumverſĭo, onis, *il voltare intorno*. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Circumverſio manus.

Circumverſo, as, a. 1. freq. a circumverto. *Lucret. l.* 5. *v.* 521. Quærenteſque viam circumverſantur.

Circumverſus, a, um, adject. a circumverto. *Cato R. R. c.* 143. Focum purum circumverſum quotidie habeat. *h. e.* ſcopis mundatum.

Circumverto, is, a. 3. *girar attorno*, περιστρέφω. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 37. In curſu rotula circumvertitur. ¶ Circumvertere aliquem argento, eſt dolis ab aliquo argentum auferre. *Id. Pſeud.* 1. 5. 127. Qui me argento circumvertant.

Circumveſtĭo, is, a. 4. *veſtire d' intorno*, περιστολίζω. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 39. *ex Poeta*, Circumveſtit dictis. Adde *Plin. l.* 17. *c.* 23.

Circumvincĭo, is, ivi, nctum, ire, *legare all' intorno*, περιδέω. *Plaut. Rud.* 3. 4. *v.* 27. Item ego vos virgis circumvinciam.

Circumvinctus, a, um, adject. *legato all' intorno. Avien. Perieg. v.* 331. Circumvincti nervis.

Circumvīſo, ſis, a. 3. circumſpicio. *Plaut. Amph.* 5. 1. 58. Angues oculis circumviſere.

Circumundĭque, *da ogni parte. Gel. l.* 13. *c.* 23. Simulacra ſunt ſita circumundique inaurata. *Et l.* 14. *c.* 2. Semper ſe circumundique diſtrahentibus cauſis feſtinantes.

Circumvolātus, a, um, particip. paſſiv. a circumvolo. *Plin. l.* 10. *c.* 10. *c.* 32. Halcyonem, nave *aliquando circumvolata*, ſtatim in latebras abeuntem.

Circumvolitabĭlis, le, adject. circumvolans. *Martian. Capell. l.* 6. Circumvolitabilis aer.

Circumvolĭto, as, a. 1. περιπτάμαι, freq. a circumvolo. *Virg.* 1. *Georg. v.* 337. Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo. ¶ Translate eſt crebro viſere, celeriter circumdare. *Colum. in præfat. l.* 1. Mendaciſſimum aucupium circumvolitantis limina potentiorum.

Circumvŏlo, a. 1. *volar' intorno*, περιπέτομαι. *Horat.* 2. *Serm. Sat.* 1. *v.* 58. Mors atris circumvolat alis. *Horat. l.* 1. *od.* 2. *v.* 33. Circumvolare aliquem.

Circumvolvo, a. 3. *volgere intorno*, περιειλέω. *Virg. Æn.* 3. *v.* 284. Interea magnum Sol circumvolvitur annum.

Circumvolūtor, aris, d. 1. περικυλίνδομαι. *Plin. l.* 8. *c.* 17. Feram circumvolutari blandientem, *voltarſi intorno*.

Circumvolūtus, a, um, adject. *avvolto. Plin. l.* 10. *c.* 62. Complexu adeo circumvolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poſſit.

Circus, m. 2. *cerchio, circolo*, חוג, Ger. *circkel*, Gal. *cercle*, Hiſp. *circulo*, κύκλος, κίρκος, omnis in gyrum ambitus, a *circumeo*, vel a κίρκος, ſeu κρίκος, orbis. *Cic. in Arateis v.* 240. *de circulo lacteo*, Vidiſti magnum candentem ſerpere circum. V. *Circulus*. ¶ Circus item locus erat muris ſeptus, in quo equi, pugileſque exercebantur, ſic dictus, quia orbicularis erat, longior tamen, quam latior, ideſt, figura elliptica. Factus a Tarquinio Priſco inter Palatinum, & Aventinum. *Liv. l.* 1. *c.* 35. *Varro l.* 4. *de L. L. c.* 32. Item Circus maximus dictus, quod circum ſpectaculis ædificatus, ubi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Hactenus *Varro*. ¶ Plures erant Romæ Circi, quorum qui Maximus dicebatur, Apollinaris etiam dictus eſt, quod eſſet Soli ſacer; alter Circus Flaminius appellatus, illo minor; alius Circus Domitius, Vaticanus, &c. Novem poſtremis temporibus enumerat *P. Victor.* V. *Roſin. Antiq. Rom. l.* 5. *c.* 4. *Panvin. de ludis Circenſib.* ¶ Cum Circus abſolute dicitur, Maximum intellige, qui magna ſemper populi frequentia celebrabatur, cum eo convenire ſolerent, extra ludorum tempora, ludicrarum artium profeſſores, Circitores, Phyſiognomi, ſommiorum conjectores, &c. Quo ſpectat illud *Horat. l.* 1. *Sat.* 6. *v.* 113. Fallacem Circum, veſpertinumque pererro Sæpe forum *Sueton. Aug. c.* 74. Acroamata, & hiſtriones, aut etiam triviales ex Circo ludos interponebat. ¶ Ad Circum etiam proſtibula fuiſſe, teſtatur *Juven. Sat.* 3. *v.* 65. ¶ Circus etiam dicitur palus humi defixus, circa quem milites ludentes circumeunt. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Itaque dicunt in Corniculariis milites ad vectim, quem circumeunt ludendo: Quid ceſſamus ludos facere? circus noſter ecce adeſt. Eſt autem Cornicularia nomen Plautinæ comœdiæ. Quamquam *Lambinus*, *Gruter. Caſaub.* eo loco Varronis ad Circenſes ludos alluſum putant. ¶ Denique Circus nomen eſt avis, ex accipitrum genere, ita dictus, quod volando in gyrum ſe vertat, maxime cum aliis avibus inſidiatur. *Plin. l.* 10. *c.* 8.

Ciris, f. 3. avis, alio nomine alauda, & galerita. Sed *Voſſius* dicit, non alaudam eſſe, ſed quam *agrettam*, ſive *egrettam* Galli vocant. V. Eres. *Ovid. Met.* 8. *v.* 150. in avem mutata vocatur Ciris, & a tonſo nomen eſt adepta capillo, *h. e.* a κείρω, tondeo. Scribitur & *Cirrhis*.

Cirnĕa, f. 1. vas vinarium, a κίρνάω, miſceo, quia vinum veteres aquæ miſcere ſolebant. *Plaut. Amph.* 1. 1. 273. Cadus erat vini, inde implevi cirneam. Ita legit *Non.* Al. *Hirneam*, vel *Irneam*.

Cirratus, a, um, adject. a cirrus, *creſpo, riccio*. Cirrati præcipue dicuntur pueri poſt annum ſeptimum. *Perſ. Sat.* 1. *v.* 29. *de iis, qui ſcholam frequentant*. Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe, Pro nihilo pendes? ¶ Cirratæ veſtes dicuntur, quæ villoſæ ſunt, & hirtæ. *Capitolin. in Pertin. c.* 8. Cirratas militares, purpureaſque chlamydes Græcanicas, &c. V. ibi *Salmaſ.*

Cirrha, æ. f. 1. Cyrrha, *Aſproniti*, κίρρα, urbs Græciæ in Phocide, ad Parnaſſi montis radices, maritima, ad ſinum Criſſæum, al. in ora ſinus Corinthiaci, qui etiam ab ea dictus eſt ſinus Cirrhæus, nunc *Golfo di Lepanto*, Delphorum navale.

Cirrhæus, a, um, adject. a Cirrha, ut Cirrhæa antra, h. e. locus Oraculi Delphici, *Sil. l.* 3. 2. 9. Cirrhæa templa, *Senec. Hercul. Oet. v.* 92. Nam prope Cirram fuit Oraculum Delphicum, templum Apollinis, & Muſarum regio.

Cirrus, i, m. *riccio, chioma creſpa*, תלתלים קיאות, Germ. *haar locken*, Gal. *cheveux friſez, touffe de cheveux*, Hiſp. *guedexa de cabellos*, βόστρυχος, capillus criſpus, ſeu contortus, uſurpatur fere in plurali num. Itaque cirri dicebantur puerorum capilli poſt primam tonſuram, a κείρω, tondeo: nam antea proprie coma dicta. *Iſid. l.* 11. *Orig. c.* 1. Pueris enim uſque ad annum ſeptimum coma non tondebatur; quo tempore ſemel tonſi, capilliſque Apollini ſacratis, comam nutriebant uſque ad pubertatem. Rurſus detonſo capite, ſi prolixiorem comam nutrirent, Cæſaries dicebatur. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 196. Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere ſolent. *Primum capillum* vocat, qui ab infantia ad annum ſeptimum eſt: *cirros*, qui poſt ad ephebiam uſque, cum denuo ſecatur. ¶ Differt cirrus a cincinno, quod cincinni arte, & calamiſtro criſpantur. V. *Salmaſ. de Coma*, & *Cæſar. p.* 339. ¶ Cirri etiam dicuntur criſtatæ pennæ in capite pici, & alaudæ. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Fulicarum generi dedit cirros: pico quoque, &c. ¶ Item Oſtreorum capillamenta. *Martial. l.* 7. *epigr.* 19. Et oſtreorum rapere lividos cirros. ¶ Item in veſtibus, ut fimbriæ, villi. *Phædrus l.* 2. *fab.* 5. Cui tunica ab humeris erat deſtricta, cirris dependentibus. Vide etiam *Ferrar. de re veſtiar. p.* 2. *l.* 1. *c.* 19.

Cis, & citra, *di qua*, ὅδε, Ger. *hie diſſeit*, Gal. *deca*, Hiſp. *aquende*, ἐντὸς, ἐπὶ τάδε, ab hac parte, præp. quæ accuſ. regunt, quibus opponuntur *ultra*, & *trans*, ab alia parte. *Cic. in Epiſt.* Diœceſes, quæ cis Taurum ſunt. ¶ Cis fere præponitur nominibus propriis fluminum, & montium, ut *cis Padum*: citra reliquis, ut *citra forum*. *Plaut.* tamen *Moſtell.* 1. 1. 16. Cis paucas tempeſtates, dixit: & *Trucul.* 2. 3. 27. Cis paucos dies: *h. e.* intra parvum tempus, propediem, *in breve*.

Ciſalpīnus, a, um, qui cis Alpes eſt, *chi è di qua dall' Alpi*, ut Galli Ciſalpini, & Gallia Ciſalpina. *Cic. pro leg. Manil. c.* 12.

Ciſapennīnus, a, um, qui cis Apenninum eſt, ut Ciſapennina Italia, apud *Caton. & Sempron. in Antiquitatib.* teſte *Budæo*.

Ciliarĭus, ii, m. *carrettiere, cocchiere*, qui ciſium regit, carrucarius. *Ulpian. l.* 13. *ff. loc. & conduct.* Quæritur, ſi ciſiarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium evertit, & ſervum quaſſavit, vel occidit.

Ciſibilites, multi genus in Galatia naſcens, *Plin. l.* 9. *c.* 24.

Ciſĭum, n. 2. *ſedia a due ruote*, δίτροχον, genus vehiculi duas habens rotas, quo Romani utebantur, cum iter celeriter conficere vellent, quaſi cæſium a cædo, quia duæ totæ recitæ eſſent. *Cic. pro Sex. Roſc. c.* 7. Hic decem horis nocturnis ſex, & quinquaginta millia paſſuum ciſiis pervolavit.

Ciſmontānus, a, um, adject. qui cis montes habitat. Hinc Aufinates ciſmontani dicuntur a *Plin. l.* 3. *c.* 12. ubi nunc *Ofena*, quoniam ultra eos edititima Veſtinorum juga attolluntur.

Ciſorĭum, ii, n. acies, mucro, quo cædimus. *Veget.* 2. *de re Veterin. c.* 22.

Ciſpello, a. 3. verb. antiq. eſt in citeriorem partem pellere, abigere. *Plaut. Amph.* 2. 4. 17. Inde optime ciſpellam virum.

Ciſpĭus, m. 2. mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Ciſpii hominis. *Varro l.* 1. *de L. L. Feſt.*

Ciſrhenānus, a, um, *chi è di qua del Reno. Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 2.

Ciſſanthēmus, m. 2. herba, al. Divæ Mariæ ſigillum. *Plin. l.* 15. *c.* 9.

Ciſsēis, idis, f. Hecuba filia Ciſſei, uxor Priami. *Virg.* 7. *Æn.* 320. ¶ Fuit autem Ciſſeus, Κισσεύς, rex Thraciæ. *Serv. ad Virg. loc. cit.*

Ciſſibĭum, vel Ciſſymbium, poculum ex hedera, vel hedera circumdatum, a κισσὸς, hedera. V. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 21.

Ciſsītis, is, f. κισσῖτις, gemma ad ſimilitudinem foliі hederæ candicans. *Plin. l.* 37. *c.* 10. *& 11.*

Ciſſus, m. 2. κισσὸς, hedera, a κίω, eo, vel a κέω, ſcindo. ¶ Orthociſſus, genus hederæ, quod ſolum ſine adminiculo ſubſiſtit. *Plin. l.* 16. *c.* 34.

Ciſſymbium, V. Ciſſibium.

Ciſta, æ, f. *caſſa, caſſetta, ceſta*, סל, Ger. *korb*, Gal. *corbeille*, Hiſp. *ceſta*, κίστη, κίβωτὸς, genus valis viminei. *Colum. l.* 12. *c.* 54. In quadratam ciitam vimineam, quæ neque ſpiſſe, ſolide tamen, & craſſis viminibus contexta ſit, componito. ¶ Item arca lignea, in qua pecuniæ, libri, & alia uſui neceſſaria reponuntur. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 17. *v.* 54. Aut ciſtam effractam, aut ſubducta viatica plorat. *Juven. Sat.* 3. *v.* 206. Namque vetus Græcos ſervabat ciſta libellos. ¶ Erat etiam ciſta ſacris arcanis ferendis accommodata. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 8. Et levis occultis conſcia ciſta ſacris.

Ciſtella, f. 1. *caſſetta, ceſtella*, dim. a ciſtula, quod eſt dimin. ciſtæ. *Ter. Eun.* 4. 6. 15. Ciſtellam domo effer. ¶ Fuit ſpeciatim genus valis, quo tabellæ diſtribuebantur, & colligebantur in ſuffragiis de Legibus, de Judiciis, de Magiſtratibus. *Author ad Heren. l.* 1. *c.* 12. Ille nihilominus ciſtellam detulit.

Ciſtellārĭa, nomen Comœdiæ Plautinæ, Ciſtellaria fabula. Quare uti poſſis adjectivo Ciſtellarius, a, um. In ea fabula ſolutio oritur ex ciſtella cum crepundiis reperta, & agnita: unde nomen.

Ciſtellatrix, cis, f. 3. ancilla, quæ caniſtrum fert heræ. *Plaut. Trin.* 2. 1. 23. Ducitur familia tota, cantrices, ciſtellatrices.

Ciſtellula, f. 1. dimin. a ciſtella. *Plaut. Rud.* 2. 3. 60. Ubinam ea fuit ciſtellula?

Ciſterĭa, V. Caſteria.

Ciſterna, f. 1. *ciſterna*, בור, Ger. *ein ciſtern*, Gal. *citterne*, Hiſp. *ciſterna*, τὸ ὕδατων δεκτέον, locus, in quo colligitur pluvia per euripos, & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos ad imbres ſuſcipiendos, a *ciſta*, vel quaſi *cis terrena*, quia eſt aquæ intra terram receptaculum. *Ulpian. l.* 1. *ff. de*

fonte,

fonte, Cisterna aquam vivam non habet. ¶ De cisternarum conficiendarum ratione vide *Plin. lib. 36. cap. 23.* & *Pallad. de R. R. lib. 1. tit. 17.*

Cisterninus, o. 1. 2. quod ad cisternam spectat. *Colum. l. 12. c. 43.* In aqua fontana, vel cisternina.

Cistibĕris, is, m. 3. qui cis Tiberim est, *chi è di qua dal Tevere. Pompon. lib. 2. §. 3. Digestor.* Magistratus, quos Cistiberes diximus. Al. aliter leg.

Cistĭfer, o. 1. 2. qui fert cistam. *Martial. l. 5. epigr. 17.* Nupsisti, Gellia, cistifero. Ubi intelligitur sacrificulus quidam, qui sacra arcana Cereris, vel Bacchi in cista gerebat.

Cisthus, al. cistus, f. 2. *rosagine, rosa canina*, κίσθος, κιστὸς, frutex, quem & cittaron vocant, seu cissaron, major thymo, foliis ocymi. Ejus duo sunt genera floris colore distincta: masculus florem habet roscaeum, fœmina album. *Plin. l. 24. c. 10.*

Cistophŏrus, i, m. 2. genus nummi Asiani, qui ita dictus, quod in eo Cistifer sculptus esset. *Cic. pro dom. c. 20.* In Asia cistophorum flagitare. V. *Turneb. l. 3. adv. c. 5. & 21. Alex. ab Alex. l. 4. c. 15.*

Cistŭla, æ, f. 1. *cestella*, dimin. a cista, κιστίον. *Plaut. Amph. 1. 1. 264.* Patera in cistula obsignata est signo Amphitruonis.

Citātim, adverb. *velocemente*, ταχέως, celeriter. *Hirc. de bel. Afric. c. 30.* Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit. *Quintil. l. 11. c. 1.* Nomina quædam, & versus affectatæ difficultatis quam citatissime volvant. *Id. l. 11. c. 3.* Ancillæ citatius moventur. *Hirt. de B. Afric. c. 80.* In eum locum citatim contendit.

Citatorĭum, ii, n. omnis vocatio in judicium quacumque de causa. *In Cod. l. 12. tit. 22. leg. 2.*

Citātus, a, um, *mosso, commosso*, vehementer motus, permotus, κινηθεὶς. *Stat. 6. Theb. v. 771.* interdum nutu, capitisque citati Integer obsequio. *Claudian. in II. consul. Stilich. v. 335. de leonib.* ventoque citatis Terrificant Atlanta jubis, *Plin. l. 7. c. 15.* Alvus citatior. *h. e.* fluxior, solutior. *Senec. in Med. v. 852.* Vultus ira citatus. *h. e.* permotus, turbatus. ¶ Item in jus, vel ad judicium vocatus, *citato*, κληθεὶς. *Cic. pro Dom. c. 18.* Qui neque adesse sit jussus, neque citatus, neque accusatus. *Id. 3. Verr. c. 7.* Quo die primum judices citati in hunc reum consedistis. ¶ Item ad cursum incitatus, citus, celer, *incitato, veloce, presto*, ἐξορμηθεὶς, ταχύς. *Cæs. l. 4. B. Gall. c. 10.* Rhenus per fines Trevirorum citatus fertur. *Id. l. 3. B. Civ. c. 96.* Equo citato Larissam contendit. *Liv. l. 28. c. 14. ad fin.* Citato gradu in hostem ducebant. *Sil. l. 4. v. 6.* volucrique citatior euro. *Juvenal. sat. 1. v. 60.* dum pervolat axe citato Flaminiam. *Liv. l. 27. c. 50.* Citatiore, quam venerat, agmine ad stativa sua pervenit. *Id. l. 22. c. 6. ad fin.* Quam citatissimo poterant agmine se se abripuerunt.

Citer, *posto di qua*, citerior. *Cato* apud *Prisc. l. 3.* Citer ager alligatus ad sacra erit.

Citerĭa, f. 1. effigies quædam arguta, & loquax, ridiculi gratia, quæ in pompa vehi Romæ solebat, quasi pica loquax, ex κίττα, pica, & ἀείδω, dicere. *Cat. in M. Cæcil.* Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri in ludis pro citeria? *Festus.*

Citerĭor, & us, o. 3. *citeriore, di qua*, ἐνδότερος, comp. a *citra*, vel a *citer*, vocabulo obsoleto. *Cic. Att. l. 12.* Sextum Pompejum fugisse in Hispaniam citeriorem, *h. e.* in provinciam Tarraconensem. *Val. l. 8. c. 7.* Citerioris ætatis metas Chrysippi vivacitas flexit, hoc est, ad ulteriorem ætatem pervenit. ¶ Humana, & citeriora considerare, apud *Cic. Tusc. 5.* est, considerare terrestria, & nobis viciniora.

Cithæron, onis, m. 3. *Citerone, Monte di Stives*, Mons Græciæ, in Bœotia, Parnasso finitimus, al. pars Parnassi, Baccho, & Musis sacer inter Pindum ad Occ. & Hymettum ad Eur. ex quo Asopus fl. profluit. ¶ Nomen habet a cithara Orphei, qui canere sæpe in isto monte solebat. *Lactant. l. 1. c. penult.* ¶ Monti huic peculiariter divinum quid, vel fatidicum tribuebatur. Vide *Barth. ad Stat. l. 2.* ¶ *Serv. ad Virg. Æn. 7. v. 641.* Cithæron putat alterum jugum Parnassi bicipitis: sed fallitur, cum Parnassus in Phocide sit. ¶ Scribitur & sine diphthongo, penult. correpta. *Auson. in Gripho. v. 32.* Sed Citheron toties ternas ex ære sacravit.

Cithăra, f. 1. *cetera*, כנור, Ger. *eine harffe*, Gal. *harpe*, Hisp. *harpa*, κιθάρα, instrumentum musicum. Nomen est generale, cujus species facit *Isid. l. 3. Orig. c. 21.* psalteria, lyras, barbita, & alia quadrata forma, necnon triagonali. Alii volunt, idem esse ac lyram. Cæterum Poetæ solent hæc vocabula confundere. *Horat. l. 1. od. 24.* Melpomene, cui liquidam pater vocem cum cithara dedit.

Citharista, æ, m. 1. *chi suona la cetra*, Ger. *ein harffe schleger*, Gal. *joueur de harpe*, Hisp. *tanedor de harpa*, κιθαριστὴς, qui citharam pulsat sine voce. *Cic. 3. Verr.* Aspendium citharistam sustulit. Adde *Phil. 5. cap. 6.*

Citharistrĭa, æ, f. 1. quæ citharam pulsat, fidicina, *sonatrice di cetra. Ter. Phorm. 1. 2. 32.* Nactus est puellulam citharistriam.

Citharīzo, as, n. 1. *suonare di cetra*, κιθαρίζω, citharam pulso. *Nepos in Epaminonda, c. 2.* Nam & citharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio.

Citharœda, æ, f. 1. citharistria. *Vet. Inscript.* apud *Grut. p. 654. n. 2.* Claudiæ Citharœdæ conjugi optimæ, &c.

Citharœdĭcus, a, um, o. 1. 2. κιθαῳδικὸς, quod ad citharœdum spectat, ut ars citharœdica, apud *Suet. in Ner. c. 40.* Quo majore venia meditaretur citharœdicam artem.

Citharœdus, m. 2. *chi suona di cetra*, κιθαῳδὸς, qui citharam pulsat. *Cic. pro Mur. c. 13.* Aulœdus sit, qui citharœdus esse non possit.

Citĭme, adverb. proxime nobis, *vicinissimo a noi. Prisc. l. 15. pag. 1016. Putsch.* Citra, citerius, citime: citerior, citimus.

Citĭmus, olim citumus, o. 1. 2. ἐγγύτατος, superlat. a cis, vel citra, vel potius ab antiquo nomine *citer*, significat eum, qui ultimus est, & nobis vicinus, *ultimo, e più vicino. Cic. Somn. Scip. c. 3. de Luna*, Ex quibus ea erat minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

Citĭpes, edis, idem quod celeripes, *chi è velote di piede*, ὠκύπους. Adjective est apud *Diomed. Grammat. l. 3.* Citipes cursus.

Cito, adverb. celeriter, statim, *subito, tosto, presto*, תיכף, Ger. *alsbalde*, Gal. *vitemante*, Hisp. *presto*, ταχέως. *Cic. 9. Fam.* Quid potissimum scribam? Cito me ad te esse venturum. *Virg. Æn. 1.* Citius dicto æquora placat. *in meno, ch' io non lo dico. Cæs. B. Gall. 5. 33.* Citissime se recipere. ¶ *Cic. de clar. Orat.* Non tam cito Rhetorem dixisses, quam τοιμητὸν, h. e. non potius. *Id. ibid.* Neque verbis aptiorem cito alium dixerim, neque &c. ¶ *Sat cito, si sat bene*, scitum *Catonis* proverbium apud *Hieronym. ep. 26. c. 4.*

Cito, as, avi, atum, are, *citare, chiamare*, יצר, Ger. *laden*, Gal. *citer, adjourner*, Hisp. *citar, emplazar*, ἐξορμάω, freq. a cieo, & modo est judiciale verbum, pro in jus vocare, jubere adesse, & diem alicui dicere, modo extra forum, pro fidem, auctoritatemque alicujus obtestari, allegare, laudare. *Cic. Verr. 4.* Citat reum, non respondet. *Id. de Nat. Deor. l. 1.* Cum tanquam Senatum Philosophorum citares. ¶ Item simpliciter vocare. *Ovid. epist. Didus ad Æneam, v. 101.* Hinc ego me sensi noto quater ore citari. *Nepos in præfat.* Victorem Olympiæ citari. *h. e.* proclamari, nominari. ¶ Item abducere, proferre, aut citare libros Magistratuum. *Liv. l. 4.* Citare auctores, *Id. ibid.* ¶ Item incitare, ut citare equum. *Cæs. B. C. l. 3. c. 96.* Pompejus equo citato Larissam contendit. ¶ Item crebro movere, commovere. *Colum. l. 6.* Ne immaturis herbis citetur alvus. Sic citare urinam, apud *Cels. l. 2. c. 19.* Et *l. 4. c. 6.* citare humorem illuc. ¶ Interdum significat canere. *Horat. l. 1. Sat. 3. v. 6.* Si collibuisset, ab ovo Usque ad mala citaret. Sic citare pæanem, *Cic. de Orat.* ¶ Regit varios casus, ut citare testem in re aliqua. *Cic. pro Quint.* in rem aliquam, *Id. in Verr. 4. 59.* alicujus rei, *Livius.*

Citra, *di qua*, ἐντὸς, ab hac parte, præp. quæ accus. regit, a cis. *Cic. 1. Phil.* Ut exercitum citra flumen Rubiconem educeret. ¶ Quandoque pro fine ponitur, ἄχρι, ut Citra fastidium, citra scientiam. *Suet. in Cæs.* Alii citra Senatus, Populique authoritatem. *Cels. l. 1. c. 2.* Lassitudo citra fatigationem sit. ¶ Pro ante, vel extra, *Colum. 2. 8.* Citra calendas Octob. *Sueton. Aug. c. 43.* Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid insuetatum advectum esset, id extra ordinem publicare. ¶ Sumitur & adverbialiter. *Liv. l. 10. c. 25.* Paucis citra millibus lignatores occurrunt. ¶ *Citra quam*, propius quam. *Plin. 2. 13.* Citra quam proxime fuerit. Item minus, quam. *Ovid. 1. de Pont. 7. 55.* Culta quidem, fateor, citra quam debuit, illa.

Citrago, vel Citreăgo, inis, f. 3. herba apibus grata, citreum malum redolens, *Pallad. April. tit. 8.*

Citrĕtum, i, n. 2. locus citris consitus. *Pallad. l. 3. c. 24.* Citreta tegumentis defenduntur a frigore.

Citrĕus, a, um, adject. ex citro, ut citrea mala, *Plin. l. 15. c. 28.* Mensa citrea, *Cic. 6. Verr. c. 17.*

Citrĭnus, a, um, idem quod citreus, ut citrinus color, *Plin. lib. 19. cap. 15.*

Citro, adverb. idem quod citra, *di qua*: & semper cum *ultro* jungitur; hinc ultro citroque, *di qua, e di là. Cic. pro Rosc. Amer. cap. 22.* Homines cursare ultro, & citro non destiterunt. Et *in Somn. Scip. cap. 1.* Multis verbis ultro, citroque habitis, *scambievolmente, da ambedue le parti.*

Citrōsus, a, um, adject. *Fest.* Citrosa vestis appellata a similitudine citri. Ubi *Scaliger*: Festus vult ita dictam, quod sit undatim crispa: At *Macrobius 2. Saturn. c. 15.* quod poma citri vestibus interererentur ad odorem concipiendum.

Citrum, i, n. 2. citri arboris lignum. *Martial. l. 10. epigr. 98.* Et citrum vetus, Indicosque dentes. Adde *Plin. l. 16. c. 43.*

Citrus, f. 2. vel citrea malus, *cedro*, Germ. *citronbaum*, Gall. *citronier*, Hisp. *cidro*, κίτρος, species arboris diversa a cedro. ¶ Duplex est, una infrugifera, sylvestri cypresso similis caudice, foliis, odore, quæ a quibusdam etiam *thya* appellatur. Nascitur in Mauritania apud Atlantem M. Non multum crescit. Olim in Italiam advehebatur, ex qua mensæ fierent, quæ citreæ dictæ sunt, & in maximo pretio fuere. ¶ Altera citrus arbor est toto anno pomifera, folia habens lauri, fructum aureo colore, odore gratissimo, quæ etiam malus Assyria, Medica, Persica appellatur, cujus fructus citreum malum dicitur. Nascitur in Media, Assyria, Perside, Italia, &c. Triplex est, alia profert poma aurantia, alia citrea, alia limones. ¶ Pomo citreo veteres non vescebantur, sed usi ad odorem conciliandum. Præterea in vestibus condiebatur, quia & gratissimum odorem iis conciliat, & eas tineis servat. Vim etiam habet adversus venena. *Plin. lib. 13. cap. 16.*

Cittiensis, se, &

Cittieus, i, Κιττιεὺς, ad Citium pertinens. *Cic. 5. Tuscul. 11.* Zeno Cittieus. *Gell. 17. 1.* Zeno Cittiensis.

Cittium, n. 2. Citium, Cytium, Cythium, Cetium, *Chite*, olim urbs E. nunc pagus Cypri, in ora Australi, inter Amathuntem ad Occ. & Tronos ad Or.

Citŭle, adverb. diminut. a cito. *Apul. l. 10. A. A.* Gradus citule referens, e conspectu facessit. Al. leg. *scitule.*

Citus, a, um, o. 1. 2. *veloce*, מהיר, Ger. *schnell*, Gal. *vite*, Hisp. *presto, y ligero*, ταχὺς, velox. *Cic. de Orat. 3. 57.* Vox cita, tarda, acuta, gravis. ¶ Comparat. est *citior*, superlat. *citissimus. Plaut.* apud *Festum.* Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famam reor *Quintil. l. 6. c. 4.* Ex insidiis citissimo facto simillimum. ¶ Item citatus, motus, permotus. *Cels. 2. 3.* Cita alvus. *ventre rilassato.* Naves citæ remis, & velis habiles, *Tacit. Ann. 2. c. 6.*

Civĭcus, a, um, o. 1. 2. *cittadinesco*, civilis, ut Civica corona, quam civis civi, a quo servatus fuisset in prælio, testem vitæ dare solebat, ex fronde querna, quoniam cibus olim e quercu capi consueverat. *Cic. pro Planc.* Id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, & se ab aliquo servatos esse fateantur. Sic civica jura, *Horat. l. 1. ep. 3. v. 23.* Civica bella, h. e. civilia, intestina, *Ovid. l. 1. de Ponto, el. 2. v. 126.*

Civĭlis, o. 3. *civile*, πολιτικὸς, Germ. *burgerlich*, Gal. *civil*, Hisp. *civil*, quod est civium, vel quod ad cives pertinet. *Cic. pro Font.* Inimicior Fimbriæ Scaurus ex civilibus studiis, atque obtrectatione domestica. Sic civilia arma, civile bellum, apud *Cic. l. 7. ad Att.* & *Claudian.* Civilis sermo, h. e. vernaculus, *Sueton.* Civile jus, *Cic. de Orat. Horat. l. 1. Sat. 9.* ¶ Significat etiam humanum. *Sueton. in Tiber. c. 26.* Civilem se admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit. *Ovid. 4. Trist. eleg. 4. v. 13.* Ipse pater patriæ, quid enim civilius illo; *più popolare.* ¶ Item pro politico, ut vir civilis, *uomo di stato, Quintil. proœm. l. 1.* Sic curæ civiles, *negozj di stato, Horat. l. 3. od. 8.* ¶ Item pro civico, ut quercus civilis, apud *Virg. 6. Æn.* h. e. corona civica, de qua V. suo loco. ¶ Opponitur naturali. *Plin. l. 2. c. 77.* Civilis dies: h. e. qui legibus constitutus est. ¶ Superlat. *civilissimus* legitur apud *Eutrop. l. 8. c. 1.*

Civilĭtas, atis, f. *arte di governare la repubblica*, πολιτικὴ, ars, seu prudentia tuendæ, ac conservandæ civilis societatis. Ita hac voce usus, *Quintil. l. 2. c. 15.* Quam enim πολιτικὴν appellat *Plato in Gorgia*, ipse *civilitatem* vertit. ¶ Dicitur etiam civilitas ea virtus, quæ ad actus, & vitam publicam pertinet, & in gravitate quadam, & modestia constituta est, superbiæ, & crudelitati contraria. Hanc *Suetonius* Augusto tribuit, *in ejus vita c. 51.* & cum clementia conjungit. *Id. in Claud. c. 35.* Primis imperii diebus quamquam jactator civilitatis, neque convivia inire ausus est, &c.

Civilĭter, *civilmente, da cittadino*, πολιτικῶς, ex jure civili. *Cic. 1. Offic.* Cum civiliter contendimus, aliter, si est inimicus, aliter, si competitor. ¶ Tam late patet, quam civilis, & civilitas. *Liv. l. 38. c. 56.* Magis pie, quam civiliter. h. e. quam decet civem. *Senec. l. 4. Excerp. in præf.* Non civiliter tantum, sed etiam familiariter. *Plin. Paneg.*

cap. 29. habet *civilius*, & *Eutrop. lib. 7. cap.* 5. *civilissime*.

Civis, hujus civis, com. 3. popularis, *cittadino*, אזרח יציר, Ger. *burger*, Gal. *citoyen*, Hisp. *ciudadano*, πολίτης, urbis incola. *Cic. in Catil.* Ut te metuunt omnes cives tui. *Idem pro Balbo, cap.* 24. Civis Romana. ¶ In ablat. habet *cive*, & *civi*. *Ovid. 3. Fast. v.* 282. Et cum cive pudet conseruisse manus. *Plaut. Perf.* 4. 3. 6. Atticam civitatem auxi civi femina.

Civĭtas, f. 3. *cittadinanza*, πόλις, civium multitudo unum in locum congregata, quæ eodem jure vivit. *Cic. de Somn. Scip.* Nihil est illi principi Deo acceptius, quam concilia, cœtusque hominum jure sociati, quæ civitates appellantur. ¶ Civitas, & urbs in hoc differunt, quod urbs proprie mœnia, & ædificia significat, civitas populum, qui habitat intra mœnia, & suburbiis. *Cic.* 4. *Acad.* 45. Ego tibi Prætor esse non videor, quia sapiens non sum, nec hæc urbs, nec in ea civitas. Sed hæc nomina aliquando confunduntur. Nam *Valer. Flac.* apud *Gel. lib.* 18. *cap.* 7. scribit, Civitatem etiam pro loco, & pro oppido dici: & *Aurel. Victor. de Vir. illustr. cap.* 1. Ipsi (Romulus, & Remus) pastoribus adunatis civitatem condiderunt, quam Romulus Romam vocavit. Et *Tertul. l.* 2. *adverf. Marc. c.* 20. Pro civitatibus ædificatis. Contra vero *Virg. Æn.* 2. Urbem somno, vinoque sepultam, dixit, & *Juven. Sat.* 11. *v.* 197. Mœstam, attonitamque videres Hanc urbem. ¶ *Isidorus* scribit *l.* 15. *Orig. c.* 2. solas urbes ab indigenis conditas civitates appellari posse. ¶ Neque vero solum incolarum societas uno oppido, aut urbe collecta civitas dicitur, verum & genus, seu natio integra, quæ iisdem legibus vivunt, & unum Reip. corpus efficiunt. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 12. Omnis civitas Helvetiæ in quatuor pagos divisa est. *Idem*, Urbes incenduntur in reliquis civitatibus. ¶ Ponitur interdum civitas pro jure civium. Hinc civitate donare, in civitatem recipere, civitatem consequi. *Cic. & al.*

Civitatŭla, læ, f. 1. *picciola città*. *Senec. in Apocolocynt.* Hic quæstu se sustinebat, vendere civitatulas solebat. *Apul. l.* 10. *Met. sub fin.* Ad quandam civitatulam pervenimus.

C A N T E L.

Clabŭla, æ, f. 1. auctore *Nonio c.* 4. *n.* 473. eadem est, quæ *talea*, h. e. ramus ex utraque parte æqualiter præcisus. Sed Varro *Clavolam*, sive *Clavulam* vocat, *l.* 1. *R. R. c.* 40.

Clabulāris, e, o. 3. ut clabularis cursus, qui militibus concedebatur, quoties ex aliis in alia loca celeriter eos transferri oportebat, ut est in *l.* 22. *Cod. de cursu publ.* Erat autem permissio utendi publicis vehiculis, quæ magni ponderis capacia ad hoc destinabantur. ¶ *Clavularis cursus facultatem penmissam* vocat *Ammian. lib.* 20. *cap.* 4. V. ibi *Valef.* ¶ Sunt qui malint *caballarem*, apud *Luitprand. in hist. sui temp.*

Clacendix, genus conchæ. V. Claxendix.

Clades, dis, *calamità*, *uccisione*, שבר, Germ. *eine schlache*, Gal. *ruine*, *massacre*, Hisp. *estrago*, ἧττα, proprie est, cum rami arborum franguntur sive tempestate, sive nimio fructuum pondere, sive etiam cum cæli, sive soli vitio inutiles facti amputari debent, a κλάω, ramus, vel a κλαδάω, ramos amputo, vel a κλάω, frango. ¶ Translate sumitur pro quavis calamitate, & jactura, *perdita*, *calamità*, præcipue vero pro damno, quod ex bello capimus. Hinc inferre, accipere, contrahere cladem, &c. *Liv. Cic. Curt. Liv. l.* 2. *c.* 13. Mutium dimissum, cui postea Scævolæ a clade dextræ manus cognomentum inditum. *Virg. Æn.* 6. *v.* 842. Scipiadas cladem Libyæ. *Lucret.* 6. 1089. Mortifera clades. ¶ In genit. plur. habet *cladum*, & *cladium*, *Sil.* 16. 672. Ad veterum delenda opprobria cladum.

Clam, *di nascosto*, בסתר, Ger. *heimlich*, Gal. *en cachette*, Hisp. *a escondidas*, λάθρα, latenter, occulte, præposit. & adverb. sed magis tamen adverb. quam præpositio, si *Prisciano* credimus *l.* 14. Ablativo, & accusat. jungitur. *Plaut. Cas.* 2. 8. 33. Bona multa faciam clam meam uxorem. *Cic.* 15. *Att.* Paulo clam iis eam vidi. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 82. Deduco pedes de lecto clam, ne miles sentiat. ¶ *Festus clam* a clavibus dictum putat, quod quæ celare volumus, claudimus.

Clamatĭo, V. Clamitatio.

Clamator, m. 3. *gridatore*, qui clamat. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 21. Clamatores odiosi, ac molesti. ¶ Est idem fere, qui rabula. *Id. in Brut. c.* 49. Ut intelligi possit, quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse. ¶ Pro nomenclatore videtur usurpari a *Mart.* 12. *epig.* 26.

Clamatorĭus, a, um, adject. qui clamat, ut clamatoria avis, apud *Plin. l.* 10. *c.* 14. quæ scilicet inconditum, & mali augurii clamorem edit.

Clamātus, a, um, cum clamore dictus. *Ovid.* 5. *Fast.* 189. Clamataque palma theatris. ¶ Item clamando vocatus, *chiamato*. *Id.* 2. *Metam. v.* 443. Aspicit hanc, visamque clamat: clamata refugit. ¶ Item clamoribus impletus. *Stat. l.* 4. *Silv.* 8. *v.* 15. Tot dominis clamata domus.

Clamitatio, onis, f. 3. clamor, strepitus, ejulatus. *Plaut. Mostel.* 1. 1. 6. Quid tibi, malum, hic ante ædes clamitatio est. Alii leg. *Clamatio.*

Clamĭto, as, are, frequentat. a clamo, multum clamo, *gridare assai*, συχνὰς, καὶ πολλάκις κράζω. *Terent. Andr.* 1. 1. 17. Venit postridie ad me clamitans. ¶ Transitive usus est *Plaut. Pseud.* 5. 1. 29. Clamitant me, ut revertar: h. e. vocant. Et *Cic.* 2. *Div. c.* 40. Quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat. *b. e.* alta voce dicebat.

Clamo, as, n. 1. clamorem edo, *chiamare*, *gridare*, זעק, קרא, Ger. *schreyen*, Gal. *crier*, Hisp. *llamar*, *gritar*, βοάω, est vociferari. *Cic. Att. l.* 5. Id clamare omnes, qui aderant. ¶ Transfertur & ad inanima. *Silius l.* 9. *v.* 57. Clamante procella. Adde *l.* 4. *v.* 526. ¶ Active sumitur cum accusandi casu pro vocare cum clamore, *chiamare*. *Plaut. Asin.* 2. 3. 10. Extemplo janitorem clamat. Adde *Virg. Æn.* 4. *v.* 674. ¶ Et pro proclamare, edicere, *intimare*. *Apul.* 3. *Met.* Præcone publico silentium clamante. ¶ Item pro conqueri. *Cic. pro Cluent.* De suo, & de uxoris interitu clamaret. ¶ Item pro poscere. *Propert. l.* 4. *eleg.* 9. Clamare aquas.

Clamor, oris, m. 3. vociferatio, acclamatio, *grido*, זעקה, Ger. *geschrey*, Gal. *clameur*, *cry*, Hisp. *clamor*, κραυγὴ, vox intensa, & majore cum impetu prolata. *Cic.* 6. *Verr.* Ex clamore fama tota urbe percrebuit. *Virg.* 5. *Æn.* Resonat clamoribus æther. ¶ Clamore aliquem excipere, apud *Cic. Verr.* 7. *c.* 36. h. e. acclamationibus. ¶ Transtulit ad inanima *Horat.* ubi ait *l.* 3. *Od.* 29. *v.* 58. Non sine montium clamore, vicinæque silvæ, &c.

Clamōse, adverb. *gridando*, cum clamore, κραυγικῶς. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Ne dicamus omnia clamose, quod insanum est.

Clamōsus, a, um, o. 1. 2. κραυγασιὰς, quod clamore obstrepit. *Martial.* 10. 53. Clamoso insistere circo. *Quintil. l.* 6. *c.* 5. Altercator clamosus.

Clancularĭus, *occulto*, idem ac clandestinus, a clanculum. *Mart. l.* 10. *epigr.* 3. Poeta quidam clancularius spargit.

Clanculo, adverb. idem quod clanculum, κάθρα. *Apul. l.* 3. *A. A.* Puer clanculo profugit.

Clanculum, *di nascosto*, λαθραίως, dim. a clam. *Ter. Adel.* 1. 1. 27. Alii clanculum patres quæ faciunt. *Id. in Eun.* 3. 5. 41. Venisse clanculum per impluvium.

Clandestino, adverb. idem quod clam. *Plaut. Mil.* 4. 1. 10. Clandestino ut agerem.

Clandestĭnus, a, um, *occulto*, *secreto*, secretus, a clam. *Cic. in Orat. c.* 66. Cur clandestinis consiliis nos oppugnant?

Clango, is, *trombettare*, תקע, Ger. *trommeten*, Gal. *soner la trompette*, *trompetter*, Hisp. *trompetear*, κλάζω, & κλάγγω, tuba cano, vel increpo, a κλάγγω, quod a sono factum est. *Valer. Flac. l.* 3. *v.* 349. Luctificum clangente tuba. ¶ *Auctor carminis de Philom.* clangere tribuit aquilis, illo versu: Clangunt porro aquilæ; vultur pultare probatur. V. Clangor. ¶ *Accius* apud *Non. c.* 6. *n.* 86. *cachinnare*, clangere undas, dixit.

Clangor, oris, m. 3. *il suono delle trombe*, תרועה, Ger. *der trommeten schall*, Gal. *son de trompette*, Hisp. *son de trompeta*, κλαγγὴ, sonus tubarum. *Virg.* 2. *Æn. v.* 313. Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum. Vet. Gloss. Clangor, ἦχος σάλπιγγος. ¶ Aquilis tribuit *Cic.* 2. *Tusc. c.* 10. & *Liv. lib.* 1. *cap.* 39. Fulicæ *Plin. lib.* 18. *sub fin.* Anseribus *Colum. lib.* 8. *cap.* 13. Gruibus *Stat. Theb.* 12. *v.* 517. Igitur quivis acutior sonus, & gravior, clangor dici poterit: nam & pennarum clangores dixit *Sueton. Domit. c.* 6.

Clanĭus, ii, m. 2. *l' Agno*, fl. Campaniæ, qui oritur ex Tiphata M. & juxta Acerras, Atellam, five Aversam, & Linternum urb. fluit, & pal. Linternam efficit in ora litorali. *Virg.* 2. *Georg. v.* 225.

Clare, adverb. dilucide, plane, aperte, manifeste, explicate, luculenter, *chiaramente*, λαμπρῶς. *Cic. Att. l.* 2. *epist.* 20. Aperte loquantur, & jam clare gemant. *Fam. l.* 8. *ep.* 14. Eo clarius id periculum apparet. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Clarissime lucens. *Plin. l.* 10. *c.* 70. Clarissime audire.

Clarĕo, es, ui, n. 2. eniteo, *essere chiaro*, *illustre*, *noto*, הואיר, Germ. *heiter seyn*, Gal. *être clair*, *renommé*, Hisp. *ser claro*, *famoso*, λάμπω, clarus sum, idest, manifestus sum, notus, celebris. *Enn.* apud *Cic.* 3. *Offic.* Ergo postque, magisque viri nunc gloria claret. *Cic. de Sen.* Cujus adventu insula hodie claret Cypros. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter, pro clarum est, seu manifestum est. *Lucr. l.* 6. Quod in primo quoque carmine claret. ¶ Sæpe sumitur pro lucescere. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 127. Hoc lumen candidum claret mihi. ¶ Clarere item est apparere. *Cic. in Arato*. Ad ætatis primordia clarent. *Claudian. de IV. Con. Honor. v.* 191. Ventura potestas claruit Ascanio.

Clarescŏ, scis, n. 3. *farsi chiaro*, התהכח, Ger. *heiter werden*, Gall. *devenir clair*, Hisp. *ser claro*, *y manifiesto*, ἐκφαίνομαι, clarus fio. *Virg.* 2. *Æn.* Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror. *Senec. Herc. Fur.* Dies clarescit. ¶ Translate *Claud. de Consul. Mall. Theod. v.* 3. Plausu clarescere vulgi.

Claricĭto, a. 1. voco. *Lucr. l.* 5. *v.* 945. Claricitat ad se fitientia secla ferarum. Ita legit *Lambin.* Alii. Clare citat. V. Daniel. Paræum.

Clarifico, as, a. 1. *far chiaro*, λαμπρύνω, illustro, clarum facio. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Capitis vitia purgat, visum clarificat. Ita quidam Lexicographi, secuti, opinor, lectionem *Manut.* At *Harduin.* in MSS. omnibus legit *compurgat*, pro *clarificat*. ¶ Cæterum pro illustrare habet *Lactantius lib.* 3. *cap.* 18. Nomenque suum grandi aliquo facinore clarificaret.

Clarĭficus, a, um, clarum faciens, vel simpliciter clarus. *Catul. carm.* 65. *v.* 125. Clarificas imo fudisse e pectore voces. Al. leg. *clarisonas*.

Clarigatĭo, onis, f. 3. belli denunciatio, vel principium, *intimazione di guerra*. *Serv. ad Virg. Æn.* 9. *v.* 53. Cum volebant Romani bellum indicere, princeps Fecialium proficiscebatur ad hostium fines, & prætatus quædam solemnia, clara voce dicebat, se bellum indicere &c. Et hæc clarigatio dicebatur, a claritate vocis. Hæc Serv. quem consule etiam *ad Æn.* 10. *v.* 14. itemque *Liv. l.* 1. *c.* 32. ¶ Clarigatio etiam dicebatur, quam nos *rappresaglia*, *arresto* vocamus, h. e. jus hominis, aut rei alicujus prehendendæ, atque abducendæ. Hanc ad Justiniani Novel. 52. Vet. Interp. Pignorationem appellavit. *Liv. l.* 8. *c.* 14. Veliterni jussi trans Tiberim habitare, ut ejus qui cis Tiberim deprehensus, usque ad mille pondo clarigatio esset, nec prius quam ære persoluto, is, qui cepisset, extra vincula captum haberet.

Clarĭgo, as, n. 1. est res repetere, & bellum indicere, quod Fecialium proprium fuit, a clare, & ago, quia id clara voce agerent, ut litigo est litem agere, lævigo lævе agere. V. Clarigatio. *Plin. l.* 22. *c.* 2. Legati cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, idest, res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.

Clarisco, is, iscere, idem quod clarescо. *Apul. de Mundo*: Ignes pernicitate clarisсentes.

Clarisŏnus, a, um, o. 1. 2. λαμπροφθόγγος, quod clare sonat. *Cic. in Arato*, *v.* 280. A clarisonis auris Aquilonis ad Austrum. *Catul. carm.* 65. *v.* 320. Vox clarisona.

Clarissĭmātus, us, ui, m. 4. status, seu dignitas eorum, qui *Clarissimi* appellabantur, apud JCtos. *Ammian. Marcel. lib.* 21. *c.* 31. Nec sub eo dux quisquam cum clarissimatu provectus est. V. Clarus.

Claritas, atis, f. 3. splendor, luciditas, *chiarezza*, *splendore*, זהר, Ger. *klareit*, Gal. *clarté*, Hisp. *claridad*, φωτότης. *Plin. l.* 2. *c.* 8. Claritatis tantæ est vesper. *Plin. l.* 18. *c.* 11. claritas oculorum, *buona vista*. *Cic.* 1. *Acad.* claritas vocis. ¶ Translate est fama, excellentia, δόξα. *Plin. l.* 14. *c.* 14. Esse in claritate, *esser celebre*. *Quintil. l.* 5. *c.* 11. excellere claritate nascendi.

Claritūdo, dinis, f. 3. idem, quod claritas. *Sall. Jug. cap.* 2. Cum tam multæ, variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. ¶ Dicitur & de voce, φθογγὴ, *chiarezza*. *Gell. l.* 7. *c.* 5. Gestu, & vocis claritudine, & venustate cæteris antestabat.

Clarĭtus, clare. *Charif. l.* 1. *ex Celso*. Vox obsoleta.

Clarivĭvĭdus, a, um, adject. ut Clarividi sensus, apud *Marcell. Empir.* 18.

Clarĭus, i, Apollo sic dictus a Claro oppido Joniæ juxta Colophonem sito. *Serv. ad Virg. Æn.* 1. *v.* 360. Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis. V. Claros.

Claro, as, a. 1. illustro, patefacio, ostendo, *far chiaro*, הרים, Ger. *heiter machen*, Gal. *rendre clair*, Hisp. *esclarecer*, λαμπρύνω, clarum facio, explico, declaro. *Lucret. l.* 3. *v.* 35. animi natura videtur, Atque animæ claranda meis jam versibus esse. *Stat.* 5. *Theb. v.* 286. Inter longæ claravit limite flammæ. ¶ Item clarum, ac nobilem reddo, *nobilitare*. *Horat. l.* 4. *od.* 3. Illum non labor Isthmius clarabit pugilem.

Claror, oris, m. 3. claritudo, *chiarezza*, *splendore*. *Plaut. Most.* 3. 1. 112. Ædes speculo claras clarorem merum.

Claros, & Clarus, i, f. 2. *Calamo*, insula maris Myrtoi, circuitu 40. M. P. inter Coon, & Leron. ¶ Claros etiam, oppid. Joniæ cum fonte, luco, & templo Apollini sacro, qui propterea Clarius cognominatus est, apud Colophonem urb. conditum a Manto Tiresiæ filia. Nearchus dicit, id nomen loco datum a κλάω, fors, quod Apollini per fortem obtigerit. Epota aqua fontis mira oracula reddebantur, breviore tamen vita bibentium. *Plin. l.* 2. *c.* 103.

Clarus, a, um, o. 1. 2. *illustre*, *noto*, *celebre*, *chiaro*, ἐπιφανὴς,

φανερὸς, planus, apertus, perſpicuus, illuſtris, nobilis, inſignis. Clarum ſidus. *Horat. l. 4. od. 8. v. 31.* Sol clariſſimus. *Quintil. l. 5. c. 12.* Clariora ſole, *Cic. de Fin. l. 1. c. ult.* Clara voce dicere, *Id. pro Cluent. c. 48.* Vir ampliſſimus & clariſſimus. *Id. 1. de Orat. c. 45.* ¶ Clariſſimi olim dicebantur Senatores (unde & claros Patres, dixit *Horat. l. 4. od. 6.*) Et quidem tertii ordinis, ut ait *Iſid. l. 9. c. de Civib.* Ita enim diſtinguit, ut primi ordinis Senatores Illuſtres dicerentur, ſecundi Spectabiles; tertii Clariſſimi. Quamquam cum ipſi quoque Conſules aliquando Clariſſimi dicti ſint, ut videre eſt apud *Plin. l. 7. epiſt. 33.* univerſim Senatores omnes hoc titulo appellatos antiquitus, aliqui exiſtimant. Ex quo *Caſaub. ad Lamprid.* notat, Clariſſimos abſolute pro Senatoribus, & Clariſſimas pro eorum Uxoribus poni cœpiſſe. ¶ Cum vero etiam illuſtrium Equitum ſæpe mentio fiat apud *Tacit.* putat *J. Lipſius* Equites illuſtres eos fuiſſe, qui non quidem Senatores eſſent, cenſum tamen haberent, & ſpem Senatoriæ dignitatis, quin & latum clavum ejus inſigne. Plura V. Apud *eund. Lipſ. comment. in Tacit. l. 11. Ann. c. 4.*

Claſſiarius, m. 2. ἐπιβάτης, miles e claſſe, quæ tutelæ, ſive præſidii cauſa diſpoſita eſt in mari, fluvio, aut lacu. *Cæſ. 3. B. C. Suet. in Veſp. c. 8. Tac. l. 12. Annal. Plin. l. 6. ep. ad Tacitum.* ¶ *Ferrar.* ex loco cit. Suetonii putat, Claſſiarios poſſe etiam dici nuncios pedaneos ex claſſe. V. *Sueton.*

Claſſicen, inis, m. 3. V. Claſſicus.

Claſſicŭla, *piccola armata navale*, parva claſſis. *Cic. Att. l. 16. ep. 2.* Caſſius cum claſſicula ſua venerat.

Claſsĭcum, n. 1. cornu convocandi cauſa factum, & ipſe ſonus, vel ſignum, a calando, quaſi *calaſſicum*, ut ſentit *Iſido. l. 18. c. 4. Virg. 7. Æn.* Claſſica namque ſonant. ¶ Claſſicum item ineundæ pugnæ ſignum appellatur, quod tuba dari ſolet. *Lucan. l. 2.* Verba ducis nullo partes clamore ſequuntur, Nec matura petunt promiſſæ claſſica pugnæ. ¶ Denique accipitur latius pro quovis tubæ ſono, qui prodeunte Imperatore, aut ejus juſſu in caſtris fieri ſolet. *Cæſ. 3. B. C.* Pompeius cum Scipione honorem partitur, claſſicumque apud eum cani, & alterum illi jubet Prætorium tendi. Ex quibus verbis intelligimus, claſſicum fuiſſe inter Imperatorum inſignia, & non niſi apud eos cani ſolitum. V. *Veget. de re milit. l. 2. c. 22.* ¶ Dicimus etiam inflare claſſica. *Virg. 2. Georg.* ¶ In Civium ſuppliciis claſſicum cani celeberrimis urbis locis, moris fuiſſe, obſervat *Lipſ. ad Annal. Tacit. l. 2.*

Claſsĭcus, a, um, ad claſſem pertinens, qua ordinem, ſeu partem populi ſignificat. *Gell. l. 7. c. 13.* docet, *claſſicos* appellatos eſſe a *Catone* nos omnes, qui in claſſibus erant, ſed primæ tantum claſſis homines, qui centum & viginti quinque millia æris, ampliuſve cenſi erant: *infra claſſem* vero, qui in ſecunda claſſe, & in aliis inferioribus deſcribebantur: quod confirmat *Feſt.* in voce *Infra.* ¶ Hinc translate *claſſici ſcriptores* ſunt, qui vulgo probantur, & auctoritatem legitimam ex communi conſenſu obtinent: quaſi primæ ſint claſſis, & majoris fidei præ reliquis. *Gell. lib. 19. c. 8. ad fin.* Claſſicus, aſſiduuſque aliquis ſcriptor, non proletarius. ¶ Similiter claſſici teſtes, qui cenſu majore ſunt, & fide digni: cujuſmodi ſignandis teſtamentis adhibebantur. *Feſtus.* ¶ Præterea *claſſici* dicti ſunt cornicines, qui populum per claſſes ad comitia vocabant. *Varr. Jub fin. lib. 5. de L. L. & lib. 4. cap. 16. extr.* ¶ Refertur etiam ad *claſſem*, qua naves bello inſtructas ſignificat, *navale*. *Propert. lib. 2. eleg. 1. v. 28.* Aut canerem Siculæ claſſica bella fugæ. *Velley. lib. 2. cap. 83.* Claſſicum certamen. *Et cap. 81.* Coronæ claſſicæ inſigne. ¶ *Claſſici*, *ovum* ſunt claſſiarii, h. e. in claſſe remigantes. *Curt. lib. 4. cap. 3.* Tandem remis, pertinacius everberatum mare, velut eripientibus navigia claſſicis ceſſit. *Tacit. lib. 1. hiſt. cap. 31.* Legio claſſica. *h. e.* conflata e claſſiariis ad juſtam militiam evectis: de quibus in *Claſſiarius* ex *Sueton.* diximus. *Id. 2. hiſt. c. 17.* Intercepti centum equites, ac mille claſſici.

Claſſis, is, f. 3. *flotta*, *armata navale*, navium multitudo ad militarem uſum comparata, a calando, h. e. vocando, ut *Quintil.* ait *l. 1. c. 5. Cic. 2. Fin.* Cum tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus & pedeſtribus copiis. Hinc claſſem ædificare, apud *Nepot. in Themiſt. c. 2.* & *Cic. pro leg. Manil.* Claſſem ornare, inſtruere. *Id. Verr. 7. c. 51.* & *Liv. l. 23.* Claſſi præeſſe. *ibid. c. 50.* Claſſem comparare. *Id. pro Flacc.* Claſſe navigare, *Id. ibid. &c.* ¶ Interdum de una tantum navi dicitur. *Virg. 6. Æn.* Lyciæ ductorem claſſis Orontem. V. ibi *Serv.* ¶ Item de pedeſtribus copiis, ſed rarius. *Feſtus:* Claſſis procincta, exercitus inſtructus. *Virg. 7. Æn. v. 715.* quos frigida miſit Nurſia, & Hortinæ claſſes, &c. ubi Hortinas claſſes *Servius* equites interpretatur. ¶ Eſt præterea claſſis ordo, ſeu pars populi Romani, in qua pro ratione cenſus quiſque deſcriptus erat, *claſſe*, *ordine*, *rango*. Hujuſmodi claſſes quinque fecit Servius Tullus, de quibus vide *Livium l. 1. c. 43.* Qui primæ claſſis erant, Claſſici dicebantur, cæteri qui minore cenſu cenſebantur, infra claſſem, ut docet *Gell. l. 7. c. 13.* ¶ Quintæ claſſis homines dicebantur infimi, & pauperiores, & nullius auctoritatis. *Cic. 4. Acad. c. 23.* Qui mihi, cum illo collati, quintæ claſſis videntur. ¶ Denique claſſis dicitur de ordinibus puerorum in ſcholis. *Quint. l. 1. c. 2.* Cum pueros in claſſes diſtribuerant. ¶ Apud *eund. ibid.* ducere claſſem, eſt in claſſe principem eſſe, quemadmodum dicimus, ducere familiam &c.

Clathrātus, a, um, adject. clathris vallatus, *chiuſo con inferriata*. κλειθρώμενος. *Plaut. Mil. 2. 4. 25.* Neque ſolarium apud nos eſt, neque feneſtra, niſi clathrata.

Clathro, as, a. 1. *mettere la inferriata*, *ſtangare*, Ger. *mit thoregel verſchlieſſen*, Gal. *barrer*, Hiſp. *barrear*, *o barrar*, κλείθρῳ ἐρείδω, eſt clathris claudere. *Col. l. 9. c. 1.* Satis eſt ſeris tranſverſis ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas præbeat fugam.

Clathri, orum, m. 2. *ferrata*, *inferriata*, Germ. *querfenſter*, Gal. *barre*, Hiſp. *barra*, κλεῖθρα, virgæ ligneæ, aut ferreæ, quibus feneſtræ, aut januæ muniuntur. *Horat. in art. v. 473.* Objectos caveæ valuit ſi frangere clathros. ¶ *Columella* hoc nomine appellat inſtrumentum hortenſe, eradicandæ terræ aptum. ſic enim habet *l. 10. v. 72.* Tu penitus clathris eradere viſcera matris Ne dubita. Alii tamen leg. *marris*.

Clava, f. 1. μαζὸς, *baſtone nodoſo*, *o pannocchiuto*, Ger. *kolb*, Gal. *maſſue*, Hiſp. *clava*, *porra*, κορδύλη, ramus ex arbore reciſus cum nodis. *Cic. 6. Verr. 43.* Male mulctati clavis, ac fuſtibus repelluntur. ¶ Clavam Herculi extorquere, proverb. de re impoſſibili, apud *Macrob. Saturn. l. 5. c. 3.* ¶ Erat etiam clava exercitatio, & ludus adoleſcentium, & militum tyronum. *Cic. de Senect. c. 16.* ¶ Item Philoſophorum inſigne, quemadmodum pallium. *Sidon. l. 4. ep. 11.* & *l. 9. ep. 9.* ¶ Dicitur etiam *clava* ramus ex arbore reciſus ferendi cauſa. *Pallad. in Mart. tit. 10. de citreo.*

Clavarĭum, ii, n. 2. dicebatur munus, ſeu donativum, quod parandis clavis caligaribus dabatur militibus. *Tacit. Hiſtor. lib. 3. c. 50.* Seditiole militum voces terrebant, Clavarium flagitantium.

Clavātor, oris, m. 3. qui clavam geſtat, armiger, κορυνήτης. *Plaut. Rud. 3. 5. 25.* Eccum, clavator advenit. ¶ Exemplum autem, quod a Lexicographis affertur ex eod. *Plaut. in Merc. 5. 2. 11. calator* habet in meliorib. libris.

Clavātus, a, um. *Feſtus:* Clavata dicuntur aut veſtimenta clavis intertexta, aut calceamenta clavis confixa. ¶ Hinc tunica clavata, apud *Vopiſc. in Bonoſo, c. 15.* & *Lamprid. in Alex. Sev. c. 37.* ¶ *Clavata concha* apud *Plin. 9. 36.* h. e. aculeis inſtar clavorum munita.

Claudĕo, n. 2. idem, quod claudico. *Cæcil. apud Priſcian. lib. 10.* An ubi vos ſitis, ibi conſilium claudeat? *Gell. l. 1. c. 7.* Debili numero verborum ſonus clauderet. Ubi tamen al. leg. *clauderetur*.

Claudĭa Tribus, una ex ruſticis, a Servio Tullo conſtituta, a Claudia Gente nomen habuit.

Claudĭa familia, ab Atta Clauſo Sabino originem habuit, cui poſtea Appio Claudio fuit Romæ nomen. Ex hac famil. fuit Appius Claudius Cæcus, qui viam Appiam ſtravit, & aquam Appiam in urbem duxit, Pyrrhumque intra urbem non eſſe recipiendum ſua ſententia obtinuit. ¶ Gens Claudia duplex fuit, Patritia, & Plebeja: Patritia Pulcrorum, plebeja Marcellorum.

Claudĭanus, m. 2. Poeta Ægyptius, ſub Theodoſio, & Honorio. Scripſit multa carmina, quæ adhuc extant.

Claudĭanus, a, um, adject. ad Claudium, vel Claudiam gentem pertinens, ut *cometa Claudianus*, qui ſc. temporibus Claudii Imperat. viſus eſt. *Senec. Quæſt. Nat. l. 7. c. 29.* ¶ Claudiana tonitrua, quæ Claudius Pulcher inſtituit, ut in ludis poſt ſcenam conjectus lapidum ita fieret, ut tonitru ſonitum imitaretur. *Feſtus.*

Claudĭcatio, f. 3. *zoppicamento*, χωλότης. *Cic. 1. de Nat. Deor. cap. 30.* In quo ſtante, atque veſtito leviter apparet claudicatio non deformis.

Claudĭco, as, n. 1. *zoppicare*, *andar zoppo*, פסח, Ger. *hinken*, Gal. *boiter*, Hiſp. *coxear*, χωλαίνω, eſt altero tantum pede incedere, vel alterum pedem infirmum & inſtabilem, aut curtum habere, ab antiq. *claudo*, vel *claudeo*. *Cic. l. 2. de Orat. c. 61.* Graviter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto. ¶ Translate *Cic. 2. de Fin.* Tota amicitia quaſi claudicare videatur. *Liv. l. 22. c. 39.* Reſpublica claudicat.

Claudĭgo, inis, f. 3. idem quod claudĭtas. *Veget. l. 1. rei Veterin. cap. 26.* Claudiginem facere.

Claudĭtas, atis, f. *l'eſſer zoppo*, χωλεία, claudicandi vitium, claudicatio. *Plin. l. 8. c. 43.* Ictus pedum repulſu durioris materiæ clauditatem affert. ¶ Clauditates in plurali apud *Plin. l. 28. c. 4.*

Claudĭus, m. 2. Κλαύδιος, nomen Rom. Imperatoris Caligulæ patrui. ¶ Claudius, ii, & Claudia, æ, nomen familiæ R. de qua vide *Claudia Familia* &c.

Claudĭus, a, um, ad Claudiorum aliquem pertinens, ut Claudia gens, Claudia via; & Claudiæ manus apud *Horat.* &c.

Claudo, is, ſi, ſum, a. 3. *chiudere*, *ſerrare*, הגר, Ger. *beſchlieſſen*, Gal. *clorre*, *fermer*, Hiſp. *cerrar*, סגר, obſero, includo. *Cic. pro Flac.* Cum L. Flacco portas tota Aſia claudebat. ¶ Interdum ponitur pro circuire, circundare. *Virg. Ecl. 6. v. 55.* Dictææ Nymphæ nemorum jam claudite ſaltus. *Nepos in Datam. c. 8.* Cum adverſarios locorum anguſtiis clauſiſſet. ¶ Eſt etiam finire. *Cic. in Orat. c. 58.* Comprehenſio, & ſpecies orationis clauſa, & terminata eſt. Sic claudere epiſtolam, apud *Ovid. epiſt. 13.* & claudere bella, apud *Stat. 11. Thebaid.* ¶ *Ter. Eun. 1. 2. 83.* Ubi meam benignitatem enſiſti in te claudier? Ubi pro claudicare exponit *Scalig. l. 2. Auſon. lect. c. 21.* ſed non eſt neceſſe. Donatus etiam paſſive *claudier* pro *claudi*, & deponentis more pro *claudicare*, explicari poſſe animadvertit. In hoc ſenſu habet & *Auſon. in prol. Ludi ſept. Sapient.* ubi ait: Sed ſi memoria vetuſtis in rebus cludit. *Cludere* autem pro *claudere* Veteribus dictum. ¶ Claudere verba pedibus, *Hor. l. 2. ſat. 1.* h. e. includere, *far verſi*. ¶ Claudere ſanguinem, *Plin. l. 26. c. 13.* hoc eſt cohibere, ne effluat. ¶ Claudere animam laqueo, *Ovid. 7. Met.* h. e. laqueo vitam finire. ¶ *Claudere agmen* dicuntur, qui poſtremo agminis loco ſunt, *eſſer'alla coda*. *Curt. 3. 3.*

Claudus, m. 2. altero pede læſus, *zoppo*, סכר, Ger. *hinckend*, Gal. *boiteux*, Hiſp. *coxo*, χωλός. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 30.* Claudum igitur habebimus Deum, quoniam de Vulcano ſic accepimus. ¶ *Claudæ naves* dicuntur a *Liv. 37. 24.* quæ remos tractos habent. ¶ *Ovid. 3. Triſt. 1. 11.* Carmina clauda alterno verſu, h. e. alterno breviore, ut fit in Elegiis. ¶ Claudi more tenere pilam, proverb. *in Piſonem* dixit *Cic. c. 28.* pro nullo delectu, nulloque judicio tenere, ac ſequi, quicquid doctum, indoctumque ſit, quia claudi, cum pedibus diffidant, quoquo modo poſſunt, pilam arripiunt, arcteque tenent. ¶ Translate *fides clauda*, h. e. vacillans, apud *Sil. l. 13. v. 33.* ¶ Antiqui pro *Claudus* dixere *Clodus*, ut & pro *claudo*, *cludo*.

Clavellus, i, m. 2. diminut. a clavus, *picciol chiodo*. *Marcel. Empir. c. 33.* Clavellis apponere.

Clavicarĭus, ii, *chiavaio*, *magnano*, qui claves facit. *Impp. Theodoſ. & Valentinian. l. 10. Cod. Juſtin. tit. 64. leg. 1.*

Clavĭcŭla, f. 1. *chiavetta*, κλειδίον, dim. parva clavis. *Germanicus Cæſar in Arati Caſſiop.* Qualis ſerratos obicit clavicula dentes. ¶ Item capreolus in vite, *viticcio*. *Cic. de ſenect. c. 15.* Vitis ſe erigit claviculis ſuis. *Plin. l. 23. proœm.* Claviculæ ipſæ, quibus repunt vites, tritæ ſiſtunt vomitionum conſuetudines.

Clavicularĭus, ii, m. 2. *chiavaio*, κλειδοῦχος, qui claves gerit. *Firmic. l. 3. c. 6.* Erunt claviculárii, vel carceris cuſtodes.

Clavĭculatim, adv. in modum claviculæ, vitis intortæ, & criſpatæ. Affertur a quibuſdam *Plin. l. 9. c. 33.* ſed ibi leg. *canaliculatim*, vel *cuniculatim*.

Clavĭger, ra, um, o. 1. 2. κλειδοῦχος, qui claves fert, epitheton Jani. *Ovid. 1. Faſt.* Placidis ita rurſus, ut ante, clavigerum verbis alloquor ipſe Deum. ¶ Item qui gerit clavam, κορυνηφόρος. *Ovid. 15. Met. v. 284.* Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clavis, f. 3. *chiave*, מפתח, Germ. *ein ſchlüſſel*, Gall. *clef*, Hiſp. *llave*, κλεὶς, inſtrumentum ferreum, quo oſtia arcæ, & id genus multa clauduntur, & aperiuntur, a *claudo*. *Cic. pro Domo, c. 10.* Tu heluoni ſpurciſſimo omnes horreorum claves lege tua tradidiſti. ¶ Habet & clavim in accuſ. *Plaut. in Moſt. 2. 1. 78.* Clavim mihi harumce ædium jube afferri. ¶ Laconica clavis erat, quæ intus aperiebat, forinſecus claudebat. *Plaut. Moſt. 2. 1. 57.* Vide omnino ibi *Taubman.* ¶ Clavem pro vecti apud eund. *Plaut. Caſ. 5. 2. 7.* accipit Paræus in Lex. Crit. Verba Plauti ſunt: Ubi intus hanc novam nuptam deduxi, clavem obduxi. Al. leg. *abduxi*. ¶ Clavem, inquit *Feſtus*, conſuetudo erat mulieribus donare ad ſignificandam partus facilitatem. ¶ Dabatur etiam clavis domus novæ nuptæ primum ingredienti; quo ſignificabatur, eam matremfamilias inſtitui: Eadem adimebatur, cum divortii cauſa uxor domo exigebatur. *Cic. Philip. 2.* Mimam illam ſuas res ſibi habere juſſit, claves ademit, exegit. ¶ De clavibus, earumque generibus, &c. necnon de ratione claudendi apud veteres V. *Caſaub. ad Æneam Tactic. c. 18.* & *Salmaſium in Exercitat. Plin.*

Clavŏla, ſeu clavula. V. Clabula.

Clauſo, adverb. V. Clauſum.

Clauſtrarĭus artifex, m. 2. κλειθροποιὸς, qui ſepta, & cætera ad claudendum opera facit. *Lamprid. in Heliogab. c. 12.*

Clauſtrĭmus, i, m. 2. janitor, qui clauſtris januæ præeſt. *Gell. l. 12. c. 10.*

Clauſtrum, olim cloſtrum, n. 2. *chioſtro*, *clauſtro*, כסכר, Ger. *kloſter*, Gal. *cloitre*, *cloture*, Hiſp. *clauſtro*, κλεῖθρον, quidquid reductum eſt, & claudi

aptum. Sic cavitatem equi lignei, in qua latebant Græci, clauſtra pinea vocat *Virg. Æn.* 2. *v.* 259. ¶ Proprie clauſtra dicuntur ipſa repagula, & feræ, quibus oſtium clauditur. *catenaccy, ſtanghe, sbarre. Virg. Æn.* 7. *v.* 184. Captivi pendent currus, curvæque ſecures, & criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra. Sic & *Æn.* 9. *v.* 758. ¶ Clauſtra etiam dicuntur anguſti receſſus regionum, ſeu adituum. Sic Etruriæ clauſtra, apud *Liv. l.* 9. *c.* 32. Clauſtris imperii contineri, *Cic. pro Flacc. c.* 13. ¶ *Lucretius* dixit *l.* 1. *v.* 71. naturæ clauſtra contingere: h. e. naturæ arcana rimari. *Cic. pro Mur.* clauſtra retringere. ¶ In numero ſingulari *Cæſ. German. in Arat. v.* 196. foribus præducit vincula clauſtri. *Curt.* 4. 5. Objicere clauſtrum. *metter la sbarra.*

Clausŭla, æ, f. 1. πέρας, τὸ ἔσχατον, *fine, clauſola*, extrema cujuſque rei pars, ut clauſula vitæ, *Senec. epiſt.* 56. Clauſula epiſtolæ, fabulæ, *Cic. Philip.* 13. *c.* 21. & *pro Cæl. c.* 28. Sic clauſula dicitur extremum periodi, ut clauſula numeroſe, & jucunde cadens. *Id. in Orat. cap.* 64. Clauſulam pro *capulo Apuleium* dixiſſe *in Florid.* obſervat *Salmaſ. ad Spartiani Adrian. c.* 10. ¶ Clauſula a brevi concluſione eſt appellata, inquit Feſtus, quam Græci κλαυδῶνα vocant.

Clausum, i, ſubſt. n. 2. *luogo ſerrato*, מסגרת, Ger. *beſchloſſen*, Gal. *enclos*, Hiſp. *lugar cerrado*, κλεῖθρον, tectum, five locus concluſus. *Virg.* 4. *Georg. v.* 303. Sic poſitum in clauſo linquunt. *Col. l.* 12. *c.* 1. ſeu *proæm.* Ovium, cæterarumque pecudum fœtus, atque fructus clauſo cuſtodienda erant. Ubi quidam minus apte *clauſo* adverb. faciunt. *Lucret.* 4. 613. Clauſa viarum. *& v.* 354. Clauſa domorum.

Clausūra, vel Cluſura, æ, f. 1. caſtrum, burgus, præſertim apud medii ævi Scriptores, *luogo che chiude, chiuſa. Leg.* 2. §. 4. *Cod. de Offic. pr. pr. per Aſric.* Ubi antea fines, & clauſuræ provinciarum erant. *Caſſiodor. l.* 2. *epiſt.* 5. In Auguſtanis clauſuris.

Clausus, a, um, adject. *chiuſo, ſerrato. Horat. l.* 1. *ſat.* 3. Taberna clauſa. *Virg.* 6. *Æn. v.* 734. Clauſæ tenebris, & carcere cæco. *Catull. carm.* 55. Si linguam clauſo tenes in ore. *Cic. in Orat.* 58. Univerſa comprehenſio, & ſpecies rationis clauſa, & terminata.

Clavularis. V. Clabularis.

Clavŭlus, i, m. 2. diminut. a clavus, *agutello, picciol chiodo. Cato R. R. c.* 21. Imbrices medias clavulis figito. *Varro R. R. l.* 2. *c.* 9. Clavuli capitati.

Clavus, m. 2. *chiodo*, יהר, Germ. *ein nagel*, Gal. *clou*, Hiſp. *clavo*, ἧλος, id quo res figuntur, a claudendo dictus. *Horat. l.* 3. *od.* 24. Clavum figere. *Liv. l.* 7. *c.* 3. Clavum pangere. ¶ Solebat quotannis Prætor maximus, idib. Septemb. clavum in templi pariete figere, ut ex eo annorum numerus colligeretur: atque hic *annalis clavus* dicebatur. *Feſtus.* Nam quia raræ primis temporibus litteræ erant, numeri annorum clavi fuere. ¶ Clavus capitatus, apud *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 9. *chiodo da teſta*, Clavus trabalis, *chiodo da travi*, apud *Horat.* 1. *od.* 35. Sic translate *Cic. Ver.* 7. *c.* 21. Beneficium trabali clavo figere. ¶ Clavi etiam calceis ſubpingi ſolebant, a ruſticis quidem ferrei, a divitibus vero etiam aurei. Hos clavos caligares *Plin.* nominat *l.* 9. *c.* 18. ¶ Clavi etiam inter arborum, & corporum morbos numerantur, funtque tubercula, ſeu verrucæ ſupernaſcentes, *perro, callo. Celſ. l.* 7. *c.* 7. *n.* 12. Clavi vocantur calloſa in albo oculi tubercula, quibus nomen a figuræ ſimilitudine eſt. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Olea clavum patitur, ſive fungum placet dici, &c. *Id. l.* 22. *c.* 23. Clavi pedum qui vulgo morticini appellantur. ¶ In tunicis Romanorum clavi dicebantur particulæ, ſive plagulæ ex purpura fere, de pectore demiſſæ, quibus latioribus Senatorii viri, ob id & Laticlavi dicti; anguſtioribus Equeſtres utebantur, unde & Anguſticlavi appellati. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 10. *v.* 35. Curia reſtabat, clavi menſura coacta eſt. ¶ Hinc dare alicui, vel adimere latum clavum, pro dare, vel adimere Senatoriam dignitatem, apud *Sueton. in Claud. c.* 24. & *Plin. jun. l.* 2. *ep.* 9. V. *Caſaub. ad Suet. Aug. c.* 38. *Manut. de quæſit. per epiſt. l.* 2. *qu.* 2. ¶ Clavus etiam navis gubernaculum dicitur, *il timone*, τὸ πηδάλιον, quia inſtar clavi pangitur in navi. *Virg. Æn.* 5. *v.* 176. Clavumque ad litora torquet. Hinc translate clavum imperii tenere, hoc eſt gubernare. *Cic. pro Sext. c.* 9. Abjicere clavum, h. e. officium deſerere. *Arrnob. l.* 3. *p.* 106.

Claxendix, icis, f. 3. conchæ genus, qua ſolebant Veteres ſignum tegere, quo res clauduntur, atque obſignantur. *Priſcian. l.* 5. *ex Plauti Vidularia:* Appoſita eſt claxendix; at ego dicam ſigni quid ſit. ¶ Apud Feſt. legitur *clacendix.*

Clazomĕnæ, f. 1. prius Gryna, Grynia, Grynium, *Grine*, al. *Urla*, κλαζομεναί, urbs Aſiæ minoris, in Jonia, in ora maris Ægei, & ſinus Smyrnæi, condita a Paralo. Ibi Apollo colebatur, qui Grynæus cognominatus eſt. ¶ In illo *Auſonii epigr.* 131. *Et terris incuſſit pumice Clazomenas*, alluditur ad Græcum κλαζομενῶς, perruptus, tractus, latetque obſcenus ſenſus.

Clazomenĭus, a, um, ad Clazomenas pertinens, ut Anaxagoras Clazomenius. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 34.

Cleanthes, m. 3. nomen Philoſophi Stoici, qui Cittienſis ſcholam ſucceſſor excepit. ¶ Fuit & Cleanthes pictor Corinthius, qui primus linearum picturam inveniſſe fertur. *Plin. l.* 35. *c.* 3.

Cleanthēus, a, um, adject. ad Cleantem pertinens. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 63. Purgatas inferis aures Fruge Cleanthea.

Clema, atis, n. 3. κλῆμα, herba ex genere tithymali, cypariſſæ non abſimilis, quæ officinis eſula dicitur, Dioſcoridi pityuſa. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Clematĭtis, idis, f. 3. herba ſmilaci ſimilis, repens per arbores. *Plin. l.* 24. *c.* 10. & 15.

Clemens, tis, o. 3. *clemente, pio*, רחמן, Germ. *gantfirmihtig*, Gal. *clement*, Hiſp. *templado*, πρᾶος, lenis, mitis, manſuetus, humanus, qui remittit de eo, quod poſſit proſequi. *Cic.* 2. *Fin.* 4. Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci. ¶ *Donato* clemens dicitur, quaſi colens mentem, & a placido differre videtur, quod clemens ſit circa recte agentes, placidus circa delinquentes, & clementis ſit nullos lædere, placidi arridere omnibus, clemens ſit animo, placidus vultu. *Ter. Adelph.* 5. 4. 9. Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. ¶ *Cic. pro Roſc. Am.* Vir ab innocentia clementiſſimus: h. e. erga innocentiam. ¶ Transfertur quandoque eleganter etiam ad alia præter hominem. *Ovid.* 9. *Met. v.* 116. Qua clementiſſimus amnis: h. e. minime impetuoſus. *Curt. l.* 5. *c.* 4. Quos clementiore alveo præterit. Sic clemens mare, h. e. placidum, *Gell. l.* 2. *c.* 21. Clemens ſervitus, h. e. æqua, & moderata, *Ter. And.* 1. 1. 9. Clementem rumorem, pro levi & modico, dixit *Salluſt. Jug. c.* 22. ¶ Clemens clivulus, *ds dolce ſalita, Apul. l.* 4. *Metam.*

Clementer, *benignamente*, Ger. *gütig Klich*, Gal. *doucement*, Hiſp. *templadamente*, πρᾴως, leniter, manſuete, modeſte, & moderate. *Cic.* 6. *Verr.* 40. Leniter hominem, clementerque accepit. *Gell. l.* 1. *c.* 18. De Ælio clementiſſime ſcripſit. ¶ Metaphorice *Tac. Ann.* 13. *c.* 39. Pars altera colles erant clementer aſſurgentes. *Id. Hiſt. l.* 3. *c.* 52. Si qua juga Apennini clementius adirentur. *Plaut. Muſt.* 4. 3. 5. Dixi equidem tibi, quo pacto id fieri poſſit clementiſſime. h. e. commodiſſime, & abſque difficultate. *Id. Merc.* 5. 2. 111. Sequere ſis. Ch. Sequor. Eu. Clementer, quæſo: calces deteris. *piano di grazia: tu mi ſcalcagni.*

Clementĭa, f. 1. lenitas, miſericordia, animi moderatio, *clemenza*, חסד, Ger. *Jauſft mitigkeit*, Gal. *clemence*, Hiſp. *clemencia. Cic.* 7. *Verr.* Illam clementiam, manſuetudinemque noſtri Imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemque eſſe converſam. *Id. pro Deiot. c.* 13. Refero hoc acceptum clementiæ tuæ. ¶ Hæc virtus propria imperantium eſt. Non enim quicquam eſt, ut ait *Lamprid. in Commod. Jub fin.* quod Imperatorem melius commendet gentibus. Hinc inter cæteros Imperatorum titulos hic quoque fuit, ut clementiſſimi ſeu indulgentiſſimi dicerentur. In appellando etiam id vetus atque ſolemne erat: Clementia tua, ſeu Indulgentia tua. *Lamprid. in Severo c.* 65. Sed quia verum fuggerendum eſt clementiæ tuæ, ac pietati, lecta referabo. ¶ Transfertur & ad inanima, ut cœli clementia, *clima temperato, e dolce. Lucan. l.* 8. *v.* 366. Emollit gentes clementia cœli.

Cleŏnæ, arum, f. Κλεωναί, oppidum Peloponneſi, in Achajæ, & Argiæ finibus prope Phliuntem, & Nemeæam ſilvam. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 417. humileſque Cleonæ. Adde *Plin. l.* 4. *c.* 5.

Cleonæus, a, um, adject. a Cleonis oppido in Peloponneſo. *Sil. l.* 3. *v.* 34. Eliſa leonis Ora Cleonæi patulo celantur hiatu. *Stat.* 4. *Silv.* 4. *v.* 28. Sidus Cleonæum. i. e. leonis ſidus. *Id.* 6. *Theb. v.* 836. Cleonæa ſtirps. *h. e.* Herculea.

Cleopātra, f. 1. Κλεοπάτρα, Ægypti Regina, filia Ptolemæi Auletæ, ſoror & uxor Ptolemæi ultimi. Mulier impudiciſſima fuit. A Cæſare primum adamata eſt, cui filium Cæſarionem peperit, deinde ab Antonio juſtæ uxoris loco habita. Ad extremum, victo apud Actium Antonio, admotis corpori aſpidibus ſeſe interemit.

Cleopatrānus, a, um, ad Cleopatram pertinens, ut Cleopatrana ſtirps, *Trebell. Poll. in Claud. c.* 1.

Cleopatrĭcus, a, um, ad Cleopatram pertinens. *Sidon. l.* 8. *ep.* 12. *in fi.* Cleopatricæ dapes.

Clepo, is, pſi, ptum, a. 3. *rubare, furare*, גנב, Germ. *ſtelen*, Gal. *voler*, Hiſp. *hurtar*, κλέπτω, furto ſurripio. *Acc.* apud *Non.* 1. 72. Ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere diſcunt. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 9. *ex veteri quadam lege:* Sacrum qui clepſerit, homicida eſto. ¶ Eſt etiam occultare, tegere, *naſcondere, coprire. Senec. Med. v.* 145. Qui capere conſilium poteſt, & clepere ſe.

Clepſo, is, idem quod clepo. *Varr. l.* 6. *L. L. ex Lucret.*

Clepsydra, f. 1. *orologio da acqua*, κλεψύδρα, horologium aquarium, horas aqua dimetiens, ideſt, vas vitreum, quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtendebat, ad cujus etiam fundum erat foramen, quod aquam guttatim emitteret, & ita horæ, per aquæ diminutionem, quot eſſent, videri poſſent, a κλέπτω, furor, & ὕδωρ, aqua, quia ſenſim, & quaſi furtim aqua deſtillabat. ¶ Fuit inventum Græcorum. Romæ horologium hujuſmodi publice poſitum fuit a Scipione Naſica. *Plin. l.* 7. *Hiſt. Nat. c.* 60. ¶ Apud Græcos moris fuit antiquiſſimi, ut, quia in ludis publicis multa eſſent dramata exhibenda, tragœdiæ agerentur ad clepſydram. Oratoribus item actoris cauſas forenſes præſcribebatur tempus dicendi, datis clepſydris, quibus exhauſtis, amplius dicere vetabantur. Conſuetudo hæc Romæ inſtituta eſt lege Pompeja ternis horis ad dicendum datis. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 34. At hunc non declamator aliquis ad clepſydram lattare docuerat. Adde *Mart. l.* 6. *epigr.* 35. ¶ Non omnes ejuſdem capacitatis fuiſſe, ex *Plin.* conſtat *l.* 2. *epiſt.* 21. Dixi, inquit, horis pene quinque. Nam decem clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor. ¶ Cum inter dicendum teſtimonia audienda eſſent, ſuſtinebatur interim aqua. *Apul. in Apolog.* ¶ Qua parte aqua recipiebatur, latius erat orificium, vel plura foramina, per quæ facile aqua ingrederetur. Quare Peravius clepſydras etiam vocari poſſe putat vaſa illa, quibus ad irrigandas hortorum areolas utimur, in quorum orificio unum foramen eſt, in fundo aqua pluribus ditfluit. V. *P. Victor. Var. lect. l.* 32. *c.* 1. ¶ Hodie Clepſydra idem eſt, ac horologium arenarium, retento nomine per Catachreſim. ¶ Clepſydra etiam dicitur Aſtronomicum organum, quo ſidera dimetiuntur Aſtronomi. *Martian. Capell.*

Clepta, æ, m. 1. *ladro*, κλέπτης, fur. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 9. Dum illi agunt quod agunt cæteri cleptæ.

Clericalis, le, adject. o. 3. ad clericum ſpectans, *chericale. Sidon. l.* 6. *epiſt.* 7. Clericale tyrocinium.

Clericātus, us, m. *chiericato*, dignitas, & officium Clerici. *Hieronym. epiſt.* 3. 4. *&* 101.

Clerĭcus, i, m. *chierico*, qui cultui divino in Catholica Eccleſia per ſacros Ordines addictus eſt: a κλῆρος, ſors. *Hieronym. epiſt.* 3. *ad Heliod.*

Clerus, i, κλῆρος, morbus eſt apum, cum flavos non explent. *Plin. l.* 11. *c.* 19. ¶ Apud Eccleſiaſticos Scriptores Clerus eſt Sacerdotum collegium, ſeu miniſtrorum Eccleſiæ. *Tertul. de Monogam. c.* 12. De quo allectio fiat in clerum. ¶ Eſt a κλῆρος, ſors.

Clibanarĭus, m. 2. cataphractus, a clibanus, *fornax*, quia more teſtudinis arcuatis armis munitus eſt, vel a clibanum, loricæ genus, non ſquamis, ſed ex ſolido ferro contextum. *Nazar. in Paneg.* Operimento ferri equi, atque homines pariter obſepti, clibanariis in exercitu nomen eſt. Adde *Rufum Feſt. c.* 15. *&* 24. *& Capitolin. in Severo.* V. etiam *Salmaſ. in Capitolinum.*

Clibănus, m. 2. κλίβανος, Dorice pro κρίβανος, proprie eſt fornax, in qua hordeum coquitur, & translate furnus cujuſcunque generis, a κρίθη, hordeum, & βάνος, fornax. *Voſſ.* Aliqui diſtinguunt clibanum a furno, quod clibanus minor ſit, & in eo placentæ potius, & alii id genus cibi, quam panes coquantur. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Cortices decuſſi clibanis, & furnis præbent uſum. ¶ Aliqui etiam clibanum interpretantur, non furnum, ſed vas, in quo cibi coquuntur ſub teſta, ex creta, vel ex ære, vel ex ferro. Eius figura ejuſmodi eſt, ut in inferiore parte latior ſit, in ſumma anguſtior: quod colligitur ex *Colum. de arborib. c.* 19. ubi docet, ſcrobes clibano ſimiles eſſe faciendas, imo, quam ſummo patentiores, ut radices arborum latius evagentur. ¶ Eſt etiam Clibanus, vel Clibanum armaturæ ferreæ genus totum hominem tegens, qualis erat eorum, qui Cataphracti dicebantur, qui proinde & clibanarii appellati. Videtur eſſe vox barbara, qua tamen Latinos uſos teſtatur *Caſaubonus ad Alexand. Sever. in Orat. ad Senat.* quam refert *Capitolin. in ejus vita.* Vet. Gloſſ. Κλίβανα οἱ ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ κεκαλυμμένα κλιβάνοις &c.

Clidion, vel cleidion, n. 2. *gozzo, ſtrozza del tonno*, κλειδίων, a κλείω, claudo. ¶ Item thynni jugulus. *Plin. l.* 9. *c.* 15.

Clidŭchus, i, m. 2. claviger, a κλείς, clavis, & ἔχω, habeo. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *amed.* Fecit & quadrigas, bigaſque, & cliduchon eximia forma.

Cliens, tis, m. & f. 3. ut *Charif.* docet *l.* 2. *cliente, vaſſallo*, עבד, Ger. *ein unterſaſſ*, Gal. *client*, Hiſp. *cliente*, πελάτης, qui ſub tutela eſt, cujus correlativum eſt patronus, a *colo*, quaſi coliens, ſive colens. *Cic.* 1. *Verr. c.* 21. Ab hoſpitibus, clientibuſve ſuis injurias propulſare, eorumque fortunas defendere. *Ovid.* 1. *de Arte, v.* 88. Qui modo patronus, jam cupit eſſe cliens. ¶ In genitivo plurali habet *entium*, & *entum. Horat. l.* 3. *od.* 1. Illi turba clientium. *Id. l.* 3. *od.* 5. Quam ſi clientum longa negotia.

Clien-

Clienta, æ, f. t. mulier, quæ ſub alterius patrocinio eſt. *Plaut. Mil.* 3. 1. 193. Habeo Eccillam clientam meam. Adde *Rud.* 4. 1. 2.

Clientēla, f. 1. *patrocinio, protezione, clientela*, πελατία, clientis officium erga patronum, obſervantia, obſequium. *Ter. Eun.* 5. 8. 9. Thais patri ſe commendavit in clientelam, & fidem. *Cic. Attic. l.* 14. *epiſt.* 12. Scis, quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honeſtam judicem. ¶ Obſequium etiam, quod clientes præſtant, clientela dicitur, & vulgo homagium vocant: item ipſa clientum multitudo. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 18. Magna eſſe Pompeii beneficia, & magnas clientelas in citeriore provincia, ſciebat. *Juſtin. l.* 8. *c.* 4. *n.* 8. Orbis terrarum vindices eo diſcordia ſua, civilibuſque bellis redactos, ut adulentur ultro fordidam paulo ante clientelæ ſuæ partem. *Salluſt. Jug. c.* 85. *ſub init. orat. C. Marii*: Aliis, ſi deliquere, cognatorum, & affinium opes, multæ clientelæ, omnia hæc præſidio adſunt.

Clientŭla, læ, f. 1. diminut. a clienta. *Aſcon. in* 3. *Verr. c.* 46. Plebeja quædam clientula.

Clientŭlus, m. 2. dim. a cliens. *Auct. Dial. de Orat. c.* 36. Ne clientulorum loco numerarentur.

Clima, atis, n. 3. *clima*, אקלים, Germ. *climat*, Gal. *climat*, Hiſp. *clima*, κλίμα, inclinatio Cæli, vel ſpatium, quod eſt inter duos parallelos, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur, a κλίνω, inclino. *Serv. ad* 1. *Georg. v.* 246. Secundum clima noſtri cæli. Adde *Tertull. de anim. c.* 49. ¶ Item genus menſuræ agrorum. *Colum. l.* 5. *c.* 1. Clima quoquoverſus pedum eſt LX. V. Geographos.

Climăcis, idis, f. 3. κλιμακίς, parva ſcala. *Vitruv. l.* 10. *c.* 17. de baliſtæ partibus loquens: Climacidos ſcapi longitudo foraminum XIII. Climacidos dixit pro Climacidis, græca inflexione.

Climacter, eris, m. 3. κλιμακτήρ, a κλίμαξ, ſcala, eſt annus ſcanſilis, vel ſcalaris, qui & gradarius, & decretorius a Medicis dicitur, ſenibus fatalis plerumque, aut periculoſus, ad quem per ſeptenarium, vel novenarium numerum pervenitur: & ſic præcipue vocatur annus LXIII, quia ex pluribus multiplicatis climacteribus conficitur, quales ſunt 14. 21. 28. 35. &c. Nam per omnem vitam ſeptimus quiſque annus periculoſus eſt, ut putarunt Veteres, & ex hiſtoriis obſervatum eſt. *Plin.* 7. 49. *Gell. l.* 15. *c.* 7. *Jul. Firmic. l.* 4. *Matheſ. c.* 14. *Cenſorin. de die Natali, c.* 14. ¶ Hujus autem rei tota ratio a Chaldæis ſuperſtitioſiſſima gente orta eſt: quibus quid tribuendum ſit, oſtendit *Salmaſ.* peculiari commentar. de annis climactericis. Hinc

Climactericus, a, um, adjectiv. κλιμακτηρικός, quaſi dicas, ſcalaris, ut annus Climactericus, *Cenſorin. de die nat. c.* 14. V. Climacter. Sic *Plin. l.* 2. *ep.* 20. Habes climactericum tempus, ſed evades.

Climaculæ, arum, f. 1. telorum genus. *Gell. l.* 10. *c.* 25. ubi al. aliter leg.

Climatæ, arum, m. κλιμακίαι, a κλίνω, inclino, ſterno: ſunt terræ motus, qui limes ruentes & obliqui urbes, ædificia, monteſque complanant. *Ammian. l.* 17. *c.* 7. (*al.* 16.)

Climax, acis, apud Græcos ſcalam ſignificat. Apud Grammaticos & Rhetores eſt Figura Rhetorica, Latine Gradatio, qua ab una re ad aliam gradatim aſcendimus, ut *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 21. Viderat hanc, viſamque cupit, potiturque cupita.

Clināmen, inis, n. 3. *inchinazione*, κλίσις, inclinatio, declinatio. *Lucr. l.* 2. *v.* 292. Id facit exiguum clinamen principiorum.

Clinātus, a, um, *inchinato, chino. Cic. in Arat. v.* 53. *de Pegaſo*. Clinata eſt ungula. Et *v.* 86. *de Aquila*: Clinata eſt Aquilonis ad auras.

Clingo, is, 2. 3. idem quod cingo, ut *Feſt.* interpretatur. Sed Voſſius interpretatur, clingere eſſe crebro corporis motu imitari motacillam, quæ κίγκλος dicitur, quia in manuſcripto Feſti pro κλιγκλιν eſt κίγκλιν, in aliis κιγκλίζειν, quod eſt agitare. ¶ Pro priore ſignificatione ſtat *Scalig.* & *Gloſſa Iſid.* quæ habet: Clingit, cludit.

Clinice, f. 1. κλινική, medicina, quæ ægris lecto affixis adhibetur, a κλίνη, lectus. Dividitur in duas partes, in diæteticen, quæ victu medetur, & pharmaceuticen quæ medicamentis curat. *Plin. l.* 29. *c.* 1. & *l.* 30. *c.* 11.

Clinĭcus, m. 2. *medico*, κλινικός, Medicus, qui ægros lecto affixos viſit, & curat, a κλίνη, lectus. *Martial. l.* 1. *epigr.* 31. Chirurgus fuerat nunc eſt veſpillo Diaulus: Cœpit quo poterat clinicus eſſe modo. ¶ Hinc Æſculapius, clinicus Deus dicitur a *Prudent. in Apotheoſ. v.* 205. ¶ Sed & Clinici appellantur, qui ex morbo lectis affixi ſunt. *Hieron. ep.* 26. *c.* 2. Quis clinicorum non ejus facultatibus ſuſtentatus eſt?

Clino, as, a. 1. *chinare*, נטה, Ger. *neigen*, Gal. *incliner*, Hiſp. *inclinar*, κλίνω, inclino, reclino, a Græco verbo, quod allatum eſt. *Lucr. l.* 2. *v.* 243. Quare etiam, atque etiam paulum clinare neceſſe eſt corpora.

Clinopăle, f. 1. κλινοπάλη, lecti paleſtra, lucta. *Sueton. in Domit. c.* 22. Aſſiduitatem concubitus, velut exercitationis genus, clinopalem vocabat.

Clinopodĭon, ii, κλινοπόδιον, herbæ genus, al. nomine pulegium montanum, vel originum longum. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Clio, Clius, Clio, Clion, f. 4. κλειώ, una Muſarum ex novem, quæ Hiſtoriæ præeſſe dicitur: a κλέος, gloria. *Ovid.* 1. *de Arte*, *v.* 27. Non mihi ſunt viſæ Clio, Cliuſque ſorores. ¶ Mater fuit Hymenæi.

Clitellæ, arum, f. *baſto, baſterna*, רכב, Ger. *ſaumſattel*, Gal. *lesbas*, Hiſp. *las albardas*, ἐπισάγματα, ſellæ doſſuariæ jumentis imponi ſolitæ ad onera commodius geſtanda, a κλίτος, devexitas, locus declivis, quia earum latera item declivia ſunt, uti jumentorum dorſa. *Hor. in Sat.* 5. *l.* 1. *v.* 47. Hinc muli clitellas tempore ponunt. ¶ Clitellæ bovi ſunt impoſitæ, prov. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 15. hoc eſt, homini inepto, & nequaquam idoneo delegata eſt provincia. ¶ Eſt item tormenti genus, auctore *Feſto*. ¶ Item loca quædam declivia Romæ, & in via Flaminia, propter ſimilitudinem clitellarum. *Id.*

Clitellārius, m. 2. νωτοφόρος, qui clitellis fert onera, ut aſinus, mulus clitellarius apud *Caton. c.* 10. & *Cic. in Top. c.* 8. ¶ Figurate *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 94. Ego homines habeo clitellarios: magni ſunt oneris, quidquid imponas, vehunt. ¶ Clitellaria, & Græco nomine *Aſtraba* titulus eſt unius ex *Plauti* comœdiis amiſſis.

Cliternīnus, a, um, adject. *Cliternini, ovum*, ſunt populi in quarta regione Italiæ, quorum oppidum fuit Cliternum prope Fucinum lacum. *Plin. l.* 3. *c.* 12. ¶ In illo *Cic. Fam.* 9. 22. At honeſti colei Lanuvini, Cliternini non honeſti: αἰσχρόλογον latet, quia Coleorum Lanuvii familia erat, Cliterni non erat, inquit *Manut.* Alii aliter explicant.

Clitŏris, is, vel Clitorium, ii, Arcadiæ urbs, juxta quam lacus ſeu fons Clitorius aquam fundit, quæ pota abſtemios facit. *Ovid.* 15. *Met. v.* 322. *Plin. l.* 32. *c.* 2.

Clitorius. V. Clitoris.

Clituminus, i, ſt. in Umbria, cujus aqua a pecudibus pota albos fœtus creat. *Virg.* 2. *Georg. v.* 146. Hinc albi, Clitumne, greges &c. ¶ Clitumni nomine Jovem ipſum conſecratum in eadem regione, auctor eſt *Turneb. l.* 29. *c.* 26. ¶ Eſt & Clituminus adject. *Stat. l.* 1. *Sil.* 4. *v.* 129. Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros.

Clivīna, æ, avis, quæ in auguriis viſa, aliquid fieri prohibebat: quæ & clamatoria dicta, & prohibitoria. *Plin. l.* 10. *c.* 14.

Clivĭus, a, um, o. 1. 2. arduus, difficilis, a clivus, collis, quia aſcenſus per clivum difficilis eſt. Hinc clivia auſpicia dicta ſunt, quæ aliquid fieri prohibebant. *Feſtus*.

Clivōſus, a, um, o. 1. 2. *erto*, βωνώδης, frequentes habens clivos. *Colum. de arb. c.* 4. Locis aridis, & clivoſis altius vites deponantur.

Clivŭlus, m. 2. *poggetto*, dim. a clivus. *Col. l.* 6. *c.* 36. Duos parietes adverſo clivulo inædificatos habet.

Clivus, vi, m. 2. *collina, poggio, erta*, גבעה, Ger. *ein bihel*, Gal. *cotau*, Hiſp. *la cueſta arriba*, γλώλοφον, devexitas montis, locus molliter arduus, a κλιτός, Æolice κλιτύς, quod a κλίνω, clino, proclino. *Cic. Attic. epiſt.* 1. *l.* 2. Quem ego in clivo Capitolino, te ſignifero, ac principe, collocaram. De eodem clivo Capitolino *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 264. Arduus in valles, & ſora clivus erat. ¶ Neutro gen. uſurpavit *Cato apud Non. c.* 3. *n.* 28. loca ardua, & cliva depreſſa. ¶ Translate apud *Ovid. epiſt.* 19. Sudare in uno clivo, eſt in uno & eodem negotio laborare.

Cloaca, æ, f. *chiavica, fogna privata*, מיצאות, Ger. *ein graben*, Gal. *un égout*, Hiſp. *el albañar*, ἀρεδρών, locus cavus, ſive is publicus, ſive privatus ſit, quo ſordes confluunt. ¶ Item fiſtula, foſſa, via ſubterranea parietibus in modum aquæductus munita, per quam aqua pluvia extra urbem, vel in fluvium dilabens urbis ſordes ſecum rapit ab antiquo *cluo*, purgo, quod immunditiis domum, vel urbem purgat, *Cic. pro Cæc.* Qui de foſſis, de cloacis interdicit. ¶ Arcem facere ex cloaca, prov. *Cic. pro Planc. c.* 40. eſt rem humilem, & nullius fere momenti ſupra modum extollere. ¶ Translate dicitur de ſtomacho, & alvo hominis immundi. *Plaut. Curc.* 1. 2. 29. Prolue cloacam. ¶ De cloacis publicis Romæ a Tarquinio Priſco extructis, admirabili ſane opere, V. *Plin. l.* 36. *c.* 15. & *Caſſ. l.* 3. *ep.* 30. & *l.* 8. *ep.* 29.

Cloacalis, le, adject. ut cloacale flumen, h. e. colluvies cloacarum, quod ex Catone citat *Feſt. Sidon. de flagitioſa lib.* 3. *ep.* 13. Fæculentiæ par cloacali.

Cloacarĭum, n. 2. pecunia purgandis cloacis attributa. *Ulp. l.* 27. *ff. de uſufr.*

Cloacina, vel Cluacina Venus, Dea, quæ purgationibus præeſt, quia Romani, & Sabini myrtea verbena, depoſitis armis, purgati ſunt in eo loco, qui poſtea ſigna Veneris Cluacinæ habuit: Cluere enim antiqui purgare dicebant. *Plin. l.* 15. *c.* 29.

Cloaco, as, are, fœdo, inquino. *Feſtus*.

Cloacŭla, æ, f. 1. diminut. a cloaca, *fognetta*. *Lamprid. in Heliogab. c.* 17.

Clodianus, a, um, adject. a Clodio, læpe apud *Cic.*

Clodĭco, as, pro *claudico* dixere veteres, ut eſt apud *Cicer. l.* 2. *de Orat. cap.* 61.

Clodius, m. 2. prænomine Publius, adoleſcens fuit nobilis ex antiquiſſima Claudiorum familia, ſed civis factioſus, & notiſſimæ libidinis, ut qui tres ſorores per inceſtum polluerit, & in ſacris Bonæ Deæ muliebri veſte deprehenſus ſit. Hic graviſſimas cum Cicerone inimicitias exercuit, cui ut majus negotium facere poſſet, Tribunatum plebis petiit: quem cum per leges obtinere non poſſet, quod patritius eſſet, Fontejo cuidam ex plebe ſe adoptandum dedit, atque ita Tribunatum nactus non quievit, donec Ciceronem per vim urbe expelleret. *Cic. pro Domo, de Aruſp. reſp.* &c. ¶ Eſt & Clodius, a, um, ut Clodia gens *Ciceron.*

Clodĭus, adject. V. in fine vocis præced.

Clodo, is, pro claudo. *Plin. l.* 18. *c.* 33. Clodunt ita (oculos) lippiuntque ab aſtatu, & alvo cita pereunt.

Cloſtellum, i, n. 2. parvum cloſtrum, ſeu clauſtrum. *Petron. in Satyr. c.* 140. Aliquid rimari per cloſtellum, *per la ferratura*.

Cloſtrum, i, n. 2. idem quod Clauſtrum. *Cato de R. R. c.* 135. Trullas ligneas duas, claves cum cloſtris. ¶ Item trabium contignatio. *Senec. l.* 7. *de Benef. c.* 21. Per cloſtrum, qua ſe taberna laxaverat, quatuor denarios inferuit. Poſſis etiam hunc locum exponere de repagulis, & ſeris, quibus oſtium clauditur, ut de clauſtro dictum eſt. ¶ Cloſtrum etiam dicuntur trabes colligatæ ad impetum fluvii trangendum. *Plin. l.* 10. *c.* 33.

Clotho, f. 4. contract. κλωθώ, una Parcarum, a κλώθω, neo, glomero, torqueo, quia contorta, & convoluta omnia tenet. *Stat. Theb.* 3. *v.* 556. Ferrea Clotho.

Clucidatus, vel cluditatus, vel glucidatus, a, um, adject. dulcis, ſuavis, a γλυκύς. *Feſtus*.

Cluden, inis, culter cœcus, & manubrio incluſus, ita ut levi motione in longitudinem exeat, proprium eſt hiſtrionis. *Apul. Apol.* Sine cludine ſaltas. Alii aliter leg. V. *Lipſ. Elect. l.* 1. *c.* 28.

Cludo, dis, ſi, ſum, a. 3. *chiudere, ſerrare*, Gall. *clorre, en vironner*, Hiſp. *cerrar*, κλείω, claudo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 39. Ipſum mare terram appetens litoribus cludit. *Varr.* 3. *R. R. c.* 3. Quæ maceriæ ad villam venationis cauſa cluduntur.

Cludus, a, um, idem quod claudus. *Plaut. Pſeudol.* 2. 2. 64. Apud anum illam diobolarem, cludam, craſſam.

Cluĕo, es, n. 2. & Cluo, is, n. 3. *eſſere ſtimato, nominato*, audio, & metaleptice ſum, dicor, nominor, celebror, ſplendeo, a κλύω, audio. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 95. Ita ſis, ut nomen cluet. ¶ Eſt etiam purgo. *Plin. l.* 15. *c.* 29. Cluere antiqui purgare dicebant. Eoque refert ſigna Veneris Cluacinæ. V. Cloacina. In hac ſignificatione *cluo* dictum eſſe per ſyncop. a *colluo*, putat *Turneb. l.* 23. *c.* 12. nec diſſentit *Voſſ. in Etymol.* ¶ Aliqui cluere pro pugnare exponunt, ſed nullum afferunt exemplum, quod ſatis evincat.

Cluis, e, adject. nobilis, illuſtris. *Martian. Capell. l.* 4. ubi alii aliter leg. Clumæ, folliculi hordei. *Feſtus*.

Cluna. V. Clura.

Clunacŭla, læ, f. idem quod clunaculum. *Gell. l.* 10. *c.* 25.

Clunaculum, ſeu clunaclum, n. 2. culter ſanguinarius, dictus, vel quia clunes hoſtiarum dividit, vel quia ad clunes dependet. *Feſt.* ¶ *Scaliger* legit, *victimarius*, vel *ſaginarius*, quod eo interficerent pecora ſaginata. Ita erit proprie culter poparum.

Clunālis, le, ad clunes pertinens. *Clunales pedes* apud *Avien. in Arat. v.* 361. ſunt pedes poſteriores Urſæ cæleſtis.

Clunarĭus, a, um, ad clunes pertinens, ut clunaria lanx, *in fragment. Petronii, p.* 31.

Clunicŭlus, i, vel clunicula, æ, diminut. a clunis. *Favorinus* apud *Gell. l.* 15. *c.* 8. Clunicŭlis avium ſaturum fieri.

Clunīnus, V Clurinus.

Clunis, is, ſed ſæpius in plur. clunes, nium, tam maſc. quam fœm. gen. *natiche*, ישׁת, Germ. *geſeſſe*, Gal. *la feſſe*, Hiſp. *nalga*, πυγή, nates, a κλύζω, abluo, purgo, unde clyſter. *Juven. ſat.* 11. *v.* 16. Tremulo deſcendunt clune puellæ. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 9. *de equo*. Quod pulchræ clunes, breve quod caput.

Cluniſtaridyſarchides, m. vox joculariter ficta a *Plauto Mil.* 1. 1. 14. ad ſignificandum terribilem quendam imperatorem hoſtium, quem Pyrgopolinices, jactator & arrogans miles, viciſſe ſe gloriatur in campis Gurguſtidonitis. Conflata eſt ex duabus Latinis vocibus *clunis*, & *inſtar*, & totidem Græcis δῦς, dulcis, vel δύς, ægre, & ἄρχομαι, impero. qua in compoſitione, præter ridiculum, obſceni quippiam ſubeſt.

Clu-

Clunus, a, um, quasi clunatus, unde clunas simias a clunibus tritis dictas existimant. *Fest.*

Cluo, V. Clueo.

Clupea, f. 1. *chiepa*, θρίσσα, piscis, qui venam quandam in faucibus thynni erodens, ipsum exanimat. *Plin. l. 9. c. 15.* Vocatur & Thryssa, nec dissimilis est harengis. ¶ Est etiam nomen oppidi in Africa. *Liv. l. 27. c. 29.* A *Polybio*, & aliis græce dicitur ἀσπὶς, & *clypea* a nonnullis scribitur.

Clura, vel Cluria, æ, simia. Vet. Gloss. Clura, πίθηκος. Et Cluria χερκοπίθηκος. Alii legunt *Cluna*. *Fest.* ¶ Hinc

Clurinus, a, um, adject. ad simiam pertinens. *Plaut. Truculent. 2. 2. 14.* Tu vero clurinum pecus. de puella deformi loquitur. *Arnob. l. 3.* Clurino cum pecore. Alii legunt *Cluninum*.

Clusārius, re, adject. qui claudit, clusarius. *Hygin. apud Goes. p. 181.* Anguli clusares. Et *p. 156.* Portio quadrata clusaris. ¶ Est a cludo pro claudo, ut &

Clusārius, a, um, ad claudendum aptus, ut angulus clusarius, *Hygin. apud Goes. p. 156.* Latus clusarium. *Ibid. p. 183.*

Clusĭlis, le, adject. qui facile clauditur. *Plin. l. 9. c. 37.* Conchæ clusiles, & mordaces.

Clusīnus, a, um, adject. a Clusio oppido, ut Clusinum far, quod est genus adoris, sive farris candidius. *Colum. l. 2. c. 6.* Clusini fontes. *Horat. l. 1. ep. 15. v. 9.* qui locus nunc dicitur *Bagni di S. Casciano*.

Clusiŏlum, n. 2. opp. Hetruriæ, supra Interamnam. *Plin. l. 3. c. 14.*

Clusium, *Chiusi*, urbs Etruriæ, olim sedes Porsenæ Regis, in regione *Val de Chiana*, in colle, prope Clanim paludem. *Virg. 10. Æn. 167.*

Clusĭus, i, dictus est Janus teste *Ovid. 1. Fast. v. 130.* Sed *Macrob. sat. l. 1. c. 9.* habet Clausius. Dictus est autem *Clusius*, quod pacis tempore ejus templi portæ clauderentur.

Clusor, oris, m. 3. venator, qui silvas, & saltus retibus cingit, & claudit. *Sidon. l. 8. epist. 6.* Clusor statarius nemora circumvenis.

Clusūra, V. Clausura.

Clusus, a, um, adject. idem quod clausus, *chiuso*. *Valer. Flacc. l. 1. v. 239.* Sibi clusos invenit Argos.

Clutus, a, um, o. 1. 2. κλυτὸς, celebris, unde comp. *incultus*, nunc inclytus. *Festus*.

Clymĕne, f. 1. κλυμένη, filia Oceani, & Tethyos, vel Minii, & Eurynaxæ, uxor Japeti, vel Meropis Regis extremorum Æthiopum Ægypti. Cum forma excelleret, fertur Soli placuisse, & ex eo filium Phaetontem, vel Eridanum, & tres filias, Phaetusam, Lampetien, Lampetusam peperisse, ut a *Theodontio* scriptum est. Sed *Paulus*, & *Leontius* narrant, Clymenem genuisse Phaetontem, & sorores ex Merope, *Leontius* duos filios addit, Iphidum, & Philacem. *Ovid. 1. & 2. Met.*

Clymenēides, um, sorores Phaetontis. *Ovid. ad Liviam, v. 111.* Sic flevit Clymene, sic & Clymeneides altæ.

Clymenēius, vel Clymenĕus, a, um, patronym. a Clymene, ut proles Clymeneja, h. e. Phaeton. *Ovid. 2. Met. v. 19. Stat. l. 1. Silv. 2.* Augustum spoliare nemus, Clymenejaque deesse Germina.

Clypea. V. Clupea.

Clypeātus, a, um, clypeo munitus. *Virg. 7. Æn. v. 793.* clypeataque totis agmina densantur campis. *Curt. l. 7. c. 9. n. 2.* In proris clypeatos locaverat.

Clypĕo, as, are, clypeo munire. Verbum est *Pacuvii*. Sic enim ille apud *Non. 2. n. 145.* Clamyde contorta astu clypeat brachium.

Clypeŏlum, i, n. parvus clypeus. *Hygin. fab. 139.* Eisque clypeola ænea, & hastas dedit.

Clypĕus, seu clupeus, seu clipeus, m. 2. & clypeum, n. 2. *scudo*, מָגֵן, Ger. *ein schild*, Gal. *bouclier*, Hisp. *escudo*, ἀσπὶς, scutum majus. Dictus est vel a κλέπτω, abscondo, quod hominem tegat, vel a γλύφω, sculpo, quod in eo imagines insculpi solitæ. *Plin. l. 35. c. 3.* Scutis, qualibus apud Trojam pugnatum est, continebantur imagines; unde & nomen habuere clypeorum, non, ut perversa Grammaticorum subtilitas voluit, a *cluendo*. ¶ Objicere clypeos ad tela. *Virg. Æn. 2. v. 444.* Ictus clypeo excipere. *Ovid. 12. Met. v. 375.* ¶ Imagines quoque in clypei formam factæ, clypei dicebantur. Quamquam in hac significatione quidam Grammatici *clupeum*, vel *clypeum*, neut. gen. tantummodo dici volunt, quos arguit ipse *Charisius*, qui contraria exempla adducit, & *Plin. l. 35. c. 3.* De his V. *Lipsium in Ann. Tacit. l. 2.* & *Casaubonum ad Suetonii Neronem. c. 16.* ¶ Transfertur eleganter vox clypei ad quodvis præsidium, & tutelam. *Claudian. de 4. Consul. Honor. v. 432.* Subnixus Stilicone tuo, quem fratribus ipse Discedens clypeum detensoremque dedisti. ¶ *Scutum* oblongum est, quadratum, & totum munit corpus; *clypeus* rotundior, cavus, & totum protegit pectus; *Umbo* est in medio clypei pars elevatior. ¶ Clypeis antea Romani usi sunt, deinde postquam facti sunt stipendiarii, scuta pro clypeis fecere. *Liv. l. 8. c. 8.* ¶ *Serv. in Æn. 9.* ait, Clypeum esse peditum, scutum equitum. Sed hac de re V. *Popmam de different. verbor.* ¶ Clypeum etiam antiqui ob rotunditatem corium bovis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. *Festus*.

Clysmus, i, purgatio, lotio, clyster. *Scribon. Larg. compos.* 155. His alvus acri clysmo mane trahenda est.

Clyster, eris, m. 3. & clysterium, n. 2. *cristeo*, *serviziale*, *argomento*, Ger. *einklistier*, Gal. *clystere*, Hisp. *clister*, κλυστὴρ, medicamentum liquidum, quod intestino injicitur ad abluendam alvum: item instrumentum, quo medicamentum hoc injicitur, a κλύζω, abluo. *Plin. l. 20. c. 3.* Cucurbita infusa clysteribus intestinorum omnium vitiis medetur. *Scribon. Larg. compos. 118.* Per clysteria caldam immittere. ¶ *Macer* penult. corripit: Appositis digitis, aut intus clystere fusis Cave, imiteris.

Clysterĭo, as, are, clystere purgare, vel clysterem immittere. *Veget. l. 1. vet. Veterin. c. 42.* Clysteriabis ex aqua calida, & oleo. Al. leg. *clysterizabis*.

Clytemnestra, f. 1. κλυταιμνήστρα, filia Jovis, & Ledæ, soror Helenæ, Castoris, & Pollucis, uxor Agamemnonis, cui Orestem, & Electram peperit. Regressum ex bello Trojano virum in convivio ope Ægysthi adulteri filii Thyestis interfecit, deinde Cassandram interfici jussit Priami filiam, quæ Agamemnoni in rerum divisione sorte obtigerat. Postremo & ipsa occisa est ab Oreste filio in patris ultionem. *Hygin. fab. 117. & 240.*

Clytie, es, f. 1. Oceani Nympha, aliquando ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchamo patri ejus indicavit. Iratus enim Apollo Clytien gravissimo odio prosecutus est. Illa amoris impatientia cibo, & potu abstinens mane orientem, & vespere occidentem spectabat Apollinem, & quacunque Apollo iter faciebat, oculis sequebatur. Tandem fame, & dolore consumpta mutata est in heliotropium. *Ovid. 4. Met. v. 192. & sequentib.*

C A N T E N, & O

Cnæus, & Cneus, i, m. prænomen Romanum a *nævo* ductum. Scribitur fere duabus tantum prioribus litteris, ut *Cn. Pompeius Magnus*: ipsum autem C pronuntiatur ut G, ut in *Caius*. Sed & per G scriptum reperitur in *Inscript.* apud *Noris in Cenotaph. Pisan.* ¶ Femininum est *Cnæa*. *Inscript.* apud *Gruter. 274. 2.*

Cnaton, nis, m. 3. acus, qua mulieres caput scalpunt, al. discerniculum. *Fest.*

Cnedĭnus, a, um, *di urtica*, ut cnedinum oleum. *Plin. 15. 7.*

Cneōrum, n. 2. κνέωρον, κνῆωρον, herba quædam, a κνίω, rado, quia linguam mordet, *Plin. l. 13. c. 21. Hyginus* catiam interpretatur.

Cnephosus, a, um, o. 1. 2. tenebricosus, a κνέφας, crepusculum, tenebræ, vel a κνέφος, caligo. *Fest.*

Cneus. V. Cnæus.

Cnidus, V. Gnidus.

Cnissa, f. 1. κνίσσα, nidor, pinguedinis incensæ fumus. *Arnob. l. 7.* Nisi forte bestiarum Deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem consectatur, & fumos, pascaturque de cnissis, quas evomunt ardentia viscera.

Cnodax, acis, κνώδαξ, fibula est ferrea. Ferrei cnodaces apud *Vitruv. l. 10. c. 6.* sunt subscudiculæ ferreæ, in exteriori parte rotundæ, in extremis scaporum, vel axium capitibus implumbatæ, vel adactæ, per quas axes, seu torni versantur, *pirons*. In aliquibus libris legitur Chodax. Sed χώδαξ græce non invenitur.

Coa vestis, κεμβύκινον ὑφάσμα, sive substantive Coa in plur. num. subtilissimum erat vestis genus ex bombyce, adeo tenue, ut corpus pelluceret, dictum a Coo insula, in qua Pamphila Platis filia vestem hujusmodi prima contexuit. Eadem Ceæ vestes dicuntur, a Cea insula. Nam antiqui non convenere in hujus inventi gloria, quam alii Ceæ, alii Coæ mulieri tribuerunt. *Hor. l. 1. Sat. 2. v. 101.* Altera nil obstat, Cois tibi pene videre est Ut nudam. *Ovid. 2. de Arte, v. 298.* Sive erit in Cois, Coa decere puta. ¶ Est etiam Coa mensuræ genus; quo referunt aliqui illud *Cæcilii* de Clytemnestra Quadrantaria, apud *Quintil. l. 8. c. 6.* In triclinio coa, in cubiculo nola. V. *Choa*, & *Nola*.

Coaccēdo, idem ac accedo, vel simul accedo. *Plaut. Cur. 2. 3. 65.* Decem pro his coaccedunt minæ.

Coacervatim, adverb. *a mucchi*, acervatim. *Apul. l. 2. Florid.* Non sigillatim, ac discretim, sed cunctim, & coacervatim offerre.

Coacervatĭo, onis, f. *ammucchiamento*, aggregatio, acervus, cumulus, copia. *Cic. in Part. c. 35.* Frequentatione argumentorum, & coacervatione universa.

Coacervātus, a, um, nom. ex particip. συμβλητὸς, collectus, aggregatus. *Cic. in Partit.* Verisimilia cum sunt coavervata proficiunt.

Coacervo, as, idem ac acervo. *Cic. 2. Agr. c. 27.* Ante pecuniæ coguntur, & coacervantur.

Coacesco, is, cui, idem ac acesco, vel simul, vel totus acesco. *Cic. de Senect. c. 18.* Ut non omne vinum, sic non omnis ætas naturæ vetustate coacescit.

Coacte, adverb. *in ristretto*, *in breve*. *Tertull. de Bapt. c. 12.* Alii plane satis coacte injiciunt. *Gell. l. 10. c. 11.* cum significandum coactius quid & festinatius factum.

Coactĭlia, lium, n. 3. *feltri*, panni ex lana non texta, vestes ex lana, vel pilis paulo densius compactis, sive coactis. Vet. Gloss. πιλωτὸν, Coactile. Hujusmodi vestium mentio fit in *Leg. 25. ff. de aur. & arg.* ¶ *Cæsar de B. C. l. 3. c. 44.* subcoacta appellat. Ubi tamen *Cujac. l. 5. Observat. c. 11.* mavult legere *coacta*, quod *Scaliger* etiam in ipsum textum recepit. ¶ De coactilibus V. *Lipsi. l. 4. de militia*, *Dial. 6.*

Coactiliaria taberna, in qua coactilia fiunt. *Capitolin. in Pertin. c. 3.*

Coactiliarĭus, ii, qui coactilia conficit. Vet. Gloss. πιλοποιὸς. *Lapis Vet.* Lariscus lanarius coactiliarius.

Coactim, breviter, coacte. *Sidon. l. 9. ep. 15.* Schedium raptim, coactimque translator festinus exscripsi.

Coactĭo, onis, f. *radunamento*, συναγωγὴ, congregatio, conspiratio. *Cic. de Arusp. resp.* Nocturnis vigiliis, & coactione hominum. ¶ Coactio argentaria est munus cogendi pecunias. *Sueton. in Vesp. c. 1.* Coactiones argentarias factitavit.

Coacto, as, are, frequentat. a cogo, sæpe, vel vehementer cogo. *Lucr. l. 6. vers. 1120.* Qua graditur, conturbat, & immutare coactat.

Coactor, oris, m. *raccoglitore*, qui pecuniam cogit, & recipit, officii nomine, ut mercenarii eorum, qui habebant argentariam. *Cic. pro Rabir.* Ut nostri coactores facere solent. ¶ Coactores etiam, & collectarii dicebantur ipsi argentarii in auctionibus, quia pecunias cogerent. *Id. pro Cluent.* Ne multa, perquiritur a coactoribus, ideit ab iis, qui auctioni præsunt. ¶ Apud *Catonem de R. R. c. 150.* Coactor est, qui pecus cogit, & servat. ¶ Coactor, qui cogit, & ad faciendum impellit. *Senec. Epist. 53.* Quibus non duce tantum opus est, sed adjutore, atque ut ita dicam coactore.

Coactum, i, n. 2. V. Coactilia.

Coactūra, æ, f. *adunamento*, quod ex aliqua re colligitur, & cogitur, συναγωγὴ. *Colum. l. 12. c. 50. de oleo exprimendo:* Seorsum reponatur unusquisque dici coactura.

Coactus, a, um, nom. ex particip. a cogo, tot fere habet significationes, quot ipsum cogo. *Cic. pro Dom. c. 35.* Cum de me coactus dicerem. *sforzato*. *Nepos in Alcib. c. 4.* Coacti, ut te devoverent. *Sallust. in fragm.* Coactus regredi. *Cic. pro Cæcin.* Coacti, & armati homines, *radunati*. *Ovid. 8. Metam. v. 666.* Lac coactum, *rappreso*. *Plin. 2. 39.* Liquor coactus in nivem. ¶ Coacta alvi, h. e. excrementa crassiora, & duriora. *Celsus l. 2. c. 8.* ¶ Coactæ lacrymæ, h. e. vi expressæ. *Virg. 2. Æn.*

Coactus, us, m. 4. impulsus. *Cæs. B. G. l. 5. c. 27.* Neque voluntate sua, sed coactu civitatis. *Cic. Verr. 4.* Coactu istius quod non senserit judicasse.

Coaddo, idem ac addo. *Cato c. 40. de R. R.* Argillam, vel cretam coaddito.

Coadjĭcio, is, ieci, ectum, a. 3. simul adjicio, *aggiunger' insieme Colum. l. 12. c. 21.* Coadjicitur in binas urnas ligula cumulata.

Coadjŭtor, oris, m. 3. qui simul adjuvat. Habetur de hac voce exemplum in Inscript. apud *Grut.* sed spuria, & nullius adeo auctoritatis.

Coadolesco, is, evi, ultum, n. 3. *crescer' insieme*, simul adolesco. *Tertull. de Anima, c. 16.* Exinde inolevit, & coadolevit in anima ad instar jam naturalitatis.

Coadŏro, as, simul adoro. *Ambros. 3. de Spiritu S. c. 12.* & *Justin. in Cod. 1. 1. 4.*

Coadunatĭo, onis, *adunamento*, actus adunandi. *Justinian. in Cod. l. 5. tit. 12. leg. ult.*

Coadunātus, a, um, adunatus. *Aurel. Vict. Vir. illustr. c. 1.* Coadunatis Pastoribus civitatem condiderunt. Alii leg. *Adunatis*. *Paul. Leg. 9. ff. de Pact.* In unam summam coadunatæ.

Coadūno, as, are, idem quod aduno, *adunare*, συναγω. *Dictys Cret. Belli Troj. l. 4. c. 13.* Haud prius abire destitit, quam reliquiæ coadunarentur. *Ulpian. Leg. 7. ff. ad exhibendum*, §. 2. Si brachium statuæ coadunaverit.

Coædificātus, a, um, inædificatus. *Cic. in Partit. c. 10.* Loci culti, an inculti, celebres, an deserti, coædificati, an vasti, *luoghi con fabbriche*.

Coædifico, as, *fabbricare in qualche luogo*, inædifico. *Cic. Attic. l. 13. epist.*

epiſt. 39. Campum Martium coædificari. *Manut.* quod in ſuo libro legerat *cum*, vel *tum ædificari*, putabat emendandum *totum ædificari*.

Cœqualis, idem ac æqualis. *Colum. l.* 8. *c.* 14. In gregem cœqualium compellitur. *Petron. in Satyr. c.* 136. Sinciput cœquale natalium ſuorum. *h. e.* eiuſdem ætatis.

Cœqualitas, atis, æqualitas. *Modeſt. Dig.* 27. 1. 8. Cœqualitas honorum militiæ.

Cœquatus, a, um, æquatus. *Salluſt. ad Cæſ. de republ. ordin.* 2. Cœquati dignitate, pecunia, virtute.

Cœquo, as, idem ac æquo, *Salluſt. Catil. c.* 20. Cœquare montes, *Id. ad Cæſ. de rep. ordin.* cœquare gratiam omnium difficile eſt, *eſſer in grazia di tutti*.

Cœquus, a, um, o. 1. 2. æqualis. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Ex innumeris populis pars cœqua in commerciis, aut latrociniis degit.

Cœtaneo, as, apud *Tertull. de reſur. carn. c.* 45. ſignificat cœtaneum eſſe.

Cœtaneus, o. 1. 2. *d' una medeſima età*, Germ. *der einer alters iſt*, ὁμηλικώτης, ejuſdem ætatis, vel qui ætate eadem vixit. *Portius Latro in Declam. in Catil.* Scipionis cœtaneo ſuo. Adde *Apul. l.* 8. *Miſef. p.* 204. *edit. Elmeh.* & *Tertul. adverſ. Hermog. c.* 6.

Cœſtimo, ſimul æſtimo. Affertur a Lexicographis exemplum ex *Celſo JCto ff. l.* 47. *tit.* 2. *l.* 67. *vel* 69. Sed al. leg. *æſtimabitur*, non *cœſtimabitur*.

Cœternus, a, um, ſimul æternus. Legitur apud *Tertull.* adverſ. *Hermog. c.* 11. *Hieronym. ep.* 57. & *Auguſtin. ſerm.* 38. *de verb. Dom. c.* 7.

Cœvus, o. 1. 2. æqualis, cum aliquo ætate conjunctus, *d' una iſteſſa età*, Gal. *d' un meme age*, Hiſp. *de la miſma edad*, ὁμῆλιξ, ejuſdem ævi. *Prudent. hym. Epiph. v.* 137. Inter cœvi ſanguinis Fluenta ſolus integer.

Coagitatio, idem ac agitatio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Animo primum calefcit ab ipſo ſpiritu, deinde coagitatione pulmonum. *Victorius*, & *Gruterus* fidem MSS ſecuti legunt *contagione*.

Coagitātus, a, um, ſimul agitatus. *Marcell. Empir. c.* 8. Fel melle mixtum, & diu coagitatum.

Coagĭto, as, *agitare*, *meſcolare*. *Apic.* 2. 1. & 4. 3.

Coagmentatio, f. *conneſſione*, *concatenazione*, nexus, compoſitio, conſtructio, conjunctio. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 7. Quæ eſt coagmentatio non diſſolubilis?

Coagmentātus, a, um, adject. συμπεφυκώς, connexus, compactus, *conneſſo*. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 29. Nihil admixtum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex. *Curt. l.* 4. *c.* 7. *n.* 23. Habitus gemmis coagmentatus.

Coagmento, as, a. 1. *connettere*, *congiungere*, חבר, Germ. *zuſammem fügen*, Gal. *aſſembler*, *coler enſemble*, Hiſ. *travar uno con otro*, συναρμόζω, conjungo, compono. *Cic. de Sen. c.* 20. Opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentavit, natura diſſolvit. ¶ Translate *Cic. de Orat. c.* 23. Verba verbis quaſi coagmentare negligas. *Id. Philip.* 7. *cap.* 8. Coagmentare pacem.

Coagmentum, i, *conneſſione*, *congiunzione*, חבר, Gall. *aſſemblement*, συναφή, compoſitio, compago. *Ammian. l.* 20. *c.* 14. Coagmenta fodiens lapidum recens ſtructorum. *Plaut. Moſtel.* 3. 2. 142. Coagmenta in foribus. ¶ Eleganter ad literarum compoſitionem transfert. *Gell. l.* 17. *c.* 9. Literæ, inquit, ſingulariæ ſine coagmentis ſyllabarum.

Coagulatio, f. 3. *quaglıamento*, πῆξις, actus coagulandi. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Venenum eſt in prima lactis coagulatione.

Coagulātus, a, um, adject. *quagliato*, *rappigliato*, ut coagulata pix, *Plin. l.* 16. *c.* 11. Lac coagulatum, *Id.* 20. 14.

Coagŭlo, as, a. 1. *coagulare*, *rappigliare*, קפא, Germ. *zuſammen trinen*, Gall. *cailler*, Hiſp. *cuajar*, πήγνυω, cogo, conſtringo. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Summa probatio balſami eſt, ut lac coagulet.

Coagŭlum, n. 2. *preſame*, *gaglio*, *coagulo*, קפאין, Germ. *kefelab*, Gall. *preſſure*, Hiſp. *cuajo*, πηγύα, id, quod ad dentandum lac adhibetur, ut ventriculus vituli, a *coago*, vel *cogo*, denſo, ſtringo. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 830. Partem liquefacta coagula durant. *Plin. l.* 11. *c.* 41. Coagulum hinnulei, leporis, hædi laudatum. ¶ Translate coagulum dicitur quidquid connectit, ac jungit. *P. Syrus in Mimis:* Amicitiæ coagulum unicum eſt fides. *Gell. l.* 12. *c.* 1. Coagulum animi, atque amoris.

Coalĕo, les, n. 2. συνίσημι, cohæreo, concreſco, a *con* & obſoleto *aleo* pro alo. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Ut niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit. Alii leg. *colere non proſit*.

Coaleſco, is, coalui, n. 3. *unirſi*, *attaccarſi*, *e creſcere*, קפאין, גדל, συνίσημι, concreſco, a coaleo. Arborum proprium. *Colum. de arborib. c.* 27. Interpoſito triennio coaleſcet ficus olivæ. ¶ *Plin. l.* 9. *cap.* 51. A partu coaleſcit vulnus, h. e. conſtringitur, clauditur. ¶ *Gell. l.* 7. *c.* 7. Pars in unam vocem coaluiſſet, *h. e.* conveniſſet, conjuncta eſſet. ¶ Ad animum tranſtulit *Liv. l.* 23. *c.* 35. Tanta concordia coaluerant omnium animi.

Coalĭtus, a, um, *unito*, *creſciuto*, *e raſſodato*, concretus, confirmatus. *Gell. l.* 12. *c.* 1. Intereſt, cujus ex ſanguine concretus homo, & coalitus ſit. *Tacit. l.* 14. *in princ.* Vetuſtate Imperii coalita audacia.

Coallŭo, is, ere, eſt per alluvionem aliquid augere. *Pompon. de acquir. rer. dom. l. Ergo.* ubi alii leg. *colluere*.

Coamĭcus, m. 2. ſimul amicus. *Cic. de Amic. c.* 26. Hodie me ante omnes coamicos ſtultos ſenes verſaris. Emendati Codices habent, *Comicos*.

Coanguſtātus, a, um, in anguſtum redactus. *Hirt. de B. Hiſpan. c.* 5. Milites ripis appropinquantes coanguſtati præcipitabantur.

Coanguſto, as, *ridurre in iſtretto*, idem ac anguſto. *Cicer.* 3. *de Leg. c.* 14. Hæc lex dilatata in cunctum ordinem coanguſtari etiam poteſt.

Coaptatio, onis, f. apta conjunctio. *Auguſtin. l.* 4. *de Triait. c.* 2. In omni compaginatione, vel, ſi melius dicitur, coaptatione creaturæ. Hanc enim coaptationem (ſic mihi nunc occurrit) dicere volui, quam Græci ἁρμονίαν vocant.

Coaptātus, a, um, apte conjunctus. *Auguſt. l.* 22. *de Civ. Dei*, *c.* 24. *a med.* Menſuræ quibus inter ſe cuncta connexa ſunt, & coaptata.

Coarctatio, idem ac arctatio. *Liv. l.* 27. *c.* 46. Coarctatio plurimum in anguſto tendentium facilior futura erat. *Hirt. Bel. Alex. c.* 74. Cæſar ridebat inanem oſtentationem, & eo loco militum coarctationem. *Vitruv. l.* 9. *c.* 9. laxationi opponit.

Coarctātus, a, um, *riſtretto*, coanguſtatus. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 10. Cn. noſter adhuc in oppidis coarctatus. *Colum. l.* 8. *c.* 7. Gallinæ in caveis ita coarctatæ, ne verſari poſſint. ¶ Translate, *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 71. Coarctati conſulatus. *h. e.* ad brevius tempus redacti.

Coarcto, & coarto, as, a. 1. *riſtringere*, idem ac arcto. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 35. Quæ coarctavit, & peranguſte referſit in oratione ſua, dilatet nobis, atque explicet. ¶ Eſt etiam cogere. *Paul. l.* 57. *de contrab. empt.* Coartandus eſt emptor conditionem adimplere.

Coaréo, es, vel coareſco, is, arui, n. 2. vel 3. ſimul, vel valde areo. *Vitruv. l.* 7. *c.* 11. Ab ignis vehementia conferveſcendo cum coaruerint.

Coarguo, is, *moſtrare*, *far vedere*, *provare*, idem ac arguo. *Cic. l.* 1. *Acad. c.* 4. Errorem alicujus coarguere. Et *Ver.* 6. *c.* 47. Coarguere reum teſtibus. ¶ Cum infinito, *Hirt. de Bel. Alex. c.* 68. Cum defenſionem ejus nullam poſſe excuſationem recipere, coarguiſſet.

Coarticŭlo, as, *diſtinguere*. *Arnob.* 1. *adv. gent. a med.* Ora coarticulare mutorum. *ideſt* facere, ut muti articulate loquantur.

Coaſpernor, aris, idem quod aſpernor, vel ſimul aſpernor. *Tacit. hiſt. l.* 1. *c.* 7. Severitas ejus angebat coaſpernantes veterem diſciplinam.

Coaſſatio, vel coaxatio, onis, *tavolato*, *aſſito*, σανίδωσις, coaſſandi actus, contabulatio. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Neceſſarium binas per diverſum coaſſationes ſubſterni. Adde *Vitruv. l.* 5. *c.* 1. & *l.* 7. *c.* 1.

Coaſſo, vel coaxo, as, a. 1. *intavolare*, Germ. *zuſammen täfelen*, Gall. *entabler*, Hiſp. *entablar*, σανιδόω, contabulo, ab aſſis. *Vitruv. lib.* 7. *c.* 1. Cum coaſſatum fuerit, ſupra altera coaxatio tranverſa ſternatur. ¶ Coaxare eſt etiam ranarum proprium, *gracilare*. *Auctor carm. de Philomela*. Garrula limoſis rana coaxat aquis. *Suet. Aug. c.* 94. Atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare.

Coaſsŏlet, aſſolet. *Plaut. Epid.* 1. 1. 5. ubi alii leg. *aſſolet*.

Coatræ, ſeu Coactræ, populi inter Aſſyriam, & Mediam, qui Coactram M. incolunt, apud quos arbores ſunt maxima proceritate.

Coauctio, onis, f. 3. augmentum, *accreſcimento*. *Cicer. Verr.* 4. *cap.* 81. Ex coauctione annonæ, atque æſtimationis.

Coaugmentātus, a, um, auctus. *Martian. Capell. lib.* 5. ubi al. leg. coagmentatus.

Coax, vox ranarum, teſte *Serv. ad Æn.* 7. 1. 16.

Coaxo, V. Coaſſo.

Cobio, m. 3. piſcis ex genere chromborum. *Plin. l.* 32. *c.* 5. Vide Gobio.

Cobion, tithymali ſpecies. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Cocalides, um, f. filiæ Cocali. Fuit autem Cocalus Rex Siciliæ, qui Dædalum ab Creta Minois iram fugientem recepit, ipſumque Minoem, qui fugitivum Siciliam uſque perſequutus fuerat, hoſpitio exceptum, per inſidias filiarum ope interfecit. *Sil.* 14. *v.* 42.

Cocalides, um, f. filiæ Cocali Siciliæ Regis, quæ Minoa fraude interfecerunt. *Sil. l.* 14. *v.* 44.

Coccetum, vel Cocetum, i, n. 2. genus edulii ex melle, & papavere factum. *Feſt.*

Coccĕus, o. 1. 2. *di grana*, *granatino*, כִּנִּי תוֹלַעַת, Germ. *ſcharlach robt*, Gal. *d' ecarlate*, Hiſp. *de grana*, κόκκινος, quod cocci colorem habet. *Lamprid. in Alexand. c.* 42. Coccea lacerna. Al. leg. *coccinea*.

Coccinatus, o. 1. 2. κοκκοβαφής, qui coccineis veſtibus indutus eſt. *Martial. l.* 1. *epigr.* 97. Qui coccinatos non putat viros eſſe. *Suet. Domit. c.* 4. Puerulus coccinatus.

Coccĭneus, o. 1. 2. idem ac cocceus. *Plin. l.* 21. *c.* 31. Alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi. *Martial. l.* 14. *epigr.* 131. Coccineæ lacernæ. ¶ Colorem coccineum (qui latine & ſpadicus, & roſeus, & Phœniceus vocatur) aliqui cenſent eum eſſe, quem vulgo *ſcharlatum* & *chermeſinum* dicimus. De *ſcharlato* non repugnem. At *chermeſinus* alius eſt. Nam etſi coccum Serapioni, aliiſque Arabibus chermes dicitur, tamen nihil hoc ad noſtrum chermeſinum, quia ſit e granulis, quæ vulgaris pimpinellæ radicibus adhærent. *Voſſius ex Matthiolo*.

Coccĭnum, ſubſtant. n. 2. κόκκινος χιτών, veſtis coccinea. *Mart. l.* 4. *epigr.* 28. Coccina famoſæ donas, & janthina mœchæ.

Coccĭnus, a, um, o. 1. 2. cocco tinctus, ſive cocci colorem referens, ut Coccina veſtis, cocco infecta. *Martial. l.* 14. *epigr.* 131. *Petron. in Satyr c.* 28.

Coccum, ci, n. 2. *grana*, *cocco*, תּוֹלַע, Ger. *greine*, Gall. *graine*, Hiſp. *grana*, κόκκος, frutex furculoſus, parvus, in Turdetania, Galatia, Attica, Peloponneſo, &c. cui grana adhærent lentis faciem referentia, quibus granis ſericea, laneaque ſtamina tinctores inficiunt. Ejus granum dicitur *coccum* neut. gen. Differt a purpura. Nam coccus frutex eſt, purpura genus conchæ in mediis faucibus liquorem illum habens tingendis veſtibus expetitum. Coccinæ item veſtes a purpureis colore differunt. Hinc *Ulpian. l. ſi cui lana ff. de legat.* 3. negat, coccum contineri purpuræ appellatione. Nam coccineus color exuberantiam quandam, ac ſplendorem ruboris præ ſe fert. *Plin. l.* 21. *c.* 8. Colores animadverto tres eſſe principales, unum in cocco, qui in roſis micat, gratius nihil traditur aſpectu. Sed tamen purpura interdum latius accipitur. *Horat. l.* 2. *Sat.* 6. *verſ.* 102. Rubro cocco tincta veſtis.

Coccyx, ygis, maſc. 3. Cuculus avis. Hunc deſcribit *Plin. l.* 10. *c.* 9.

Cocetum, V. Coccetum.

Cochlacæ, vel cochleacæ, vel cochlecæ, f. 1. ſunt lapides ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem. *Feſt.*

Cochlĕa, f. 1. *chiocciola*, *lumaca*, κόχλος, κοχλία, proprie teſta limacis, & metonymice limax, qui teſtam habet, a κοχλόω, gyro, quia cochleæ teſta eſt tortilis, ac turbinata. *Cicer. de Div.* 2. 64. Si quis Medicus ægroto imperet, ut ſumat terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam potius, quam hominum more cochleam diceret. ¶ Translate apud *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. eſt lignum in torculari erectum, ſtriatum, quod dum vertitur, prælum attollit, vel demittit. ¶ Item iſtrumentum hauſtorium, quod vulgus *pompam* vocat, cujus in medio rota eſt, quæ dum a calcantibus verſatur, machina introrſus clavicularum detornata aquas exorbet ex aquario ſepto, & retrorſus emittit. *Vitruv. l.* 10. *c.* 11. *Bud. annot. prior. in Pand.* ¶ Item genus oſtii tortuoſi, & oblique flexi. *Var. de R. R. l.* 3. *c.* 5. Oſtium habere humile, & anguſtum, & potiſſimum ejus generis, quod cochleam appellant.

Cochleare, & per apocopem cochlear, n. 3. *cucchiaro*, δοῖδυξ. *Col. l.* 12. *c.* 21. cochlear cumulatum. *Mart. in Apoph. epig.* 121. Sum cochleis habilis, ſed nec minus utilis ovis, nunquid ſcis, potius cur cochleare vocer? Eſt enim lingula quædam ex altera parte teres, & acuta. Itaque pars ejus una aptiſſima eſt ad extrahenda ova, & *liguta* dicitur, altera ad extrahendas cochleas, & cochleare appellatur. Ejus figura habetur in antiquarum rerum Muſeis. Non eſt igitur patina ad capiendas cochleas, & ova, ut putat *Salmaſ. in not. ad Pollion. p.* 340. & *Græv. in addit. ad Theſ. Fabri*, quod antiqua cochlearia nunquam viderint. Multo minus verum eſt, quod eruditi quidam ſcripſerint, *cochlear* dici a forma, & cochlearum teſtis primum in hunc uſum adhibitis. ¶ Eſt etiam menſura liquidorum, quarta pars cyathi, *Col. l.* 12. *c.* 21. & *Plin. l.* 27. *c.* 4.

Cochlearis, re, adject. ut cochlearis menſura, *Plin. l.* 21. *c.* 27. ubi alii aliter legunt.

Cochlearium, rii, n. 2. vivarium, in quo cochleæ aſſervantur. *Varr.* 3. *de R. R. c.* 14. Idoneus ſub dio ſumendus locus cochleariis. ¶ Item menſura minima rerum liquidarum, quæ duodecies ſumpta explet cyathum. *Plin. l.* 20. *c.* 22. Si cochlearii menſura in die ſorbeatur. *Scribon. Larg. compoſ.* 122. Sumuntur cochlearia tria cumulata.

Cochleātim, adverb. ad modum cochleæ. *Sido. l.* 4. *ep.* 15. Agger cochleatim tractus.

Cocĭo, onis, m. 3. qui in emendis, vendendiſque mercibus tarde pervenit ad juſti pretii finem, a cunctatione, quaſi cunctio. Ita *Feſt. Plaut. Aſin.* 1. 3. 51. Vetus eſt, Nihili cocio eſt. V. omnino *Taubman*. Adde *Mil.* 3. 2. 29. Vide & *Gell. l.* 16. *c.* 7. Gloſſ. Vet. Cocio, μιτθωτής.

Cociōnor, aris, ari, cunctari in emendo. *Quintil. Declamat.* 12. *c.* 21. Diu cocionatus eſt. V. *Salmaſ. de uſuris*, *p.* 345.

Cocinatorius, } V. Coquinatorius.
Cocitatorius, }

Cocles, itis, m. 3. *losco, chi ha un' occhio solo*, Gall. *borgne, qui ne voit que d'un ocil*, Hisp. *menguado de un ojo*, μονόφθαλμος hoc est, luscus, qui unum tantum habet oculum. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Qui altero lumine orbi nascerentur, coclites vocabantur. ¶ Horatius Cocles, vir Romanus, qui, Porsenæ Regis exercitu per Sublicium pontem transire conante, solus hostium impetum sustinuit, donec a tergo pons a sociis frangeretur, quo fracto armatus in Tyberim desiluit, multisque super incidentibus telis incolumis ad suos tranavit. *Liv. l.* 2. *c.* 10.

Cocta, æ, f. aqua decocta. *Martial. l.* 2. *epigr.* 85. Vimine clausa levi niveæ custodia coctæ. Sic enim legendum putat *Scriverius*.

Coctanum, V. Cotonum.

Coctibilis, le, o. 3. *da cuocere*, Ger. *dass sich leitchlich uno gern Kochen lesst*, Gal. *aisè a cuire, facile a digerer*, Hisp. *cosa que presto se cueze*, εὔεψητος, quod facile coquitur. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem. Scribitur & *coquibilis*.

Coctilia, orum, ligna cocta, arida, seu acapna, quæ sc. fumum non faciunt. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 14. ¶ Non multum differebant a carbonibus: nec enim manu, sed batillis tractabantur, quod indicat locus *Trebellii cit.* Hæc ligna cocta dicuntur *Leg.* 167. *ff. de verb. signific.*

Coctilicius, a, um, ut coctilicia taberna, in qua scil. coctilia venduntur. *Capitol. in Pertinace, c.* 3. Alii leg. Coctiliaria.

Coctilis, & le, o. 3. *cosa cotta*, Germ. *gekocht*, Gall. *cuit, fait par cuison*, Hisp. *cosa cozida*, ἑφθός, res, quæ cocta est. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Observatione siderum coctilibus laterculis inscripta. *Ovid. Met.* 4. *v.* 58. Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem, &c.

Coctio, onis, f. 3. πέψις, ipse coquendi actus. Unde *coctionem facere*, pro concoquere, & cibum in ventriculo conficere, *digerire, fare la digestione*. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Coquitur & in melle cibi gratia, maxime ut coctionem facias.

Coctivus, a, um, o. 1. 2. *cotto, che facilmente si cuoce*, εὔεψητος, quod facile coquitur, vel maturatur, vel concoquitur, ut *coctivum legumen, coctivæ castaneæ*. *Plin. l.* 15. *c.* 23. Popularibus magis, quæ coctivæ vocantur.

Coctonum. V. Cotonum.

Coctor, oris, m. 3. qui coquit, coquus, *cuoco*. *Petron. in Satyr. cap.* 95. Coctores, insulariique. Al. leg. *lictores*. ¶ Apud *Plaut. Pœn.* 3. 2. *v.* 9. *Pareus* legit: Juris coctores, qui lites creant. Sed *Turneb. l.* 15. *c.* 7. legit: *coctiores*. ¶ Item Prodigus, *Senec. l.* 4. *de Benef. c.* 26. Quis coctori credet pecuniam? Ubi *Gruter.* & *Gronov.* leg. *decoctori*.

Coctura, f. 1. ἕψησις, coctio, aut id, quod coquitur. *Colum. l.* 12. *c.* 18. Si quinta pars picis Brutiæ in universam cocturam adjiciatur. *Apic. l.* 6. *c.* 2. Dimidia coctura decoques dum obduretur. ¶ Item calor, & cœli temperies, qua fructus maturescunt. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Ea cœli temperies tulsit, quam cocturam vocant.

Coctus, a, um, o. 1. 2. *cotto*, נאפה, Germ. *gekocht*, Gal. *cuit*, Hisp. *cozido*, ἑψηθείς, a coquendo, quod crudum non est, sed assum, elixum, aut frixum. *Hor. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 28. Coctus pavo. *Suet. in Claud. c.* 38. Cocta vendere. ¶ Ponitur & pro lucubrato, vel maturo. *Cic. l.* 13. *Att. ep. ult.* Bene coctus, & conditus sermo. *Plin. l.* 12. *c.* 5. Coctus solibus fructus. ¶ *Plaut. Pœn.* 3. 2. 9. Hodie juris coctiores non sunt, qui lites creant. *hoc est* in jure periti. Sed alii leg. *coctores*. V. *Taubman.* ¶ *Ligna cocta* quid sint vide in voce *coctilia*. ¶ *Propert.* 3. 9. 22. Agger coctus. *h. e.* e coctis lateribus factus. *Id.* 4. 5. 60. Rosaria cocta. *rose appassite*. ¶ Ponitur etiam pro maturo. *Cic. de Senect. c.* 19. Poma matura, & cocta. *Plin.* 12. 5. Coctus solibus fructus.

Coculum, χαλκίον, vas æneum, coctionibus aptum, *Fest.* ¶ Cocula item, ligna minuta, quibus facile decoquuntur obsonia. *Plaut. Capt. act.* 4. *sc.* 2. *v.* 67. Epulas foveri coculis ardentibus. Alii leg. *foculis ferventibus*. Hac significatione est etiam apud *Fest.*

Cocus. V. Coquus.

Cocytia, orum, sacra inferna in honorem Proserpinæ, quæ solebant facere mulieres maleficæ ad amorem conciliandum. *Horat. Epod.* 17. *v.* 56. Inultus ut tu riseris Cocytia. Alii leg. *Cotittia* a Cotyttone Dea impudicitiæ.

Cocytius, a, um, ad Cocytum pertinens, ut *Cocytia æquora*, apud *Claudian. l.* 1. *in Rufin. v.* 471.

Cocytus, m. 2. κωκυτός, flu. Epiri. ¶ Item flu. Campaniæ, qui in Lucrinum lacum influit. ¶ Nomen hoc latine fletum significat, a κωκύω, fleo. Hinc Poetæ fabulati sunt, Cocytum fluvium esse Inferorum, qui e Styge profluit. *Virg. Æn.* 6. *v.* 132. Cocytusque sinu labens circumfluit atro.

Coda, f. 1. *coda*, a veteribus dicebatur pro cauda, Ut canis sine coda. *Varro apud Non.* 2. 135. & *l.* 2. *R. R. c.* 7.

Codeta, V. Caudeta.

Codex, icis, m. *tronco*, Ger. *der stamm*, Gall. *le tronco*, Hisp. *el tronco*, κορμός, truncus, vel stipes arboris, cui cortex detrahitur, a caudex. *Colum. l.* 4. *c.* 8. Nec tam celeriter radiculæ inveterato jam codice enascuntur. Præter ea, quæ in verbo *Caudex* dicta sunt, *codex robustus* dicitur a *Plaut. in Pœn.* 5. 3. 34. ligneus stipes, quem alligati servi, qui deliquissent, trahebant, eique insidebant. Ita *Turneb. l.* 23. *c.* 21. Alii intelligi volunt locum in carcere, ex quo sontes præcipitabantur. Ex *Festo*. ¶ Verum frequenti notione *Codex* accipitur pro libro, *libro, codice:* nam in codicibus arborum solebant Veteres scribere, sive in tabulis e caudice sectis, quæ cera inducebantur, stylo osseo, vel æneo. *Cic.* 3. *Verr. c.* 46. Multos codices implevit earum rerum. ¶ Hinc Codicem scribere, instituere, recitare, & referre in codicem, &c. *Cic.* ¶ Codex in negotiatorum rationibus dicitur præcipuus liber, qui accepta, & expensa continet. *Id. pro Rosc. Com. c.* 2. Non habere se hoc nomen in codice accepti, & expensi. ¶ Codex κατ' ἐξοχὴν dicitur a Jurisconsultis volumen in duodecim libros divisum, in quibus leges Romanorum Imperatorum continentur.

Codicarius, V. Caudicarius.

Codicillaris, re, o. 3. quod spectat ad codicillos, ut *Potestas codicillaris*, quæ a Principe confertur ad conficiendos codicillos, vel quæ beneficio Principis, & diplomate Regio obtinetur, quo mandatur munus publicum. *Leg. Judices, C. de dignit. l.* 12. ¶ *Pontificatus codicillares* dicuntur a *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 49. qui missis codicillis a Principe cuipiam pro arbitrio deferuntur.

Codicillus, m. 2. *codicillo, lettera*, מגלות, Germ. *letter, vuillnettel*, Gall. *codicilles*, Hisp. *el codicillo de testamiento*, βιβλίδιον, parvus codex, seu liber, in quo minoris formæ tabulæ compactæ, & pluralis fere est numeri. *Cic. l.* 9. *Fam. epist. ult.* Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi. *Id. Philipp.* 8. *c.* 10. Sententias nostras in codicillis, & omnia verba referebat. ¶ Et quia sæpe in hujusmodi codicibus etiam epistolæ perscribebantur, ideo codicilli pro epistolis sæpe usurpantur. *Cic. l.* 6. *Fam. epist.* 18. Quæsivi a Balbo per codicillos quid esset in lege. Et *l.* 4. *epist.* 12. Puer mihi obviam venit cum codicillis. ¶ Præcipue autem codicilli dicuntur literæ, quæ ad præsentes mittuntur, *viglietto*. *Senec. epist.* 55. Video te, mi Lucili, cum maxime audio, adeo tecum sum, ut dubitem, an incipiam, non epistolas, sed codicillos tibi scribere. *Lips. Institut. epist. c.* 2. ¶ Codicilli etiam dicuntur diplomata, & constitutiones Principum, *patenti*. Ita *Suet. in Claud. c.* 29. codicillos officiorum dixit, quibus officia deferebantur. ¶ Item codicillus est parvus truncus, *picciol tronco, o pedale*. *Cato R. R. c.* 55. & 130. Codicilli oleaginei. Denique codicillus dicitur scriptura, qua quis ultimam suam voluntatem significat, minus tamen solemnis, quam testamentum, *codicillo*. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 64. Sine ullo funeris solemni crematur. Ita enim codicillis præscripserat.

Codicula, æ, f. 1. diminut. a cauda, vel coda. *Apic. l.* 7. *c.* 1. Callum, lumbelli, codiculæ, Alii leg. *Cuticulæ*.

Codo, V. Cudo, onis.

Codrus, ultimus Rex Atheniensium, Melanthi filius, qui, cum cives sui gravi bello a Lacedæmoniis premerentur, respondissetque Oraculum, *Quorum dux ab hoste esset occisus, eos fore superiores*, deposita veste regia, in castra hostium perrupit, ibique interemptus est. *Horat. l.* 3. *od.* 9. Hinc proverb. *Codro generosior*. ¶ Fuit etiam Romæ tempore Domitiani Codrus poeta malus, & pauperrimus, de quo *Juvenal. sat.* 3. *v.* 203. & 208.

Cœlesyria, sive Syria Cœle, κοιλησυρία, *Boca, Bocalbalbee*, pars Syriæ, inter Syriam propriam, Phœniciam, & Palæstinam, a κοῖλος, cavus, depressus. *Plin.* 5. 12. & 20.

Cœliacus morbus, alias alvinus, *dolor celiaco*, κοιλιακὴ νόσος, qui inferius stomachi orificium infestat, a κοιλία, alvus. *Cato R. R. c.* 25. Cœliacus dolor. ¶ Qui hoc morbo laborant, cœliaci appellantur. *Plin. l.* 20. *c.* 14. & *alibi*. ¶ Medicamenta etiam, quibus huic malo occurritur, *cœliaca* dicuntur. *Plin. l.* 20. *c.* 18.

Cœlius mons, V. Cælius.

Cœlum, V. Cælum.

Coemendatus, a, um, adject. emendatus. *Arnob. l.* 2. Coemendata ad exitum perducere.

Cœmeterium, ii, n. κοιμητήριον, Græce significat locum ad dormiendum destinatum, a κοιμάω, dormio: item locum, in quo sepulta jacent mortuorum corpora, *cimitero*. In hac posteriori significatione adhibetur a *Tertull. de Anim. c.* 51. & *Hieron. de Scrip. Eccl. de S. Ignatio*.

Coemo, is, emi, ptum, a. 3. *comperare*, idem quod emo, vel simul emo. *Cic.* 6. *Verr. c.* 59. Quæ tum non modo non vendebant, verum etiam coemebant. ¶ Mercede conducere. *Sueton. in Vespas. c.* 18. Præstantes poetas, necnon & artifices coemit. V. ibi *Casaub.* & *Torrent.* Alii aliter leg.

Coemptialis, ale, V. Coemptionalis.

Coemptio, onis, f. 3. apud Veteres JCtos est contractus quidam nuptialis, quo se uxor, & maritus invicem coemebant per formulas illas: *Vis ne mihi esse mater familias? Vis ne mihi esse pater familias?* Differt ab usu, & confarreatione, quæ duo præterea matrimonii genera fuere. *Cic. pro Flac. c.* 34. In manum convenerat. Nunc audio; sed quæro, utrum usu, an coemptione. Usu non potuit, nihil enim, &c. Coemptione? Omnibus ergo auctoribus. ¶ Hinc coemptionem facere; quod etiam ad alia transfertur, ut est in voce sequenti. ¶ Coemptionis faciendæ ratio hæc erat *Varrone* auctore apud *Non. c.* 12. *n.* 50. Mulier nubens tres ad virum asses ferre solebat, atque unum quidem, quem manu tenebat, tanquam emendi causa marito dabat; alium, quem in pede habebat, ponebat in foro Larium familiarium; tertium in saccipeno cum condidisset, compito vicinali solebat resignare; atque hoc pacto dicebatur in potestatem mariti venire.

Coemptionalis, le, adject. est, simul venalis. Hinc coemptionalis senex, apud *Plaut. Bacch.* 4. 9. 52. & *Curium ad Cic. Fam.* 7. *epist.* 29. dicitur senex nullius pretii, qui solus vendi nequit, sed cum aliis gregatim. ¶ Aliter accipitur *Coemptionalis senex* apud JCtos. Est enim ille, qui ex veteri more condendi testamenti per æs, & libram, ementi hæreditatem accedebat, & familiæ sacra in se transferebat, ut secum commoverentur, & sic hæres ab hoc onere liber esset. Sacra enim privata ex lege XII. Tabul. perpetua esse debebant, & ad hæredes transire. Itaque fictitia quadam venditione in pauperrimos senes transferebantur, quibus nulli essent hæredes. Hi porro *coemptionem facere* dicebantur. h. e. simul emere hæreditatis jura. Nisi malis dicere, non a testatore, sed ab hærede ipso post aditam hæreditatem comparatum esse senem, cui fictitia mancipatione hæreditatem traderet, & a quo rursus nova stipulatione illam redimeret. Quo fiebat, ut a sacrorum onere liber esset, quippe qui non hæreditatis, sed emptionis titulo possidebat. *Cic. pro Mur. c.* 12. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coemptiones faciendas, interimendorum sacrorum causa, reperti sunt. V. *Gronov. de pecun. Vet. l.* 4. *c.* 7. & *Pareum in Lex. Crit.* ¶ In loco sup. cit. *Plauti* al. leg. *Coemptialis*, eodem tamen sensu.

Coemptor, & Coemtor, oris, m. 3. *comperatore*. *Apul. in Apolog. p.* 321. Testium coemptor. *Juven. Sat.* 14. *v.* 293. Frumenti dominus, piperisque coemptor. Al. leg. *coempti*. ¶ Item qui coemptionem facit. *Ulpian. in l. regular. tit.* 11. *de tutelis*, ubi al. leg. *coemptionator*.

Coemptus, & Coemtus, a, um, emptus, *comperato*. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 248. Luscinias prandere coemptas.

Cœna, æ, f. 1. vespertina mensa, *cena*, Gal. *un souper*, Hisp. *la cena*, δεῖπνον, apud antiquos dicebatur, auctore *Festo*, quod nunc est prandium, *vesperna* autem dicebatur, quam nunc cœnam dicimus, a θοίνη, epulum, convivium, cibus, vel quasi κοινή, communis, ob communionem vescentium, quod veteres Romani soliti essent simul cibum capere. Hinc, quia cœna proprie est communis convivarum victus, festivus quidam vir, ut *Plutar.* narrat *præfat. in l.* 7. *Symp.* negabat, se cœnasse, si solus cœnasset. *Cic.* 5. *Tusc.* 34. Negavit, se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. ¶ Dicimus autem ad cœnam invitare, vocare, itare; cœnam parare, dare, apponere, &c. de quibus passim probati Scriptores. ¶ Cœna adventitia, quæ redeuntibus peregere amicis dabatur, quæ & viatica, & adventoria dicta est. *Sueton. in Vitell. c.* 13. Famosissima super cæteros fuit cœna ei data adventitia a fratre. ¶ Translate *Martial. in præfat. l.* 12. Ne quid tamen advenienti tibi, & exigenti negarem, studui paucissimis diebus, ut familiarissimas aures tuas exciperem adventoria sua. ¶ Cœna recta, h. e. legitima, quæ opponebatur sportulæ. *Martial. l.* 8. *epigr.* 50. Promissa est nobis sportula, recta data est. V. *Rectus*. ¶ Cena sine dipthongo scribi vult *Manut. in orthograph.* ex vetusto Bembi Terentio, & ex antiquis lapidibus, quos affert. Quod si cum diphthongo scribendum sit, non per æ, sed per œ, ut patet ex allatis græcis etymologiis, in quibus græce est οι.

Cœnacularia, æ, f. 1. est ars, qua quis integras ædes conducit, postea cœnacula singula pauperibus lucri gratia locat, *far' il locandiere*. *Ulpian. l. si vero, §. sed & si quis, ff. de his, qui dejec. vel eff.* Si quis cœnaculariam exercens, &c.

Cœnacularius, m. 2. homo, qui cœnaculum conducit. *Ulpian. l. solutum, §. plane, ff. de pignorat. act.* Non pactio cœnacularii proficiat domino.

Cœnaculum, n. 2. triclinium, conclave, *cenacolo*, עליה, Germ. *ein ort in vvelchen man zu nacht issiet*, Gall. *le lieu, ou l'on soupe, chambre haute*, Hisp. *la sala para cenar*, ὑπερῷον, locus idoneus ad cœnandum.

Varro

Varro de L. L. l. 4. Ubi cenabant, cenaculum vocitabant. ¶ Sed postquam in superiori parte cenitare cœperunt, superior domus universa, ut scribit *Festus*, cenaculum dicta est. *Cic. de Lege Agrar.* 2.35. Romam in montibus positam, & cenaculis sublatam, atque suspensam. ¶ Domus autem superior in plura cenacula particularia dividebatur. Speciatim igitur cenacula erant loca altiora domus, ideſt cubicula cum cellulis, & aliis appendicibus, ad quæ scalis ascendebatur, quæ pauperes, & inquilini conducebant. *Juven. Sat.* 10. *v.* 17. Rarus venit in cenacula miles. *ideſt* ad inquilinos, & pauperes, qui in conducto habitant.

Cœnaticus, a, um, o. 1. 2. quod ad cenam pertinet. *Plaut. Cap.* 3. 1. 136. Est illic mihi una spes cenatica. *ideſt* cenandi. ¶ *Cœnatica, orum*, in *Cod. Justin.* 2. 38. 3. erant genus exactionis, quod solebant milites a provincialibus exigere, quasi pro cœna.

Cœnatio, *refettorio, tinello*, διαιτητήριον, locus ad cœnandum aptus. *Sueton. Ner. c.* 31. Cœnationes laquearæ tabulis eburneis versatilibus. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Modica cœnatio, quæ plurimo sole, plurimo mari lucet.

Cœnatiuncŭla, f. 1. diminut. a cœnatio. *Plin. lib.* 4. *epiſt. ult.* Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta.

Cœnatorĭum, ii, n. 2. toga triclinaris, quæ adhibebatur ad cœnam. *Martial. l.* 10. *epigr.* 87. Ebriæ noctis cœnatoria.

Cœnatorĭus, a, um, o. 1. 2. διαιτητήριος, quod ad usum cœnæ pertinet. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 9. Fames cœnatoria. *Capitolin. in Maxim. cap.* 3. Vestis cœnatoria.

Cœnaturĭo, is, n. 4. *deſiderar di cenare*, Germ. *begird haben an dem nacht eſſen*, Gal. *anvoir envie de souper, appeter le souper*, Hiſp. *aver gana de cenar*, διαιτησιάω, cupio cœnare. *Martial. lib.* 11. *epigr.* 78. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cœnātus, a, um, partic. vocis passivæ, significationis activæ, *chi ha cenato*, Germ. *der zu nacht geſſen hat*, qui cœnavit. *Cic. pro Dejot. c.* 7. Cur te lotum voluerit occidere, cœnatum noluerit. ¶ Cœnatæ noctes apud *Plaut. Trucul.* 2. 2. 24. sunt, quæ laute cœnando traducuntur.

Cœnĭto, as, n. 1. frequent. a cœno. *Fam.* 7. *epiſt.* 16. Foris cœnitare. *Id. Fam.* 9. *ep.* 7. Cœnitare apud aliquem.

Cœno, as, avi, & cœnatus sum, n. 1. *cenare*, Ger. *zu nacht eſſen*, δειπνέω, cœnam sumo. *Cic. Attic. lib.* 1. *epiſt.* 3. Eo die casu apud Pompeium cœnabam. ¶ Impersonaliter *Liv. l.* 2. *c.* 4. Cœnatum est apud Vitellios. ¶ An *cœnatus sum*, pro *cœnavi* latine dicatur, lis est apud aliquos eruditos. Certe, *cœnavi apud te*, magis est in usu, quam *cœnatus sum apud te*. *Lucil.* apud *Cic.* 2. *de Fin. c.* 8. Cœnasti in vita nunquam bene. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 2. Apud Pompejum cœnavi. ¶ *Cœnare aliquid* est aliquid in cœna comedere. *Horat. lib.* 1. *ep.* 18. *v.* 48. Cœnare aprum, *Id. ibid. ep.* 5. *v.* 2. Cœnare olus. *Plaut. Rud.* 2. 6. 24. Scelestiorem cœnavi cœnam tuam, quam quæ Thyestæ olim posita est.

Cœnobita, æ, m. *frate*, qui in cœnobio una cum aliis sub iisdem legibus vivit. *Hieronym. epiſt.* 22. *ad Euſtoch. c.* 15.

Cœnobĭum, ii, n. *convento*, κοινόβιον, locus, in quo simul vivunt, qui *Cœnobitæ* dicuntur. *Hieron. lib.* 2. *in cap.* 3. *Lamentation. Hierem.*

Cœnosĭtas, atis, f. 3. locus cœnosus, *luogo fangoſo. Fulgent. in Contin. Virgil. p.* 159. *edit. Munk.* In temporales gurgitis cœnositates, morumque fœculentias transit.

Cœnōsus, a, um, *fangoſo*, βορβορώδης, plenus cœno. *Col. l.* 7. *c.* 10. Nulla re magis gaudet, quam rivis, atque cœnoso lacu volutari.

Cœnŭla, f. 1. *picciola cena*, διαιτήσιον, dim. a cœna. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 32. Hesterna cœnula non intellexistis, ne pecunia non egere? Adde *l.* 9. *Fam. epiſt.* 24.

Cœnulentus, a, um, cœno conspersus, *infangato. Tertull. de Pall. c.* 4. Cœnulenti pedes.

Cœnum, n. 2. *fango*, בוץ, טיט, Germ. *kroth, dreez*, βόρβορος, lutum, a κοινὸν, non qua commune, sed qua metaleptice notat sordidum. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 24. Male olere omne cœnum. ¶ Per metaphoram ponitur pro crimine, & metonymice pro homine scelesto, aut vili. *Cic. pro Domo, c.* 18. O cœnum, o portentum! *Id. pro Sextio, c.* 8. Habeo, quem opponam labi illi, atque cœno.

Coĕo, is, ivi, itum, n. & a. 4. convenio, adjungor, congredior, *congiungerſi, andare inſieme*, Germ. *zuſammen gehen, uberein kommen*, Gall. *convenir, s'aſſembler, aller enſemple*, Hiſp. *ayuntarſe*, σύνειμι, est simul ire, congregari, a con, & eo. *Ter. Eun.* 3. 4. Heri aliquot adolescentuli coivimus in Pyræum. ¶ Significat etiam convenire in aliquam rem, ut Coire in fœdera. *Virg. Æn.* 11. *v.* 292. ¶ Sæpe autem usurpatur de conventiculis illegitimis, *uniſi in fazione. Nepos in Pelopida, cap.* 2. *n.* 3. Duodecim adolescentuli coierunt ex iis, qui exilio erant multati, *Sueton. Aug. c.* 32. Plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris societatem coierant. ¶ Usurpatur etiam active cum 4. casu. *Cic. Philip.* 2. *c.* 10. Utinam, Cn. Pompei, cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 31. Coire societatem de re aliqua. Et *sbid.* societas coitur. *Plin. l.* 5. *ep.* 14. Questus est, venire advocationes, coiri in lites, & gloriæ loco poni magnos reditus ex spoliis civium. ¶ Est etiam coire, cum fœmina concumbere, συνουσιάζειν. *Plin. lib.* 10. *cap.* 53. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 193. *Colum. lib.* 6. *c.* 27. ¶ Honesto sensu pro in lecto discubitorio concumbere, habet *Plaut.* 1. 4. 19. *Moſtellar.* ¶ Pro congredi pugnandi causa, *azzuffarſi, Virg.* 12. *Æn.* 709. inter se coisse viros, & cernere ferro.

Cœpi, isti, incipio, instituo, suscipio, *cominciare*, החל, Germ. *anfahen, anheben*, ἄρχομαι, verb. def. ab antiquo *cæpio*, pro incipio. Usurpatur solum in præteritis perfectis, & plusquam perfectis, in futuris conjunctivi, & infinitivi, & in participiis in *rus*, & in *tus*, sed tamen etiam in significatione temporis præsentis, & imperfecti, scribitur autem per dipth. œ. de quo sic *Agræcius de Orthogr.* Cepit de capiendo: Cœpit de incipiendo dicimus. *Nep. in Pauſan. c.* 4. Tanto magis Pausanias orare cœpit. ¶ Olim integrum erat. unde *Terent. Adelph.* 3. 3. 43. Prius olfeciſſem, quam ille quidquam cœperet. *Plaut. Truc.* 2. 1. 23. Quæstum cœpiat. Et *in Perſ.* 1. 3. 41. Cœpere convivium. *Menæch.* 5. 5. 57. Neque pugnas, neque lites cœpio. ¶ Cœptus sum, pro cœpi, vel inceptus sum, *Liv. l.* 21. *c.* 8. Vineæ cœptæ agi. Et *c.* 23. Traduci exercitus est cœptus.

Coepiscŏpus, i, qui simul cum alio ejusdem loci, aut provinciæ Episcopus est. *Sidon. lib.* 4. *ep. ult.* & *Hieronym. adverſ. Luciferian. c. ult.*

Cœptātus, a, um, *principiato*, cœptus. *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 44. Cœptatam libertatem omittere.

Cœpto, as, a. 1. *cominciare*, החל, Germ. *aufahen, anfaheben*, incipio. *Cic.* 5. *Fin. c.* 9. Animal cœpitat ea, quæ naturæ apta sentit, appetere. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 38. Cœptavere seditionem. ¶ Sine casu, *Solin. c.* 2. Olympiade VII. cœptante. ¶ Et cum infinito, *Cic.* 5. *de Fin. c.* 9. Cœptat appetere.

Cœptum, ti, n. 2. *principio, impreſa*, התחלה, Germ. *ein anhebung, anfang*, Gall. *commencement, entrepriſe*, Hiſp. *comienco*, principium. *Ovid.* 1. *Met.* Dii cœptis (nam vos mutastis & illa) aspirate meis. *Id.* 8 *Metam.* 67. Cœpta placent. ¶ In singulari num. *Id. Triſt.* 2. 555. manus ultima cœpto defuit. *Senec. in Theb.* 103. Desistere cœpto.

Cœptus, a, um, adject. ex particip. passiv. *principiato*. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 16. Opus cœptum perficere. *Virg. Æn.* 2. *v.* 162. Cœptum bellum. ¶ Jungitur cum infinitis passivis. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 2. Quoniam de republica consuli cœpti sumus. *Id.* 1. *de Orat. c.* 38. Ante petita est pecunia, quam esset cœpta deberi. ¶ *Tacit. Ann.* 12. *c.* 31. Cœpta hieme. *essendo principiato l'inverno.*

Cœptus, us, ui, m. 4. idem quod cœptum, *principio*. *Cic.* 4. *Fin. c.* 15. Primos suos quasi cœptus appetendi fuisse. Sed *cœptum* usitatius est. *Stat.* 12. *Theb. v.* 663. dignas insumite mentes Cœptibus.

Coepulōnus, i, m. qui simul epulatur. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 22. Te coepulonus compellat tuus.

Coequĭto, as, n. 1. *cavalcare inſieme*, Ger. *mit reiten*, συνιππάζω, simul equito. *Liv. l.* 37. *c.* 18. Coequitaverant autem sex millia equitum. Ita leg. *Manut.* & *Scheferus Moguntin.* At *Froben. Gruter.* & *Gronov.* Cum equitatu: erant autem sex millia equitum.

Coercĕo, es, cui, citum, a. 2. *cingere, contenere*, עצר, כבם, מנר, יסר, Ger. *einem hinder halten vvehren*, Gal. *retraindre, reprimer, ferrer*, Hiſp. *reſtrenir, refrenar*, κατέχω, ex *con*, & *arceo*, est continere, comprehendere, & proprie de iis dicitur, quæ diffluunt, aut præter modum erumpunt. *Cic. de Senect. c.* 15. Vitem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum. *Id.* 2. *de Nat. c.* 22. Mundus omnia complexu suo coercet, & continet. ¶ Est etiam cohibere, retrænare, *raffrenare. Cic.* 1. *Attic. ep.* 18. Nactus locum refecandæ libidinis, & coercendæ juventutis. Sic coercere iram, cupiditatem, &c. apud eund. ¶ Item punire. *Id.* 1. 3. *Offic. c.* 5. Coercere damno, exilio, vinculis, morte. ¶ Item compellere, cogere, *sforzare. Ovid.* 14. *Metam.* Æneia virtus Junonem veteres finire coercuit iras. Al. leg. *coegerat* rectius. ¶ Coercere se modico, *contentarſi di poco, Sen. Hippol.* Coercere bella numeris. h. e. carmine describere, *Ovid.* 4. *de Ponto, el.* 8.

Coercītio, & coertio, onis, f. 3. *raffrenamento*, חתצור, ביזפר, Ger. *hinder haltung, ſtraff*, Gal. *reſerrement, empechement, arrete, retrainte*, Hiſp. *refrenamiento, o repreſſion*, κατάσχεσις, cohibitio, castigatio, a supino *coercitum* verbi *coerceo. Celſ.* 3. 18. Onerare aliquem asperioribus coercitionibus. *Quintil.* 9. 2. Interpellantis coercitio. ¶ Item facultas coercendi, quæ datur magistratui in subjectos. *Sueton. in Aug. c.* 43. Coercitionem in histriones magistratibus ademit. *Id. in Claud.* 38. Coercitio popinarum. *Paul. Dig.* 1. *tit.* 20. *leg. ult.* Jurisdictio sine modica coercitione nulla est. ¶ Item punitio, castigatio, *pena, caſtigo. Liv.* 4. 53. Ferre damnum aliamque coercitionem in aliquem. *Paul. Dig.* 48. 1. 2. Coercitio pecuniaria. ¶ In plerisque horum, quos adduximus, locorum alii leg. *coercio*, vel *coertio*: quod idem significat.

Coercĭtor, oris, m. qui coercet, continet, ac servat. *Eutrop. l.* 7. *c.* 13. Diligens coercitor disciplinæ militaris.

Coercītus, a, um, *rinſerrato, riſtretto, vepreſſo. Plin.* 12. 1. Galliæ Alpibus coercitæ. *Ovid. Heroid. ep.* 14. *v.* 3. Clausa domi teneor, gravibusque coercita vinclis. ¶ Item punitus. *Suet. in Aug. c.* 40. Ambitus multiplici pœna coercitus.

Coero, as, pro curo, as, antiqua scribendi ratione, est in edicto Ædilium apud *Gell.* 4. 2. ¶ Sic *coerator* pro *curator* in Leg. XII. Tab. apud *Cic.* 3. *de Legib.* 4.

Coerro, as, are, obambulo, oberro simul cum aliis. *Paul. l.* 3. *Dig. de Offic. præf. Vig.* Sciendum, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calceatum.

Cœtus, us, m. 4. concilium, *convento, congregazione*, עדה, דבר, Ger. *eine verſamlung, ein mange volths*, Gal. *aſſemblee de gens, amas*, Hiſp. *compania, convento*, συνεστία, a coeundo dictum est, quippe contractum a *coitus*, & significat quamvis connexionem, seu conjunctionem. *Lucret. l.* 3. *v.* 863. Qui cœtu concilioque Corporis atque animæ consistimus. Sic, conjunctiones stellarum cœtus appellat *Gell. l.* 14. *c.* 1. & cœtus amnium dixit *Curt.* 9. 4. ¶ Pro congressu pugnantium posuit *Plaut. Amph.* 2. 2. 25. Primo cœtu dicimus. ¶ Sed & alia conventicula, & congregationes significat. *Cic. de Senect. c. ult.* Cum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar. ¶ In hoc sensu accipitur quandoque in malam partem pro turba factiosorum. *Cic. Catil.* 1. 3. Cœtus nefarii. *conventicole. Tac. Agric. c.* 27. Cœtibus, & sacrificiis conspirationem civitatum sanciunt. Adde *Sueton. in Cæſ. c.* 16. & ibi *Torrent.*

Cœus, i, κοῖος, nomen Gigantis terræ filii. *Virg.* 1. *Georg. v.* 278. Tum partu terra nefando, Cœumque, Japetumque creat.

Coexercitātus, a, um, o. 1. 2. *Quinctil. l.* 2. *c.* 17. Ars constat ex præceptionibus coexercitatis ad finem utilem vitæ, *meſſe in pratica.*

Cogitabĭlis, o. 3. quod sub cogitationem cadit. *Sen. ep.* 58. Cogitabile est, quod est generale.

Cogitabundus, a, um, qui cogitat, *penſieroſo, penſoſo. Gell. l.* 2. *c.* 1. Stare solitus Socrates dicitur ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus.

Cogitāmen, inis, n. idem quod cogitatio. *Novatian. de Trinit. c.* 6. Ineffica hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus impleſſet.

Cogitāte, cogitāto, & cogitatim, adv. *conſideratamente, di propoſito*, consulto, accurate. *Cic. pro Arch. c.* 8. Quæ vero accurate, cogitateque scripsisset. *Id. de Off. l.* 1. *c.* 8. Utrum perturbatione aliqua animi, an consulto, & cogitato fiat injuria. Al. leg. *Cogitata injuria*. V. Græv. ¶ *Cogitatim* pro cogitate, refert *Festus*.

Cogitatĭo, onis, f. 3. *penſiero*, ἔννοια, longa in mora consilii explicandi rerum agitatio, vel, ut *Plato* definit *in Thæteto*, & *in Sophiſta*, interior collocutio, qua se se animus noster alloquitur. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 11. Cogitatione complecti. Et *l.* 2. *Offic. c.* 1. Omnem curam cogitationemque in rem aliquam conferre. ¶ Pro solerter inventis, seu excogitatis, usus est *Vitruv.* non semel, ut *in præfat. l.* 2. Ad te cogitationes & formas affero dignas. Nempe *cogitationes* sunt, quas in fine ejusdem procemii *inventiones* appellat. ¶ Homo ingenio, & cogitatione nulla, *Cic. Verr.* 4. *uomo ſtolido.*

Cogitāto. V. Cogitate.

Cogitatorĭum, ii, n. 2. receptaculum cogitationum, apud *Tertul. de Reſur. c.* 15. Caro erit omne Animæ cogitatorium.

Cogitātum, i, n. 2. subst. *penſiero, conſiderazione*, cogitatio, seu res cogitata. *Cic.* 1. *de Leg. Agrar.* Utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur?

Cogitātus, us, ui, m. 4. *penſiero*, idem quod cogitatio, vel cogitatum. *Senec. epiſt.* 11. Cogitatu opus est ingenii, dicente Vitruvio, O felicem illum, qui non aspectus tantum, sed etiam cogitatus emendat.

Cogitātus, a, um, *penſato*, animadversus, meditatus. *Cic. Phil.* 2. *c.* 34. Meditatum, & cogitatum scelus. *Justin. l.* 21. *c.* 4. *n.* 4. Plus negotii facessit res cognita, quam cogitata.

Cogĭto, as, a. 1. *penſare*, חשב, חנה, Germ. *gedencken, betrachten*, Gal. *penſer*, Hiſp. *penſar*, ἐννοέω, est plura mente cogere, seu colligere ad aliquid inveniendum, eaque agitare cum aliqua mora consilii explicandi, a *coagito* per syncopen, vel a *cogo*, quia mens plura in unum cogit, unde quæ sibi videantur optima, vel utilissima, eligere possit.

Varr.

Varr. l. 5. de L. L. Cic. de Leg. 2. 1. Nihil in his locis, nisi montes, & saxa cogitabam. ¶ Sæpe usurpatur neutraliter cum abl. & præp. de. *Cic. in Epist. 7. l. 1. Fam.* Is visus est mihi toto animo de te, ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare. ¶ Et sine casu. *Cic. de Senect.* male cogitare. *Id. 1. Offic.* libidinose cogitare. ¶ *Cic. 16. Att. ep.* 2. In Pompejanum cogitabam. *id. ibid.* Brundusium cogito. Intellige. *ire.* ¶ Pro parare. *P. Syrus.* Unus dies pœnam affert, multi cogitant. ¶ *Plaut. Mil.* 2. 2. 46. Severa fronte curas cogitans. *quasi* coagitans. Et *Virg. 1. Georg.* quid cogitet humidus Auster. ¶ Cogitare in animo, *Ter. Adelph.* 1. 1. Cogitare animo, *Id. ibid.* 3. 4. Cogitare cum animo. *Cic. Agr.* 2. c. 24.

Cognāti, o. 1. 2. *parenti*, Gal. *prochains*, *& alliez*, *parens*, Hisp. *parientes*, συγγενῆς, consanguinei, quasi una, communiterve nati, vel ab eodem orti progenitore. *Cic. ad Quir. post red.* Pro reditu P. Popilii multi cognati, atque affines deprecati sunt. ¶ Differunt autem Agnati, & Cognati in eo quod Cognati sunt, qui per Fœminas conjunguntur, Agnati vero, qui per virilis sexus personas cognatione junguntur, & ejusdem nominis sunt. Latius etiam patet agnati, quam cognati vocabulum: in agnatis enim continentur cognati, non viceversa. Verbi gratia, Patris Frater, i. e. Patruus & agnatus, & cognatus est; at Matris frater, i. e. Avunculus, agnatus tantum est, non cognatus. V. *Popm. de different. verbor.*

Cognatio, onis, f. 3. conjunctio, *parentado*, *parentela*, מוֹדִיעָה, Ger. *verwand schafft*, Gal. *parenté*, *alliance*, Hisp. *parentesco*, συγγένεια, conjunctio naturæ, & sanguinis. *Cic. 4. Verr. c.* 10. Ut quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. *Id. ibid. c.* 43. Amplissima cognatione, & plurimis amicitiis vir. ¶ Translate utuntur pro quacunque conjunctione, & similitudine. *Cic. pro Arch.* Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, cognatione quadam inter se continentur. *Plin.* 2. 105. Bitumini magna cognatio ignium. ¶ Dicitur etiam de brutis, & plantis. *Plin.* 8. 42. Cognatio equorum. *Id.* 19. 6. Cognatio cœparum. ¶ Pro ipsis cognatis. *Cic. in fragm.* apud *Quintil.* 8. 3. Cum tibi tota cognatio in farraco vehatur.

Cognātus, a, um, adject. quasi simul natus. *Ovid. 1. Met. v.* 81. sive recens tellus, seductaque nuper ab alto Æthere cognati retinebat semina cœli. *Juv. Sat. 5. v.* 103. Vos anguilla manet longæ cognata colubræ. ¶ Translate sumitur pro conjuncto, vel simili, vel convenienti, *simile*, *conveniente*. *Cic. 3. de Or. c.* 51. Nihil est tam cognatum mentibus nostris, quam numeri, atque voces. *Horat. l. 2. Sat. 3. v.* 280. Cognata rebus vocabula. ¶ Dicitur sæpissime de hominibus. V. *Cognati.*

Cognatus, i, m. affinis, sanguine conjunctus, *parente*. V. Cognati.

Cognitĭo, f. 3. agnitio, intelligentia, notio, scientia, *cognizione*, *conoscimento*, דִּעָה, Ger. *erkandnuss*, Gal. *connoissance*, Hisp. *conocimiento*, γνῶσις, actus cognoscendi. *Cic. 1. Acad.* Cœlestia vel procul esse a naturæ cognitione censeret. *Id. in Ovat. c.* 35. In rerum cognitione versari. Quid differat ab *Agnitione*, vide in ea voce. ¶ Est etiam forensis vox, quæ significatur judicium, seu inquisitio causæ, ita tamen ut juri ordinario opponatur. Unde Jurisdictio, & Cognitio a *Sueton. in Ner. c.* 15. separantur. Nam jurisdictio ordinaria, & magistratuum est; cognitio extraordinaria, puta principis, vel eorum, quibus princeps id negotii dedit. *Id. in Claud. c.* 15. Negantemque, cognitionis rem, sed ordinarii juris esse, agere causam contestim apud se coegit. *Id. de eod. c.* 12. Cognitionibus magistratuum ut unus e consiliariis frequenter interfuit. ¶ Quinam illi essent magistratus, *Dio* significat, & nominat consules, prætores, prælectos. Hi cum apud se reum causam agere juberent, nec eum remitterent ad jus ordinarium, extra ordinem cognoscere dicebantur; & hæc proprie cognitio dicta. ¶ Denique cognitio in artibus est, quæ vulgo dicitur Regula, præceptum, ut cognitio grammaticæ, Physicæ, &c. *Cic. 2. de Leg. c.* 19. Jurisconsulti erroris objiciendi causa, quo plura, & difficiliora scire videantur, sæpe quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertiuntur. V. *Pars. in Lex. cens.*

Cognitionalis, e, ad cognitionem judicialem pertinens. In *Cod. Justin. 7.* 42. Cognitionales sententiæ. ¶ Apud *Symmach.* 10. 62. (al. 55.) *Cognitionalis* est nomen officii cujusdam, puta ejus, qui cognitiones judiciarias in acta refert, aut quid simile.

Cognitionaliter, adverb. per cognitionem judiciariam. *In Cod. l. 7. tit.* 63. *leg. ult.*

Cognĭtor, oris, qui cognoscit. Speciatim ita appellatur qui de conditione ac statu alicujus, quem probe novit, testimonium dicere potest apud eos, qui minime norunt. *Cic. 7. Verr.* 65. Homines tenues, obscuro loco nati, navigant, adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt, ubi neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. ¶ Item qui alterum in jure defendit, *avvocato*, *sollecitatore*. Causam enim ejus, & rationes defensionis diligenter perdiscit, & apud judices vel per se, vel per alium prius a se edoctum exponit. Differt a procuratore, quia cognitor præsentis causam tuetur, procurator absentis. *Cic. Divin. Verr. c.* 4. *Ascon. ibid. & Fest.* ¶ Item qui causam, vel crimen alterius cognoscit, quæsitor, judex, *giudice*. *l. 9. Cod. Theodos.* 27. 5. V. Cognitio. ¶ Demum *cognitor* est sectori valde similis, nempe is, qui ærarii, vel fisci debitores vel veteres, vel latentes detegit, & accusat, atque ejus operæ pretium, partem bonorum, quæ proscribuntur, consequitur. Hoc genus officii cognitura appellatur. Dicitur autem *cognitor* honesto vocabulo (cum *delator* potius, aut *sector* appellari possit) quia causam fisci, aut ærarii ultro tuendam suscipit, & tamquam legum custodem se præbet, revera autem bonorum alterius proscriptionem, ac proprium lucrum spectat. Hoc sensu adhiberi creditur a *Manil.* 5. 316. sed varia est ejus loci interpretatio. De cognitura *Sueton. in Vitell. c.* 2. Cujus filius sectionibus, & cognituris uberius compendium nactus, &c.

Cognitūra. V. in fine vocis præcedentis.

Cognĭtus, a, um, nom. adject. ex particip. idem ac notus, *noto*, *conosciuto*, γνωστός. *Plin. l.* 12. *c.* 21. Cognitus nomine tantum. *Ovid. 4. Trist. el.* 6. Sed magis hæc, quo sunt cognitiora, gravant. *Catull. epigr.* 4. Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima. ¶ *Cognitum habere* est cognoscere. *Plin. l.* 2. *c. penul.* ¶ Dicimus absolute *cognito*, pro re cognita. *Liv. l.* 37. *c.* 13. Ibi ex agrestibus cognito, hostium naves ad Æthaliam stare, &c. ¶ De re venerea, *Tacit. 4. histor. c.* 44. Pontiam Posthumiam stupro cognitam.

Cognobĭlis, o. 3. *che si può conoscere*, נוֹדָע, Ger. *erkantlich*, *der manerkennt*, Δῆγνωστος, qui cognoscitur. *Gell. l.* 20. *c.* 5. His solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt. *Cato* etiam, ut ipse *Gell. ibid.* fatetur, *l.* 6. *Orig.* habet: Cognobilior cognitio.

Cognōmen, inis, n. 3. *cognome*, בִּרוּי, Ger. *ein zunam*, *nachnam*, Gal. *surnom*, *soubriquet*, Hisp. *el sobrenombre*, ἐπίκλησις, nomen, quod ab eventu imponitur. *Cic. 7. Ver.* Cui Gemino cognomen est. *Liv. l.* 1. Manfit Sylvius postea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. ¶ Inter cognomen & agnomen Grammatici distinguere solent, qua de re vide *Nomen*. Sed *Cicero* usurpare solet cognomen pro agnomine. Sic *pro Mur.* Quum laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso præseferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit.

Cognomentum, i, n. idem quod cognomen. *Cic. pro Mil. c.* 17. C. Cassinius, cognomento Schola.

Cognominatĭo, onis, f. *cognome*, cognomentum. *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 144.

Cognominātus, a, um, cognomine dictus, *soprannomato*, *cognominato*. *Plin. l.* 33. *c.* 10. Postea divites cognominati. ¶ *Verba cognominata* sunt, quæ eandem habent, vel pœne eandem significationem, & amplificationis causa in oratione conglobantur. *Cic. in Partit. c.* 15. Verba ponenda sunt juncta, facta, cognominata, &c.

Cognōmĭnis, & ne, o. 3. *che ha l'istesso nome*, ὁμώνυμος, quod est ejusdem nominis. *Virg. 6. Æn. v.* 383. Gaudet cognomine terra. Al. leg. *terræ*. *Suet. Vitel. c.* 2. Quatuor filios cognomines, ac tantum prænominibus distinctos reliquit. *Plin.* 13. 19. Africa circa Carthaginem Punicum malum cognomine sibi vindicat.

Cognomĭno, as, a. 1. *imporre il cognome*, ἐπικλήω, cognomen imponol *Plin. l.* 21. *c.* 3. Serapio cognominabatur, propter similitudinem suarii cujusdam negotiatoris. Adde 21. 11.

Cognoscenter, adverb. *con cognizione*. *Tertull. l. 4. cont. Mar. c.* 22. Manifesta te mihi, ut cognoscenter te videam.

Cognosco, scis, ovi, gnitum, *conoscere*, est noscere eos, qui prius incogniti erant, in quo differt ab *agnosco*, quod proprie de olim notis dicitur. *Virg. 4. Ecl.* Incipe parve puer risu cognoscere matrem. *Var.* Vereor, ne me quoque, dum revertero, præter canem, agnoscat nemo. Sed sæpe confunduntur. ¶ Est item intelligere, certiorem fieri. *Cic. in Epist.* Ea te ex literis multorum, & nuntiis cognoscere arbitror. ¶ Item diligenter, attenteque considerare, inquirere, judicare, cognoscere in foro, *Sueton. in Claud. c.* 33. *Cic.* 2. *Offic.* Cum quibus causas cognovit. ¶ Cognoscere de re Venerea, *Ovid. in Epist. Hypsiphyl.* Turpiter illa virum cognovit adultera virgo. ¶ Sæpe est forense verbum, & significat inquirere in causam, aut crimen alicujus, judicii ferendi causa, *inquisire*, *far' il processo*, *giudicare*. *Cic. Verr. 4. c.* 10. Verres cognoscebat, Verres judicabat. *Id.* ad *Capiton. post epist. 16. ad Attic.* Consules cognoscunt de actis Cæsaris. *Ulpian. Dig.* 27. 2. 2. Judex, qui tutelæ cognoscit. *h. e.* ex actione tutelæ. *Id. ibid.* 23. 2. 13. Judex cognoscens super re aliqua.

Cogo, is, coegi, coactum, a. 3. colligo, congrego. item adigo, impello, compello, vim facio, vim adhibeo, *radunare*, *e sforzare*, *costringere*, כנם, אגר, כפף, Ger. *samlen*, *zusammen treiben*, Gal. *faire venir ensemble*, *assembler*, *sommer*, *& amasser*, Hisp. *ayuntar*, συνάγω, proprie est in unum colligere, ex con, & ago. *Cic.* 2. *Tusc.* Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. *Virg. Ecl.* 6. Cogere oves stabulis. ¶ Hinc sumitur pro coagulare, densare, *rappigliare*, *congelare*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 35. Nam frigore mella cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit. ¶ Item pro in ordinem ponere, ut Omnes arbores in sulcum cogendæ, apud *Virg.* 2. *Georg. v.* 61. ¶ Cogere in ordinem, est eo redigere aliquem, ut jure, & potestate sua uti nequeat, & dicitur fere de Magistratibus, cum ab inferioribus opprimuntur, *fare stare*. *Liv. l.* 43. *c.* 16. Avocatam a se concionem tribunus questus est, & in ordinem se coactum. *Plin. l.* 1. *epist.* 23. Plurimum refert quid esse tribunatum putes, & quam in ordinem cogi, ut a nullo, ita ne a se quidem deceat. ¶ *Cogere agmen*, militaris formula est, qua significatur, posteriori parti exercitus præesse, extremam aciem claudere, *far' alla coda*. *Liv. l.* 34. *c.* 28. Primæ legionariæ cohortes ibant, levis armaturæ equites agmen cogebant. Et metaphor. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 13. Assentior tibi, ut nec duces simus, nec agmen cogamus, faveamus tamen. ¶ Præterea cogere est, *sforzare*, ἀναγκάζειν, ἐπείγειν. *Cic.* 3. *Offic. c.* 13. Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est? *Terent. Hecyr.* 2. 2. 26. Vi cœpi cogere, ut rediret. ¶ Est etiam differentium verbum, & aliquid ex propositis rationibus concludentium. *conchiudere*, *inferire*. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 13. Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogique possit, nihil esse quod sensum habeat, quin id intereat.

Cohabitatĭo, onis, f. actus cohabitandi, συνοίκησις. *Augustin. epist.* 137. *sub fin.*

Cohabitātor, oris, m. συνοικέτης, qui simul habitat. *Augustin. serm.* 1. *in Fer.* 2. *Pentec.*

Cohabĭto, as, n. 1. *coabitare*, συνοικέω, simul habito. *Hieronym. ep.* 90. & *Augustin. ep.* 12.

Cohærārius, rii, m. 2. qui alicui ad aliquod munus adjunctus est. *Cic. de Leg. l.* 3. *c.* 4. At si quid erit, quod extra magistratus cohærario usus sit, qui cohæret, populus creato, eique jus cohærendi dato. Ita libri Victorii: Turnebus, & qui eum sequuntur, *coëratore*, vel *coërario*, legi censent.

Cohærens, tis, nom. ex particip. *coerente*, qui cohæret. *Cic. Phil.* 2. *c.* 8. Cohærentia inter se dicere, *non dire contraddizioni*.

Cohærenter, adverb. *unitamente*, *o convenientemente*. *Florus l.* 2. *c.* 17. Dimicatum est non continue, & cohærenter, sed prout causæ lacesserant. *Gell. l.* 1. *c.* 18. Cohærentius, & aptius.

Cohærentĭa, f. 1. *accoglamento*, *convenienza*, συναλοιφή. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 62. Ad mundi cohærentiam pertinent. *Gell.* 6. 13. Cohærentia mortis, & vitæ.

Cohærĕo, es, hæsi, hæsum, *esser unito*, idem, ac hæreo. *Cic.* 1. *Acad.* Neque materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur. ¶ Cohærere dicitur res aliqua, quando negocio convenit, & concordat. *Ter. in And.* 2. 2. 23. Paululum obsoni, ipsus tristis, de improviso nuptiæ, non cohærent. ¶ Interdum idem est, ac constare, subsistere, *fussistere*. *Cic.* 5. *Tusc.* Nec enim virtutes sine beata vita cohærere possunt, nec illa sine virtutibus. ¶ Non cohæret oratio, *Cic. pro Cœl. c.* 7. *non s' accorda*, *non è bene legata*.

Cohæres, edis, m. 3. *erede insieme*, Ger. *ein mitterb*, Gal. *coheritier*, *heritier en partie*, Hisp. *el*, *que es heredero con otro*, συγκληρονόμος, qui simul hæres institutus est. *Cic.* 3. *Verr. c.* 48. Omnibus, quibus hæreditas venerit, cohæredem Prætorem esse oportere.

Cohærĕsco, is, n. 3. idem fere, quod cohæreo. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Interjecto inani cohæresceunt inter se.

Cohæsus, a, um, adject. idem quod cohærens, *attaccato*, *unito*. *Gell. l.* 15. *c.* 16. *de semifissa quercu*: In naturam redit, stricta denuo, & cohæsa.

Cohibĕo, es, ui, itum, a. 2. retineo, contineo, *trattenere*, *reprimere*, לבא, מנע, חכם, Ger. *zusammen halten*, Gal. *contenir*, *arrêter*, *empescher*, *reprimer*, Hisp. *refrenar*, *o reprimir*, ἴτέχω, constringo, træno, ex *con*, & *habeo*. *Cic.* 1. *Acad.* Prudenter Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse. Sic cohibere alicujus iracundiam, *Id. pro Marcel. c.* 3. Cohibere animum, manus, oculos ab alieno, *Id. pro Leg. Manil. c.* 23. Cohibere se *moderarsi*. *Terent. Geaut.* 5. 1. Cohibete intra limen vos. *Plaut. Mil.* 3. 3. ¶ Cohibessim pro cohibuerim, est apud *Lucret. l.* 3. *v.* 445. Am cohibessit. *h. e.* eam cohibuerit. Al. aliter leg. ¶ Pro continere, complecti. *Cic. de Sen.* Cum sparsum semen gremio excepit, primo id occatum cohibet. ¶ Cohibere brachium toga, *Id. pro Cal. c.* 5. V. Toga.

Cohibessō, is, pro *cohibuero*, is, *Lucret. lib.* 3. *v.* 445. Corpore qui nostro

ftro rarus magis ani cohibeffit? Al. aliter leg. V. *Incohibesco*.

Cohibĭlis, le, o. 3. quod facile cohibetur, quod non repugnat. *Gell. l.* 13. *c.* 19. Herodotus celeri, & cohibili ratione fabulam fcriplit. Ubi *cohibili* eft *coberente* & brevi: nifi forte legendum eft *coibili*. ¶ Gloff. lat. gr. Cohibilis, facilis, *εὔχερης*.

Cohibiliter, adv. breviter. *Apul. in Apol.* Ordinatius, & cohibilius eadem Græce, & Latine adnitar defcribere. *Id. Florid. extrem.* Fabulam in pauca cogamus, quantum poteft fieri cohibiliter.

Cohibitio, f. 3. *raffrenamento*, *κώλυσις*, cohibendi actus. *Cic.* 5. *Verr. c.* 14. Cohibitio tollendi, nifi pactus effet, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. Gruterus tamen legit, *Prohibitio*. *Lactant. de Ira Dei*, *c.* 18. Cohibitio fui gloriofa eft.

Cohibĭtus, a, um, nom. ex particip. *raffrenato*, *riftretto*. *Gell. l.* 7. *c.* 14. Subtile dicendi genus, & cohibitum. *Aufon. in Gratiar. actione:* Cujus egreffus aufpicatior, inceffus modeftior, habitudo cohibitior.

Cohircinatio, hircina lafcivia, apud *Apul. in Apolog.* ubi al. leg. *collurcinatio*.

Cohonefto, as, idem, ac honefto, honore afficio. *Cic. pro Quint. c.* 15. Amici conveniunt ad exequias cohoneftandas. Adde *Liv.* 38. 47.

Cohorrefco, is, ui, n. 3. *fentir ribrezzo*, *tremar da paura*, *o da freddo*, idem quod horreo, vel ingenti horrore afficior. *Cic. Somn. Scip. cap.* 1. Quem ut agnovi, equidem cohorrui. *Sueton. Tiber. c.* 21. Dii me perdant, nifi cohorrefcit corpus meum.

Cohors, ortis, f. 3. & per fyncopen chors, five cors, vel *curs*, apud *Varr. l.* 4. *de L. L. corte*, *cortile*, *χόρτος*, proprie eft locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere folemus, a *χόρτος*, quo nomine a Græcis dicebatur, quicquid in anteriore domo, vel villa claufum, feptumque effet. *Ovid.* 4. *Faft. v.* 704. Abftulerat multas illa cohortis aves. ¶ Cohortes etiam de bobus dixit *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. ¶ Tranflate accipitur pro militum manu, *compagnia di fanti a piedi*, *σπεῖρα*, ob fimilitudinem, a cohorte villica, quia ut villica, ita militaris rotunda effe folet, unde & *globus militum* dicitur. *Liv.* 15. *c.* 9. *Cæf.* 3. *B. G.* Eductis quatuor cohortibus, quæ integræ a labore erant. ¶ In legione R. cohortes decem erant. *Gell. l.* 16. *c.* 4. ¶ Cohors, & turma differunt, quod cohors proprie eft peditum, turma equitum. *Cic. pro Marcello*, Nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. ¶ Cohors etiam pro congregatione quorumcunque hominum ponitur. *Suet. in Ner. c.* 5. Receptus in cohortem amicorum. ¶ Item pro comitatu, & fatellitio, & familia Magiftratus, qui ibat in Provinciam. Unde *cohors Prætoria*, quæ Confuli, aut Prætori in Provincia præfto femper erat, quafique latus ejus cingebat. *Cic. in Verr.* Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiftis. ¶ Prætoriæ cohortes duæ erant, una evocatorum militum, altera voluntariorum, ideft, nobilium adolefcentium, qui fua fponte cum Proconfulibus exibant, duntaxat ob hanc caufam, ut ufu rerum peritiores domum redirent. ¶ Tranflate *Hor. l.* 1. *od.* 3. Febrium cohors. ¶ Item ad cohortem militarem, & præfertim Prætoriam pertinens. Hinc in *Cod. Juftin.* titulus 58. libri 12. eft *de cohortalibus*, & principibus cornicularis, ac primipilariis.

Cohortalīnus, a, um, ad cohortalem, feu Prætoriam militiam pertinens. *In Cod. Theodof.* 16. 5. 48.

Cohortalis, vel cortalis, o. 3. quod ad cohortem fpectat, ut Cohortales gallinæ, quæ in cohorte domi aluntur, a *cohors*. *Col. in præf. l.* 1. Quorum in parte avium cortalium, & apium cura pofita eft.

Cohortatio, f. 3. *efortazione*, *παράκλησις*, hortatio. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 13. Incredibiliter me commovet tua cohortatio.

Cohortatiuncula, æ, f. brevis cohortatio. *Ambrof. l.* 4. *ep.* 33.

Cohortatus, a, um, *chi ha efortato*, particip. depon. *Cæf. lib.* 1. *B. Gal. c.* 25. Cohortatus fuos prælium commifit. ¶ Paffive *efortato*. *Cato* apud *Gell. lib.* 15. *cap.* 13. Exercitum pranfum, paratum, cohortatum eduxit.

Cohorticŭla, æ, diminut. a Cohors, *picciola compagnia di foldati*. *Cælius ad Cic. Fam. l.* 8. *ep.* 6. Bibulus in Amano nefcio quid cohorticularum amifit.

Cohorto, as, *efortare*, idem quod cohortor. *Claudius Quadrigar.* apud *Non. c.* 7. *n.* 35. Hos cohortarent, uti maturarent.

Cohortor, aris, d. 1. *efortare*, *παρηγορέω*, fimul, aut vehementer hortor. *Cic. de Orat.* 2. 9. Quis cohortari ad virtutem ardentius? *Cæf. l.* 3. *B. C.* 82. Milites cohortatur, ut prædæ participes effe velint. *Id.* 7. *B. G.* 86. Cohortatur, ne labori fuccumbant. ¶ Cum infinito *Hirt. de B. Alex. c.* 21. Cohortando fuos ad pontem, & munitiones contendere. ¶ Particip. *cohortandus*, paffiva fignificatione. *Cæf.* 2. *B. G.* 20. Acies inftruenda, milites cohortandi.

Cohum, n. 2. lorum, quo temo buris cum jugo colligatur, a *cohibeo*, quafi cohibum, per crafin. *Feft.* Sed *Varro* a cavo dictum effe fcripfit. ¶ Cohum, vel covum etiam Cœlum Poetæ dixerunt, a chaos, ex quo putabant Cœlum effe formatum, vel a *χόος*, cavitas, vel a תהו, inanitas, res inanis. *Feftus*.

Cohumido, as, a. 1. *bagnare*. *Apul. l.* 8. *Met.* Cohumidare genas lacrymis.

Coibĭlis, le, adject. qui facile coit, & cohæret. V. exemplum, quod fupra attulimus in Cohibilis, ex *Gell.*

Coïci, vel Cojici, pro Conjici dixiffe Veteres, ex vet. exemplar. probat *Paræus in Lex. Crit.*

Coïens, euntis, particip. a *coeo*, quod in recto cafu non eft, quod fciam, in ufu. *Ovid.* 4. *Trift.* 4. 41. Vulnera nondum coeuntia.

Coimbĭbo, is, a. 3. fimul imbibo, *imbevere*. *Arnob. l.* 5. Si aperte hoc facere confeffis maledictionibus coimbibiffetis.

Coinquinatus, a, um, inquinatus. *Prudent. hymn. ante fomn. v.* 53. Qui coinquinatum vitiis cor impiavit. *Arnob. l.* 7. *p.* 222. Quid his effe poteft coinquinatius?

Coinquino, as, a. 1. idem, ac inquino, *imbrattare*, *lordare*. *Colum.* 8. 7. Coinquinari ftercore. ¶ Tranflate Vetus poeta apud *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 27. Matres coinquinari, Regiam contaminari ftirpem.

Coinquire, deputare, defecare. *Feftus*. *Scalig.* fufpicatur legendum, Conquinire, decubare. unde Conquinifco.

Coitio, onis, f. 3. focietas, fodalitas, *unione*, *συνέλευσις*, unio, conjunctio, a *coeo*. *Cic. pro Planc. c.* 22. Dubitatis, an coitio facta fit? *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. In candidatorum coitione interfuiffe. *Ter. Phor.* 2. 2. 32. Prima coitio eft acerrima. h. e. congreffio, pugna. ¶ Accipitur in malam partem pro conjuratione. *Liv. l.* 3. *c.* 65. Cum per coitiones potentium injuria fieret. Adde *Apul. Apol.* ¶ Et pro coitu venereo. *Solin. c.* 49. (al. 62.) *de camelis fæminis*. Inventumque eft, ut defiderium eis coitionis quadam caftratione exfecaretur.

Coĭtus, us, m. 4. *congiunzione*, *συνουσία*, conjunctio, ut coitus Lunæ, *Plin. l.* 2. *c.* 9. cum fcil. ita Soli conjungitur, ut non amplius videatur. ¶ Speciatim accipitur pro venereo concubitu. *Gell. l.* 19. *c.* 2. *Col. l.* 6. *c.* 22. ¶ Coitus humorum, apud *Celf.* 5. 18. 31. eft concurfus, Et coitus vulneris, conjunctio, coitio, *il rammarginarfi*. *Id. l.* 2. *c.* 10.

Coĭtus, a, um, *congiunto*, initus. *Ulpian. Dig.* 17. 2. 52. focietates coitæ. Adde *Ammian.* 26. 6.

Coix, icis, f. palmæ quodam genus in Æthiopia. *Plin.* 13. 4.

Colaphizo, as, colaphis percutio. *Tertull. lib.* 5. *adverf. Marcion. cap.* 12.

Colăphus, i, m. *pugno*, *κόλαφος*, ictus manu in pugnum contracta inflictus, a *κολάπτω*, tundo. *Ter. in Adelph.* 2. 2. 37. Colaphis tuber eft totum caput. ¶ Colaphum ducere alicui, *dar' uno fchiaffo*. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Colaphum infringere. *Teren. Adelph.* 2. 1. 46. Sic *Plin. l.* 8. *c.* 36. Colapho infracto exanimantur. Et *Juv. fat.* 9. *v.* 5. Colaphum fervo incutere.

Colatorius, a, um, adject. tolutario, & afturconino gradu incedens, ut colatorius equus, *cavallo che va di portante*, *o ambiante*, *o di chinea*, apud *Veget. de re Veterin. l.* 4. *c.* 5. Hujufmodi equos Græci vocant *σακκιστάς*, vel *σακιστιάς*, quorum gradus in ambulando perinde minutus, ac creber, quafi facco colatus effet. V. *Salmaf. ad Capitolin. in Maxim. cap.* 3.

Colatūra, æ, f. *colatura*, quod colando remanet. *Cæl. Aurelian. Tard.* 5. 3.

Colatus, a, um, adject. percolatus, purgatus, *purgato*, *colato*. *Plin. l.* 13. *c.* 2. Colato melle. *Tertull. de Anim. c.* 9. Berylli fluctuant colato nitore. ¶ Apud *eund. l. eod. c.* 43. Colatum fomnium dicitur, h. e. liquidum, non turbulentum.

Colax, acis, m. 3. *κόλαξ*, affentator, a *κολακεύω*, adulor. Eft Parafiti nomen in prologo Eunuchi *Terent. v.* 30.

Colchi, orum, Populi Afiæ inter orientale litus Euxini Ponti, & Iberiam, veneficio infames, & Medeæ ac Jafonis memoria fabularumque involucris apud Poetas nobilitati. *Horat. l.* 4. *od.* 4. *v.* 63. *Plin.* 6. 4.

Colchiăcus, a, um, adject. idem quod Colchicus, vel Colchus. *Propert. l.* 2. *el.* 1. Colchis Colchiacis urat arena focis. Al. rectius leg. *Jolchiacis*.

Colchĭcus, a, um, qui eft ex Colchide. *Horat. l.* 2. *od.* 13. *v.* 8. Ille venena Colchica tractavit.

Colchis, idis, f. 3. *Mengrelia*, *κολχὶς*, regio Afiæ, pars Georgiæ, inter Pontum Euxinum ad Occ. & Iberiam ad Or. Caucafo M. feparante, Armeniam ad Auftr. Sarmatiam ad Bor. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 505. Vix tandem longis quæfitam Colchida votis Contigimus. ¶ Eft etiam Colchis, idis, *κολχὶς*, gentile fæmin. & fpeciatim Medeæ nomen apud Poetas. *Horat. epod.* 16. *v.* 58. Neque impudica Colchis intulit pedem. ¶ Et *Gens Colchis*, pro gente Colchorum, *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 418.

Colchus, a, um, Colchicus, qui eft ex Colcho. *Horat. in Arte*, *v.* 118. Colchus, an Affyrius, Thebis nutritus, an Argis. *Ovid.* 3. *Faft. v.* 875. Domus Colcha.

Coleatus, a, um, coleos habens, ut coleatus equuleus, *cavallino intiero*, apud *Pompon. apud Non.* 2. 872. Al. aliter leg. *Id.* apud *Non. c.* 7. *n.* 20. Coleata cufpis, *τὸ αἰδοῖον*.

Coles, vel Colis, is, f. 3. hafta, feu virga membri virilis. *Celf. l.* 6. *c.* 18. ¶ Eft & pampinus, item caulis braffiçæ, fabæ, & fimilium. *gambo*, *fufto*. *Varr. R. R. l.* 1. *c.* 31.

Colĕus, m. 2. *ὄρχις*, teftis, five tefticulus. *Cic. Famil.* 9. *epift.* 22. Honefti colei Lanuvini, Cliternini non honefti. V. Lanuvinus. ¶ *Petron. in Fragm. Tragur.* Si coleos haberemus. *h. e.* fi viri effemus.

Colias, æ, m. genus pifcis, e genere lacertorum. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

Colĭce, es, f. medicamentum, quod datur ad coli dolores. *Celf.* 5. 25. 12. & *Scribon. Larg. Compof.* 120. & 121.

Colicŭlus, i, m. cauliculus. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Si jam coliculus fabæ in quatuor altitudines creverit.

Colĭcus, a, um, ad colon inteftinum pertinens, ut colicus homo, qui dolore colico laborat. *Plin. l.* 20. *c.* 4. Al. leg. *Cœliacus*. ¶ Colicum medicamentum, quo dolor colicus fedatur. *Celf. l.* 4. *c.* 17.

Colīgo, inis, f. domus, quæ incolitur. *Arnob. l.* 2. *Salmaf. ad Tertul. de Pall. p.* 430.

Coliphium, vel colliphium, n. 2. *focaccia*, *fchiacciata fotto la cenere cotta*, *κωλίφιον*, panis genus, quo athletæ utebantur, a *κῶλον*, membrum, & *ἶφι*, fortiter, ideft, a robore membrorum, quia eo uterentur ad vires firmandas, vel a *κόλλιξ*, quod erat genus panis fubcineracei, ac rotundi. Alii dicunt, fuiffe panem cum recenti cafeo commixtum, alii panem azymum, & carnes affas *Plaut. Perf. act.* 1. *fcen.* 3. *v.* 12. Coliphia ne mi hæc incocta detis. Adde *Juven. fat.* 2. *v.* 53.

Colis, V. Coles.

Collabafco, is, n. 3. *principiar' a cadere*, ruinam minitor. *Plaut. Stich.* 4. 1. 17. Si labant res laffæ, itidem amici collabafcunt.

Collabefactatus, a, um, adject. collabefactus *Lucret. l.* 1. *v.* 492. Collabefactatus rigor auri folvitur æftu, *disfatto*, *fciolto*.

Collabefacto, as, a. 1. *disfare*, *guaftare*, labefacto. *Ovid.* 1. *Faft. v.* 566. Vaftum motu collabefactat opus.

Collabefactus, a, um, *disfatto*, *guafto*, labefactus, corruptus, *λιμανθείς*. Tranflate *Nepos in Ariftide*, *c.* 1. A Temiftocle collabefactus teftula illa, exilio decem annorum multatus eft. *h. e.* oppreffus, dejectus.

Collabefīo, fis, n. paff. *diftruggerfi*, *disfarfi*. *Cæf. B. C. l.* 2. *c.* 6. Altera navis perfracto roftro tota collabefieret.

Collabello, as, a. 1. *giungere labbra a labbra*, labra labris adjungo. *Laberius apud Non. c.* 2. *n.* 168. Collabella ofculum. *ideft*, junctis labris ofculare.

Collābor, eris, apfus fum, d. 3. *cadere*, *πίπτω*, labor, vel fimul cum alio labor *Sueton. in Cæf. c.* 81. Domus faftigium collabitur. *Curt. l.* 7. *c.* 6. Cervix ejus ita icta eft, ut collaberetur.

Collabōro, as, fimul laboro, fimul curam ago *Tertull. de pœnit. c.* 10.

Collaceratus, a, um, adject. idem quod laceratus. *Tacit. hiftor. l.* 3. *c.* 73. Confoffum, collaceratumque corpus.

Collacrymatio, onis, f. idem quod lacrymatio. *Cic.* 2. *de Orat. cap.* 45. Signa doloris voce, vultu, collacrymatione denique oftendere.

Collacrymo, as, a. 1. idem ac lacrymor. *Cic. in Somn. Scip.* Ad quem ut veni, complexus me fenex collacrymavit. *Id. pro Sext. c.* 58. Hiftrio cafum meum collacrymavit.

Collactanĕus, m. 2. *fratello di latte*, *ὁμογάλακτος*, qui iifdem mammis nutritus eft, vel fimul educatus. *Ulpian. Dig.* 40. 2. 13. & *Scævola Dig.* 34. 4. 30.

Collactĕus, o. 1. 2. *συγγάλακτος*, qui uno, & eodem lacte nutritus eft. *Juven. Sat.* 6. *v.* 307. Notæ collactea Mauræ. Alii leg. *Collacia*. *Martian. Capell. l.* 1. Sororis ejus indifcreto fcelere collactea.

Collactĭus, ii, idem quod collactaneus. V. *Gruter. Infcript. p.* 661. *n.* 2. 3. 5. & *Spon. Mifc. p.* 228.

Collævo, vel Conlævo, as, a. 1. idem quod lævo, aut lævigo. *Senec. epift.* 64. Hoc afperitas oculorum collævatur: hoc palpebrarum craffitudo tenuatur.

Collapsĭo, onis, f. *caduta*, cafus, ruina. *Jul. Firmic. de err. proph. relig. c.* 21. Cadentium fulminum funefta collapfio.

Collapfus, a, um, nom. ex particip. *caduto*, *rovinato*. *Curt. l.* 8. *c.* 2. Inter manus collapfus extinguitur. *Sueton. Aug. c.* 30. Ædes vetuftate collapfæ. *Celf. l.* 7. *c.* 26. Iter urinæ collapfum.

Collare, ris, n. 3. *collare*, Ger. *ein halfsband*, Gal. *collier*, Hifp. *collar*, *τραχήλιον*, vinculi genus, quo canum colla aftringuntur, quod *mellium* vocavit antiquitas, ex corio firmo cum clavis capitatis. *Varr.* 2. *de R. R. c.*

9. Ne vulnerentur a beſtiis, imponuntur his collaria. ¶ Servi quoque hujuſmodi vinculo conſtringebantur. *Lucil.* apud *Non.* 1. 162. Cum manicis, catulo, collarique ut fugitivum deportem.

Collaria, æ, f. 1. ferrum rotundum, quo conſtringuntur colla malefactorum. *Plaut. Capt.* 2. 2. Collus collaria caret.

Collāris, re, *da collo*, ad collum pertinens, ut *collaris infula* apud *Petron. in fragm. Tragur.* h. e. focale. Alii tamen aliter legunt.

Collatātus, a, um, *dilatato*, dilatatus, ampliatus, a cum, & latus. *Cic. in Orat. c.* 56. Quod ſi anguſta quædam, atque conciſa, & alia eſt collatata, & diffuſa oratio.

Collatĕro, as, a. 1. latus claudo, ad latus ſto. *Capell. lib.* 3. C vocales utrimque collaterat.

Collatia, æ, f. 1. oppidum exciſum Latii, ad Anienem flu. in via Tiburtina, in conf. Sabinorum, condita ab Albanis, dicta, quod ad eam inſtaurandum pecuniæ a vicinis civitatibus juſſu Tarquinii Superbi collatæ fuerint. *Feſt.*

Collatīnus, a, um, adject. a Collatia oppido. *Virg. 6. Æn.* Collatinas imponent montibus arces. ¶ Hinc Collatina porta Romæ, quæ Collatiam ferebat, *Pinciana*. ¶ Collatina dea Romæ ut collium præſes culta eſt, teſte *Aug. de Civ. Dei*, 4. 8.

Collatĭo, onis, f. 3. *tributo*, *contribuzione*, מס, מכרה, Germ. *ein zuſammen tragung*, *als ſteuve*, *oder tribut*, Gall. *taille ſurle peuple*, Hiſpan. *contribucion*, *o pecho*, συμβολή, εἰσφορά, quod in unum contertur, & ſpeciatim indictio, tributum. *Liv. l.* 4. *cap. ult.* Æs grave plauſtris quidam ad ærarium convehentes ſpecioſam etiam collationem faciebant. ¶ Eſt item comparatio, *confronto*. *Cic. de Divin.* 2. 17. Infirmas ſortes collatione hoſtiarum. ¶ Eſt item Figura Rhetorica. *Id. de Invent.* 1. 30. Collatio eſt oratio rem cum re ex ſimilitudine conferens.

Collatitĭus, a, um, o. 1. 2. συγκεκομιστὸς, quod ex collatione conficitur, aut colligitur. *Quintil. Declam.* 6. Collatitia ſepultura. *h. e.* multorum collationibus facta. *Apul. l.* 8. *Met.* Collatitia ſtipe.

Collatīvus, a, um, adject. *Feſtus*: Collativum ſacrificium dicitur, quod ex collatione offertur. *h. e.* collata a pluribus impenſa. ¶ *Idem*: collativum ventrem, magnum, turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur. *Plaut.* locus eſt *in Curcul.* 2. 1. 15. Qui hic eſt homo cum collativo ventre, atque oculis herbeis? ¶ Univerſim collativus dicitur, qui a pluribus confertur. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 6. *circa med.* Nec ſolum explicandis corporibus hi duo numeri collativum præſtant favorem, &c. *Nazar. in paneg. ad Conſtantin. c.* 18. *in fi.* Innumeræ ſimul gentes ad bellum coactæ, dum collativam vim conferunt, compendioſam victoriam præſtiterunt. ¶ *Collativum* abſolute (ut *donativum*) eſt idem quod collatio, tributum. *Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. lib.* 6. *Cod. Theodoſ. tit.* 26. *leg.* 3.

Collator, oris, m. 3. qui confert. *Plaut. Curc.* 4. 1. 13. Symbolorum collatores.

Conlātro, as, *abbajare*, idem quod latro. Translate *Senec. de vita beata*, *c.* 17. Philoſophiam collatrare. *h. e.* conviciis inſectari.

Collātus, a, um, particip. a confero, *unito*, *congiunto*. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 14. Collatis viribus pugnare. *Liv. l.* 26. Collato pede prætiari. *h. e.* junctis aciebus altera contra alteram, & cominus pugnantibus. Sic collata dextra, *Ovid. 1. Faſt.* &, collato Marte, *Id.* 12. *Metam.* ¶ *Collatis ſignis pugnare* apud *Liv.* & *Cic.* eſt congredientibus æquo campo integris aciebus ſub ſignis, & juſto prælio decertantibus, *a bandiere ſpiegate*. Sic *Cæſ.* 3. *B. C.* 79. Habere caſtra collata caſtris hoſtium, *avere il campo a fronte dell' inimico*. Sic *Curt. l.* 3. *c.* 11. Collato pede in eodem veſtigio ſtabant. *Id. l.* 7. *c.* 11. E fontibus collatæ aquæ flumen emittunt. ¶ Interdum eſt idem ac comparatus, *paragonato*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 23. Qui mihi cum illo collati, quintæ claſſis videntur. ¶ Item *contribuito*. *Cic. pro Flacc. c.* 25. Pecunia collata. *Sueton. in Aug.* 59. Ære collato ſtatuam ſtatuere. ¶ Item ſimul tractatus, *conferito*. *Ovid.* 2. *de Pont.* 4. 13. Seria multa mihi tecum collata recordor.

Collatus, us, ui, m. *paragone*, comparatio. *Hirt. de B. Hiſp. c.* 31. In collatu pari erant conditione, *nell' azzuffamento*.

Collaudabĭlis, le, laudabilis, *lodevole*. *Prudent. Hamartig. v.* 692. Nec bonus eſt, nec collaudabilis ille.

Collaudātio, onis, f. 3. *lode*. *Ad Heven. l.* 2. *c.* 9. & *Cic. de Invent. c.* 43.

Collaudātor, oris, *lodatore*, qui collaudat. *Auguſtin.* 4. *Confeſſion.* 14. Nullo collaudatore mirabar.

Collaudātus, a, um, idem quod laudatus, *lodato*. *Cæſ.* 5. *B. G. c.* 2. Collaudati nullites.

Collaudo, as, idem ac laudo. *lodare*. *Cic.* 1. *Phil.* Eodem die D. Bruti factum collaudaviſtis.

Collaxo, as, *allargare*, idem quod laxo. *Lucret.* 6. 231. omnia circum Collaxat, rareque facit lateramina vaſi.

Collecta, æ, f. 1. *la porzione*, *che ciaſcun porta*, *o paga in un pranzo*. *Cic. de Orat. l.* 2. *c.* 57. Collectam a conviva exigis.

Collectāneus, a, um, o. 1. 2. ἐκλεκτος, quod ex diverſis rebus mixtum, & conflatum eſt. *Plin. l.* 34. *c.* 9. Tertia portio aëris collectanei. ¶ Collectanea, orum, n. 2. num. plur. ſcripta, quæ ex pluribus excerpta locis in unum collecta ſunt. *Gell. l.* 4. *c.* 14.

Collectārius, ii, m. ἀργυράμοιβος, argentarius campſor, qui pecuniam pecunia mutat, *cambiatore di monete*. *Leg.* 16. *Cod. ſi certum pet.* Si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti. ¶ *Acron Horatii Scholiaſtes in l.* 1. *Sat.* 6. *v.* 86. Coactores, inquit, dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogant, qui & collectarii nominantur. ¶ Horum integrum collegium Romæ erat.

Collectĭo, onis, f. 3. *raccoglimento*, συλλογὴ, Congregatio. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 9. Ut eorum collectio diſperſa celeritatem perſequendi retardaret. ¶ Collectiones etiam dicuntur tumores præter naturam ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus, *concorſo d' umori*. *Plin. lib.* 27. *cap.* 8. Collectiones omnes, inflammationeſque cohibendi. ¶ Item argumentatio, qua quibuſdam poſitis aliud quidpiam colligitur, & concluditur. *Senec. ep.* 45. Perſuadere aliquid alicui ſubtiliſſima collectione.

Collectitĭus, a, um, o. 1. 2. *collettizio*, συναθροισμένος, quod colligitur, vel factum eſt ex collectione. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 3. Signa & tyrone, & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit.

Collectīvus, a, um, o. 1. 2. idem quod collectitius. *Sen. l.* 3. *Quæſt. Nat. c.* 7. Collectivus humor. ¶ Item qui colligit. *Quinc. l.* 7. *c.* 2. Ratiocinativa, atque collectiva quæſtio.

Collector, oris, m. qui ſimul legit, vel ſimul eoſdem verſat ſcriptores. *Auguſtin.* 1. *Confeſſ.* 17. Mihi recitanti acclamabatur præ multis coætaneis, & collectoribus meis.

Collectrix, icis, f. quæ colligit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 99. Præcantatrici, collectrici, ariolæ, atque haruſpici. Ita legit *Turneb. in Comment. ad locos Cicer.* & collectricem exponit, quæ religionis cauſa ſtipem colligit. Alii tamen legunt, *Conjectrici*.

Collectus, us, m. *raccolta*, collectio. *Lucret.* 4. 416. Collectus aquæ digitum non altior unum.

Collectus, a, um, nom. ex particip. a colligo, *raccolto*. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 10. *v.* 47. Imperat, aut ſervit collecta pecunia. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Roſtra rapto viventibus adunca, collecto recta. ¶ Item non diſſutus, contractus, brevis. *Apul. Apol.* Tanto beatior, quanto collectior.

Collēga, æ, m. *compagno in officio*, אספים, Germ. *mitgeſellen in einem ampt*, *amptſgenoſſen*, Gal. *compagnons en magiſtrat*, Hiſp. *companeros en officio*, συνάρχων, in dignitate, & honore ſocius. Dicuntur autem collegæ, ut *Varro* cenſuit *l.* 5. *de L. L.* a legendo, quia una lecti ſint. Hinc Conſules inter ſe, & Prætores inter ſe Collegæ erant, quia iiſdem Comitiis creabantur. *Gell. l.* 13. *c.* 14. *Cic.* 1. *Off. c.* 40. Pericles, cum haberet collegam in Prætura Sophoclem. ¶ *Collegæ* etiam dicuntur contutores. *Paul. Dig.* 26. 7. 13. ¶ Item cohæredes. *Id. Dig.* 46. 3. 101. ¶ Item conſervi. *Plaut. Aſin.* 3. 2. 10. & 30. ¶ Item qui ſunt ejuſdem collegii. *Hermogenian.* 27. 1. 41. ¶ Item artifices ejuſdem artis, ut hiſtriones apud *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 197.

Collegatārius, ii, cui conjunctim cum alio legatum eſt. *Leg.* 9. *ff. de uſufr.*

Collegiārius, a, um, ad Collegium pertinens, *collegiale*, ut Collegiarii miniſtri, *Tertull. de Spectac. c.* 11.

Collegiātus, a, um, adject. in collegium receptus, vel unus ex collegio. *Inſcript. apud Grut. pag.* 449. *n.* 6. Inter primos collegiatio in collegio naviculariorum.

Collegĭum, n. 2. conventus, cœtus, ſodalitas, *collegio*, συσσώριον, ſocietas aliquorum, qui in eadem dignitate, & honore ſocii ſunt, a collega, ut Collegium Augurum, Pontificum, Decemvirorum, &c. *Cic. Off.* Cum Prætorum collegium Tribuni plebis adhibuiſſent. ¶ Collegium item ſumitur pro congregatione, & ſocietate quorumcunque hominum, ut Collegium aurificum, fabrorum, futorum, &c. *congregazione*, *compagnia*, σύλλογος. *Plin. in epiſt.* 42. *l.* 10. An inſtituendum putes collegium fabrorum. *Horat. lib.* 1. *Sat.* 2. Ambubajarum collegia. ¶ Dicitur interdum de duobus tantum, ut de Conſulibus, *Liv.* 10. 22. *Tacit. Ann.* 3. 31. *Plin.* 7. 12.

Collēma, atis, n. 3. κόλλημα, conglutinamentum. *Capell. lib.* 3. *de Gram.* Niloticæ fruticis collemata.

Colleprōſus, a, um, adject. qui ſimul leproſus eſt. *Sidon. l.* 6. *epiſt.* 1. Colleproſi mei conditio.

Collēvo, V. Collævo.

Collibertus, m. 2. συναπελεύθερος, qui ſimul cum altero ejuſdem patroni libertus eſt. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 88. Collibertus meus eris. ¶ *Colliberta*, æ, in femin. eſt in Vet. Inſcript. apud *Reinef. p.* 869. Patronæ benemerenti fecerunt, & collibertis, collibertabus, poſteriſque. ¶ Scribitur & *Conlibertus*, ut apud *Gruter.* ſæpenumero legere eſt.

Collĭbet, vel Collubet, Collibuit, & collibitum eſt, ere, imperf. 2. *piace*, *l' animo dà*, idem quod libet, vel lubet. *Terent. Eun.* 5. 8. 24. Si quid collibuit, novi te. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. *c.* 38. Collibitum eſt mihi. *Horat. lib.* 1. *Sat.* 3. *v.* 6. Si collibuiſſet.

Collĭbro, as, are, idem quod libro. *Cato cap.* 19. Inter arbores medium quod erit, id ad medium collibrato.

Colliciæ, f. 1. & colliquiæ, tegulæ, per quas aqua in vas defluere poteſt, a liquo, as. *Feſt.* ¶ Item majores ſulci in agris, al. *elices*, per quos aqua ex agris in foſſas elicitur. *Col. l.* 2. *c.* 8. Omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes derivemus. *Plin. l.* 18. *c.* 19. In uſu eſt & collicias interponere.

Colliciaris, re, ad collicias pertinens, ut *colliciares tegulæ*, apud *Caton. R. R. c.* 14. h. e. ipſe colliciæ.

Colliculus, i, m. diminut. a collis, *collina*, *collinetta*. *Martial. l.* 12. *epigr.* 25. Credis colliculis, arboribuſque meis.

Collīdo, is, ſi, ſum, a. 3. frango, contero, *percuotere*, *o ammaccare*, *o dibattere inſieme*, רצץ, רצין, Ger. *zuſammen ſchlagen*, Gall. *frapper*, Hiſ. *herir*, συμβάλλω. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Humor ita mollis eſt, ut facile premi, collidique poſſit. *Curt. l.* 4. *c.* 3. Navigia inter ſe collidunt. *Quintil. l.* 7. *c.* 3. Confligunt, & colliduntur leges. *combattono fra ſe ſteſſe*.

Colligāte, adverb. conjunctè, conſtrictè, *Auguſtin.* 1. *de doctr. Chriſt. c.* 28.

Colligātio, f. 3. *legamento*, σύνδεσμος, connexio, vinculum. *Cic.* 1. *Offic c.* 17. Arctior colligatio eſt ſocietatis propinquorum.

Colligātus, a, um, o. 1. 2. partic. a colligo, *legato inſieme*. *Cic. de Un. c.* 11. Vinculis colligati. ¶ Et ſubſtantive, *Id. ibid.* Omne colligatum ſolvi poteſt.

Colligo, as, a. 1. conſtringo, ligo, vincio, *legar inſieme*, συνδέω, ſimul ligo. *Cic. pro Rab. c.* 4. Lictor, colliga manus. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Colligare in faſciculos.

Colligo, is, egi, ectum, a. 3. cogo, congrego, conſtringo, quæ diſperſa ſunt, conjungo, *raccogliere*, *ridurre ad uno*, אסף, קבץ, Germ. *zuſammen leſen*, Gall. *cueillir*, Hiſp. *coger*, συναμίζομαι, in unum redigo. *Cic.* 1. *de Or.* Ea quoſdam obſervaſſe, atque collegiſſe. *Id.* 2. *Catil.* Exercitum colligere ex ſenibus deſperatis. ¶ Translate eſt intelligere, noſcere. *Id. Attic.* Ex eo colligere poteſt, quanta occupatione diſtinear. ¶ Item comparare, acquirere. *Id. de Am.* Benevolentiam civium blanditiis, & aſſentationibus colligere turpe eſt. ¶ Colligere ſe, eſt ſe recipere. *Id.* 4. *Tuſc. c.* 36. Quid eſt ſe ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſus in ſuum locum cogere? *Id. in Epiſt.* Ut me collegi, cætera facillima videbantur. ¶ Vel reficere ſe, & quaſi dilapſum ſpiritum recipere, *venir' in ſe ſteſſo*. *Id. de Divin.* Is primo perterritus ſomno ſurrexit, deinde cum ſe collegiſſet. ¶ Colligere ſe in arma, eſt parare ſe, & munire, *porſi ſulla difeſa*. *Virgil.* Subſtitit Æneas, & ſe collegit in arma. ¶ Colligere togam, *Martial. l.* 7. ¶ Colligere iram, *Hor. in Arte Poet.* h. e. iraſci. ¶ Colligere vaſa, *Cic. in Verr. far fardello*. ¶ Eſt item in argumentationibus, & ſupputationibus concludendo deducere. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 57. Acute colligit. *Tac. de Germ. c.* 30. Ex quo ſi ad alterum Imp. Trajani conſulatum computemus, centum ferme, & decem anni colligentur. ¶ Item pueros expoſitos tollere. *Leg.* 1. *tit.* 6. *Cod. Theodoſ.* puerum, & puellam ſuſceptam colligere.

Collimitāneus, a, um, adject. *confinante*, qui limite jungitur, conterminus. *Solin. c.* 40. Collimitanea Galatiæ Phrygia. Alii leg. *Collimitata*, a Collimito.

Collimĭtium, n. 2. *confine*, περιορισμὸς, coitio, vel conjunctio limitum. *Solin. c.* 49. (al. 62.) de amne Jaxarte: Hoc eſt collimitium, in quo limes Perſicus Scythis jungitur. *Ammian. l.* 15. *c.* 6. Alemannicis pagis collimitia Romana latius irrumpentibus.

Collimīto, as, a. 1. *unire col confine*, *confinare*, συναρεζω, limitibus conjungo. *Ammian. l.* 31. *c.* 5. Gelonis Agathyrſi collimitant. ¶ Deponentis more, vel paſſive. *Solin. c.* 15. (al. 25.) eadem verba habet. Gelonis Agathyrſi collimitantur.

Collĭmo, as, V. Collineo.

Collina, æ, porta Romæ, eadem quæ Quirinalis, vel Agonenſis, hodie *Porta Salaria*, quod per eam Sabini ſalem deferebant. ¶ Eſt etiam nomen Tribus urbanæ apud Romanos, quæ polita erat in Collibus Quirinali, & Viminali, unde & nomen traxit. Hæc quartum locum inter urbanas habuit.

Collina Dea, quæ collibus præſidebat, ſicut Vallonia, quæ vallibus.

Au-

Auguſt. Confeſſion. 4. 8. ubi al. leg. *Collatina*.

Collineatus, a, um, adject. *tolto di mira, o diretto allo ſcopo*. *Apul. Florid. c.* 23. Collineato pro fronte ſitu, & conniventibus ad regulam lineis. *Id. Aſtet.* 9. Collineatis oculis ad umbram.

Collinĕo, as, a. 1. *dar nel ſegno, colpire dove s' è preſo la mira*, recta veluti linea dirigendo ſcopum attingere, στοχάζομαι. *Cic.* 2. *de Div. c.* 59. Quis eſt enim, qui totum diem jaculans non aliquando collineet? *Id.* 3. *de Fin. c.* 6. Si cui propoſitum ſit collineare haſtam aliquo, aut ſagittam. h. e. haſta, aut ſagitta aliquem ſcopum ferire. ¶ Significat etiam recta linea ad ſcopum dirigere, *dirizzare, tor di mira*. *Gell.* 9. 1. Si in editiora mittas, & ad percutiendum ſuperne aliquid manum & oculos collinees. ¶ Scribitur & *conlineo*. ¶ In multis editionibus *Cicer. Gellii*, & *Apuleii* pro *collineo* habetur *collimo, as*: quod qui Latinum putarunt, deducebant a *limus*, quia qui aliquo ictum dirigit, limis ac ſemiapertis oculis id facere ſolet. Sed conſenſus Eruditorum illud *collimo* e Latinorum albo expungit. ¶ Sunt etiam qui pro *collineo* dicendum putant *collinio*.

Colliniātus, a, um, adject. pro *collineatus* legitur apud *Martian. Capell. cir. princ. l.* 7.

Colliniō. V. Collineo.

Collinītus, a, um, *unto*, pro *collitus*, facit *Colum.* a Collinio, *l.* 6. *c.* 17. Semina melle collinita.

Collĭno, is, levi, itum, *ungere*, idem fere quod lino, χρίω, σμήχω. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 93. Pulchrum ornatum turpes mores pejus cæno collinunt. *Horat. l.* 1. *od.* 15. *v.* 20. Crines pulvere collines. h. e. conſpurcabis.

Collīnus, a, um, *di colle*, quod ad collem ſpectat. *Col. l.* 12. *c.* 21. Si muſtum ex vineis collinis eſt. *ideſt* quæ in colle plantatæ ſunt.

Colliphĭum, V. Coliphium.

Colliquefactus, a, um, liquefactus, *liquefatto*, a colliquefacio, vel colliquefio. *Cic. pro Cluent. c.* 62. Venenum colliquefactum in potione.

Colliquefĭo, idem ac liquefio, *liquefarſi*. *Col. l.* 12. *c.* 22. Ea, quæ addideris in pice colliquefiant.

Colliquiæ, V. Collicie.

Collis, is, m. 3. *colle*, גבעה, Ger. *ein bihl*, Gal. *cotau, colline*, Hiſp. *cerro*, βουνὸς, λόφος, minor mons. *Cic. pro Cluent.* Cum quædam in collibus controverſia paſtorum orta eſſet. ¶ *Colles montani* apud *Plin.* 6. 20. ſunt juga ex ipſis montibus aſſurgentia. ¶ Colles ſeptem Romæ fuerunt, Palatinus, Quirinalis, Aventinus, Cœlius, Viminalis, Tarpejus, ſeu Capitolinus, & Exquilinus. ¶ Reperitur etiam pro monte. *Sil. l.* 3. *v.* 420. *de Pyrenæis*. Nomen Hebrycia duxere a Virgine colles. ¶ In ablativo *colli* pro *colle* rarum eſt, & Poeticum. *Lucret.* 2. 317. Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta.

Collisĭo, ſ. 3. duorum, aut plurium corporum mutua percuſſio, *ammaccamento, ſcontro*, σύγκρουσις. *Juſtin. l.* 11. *c.* 12. Nuntiatur, uxorem ex collisione abjecti partus deceſſiſſe.

Collīſus, us, m. 4. idem ac collisio. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Sono quodam, & colliſu ipſo margaritarum.

Colliſus, a, um, adject. *ammaccato, percoſſo inſieme, dibattuto*. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 7. Græcia barbariæ lento colliſa duello.

Colliſtus, a, um, oblitus, *unto*. *Prudent. Cathem.* 5. *v.* 15. Fila favis ſcirpea Horeis preſſo melle prius collita fingimus. ¶ Scribi poteſt & *Conlitus*.

Collobatarii, m. 2. grallatores. *Non.* 2. 361. Sed fortaſſe legendum *calobatarii*, a καλοβάτης, quod a κῶλον, lignum, & βαίνω, ſeu βάινω, incedo. Vel potius legi debet *colobathrarii*, a κωλοβαθρα, grallæ, quod a κῶλον, membrum, & βάθρον, gradus.

Collobĭum, V. Colobium.

Collocatĭo, ſ. 3. diſpoſitio, *diſpoſizione, collocazione*, σύνθεσις. *Cic.* 3. *de Orat.* Continuatio verborum duas res, collocationem primum, deinde formam deſiderat. *Id. pro Cluent. c.* 66. Collocatio uliæ. h. e. in matrimonium.

Collocātus, a, um, adject. nom. ex particip. *collocato, diſpoſto*. *Cic.* 1. *de Or. c.* 43. Poſita ante oculos, collocata in uſu quotidiano. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 1. Cecidit, coxamque fregit, quæ parum apte collocata male cohit.

Colloco, as, a. 1. loco, pono, diſpono, ſtatuo, accommodo, *collocare, riporre*, שום, Ger. *ſetzen*, Gal. *colloquer, placer*, Hiſp. *aſſentar*, τίθημι. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 35. Suo quidque loco collocare. *Terent. Eun.* 3. 5. 45. In lecto illam collocat. *Cæſ. l.* 3. *B. C.* Collocare in mediam aciem auxilia. ¶ *Id. l.* 1. *B. G.* Præſidium collocare, *metter guarnigione*. ¶ *Cic. Fam.* 2. *epiſt.* 13. Collocare rem militarem. *hoc eſt*, ordinare. ¶ Collocare pecuniam, *dar danaro a intereſſe*. *Sueton. Aug. c.* 39. ¶ Collocare in matrimonium, *maritare*. *Cic.* 1. *Div. c.* 46. Sic collocare nuptum, vel nuptui. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 18. Et in eodem ſenſu, *collocare*, abſolute, eſt apud *Nepot. in Ariſt. c. ult.* ¶ Collocare tabulas bene pictas in bono lumine, *Cic. de clar. Orat.* ¶ Collocare ſextantes in capita, *metter una taglia per teſta*. *Liv. l.* 2. ¶ Collocare male horas, *perdere il tempo*. *Martial. l.* 1. ¶ Beneficium bene collocare apud aliquem. *Cic.* 2. *Off.* ¶ *Tacit.* 6. *Annal. c.* 27. De cujus moderatione, & ſapientia in prioribus libris ſatis collocavi. h. e. expoſui. ¶ Aliquando collocare idem eſt ac ſternere, *coricare, atterrare*. *Plaut. Amphit.* 1. 1. 148. Agite pugni, heri homines quatuor in ſoporem collocaſtis. *Martial. lib.* 5. *epigr.* 66. Quot tua Mænalios collocat haſta fues.

Collocupleto, as, idem quod locupleto, *arricchire*. *Auct. ad Her.* 2. *c.* 18. Rei honeſtandæ, & collocupletandæ cauſa. Adde *Terent. Heaut.* 2. 3. 16.

Collocutĭo, ſ. 3. σωμιλία, colloquium, ſermo, *colloquio*. *Cic. Philip.* 11. *c.* 2. Familiariſſimæ cum aliquo collocutiones.

Collocūtor, oris, m. qui ſimul cum aliquo loquitur. *Tertul. adv. Praxeam, c.* 5. Dum loqueris, collocutorem pateris ſermonem. Adde *Auguſtin. l.* 9. *confeſſ. c.* 6.

Colloquĭum, ii, n. 2. collocutio, congreſſus, dialogus, ſermonis communicatio, *abboccamento, ragionamento*, דבר, σωμιλία, ſermo. *Cic. Att. l.* 12. *epiſt.* 15. In hac ſolitudine caroe omnium colloquio. *Id. Phil.* 12. *c.* 11. Venire in colloquium alicujus.

Colloquor, eris, d. 3. *ragionare, abboccarſi*, השיח, Ger. *mit einander reden*, Gal. *parler enſemble, parlementer*, Hiſp. *hablar uno con otro*, σωμιλῶ, ſimul loquor. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 8. Hoc uno præſtamus feris, quod colloquimur inter nos. *Id. Fam.* 1. *ep.* 7. Colloqui cum aliquo per litteras. ¶ Cum accuſativo *Plaut. Capt.* 4. 2. 53. Perlubet hunc hominem colloqui.

Collucĕo, es, xi, idem ac luceo, vel ſimul luceo. *Cic.* 2. *de nat. Deor* 15. Immenſo mundo tam longe, lateque collucens. ¶ Fuiſſe hoc verbum etiam tertiæ conjugat. *Nic. Heinſ. ad Prudentii Vincent. v.* 10. ex antiqua ſcriptura probat, ubi ait: *Collucis inſigni ſtola*.

Collucernatĭo, onis, ſ. quaſi dicas lucernarum multitudo ad ſplendorem augendum, *illuminazione*. *Claud. Mamert. de ſtatu anim. l.* 2. *c.* 9. Stipem ſuam variis collucernationibus dilapidare. h. e. comeſſationibus, & ſpectaculis. Alii aliter leg.

Collūco, as, a. 1. vel colluco, *ſchiarire un boſco, o un' albero*, ירם, Gal. *ebrancher*, Hiſp. *cortar los arboles*, καλλύω, erat ſylvæ ramos officientes lumini cædere, a *luce*. Nam collucando ſylva fit lucida. *Col. l.* 2. *c.* 22. Neque arborem feriis collucare permittitur. *Cato R. R. c.* 39. Collucare lucum.

Colluctatĭo, ſ. 3. lucta, *lotta*. *Col. l.* 6. *c.* 2. Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Colluctātor, oris, m. luctator, qui cum aliquo luctatur, *lottatore*. *Lactant. de opific. Dei, c.* 1. Ille colluctator, & adverſarius noſter, ſcis quam ſit aſtutus.

Colluctor, aris, d. 1. *lottare, contraſtare*, נאבק, Ger. *mitringen*, Gal. *lutter, enjemble*, Hiſp. *luchar uno con otro*, συμπαλαίω, ſimul luctor. *Plin. l.* 27. *c.* 2. Cum eo ſolo colluctatur.

Colludĭum, ii, n. ludus cum aliquo. *Solin. c.* 12. (al. 22.) *de delphinis*: Poſt aſſueta colludia. ¶ Translate *Ammian. l.* 18. *c.* 9. Per colludia. h. e. per deceptionem, *per colluſione*.

Colludo, is, uſi, uſum, n. 3. *ſcherzare, burlare*, Ger. *mit ſchertzen*, Gal. *jouer enſemble*, Hiſp. *jugar con otro*, συμπαίζω, ſimul ludo. *Horat. de ar. Poet. v.* 159. Puer geſtit paribus colludere. ¶ *Colludere* apud Jureconſultos dicuntur inter ſe litigantes, cum actor, & reus litigare ſe ſimulant, alterque ſe patitur ſuperari, ut tertio cuipiam præjudicium afferatur, vel cum alter ex procuratoribus cauſam domini prodit, & cum vincere poſſet, patitur tamen ſe condemnari. *Ulpian. l. eleganter*, §. *ſi dolo, ff. de dolo malo*. Hinc *Cic.* 4. *Verr. c.* 24. Inimicus, hoſtis eſſet, tanta contumelia accepta, niſi tecum colluſiſſet.

Collugĕo, es, idem quod lugeo, vel ſimul lugeo. *Cœl. Aurel. Tard.* 2. 5.

Collum, n. 2. cervici ſubjecta pars. *collo*, צואר, Germ. *der halſſ*, Gal. *le cou*, Hiſp. *el cuello*, τράχηλος, pars corporis, quæ caput ſuſtentat. *Cic.* 5. *Verr.* Hæc civitas mulieri rediniculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. ¶ Legitur & collus. *Plaut. in Cap.* 2. 2. 107. Collus collaria caret. ¶ Collum obſtrictum, ſeu collum obtortum, verbum eſt juris. Nam rei in jus collo conſtricto trahebantur. *Id. in Curc.* 5. 13. 15. Collum conſtringe, abduce iſtum in malam crucem. *Hieron.* Obtorto collo me in jus trahit. ¶ Collum montis eſt jugum ſeu pars vertici ſubjecta. *Stat. Theb.* 9. *v.* 643. Frondea colla Parnaſſi.

Collumĭno, as, avi, are, illumino, vel ſimul illumino, *illuminare*. *Apul. de Deo Socrat.* Serv. Tullus flamma colluminetur a capite. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 830. Solis radius colluminat omnes.

Colluo, is, a. 3. idem ac lavo, *lavare*. *Cat. de R. R. c.* 88. Amphoram defricato, colluitoque. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Dentes colluere.

Collurcinatĭo, ſ. 3. aviditas, voracitas, a *lurcinor*, quod a *lurcor*. *Apulei. in Apol.* Quæ omnia in paucis annis hic degulator ſtudioſe in ventrem condidit, & omnimodis collurcinationibus dilapidavit.

Colluſto, onis, ſ. 3. συμπαιγνία, actus colludendi, & translate dolus, fraus ex compoſito inita in cauſis, ut in *Colludo* explicatum eſt. *Senec. Controv.* 31. *ſub fin.* Per colluſionem. *Cic.* 5. *Ver. c.* 13. Colluſio cum aliquo.

Colluſŏrium, ii, n. idem quod colluſio. *Ulpian. Dig.* 17. 1. 8. (*ſi ſana eſt lectio*) Si per colluſium accuſatoris abſolutus ſit adverſarius.

Colluſor, oris, m. 3. συμπαίκτης, qui cum altero ludit. *Cic.* 2. *Phil. c.* 39. Hinc tu compranſoribus tuis, & colluſoribus dividebas. *Plin. l.* 9. *c.* 33. Delphinus colluſor puerorum. ¶ Item qui in judicio colludit. In *Cod. Theodoſ.* 7. 20. 2.

Colluſorie, adver. *con colluſione*. *Ulp. l. ſi ſervus plurium, ff. de legat.* 1. Non agentem cauſam, vel colluſorie agentem.

Colluſtrātus, a, um, nom. ex particip. illuſtratus, *illuſtrato*. *Cic. in Orat. c.* 11. In picturis alios opaca, alios colluſtrata delectat.

Colluſtro, as, a. 1. *illuminare*, illuſtro, collumino, *Cic.* 2. *Divin. c.* 43. Luna lumine ſolis colluſtrari putatur. ¶ *Colluſtrare oculis* eſt circumſpicere. *Cic.* 5. *Tuſc.* 23. Cum omnia colluſtrarem oculis.

Colluſŭlo, a. 1. *ſporcare*, πηλόω, fœdo, dedecoro. *Plaut. Trin.* 3. 2. 66. Hæc famigeratio te honeſtet, & me colluſulet.

Colluſus, a, um, nom. ex particip. lotus, *lavato*. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Sic & colluſis dentibus prodeſt.

Colluviaris, porcus dicitur, qui colluvie, & cibo mixto nutritur. *Feſt.*

Colluviarium, n. 2. σχετός, canalis, per quem colluvies, & immunditiæ ejectantur. *Vitr. l.* 8. Etiam in ventre colluviaria ſunt facienda, per quæ vis ſpiritus relaxetur. Al. leg. *columnaria*.

Colluvies, ei, ſ. 5. *vadunamento d' immondezze*, צואה, Ger. *vnflat*, Gal. *ordures*, Hiſp. *ſuziedad*, χλίδος, ſordes ſimul ablutæ, ſordes, & immunditiæ, quæ concurſu alicujus rei contrahuntur. *Colum.* 2. 15. Colluvies cortis, & ædificii. ¶ Sic etiam appellatur cibus ſuum, *le lavature*. *Plin. l.* 24. *c.* 19. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluviem, &c. ¶ Translate ſumitur pro rerum perturbatione. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 10. Quam cum hoc in ea, quæ perſpicitur futura, colluvie regnare.

Colluvĭo, onis, ſ. 3. idem ac colluvies. *Cic. de Senect. c. ult.* Cumque ex hac turba, & colluvione diſcedam.

Collybiſcus, i, diminut. a Collybiſtes, quod *Plautus in Pœn.* 1. 1. 42. &c. proprium villici nomen fecit.

Collybiſtes, æ, ſeu collybiſta, æ, m. 1. *banchiere*, Ger. *vvechsler*, Gal. *changeur*, Hiſp. *cambiador*, κολλυβιστὴς, menſarius, vel numinularius, qui ex pecuniæ permutatione quæſtum facit. *Hieronym. in Matth. c.* 21.

Collybus, bi, m. 2. *cambio di monete*, Ger. *verluſt in vervvechſung des gelts*, Gal. *change, tare, & dechet de l' or, ou argent ſoit pour le change, ou autrement*, Hiſp. *lo que gana el cambiador con el cambio*, κόλλυβος, ſumitur pro pecuniæ permutatione, ſeu pro intertrimento nummorum ex permutatione pecuniæ, quæ fieri ſolet apud numinularios, quia pecunia, quam quis habet, aut non recepta, aut abrogata ſit in ea provincia, in qua debeat expendi, vel quia argentea moneta aurea mutetur. In ratiociniis *emptionem auri* appellant, vulgus *cambium* dicit. *Cic.* 5. *Ver. c.* 78. Nam collybus eſſe qui poteſt, cum utantur omnes uno genere nummorum? *Sueton. in Aug. c.* 4. Menſarius manibus collybo decoloratis.

Collyra, æ, f. 1. vel collyris, idis, f. 3. κολλύρα, κολλυρὶς, panis genus, quod vel ex jure frigebatur, vel in cineribus coquebatur, *focaccia, o frittella*. *Plaut. in Perſ.* 1. 3. 12. Collyræ, facite, ut madeant. *Tertul. de cul. fœm. c.* 7. Collyridas, & ſcutorum umbilicos.

Collyrĭcus, a, um, adject. ad collyram pertinens, ut collyricum jus, h. e. ex collyris coctis, apud *Plaut. Perſ.* 1. 3. 15. & 17. V. *Turneb. l.* 4. *c.* 1.

Collyriŏlum, li, m. 2. diminut. a collyrium, medicamentum quoddam illi ſimile, quod Ital. dicunt, *cura, ſuppoſta*. *Macer* (exiguæ admodum auctoritatis auctor) 4. 12. Collyriolum ſi ſupponatur in anum. V. Collyrium.

Collyris. V. Collyra.

Collyrĭum, n. 2. *collirio*, κολλύριον, vel κολλύριον, medicamentum oculorum, & proprie, quod fit e cinere, & colorem cinereum habet, a collyra. *Hor. 1. Ser. ſat.* 5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus illinere. ¶ Collyrium, vel colurium unico i, eſt medicamentum teres, ſuperiore parte eraſſius inferiore tenuius ad modum caudæ muris truncatæ, quod fiſtulosis corporis partibus immitti ſolet, veluti meatui

naris affectæ, vel aurium, item ano, vel utero, a κόλος, mutilus, truncus, curtus, & οὐρά, cauda, vel a κωλύειν, vel κολλᾶν τὸν ῥοῦν, quia fluxiones sistit. *Celf. l.* 5. *c.* 28. ¶ Metaphorice *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Porticus magis rotundatis fulta coluriis (al. leg. *collyriis*) quam columnis &c. Ubi vel semicolumnia intelligit, vel potius pilas ex pluribus saxis in orbem accisis exstructas, quas ideo columnis opponit, quia columnæ ex unico fiunt lapide.

Colo, as, a. 1. *colare*, זקק, Ger. *seigen*, Gal. *couler*, Hisp. *colar*, ἠθῶ, est pauxillatim liquorem aliquem, stillatimque emittere, vel rem aliquam per colum purgare, a *colum*, vas, per quod liquor emittitur. *Col. l.* 12. *c.* 11. Mel expressa aqua coletur.

Colo, is, colui, cultum, a. 3. amo, diligo, observo, veneror, *adorare*, *amare con onore*, *rispettare*, חבב, Ger. *verehren*, Gal. *honorer*, Hisp. *adorar*, *o hazer reverencia*, σέβομαι. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quid est, cur Deos ab hominibus colendos dicas? *Id. l.* 16. *Att. epist.* 16. Mirifice colere aliquem, & amare. ¶ Aliquando significat turpi obsequio alicui deditum esse. *Sueton. in Othon. c.* 2. Libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulavit, quamvis anum, & pene decrepitam. ¶ Deinde colere idem est, ac exercere, excolere, *coltivare*, ut colere agrum: atque hæc videtur esse propria hujus verbi significatio. *Virg.* 3. *Georg. v.* 412. Laudato ingentia rura, exiguum colito. ¶ In hoc sensu transfertur etiam ad animum. *Ovid. l.* 2. *de Arte*, *v.* 121. Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes, Cura sit. ¶ Dicimus etiam colere vitam, διάγειν, agere. *Ter. Heaut.* 1. 1. 82. Colere servitutem apud aliquem, *Plaut. Pœn.* 3. 5. 7. Et colere amicitiam. *Cic. de Amic. c.* 15. Sic colere fidem, pietatem, studia, literas. *Id.* 1. *Offic. c.* 2. Et *de Fin. l.* 5. *c.* 19. ¶ Præterea colere significat habitare, incolere. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 61. Pallas quas condidit arces, Ipsa colat. ¶ Et absolute. *Apul. l.* 1. *Milef.* Primus Milo, qui extra urbem totam & pomærium colit. Adde *Plaut. Pseud.* 1. 2. 68. ¶ Pertinet etiam ad vestitum, *ornare*, *vestire pomposamente*. *Tibul. l.* 1. *el.* 9. *v.* 46. Ah pereant artes, & mollia jura colendi.

Colobathrarii. V. Collobatarii.

Colobium, n. 2. *camiciuola senza maniche*, κολόβιον, tunica sine manicis, qua antiqui Romani utebantur, a κολοβὸς, mutilus. *Serv. ad Æn.* 9. *v.* 616. Tunicæ vestium habent manicas, quod etiam Cicero vituperat dicens: manicatis & talaribus tunicis. nam Colobiis utebantur antiqui. ¶ Dicitur & *Colobius*, *ii*, & *Colobion*, *onis*, ut notat *Salmaf. ad Histor. August.*

Colocasia, æ, f. & Colocasium, ii, n. κολοκασία, faba Ægyptia, alio nomine cyamus, *Plin. l.* 21. *c.* 15. In Ægypto nobilissima est colocasia. *Virg. Ecl.* 4. *v.* 20. Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho. Ubi colocasiæ flores intelligit. *Mart. l.* 8. *epigr.* 33. Lenta minus gracili crescunt colocasia filo. h. e. colocasia cocta instar filorum tenduntur, ut scribit *idem Plin. loc. cit.* ¶ Ejus foliis varie implexis Ægyptii pocula conficiunt, in iisque potare gratissimum habent. *Plin. loc. cit.*

Colocynthis, idis, f. 3. *coloquinta*, κολοκυνθη, κολοκυνθὶς, cucurbitæ sylvestris genus, sativa minus. *Plin. l.* 20. *c.* 3.

Colon, i, n. *colon*, κόλον, crassum intestinum, quintum in ordine intestinorum, medium inter cæcum, & rectum, quod a sinistro rene ad dextrum super ventriculi fundum fertur, per quod cibus labitur e ventriculo in alvum, & ex quo excrementa eum accipiunt colorem, quo egeruntur. Dictum est a κοῖλος, cavus, quia plurimas cavernas, seu cellulas habet. *Plin. l.* 11. *c.* 37. A Græcis, inquit, appellatur colon, ubi dolorum magna causa. *Id. l.* 30. *c.* 37. Coli vitium sanatur ave galerita assa. ¶ Colon, κῶλον, membrum significat. Hinc per translationem etiam membra orationis cola nuncupantur, quod ex iis, veluti membris, periodus constet. *Ascon. in Divin. Verr. c.* 13. Vitiose ambo cola.

Colona, f. 1. *contadina*, rustica mulier, quæ agros colit. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 692. Cum duro parca colona viro.

Colonæ, arum, locus est in agro Troade, teste *Nepot. in Pausan. c.* 3.

Colonarium, ii, n. vectigal pro re rustica. *Cic. l.* 13. *Att. ep.* 6. De aquæductu probe fecisti: Colonarium, vide, ne nullum debeamus. Al. tamen leg. *Columnarium*.

Colonarius, a, um, qui est colonicæ conditionis. *Sidon. l.* 5. *epist.* 19. Plebejam potius incipiat habere personam, quam colonariam.

Colonatus, us, m. conditio colonorum. *In Cod. Theodof.* 12. 1. 33.

Coloneus, a, um, adiect. Oedipus Coloneus, Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ, nomen est Tragœdiæ Sophoclis, ductum a Colono, seu Colona, qui locus fuit in Attica, non longe ab Athenis, ubi Sophocles natus est, & hanc Tragœdiam senex admodum conscripsit. Ipse quoque Oedipus Thebis exsulans, eo commigrasse dicitur. *Cic. de Senect. c.* 7. Oedipum Coloneum recitavit judicibus. *Id.* 5. *de Fin. c.* 1. Coloneus ille locus, cujus incola Sophocles, &c.

Colonia, f. 1. *Colonia*, נכרית, Ger. *das ort*, *dahin man volck zu wohnen schickt*, Gal. *Colonie*, Hisp. *Colonia*, ἀποικία, est pars civitatis, aut sociorum deducta in aliquem locum ædificiis munitum. Dicta est a colendo, idest, habitando. *Cic. in Rul.* Tu non definias, quot colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? ¶ Dicitur etiam de loco. Igitur Colonia est oppidum, quo olim Rex, vel Senatus, vel Populus partem civium, vel sociorum misit ad habitandum. *Cic.* 2. *Agr. c.* 27. Colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut esse non oppida Italiæ, sed propugnacula Imperii viderentur. ¶ Differt colonia a municipio; municipes enim sunt cives alicujus municipii legibus suis, & suo jure utentes: coloni sunt cives unius civitatis in aliam deducti, & ejus jure utentes, a qua sunt propagati. V. *Gell. l.* 16. *c.* 13. ¶ Coloniæ aliæ erant civiles, aliæ militares: civiles constabant ex civibus pauperibus, qui in aliquem locum agri colendi causa ducebantur, militares constabant ex militibus veteranis, qui in aliquem locum tanquam in laboris requiem deducebantur, simul ut adversus hostium excursiones præsidio essent. Præterea aliæ erant Romanæ, aliæ Latinæ. Romanæ civium Rom. jure utebantur, Latinæ jure Latii. V. *Panvin. l.* 3. *de Rep. R.* & *Sigon. de jure Provinc. c.* 10. & *l.* 2. *de antiquo jure Italiæ c.* 2. ¶ Constructio hujus vocis varia est. *Liv. l.* 8. *c.* 23. Quod coloniam in Samnitium agro imposuerit. *Vellei. l.* 1. *c.* 14. Post septem annos, quam Galli urbem ceperunt, Sutrium deducta colonia est, & post annum Setina; novemque interjectis annis, Nepe. Et *c.* 15. Colonias condere. Sed utrumque hoc *Vellej.* caput lege. *Cic.* 1. *de Divin.* In lustranda colonia ab eo, qui eam deduceret. Et *ibid.* Mittere coloniam in aliquam regionem. *Id. pro Cæcin. c.* 33. In colonias proficisci. ¶ Interdum colonia est quivis agricolationis locus. *Col. l.* 11. *c.* 1. Villicus coloniæ suæ terminos egredi non debet. Adde *Paul. l. Quæro. Dig. locat.* ¶ Item quodlibet domicilium. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 39. Eam affectat viam, ut commutet coloniam. *Id. Pseud.* 4. 6. 38. Quid ego cesso tacere, ut det nomen ad molarum coloniam? h. e. ut ad molam damnetur.

Colonia Agrippina, Ger. *Coeln*, & *Coln*, urbs Germaniæ int. Imperialis, libera. *Plin. l.* 4. *c.* 17. ¶ Dicta est ab Agrippina Neronis matre, quæ, ut sociis quoque nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum, ubi genita erat, Coloniam ex veteranis deduci imperavit. Est maxima omnium urbium Germanicarum.

Colonica, æ, f. 1. *casa da contadino*, casa rustica, coloni habitatio. *Auson. epist.* 4. *v.* 7. Quem tingit piceo lacrymosa colonica fumo.

Colonicus, a, um, o. 1. 2. γεωργικὸς, quod est coloni, seu quod ad colonum pertinet. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 19. Cohortes duas, quæ colonicæ appellabantur. ¶ Colonicum pecus. *Plin. l.* 8. *c.* 47. *ad fin.* Ovium duo genera, tectum, & colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius. V. *Tectus*.

Colonomon, melos, κολόνομον μέλος, cantus dissonans, imperfectus, mutilus, a Musicis legibus deficiens: a κολὸς, mutilus, & νόμος, lex. *Auson. epist.* 11. *ad Paulin.*

Colonus, m. 2. *contadino*, *lavoratore da campi*, עובד האדמה, הוכב, Ger. *bauwersmann*, *inwohner*, Gall. *habitant d'une colonie*, *laboureur*, Hisp. *morador*, *labrador*, γεωργὸς, qui agros colit. *Cic. pro Cæc.* Qui colonus habuit conductum de Cesenna fundum. ¶ Speciatim vero Coloni ἄποικοι, sunt, qui ab aliquo principe populo in alium locum habitandi causa mittuntur, qui non propriis, sed sui populi, a quo profecti sunt, legibus vivunt. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 19. Circen quoque Coloni nostri Circeienses religiose colunt. ¶ Erant autem coloni liberæ conditionis homines, & pro dominis terræ habebantur, quippe qui non pro capite, ut Capite censi, sed pro solo dominio terræ reditus certos, ac pensiones solvebant. *Colum. l.* 1. *c.* 7.

Colonus, i, m. 2. ager non procul ab Athenis, Neptuno sacer, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse. *Cic. de Sen.*

Colonus, a, um, o. 1. 2. γεωργικὸς, ad coloniam spectans, culturæ idoneus. *Cic.* 5. *Phil.* Utique C. Pansa, A. Hircius Consules, alter, ambove cognoscerent, qui ager colonus esset, quo milites veterani deducti essent. Alii aliter leg.

Colophon, onis, f. 3. *Altobosco*, al. *Belvedere*, κολοφών, urbs Joniæ marit. inter Smyrnam, & Ephesum, est inter illas septem, quæ de Homeri patria certarunt. *Cic. pro Arch. c.* 8. ¶ Pop. Colophonii, qui in equestribus certaminibus tantum excelluere, ut ii, quibus Colophonius accessisset equitatus, victoriam sibi certam pollicerentur. Hinc Græcum prov. *Colophonem addere*, cum summa operi manus imponitur. *Fest.*

Colophoniacus, a, um, o. 1. 2. qui est ex Colophone. *Virg. in Cyri*, *v.* 65. Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

Colophonius, a, um, ad Colophonem pertinens, ut Colophonia resina, apud *Plin. l.* 14. *c.* 10. ¶ Colophonii, orum, m. 2. Colophonis incolæ. *Cic. pro Arch. c.* 8. Homerum Colophonii civem esse dicunt suum.

Color, ris, m. 3. *colore*, עין, Ger. *farb*, Gal. *couleur*, Hisp. *color*, χρῶμα, qualitas, quæ ad visum spectat. *Cic. l.* 2. *de Leg. c.* 18. Color albus præcipue decorus Deo est, tum in cæteris, tum maxime in textili. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 99. Quem ego hominem nullius coloris novi. h. e. plane nescio, albus ne sit, an ater. Ducere colorem, *colorirsi*. *Virg. Ecl.* 9. *v.* 49. ¶ Translate *Senec. epist.* 108. Novimus quosdam qui multis apud philosophum annis persederint, & ne colorem quidem duxerint. h. e. nihil profecerint. ¶ Colorem inducere, illinere, *dar colore*. *Plin. l.* 35. *c.* 10. ¶ Nullius coloris homo. h. e. plane ignotus. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 99. ¶ Colores apud Rhetores dicuntur orationis figuræ, & lumina, *Cic.* 3. *de Or.* Ornatur oratio genere primum, & quasi colore quodam & succo suo. ¶ Item rationes speciosæ potius, quam veræ: atque ita turpibus rebus colorem dandum monet *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Hinc color pro fuco, & culpæ excusatione ponitur. *Juven. sat.* 6. *v.* 279. Dic aliquem, sodes, dic, Quintiliane, colorem. ¶ *Color vitæ*, h. e. ratio status, conditio vivendi. *Horat.* 2. *sat.* 1. *v.* 60. Quisquis erit, scribam, vitæ color. ¶ Denique *Color* dicitur pars controversiæ, seu potius controversiarum, ac declamationum quoddam genus, in quo tota ratio accusationis, aut defensionis in eo sita est, ut factum minus probabile exquisitis conjecturis, suspicionibus, & causis subtiliter inventis tegatur, & coloretur. V. *Senecæ* controversias.

Colorabilis, le, adject. qui colorari potest. *Martian. Capel. l.* 9.

Colorate, adverb. cum colore, *con apparenti*, *e speziose ragioni*. *Quintil. Declam.* 285. Colorate affert iste tale patrocinium.

Colorator, oris, m. 3. qui colorem inducit. Gloss. lat. gr. Colorator, στιλβωτὴς, & ἰνδικοπλάστης. *Salmaf. Histor. Aug. p.* 451. Coloratores, ait, dici eos, qui parietes colorant, & colores tectoriis illinunt. ¶ *Colorator* inscripta fuit una ex *Laberii* Comœdiis, cujus fragmentum refert *Gell.* 7. 9. Ex quo patet, ipsam vocem antiquam esse, & plane Latinam.

Coloratus, a, um, nom. ex particip. *colorato*, *colorito*, ἐπικεχρωματισμένος, qui colorem habet, ut coloratæ uvæ, *Col. l.* 11. *c.* 2. *Virg.* 4. *Georg. v.* 293. Coloratis devexus ab Indis, h. e. fuscis ex Solis calore. *Celf. l.* 2. *c.* 2. Si plenior aliquis, & speciosior, & coloratior factus. ¶ Ponitur & pro fucato. *Senec. epist.* 16. Quæ scribis, unde veniant, scio; non sunt ficta, nec colorata. Sic colorata oratio, h. e. coloribus, & figuris ornata, *Cic. de cl. Orat. c.* 46.

Coloreus, & Colorius, a, um, adject. a color, qui varios habet colores, ut colorea vestis, *veste di vari colori*. *Flav. Vopisc. in Aurelian. c.* 46. *Paul. Leg.* 32. §. 7. *Dig. de aur. arg.* &c. Putavit sibi legata ornamenta, & vestem tam coloriam, quam versicoloriam. Ubi observanda est differentia inter *colorium*, & *versicolorium*, vel versicolorem, nam versicolorius, vel versicolor, proprie loquendo, est qui colorem subinde mutat, *color cangiante*. JCti tamen versicoloria vocant omnia quæ tincta sunt, & nativum colorem amiserunt. V. *Versicolor*. Colorius autem est, qui multos & varios colores intextos, seu mixtos habet. V. *Salmaf. ad Vopisci loc. cit.*

Colorificus, a, um, colorem inducens, colorans. *Virg. in Ciri*. Cumque colorifico nimbos fulgore replevit.

Coloro, as, a. 1. *colorire*, *dar colore*, צבע, Germ. *ferben*, Gall. *colorer*, Hisp. *colorir*, *o colorear*, ἐπιχρώζω, colorem induco. *Propert. l.* 3. *el.* 12. Felix Eois lex funeris una maritis, Quos aurora suis rubra colorat equis. h. e. fuscos facit. ¶ Est etiam ornare, per metaph. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 14. Ut cum in Sole ambulemus, fit, ut coloremur; sic cum doctorum libros legimus, sentimus orationem nostram quasi colorari. ¶ Item prætextum inducere, *coprire*, *scusare*. *Valer. Max. l* 8. *c.* 2. Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶ Colorare plus est, quam inficere. *Senec. epist.* 71. *ad fin.* Alias disciplinas ingenia cum accepere, protinus præstant; hæc (virtus) nisi alte descendit, & diu sedit, animum non coloravit, sed infecit; nihil ex his quæ promiserat, præstat.

Colos pro *color* adhibetur a Poetis, *Lucret.* 6. 207. & *Plaut. Mil.* 4. 4. 43.

Colossæ, f. 1. *Chone*, urbs Phrygiæ, in confinio Cariæ, ad Lycum fl. ubi in Mæandrum influit, media inter Sardes, & Cabyram. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Colosseros, ob egregiam corporis amplitudinem, & speciem appellatus est Esius Proculus apud *Sueton. in Calig. c.* 35. *Casaub.*

Colosseus, a, um, *gigantesco*, quod altum est, & ad colossi formam factum. *Plin. l.* 35. *c.* 7. Nero Princeps jusserat se colosseum pingi 120. pedum in linteo. Adde *Sueton. in Vespas. c.* 23.

Colossicus, a, um, ad formam colossi. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Colossicon signum. *Vitruv. l.* 10. *c.* 6. Colossici Apollinis basis. *Id. l.* 10. *c.* 4. comparative *colossicotera*, dixit.

Colossus, a, um, adject. idem quod Colosseus, ut Colossæ statuæ, quod bis

bis legitur apud *Lamprid. in Alexandr. Sever.* nempe *c.* 25. & 28.

Colossus, i, m. 2. *ſtatua grande*, Ger. *ein rieſand*, Gall. *coloſſe*, Hiſp. *coloſſo*, κολοσσὸς, ſtatua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi fuit ſtatua Solis facta a Charete, vel Lachete Lyndio Lyſippi diſcipulo ex ære altitudine 70. cubitorum, quæ inter ſeptem orbis miracula numeratur. *Feſtus* dictum putat a Caleto, vel Coleto artifice. *Plin. l.* 34. *c.* 7. Moles excogitatas videmus ſtatuarum, quas Coloſſos vocant, turribus pares.

Coloſtratio, onis, f. 3. *Plin. l.* 11. *c.* 41. eſt malum, quod ex coloſtri pctatione evenire ſolet pullis, & infantibus.

Coloſtrātus, a, um, adject. laborans coloſtratione. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Infantes coloſtrati.

Coloſtrum, n. 2. & coloſtra, f. 1. *coloſtra*, *primo lætte*, Ger. *die erſte mutermilch*, Gall. *coloſtre*, *lait caillé*, Hiſp. *colloſtro*, τρῶφαλις, lac novum in mammis, hoc eſt, ſpongioſum illud lac, denſumque, quod poſt partum eſſe ſolet, a coaleſcendo, quaſi coaluſtrum, vel a κολλάσμα, agglutinor, quia denſum eſt. Plane noxium eſt, quia tempore partus magna eſt in corpore humorum perturbatio. *Plin. l.* 2. *c.* 41. ¶ Fuit tamen in deliciis apud Romanos. *Martial. l.* 13. *diſt.* 38. Surripuit paſtor quæ nondum ſtantibus hædis, de primo matrum lacte coloſtra damus. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Agnus cum eſt editus, debet uberibus admoveri; ſed priuſquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtram vocant.

Colŭber, bri, m. 2. *ſerpe*, *ſerpente*, *biſcia*, נחש, Ger. *eine ſchlange*, Gall. *couleuvre*, Hiſp. *culebra*, ὄφις. Coluber dicitur in ſylvis, anguis, & hydrus in aqua, ſerpens in terra, draco in templis. Sed ſæpe confunduntur. *Ovid.* 15. *Met.* Niveiſque frequens Sinueſſa colubris. ¶ Colubra etiam uſurpatur gen. f. *Ovid.* 6. *Met. v.* 559. Mutilatæ cauda colubræ. ¶ *Cæcæ colubræ* apud *Colum.* 10. 231. ſunt lumbrici, qui in hominum inteſtinis gignuntur.

Colubrĭfer, a, um, qui colubros fert, ſeu parit. *Ovid.* 5. *Met. v.* 241. Colubriferi lumina monſtri.

Colubrimŏdus, a, um, in modum colubrorum. *Corip. in Præfat.* Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis.

Colubrīnus, a, um, adject. ad colubrum pertinens. *Plaut. Truc.* 4. 3. 6. Colubrino ingenio eſſe.

Colubrōſus, a, um, aliud adject. a coluber. *Tert. adverſ. Valentin. c.* 4. Actu colubroſo viam delineavit. *h. e.* detorto, flexo.

Colum, i, n. *colatoio*, Ger. *ein ſeihefaſſ*, Gall. *couloir*, Hiſp. *coladero*, ὑθμὸς, vas vimineum, aut ſetaceum, per quod vinum, lac, & alii liquores in aliud vas tranſmittuntur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 242. Colaque prælorum fumoſis deripe tectis. ¶ Colum nivarium erat id vas, cui nives injiciebant, inde vinum infundebant, ut vinum perfluens nivis frigus indueret, ejuſque nimia auſteritas frangeretur. *Martial. in Apoph. diſt.* 103. & 104. ¶ *Colum* etiam inteſtinum eſt. V. *Colon*.

Columba. V. Columbus.

Columbar, n. 3. genus vinculi, cui collum inferitur, quia ſimile eſt foraminibus in periſterotrophiis, ubi columbæ nidificant. *Plaut. Rud. a.* 3. *ſc.* 6. *v.* 50. Nam in columbari collum haud multo poſt erit. *Id. in fragment.* apud *Feſt. in Naval. ſcriba*. Non ego te novi, navalis ſcriba, columbar impudens? ubi *columbar* vocat ſceleſtum hominem columbari dignum, quemadmodum *Lucilius* carcerem vocat eum, qui meruit in vincula conjici.

Columbāris, re, o. 3. *di colombo*, περιστερικὸς, quod eſt columbi. *Col. l.* 8. *c.* 8. Partes hæ columbari carent ſtercore. Al. leg. *columbarii*.

Columbarĭum, rii, n. 2. *colombaja*, Germ. *tauhenhauſſ*, Gal. *colombier*, Hiſp. *palomar*, περιστερεὼν, περιστεροτροφεῖον, locus, ubi habitant columbæ. *Varr. R. R.* 3. 7. Columbarium everrere. *Pallad. l.* 1. *tit.* 24. Columbarium poteſt accipere ſublimis una turricula in Prætorio conſtituta. ¶ Speciatim etiam dicitur columbarium loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. *Var. l. c.* Singulis paribus columbaria fiant, rotunda, in ordine crebra. ¶ Sed & loculos ad ollas cinerarias aſſervandas, Columbaria dici, ex Inſcriptionibus probat *Fabrettus Inſcript. p.* 9. & ſeq. ¶ Columbaria etiam dicuntur cubilia tignorum, & aſſerum. *Vitruv. l.* 4. *c.* 2. ¶ Item foramina in lateribus navium, per quæ remi emittuntur. *Feſtus*.

Columbarĭus, m. 2. *chi ha cura di colombi*, περιστεροτρόφος, qui columbas curat. *Var. lib.* 3. *de R. R. cap.* 7. Quos columbarii ſolent interficere. ¶ Adjective *Id. ibid.* Columbarius paſtor.

Columbātim, περιστερικῶς, more columbarum. *Cn. Mattius apud Gel. lib.* 20. *cap.* 9. Columbatim labra conſerens labris. Al. leg. *Columbulatim*. Auctor Lyrici, quod *Cornel. Galli* nomine circumfertur: Da columbatim mitia baſia. V. Columbor.

Columbinăcĕus, a, um, columbinus. *Cœl. Aurel. Acut.* 2. 18. Pullus columbinaceus.

Columbīnus, a, um, o. 1. 2. *di colombo*, περιστερικὸς, quod eſt ex columbis. *Cic. Fam.* 9. *epiſt.* 18. Pulli columbini. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 4. *v.* 56 Columbinum ovum. ¶ Item qui columbarum colorem habet. *Plin.* 17. 7. Columbina terra. *Pallad.* 1. 10. Columbinum ſaxum.

Columbor, aris, ari, pro columbarum more oſcula figere, uſus *Mecænas apud Senec. epiſt*: 114.

Columbŭlus, i, m. 2. diminut. parvus columbus, *colombino*. *Plin. l.* 9. *epiſt.* 25.

Columbus, m. 2. & columba, f. 1. *colombo*, *colomba*, יונה, Ger. *taub*, Gal. *colombe*, Hiſp. *paloma*, περιστερὰ, avis nota, a κολυμβάω, urino, quia talis eſt columbarum geſtus. Sed *Varr. l.* 4. *de L. L.* deducit a voce columbarum. ¶ In plurali frequentius gen. f. Authores utuntur. *Virg.* 2. *Æn.* Atra ceu tempeſtate columbæ. ¶ Columbæ differunt a palumbis, quia illæ de domeſticis, & agreſtibus dicuntur, hæ de ſylveſtribus, quæ feræ ſunt, & majores, & in arboribus, aut ſepibus nidificant. *Plin. l.* 10. *c.* 34. & 35. ¶ Columbas in Veneris tutela eſſe fictum eſt, quia fœtui ſemper indulgent. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 10. *v.* 5. Annaimus pariter vetuli, notique columbi. Ubi forte per *columbos* intelligit ſenes falaces.

Columella, f. 1. *colonnetta*, Ger. *kleine ſeulen*, Gal. *petite colomne*, Hiſ. *pequena coluna*, στηλίδιον, parva columna, dim. a *columa*, ut veteres dicebant, exempto n, pro columna. *Cic.* 2. *de Leg. c. penult.* Super terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus digitis altam. ¶ Translate *columellæ* dicti ſunt majores ſervi in familia, quos heri negotiis ſuis præficiebant, quod his niteretur domus tanquam columellis. *Donat. Phorm. act.* 2. *ſc.* 1. *v.* 57. *ex Lucil.* 22. Servu' neque infidus domino, neque inutili' quoiquam Lucilli columella hic ſitu' Metrophanes. Sed *Salmaſius* legere malebat, *columella hac*, ut ſententia ſit: Metrophanem Lucillii ſervum ſitum eſſe ſub hac columella.

Columella, m. 1. cognomen L. Junii Moderati, qui de agricultura & oratione ſoluta, & verſu elegantiſſime ſcripſit. Floruit autem ſub Claudio.

Columellāres dentes, in equis ita dicuntur caninis proximi, quos quarto ætatis anno, ejectis utrinque binis veteribus, emittere ſolent. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 7. Quarto anno incipiunt naſci, quos vocant columellares. Adde *Plin. l.* 11. *c.* 27.

Colŭmen, minis, n. 3. olim colomen, *colmo*, *cima*, ראש, Germ. *eine ſpitze*, Gal. *comble*, Hiſp. *cumbre*, στύλος, culmen, a *calamus*, unde culmus, quia veteres calamis, ſeu culmis frumenti ædificia tegebant, *Varr. de R. R. c.* 7. In turribus, ac columinibus villæ. ¶ Vel eſt trabs columnis ſuffulta, quæ culmen domus ſuſtentat. *Vitruv. l.* 4. *c.* 2. ¶ Sumitur etiam pro columna. *Sen. in Herc. Fur. act.* 4. *ſc.* 1. Columen impulſum labat. ¶ Et translate pro ſuſtentaculo, *ſoſtegno*. *Ter. in Phor.* 2. 1. 57. Bone cuſtos ſalve, columen vero noſtræ familiæ. *Cic. pro Sext. c.* 8. Columen reipublicæ. ¶ Item pro eo, qui ſummum locum tenet in re aliqua. *Plaut. Amph.* 1. 1. 211. Advenisti, audaciæ columen. *Colum.* 3. 4. Caput, & columen impenſarum.

Colūmis, me, o. 3. *ſano*, *ſalvo*, Ger. *friſch*, Gal. *ſain*, Hiſp. *ſalvo*, *recto*, σῶος, ſanus, integer, a Chaldæo חלם, fortis, ſanus. *Voſſ. Plaut. Trin.* 3. 3. 15. ubi al. aliter leg. Cæterum compoſitum Incolumis eodem ſenſu multo uſitatius eſt.

Columna, f. 1. *colonna*, עמיד, Ger. *eine ſeule*, Gal. *colomne*, Hiſp. *columna*, *o columa*, κίων, στύλος, ſuſtentaculum figuræ cylindricæ, a columen, quaſi *columina*, quia culmen ſuſtinet. *Feſt. Ovid.* 3. *de Ponto*, *el.* 2. Vaſtis innixa columnis Templa. ¶ Veteres *columna* ſcribebant, ſed *columa* exempto n pronuntiabant. Hinc columella. Ita docet *Quintil. l.* 1. *c.* 7. ¶ Inter columnas, & pilas hanc differentiam eſſe volunt, quod columnæ uno ſcapo conſtant, ideſt, lapide oblongo perpetuo, pilæ autem ſtructura conſtant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Non raro tamen etiam ſtructiles columnas apud veteres legimus. ¶ Columnæ corpus *ſcapus* vocatur: quod columnæ ſuperponitur, capitellum: quod ſupponitur, *baſis*, ſive *ſpira*. *Bud.* ¶ Translate columnæ dicuntur ii, in quibus præſidium aliquod habemus. *Horat. l.* 1. *od.* 35. *de Auguſto*. Injurioſo ne pede promas ſtantem columnam, *h. e.* Cæſarem Auguſtum, vel ſtatum Imperii, quo conſiſtente beati ſumus.

Columnæ Herculis, duo montes, Calpe in Hiſpania Bætica, & Abyla in Mauritania Tingit. inter quos eſt freturn Gaditanum, ſeu Herculeum, qui procul ſpectantibus geminæ columnæ videntur. Hos Herculem, tanquam metas itinerum, & orbis terminos, inſtar columnarum poſuiſſe fabulantur. Aliqui dicunt, columnas Herculis turres duas fuiſſe in Gaditana inſula, alii duas columnas ex ære octo cubitorum, ad quas proficiſci ſolerent, tanquam Herculi ſacra facientes, qui navigationem abſolviſſent. *Plin. in fi. proœm. l.* 3.

Columnāris, re, ad columnam pertinens. *Prudent. in Hamartig. v.* 476. mediaſque tenebras Luce columnari ſcindens exercitus olim. *h. e.* ſplendore ignæ columnæ, quæ noctu Hebræis in Deſerti itinere præluebat.

Columnarĭum, ii, n. 2. tributi genus, quod pro ſingulis columnis pendebatur. Atque ita legendum cenſent aliqui in *Cic. l.* 13. *Attic. ep.* 6. V. Colonarium. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 32. In capita ſingula tributum imponebatur, Columnaria, oſtiaria, frumentum. ¶ Pro æſtuario, ſeu ſpiramento, *Vitruv. l.* 8. *c. ult.* Etiam in ventre columnaria ſunt facienda, per quæ vis ſpiritus relaxetur. Al. leg. *colluviaria*.

Columnarĭus, ii, m. 2. Columnarii *Manutio* ſunt viles & improbi homines, ad columnam Mœniam in judicium ſæpe vocati. *Cœl. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 9.

Columnatĭo, f. 3. στύλωσις, columnarum extructio, ſeu ædificatio per columnas. *Apul. l.* 4. *Flor.* Nec proſcenii contabulatio, nec ſcenæ columnatio.

Columnātus, a, um, o. 1. 2. columna ſuſtentatus. *Varr.* 3. *de R. R. c.* 5. Tholus rotundus columnatus.

Columnella, æ, diminut. a columna, legitur apud *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 10. Tametſi varia eſt lectio.

Columnĭfer, a, um. *Prudent. in hymn. Eulaliæ*, *v.* 52. Sic habuit generoſa Patrum Turba columniferum radium: *h. e.* columnam ignis.

Colūri, m. 2. duo circuli in ſphæra ſe ſe mutuo ad angulos rectos ſecantes circa polos mundi, quorum unus dicitur Colurus æquinoctiorum, alter ſolſtitiorum. Dicti ſunt quaſi κόλοι τῶν ὡρῶν, mutili cauda, quia eorum pars, quæ in Antarcticum vergit, nobis inconſpicua eſt, & qua parte non videntur, mutili cenſentur. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 15.

Coluria, orum, n. *pilaſtri*, κολίσκια, ſemicolumnia, ab una parte in acumen deſinentia. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 2. Porticus rotundatis fulta coluriis.

Colurium. V. Collyrium.

Colurnus, a, um, *di nocciuolo*, quod eſt ex materia coryli, a *corulus*, ſive *corylus*, pro *corulnus*, literarum trajectione. *Virg.* 2. *Georg. v.* 396. Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Ita expon. *Serv.* ¶ At *Feſtus*: Colurna haſtilia, ex corno arbore facta.

Colūrum metrum dicitur a *Plotio Grammatico de metris*, quod plebe brevius eſt: a κόλος, mutilus, & οὐρὰ, cauda.

Colus, li, f. 2. vel colus, us, f. 4. *rocca da filare*, *conocchia*, Ger. *ein rocken*, Gall. *quenoville*, Hiſp. *rueca*, ἠλακάτη, inſtrumentum, quod penſa continet, a quo tuſo fila ducuntur. *Plin. l.* 9. *c.* 43. Colus compta, & fuſus cum ſtamine. *Cic. de Orat. l.* 2. *c.* 68. Quando ad me venis cum tua colu, & lana? ¶ Invenitur & colus, i, maſc. gen. apud *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v.* 311. & *Propert. l.* 4. *el.* 10. *v.* 48. Sed utrobique variant lectiones. ¶ In recto plurali *hæ coli* non auſim dicere, inquit *Voſſ.* 4. *de Gramm. c.* 20.

Coluthĕa, orum, n. 2. apud *Plaut. Perſ.* 1. 3. 7. Coluthea appara. *h. e.* bellaria, βαγήματα, quæ ſecundis menſis apponuntur.

Colymbădes, ſ. 3. κολυμβάδες, olivæ condititicæ, a κολυμβάω, innato, quod ob ſuam levitatem ſalſilagini innatant. *Plin. l.* 23. *c.* 3. Colymbades ſordida ulcera purgant.

Colymbus, i, m. 2. κόλυμβος, piſcina, natatio, *peſchiera*, *lago*, *bagno*. *Lamprid. in Heliogab. c.* 23. Marinæ aquæ colymbos exhibuit, & ſingulis amicis natantibus dimiſit, & iterum piſcibus implevit.

Com., æ, f. 1. *chioma*, κόμη, Germ. *das haar*, Gall. *chevelure*, Hiſp. *cabelladura*, κόμη, capillus aliqua cum cura compoſitus. *Cic.* 3. *Tuſc.* Scindens dolore identidem intonſam comam. ¶ Hinc Comam nutrire, alere, fingere, &c. *Senec. Valer. Flacc. Plin.* &c. ¶ Coma pinguis, h. e. denſa, *Sueton. in Ner. c.* 20. ¶ Proprie coma eſt capillus intonſus, nondum cæſus, qualis mulierum, & puerorum olim fuit. V. *Cirrus*. ¶ Translate & de arboribus dicitur, *le frondi degli alberi*. *Horat. l.* 4. *od.* 7. *v.* 2. Redeunt jam gramina campis, Arboribuſque comæ.

Comagēne, f. 1. Euphrateſia, κομμαγηνὴ, Syriæ regio, juxta Euphratem flu. inter Ciliciam ad Occ. & Meſopotamiam ad Or. Armeniæ min. ad Bor. finitima. *Plin. l.* 15. *c.* 12. & 24. ¶ Eſt etiam hoc nomine herba quædam apud *Plin. l.* 29. *c.* 3. Hinc

Comagēnus, a, um. Hinc Comagenum medicamentum, utiliſſimum ad multos morbos, quod fit ex adipe anſerum, cinnamo, caſia, pipere albo, herba Comagene. *Plin. l.* 10. *c.* 22. & *l.* 29. *c.* 3.

Comāna, orum, Cappadociæ urbs, in Antitauri valle ſita, Ciliciam verſus, opulento fano, atque ſacerdotio Bellonæ deæ nobilis, *Arminacha*. *Plin. l.* 6. 3.

Comāni, orum, ſacri ſervi ſunt Bellonæ, dicti ab ejus Deæ fano, vel ab ejuſdem nominis urbe, in qua fanum illud fuit. Sanguinem cultris ſe ferientes ultro in honorem Deæ fundebant. *Valer. Flacc. Argon. l.* 7. *v.* 636. Exſectos lacerat Bellona Comanos. Al. leg. *Comatos*.

Comans, tis, *cappelluto*, particip. ſine verbo, ut putant Grammatici, cum tamen *Comare* legatur apud *Tertull. de Pal.* c. 4. Quin & *Tacit. de German. c.* 18. *n.* 3. Quibus (muneribus) nova nupta comatur. ¶ Apud Poetas frequenter legitur pro capilloſo, aut criſtato, *Virg. Æn.* 2. *v.* 391. Galea comans. Et *Æn.* 12. *v.* 6. *de leone*. Gaudetque comantes excutiens cervice toros. *Id.* 4. *Georg. v.* 122. Narciſus ſera comans. h. e. folia ſero emittens.

Comarchus, i, *borgomaſtro*, vici magiſter, a κώμη, vicus, & ἀρχὸς, princeps. *Plaut. Curc.* 2. 3. 7.

Comāron, i, n. κόμαρον. Ita appellatur Græce unedo, qui eſt fructus arbuti. *Plin.* 15. 24.

Comatorſus, a, um, adject. ut comatoria acus, quæ ad comam fingendam inſervit. *Petron. ſect.* 21. Acu comatoria malas alicui pungere.

Comātus, a, um, adject. qui comam habet longiorem, *chi ha gran chioma*. *Martial. l.* 10. *epigr.* 83. Calvo turpius eſt nihil comato. *Catul. Carm.* 4. Comata ſilva. h. e. frondoſa. ¶ *Comatus*, i, m. hoc eſt puer comatus. *Martial.* 12. 71. ¶ Comata Gallia. V. Gallia.

Combe, es, f. 1. κόμβη, Aſopi filia, quæ prima æneam armaturam traditur inveniſſe, unde & Chalcis eſt cognominata, a qua etiam Chalcidi urbi nomen factum putatur. *Ovid.* 7. *Met.*

Combennones, m. 3. qui in eadem benna, ideſt, vehiculo ſedent. *Feſtus.*

Combĭbo, bis, ibi, 2. 3. *bere in compagnia*, Germ. *mit einander trincken*, Gall. *boire enſamble*, Hiſp. *bever juntamente*, συμπίνω, ſimul bibo. *Ovid. epiſt.* 11. Et cogor lacrymas combibere ipſa meas. ¶ Item pro imbibere. *Ovid. Met.* 13. Ara cruorem combiberat. ¶ Hinc translate. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 2. Infici debet iis artibus, quas ſi, dum tenera eſt, combiberit, &c.

Combĭbo, onis, m. 3. compotor, *chi beve in compagnia*, *compagnone*. *Cic. Pæt. l.* 9. *epiſt.* 25. In his controverſiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Combinatĭo, onis, ſchema eſt Rhetoricum, conduplicatio, ἐπιζεῦξις, cum in oratione eadem dictio ſine medio duplicatur, ut illud *Virg.* Me me, adſum qui feci. V. *Gramm.*

Combināti, æ, a, bini conjuncti. *Auguſtin.* 8. *Confeſſ. c.* 6. Combinati ſpatiabantur. *paſſeggiavano a due a due*.

Combīno, as, a. 1. συνδυάζω, conjungo, bina jungo. *Sidon. l.* 9. *ep.* 8. Obſequia combinans numeris æquata, non meritis.

Combitĕre, ſimul ire, affertur a *Voſſ. l.* 4. *Inſtitution. Oratoriar. c.* 1. *n.* 7. *ex Varr. l.* 4. *L. L.*

Combrētum, n. 2. herba baccari ſimilis, ſed procerior. *Plin. lib.* 21. *cap.* 6. & 19.

Combullĭo, is, ivi, itum, n. 4. ſimul, vel valde bullio. *Apic. l.* 8. *c.* 8. Diu combulliat, donec ſpiſſet.

Combūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. idem ac uro, vel ſimul uro, a *con*, & *uro*, b interpoſito, vel ab antiquo *buro*: quia veteres & *uro*, & *buro* dixere, a πυρῶ, *abbruciare*, συγκαίω. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 2. Fumo comburere. Et *de Divin. l.* 1. *c.* 17. Comburere annales. ¶ Translate *Q. Frater* apud *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 2. Comburere aliquem judicio. *h. e.* lædere, notare. ¶ Comburere diem. hoc eſt cum hilaritate tranſigere. *Plaut. Men.* 1. 2. 43. Vide ibi *Taubman.*

Combuſtĭo, onis, f. uſtio, *abbruciamento*, *incendio*. *Jul. Firmic. l.* 4. *Matheſ. c.* 12. Vitia vero faciet ex igne, ideſt præciſiones, & combuſtiones.

Combuſtūra, æ, f. *ſcottatura*, idem quod combuſtio. *Macer l.* 1. *c.* 26. Et combuſturis præclare ſubvenit.

Combuſtus, a, um, nom. ex particip. idem quod uſtus, vel ſimul uſtus, *abbruciato*. *Cic. Attic. lib.* 14. *ep.* 10. Cæſar etiam in foro combuſtus. ¶ Combuſta, orum, *le ſcottature*. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Succus impoſitus mire combuſta ſanat.

Come, f. 1. βαγοπώγων, herba, quam barbam hircinam vocant, a comæ ſimilitudine, quod folia in circuitu ſpargat. *Plin. l.* 21. *c.* 15. & *l.* 17. *c.* 13. ¶ Item pagus, vicus, κώμη. *Liv.* 38. 12. Ad Hieran comen pervenerunt.

Comĕdo, is, edi, eſum, a. 3. *mangiare*, ἐσθίω, idem quod edo. *Cic. de clar. orat. c.* 60. Hodie te iſtic muſcæ comediſſent. *Terent. Heaut.* 2. 3. 14. Quid comedent? quid ebibent? ¶ Sæpe eſt dilapidare, abſumere. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 21. Rem familiarem comedere. *Id. pro Sext. c.* 52. patrimonium. *Et cap.* 51. bona tua. *Et Attic. l.* 6. *ep.* 1. *ad fin.* nummos. *Id.* 9. *Fam. ep.* 18. *extr.* Potes multo iſto, quem tibi reliquum dicis eſſe, cum cantherium comediſti, Romam pervehi. *Id.* 11. *Phil.* 11. *c.* 14. Comedere beneficia alicujus. *h. e.* rem beneficio alicujus acquiſitam abſumere. ¶ *Comedere aliquem* eſt ejus rem conſumere. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 25. Jamne illum comeſurus es? ¶ *Comedere aliquid oculis* eſt avide & cupide aſpicere. *Martial. l.* 9. *epigr.* 60. Inſpexit molles pueros, oculiſque comedit. ¶ *Comedim*, *is*, *it*, pro *comedam*, *as*, *at* legitur apud *Plaut. Curcul.* 4. 4. 4. *Trinum.* 1. 2. 65. & *Trucul.* 2. 6. 53. Tribuitur etiam *Ciceroni l.* 9. *Fam. ep.* 20. *extr.* a *Non. c.* 2. *n.* 114. ſed al. leg. *comedam*. ¶ Habet præterea varia tempora, & perſonas alia ratione declinatas. Dicimus enim *comes*, *eſt*, pro *comedis*, *it*: & *comeſtis* pro *comeditis*: item *comeſto* pro *comedito*; & *comeſſem*, *es*, &c. pro *comederem*, & *comediſſem*; & *comeſſe* pro *comedere*, & *comediſſe*. *Plaut. Moſtell.* 1. 1. 11. Sine, venire ſalvum, quem abſentem comes. *Cic. in Hortenſ.* apud *Non. c.* 2. *n.* 98. Qui ſe ipſe comeſt. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 54. Vos ebibitis, & comeſtis. *Cato R. R. c.* 156. Comeſto aliqua folia. *Cic. pro Sext. c.* 51. Ut bona ſolus comeſſet. *Martial. l.* 5. *epigr.* 40. Si conchen toties meam comeſſes. ¶ *Comeſſe ſe*, curis macerari, triſtem eſſe. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 36. Quiſnam illic homo eſt, qui ipſus ſe comeſt, oculis malis, triſtis?

Comēdo, onis, m. 3. & comedus, di, m. 2. qui bona ſua conſumit. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 189. Quod comedonibus venit in uſu. ¶ Altera forma *Feſtus*: Comedum, bona ſua conſumentem antiqui dixerunt.

Comenſis, e, adject. ad Comum Galliæ Ciſalpinæ urbem pertinens. *Plin. l.* 2. *c.* 103. In Comenſi agro juxta Larium lacum.

Comes, itis, com. g. 3. *compagno*, *compagna*, חבר, Germ. *ein gefehrt*, Gal. *compagnon*, Hiſp. *companero*, ἑταῖρος, qui, vel quæ cum aliquo iter facit. *Publ. Syrus*: Comes facundus in via pro vehiculo eſt. *Cic. Famil.* 1. *epiſt.* 9. Comitem ſe alicui præbere. ¶ Additur & aliis rebus. *Cic. de clar. Orat. c.* 12. Eloquentia pacis eſt comes, otiique ſocia. ¶ Differt a ſocio, quia *comes* minor, *ſocius* par eſt, deinde *comes* eunti ſequitur, ſocius agenti adjuvat: ſed ſcite eodem ſenſu uſurpantur. *Cic. pro Sylla*: Hoc importuniſſimo tum honoris, tum etiam calamitatis ſocio, atque comite. ¶ Differt etiam a *Sodali*, quia, ut inquit *Festo*, ſodalis eſt nomen adoleſcentiæ, & de ſocietatibus voluptuoſis dicitur. V. *Sodalis*. ¶ Comes eſt etiam nomen dignitatis, & originem duxit ab iis, qui Magiſtratus in bellum, & in provincias comitabantur. *Cic.* 3. *Ver.* Comites illi tui dilecti manus erant tuæ, Præfecti, Scribæ, Medici, Accenſi, Aruſpices, Præcones manus erant tuæ. ¶ Sæpe etiam ſervi (honeſtiores tamen) hoc nomine continebantur, ut indicat *Suetonii* locus *in Cæſare*, *c.* 4. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 8. Albinovano comiti, ſcriptæque Neronis. ¶ Quin & Pædagogi olim honeſtiore vocabulo Comites appellati. Ita *Suetun. in Aug. c.* 98. Thraſyllum Tiberii comitem vocat. Et *in Tiber. c.* 12. M. Lollium comitem & rectorem C. Cæſaris. ¶ Poſterioribus temporibus, qui circa Imperatores dignitate aliqua fulgebant, (οἱ περὶ τὸν βασιλέα, ut ſcribit *Zoſimus l.* 5. *c.* 25.) Comites appellati, *Conti*; de quibus paſſim mentio fit in utroque Codice, & apud *Symmach.* ¶ Hujus tituli auctor fuit Conſtantinus M. teſte *Euſeb. in ejus vita*, *l.* 4. Vide *Salmaſ. ad Hiſtor. Aug. p.* 47. & *Sigiſmund. Gelenium in notitia Imperii*. ¶ Comes exterior, & interior quis ſit, V. *Interior*.

Comēſor, oris, m. 3. qui comedit. *Tert. l.* 1. *adv. Marc. c.* 1. Mus comeſor arroſit.

Comeſſatio) V. Comiſſatio, &c.
Comeſsator)

Comeſtūra, æ, f. actio comedendi, *il mangiare*. *Cato de R. R. c.* 157. ubi alii aliter leg.

Comēſus, vel Comeſtus, a, um, nom. ex particip. conſumptus, *mangiato*. *Cic. pro Cluent. c.* 62. Venenum celerius potuit comeſtum, quam epotum in venas permanare. Al. leg. *comeſum*. Et *in Salluſt. c.* 7. Patrimonio non comeſo, ſed devorato. ¶ An *Comeſtus* dicendum ſit, Vide *Pigh. in Valer. Max. p.* 605.

Comētes, æ, m. 1. *cometa*, Ger. *comet*, Gal. *comete*, Hiſp. *cometa*, κομήτης, ſtella crinita. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 5. Stellis his, quas Græci cometas, noſtri cincinnatas vocant. *Virg. Georg.* 1. *ſub fin.* Non diri toties arſere cometæ. *Tacit.* 14. *Ann.* 22. Sidus cometes effulſit. ¶ Dictus eſt Cometes a κόμη, hoc eſt coma, quia late ſplendorem velut comam fundit.

Comĭce, adverb. Comicorum more. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 8. Res tragicas comice, triſtes remiſſe tractare.

Comĭcus, ci, m. 2. κωμῳδοποιὸς, comœdiarum ſcriptor. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 4. Condoctior ſum, quam Tragœdi, aut Comici.

Comĭcus, a, um, adject. ad Comœdiam pertinens, *comico*. *Cic. in Orat. c.* 20. Locutio comicorum Poetarum, niſi quod verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. ¶ Item fictus, ut Comici Dii. *Varr. apud Non.* ¶ Hinc comicum aurum ſunt lupini, quia in Comediis pro nummis lupinos numerare ſolebant. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 20. ¶ Comici ſenes, h. e. quales in fabulis induci ſolent. *Cic. de Senect. & de Amic.* Sic Comici ſervi. *Plaut. Capt.* 4. 1. 11. hoc eſt prompti, quia in Comœdiis ita inducuntur, ut cum res poſtulat, ſtatim præſto ſint. Hoc ſenſu *Cic. Fam. l.* 2. *epiſt.* 11. dixit κωμικὸς μέτρος.

Cominia, f. 1. genus olivæ apud *Plin. l.* 15. *c.* 3.

Cominus, adverb. *dappreſſo*, בקרוב, Ger. *von nahem*, Gal. *de pres*, Hiſ. *cerca*, ἐγγύθεν, a prope, ſeu e propinquo loco. *Cic. ad Attic. l.* 2. *ep.* 2. Cominus ad aliquem accedere. *Ovid.* 3. *Met.* 119. Cominus enſe ferit, jaculo cadit eminus ipſe. Ubi nota differentiam inter hæc duo adverbia, qua de re V. etiam *Eminus*. ¶ A *manus* derivat *Voſſ.* & præpoſit. *cum*: unde aliqui & *Comminus* ſcribunt. ¶ Apud *Virg.* 1. *Georg. v.* 104. Cominus accipitur pro ſtatim: Quid dicam, jacto qui ſemine cominus arva inſequitur? *Serv.* ¶ *Apud Propert.* caſum regit more præpoſit. *l.* 2. *eleg.* 14. Agreſtes cominus ire ſues. Et *l.* 3. *eleg.* 1. Fluminaque Æmonio cominus iſſe viro. ¶ *Cominus* comparativum eſt *Tertull. de carne Chriſti*, *c.* 21.

Comis, e, *benigno*, *piacevole*, *umano*, נָעִים, Germ. *lieblich*, Gal. *doux*, Hiſp. *cortes*, εὐπροσήγορος, a κοσμέω, orno, expuncto s, ſignificat eum, qui in omni ſermone, & cultu vitæ facilis eſt, amœnus, & jucundus. *Cic. pro Balbo*, *c.* 16. Comes, benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viam, benigne, non gravate. *Ovid.* 3. *de Arte*: Comibus eſt oculis alliciendus amor. h. e. blandis. ¶ *Plin. l.* 35. *c.* 4. Tiberium parum comem Imperatorem vocat, quaſi ſubruſticum, & elegantiæ parum ſtudioſum. ¶ Exteditur & ad eum, qui facile dat. unde *Plaut. Trinum.* 1. 1. 24. Prodigum hominem, *comem* dixit. ¶ Comparat. comior. *Cic. pro Mur. c.* 31. Quis C. Lælio comior, quis jucundior? Superlat. comiſſimus. *Suet. Veſpaſ. cap.* 22. Et ſuper cœnam, & ſuper aleas comiſſimus. Alii leg. Super cœnam, & ſuper aleas communiſſimus. *Apul. lib.* 10. *Metam.* Comiſſimis affatur ſermonibus.

Comiſſabundus, a, um, comiſſator, qui comiſſationibus indulget, *goditore*, *banchettante*, *diſſoluto ne' tripudj*, κωμαστὴς. *Liv. l.* 9. *c.* 17. *de Alex. M.* Per Indiam temulento agmine comiſſabundus inceſſit. *Plin. l.* 21. *c.* 3. Comiſſabundi juvenes.

Comiſſalĭter, adverb. hilare, per comiſſationem. *Sidon. l.* 1. *ep.* 5. Cantatas ſæpe comiſſaliter nobis Pnaetontiadas riſi.

Comiſſatio, onis, f. *gozzoviglia*, *ſtravizzo*, convivium, quod fit poſt cœnam in multam noctem, & quodvis intempeſtivum epulum. κῶμος: *Suetun. in Vitell. c.* 13. Epulas tritariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, comiſſationes. *Id. in Tito*, *c.* 7. Ad mediam noctem comiſſationes cum aliis extendere. *Cic.* 2. *Catil. c.* 5. Comiſſationes quærere.

Comiſsātor, oris, m. *goditore*, *banchettatore*, κωμαστὴς, epulo, qui comiſſationibus indulget. *Liv. l.* 40. *c.* 7. Comiſſatores aditu januæ arcet. *Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 16. vocat comiſſatores conjurationis, de quibus & *Catil.* 2. *c.* 5. h. e. conſortes, & ſocii conjurationis.

Comiſſor (non comeſſor, vel commeſſor) aris, atus, ſum, *gozzovigliare*, proprie ſignificat a cœna bibere, epulari. Ducitur vel a κῶμος, *vicis*, ut placet *Feſto*; vel a κῶμος, Deo conviviorum nocturnorum præſide, ut *Varroni*. *Plaut. Moſtel.* 1. 4. Nunc comiſſatum ibo ad Philolachem. ¶ Proprie ſignificat poſt cœnam rurſus comedere. *Sueton. in Domit. c.* 21. Convivabatur frequenter, ac large, ſed pene raptim: certe non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea comiſſabatur.

Comitabĭlis, le, adject. quem comitari, ſeu ſequi poſſumus. *Paulin. Nolan. Auſonio Carm.* 10. *v.* 291. Ipſe obit, atque illi ſuus eſt comitabilis error.

Comĭtas, atis, f. *corteſia*, *benignità*, *piacevolezza*, נְעִימוּת, Ger. *freundlichkeit*, Gal. *courtoiſie*, Hiſp. *humanidad*, εὐπροσηγορία, virtus qua comes dicimur, quæ humanitatis ſpecies eſt, & eadem ferme ac benignitas; opponitur durritiei, ſeveritati, & tetricis moribus. V. Comis. *Tacit. in Agric. c.* 16. Trebellius ſegnior, & nullis caſtrorum experimentis, comitate curandi provinciam tenuit. h. e. facilitate, lenitate. Sic *Cic. l.* 1. *Q. Fr. epiſt.* 1. quam *lenitatem* in Prætore commendaverat, mox *comitatem* dicit. *Sueton. in Oth. c.* 3. Cœnam exquiſitiſſimæ comitatis. h. e. jucunditatis, & hilaritatis. ¶ Hujus exceſſum petulantiam nominat *Plin. l.* 8. *epiſt.* 21. ¶ In malam partem accipitur a *Plaut. Trinum.* 2. 2. 52.

Comitatenſis, e, adject. qui eſt in comitatu, h. e. in munere Comitis. Sic munus comitatenſe, *Leg.* 38. *Cod. Theodoſ. de Decur.* Comitatenſis machina, *Ammian. l.* 18. *c.* 8. (al. 4.) h. e machinatio, & delatio a comitatenſibus inſtituta. Comitatenſe exercitum, *Ennod. l.* 4. *epiſt.* 33. Ad quem locum *Sirmondus*: Comitatenſes generaliter vocantur omnes qui in ſacro Palatio militant in Principis comitatu: interdum palatini peculiariter appellati, qui in officio erant utriuſque Comitis Largitionum.

Comitātus, a, um, nom. ex partic. ſignif. paſs. *accompagnato*, συμπ-

πεμπθεὶς. *Cic.* 2. *Catil. c.* 2. Illud moleſte fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. *Id. Tuſc.* 5. *c.* 39. Aſclepiadem ferunt, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut uno puero eſſet comitatior. *Tibull.* 3. 2. 13. Comitatus dolore.

Comitatus, us, ui, m. 4. *compagnia*, חברה, Ger. *beleituug*, Gall. *compagnie*, Hiſp. *compagnia*, ἀκολουθία, comitum turba aliquem officii, vel honoris gratia ſubſequentium. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 19. Si modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. *Virg.* 4. *Æn. v.*215. cum ſemiviro comitatu. ¶ Comitatus etiam dicitur cœtus hominum, qui ut tutius iter habeant, ſimul eunt, mutuo ſibi præſidio futuri, mercibus, vel commeatibus ſupportandis, *compagnie d'uomini, che viaggiano, caravane*. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 48. Neque ii, qui pabulatum progreſſi erant, intercluſi fluminibus reverti, neque maximi comitatus, qui ex Italia veniebant, in caſtra pervenire poterant. Adde *c.* 51. *&* 54. *ad fin.* ¶ Comitatus etiam dicitur ipſa Principis aula, in qua Comites degere ſolebant: at apud recentioris notæ Scriptores. *Auſon. epiſt.* 17. Expertus es fidem meam, dum in comitatu degimus ambo, ævi diſpares. *Symmachus l.* 9. *ep.* 8. & *l.* 10. *ep.* 39. ſacrum comitatum dixit. ¶ Translate *Cic. Parad.* 2. *c.* 1. Virtutum comitatus.

Comiter, *corteſemente*, *piacevolmente*, Germ. *freundilich*, Gall. *gracieuſement*, *humainement*, Hiſp. *cortes*, *y humanemente*, φιλοφρόνως, ſuaviter, manſuete. *Cic.* 7. *Ver.* Salutabat benigne, comiter appellabat unumquemque. *Liv. l.* 1. *c.* 22. Convivium comiter celebrare. ¶ Comiter habitare, id eſt, eleganter, ſplendide, *Plin. l.* 17. *c.* 1. ¶ Comiter alicujus majeſtatem conſervare. *h. e.* benigne, non gravate. *Cic. pro Corn. Balbo c.* 16. ¶ Superlat. comiſſime. *Plaut. Mil.* 3. 3. 66. Dat ne abs ſe mulier operam? Pa. Lepidiſſime, & comiſſime.

Comitĭa, orum, pl. n. 2. *congregazione*, *conſiglio*, *ragunanza*, *comizi*, Ger. *vvehltage*, Gal. *aſſemblee du peuple*, *ou des magiſtrats*, ἀρχαιρεσίαι, populi univerſi conventus ferendorum ſuffragiorum cauſa, ab antiquo *comeo*, pro coeo. *Cic.* 2. *Verr.* Interea Comitia noſtra haberi cœpta ſunt. ¶ Comitiorum tria erant genera, Curiata, Centuriata, Tributa. Curiata erant, cum populus curiatim, hoc eſt, per Curias rogatus, ſententiam dicebat. In Centuriatis populus ſuffragium inibat per Claſſium Centurias, juxta divitiarum magnitudinem. In Tributis ſuffragia a Populo in Tribus deſcripto ferebantur. Calata Comitia non efficiunt diſtinctum Comitiorum genus. Initio enim omnia Comitia Calata dicebantur, a καλέω, voco. Sed poſtea hęc vox prope exolevit. ¶ Ex comitiis rurſus alia erant Conſularia, alia erant Prætoria, alia Ædilitia, alia Quæſtoria, alia Tribunitia, &c. quibus ſcilicet Conſules, Prætores, Ædiles, Quæſtores, Tribuni creabantur. ¶ Apud *Liv. l.* 1. *c.* 35. *Comitia creando Regi*, etiam legas. ¶ Locus Comitiorum Curiatorum non erat niſi intra pomœrium, ſc. in comitio. Centuriata comitia habebantur in loco quidem inaugurato, ſed extra pomœrium, ſcil. in Campo Martio. Tributis Comitiis non erat unus deſtinatus locus, ſed modo intra, modo extra Urbem convocabantur, interdum in Campo Martio, nonnunquam in Capitolio, aliquando in Circo Flaminio. ¶ De ratione Comitiorum habendorum peculiari opere accurate diſſerit *Nicolaus Gruchius Rotomagenſis*. Ad *Roſini Antiq. Rom. l.* 6. *Manut. de Legib.* &c.

Comitialis, le, ἀρχαιρεσιακὸς, quod ad comitium pertinet, ut Dies comitialis, comitiis gerendis aptus, ſive dicatus, quo cum populo agi licebat, & quo Pop. Rom. convenire ſolebat ad ſuffragium ferendum. *Feſtus*. *Cic. ad Q. Fr.* Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. ¶ Comitialis morbus, *mal caduco*, *epilepſia*, Ger. *die hinfallende ſeuch*, Gall. *epilepſie*, *haut mal*, Hiſp. *gota coral*, *mal de coracon*, ἐπιληψία, morbus, qui cum totius corporis convulſione principes cerebri operationes tollit, toto cerebro, vel duobus ejus ventriculis affectis, dictus ex eo, quia ſi quis eo correptus repente in Comitiis concidiſſet, Comitia eo die diſſolverentur. Hoc morbo homo ſubito concidit, & ſpumas ore vomit; unde & morbus caducus dicitur; item divinus, quod partem hominis divinam, ſcil. animum lebefactet. *Feſt.* in voce, *Prohibere*, morbum majorem vocat, Alii Herculeum, ſacrum, &c. ¶ Comitialis homo, qui morbo comitiali laborat. *Plin. l.* 20. *c.* 5. ¶ Item litigioſus, & ad perjuria pronus, quia lites in Comitio agebantur. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 7. V. *Taubman.*

Comitialĭter, adverb. ἐπιληπτικῶς, ex morbo comitiali. *Plin.* 22. 21. Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamſi id comitialiter accidat.

Comitiarĭus, a, um, quod eſt in modum Comitiorum. *Liv. l.* 23. *c.* 16. In hac Comitiaria duorum exercituum ſtatione. Sed meliores libri hab. *Cotidiana*.

Comitiatus, us, m. 4. populi in comitio congregatio. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 19. Altera de capite civis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat.

Comitiatus, i, m. 2. ſuffragiis populi in Comitio electus. *Aſcon. Pæd. in Verr.* 2. *c.* 19. Tribunorum militarium duo ſunt genera: primum eorum, qui Rufuli dicuntur: alii ſunt Comitiati, qui Romæ Comitiis deſignantur.

Comitio, as, n. 1. comitia indico, vel celebro. *Varro l.* 5. *L. L.* Quando rex comitiavit.

Comitĭum, ii, n. 2. videtur proprie quemlibet cœtum hominum ſignificare, a coeundo, quaſi Conitium. Vet. Gloſs. ὀχλαγώγιον, comitium. Sic comitia amicorum, *Nep. in Att. c.* 4. V. *Comitia*. ¶ Comitium locus erat Romæ juxta Curiam in foro, ubi antiquitus diſceptabantur cauſæ, & comitia curiata habebantur. *Varr. l.* 4. *de L. L.* ¶ Ibi etiam ſumebantur ſupplicia de ſontibus; unde Comitium, & virgas pati, apud *Plin. l.* 4. *epiſt.* 11. ¶ Multis annis tecto caruit, unde ob tempeſtatem ſæpe comitia diſſoluta; deinde circa Hannibalis in Italiam adventum, tectum impoſitum eſt, a Cæſare poſtea reſtauratum. *Liv. l.* 27. *c.* 36. *Cic. pro Sext. c.* 35. Forum, comitium, curiam armatis hominibus occupare.

Comitīvus, a, um adject. ad Comites pertinens, ut Comitiva dignitas, apud *Veget. l.* 2. *c.* 9. *de re milit.* & *comitiva* abſolute, eodem ſenſu. *l.* 1. *Cod. titul.* 33. *leg.* 3.

Comīto, as, V. in voce ſequenti.

Comĭtor, aris, d. 1. *accompagnare*, ילך יחד, Ger. *geſellen*, Gall. *accompagner*, Hiſp. *accompanar*, παρακολουθέω, ſector, vel aſſector, a comes, cum accuſ. & proprie eſt minorum erga majores, ſed ſæpe indifferenter uſurpatur. *Cic.* 2. *de Invent.* In itinere quidam proficiſcentem ad mercatum quendam eſt comitatus. ¶ *Id.* cum dat. uſurpavit, 5. *Tuſc. c.* 35. Cæteraque quæ comitantur huic vitæ. ¶ Invenitur & *comito*, *as*, active. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 259. Noſtraque adulantes comitant veſtigia. *Id.* 1. *de Pont. epiſt.* 9. *ad fin.* Funera nec potui comitare, nec ungere corpus. ¶ Hinc paſſive *Plin. l.* 9. *c.* 36. Conchæ in alto comitantur marinis canibus.

Comma, atis, n. κόμμα, vox græca, a κόπτω, cædo, quam *Cicero in Orat. c.* 62. *inciſum* vertit, eſt pars membri in periodo. V. *Quint. l.* 9. *c.* 4. ¶ Eſt etiam comma ager inciſus in Nili ripis, ex quo aquæ emittuntur, ut pro accolarum arbitratu arva irrigent. *Ulpian. l. penul. ff. de extraor. crim.* In Ægypto qui commata rumpit, vel diſſolvit (hi ſunt aggeres, qui ſolent aquam Niloticam continere) æque plectitur extra ordinem. In aliquibus editionibus legitur *chomata*. χῶμα autem græce aggerem ſignificat.

Commacĕro, as, avi, atum, are, idem ac macero, *macerare*, *peſtare*. *Marcel. Empir. c.* 36. Commacerare aliquid. *Strabo Gall. de Lilio*. Piſtillo lilia præſtat Commacerare gravi.

Commaceſco, is, acui, n. macie conficior. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 525. Noſter Atticus, rivalis homo, iturus in curiam commaceſcebat. Alii aliter leg.

Commacŭlo, as, idem quod maculo. *Cic. pro Cæl. c.* 7. Si ſe ille infinito ambitu commaculaſſet. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 48. Commaculare manus ſanguine alicujus.

Commadĕo, es, ui, idem quod madeo, vel prorſus madeo. *Cat. c.* 156. Coquito, uſque dum ea commadebit bene.

Commalaxo, as, are, ſubigere, macerare, exercere, maturare. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 103. Philoſophia commalaxat eam partem.

Commalleŏlo, as, eſt incidere, præcidere. *Hygin. de Limitib. pag.* 195. *Goeſ.* Quicumque modus limitem excedet, commalleolari debet.

Commagĕnus. V. Comagenus.

Commanducatio, onis, f. actus commanducandi. *Scribon. Larg. compoſ.* 53. & 104.

Commanducatus, a, um, manducatus, *mangiato*. *Plin. l.* 24. *c.* 4. Nucleus commanducatus dentium dolorem ſedat.

Commanducātus, us, m. 4. actus commanducandi. *Plin. l.* 24. *c.* 4. Ulcera commanducatu, impoſituque efficaciſſime ſanari. Sed meliores libri habent: Commanducato, impoſitoque.

Commandūco, as, a. 1. idem quod manduco, vel ſimul manduco, *mangiare inſieme*. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Cum ob religionem minime commanducarent. ¶ Commanducor, aris, depon. *Lucilii* eſt apud *Non. c.* 17. *n.* 89.

Commanĕo, es, nſi, idem quod maneo. *Macrob. Saturn.* 6. *c.* 8. Qui in domo commanent.

Commanipularis, is, m. 3. commilito, qui eſt ex eodem manipulo. *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 46. Prenſare commanipularium pectora.

Commanipularĭus, ii, commanipularis. *Inſcript.* apud *Reineſ.* 8. 74.

Commanipulatĭo, onis, f. 3. ſocietas commanipularium. *Spartian. in Nigro cap.* 10. Ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret.

Commanipŭlo, onis, &

Commanipŭlus, i, ſocius manipularis, miles in eodem manipulo. Vet. inſcript. apud *Grut. p.* 46. *n.* 10. Regreſſi cum commanipulis libentes votum ſolverunt. Et contracte Commaniplus, *p.* 551. *n.* 4. apud eundem *Gruter.* ¶ *Spartian. in Nigro*, *c.* 10. Decem commanipulones ſecuri percuti juſſit.

Commarcĕo, es, ui, n. 2. marceo, vel langueo, ſegnis fio. *Ammian. l.* 17. *c.* 19. Bellicoſus ante hæc, & induſtrius, repente commarcuit.

Commargĭno, as, ere, idem quod Margino, margine munio. *Ammian. Marcell. l.* 31. *c.* 2. Commarginare pontes.

Commarītus, i, qui ſimul maritus eſt. *Plaut. Caſin.* 4. 2. 18. Compar, commaritus, villicus.

Commartyr, yris, m. qui ſimul cum alio martyr eſt. *Tertull. de anim. c.* 56. Commartyres ſuos videre.

Commaſcŭlo, as, are, quaſi dicas maſculum, ac virilem facere, corroborare. *Apul. l.* 2. *Mileſ.* His cognitis, animum meum commaſculavi. Et *Macrob. l.* 7. *c.* 11. Commaſculare frontem.

Commaſticātus, a, um, idem quod maſticatus, ut commaſticatæ frondes, *Macer. carm.* 4. *v.* 8.

Commaſtĭco, as, are, idem quod maſtico. *Macer. carm.* 2. *v.* 15. Ægilopas curat, ſi quis commaſticet illam.

Commatĭcus, a, um, brevis, ſucciſus, ut hymnus commaticus. *Sidon.* 4. 3. Adde *Hieronym. in prol. in* 16. *Proph.*

Commatrōna, æ, f. 1. *Tertull. ad Uxor. l.* 2. *c.* 8. Dives commatrona nomine inflata.

Commeabĭlis, le, adject. 3. qui ultro citroque commeat, vel qui facile pertranſiri poteſt. *Arnob. l.* 2. Venæ fiſtulatæ, & commeabiles. *Id. l.* 7. Quidquid reciprocos halitus auris commeabilibus ducit.

Commeatālis, le, adject. 3. ut miles commeatalis, qui in ſtipendii partem accipit alimenta ex commeatu, h. e. alimento publico, *Leg.* 2. §. 9. *Cod. de Uffic. præf. præt. Afr.*

Commeātor, oris, m. 3. qui hac illac commeat. *Apul. l.* 11. *A. A. de Mercurio:* Ille ſuperum commeator, & inferum.

Commeātus, us, m. 4. *licenza*, *ſalvocondotto*, Ger. *en geleit*, Gall. *congè*, *ſaufconduit*, Hiſp. *ſalvoconduto*, ἐξουσία, facultas, quam Imperator dat militi, præpoſitus interiori, diſcedendi ad tempus, & eundi, quo velit, ſub conditione ad præſcriptum diem revertendi. *Liv. l.* 23. Magna pars ſine commeatibus dilabebatur. ¶ Sæpe ſumitur pro annona, ſeu cibariis ad alimoniam Reipub. vel exercitus, aut alicujus multitudinis, item privatorum hominum. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 17. Cum ex omnibus provinciis commeatu & privato, & publico prohibebamur. ¶ Sic intercludere hoſtes commeatibus, apud *Cæſ.* V. *Intercludo*. ¶ Commeatus etiam dicitur navium copia ad importandum, & exportandum, *flotta da traſporto*. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 23. Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. ¶ Sumitur & pro tranſitu. *Plaut. Mil.* 2. 5. 58. Commeatus tranſtinet trans parietem.

Commedĭtor, idem ac meditor. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 18. Locus egregie commeditari oportebit. ¶ Eſt item exercere, facere, reddere. *Lucret. l.* 6. *v.* 111. Fragiles ſonitus chartarum commeditatur, h. e. reddit, vel aſſequi tentat.

Commelĕto, as, are, vel commeletor, aris, depon. meditor, a μελετᾶν. *Hyginus fab.* 165. Tibiis aſſidue commeletando ſonum in dies ſuaviorem fecit (Marſyas.)

Commembratus, a, um compactus, conjunctus. *Paulin. Nolan. epiſt.* 44. (al. 31.) *c.* 4. Commembrata in corpore compago.

Commemĭni, n. anom. *ricordarſi*, διαμέμνημαι, ſimul memini, vel idem quod ſimplex memini. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 53. Quem hominem probe noſſe, & commeminiſſe ſe, ajebat. *Plaut.* 5. 2. 55. Ecquid commeminiſti punice?

Commemorabĭlis, e, adject. 3. dignus commemoratione, memorabilis. *Cic. pro Marcel. c.* 4. Vir optimus, & commemorabili pietate, ac virtute præditus.

Commemoramentum, i, n. 2 *rimembranza*, *Cæcilius* apud *Non. c.* 2. *n.* 115. Pudebat, credo, commemoramentum ſtupri.

Commemorandus, a, um, idem quod commemorabilis, memoria dignus. *Cic. Ver.* 1. *c.* 14. O commemoranda judicia, &c.

Commemoratĭo, f. 3. *ricordanza*, זכרון, Ger. *erzehlung*, Gall. *mention*, Hiſp. *recordation*. ὑπόμνησις. *Cic. pro Arch.* Non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri. *Ter. Andr.* 1. 1. 16. Iſthæc commemoratio quaſi exprobratio beneficii eſt.

Commemorātor oris, m. 3. qui commemorat. *Tertull. l.* 4. *adver. Marcion. c.* 26. Commemorator, non obliterator vetuſtatum.

Commemorātus, a, um, nom. ex particip. *commemorato*, *di cui ſi fa menzione*.

zione. *Cic. pro Planc. c.* 40. Nihil ex meis eſt temporibus, quod minus mea celebratione commemoratum ſit.

Commemoratus, us, ui, m. 4. commemoratio. *Apul. l.* 1. *Florid.* Commemoratu meo.

Commemŏro, as, idem ac memoro, *rammemorare*. *Cic.* 3. *Verr.* In plebem vero Romanam utrum ſuperbiam prius commemorem, an crudelitatem? *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 1. *c.* 13. Omnes de tua virtute commemorant.

Commendabĭlis, le, o. 3. *lodevole*, ἐπαινετὸς, dignus, qui laudetur. *Col. l.* 5. *c.* 6. Ut denſum arbuſtum commendabile fructu, & decore eſt. *Liv. l.* 42. *c.* 5. Nullo commendabilis merito. *Trebell. Poll. de Herode c.* 16. Commendabiliorem eum patri fecerat.

Commendatĭo, onis, f. 3. *raccomandazione*, *lode*, בקרון, Ger. *befehlung*, Gal. *recommandacion*, *lovange*, Hiſp. *encomienda*, ἀποδοχὴ, actus commendandi. *Cic. Famil.* Ut intelligat, noſtram commendationem non vulgarem fuiſſe. ¶ Item laudem ſignificat. *Cic.* 1. *Fam.* Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria conſulatus tui.

Commendatitĭus, a, um, o. 1. 2. συγκατικὸς, id, quo quis, vel quid commendatur, ut commendatitiæ litteræ, *lettere di raccomandazione*, συγκατικὴ ἐπιστολὴ. *Cic.* 5. *Fam. epiſt.* 5. Statueram nullas ad te litteras mittere, niſi commendatitias.

Commendatīvus, caſus dictus eſt a quibuſdam caſus dandi, quia verbis commendatoriis aptus eſt. *Priſcian. l.* 5. *pag.* 670. *Putſch.*

Commendātor, oris, m. 3. qui commendat. *Vopiſc. in Probo*, *c.* 2. Omnes tenebræ poſſiderent, ac tegerent, niſi commendatores eorum hiſtorici extitiſſent.

Commendatorĭus, a, um, adject. idem quod commendatitius. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 10. Quem litteris non commendatoriis minus, quam refuſoriis jam placatus inſinuo.

Commendātrix, icis, f. 3. quæ commendat. *Cic.* 1. *Leg. c.* 22. Lex commendatrix virtutum.

Commendātus, a, um, nom. ex particip. *raccomandato*, *o lodato*. *Plin. l.* 35. *c.* 18. Commendatus litterarum honore. *Caſſius ad Cic.* 12. *Famil. epiſt.* 12. Dignitatem meam commendatam tibi habeas. ¶ Comparat. commendatior, eſt apud *Cic. Fam.* 13. 49. Superlat. apud *eund. l.* 12. *Fam. epiſt.* 13.

Commendo, as, avi, atum, a. 1. fidei alicujus committo, in alicujus fide, ac religione depono, *raccomandare*, רחל, Germ. *befehln*, Gall. *recommender*, *lour*, Hiſp. *encommendar*, *alabar*, ἐπαινέω. *Terent. Eun. ſc. ult.* Thais patri ſe commendavit in clientelam, & fidem. *Cic. ad Q. Frat.* Quam multos mecum egiſſe putas, ut eos tibi commendarem? ¶ Proprie nihil aliud eſt, quam deponere, *depoſitare*, ut docet *Ulp. Leg.* 186. *ff. de verb. ſignif.* & *Papinian. L. Lucius*, *ff. Depoſiti*, &c. ¶ Item tradere. *Cic. l.* 10. *Fam. epiſt.* 12. Nomen tuum immortalitati commenda. Sic commendare aliquid litteris. *Brut. ad Cic. Fam.* 11. *epiſt.* 10. ¶ Dicitur & de morituris ſua, ſuoſque aliis tutandos concredentibus. *Cic.* 3. *Offic. c.* 10. Et is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulaviſſet. ¶ Significat etiam laudare. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 76. Qualem commendes, etiam, atque etiam aſpice.

Commenſus, us, m. 4. menſura, ſymmetria. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. Ut etiam in operum perfectionibus ſingulorum membrorum ad univerſam figuræ ſpeciem habeat commenſus exactionem.

Commentacŭlum, commetaculum, commotaculum, n. 2. virga, quam Flamines portabant pergentes ad ſacrificium, ut a ſe homines amoverent, a commotando, ſeu commovendo. *Feſt.*

Commentariēnſis, is, m. ὑπομνηματογράφος, qui commentariis præeſt, hoc eſt libris, in quibus publice aliquid ſcribitur. Speciatim ita dicti ſunt, qui acta perſcribebant, quoties apud Fiſcum agebatur, *notaj*, *cancellieri*, ut apparet ex *Paulo Dig. lib.* 49. *tit.* 14. *leg.* 45. ¶ Item qui præerant carceri, & vinctorum nomina in commentarium referebant, *carcerieri*, *guardiani*, ut patet ex *leg.* 4. *tit.* 4. qui eſt de cuſtodia reorum, *lib.* 9. *Cod. Juſtin.* ¶ Præterea enumerantur inter Officiales Præfecti Prætorio Africæ a *Juſtiniano lib.* 1. *Cod. tit.* 27. in notitias, quæ ſubijcitur legi primæ ejus tituli: & multiplex ibi eorum gradus innuitur. ¶ Fuere etiam in militia. *Aſcon. in Verr.* 3. *c.* 48. Accenſus eſt nomen ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel commentariēnſis, aut cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt.

Commentariŏlum, n. 2. ὑπομνηματάριον, parvus commentarius. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 4. Neque a commentariolis ſuis diſcedere.

Commentarĭum, n. 2. commentarius, m. 2. *commento*, *eſpoſizione*, כנויה, Gall. *regiſtres*, *memoires*, Hiſp. *libro de memoria*, ὑπόμνημα, liber, in quo res continuate, & diligenter, ſed ſimpliciter, & ſine ornamentis, ac breviter, & quaſi per capita deſcribuntur, memoriæ gratia, a *commentor*, *aris*, ut commentarii C. J. Cæſaris, quos *Plutarchus* Ephemerides vocat. *Cic. in Brut.* Non eſt oratio, ſed quaſi capita, rerum, & orationis commentarium paulo plenius. *Id. Att. epiſt.* 16. & 17. *l.* 1. hiſtoriam compendioſam, & rudem *commentarium* appellat. ¶ Item quod Itali dicunt *iſtruzione*, *memoria*. *Cic. ad Auguſt.* Ex commentario dictaturam gerebat. Sic *Liv.* Ecquem de his rebus commentarium a patre accepiſſet. ¶ Item in judiciis libellus eſt, quem *Summarium* dicunt. *Senec. in excerpt. proœm. controv.* 3. Sine commentario nunquam dixit: nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. ¶ Item lucubratio quælibet. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 3. Commentarios Ariſtotelicos veni ut auferrem. *I Libri d' Ariſtotile*. ¶ Eſt etiam expoſitio, & interpretatio auctorum, *ſpoſizione*, *commento*. Sic conſcribere, componere in auctorem aliquem commentarios, vel commentaria, dixit *Gell. l.* 2. *c.* 6. & *l.* 14. *c.* 3. Vide *Vallam l.* 4. *Elegant. c.* 21.

Commentatĭo, f. 3. *contemplazione*, הגיון, Ger. *betrachtung*, σκέψις, cogitatio, meditatio, contemplatio. *Cic.* 1. *Tuſc.* Tota Philoſophorum vita commentatio mortis eſt.

Commentator, oris, m. 3. mendax, *bugiardo*. *Apul. Apolog.* Omnium falſorum commentator, omnium ſimulationum architectus.

Commentatus, a, um, nom. ex particip. ſignif. paſſivæ, explicatus, *ſpiegato*, *commentato*, ut diu, & multis lucubrationibus commentata oratio, *Cic. Fam.* 16. *epiſt. penult.*

Commentĭor, iris, itus ſum, idem ac mentior, *mentire*, *dir bugia*. *Apul. Apol.* Lignum a me toto oppido quæſitum non piguit vos commentiri. Ita *Pricæus p.* 71.

Commentĭtius, a, um o. 1. 2. *finto*, כדוא, Germ. *erdichtet*, πλαστὸς, quod ad tempus comminiſcimur, fictum, excogitatum. *Cic.* 1. *de Orat.* Ut ſi in illa commentitia Platonis civitate res ageretur. ¶ Commentitia ſpectacula apud *Suet. in Claud. c.* 21. ſunt recenter inventa, quæque uſitatis opponuntur.

Commentor, aris, d. 1. meditor, cogito, conſidero, *trattare*, *diſputare*, חגה, דרש, Ger. *betrachten*, Gall. *commenter*, Hiſp. *commentar*, *fingir*, πραγματεύομαι, freq. a comminiſcor. *Cic. Att. l.* 4. Id ipſum mecum ex his locis commentor, ut iſta improbem. *Id. in Læl.* Cum in hortos D. Bruti commentandi cauſa veniſſemus, ideſt diſputandi. ¶ Interdum ſignificat confingere fallaciam. *Plaut. in Caſin.* Ut cito commentatus eſt. ¶ Interdum commentarium ſcribere, ſcribendo aliquid componere. *Plin. l.* 18. *c.* 2. Id eo ipſo anno, cum commentaremur hæc, notatum eſt.

Commentor, oris, m. 3. *inventore*, יוצר, Ger. *erdichter*, Gal. *contraveur*, Hiſp. *fingidor*, ἀρτιὴς, qui aliquid excogitat, inventor. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 785. Luce ſua ludos uvæ commentor habebat.

Commentum, n. 2. inventio, res ficta, excogitata, *commento*, *finzione*, יצר, Ger. *erdichtung*, Gal. *invention*, Hiſp. *fiction*, σκῆψις, fictio, vel aliquid ingenioſe excogitatum, a ſupino verbi comminiſcor. *Cic. de clar. Orat.* Ut ſua commenta, & ſcripta memini ſſet.

Commentus, a, um, o. 1. 2. particip. verbi comminiſcor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Monogrammos Deos, & nihil agentes commentus eſt Epicurus. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 565 Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat, h. e. ficta, excogitata.

Commĕo, as, avi, atum, n. 1. *andare*, Germ. *etwan hin gehen*, Gall. *s'en aller*, Hiſp. *irſe*, φοιτάω, eſt animo redeundi abire, aliquo ſe conferre, ultro, citroque ire. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 18. Cum inſula Delos, quo omnes undique cum mercibus, atque oneribus commeabant. *Id. l.* 8. *ad Attic. epiſt.* 9. Crebro illius litteræ ad nos commeant. *Dig.* 48. to. 27. Qui ſine diplomate vias commeavit. *h. e.* iter fecit.

Commercātus, a, um, *comperato*, partic. paſſivæ ſignificationis. *Afran.* apud *Non.* 1. 117. Commercatis conquiſite edulibus.

Commercium, *commercio*, συναλλαγὴ, mercium commutatio, quæ victus cauſa inventa fuit, viciſſitudo dandi, & accipiendi, a *con*, & *merx*, *cis*: item libera commeandi, contrahendique facultas, ab iis, qui merces ultro, citroque convehunt. *Plin. in Paneg. c.* 29. Diverſas gentes commercio miſcuit. *Cic. Verr.* 5. *c.* 40. Commercium in eo agro nemini eſt. ¶ Translate ſumitur pro uſu, & conſuetudine, *familiarità*, *amicizia*. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 23. Cum Muſis, ideſt cum humanitate, & doctrina habere aliquod commercium. ¶ De turpi conluetudine. *Plaut. Truc.* 1. 1. 76. Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium. ¶ *Commercia belli*, negotiationes de pace inter arma ſuſceptas, *Tacitus* dixit *l.* 3. *hiſtor. c.* 81.

Commercor, aris, ari, depon. 1. idem ac mercor. *Plaut. Captiv. prol. v.* 27. & *ibid.* 1. 1. 32. Captivos commercari.

Commerĕo, vel commereor, idem ac mereor, *meritare*. *Plaut. Moſt.* Quid gravaris, quaſi gratiam non commeream? ¶ Fere fumitur pro male agere, delinquere, peccare. *Teren. in Andr.* 1. 1. 111. Quid commerui aut peccavi pater? *Id. in Phorm.* Si te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrabitur commeruiſſe culpam, ideſt, inquit *Donatus*, commiſiſſe. *Idem in Hec.* 3. 5. 36. Quæ nunquam quidquam erga me commerita eſt, quod nollem, & ſæpe quod vellem, meritam ſcio.

Commetĭor, idem quod metior, vel ſimul metior. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 26. Oportet commetiri cum tempore negotium.

Commĕto, as, n. 1. *andare*, vetuſtiſſimi dixerunt pro *commeo*, hoc eſt, aliquo me contero. *Nævius* apud *Non. c.* 2. *n.* 163. Cum ad lupam noſtram tam multi crebro commetant lupi.

Commictĭlis, le, adject. a cum, & mingo, vilis, contemptibilis, quaſi qui commingi poſſit. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 109. Servus comicus commictilis.

Commictus, a, um, mictu aſperſus, ut cœnum commictum, apud *Plaut. Perſ.* 3. 3. 3.

Commigratĭo, onis, f. 3. *l' andar altrove*. *Sen. Conſol. ad Helv. c.* 6. Aliunde alio commigratio eſt.

Commigro, idem quod migro, *partirſi*, *andar' altrove*. *Cic.* 2. *ad Q. Frat.* Paucis menſibus in tuam domum commigrabis. *Liv. lib.* 1. *c.* 34. Romam commigravit.

Commiles, litis, m. 3. ſocius, vel auxiliarius in militia, commilito. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Commilitibus ſingulis HS quinquaginta data.

Commilitium, n. 2. συμμαχία, ipſa belli ſocietas, *ſocietà di guerra*. *Tac. l.* 1. Chauci, cum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 5. *v.* 72. Et commilitii jura tuenda paras. *Apul. l.* 3. *Florid.* Jura amicitiæ a commilitio ſtudiorum inchoata: h. e. a condiſcipulatu, ut dixit *Nepos in Attico*.

Commilĭto, as, n. 1. ſimul milito. *Flor. l.* 3. *c.* 5. Luna quaſi commilitans cum a tergo ſe hoſtibus præbuiſſet, umbras quaſi hoſtium corpora petebant.

Commilĭto, onis, m. 3. in bello ſocius, *compagno di guerra*, German. *ſpießgeſſell*, Gall. *compagnon de guerre*, Hiſpan. *companero en la guerra*, συστρατιώτης, qui ſimul eſt in militia. *Cic. pro Dejot. c.* 10. Qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

Comminabundus, a, um, adject. comminativus, *minacciante*. *Tertul. l.* 4. *ad. Marc. c.* 15. In filias Sionis invehitur comminabundus.

Comminatĭo, onis, f. 3. *minaccia*, ἀπειλὴ. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 54. Orationis eſt vel ad uſum comminatio, & quaſi petitio, &c. *Sueton. in Tiber. c.* 37. Reges comminationibus magis, quam vi repreſſit.

Comminatīvus, a, um, idem quod Comminabundus. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 25. Non dubitativum, ſed comminativum exprimens ſenſum.

Comminātor, oris, m. 3. *chi minaccia*. *Tertull. adv. Gnoſt. c.* 9. Ignium comminator.

Comminātus, a, um, nom. ex particip. ſignif. paſſivæ, *minacciato*. *Apulej. l.* 6. *Mileſ.* Scrupulus comminatæ mihi mortis.

Commīnctus, a, um, mictu aſperſus, *Catull. car.* 100. *v.* 10. Tanquam commictæ ſpurca ſaliva lupæ. Al. leg. *commixtæ*.

Commingo, is, inxi, ictum, a. 1. mictu aſpergo. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 90. Comminxit lectum potus.

Comminiſcor, ſceris commentus ſum, d. 3. *fingere*, *immaginarſi*, בדא, יצר, Germ. *erdichten*, Gall. *controuver*, *excogiter*, Hiſp. *penſar*, *o fingir*, συμπλάττω, fingo, vel excogito, ab antiquo *meniſcor*, quod a *meno*, unde memini. *Cic.* 4. *de Fin.* Occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur.

Comminiſtro, idem, quod miniſtro. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Extremam fiſtulam inteſtini contra ducum, ac poteſtatum iniquitates comminiſtrant. Sed lectio varia eſt. Harduinus enim legit, *Commonſtrant*.

Commĭno, a. 1. a mino, *menare*, *condurre*. *Apul. l.* 7. *Mileſ.* Gregatim pecus comminantes.

Commĭnor, aris, atus ſum, ari, depon. 1. idem ac minor, vel valde minor, *minacciare*, ἀπειλέω. *Liv. l.* 10. *c.* 39. Comminando magis, quam inferendo pugnam, dies abſumebatur. *Sueton. Cæſ. c.* 62. Ut aquilifero moranti cuſpide ſit comminatus.

Comminŭo, is, ere, a. 3. idem ac minuo, vel frango, *diminuire*, *o ſpezzare*, συντρίβω, μιαίω. *Cic. Offic.* 2. *c.* 11. Frangere, & comminuere *Id. pro Quint. c.* 6. Nullum eſt officium tam ſanctum, quod non avaritia comminuere, atque violare ſoleat.

Comminūtim, adverb. minutatim, *in parti minute*. *Apic. l.* 4. *c.* 4. Comminutim concida.

Comminūtus, a, um, adject. nom. ex particip. *ſminuito*, ut annulus comminutus, *Cic. Verr.* 4. *c.* 25. *Id. Verr.* 5. *c.* 37. Opes civitatis comminutæ, depreſſæque.

Com-

Commis, is, f. 3. idem ac gummi. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Fit & ex farcocolla commis utilissima pictoribus, &c. Sic enim ibi legendum esse, docet *Harduin.* ex MSS.

Commiscĕo, es, ui, ixtum, idem ac misceo, *frammischiare*, συμμίγνυμι. *Cic. pro Marcel. c.* 2. Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur. *Sen. epist.* 7. Populo commisceri. *Plaut. Rud.* 1. 6. 3. Commiscere rem cum aliquo: h. e. negotium habere, contrahere.

Commiscibĭlis, le, adject. qui misceri potest. *Tert. de Anim. c.* 12. Commiscibilis animus.

Commiserandus, a, um, particip. a commiseror. *Auct. ad Herenn. l.* 4. Hæc exornatio plurimum prodest in amplificanda, & commiseranda re. *in renderla compassionevole.*

Commisĕrans, antis, qui commiseratur. *Gell.* 5. 14. Murmura dolorem, cruciatumque commiserantia.

Commiseratĭo, onis, f. 3. κατοίκτησις, *commiserazione*, *compassione*. *Auct. ad Herenn. l.* 2. *ad fin.* Commiserationem brevem esse oportet: nihil enim lacryma citius arescit. Adde *Cic.* 2. *de Orat.*

Commiserĕor, eris, idem quod commiseror, cum accusativo. *Gell.* 7. 5. Commisereatur interitum ejus, qui &c. ¶ Impersonaliter cum genitivo, *Id.* 16. 19. Navitas precum ejus commiseritum est.

Commisĕro, onis, m. 3. qui commiseratur, vel qui commiseratione dignus est. *Tertull. adv. Marc. l.* 4. *c.* 9. Apud illum suum nescio quem συντααλαίπωρον, idest commiseronem. Et *c.* 36. Commiserones, & coodibiles Hæretici.

Commiseresco, is, escere, commiseror, *compassionare*. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 54. Ibi demum ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem, si adesset, credo, ibi ejus commisereſceret. *Ennius apud Non. c.* 7. *n.* 37. Servos, & nostrum imperium, & fidem commiserescite.

Commisĕror, aris, idem ac miseror, *compassionare*. *Cic.* 1. *Verr. c.* 14. Quid, cum commiserari, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit? *Nepos Agesil. c.* 5. *n.* 2. Commiserari fortunam alicujus.

Commissarĭus, ii, m. 2. JCtorum est verbum, ut *fideicommissarius*, qui aliquid publicæ fidei commissum possidet. *Leg.* 29. *Dig. Quib. modis usufr.* ¶ Pro eo, cui aliquid committitur, valde frequens est, sed improbat. *Voss. de vit. serm. l.* 3. *c.* 6.

Commissĭo, onis, f. 3. verbal. a committo, *l'attaccare insieme in contrasto due*, *o più*, συμβολή, σύστασις, ut commissio pugnæ, commissio ludorum, *Cic. Attic. l.* 5. *epist.* 26. idest initium pugnæ vel ludi. Sic commissio poetarum, quam *Sueton. in Calig. cap.* 20. vocat certamen. ¶ Hanc vocem pro scriptis ipsis, quæ in commissionibus edebantur, græce ἀγωνίσματα, Caligula posuit, cum, Senecam commissiones meras componere, argueret. Notabat enim in eo dicendi genus, quod magis ad pompam, & ostentationem (quod faciunt ii, qui committunt sua opera) quam ad gravitatem comparatum esset. *Suet. in Calig. c.* 53. Adde *eund. in Aug. c.* 89.

Commissorĭus, a, um, o. 1. 2. ut Lex commissorria, idest, exceptio adjecta actioni, contra quam siquid commissum fuerit, conventio rescinditur. *Ulp. l. si fundus, ff. de lege comm.*

Commissum, n. 2. *peccato*, *fallo*, חטא, Germ. *mißhandlung*, Gal. *faute*, *peché*, Hisp. *yerro*, *pecado*. ἁμάρτημα, delictum, peccatum. *Cic. pro Syll. c.* 26. Ecquod [illegible] jus factum, aut commissum, non dicam audacius, &c. ¶ *Ascon. in Verr. de Jurisdict. & Præt. Sicil.* restringit hujus verbi notionem, & *commissa*, facta contra testatoris voluntatem interpretatur. V. *Commissus.*

Commissūra, f. 1. *commissura*, *giuntura*, רבק, Ger. *figung*, ἐφαρμογή, junctura, qualis est tabularum, & aliarum rerum. *Cic. de Univ. c. ult.* Ut & ipsæ secum, & inter se ex commissura, quæ e regione esset, jungerentur. Sic commissuræ lapidum, *Senec. l.* 2. *Quæst. Nat. c.* 6. Commissuræ colorum, apud *Plin. l.* 35. *c.* 5. V. Harmoge.

Commissurālis, le, adject. ad commissuram pertinens. *Veget. l.* 2. *de re Veter. c.* 13. Loci ossuosi, & commissurales.

Commissus, a, um, nom. ex particip. in contentionem deductus, ut solvere commissas acies, *Propert. l.* 4. *eleg.* 12. ¶ Item conjunctus. *Virg.* 3. *Æn.* Delphinum caudas utero commissa luporum. ¶ Item perpetratus, *commesso*, ut commissa piacula, *Virg. Æn.* 6. *v.* 569. ¶ Item concreditus, *Horat. lib.* 1. *sat.* 4. *v.* 84. Commissa tacere qui nequit. ¶ Commissa hæreditas Veneri Erycinæ apud *Cic. Ver.* 3. est illa, quæ ad Venerem devenit propter testamenti conditionem violatam ab hærede, *eredità devoluta.* ¶ *In commissum*, vel *in commissi causam cadere*, est fisco puniri. *l. interdum. D. de public. & vectig.* Sic commisso rem vindicare, *confiscare*. *l. cotem. D. eod.* ¶ Hypothecæ commissæ dicuntur, apud *Cic. Fam.* 13. *ep.* 56. cum res ei cedunt, cui oppigneratæ erant, quod debitor ad diem non solverit. ¶ Devotio convicta & commissa, apud *Cic. pro Domo*, *c.* 57. est votum obligatum. V. *Convictus.* ¶ Pœna & multa commissa, V. infra *Committo.* ¶ Fiducia commissa, V. *Fiducia.*

Committĭgo, idem ac mitigo, *mitigare*. *Ter. Eun.* 5. 7. Tibi uti committigari videam sandalio caput. Ubi *Donat.* Commitigari est tundendo deprimi, atque deponi.

Committo, is, isi, issum, a. 3. *congiugnere*, συνάπτω, proprie ratione præpositionis *con* significat simul mittere, sive simul jungere, sociare. *Curt. l.* 3. Maria, quæ nunc dividit, committeret. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 13. Commisit noctes in sua vota duas. ¶ Sæpe sumitur pro mandare, credere, alicujus fidei tradere, & quasi commendare, *consegnare*, *commettere*, *raccommandare*, הפקיד, Ger. *ubergeben*, Gal. *commettre*, Hisp. *encomendar*, ἐπιτρέπειν. *Cic. Attic.* Huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. *Id. pro Dom.* Pompejo plurima bella extra ordinem sunt commissa. ¶ Est item facere, patrare. *Cic. pro S. Rosc.* Longo intervallo judicium hoc inter sicarios primum committitur. *Sallust.* Sempronia, quæ multa sæpe virilis audaciæ commiserat. *Cic. pro Cluent.* Committere contra legem. ¶ Frequenter est permittere, pati, *permettere*, *far*, *che*. *Cic.* 2. *Offic.* Tum etiam sordidum ad famam, committere ut accusator nominere. *Id. Attic.* Non puto, Cn. nostrum commissurum, ut Domitium relinquat. ¶ Committere gnatam suam uxorem alicui, apud *Ter. Andr.* 1. 5. est nuptui dare. ¶ Committere se in conclave, apud *Cic. pro Rosc. Am. cacciarsi dentro.* Sic committere se in conspectum, apud *eund. Ver.* 7. ¶ Committere se in fidem alicujus, apud *Ter. Hecyr. Prol.* Et fidei alicujus, apud *eund. Eun.* [illegible] 1. ¶ Est item committere, duos pluresve in certamen conjicere, ut cum exercitus congrediuntur ad signum pugnæ, vel cum in Circensibus agitatores, mappa missa, contendunt ad metam. Hinc prælium, certamen, ludos, spectacula committere. *Nepos* 1. 6. *Cic. Liv. & c.* Hinc *Eutrop. l.* 4. *c.* 5. & alibi, committere, absolute dixit, pro pugnam committere. ¶ Poetæ etiam & oratores committi dicebantur, cum ad ingenii certamen descendebant. *Juven. sat.* 6. *v.* 435. Committit vates, & comparat. ¶ Quin & ipsi Oratores opera sua committere dicebantur, cum ea recitant, ut comparentur. *Sueton. in Claud. c.* 41. Historiam in adolescentia scribere est aggressus: & cum primum frequenti auditorio commisisset, ægre perlegit. ¶ Est etiam nauticum verbum, quod vela dare significat, *far vela*. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 25. Sæpe flaverant venti, quibus necessario committendum existimabat. ¶ Denique committere dicitur is, qui id facit, propter quod in pœnam incidit a lege tale factum prohibente statutam. Sic committere pœnam, *cader' in pena*. *Cic. in Verr. & l.* 3. *Dig. de Verb. oblig.* Committere lege, h. e. in legem. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 1. Greges ovium ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus paverint, lege Censoria committant multam. Al. omittunt τὸ *multam*. *Quint. l.* 7. *c.* 2. Lege de Sicariis commisit L. Varenus. Sic sæpe JCti. Quin & apud *Cic. pro Cluent. c.* 37. multam committere: h. e. culpam multa dignam.

Commixtim, vel Commistim, *mescolatamente*. *Modestin. Dig.* 2. 1. 2. Qui habet commixtim tres curatorias, & tres tutelas.

Commixtĭo, vel Commistio, onis, f. 3. *mescolamento*, idem ac mixtio. *Firmicus:* Commixtionis moderatio.

Commixtūra, æ f. *mistura*. *Cato R. R. c.* 157. si modo lectio sana est.

Commixtus, & Commistus, a, um, adjectiv. idem ac mixtus, *mescolato*, συμμιχθείς. *Lucret. l.* 6. *v.* 1154. Commista gemitu querela. *Virg. Æn.* 6. *v.* 762. Italo commixtus sanguine.

Commobĭlis, le, adject. *Cæl. Aurelian. Acut.* 2. 9. Lux commobilis corporis. *h. e.* facile commovens corpus.

Commodatarĭus, rii, m. 2. is cui aliquid commodatur. *§. Institut. quib. mod. contr. oblig.*

Commodātor, oris, m. 3. qui commodat. *Digest. l.* 13. *tit.* 6. *l.* 7.

Commodātus, a, um, nom. ex particip. *imprestato*. *Cic. pro Marcello*, *c.* 6. *donata*, *& commodata* opposuit. *Senec. ep.* 120. Nihil suum judicat, sed ut commodatis utitur. ¶ Pro accommodatus, *Plin. l.* 22. *c.* 22. Per quam commodatus stomacho succus. ¶ Commodatum subst. est contractus, quo aliquid alicui commodatur. *l.* 1. *de oblig. & act.* Sic commodati actione agere, commodati teneri, commodati damnari, apud JCtos.

Commŏde, adv. bene, recte, scite, *comodamente*, *bene*, ἐμμελῶς. *Cic. de Amic.* Multa ab eo breviter, & commode dicta. *Id.* 2. *Offic. c. ult.* Commodius disputare. *Varro de R. R. l.* 2. *c.* 5. Pascuntur armenta commodissime in nemoribus. ¶ *Terent. Heaut.* 3. 2. 49. Nunquam commodius herum audivi loqui. h. e. æquius, benignius.

Commodĭtas, f. 3. *comodità*, טובה, Germ. *komligheit*, Gall. *commodité*, Hisp. *comodidad*, *provecho*, ὠφέλεια, opportunitas, convenientia, utilitas. *Cic.* 2. *Offic.* Qui denique ex bestiis fructus, aut quæ commoditas percipi posset? ¶ Pro indulgentia, & facilitate. *Ter. Adelph.* 4. 5. 26. Magnam mihi injecit sua commoditate curam. ¶ Commoditas membrorum, apud *Suet. Aug. c.* 79. est concinnitas, aptitudo, *proporzionata corporatura.* ¶ Usurpatur & in plur. *Ter. Phorm.* 5. 6. 1. Quantis commoditatibus hunc onerastis diem?

Commodĭto, as, frequent. a commodo, legebatur a nonnullis in *Catulli carm.* 10. *v.* 26. Sed emendata lectio exhibet, *commodo nam* pro *commodita*.

Commŏdo, adverb. pro commode, opportune. *Plaut. Mil.* 4. 4. 61. Ecce autem commodo aperitur foris.

Commodo, as, a. 1. benigne facio, benefacio, inservio, obsequor, *accomodare*, *prestare*, השאיל, Ger. *leyden*, Gal. *prêter*, Hisp. *prestar*, συνωφελέω, est commoditati alicujus inservire. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 35. Omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, his commodes. *Id. l. eod. ep.* 53. Omnibus in rebus ei te commodes. Sic commodare operam suam alicui, apud *Plaut. Rud.* 2. 4. 22. Commodare manum ad aliquid. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. ¶ Commodare severitatem delictis magnis, & veniam parvis, *Tacit. Agric. c.* 19. h. e. adhibere. Sic commodare alicui aurem, *Horat. l.* 1. *ep.* 1. ¶ Est item aliquid alicui utendum dare, hoc est, alicujus rei usum ad tempus concedere, & dicitur de iis, quæ eadem ipsa redduntur, ut equus, vestis, domus, &c. 4. *ad Heren.* Ait se cuidam ædes maximas ad nuptias commodasse. ¶ Non raro tamen usurpatum de iis invenitur, quæ non ipsa restituuntur, sed alia ejusdem generis, ut sunt pecunia, triticum, &c. *Cic.* 6. *Verr. c.* 9. Publice commodasti tritici modios sexaginta millia.

Commodulatĭo, onis, f. 3. *proporzione*. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. Proportio est ratæ partis membrorum in omni opere totius commodulatio.

Commodŭle, adverb. diminut. a Commode, &

Commodŭlum, diminut. a Commodum, *alquanto comodamente*. *Plaut. Stich.* 5. 4. 8. Pro opibus nostris satis commodule. Et *Mil.* 3. 1. 155. Commodulum obsonare.

Commŏdum, adv. εὐκαίρως, *a tempo*, *opportunamente*, *a proposito*, ipso eodemque tempore, opportune. *Plaut. Merc.* 1. 2. 106. Si istac ibis, commodum obviam venies patri. *Terent. Eun.* 2. 3. 51. Cum huc respicio ad virginem, illa se se interea commodum huc adverterat. ¶ Significat etiam vix, vel tantum quod. *Cic. ad Attic. l.* 13. *epist.* 9. Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit, *appena tu eri partito*, *quando*, &c. *Id. ib. ep.* 19. Commodum ad te dederam litteras, cum ad me bene mane Dionysius venisset. ¶ *Terent. Phorm.* 4. 3. 8. Facinus indignum, Chreme, sic circumiri. De. Id cum hoc agebam commodum, *appunto di ciò io trattava.*

Commŏdum, di, n. 2. utilitas, bonum, *comodo*, *comodità*, כשר, Ger. *nutz*, Gal. *profit*, Hisp. *provecho*, ὠφέλεια, emolumentum. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 8. Est eius, qui aliis præsit, eorum, quibus præsit, commodis, utilitatique servire. ¶ Commodum est, pro opportunum est. *Cic. de cl. Orat.* Si tibi est commodum, ede illa, quæ cœperas. *Id. Attic.* Velim, aliquando, cum erit tuum commodum Lentulum puerum visas. ¶ Per commodum, adverb. *con comodo*. *Liv. l.* 30. *c.* 29. Percunctatus, satin' per commodum omnia explorassent, ad Annibalem dimisit. ¶ Commoda etiam dicebantur præmia, quæ præter stipendia milites cum missione consequebantur: unde missionum commoda, item militiæ commoda, apud *Sueton. Aug. c.* 24. & *Calig.* 44. Tribunatus commoda, *Cic. Fam.* 7. *ep.* 8.

Commŏdus, a, um, o. 1. 2. opportunus, utilis, facilis, *comodo*, *utile*, הכון, Germ. *nutzlich*, Gall. *commode*, *profitable*, Hisp. *idoneo*, *y provecchoso*, πρόσφορος. *Plaut. Asin.* 2. 3. 21. Commoda statuta, i. e. justa. Et 3. 3. 135. Commodum talentum, h. e. justi ponderis. Commodi cyathi, apud *Horat. l.* 3. *od.* 19. *discreti*. Hinc qui sibi moderantur, ut ne aliis molesti sint, quique facile se aliis accommodant, *commodi* dicuntur. quo modo Commodos convivas dixit *Plaut. Pœn.* 3. 3. 2. Plura exempla etiam ex *Cic.* affert *Lambin. ad Horat. l.* 4. *od.* 8. ¶ Significat etiam opportunum, utile. *Cic. Att. l.* 9. *epist.* 3. Si commodius anni tempus esset. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 85. Hanc sibi commodissimam belli rationem judicavit. ¶ Commodiores dicuntur etiam qui a morbo convalescunt, apud *Plin. l.* 3. *ep.* 16.

Commœnītus, a, um, *fortificato*, antique pro communitus. *Gell.* 17. 11. Ore ipso arteriæ commœnito.

Commœrĕo, n. 2. mœreo, tristor. *Plaut. Epid.* 1. 1. 59. Ita voltum videor videre commœruisse. Ita Lexicographi plerique. Sed emendata lectio habet: Ita voltum tuum video: videre commeruisse hic, me absente, in te aliquid mali.

Commolíor, d. 4. molior, *machinare*. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 29. Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar.

Commolítus, a, um, adject. *macinato*, a molo, is. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Bacca commolita, & expressa.

Commólo, is, ui, itum, idem ac molo, *macinare*, σωμαλήθω. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Olivam primo quoque tempore commolere, præloque subjicere.

Commonefacío, cis, eci, actum, idem ac moneo, *ammonire*, *avvisare*, cum accus. & gen. vel abl. & præp. de. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 3. De rationibus provinciæ, quid vellem fieri, ut is vos doceret, & commonefaceret. *Auct. ad Herenn. l.* 4. Amicitiæ veteris aliquem commonefacere.

Commonefío, is, actus sum, passiv. a Commonefacio. *Cic. Verr.* 7. *c.* 43. Nemo est, quin tui sceleris, & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Commonéo, es, ui, itum, idem ac moneo, cum acc. & gen. vel abl. & præp. de, *avvisare*, *ammonire*. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 17. Commoneri officium suum. *Id. Rud.* 3. 4. 33. Mearum me miseriarum commones. *Ter. Andr.* 4. 1. 5. Neque commoneat, ut servet fidem. *Cic. Verr.* 3. Quin is de avaritia tua commoneretur.

Commonítio, t. 3. monitio. *Quinctil. l.* 4. *c.* 2. Non inutilis erat in extrema parte commonitio: h. e. repetitio epilogi more.

Commonítor, oris, qui commonet, monitor. *Symmach. lib.* 7. *ep.* 105. Adjeci commonitorem. Al. tamen leg. *commonitionem*.

Commonitórium, ii, n. 2. ὑπομνηστικὸν, scriptum vel epistolam denotat, qua quis officii admonetur, ut sunt mandata, quæ scriptis dantur Legatis proficiscentibus, Ital. *istruzione*. *Ammian. l.* 28. *cap.* 5. Commonitorium repertum est, manu scriptum Hymetii. ¶ Figurate *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. *in carm.* Phœbus commonitorium Thaliæ. ¶ Item tacita conventio, absque scriptura facta. *Cod. Theodos. Cod. Justinian. l.* 1. *Cod. de Suffrag.*

Commonítus, a, um, adject. *avvisato*, *ammonito*. *Liv. l.* 34. Commonitosque, in quo statu rerum accepisset eos, dimisit.

Commonstro, a. 1. monstro, *mostrare*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 41. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.

Commoratío, t. 3. mora. *Cic. Q. Fr. l.* 3. Multos dies hanc epistolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum. ¶ Item habitatio. *Cic.* 6. *Fam. epist.* 19. Amœnitas illa commorationis est, non diversorii. ¶ Item Fig. Rhet. 4. *ad Her.* Commoratio est, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem sæpius reditur.

Commordéo, es, ordi, orsum, idem quod mordeo, *mordere*. *Senec. de Vita beata*, *c.* 21. Infelicem linguam bonorum exercete convicio, instate, commordete.

Commorior, reris, d. 3. σωαποθνήσκω, simul morior, *morir' insieme*. *Plin. l.* 27. *cap.* 2. Exitialia per se ambo cum fuerint duo venena, in homine commoriuntur.

Commóror, d. 1. idem ac moror, vel simul moror, *fermarsi*, *trattenersi*. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 5. Triduum illud, quod ego Ephesi commoratus sum. ¶ Usurpatur etiam pro detinere, seu in mora tenere, cum accus. *trattenere*. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 31. Me nunc commoror, cum has fores non ferio. ¶ Activa forma *Plin. l.* 19. *c.* 6. *ad fin.* Stupentes manu capiuntur, etsi paulum commoravere.

Commorsíco, as, are, frequent. a commordeo, *morsicare*. *Apul. l.* 7. *A. A.* Dentium candentium renudatis hastis totum me commorsicat.

Commorsus, a, um adject. *morsicato*. *Plin. lib.* 24. *c.* 11. Commorsi a cane rabiem non sentiunt.

Commortális, o. 3. mortalis. *Col. l.* 3. *c.* 20. Quæ propter infirmitatem commortalis naturæ consequi nequeamus.

Commósis, vel Comósis, is, primum mellificii fundamentum, ex tenaci, & viscosa constans materia, a κόμμι, quod nos gummi dicimus. *Plin. lib.* 11. *c.* 7.

Commotaculum. V. Commentaculum.

Commotío, t. 3. motus, affectus, perturbatio, *turbazione*, דְּאָגָה, Germ. *bevvegung*, Gal. *emotion*, Hisp. *comocion*, συγκίνησις, σάλος, *Cic.* 3. *Tusc.* Temperantia est moderatrix omnium commotionum.

Commotiúncula, f. 1. dim. a commotio. *Cic. Attic. l.* 12. *ep.* 11. Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis συμπάσχω, idest, condoleo, afficior.

Commótus, a, um, nom. ex particip. perturbatus, *commosso*, *turbato*, & fere dicitur de animi motibus, ut graviter commotus, h. e. iratus. *Virg. Æn.* 1. *v.* 126. Commotus ingenio, *Tacit. Ann.* 6. *c.* 45. ¶ Comparat. commotior. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 37. Nili animus esset commotior.

Commovéo, es, ovi, otum, a. 2. moveo, excito, concito, perturbo, *perturbare*, *commovere*, הִרְגִּישׁ, Germ. *bevvegen*, Gal. *emouvoir*, Hispan. *comover*, διαπράττω, *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 4. Quam multorum non modo discendi, sed etiam scribendi studia commoverim. *Id. pro Rab.* Nihil me clamor iste commovet, nihil perturbat. *Ter. Eun.* 3. 5. 19. Quid ego ejus tibi faciem prædicem? In hac commotus sum. ¶ Sic Invidiam, misericordiam, miserationem, iram, suspicionem, tumultum &c. commovere, *Cic.* passim. ¶ Commoveri sacra dicebantur, cum fiebat renovatio sacrorum; tunc enim Deorum simulacra commovebantur, & arcana cætera in cistis condita. Qui autem hæc faciebant, solebant interim miros edere ululatus, & planctus. *Serv. in* 4. *Æn.* Hinc translate *Plaut. Pseud.* 1. 1. 107. Scis tu quidem, mea si commovi sacra, quo pacto, & quantas soleam turbellas dare. ¶ Commovere se ex aliquo loco, *partire*. *Cic. Att. l.* 2. *&* 3. ¶ Commovere se contra Remp. *Cic. in Catil.* ¶ *Commorunt* pro commoverunt, *Lucr. l.* 2. *Commossem* pro commovissem, *Cic. pro Planc. Commorat* pro commoverat, *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 1.

Commulceo, idem ac mulceo, *raddolcire*, *mitigare*. *Gell. l.* 7. *c.* 7. Sensus judicum debent honorificis, verecundisque sententiis commulcere.

Commulco, as, are, idem quod mulco, percutio. *Apul. A. A. l.* 8. Multimodis communicare ictibus.

Commundátus, a, um, adject. emundatus, *nettato*. *Ulp. l.* 25. *Dig. de aur. & arg.* &c. Ornata, non tamen commundata.

Commundo, as, are, idem quod mundo, *nettare*. *Colum. l.* 12. *c.* 18. Vasa dulci aqua eluenda sunt, & commundanda.

Commungento, convocanto, *Fest.*

Commúne, is, subst. *comune*, עִבּוּר, Ger. *ein gemein*, κοινὸν, Respublica, Civitas, Universitas, Collegium. *Cic.* 3. *Ver.* Quomodo iste commune Myliadum vexarit. ¶ Accipitur etiam pro re pluribus communi. Hinc communi dividundo agere, apud JCtos *l.* 2. *&* 3. *Dig. Comm. divid.*

Communicárius, a, um, adject. ut communicarius dies, qui & Pandicularius dicebatur, in quo omnibus Diis communiter sacrificabatur. *Festus.*

Communicátio, f. 3. *partecipazione*, κοινωνία. *Cic. de Fin.* Conjunctio inter homines hominum, & quasi quædam societas, & communicatio utilitatum. ¶ Communicatio item Fig. Rhetorica est, cum ipsos adversarios consulimus, aut cum judicibus deliberamus. *Cic.* Tu denique Labiene quid faceres tali in re, ac tempore?

Communicátor, oris, m. 3. qui communicat, & participem facit. *Arnob. l.* 4. *sub fin.* Familiaris communicatores rei. ¶ *Tertull. de Pudic. c.* 22. est particeps ecclesiasticæ communionis, excommunicato oppositus. Alii, inquit, ad metalla confugiunt, & inde communicatores reverteruntur.

Communicátus, us, ui, m. 4. idem quod communicatio. *Apul. de Deo Socrat. p.* 44. Nullo inter se propinquo communicatu naturæ.

Communicátus, a, um, nom. ex particip. *communicato*, *partecipato*, κεκοινωνημένος. *Liv. l.* 8. *c.* 25. Communicato inter se consilio. *&* *l.* 22. *c.* 27. Communicatum imperium.

Communíceps, ipis, m. qui ejusdem est municipii, concivis. Reperitur in vet. Inscript. apud *Constantin. Laud. in Numism. p.* 18.

Communíco, as, avi, atum, a. 1. *comunicare*, *conferire*, *partecipare*, חלק, Ger. *mittheilen*, Gall. *communiquer*, Hisp. *comunicar*, κοινωνέω, est commune facere, participare, impartiri, a nomine communis. Construitur cum accusativo. *Cic. de Amic.* Secundas res splendidiores facit amicitia, & adversas partiens, communicansque leviores. ¶ Cum accus. & ablat. & præp. cum. *Cic. pro Balbo*, Qui velint cum periculis nostris sua communicare. *Id. Fam.* 16. Cum mecum inimicitias communicasti: idest, quando ostendisti, te esse inimicum inimicorum meorum. ¶ Sæpe est conterre, loqui, *ragionare*, cum accus. rei, vel ablat. & præpos. *de*, & ablat. personæ, & præpos. *cum*, vel accus. & præpos. *inter*. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 18. Nihil mihi fcito nunc tam deesse, quam hominem eum, quicum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, una communicem. *Id. Fam.* 15. Ut quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus. *Idem Lentulo*, *Fam. l.* 1. *epist.* 7. Qui mecum sæpissime de te communicare solet. ¶ Communicare aliquem mensa, apud *Plaut. Mil.* 1. 1. 51. h. e. mensæ participem facere. ¶ Communicor, aris, depon. 1. pro communico, as. *Liv. l.* 4. *c.* 24. Nec adversarum rerum quærere socios, cum quibus spem integram communicati non sint.

Communío, is, ivi, itum, idem ac munio, vel circummunio, *fortificare*. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 8. Præsidia disponit, ea castella communit.

Communío, onis, f. 3. *società*, κοινωνία, communitas, consociatio. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 7. Inter quos est communio legis, inter eos communio juris est.

Commúnis, ne, o. 3. conjunctus, vulgaris, contritus, de medio sumptus, late patens, *comune*, Germ. *gemin*, Gall. *commun*, Hisp. *comun*, *comunal*, κοινὸς, quod multorum est. Interdum absolute usurpatur. *Cic. Offic.* 1. Magnum est eisdem uti sacris, sepulchra habere communia. ¶ Interdum cum ablat. & præpos. cum. *Cic. de Sen.* Cum illud videatis cum adolescentia esse commune. ¶ Interdum cum genitivo. *Cic. de Fin.* Hæc ita justitiæ propria sunt, ut sint virtutum reliquarum communia. ¶ Interdum cum dativo. *Cic. pro Rosc. Amer.* Quid est tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? Interdum cum dat. & ablat. & præposit. cum. *Cic. pro Rab.* Studium conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debet. ¶ Interdum cum acc. & præp. inter. *Cic. de Leg.* Inter quos ratio, inter eosdem recta ratio communis est. ¶ Interdum cum gen. vel dat. & acc. cum inter. *Cic. de Leg.* Quibus hæc sunt inter eos communia, & ejusdem civitatis sunt. ¶ In commune, h. e. communiter, *comunemente*. *Tacit.* 1. *hist. c.* 25. In commune omnes metu militiæ mutandæ exterrebantur. *Cic. pro Quint.* In commune conferre. h. e. in commune bonum. Sic *Tacit.* 12. *ann.* In commune consulere. ¶ Sensus communis, apud *Horat. l.* 1. *sat.* 3. Communi sensu plane caret: *è uno stolido*. ¶ Communis pro remisso & facili. *Ter. Heaut.* 5. 1. 34. Quenquam animo tam communi esse & leni. ¶ Communis etiam dicitur, qui comis, benignus, & affabilis est, & æqualem se infimis præbet. *Cic. Fam.* 4. *ep.* 9. Eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse. *Sueton. Claud. c.* 21. Nec ullo spectaculo communior, aut remissior erat. Sic communi, & leni esse animo, *Ter. Hea t.* 5. 1. 39. ¶ Superlat. Communissimus legitur apud *Sueton. in Vespas. c.* 22. Sed V. Comis.

Communítas, t. 3. *società*, *comunione*, Germ. *gemeinschafft*, Gal. *communauté*, Hisp. *communidad*, κοινότης, communio, societas. *Cicer.* 1. *Off.* Eloquentia complectitur eos, quibuscum communitate junctí sumus. 9. *Phil.* Quæ nobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legitimis esse communitas?

Communíter, promiscue, de communi sententia, *comunemente*, Ger. *gemeinlich*, κοινῶς. *Cic. Att.* Literæ, quas communiter cum aliis scripsisti, & quas nomine tuo. Adde *Liv. l.* 1. *c.* 10. *&* 45.

Communítio, onis, f. 3. idem ac munitio, *fortificazione*. *Cic. l.* 2. *de Orat.* Aditus ad causam, & communitio. *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. Totam communitionem dissipare.

Communítus, adverb. pro communiter, *comunemente*. *Varr. apud Non. c.* 11. *n.* 6. Ut Deos colere debet communitus civitas, sic singulæ familiæ debemus.

Communítus, a, um, nom. ex particip. idem ac munitus, *munito*, *difeso*. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 4. Omni auctoritate communita. Et *pro Roscio Com. c.* 15. Causa Roscii testimoniis communita.

Commurmuratío, onis, f. 3. *mormorazione*. *Gell. l.* 11. *c.* 7. Commurmuratio fieri cœpta est a plerisque.

Commurmúro, as, n. 1. vel commurmuror, aris, *mormorare*, d. 1. idem, quod murmuro. *Plin. l.* 10. *c.* 23. Ubi congregatæ inter se commurmurant. *Cic. in Pis. c.* 25. Ut scriba secum ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus sit.

Commutabílis, idem ac mutabilis, *mutabile*. *Cic. pro Mil. c.* 26. Quam sit varia vitæ, commutabilisque ratio. *Id. l.* 1. *de Invent.* Exordium commutabile est, quod ab adversario potest leviter mutatum ex contraria parte dici.

Commutáte, adverb. *in altra maniera*, mutando. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 42. Eandem rem dicere non eodem modo, sed commutate.

Commutatío, idem, ac mutatio, *mutazione*. *Cic.* 1. *de Inven.* Annuæ commutationes semper eodem modo fiunt. ¶ Commutatio item est Figura Rhetorica, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ita efferuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur, ut, Esse oportet, ut vivas, non vivere, ut edas. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 33.

Commutátus, us, m. 4. idem ac mutatio. *Lucret. lib.* 1. *v.* 794. Quoniam quæ diximus ante, in commutatum veniunt.

Commutátus, a, um, nom. adject. ex particip. *mutato*, *cangiato*. *Nepos* 10. 4. *n.* 5. Vitæ statum commutatum ferre non potuit.

Commúto, as, avi, atum, a. 1. idem ac muto, vel simul muto, *mutare*. *Cic.* 5. *Ver.* Neve vendundi aut tempus, aut locum commutarent. ¶ Commutare verba, est aliis verbis uti, in sermone discrepare. *Ter. in And* 2. 4. 7. Nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum esse verbum. Adde *Phorm.* 4. 3. 32. ¶ Vitam cum morte commutare, pro mori, *Sulpit. ad Cic. l.* 4. *Fam. epist.* 5. Commutare alicujus contumeliam vita sua, *Sallust. ep.* 2. *de Rep. ord.* hoc est aspergere contumeliam alicui dispendio vitæ suæ. ¶ Commutari in horas, *Cic. Att. l.* 14. hoc est facile & identidem mutari.

Como, as, avi, atum, are, V. in Comans.

Como, is, psi, ptum, a. 3. *ornare di chioma*, κομῶ, comam orno, a κόσμος, orno, vel a coma. Maxime ad cultum capitis pertinet, & capillorum. *Tibul. l.* 1. *el.* 8. Compserit arte caput. *Silius l.* 7. *v.* 447. Nivea comebat fronte capillos. ¶ Transfertur tamen ad quemvis alium ornatum

ornatum. unde comptum opus dixit *Tibul. l.* 3. *eleg.* 1. *v.* 14. de libro eleganter conscripto.

Comœdĭa, f. 1. *commedia*, Ger. *ein comedi*, *ein schavvspil*, Gal. *comedie*, Hisp. *comedia*, κωμῳδία, fabulæ genus, in quo humiles personæ inducuntur, & amores, virginumque raptus describuntur, a κώμη, vicus, & ᾠδὴ, cantus, quia lusus hi in vicis fieri solerent. *Cic.* 1. *Offic.* Quo genere Plautus noster, & Atticorum antiqua comœdia referta est. ¶ Differt a tragœdia, quia in comœdia non nisi humiles, aut saltem privatæ personæ, in tragœdia Principes, Heroes, atque adeo Dii ipsi introducuntur. ¶ Veteres Comici suis carminibus, quos videbatur nominatim perstringebant. Verum cum eo genere licentiæ nimis petulanter abuterentur, atque optimi cujusque nomen invaderent, lege cautum est, ne hoc poematis genere cuiquam in posterum uti liceret. *Horat. in ar. poet.* Successit vetus his comœdia non sine multa Laude, sed in vitium libertas excidit, & vim Dignam lege regi. ¶ De variis Comœdiarum generibus V. *Fabula*.

Comœdĭce, adverb. Comœdorum more, festive, concinne. *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. Astitit & dulice, & Comœdice.

Comœdĭcus, a, um, idem quod comœdus, *di commedia*. *Apul.* 3. *Florid.* His laudibus diu in arte comœdica nobilis.

Comœdiogrăphus, i, *compositor di commedie*. Adhibuit hanc vocem ipse *Cicero*, si *Victorino*, & *Probo* Grammaticis credimus.

Comœdus, a, um, adject. *da commedia*. *Juven. sat.* 3. *v.* 100. Natio comœda est.

Comœdus, di, m. 1. *chi recita le commedie*, Ger. *der ein schavvspilhaltet*, *oder regiert*, Gall. *joueur de comedies*, *ou l'auteur*, *qui les a faites*, Hisp. *el rapresentador de comedias*, κωμῳδός, comœdiarum actor, seu qui comœdias repræsentat. *Cic. in Orat. c.* 31. Sed & comœdum in tragœdiis, & tragœdum in comœdiis admodum placuisse videmus.

Comōsis. V. Commosis.

Comōsus, o. 1. 2. *zazzeruto*, coma magna præditus, idem quod comatus, *chi ha chioma*. *Plin. l.* 16. *c.* 14. Arbor in orbem comosa. *Id. l.* 26. *c.* 8. *post med.* Dendroides comosissimum ex omnibus.

Comotrīæ, κομμώτριαι, Romæ Ministræ Vestæ appellatæ sunt, auctore *Festo*.

Compaciscor. V. Compeciscor.

Compactĭlis, le, o. 3. quod compingi potest, vel quod compactum est. *Plin. l.* 11. *c.* 18. Optimæ apes breves, variæque, & in rotunditatem compactiles. *Vitruv. l.* 4. *c.* 7. Compactiles trabes. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Leonum duo genera, compactile, & breve, *di corporatura corta e raccolta*.

Compactĭo, f. 3. *congiunzione*, כחברת, Ger. *zusammen setzung*, *oder bindung*, *zusammen figung*, Gall. *assemblement*, & *liaison ensemble*, Hisp. *ayuntamiento*, σύμπηξις, conjunctio. *Cic.* 5. *Fin. c.* 11. Sensuum distributione, & quadam compactione membrorum. *Vitruv. l.* 2. *c.* 7. Spissis compactionibus solidatus.

Compactitĭus, a, um, adject. a cum, & pactus, *chi è d'accordo*. *Tertull. advers. Valent. c.* 31. Statim excipit compactitius ille Soter.

Compactum, n. 2. *patto*, συνθήκη, compromissum, conventum, idest, quod inter aliquos convenit, a *paciscor*. Hinc *compacto*, vel *ex compacto*, vel *de compacto*, idem, quod ex composito, *d'accordo*. *Liv. l.* 5. Compacto eam rem, & communi fraude Patritiorum actam. *Sueton. in Cæs. c.* 20. Ut productus pro rostris auctores ex compacto nominaret. *Plaut. Capt.* 3. 1. 23. Scivi extemplo, de compacto rem geri.

Compactūra, æ, f. 1. idem quod compactio, a compingo. *Vitruv. l.* 4. *c.* 7. Compactura habet laxationem.

Compactus, a, um, o. 1. 2. συμπαγείς, partic. a *compingo*, compositus, conjunctus, *attaccato*, *stretto insieme*. *Cic.* 3. *de Fin.* Quid aut in natura, aut in operibus manufactis tam compositum tamque compactum, & coagmentatum inveniri potest? *Virg. Ecl.* 2. *v.* 36. Disparibus septem compacta cicutis fistula. *Colum.* 6. 1. Compacti boves, *ben complessi*.

Compăges, is, f. 3. *congiunzione*, σύστασις, idem ac compago, a pango. *Cic. de Sen. c.* 21. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis.

Compaginātus, a, um, adject. *unito*, *attaccato*. *Ammian. l.* 21. *c.* 2. *de scuto*: Axiculis orbis erat compaginatus.

Compagĭno, as, are, a. 1. conjungo, *unire*, *congiungere*, συναρμολογέω. *Prudent. in Romano*, *v.* 890. Aut fracta nodis farciens compaginat.

Compago, ginis, f. 3. *congiunzione*, דבק, Ger. *figung*, Gal. *jointure*, Hisp. *ayuntamiento*, συναρμογή, conjunctio, & compositio, a pango. *Ov.* 1. *Met. v.* 711. Disparibus calamis compagine ceræ.

Compagus, i, m. 2. qui communi jure cum alio pago utitur, illique socius est. In vet. epigraphe legis paganæ apud Mazochium de titulo camp. Amphith. c. 8.

Compar, aris, o. 3. *pari*, *uguale*, שוה, Ger. *gleich*, Gal. *pareil*, Hisp. *ygual*, ἴσος, conveniens, æqualis, a par. *Liv. l.* 1. *c.* 9. Id demum compar connubium fore. ¶ Compar, subst. conjux. *Plin. l.* 8. *c.* 23. Conjuga ferme vagantur, nec nisi cum compare vita est. Adde plures Inscriptiones tam de mare, quam de fœmina, apud *Reines. class.* 20. ¶ De socio cujusvis rei. *Plaut. Pseud.* 4. 3. 9. Primum omnium jam hunc comparem metuo meum. ¶ Est & *Compar* rhetoricum schema. V. Isocolon.

Comparabĭlis, le, o. 3. *comparabile*, παραβλητός, quod comparari potest. *Cic.* 1. *de Inv.* Comparabile est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet.

Comparate, adverb. *in paragone*, συγκριτικῶς, alterius comparatione. *Cic. in Top. c.* 22. Cum quæritur, quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparate, simpliciter, expetenda ne sit gloria, comparate, præponenda ne sit divitiis gloria.

Comparatĭo, f. 3. *comparazione*, משבר, Ger. *vergleichung*, Gal. *comparaison*, Hisp. *cotejamiento*, ἀναλογία, collatio cum uno, vel cum pluribus sui generis, vel alieni, *a par*. *Cic. in Brut.* Cum ipsum audires sine comparatione, non modo contentus esses, sed melius non quæreres. ¶ Item apparatus, a paro, *apparecchio*, παρασκευή. *Cic. pro L. Man.* Omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit. ¶ Item acquisitio, *acquisto*. *Cic.* 2. *de Fin.* Sit tam facilis, quam vultis, voluptatis comparatio.

Comparatitĭus, a, um, adject. idem quod comparabilis. *Tertull. adv. Valent. c.* 13. Angelorum comparatitius antistatus. *In Cod.* 12. 40. 2. Aurum comparatitium.

Comparatīve, adverb. comparate, *a paragone*. *Gell. l.* 5. *c.* 21. Compluries cum dicimus, non comparative dicimus.

Comparatīvus, a, um, o. 1. 2. συγκριτικός, comparabilis, quod æquat, vel quod per comparationem adhibetur: *Cic. de Inv. l.* 2. *c.* 24. Oportebit ipsam illam comparativam judicationem exponere. ¶ Hinc comparativus gradus apud Grammaticos.

Comparator, oris, m. 3. qui comparat, seu coemit. Vet. Gloss. συνωνητής. *Leg.* 1. *Cod. de Pred. Decur.* Oppressus potentia comparatoris. Adde *Jul. Paul. recept. sent. tit.* 17.

Comparatus, a, um, adject. a par, *paragonato*. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *epist.* 4. Cum Æternino Sannite Pacidianus comparatus. ¶ Item paratus, *apparecchiato*, *preparato*, a paro. *Curt. l.* 5. *c.* 6. *n.* 3. Supellex non ad usum modo, sed ad ostentationem luxus comparata. V. *Comparo*.

Comparātus, us, *apparato*, *provvisione*. *Vitruv. in præfat. l.* 7. Amplo modulorum comparatu architectari.

Comparco, is, arsi, ere, idem quod parco, parcendo conservo, *sparagnare*. *Ter. Phorm.* 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix de demenso suo comparsit miser. ¶ Huc pertinet illud Festi: *Comparsit* Terentius pro *compescuit* posuit: Ubi *Salmas.* legendum putat *pro comperit*.

Comparĕo, es, ui, n. 2. *comparire*, נראה, Ger. *erscheinen*, Gal. *comparoitre*, Hisp. *comparecer*, φαίνομαι, appareo, in conspectu sum, adsum. *Cic. pro Cluent. c.* 64. In eos servos, qui non comparebant. ¶ Metonymice significat extare. *Liv.* Excellentia ejus generis ornamenta a Marcello consecrata, quorum exigua pars comparet. *Plaut. Amphitr.* 2. 1. 83. Et memor sum, & diligens, ut quæ imperes, compareant, h. e. fiant.

Comparĭlis, le, adject. idem quod compar, *eguale*, *simile*. *Auson. Eclog.* 2. *v.* 38. Nescit compariles laterum formare figuras.

Compăro, as, avi, atum, a. 1. *paragonare*, *assomigliare*, כוה, Ger. *vergleichen*, Gal. *comparer*, Hisp. *comparar*, συμβάλλω, est adæquare, conferre, a compar. *Cic. pro Dom. c.* 15. Quæso, Pontifices, & hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate. ¶ Dicimus autem & comparare aliquid ad aliquid, & comparare inter se, & comparare alicui. *Cic. Terent. Liv.* Sic comparare similitudines, & comparare pugnantia, dixit idem *Cic. in Orat. c.* 12. & *l.* 1. *Offic. c.* 4. ¶ Est etiam arenæ verbum: nam cum inducti eo gladiatores in paria ordinarentur, qui inter se pugnarent, non tantum *componi*, sed & *comparari* dicebantur, ut ex *Quintil. Declamat.* notat *Lips. l.* 2. *Saturn. c.* 19. Hinc certatio iniquius comparata, apud *Terent. Adelph.* 2. 2. 3. hoc est inter impares instituta. Itaque apud *Cic.* conjungere, & comparare synonyma sunt, *in Timæo Platon.* ubi ait: Ita contigit, ut inter ignem, & terram aquam Deus animamque componeret, eaque inter se compararet, atque conjungeret. *Plaut.* etiam comparare labella cum labellis, h. e. conjungere, dixit *Asin.* 3. 3. 78. ¶ Est etiam comparo, idem quod paro, præparo, *preparare*, *apparecchiare*, ut comparare convivium, copias, exercitum, argentum, &c. *Plaut. Cic.* & al. sæpe. ¶ Adhibetur etiam absolute, subaudito casu accus. *Nep.* 8. 2. 2. Tempore ad comparandum dato. ¶ Comparare se, *apparecchiarsi*. *Cic. pro Mil.* Dum uxor, ut fit, se comparat. ¶ Cum infinito, apud *Ovid.* 2. *Trist.* Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta Comparat, &c. ¶ Item componere. *Plaut. Amphitr.* 3. 3. 5. Vultum e vultu alterius comparare! ¶ Item acquirere, ut comparare sibi laudem ex artibus, *Cic.* 2. *Fam. epist.* 4. Comparare auctoritatem ex re bene gesta. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 53. Sic comparare sibi amicitias, commoda, voluptates, &c. *Cic. Plaut.* &c. ¶ Item emere, *comperare*, ut comparare frumentum, *Liv. l.* 2. *c.* 9. Comparare carius, *Sueton. Calig. c.* 27. ¶ *Comparatum est ut*, frequens dicendi formula, h. e. constitutum, receptum, in more positum est: pro quo etiam dicimus. *Ita natura comparatum est*, *Comparati ita sumus a natura*, *ut*, &c. Ital. *Tale è la condizione della nostra natura*, *così va*, *così suol'essere*, *Cic. Ter.* &c. ¶ Comparare pro constituere, *regolare*, *stabilire*. *Cic. pro Rosc. Amer.* More majorum comparatum est, ut &c. *Id. ad Brutum*: Sed hoc præclare legibus comparatum est, ut, &c. ¶ Comparare inter se, *accordarsi*, *stabilire*, *deliberare*. *Liv. lib.* 24. Ut Consules sortirentur, compararentque inter se uter Censoribus creandis comitia haberet. Sic *comparare provincias inter se*, apud *eund.* sæpe, idem est ac partiri, quod habet *Cic. epist.* 9. *ad Lentulum*.

Compasco, is, a. 3. *pascere con gli altri*, Ger. *mitvveyden*, Gal. *paitre ensemble*, Hisp. *apacentar juntamente*. συννέμομαι, simul pasco. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Colonus in agro surculario ne capras compascat. ¶ Compascor, passivum. *Varr.* 1. *de R. R. c.* 52. Messe facta, spicilegium venire oportet, aut si sunt spicæ raræ, & operæ caræ, compasci.

Compascŭus, a, um, o. 1. 2. quod ad compascendum attinet, ut Jus compascuum, jus compascendi. *Scævola l. Testatrix*, *ff. si serv. vind.* ¶ Compascuus ager, σύμβοτος ἀγρός, qui vicinis ad communiter pascendum relictus est. *Cic. in Top. c.* 3. *Fest.*

Compassibĭlis, le, adject. qui compatitur. *Tertull. advers. Prax. c.* 29. Pater si compassibilis, utique passibilis.

Compassĭo, onis, f. 3. συμπάθεια, communis dolor. *Tertull. de Resurr. Carn. c.* 40. Quod pro compassione promittitur.

Compastĭcus, a, um, adject. ut compasticæ deliciæ, h. e. jactantiæ, & inanis gloriæ plenæ, apud *Plaut. Trucul.* 5. 1. 44. ut legit, & exponit *Lambinus*; cui tamen adversantur Recentiores Critici.

Compastor, oris, m. 3. qui simul pascit, συννομεύς. *Hyginus fab.* 187. Alter compastor.

Compastus, a, um, partic. *pasciuto*, *o chi s'è pasciuto*. *Plin.* 32. 6. Ostrea Brundusina in Averno compasta suum retinent succum.

Compatĭor, eris, sus sum, una patior, συμπαθεῖν. *Tertull. advers. Prax. c.* 29. Nec compassus est pater filio. *Et mox*: Quid est compati, quam cum alio pati?

Compatrōnus, i, m. 2. simul patronus. *Ulpian. l.* 1. *ff. si quid in fraud. patr.* Adversus compatronum Faviana non competit.

Compavesco, is, ere, idem quod expavesco, *aver paura*, *venir pallido*, συμφοβέω, *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 6. Hoc ubi illa audivit, animo compavescit.

Compavītus, a, um, adject. pavitus, tusus, *battuto*, *percosso*. *Apul. l.* 7. *A. A.* Misera illa compavita, atque dirupta.

Compecco, as, simul pecco. *Cæl. Aurelian. Tard.* 3. 1. *ad fin.*

Compeciscor, sive Compaciscor, eris, ectus sum, pactum simul facio, *far patto insieme*. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 129. Si sumus compecti, sive consilium unquam inivimus. V. *Taubm.* & *Paræum in Lex. Crit.*

Compedĭo, is, ivi, itum, ire, est compedibus vincire, vel impedire. *Varr. apud Non. in Compedes*, *c.* 1. *n.* 113. Domo exeo, intro, & pedes corrigiis compedio.

Compedītus, a, um, compedibus victus, *legato con ceppi*. *Plaut. Captiv.* 5. 1. 24. In lapicidinas compeditum condidi. *Cato de R. R. c.* 56. Servi compediti.

Compellatĭo, onis, f. 3. reprehensio, accusatio, *riprensione*, *accusa*, ἐπίπληξις. *Cic. Fam.* 12. *epist.* 25. Crebras compellationes meas non tulit. *Gell. l.* 1. *c.* 5. Maledictis, compellationibusque probrosis jactatus est.

Compello, is, compuli, sum, a. 3. *unire*, אוץ, Ger. *aufstossen*, Gal. *pousser*, Hisp. *expuxar*, συνελαύνω, proprie significat, inquit *Servius*, diversa, vel diversorum generum animalia eodem cogere. *Virg. Ecl.* 7. Compulerantque greges Corydon, & Thyrsis in unum. ¶ Sed tamen dicitur etiam de hominibus. *Cic.* 1. *de Inv.* Dispersos homines in agris, & in tectis sylvestribus abditos ratione quadam compulit in unum locum, & congregavit. ¶ Est etiam impellere, adigere, *spingere*. *Plin. l.* 36. *c.* 5. Creditur aliquibus ad laqueum eos compulisse. ¶ Et translate redigere, *ridurre*. *Cic.* 4. *Acad.* Cum sit campus, in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? ¶ *Cels. l.* 8. *c.* 1. Compellere ossa in suam sedem, *rimetter'a suo luogo*.

Compello, as, avi, atum, a. 1. *favellare*, קרא, Germ. *ansprechen*, Gall. *appeller*, Hisp. *llamar*, προσαγορεύω, alloquor, ab antiquo *pello*, *as*, lo-

loquor. *Plaut. Pæn.* 3.3.72. Blande aliquem compellare. *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.*14. Compellare nominatim. ¶ Aliquando idem est atque accusare, objurgare. *Nepos in Timol. c.* 1. *n.*5. Quin eum fratricidam, impiumque detestans compellaret. *Sueton. in Cæs. c.* 17. Quod compellari apud se majorem potestatem passus esset, h. e. vocari in judicium. Sic *Cæl. ad Cic. l.* 8. *epist.* 12. Compellare lege.

Compellucĭdus, a, um, adject. pellucidus, *trasparente*. *Plaut. Per.* 1.3.16. Nihil est e nigro compellucidum. Ita referunt Lexicographi plerique. At *Taubmanni* lectio hic habet: *Nihil est macrum illud epicrocum pellucidum.*

Compendiarĭus, a, um, o. 1. 2. *breve*, *succinto*, עצר, Ger. *das kurtz ist*, Gal. *abbregè*, Hisp. *compendioso*, σύντομος, brevis, & veluti ad certam metam per compendium ducens. *Cic.* 2. *Off.* Hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse. ¶ Absolute *compendiariam*, pro compendiaria via, seu ratione, *Senec. epist.*27. Hanc compendiariam excogitavit. Et *epist.* 119. Ad maximas te divitias compendiaria ducam. *Id. Senec. epist.* 73. Te in cælum compendiario voco, scil. itinere.

Compendiātus, a, um, adject. in compendium redactus, *ristretto*, *ridotto in compendio*. *Tertull. adv. Marc. c.*9. Facturus sermonem compendiatum.

Compenditacĭo, is, ere, *guadagnare restringendo*, συντέμνω, κερδαίνω, ad compendium duco, lucror parsimonia. *Plaut. Pers.* 4. 3. 2. Ego hodie compenditeci duos panes. *Id. Mostel.* 1. 1. 57. Orationis operam compenditacito. ¶ Et divisum in duas voces eodem fere sensu. *Id. Bacch.* 2. 2. 6. Compendi multa verba faciam tibi. Et passiv. apud *eund. Asin.* 2. 2. 41. Verbis velitationem fieri compendi volo. Ubi alii leg. *Verbivelitationem*.

Compendiōsus, a, um, o. 1. 2. *breve*. *Prudent. in Laurent. v.* 335. Mortis citæ compendiosus exitus. ¶ Item utilis. *Colum. l.* 1. *c.* 4. Quod per partes nonnunquam damnosum est, in summa fit compendiosum.

Compendĭum, n. 2. *parsimonia*, *guadagno*, σύνοψις, est id, quod parsimonia quadam servamus, sicut e contrario dispendium, quod vel incuria, vel immoderatione profundimus. *Cic.* 5. *Ver. c.* 46. In quæstu suo, compendioque versati. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Magno ligni compendio percoquunt. ¶ Hinc facere compendi, eo modo, quo facere lucri, *guadagnare colla parsimonia*. V. Compenditacio. ¶ Significat etiam brevitatem, epitomen, *compendio*, *ristretto*, ἐπιτομή. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Brevia docendi monstrare compendia. Sic compendium viæ, *la strada più corta*. *Plin. l.* 5. *c.*5. Compendium viæ quatridui deprehensum est. Et absolute compendium pro eodem. *Florus l.* 3. *c.*3. Marius, mira statim velocitate occupatis compendiis, prævenit hostem. ¶ Dicimus autem facere compendium alicui rei. *Plaut. Capt.* 5. 2. 12. Et facere compendium alicujus rei, *Id. Rud.* 1. 2. 90.

Compensatĭo, f. 3. *ricompensa*, שלום, Germ. *vergeltung*, Gal. *recompense*, Hisp. *compensacion*, ἀμοιβή, est actus ille, quo addendo aliquid æquales redduntur lances: & translate definitur a *Modest. l.* 1. *ff. de compens. Debiti, & crediti inter se contributio*. *Cic.* 5. *Tusc.* Hac usurum compensatione sapientem, ut voluptatem fugiat.

Compensātus, a, um, *ricompensato*, repensus, ἀντηλλαγμένος. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 4. Labores magna compensati gloria mitigantur. *Id. Ver.* 5. *c.* 13. Damna compensata.

Compenso, as, avi, atum, a. 1. *ricompensare*, *rimunerare*, שלם, Ger. *vergelten*, Gal. *compenser*, Hisp. *compensar*, ἀνταμείβομαι, est simul pondero, a *cum* & *pendo*, & translate sumitur pro rependere, remunerari. *Cic. Verr.* 7. *c.* 13. Dissolvere, & compensare damna. Et *de Senect. c.* 11. Vitia senectutis diligentia compensanda sunt. ¶ Et cum præposit. *Id.* 2. *Fin. c.* 30. Compensabatur cum summis doloribus lætitia.

Comperendinatĭo, f. 3. *proroga di tre, e più giorni nelle cause forensi*, ἀναβολή, est judicii dilatio in alium diem, quam judices reo, vel accusatori petenti concedunt. *Gell. l.* 14. *c.* 2. definit: Comperendinatio erat, quando reus in tertium diem rejiciebatur. Sed re vera accipitur pro quantumvis longa judiciali dilatione. ¶ In caussis civilibus ab *Asconio Pædiano* describitur, 3. *Ver.* mutua denuntiatio in perendinum, sive tertium diem, ne alter litigatorum imparatus tergiversari possit. *Plin. l.*6. *epist.* 2. Leges tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur. V. *Ampliatio*.

Comperendinatus, us, m. 4. idem quod comperendinatio. *Cic.* 1. *Ver. c.* 9. Adimo comperendinatum, quod habet lex molestissimum, bis ut caussa dicatur.

Comperendinatus, a, um, adject. dilatus in tertium diem, vel amplius. *prorogato*. *Cic. Ver.* 1. *c.* 7. Nemo istum comperendinatum, sed condemnatum judicaret.

Comperendĭno, as, a. 1. *differire*, אחר, Ger. *vervveylen von tag zu tag*, Gal. *differer de jour*, *en jour*, Hisp. *diferir de dia en dia*, ἀναβάλλομαι, est in perendinum diem, sive diem alium differre. *Cic.* 1. *Ver.* Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias, mea, ut ante primos ludos comperendinem. ¶ Comperendinari reus dicebatur, cum judices reo, vel accusatore petente concedebant, ut judicium in alium diem differretur. *Cic. Ver.* 3. & 6.

Comperendĭnus, a, um, adject. ut comperendini dies, apud *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 16. quibus scil. vadimonium licet dicere, & in jus vocare.

Comperĕo, simul pereo, *Diomed. Gram. l.* 1.

Comperĭo, is, comperi, ertum, a. 4. *trovare*, ידע, Ger. *für gevviss halten*, Gal. *savoir avec certitude*, Hisp. *saber de cierto*, ἐξευρίσκω, invenio, deprehendo, a *pario*, quia quod comperitur, quasi in lucem editur. *Cic. Attic.* Scripsit, se id certis auctoribus comperisse. ¶ Comperior depon. *Sal. in Jug. c.*45. Sed ego comperio, Bocchum, magis Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, Numidiam spe pacis detinuisse. Adde *c.* 108.

Compernes, m. 3. homines pernis, & genibus plus justo conjunctis, iidem ac valgi, seu vatii, quibus crura introrsum incurvantur. *Lucil. apud Non. c.* 1. *n.* 103. Compernem, aut varam fuisse Amphitryonis conjugem Alcmenam. *Plaut. Mil.* 3. 1. 128. Aut valgum, aut compernem. ¶ *Nonius loc. cit.* compernes dici ait homines longis pedibus.

Comperte, adverb. certe, explorate, *certamente*. *Gell. l.* 1. *c.* 22. Exquisite, & comperte Julius Paulus dicebat. *Id. l.* 1.11. Qui hoc compertius memoriæ tradiderunt.

Compertus, a, um, o. 1. 2. *trovato*, πεπληροφορημένος, deprehensus. *Suet. in Tiber.* Uxorem in stupro generi compertam dimitteret. *Liv. l.*22. Duæ vestales eo anno stupri compertæ sunt, *trovate ree*. Sic compertus flagitii, apud *Tacit. Annal. l.* 1. *c.* 3. ¶ Comperta oculis perferre, *Liv. l.*29. *cose vedute cogli occhi propri*. ¶ Compertum habere de aliqua re, *esser certo*, *sicuro di qualche cosa*. *Cic. pro Cluent. c.* 45. ¶ Comperto, ablat. absolute positum. *Tacit. Annal. l.* 1. *c.* 66. Cæcinna, comperto, esse formidinem, h. e. cum comperisset. *Liv. l.* 33. *c.*5. Nondum comperto, quam in regionem venisset.

Compes, edis, f. 3. *ceppo*, חבל, Ger. *fussband*, Gal. *fers aux pieds*, Hisp. *grillos*, πέδη, vinculi genus, quo captorum pedes constringuntur, a cum, & pes, quia pedes ligat. *Juven. Sat.* 11. *v.* 80. Squallidus in magna fastidit compede fossor. *Cic. Attic. l.* 8. Age jam has compedes, fasces, inquam, hos laureatos referre ex Italia quam molestum est! ¶ Erant etiam compedes inter mulierum ornamenta. *Plin. l.* 33. *c.* 12. Argentum succedit aliquando & auro, luxu fæminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tritior vetat. ¶ In singulari numero præter sextum casum exempla hujus nominis vix reperies. ¶ Compedes parati, mascul. gen. dixit *Lactant. de mort. persecut. c.* 21. *n.* 3.

Compesco, is, scui, sine sup. a. 3. *raffrenare*, *contenere*, Ger. *hinderhalten*, Gal. *retenir*, Hisp. *refrenar*, συστέλλω, proprie est iisdem pascuis continere, cujus contrarium est dispesco, h. e. gregem in diversa pascua diduco. *Festus*. *Horat. l.* 1. *epist.* 2. *v.* 62. Hunc frænis, hunc tu compesce catena. *Juven. Sat.* 1. *v.*160. Digito compesce labellum. ¶ Apud *Plaut. Bacchid.* 3. 3. 59. Compescere pro parcere ponitur: Cave, inquit, malum, & compesce in illum dicere injuste. Sic *Apul. l.* 9. *Miles.* Nec fugientibus saltem compescunt, sed eo magis irritatiores sequuntur. V. *Voss. Etymol.* verbo *Pasco*.

Compĕtens, entis, adject. conveniens, *conveniente*, *competente*, ut Judex competens, cui scil. competit judicare de aliqua re, seu qui habet legitimam auctoritatem judicandi. *Ulp. Leg. cum quædam puella D. de jurisdict. omn. judic.* Sic Tribunal competens, *Id. l. sed & hæ*, *ff. de procurat.* ¶ Comparat. *competentior*. *Auct. Paneg. ad Maxim. & Constant. c.* 7. Quid competentius, quid providentia tua dignius facere potuisti?

Competenter, *mediocremente*, *competentemente*, כמשפט, Ger. *füglich*, Gal. *mediocrement*, Hisp. *convenientemente*, μετρίως, mediocriter, vel convenienter. *Prudent. Rom. v.* 118. Persona quæque competenter plectitur. *Hieron. adv. Helvid. c.* 2. Alio in loco competentius differemus. *Apul. Apol. p.* 316. Competentissime videor usus Platone.

Competentĭa, f. 1. *convenienza*, *simmetria*, ἀναλογία, convenientia. *Gel. l.* 1. *c.* 1. Secundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus est.

Competitĭo, onis, f. 3. *competenza*, *concorso*, actio aliquid simul petendi. *Sidon. l.* 2. *epist.* 9. Inter aleatoriarum vocum competitiones.

Competītor, m. 3. *concorrente*, *competitore*. συναιτητής, qui in Magistratibus, & aliis honoribus petendis cum alio concurrit. *Cic. Att. lib.* 1. Hoc tempore Catilinam competitorem nostrum defendere cogitamus. Adde 1. *Offic. c.* 12.

Competītrix, icis, f. 3. quæ simul petit. *Cic. pro Mur. c.* 19. Nos quoque habuimus scenam competitricem.

Compĕto, is, ivi, tii, itum, a. 3. *dimandar insieme*, *concorrere*, Ger. *begeren*, Gal. *etre competanc*, Hisp. *competer*, συναιτέομαι, simul peto. *Plin. de Viris illustr. c.* 59. Unam duobus speciosam competentibus pater puellæ conditionem tulit. ¶ Interdum neutrum est, & significat, ut ait *Nonius*, constanter valere, compotem esse, *Fragment. Sallust. ex l.* 1. *histor.* Quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere. Sic *Tac.* 3. *hist. c.* 73. Dux segnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competebat. ¶ Significat etiam quadrare, convenire. *Quintil. l.* 3. *c.* 4. In eum competit actio. *Colum. l.* 4. *c.* 10. Si cuncta competunt voto. Competere cum aliquo, habet *Tac.* 2. *hist. c.* 50. eodem sensu. ¶ *Colum. l.* 2. *c.* 2. Fossæ aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant, *vadano a finire*. ¶ Pro accidere, contingere, posuit *Senec. ep.* 75. Non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem: sed si ita competit, ut idem ille, qui sanare potest, compte de his, quæ facienda sunt, disserat, bene consulet.

Compilatĭo, f. 3. *furto*, *rubamento*, Ger. *beraubung*, Gal. *pillement*, *pillage*, Hisp. *robo*, περισύλησις, furtum. *Cic. Cæl. l.* 2. *Fam. ep.* 8. Ut vadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres.

Compilātus, a, um, furto ablatus, *rubato*. *Leg.* 33. *ff. de negot. gest.* Hæres viri defuncti uxorem compilatæ hæreditatis postulare non debet.

Compīlo, as, avi, atum, a. 1. *pigliar da ogni parte*, *rubare*, כנס, Ger. *stellen*, Gal. *piller*, Hisp. *robar*, συσκευάζομαι, significat cogere, in unum condere, undique surripere, ut exponit *Fest. Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 120. Ne me Crispini scrinia lippi Compilasse putes. *Apul. Apol.* Compilare domum alicujus.

Compingo, gis, pegi, pactum, a. 3. *cacciare*, *spingere*, דחם, Ger. *zusamen trucken*, Gal. *pousser*, Hisp. *empuxar*, συνωθέομαι, detrudo, compello, a con, & pango. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 11. Tanquam in aliquod pistrinum detrudi, & compingi videbam. ¶ Item compono, conjungo, *unire*, συμπήγνυμι. *Colum. l.* 6. *c.* 19. Roboreis axibus compingitur solum. *Lactant. l.* 7. *c.*7. Ut summam illam, quæ continet universa, compingerent, & implerent.

Compitalĭa, orum, n. 2. vel ium, n. 3. ἀμφόδια, festa, quæ in compitis peragebantur die 2. Januar. in honorem Deorum Larium, seu Larium Compitalium, vel ut *Charisius* ait, eorum, qui peregre mortui essent. *Cato de R. R. c.* 5. Rem divinam, nisi Compitalibus, in compito, aut foco ne facias.

Compitalis, & le, o. 3. quod ad Compita spectat, ut Compitales Lares, qui Compitis præsunt. *Sueton. in Aug. c.* 31. Compitales Lares ornare bis anno instituit, vernis floribus, & æstivis.

Compitalitia, orum, n. 2. feriæ Compitalitiæ. *Cic. in Pison. c.* 4. Cum in Calendas Jan. Compitalitiorum dies incidissent.

Compitalitĭus, a, um, o. 1. 2. quod est Compitalium. *Cic. Att. l.* 2. Hoc ambulationibus Compitalitiis reservemus. ¶ Dies Compitalitius, quo Compitalia celebrabantur. *Cic. Att. l.* 7. *c.* 7. Quoniam IV. Non. Jan. Compitalitius dies est.

Compitum, n. 2. ἄμφοδος, quadrivium, locus, ubi duæ, vel tres, vel quatuor, vel plures viæ concurrunt, tum in urbibus, tum in pagis, a competo, concurro, vel a compoto, quod ibi sacrificia fierent. *Cic. de Leg. Agr.* Quam in triviis, aut in compitis auctionentur. ¶ Antiquis in usu erat & compitus, ti, g. m. *Var. apud Non. c.* 3. *n.* 38. Ubi Compitus erat aliquis.

Complacĕo, es, cui, & complacitus sum, n. 2. *piacere sommamente*, ערב, Ger. *gar vvol gefallen*, Gal. *complaire*, Hisp. *complazer*, συναρέσκω, valde placeo. *Plaut. in Rud.* 1. 3. 3. Hoc Deo complacitum est. *Id. ibid.* 3. 4. 22. Illæ autem Veneri complacuerunt. *Ter. And.* 4. 1. 21. Postquam me amare dixi, complacita est tibi. *Gell. l.* 17. *c.* 9. Quænam vero, pro qua scriberetur, ante iis complacebat.

Complāco, idem ac placo, *placare*. *Tiro* apud *Gell. l.* 7. *c.* 3. Conciliare sibi, & complacare judices debent.

Complanator, oris, m. 3. *appianatore*, qui complanat. *Apul. Apol. p.* 277. Pulvisculus complanator tumidulæ gingivulæ.

Complano, as, a. 1. *spianare*, ישר, Ger. *ebnen*, Gal. *applanir*, Hisp. *allanar*, ὁμαλίζω, planum reddo. *Cic. pro Domo*, *c.* 38. Sp. Mælii Regnum appetentis domus est complanata, idest solo æquata.

Complatonicus, i, m. qui simul cum aliis Platonem sequitur. *Sidon. in epist. præfixa carmini* 14.

Complaudo, dis, n. 3. est plausu certatim comprobare, *applaudere*. *Cic. de Amic.* Stantes complaudebant in re ficta. Alii leg. plaudebant.

Complector, eris, complexus sum, com. 3. capio, contineo, circumscribo,

ſcribo, complexu teneo, comprehendo, *abbracciare*, *comprendere*, חשק, Ger. *umbfachen*, Gal. *embraſſer*, Hiſp. *abracar*, περιπλέκομαι, *Cic. de Univ.* Quod omnes animantes eos, qui ratione intelliguntur, complectitur. ¶ Speciatim eſt brachiis includere, & ſibi nectere. *Ter. And.* 1. 1. 106. Mediam mulierem complectitur. ¶ Translate eſt amare, favere, defendere. *Cic. ad Q. Fr.* Quare, ut inſtituiſti, complectere adoleſcentem. *Id. ad Brut.* Quos æque, atque te, ſumma benevolentia ſum complexus. ¶ Complecti animo, mente, cogitatione, &c. eſt cogitare, conſiderare, *penſare*. *Cic. de Sen.* Cum complector animo, quatuor cauſas reperio, &c. ¶ Eſt etiam tractare, deſcribere. *Cic.* 1. *Tuſcul.* At contra Oratorem celeriter complexi ſumus. ¶ Complecti in auro effigiem alicujus, *far' il ritratto di qualcuno in oro*. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 6. *v.* 7. ¶ Ampliſſimos viros ad ſuum ſcelus complecti, *impegnare nelle ſue ſcelleragini*. *Cic. in Piſon.* ¶ Legitur etiam paſſiva ſignif. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 13. Uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videntur. ¶ Item active Complecto, is, *Pompon. apud Non. c.* 7. *n.* 39. Quin ergo, quando convenit, complectite.

Complementum, n. 2. *compimento*, הבלה, Ger. *erfillung*, Gal. *accompliſſement*, Hiſp. *binchimiento*, συμπλήρωμα, completio, ſupplementum. *Cic. in Brut. c.* 69. Inania quædam verba, quaſi complementa numerorum.

Compleo, es, evi, etum, a. 2. *empire pienamente*, *compire*, *finire*, מלא, Ger. *erfillen*, Gal. *remplir*, Hiſp. *hencbir*, συμπληρόω, ad ſummum, ſive undique impleo, ex *con*, & antiquo *pleo*. ¶ Fere eſt quinti ordinis. *Cic. pro Cluent.* Gradus theatri hominibus ſeditioſis accuſator complerat. ¶ Uſurpatur etiam in ſecundo. *Plaut. Mæn.* 5. 5. 3. Parаſitus me complevit flagitii, & formidinis. ¶ Translate eſt perficere, abſolvere, finire. *Cic. de fin.* Illi corporis commodis compleri beatam vitam putant. *Id. de Sen. c.* 5. Leontinus Gorgias centum & ſeptem complevit annos. ¶ Item adimplere, *adempire*, ut complere promiſſum, *Cic.* 5. *Verr.*

Completor, oris, m. 3. qui adimplet. *Juvenc. in Matt. c.* 12. Legum completor JESUS.

Complētus, a, um, o. 1. 2. *fornito*, *compito*, τέλειος, abſolutus, plenus. *Cic. in Orat.* Aures perfecto, completoque ambitu gaudent. *Id. de Divin. l.* 2. *c.* 58. Animorum conſentientium multitudine completur mundus.

Complex, icis, o. 3. συζάτης, particeps ſceleris, *complice*. *Sidon. l.* 8. *epiſt.* 11. *ad Lupum*. Cæteriſque complicibus oppreſſis. Adde *Prudent. in Hamartig. v.* 616.

Complexim, adverb. *abbracciando*, complectendo. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 84. Complexim contrectare mulierem.

Complexio, f. 3. *abbracciamento*, συμπλοκή, comprehenſio. *Cic. in Orat.* Nec acervatim multa frequentans una complexione devinciet. ¶ Item dilemma. *Cic.* 1. *de Invent.* Complexio eſt, in qua utrum conceſſeris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus eſt, cur uteris? ſin probus, cur accuſas? ¶ Item concluſio ſyllogiſmi. *Cic. de Invent.* 1. Complexio eſt, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur. ¶ Complexio verborum periodus eſt. *Cic. in Orat.* Longiſſima eſt complexio verborum, quæ volvi uno ſpiritu poteſt. ¶ Item Figura Rhetorica, qua idem verbum in principio, & in fine repetitur: ita dicta, quia Repetitionem, & Converſionem complectitur. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 14.

Complexīvus, a, um, adject. copulativus, ut complexiva conjunctio, apud *Diomed. Grammat. l.* 2.

Complexo, as, are, idem quod complector. *Corippus l.* 1. *verſ.* 114. Portum, quem geminæ complexant brachia ripæ. ¶ Hinc complexatus, a, um, *abbracciato*, paſſiv. particip. apud *Apul.* 10. *Metam.*

Complexus, a, um, o. 1. 2. περιπλέξας, partic. a complector. *Cicer. in Som.* Complexus me ſenex collacrymavit. *Virg. Æneid.* 6. *verſ.* 7. 8. 6. Centum complexa nepotes. ¶ Et paſſiva ſignif. *abbracciato*. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 14. quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur.

Complexus, us, ui, m. 4. complexio, *abbracciamento*, συμπλοκή. *Cic. pro Font. c.* 17. Avelli, & abſtrahi de matris complexu. *Id. Philip.* 2. *c.* 25. In complexum alicujus venire.

Complicatus, & Complicitus, a, um, adject. connexus, adnexus, *inviluppato*, *unito*. Metaphorice *Cic.* 3. *Offic. c.* 19. Animi ſui complicatam notionem evolvere. *Apul. l.* 9. *Metam. ad fin.* Complicitis pedibus.

Complico, as, cui, a. 1. *piegare inſieme*, גלל, Ger. *zuſammen vvicklen*, Gal. *plier enſemble*, Hiſp. *plagar juntamente*, συμπλέκω, ſimul plico. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *epiſt.* 5. Cum complicarem hanc epiſtolam. *Senec. epiſt.* 9. Diogenes complicuit ſe in dolio, & in eo cubitavit.

Complōdo, is, ſi, ſum, n. 3. συγκρούω, eſt concutere, invicem collidere. *Quinctil. l.* 11. *c.* 3. Complodere manus ſcenicum eſt.

Comploratio, f. 3. *lamento*, θρῆνος, lamentatio. *Liv. l.* 26. Comploratio eorum, flebileſque voces.

Comploratus, tus, m. 4. *pianto*, *lamento*. *Liv. lib.* 25. Comploratu juſto proſequi mortuos.

Comploratus, a, um, adject. nom. ex particip. *pianto*, *compianto*. *Liv. l.* 5. *c.* 39. Comploratis omnibus vivis mortuiſque.

Complōro, as, a. 1. *piangere inſieme*, בכה, Ger. *bevveinen*, Gal. *pleurer enſemble*, Hiſp. *llorar juntamente*, συμδακρύω, ſimul ploro. *Cic. pro Domo c.* 17. Prætextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petentes funeris.

Complōſus, a, um, *battuto inſieme*. *Senec. l.* 1. *de Ira*, *c.* 1. Complоſæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus.

Complŭo, is, idem quod pluo. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 33. Deorſum, quo impluebat, impluvium dictum: & ſurſum, qua compluebat, compluvium. ¶ Complui eſt aqua pluvia conſpergi. *Auguſtin. l.* 1. *de Geneſi, cont. Manich. c.* 23. Firmamentum erat inter aquas inferiores, in quibus Noe natabat, & ſuperiores, quibus compluebatur.

Complūres, complura, & compluria, o. 3. *molti*, רבים, Ger. *viel mit einander*, Gal. *pluſieurs*, Hiſp. *muchos*, συμπλείστοις, ίαις, συμπλείονα, ω, ſine num. ſing. idem quod multi, ab antiquo compluris, & re, gradus poſitivi, ut docet *Gell. l.* 5. *c.* 21. non comparativi. *Cic. de Orat. l.* 2. *c.* 26. Ambiguorum complura genera ſunt. *Id. Fam. l.* 2. *epiſt.* 8. Dies complures. *Ter. Phorm.* 4. 3. 6. Nova hic compluria.

Compluries, & compluriens, adverb. *più*, *e più volte*, פעמים, Ger. *offter mahl*, Gal. *pluſieurs fois*, Hiſ. *muchas vezes*, πλειονάκις, ſæpe, a complures. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 65. Metuo hercle vere, ſenſi ego jam compluries.

Complurīmus, a, um, adject. idem quod plurimus. *Gell. l.* 11. *c.* 1. *ex Var.* Bucera complurima.

Compluſcŭle, adverb. *alquante volte*, *o il più delle volte*. *Gell. l.* 17. *c.* 2. Veteres compluſcule ita dixerunt.

Compluſcŭli, m. 2. dimin. a complures. *Ter. Hec.* 1. 2. 102. Dies compluſculos bene conveniebat ſane inter eas.

Complutenſis, e, adject. ad Complutum pertinens. Et Complutenſes populi Compluti incolæ. *Plin. l.* 3, *c.* 3.

Complūtum, i, n. 2. oppid. & Acad. in Hiſp. Tarra. *Alcalà de Henares*.

Complŭtus, a, um. *bagnato dalla pioggia*. *Solin. c.* 10. *de Thracia*: Nautæ compluti ſæpe ex illo caſu imbre laxatili.

Compluviātus, o. 1. 2. ad compluvii modum factus. *Plin. l.* 17. *c.* 21. Vinea compluviata copioſior vino eſt, dicta a cavis ædium compluviis.

Compluvĭum, ii, n. 2. *grondaja*, Gal. *gouttiere*, locus eſt in ſuprema ædium parte, a quo pluvia aqua e multis tectis collecta defluit. Quomodo differat ab Impluvio explicat *Var. l.* 4. *de L. L. pag.* 39. his verbis: In Cavædio ſi locus nullus relictus erat, ſub divo qui eſſet, dicebatur teſtudo: ſi relictum erat in medio, ut lucem caperet, deorſum, quo impluebat, Impluvium dictum, & ſurſum, qua compluebat, Compluvium, utrumque a pluvia. ¶ Putant aliqui, ſed non ſatis confirmant, Compluvium pro Impluvio dici, ex loco illo *Sueton. in Aug. c.* 92. Enatam inter juncturas lapiduni ante domum ſuam palmam, in compluvium Deorum Penatium tranſtulit. ¶ De compluviis vinearum meminit *Colum. l.* 4. *c.* 24.

Compluvĭus, a, um, o. 1. 2. quod ex pluvia aqua colligitur. *Var.* 1. *de re ruſt. c.* 13. Una, ut interius compluvium habeat lacum.

Compondĕro, as, are, idem quod pondero, vel ſimul pondero. *Apul. in Triſmegiſt. p.* 89. Pari lance componderans.

Compōno, is, a. 3. *componere*, *mettere inſieme*, תקן, Ger. *zuſammen ſetzen*, Gal. *compoſer*, Hiſp. *componer*, συντίθημι, ſimul pono, conjungo, apte pono. *Virg.* 1. *Æn.* Aulæis jam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſponda. *Gell. l.* 5. *c.* 3. Componere ligna: h. e. in faſciculos colligere. Sic componere capillos, crines, *Virg. Cic.* & al. ¶ Cæterum translate multas habet ſignificationes. Nam primo ſignificat conſtituere, moderari, *regolare*. *Senec. epiſt.* 89. Philoſophia componit animum. *Cic.* 3. *de Leg.* Componere, & conſtituere Rempublicam. ¶ Deinde componere controverſias, lites, bella, eſt ſedare, *aggiuſtare*, *accordare*. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 109. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 108. Sic cum bona gratia aliquid inter aliquos componere, apud *Ter. Phorm.* 4. 3. 16. Et Componere curas, apud *Virg.* 4. *Æneid.* ¶ Præterea idem eſt ac facere, ſeu ſcribere. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 13. Nec noſtra teneri a componendo carmine muſa poteſt. Sic componere hiſtorias, poema, commentarium, librum, &c. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 14. & al. Componere fallacias, inſidias, h. e. meditari. *Plaut. Amph.* 4. *Tibul. l.* 1. *el.* 6. ¶ Item diſponere, *diſporre*, *ordinare*. *Cic. ad Att. l.* 15. Ego itinera ſic compoſuerам, ut Non. Quinctil. Puteolis eſſem. Componere acies per cuneos, *Tacit. de German.* ¶ Item comparare, *parzgonare*. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 23. Sic parvis componere magna ſolebam. *Salluſt. Jug. c.* 48. Dicta cum factis componere. Sic componere indicem, ſive delatorem, & reum, *confrontare*. *Tacit.* 15. *Annal. c.* 51. ¶ Item ædificare, parare. *Virg.* 3. *Æn. v.* 383. Quam tuta poſſis urbem componere terra. ¶ *Id. Æn.* 8. *v.* 317. Componere opes. ¶ Componere pro redimere, affert *Non. c.* 4. *n.* 62. & *Salluſt. l.* 1. *hiſtor.* Lenones & vinarii pretio compoſiti. ¶ Componi etiam gladiatores dicuntur, cum ordinantur in paria, quæ inter ſe pugnent. *Auſon. in Technopegn.* Quis Myrmilloni componitur? æquimanus Thrax. Al. leg. *contenditur*. Eodem fere ſenſu *Lucan. l.* 3. *v.* 195. Cum ventis, pelagiſque furentibus undis Compoſuit mortale genus: h. e. commiſit. V. *Committo*. ¶ Denique componere idem eſt ac ſepelire, ſeu cineres colligere, & oſſa urnis condere. *Tacit. l.* 1. *hiſtor. c.* 47. Piſonem Verania uxor, & frater Scribonianus, T. Vinium Criſpina filia compoſuere. ¶ Hinc componere diem, dixit *Virg.* 1. *Æn.* quod *Horat. l.* 4. *od.* 5. Condere diem: h. e. ſepelire.

Comportatĭo, onis, fæm. 3. *condotta*. *Vitruv. l.* 1. *c.* 5. Cum per portus marinæ ſubrectiones habuerint ad mœnia comportationes expeditas.

Comportatus, a, um, nom. ex particip. advectus, *portato*, *condotto*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 24. Rebus exquiſitis undique, & collectis, arceſſitis, comportatis.

Comportionālis, le, adject. *Aggen. Urb. p.* 51. *edit. Goeſ.* Terminos, qui intra poſſeſſionum fines inveniuntur, comportionales appellavit antiquitas. *Anonym. pag. ibid.* 254. Comportionalium ſigna.

Comporto, as, a. 1. συμφέρω, idem, ac porto, vel ſimul porto, vel porto in unum locum, *portare*, *condurre*. *Cic. in Piſon.* Arma in templum Caſtoris luce, & palam comportarentur. *Id. Att. l.* 5. *epiſt.* 18. Frumentum ex agris in loca tuta comportatur.

Compos, otis, o. 3. *colui che ha ottenuto qualche coſa*, בעל, Ger. *mechtig*, Gal. *joviſſant*, *participant*, Hiſp. *el que alcanca*, ἔγκρατὴς, qui potens eſt in aliqua re, qui rei alicujus particeps eſt, qui habet, vel aſſecutus eſt aliquid, a *potis*, cum gen. vel abl. *Cicer. pro Sext.* Qui me hujus urbis compotem fecerunt. *Liv. l.* 3. Præda ingenti compotem exercitum reducit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 13. Compos laudis. ¶ Compos animi, vel mentis eſt, qui animum ſuum habet in poteſtate, ideſt, qui furore, vel amentia non agitatur. *Cic.* 2. *Phil.* Tu mentis es compos? tu non conſtringendus? V. *impos*. ¶ Voti compos eſt, qui deſiderium ſuum aſſecutus eſt. *Cic.* Nam ut victores dicimus voti compotes, qui, quicquid volunt, faciunt. ¶ Compos etiam de rebus malis dicitur. *Plaut. Epid.* 4. 1. 32. Cedo manum mihi, accipe æruminarum, & miſeriarum compotem.

Compoſĭte, *acconciatamente*, διατάκτως, apte. *Cic.* 1. *de Orat.* Sin Oratoris nihil vis eſſe, niſi compoſite, ornate, copioſe eloqui. *Gell. l.* 1. *c.* 5. Compoſite indutus. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 3. *n.* 1. Compoſitius cuncta, quam feſtinantius agere.

Compoſitĭo, onis, f. 3. *compoſizione*, מהבונה, Germ. *zuſammen ſetzung*, Gal. *compoſition*, Hiſp. *compoſicion*, ἐπιπλοκὴ, confectio, ſtructura, compages, coagmentatio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quæ compoſitio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ ſpecies humana poteſt eſſe pulchrior? ¶ Item diſpoſitio. *Cic.* 1. *Off.* Ordo eſt compoſitio rerum aptis, atque accommodatis locis. ¶ Item pactum, conventio, *convenzione*, *accordo*. *Cic. Philipp.* 2. *c.* 10. Pacis, concordiæ, compoſitionis auctor eſſe non deſtiti. Sic, de compoſitione agere, *trattar d' accordo*. *Cæſ. B. C. l.* 1. *c.* 26. ¶ In uſu medicinali idem eſt ac præparatio, vel mixtura. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 58. Compoſitiones unguentorum. Hinc *Scribon. Larg.* librum ſuum de medicina *Compoſitiones medicas* inſcripſit.

Compoſititĭus, a, um, adject. idem quod compoſitus, aut quod poteſt componi. *Tertu. de Anim. c.* 9. Diſſolubile omne compoſititium, & ſtructile.

Compoſĭto. Vide Compoſitus.

Compoſĭtor, oris, m. 3. *compoſitore*, מחבר, Germ. *zuſammenſetzer*, Gall. *compoſiteur*, Hiſp. *componedor*, συντάξας, qui ſimul ponit, & diſponit. *Cic. in Orat. c.* 19. Non enim inventor, aut compoſitor, aut actor hæc complexus eſt omnia.

Compoſitūra, vel compoſtura, æ, f. 1. *compoſizione*. *Gell. l.* 5. *c.* 20. Soloeciſmus eſt impar, & inconveniens compoſitura partium orationis.

Compoſĭtus, a, um, o. 1. 2. *compoſto*, διατεθειμένος, conglutinatus, diſpolitus, elegans, aptus, ut compoſitiſſimæ literæ, *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 9. Et compoſita oratio, *Id.* 1. *de Orat.* ¶ Translate compoſita mens dicitur bene ordinata, ſedata cohibitis affectibus. *Senec. ep.* 2. Compoſita ætas, ideſt matura, & quieta, *Tac. Ann.* 1. *c.* 7. ¶ Item ordinatus, diſpoſitus, *Liv. l.* 28. *c.* 22. Acrior impetu atque animis, quam compoſitior ordine ullo, pugna fuit. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 46. Ipſe compoſito, & delibuto capillo per forum volitat, *attillato*. ¶ Item commiſſus, collatus, *poſto a fronte*. *Horat. l.* 1. *Satyr.* 7. *v.* 19. Par pugnat uti non compoſitus melius cum Bitho Bacchius. *Senec. de Provid. c.* 2. Vir fortis cum

mala fortuna compositus. ¶ Item factus, conscriptus, *composto*, *scritto*. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 77. Poema crasse compositum, illepideve. Compositas leges, hoc est in unum volumen redactas dixit *Justinian. in proœm. Institut.* ¶ Item ad concordiam deductus, pacatus, ut Pax composita, *Vellej.* 2. 76. 3. Composita arma, *Horat. l.* 4. *od.* 14. *v.* 52. ¶ Item fictus, falsus, *simulato*. *Tacit. l.* 1. *Annal. c.* 7. Falsi ac festinantes, vultuque composito. *Id. Ann.* 13. *c.* 20. Compositus ad mœstitiam: h. e. præferens mœstitiam. ¶ Denique compositus accipitur pro constituto, & condicto, *determinato*, *stabilito*, ut composita hora, *Horat. l.* 1. *od.* 9. *v.* 20. ¶ Hinc ex composito, de composito, h. e. de industria, ex condicto, *appostatamente*. *Liv. Tac. Apul.* Et Composito, absolute eod. sensu. *Virg. Ter. Nepos Datam. c.* 6. *n.* 6. In opinionem adducuntur, perfugas mala fide, compositoque fecisse. ¶ *Compostus*, pro compositus, per syncop. idest sepultus. *Virg. Æn.* 1. *v.* 253. Nunc placida compostus pace quiescit.

Compostella. V. Janasum.

Compotatĭo, f. 3. *convito*, συμπόσιον, convivium. *Cic. de Sen. c.* 13. Bene enim majores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt melius, quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant.

Compotĭo, is, ivi, ire, compotem facio. *Apul.* 11. *Met.* Compotire aliquem voti. *Plaut. Rud.* 4. 2. 6. Piscatu novo me uberi compotivit. ¶ Passive Compotior, *Id. Rud.* 1. 3. 22. Ita hic solis locis compotita sum. Nisi forte est a *potior*, *potiris*.

Compōtor, oris, m. 3. συμπότης, combibo. *Cic.* 2. *Phil. c.* 17. Tum adhibes joci causa magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem.

Compōtrix, icis, f. 3. συμπότης, quæ simul potat. *Ter. And.* 1. 4. 5. Importunitatem spectate aniculæ, quia compotrix ejus est. ¶ Adjective usus est *Sidon. l.* 2. *epist.* 9. Famularum turba compotrix.

Comprædes, m. 3. συνέγγυοι, ejusdem rei sponsores, a præs. *Fest.*

Compransor, oris, masc. 3. συναριστῶν, qui simul prandet. *Cic.* 2. *Phil. c.* 39. Hunc tu agrum compransoribus, & collusoribus dividebas.

Comprecatĭo, f. 3. κατευχή, supplicatio, genus precationis, quæ solemni quodam ritu fiebat apud Romanos ab universo populo. *Liv. l.* 39. *c.* 15. Nulli unquam concioni tam non solum apta, sed etiam necessaria hæc solemnis Deorum comprecatio fuit.

Comprĕcor, idem ac precor. *Ter. in Adel.* 4. 5. 65. Deos comprecare, ut uxorem accersas. ¶ Comprecari cœlestium fidem, est Deorum auxilium implorare. *Catul. carm.* 65. *v.* 191. Cœlestumque fidem suprema comprecor hora.

Comprehendibilis. V. Comprehensibilis.

Comprehendo, is, di, nsum, a. 3. idem quod prehendo, & proprie est manu capere, ut Comprehendere arma, comprehendere hominem, &c. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quid opus est manibus, si nihil comprehendatur? ¶ Dicitur etiam de fœmina, quæ suscepto semine concipit, *concepire*, συλλαμβάνειν. *Cels.* 5. 21. Si fœmina non comprehendit. ¶ Item de arboribus, quæ vel satæ, vel insitæ proveniunt. *Pallad. in Mart. tit.* 10. Melius comprehendunt, si circa terram incisa inserantur arbusta. *legano meglio*. Adde *Colum. de arborib. c.* 3. ¶ Translate est concludere, complecti, continere, *contenere*, *abbracciare*. *Cic. Att. l.* 12. Cato verbis luculentioribus, & pluribus rem eandem comprehenderat. ¶ Item percipere, intelligere, *intendere*, *imparare*, vel absolute, vel cum abl. animo, mente, cogitatione, sensibus, scientia, intelligentia, ratione, memoria. *Cic.* 6. *Fam.* Quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrime a sapientissimis viris tradita memoria, & scientia comprehendisti. *Id.* 4. *Academ.* Nos enim defendimus, etiam insipientem multa comprehendere. ¶ Item amplecti, favere. *Cic. pro Cæl. c.* 6. Comprehendere multos amicitia. Et *Fam.* 13. Comprehendere adolescentem humanitate. ¶ Poetæ sæpe contrahunt, ut *Ovid. Met.* 13. *v.* 160. Plura comprendere dictu. *Virg.* 6. *Æn. v.* 626. Omnes scelerum comprendere formas.

Comprehensĭbĭlis, le, adject. qui comprehendi, seu intelligi potest, *comprensibile*. *Cic. l.* 1. *Acad. cap.* 11. hac voce usus est pene invitus, cum quo pacto græcam vocem καταληπτὸν verteret, vix haberet. Inquit enim: Id autem visum cum ipsum per se cerneretur, comprehensibile. feretis hæc? nos vero, inquam, quonam enim modo καταληπτὸς diceres? ¶ *Paræus in Lex. Crit.* contendit *Comprehendibile* legendum esse. Sed & *Arnob. l.* 1. *p.* 37. Involutæ, & vix ullis comprehensibiles causæ. Et *Senec. l.* 6. *quæst. natur. c.* 24. Tenuia foramina, nec oculis comprehensibilia.

Comprehensĭo, f. 3. κατάληψις, actus comprehendendi, *il prendere*. *Cic.* 2. *Phil. c.* 8. Nam cum comprehensio sontium mea, animadversio Senatus fuerit. ¶ Item perfecta scientia, *cognizione*. *Cic. Phil.* 2. *c.* 8. Cognitiones, comprehensionesque rerum, e quibus efficiuntur artes. ¶ *Id. l.* 3. *Fin. c.* 15. periodum vocat, Comprehensionem, & ambitum verborum.

Comprehenso, as, a. 1. *prender per la mano*, prehenso. *Claud. Quadrigar.* apud *Prisc. l.* 8. Comprehensare suos quisque, servare, amplexare.

Comprehensus, a, um, adject. *compreso*, *inteso*, *preso*. *Cic. Catil.* 3. *c.* 7. Captum, & comprehensum aliquem tenere. *Id. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 2. Aliquid cognitum, comprehensumque animo habere. ¶ Contracte Comprensus, *Ovid.* 6. *Met. v.* 556. Comprensam forcipe linguam abstulit. Adde *Virg.* 6. *Æn. v.* 701.

Compresbyter, eri, m. qui socius est in presbyterio. *Augustin. ad Hieronym. inter hujus epist. n.* 95.

Compressātus, a, um, velut a compresso, as, idem quod oppressus, vox est *Tertull. advers. Gnost. c.* 3.

Compresse, idem ac presse, breviter. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 6. Quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius. *Macrob. lib.* 1. *Saturn. c.* 6. Quærit compressius, violentiusque.

Compressĭo, f. 3. restrictio. *Cic. in Brut. c.* 7. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves. Sed hoc metaphorice. Proprie *Vitruv. l.* 7. *c.* 8. Cum in pannum infunditur, & manibus premitur, aurum compressione coactum intra purum invenitur. ¶ De stupro villato, *Tert. adv. Marc. c.* 34. Qui ex compressione matrimonium fecerat.

Compressor, oris, m. 3. pro stupratore legitur in 2. *Argum. Aulul. Plauti.*

Compressus, us, m. 4. *coito*. φθορά. *Ter. Adel.* 3. 4. 29. Virgo ex eo compressu gravida facta est.

Compressus, a, um, nom. ex particip. *ristretto*, *compresso*. *Horat. l.* 1. *sat.* 4. *v.* 138. Hæc mecum agito compressis labris. *Liv. l.* 7. *c.* 13. Manibus compressis sedere: h. e. otiosum esse. *Plaut. Cas.* 2. 6. 53. Compressa palma, an porrecta ferio, *Debbo dare un pugno, o uno schiaffo*. ¶ Annona compressa, *incettata*. *Liv. l.* 48. Frumentarios ob annonam compressam damnarunt. ¶ Item stupratus. *Plaut. Truc. Argument.* Compressa virgo. ¶ Comparat. compressior, ut vas oris compressioris. *Cels. l.* 2. *c.* 11. *Plin. l.* 17. *c.* 11.

Comprĭmo, is, essi, essum, a. 3. idem ac premo, *stringere*. *Cic.* 2. *Acad.* Cum plane digitos compresserat, pugnumque fecerat. ¶ Item cohibeo, compesco, *frenare*. *Cic. in Vatin.* Ut ferocitatem istam tuam comprimerem. ¶ Item sisto, *fermare*. *Cels. l.* 6. *c.* 18. Neque asperis, neque alvum comprimentibus. ¶ Item supprimo, *ritenere*, *nascondere*. *Liv. l.* 38. *c.* 35. Comprimere annonam. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 21. Et Græci, & Cives Rom. qui frumentum compresserant. *Id. ib. l.* 3. Ita compresseram epistolam, ut nunquam emanaturam putarem. ¶ Item vitio, corrumpo. *Liv. l.* 1. *c.* 4. Vi compressa Vestalis, cum geminum partum edidisset. ¶ *Plaut. Mostell.* 1. 3. 46. Vix comprimor, quin &c. *appena posso trattenermi*.

Comprobatĭo, f. 3. δοκιμασία, approbatio, *approvazione*. *Cic.* 5. *Fin. c.* 22. Et offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis.

Comprobator, m. 3. δοκιμαστὴς, approbator, *chi approva*. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 28. Authoritatis ejus, & inventionis comprobatores, atque æmuli.

Comprobātus, a, um, nom. ex particip. *approvato*. *Cic. pro Cæl. c.* 24. Alicujus perceleri interitu comprobatum venenum.

Comprŏbo, as, avi, atum, a. 1. idem ac probo, vel approbo, *approvare*. *Cic.* 10. *Fam.* Idque a nostro Collegio comprobatum est. *Id.* 4. *Ver.* Eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero.

Compromissarĭus, a, um, adject. ut compromissarius judex, qui ab utraque litigantium parte eligitur ad litem componendam, *arbitro*. *Callistrat. leg.* 46. *Dig. de recept. Arbitr.* Nemini licere minorem 20. annis compromissarium judicem eligere.

Compromissum, n. 2. promissum invicem factum, & speciatim potestas decidendi controversiam data arbitro a litigatoribus promittentibus, se ejus judicio obtemperaturos esse, aut mulctam persoluturos, quæ inter eos convenerit. *Cic.* 12. *Fam. ep.* 30. Se se, quominus id facerent, & compromisso, & jurejurando impediri. Et *pro Rosc. Com. c.* 4. Compromissum facere.

Compromitto, is, isi, issum, a. 3. *compromettere*, *far compromesso*, עִיר, Germ. *ubergeben*, Gal. *compromettre*, Hisp. *comprometer*, ἐπιβῆναι, est mutuo promisso fidem suam obligare. *Cic.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 14. Tribunitii Candidati compromiserunt petere ejus arbitratu.

Compsa, f. 1. *Conza*, urbs A. alias Hirpinorum, nunc R. Neap. in prov. Princ. ult. ad radices Apennini M. prope fontes Aufidi fl. Pop. Compsani.

Compsāni, orum, Compsæ incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 11. *Vellej.* 2. 68. 3.

Compte, vel Comte, adverb. ornate, *ornatamente*, *aggiustatamente*. *Gell. l.* 7. *c.* 3. Nimis compte, & modulate res acta est. *Et paucis interiectis*. Ea omnia distinctius, numerosiusque, ac comptius fortasse dici potuerunt. *Senec. epist.* 75. Compte differere de re aliqua.

Comptus, vel Comtus, a, um, nom. ex particip. a como, ornatus, *ornato*, *attillato*. *Horat. l.* 2. *sat.* 8. *v.* 70. Præcincti pueri, comptique. *Tacit. l.* 1. *hist. c.* 19. Comptior sermo. *August. de quantitat. anim. c.* 33. Animam mundissimam reddere, & comptissimam.

Comptus, us, ui, m. 4. ornatus, *ornamento*. *Lucret. l.* 1. *v.* 87. Infula virgineos circumdata comptus.

Compugno, a. 1. idem ac pugno, vel simul pugno. *Gell. l.* 14. *c.* 5. Clamantes, compugnantesque illos reliqui.

Compulsamentum, i, n. 2. pulsatio, compulsatio. *Fulgent. Mythol.* 3. Sororum compulsamento percita.

Compulsatĭo, onis, f. 3. idem ac contentio, apud *Tertull. Apolog. c.* 21. Nec alia magis inter nos & illos compulsatio est.

Compulsĭo, onis, f. 3. impulsio, *impulso*, *spinta*. *Cassiod. l.* 12. *epist.* 10. Quid egit totius anni suscepta compulsio?

Compulso, as, a. 1. *battere*, *urtare*, συναράττω, sæpe collido. *Col. l.* 2. Compulsatur, ac fluctu conspergitur. *Apul. l.* 7. *A. A.* Ore improbo compulsat, & morsicat.

Compulsor, oris, m. 3. qui compellit, ut compulsor bovis, *Pallad. l.* 7. *c.* 2. *Ammian. l.* 12. *c.* 8. (al. 6.) Si compulsori quidquam dederit, ut levari debito possit. Ubi Valesius, compulsorem eum esse dicit, qui fiscalia debita exigit, & lentos debitores ad solvendum compellit. Horum mentio fit etiam *Leg.* 15. *Cod. Theodos. de exactionib.*

Compulsus, a, um, nom. ex particip. *spinto*, impulsus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 579. Rex noto compulsus. *Curt. l.* 8. *c.* 8. Rabie compulsus.

Compunctĭo, f. 3. *puntura*, κατάνυξις. *Plin. l.* 21. *c.* 19. Laterum compunctiones tollit.

Compunctus, a, um, o. 1. 2. *segnato*, signatus, inustus, partic. a compungor. *Cic.* 2. *Off. c.* 7. Barbarum, & eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire.

Compungo, a. 3. idem ac pungo. *Col. l.* 8. *c.* 14. Cavendumque, ne aut aculeis urticæ compungatur. ¶ Sensum compungere dicuntur, quæ sensus offendunt, ut niveus splendor oculos, gustum amaritudo. *Lucr. l.* 2. Et qui compungunt oculos, lacrymareque cogunt. ¶ Compungere se suis acuminibus, *Cic.* 2. *de Orat. Ferirsi con le proprie sottigliezze*.

Compurgo, as, are, idem ac purgo, *purgare*. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Nasturtium visum compurgat. Al. aliter leg.

Compŭsa, f. 1. opp. Bithyniæ, ad Bosphori Thracii angustias, non procul a Chalcedone. *Plin. l.* 5. *c. ult.*

Computabĭlis, le, adject. *computabile*, qui computari potest, vel debet. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Bis computabili impendio.

Computatĭo, onis, f. 3. *computo*, λογισμὸς, actus computandi. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Operarum ista computatio est.

Computātor, oris, m. 3. *computista*, qui computat, & rationes confert. *Senec. epist.* 87. Diligentissimi computatores.

Compŭto, as, avi, atum, are, *computare*, *far conto*. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Computet nunc aliquis, ex altera parte, quantum tulerint. *Id. l.* 34. *c.* 8. Annos digitis computare: idest numerare. *Juven. sat.* 6. Facies tua computat annos: *La tua faccia mostra i tuoi anni*. ¶ Hinc pro lucrari ponitur. *Senec. epist.* 14. Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci; plures computant, quam oderunt. h. e. lucrum aliquod meditantur.

Computresco, is, ui, ere, n. 3. idem ac putresco, vel mutuo contactu putresco, *putrefarsi*. *Plin. l.* 13. *c.* 13. Propterea arbitrarier eos non computruisse.

Compŭtus, i, m. 2. *computo*, *conto*. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 12. Computos exercere.

Comŭla, læ, f. 1. diminut. parva coma, *picciola chioma*, apud *Petron. in Fragm. Tragur. p.* 43.

Comum, n. 2. *Como*, col. & urbs Insubriæ, ad lac. Larium, a Gallis condita. Eo colonia a L. Scipione deducta est, deinde urbs aucta fuit a Pompejo, postremo a C. Julio Cæsare. Hinc Novocomum dici cœpit Pop. *Comenses*, & *Novocomenses*.

Comus, m. 2. κῶμος, Deus apud veteres comessationum, nocturnarumque saltationum. *Philostr. imag.* 3.

Con. V. Cum.

Conāmen, nis, n. 3. *sforzo*, πεῖρα, conatus, nisus: vox est fere poetica. *Ovid.* 4. *Fast.* Exiguo funem conamine traxit.

Conamentum, ti, n. 2. fulcimentum, adjumentum. *Plin. l.* 19. *cap.* 2. Convolutum osseis, ligneisque conamentis.

Conangustātum, simul angustatum. *Festus.*

Conauditum, simul auditum. *Festus.*

Conatĭo, onis, f. conatus, *sforzo*. *Senec. lib.* 2. *quæst. natur. c.* 12. Illa (*fulguratio*) comminatio est, & conatio sine ictu. Al. leg. *tonatio*.

Conatum, i, n. 2. idem quod conatus, & fere usitatum in num. plurali. *Nepos Dion. c.* 8. Ne prius consilium aperiretur suum, quam conata perfi-

perficeret. *Voll. Paterc. l. 2. c. 29.* Magna ausus, magnificeque conata executus.

Conātus, us, m. 4. *sforzo, incitazione, tentativo*, יציעה, Germ. *die undervvindung*, Gal. *effort*, His. *esfuerco*, πόρος, nisus animi, vel corporis impetus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ut conatum haberent ad naturales pastus capessendos. *Id. Catil. 1. c. 5.* Compressi tuos nefarios conatus.

Concăco, as, a. 1. μιγνύω, cacando conspurco. *Senec. in Apocoloc.* Quid autem fecerit nescio, omnia certe concacavit.

Concædes, dium, pl. num. f. 3. fragmenta ex rebus excisis simul posita, vel acervus arborum simul cæsarum ad impediendas vias, *riparo, barricata. Veget. l. 3. de re milit. c. 22.* Rursus post se præcisis arboribus vias claudunt; quas concædes vocant, ut adversariis facultatem adimant persequendi. *Tacit. l. 1. Ann. c. 50.* Castra in limite locat latera concædibus munitus. Adde *Cæs. l. 3. B. G. c. ult.*

Concalefactio, vel concalfactio, a. 3. idem ac calefactio, *Cic. 2. de Or.* Cum brachium concaletecerit. Apud *Non. c. 2. n. 182.* ¶ Apud *Vitruv. l. 4. c. 7.* legitur *concalefacior:* sed non est imitandus.

Concalefactorius, vel concalfactorius, a, um, o. 1. 2. idem ac calefaciens, vel aptus ad calorem excitandum. *Plin. l. 21. c. 20.* Vis ei concalefactoria.

Concalefactus, a, um, o. 1. 2. idem ac calefactus, partic. a concalefio. *Cic. 1. Tusc. c. 18.* Concalefactam, & spirabilem, idest, animalem, esse voluit.

Concalefio, n. pass. anom. idem ac calefio. *Var. l. 3. de R. R. c. 9.* Vertere ova, ut æquabiliter concalefiant. *Vitruv. l. 4. c. 7.* Concaletaciuntur, pro concalefiunt, dixit; quod minime est imitandum.

Concalĕo, n. 2. idem quod caleo, *aver caldo. Var. l. 3. de R. R. cap. 36.* Concaluit stomachus, ut digerat multa facilius.

Concalesco, is, ui, idem quod concaleo. *Cic. 1. Tusc. c. 19.* Ardore animi concalescunt. *Vitruv. l. 6. c. 9.* Frumenta concalescunt.

Concallĕo, n. 2. idem ac calleo, callum obduco. *Cic. lib. 3. de nat. Deor. c. 10.* Callidos autem, quorum, tanquam manus opere, sic animus usu concalluit.

Concameratĭo, onis, f. 3. κάμαρωσις, ædificium arcuato opere, *volta. Vitr. l. 6. c. 11.* Si hypogæa, concamerationesque instituentur.

Concamerātus, a, um, arcuatus, *fatto a volta. Sueton. in Aug. c. 90.* In abditum, & concameratum locum se recipere.

Concamĕro, as, a. 1. καμαρόω, idem ac camero, idest, ad fornicis formam, & arcuato opere ædificio, *fabbricare a volta. Plin. l. 34. cap. 14.* Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoaverat.

Concăna, æ, urbs Hispaniæ in Asturia. *Ptol.* Hinc

Concānus, i, m. 2. incola Concanæ, cujus potus fuit sanguis ex equini cruris venis expressus, & lacte mixtus. *Horat. l. 3. od. 4. v. 34.* Et lætum equino sanguine Concanum.

Concăpes, edis, o. 3. quod caput habet cum capite rei alterius conjunctum. Lex 12. Tab. Tignom junctom ędibus, vineæque concapes nei solvito. V. *Scalig. ad Fest.* in voce *Tignum.*

Concarno, as, are, *incarnare. Tertull. de carne Christi, cap. 20.* Cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur, & convisceratur.

Concastīgo, as, a. 1. idem quod castigo. *Plaut. Trin.* Nam ego amicum hodie meum concastigabo pro commerita noxia. Adde *Bacch. 3. 3. 94.*

Concatenatĭo, onis, f. 3. *concatenazzione*, continuus ordo alicujus rei. *Tertull. Apolog. c. 19.* Concatenationes temporum.

Concatenātus, a, um, cohærens, connexus, *concatenato. Minuc. Felix, c. 17. sect. 2.* Elementa concatenata.

Concatĕno, as, are, simul astringo, connecto, *connettere, concatenare. Lactant. l. 3. c. 17. de atomis Epicur.* Hamata esse oportet, ut possint invicem concatenari.

Concatervātus, a, um, adject. coacervatus, *affollato, ammucchiato. Ammian. l. 31. c. 36.* (al. 13.) Concatervatis manipulis, ut nec mucronem exserere, aut manus reducere quisquam posset.

Concavātus, a, um, idem quod cavatus. *Col. l. 8. c. 5.* Facere concavatos nidos.

Concăvo, as, a. 1. idem quod cavo, Concavare brachia in duos arcus, est ita inflectere, & sinuare, ut formam imitentur duorum arcuum. *Ovid. 2. Met. v. 195.* Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpius.

Concăvus, a, um, o. 1. 2. *concavo*, κοῖλος, sinuosus, vacuus. *Cic. l. 2. de Nat. Deor. c. 39.* Concavæ altitudines speluncarum. *Ovid. lib. 1. de Arte, v. 402.* Concava puppis.

Concēdo, dis, essi, essum, a. 3. *dar licenza*, נתן, Germ. *zugeben*, Gall. *donner, octroyer*, His. *dar, otorgar*, συγχωρέω, do, permitto. *Cic. pro Cæc.* Nec quicquam illius audaciæ, petulantiæque concessit. *Id. 9. Attic.* Mihi Cæsar concedat, ut absim. *Id. pro Flacc.* Levitatem totius Asiæ protulit, de qua nos & libenter, & facile concedimus. *Id. 1. Fam. ep. 2.* Consules neque concedebant, neque valde repugnabant. ¶ Est item cedere, *cedere. Cic. 2. de Orat.* Cui non solum nos Latini sermonis, sed etiam Græci solent suæ linguæ subtilitatem, elegantiamque concedere. ¶ Item condonare, *rimettere. Cic. pro Cluent.* Multi sæpe in judicando liberum peccata parentum misericordiæ concesserunt. ¶ Item recedere, abire. *Cic. in Catil.* Si te parentes timerent, atque odissent tui, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Sic in exilium concedere, *Plin. de vir. illustr.* Et, concedere hinc domum. *Ter. Eun 1. 2.* ¶ Item mori, *Tac. l. 4. Ann. c. 39.* Ut quandocumque concessero. *Sall. in Jug.* Pater uti necesse erat, naturæ concessit. Sic concedere vita, apud *Tacit. 14. Ann.* Concedere fato, *Plin. in Paneg.* ¶ Item credere, assentiri. *Ter. Phorm. 5. 3. 22.* Nunquam ne hic hodie concedes mihi, neque intelliges? Sic concedere in sententiam alicujus. *Liv. lib. 32.* ¶ Concedere in deditionem alterius, *Id. l. 8. rendersi volontariamente.* Et concedere in ditionem imperiumque alterius, *Id. lib. 29. foggettarsi.*

Concelĕbro, as, a. 1. idem quod celebro. *Cic. de petit. Conf.* Et iis conviviis, quæ facete abs te, & amicis tuis concelebrantur & passim, & tributim. ¶ Item repleo. *Lucret. lib. 1. v. 3.* de Venere: Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. h. e. variis animantibus fœcunde, & copiose reples. *Daniel* tamen *Pareus* hanc ibi novam significationem non agnoscit.

Concēlo, as, a. 1. idem quod celo. *Gell. l. 11. cap. 9.* Non id postea concelavit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignavit.

Concentĭo, onis, f. 3. idem quod concentus. *Cic. pro Sext. c. 55.* Clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.

Concenturĭo, as, are, a. 1. colligo, congrego quasi per centurias. *Plaut. Trinum. 4. 2. 160.* Epistola illa mihi concenturiat metum. *Idem Pseud. 1. 5. 159.* Dum concenturio in corde sycophantias.

Concentus, us, *concento, consonanza*, קול, Germ. *melodey*, Gall. *harmonie, accord*, His. *contento*, συμφωνία, harmonia ex diversis resultans vocibus. *Cic. in Somn.* Qui acuta cum gravibus temperans varios æquabiliter concentus efficit. ¶ Translate *Id. l. 3. de Orat. c. 6.* Omnium doctrinarum quasi consensus concentusque.

Conceptacŭlum, n. 2. ἀποδοχή, ἐκδοχεῖον, quod aliquid continet. *Gell. l. 18. c. 10.* Vena est conceptaculum sanguinis.

Conceptēla, æ, f. idem quod conceptaculum, ut *conceptela aquarum*, apud *Frontin. de aquæd. l. 1. & 2.*

Conceptĭo, onis, f. 3. *concezione*, הרון, Ger. *empfahung*, Gal. *conception*, His. *concepcion*, σύλληψις, apprehensio, & speciatim actus concipiendi in fœminis. *Cic. l. 2. de Divin. c. 22.* Conceptio mulæ contra naturam. ¶ Item excogitatio, compositio. *Plaut. l. actio negotiorum, ff. de neg. gest.* Ubi conceptio formularum non observatur. *Cic. de Invent. l. 2. c. 19.* In jure conceptio privatorum judiciorum constituitur. ¶ Item comprehensio. Sic conceptio summa omnium rerum definitur mundus a *Vitruv.* ¶ Et conceptio aquarum dicitur a *Front. Serbatojo d' acque.*

Conceptīvus, a, um, adject. ut Conceptivæ feriæ, quæ incertis diebus quotannis servantur. *Festus.* Velut *Macrob.* describit *l. 1. Sat. c. 16.* quæ quotannis a Magistratibus, vel a Sacerdotibus concipiuntur in dies certos, vel etiam incertos.

Concepto, as, are, frequent. a concipio. *Arnob. lib. 4. p. 141.* His in lucem prodeunt generationibus dii vestri, quibus asini, porci, canes, quibus immunda hæc omnis conceptatur, & gignitur terrenarum proluvies bestiarum.

Conceptor, oris, m. 3. qui concipit. *Arat. in Act. Apost. c. 16.* Peccati conceptor erat.

Conceptus, a, um, o. 1. 2. *concetto*, συνειλημμένος, generatus. *Col. l. 7. c. 5.* Ex virginis furtivo stupro conceptus. ¶ Translate *Cic. ad Quir. post red.* Ut quod odium scelerati homines, & audaces in Remp. & in omnes bonos conceptum jandiu continerent. ¶ Conceptis verbis jurare, est juramentum præstare certa quadam verborum formula ab eo, qui juramentum defert, præmeditata, & præscripta. *Cic. pro Cluent.* Illum verbis conceptis pejeraffe. *Petron. Satyr. c. 73.* Jurat Eumolpus verbis conceptissimis. ¶ Concepti agere, & Concepti actio. *Paul. Jctus l. 2. sentent. 31.* Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum, & inventum est. Et *mox*: Concepti agere potest, qui rem concepit, & invenit. V. Lanx.

Conceptus, us, ui, m. 4. idem ac conceptio, *concezione. Cic. 1. de Div. c. 42.* Quædam etiam ex hominum, pecudumque conceptu, & satu. ¶ Item ipse fœtus. *Plin. l. 20. c. 22.* Non edendum gravidis, nisi mortuo conceptu. ¶ Item conceptaculum. *Sen. quæst. nat. lib. 5, cap. 15.* Conceptus aquarum inertium vastos, pares nostris.

Concerno, is, evi, pro *cerno* affertur a Lexicogr. ex *Cicerone de petit. Consul. c. 5.* Hæc omnia parata tibi esse debebant, sicut parata esse concerno. Verum meliores, libri hab. *Confido.* ¶ Vet. Gloss. Concerno, συνθεωρῶ.

Concerpo, is, ipsi, ptum, a. 3. idem ac discerpo, lacero. *Cic. Attic. lib. 10. ep. 12.* Tuas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito.

Concerptus, a, um, adject. laceratus, discissus. *Plin. l. 28. c. 15.* Concerpta linteola.

Concerræ. V. Congerro.

Concertatĭo, f. 3. certamen, contentio. *Cic. 2. de Orat.* Sine ulla serie disputationum, & sine jejuna concertatione verborum.

Concertatīvus, a, um, o. 1. 2. quod pertinet ad simul certandum. *Quintil. l. 7. c. 2.* Mutua accusatio, quam Græci ἀντιστηγορίαν vocant, nostri quidam concertativam.

Concertātor, oris, m. 3. qui simul certat, vel æmulus. *Tacit. 14. Annal. c. 29.* Paulinus scientia militiæ, & rumore populi, Corbulonis concertator.

Concertatorĭus, a, um, o. 1. 2. ἀγωνιστικός, contentiosus. *Cic. in Brut. c. 83.* Hoc forense, concertatorium, judiciale non tractavit genus.

Concertātus, a, um, adject. simul certatus, *contesto. Cic. in Partit. c. 28.* Quæ ante, quam res in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut contecta non sint.

Concerto, as, avi, atum, n. 1. idem ac certo, vel simul certo, contendo. *Cic. Att. l. 3. ep. 12.* Nunquam accidit, ut cum eo verbo uno concertarim.

Concessatĭo, f. 3. *intralasciamento*, cessatio, quies. *Col. l. 11. c. 1.* Qui gnaviter, & sine ullis concessationibus permeat.

Concessĭo, onis, f. 3. *concessione*, συγχώρησις. *Cic. Att. l. 3. ep. 24.* Et nostra concessione omnem vim sui juris amiserint. ¶ Est item Figura Rhetorica, cum aliquid etiam iniquum videtur Orator pati, atque concedere, ut, quæ deinde dicturus est, graviora videantur. *Quintil. l. 9. c. 2.*

Concessīvus, a, um, adject. qui concedit. Vox est *Servii* ad illud *Virg. Æn. 10.* Neque illos Juveris auxilio. Concessivus est, inquit, modus iste secundum Probum &c.

Concesso, as, n. 1. cesso. *Plaut. Pœn. 1. 2. 9.* Nunquam concessavimus lavari, aut tricari, aut ornari.

Concessum, si, n. 2. *volontà*, συγχωρηθέν, permissio, constitutio. *Cic. pro Cæl.* Sed abhorret non modo ab hujus sæculi licentia, verum etiam a majorum consuetudine, atque concessis.

Concessus, us, m. 4. *volontà*, רצון, Germ. *zulassung*, Gall. *permission*, His. *concession*, συγχώρησις, permissio. *Cic. pro Cæl. c. 12.* Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati.

Concessus, a, um, adject. *concesso. Lucan. l. 2. v. 446.* Concessa pudet ire via. *Horat. l. 1. sat. v. 113.* Concessa venere uti.

Concha, æ, f. 1. κόγχη, testa durior piscium, & omne genus piscis, quod firmiorem habet testam, a voce Græca, quæ allata est. *Ovid. 6. Fast. v. 174.* Ostrea, quæ in conchis tuta fuere suis. ¶ Conchæ Cytheriacæ, Veneri gratæ, quæ margaritas gignunt ad fœminarum ornatum. *Mart. l. 2. epigr. 47.* Lævior e conchis Galle Cytheriacis. ¶ Est item concha, *conca, mestola*, genus vasis concavum, ac superius patulum. *Horat. l. 1. sat. 3. v. 14.* sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri. *Plin. l. 33. c. 8.* Hydrargyrum ferrea concha impositum. ¶ Item vas vinarium, in quod e dolio hauritur vinum. *Juv. sat. 6. v. 303.* Cum bibitur concha. ¶ Item genus tubarum, *tromba*, quo Tritones tubicines Neptuni utebantur. *Virg. 7. Æn.* Cava dum personat æquora concha. ¶ Vasculum etiam illud, in quo unguenta servantur, conchum appellat *Horat. l. 2. od. 7. v. 22.* Funde capacibus unguenta de conchis. ¶ Concha, inter obscœna verba ab antiquis usurpata. V. *Plaut. Rud. 3. 3. 41.*

Conchātus, a, um adject. in modum conchæ curvatus *Plin. l. 10. c. 20.* Conchata cauda.

Conchicla, vel Conchiela faba, apud *Apic. l. 5. c. 4.* eadem est ac *Conchis*, sc. faba integra, & solida, cum cortice suo decocta. Hinc Conchiclatus apud *eund. ibid.*

Conchis, chis, f. 3 faba integra, & cum cortice suo, a conchæ similitudine, quod fracto cortice velut implicita conchis suis caruncula videatur. *Juven. sat. 3. v. 293.* Cujus ateto, cujus conche tumes?

Conchita. V. Conchyta.

Conchŭla, æ, f. 1. diminut. parva concha. *Valer. Max. l. 8. c. 8. n. 1.* Constat, vagas litoribus conchulas, & umbilicos lectitasse.

Conchyliatus, a, um, o. 1. 2. κογχυλιατὸς, quod conchylii sanguine tinctum est. *Cic.* 2. *Phil. c.* 27. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.

Conchylilegŭlus, i, m. 2. Conchyta. *leg.* 15. *God. tit. de Murileg.*

Conchylis, idos, f. patronym. quasi conchiliata. *Catull. in Argon. v.* 49. Tincta tegit roseo conchylis purpura tuco. Ita vulgo legitur, & ita habent Lexicographi; sed veteres Codices exhibent *conchyli*; estque constructio: *fuco, roseo conchyli*, pro *conchylii*. Sic *Lucret. l.* 6. *v.* 1072. Purpureusque color conchyli mergitur una Corpore cum lanæ. Et *Serenus carm.* 44. Purpura torretur conchyli perlita tuco. Non videtur igitur inducenda hæc vox *Conchylis* temere in Latium.

Conchylium, lii, n. 2. *conchiglia*, Germ. *ein gauung meſchnecken*, Gall. *coquille*, Hisp. *concha*, κογχύλιον, genus conchæ, idem cum murice, diversum a purpura, cujus sanie, quæ *ostrum* dicitur, lanæ pretiosissimæ tinguntur, quæ austerum in glauco colorem, & irascenti mari similem referunt. *Cic. in Pison.* Extructa mensa, non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida. ¶ Nonnunquam generale nomen est ad omnes conchas. *Plin. l.* 9. *c.* 37. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia. ¶ Ponitur etiam pro ipso colore. *Plin. l.* 9. *c.* 36. Concharum ad purpuras, & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento. ¶ Item pro vestibus conchylii sanguine infectis. *Juven. sat.* 3. Horum ego non fugiam conchylia?

Conchyta, æ, m. 1. κογχυλιάτης, qui conchylia quærit in mari. *Plaut. Rud.* 2. 2. 5. Salvete iures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Legitur & Conchita.

Concĭdes, V. Concædes.

Concīdo, is, idi, ĭsum, idem ac cædo, vel simul, vel minutatim cædo, *sagliare*. *Col. l.* 12. *c.* 22. Hoc minute concidito, & admisceto pici. ¶ Est etiam idem ac occido, *sagliar' a pezzi*, *ammazzare*. *Nepos in Datam. c.* 8. Confixit, adversariorumque multa millia concidit. ¶ Item convellere, labefactare. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 1. Cum omnem auctoritatem Senatus in conspectu populi Romani concideres. ¶ Item verberare. *Cic. Ver.* 3. Virgis plebem Rom. concidere. Sic concidere pugnis. *Plaut. Amphitr.* 1. 1. ¶ Et translate concidere aliquem totis voluminibus. *abbattere*. *Cic.* 1. *de nat. Deor.*

Concĭdo, is, idi, idem ac cado, *precipitare*. *Cic.* 2. *de Orat.* Hoc interim spatio conclave illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. ¶ Translate est perire. *Cic. pro Sext.* Qui non modo præcipitanti patriæ subvenirent, sed eam nimis tarde concidere mœrerent. ¶ Item intermori, *estinguersi, perdersi*. *Cic. pro* L. *Man.* Romæ solutione impedita, fidem concidisse. ¶ Item de statu dejici. *Cic.* 1. *Attic.* Cum Senatus auctoritas concidisset. ¶ Item deficere. *Cic.* 3. *Tusc.* Quod si cui simul animus cum re concidit. ¶ Item superari, *esser vinto*. *Cic. Att. l.* 7. Pompejus malas causas semper obtinuit, in optima concidit. ¶ Item quiescere, *cessare*. *Hor.* 1. *carm. od.* 12. Concidunt venti, fugiuntque nubes.

Conciĕo, es, ivi, itum, & Concio, is, συγκαλέω, *convocare*, convoco, *convocare*. *Liv. lib.* 1. *c.* 59. Concientque miraculo rei novæ homines. ¶ Item commovere. *Id. l.* 48. *c.* 8. Concire seditionem. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 33. Concire iram. *Plaut. Asin.* 4. 2. 15. Concire lites.

Conciliabŭlum, n. 2. *luogo di raunanza*, *fiera*, הכנרה, Ger. *unreth meſſige verſamlung*, Gal. *conciliabule*, Hisp. *conciliabulo*, σύλλογος, locus, quo in concilium conveniunt. *Fest. Liv. l.* 7. *c.* 15. Nundinas, & conciliabula obire. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 40. Per conciliabula, & cœtus seditiosa differebant. ¶ Erant autem conciliabula loca nundinationis, quæ Prætores in provinciis indicere solebant, teste *Servio* apud *Rosin. Antiq. R. l.* 10. *c.* 22. Hæc etiam *Fora* dicta sunt, de quibus intelligendus videtur locus *Livii l.* 34. *c.* 1. Etiam ex oppidis conciliabulisque convenerant.

Conciliatĭo, f. 3. συναλλαγὴ, conciliandi actus, *riconciliazione*. *Cic.* 4. *Acad.* Honestum autem, quod ducatur a conciliatione naturæ. *Id. pro Cluent. c.* 31. Conciliatio gratiæ.

Conciliator, oris, m. 3. *conciliatore*, διαλλακτὴς, qui conciliat. *Ascon. in* 4. *Verr.* ubi *Cic. excursor*, *emissarius*, Hi vocantur conciliatores furtorum, quæ a Magistratibus committuntur, atque internuntii. *Liv. l.* 27. *c.* 15. Conciliator proditionis. *Sueton. Aug. cap.* 48. Conciliator amicitiæ. Et conciliator Nuptiarum, apud *Nepot. in Attico*, *c.* 12.

Conciliatrīcŭla, æ, f. 1. parva conciliatrix. *Cic. pro Sext. c.* 9. Nobilitate ipsa, blandaque conciliatricula commendatus.

Conciliatrix, icis, f. *conciliatrice*, προξενήτρια, quæ conciliat. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 9. Oratio conciliatrix est humanæ maxime societatis. ¶ Sumitur & pro Lena. *Plaut. Mil. act.* 5. *v.* 16. Ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.

Conciliatūra, æ, f. 1. pro lenocinio. *Senec. epist.* 97. Conciliaturas exercere. V. *Lipsi. ad Tacit. l.* 1. *Annal.*

Conciliātus, us, m. 4. idem ac conciliatio, condensatio, conjunctio. *Lucr. l.* 1. *v.* 575. Ovorum condenso magis omnia conciliatu Artari possunt. Adde *l.* 2.

Conciliatus, a, um, adject. *riconciliato*, ut mulier conciliata viro, *Catul. carm.* 69. *v.* 130. ¶ Comparat. Conciliatior judex, *Quintil. l.* 4. *c.* 2. ¶ Male conciliatus, i. e. cum dispendio emptus, *Ter. Eun.* 4. 4. 2. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 1. ¶ Conciliatus, vel Consiliatus, ideſt coactus, bene subactus, verbum fullonum, de quo V. in *Concilio*. Afferuntur a *Paræo in Lex. Crit.* varia variorum exempla; sed in omnibus lectio valde dubia est. Alii enim leg. *consutus*, al. *conchyliatus*, al. aliter.

Concilĭo, as, a. 1. *affollare*, *restringere*, verbum est fullonicum, & significat cogere, a *ciliis*, pilis. *Varr. l.* 5. *de L. L.* Apud fullonem vestimentum cum cogitur, conciliari dicitur. ¶ Translate est benevolum facere, *conciliare*, *fare amico*, חבר, Ger. *verſenen*, Gal. *concilier*, Hisp. *conciliar*, προσάγεσθαι. *Cic.* 12. *Fam.* Protectus obviam legionibus Macedonicis quatuor, quas sibi conciliare pecunia cogitabat. ¶ Item comparare, acquirere, tum in bonam partem, tum in malam, *acquistare*. *Cæs.* 2. *B. C.* Quasi non & felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam Imperatoribus, & res adversæ odia concilient. *Cic.* 4. *Verr. c.* 55. Non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, sed pecuniæ conciliandæ causa. ¶ Item emere, *comprare*. *Plaut. Epid. act.* 3. *sc.* 4. Conciliavisti probe. *ideſt*, vili emisti. Sic male conciliare, h. e. caro pretio emere, *Id. Pseud.* 1. 2. ¶ Ad lenocinia etiam transfertur. *Suet. Cæs. c.* 50. Existimabatur enim Servilia etiam filiam suam tertiam Cæsari conciliare. ¶ Et ad rem matrimonii. *Justin. l.* 7. *circ. fin.* Philippus Olympiada uxorem ducit, conciliante nuptias Arisba. ¶ Conciliare pacem inter aliquos, h. e. componere. *Cic. Fam.* 10. ¶ Conciliare aliquem in aliquem locum, h. e. adducere. *Plaut. Capt.* 1. 2. 28.

Concilĭum, lii, n. 2. vox est artis fullonicæ, & significat coactionem, a *cilsis*, pilis. *Jos. Scalig.* V. Consilium. ¶ Translate dicitur de omni coagmentatione, seu copulatione. *Lucr. l.* 1. Partim primordia rerum, partim concilio quæ constant principiorum. ¶ Concilium vero in arte Civili est conventus, vel cœtus Senatus, Plebis, Judicum, militum, &c. denique multitudo hominum, vel populorum in unum locum deliberandi gratia congregata, *concilio*, עדה, Ger. *verſamlung*, Gal. *concile*, Hisp. *concilio*, συνέδριον. Dictum est concilium, quasi *conocalium*, a *concalando*, hoc est, convocando, quod omnes in unum locum convocentur. *Fest. Cic. de Fin.* Quæ opiniones in Senatu, & apud populum, & in omni cœtu, concilioque proferri possunt. ¶ Differt a comitiis, quia comitia sunt, cum universus populus convenit, concilium, cum populi pars. *Gell. l.* 15. *c.* 27. ¶ Item flos jasiones herbæ. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

Concinentĭa, æ, f. 1. idem fere, quod concentus. *Martian. Capel. l.* 3. Sub oris concinentia. Et *l.* 9. Omnium modorum concinentiam personabat. ¶ Pro symmetria, qua partes omnes inter se concinunt, & quadam modulatione respondent, legitur apud *Macrob. in Somn. Scip. c.* 2. *ad fin. & c.* 3. *in princ.*

Concinnātio, onis, f. 3. apparatio, ornatus. *Cato c.* 106. Aquæ marinæ concinnatio, Vet. Gloss. concinnatio, συσκευή.

Concinnatitĭus, a, um, o. 1. 2. ἁβρόμετρος, quod breviter collectum, & apte situm est. *Apul. l.* 2. Nam Milonis boni concinnatitiam mensulam rogatus accubueram.

Concinnātor, oris, m. 3. adornator. *Col. in præfat.* Capillorum concinnator. *Arnob. l.* 4. Deformitatum concinnatores, atque inventores poetæ. *Sidon. l.* 3. *epist.* 13. Concinnatores criminum.

Concinnatorĭus, a, um, adjectiv. concinnatitius, adornatus, ad concinnandum pertinens, ut concinnatoria vasa, *leg.* 6. *Dig. de pen. leg.*

Concinne, *ornatamente*, Ger. *zierlich*, Gal. *joliment*, Hisp. *lindamente*, κομψῶς, compolite, convenienter, eleganter. *Cic. de Orat. l.* 2. *c.* 19. Hæc quidem sunt concinne distributa, sed non perite. Sic concinne vestitus, *Plaut. Epid.* 2. 2. 38. *Auson. ad Gratian. c.* 8. Neque ille concinnius eloquetur. ¶ Item festive, facete, quemadmodum & *concinnus* pro faceto ponitur. *Ciceronis* exemplum habes *l.* 2. *de nat. Deor. c.* 27.

Concinnentia, æ, f. idem quod concinnitas. *Sidon. l.* 8. *ep.* 4. ubi al. leg. *conciuentia*.

Concinnis, e, adject. concinnus. *Apul. l.* 5. *Met.* Lucerna concinnis.

Concinnĭtas, tis, f. 3. *ornamento*, *eleganza*, Ger. *zierligkeit*, Gal. *agencement*, *elegance*, Hisp. *lindeca*, *gala*, κοσμιότης, ornatus, elegantia. *Cic. de Orat.* Aut ut forma ipsa, concinnitasque verborum conficiat orbem suum. ¶ In plural. Concinnitates, ex Phavorini verbis refert. *Gell. l.* 2. *c.* 26.

Concinnĭter, adverb. concinne. *Gell. l.* 18. *c.* 2.

Concinnitūdo, dinis, f. 3. idem ac concinnitas. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 18. Splendoris, & festivitatis, & concinnitudinis minimum.

Concinno, as, avi, atum, a. 1. apte compono, apto, adorno, & quasi convenire facio, *adornare*, *acconciare*, הכין, Ger. *figlich machen*, Gal. *agencer parer*, Hisp. *ataviar*, συσκευάζω. *Trebon. Cic.* 12. *Fam. ep.* 16. Concinnavi tibi munusculum. ¶ Interdum etiam accipitur pro facere. *Plaut. Capt. act.* 3. *sc.* 4. Me insanum verbis concinnat suis.

Concinnus, a, um, o. 1. 2. *conciato*, *adorno*, נכין, Germ. *figlich*, κομψὸς, compolitus, ornatus, elegans, politus. *Cic. ad Q. Fr.* Mihi erit curæ, tectorium ut concinnum sit. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 74. Versus paulo concinnior. ¶ Item facetus, festivus. *Cic. in Orat. c.* 6. Alii in eadem jejunitate concinniores. *Horat. l.* 1. *sat.* 3. *v.* 50. Concinnus amicis: *conversevole*.

Concino, nis, nui, centum, a. 3. *cantare in compagnia*, συμφωνέω, simul cano. *Cic.* 4. *Tusc. c.* 44. Hæc cum prelis, & flebilibus modis concinuntur. ¶ Translate est convenire, *accordarsi*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 7. Antiocho Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare.

Concĭo, is. V. Concieo.

Concĭo, onis, *radunanza di popolo*, קהל, Ger. *verſamlung*, Gal. *assemblee*, Hisp. *ayuntamiento*, ἐκκλησία, proprie est cœtus, seu multitudo populi invocata ad audiendum Oratorem, a *concieo*, *es*, vel a *concio*, *is*. *Cic.* 2. *de Orat.* Quid aliud fuit, in quo concio rideret? ¶ Improprie dicitur de suggesto, seu loco, unde verba fiunt, βῆμα. *Cic. Attic. l.* 4. Subito ille in concionem ascendit. ¶ Item de oratione, quæ ad populum habetur. δημηγορία. *Cic.* 9. *Fam. epist.* 14. Legi concionem tuam, nihil illa sapientius. ¶ Dicimus autem in concionem vocare, *Cic.* 4. *Acad.* Et, ad concionem, *Id.* 3. *Agrar.* Et, vocare concionem, *Tacit.* 3. *hist.* ¶ Pro concione aliquid facere, aut dicere, *Sueton. in Calig. in piena radunanza*. ¶ Concionem antiqui masculino genere posuere. *Festus*.

Concionabundus, o. 1. 2. concionatorem agens. *Liv. l.* 5. Hæc propalam concionabundus in dies magis augebat iras hominum.

Concionalis, & le, o. 3. quod est concionis. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 9. Eodem die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus prope concionali. ¶ Concionalis homo, qui idoneus est ad concionandum, aut qui concionari consuevit. *Curius Cic.* Si inter vos ignes concionales venale proscripserit.

Concionarĭus, a, um, o. 1. 2. qui solet congregari ad concionem. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 3. Concionario illo populo a se prope alienato.

Concionātor, oris, m. 3. ἐκκλησιαστὴς, qui concionem habet. *Cic. in Catil.* 4. *c.* 5. Quid interfit inter levitatem concionatorum, & animum vere popularem. Ubi videtur Cic. intelligere eos, qui multitudinem concitant, & seditionem movent.

Concionatorĭus, a, um, o. 1. 2. δημηγορικὸς, quod ad concionem pertinet. *Gell. l.* 1. *c.* 11. Tibia quoque illa concionatoria in mentem venit.

Concĭōnor, d. 1. *far un orazione*, דרש, Ger. *predigen*, Gal. *precher*, *haranguer*, Hisp. *razonar*, *predicar*, δημηγορέω, concionem habeo. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 20. Idem cum in communibus suggestis conuitere non auderet, concionari ex turri alta solebat. *Id. Fam.* 12. At etiam de te concionatur. *Cæs. l.* 1. *B. C.* Cæsar ad populum concionatur. ¶ Pro vaticinari, *Lactant. l.* 4. *c.* 18. *n.* 19. Hoc futurum Sibylla concionata est.

Concipĭlo, as, a. 1. corripio, involo, a compilo, inserto *ci* per epenthesin. *Plaut. Truc.* 2. 7. 61. Quem ego affatim jam concipilabo.

Concipĭo, is, ēgi, eptum, a. 3. *pigliare*, *apprendere*, *concepire*, Ger. *zuſammen faſſen*, Gal. *comprendre*, *concevoir*, Hisp. *concebir*, συλλαμβάνω, est capere, apprehendere. *Lucret. l.* 6. Stupa ignem concipit. ¶ Speciatim dicitur de mulieribus, cum semen mulierbre apprehendit virile, & cum eo conjungitur ad fœtum faciendum. *Lact. l.* 3. Quid, quod uxor potest esse communis, filius non potest, quoniam concipi non nisi ex uno necesse est? *Plin. l.* 10. *c.* 33. Perdices concipiunt supervolantium afflatu. *Id. l.* 9. *c.* 51. Pisces ova concipiunt. ¶ Concipere verba, est certam quandam verborum formulam alicui dictare, quam ille totidem verbis referat. Ex. gr. *Concipere verba juramenti*, est dictare, & definire juraturo, quibus verbis velimus juramentum fieri. *Concipere vadimonium*, est dictare formulam vadimonii. *Liv. l.* 7. Nisi in quæ ipse concepisset, verba juraret. *Cic. ad Q. Frat.* Quenquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. *V. Concepeus.* ¶ Transfertur ad animum, & significat excogitare, *machinare*. *Cic. pro Rabir.* Quodnam concepi tantum scelus? *Id.* 3. *Ver.* Majus in se scelus concepisse. Sic concipere odium in aliquem. *Id. ad Quirit post red.* Concipere iram corde, *Id.* 4. *Tusc.* Concipere animi-

inimicitias cum aliquo, *Cæs. l. 3. B. C.* Concipere amentiam, furorem. *Cic. Silius, Ovid.* Concipere vota, *Ovid. 7. Met. far voti.* ¶ Concipere bella cum aliquibus, h. e. agere, *Silius l. 13.* ¶ Concipere ſpe aliquid. *Liv. l. 43.* Et, Concipere ſpem. *Ovid. 1. Faſt. v. 485.* ¶ Concipere mente, & animo *Ovid. 2. Met. Cic. 1. Leg. c. 22.* ¶ Significat interdum exprimere, definire. *Liv. l. 3.* Difficile eſt, quot ceciderint, exacto affirmare numero: Audet tamen Antias Valerius concipere ſummas. ¶ Eſt etiam continere. *Cic. de nat. Deor. l. 2.* Pars animæ concipitur cordis parte quadam. ¶ Concipere morbum, h. e. in morbum incidere. *Colum. l. 7. c. 5.* ¶ Concipere furtum lance, & licio, eſt reperire. V. *Lanx.*

Conciſe, adverb. *συντόμως*, minute, ſtricte. *Quintil.* Quanquam ea non eſt tam minute, ac conciſe in orationibus utendum, quam in diſputationibus.

Conciſio, onis, f. 3. quaſi minuta cæſio, ut conciſio verborum. *Cic. in Partit. c. 6.*

Conciſor, oris, m. 3. qui concidit, ut conciſor nemorum, apud *Corippum l. 4. v. 22.*

Conciſorium, ii, n. 2. inſtrumentum ad concidendum, ficula. *Veget. 1. 56.*

Conciſūra, æ, f. 1. actus concidendi. *Sen. epiſt. 191.* Deſit tane varietas marmorum, & conciſura aquarum e cuniculis interfluentium.

Conciſus, a, um, o. 1. 2. *συγκεκομμένος*, particip. a concido, ut, Conciſa oratio, quæ non continua, ſed veluti membratim cæſa eſt. *Cic. in Brut. c. 17.* Conciſæ ſententiæ, interdum etiam non ſatis apertæ. ¶ Proprie *Ovid. 2. Faſt. v. 647.* Conciſa ligna. Et *Cic. l. 1. Divin. c. 35.* Conciſus exercitus, *Id. Philip. 11.* Judiciis, ignominiiſque multis conciſus.

Concitamentum, ti, n. 2. incitamentum. *Sen. l. 3. de Ira, c. 9.* Quis autem ignorat, lituos, & tubas concitamenta eſſe, quibus mens reſolvatur?

Concitāte, adverb. citate, *preſto, con impeto. Colum. l. 6. c. 6.* Concitate agitur pecus. *Quintil. l. 12. c. 10.* Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius eſſe dicenda? *Lactant. l. 6. c. 1. ſect. 9.* Ad mortem concitatiſſime properant.

Concitatĭo, f. 3. *incitazione*, ἐξέρμησις, commotio. *Cic. 2. de Orat.* Quarum altera concitationem habet, altera commendationem. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 106.* Crebræ continuis diebus ex concurſu multitudinis concitationes fiebant.

Concitātor, oris, m. 3. *Cic. pro Domo, c. 5.* Signifer ſeditionis, concitator tabernariorum. *Liv. l. 29. c. 3.* cæteroſque belli concitatores.

Concitātrix, icis, f. 3. quæ incitat, ut Concitatrix vis. *Plin. l. 26. c. 10.*

Concitātus, a, um, o. 1. 2. *πεφορμημένος*, commotus. *Cic. in Brut.* Admirabili quodam ad Philoſophiam ſtudio concitatus. *Liv. l. 4. B. Maced.* Concitatior curſus, ideſt, celerior. *Id. l. 5. B. Maced.* Concitatiſſimi equi.

Concĭto, as, a. 1. *concitare, commovere, ſtimolare*, עָכַר, Ger. *bewvegen*, Gal. *inciter*, Hiſp. *conciter*, *παροξύνω*, commoveo, extimulo, a cito. *Cic. 1. de Div.* Cum a corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur. *Id. pro Mur.* Ut major facultas Trib. pleb. detur, depulſo adverſario, ſeditionis, ac diſcordiæ concitandæ.

Concĭtor, oris, m. 3. commotor, ut Belli concitores. *Tac. l. 5. Ann. c. 28.*

Concĭtus, a, um, o. 1. 2. partic. a concieo, commotus, concitatus, *commoſſo, incitato. Virg. 9. Æn. v. 69.* Immani concitus ira. *Cic. pro Cæc. c. 5.* Litigioſus, concitus ad rixam. ¶ Concitus, a *cio*, eodem fere ſenſu. *Valer. Flac. l. 5. v. 576.* Ipſe autem tantis concita furoribus arma Expedit.

Concĭtus, us, m. *impeto, corſo*, motus concitatus. *Mamertin. in genethliaco Maxim. c. 8.* Quis ſimili concitu eques, aut velivola navis?

Concīvis, is, com. 3. qui ejuſdem civitatis jure gaudet, *concittadino*, *συμπολίτης. Frontin. de Limitib.* Exactum concivium locum. Adde *Hieron. l. 2. epiſt. 25. Tertul.* & alios juniores. Nam Veteres *civis* uſurpant.

Conciuncŭla, læ, f. 1. dimin. a concio. *Cic. ad Attic. l. 12. epiſt. 16.* Quæ mihi videtur una conciuncula clamore peditſequorum noſtrorum elle peritura.

Conclamatĭo, onis, f. 3. multorum clamor, *acclamazione*. Sæpe accipitur pro acclamatione, applauſu. *Cæſ. l. 2. c. 26. B. C.* Curio univerſi exercitus conclamatione Imperator appellatur.

Conclamātus, a, um, o. 1. 2. *chiamato, gridato*, particip. a conclamo, ut conclamata corpora, quibus extremum conclamationis præſtitum eſt officium, ſeu quæ nihil reliqui jam habent ad vitam. *Lucan. l. 2. v. 22.* Corpora nondum conclamata jacent. ¶ Conclamatum frigus, ſummum, quod conclamata corpora facit, necando frigiditate ſua. *Macrob. l. 7. Satur. c. 5.* Aliaſque herbas conclamati frigoris pipere temperatas. ¶ Interdum ſumitur pro noto, & celebri, *famoſo. Sidon. l. 2. epiſt. 2.* Conclamatiſſimum fontium. Et *l. 6. epiſt. 1.* Conclamatiſſimum primipilarem.

Conclamĭto, as, a. 1. freq. a conclamo. *Plaut. Merc. 1. 1. 51.* Conclamitare tota urbe.

Conclāmo, as, n. 1. *gridare inſieme*, *συμβοάω*, ſimul clamo. *Cic. 6. Phil.* Cum vos univerſi una mente, atque voce iterum a me conſervatam eſſe Rempublicam conclamaſtis. ¶ Ponitur etiam pro ſimplici clamo, *gridare. Cæſ. 1. B. G.* Conclamavit, quid ad ſe venirent. ¶ Conclamare vaſa, militaris eſt locutio, pro denuntiare inter milites, ut vaſa colligant, quod fiebat, cum exercitus moturus erat caſtra. *Cæſ. 1. B. C. c. 56.* Signum dari jubet, & vaſa militari more conclamari. ¶ *Conclamare* abſolute eodem ſenſu, *Id. ibid. c. 57. & l. 3. c. 75.* ¶ Uſurpatur etiam active. *Liv. l. 4. c. 40.* Ex mæſtis paulo ante domibus, quæ conclamaverant ſuos, procurreretur in vias. ¶ Conclamatum eſt, *è finita*, πέπρωται, proprium eorum, qui morientibus aſſiſtunt, & translate pro finitum eſt, deſperatum eſt. Solebant enim cadaverum faciem pluries frigida abluere, nomenque eorum clara voce inclamare, ne forte ſyncope correptos pro mortuis funerarent. *Donatus ad illud Terent. Eun. 2. 3. 56.* Deſine, jam conclamatum eſt.

Conclavātæ res dicuntur, quæ ſub eadem ſunt clavi. *Feſt.*

Conclāve, vis, n. 3. *luogo ſegreto*, חֶדֶר, Gall. *cabinet*, *μυχὸς*, locus ſeparatior in interioribus tectis, quod unam habeat clavem domeſticis communem. *Cic. 3. de Or.* Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. *Quintil.* eandem referens hiſtoriam, triclinium appellat, his verbis: *Vix illo limen egreſſo, triclinium illud ſupra convivas corruit.* ¶ *Donat. ad Ter. Eun. 3. 5. 35.* Conclave eſt ſeparatior locus in interioribus tectis. ¶ Dicitur & Conclavium, ii. *Vitruv. l. 6. c. 5.* Conclaviorum altitudines. Adde *Plaut. Moſt. 3. 2. 155.*

Conclauſus, a, um, adject. velut a concludo, conclauſus, *rinſerrato. Col. l. 3. R. R. c. 12.* Eadem veluti conclauſa, & coarctata ſemina comprimere. ¶ Pro Conclauſus, Concluſus magis eſt in uſu.

Concliniſco, V. Conquiniſco.

Conclūdo, is, uſi, uſum, a. 3. *chiudere*, סָגַר, ח"ם, Germ. *beſchlieſſen*, Gall. *enfermer, conclurre*, Hiſp. *concluyr*, *συγκατακλείω*, claudo. *Cic. de Univ.* Intelligentiam in animo, animum in corpore concluſit. *Teren. Adel. 4. 2. 13.* Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. *Horat. l. 1. Sat. 4.* Concludere auras follibus. *Ter. Eun. 4. 3. 25.* Illum aliquo concluſiſſem. ¶ Eſt item ſimul claudere. *Id. Eun. 5. 8. 16.* Fortuna tot res, & tantas in unum concluſit diem. ¶ Item perorare, ideſt, orationem terminare, *finire. Cic. 6. Verr.* Ut aliquando totam hujus generis orationem concludam, aut definiam. ¶ Item colligendo judicare. *conchiudere. Cic. 2. Fin. c. 19.* Deinde concludebas, ſummum malum eſſe dolorem, &c.

Concluſe, adver. *συγκεκλεισμένως*, quaſi dicas concludendo. *Cic. in Orat. c. 53.* Cum, ut fit, fortuito ſæpe aliquid concluſe, apteque dicerent.

Concluſĭo, f. 3. *concluſione*, סוף, Ger. *beſchlieſſung*, Gal. *concluſion*, Hiſ. *concluſion*, ἐπίλογος, ultima pars orationis, quæ aliter peroratio dicitur. *Cic. 1. de Inv. c. 52.* Hæ partes ſex eſſe omnino nobis videntur, exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehenſio, concluſio. ¶ Verborum concluſio eſt periodus. *Cic. 3. de Orat.* Vocis dico moderationem, & verborum concluſionem. ¶ Item argumentatio, ſyllogiſmus. *Cic. 2. Acad.* Quid enim faceret huic concluſioni? Si lucet, lucet, lucet autem, lucet igitur. ¶ Proprie eſt mora in aliquo loco clauſo, quo ſenſu uſurpat *Cæſ. B. C. l. 2. c. 22.* Peſtilentia conflictari ex diutina concluſione, *lo ſtar rinſerrato.* Adde *Nepot. Eumen. c. 5.*

Concluſiuncŭla, æ, f. 1. dimin. a concluſio. *Cic. 4. Acad. c. 44.* Aculeata ſophiſmata: ſic appellantur fallaces concluſiunculæ.

Conclusūra, æ, f. 1. *Vitruv. lib. 6. c. 11.* ad centrum reſpondentes earum concluſuræ. h. e. cunei fornicis.

Conclūſus, us, ui, m. 4. *rinſerramento. Cal. Aurel. Tard. 1. 4.* Concluſu corporis corrigere.

Concluſus, a, um, o. 1. 2. *rinchiuſo, συγκεκλεισμένος. Cic. 1. de Or.* Omnia fere, quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa, & diſſipata quondam fuerunt. *Id. lib. 2. de nat. Deor. c. 7.* Concluſa aqua facile corrumpitur. ¶ Comparat. Concluſior locus. h. e. anguſtior, *Hygin. l. 4. Poet. Aſtron. c. 14.*

Concoctĭo, onis, f. 3. *digeſtione*, cibi in ventriculo digeſtio. *Plin. l. 11. c. 37.* Concoctione maturata. *Id. l. 20. c. 5.* Concoctionibus confert.

Concoctus, a, um, adject. digeſtus, *digerito, concotto*, vel una coctus. *Lucret. l. 2. v. 852.* Concocti odores.

Concœnatĭo, f. 3. Cœna, convivium, *convito. Cic. de Sen. cap. 13.* Tum compotationem, tum concœnationem vocant.

Concolōnus, i, m. qui ſimul cum alio colonus eſt. *Auguſtin. epiſt. ad Euſeb. 169.*

Concŏlor, oris, o. 3. *d'un medeſimo colore*, Ger. *einer farb*, Gal. *de meme couleur*, Hiſp. *de miſmo color*, ὁμόχροος, ejuſdem coloris. *Ovid. 1. Faſt. v. 80.* Et populus teſto eſt concolor ipſe ſuo.

Concolōrus, a, um, adject. concolor. *Capell. l. de nupt. Philol. 6.* Caryſtos marmoreis fluctibus concolora.

Concomitātus, a, um, adject. ſignif. paſſivæ, *accompagnato. Plaut. Mil. 4. 3. 10.* Quibus concomitata recte deveniat domum.

Concopŭlo, as, avi, atum, are, idem quod copulo, *congiungere. Lucret. l. 6. v. 1075.* Denique res auro argentum concopulat una.

Concoquo, is, xi, coctum, idem ac coquo. *Var. de R. R. l. 2. c. 10.* Ad focum ligna afferre, & cibum concoquere. ¶ Frequentiſſime accipitur pro cibum digerere, *digerire. Cic. 2. de nat. Deor.* Ut id mutari facile, & concoqui poſſit. ¶ Translate eſt cogitare, *conſiderare. Cic. pro Roſc. Com.* Tibi diu deliberandum, & concoquendum eſt. ¶ Item æquo animo ferre, & pati, *ſopportare. Cic. 3. ad Q. Fr. epiſt. ult.* Ut ejus iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam. *Liv. l. 4. c. 15.* Concoquere aliquem ſenatorem.

Concordabĭlis, le, adject. quod concordari facile poteſt. *Cenſorin. de die natali, c. 10.* Non promiſcue voces omnes cum aliis junctæ concordabiles in cantu reddunt effectus.

Concordātus, a, um, adject. *chi è d' accordo. Papinian. JCtus leg. 11. ff. tit. 7. lib. 48.* Matrimonium bene concordatum dirimere.

Concordĭa, f. 1. *concordia, accordo*, הִסְכֵּן אחר, Ger. *einigkeit*, Gal. *concorde*, Hiſp. *concordia*, ὁμόνοια, unanimitas, & conſenſus, a *corde*, quaſi congruentia cordium. *Cic. Att. l. 8.* Fore, ut in Italia poſſemus concordiam conſtituere. ¶ Diſcors concordia dicitur rerum, quæ, cum inter ſe diverſæ ſint, tamen commixtæ unum quoddam corpus conficiunt, dum una alterius vires temperat, & coercet. *Ovid. 1. Met.* Et diſcors concordia ſeitibus apta eſt. ¶ Et translate diſcors concordia ſimulata amicitia eſt. *Lucan. l. 1.* Temporis exigui manſit concordia diſcors, paxque fuit.

Concordĭa, Dea apud Romanos, cui ædes a C. Flavio Cn. F. dedicata eſt in area Vulcani. *Cic. 2. de nat. Deor. Liv. l. 9. Ovid. 1. Faſt. v. 639. & l. 6. v. 637.*

Concordĭa, f. 1. *Concordia*, urbs Carnorum exc. ad Romatinum fl. apud oram Venetiæ, media inter Altinum, & Aquilejam, cujus Epiſcopus in proximo oppido reſidet, cui Romatinus portus nomen eſt, vulgo *Porto Gruaro.*

Concordĭtas, atis, f. 3. idem ac concordia. *Pacuv.* Concorditatem hoſpitio adjunctam, & perpetuam probitatem conſervetis, *apud Non. cap. 2. n. 151.*

Concordĭter, adverb. *concordemente*, ὁμονοητικῶς, unanimiter, pari conſenſu. *Plaut. Curc. 2. 2. 14.* Concorditer inter ſe congruunt. *Cic. pro Rab. c. 5.* Ejus fratris, quicum concordiſſime vixerat.

Concordĭum, ii, n. 2. idem quod concordia. *Leg. 27. ff. de pact. dotal. tit. 4.*

Concordo, as, avi, are, n. 1. *concordare, eſſere d' accordo*, יאת, Germ. *mihtellen*, Gall. *tomber d' accord*, Hiſp. *concordar*, ὁμονοέω, concordem eſſe, convenire. *Cic. 4. Tuſc. c. 13.* Sic animi fanitas dicitur, cum ejus judicia, opinioneſque concordant. *Ovid. 10. Met. v. 146.* Et ſenſit varios, quamvis diverſa ſonarent, Concordare modos.

Concorporāles, lium, m. 3. contubernales, commanipulones, ideſt, qui in contubernio ſuberant eidem decano. *Ammian. l. 28. c. 28.* Ne uno quidem cædibus concorporalium ſupereſſe permiſſo. Adde *l. 21. c. 22.*

Concorporatĭo, onis, f. 3. *incorporazione. Tertull. l. 4. adverſ. Marc. c. 4.* Concorporatio Legis, & Prophetarum.

Concorporātus, a, um, adject. *incorporato. Ammian. l. 22. c. 8.* Hi ſcopuli ſtetere concorporati.

Concorporificātus, a, um, aliud adject. in unum corpus redactus. *Tertul. adverſ. Valent. c. 23.* In mundo coelementato, & concorporificato.

Concorpŏro, as, avi, atum, a. 1. *incorporare*, συσωματόω, in unum corpus redigo. *Plin. l. 22. c. 23.* Facillimeque cum melle concorporatur. *Id. l. 27. c. 12.* Polyanthemum vitiligines concorporat. h. e. delet vitiliginem, & reliquo corpori cutem reddit parem.

Concors, ordis, o. 3. *concorde, d' accordo*, ὁμόνους, qui eſt unius cordis, ideſt, unius animi, a cum & cor. *Cic. 1. Tuſc.* Alius cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur. *Plaut. Aulul. 3. 5. 7.* Multo fiat civitas concordior. *Cic. pro Lig. c. 2.* Concordiſſimi fratres. ¶ Veteres dixere, *Concordis, de. Cæcil. apud Priſcian. l. 6.* Modo ſit obſequens, hilaris, comis, concordis.

Concratitius, a, um, o. 1. 2. *di graticcio*, quod ex conſertis cratibus fit. *Pap. in l. ſi fratres, ff. pro ſocio.* Ut ibi concraticium parietem inter ſe ædificarent. Verum in emendatiſſimis libris legitur Cratitius.

Concrebreſco, is, bui, n. idem quod crebreſco, *creſcere. Virg. in Ciri, v. 25.* Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro.

Concredĭtus, a, um, *confegnato, affidato*, alicujus fidei creditus. *Cic. pro Rofc. Amer. c.* 39. Fortunæ concreditæ. Adde *Plaut. Pœn.* 4. 2. 104.

Concrēdo, is, didi, itum, a. 3. *credere, commettere alla fede*, ἐμπιστεύω, idem eſt, quod credere, ideſt, ſervandum dare, fidei alicujus tradere. *Cic. pro Quint. c.* 20. Cui tu & rem, & tamam tuam concredere ſolebas.

Concredŭo, is, ui, pro concredo, dixere Veteres. *Plaut. Aul.* 3. 6. 48. Ne tu in me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo. *Id. Caſ.* 2. 8. 45. Ei ego amorem meum omnem Concredui.

Concremātus, a, um, una crematus, *abbruciato*, ùt Concrematæ urbes, *Sen. epiſt.* 9.

Concremen.u n, i, n. 2. idem quod concretio, incrementum. *Apul. Apol.* Concrementa varii fellis.

Concrĕmo, as, a. 1. idem quod cremo, *abbruciare. Plin. l.* 12. *c.* 18. Quantum Nero Princeps noviſſimo pompæ ſuæ die concremavit.

Concrĕo, as, a. 1. idem quod creo, vel ſimul creo. Legitur in titulo *c.* 5. *l.* 19. *Gellii*. Ex nive cryſtallus concreatur.

Concrepatĭo, onis, f. 3. *ſtrepito, ſuono. Arnob. l.* 2. *p.* 73. Concrepatione ſcabillorum.

Concrepĭto, as, are, frequentat. a concrepo, *far grande ſuono, o ſtrepito. Prudent. Periſteph.* 11. *v.* 56. Virgarum concrepitat fragor.

Concrĕpo, as, ui, itum, n. 1. *far ſtrepito, riſonare*, הרס, Ger. *erkrachen*, Gal. *criqueter*, Hiſp. *eſtallar*, ἠχέω, perſono. Plus eſt, quam ſono. Nam *con* hic auctivum eſt. *Plaut. Bacch.* Sed huc concedam, nam concrepuerunt fores. *Cic.* 3. *Offi. c.* 19. Si vir bonus habeat hanc vim, ut, ſi digitis concrepuerit, &c. *Terent. Andr.* 4. 1. 58. Concrepuit a Glycerio oſtium. *Liv. l.* 28. Exercitus gladiis ad ſcuta concrepuit, h. e. gladiis ſcuta percutiendo ſtrepitum edidit. ¶ Reperitur etiam active uſurpatum. *Ovid. Faſt.* 5. *v.* 441. Rurſus aquam tangit, Temeſæaque concrepat æra.

Concreſcentĭa, æ, f. 1. concretio. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Ex aquarum ſubſidentia in corporibus, & concreſcentia.

Concreſco, is, evi, etum, n. 3. accreſco, ſimul creſco. *Virg. Ecl.* 6. ut his exordia primis Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis. ¶ Frequentius accipitur pro condenſari, conglutinari, gelu conſtringi, *condenſarſi, agghiacciarſi. Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 10. Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive, pruinaque concreſceret. *Virg.* 12. *Æn.* gelidus concrevit frigore ſanguis. *Plin. l.* 18. *c. ult.* Cinis in foco concreſcit. ¶ *Concreſſe*, pro concreviſſe, apud *Ovid.* 6. *Metam.*

Concretĭo, onis, f. 3. condenſatio, conjunctio, compoſitio. *Cic.* 1. *Tuſ. c.* 27. Niſi mens ſoluta quædam, & libera, ſegregata ab omni concretione mortali.

Concrētus, a, um, o. 1. 2. *condenſato*, συμπαγὴς, conglutinatus, a concreſco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Iſque tum tuſus, & extenuatus in ſublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. *Liv. l.* 21. *c.* 26. Hærerent in durata, & alte concreta glacie. *Virg.* 3. *Georg.* Lac concretum. *Cic.* 1. *Divin. ex quodam Poeta*: Cum claram ſpeciem concreto lumine Luna Abdidit. h. e. contracto. *Virg.* 6. *Æn.* Concreta labes. h. e. affixa, inhærens. *Lucret.* 4. 1237. Craſſius hoc porro, quoniam concretior æquo, &c.

Concrētus, us, m. 4. concretio. *Plin. l.* 12. *c.* 16. In concretu albicantis ſucci, & tabeſcentis.

Concrimĭnor, aris, d. 1. idem ac criminor. *Plaut. Mil.* 2. 2. 87. Ut ſi illic concriminatus ſiet adverſus militem meus conſervus.

Concriſpātus, a, um, adject. criſpatus, criſpus, *creſpo, increſpato. Vitruv. l.* 4. *c.* 1. Capillamento concriſpati cincinni.

Concriſpo, as, avi, atum, are, idem quod criſpo, *increſpare. Ammian. l.* 16. *c.* 29. Tela concriſpans. h. e. vibrans. *Vitruv. l.* 8. *c.* 1. Humores te concriſpantes.

Concrucĭor, aris, paſſ. 1. idem ac crucior. *Lucr. l.* 3. *v.* 149. Non omni concruciamur corpore.

Concruſtātus, a, um, adject. cruſta obductus, *incroſtato. Ammian. l.* 17. *c.* 7. Soliditates concruſtatæ. Et *l.* 30. *c.* 6. Meatus gelidis frigoribus concruſtati.

Concubātus, us, ui, m. 4. pro concubinatu, legitur *leg.* 3. *ff. de Concubin.*

Concubīna, æ, f. 1. *concubina*, ὁμοδούλη, ſcortum, præſertim privatum. *Cic. de Orat. c.* 40. In concubinæ locum duceretur.

Concubinālis, le, adject. ad concubinam pertinens, ut concubinales illecebræ. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 6.

Concubinātus, us, m. 4. *concubinato*, conſuetudo concubinorum. *Suet. in Ner. c.* 28. Super nuptarum concubinatus Veſtali virgini Rubriæ vim intulit. Adde *Plaut. Pœn. prol. v.* 102.

Concubīnus, m. 2. *concubino*, qui ſimul cubat. *Curt. l.* 10. *c.* 2. Pellicum concubini. *Catull. Epithalam. Mall. v.* 135. Concubinum inertem.

Concubitālis, e, adject. ad concubitum pertinens. *Tertull. ad Nation. l.* 2. *c.* 11.

Concubitĭo, onis, f. 3. idem quod concubitus. *Hygin. Aſtron.* 2. *c.* 12. Perſeus inuſitato genere concubitionis natus.

Concubĭtor, oris, qui concumbit. *Auct. declam. quæ inſcribitur* Tribunus Marianus: *quam quidam olim* Quintiliano *tribuebant.*

Concubĭtus, us, m. 4. *coito*, συνουσία, coitus. *Celſ. l.* 1. Concubitus neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus. Adde *Horat. de Art. poet. v.* 398.

Concubĭus, a, um, adject. *Concubia nox* (nam extra hanc formulam non occurrit) a *concubitu dormiendi cauſa* dicta, ut eſt apud *Varron. l.* 5. *de L. L. c.* 2. eſt primi ſomni tempus, ut *Nonius* definit *c.* 2. *n.* 175. Partes enim noctis, ut docet *Cenſorin. de die nat. c.* 24. apud Latinos hæ ſunt: prima *crepuſculum*: ſecunda id tempus, quod dicebant *luminibus accenſis*, antiqui *prima face*: tertia *concubium*, cum itum eſt cubitum: quarta *nox intempeſta*, qua nihil agi tempeſtivum eſt: quinta *ad mediam noctem*: ſexta *media nox*: ſeptima *de media nocte*: octava *gallicinium*: nona *conticinium*: decima *ante lucem*: undecima *diluculum*. Confirmat *Servius* hæc eadem proponens, & quidem ex *Varrone*, ad illud *Virg.* 2. *Æn. v.* 268. Tempus erat, quo prima quies, &c. & ad 3. *Æn. v.* 587. & *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 3. *extr.* ¶ Quod vero apud *Varron. loc. cit.* confundi videtur *concubia nox* cum *intempeſta*, & cum *ſilentio noctis*, & *conticinio*, primo id *Varro* retert non ex ſua, ſed ex aliorum ſententia: deinde minutam illam *Cenſorini* diviſionem non ſemper ſervavere Scriptores: ex quibus *Apulej. l.* 2. *Metam. poſt med.* videtur *concubiam noctem* pro nocte jam provecta poſuiſſe.

Conculcatĭo, onis, f. 3. actus conculcandi, *il calcare co' piedi. Plin. l.* 8. *c.* 18. Bibunt cameli, obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

Conculcātus, us, ui, m. 4. idem quod Conculcatio. *Tertull. de Reſur. c.* 22. Tunc erit Hieruſalem conculcatui Nationibus.

Conculco, as, idem ac calco. *Cic. in Piſ.* Ad portam Exquilinam Macedonicam lauream conculcavit. ¶ Translate ſumitur pro opprimere, violare, *mettere ſotto i piedi. Cic. Att. lib.* 8. Conculcari miſeram Italiam videbis proxima æſtate ab utriuſque mancipiis undique collectis.

Concumbo, is, ui, itum, ere, n. 3. *dormire in compagnia*, συγκαθεύδω, Ger. *beiſchlaffen*, Gal. *coucher enſemble*, Hiſp. *acoſtarſe. Cic. de Fato, c.* 13. Concumbere cum uxore. *Ovid.* 10. *Met. v.* 338. Concumbere viro.

Concumulātus, a, um, adject. accumulatus. *Tertull. de velan. Virgin. c.* 7. Coma concumulata in verticem.

Concupĭo, is, a. 4. idem quod cupio, *deſiderare. Horat. Epod.* 3. *v.* 19. Si quid unquam tale concupiveris. *Salluſt. Catil. c.* 51. Ut quiſquam domum, aut villam concupiverat.

Concupiſcentĭa, æ, f. 1. *concupiſcenza*, ἐπιθυμία, appetitus. *Tertul. de Anima*, Concupiſcentia oculis arbitris utitur. *Curt. l.* 8. *c.* 6. Adeo pertinax ſpes eſt, quam humanæ mentes, quam ingentes concupiſcentiæ devoverunt. Hæc tamen lectio ſuſpecta eſt Eruditis.

Concupiſcentīvus, a, um, adject. *Tertull. de Anim. c.* 16. Concupiſcentivum, quod vocant ἐπιθυμητικόν.

Concupiſco, is, a. 3. idem quod cupio, vel valde cupio. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 24. Concupiſcere mortem.

Concupĭtor, oris, m. 3. qui concupiſcit. *Jul. Firmic. l.* 8. *Aſtron. c.* 22. Rerum alienarum concupitores.

Concupītus, a, um, adject. nom. ex particip. *deſiderato. Cic.* 4. *Tuſc. c.* 6. Concupitum adipiſci. Et *c.* 11. Pecunia concupita.

Concurātor, oris, m. 3. qui una cum aliis aliquid curat. *Ulpian. l.* 19. *ff. de adminiſt. & peric. tut.* Actus ſui rationem concuratori reddere non eſſe compellendum.

Concūro, as, are, a. 1. *aver cura*, idem quod curo, vel ſimul curo. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 23. Hæc concuret coquus.

Concurro, is, curri, & concurri, curſum, n. 3. *concorrere*, נהר, Ger. *zuſammen lauffen*, Gall. *courir enſemble*, Hiſp. *correr juntamente*, ὁμοδρομέω, ſimul curro. *Cicer.* 4. *Ver.* Tantus in curia clamor factus, ut omnes concurrerent. ¶ Eſt item irruere in hoſtem, præliari, *combattere. Liv. de bel. Pun.* Caſtraque eo ſpatio concurrerunt. *Sall. in Jug.* Sed catervatim in noſtros concurrunt. ¶ Abſolute *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 7. Concurritur. ¶ Item confugere, *ricorrere. Cic. ad Att.* Nulla eſt ſedes, quo concurrant, qui Rempublicam defenſam volunt. ¶ Item convenire, conjungi, *unirſi. Ter. Heaut.* 2. 2. 3. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. *Cic.* 3. *de Or.* Verba ne aſpere concurrant, neve vaſtius diducantur. ¶ Item contingere, *accadere. Cic. pro Planc.* Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda ſint. ¶ Item convenire, *conſentire, accordarſi. Cic.* 1. *Tuſc.* Licet concurrant omnes plebeji philoſophi, &c. ¶ Item ad partem venire. *Sen. l.* 2. *de benef. c.* 1. Ad rogandum os concurrit, & ſuffunditur rubor. ¶ Nomina concurrunt, apud *Cic. Att.* 16. *epiſt.* 3. h. e. debitorum, & creditorum nomina paria ſunt. ¶ Concurrere alicui, *Stat.* 11. *Theb. v.* 185. ¶ *Concucurri* legitur apud *Flor. l.* 4. *c.* 2. & *Hirt. de B. Afric. c.* 59.

Concurſatĭo, onis, f. 3. *il correr qua, e là*, περιδρόμησις. *Cic. pro Domo*, Quid puerorum illa concurſatio nocturna? Adde *l.* 1. *Fam. ep.* 1.

Concurſātor, oris, m. 3. *chi corre qua, e là*, περιδραμὼν. *Liv. l.* 31. *c.* 35. Nec pedes concurſator, & vagus.

Concurſatorĭus, a, um, adject. ut concurſatoria pugna, quæ ſcil. concurſando fit. *Ammian. l.* 16. *c.* 14.

Concurſĭo, f. 3. idem ac concurſus. *Cic.* 1. *Top. c.* 19. Concurſio rerum fortuitarum. *Auctor ad Her. l.* 4. *c.* 12. Crebræ vocalium concurſiones.

Concurſo, as, are, n. 1. *correre qua, e là* diſcurro, freq. verbi concurro. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ex corporibus huc, & illuc caſu, & temere concurſantibus. ¶ Uſurpatur & cum accuſat. *Cic. pro Mur. c.* 21. Præſertim cum jam hoc novo more omnes fere domos omnium concurſent.

Concurſus, us, m. 4. *concorſo*, מרוצה, Ger. *zulauff*, Gall. *concours*, Hiſp. *concorſo*, συνδρομή. *Cic.* 7. *Phil.* Ad quem omni motu concurſus fiat civium perditorum. Sic occupationum concurſus. h. e. turba. *Idem Fam.* 7. *epiſt. ult.* ¶ Item pugnantium congreſſio, prælium, *attacco degli eſerciti. Nepos in Tim. c.* 2. Copias eduxit, barbarorumque uno concurſu maximam vim proſtravit. ¶ Apud *Lucretium* invenitur ſecundæ declinationis, *l.* 1. *v.* 384. Poſtremo duo de concurſo corpora lata.

Concurvo, as, are, a. 1. idem quod curvo, *piegare, curvare. Laber. apud Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 7. Non flexibilem me concurvaſti, ut carperes.

Concuſſibĭlis, le, adject. qui concuti poteſt, apud *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marc. c.* 25.

Concuſſĭo, onis, f. 3. *ſcotimento*. Gloſſ. Vet. Concuſſio, σεισμὸς, ϑόβυσσος, διασεισμός. *Senec. G. quæſt. natur. c.* 25. Illa vaſta concuſſio, quæ duas ſuppreſſit urbes. ¶ Apud JCtos crimen eſt, ſi aliquid terrore poteſtatis illicite extorquetur, & aufertur, *prepotenza. Leg.* 1. & 2. *ff. de concuſ. & l.* 4. *Cod. de concuſ. ob turp. cauſ.*

Concuſſo, as, pro concutio legitur a quibuſdam apud *Lucret.* 2. 214. Abrupti nubibus ignes concuſſant. Sed al. leg. *concurſant.*

Concuſſor, oris, m. 3. qui terrore poteſtatis illicite opprimit, afflictor, *prepotente. Tertull. de jug. in perſecut.* Quid dicit ille concuſſor? Da mihi pecuniam.

Concuſſūra, æ, f. 1. concuſſio. *Tertull. l. de fug. in perſecut. c.* 13. Petenti dabo in cauſa eleemoſynæ, non in concuſſuræ.

Concuſſus, a, um, o. 1. 2. partic. a concutior, *ſcoſſo, sbattuto. Virg.* 5. *Æn. v.* 700. Caſu concuſſus acerbo. *Liv. l.* 3. *c.* 10. Terra motu concuſſa. *Lucan. l.* 1. *v.* 182. Fides concuſſa. h. e. labefactata. *Capel. l.* 4. *de nupt. Philol.* Pallas aliquanto concuſſior. h. e. turbatior.

Concuſſus, us, m. 4. commotio. *Plin. l.* 35. *c.* 16. Coquitur in calcibus crebro concuſſu. *Lucret. l.* 6. *v.* 546. Quippe cadunt toti montes, magnoque repente Concuſſu late diſſerpunt inde tremores.

Concutio, tis, cuſſi, cuſſum, a. 3. *commovere, ſcuotere*, Germ. *erſchithen*, Gal. *ébranler*, Hiſp. *ſacudir*, σείω, commoveo. *Ter. Eun.* 3. 5. 42. Qui templa cœli ſumma ſonitu concutit. *Cic.* 2. *Philip. cap.* 42. Concutere Remp. h. e. turbare, evertere. *Juven. Sat.* 10. *v.* 327. Nec Stenobœa minus quam Creſſa excandunt, & ſe Concuſſere ambo, h. e. erexere in ultionem. Tractum a pugilibus, qui congreſſuri manus concutiunt.

Condalĭum, n. 2. anuli genus, quod ſervi digitis terebant, a κόνδυλος, digiti articulus, & junctura. *Feſt.* & *Plaut. Trinum.* 4. 3. *v.* 7. & 15.

Condĕcens, entis, adject. 3. decens, *condecente, conveniente. Auſon. in grat. act. ad Gratian. Imp.* Cujus egreſſus auſpicatior fuit, habitudo cohibitior, familiaris habitus condecentior.

Condecenter, adverb. *con decenza. Gell. l.* 16. *c.* 12. ut *Moſell.* & *Aldus* edidere. Alii leg. *Conducenter.*

Condecentĭa, æ, f. 1. idem ac decentia, *decenza. Cic.* 3. *de Orat. c.* 52. Sic verbis quidem ad aptam compoſitionem, & condecentiam, ſententiis vero ad gravitatem orationis utatur.

Condĕcet, idem ac decet, *conviene. Plaut. Amph.* 2. 2. 90. Capies quod te condecet.

Condecŏre, adverb. idem ac decore, *con decoro. Gell. l.* 14. *c.* 4. Condigne mehercule, & condecore Chryſippus depinxit.

Condecŏro, as, a. 1. idem ac decoro, *decorare, ornare. Terent. in prol. Hec.* Vobis datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.

Condeliquēſco, is n. 3. *liquefarſi. Cato R. R. c.* 23. Uti reſina condeliqueſcat.

Condemnabĭlis, le, adject. *condannevole*. *Pallad. de Inſtit. c.* 11. Eſt noſtræ ſtudium non condemnabile Muſæ.

Condemnatio, onis, f. 3. *condanna*. *Aſcon. in Divin. Ver.* A abſolutionis, C condemnationis litera. *Ulpian. l.* 5. *ff. ſi ex noxali cauſ.* Condemnatio pecuniaria.

Condemnātor, oris, m. 3. *accuſatore*, qui reum peragit. *Tacit. 4. annal.* 66. Claudiæ condemnator. ¶ Item judex qui condemnat. *Tertul. adv. Marc. c.* 9. Delicti interdictor, & condemnator.

Condemnātus, a, um, nom. ex partic. *condannato*. *Cic. 6. Fam. ep.* 6. Nefariorum ſcelerum condemnati. *Titinnius Velit. apud Non. c.* 4. *n.* 111. Nunc ejus voti condemnatus, inimolavit hoſtiam, h. e. obnoxius ad præſtandum, quod voto promiſerat.

Condemno, as, a. 1. idem ac damno, *condannare*, κατακρινώ. *Cic.* 1. *de Orat.* Ut capitis hominem innocentiſſimum condemnarent. *Idem Philip.* 2. *c.* 23. Licinium de alea condemnatum. h. e. lege de alea. *Sueton. Calig. cap.* 38. Quadraginta reos ex diverſis criminibus condemnavit. ¶ Extenditur etiam ad accuſatorem, ut idem ſit, quod reum peragere, vel efficere, ut quis damnetur. *Cic.* 2. *Ver.* Ego hoc uno crimine illum condemnem neceſſe eſt. ¶ Adhibetur item extra forum. *Cic.* 2. *de Orat.* Cæteros non dubitabo primum inertiæ condemnare, poſt etiam impudentiæ.

Condensĕo, es, a. 2. denſeo, *condenſare*. *Lucret. lib.* 1. *v.* 392. Quod ſe condenſeat aer. Al. leg. *condenſerat*. quod ſit pro *condenſuerat*.

Condenſo, as, idem ac denſo, *condenſare*. *Colum. l.* 7. *cap.* 8. Rurſuſque ponderibus condenſatur.

Condenſus, o. 1. 2. denſus, *denſo*. *Liv. l.* 26. *c.* 5. Condenſa acies. *Hirt. de bel. Afr. c.* 50. Olivetum crebris arboribus condenſum.

Condepſo, is, ui, ere, commiſceo, manibus ſubigo, mollio. *Cato de R. R. c.* 41. Hæc bene una condepſito.

Condīco, is, xi, ctum, a. 3. *determinare*, יצר, Germ. *beſtimmen*, Gall. *aſſigner*, *determiner*, Hiſp. *determinar*, διομολογοῦμαι, eſt ſimul dicere, ſimul determinare, conſtituere. *Juſtin. l.* 3. Locum, tempuſque coeundi condicunt. *Tacit. de Germ. cap.* 11. Sic conſtituunt, ſic condicunt. ¶ Item denuntiare, *intimare*. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 9. Nam cum mihi condixiſſet, cœnavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. *Sueton. in Tib.* Sexto Claudio libidinoſo, ac prodigo ſeni cœnam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret. Sic *Plaut. Men.* 1. 2. 15. Ad cœnam aliquo condicas foras. ¶ Et cum genit. *Liv. lib.* 1. ex veteri formula: Quarum rerum, litium, cauſarum condixit Pater Patratus Pop. Rom. Quiritium Patri Patrato Priſcorum Latinorum. *Jul. l. ſi alienum*, *ff. de mortis cauſa donat.* Si alienam rem mortis cauſa donavero, eaque uſucapta ſit, verus dominus condicere eam non poteſt. h. e. repetere, denuntiare reſtitutionem.

Condictĭo, f. 3. *intimazione*, νομαγγελία, denuntiatio in diem certum ejus rei, de qua agitur. *Feſt.* Condicere enim priſca lingua, eſt dicendo denuntiare. ¶ Speciatim eſt actio in perſonam. *Ulpian. in l. actionum genere*, *ff. de act. & obl.* Actionum genera duo ſunt, in rem, quæ dicitur vendicatio, & in perſonam, quæ condictio appellatur.

Condictĭtius, a, um, o. 1. 2. quod ad condictionem ſpectat, ut actio condictitia, qua aliquid condicimus, & repetimus, quæ eadem eſt, ac conditio. *Ulp. l. ſi duo*, §. *idem Julianus*, *ff. de jurejur.* Atque ideo neque furti, neque condictitia tenetur.

Condictus, a, um, o. 1. 2. *intimato*, *o ſtabilito*, διηγορεύμενος, quod in commune eſt dictum, ideſt quod conſtitutum, pactum, promiſſum, denuntiatum eſt. Sic condicta dies, *Plaut. Curcul.* 1. 1. 5. ¶ Subſtantive Condictum eſt, quod in communi eſt dictum. *Feſt.* h. e. promiſſio, ſeu pactum mutuum.

Condigne, adverb. digne, *degnamente*, ἀξίως. *Plaut. Aulul.* 3. 4. 6. Condigne me meus gallus gallinaceus perdidit. *Gell. l.* 1. *c.* 6. Recte, atque condigne locutum eſſe. Et *l.* 14. *c.* 4. Condigne mehercule, & condecore.

Condĭgnus, a, um, adject. idem fere ac dignus, *degno*, *condegno*, *conveniente*. *Gell. l.* 3. *c.* 7. Pulcrum facinus, Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum. *Plaut. Mil.* 2. 6. 25. Ibi dum condignam te ſectatus ſimiam.

Condimentarĭus, ii, m. 2. ταριχοπώλης, qui condimenta conficit, aut vendit, *paſticciere*. Metaphorice *Tertull. de Anima*, *c.* 3. Doleo, Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.

Condimentarĭus, a, um, adject. ad condimenta pertinens. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Satureia in condimentariorum genere eſt.

Condimentum, n. 2. *condimento*, ἄρτυμα, quod ad aliquid condiendum aptum eſt, vel quo aliquid conditur. *Cic.* 2. *Fin. c.* 28. Socratem audio dicentem, cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic. de Amic. c.* 18. Accedat huc ſuavitas, oportet, ſermonum, atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ.

Condĭo, is, ivi, vel dii, ditum, a. 4. *far ſaporito*, *condire*, דקט, Ger. *wvirtzen*, Gall. *aſſaiſonner*, Hiſp. *adobar*, *guiſar*, ταριχεύω, eſt ea, quæ acerba ſunt, ſuavia, quæ inſipida, ſapida facere, vel res per ſe ſuaves ſale, pinguedine, aromatibus, ſuccis ſuaviores reddere. *Cic.* 7. *Fam.* Iſti herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe jucundius. ¶ Translate eſt jucundum, gratumque reddere. *Cic. in Orat.* Omnino duo ſunt, quæ condiant orationem, verborum, numerorumque jucunditas. *Id. Att. l.* 12. *epiſt.* 40. Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi.

Condiſcipŭla, æ, f. 1. *condiſcepola*, συμαθήτρια. *Martial. l.* 10. *epigr.* 35. Hac condiſcipula, vel hac magiſtra, Eſſes doctior, & pudica Sappho.

Condiſcipulātus, us, ui, m. 4. *ſocietà di ſcuola*, ſocietas diſcipulorum ſub uno magiſtro, συμαθητεία. *Nepos in Attico*, *c.* 5. Cum quo a condiſcipulatu vivebat conjunctiſſime.

Condiſcipŭlus, li, m. 2. *compagno ad imparare*, *condiſcepolo*, Germ. *ſchulgeſell*, Gall. *condiſciple*, *compagno d' ècole*, Hiſp. *companero de eſcuelo*, συμαθητής, qui ſimul cum aliquo diſcipulus eſt. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 18. Dicæarchum vero cum Ariſtoxeno æquali, & condiſcipulo ſuo, doctos ſane homines, omittamus.

Condiſco, is, idici, iſcere, a. 3. idem quod diſco, *imparare*, *aſſuefarſi*. *Horat. l.* 3. *od.* 2. *v.* 3. Pauperiem pati puer condiſcat. *Ovid. Heroid. epiſt.* 4. *v.* 25. Ars ſit ubi a teneris crimen condiſcitur annis.

Conditanĕus, a, um, adject. *coſa*, *che ſi condiſce*, ἀρτυτός, qui conditur, ut piſces conditanei, *Apic. l.* 9. *in princ. Var. R. R. l.* 1. *c.* 24. Olivam conditaneam ſerere. Eſt autem oliva conditanea vel quæ condiri poteſt, vel condi, & ſervari.

Conditĭo, onis, f. 3. *condimento*, דקה, Germa. *vvirtzung*, *ſalſen*, Gall. *ſauſſe*, *aſſaiſon*, Hiſp. *adobo*, *guiſa*, ἄρτυσις, actus condiendi. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 58. Quo compoſitiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia proceſſerint.

Conditĭo, onis, f. 3. *condizione*, Germ. *ſtand*, *vveiſs*, Gal. *ètat*, *condicion*, Hiſp. *eſtado*, *y condicion*, κτῆσις, actus condendi, ſed fere ſumitur pro qualitate, modo, ratione, qua aliquid condi, ideſt fieri aptum eſt. *Cic. Att. lib.* 15. *epiſt.* 1. Ea conditione nati ſumus, ut nihil recuſare debeamus. *Id. Fam. l.* 5. *ep.* 18. Legum, judiciorum, temporum conditio impendet. ¶ Eſt etiam conditio poteſtas oblata eligendi, ſeu ut *Donat.* definit in *Ter. And.* 1. 3. 52. pactio certam legem in ſe continens. *Cic. pro Arch.* Præmium ei tribui ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet. *Ter. Heaut.* 2. 3. 85. Harum duarum conditionum utram malis vide. Hinc Conditionem offerre, proponere, ſtatuere, recuſare. Stare conditionibus, fugere a conditionibus, &c. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 12. *& al.* ¶ Itaque conditiones dicuntur leges pacis. *Liv. l.* 7. *B. Pun.* Eſt ejus qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis. ¶ Sumitur & pro conjunctione ſponſaliorum, & nuptiarum. *Suet. Galb. c.* 5. Remanſit in cœlibatu neque follicitari ulla conditione amplius potuit, *da niun partito*. *Cic. pro Cæl. c.* 15. Habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparaſti, quo omnis juventus natandi cauſa venit: hinc licet conditiones quotidie legas, *partiti*. V. & *Suet. Aug. c.* 69. ¶ Item pro invitatione ad cœnam. *Martial. l.* 11. *epigr.* 52. Cœnabis belle, Juli Cerealis, apud me. Conditio eſt melior ſi tibi nulla, veni. ¶ Item obſceno ſenſu pro inguinibus. *Lamprid. in Heliogab. c.* 5. Habebat, qui ei bene vaſatos perquirerent, ut eorum conditionibus frui poſſet. ¶ Denique conditio eſt creatio apud *Tertul. de hab. mulier. c.* 8. Dei conditio eſt thus & merum.

Conditionālis, & le, o. 3. *condizionale*, ὑποθετικός, quod conditionem habet adjunctam, ut conditionalis venditio, *leg.* 4. *Dig. de in diem addict.* Datio conditionalis, *Ulp. l.* 9. *Dig. de adimend. legat.* Conditionalis comminatio, *Tertull. adv. Jud. c.* 13. ¶ Conditionales *in leg. Scripturas*, *Cod. qui potior. in pign.* genus ſunt tabulariorum, *Notæ*.

Conditionālĭter, adv. *con conditione*, ὑποθετικῶς, ſub conditione. *Juſt. de leg.* §. *longe magis*. Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa.

Conditĭtius, a, um, o. 1. 2. *coſa ripoſta*, *e ſerbata*, נסתר, Germ. *das behalten gelegt iſt*, Gal. *guardè*, Hiſp. *guardado*, quod conditum eſt, & ſervatur in aliquo loco. *Col. l.* 8. *c.* 8. Duobus, aut tribus modo menſibus acceptant condititia cibaria. Si ducas a condio, condititius eſt qui condiri poteſt, vel condimento præparatus.

Conditīvum, i, n. 2. cibus repoſitus, ſeu conditus, vel locus in quo cibi conduntur. *Cato*, *Varro*, & *Col.* Item *Macrob. lib.* 2. *Saturn. c.* 15. & 16. ¶ Pro ſepulcro *Senec. epiſt.* 60. Qui vero latitant, & torpent, ſic in domo ſunt, quomodo in conditivo.

Conditīvus, a, um, o. 1. 2. *ciò*, *che è atto a conſervarſi*, Germa. *das zubehaltem iſt*, Gal. *choſe bonne a garder*, Hiſ. *coſa buena a ſer guardada*, ἀποθετέος, quod apte condi, & ſervari poteſt. *Col. l.* 7. *c.* 9. Conditivis cibis ſuſtinendæ ſunt.

Conditor, m. 3. *facitore*, היוצר, Ger. *macher*, Gal. *faiſeur*, Hiſp. *hazedor*, δημιουργός, a condo, qui aliquid facit, componit, alicujus rei auctor eſt. *Cic. pro Cluent.* Atque etiam ipſe conditor totius negotii Guttam aſpergit huic Bulbo. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 416. Conditor hiſtoriæ. *Plin. l.* 7. *c.* 30. Thucydides conditor rerum. *h. e.* hiſtoriæ ſcriptor. *Florus l.* 1. *c.* 1. Et urbis & Imperii conditor Romulus. ¶ Conditor, oris, a condio, qui condit, σωστυτής. *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 6. Conditores, inſtructoreſque convivii.

Conditorium, ii, n. *ripoſtiglio*, Germ. *behalter*, ἀποθήκη, locus, in quo aliquid reponitur, ut Conditorium muralium tormentorum, ideſt, repoſitorium machinarum, *Marcellin. l.* 18. *c.* 22. ¶ Speciatim ſumitur pro ſepulcro, vel pro capſa, in qua mortui conduntur. *Petron. Satyr.* In conditorium etiam profecuta eſt defunctum. Adde *Suet. Aug. c.* 18. *& Calig. c.* 52.

Conditrix, icis, f. 3. quæ condit, & facit. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 11. Luna mortalium corporum & auctor, & conditrix. *Apul. Apol. p.* 285. Paupertas priſca apud ſecula omnium civitatum conditrix.

Conditum V. in Conditus.

Conditūra, æ, f. 1. a *condo*, ſtructura, *fattura*, ut vitrorum conditura. *Petron. Satyr. p.* 85. ¶ Conditura, æ, a *condio*, idem quod condimentum, *condimento*. *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 15. Liberos illi epulandos apposuit, ſubinde interrogans, an placeret conditura. Adde *ep.* 69.

Conditus, us, ui, m. 4. idem quod conditura, a condio. *Colum. l.* 2. *c. ult.* Uvas, itemque olivas conditui legere licet.

Conditus, us, m. 4. condendi, ideſt fabricandi actus, *fattura*. *Apul. Apol. p.* 289. Veteranorum militum novo conditu ſplendidiſſima colonia ſumus. *Cenſorin. de die Nat. c.* 4. Qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adjumento.

Conditus, o. 1. 2. *condito*, דרקא, Ger. *vvolſcheckend*, Gal. *confy*, *aſſaiſoné*, Hiſp. *adobado*, ἀρτυμένος, partic. paſſ. a condior, iris. *Cic.* 3. *de Or.* Unguentis minus diu nos delectari ſumma, & acerrima ſuavitate conditis, quam his moderatis. ¶ Et translate. *Cic. Attic. lib.* 13. Nec id ſolum, ſed bene cocto, & condito ſermone bono. *Cic.* 2. *de Or. cap.* 56. Nec apud populum gravior oratio, neque lepore, & feſtivitate conditior.

Conditus, a, um, *ripoſto*, *naſcoſto*, κατθετός, reconditus, repoſitus, partic. a condor. *Cic. pro Mur.* Ut ei jam exploratus, & domi conditus Conſulatus videretur. ¶ Item ædificatus, conſtitutus. *Cic.* 1. *Tuſc.* Homerus fuit, & Heſiodus ante Romam conditam. Item comparatus, inventus, compoſitus. *Hor. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 92. Locus a Diomede conditus. *Virg. Ecl.* 10. *v.* 50. Chalcidico condita verſu carmina. ¶ Item ſepultus. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 198. Conditus tumulo. ¶ Conditum, i, n. 2. Condita dicebantur annonariæ ſpecies, quæ in civitatibus conditæ ſervabantur ſuſtinendo militi, aut comitatui Principis, *magazzeni*. Militaria condita *Spartian.* vocat in *Adrian. cap.* 11. V. ibi *Caſaub.*

Condo, dis, didi, ditum, a. 3. *aſcondere*, *riporre*, אדר, Ger. *verbergen*, Gall. *cacher*, Hiſp. *encervar*, *eſconder*, ἀποτίθημι, eſt reponere, a *cum*, & *do*. *Cic. de nat. Deor.* Neque homines murium, ac formicarum cauſa frumentum condunt. *Id. in Verr.* Literas in ærario ſanctiore condi imperavit. ¶ Item claudere, tegere. *Cic. 7. Ver.* Atque in carcerem condi imperavit. *Virg.* 2. Æn. Nota conduntur in alvo. ¶ Item ædificare. *Cic. de Div.* Qui Reſp. conſtituerunt, qui urbes condiderunt. ¶ Item inſtituere, vel ſtabilire. *Cic. pro Domo*, Rempublicam condere meo diceſſu, quam omnium interitu occidere malui. ¶ Item componere, vel ſcribere. *Cic.* 1. *ad Att.* Quoniam Græcum poema condidit. *Id.* 2. *de Leg.* Ad ſalutem civium conditas eſſe leges. ¶ Item ſepelire. *Cic. de Leg. l.* 2. *c.* 22. Condere in ſepulcro. ¶ Hinc eleganti translatione ponitur pro finire, ut condere ſecla, *Lucan. lib.* 3. *in fin.* Condere diem, *Horat. l.* 4. *od.* 5. Condere ſoles, *Virgil. Ecl.* 6. *v.* 52. Condere luſtra, *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 66. ¶ Huc male quidam trahunt illud *Virgil. Ecl.* 6. *v.* 6. Namque ſuper tibi erunt, qui dicere laudes, Vare, tuas cupiant, & triſtia condere bella. Nam ibi condere eſt pro ſcribere, ſeu componere, ut recte *Serv.* interpretatur. ¶ Condere verbum, eſt effingere, componere, apud *Varr. l.* 6. *de L. L. circ. princ.*

Condocefacĭo, a. 3. *inſtruire*, *ammaeſtrare*, *aſſuefare*, συμαθεύω, inſtruo, aſſuefacio. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 31. Eumque condocefaciat, ut ea, quæ bona, malave videantur, poſſit contemnere.

Condocefactus, a, um, adject. nom. ex particip. *inſegnato*, *ammaeſtrato*.

Cic. l. 2. de Nat. Deor. c. 64. Belluæ domitæ, & condocefactæ.

Condocĕo, ces, a. 2. doceo, *insegnare*, *ammaestrare*. *Hirt. de Bel. Afric. c.* 19. Frænato equo uti condocuerat.

Condoctor, oris, m. qui simul cum alio docet. *Augustin. l. 1. Confession. c. 9. extr.* Si in aliqua quæstiuncula a condoctore suo victus esset.

Condoctus, a, um, nom. ex particip. *ammaestrato*. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 3. Condocta dicta ad fallaciam. *Et paulo inferius:* Ædepol condoctior sum, quam &c.

Condolĕo, es, & Condolesco, is, ui, itum, ere, idem omnino quod dolco, *dolere*, *dolersi*. Ac si pro simul doleo, *συμπάσχω*, usurpetur, barbarum est. *Cic. Tusc.* 2. *c.* 22. Si pes condoluit, si dens, terre non possumus. *Id. l.* 1. *Acad. c.* 10. Cum perturbationem ex homine non tollerent, naturaque & condolescere, & concupiscere dicerent.

Condolĭum. V. Condalium.

Condōmo, as, ui, itum, are, idem quod domo, *domare*. *Prudent. hym. Jeiunant. v.* 98. Veteresque nugas condomare, ac frangere.

Condonatĭo, f. 3. donatio, *donazione*. *Cic.* 2. *Ver. c.* 4. Bonorum, possessionumque contra omnium institutа adjectio, & condonatio.

Condonātus, a, um, adject. idem quod donatus, *donato*. *Cicer. pro Planc. c.* 31. Datus est tibi ille, condonatus ille. *Aurel. Vict. Vir. illustr. c.* 4. Patriis lacrymis condonatus. h. e. dimissus.

Condōno, as, a. 1. idem quod dono. *Cic. in Off. l.* 2. *c.* 22. Cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ. ¶ Est etiam remittere, ignoscere, *perdonare*, ut condonare crimen, *Id. pro Mil. c.* 2. Sic condonare aliquem alicui, est, in alicujus gratiam alicui ignoscere. *Cæs. B. G. l.* 1. *c.* 20. ¶ *Ter. Phorm.* 5. 7. 54. accusativo rei jungit: Argentum quod habes, condonamus te. V. etiam *Eun. prol. v.* 17.

Condormĭo, is, n. 4. *dormire insieme*, *συγκαθεύδω*, simul dormio. *Plaut. Most. act.* 2. *sc.* 2. Abimus omnes cubitum, condormivimus.

Condormisco, is, n. 3. dormio. *Plaut. Rud.* 2. 7. 13. Da mihi aliquid loci, ubi condormiscam parum.

Condrillon, n. 2. vel condrilla, f. 1. *κονδρίλλη*, herba caule, & flore agresti intubo similis. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

Condris, f. 3. sive potius chondris, herba, nonnullis pseudodictamum, dictamo tolio similis, ramulis minoribus. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Conducenter V. Condecenter.

Conducibĭlis, & le, o. 3. utilis, *utile*, *giovevole*. *Plaut. epid.* 2. 2. Sententia conducibilis. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 14. Utrum fuerit conducibilius.

Conduco, is, uxi, uctum, a. 3. *congregare*, *condurre*, תכנא, Germ. *begiesten*, Gal. *amoner*, *conduire*, Hisp. *llevar*, *συνάγω*, duco. *Plaut. Epid.* Me jussit senex conducere aliquam fidicinam sibi huc domum. *Cic.* 2. *de Inv.* Tunc Crotoniatæ publico de consilio virgines unum in locum conduxerunt. ¶ Item ad tempus emere, rem aliquam utendam pretio accipere, operam alicujus hominis mercede comparare, *pigliar ad affitto*, *pigliar a lavorare*. *Cic. pro Cæl.* Domum conduxit in Palatio. *Id. Attic. l.* 1. *ep.* 14. Vectigalia de Censoribus conduxerunt. ¶ Item redimere, seu aliquam rem faciendam suscipere propter pretium, seu mercedem. *Cic.* 2. *de Div.* Qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerant faciendam. ¶ Conducere lac, pro coagulare. *Colum. l.* 7. *c.* 8. Lac plerumque cogi debet agni, aut hædi coagulo, quamvis possit & agrestis cardui flore conduci. ¶ Aliquando sumitur pro conjungere. *Valer. Flacc. lib.* 1. *v.* 479. fissaque fluctu vel pice, vel molli conducere vulnera cera. *calafatare*.

Conducit, ebat, imp. 3. *esser utile*, *συμφέρει*, utile est, cum dat. personæ, vel rei. *Cic.* 1. *Fam.* Quæ maxime cum mihi, tum etiam Reipub. rationibus putem conducere. ¶ Vel cum accus. rei cum *ad*. *Cic.* 1. *Offic.* Conducat id, necne, ad vitæ commoditatem. ¶ Vel absolute. *Id.* 5. *Fam. ep.* 19. Ea maxime conducunt, quæ sunt rectissima. ¶ Vel cum accus. addita præposit. *in*. *Plaut. Capt.* 2. 3. 26. Quod in rem conducit tuam. ¶ Vel cum infinito. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 1. Rationibus nostris conducit, id fieri.

Conductĭo, f. 3. *il prendere sopra di se*, *μίσθωσις*, redemptio. *Cic. pro Cæc. c.* 32. Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. ¶ Item collectio. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 40. Quare in longis argumentationibus ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet.

Conductĭtĭus, a, um, o. 1. 2. *che è solito condursi*, נשכר, Germ. *das man bestellt*, Gall. *qu'on prend à louage*, Hisp. *alquiladero*, *μισθωτός*, quod conduci solet, vel quod jam conductum est. *Plaut. Epid.* 2. 3. 8. Apœcidi quomodo ostendam fidicinam aliquam conductiticiam. *Varro l.* 1. *R. R. c.* 17. Aut mercenariis, & conductitiis operis liberorum.

Conductor, oris, m. 3. *μισθωτής*, qui rem aliquam, aut operam alicujus pecunia conducit, item qui pretio opus aliquod faciendum suscipit. *Cic.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 1. Seipsum ejus operis H. S. XVI. conductorem fuisse. Sic *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Conductorem locatori opponit.

Conductrix, icis, f. quæ aliquid ab alio locatum conducit. *In Cod.* 5. 12. 18. Mortua conductrice.

Conductum, i, n. res, vel locus pretio conductus. *Senec. de benef.* 7. 5. Nec conductum meum, quamquam iis dominus, intrabis.

Conductus, a, um, o. 1. 2. *tolto a prezzo*, *μισθωμένος*, particip. a conducor. *Cic. pro Sext. c.* 17. Erat autem contentio, non cum victore exercitu, sed cum operis conductis. *Id. pro Mur.* Mercede conducti obviam Candidatis issent. ¶ *Horat. l.* 2. *sat.* 7. *v.* 18. Mercede diurna conductum pavit: *preso a giornata*. *Id. l.* 1. *sat.* 2. Nummi conducti. *danari presi a interesse*. ¶ Pro congregato, seu in unum locum ducto. *Tacit. Annal.* 15. *c.* 26. Auxilia regum in unum conducta. *Lucret. l.* 1. *v.* 650. Acrior ardor enim conductis partibus esset, Languidior porro dissectis.

Condŭlus, vel Condylus, i, m. 2. *κόνδυλος*, idem ac condalium, idest, anulus, a voce Græca, quæ allata est. Sed fortasse est instrumentum illud, quo sutores utuntur, ne digitos offendant, quod prisci etiam symbolum, & ungulum dixerunt. *Plin. l.* 33. *c.* 1. *Martial. lib.* 5. *epigr.* 79. *ad fin.* Parvi tibia condyli sonabit. h. e. quæ parvum habet foramen instar condyli. Alii putant, intelligi Tibicinem nomine Condylum.

Conduplicatĭo, onis, f. 3. *raddoppiamento*, *ἀναδίπλωσις*, *ἐπανάληψις*, duplicatio. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 18. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio? ¶ Item Figura verborum, qua idem vocabulum bis repetitur: ut *Vivis*, *& vivis non ad deponendam*, *sed ad confirmandam audaciam*. *Auct. ad Herenn.* 4. 28. Conduplicatio est ejusdem unius, aut plurium verborum iteratio.

Conduplĭco, a. 1. idem quod duplico, *raddoppiare*. *Ter. Phorm.* 3. 2. 31. Hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.

Condurdum, n. 2. herba solstitialis, flore rubro, quæ e collo suspensa strumas comprimit. *Plin. l.* 26. *c.* 5.

Condūro, as, are, durum facio, *indurare*. *Lucret. l.* 6. *v.* 968. Humor aquæ porro ferrum condurat ab igni.

Condus, m. 2. *dispensiero*, *ταμίας*, qui condendis cibis præpositus est, quemadmodum promus, qui cibum promit. Cæterum quia eiusdem fere officium esse solet cibos promere, & recondere, factum est, ut qui ei muneri præesset, composito nomine *condus promus*, vel *promus condus* diceretur. *Plaut. Pseud. act.* 2. *sc.* 2. *v.* 14. Condus promus procurator peni.

Condylōma, atis, n. 3. *κονδύλωμα*, morbus S. Fiacrii, tuberculum insanabile, quod nascitur circa coronam podicis, sanguinem jugiter profundens, a similitudine condylorum, hoc est, nodorum, qui in digitis, stricta in pugnum palma, eminent. *Cels. l.* 6. *c.* 18.

Condylus, m. 2. *giuntura*, *nodo delle dita*, *κόνδυλος*, junctura, & nodus articuolorum in digitis eminens. *Martian. l.* 1. Complicatisque in condylos digitis vulnerabat. h. e. pugnis.

Cone, es, f. 1. inf. Mysiæ, ad ostia Istri. *Lucan. l.* 3.

Confabrĭcor, d. 1. fabricor, *fabbricare*. *Gell. l.* 3. *c. ult.* Confabricatus, commolitusque magis est originem vocabuli C. iste Bassus, quam enarravit.

Confabulatĭo, f. 3. *διαλογισμός*, sermo, colloquium, *colloquio*. *Symmach. l.* 9. *ep.* 89. Epistolæ confabulationem præsentis imitentur.

Confabulātus, us, ui, m. 4. idem quod confabulatio. *Sidon. l.* 9. *ep.* 11. *ad fin.* Hos eloquii tui claritas artifice confabulatu dum compellit, &c.

Confabŭlo, as, a. 1. & confabulor, aris, d. 1. *favellare*, שטה, Germ. *gesprech*, *halten*, Gall. *discourir ensemble*, Hisp. *hablar con otro*, *συνομιλέω*, colloquor. *Plaut. Most.* 2. 2. 78. Illisce hodie hanc confabulabunt fabulam. Ita quidam Lexicographi. Sed legendum *Conturbabunt*. *Id. Cistell.* 4. 2. 77. Sed ego rem magnam tecum confabulari volo.

Confacio, is, a. 3. simul facio. *Festus*. ¶ Afferri solet etiam locus *Lucretii l.* 2. *v.* 903. sed varia ibi est lectio.

Confamŭlor, d. 1. *servire insieme*, *συνδιακόνω*, simul famulor. *Macrob. Satur. l.* 1. *c.* 17. *sub fin.* Hylen, naturamque significant confamulantes.

Confarreatĭo, f. 3. idem ac farreatio, idest, sacrificium, cui farreum librum adhibebatur, quo matrimonium contrahebatur, sicut *diffarreatio*, quo dissolvebatur. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat. ¶ Sed hujusmodi matrimonii, aut divortii genus solis Sacerdotibus erat in usu. *Boet. in Top. Cic. Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 9.

Confarreātus, o. 1. 2. consociatus, sacris nuptiis junctus, per confarreationem. *Apul. l.* 5. *A. A.* Sororem tuam, & nomen, quo censeris, confarreatis nuptiis conjugabo. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 16. Patricios confarreatis parentibus genitos &c.

Confarrĕo, as, are, verbum habens usum in ritu confarreationis, & significat, litato farre matrimonio jungi. *Tacit. Annal.* 4. *c.* 16. Assuetudinem confarreandi. *Apul. l.* 10. *Metam.* Mulieris Matrimonium confarreaturus.

Confatalis, o. 3. *συνδιαπρεπής*, quod eadem fati necessitate tenetur. *Cic. de Fato*, *c.* 13. Copulata enim res est, & confatalis.

Confectĭo, onis, f. 3. effectio, *fattura*. *Cic.* 2. *de Or.* Erat enim historia nihil aliud, nisi annalium confectio. ¶ Item absolutio, *terminazione*. *Cic.* 14. *Phil.* Confectio hujus belli est D. Bruti salus. ¶ Item comminutio, *macinazione*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quæ confectio etiam a lingua adjuvari videtur. ¶ Item collectio. *Cic. pro Flacc. c.* 9. Confectio tributi.

Confector, oris, m. 3. qui conficit, & ad finem perducit. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 20. Totius belli confector. *Id. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 15. Ignis confector, & consumptor omnium. ¶ Item qui bestias elidit, bestiarius. Vet. Gloss. Confector, *ἀναιρέτης*, *κατασβέννυμι*. *Sueton. August. c.* 43. Confectores bestiarum. ¶ Hos eosdem Confectuarios vocari in veteri Inscript. observat *Scalig. ad l.* 4. *Manilii*, *p.* 286.

Confectrix, icis, f. 3. quæ conficit. *Lactant. l.* 7. *c.* 11. *ex incerto Ciceronis loco*; Confectrix omnium rerum vetustas. h. e. quæ conficit, & consumit.

Confectūra, æ, f. 1. confectio. *Plin. lib.* 33. *c.* 13. Reliqua confectura eadem, quæ & chrysocollæ. *Colum. l.* 9. *c.* 14. Confectura mellis.

Confectus, a, um, nom. ex particip. *perfezionato*, *ridotto a fine*. *Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 4. Confecta res est. *Attic. l.* 4. *c.* 14. Itinere ex sententia confecto. ¶ Item debilitatus. *Cic. in Pis. c.* 34. Summa senectute confectus. *Ter. And.* 2. 1. 5. Confectus cura. *Cic. in Pison.* Confectus plagis. Sic Gladiator confectus, & saucius, *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 11.

Confercĭo, is, ersi, ertum, a. 4. compleo, *empire*, מלא, Germ. *vvolt schoppen*, Gall. *facir*, *entasser*, Hisp. *embutir*, *ἐμπλήθω*, compleo, ex con, & farcio. *Plin. l.* 12. *c.* 15. Myrrham passim a vulgo coemptam in folles conferciunt.

Confĕro, confers, contuli, collatum, a. anom. *portare in un luogo*, *συμφέρω*, proprie est in unum ferre, congerere. *Col. l.* 1. Sit utrique proximum horreum, quo conferatur rusticum instrumentum. ¶ Hinc translate usurpatur pro ponere, adhibere, ut conferre ingenium, curam, studium, operam, diligentiam, laborem in aliquam rem. *Cic.* 2. *Offic.* Omnes meas curas, cogitationesque in eam conferebam, & alibi, ¶ Item tribuere. *Cic. pro Flacc.* In quam ego multa, & magna officia contuli. ¶ Et pro imponere, *addossare*. *Plaut. Amph.* Ne posterius in me culpam conferas. *Liv. l.* 5. *c.* 11. Conferre causam in alterum, *dar la colpa*. ¶ Item proferre, *allungare*. *Plaut. Men.* Propera Menæchme, fer pedem, confer gradum. ¶ Item conjungere. *Virg. 6. Æn.* Juvat usque morari, & conferre gradum. idest, gradum conjungere, & æquis passibus incedere. ¶ Hinc translate dicimus, Pedem conferre, manum, arma, signa, castra, pro congredi, pugnare, *combattere*. *Cic. pro Planc.* Non possum magis pedem conferre, ut ajunt, aut propius accedere. *Id. pro Font.* Partim qui cum ipso M. Fontejo ferrum, ac manus contulerunt. *Id. in Pison.* Signa contulit cum Alexandrinis. ¶ Apud *eund.* 2. *Divin.* Castra castris conferre, est, e regione castrametari: *accamparsi in faccia al nemico*. ¶ Item comparare, *paragonare*. *Cic.* 1. *Offic.* Tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus, & disciplinæ conferendi sunt. *Id.* 2. *Acad.* Quem cum eo conferre possumus non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi? ¶ Item communicare, *conferire*. *Cælius Cic.* 8. *Fam.* Te videre, & omnia intima tecum conferre discupio. *Cic.* 1. *Fin.* Quotidieque inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus. ¶ Item confugere, *ricorrere*. *Cic. ad Q. Fr.* Te ad Crassum, & ad Calidium conferas, censeo. ¶ Conferre capita est deliberandi causa convenire. *Cic.* 5. *Verr. c.* 22. Conferrent viri boni capita, de commissatione loquerentur, inter se se. ¶ Præterea significat aliquo ire, proficisci. *Cic. pro Flac. c.* 21. Romam se contulit. ¶ Translate *Cic. in Bruto*, *c.* 81. Ad amicitiam meam se contulit. Et *pro Arch. c.* 7. Conferre se ad studia litterarum, *applicarsi*. ¶ Item differre. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. (al. 2.) omnia in mensem Martium collata sunt. ¶ Conferre verba ad rem, apud *Ter. Eun.* 4. 6. 4. *venir dalle parole ai fatti*. ¶ Frequenter de pecuniis dicitur, quæ ad usum aliquem contribuuntur. *Nepos in Attico c.* 8. Id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. ¶ Interdum est tranmutare, vertere, *trasformare*. *Ovi. Met.* 4. *v.* 277. Quem nymphæ pellicis ira contulit in lapidem.

Conferrumĭno, idem, ac ferrumino, conglutino, *attaccare*, *incollare*. *Plin. l.* 27. *c.* 8. *ad fin.* Conferva appellata a conferruminando.

Confert, ebat, imp. anom. *esser utile*, *giovare*, utile est, valet, prodest, cum accus. & præp. Ad. *Col. l.* 1. Cæterum ad æstivos temperandos calores plurimum conferunt salientes rivi.

Conferte, adverb. idem quod confertim. *Ammian. l.* 31. *c.* 15. Conferte in cuneum desciverunt ad Barbaros.

Confertim, adverb. *in un mucchio*, *insieme*, *ἀθρόως*, dense. *Liv. l.* 31. *c.* 43.

cap. 43. Confertim pugnant, & cædunt. *Ammian. lib.* 4. *c.* 25. Aliquoties confertius resistentes.

Confertus, a, um, o. 1. 2. *pieno*, *denso*, ἀθρόος, plenus, a confercior. *Cic. Fin. c.* 20. Vita denique conferta voluptatum omnium varietate. ¶ Item densus, condensatus. *Cæs.* Neque a tanta multitudine conjecta tela conferti vitare poterant. Hinc compar. confertior, & sup. confertissimus. *Liv. l.* 9. *c.* 27. Præterquam quod confertiores steterant. *Id. l.* 2. *c.* 12. & 55. In confertissima turba prope Regium tribunal constitit.

Conferva, æ, f. 1. muscus, vel potius spongia aquarum dulcium, aut herba villosæ densitatis, ac fistulosæ, a conferruminando, quia ossa contracta sanat. Peculiaris est Alpinis fluminibus. *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Confervefacio, is, ere, fervere facio. *Lucret. l.* 6. *v.* 352. Aurumque repente Confervefacit.

Conferveo, es, n. 2. *bollire insieme*, simul ferveo. *Cels.* 8. 10. Confervent ossa mota, aut soluta. Adde *Pallad. l.* 1. *tit.* 35.

Confervesco, is, bui, n. 3. *bollire*, *bollire insieme*, ζέω, simul ferveo. *Colum. l.* 12. *c.* 23. Nec postea tangitur, dum confervescat. *Cels. l.* 8. *c.* 10. Siquando ossa non conferbuerint. ¶ Translate pro incalesco. *Hor. l.* 1. *sat.* 2. Mea cum conferbuit ira.

Confessio, f. 3. *confessione*, הודה, Ger. *bekantnus*, ἐξομολόγησις. *Cic.* 6. *Verr.* Convincitur a testibus, urgetur confessione sua. Confessionem facinoris tormentis exprimere, & Cruciatu confessionem exprimere, *Suet. Tiber. c.* 19. & *Galb. c.* 10.

Confessorius, a, um, o. 1. 2. ut Confessoria actio, quæ verbis affirmantibus est concepta, vel quæ lege Aquilia in confitentem reum datur. *l.* 8. *Dig. t.* 5. *l.* 2.

Confessus, a, um, o. 1. 2. *chi ha confessato*, ὁμολογήσας, particip. a *confiteor*, active sumptum. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 2. Non est confessi causa tuenda rei. ¶ Reperitur etiam passive, pro re clara, manifesta, & de qua nulla est controversia. *Cic.* 5. *Ver. c.* 56. Confessa res est, & manifesta. ¶ Dicitur etiam ex confesso, h. e. sine controversia, *per comun parere*, *o confessione*. *Quintil. l.* 3. *c.* 5. Vituperare, quæ ex confesso sunt turpia. ¶ In confessum venire. h. e. omnium confessione comprobari. *Plin. l.* 10. *ep.* 85. ¶ In confesso esse, pro manifestum esse, ac indubitatum. *Seneca l.* 3. *de Benef. c.* 11. parentum in confesso sunt merita. ¶ Sic pro confesso habere, *Lactant. l.* 2. *c.* 8.

Confestim, adv. idem ac statim, quasi confertim, idest, confertis, seu condensatis gressibus, παραχρῆμα, παραυτίκα, εὐθέως, *subito*, *senza dimora*. *Cic. Philip.* 5. *c.* 12. Sine ulla mora, & confestim rem gerere.

Confibula, æ, f. 1. instrumentum in torculari, quo dehiscentes arbores comprimuntur. *Cato c.* 12. *de re rustr.* Confibulas ligneas, queis arbores comprimat, si dehiscent, & cuneos sex.

Conficiens, entis, nom. particip. efficiens, *chi fa*, ut causa conficiens quæ & *efficiens* dicitur. *Cic. in Partit. c.* 26. *Id. pro Flac. c.* 19. Civitas conficientissima literarum. h. e. quæ omnia scribit quæ agit. Al. tamen leg. Conficiendarum literarum diligentissima. *Id.* 5. *Fin.* Hæc cum corporis bona sint, eorum conficientia certe in bonis numerabimus. Verum hoc loco non nominis, sed participii more construitur.

Conficio, is, eci, ectum, a. 3. idem ac facio, *fare*. *Cic.* 3. *de Orat.* Sed annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. *Id. Att. l.* 5. Iter conficiebam æstuosa, & pulverulenta via. ¶ Sic conficere mandata, *esseguire*. *Cic.* 9. *Phil.* Mandata nostra conficere cupiens. ¶ Item perficere, transigere, expedire, *sbrigare*, *finire*. *Cic.* 3. *Fam.* Nisi jam nunc omnia negocia cum summa tua dignitate diligentissime confecissem. *Id. ad Q. Fr.* De nostra Tullia spero cum Crassipede nos confecisse. *Id.* 2. *de nat. Deor.* Saturni stella triginta fere annis cursum suum conficit. Sic, conficere prope centum annos, *Id. in Orat. c.* 52. ¶ Item conterere, *tritare*, *ridurre in polvere*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Eorum adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt. ¶ Apud *Colum.* 5. 6. conficere cibaria est *digerire*. ¶ Item consumere. *Cic. pro Marcello*, Nihil est enim opere, aut manu factum, quod non aliquando consumat, aut conficiat vetustas. *Idem pro Flac.* Patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum conviviis maluit dissipare. ¶ Item excruciare, *tormentare*. *Cic. in Fam.* Quæ me ita conficiunt, ut ii voluerunt, &c. *Id.* Conficior, venisse tempus, &c. *Id.* Nihilominus eis conficior curis, ut, &c. *Id.* 3. *Offic.* Ne ipse frigore conficiatur. ¶ Interdum est comparare. *Cic. pro Flac. c.* 9. Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut versura, aut tributo. *Id. Attic. l.* 8. *ep.* 11. Conficere exercitum. ¶ Conficere feras, pro occidere. *Lamprid. in Commodo c.* 13. Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transigeret. ¶ Ad obscœnum sensum transtulit *Sueton. in Ner. c.* 29. ¶ Conficere aliquem verbis, pro refutare, seu vincere. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 49. Sic conficere Virginem. h. e. in sententiam trahere, *Ter. Eun.* 5. 4. 6. ¶ Conficere reditum alicui, apud *Cic. Fam.* 9. *ep.* 13. h. e. curare ut aliquis redeat. ¶ Pro concludere. *Cic.* 2. *de Invent.* Ex quo conficitur, ut &c. *ne siegue.*

Confictio, onis, f. 3. simulatio, figmentum, *finta*. *Cic. pro Rosc. Am. c.* 13. Criminis confictionem accusator Erucius suscepit.

Confictito, as, are, frequentat. a Confingo. *Nævius* apud *Varr. l.* 6. *L. L. n.* 6.

Confictor, oris, qui fingit. *Paulin. Nolan. ep.* 21. (al. 24.) *n.* 4. *ad Amand.* Manichæus veri Creatoris negator, falsique confictor.

Confictus, o. 1. 2. fictus, simulatus, ut Confictæ lacrymæ. *Ter. Andr.* 3. 3. 26.

Confidejussor, m. 3. *Ulp. D. l.* 46. *tit. l.* 10. Et omnes confidejussores præsto sint.

Confidens, tis, o. 3. *sicuro di se stesso*, θαρσαλέος, qui sibi confidit. *Plaut. Capt.* 3. 5. 8. Decet innocentem servum, atque innoxium confidentem esse. ¶ Sed fere in malam partem accipitur pro temerario, impudenti, improbo, *audace*, *sfacciato*. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 7. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est. *Ter. Phorm.* 1. 2. 73. Homo confidens, qui (illum Dii omnes perdant) hoc consilium, quod dicam, dedit. ¶ Hinc comp. confidentior, & sup. confidentissimus. *Virg.* 4. *Georg. v.* 445. Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras jussit adire domos? *Gell. lib.* 10. *cap.* 26. Quod est nimium confidentius. ¶ Confidens animi, *Sueton. in Domit. c.* 12. *ad fin.*

Confidenter, *costantemente*, לבטח, Germ. *vertrauvlich*, Gall. *assurement*, Hisp. *atrevidamente*, θαρσαλέως, constanter. *Plaut.* Quæ non deliquit, decet audacem esse confidenter. *Cic. pro Cæl. c.* 19. Dicam jam confidentius. *Auctor ad Heren. l.* 1. *c.* 5. Confidentissime alicui resistere. ¶ Sæpe est audacter, *sfacciatamente*. *Id. l.* 1. *c.* 5. Confidenter, malitiose, flagitiose factum.

Confidentia, æ, f. 1. constantia, *costanza*. θάρσος. *Cic. de Rep.* Duas sibi res, quominus in vulgo, & in foro diceret, confidentiam, & constantiam defuisse. ¶ Sæpe est audacia cum improbitate conjuncta, *temerità*. *Cic. pro Cæc.* Quasi vero aut in judicio possit idem improbitas, quod in vi confidentia. ¶ Ponitur & pro duritia, patientia. *Plaut. Asin.* 3. 23. Scapularum confidentia freti.

Confidentiloquus, o. 1. 2. θαρσύγλωττος, confidenter loquens. Hinc comp. confidentiloquior. *Plaut. Trin.* 1. 2. 164. Neque argutum magis, neque confidentiloquius.

Confido, is, isus sum, & aliquando confidi, *confidarsi*, *sperare*, בטח, Ger. *vertrauven*, Gal. *se fier*, Hisp. *fiarse*, θαρρέω credo, certus sum, nihil dubito, fidem in aliquo repositam habeo, jungiturque verbis tam præsentis, quam præteriti, & futuri temporis. *Cic.* 6. *Verr.* Quoniam probatam rationem officii mei vobis esse confido. *Id. in Offic.* A Cratippo hæc te assidue audire confido. *Id.* 3. *Tusc.* Quem te & opto esse, & confido futurum. ¶ Construitur etiam cum dativo. *Cic.* 3. *de Leg.* Vir excellens, & fortis confidere sibi debet, & suæ vitæ & actæ, & consequenti. idest, se ipso niti. ¶ Et cum ablat. *Cic. Tusc.* 5. *c.* 14. Corporis firmitate, & fortunæ stabilitate confidere. ¶ Et addita præpositione. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 5. Confidere de salute. *Hirt. de B. Afric. c.* 19. Qui in illorum sibi confideret multitudine. ¶ Confiderunt, pro *confisi sunt* est apud *Liv. l.* 44. *c.* 13.

Configo, is, ixi, ixum, a. 3. *conficcare*, *collocare*, καθηλόω. *Cato de R. R. c.* 21. Configere tabulas inter se *inchiodare*. ¶ Pro collocare. *Cic. Phil.* 7. *c.* 2. Ut omnes vigilias, curas, cogitationes in Reip. salute configeret. ¶ Interdum est ferire, transverberare, *trafiggere*. *Cic. Acad.* Hercules filios suos configebat sagittis. *Id.* 12. *Phil.* Confixus est ducentis Senatusconsultis. ¶ Configere cornicum oculos, est callidos homines, & versutos astutia, & calliditate superare, vel perspicacissimis, & oculatissimis visum adimere, & tenebras offundere. *Cic. pro Mur. c.* 11. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit.

Configuratus, a, um, nom. ex particip. efformatus, ad similitudinem alterius effictus. *Lactant. l.* 7. *c.* 4. Homo ex rebus diversis ac repugnantibus configuratus est. Et *l.* 1. *c.* 17. Simulacra configurata.

Configuro, as, a. 1. figuro, conformo. *Col. l.* 4. *c.* 20. Nec pravitas staminum ad similitudinem sui vitem configuret.

Confindo, a. 3. findo. *Tibul. l.* 4. *el.* 3. *v.* 173. Et ferro tellus, pontus confinditur ære.

Confine, is. V. Confinis.

Confingo, idem, quod fingo. *Plin. l.* 10. *c.* 13. Hirundines eadem materia nidos confingunt. ¶ Est item comminisci, excogitare. *inventare*. *Cic.* 5. *Verr.* Concedes, non hoc crimen nos in te confingere.

Confinis, o. 3. מגבל, Germ. *anstesser*, Gal. *qui confine*, Hisp. *confinante*, συνόμορος, conterminus, eosdem habens fines, ut Confines agri, quorum fines conjuncti sunt. *Liv. l.* 4. Excursiones inde in confinem agrum Lavicanum factæ. ¶ Dicitur etiam de hominibus. *Martial. l.* 2. Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum. ¶ Translate usurpatur pro simili. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Et confine est, quod dicitur per suspicionem. ¶ Substantive Confine, is, n. 3. *confine*. *Senec. l.* 1. *de Ira. c.* 8. In confinibus hostis arcendus est. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 374. Ferit ad confine papillæ.

Confinitimus, a, um, adject. idem quod confinis, vel similis. *Gell. l.* 1. *c.* 2. Officia virtutum confinitima.

Confinium, nii, n. 2. *confine*, גבול, Ger. *anstoss*, Gal. *confin*, Hisp. *confin*, μεθόριον, finis agri, ubi cum altero conjungitur. *Cic.* 2. *Offic.* Vicinitatibus, & confiniis æquum, & facilem. ¶ Translate ponitur pro quavis vicinitate, *vicinanza*. *Col. l.* 3. *c.* 5. Quoniam in confinio boni, malique posita est. ¶ Confinium lucis & noctis. h. e. crepusculum. *Apul. Met. l.* 2. *p.* 122.

Confio, idem quod fio. *Cæs.* 7. *B. G. c.* 58. Postquam id difficilius confieri animadvertit. *Ter. Adelph.* 5. 8. 23. Hoc confit, quod volo. *Balb. ad Cic. post. ep.* 8. *l.* 9. *ad Attic.* Facilius per te res tota confieret. ¶ Ceteras hujus verbi voces non facile invenies.

Confirmate, adverb. *fermamente*, *stabilmente*. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 11. Hoc genus orationis sine nervis, & articulis fluctuat huc & illuc, nec potest confirmate, neque viriliter se se expedire.

Confirmatio, onis, f. 3. *confermazione*, באמץ, Ger. *bestætigung*, Gal. *confirmation*, Hisp. *confirmacion*, βεβαίωσις. *Cic.* 2. *Fin.* Inventa vitæ via est, confirmatioque omnium officiorum. ¶ Item consolatio. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 3. Neque enim confirmatione egebat virtus tua. ¶ Item pars orationis. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 24. Confirmatio est per quam argumentando nostræ causæ fidem, & auctoritatem, & firmamentum adjungit oratio. ¶ Item affirmatio. *Cæs. l.* 3. *B. G. c.* 18. Gallos ad hoc consilium hortabatur perfugæ confirmatio.

Confirmative, adverb. confirmando, affirmando. *Tertull. l.* 4. *advers. Marcion. c.* 41. *sub. fin.* Confirmative pronuntiare.

Confirmativus, a, um, ad confirmandum, seu affirmandum pertinens, ut Confirmativa adverbia, *Priscian. lib.* 15. *pag.* 1020. *Putsch. & lib.* 17. *pag.* 1056.

Confirmator, oris, m. 3. βεβαιωτής. *Cic. pro Cluent. c.* 26. Sequester, & confirmator pecuniæ desiderabatur: *assicuratore*. ¶ Item affirmator & defensor. *Lactant. l.* 1. *c.* 2. *Instit. sub init.* Cujus sententiæ auctor est Democritus, confirmator Epicurus.

Confirmatus, a, um, nom. ex particip. *confermato*, *rassodato*, ut confirmata valetudo, *Cic. l.* 10. *ad Att. ep.* 17. Ætas confirmata. *Id.* 5. *Fin. c.* 22. Exercitum confirmatiorem efficere, *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 84.

Confirmitas, tis, f. 3. *fermezza*. *Plaut. Mil.* 2. 2. 34. Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

Confirmo, as, a. 1. idem quod firmo, idest, firmum facio, *confermare*. *Cic.* 1. *Phil.* Pax denique per eum, & per liberos ejus cum præstantissimis civibus confirmata est. ¶ Sæpe dicitur de corpore, pro corroborare. *Cic.* 16. *Fam.* Adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti. *Id. Att. l.* 10. Confirmare valetudinem a morbo. ¶ Et de animo, pro fortem, & constantem reddere. *Cic. ad Q. Fr.* Erige te, & confirma, si qua subeunda dimicatio erit. *Id.* 14. *Fam.* Ego, qui te confirmo, ipse me non possum. ¶ Est etiam affirmare, asseverare. *Cic. de Amic. c.* 2. Nemo unquam erit, & (ut confirmare possum) nemo certe fuit. Et *pro Arch.* Difficile est hoc de omnibus confirmare.

Confiscatio, onis, f. 3. *confiscazione*, actus confiscandi. *Flor. l.* 3. *c.* 9. Divitiarum tanta erat fama, ut victor gentium populus, P. Clodio Tribuno duce, socii, vivique regis confiscationem mandaverit.

Confiscatus, a, um, adject. *confiscato*, *riposto*. *Sueton. August. cap.* 101. Quam summam repræsentari jussit: nam & confiscatam semper, depositamque habuerat. Plura V. in Confisco.

Confisco, as, avi, are, *riporre*, *confiscare*, est in fiscum, seu saccum reponere, præsertim vero in saccum Principis. *Sueton. in Domit. c.* 12. Confiscabantur alienissimæ hæreditates. *Id. Calig. c.* 16. Antiocho Comageno H. S. millies confiscatum. ¶ Dicuntur & personæ confiscari, quarum bona in fiscum rediguntur. *Id. in Tiber. c.* 49. Constat præterea Galliarum, & Hispaniarum principes confiscatos. ¶ Translate *Tertull. de Fug. c.* 12. Felices pauperes, qui totam animam in confiscato habent. h. e. in promptu, seu in numerato.

Confisio, f. 3. confidentia, *confidenza*. *Cic.* 4. *Tusc. c.* 37. Fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est.

Confisus, a, um, o. 1. 2. *che si fida*, θαρρήσας, particip. a confido. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 14. Nulla alia confisus urbe, Laodiceam me contulit. *Curt. l.* 4. *c.* 10. Satis confisus Græcorum erga se benevolentiæ, ac fidei.

Con-

Confit, V. Confio.

Confiteor, eris, fessus sum, d. 2. idem quod fateor, *confessare*. *Cic.* 1. *de Orat.* Quas omnes proprias esse Oratorum confitentur. ¶ *Nonius* assignat hanc differentiam inter *confiteri*, & *profiteri*, quod illud necessitatis, hoc voluntatis sit. Sed verum discrimen est, *confiteor* multo minus esse, quam *profiteor*. *Confiteor* enim simpliciter fateri est, *profiteor* vero non solum fateri, sed etiam præ se ferre, & jactare aliquid. *Cic. pro Leg. Manil.* Hoc ego non solum confiteor, verum etiam profiteor. *Id. pro Cæc. c. 9.* Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur.

Confixĭlis, le, adject. contignatus, coagmentatus, ut confixilis machina, *Apul. l. 4. A. A.*

Confixus, a, um, partic. a configo, *trafitto*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 50.* Cæpræ confixæ sagittis. *Nepos* 14. *c. 9.* Confixi ceciderunt. ¶ Translate *Cic. de Aruſp. Reſp.* Confixus Senatusconsultis.

Confixus, us, m. *Lucil.* apud *Cic. 2. de Or. c. 62.* Nuculam, an confixum vis facere. V. *Jan. Parrhaſ. de quæſit. per epiſt. n. 50.*

Conflabello, as, a. 1. flabellis concito. *Tertul. de Spectac. c. 25.* Mulierum, & virorum accuratior cultus, & consensio scintillas libidinum conflabellant.

Conflacceſco, is, escere, idem ac flacceſco, marceſco, languidus fio, *illanguidire*. *Gell. l. 2. c. ult.* Fluctus, simul ac ventus posuit, sternuntur, ac conflacceſcunt.

Conflăges, f. 3. loca, in quæ diverſi conflant venti. *Feſt.* ¶ Eadem loca, *confrager* dicuntur, quia eo undique venti currunt, & ibi se se frangunt. *Iſidor. l. 14. c. 8.*

Conflagĭto, 1. 1. simul flagito. *Plin. l. 34. c. 8.* Ut magnis theatri clamoribus reponi apoxinomenon conflagitaverit. Alii legunt *flagitaverit*.

Conflagratĭo, onis, f. 3. incendium, *incendio*, *abbruciamento*. *Sen. lib. 3. Quæſt. nat. c. 29.* Id affirmat, ut conflagrationi, atque diluvio tempus assignet.

Conflagrātus, a, um, nom. ex particip. combustus, *abbruciato*. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 8.* Urbs incendio conflagrata. *Apul. de Mundo*, *p. 73.* Regiones Phaetontis ruina conflagratæ perierunt.

Conflăgro, n. 1. idem ac flagro, ardeo, incendio pereo, *ardere*, ut conflagrare flammis. *Liv. l. 30. c. 7.* Metaphorice, Conflagrare invidiæ incendio, *Cic. 1. Catil. c. 11.* Et *Ver. 7. c. 35.* Conflagrare amoris flamma.

Conflatĭlis, le, o. 3. χώνευτος, quod conflando factum est, *di getto*. *Prudent. Rom. v. 293.* Non esset ullus Jupiter conflatilis.

Conflatĭo, onis, f. 3. χώνευσις, actus conflandi, *getto*. *Sen. l. 3. Nat. Quæſt. c. 29.* Et illa, quæ in conflatione nostris placent, huc transferenda puto. Ita Lexicographi. Verum ibi legendum, *Conflagratione*. *Tertul. de fug. in perſecut. c. 3.* Fidei ustio, & conflatio administratur ex Dei voluntate.

Conflatūra, æ, χώνευσις, conflandi ratio, *getto*. *Plin. l. 7. c. 56.* Invenit auri metalla, & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.

Conflātus, a, um, adject. nom. ex particip. paratus, comparatus. *Cic. pro Syll. c. 5.* Conflato gladiatorum tumultu. Et *Catil. 1. c. 10.* Ex perditis conflata improborum manus. ¶ Conflati testes, h. e. subornati. *Quintil. l. 5. c. 7* ¶ *Lucret. l. 1. v. 473.* Tyndaridis formæ conflatus amore, h. e. incensus. ¶ Conflata statua, h. e. fusa, *Plin. l. 34. c. 6.*

Conflexus, a, um adject. devexus, deflexus. *Plin. l. 2. c. 44.* Conflexa cubito juga.

Conflictātio, f. 3. *battimento d'una coſa con l'altra*, *combattimento*, σύγκρουσις, est collisio, & translate sumitur pro pugna. *Gell. l. 6. c. 3.* Totius exercitus conflictatione oppugnatus serpens inusitatæ immanitatis. Adde *l. 15. c. 18.*

Conflictatrix, cis, f. 3. quæ conflictat. *Tert. l. 2. adv. Marc. c. 14.* Ægyptus hospitis populi conflictatrix.

Conflictātus, a, um, o. 1. 2. *tormentato*, *agitato*, particip. a conflicto, agitatus, vexatus. *Plin. l. 23. c. 1.* M. Agrippa supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum. ¶ *Nepos 16. 5. 1.* Conflictatus est cum adversa fortuna.

Conflictĭo, f. 3. *percoſſa*, συμβολή, collisio. *Quintil. l. 3. c. 6.* Sonus est duorum inter se corporum conflictio. ¶ Translate est contentio, pugna, *conteſa*, *combattimento*. *Cic. in Partit.* Ex rationis, & firmamenti conflictione, & quasi concursu quæstio exoritur.

Conflicto, as, a. 1. *affliggere*, freq. a confligo, concutio, jacto, vexo. *Cic. de Leg.* Non eadem superstitione, qua cæteræ gentes, conflictantur. *Tacit. Annal. 6. c. 48.* Kemp. conflictare. ¶ Item pugno contendo. *Ter. Phorm. 3. 2. 20.* Nec cum hujusmodi unquam usus venit ut conflictares malo. ¶ Sic molestiis, fortuna, morbo, doloribus conflictari, idest exerceri, *eſſer travagliato*. *Cic. Plin. Nepos*, &c.

Conflictor, aris, depon. 1. pugno, decerto, contendo, *combattere*, *contendere*. *Terent. And. 1. 1. 66.* Qui cum ingeniis conflictantur ejusmodi.

Conflictus, us, m. 4. *conflitto*, *percoſſa*, σύγκρουσις, collisio. *Cic. 2. de Divin.* Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, ita esse fulmen putant. *Id. pro Cæc.* Non solum impulsu scutorum, neque conflictu corporum, &c.

Confligĭum, n. 2. idem ac conflictus, collisio. *Solin. c. 14.* (al. 9.) In latebrosis rupium cavaminibus, quæ fluctuum confligiis adesa sunt. *Salmaſ.* legit *Conflugium*, h. e. Confluentiam, tanquam a *Confluo*.

Confligo, gis, xi, ctum, n. 3. *far fatto d'arme*, נלחם, Germ. *ſtreitten*, Gal. *combatre*, Hisp. *pelear*, συμβάλλω, proprie est collidere, *percuotere*, sed sumitur, pro decertare. *Virg. Æn. 2.* Adversi venti confligunt. *Cic. pro Domo.* Speravit, iisdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego voluissem dimicare. ¶ Item pro contendere in rebus forensibus. *Cic. pro Cæc.* Potuisti ne leviore actione confligere?

Conflo, as, avi, atum, n. 1. *ſoffiare*, Ger. *zuſammen blaſen*, Gal. *ſouffler fort*, *ou enſemble*, Hisp. *ſoplar*, συμπνέω, est simul flare, vel flare in aliquam rem. *Plin. l. 35. c. 11.* Philiscus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero. *Stat. 9. Theb. v. 524.* Tempestas conflata ventis. ¶ Item liquefacere. *fondere*, *liquefare*. *Sueton. in Aug. c. 52.* Argenteas statuas conflavit omnes. Sic, conflare pecuniam, apud *Cic. pro Sext.* h. e. conflato auro, aut argento, pecuniam signare. ¶ Translate est componere, efficere, creare, *Cic. 1. Off.* Quibus ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus, honestum. *Idem pro Cluent.* Hoc totum a matre conflatum est, & perfectum. ¶ Item contrahere, *contrarre*, *Salluſt. in Catil. c. 14.* Quique æs alienum grande conflaverat. ¶ Item concitare, *eccitare*. *Cic. in Catil. 1. c. 9.* Si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam. ¶ Item congregare. *Velleï. 2. 74. 2.* Magnum exercitum conflare.

Confluctŭo, as, avi, atum, n. 1. vel Confluctuor, aris, dep. 1. idem quod fluctuo, vel fluctuor. Quidam Lexicographi afferunt illud *Senecæ in Medea v. 941.* Haud aliter meum cor confluctuatur. Verum meliores Cod. habent *fluctuatur*. *Apul. l. 11. Metam.* Palla ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

Confluens, entis, m. 3. *congiungimento di due fiumi*. Gal. *confluent*, ἐμβολή, alveus, in quem duo flumina conveniunt. *Plin. l. 3. c. 27.* Est etiam oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digham. *Id. l. eod. c. ult.* Mæsia incipit a Confluente supra dicto, h. e. Savo, & Danubio. ¶ Hinc

Confluentĭa, vel Confluentes, urbs ad Rhenum, inde dicta, quod in eam Rhenus, & Mosella confluant: hodie *Coblentz* sub Archiep. Trevirensi.

Confluens, tis, nom. ex partic. qui confluit. *Vellei. 2. 55. 2.* Auxiliis confluentibus. Et 2. 80. 4. Turba confluentium.

Confluentĭa, æ, f. 1. actus confluendi, *concorſo*. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 4.* Hæc est triplex causa vel podagræ, vel cujuslibet ex confluentia morbi multitudo humoris. Ita hunc locum restituit *Pontanus*.

Conflŭges, V. Conflages.

Conflugium, V. Confligium.

Conflŭo, *n. 3. concorrere inſieme*, נהר, Ger. *zuſammen flieſſen*, Gall. *couler*, *confluer*, Hisp. *correr juntamente*, συρρέω, est simul fluere, vel in eundem locum illabi. *Cic. 2. de Leg.* Rapideque dilapsus cito in unum confluit. ¶ Translate est concurrere, convenire, *concorrere*, *radunarſi*. *Cic. 1. Tuſc.* Si ad hæc studia plures confluxerint.

Confluvĭum, n. 2. συρροία, locus, quo multi rivi simul fluunt. *Corn. Sev. in Ætna*, *v. 325.* Donec confluvio resolutis æstibus amnis exilit.

Conflŭus, a, um, o. 1. 2. quod simul fluit. *Prudent. Cathemer. 5. v. 76.* Unda revolvitur In semet revolans gurgite confluo.

Confodĭo, is, di, ossum, ere, a. 3. idem ac fodio, *ſcavare*. *Plin. l. 17. c. 20.* Salices confodi jubent mense Aprili. ¶ Item transfigere, vulnerare, *trapaſſare*, *ferire*. *Liv. l. 24. c. 7.* Confodere aliquem vulneribus. *Suet. Cæſ. c. 82.* Tribus & viginti plagis confossus est.

Confœderatus, a, um, adject. fœdere sociatus, fœderatus, *confederato*. *Oroſ. l. 2. c. 4.* Sabinæ impiis nuptiis confœderatæ.

Confœdĕro, as, are, fœdere jungo, *confederare*. *Prudent. in Laurent. v. 437.* Confœderantur omnia. *Tertul. Apol. c. 2.* Ad confœderandam disciplinam. Alii leg. *ad conferendam*.

Confœdo, as, avi, atum, conspurco. *lordare*. *Apul. Mileſ.* Fimo faciem alicujus confœdare.

Confœdusti, vel confidusti, m. 2. fœdere conjuncti. *Feſt.*

Confœta sus, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. *Feſt.*

Confomo, as, ab antiquo *Fomo*, dedolo, tomite arbores spolio. Catullo restitutum cupit *Salmaſ. in Solin. p. 127.*

Confŏre, idem ac fore. *Ter. Andr. 1. 1. 140.* Qui mihi exorandus est, & spero confore.

Conforĭo, is, a. 4. polluo, inquino, a *forio*, misceo, fœdo. *Pompon.* apud *Non. c. 2. n. 152.* Conforisti me, Diomedes. ¶ *Salmaſ. in Exercit. Plin.* censet legendum Conforiasti.

Conformatĭo, f. 3. *conformità di membri*, forma, figura, habitus, compositio. *Cic. 1. Tuſc.* Animus qualis sit in ipso corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. *Vitruv. l. 5. c. 6.* Ipsius autem theatri conformatio sic est facienda. ¶ Item figura, vel ornamentum orationis. *Cic. 3. de Orat.* Inter conformationem verborum, & sententiarum hoc interest.

Conformātor, oris, m. 3. qui conformat, & apte componit. *Apul. in Triſmegiſto*, *p. 80.* Dominus, & omnium conformator, quem recte Deum dicimus.

Conformātus, a, um, nom. ex partic. formatus, apte compositus, *formato*. *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 10.* Mundum a natura conformatum puto. Et *pro Archi. cap. 1.* Hæc vox hujus hortatu, præceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit.

Conformo, idem, ac formo, ideſt, in formam redigo, configuro, *formare*. *Cic. 1. de Fin.* Ad majora quædam nos natura genuit, & conformavit. ¶ Dicitur etiam de animo. *Cic. pro Archia*, *c. 6.* Animum, & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. ¶ Ponitur item pro adaptare, assimilare, *addattare*, *conformare*. *Cic. l. 1. Fam. ep. 8.* Ipse me conformo ad ejus voluntatem. ¶ Item pro inflectere, & aliquo modo corrigere. *Cic. pro Mur. c. 29.* Nonnulla in re forsitan conformare, & leviter emendare possim.

Conformĭco, as, are, idem quod fornico, *fare a volta*. *Vitruv. l. 5. c. 5.* Cellæ conformicentur.

Conforto, as, are, fortem facio, consolor, *confortare*. *Lactant. l. 4. c. 15. ſect. 13.* *Eſaiæ vertens*: Confortamini manus resolutæ. *Macer Carm. 71. de Zedoaria*: Confortat stomachum.

Confossus, a, um, nom. ex particip. *trapaſſato*, *ferito*. *Virg. Æn. 9. v. 444.* Super amicum se projecit confossus. *Curt. l. 5. c. 13.* Multis vulneribus confossus. *Plaut. Bacch. 4. 8. 48.* Comparat. usus est. Te faciam confossiorem soricina nænia. h. e. magis confossum, quam cum sorex in muscipula deprehensus contoditur.

Confŏtus, a, um, adject. idem quod fotus, a confoveo. *Prosp. Aquitanicus de providen. Dei*, *v. 679.* Amplexu paterno contotus, *accarezzare*.

Confovĕo, a. 2. simul foveo, *riſcaldare*. *Cato c. 5.* Stercore addito confoveto. *Apul. l. 8.* Pene collapsa membra lavacro, cibo confovere.

Confracesco, is, cui, n. 3. idem quod fracesco, *corromperſi*, *guaſtarſi*. *Var. l. 1. R. R. c. 13.* Quam recens, quod contracuit, melius. legit *Scalig.* alii *conflacuit*.

Contractus, us, m. Quidam legunt hanc vocem apud *Celſ. in præfat. l. 1.* sed alii *contactum* reponunt.

Confractus, o. 1. 2. partic. a confringor, *rotto*, *ſpezzato*. *Plaut. Rud. 1. 2. 64.* Confracta navis est illis. *Cic. l. 2. de Leg. c. 22.* Confracta jura. Sed *Gruterus* mavult *Contracta*.

Confrăges, V. Conflages.

Confragŏsus, o. 1. 2. *votto*, *ruinoſo*, *pietroſo*, *aſpro*, *duro*, אתן, Germ. *rauch*, Gal. *raboteux*, *âpre*, Hisp. *aſpero*, *y duro*, τραχύς, præruptus, asper, a *frago*, pro frango. *Liv. l. 28. c. 2.* Confragosa loca, & obsitos virgultis tenebant colles. ¶ Translate *Quintil. l. 5. c. 8.* Argumenta horrida, & confragosa. Et *l. 1. c. 1.* Confragosi versus.

Confrăgus, a, um, o. 1. 2. asper, inaccessus, a *frago*, pro frango. *Luc. l. 6. v. 126.* Et confraga densis arboribus dumeta tegunt.

Confrĕmo, idem quod tremo, vel simul fremo. *Stat. l. 2. Silv. 6. v. 73. Ovid. l. 1. Met. v. 199.*

Confrequento, as, idem quod frequento, concelebro. *Inſcript.* apud *Fabret. c. 3. n. 587.* Ut natale filiæ meæ epulantes confrequentetis.

Confricamentum, i, n. 2. idem quod confricatio. *Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 4.* Confricamentis uti.

Confricātus, a, um, adject. *fregato inſieme*. *Plin. l. 29. c. 2.* Confricatis dentibus, & gingivis. *Var. l. 1. R. R. c. 60.* Orchites sale confricatæ.

Confrĭco, as, ui, ictum, & atum, simul frico, *fregare inſieme*, συντρίβω, ut confricare genua. *Plaut. Aſin. 3. 3. 80.* *Sueton. Claud. l. 1. c. 8.* Sibi faciem confricare. ¶ Translate *Gell. l. 7. c. 3.* Sensus alicujus injuriis confricare. h. e. exasperare, perstringere.

Confringo, is, egi, actum ingere, idem quod frango, *ſpezzare*, *rompere*, διαρρήγνυμι. *Cic. pro Flac. c. 30.* Manus, quas contulit, digitos, quos confregit. *Plaut. Moſtel. 2. 2. 25.* fores confringere. ¶ *Id. Trinum. 1. 2. 71.* Confringere rem, dixit pro dilapidare. ¶ Translate est violare, infirmare. *Cic. Ver. 3.* Confringat fane iste vi sua consilia senatoria.

Con-

Confŭga, m. 3. qui confugit ad asylum. *Leg. Præsenti, Cod. de his, qui ad asyl. conf. & l. si qua, Cod. de Episc. & Cler.*

Confugĕla, f. 1. idem ac confugium, apud Veteres. *Fest.*

Confugio, is, gi, ere, n. 3. *ricorrere*, καταφεύγω. *Cic. Divin. in Ver. c. 4.* Ad fidem alicujus confugere. *Id. pro Font. c. 11.* Ad opem judicum supplices inferioresque confugiunt.

Confugĭum, n. 2. *rifugio*, καταφυγή, perfugium, locus quo fugimus salutis causa. *Stat. 12. Theb. v. 504.* Commune confugium ægris animantibus. *Ovid. 5. Trist. el. 6. v. 2.* Qui mihi confugium, qui mihi portus eras.

Confulcĭo, idem ac fulcio. *Lucret. l. 2. v. 97.* Corpora confulta exiguis intervallis. Est tamen dubia lectio, cum alii legant *conflicta*, alii *confulta*, alii *contusa*.

Confulgĕo, n. 2. fulgeo. *Plaut. Amph. 5. 1. 15.* Totæ ædes confulgebant tuæ.

Confundo, dis, udi, usum, a. 3. *confondere*, ערב, Ger. *zusammen, schitzen*, Gall. *confondre*, Hisp. *confundir*, συγχέω. *Plaut. Most. 1. 3.* Quasi cum una multa jura confundit coquus. *Cic. 4. Acad. c. 19.* Confundere vera falsis. *Id. 2. de Orat. cap. 79.* Confundere aliquid in orationem. ¶ Confundere aliquem, est affectu turbare, & metum, pudorem, &c. incutere. *Plin. l. 3. epist. 20.* Veritus sum, ne vos festis diebus confunderem, si in memoriam gravissimi luctus reduxissem. *Liv. l. 35. c. 15.* Mœrore confundi.

Confusanĕus, o. 1. 2. varius, multiplex, confusus, ut confusanea doctrina. *Gel. in præfat. vel in fine operis.*

Confūse, *confusamente*, Germ. *vermischt*, Gal. *confusemene*, Hisp. *confusamente*, συγκεχυμένως, permixte, perturbato ordine. *Cic. 1. de Inv.* Partes argumentandi confuse, & permixte dispersimus, post descripte, & electe. *Id. Philip. 8. in princ.* Confusius hesterno die est acta res.

Confūsim, idem ac confuse. *Plin. l. 18. c. 16.* Unum de ea, & Cytiso volumen Amphilochus fecit confusim. Alii tamen legunt *confusum*.

Confusĭo, onis, f. 3. *confusione*, בוּן, Ger. *betribung*, Gal. *confusion*, Hisp. *confusion*, σύγχυσις, perturbatio. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 2.* Perturbatio vitæ, & magna confusio. ¶ Item trepidatio, tristitia, pudor. *Tac. 4. Hist. c. 40.* Crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. *Vellej. l. 2. c. 124.* Quid tunc homines timuerint, quæ Senatus trepidatio, quæ populi confusio, &c. *Phil. l. 1. ep. 22.* Erit confusioni meæ non mediocre solatium, si tu nihil quereris.

Confūsus, o. 1. 2. *confuso*, συγκεχυμένος, permixus, perturbatus. *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 67.* Merum confusum sectis herbis. ¶ Item affectu aliquo perturbatus, ut Confusus pudore: Cogitatione rei confusus: & Confusus absolute, apud *Ovid. 3. Trist. 1. v. 81. Heroid. ep. 21. v. 111. Liv. l. 30. c. 15. & l. 35. c. 35.* ¶ *Tac. 4. Annal. c. 63.* Confusior facies. *Sueton. Aug. c. 44.* Spectandi confusissimum morem correxit. ¶ Confusa oratio, h. e. a pluribus simul fusa, *Cic. de clar. Orat. c. 26.*

Confutatĭo, f. 3. ἀνασκευή, una ex partibus Orationis, qua adversariorum argumenta refelluntur, *confutazione. Auctor ad Heren. l. 1. c. 3.* Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.

Confutātor, oris, m. *confutatore. Hieronym. de Scriptor. Eccles. in Bardes.* Valentini sectator, postea confutator.

Confutātus, a, um, *confutato*, repulsus. *Cic. 2. de nat. deor. c. 17.* Cujus opinionis levitas confutata a Cotta, non desiderat orationem meam. ¶ Item convictus, *convinto. Ammian. l. 26. c. 3. (al. c. 7.)* Venefici, post agitatas quæstiones, nocuisse quibusdam, apertissime confutati.

Confūto, as, a. 1. *confutare, riprovare*, הוכיח, Ger. *vververffen*, Gal. *confuter*, Hisp. *confutar*, ἀνασκευάζω, refello, redarguo, diluo, argumenta adversarii everto, ab antiquo *futo*, quod *Festus* exponit arguere, sicut ollæ ferventes cum paulo plus exuberant, solent eo vase aqua compesci, ita oratione compescuntur adversarii. *Titin. apud Non. c. 4. n. 47.* Coquus, inquit, ahenum, quando fervit, paula confutat trua. ¶ Translate *Cic. de Divin. l. 2.* Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet. ¶ Dictis aliquem confutare. h. e. castigare, & quasi compescere, *Ter. Heau. 5. 1. 76. Cic. in Partit. c. 38.* Audaciam alicujus confutare. *Apul. l. 11. Milesi. de Luna:* Albo candore lucida meum confutabat obtutum. h. e. retundebat. *Cato apud Gel. l. 7. c. 3.* Ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras fecundas res confutet. h. e. sistat, inhibeat. Alii leg. *Confricet.*

Confutŭo, is, idem quod futuo. *Catul. carm. 38. v. 3.*

Confutūrus, a, um, a cum, & futurus. *Plaut. Mil. 3. 3. 66.* Confido confuturum.

Congaudĕo, es, visus sum, simul gaudeo, vel idem quod gaudeo, *rallegrarsi*. Gloss. Vet. συγχαίρω. *Paulin. Petrocor. l. 2. v. 665.* Prælit in absentem congaudens oscula dextram.

Congelasco, idem ac gelasco, *agghiacciarsi. Gel. l. 17. c. 8.* Congelascit oleum.

Congelatĭo, idem ac gelatio, *l'agghiacciarsi. Plin. l. 31. c. 3.* Minui certe liquorem omnem congelatione deprehenditur. *Colum. l. 4. c. 8.* Brumæ congelationes.

Congelatus, a, um, nom. ex particip. *congelato, agghiacciato. Martial. l. 11. epigr. 99.* Congelati gutta nasi.

Congelĭdus, a. 1. 2. gelidus. Congelida aqua, vel egelida, apud *Cels.* tepida est, *l. 4. c. 24.*

Congĕlo, as, avi, atum, are, a. 1. gelu durare, *agghiacciare, congelare. Plin. l. 18. c. 28. sub fin.* Luna cadentes pruinas congelat. *Martial. l. 14. epigr. 137.* Congelat te uxor anus. *Ovid. 11. Met.* Congelare in lapidem rictus serpentis. ¶ Item concrescere, significatione neut. *Ovid. 11. Metam.* Ipsa quoque interius cum duro lingua palato Congelat, & venæ desistunt posse moveri. *Id. l. 3. Trist. el. 10. v. 531.* ¶ Translate *Cic. Fam. 2. epist. 13.* Gaudebam sane, & congelasse nostrum amicum lætabar otio.

Congeminatĭo, idem ac geminatio, duplicatio. *Plaut. Pæn. 5. 5. 18.* Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

Congemĭno, idem ac gemino, *raddoppiare. Plaut. Amph. 2. 2. 154.* Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminavimus. *Virg. 11. Æn. v. 698.* Et crebros ensibus ictus congeminant. *Id. l. eod.* Securim oranti congeminat. h. e. securis ictus.

Congĕmo, is, ui, idem ac gemo, vel simul gemo. *Lucr. l. 3. v. 948.* Quid mortem congemis, & fles? *Cic. pro Mur. c. 25.* Congemuit Senatus frequens. ¶ Translate usurpatur pro fragorem edere. *Virg. 2. Æn. de arbore Orno.* Vulneribus donec paulatim evicta supremum congemuit.

Congĕner, ris, adject. o. 3. ejusdem, vel similis generis, *chi è del medesimo genere. Plin. l. 15. c. 24.* Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

Congĕner, i, συγγαμβρός, generi in affinitate socius. Congeneri dicuntur duo, pluresve generi respectu unius soceri. *Symmach. l. 8. ep. 40.* Supremis Congeneri interesse.

Congeneratus, a, um, simul generatus. *Varr. 2. R. R. c. 4.* Nutricare octonos porcos primo possunt: incremento facto, a peritis dimidia pars removeri solet, quod mater neque potest sufferre lac, neque congenerati alescendo roborari.

Congenĕro, a. 1. idem ac genero. ¶ Usurpatur etiam pro adjungere, associare. *Accius apud Non. c. 2. n. 121.* Quem mihi congenerat affinitas.

Congeniculo, as, vel Congenulo, as, in genua me prosterno, *cader' in ginocchi*, apud *Cæcil. & Sisennam. Non. c. 1. n. 283. & c. 2. n. 156.*

Congenĭtus, o. 1. 2. *nato insieme*, ὁμογενής. *Plin. l. 11. c. 39.* Pili congeniti non desinunt.

Congenŭlo, V. Congeniculo.

Congenŭo, as, a. 1. genua conjungo. *Non.* Mammas teneas, pedes extollas, congenues, suavies. *Voss. Etym.* V. Genu.

Conger, V. Congrus.

Congĕries, ei, f. 5. cumulus, res multæ in unum congestæ, *cumulo, mucchio*, συμφόρημα, ut congeries pulveris. *Lucan. l. 8. v. 868.* Fulvi metalli vasta congeries, *Claudian. l. 2. in Rufin. v. 134.* ¶ Est etiam schema Rhetoricum, συναθροισμός, quo res, seu accusationes in tota causa dispersæ, in unum congeruntur, ut illud *Terens. Heaut. 2. 1. 15.* Mea est potens, magnifica, sumptuosa, nobilis.

Congermanesco, is, escere, coalesco, conjungor. *Apul. l. 2. Metam. p. 119.* In paritatem amoris congermanescebat mecum.

Congermānus, a, um, adject. ex *Var. l. 3. Rer. Human.* producit *Nonius:* Cum his una Remp. conjuncti, & congermani tenuere. Alii tamen legunt, *Congerminati.*

Congerminasco, a. 3. idem ac congermino. *Quadrig. apud Non. c. 2. n. 167.* Ut cum illis congerminascere sciatur. Alii leg. *congermanescere*, & *congermanascere.*

Congermino, idem ac germino, vel coalesco. *Gel. l. 20. c. 8.* Cepe revirescit, & congerminat decedente luna.

Congĕro, is, essi, estum, erere, accumulo, coacervo, *accumulare*, συμφορέω. *Martial. l. 8. epigr. 44.* Rape, congere, aufer, posside, relinquendum est. *Cic. pro Mil. c. 24.* Congerere crimen in aliquem. Et *Philip. 3. c. 6.* Congerere maledicta. *Sen. 1. de clem.* Ambitiosæ majestati quidquid potuimus titulorum congessimus. *Phæd. l. 3. fab. ult.* Congerere plagas alicui. ¶ Absolute congerere pro *nidificare*, quia aves ad nidos fabricandos multa congerunt, & conglutinant. *Virg. Ecl. 3. v. 69.* Aeriæ quo congesserе palumbes.

Congĕro, onis, m. 3. bajulus, gerulus, a congerendo. *Plaut. Truc. 1. 2. 6.* Simitu adveniunt ad scorta congerones.

Congerro, onis, vel congerra, vel concerra, vel gerra, συμβόρησις, is, cum quo familiariter versamur, & facete confabulamur, a *gerris*, nugis. *Plaut. Most. 3. 3. 27.* Nunc ego me illac per posticum ad congerronem conferam. ¶ Idem congerrones *Lucilio* dicuntur *Congerræ*, vel *Concerræ*, ut legit *Voss.* Verba *Lucilii* sunt: Tapullani rident legem congerræ opimi.

Congeste, adv. confuse, & sine ordine. *Jul. Capit. in M. Ant. cap. 19.* Et quidem hæc breviter, & congeste.

Congestim, coacervate, congeste. *Apul. in Apol.* Pleraque litoribus omnibus congestim, & acervatim jacent.

Congestĭo, onis, f. 3. comportatio, συμφόρησις. *Vitruv. l. 10. c. 20.* Testudo, quæ ad congestionem fossarum paratur. *Pallad. l. 4. c. 1.* Beneficio congestionis aceumulant.

Congestĭtius, a, um, o. 1. 2. συγκομιστός, quod congestum est. *Colum. l. 4. c. 1.* Humus congestitia. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Locus congestitius, qui scil. opponitur solido.

Congestus, us, ui, m. 4. idem quod congestio. *Cic. de Divin. c. 32.* Avium congestus. *Col. l. 9.* Congestu culmorum, & frondium supertegemus.

Congestus, a, um, o. 1. 2. cumulatus, coacervatus. *Cic. 2. de Div.* Grana tritici in os pueri Midæ congesta. *Horat. l. 1. Sat. 1. v. 70.* Congestis undique saccis indormire. *Auson. Mosel. v. 133.* Gobio ovipara congestior alvo.

Congialis, & le, o. 3. quod congium capit. *Plaut. Aul. 4. 2. 15.* Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Congiarĭum, ii, n. 2. vas, quod congium capit. Unde *Paulus JCtus* in cauponariæ tabernæ instrumento congiaria memorat, *leg. Taberna, ff. de Instr. Leg.* ¶ Et quoniam Principes non in pecunia tantum, sed aliis etiam rebus, & vino quoque liberalitatem in populum exercere solebant, ideo omnia eorum munera populo collata, *congiaria* dicta. ¶ *Quintil. l. 6. c. 3.* Congiarium commune nomen est liberalitatis, atque mensuræ. ¶ Congiarium autem proprie ad populum pertinebat; donativum ad milites. *Suet. Ner. c. 7.* Deductus in forum populo congiarium, militi donativum propositi. ¶ Aliquando hæc differentia non servatur. *Curt. l. 6. c. 2.* Millia talentum proxima præda redacta erant, e quibus XII. millia in congiarium militum absumpta. ¶ Congiaria etiam dicebantur, quæ privatim amicis a proceribus conferebantur. V. *Quintil. l. c. Cic. 8. Fam. epist. 3.* Plancus magno congiario donatus a Cæsare.

Congiarĭus, o. 1. 1. quod congium continet. *Plin. l. 14. c. 14.* Millia cadum congiariorum divisit amplius centum.

Congius, m. 2. χοῦς, χόος, mensura liquidorum capiens sex sextarios, a congerendo, quasi congerus. *Plin. l. 14. c. 16.* Librani, & quadrantem in congios duos musti macerant.

Conglaciatus, a, um, adject. glacie concretus, *agghiacciato*, ut imber conglaciatus, *Plin. l. 2. c. 60.*

Conglacĭo, as, *agghiacciarsi. Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Qua neque conglaciaret frigoribus. *Id. Fam. l. 8. epist. 6.* Curioni Tribunatus conglaciat. h. e. frigide Tribunatum administrat.

Congliscо, is, escere, n. 3. idem quod gliscо, crescо, concrescо. *Plaut. Trinum. 3. 2. 52.* Genus qui congliscat tuum.

Conglobatim, σφαιρηδόν, per globos, turmatim. *Liv. l. 25.*

Conglobatĭo, f. 3. adunatio. *Sen. 1. nat. quæst. c. 15.* Multa conglobatione ignium indigens. *Tac. de Germ. c. 7.* Non casus, aut fortuita conglobatio turmam, aut cuneum facit, sed familiæ, & propinquitates.

Conglobatus, a, um, nom. ex particip. in globi modum effornatus, *ammassato, ammucchiato in forma di globo. Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Terra undique in se se partibus suis conglobata. *Sallust. orat. 1. de rep. ordin.* Cunctæ gentes conglobatæ.

Conglobo, as, a. 1. *conglobare, ammucchiare. Cic. 2. de nat. Deor. c. 45.* Mare, cum supra terram sit, conglobatur undique æqualiter. *Liv. l. 8. c. 11.* Milites dissipati, cum se in unum conglobassent.

Conglomeratĭo, onis, f. conglobatio, globus. *In Cod. 12. 19. 13.* Donec exeuntibus singulis, ac recedentibus, recedere possit vetita conglomeratio.

Conglomĕro, as, avi, atum, are, *ammucchiare. Lucr. lib. 3. vers. 211.* Quamque loco se Contineat parvo, si possit conglomerari. *Ennius* apud *Non. c. 2. n. 166.* Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala! h. e. effundis.

Conglorifĭco, as, simul glorioſum facio. *Justin. in Cod. l. 1. tit. 1. & Tertull. de resur. carn. c. 40.*

Conglutinatĭo, idem ac glutinatio, *congiunzione. Cic. de Sen. c. 20.* Omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur. *Id. in Orat. c. 23.* Conglutinatio verborum.

Conglutinātus, a, um, adject. *unito, incollato*, conjunctus, copulatus. *Cic. Attic. l. 1. epist. 17.* Concordia conglutinata. *Id. Philip. 3. c. 11.* Homo ex libidine, crudelitate, petulantia conglutinatus.

Con-

Conglutino, as, a. 1. idem ac glutino, compono, conjungo. *Cic. de Senect.* Hominem eadem optime, quæ conglutinavit, natura dissolvit. *Plaut. Bacc.* 4. 4. 42. Conglutinare dolos. *Ter. And.* 5. 4. 10. Meretricios amores nuptiis conglutinas.

Conglutinosus, a, um, adject. *attaccatizio*, qui facile conglutinatur, vel conglutinat. *Veget. l. 1. c.* 40. Humoris pars conglutinosa.

Congradus, a, um, adject. qui ejusdem gradus est, seu qui pari passu procedit. *Avien. Phænom. Arat. v.* 1241. Labenti congrada Soli.

Congræco, as, are, Græcos imitor, luxui me dedo. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 91. Quod in lustris comedim, & congræcem.

Congratulatio, f. 3. idem ac gratulatio, *congratulazione*. *Cic. ad Brut. epist.* 3. Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioque me commovit.

Congratulor, idem ac gratulor, *congratularsi*. *Cic. pro Sext.* Mihi denique homines præcipue congratulabantur.

Congredio, is, a. 3. idem quod congredior. *Plaut.* apud *Non.* 7. 42. Quid si adeam? Haud scio, an congredias, si hæc est.

Congredior, eris, essus sum, d. 3. *ridursi in compagnia*, *andare insieme*, קהל, Ger. *zusammen gehen*, Gal. *convenir*, Hisp. *aiuntarse*, διατρίβω, simul gradior, coeo. *Varro*, Omnes in unam domum congressi simul discubuere. ¶ Est item conjungere se cum aliquo, *unirsi*, *accordarsi*. *Cæsar lib. 6.* 3. *Gall. cap.* 5. Ne aut se in Menapios abderet, aut cum Transrhenanis congredi cogeretur. ¶ Item convenire, colloqui, *abboccarsi*. *Cic. Att. l.* 1. Cum erimus congressi, tum, si quid res feret, coram inter nos conferemus. *Id. pro Planc.* Qui si tecum congrediatur. *Plaut. Epid.* 4. 1. 19. Hunc congrediar astu. ¶ Item disputare. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Qui cum Academico, & eodem Rhetore congredi conatus sum. ¶ Item jungere se cum hoste pugnandi causa. *Cic. pro Sylla*, Ut ego tecum luctari, & congredi debeam. ¶ Congredi alicui, *Aurel. Vict. de Cæsarib. c.* 39.

Congregabilis, & le, o. 3. quod facile congregari potest. *Cic. Off. l. 1. c.* 44. Sed cum congregabilia natura sint.

Congregatim, adverb. idem quod gregatim, conjunctim, simul. *Prudent. hymn. Jejunant. v.* 143. Currunt per ampla congregatim mœnia.

Congregatio, f. 3. *congregazione*, קהל, Germ. *versamlung*, Gall. *congregation*, Hisp. *congregacion*, συναγωγή, adunatio. *Cic. Fin. l. 3. c.* 20. Natosque esse ad congregationem hominum.

Congregativus, a, um, ad congregandum pertinens. *Priscian. l.* 16. & 17.

Congregator, oris, m. 3. qui congregat. *Arnob. l. 6. p.* 199. Seque horum omnium congregatorem, atque vinctorem.

Congregatus, o. 1. 2. συναθροισθείς, adunatus. *Cic. pro Domo*, Multitudo hominum ex servis conductis congregata.

Congregis, vel Congrex, cis, adject. 3. qui ejusdem gregis est, gregi conjunctus. *Apul. A. A. l.* 7. Equinis armentis me congregem permiscuit. *Prudent. l. 2. adv. Symmach. v.* 634. Quem congrege nexu Pax, & Roma tenet. *Solin. c.* 2. Congreces volitant.

Congrego, as, avi, atum, *congregare*, idem ac aduno, a grex. *Cic.* 14. *Phil.* Cives unum se in locum ad curiam congregabant. *Idem* 5. *Fin. c.* 15. Libenter se cum æqualibus congregant homines.

Congressio, f. 3. idem ac congressus, *congresso*. *Cic.* 2. *Phil.* Eumque a tua non modo familiaritate, sed etiam congressione patrio jure, & potestate prohiberet. ¶ Pro pugna, seu prælio, *Justin.* 15. 1. 6. Prima belli congressione. Et 2. 12. 8. Congressio navalis prælii.

Congressus, us, ui, m. 4. colloquium, congressio, *congresso*, *colloquio*. *Cic. de Am.* Ut congressus, & societatem hominum fugiat, atque oderit. ¶ Item prælium, conflictus, *battaglia*. *Cic. de Orat.* Ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur. *Cæs. l. 1. B. C. c.* 46. In primo congressu circiter LXX. ceciderunt.

Congrex. V. Congregis.

Congrue, congruenter. *Martian. Capell. l. 6. pag.* 195. Si congrue videtur assertum.

Congruens, tis, adject. 3. conformis, aptus, *conveniente*, *atto*. *Cic. Fam. l. 7. ep.* 23. Erat aptum bibliothecæ, studiisque nostris congruens. *Lactant. l. 4. c. 26. n.* 13. Quid congruentius Deo? *Tertul. de Anima*, *in fine*. Congruentissimum est, animam puniri &c.

Congruenter, idem ac convenienter, *convenientemente*. *Cic. 3. de Or.* Ut ad id, quodcumque agetur, apte, congruenterque dicamus. *Minuc. Felix*, *c.* 40. De quibus congruentibus promptiusque disseremus. *Tertul. de Pudic. c.* 8. Histriones congruentissime exprimentes.

Congruentia, f. 1. convenientia, vel similitudo, *convenienza*, *o similitudine*. *Suet. in Othone*, *c.* 2. Facile primum inter antiquos locum tenuit congruentia morum. *Apul. Apol. p.* 283. *edit. Elmenh.* Congruentia pronunciandi.

Congruitas, atis, f. 3. idem quod congruentia. *Symmach. l. 9. epist.* 42. Personarum æquatio, & honestate, & possibilitate congruitas.

Congruo, is, grui, sine sup. idem ac convenio, *venir' insieme*. *Ter. Eun.* 5. 9. Nam in me plane Dii potestatem suam omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda. h. e. contigerint. *Tacit.* 1. *histor. c.* 7. Forte congruerat, ut Clodii Macri, & Fonteji Capitonis cædes nuntiarentur. Huc pertinet, quod super hoc verbo scribit *Sarisberiens. l. 2. de Nugis Curial. c.* 13. Grus, inquit, semper affert quod expetit: unde & *gruere* verbum ambiguum est: a quo *congruere*, quod proficit, ingruere quod officit. ¶ Sumitur sæpe pro consentire, convenire. *Cic. pro Marc.* Nostri sensus congruebant, *andavano daccordo*. *Liv. l.* 1. *c.* 5. Congruere ad aliquid, *Terent. Phorm.* 4. 5. 14. Mulier mulieri magis congruit. *Cic. Att. l. 2. ep.* 8. Ejus sermo cum litteris tuis congruit. *Senec. epist.* 9. Initia inter se, & exitus congruant.

Congrus, sive conger, gri, m. *grongo*, γόγγρος, piscis est oblongus, & lubricus, magnæ anguillæ non dissimilis. *Ter.* Et congrum istum maximum in aqua sinito ludere paulisper. *Plin. l. 9. c.* 20. Alii longi, ut muræna, conger.

Congruus, a, um, adject. idem quod congruens. *Apul. l. 6. Milef.* Jam faxo nuptias juri civili congruas. *Pallad. l. 1. c.* 12. Congruis cœli regionibus. *Plaut. Mil.* 4. 3. 22. Te cum illa verba facere de ista re volo: nam cum illa sane congruus sermo tibi.

Congylis, is, f. 3. *rapa*, rapum, a γόγγυλος, rotundus. *Colum. l.* 10. *v.* 421. Congylis, illustri mittit quam Nursia campo.

Conia, æ, f. 1. Ciconia, vocabulum Prænestinorum. *Plaut. Truc.* 3. 2. 26.

Coniades, is, m. 3. Scriptor Græcus. *Plin. l. 14. c.* 19.

Conjectanea, orum, n. 2. dicuntur miscellanea, & adversaria, libri, in quos conjectationes nostras referimus *Gell. l. 6. c.* 2. Altenus in Conjectaneorum libro secundo.

Conjectarius, a, um, o. 1. 2. στοχος, quod scitur per conjecturam. *Cic.* Illud vero minime conjectarium. Apud *Non. c. 2. n.* 175.

Conjectatio, onis, f. 3. conjectura, *congettura*. *Plin. l. 10. c.* 75. Somni quæstio non obscuram conjectationem habet.

Conjectatorius, a, um, adject. ad conjectationem pertinens, ut conjectatoria argumenta, apud *Gell. l. 14. c.* 3.

Conjectio, f. 3. jactus. *Cic. pro Cæc. c.* 15. Neque ictu comminus, neque conjectione telorum. ¶ Item *conjectura*, ut conjectio somniorum. *Id. l. 2. de Div. c.* 63.

Conjecto, as, avi, atum, are, frequentat. a Conjicio, *gettare*, *cacciare*, *Gell. l. 7. c.* 19. Aliquem in carcerem conjectare. ¶ Item conjecturam facio, opinor. *Ter. Eun.* 3. 4. 5. Neque scio quid dicam, aut quid conjectem. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 51. Valetudo ex eo conjectabatur.

Conjector, m. 3. *spianatore de' sogni*, קוסם, Ger. *errhter*, Gall. *qui predit par conjectures*, Hisp. *devinador*, ὀνειροκρίτης, ὀνειρομάντις, interpres, a conjectura. *Cic. 2. de Div. c.* 65. Defert ad conjectorem quidam, somniasse se.

Conjectrix, icis, f. 3. a conjector. *Plaut. Mil.* 3. 1. 99. Conjectrici, hariolæ, haruspicæ. Al. leg. *Collectrici*.

Conjectura, f. 1. *congettura*, *immaginazione*, פררין, Ger. *anzeigung*, Gal. *conjecture*, Hisp. *conjetura*, στοχασμός, rei latentis judicium. *Cic. pro Rosc. Am.* Etiam ne in perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut conjectura capienda sit? ¶ Hinc Conjecturam facere, capere, Conjectura assequi, augurari, prospicere, &c. *Cicer.* sæpe, & *Terent.* Sic conjecturam capere ex aliqua re. *Varr. R. R. l. 3. c. 16. ad fin.* ¶ Speciatim conjectura dicitur somniorum interpretatio. *Plaut. Curcul. 2. 1. fin.* Potin' conjecturam facere, si narrem tibi, Hac nocte quod ego somniavi dormiens?

Conjecturalis, le, o. 3. *cosa*, *che si giudica per congettura*, στοχαστικός, quod ad conjecturam spectat. *Cic. 1. de Inv.* Cum facti controversia est, quoniam conjecturis causa firmatur, constitutio conjecturalis appellatur. *Celsus in præfat. l.* 1. Conjecturales artes. h. e. quæ incertæ sunt, & sine fundamento.

Conjecturaliter, adverb. per conjecturas. *Sidon. l. 8. ep.* 11. Conjecturaliter gestum.

Conjecturo, a. 1. idem ac conjicio, *congetturare*. *Senec. 7. nat. quæst. c.* 29. Nobis conjecturare tantum illa in occulto licet. Obsopæus tamen observat, e MSS. legendum, *& conjectura ire in occulta tantum licet*.

Conjectus, us, m. 4. idem ac jactus. *Cic. pro Planc.* Sed dignitatem, sed oculorum conjectum, sed solidam, & robustam, & assiduam frequentiam præbuerunt. *Liv. l. 28. c.* 14. Cum nondum ad teli conjectum venisset.

Conjectus, a, um, adject. jactus, injectus, *gettato*. *Virg. 9. Æn. v.* 698. Conjecto spiculo aliquem sternere. *Ter. Andr.* 4. 1. 44. Conjectus in nuptias. Sic Conjectus in carcerem, *Senec. epist.* 9. ¶ Item per conjecturam perceptus, *congetturato*. *Cic. 2. Div. c.* 31. Non tam mirabilia sunt, quam conjecta belle. *Id. l. 1. Div. cap.* 52. Male conjecta, maleque interpretata.

Conifer, & coniger, a, um, adject. qui conos fert, h. e. nuces pineis similes. *Virg. 3. Æn. v.* 680. Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi. *Catull. de nupt. Pel. & Thet. v.* 106. Quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum.

Conjicio, is, jeci, ectum, a. 3. proprie est res plures in unum jacere locum, vel simul jacere. *Cæs. l. 1. Com.* E loco superiore in nostros venientes tela conjiciebant. ¶ Hinc translate usurpatur. *Cicero pro Planc.* Atque hæc, nec ulla alia sunt conjecta maledicta in ejus vitam. *Tib. l. 1. el.* 9. Absenti sæpe querelas conjicit. ¶ Sæpe sumitur pro simplici jacio, *gittare*. *Plaut. Epid.* Et palliolum tuum in collum conjice. ¶ Hinc ad multa transfertur. *Terent. Heaut.* 2. 3. 50. Ne me in lætitiam frustra conjicias. *Id. Phorm.* 1. 4. 13. Hinc me conjicerem protinus in pedes. *idest*, fugerem. *Cic. pro Cæl. c.* 27. Atque illo repentino hominum impetu se in fugam conjecisse. *Id. 1. Phil.* Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset. *Plaut. Pœn.* Conjici in morbum. ¶ Est etiam divinare, *congetturare*. Nam multa in mentem jaciuntur, ibique conjunguntur, tum pluribus consideratis unum colligitur. *Cic. 2. de Div.* Non igitur, aut quæ tempestas impendeat, vates melius conjiciet, quam gubernator? aut morbi naturam acutius, quam medicus? *Id. 3. de Orat.* De me conjicio. Sic, conjicere alicui somnium. h. e. conjiciendo interpretari. *Plaut. Curc. 2. 2. princ.* ¶ Conjicere culpam in aliquem, *dar la colpa*. *Hirt. de bell. Alexandr. c.* 49. In gregem locupletum simultatum causæ conjiciebantur. ¶ In versum se conjicere, V. *Versus*. ¶ In antiquis quibusdam *Varronis*, *Justini*, *Ulpiani*, & aliorum Codicibus testatur *Paræus in Lex. Critic.* se legisse *conicio*: quod a *Laberio* usurpatum, *conicior in fullonicam*, reprehendit *Gell. l. 16 c.* 7. tanquam obsoletum, aut ex sordidiore usu vulgi depromptum.

Conimbrica, æ, f. 1. Conibrica, *Condexa la veia*, opp. olim, nunc pagus Portugalliæ, in prov. inter Durium, & Tagum. ¶ Conimbrica nova, *Coimbra*, urbs ampla, & Academia insignis, ad Mundam fl. ab Ulyssipone 32. l. in Bor.

Coniptum, n. 2. genus libaminis, quod farina conspersa faciebant, a κονίπτω, pulvere aspergo. *Fest.*

Conisco, vel conisso, n. 1. κονίζω, est pulvere aerem replere, pulverem excitare, pulvere respergere, quod pecudes ludentes, & concertantes faciunt. *Lucr. l. 2. v.* 320. Et satiati agni ludunt, blandeque conissant. *Quint. l. 8. c.* 3. ex Cic. Caput opponis cum eo coniscans. Al. leg. *corussans*, a κορύσσω, arieto.

Conisterium, n. 2. vel conistra, f. 1. locus, ubi asservabatur pulvis, quo post unctionem aspergebantur luctaturi, ut prehensiones firmiores, non lubricæ forent, a κόνις, pulvis. *Vitruv. l. 5. c.* 11.

Conistra. V. Conisterium.

Conitum. V. Coniptum.

Conjuga, æ, f. 1. conjux. *Apul. l. 6. A. A.* Magna Jovis germana, & conjuga.

Conjugalis, le, o. 3. *matrimoniale*, Germ. *ehelich*, Gall. *conjugal*, Hisp. *conjugal*, γαμήλιος, quod ad conjugium pertinet, ut Conjugalis torus, in quo conjugium fit. Dii conjugales, qui conjugiis præesse credebantur, ut Juno, Venus, Hymen. *Sen. in Med. init.* Dii conjugales, tuque genialis tori Lucina custos.

Conjugaliter, adverb. conjugum more. *August. ep.* 89.

Conjugata, n. 2. σύζυγα, apud Rhetores sunt, quæ orta ab uno varie commutantur, quia ab uno genere, veluti jugo flectuntur, ut Civis, & civitas, exul, & exulare, &c. *Cic. 5. Parad.* Potes autem esse tu civis, propter quem aliquando civitas non fuit? & me exulem tuo nomine appellas, cum omnes meo discessu exulasse Remp. putent? *Quint. l. 5. c.* 10. & *Cic. in Top. c.* 3.

Conjugatio, f. 3. idem ac conjunctio, *congiunzione*. *Cic. de Sen.* Adminiculorum ordines, capitum conjugatio, & religatio, & propagatio vitium. ¶ Est item accidens, sed attributum partium orationis, proprium verborum, quia multa verba ad unum thema, velut jugum quoddam, astringit. *Cic. in Top. c. 3. Diomed. Priscian.* &c.

Conjugator, m. 3. qui conjungit. *Catull. in Epith. Mall. carm.* 62. *v.* 44. Boni amoris conjugator.

Conjugatus, a, um, adjectiv. ut locus a conjugatis. V. Conjugata. ¶ Apud *Aug. l. 6. Conf. c.* 13. conjugatus est uxori conjunctus, *maritato*.

Conjugialis, & le, o. 3. idem ac conjugalis. *Ovid. 6. Met. v.* 536. Conjugialia jura.

Conjugium, n. 2. omnis conjunctio, a conjugo. *Lucret. lib. 3. vers.* 858. Coitu, conjugioque corporis, atque animæ. ¶ Speciatim sumitur pro matri-

matrimonio, *matrimonio*, התנה, Germ. *ehestand*, Gall. *mariag*, Hisp. *casamiento de marido, o muger*, συζυγία. *Cic.* 1. *Off. c.* 17. Prima societas in ipso conjugio est, proxima in liberis. ¶ Item pro coitu Venereo. *Virg.* 3. *Georg.* Sæpe sine ullis conjugiis vento gravidæ.

Conjŭgo, as, a. 1. idem ac conjungo, a jugum, quasi in unum jugum jungo, vel ad unum jugum alligo. *Cic.* 1. *Off. c.* 17. Est que ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit.

Conjugŭlus, a, um, o. 1. 2. quod facile conjugatur. *Plin. l.* 15. *c.* 29. Cato tria genera myrti prodidit, candidam, nigram, conjugulam.

Conjŭgus, o. 1. 2. *congiunto*, σύζυγος, quod conjugatum est. *Plin. l.* 8. *c.* 23. Conjuga ferme vagantur, nec nisi cum compare vita est.

Conjunctè, adv. *congiuntamente*, συμμέτρως. *Cic. de Orat.* Si quando risus conjunctè re, verboque movetur. *Id. de Amic. c.* 18. Quicum conjunctissime, & amantissime vixerat. *Id. Fam. 6. ep.* 10. Sic semper dilexi, ut non ullo cum homine conjunctius viverem.

Conjunctim, idem ac conjunctè. *Cæs. 6. B. G. c.* 18. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, fructusque servantur.

Conjunctĭo, nis, f. 3. *congiunzione*, σύνδεσις, copulatio. *Cic. pro Planc.* Jam municipia conjunctione etiam vicinitatis vehementer moventur. ¶ Item una ex partibus orationis. *Cic. in Orat. c.* 39. Cum demptis conjunctionibus dissolute plura dicuntur. ¶ Item cognatio, affinitas, amicitia, *parentela*, *amicizia*. *Cic.* 3. *Fam.* Ego autem citius cum eo, qui tua inimicitias suscepisset, veterem conjunctionem diremissem, quam novam conciliassem.

Conjuncto, as, are, a. 1. frequentat. a conjungo. *Prudent. Psychom. v.* 762. Quod sapimus, conjunctet amor.

Conjunctus, a, um, o. 1. 2. *congiunto*, συμπλοκή. *Cic. in Anton.* Ea summa miseria est summo dedecori conjuncta. ¶ Cum ablat. sine præposit. quæ inest in ipso verbo. *Cic.* 5. *Phil. c.* 7. *ad fin.* Mendicitas affinitate conjuncta. ¶ Item affinitate, vel amicitia junctus. *Cic. Verr.* 6. *c.* 33. Non solum societate atque amicitia, sed etiam cognatione cum aliquo conjunctum esse. *Id. Philip.* 1. *c.* 3. Syracusæ urbs mihi conjunctissima. *Ovid. Met.* 15. *v.* 599. Quamvis conjunctior ille nemo mihi est. ¶ Item conformis. *Cic.* 2. *Off.* Præcepta naturæ conjuncta. ¶ Conjuncta, orum, apud Rhetores est locus topicus. *Cic. de Orat. c.* 39. & 40.

Conjunctus, us, m. conjunctio. *Varr. l.* 9. *L. L.* Sic bigæ, quadrigæ a conjunctu dictæ.

Conjungo, is, xi, ctum, a. 3. copulo, consocio, concilio, connecto, *congiungere*, חבר, Ger. *zusammen fügen*, Gal. *conjoindre*, Hisp. *ayuntar*, συνάπτω, simul jungo. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 32. Calamos cera conjungere. *Cic. pro Leg. Man. c.* 9. Quantum bellum futurum putatis, quod conjungunt reges potentissimi? h. e. simul conflant. *Ovid. Heroid. epist.* 21. *ad fin.* Cum aliquo se conjungere. *Liv. lib.* 29. Conjungere sibi fœminam matrimonio. *Cic.* 1. *de Orat.* Connubia conjungere. ¶ Conjungere boves, h. e. ad jugum jungere, *Cato R. R. c.* 138.

Convŏla, occulta. *Festus*.

Conjurātim, adverb. *in congiura*. *Plaut. Asin.* 2. 2. 52. Siquidem omnia conjuratim cruciamenta conferam. Al. leg. *Conjurati*.

Conjuratĭo, f. 3. *congiura*, קשר, Germ. *zusammen schwörung*, σύστασις, conspiratio. *Cæs.* 1. *B. G.* Conjurationem nobilitatis fecit, & civitati persuasit, ut de finibus cum omnibus copiis exirent. ¶ Sæpius accipitur in malam partem. *Cic. in Catil.* Tanta hæc in Remp. conjuratio manifesta inventa, atque deprehensa est. V. *Conjuro*. ¶ Sumitur etiam pro ipso cœtu conjuratorum. *Cic. Catil.* 1. *c.* 6.

Conjuratus, a, um, adject. ex particip. *congiurato*, qui conspiravit, ut conjurata Græcia, *Horat. l.* 1. *od.* 15. Conjurati fratres. *Virgil.* 1. *Georg. v.* 280. ¶ Substantive etiam usurpatur *Conjuratus*, *i*. *Cic. Catil.* 4. *c.* 10. Manus conjuratorum permagna. & alibi passim.

Conjūro, as, n. 1. *congiurare*, קשר, Ger. *zusammen schwören*, Gal. *conjurer*, Hisp. *conjurar*, συωμόσαμαι, simul juro, conspiro. Sæpius in malam partem capitur pro conspirare in alicujus perniciem. *Cicer. pro Mil. c.* 24. Sibi confessos esse de interficiendo Pompejo conjurasse. *Quintil.* 4. 2. Conjurare in mortem alicujus. ¶ Est item simpliciter jurare. *Gell.* Tu verbis conceptis conjurasti sciens scienti amico tuo. ¶ Item consentire, sive sibi mutuo opem ferre. *Hor. in Arte*, *ad fin.* Alterius sic altera poscit opem res, & conjurat amice. ¶ Servius ad illud Æn. 8. *Simul omne tumultu Conjurat trepido Latium*: Observa, inquit, de re bona conjurationem dici posse. *Liv.* etiam *l.* 22. *c.* 38. Conjurabant milites, se fortitudinis ergo non abituros.

Conjux, jugis, com. 3. *moglie*, *o marito*, שנל, Ger. *ein ehegemahl*, Gal. *le mary*, *ou la femme*, Hisp. *el marido*, *o la muger*, ἁμάζυγος, uxor, seu maritus, a conjugo. Sed Prisciano placet *conjunx* scribi cum *n*, ut fit a conjungendo. Manut. in Orthogr. vetera multa monumenta affert, in quibus *Conjux*, *Conjunx*, *Cojux*, & *Conjunx* legitur. Sed primum probabilissimum est. *Cic. ad Att.* Vagamur egentes cum conjugibus, & liberis nostris. *Horat. l.* 2. *epist.* 1. *v.* 142. Fida conjux. *Ovid.* 11. *Met. v.* 727. O carissime conjux.

Conlætor, aris, atus sum, congaudeo, simul lætor. *Tertull. de Idololatr. c.* 14. Conlætemur ex communione naturæ.

Conlævo, V. Collævo.

Conlātro, as, a. 1. *abbaiare*, κυδυλακτέω, latratu infesto, obloquor. *Sen. de vita beata*, *c.* 17. Siquis ex his, qui Philosophiam conlatrant.

Conlaxo, as, are, idem ac laxo. *Lucret. l.* 6. *v.* 231. Facile omnia circum conlaxat.

Conlector. V. Collector.

Conlūco. V. Colluco.

Conlŭo. V. Colluo.

Connăto, & Connatatio, a *con* & *nato* afferunt ex Plauto Stephanus, Passeratius, Danetius, & alii: Sed nos invenire non potuimus.

Connātus, a, um, simul natus. *Tertull. adversf. Valentinian. c.* 9. Vitia in corpore connata.

Connecto, ctis, a. 3. *attaccare insieme*, συμπλέκω, est simul nectere, conjungere. *Cic. Act.* Illa vero, quæ tu connecti vis, aliud quoddam seperatum volumen expectant.

Connexe, adverb. conjunctim. *Martian. Capel. l.* 4. *pag.* 1. Hæc non nisi connexe dicuntur.

Connexĭo, onis, f. συναφή, *connessione*, *conclusione del sillogismo*. Proprie est connectendi actus, & a *Quintil.* pro complexione adhibetur, *l.* 5. *c.* 14. Connexio aut vera negatur, aut nihil ad quæstionem dicitur pertinere.

Connexivus, o. 1. 2. copulativus. *Gell. l.* 10. *c.* 29. Connexiva conjunctio.

Connexus, a, um, nom. ex particip. conjunctus, colligatus, *connesso*, *unito*. *Cic.* 2. *de Nat. c.* 38. Qui omnia inter se connexa, & apta viderit. *Virg.* 4. *Georg. v.* 237. Apes pedibus conexæ. ¶ Absolute *Cic.* 4. *Acad. c.* 30. Ipsa ratio connexi, cum concesseris superius, cogit inferius concedere. ¶ Comparat. *Connexius*, vel ἀρχαικῶς, *Connectius*, apud *Lucretium l.* 3. *v.* 557. legitur.

Connexus, us, ui, m. 4. idem ac connexio. *Lucret. l.* 1. *v.* 626. Habere varios connexus.

Connītor, eris, ĭsus, vel ixus sum, d. 3. *sforzarsi*, *far suo potere*, יגע, Ger. *etwas mit einander understehen zu thun*, Gal. *s' efforcer*, Hisp. *esforbar*, συντείνομαι, simul, vel vehementer nitor. *Cic. de Fin.* Cum paulum firmitatis accesserit, coniuntur, ut se erigant. *Cæs. l.* 1. *B. Civ.* In summum jugum virtute connititur. ¶ Item pario, *partorire*. *Virg.* 1. *Ecl. v.* 15. Hic inter densas corylos modo nanque gemellos, spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit.

Conniventĭa, æ, f. 1. ἐπίμυσις, dissimulatio. *l.* 1. *C. de fund. & salt. rei dom. l.* 2. Quod si venalis procuratorum conniventia admiserit. *Ascon. in proœm. Verr.* Conniventia Ciceronis ipsius, parum compertum est.

Connivĕo, es, ivi, vel xi, n. 2. & olim connivo, *serrar gli occhi*, קרץ, Germ. *blintzen*, *mit den augen vvincken*, Gal. *fcurciller*, Hisp. *abaxar los parpados de los ojos*, συγκαμύττω, est oculorum palpebras movere, modo claudere, modo aperire, a *niveo*, obsol. verb. *Sueton. Calig. cap.* 51. Ad minima tonitrua & fulgura connivens, caput obvolvere solebat. ¶ Sic proprie connivere dicuntur, qui dormitant. *Cic. de Nat.* 2. *c.* 57. Quid melius quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somno sopiri sempiterno? ¶ Hinc translate sumitur pro dissimulare visum, *far mostra di non vedere*, *dissimulare*. *Cic. pro Cæl. c.* 24. Dii immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis connivetis? ¶ Apud *Plaut. Mostel.* 3. 2. *v.* 145. Connivere dicuntur coagmenta, & juncturæ, quæ minime laxæ sunt. ¶ Calvus apud *Priscian. l.* 9. fecit 3. declinat. Cum gravis ingenti connivere pupula somno. Hinc præterita. *Nimius Cassius apud eun. ibid.* Nam non concivi oculos ego deinde sopore. Et *Turpilius ibid.* Dum ego connixi somno.

Connixus, vel Connisus. V. Connitor.

Connubiālis, & le, o. 3. ἐπιγαμικὸς, quod ad connubium spectat. *Ovid. Heroid. epist.* 6. *v.* 41. Heu ubi pacta fides? ubi connubialia jura?

Connubĭum, n. 2. *legge del matrimonio*, התנה, Germ. *die ehe*, *oder ehestand*, Gal. *lieu de mariage*, Hisp. *la ley*, *o derecho del casamiento de marido*, *y muger*, συγγαμία, jus legitimi matrimonii, a nubo. *Cic.* 1. *Off.* Sequuntur connubia, & affinitates. *Liv. l.* 1. *c.* 9. Concelebrare connubia. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 9. Romulus Sabinorum connubia conjunxit consilio, & sapientia singulari. ¶ Secunda syllaba in hac voce anceps est. V. *Virg. Æn.* 1. *v.* 73. & *l.* 4. *v.* 126. & 535. & *l.* 9. *v.* 600.

Connubĭus, a, um, adject. ad connubium pertinens, *matrimoniale*. *Apul. Metam. l.* 9. Connubia lege sociatus.

Connūbo, is, n. 3. nubo. *Apul.* Puellari ætate connupseramus.

Connudātus, a, um, adject. idem ac nudatus. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Contra fulgura ipsa in mense connudata.

Connumĕro, as, avi, atum, are, a. 1. idem ac numero, vel annumero, *connumerare*, συναριθμῶ. *Paul. JCtus l.* 104. *Dig. de statu hom.* Inter liberos connumerabitur. *Ammian. l.* 25. *c.* 11. Vir profecto heroicis connumerandus ingeniis. ¶ *Ovidio* etiam tribuitur hoc verbum *l.* 5. *Trist. el.* 4. *v.* 20. Se quoque in exemplis connumerare solet. Sed al. leg. *annumerare*. V. *Heinj.*

Conoïdes, f. 1. κωνοειδὴς, cypressus fœmina, quæ in fastigium convolvitur. *Serv. ad Æn.* 3. *v.* 680. Conus dicitur fructus cupressi, & ipsa κωνοειδὴς, est, nam a rotunditate in acumen levatur.

Conon, m. 3. κόνων, Athenienssium dux fuit, qui prælio victus a Lysandro Lacedæmoniorum duce, sponte abiit in exilium ad Artaxersem Persarum Regem, cujus auxilio patriam, cui servitutem attulerat, in libertatem restituit. *Justin. l.* 1. & 6. Fuit præstantissimus Imperator, & filium Timotheum, & ipsum summum Imperatorem, hominemque doctissimum reliquit. *Cic.* 3. *de Or.* ¶ Fuit & alius Conon Samius Astrologus, de quo *Prop. l.* 4. *el.* 1. Hic septem libros de Astrologia edidit.

Conopēum, n. 2. *padiglione da letto*, יריעה, velum circa lectum ad arcendos culices, quos Græci κάνωπας vocant. Apud Ægyptios in usu maxime erat, cum propter paludes Nili magna culicum copia infestarentur. ¶ Græce scribitur κωνωπεῖον, & in quodam epigr. etiam κωνώπειον: qua ratione *Horat. Epod.* 9. *v.* 16. Sol aspicit Conopeum. Et *Propert. l.* 3. *el.* 9. 45. Fœdaque Tarpejo conopea tendere saxo. At *Juven. sat.* 6. *v.* 80. Ut testudineo tibi, Lentule, conopeo.

Conor, aris, atus sum, d. 1. *sforzarsi*, יגע, πειράσμαι, tento, molior, nitor, & do operam, ut aliquid fiat. *Cic. in Orat.* Magnum opus omnino, & arduum conamur. *Ter. Andr.* 4. 1. 52. Conari manibus pedibusque. ¶ Fere infinito jungitur. *Cic. pro Quintio*, Qui præsente eo gestum agere conarentur. ¶ Absolute usurpavit *Nepos in Datam. c.* 7. Qui prius cogitare, quam conari consuesset. Et *Terent. Phorm.* 1. 2. Ego conabar obviam tibi. h. e. ire. ¶ *Conarem*, pro *Conarer*, legi apud *Priscian.* ex *Ennio*, refert Passerat.

Conquadrātus, a, um, adject. in quadri formam redactus, *quadrato*. *Colum. l.* 8. *c.* 3. Perticæ conquadratæ.

Conquadro, as, a. 1. in quadratam figuram redigo. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 48. Aureus later, quod conquadravit religio. ¶ Translate *Sidon. l.* 3. *ep.* 7. Sic dicta vero conquadrant. *h. e.* conveniunt.

Conquæstor, oris, m. 3. idem ac conquisitor, vel simul quæstor. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Conquassātio, f. 2. *conquassamento*, *crollamento*, συσεισμὸς, concussio, commotio. *Cic.* 4. *Tusc. c.* 13. Ex totius valetudinis corporis conquassatione, & perturbatione gignuntur.

Conquassātus, a, um, adject. concussus, *conquassato*, *crollato*, *sbattuto*. *Lucret. l.* 8. *v.* 442. Conquassatum corpus. *Cic. pro Sext. c.* 26. Exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus.

Conquasso, a. 1. *conquassare*, *scuotere*, רוצץ, Ger. *erschutten*, *zergellen*, Gall. *ebranler*, *casser*, Hisp. *quebrar*, *y gastar*, συσείω, concutio. *Cic.* 1. *de Div. c.* 43. Apulia maximis terræ motibus conquassata est. ¶ Item contero, contrio. *Cato c.* 52. Si calix erit, conquassato.

Conquĕror, d. 3. idem ac queror, *lamentarsi*. *Cic. in Tusc. l.* 1. *c.* 21. Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet. ¶ Cum abl. & præp. de. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 2. Nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri.

Conquestĭo, f. 3. idem ac querela. *Cic.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 7. Ubi nullum auxilium, nulla conquestio.

Conquestus, us, m. 4. idem ac questus, *lamento*. *Liv. l.* 8. *c.* 7. Tum libero conquestu coortæ voces sunt.

Conquiesco, idem ac quiesco, *quietarsi*. *Cic.* 5. *Fin.* Ut conquiescere ne infantes quidem possint. *Id. Curioni*, Ætas nostra jam ingravescens in amore, atque in adolescentia conquiescat tua. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 1. Tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti. *Id. pro Balbo*, *c.* 1. Conquiescere a bellis continuis.

Conquinisco, is, (conquexi, apud *Priscian.*) sine sup. n. 3. *chinarsi*, השתחוה, Germ. *sich neigen*, *oder bucken*, Gall. *s' enclincr*, Hisp. *inclinarse*, ὑποκύπτω, est inclinare se, a *cunio*. Aliqui putant, *conquinisco* corrupte dici pro *conclinisco*, ut ejusdem originis sit, ac inclino. Alii volunt esse a genu, pro *congenisco*. *Plaut. Cist. act.* 4. *sc.* 1. *v.* 5. Faciundum est puerile officium, conquinisam ad cistulam. *Id. Pseud.* 3. 2. 75. Si conquinisset illic, conquinistito simul.

Conquīro, is, sivi, itum, a. 3. *cercare con diligenza*, בעה, Germ. *fleissig suchen oder erforschen*, Gal. *chercher diligemment*, Hisp. *buscar diligentc-*

mente, ζητῶ, est diligenter quærere, seu investigare. *Cic. 6. Verr.* Conquiri Diodorum jubet. ¶ Item quærendo in unum contrahere, idest, colligere, *raccogliere*, *radunare*. *Cic. 5. Ver.* Cum undique homines nequissimos conquisisset. ¶ Item exquirere, deligere, *eleggere*. *Cic. in Agrar.* Nedum isti ab Rullo conquisiti, & electi coloni. ¶ Conquirere, coercere, constringere, *Fest.* Sed Scaliger legit *Coinquire*.

Conquisīte, adv. συζητηκῶς, exquisite, diligenter, docte. *Gell. l. 3. c. 10* Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisite. Adde *Auct. ad Herenn. l. 2. ad fin.*

Conquisitĭo, f. 3. *cercamento*, *inquisizione*, συζήτησις, investigatio. *Cic. de Univ.* Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium. ¶ Conquisitio militum, est militum delectus, cum Imperator pro sua auctoritate, quos ei visum fuerit, etiam invitos ad militiam conscribit. Id in majoribus tantum Reip. periculis fieri consuevit. Alioqui enim ultro nomina dabant. *Cic. de Prov. Conf. c. 2.* Exercitus ille noster, superbissimo delectu, & durissima conquisitione coactus, omnis interiit. *Liv. l. 23. c. 32.* Ut in Piceno agro conquisitionem militum haberet.

Conquisītor, m. 3. qui investigat. Speciatim conquisitores dicebantur homines illi, per quos milites in delectu conquirebantur. *Cic. Att.* Nullus usquam delectus, nam conquisitores φαινοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant. Adde *Liv. l. 21. c. 11.* ¶ Conquisitores etiam dicuntur exploratores, *inquisitori*, *spie*, ὀπτῆρες. *Plaut. Amph. prol. 65.* Ut conquisitores singuli in subsellia eant per totam caveam.

Conquisītus, a, um, o. 1. 2. συζητηθεὶς, investigatus, electus, *cercato*, *scelto*. *Cic. de Arusp. Resp.* Siquis aliquem fictis, conquisitisque vitiis deformatum vellet inducere. *Id. 5. Tusc. c. 21.* Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur.

Conrādo, V. Contrado.

Conrecumbo, is, simul recumbo. *Tertull. de testim. anim. c. 4.* Quasi præsentibus, & conrecumbentibus.

Conrĕi, m. 2. qui simul ob eandem causam rei facti sunt. *Ulp. l. 3. §. 3. Dig. de liber. leg.*

Conregĭo, f. 3. in Auguralibus, regio infra fines comprehensa. *Varro l. 6. de L. L.* ¶ *Conregione* veteres dixerunt pro, *regione*. *Fest.*

Conridĕo, V. Corrideo.

Conruspor, d. 1. conquiro. *Plaut.* Conruspare tua consilia in pectore. *Fest.*

Consalutatĭo, f. 3. *salutazione vicendevole*, ἀσπασμὸς. *Cic. Attic. l. 2. ep. 18.* Plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica.

Consalūto, as, a. 1. *salutare insieme*, est ultro, citroque salutationem dare. *Cic. 2. de Orat. c. 3.* Cum inter se amicissime consalutassent.

Consanesco, is, n. 3. sanus fio, *risanarsi*. *Cic. Sulp. l. 4. ep. 6.* Nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. Al. leg. *Consanavisse*. nam *Consenuisse*, quod in vulg. reperitur, rejicit Paræus in Lex. Crit. *Colum. l. 8. c. 2.* Vulnera dum consanescant.

Consanguinĕi, orum, m. 2. *parenti*, נאל, Ger. *blutsfreund*, Gall. *parens*, Hisp. *parientes*, fratres, qui eodem patre nati sunt, licet diversis matribus, & ita in Jure accipi, observat *Cujac. l. 11. c. 26.* At generatim, qui sanguine inter se connexi sunt. *Cic. Attic. l. 2.* Sed Βοώπιδος, noster consanguineus non mediocres terrores facit. ¶ Translate consanguineus pro simili capitur. *Virg. 6. Æn. v. 278.* Sopor consanguineus lethi. Sic *Colum. proœm. l. 1.* Res rustica consanguinea sapientiæ est.

Consanguinĭtas, f. 3. *parentado*, מורשה, Ger. *blutfreundtschafft*, Gal. *consanguinitè*, Hisp. *parientesco de sangre*, συγγένεια, sanguinis conjunctio. *Liv. l. 7. c. 19.* Cæritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat.

Consāno, as, idem quod sano, *sanare*. *Colum. l. 4. c. 24.* Plagæ consanentur. ¶ Item neutra signit. pro consanescere, *risanarsi*. *l. 10. Dig. de Ædil. edict.*

Consarcinātus, a, um, adject. involutus, temere sartus. *Ammian. l. 15. c. 10.* Consarcinata falsitas.

Consarcīno, a. 1. *cucire insieme*, συῤῥάπτω, est simul sarcire, & nullo delectu conjungere. *Gell. l. 13. c. 23.* Extrinsecus additum, & consarcinatum.

Consarrĭo, n. 4. σκαλίζω, idem quod sarrio, *zappare*. *Col. l. 11. c. 3.* Deinde sulci omnes consarriendi.

Consauciātus, a, um, adject. vulneratus, *piagato*, *ferito*. *Suet. Aug. c. 26.* Utrumque brachium ruina pontis consauciatus.

Consaucĭo, as, idem ac saucio, *piagare*. *4. ad Heren.* In hoc autem crebro, & celeri vulnere corpus consauciari videtur. *Suet. Ner. c. 26.* Prætoris caput consauciavit.

Conscelerātus, o. 1. 2. sceleratus, *scellerato*. *Cic. pro Cluent. c. 10.* Ex eodem furore etiam illa conscelerata exectio linguæ. *Id. pro Rosc. Am. c. 24.* A filiis conscelaratissimis furiæ domesticæ pœnas parentum repetunt.

Consceler̆o, idem ac scelero, *macchiare di scelleraggine*. *Liv. l. 10. B. Mac.* Agite, conscelerate aures paternas. ¶ Conscelerare oculos, est nefandum aliquod facinus aspicere. *Ovid. 7. Met. v. 34.* Cur non & specto pereuntem, oculosque videndo conscelero?

Conscendo, is, di, nsum, n. 3. idem ac ascendo. *Virg. 1. Æn.* Æneas scopulum interea conscendit. ¶ Fere de navigantibus dicitur, & est navim ingredi navigandi causa, *imbarcarsi*, & usurpatur vel absolute, vel cum acc. vel cum acc. & præp. in. *Cic. Att. l. 9.* Epheso conscendentes hanc epistolam dedimus. *Cæs. 3. B. C.* Navemque frumentariam conscendit. *Id. Fam. 13.* Navem spero nos bonam habere, in eam simul ac conscendi, hæc scripsi.

Conscensĭo, f. 3. ascensio, *salita*. *Cic. 1. de Div. c. 32.* Et conscensionem in naves cum fuga: *imbarco*. Hinc *Liv.* Conscensionem facere, *imbarcarsi*.

Conscensus, a, um, *salito*, particip. passivum. *Justin. l. 12. c. 10.* Conscensis navibus. *Id. l. 31. c. 4.* Conscensa nave.

Conscientĭa, f. 1. *conscienza*, לב, Germ. *gevvissen*, *oder gevvissne*, Gall. *conscience*, Hisp. *conciencia*, συνείδησις, interius judicium animi, ac censura eorum, quæ fecimus, quæ aut redarguit, si prave, aut absolvit, & solatur, si recte egerimus. *Cic. pro Mil. c. 23.* Magna vis est conscientiæ in utramque partem. *Id. Fam. 3. ep. 7.* Fretus conscientia officii mei. *Id. pro Rosc. Am.* Suæ quemque malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. ¶ Sumitur etiam simpliciter pro scientia, seu notitia, quæ communis nobis est cum aliis, *notizia*, *cognizione*. *Cic. Catil. 1.* Constrictam omnium horum conscientia conjurationem non vides? *Tacit. l. 1. hist. c. 25.* In conscientiam facinoris pauci admissi.

Conscindo, a. 3. idem ac scindo, vel in multas partes scindo, *lacerare*. *Cic. Fam. 7. ep. 26.* Conscindere epistolam. ¶ Translate est cruciare. *Lucr l. 5. v. 46.* Curæ conscindunt hominem solicitum. ¶ Item criminari, conviciari, *accusare*, *dir male*. *Cic. Att. l. 8.* Me ab optimatibus ait conscindi.

Conscĭo, is, a. 4. conscius sum, *esser conscio*. *Hor. lib. 1. ep. 1. v. 60.* Hic murus aheneus esto nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Consciŏlus, li, diminut. a conscius. *Catull. carm. 68. ad Januam.* Sæpe illam audivi furtiva voce loquentem Solam consciolis hæc sua flagitia.

Conscisco, is, ivi, itum, a. 3. decerno, communi consilio statuo, *deliberare*. *Liv. l. 1. c. 32.* Censuit, consensit, conscivit, ut bellum cum priscis Latinis fieret. ¶ Consciscere mortem, fugam, facinus, &c. est proprie decernere, sed per metalepsim sumitur pro exequi, quod decretum est. *Cic. in Bruto, c. 11.* Veneno sibi conscivisse mortem. *Brutus ad Cic. ep. 16.* Postquam illud conscivi facinus. *Liv. l. 5.* Desereremus penates nostros, exiliumque ac fugam nobis ex eo loco consciscceremus. ¶ Translate conscisco ponitur pro contrahere. *Colum. l. 8.* Diligens pastor stabulum quotidie converrit, nec patitur, stercus humorem consciscere. Sed meliores libb. habent *consistere*.

Conscissūra, æ, idem ac scissura. *Plin. l. 34. c. 8.* Etiam cicatricibus operis, atque conscissuris remanentibus. Harduinus legit, *Concisuris*.

Conscissus, a, um, adject. scissus, dilaceratus, *squarciato*, *lacerato*. *Plaut. Trucul. 1. 1. 32.* Pallula conscissa.

Conscītus, o. 1. 2. Particip. a consciscor, illatus. *Liv. l. 9. c. 26.* Mors haud dubie ab ipsis conscita judicio subtraxit. *Plin. l. 36. c. 15.* Passim conscita nece Quiritibus tædium fugientibus.

Conscĭus, o. 1. 2. *consapevole*, יודע, Ger. *etvvas ihm sebls bevvusst sein*, Gal. *coupable de quelque cas*, Hisp. *sabidor con otro de alguna cosa*, συνειδὼς, qui rem scit, a *con*, & *scius*. Nonius, *scius*, & *conscius* differre dicit, quod *scius* secum, *conscius* cum alio scius est. Sed hanc differentiam fatetur non observari. Nam postquam *scius* in usu esse desiit, *conscius* utriusque locum occupavit. ¶ Usurpatur vel absolute. *Cic. pro Cluent.* Uno ex servis puero non grandi conscio. ¶ Vel cum dat. personæ, & infinitivo. *Cic. 6. Fam.* Mihi sum conscius, me, quoad licuerit, dignitati Reip. consuluisse. ¶ Vel cum gen. rei. *Cic. 4. Phil.* Ita populos habent universos non solum conscios libidinis suæ, verum etiam administros. ¶ Vel cum dat. rei. *Cic. 6. Ver.* Ut tot viros primarios velim esse temeritati, & mendacio meo conscios. ¶ Vel cum dat. personæ, & gen. rei. *Cic. 3. Off.* Sibi autem nullius essent conscii culpæ. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Stat. Theb. l. 8. v. 206.* Conscia templa. *Virg. Æn. 9.* Sidera conscia testor. ¶ Interdum absolute ponitur pro male conscio, seu reo. *Plaut. Most. 3. 1. 13.* Nihil est miserius, quam animus hominis conscius.

Conscrĕor, aris, salivam expuendo purgor. *Plaut. Pers. 2. 5. 7.* Magnifice conscreabor. Al. aliter legunt.

Conscribillo, as, a. 1. dim. a conscribo, & pro eodem usurpatum a Veteribus. *Varro apud Non. cap. 2. n. 108.* Eas in ceram conscribillavit. ¶ Translate *Catul. carm. 25. v. 11.* Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. h. e. quasi graphio lacerent.

Conscrībo, a. 3. συγγράφω, idem quod scribo, vel simul scribo, *scrivere*. *Cic. 7. Fam.* Institui Topica Aristotelica conscribere. *Id. 12. ad Att.* De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit. ¶ Conscribere milites, est cogere, & in certum numerum, ac scriptum redigere, *arrolare*. *Cic. l. 12. Fam. ep. 16.*

Conscripti Patres, vel Patres minorum gentium erant, qui a Romulo secunda electione, ex Sabinis, confecto bello, in Senatum electi sunt, ita dicti, quod cum Patribus primæ electionis, qui ex Albanis electi fuerant, scripti in Senatum fuissent. *Dionys. lib. 2. Panvin. C. R. c. 1.* Sed aliqui Patres Conscriptos eos appellant, qui a Prisco adjuncti fuere. *Livius* eos, qui a Bruto, *Festus* eos, qui a P. Valerio Cos. ex Equestri Ordine, & ex Plebe. Hinc traditum fertur, ut in Senatum vocarentur, qui Patres, quique Conscripti essent. *Liv. l. 2.* Sed postremo usus obtinuit, ut omnes Senatores uno Patrum Conscriptorum nomine vocarentur. Ex *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 2. c. 2.*

Conscriptĭo, f. 3. συγγραφὴ, scriptio, compositio. *Cic. pro Cluent. c. 67.* Falsæ conscriptiones quæstionum. *Vitruv. proœm. l. 7.* Conscriptionibus memoriæ tradere.

Conscriptor, oris, m. 3. scriptor, *scrittore*. *Arnob. l. 1. p. 33.* Conscriptores nostri mendaciter ista promiserunt.

Conscriptum, i, n. 2. *scrittura*, *scritto*. *Ovid. 5. Trist. el. 3. v. 55.* Si veterum digne veneror conscripta virorum.

Conscriptus, a, um, adject. scriptus, *scritto*. *Catul. carm. 69. v. 2.* Conscriptum lacrymis epistolium. *Stat. 3. Silv. 1. v. 116.* Conscripta imagine tela. h. e. picta. *Cæs. B. C. l. 1. c. 2.* Conscripti milites. h. e. collecti. ¶ Conscripti etiam dicti Senatores Romæ, post primos Patres in Senatum allecti. V. sup. *Conscripti Patres*. Hinc *Horat. in Arte poet. v. 314.* Conscripti officium. h. e. Senatoris.

Consĕco, a. 1. idem ac seco, *tagliare*. *Plin. l. 36. c. 26.* Ut citra ullum sensum ad ossa consecet, quidquid afflaverit corporis.

Consecranĕus, a, um, adject. qui eorundem sacrorum particeps est, συμμύστης: item commilito, eodem sc. sacramento obstrictus. *Capitolin. in Gord. c. 14.* Sacrati commilitones, imo etiam mei consecranei. *Tertul. Apol. cap. 16.* Sed & qui crucis nos religiosos putat, consecraneus erit noster.

Consecratĭo, f. 3. idem ac sacratio, ἀφιέρωσις, *consacrazione*. *Cic. pro Domo, cap. 48.* An consecratio nullum habet jus, dedicatio est religiosa? ¶ Consecratio etiam dicebatur Imperatorum defunctorum in Deos relatio, ἀποθέωσις, quod primum in Augusto factum est. Fiebat autem extructo rogo aromatibus farto, immissoque igne; quo accenso aquila emittebatur, quam dicebant animam demortui ad Deos evolantis. In Augustarum consecrationibus adhibebatur Pavo, qui Junoni est sacer. Omnem hunc ritum V. apud *Herodian. l. 4. c. 2.* V. etiam *Alex. ab Alex. l. 6. Gen. dier. c. 4.* ¶ Mira hujus vocis significatio est pro magica precatione seu sacrificio. *Lamprid. in Heliogab. c. 9.* Dictum est a quibusdam, per Chaldæos & Magos Antoninum id egisse, ut Marcomanni populo R. semper devoti essent, atque amici, idque factis carminibus, & consecratione. Cum quæreret, quæ illa essent, vel ubi essent, suppressum est: constabat enim, illum ob hoc consecrationem quærere, ut eam dissiparet.

Consecrātor, oris, m. 3. qui consecrat. *Tertull. de Pudic. c. 21.* Auctor, & consecrator Ecclesiæ. *Jul. Fir. l. 4. c. 7.* Simulacrorum consecratores.

Consecrātrix, icis, f. quæ consecrat. *Tertull. advers. Gnost. c. 3.* Ægyptus, inter cetera animalia, bovis etiam consecratrix.

Consecrātus, a, um, adject. Deo dicatus, & sacer, *consecrato*. *Cic. Act. 1. in Verr. c. 5.* Delubra sanctissimis religionibus consecrata. ¶ Sic locus consecratus opponitur profano. *Id. in Partit. c. 10.*

Consĕcro, as, a. 1. idem ac sacro, idest, Deo dico, sacrum, seu religiosum facio, *consacrare*. *Cic. pro Domo, c. 55.* Deinde aram aliquam in litore deserto, somniis stimulatus, aut religione aliqua, consecraret. ¶ Interdum est Deum facere. *Cic. de nat. Deor.* Ægyptii nullam belluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt. V. *Consecratio*. ¶ Interdum venerabile, illustre, immortale reddere. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 15.* Cum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui. ¶ Sumitur & pro devovere. *Liv. l. 3. c. 48.* Te, Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro.

Consectanĕus, o. 1. 2. ἀκόλουθος, qui alios affectatur, & speciatim ὁμογνώμων, qui aliorum sententiam, vel opinionem sequitur, qui in eadem hæresi est, seu secta. *Sidon. l. 3. ep. 6.* Consectaneus videtur Plotinus. ¶ Item consequens. *Arnob. l. 5.* Consectaneum est credere, nunquam Deos irasci.

Con-

Consectarium, ii, n. 2. ἀκόλουθον, argumentatio breviter astricta, in qua antecedens necessario conclusio sequitur. *Cic. 4. de Fin. c.* 18. Nunc venio ad illa tua brevia, quæ consectaria esse dicebas & primum illud, quo nihil potest esse brevius, Bonum omne laudabile, laudabile autem omne honestum, igitur omne bonum honestum.

Consectarius, a, um, o. 1. 2. ἀκόλουθος, consequens. *Cic. 4. de Fin.* Illud vero minime consectarium, sed in primis hebes, &c.

Consectatio, f. 3. παρακολούθησις, sectatio. *Cic. in Orat. c.* 49. In hujus concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus.

Consectátrix, icis, f. 3. παρακόλουθος, quæ sectatur. *Cic. 3. Off. c.* 33. Est enim temperantia libidinum inimica, libidines autem consectatrices voluptatis.

Consectio, f. 3. sectio. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 60. Arborum autem consectione, omnique materia & culta, & sylvestri.

Consector, aris, d. 1. idem ac sector, vel sæpe sequor, vel in totum sequor, *seguitare*. *Lucr. l.* 3. Cum fœminas tam rabide consectantur. Adde *Ter. Eun.* 2. 2. 18. ¶ Item persequor, *perseguitare*. *Cic. Att. l.* 2. Fusium clamoribus & conviciis, & fibilis consectantur. ¶ Translate est affectare, aucupari, *cercare*. *Cic. in Pis.* Levitatis est inanem acupari rumorem, & omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari. ¶ Item enarrare, *spiegare*. *Cic. 1. de Orat.* Ac ne plura, quæ sunt pene innumerabilia, consecter. ¶ Reperitur etiam passive. *Laber.* apud *Priscian. l.* 8. Uxorem tuam; & meam novercam a populo lapidibus consectari video.

Consecutio, f. 3. *conseguenza*, συνακολούθησις, verb. a consequor. *Cic. 1. Fin. c.* 11. Ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis. ¶ Item bene ordinatus, contextus, & collocatio. *Cic. in Partit. c.* 6. Numeri sunt quidam in conjunctione servandi, consecutioque verborum.

Consecútus, a, um, adject. *chi vien dopo*. *Cic. Philip. 1. c.* 13. Reliquis consecutis diebus. ¶ Passiva significatione, *conseguito*, *Varr.* apud *Priscian. l.* 8. Consecuta negliguntur.

Consĕdo, as, a. 1. *sedare*, idem quod sedo. *Cato* apud *Charis. l.* 2. Maximos tumultus maturissime disjeci, atque consedavi.

Consĕdo, onis, m. 3. assessor. *Cassius Hæmina* apud *Non. 1. n.* 312. Nemo vicinus consedo.

Consella, æ, f. sella duplex, h. e. ex duabus veluti sellis junctis facta. *Lucil.* apud *Non.* 4. 3. Consellas quoque prævalidis in funibus aptas.

Conseminālis, & le, o. 3. idem ac consemineus. *Col. l.* 12. *c.* 45. Propter quod etiam conseminalium vinearum non est tam firmum vinum.

Conseminĕus, a, um, o. 1. 2. πολύσπορος, id, in quo varia semina commixta sunt, ut Sylva conseminea, quæ ex variis arborum generibus consita est, vinea conseminea, in qua diversa vitium semina acervatim contusa sunt. *Col. l.* 12. *c.* 46. Sylvam liquis barbaricam, hoc est consemineam, velit facere. *Id. l.* 3. *c.* 21. Idque in vineis consemineis servari difficile est.

Consenesco, is, n. 3. idem ac senesco, sed sonantius, *venir vecchio*, γηράσκω. *Horat. l.* 3. *od.* 5. Consenescere in armis. ¶ Translate *Cic. pro Cluent. c.* 5. Consenescere mœrore & lacrymis. *Flor. l.* 3. *c.* 3. Donec rabies & impetus consenesceret. h. e. deficeret, vires amitteret. ¶ Apud *Plaut. Rud.* 5. 2. 15. Veru consenescere dicitur, quod rubigine deteritur.

Consensio, f. 3. *consentimento*, ἐμφασις. *Cic.* 12. *Fam.* Populi vero Romani, totiusque Italiæ mira consensio est. *Id. de Amic. c.* 4. Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio.

Consensus, a, um, o. 1. 2. *accordato*, ὁμολογήμενος, partic. pass. a consentio. *Gell. l.* 15. *c.* 26. Syllogismus est oratio, in qua consentis quibusdam, & concessis, aliud quid, quam quæ concessa sunt, per ea, quæ concessa sunt, necessario conficitur.

Consensus, us, m. 4. idem ac consensio. *Cic. 4. Phil.* Nunquam inter Senatum, & vos consensus major in ulla causa fuit.

Consentanĕe, adverb. convenienter. *Lactan. l.* 3. *c.* 8. Cum natura consentanee vivere.

Consentanĕus, a, um, o. 1. 2. *consentaneo*, כשׁה, Germ. *das mit stimgt*, Gal. *convenable*, Hisp. *cosa concorde en sentencia*, σύμφωνος, conveniens, cum dat. *Cic. 1. ad Att.* Vel quod ita rectum est, vel quod rebus meis consentaneum. ¶ Vel cum abl. & præp. *cum*. *Cic. 3. Fam.* Quod quidem erat consentaneum cum his literis, quas ego Romæ acceperam. ¶ Consentaneum est, congruum, vel conveniens est. *Cic. 2. de nat. Deor.* Consentaneum est, in his sensum inesse, & intelligentiam.

Consentes Dii, consiliarii Jovis, quasi consentientes in eo, quod gerendum est, vel quasi consulentes, a *consulo*, vel ab antiquo *conso*, *is*, quod est simul consultare, consilium dare. *S. Augustl. l.* 4. *de Civ. c.* 23. Erant autem numero duodecim, quos in consilium accire dicebatur Jupiter, sex mares, totidemque fœminæ, hoc disticho comprehensi: Juno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, Venus, Mars, Mercurius, Jovi, Neptunus, Vulcanus, Apollo. *Enn.* apud *Apol. de Deo Socrat.* & *Martian. Capell. de Nupt. Philol.*

Consentĭa, sacra erant Gentilium inter se, e. g. Corneliorum, Valeriorum, &c. ita dicta, quod ex universarum Familiarum ejusdem Gentis consensu statuta fuissent. *Festus*.

Consentia, Cosentia, *Cosenza*, urbs A. Brutiorum alias caput, nunc Calabriæ cit. in R. Neap. Pop. *Consentini*.

Consentiens, entis, nom. ex particip. qui consentit, *chi è dello stesso parere*. *Cicer. ad Brut. ep.* 15. Civitas in retinenda libertate consentiens. *Id. de senect. c.* 17. Cujus de laudibus omnium est fama consentiens.

Consentĭo, is, nsi, nsum, *consentire*, *accordarsi*, דצה, Ger. *einnes sinns sein*, Gal. *consentir*, Hisp. *consentir*, ὁμοδοξέω, idem sentio. Usurpatur vel absolute. *Cic. 1. de Fin.* Ratio enim nostra consentit, oratio pugnat. ¶ Vel cum dat. *Cic. 1. Phil.* Atque iis principiis reliqua consentiebant. *Id. 1. Off.* Sibi ipsi consentire. h. e. a seipso non descisere. ¶ Vel cum accus. & præpos. *inter*. *Cic. 1. Off.* Quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *cum*. *Cic.* 10. *Fam.* Nequaquam consentire cum oratione Furnii visæ fuit. *Id. de Universt.* Oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat. ¶ Vel cum accus. & præpos. *ad*. *Cic. 4. Phil.* Jam enim non solum homines, sed etiam Deos immortales ad Remp. conservandam arbitror consensisse. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *de*. *Cic. de Amic.* De cujus utilitate omnes uno ore consentiunt. ¶ Consentire aliquid, *Cic. de Senect.* In quem illud elogium unicum plurimæ consentiunt gentes. ¶ Usurpatur interdum pro conspirare, in malam partem, *congiurare*. *Cic. 6. Fam. epist.* 18. Quod cum quibusdam Hispanis consensisset, scil. de prodendo Pompejo. ¶ Item impersonaliter. *Tacit. Annal. 1. c.* 13. De prioribus consentitur. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Inter plurimos consensum est, duas esse ejus partes.

Consepto, as, avi, atum, are, frequentat. *serrare intorno*. *Solin. c.* 32. *de Ægypto*: Eligitur sacer lucus, in quo conseptant animalia diversissimi generis.

Conseptum, ti, n. 2. olim consiptum, *serraglio*, περίφραγμα, quod undique clausum, & munitum est, a sepire. *Colum. l.* 1. *c.* 4. Difficiliora enim consepta non solum pluris ædificamus, sed etiam impensis majoribus tuebimur. *Arnob. l.* 11. Intra conseptum templi. ¶ Conseptum fori dictum est a *Quintil.* pro ipsis cancellis, *l.* 8.

Conseptus, us, ui, m. 4. idem ac conseptum, *serraglio*. *Strab. Gall. in fine*: Ut cum conseptu viridis consederis horti.

Conseptus, a, um, adject. *serrato all'intorno*. *Cic. de Senect. c.* 16. Ager conseptus, & consitus.

Consĕquens, tis, o. 3. *chi segue*, *e vien dopo*, sequens, συνακόλουθος. *Cic. de Fin. c.* 20. *l.* 1. Spe eriguntur consequentis, & posteri temporis. ¶ Item quod cohæret, seu quod ex præcedentibus colligitur. *Idem in Partit. c.* 6. In verbis conjunctis, quod non est consequens, vituperandum est. *Id. de Leg. l.* 1. *c.* 5. Quoniam scriptum a te est de optimo Reip. statu, consequens esse videtur, ut scribas de legibus. *August. l.* 15. *de Trin. c.* 19. Quid consequentius, quam ut ipse sit charitas, &c. ¶ Interdum idem est, ac consentaneus, conveniens. *Cic. 3. Fin. c.* 15. His autem ea consentanea, & consequentia. V. *Brison. de verb. signif.* ¶ Consequentia, ium, est unus ex locis, unde argumenta desumuntur. *Cic. ad Trebat.*

Consequenter, *conseguentemente*, Germ. *nachfolgend*, Gal. *consequemment*, Hisp. *consiguientemente*, ἀκολούθως. *Ulp. l. Sed & si quid*, §. *ult. ff. de usufr. quemadm. quis uest. & fruat.* Quibus consequenter fructuarius quidem acquirere fundo servitutem non potest.

Consequentĭa, æ, f. 1. *conseguenza*, סדר, Ger. *ein nachfolgung*, Gal. *consequence*, Hisp. *la consecution a otra cosa*, ἀκολουθία, consecutio. *Cic. 1. de Div. c.* 56. Qui cursum rerum, eventorumque consequentiam diuturnitate pertractata notaverunt.

Consequĭum, ii, n. 2. vel Consequia, æ, f. 1. sequela, appendix, comitatus, *seguito*, *compagnia*, *aggiunta*. *Apul. l.* 5. *Metam.* Psyche sublimis evectionis appendix miseranda, & penduli comitatus extrema consequia. *Id. l.* 10. Novitiis trahebantur consequiis.

Consĕquor, d. 3. *seguitare di fatto*, הלך אחר, Ger. *nachfolgien*, Gal. *suivre*, *& aller apres*, Hisp. *conseguirse a otra cosa*, ἀκολουθέω, immediate sequor, subsequor, vel absolute. *Cic. pro Mur.* Si hæc elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint. ¶ Vel cum accus. *Cic. in Anton.* Libertatem pax consecuta est. ¶ Est item eum, qui nos in itinere præcedit, sequendo assequi, *arrivare*. *Cic. in Famil.* Si statim navigas, nos Leucade consequere. ¶ Translate est obtinere, adipisci. *Cic. l.* 10. *Famil.* Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna. ¶ Vel cum accusat. & ablat. *Cic. in Famil.* Magnam laudem a summo viro, & ab exercitu consequebatur. ¶ Vel cum conjunctivo. *Cic. de Orat.* Ut vero etiam ipsi loci propositæ quæstione occurrant, exercitatione consequere. ¶ *Lucret. l.* 1. *v.* 45. Rebus ab ipsis consequitur sensus, transactum quid sit in ævo. h. e. percipit. ¶ Consequi memoria, *ricordarsi*. *Cic. 6. Ver.* Consequi intellectu, vel animo, vel conjectura, *capire*. *Id. variis locis*. ¶ Consequi verbis, vel dicendo, h. e. explicare, *esprimere con parole*, *Id. pro Leg. Manil.* ¶ *Plaut. Asin.* 2. 1. 13. Certum hercle est, vestram consequi sententiam. h. e. sequi. ¶ *Consequor* passiva significatione, *Orbilius* apud *Priscian. l.* 8. Quæ vix ab hominibus consequi possunt.

Consĕquus, a, um, adject. idem quod consequens. *Lucr. l.* 5. *v.* 679. Consequa natura est jam rerum, & ordine certo.

Conserĕno, as, V. Differenat.

Consermocĭnor, aris, dep. 1. cum aliquo sermonem habeo. *Nigid.* apud *Gell.* 14. 4. Spiritum atque animam ad eos, quibus consermocinamur, intendimus.

Consermōnor, aris, colloquor, *abboccarsi*. *Q. Claud.* apud *Gel. l.* 17. *c.* 2. Cum his consermonabatur.

Consĕro, is, conserui, consertum, a. 3. *congiungere*, *mescolare*, יצרם, חבר, Ger. *zusammen setzen*, *an einandet kommen*, *vermischen*, Gal. *entremeler*, *entrelacer*, Hisp. *travar uno con otro*, συμπλέκω, conjungo, connecto, simul misceo. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. Ordo rerum tribus momentis consertus est. *Ovid. 3. Am. eleg.* 5. Diem nocti conserere. ¶ In rebus bellicis conserere manus, vel conserere prælium, est pugnare, *combattere*, quia tunc quasi manus manibus admoventur. *Cic. Att. l.* 7. Non ut manum conserat, sed ut fugam intercludat. *Liv. l.* 5. Ad arma discurritur, & pugna conseritur. *Id. l.* 6. *c.* 12. *ad fin.* Conserturi manus. ¶ Conserere manus in judiciis, est cum aliquo lege agere, jus suum persequi. Vide *Consertus*.

Consĕro, is, sevi, situm, n. 3. *piantare*, *seminare*, *iunestare*, נטע, זרע, Ger. *pflantzen*, *bpseen*, Gal. *planter*, *complanter*, *ou semer*, Hisp. *plantar*, *sembrar*, *o enxerir una cosa con otro*, φυτεύω, locum aliquem seminibus, seu plantis opplere. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 52. Indus non aqua solum agros lætificat, & mitigat, sed eos etiam conserit. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 73. En queis consevimus agros. ¶ Metaphor. *Lucret. l.* 2. Sol lumine conserit arva. *Cic. Tusc.* 1. Conserere leges.

Conserrātus, o. 1. 2. in modum serræ factus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Sed spectatissimum insigne gallinaceis corpore conserratum. Sed melius alii *corporeum serratum*.

Conserte, adverb. conjuncte. *Cic. de Fato*, *c.* 14. Omnia naturali colligatione conserte, contexteque fiunt.

Consertĭo, onis, f. 3. conjunctio, connexio, implicatio. *Arnob. l.* 3. *p.* 107. Ad cervicum necessarias flexiones consertionibus verticum, atque ossea substructione tuliciri.

Consertor, oris, m. 3. qui conserit, seu pugnat. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Etiam consertoris usu argumentum est, &c. Sed alii aliter legunt.

Consertus, a, um, o. 1. 2. συμπεπλεγμένος, connexus, contextus. *Vir.* 3. *Æn.* Loricam consertam hamis, auroque trilicem. *Id. Æn.* 3. *v.* 594. Consertum tegmen spinis. Ubi *Servius* illigatum interpretatur. ¶ Ex jure manum consertum vocare, formula judicialis Veterum. *Cic. l.* 1. *de Orat.* Multis præssem, qui te ex jure manum consertum vocarent. Est autem, *ex jure manum consertum vocare*, ducere aliquem ex jure ad conserendam manum in rem, de qua lis sit. Quo in loco cum erant litigatores, ex eo glebam prehendebant, deferebantque ad Prætorem, ut in eo, tanquam in toto agro, jus suum persequerentur. V. *Gel. l.* 20. *c.* 10. Aliquæ editiones, & quidem optimæ, habent: *Ex iure manu consertum*, h. e. manu apprehensum: quam explicationem confirmare videntur verba ipsa hujus formulæ, quæ a Cicerone referuntur, pro Mur. *Fundus Sabinus meus est. Eum ego ex jure Quiritium meum esse aio. Inde ego te ex iure manu consertum voco*. h. e. traho te inde manu prehensum.

Conserva, æ, f. 1. *conserva*, συνδούλη. *Ter. Eun.* 2. 3. 74. Summa forma semper conservam domi videbis.

Conservabĭlis, le, adject. qui conservari potest. *Tertul. l.* 2. *adv. Marc. c.* 13. Bonum conservabile.

Conservatio, f. 3. *conservazione*, כשמר, Ger. *bealtung*, σωτήρια. *Cic. 1. Off.* Si attentos animos ad decori conservationem tenebimus. *Id. l.* 2. *c.* 3. Frugum, fructuumque conservatio.

Conservātor, idem ac servator. *Cic. Att. l.* 9. *epist.* 11. Me conservatorem, & parentem hujus urbis nonnulli dixerunt.

Conservātrix, idem ac servatrix. *Cic. de Fin. l.* 5. *c.* 9. Omnis natura vult esse conservatrix sui. ¶ Est etiam titulus matrum familiæ. Vet. inscript. apud *Reines. p.* 727. *n.* 18. Uxori conservatrici. Adde *Grut. Inscript. p.* 1142. *n.* 2.

Conservātus, o. l. 2. *conservato*, τηρηθείς. *Cic. Lent. l.* 1. Meos cives, & a me conservatos, & me servare cupientes. *Id. pro Dejot. c.* 13. Nomen retentum, atque conservatum.

Conservitium, tii, n. 2. *servigio*, συνδουλία. *Plaut. Capt.* l. 2. 49. Perque conservitium commune, quod hostica evenit manu.

Conservo, as, avi, atum, are, servo, tueor, *conservare*, διασώζω, ut Conservare libertatem populi, *Cic. Fam. l.* 11. *epist.* 7. Et *l.* 2. *Off. c.* 24. Res familiaris conservari debet diligentia, & parsimonia.

Conservula, æ, f. 1. dimin. a Conserva. *Sen. Controv.* 21. Conservula de cellula exacta est.

Conservus, m. 2. *conservo*, σύνδουλος, qui cum alio eidem domino servit. *Cic. ad Cass. l.* 12. *Fam. ep.* 3. Dominum ferre non potuimus, conservo servimus.

Consessio, onis, f. 3. idem ac consessus. *Martian. Capel.*

Consessor, oris, m. 3. qui una cum alio sedet. *Cic.* 2. *Att. epist.* 15. Præclarum spectaculum mihi propono, modo te consessore spectare liceat. *Liv. l.* 34. *c.* 54. Dives pauperem consessorem fastidit.

Consessus, us, m. 4. συνέδριον, homines in uno loco sedentes: vel locus ubi plures sedent, *consessio*. *Cic. Ver.* 3. *c.* 7. Consessu, conspectuque Judicum commoveri. *Virg. Æn.* 5. *v.* 577. Implere consessum clamoribus.

Consīdĕo, V. Consido.

Consideranter, adverb. considerate, *considerantamente*. *Val. Max. l.* 8. *c.* 1. *ad fin.* Consideranter, & mansuete Populi Romani Magistratus agebat. *Pallad. l.* 3. *c.* 17. Cuneum inter corticem, & lignum consideranter deponimus. Particip. *considerantius* habet *Cornel. Fronto*.

Considerantĭa, æ, f. 3. consideratio, *considerazione*, *avvertenza*. *Cic. Q. Frat. l.* 3. *epist.* 9. Cujus in hoc uno considerantiam & ego sustinebo ut potero. *Vitruv. l.* 6. *c.* 1. Tarditate animi sine considerantia irruentes.

Considerāte, adverb. *considerantamente*, περιεσκεμμένως, cogitate, consulto, prudenter. *Cic.* 1. *Off.* Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. ¶ Hinc comp. consideratius, & superl. consideratissime. *Cic. Att. l.* 9. *epist.* 9. Quid feci non consideratissime? *Id. ibid. ep.* 10. Consideratius utilitati suæ consulere.

Consideratio, onis, f. 3. *considerazione*, Germ. *betrachtung*, Gal. *consideration*, Hisp. *consideracion*, σκέψις, cogitatio, animadversio. *Cic. Acad. l.* 1. *c.* 41. Est enim animorum, ingeniorumque natale quoddam quasi pabulum consideratio, contemplatioque naturæ.

Considerator, oris, m. 3. qui considerat. *Gell. l.* 11. *c.* 5. Quæsitores, & consideratores.

Consideratus, a, um, o. l. 2. circumspectus, qui mature examinat, *chi considera*, *ed esamina le cose*. *Plin. Paneg. Trajani*, *c.* 44. Nec tam consideratus, ac sapiens, qui ætatem in tenebris agit. *Hirt. de bello Afr. c.* 73. Cæsar tardior, & consideratior erat factus. ¶ Sumitur & passive, *considerato*, *pensato*. *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 54. Bene considerata ratio. *Id. pro Font. c.* 9. Consideratissimum verbum.

Considĕro, as, a. 1. *considerare*, חשׁב, חקשׁב, Ger. *betrachten*, Gall. *considerer*, Hisp. *considerar*, σκέπτομαι, cogito, intueor, circumspicio, attendo, expendo. *Cic. Ver.* Reliquum est, quod ipsæ optime considerabitis, vestri similes fœminæ sint ne Romæ. *Id. Ver.* 5. Considerate vim animis vestris vosmetipsi. *Id. Fam.* 14. *ep.* 14. De aliquibus rebus considerare cum aliquo. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Considerandum est, ut solum pingue sit. *Terent. Heaut.* 2. 4. Considerare secum in animo aliquid.

Consīdo, dis, consedi, consessum, n. 3. *metterse a sedere*, ישׁב, Ger. *sich setzen*, Gal. *s'asseoir*, Hisp. *assentarse*, συγκαθέζομαι. *Colum. l.* 8. Neque aut recumbat, aut considat. ¶ Item commorari, consistere, *fermarsi*. *Cic. Att. l.* 5. Quin etiam dubito, an hic considam, & hoc tempus omne consumam. ¶ Item sedes in aliquo loco figere, *piantar la sede*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 572. Vultis & his mecum pariter considere Regnis? ¶ Item desidere, idest descendere, dehiscere, *abbassarsi*, *aprirsi*. *Liv. l.* 33. In Veliterno agro terra ingentibus cavernis consedit. *Virg.* 2. *Æn. v.* 625. Omne mihi visum est considere in ignes Ilium. idest, conflagrare, & cadere. Sic quæcunque ima petunt, considere dicuntur. *Col. l.* 12. *c.* 14. Deinde patiemur picem considere, & cum siderit, aquam eliquabimus. ¶ Metaphorice usurpat *Cic. pro Mur.* Consedit utriusque nomen in Quæstura, hoc est jacuit in quæstura veluti sepultum. ¶ Ardorem animi, iram, curas considere, est sedari. *Cic. de clar. Orat. c.* 24. *Liv. l.* 38. *c.* 17. ¶ Considere dicuntur exercitus, cum in aliquo loco castra ponunt. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 9. Ubi ex captivis cognovit, quo in loco hostium copiæ consedissent. ¶ Interdum sumitur pro judicare, quia judicando judices sedere solent. *Sueton. Calig. c.* 38. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius modo summæ, ad quem conficiendum consederat. Adde *Ovid. Met.* 13. *ad fin.* ¶ Præteritum *consedi* mutatur a verbo *consideo*, quod dicerem inusitatum, nisi afferretur ab omnibus Lexicographis, & Grammaticis, qui discrimen etiam inter hæc duo verba commenti sunt. Sed ego nondum vidi nisi præt. *consedi*.

Consignanter, adverb. unde comparat. consignantius. *Gell. l.* 1. *c.* 25. Græci significantius, consignatiusque dixerunt. h. e. expressius, ἐμφατικώτερον.

Consignāte, adverb. cujus superlativum est apud *Gell. l.* 1. *c.* 15. Eupolidis quoque versus de id genus hominibus consignatissime factus est, *segnatamente*.

Consignatio, f. 3. Consignationes dicuntur, quas vocamus documenta, vel chirographa, h. e. tabulæ consignatæ. *Quintil. l.* 12. *c.* 8. Promittit litigator omnia, testem, populum, paratissimas consignationes.

Consignātus, a, um, o. l. 2. notatus, impressus. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 24. Ut a pueris tot rerum, atque tantarum initas, & quasi consignatas in animis notiones haberemus. *Id.* 1. *de Div.* Testata, & consignata monumentis antiquitas. *Id.* 2. *de Or.* Fundi publicis commentariis consignati.

Consīgno, as, a. 1. idem ac signo, noto, *sigillare*. *Cic. pro Quinct. c.* 6. Tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur. *Leg.* 13. ¶. *de Action. empt. & vend.* Consignare legem. ¶ Consignare literis, est scribere. *Cic.* 4. *Acad. c.* 1. Literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus.

Consĭlĕo, n 2. idem ac sileo, *tacere*. *Gell. l.* 5. *c.* 1. Consiluisse universos quasi attonitos. *Fest.* Consiluere *Ennius* pro *conticuere* posuit.

Consilesco, is, n. 3. idem ac sileo. *Plaut. Mil.* 2. 6. 100. Aliquo aufugiam, dum hæ consilescunt turbæ.

Consĭlians, antis, V. Consilior.

Consiliarius, m. 2. *consigliere*, יועץ, Germ. *ratgeber*, Gall. *conseiler*, Hisp. *consejero*, βουλευτής, qui consilium dat, seu qui ab aliquo in consilium adhibetur. *Cic.* 1. *Fam.* Non invito Rege ipso, consiliariisque ejus. *Vellej.* 2. 56. 3. Consiliarii cædis.

Consiliarius, a, um, adject. ad consulendum aptus, *atto a consigliare*. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 6. Magis ei consiliarius hic amicus est, quam auxiliarius. Et *Epid.* 1. 2. 56. Jam Senatum convocabo in corde consiliarium. *Apul. Phil. Mor.* Consiliaria anima.

Consiliātor, m. 3. *consigliero*, qui alicui dat consilium. *Plin. l.* 4. *ep.* 17. Ille in gerendis meis honoribus consiliator, & rector.

Consiliatrix, icis, f. 3. quæ consilium dat. *Apul.* 5 *A. A.* Illæ quidem consiliatrices egregiæ tuæ. Alii leg. *conciliatrices*.

Consiliātus, a, um, V. Conciliatus.

Consilīgo, nis, f. 3. βλίτυρον, herba, Herbaris pataleonis, quæ inter filiginem frequentissime invenitur. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Consilīnum, n. 2. *Silo*, opp. marit. Magnæ Græciæ, inter Locros, & Scyllacium.

Consĭlio, is, n. 4. *saltar insieme*, *saltar addosso*, simul salio, insilio, insulto. *Tacit. l.* 3. *Annal. c.* 46. Imbelles Æduos evincite, & fugientibus consilite.

Consilior, aris, atus sum, depon. 1. vel Consilio, as, n. 1. *consigliare*, *dar*, *o far consiglio*. *Horat. de Arte poet*, *v.* 196. Ille bonis faveatque, & consilietur amicis. Et *l.* 3. *od.* 3. *v.* 17. Gratum elocuta consiliantibus Junone Divis. *Tac.* 2. *histor. c.* 53. Redire Bononiam rursus consiliatur.

Consiliōsus, a, um, adject. consilio valens. Vox est M. *Catonis* apud *Gell. l.* 4. *c.* 9. *Sidon. l.* 1. *epist.* 1. Sicuti es in iis, quæ deliberabuntur, consiliosissimus.

Consilium, lii, n. 2. deliberatio, cogitatio, animadversio, concilium, collegium, *consiglio*, יעצה, Ger. *rath*, Gal. *conseil*, Hisp. *consejo*, βούλευμα, proprie est vocabulum artis tullonicæ, & significat actionem illam, qua vestes purgantur, a *con* & *salio*. Hujus enim artis duæ partes fuere, una vestes pedum insultu eluere, ac cogere, altera creta candefacere, illud dicebatur *consiliari*, hoc expolire. Sed *Jos. Scalig. in Conjectaneis* placet, *concilium*, & *conciliare*, per *c* scribi, a *ciliis*, pilis, & *concilium* esse coactionem, *conciliare*, cogere. Huc respexit tortaue *Plautus*, cum inquit in *Pœn.* 1. 1. 60. Placet consilium. Mi. Imo etiam ubi expolivero magis, hoc tum demum dices; nunc etiam rude est. ¶ Translate consilium dicitur ratio excogitata faciendi aliquid, aut non faciendi. *Ter. Andr.* 2. 1. 9. Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus. *Liv. l.* 35. *c.* 32. Consilia calida, & audacia, prima specie læta, tractatu dura, eventu tristia sunt. ¶ Regit cum infinit. tum conjunct. *Cic. ad Att. l.* 5. Expectare consilium est. *Id.* 1. *Fin.* Eo consilio, tuum judicium ut cognoscerem. ¶ Dicimus consilium conferre, capere, captare, rejicere, &c. *Cic. Terent. & al.* Consilia agitare, *Sen. epist.* 30. Facere aliquid de consilio alicujus, *Ter. Phor.* 3. 1. 17. & *Cic. Attic.* 6. 3. ¶ Sibi consilium capere, est a reliquorum sententia, & rationibus discedere, tactionis, & dissensionis causa. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 76. Postulat, ut jurent omnes, se exercitum, ducesque non deserturos, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos. ¶ Res est consilii, *è cosa da consultare*. *Cæs. l.* 7. *B. G. c.* 38. ¶ Consilium aliquando est idem ac στρατήγημα, calliduni, & subdolum inventum. *Nepos Annibal. c.* 11. *n.* 7. Sic Annibal consilio arma Pergamenorum superavit. *Id. in Datam. c.* 6. *n.* 8. Tali consilio uno tempore & proditores perculit, & hostes profligavit. ¶ Item prudentiæ vis, & facultas, ut Consilii maximi vir, *Nepos Datam. c.* 1. *n.* 1. *Id. Pausan. c.* 1. *n.* 2. Consilii plenus. ¶ Item ratio. *Horat. l.* 3. *od.* 4. Vis consilii expers mole ruit sua. ¶ Denique consilium aliquando accipitur pro cœtu consulentium, seu judicantium. *Cic. Ver.* 7. *c.* 21. Cum consilio causam Mamertinorum cognoscit, & de consilii sententia, Mamertinis frumentum se non imperare, pronuntiat. ¶ Atque in hoc sensu præcipue & *consilium*, & *concilium* confunduntur.

Consimĭlis, & le, o. 3. *simile*, idem ac similis. *Cic.* 2. *Phil.* Cum rem gessisset consimilem rebus iis, quas ipse gesserat. *Ter. Heaut.* 2. 4. 13. Cujus mos maxime est consimilis vestrum.

Consimĭliter, adver. similiter, *similmente*. *Arnob. l.* 2. Nos spiritum consimiliter ducimus. Adde *l.* 6. §. 8. *ff. de excusat. ex comm. constit.*

Consipĭo, is, pui, n. 3. *sapere*, simul sapio. *Gel. l.* 7. *c.* 3. Vereri se se, ne patres non satis consiperent. *Liv. l.* 5. *c.* 42. Non mentibus solum consipere, &c.

Consiptum, n. 2. antiquis dicebatur, pro conseptum. *Fest.* ¶ Consiptum, clavis præfixum. *Id.*

Consistĭo, onis, f. 3. statio, consistendi actio. V. Constitio.

Consisto, is, constiti, n. 3. *fermarsi*, עמד, Ger. *gestehen*, Gal. *s' arrêter*, Hisp. *quedarse*, ἵστημαι, proprie est iter inceptum mora interrumpere, substistere, commorari. *Cic. Att. l.* 7. Utrum consistere utpiam velit, an mare transire, nescitur. *Cæs. l.* 3. *B. C.* Ipse ad anchoram una nocte constitit. *Id.* 2. *B. C. c.* 12. Omnis administratio belli consilit, *si sospeses*, *si ferma*. ¶ Translate est firmum, stabilem, constantem esse, *esser stabile*. *Cic. ad Q. Frat.* Ut neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret. *Id. in Orat. c.* 28. Si semel consiterit, nunquam cadet. ¶ Item erigi, *alzarsi*. *Virg. Æn.* 5. Consistit in digitos. ¶ Item contineri, niti, *consistere*, *esser posto*. *Cic.* 5. *Phil.* Cum in eo salus, & vita optimi cujusque, & libertas Pop. Rom. dignitasque consisteret. ¶ Consistere cum aliquo, est in judicio adversus eum stare. *Martian. l. Nullo modo*, *ff. ad leg. Corn. de fals.* Nullo modo servi cum dominis consistere possunt. ¶ Legatum consistere, est validum, & firmum esse. *Ulpian. l. servum filii*, *ff. de legat.* 1. Sic consistere fides, apud *Liv. l.* 2. dicitur, quæ non violatur. ¶ Milites etiam consistere dicuntur, cum loco non cedunt, *mantenersi il posto*. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 93. Tanta vi in Pompeii equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret. ¶ Verbis cum aliquo consistere, & re dividere, *Cic.* 4. *Fin.* h. e. consentire. ¶ Consistere alvus dicitur, cum fluere desinit. *Cic. Fam. l.* 7. *ep.* 26. Tanta me διάρροια arripuit, ut hodie demum videatur posse consistere. Alii leg. *videar*, & tunc significat, recuperatis viribus firmiorem esse, stare posse. ¶ In illo *Ciceronis Tusc.* 1. *c.* 23. Vel concidat omne cælum, omnisque natura consistat, oportet: *consistat* pro ruat, desinat, positum est. Consistere enim dicitur, quod non procedit amplius, neque in motu est: quod ubi naturæ accidat, desinere eam oportet. ¶ Est etiam activum pro constituere, statuere. *Gell. l.* 5. *c.* 10. Consistere causam, *contestar la lite*. *Lucret. l.* 6. *v.* 10. Et per quæ possent vitam consistere tutam.

Consistoriānus, V. Consistorium.

Consistorium, ii, n. 2. recentioris latinitatis vocabulum, quo significatur Consilium Principis, quia consiliarii ibi ad consulendum consident, & Imperatori velut adsint. Unde & ipsi Consistoriani comites appellati. V. JCtos. *Ammian. l.* 14. *c.* 22. Admissus in consistorium. *Martian. Capel. l.* 1. Intra consistorium regis. ¶ Apud *Sidon. lib.* 2. *ep.* 2. Consistorium dicitur locus, in quo cubicularii servi consistebant. Et *Tertul. de Resur. c.* 20. consistorium appellat terram, in qua consistimus. Et *l.* 2. *ad Uxor. c.* 6. *Consistorium libidinum publicarum*, lupanar vocat.

Consitĭo, f. 3. idem ac satio. *Cic. de Sen. c.* 15. Nec consitiones modo delectant, sed etiam initiones.

Consĭtor, m. 3. idem ac sator. *Ovid.* 4. *Met. v.* 14. Et cum Lenæo genialis consitor uvæ.

Consitūra, f. 1. φυτέυσις, plantatio. *Cic.* 1. *de Rep.* Quæ videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ judiciis interpretabatur. Affert *Non. ex fragm. ejusd. c.* 3. *n.* 30.

Consĭtus, a, um, o. l. 2. idem ac satus. *Cic. de Sen.* Ei quendam consceptum agrum diligenter consitum ostendisse. Sic consita pomus, *Tibul. l.* 2. *el.* 1. *v.* 43. ¶ Translate *Plaut. Men.* 5. 2. 41. Consitum senectute, h. e. plenum annis, dixit *Catul. similiter carm.* 65. *v.* 207. Cæca mentis caligine Thetem consitus. h. e. oppletus.

Consobrīna, æ, f. *cugina*, *germana*, ἀνεψιά, materteræ meæ filia. *Cic. pro Quinct. c.* 4. Quinctii consobrinam habet in matrimonio.

Consobrīni, m. 2. *cugini*, אחים, Germ. *vetter*, Gall. *cousins*, Hisp. *primos*, ἀνεψιοί, qui ex duabus sororibus tunt editi, quasi consorores, ut

ut *patrueles*, qui ex duobus fratribus, *amitini*, qui ex fratre, & sorore. Sed hæc proprietas vocis non semper observatur. Nam & patrueles, & amitini sæpe consobrini appellantur, ut *Cajus Dig.* 38. 10. 1. & 10. docet. *Cic. Off. l.* 1. *c.* 17. Sequuntur fratrum conjunctiones, post consobrinorum, sobrinorumque.

Consócer, ri, m. 2. ὁμοπένθερος. Consoceri dicuntur, quorum alter filium suum alterius filiæ maritum dedit. *Suet. in Claud. c.* 29. App. Syllanum consocerum suum, crimine incerto, nec data defensione, occidit.

Consociātim, adverb. simul, una. *Ammian. l.* 15. *c.* 27. Consociatim meant.

Consociatĭo, f. 3. *società*, κοινωνία, societas, communio, conjunctio. *Cic.* 1. *Offi.* Ita fit, ut vincat cognitionis studium consociatio hominum, atque communitas. *Liv. lib.* 4. *c.* 5. Consociatio gentis animum regis erexerat.

Consociātus, o. 1. 2. *unito in società*, sociatus. *Cic. in Parad.* Qui videt domi tuæ pariter accusatorum, atque judicum consociatos greges. *Id. Fam.* 3. *epist.* 3. Consociatissima voluntas. Ita leg. in MSS. quæ *P. Victor. & Græv.* sequuntur. Al. leg. *Constantissima*.

Consocĭo, as, avi, atum, are, a. 1. jungo, conjungo, *unire in società*, συναγελάζω. *Cic. post red. in Sen. c.* 7. Consociare consilia cum aliquo. *Id.* 3. *Fin. c.* 20. Natura ad civilem communitatem conjuncti, & consociati sumus.

Consocĭus, ii, idem ac socius. *Cod. lib.* 10. *tit.* 2. *leg.* 3. Consortes, atque consocii.

Consŏcrus, us, f. quæ una cum alia socrus est. V. Consocer. Legitur autem in lemmate carminis ultimi Parentalium *Ausonii*. Pomponia Urbica consocrus, uxor Juliani Censoris.

Consolabĭlis, le, o. 3. εὐπαραμύθητος, quod consolationem admittit. *Cic. Sulp. l.* 4. *Fam. ep.* 3. Est omnino vix consolabilis dolor. ¶ Active *Gell. l.* 16. *c. ult.* Carmen consolabile casus sui canere. h. e. consolatorium.

Consolatio, onis, f. 3. *consolazione*, נחמה, Ger. *trost*, Gal. *consolation*, Hisp. *consolacion*, παραμυθία, levatio doloris. *Cicer. pro Mil.* Nunc una me consolatio sustentat. ¶ Sic consolationem adhibere, invenire, Consolatione levare, lenire, sustentari. *Cic. sæpe*.

Consolātor, oris, m. 3. *consolatore*, מנחם, Ger. *trester*, Gal. *consolateur*, Hisp. *consolador*, παρακλήτωρ. *Cic.* 3. *Tusc.* Consolatores ipsos confiteri se miseros.

Consolatorĭe, adverb. consolatoris more, consolando. *Sidon. l.* 6. *epist.* 9. Quem non increpative, sed consolatorie compellare curavimus.

Consolatorĭus, o. 1. 2. *consolatorio*. *Cic. Att. l.* 13. *epist.* 20. A Cæsare literas accepi consolatorias.

Consolātus, a, um, adject. significat. passivæ, *consolato*, apud *Justin. l.* 22. *c.* 6. *n.* 4. Sic consolatis militibus, universas naves incendi jubet.

Consolidatio, f. 3. solidatio. ¶ Apud Jurisconf. est, cum usufructuarius proprietatem rei acquisivit. *Instit. l.* 2. *tit. de usufr.* §. *Item finitur*.

Consolidātor, oris, m. 3. qui firmat, & solidum reddit. *Venant. Fortun. l.* 1. *carm.* 20. Nam quod pulcra domus, quod grata lavacra nitescunt, Consolidatorem te cecinere suum.

Consolidātus, o. 1. 2. *rassodato*, solidatus. *Cic. Rufo*, *l.* 5. *epist.* 20. Ut apud duas civitates rationes confectas, & consolidatas deponeremus. h. e. liquidas, cum expensis respondent accepta. ¶ Usus fructus consolidatus, est confirmatus: idest, conjunctus cum proprietate. *Ulpian.*

Consolĭdo, as, avi, atum, are, a. 1. redintegrare, & quod ruptum fuerat, denuo firmare. *Gloss. Cyril.* Consolido, στερεοποιῶ. *Ulpian. l. Idem Neratius*, *ff. de usufr. accresc.* Etsi duobus ususfructus legetur, & apud alterum sit consolidatus. V. *Consolidatus*.

Consolĭdus, a, um, adject. solidus, stabilis, firmus. *Arnob. l.* 4. *sub fin.* Cum omnibus consolidæ germanitatis necessitudine copulatus.

Consŏlor, d. 1. *consolare*, idem ac solor. *Cic.* 4. *Fam.* Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quam consolari dolorem. ¶ Cum ablat. & præpos. de. *Cic.* 3. *Tusc.* Qui Telamonem antea de Ajacis morte consolatus esset. ¶ Habet etiam aliquando accusativum inanimatum; quo modo *Paræus in Lex. Crit.* putat usurpari pro *compensare*. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 7. Sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum. ¶ Reperitur & consolo, activ. *Var. apud Non. c.* 7. *n.* 50. Oedipus Athenas venire dicebatur, qui consolaret. ¶ Hinc consolor, passive. *Q. Metell.* apud *Gell.* 15. 13. Cum animum vestrum erga me video, vehementer consolor.

Consomnĭo, as, n. 1. *sognare*, somnio. *Plaust. Most.* 3. 2. 51. Quid is consomniavit?

Consŏnans, tis, o. 3. σύμφωνος. *Cic. in Part. c.* 5. Atque etiam est hæc distinctio in verbis, altera natura, tractatione altera: natura, ut sint alia consonantiora, graviora, &c. ¶ Consonantes literæ, σύμφωνα, a Grammaticis dicuntur, quod non per se, sed cum vocalibus sonant. *Quintil. l.* 1. *c.* 4. ¶ *Sen. ep.* 31. Perfecta virtus æqualitas est per omnia sibi consonans: h. e. constans, conveniens.

Consonanter, adverb. convenienter, concorditer. *Vitruv. l.* 6. *c.* 1. Consonantissime ad harmoniam composita.

Consonantĭa, æ, f. 1. *consonanza*, συμφωνία, vocum concordantia: item convenientia, consensus. *Vitruv. l.* 5. *c.* 5. Citharœdi convertunt se ad scenæ valvas, & ita recipiunt ab earum auxilio consonantiam vocis.

Consŏne, adverb. ut consone clamitare. *Apul. l.* 1. *A. A. p.* 106.

Consŏno, n. 1. *risonare*, המה, Ger. *mithenen*, Gal. *s'accorder de son*, Hisp. *consonar*, συμφωνέω, simul sono. *Virg.* 5. *Æn.* Tum plausu, fremituque virum, studiisque faventum consonat omne nemus. ¶ Est item consentire, convenire, *corrispondere*. *Auct. orat. in Sallust.* Consonat moribus ratio.

Consŏnus, a, um, o. 1. 2. הושר, Ger. *mittstimen*, Gal. *accordant de son*, Hisp. *consonante*, σύμφωνος, conveniens, cum dat. *Sil. l.* 7. *v.* 448. Vox consona linguæ. *Cic. l.* 4. *Att. epist.* 16. Credo, Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.

Consopĭo, a. 4. idem ac sopio, *addormentare*. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 49. Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somno consopiri sempiterno?

Consors, tis, o. 3. *di una stessa sorta*, *e condizione*, חבר, Ger. *mitege ness*, Gal. *d'un meme sort*, Hisp. *d'ygual suerte*, κοινωνός, ejusdem sortis, idest conditionis, in omni re, & negotio. *Cic.* 5. *Verr.* Cum ex agris tres fratres consortes profugissent. ¶ Item particeps, vel socius. *Cic. pro Mil.* Quid respondebo tibi, Q. Frater, consorti mecum temporum illorum? *Id.* 5. *Ver. c.* 66. Consorti quidem in lucris, atque furtis. *Ovid. l.* 10. *Met. v.* 246. Consors thalami. *Id. Heroid.* 3. *v.* 47. Consortes generis.

Consortālis, le, adject. ad consortium pertinens. *Frontin. de Coloniis in Sicil. p.* 111. Consortales lineæ.

Consortĭo, onis, f. 3. idem ac consortium. *Cic.* 3. *Off. c.* 6. Dissolvatur, necesse est, omnis humana consortio.

Consortĭum, tii, n. 2. *compagnia*, חברה, Ger. *gemeinschafft*, Gall. *compagnie*, *communauté*, Hisp. *compania*, κοινωνία, societas, communio. *Papin. l. inter fratres*, §. *si idem Papin. ff. pro socio*. Si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit. *Cels. l.* 7. *c.* 27. Stomacho cum vesica quoddam consortium est.

Consparsĭo, onis, f. 3. pro conspersio. *Tert. l.* 4. *adv. Marc. c.* 24. Offarcinatam oneribus consparsionum. Alii leg. *Conspersionum*.

Conspatĭor, aris, atus sum, dep. 1. idem quod spatior, deambulo. *Petron. Satyr.* Video meretrices furtim conspatiantes.

Conspector, oris, m. 3. qui conspicit, inspector, ἐπόπτης. *Tert. de cul. fœm. l.* 2. *c.* 13. Deus conspector est cordis.

Conspectus, us, m. 4. *aspetto*, מראה, Germ. *anschauvung*, Gal. *veüe*, Hisp. *vista*, ὄψις, aspectus, præsentia. *Cic. de Fin.* Eum in conspectum suum venire vetuit. Sic se in conspectum alicui dare. *Cic.* 7. *Ver.* ¶ Conspectum alicujus vereri, vitare, fugere, *Ciceronis* sunt, *Terent. & al.* ¶ Conspectus etiam dicitur breviarium, seu compendium, quo late diffusa res ad quædam capita revocatur, & brevior conficitur, σύνοψις. *Gel. l.* 17. *c.* 21. Ut conspectum quendam ætatum antiquissimarum, item virorum illustrium, qui in his ætatibus nati fuissent, haberemus, &c. excerpebamus ex libris, &c. *Id. l.* 19. *cap.* 10. Ostendebant depictas varias species balnearum, ex quibus cum elegisset unam, interrogavit, quantus esset pecuniæ conspectus, ad id opus absolvendum. h. e. summa, seu taxationis, & æstimationis libellus.

Conspectus, a, um, nom. ex particip. visus, *veduto*, *mirato*, περίβλεπτος. *Virg. Æn.* 8. *v.* 588. Pictis conspectus in armis. *Juven. Sat.* 8. *v.* 140. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.

Conspergo, is, ersi, ersum, ere, idem ac spargo, aspergo. *Cic.* 1. *Acad. c.* 2. Hilaritate conspergere scripta sua. Et *pro Planc. c.* 41. Lacrymis aliquem conspergere. ¶ Absolute apud *Plaut. Stich.* 2. 2. 30. Consperge ante ædes.

Conspersus, o. 1. 2. sparsus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ejus caput stellis conspersum est frequentibus.

Conspicabĭlis, le, adject. conspiciendus, conspici dignus, *notabile*. *Sidon. l.* 8. *epist.* 4. Conspicabiles thermæ. *Prudent. Rom.* 633. Coram refulsit ore conspicabili.

Conspiciendus, a, um, o. 1. 2. *riguardevole*, περιβλεπτέος, dignus, qui conspiciatur, illustris, insignis particip. vel gerund. a conspicior. *Auct. ad Heren. l.* 1. In gestu nec venustas conspicienda, nec turpitudo sit.

Conspicillum, i, n. *veletta*, *balestriera*, locus, unde aliquid clanculum conspici potest, qui fieri fortasse consuevit vitro obducto. *Plaut. Cist.* 1. 1. 93. Dum redeo domum, conspicillo consecutus est me. *Id. apud Non. c.* 2. *n.* 116. In conspicillo adservabam, pallium observabam. Al. leg. *Conspicilio*.

Conspicĭo, is, exi, ctum, a. 3. *guardare*, *vedere*, ראה, Germ. *anschauven*, Gal. *regarder*, Hisp. *mirar*, ἐφοράω, est aspicere, vel videre. *Cic. in Catil. l.* 1. *cap.* 7. Carere me aspectu civium, quam infestis oculis omnium conspici mallem. ¶ Dicitur & de mente, *immaginarsi*, *intendere*. *Cic. pro Balbo*, Ut conspiciatis eum mentibus vestris, quem oculis non potestis. ¶ Est item considerare. *Cic. pro Mur.* Sed conspicere, quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, &c. *Plaut. Trin.* 3. 2. 10. Satis in rem quæ sint eam, ego conspicio mihi.

Conspicĭo, onis, f. actus conspiciendi. *Varr. l.* 6. *L. L.* Templum faciunt augures conspicione, qua oculorum conspectum finiant.

Conspĭco, as, idem quod conspicio. *Varr. l.* 6. *L. L.* Contemplare, & conspicare idem esse apparet.

Conspĭcor, aris, d. 1. idem quod conspicio. *Cæs.* 2. *B. C.* Hunc conspicatæ naves sublatis anchoris sequi cœperunt. *Ter. Heaut.* 1. 1. 16. Quin ego te in fundo conspicer. ¶ Passiva significatione, *esser guardato*. *Varr.* apud *Priscian. l.* 8. Paupertas hæc non ita nutricata, ut nunc conspicatur.

Conspicŭus, a, um, adject. *cospicuo*, *noto*, *riguardevole*, περιφανής, ut conspicua venustas. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 15. Conspicuus forma, *Plin. l.* 7. *epist.* 24. Vertex conspicuus, *Horat. l.* 3. *od.* 16. *v.* 19.

Conspirāte, adverb. concorditer. *Justin. l.* 3. *c.* 5. Lacedæmonii quoque eo conspiratius ad arma concurrunt.

Conspiratĭo, f. 3. *concordia*, קשר, Ger. *vereinbarung*, Gal. *conspiration*, Hisp. *conspiracion*, ὁμόνοια, concordia, consensus. *Cic. pro Domo*. Hanc nostram conspirationem in Repub. bene gerenda certi homines fictis sermonibus diremerunt. ¶ Accipitur etiam in malam partem pro conjuratione, *congiura*. *Cic. pro Dejot.* Nihil de conspiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam.

Conspirātus, us, ui, m. 4. idem ac conspiratio, consensus. *Gel. lib.* 1. *c.* 11. Conspiratu tacito mentium.

Conspirātus, a, um, adject. ex partic. passivæ signif. & activæ, ut apud *Senec. epist.* 84. Conspirata in unum exempla. *Phædr. l.* 1. *fab.* 3. Conspiratis factionum partibus. h. e. conspirantibus, ut *Schefferus* interpretatur. ¶ Hinc conspirati, h. e. qui conspirarunt, *congiurati*. *Sueton. Cæs. c.* 82. Assidentem conspirati specie officii circumsteterunt. Al. leg. *conspicati*. *Id. in Domit. c.* 16. Cunctantibus conspiratis, quando, & quomodo aggrederentur.

Conspiro, as, avi, atum, n. 1. *spirare insieme*, *congiurare*, קשר, Ger. *zusammen schvveren*, Gall. *conspirer*, Hisp. *conspirar*, συμπνέω, simul spiro, conflo. *Col. l.* 4. Cœlestes admittat imbres, eosque alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem novam conspiret. ¶ Per translationem sumitur pro consentire, & communi animo aliquid aggredi, *accordarsi*, *esser d'accordo*. *Cic. in Rull.* 1. *in fin.* Conspirate nobiscum, consentite cum bonis. ¶ Sumitur item in malam partem, pro conjurare, *congiurare*. *Cæs.* 3. *B. G.* Priusquam plures civitates conspirarent. ¶ Est item conspiro verb. activ., a *spiris*, significat convolvere se in circum, *avvolgersi in più cerchi*, quod serpentium proprium est. *Aurel. Vict. de Vir. illustr. c.* 22. Anguis se in Ogulnii tabernaculo conspiravit.

Conspissatio, onis, f. 3. condensatio, ut conspissatio sordium, *Theod. Priscian. l.* 1. *c.* 8.

Conspissātus, a, um, adject. condensatus. *Colum. l.* 2. *c.* 18. Conspissatum, & herbis colligatum solum. *Plin. l.* 35. *c.* 6. Creta decocta, conspissataque.

Conspolĭum, ii, n. 2. genus libi, apud *Arnob. l.* 7. *pag.* 289. *edit. Herald.* Catumeum, conspolium, cubula.

Consponsi, m. 2. fide mutua obligati. *Var. l.* 5. *de L. L. & Fest.*

Consponsor, m. 3. qui de eadem re cum altero spondet. *Cic. Lepræ*, *l.* 6. *epist.* 9. De negotio tuo, quod sponsor es pro Pompejo, si Galba consponsor tuus redierit. ¶ Apud *Fest.* est idem ac conjurator.

Conspŭo, is, ui, utum, ere, sputo aliquem fœdare, *sputar addosso*. *Furius Bibaculus apud Scholiast. Horat.* Jupiter hibernas cana nive conspuit Alpes. h. e. conspergit. Quem versum improbat *Horat. l.* 2. *Sat.* 5. *v.* 41. & *Quintil. l.* 8. *c.* 6. propter duram translationem, & indecoram. *Plaut. Curc.* 4. 2. 17. Qui constitit, culpant eum, conspuitur, vituperatur.

Conspurco, a. 1. idem quod spurco. *Col. l.* 8. *c.* 3. Nam superiliens avis proluvie ventris cibos, & aquam conspurcat.

Consputātus, a, um, sputo fœdatus. *Tert. adv. Judæos*, *c. ult.* Consputatus, & omnibus contumeliis afflictus.

Conspŭto, as, a. 1. frequ. a conspuo. *Cic. ad Q. Frat. l.* 2. *epist.* 3. Clodiani nostros consputare cœperunt.

Constabilīo, a. 4. idem ac stabilio. *Plaut. Capt.* 2. 3. 93. Ædepol rem meam constabilivi.

Constabilītus, a, um, adject. firmatus, *stabilito*, ut subsidiis alicujus constabilitus, *Lucr. l.* 2. *v.* 45.

Constans, tis, o. 3. *costante*, Διαθὴς, firmus, stabilis, gravis, tenax propositi, præsens animo. *Cic. l.* 1. *Fam. ad Lent.* Ut magis iratorum hominum studium, quam constantis Senatus consilium esse videatur. *Id. de Amic. c.* 17. Stabiles & constantes amici eligendi. *Id. l.* 2. *de Divin. c.* 6. Constantissimus motus lunæ. *Martial. l.* 3. *ep.* 54. Thrasea constantior ipso.

Constanter, *costantemente*, Germ. *beſtendiglich*, Gal. *conſtamment*, Hiſp. *conſtantemente*, διαθῶς, fortiter, æqualiter, perpetuo. *Cic. de Amic.* Multaque ejus & in Senatu, & in Foro vel provisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute ferebantur. *Id. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 34. Cœlum constantissime conficit vicissitudines anniversarias. *Sueton. Aug. c.* 10. Et quo constantius cætera exsequeretur.

Constantia, f. 1. *costanza*, חזיק, Ger. *beſtendigkeit*, Gall. *conſtance*, Hiſp. *conſtancia*, διαθεσις, habitus ille, firmitasque, qua præditus animus neque metu, neque spe dejici de statu, & a proposito aliquid agendi deterreri potest. *Cic. pro Sext. c.* 41. Summa gravitate, summaque constantia homo. *Tacit.* 3. *hist. c.* 73. Vitellianus miles neque æstu, neque constantia indigebat. ¶ Cum rebus inanimis tribuitur, significat tenorem immutabilem, ac perpetuum, quem eæ servant. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 9. Admirabili incredibilique constantia sunt cursus stellarum. Sic, promissi constantia, & fides mira. *Id. Attic. l.* 4. *ep.* 17. ¶ Sumitur & pro fiducia, *ardire*, ut admonendi constantia, apud *Tertull. de Patient. c.* 1. ¶ Constantia pro substantia, διαθεσις. *Ulp. l.* 11. §. 7. *Dig. de Legat. & fideicom.* 3. Hic enim extinguitur constantia debiti, ibi res durat. Al. leg. *substantia*.

Constantiācus, a, um, adject. patronym. a Constantius nom. propr. *Ammian. l.* 21. *c.* 11. Duas legiones Constantiacas mittit.

Constantiānus, a, um, Constantiacus, ut Constantianum lavacrum. *Ammian. l.* 27. *c.* 5.

Constantiensis, e, idem ac Constantianus. *Rufus Sext. c.* 27. Pugna Constantiensis.

Constantinopōlis. V. Byzantium.

Constantinopolitānus, a, um, a Constantinopoli, ut Fretum Constantinopolitanum, *Ammian. l.* 31. *ad fin.*

Constantīnus Magnus, hujus nom. primus Rom. Imperator post devictum Maxentium, Christianæ Religioni nomen dedit, Summos Pontifices mire excoluit, Christianis favit pietate singulari, pacemque Ecclesiæ, quam prius vexaverat, firmavit, ob id maxime Liberator Urbis, & auctor quietis appellatus. Ejus tempore Nicenum Concilium celebratum est. ¶ Romani imperii sedem Byzantium transtulit, atque anno Chr. 337. fato concessit. V. *Euseb. in ejus Vita*.

Constat, abat, itit, imp. 1. *esser manifesto*, φανερόν ἐϛι, manifestum est. *Cic.* 11. *Fam.* Cum te constet excellere hoc genere virtutis. *Quintil. l.* 7. Constat de ejus innocentia. ¶ Rationem constare. *Ulp.* Plane si defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei constare oportet. idest rationem eum justam aut ostendere, aut facile posse ostendere. ¶ Constat item sumitur pro convenit, *esser d' accordo*. 1. *ad Her.* Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris scriptoribus. ¶ *Cic. Attic. l.* 11. Mea in te officia constant. h. e. apparent. *Id.* 7. *Fam. ep.* 1. Modo ut tibi constiterit fructus otii tui. h. e. perceptus sit. In supputationibus constare ratio dicitur, cum accepta atque expensa conveniunt, & approbantur. Hinc translate *Tacit. Annal. l.* 1. *c.* 6. Eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur. *Justin. in præfat.* Ut otii mei apud te ratio constaret. V. *Consto*.

Constellatīo, f. 3. unio stellarum, *costellazione*. *Firmic. l.* 1. *c.* 1. Hæc vitia mala Mercurii cum Marte perficit constellatio. *Capitolin. in Gordian. c.* 20. Cum senior Gordianus rideret, ostendisse constellationem mathematicam ferunt.

Constellātus, a, um, adject. stellis ornatus. *Trebell. Poll. in Salonin. Gallien. c.* 2. *metaphorice*: Aurati constellatique balthei.

Consternatīo, onis, f. *costernazione*, *tumulto*, ταραχὴ, perturbatio ex timore nascens. *Liv. l.* 37. *c.* 42. Auxilia subsidiaria pavore, & consternatione quadrigarum territa. *Curt. l.* 8. *c.* 1. Debilitatus vulnere, quod in ea consternatione acceperat. ¶ Accipitur & pro seditione. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 9. Creditorum consternatio adversus Prætoris urbani caput exarsit.

Consternātus, a, um, adject. *costernato*, *confuso*. *Liv. l.* 3. *c.* 15. Pavida, & consternata multitudo. Sic, consternati equi, apud *Flor. l.* 1. *c.* 7. & *l.* 4. *c.* 2.

Consterno, as, a. 1. *spaventare*, הרה, Germ. *betriben*, Gal. *épouvanter*, Hiſp. *eſpantar*, ἐκπλήττω. Est animum alicujus perturbare, quia illi, qui ictu aliquo humi sternuntur, maxime perturbantur. *Liv. l.* 6. *c.* 2. Incendium consternavit hostes. *Id. l.* 8. *c.* 27. Tumultu etiam sanos animos consternante. *Id. l.* 10. In fugam consternantur. *Sallust. in fragm. apud Priscian. l.* 9. Equi sine rectoribus exterriti consternantur. ¶ Consternere, inquit *Valla l.* 5. *c.* 51. est corporis, consternari autem animi, cum mens turbata est, & de statu mota, & quasi humi strata.

Consterno, is, avi, atum, a. 3. idem ac sterno, *stendere a terra*. *Cic.* 1. *de Div. c.* 32. Ex horreis direptum, effusumque trumentum vias omnes constraverat. ¶ Et cum abl. *Cic. pro Sext.* Cum forum corporibus Civium R. esset constratum. *Cæs. l.* 2. *B. C.* Consternere contabulationem lapidibus, lutoque.

Constipatīo, onis, f. 3. actus constipandi. *Vopisc. in Aurel. c.* 21. Cum vellet omnibus simul facta exercitus sui constipatione concurrere.

Constipatus, a, um, adject. stipatus, vel condensatus. *Prudent. Perist. ph.* 11. *v.* 49. Inter constipata officia.

Constipo, as, avi, atum, are, idem ac stipo, condenso, *costipare*, *condenjare*, συῤῥω, *Cæs. B. G. l.* 5. *c.* 43. Hostes se sub ipso vallo constipaverant. *Cic. de leg. Agrar. c.* 29. Ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis.

Constitio, onis, f. 3. locus, ubi consistitur, consistendi actio, statio. *Gell. l.* 16. *c.* 5. Ab illa grandis loci constitione & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt. Ita legendum ex vet. codd. Al. leg. *Consistione*. ¶ Eadem verba Gellii refert & *Macrob. Saturn. l.* 6. *c.* 8.

Constitŭo, is, ui, utum, a. 3. *ponere*, statuo, pono, colloco. *Cic.* 5. *Fin.* Hoc enim constituto in Philosophia, constituta sunt omnia. *Id. pro Cæl. cap.* 32. Constituite vobis ante oculos hujus etiam miseri senectutem. ¶ Est item decernere, *deliberare*, חקים, Ger. *rathſchlagen*, Gal. *établir*, *arrêter*, Hiſp. *eſtabelecer*, βουλόμαι. *Cic. Att. l.* 11. Cum eum videro, communiter constituemus de reditu ejus. *Id. Att. l.* 8. Quod iam a multis audio, constitutum esse Pompejo, & ejus consilio in Siciliam me mittere. ¶ Item locum, seu tempus præfinire, *determinare*, *prescrivere*. *Ter. Eun.* Dati anuli, locus, tempus constitutum est. Hinc Ad constitutum venire, subaudi, diem, vel tempus. *Cic. pro Cæc. c.* 12. Homines inermes, qui ad constitutum experiundi juris gratia venissent. Hinc *constituere*, absolute, vel *constituere pecuniam*, est creditori promittere, se pecuniam debitam certo die soluturum. Unde constituta pecunia, & actio constitutoria. *D. & C. de Constit. pecun.* ¶ Item gubernare, stabilire. *Cic. de Sen.* Ineuntis ætatis insciti sensum constituenda, & regenda est prudentia. *Id. Philipp.* 11. Constituere rem familiarem. *Id. Offic.* 3. Rem nummariam constituere, *regolar le monete*. *Id. pro Marcell.* Constituere Rempublicam. ¶ Item instituere, *Cic. pro Cluent.* Constituitur quæstio de furto. *Id. pro Mil.* Ut nova quæstio constitueretur. ¶ Item pacisci, convenire. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 120. Constitui cum quodam hospite, me esse illum conventurum. *Juven. sat.* 2. *v.* 12. Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ, hoc est locum & tempus conveniendi indicebat. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 4. Si quid constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. ¶ Est etiam architectonicum verbum, & significat delineare, *formare il disegno*. *Vitruv. proœm. l.* 2. Jussit eum suo nomine civitatem Alexandriam constituere *Nepos Attic. c.* 13. Ipsum enim tectum antiquitus constitutum plus satis habebat, quam sumptus. ¶ Item militare, nam constituere se milites dicuntur, cum in modum præliantium se componunt, *posarsi*. *Gell. l.* 9. *c.* 13. *ex Quadrigario*: Dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scutum scuto percussit.

Constitutĭo, onis, f. *posizione*, σύϛασις, positio, collocatio. *Cic.* 4. *de Fin.* Itaque ab his constitutio illa prima naturæ his propè verbis exponitur. ¶ Item institutio. *Cic.* 2. *de Leg.* Non multum discrepat ista constitutio religionum a legibus Numæ, nostrisque moribus. ¶ Item dispositio. *Cic. ad Brut. l.* 3. Quid sentirem tota de constitutione hujus belli. ¶ Item habitudo corporis. *compleſſione*. *Cic.* 3. *Off.* Si non modo utilitas, sed vita omnis beata, corporis firma constitutione, ejusque constitutionis spe explorata continetur. ¶ Item statutum, decretum, *coſtituzione*, διάταξις, ut Constitutiones Senatus, Constitutiones Principum, Pontificum, &c. *Justin. in proœm. Inst.* Et cum sacratissimas constitutiones antea confusas in luculentam ereximus consonantiam. ¶ Item quæstio, quæ ex prima causarum conflictione nascitur, quæ aliter *status* dicitur, ut Conjuraverit ne Sylla cum Catilina. V. *Cic.* 1. *de Invent.* & *Auth. ad Heren. l.* 1.

Constitūtor, oris, m. 3. qui constituit, disponit, decernit, ut constitutor legum, *Quintil. l.* 3. *c.* 6. Constitutor moderatorque omnium, *Arnob. l.* 3. *Sub init.*

Constitutorĭus, a, um, adject. ut actio constitutoria. i. e. pecuniæ constitutæ. *l.* 20. *Dig. de Constit. pecun.* V. *Constituo*.

Constitūtum, i, n. 2. quod convenit, *coſtituto*, *lo ſtabilito*, ut ad constitutum venire. h. e. ad id, quod ante conventum est. *Sueton. Oth. c.* 6. Proripuit se postica parte palatii ad constitutum. *Senec. lib.* 3. *Natur. Quæst. c.* 16. Cum videas ordinem rerum, & naturam per constituta procedere. h. e. per leges certas, quas sibi ipsa præscripsit. V. *Constituo*.

Constitūtus, a, um, o. 1. 2. *ordinato*, *determinato*, בוקם, Germ. *geſetzet*, Gal. *étably*, Hiſp. *eſtablecido*, καταϛαθὲις, positus, dispositus, institutus, decretus. *Cic. de l. Agr.* Constituta in mensem Januarium actio. ¶ Corpus bene constitutum est bono præditum habitu, *ben compleſſionato*. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 6. Metrodorus eum perfecte putat beatum, cui corpus bene constitutum sit. *Id. de clar. Orat. c.* 2. Bene morata, & constituta civitas. h. e. bene disposita, & ordinata. ¶ *Id. pro Sext.* Bene constitutus de rebus domesticis, *comodo*, *agiato*.

Constitūtus, us, m. 4. σύϛημα, multitudo hominum simul consistentium. *Fest.*

Consto, as, constiti, stitum, & statum, n. 1. *ſtar inſieme*, *dimorare*, συνίϛαμαι, simul sto. *Sisen. l.* 4. *Hist.* Multitudinem procul hostium constare viderunt. ¶ Item constanter permaneo, perseverо, ratum habeo, *perſeverare*. διαμένω, *Cic. ep.* 13. Qua in sententia si constare voluissent. Hinc *constare sibi*, similem esse sibi, & in eadem opinione constanter permanere. *Cic.* 1. *Tusc.* Si tibi quidem constare vis. *Liv. l.* 39. *c.* 34. Non constat ei color, neque vultus. h. e. subinde mutatur. ¶ Item compositus sum. *Cic.* 5. *Fin.* Perspicuum est, hominem e corpore, animoque constare. ¶ Item valeo, pretium habeo, *costare*, *valere*. *Varr.* 2. *R. R. c.* 1. Ut unæ quadrigæ Romæ constiterint quadringentis millibus. ¶ Item valeo, æstimor. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 29. Id prope dimidio minoris constabit. *Plin. l.* 18. *c.* 5. Ut is fructus maxime probaretur, qui quam minimo impendio constaturus esset. ¶ Constare, pro esse, existere. *Lucret. l.* 1. *v.* 508. Qua porro cumque tenet se Corpus, ea vacuum nequaquam constat inane. *Id.* 3. *de Orat.* Per seipsum constare. ¶ Pro suppetit, habeo, dives sum. *Juven. sat.* 6. *v.* 165. Quis feret uxorem, cui constant omnia? V. plura in *Conſtat*.

Constrātor, oris, m. 3. qui consternit. *Auſon. Idyll.* 12. *de Deis*: Velivolique maris constrator Leuconotos Libs.

Constrātum, i, n. 2. *pavimento*. *Petron. Satyr.* Constratum navis.

Constratus, a, um, o. 1. 2. στρωτὸς, *coperto*, tectus, partic. a consternor. *Col. l.* 1. Eaque optima est, silice constrata. ¶ Constratæ naves dicuntur, quæ ab aliquibus vocantur tectæ, quæ scilicet sua habent catastromata, in quibus propugnatores consistunt. *Cic. Verr.* 5. *c.* 40. Erat enim sola illa navis constrata, & ita magna, ut propugnaculo cæteris posset esse. Quæ autem carent catastromatibus, naves apertæ dicuntur. *Hirc. de bello Alex.* Magnoque impetu quatuor ad eas constratæ naves, & complures apertæ contenderunt.

Constrĕpo, is, n. 3. ϑορύω, strepo, *risonare*, *fare ſtrepito*. *Gell. l.* 4. *c.* Omnium horum & testimoniis, & exemplis constrepebat.

Constricte, adverb. *ſtrettamente*, conjuncte, colligate. *Augustin. l.* 1. *de doctr. Christ. c.* 28. Constrictius jungi alicui.

Constrictĭo, onis, f. 3. stringendi actio, *lo ſtringere*. *Macrob. l.* 7. *Sat. c.* 6. Stomacho in lassitudinem degeneranti ad instaurandas constrictione vires vinum offerunt. *Pallad. Martio*, *c.* 1. Nodo duræ constrictionis angi.

Constrictīvus, a, um, adject. *coſtrettivo*, constringendi vim habens, ut Constrictivæ virtutis esse, *Cæl. Aurel. Acutor.* 2. 18.

Constricto, as, a. 1. frequent. a constringo. *Tertull. l.* 2. *adv. Marc. c.* 16. Quod amputent, & constrictent.

Constrictus, a, um, o. 1. 2. συϛαλὲις, partic. a constringo. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. Habere constrictum aliquem in suis vinculis. *Horat. l.* 1. *sat.* 6. *v.* 23. Trahere constrictos. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Constrictius folium. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* Apertis verbis constricta oratio. *Cæl. Aurel.* 2. 18. Pulticula constrictior. h. e. spissior.

Constringo, is, inxi, ictum, a. 3. συϛέλλω, stringo, arcto, ligo, *ſtringere*, *reſtignere*. *Cic.* 1. *de Orat.* Quæ rem dissolutam, divulsamque conglutinaret, & ratione quadam constringeret. *Id.* 2. *Tusc. c.* 2. Constringi necessitate. *Id.* 1. *Fin.* Constringendum se tradere libidinibus.

Constructio, f. 3. *compoſizione*, σύνταξις, compositio, structura. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 5. Et ipsa oratio conformanda non solum electione, sed etiam constructione verborum, *Id.* 4. *Acad. c.* 27. Constructio hominis. ¶ Constructio nominum, aut verborum apud Grammaticos est ratio componendi nomina, aut verba juxta Grammaticæ leges. *Priscian. lib.* 17. & 18.

Constructus, a, um, o. 1. 2. συντεταγμένος, compositus, ædificatus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Dentibus in ore constructis manditur, &c. *Id. Leg. Agrar.* 1. *c.* 5. Pecunia constructa, & coacervata. Et *l.* 1. *de Invent.* Constructior, & apparatior domus.

Constrŭo, is, a. 3. *coſtruire*, *fabbricare*, בנה, Germ. *bauven*, Gal. *bastir*,

rir, Hisp. *edificar*, κατασκευάζω, simul struo, compono, ædifico, &c. *Cic.* 2. *Phil. c.* 38. Tanti acervi nummorum apud istum construuntur. *Id. de Sen.* Ut ædificium idem destruit facillime, qui construxit.

Constupĕo, es, ui, n. 2. idem ac stupeo, *stupire*. *Juvencus:* Mirantes laudant, latantes constupuerunt.

Constuprātor, oris, m. 3. μοιχευτὴς, qui stuprat. *Liv. l.* 39. *c.* 15. Simillimi fœminis mares stuprati, & constupratores.

Constuprātus, a, um, adjectiv. stupratus. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 18. translate, emptum, constupratumque judicium, dixit, h. e. corruptum.

Constŭpro, as, a. 1. *stuprare*, καταισχύνω, stupro. *Cic. de petit. Cons.* Ut prope in parentum gremiis prætextatos liberos constuprarit. Adde *Liv. l.* 29. *c.* 17.

Consuadĕo, a. 2. πείθω, suadeo, *persuadere*. *Plaut. Merc.* 1. 2. 32. Sin ego saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo.

Consualĭa, lium, n. 3. Livii sententia, erant ludi ex iis, qui in Circo celebrabantur in honorem Consi, vel Neptuni Equestris. Ita & *Festus*.

Consuanĕtes, Consuantæ, pop. Vindeliciæ, in Bavaria ad Isaram fl. quorum locus *Schvvindavv*, vel *Landtshut*, a Frisinga 6. l. in Or. Pataviam versus.

Consuāsor, m. 3. κατασπεύδων, suasor, auctor. *Cic. pro Quinct. c.* 5. Hæc omnia Quinctius agebat auctore, & consuasore Nævio.

Consuavĭor, vel Consavior, aris, atus sum, depon. 1. idem quod suavior, *baciare*. *Apul. l.* 2. *Met.* Ubi primum consuaviatus eum. ¶ Dicitur & *Consuavio, as*. *Id. l.* 6. *Met.* Tum Jupiter prensa Cupidinis bucula, manuque ad os suum relata, consuaviat. ¶ Legitur & *Consavior*.

Consubsīdo, is, n. 3. idem quod subsido. *Minuc. Felix c.* 40. Tamen aliqua consubsidunt non obstrepentia veritati.

Consudasco, n. 3. ἱδρόω, sudo. *Col. l.* 12. *c.* 48. Sicque triginta dies pati consudascere.

Consūdo, n. 1. ἱδρόω, sudo, *sudare*. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 71. Beatus, si consudaveris.

Consuefacĭo, a. 3. συνεθίζω, assuefacio, usu doceo, *assuefare*. *Ter. Adelph.* 1. 1. 29. Ea ne me celet, consuefeci filium. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 9. Consue quoque faciunt, ut alligari possint.

Consuesco, is, evi, etum, escere, n. 3. idem quod suesco, *esser solito*, *assuefarsi*, ἐθίζομαι. *Virg.* 23. *Georg. v.* 272. Adeo a teneris consuescere multum est. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 61. Demosthenes multos versus uno spiritu pronunciare consuescebat. ¶ Jungitur & dativo, ut consuescere dolori, *Plin. l.* 8. *epist.* 3. *ad fin.* Item ablativo. *Col. l.* 8. *c.* 15. Aves, quæ consuevere libero victu. Active pro assuefacio, *assuefare*. *Lucret. l.* 6. *v.* 396. An tum brachia consuescunt, firmantque lacertos? ¶ Consuescere cum aliquo dicitur mulier, quæ stupri commercium habet. *Plaut. Cistel.* 1. 1. 88. Tun' nunquam cum quiquam viro consuevisti? S. Nisi quidem cum Alcesimarcho, nemine: neque pudicitiam meam mihi alius quisquam imminuit. ¶ *Consuesti* pro consuevisti, *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. ¶ *Consuemus* pro consuevimus, *Propert. l.* 1. *eleg.* 7.

Consuĕte, adver. *al solito*. *Ammian. l.* 23. *c.* 4. Ad suscipiendum consuete pabulum.

Consuetĭo, onis, f. 3. idem quod consuetudo. *Plaut. Amph.* 1. 2. 28. Et clandestina ut celetur consuetio. Ita ibi legendum, non *consuetudo*, cum sit Senarius. Confirmat Festus, vel potius Verrius Flaccus, *consuetionem Plautus pro consuetudine dixit*.

Consuetudinarĭus, a, um, adject. qui est secundum consuetudinem, *solito*. *Sidon. l.* 7. *ep.* 11. Invideo felicitati consuetudinarii portitoris.

Consuetūdo, dinis, f. 3. *consuetudine*, *uso*, *usanza*, *conversazione*, *pratica*, מנהג, Ger. *gevvonheit*, Gal. *coutume*, Hisp. *costumbre*, συνήθεια, mos, institutum, usus, exercitatio. *Cic.* 1. *de Orat.* Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem veniamus. ¶ Item familiaritas. *Cic. ad Curion. l.* 2. *Fam. ep.* 1. Quod carui fructu jucundissimæ consuetudinis. ¶ Usurpatur & in turpibus. *Sallust. Catil. c.* 23. Stupri consuetudo. *Liv. l.* 39. *c.* 9. Huic (scorto) consuetudo cum Ebutio fuit. ¶ Dicimus autem, congredi alicui quotidiana consuetudine, *Cæsar*. ¶ Consuetudinem facere alicui cum altero. h. e. aliquem alteri conciliare. ¶ Dare se in consuetudinem, immergere, se insinuare. *Cicer. Cæs.* & alii.

Consuētus, a, um, o. 1. 2. *solito*, εἰθισμένος. *Ter. Andr.* 1. 1. 108. Ut consuetum facile amorem cerneres. *Ovid. Met.* 11. *v.* 637. Consuetissima cuique verba.

Consul, is, m. 3. *Console*, יועץ, Ger. *Burgermeister*, Gal. *Consul*, Hisp. *Consul*, ὕπατος, summum erat apud Romanos dignitatis fastigium, post exactos Reges a Junio Bruto primum introductum, anno U. C. 245. ¶ Duo erant. ¶ Dicti sunt a *consulo*, ut meminissent, se debere Reipublicæ consulere, vel quod Senatum consulerent. ¶ Creabantur e Patriciis, quia apud alios auspicia non erant. Sed profligato Gallico bello alterum ex Plebe creandum concessere. ¶ Consulatum petebant anno ætatis 42. gerebant anno 43. ¶ Creabantur Comitiis Centuriatis, per Consules veteres, sive alterum duorum, sive per Interregem, sive per Dictatorem. ¶ Consul designatus dicebatur ille, in quem populi suffragia habitis Comitiis Consularibus, & suffragiis rite peractis concurrebant. ¶ Insignia Consulum omnia fuere, quæ Regum fuerant, trabea, sella curulis, duodecim lictores cuique Consulum, qui ei cum fascibus virgarum securim præferebant. ¶ Imperium Consulare annuum erat. ¶ A Consulum Magistratu numerus annorum signabatur. ¶ Hinc Consulem pro anno usurpamus. *Senec. epist.* 114. Unum putas videri ventrem, cui tot consulum, regionumque vina conduntur. Hinc nata formula apud JCtos: Sine die, sine Consule. ¶ Consulis nomen diu apud summum hunc Magistratum tantum fuit; tandem & Proconsules, & Municipiorum magistratus eo appellati, ut notat *Casaub. in notis ad Apul. Apolog.* & plures Inscript. apud Gruterum confirmant.

Consularis, & re, o. 3. ὑπατικὸς, quod ad Consulem spectat, ut Consularis ætas, in qua Consulem esse licebat. *Cic.* 5. *Phil.* Quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quam Consularis. ¶ Vir Consularis, qui Consulatum gessit. *Cic. Lentulo.* Qui filium Consularem amisit. *Sueton. in Aug.* Consularis fœmina. h. e. Viri Consularis uxor. ¶ Et *consularis* absolute. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 4. Egregios consules habemus, sed turpissimos consulares. ¶ Consularis Provincia est, quæ a consulari viro administratur. *Cic. pro Dom.* Tu Provincias consulares lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti. ¶ *Consulares* absolute, qui essent temporibus Imperatorum, V. Legatus, ¶ *Consularia* absolute (subaudi *ornamenta*) erant insignia consularis dignitatis propria, quæ Principes interdum nonnullis conferebant, licet consules non essent. *Tacit. Vellejus*, *Sueton.*

Consularĭtas, atis, f. 3. dignitas consularis. *Theodos. l.* 6. *Cod. tit.* 19. Consularitatis honore functus. Adde *Fabrett. Inscrip. p.* 99.

Consularĭter, adv. more Consulum. *Liv. l.* 4. *c.* 10. Vitaque omnis consulariter acta.

Consulātus, us, m. 4. ὑπατεία, *consolato*, dignitas, sive tempus, quo Consul in officio est. *Cic. pro Mur.* Ut ei jam exploratus, & domi conditus Consulatus videretur. ¶ Capere, consequi, inire, suscipere, obtinere, gerere consulatum: Consulatu se abdicare, abire, sæpissime apud *Cic.* & al.

Consŭlo, is, sului, sultum, a. 3. *dimandar consiglio*, נועץ, Ger. *rathfragen*, Gal. *se conseiller*, Hisp. *tomar consejo*, συμβουλεύω, verbum est variæ significationis pro varia constructione: nam cum sine casu usurpatur, idem est ac consultare, deliberare, *deliberare*, *consultare*. *Cæs. l.* 7. *B. G. c.* 83. Repulsi Galli, quid agant, consulunt. ¶ Cum genit. Boni, vel æqui consulere, est, in meliorem, æquioremque partem accipere, seu interpretari, *prender' in buona parte*. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Sit ne Consul a consulendo, an a judicando? nam & hoc consulere Veteres appellaverunt, unde adhuc remanet illud: rogat, boni consulas. id est, bonum judices. Hactenus *Quintil. Ovid.* 3, *Pont. el.* 8. *ad fin.* Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni. ¶ Dativo junctum, significat prospicere, *provvedere*, ut bene, male alicui consulere. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 9. & *l.* 11. *Fam. ep. ult.* Commodis, dignitati, gloriæ alicujus consulere. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 38. Clementer subditis consulere. ¶ Aliquando accusativum recipit cum præposit. *in*, per modum adverbii. *Ter. Heaut.* 5. 2. 10. Consulere in longitudinem. h. e. ita rebus consulere, ut diu sufficiant. *Tacit.* 2. *hist. c.* 5. Consulere in medium. h. e. in communem usum. *Justin. l.* 2. *c. ult.* Sapienter in rem consulere. ¶ Huc illud *Livii* referendum est *l.* 22. *c.* 29. Eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit. h. e. ipse per se videat, & provideat. ¶ *Liv. l.* 45. *c.* 8. In secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet. h. e. nihil suscipere violentum in quemquam. Eadem ratione clementer, dure, arroganter consulere, &c. est idem ac agere, *trattar bene, o male*. Sic Consulere pessime de aliquo. *Liv. l.* 28. ¶ Cum accus. est consilium petere, *dimandar consiglio*. *Nepos Miltiad. c.* 1. Apollinem consulere. Consulere JCtos. h. e. eos de jure interrogare. Consulere jus, eodem sensu, *Liv. l.* 39. *c.* 40. Sic consulere Chaldæos, & Mathematicos, cum de futuris ab iis quærimus. *Sueton. Aug. c.* 94. & *Calig. c.* 57. ¶ Reperitur & cum duobus accusativis. *Plaut. Men.* 4. 3. 26. Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciundum censeant. ¶ Quin & generaliter pro interrogare usurpatur. *Sueton. Aug. c.* 98. Versum compositum ex tempore pronuntiavit, conversusque ad Thrasyllum, interrogavit, cujusnam poetæ putaret esse: quo hæsitante, subjecit alium; de hoc quoque consuluit. ¶ *Festus* hoc verbo usos Veteres testatur pro judicare, statuere. Adde verba Quintil. quæ modo retulimus. ¶ Apud *Liv. l.* 2. *c.* 28. consulere aliquid, est, agitare, cognoscere, in consultationem adducere, *discutere*, *ventilare*, *esaminare*. Eam rem, *inquit*, Consules ad Patres deferunt, sed delatam consulere ordine non licuit. Adde *Virg.* 11. *Æn. v.* 344. ¶ Passive etiam usurpatur. *Cic.* 3. *Ver.* Qui de civili jure consuli solent. *Id. l.* 3. *Q. Fr. ep.* 25. Senatus nihil consulitur. *Liv. l.* 2. *c.* 29. Cum iræ resedissent, consuli cœpit. h. e. consultari. ¶ *Qui consuluntur*, periphrasis est, qua significantur Jurisperiti. hi enim in dubiis consuli plerumque solent. Multa ad hanc rem confirmandam exempla Ciceronis congerit *Parens in Lex. Crit. V. Cic. pro Quint. c.* 16.

Consultatĭo, f. 3. *consulta*, *deliberazione*, συμβούλευσις, deliberatio, *Cic.* 3. *Off.* De cujus deliberatione, & consultatione quærimus.

Consultātor, oris, m. 3. qui consulit, & deliberat. *Leg.* 2. *Dig. de orig. Jur.* §. 15. Consultatoribus potius, quam discere volentibus se præstabant.

Consultatorĭus, a, um, adject. ut sacrificium, vel hostia consultatoria, apud *Macrob. l.* 3. *sat. c.* 5. qua sc. Deorum voluntas disquirebatur. Al. leg. *consultoria*.

Consulte, adv. ἐκ προνοίας, prudenter, *prudentemente*. *Plaut. Rud.* 4. 7. 14. Qui consulte, docte, atque astute cavet. *Tacit. histor. l.* 2. *c.* 24. Avidius, quam consultius. *Capitolin. in Pertin. c.* 7. Annonæ consultissime providit.

Consulto, as, n. 1. *consultare*, *deliberare*, יועץ, Ger. *rathschlagen*, Gal. *consulter*, Hisp. *consultar*, συμβουλεύομαι, consilium frequenter capio, & simpliciter delibero. *Cic.* 3. *Off. c.* 2. In quibus deliberare homines, & consultare de officio solerent. ¶ Consultare aliquem, est petere consilium ab aliquo. *Plaut. Mil.* 4. 3. 3. Quid me consultas, quid agas?

Consulto, adv. *consideratamente*, Ger. *mit*, *fleiss*, *und bedachtem muth*, Gal. *a dessein de dessein formè*, Hisp. *a drede*, *a sabiendas*, ἐκ προνοίας, cogitato, dedita opera, de industria. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 43. Consulto hoc factum est, mihi ut insidiæ fierent. Adde *Horat. l.* 1. *sat.* 10. *v.* 14. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 50. Cæsar consulto equites cedere jubet.

Consultor, oris, m. 3. *consultore*, *consigliere*, נועץ, Ger. *rahtfrager*, Gal. *consulteur*, Hisp. *consultor*, συμβουλευόμενος, qui consilium ab alio petit. *Cic. pro Mur.* Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas. *Horat. l.* 1. *sat.* 1. *v.* 10. Agricolam laudat legum jurisque peritus, sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat. ¶ Item qui consilium dat. *Sallust. Jug. c.* 64. Cupido atque ira pessimi consultores.

Consultorĭus. V. Consultatorius.

Consultrix, icis, f. 3. quæ consulit. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 22. Consultrix, & provida utilitatum, opportunitatumque omnium natura.

Consultum, ti, n. 2. συμβούλευμα, decretum, statutum. *Cic. Phil.* 14. Atque utinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris, consultisque possemus. ¶ Dicimus etiam, Opus est consulto. idest, opus est consulere. *Sall.* Priusquam incipias, consulto, & postquam consulueris, mature facto opus est. ¶ Senatus consultum, Senatus decretum, & Senatus auctoritas, quid differant inter se. V. *Senatus*.

Consultus, a, um, o. 1. 2. βεβουλευμένος, partic. is, a quo consilium petitum est. *Cic. pro Mil.* Nihil de ejus morte populus consultus. ¶ Item nomen est, & significat prudentem, peritum, intelligentem, vel absolute, vel cum gen. *Ovid.* 1. *Amor.* Si tibi credibilis sermo, consultaque verba. idest, prudentiæ plena. Al. leg. *consueta*. *Cic.* 9. *Phil.* Neque enim ille magis juris consultus, quam justitiæ fuit. *Id. in Bruto*, *c.* 40. Consultorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum fuisse.

Consultus, us, ui, m. 4. consultum, consultatio, *consulta*, *decreto*. *Liv. l.* 3. *c.* 62. Consultu collegæ, virtute militum victoria parta est. *Plin. l.* 3. *cap.* 20. Interdictum id vetere consultu Patrum. Ita ex quibusdam MSS. utrobique legit *Gronov. in notis ad loc. cit. Livii*. Verum priore loco aliæ editiones *consilio*, posteriore *consulto* habent.

Consummabĭlis, le, adject. qui consummari potest, *consumabile*. *Seneca ep.* 92. Ratio in Diis comsummata est, in nobis consummabilis. *Prudent. Psychom. v.* 846. Seu consummabilis ævi Perficiat lux plena viros.

Consummatĭo, onis, f. 3. in unam summam collectio, *somma*. *Col. l.* 2. *R. R. c.* 13. Hac consummatione operum colligitur, posse agrum ducentorum jugerum subigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis, & sex mediastinis. Adde *l. si plura*, *Dig. de ædil. edict.* ¶ Item perfectio, absolutio, *compimento*, συντέλεια, *Senec. de brevit. vitæ*, *c.* 1. Vita in maximarum rerum consummationem large data. Adde *Plin. l.* 4. *c. ult.*

Consummātus, a, um, adject. in unam summam redactus. *Col. l.* 5. *c.* 2. Hoc sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt, quæ consummata efficiunt duo millia trecentena, & quadraginta. ¶ Item perfectus, absolutus, *compito*, *perfezionato*, τέλειος, τετελεσμένος, ut bella gesta, & con-

consummata, *Cic. Phil.* 11. *c.* 7. Ubi al. leg. *Confecta*. *Plin. l.* 2. *epist.* 7. Juvenis consummatissimus.

Consummo, as, a. 1. *sommare insieme*, summam simul capio. *Col. l.* 3. *R. R. c.* 5. Is numerus consummat per totum jugerum seminum millia quatuor, & viginti. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Per arithmeticem sumptus ædificiorum consumminantur. *si calcolano*. ¶ Item absolvere, perficere, *compire*, *vidur'a fine*, ἀπαρτίζω. Sic consummare opera, *Plin. l.* 10. *epist.* 48. Consummare sacrum, *Senec. Herc. fur. v.* 1039. ¶ Consummare milites dicuntur, apud *Suet. Calig. c.* 44. cum stipendiorum tempus impleverunt.

Consūmo, mi, mpsi, ptum, a. 3. absumo, insumo, tero, contero, exhaurio, *consumare*, *distruggere*, אכל, Germ. *verthung*, Gal. *pedre tout*, Hisp. *gastar*, δαπανάω. *Cic. pro Flacco*. Ut pecuniam, quam confecerat, non consumpsisse, sed Flacco dedisse videretur. *Id. l.* 1. *de Leg.* Cum ea tempestas, vetustasque consumpserit. ¶ Consumor, pass. jungitur sæpe cum abl. modi, vel causæ, ut Consumo liti, incendio, mœrore, &c. *Cæs. Liv. Virg.* & al. Sic *Cic.* 3. *de Orat. c.* 2. Crassus lateris dolore consumptus: *morì d' infiammazione*. ¶ Significat etiam insumere, collocare, *impiegare*. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 14. Me scito omnem meum laborem, omnem operam, curam, studium in tua salute consumere. *Id. Offic. l.* 3. *c.* 1. Consumere ætatem in studio. ¶ Ignominiam consumere, apud *Tacit. l.* 3. *hist. c.* 24. est ignominiæ metum abjicere, de ignominia non laborare. Similiter *Curt. l.* 6. *c.* 9. *n.* 6. Consumere misericordiam, dixit. h. e. abjicere. ¶ Rursus *Tacit. l.* 1. *hist. c.* 42. Ambigitur, consumpserit ne vocem ejus instans metus, an &c. h. e. ademerit, interceperit. ¶ Apud *Terent. Andr.* 1. 1. 133. Consilium consumere, est artes adhibere, exequi.

Consumptĭo, nis, f. 3. *distruzione*, כלה, Germ. *vertzerung*, κατανάλωσις. *Cic. de Univ. c.* 6. Se ipse consumptione, & senio alebat sui.

Consumptor, oris, m. 3. *distruggitore*, אוכל, Ger. *vertzehrer*, Gal. *consomans*, Hisp. *consumador*, ἀναλώτης. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 15. Hic noster ignis confector est, & consumptor omnium.

Consumptrix, icis, f. 3. quæ consumit. *Strab. Gall. hort. præfat.* Bruma est ampliflui consumptrix sæva laboris.

Consumptus, a, um, o. 1. 2. *consumato*, κατανάλωθεὶς, absumptus, confectus. *Cæs.* 1. *B. C.* Consumptis omnibus telis.

Consŭo, is, a. 3. *cucire insieme*, *congiugnere*, συρράττω, simul suo, compono, conjungo. Unde supin. *Consutum*. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Consutum suspenditur ligno. *Plaut. Amph.* 1. 1. 211. Advenisti consutis dolis.

Consupplicātrix, icis, f. 3. Legitur hæc vox in veteri quadam Inscriptione apud *Fabretti. p.* 342. Sed non est adhibenda.

Consurgo, is, surrexi, n. 3. *levarsi insieme*, Ger. *mit einander aufffleben*, Gal. *se lever ensemble*, Hisp. *levantarse juntamente*, συναίρημι, simul surgo. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. Consurrexit Senatus cum clamore ad unum. ¶ Consurgitur imperf. *Cic. 6. Ver.* Honorifice sane consurgitur. Et *Phædr. l.* 5. *Fab.* 8. *v.* 28. In plausus consurrectum est. ¶ *Virg. Æn.* 9. Consurgunt geminæ quercus, intonsaque cœlo Attollunt capita. ¶ Consurgere ad bellum, *Liv. l.* 33. Consurgere in arma, *Virg.* 10. *Æn.*

Consurrectĭo, f. 3. *il levarsi insieme di più persone*, συνάστασις. *Cic. de Aruspic. resp. c.* 1. Cepi equidem fructum maximum & ex consurrectione omnium vestrum, &c.

Consus, Deus consiliorum, ab antiquo *conso*, *is*, quod est consulere, simul consultare, consilium dare. Huic Deo ara sub terra in Circo maximo dedicata est, quæ non aperiebatur, nisi ludis Circensibus, ut ostenderetur, consilia tecta esse debere.

Consusurro, as, avi, atum, are, simul susurro, *far susurro*. *Ter. Heaut.* 3. 1. 64. Syrus cum illo vestro consusurrat.

Consultūra. V. Cognitura.

Consultus. V. in Consuo.

Consydĕro. V. Considero.

Contabefactĭo, is, eci, ctum, labefacio, corrumpo. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 19. Me miseria, & cura contabefacit.

Contabesco, is, n. 3. *marcirsi*, μαρασμὸς, idem quod simplex tabesco. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 31. Vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit.

Contabulatĭo, f. 3. *tavolato*, *palco di tavole*, σανίδωσις. *Cæs.* 2. *B. C. c.* 19. Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem.

Contabulātus, a, um, tabulis compactus, ut turres contabulatæ, *Liv. l.* 24. *c.* 34. Et *Ammian. l.* 27. *c.* 10. Ponte contabulato super navium foros.

Contabŭlo, a. 1. *intavolare*, קרה, Germ. *verteffelen*, Gall. *plancher*, Hisp. *entablar*, σανιδόω, est asseribus, seu tabulis aliquid tegere. *Suet. in Calig. c.* 19. Aliquanto angustiorem Hellespontum contabulaverat. ¶ Et cum abl. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Quernis axibus contabulare. ¶ Contabulor, pass. *Cæs. B. G. l.* 7. *c.* 22. Turres contabulantur, pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur.

Contabundus, a, um, adject. qui percontatur, seu scrutatur. *Apul. l.* 8. *Met.* Quem prius insiliat, contabunda (bestia) rimatur. ¶ Est a *contor*, *aris*.

Contactus, a, um, o. 1. 2. *toccato*, συναφὴς. *Cels. l.* 2. *c.* 24. Acida quæque contacta sale modico. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Res contacta halitu animalis. *Liv. l.* 29. *c.* 18. Milites contactos religione furor agitat.

Contactus, us, m. 4. *tatto*, ἁφὴ, *Col. l.* 13. Contactu ejus languescunt incrementa virentium. *Plin. l.* 10. *c.* 59. Pullis anserum urtica contactu mortifera. ¶ Sumitur & pro contagione, *contagio*. *Tacit. 6. Annal. c.* 7. Plures infecti quasi valetudine, & contactu.

Contăges, is, f. 3. idem ac contagium. *Lucr. l.* 4. *v.* 336. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

Contagĭo, onis, f. 3. *contagio*, *infezione*, morbus, qui ex contactu contrahitur. *Plaut. Amph. prol. v.* 31. Contagione meæ matris metuo malum. ¶ *Liv. l.* 1. *c.* 15. Contagionem belli dixit, cum sc. ex uno confecto bello oritur novi belli occasio. ¶ Metaph. *Cic.* 7. *Ver. c.* 71. Ad quos conscientiæ contagio pertinebit. h. e. qui ejus rei erunt conscii. ¶ Sumitur & pro conjunctione, seu consensu, in bonam partem. *Lucret. l.* 3. *v.* 345. Corporis atque animai Mutua vitalis discunt contagia motus. h. e. convenientiam, & conjunctionem. *Cic. l.* 2. *de Nat. Deor.* Quid vero tanta rerum consentiens, continuata contagio? *Ibid. l.* 3. Illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturæ, quam quasi contagionem continuatam dicebas. Vide *Gell. l.* 19. *c.* 9.

Contagiōsus, a, um, o. 1. 2. *contagioso*, quod contactu inficit, ut Febris contagiosa, morbus contagiosus, pestis contagiosa apud *Celsum*.

Contagium, ii, n. 2. *male attaccaticcio*, מגאה, Germ. *erbkranckeit*, Gall. *contagion*, Hisp. *contagion*, συνάφεια, morbus, qui ex contactu contrahitur, a *contingo*. *Virg.* 3. *Georg.* Dira per incautum serpunt contagia vulgus. ¶ Translate, contagia scelerum, apud *Lucan. l.* 3. *v.* 312. ¶ Vox hæc est Poetis familiarior, ut *Contagio* Historicis & Oratoribus.

Contāmen, inis, n. 3. idem quod contaminatio. *Tertull. carm.* 1. *adv. Marc. c.* 1. Femineos usus vulgi contamine mixtos.

Contaminabĭlis, le, adjectiv. qui contaminari potest. *Tertull. adv. Marc. lib.* 4. *cap.* 20. Prophetam, quem pro substantia humana contaminabilem sciret.

Contaminatĭo, onis, f. 3. pollutio, commaculatio. *Ulpian. l.* 2. §. 3. *Dig. ad leg. Jul. de adult. coerc.* Qui patitur uxorem suam delinquere, quique contaminationi non indignatur. &c.

Contaminātor, oris, qui contaminat. *Lamprid. Alex. c.* 6. Contaminator honorum. *Tertul. de Pudic. c.* 13. Paterni tori contaminator.

Contaminātus, a, um, o. 1. 2. fœdatus, *contaminato*, κατεμιαλυσμένος. *Liv. l.* 4. Partem civitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi. *Cic. de Prov. conf. c.* 6. Homini sceleribus, & flagitiis contamminatissimo.

Contamĭno, as, a. 1. *contaminare*, *macchiare*, טמא, Ger. *beflecken*, Gal. *contaminer*, Hisp. *contaminar*, μιαίνω, fœdo, maculo, ab antiquo *tamino*. *Liv. l.* 4. Contaminari sanguinem suum Patres rebantur. ¶ Translate *Cic.* 3. *Offic. c.* 8. Vitiis, sceleribus se contaminare. Adde *pro Rosc. Amer. c.* 40.

Contarĭi, orum, m. In duabus Inscriptionib. apud *Gruter. pag.* 40. *n.* 2. & 3. videntur esse milites conto armati, quos κοντοφόρους Græci vocant, *Veget. vero l.* 3. *de re milit. c.* 6. contatos: qui specialem militum ordinem constituebant, ut hastati, sagittarii, &c. *Turneb. l.* 15. *adversar. c.* 21. legit hanc vocem etiam apud *Capitolin. in Maximin. c.* 10. ubi alii *contrarii*.

Contatĭo. V. Cunctatio.

Contātus, a, um, adject. conto armatus, ut Contati milites, apud *Veget. l.* 3. *c.* 6.

Contechnor, aris, d. 1. μηχανάομαι, machinor, & fallaciam aliquam compono. *Plaut. Pseud.* 4. 6. 34. Ne illic sit contechnatus quidpiam.

Contectus, a, um, o. 1. 2. tectus. *Ovid.* 5. *Met. v.* 541. Contectam stramine vidit forte casam.

Contĕgo, is, a. 3. *coprire*, περιστέλλω. idem ac tego. *Cic. pro Sextio*, Messoria se corbe contexit.

Contegulatĭo, onis, f. 3. tegularum compositio. Et

Contegulātor, oris, m. 3. qui tegulis contegit, leguntur in Dig. apud JCtos.

Contemĕro, as, a. 1. *macchiare*, *sporcare*, κατεμιαίνω, idem ac temero, polluo, violo. *Martial. de Spectac. ep.* 10. Ausum tam notas contemerare manus. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 7. Dominæ contemerasse torum.

Contemnifĭcus, a, um, qui contemnit, fastuosus. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 154. Contemnificum fieri, & fastidire.

Contemno, is, mpsi, ptum, a. 3. *disprezzare*, ὀλιγωρέω, idem ac temno. *Cic. in Orat.* Omnes istos deridete, atque contemnite. ¶ Videtur minus esse, quam despicio. *Cic. de Sen.* Contemni se putant, despici, illudi. ¶ Contemnere aliquem præ se, *Terent. Eun.* 2. 2.

Contemperātus, a, um, adject. *temperato*. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Sol, quæ propiora sunt, contemperata habet.

Contempĕro, as, avi, atum, *temperare*, *mescolare*. *Apic. l.* 4. *c.* 2. In patina quæ invicem contemperentur. Adde *Marcell. Empir. c.* 16.

Contemplabĭlis, le, adject. quem contemplari decet. *Ammian. l.* 30. *c.* 21. (al. *c.* 5.) Contemplabili dextera.

Contemplabĭlĭter, adv. cum contemplatione, *Ammian. l.* 20. *c.* 16.

Contemplabundus, a, um, adject. qui contemplatur. *Tertul. l.* 4. *adv. Marc. c.* 40. Spiritus propheticus contemplabundus.

Contemplans, antis, *chi contempla*, *o vede*. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Deus terras, & maria contemplans. *Id.* 1. *de Orat. c.* 33. Omni acie ingenii contemplantes.

Contemplātim, adverb. cum contemplatione. Legitur *in notis Tironis*. *pag.* 133.

Contemplatĭo, *contemplazione*, שרירות, Ger. *anschauung*, Gall. *contemplation*, Hisp. *contemplacion*, θεωρία, consideratio rerum occultiorum. *Cic.* 1. *de Div.* Cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi Cœli officere posset. ¶ *Julian. l. si pupilli*, *Dig. de Negot. gest.* Gerere negotia alicujus non contemplatione ejus, sed sui lucri causa: *a contemplazione*.

Contemplatīvus, a, um, o. 1. 2. θεωρητικὸς, quod contemplationi deditum est. *Sen. ep.* 96. Philosophia contemplativa simul est, & activa.

Contemplātor, oris, m. 3. *contemplatore*, משקיף, Germ. *anschawer*, Gal. *contemplateur*, Hisp. *contemplador*, θεωρὸς. *Cic.* 1. *Tusc.* Hominemque ipsum, quasi contemplatorem Cœli, ac Deorum, ipsorumque cultorem.

Contemplātrix, icis, f. *contemplatrice*, a contemplator. *Cels. proœm. l.* 1. *sub fin.* Ars contemplatrix alicujus rei.

Contemplātus, us, m. 4. *contemplazione*, *speculazione*. *Ovid.* 5. *Trist. el.* 7. A contemplatu summoveoque mali.

Contemplo, as, avi, atum, are, *contemplare*, idem ac contemplor. Usi sunt eo Veteres, ut *Ennius apud Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 2. Contempla, & templum Cereris ad lævam aspice. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 285. *Epid.* 3. 3. 2. &c.

Contemplor, aris, d. 1. *considerare cose occulte*, משקף, רבט, Ger. *enschawen*, Gal. *contempler*, Hisp. *contemplar*, θεωρέω, diligenter intueor, & res abditas considero, a loco, qui ex omni parte aspici potest, vel ex quo omnis pars potest videri, quem Augures *templum* nominabant. *Cic. pro Dejot. c.* 14. Id animo contemplare, quod oculis non potes.

Contemporālis, le, coætaneus, æqualis. *coetaneo*. *Tertull. cont. Hermog. c.* 6. Inter contemporales ordo non est.

Contemporanĕus, o. 1. 2. σύγχρονος, ejusdem temporis qui est, *coetaneo*. *Gell. l.* 19. *c.* 14. Contemporaneos fuisse Cæsari, & Ciceroni M. Varronem, & P. Nigidium.

Contempŏro, as, avi, atum, are, ejusdem temporis esse facio. *Tertull. de resurr. Carn. c.* 45. Contemporant fœtu, coætaneant natu.

Contemptibĭlis, o. 3. *sprezzabile*, ἐκφαύλισὸς. *Utp. de off. Proconf. ff. l.* 1. *tit.* 16. *l.* 9. §. 2. Sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 20. Contemptibilior potestas imperii.

Contemptibĭlĭtas, atis, f. 3. contemptus, *disprezzo*. *Cæl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 5. Continuatio contemptibilitatem parit.

Contemptim, adv. *per disprezzo*, *per ischerno*, κατεφρονητικῶς. *Liv. l.* 2. *c.* 35. Contemptim adire minas. *Id. l.* 9. *c.* 41. Magnifice de se, & contemptim de aliis loqui. *Senec. de brev. vitæ*, *c.* 11. Contemptius elidi.

Contemptĭo, f. 3. *disprezzo*, בזיון, Germ. *verachtung*, Gall. *me'pris*, Hisp. *menosprecio*, καταφρόνησις, despicientia. *Cic.* 1. *Off.* Ex quo animi magnitudo existit, humanarumque rerum contemptio. *Id.* 1. *Invent. c.* 16. Adducere adversarios in contemptionem. ¶ Scribitur & *contentio*, ut & *contemtor*, & *contemtus*, & similia.

Contemptor, oris, m. 3. *disprezzatore*, בז, Ger. *verachter*, Gall. *me'priseur*, Hispan. *menospreciador*, ὀλιγωρῶν. *Virg.* 8. *Æn. v.* 648. Contemptorque Deum Mezentius.

Contemptrix, icis, *sprezzatrice*. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Eruca præcipue frigorum contemptrix. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 2. Nunc ego illam me velim convenire contemptricem meam.

Contemptus, a, um, o. 1. 2. *sprezzato*, ὀλιγωρηθεὶς, spretus, abjectus, humilis. *Cic. Phil.* 2. Quid putem? contemptum ne me? *Id. de Div.* Quo jam nihil potest esse contemptius. *Id. pro Sext.* Despicatissimi hominis furor, contemptissimi Consulis levitas.

Contemptus, us, m. 4. idem ac contemptio, *disprezzo*. *Liv. l.* 6. *cap.* 2. Contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborat. *Senec. de Tranquil.*

quil. c. 11. & *Quintil. l.* 8. *cap.* 8. *ex orat. in Pison.* ¶ Ciceroni etiam hanc vocem tribuunt. V. *Cellar. cur. poster.* & *Borrich. Vindic.*

Contendo, is, endi, entum, n. 3. *tirare*, דרך, Ger. *spannen*, Gall. *tendre*, *etendre*, Hisp. *entesar*, ἐντείνω, proprie est intendere. *Virg.* 4. *Georg.* Tanto nate magis contende tenacia vincla. ¶ Item jaculari, *gettare*, *lanciare*. *Virg.* 5. *Æn.* Qui tamen aerias telum contendit in auras. ¶ Translate est conari, eniti, laborare, *sforzarsi*. *Cic. in Verr.* In quo omnes nervos ætatis, industriæque meæ contenderem. *Id. pro Lig.* Quantum potero, voce contendam, ut hoc P. R. exaudiat. ¶ Item proficisci, iter instituere. *Cæs. l.* 1. Eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit. ¶ Item *contendere*, *contrastare*, *combattere*. *Cic. pro Rosc. Am.* Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. *Virg.* 9. *Æn.* Aut tecum malit contendere bello. *Propert. l.* 1. *el.* 13. Non tamen ista meo valeant contendere amori. ¶ Item instando petere, flagitare, *dimandar con istanza*. *Cic.* 3. *Off.* Incensus cupiditate contendit a Pythio, ut venderet. ¶ Item comparare, conferre, *paragonare*. *Cic.* 2. *de Inv.* Primum leges oportet contendere, considerando, utrum lex ad majores pertineat. *Id. Catil.* 2. *cap.* 11. Si ipsas causas contendere velimus. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 3. Seniores, quibus otiosum est vetera, & præsentia contendere, adnotabant, &c. ¶ Item afferere, *pretendere*. *Cels. in præfat.* Si manantia corpuscula iter claudunt, ut Asclepiades contendit. ¶ Contendere omnia, *contrastar su tutto*. *Cic.* 4. *Verr.* Remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus.

Contenebrat, abat, & ebat, adveſperascit. *Var.* 2. *R. R. c.* 2. Rursus pascunt, quoad contenebravit.

Contenebratus, a, um, *tenebroso*, *ottenebrato*. *Tert. de jejun. c.* 10. Contenebratus orbis defuncto Domino.

Contente, adverb. *vementemente*, *con isforzo*, συντεταμένως, cum impetu, acriter, vehementer. *Cic.* 2. *Tusc.* Genu M. Antonium vidi, cum contente ipse pugnans diceret, terram tangere. ¶ Comp. contentius, sup. contentissime. *Cic.* 5. *Tusc. cap.* 34. Cum usque ad vesperum contentius ambularet. *Apul. l.* 1. *Florid. sub fin.* Contentissime clamitare. ¶ Significat etiam parce. *Nazar. in Paneg. Constantini*, *c.* 15. Qui retrænandis cupiditatibus restricte, contenteque vixerunt.

Contentĭo, f. 3. *contesa*, *travaglio*, כרון, Germ. *zanck*, Gall. *contention*, *debat*, Hisp. *contencion*, ἐγκράτεια, impetus, vehemens conatus ad aliquid agendum. *Cic.* 3. *de Orat.* Permulta tam vehementissima contentione animi, ingenii, virium ab eo dicta esse constabat. ¶ Item certamen, controversia. *Cic. de Orat.* Omnem esse contentionem inter homines doctos in verbi controversia positam. ¶ Item collatio, comparatio. *Cic. pro L. Man.* Sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per se intelligi possunt. ¶ Item stylus gravis, & vehemens in oratione. *Cic. in Bruto*, Cum contentione orationis flectere animos judicum vix posset, nec omnino eo genere diceret. ¶ Item Figura Rhetorica, al. *antitheton*, per quam contraria referuntur, ut Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes. *Auth. ad Herenn. l.* 3. *c.* 15. & 45.

Contentiōse, adverb. cum contentione. *Quintilian. declam.* 18. Necesse est, contentiosius loquaris, quod probare non possis.

Contentiōsus, a, um, o. 1. 2. *Intigioso*, ריב, Germ. *zanckisch*, Gall. *contentieux*, Hisp. *contencioso*, ἐριστικός. *Plin. l.* 2. *epist.* 19. Oratio, de qua loquor, pugnax, & contentiosa est.

Contentus, a, um, nom. ex particip. a teneo, *contento*, *soddisfatto*, αὐτάρκης, qui animo satiatus est, nec quidquam præterea quærit. *Plaut. Merc.* 4. 8. 8. Uxor contenta est, quæ bona est, uno viro. Sic parvo contentus, *Cic. Læl. c.* 23. Contentus forte sua, *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 3. ¶ Jungitur & infinito. *Vellej.* 2. 49. 5. Contentus retinere titulum. Et 2. 112. 6. Contenti sustinuisse hostes. ¶ Cum genit. etiam usurpatur, ut adductis exemplis ex *Curt. l.* 6. *c.* 2. & *l. Cum quis* 35. *de Legat.* 3. §. 4. *in fine*, confirmat *Paræus Lex. Crat.* Sed utrumque exemplum dubium est. ¶ Comparative, *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 15. Contentiores mage erunt, atque avidi minus.

Contentus, a um, nom. ex particip. a tendo, *teso*, *tirato*, adductus, intentus, συντεταμένος, cui opponitur remissus, laxatus, ut contentæ fides, *Cic.* 4. *Fin. c.* 27. Jam contentus, jam laxus funis, *Horat.* 2. *Sat.* 7. *v.* 20. Contentus arcus, *Ovid. Met.* 6. *v.* 286. Contentissima voce clamitare, *Apul. l.* 4. *Milesi.* Et *Ammian. l.* 23. *c.* 11. Aut rapax, aut feritate contentior.

Conterebromĭa, æ, f. 1. significat omnem illam terram, quam Bromius, seu Bacchus exercitu lustravit; vox a *Plauto* novata *Curcul. a.* 3. *v.* 76.

Contermĭno, as, avi, atum, are, n. confinio jungo, conterminus sum, *esser confinante*. *Ammian. lib.* 14. *c.* 6. Per municipia, quæ iisdem conterminant. Et *lib.* 23. *cap.* 24. Quibus Arabes beati conterminant.

Contermĭnus, o. 1. 2. *vicino*, *confinante*, שכן, Germ. *antoss*, Gall. *voisin*, Hisp. *vezino*, ὅμορος, finitimus, vicinus, quasi eundem terminum inhabitans. *Plin. lib.* 12. *cap.* 8 Contermina Indis gens Ariana. ¶ Cum genit. *Apulej. Metam.* 6. Prædicti jugi conterminos loco appulit.

Conternatio, onis, f. 3. ternorum comparatio, ut Conternationes factæ, Conternationum sortitio, apud *Hygin. loco mox citando*.

Conterno, as, avi, atum, ternum numerum comparo, ut combino binum. *Hygin. de limit. p.* 191. *edit. Goes.* Si permissum fuerit, ut inter convenientes conternentur, conternati sortiri debebunt.

Contĕro, is, trivi, itum, a. 3. *ridurre in polvere*, συντείβω, tero, in pulverem redigo. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. Scyllæ modicum conterunt in aqua. *Plin. l.* 26. *c.* 11. Conterere radicem in pulverem. ¶ Item consumo, *consumare*. *Cic. de Amic. c. ult.* Otium, & tempus in studiis conterere. *Teren. Hecyr.* 5. 3. 17. Cursando, atque ambulando totum hunc contrivi diem. Sic conterere operam. *Id. Phorm.* 1. 4. 32. *perder la fatica*. Conterere se in causis, & in foro, *Cic.* 1. *de Orat. consumarsi nel trattar cause*. ¶ Conterere aliquem oratione. h. e. enecare. *Plaut. Cist.* 2. 3. 65. Conteris me tua oratione, mulier. ¶ Conterere injurias oblivione, h. e. earum memoriam delere. *Cic. lib.* 1. *Fam. epist.* 9. ¶ Tmesi dividit *Propert. l.* 3. *eleg.* 11. Conque terunt fastus, Icarioti, tuos. Alii leg. *Quæque terunt*.

Conterraneus, a, um, o. 1. 2. Germ. *landsmann*, Gall. *du meme pais*, Hisp. *de la misma tierra*, ἐμχώριος. Vocabulum est castrense, quo significatur is, qui eidem matrici urbi attribuitur, *chi è del medesimo territorio*. Sic *Plin. Jun. in præfat. Operis*, Catulum conterraneum suum vocat. V. *Scalig. Animadv. Euseb.*

Conterrĕo, es, ui, ritum, a. 2. terreo, *spaventare*. *Cic.* 1. *de Orat.* Hanc loquacitatem nostram vultu ipso, aspectuque conterreat. *Liv. lib.* 3. *c.* 11. Atrox ingenium accenderat eo facto magis, quam conterruerat.

Conterritus, a, um, adject. idem ac territus, *spaventato*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 597. Aspectu conterritus hæsit.

Contesserātio, onis, f. 3. quasi dicas, communicatio tesserarum hospitalitatis, communicatio, amicitia. *Tertul. adv. Hermog. c.* 20. ¶ Ejusdem etiam est *lib. eod. c.* 36.

Contesserō, as, avi, atum, are, h. e. hospitium mutuum colo: nempe a tesseris hospitalibus, quibus prolatis hospites agnoscebantur, & excipiebantur. V. Tessera.

Contestatĭo, onis, f. 3. actus contestandi. Contestatio litis est testium invocatio de lite agenda. Ordinato enim judicio, utraque pars dicebat, *Testes estote*. *Fest. Sigon. de Judic. l.* 1. *c.* 27. *Ulpian. l. Pomponius scribit*, ff. *de Procurator.* Ratihabitionis autem satisdatio ante litis contestationem a procuratore exigitur.

Contestato, adverb. adhibitis testibus, ut contestato dicere, *l.* 1. §. 12. ff. *liber. agnoscen.*

Contestatus, a, um, o. 1. 2. διαμαρτυρόμενος, ut contestatam litem cum aliquo habere, *Cic. pro Comed. c.* 12. de quo Vide Contestatio, & Contestor. ¶ Sic reus est apud *Fest.* qui litem cum aliquo contestatam habet. ¶ Contestata majorum virtus, pro testimoniis comprobata, *Cic. pro Flac. c.* 11.

Contestificans, antis, qui simul testimonium præbet. *Tertull. de testim. anim. c.* 1.

Contestor, aris, d. 1. *testificare*, *implorare*, *chiamare in testimonio*, *e in ajuto*, διαμαρτύρομαι, testor, imploro, precor. *Cic.* 6. *Ver.* Deos, hominesque contestans clamare cœpit. ¶ Contestari litem, est testes appellare de lite agenda, seu rem in judicium adducere. *Fest.*

Contestari litem dicuntur duo, aut plures adversarii, quod ordinato judicio utraque pars dicere solet, Testes estote. *Cic. pro Rosc. Com.* Qui per se litem contestatur, sibi soli petit.

Contĕxo, is, ui, extum, a. 3. *tessere insieme*, *congiungere*, συμπλέκω, idem ac texo, vel simul texo. *Cic. de nat. Deor.* Quid oves aliud afferunt, nisi ut earum villis contectis, atque contextis homines vestiantur? ¶ Translate est conjungere. *Catul.* Contexere amores. *Cic.* 1. *de Leg.* Contexere interrupta. ¶ Item componere. *Cic. pro Cæl.* Carmen contexere. ¶ Item fingere. *Cicer. pro Dejot. c.* 6. Contexere crimen.

Contexte, adverb. conjuncte. *Cic. de Fato*, *c.* 14. Omnia naturali colligatione conserte, contexteque fiunt.

Contextim, adverb. idem ac contexte. *Plin. l.* 10. *c.* 53. Pene contextim in secessu generant.

Contextĭo, f. 3. compositio. *Macrob. Saturn. lib.* 7. *cap.* 6. Et ita contextionis accessione variatum est. Adde *l.* 1. *in Som. Scip. c.* 5.

Contextus, us, ui, m. 4. *tessitura*, *congiunzione*, *unione*. *Cic. l.* 5. *Fam. c.* 12. Pinnarum contextu tegumenta corpori facere. *Quintil. l.* 8. *c.* 2. Contextus, & continuatio sermonis.

Contextus, a, um, adject. *tessuto insieme*, *unito*, una textus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Ovium villis contectis, atque contextis homines vestiuntur. *Virg.* 2. *Æn. vers.* 112. Trabibus contextus acernis equus.

Conticesco, is, cui, idem ac tacco. *Plin. l.* 11. *c.* 10. Tum repente omnes conticescunt. *Cic. pro Marcel. c.* 3. Ætas nulla de tuis laudibus conticesceret. ¶ Apud *Plaur.* aliquando legitur *Conticisco*. ¶ In præt. habet *conticui*, ab inusitato *conticeo*. *Cic. in Brut. c.* 94. Studium nostrum conticuit, subitoque obmutuit.

Conticinium, n. 2. πρώτη νύξ, Polluci est noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. *Plaut. Asin.* 3. 3. 95. Redito huc conticinio. ¶ *Macrobius* tamen, & *Censorinus* conticinium vocant eam partem noctis, quæ media est inter gallicinium, & diluculum, & inde dictum volunt, quod galli tum conticescant.

Contificium, ii, (vel Contifigium, ut *Casaubonus* putat) ex *Vopisco in Probo*, *c.* 19. affertur, ut contum, & venabulum ignificet, vel actum transfixionis ferarum. Verba *Vopisci* sunt. Addidit centum jubatos leones, qui omnes contificiis interempti sunt. *Salmas.* tamen ex *MS. Palatino* legit *posticis*. V. Postica.

Contignatĭo, onis, f. 3. ξύλωσις, tignorum, vel trabium textura. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 9. Quibus suspenderent eam contignationem, quæ turri tegumento esset futura. ¶ Speciatim significat solarium domus sive stratum cæmento, sive non, ut apud *Liv. l.* 21. *c.* 62. miraculo retertur, bovem in tertiam contignationem conscendisse.

Contignatus, a, um, adject. trabibus, seu tignis conjunctus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 5. Itinera sint interioribus partibus turrium contignata.

Contigno, a. 1. σανιδόω, tignis tectum jungo. *Plin. l.* 9. *c.* 3. In domibus fores maxillis balænarum facere, ossibus tecta contignare.

Contigŭe, adverb. *continuatamente*, *appresso*, statim, & quasi contingendo. *Martian. Capel. lib.* 9. *post* 3. *carm.* Eam contigue sequebatur.

Contigŭus, o. 1. 2. *unito*, *che si tocca*, συναφής, quod alterum tangit, a contingo. *Plin. l.* 2. *c.* 9. Alias admota cœlo, alias contigua montibus.

Continctus, a, um, idem ac tinctus, *tinto*. *Lucret. l.* 2. *v.* 742. Ex ineunte ævo nullo contincta colore. Alii legunt. *Conjuncta*.

Contĭnens, tis, nom. ex particip. *congiunto*, *contiguo*, continuatus, adjunctus, συνεχής. Hinc *Ulpianus* scribit, continentes provincias accipi debere eas, quæ Italiæ conjunctæ sunt, ut Galliam. *Cicer.* 15. *Fam. epist.* 2. Per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens est. *Id. de nat. Deor.* Mari aer continens est. *Curt.* Omnia velut continenti incendio ardere visa. ¶ Item quod continuatum tempore est, ideoque perpetuum. *Cic.* 1. *Tusc.* Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. *Suet. in Calig.* Per hunc pontem ultro citro commeavit biduo continenti. ¶ Continens etiam ille dicitur, qui se ab omni turpitudine continet. ideoque, temperans, castus, sobrius, *continente*. *Cic.* 9. *Fam.* Hoc videris dicere, cum Reges tam sint continentes, multo magis consulares esse oportere. ¶ Continens, f. gen. sumitur pro terra, quæ non est insula, nec mari intercisa, *terra ferma*, qualis est Italia: *Curt. l.* 3. Quæ, quia continenti adhæret, sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet. ¶ Continens, gen. neut. a Rhetoribus accipitur pro firmamento causæ, quod punctum litis decisorium vocant. *Cic. in Top.* Quibus autem hoc, qua de re agitur, continetur, hæc continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis. ¶ Ex continenti, & in continenti pro confestim, nulla mora interjecta, *incontinente*, crebro apud JCtos legitur, & apud *Tertul. de præscript. c.* 2. & *Apologet. c.* 23. ¶ Comparativ. & superlat. gradum habet. *Cæs. lib.* 1. *B. C. c.* 23. Ne continentior in vita hominum, quam in pecunia fuisse videatur. *Cic. in Parad.* 1. *c.* 2. Homo continentissimus.

Continenter, adv. συνεχῶς, continuate, jugiter. *Cic.* 1. *Acad.* Quia continenter laberentur, & fluerent omnia. ¶ Item temperate, moderate. *Cic. pro Mur.* Non Asiam nunquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse, laudandum est.

Continentĭa, æ, f. 1. complexus, συνοχή, ut Vet. Gloss. interpretatur. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 15. Continentia regionum, *tratto di paesi uniti*. *Id. in Som. Scip. l.* 2. *c.* 12. Omnem operis continentiam revolvam, *il contenuto*. Sic Fulgentius *Virgilianam continentiam* dixit complexum rerum physicarum, quæ in ejus operibus continentur; deque ea re peculiarem libellum edidit. ¶ Sumitur sæpissime pro temperantia, seu moderatione, *continenza*, ἐγκράτεια, quam *Cic. l.* 2. *Invent. cap.* 54. describit, & *pro Leg. Manil. c.* 13. cupiditatibus, & libidinibus, quas in Romanis Ducibus jam ante peristrinxerat, opponit.

Continĕo, es, nui, entum, a. 2. *tenere*, *contenere*, *fermare*, אחז, Germ. *enthalten*, Gall. *contenir*, Hisp. *contener*, κρατολαμβάνω, idem fere quod teneo. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 22. Coercet, & continet mundus omnia suo complexu. *Id.* 2. *Off. c.* 24. Nec res ulla vehementius rempub. continet,

tinet, quam fides. ¶ Significat etiam cohibere, frænare, *trattener in freno*, *ἐγκρατεῖν*. *Cic. Phil.* 13. *c*.3. Belluas immanes feptis continebimus. *Terent. Eun.* 5. 2. Vix me contineo, quin involem, &c. *Cic.* 1. *Catil.* Quorum ego vix abs te manus, ac tela contineo. Sic continere civitatem in officio, continere linguam, manum, continere fe ab aliqua re, h. e. abftinere, &c. *Cic. Cæfar*, *Terent.* ¶ Item continere fpiritum, *Cic. in Brut.* Continere alvum, h. e. aftringere, *Plin. l.* 14. *c*.6. ¶ Continere aliquid, h. e. fervare, nec aliis communicare. *Cic. l.* 1. *de Orat.* Si petimus ab Antonio, ut ea quæ continet, neque adhuc protulit, enunciet, &c. ¶ Eft etiam Magiftrorum proprium, qui adolefcentes exercent. *Cic.* 7. *Fam. epift.* 19. Ut vero ipfi tibi loci propofita quæftione occurrant, exercitatione confequere, in qua quidem nos te continuimus. ¶ Denique fignificat continuare, connectere. *Cic. pro Arch.* Et quafi cognatione quadam inter fe continentur. *Id.* 6. *Ver.* Infula mari disjuncta angufto ponte rurfum adjungitur, & continetur.

Contingit, ebat, imp. 3. *accadere*, *fuccedere*, *συμβαίνει*, accidit, evenit. *Cic.* 5. *Tufc.* Quod non modo fingulis hominibus, fed potentibus populis contigit. *Id. in Phil.* Utinam Cæfari contigiffet adolefcenti, ut effet Senatui chariffimus.

Contingo, is, igi, actum, *toccare*, idem ac tango. *Cic. de nat. Deor.* Atque etiam aliorum ea eft humilitas, ut cibum terreftrem roftris facile contingant. *Id. pro L. Manil.* Nam cum antea per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem. ¶ Et pro affinem effe. *Suet. Galb. cap.* 2. Nullo gradu contingens Cæfarum domum. ¶ Item pro confuetudine proximum effe. *Horat. lib.* 2. *Sat.*6. Deos quoniam propius contingis. ¶ Pro afpergere. *Colum.* 7. 8. Contingere aliquid fale. *Lucret.* 4. 12. Pocula circum mellis liquore contingere. ¶ *Si quid mibi contigerit*, formula erat, qua *εὐφημίας* caufa utebantur fignificantes, *fi mortuus fuero*. *Briffon. de Formul.* ¶ *Contingo*, *is*, a *tingo* probant quidam exemplis *Virgilii*, & *Lucretii*, quæ ad *contingo* a *tango* commode referri poffunt.

Continuatĭo, f. 3. *continuazione*, *συνέχεια*, connexio, perpetuitas. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Eft enim admirabilis quædam continuatio, feriefque rerum. ¶ Item periodus. *Cic. in Orat.* Quem Græci *περίοδον*, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenfionem, aut continuationem, aut circumfcriptionem dicimus. ¶ Item Figura Rhetorica. *Auct. ad Her. l.*4. Continuatio eft denfa, & continens frequentatio verborum cum abfolutione fententiarum.

Continuātus, a, um, adject. *continuato*, non intermiffus, vel non intercifus, ut continuata tria fidera, quæ fc. fe quafi contingunt, nullo alio interpofito. *Ov. Faft.* 2. *v.* 243. Et continuatiffimæ curæ, *Sidon. l.*8. *ep.* 3.

Continue, adverb. affidue, *continuamente*. *Varr. l.* 4. *L. L.* Inter ftillicidia, & flumina hoc intereft, quod ftillicidium, eo quod ftillatim cadat, flumen, quod fluit continue.

Continuĭtas, atis, f. 3. continuatio. *Plin. l.* 8. *c.* 30. Collum, & juba continuitate fpinæ porrigitur. *h. e.* fpina non definente.

Continŭo, as, avi, atum, a. 1. *continuare*, ראריה חוסיף, Ger. *vveren*, *thavvren*, Gall. *continuer*, Hifp. *continuar*, *συνέχω*, eft continuum reddere, conjungere, proferre, extendere. *Cic. in Rul.* Coemant præterea, ifta dena jugera continuabunt. *Id.* 1. *de nat. Deor.* 20. Cohærefcunt inter fe, & aliæ alias apprehendentes continuantur. *Id. pro Flacco*, Quæ libertas ufque ad hoc tempus Imperio, rerum geftarum gloria continuata permanfit. *Cæf.* 1. *B.C.* Diem, & noctem opus continuabant. ¶ Paffive pro finitimum effe, *Tac. Germ. c.*45. Suionibus Sitonum gentes continuantur.

Continŭo, idem ac ftatim, *fubito*, a continuus. *Cic. ad Att.* Quicquid egero, continuo fcies. ¶ Ponitur etiam pro ideo. *Cic. pro Rofc. Amer. c.* 33. Non continuo, fi me in gregem ficariorum contuli, fum ficarius.

Continŭus, a, um, o. 1. 2. *continuo*, *fenza intervallo*, הכיר, German. *ftetig*, Gall. *continuel*, Hifp. *continuo*, *διηνεκής*, quod eft fine intervallo, continens, perenne, affiduum. Differt a *contiguo*, quia *continuum* eft, quod communi termino continetur, *contiguum*, quod terminum habet proprium, fed inter quem, & alienum nihil intermedium fit. *Cic. in Fam.* Continuis itineribus ad Forum Vocuntium veni. *Id. in Ver.* 5. *c.* 36. Tot dies continuos quid egifti?

Contīro, onis, m. 3. fimul tiro, ut commilito fimul miles. *Infcript. apud Reinef. claff.* 8. *n.* 19.

Contogatus, a, um, focius in toga. *Ammian.* 29. 2. A Maximino dilectus, ut fodalis, contogatus.

Contollo, is, femel legitur apud *Plaut. Aulul.* 5. 1. 6. Contollam gradum. h. e. conferam.

Contŏnat, abat, vit, n. imperf. 1. idem quod tonat, aut valde tonat. *Plaut. Amph.* 5. 1. 42. Ibi continuo contonat fonitu maximo.

Contor, aris, d. 1. *fcandagliare*, *inveftigare*, *πυνθάνομαι*, eft conto explorare, & translate inquirere in genere. *Cic. Att. lib.* 11. *ep.* 10. Cumque ex eo de me contaretur. Alii leg. percontaretur. *Grævius* priorem lectionem retinet.

Contorquĕo, es, fi, tum, a. 2. *torcere*, idem ac torqueo. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quas fententias colligit? quæ verba contorquet? ¶ Hinc eft celeri gyro rotare, feu movere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Non eft ætheris ea natura, ut vi fua ftellas complexa contorqueat. ¶ Contorquere amnes in alium curfum, *Cicer.* 1. *de Divin.* Contorquere aliquem tum ad triftitiam, tum ad lætitiam. *Id.* 2. *de Orat.*

Contorrĕo, es, ui, ortum, ere, idem quod torreo, *abbruciare*, *συγκαίω*, *Ammian. l.* 18. *c.* 7. Ignis pubentes herbas contorruit.

Contorsĭo, V. Contortio.

Contorte, *tortamente*, Germ. *gekrinticb*, Gall. *tortuement*, Hifp. *tuertamente*, *συνεστραμμένως*, oblique, obfcure. *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 9. Ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur. *Cic.* 3. *Tufc. c.* 10. Hæc dicuntur a Stoicis, concluduntur que contortius: fed latius aliquando dicenda funt, & diffufius.

Contortĭo, onis, f. 3. *torcimento*, *inviluppamento*, *συστροφή*, flexio, obfcuritas. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.*19. Contortione dexteræ gladius ad corpus afferri videtur. *Cic. de Fato*, *c.* 8. Majus enim eft has contortiones orationis, quam fignorum ortus obitufque perdifcere. Alii leg. *contorfiones*.

Contortiplicatus, a, um, adject. contorteplicatus, involutus, *intricato*, *inviluppato*. *Plaut. Perf.* 4. 6. 26. Ita funt Perfarum mores, longa nomina Contortiplicata habemus. h. e. ex multis vocibus compofita, adeoque involuta ut efferri vix poffint, qualia funt, quæ ibidem *Plaut.* refert. Alii leg. *contortuplicatus*.

Contortor, oris, m. 3. qui contorquet, & implicat, ut contortor legum, apud *Ter. Phorm.* 2. 3. 27. qui fcilicet leges iniqua interpretatione traducit, metaphorice.

Contortŭlus, a, um, diminut. a Contortus, ut Contortula, ac minutula conclufiuncula, *Cic. Tufc.* 2. *c.* 18.

Contortus, a, um, o, 1. 2. *torto*, *συνεστραμμένος*, idem ac tortus, vel tortuofus. *Sen. c.* 16. *de conf. ad Marc.* Si contortus turbo perfregit arbores. ¶ Translate dicitur de rebus perplexis, & perturbatis, & fibi ipfis minime cohærentibus, *inviluppate*. *Cic.* 1. *de Orat.* Contortas res, & fæpe difficiles neceffario perdifcimus.

Contra, *contra*, נגד, על, Germ. *gegen*, *vvider*, Gall. *contre*, Hifp. *contra*, *ἀντὶ*, *κατὰ*, adverfum, adverfus; præpof. quæ accufativo infervit. *Cic. in Fam.* Scio, me a te contra iniquos meos folere defendi. ¶ Significat etiam e regione, ex adverfo, ex oppofito, *in faccia*, *dirimpetto*, & hoc tam cum cafu, quam fine cafu. *Virg.* 1. *Æn.* Italiam contra, Tyberinaque longe oftia. *Juven. Sat.* 2. Stat contra, ftarique jubet. Adhibetur etiam ad fignificandam afcenfionem. *Plin.* 7. 20. Centenaria pondera ferre contra fcalas. *fu per le fcale*. ¶ Aliquando fuo cafui poftponitur. *Cic. in Orat. c.* 10. Ut eos ipfos, quos contra ftatuas, placabiles dimittas. ¶ Sæpe adverbium eft, fine cafu, & ponitur pro e contrario, *per lo contrario*. *Cic. Fam. l.*4. *ep.*4. Tibi beati videmur, at contra tu nobis beatus. *Vellei.* 2. 56.3. Cæfar Brutum non obligaverat, contra offenderat Caffium. ¶ Quidam hoc in fenfu adhibere folent *econtra*, quæ vox minus latina eft. Exempla enim *Taciti*, & aliorum, quibus confirmari folet, dubia funt, & a viris doctiffimis rejecta. ¶ Dicimus etiam *contra ea*, pro contra. *Nepos in præfat.* Contra ea pleraque noftris moribus funt decora, quæ apud illos turpia putantur. Sic *Liv. l.*2. *c.* 60. *Cæf. l.*4. *B. C. c.* 74. ¶ Ponitur & pro viciffim, *vicendevolmente*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 23. Quæ me amat, quam contra amo. ¶ Eleganter jungitur particulis *ac*, *atque*, *quam*, pro *aliter ac*. *Cic. in Pif. cap.* 8. Contra quam ipfe cenfuiffet. *Id.* 2. *Divin. c.* 24. Vides, omnia certe contra ac dicta funt, eveniffe. ¶ Abfolute *Seneca epift.*7. Contra eft. h. e. contrarium evenit. Sic *Cic.* 1. *Off. c.* 15. Contra fit a plerifque. ¶ Apud *Plaut. Epid.* 3. 3. 30. Non carus eft auro contra. Ad quem locum *Turneb. l.* 30. *Adv. c.* 29. Illud *contra* valere mihi videtur, fi contra appendatur, vel, pari pondere auri carus non effet. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 2. Ubi poma veneunt contra aurum. h. e. magno pretio. Ital. dicerem, *a pefo d'oro*, ducta metaphora a lance, in qua appenditur æs: nam quod præponderat, id contra effe, *ἀντιρρέπειν*, dicebant Veteres. Inde æs contrarium vocabunt, æs grave, auctore *Fefto*. ¶ Sed locus *Varronis* dubius eft. V. *Scalig. ibi*.

Contracte, adverb. ftricte, breviter, *in riftretto*. *Sen. de Tranquil. cap.* 9. Affuefcamus habitare contractius. Adde *Lactant.* 2. 8. 39. 7. 21. 2.

Contractĭo, f. 3. reftrictio, brevitas, *contrazione*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Digitorum enim contractio facilis, facilifque porrectio propter molles commiffuras, & artus nullo in motu laborat. Sic contractio frontis, *l'increfpare la fronte*. *Id. pro Sext. c.* 8.

Contractiuncŭla, f. 1. dimin. a contractio. *Cic.* 3. *Tufc. c. ult.* Morfus tamen, & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

Contracto, V. contrecto.

Contractūra, æ, f. 1. idem ac contractio, *riftringimento*. *Vitruv. l.* 5. *c.*1. Nulla non arbor craffior eft ab radicibus, deinde naturali contractura peræquata nafcens ad cacumen. Adde *l.* 3. c. 2.

Contractus, us, m. 4. *contratto*, *συνάλλαγμα*, apud JCtos eft, cum negotium inter duos, plurefque data opera geritur, ut vel uterque invicem, vel alteruter alteri obligetur, ut venditio, emptio, locatio, &c. *Serv. Sulpit. apud Gel. l.* 4. *c.*4. Is contractus dicebatur fponfalia. ¶ Sumitur etiam pro contractione feu reftrictione, ut *contractus acinorum*, apud *Varr. R. R. l.*1. *c. penult.* h. e. cum ficcati acini uvæ contrahuntur, & rugofi fiunt.

Contractus, a, um, o. 1. 2. reftrictus, brevis, *riftretto*. *Cic. in Bruto*, In Dialectica exercebar, quæ quafi contracta, & aftricta Eloquentia putanda eft. *Id. Præfat. ad Parad.* Accipies igitur hoc parvum opufculum lucubratum his jam contractioribus noctibus. ¶ Apud *Horat. l.* 1. *epift.* 7. *v.* 12. Contractus ponitur pro parco, frugali, fobrio.

Contradicibĭlis, e, adje. cui contradici poteft. *Tertull. de carne Chrifti*, *c.* 23. Signum contradicibile.

Contradīco, n. 3. *contraddire*, מאן, Ger. *vvider fprechen*, Gall. *contredire*, Hifp. *contradezir*, *ἀντιλέγω*, refragor. *Cic.* 2. *Acad.* Ne majorem largiar ei, qui contradicturus eft, libertatem, & licentiam. *Id. l.* 1. *Att. epift.* 17. Contradixerat Metellus.

Contradictĭo, onis, f. 3. *contraddizione*, *ἀντιλογία*, fermo contrarius. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Refpondere, occurrere contradictionibus. *Tac. An.*14. *c.* 43. Aliquid crebris contradictionibus deftruere.

Contradictor, oris, m. 3. qui contradicit, *contradditore*. *Ammian. l.* 31. *c.* 40. Contradictoris copia fervata.

Contradictus, a, um, adject. *contraddetto*, ut contradictum judicium, *Ulp. JCtus*. ¶ Subftant. contradictum, i, n. 2. contradictio, ut contradicta diffolvere, *Quintil. l.* 4.

Contrādo, is, didi, itum, ut contradere fidem dictis. h. e. efficere, præftare. *Lucret. l.* 1. *v.* 400. Multaque præterea tibi poffum commemorando Argumenta, fidem dictis contradere noftris. Alii leg. *Conradere*, h. e. undique colligere, *συλλέγειν*. Ita *Lambin.*

Contraĕo, is, ivi, itum, n. 4. *contraddire*. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 45. Sententiæ Caffii nemo unus contraire aufus eft. Adde *Arnob. l.* 1.

Contrăho, is, axi, actum, a. 3. *reftringere*, קבץ, Germ. *betzvvingen*, Gal. *retraninder*, Hif. *reftrenir*, *o reftrinir*, *συστέλλω*, *συλλέγω*, proprie eft in anguftum adducere, a *cum* & *traho*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Partes eæ, quæ funt infra id quod devoratur, dilatantur, quæ autem fupra, contrahuntur. *Celf.* 4. 19. Alvus contrahitur. *h. e.* adftringitur. ¶ Translate eft colligere, & in unum congregare, acquirere, *radunare*, *congregare*, *acquiftare*. *Cic. Att. l.* 8. Vos hortor, ut, quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. *Liv. de bel. Pun.* Contrahere auxilia. *Plin. epift.* 311. Contrahere pecuniam. ¶ Item conciliare. *Cic. de Amic.* Cum autem contrahit virtus amicitiam. *Auct. ad Her. l.* 1. A noftra perfona benevolentiam contrahemus. ¶ Item accipere, *contrarre*. *Cic.* 4. *Fin.* Si in maximis lucris parum aliquid damni contraxeris. *Id.* 2. *Fam.* Ab iis moleftiis, quas liberalitate fua contraxerat. Sic Contrahere malum, offenfionem, odium, invidiam, æs alienum. *Cic. ad Q. Frat. lib.*1. Nullum æs alienum novum contrahi civitatibus. ¶ Item crifpare. *Plaut. Amph.* Quid? contraxiftis frontem? ¶ Item patrare, *commettere*. *Cic. ad Q. Frat.* Ea moleftiffime homines ferre debent, quæ ipforum culpa contracta funt. ¶ Item pacifci, tranfigere, *contrattare*, *far contratti*. *Cic.* 3. *Off.* Tollendum eft igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. ¶ Contrahere vela, *ammainar le vele*. *Horat. l.* 2. *od.* 10. Sapienter idem contrahes vento nimium fecundo turgida vela. ¶ Contrahere, & fedare appetitus, *Cic. init. Off.* *raffrenarfi*. ¶ Pro mereri, *tirarfi addoffo*. *Vellei.* 2.45. 2. Hoc fibi contraxiffe Cicero videtur, quod noluit, &c. ¶ Contrahere animum. h. e. triftitia affici. *Cicer. ad Q. Frat. l.* 1. *ep.* 1. ¶ Contrahi amicorum incommodis, eodem fenfu, *Id. de Amic.*

Contralicĕor, eris, d. 2. *mettere all' incanto contra alcuno*, ex adverfo liceor. *Cæf.* 1. *B. G. c.*18. Propterea, quod illo licente contraliceri audeat nemo. Legitur tamen in optimis Codic. *contra liceri*, divifum.

Contrapŏno, is, a. 3. *contraporre*. *Quintil.* 9. 3. Non femper quod adverfum eft contraponitur. *Tertull. ad Martyr. c.* 4. Contraponere fibi aliquid.

Contrapositum, i, n. *contrappofto*, figura rhetorum, qua unum membrum,

brum, vel una vox alteri opponitur, ἀντίθετον. *Quintil.* 9. 4. In concionibus etiam cadentia quædam, & contraposita deprehendas.

Contrarĭe, adverb. *al contrario*, ἐναντίως. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 31. In quo aut ambigue quid sit scriptum, aut contrarie.

Contrariĕtas, atis, f. 3. *contrarietà*, oppositio. *Macrob. l.* 2. *Som. Scip. c.* 15. Nunquam ex duplicatis similibus contrarietas emergit.

Contrarĭo, adverb. idem quod contrarie. *Nepos Eumen. c.* 1. *n.* 5. At apud illos contrario nemo ad id officium admittitur. *Vitruv. l.* 8. *c.* 1. Campestribus locis contrario non possunt haberi copiæ.

Contrarĭus, o. 1. 2. *contrario*, Ger. *vviderig*, Gall. *contraire*, Hisp. *contrario*, ἐναντίος, adversus, repugnans, cum dat. *Cic.* 1. *Off.* Ut nihil magis officio possit esse contrarium. ¶ Vel cum genit. *Cic.* 4. *Fin.* Ne vitia quidem igitur crescere poterunt, quæ sunt virtutum contraria. ¶ Vel cum accus. & *inter*. *Cic.* 2. *de Repub.* Cum contraria inter se de Repub. capita contulisset. ¶ Vel cum particulis *ac*, *atque*. *Cic. in Som.* Qui versantur retro contrario motu, atque Cœlum. *Id. Ver.* 3. *c.* 46. Decernit contrarium, ac paulo ante decreverat. ¶ Disceptare in contrarias partes de re aliqua, *Cic.* 1. *de Orat.* ¶ E contraria parte, pro contra, *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 3.

Contrascriptor, oris, qui contra scribit. *Inscript.* apud *Grut.* 589. 10.

Contrascriptum, n. 2. *scrittura in contrario*. *Cic. l.* 16. *ad Att. ep.* 7. Antonii edictum legi a Bruto, & horum contrascriptum.

Contravenĭo, n. 4. adversor, obsisto, ex adverso occurro. *Cæs.* 6. *B. G. c.* 29. Ut si qua ex parte contraveniretur. ¶ Si disjungatur, significat e contrario venire. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 23. Ne in mentem mihi aliquid contra veniret.

Contraversum, adverb. idem quod contra, vel contra vero, *al contrario*. *Solin. c.* 15. *de Thracibus*: Recentem natum fletu parens excipit: contraversum læta sunt funera.

Contraversus, a, um, adject. *volto all' incontro*, *posto a dirimpetto*, contraversus. *Solin. c.* 27. Africa promontorio Apollinis Sardiniæ controversa. Et *c.* 32. *de Nilo*: Quanto impensius contraversi spiritus repugnaverint, tanto excelsius sublimari, &c. Ita legit *Salm.* Vulgo leg. *controvers.*

Contrebĭa, urbs Hispan. victoria Metelli memorabilis. *Flor. l.* 2. *c.* 17. *Vellei.* 2. 5. 2.

Contrectabĭlis, le, adject. qui contrectari, & tangi potest. *Lactant.* 2. 8. Solidum, & contrectabile corpus. *Prudent. Apotheos. v.* 963. Nil contrectabile habere. Adde *Tertull. de Anima*, *c.* 57.

Contrectabilĭter, adverb. *sensibilmente*. *Lucr. l.* 4. *v.* 664. Lævissima corpora debent contrectabiliter caulas intrare palati.

Contrectatĭo, f. 3. *maneggiamento*, ψηλάφησις. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 27. Cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

Contrectātus, a, um, adject. *maneggiato*. *Horat. l.* 1. *epist.* 20. *v.* 11. Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi Cœperis.

Contrecto, a. 1. idem ac tracto, idest, manu verso, frequenter tango, *maneggiare*. *Colum. l.* 12. *c.* 4. Ne contrectentur pocula. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 15. Contrectare mente. ¶ Contrectare alienas uxores, apud *Sueton. Domit. c.* 1. pro corrumpere, stuprare. ¶ Apud *Senec. de Constant. Sapient. c.* 13. legitur & *contractare*, in aliquibus Cod.

Contremisco, is, mui, idem ac contremo, paveo. *Cic.* 1. *de Orat.* Et tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. ¶ Reperitur etiam cum accus. *Sen. epist.* 66. Non contremiscamus injurias. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* Cujus in mea caussa nunquam fides contremuit.

Contrĕmo, is, mui, idem ac tremo, *tremare*. *Cic.* 3. *de Orat.* Cœlum tonitru contremit.

Contremŭlus, a, um, idem quod tremulus. *Varr.* apud *Non.* 4. 318. Luna contremula.

Contribulatĭo, onis, f. 3. *tribulazione*, *molestia*. *Tertull. adv. Jud. c.* 13. Vos contribulatione spiritus ululabitis.

Contribulātus, a, um, molestiis affectus, *afflitto*. *Tertul. adv. Jud. c.* 5. Cor contribulatum hostia est Dei.

Contribūlis, is, qui ejusdem est tribus. *Sidon. l.* 8. *epist.* 13. Commendo Promotum gerulum literarum, nostrum nuper affectum vestris orationibus contribulem.

Contribŭo, is, ui, utum, a. 3. *dar insieme*, *contribuire*, Germ. *zugeben*, Gall. *contribuer*, Hisp. *contribuir*, συμφορέω, simul tribuo, & confero. *Cic.* 14. *Phil.* Urbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, solvere jubeant. ¶ Contribuere se alicui. hoc est in ejus fidem, & societatem se dare. *Liv. l.* 38. 3. ¶ Contribui pro accenseri. V. *Contributus*.

Contributĭo, f. 3. *contribuzione*, συνεισφορά. *Paulus JCtus l.* 1. *ff. ad L. Rhodiam, de jactu*, Omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

Contribūtus, a, um, adject. ex particip. a contribuo, attributus, distributus, *attribuito*, *distribuito*. *Plin. l.* 32. *c.* 4. *ad fin.* Contributa habere vitæ remedia. ¶ Contributi item dicuntur, qui in diversis oppidis, vel urbibus degentes unam civitatem constituunt, quasi idem tributum conferentes. Sic *Cæs. lib.* 1. *B. C. c.* 60. Calaguritanos, & Oscenses Contributos appellat. *Plinius* etiam *l.* 3. *c.* 3. In eam coloniam contribuuntur Icositani. h. e. includuntur, seu accensentur.

Contristatĭo, onis, f. 3. molestia, mœror. *Tertull. l.* 2. *adv. Marc. c.* 11. Sine ulla contristatione.

Contristātus, a, um, *malinconico*, tristis. *Plin.* 35. 17. Exhilarare contristatos, *Colum.* 9. 14. Apes injuria contristatæ velut desperatione rerum profugiunt.

Contristo, as, avi, atum, a. 1. *contristare*, κατηλυπέω, tristem efficio. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. epist.* 9. Contristavit hæc sententia Balbum. *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 36. Inversum contristat aquarius annum. *Senec. epist.* 85. Prudens non perturbatur, nec contristatur, nec timet.

Contritĭo, f. 3. comminutio, fractio, a contero. *Lactant. l.* 7. *cap.* 17. Erit pressura, & contritio. ¶ Item dolor. *Quintil. declam.* 15. *c.* 10. Spem gaudia parant, adversa contritionem.

Contrītor, m. 3. qui conterit. *Plaut. Pers.* 3. 3. 14. Contritor compedum.

Contrītus, o. 1. 2. *spezzato*, *fatto in polvere*, συντριβείς, partic. a conteror. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Datur & dysentericis cum caseo in vino contrita. ¶ Translate sumitur pro usitato. *Cic.* 2. *Fin.* Verum est hoc vetustate contritum proverbium.

Controversia, f. 1. *litigio*, *contesa*, ריב, Germ. *zanck*, Gal. *controverse*, *differend*, Hisp. *controversia*, *pendencia*, ἀμφισβήτημα, certarum personarum de re propria contentio, lis, disceptatio. *Cic. Cælio*, Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controversiam eum hodie habiturum. ¶ Sine controversia *senza dubbio*, ἀναντιλέκτως. *Cic.* 3. *Off.* Qui sine controversia de Officiis accuratissime disputavit. ¶ Est etiam declamationis genus duplex, Suasorium, & Judiciale, cujusmodi sunt Senecæ Controversiæ.

Controversiālis, le, adject. ad controversiam pertinens, ut controversialis materia, apud *Sidon. l.* 8. *epist.* 11. Adde *l.* 7. *epist.* 9.

Controversim, adverb. per controversiam, cum controversia. *Apul. Apol.* 1.

Controversiŏla, læ, f. levis controversia. Enumeratur a *Diomed. l.* 1. *pag.* 313. *Putsch.* inter Latina diminutiva. *Hieron. l.* 1. *in Ruf. c. ult.* Controversiolam declamare.

Controversiōsus, o. 1. 2. litigiosus. *Liv. l.* 3. *c. ult.* Ut controversiosam adjudicaret rem. Vetus *Sigonii* liber habet, *controversam*.

Controversor, aris, d. 1. *contendere*, *litigare*, רב, Germ. *zancken*, Gall. *controverser*, Hisp. *questionar*, ἀμφισβητέω, contendo, discepto, litigo, ex *contra*, & *versor*. *Cic. in Protag. apud Prisc. l.* 8. A vobis postulo, ut inter vos de hujusmodi non controversemini. *Sidon. l.* 4. *princ.* Qui nascuntur ex fratribus, nihil invicem controversantur.

Controversus, a, um, o. 1. 2. *litigioso*, *dubbioso*, Germ. *haderhafftlich*, Gall. *controversè*, Hisp. *questionado*, *contencioso* ἀμφισβητήσιμος, quod est in controversia, litigiosum, ambiguum. *Cic. de Divin. l.* 2. *cap.* 50. Sed isti sumunt pro certo, quod dubium, controversumque est. *Id. de Leg. l.* 1. *c.* 20. Res controversa, & plena dissensionis inter doctos. ¶ Controversus etiam dicitur, qui contra, seu ex adverso positus est. *Ammian. l.* 14. *c.* 5. Littoribus Cypriis contigui navigabant, quæ sunt Isauriæ scopulis controversa. Videtur tamen legendum *contraversa*. Sic enim duos similes *Solini* locos corrigit *Salmas.* V. *Controversus*.

Contrucidātus, a, um, adject. confossus, *trucidato*. *Cic. pro Sext. c.* 20. A quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & contrucidato, se abjecit exanimatus. *Sen. l.* 1. *de Ira*, *cap.* 2. Plebem immisso milite contrucidatam.

Contrucīdo, as, avi, atum, idem ac trucido, *trucidare*, crudeliter neco, vulneribus confodio, κατακόπτω. *Suet. Calig. c.* 28. Missis, qui universos contrucidarent.

Contrūdo, is, usi, usum, *cacciar dentro*, idem ac trudo, vel simul trudo. *Cic.* 5. *Ver. c.* 27. Quod eodem cæteros piratas contrudi imperarat.

Contrunco, as, avi, atum, idem quod trunco, *troncare*, *tagliare*. *Lamprid. in Alex. c.* 61. Inermes, & absistentes contruncaverunt. h. e. occiderunt. *Plaut. Stich.* 4. 1. 48. Quod edant addas, meum ne contruncent cibum. h. e. detrahant, imminuant.

Contrūsus, a, um, adject. simul trusus, seu coactus. *Lucret. l.* 7. *v.* 734. Contrusæ nubes. Et *v.* 1251. Contrusa corpora.

Contubernālis, comm. 3. σύσκηνος, qui eodem contubernio utitur, sodalis. *Festus*: Contubernales dicuntur a tabernis, quæ fiebant ex tabulis, &c. Sic *Cic. pro Lig. c.* 7. Domi una eruditi, militiæ contubernales. *Curt. l.* 6. *c.* 2. Totis castris tumultus contubernales suos requirentium. ¶ Hinc contubernalis sumitur sæpe pro domestico, & familiari, qui simul cohabitat. *Cic. l.* 9. *Famil. epist.* 20. Doleo venire me non potuisse: habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. *Id. in Brut. c.* 27. Se illi contubernalem in Consulatu fuisse. *Plin. l.* 36. *c.* 12. Æsopi conserva quondam, & contubernalis hæc fuit. ¶ Ex more, & disciplina Roman. inter comites Prætorum, aut Imperatorum erant Senatorum filii, qui apud eos tyrocinium militiæ agentes, contubernales dicebantur. *Cic. pro Cæl. c.* 10. *Lips. de milit. Rom. dial.* 5. *c.* 2.

Contubernĭum, n. 2. *alloggiamento*, משכן, Ger. *gesellschafft*, Gal. *tente*, *pavillon*, Hisp. *teudejon*, *pavillon*, κοινόβιον, συσκήνωσις, tabernaculum, & metonymice sodalitas decem militum, sub uno degentium papilione, quibus qui præerat, decanus papilio, & caput contubernii dicebatur, a *tabernis*, quæ fiebant e tabulis, unde & tabernacula vocabantur. *Veget. l.* 2. *c.* 13. *Cæs.* 3. *B. C.* Depositis in contubernio armis, vallum relinquebant. ¶ Translate sumitur pro quavis sodalitate, & convictu. *Cic.* 7. *Ver.* Ubi illud contrubernium muliebris militiæ, in illo delicatissimo litore. ¶ Denique & servorum conjugium *contubernium* dicitur, cum jure Rom. inter eos legitimæ nuptiæ contrahi non possent, ac tale connubium cohabitatio potius, quam matrimonium esset. *Curt. l.* 5. *c.* 5. Si quos contubernii, liberorumque, quos servitus coegisset agnoscere, amor detineret. V. *lib.* 3. *Cod. de incest. l.* 23. *Cod. ad leg. Jul. de adult.* & *l.* 14. *Dig. de rit. nupt.* ¶ Contubernium etiam dicitur cohabitatio concubinorum *Sueton. Vespas. c.* 3. Post uxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam revocavit in contubernium.

Contuēns, entis, adject. 3. aspiciens. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Contuentium visum exacuit.

Contuĕor, eris, itus sum, *mirare*, idem ac tueor, sive aspicio. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 20. Cum totam terram contueri licebit. ¶ *Lucret. l.* 4. *v.* 38. Insomnis cum sæpe figuras Contuimur miras, ἀρχαϊκῶς, pro *contuemur*; vel potius a *contuor*; quod vide.

Contuĭtus, us, m. 4. aspectus, *occhiata*. *Cic. pro Sext. c.* 54. Vester iste in me animorum, oculorumque contuitus.

Contumacĭa, f. 1. *contumacia*, סרה, Germ. *tretzigkeit*, Gall. *contumace*, Hisp. *contumacia*, αὐθάδεια, ἀπείθεια, est superbia, insolens animi elatio, qua cedere aliis, honoremque habere detrectamus, contemptu quodam & ferocia animi: unde & ferocitatem & contumaciam conjunxit *Suet. Vitell. c.* 12. & *Tacit.* 4. *Ann. c.* 20. obsequio opposuit: Estque tam in dictis quam in factis. *Liv. l.* 2. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione spiritus erat. *Cic. in Pison.* Torquatus furebat contumacia responsi tui. ¶ *Id. Cicer.* contumaciam vocat, quod Socrates neque patronum quæsierit ad capitale judicium, neque judicibus supplicarit: sc. in bonam partem. *l.* 1. *Tusc. c.* 29.

Contumacĭter, adv. αὐθαδῶς, superbe. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Ad me, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, & arroganter solet scribere. *Nepos in Cimone*, *c.* 2. *n.* 3. Contumacius se gerere. ¶ De lentore, seu tenacitate cujusdam ligni, *Plin. l.* 16. *c.* 40. Claudit suum vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum.

Contŭmax, o. 4. *contumace*, *disubbidiente*, *ostinato*, סורר, Ger. *trotzig*, Gal. *contumace*, *ostinè*, Hisp. *contumaz*, αὐθάδης, superbus, pertinax, propositi tenax, a *contemno*, vel a *contumeo*. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 25. Sarani nefarium cognovi hominem, præterea in me contumacem. *Colum. l.* 6. *c.* 2. Boves contumaces. *Sen. Thyest.* Populus contumax regibus suis. *Plin. l.* 16. *c.* 10. Contumax emori. ¶ A Jurisconsultis contumax dicitur, qui tribus propositis edictis, vel uno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, Judicisque litteris evocatus, præsentiam sui facere contemnit. *l.* 53. *Dig. de re jud.* ¶ Sumitur etiam in bonam partem pro constanti. *Tac. c.* 1. *hist. c.* 3. Contumax etiam adversus tormenta servorum fides. *Martial. l.* 9. *epigr.* 12. syllabam contumacem eam vocat, quæ versu claudi non potest. ¶ Habet etiam suos gradus. *Cic. Ver.* 2. *c. ult.* Quis contumacior, quis inhumanior? *Senec. epist.* 83. Ebrietas contumacissimos in alienum cogit arbitrium.

Contumelia, f. 1. *ingiuria*, *villania di parole*, רבה, Germ. *hohn*, *schmach*, Gal. *contumelie*, Hisp. *contumelia*, ὕβρις, convicium, vel injuria verborum, a *contemnendo*, quasi contemnelia. *Cic. Ver.* 5. Non modo per injuriam, sed etiam per contumeliam tantum accipere frumenti &c. *Pacuv. apud Non.* Patior facile injuriam, si vacua est contumelia. ¶ Dicitur tamen contumelia etiam de factis, si ad contemptum, atque irrisionem pertinent. *Ter. Heaut.* 3. 3. 5. Isthæc quidem contumelia est, hominem amicum recipere ad te, atque ejus amicam subagitare. Hinc non solum *dicere*, sed & *facere contumeliam*, dicimus. *Id. Eun.* 5. 3. 26. Si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Adde *Plaut. Asin.* 2. 4. 82. ¶ *Cæs. l.* 3. *B. Gall. c.* 13. Naves totæ fa-

tæ factæ ex robore, ad quamvis vim, & contumeliam perferendam. *b. e.* ictum. ¶ Facere contumeliam, pro pati, quo modo dicimus, facere jacturam, dixit Antonius triumvir: quam phrasim perstringit *Cic. Philip.* 3. *c.* 9. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. *Muret. l.* 6. *var. lect. c.* 18. Nec audiendi qui putant, haberi in hoc sensu latinorum scriptorum exempla.

Contumelióse, *villanamente*. *Cic.* 2. *de Or.* Dimitto autem eos non tam contumelióse, quam Philosophum illum Annibal. *Liv. l.* 32. *c.* 37. Philippum non contumeliosius quam veterus compedes Græciæ appellare. *Cic. in Vatin. c.* 12. Cum ei tu contumeliosissime toties maledicas.

Contumeliósus, o. 1. 2. *ingiurioso*, מחרף, Ger. *schmachlich*, Gal. *contumelieux*, Hisp. *contumelioso*, ὑβριστὴς, qui contumeliam inferre solet. *Cic. Phil.* 3. At quam contumeliosus in edictis, quam barbarus! *Quintil. l.* 2. *c.* 12. *sub fin.* Verbum contumeliosissimum.

Contumĭa, æ, f. derisio, contumelia. *Martian. Capell. l.* 4. *ad fin.* Bromius conciperet contumias nosse dolore.

Contumŭlo, as, avi, atum, a. 1. idem ac tumulo, *seppellire*, θάπτω. *Ovid.* 3. *Trist. el.* 3. *v.* 33. Ut saltem patria contumularer humo. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Perdices ovis stragulum molle pulvere contumulant. h. e. coacervant.

Contundo, is, udi, usum, a. 3. idem quod tundo, *pestare*, συγκόπτω, ut contundere ferreis pilis, *Colum. l.* 7. *c.* 7. Et contundi cæstibus, idest comminui, *Cic. Tusc.* 2. *c.* 17. Et grando contuderit vites, *Horat. l.* 1. *ep.* 8. *v.* 4. ¶ Sumitur etiam pro affligere, opprimere, conficere. *Id. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 10. *de Hercule*: Diram qui contudit Hydram. *Ennius apud Priscian.* Bello aliquem contundere. Sic animum, & audaciam alicujus contundere. *Cic. Att.* 12. *ep.* 44. & *Philipp.* 13. *c.* 13. Contundere facta alicujus, *Plaut.* 2. 2. 33. h. e. elevare, extenuare.

Contŭli, m. 2. dim. a contui, oculi sunt in angustum coacti, conniventibus palpebris, a *contuendo*, idest, simul aspiciendo. *Fest.* Sed Scaliger convioli legit, a connivendo.

Contŭor, idem ac contueor. *Plaut. Asin.* 2. 3. 23. At hercle ipsum adeo contuor. *Id. Mostel.* 3. 2. 153. Si vulturios forte possis contui. V. *Contueor*.

Conturbatĭo, idem ac turbatio, *turbazione*. *Cic.* 4. *Tusc. c.* 8. Conturbationem, metum excutientem cogitata.

Conturbātor, oris, m. 3. qui conturbat, seu dissipat, & decoquit rem. *Martial. l.* 7. *epigr.* 26. Noster te non capit ignis, Conturbator aper: vilius esurio. Sic *l.* 10. *ep.* 96. Conturbator macellus. *b. e.* quo fit, ut gulosi homines decoquant.

Conturbātus, a, um, adject. turbatus, *conturbato*. *Cic. Ver.* 6. *c.* 14. Tristis & conturbatus. Et *l.* 1. *Attic. ep.* 12. Mehercule eram conturbatior.

Conturbo, as, avi, atum, idem ac turbo, quod est confundere res aliquas, & inter se commiscere. Unde *Catullus carm.* 5. eleganter dixit conturbare basia, pro basiorum numerum confundere. ¶ Transfertur etiam ad animum, & significat turbationem afferre, *attristare*. *Cic. pro Clu.* Unum me maxime conturbat. ¶ Conturbare absolute, vel conturbare rationes, frequens est apud veteres pro decoquere, seu bona profundere, atque dissipare. *Cic. pro Planc.* Utrum igitur me conturbare oportet, an ceteris hoc nomen debitoris dissolvere? Adde *ad Q. Fr.* 2. 12. *ad fin. & Juven. sat.* 7. *v.* 129.

Conturmālis, le, adject. qui ejusdem est turmæ. *Ammian. l.* 16. *c.* 30. Opitulatum conturmalibus suis venire. Adde *l.* 17. *c.* 1. & *l.* 24. *c.* 23.

Conturmo, as, avi, atum, in turmas dispono, ordino. *Ammian. l.* 16. *c.* 29. Cum eques in ipso prælii articulo se fortiter conturmaret. h. e. in turmas arcte colligeret.

Contus, ti, m. 2. *asta lunga*, *picca*, *lancia*, Germ. *stungh*, Gall. *perche*, Hisp. *asta*, *cuento*, κέντρον, sudes, sive hasta longior, duriorque ad percutiendum apta, a Græca voce allata. *Lamprid. in Commodo*. Ut elephantum conto transfigeret. Hinc *contatos milites* Vegetius appellat. ¶ Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente, qua nautæ utuntur ad naves impellendas. *Virg. 6. Æn.* Ipse ratem conto subigit. ¶ Contos inter tela, quibus hostes muros ascendentes arcentur, enumerat *Vir. Æn. 9. v.* 510. ¶ In Codice dicitur ludi genus, quod imperator vibrationem Quintianam interpretatur. V. *Salmas. Exercit. Plinian.*

Contusĭo, onis, σύγκυσις, fractio, comminutio, percussio. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Est & quædam contusio talcis hebetioris. *Colum. R. R. l.* 17. *c.* 47. Contusio olivarum.

Contūsus, a, um, adject. *pesto*, *pestato*, συγκεκομμένος, ut corpora contusa labore. *Lucret. l.* 4. *v.* 955. Contusi animi, & res fractæ, *Virg. Georg.* 4. *v.* 240. V. Contundo.

Contūtor, oris, m. 3. simul tutor, tutoris socius. *Ulpian. Dig.* 27. 3. 9.

Convādor, aris, d. 1. idem quod vador, idest, vadimonio obstringo. *Plaut. Curc.* 1. 3. 5. Qui me convadatus es Veneris vadimoniis.

Convalescentĭa, æ, f. 1. *convalescenza*. *Symmach. l.* 3. *ep.* 11. Jam mihi convalescentiæ portus aperitur.

Convalesco, is, ui, n. 3. *risanarsi*, הרה, Ger. *vvider gesund vverden*, Gal. *guerir*, *recouvrer la santé*, Hisp. *convalescer*, ἐπιῤῥώνυμαι, est valetudinem, & robur recipere. *Cic. ad Cornif. l.* 12. Hircius noster tardius convalescit. ¶ Translate sumitur pro vires, & robur assumere. *Cic. ante Exil.* Ne rei crudelitas experrecta in me in vos convalescat. ¶ Præteritum sumit ab inusitato *convaleo*. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Convaluit flamma.

Convallatĭo, onis, f. 3. munitio vallis facta. *Tertul. adv. Jud. c.* 8. Ædificabitur in lætitiam, & convallationem.

Convallātus, a, um, adject. vallo munitus. *Gell. l.* 12. *c.* 13. Oceani undarum ambitu terræ omnes convallatæ.

Convallis, f. 3. *valle*, *piano circondato di monti*, עמק, Ger. *rundthal*, Gal. *vallée*, *plaine*, Hisp. *valle*, συνάγκεια, planities ex omni parte comprehensa montibus, collibusque, a *con* & *vallis*. *Varroni* placet *l.* 4. *de L. L.* dictam esse, quasi cavatam vallem. *Liv. l.* 1. *c.* 12. Romani, Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant prælium. ¶ Convallis item est scissio terræ manufacta ad deducendam aquam. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Convallis & intervalla substructis canalibus junguntur.

Convarĭo, as, avi, atum, idem ac vario, *variare*, *mutare*. *Apul. Apol.* Omnimodis maculationibus convariat.

Convāso, as, a. 1. *far fardello*, *rubare*, אגר, Germ. *zusammen raspelen*, Gal. *trousser bagage*, Hisp. *coger bagaje*, *enfardelar*, σκυλεύομαι, furtim colligo. *Ter. Phorm.* 1. 4. 13. Aliquid convasasse m. ¶ Translate *Sidon. l.* 1. *ep.* 9. Undique omnium laudum convasatis acclamationibus.

Convectĭo, onis, f. 3. convehendi actio, *il portare*. *Ammian. l.* 14. *c.* 31. Annonæ convectio est impedita.

Convecto, as, a. 1. freq. a conveho. *Virg. 9. Æn. v.* 613. Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

Convector, oris, m. 3. σάπλους, qui in eadem navigat navi. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 17. Quin etiam navi ejus me, & ipso convectore usurum puto. ¶ Præterea inter nomina deorum, quos Flamen invocabat, sacrum faciens Telluri, & Cereri, *Rabius Pictor* apud *Serv. ad l.* 1. *Georg. v.* 21. recensetur *Convectorem*, *Conditorem*, *Promitorem*, nempe præsides convehendis, condendis, promendisque frugibus.

Convectus, a, um, adject. *portato*, vectus. *Liv. l.* 24. *c.* 36. Commeatus convecti.

Convĕho, is, exi, ectum, συγκομίζω, a. 3. idem ac veho, vel comporto, *portare*, *condurre*. *Liv. l.* 4. *c.* 60. Plaustris æs, & ærarium convehere. *Cic. pro Mil.* Lintribus in eam insulam cæmenta, atque arma convexit.

Convello, is, velli, & vulsi, vulsum, idem ac vello, vel avello, *svellere*. *Plaut. Amph.* Qui tam vasto impetu has fores toto convulsit cardine. *Cic. l.* 8. *ep.* 15. Me convellerunt de pristino statu. ¶ Est & abrogare, destruere. *Cic. pro Corn. Balbo*, Cur ea, quæ mutare non possumus, convellere malumus, quam tueri? ¶ Item confutare, refellere. *Cic.* 1. *de Div.* Hæc si tenemus, quæ mihi quidem non videntur posse convelli.

Convelātus, a, um, adject. nom. ex particip. velatus, *velato*. *Gell. l.* 19. *c.* 9. Canere capite convelato. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Plagæ convelatæ.

Convĕlo, as, a. 1. *coprire*, contego. *Gell.* 7. 3. Cato non nudam hanc epagogen facit, sed multis argumentis convelat.

Convĕnæ, arum, o. 1. *forestieri*, *che insieme si ragunano in un luogo*, συνήλυδες, qui ex diversis populis, & gentibus in una mœnia convenerunt, simulque coalescunt, a *conveniendo*. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 9. Romulus pastores, & convenas congregavit. ¶ Adjective *Solin. c.* 50. Aquæ convenæ. h. e. confluentes. Et *c.* 60. Serpentes convenæ. *Ammian. l.* 15. *c.* 13. Convena undique multitudine. ¶ Convenas pro concubinis, seu convenientibus ἐς τὼ συνουσίαν, posuit. *Plaut. Bacch.* 2. 1. 61. Qui amantes una inter se facerem convenas.

Convenĭens, entis, o. 3. consentaneus, congruens, concors, aptus, *conveniente*, ראוי, Ger. *bequem*, Gal. *convenable*, Hisp. *conveniente*, πρόσφορος, quod convenit. *Cic.* 2. *Fin.* Nihil scriptum ab eo conveniens, congruensque decretis ejus reperies. *Horat. de Arte*, *v.* 316. Reddere personæ convenientia. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 3. *n.* 1. Quid facto Mutii convenientius. *Plin. l.* 3. *ep.* 18. Convenientissimum bono civi. ¶ Bene convenientes propinqui, h. e. concordes, apud *Cic. l.* 1. *Offic. c.* 17. *di buona corrispondenza*.

Convenienter, *convenevolmente*, πρεπόντως, apte, congruenter. *Cic.* 3. *Off.* Quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturæ vivere. Superlat. convenientissime, habet *Augustin. epist.* 3. & *de C. D. l.* 18. *c.* 44.

Convenientĭa, f. 1. *convenienza*, *convenevolezza*, כשרון, Ger. *vergleichung*, Gal. *convenance*, Hisp. *conveniencia*, ὁμαλότης, congruentia, consensus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Hanc tantam tam variis curibus in omni æternitate convenientiam temporum. Sic convenientia partium, *Id. l.* 1. *Offic. c.* 4. Et convenientia naturæ. *Ibid. c.* 27.

Convenĭo, is, eni, entum, n. 4. *venire insieme*, *radunarsi*, נוגר, Germ. *zusammen kemmen*, Gal. *convenir*, Hisp. *convenir*, συνέρχομαι, simul venio, congregor, coeo. *Cic. de Divin.* Totaque brevi tempore in eum locum Hetruria convenit, *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 4. Multa convenerunt, quæ mentem turbarent meam. ¶ Item simul venire, *concorrere*, ut convenire ad exequias, *Cic. pro Quint. c.* 15. ¶ Item pacisci, condicere, communi consensu statuere, *accordarsi*. *Liv. l.* 2. *c.* 23. Non modo inter Patres, sed ne inter Consules quidem ipsos conveniebat. Sic convenire de pretio, *Quint. l.* 4. *c.* 2. Hoc sensu usurpatur & cum præpolit. *cum*. *Ter. Adelph.* 1. 1. 34. Hæc fratri mecum non conveniunt. Et cum dativo. *Cic.* 3. *Fin. c.* 22. Posterius priori non convenit. Et absolute, *Nepos Annib. c.* 6. In colloquium convenit, conditiones non convenerunt. ¶ Cum accus. personæ significat visere, *andar' a trovare*. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 2. Posthuma tua me convenit. *Cæs. l.* 1. *B. C.* Ad Actium Varum frequentes conveniunt. Adde *l.* 3. *c.* 88. ¶ Hinc & de meretricibus dicitur, quæ sui corporis copiam faciunt. *Ter. Hecyr.* 1. 2. *ad fin.* Constitui cum quodam hospite, me esse illum conventuram. ¶ Præterea convenire aliquem in jus, *citare in giudizio*: Et convenire actione: Et convenire, absolute eod. sensu. *Leg. Capitis*, *Dig. de Fideijussor. Ulp. l.* 3. *Dig. de jurejur.* ¶ Significat etiam decere, pertinere, *appartenere*. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 23. Nemo erat, in quem ea suspicio conveniret. Et *pro Syll. c.* 7. Convenit ad eum hæc contumelia. ¶ Et pro aptari, quadrare. *Cato c.* 21. Fistulam ferream indito, quæ in columellam conveniat, & in cupam. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 85. Machæra convenit in vaginam. ¶ Item societatem inire. Sic mulier convenire in manum dicebatur, quæ per coemptionem in familiam, & bonorum consortium veniebat. *Cic. in Top.* Si ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. ¶ Sic convenire in matrimonium, *Gell. l.* 18. *c.* 6. Matronam esse, quæ in matrimonium cum viro conveniisset; matremfamilias, quæ non in matrimonium tantum, sed etiam in manum mancipiumque mariti veniisset. ¶ Usurpatur etiam passive, ut Conveniri pro re aliqua. *Paul. JCtus l. si mandat. Dig. Mandati.* ¶ Quartæ conjugat. futurum est apud *Plaut. Cas.* 3. 2. 18. Ubi nuptiæ fuerint, tum istam convenibo.

Convĕnit, iebat, enit, impers. decens, conveniens est, *conviene*, πρέπει, καθήκει. *Ter. Eun.* 3. 2. 41. Haud convenit, ire amicam cum imperatore in via. *Brutus Antonio l.* 11. *Fam. epist.* 3. Neque enim licet, aut convenit. *Ter. Andr.* 2. 2. Non conveniunt hæc nuptiis *Cic. pro Syll. c.* 7. Nullam contumeliam jacere potueris, quod non ad maximam partem civium conveniat.

Conventa, f. 1. conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. *Fest.*

Conventĭcŭlum, n. 2. *adunanza*, *massa*, Ger. *versamlung*, Gal. *conventicule*, Hisp. *conventiculos*, συναγώγιον, cœtus. *Cic. pro Sext.* Conventicula hominum, quæ civitates nominantur.

Conventĭo, onis, f. 3. *patto*, *accordo*, ברית, Ger. *ein pact*, Gal. *convention*, Hisp. *convencion*, συνθήκη, nomen est generale, pertinens ad omnia, de quibus homines inter se agunt, & conveniunt. *Senec. de Provc.* 2. Fortis & egregia fati conventio. Adde *l.* 1. & *l.* 5. *Dig. de Pact.* & *Apul. Apol. p.* 542. ¶ Item concio, cœtus hominum convenientium, *radunanza*: ut conventionem habere, ad conventionem vocare, *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 9. Voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me.

Conventionālis, le, adject. ad conventionem pertinens, ut conventionales stipulationes, *Leg.* 5. *Dig. de Verb. oblig.*

Conventĭtĭus, a, um, adject. qui convenit, convena. *Plaut. Cist.* 1. 1. 42. Ego & tua mater ambo meretrices fuimus, illa te, & ego hanc educavi ex patribus conventitiis. h. e. ex viris idem scortum sæpe convenientibus.

Convento, as, avi, atum, are, a. 1. frequenter convenio, visito, *visitare spesso*. *Solin. c.* 40. (*Salmas.* 27.) Externos ibi plurimos conventasse.

Conventum, n. 2. idem ac conventio. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 24. Tabulæ, testimonia, pacta, conventa, stipulationes, &c.

Conventus, us, m. 4. *radunanza*, קהל, Ger. *versamlung*, Gal. *assemblée*, Hisp. *convento*, *ayuntamiento*, συνοδία, congregatio, multitudo hominum, qui simul in unum locum venerint. *Cic.* 3. *Verr.* Cur prudentissimas, lectissimasque fœminas in tantum virorum conventum insolitas, invitasque prodire cogis? Hinc conventum agere. *Cic. Verr.* 7. Indicere, *Liv. l.* 38. ¶ Item pactum, conventio, *patto*, *convenzione*. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 3. Ex pacto, ac conventu ab aliquo discedere. ¶ Præterea conventus dicebantur loca quædam constituta in Provinciis juri dicundo. Romani enim provincias dividebant in quasdam partes, seu diœceses, & in singulis oppidum constituebant, in quo Magistratus, accitis ejus partis civitatibus reliquis, jus diceret. Itaque illud oppidum *Conven-*

sus dicebatur, item *Forum*, & *Jurisdictio*, ut patet ex *Plin. l.* 3. *c.* 1. & *l.* 5. *c.* 28. & 29. *Cæsar* sæpe hac voce utitur, ut *l.* 1. *B. G. c. ult.* Ipse in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus est. *Plin. l.* 3. *c.* 1. Juridici conventus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis. ¶ Conventus dentium, apud *Solin. c.* 23. est concursus, commissio.

Conventus, a, um, adject. a convenio, *convenuto*, *accordato*. *Sallust. Jugurth. c.* 112. Sæpe antea cum Imperatoribus Rom. pacem conventam frustra fuisse. ¶ Item *visitato*. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Convento Antonio Tiburi. *Plaut. Pœn.* 5. 2. *v. ult.* Est qui illam conventam esse vult. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 1. Laches nunc me conventam esse expetit.

Convenusto, as, are, venustum reddo; verbum perrari usus. *Mart. Capel. l.* 2. *in metro:* Aurora primo convenustans habitu.

Converberātus, a, um, adject. verberatus, *battuto*. *Plin. l.* 13. *c.* 22. Converberatam faciem illinens.

Converbĕro, as, avi, atum, are, idem ac verbero, *battere*, τύπτω. *Senec. l.* 3. *de Ira c.* 20. Ira urbes, flumina, & tuta ab omni sensu doloris converberat. *Apul. l.* 9. *A. A.* Latera converberare.

Converrītor, oris, m. 3. qui verrit. *Apul. in Apol. pro Magia:* Converritorem pridianæ reliquiæ.

Converro, is, erri, rsum, a. 3. verro, vel simul verro. *scopare*, *Col. l.* 7. *c.* 6. Diligens pastor quotidie stabulum converrit. ¶ Translate *Plaut. Rud.* 3. 6. 7. Converret hic me totum cum pulvisculo. h. e. excutiet mihi pulverem.

Conversātio, f. 3. *conversazione*, συνομιλία, consuetudo, a conversor. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Neve cui frequentior conversatio suspecta sit. *Senec. ep.* 7. Ægris inimica est multorum conversatio. ¶ Addunt Lexicographi conversationem etiam accipi pro *conversione*, seu *versione*, adducuntque exemplum ex *Sen. ep.* 74. (al. 75.) sed ibi legitur *Conservatio*.

Converse, nitide, a verro. *Cato c.* 143. Villam converse, mundeque habeat. Al. tamen leg. *conversam*, *& mundam*. V. Conversus.

Conversĭo, nis, f. 3. verso, *il voltare*. *Cic.* 3. *de Or. c.* 49. Neque semper utendum est perpetuitate, & quasi conversione verborum. *Id. de Universi. c.* 14. Mensium, annorumque conversiones. ¶ Pro vitæ mutatione, & correctione frequens est apud Theologos; atque eo pacto usurpavit *Alcim. Avit. l.* 6. *v.* 149. *ad Sororem:* Conversio fratrum Exemplo debenda tuo.

Converso, as, avi, atum, a. 1. *volgere spesso*, freq. a converto. *Cic. de Universi. c.* 8. Se ipse conversans cum materiam mutabilem arripuisset.

Conversor, d. 1. *conversare*, διατρίβω, consuetudine alicujus utor, a sup. versum verbi verto. *Senec.* 3. *de Ira*, *c.* 7. Animus conversatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ. Et cum dat. *Id. epist.* 99. Nemo libenter tristi conversatur, nedum tristitiæ.

Conversus, us, m. 3. idem ac conversio, ἐπιστροφή. *Macrob. l.* 7. *Sat. c.* 9. Qui gyros efficit, crebro conversu turbat.

Conversus, a, um, adject. ex particip. a verto, *voltato*, *volto*, *Horat. epod.* 15. *v.* 27. Conversa domum dare lintea. *Cic. de Aruf. resp. c.* 11. Ludi ad cædem, & ad funus civitatis conversi. ¶ Item emendatus. *convertito*. *Sueton. Claud. c.* 13. Conversus in pœnitentiam. ¶ Est etiam Conversus nom. ex particip. a verro, politus, purgatus. *Cato R. R. c.* 143. Villam conversam, nitidamque habeat.

Convertibĭlis, le, adject. 3. qui converti potest. *convertibile*. *Prudent. Apotheos. v.* 276. Non convertibilis, nec demutabilis unquam Est Deus. Adde *Apul. de Syllog. Categ.*

Converto, tis, ti, rsum, a. 3. *voltare*, *mutare*, verto, muto, ἐπιστρέφω. *Cic.* 2. *Acad.* Terra circum axem se summa celeritate convertit. *Id. Catil.* 4. *c.* 1. Convertere ora, & oculos in aliquem. *Id. in Somn. Scip.* In te unum se tota convertet civitas. h. e. te unum admirabitur. *Id. de Amic.* Qui ad alterius non modo sensum, & voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur. ¶ Item transformare. *Ter. Eun.* 3. 5. 40. Deum sese in hominem convertisse. ¶ Item ex una in aliam linguam vertere, *tradurre*. *Cic.* 2. *Offic.* Quem nos e græco in latinum convertimus. ¶ *Id. in Somn. Scip.* Ætas tua septenos octies Solis anfractus reditusque convertit. h. e. explevit. ¶ *Cæs l.* 1. *B. C.* Convertit mentes militum terror, & crudelitas suppliciorum. h. e. mutavit. ¶ *Convertere* pro convertere se, neutrorum more. *Gel. l.* 1. *c.* 26. Convertit ad me, qui interrogaveram. *si voltò*.

Convertor, d. 3. idem ac converto. *Plaut. Amph.* apud *Non. c.* 7. *n.* 102. Sed tamen in fugam se nemo convertitur. ex *Nonio*.

Convestĭo, idem ac vestio, *vestire*. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* 1. 2. Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hedera, &c.

Convestītus, a, um, adjest. vestitus, *vestito*. *Cic. pro Dom. c.* 38. Domus convestita lucis.

Converterānus, i, m. 2. socius miles veteranus. V. *l.* 2. *Cod. de excusat. veteran.* & *Gruter. pag.* 524. *n.* 7.

Convexĭo, onis, f. 3. inclinatio, convexitas, *piegatura*. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Nam quanta partium, circulorumque, cœli ex devergentia, & convexionibus mundi varietas sit. *Arnob. l.* 1. Cœli convexiones.

Convexĭtas, f. 3. *piegatura*, συγκλίνεια, inclinatio. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Super omnia est mundi convexitatis, terrarumque globi differentia.

Convĕxo, idem ac vexo, *travagliare*. *Gell. l.* 10. *c.* 6. Quæ me male miseram nunc convexavit.

Convexus, o. 1. 2. *piegato in arco*, *in volto*, כפיף, Ger. *gebogen*, Gal. *convexe*, Hisp. *tondo pro de fuera*, ἐπικαμπής, quod ex omni parte declinatum est, a *vebo*, quia est id, quod supra concavum convehitur. Nam interior facies concava, exterior convexa vocatur. *Virg.* 4. *Ecl. v.* 50. Aspice convexo nutantem pondere mundum. ¶ Sed interdum pro concavo usurpatur. *Virg.* 4. *Æn. v.* 451. Tædet cœli convexa tueri. Ubi quasi substantive accipitur. ¶ Est etiam convexus idem ac convectus, *portato*. *Virg. Æn.* 7. *v.* 543. Cœli convexa per auras.

Convĭbro, as, avi, atum, idem ac vibro, *vibrare*. *Apul. l.* 2. *Florid. de pistaco:* Dum tenera lingua uti convibretur. *Ammian. l.* 17. *c.* 7. *de ventis:* Eas partes soli convibrant, quas subrepserint.

Conviciātor, m. 3. *chi dice parole oltraggiose*, בוחרף, Ger. *lesterer*, Gall. *médisant*, *injurieux*, Hisp. *injuriador*, λοίδορος, qui convicium dicit, vel facit. *Cic. pro Mur. c.* 6. Sin falso, maledici conviciatoris.

Conviciōlum, i, n. 2. diminut. a convicium. *Lamprid. Alexand. c.* 28. Antiochenses lacessiverant eum conviciolis.

Convicĭor, ris, d. 1. *dir villanie*, הוציא הבה, Ger. *lesteren*, Gal. *outrager*, Hisp. *denostar*, λοιδορέω, contumeliam dico. *Quint. l.* 3. *c.* 8. Contra sentientibus inhumane conviciabantur. Et *l.* 5. *c.* 13. Accusatoribus conviciari aliquando patrocinii fides cogit.

Convicĭum, n. 2. *ingiuria di parole*, דבה, Ger. *lesterung*, Gall. *outrage*, Hisp. *denuesto*, a *voce*, quasi *convocium*. proprie est inordinatus clamor, voces multorum inter se collisæ, κατακόπησις. V. *Ulp. l.* 15. §. 4. *Dig. de injur. Phædr. l.* 1. *Fab.* 7. *v.* 4. Clamorem ranæ sustulere ad sidera, convicio permotus quærit Jupiter, &c. *Cic.* 3. *Verr. c.* 11. Erant autem convivia non illo silentio &c. sed cum maximo clamore atque convicio. *Quintil. in præfat. Instit.* Efflagitasti quotidiano convicio. h. e. clamosa petitione. Adde *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 10. ¶ Et quia probra, & contumeliæ clamore sæpe, & contentione adhibita ingeri solent, hinc frequentissime convicium pro contumelia accipitur, sive a pluribus, sive ab uno fiat, λοιδορία. *Cic. pro Cæl.* Maledictum nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius jactatur, convicium, &c. Hinc Convicium facere, Conviciis aliquem incessere, proscindere, &c. *Plin. Sueton. Ter. Senec.* ¶ Neque idem sunt *Convisium*, & *Convicium*. Nam, (ait Scaliger) quomodo veteres partem corruptam in ædificio vitium facere dicebant: ita etiam cum partes plures in ruinam proclives essent, convitium vocabant. Sic legitur in monumento quodam Veronæ: Convitium refecerunt: Valvas, limen de sua pecunia Laribus dant. Hæc *Scalig. in Catalect. p.* 120.

Convictĭo, onis, f. idem ac convictus. *Cic. Fam. 16. ep.* 21. Ejus cum frugi, severaque vita est, tum etiam jucundissima convictio. *piacevolissima conversazione*.

Convictor, m. 3. *che vive insieme*, רעה, Ger. *tischgenger*, Gal. *qui vit ensemble*, *pensionnaire*, Hisp. *elque juntamente con otro*, συμβιώτης, quotidianus conviva, & qui nobiscum vivit familiariter. *Cic. Tironi*, *l.* 16. *Fam. ep.* 21. Utor familiaribus, & quotidianis convictoribus, &c.

Convictus, us, m. *convitto*, *conversazione*, *commercio*, מגרת, Ger. *kundschafft*, Gall. *conversation*, Hisp. *conversacion*, συμβίωσις, conversatio, commercium. *Cic.* 3. *Offic.* 5. Is tollit convictum humanum & societatem. ¶ In plurali num. *Sen. de consol. ad Helv. c.* 15. Loca gratulationum, & convictuum.

Convictus, o. 1. 2. *convinto*, partic. a convincor. *Cic.* 2. *Catil. c.* 6. Cum ille homo audacissimus conscientia convictus reticuisset. *Ovid. Heroid. epist.* 16. Convictas manus dare. *Sueton. Ner. c.* 31. Scelere convictos. *Id. in Tito*, *c.* 9. Convictos in affectatione Imperii. ¶ Convicta devotio apud *Cic. pro Dom. c.* 57. est votum obligatum, cum quis id obtinuit, cujus causa devoverat. V. Convinco.

Convinco, is, ici, ctum, ere, idem quod vinco, *vincere*, *convincere*, ἐπιχειρέω, διελέγχω. *Cic. Verr.* 3. *c.* 72. Convincere adversarium auctoritate, & testibus. *Id. in Partit. c.* 73. Convincere peccata argumentis. ¶ Usurpatur fere cum genitivo. *Id. Philipp.* 2. *c.* 4. Convincere aliquem inhumanitatis & amentiæ. ¶ Aliquando is genitivus in ablat. transit cum præposit. *in*. V. Convictus. ¶ Convictus esse devotionis dicitur ille, qui ejus rei compos factus est, propter quam devoverat. *Cic. post redit. ad Quir. c.* 1.

Convinctĭo, onis, f. 3. colligatio, conjunctio, σύνδεσμος, *Quintil. l.* 1. *c.* 4. In convinctionibus complexum eorum esse indicaveram, quas Conjunctiones a plerisque dici scio.

Conviŏlo, as, avi, atum, a. 1. idem ac violo. *Prudent. Psychomach. v.* 398. Pœnituit Joathan jejunia fobria dulci conviolasse favo. Adde *Tertull. Apolog. c.* 39.

Conviscēro, as, a. 1. quasi viscera commisceo, in societatem adduco. *Tertull. de Carne Christi*, *c.* 20. Convisceravi, & incarnari.

Convīso, idem ac viso, *visitare*. *Cic. in Arato*, Et loca convisit cauda tenus infera piscis. *Lucr. l.* 1. *v.* 146. Res quibus occultas penitus convisere possit.

Convitium, V. Convicium.

Convīva, æ, m. 1. *convitato*, σύμβιος, invitatus ad convivium. *Ter. Eun.* 3. 1. 15. Tum me convivam solum sibi adducebat. *Cic. Attic. 16. ep. 16.* Hilares, & bene accepti convivæ. ¶ In fœmin. genere *Pompon.* apud *Charis. l.* 1. *pag.* 27. *Pulch.* Postquam conveni omnes convivas meas.

Convivālis, & le, o. 3. *cosa*, *che appartiene a convito*, συμποσιακός, quod ad convivium pertinet. *Liv. l.* 39. *c.* 6. Et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. *Tacit. Annal. 6. c.* 5. Fabulæ convivales.

Convivātor, m. 3. ἑστιάτωρ, qui parat convivium. *Liv. l.* 35. *c.* 49. Hominis & boni, & sciti convivatoris.

Convivialis, le, adject. idem quod convivalis, ut convivialis lætitia, *Macrob. Satur. l.* 2. *c.* 1.

Convivĭum, n. 2. *convito*, משתה, Ger. *gastung*, Gal. *festin*, Hisp. *banquete*, *combite*, συμπόσιον, a vivo. *Cic. de Sen. c.* 13. Bene majores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt. Hinc convivium parare, celebrare, agere, &c. *Cic.* sæpe. ¶ Speciatim de epulo Imperatoris fumit *Sueton. Calig. c.* 39. & *Claud. c.* 39. ¶ Dicitur etiam de ipsis convivis. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Fungi familias interemere, & tota convivia.

Convīvo, is, n. 3. *vivere in compagnia*, συμβιόω, est simul vivo, & comissor. *Quintil. l.* 5. *c.* 9. Convivere cum adolescentibus. ¶ *Id. l.* 1. *c.* 6. Lavamur, & tondemus, & convivimus ex consuetudine, h. e. convivamur. Eod. sensu apud *Plaut. in suppositis ad Amphyt. in ea scena quæ incipit. Di vostram fidem*, *v.* 45. Misisti ad navim Sosiam, ut hodie tecum conviverem. h. e. convivia agitarem.

Convīvo, as, pro convivor, aris, habet *Pompon.* & *Ennius* apud *Nonium c.* 7. *n.* 55.

Convīvor, aris, atus sum, d. 1. *mangiare insieme*, δαιτυμόμαι, convivium facio, vel cibum simul sumo. *Cic. Verr.* 3. *c.* 44. Quotidie solitum esse non modo in publico, sed etiam de publico convivari. *Ter. Heaut.* 1. 2. 32. Nolunt crebro convivarier.

Convocatĭo, onis, f. 3. congregatio, *convocazione*. *Cic. post red. in Sen.* Nulla ad Remp. defendendam populi R. convocatio.

Convocatus, a, um, nom. ex particip. congregatus, *convocato*, *chiamato*. *Cic. in Brut. c.* 51. Convocati auditores. *Cæs. l.* 3. *B. G. c.* 3. Concilio celerrime convocato, sententias exquirere cœpit.

Convŏco, as, avi, atum, a. 1. *radunare*, συγκαλέω, simul voco, congrego. *Cic.* 3. *Offic.* Piscatores ad se convocavit. *Cic.* 3. *de leg.* Convocare populum in tribus. *Cic.* 3. *Agr.* Convocare in concionem, & ad concionem. Adde *Liv. l.* 7. *c.* 36.

Convŏlo, as, avi, atum, idem ac volo, vel simul volo, *volare*, *concorrere*. *Terent. Hecyr. prol. v.* 40. Populus convolat, tumultuantur. *Cic. pro Dom. c.* 22. Convolarunt ex Italia ad me revocandum.

Convolvo, is, olvi, lutum, a. 3. *volgere insieme*, συμπλίκω, simul volvo. *Cic.* 1. *de Div. c.* 23. Cum se convolvens Sol elaberetur. *Plin. l.* 10. *c.* 72. Convolvuntur in semet dracones. ¶ Convolvere verba magno cursu, *Sen. ep.* 40. h. e. profundere, & conglomerare.

Convolūto, as, avi, atum, idem ac voluto, *avvogliere*, *avviluppare*. *Senec. l.* 7. *Quæst. Nat. c.* 9. Cum vagus, & incertus spiritus convolutatus est.

Convolvŭlus, vel Convolvolus, i, m. 2. ἕλξις, ἕλιξ, vermiculus minor eruca, al. involvulus, involvola, volvox, qui erodit pubescentes uvas, a convolvendo, quia se pampini folio implicat, & involvit. *Plin. l.* 17. *c.* 28. Ne convolvulus fiat in vinea. ¶ Item herba per fruteta nascens, florem ferens lilii candore, sed nullo odore, dicta, quod se se rei, cui adhæret, involvat. *Plin. l.* 21. *c.* 4. Vulgus *campanellam* vocat, aut *volubilem majorem*.

Convŏmo, is, ui, idem ac vomo, vomitu fædo, *vomitare*. *Cic. l.* 2. *Attic. ep.* 30. An tu Narbone mensas convomeres? *Juven. sat.* 6. *v.* 101. Illa maritum convomit. h. e. vomendo consurcat.

Convŏro, as, avi, atum, *divorare*, idem quod vo[illegible]. *Tertull. adv. Marc. l.* 1. *c.* 1. Parentum cadavera convorant.

Convŏti, m. 2. iisdem votis obligati. *Fest.*

Conus, m. 2. *cono*, κώνος, figura, in qua plures lineæ ex peripheria in unum punctum assurgunt, qualis cernitur in nucibus pineis, in summis hastis, in apice galeæ, &c. a voce Græca allata. *Var. l.* 4. de L. L. derivat a cogo, restringo, quia restringitur in cacumen. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 10. Mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni forma videtur esse formosior. ¶ Hinc dicitur de rebus, quæ hujusmodi figuram habent. *Col. l.* 7. Remedio sunt cypressini quindecim coni. ¶ Item de apice, qui in summitate galeæ prominet, super quem cristæ ponuntur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 468. Et conum insignis galeæ, cristasque comantes.

Convulnerātus, a, um, nom. ex particip. *piagato*. *Plin. l.* 8. *c.* 36. Convulneratum ab apibus os. *Frontin. de aquæduct.* Convulneratis omnibus in transitu negotiatoribus.

Convulnĕro, ĕras, avi, atum, idem ac vulnero, *ferire*, *piagare*, τραυματίζω. *Senec. l.* 2. *de Tranquill. c.* 11. Eo magis convulneraberis & conlodieris, quia nescis præbere jugulum. Adde *Cels. l.* 7. *c.* 26.

Convulsĭo, onis, f. 3. retractio, quæ fit in nervis, aut musculis, *convulsione*, *spasimo*, σπασμός. *Plin. l.* 20. *c.* 15. Utile est convulsionibus, & inflammationibus.

Convulsus, a, um, nom. ex particip. a *convello*, avulsus, *sconvolto*, *staccato a forza*. *Virg. Æn.* 3. *v.* 414. Hæc loca vi quondam & vasta convulsa ruina &c. *Cic. in Bruto c.* 30. Convulsa Respublica. ¶ Item retractus, vi attractus, *ritirato*, *assiderato*, cum de artubus sermo est. *Lucr. l.* 3. *v.* 344. Artus convulsi pereunt penitus, conqueputrescunt. *Plin. lib.* 20. *c.* 7. Convulsa, & luxata leniunt.

Conȳza, f. 1. herba, al. cunilago, item pulicaria, & cimicaria, a pulicibus, & cimicibus necandis. *Plin. l.* 21. *c.* 9. *Ruell. l.* 3. *c.* 63.

Coodibĭlis, le, adject. simul odio dignus, συμμισούμενος, *Tertull. l.* 4. *adv. Marc. c.* 9. & 36.

Coolesco, is, ui, itum, concresco, conglutinor, simul cresco. *Lucret. l.* 6. *v.* 1066. Saxa vides primum sola coolescere calce. Ita legit Lambinus. Alii *coalescere*, quæ communior est lectio.

Coonĕro, as, avi, atum, a. 1. idem quod onero, vel simul onero, *caricare*. *Tacit. de Germ. c.* 30. Super arma, ferramentis quoque, & copiis coonerant.

Cooperatĭo, onis, f. opus, operatio alteri adjuncta. *Senec. declam.* 16. *sub fin.* Habet omnia ministeria sua debilitas, suas cooperationes.

Cooperātor, oris, m. 3. qui simul operatur, & adjuvat. *Apul. l.* 2. *Florid.* Cooperatoris laborem esse.

Coopercŭlum, i, n. 2. idem quod operculum, *coperchio*. *Apul. l.* 6. *A. A.* Somnus coopereulo relevatus invadit eum.

Coperimentum, i, n. 2. *il coprire*. *Gell. l.* 5. *c.* 7. *ex Gabio Basso:* Os coperimento personæ tectum.

Cooperĭo, is, ui, ertum, a. 4. συγκαλύπτω, idem ac operio, tego, *coprire*. *Liv. l.* 4. *c.* 50. Ut tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur.

Coopertorĭum, ii, n. 2. cooperimentum, *coperchio*, *coperta*. *Veget. l.* 3. *de re Veterin. c.* 27. Calidis cooperitoriis involutus.

Coopertus, a, um, adject. tectus, opertus, *coperto*. *Sallust. Jug. c.* 14. Coopertus miseria. *Cic. Ver.* 1. *c.* 4. Netariis sceleribus coopertus. *Horat. l.* 2. *sat.* 1. Famosis versibus coopertus. h. e. obrutus.

Cooptatĭo, onis, f. 3. electio, προσαίρεσις, *aggregazione*, *elezione*. *Liv. l.* 4. *c.* 4. Cooptatio in patres. *Id. l.* 5. *c.* 12. Cooptatio tribunorum.

Cooptatus, a, um, electus, *eletto*. *Cic. in Brut. c.* 1. Cooptatus ab eo in collegium.

Coopto, as, avi, atum, a. 1. *eleggere*, est eligere inter pares, aut fere pares, ab opto, eligo. *Cic. de Leg. Agr.* Ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur. *Sueton. Ner. c.* 2. Pontificibus offensior, quod alium, quam se, in patris locum cooptassent.

Coorĭor, iris, vel eris, ortus sum, orior, simul nascor, ἐκφύομαι, *nascere insieme*, *spuntare*. *Cic. Verr.* 3. *c.* 18. Cooriuntur subito maximæ tempestates. *Virg.* 1. *Æn. v.* 152. In populo siquando coorta est seditio.

Coortus, a, um, adject. ortus, vel simul ortus. *Lucret. l.* 6. *v.* 956. Coortæ tempestates. *Nepos* 15. 8. 5. Risus cum hilaritate coortus.

Coortus, us, m. idem quod ortus. *Lucret. 6. v.* 671. Ut tempestates pluviæ graviore coortu sunt, &c.

Coos, *& Latina terminatione* Cous, i, *item* Cos, Co, f. *Stingo*, *Lango*, Κώος, ου, & Κῶος, vel Κώως, & Κῶς, ῶ, insula maris Ægæi cum urbe cognomine, e regione Cariæ, ab Halicarnasso 15. M. P. distans, dicta etiam Merope, & Cea, & Nymphæa. Nomen habuit a filia cujusdam Meropæ, qui in ea regnavit, ut est apud *Hygin. lib.* 2. *Poet. astron. num.* 16. ¶ Fuit patriæ Hippocratis celebris medici, Apellis pictoris præstantissimi, & Philetæ Græci poetæ. *Plin. l.* 5. *c.* 31. *l.* 11. *c.* 28. *& lib.* 29. *c.* 1. *Liv. l.* 37. *c.* 16. & *Tacit.* 2. *Ann. c.* 75.

Copa, æ, f. 1. κάπηλις, mulier, quæ vinum, & alia vendit. V. *caupo*. *Virg. in Catalect.* Copa Syrisca caput Graja redimita mitella. Adde *Suet. Ner. c.* 27.

Copadĭa, orum, n. 2. cibi lautiores, cupediæ. *Apic. l.* 5. *c.* 1. & *l.* 8. *c.* 6.

Cophĭnus, m. 2. *coffino*, *corba*, כֹּל, Ger. korb, Gal. *coffre*, Hisp. *cofin*, *corbe*, κόφινος, vas vimineum, a voce Græca, quæ allata est. *Juvenal. sat.* 6. *v.* 541. Cophino, fœnoque relicto.

Copĭa, f. 1. idem ac abundantia, divitiæ, facultates, *copia*, *abbondanza*. *Cic. in Parad.* Etenim divitiarum est fructus in copia, copiam autem declarat satietas rerum, atque abundantia. Et num. pl. *Cic. de Am.* Ut plurimum copiis, facultatibus, opibus possis. *Id. pro Quinctio*, Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. ¶ Item commeatus, sive annona. *Tac. l.* 13. Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito relicturos oppugnationem. ¶ Item facultas, & potestas aliquid faciendi, & conjungitur cum facio, vel do, *licenza*. *Cic.* 3. *de Or.* Facere civibus omnibus consilii sui copiam. *Virg.* 1. *Æn.* Coram data copia fandi. ¶ In plurali peculiariter significat exercitus multitudinem. *Cic.* 1. *Tusc.* Copias maximas duxit ad Trojam. ¶ Sed aliquando etiam in singulari pro multitudine reperitur. *Virg. Æn.* 2. *v.* 564. Respicio, & quæ sit me circum copia lustro. *Cic. l.* 18. *Attic. ep. ult.* Omnis armatorum copia. ¶ Copia demum fuit Dea Antiquis, ubertatis, & abundantiæ præses, de qua *Lactant. ex Vet. Scholiast. ad Stat.* 4. *Theb. v.* 106. ¶ Hæc cornu quoddam ferre dicebatur plenum frugibus. *Horat. l.* 1. *od.* 17. *v.* 14. Hinc tibi Copia manabit ad plenum benigno Ruris bonorum opulenta cornu. ¶ Bonam copiam ejurare, V. Ejuro.

Copiarĭus, ii, m. 2. idem qui parochus. *Hor. l.* 1. *sat.* 5. *v.* 46. ubi Acron: Parochi latino vocabulo Copiarii dicti sunt, quod omnium rerum necessariam copiam Regum populorumque Legatis suppeditabant.

Copiāta, æ, m. 1. vespillo, *beccamorti*, κοπιατής. In *Cod. Theodos. l.* 1. *de lustrali Collat. & l.* 15. *de Episc.* Copiatæ, quorum munus erat, cadavera mortuorum obvolvere, efferre, sepelire, clericis accensentur.

Copiŏla, f. 1. parva copia. *Brutus ad Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 13. Recurri ad copiolas meas.

Copŏror, d. 1. est copiam congregare, castrense verbum. *Gell. l.* 17. *c.* 2. Romani magno commeatu, prædaque ingenti copiantur. Possis tamen passive accipere. h. e. locupletantur ex præda.

Copiōse, *copiosamente*, Ger. *uberflissiglich*, ἀφθόνως, abundanter. *Cic. de Sen.* Quam copiose ab eo agricultura laudatur. *Id. ibid.* Copiose in provinciam proficisci. h. e. cum magna rerum copia. *Id. l.* 3. *de Orat. c.* 32. Copiosissime dicere. Et *in Orat. c.* 4. Dicere copiosius.

Copiōsus, a, um, o. 1. 2. *copioso*, רב, Ger. *uberflissig*, Gal. *copieux*, Hisp. *copioso*, αὔθορος, abundans, dives. *Cic.* 3. *Verr.* Ut erat in primis inter suos copiosus. *Id. l.* 2. *Offic. c.* 22. Nunquid copiosior L. Mummius, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset?

Copis, is, f. 3. gladius leviter curvatus, falci similis, κοπίς, dictus a κόπτω, cædo. *Apul. l.* 11. *A. A.* Illum succinctum chlamyde copides, & venabula venatorem tecerant. Adde *Curt. l.* 8.

Copis, e, adject. 3. antiquum nomen contractum ex *Copis*, quasi cum ope, idem est ac copiosus, dives, abundans. *Plaut. Bacch.* 2. 3. *v.* 117. Ut amantem herilem copem facerem filium. *Id. Pseud.* 2. 3. 8. Nunc me ut gloriosum faciebam, & copi pectore.

Copo, m. 3. idem ac caupo, apud veteres. *Fest.*

Copōna, æ, taberna, inquit *Festus*, a copiis dicta, caupona.

Coprĭa, æ, vel coprea, m. 1. κοπρία, scurra, a Græca voce allata, quæ a κόπρος, stercus. *Suet. in Claud. c.* 8. Interdum ferula, flagrove, velut per ludum excitabatur a copreis.

Copta, f. 1. genus placentæ, a κόπτω, incido, tundo, quod miscerentur ei quædam, quæ tundi necesse esset, ut nuclei pinei, amygdalæ, atque alia. Hinc *Martial. l.* 14. *epigr.* 68. Peccantis famuli pugno ne percute dentes. Clara Rhodos coptam quam tibi misit, edat.

Coptĭcus, a, um, adject. qui est a Copto urbe Ægypti. *Apul. lib.* 2. Per nocturna silentia, & adyta coptica. Beroald. in hunc loc. scribit, per *adyta Coptica* intelligi aggerem hirundinum, quem illæ juxta opp. Copton in Ægypto muniunt opere adeo firmo, ut Nilo crescenti sit inexpugnabilis; quam rem indigenæ religiosam habent. Al. leg. *per adepta Coptica*. Sed V. *Beroald. loc. cit.*

Copītes, æ, una ex præfecturis Ægypti. *Plin. l.* 5. *c.* 9.

Coptoplacenta, æ, f. 1. idem quod Copta. *Petron. Fragm. Tragur*, Porcelli ex coptoplacentis facti.

Copŭla, æ, f. 1. *legame*, *lacciuolo*, *congiunzione*, אסור, Germ. *band*, Gal. *lien*, *cuple*, Hisp. *copula*, *ayuntamiento*, σύναμμα, vinculum, quo aliquid ligatur, vel conjungitur. Hinc a Grammaticis conjunctiones *&*, *ac*, *atque*, *que*, & similes copulæ vocantur, quod earum nexu verba verbis, sententiæ sententiis conjunguntur. *Plaut. Epid.* 5. 1. 1. Quæritant me; in manibus gestant copulas secum. ¶ Dicitur de canum venaticorum vinculo, *Nepos Datam. c.* 3. Gerens sinistra copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. ¶ Copula matrimonii, vinculum maritale. *Horat. l.* 1. *od.* 13. Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula &c. ¶ Copula æmulorum dicitur, qui intercedit velut medius, ne æmulatio in obtrectationem erumpat. *Nepos Attic. c.* 5. Copula fuit Atticus Ciceronis, & Hortensii.

Copulate, adv. conjuncte. *Gell. l.* 10. *c.* 24. Diequinti, pro adverbio, copulate dictum est.

Copulatĭo, f. 3. idem ac conjunctio. *Cic.* 1. *Fin.* Ita effici complexiones, & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.

Copulātrix, icis, quæ conjungit, f. 3. *Pervigil. Veneris*, *v.* 5. Cras amorum copulatrix inter umbras arborum implicat.

Copulātus, atus, ui, m. 4. Idem quod copulatio. *Arnob. l.* 1. *sub init.* Rationum consequentium copulatu.

Copulātus, a, um, nom. ex particip. conjunctus, *congiunto*. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 29. Quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum. *Id.* 1. *Offic. c.* 17. Nihil amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. ¶ *Lucret. l.* 6. *v.* 1086. Coplata dixit pro Copulata.

Copŭlo, as, a. 1. *congiungere*, אסר, Ger. *kuppen*, Gal. *accoupler*, Hisp. *ayuntar*, συνδέω, est colligare, vincire, conjungere. *Cic. in Part.* Constructioque verborum tum conjunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. *Id. 4. Acad.* Honestatem cum voluptate copulare. ¶ Est etiam deponens. *Plaut. Aul.* 1. 2. 38. Copulantur dexteras.

Coqua, æ, f. 1. *cuoca*, quæ coquit. *Pœn.* 1. 2. 38. Coqua hæc est quidem, ut ego opinor.

Coquibĭlis, le, *facile da cuocere*, *o da digerire*, qui facile coqui, vel concoqui potest. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Glans fagea fuem hilarem facit, carnem coquibilem, ac levem, & utilem stomacho. Al. leg. *cottibilem*.

Coquīna, f. 1. *cucina*, Ger. *Kiche*, Gal. *cuisine*, Hisp. *cozina*, μαγειρεῖον, locus, in quo dapes coquuntur. *Nonius c.* 1. *n.* 273. Culinam veteres coquinam dixerunt.

Coquinaris, e, adject. ad coquinam pertinens. *Varro apud Non. c.* 3. *n.* 32. Noctu cultro coquinari se trajecit.

Coquinarius, a, um, o. 1. 2. *ciò*, *che a cucina s' appartiene*, μαγειρικός, quod ad coquinam pertinet, ut Vasa coquinaria, apud *Plin. l.* 33. *c.* 11. ¶ Hinc coquinaria, sc. ars coquendi. *Apul. de Phil.*

Coquinatorĭus, a, um, adject. Coquinarius; pro quo apud JCtos legitur *Cocinatorius*, *l.* 10. *Dig. de aur. argent.* &c. Cocinatorium instrumentum. Et *l.* 6. *Dig. de penu. legat.* Cocitatoria vasa, quasi a Cocitare, pro coquitare.

Coquīno, as, avi, atum, a. 1. *esercitare l' arte del cuoco*, *cucinare*, μαγειρεύω, est coquinariam artem exercere, a coquina. *Plaut. Aul.* 3. 1. 3. Venit in bacchanal coquinatum.

Coquīnus, a, um, adject. ad coquendum pertinens, ut coquinum forum ubi sc. cibaria coquuntur. *Plaut. Pseud.* 3. 2. *princ.*

Coquĭto, as, a. 1. *cucinare spesso*, freq. a coquo. *Festus* ait, Plautum dixisse *Coquitare*, pro *Coquinare*.

Coquo, is, xi, ctum, a. 3. *cuocere*, *cucinare*, אפה, Germ. *korben*, Gal. *cuire*, Hisp. *cozer*, ὀπτάω, est cibum esui aptum reddere. id est, elixare, assare, &c. a *con*, & *aqua*, quasi coaquo. *Cato R. R. c.* 39. Coquere lateres in fornacem. *Plin. l.* 3. *c.* 1. Hujus proprietas, ut ventiletur in coquendo, donec definat olere. *Juvenal. sat.* 15. *v.* 166. rastra, & farcula coquere. *h. e.* candefacere, & formare. ¶ Per metaphoram fructus coqui dicuntur, cum Solis calore ad maturitatem perducuntur. *Virg.* 2. *Georg.* Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. ¶ Translate item est parare, moliri clanculum. *Liv. l.* 8. *c.* 3. Omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum. ¶ Item vexare. *Cic. de Sen. Varr.* Curamve levasso, quæ nunc te coquit, & vetsat sub pectore fixa.

Coquŭla, vel Cocula, æ, f. parva coqua. *Varr.* apud *Non. c.* 12. *n.* 52. Coquula, quæ coquebat panem.

Coquŭlum. V. Coculum.

Coquus, vel cocus, m. 1. *cuoco*, *cucinare*, אופה, Germ. *Koch*, Gal. *cuisinier*, Hisp. *cozinero*, μάγειρος, qui cibos coquit. *Martial. l.* 14. *epig.* 218. Nunque coquus domini debet habere gulam. *Cic. in Pison.* In ea cœna cocus meus præter jus fervens nihil potuit imitari. ¶ Coquum, & pistorem eundem fuisse apud Veteres, monet *Festus*. V. *Taub. ad Plaut. Captiv.* 1. 2. 57.

Cor, dis, n. 3. *cuore*, לב, Ger. *hertz*, Gal. *cœur*, Hisp. *coraçon*, καρδία, præ-

præcipuum inter viscera, & sedes vitæ, fons venarum, & arteriarum, a κάω, quod contractum est ex κέκαγ. *Cic. 1. de Divin.* Num igitur censes, ullum animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse posse? ¶ Aliquando accipitur metonymice pro mente, vel animo, quia nonnulli veterum mentem in corde collocarunt. *Cic. 1. Tusc. c. 9.* Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. ¶ Hinc dicimus, Cordi est, pro placet, delectat. *Cic. de Am.* Eo mihi magis est cordi. *Gell. l. 20. c. 11.* Cordi habere aliquid. *Plaut. Capt. 2. 3. 60.* Corde amare. *amar di cuore.* ¶ Sæpius Cor pro prudentia, sagacitate, & acumine ponitur, *accortezza, prudenza:* unde sæpe Plautus: Cor habet. *Martial. l. 3. epigr. 28.* Et solus cor habes, solus & ingenium. ¶ Et pro fortitudine, *animosità, cuore. Virg. Æn. 5. v. 729.* Lectos juvenes, fortissima corda. ¶ Aliquando pro ipso homine dicitur. *Pers. sat. 6. v. 10.* Cor jubet hoc Enni. Et ipse *Ennius apud Gel. l. 7. c. 2.* Quem credidit esse meum cor Suasorem summum. hoc est, quem ego credidi &c.

Cora, æ, f. 1. pupilla oculi, a græco κόρη. *Auson. epist. 16. v. 59.* Cuique vigiles luminum Vacare dignabunt coræ.

Cora, f. 1. *Cori*, opp. Latii, in finibus Volscorum, nunc in Campania Romana, a Dardanis conditum ante urbem Romam, & a Cora Catyli, & Tyburtis fratre appellatum, ad pedes collis, inter Velitras, & Setiam. Pop. *Corani.*

Coracesium, n. 2. Coracensium, *Scandiloro*, κορακήσιον, urbs Pamphyliæ lit. al. Ciliciæ asperæ, inter Olbiam & Anemurium.

Coracinus, o. 1. 2. κοράκινος, corvinus, niger. *Vitruv. l. 8. c. 3.* ¶ Est item coracinus piscis Nilo familiaris. *Plin. l. 32. c. 5. Martial. l. 13. epigr. 85.* ¶ Coracina sacra, in quibus sc. Corvi colebantur apud Ægyptios. Horum meminit *Ambros. in c. 1. epist. ad Rom.*

Coragium. V. Choragium.

Coralinus, a, um, adject. a Coralio, ut labra coralina, *Gallus in Lyrico.*

Coralitícus lapis, genus candidi marmoris, a Coralio, seu Sangario fl. Phrygiæ, juxta quem invenitur. *Plin. l. 36. c. 8.*

Coralium, n. 2. *corallo*, ראבית, Ger. *coral*, Gal. *coral*, Hisp. *coral*, κοράλλιον, frutex sub aqua nascens, colore viridi, baccas ferens candidas (teste Theophrasto in tractatu de gemmis) qui ex aqua exemptus confestim lapidescit, ruboremque contrahit. Nascitur in mari Rubro, in Persico, in Oceano Septentrionali circa Orcades inf. in mari Siculo circa Drepanum. Habet primam interdum productam, sed tunc *curalium* scribendum videtur, interdum correptam, & tunc *coralium*, vel *corallum* scribendum est. Secunda syllaba in aliquibus libris cum unico l, & brevis reperitur, in nonnullis longa cum duplici ll. *Virg. in Ciri*, Coralio fragili, ac electro lacrymoso. *Ovid. 15. Met. v. 416.* Sic & coralium, quo primum contigit auras tempore, durescit, mollis fuit herba sub undis. *Claudian. de nupt. Honor. v. 169.* Mergit se subito, vellitque corallia Doto. *Sidon. Carm. 11. v. 110.* Lactea puniceo sinuantur colla corallo.

Coralli, m. 2. pop. Mysiæ inf. in ora maris Euxini, circa Istri ostia, pellibus tecti, insignes immanitate. Sed ex *Ovidio 4. de Ponto, el. 8.* longius ab Istro aberant in Arctos.

Coraloachātes, m. 1. lapis guttis aureis coralii modo distinctus. *Plin. l. 37. c. 10.*

Coram, *in presenza, dinanzi*, לפני, Ger. *vor*, Gal. *devant*, Hisp. *en presencia*, πρός, præp. ante, in conspectu, ante oculos. Differt a *palam*, quod *coram* magis ad personas certas, *palam* ad omnes refertur. Invenit ablativo. *Cic. in Pison.* Mihi vero ipsi coram genero meo, propinquo tuo quæ dicere ausus es? ¶ Usurpatur etiam adverbialiter. *Cic. Attic. l. 6.* Sed hæc posterius, & coram fortasse commodius. *Id. 2. Fam.* Et quasi tecum coram loquerer. ¶ *In coram*, pro coram adverb. usurpat *Apul.* sæpe, ut *l. 7.* semel, & bis *l. 9.*

Corambla, f. 1. κορύμβλη, braffica, a κόρη, pupilla, & ἀμβλύνω, obtundo, quia visum hebetat. *Colum. l. 10. v. 178.*

Corax, acis, m. 3. κόραξ, corvus. *Cic. 3. de Or. c. 21. translate de Corace Rhetore.* Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido. ¶ Corax *Vitruvio* machina quædam est militaris. *l. 10. c. 19.*

Corax, acis, m. Rhetor antiquissimus, qui primus in Sicilia post Hieronis mortem Artem dicendi conscripsit. *Cic. 1. 3. de Or. 1. de Inv. in Bruto.*

Corbicŭla, æ, f. parva corbis. *Pallad. l. 3. c. 10.* Fit ex vimine parva corbicula.

Corbis, is, m. vel f. *corbe, corba*, סל, Germ. *korb*, Gall. *corbeille*, Hisp. *cesta, corbe*, κόφινος, vas ex viminibus. *Cic. pro Sext. c. 38.* Messoria se corbe contexit. ¶ Corbis etiam est vas, quod in summitate mali quarundam navium suspenditur, quæ corbitæ dicuntur, *gaggia. Fest. in voce Corbita.*

Corbīta, f. 1. navis oneraria, a corbis, quia in malo ejus summo pro signo corbis solet suspendi. *Cic. Att. l. 6. ep. 6.* Corbita ne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum.

Corbīto, as, a. 1. est in corbitam immittere, & translate sumitur pro ventrem implere, quasi navigium onerare. *Plaut. Casin. 4. 1.* Ego novi illas ambas estrices, corbitant, ubi comesse possunt. Sed Voss. leg. *corvito*, a corvus.

Corbitor, oris, ludeo, *giocoliere*, de quo *Festus* in voce Simpludiarea. Scaliger putat *Corbitores* esse pro *Corvitores*, atque ita dici saltatores, sive cernuatores, quia *corvorum* instar nunc sursum spectant, nunc deorsum, nunc ascendunt, nunc descendunt.

Corbōna, æ, κορβανᾶ, vox Syra, vel Hebraica gazophylacium significans metonymice. *Hieron. ep. 27. c. 14.* In corbonam Dei æra congesta.

Corbŭla, f. 1. σαμίδιον, dimin. a corbis. *Varro 1. de R. R.* Cogit aliquot corbulas uvarum. Adde *Plaut. Aulul. 2. 7. 4.*

Corchórus, κόρχορος, herba humilis, altitudine palmum non excedens, alio nomine anagallis. Numeratur inter vilissima olera. Unde proverbium, *Corchorus inter olera*, in eos, qui vilissimi cum sint, magnis honoribus inhiant. *Plin. l. 21. c. 22.*

Corcolips. V. Cercolips.

Corcŭlum, n. 2. *cuore picciolo*, Ger. *hertzlin*, Gal. *petit coeur*, Hisp. *coraconcilo*, καρδίδιον, dim. a cor. *Plaut. Cas. 4. 4. 14.* Meum corculum, meus mollissimus caseus. ¶ Fuit etiam hoc P. Naticæ cognomen a prudentia impositum. *Cic. 1. Tusc. c. 9.* Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur, & Natica ille prudens bis Consul, Corculum.

Corcŭlus, o. 1. 2. idem ac cordatus, idest sapiens, prudens, solers, acutus. *Fest. Plin. l. 7. c. 31.*

Corcȳra, f. 1. *Corfù*, κόρκυρα, inf. maris Jonii, ad ost. maris Adriatici, Epiro adjacens, inter Ceraunios, sive Acroceraunios montes ad Arctos, & Leucadem ad Mer. Olim Phæacia dicta est. Aliqui narrant, nympham Asopi filiam raptam a Neptuno, & ad insulam delatam Phæacum peperisse, hinc insulam esse appellatam, a Phæaco ortum esse Alcinoum, cujus horti celebrantur. Clara est Ulyssis naufragio, & hortis Alcinoi. Nam pomorum ibi mira ubertas, quippe præmaturis nova statim succedunt. Urbem habet cognom. permunitam cum duplici arce, in colle, armamentario, & portu capacissimo. Condita est a Corinthiis Colonis anno 50. U. C. al. ante partum Virginis 702. quo Capitolium Rom. ¶ Apud *Avien. in Geograph.* penultima hujus vocis brevis est. *Corcyra culta solum, locupleti Corcyra fulco.* Frequentius tamen ab aliis producitur.

Corcyræus, a, um, adject. possessiv. qui est a Corcyra. *Cic. l. 6. Att. ep. 2.* Cognovi ex epistola tua Corcyræa.

Cordāte, adv. *saviamente*, Ger. *vveisslich*, Gall. *sagement*, Hisp. *con acuerdo*, σοφῶς, sapienter, prudenter. *Plaut. Pœn. 1. 1. 3.* Quas tu sapienter, docte, & cordate, & cate, &c.

Cordatus, a, um, *prudente, coraggioso*, נבון, Germ. *hertzverhaft*, Gall. *homme de grand coeur*, Hisp. *cuerdo*, ἔμφρων, insignis corde, prudens, sapiens, qui solertia multa pollet, & ingenio. *Cic. 1. Tusc.* Egregie cordatus, homo catus Æliu' Sextus. *Lactant. l. 3. c. 20.* Non inficior fuisse illum cordatiorem, quam cæteros.

Cordax, acis, saltatio comica, eaque lascivior, de qua *Hesychius. Petron. Fragment. Tragur.* Credite mihi, cordacem nemo melius ducit. Hinc trochæus, *cordax* ab Aristotele dictus est, quia in cordace usurpabatur, vel quasi κόρδαξ, quia ejus usus erat in comico choro. *Cic. in Orat.* Trochæum autem, qui est eodem spatio, quo choreus, cordacem appellat.

Cordicĭtus, adverb. ex corde, *Sidon. l. 4. epist. 6.* Prudentibus cordicitus inditum est, vitare fortuita.

Cordilĭo, onis, m. 3. Philosophus Stoicus Pergamenus, qui omnium Principum, ac Regum amicitias spernebat. Hunc Cato Uticensis in Macedoniam cum exercitu missus, precibus exoratum, in castra secum duxit, magnam se putans adeptum palmam, qui hominem severissimum e sententia dimovisset. *Volater. l. 14.*

Cordolĭum, n. 2. *cordoglio*, עצבון, Germ. *hertzleid*, Gal. *mal de coeur*, Hisp. *mal de coracon*, καρδιαλγία, dolor, a *cordis dolore.* Sed *Scaliger* vult, cordolium dici pro condolium. *Plaut. Pœn. 1. 2. 86.* Tibi erit cordolium, si conspexeris. Adde *Cistel. 1. 1. 67.*

Corduba, æ, f. Colonia Patricia, *Cordova*, urbs Hisp. Bæt. ad Bætim fl. in Vandalia, media inter Hispalim, & Granatam, patria Senecæ & Lucani. Pop. Cordubenses.

Cordubensis, e, adject. ut Cordubensis conventus. *Plin. l. 3. c. 1.*

Cordus. V. Chordus.

Cordȳla, vel Cordylla, f. 1. primus fœtus thynnorum ab ipsis statim ovis, qui deinde, elapso anno, thynni vocantur. *Martial. lib. 3. epigr. 2.* Nigram cito raptus in culinam Cordyllas madidas tegas papyro.

Corfinienses, Corfinii incolæ. *Plin. l. 3. c. 12.*

Corfinĭum, n. 2. *S. Pelino*, al. *Pentina*, urbs olim Pelignorum, nunc vicus Aprutii citer. prope Apenninum M. inter Sulmonem, & Populium. Pop. Corfinienses.

Corgo, adverb. certe, profecto, apud antiquos, a *cor*, & *ago*, quasi a corde ago. *Fest.*

Coriacesia, f. 1. herba, qua Magi tradidere aquam conglaciari. *Plin. lib. 24. cap. 17.*

Coriaginōsus, a, um, adject. Coriaginis morbo laborans. *Veget. lib. 1. c. 38.* Qua ex re fiunt coriaginosi, hepatici, &c.

Coriāgo, f. 3. corii, seu cutis morbus, a corium. *Colum. lib. 6. c. 12.* Est & infesta pestis bubulo pecori (coriaginem rustici appellant) cum pellis ita tergori adhæret, ut apprehensa manibus deduci a costis non possit.

Coriandratum, i, n. 2. liquamen coriandro confectum. *Apic. l. 9. c. 1.* Aperiuntur locustæ cum testa sua, & infunditur iis piperatum, coriandratum, &c.

Coriandrum, n. 2. *pupilla*, κόρη, κόριον, κορείαννον, κορύς, κόρις, κορίσιον, herba, a κόρη, *pupilla*, quam rotunditate refert, vel a κόρις, cimex, quia caulis, foliaque cimices olent. Dicitur etiam κορίαμβλον, a κόρη, pupilla, & ἀμβλύνω, *obtundo*, quia visum hebetat. *Plin. l. 20. c. 20.*

Coriaria, æ, f. 1. Coriarii officina. *Petron.* In coriaria habitare. Rectius legitur *in culina.*

Coriarĭus, ii, m. *cuoiaio*, βυρσοδέψης, qui coria concinnat, præsertim crassiora. *Plin. lib. 17. cap. 9.* In coriariorum officinis pilo madefacto. ¶ Coriarius præterea est frutex, sive herba sylvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, venena, & tineas pellens. *Plin. l. 24. c. 11.*

Corĭas, æ, m. 1. genus piscis. *Plin. l. 32. c. ult.*

Coribas, V. Corybas.

Corĭcæ, f. 1. insulæ duæ inter Peloponnesum, & Cretam. *Plin. l. 4. c. 12.*

Coricēum, i, n. 2. locus in palæstra, ubi puellæ exercebantur, a κόρη, puella; vel tonitrina, a κείρω, tondeo. *Vitruv. l. 4. c. 11.* ¶ Malunt aliqui legere *corycium*, κωρύκιον, quod pilam, vel lusorium follem denotat. Alii apodyterium intelligunt. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Corĭcus, V. Corytus.

Corigĭa, V. Corrigia.

Corliĕo, onis, f. 3. *Coriglione, Corigline*, opp. Siciliæ, Col. Longobardorum, a Panormo supra 3. M. P.

Corilianum, n. 2. Coriolanum, opp. Salentinorum, inter Hydruntum & Calliopolim.

Corinium, n. 2. *Carino*, al. *Giuba*, opp. Illyrici, in Liburnia, proxim. Enonæ, & Vegiæ. Aliis est *Cori*, Sclavis *Karin*, opp. Dalmatiæ, in monte, inter Nadinum, & Obrovecium.

Corinna, nomen trium fœminarum, quæ arte Poetica præstiterunt. Prima fuit Thebana, seu Tanagræa, Alchelodori, & Porratiæ filia, Myrthidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies vicisse, & epigrammatum quinque libros edidisse fertur. Secunda Thesbia, veterum monumentis plurimum celebrata. Tertia Horuit Ovidii temporibus, ipsi Poetæ carissima. *Martial. l. 8. epigr. 72.*

Corinthas, herba, al. Menais. *Plin. l. 24. c. 17.*

Corinthĭa vasa, & absolute Corinthia, orum, n. 2. κορίνθια σκεύη, ex ære Corinthio fabrefacta. Hæc vasa apud veteres tanto in pretio sunt habita, ut argenti quoque, atque auri pretium transcenderent. *Cic. 2. Tusc.* Scis igitur, si quid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem salvam. ¶ Tria autem sunt genera Corinthii æris, candidum, quod nitore accedit quam proxime argento, alterum, in quo auri fulvus color inspicitur, tertium, in quo æqualis temperies omnium metallorum fuit. *Plin. l. 34. c. 2.* V. Æs.

Corinthiăcus, o. 1. 2. quod ex Corintho est. *Ovid. 3. Trist.* Illa Corinthiacis primum mihi cognita terris.

Corinthiārius, o. 1. 2. amator Corinthiorum vasorum. *Sueton. Aug. c. 70.*

Corinthiensis, e, adject. Corinthiacus, *Plaut. Aulul. 3. 6. 23.* Corinthiensis fons. *Tac. Ann. 5. c. 10.* Corinthiense litus.

Corinthĭus, a, um, adject. possessiv. ex Corintho qui est, ut Corinthia vasa, *Cic. pro Sext. Rosc. c. 46.* de quibus Vide sup. Corinthia. ¶ Corinthii, incolæ Corinthi. *Nepos in Timol. c. 1.*

Corinthus, f. 2. *Corinto*, Turc. *Gereme*, κόρινθος, urbs Peloponnesi, in Achaja, in ea parte, quæ ab ea Corinthia dicta fuit, nunc *Ducato di Chiarenza*, in medio Isthmi Peloponnesiaci, qui inde Corinthiacus est appellatus, inter duo maria, Jonium ad Occ. qui *Sinus Corinthiacus*, al. *Crissæus* dicitur, & Ægeum ad Or. qui *Sinus Saronicus.* Habebat arcem nomine Acrocorinthum in scopulo, ubi Pirene, fons Musis sacer, &

duo navalia 40. ſtadiis inter ſe diſtantia, Læchæum in ſinu Corinthiaco, & Cenchreas in ſinu Saronico, & duos portus, quorum Lechæus Jonio, Schænus Ægæo imminet mari. Incenſa, & ſolo æquata fuit a L. Mummio, quod Corinthii Populi Romani Legatos injurioſe appellaſſent, & ſordibus pertudiſſent. ¶ *Apollodorus* auctor eſt alias, hoc nomine urbes dictas, quarum una fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

Coriolanus, a, um, ad Coriolanum pertinens. Eſt autem *Coriolanum* oppidum Magnæ Græciæ, in Calabria apud oram ſinus Tarentini. *Plin.* 15. 15. Coriolana pyra.

Coriolānus, i, vir fuit illuſtris Romanus, alter Themiſtocles Ciceroni, de quo meminit in Bruto, & Lælio. V. *Plut.* & *Liv. l.* 2.

Coriŏli, Coriola, Coriolla, κεφάλλα, opp. exc. Latii, in finibus Volſcorum, apud Tarracinam. Pop. Coriolani.

Corĭon, n. 2. herba, al. Chamepitys, hypericon, Perforata, D. Joannis herba, oleaceo frutice. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Corippus, i, Fl. Creſconius Afer, Grammaticus, & Poeta, tempore Juſtini II. Imper. de cujus laudibus ſcripſit lib. 4. carmine heroico.

Coris, f. 3. κόρις, frutex folio erucæ, ſed minore, & pinguiore. Quidam hypericum appellant. *Plin. l.* 26. *c.* 8. ¶ Eſt & aliud hypericon, & quod alii corin appellant, folio tamaricis, ſed pinguioribus foliis, & rubentibus.

Coriſcus, V. Corytus.

Coritus, m. 2. *Monte Corvo*, mons Umbriæ, in Sabinorum conf. apud Caſſiam opp. ¶ Item mons Etruriæ, pars Cimini M.

Corium, n. 2. *cuoio*, *pelle*, עור, Ger. *leder*, Gal. *cuir*, Hiſ. *cuero*, βύρσα, δέρμα, animalium eſt, præſertim eorum, quæ craſſiorem pellem habent, ac duriorem, quamvis quandoque de quacunque pelle dicatur, etiam rerum inanimatarum, quaſi *carium*, quod caro eo tegatur, *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Aliæ coriis tectæ, aliæ villis veſtitæ. ¶ Dicitur & corius, m. g. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 11. In tergo meo tres corios contriviſti bubulos. *Plin.* 13. 9. Coria perficere. *conciare le pelli*. ¶ Transfertur & ad alia, ut de caſtaneis. *Plin. l.* 15. *c.* 28. Putamine clauduntur nuces, corio caſtaneæ. ¶ Similiter tectorium quodlibet corium dicitur. *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. Laterum corium. hoc eſt, ſuperficies. ¶ Alieno corio ludere. h. e. ſecure agere alieno periculo, *Martial. l.* 3. *epigr.* 16. Ut velles corio ludere, cerdo, tuo. ¶ *Plaut. Mil.* 2. 2. 80. Herus meus elephanti corio circumtectus eſt. h. e. plane hebes, & nullius ſenſus.

Corius, ii, m. V. in Corium.

Cornelĭa gens Patritia Romæ fuit, & ſemper in Republica princeps. Ex hac fuere P. Scipio Africanus ſuperior, Cornelia mater Gracchorum, L. Sylla ille victor C. Marii, Cinna, P. Lentulus, &c. In hanc etiam gentem P. Scipio Africanus minor a filio ſuperioris Africani ex gente Æmilia, & Paulo patre adoptatus eſt. *Cic.* 2. *de Leg. in Bruto*, 3. *Catil.*

Cornelĭa Tribus, a gente Cornelia appellata, una fuit ex ruſticis, a Servio Tullo conſtituta.

Cornelĭa, filia Africani ſuperioris, uxor Tib. Sempronii Gracchi, mater Tib. & Cajii Gracchorum. Excelluit puritate Linguæ Latinæ. Ejus diligentia Tib. & C. filii accuratiſſime & Latinis, & Græcis literis eruditi fuere. *Cic. in Bruto*, *c.* 58.

Corneŏlus, a, um, o. 1. 2. quod cornu, vel corni ſimilitudinem habet: eſt diminut. a corneus. *Cic. de nat. Deor.* 2. *cap.* 57. de auribus loquens: Duros, & quaſi corneolos habet introitus.

Cornesco, n. 3. *divenir duro*, *come un corno*, κερατόομαι. *Plin. l.* 11. *c.* 49.

Cornĕus, a, um, o. 1. 2. quod eſt ex cornu, *di corno*, κέρινος, *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ibi aves corneo, proceroque roſtro. ¶ Cornei dicebantur illi, quibus oſſa eſſent concreta, ideſt, ſine medulla. *Plin. l.* 7. *c.* 19. ¶ Cornea etiam corpora dixere, quæ eſſent pene cornu inſtar dura, & ab externis nihil paterentur. *Plin. l.* 31. *c.* 9. ¶ Cornea fibra, apud *Perſ. Sat.* 1. *v.* 47. de hebeti, ac ſtupido.

Cornĕus, a, um, adject. *di corgnale*, qui eſt ex corno arbore. *Ovid. Heroid. epiſt.* 4. *v.* 83. Sive tenes lato venabula cornea ferro.

Cornĭcen, icinis, m. 3. κεροβόης, qui cornu canit, a cornu, & cano. *Liv. l.* 2. *c.* 64. Cornicines, tubicinesque in equos impoſitos canere ante vallum jubet.

Cornĭcor, aris, d. 1. *gracchiare*, *cornacchiare*, κρώζω, more cornicum garrio. *Perſ. Sat.* 5. Neſcio quid tecum grave cornicaris inepte.

Cornĭcŭla, f. 1. dimin. a cornix. *Horat. in Epiſt.* 3. *l.* 1. *v.* 19. Ne, ſi repetitum venerit olim grex avium pennas, moveat cornicula riſum furtivis nudata coloribus.

Cornĭcŭlans, antis, adject. 3. qui cornu figuram habet. *Solin. c.* 45. (al. 32.) Corniculantis Lunæ ſpeciem refert. *Ammian. l.* 20. *c.* 3. In Lunæ corniculantis effigiem.

Cornicularĭa, f. 1. Plauti comœdia de milite, quæ amiſſa eſt.

Cornicularĭus, ii, m. eſt nomen gradus, & officii in militia tum provinciali, tum urbana, ex ordine apparitorum, & commentarienſium. *Aſco. in Verr.* 3. *c.* 28. Accenſus nomen eſt ordinis, & promotionis in militia ut nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, vel cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Hæc *Aſcon.* Itaque in antiquis Inſcriptionib. apud *Gruter.* Cornicularius legionis, conſulis, proconſulis, tribuni, prætecti prætorio, ſubprætecti Vigilum, &c. *Val. Max. l.* 6. *c.* 1. *n.* 11. M. Lætorio tribuno militari diem dixit, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. ¶ Munus ipſum *cornuculus* vocabatur. Hinc apud *Sueton. de Grammat. c.* 9. Corniculo mereri. Itemque apud *Aur. Victor. de Vir. illuſtr. c.* 72. Si lectio proba eſt. *Impp. Valent. & Valens lib.* 12. *Cod. tit.* 53. de apparitoribus Prætectorum prætorio, leg. 1. Prætecturæ cornicularios, qui annis ſingulis exeunt, poſt tranſactos corniculos noſtram adorare purpuram volumus. ¶ Ad officium Cornicularii facit, *lex* 22. *tit.* 4. *lib.* 7. *Cod. Teodoſ.* Per cornicularium cujuſque provincialis officii hanc ſollicitudinem impleri conveniet. *h. e.* ſtatuendi pretii rerum, quæ in militari annona erogantur. *Jul.* quoque *Firmic. l.* 3. *c.* 6. Corniculariorum meminit, & cum Commentarienſibus confundit. ¶ Cornicularii nomen ſumptum eſt a cornibus Secretarii Prætoriani, quibus præerat, inquit *Caſſiod. l.* 11. *ep.* 36. *a med.*

Cornĭcŭlātus, a, um, adject. in cornu ſpeciem factus. *Apul. de Deo Socr. in princ.* Corniculata luna. *Fulgen. l.* 1. *Mythol.* Corniculata lunæ ſinuatio.

Cornĭcŭlum, n. 2. κεράτιον, dimin. a cornu. *Plin. l.* 9. *c.* 32. *de cochleis*, Oculis carent, itaque corniculis prætentant iter. ¶ Item ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene geſta. *Liv. l.* 10. *c.* 44. ¶ Hoc autem ornamentum præfigebatur galeæ in formam cornu. *Salmaſ. Exercit. Plin.* V. Cornicularius.

Cornĭcŭlum, n. 2. opp. Latii, ad Corniculos M. apud Tybur urb. juxta Tarquinios. Pop. Corniculani.

Cornĭcŭlus, V. Cornicularius.

Cornificĭus, Poeta ingenio eleganti, & lepido, epigrammata ſcripſit. ¶ Sororem habuit Cornificiam, cujus carmina laudantur. ¶ Alter Cornificius amicus, & collega Ciceronis, cujus ad eum multæ extant epiſtolæ. Hunc quidam putant auctorem fuiſſe librorum ad Herennium; alii ejus filio, qui de Rhetorica arte ſcripſit, teſte *Quintil.* tribuunt.

Cornĭfrons, ontis, adject. qui cornua in fronte habet. *Ennius apud Non. cap.* 3. *n.* 3. Tu paſcere cornifrontes armentas ſoles.

Cornĭger, ra, rum, o. 1. 2. *cornuto*, בקרן, Ger. *der herner tregt*, Gal. *portans corne*, Hiſp. *corneado*, κερατοφόρος, gerens cornua. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Taurus corniger. ¶ Bacchus etiam *corniger* dictus eſt, & ejus ſimulacro cornua adjiciebantur, quod vini inventor fuerit. Homines enim nimio vini potu truces redduntur. Huc fortaſſe referendum eſt illud *Horat. l.* 3. *od.* 21. Tu ſpem reducis, & addis cornua pauperi.

Cornĭpes, edis, com. 3. κερατόπους, animal corneos habens calceos, ut equus, & capra. *Ovid. l.* 2. *Faſt.* Cornipedi Fauno cæſa de more capella. ¶ Cornipedes, abſolute pro equis, apud *Silium l.* 7. *v.* 684. & *Virg.* 7. *Æn.*

Cornĭſcæ, arum, locus trans Tyberim cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela cornices eſſe putabantur. *Feſtus.*

Cornix, icis, f. 3. *cornice*, *cornacchia*, ראה, Germ. *Kree*, Gall. *corneille*, Hiſp. *corneja*, κορώνη, avis vivaciſſima, minor corvo. *Virg.* 9. *Ecl.* Ante ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix. ¶ Cornice vivacior, &, cornicibus ſuperſtes, apud *Martial. l.* 10. *epigr.* 67. pro diu vivente: quia cornix longam novem ſæculorum vitam vivere creditur. V. *Cic. in Tuſc.* & *Juven. Sat.* 10. *v.* 246. ¶ Cornicum oculos configere, proverb. de quo V. in *Configo*.

Cornu, u, n. 4. vel cornus, us, m. 4. ex *Priſcian. lib.* 6. *corno*, קרן, Ger. *horn*, Gal. *corne*, Hiſp. *cuerno*, κέρας. *Ovid.* 7. *Metam.* Flexum circum cava tempora cornu. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Dentes mobiles confirmat cervini cornus cinis. *Varr. R. R.* 3. 9. Cornum cervinum incendere. ¶ Dicitur item de tubis obtortis, quas tubicines inflant, quod eæ, quæ nunc ſunt ex ære, olim fiebant ex bubulo cornu. *Virg. Æn.* 8. *v.* 2. ¶ Per translationem cornua fluminum dicuntur flexiones, & curvitates alveorum, quod multis in locis ad cornuum ſimilitudinem flectantur. *Cic.* 9. *Att.* Ab utroque portus cornu moles jacimus. ¶ Item cornua antennarum ſignificant utranque partem antennæ. *Virg.* 3. *Æn.* Cornua velatarum obvertimus antennarum. Adde *Ovid. l.* 11. *Met. v.* 482. ¶ Similiter in prælio cornua dicuntur aciei partes ab utroque latere prominentes. In exercitu enim eſt dextrum, & ſiniſtrum cornu, & quod inter utrunque eſt, dicitur media acies. *Ter. in Eun.* 3. 7. 4. Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dextrum. ¶ Item extremitates voluminis, ſeu bacilli, circa quod volumen volvebatur. *Ovid.* 2. *Triſt.* Candida nec nigra cornua fronte geras. ¶ Univerſim pro extremitate cujuſcunque rei, ut cornu tribunalis, *Tac. l.* 1. *Ann.* & *Val. Max. l.* 5. *c.* 7. Adde *Liv. l.* 25. *c.* 3. ¶ Cornu aliquando accipitur pro fortitudine, viribus, potentia. *Horat. Epod.* 6. *v.* 11. In malos aſperrimus parata tollo cornua. ¶ Hinc proverb. Fœnum in cornu gerere, apud *eund. l.* 1. *Sat.* 2. V. Fœnum. ¶ Vulcanum in cornu concluſum gerere. h. e. candelam ardentem in laterna cornea. *Plaut. Amph.* 1. 1. 185. ¶ Cornua maritis addere dicuntur uxores adulteræ: quæ phraſis Veteribus Græcis uſitata fuit, qui κεροστόγης appellabant illos, quorum uxores mœchabantur. Sed latina exempla hujus ſignificationis nondum reperi. ¶ Cornu pro arcu. *Virg. Æn.* 11. *v.* 773. Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. ¶ Cornu diſputationis, apud *Cic. l.* 2. *Divin. c.* 10. funt argumenta firmiſſima, & quaſi armatura diſputationis. ¶ Cornua etiam dicuntur dentes elephanti. *Martial. l.* 1. *epigr.* 73.

Cornu Copiæ, κέρας Ἀμαλθείας, fuiſſe exiſtimatur, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato congreſſus ei detraxit. Hoc Najades acceptum, & omnium fructuum primitiis refertum Copiæ conſecrarunt. *Ovid. 9. Met.* ¶ Hinc pro abundantia, & ubertate ponitur; & tum diviſim *Cornu Copiæ*, tum conjunctum *Cornucopia*, æ, uſurpatur. *Plaut. Pſeud.* 2. 3. 5. Hæcce cornucopia eſt, ubi ineſt quidquid volo. *Hor. carm. ſæcul. v.* 59. Beata pleno copia cornu.

Cornuarĭus, ii, m. artifex, qui in cornibus laborat, & ex iis aliquid efficit. *l.* 6. *Dig. de jur. immunit.* Tubarii, cornuarii, arcuarii.

Cornuātus, a, um, adject. curvatus inſtar cornu, ut cornuata umbra, *Var. l.* 6. *de L. L. c.* 3.

Cornŭctum, n. 2. *Corneto*, urbs E. Hetruriæ, in Prov. Patrimonii D. Petri, in colle, ad Martam fl. prope limites Ducatus Caſtrenſis.

Cornum, i, n. 2. κράνιον, fructus corni arboris. *Virg.* 3. *Æn. v.* 649. Bacchæ, lapidoſaque corna.

Cornŭo, as, avi, atum, inſtar cornu curvare. Ita legit *Scalig. ad Varr. loc. cit.* in *Cornuatus*.

Cornus, f. gen. tam 4. quam 2. declin. *corniolo*, Germ. *cornelbaum*, Gal. *corneiller*, Hiſp. *cerezo ſilveſtre*, κρανεία, arbor ramos habens duritie, & rigiditate cornibus ſimiles, fructum circa ſolſtitium ferens primo candidum, poſtea ſanguineum. Ex corno mare (nam fœmina cornus non oſſea, ac ſolida, ſed fungoſa eſt, atque inutilis) haſtas, ac tela faciebant. *Virg.* 9. *Æn. v.* 698. Volat Itala cornus aera per tenuem, ideſt, telum ex corno factum.

Cornŭtus, a, um, *cornuto*, בקל קרן, Germ. *gehirnet*, Gal. *corna*, Hiſp. *cornudo*, κερατώδης, quod habet cornua. *Var.* 2. *de R. R. c.* 7. Ætas cognoſcitur fere omnium, qui ungulas indiviſas habent, & etiam cornutorum. ¶ Item quod procedit ex cornu. *Mart. de Spect. epigr.* 19. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. ¶ *Cornutus ſyllogiſmus* eſt, qui utrinque convincit. *Hieronym. epiſt.* 83. *ad Ocean.* Cornutus ſyllogiſmus, ut quocumque me verterem, ſtrictius tenerer.

Corocotta, ſive crocotta, f. 1. κροκόττας, hyæna Indica, ut *Porphyrius* dicit, vel ut *Plin. lib.* 8. *c.* 30. & *Solino* placet, animal in Æthiopia, e leæna, & hyæna genitum, vel, ut alibi *Plin.* ait, *l.* 8. *c.* 21. ex cane, & lupo. Nam hyæna lupo ſimilis eſt, ac leo cani.

Corœbus, m. 2. Rex Mygdoniæ regionis Phrygiæ, qui incenſus amore Caſſandræ, quam ei Priamus deſponderat, ad Trojam venit, ſocero, & Trojanis laturus auxilium. Illi a ſponſa exitium, niſi abiret, prædictum eſt. Ea nocte, qua Ilium cecidit, a Peneleo in templo Palladis occiſus eſt. *Virg.* 2. *Æn.* Hinc proverb. *Stultior Corœbo*.

Corolla, f. 1. *coronetta*, Ger. *Krenleit*, Gal. *petite couronne*, Hiſp. *corona pequena*, στεφάνιον, dimin. parva corona. *Propert. lib.* 2. *eleg.* 23. *v.* 59. Me juvat externis poſitum languere corollis.

Corollarĭum, ii, n. 2. eſt id, quod alicui datur, præterquam quod debitum eſt, ut inquit *Var. l.* 4. *de L. L.* vocabulum fictum a corollis, quod hæ, cum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ. *Sueton. in Aug. c.* 45. Corollaria, & præmia alienis quoque muneribus, & ludis de ſuo offerebat. *Cic. Ver.* 5. Nummulis corrogatis de nepotum donis, ac de ſcenicorum corollariis. ¶ Hinc translate fumitur pro cujuſvis rei additamento. *Cic. Ver.* 6. Ne ſine corollario a convivio diſcederet. *Apul. l.* 2. *A. A.* Modo corollarium idoneum compara. h. e. munus aliquod ultra pactam mercedem.

Corōna, æ, f. 1. inſigne Regni, diadema, ſertum, *corona*, *diadema*, עטרה, Ger. *kron*, Gal. *couronne*, Hiſp. *corona*, στέφανος, ornamentum circulare capitis, ab antiquo κορώνη, corona. A noſtris olim *ſtrophium* dicta eſt, & poſtea *ſtrophiolum* per diminutionem a στρόφος, verto. Dicta item eſt *ſerta* num. plur. a *ſero*, necto. *Cicer. 6. Ver.* Unxiſſe unguentis, compleſſe coronis, & floribus. ¶ Fuerunt autem apud Rom. diverſorum generum coronæ in magno pretio habitæ, ſcilicet *triumphalis*, *obſidionalis*, *civica*, *muralis*, *vallaris*, vel *caſtrenſis*, *navalis*, *ovalis*, &c.

Trium-

Triumphalis erat, quæ Imperatoribus post victoriam ad Urbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat, postea etiam ex purissimo auro fieri cœpta: quod etiam inde aurum coronarium vocatur. *Cic. de Leg. Agrar. Obsidionalis* erat, quam liberati ab obsidione dabant ei, qui ipsos liberaverat, ex gramine decerpto inde, ubi obsessos ille servasset. Nam (ut ait *Plin.*) summum apud antiquos signum victoriæ erat, victos porrigere herbam e terra. *Civica* erat, quam civis civi, a quo servatus esset in prælio, testem vitæ, salutisque perceptæ dabat, & hæc erat primo ilignea, postea magis placuit ex quercu, quod ante inventas fruges arboris ejus glandibus homines victitarint. *Muralis* erat, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murum subiisset, inque oppidum hostium per vim ascendisset. Hæc corona, ad incitamtos ad oppugnationem militum animos, ex auro fiebat. *Vallaris*, quæ & *Castrensis* dicitur, similiter aurea, habebat insigne valli. Hac donabatur, qui primus hostium castra pugnando intrôisset. *Navalis* quoque aurea quibusdam quasi rostris navium insignita erat, qua donari consueverat, qui primus maritimo prælio in navem hostium vi transiliisset. *Ovalis* myrtea erat, qua utebantur Imperatores, qui ovantes introibant civitatem. V. *Paschalium de Coron.* ¶ Coronis quoque inducta mancipia bello capta venum producebantur: unde sub corona venire, *Gel. l. 7. c. 4. Justin. l. 8. c. 3.* Conjuges, liberosque omnium sub corona vendidit. V. *Gel. l. c.* ¶ Corona aliquando accipitur pro cœtu hominum, ut in corona dicere. *Cic. pro Flac. c. 28. & in Bruto.* ¶ Item pro quodam militaris obsidionis genere, ut corona cingere, aggredi, coronam circumdare, &c. *Cic. Livius, Cæsar, Curtius, Hirt.* Est autem *corona* cum milites ita cingunt urbem, ut nullus superfit locus, qui non a continenti militum ordine occupetur. *Liv.* 37. 5. Non corona, sed operibus oppugnare urbem. *Id.* 26. 45. Scalis, & corona urbem capere. ¶ Est etiam hoc nomine sidus, quod corona Ariadnæ dicitur, in Septentrionali regione, cum novem stellis. *Virg.* 1. *Georg.* V. *Hygin. l. 2. Astronom. c. 5.* V. etiam supra in voce Ariadna. ¶ A Veteribus Coronæ adhibitæ religionis causa & in funeribus, & in sacris, & in conviviis celebrandis. V. *Pet Victor. l. 2. var. lect. c. 7.* ¶ Notat *Muret. l. 8. var. lect. cap.* 1. a Poetis coronas vocari interdum poemata sua in illustrium virorum laudem composita. ¶ Denique coronæ vocantur projecturæ in summitate murorum domus, *cornici, cornicioni. Vitruv. l. 1. c. 8. ad fin.*

Coronālis, le, adject. 3. a corona. *Apul. l. 1. Milef.* Totam ejus domum, filiamque flammis coronalibus deusterat.

Coronāmen, is, n. 3. corona, coronæ ornamentum. *Apul. l.* 11. Mulieres verno florentes coronamine.

Coronamentum, ti, n. 2. *coronamento*, στεφάνωμα, coronarum multitudo. *Plin.* Atria coronamentis referta. ¶ Item flores, frondes, & alia, ex quibus coronæ fiunt. *Id. lib.* 21. *c.* 5. In hortis seri & coronamenta jussit Cato.

Coronarĭum, ii, n. idem quod corona. *Gel.* 4. 14. Ædilem ex eo loco jure dejectum, quo eum venire cum coronario non decuisset.

Coronarius, rii, m. 2. & Coronaria, f. 1. στεφανοπώλης, qui, vel quæ coronas conficit. *Plin. l. 21. c. 2.* Factum id ex ingenio Glyceræ coronariæ. *Id. l.* 34. *c.* 11. Coronariorum recisamentis in acetum additis.

Coronarĭus, a, um, adject. στεφανωματικὸς, ad coronas pertinens, ut coronarium opus, h. e. in modum coronæ factum. *Plin. l. 15. c. 30.* Ramos spargit topiarii, atque coronarii operis. Est autem coronarium opus quoddam cameræ ornamentum in cubiculis, de quo *Vitruv. lib. 7. c. 3. & 6.* ¶ Aurum coronarium proprie erat illud, quod coronarum aurearum loco Imperatoribus dari solebat: seu ea pecunia, quam provinciales dabant Romanis magistratibus prætextu coronæ inde faciendæ. *Cic. de Leg. Agr. 2. c. 22.* Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario.

Coronātus, o. 1. 2. partic. a coronor, *coronato*. *Cic. 2. de Leg.* Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati.

Corŏne, f. 1. olim Pedasum, & Æpea, *Coron*, χορώνη, urbs Peloponnesi, in ora finus Messeniaci, qui inde *Coroneus* dicitur, olim Colonia Thebanorum, cum portu capaci, in Prov. *Belvedere*, sub Thermatio M. inter Methonen ad Bor. & Messenen ad Austr.

Coronēa, f. 1. Coronia, *Coronea*, χορώνεια, urbs Græciæ in Bœotia, apud Heliconem Montem, & Copaidem lacum, ubi Cephisum flu. recipit. Dicta est a Corono Thessandri filio. Hic talpæ non vivunt. ¶ Aliæ etiam hoc nomine urbes commemorantur, in Messenia, in Phthiotide, in Cypro, &c.

Coronĕŏla, f. 1. genus rosæ, quæ autumno floret. *Plin. l. 21. c. 4.*

Coronides, æ, m. patronym. Æsculapius filius Coronidis nymphæ. *Ov. 6. Fast. v.* 748. Nulla Coronides causa doloris, ait.

Corōnis, idis, f. 3. *fommità, cima, altezza*, ראש, Germ. *obert spitz, gipfel*, Gal. *fommet*, Hisp. *cumbre*, κορωνὶς, proprie est nota, unci figura, ideft, linea brevis, sed ab inferiore parte flexa, quæ nota in calce, seu fine libri apponebatur. Metonymice usurpatur pro ipso libri fine. *Mart. l.* 10. *epigr.* 1. Si nimius videar, seraque coronide longus esse liber, legito pauca, libellus ero.

Corōnis, idos, alio nomine Arsinoe, Nympha, filia Lariffæ, vel Leucippi, & Phlegiæ. Cum forma præstanti esset, Apollini placuit. Sed a corvo apud Apollinem accusata adulterii cum adolescente Hæmonio Elati filio, cui nomen Ischis erat, ab Apolline sagitta confossa est. Apollo extractum e ventre puerum Æsculapium appellavit, & Chironi educandum tribuit. *Ovid.* 2. *Fast.* & 2. *Met.*

Corōno, as, a. 1. *incoronare*, עטר, Germ. *krennen*, Gal. *couronner*, Hisp. *coronar*, στεφανόω, coronam capiti impono. *Plin. l. 15. c. 4.* Athenis victores olea coronant. ¶ Significat etiam cingere, *circondare. Virg. l. 9. v.* 381. Omnemque aditum custode coronant. *Lucret.* 2. 801. Pluma columbarum, quæ collum coronat. ¶ *Sueton. Claud. c.* 11. Comœdiam Græcam docuit, ac de sententia judicum coronavit. h. e. coronatus est. V. *Voss. Grammat. l. 5. c. 3.* ¶ Coronare: cratera, est ita implere, ut instar coronæ labra poculi contingat. *Virg. Georg. 2. v.* 528.

Coronŏpus, odis, χορώπους, al. gramen aculeatum, & vulgo dens canis, herba oblonga, fissis foliis, per terram repens, cujus radix in cinerem tosta cœliacis præclare facit. *Plin. l.* 21. *c.* 16. & *l.* 22. *c.* 19.

Corophĭum, n. 2. piscis de genere cancrorum. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Corporālis, o. 2. *corporale, corporeo*, Germ. *leiblich*, Gal. *corporel*, Hisp. *corporal*, σωματικὸς, quod est, vel quod habet corpus. *Sen. epist.* 59. Dicimus quædam corporalia esse, quædam incorporalia. *Papin. l. dubior*, §. *ult. ff. de pign. act.* Soluta pecunia creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restituere debet. ideft, de pignore corporeo. ¶ Item quod est corporis. *Sen. ep.* 54. Vitiorum nostrorum oblivio, etiam corporalium.

Corporalĭtas, atis, f. 3. *Tert. de An. c. 7. & 9.*

Corporalĭter, adverb. *corporalmente. Paul. JCtus l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* Servus corporaliter pignori datus.

Corporāſco, is, escere, quasi dicas, corpus fieri. *Claud. Mamert. l. 1. c.* 14.

Corporatĭo, f. 3. idem ac corporatura. *Col. l. 6. c.* 2. Custodiendum est, ne in corporatione vel statura, vel viribus impar cum violentiore jungatur. Meliores tamen libri habent (*ne incorporatione*) eodem sensu.

Corporatīvus, a, um, adject. corporalis. *Cæl. Aurel. Tard. l. 1. c. 6.* Corporativa adjutoria.

Corporatūra, f. 1. *corporatura, quantità*, Ger. *leibs geſtalt*, Gall. *taille, corpulence*, Hisp. *cuerpo, corpulencia*, σωμάτωσις, τὸ σώματος κατάστημα, corporis magnitudo, habitus, & status corporis. *Vitr. l. 6.* Ex cœlo roscidus aer in corpora tundens humorem efficit ampliores corporaturas. Adde *Col. l. 6. c.* 12. ¶ *Veget. l.* 1. scribit, Corporaturam boni tyronis implere sex pedum longitudinem.

Corporatus, o. 1. 2. idem ac corporeus. *Cic. de Univ. cap.* 2. Mundus cernitur, & tangitur, & est undique corporatus.

Corporecustos, odis, m. 3. cultos corporis. Vet. Inscript. apud *Grut. p.* 600. *n.* 12. Bassus Neronis Cæsaris corpore custos. Et *n.* 13. Hilarius Neronis Cæsaris corporecustos.

Corpŏrĕus, a, um, o. 1. 2. *corporeo*, Germ. *leibaffig*, σωματικὸς, quod est ex substantia corporis, vel quod corpus habet. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Contra ille corporeus vitalis, & salutaris omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit. Adde *de Univ. c.* 4.

Corpŏro, as, a. 1. *incorporare, unire in un corpo*, Ger. *zueinem leib machen*, Gall. *incorporer*, Hisp. *encorporar*, σωματοποιέω, cogo, coagmento, & in unum corpus redigo. *Plin. l. 7. c.* 15. Tempore ipso animatur, corporaturque. ¶ Apud antiquos corporare est interficere, *ammazzare. Enn. apud Non.* Corpus contemplatur, unde corporet vulnere. *Accius*, Corporare abs tergo est ausus.

Corpulentĭa, f. 1. πολυσαρκία carnositas, *Plin. lib.* 11. *c.* 53. Somno concoquere corpulentiæ, quam firmitati utilius.

Corpulentus, o. 1. 2. *graſſo*, Ger. *leiblich*, Gall. *corpulent*, Hisp. *corpulento*, μεγαλόσωμος, homo obesi corporis, a corpus, ut vinolentus a vinum. *Col. l. 6. c.* 3. Corpulentum pecus. *Plaut. Epid.* 1. 1. 8. Corpulentior videre, quam agilior.

Corpus, orris, n. 3. *corpo*, גוף, Ger. *leib*, Gal. *corps*, Hisp. *cuerpo*, σῶμα, substantia omnis visu, vel tactu perceptibilis, ut corpus aquæ, corpus ferri, apud *Lucr. l.* 2. & speciatim massa compacta ex ossibus, carne, & sanguine, quæ est pars animalis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Etenim corpus intelligi sine loco non potest. *Id. pro Marc.* Vita corpore, & spiritu continetur. ¶ Aliquando corpus sumitur pro sola carne. *Cic. Fam. 7. ep.* 26. Hic cogito commorari: quoad me reficiam, nam & vires, & corpus amisi. *Mart.* utramque significationem uno versu complexus est. Inque omni nusquam corpore corpus erat. ¶ Per catachresim pro sola anima posuit. *Virg. 6. Æn. v.* 303. *de Charonte.* Et ferruginea subvectat corpora cymba. ¶ Sumitur item pro aliquo opere scripto, & volumine. *Cic. l. 5. Fam. ep.* 12. A principio enim conjurationis usque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* Sed utros ejus habueris libros (sunt enim duo corpora) an utrosque, nescio. ¶ Item pro forma. *Liv. l. 6. B. Pun.* Corpus nullum civitatis, nec Senatum, nec plebis consilium, nec Magistratus esse. ¶ Item pro parte, & tribu, ac multitudine populi. *Liv. l.* 11. Sui corporis creari Regem volebant. ¶ Corpus sine pectore, prov. apud *Horat. l. 1. ep. 4. v. 6. & Ovid. in Heroid.* ideft, sine mente. ¶ *Corpore excedere*, & *exire*, phrasis est gladiatorum ictum adversarii corporis declinatione vitantium. *Virg. Æn. 5. v.* 437. Stat gravis Entellus, nisuque immotus eodem, Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. *Cic. Catil. 1. c. 6.* Tuas petitiones parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore excessi. ¶ Interdum corpus accipitur pro persona ipsa, seu homine. *Nepos Dat. c. 9.* Elegit corpus natura simillimum sui, eique vestitum suum dedit. *Curt. l. 5. c.* 13. In illo corpore posita est victoria. ¶ De varia corporum divisione. Vide *JCtos & Sen. Quæst. Natur. l. 2. c. 2.* ¶ Corporis quæstum facere, de meretricibus dictum. *Plaut. Liv. & al.*

Corpuscŭlum, n. 2. *corpetto*, σωμάτιον, dimin. a corpus. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 24. Esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam, & quasi aduncа.

Corrādo, is, si, sum, a. 3. demo, auferendo colligo. *Ter. Phorm. 1. 1. 6.* Ei, credo, munus hoc corraditur. *Id. Heaut.* Nihil relinquo in ædibus, corrasi omnia. *Id. Adelph. 2. 2.* 34. Minas decem coradere alicunde. *Lucr. l. 1. v.* 401. fidem dictis corradere (vel *conradere*) nostris. h. e. conciliare. Alii leg. *contradere.*

Corrāsus, a, um, *raccolto*, radendo ablatus: & translate comparatus, collectus. *Calirat. Dig. l.* 40. *tit.* 20. *leg. 6. extr.* Plerumque etiam inde corrasas pecunias Præsides ad fiscum transmiserunt.

Correctĭo, nis, f. 3. *correzione*, מיסר, Germ. *beſſerung*, Gall. *correction*, Hisp. *correcion*, διόρθωσις, emendatio. *Cic.* 4. *Fin.* Hæc videlicet est correctio Philosophiæ veteris, & emendatio. ¶ Correctio etiam figura est apud Rhetores, quæ tollit id, quod dictum est, & quod magis idoneum videtur, reponit. *Auct. ad Heren. lib. 4. c. 26.* Postquam isti viceruntatque adeo victi sunt. Eam enim quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quam boni dederit?

Corrector, m. 3. *correttore*, מיסר, Germ. *beſſerer*, Gall. *correcteur*, Hisp. *corrector*, ἐπανορθωτὴς, emendator. *Cic. pro Balbo, c.* 8. Corrector, atque emendator civitatis. ¶ Item qui simul cum aliquo provinciam regit, ut Corrector Flaminiæ, & Piceni, apud *Grut. Inscrip. p. 407. n.* 8. Correctores Lucaniæ, & Bruttiorum. *Reinef. Inscr. p. 399.* Adde *Ammian. l. 27. c. 4.*

Correctūra, æ, f. 1. munus correctoris. *Auſon. Parent.* 24. Nam correcturæ tibi Tarraco Hibera tribunal Præbuit.

Correctus, a, um, adject. emendatus, *corretto. Cic.* 13. *Att. epist.* 48. Laudationem Porciæ tibi misi correctam. *Gell.* 6. 14. Ut is, qui deliquit, attention fiat, & correctior.

Corrĕpo, is, idem ac repo, *rampicare, andar' occultamente*, ἕρπω. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quod dum efficere vultis, in dumeta correpitis. *Col. in præfat.* Intra muros correpimus.

Correpte, adv. cui opponitur *producte. Ovid. 4. Pont. el. 12. v.* 13. Syllaba, quæ nunc correptius exit. *Charif. l.* 1. Correpte, ut lego; producte, ut audio. *Gell. 9. 6.* Dictio ab eo verbo, quod est dico, correpte dicitur.

Correptĭo, onis, f. 3. ut correptione retundi. h. e. reprehendi. *Tert. de Pudic. c.* 14. ¶ Item abbreviatio. *Vitruv. l. 9. c. 9.* Correptiones dierum, aut crescentiæ. ¶ Apud Grammaticos correptio syllabæ est, cum syllaba brevi tempore pronuntiatur. *Quintil. l. 9. c. 3.* Voces aut productione tantum, vel correptione mutatæ.

Correptor, is, m. 3. *riprenſore*, מוכיח, Germ. *ſtraffer*, Gall. *repreneur*, Hisp. *reprehenſor*, ἐπιτιμητὴς, reprehensor. *Sen.* 2. *de ira, c.* 10. Non hostis, sed corruptor peccantium.

Correptus, o. 1. 2. particip. a corripior, raptus, comprehensus. *Auct. ante Exil.* Ego repente vi Tribunitia correptus, &c. *Virg. Georg. 4. v.* 305 Correptum manibus tenere. ¶ Item furto ablatus, furreptus, ut correpta pecunia, *Cic. pro Balbo*, & *l.* 12. *Fam. epist.* 15. Correptis vectigalibus. ¶ Apud *Liv. l.* 2. *c.* 28. Correpti Patres, *ſorpreſi*. ¶ Apud Grammaticos correpta dicitur syllaba, quæ breve tempus habet. *Quintil. l. 1. c. 6.* (*al.* 10.) Syllaba correpta.

Corrĕus. V. Consrei.

Corridĕo, es, a. 2. *ridere*, Ger. *ſamt eandern lachen*, Gal. *rire enſemble*,

Hisp. *reir a una*, συγγελάω, simul rideo. *Lucan. l. 4. v.* 81. Omnia corrident concepta luce diei.

Corrigia, æ, f. 1. *correggia*, שׂרוך, Ger. *scuebriemen*, Gal. *courroye*, Hisp. *correa*, ἱμὰς τῶν ὑποδημάτων, lorum, vel funiculus ex loris bubulis, &c. a *corium*. Aliqui derivant a corrigo, voluntque lorum fuisse, quo verberarentur servi, ut corrigerentur. *Cic. 2. de Divin. c.* 4. Pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda. ¶ Secundam syllabam corripit *Venant. Fortun. l. 8. carm. 5. v.* 61. producit *Arator l. 2. hist. Apost. v.* 81.

Corrĭgo, is, exi, ectum, a. 3. *correggere*, הוכיח, Ger. *besseren*, Gal. *corriger*, Hisp. *corregir*, διορθόω, emendo, a *con*, & *rego*. *Cic. ad Q. Frat.* Cursu corrigam tarditatem. *Id. 3. Leg. c.* 14. Corrigere mores civitatis. ¶ Proprie significat, quod tortuosum, & obliquum est, dirigere, *dirizzare*. *Plin. l. 7. c.* 20. Miloni athletæ malum tenenti nemo digitum corrigebat.

Corripĭo, is, ipui, eptum, *prender' in fretta*, *torre per forza*, idem ac rapio, vel celeriter rapio, comprehendo. *Virg. 1. Æn.* Arcumque manu, celeresque sagittas corripuit. *Cic. 7. Ver.* Hominem corripi, ac suspendi jussit in oleastro quadam. ¶ Translate est reprehendere, arguere, objurgare, quod fit magis verbis, quam verberibus, *riprendere*, *ammonire*, ἐπιτιμᾶν, ἐπιλαμβάνεσθαι. *Cæl. Cic. 8. Fam.* Clamoribus scilicet maximis judices corripuerunt. *Sueton. in Aug. c.* 53. Indecoras adulationes corripuit edicto. h. e. castigavit. ¶ Item occupare, *sorprendere*, ut Corripi somno, Corripi febribus, &c. *Plin. l. 1. ep.* 12. Pedum dolore correptus est. *Plaut. Asin.* 5. 2. 34. Me ex amore hujus correptum esse. Alii leg. *corruptum*. ¶ Corripere se, est celeriter se recipere, *levarsi in fretta*. *Ter. Hec.* 4. 1. 3. Corripuit tacitus se se ad filiam. ¶ Significat etiam ad se trahere. *Nepos* 18. 2. 3. Omnium partes corripere, atque complecti. *Tacit. Annal.* 11. 8. 4. Neque cunctabatur, quin proximas Præfecturas corripiat. ¶ Apud Grammaticos corripere syllabam, est, brevem facere. *Palæmon Grammat.*

Corrivales, m. 3. *rivali*, Ger. *mitbiler*, Gal. *corrivaux*, Hisp. *comblecos*, ἀντερασταί, qui eandem amicam habent. *Quinctil. 14. Declam.* Illa corrivalium maledicta.

Corrivatĭo, onis, f. 3. aquæ eundem in locum deductio, sive confluxus. *Plin. l. 3. c.* 3. Corrivatione aquæ pluviæ in locum humiliorem a superioribus defluentis. Adde *l. 33. c.* 4.

Corrivatus, a, um, adject. deductus, derivatus. *Plin. l. 36. c.* 15. Per meatus corrivati septem amnes. h. e. in eundem alveum deducti. Et *l. 3. c.* 5. Tiberis tenuis primo, & nisi piscinis corrivatus, emissusque, navigabilis.

Corrīvo, as, a. 1. est rivum ducere, seu facere, seu aquas per rivos eundem in locum ducere. *Ulp. l. 1. §. 4. ff. de aqu. & aqu. plu. arcen.* Fossas agrorum siccandorum causa factas, Mutius ait, colendi agri causa fieri, non tamen corrivandæ aquæ causa fieri. *Plin. l. 31. c.* 4. Plerumque damnosi torrentes corrivantur. h. e. in eundem rivum confluunt.

Corroboramentum, i, n. 2. *conforto*, *rinforzo*. *Lactant. l. 3. c. 12. ad fin.* Labores, & miseriæ sunt exercitia, & corroboramenta virtutis.

Corroborātus, o. 1. 2. roboratus, *fortificato*. *Cic. pro Flac.* Quorum virtus non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur.

Corrobŏro, idem ac roboro, idest, robustum, & fortem reddo, *rinforzare*. *Cic. pro Sext.* Cum jam puerilis tua vox se corroboraverit. ¶ Et translate. *Cic. Cass. l.* 12. Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie.

Corrōdo, idem ac rodo, vel simul rodo, *rodere*. *Cic. 2. de Div.* Nos autem ita leves, atque inconsiderati sumus, ut, si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus.

Corrogātus, a, um, adject. multis precibus rogatus: ut corrogati auditores. h. e. ambitione collecti. *Cic. Philip. 3. c.* 8. & *Quintil. l. 10. c.* 9. ¶ Corrogata pecunia ad usus necessarios. h. e. collecta. *Cæs. l. 3. B. C. c.* 102. Sic *Cic. 5. Ver.* Nummulis corrogatis de nepotum donis.

Corrŏgo, as, a. 1. συνεφανίζω, est rogando congregare, sive multis precibus contrahere. *Cic. pro Quinct. c.* 6. Ipse suos necessarios ab atriis Liciniis, & a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adsint. *Auct. ad Her. l. 1. c.* 6. Carbunculos corrogare. h. e. colligere. V. Corrogatus.

Corrōsus, o. 1. 2. partic. a corrodor, *corroso*. *Var. 3. R. R. c.* 17. Cum eodem tempore insulas Ludinorum ibi corrosas vidisses. *Juven. Sat. 15. v.* 8. Corrosis ossibus.

Corrotundatus, a, um, *rotondo*. *Petron. Fragmen. Tragur. p.* 11. Terra mater est, in medio quasi ovum corrotundata.

Corrotundo, as, avi, atum, a. 1. rotundo. *Sen. l. 4. Nat. Quæst. c. 3. & epist.* 113. Si has quoque corrotundaverint. *Petron. Fragmen. Tragur. p.* 49. Uno cursu centies sestertium corrotundavi. V. ibi *Scheffer*.

Corrūda, f. 1. ἀσπάραγος ἄγριος, sylvestris asparagus. *Plin. l. 20. c.* 10. Sylvestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui Lybicum vocant, Attici horminium. *Cato*, In arnndineto corrudam serito.

Corrugatus, o. 1. 2. *increspato*. *Col. l. 12. c.* 39. Ubi satis corrugata erunt acina.

Corrūgis, e, adject. qui in rugas colligitur. *Nemesian. Cyneget. v.* 93. Corrugesque sinus gemmatus baltheus arctet.

Corrūgo, as, a. 1. *increspare*, כרה, Ger. *geruntzelt machen*, Gal. *rider*, Hisp. *arrugar*, ἀνασπάω, est in rugas contrahere. *Hor. l. 1. ep. 5. v.* 22. Ne turpe toral, ne sordida mappa corruget nares.

Corrūgus, m. 2. idem ac corrivus, vel speciatim, ut aliqui definiunt, aqua ex montium jugis ducta ad lavandum aurum. *Plin. l. 33. c.* 4. Flumina jugis montium duxere: corrugos vocant, a corrivatione, credo.

Corrumpo, is, a. 3. *corrompere*, *guastare*, שחת, Ger. *zerstœren*, Gal. *corrompre*, Hisp. *corromper*, διαφθείρω, contamino, vitio, destruo. *Ter. Adelph.* 3. 3. 66. Pisces ex sententia nactus sum, hi mihi ne corrumpantur, cautio est. *Plin. l. 3. c.* 23. Quæ nec aqua, nec igni posset corrumpi. ¶ Transfertur ad animum. *Cic. 3. Leg. c.* 14. Corrumpere animum, & mores alicujus. ¶ Aliquando est subornare, illicere muneribus. *Cic. pro Planc.* Quam quisque Tribum turpi largitione corrumperet. Sic corrumpere aliquem pecunia, muneribus, blanditiis, &c. *Cic. passim*. ¶ Corrumpere oculos fletu, *Plaut. Amph.* 1. 3. 32. ¶ Corrumpere diem, pro conterere, *perder' il tempo*. *Id. Men.* 4. 2. 31. ¶ Corrumpere litteras, *falsificare*. *Cic. Ver.* 4. ¶ Corrumpere rem familiarem, *dissipare*. *Sall. in Jug.* ¶ Corrumpere opportunitates, *perdere le buone occasioni*. *Id. in Catil.*

Corrŭo, is, n. 3. *cadere*, *rovinare*, נפל, Ger. *fallen*, Gal. *tomber*, Hisp. *caer*, συμπίπτω, simul ruo, concido. *Cic. 2. ad Q. Frat.* Et ille pene timore, ego risu corrui. *Id. l. 1. Divin. c.* 50. Urbs tota Lacedæmoniorum corruit. ¶ Est etiam activum, & significat coacervare, conjicere. *Plaut. Rud.* 2. 6. 58. Ibi corruere me posse ajebat divitias. *Var.* Quod eo spicas, aliudve corruebant. ¶ *Lucret. l. 3. v.* 825. Quæ possint corruere hanc rerum violento turbine summam. h. e. evertere, labefactare. Adde. *l. 5. v.* 369.

Corrupte, *corrottamente*, Ger. *berderbung*, Gal. *par corruption*, Hisp. *por corrucion*, διεφθαρμένως. *Cic. 1. Fin.* De quibus neque depravate judicant, neque corrupte. *Sen. Controv.* 9. Minus facunde, & corruptius, quam Fabianus. *Ascon. proœm. Ver.* Corruptissime judicare.

Corruptēla, f. 1. *corruzione*, διαφθορά, corruptio, quod corrumpit, & contaminat. *Cic. 2. Off. c.* 15. Melius etiam, quod largitionem corruptelam dixit esse. *Id. in Parad.* Corruptelam judicii moliri. *Ter. Adelph.* 5. 3. 7. Communis corruptela nostrum liberum. ¶ Pro stupro usurpat *Suet. Claud. c.* 16.

Corruptibĭlis, le, adject. 3. qui corrumpi potest, *corruttibile*. *Arnob. l.* 2. Plato Deos dicit, & mundum corruptibilem esse natura.

Corruptibilĭtas, atis, f. 3. facilitas se corrumpendi, *corruttibilità*. *Tert. adv. Marc. c.* 16. Corruptibilitas substantiæ humanæ.

Corruptĭo, nis, f. 3. *corruzione*, διαφθορά. *Cic. Tusc. l. 4. c.* 13. Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Corruptīvus, a, um, adject. idem quod corruptibilis. *Tertul. l. de Resur. Car. c.* 51. Oportet corruptivum istud induere incorruptionem.

Corruptor, m. 3. *corruttore*, משחית, Ger. *verderber*, Gal. *corrupteur*, Hisp. *corrompedor*, ἀπολυμαντήρ, qui corrumpit. *Cic. in Catil. 2. c.* 4. Corruptor juventutis.

Corruptorĭus, a, um, adject. qui corrumpit, corruptivus. *Tertul. adv. Marc.* Corruptorii sensus. Et, conditio corruptoria.

Corruptrix, icis, f. 3. quæ corrumpit. *Cic. 1. ad Q. Fr. ep. 1. c.* 6. Tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia.

Corruptus, o. 1. 2. *corrotto*, διεφθαρμένος. *Cic. Att.* Animus largitione corruptus. *Horat. l. 1. sat. 5. v.* 95. Iter factum corruptius imbri. *Senec. Suasor.* 1. Res omnium corruptissima. ¶ Corruptus etiam dicitur, qui animo deficit. *Plaut. Amph.* 5. 1. 6. Animo male est, aquam velim, corrupta sum, atque absumpta. ¶ Corrupti boves, idest macie confecti. *Phædr. l. 2. Fab. 9. v.* 21. Sic *Cæs. l. 3. B. C. c.* 58. Corrupti equi macie.

Cors, ortis, V. Cohors.

Corsa, æ, f. 1. a *Vitruv. l. 4. c.* 6. dicitur prima fascia antepagmenti in ostiis; ducta metaphora a voce Græca κόρση, quæ tempus, partem capitis significat, *tempia*.

Corsēæ, sive Corsiæ, insulæ parvæ Joniæ adjacentes, contra Samum insulam.

Corsi, orum, Corsicæ incolæ. *Plin. l. 15. c.* 29. Papirius Maso in monte Albano triumphavit de Corsis.

Corsĭca, Corsis, Cyrnus, *Corsica*, ins. Italiæ, in mari Tyrrheno, sub dominio Reip. Genuensis. Antea dicta est Cyrnus, a Cyrno Herculis filio, postea Corsica a Corse ancilla cujusdam bubulci, cujus taurus ex continente in insulam tranavit. Tota maligne colitur, quod aspera sit, & multis in locis inaccessibilis. Dividitur a Sardinia freto Taphros dicto. Melle abundat, sed venenato. *Ovid. l. 1. Amor. eleg.* 12. Melle sub infami Corsica misit apis.

Corsicānus, a, um, ad Corsicam pertinens, ut mella Corsicana, apud *Serv. in 4. Georg. v.* 101.

Corsĭcus, a, um, adject. possess. Corsicanus, ut Corsica apis, *Ovid. l. 1. Am. el.* 12.

Corsoīdes, m. 1. κορσοειδής. lapis canitiei hominis similis. *Plin. l. 37. c.* 10.

Cortex, icis, 3. tam masc. quam fœm. gen. *scorza*, *corteccia*, קליפה, Ger. *rinde*, Gal. *écorce*, Hisp. *corteca*, φλοιός, est veluti corium cujusque rei, ut in arboribus liber, & in cæteris rebus crusta quædam tectoria. *Virg. 7. Æn.* Raptus de subere cortex. *Id. ecl. 6. v.* 62. Musto circundat amaræ corticis. ¶ Duplex est autem cortex in arboribus, alius interior, qui & *liber* dicitur, tenuis, & levis; alius exterior, crassus, & asper. ¶ Leviorem cortice dixit *Horat. lib. 3. od.* 9. hominem inconstantem. ¶ Sine cortice nare, proverb. de eo, qui suis moribus regendis præceptore non eget. *Id. l. 1. sat. 4. v.* 120.

Corticātus, o. 1. 2. quod corticem habet. *Col. l. 12. c.* 23. Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges.

Corticĕus, a, um, adject. *di scorza*, ut Corticeum gluten. *Pruden. Cathem. 3. v.* 43.

Corticōsus, o. 1. 2. *pieno di scorze*, φλοιώδης, quod corticibus plenum est. *Plin. l. 12. c.* 41. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum.

Corticŭla, f. φλοΐδιον, dimin. a cortex. *Col. l. 12. c.* 47. Tum resolutis corticulis eximimus eum.

Cortīna, f. 1. *cortina*, proprie est vas æreum, in quo colores coquuntur, & lanæ tinguntur. *Plin. l. 25. c.* 6. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. ¶ Item vas, in quo defrutum decoquitur, a *corte*, quia defrutum decoquebatur in cortibus villicis. *Col. l. 1. c.* 6. ¶ Item vas, quo oleum fluit, cum oleum in torculari factores premunt. *Cato R. R. c.* 66. Cortinam plumbeam in lacu ponito, quo oleum fluat. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 12. Qui cortinam ludis per Circum ferunt. hoc est, Vas aqua plenum, ut equos cursu defessos in certaminibus aspergant. ¶ *Virg. l. 3. Æn. v.* 92. & *l. 6. v.* 347. tripodem illum, in quo Phœbades sedentes oracula reddebant, cortinam appellat, nam & tripus vas rotundum erat ad similitudinem cortinæ. *Prudentius* tamen cortinam a tripode distinguit, *Apotheos. v.* 506. Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra: Non tripodas cortina tegit. Itaque cortinas tripodum dixit etiam *Plin. l. 34. c.* 3. quas *Pollux l. 10. c.* 23. vocat opercula tripodum, ὅλμους, & circulari figura fuisse testatur. ¶ *Severus in Ætna, v.* 294. cortinam theatri vocat convexam, & cavam theatri capacitatem. Et *Ennius apud Var.* Cœli cortinam antea dixerat, quod scil. instar cortinæ vasis concavum sit. ¶ Recentioribus Auctoribus cortinæ aulæa, seu vela appellantur. V. *Isid. Orig. l. 19. c.* 26.

Cortinale, is, n. 3. locus, in quo cortinæ sunt ad decoquendum aliquid. *Col. l. 1. c.* 6. Cortinale, quo defrutum fiat, nec angustum, nec obscurum sit.

Cortinipŏtens, entis, epith. Apollinis, quod cortinæ præesset. *Lucil.*

Cortinŭla, æ, f. dimin. a cortina. *Ammian. l. 29. c. 7.* (*al. c.* 1.) Cortinulis pensilem annulum librans.

Cortōna, V. Corytus.

Cortonensis, e, adject. ad Cortonam pertinens, ut montes Cortonenses, *Liv. l. 22. c.* 4. Cortonenses incolæ, *Plin. l. 3. c.* 5.

Cortumĭo, vel contumio, onis, ἐνατενισμὸς, attenta oculorum defixio in aliquam rem: verbum augurale, apud *Var. l. 6. de L. L.*

Cortyna. V. Gortyna.

Corvīnus, a, um, adject. quod est corvi, *di corvo*, ut Corvinum ovum, *Plin. l. 10. c.* 12. Corvina nigredo, *Apul. l. 2. Met.* ¶ Corvinus Romanæ familiæ cognomen, de cujus origine *Liv. l. 7. c.* 36.

Corvĭto, n. 1. devoro, *Plaut. Cas. 4. 1. ad fin.* Novi ego illas ambas ostrices, corvitant, ubi comesse possunt. Sed *Lambin.* & *Turneb.* legunt, *corbitam cibi comesse possunt*. V. *corbito*.

Corvitor. V. Corbitor.

Coruncānus, m. 2. primus Romæ Pontifex Max. de plebe, quem Cicero pro domo sua Pontificii juris peritissimum fuisse testatur. Is, cum Legatus ad Teucam Illyricorum Reginam missus esset, in reditu contra jus gentium interfectus est.

Corus, Caurus, m. 2. *Ponente Maestro*, ἀργέστης, ventus inter Favonium, & Septentrionem, qui ab Occasu æstivo, & solstitiali spirat adversus Aquilonem. *Plin.* 2. 47. Sed *Vegetio* idem est ac Libonotus ad sinistrum

meri-

meridiani cardinis. ¶ Corus, p. c. κῶρος, genus menſuræ, quæ triginta modios capiebat, al. quadragintaquinque. *Iſid. l. 16. c. 25.*

Coruſcámen, inis, n. coruſcatio, ſplendor. *Apul. de Deo Socrat.* Rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare. *Fulgent. lib. 1. Mythol.* Coruſcamen vultus.

Coruſcátio, onis, f. ſplendor micans, & tremulus, ut fulguris, & hujuſmodi. *Solin. c. 53. ubi de margaritis:* Si repente micaverit coruſcatio. *Vopiſc. in Caro, c. 8.* Ingenti exorta tempeſtate, immani coruſcatione, immaniori tonitru, exæſtimatus eſt.

Coruſcifer, a, um, adject. coruſcus, vel coruſcans. *Martian. Capel.* Coruſciferi laquearia cœli.

Coruſco, as, avi, atum, n. *t. riſplendere a guiſa di baleno*, ברק, Germ. *ſcheinen*, Gall. *eclater*, Hiſp. *reſplendecer*, ἀστράπτω, ſplendeo, a κόρη, pupilla, quod proprie ſit ſplendore ſuo oculos perſtringere. *Cic. 3. de nat. Deor.* Flamma inter nubes coruſcat. ¶ Translate eſt vibrare. *Virg. 12. Æn.* Oditque moras, haſtamque coruſcat. ¶ Item criſpari, tremere. *Juven. ſat. 3. v. 255.* Longa coruſcat Sarraco veniente abies.

Coruſcus, a, um, o. 1. 2. *riſplendente*, מופיע, Germ. *ſchchnen*, Gall. *éclatant*, Hiſp. *reſplendeciente*, γλαυκὸς, ſplendens. *Virg. 2. Æn.* Stat ferri acies mucrone coruſco. ¶ Item criſpus, tremens. *Virg. 11. Æn.* Sylvis ſcena coruſcis deſuper. *Serv. in 2. Æneid.* Coruſcum alias fulgens, alias tremulum eſt.

Coruſſo. V. Coniſco.

Corvus, m. 2. *corvo*, עורב, Germ. *rab*, Gall. *corbeau*, Hiſpan. *cuervo*, κόραξ, avis ſpecies, a Græca voce allata, vel a ſono, quem edit. *Cic. 1. de nat. Deor.* Milvo eſt quoddam naturale bellum cum corvis. *Cic. 3. de Orat.* ambigue de Corace Rhetore, quaſi de corvo, qui Græce dicitur κόραξ. Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido. ¶ Fuit hæc avis Apollini ſacra, inauſpicata Plinio, & Horatio, ſc. ſi a ſiniſtra appareat; nam dextra boni eſt ominis. *Cic. 1. de Divin.* Corvus a dextra, a ſiniſtra cornix ratum facit. V. etiam *Plaut. Aulul. 4. 3.* ¶ Corvos in cruce paſcere. h. e. ſuſpendio puniri, *Horat. l. 1. ep. 16. v. 18.* ¶ Eſt etiam hoc nomine machina quædam militaris, qua in navalibus prœliis utebantur, ei perſimilis, quæ manus ferrea dicebatur. *Curt. l. 4. c. 2.* ¶ Sunt qui putant fuiſſe genus mallei ferrei, quo in latera navium impetu multo cadente, tabulata confringerentur. *Vitruvius* enim demolitorem vocat *l. 10. c. 19.*

Corybantes, m. 3. κορύβαντες, Sacerdotes Matris Ideæ, ideſt, Cybeles a κορύπτω, caput jacto, & βαίνω, incedo, quod ſacro correpti furore cymbala pulſarent, & inter ſaltandum capita jactarent; vel a κόρη, oculi pupilla, quia, cum Jovis pueri eſſent cuſtodes, oculis dormirent apertis, unde κορυβαντιᾶν dicuntur, qui ſimiliter dormiunt; vel, ut Diodorus ſcripſit, a Corybante Jaſonis, & Cybeles filio, qui ſimul cum Cardano ſacra Matris Deum in Phrygiam detulit. Iidem Curetes dicti ſunt, a κείρω, tonſura, uti vicini illis vocati Acarnanes, ab α priv. & κείρω, tondeo. Iidem Dactyli vocati fuere, quia digitorum numerum æquarent, vel quod uti homo per digitos, ita Rhea per illos miniſteria ſua exequeretur. Iidem etiam qui Telchinæ creduntur. Hi primum Idam Phrygiæ montem tenuiſſe dicuntur, poſtea in Cretam navigaſſe, montemque quendam incoluiſſe, quem nomine relictæ ſedis etiam Idam appellarunt, ubi Jovem infantem aluerunt, & ne vagitu ſe parvulus proderet; (Saturnus enim cum Titano fratre convenerat, ut ſobolem omnem maſculam interficeret) clypeolis æneis inter ſe concurrentes, tinnitu æris illiſi celavere vocem infantis. *Horat. l. 1. od. 16.* Sic geminant Corybantes æra. ¶ Singulari numero uſus *Claud. de 4. Conſ. Honor. verſ. 150.* Non te progenitum Cybelejus ære canoro Luſtravit Corybas.

Corybantius, a, um, ad Corybantas pertinens, Κορυβάντιος. *Virg. 3. Æn. v. 3.* Hic mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra.

Coryczus, m. 2. κορυκαῖος, explorator, qui clanculum ſermones aucupatur, ut poſtea deferat, a Coryco Pamphyliæ monte. Nam ſub eo in mare prominente convenæ quidam habitabant, vicini Myonneſo, qui ad mercatores in portu ſtationes habentes accedebant, quaſi merces empturi, vel navigationibus comites futuri, deinde cum cognoviſſent, & quid illi veherent, & quo navigarent, Myonneſiis renuntiabant. Mionneſii mercatores invadebant. Et ipſi Corycæi partem quandam pretii accipiebant, quo capti mercatores ſe redimebant. *Suid. ex l. 5. Ephor.* ¶ Hinc factum eſt, ut omnes curioſi ſecreta auſcultantes *Corycæi* dicerentur. Hinc etiam prov. *Hunc Corycæus auſcultavit*, quod de eo dici ſolet, cujus conſilia ſecreta patefacta ſunt. *Cic. Attic. l. 10. ep. ult.* Corycæi ſubauſcultare videntur, quod loquor.

Corycides dictæ Muſæ, vel a Corycio antro in Parnaſſo, vel a Nympha Corycia. *Ovid. Met. 1. v. 320.*

Corycium, V. Coriceum.

Corycius, a, um, adject. a Coryco urbe, ut Corycium nemus, *Curt. l. 3. c. 4.* Corycium crocum, *Horat. l. 2. ſat. 4. v. 68.*

Corȳcus, f. 2. Corycium, *Corcos*, *Curch*, *Curcho*, Turc. *Carachiſar*, urbs Ciliciæ, al. Pamphyliæ, in ora, cum portu capaci, in Caramania reg. inter Zephyrium prom. & Sebaſten urb. Ibi mons eſt ejuſdem nominis, qui plurimum, & optimum crocum gignit, in quo ſpecus Corycius eſt, unde Nymphæ Corycides. ¶ Item eſt portus dictus *delle Carabuſe*, prope Ciſamopolim, ubi & Corycæ inſulæ, cum arce munita.

Corydălus, m. 2. *lodola*, Germ. *lerch*, Gall. *alouette*, Hiſp. *cogoxuda*, κορυδαλὸς, avis al. galerita, & Gallico vocabulo alauda, a κόρυς, galea, quia habet in vertice capitis pennas aliquot erectas, quæ coni galeæ ſpeciem præbent. *Serv. in Eclog. 2. Virg.*

Corylētum, n. 2. locus frequentibus corylis conſitus. *Ovid. 2. Faſt. v. 587.* Illa modo in ſylvis inter coryleta jacebat.

Corylus, f. 2. *avellana*, *nocciolo*, κόρυλος, ſpecies arboris, quæ nuces avellanas gignit. *Virg. 2. Georg.* Plantis eduræ coryli naſcuntur.

Corymbĭa, f. 1. ferulæ caulis decoctus, qui muria, & melle conditus ſit. *Plin. l. 19. c. 9.*

Corymbĭātus, a, um, adject. inſtar corymbi factus. *Trebell. Poll. in Claud. c. 17.* Diſcus corymbiatus argenteus. V. ibi *Salmaſ.*

Corymbĭfer, ra, rum, o. 1. 2. qui fert corymbos. *Ovid. 1. Faſt. v. 593.* Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Corymbites, κορυμβίτης, tithymali ſpecies, πλατύφυλλος, vocata a foliorum latitudine. Piſces necat, alvum ſolvit radice, vel foliis, vel ſucco. *Plin. l. 26. c. 8.*

Corymbĭum, ii, n. redimiculum eſt muliebrium comarum. *Petron. Satyr.* Corymbioque dominæ pueri adornat caput.

Corymbus, m. 2. κόρυμβος, hederæ racemus in orbem circumactus, ut ſcribit *Plin. l. 16. c. 34.* Hinc *Virg. Ecl. 3. v. 39.* Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos. ¶ Hujuſmodi corymbis Deorum frontes, item Poetarum coronabantur, ut de Oſiri videre eſt apud *Tibull. l. 1. eleg. 8. v. 45.* & de Poetis *Propert. l. 2. eleg. 21. v. 35.* ¶ Præterea corymbus dicitur quidquid aſſurgit in modum ſtrobili, ſeu racemi hederacei. Hinc *Plin.* hanc vocem uſurpat de fructu chryſocomæ herbæ, *l. 28. c. 8.* Et de Cinara carduo *Colum. l. 10.* Similiter *Corn. Sever. in Ætna, v. 106.* corymbos vocat tumulos terræ temere, & inæqualiter congeſtæ.

Coryphæus, m. 2. κορυφαῖος, ſupremus, præcipuus, caput cujuſque ordinis, a κορυφὴ, vertex capitis. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 21.* Zenonem Philo noſter coryphæum appellare Epicureorum ſolebat.

Coryphasĭa, æ, f. Equeſtris Minerva dicta, vel a Coriphæ matris ſigno (nam Coriphe Oceani filia, mater Minervæ fuiſſe dicitur. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 23.*) vel ἀπὸ τῆς κορυφῆς, quod e vertice ſummo Jovis nata eſt parmam terens, atque arma. *Arnob. l. 4.*

Coryphasĭum, n. 2. *Capo Zanchi*, prom. Peloponneſi, in ora ſinus Cypariſſii, prope Pylum Meſſeniacum, e regione Sphateriæ inſ. medium inter Electram fl. & Methonem. ¶ Item urbs Argiæ reg. al. Inachia.

Corȳthus, Corytus, Coritus, Cortona, Croto, Cyrtonium, *Cortona*, urbs antiquiſſima Etruriæ, in monte, a Corytho Rege condita, inter Aretium, & Peruſiam. Pop. *Cortonenſes.*

Corȳtus, m. 2. al. corythus, choricus, coricus, coriſcus, *carcaſſo*, *turcaſſo*, *faretra*, אשפה, Germ. *kocher*, Gal. *carquis*, Hiſp. *carcax*, γωρυτὸς, vel χωρυτὸς, theca arcuum, ſive ſagittarum. *Virg. l. 10. v. 109.* Corytique leves humeris, & lethifer arcus. *Ovid. 5. Triſt. el. 8.* In quibus eſt nemo, qui non coryton, & arcum, telaque vipereo lurida felle gerat. Plura de hac voce habes apud Erythræum in Indice Virgiliano.

Corȳza, æ, f. *catarro*, Germ. *catarr*; Gall. *rhume*, *catharre*, Hiſp. *romadico*, κόρυζα, mucus, humor ex capite fluens, quem Latini gravedinem vocant. *Celſ. l. 4. c. 5.*

Cos, cotis, f. 3. *cote*, Germ. *vveizſtein*, Gall. *queux*, *pierre à aiguiſer*, Hiſp. *aguçadera*, *piedra*, ὀξύνη, proprie eſt ſaxum aſperum atque abruptum, ſpeciatim lapis, quo cultri acuuntur, a *cotes*, quod ex *cautes*, quia e caute fit. *Cic. in Tuſc.* Tanquam e ſcopulo ſis cotibus enavigavit oratio. *Liv. l. 1.* Te novacula cotem diſciſſurum. *Plin. l. 18. c. 33.* Italia aquarias cotes dedit. *ſc.* quæ aqua inter acuendum perfunduntur. Contra *cos olearis*, quæ oleo contingitur. *Id. l. 34. c. 14.* ¶ Translate cos ſumitur pro incitamento. *Cic. 4. Tuſc. c. 19.* Iracundiam cotem fortitudinis eſſe dicunt.

Cos, co, f. Κῶς, inſula Aſiæ e regione Caſiæ, prope Halicarnaſſum patria Hippocratis. Dicta eſt etiam Cea, Meropis, & Nymphæa. *Plin. 5. 31.*

Coſa, Coſanum, Caſſanum, *Coſano*, *Caſſano*, Col. & urbs Magnæ Græciæ, in Calabria cit. in conſ. Lucaniæ, ſub ditione Principis Biſiniani inter Caſtrovillarium, & oram ſinus Tarentini. ¶ Coſa item, Coſæ, Coſſa, Coſſæ, Col. & urbs exciſa Etruriæ, in conſ. ditionis Pontificiæ, in colle, prope oram lit. & oſtia Peſciæ fl. A muribus deleta dicitur. Ex ejus ruinis crevit Anſedonia, *Aliſidonia*.

Coſas, m. 1. *Coſa*, *Piſſia*, fl. Hernicorum, in Latio, qui apud Fruſinonem decurrit, & in Lirim labitur.

Coſmēta, æ, com. 1. *cameriere*, Germ. *kammer diener*, Gall. *valet de cambre*, Hiſp. *camarero*, κοσμητὴς, ſervus, vel ancilla in familia, cui domini, dominæve exornandæ cura incumbit. *Juv. ſat. 6. v. 476.* Ponunt coſmetæ tunicas, tarde veniſſe Liburnus dicitur. ¶ Eſt a κοσμέω, orno.

Coſmetrĭa, æ, f. ancilla, quæ dominam veſtit, & exornat. *Inſcript.* apud *Reineſ. 1. 89.*

Coſmiānum, i, n. 2. unguentum a Coſmo quodam inventum. *Martial. l. 12. epigr. 55.* Aut libram petet illa coſmiani.

Coſmĭcus, o. 1. 2. *mondano*, κοσμικὸς, mundanus. *Matr. l. 7. epigr. 41.* Coſmicus eſſe tibi Semproni Tucca videris, coſmica Semproni tam mala, quam bona ſunt. ¶ Coſmicus ortus Aſtrologis eſt, cum ſtella oriens una cum Sole emergit. Coſmicus occaſus contra dicitur, cum ſtella ex adverſa cœli parte infra Horizontem deſcendit, Sole oriente. Sic Chronicus ortus ſeu achronicus ſit, cum ſtella exoritur, Sole cadente: occaſus Chronicus erit, cum Sol, & ſtella eodem tempore occident. Cum vero aſtrum aliquod, quod Solis radiis obtegebatur, eo abſcedente, conſpicitur, ortum Heliacum (ideſt Solarem) vocant, ſimiliter occaſum Heliacum, cum Sole accedente, aſtrum quod apparebat, oculis noſtris ſubtrahitur.

Coſmitto, idem ac committo, apud veteres. *Feſtus.*

Coſmus, i, m. nomen unguentarii. *Juven. ſat. 8. v. 86.* Coſmi toto mergatur aheno. Ubi Vet. Scholiaſtes: Coſmus luxurioſus fuit, qui ſolium, in quod deſcendebat, multis diverſorum unguentorum odoribus miſcebat. ¶ Fuit & ſervus Auguſti hoc nomine, de quo *Sueton. in ejus vita, c. 67.*

Coſſa. V. Coſa.

Coſſigerāre, in coxam aggerare, & attollere, *Accius* apud *Non. c. 1. n. 305.* V. *Turneb. l. 29. c. 19.*

Coſſim, adverb. in coxas, pro coxim. *Pompon. apud Nonium.* Qui coſſim cacant. *Feſtus. Apul. l. 3. Mileſ. init.* Sic grabatum coſſim inſidens, ubertim flebam.

Coſſus, m. 2. vel coſſis, m. 3. κὴς, κὶς, vermis in ligno editus, qui apud Phryges, & in Ponto pro delicatiſſimo cibo ſumebatur, a Græca voce quæ allata eſt. *Plin. l. 17. c. 24.* Luxuria coſos roborum delicatiores adhibuere in cibo. *Id. l. 30. c. 13.* Coſſes, qui in ligno naſcuntur, ſanant ulcera omnia. ¶ A ſimilitudine horum vermium homines natura rugoſi corporis coſſi dicebantur. *Feſt.* Hinc *coſſutii*, *coſſuvii*, *coſſuviani*, familiæ Romanorum.

Coſtæ, arum, f. *coſte*, צלע, Germ. *rippe*, Gall. *cotes*, Hiſp. *coſtillas*, πλευραὶ, ſunt oſſa illa ſpinæ cohærentia, inteſtinaque ſuo complexu coercentia. *Virg. 3. Georg.* Fricat arbore coſtas. ¶ *Plin. l. 13. c. 9.* Coſtæ ſunt navium latera. Sic *Virg. Æn. 2. v. 16.* Sectaque intexunt abiete coſtas.

Coſtātus, a, um, adject. coſtas habens. *Varr. l. 2. R. R. c. 5.* Pecudes corpore amplo, bene coſtato, latis humeris.

Coſtum, i, n. *coſto*, herbæ odoriferæ genus. *Horat. l. 3. od. 1.* Achæmenium coſtum. *Proper. l. 4. eleg. 6.* Coſtum molle date, & blandi mihi thuris honores. ¶ Hujus herbæ meminit & *Plin. l. 14. c. 16. l. 13. c. 1.*

Coſўra, æ, κοσύρα, inſula maris mediterranei, inter Siciliam, & Africam, *Pantalerea*. *Ovid. 3. Faſt. v. 567.* Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyræ. ¶ Invenitur & Coſſyra duplici ſ. *Sil. l. 14. v. 273.* Et bellare Tabas docilis, Coſſyraque parva.

Cotarĭa, æ, f. *luogo dove ſi cavano le coti*, Germ. *vvetzſtein bruch*, Gal. *carriere de queux*, Hiſp. *lugar donde ſe facan las piedras aguçaderas*, locus, unde eruuntur cotes. *Alphen. l. Cæſar, ff. de pub.* Cæſar cum inſulæ Cretæ cotarias locaret. Al. leg. *cotorias.*

Cothon, onis, m. κώθων, portus artificialis, aggeſtis molibus factus. *Serv. ad Æn. 1. v. 427.* ita appellat portum foſſitum Carthaginienſium.

Cothon, f. 3. inſ. quæ Byrſæ Carthaginis arci ſubjacebat. ¶ Item inſ. parva ſin. Laconici, apud Cytheram inſ.

Cothurnārius ſtylus, h. e. tragicus, legitur in *l. 28. Ammiani ſub init.* ſed dubia eſt lectio. V. *Cothurnate.*

Cothurnātio, onis, f. tragica repræſentatio. *Tertul. adverſ. Valent. c. 13.* Alia trans ſiparium, cothurnatio eſt.

Cothurnāte adverb. cum cothurno, vel tragice. *Ammian. Marcel. l. 28.*

Sub init. Cum cothurnatius ſtylus procederet lacrymoſus. Al. leg. *cothurnarius*.

Cothurnātus, a, um, o. r. 2. qui cothurno indutus eſt: unde excalceato opponit. *Senec. epiſt.* 8. ¶ Et quia cothurnus in Tragicis adhibebatur, ubi perſonæ tantum inſignes, & illuſtres inducuntur, hinc cothurnatus ponitur pro gravi, ſublimi, illuſtri. *Martial. l.* 5. *epigr.* 5. Pone cothurnati grande Maronis opus. Sic ſermo cothurnatus, apud *Macrob. Satur. l.* 7. *c.* 5.

Cothurnus, m. 2. *borzacchino, ſtivaletto*, German. *vvanderſchuch*, Gall. *brodequin tragique*, Hiſp. *coturno*, κόθορνος, calceamenti genus, utrique aptum pedi ex corio uſque ad dimidiam cruris partem, quo & venatores, & tragœdiarum actores utebantur. Sed venaticus, & tragicus forma differunt, quia tragicus ſubere altius ſublevato fiebat, ut qui tragœdias agerent, proceriores viderentur, ſed venaticus talis non erat, quia ea res pernicitatem in venando impediſſet. *Virg.* r. *Æn.* Purpureoque alte ſuras vincire cothurno. *Juven. ſat.* 6. Breviorque videtur Virgine pygmæa, nullis adjuta cothurnis. ¶ Cothurni uſum primus Sophocles in ſcenam intulit. *Virg.* 8. *Ecl.* Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. ideſt, gravia. ¶ *Plin. l.* 35. *c.* 10. *de Nicophano pictore:* Cothurnus, & gravitas artis. hoc eſt, excellentia, ſublimitas. Sic cothurnus facundiæ, apud *Sidon. lib.* 2. *epiſt.* 9.

Coticŭla, æ, f. *pietra del tocco per ſaggiar l' oro*, Germ. *goltſtein*, Gall. *pierre de couche*, Hiſp. *piedra del toque*, βάσανος, dim. a *cote*, ſpeciatim lapis, quo fit auri, vel argenti experimentum, qui alio modo index, vel lapis Lydius vocatur. *Plin. l.* 33. *c.* 8. ¶ Item vaſis genus ex cote. *Plin.* 31. 9. Contraque ſuffuſiones oculorum cum lacte in coticulis teritur.

Cotiſſco, as, avi, atum, are, n. r. in cotaria laboro, cotes feco. *Apul. de Deo Socrat.* Non pro majeſtate Deorum fuerit, ut eorum quiſquam Accio Navio cotificet.

Cotĭnus, m. 2. frutex in Apennino ad linamenta modo conchylii colore inſignis. *Plin. l.* 16. *c.* 18.

Cotiŏnor, V. Cocionor, & *Gronovium ad Plauti Aſinar.* 1. 3. 51.

Cotonĕa, f. r. σύμφυτον πεπτρώσιν, a Venetis dicta herba, quam Gall. *halum* appellant, ſimilis cunilæ bubulæ, tota odorata. *Plin. l.* 26. *c.* 7.

Cotonĕum, n. 2. *pomo cotogno*, Germ. *quitten*, Gall. *coin, pome-coin*, Hiſp. *membrillo*, κυδώνιον, pomi genus, fortaſſe a Cothone inſ. vel corrupte a voce Græca allata, quæ a Cydone Cretæ urbe, unde advectum eſt. *Plin. l.* 15. *c.* 11.

Cotonĕum, n. 2. *Codogno*, opp. Inſubriæ Comitatus Trivultiorum, in Duc. Mediolanenſi, in limite agri Placentini, in agro Laudenſi.

Cotŏnum, vel coctonum, cottanum, vel cotanum & coctanum (ſic enim varie legitur) i, n. ficus parvæ genus, ſed ſuaviſſimæ. *Plin. l.* 13. *c.* 5. *Juven. ſat.* 3. *v.* 83. Advectus Romam quo pruna, & cotona vento.

Cotorĭæ, arum, f. fodinæ, ex quibus cotes effodiuntur. *Alphen. l.* 15. *Dig. de public. & vectig.* Cæſar cum inſulæ Cretæ cotorias locaret, legem ita dixerat, non videri contra legem feciſſe, propterea quod jam in initio evectæ cotes viderentur. Al. leg. *cotarias*.

Cottăbus, i, m. ſonus, vel crepitus plagarum loris incuſſarum. *Plaut. Trinum.* 4. 3. 4. Cave, ne cottabi bubuli in te crepent. Ductum eſt a græco κότταβος, quod ſignificat ſonum vini in terram eliſi. Solebant enim Græci in conviviis reliquias vini ad terram ſpargere, lætitiæ cauſa, quod κοτταβίζειν, dicebant.

Cottĭæ Alpes, ſeu Alpes Cottiæ, montes exceſſi, qui Galliam ab Italia, Delphinatum a Pedemontio ſeparant, a monte Veſulo uſque ad montem Cenſium, & a vadis Sabatiis, vel ab urbe Seguſione uſque ad Duriam fl. longe a Dertona, & Bodio in Occ. inter Alpes maritimas ad Auſt. & Alpes Grajas ad Bor. Nomen acceperunt a Cottio Rege.

Cottĭus, Reguli nomen, qui cæteris perdomitis Gallis ſolus in amicitiam Auguſti receptus eſt, & tractum Alpium alias prope invium, ſtructis molibus, tranſitu commodiorem reddidit. Hujus ſepulchrum manetque Seguſione gemino religionis titulo colebantur, quod juſto imperio ſuos rexiſſet, & ſocietate cum Romanis inita, quietem genti paraviſſet ſempiternam. Filium reliquit M. Jul. Cottium, qui Regio honore decoratus eſt a Claudio Imp. & mortuus eſt imperante Nerone, qui Cottias Alpes in provinciam redegit. *Sueton. Tiber. c.* 37. & *Ner. c.* 18.

Cottŭla. V. Cotyla.

Coturnix, icis, f. *quaglia, ſtarna, coturnice*, שלו, Ger. *vvachtel*, Gall. *caille*, Hiſp. *codorniz*, ὄρτυξ, γος, avis advena, terreſtris magis, quam ſublimis, a ſono vocis. Hæ aves Regem habent, qui coturnicum rex, ὀρτυγομήτρας, dicitur. *Plin. l.* 10. *c.* 23.

Coturnium vas, quo in ſacrificiis vinum fundebatur. *Feſtus.*

Cotўla, æ, κοτύλη, f. genus menſuræ, alio nomine hemina, continens dimidium ſextarii. *Mart. l.* 8. *epigr.* 71. Poſt hunc in cotyla raſa ſelibra data eſt. Scribitur & cotula, *y* in *u* mutato.

Cotylēdon, onis, f. herbæ genus, alio nomine umbilicus Veneris. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Cotys, yos, & latina terminatione, Cotus, i, nomen Thraciæ Regum, *Nepos Iphicr. c.* 3. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 64. &c.

Cotyttĭa, orum, n. feſta nocturna in honorem Cotyttus, quæ Athenis fiebant, omni laſciviæ genere fœdiſſima. *Horat. epod.* 17. *v.* 56. In illis placentulæ quædam ramis arborum alligabantur, & diripiendæ proponebantur.

Cotytto, us, f. contract. κοτυττώ, Dea impudentiæ habita eſt, cui Athenis a Baptis nocturna ſacra fiebant, quæ vocabantur Cotyttia. Hanc Probus ſaltatricem fuiſſe exiſtimat: unde etiam Sacerdotes laſcivis ſaltationibus mores ejus referebant. *Juven. ſat.* 2. *v.* 92. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. V. *Politian. Miſcel. c.* 10.

Covinarĭus, o. r. 2. qui covinum regit, vel ex covino pugnat. *Tac. in vit. Agric. c.* 36. Covinarii peditum ſe prælio miſcuere.

Covĭnus, ſive covinnus, m. 2. *carretta*, Ger. καrn, Gall. *chariot*, Hiſp. *carretta*, vehiculi falcati genus fuit, quo Britanni, & Galli in prælis utebantur. *Mela l.* 3. *c.* 6. *Lucan. l.* 1. *v.* 426. Et docilis rector roſtrati Belga covini.

Cōus, o. r. 2. κῶος, denom. a *Co* inſ. ut Coi populi, *Cic.* 6. *Ver.* Coum vinum. *Horat.* 2. *ſat.* 4. Artifex Cous. ideſt Apelles, per excellentiam. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 1. Coa navis, *Liv.* 37. 16.

Covum, i. n. pars cava ſub aratri jugo. *Varr. l.* 4. *L. L.* Sub jugo medio covum, quod bura extrema addita oppilatur, vocatur covum a cavo.

Coxa, f. r. *coſcia*, שוק, Germ. *huffi*, Gall. *cuiſſe*, Hiſp. *anca*, ἰσχίον, os ſacro oſſi aſtrictum, cavum habens acetabulum, cui oſſis femoris capitulum inſeritur. *Celſus l.* 2. *c.* 8. In coxe doloribus frigeſcit crus, & coxa. ¶ Quemadmodum in corpore humano coxa oſſi ſacro adjuncta angulum internum facit, ita in agris angulum internum notat *Sycul. Flacc.* Poſſeſſorum termini omnibus angulis coxiſque poſiti eſſe debent. Hinc Vet. Inſcript. apud *Fabret. p.* 180. T. Capelli T. F. In F. P. XXXVII. A. T. Cox. S. P. XLVII. Infr. Cox. P. XXXVII. V. *Urſatum Maim. Erudit. Ep.* 11.

Coxatĭo, onis, f. idem quod coaſſatio, h. e. contignatio, colligatio tabularum. *Vitruv. l.* 9. *c.* 2. Ab ſumma coxatione ad imum libramentum.

Coxendix, icis, idem ac coxa. *Suet. de Auguſto, c.* 80. Coxendice, & femore, & crure ſiniſtro non perinde valebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret.

Coxim. V. Coſſim.

C A N T E R.

Crabātus. V. Grabatus.

Crabra, maſc. r. Aqua Crabra. *la Marrana, la Marranella*, fl. Latii, qui oritur ex agro Tuſculano paulo ſupra Cryptam Ferratam, & poſtea in duo brachia dividitur, quorum pars major in Anienem ſe exonerat, pars minor per urbem Romam labitur, & ibi in Tyberim defluit.

Crabro, m. 3. *calavrone*, צרעה, Germ. *hurnauff*, Gall. *frelon*, Hiſp. *moſcardon*, ἀνθρήνη, animal veſpæ ſimile. *Plin. l.* 11. *c.* 22. *l.* 20. *c.* 13. *l.* ¶ Irritare crabrones, πανσοφικὸν ἐρεθίζειν, dictum eſt a *Plauto in Amphytrio.* 2. 2. 75. in mulierum ingenium, quibus ſi iratus repugnes, magis provoces; neque ſine tuo malo diſcedas.

Cracentes, antique pro graciles, ab antiquo *craceo*, vel *graceo*, gracilis fio, vel ſum. *Ennius apud Feſtum:* Succincti gladiis media regione cracentes.

Cracovĭa. V. Carrodunum.

Cragus, m. 2. *Monte di Gorante*, mons Lyciæ, in ora, pars Chimeræ, unde & Taurus initium ſumit, cui mons oppoſitus Anticragus nominatur, & apud Limyrum fl. & Andriacam urb. Dictus eſt a Crago Trenedeti, & Paraxidices Nymphæ filio. *Ovid.* 9. *Met. v.* 647.

Crambe, es, f. *ſpezje di cavolo*, κράμβη, braſſicæ ſpecies amari ſaporis, tenuioribus foliis, & ſimplicibus, quaſi κεράμβη, quia τὰς κόρας ἀμβλύνει, pupillas, ſeu viſum hebetat. Eſt inimica vitibus: quare in conviviis primum datur, *Plin. l.* 20. *c.* 9. Recocta faſtidium parit, & nauſeam. Hinc *Juven. Sat.* 7. *v.* 155. Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Crambūſa, f. r. *Crambuſia*, inſ. Ciliciæ, apud Corycum prom. & Calycadni fl. oſtia.

Cranăus, m. 2. κραναός, Athenarum Rex, Cecropis ſucceſſor, a quo regionis incolæ Cranai dicti ſunt.

Cranĕa, f. r. exigua regio Ambraciotarum, in Epiro.

Cranēum, n. 2. κράνειον, gymnaſium apud Corinthum. *Cic. ad Att.*

Cranĕus, m. 3. primus Rex Macedonum. *Volat. l.* 13.

Cranon, Crannon, fœm. 3. *Ceres*, urbs Theſaliæ, in Macedoniæ conf.

Crantor, m. 3. κράντωρ, Solenſis, Academicus Philoſophus fuit, Platonis auditor, & condiſcipulus Xenocratis, & Palæmonis, qui novis opinionibus Academiam Platonicam repleverunt. *Cic.* 1. *Acad.* 3. *Tuſc.* & 3. *de Orat.* Hic ſcripſit librum de conſolatione, quem Cic. æmulatus eſt. *Cic.* 2. *Acad.* Periit aquæ intercutis morbo.

Crapŭla, f. r. *crapula*, Ger. *tunchenheit*, Gal. *de hauche, gourmandiſe*, Hiſp. *embriaguez*, κραιπάλη, lucta capitis, & omnis noxa a vinoſitate proficiſcens, a Græca voce allata. *Cic. Philip.* 2. *c.* 12. Edormi crapulam, & exhala. ¶ Eſt etiam *crapula* flos reſinæ percoctus, quemadmodum deſcribitur a *Plin.* 16. 11. Adhiberi autem ſolet ad vinum condiendum, ut Idem docet. 14. 20.

Crapularĭus, a, um, ad crapulam pertinens, ut *unctiones crapulariæ* apud *Plaut. Stich.* 2. 1. 75. h. e. quæ in balneis adhibentur illis, qui heſterna crapula graves adhuc ſunt. Al. tamen leg. *ampullariæ*.

Crapulentus, a, um, adject. crapula gravatus, ebrius. *Ammian. l.* 29. *c.* 34. Vinoque conſucto diſtentus, & crapulentus.

Crapulōſus, a, um, adject. crapulæ deditus, *crapulone*. *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 20. Gulæ crapuloſis libidinibus ſervientes.

Cras, *domani*, מחר, Ger. *morgen*, Gall. *demain*, Hiſp. *manana*, αὔριον, die proxime futuro. *Cic. Att. l.* 12. Scies cras, ad ſummum perendie. ¶ Nonnunquam ponitur indefinite pro quovis tempore futuro. *Plaut. Aul.* Quæ cras veniet, perendie foras feratur foror. ¶ Videtur *cras* poſſe jungi etiam cum verbis præſentis temporis. Fuit enim inter opera Varronis liber inſcriptus *Cras credo, hodie nihil*, cujus fragmenta aliquot recitat *Non. c.* 2. *n.* 336. & *n.* 544. & alibi.

Craſsāmen, inis, n. idem ac craſſamentum, vel ſedimentum. *Col. l.* 12. *c.* 25. Semper requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

Craſſamentum, i, n. idem quod craſſamen. *Colum. l.* 12. *c.* 12. Aliquod craſſamentum in imo, ſimile fæci, reperitur.

Craſsātus, a, um, adject. *ingroſſato*, craſſus, denſatus. *Ammian. l.* 19. *c.* 4. Terrarum halitu denſiore craſſatus aer.

Craſſe, adv. *groſſamente*, Ger. *dick*, *greblich*, Gal. *lourdement*, *groſſierement*, Hiſp. *groſſeramente*, παχυλῶς. *Cic. l.* 12. *c.* 43. Eaque intrinſecus, & extrinſecus craſſe picari. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 76. Craſſe compoſitum, illepideve. *Plin.* 37. 7. Fœminæ pinguiores ſunt, & craſſius nitent.

Craſsēdo, inis, f. 3. *groſſezza*, craſſitudo. *Fulgent. de cent. Virg.* Adipata craſſedo ingenii.

Craſſeſco, n. 3. *diventar groſſo, ingroſſarſi*, Germ. *dick vverden*, Gal. *ſe groſſir, s'engraiſſer*, Hiſp. *engroſſar, engordar*, παχύνομαι, eſt craſſum fieri. *Plin. l.* 12. Qui neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes. ¶ Item pingueſcere. *Id. l.* 13. *c.* 18. Purgamentis ſues craſſeſcunt.

Craſſiānus, a, um, adject. a Craſſo R. Cive, ut Craſſiana clades. *Plin. l.* 6. *c.* 16.

Craſſificatĭo, onis, f. craſſities. *Cæl. Aurelian.* 5. *c.* 3. Viſcoſa craſſificatio,

Craſſifĭco, as, avi, atum, pinguem reddo, *ingraſſare, ingroſſare*. *Cæl. Aurel. l.* 5. *c.* 2. Craſſificare corpus.

Craſſĭtas, atis, fœm. craſſities, craſſitudo. *Apul.* Noxia craſſitate denſus.

Craſſitĭes, ei, f. idem ac craſſitudo. *Apul. l.* 7. *poſt princip.* Pectus & venter cruſtata craſſitie reluctabant.

Craſſitūdo, nis, f. *groſſezza*, עובי, Ger. *grobheit*, Gall. *groſſeur, groſſeſſe*, Hiſp. *groſſura*, παχύτης. *Cæſ.* 2. *B. C. c.* 8. Craſſitudo parietum quinque pedum. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 42. Craſſitudo aeris. ¶ Pluraliter craſſitudines, dixit *Vitruv. l.* 3. *c.* 2. & *l.* 4. *c.* 4.

Craſſivenſum, n. 2. aceris arboris genus, a venarum craſſitudine. *Plin. l.* 15. *c.* 16.

Craſſo, as, avi, atum, a. r. *ingroſſare*, craſſum facio. *Apul. l.* 3. *A. A.* Pili craſſantur in ſetas.

Craſſus, o. r. 2. *groſſo, gvaſſo*, גדיא, עב, Ger. *dick*, *groſſ*, Gall. *groſ, gras*, Hiſp. *gruello, gordo*, παχυλὸς, ſpiſſus, denſus, pinguis. *Cicer.* 1. *Tuſc.* Craſſus, & concretus aer. *Ter. Hec.* Rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. *Plin. l.* 11. *c.* 38. Sanguis craſſus. h. e. concretus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 6. Craſſiſſimus aer. *Plin. l.* 17. *c.* 11. Arbor craſſior quinque digitis. ¶ Craſſus ager, *campo che ha del fondo*. *Cic. pro Flacco*, *Cato R. R. Var. R. R. l.* 1. *c.* 24. In agro craſſo & calido.

P. Craſſus, cognomento Dives, fil. P. Mutii, frater P. Scævolæ, Conſul cum Africano ſuperiore, juris peritiſſimus, & excellens in eloquentia. Habuit Lucium filium, qui præſtantiſſimus Orator fuit, & maximus omnium, qui uſque ad illam ætatem floruerant, qui a Cicerone in libris de Oratore, & in Bruto in Cœlum laudibus effertur. Hic ante bellum civile mortuus eſt.

Craſtĭno, adv. idem quod cras. *Gell. l.* 2. *c.* 29. Craſtino ſeges non metetur.

Craſti-

Craſtĭnus, o. 1. 2. *di domani*, Ger. *dre morgende*, Gal. *de demain*, Hiſp. *de manana*, ἐπαύριον, a cras. *Cic. Attic.* 15. *ep.*8. Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis daret. ¶ Uſurpatur etiam ſine ſubſtantivo. *Cic.* 2. *de Or.* Niſi forte me in craſtinum differre vultis. Adde *Nepot. in Pelop. c.* 3. ¶ *Die craſtini*, pro *Craſtino die* dicebant Veteres. *Gell. l.* 10. *c.* 24. *Plaut. Moſt.* 4. 1. 25. ¶ Craſtinus generaliter pro futuro, apud *Stat.* 3. *Theb.* Quid craſtina volveret ætas, ſcire nefas.

Cratægŏnum, vel cratæogonum, n. 2. κραταιόγονον, genus ſatyrii herbæ, ſemine lini majore, dura radice, cortice rubro, ſapore ſubdulci. *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Cratægum, i, n. ſemen, & granum buxi. *Plin.*16.30. ubi al. leg. *carthegon.*

Crateis, m. 3. Cratæis, *Fiumara de Moro*, fl. Brutiorum, in Calabria ult. in Scyllam apud Scyllæum opp. exiens.

Crater, eris, m. vel cratera, æ, f. *coppa*, אגן, Germ. *becher*, Gal. *coupe*, Hiſp. *pila*, *copa*, κρατήρ, vaſis genus capacius, quo in libationibus, & ſolemnioribus epulis uti ſolebant, a Græca voce allata, quæ a κρατέω, teneo, quod vinum contineat, & capiat. Quidam ajunt, cratere tres urnas contineri, urnam vero quartarium dici, quod quatuor ſextarios contineat. *Virg.* 6. *Æn.* Crateras magnos ſtatuunt. ¶ Item in fontibus receptaculum, quod & labrum dicitur, in quod fiſtulis aqua decurrit. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. ¶ Crater item ſignum eſt cœleſte ſeptem conſtans ſideribus, inter Corvum, & Hydram. Cum Apollo ſolemne feſtum Jovi pararet, juſſit, corvum ſibi aquam e vivo fonte afferre. Corvus craterem ſuſtulit, ſed ſub ficu ſedit, dum fructus matureſcerent. Jam ſatur hydrum cepit, & ad dominum rediens dixit, hydrum illum fontis obſeſſorem ſibi cauſam moræ fuiſſe. Apollo voluit, tria hæc, corvum, anguem, hydrum, in rei memoriam in Cœlo remanere. Oritur die 14. Feb. veſpere. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 243. ¶ In monte Ætna crater appellatur foramen illud, per quod cinis, & ignis ebullit, & evomitur. *Plin. l.* 3. *c.* 8. Ætna nocturnis mirus incendiis: crater ejus patet ambitu ſtadiorum viginti. ¶ Differt Crater, ſeu cratera, a patera. Crater enim eſt ingens vas, ut dictum eſt, unde minoribus poculis hauritur. Patera autem poculi genus eſt a patente figura dicta, Ital. *tazza*. *Curt. l.*4. *c.* 8. Herculi Tyrio ex auro Crateram cum triginta pateris dicavit.

Crater, *Golfo di Napoli*, ſinus Campaniæ, inter Miſenum, & prom. Minervæ, qui & ſinus Puteolanus nominatur, in cujus intimo receſſu Neapolis eſt.

Cratēra, f. 1. idem ac crater, vel hydria, urna, ſitula, ab obliquo κρατῆρα. Dicitur etiam cretera, ſeu creterra, a Jonico κρητῆρα. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 52. Crateras argenti dona feram. V. Crater.

Craterītes, m. 1. gemma prædurae naturæ, inter chryſolithi, & electri colorem. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Craterra, æ, f. vaſis genus, nunc ſitula. Vide *Barth. ad l.* 2. *Thebaid. Statii*. *Nævius apud Non. c.* 15. *n.* 36. Craterris ſumere aquam ex fonte. Idem *Nonius* refert *Ciceronis l.* 2. *de nat. Deor. c.* 44. In medioque ſinu fulgens craterra relucet. Sed videtur ſcribendum *Cratera*, & ad ſidus referendum, de quo vide in *Crater*.

Cratĕrus, m. 2. Macedo, ex Alexandri comitibus, qui res ab illo geſtas conſcripſit. *Plutarch. in Ariſtide*, *Perſ. ſat.* 3.

Crates, is, f. *craticcio*, Ger. *hurd*, Gal. *claye*, Hiſp. *carco*, ταρρός, rara quædam lignorum, vel viminum, vel ferramentorum connexio, a κρατέω, teneo, quia lignum unum alterum tenet. *Cæſ.* 7. *B. G.* Proximam foſſam cratibus contegunt. *Liv. l.* 1. *c.* 51. Crate ſuperne injecta. *Cato c.* 10. *R. R.* Crates ſtercorariæ. *Virg.* 12. *Æn. v.* 508. Crates pectoris. *h. e.* pectoris coſtæ, & oſſa. ¶ Accipitur & pro inſtrumento ruſtico ad occandum apto. *Virg.* 1. *Georg. v.* 95. ¶ Item pro tormenti genere Carthaginienſibus uſitato, quo ſontes crati ſuppoſitos lapidibus ſuper injectis necabant. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 65. *Liv. l.* 4. *Tacit. de morib. Germ.* ¶ Eſt & cratis, is. *Plaut. loc. cit.* Sub cratim uti jubeas ſe ſupponi, atque eo lapides imponi multos.

Crates, etis, m. 3. κράτης, nomen Philoſophi Thebani, qui, ut Philoſophiæ vacare poſſet, projecto in mare non parvo auri pondere, *Abite*, inquit, *peſſum malæ cupiditates: ego vos mergam, ne ipſe mergar a vobis*. *Suidas* autem tradit, Cratetem omnem pecuniam in ſubſtantiam redegiſſe, & apud trapezitam depoſuiſſe, ea lege, ut, ſi filii Philoſophi eſſent, eam egenæ plebi divideret, ſin idiotæ, eis, quod acceperat, bona fide reſtitueret. Fuit & Crates Grammaticus Ariſtophanis æqualis, qui ſub Ptolemæo Philometore claruit, & Criticus, ſive Homericus cognominatus eſt. Scripſit in Iliada, & in Odyſs. lib. 9. Comment. Studium Grammaticæ primus Romam intulit. Miſſus enim ad Senatum ab Attalo Rege, ſub ipſam Ennii mortem, plurimas acroaſes fecit, aſſidueque per omne tempus legationis diſſeruit. *Sueton. de Grammat. c.* 11.

Crathis, is, m. Cratis, *Crate*, *Gratti*, fl. Calabriæ cit. in R. Neap. qui Conſentiam rigat, & in ſin. Tarentinum ſe exonerat. ¶ Item fl. Peloponneſi, qui per Achajam fluit, ac in ſin. Corinthiacum juxta Ægas opp. influit. ¶ Item mons Arcadiæ, ex quo hic amnis profluit.

Craticŭla, f. 1. *gratella*, *graticola*, Germ. *rooſt*, Gal. *gril*, Hiſp. *parrillas*, ἐσχάριον, dim. a cratis. *Mart. l.* 14. *epigr.* 21. Parva tibi curva craticula ſudet ofella.

Craticulus, a, um, adject. cancellatus, in modum craticulæ factus. *Cato R. R. c.* 13. inter inſtrumenta in torculari neceſſaria requirit *lucernas craticulas duas*. Ita leg. edit. Florentin. Baſileenſ. Lugdunſ. Colonienſ. At Popma ſic: *lucernas*, *craticulas duas*.

Craticŭlum, n. 2. idem ac craticula. *Feſtus*.

Cratīnus, m. 2. Poeta Comicus, qui primus in Dionyſiis Athenis ſatyricam fabulam induxit. Supra modum gulæ, ac omni voluptatum generi deditus fuit, præcipue ebrietati. *Hor. in Epiſt.* 19. *l.* 1. Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino, nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt, quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Cratĭo, is, n. 4. idem quod occo, crate terram ſcindo. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Utiliſſimum ſimul herbæ arare, deinde cratire.

Cratitĭus, a, um, o. 1. 2. *coſa fatta di graticcio*, ταρρώδης, quod ex cratibus factum eſt, ut Cratitii parietes, qui cratibus inſertis fiunt, ſc. aſſeribus arrectis, & tranſverſis. *Vitr. l.* 2. *c.* 8. Cratitii parietes, velim, ne inventi quidem eſſent.

Creabĭlis, le, adject. qui creari poteſt. *Apul. Triſm.* Materia creabilis eſt.

Creāmen, inis, n. Creatio, ſeu res creata. *Prudent. Hamart. v.* 505. Ex Elementis cuncta ſolubilibus, fluxoque creamine conſtant.

Creatĭo, onis, f. *creazione*, בריאה, Ger. *erſchaffung*, Gal. *creation*, Hiſp. *criacion*, κτίσις, creandi actus. *Cic.* 3. *de Leg. c.*3. Creatio Magiſtratuum.

Creātor, m. 3. *Creatore*, בורא, Ger. *ſchepffer*, Gal. *createur*, Hiſp. *criador*, δημιουργός, effector, conditor. *Cic. pro Corn. Balbo*, *c.* 13. Quod princeps ille creator hujus urbis Romulus fœdere Sabino docuit. ¶ Item qui eligit ad aliquod munus. *Ulpian. l.*2.§.7. *ff. de adminiſt. rer. ad civit.* &c.

Creātrix, icis, fœm. 3. *creatrice*, *madre*, בוראה, Germ. *ſchepfferin*, Gall. *creatrice*, Hiſp. *criadora*. *Lucr. l.* 1. *verſ.* 622. Rerum natura creatrix.

Creatūra, f. 1. *creatura*, בריאה, Ger. *creatur*, Gal. *creature*, Hiſp. *criatura*, κτίσμα, res quæ creata eſt. *Tertul. Apol. c.*30. Cujus eſt & cœlum, & omnis creatura. *Alcim. Avit. l.*2.*v.*47. Quique creaturæ præfulſit in ordine primus.

Creātus, a, um, adject. ex particip. conditus, genitus, *creato*, *generato*. *Flor. l.* 1. *c.* 6. Matre ſerva creatus. ¶ Item electus ad publicum munus. *Nepos* 1. 4. 4. Domi creati decem Prætores, qui exercitui præeſſent.

Creber, ra, um, o. 1. 2. *ſpeſſo*, רב, Germ. *embtig*, Gall. *frequent*, Hiſp. *frequente*, συχνός, multus, frequens, denſus, a *creſco*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 81. Crebri hoſtes cadunt. *Id. Aulul.* 4. 6. 9. Lucus crebro ſalicto oppletus. ¶ Sæpius accipitur pro frequenti, ut crebræ compellationes, *Cic.* 12. *Fam. epiſt.* 25. Et litteræ crebriores, *Id. Att. l.* 11. *ep.* 10. Sic *Virg.* 1. *Æn. v.*85. Creberque procellis Africus. h.e. qui crebro procellas movet. Rurſus *Cic. Att. l.* 1. In ſcripto multo eſſem crebrior, quam tu. h. e. ſæpius ſcriberem. ¶ Superlativus gradus eſt *creberrimus*. *Cic. Philip.* 14. *c.* 5. Creberrimum fuiſſe ſermonem. At *Gel. l.* 2. *c. ult.* Fluctus crebriſſimi. ¶ *Crebra* adverbii vice pro *crebro*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 500. & pede terram Crebra ferit.

Crebre, adverb. ſæpe, vel denſe. *Vitruv. l.*2.*c.*9. Palationibus crebre fixa.

Crebreſco, is, bui, n. 3. *inſpeſſirſi*, *accreſcerſi*, עבה, Ger. *dich vverden*, Gal. *devenir epas*, Hiſp. *eſpeſſarſe*, διαθρυλλέομαι, denſus, vel frequens fio, augeſco. In præterito facit *crebrui*, ſed vulgo dicitur *crebui* ad fugiendam literæ r aſperitatem. *Tac.* 4. *hiſt. c.* 12. Fama crebreſcens. *Vir. Æn.* 3. *v.* 330. Crebreſcunt optatæ auræ. *Auguſtin.* 3. *de Civ. Dei*, *c.* 17. Tam multa bella ubique crebruerunt. ¶ Scribitur & *Crebeſco*, quod probat *Manut. ad Fam.* 7. *epiſt.* 20.

Crebriſurum, n. 2. vallum crebris palis munitum, a *creber*, & *ſurus*, palum, ramus major. *Feſt.*

Crebrĭtas, tis, fœm. 3. *frequenza*, συχνότης, frequentia, ſpiſſitudo. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 1. Et crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam.

Crebrĭter, adverb. pro Crebro, eſt apud *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. & *l.* 10. *c.* 19.

Crebritūdo, inis, f. idem quod crebritas. *Siſenn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 178.

Crebro, *ſpeſſe volte*, ברוב, Germ. *offt*, Gall. *ſouvenit*, Hiſp. *a menudo*, συχνῶς, frequenter, *Cic. Att. l.* 6. *epiſt.* 5. Literas omnibus de rebus crebro mittas. *Id. l.* 5. *Fam. epiſt.* 6. Velim, litteras crebrius mittas. Et *l. de Divin. c.* 27. Creberrime commemorantur a Stoicis.

Crebro, as, avi, atum, n. 1. eſt crebro facere, iterare. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 29. de amatore, qui frequens eſt apud amicam: Si crebravit, ipſus gaudet, res perit. Alii leg. *increbravit*. Al. *increpavit*.

Credibĭlis, o. 3. *credibile*, נאמן, Ger. *glaublich*, Gal. *croyable*, Hiſp. *creedero*, *creible*, πιστός, quod veriſimile eſt, & facile credi poteſt. *Cic.* 4. *Ver.* Quod aut minus turpia, aut parum credibilia ſunt. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 618. Credibili fortior illa fuit. *Quintil.* 4. 2. Nihil his credibilius fingi poteſt.

Credibilĭter, *credibilmente*. *Cic. pro Dejot. c.* 6. At quam non modo non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem.

Credĭto, as, a. 1. frequentativum a *credo*. Eſt *Fulgentii ſub init. l.* 1. *Mythol.*

Credĭtor, ris, m. 3. *creditore*, מלוה, Ger. *ein auſslether*, *borger*, Gal. *crediteur*, *creancier*, Hiſp. *creedor*, χρήστης, cui debetur. *Cajus de verb. ſignif.* Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes, quibus ex qualibet cauſa debetur, ſicuti ex empto, ex alio contractu. *Cic.* 6. *Phil. c.* 4. Quotidie ſponſores, & creditores L. Trebellii convenire.

Credĭtrix, icis, fœm. illa, cui debetur, *creditrice*, δανείστεια. *Paul. JCtus l.* 16. *ff. qui potior. in pign.* Prima creditrix ſuperata eſt a tertio creditore.

Credĭtum, n. 2. חוב, *credito*, Ger. *einſchuld*, Gal. *une creance*, Hiſp. *credito*, δάνεισμα, quod nobis debetur. *Sen. de Benef. l.* 2. Accipiam tanquam creditum, non beneficium.

Credĭtus, a, um, nom. ex particip. *creduto*, is, cui fides eſt habita. *Virg.* 1. *Æn. verſ.*247. Caſſandra non unquam credita Teucris. *Tac. Ann.* 13. *c.* 30. Haud creditus ſufficere. ¶ Item commiſſus, traditus, *conſegnato*, *dato*. *Cic.* 2. *Off. c.*24. Solutio rerum creditarum. *Id. de Prov. Conſ. c.* 4. de pecuniis creditis jus dicere.

Credo, is, didi, ditum, a. 3. fidem habeo, fidem tribuo, mihi perſuadeo, *credere*, *aver fede*, האמין, Ger. *glauben*, Gal. *croire*, Hiſp. *creer*, πιστεύω. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. in Brut.* Audivi equidem iſta de majoribus natu; ſed nunquam ſum adductus, ut crederem. ¶ Vel cum accuſativo. *Cic.* 7. *Att.* Omnia facilius credere poſſum, quam quod ſcribitis. ¶ Vel cum accuſ. & dativo. *Cic. Fam.* 13. Hoc mihi ut teſti velim credas. ¶ Vel cum dativo ſolo. *Cic. Fam.* 5. Non ſatis credidi homini prudenti. ¶ Vel cum præpoſit. de. *Cic. Fam.* 3. Bis ad te ſcripſi, te leviter accuſans, quod de me cito credidiſſes. ¶ Vel cum infinito. *Ter. And.* 5. 4. Omnes nos gaudere te credo credere. ¶ Eſt item putare, *penſare*. *Cic.* 9. *Fam.* Omnia, credo, vidiſti, nihil omnino te fefellit. *Id.* 13. *Fam.* Credo, quia διαγνωμόνως ſcripſeram. ¶ Item mutuum dare, *impreſtare*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 76. Dimidium donare Lino, quam credere totum qui mavult, mavult perdere dimidium. ¶ Item fidei committere, ſeu ſervandum tradere, *conſegnare*. *Plaut. Aul.* Ubi is obiit mortem qui mihi id aurum credidit. Sic *Colum. l.* 2. Quot operis in aream perducantur ea, quæ terræ credidimus. Sic credere alicui ſuum animum. h. e. ſua arcana communicare. *Terent. Audr.* 1. 5. ¶ Item immittere, injicere, *gittare*. *Virg.* 2. *Geor.* Inque novos Soles audent ſe gramina tuto credere. ¶ Item fidere, *fidarſi*. *Virg. Ecl.* 2. Nimium ne crede colori. ¶ Credere ſe pedibus, *darſi alla fuga*. *Silius l.* 4. ¶ Credere aliquid ceræ. h. e. ſcribere. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 59. ¶ Uſurpatur & imperſonaliter. *Cic. pro Sex. Roſc.* Temere creditur. ¶ Invenitur & cum genitivo. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 53. Cui omnium rerum ipſus ſemper credit. Et *Truc.* 2. 2. 53. Mihi quiſquam nunquam duarum rerum creduit. Sed in hujuſmodi ellipſis eſt, & ſubintelligitur accuſativus *ſummam*, aut quid ſimile.

Credŭam, as, at, pro Credam, as, at, dicebant Veteres, ut non ſemel in *Plauto* legitur, v. gr. *Pœn.* 3. 5. 2. *Bacch.* 3. 3. 72. *Trinum.* 3. 1. 5. &c. Sic creduim, is, it, pro crediderim, is, it. *Id. Capt.* 3. 4. 74. &c.

Credulĭtas, tis, fœm. 3. *credulità*, Ger. *leichtfertigheit*, Gal. *legerete de croire*, Hiſp. *credulidad*, ταχυπειθεία, credendi facilitas. *Planc. Cic.* 10. *Fam. epiſt.* 23. Credulitas enim error eſt magis, quam culpa.

Credŭlus, a, um, o. 1. 2. *facile al credere*, Ger. *leichtglanbig*, Gal. *credule*, Hiſp. *credulo*, εὐπειθής, qui omnia facile, vel temere credit. *Cic. de Amic.* In fabulis ſtultiſſima perſona eſt improvidorum, & credulorum ſenum.

Crema, f. 1. *Crema*, urbs Cenomanorum, in Gallia Tranſpadana, in conf. Inſubrum ad Serium fl.

Cremaſtēres, m. 3. κρεμαστῆρες, nervi teſtium, a κρεμάω ſuſpendo, ſed græca vox eſt. *Colum. l.* 6. *c.* 16. Teſtium nervos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependeant.

Crematĭo, onis, f. 3. uſtio. *Plin. l.* 23. *c.* 2. Crematio ei multum virium adjicit.

Cremātor, oris, m. 3. qui cremat. *Tertull. l.* 5. *cont. Marc. c.* 16. Cremator Deus.

Cremātus, a, um. adject. uſtus, *abbruciato*. *Horat. l.* 4. *od.* 4. *v.* 53. Cremato fortis ab Ilio. *Id. Epod.* 17. *v.* 79. Crematos excitare mortuos.

Crementum, i, n. 2. idem quod augmentum, vel incrementum, *accreſcimento*.

mento. Gloss. Vet. Crementa, αὔξησις. *Var. apud Non. c. 2. n. 767.* Cremento corpora fierent majora. Adde *Tertul. de Ref. Carn. c. 58.*

Creměra, m. 1. *la Varca*, seu *la Valca*, al. *Baccano*, rivus parvus Thusciæ, qui oritur ex lacu apud Baccanas, & in Tyberim fl. labitur 5. M. P. super Romam, ex adverso Castri Jubilæi. Memorabilis est cæde 300. Fabiorum facta a Vejentibus. *Ovid. 2. Fast. v. 205.*

Cremiālis, le, adject. qui cremari facile potest, ut cremiales arbores. *Leg. 7. ff. de solut. matrim. §. 12.* Ita legit, & probat *Salmas. in Exercitat. Plin. & Hotoman.* Vulgo, *gremiales*.

Cremium, ii, *legna minute, e secche*, est lignum tenue, & aridum, a cremo, quia facile crematur. Græce dicitur φρύγανον, a φρύγω, torreo. *Col. l. 12. c. 19.* Levique primum igne, & tenuibus admodum lignis, quæ cremia rustici appellant, fornacem incendemus. *Plin. l. 12. c. 19.* Cremia discerni, & sponte conflagrare. Al. leg. *gremium*.

Cremo, as, a. 1. *abbruciare*, הוקיד, Ger. *brennen*, Gal. *bruler*, Hisp. *quemar*, καίω, comburo. *Plin. l. 17. c. 1.* Neronis incendia, quibus cremavit urbem. *Cic. Philip. 14. c. 13.* Humili sepultura cremari.

Cremōna, f. 1. *Cremona*, Col. & urbs Cenomanorum in Ducatu Mediolanensi, apud Padum fl. media inter Ticinum ad Occ. & Mantuam ad Or. Condita est an. Mundi 3905. urbis Romæ 545. facta est Colonia Roman. T. Sempron. & Cornel. Coss. Hi cum contra Augustum una cum Antonio sensissent, Cæsar victor veteranis suis eorum agros dedit, qui cum non suffecissent, acceperunt etiam vicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. hinc *Virg. 9. Ecl. v. 28.* Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Cremor, oris, m. 3. *amido*, Ger. *der safft*, Gal. *creme*, Hisp. *almidon*, τὸ παχὺ τῦ γάλακτος, proprie est pingue illud, quod a lacte secernitur, translate dicitur de lacte expresso ex grano aqua macerato, a cerno. *Cels. l. 3. c. 7. n. 2.* Cremor ptisanæ sumendus est. *Ovid. de medicamin. faciei, v. 95.* Ordea quem faciunt, illis infunde cremorem.

Crena, æ, f. 1. vox est *Plinii l. 11. c. 37. sect. 68.* ubi de stomacho marinæ testudinis loquitur, sed lectio dubia est, & significatio plane obscura.

Creo, as, avi, atum, are, a. 1. *creare*, Ger. *erschaffen*, Gal. *creer*, Hisp. *criar*, κτίζω, produco, gigno. *Cicer. 5. Fin.* Omnium rerum, quas natura creat, & tuetur. ¶ Sumitur item generatim pro efficere, *fare*. *Cic. Ver. 1.* Prætori tuo periculum creas. *Id. 2. Divin.* Errorem creat similitudo. *Plin. l. 22. c. 24.* Mel fastidium creat. *Plaut. Cas.* creare voluptatem inimicis. ¶ Item per suffragia deligere ad publicum munus, ut creare Magistratum, Consules, Ducem bello gerendo. *Cic. 9. Att. epist. 9. Liv. l. 1. c. 23. Cæs. l. 7. B. G. c. 32.* Hinc qui legitime, & auspicato electi non essent, vitio creati dicebantur. *Liv. l. 8. c. 17.* &c. ¶ Aliquando sumitur pro gignere. *Liv. l. 1. c. 3.* Is Æneam Silvium creat. *Hor. l. 4. od. 4. v. 29.* Fortes creantur fortibus.

Creon, ontis, m. 3. κρέων, nomen Corinthiorum Regis, qui Creusam filiam Jasoni desponsavit. *Sen. in Medea.* ¶ Alter fuit Thebanus, Oedipi Regis Thebanorum socer, & pater Jocastæ.

Crepa, f. 1. capra, quod cruribus crepat. *Fest.* in voce Capræ.

Crepans, antis, sonans, strepens. *Horat. l. Epod. 16. v. 48.* Crepante lympha desilit pede. *mormoreggiante*.

Crepax, o. 3. quod crepat, a *crepo*. *Sen. ep. 114. ex verb. Mecænat.* Crepacem molam, focum investiunt.

Creperus, a, um, o. 1. 2. *dubbioso*, תלוי, Ger. *ungewiss*, Gal. *douteux*, Hisp. *dudoso*, ἀμφίβολος, anceps, dubius. *Luc. l. 5. v. 1295.* Creperi certamina belli. *Symmach. l. 1. epist. 1.* Res crepera, & anceps. Et *epist. 13.* Priusquam manifesta dies creperum noctis absolveret.

Crepi, al. Creppi, m. 2. Luperci, a crepitu, quem pelliculas quasdam verberantes faciebant. *Fest.*

Crepicŭlum, crepidulum, crepitulum, n. 2. ornamentum capitis, quia in capitis motu crepitum facit. *Fest.*

Crepīda, æ, f. 1. *pianella*, נעל, Ger. *pantoffel*, Gal. *pantoufle*, Hisp. *chinela*, κρηπίς, Thuscum calceamentum, teste *Servio*, quod corrigiis ligabatur, quo utebantur, cum ociarentur, a voce Græca, quæ allata est. *Cic. pro Rab.* L. Scipionis non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. ¶ Apud Latinos Poetas corripit primam, quamvis apud Græcos scribatur per vocalem longam η. *Pers. Sat. 1. sub fin.* Non hic, qui in crepidis Grajorum ludere gestit. ¶ Erat autem crepida solea quædam, qua planta tantum pedis tegebatur, longis habenis circumligata, ita, ut pars superior pedis nuda prope esset. V. *Gel. l. 13. c. 2.* ¶ Differebant crepidæ a soleis in eo, quod soleæ simpliciores essent, crepidæ vero crassiores, in quibus duæ nimirum soleæ erant compactæ. Iis utebantur præcipue mulieres: aliquando tamen & viri. Item Philosophi pallio induti: nam pallium, & crepidæ apud Græcos conjungebantur. *Sueton. Tiber. c. 13.* Deposito patrio habitu, redegit se ad pallium, & crepidas. V. plura apud *Balduinum de Calceo, c. 14.*

Crepidarĭus, m. 2. *chi fa le pianelle*, Ger. *pantoffel macher*, Gal. *faiseur, ou vvendeur de patins*, Hisp. *capatero de al orques*, κρηπιδοποιός, qui crepidas conficit. *Gel. l. 13. c. 21.* Ejus calceamenti sutores crepidarios dixerunt. ¶ Adjective, crepidarius culter, apud *eundem loc. c.*

Crepidatus, a, um, o. 1. 2. *chi ha le pianelle*, Ger. *der pantoffel antregi*, Gal. *chaussè de patiens*, Hisp. *que tiene alcorques*, κρηπιδούμενος, crepidis indutus. *Cic. in Pis. c. 38.* Inde nocte intempesta crepidatus, veste servili, navim conscendit.

Crepīdo, dinis, f. 3. *l'estremità della terra bagnata dall'acque*, φάραγξ, ora terræ, quam aqua alluit, a κρηπίς, *fundamentum*, *basis*, quia est ora terræ, quæ est aquæ basis, vel a crepitu, quia ibi aqua allidens concrepitat. *Col. l. 9.* Sic enim maris atrocitas objectu crepidinis frangitur. ¶ Dicitur etiam de extremitate editioris cujusque loci. *Sen.* Quis crederet jacentem super crepidinem Marium aut fuisse aut futurum Consulem? ¶ Item de abrupti saxi altitudine. *Virg. 10. Æn. v. 653.* Forte ratis celsi conjuncta crepidine saxi expositis stabat scalis. ¶ Denique extremitas valli ad oppida, & arces, vel editior locus prope pontes, in viis publicis, quem mendici occupant, crepido dicitur. *Juven. Sat. 5. v. 8.* Nulla crepido vacat, nusquam pons, aut tegetis pars dimidia brevior? ¶ Apud *Vitruv. l. 4. c. 6.* Crepidines dicuntur partes coronæ, seu capituli eminentes, & projectæ. Figuram exhibet *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Denique ponitur pro altitudine aliquid sustinente. *Stat. l. 1. silv. 1. v. 58.* teneat æterna crepido, Quæ superingesti portaret culmina montis. ¶ Hinc translate *Cic. in Orat. c. 67.* Omnia tanquam crepidine quadam sustinentur.

Crepidŭla, f. 1. κρηπίδιον, dimin. a crepida. *Gell. l. 13. c. 21.* Soleas dixere, nonnunquam voce Græca crepidulas.

Crepitacillum, n. 2. dimin. a crepitaculum. *Lucr. l. 5. v. 232.* Nec crepitacillis opus est. At *Gifanius*, *Pareus*, *Salmas. & al. leg.* Nec crepitacula eis opus sunt. *Tert. adv. Jud. c. 9.* Signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus.

Crepitacŭlum, n. 2. *cembalo*, צלצל, Ger. *kelelin*, Gal. *sonnette*, *clechette*, Hisp. *sonajo*, *campanilla*, σεῖστρον, sistrum, æreum instrumentum, quod manibus percussum reddit sonum, in Isidis sacris solemne. *Col. l. 9. c. 12.* Crepitaculis æreis terreatur fugiens juventus apium. ¶ *Vossio* est idem ac crepundium. *Quintil. l. 9. c. 4.* Et sonum edant puerilium crepitaculorum.

Crepīto, as, n. 1. *fare strepito*, ἐπιψοφέω, crepitum edo, frequent. a crepo. *Plin. l. 12. c. 17.* Myrtata crepitant in igne. *Virg. 5. Æn. v. 458.* Multa grandine nimbi Culminibus crepitant.

Crepitŭlum, V. Crepiculum.

Crepītus, tus, m. *strepito*, Ger. *krach*, Gal. *bruit*, Hisp. *truido*, ψόφος, sonitus, qui ex concussione, & impulsu resultat. *Cic. in Top.* Crepitus pedum. *Id. 4. Tusc.* Crepitus dentium. *Id. 7. Ver.* Crepitus plagarum. ¶ Hinc pedentis sonus crepitus ventris dicitur, quem Stoici æque liberum esse debere, atque ructum affirmabant. *Plaut. in Cur.* Ex unoquoque eorum eiiciam crepitum polentarium. *Sueton. in Claud. c. 32.* Edictum meditatus dicitur, quo veniam daret flatus, crepitusque ventris etiam inter epulas emittendi.

Crepo, as, pui, pitum, n. 1. *fare strepito*, *suonare*, הכה, Ger. *thenen*, Gal. *craquer*, Hisp. *hazer ruido quebrandose*, ψοφεῖν, est sonare. *Teren. Adelph.* Sed quis? nam crepuit foris. ¶ Per translationem est subinde aliquid in ore habere, & moleste repetere, quod non ii tantum faciunt, qui queruntur, sed jactatores etiam, & gloriosi. *Horat. l. 1. od. 18. v. 5.* Quis post vina gravem militiam, aut pauperiem crepat? h. e. incusat, queritur. *Id. l. 2. Sat. 3. v. 32.* Si quid Stertinius veri crepat. h. e. docet. *Lucr. l. 2. v. 1166.* Laudat fortunas sæpe parentis, Et crepat antiquum genus. h. e. jactat. ¶ Interdum significat discindi, rumpi, *crepare*. *Virg. Æn. 5.* Remi obnixi crepuere, illisaque prora pependit.

Crepŭlus, a, um, adject. idem quod crepax, strepitum edens. *Sidon. l. 9. epist. 13.* Crepulis reflanda buccis gemit aura tibialis. *Avien. in Arat.* Crepula ut late vomeret convicia voce.

Crepundĭa, orum, n. 2. *ornamenti de' bambini*, Germ. *kinderspiel*, *socken*, Gal. *jovets*, *d'enfants*, Hisp. *diges*, *o dixes*, *iuguetes*, κρεποπαίγνια, prima munuscula, quæ dantur pueris, ut sunt fasciolæ, linteoli, vestes, bullæ, coralia, ensiculi, & alia hujusmodi, a *crepando*, quia pueri crepitaculis maxime gaudent. *Vossio* videntur fuisse ornamenta, quæ pueris in collo appendi solerent, ex quibus parentes liberos amissos cognoscerent. *Cic. in Brut.* Nunc quoniam totum me, non nævo aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere. *Plaut. 4. 4. 110.* Sunt crepundia ensiculus aureolus, securicula aurea, sicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ, & sucula, & porculi, & bulla aurea.

Crepusci, olim dicebantur, qui tempore crepusculi nati erant. *Var. l. 5. L. L.*

Crepusculasco, is, advesperasco, & ad noctem accedo, *farsi notte*. *Sidon. l. 8. epist. 3.*

Crepuscŭlum, n. 2. *luce dubbia*, *quando si fa sera*, *ovvero giorno*, נשף, Ger. *die Jemmerung*, Gal. *crepuscule*, *entre chien*, *& loup*, Hisp. *entre das luzes lubricas*, ζόφος, lux dubia, tempus medium inter diem, & noctem, quod proprie ex consuetudine est post Solis occasum usque ad tenebras, a *crepus*, vel *creperus*, dubius. Nam lux incerta inter Auroram, & Solis ortum *diluculum* vocatur, quia Sole nondum orto jam lucet. Sed *Serv. in 2. Æn.* contra existimat. Nam *crepus*, ut *Jos. Scalig.* placet, est a κνέφας, diluculum. Pro utraque parte exempla inveniuntur, ut *Ovid. l. 1. Am. el. 5. v. 5.* Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo. Sic *Plin. l. 18. c. 25.* Mane, vel crepusculo. His adde *Var. l. 5. de L. L. c. 2.* Contra vero Servii opinionem probant plures Glossæ, quæ crepusculum interpretantur de matutino tempore, ὄρθρυ ὑπαύγη.

Cres, etis, m. Cretensis, ut Epimenides Cres. *Cic. l. 1. Div. c. 18.*

Crescentĭa, æ, f. incrementum, accretio, *aumento*, αὔξησις. *Vitruv. l. 9. c. 9.* Horarum brevitates, aut crescentias.

Crescentīnum, *Crescentino*, opp. Italiæ, in Pedemontio, prope Padum fl. e regione Verrucæ.

Cresco, is, crevi, cretum, *crescere*, גדל, Germ. *vvachsen*, Gall. *croitre*, Hisp. *crecer*, αὐξάνω, augeor. *Cic. 2. de Div.* Ut cum Luna pariter crescant, pariterque decrescant. ¶ Et translate. *Cic. pro Leg. Manil.* Cum socii pertimuissent, hostium opes, animique crevissent. ¶ Eleganter etiam crescere illi dicuntur, qui gratia, opibus, vel dignitate augentur, aut eruditione. *Virg. Ecl. 7. v. 25.* Crescentem ornate poetam. *Nepos in Attic. c. 21.* Cum ad extremam senectutem non minus dignitate, quam gratia, fortunaque crevisset. ¶ Crescere ex mærore alicujus is dicitur, qui gaudium, & fructum ex alieno infortunio capit. *Ovid. Heroid. 15. v. 117.* E nostro crescit mærore Charaxus. Sic Crescere ex aliquo. h. e. alicujus detrimento ditiorem, potentioremque, & celebriorem reddi. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 30.* Accusarem alios potius, ex quibus possem crescere. ¶ *Cresse* pro *crevisse* dixit *Lucret. l. 2. v. 684.* ¶ De præterito Crevi hæc *Festus*: Crevi modo significat hæreditatem adii: modo, major ætate, vel censu sum: modo judicavi: modo divisi: quæ omnia a duobus verbis, *cresco*, & *cerno* veniunt, cujus unius origo ex græco trahitur, quod illi κραίνειν, dicunt, perficere.

Cressa, æ, f. quæ Cretensis est, ut Cressa puella. *Ovid. Epist. 2. v. 76.* ¶ Nota Cressa, h. e. felix, candida. *Horat. l. 1. od. 36.* V. Creta.

Cressĭus, a, um, adject. idem ac Cretensis. *Virg. 4. Æn. v. 70.* Nemora inter Cressia fixit.

Creta, æ, vel Crete, es, Aeria, Curetis, Hecatompolis, Marcaros, Macaronesos, *Candia*, κρήτη, insula Maris Mediter. Primum dicta est *Curetis*, vel *Cureta*, a populis Curetibus, unde per syncopen *Creta* remansit. Sed aliis Cres quidam huic insulæ nomen dedisse existimatur, qui Jovem abscondit in monte Licæo. Alii dicunt, esse vocatam a Crete quodam Jovis filio Curetum Rege. Alii a Crete nympha Hesperidis filia. ¶ A Septent. Ægæo alluitur simul, & Cretico pelago, ab Aust. Afro, ad Occ. Ægilam, & Cytheram spectat, ad Or. Carpathon. ¶ Optimi vini fertilissima est. Nullum animal noxium gignit, præter phalangium. Caret cervis, apris, herinaceis. ¶ Olim centum urbes habuit. Hinc Hecatompolis dicta est.

Creta, f. 1. *creta*, גרנר, Ger. *kreiden*, Gal. *craie*, Hisp. *Creda*, κιμωλία γῆ, terra tenax, ab insula *Creta*, ubi melior est, vel ab adjectivo *cretus*, quia, si maceretur, crescit. ¶ Proprie de creta alba dicitur: est tamen & nigra, & viridis, cujus meminit *Vitruv. l. 7. c. 7.* & *Plin. l. 35. c. 6.* ¶ Creta notare, est approbare, contra carbone notare, idem est ac damnare. *Pers. Sat. 5. v. 107.* Quæque sequenda forent, & quæ vitanda vicissim, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti. Album enim ad boni naturam pertinere, censuit *Pythagoras*, atrum ad mali. ¶ Hinc *Cressa nota* pro felici, & candida. *Horat. l. 1. od. 36.* Cressa ne careat pulcra dies nota. ¶ Creta, pro cretatis, albisque vestibus. *Plaut. Aul. 4. 9. 6.* Qui vestitu, & creta occultant sese.

Cretacĕus, a, um, o. 1. 2. ex creta, *di creta*. *Plin. 18. c. 9.* Rufior illa, at Pisana candidior, ponderosior vero Cretacea.

Cretæus, o. 1. 2. quod ex Creta insula est. *Ovid.* Strataque Cretæam belua stravit humum. *Prop. l. 3. el. 19.* (al. 17.) Pendet Cretæa tracta puella rate.

Cretānus, a, um, adject. Cretensis. *Plaut. Curc. a. 3. v. 74.* Arabas, Caras, Cretanos, Syros.

Cretarĭus, a, um, adject. ad cretam pertinens, ut cretaria taberna, *Var. l. 7. de L. L.*

Cre-

Cretātus, o. 1. 2. *cretato*, *incretato*, Ger. *mit creiden gevviſt*, Gal. *marqué de craie*, Hiſp. *untado con creda*, creta inſperſus, ut Cretati pedes, qui creta erant dealbati, quales ſolebant eſſe ſervorum pedes, qui trans mare venales advehebantur. Et Cretatæ faſciæ. *Cic. Att. lib.* 2. *ep.* 6. ¶ Cretata ambitio, dicitur a *Perſ. Sat.* 5. *v.* 177. quia qui ad honores aſpirabant, albas, candidaſque veſtes induebant, unde Candidati dicti.

Cretenſis, o. 3. ex Creta inſula. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Tertius Jupiter Cretenſis, Saturni filius. ¶ Cretenſes prælium inituri citharam pulſare ſolebant, teſte *Gel. l.* 1. *c.* 11.

Creterra, V. Cratera.

Cretĕus, a, um, adject. cretaceus. *Lucr. l.* 4. *v.* 297. Ut ſi quis prius, arida quam ſit Cretea perſona, allidat pilæve, trabive.

Cretheus, Æoli fil. qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æſonem genuit, Alcimedontem, & Amythaonem. Hinc denom. *Cretheius*, *a*, *um*, ut Virga Cretheia, Helle Crethei neptis. *Flac. l.* 1.

Crethīdes, æ, m. Κρηθείδης, Jaſon nepos Crethei. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 609. Nec ſua Crethiden latuit dea.

Cretĭcus, a, um, o. 1. 2. quod ex Creta inſula eſt, ut Creticum mare, *Horat. l.* 1. *od.* 26. ¶ Cognomen fuit Q. Metelli, qui inſulam Cretam armis domuit.

Cretĭcus, m. 2. genus pedis, al. amphimacrus, ex prima, & tertia longis, media brevi, ut *Sanitas*, a Cretibus, quia Cretes ſaltando hoc rhythmo, vel dactylo utebantur. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 47.

Cretifodīna, æ, locus, ubi creta effoditur. *Ulpian. Dig.* 7. 1. 13. & 24. 3. 7.

Cretio, f. 3. hæreditatis aditio, vel certus dierum numerus, in quo inſtitutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore excluditur, a cerno. *Cic. l.* 11. *Att. ep.* 12. *ad fin.* Gallionis hæreditatem crevi: puto enim cretionem fuiſſe ſimplicem. h. e. cum nullo conjunctam, ſine cohæredibus. *Id. ib. l.* 13. *ep.* 46. Ex eo cognovi cretionem Cluvii liberam, teſtibus præſentibus ſexaginta duobus.

Cretis, idis, f. quæ eſt ex Creta inſula. *Ovid. Faſt.* 3. *v.* 443. Nymphæ Cretides.

Cretōſus, o. 1. 2. *pieno di creta*, Ger. *creidechtig*, Gal. *abondant en graie*, Hiſp. *gredoſo*, κρητώδης, quod certa plenum eſt, ut Ager cretoſus, cretoſa rura, &c. *Ovid.* 7. *Metam. Plin. l.* 15. *c.* 18. locus cretoſus.

Cretŭla, f. 1. dimin. a creta. *Cic.* 6. *Ver. c.* 26. Caſu ſignum iſte animadvertit in cretula. ¶ Eſt & coloris genus. *Plin. l.* 35. *c.* 7. Ex omnibus coloribus cretulam amant.

Cretūra, æ, f. *crivellatura*, *ſtracciatura*, *cruſchello*, tritici, aut alterius frumenti vilior pars, quæ cribro ſecernitur, & altilibus pro pabulo dari ſolet: a ſupino *cretum* verbi *cerno*, quod & cribro purgare ſignificat. *Pallad. l.* 1. *tit.* 24. Triginta columbis volantibus diurni tres ſextarii tritici ſufficient, aut creturæ.

Cretus, a, um, o. 1. 2. procreatus, partic. a creſco, *generato*. *Virg. Æn.* 4. *v.* 192. Trojano a ſanguine cretus. *Lucan. l.* 5. *v.* 6. Mortali corpore cretus. ¶ Item particip. verbi *cerno*, & ſignificat purgatum, *crivellato*. *Pallad. l.* 12. *tit.* 22. Cineris bene creti quantum manus utraque geſtabit.

Creūſa, f. 1. κρέουσα, Creontis Corinthiorum Regis filia fuit, quam Jaſon, repudiata Medea, uxorem accepit, quamobrem Medea indignata carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcriniolo incluſum per filios ſuos Creuſæ muneris loco miſit: filios vero præmonuit, ut ſtatim oblato munere diſcederent. Creuſa igitur videndi cupida, nihilque mali ſuſpicans, ſcriniolum aperuit, & continuo evolavit ignis, Creuſamque, & totam Creontis regiam exuſſit. ¶ Alia fuit Priami, & Hecubæ filia, Æneæ conjux, cui Aſcanium filium peperit. Hanc in excidio Ilii ab Ænea, qui fugiens patrem humeris geſtabat, filium manu ducebat, perditam in itinere, dum vias notas exceſſiſſet, habetur apud *Virg.* 2. *Æn.* Nonnulli eam ab ipſo Ænea ex pactione cum Græcis facta occiſam volunt, ne quis ex ſemine Priami ſupereſſet. Verum his refragatur hiſtoria de Heleno, & Caſſandra liberis Priami, quos Græci captivos abduxerunt.

Cribellātus, a, um, adject. cribello ſecretus, *crivellato*. *Pallad. l.* 1. *c.* 41. Sevum liquefactum cribellato cineri admixtum.

Cribellum, i, n. diminut. parvum cribrum, *crivelletto*. *Pallad. Februar. c.* 24. Nitrum tritum cribello deſuper ſpargas. Et *Jun. c.* 11. Cribello ſpiſſo cernere, ut grana non tranſeant.

Cribrārius, o. 1. 2. quod ad cribrum pertinet. *Plin. l.* 7. *c.* 11. Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro. De farina loquitur.

Cribrātus, a, um, *crivellato*, κοσκινισμένος, cribro purgatus. *Colum. l.* 12. *c.* 51. Aromata non cribrata, verum leviter confracta. *Plin. l.* 17. *c.* 11. Terra cribrata minutatim.

Cribro, as, a. 1. *crivellare*, הניף, Ger. *feuberen*, Gal. *cribler*, Hiſp. *acrivar*, κοσκινίζω, eſt purgare, a pulvere, & rebus immundis ſecernere. *Col. l.* 12. *c.* 23. Nam omni lentore miſſo facilius in pulverem reſolvitur, atque cribratur. *Plin. l.* 25. *c.* 5. *a med.* Inciſum forficulis cribrant.

Cribrum, n. 2. *crivello*, *vaglio*, כברה, Ger. *ſieb*, Gal *crible*, Hiſp. *criva*, *o crivo*, κόσκινον, inſtrumentum ex pellibus fuillis ut plurimum, crebris pertuſum foraminibus, ad frumenta purganda, item inſtrumentum ex ſetis equorum factum farinæ a furfuribus ſeparandæ gratia, quod etiam cribrum ſetaceum, & farinarium dicitur. *Plin. l.* 17. *c.* 11. *Cic.* 2. *de Div. c.* 27. Quaſi vero quidquam interſit, mures diem, ac noctem aliquid rodentes ſcuta, an cribra corroſerint. ¶ Cribro aquam haurire, vel gerere, *faticarſi in vano*, proverb. in eos, qui operam perdunt. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 100. Non pluris refert, quam ſi imbrem in cribrum geras.

Crimen, inis, n. 3. *delitto*, *mancamento*, *colpa*, פשע, Ger. *miſſethat*, Gal. *crime*, Hiſp. *crimen*, αἰτία, delictum. *Cic. ad Marium*, Sunt, qui criminis loco putant eſſe, quod vivam. ¶ Proprie dicitur de vitio, ſeu culpa, quæ per contentionem alicui objicitur. Hinc dare crimini, *aſcriver'a colpa*. *Cic. Ver.* 7. *c.* 50. Et criminibus convinci, *Id. Ver.* 3. *c.* 9. Acerba crimina objicere. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. ¶ Accipitur ſæpe pro accuſatione, *accuſa*. *Cic. in Philip.* Hæreditatem mihi negaſti obveniſſe. Utinam hoc tuum crimen verum eſſet. *Sueton. in Claud. c.* 16. Crimen alicui movere. ¶ Venire in crimen. h. e. in ſuſpicionem, *venir'in ſoſpetto*. *Ter. Hec.* 3. 1. 55. ¶ Eleganter infelices, crimina Deorum & fortunæ, appellantur a *Lucano l.* 5. *v.* 59. Fortunæ Ptolemæe pudor, crimenque Deorum, quaſi Dii peccaverint hunc ſervantes. De variis Criminum publicorum, privatorumque diviſionibus, ut Majeſtatis, repetundarum, vis, inceſtus, &c. conſule *Manut. de Leg. Rom.* ¶ Differt crimen a delicto, nam illud fere publicum eſt, quo Reſp. læditur, ut cædes, falſitas, adulterium: Delictum vero eſt privata noxa, ut furtum, injuria, &c. ¶ Sumitur aliquando crimen ſimpliciter pro cauſa. *Virg.* 7. *Æn. v.* 339. Sere crimina belli.

Criminālis, o. 3. *criminale*, ἐγκληματικός, quod eſt criminis, ut Criminalis cauſa, quæ pecuniariæ opponitur, *leg.* 15. *Cod. de quæſtionib.* Criminalis accuſatio, *leg.* 3. *Cod. de leg. Aquil.*

Criminaliter, adverb. *criminalmente*, per criminalem quæſtionem, cui opponitur *civiliter*. *Ulp. l. ult. ff. de furt.* Nunc furti plerumque criminaliter agi. Sic *leg.* 18. *Cod. de re milit.* Agentibus cauſas tam criminaliter, quam civiliter.

Criminatĭo, f. 3. διαβολή, contentioſa contumelia, *accuſa*. *Cic. pro Leg. Agr.* Illacriminatione, qua in me abſentem uſus eſt.

Criminātor, oris, m. qui accuſat, ſeu crimen obtrectando intentat, *accuſatore*, *calunniatore*. *Tac. Ann.* 4. *c.* 1. Sui obtegens, in alios criminator.

Criminatus, a, um, particip. eſt ſignificationis activæ, ſed *Hygin. Aſtronom. l.* 2. *c.* 18. paſſive uſurpavit, ubi ait: Non criminatum ab Antia, ſed &c.

Crimĭno, as, avi, atum, idem quod criminor. *Ennius apud Non. c.* 7. *n.* 16. Non bene vult tibi, qui falſo criminat apud te.

Crimĭnor, d. 1. *incolpare*, שמן, Germ. *leſteren*, Gal. *accuſer*, Hiſp. *acuſar*, διαβάλλω, eſt culpare, accuſare, contumelioſe reprehendere. *Cic.* 6. *Ver.* Jam enim non libet omnia criminari. ¶ Admittit etiam dat. vel acc. cum apud, perſonæ, apud quam criminatio fit. *Ter. Eun.* 5. 2. 16. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. *Cic.* 3. *Offic.* C. Marius Q. Metellum apud Pop. Rom. criminatus eſt, bellum illum ducere. *Hygin. l.* 2. *Aſtro. c.* 18. Verita, ne ſe ad rejem criminaretur.

Criminōſe, adv. accuſatorie vel obtrectatorie, *maledicamente*, ἐγκληματικῶς. *Cic. pro S. Roſc. c.* 20. Criminoſe dicere. *Id. in Bruto*, *c.* 34. Qui criminoſius, aut ſuſpicioſius diceret. *Sueton. Tiber. c.* 53. Criminoſiſſime infectatus eſt.

Criminōſus, a, um, adject. *accuſatore*, *maledico*, ἐγκληματικός, maledicus, accuſator, obtrectator. *Sueton. in Cæſ. c.* 75. A Cæcinæ criminoſiſſimo libro laceratam exiſtimationem ſuam. *Liv. l.* 8. *c.* 12. Orationibus in Patres criminoſis. Et criminoſi Jambi, apud *Horat. l.* 1. *od.* 16. Comparat, criminoſior, eſt apud *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 40. ¶ Item qui in ſe crimen habet, *peccaminoſo*. *Cic. pro Ligar. c.* 2. Quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis.

Crimiſa, Crimiſſa, *lo Ciro*, vel *lo Ziro*, opp. Oenotriorum, in magna Græcia, in ora Calabriæ cit. ¶ Item prom. *Capo dell' Allice*, in ſin. Tarentinum excurrens. ¶ Item Crimiſſa, vel Crimiſus, fl. in eodem tractus, qui in ſin. Tarentinum ſe exonerat.

Crimiſus, V. Criniſus.

Crimnum, i. n. κρίμνον, craſſior tritici, & zeæ farina, ex qua puls fit. *Plin. l.* 18. *c.* 8.

Crināle, is, n. ſubſtant. crinium ornatus in capite. *Ovid.* 5. *Met. v.* 53. Ornabant aurata monilia collum, & madidos myrrha curvum crinale capillos.

Crinālis, & le, o. 3. quod pertinet ad crines. *Ovid.* 9. *Met. v.* 570. Crinalem capiti vittam natæque, ſibique detrahit. ¶ Item, qui crines habet. *Id. in Fragment. Halieut. v.* 30. Crinale corpus h. e. crinibus obductum.

Crinĭger, ra, rum, o. 1. 2. qui multos habet crines. *Luc. l.* 1. *v.* 46. Crinigeros bellis arcere Caycos.

Crinīnus, a, um, *di gigli*, κρίνινος, qui eſt ex crino, hoc eſt liliis. Nam κρίνον, Græce lilium ſignificat. *Dig. l.* 34. *tit.* 2. *leg.* 22. Crininum unguentum.

Crinĭo, is, a. 4. vel crinior, deponens, *metter i capelli*, τριχόω, eſt crines emittere. Translate *Stat.* 4. *Theb. v.* 217. Frondenti crinitur caſſis oliva. Adde *l.* 4. *ſilv.* 5. 9.

Crinis, is, m. *crine*, *capello*, שיער, Ger. *aar*, Gal. *crin*, Hiſp. *clin*, θρίξ, τρίχες, capillus. *Cic.* 5. *Verr.* Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. ¶ Dicitur etiam de piſcibus. *Plin. l.* 9. *c.* 30. *de polypo piſce*. Afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos. ¶ Crinis etiam videtur eſſe genus vinculi ex crine equinæ caudæ confecti. *Plin. l.* 17. *c.* 21. Jugum fit pertica, aut arundine, aut crine funiculove. ¶ Crines capere, idem eſt quod nubere, & matronam fieri, inquit Lipſ. nam inter alia ornamenta matronarum propria, crines gerebant peculiari quadam ratione formatos. h. e. vittis implexos, quos Ital. dicunt *treccie*, quarum ſex aut ſeptem e capite pendentes habebant. *Feſt. Martial. l.* 12. *ep.* 32. & *Plaut. Muſtell.* 1. 3. 69. ubi V. Taubman.

Crinisātus, a, um, adject. ex crinibus factus, vel natus. *Sidon. Carm.* 22. *v.* 81. Hic & criniſatas jungebat pegaſus alas. V. Hippocreniſatus.

Crinīſus, Criniſſus, Crimiſus, *Bencideſiro*, al. *Freddo*. *Fiume di S. Bartolomeo*, fl. Siciliæ, in parte Occidentali, & in valle Mazaræ qui oritur circiter 25. M. P. a Panormo in Mer. fluit apud Segeſtam, & Segeſtanum emporium, & aliquot auctus fluviis in mare Africum ſe exonerat, in ora lit. inter Maxaram, & Saccam. De hoc Servius *in* 5. *Æn.* refert hujuſmodi fabulam. Hegeſta Hippotæ nobilis Trojani filiam cum in Siciliam caſu delata eſſet, compreſſa eſt a Criniſo Oceani & Terræ filio, qui doli cauſa in canem, ſeu urſum ſe mutaverat, atque ex eo concubitu Aceſtem peperit, qui poſtea in Sicilia regnavit.

Crinītus, a, um, o. 1. 2. *crinito*, *che ha i capelli*, צמים, Germ. *haarechtig*, Gall. *chevelu*, Hiſp. *cabelludo*, κομήτης, quod crines habet. *Cic.* 6. *Ver. c.* 56. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus revellit, atque abſtulit. Sic crinita galea. *Virg. Æn.* 7. *v.* 785.

Crinomēnon, κρεμόμενον, Latine quæſtio, a Rhetoribus vocatur contentio, quæ ex ſtatu efficitur, & circa quam verſatur certamen totius controverſiæ. *Cic. in Topic. c.* 25.

Crinon, n. 2. κρίνον, lilium, & ſpeciatim lilium rubens, al. cynorrhodon. *Plin. l.* 21. *c.* 5.

Criobolĭum, ii, n. κριοβόλιον, genus ſacrificiorum, in quo arietes cædebantur; unde & nomen traxit. Inſcript. apud *Gruter. p.* 27. *n.* 3. Taurobolium, ſive Criobolium fecit. Et *n.* 4. Percepto Taurobolio, Criobolioque.

Criodŏche, κριοδόχη, machina illa, quæ arietem continet, & ſuſtinet. *Vitruv. l.* 10. *c.* 18.

Cripa, æ, f. herba quædam. *Colum.* 12. 20. Cripæ pampinaceæ libra.

Criſis, is, f. judicium, ſententia, a κρίνω, judico. Apud Medicos criſis dicitur ſubita morbi mutatio, ex qua judicari poteſt, quid ægroto futurum ſit. *Senec. epiſt.* 83. Hic quidem ait, nos eandem criſim habere, quia utrique dentes cadunt.

Criſpātus, o. 1. 2. *increſpato*, partic. a criſpo. *Claud.* 2. *de raptu Proſerp. v.* 110. Criſpata cacumine buxus.

Criſpĭco, as, avi, atum, a. 1. idem quod criſpo, *increſpare*. *Gell. l.* 18. *c.* 10. Ventus mare cæruleum criſpicans. *Plin. l.* 16. *c.* 16. Buxus raro criſpicans.

Criſpiſulcans, o. 3. *Cic. in Top. c.* 16. In Ajacis navim criſpiſulcans igneum fulmen injectum eſt.

Criſpitūdo, inis, f. *creſpa*. *Arnob. l.* 2. *de laſcive ſaltantibus:* Lumborum criſpitudine fluctuare.

Criſpo, as, a. 1. *increſpare*, Ger. *krauſſmachen*, Gal. *pliſſer*, Hiſ. *creſpor*, *crizar*, πλάω, eſt criſpum reddere. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Fimi cinere criſpari capillum. ¶ Item vibrare, vel quaſſare. *Virg. Æn.* 1. *v.* 313. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. haſtam enim, cum vibratur, vel quaſſatur, curvari & criſpari videmus. Criſpum autem dicimus, quod rectum non eſt. *Scalig.* 4. *Poet. c.* 1. Sic *Perſ.* 3. *v.* 87. Ingeminat tremulos naſo criſpante capillos. h. e. propter effuſum riſum in rugas contracto.

Criſpŭlus, a, um, adject. diminut. a criſpus. *Martial. l.* 5. *epigr.* 62. Criſpulus iſte quis eſt? *Senec. epiſt.* 66. Comatus & criſpulus.

Criſpus, a, um, o. 1. 2. *creſpo*, *torto*, *intorto*, Ger. *krauſſ*, Gal. *crepé*, Hiſp.

Hisp. *crespo*, λαγῶ, intortus. *Plaut. Truc.* Compositos, crispos cincinnos tuos unguentatos. ¶ Hinc comp. crispior, sup. crispissimus. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Crispiores jubæ. *Col. l.* 11. *c.* 3. Critpissimum folium.

Crispus Salustius, Civis Romanus, Latinæ Historiæ princeps. *Martial. l.* 14. Crispus Romana primus in Historia. Thucydidi ex Græcis opponitur a Quinctiliano elegantia dicendi, Attica brevitate, sententiarum crebritate. Sed a Pollione taxatur ut nimis antiquarius, & ex Catonis Originibus verba mutatus: a Trogo autem, quod orationibus nimis longis utatur, sicut & Thucydides.

Crisso, as, n. 1. πτερυγίζω, est se se apte in re Venerea movere, proprium mulierum, ut cevere est proprium puerorum, dum pædicantur. *Juv. sat.* 6. Frictum crissantis adorat.

Crista, f. 1. *cresta*, *pennacchio*, Germ. *kamm*, Gall. *crete*, Hisp. *cresta*, λόφος, conus in vertice quarundam avium quasi carista, a χάρα, caput, vel quasi cerista, a κέρας, cornu. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Upupa obscœna alias pastu avis, crista visenda plicatili. ¶ Translate dicitur de cono galeæ. *Virg.* 9. *Æn.* Tum galeam Messapi habilem, cristisque decoram induit. ¶ Cristas tollere, est animo sibi placere, animo efferi. *Juven. sat.* 4. *v.* 69. Et tamen illi furgebant cristæ. ¶ Crista herba apud *Plin. l.* 27. *c.* 5. quod habeat folia cristæ gallinaceæ similia.

Cristātus, a, um, o. 1. 2. quod cristas habet, ut Cristatæ aves, estque periphrasis gallorum gallinaceorum. *Mart. l.* 14. *in fine.* Cristatæque sonant undique lucis aves.

Cristŭla, æ, f. 1. dim. a crista. *Col. l.* 8. *c.* 2. Rectis, rutilisque cristulis.

Critæ, arum, m. οἱ κριταί, judices. *Critarum Annales cit. Tertull. pag.* 620. *edit. Rigaltianæ.*

Criche, f. *orzolo*, κριθή, turberculum parvum est in palpebra super pilorum locum, a κριθή, hordeum, unde & hordeolum a recentioribus vocatur, a similitudine hordei. *Cels. l.* 7. *c.* 7.

Crithologia, æ, κριθολογία, hordei, & trumenti colligendi cura. *Theod. Cod. l.* 4. *tit.* 25. Crithologiæ, & Zygostasii munus.

Critias, m. 1. κριτίας, unus e triginta Tyrannis Athenienses. *Cic.* 2. & 3. *de Orat.*

Critice, es, sive Critica, æ, Philologiæ pars est, quæ in emendatione auctorum, & in judicio consistit. *Varr. apud Diomed. l.* 2.

Criticus, ci, m. 2. κριτικός, judicans, sive arguens, judicem agens, a κρίνω, judico. Hinc Poetarum interpretes, & generatim censores alienorum operum Critici dicti sunt, postea Grammatici. *Cic. ad Dolab. l.* 9. *epist.* 10. Ego tanquam criticus antiquus judicaturus sum. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. Ennius & sapiens & fortis, & alter Homerus. Ut Critici dicunt. V. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. & *l.* 1. *c.* 4. ¶ Critici dies dicuntur a Medicis, in quibus de morbi ratione judicari potest, & sunt, tertius, quintus, septimus, &c. V. *Gell. l.* 3. *c.* 10. ubi tamen vocem hanc græcis literis scribit.

Critobŭlus, i, medicus insignis, cujus magna fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis, ut ait *Plin. l.* 7. *c.* 37. Is idem est, qui Alexandro vulnerato spiculum feliciter evulsit, quem *Curt. l.* 9. *c.* 5. Critobolum vocat.

Critolaus, m. 2. Philosophus Peripateticus. *Cic.* 5. *Tusc.* Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui, cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram, & maria deprimat. Romam Legatus missus est una cum Carneade Academico, & Diogene Stoico. *Cic.* 2. *de Or.* ¶ Alter Critolaus, Achæorum dux, qui Corinthum evertit. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sororem intertecit, quod sibi victori redeunti non gratularetur. Postremo a Q. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas veneno sibi mortem consciv it.

Crocallis, idis, f. gemma cerasum repræsentans. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Crocatio, f. 3. cantus corvi. *Fest.* Sed legendum *crocitio*, vel *crocitatio*.

Crocātus, a, um, *zafferanato*, croco tinctus. *Plin. l.* 16. *c.* 34. Alicui & semen nigrum, alii crocatum.

Crocĕus, o. 1. 2. croci colorem habens, *croceo*, *giallo*. *Virg.* 1. *Æn.* Et circumtextum croceo velamen acantho. ¶ Item ex croco qui est, crocinus, ut croceus odor. *Id. Georg.* 1. *v.* 56.

Crocĭas, m. 1. κροκίας, gemmæ species, a croci similitudine. *Plin. lib.* 37. *c.* 11.

Crocinum, i, n. κροκόμαγμα, odor croci, vel unguentum ex croco tristo, & vino præcipue dulci, vel, ut alii volunt ex aromatibus, & croco in oleo macerato. Hoc Romani non solum corpora, sed & pulpita spargebant. *Propert. l.* 3. *el.* 10. *v.* 22. Et crocino nares myrrheus ungat onyx. V. *Plin. l.* 13. *c.* 13. ¶ *Celsus l.* 3. *c.* 19. Crocinum unguentum dixit.

Crocinus, a, um, o. 1. 2. *che è di color di zafferano*, Germ. *fuffrangel*, Gal. *de safran*, Hisp. *de acafran*, κροκωδής, quod est lutei coloris. *Plin. l.* 11. *c.* 19. Semen his optimum crocinum.

Crocĭo, n. 4. κρώζω, est canere propr. corvorum, a sono, vel a κράζω, clamo. V. *Crocito.*

Crocis, f. 3. herba, cujus contactu phalangia emoriuntur. *Plin. l.* 27. *c.* 17.

Crocitatĭo, f. 3. vociferatio corvi. V. *Crocatio.*

Crocĭto, n. freq. a crocio. *Plaut. Aulul.* 4. 3. 2. Et corvus voce crocitabat sua. Al. leg. *crocibat*, a crocio, is.

Crocĭtus, us, m. κρυγμός, cantus corvi, apud *Non. c.* 1. *n.* 218.

Crocodilēa, æ, f. κροκοδίλεια, fimus crocodili, odore jucundo, quo mulieres faciem illinebant, teste *Plin. l.* 28. *c.* 8.

Crocodilīnus, a, um, o. 1. 2. quod ad crocodilum pertinet, ut Crocodilinæ ambiguitates, *Quin. l.* 1. *c.* 10. h. e. argumenta perplexa, & sophistica.

Crocodilĭum, n. 2. herbæ species, chamæleontis figura, radice longa, gustu nasturtii, semine rotundo, duplicis clypeoli forma, odore aspero. *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Crocodĭlus, m. 2. *cocodrillo*, Ger. *crocodill*, Gall. *crocodrile*, Hisp. *crocodilo*, κροκόδειλος, animal quadrupes, ex genere amphibiorum, tam in terra, quam in aqua vivens, figura lacertæ non admodum dissimile, incredibili magnitudine, armatum unguibus, cute usque adeo dura, ut in nulla sui parte, nisi in solo ventre, penetrari possit. ¶ Testudines, & crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde discedere. *Cic. de nat. Deor.* ¶ Quatuor menses hyemales non comedit. ¶ Delphini, qui perpetuum cum crocodilo bellum gerunt, non ignorantes, qua potissimum parte hostis lædi possit, aquam subeunt, pinnaque, quam in dorso gerunt, illi alvum subtecant. Habet & alterum hostem, ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces teli in morem illapsus intestina ejus erodit. ¶ Conspecto homine emittit lacrymas, mox appropinquantem devorat. Unde factus locus proverbio, *Crocodili lacrymæ*, quod de iis dici solet, qui sub specie pietatis alios fallunt. ¶ Duplex est, amphibius, qui hactenus descriptus est, & terrestris, longe minor, qui odoratissimis tantum floribus in terra vivit, & a *Dioscoride lib.* 2. Scincus vocatur. Mirum in modum melle delectatur. Sed apiarii crocum apponunt alvearibus, ne crocodili mel absumant. Igitur conspecto croco crocodili fugiunt. Nam a croco abhorrent, & ejus odorem reformidant.

Crocomagma, atis, n. κροκόμαγμα, fæx unguenti crocini, seu unguentum ex croco, & vino. *Plin. l.* 21. *c.* 20.

Crocŏta, f. 1. κροκωτός, vestis muliebris crocei coloris. *Cic. de Aruspic. resp. c.* 21. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, est factus repente popularis.

Crocotarĭus, m. 2. crocotarum vestium infector. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 47. Cum incedunt infectores crocotarii.

Crocotĭlum, valde exile. *Plaut.* Extortis talis cum crocotilis crusculis. Hæc *Festus*, sed vox est dubia, obsoleta, nec ullo modo adhibenda.

Crocotĭnum, n. 2. genus operis pistorii, a croco. *Fest.*

Crocotta, vel crocuta. V. Corocotta.

Crocotŭla, f. 1. κροκώτιον, dim. a crocota. *Plaut. Epid.* 2. 2. 47. Intusiatam, patagiatam caltulam, aut crocotulam.

Crocus, m. & f. 2. & crocum, n. 2. *zaffarano*, כרכום, Gall. *saffran*, Hisp. *acafran*, κρόκος, vel κρόκον, flos, a כרכם, crocus, a Croco adolescente, qui disco a Mercurio interemptus conversus est in hunc florem, vel ut alii fabulantur, amoris impatientia, cum Smilacem puellam deperiret. *Ovid.* 4. *Met. Virg.* 4. *Georg.* Cassiamque, crocumque rubentem. *Cels. lib.* 5. *c.* 21. Videntur autem hanc facultatem habere iris, nardum, crocum, cinnamomum. *Apuleius.* Crocus vino diluta. ¶ Crocus in neutro proprie, in masculino poetice dici, auctor est Lutatius Placidius Statii Scholiastes. ¶ *Plin. lib.* 21. *cap.* 5. crocum vocat etiam luteos apices in medio lilii. ¶ Maximo in pretio est quod in Cilicia nascitur prope Corycum montem: unde *Cilicum flores* pro croco dixit *Stat. lib.* 2. *Silv.* 1. *v.* 160.

Crœsus, Κροῖσος, Rex Lydorum, Alyatti filius, omnium, quos hominum memoria celebrat, ditissimus. Hic, cum se omnium mortalium felicissimum crederet, monitus est a Solone, neminem ante cineres beatum dicendum, quod, quoad vivimus, periculum sit, ne instabilis hujus mundi felicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis sententiam verissimam esse, Crœsi calamitas postea declaravit. Victus enim a Cyro, pyræque impositus, tandem salubre Solonis consilium agnovit, ejusque nomen sæpius inclamavit. Unde admiratus Cyrus, quisnam esset Deorum, hominumve, quem ille in extremo periculo solum invocaret, remque totam edoctus, humanæ vicissitudinis memor, Crœsum ab incendio liberavit, summoque semper apud se in honore habuit. *Plaut. in. vit. Solon. Herod. l.* 1. V. *Justin. l.* 1.

Crolla, f. 1. corolla, per syncopen. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 37. Emendati libri multi habent, *corolla*, vel *corona*.

Crommyonĭa, sus ea, quam Theseus interfecit, a Crommyon vico agri Corinthiaci.

Crommyum, n. 2. *Cornachietto*, seu *Capo Cornachietto*, prom. Cypri in ora Boreali, inter Lapithum, & Solos. ¶ Crommyon item, Cromyon, Cromnyon, Cremyon, vicus Peloponnesi in agro Corinthiaco.

Cronĭa, latine Saturnalia dicuntur, scilic. Saturni festa, *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 7. V. Saturnalia.

Cronĭum, seu Chronium mare, Saturnium, Sarmaticum, Scythicum, Petzericum, Tranquillum, *Drobabaf*, *mer de Petzozorcke*. *Nimen move*, pars Oceani Septentrionalis, inter Rubeam prom. & Scythiam veram, & fl. Paropamisum, estque etiam pars maris Concreti, seu Glacialis ultra Thulen inf. supra Asiam, quod Asiam ad Septentriones alluit.

Crotalĭa, n. 3. κροτάλια, margaritæ ita in ornamentis collocatæ, ut ex collisione sonum generent. *Plin. l.* 9. *c.* 35.

Crotalistrĭa, f. 1. quæ crotalo canit. *Propert. l.* 4. *el.* 8. *v.* 39. Nilotes tibicen erat, crotalistria Philis. Ita legit Scalig. Dicitur autem *crotalistria Philis* eo modo, quo Plautus dixit Hospes Zacyntho. pro, a Zacyntho. Philæ autem insula est ad Sienem Ægypti. V. *Bart. ad Stat. Silv. p.* 157. ¶ Laberius apud Petron. ciconiam avem vocat, Pieticulatricem, gracilipedem, crotalistriam, quia voce crotalum sonantem imitatur. Sed apud *Cœl. Rhodig. lib.* 13. *c.* 66. legitur. *Choralistria*, h. e. mulier canendi, & saltandi in choris perita.

Crotălum, n. 2. *campanella*, *nacchera*, Germ. *kepflin*, Gall. *une cymbale*, Hisp. *pandero*, crepitaculum, instrumentum Musicum, quo Ægyptii in Deorum cæremoniis utebantur, in quo duo orbiculi, vel æneæ laminæ colliduntur ad sonum ciendum, a κρούω, *pulso*, *verbero*. Quidam putant, anulum æreum fuisse, qui ferreo baculo percuteretur ad sonum fistulæ reddendum. Aliorum opinio est, circulum fuisse æneum multas habentem annexas laminulas, sive orbiculos mobiles, qui collisi sonum edebant. *Virg. in Copa.* Crispum sub crotalo docta movere latus. Ad quem locum V. Scalig.

Crotălus, m. 2. Corax, *Corace*, fl. Magnæ Græciæ, in Calabria ult. qui oritur ex Apennino M. in cont. Calabriæ cit. & in fin. Scyllaceum se exonerat.

Croto, f. 3. Croton, Crotona, *Crotone*, urbs Brutiorum, in Magna Græcia, in ora Calabriæ ult. & maris Jonii. Condita est a Diomede, vel a Miscello anno Urbis conditæ 80. Olim fuit perampla, & potentissima. Flumine media alluebatur, cum arce munita. Nunc etiam urbs est ampla, arcemque validam habet. Crotone tanta olim aeris salubritas fuit, ut in proverbium cesserit, *Crotone salubrius*, cum quid saluberrimum dicere volumus. ¶ Est etiam generis masculini. *Liv. l.* 24. *c.* 2. Ad Crotoneum oppugnandum pergunt ire. Populi *Crotoniatæ*, qui corporum pulchritudine, & viribus excelluisse, & præstantissimi athletæ fuisse dicuntur. *Cic.* 2. *de Invent.*

Croton, onis, f. fruticis species ad magnitudinem parvæ ficus assurgens. *Plin. l.* 16. *c.* 23. V. Ricinus.

Crotoniāta, æ, vel Crotoniates, Crotonis incola. Crotoniates maximam in exercendis corporibus curam ponebant. Ex his unus fuit Milo Crotoniates, de quo *Cic. de senect.*

Crotoniensis, is, adject. idem quod Crotoniates. *Justin. l.* 20. *c.* 4.

Crotōpus, m. 2. Rex Argivorum, pater Psammathes, quæ Linum ex Apolline peperit. Hinc Linus Crotopiades ab avo materno vocatur.

Crotus. V. Sagittarius.

Cruciabĭlis, le, o. 3. *doloroso*, βασανιστικός. *Apul. de Asino, l.* 10. Sed illo cruciabili silentio durissime fatigata. *Gell. l.* 3. *c.* 9. Cruciabili exitu.

Cruciabĭlĭtas, f. 3. *tormento*, βασανιστήτης. *Plaut. Cist.* 2. 1. 3. Qui omnes homines supero, atque antideo cruciabilitatibus.

Cruciabĭlĭter, *tormentosamente*, βασανιστικῶς. *Hirc.* 5. *bell. Afric. c.* 49. Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 40. Cruciabiliter me accipito.

Cruciāmen, inis, n. cruciatus. *Prudent. hymn. Exequiar. v.* 90. Per cruciamina leti Via panditur ardua justis.

Cruciamentum, n. 2. *dolore*, λύπη. *Cic. in Phil.* 11. *c.* 4. Nec graviora sunt tormenta carnificum, quam cruciamenta morborum.

Cruciarĭus, ii, m. cruce dignus. *Apul. de Asino l.* 10. *post princip.* Nec tantillum cruciarius ille deterritus. ¶ *Petron. Satyr. c.* 62. Cruciarii unius parentes detraxere pendentem. *h. e.* cruci affixi.

Cruciarĭus, a, um, adject. qui cruciat, *tormentoso*. *Tertul. adv. Hæret. c.* 2. Febris per cruciarios, & mortiferos exitus erogat hominem.

Crucĭas, pro Cruciatus, ut satias pro satietas. *Plaut. Cas.* 2. 6. 64.

Mala crucias quidem. Al. leg. Mala crux ea quidem.

Cruciātor, oris, m. qui affligit, & cruciat. *tormentatore. Arnob. lib.* 1. Pœnas cruciatoris perpetitur sævitate.

Cruciatus, us, m. cruciamentum, tormentum, supplicium, afflictio, pœna, *tormento, afflizione*, ראבה, Ger. *pein, mater*, Gall. *tourment*, Hisp. *tormento*, ἄνυη. *Cic. Att.* Contectus cruciatu summo dolorum. Sic Cruciatus perferre, Cruciatu perire, angi, *Id.* 2. *Offic. c.* 7. & *l.* 11. *Attic. ep.* 12.

Crucifer, i, m. idem ac cruciarius. *Prudent. Cathemer.* 3. *in princ.* Christum Dominum cruciferum appellat. h. e. crucem sibi ipsum bajulantem.

Crucifīgo, is, a. 3. *crocifiggere*, תלה, Germ. *Kreutzigen*, Gal. *crucifier*, Hisp. *crucifigar*, in crucem tollo. *Suet. in Dom. c.* 10. Auctorem summarum pridie, quam crucifigeret, in cubiculum vocavit.

Crucifixus, a, um, adject. *crocifisso*, cruci affixus. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Polybium leones in Africa crucifixos vidisse. *Quintil. l.* 7. *c.* 1. Invenerunt ducem crucifixum.

Crucĭo, as, a. 1. *affliggere*, דראב, Germ. *peinigen*, Gall. *gêner, tourmenter*, Hisp. *atormentar*, ἀνιάω, torqueo, affligo. *Ter. Eun.* Quæ nos semper omnibus cruciant modis. *Cic. l.* 2. *Fin. c.* 4. Cruciari dolore, & *c.* 20. Cruciari vigiliis, fame.

Crucisălus, i, m. qui salit in crucem, nomen fictum a *Plaut. Bacchid.* 2. 3. 128.

Crucĭus, a, um, o. 1. 2. ut Vinum crucium, insuave, quod bibendo cruciat. *Fest.*

Crudarĭa, f. 1. argenti vena, quæ in summa fodina reperitur. *Plin. l.* 33. *c.* 6.

Crudēlis, o. 3. *crudele, aspro*, אכזר, Germ. *grausam*, Gal. *cruel*, Hisp. *cruel*, ὠμός, immitis, & asper, qui est crudis moribus. *Cic. pro Dejot.* Crudelis Castor, qui nepos avum in discrimen capitis induxerit. *Propert. l.* 1. *el.* 16. Crudelior janua: quæ sc. supplices non admittit. *Sallust. Catil. c.* 52. Crudelissimi parricidæ. ¶ *Crudele* adverbialiter positum pro crudeliter. *Claudian.* 3. *de rapt. Pros. v.* 340. adhuc crudele minatur Affixæ truncis facies.

Crudelĭtas, tis, f. 3. *crudeltà*, אכזריות, Ger. *grausamkeit*, Gal. *cruauté*, Hisp. *crueldad*, ὠμότης. *Cic. pro Ros. Amer.* Populum Rom. qui quondam in hostem lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare.

Crudeliter, *crudelmente*, Ger. *grimmiglich*, Gal. *cruellement*, His. *cruelmente*, adv. ὠμῶς, atrociter. *Cic.* 1. *Offic.* Ne quid temere, ne quid crudeliter fiat. *Id. pro Mil. c.* 33. Crudelissime necatus. *Curt. l.* 10. *c.* 5. Ut crudelius posset extingui.

Crudesco, is, ui, n. 3. *incrudire, incrudelirsi*, Ger. *rauverden*, Gal. *devenir cruel, & apre*, Hisp. *encrudecerse*, ὠμόομαι, crudus fio. *Virg.* 3. *Georg. v.* 304. Cœpit crudescere morbus. ¶ Transfertur & ad alia, ut crudescit seditio, *Tacit.* 3. *histor. c.* 10. Et, crudescente ira, *Justin. lib.* 8. *cap.* 4.

Cruditas, atis, f. *crudità*, Germ. *rauche*, Gall. *crudité*, Hisp. *crudeca*, ἀπεψία, affectus stomachi, qui nascitur ex ægra concoctione. *Cic. de senect.* Caret ergo etiam vinolentia, & cruditate, & insomniis.

Cruditatĭo, onis, f. cruditas, stomachi non concoquentis vitium. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard. c.* 2.

Crudĭto, as, avi, atum, male concoquo, cruditate laboro, *aver crudità di stomaco. Tertul. de Jejun. c.* 16. Populus carnis avidissimus usque ad choleram ortygometras cruditando.

Crudus, o. 1. 2. *crudo, non cotto*, נא, Ger. *rauv*, Gal. *cru*, Hisp. *crudo*, ὠμός, quod est adhuc in cruore, ut Crudum vulnus, recens, & quasi adhuc cruentum. *Plin. epist.* 3. Crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat. ¶ Translate dicitur de eo, quod non est coctum igni. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. Quid tu curas, utrum crudum, an coctum edim? ¶ Item de cibis, qui indigesti, & nondum concocti sunt in stomacho. *Juven. sat.* 1. *v.* 143. Crudum pavonem in balnea portas. ¶ Item de fructibus acerbis, & immaturis. *Cic. de senect.* Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur. ¶ Crudus homo dicitur, cujus stomachus non facile concoquit. *Cic.* 2. *Fin.* Crudique postridie se rursus ingurgitent. Adde *Horat. l.* 1. *sat.* 5. *v.* 49. ¶ Crudum etiam dicitur, quod adhuc viride est, nec cœpit flavescere, ut crudus palmes, *Lucan. lib.* 4. *v.* 417. Sic metaphorice *Virg.* 6. *Æn. v.* 304. Cruda Deo, viridisque senectus. h. e. valida, fortis. ¶ Ponitur & crudus pro immaturo, hoc est tempus suum non expectante, ut crudum funus, *Stat.* 9. *Theb. v.* 380. Cruda puella, h. e. nondum viro apta, *Martial. l.* 8. *epigr.* 63. ¶ Apud *Plaut. Pœn.* 5. 2. 147. crudus videtur poni pro astuto, fallaci, subdolo. Sic enim habet: Heu hercle mortalem catum, malum, crudumque, & callidum atque subdolum.

Cruentatus, o. 1. 2. sanguine infectus. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Mulieris quoque salivam jejunæ potentem dijudicant oculis cruentatis. *Cic. lib.* 2. *Invent. c.* 4. Gladium cruentatum in vaginam recondidit.

Cruente, adverb. crudeliter, sæve. *Justin. l.* 39. *c.* 3. Soror, quæ tam cruente sæviat. *Senec. l.* 5. *Benef. c.* 16. Cæteri arma cruentius exercuerunt. Superlativum legitur apud *Oros. l.* 1. *c.* 17. Bello cruentissime gesto.

Cruenter, adverb. idem quod cruente. *Apul. lib.* 3. *A. A. post princip.* Civium lanienam cruenter exercuit.

Cruentĭfer, a, um, cruentus, ut cruentifera signa, apud *Tertull. in Carm. de Jud. Dom. c.* 10. Atque cruentiferis signis sacraverit aras.

Cruento, a. 1. *insanguinare*, Germ. *blutigmachen*, Gall. *enfanglanter*, Hisp. *ensangrentar*, αἱματόω, cruore inficio. *Cic. de Arusp. resp. c.* 16. Secures suas cruentari scelere noluit. *Id. post red. in Sen.* Ne propter me civium vulneribus Resp. cruentaretur. *Id. Philip.* 2. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. ¶ Proprie *Prop. l.* 4. *el.* 9. *v.* 39. Imponitque notam collo, morsuque cruentat.

Cruentus, a, um, o. 1. 2. *sanguinoso, sanguigno*, Germ. *blutig*, Gall. *sanglant*, Hisp. *sangriento*, αἱματώεις, quod est cum sanguine, quasi cruore tinctum. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Cruenta urina. *Sallust. in Catil.* Cruentam, atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis. ¶ Translate sumitur pro crudeli, ut Cruenta vox, cruenta oratio. *Cic. Phil.* 2. Sic *Ov.* 12. *Met. v.* 592. Bello cruentior ipso. *Vellej. l.* 2. *c.* 71. Non aliud bellum cruentius cæde clarissimorum virorum fuit. Et *c.* 52. Cruentissimus Romano nomini dies.

Crumāta, V. Crusma.

Crumēna, f. 1. vel crumina, *borsa*, כוס, Germ. *seckel, beutel*, Gall. *bourse*, Hisp. *bolsa*, βαλάντιον, idem ac bulga, ideſt, sacculus, qui ad brachium pendet, vel de collo in tergum, a κρεμάω, suspendo, quia suspensa gestatur. *Plaut. Epid.* Ipse meo in collo ejus pater crumenam collocavit. *Juv. Sat.* 11. *v.* 38. Quis te, deficiente crumena, & crescente gula, manet exitus? ¶ Apud *Plaut.* quandoque legitur *Crumina*, ut & in *Parei Lex. Crit.*

Crumenisĕca, æ, m. *tagliaborse*, qui crumenas clam secat, & pecuniam surripit. *Justinian. novell. constit.* 13. Conscii latronum, venefiçiarii, crumenisecæ.

Cruor, ris, m. 3. *sangue, che esce da una piaga*, דם, Germ. *blut*, Gall. *sang*, Hisp. *sangre*, αἷμα, ἰχώρ, sanguis, qui ex aliquo vulnere spargitur. *Cruor* enim, & *sanguis* differunt, quod *sanguis* etiam sit, cum venis inest, *cruor* dicatur, postquam effusus venis, ac jam frigefactus est. *Cic. pro Sex. Rosc.* Cruorem inimici quam recentissimum. *Virgil.* 4. *Æn.* Atque atros siccabat veste cruores. *Horat. l.* 2. *Carm. od.* 1. Arma nondum expiatis uncta cruoribus.

Crupellarĭi, m. 2. servi continuo ferro armati, telis quidem impenetrabiles, sed inferendis ictibus inhabiles propter pondus armorum. *Tacit. l.* 3. *Ann. c.* 42.

Cruralis, V. Crurulis.

Cruricrepĭda, æ, m. nomen servi est apud *Plaut. Trinum.* 4. 3. 14. q. d. cui crura compedibus crepuerunt: vel qui adeo malus est, ut crurifragium mereatur. Sic *oculicrepida* apud *eund.* dicuntur ii, quibus oculi pugnis contundi solent. *Ibid.*

Crurifragĭum, n. 2. fractio crurum, σκελοκοπία, erat genus supplicii, quo afficiebantur servi, de quo V. *Lipſ. de Cruce, c.* 14. ¶ *Apul. lib.* 9. *A. A.* ¶ Crurum ei fragium abominata. ¶ Legitur & Crurifrangium. V. Crurifragus.

Crurifrăgus, o. 1. 2. is, cui crura fracta sunt. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 64. Continuo is me ex Syncerasto crurifragum fecerit. Alii leg. Crurifragium.

Crurŭlis, le, adject. ad crus pertinens, ut fasciæ crurules, *Petron. Frag. Trag. p.* 18. Adde *Ulp. l.* 25. *ff. de aur. arg. mund.* ¶ Alii leg. Cruralis.

Crus, cruris, n. *gamba*, שוק, Ger. *schenkel*, Gal. *jambe*, Hisp. *pierna*, σκέλος, pars corporis a genu usque ad imum pedem. *Celſ.* Crus ex duobus ossibus constat, ex tibia, & fura. *Virg.* 3. *Georg. v.* 53. Crurum tenus. ¶ Arboribus etiam sua crura tribuit *Colum. lib.* 5. *cap.* 11.

Crusculum, n. 2. dimin. a crus, σκελίδιον. *Martial.* 3. *epigr.* 93. Pectus cicadæ, crusculumque formicæ.

Crusma, atis, n. 3. *cembalo*, κρόταλα, sistrum, & veluti cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur, a κρόω, pulso, quod sonum emitteret, dum pulsaretur. *Mart. l.* 6. *epig.* 71. Edere lascivos ad Bætica crusmata gestus. ¶ Sed Vossius *crumata* legit, & explicat testulas, & officula usum crotali præstantia.

Crusmatĭcus, a, um, adject. quasi dicas, pulsatorius. Crusmatica appellatur pars Musicæ. *Auctor fragmenti*, quod cum *Censorino* edi solet: Musica est peritia faciendorum, & canendorum modorum: ejus partes harmonica, organica, crusmatica. Crusmata pulsus decori, sive carmina vocantur.

Crusta, æ, f. 1. *crosta*, Germ. *rinde*, Gal. *croute*, Hisp. *corteça*, πλάξ, ὄστρακον, proprie est glacies, quæ ob concretionem super aquæ superficie nascitur. *Virg.* 3. *Georg. v.* 360. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. ¶ Translate crusta dicitur cortex ille, quo vulnus, vel ulcus obducitur, cum solidatur. *Celſ. l.* 5. *c.* 9. & 10. ¶ Item omne id, quo quid integitur. *Plin. l.* 19. *c.* 30. Loculi crusta fragili muniuntur in eo genere, quod caret sanguine. Hinc in parietibus, & pavimentis crustæ dicuntur tenuia marmoris, vitri, alterius ve materiæ segmenta, quibus illa integuntur. *Plin. l.* 36. *c.* 6. Secandi marmora in crustas, nescio, an Cariæ fuerit inventum. *Id. ibid.* Primum Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cœlio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram. ¶ Item opera ex argento, vel auro cælata, quæ inserebantur vasculis, atque eadem, cum vellent, detrahebantur, uti & emblemata. *Cic. in Ver.* Crustæ, aut emblemata detrahantur. ¶ Item gleba soli. *Alphen. ff. lib.* 39. *tit.* 2. *l.* 9. Si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum. ¶ Item vestimenti genus, in quo purpureus color admixtus est. *Leg. nulla* 11. *Cod. Theod. de Scenicis.* ¶ Translate *Sen. de Provid.* Non est ista solida, & sincera felicitas, crusta est, & quidem tenuis, *felicità apparente.*

Crustarĭus, m. 2. κοσμήτης, qui crustas ex argento, vel auro efficit: item qui parietes crusta tegit. *Plin. l.* 33. *c.* 12. Habuit & Teucer crustarius famam. ¶ Crustarius, a, um, o. 1. 2. quod ad crustas pertinet, ut Crustariæ tabernæ, in quibus crustata opera venduntur, ut vasa potoria cum crustis ex argento. *Fest.*

Crustātus, o. 1. 2. κεκοσμημένος, crusta tectus, ut Crustata animalia. *Plin. l.* 11. *c.* 37. In marinis crustata, & cartilaginea priores dentes habent. ¶ Crustati parietes, crusta marmoris intecti. Secantur enim marmora in laminas, & parietibus apponuntur. *Lucan. lib.* 10. *v.* 114.

Crusto, a. 1. *incrostare*, טח, Ger. *uberziehen*, Gall. *bailler croute*, Hisp. *incostrar*, πλακόω, est crustam inducere, & materia aliqua dura integere. *Plin. lib.* 15. *cap.* 17. Mala generosissima crustant gypso, vel cera.

Crustōsus, o. 1. 2. πλακώδης, quod crustam habet. *Plin. l.* 12. *c.* 9. Facilius hoc, & crustosius.

Crustŭla, æ, f. 1. πλακίδιον, dimin. a crusta, *Apul.* Parvas marmoreas crustulas parieti adjungens. *Plin. l.* 22. *c. ult.* Lens crustulas ulcerum rumpit.

Crustularĭus, ii, m. qui crustula facit, & vendit, *pasticciere. Sen. epist.* 56. Et botularius, & crustularius, & omnes popinarum institores.

Crustulāta, æ, f. 1. idem ac crustulum. *Spartian. in Vero c.* 5. Sumen, phasianus, pavo, crustulata, & aprugna. V. ibi *Salmaſ.*

Crustŭlum, n. 2. ψωμίον, dimin. a crustum, genus dulciarii. *Hor. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 25. Pueris dant crustula blandi doctores, elementa velint ut discere prima.

Crustum, n. 2. ψωμός, est frustum eorum, quæ comeduntur, ut panis, placentæ, &c. a crusta. *Virg.* 7. *Æn. v.* 115. Patulis nec parcere quadris fatalis crusti. *Serv. in Virg. Georg.* 3. *v.* 360. Notandum, quia cum, *hæc crusta*, dicimus, feminino genere, lapidis, aut ligni, aut gelu partem significamus. Cum vero *crustum* dicimus, edulium aliquod significamus, partem panis, vel placentæ, &c.

Crustumerĭa, f. 1. Crustumerium, *Palombara*, al. *Marcigliano vecchio*, opp. & Colonia Sabinorum, prope Tiberim flu. ubi recipit Alliam, contra Vejos. Pop. Crustumeri, vel Crustumerini.

Crustumerīnus, a, um, adject. a Crustumeria. *Var. l.* 4. *L. L.* Tribuni plebeji facti, qui plebem defenderent in secessione Crustumerina.

Crustumīnum, n. 2. opp. Thusciæ. Pop. Crustumini. Hinc una Tribus Civium Rom. Crustumina dicta est. *Fest.*

Crustumīnus, a, um, adject. a Crustumino, ut Crustumina pyra, de quibus *Plin. l.* 15. *c.* 15. & *Col. l.* 5. *c.* 10. V. Crustumius. ¶ Crustumina Tribus, in Sabinis, A. U. 258. constituta, fuit inter rusticas.

Crustumĭum, Crustumnus, Crustumenius, *Conca*, flu. Italiæ, qui fontes habet in Ducatu Urbini prope Fanum S. Leonis, & aliquot auctus rivis per Romandiolam labitur, ubi in mare Adriaticum se exonerat.

Crustumium, n. 2. *la Cattolica*, opp. excisum Umbriæ, cum fl. cogn. in ora maris Adriatici, in via Flaminia, inter Ariminum, & Pisaurum.

Crustumĭus, a, um, adject. possess. a Crustumio opp. A quo sunt Crustumia pyra, *peri ghiaccioli*, ex parte rubentia, ut ait *Serv. ad illud Virg. Georg.* 2. *v.* 88. Crustumiis Syriisque pyris, gravibusque volemis.

Crux, ucis, f. *croce*, עץ, Ger. *kreutz*, Gall. *croix*, His. *cruz*, σταυρός, instrumentum constans ex ligno recto, & transverso, in quo damnati clavis figuntur. *Cic. 7. Ver.* Jussu Prætoris in crucem esse sublatum. Sic cruci affigere, *Curt. l.* 9. Agi in crucem, *Cic.* 5. *Fin.* Suffigere cruci, *Suet. in Cæs.* Suffigere in cruce, *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. &c. ¶ Differt a patibulo, seu

seu furca. Nam patibulum est simile literæ Y, crux figuram habet literæ T. ¶ Translate crux dicitur, quicquid nos cruciat. *Ter. Eun.* 2. 3. 91. Illis crucibus, quæ nos, nostramque adolescentiam habent despicatam. *Col. l.* 1. *c.* 7. Jus summum, antiqui summam dicebant esse crucem. ¶ Abi in malam crucem, imprecatio est irati hominis, & male precantis alicui. Crux autem in hac phrasi videtur non patibulum, sed cruciatum significare. V. *Abeo*. ¶ Genitivus plural. hujus nominis legitur apud *Tertul. Apol. c.* 16. & *Isid.* 1. *ad Nation. c.* 12. Sed utroque loco alii *crucium* legunt, alii *crucum*. Scioppius *crucum* retinet, *in notis ad Tertul.* ¶ *Malo cruce* masculino genere dixere *Gracchus* apud *Fest.* & *Enn.* apud *Non. c.* 3. *n.* 31.

Crypta, æ, f. *caverna, grotta*, κρύπτη, caverna, vel testudo subterranea, vel in monte excavata, a κρύπτω, tego, abscondo. *Juven. Sat.* 5. Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburræ. ¶ Accipitur item pro sepulcro, quia sepulcra erant specus subterranei. *Prudent. in pass. Hippolyti, v.* 154. ¶ Crypta etiam pro cryptoporticu sumitur apud *Sueton. Calig. c.* 58.

Cryptĭcus, o. 1. 2. κρυπτικός, occultus, subterraneus. *Sidon. l.* 1. *ep.* 5. Crypticis arcubus fornicavit. ¶ Homo crypticus, qui secreta fideli taciturnitate custodit. *Jul. Firmic. l.* 3. *Mathes.*

Cryptoporticus, f. 4. porticus subterranea cum amplis fenestris, qua refrigerandi causa per æstatem utimur: item porticus, quæ undique septa, & quasi sepimento parietum abscondita est, a crypta, & porticus. *Plin. l.* 2. *epist.* 17. & *l.* 5. *epist.* 6.

Crystallĭnus, o. 1. 2. κρυσταλλινος, quod est ex crystallo. *Juven. Sat.* 6. Grandia tolluntur crystallina, h. e. vasa ex crystallo. *Capitol. in Vero, c.* 5. Calices crystallini.

Crystallus, f. 2. & Crystallum, n. 2. *crystallo*, זכוכית, Ger. *crystall*, Gal. *cristal*, His. *cristal*, κρύσταλλος, lapis, seu succus perspicuus lapidescens, quem sub terris, aut inter gelidas rupium venas frigus glaciat, & durat, quasi κρύος κάλλος, a κρύος frigus, & γέλλομαι pro συγγέλλομαι, contraho, quia ab aliquibus glacies censetur, idest aqua frigore concreta, vel melius a similitudine glaciei. *Mart. l.* 8. *epigr.* 77. Candida nigrescant vetulo crystalla falerno. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Crystallus nascitur laudata in Alpium jugis. *Isidor. l.* 16. *c.* 13. masculino genere effert.

C A N T E T.

Cteătus, m. 2. κτέατος, pater Amphimachi, unus ex quatuor Ducibus Epeorum, qui 40. navibus ad Trojanam expeditionem protecti sunt.

Ctesĭbĭcus, a, um, ad Ctesibium pertinens, ut Ctesibica machina, a Ctesibio inventa, apud *Vitruv. l.* 10. *c.* 12. ¶ Fuit autem Ctesibius vir Alexandrinus, qui pneumaticam rationem, & hydraulica organa reperit, ut docet *Plin. l.* 7. *c.* 37. & *Vitruv. l.* 9. *c.* 9.

Ctesĭphon, ontis, m. κτησιφῶν, architectus, qui Dianæ Ephesiæ Templum dicitur construxisse. ¶ Item Civis Atheniensis, pro quo extat omnium pulcherrima Demosthenis oratio. *Cic. de optim. gener. Orat.*

C A N T E U.

Cuba, æ, f. 1. *letto*, lectus, voc. Sabinorum, a κίπτω, declino. *Voss. ex Festo*. Sed alii lecticam intelligunt. ¶ Cuba item, Dea cubandi, quæ scilicet pueris cubantibus præerat.

Cubatĭo, onis, f. cubandi actio, *il giacere, o dormire. Var. l.* 7. *L. L.* A cubatione cubiculum.

Cubatus, m. 4. κοίμησις, cubandi, sive dormiendi actio. *Plin. l.* 10. *c.* 57. Medicina in iame, & cubatus in fumo.

Cubicularis, & re, o. κοιτῶνος, quod ad cubiculum pertinet. *Cic.* 5. *Tusc.* Cum foffam latam cubicolari lecto circumdedisset. ¶ Ponitur etiam pro cubiculario. *Suet. in Ner. c.* 38. Plerique Consulares, cubicularesque ejus. Meliores libri habent *Cubicularios*.

Cubicularĭus, a, um, adject. idem quod cubicularis, ut lucerna cubicularia, quæ scil. in cubiculo adhibetur. *Martial. l.* 14. *in lemmate epigr.* 39. Adde *ejusd. lib. epigr.* 150.

Cubicularius, m. 2. *cameriere*, פרייס, Germ. *kamerlin, kammer diener*, Gall. *valet de chambre, chambellan*, His. *camarero*, κατακοιμιστής, qui in cubiculo ministrat. *Cic.* 5. *Ver.* Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt. *Sueton. in Domit. c.* 11. Decurio cubiculariorum, *il Maestro di camera*.

Cubiculātus, a, um, adject. in cubiculi modum factus, vel cubicula habens, ut cubiculatæ naves, apud *Senec. l.* 7. *de Benef. c.* 20.

Cubiculum, n. 2. *camera*, חדר, Ger. *kammer*, Gall. *chambre*, His. *camera*, οἰκημάτιον, locus, in quo per diem manemus, præterquam cum prandendum, cœnandumve est. *Sueton. Domit. c.* 16. In cubiculum se recepit, atque ibi occisus est. ¶ Frequenter accipitur pro loco, in quo dormitur, solentque auctores plerumque epithet. ejus significationis addere, ut cubiculum dormitorium. *Plin. l.* 5. *epist.* 6. &, Cubiculum noctis, & somni, *Id. l.* 2. *epist.* 17. ¶ A *Suet. in Ner. c.* 12. Cubiculum vocatur suggestum illud velis circumtectum, e quo Imperatores spectare solebant.

Cubĭcus, a, um, adject. ad cubum pertinens, vel ad cubi formam factum. *Vitruv. l.* 5. *Præfat.* Partes cubica ratione facientes. ¶ Legitur & cybicus, a, um, ut cybica soliditas, apud *Martian. Capel. l.* 2. *cir. init.* Cum enim sit a græco κύβος, υ modo in *u* latinum transit, modo remanet.

Cubīle, n. 3. *letto*, משכב, Germ. *bett*, Gall. *lit*, His. *lecho*, κοίτη, lectus, a cubo, quod in eo cubetur. *Cic.* 5. *Tusc.* Terra cubile erat Anacharsi. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Inire cubile alterius. *Virg.* 12. *Æn.* Ascendere cubile. ¶ Cubilia item dicuntur loca, in quibus feræ cubant, *nido. Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 49. Delitescunt in cubilibus bestiæ. ¶ Ab architectis cubile dicitur ea structuræ pars, in qua aliquid sedet, & conquiescit, ut cubilia lapidum, apud *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. & cubilia tignorum, apud *eund. l.* 4. *c.* 2. ubi scil. lapides, & tigna nituntur, & consistunt. *Plin. l.* 36. *c.* 14. Ut sensim opus in cubili sederet. Ita *Harduin. Al. legebant*: ut sensim totum insideret. *Id. ib.* Sedit in cubili. ¶ Cubile salutatorium, Lararium etiam dictum, in quo simulacra Deorum imponi solebant. *Plin. l.* 15. *c.* 11. Virorum salutatoriis cubilibus inclusa. ¶ Translate *Cic.* 4. *Ver.* Ut omnes istius avaritiæ non jam vestigia, sed cubilia ipsa videre possent.

Cubĭtal, lis, n. ὑπαχκώνιον, cubiti fulcimentum, pulvinus, cui cubito innitimur. *Horat. lib.* 2. *Sat.* 3. *v.* 255. Ponas insignia morbi, fasciolas, cubital, focalia, &c.

Cubitālis, le, o. 3. πηχυαῖος, altus uno cubito, *di un cubito. Liv. l.* 24. *c.* 34. Archimedes murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit. Sic cubitalis caules, *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Cubitissim, adverb. cubando, vel in cubitum. *Plaut. Cas.* 5. 2. 43. Tollo, ut obvertam cubitissim.

Cubĭto, idem ac cubo. *Cic. pro Cœl. c.* 15. Pusio cum majore sorore cubitavit.

Cubĭtor, m. 3. qui cubat. *Col. l.* 6. *c.* 2. Cubitorem bovem appellat, qui

sæpe decumbit ex pertinaci contumacia.

Cubitorĭus, a, um, adject. ad cubandum pertinens, ut cubitoria vestimenta, apud *Petron. Sat. c.* 30. *Lipsius* tamen, quem plures sequuntur, *l.* 1. *Satur. c.* 2. legit, accubitoria.

Cubitūra, æ, f. 1. idem ac cubatio. *Plaut. in fragm. Taubm.* Ad cubituram mage sum exercita. Adde *Muret. l.* 18. *var. Lect. c.* 10.

Cubĭtus, ti, m. & cubitum, ti, n. *gomito, braccio da misurare*, אמה, Ger. *elenbogen*, Gal. *coude o coudée*, His. *codo*, πῆχυς, ἀγκών, pars illa brachii, cui innitimur, quæ ab ima manu ad brachii curvaturam extenditur, a *cubo*, quia ipso cubamus, vel a κύβιτον. *Celf. l.* 8. *c.* 1. *Plaut. Stich.* Cubitis depulsa de via. ¶ Accipitur & pro mensura cubiti, quæ constat ex sex palmis, hoc est, digitis 24. vel ex uno pede, & dimidio, & est quarta pars altitudinis in corpore nostro. Sed est etiam *cubitus Regius*, qui communi cubito tribus digitis major est. Præterea est cubitus Geometricus, qui tantum valet, quantum sex nostri cubiti, ut *Origenes*, & *Augustinus* tradiderunt. *Cic. Att. l.* 13. Cum ille Callipedes assiduo cursu cubitum nullum processerit. *Plin. l.* 27. *c.* 9. Bina cubita excedentes.

Cubĭtus, us, m. idem ac cubatio. *Plin. l.* 29. *c.* 4. Supini cubitus oculis conducunt. *Id. l.* 24. *c.* 9. Cubitus sibi sternere foliis. *Cato c.* 5. *R. R.* Primus cubitu surgat.

Cubo, as, bui, bitum, n. 1. *giacere*, שכב, Germ. *ligen*, Gal. *coucher*, His. *echarse*, κατάκειμαι, jaceo, a κύπτω, quod est caput, atque oculos declinare, sive demittere, ut dormientes solent. *Ovid. de remed. amor. v.* 727. Hic fuit, hic cubuit, thalamo dormivimus illo. *Cic.* 5. *Ver.* Cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus. *Plaut. Cas. & Mil.* Cubare in lecto. *Cato R. R. c.* 5. Ire cubitum, surgere cubitu. ¶ Cubare in faciem. *Juven. Sat.* 3. *v.* 280. Cubat in faciem, mox deinde supinus. ¶ Est item ægrotum esse. *Cic.* 2. *Tusc.* Narrabat, eum graviter, & copiose nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputasse. ¶ Simile est Cumbo, is, n. 3. *Priscian. lib.* 10. censet, *cubo*, prius esse, quam *cumbo*, *Scalig. l.* 4. *c.* 16. e contrario. ¶ Cubare cum aliquo, h. e. concumbere. *Plaut. Mil.* 1. 1. 65. ¶ Est etiam triclinare verbum, & significat in cubitum se componere. *Plaut. Asin.* 5. 2. 73. At etiam cubat cuculus; surge amator, i domum. V. ibi Interpretes. *Sueton. in Calig. c.* 24. Pleno convivio singulas infra se collocabat, uxore supra cubante.

Cubula, æ, f. libi sacri genus, *Arnob. l.* 7.

Cubus, m. 2. κύβος, est figura ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quibus in alveolo luditur, a κύβος. *Vitr. l.* 5. *in præf.*

Cucŭbo, as, n. 1. οὐζω, proprium est vocis nocturnæ. *Auct. carm. de Philom. v.* 41. Noctua lucifuga cucubati tenebris.

Cucullātus, o. 1. 2. qui cucullum habet, ut saga cucullata. *Col. l.* 11. *c.* 1.

Cucullĭo, sive Cuculio, onis, m. dimin. a cucullus, vel idem ac cucullus. *Lamprid. in Heliogab.* Tectus cucullione mullionico, ne agnoscereture. *Capitol. in Vero, c.* 4. Obtecto capite cucullione vulgari viatorio. *Cato c.* 2. *R. R.* Cum tempestates pluviæ fuerint, centones, cuculiones, familiam oportuisse sibi sarcire.

Cucullus, m. 2. *scartoccio*, proprie est involucrum chartaceum, quo a pharmacopolis, aliisque institoribus pulveres, ac similia clauduntur. *Mart. l.* 3. *epigr.* 2. Vel thuris, piperisque sis cucullus. ¶ Translate est pars vestis a tergo pendentis, qua caput tegitur pluviæ, vel tempestatis causa, *veste, che ha il capuccio*, Ger. *kappen*, Gal. *cape*, His. *cugulla, o cogulla*, a forma, quia cucullus capitis refert conum inversum, planeque chartaceo cucullo similis est, ut ex palliis Hispanicis, & bardocucullis apparet. *Juv. Sat.* 6. *v.* 118. Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos. *Mart. l.* 11. *epigr.* 99. Nec te cucullis asseret caput tectum. *Col. l.* 1. *cap.* 8. *fagis cucullis* dixit eodem sensu. ¶ *Salmas. in Capitol. Pertin. c.* 8. observat *ex not. Tyron.* & *Senecæ*, fuisse etiam pedum cucullos, qui *cucullopedones*, & *pedocuculli* dicebantur.

Cucŭlo, as, n. 1. verbum est cuculi vocem exprimens. *Auctor carm. de Philom. v.* 36. Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.

Cucŭlum, n. 2. *Sestula*, opp. Marsorum, in Latio, nunc Aprutio, apud Albam Marsorum, Taliequitium versus.

Cucŭlus, m. 2. *cuculo*, Ger. *guckuck*, Gal. *cocu*, His. *cuclillo*, κόκκυξ, avis ex genere accipitrum, licet ungues aduncos non habeat. In aliarum avium nidis ova parit, trium scilicet, palumbæ, alaudæ, chloridos, quod sciat se omnium avium generi esse odiosam, nempe confidat, pullos in suo nido tutos fore. Hinc dicitur de adultero, quia ex alienis uxoribus liberos gignit, quemadmodum ille, qui uxorem habens adulteram alienos liberos enutrit pro suis, *curruca* vocatur. *Plaut. Asin.* 5. 2. 73. At etiam cubat cuculus: surge amator, i domum. ¶ Nominis hujus penult. a veteribus producitur. *Horat.* 1. *Serm.* 7. *v.* 31. Magna compellans voce cuculum. Nunc vulgo corripitur. *Auct. Philom.* Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.

Cucŭma, æ, f. 1. *bronzino, cogoma*, Ger. *ehern topff*, Gall. *cureau, cuvette*, His. *vaso de cobre, como caldera, o jarten*, vas coquinarium ad calefaciendam aquam ex ære, vel ex terra, a cucumeris oblonga forma, & amplo ventre. *Petron. Saty.* Cucumam ingentem foco apposuit. *Mart. lib.* 10. *epigr.* 79. Cucumam pro balneo posuit. Ita enim habet: Torquatus nitidas vario de marmore thermas Extruxit, cucumam fecit Otacilius. Sunt qui hic cucumam parvum tuguriolum interpretantur. ¶ *Budæus* scribit, cucumam esse genus baculi ferrati. *Martism. l.* 1. *ff. ad leg. Corn. de sicar.* Si clava percusserit, aut cucuma in rixa, &c.

Cucumella, f. 1. dimin. a cucuma. *Alphen. l. si quando*, 18. *ff. si servitus vindic.* In qua labra, crateras, cucumellas positas haberet. Est tamen varia lectio.

Cucŭmis, umis, & eris, m. *cocomero*, קשואים, Germ. *cucumeren*, Gall. *concombre*, His. *cohombro*, σίκυος, herba est sarmentis prælongis humi repentibus, & in ramos vitis modo se diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu oblongo. *Virg.* 4. *Georg. v.* 121. Tortusque per herbam crescere in ventrem cucumis. ¶ Cucumis anguinus, sive sylvestris, vel agrestis, herba solo fructu a sativo cucumere distans, quem multo minorem habet, glandibusque longiusculis similem. Officinæ cucumerem asininum vocant. *Plin. l.* 20. *c.* 1. Cucumin silvestrem esse diximus intra magnitudinem sativi. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 2. Cucumerem anguinum condito in aquam, eamque infundito quo voles, nulli (cimices) accedent. ¶ Est & piscis hoc nomine, *Plin. lib.* 9. *c.* 2. & *l.* 32. *c.* 11. ubi tamen *Harduinus* non piscem, sed fruticem marinum intelligit.

Cucumŭla, æ, f. diminut. parva cucuma. *Petron. Saty.* Frangitur cervix cucumulæ.

Cucurbĭta, f. 1. *zucca*, Ger. *Kirbis*, Gal. *citrouille, courge*, His. *calabaca*, κολοκύνθη, herba hortensis, a curvitate, geminata prima syllaba. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Cucurbita crescit, qua cogitur, forma, plerunque & draconis intorta figura. ¶ Item instrumentum Medicorum, *ventosa*, σικύα, quod cuti imponitur ad sanguinem eliciendum, a forma ventricosa, qua refert cucurbitam. *Juven. Sat.* 14. *v.* 57. Vacuumque cere-

cerebro jam pridem caput hoc ventoſa cucurbita quærit. V. Cucurbitula. ¶ Cucurbitæ caput habere, pro ſtolidum, & vecordem eſſe. *Apul. l.* 1. *Mileſ.* Nos cucurbitæ caput non habemus, ut pro te moriamur.

Cucurbitatĭo, onis, f. Cucurbitarum impoſitio ad ſanguinem eliciendum. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard. c.* 1.

Cucurbitīnus, a. 1. 2. κολοκύνθινος, quod ſimilitudinem habet cucurbitæ, ut Pyra cucurbitina, ficus cucurbitinæ. *Cato R. R. c.* 7.

Cucurbitŭla, æ, f. *ventoſa*, diminut. a cucurbita. Quo nomine & ventoſam dicunt. Duplici autem cucurbitularum genere uſi veteres, æreis, & corneis. *Cel. lib.* 2. *c.* 11. ubi de ſanguinis detractione per cucurbitulas diſſerit. ¶ Apud *Plin. Valer. c.* 2. *c.* 28. legitur & Cucurbitella.

Cucurĭo, n. 4. proprium eſt gallorum, a ſono. *Auth. Philom.* Cucurrire ſolet gallus, gallina gracillat.

Cucus, i, m. idem quod Cuculus. *Iſid. lib.* 12. *c.* 7. *Plaut. Perſ.* 2. 1. 6. Cucus ſi in ludum iret, &c. Alii tamen legunt, Cuculus.

Cucutĭum, ii, n. veſtimenti genus, vel, ut placet *Caſaubono*, cuculli ſpecies. *Trebel. Pol. in Claud. c.* 17. Cucutia villoſa duo. *Meurſ. legit* Cuculia.

Cudo, is, cudi, cuſum, a. 3. *battere*, יצר, Ger. *ſchlagen*, Gal. *battre*, Hiſp. *cunar*, κόπτω, ferio, percutio, a כתת, tundo, quatio, cædo. *Col. lib.* 2. *c.* 10. *de faba excutienda*, Duriſſimæ acus reſectæ erunt a cudentibus. ¶ Cudere argentum eſt in pecuniam formare, ſigno impreſſo, *batter monete*. Hinc *Terent. Heaut.* 4. 4. 18. Quam rem agis ſcelus? S. Egone? Argentum cudo, quod tibi dem. hoc eſt comparo. ¶ In me hæc cudetur faba: proverb. eſt apud *eund.* 2. 3. 89. h. e. in me hoc malum recidet: ductum ab area. Ibi enim quamvis faba præcipue cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt. *Plaut. Epid.* 3. 4. 40. Quas tu mihi tenebras cudis? h. e. inſidias paras. *Lambinus* edidit *trudis*.

Cudo, vel cudon, onis, m. capitis tegumentum ex corio, ſeu galea pellicea, a κώδιον, ſeu κώδεια, κωδία, κωδὸς, caput, quia galea, & caput munit, & capitis figuram refert. *Sil. l.* 8. *v.* 494. Caput his cudone ferino ſtat cautum. Legitur & *codo*.

Cujas, jatis, o. 3. *di qual patria*, *di qual nazione*, *di qual ſetta*, ποδαπὸς, ſignificat unde, & non tantum patriam, gentem, nationemque innuit, ſed etiam partes, & ſectam. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 37. Socrates quidem, cum rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit. ¶ Dicitur & cujatis, comm. gen. *Accius*, *Telepho*, *ut citat Nonius*. Neque cujatis eſſet, unquam potuimus multa rogantes ſcire. *Apul. l.* 1. *Mileſ. poſt princ.* Ut prius noveritis, qui ſim, aut cujatis. Sed in his exemplis poteſt eſſe elliptica conſtructio, ut intelligatur, *cujatis patriæ*, aut aliquid ſimile.

Cuicuimŏdi, indeclinab. qualiſcumque, vel qualitercumque, *di qualſivoglia ſorta*. *Cic. Att. lib.* 3. *epiſt.* 22. Tu ad me velim omnia, cuicuimodi ſunt ſcribas.

Cuimodi, pro cuicuimodi. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Atque illud etiam, cuimodi eſſet, conſiderandum putabat, quod &c. ¶ Item pro cujuſmodi. *Id. l.* 20. *c.* 1. Conſideres gravius, cuimodi ſint ea, quæ reprehendiſti.

Cujus, cuja, cujum, o. 1. 2. *di chi*, Ger. *vvelches*, Gall. *a qui*, Hiſp. *de quien*, τινὸς ὢν, adject. eſt per tria genera declinabile, ut Meus, a, um, loco genitivi *cujus*, & refertur ad perſonam poſſeſſoris. *Cic.* 3. *Ver.* Ut optima conditione ſit is, cuja res ſit, cujum periculum. *Valgius* apud *Donat. in vita* Terentii. Cujæ ſunt fabulæ? ¶ *Cuja* ablat. pro gen. *cujus* uſurpatur cum verbis *intereſt*, & *refert*, ut Mea pro mei, &c. *Cic. pro Mur.* Ei, cuja interfuit, non ei, cuja nihil interfuit.

Cujuſcemŏdi, duo genitivi omnis generis, idem quod Cujuſmodi. *Hirt. B. Afric. cap.* 36. Cujuſcemodi generis hominum delectus haberet.

Cujuſcumquemŏdi, & Cujuſquemodi, *di qualſivoglia genere*. *Sallu. Catil. c.* 39. Nec ſolum cives, ſed etiam cujuſcumquemodi genus hominum. *Cic. l.* 2. *Fin. c.* 1. Quamvis multa cujuſquemodi rapiat, &c. ¶ Leguntur tamen etiam in duas voces diviſa.

Cujuſdammŏdi, indecl. h. e. cujuſdam generis, *di qualche ſorta*. *Cic. l.* 5. *Fin. c.* 12. Animus non eſſe ſolum, ſed etiam cujuſdammodi eſſe debet.

Cujuſmŏdi, *di qual maniera*, Ger. *vvelcherley*, Gal. *de quelle ſorte*, Hiſp. *de qual manera*, ὁποῖος, & interrog. ποῖος τις, qualis, duo genitivi, *cujus*, & *modi*, qui vulgo tanquam una vox pronuntiantur. *Cic.* 2. *de Invent.* Legem, cujuſmodi ſit, in præſentia conſervari a judicibus.

Cujuſmodicumque, qualiſcumque, duo genitivi pro cujuſcumque modi. *Cic. pro Cluent. c.* 6. Cujuſmodicumque mater ſit.

Cujuſvis, Cujavis, Cujumvis, qualiſcumque, *qualunque*. *Apul. Apolog.* Cujavis oratio.

Cul, qualis. *Plaut. Amph.* 1. 3. Ædepol condignum donum, cul eſt, qui donum dedit. *Non. ibid.* Cul eſt, pro quale eſt, neutr. poſitum, pro maſculino. Sed veriſimile eſt, & *Plaut.* & *Non.* ſcripſiſſe *qual' eſt*, vel *cual' eſt*, eliſo *ſ*, & abſorpta vocali. V. *Taubman.*

Culcitella, & Culcitŭla, æ, f. diminut. parva culcita. *Plaut. Moſt.* 4. 2. 14. Suam cultitellam oportet. Alii legunt *Culcitulam*. Vide Culticula.

Culcĭtra, vel melius Culcita, f. 1. *materazzo*, Germ. *polſter*, Gal. *coite*, Hiſp. *colcedra*, *almadraque*, στρωμνὴ, id, ſuper quod dormientes quieſcimus, non id, quo integimur: a calcando, quod in ea lana, tomentum, plumæ, & alia materia inculcatur. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 19. Collocemus in culcita plumea, pſaltriam adducamus. Alii leg. *Culcitra*, invitis Criticis. *Sen. epiſt.* 87. Culcita in terra jacet, ego in culcita. *Id. epiſt.* 108. Laudare ſolebat Attalus culcitam, quæ reſiſteret corpori. Tali utor etiam ſenex, in qua veſtigium apparere non poſſit. ¶ Apud *Var. l.* 3. *R. R. c.* 5. Culcitæ vocantur ſtylobatæ projecturæ extra ſolidum procidentes, ut videre eſt in periſtyliis monachorum, in quibus pulvinatæ coronæ ſtylobatarum extra perpendiculum præbent opportunas feſſis deambulando ſedes. Ita explicat *Scalig.* Verba autem *Varronis* ſunt. Ut in culcitas, & columellas convivæ pedibus circumire poſſint. ¶ Culcitam gladium facere, eſt gladio incumbere, & ſe transfodere, apud *Plaut. Caſ.* 2. 4. 28.

Culcitŭla, æ, f. *picciolo materazzo*, parva culcita. *Lucil.* apud *Non. c.* 1. *n.* 152. Culcitulæ accedunt privæ centoribu' binis.

Culeāris, e, adject. ut dolium culeare, quod culei menſuram capit. *Cat. R. R. c.* 112. *Vitr. l.* 6. *c.* 9.

Culeŏlum, V. Culiolum.

Culeſt pro *quale eſt* dixit *Plautus*, teſte *Non. c.* 3. *n.* 56.

Culĕus, vel culleus, vel collus, m. 2. *ſacco*, שק, Ger. *ſeck*, Gal. *ſac*, Hiſp. *ſaco*, κουλεὸς, ſaccus ex corio, vel etiam ex cannabe, ab occulendo, vel melius a κουλεὸς, Jon. pro κολεὸς, *vagina*, unde & *coleos* Latini dixere. *Plin. l.* 7. Vehicula cum culeis, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus. ¶ Factus fuit Lege Pompeja pœna parricidarum. Nam ſanguineis virgis verberati, in culeo ſcorteo cum cane, ſimia, gallo, & vipera inſuti in mare projiciebantur, ut eſt apud *Modeſtin. Dig. l.* 48. *tit.* 9. *leg. penult.* quamquam *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 25. & 26. de cane, gallo, & vipera nihil dicit. ¶ Eſt & culeus maxima liquidorum menſura, ſexaginta capiens urnas, juxta *Fannium*, vel quadraginta, juxta *Plinium*. Hinc *dolium ſeſquiculeare*, quod culeum, & dimidium continet. *Col. l.* 12. *c.* 18. *Varro* neutro gen. adhibuit, *l.* 1. *R. R. c.* 2. In ſingula jugera dena culea vini fiunt. At *Plin. l.* 14. *c.* 4. Singula jugera ſeptenos culeos, &c. ¶ Culeus etiam annumeratur inter vaſa militaria. *Nep. Eum. c.* 8. *num.* 7.

Culex, icis, m. & f. 3. *zenzala*, Germ. *micke*, Gall. *mouqueron*, Hiſp. *moſquito*, κώνωψ, vermiculus parvus alatus. Varia ſunt culicum genera; nam alii dicuntur vinarii, qui circa vinum naſcuntur; alii ficarii, quos gignit caprificus; alii muliones, &c. *Plin. l.* 11. *c.* 2. Tot ſenſus (natura) collocavit in culice. *Horat. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 14. Mali culices, ranæque paluſtres Avertunt ſomnos. ¶ Culicem canam appellat *Plaut. Caſ.* 2. 3. 22. amatorem ſenem.

Culicāris, e, adject. ut culicare conopeum, quod ſcil. ad culices arcendos ſuper lectum extenditur. *Vet. Scholiaſt. ad Juven. ſat.* 6. *v.* 80.

Culigna, f. 1. κυλίχνη, vas potorium, atque id vinarium, a κύλιξ, calix. *Cato c.* 132. Jovi dapali culignam vini, quantum vis, polluceto, *Feſt.*

Culīna, f. 1. *cucina*, μαγειρεῖον, locus, ubi cibi coquuntur, olim *colina*, quod ibi colebant ignem domus locupletiorem. *Plaut. Caſ.* Senex in culina clamat, hortatur coquos. ¶ Metonymice ponitur pro cibis. *Juven. ſat.* 3. *v.* 250. Sequitur ſua quemque culina. ¶ Erat etiam locus, in quo epulæ in funere comburebantur. *Aggen. de limit.* Sunt in ſuburbanis loca publica inopum deſtinata funeribus, quæ loca culinas appellant.

Culinarĭus, ii, m. coquus, *cuoco*. *Scribon. Larg. Compoſit.* 230. Lixivia, qua culinarii utuntur.

Culiŏlum, vel culliolum, vel gulliolum, n. 2. cortex nucum viridium, a ſimilitudine culei, quo vinum, ſive oleum continetur. *Feſt.*

Cullĕus, V. Culeus.

Culmen, inis, n. 3. *colmo*, *tetto*, *ſommità d' alcuna coſa*, Ger. *ſtrodhach*, Gal. *comble*, Hiſ. *combre*, στέγος, proprie eſt ſtramineum tectum, a culmis, hoc eſt, frumenti calamis, quia veteres culmis ædificia tegebant. *Virg.* 1. *Ecl.* Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. ¶ Tranſlate dicitur de faſtigio, ſeu ſummitate cujuſcumque rei. *Plaut. Trin.* E Capitolio, quo in culmine aſtat ſummo. Sic culmen honoris, culmen regale. h. e. dignitas, excellentia. *Apul.* 3. *Florid. Claud.* 6. *Conſ. Honor. v.* 64. & al. ¶ Culmen hominis, *la ſommità del capo*, *Liv. l.* 1. ¶ Culmen pro culmo etiam invenitur. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 734. Tertia res duræ culmen inane fabæ.

Culminĭa olea, inter varias olearum ſpecies refertur a *Colum. l.* 5. *c.* 8. *R. R.*

Culmus, m. 2. *gamba del formento*, אביב, Ger. *balm amkorn*, Gal. *chalumeau*, Hiſ. *pecon*, καλάμη, frumenti calamus a radice uſque ad ſpicam, dictus a *calamus*, quod a κάλαμος, arundo. *Virg.* 1. *Georg.* Culmumque levem, ſtipulaſque volantes. *Cic. de ſeneſt. c.* 15. Geniculato culmo erecta herba.

Culpa, f. 1. *colpa*, אשם, Ger. *ſchuld*, Gal. *faute*, Hiſp. *culpa*, αἰτία, peccatum. *Cic.* 1. *Off.* Ne major pœna, quam culpa ſit. *Id. Ver.* 7. Extra culpam eſſe. *Id. ibid.* In hoc uno genere omnes culpas ineſſe. *Id. de Amic.* In culpa eſſe. *Id. Att. l.* 15. Transferre culpam omnem in alium, *dar la colpa*. *Id. pro Marcel.* Teneri culpa. Dicimus etiam culpam in alium derivare, conjicere, conferre, attribuere alicui, &c. ſæpe apud *eund.* ¶ Suſtinere culpam alicujus rei, h. e. de aliqua re accuſari. *Cic. Att. l.* 7. ¶ Apud JCtos interdum culpa ſumitur pro negligentia in agendis iis rebus, quæ a prudenti viro præſtari ſolent. *Leg.* 31. *ff. ad l. Aquil.* ¶ Culpa etiam dicebatur nota cenſoria, quam appingebant Critici libris, quos damnabant. V. *Scalig. in not. ad Var. l.* 1. *R. R. c.* 59. Hinc ortum eſt verbum *Deculpare*. V.

Culpabĭlis, le, adject. accuſatione dignus, *colpevole*. *Apul. Apol.* Culpabile judicandum eſt. *Arnob. l.* 7. Opinio culpabilis. *Tertull. l.* 2. *ad Uxor. c.* 1. Tanto culpabilius eſt, non obſervare quod poſſis.

Culpabilĭter, adver. cum culpa, cum criminatione, *colpevolmente*. *Symmach. l.* 9. *epiſt.* 43.

Culpatĭo, f. 3. ἔγκλημα, reprehenſio. *Gell. l.* 10. *c.* 22. Ne ipſi quoque culpationes hujuſmodi mereantur.

Culpatus, a, um, nom. ex particip. reprehenſus, *incolpato*, *ripreſo*. *Gell. l.* 11. *c.* 7. Moleſtius culpatiuſque eſſe arbitror.

Culpĭto, as, a. 1. freq. a culpo. *Plaut. Ciſt.* 2. 2. 19. Ne jusjurandum noſtrum quiſquam culpitet.

Culpo, as, a. 1. *incolpare*, חיב, Germ. *beſchuldigen*, Gal. *accuſer*, Hiſp. *culpar*, αἰτιάομαι, vitupero. *Plaut. Bacch.* Illum laudabunt boni, hunc etiam ipſi culpabunt mali. *Colum. in princ. Operis:* Audio culpantes agrorum infœcunditatem.

Culta, orum, n. ſunt ſegetes, vel agri culti, *terre lavorate*, ut pinguia culta, *Virg. Georg.* 4. *v.* 372.

Culte, adverb. cum cultura, ut *culte dicere*, h. e. cum verborum delectu, & artificio. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Culte dicentes. *Senec. ſuaſor.* 4. *in fi.* Quaſi nemo videretur dixiſſe cultius.

Cultellātus, a, um, adject. in modum cultelli factus, *fatto a cortello*, μαχαιροειδὴς. *Plin. l.* 32. *c.* 2. Murænam infixam hamo invertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato, ſpinaque lineam præſecare. ¶ Apud Hygin. lapis cultellatus eſt, qui pentagoni habet rationem.

Cultello, as, a. 1. eſt agri inæqualitatem, funiculo ad perpendiculum extento, eminentiora vomere reſecando, ad planitiem redigere. Cultri enim nomine intelligitur vomer, qui rectus terram in arando ſecat, ac ſcindit. *Frontin. in lib. de limitibus*, Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimus.

Cultellus, m. 2. μαχαίριον, dim. a culter. *Juven. ſat.* 5. *v.* 121. Saltantem ſpectans, & chironomanta volanti cultello. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 51. Cultello ſecare ungues.

Culter, tri, m. & Cultrum, i. n. *coltello*, מאכלת, Germ. *meſſer*, Gall. *couteau*, Hiſ. *cuchillo*, μάχαιρα, omne inſtrumentum, quo aliquid ſcinditur. *Plaut. Epid.* 2. 2. 2. Acutum cultrum habeo. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. Emere boves ad cultrum. h. e. occidendos macelli cauſa. ¶ Culter etiam dicitur ferrum cultro ſimile quod vomeri præfigitur. *Plin. l.* 18. *c.* 18. ¶ Hinc Culter vocatur, prædenſam, priuſquam proſcindatur, terram ſecans, futuriſque ſulcis veſtigia præſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. ¶ Apud *Vitruv. l.* 10. *c.* 10. & 14. In cultrum, vel in cultro collocare de iis dicitur, quæ recto ſitu ad perpendiculum poſita ſunt, *in taglio*. ¶ Cultrum neut. gen. eſt in Vet. Gloſſ. Quod autem affertur ex *Propert. l.* 4. *el.* 5. *v.* 72. Cum tallenda meo pollice cultra forent: in optim. codicibus legitur *clauſtra*, vel *clatbra*, quod magis facit ad rem.

Culticŭla, f. 1. fuſticulus quidam ligneus in ſacris, fortaſſe a *culter*, quaſi cultricula. *Feſt.* Sed in aliquibus manuſcriptis eſt *culcitula*.

Cultĭo, onis f. *coltivazione*. *Cic.* 5. *Verr. c.* 97. Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri cultionem ſuſtuleris?

Cultor, oris, m. *coltivatore*, *amico*, λατρευτὴς, qui colit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Qui quaſi cultores terræ conſtituti. *Id.* 1. *Off. c.* 30. Veritatis cultores, fraudis inimici. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Parcus Deorum cultor.

Cultrarĭus, m. 2. victimarius, ideſt miniſter, qui victimam cultro immolat. *Suet. in Calig. c.* 32. Elato alte malleo cultrarium mactavit. ¶ Item qui cultros facit. *Vet. Inſcrip. apud Grut. pag.* 640. *n.* 11. Q. Tiburtii Cultrarii oſſa hic ſita ſunt.

Cultrātus, a, um, o. 1. 2. μαχαιροειδὲς, ut Cultratus mucro, qui scindit, ut culter. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Folia cultrato mucrone.

Cultrix, icis, f. quæ colit, seu habitat, *abitatrice*. *Virg.* 11. *Æn. v.* 557. Nemorum cultrix Latonia virgo. *Phædr. l.* 2. *fab.* 4. Sus cultrix nemoris. ¶ Item quæ colit, seu veneratur ut Cultrix Deorum, *Lattant. de mort. perfecut. c.* 11. ¶ Demum quæ colit. h. e. ornat, & perpolit. *Cic.* 5. *Fin. c.* 14. Non est alienum, rerum quas terra gignit, & augendarum, & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia.

Cultum, i, n. V. Culta.

Cultūra, ræ, f. *coltura*, ἐργασία, θεραπεία, idem quod cultus. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 5. Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. ¶ Hinc pro animi disciplina translate ponitur. *Horat. l.* 1. *epist.* 1. *v.* 40. Culturæ patientem aurem commodare. ¶ Significat etiam venerationem, obsequium. *Id. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 86. Dulcis inexpertis cultura potentis amici.

Cultus, us, ui, m. substant. a supino *cultum* verbi *colo*, significat obsequium, venerationem, *culto, venerazione*, θεραπεία, ἐπιμέλεια, *Tacit.* 2. *Annal. c.* 58. De adventu Regis, & cultu sui cum decore, & modestia respondit. h. e. de honore sibi habito. Sic cultus Deorum vocantur ritus & ceremoniæ, quibus Dii coluntur. *Cic.* 1. *Tusc.* ¶ Præterea cultus dicitur habitus seu vestitus ratio, *vestito*, χῆμα, εἶδος κόσμητος. *Suet. Ner. c.* 20. Insignes pinguissima coma, & excellentissimo cultu pueri. *Florus l.* 4. *c.* 11. Cleopatra maximos cultus induta. ¶ Accipitur & pro universa vivendi ratione & consuetudine, *il vivere*. *Virg.* 5. *Æn. v.* 730. Gens dura, atque aspera cultu. *Valer. Flaccus l.* 4. *v.* 611. Gens Chalibum duris patiens cui cultus in arvis. ¶ Item pro cultura, *coltivazione*. *Cic. Tusc.* 2. Nullius agricolæ cultu stirpes tam diuturnæ seminantur. Sic agrorum cultus. *Plin. l.* 15. *c.* 1. ¶ Et translate pro educatione, & disciplina. *Cic.* 5. *Fin.* Sed animi cultus erat ei quasi quidam humanitatis cibus. *Liv. l.* 1. Cultu humili aliquem educare. ¶ Item pro ornatu. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Affectare cultum effusiorem in verbis, *politezza del dire*.

Cultus, a, um, nom. ex particip. tam late patet, quam verbum colo unde proficiscitur, ut res rustica bene culta, & fructuosa. *Cic. pro Quinc. c.* 3. *coltivata*. *Curt. l.* 6. *c.* 4. Ad cultiora perventum est. h. e. incolis frequentiora, minusque deserta. *Cic. pro Rosc. Com. c.* 12. ager cultissimus. ¶ Translate *Cic. Tusc.* 2. *c.* 5. Animi non omnes culti fructum ferunt. *Gell. l.* 19. *c.* 8. Cultiores doctioresque. ¶ Significat etiam ornatum, bene vestitum. *Martial. l.* 10. *epigr.* 98. Quo nec filia cultior, nec uxor. ¶ Item *venerato, adorato*, ut Dea culta Virginibus ministris. *Ovid.* 6. *Fast.*

Culullus, m. 2. calix fictilis, quo in sacris utebantur Pontifices, & Vestales Virgines, ut ait *Acron l.* 1. *Carm. ode* 31. ¶ Accipitur generatim pro urceolo. *Horat. de Ar. poet. v.* 434. Reges dicuntur multis urgere cullis.

Culus, i, m. *culo*, אחיר, Ger. *der arsch*, Gall. *cul*, Hisp. *salvonor*, κῶλος, πυγὴ, *culo*, podex, anus, pars corporis posterior carnosa, qua sedemus, a voce græca, quæ allata est. *Catull. Carm.* 23. *v.* 19. Quod culus tibi purior salillo est, Nec toto decies cacas in anno.

Cum, vel quum, & antiq. quom, *quando*, Germ. *vvan*, Gal. *vù que*, Hisp. *pueslo que*, ὅτε, ἡνίκα, quando. Jungitur interdum indicativo, & significat *quia*, aut *quandoquidem*, tanquam conjunctio causalis. *Cic.* 12. *Fam. ep.* 25. Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt. h. e. quandoquidem. ¶ Etiam cum significat *quando*, interdum indicativo jungitur. *Cic. pro Cluent. c.* 9. Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius necatur. ¶ Frequenter etiam jungitur Subjunctivo, præsertim cum gerundium Italicum latine exprimendum est, *essendo che. Cic. in princip. Somn. Scip.* Cum in Africam venissem, *essendo io venuto*. ¶ Dicimus &, cum quidem, eodem sensu. *Nepos in Catone, c.* 2. Neque (Scipio) hoc per Senatum efficere potuit, cum quidem in civitate principatum obtineret. ¶ Interdum pro *ex quo*, *dacchè*. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 14. Multi anni sunt, cum ille in ære meo est. ¶ Cum eo ut, h. e. ea conditione, *con questo che*. *Liv. l.* 8. *c.* 14. Lanuvinis civitas data, cum eo ut ædes Junonis communis esset. ¶ Sæpe cum, & tum se in eadem periodo subsequuntur, *siccome, così*, & &, quæ licet idem fere significent, diverso tamen modo ordinantur. Nam in *cum* est quiddam minus, in *tum* quiddam majus. Junguntur autem vel cum nominibus sub uno verbo. *Cic. pro Marcello*; Ille omnis ante actæ vitæ fructum hodierno die maximum cepit cum summo consensu Senatus, tum præterea judicio tuo gravissimo. Vel cum duobus verbis, quæ ambo sint indicativi modi, vel unum conjunctivi, alterum indicativi. *Cic. in Fam.* Et cum gratulor, tum vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio. *Id. ibid.* Cum te semper tantum dilexerim, quantum neminem, tum his tuis factis sic incensus sum, &c. ¶ Sed interdum pro *cum* ponitur *tum* geminatum, vel triplicatum in rebus paribus. V. *Tum.* ¶ Cum etiam præpositio est, quæ ablat. infervit, *con*, σὺν, κατὰ, & societatem, vel conjunctionem significat. *Cic. in Rull.* Atque illud circumspicite cum vestris mentibus. ¶ Cum pronom. *me, te, se, nobis, vobis*, semper postponitur, interdum cum relativo *Qui, quæ, quod*, ut *Mecum, quicum, quibuscum*, &c. *Cic.* 3. *Off.* Dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices. *Liv.* tamen *l.* 31. *c.* 29. Primi Macedones, cum quibus recentissimum fœdus erat. ¶ Aliquando significat contra. *Cic.* 1. *Off.* Cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de Imperio dimicabatur. ¶ Alicubi *cum* redundare videtur. *Plaut. Amph.* 2. 2. 111. Egone abs te abii hodie cum diluculo! ¶ Sunt qui putant, hanc particulam, si adverbium sit temporis, *quum* scribendum esse, si sit conjunctio, *cum*. *Quintil.* etiam *l.* 1. *c.* 7. scribit, hanc a multis differentiam fuisse observatam, ut pro adverbio temporis *quom* scriberent, pro conjunctione causali *quum*, pro præpositione vero *cum*. Sed nec ipse probat, & promiscue pro varia temporum ratione scriptum invenitur. ¶ *Id. Quintil. l.* 8. *c.* 3. vetat particulam hanc adhiberi ante vocem incipientem a litera *n* propter κακόφατον, sed tamen adhibuit *Cic. pro Dom. ad Pontif. c.* 9. Cum nominibus tantum uteretur. Adde *eund. Verr. ult.* Cum nihil. & alibi sæpe. ¶ Composita fere significat *simul*, ut *conjungo*: interdum *valde*, ut *concrepo, complaceo*: interdum *contra*, ut *contendo*. Sæpe etiam significationem non mutat, ut *consolor, condignus, condoleo*, & alia quamplurima.

Cuma, idem quod Cyma.

Cuma, Cume, Cumæ, Cyma, Cyme, *Castri*, al. *Foia nuova*, urbs Asiæ min. in Æolide, & in ora sin. Smyrnæi, cum portu capaci, & arce, condita a Pelope una cum Magnesia anno mundi 3150. inter Myrinam, & Phocæam. Pop. *Cumani*, qui stupidi habiti sunt. Cum enim pecuniam mutuati, porticum construxissent, nec illam ad præscriptam diem reddidissent, a deambulatione sub porticu prohibiti sunt: cum autem pluveret, præcone a creditoribus misso, ut porticum subirent, non nisi post pluviam subierunt. Hinc adag. *Cumani sero sapiunt*, simile illi, *Sero sapiunt Phryges*.

Cumæ, arum, f. *Cuma*, Col. & urbs Campaniæ exc. in ora lit. inter Linternum ad Occ. & Misenum ad Or. non longe ab antro Sibyllæ Cumanæ, & a Cumano villa, condita a pop. Chalcidis urb. Euboeæ inf. dicta est a Cuma urbe Æolidis, vel a κύμα, unde, vel a κύημα, fœtus, quod coloni illi apud Bajas mulierem gravidam viderint, & fœcunditatis augurium interpretantes in ea regione urbem condiderint. Pop. *Cumani*, Gentile *Cumanus*, *Cumæus, a, um*.

Cumæus, a, um, adject. possessiv. a Cumis urbe Campaniæ, *Cumano*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 441. Cumæam accesseris urbem. Et *ecl.* 4. Cumæum carmen.

Cumalter, antiqui pro *cum altero* usurpabant, brevitatis gratia. *Fest.*

Cumānum, i, n. Villa Ciceronis, prope Cumas. *Id. in Fam. epist.* Heri veni in Cumanum, cras ad te fortasse.

Cumānus, a, um, adject. idem quod Cumæus, ut Cumana Vates, *Lucan. l.* 5. *v.* 183.

Cumatīlis, V. Cymatilis.

Cumbo. V. Cubo.

Cumĕra, f. 1. *bugnola*, Ger. *Kornkast*, Gal. *picotin*, Hisp. *nassa, esevino*, σιτοδόκη, vas ingens ex sparto, palmarum foliis, viminibus, & hujusmodi, vel etiam fictile, ex terra, quo frumenta condunt, a figura camura, qualis in camera, seu fornice. *Hor. l.* 1. *ser.* 1. *v.* 53. Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris? *Id. l.* 1. *epist.* 5. Forte per angustam tenuis vulpecula rimam Repserat in cumeram frumenti.

Cumĕrum, n. 2. antiquis vasis genus erat, al. camillum, vel casmillum, quod opertum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubentis supellex, a similitudine cumeræ. *Fest.*

Cumĕrum, seu Cymerium, *M. S. Ciriaco*, al. *Monte Santo*, & *M. Guasco*, prom. & mons supra Anconam in mare Adriaticum excurrens, cum arce satis munita condita a D. Pio V.

Cumillomagum, sive Camillomagum, *Cigognola*, castrum, sive pagus agri Ticinensis, apud Blandinonam, & Sellam opp.

Cuminātum, i, n. 2. liquamen ex cumino, *Apic. l.* 1. *c.* 29. & *l.* 3. *c.* 4.

Cuminātus, & Cyminatus, a, um, cumino mixtus, vel conditus. *Pallad. l.* 12. *tit.* 22. Cuminati salis aspersione cumulabis.

Cumīnum, vel Cyminum, i, n. *cimino, comino*, herbæ genus cum semine ejusdem nominis, κύμινον. *Pers. Sat.* 5. *v.* 55. Rugosum piper, & pallentis grana cumini. ¶ Dicitur hujus herbæ semen in vino potum pallorem inducere, teste *Plin.* 20. 14. Hinc *Horat. l.* 1. *ep.* 19. *v.* 18. Quod si pallerem casu, biberent exangue cuminum.

Cuminum, *Comino*, insula parva maris Siculi, inter Melitam, & Gaulum inf. sub dominio Equitum Melitensium.

Cummaxīme, adverb. *sommamente, piucchè mai*. *Terent. Heaut.* 4. 4. 40. Cummaxime volo te dare operam. *Cic. pro Cluent.* Quæ multos jam annos, & nunc cummaxime, filium interfectum cupit. ¶ Eleganter adjungitur *ut*. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 36. Hanc Bacchidem amabat ut cummaxime tunc Pamphilus. ¶ Legitur & in duas voces divisum. ¶ Significat etiam tempore præsenti, in præsenti, *al presente*. *Cicer. de Arusp. Resp.* Antiqua negligimus, etiamne ea negligemus, quæ fiunt cummaxime?

Cummis. V. Gummi.

Cumprīme, adv. apud veteres pro cumprimis. *Quadrigar.* apud *Gell. l.* 17. *c.* 2. Cujus operam apud Gallos cumprime fortem Resp. sensit.

Cumprīmis, *più che altri, sommamente*, εἰς τὰ πρῶτα, in primis. *Cic.* 2. *Verr.* Homo domi suæ cumprimis locuples. Legitur & *Cum primis*, divisum.

Cumque. V. Cunque.

Cumulāte, *abbondevolmente, copiosamente*, Germ. *mit hauffen*, Gal. *abondamment*, Hisp. *abundantemente*, σωρηδὸν, abundanter. *Cic.* 2. *de Div.* Quæ ut plene effet, cumulateque perfecta. *Id. in Orat. c.* 17. Cumulatius quid augere. Et *l.* 10. *Fam. ep.* 29. Cumulatissime satisfacere.

Cumulātim, adv. idem ac cumulate. *Varr. de R. R. l.* 3. *c.* 15. Quibus in tenebris cum cumulatim positum est.

Cumulātus, a, um, o. 1. 2. *copioso, pieno*, מלא, Germ. *heuffig*, Gall. *comblè*, Hisp. *colmado*, ἐπισωρηδὴς, quod plenum, expletum, perfectum est. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 8. Omni rerum genere cumulata oratio. Et *cap.* 4. Vitio cumulatus. *Liv. l.* 2. *c.* 47. Spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit. *Plaut. Aulul. a.* 5. *v.* 16. Cumulatissimus scelerum.

Cumŭlo, as, avi, atum, *accumulare, ammassare, accrescere*, עבר, Germ. *hauffen*, Gal. *amonceler*, Hisp. *amontonar, auchar*, σωρεύω, est implere, coacervare, augere, & quasi ad cumulum addere. *Cic. pro Rosc. Am.* Tamen hæc aliis nefariis cumulant, atque adaugent. *Id.* 5. *Fin.* Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. *Id. Att. l.* 4. Cumulare gaudium. Et *lib.* 14. Cumulari gaudio. *Id. pro Cæl.* Nunc meum cor cumulatur ira. *Liv. l.* 2. Cumulare æs alienum usuris. *Id. lib.* 3. Cumulare sibi invidiam. *Plin. l.* 3. *epist.* 11. Cumulare aliquem laudibus.

Cumŭlus, m. 2. accessio, summa, acervus, *cumulo, mucchio, massa*, ערמה, הל, Ger. *hauff*, Gal. *monceau, amas*, Hisp. *monton, aucha*, σωρὸς, rerum veluti acervus quidam, accessio, a præp. *cum*, quæ congeriem notat. *Cic. pro Sext. Rosc.* Ut ad illam opimam prædam damnatio Roscii, velut cumulus, accedat. ¶ Sumitur etiam pro acervo. *Liv. l.* 10. Corpus obrutum superstratis Gallorum cumulis erat. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 21. Jucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudii attulerunt. Sic cumulus laudis. *Stat. l.* 4. *Silv.* 3. ¶ *Quintil. l.* 6. *c.* 1. cumulum vocat, Orationis conclusionem seu epilogum.

Cunabŭla, orum, n. 2. idem ac cunæ, quasi cynabula, a κύω, pario. Sed aliqui cunabula, & incunabula a cunis distinguunt, & ea proprie dici existimant, quæ ad cunas muniendas, & ornandas pertinent, in quibus infans conditur, & jacet. *Plaut. Amphitr.* Nec eum quisquam colligare quivit in cunabulis. *Plin. lib.* 10. *cap.* 33. Cunabula avium. ¶ Translate hæc vox sumitur pro infantia, & generatim pro primis initiis, vel prima origine. *Plaut. Pseud.* Quid sapit usque a cunabulis? *Columel.* A primis cunabulis. ¶ Item pro loco in quo nascimur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 205. Mons Idæus ibi, & gentis cunabula nostræ.

Cunæ, arum, f. *cuna, culla*, Germ. *vviege*, Gall. *berceau*, Hisp. *cuna*, κοιτὶς, vasculum, sive alveus ille, in quo infantes fasciis involuti cubant, forma scapliæ, quasi cynæ, a κύω, pario. *Cic.* 1. *Tusc.* Iidem, si puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant, si vero in cunis, ne querendum quidem. *Id. de senect. sub fin.* Repuerascere, & in cunis vagire. ¶ Fere usurpatur in plurali numero. *Prudentius* tamen *Diphr. num.* 28. præsepe jacenti Cuna erat.

Cunaxa, locus Assyriæ, a Babylone 500. stadia, ubi inter Artaxerxem Regem, & Cyrum ejus fratrem dimicatum est.

Cunctabundus, o. 1. 2. qui cunctatur. *Liv. l.* 6. *c.* 7. Cunctabundosque, & resistentes egressos castris esse.

Cunctālis, le, adject. Lar cunctalis dictus est Janus, quod ab eo regi cuncta Antiqui crediderunt. *Martian. Capell.*

Cunctāmen, inis, n. idem quod cunctatio, *tardanza, dimora*. *Paulin. Carm.* 23. *v.* 416. Pavidæ cunctamine mentis.

Cunctans, o. 3. qui cunctatur, *tardo*. Hinc comp. cunctantior. *Liv.* 10. *B. Pun.* Utrum ingenio cunctantior fuerit. *Lucret. l.* 3. *v.* 193. Et pigri latices magis, & cunctantior actus.

Cun-

Cunctanter, adv. *tardamente*, Germ. *verzogenlich*, Gal. *dautement*, *tardement*, Hiſp. *de eſpacio*, *tardamente*, χρονίως, cum mora. *Liv. l.* 1. Tum illum haud cunctanter dicidiſſe cotem ferunt. ¶ Comparat. Cunctantius. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 71. Data utrique venia, facile Segimero, cunctantius filio.

Cunctatĭo, onis, f. 3. *dimora*, אֶרֶךְ, Ger. *verzug*, Gal. *demeure*, Hiſp. *tardanca*, μέλλησις, tardatio, mora. *Cic.* 1. *Off.* Abjecta omni cunctatione adipiſcendi Magiſtratus. *Id. pro Sext. c.* 47. Cunctatione, & tarditate. ¶ Legitur & *contatio*.

Cunctātor, m. 3. μελλητὴς, dilator, procraſtinator, *chi porta innanzi*, *tardo*. *Cælius Cic. Fam.* 8. *ep.* 10. Noſti Marcellum, quam tardus, itemque Servium, quam cunctator. *Liv. l.* 6. *c.* 23. Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. *Stat.* 3. *Theb.* Non cunctator iniqui. h. e. promptus ad inique agendum. ¶ Fuit & cognomen Fabii Maximi, qui prudenti cunctatione Annibalis vires fregit.

Cunctātus, a, um, particip. a cunctor, *chi ha tardato*. *Curt. l.* 5. *c.* 6. *n.* 2. Rex phalangem nihil cunctatus inducit. ¶ Tranſit etiam in nomen, & habet gradus. *Plin. l.* 2. *ep.* 16. Cunctatior fortaſſe, & cautior eſſe deberem. ¶ Legitur & *contatus* præſertim apud *Apulej.*

Cuncti, æ, a, o. 1. 2. *tutti*, כֹּל, Ger. *alles*, Gal. *tous enſemble*, Hiſp. *todos juntos*, σύμπαντες, omnes ſimul, a *con*, & *juncti*. *Cic. ante Exil.* Quoniam laborem pro cunctis ferre conſuevit. *Horat. l.* 2. *od.* 1. Cuncta terrarum ſubacta. ¶ Uſurpatur etiam in num. ſing. *Cic.* 1. *Catil.* Si cuncta Italia, ſi omnis Reſpublica ſic loquatur. *Virg.* 1. *Æn.* Sic cunctus pelagi cecidit fragor.

Cunctim, adverb. univerſim *quaſi tutto in una volta*, ὅλως. *Apul. l.* 2. *Florid.* non ſigillatim, ac diſcretim, ſed cunctim, & coacervatim offerre.

Cunctipărens, parens omnium, &

Cuctipŏtens, omnipotens, leguntur apud *Prudent. in Paſſ. Agnetis ſub fin.* & *Paſſ. Quirini*, *v.* 56.

Cunctor, aris, d. 1. *indugiare*, *differire di dì in dì*, אחר, Ger. *verzichen*, Gal. *tarder*, *differer*, Hiſp. *tardar*, μέλλω, proprie eſt cuncta aggredi, ſive per cuncta ire, a *cunctus*, ſed quia cuncta non ſine mora perficere eſt, inde factum, ut ſumatur pro morari, procraſtinare *Cæſ.* 1. *B. C.* Si cunctetur, atque agat levius. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 15. Cunctatus non ſum in curſu bonorum omniliorum. ¶ Accipitur & pro dubitare, hæſitare. *Sueton. Aug. c.* 56. Cunctari enim ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus renm; ſin deeſſet, deſtituere amicum videretur. ¶ Cum accuſativo, *Valer. Flacc. Argon. l.* 2. *de Vulcano*: Alternos ægro cunctantem poplite greſſus. ¶ Cuncto, as, activa forma, eodem ſenſu, *Plaut. Caſ.* 4. 2. 13. Abi hinc; cunctas? ¶ Scribitur & *Contor*. quod tamen Manutio non placet in Orthogr. V. *Contor*.

Cunctus. V. Cuncti.

Cuneātim, adv. σφηνοειδῶς, per cuneos. *Cæſ.* 7. *B. G. c.* 28. Hoſtes in foro, ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt.

Cuneatĭo, onis, f. diſpoſitio partium in cunei formam. *Scribon. Larg. Compoſit.* 47. Narium cuneatione quadam.

Cuneātus, a, um, o. 1. 2. *più ſtretto da un capo*, *che dall' altro*, Ger. *geKeilet*, Gall. *coigne*, Hiſp. *acunado*, σφηνοειδὴς, quod in formam cunei factum eſt, ut Cuneatus ager, ex. gr. qui eſt longus centum pedes, latus ex una parte pedes viginti, & altera pedes decem. *Colum. l.* 5. *c.* 2. ¶ Cuneatum theatrum, in quo ſc. ordines ſubſelliorum ex anguſto in latum cunei more aſſurgunt. *Auſon. prolog. Ludi de VII. Sapient. v.* 21. Cuneati crevit hæc theatri immanitas. *Liv. l.* 9. *c.* 40. Forma ſcuti ad imum cuneatior.

Cuneo, as, avi, atum, are, a. 1. *puntellare*, Ger. *keil ein ſchlagen*, Gal. *coigner*, Hiſp. *acunar*, σφηνόω, eſt cuneis adactis firmare. *Plin. l.* 16. *c.* 11. Si quid cuneandum ſit in ligno, clavique figendum. *Senec. epiſt.* 118. *ſub fin.* Unus lapis tecit fornicem, ille qui latera inclinata cuneavit, & interventu ſuo vinxit. ¶ Metaphorice *Quintil. l.* 4. *c.* 3. Atque eo (digrediendi genere) illuſtrari ornarique orationem, ſi cohæret, & ſequitur, non ſi per vim cuneatur, & quæ natura conjuncta erant, diſtrahit. ¶ Significat etiam, formam cunei dare. *Plin. l.* 3. *c.* 3. *de Hiſpania*: Cuneatur anguſtiis inter duo maria. *Mela l.* 3. *c.* 6. Se in diverſos angulos cuneat.

Cuneŏlus, i, m. diminut. parvus cuneus. *Cic. de Univerſ. c.* 13. Crebris quaſi cuneolis injectis. Adde *Colum. l.* 4. *c.* 29.

Cuneus, m. 2. *conio*, Ger. *keyl*, Gal. *coin*, Hiſp. *cuno*, σφὴν, inſtrumentum terreum, aut ligneum, quo finduntur ligna, cujus pars inferior acuta eſt, ſuperior lata, & ampla. *Virg.* 1. *Geor. v.* 144. Cuneis ſcindebant fiſſile lignum. ¶ Per translationem ſumitur pro peditum multitudine in cunei formam redacta, ideſt, quæ fronte anguſta eſt, deinde paulatim latius ſe extendit, *puntone*. *Veg. l.* 3. *c.* 19. ¶ Item pro ſedilium ordine, & ſcalarum directione in theatris, quia eo ſtrictior erat, quo propius accedebat ad caveam, in altum vero magis, magiſque diffundebatur. *Vitruv. l.* 5. *c.* 6. V. *Lipſ. de Amphitheatr. c.* 13. *Sueton. Aug. c.* 44. Maritis e plebe proprios ordines aſſignavit, prætextatis cuneum ſuum. Sic Cuneus Senatorius, & Equeſtris ordinis. *Id. Domit. cap.* 4. ¶ Denique cuneus eſt triangularis figura, quæ inter quadratas, & quavis ſpecie lateratas in pavimentis, aut picturis parietum interponi ſolet ad ornatum. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. & 5.

Cunicularĭæ, f. 1. duæ inſulæ Sardiniæ, quarum altera *Bizze*, altera *Speragia* hodie dicitur. Pineto eſt *Sanguenares*, Cluverio, & Brietio *Iſola del Pullo*.

Cunicularĭus, ii, m. qui cuniculos fodit. ¶ Cunicularii, vel Cuniculares ſunt milites, qui cuniculis ſuffoſſis improviſi emergunt, & hoſtilia munimenta invadunt. *Veget. l.* 2. *c.* 11. *Ammian. l.* 24. *c.* 15. (al. 4.) Ut cunicularium ſubito manus emergat.

Cuniculātim, adverb. in modum cuniculi. *Plin. l.* 9. *c.* 33. Cuniculatim, pectinatim, &c. & *c.* 36. Cuniculatim procurrente roſtro. Hanc lectionem ex MSS. retinet *Harduinus*. Alii Codices variant.

Cuniculātor, oris, m. Lutatius in ſecundum lib. *Statii Thebaid.* Foſſores, inquit, dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos introgreſſi milites murorum fundamenta convellunt.

Cuniculōſus, a, um, adject. cuniculis, ſeu ſubterraneis cavernis plenus. *Catull. Carm.* 40. Celtiberiam cuniculoſam, dixit.

Cuniculus, m. 2. *coniglio*, שׁפן, Ger. *kuniglin*, Gal. *connil*, Hiſ. *conejo*, δασύπους, animal lepori ſimile quod ſub terra effoſſa latere ſolitum eſt. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 12. ſcripſit, ab ea dictum eſſe, quod ſub terra cuniculos facit, ubi lateat. Sed ſubterranei meatus ab hoc animali potius nomen acceperunt. *Mart. l.* 13. *epig.* 60. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. Monſtravit tacitas hoſtibus ille vias. ¶ Hinc eſt & meatus ſubterraneus, qui præſertim ſit urbium oppugnandarum cauſa, *mina*, ὑπόνομος. *Veget. l.* 4. *c.* 24. *Feſt. Cic.* 3. *Off.* Si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium. ¶ Hinc Cuniculis oppugnare, per translationem, eſt dolo, & fraude aliquid moliri, & negotium alicui facereſſere. *Cic.* 1. *Agrar. in princip.* ¶ *Liv. l.* 5. Tranverſis cuniculis hoſtium cuniculos excipere, *contramminare*, *ſventare le mine oſtili*. Accipitur & pro canali. *Plin. l.* 9. *c.* 38. Torreri longinquæ fornacis cuniculo.

Cunila, f. 1. κόνυζα, herba, a Dorico, κόνυζα. Vulgus a necandis pulicibus pulicariam appellat. Ejus plura genera refert *Plin. l.* 20. *c.* 15. & 16.

Cunilāgo, nis, f. cunila agreſtis, quia ſimilis eſt cunilæ. *Plin. l.* 20. *c.* 16.

Cunīna, f. 1. Dea, quæ cunis infantium præſidere putabatur. *Lactant. l.* 1. *c.* 20. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 756.

Cunĭo, n. 4. *cacare*, proprie dicitur de infantibus faſcias in cunis ſtercore fœdantibus, *Feſtus*.

Cunnilingus, m. 2. qui cunnum lingit. Legitur apud *Martialem*.

Cunnus, olim cunus, m. 2. *natura*, κυσθὸς, vel κυσθὸς, pars mulieris pudenda, a κύειν, ſeu κύημα, fœtus, quia hac fœtus egeritur. *In Priapeis*, & apud *Martial.* ſæpe.

Cunque, vel Cumque, particula eſt, quæ cum aliis fere componitur, ut qualiſcumque, quicumque &c. quæ vide ſuis locis. ¶ Aliquando ſola invenitur. *Horat. l.* 1. *od.* 32. *in fine*: Mihi cunque ſalve rite vocanti. h. e. quandocumque. *Cic. l.* 3. *de leg. c.* 3. Equitem cumque qui regat, habeto pari jure cum eo, quicumque erit juris diſceptator. h. e. Equitem qualemcumque.

Cunŭla, læ, f. diminut. a cuna, *cunetta*. *Prudent. Cathemer.* 7. *v.* 164. Parvulorum cunulæ.

Cunyzamis, midis, f. herba, alio nomine cunilago. *Pl. l.* 19. *c.* 8.

Cupa, f. 1. *botte*, Ger. *kufen*, Gal. *cuve*, *coupe*, Hiſp. *cuba*, κάπελλον, vas vinarium amplum, in quo muſtum e torculari excipitur, olim caupa, a cavo, vel a capio. Sic *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 113. Cupas vinarias dixit. Et *ibid.* E cupa acris aceti. *Lucan. l.* 4. *v.* 420. Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cupæ. ubi intellige ſcaphas, vel etiam cupas ad hunc uſum deſtinatas. Sic *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 11. Cupas tæda, & pice refertas inter incendiaria inſtrumenta retert. ¶ Eſt etiam cupa mulier, quæ vinum vendit. *Cic. c.* 27. *in Piſon.* Piſtor domi nullus, nulla cella; panis & vinum a propola, atque de cupa. Ita explicat *Scalig. in Conject. & Caſaub. ad Sueton. Claud. c.* 40. Vinum autem e taberna petere, ſordidum apud Veteres habebatur. ¶ Uſurpatur & pro cyatho, ut patet ex illo Nævii: Duas cuppas mero plenas exhauſit. Hoc ſenſu gemino *pp* ſcribi ſolet.

Cupedĭa, æ, f. vitioſus cupediarum appetitus. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 11. Avaritia, ambitio, mulierоſitas, pervicacia, liguritio, temulentia, cupedia, Alii ex antiq. exemplar. ediderunt *cuppedia*. Cuppedo autem, & cuppedia Veteribus pro *cupiditas* uſurpata. *Salmaſ. ad Ter. Eun.* 2. 2.

Cupedĭæ, arum, f. vel cupedia, orum, n. *cibi delicati*, מטעמים, Germ. *lecker biſſlein*, Gal. *friandiſes*, Hiſp. *golofinas*, a Romanis appellabantur lautiores cibi, ſive a *Cupite* Romano equite, cujus ædes ſolo æquatæ aream foro cupedinatio extruendo præbuerunt, vel quaſi *caupediæ*, quod in cauponis vendi ſoleant, vel a *cupiendo*, quod cupiantur. *Ammian. l.* 26. *c.* 18. Cupediarum vilium mercatores. *Plaut. Sticho*, 5. 4. 32. Nihil moror cupedia.

Cupedinarĭi, vel Cupediarĭi, m. 2. *vivandieri*, ὀψοπῶλαι, qui cupedias vendunt, ut phaſianos, perdices, lepores, & alias delicias hujus generis, & generatim qui eſculenta cocta vendunt. *Ter. Eun.* 2. 2. 25. Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes. Ubi Donatus: Venditores eſculentorum & poculentorum Cupedinarii appellantur. *Lamprid. Heliogab. c.* 30. Pinxit ſe ut Cupedinarium, ſeplaſiarium, &c. ¶ Salmaſ. ad hunc loc. ſcribit *Cuppedinarii*. V. Cuppedo.

Cupedinarĭum forum, & cupedinis forum, in quo delicatiores epulæ coctæ vendebantur, a *cupiditate*, vel quod ibi fuerit domus Numerii Equitii Cupitis. *Var. l.* 1. *rer. hum.*

Cupēdo, inis, f. idem quod cupiditas. V. Cuppedo.

Cupedŭla, f. 1. dim. a cupediæ. *Gell. l.* 6. *c.* 13. Conjectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, ſed argutias quæſtionum.

Cupella, æ, f. vel cupellum, i, n. diminut. a cupa, poculi, vel vaſis genus, a κύπελλον. *Pallad. Februar. c.* 25. Vel in cupellis, vel in vaſculis fictilibus condiuntur. *Apic. l.* 1. *c.* 1. In cupellam mittito.

Cupentus, m. 2. lingua Sabinorum Sacerdos appellatur. *Serv. in* 12. *Æn.*

Cupersānum, n. 2. Converſanum, *Converſano*, urbs R. Neap. in agro Bariano, dorſo montis affixa.

Cupes, edis, idem quod cupediæ, *Feſto* auctore. ¶ Item qui cupedias ſectatur: *ghiottone*. *Plaut. Trin.* 2. 1. 13. Harpago, mendax, cupes, avarus. ¶ Scribitur & *cuppes*: & in gloſſa Iſid. legitur: Cuppes faſtidioſus. h. e. qui exquiſitos tantum cibos quærit, nec communem habet gulam, κοιτὸς. V. *Scalig. ad Feſt.*

Cupīde, *appaſſionatamente*, *vizioſamente*, Ger. *begirlich*, Gal. *paſſionement*, Hiſp. *codiciоſamente*, ἐπιθυμητικῶς. *Cic. pro Roſc. Com.* Ego vero cupide, & libenter mentiar tua cauſſa. *Cæſ. B. G. l.* 1. *c.* 15. Cupidius inſequi. *Id. B. C. l.* 1. *c.* 15. Se ſe cupidiſſime facturos pollicentur. ¶ Cupide agere, eſt nimio partium ſtudio abreptum agere. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 11. Nos agimus nihil cupide, eoque eſt noſtra pluris auctoritas.

Cupidinĕus, a, um, o. 1. 2. *di Cupido*, ἐρωτικὸς, ad Cupidinem amorum Deum ſpectans. *Ovid. de Rem. Amor. l.* 1. *v.* 157. Cupidineis nec inexpugnabile telis Cor mihi.

Cupiditas, is, f. *cupidità*, *cupidigia*, אוה, Ger. *begirlickeit*, Gal. *convoitiſe*, Hiſp. *codicia*, ἐπιθυμία, aviditas, libido, appetitus. *Cic. in Parad.* Neque enim unquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. *Id. in Partit. c.* 27. Cupiditatem explere. Et *l.* 1. *de Orat. c.* 19. Cupiditates frangere. ¶ Interdum cupiditas accipitur pro nimio partium ſtudio, *parzialità*. *Cic. pro Font. c.* 7. Quarum virtuti, generi, rebus geſtis fidem, & auctoritatem in teſtimonio cupiditatis, atque inimicitiarum ſuſpicio derogavit.

Cupīdo, dinis, m. olim Cupedo, *Cupidine*, *Amore*, Ger. *gotl der liebe*, *holdſchafft*, Gal. *cupidité*, *cupidon*, Hiſp. *codicia*, *cupido*, ἔρως, amoris Deus, quem Heſiodus natum vult ex Chao, & Terra, Simonides ex Marte, & Venere, Aceſilaus ex Nocte, & Æthere, Alcæus ex Lite, & Zephyro, Sappho ex Venere, & Cælo, Seneca ex Venere, & Vulcano, quidam ex ſola Venere. Sed a *Cic.* 3. *de nat. Deor.* tres Cupidines numerantur. A Platonicis duplex effingitur, cœleſtis, & vulgaris, quia totidem ſunt Cupidines, quot Veneres, hæ autem duæ ſunt, cœleſtis, quæ nata eſt a Cœlo ſine matre, & vulgaris, quæ genita ex Jove, & Dione. Alii Cupidinem in honeſtum, & turpem dividunt, illumque ex Venere, & Jove patre natum volunt, hunc autem Erebi, & Noctis filium eſſe. Cupido dictus eſt a cupiendo. Fingitur a Poetis armatus flammis, & telis, item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, &c. V. *Apul. de Aſino. Boccat. l.* 2. 3. 9. *Gen.*

Cupīdo, dinis, f. *cupidigia*, *deſiderio*, ἐπιθυμία, animi affectio a libidine, & cupiditate proficiſcens, qualis eſt avaritia, qua opes cupiuntur, ira, qua ultionem appetimus, &c. Differt a cupiditate, quia cupiditas levior eſt. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 211. Creverunt & opes, & opum furioſa cupido. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. Reſponſare cupidinibus, contemnere honores. *Liv. l.* 1. Romulum cupido cepit urbis condendæ. ¶ Invenitur & gen. maſc. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 61. Decepta cupidine falſo. Et *l.* 2. *od.* 16. Nec leves ſomnos timor, aut ſordidus cupido aufert.

Cupĭdus, o. 1. 2. *avido*, *ingordo*, *bramoſo*, אוהב, Ger. *begirlich*, Gal. *cupide*, *deſireux*, Hiſp. *codiciоſo*, ἐπιθυμῶν, avidus, qui rei alicujus deſiderio tenetur. *Cic. de Orat.* Tuque valde ſpectandi cupidus eſſes. ¶ Invenitur & cum abl. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 50. Vino modo cupidæ eſtis. ¶ Sumitur

& paſſive, ut cum apud *Plaut. Merc.* 5. 1. cupida civitas dicitur pro cupita, & expetibili. Al. leg. *cupita*. ¶ Comp. eſt cupidior, ſup. cupidiſſimus. *Cic. de Orat.* Græci contentionis cupidiores ſunt, quam veritatis. *Id. l. 1. de Orat. c.* 22. Homo noſtri cupidiſſimus. h. e. amantiſſimus. ¶ Cupidus quandoque dicitur, qui parti alicui impenſe, & nimis favet, *parzial*. *Cic. pro Font. c.* 6. cupidi teſtes. h. e. p. partibus addicti. *Id. Verr. 4. c.* 56. Nemo ſuſpicari debet, me eſſe tam cupidum, *appaſſionato*. Univerſim enim cupidus dicitur, qui cupiditate, affectuque inordinato abreptus agit. hinc cupidum conſilium, pro impotenti & furioſo. *Cic. pro Quint. c.* 26. Hoc conſilium tam cupidum, tam temerarium, tam audax probabitur?

Cupĭens, entis, partic. a cupio, vel nomen ex partic. *Plaut. Mil.* Hujus cupiens corporis eſt. ¶ Comp. eſt cupientior, ſup. cupientiſſimus. *Sal. Jug. c.* 84. Marius cupientiſſima plebe Conſul factus. *Aurel. Vict. in Alex. Sev.* Dominandi ſuis, quam ſubigendi externos cupientiores.

Cupienter, adv. idem ac cupide. *Plaut. Pſeud.* 2. 3. 17. Cum quid cupienter dari petimus nobis.

Cupĭo, is, ivi, itum, a. 3. deſidero, aveo, exopto, expeto, deſiderio teneor, *deſiderare*, ἐπιθυμέω. *Cic.* 1. *de Orat.* Neque vero nobis cupientibus, atque optantibus fructus ocii datus eſt. ¶ Cupere alicui eſt bene velle, *voler bene*, *amare*. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 3. Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus ſum? ¶ Apud antiquos *cupire* in quarta conjugatione legitur. *Lucret. l.* 2. *v.* 71. Pertringere ut arcta naturæ primus portarum clauſtra cupiret.

Cupītor, oris, *deſideroſo*, qui cupit. *Tac. lib.* 12. *Ann. c.* 7. Neque tamen repertus eſt, niſi unus, talis matrimonii cupitor.

Cupītus, a, um, adject. ex particip. *deſiderato*, *bramato*, ἐπιθυμητός. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 21. Viſamque cupit, potiturque cupita. ¶ Abſolute cupitum pro re cupita, *Plaut. Pœn.* 5. 4. 101. Eveniunt digna dignis: tandem huic cupitum contigit.

Cuppēdo, vel Cupedo, inis, f. idem quod cupiditas, vel cupido, *deſiderio*, *brama*, *cupidigia*. *Lucret. l.* 5. *v.* 45. Quantæ conſcindunt hominem cuppedinis acres Curæ! Et *l.* 6. *v.* 24. Et *lib.* 1. *v.* 1080. & *lib.* 4. *v.* 1083. ¶ Etiam apud *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 11. ubi quidam leg. *cuppedia*. Verba Ciceronis attulimus in voce Cupedia. V. *Salmaſ. ad Ter. Eun.* 2. 2.

Cuppes, V. Cupes.

Cupra, maritima, *la Grotta*, vel *Gritto* pag. Piceni, in ora Or. cis oſt. Truenti fl. vel *S. Benedetto*, pag. vicinus, inter Firmum urb. ad Occ. & Truentum ad Or. ¶ Cupra, montana, *Ripa Tranſona*, urbs Piceni, inter Firmum, & Aſculum. ¶ Pop. *Cuprenſes*.

Cupreſsētum, ti, n. *luogo*, *che ha molti cipreſſi*, Ger. *ein orth da viel cypreſſbaum wachſen*, Gal. *lieu planté de cypres*, Hiſp. *cipreſſal*, κυπάρισσων, locus cupreſſis conſitus. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 5. In cupreſſetis Gnoſiorum.

Cupreſsĕus, o. 1. 2. idem ac cupreſſinus. *Plin. l.* 27. *c.* 37. Duo ſigna cupreſſea portabantur. Adde *Vitru. l.* 2. *c.* 9. Foliatura cupreſſea.

Cupreſsĭfer, a, um, o. 1. 2. ferens cupreſſos. *Ovid. ep.* 9. *v.* 87. Ut Tegæus aper cupreſſifero Erymantho incubat.

Cupreſsĭnus, a, um, o. 1. 2. *di cipreſſo*, Ger. *cypreſſin*, Gal. *de cypres*, Hiſp. *de cipres*, κυπαρίσσινος, quod eſt ex cupreſſo. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet, quos myrteum.

Cupreſſus, i, f. 2. vel cupreſſus, us, f. 4. idem ac cypariſſus, *cipreſſo*, arbor procera, audice oblonzo, & recto, foliis pini, ſed mollioribus, odore vehementi. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 26. Quantum lenta ſolet inter viburna cupreſſi. *Colum. l.* 4. *c.* 26. Junipero, & lauru, & cupreſſu. ¶ Cupreſſum ſimulare, proverb. dictum *Horat. de arte poet. v.* 19. de iis, qui id unum quod ſciunt, quovis loco, & tempore obtrudunt, quemadmodum pictor, qui ſcit cupreſſum pingere, etiam in mari pingit. ¶ Erat cupreſſus inter funeſtas arbores apud Veteres, quia ſcil. tarde creſcit, & exciſa non reviviſcit. Quamquam alii alias tradunt cauſas. V. *Torrent. ad l.* 2. *Horat. od.* 14. ¶ Hinc in funeribus adhiberi ſolita, cum ante defunctorum ædes erigeretur, non tamen omnium, ſed ditiorum, nobiliorumque, ut innuere videtur. *Lucan. l.* 3. *verſ. ſtilo* 442. Et non plebejos luctus teſtata cupreſſus. Hinc atra, funeſta, funebris, feralis cupreſſus, apud Poetas. Vide *Cyparĭſſus*. ¶ *Cupressus* m. g. adhibetur ab *Ennio* apud *Gell.* 13. 20.

Cuprĕus, a, um, o. 1. 2. quod eſt ex cupro, *di rame*. *Plin. l.* 23. *c.* 3. Cogitur in cupreo vaſe ad craſſitudinem mellis. *Harduinus* tamen legit *cyprio*.

Cuprīnus, a, um, idem quod cupreus. *Pallad. in Januar. tit.* 16. Cuprinus clavus. Adde *Veget. de re veter.* 1. 28.

Cuprum, n. 2. *rame*, נְחוּשָׁה, Ger. *kupffer*, Gal. *cuivre*, Hiſp. *cobre*, genus quoddam æris quod *Plin. l.* 33. *c.* 5. cyprium æs vocat. *Spartian. in Caracc. c.* 9. Ex ære vel cupro cancelli ſuperpoſiti.

Cupŭla, læ, f. dimin. a cupa, calix, cyathus. *ff. l.* 33. *tit.* 6. *leg.* 3.

Cur, *perchè*, כִּרו, לְמָה, Ger. *vvarumb*, *affvvas urſach*, Gal. *pourquoy*, Hiſp. *porque*, διὰ τί; adverb. interrogandi. *Ter. in And.* Cur me excrucio? cur me macero? ¶ Uſurpatur etiam relative, & infinite. *Cic. pro Roſc. Com.* Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 8. *v.* 9. Iraſcar amicis, cur me funeſto properent arcere veterno.

Cura, f. 1. *cura*, *penſiero*, *travaglio*, הִרְרָה, Ger. *ſorge*, Gal. *ſoin*, Hiſp. *cuidado*, φροντὶς, ſolicitudo, anxietas, a *cor*, & *uro*, quia cor urit. *Cic. de Senect.* Si quid ego adjuro, curamve levaſſo, quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa. *Virg.* 4. *Æn. v.* 285. Cura animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc. Hinc curæ ſpinoſæ, vigiles, graves, anxiæ dicuntur paſſim a Latinis Scriptoribus. ¶ Sæpe pro ſtudio, & diligentia uſurpatur. *Cic. Fam.* 10. *epiſt.* 1. Omni cogitatione, curaque in rem aliquam incumbere. Sic curam adhibere, ſuſcipere, agere alicujus rei, vel de aliqua, vel in aliqua re, *Cic. & alii*. ¶ Item ſæpe pro adminiſtratione, munere, ſeu officio cujuslibet rei, *amminiſtrazione*, *carica*, *ſoprintendenza*. *Cic.* 1. *Off. c.* 9. Difficilis eſt cura rerum alienarum. *Tac.* 4. *Hiſt. c.* 68. Aretinum Prætorianis præpoſuit, patrem ejus egregie functum ea cura dictitans. ¶ Curæ eſſe aliquid dicitur, de quo curam habemus. *Cic. Att. l.* 10. & *Philip.* 3. *Teren. Adelph.* 5. 6. Is ſervus eſt ſpectatus ſatis, cui dominus curæ eſt. *Id. Hec.* Curæ eſt, quorſum eventurum hoc ſiet. Sic curæ habere, eodem ſenſu. *Nepos Att. c.* 20. *n.* 5. Quid ageret, quid curæ ſibi haberet, certiorem faceret. ¶ Cum cura, idem eſt ac diligenter. *Sen. de Tranquil. c.* 14. Magnus vir, cum cura dicendus. *Liv. l.* 35. Bovem cum cura ſervari.

Curabĭlis, le, adject. *Juvenal. ſat.* 16. *v.* 20. omneſque manipli Conſenſu magno officiunt, curabilis ut ſit Vindicta, & gravior, quam injuria, &c. *Al. leg.* conſenſu magno officiunt. curabitis, ut ſit Vindicta gravior, quam injuria?

Curagendarĭus, ii, m. qui curam publicam habet. *Cod. Theodoſ. l.* 6. *tit.* 29. Hi, quos curagendarios, ſive curioſos provincialium conſuetudo appellat.

Curantĭa, f. 1. idem ac curatio. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. epiſt.* 9. Quod me admones de non curantia. Communor tamen lectio habet, *de noſtra Urania*.

Curate, adverb. accurate, *diligentemente*. *Tac. l.* 2. *Ann. c.* 27. Ejus negotii initium, ordinem, finem curatius diſſeram. *Salluſt. Jugur. c.* 16. Eum Jugurtha curatiſſime recepit.

Curatĭo, f. 3. *cura*, *governo*, κυβέρνησις, cura, gubernatio, adminiſtratio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Ab omni curatione, & adminiſtratione rerum vacent. *Id. de Aruſp. reſp.* Ædes Telluris eſt curationis meæ. *Plaut. Amph.* 1. 3. 21. Quid tibi hanc curatio eſt rem. *h. e.* quid hanc rem curas? ¶ Sumitur etiam pro tutela. *L. furioſe*, *ff. de curat. furioſ.* Matris furioſæ curatio ad filium pertinet. ¶ Item pro medicina, ſeu actu medendi, θεραπεία. *Cic.* 1. *Off. c.* 24. Periculoſas, & ancipites curationes morbis gravioribus medici adhibere coguntur. *Celſ. l.* 7. *c.* 27. Recte procedit curatio.

Curātor, m. 3. *curatore*, *tutore*, הָרַךְ, Germ. *verſorger*, Gall. *curateur*, Hiſp. *curador*, ἐπίτροπος, qui alicui negotio publico præpoſitus eſt. *Cic. de opt. gen. Orat.* Quia in Senatu Demoſthenes curator muris reficiendis fuit. *Id.* 3. *de Leg.* Suntoque Ædiles curatores urbis annonæ, ludorumque ſolemnium. ¶ Apud JCtos curatores dicuntur qui puberibus dantur uſque ad annum 25. ætatis, & furioſis, ac prodigis per totam vitam, ut eorum curam habeant, & illorum bona adminiſtrent. *Inſtit. l.* 1. *tit.* 23. *de Curator.* Hinc egere curatore dicuntur, qui minus ſanæ mentis eſſe videntur. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 1. *ad fin.* Nec medici credis, nec curatoris egere a Prætore dati. ¶ Curatores denique dicuntur, auctore *Feſto*, qui rei frumentariæ, Agriſve dividundis præpoſiti ſunt.

Curatorĭa, æ, f. munus curatoris pupillorum. *Leg.* 1. *& 2. ff. de excuſat.*

Curatrix, icis, f. *curatrice*, fœmin. a curator. *JCt. l.* 21. *ff. de tut. & cur.* Curatrices minoribus mulieres non creabunt.

Curatūra, æ, *cura*, *governo*, curatio. *Terent. Eun.* 2. 3. 24. Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas.

Curātus, a, um, nom. ex partic. cura factus, procuratus, *fatto con diligenza*, *procurato*, ἐπιμελητὸς. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 4. Bene curata cute nitidus. *Cato c.* 103. Boves corpore curatiores. *Tac. Ann.* 1. *c.* 13. Curatiſſimæ preces. h. e. accuratiſſimæ.

Curax, acis, o. 3. qui curam habet. *Cajus*, *l. ſi quid venditor*, *ff. de ædil. edict.* Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut vigilacem eſſe.

Curalium. V. Coralium.

Curculĭo, ſive Gurgulio, ſive Gurgulio, onis, m. *tignuola*, Ger. *kornvvurm*, Gal. *calendre*, Hiſp. *gorgojo*, *xis*, vermis frumentum corrodens, quaſi gurgulio, quia pene nihil eſt, niſi guttur. *Virg. Georg.* 1. *v.* 185. Populatque ingentem farris acervum curculio. ¶ Hinc *Plautus* paraſito nomen fecit Curculioni, a quo & fabula nomen accepit. ¶ Gurgulio item eſt epiglottis, ſive ſublingulum, ideſt, caruncula quædam in fine palati, ad fauces deſcendens, inter tonſillas, al. columella, quæ aſperæ arteriæ meatum obruit. Sed aliis eſt ipſa gula, aliis fiſtula in gutture, quæ conſtat ex oſſibus flexuoſis, & mollibus, quaſi ex anulis in catenæ modum compactis, & inſertis, per quam ſpiritus attrahitur, atque emittitur. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 3. Hircus gurgulione longiore.

Curculiuncŭlus, m. 2. dimin. a curculio. *Plaut. Rud.* 5. 2. 38. Curculiunculos minutos fabulare. h. e. res nullius uſus narras.

Curcumĭa, æ, fræni genus. *Imp. Leo Cod. lib.* 2. *l.* 1. *tit.* 12. De curcumiis vero omnium prorſus gemmarum præcipimus ſubmoveri. Ita legi in omnibus MSS. ait. *Cujac.* Legitur & *Curcuma*.

Curenſes, Italiæ populi, in Sabinis. *Plin. l.* 3. *c.* 12.

Cures, m. 3. num. pl. *Torre*, vel *Turre*, al. *Cureſe*, al. *Veſcovio*, urbs Sabinorum, condita a Medio Fidio Sabinorum Deo, ad Himellam fl. ¶ Cures etiam ipſi incolæ dicuntur. *Virg.* 8. *Æn. v.* 638. Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris.

Curētes, m. 3. pop. Phrygiæ, iidem qui Corybantes, qui Idam montem incoluere, deinde in Cretam migraverunt, montemque inſulæ, ubi ſedes fixerunt, a nomine relictæ patriæ Idam nuncuparunt, dicti a κυρίζω, *a teneris annis educo*, quod Jovem intantem aluerint. *Virg.* 3. *Æn. v.* 131. Antiquis Curetum allabimur oris.

Curetĭcus, a, um, adject. a Curetibus. *Calpurn. Ecl.* 4. *v.* 96. Carmina Dicteis audit Curetica ſilvis.

Curĭa, f. 1. *curia*, pars minor populi Romani. Nam Romulus Populum univerſum in tres Tribus, deinde ſingulas Tribus in decem Curias, tertio ſingulas Curias in decem Decurias diſtribuit. Dicta eſt Curia a cura, quod Romulus voluit Populum ſecum Reipublicæ curam habere, eumque in Curias diſtributum deliberare, & judicare, & ſuffragia ferre. Curiæ triginta fuere. Appellatæ ſunt, ut *Livius*, *Feſtus*, *Pædianus* tradiderunt, a nominibus mulierum Sabinarum, quæ raptæ fuerant; ut *Varro*, *Dionyſius*, *Plutarchus*, & alii, partim a ducibus, partim ab antiquis oppidis eorum, qui primi Romam migravere. Ex his ſeptem tantum nomina remanſere, Forenſis, Rapta, Faucia, vel Saucia, Tatienſis, Titata, Velienſis, Velita. ¶ Sumitur item pro æde ſacra. Nam Romulus ſingulis Curiis ſua ſacra partitus eſt, aſſignatis Diis, quos colerent, locis, ubi colerent, ſumptibus, unde colerent. Dicta eſt a *Curia*, quæ partem populi ſignificat, vel quia in ea res ſacræ curabantur. *Var. l.* 3. *L. L.* Hinc Curia Calabra. V. *Calabra*. ¶ Curia item erat ædes, ac templum publici conſilii, *Senato*, βουλευτήριον, quod eo quiſque Senator ſuam curam de Republica conferret. Hujus generis fuit Curia Hoſtilia, quam Tullus Hoſtilius Rex Romanorum ædificavit. *Ovid. lib.* 3. *Am. eleg.* 8. *v.* 55. Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores. ¶ Curia Calabra dicebatur, ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur. *Feſt.*

Curiālis, com. 3. qui eſt ejuſdem curiæ. *Cic.* 2. *Off.* Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Latiadas hoſpitalem fuiſſe. ¶ Curialis Flamen, Curiæ Sacerdos, qui & Curio dictus. *Feſt.* ¶ Curialis item dicitur, qui in Aula Principum degit, aulicus, *cortigiano*, *curiale*. Quo ſenſu uſurpaſſe *Ammianum l.* 21. *c.* 22. & *l.* 22. *c.* 9. necnon & *Symm. l.* 9. *epiſt.* 10. & *lib.* 10. *epiſt.* 48. oſtendit *Boricb. in Voſſ. p.* 80. Sic & *Joan. Sarisber.* libros ſuos *de nugis curialium* inſcripſit.

Curiātim, adverb. per ſingulas curias. *Gel. l.* 15. *c.* 27. Quæ curiatim per lictorem calabantur. Alii leg. *per lictorem curiatum*.

Curiātus, o. 1. 2. quod ad curiam ſpectat. ¶ Leges Curiatæ eædem erant ac Regiæ, quæ a Romulo, & aliis Regibus Comitiis Curiatis perlatæ fuerant. Hæ a Sex. Papirio collectæ, qui Superbo regnante vixit, Juris Papiriani nomen adeptæ ſunt. *Sigon. de antiq. jur. C. R. l.* 1. *c.* 5. Ultimis temporibus leges Curiatæ erant vel de Imperio, vel de adoptione. *Cic. ad Attic.* Qui ſe affuiſſe dicerent, cum lex Curiata perferretur. ¶ Curiata Comitia erant, in quibus curiatim ſuffragium dicebatur, vel ferebatur. ¶ Hæc poſtremis temporibus religionis tantum cauſa retinebantur, in legibus *de Imperio*, & *de adoptione*. In legibus *de adoptione* triginta Curiæ, in legibus *de Imperio* lictores ſingularum Curiarum, quiſque ſuæ Curiæ nomine, ſuffragia ferebant.

Curĭo, onis, m. 3. Sacerdos Curiæ, ideſt, qui pro Curia ſacra faciebat. Triginta Romæ Curiones fuere, quemadmodum Curiæ triginta erant. Qui his omnibus præerat, Curio Maximus dicebatur. *Liv. l.* 27. *c.* 8. ¶ Curio quoque præco dictus eſt, κήρυξ, *præco*. *Trebel. Pol. in Gallien.* Ille per curionem dici juſſit. ¶ Item curio, gracilis, macilentus, qui cura præter modum utitur. Hinc *Plaut. Aulul. a.* 3. *ſc.* 6. Agnum curionem vocat, macilentum, qui oſſa, atque pellis totus eſt. Eadem habet & *Feſtus*. V. *incuriosus*. Sunt, qui in adducto Plauti loco legunt *curioſum*.

Curĭo, Scriboniorum cognomen fuit; ex qua familia erat Q. Curio, ad quem extant Ciceronis Epiſtolæ *l.* 2. *Fam.*

Curionālis, le, adject. ad Curiam pertinens, ut Curionalis publicus, h. e. servus Curiæ. *Inscript.* apud *Grut. p.* 305. *n.* 5. & 6.

Curionius, o. 1. 2. quod ad Curiam, vel Curionem spectat, ut Curionia sacra, quæ a Curionibus in Curiis fiebant. Curionium æs, quod daba tur Curioni ob Sacerdotium Curionatus. *Fest.*

Curiōse, *diligentemente*, Ger. *sorgfeltiglig*, *sirvvitz*, Gal. *curieusement*, *soigneusement*, Hisp. *curiosa*, *y diligentement*, ἐπιμελῶς, *Cic. in Brut. c.* 35. Conquiram ista posthac curiosius. *Quintil. l.* 8. *c.* 1. Multos invenias, quos curiose potius loqui dixeris, quam latine. h. e. verbis selectis. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Vitiaria diligenter facienda, malleolisque curiosissime pangenda.

Curiositas, *curiosità*, *diligenza straordinaria*, *smoderata*, הטרח, Germ. *sorgfeltigeit*, Gall. *curiosité*, Hisp. *curiosidad*, πολυπραγμοσύνη, nimia diligentia. *Cic. Att. l.* 2. *epist.* 12. Sum in curiositate ὀξύπεινος, (h. e. avidus cognoscendi) sed tamen facile patior, &c. ¶ Fere in malam partem accipitur, notatque nimiam curam in alienis negotiis ad se nihil pertinentibus. Tamen in bonam partem aliquando usurpatur, scil. pro πολυμαθία, h. e. eruditionis aviditate. *Gel. l.* 2. *c.* 18. Esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

Curiosŭlus, a, um, dimin. a curiosus. *Apul. sub fin. l.* 10. *Metam.* Curiosulus ventus laciniam reflabat.

Curiōsus, o. 1. 2. *curioso*, *diligente*, *desideroso*, חבר, Germ. *sorfeltig*, Gall. *soigneux*, Hisp. *cuydadoso*, πολυπράγμων, qui multa cura est, qui multum, sive diligenter aliquid curat. Sumitur in bonam partem, & in malam: in bonam, cum cura ingenti utimur ad res bene gerendas: in malam, quoties plus diligentiæ, quam oporteat, rebus vel nostris, vel alienis, adhibemus. *Cic.* 3. *Fam.* Ita est homo non modo prudens, verum, quod vidi, etiam curiosus. *Id.* 4. *Fam. ep.* 13. Quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior. *Plaut. Stich.* 1. 3. 55. Curiosus nemo est, quin sit malevolus. *Macrob. l.* 1. *Som. Scip. c.* 2. Numenius inter Philosophos occultorum curiosior. *Capitolin. in M. Anton. Philos. c.* 20. Erat enim famæ suæ curiosissimus. *Plin. l.* 25. *c.* 2. Medicinæ peculiariter curiosus. ¶ Curiosus aliquando accipitur pro delatore, seu exploratore. *Spia*. *Suet. Aug. c.* 27. Pinarium Equitem Rom. curiosum, & speculatorem ratus, coram se confodi jussit. ¶ Erat etiam Magistratus quidam eorum, qui ab Imperatoribus mittebantur per Provincias, rem frumentariam, & cætera huiusmodi curaturi, delaturique ad Principem quæcumque per privatas domos discurrentes rimati essent. Hi Curiosi dicebantur; item Agentes in rebus, & frumentarii, de quibus mentio fit apud *Tertul. de fuga in persec. c.* 13. Item *leg.* 13. *Cod. de curs. plub.* & *Tit. de Curios.* & *Stationar. in Cod.* V. Agentes in rebus. ¶ Curiosus pro macro, exili. V. Curio.

Curis, f. 3. *asta*, lingua Sabinorum hasta dicitur. Hinc Romulus *Quirinus*, qui eam terebat, est dictus, & Juno *Curitis*, quæ & ipsa hastam ferre putabatur. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 9. & *Serv. in* 1. *Æn.* Hinc *Ovid.* 2. *Fast. v.* 477. *de Quirino*: Qui tenet hoc nomen, Curius ante fuit. Sive quod hasta Curis priscis est dicta Sabinis, &c.

Curīto, as, avi, atum, are, freq. a curo, as. *Apul. l.* 7. Exin me matrona prolixe curitabat. Ita edidit *Joan. Pricæus*: At Elmenhorstius, curabat.

Curītis dicta est Juno a Veteribus, quia terre hastam putabant. *Fest.* V. Curis.

Curīus, a, um, curarum plenus. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 44. Cave sis tibi a curio infortunio, *Al. aliter leg.*

Curius, Rom. civis, summæ frugalitatis, & fortitudinis. Hic cum rapas in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publice missum attulissent, invitarentque, ut eo uti vellet, respondit, *Curium malle imperare locupletibus, quam locupletem fieri, & qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse*. Omnium primus de Sabinis triumphavit. Idem Pyrrhum Epirotarum Regem acie victum Italia expulit, populoque viritim quatuordecim agri jugera divisit.

Curmi, n. 3. species cerevisiæ, seu potionis ex maceratis, & coctis frugibus. *Ulpian. Dig.* 33. 6. 9. Et acetum, quod vini numero paterfamilias habuit, & zythum, & curmi. ¶ Dicitur curmen in Gloss. Gr. Lat. Curmen ζύθος ἀπὸ σίτου.

Curo, as, avi, atum, a. 1. *aver cura*, *por cura*, *affaticarsi*, הרח, Ger. *sorgen*, Gall. *avoir soin*, Hisp. *tener cuydado*, κηδεύω, est operam dare, in re aliqua elaborare, studium, diligentiam, curamque adhibere. Et usurpatur cum accusativo. *Cic.* 7. *Fam.* Mandatum tuum curabo diligenter. ¶ Vel absolute. *Ter. And.* 1. 1. Observes filium, quid agat, quid cum illo consilii captet. *Sos.* Sat est, curabo. ¶ Vel cum *ut*, aut *ne*. *Cic.* 16. *Fam.* Cura igitur nihil aliud, nisi ut valeas. *Id.* 2. *Fam.* Ut cures, nequid mihi ad hoc negotii, aut oneris accedat, aut temporis. ¶ Vel cum participiali in *dus*. *Cic. Att. l.* 8. Tu fasciculum, qui est M. Curioni descriptus, velim cures ad eum perferendum. ¶ Vel cum infinito. *Juven. sat.* 3. Si curet nocte togatus currere. ¶ Vel cum dativo. *Apul. Apol.* Rebus meis curat. ¶ Item mederi, curationem adhibere, *medicare*. *Cic. pro Cluen.* Mulier exclamat, se ab eo nullo modo curari velle, quo curante omnes suos perdidisset. *Cels. in præfat. l.* 7. Curare manu, *medicare per chirurgia*. *Cic.* 16. *Fam.* Cura igitur te, & confirma. Hinc illud Neronis, apud *Suet. in ejus vit. c.* 37. qui cum aliquos mori jussisset, medicos statim admovebat, qui cunctantes continuo curarent. h. e. sectis venis sanguinem ad necem usque elicerent. ¶ Usurpatur hoc verbum & de cultu corporis. *Plaut. Cist.* 1. 1. 114. Cura te amabo. siccine immunda, obsecro, ibis? ¶ Frequentissime autem de victu, rebusque cæteris ad vitam necessariis dicitur. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 34. Qui se, suamque ætatem bene curant, edunt, bibunt, scortantur: *si trattano bene*. Sic curare aliquem molliter. *Ter. Adelph.* 5. 1. *princ.* Curare cutem, *Horat. l.* 1. *epist.* 4. *vers.* 15. ¶ Hinc curare corpora dicuntur mulites, cum cibo, somno, &c. vires parant vel ad iter, vel ad pugnam, *reficiarsi*. *Liv.* passim. ¶ Est etiam verbum militare, & præesse, seu imperare significat, *comandare*, *esser in carica*. *Sallust. Jugur. c.* 46. Ipse cum delecta manu apud primos erat; in postremo C. Marius cum equitibus curabat. Et *c.* 57. Legatis imperat, ubi quisque curaret. Sic curare legiones. *Tac.* 6. *Ann. c.* 30. ¶ Eodem sensu ad civilia transfertur, ut curare scrinia. V. *Scrinium*. Et, curare locum secundum, *Suet. in Tib. c.* 11. h. e. tenere. ¶ Curare pecuniam alicui, pro comparare, conficere. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 8. & *Fam.* 5. *ep.* 20. ¶ Ad sacra etiam pertinet, ut curare prodigia, idest expiare, *Liv. l.* 1. *c.* 20. ¶ Significat præterea, observare, colere, clientium proprium. *Plin. l.* 2. *epist.* 5. Est locuples, factiosus, curatur a multis, timetur a pluribus. ¶ Curare vitem falce. h. e. putare. *Plin. l.* 17. *c.* 22. ¶ Curare, pro cicurare, *P. Nigid.* apud *Priscian. cap. de communib.* ¶ Cura aliud, elegans formula est, cum aliquem securum esse jubemus, *non ci pensare*. *Plaut.* sæpe, & *Teren. Phorm.* 2. 1. 5. ¶ Impersonaliter etiam usurpatur. *Plin. l.* 18. *c.* 27. Vineæ pampinantur, curaturque, ut vinea fossa sit. Adde *Ter. Andr.* 2. 3. *in fin.*

Curotrophium, n. 2. κουροτρόφιον, domus alendis pueris destinata, a κοῦρος, juvenculus, & τρέφω, nutrio. Differt autem a *brephotrophio*, quod in hoc infantes, recentesque partus, aut expositi, aut parentibus egentibus nati alebantur, in illo pueri grandiusculi, qui nondum labore (uo victum sibi parare poterant. *Justin. in l.* 16. *Cod. de sacros. Eccles.*

Currax, acis, adject. qui currit. *Gratius in Cyneget. v.* 89. Nam fuit & laqueis aliquis curracibus usus. *Iacci scorsoi*. *Barthius* etiam notat, Gajum JCtum *l.* 18. *ff. de Ædil. edict.* Servum curracem dixisse.

Curriculo, *correndo prestamente*, Germ. *lenffingen*, Gal. *en courant*, Hisp. *de corrida*, δρομαδὸν, adverb. cursim, celeriter, statim. *Plaut. Pers.* 2. 2. 17. Vola curriculo. Et *Rud.* 3. 5. Curriculo affer huc duas claves.

Curriculum, i, n. diminut. a currus, *picciol carro*. *Plaut. Merc.* 5. 2. 91. Quin in curriculum vos conjicitis? ¶ Sæpius usurpatur pro spatio currendi, *corso*, ut honestum, mediocre, breve vitæ curriculum. *Cic. pro Rab. c.* 10. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit. V. Curriculus.

Curriculus, i, m. diminut. de quo ita *Charis. Grammat. l.* 1. Curriculus masculine diminutio est *currus*. neutraliter autem spatium ad currendum aptum, vel ipsum currendi officium, ut *Cicero*, & *Varro* loquuntur.

Curro, ris, cucurri, cursum, n. 3. *correre*, רץ, Germ. *lauffen*, Gall. *courir*, Hisp. *correr*, τρέχω, est celeriter ire. *Cic. Att. l.* 10. Curio currit Puteolos, ut ibi concionaretur. *Virg.* Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. *Propert. l.* 3. *eleg.* 10. Nox inter pocula currat. *Quintil. l.* 4. Urbs habitatur, campus curritur, mare navigatur. ¶ Curritur, impers. *Teren. prol. Heaut.* Si qua laboriosa est, ad me curritur. ¶ Currere pro navigare, *Virg.* 3. *Æn. v.* 191. Vastumque cava trabe currimus æquor. ¶ Pro in orbem agi, *andar intorno*. *Horat. l. de art. poet. v.* 22. Currente rota cur urceus exit? Sic *Plaut. Asin.* 3. 3. 119. Postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currens. ¶ Translate currere oratio dicitur, quæ apte fluit. *Cic.* 5. *Fin.*

Currūca, f. 1. ἐπιλαΐς, parva avis, quæ alienos pullos pro suis educat, ita dicta a sono. Hinc currucæ dicuntur mariti, qui patiuntur uxorem suam ab aliis contrectari. *Juvenal. sat.* 6. *v.* 275. Tu tibi nunc curruca places. Alii leg. *uruca*, quæ significat animalculum quoddam in faba nascens, ut ait vetus *Juvenal. Scholiast.* vel genus animalis fœdi, & spinosi, ut ericius. *Idem.*

Currūlis, le, adject. ad currum pertinens, V. Curulis.

Currus, us, m. 4. *carro*, דכב, Germ. *vvagen*, Gall. *char*, Hisp. *carro*, ἅμαξα, vehiculi genus, a curro, quod eo veteres veherentur ad cursum. *Virg.* 12. *Æn.* Quadriugo vehitur curru. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 70. Curru vehi. *Plaut. Men.* 5. 2. 110. In currum inscendere. ¶ Pro triumpho, quia triumphans curru vehebatur, posuit *Cic. Fam. l.* 15. *epist.* 6. Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Et *Flor. l.* 3. *c.* 12. Digniores lauro, digna curru Senatui visa. ¶ Pro equis. *Vir. in fin. Georg.* Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. ¶ Pro navi, *Catul. de nupt. Pel.* & *Thet. v.* 9. Ipse levi fecit volitantem flamine currum.

Cursatio, onis, f. cursitatio. *Donat. ad Terent. Hecyr.* 3. 1. 35. Trepidatio ad vocem retertur loquentium, cursatio ad sonum pedum.

Cursilĭtas, atis, f. *il correre qua, e là*. *Fulgent.* 3. *Myth.* Vagabunda cursilitas displicet.

Cursim, δρομαδὸν, adverb. currendo, *correndo*. *Cic.* 11. *Phil.* Alter in Asiam irrupit cursim. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 64. Cito, & cursim aliquid agere. *Cic.* 2. *Orat. c.* 89. Cursim arripere.

Cursĭo, onis, f. *il correre*, actus currendi. *Var. l.* 4. *de L. L.* Corpus est, ut cursor; locus, stadium, qua currit; actio, cursio.

Cursitatio, onis, f. *il correre qua, e là*. *Solin. c.* 54. Solemni cursitatione lacum populus circuit.

Cursĭto, n. 1. περιτρέχω, freq. a curso. *Terent. Hec.* Cursitando, atque ambulando totum hunc contrivi diem. Adde *Eun.* 2. 2. 47.

Curso, as, n. 1. *correre spesso*, ἀνατρέχω, sæpe curro, freq. a curro. *Cic. pro Rosc. Am. c.* 22. Postea homines cursare ultro, & citro non destiterunt. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 35. Trepidari sentio, cursari sursum prorsum.

Cursor, m. 3. δρομεύς, qui currit. *Cic.* 2. *Tusc.* In stadio cursores, exclamant, quam maxime possunt. ¶ Speciatim est tabellarius, *corriere*, רץ, Germ. *lauffer*, Gall. *coureur*, *courrier*, Hispan. *correo*, *corredor*, γραμματοφόρος, a celeritate eundi. *Martial. l.* 3. *in fi.* Cursorem soxta tibi Rute remisimus hora.

Cursorius, a, um, o. 1. 2. δρομικὸς, quod ad cursum pertinet, ut Navis cursoria. *Sidon. l.* 1. *ep.* 5. Typhim cursoriam ascendi.

Cursuālis, le, adjectiv. idem quod cursorius, ut cursualis rheda, *Cod. Theodos. lib.* 12. *tit.* 11. Cursualium equorum præfectus, *mastro di poste*. *Ulpianus*.

Cursūra, f. 1. *corso*, cursus. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. Equi alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, alii ad cursuram.

Cursus, m. 4. *corso*, מרוצה, Ger. *lauff*, Gal. *cours*, Hisp. *curso*, δρόμος, actus currendi, & dicitur tam de navigante, quam de pedibus iter faciente, & de equitante. *Cic. ad Cæs.* Omnis hominum cursus est ad vos. *Nepos Miltiade*, *c.* 1. Classe protectus cursum direxit, quo tendebat. Sic cursus aquarum, stellarum, rerum, &c. Conficere, instituere cursum, esse in cursu, &c. *Cic. Terent. Virg.* & al. ¶ Cursus publicus, qui & vehicularis dictus, apud Italos *le poste*, V. *Sueton. August. c.* 49. V. etiam *Vehicularis*.

Curtius, prænomine Marcus, eques R. aperta in foro ingenti voragine, ad expiandum prodigium, equo infidens se in ipsam immisit: quam rem vide fusius apud *Liv. l.* 7. *c.* 6. Inde vorago illa Curtius lacus appellata. *Varr. l.* 4. *de L. L.* alias hujus appellationis causas affert; quem consule. ¶ Q. Curtius Rufus historicus insignis res gestas conscripsit Alexandri M. cujus historiæ ex decem libris octo adhuc extant, amissis prioribus. Quo tempore floruerit, non satis constat; neque tamen de ejus historiæ elegantia, & nitore dubitari potest.

Curtius, m. 2. fons Italiæ, qui a quadragesimo lapide Comam perductus, & in omnes colles distributus est. *Plin. l.* 36. *c.* 15.

Curto, as, a 1. *diminuire*, *accorciare*, קצר, Germ. *kirtzen*, Gall. *accourcir*, Hisp. *menguar*, *cortar*, diminuo. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 3. 2. Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum.

Curtus, a, um, *mozzo*, *rotto*, *troncato*, *lacero*, κολοβὸς, qui integer non est, mutilus, semifractus, deminutus, laceratus. *Lucr. l.* 4. *v.* 1020. Dolia curta. *h. e.* quæ semifracta in angiportis poni solent, ad publicum mejendi usum. *Juvenal. sat.* 3. *v.* 27. rimosa, & curta teneſtris Vasa cadunt. *Martial. l.* 12. *epigr.* 32. Matella curto latere. *Propert. l.* 4. *eleg.* 5. *v.* 73. Curto vetus amphora collo. *Et eleg.* 7. *v.* 22. Tegula curta, *un pezzo d'embrice*. *Juven. sat.* 10. *v.* 135. Et curtum temone jugum. *h. e.* temone carens, qui in prælio fractus avulsusque est. ¶ *Curta* in membris dicuntur, quæ ictu, vulnere, aut morbo lacera, scissa, rupta sunt. *Cels. l.* 7. *c.* 8. *extr.* Si quid ibi curti est, sarcire. *Horat. l.* 1. *sat.* 9. *v.* 70. Curti Judæi. *Circoncisi*. Et *sat.* 6. *v.* 105. Curto mulo ire. *Mozzo della coda*. De equo curto V. in *Caviares*. ¶ Translate est imperfectus, non integer, non plenus, exiguus, parvus. *Perf. sat.* 4. *extrema*. Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex. *Id. sat.* 5. *extrema*. Et centum Græcos curto centusse licetur. *h. e.* exigua pecuniæ summa, quæ ne centum quidem asses conficiat. *Cic.* 4. *de Fin. c.*

14. Eorum omnium multa prætermittentium curta ſententia : at vero illa perfecta atque plena eorum, qui, &c. *Id. in Orat. c.* 40. Meæ aures & perfecto completoque verborum ambitu gaudent, & curta ſentiunt, amant redundantia. *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 166. ingratæ patriæ curta fides.

Curvabĭlis, le, adject. o. 3. qui curvari poteſt, *pieghevole*. *Pallad. l.* 12. *c.* 15. Ulmus, & traxinus curvabiles.

Curvāmen, n. 3. *piegatura*, כף, Ger. *kumbung*, Gal. *corbeure*, Hiſp. *encorbadura*, κάμπυλότης, curvatio, curvatura. *Ovid.* 2. *Met. v.* 130. Sectus in obliquum eſt lato curvamine limes. Adde *Plin. l.* 9. *ep.* 7.

Curvatĭo, f. 3. *piegatura*, κάμψις, actus curvandi. *Plin. l.* 17. *c.* 23. In curvatione materiæ. Adde *Colum. l.* 4. *c.* 12.

Curvatūra, æ, f. idem ac curvamen. *Plin. l.* 17. *c.* 19. Ne curvatura fugiat. Sic curvatura montis, rotæ, portus. *Vitruv. Ovid.* & al.

Curvātus, a, um, nom. ex particip. *piegato*, *curvo*, κεκαμμένος, ut curvata cuſpis, *Ovid.* 2. *Met. v.* 199. Solis orbis æqualiter curvatus. *Vellej.* 2. 59. 6.

Curvifrons, tis, adject. qui frontem curvam habet, ut pecora. *Pacuv.* apud *Non.* 3. 3. Tu paſcere curvifrontes armentas ſoles.

Curūlis, le, adject. ut curulis ſella, qua Romani Magiſtratus utebantur. Principio Regum propria fuit : deinde majorum tantummodo Magiſtratuum, ſc. Conſulum, Prætorum, Cenſorum, & Ædilium, qui de Patribus creati eſſent (non qui de plebe) proinde hi Ædiles Curules dicti. Hinc *Horat. l.* 1. *ep.* 6. *v.* 56. Cuilibet hic faſces dabit, eripietque curule, Cui volet, importunus ebur. ¶ Itaque Curule ebur, Curulis ſella, de majori Magiſtratu dicuntur : & ſic pro Conſulatu poſuit *Auſonius epiſt.* 20. ¶ Erat autem hujuſmodi ſella ſublata gradibus, eboreque inſculpto, & ſignis ornata, curvis pedibus, ut docet *Lipſ.* & *Caſaubonus*. ¶ Curulis dicitur a *curru*, abjecto altero *r* : ſolebant enim Curules Magiſtratus honoris cauſſa curru vehi, in quo Curulis Sella, qua de re vide. *Gell. l.* 3. *c.* 18. Præterea *Feſtum*, *Iſidorum*, & *Serv. ad Æn.* 11. Hinc Curules triumphi apud *Sueton. in Aug. c.* 22. quod curru agerentur, non equo, aut pedibus, ut Ovationes. Similiter Curules ludi, apud *Minut. Fel. c.* 37. ſunt Circenſes, qui curribus agitandis maxime celebrabantur. Curule enim dicitur etiam aliquid, quod ad currum ſpectat, quaſi *currulis*, ut curulis equus, *Apul. l.* 4. *Miſef. poſt princip.* Et *Feſtus :* curules equi quadrigales.

Curvo, as, a. 1. *piegare*, *torcere*, כפף, Ger. *krumben*, *biegen*, Gal. *courber*, Hiſp. *encorvar*, κάμπτω, flecto deorſum, vel curvum efficio. *Virg.* 4. *Georg. v.* 299. *de vitulo :* Bima curvant jam cornua fronte. *Stat.* 1. *Achil. v.* 487. Manu arcum curvare.

Curvor, oris, m. curvatio. *Varr. lib.* 4. L. L. Cucumeres dicuntur a curvore. *Id. ibid. lib.* 6. Cornua a curvore dicta.

Curvus, o. 1. 2. *torto*, *piegato*, כפוף, Ger. *krumb*, Gall. *courbe*, Hiſp. *corvo*, ἐπικαμπής, inflexus, tortus. *Virg.* 2. *Georg. v.* 508. Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem. *Ovid.* 2. *de Arte*, *v.* 669. Jam veniet tacito curva ſenecta pede. ¶ *Hic erit, qui nobis curva corriget :* proverb. in nimis cenſorios ſeveroſque homines, quo uſus *Senec. Apocoloc. de morte Claudii*, & *Plin. l.* 5. *epiſt. ultima*.

Cuſpidātim, *acutamente*, Germ. *mit demſpitz*, Gall. *de ponte*, Hiſp. *de punta*, acute, & ad ſimilitudinem cuſpidis. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Donec cuſpidatim deinſus deſcendat in rimam calamus.

Cuſpidātus, o. 1. 2. quod cuſpidem habet. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus.

Cuſpĭdo, a. 1. *far la punta a qualche coſa*, Germ. *ſpitzen*, Gal. *appointer*, Hiſp. *apuntar*, ἐπιδεξιάζω, cuſpidem rei induco. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Urorum cornibus præfixa pila cuſpidant.

Cuſpis, dis, f. *punta*, אברה, Germ. *ſpietz*, *nagel*, Gal. *pointe*, Hiſpan. *punta*, ἀκμή, acuta pars gladii, haſtæ, clavi, & hujuſmodi. *Virg.* 5. *Æn. v.* 208. Ferratoſque ſudes, & acuta cuſpide contos. ¶ Item veru, *ſpiedo*. *Martial. lib.* 14. Spumeus in longa cuſpide ſumet aper. ¶ Item tubus fictilis. *Var.* 1. *de re ruſt. c.* 8. Demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant.

Cuſſĭlio, o. 3. ignavus, ex *coſſim*, & *lirare*. Nam arantes coſſim, ſeu coxim incedebant, ac inter pedes habebant porcam, ſive terram editiorem, pedes autem habebant in liris, ſive ſulcis : hoc autem dicebatur coſſim, ſeu coxim lirare. Ex quo factum eſt ut ignavi, & oſcitabundi, qui varici, & lentis paſſibus per urbem vagantur, coſſilires ſint appellati. *Feſtus*.

Cuſtodēla, æ, f. veteribus cuſtodia dicebatur, a cuſtodio, ut candela, a candeo, ſuadela a ſuadeo. *Feſt.* ¶ Hac voce uſus & *Apulej. l.* 9. *A. A. ſub init.* Cuſtodela carceris. Et *l.* 10. Acriorem cuſtodelam adhibebant.

Cuſtodia, æ, f. *guardia*, משמרת, Germ. *vvacht*, Gall. *garde*, Hiſpan. *guarda*, φυλακή, cuſtodiendi actus. *Hor. lib.* 1. *epiſt.* Ut piger annus pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. ¶ Item locus, in quo quis cuſtoditur, carcer, *prigione*. *Cic. in Catil.* Tu te ipſe in cuſtodiam dediſti. Sic aſſervari in cuſtodia, *Id. Verr.* 7. *c.* 30. Educere, eripere, emitti e cuſtodia. *Id. Tuſc.* 1. *c.* 29. & 49. *Ad Brut. epiſt.* 6. ¶ Item pro cuſtode. *Virg. Æn.* 6. Cernis, cuſtodia qualis Veſtibulo ſedeat? In plurali etiam ſæpe pro militari præſidio ponitur, *guardie*, *preſidio*. Sic *Cic.* Excubias & cuſtodias conjungit, *pro Marcell. c.* 10. Et *Catil.* 1. *c.* 3. Præſidiis, cuſtodiis, vigiliiſque locum munire. ¶ Aliquando cuſtodia dicitur is qui cuſtoditur, *prigione*. *Sueton. Domit. c.* 14. Nec niſi ſecreto atque ſolus pleraſque cuſtodias, receptiſque in manu catenis, audiebat. ¶ Cuſtodia libera de iis dicitur, qui non in publico carcere detenti, ſed in urbibus, domibuſve certis, adhibitis tamen cuſtodibus, aſſervantur. *Salluſt. Catil. c.* 47. Ut Lentulus, itemque cæteri in liberis cuſtodiis haberentur. *Vellej. l.* 1. *c.* 11. Qui quadriennio in libera cuſtodia deceſſit.

Cuſtodiārium, n. 2. locus, in quo quis aliquid cuſtodit. *Tertull. ad Martyr. c.* 2. & *adverſ. Jud. c.* 3.

Cuſtodiārius, ii, m. *Inſcript. antiq. apud Grut. p.* 48. *n.* 1. Corpus cuſtodiariorum. Videntur autem Cuſtodiarii fuiſſe cuſtodes publici, ut v. gr. cuſtodes domus Auguſtæ, cuſtodes Urbis &c.

Cuſtodĭo, is, ivi, itum, a. 4. *cuſtodire*, *guardare*, שמר, Ger. *bevvahren*, Gal. *garder*, Hiſp. *guardar*, φυλάττω, ſervo, obſervo. *Cic.* 3. *de Leg.* Pecuniam publicam domi cuſtodiunto minores Magiſtratus. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 28. Cuſtodire memoria. ¶ Cuſtodire aliquid ab aliquo, Apud *Nepot. in Annib. c.* 9. ¶ Interdum cuſtodire ſignificat obſervare & præſtare, *eſeguire*. *Plin. l.* 8. *ep.* 10. Dum quædam cuſtodienda prægnantibus omittit, facit omittenda. Sic cuſtodire ferias, *Plin. lib.* 35. *c.* 2. ¶ Cuſtodibitur, pro, cuſtodietur, antique, *Plaut. capt.* 3. 5. 71.

Cuſtodite, adverb. *con riguardo*, *accortamente*, cuſtodia, ſeu cautela adhibita. *Plin. lib.* 5. *ep.* 16. Ut parce, cuſtoditeque ludebat. *Id. alibi :* Preſſius, & cuſtoditius.

Cuſtodĭtio, onis, f. *Feſtus :* Cuſtoditio eſt opera ad cuſtodiendum quid ſumpta.

Cuſtoditus, a, um, nom. ex particip. *cuſtodito*, πεφυλαγμένος, *Sueton. Tiber. c.* 7. Ut cuſtoditum ſit, ne unquam in conſpectum ejus poſthac veniret. h. e. obſervatum, & cautum.

Cuſtos, dis, comm. 3. *cuſtode*, *guardiano*, שומר, Ger. *hiter*, Gal. *garde*, Hiſp. *guarda*, φύλαξ, qui rem aliquam tuetur, & curat, a curo. *Cic. pro Sext. cap.* 24. Cuſtos, & conſervator urbis. *Id.* 2. *Offic. c.* 7. Malus cuſtos diuturnitatis metus. *Plaut. Cure.* 1. 1. 76. Anus hic ſolet cubitare cuſtos. ¶ Cuſtodes corporis dicuntur milites, qui Principis corpus tegunt, *guardie*. *Curt. l.* 5. *c.* 1. *Nepos Datam. c.* 9. ¶ Sed & pædagogi cuſtodes dicuntur. *Horat. ad Piſon. v.* 161. imberbis juvenis tandem cuſtode remoto &c. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 76. His diſcipulis privos cuſtodes dabo. ¶ Item ſpeculatores. *Sueton. Tiber. c.* 12. Non ceſſavit efflagitare aliquem cuſtodem factis, atque dictis ſuis. ¶ Olim tum canes, tum ſervi janitores ad januam catena alligabantur : quare & ipſi canes cuſtodes appellati. *Plaut. Mil.* 2. 2. 57. Bini cuſtodes totis horis accubant. h. e. canes. Et ipſi janitores, canes dicti. V. *Taubm. ad loc. cit. Plauti.* ¶ In judiciis cuſtodes dicuntur, quibus incumbit teſtes, vel accuſatorem obſervare, ne corrumpantur a reo. *Cic. Divin. in Verr.* Cuſtodem, inquit, Tullio me apponite. Et mox : Mea diligentia cuſtodem repudiat. ¶ Cuſtodes in vitibus vocantur novelli palmites, duarum vel trium gemmarum, qui alio nomine reſeces, & præſidiarii palmites dicuntur. *Colum. l.* 4. *c.* 21. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Et qui vocatur cuſtos, hic eſt novellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, ſi vitis luxuria ſe conſumpſerit.

Cuticŭla, f. 1. δερμάτιον, dim. a cute. *Juv. ſat.* 11. *v.* 203. Noſtra bibat vernum contracta cuticula Solem.

Cutilĭum, Cotilia, *Contigliano*, oppid. Sabinorum, a Reate 70. ſtad. ¶ Cutiliæ, Cutilia, Cotilia, *Lago di Contigliano*, lacus Sabinorum, in agro Reatino, apud Cutilium opp. In hoc lacu inſula ſylvoſa innatat nunquam in eodem loco permanens. *Plin. l.* 2. *c.* 95.

Cutĭo, onis, m. ὀστέκτης, τύλος, multipeda, animal, quod tactu ſe in pilæ rotunditatem contrahit, a calloſa cute. Hoc cum roſaceo tritum, coctumque medetur aurium doloribus. *Marcellus Empiricus*, teſte *Voſſ. in Etymol.* ad vocem *Contipeda*.

Cutis, is, f. 3. *cotenna*, *pelle*, *cuojo*, עור, Ger. *haut*, *fell*, Gall. *peau*, Hiſp. *pelleja*, χάλα, δέρμα, a σκύτος, pellis. *Planc. Cic. l.* 10. Siquid intra cutem ſubeat vulneris. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 63. Cutis ægra tumebit. ¶ Curare cutem, eſt, genio indulgere, *trattarſi bene*. *Horat. l.* 4. *ep.* 1. *v.* 15. In cute curanda plus æquo operata juventus. ¶ Intus & in cute noſſe aliquem, eſt, ejus mores, animumque perſpectum habere, *ſapere*, *quanto uno peſa*. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 30. Ego te intus, & in cute novi. ¶ Dicitur cutis de arboribus etiam, & de uvis. *Plin. l.* 12. *c.* 19. & *l.* 15. *c.* 28. ¶ De Calcei pelle, ſeu ſolea. *Martial. l.* 1. *epigr.* 104. Calceus & ſarta terque quaterque cute. ¶ Cutis terræ, h. e. ſuperficies, *Plin. l.* 20. *c.* 19. Sic cutis nubis, apud *eund.* 2. 48.

C A N T E Y.

Cyamea, f. 1. gemma nigra, quæ fracta, fabæ ſimilitudinem præfert. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Cyămus, m. 2. κύαμος, herba Ægypto peculiaris, latiſſimis foliis, quæ & colocaſia dicitur, & taba Alexandrina. *Plin. l.* 21. *c.* 15.

Cyane, Cyanes, f. 1. *Piſma Sirini*, fons Siciliæ, apud Syracuſas. In hunc Cyane Nympha converſa eſt. *Ovid.* 5. *Met.* Inter Sicelides Cyane pulcherrima Nymphas. ¶ Item inſula in Ponto, una ex iis, quæ Cyaneæ, & Symplegades dicuntur a *Plin. l.* 4. *c.* 13. ubi ſunt duo ſcopuli navigantibus periculoſi. Secundam ſyllabam producit *Juvenal.* in illo *Sat.* 15. *v.* 19. Nam citius Scylla, vel concurrentia ſaxa Cyanes, plenos & tempeſtatibus utres, &c.

Cyanĕæ, κυανέαι, inſulæ duæ parvæ contra Thracium Boſphorum. V. Symplegades. *Valer. Flacc. l.* 4. *v.* 561. Hinc iter ad Ponti caput, errantesque per altum Cyaneas.

Cyanĕe, f. 1. prima, & ult. p. mediis br. Meandri Phrygii fluminis filia fuiſſe fertur, quæ a Mileto compreſſa Caunum, & Byblida genuit. *Ovid. 9. Met.*

Cyanĕus, o. 1. 2. cæruleus, a cyanos, ſpecies cœleſtis coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 9. Sapphiri cyanei coloris. *Avien. in Arat. v.* 769. *de Sirio ſidere*, Alvus cyanea eſt, mento gravis effluit ardor.

Cyănus, m. 2. κύανος, ſpecies cœleſtis coloris. ¶ Item lapis lazuli, al. gemma ex jaſpidum genere, colore cæruleo, *turchina*, Gall. *une torquoiſe*, Hiſp. *torqueſa*. *Plin. l.* 37. *c.* 9. ¶ Item fios cærulei coloris. *Plin. l.* 21. *c.* 11.

Cyathiſſo, n. 1. *dar da bere*, κυαθίζω, potum ſubminiſtro. *Plaut. Men.* 2. 2. 29. Tibi ſæpiſſime cyatiſſo, apud nos quando potas.

Cyăthus, m. 2. *bicchiere*, סף, Germ. *becher*, Gall. *verre*, Hiſp. *taca*, κύαθος, calicis genus, a κύω, fundo, quia inde liquor funditur. Succeſſit in ſimpuli locum in conviviis. *Juv. ſat.* 5. Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico. *Horat. l.* 1. *od.* 29. Statuere puerum ad cyathum. ¶ *Servus a cyatho* eſt pincerna. *Inſcript.* apud *Fabret.* 10. 370. & *Gruter.* 582. 4. ¶ Item menſura liquidorum, quorum duodecim ſextarium complent. *Plin. l.* 22. ſcribit, cyathum per ſe pendere drachmas decem. ¶ Ad cyathum ſtare, vel a cyathis eſſe dicebatur, qui potus menſuram cyathis metiebatur, ut antiqui ſolebant. Apulejus pocillatorem dixit, alii pincernam. *Propert. l.* 4. *el.* 8. (al. 9.) *v.* 37. Lygdamus ad cyathos, vitrique æſtiva ſupellex. ¶ Eſt etiam menſura aridorum. nam cyathis cibaria gallinis dari, meminit *Colum. l.* 8. *c.* 4.

Cyaxăres, m. 3. Phraortis Regis Perſarum, Medorumque filius, cui in regno ſucceſſit. Omnem Aſiam trans Halym ſibi ſubjecit. Primus Aſiæ populos in provincias diſtinxit. Mortuus eſt 40. Imperii ſui anno. Ejus fil. Aſtyages in ejus locum ſuffectus eſt. *Herod. l.* 1.

Cybĕa, æ, navis onerariæ genus quoddam, *nave da carico*. *Cic. Verr.* 7. *c.* 17. Navem vero Cybeam maximam, triremis inſtar &c. ¶ Eam quadratam fuiſſe, & a κύβος dictam, aliqui ſuſpicantur.

Cybĕle, es, f. κυβέλη, filia Cœli, & Veſtæ, ſoror, & uxor Saturni, mater Jovis, & omnium Deorum, al. Ops, Terra, Tellus, Berecyntia, Rhea, Dindymene, Pales, Mater Idæa vel Phrygia, vel Peſſinuntia, Mater Alma, Mater Deorum, Mater Magna, &c. Dicta eſt Cybele a Cybella, ſeu Cybala, ſeu Cybele, opp. Phrygiæ, vel a Cybelo monte, quem incolebat, in quo ejus ſacra primo ſunt inſtituta, vel a Cybelo primo illius Sacerdote. ¶ In pricis fabulis curru quatuor rotarum vehi fingitur, quia mundus ſemper rotatur, & volvitur, terra autem pendet in aere. Currum duo leones, vel leo, & tigris trahunt, propter beſtias, quæ in terra gignuntur, & ex terra vivunt, vel quia Phrygia leonibus, & aliis teris animantibus abundat. Turrim in capite geſtat, ad ſignificandas urbes, & arces. Veſte induta eſt arboribus, & herbis picta, quia terra hiſce rebus tecta eſt. Sacerdotes currum præcedebant cymbala pulſantes, ideſt inſtrumenta ex ære. Appellati Corybantes fuerunt. V. *Corybantes*. Item dicti ſunt Galli, a Gallo fl. Phrygiæ qui templo hujus Deæ vicinus erat, vel a Gallo primo Sacerdote. Hos ſpadones eſſe oportebat. Cybele enim Atym puerum Phrygium dilexit, eumque ſacris ſuis præfecit, ea lege, ut perpetuo caſti-

tatem

tatem ſervaret. Sed aliquando cum Sangaride Nympha ſub arbore deprehenſus eſt. Cybele Nympham nocte cum arbore transfixit, adoleſcens metu fere exanimatus in vicinum montem, cui nomen Dindyma eſt, confugit, doloreque amens, & pudore admiſſi facinoris, membra, quibus deliquerat, ſibi abſcidit. Facti Dea memor per hujuſmodi homines perpetuo ſibi adminiſtrari voluit. Eorum præſes Archigallus dicebatur. Teſtes ſibi Samia teſta amputabant. ¶ Quandoque metri gratia ſcribitur Cybelle per duplex ll. *Propert. l. 3. el. 17. v. 35.* Vertice turrigero juxta Dea magna Cybelle. Fere corripitur. *Martial. l. 1. epig 71.* Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus. ¶ Eadem dicta eſt Cybebe, quod homines in furorem ageret, quod Græci κυβίζειν dicunt. *Feſtus.*

Cybeleĭus, a, um, adject. ad Cybelem pertinens, ut Cybeleius Attis. *Ovid. Met. 10. v. 104.*

Cybelus, mons Phrygiæ, in quo Cybele mater Deorum colebatur.

Cybiarius, ii, m. qui cybia vendit. *Arnob. l. 2.* Cybiarios ſalinatores, bolonas, &c.

Cybicus, V. Cubicus.

Cybĭra, V. Cibyra.

Cybĭum, n. 2. κύβιον, ſalſamenti fruſtum quadratum, a figura, quia cubum, ſive teſſeram refert. Sed *Plin. l. 32. c. 11.* ſcripſit, cybium pelamidem piſcem eſſe, *Feſtus* piſcis genus eſſe, quia piſcantes id genus piſcium velut aleam ludant. Sic & *Varr. l. 4. de L. L. Martial. l. 5. epigr. 79.* Diviſis cybium latebit ovis.

Cycĕon, onis, κυκεών, genus potionis ex multis liquoribus confectæ. *Arnob. l. 5. circ. med.* Sitienti ardori oggerit potionem cinnum, cyceonem quem nuncupat Græcia.

Cychrămus, i, avis, quæ coturnices trans mare redeuntes comitatur. *Plin. l. 10. c. 23.*

Cycladātus, a, um, cyclade indutus. *Sueton. Calig. c. 52.* Manuleatus, & armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, & cycladatus.

Cyclădes, ſ. 3. inſulæ quinquaginta tres maris Ægæi, quæ una cum Sporadibus a noſtris dicuntur *l'Iſole dell' Arcipelago*. Dictæ ſunt a κύκλος, *circulus*, *orbis*, quia circa Delum in orbem ſitæ ſunt, vel quod longo ordine eas circuire neceſſe ſit propter promontoria. *Ovid. 2. Met. v. 264. Virg. 8. Æn. v. 692.* ¶ Dicitur etiam Cyclas in ſingulari, una earum. *Vitruv. l. 7. c. 7.* Ejus vis metalli inſulæ Cycladi Melo dicitur eſſe.

Cyclamīnus, ſ. 2. vel cyclaminum, n. 2. *pan porcino*, κυκλάμινος, herba, quam noſtræ ætatis ruſtici panem porcinum vocant, quod ejus pabulum porcis in primis jucundum eſſe experiantur. *Plin. l. 21. c. 9.*

Cyclas, dis, ſ. veſtis auro texta, propria mulierum, a κύκλος, *circulus*, *orbis*, quod circularis eſſet figuræ. *Proper. l. 4. el. 7.* Et cyclade longa verrit humum. *Vopiſc. in Saturn.* Cyclade uxoria amictus.

Cyclĭcus, a, um, adject. κυκλικός, q. d. orbicularis, ſeu circularis. *Horat. ad Piſon. v. 136.* Nec ſic incipias, ut ſcriptor cyclicus olim. Ubi *Acron. vet. Scholiſt.* Cyclicus, qui ordinem variare neſcit; vel qui carmina ſua circumfert, quaſi circumforaneus, circulator.

Cyclopēus, vel Cyclopius, a, um, adject. ad Cyclopem pertinens. *Virg. Æn. 1. v. 205.* Cyclopea ſaxa. *Sil. l. 14. v. 33.* Cyclopia regna.

Cyclops, opis, m. *Ciclope*, κύκλωψ. Cyclopes fuerunt gigantes, ſeu populi antiquiſſimi in Sicilia juxta Ætnam, a κύκλος, *circulus*, & ὤψ, *oculus*, quod unum oculum in fronte haberent. Inter hos præcipue celebrantur, Brontes, Steropes, Pyracmon. ¶ Cyclopes omnium primi æris fabricam inveniſſe traduntur. Hinc factus locus fabulæ, ut Vulcani miniſtri crederentur, & Jovi fulmina fabricare. *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 63.* Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa, rogabat.

Cycnus, V. Cygnus.

Cydărum, i, n. genus navigii. *Gell. l. 10. c. 25.*

Cydippe, ſ. 1. κυδίπτη, puella quædam pomo decepta ab Acontio. *Ovid. in epiſt.*

Cydnus, m. 2. *Carafu*, fl. Ciliciæ, qui Tarſum præterfluit. De eo *Curt. l. 3. c. 5. Vitruv.* etiam ſcribit, ejus aquam podagricis ſalubrem eſſe, *l. 8. c. 3.*

Cydon, Cydonia, Cydonis, Apollonia, *la Canea*, urbs Cretæ, in ora Bor. inter Rhitymnam ad Or. & Ciſamum ad Occ. ¶ *Cydonia*, mavult *Salmaſ. ad Flori l. 3. c. 7.* ¶ *Plutarchus in Pomp.*, *Dio l. 36.* & *Strabo* Cydonium appellant. *Seren. Sammon. c. 25.* Aut quæ poma Cydon Creteis miſit ab oris. ¶ Eſt etiam Cydon nomen Statuarii, apud *Plin. l. 34. c. 8.*

Cydonĕus, a, um, V. Cydonius.

Cydonites, m. 1. *cotognata*, cibus ex cydoniis decoctis, & melle. *Pallad. l. 11. c. 20.*

Cydonĭus, & Cydoneus, a, um, adject. a Cydone urbe Cretæ. *Stat. l. 7. Theb. v. 339.* Cydoneas ante ibunt gæſa ſagittas. ¶ Hinc cydonia mala, quæ & cotonea appellantur. *Plin. l. 15. c. 11.* Mala, quæ vocamus cotonea, & Græci cydonia, ex Creta inſula advecta.

Cygneius, a, um, adject. poet. Cygneus, ad Cygnum pertinens. *Ovid. Metam. 7. v. 372.* Inde lacus Hyries videt, & cygneia Tempe.

Cygnĕus, o. 1. 2. κύκνειος, quod cygni eſt, ut Cygnea cantio, de iis, qui ſupremo vitæ tempore facunde differunt. *Cic. 3. de Orat. c. 2.* Illa tanquam cygnea fuit divini hominis vox, & oratio.

Cygnus, vel potius cycnus, m. 2. *cigno*, Ger. *ſchwan*, Gal. *cigne*, Hiſp. *ciſne*, κύκνος, Latine olor, avis candida, anſere major, argutam vocem habens, præſertim imminente jam morte, a voce Græca allata. *Cic. 1. Tuſc.* Cygni non ſine cauſa Apollini dicati ſunt. *Martial. l. 13. epigr. 77.* Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Quod tamen nullo experimento probatur. ¶ Cygni Apollini ſacri erant ob cantus ſuavitatem, & quod divini aliquid habere crederentur. *Cic. Tuſc. 1. c. 30.*

Cygnus, m. 2. Stheneli fil. Ligurum Rex, Phaethontis amicus, quem poſt illius interitum diutino fletu in cygnum avem mutatum eſſe fabulantur. *Ovid. 2. Metam.* ¶ Item fil. Neptuni, qui bello Trojano ab Achille interfectus in avem ſui nominis converſus eſt. *Ov. 12. Met.*

Cylibāthum, i, n. κυλίβαθον, menſa vinaria, apud Veteres. *Varr. l. 4. de L. L.* Menſam vinariam rotundam nominabant Cylibathum, ut etiam nunc in caſtris. Scaliger legit *Cylibantum*.

Cylindracĕus, o. 1. 2. quod cylindri figuram habet. *Plin. l. 18. c. 12.* Siliquæ cylindraceæ.

Cylindrītes, m. 1. κυλινδείτης, lapis figura cylindri, ex genere pyritarum, colorem æris referens.

Cylindrus, m. 2. *pietra lunga*, *o rotonda*, Ger. *vveltzſtein*, Gal. *cylindro*, Hiſp. *cilindro*, κύλινδρος, quicquid rotundum, & oblongum eſt, a κυλίνδω, volvo, propter volubilitatem. *Cic. de Fato*, Sed revertitur ad cylindrum, & turbinem ſuum. ¶ Hinc cylindrum, veteres columnulam lapideam rotatilem dixere, qua huc, & illuc ſæpius volutata area adæquabatur. *Cato de re ruſt. c. 129. Virg. Georg. 1. v. 178.* ¶ Item lapilli pretioſi cylindri dicuntur, qui a gemmis non materia, ſed ſola forma differunt. *Plin. l. 37. c. 5. Juven. ſat. 2. v. 61.* Donant arcana cylindros.

Cyliſtarnus, m. 2. *Racanello*, fl. Calabriæ cit. qui prope Caſſanum labitur, & in ſin. Tarentinum verſus Thurios ſe ſe exonerat.

Cyllărus, m. 2. unus ex Centauris. ¶ Item equus Pollucis. *Virgil. 3. Georg. v. 89.* Talis Amyclei domitus pollucis habenis Cyllarus.

Cyllēne, ſ. 1. mons excelſus Arcadiæ, in quo cypreſſi abunde proveniunt. In eo Mercurium educatum tradunt. *Virg. 8. Æn. v. 138.* Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. Hinc

Cyllenēus, a, um, adject., ut Cyllenea fides, h. e. lyra, a Mercurio inventore, qui Cyllenius dicitur. *Horat. epod. 13. v. 9.*

Cyllēnis, idos, patronym. fœmin. epith. plantæ Mercurii, apud *Silium l. 16. v. 300.* Credas cyllenida plantam Ætherio nexis curſu talaribus ire.

Cyllenĭus, ii, m. Mercurius dictus, in Cyllene Arcadiæ monte editus. Aliam cauſam addit Feſtus, cur ſic vocetur, nempe quod omnem rem ſermo conficiat ſine manibus, (Mercurius autem facundiæ Deus dicitur) quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: ideoque quadratum eum fingunt. Alii ſic dici autumant, quod a Cyllene nympha ſit educatus. Hæc *Feſtus. Lucan. l. 1. v. 663.* Motuque celer Cylleníus hæret. Adde *Ovid. 13. Met. v. 146.* Adjective etiam uſurpatur. *Virg. 4. Æn. v. 258.* Materno veniens ab avo Cyllenia proles.

Cyllo, onis, m. idem eſſe videtur ac mutilus, debilis, nam tales Græci κυλλοὺς dicunt. ¶ Alii cyllones dicunt eſſe eos, qui craſſa habent genitalia. Legitur hæc vox *in Orat.* quæ tribuitur *Cic. in Salluſt.* V. Cilones.

Cyma, æ, ſ. vel cyma, atis, n. *cima*, Ger. *junge ſproſslein am rohl*, Gal. *cyme*, Hiſp. *cima*, ſummus, ac tenerior cauliculus herbarum, ac in primis braſſicæ, a κύημα, vel κῦμα, fœtus. *Celſ. p. 102.* Mali eſt ſucci braſſica, magiſque etiam cyma ejus. Adde *Colum. l. 10. v. 129.* Frigoribus caules, & veri cymata mittit. ¶ Item braſſicæ ſpecies, ſuaviſſimæ quidem, ſed difficilis in coquendo. *Plin. l. 29. c. 9.*

Cymatĭlis, o. 3. ut Cymatilis color, idem ac Venetus, qui vulgo viridis marinus dicitur, a κῦμα, unda. *Plaut. Epid. 2. 2. 49.* Cymatile, aut plumatile, aut cerinum. *Non. c. 16. n. 1.* Cymatilis, quaſi fluctuum ſimilis. ¶ Scribitur & Cumatilis, cum *y* ſæpe in *u* latinum tranſeat.

Cymation, n. 2. in architectura eſt id, cujus pars quædam eſt turgidior, quædam preſſior, idque molliter, & ſine angulo, in modum aquæ undantis, a κῦμα, unda. *Vitruv. l. 3. c. 3.* & *l. 4. c. 6.*

Cymba, *barca*, אונית, Ger. *rahn*, *ſchifflein*, Gall. *barque*, *bateau*, Hiſp. *barca*, κύμβη, genus navis piſcatoriæ, item navis, qua amnes, aut lacus trajiciuntur, a voce Græca allata. *Cic. 3. Off.* Cymbarum ante hortulos multitudo.

Cymbalĭcus, a, um, ad cymbalum pertinens, ut Cymbalicæ voces, *Venant. Fortun. l. 2. carm. 10.*

Cymbalĭſſo, n. 1. cymbalum quatio. *Caſſius Hemina l. 4.* Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbaliſſabat. *Non. 6. 2. 169.*

Cymbaliſta, m. 1. κυμβαλιστής, qui pulſat cymbala. *Apul. de Deo Socratis.* Strepitu cymbaliſtarum, & tympaniſtarum, & choraularum.

Cymbaliſtria, æ, ſ. quæ cymbalum pulſat, tympaniſtria. *Petron. Satyr.* Intrans cymbaliſtria, & concrepans æra, omnes excitavit.

Cymbălum, n. 2. *cembalo*, צלצל, Germ. *eine cymbel*, Gal. *cymbale*, Hiſp. *cimbalo*, κύμβαλον, inſtrumentum muſicum in ſacris Matris Deum. *Cic. in Piſ. c. 9.* Neque Collegæ tui cymbala, ac crotala fugi. ¶ In machinis ſeu organis hydraulicis cymbala dicuntur vaſa quædam inverſa, quibus, dum a ſpiritu impelluntur, foramina modiolorum obſtruuntur. *Vitruv. l. 10. c. 13.*

Cymbĭum, *vaſo da bere a foggia di nave*, κύμβιον, poculi genus oblongum, & anguſtum, a κύμβιον, cymbula, quia figuram habet parvæ navis. *Virg. 3. Æn. v. 66.* Tepido ſpumantia cymbia lacte. *Macrob. l. 5. Saturn. c. 2.* Hæc cymbia pocula procera, & navibus ſimilia. ¶ Eſt etiam genus navigii paulo longioris. *Macrob. loc. cit.*

Cymbŭla, æ, ſ. *barchetta*, dim. a cymba. *Plin. in epiſt. 20. l. 8.* Ut cymbulæ onerariis adhæreſcunt.

Cyme, es, Cuma, græca forma. *Sil. l. 13. v. 494.* Hinc

Cymæus, a, um, Cumanus. *Id. ib. v. 498.*

Cymirdis, accipitris genus noctu volans. *Plin. l. 10. c. 8.*

Cymĭnum, V. Cuminum.

Cyminus, Ciminus, m. 2. *Montagna di Viterbo*, mons Hetruriæ uſque ad Faliſcos in Or. extenſus, ad cujus radices Viterbium urbs ſita eſt. Ibi eſt ſylva Cyminia, & lacus Cyminius, *Lago di Vico*, inter Viterbium, & Roncileonem. De hujus lacus origine refert *Servius 7. Æn.* aliquando Herculem ad hos populos veniſſe, & quum a ſingulis provocaretur, ad virium oſtentationem, vectem ferreum, quo exercebatur, humi defixiſſe, quem cum nemo illorum poſſet evellere, Herculem tandem eum ſuſtuliſſe, tantamque repente aquæ vim erupiſſe, ut Cyminum effecerit lacum.

Cymodŏce, ſ. 1. vel Cymodocea, ſ. 1. κυμοδόκη, Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, a κῦμα, *unda*, & δέχομαι, *ſuſcipio*, quia undas maris quieſcere facit. *Virg. 10. Æn.*

Cymōſus, a, um, adject. a Cyma, æ, ut Stirps cymoſa, *Colum. l. 10. v. 137.* Quæ duri præbent cymoſa ſtirpe Sabelli.

Cymothŏe, ſ. 1. Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, a κῦμα, *unda*, & θέω, *curro*, quod per fluctus diſcurrat. *Virg. 1. Æn. v. 144.*

Cyna, æ, ſ. arbor eſt in Arabia, folio palmæ ſimili, ex quo Arabes veſtes ſibi conficiunt. *Plin. l. 12. c. 11.*

Cynegetĭcus, venatorius. Cynegetica volumina quæ de venatione tractant; & ita inſcripſere opus ſuum Gratius, & Olympius Nemeſianus.

Cynice, es, Cynicorum ſecta, apud *Auſon. epigr. 27.*

Cynĭce, adverb. Cynicorum more, ut cynice accipi, *Plaut. Stich. 5. 4. 22.* V. ibi Taubmann.

Cynĭci, m. 2. κυνικοί, Philoſophi ab Antiſthene profecti, ita dicti a Cynoſarge gymnaſio, ubi verſabatur Antiſthenes, vel a κύνες, *canes*, quaſi canini, a canina mordacitate, qua in hominum vitia nullo diſcrimine invehebantur, ſive quod canum more in propatulo coire non dubitarent. Hi Phyſicam, & Dialecticam tollebant, ſolique Morali innitebantur, repudiabant liberales artes, maxime Geometriam, & Muſicam. *Juven. ſat. 13. v. 121.* Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica diſtantia. Ubi Scholiaſt. Cynici, & Stoici idem erant, excepto quod Cynici nudi philoſophabantur, unde & Gymnoſophiſtæ vocati: Stoici vero veſtiti, &c.

Cynĭcus, a, um, adject. ut Cynica cœna, h. e. vilis, & ſordida, qualis erat Cynicorum. *Petron. Satyr.* Cynica Gens, apud *Plaut. Perſ. 1. 3. 43.* Cynicus autem proprie caninum ſignificat. Sed V. *Cynici.*

Cyniphĭus, vel Cynyphius, quod ad Cynipem, ſeu Cinyphum fl. ſpectat. *Virg. 3. Georg. v. 312.* Nec minus interea barbas, incanaque menta Cynyphii tondent hirci, ſetaſque comantes. ¶ Eſt autem Cynips, ſeu Cynyps, fluv. Getuliæ, vel, ut alii dicunt, opp. & flu. Africæ, apud quem hirci villoſiſſimi naſcuntur.

Cynocephalæa, ſ. κυνοκεφαλαία, herba canino capiti ſimilis, al. oſirites, ad omnia venena efficax. *Plin. l. 30. c. 2.*

Cynocephăli, m. 2. *Plin. l. 6. c. 30.* ſcribit, Cynocephalos hominum eſſe monſtra, canino capite, & latratu, apud Indos. ¶ Anubis quoque Ægyptiorum Deus, quod caninum caput haberet, ita dictus. *Minut. Felix c. 21.*

Cynocephalĭon, n. 2. κυνοκεφάλιον, herba, al. pulicaris. *Plin. l.* 30. *c.* 2.

Cynoglossos, m. 2. sive cynoglossum, n. 2. sive cynoglossa, f. 1. κυνόγλωσσον, lingua canis, herba, quæ folia linguæ caninæ similia habet. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Cynomorĭon, n. 2. herba, al. orobanche, cauliculo pingui, & rubenti, sine foliis, a similitudine genitalis canis. *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Cynopŏlis, f. 3. & Cynospolis, idest urbs canum, urbs exc. Ægypti ad Nilum fl. inter Oxyrinchon & Hermopolim, ubi Anubis colebatur, & honor, & facer quidam cibus canibus constitutus erat.

Cynops, opis, κύνωψ, herbę genus spicatum. *Plin. l.* 21. *c.* 17.

Cynŏpus, κυνώπους, piscis marinus, quasi caninos pedes habens. *Plin. l.* 32. *cap. ult.*

Cynorrhŏdon, n. 2. κυνόῤῥοδον, rosa sylvestris, al. lilium rubens, frutex, cujus radix ad morsum canis rabidi præstantissimum remedium est. *Plin. l.* 25. *c.* 2.

Cynosbătos, f. 2. κυνόσβατος, genus rubi, al. cynospastos, sentis canis, a gen. κυνὸς, canis, & βάτος, sentis, spina, rubus. *Plin. l.* 24. *c.* 14.

Cynosorchis, fœm. 3. κυνὸς ὄρχις, herba, al. cynosarconia, orchis, testis caninus, foliis oleæ mollibus ternis, parvisque, semipedis longitudine, in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici ordine superiore, quæ durior est, inferiore, quæ mollior. *Plin. l.* 27. *c.* 8.

Cynosēma, n. 3. prom. Chersonesi Thraciæ, apud Sestum, ubi Hecubæ sepulcrum monstrabatur, a gen. κυνὸς, canis, & σῆμα, sepulcrum, quia Hecubam in canem conversam esse fabulantur. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

Cynosūra, prom. Achaiæ, al. Dorisсum, *Capo Sidro*, in ora Atticæ, apud Asopi fl. ostium, al. in Peloponneso, apud Tegeam, & Erymanthum.

Cynosūra, æ, f. *Ursa minore*, Sidus septentrionale, septem constans stellis, quod & Ursam minorem vocamus. Phœnice etiam appellatur, teste Hygino, quod a Phœnicibus potissimum observari solita sit: est enim Poli Arctici index. ¶ Dicta est Cynosura, hoc est canis cauda, quia habet duas stellas ex una parte, quæ caninam caudam erectam efficere videntur. Plura vide in Arctos. *Cicer. ex Arato l.* 2. *de Nat. Deor. c.* 41. Ex his altera apud Grajos Cynosura vocatur.

Cynosūris, idis, f. idem quod Cynosura, κυνοσουρὶς. *Ovid.* 5. *Trist. el.* 3. *v.* 7. Stellis Cynosuridos Ursæ

Cynosūrus, a, um, adject. κυνόσουρος, ut cynosura ova, h. e. inania, aeris tantummodo plena, quando scil. caniculæ tempore caloris nimia vi putrefiunt, dicta ἀπὸ τῆς κυνοσούρας, quasi canis urina, ut explicat Harduin. *uova stantive. Plin. l.* 10. *c.* 60. Ova urina fiunt, incubatione derelicta, quæ alii Cynosura dixere.

Cynozōlon, n. 2. herba sic dicta, quod fœtore ejus ricini canum auribus decidant, *Plin. l.* 22. *c.* 18.

Cynthĭus, a, um, adject. a Cyntho, ut Cynthius Apollo, qui & Cynthius absolute dicitur. *Horat. l.* 1. *od.* 21. *v.* 2. Intonsum pueri dicite Cynthium. Sic Diana Cynthia dicitur, apud *eund. l.* 3. *od.* 28. *v.* 12. Et *Lucan. l.* 1. Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu. Lunam intelligit. V. Cynthus.

Cynthus, m. 2. κύνθος, Deli mons usque adeo editus, ut totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati altique sunt. Hinc Cynthius ille, hæc Cynthia appellati.

Cynus, κῦνος, Locrorum opp. vel ut aliis placet, navale. *Plin. l.* 4. *c.* 6. *Liv. l.* 8. *Dec.* 3.

Cyparissæ, vel Cyparissiæ, appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere solent ad similitudinem cupressi. *Festus*, & *Senec. l.* 1. *quæst. natur. c.* 15.

Cyparissi, Cyparissæ, Cyparissos, Cyparissia, *Arcadia*, urbs Peloponnesi, in ora Messeniæ lit. ad ost. Cyparissidis fl. inter ost. Electræ, & Nedæ fl.

Cyparissium, n. 2. *Capo Conelio*, al. *Capo S. Elia*, prom. Peloponnesi, non longe ab urbe Cyparissia.

Cyparissus, & per syncopen cypressus, & mutatione *y* in *u* cupressus, f. 2. κυπάρισσος, arbor est procera, caudice oblongo, & recto, folio pini, sed carnosiore, mollioreque, neque ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi, fructibus, qui coni dicuntur, nuci pineæ similibus, sed longe minoribus, a κύω, pario, & πάσσος, æqualis, quia ramos, & fructus æquales parit. ¶ Diti sacra erat, & funebri signo ad domos ponebatur, ne quis rem divinam facturus imprudens funestam domum introiret. Nam excisa non renascitur. ¶ Duplex est, mas, quæ latius spargit ramos, & mira inter arbores fœcunditate est, quippe quæ tritera est, fructusque habet, & Januario, & Majo, & Septembri maturos, & fœmina, quæ sterilis est, ad metæ formam in fastigio convoluta. *Virg. Æn.* 3. *v.* 680. Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi. V. *Cupressus*.

Cyparissus, m. 2. nomen pueri Telephi fil. quem Apollo amavit. Cum imprudens cervum sibi charissimum sagitta occidisset, petiit a Cælitibus, ut omni tempore lugeret. Igitur in arborem sui nominis mutatus est. *Ovid.* 10. *Met.*

Cypĕris, f. 3. herba Indica gingiberis effigie. *Plin. l.* 21. *c.* 18.

Cypĕrus, m. 2. vel cyperum, n. 2. *cipero*, κύπειρος, genus junci, a cyprus, arbor odorata. *Plin. l.* 21. *c.* 18.

Cypirus, m. 2. ξιφίον, herba, al. gladiolus, radice bulbosa, & odore vicino nardo. *Plin. l.* 21. *c.* 18.

Cypriăcus, a, um, adject. idem quod Cyprius, ut Cypriaca expeditio, *Valer. Max. l.* 4. *c.* 3. *n.* 3.

Cyprĭănus, i, m. Cæcilius Cyprianus ante sui conversionem Rhetoricam docuit; factus deinde Episcopus Carthaginiensis, Ecclesiam scriptis illustravit, martyr demum occubuit sub Valeriano & Gallieno. Ejus vitam scripsit Pontius Diaconus.

Cyprĭcus, a, um, adject. idem quod Cyprius, ut Cyprica laurus, *Cato R. R. c.* 8.

Cyprĭnum, i, n. oleum, seu unguentum est quoddam, de quo multa *Plin. l.* 13. *c.* 1. & 23. *c.* 4. ¶ Refertur inter ea, quæ calefaciunt, a *Celso l.* 2. *cap. ult.*

Cyprĭnus, m. 2. *reina*, κύπρινος, piscis ex genere rhomborum, a Cypride, hoc est Venere, quia piscis est fœcundus, quippe qui singulis annis sexies parit. *Plin. l.* 9. *c.* 16. & 51.

Cyprios pes, est qui constat quinque syllabis, quarum prima brevis est, secunda longa, tertia & quarta brevis, ultima longa, ut *amabilitas*. Huic contrarius est *Anticyprios*, in quo prima est longa, secunda brevis, tertia & quarta longa, ultima brevis, ut *pertimescebat*. *Diomed. l.* 3.

Cypris, idis, vel idos, f. *Cipriana* Venus, quæ in Cypro maxime colebatur. *Auson. epigr.* 56. Vera Venus Cnideam cum vidit Cyprida, dixit, &c. *Maximian. Gall. eleg.* 1. *v.* 92. Diligit & florem Cypris ubique suum.

Cyprium, æs, vel Cyprium, ii, absolute, n. 3. *rame*, Gal. *cuivre*, Hisp. *cobre*, κύπριος χαλκός, cuprum. *Plin. l.* 33. *c.* 5. Teritur Cyprio ære in Cyprio mortario. *Id. l.* 36. *c.* 26. Aridis lignis coquitur, addito cyprio, ac nitro. ¶ Ideo autem hoc nomine appellatur, quia in Cypro insula primo repertum traditur.

Cyprius, a, um, o. 1. 2. quod ex Cypro inf. est, ut Cyprium æs. V. sup. ¶ Cypria etiam dicta Venus, vel quod in Cypro nata sit, vel quod primum ei templum ibi sit constitutum. ¶ *Cyprio bovi merendam*; proverbium est, quod ex Ennio citat Festus, & dicitur de sordidis convivis & insipidis, cum convivio itidem sordido & insipido accipiuntur. Cyprii enim boves humano stercore vesci soliti.

Cyprus, fœm. 2. Acamantis, Cerastis, Amathusa, Aspelia, Macaria, Crypros, Colinia, *Cipro*, κύπρος, inf. Asiæ, in mari medit. seu Pamphylio, seu Carpathio, in sinu Issico, inter mare Syriacum, & mare Cilicium ab Or. in Occ. extensa, & inter Clides prom. Or. & Acamentem prom. Occ. a Sept. ¶ Duas habet metropoles. Una est Græcorum, quæ olim Salamis, vel Salamina dicta est, nunc Constantia. Altera est Latinorum, quæ Leucosia nominatur. ¶ Fuit hæc insula Veneri sacra. V. *Cyprius*.

Cyprus, f. 2. arbuscula, al. ligustrum, femine atro, non absimili sambucino acino. Ejus flos in oleo decoquitur, fitque ex eo unguentum, quod cyprinum dicitur. *Plin. l.* 23. *c.* 4.

Cypselĭdes, æ, patronym. a Cypselo Corinthi tyranno. *Virg. in Cyri*, *v.* 464. Cypselidæ magni florentia regna Corinthi.

Cypsĕlus, m. 2. Periandri pater, Corinthiorum Tyrannus, a κυψέλη, cistula, in qua delituit occultatus a matre, cum ad perniciem quæreretur. *Cic.* 5. *Tusc.* & *de Fato*. Ejus posteri *Cypselidæ* dicti sunt. *Herod. l.* 5.

Cypsĕlus, m. 2. κύψελος, avis, al. apus, ex hirundinum genere, a κυψέλη, capsæ genus ex vimine, vel luto, quia nidos facit ad capsulæ formam. *Plin. l.* 10. *c.* 39.

Cyrcassi, m. 2. *Circassi*, urbs Lithuaniæ, in ora maris Euxini, ad Borysthenem fl.

Cycerum, navis Asiana prægrandis. V. Cercurum.

Cyrenæus, a, um, adject. idem quod Cyrenaicus. *Cic.* 4. *Acad. c.* 24. Cyrenæi videntur mihi minime contempti Philosophi.

Cyrenaĭca, f. 1. regio Africæ, mari medit. Africo exposita, in Libya exteriore, inter Africam proprie dictam, seu reg. Tripolitanam ad Occ. & Marmaricam ad Or. in ea parte Barbariæ, quæ dicitur Regnum Barcæ. Incipit a Syrti magna. In ea Pentapolis regio, *Mesrata*, ubi Cyrene totius tractus præcipua. *Plin. l.* 10. *c.* 29.

Cyrenaĭci, Philosophi, quorum princeps fuit Aristippus, qui summum bonum ponebant in voluptate, quæ sensibus percipitur, dicti a Cyrene patria Aristippi. *Cic.* 3. *Off.* 2. *Acad.* 1. *Tusc.* 1. *de nat. Deor.*

Cyrenaĭcus, a, um, adject. ad Cyrenem pertinens, ut Cyrenaica provincia, *Plin. l.* 2. *c.* 45. V. *Cyrenaica*. Cyrenaici Philosophi, V. *Cyrenaici*.

Cyrēne, es, f. vel Cyrenæ, arum, *Corene*, al. *Cairoan*, urbs primaria Cyrenaicæ reg. quæ ab illa nomen accepit, in Regno Barcæ, versus Syrtim magnam, apud oram lit. ad Doerum fl. in colle. Condita est a Batto Laconico anno mundi 3560. urbis Romæ 143. Olympiad. 45. & nuncupata a Cyrene, seu Cyrenia, Penei Regis Arcadiæ filia, quam Apollo raptam e monte Pelio in Libyam Africæ regionem transtulit, ex qua filios suscepit quatuor, Aristæum, Nomium, Authocum, & Argæum. V. *Justin. l.* 13. *Catul. carm.* 7. Quam magnus numerus Libyssæ arenæ Laserpiciferis jacet Cyrenis.

Cyrenensis, e, adject. gentile, a Cyrene. *Plaut. Rud.* 3. 2. proh Cyrenenses populares.

Cyreus, a, um, adject. a Cyro. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 10. Nostram ambulationem, & Laconicum, & ea quæ Cyrea sunt, velim invisas. h. e. quæ a Cyro quodam architecto constructa.

Cyrillus, i, Alexandriæ Episcopus fuit, cujus extant scripta, quibus in hæreticos, Nestorium præcipue, invectus est acerrime. Vixit temporibus Theodosii junioris.

Cyrnea. V. Cirnea.

Cyrnearĭus, iis, m. legitur in *Inscript.* apud *Gruter. pag.* 643. *n.* 2. & fortasse significat eum, qui cyrneas seu cirneas facit.

Cyrnēus, a, um, adject. a Cyrno insula, h. e. Corsica. *Virg. Ecl.* 9. *v.* 30. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Cyrni, Indorum populi, qui centum & quadraginta annos vivere creditи sunt. *Plin. l.* 7. *c.* 2.

Cyrnus, insula eadem ac Corsica. *Plin. l.* 3. *c.* 6. ¶ Item insula maris Ægei, inter Leucadiam & Achajam, *Id. l.* 4. *c.* 12.

Cyropædia, æ, f. liber Xenophontis de vita & disciplina Cyri, quem laudat *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1.

Cyropŏlis, fœm. 3. *Sammachi*, *Summachi*, Persis *Circombate*, Arabibus *Chrysoleth*, urbs ampla, & præclara Mediæ Atropatiæ, inter Artaxata & Portas Ferreas.

Cyrrha. V. Cirrha.

Cyrus, m. 2. κῦρος, fil. Cambysis Persæ ex Mandane filia Astyagis Regis ultimi Medorum, primus Rex Persarum. Subacta Asia, & universo Oriente in potestatem redacto, Scythis bellum intulit, a quibus victus, & interfectus est. Regnavit annos 30. Ei filius Cambyses secundus successit. *Justin. l.* 1.

Cyta, urbs Colchorum, patria Medeæ, quæ inde Cyteis dicta est.

Cytæĭnus, a, um, adject. a Cyteide deductum, & ponitur pro magico. *Propert. l.* 1. *el.* 1. *v.* 24. & fidera, & amnes Posse Cytæinis ducere carminibus.

Cytæis, idis, Patronym. fœm. *Propert. l.* 2. *el.* 4. Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis. *h. e.* Saga aliqua, qualis Medea fuit.

Cytæus, a, um, adject. a Cyta opp. *Propert. l.* 1. *el.* 1. Et amnes Posse Cytaeis ducere carminibus. Sic enim legendum docuit Scalig.

Cyterium, n. 2. *Cirisano*, opp. Calabriæ cit. in agro Consentino, ad rad. montis, apud Pandosiam urb. exc.

Cytēus, a, um, adject. itidem a Cyta. *Valer. Flacc. Argon. l.* 5. *v.* 693. Tum juvenem terris Parcæ tenuere Cyteis.

Cythēra, orum, n. 2. Porphyrusa, Porphyris, *Cerigo*, inf. maris Ægæi, in ora Peloponnesi, cum urbe cognomine & portu. Narrant, Venerem primum in hanc insulam concha marina vectam fuisse. Hinc Cytherea dicta est, 2. syll. cor. ¶ Dicitur etiam Cythera, æ, f. gener.

Cytherēa, æ, f. Venus. *Virg.* 1. *Æn. vers.* 257. Parce metu Cytherea. ¶ Notandum autem, secundam hujus nominis syllabam aliquando etiam produci. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 15. Mota Cytherea leviter mea tempora myrto Contigit. Al. leg. *Cytheriaca*, quod idem est.

Cytherēis, idos, f. idem quod Cytherea. *Ovid. Met.* 4. *v.* 288. Mercurio puerum diva Cythereide natum.

Cytherēius, a, um, adject. possessiv. a Cytherea ut Heros Cytherejus, pro Ænea Veneris filio. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 611. ¶ Legitur etiam Cythereus, a, um. *Horat. l.* 1. *od.* 4. Jam Cytherea choros ducit Venus.

Cytheriăcus, a, um, aliud adject. idem quod Cythereius. *Ovid. Heroid.* 7. *v.* 60. Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Cytherius, vel Cytherius, a, um, adject. *Cic. Attic.* 15. *ep.* 22. M. Antonium appellat *Cyterium* propter Cyteridem, seu Cytheridem meretricem, quam adamabat: quæ eadem est cum Lycoride *Virgilii Ecl.* 10. teste *Servio ad initium ejusdem Eclogæ*.

Cythĕron. V. Citheron.

Cythnus, f. 2. *Citno*, inf. maris Ægei, seu Myrtoi, una Cycladum, apud Atticam, & Eubœam, seu versus oram Atticæ, inter Ciam, & Serìphum. Hæc insula ab Amphitryone maxime afflicta est. Hinc prov. *Cythnicæ calamitates*, de magnis cladibus.

Cytho-

Cythoriacus, & Cythorius, a, um, adject. a Cythoro monte. *Ovid. 6. Met. verf.* 132. Utque Cythoriaco radium de monte tenebat. *Catull. Carm.* 4. Nam Cythorio in jugo loquente ſæpe ſibilum edidit coma.

Cythōrus, i, m. mons in Paphlagonia, buxo abundans. *Virg.* 2. *Geor. v.* 437. Et juvat undantem buxo ſpectare Cythorum.

Cythĭnus, i, m. flos mali punici ſativi, erumpere incipiens. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Dictus a κύτος, *tumor*.

Cytiſus, f. 2. *citiſo*, κύτισος, genus fruticis, qui naſcitur inter campos, & ſylvas, a Cythno inſ. ubi primum inventus eſt. ¶ Frutex hic pabulo pecudum, maxime vero ovium & caprarum conveniens eſt, apibus etiam gratiſſimus. *Plin. l.* 13. *c.* 24. *Virg. Ecl.* 1. *c.* 79. Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras.

Cytonĭum, ii, n. malum Cotoneum, ſeu Cydonium. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 6. Ut mala, ſeu ſimplicia, ſeu granata, vel Cytonia, quæ cotonea vocat Cato.

Cyzicēnus, a, um, adject. ad Cyzicum pertinens, ut Cyzicenorum urbs, *Cic. de Leg. Manil. c.* 8. ¶ Cyzicenus ſtater viginti octo drachmas valebat. V. Hadrian.

Cyzĭcus, f. 2. vel Cyzicum, n. 2. *Chizjco*, *Spiga*, κύζικος, urbs Myſiæ, in Aſia, in inſula cognomine, pene continenti juncta, ad Propontidem, & oſt. Æſapi fl. cum mœnibus, arce, & turribus marmoreis, magnitudine, & pulchritudine cum primis Aſiæ urbibus comparanda, tribus armamentariis inclyta, quorum unum armorum, alterum inſtrumentorum, tertium frumenti erat receptaculum, condita anno mundi 3953. poſt Romam 70. dicta a Cyzico Rege, quem Jaſon per imprudentiam interfecit. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 9. ¶ Populi Cyziceni, *Cic. pro Leg. Manil. c.* 8.

DE LITERA D.

D Litera, in ordine Alphabeti quarta, ex numero mutarum, quæ quandoque pro th aſpirato ponitur, ut *Theos*, *Deus*, quandoque convertitur in b, ut *duellum*, *bellum*, *Duellona*, *Bellona*. ¶ In numeris D quingenta ſignificat. Olim enim ſic ſcribebant IↃ: ex quo factum eſt, ut duæ illæ literæ vel ex ſcriptorum errore, vel conſuetudine ſenſim irrepente conjungerentur.

Daæ, Dahæ, Dai, pop. Aſiæ, in Scythia, Maſſagetis finitimi, apud Caſpium mare. *Virg. Æn.* 8. *v.* 728. Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

Dabūla, palmæ genus apud Arabas Scænitas. *Plin. l.* 13. *c.* 4.

Daca, poma viliſſima, ſed præcocia. *Plin. l.* 15. *c.* 24.

Dacia, f. 1. δακία, ingens regio Europæ. A Mer. & Or. habet Danubium, a Sept. Carpatem M. ab Occ. Tibiſcum flu. Dividitur in tres regiones, Tranſylvaniam, Moldaviam, & Valacchiam, Aluta fluv. Tranſylvaniam a reliquis ſeparante. Sed aliis Dacia antiqua ultra Iſtrum fuit, quam Trajanus Imperator in provinciam redegit, Aurelianus autem habitatores ejus cis Iſtrum tranſtulit, & hæc Dacia Ciſiſtriana dividitur in Daciam Ripenſem, & Mediterraneam.

Dacicus, o. 1. 2. qui eſt ex Dacia. ¶ Dacicus item, qui Daciam vicit, ut Germanicus, qui Germaniam. *Juven. ſat.* 6. *verſ.* 204. Cum lance beata Dacicus, & ſcripto radiat Germanicus auro. Ubi ſermo eſt de nummo, in quo inſculpta ſit imago Domitiani, qui Dacos devicerat.

Daciſiani milites Claudio Imperatori dicebantur, quos Nero Auguſtianos vocabat: utpote qui ex legionariis, alariis, & manipularibus electi, proprium aliquod, & ab aliis diverſum nomen pro libito Imperatoris ſortiebantur. *Trebel. Pol. in Claud. c.* 17.

Dacnădes, f. 3. δακνάδες, avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire ſoliti ſunt, quæ morſicando, & cantillando, potantes dormire non paterentur, a δάκνω, mordeo. *Feſt.*

Dacrĭma, f. 1. idem ac lacryma. *Liv. Andron. apud Feſt.*

Dactylĭcus, o. 1. 2. quod ad dactylum ſpectat. *Cic. in Orat. c.* 57. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior. Sic dactylicus verſus, qui meris dactylis conſtat, ut ille *Virg. Æn.* 8. *verſ.* 696. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Dactyliothēca, f. 1. δακτυλιοθήκη, anulorum capſula, a δακτύλιος, anulus, & θήκη, capſula, ſive arcula, ubi quid reponitur. *Mart. l.* 11. *ep.* 60. Senos Charinus omnibus digitis gerit, Nec nocte ponit anulos, Nec cum lavatur, Cauſa quæ ſit, quæritis? Dactyliothecam non habet.

Dactylis, idis, f. quæ digiti longitudinem, vel craſſitudinem habet, ut dactylides vites. *Plin. l.* 14. *c.* 3. ita ſcil. dictæ a gracilitate digitali. ¶ Has eaſdem vites *Col. l.* 3. *c.* 2. Dactylos vocat.

Dactylus, m. 2. digitus apud Græcos. ¶ Item fructus palmæ, quia oblonga gracilitate digitum refert. ¶ Item pes, qui tribus ſyllabis conſtat prima longa, reliquis brevibus, ut *Corpora*, inſtar digiti, qui conſtat tribus artubus, uno longiore, duobus brevibus, vel a Dactylis Sacerdotibus Cybeles, qui æris tinnitu, & hujus pedis compoſitione, & cantu effecere, ne Jovis infantis vagitus a Saturno exaudiretur. A *Cicerone* herous pes dicitur, quod eo Heroum facta ſcribantur, *l.* 3. *de Orat. c.* 47. ¶ Item herbæ genus. *Plin. l.* 24. *c.* 19. ¶ Item piſcis e genere concharum. *Plin. l.* 9. *c.* 6. ¶ Item gemma. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Corybantes autem cur Dactyli dicti ſint, V. Corybantes.

Dacus, o. 1. 2. δακός, quod eſt e Dacia. *Stat. l.* 4. *Silv.* 2. *in fin.* Cum modo Germanas acies, modo Daca ſonantem Prælia. ¶ Daci, & Dacæ, populi iidem qui Daæ: ſed prima in *Daci* producitur. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Te Dacus aſper, te profugi Scythæ, &c. In *Dacæ* corripitur. *Sol. l.* 13. Curſu ſigna tolit, cui pervia Bactra, Dacæque.

Dædălus, m. 2. Athenienſis faber egregius, Icari pater, qui ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, lithocollam, ſimulacra, quæ per ſe moventur, invenit, malum, & antennam navi impoſuit, &c. Accuſatus, quod Perdiccam ſororis filium intereniſſet, judicii metu in Cretam fugit. Ibi Paſiphaen ligneæ vaccæ incluſit, cum illa ſceleſtiſſime Taurum amaret, & labyrinthum effecit, in quo Minotaurus concluderetur. Tandem exilii tædio affectus, cereis alis ex Creta effugit, una cum filio, ubi a Minoe Rege tanquam in cuſtodia detinebatur, quod ejus opera Regina tantum ſcelus admiſiſſet. Sed Icarus filius nimium alte volans, alis calore Solis diſſolutis, in mare cecidit, & interiit. *Ovid.* 8. *Metam.* ¶ A Dædalo, ob multiplex, variumque ejus ingenium, factum eſt adject. *Dædalus*, *a*, *um*, quo vocatur quicquid eſt artificioſe varium, & affabre factum. Hinc *Ennius* Minervam, *Lucretius* Tellurem, *Virg.* 7. *Æn.* Circen dædalam dixit. Dicitur de omnibus ſimulacris ligneis, & proprie de iis, quæ, cum naturaliter moveri videantur, tamen non natura, ſed arte moventur. Sed *Feſto* non opus ab artifice, ſed artifex ab opere dictus videtur, ſcil. a δαίω, diſco, ſcio, vel a δαιδάλλω, orno, vario.

Dæmogorgon, m. 3. δαιμογοργών, Deus terræ, vel Sapientia terræ, primus pater Deorum. V. *Boccat. l.* 1. *Gen.*

Dæmon, onis, m. δαίμων, vox græca eſt, quæ ſignificat Spiritum tum bonum, tum malum. *Plato in Cratylo.* ¶ Apud Eccleſiaſticos Scriptores Dæmon pro malo Spiritu accipitur. *Tertull. Apolog. c.* 22. *& alibi.* ¶ *Cicero* etiam adhibet hanc vocem, ſed græcis literis ſcriptam, *de Univerſ. c.* 11. ubi ait: Reliquorum autem, quos Græci δαίμονας appellant, noſtri, opinor, Lares, ſi modo hoc recte converſum videri poteſt. ¶ Aſtrologis Dæmon eſt undecimus locus ab horoſcopo, græce ἀγαθοδαίμων. *Jul. Firm. l.* 2. *c.* 19.

Dæmoniăcus, a, um, adject. ad Dæmonem pertinens. *Tertul. de An. c.* 46. De Oraculis quid pronunciabimus aliud, quam dæmoniacam eſſe rationem? *Lactant. l.* 4. *c.* 15. Judæi (miracula Chriſti) dæmoniaca fieri potentia arguebant.

Dæmonicŏla, æ, com. 1. qui Dæmonem colit. *Auguſtin. l.* 8. *Confeſſion. c.* 2. *circa med.*

Dæmonĭum, n. 2. dimin. a Dæmon. *Tertul. in Apol. c.* 37. Neſcitis, Genios Dæmones dici, & inde diminutiva voce Dæmonia? ¶ Item pro Dæmone in bonam partem uſurpatur ab Antiquis. *Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 54. Eſſe divinum quiddam, quod Dæmonium (Socrates) appellat.

Dagnădes, V. Dacnades.

Dai, Perſarum pop. omnes paſtores. *Herod. l.* 2.

Dalīvus, m. 2. ſupinus, ſtultus, inſanus, is, propter cujus fatuitatem quis miſereri debeat, per metatheſin a δείλαιος, vel Æolice δείλαιϝος, timidus, vanus. *Feſt.*

Dalmasĭa, *Dieſſen*, opp. Rhætiæ, in Vindelicorum, ac Lycatiorum finibus, in Bavaria. Sed aliis arx fuit Lycatiorum, in Vindelicia, ad Lycum fl. ubi poſtea Auguſta Vindelicorum, *Dieſſen* autem opp. Pontes Teſſenii exiſtimantur.

Dalmăta, m. 1. δαλμάτης, qui ex Dalmatia eſt. *Cic. Vatin. l.* 5. *Fam. ep.* 11. Dalmatis Dii male faciant. ¶ Adjective uſurpavit *Stat. l.* 6. *Sil.* 7. *v.* 14. Dalmatæ montes, ubi Dite viſo, &c.

Dalmatenſis, ſe, adject. idem quod Dalmaticus. *Vopiſc. in Claud. c.* 17. Singiliones Dalmatenſes.

Dalmatia, f. 1. *Dalmazia*, *Schiavonia*, regio Europæ, pars major Illyrici ad Or. inter Liburniam alteram Illyrici partem ad Occ. Titio fl. ſeparante, & Macedoniam, Myſiamque ſuperiorem ad Or. Drilone fl. dividente, mare Hadriaticum, ſive Illyricum ad Auſt. & Pannoniam ad Bor. montibus disjungentibus, dicta Dalmatia a Dalmio, vel Delmatia a Delminio urbe Illyrica, quia regnante Gentio Illyricorum Rege Dalmatini ſe in libertatem vindicarunt, &, cum viginti oppida in ditione ſua haberent, ei regioni Dalmatiæ nomen impoſuerunt, deinde aliis ſexaginta ſibi aſcitis, cum ad mare perveniſſent, Traguriniſque, & Epetinis infeſti evaſiſſent, id occaſionem præbuit primi belli Dalmatici, & tunc Dalmatia in provinciam a Romanis redacta eſt. Sed poſtea Dalmatæ Liburnis ab Occ. agrum ademerunt, Romanis vero Illyricum proprium, ita ut a Ditio flu. uſque ad Drilonem fines ſuos proferrent. Denique Dalmatia dilatata fuit poſt Imperii declinationem ab Iſchia Dyrrhachium uſque. Igitur Liburnia etiam in Dalmatia, & Illyricum incluſa fuere. Sed poſterioribus temporibus a parte Or. reſtricta eſt ad Bolianam fl.

Dalmatĭca, f. 1. veſtis manicata, exterior, candida, cum clavis purpureis, quæ primo delicatiorum fuit, poſtea veſtis Sacerdotalis facta eſt, dicta a *Dalmatia* prov. quod primum in ea texta fuerit. *Iſid. l.* 19. *c.* 22.

Dalmaticātus, o. 1. 2. dalmatica indutus. *Lamprid. in Comm. c.* 8. Dalmaticatus in publicum proceſſit.

Dalmatĭcus, a, um, adject. e Dalmatia qui eſt, ut Dalmaticum frigus, *Vatin. Cic. l.* 5. *Fam. epiſt.* 10. Dalmaticum bellum, *Suet. in Auguſt. c.* 2. Dalmaticum metallum, pro auro. *Stat. l.* 1. *Silv.* 2. *v.* 153. Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo. Cujus rei ea forte ratio eſt, quod Dalmatas Auguſtus Cæſar per Vibicum debellatos, fodere terras coegit, aurumque venis repurgare, ut narrat *Flor. l.* 4. *c.* 12. ¶ In nummo quodam Hadriani legitur Metall. Delmat pro Dalmaticum.

Dama, m. vel f. 2. δορκάς, genus capræ ſilveſtris, a δεῖμα, metus, quod a δείδω, timeo, quia timida eſt. ¶ Differt a capreis ſolis cornibus, quæ in anteriorem partem habet incurvata. *Horat. l.* 1. *od.* 2. Et ſuperjecto pavidæ natarunt æquore damæ. *Mart. l.* 3. *epigr.* 58. *v.* 28. Aut impeditam caſſibus refert damam. ¶ Maſculino genere legitur apud *Virg. Georg.* 3. *v.* 539. Timidi damæ, cervique fugaces. Ubi tamen *Servius* notat, Poetam genus mutaſſe, ut ὁμοιοτέλευτον vitaret. Eſt tamen alter *Virgilii* locus, qui priorem confirmat, nam *Eclog.* 8. *v.* 28. habet: Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Damalĭo, onis, m. *vitello*, δαμάλιον, juvenca, bucula, vel vitulus, a voce græca, quæ allata eſt, quæ a δαμάω, domo. *Lamprid. in Alex. c.* 22. Juſſit, ne quis ſummatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem.

Damaſcēna, æ, vel Damaſcene, es, regio circa Libanum, *Terra di Damaſco*. *Plin. l.* 5. *c.* 12.

Damaſcēnus, a, um, adject. ad Damaſcum pertinens, *di Damaſco*, ut Damaſcena pruna, *Plin. l.* 15. *c.* 13. De iſtis eſt diſtichon *Martialis l.* 13. 29.

Damaſcus, f. 2. *Damaſco*, Turc. *Scham*, vel *Sciam*, urbs Syriæ, in Cœleſyria, ad Chryſorrhoam flu. interfluentem, inter Hieroſolymam, & Hierapolim, ſive Haleppum. Condita eſt a ſervo Abraham.

Damaſichthon, onis, Niobes filius, cum ſex fratribus ab Apolline occiſus. *Ovid.* 6. *Met. v.* 254.

Damaſſonĭum, n. 2. δαμασώνιον, herba eſt plantaginis folia habens, anguſtiora tamen, & in terram reflexa. A *Dioſcor.* ἄλισμα, appellatur. *Plin. l.* 25. *c.* 10.

Damĭa, æ, cognomen Cybeles, ſive Bonæ Deæ, unde

Damĭum, n. 2. ſacrificium in honorem Damiæ, ſive Bonæ Deæ, a δῆμος, populus, quia pro populo fiebat. Sed *Feſtus* dictum vult per antiphraſin, quaſi minime δημόσιον, publicum, quia in operto fieri ſolebat.

Damnabĭlis, le, adject. dignus qui damnetur, *condannabile*, *da riprendere*. *Trebel. Poll. in XXX. Tyran. c.* 17. Damnabili invidia ductus. *Sidon. l.* 6. *ep.* 1. Ad mea ipſe verba damnabilis, cum imperem quæ non impero.

Damnas, o. 3. *condannato*, *obbligato*, מחויב, Germ. *verdampt*, Gal. *condamne*, Hiſp. *condenado*, καταδεδικασμένος, damnatus, per ſyncopen, quo modo a primus *primas*, ab optimus *optimas*. *Quinctil. l.* 7. *c.* 9. Hæres meus uxori meæ damnas eſto argenti, quod elegerit, pondo centum. ¶ In caſibus obliquis non invenimus exemplum.

Damnatĭo, onis, f. 3. *condennagione*, עונש, Germ. *vverdamnuſſ*, κατάγνωσις, damnandi actus. *Cic.* 4. *Ver.* Docuiſſemque, hanc damnationem duci non oportere. *Id. in Piſ. c.* 36. Reorum acerbiſſimæ damnationes. ¶ *Plin. lib.* 20. *cap.* 11. In confeſſa damnatione (apiaſtrum) eſt venenatum in Sardinia. h. e. aperte damnatur ab omnibus, ut venenatum.

Damnator, oris, m. qui damnat. *condannatore*. *Tert. ad Nation. l.* 1. *c.* 3. Neque exquiſitio damnatoribus ſemper conſulenda.

Damnatorĭus, o. 1. 2. *condannatorio*. *Cic.* 5. *Ver.* Verres in Zenonem judicium dabat illud ſuum damnatorium de jugerum profeſſione. *Sueton. Aug. c.* 33. Damnatoria tabella.

Damnatus, us, ui, m. idem quod damnatio. *Plin. l.* 7. *c.* 44. Alieno beneficio vixit a damnatu ſuo.

Damna-

Damnātus, o. 1. 2. *condannato*, κατεδικασμένος, partic. a damnor. *Cic. in Ver.* Q. Hortensio Prætore de pecuniis repetundis damnato. *Lucret. l. 6. v.* 1230. Damnatus morti. ¶ *Damnatus voti*, vel *voto* dicitur is, qui jam ejus, cujus gratia votum fecerat, compos factus est, quia tunc id, quod pollicitus est, præstare tenetur. *Liv. l. 7. c.* 28. Ædem Junoni vovit; cujus damnatus voti cum victor revertisset, &c. V. Damno. ¶ Alio sensu *Hor. lib. 2. od.* 14. *v.* 19. Damnatus longi Sisyphus laboris. h. e. ad longum laborem. ¶ Jungitur & dativo, ut damnatus morti, apud *Lucret. l. 6. v.* 1230. ¶ Comparat. damnatior. *Cic. in Pis. cap.* 40. Quis te damnatior? ¶ *Sil. l.* 3. *v.* 331. Damnatum vivere paci. *h. e.* in perpetuo bello vivere.

Damnificus, o. 1. 2. qui damnum facit, vel infert. *Plaut. Cist.* 4. 2. 62. Nequam bestiam, & damnificam.

Damnigerŭlus, o. 1. 2. idem ac damnificus. *Plaut. Truc.* 2. 7. 1. Ite hac muli æris, damnigeruli foras gerones.

Damno, as, avi, atum, a. 1. *condannare*, חייב, Germ. *verdammen*, Gal. *damner*, Hisp. *condenar*, κατακρίνω, condemno, a *damnum*, quia plerisque criminibus pecuniæ pœna imponebatur. Construitur cum accus. & gen. vel abl. *Cic. Att. l.* 7. Damnasse sceleris hominem amicum Reipub. videbatur. *Id. in Ver.* Poscebat, ut is eo crimine damnaretur. ¶ Et cum præposit. *de*, ut de repetundis, de vi publica damnari, *Id. pro Cluent. c.* 41. *Tac. Ann.* 4. *c.* 13. ¶ Significat etiam improbare, tanquam damnosum rejicere. *Cic. Tusc.* 4. Rerum naturam potius, quam errorem damnare volumus. ¶ Item obnoxium reddere, obligare, quo sensu damnare votis homines Dii dicuntur, cum ea concedendo, quæ ab iis petuntur, obnoxios reddunt ad ea præstanda, quæ voto promiserint. *Virg. Ecl.* 5. *v.* 80. Tibi sic vota quotannis Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis. Dicitur etiam damnare voti. ¶ Damnare alicui, & ad aliquid, est damnando destinare, ut damnare ad gladium. h. e. ad mortem gladio subeundam. *Ulp. l.* 47. *ff. tit.* 14. Sic damnare caput Orco, *Virg. Æn.* 4. Damnare in metalla, *Plin. l.* 10. *epist.* 66. Damnare aliquem ad Recuperatores. h. e. apud Recuperatores. *Plaut. Rud.* 5. 1. 2. ¶ Pro compellere, cogere jure, &c. *obbligare per via di giustizia. Cajus l.* 8. *ff. tit.* 4. *leg.* 16. Potest etiam in testamento hæredem suum quis damnare, ut altius ædes suas tollat, &c.

Damnonĭi, vel Dumnoii, populi Albionis in Occ. ubi nunc provinc. Devonia, & Cornubia. Eorum urbes fuere Isca, Voliba, & Uxella.

Damnōse, adver. cum damno. *Hor.* 2. *Ser. sat.* 8. *v.* 34. Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti.

Damnōsus, a, um, o. 1. 2. *dannoso*, Germ. *schedlich*, Gal. *damogeable*, Hisp. *danoso*, ζημιώδης, qui damno est, seu damnum affert, ut alea damnosa, *Mart. l.* 14. *epigr.* 18. Et *Ovid.* 3. *Amor. el.* 6. *v.* 99. *de amne:* Damnosus pecori curris, damnosior agris. *Liv. l.* 6. *c.* 11. Erat æris alieni magna vis, re damnosissima etiam divitibus, ædificando contracta. ¶ Interdum damnosus dicitur is, qui damnum patitur. *Plaut. Epid.* 2. 3. *v. ult.* Argentum accipiam a damnoso sene. h. e. infelici, multis damnis confecto. Alii leg. *danoso*, vel *donoso*. ¶ Damnosi etiam dicuntur prodigi, & sumptuosi. *Ter. Heaut.* 5. 4. 10. Getro, iners, fraus, helluo, Ganeo damnosus.

Damnum, i, n. 2. *danno*, נזק, Germ. *schad*, Gal. *dommage*, Hisp. *dano*, βλάβη, detrimentum, jactura, incommodum, malum, fraus. *Plaut. Capt.* 2. 2. 77. Damnum facere. h. e. amittere, jacturam facere. Sic *Cic. in Bruto, cap.* 33. Damnum Gracchi amittu Latinæ literæ fecerunt. ¶ Damnum pati rarum est, sed tamen habet *Sen. l.* 1. *de Ira c.* 2. & *Lucan. l.* 8. *v.* 750. Habet etiam *Liv. l.* 22. *c.* 41. sed alio sensu. ¶ Damnum dare, inferre, *Ter. Andr.* 1. 1. 116. ¶ Damnum infectum a JCtis dicitur illud, quod nondum factum est, futurum tamen veremur, ut definit *Cajus l.* 2. *ff. de dam. infect. Cic. Top. c.* 4. Si quis in pariete communi damni infecti promiserit. Ubi subaudiendum est, *nomine*, quemadmodum dicitur, *dotis dare*. ¶ Ponitur etiam damnum pro multa, *castigo, pena. Cic.* 3. *Off. c.* 5. Hoc spectant leges, incolumem esse civium conjunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. Adde *Liv. l.* 4. *c.* 51.

Damŭla, f. 1. dimin. a dama. *Apul. l.* 8. *post princ.* Nec ulla caprea, nec pavens damula. Ita leg. *Priceus*, & *Elmenhorst.*

Dan, Tribus Judææ, in ora litor. maris mediter. Habet ad Or. Tribum Judam, ad Austr. Tribum Simeon. Ejus præcipua urbs est Joppe, in ora litor.

Danăe, f. 1. per tres syllabas, Δανάη, Acrisii Argivorum Regis filia, neptis Abantis: Cum Acrisio prædictum esset, fore, ut a nepote interficeretur, Danaem in turrim inclusit, turrimque militum, & canum excubiis ab adulteris munivit. Sed Jupiter in imbrem aureum conversus, in turrim ingressus est. Danae ex Jove Perseum peperit. Rex conclusam Danaen in arca una cum filio in mare projici jussit. Delata illa arca est ad Apuliæ litus, & a piscatore capta, & aperta. Danae una cum filio ad Pilumnum Regem ducta in uxorem accepta est, cui Daunum peperit, cum ex Apulia ad Rutulos migrassent, & Ardeam condidissent. *Ovid. Met. l.* 4.

Danaeĭus, a, um, adject. a Danae, ut heros Danaeius. h. e. Perseus Jovis ex Danae fil. *Ovid. Met.* 5.

Danăi, orum, m. Græci a Danao, qui Argis regnavit, ita appellati. *Virg. in Æneide passim.*

Danaĭdæ, arum, m. Δαναΐδαι, Danai, Græci. *Senec. in Troad. v.* 607. Quid agis, Ulysse? Danaidæ credent tibi? tu cui? parenti. *Id. ibid. v.* 757. Virtus Ulyssis Danaidis nota est satis, Nimisque Phrygibus.

Danaĭdes, dum, f. Δαναΐδες, filiæ Danai de quib. in voce sequenti. *Sen. in Herc. Fur. v.* 757. Urnasque frustra Danaides plenas gerunt.

Danăus, m. 2. al. Armaides, filius Ægisthi, nepos Beli Prisci, frater Ægypti. Anno mundi 3716. apud Ægyptios Regnum exorsus est. Ex compluribus uxoribus quinquaginta filias genuit, quæ Belides ab avo, Danaides a patre dictæ sunt. Has cum peteret Ægyptus frater filiis suis, qui totidem erant numero, in uxores, Danaus Oraculum consuluit, ex quo didicit, se a genero interfectum iri. Ut fratris vim effugeret, in Græciam navigavit, ubi Stheleno, al. Sthenelo Rege expulso, Argos tenuit. Sed Ægyptus filiis imperavit, ut patruum persequerentur, nec nisi eo interfecto redirent. Belo igitur coactus Danaus promisit, se Ægypti petitioni satisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias subornavit, ut clam se cultris armarent, & viros jam vino, lætitiaque sopitos jugularent. Virgines patri obedientes captato tempore necarunt viros, unaquæque suum, excepta sola Hypermnestra, quæ Linum, seu Lynceum virum suum servavit. Quare ob tale netas fabulantur apud Interos hisce virginibus supplicii loco præscriptum esse dolium pertusum aqua implere, e quo tantumdem effluat, quantum infundatur. Hinc prov. *Dolium Danaidum*, quod in avaros competit, quorum avaritiæ nihil est satis, aut in prodigos, quorum profusioni nullæ opes sufficiunt, aut in homines futiles, qui arcana fidei suæ credita nequeunt continere. Danaus quinquaginta regnavit annos, ac tandem a Lynceo genero juxta oraculum interfectus est. *Boccat. l.* 2. *Gen.*

Danăus, a, um, adject. ad Danaos pertinens. *Ovid. Heroid. ep.* 3. *v.* 86. Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?

Dani, Daniæ populi bellicosissimi, *Danesi.*

Dania, f. 1. *Danimarca*, Ger. *Denemark*, Regnum Europæ ad Sept. Habet ad Aust. Germaniam versus Holsatiam, in aliis partibus circumcingitur mari Germanico, & mari Baltico. ¶ Urbs primaria, & Regia est Haphnia, *Copenhagen*, in Selandia, ad Sundicum fretum.

Danista, m. 1. *usurario, creditore*, נושה, Ger. *wuchener*, Gal. *usurier*, Hisp. *usurero*, δανιστής, fœnerator, creditor, a δανίζω, mutuum do. Alii derivant a dando, quod det fœnori. *Plaut.* Morigerus est mihi danista, qui de me argentum non petit. Adde *Epid.* 1. 1. 53.

Danistĭcus, o. 1. 2. δανιστικός, fœneratorius. *Plaut. Most.* 3. 1. 128. Genus hominum danisticum.

Dano, is, antiq. verb. a. 3. pro do, *dare*. Utitur sæpe *Plaut.* v. g. *Most.* 1. 2. 48. Adminiculum eis danunt.

Danōsus, a, um, adject. liberalis, a dano pro do. V. Damnosus.

Dantiscum. V. Gedanum.

Danubĭus, m. 2. Ister, *Danubio*, Ger. *Donavv*, & *Tondvv*, fl. Germaniæ. Oritur ex Abnoba M. in Sylva Nigra, & in Comitatu *Bar*, prope Villingam oppid. Sueviæ, & versus Bessaraviam se in Pontum Euxinum exonerat per sex ostia, quorum duo tantum navigabilia sunt, aliis sensim oblimatis, aut arena oppletis. Vocatur & Ister: unde & binominis dicitur ab *Ovid. l.* 1. *Pont. epist.* 8.

Dapālis, & le, o. 3. *sontuoso*, λιπαρός, δαψιλής, quod diversis, & amplis dapibus constat. *Plin. lib.* 10. *c.* 10. Pavonem cibi gratia Romæ primus occidit Orator Hortensius dapali cœna Sacerdotii. *Non. c.* 2. *n.* 200. Dapalis cœna est amplis dapibus plena. ¶ Dapalis Jupiter dicebatur a Vett. quod ei sacra dapali epulo fierent. *Cato de R. R.*

Dapatĭce, *splendidamente*, λιπαρῶς, adv. laute. *Fest.* leg. Daptice.

Dapatĭcus, a, um, o. 1. 2. *ampio*, *magnifico*, μεγαλοπρεπής, quod est amplum, magnificum. *Fest.* melius leg. Dapticus.

Daphnæus, a, um, adject. ad Daphnem pertinens, ut Daphnæi Apollinis fanum, apud *Ammian. l.* 22. *c.* 13. (*al.* 31.)

Daphne, δάφνη, Penei fluvii filia, quæ ab Apolline amata, cum ejus vim non posset effugere, implorato paterno numine, conversa est in laurum. *Ovid.* 1. *Met.*

Daphne, f. 1. regiuncula Thessaliæ, per quam Peneus fl. labitur, ubi Daphne Nympha ab Apolline amata est.

Daphnenses, Daphnes incolæ. *Eutrop. l.* 6. *c.* 11. Aliquantum agrorum Daphnensibus dedit.

Daphnĭa, f. 1. gemma comitialibus morbis utilis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Daphnicus, a, um, adject. possess. ad Daphnem pertinens. *Eustatius Gallic. in Avidio, c.* 5. Diffluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes. h. e. dissolutis.

Daphnis, m. 3. Mercurii quarti filius, Latine *Laurus*, in Sicilia natus, juvenis formosissimus, qui primus Bucolicum carmen inveniisse dicitur. Postremo oculis captus est, quod ebrius cum aliena fœmina congressus esset, ut prædictum ei fuerat a Nympha. *Suid.* ¶ Item fil. Paridis, ex Enone Nympha Idæ M. qui ei cum Idæo natus est, quo tempore pastoralem vitam agebat.

Daphnītes, m. 1. δαφνίτης, Apollo Ammonius.

Daphnoïdes, m. 1. δαφνοειδής, lauri genus, frutex ramosus, crassiore, ac molliore folio. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Daphnon, onis, m. *luogo, dove sono molti lauri*, lauretum, locus multis consitus lauris. *Mart. l.* 10. *epigr.* 79. Disposuit Daphnona suo Torquatus in agro.

Dapīno, a. 1. est dapes parare, non a dapibus, sed a δαπάνη, *sumptus*, vel a δαπανάω, *consumo. Plaut. Cap.* 4. 2. 117. Æternum tibi dapinabo cibum, si vera autumas.

Daps, dapis, f. 3. & antiquitus dapis, is, vel dapes, is, *vivanda*, מטעם, Germ. *speise*, Gal. *viande*, Hisp. *manjar*, ἔδεσμα, omnis magnificus, & opiparus apparatus, a δάπτω, *voro*. A *Festo* sic definitur, Daps apud Antiquos dicebatur res divina, quæ fiebat aut hyberna semente, aut verna, quod vocabulum ex Græcis deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. *Serv.* 1. *Æn.* scripsit, dapes Regum esse, epulas privatorum, & 3. *Ænei.* dapes esse Deorum, epulas hominum. Sed de omnibus magnificis, & opiparis conviviis dicuntur. *Liv. l.* 1. Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium, dapemque Potitiis, ac Pinariis. *Virg.* 3. *Æn. de Cyclope*, Expletus dapibus, vinoque sepultus. ¶ *Ovid.* 8. *Met. v.* 683. Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant, *dimandando perdono dello scarso trattamento.*

Dapsĭlis, le, o. 3. antiquitus dapsilus, a, um, o. 1. 2. *abbondante, liberale*, Ger. *reichlich*, Gal. *abondant, somptueux*, Hisp. *magnifico, liberal*, δαψιλής, abundans, liberalis, largus. *Plaut. Most.* 4. 2. 66. Dapsiles sumptus facit. *Sueton. in Vespas. c.* 19. Dapsile convivium.

Dapsĭlĭter, idem ac dapsile. *Næv. in Corollar. apud Charis.* Ita dapsiliter suos amicos alit.

Daptĭce, adverb. δαπτικῶς, magnifice. *Fest.*

Daptĭcus, a, um, o. 1. 2. δαπτικός, amplus, magnificus, a δάπτω, voro. *Fest.*

Dardanarĭus, m. 2. *rivendugliolo*, ταντοπώλης, est, qui omnia præemit, ut carius vendat. Odiosissimo hominum generi odiosissimum nomen fecere, a Dardano insigni Mago, quasi Dardaniis, h. e. magicis artibus annonam in horrea sua converterent, eorum instar, qui in leg. 12. Tab. dicuntur ex alienis agris pellicere fruges. *Ulpian. l.* 4. *tit.* 11. *leg.* 6. Ne dardanarii ullius mercis sint. V. *Turneb. l.* 9. *Adverf. c.* 17.

Dardanĭa, f. 1. *Bossina*, pars Mœsiæ sup. ubi postea Dacia mediterr. & nunc Servia versus Aust. & Herzegovina. Pop. *Dardani*, vel *Dardanii*. ¶ Item regiuncula Asiæ in Trojano Regno, inter Hellespontum, & fontes Granici flu. ubi alias Dardania urbs, & Dardanium prom. medium inter Trojam, & Abydum. ¶ Item inf. maris Ægæi Thraciæ adjacens, quæ postea Samothracia dicta est.

Dardanĭdes, æ, m. qui est e Dardania. *Virg.* 3. *Æn. v.* 94. Dardanidæ duri. Et 5. *Æn. v.* 45. Dardanidæ magni, genus alto a sanguine Divum.

Dardănis, idis, adject. f. quæ a Dardania est. *Ovid. Met.* 13. *v.* 413. Matres Dardanides.

Dardanĭum, sive dardanum, n. 2. aureum brachiorum ornamentum, ita dictum a Dardanis. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Ut habeant in lacertis jampridem & viri, quod e Dardanis venit, itaque & Dardanium vocatur.

Dardanĭus, a, um, adject. Dardanus. *Colum. l.* 10. *v.* 357. At si nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniant artes. sc. a Dardano mago. V. Dardanarius.

Dardănum, n. 2. Dardanium, Dardania, urbs olim Troadis lit. inter ostia Simoentis, & Scamandri flu. ad fontes Simoentis, inter Abydum ad Bor. & Sigæum ad Mer.

Dardănus, m. 2. filius Jovis, & Electræ, qui, cum Jasium frat. interemisset in dissensione de Regno, fugit in Samothraciam, deinde in Asiam, locaque tenuit Hellesponto proxima, ubi Dardanum urbem condidit, & regionem Dardaniam appellavit. Vide *Dionys. l.* 1. *Antiq. Rom.*

Dardănus, a, um, adject. gent. idem quod Trojanus, ut Dardanus au-

auctor, apud *Sil. l. 1. v. 14.* Dardana pubes, *Virg. 5. Æn.*

Dares, etis, m. 3. Δάρης, Historicus Phrygius, qui primus bellum Trojanum, cui ipse interfuerat, Græce conscripsit, quod postea ab aliquo deterioris ævi Scriptore latine conversum est.

Darius, m. 2. Rex Persarum, filius Hystaspis, pater Xerxis. V. *Justin. l. 1. & 2.* ¶ Alius item fuit, Arsanis, & Sysigambis filius, qui ab Alexandro Magno victus est. V. *Justin. l. 11. Q. Curt. l. 3.* &c.

Darton, i, n. δάρτον, tunica exterior nervorum, a qua testiculi dependent. *Cels. l. 7. c. 18.*

Dasypus, hujus dasypodis, com. *coniglio*, שפן, Germ. *haas*, *kinigle*, Gal. *lapin*, *conil*, Hisp. *conejo*, δασύπους, lepus, vel melius cuniculus, a δασὺς, hirtus, & πὰς, pes. *Plin. l. 10. c. 63.* Dasypodes omni mense pariunt, & superfætant, sicut lepores.

Datarius, a, um, adject. qui dari potest, vel dandus est. *Plaut. Pseud. 4. 2. 12.* An non prius salutas? Sy. Nulla est mihi salus dataria.

Datatim, adver. invicem dando, ut Ludere datatim, hoc est, invicem dando, quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim mittitur, & remittitur. *Plaut. Curc. 2. 3. 18.* Tum isti, qui pila ludunt datatim servi scurrarum in via.

Dathiatum, i, appellatur thus secundæ vindemiæ, viliorisque pretii, quod vere colligitur, incisis hieme arboris corticibus. *Plin. l. 12. c. 14.*

Datio, onis, f. 3. actus dandi. *Cic. pro leg. Agr. 2. c. 22.* Cujus judicium, legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur. *Var. l. 3. R. R. c. 9.* Remittendum in datione.

Dativus, a, um, adject. idem quod datarius, ut dativi tutores, qui testamento dati sunt, *Ulp. in fragm. tit. 11. §. 14.* Sed *Justin. Cod. de legit. tut. l. ult.* Dativi tutores sunt, qui a judice dantur. ¶ Dativus casus apud Grammat. tertius est a recto, ut *tibi*, *patri*. *Quintil. l. 1. c. 4.*

Dato, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a do, *dare spesso*. *Plaut. Aulul. 4. 4. 10.* Te datare, credo, consuetum. *Plin. l. 25. c. 5. sect. 23.* Binas, non amplius drachmas datavit.

Dator, oris, m. 3. *datore*, נותן, Germ. *geber*, Gal. *donneur*, Hisp. *donador*, δοτὴρ, qui dat. *Virg. 1. Æn. v. 734.* Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno. ¶ In pilæ lusu datores dicuntur, qui pilam feriunt, & remittunt; qui vero primo jaciunt, factores. *Plaut. Curc. 2. 3. 17.* Tum isti, qui ludunt datatim servi scurrarum in via, & datores, & factores omnes subdam sub solum.

Datum, ti, n. 2. *cosa data*. *Cic. de Amic. c. 16.* Ut par sit ratio acceptorum, & datorum. *Ovid. 6. Metam. v. 461.* Sollicitare aliquem datis. ¶ Datum etiam dicitur in calculorum ludis. *Cic. apud Non. c. 2. n. 781.* Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicujus dati pœnitet.

Datus, a, um, o. 1. 2. *dato*, δεδομένος, part. a do. *Ovid. de Art.* Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt. *Nepos 7. 3. 1.* Collegæ dati. Sic data opera, *a bella posta*. *Plin. l. 7. epist. 12.*

Datus, us, m. 4. *il dare*. *Plaut. in Trin. 4. 2. 16.* Is mille nummum se auri meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico ajebat meo.

Daucus, o. 1. 2. corrupte ex δαδοῦχος, qui facem præfert. *Plaut. Curc. 1. 1. 9.* Tute tibi puerus daucus luces cereum. Vulgo est, *puer es lautus*. ¶ Item herba, similitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis, & minoribus, hirsutisque, caule pedali recto, radice suavissimi gustus. *Plin. l. 25. c. 9.*

David, idis, notus Rex, & Propheta apud Hebræos, quod nomen *dilectum* significat, vel *desiderabilem*. A quo fit

Davidicus, a, um, adject. *Prudent. hymn. Epiphan. v. 49.* Jam flos subit Davidicus.

Daulia, *Eladasagni*, al. *Diavolo*, urbs Macedoniæ medit. a Scampi parum distans in Aust. ¶ Daulia item, vel Daulis, *Dualia*, urbs Phocidis, in Achaja, inter Delphos, & Buliam, olim sub ditione Terei Regis Thracum. Hic hirundines non nidificant, nec lusciniæ pariunt. *Plin. l. 4. c. 3.*

Daulias, æ, patron. a Daulia urbe Phocidis. *Albinovan. Eleg. ad Liv. v. 106. de Philomela.* Deflet Threicium Daulias ales Itin. *Daulia* enim sub Terei ditione fuit; de quo in avem verso V. suo loco.

Daunia, Apulia Daunia, *Puglia piana*, nunc *Capitanata*, Prov. Regni Neapolitani. Habet ab Or. Apuliam Peucetiam Aufido flu. dividente, ab Occ. Aprutium, a Sept. mare Jonium, vel Hadriaticum, a Meridie Apenninum M. Dicta est a Dauno Pilumni, & Danaes filio. Sed aliqui a Dauno Illyricæ gentis claro viro, Diomedis socero, appellatam esse scripserunt.

Dauniacus, a, um, adject. idem quod Daunius. *Sil. l. 12. v. 429.* Jamque in Dauniacos perfundens agmina campos. Ita legit *Nic. Heins.* Alii Daunivagos.

Daunius, a, um, adject. qui est ex Daunia, *Pugliese*. *Sil. l. 8. v. 358.* Daunia regna. *Hor. l. 4. od. 6. v. 27.* Camenæ Dauniæ.

Daunus, filius Pilumni ex Danae filia Acrisii. Natus est Ardeæ in Rutulis. Pilumnus enim, cum Danaen uxorem duxisset, ex Apulia, ubi regnabat, Acrisium metuens, quia fere Acrisio subjecta erat, in Rutulos migravit, ibique Ardeam condidit. Sed tamen Daunus in Apuliæ parte regnasse dicitur, & de suo nomine Dauniam appellasse. Filium genuit, cujus nomen incertum est. Fuit avus Dauni secundi, proavus Turni. ¶ Daunus alter, nepos prioris, vel filius, ut alii volunt. Ex Venilia sorore Amatæ uxoris Latini Regis multos filios suscepit, ex quibus Turnum, & filiam, quæ Diomedi in uxorem data est. Sed aliqui dicunt, Turnum Dauni primi filium fuisse, & nepotem Pilumni. ¶ Est item nomen fluvii in Apulia.

Dautia. V. Lautia.

Davus, i, m. 2. antiquis idem, qui postea Dacus. Dacorum autem plurimi in Græcia servi erant. Hinc factum est, ut in Comœdiis servi Davi appellentur, ut Geta, Syrus, &c. A Natione enim sæpe servi nominabantur. ¶ Habet hoc nomen cognationem quandam cum *Dalivus*, de quo sup. *Ter. And. 1. 2. 20.* Davus sum, non Oedipus, h. e. simplex, & minime astutus. *Horat. ad Pison. v. 114.* Plurimum enim intererit, Davusne loquatur, an heros. h. e. servus. Alii legunt Divusne.

D ANTE E.

De, *de*, *di*, *da*, Germ. *von*, παρὰ, præp. olim di, vel dis, a διὰ, quæ in compositione idem significat, ut διαφέρω, differo. Significat *a*, vel *ab*, vel *ex*. *Cicer. pro Corn.* Audivi de parente meo puer. ¶ Item *περὶ*, *circa*. *Cic. in Fam.* Consiliis tuis, quæ scribis de agris assignandis ab utrisque vestrum, vehementer assentior. ¶ Item *propter*. *Ter. Eun. 3. 2. 4.* Ecquid nos amas de fidicina isthac? ¶ Item *in*, vel *per*, ut, de die, de nocte. h. e. per diem, per noctem. *Horat. l. 1. epist. 2. v. 32.* Surgunt de nocte latrones. *Sueton. Domit. c. 21.* Lavabat de die, prandebatque ad satietatem. *h. e.* statim a matutino. *Cic. Q. Fr. l. 2. epist. 1. ad fin.* Considerate diligenterque naviges de mense Decembri. *Cæs. 2. B. Civ. c. 35.* De tertia vigilia exercitum reducit. ¶ Pro post, *Plaut. Mostell. 3. 2. 8.* Non bonus somnus est de prandio. ¶ Item quod attinet ad. *Plaut. Merc. 3. 1.* De lanificio neminem metuo. ¶ Significat etiam materiam, ex qua res fit. *Ovid. Metam. 1. v. 127.* De duro est altera ferro. ¶ Eleganter interponitur, ut hac de re, qua de re. *Cicer. de Invent.* Multis de causis.

Dea, æ, f. 1. *Dea*, Germ. *Gettin*, Gal. *Deesse*, Hisp. *Diosa*, Θεά. *Virg. Ecl. 4. v. ult.* Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili. ¶ In Dat. plur. facit *Deabus*, ubi distinctione opus est. *Cic. pro Rab. c. 2.* A Diis, Deabusque immortalibus pacem pete. ¶ Facit etiam *Diis*. *Var. l. 3. R. R. c. 16.* His Diis Helicona, atque olympum attribuerunt homines. V. *Voss. de Anal. l. 2. c. 4.*

Deacinatus, o. 1. 2. a quo acini abstersi sunt. *Cato de R. R. c. 26.* Si bene deacinata erunt dolia.

Deactio, peractio. *Festus*.

Dealbator, oris, m. qui dealbat, albarius, λευκαντής. *Leg. 1. Cod. de excus. art.* Sculptores, dealbatores, cusores.

Dealbatus, a, um, nom. ex partic. *imbiancato*. *Cic. Ver. c. 55.* Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis.

Dealbo, a. 1. *biancheggiare*, הלבין, Ger. *vveissen*, Gal. *blanchir*, Hisp. *emblanquecer*, λευκαίνω, album reddo. *Curt. Cic. 7. Fam. epist. 29.* Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. V. Fidelia.

Deamatus, V. in Deamo.

Deambulacrum, i, n. 2. locus, in quo deambulamus, *passeggio*. *Mamertin. Paneg. Jul. c. 9.* Fora, deambulacra, gymnasia.

Deambulatio, f. 3. *passeggiamento*, περίπατος, actus deambulandi. *Ter. Heaut. 4. 6. 2.* Me hæc deambulatio, quamquam non laboriosa, ad languorem dedit.

Deambulatorium, ii, n. *passeggio*, locus ad deambulandum. *Capitolin. in Gordian. c. 32.*

Deambulo, n. 1. *passeggiare*, התהלך, Germ. *spacieren*, Gal. *se promener*, Hisp. *passear*, περιπατέω, de loco ad locum ambulo, ut fit salutis, vel animi causa. *Cic. 1. de Leg.* Ubi, cum satis erit deambulatum, requiescemus.

Deamo, a. 1. *amar di cuore*, עגב, Ger. *von herizen lien haben*, Gall. *aimer do tout son coeur*, Hisp. *querer muy bien*, ὑπερφιλέω, valde amo. *Ter. Heaut. 4. 6. 21.* Deamo te, Syre. *Plaut. Truc. 4. 1.* Nuntiavit, mea dona deamata, acceptaque habita apud Phronesium.

Deargentassere, obsolet. verbum infiniti modi, pro argento spoliare. *Lucil. apud Non. c. 2.* Depeculassere aliqua sperans me, ac deargentassere.

Deargentatus, a, um, adject. *inargentato*, argento tectus, ut deargentata arma. *Oros. l. 3. c. 22.*

Dearmatus, a, um, adject. ex partic. verbi dearmo, exarmatus, armis spoliatus, *disarmato*. *Liv. lib. 4. c. 10.* Prælatis spoliis, quibus dearmatum hostium exercitum sub jugum miserat.

Deartuo, as, a. 1. *smembrare*, נתח, Germ. *zerstucken*, Gal. *de membrer*, Hisp. *despedacar en miembros*, ἀπαρθρόω, est in articulos dissecare, vel per artus incidere, ab artuo. *Plaut. cap. 3. 4. 109.* Deartuatus sum miser scelesti hujus technis. *Id. ibid. 3. 5. 14.* Delaceravisti, deartuastique opes.

Deasciatus, a, um, nom. ex partic. a deascio, dolatus, *polito*. *Prudent. Roman. v. 381.* Deasciato supplicare stipiti.

Deascio, as, a. 1. ascia polio. Translate *Plaut. Mil. 3. 3. 11.* Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deasciari. *h. e.* fraudari, decipi, multari.

Deaurator, oris, m. qui inaurat, *indoratore*, χρυσωτής. *Leg. 1. Cod. de excus. art.*

Deauratus, a, um, *indorato*. *Senec. ep. 76.* Cui deauratus est baltheus.

Deauro, as, a. 1. *indorare*, χρυσόω, est a summo ad imum aureum facere. *Cod. Theodos. l. 1. de Fabricens.* Bucculas tegerent argento, & deaurarent.

Debacchor, d. 1. *infuriare*, השתגע, Germ. *unsinnig vverden*, Gal. *ètre en furie*, Hisp. *usar furor*, ἐκβακχεύομαι, proprie est per ebrietatem furere, translate est insanire generatim. *Ter. Adel. 2. 1. 30.* Si satis jam debacchatus es, leno, audi, si vis, nunc jam. Sa. Egon' debacchatus sum autem, an tu in me? ¶ De inanimis etiam dicitur. *Horat. l. 3. od. 3. v. 55.* Qua parte debacchentur ignes. h. e. calores.

Debatuo, is, a. 3. idem quod batuo, verbero. *Petron. in fragm. Tragur. c. 69. Burm.*

Debellator, m. 3. qui debellat, *debellatore*. *Stat. Theb. 9. v. 545.* Debellator cruenti gurgitis.

Debellatrix, icis, f. quæ vincit, & debellat, *debellatrice*. *Tertull. Apol. c. 25.* Græcia Phrygiæ debellatrix. *Lactant. l. 1. Instit. c. 9.* Libido pudoris, & famæ debellatrix. ¶ In exemplo allato Tertulliani *Rigaltius* mavult *debellator*; idque exemplis in re consimili tuetur, & vet. librorum auctoritate.

Debellatus, a, um, adject. victus, superatus bello, *debellato*. *Liv. l. 8. c. 10.* Vi hostis debellatus. ¶ Eleganter ponitur particip. debellato absolute. *Liv. l. 30. c. 8.* Velut jam debellato, quod ad Syphacem Carthaginiensesque attineret, *come finita la guerra*.

Debello, a. 1. *vincere in guerra*, נצח, Germ. *ubervvinden, und bezvvingen*, Gal. *vaincre en battaille*, Hisp. *vencer en guerra*, καταπολεμέω, est bello vincere, & proprie dicitur de hominibus, ut expugnare de urbibus, castris, & hujusmodi. *Plin. lib. 6.* Darium Alexander debellavit. ¶ Debellatum est, bellum finitum est. *Liv. l. 8.* Debellatum est cum Græcis.

Debeo, es, debui, debitum, n. 2. *dovere*, *essere debitore*, *tenuto*, *obbligato*, חיב, Ger. *sollen*, Gal. *devoir*, Hisp. *dever*, ὀφείλω, est teneri, debitorem esse, a *de*, & *habeo*, quasi de alio habeo. *Cic. pro Flacco*, Semper ita sentiet talem se animum & generis dignitati, & pietati suæ, & patriæ debuisse. *Id. Fam. 10. epist. 12.* Perfice, ut ne minus Resp. tibi, quam tu Reip. debeas. ¶ Debere interdum ea dicimur, quæ metuenda nobis impendent. *Hor. l. 1. od. 14. v. 15.* Tu nisi ventis debes ludibrium, cave, &c. h. e. nisi tu vis ventis ludibrio esse. Ita Græci ὀφλισκάνειν γέλωτα, debere risum. h. e. ludibrio esse; ὀφλισκάνειν δίκην, condemnari. ¶ Debere non posse, *Ovid. Heroid. epist. Paridis, v. 103.* Non potui debere mihi spem longius istam, Cærulea peterem quin mea vota via. *Cic. 4. Att. epist. 2.* Itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest. h. e. edenda est, quia flagitari a juventute video. ¶ Significat etiam *esser debitore*, & tam de pecuniis dicitur, quam de aliis rebus. *Cic. Phil. 2.* Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis debebas. Sic debere alicui laudem, officium, beneficium, præmium, &c. idem *Cicero* sæpe. *Virg. 6. Æn.* Corpora debentur fato. ¶ *Id. 11. Æn.* Nos juvenem exanimum, & nil cœlestibus ullis Debentem, vano mœsti comitamur honore. h. e. mortuum. Vivi enim superis obnoxii sunt; mortui transeunt in potestatem inferorum. ¶ Item pro oportere. *Cic. 2. de Orat. cap. 77.* Partes orationis habere hanc vim debent. ¶ Debendus, a, um, partic. passiv. *Alcim. Avit. l. 6. ad soror. v. 149.* Conversio fratrum Exemplo debenda tuo.

Debibo, is, bi, idem quod bibo, *bere*. *Solin. c. 12.* Quorum alterum si ovillum pecus debibat, pullum fieri, &c.

Debilis, le, o. 3. *debole*, חלש, Ger. *schvvach*, Gal. *foible*, Hisp. *flaco*,

ἀσθενής, infirmus, malæ habitudinis, ex *de*, & *habilis*, quasi parum habilis. *Cic. in Catil.* Infirmos sine illo, ac debiles fore putabam. ¶ Debilis etiam dicitur, qui mutilus seu mancus est. Sic *Tac. l.* 12. *Ann. c.* 14. debilem vocat, qui truncа manu erat. *Id.* 4. *hist. c.* 62. Dux effosso oculo, dirus ore, ingenio debilior.

Debilĭtas, atis, f. 3. *debolezza*, חלושה, Ger. *schwachheit*, Gal. *foiblesse*, Hisp. *flaqueca*, ἀδύναμια, infirmitas. *Cic.* 5. *de Fin.* Ob eamque debilitatem animi multi parentes reliquerunt. ¶ Dicitur etiam de eo, qui mutilus, & mancus est. *Plin. l.* 7. *epist.* 18. debilitatem de eo dixit, qui omnibus membris extortus, & fractus est.

Debilitate, adverb. debiliter. Auctorem habet *Non. c.* 2. *n.* 228.

Debilitatĭo, f. 3. idem ac debilitas, vel actus debilitandi. *Cic. in Pison. c.* 36. Quid debilitatio, atque abjectio animi tui?

Debilitatus, a, um, adject. ex partic. *indebolito*, *reso inabile*. *Cic. pro Quint. c.* 1. Multis incommodis veritas debilitata. *Id.* 9. *Fam.* Debilitatus animo. *Curt. l.* 8. *c.* 1. Debilitatus vulnere. Rursus *Cic.* 2. *de Orat.* Debilitatus a jure cognoscendo.

Debilĭter, adver. *debolmente*. *Pacuv. apud Non. cap.* 2. *n.* 228. Lacrymis lingua debiliter stupet.

Debilĭto, as, a. 1. frango infringo, comminuo, affligo, *indebolire*, חלש, Ger. *schwechen*, Gall. *affoiblir*, Hisp. *enflaquecer*, ἐξασθενίζω. *Cic. in Vatin.* Quæ leges sæpenumero Tribunitios furores debilitarunt, & represserunt. ¶ Significat etiam mutilare, truncare, *render' inabile*. *Leg.* 4. §. 12. *ff. de re milit.* Eum qui filium debilitavit, ut inhabilis militiæ fit, &c. *Suet. Aug. c.* 43. C. Nonium Asprenatem lapsu debilitatum aureo torque donavit. ¶ Debilitari invidia, h. e. premi, *Nepos Annib. c.* 1. Debilitari molestia, *Cic. Q. Frat. lib.* 1. *epist.* 1.

Debĭlo, onis, m. idem quod debilis, apud Veteres. *Enn. apud Fest.* Debilo homo.

Debitĭo, f. 3. idem ac debitum, *debito*. *Cic. pro Planc. c.* 28. Per quam dissimilis est pecuniæ debitio, & gratiæ.

Debĭtor, m. 3. *debitore*, חוֹב, Ger. *schuldner*, Gal. *detteur*, His. *deudor*, ὀφειλέτης, teste *Modestino*, proprie dicitur is, a quo invito exigi pecunia potest. *Cic. Att. l.* 3. Titinnius debitoribus suis renuntiavit, ut eodem fœnore uterentur. *Ovid. l.* 4. *de Pont.* Debitor vitæ suæ alicui.

Debĭtrix, icis, quæ debet, *debitrice*. *Ulpian. l.* 8. *ad SC. Velley.* §. 2. Si quasi debitrix delegatu est, una fit, interceptio. *Tertull. de Anim. c.* 35. Si omnium facinorum debitrix anima est.

Debĭtum, subst. n. 2. *debito*, כרח, Ger. *schuld*, Gal. *dette*, Hisp. *deuda*, ὀφείλημα, æs alienum, quod debetur. *Auct. ante Exil.* Fidei conducit in loco debitum retribuere. Hinc debitum exigere, solvere, *Cic. Q. Frat. l.* 1. *epist.* 2. Debita consectari, *farsi pagare*. *Id. Att. l.* 13. ¶ In debitis relidere dicitur, quod nondum solutum est. *L. ult. Cod. de præd. Senat.* ¶ Translate debitum reddere naturæ, pro mori, est *Nepotis de regibus*, *c.* 1. *Curtius* etiam *l.* 10. *c.* 5. *de Alexandro morituro*. Velut omni vitæ debito liberatus.

Debĭtus, a, um, adject. *Cic. pro Flac. c.* 23. Debitam pecuniam solvere. ¶ Transfertur & ad alia. *Id. Phil.* 7. *cap.* 3. Meritos alicui honores & debitos decernere. ¶ Interdum est idem ac destinatus. *Sulpic. Sev. l.* 1. *hist. sac. c.* 94. Postremis denique malis debitus, Regis animum offendit. *Claudian. in Gigantom.* Cælo debita progenies.

Deblatĕro, as, n. 1. *parlare stoltamente*, Germ. *bladern*, Gall. *babiller*, Hisp. *hablar boberias*, φλυαρέω, est stulte loqui, a blatero. *Fest.* Sed *Non.* obloqui, & confingere interpretatur. *Plaut. Aul.* 2. 3. 1. Deblateraſti jam vicinis omnibus, me meæ filiæ daturum dotem.

Debuccĭno, as, avi, atum, n. 1. idem quod buccino, & translate promulgo, ἀποκαγκάζομαι. *Tertul. de velan. Virg. c.* 13. Nihil debuccinemus eorum, quæ apud illum mercedem merebuntur.

Decachinno, as, avi, atum a. 1. derideo, *beffare*. *Tertul. Apol. c.* 47. Gehennam si comminemur, decachinnamur. Et *ad Nation. l.* 1. *c.* 19. Quo refolutius decachinnetis.

Decacuminatĭo, onis, f. cacuminis præcisio, βλαστολογία, *il tagliare la cima degli alberi*, *o d'altro*, ut decacuminatio cupressi, piceæ, cedri, apud *Plin. l.* 17. *c.* 24.

Decacumĭno, as, a. 1. *tagliare la cima*, ἀκρωτηριάζω, cacumen præcido, sive cacumine privo. *Col. lib.* 6. Ut adhuc tenera decacuminetur. Et *l.* 5. *c.* 6. Arbor decacuminanda est.

Decadivus, a, um, adject. qui inclinat, & cadit. *Vet. Poeta in Pervigilio Veneris*, *v.* 17. Et micant lacrymæ trementes decadivo pondere. Ita legit Lernutius. Scriverius dividit *de cadivo*. Alii alia reponunt.

Decalantĭco, as, a. 1. est calanticam detrahere. *Lucil. apud Non.* Decalanticare, eburno speculo depeculasse. *Turneb. l.* 29. *c.* 22.

Decalicātus, calce oblitus. *Festus.*

Decalvo, as, a. 1. *schiomare*, calvum reddo. *Veget. l.* 2. *de re Veterin. c.* 48. Locum, quem curare volueris, inducto philothro decalvas. *Hieronym. l.* 1. *adverſ. Jovinian. c.* 13. Sampson a muliere decalvatus.

Decantatus, a, um, adject. incantatus, *incantato*, apud *Apuleium lib.* 3. *Milef.* At ego nullo decantatus carmine. Et *supra eod. lib.* Decantatis spirantibus fibris, h. e. incantamento confectatis. ¶ Item repetitus, quasi sæpe cantatus. *Cic.* 2. *de Orat.* Omnes causas diligentes Oratores percursas animo, & prope decantatas habere debent.

Decanto, as, a. 1. *divulgare*, *celebrare*, שנה, Germ. *bochloben*, Gall. *dechanter*, Hisp. *divulgar*, *celebrar*, ἐπιφημίζω, laudo, celebro, divulgo. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 22. Sed & jam decantaverant fortasse. Ita Calepinus, & Thesaurus L. L. Sed hoc exemplum Ciceronis non tacit ad rem. nam eo loco *decantare* non celebrare, significat, sed cantare desinere, ut integrum contextum legenti patet. ¶ Significat etiam repetere, crebro dicere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 17. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi pe vulgata præcepta decantet. Adde *Horat. l.* 1. *od.* 33. ¶ Item incantare. V. Decantatus.

Decanummus, i, m. est denarius nummus, cujus quarta pars sestertius, decima as, apud *Var. Auct. de Limitib. Goes.* pag. 265.

Decanus, m. 3. δεκάρχων, in exercitu dicebatur, qui decem præerat militibus, ita ut ipse esset undecimus, a *decem*. Igitur, cum in centuria decem fuerint decani, sub uno vexillo centum & decem pedites fuere. Idem caput contubernii nominabatur. *Veg. l.* 2. *c.* 8. ¶ A Genethliacis etiam veteribus usurpatur pro præside decem partium signi. Cum igitur signum contineat gradus triginta, tres decanos in quolibet signo constituebant. Singulis vero decanis terna applicabant Numina. *Firmic. l.* 2.

Decapolis f. 3. regio Palæstinæ, sub qua pars Cœlesyriæ continetur, sic dicta a decem urbibus, quibus constabat.

Decapolitanus, a, um, adject. *Plin. l.* 5. *c.* 18. Jungitur Judææ Decapolitana regio, a numero oppidorum.

Decaprōti, m. 2. δεκάπρωτοι, decemprimi. *Ulpian. Alciat. ad X. lib. Cod. sub tit. de verb. sign. & in l. munus tribus modis*, *ff. de verb. sign.* Non fuere Magistratus. Nam Ulpian. ait, minores fuisse annis 25. ante annum vero 25. nemo capessere poterat Rempublicam.

Decap lo, as, a. 1. *votare*, *evacuare*, הריק, Germ. *ausschitten*, Gall. *vuider*, Hisp. *vaziar*, depleo, evacuo, a *capula*, vase vinario. *Plin. l.* 15. *c.* 6. Quare sæpius die decapulandum. Alii leg. *Capulandum*.

Decas, adis, f. 4. δεκάς, aliquid decenarium numerum continens. Hinc Livii historia in Decades distributa est, quę singulæ decem libros continent.

Decastĭdium, n. 2. *S. Anna*, pag. Brutiorum, in Calabria ult. inter Hipporum & Rhegium.

Decastўlus, i, m. decem columnas habens, δεκάστυλος, στύλος enim columnam significat. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Decaulescо, is, caulescо, caulem emitto, ἐκκαυλίω. *Plin. l.* 19. *c.* 7. Raphanus utique jucundior, detractis foliis, antequam decaulescat. V. *Harduin.*

Decēdes, pop. Galliæ Transalpinæ, non Liguriæ, ut scribit *Florus l.* 2. *c.* 3. V. Grævium ad hunc loc. & Hofman. Lex.

Decēdo, is, essi, essum, n. *partirsi*, הלך, Ger. *abweichen*, Gal. *se partir*, Hisp. *partirse*, ἀποχωρέω, generatim sumitur pro adire, discedere. Sic Consules de provincia dicuntur decedere, & prætides de urbibus. *Cic. Att.* Non putet nos Senatus ante oportere decedere, quam nobis successum sit. *Cic. pro Lig. c.* 1. Decedens Considius provincia. *Id. Att.* Cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit. ¶ Item deesse, cum dat. *Lactant. l.* 1. Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere, id perfectum, cui nihil possit accedere. ¶ Item mori, vel absolute, vel cum abl. *vita*, aut alio. *Cic. Att. l.* 1. Patet nobis decessit ad VIII. Cal. Decembris. *Id. de Senect.* Vetat Pythagoras sine jussu Imperatoris Dei de præsidio, & statione vitæ decedere. ¶ Decedere suo vel de suo jure, est non summo jure agere, sed aliquid sui juris condonare comiter. *Cic.* 2. *Off. c.* 18. Est enim liberale paululum nonnunquam de suo jure decedere. ¶ Decedere officio, vel de officio, est contra officium aliquid facere. *Cic. Verr.* 2. *c.* 10. ¶ Decedere de suo instituto, aut more, est secus, quam quis solitus sit, agere, mores mutare. *Liv. l.* 37. *c.* 54. ¶ Decedere de summa, est aliquid de summa detrahi, vel minui. *Ter. Adel.* Mea, quæ præter spem evenere, utantur, sine, de summa nihil decedet. ¶ Decedere de via, vel via, est vel per errorem, vel honoris causa digredi, *fallar la strada*, *o dar la strada*. *Suet. Cæs.* Cum luminibus extinctis decessisset via errabundus. *Plaut. Trin.* 1. 4. 80. Decedam ego illi de via, de semita, de honore populi. ¶ Eodem sensu dicimus absolute, decedere. *Cæs. l.* 6. *B. G. c.* 12. Quibus ita interdictum, iis omnes decedunt, aditumque eorum sermonemque defugiunt. ¶ *Tacit. l.* 14. *Ann.* Non ideo Thrasea decessit sententia. *mutò parere*. *Cic. pro Balbo:* Qui de civitate decedere, quam de sententia maluit. ¶ Decedere fide. h. e. fidem violare. *Liv. l.* 31. *c.* 5. ¶ Milites decedentes, *difensori*. *Pollio ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 32. ¶ Interdum usurpatur pro succedere. *Sueton. Cæs. c.* 24. Prospere decedentibus rebus. ¶ Die decedente, *la sera*. *Virg.* 4. *Georg.* Te veniente die, te decedente canebam. ¶ Denique aliquando usurpatur pro simplici, cedo. *Horat. lib.* 2. *od.* 6. Ubi non Hymetto mella decedunt.

Decem, *dieci*, עשרה, Ger. *zehen*, Gall. *dix*, Hisp. *diez*, δέκα, nomen numerale indecl. a Græca voce allata. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 7. Fundos decem & tres reliquit. *Ter. Andr.* 5. 4. 49. Decem talenta.

December, bris, m. *Decembre*, טבת, Ger. *christmonat*, Gall. *Decembre*, Hisp. *Deciembre*, τοσιδεών, nomen mensis, quod decimum locum teneret a Martio, a quo Romulus annum inchoavit. *Horat. l.* 1. *ep. ult.* Me quater undenos sciat impleviſſe Decembres.

Decembris, & bre, o. 3. adject. a December, ut Mensis decembris, Festa decembria, &c. *Hor.* 2. *serm. sat.* 7. *v.* 4. Libertate decembri utere, ideſt Saturnaliorum. *Liv. l.* 4. *c.* 37. Consules Idibus Decembribus magistratum occœpere.

Decemjŭgis, e, adject., qui decem juga habet, ut currus decemjugis, h. e. quem decem equi juncti trahunt *Sueton. Ner. c.* 24. Aurigavit quoque pluritariam, Olympiis vero etiam decemjugem. subaudi, currum.

Decemmodĭus, vel Decimodius, a, um, adject. qui decem modiorum mensuram capit. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Corbulæ decemmodiæ.

Decempagi, *Duose*, sive *Dieuze*, opp. Germ. sup. sive Galliæ Belgicæ, in Alsatiæ, & Lotharingiæ cont. al. in Lotharingia, a limite Alsatiæ, 10. l. in Occ. ad fl. Selnam, ubi exit e lacu Duodeciaco.

Decempēda, f. 1. δεκάπηχυς, mensuræ genus, nempe pertica decem pedes longa, unde & nomen accepit. *Cic. pro Mil. c.* 27. Cum architectis, & decempedis villas, hortosque peragrabat. *Horat. l.* 2. *od.* 15. *v.* 14. Decempedis metata porticus.

Decempedātor, oris, m. *agrimensore*, γεωμέτρης, terræ dimensor. *Cic.* 13. *Phil. c.* 18. Qui fuerat equissimus agri privati, & publici decempedator.

Decemplex, icis, adject. qui decem partibus superat. *Nepos in Miltiad. c.* 5. *ad fin.* In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium superarent.

Decemplicātus, a, um, idem quod decemplex. *Varr. l.* 5. *L. L. c.* 5. His decemplicatis conjuncto præverbio, ex uno quinque millia numero efficerent.

Decemprimatus, us, m. decemprimorum dignitas. *Hermogen. Dig. l. ult. l.* 1. Patrimonii sunt munera &c. decemprimatus.

Decemprīmi, dicuntur a Cicerone, qui δεκάπρωτοι Græce. Hoc nomine vocabantur in municipiis, & provinciarum oppidis, qui præcipui, & primi erant inter decuriones, quique simul cum Duumviris remp. gubernabant, præerantque sumptibus Reip. causa faciendis. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 9. Itaque decurionum decretum statim fit, ut Decemprimi proficiscantur ad Sylam. ¶ Scribitur & divisim, *Decem primi*, ut est in *Cenotaphio Pisano L. Cæsaris*.

Decemrēmis, is, f. navis decem remorum ordinibus instructa. *Plin. lib.* 7. *cap.* 56. *ad fin.* Sex ordinum navem invenit Xenagoras: ab ea ad decemremen Mnesigiton. Est qui leg. *deciremen*, sed minus recte. ¶ Biremis quidem, ac triremis ratio facile intelligitur, exhiberturque etiam oculis ab Eruditis, ex antiquitatis monumentis desumpta figura: ut de triremi tecerunt. *Scheffer. in fi. lib.* 1. *de milit. nav.* & *Græv. ad Flor. lib.* 4. *cap.* 11. ex columna Trajana, &c. Verum ubi numerus ordinum crescit, non videtur satis commode intelligi, quo pacto aut tot remorum series ad latera navium, sive recto ordine, sive in quincuncem, apte locari possent; aut tot remigantium ordines & consisterent in ipsa navi, & commode se remigando moverent: quamvis doctissimis commentis rem plures litterati viri expedire conati sint. V. inter ceteros *Raph. Fabrett. de columna Trajana*, *cap.* 5. & *Dissertat. criticam adnexam To.* 7. *hist. Rom. P. P. Catrou*, *& Rouillé*. ¶ *Harduinus ad loc. Plin. cit.* constanter negat, *ordines* hosce significare remorum series alias aliis superpositas, & si qui in antiquis monumentis ita conformati conspiciantur, non omnes esse mobiles, sed solum superiores. imos vero contendit fixos, & navi adhærentes fuisse. Quem vero ad usum, non satis apparet. Censet autem, cum dicimus *duos*, *tres*, *sex*, *septem*, *&c. remorum ordines*, *decemremem*, &c. intelligi tantummodo sex, septem, decem &c. remos in singulis navium lateribus: quasi ideo dicantur *ordines*, quia singulis remis plures remiges, uti & nunc fit, destinabantur. Verum hæc quoque sententia & explicandi ratio incerta est.

Decemscalmus, m. 2. actuariolum, quod decem scalmis agebatur. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Hæc ego conscendens e Pompejano tribui actuariolis decemscalmi.

Decemvi-

Decemvirālis, o. 3. quod ad Decemviros ſpectat. *Cic. 6. Verr.* Tum ex ampliſſimo collegio decemvirali Sacerdotes P. R. &c. ¶ Leges decemvirales, leges duodecim tabularum, quibus perferendis Decemviri Conſulari potestate creati ſunt. *Liv. lib.* 3. Leges decemvirales, quibus tabulis duodecim eſt nomen, in æs incisas publice propoſuerunt.

Decemviraliter, adverb. more Decemviri. *Sidon. l. 8. epiſt. 6.*

Decemvirātus, us, m. dignitas, & officium decemvirorum. *Cic.* 2. *Agr.* Ut ii decemviratum habeant, quos plebs deſignaverit. Et in plur. num. *Liv. l. 4. c. 15.* Conſulatibus, Decemviratibus, ſuis majorumque honoribus.

Decemviri, m. 2. Magiſtratus decem virorum, qui anno U. C. 300. vel 301. pro Conſulibus legum ferendarum cauſa creati ſunt. ¶ Decemviri litibus judicandis erant præſides quæſtionum privatarum, qui creabantur, cum Prætor urbanus ad bellum exiret, ut eſſent pro Prætore in juriſdictione exercenda. *Sigon. de ant. jure C. R. lib.* 2. *cap.* 18.

Decennālis, o. 3. *di dieci anni*, δεκαέτης, quod eſt decem annorum, ut Bellum decennale Trojanum, *Ammian. l.* 15. *c.* 29. (al. 12.) ¶ Hinc Decennalia, abſolute, ſc. feſta, vel ludi, qui ſingulis decenniis celebrabantur. *Trebell. Pol. in Solino*, Decennalia Romæ ab eodem celebrata (h. e. decimus Imperii annus) & poſt decennalia Gothi ab eo victi.

Decennis, e, o. 3. *di dieci anni*, Ger. *zehenjerig*, Gal. *de dix ans*, Hiſp. *de diez anos*, δεκέτης, quod decem annorum eſt. *Quintil. l. 8. c. 4.* Decenni bello exhauſtus. *Plin. l. 8. c. 5.* Fæmina decennis.

Decennium, n. 2. δεκαετία, ſpatium decem annorum. *Apul. de Deo Socrat.* Calchas decennium prædixit. *Trebell. Poll. in Gallien. cap.* 7. Convocatis Patribus, decenma celebravit, novo genere ludorum. h. e. decennalia.

Decens, entis, o. 3. *decente*, *convenevole*, πρέπων, m. & πρέπον, neut. conveniens, aptus, pulcher, partic. a decet, vel nom. ex partic. *Horat. l. 4. od. 13. v. 17.* Color decens. *Senec. Thyeſt. v.* 150. Pœna decentior. *Alter Senec. l. 1. de Benef. c. 9.* Decentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium. V. *Indecens*. ¶ Decens etiam dicitur, cui eſt dignitas formæ, & totius corporis habitus decens, *bello*, *e maeſtoſo*. *Sueton. in Domit.* Præterea pulcher, & decens, maxime in juventa, & quidem toto corpore. *Horat. l. 1. od. 4. v. 6.* Junctæque Nymphis Gratiæ decentes.

Decenter, adv. *convenevolmente*, *acconciatamente*, Germ. *zimlich*, Gal. *proprement*, Hiſp. *convenientemente*, ὡρεπῶς, convenienter, apte, pulchre. *Cic. pro Cæcin. c.* 26. Si quæ decentiſſime deſcripta majoribus jura fmium, poſſeſſionum, aquarum, itinerumque ſunt. *Horat. lib.* 2. *epiſt.* 2. *v.* 216. Pulſare decentius. *Ovid. lib.* 3. *de arte am. v.* 291. Lacrymare decenter.

Decentĭa, f. 1. *convenienza*, *bellezza*, כשרון, Germ. *zierlichkeit*, Gal. *bienſeance*, Hiſp. *conveniencia*, εὐσχημία, convenientia, pulchritudo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 58. Colorum & figurarum tum venuſtatem, atque ordinem, &, ut ita dicam, decentiam oculi judicant.

Deceptĭo, onis, f. *inganno*, dolus, fraus, fallacia, decipiendi actus. *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. Quoniam impendentis loci deceptio cogit. *Martian. Capell. ſub fin. l.* 4. *in metro:* Queis falſa captos circuit deceptio.

Deceptiōſus, a, um, *ingannevole*, doloſus, fallax. *Ennodius* 1. 7. Vox minime uſurpanda.

Deceptor, oris, m. fallax, qui decipit, *ingannatore*. *Senec. Thyeſt. v.* 139. Proditus occidit deceptor domini Myrtylus.

Deceptrix, icis, f. quæ decipit, *ingannatrice*. *Lactant. Epitom. c.* 6. Deceptrix adulatio.

Deceptus, o. 1. 2. *ingannato*, partic. a decipior. *Cic.* 1. *Off.* Quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit.

Decēris, is, f. δεκήρης, decem remorum ordinibus acta navis, *nave da dieci remi*. Ita enim contendit legendum *Turneb. l.* 22. *c.* 31. *in Sueton. Calig. c.* 37. ubi ait: Fabricavit & deceres Liburnicas, gemmatis puppibus &c. Vulgata lectio habet, *de cedris*. Tale (inquit Turneb.) navium genus ampliſſimorum triclinionum, & thermarum, de quibus Sueton. loquitur, capax fuit.

Decerpĭma, n. 3. frondes ſacræ, quibus in luſtrationibus uti ſolebant, a decerpo, quod ad purgandum decerpebantur. *Feſtus.*

Decerno, is, crevi, cretum, n. 3. נגר, Germ. *beſchlieſſen*, Gal. *arrêter*, Hiſp. *determinar*, ἐπιψηφίζομαι, eſt conſtituere, definire, de magnis rebus certam ſententiam proferre. *Cic.* 1. *Off.* Quare expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo. *Ter. Andr.* Quicquid peperiſtet, decreverunt tollere. *Id. Heaut.* 3. 1. Decretum eſt pati. *Son riſoluto di ſopportare*. *Id. Andr.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitatis? Nequeo fatis decernere. ¶ Decernere ſecundum aliquem, *dar ſentenza in favore di qualcuno*. *Cicer. Attic. lib.* 16. ¶ *Id. lib.* 1. *Fam. ep.* 1. Tibi decernit, ut Regem reducas. h. e. decreto mandat. Sic decernere honores, imperium, ſtatuas alicui, *Cic. Plin.* & al. Decernere pecuniam ad ludos. *Id. Q. Fr. l.* 1. *epiſt.* 1. ¶ Significat etiam decertare, *combattere*, ut decernere armis, acie, &c. *Cic. l.* 7. *Attic. ep.* 3. *Nepos Miltiad. 4. n.* 4. & *Liv. l.* 1. Et, decernere, abſolute. *Id. Nepos Annib. cap.* 4. Cum hoc eodem de Claſtidio apud Padum decernit. ¶ Decernere rem, eſt, rem abſolvere, ad finem perducere. *Liv. l.* 25. Haud magna vis certaminis fuit: primus clamor, atque impetus rem decrevit. ¶ *Decreſſet*, pro decreviſſet, *Cic. Verr.* 5. *cap.* 3. *decreras* pro decreveras, *Ter. Andr.* 1. 5. 3. *decrero* pro decrevero, *Plaut. Curcul.* 5. 3. 25.

Decerpo, is, pſi, ptum, a. 3. *carpire*, *togliere via*, ארח, Ger. *abbrechen*, Gal. *arracher*, Hiſp. *agarrar*, *arrebatar*, ἁρπάζω, eſt detrahere, ſive a re aliqua auferre, a *de*, & *carpo*. *Hor. 1. ſerm. ſat.* 2. Unde laboris plus haurire mali eſt, quam ex re decerpere fructus. *Plin. l.* 9. *ep.* 20. Decerpere uvam. Et trauslate, *Cic. pro Marcel. c.* 2. Decerpere ex alicujus laude.

Decerptus, o. 1. 2. partic. a decerpo, *carpito*, *tolto*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Humanus autem animus decerptus ex mente divina. *Horat. l.* 1. *od.* 7. Decerpta oliva.

Decertatĭo, f. 3. *combattimento*, *conteſa*, ἀγωνισμὸς, pugna. *Cic.* 11. *Phil. c.* 9. Cumque harum rerum omnium decertatio Conſulibus optimis, & fortiſſimis commiſſa, & commendata ſit.

Decertatorĭus, o. 1. 2. quod ad decertationem ſpectat. *Quintil. l. 6. c.* 4. Pugna decertatoria.

Decertātus, o. 1. 2. partic. paſſ. a decerto. *Stat. lib.* 1. *Theb.* Alternaque regna profanis decertata odiis. ¶ Labores decertati, certando peracti. *Claud.* 1. *Paneg. de laud. Stilic. v.* 21.

Decerto, as, avi, atum, n. 1. *combattere*, *guerreggiare*, נלחם, Germ. *kriegen*, Gal. *combattre*, Hiſp. *pelear*, ἀγωνίζομαι, idem ac certo. *Cic. pro Planc.* Sed erat non jure, non legibus, non diſceptando decertandum. *Id. de Prov. conſ.* Decertare prælio. ¶ Decertatur, imp. *Cic.* 1. *Off.* Cum vero de Imperio decertatur.

Decervīco, as, a. 1. cervicem, ſeu collum præcido. *Sidon. lib.* 3. *epiſt.* 3. Quos humari nox prohibuerat, decervicatis liquere cadaveribus.

Deceſſĭo, nis, f. *partita*, ἀποχώρησις, actus decedendi. *Cic. Sulpitio l.* 4. *Fam.* Is mecum ſæpe de tua manſione, aut deceſſione communicat. *Celſ. l.* 2. *c.* 4. Deceſſio febris.

Deceſſor, ris, m. qui jam magiſtratu functus deceſſit de provincia, & ſucceſſori ſuo eam tradidit, *predeceſſore*. Uſurpatur relative ad ſucceſſorem. Nam deceſſorem ſuum veteres vocabant, quem nos *prædeceſſorem*, cui ſcilicet ipſi in provincia adminiſtranda, aut alia quavis re, & dignitate, ſeu officio ſuccedebant. *Ulp. in l. obſervare*, *ff. de off. Proconſ. Tacit. Agric. c.* 7. Agricolam viceſimæ legioni tarde ad ſacramentum tranſgreſſæ præpoſuit, ubi deceſſor ſeditioſe agere narrabatur: Ita ſucceſſor ſimul, & ultro electus &c.

Deceſſus, us, m. idem ac deceſſio, *partita*. *Cæſ.* 3. *B. G.* Vulgo credebatur, ab ejus deceſſu ferere ſolitos. *Cæl. Cic. Fam.* 8. *ep.* 10. Quod ad tuum deceſſum attinet. ¶ Item mors, *morte*. *Cic. de Amic. c.* 3. Amicorum deceſſu plerique angi ſolent.

Deceſſus, a, um, adject. *partito*. *Ex Cælio Priſcianus:* Cuſtodibus deceſſis, multi interficiuntur. V. *Voſſ. de Analog.*

Decet, ebat, cuit, *convenire*, כשר, Ger. *es geziemet*, Gal. *il eſt convenable*, Hiſp. *es conveniente*, πρέπει, convenit, honeſtum eſt, aptum eſt. Conſtruitur cum acc. *Cic. in Orat.* Decet hoc neſcio quo modo illum. ¶ Et abſolute. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 29. Roſcium ſæpe audio dicere, caput eſſe artis, decere. ¶ Et cum infinito. *Cic.* 2. *de Leg.* Fieri fic decet. ¶ Et cum Dativo. *Ter. Adelph.* 3. 4. 45. Ita vobis decet. *Gell. l.* 9. *c.* 15. Arrogantius, & elatius, quam ætati ejus decebat. Additur etiam a quibuſdam exemplum *Cic. de Orat.* Quandoquidem id deceat prudentiæ tuæ.

Decetĭa, *Deciſe*, *Decize*, opp. Vadicaſſium, in Gallia Celtica, nunc Prov. Nivernenſis, ubi *Airon* fl. in Ligerim ſe exonerat.

Decĭānus, a, um, adject. a Decio nom. prop. *Cicer. pro Flacc. cap.* 21. & 29.

Decidĭum, ii, n. excidium, caſus, interitus, *morte*, *rovina*, a cado. *Senec. epiſt.* 30. Fortiter ferre decidium ſui.

Decīdo, is, cidi, cifum, a. 3. *tagliare*, כרה, Ger. *abhauven*, Gal. *couper*, Hiſp. *cortar*, ἀποκόπτω, abſcindo, amputo. *Plaut. in Mer.* 2. 2. 37. Decide mihi collum, ſi falſum ad te loquar. ¶ Translate eſt *determinare*. *Cic. pro Quinctio.* Decidis, ſtatuitque tu, quid ad denarium ſolveretur. Sic, quæſtionem, dubitationem, cauſam decidere, apud JCtos. ¶ Hinc & pro paciſci, tranſigere, litem mutuo conſenſu componere ufurpatur, *venir in accordo*. *Cic. Verr.* 5. *cap.* 28. Conflictari malebant, quam quicquam cum iſto ſua voluntate decidere. Et *Verr.* 4. *c.* 22. Qui cum reo tranſigat, cum accuſatore decidat. Et *Verr.* 5. *c.* 48. Ut in ſingula jugera ternis medimnis decidere liceret. h. e. ut ſingula jugera ternis medimnis taxarentur.

Decĭdo, is, n. *cadere in giù*, נפל, Ger. *abhinfallen*, Gal. *decheoir*, *tomber*, Hiſp. *caer*, καταπίπτω, deorſum cado. *Cic.* 2. *Off.* Ficta omnia celeriter, tanquam hoſculi, decidunt. *Cæſ.* 1. *B. G.* Ex equo decidit. Sic decidere ſpe, vel ab ſpe. *Liv.* & *Ter. Heaut.* 4. 8. Decidere in aliquem locum, *Plaut.* & *Ovid.* ſæpe. ¶ Decidere ab archetypo, *allontanarſi dall' originale*. *Plin. l.* 5. *ep.* 10. ¶ Uſurpatur etiam pro mori, *Plaut. Trin.* 2. 4. 143. Solſtitiali morbo decidunt.

Decĭdŭus, a, um, adject. idem quod cæduus, a cædo. Nonnulli legunt in illo *Ovid. l.* 8. *Met. v.* 758. Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus.

Decĭdŭus, o. 1. 2. caducus, a cado. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Cervis tantum ſolida, & omnibus annis decidua. *Id. ib. c.* 49. Teſtes decidui ad crura. h. e. pendentes.

Decĭes, *dieci volte*, עשרה פעמים, Ger. *zehenmahl*, Gal. *dix fois*, Hiſp. *diez vezes*, δεκάκις. *Plin. l.* 10. *c.* 53. Decies anno pariunt columbæ. *Cic.* 3. *Ver.* Decies centena millia, *un milione*. ¶ Decies centena, pro prægrandi pecuniæ ſumma, uſurpabant Antiqui, quod priſcis illis temporibus minor erat nummorum copia; nihilominus tamen, etiam creſcentibus divitiis, phraſis obtinuit. *Horat.* Decies centena dediſſes Huic parco paucis contento, quinque diebus Nil erat in loculis. ¶ Dicitur & decies, abſolute, pro decies centena millia. *Martial. l.* 1. *epigr.* 104. Aut vive, aut decies, Scævola, redde Deis. Lege integrum Epigramma. Adde *l.* 3. *epigr.* 62. ¶ Sumitur & pro, ſæpe. *Plaut. Amph.* 2. 1. 27. Decies dixi.

Decii, m. 2. tres Cives R. pater, filius, nepos, qui pro patria ſe devoverunt, pater bello Gallico, filius bello Hetruſco, nepos eo, quod Pyrrhus geſſit pro Tarentinis. *Cic.* 1. *Tuſc.*

Decĭma, vel decuma, f. 1. עשרונים, Germ. *zehend*, Gal. *dimes*, Hiſp. *diezmo*, δεκάτη, decima pars quarumcunque rerum, quæ ſolvitur Principibus, & Sacerdotibus. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 36. Neque Herculi quiſquam decumam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet. Sic Decimæ vini, olei, frugum, apud *eund. Ver.* 3. quas Regibus olim & Diis libatas, tradit *Victor de orig. gen. Rom. Sueton. Calig. cap.* 26. Scenicis ludis decimæ datæ. h. e. miſſilia, & tefferæ, quas Imperator ille in honorem Deorum ſpargebat. V. *Turneb. lib.* 18. *adverſ. cap.* 5. ¶ Fuit & Dea quædam Decima appellata, de qua *Tertull. de Anim. c.* 37. Superſtitio Romana Deam finxit & Nonam, & Decimam a ſollicitioribus menſibus.

Decimālis, le, adject. ut Decimales agri. h. e. decumani, qui decimas ſolvunt. *Tacit. de Germ. c.* 29.

Decimānus, ſive decumanus, o. 1. 2. *decimo*, δέκατος, idem fere eſt quod decimus, ſed pro magno etiam ponitur, quia decima quæque maxima eſſe ſolent, vel a ſuperſtitione Pythagoreorum qui magnifice admodum de hoc numero ſenſere, ut *Decumana ova*, *decumani fluctus*, *decumanus acipenſer*, *decumana ſcuta*, &c. ¶ Decumana porta dicta eſt, quia præcipua eſt, & aliis patentior, vel a limite decumano, vel a decimis cohortibus ibi tendentibus, ideſt a tutela militum decimæ cohortis. ¶ Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. ¶ Decumanus limes, ante duodecimanus, qui agrum ſecat ab Oriente in Occidentem, a magnitudine, & longitudine, vel potius a menſura decem actuum. ¶ Decumani quoque dicti publicani, a decimis, quas redimebant. ¶ Decumanum frumentum eſt acerofum, oleum decumanum, minus purum, ac proinde vilius, quia quod decimando colligitur, id cæteris vilius eſt. Hæc omnia auctores habent *Plinium*, *l.* 18. *c.* 34. *Feſtum* in voce Decumanus, *Cæſarem* ſæpe *decumanam portam* memorantem, *Cic.* 2. *Fin. cap.* 8. & *Verr.* 5. *c.* 6. ubi V. Aſcon. &c.

Decimātĭo, vel decumatio, onis, f. *decimazione*, fupplicium militare, cum decimus quiſque miles forte lectus occiditur. *Capitolin. in Macrin. c.* 12. Clementem ſe dicebat, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decimatione, atque viceſimatione. V. *Decimo*.

Decimātrus, vel decimatria, dies feſti Faliſcorum, quod fierent poſt decimum diem Iduum. *Feſtus* in voce *Quinquatrus*.

Decimātus, vel Decumatus, a, um, adject. lectus ad ſupplicium ex decimo quoque, *decimato*. *Sueton. Aug. c.* 24. Cohortes, ſi quæ ceſſiſſent

loco, decimatas hordeo pavit. ¶ Item electus, *eletto*, *scelto*. *Symmach. l. 5. ep. 83.* Viri decumatæ honestatis.

Decimĭus, Cajus Decimius, a numero decimo nominatus. *Cic. l. 4. Attic. ep. 16.* A quo pyra Decimiana dicta sunt, de quibus *Plin. lib. 15. cap. 15.*

Decĭmo, as, a. 1. *decimare*, *torre la decima*, עשר, Germ. *den zehenden anlegen*, Gall. *dimer*, Hisp. *diezmar*, δεκατόω, est decimam partem detrahere. Unde decimari legiones dicuntur, quando decimus quisque supplicio afficitur ab Imperatore, sorte ducta, cui contingeret. *Sueton. Galb. c. 12.* Recusantes, atque insuper Aquilam, & signa pertinacius flagitantes, non modo immisso equite disjecit, sed decimavit etiam. Adde *eund. in Calig. c. 48.* ¶ Apud Rom. primus eo supplicio usus videtur App. Claudius, de quo *Liv. l. 2. c. 49.* Quomodo institui soleret, docebit *Plutarch. in Anton. Appian. in Parthicis.*

Decimodĭa, vel decemmodia, f. 1. vasis genus decem capiens modios. *Col. l. 12. c. 18.*

Decĭmum, *Decimo*, locus Latii, via Lavicana, qua Roma Beneventum itur, sic dictus, quod 10. M. P. ab urbe Roma distet.

Decĭmum, adv. *la decima volta*. *Liv. 6. c. 40.* Nos reficietis decimum Tribunos.

Decĭmus, olim decumus, o. 1. 2. ultimus ex denario, vel unus ex decem, *decimo*, ut hora diei decima, *Cic. Phil. 2. cap. 31.* Decimus quisque, *Plaut. Pseud. 4. 2. 17.*

Decĭpio, is, epi, eptum, impono, fraudo, circumvenio, induco, fallo, eludo, *ingannare*, רמה, Ger. *beniegen*, Gall. *decevoir*, *tromper*, Hisp. *enganar*, ἐξαπατάω. *Cic. 2. de Div.* Nam illa amphibolia, quæ Crœsum decepit. *Id. 2. de Orat. c. 71.* Decipere expectationem alicujus. ¶ Decipere, & consumere diem. *Ovid. 4. Trist. el. 9.*

Decĭpŭla, f. 1. vel decipulum, n. 2. *laccio*, מוקש, Germ. *vogelschlag*, Gall. *lacets*, Hisp. *arcuelo*, παγίς, laquei genus ad decipiendas, capiendasque aves, vel mures. *Apul. l. 8.* Opportunum decipulum nactus. *Sidon. Apoll. l. 8. ep. 10.* Decipula male blandientis eloquii.

Decircĭno, as, avi, atum, a. 1. idem quod circino circulum describo, *fare un circolo*, κυκλόω. *Manil. l. 1. v. 296.* Majoremque Helice major decircinat arcum. *Id. l. 3. v. 352.* Quem teretis natura soli decircinat orbem in tumidum, &c.

Decirēmis, f. 3. navigii genus habens decem remorum ordines, δεκήρης. *Plin. l. 7. c. 56.* Ab ea ad deciremem Nesigeton. Al. leg. Decemremem.

Decisĭo, onis, f. *determinazione*, *decisione*, דור, Ger. *vertrag*, Gall. *decision*, Hisp. *decision*, διάλυσις, determinatio, vel diremptio litium mutuo consensu. *Cicer. pro Cæc.* Quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de jure admoneant. *Idem pro Flacc. cap. 36.* Decisio causæ.

Decīsus, a, um, adject. a decido, quod a cædo, *tagliato*, *troncato*, ut decisæ aures, *Tacit. Ann. 12. c. 14.* Decisas pennas, *Horat. l. 2. ep. 2. v. 50.* ¶ Item diremptus, determinatus, *deciso*, *composto*. *Sueton. Vespas. c. 21.* Post decisa quæcumque obvenissent negotia, gestationi, & inde quieti vacabat. Adde *Horat. l. 1. ep. 7. v. 58.*

Decĭto, treq. a decet. *Apul. l. 2. A. A.* Plantis roscidis decitantes, hoc est, decorantes.

Decĭus. V. Decii.

Declamatĭo, f. 3. μελέτη, domestica exercitatio parandæ eloquentiæ causa, qua Oratores veteres seriis causis præludere solebant: item exercitatio illa, qua pueris in ludis ficta quædam themata solent præscribi, quibus ad eloquentiam viam sibi sternant. *Cic. 1. Tusc.* Sic hæc mihi nunc similis est declamatio. *Idem Famil. 16. epist. 21.* Quotidiana declamatio. ¶ Extant plures apud Senecam, & aliæ Quintiliani nomine.

Declamatiuncŭla, æ, f. diminut. parva declamatio. *Gell. l. 6. cap. 8.* Hanc utramque declamatiunculam celebraverint, &c.

Declamator, m. 3. qui domesticis, vel scholasticis meditationibus se exercet, ut postea seriis in causis sit paratior. *Cic. in Orat. c. 15.* Non declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum, & perfectissimum quærimus.

Declamatorĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad declamandum pertinet. *Cic. Q. Fr. l. 3. epist. 3.* Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci, & delectari videtur.

Declamātus, a, um, declamando dictus. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 3.* Julius Granianus, cujus hodieque orationes declamatæ feruntur.

Declamĭto, as, freq. a declamo. *Cic. 1. Tusc. cap. 4.* Causas declamitare. *Id. de clar. Orat.* Commentabar declamitans (sic enim nunc loquuntur) sæpe cum M. Pisone.

Declāmo, as, n. 1. *esercitarsi nel ben dire*, Germ. *sich in redkunst uben*, Gal. *declamer*, Hisp. *exerciterse en la retorica*, ῥητορεύω, est proprie valde clamare, metonymice in ficto themate se exercere. *Cic. 5. Fin. c. 2.* Ad fluctum ajunt declamare solitum Demosthenem. ¶ Sed sumitur etiam pro orare, seu causam agere. *Cic. 6. Ver.* Ille autem insanus, qui pro isto contra me vehementissime declamasset.

Declaratĭo, f. 3. *manifestazione*, Ger. *erklerung*, Gal. *declaration*, Hisp. *declaracion*, ἐκδήλωσις, explicatio, ostensio. *Cic. Planc. lib. 10. epist. 5.* Declaratio animi tui mihi erat jucundissima.

Declarātor, oris, m. qui declarat, *chi mostra*, *e manifesta*. *Plin. Paneg. c. 92. n. 6.* Ut honoribus nostris suffragator in Curia, in campo declarator existeres.

Declarātus, a, um, adject. ex particip. *dichiarato*, *mostrato*. *Nep. Annib. 11. 2.* Tabellarius ducis nave declarata suis, eodem, unde venerat, se recepit.

Declāro, as, avi, atum, a. 1. *dichiarare*, *mostrare apertamente*, באר, German. *erkleren*, Gall. *declarer*, Hisp. *declarar*, ἐμφανίζω, est aperte monstrare. Plus enim est, quam significare. Et tam ad facta, quam ad dicta pertinet. *Cic. lib. 5. Fam. ep. 13.* Itaque hoc sæpius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror. ¶ Declarare Consulem erat renuntiare, idest, collectis suffragiis pronuntiare, quis futurus esset Consul. *Cic. pro Mur. cap. 2.* Ut ejusdem hominis voce & declaratus Consul esset, & defensus. ¶ Significat etiam testari, probare. *Id. Parad. 6. c. 2.* Copiam declarat satietas rerum, & abundantia.

Declāvo, as, avi, atum, clavas, & ramos arborum amputare. Legit hanc vocem *Turneb. in Pandect. tit. de arbor. furt. cæs.* Ubi alii leg. *deglubere*, vel *delibrare*, &c.

Declinatĭo, onis, f. 3. *schivamento*, *lo schivare*, מוט, Ger. *entweichung*, Gal. *declinaison*, *decadence*, *detour*, Hisp. *declinacion*, ἔκκλισις. *Curt. l. 7.* Quam Dioxippus, cum exigua corporis declinatione vitasset. *Cic. pro Cluent. c. 53.* Laboris, & periculi declinatio. *Id. 4. Tusc.* Declinatio a malo. Hinc appetitioni opponit *Gel. l. 14. c. 1.* & *Cic. 3. de nat. Deor.* ¶ Ponitur & pro digressione, ut declinatio brevis a proposito, *Id. 3. de Orat.* ¶ Est etiam idem quod clima, seu certum cœli spatium, *clima*. *Colum. in proœm. Oper.* Sit oportet rerum naturæ sagacissimus, declinationum mundi non ignarus, ut exploratum habeat, quid cuique plagæ conveniat, &c. ¶ Apud Grammaticos est nominum per casus inflexio. *Var. l. 7. L. L. Jub init.* Declinatio inducta in sermones utili, & necessaria de causa.

Declinātus, us, ui, m. idem quod declinatio, qua nominum inflexionem significat. *Var. l. 7. de L. L.* Nominibus novis allatis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit populus. ¶ Significat etiam motum voluntatis, quo aliquid fugimus. *Cic. 5. Fin. c. 7.* Alii censent primum declinatum esse dolorem. V. Adscitum.

Declinātus, a, um, nom. ex particip. inclinatus, ut declinata ætas, quæ scil. ad senium accedit. *Quintil. l. 12. c. ult.* & *lib. eod. c. 1.* Neque spe, neque metu declinatus animus. h. e. ab honesto abductus.

Declīnis, ne, declinans, devitans. *Stat. Theb. v. 296.* Exoritur pudibunda dies cœlumque retexens, Aversum Lemno jubar, & declinia Titan Posita juga nube refert. Ubi *Lactant. Scholiast.* quæ declinarent, & fugerent. Al. leg. *declivia*, quod minus ad rem facit, cum sermo sit de sole surgente, non ad occasum vergente.

Declino, as, avi, atum, a. 1. *declinare*, *abbassare*, נטה, Germ. *entzvechen*, Gal. *eviter*, Hisp. *evitar*, *disblergarse*, ἀποκλίνω, est deorsum aliquid flectere, & flectendo vitare, *schifare*. ¶ Ponitur vel absolute. *Cic. pro Sext.* Magna rerum permutatione impendente, declinasse me paululum. ¶ Vel cum accus. *Cic. 1. Offic.* Declinet ea, quæ ei nocitura, videantur. *Virg. 4. Æn.* Dulci declinat lumina somno. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *Cic. 4. Tusc.* Quomodo quæ bona sunt, natura appetimus, sic a malis natura declinamus. ¶ Est & deflectere, vel divertere: & aliquando cum accus. ponitur. *Cic. pro Planc.* Urbem unam mihi amicissimam declinavi. ¶ Aliquando cum præposit. a, vel ab. *Cic. Att.* Non arbitratur, eum a Capua declinaturum. ¶ Vel cum de. *Cic. 5. Fin.* Paululum ad dexteram de via declinavi. ¶ Item deducere. *Liv. l. 1.* Si quo ego inde agmen declinare voluissem. *Plaut. Aulul. 4. 8. ad fin.* Nam ego modo declinavi paululum me extra viam. ¶ Item inclinare, vergere. *Colum. l. 8. c. 4.* Declinat in vesperum dies. ¶ Item inflectere casus nominum, apud Grammaticos. *Var. l. 7. de L. L.* Recto casu accepto, in obliquos declinant. *Gel. l. 4. c. 1.* Declinare in extremas litteras nomen. ¶ Verba etiam declinari dicuntur. *Varr. lib. 4. L. L. pag. 3.* Quod poeta verbum confinxerit, quod declinarit.

Declīvis, o. 3. *inchinato*, *piegato*, *declive*, מורד, Ger. *anhangend*, Gal. *penchant*, Hisp. *acostado*, ἐπικλινής, deorsum inclinatus, a clivus. *Cæs. 2. B. G. c. 18.* Collis a summo æqualiter declivis. *Lucan. l. 2. v. 421.* Declivia montis. ¶ Translate *Plin. l. 8. epist. 18.* Ætate declivis. h. e. ad senectam vergens.

Declivĭtas, atis, f. 3. inclinatio, *il declive*. *Cæs. 7. B. G. cap. 85.* Exiguum loci ad declivitatis fastigium magnum habet momentum.

Decocta, f. 1. aqua erat cocta, posteaque vitro infusa, & nive circumjecta iterum frigefacta, qua ratione fiebat, ut nivis frigus, non vitium reciperet. Neronis inventum fuit. *Plin. l. 31. c. 3.* & *l. 19. c. 4. Suet. in Ner. c. 48. Juven. Sat. 5. v. 50.* Si stomachus domini fervet vinoque, ciboque, Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Decoctor, oris, m. 3. ἄσωτος, qui patrimonio absumpto ad inopiam redactus est. *Cic. in Catil. 2. c. 3.* Ex rusticis mendiculis, & decoctoribus. ¶ Decoctoribus lege Roscia certus erat locus ad spectandum in theatro constitutus: iis scil. qui vitio suo, non parentum culpa decoxissent. *Cic. in Philip.*

Decoctum, subst. n. 2. decoctio, quod coctum est, vel jus, quo aliquid coctum est. *Plin. l. 24. c. 9.* Ad dentium dolorem, auriumque decoctum eorum salutare.

Decoctūra, æ, f. 1. *cottura*. *Plin. l. 23. c. 1.* Decoctura eorum veteres dysenterias, & cœliacos juvat. ¶ Ita quidam Lexicographi, sed in *loco cit. Plinii* legitur, *Decoctum*.

Decoctus, us, ui, m. *cottura*. *Plin. l. 37. cap. 12.* Gemmæ mellis decoctu mitescunt. hoc est, cum melle decoctæ.

Decoctus, a, um, nom. ex particip. *cotto*, ut asparagi decocti, *Plin. l. 23. c. 1.* ¶ Et quia quod coctum est, purius est etiam, & defæcatius, hinc decoctum dicitur, quod purum, & sincerum est. *Pers. Sat. 1. vers. 125.* Si forte aliquid decoctius audis. *h. e.* castigatius, & limatius. ¶ Decocti fructus, *frutto smaceato*, fructus nimium maturi, & corruptioni proximi. Hinc translate *Cic. 3. de Orat. c. 26.* Suavitatem habeat Orator austeram, & solidam, non dulcem, atque decoctam. *h. e.* nimis mollem.

Decollo, as, a. 1. *deporre giù dal collo*, ἐκτραχηλίζω, est de collo deponere. *Cæcil. apud Non. c. 2. n. 222.* In tuo collo est: decolles, cave. ¶ Hinc translate sumitur pro privare. *Lucil. l. 11.* Quibus fructibus me decollavi. ¶ Item neutraliter pro cadere, deesse. *Plaut. cap. 3. 1.* Est illic mihi una spes cœnatica, si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad cœnam asperam, idest, si ea spes peribit, cadet, fallet. Sed aliqui *decolare* malunt unico *l.* h. e. per colum pertluere. ¶ Est item caput alicui auferre, securi cædere, *tagliar il collo*, κεφαλοτομέω. *Fenestel. l. 2.* Quemadmodum Cæsar a piratis captus sit, utque eos postea ceperit, & decollaverit. Ita refert *Diomed. l. 1. Suet. Calig. cap. 32.* Miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat.

Decŏlor, o. 3. *senza colore*, *scolorito*, לא צבוע, Ger. *entferbt*, Gal. *decoloré*, Hisp. *decolorido*, ἄχροος, quod est sine colore, vel colore vitiato est. *Plin. l. 16. c. 12.* Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor. ¶ Translate pro vitioso, & turpi. *Virg. 8. Æn.* Deterior donec paulatim, ac decolor ætas. *Ovid. in epist. Deian. ad Herc.* Fama Pelasgiadas subito pervenit ad urbes Decolor, & factis inficianda tuis.

Decoloratĭo, f. 3. actus decolorandi. *Cic. 2. de Div. c. 27.* Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxime potest sanguini similis esse.

Decolorātus, a, um, adject. *scolorito*. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 5.* Decoloratum corpus mortui.

Decolōro, as, a. 1. *scolorare*, Ger. *entfereben*, Gal. *décolorer*, Hisp. *descolorear*, ἀμαυρόω, colore pristino privo, aut colorem vitio. *Horat. l. 2. od. 1. v. 35.* Quod mare Dauniæ non decoloravere cædes? Adde *Cels. l. 2. c. 8.*

Decolōrus, a, um, idem quod decolor, *scolorito*. *Prudent. Calagurvit. v. 113.* Algidus cum decoloros horror artus concutit.

Deconcilĭo, as, a. 1. adimo, aufero, quemadmodum *concilio* usurpatur pro addicere alicui. *Plaut. in fragm.* apud *Fest. in Persibus.* Nihil deconciliares illi.

Decondo, is, di, itum, a. 3. idem quod condo, *nascondere*. *Senec. de Consol. ad Marc. cap. 10.* In alicujus ventrem immensæ beluæ decondet. Quod *Lipf.* ex opt. lib. confirmat.

Decontor, vel Decunctor, aris, atus sum, dep. 1. idem quod cunctor, hæsito, *esitare*, *pensare*. *Apul. l. 10. post princ.* Unde potissimum caperet exordium, decontatur. Et *l. 7.* Dum in ista necis meæ decontor electione.

Decŏquo, is, oxi, ctum, a. 3. *consumare*, *scemare cuocendo*, הוזר, Ger. *verkochen*, *vermindern*, Gal. *consumer*, Hisp. *consumir*, ἀφίημι, paulatim diminuo, & coquendo absumo, ut Decoquere mustum ad tertias, vel quartas, &c. *Plin. lib. 31. c. 3.* Neronis Principis inventum est decoquere aquam. ¶ Item convertere, *mutare*. *Plin. lib. 22.* Omnem illico

lico ſuccum alienum, ſaporemque in venenum decoquit. ¶ Interdum eſt rem familiarem abſumere, *conſumare la roba*, & creditores ſolutione defraudare. Et fere intranſitive ponitur. *Cic. 2. Phil. c. 18.* Tenes ne memoria, prætextatum te decoxiſſe? ¶ Interdum etiam tranſitive. Hinc *Spartian. c. 7.* ſcribit: Adrianum Senatoribus, qui non vitio ſuo decoxerant patrimonium, pro modo Senatoriæ profeſſionis expleviſſe. ¶ Decoquere etiam dicuntur ea, propter quæ patrimonium conſumimus. *Perſ. ſat. 5. v. 57.* Hunc alea decoquit, ille in Venerem putret. *Col. l. 11. c. 1.* Res domino decoxit. hoc eſt, proventum debitum non reddidit. ¶ Translate eleganter ſumitur hoc verbum pro maturare, digerere. *Quint. l. 2. c. 4.* Materiam eſſe volo vel abundantiorem, atque fuſam: multum inde decoquent anni, multum ratio limabit. Sic *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 349.* Accenſam decoquat iram. ¶ *Senec. ep. 36.* Minus turpe eſt creditori, quam bonæ ſpei decoquere. h. e. bonam ſpem fallere.

Decor, oris, m. 3. p. gen. p. *bellezza*, *beltà*, *ornamento*, הפארה, Ger. *ſchönheit*, Gal. *beauté*, Hiſp. *hermoſura*, κάλλος, pulchritudo quædam ex decentia rerum, perſonarumque, ſive in agendo, ſive in loquendo, a *decet*. *Cic. 1. Acad.* Spoliavit enim virtutem ſuo decore, imbecillamque reddidit. *Domitian. apud Suet. c. 18.* Scias, nec gratius quicquam decore, nec brevius, hoc eſt, pulchritudine. Vide Decus.

Decoramen, inis, &

Decoramentum, i, n. idem quod decor. *Sil. l. 16. v. 268.* Vittaque majorum decoramen, fronte ſine ullo delapſa attactu. *Tert. de cul. fœm. c. 12.* Matronalia decoramenta.

Decorātus, a, um, adject. decorus factus. *Cic. 5. Tuſc. c. 40.* Caſſum quiddam, & inani vocis ſono decoratum.

Decōre, adverb. *onestamente*, πρεπόντως, decenter, pulchre. *Cic. 1. Off.* Ut ea ſi non decore, at quam minime indecore facere poſſimus. Et *l. 1. de Orat. c. 32.* Apte, & quaſi decore loqui.

Decoriātus, a, um, adject. excoriatus, *ſcorticato*. *Pallad. Jan. c. 16.* Amygdala decoriata vocat, quæ paulo ante *corticibus ſpoliata* dixerat.

Decorĭo, as, avi, atum, excorio, corium detraho, *ſcorticare*. *Tert. de An. c. 33.* Perinde decorietur, quia & ipſa deſpoliaverit.

Decoris, V. Decorus.

Decorĭter, adverb. idem ac decore. *Apul. l. 7. Mileſ.* Pererrantes crinium globos decoriter impeditos. Adde *l. 11.*

Decŏro, as, a. 1. *adornare*, פאר, Ger. *zieren*, Gall. *orner*, Hiſp. *adornar*, τιμῶ, ornо, honeſto. *Cic. de Clar. Orat.* Hæc omnia vitæ decorabat gravitas, & integritas. *Id. pro Balb. c. 6.* Laude, honoribus, præmiis decorari.

Decorticatĭo, f. 3. actus decorticandi. *Plin. l. 17. c. 24.* Quod ſi anguſta decorticatio fuerit.

Decorticātus, a, um, adject. *ſcortecciato*, cortice ſpoliatus, ut Abies decorticata. *Plin. l. 16. c. 41.*

Decortĭco, as, a. 1. *ſcortecciare*, *ſcorzare*, פצל, Germ. *ſchelen*, Gall. *écorcer*, Hiſp. *des cortecar*, ἀπολέπω, corticem detraho. *Plin. l. 16. c. 39.* Cædi intempeſtivum, quæ decorticentur.

Decōrum, ſubſt. n. 2. τὸ πρέπον, non tam ipſum honeſtum ſignificat, quam quod hominibus, & communi opinioni honeſtum videtur, & pulcarum, & probabile, *l' oneſto*, *decoro*. *Cic. 1. Off.* Ut id decorum velint eſſe, quod ita naturæ conſentaneum ſit, ut in eo moderatio, & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Hinc ſervare decorum. V. Decus.

Decōrus, a, um, o. 1. 2. *bello*, *adorno*, *ornato*, נוה, Germ. *zierlich*, Gal. *beau*, *ſeant*, Hiſp. *hermoſo*, *ornado*, εὔχημων, pulcher, decens, honeſtus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Auri venas penitus abditas invenimus, & ad uſum aptas, & ad ornatum decoras. *Id. de Senect. c. 9.* Sermo ſenis decorus. *Colum. l. 6. cap. 1.* Boves Apenninus progenerat omnem difficultatem tolerantes, nec ab aſpectu decoros. ¶ Superlativo gradu utitur *Apul. in Apol.* Zenonem Velia oriundum decoriſſimum fuiſſe, *Plato* autumat. ¶ Invenitur etiam Decoris, re, adject. 3. *Salluſt. in fragm. l. 3. hiſtor.* Equis, & armis decoribus cultus.

Decŏtes, f. 3. veſtes attritæ, quaſi ſine cute, vel quaſi cotibus detritæ, & conſumptæ, *Feſt.*

Decrementum, i, n. *ſcemamento*, *il calare*. *Gel. lib. 3. c. 10.* Quaſi jam mundo ſeneſcente rerum, atque hominum decrementa ſunt.

Decrepĭtus, o. 1. 2. *decrepito*, ὑπέργηρως, extremæ ætatis ſenex, a *crepo*, *crepare*, quia eſt dubia vita. *Cic. 1. Tuſc.* Ex his igitur hora octava quæ mortua eſt, provecta ætate mortua eſt, quæ vero occidente Sole, decrepita. *Ter. Adel. 5. 6. 16.* Anus decrepita.

Decreſcentĭa, æ, f. 1. decrementum, ut decreſcentia Lunæ, *Vitr. l. 9. c. 4.*

Decreſco, is, crevi, n. 3. *ſminuirſi*, *ſcemarſi*, מעט, Germ. *ſich mindern*, Gall. *decroitre*, Hiſp. *menguarſa*, μειόομαι, eſt diminui. *Cic. 2. de Divin.* Cum Luna creſcant pariterque decreſcant. *Martial. l. 7. epigr. 53.* Decrevere greges, dum cadit agna frequens. ¶ Sic febris, morbus, dies decreſcit. *Celſ. l. 3. c. 6. Plin. l. 2. c. 59.*

Decretalis, le, adject. ad decretum pertinens, ſeu pendens a decreto, ut decretalis pagina, *Sidon. l. 7. epiſt. 9.* Decretalis bonorum ſucceſſio, *Ulpian. l. 1. §. 7. ff. de ſucceſſ. edict.*

Decretorĭus, a, um, o. 1. 2. *giudiciario*, κριτικῶ judiciarius, in quo ſcil. judicium ferri poteſt, ut Dies decretorius, decretorium fidus, vel tempus, ex quo de proventu aliquarum rerum futuro ſumitur judicium. *Plin. l. 18. c. 28.* Res ſumma vitium agitur, decretorio uvis ſidere illo, quod Caniculam appellamus. Adde *lib. 17. c. 2.* ¶ Arma decretoria, quibus ſcil. ſerio pugnandum eſt. *Sen. epiſt. 118.* Remove iſta luxuriæ arma, decretoriis opus eſt. ¶ Decretorius ſtilus, qui rem definit. *Id. de Clem. l. 1. c. 14.* ¶ Decretoria pugna, apud *Quint. l. 6. c. 5.* in qua de re tota decernitur: ubi tamen alii leg. *decertatoria*.

Decrētum, ti, n. 2. *conſtituzione*, *deliberazione*, דת, Germ. *decret*, Gal. *decret*, Hiſp. *decreto*, δόγμα, ψήφισμα, ſtatutum, ſententia, id quod definitum eſt. *Cic. Acad. l. 2. c. 9.* Sapientiæ quid futurum eſt, quæ neque de ſeipſa dubitare debet, neque de ſuis decretis, quæ Philoſophi vocant δόγματα. ¶ Decreta facere, *Cic. poſt red. in Sen. cap. 1.* & *pro Dom. c. 28.*

Decrētus, a, um, o. 1. 2. definitus, ſtatutus, conſtitutus, *decretato*, *ſtabilito*, ut decreta provincia. *Velleï. 2. 605. Cic. de Prov. Conſ.* Provinciam deſponſam, non decretam habere videtur. *Id. 2. de Orat.* Decreta virtutis præmia. *Sen. Theb. 1.* Omnibus decreta mors eſt. ¶ Aliquem decretum habere, *avere qualcheduno accordato*. *Cic. pro Cæl.* Nihil jam in iſtam mulierem dicam, ſed ſi eſſet aliqua diſſimilis iſtius, quæ ſe omnibus pervulgaret, quæ haberet palam decretum ſemper aliquem, &c. ¶ *Plaut. Aſin. 1. 1.* Mihi decretum eſt aquam bibere. h. e. decrevi.

Decrētus, a, um, adject. a decreſco, *ſcemato*, *diminuito*, ut nocte, dieque decretum, & auctum. *Liv.* vel *Lævius apud Priſcian.* V. *Voſſ. de Analog. l. 4.*

Decrĭbro, as, a. 1. conficere tanquam per cribrum. *Plaut. Capt. 4. 4. 6.* Decribravit totum cum carne carnarium. Alii leg. *Detarbavit*.

Decŭbo, as, n. 1. *giacere*, κατάκειμαι, jaceo, quaſi deorſum cubo. *Apul.* Decubantem excitavi teram. ¶ Item pro ſecubo uſurpatur a *Gel. l. 10. c. 15.* Et de eo lecto trinoctium continuum non decubat. h. e. non ſecubat longe ab eo lecto.

Deculco, as, a. 1. *calcare*, דרך, Germ. *trucken*, *tretten*, Gall. *fouler*, Hiſp. *hollar*, πατέω, calco. *Plin. lib. 17. cap. 10.* Pedibus in profluente deculcant.

Deculto, a. 1. καταρύπτω, valde occulto, a deculo, ut occulto ab occulo. *Feſt.*

Deculpātus, a, um, adject. *Gel. l. 19. c. 10.* Dehoneſtum tibi, deculpatumque hoc verbum videtur, h. e. damnatum. V. Culpa.

Decŭma, & decumanus, V. decima, & decimanus.

Decumātes agri, apud *Tac. de Germ. c. 29.* ſunt, qui decumas ſolvunt. Erant autem hujuſmodi agri in Germania in iis regionibus, ubi nunc eſt *il Ducato di Wirtemberga*.

Decumbo, is, bui, itum, n. 3. *giacere*, κατάκειμαι, decubo, jaceo, recumbo. *Cic. 3. Ver.* Cum Apronius, in triclinio decubuiſſet. ¶ Significat etiam ad menſam ſedere, *ſedere a tavola*. *Plaut. in Merc. 1. 1. 97.* Ad cœnam vocat, venio, decumbo. ¶ Aliquando mori, qua ratione de gladiatoribus præcipue dicitur. *Cic. Phil. 3. cap. 14.* Quod gladiatores faciunt, ut honeſte decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, Decunctor, V. Decontor.

Decunx, uncis, m. decem unciarum menſura. *Fannius de ponder. v. 46.* At ſi ſextantem detrahas, erit ille decuncis.

Decŭplus, a, um, o. 1. 2. δεκαπλάσιος, quod rei alicujus quantitatem decies in ſe continet. *Liv. l. 39. c. 44.* Uti ea quoque decuplo tanto pluris, quam quanti eſſent, æſtimarentur. Ita ediderunt *Manut.* & *Scheffer.* at *Gruter.* & *Gronov. decem tanto*, legunt.

Decures, m. 3. antiqui pro Decurionibus uſurparunt. *Feſt.*

Decuria, æ, f. tabula, ſeu album (ut loquitur *Suet. in Claud. c. 16.*) κρίνημα græce, in quo perſcripta erant Judicum nomina, qui ſimul judicabant. Ideo decuria dicta eſt, quia decem centurias, hoc eſt, mille judices, continebat. *Plin. l. 33. c. 1. & 2. Suet. Aug. c. 32.* Ad tres Judicum decurias quartam addixit ex inferiore cenſu. Vide ibi *Caſaub.* Quatuor hiſce decuriis addita poſtea eſt quinta, ut patet ex eodem *Suet. in Calig. c. 16.* ¶ Apud *Cic. l. 1. in Ver. cap. ult.* decuria uſurpatur pro Senatoribus, qui ea tempeſtate judicabant, cui addit epithetum *noſtra*. ¶ Fuerunt & in militia decuriæ, φρατρίαι, quæ ſingulæ decem equites continebant, quique iis præerat, decurio dicebatur. *Roſin. Antiq. Rom. l. 10. c. 15.* ¶ Denique decuria dicitur de quovis ſodalicio. *Plaut. Perſ. 1. 3. 63.* Exigam hercle ego re ex hac decuria. h. e. cœtu epulonum. Adde *Colum. l. 1. cap. ult. & Vitruv. l. 7. c. 1.* ¶ Ponitur etiam ſimpliciter pro decade, *una decina*. *Trebell. Poll. in Claud. c. 14.* Pellium tentoriarum decurias triginta.

Decurialis, is, m. Decuriæ præfectus, vel conſors. *Vetus Inſcr. apud Gruter. p. 36. n. 6.* L. Aratius Phœbus Decurialis Decuriæ Juliæ. Et apud *Fabret. p. 86.* Q. Marcius Italicus Decurialis negotiator.

Decuriatĭo, onis, f. diviſio in Decurias. *Cic. pro Planc. c. 18.* Decuriatio, tribulium, deſcriptio populi.

Decuriātus, a, um, adject. in decurias diſtributus, ut decuriati equites. *Liv. l. 22. c. 38.* Sua voluntate inter ſe equites decuriati, centuriati pedites conjurabant. *Cic. pro Dom.* Cum decuriatos, & deſcriptos haberes exercitus perditorum. V. Decurio.

Decuriātus, us, ui, m. idem quod decuriatio. *Liv. l. 22. c. 38.* Ubi ad decuriatum, aut centuriatum conveniſſent.

Decurĭo, as, avi, atum, a. 1. eſt milites conſcriptos in decurias diſtinguere. V. Decuriatus, a, um. ¶ Sumitur etiam pro conſcribere homines ejuſdem tribus, vel Curiæ ad corrumpenda ſuffragia. *Cic. pro Planc. c. 18.* Doce, decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, promiſiſſe, &c. V. Sodalitium.

Decurĭo, onis, m. 3. *decurione*, *caporale*, Germ. *oberſter*, *uberzehen*, Gal. *decurion*, Hiſp. *decurion*, δεκάρχης, princeps decuriæ, ſive in urbe, ſive in militia. ¶ Decurio in legione Romana erat, qui decem equitibus præerat. Principio in turma tres decuriones fuere. *Varro l. 4. de L. L.* Turma autem erat 30. equitum, ſive 33. cum tribus Decurionibus. Poſtea re mutata, priſtinum tamen remanſit nomen. Nam quamvis unus toti præeſſet turmæ, h. e. 32. equitibus, nihilominus Decurio dicebatur. *Veget. l. 2. c. 12.* ¶ Municipales Decuriones ſic dicti ſunt, quod, cum Coloniæ deducerentur, decimus quiſque legeretur. Erant in Coloniis, ac Municipiis eadem dignitate, qua Senatores Romæ. Hinc Vet. Gloſſ. Decurio, βουλευτής. Ex iis Magiſtratus eligebantur. Eorum decretum idem erat, quod Romæ Senatuſconſultum. *Cic.* Recita, quæſo, Sexti, quid decreverint Capuæ Decuriones. ¶ Poſtremis temporibus hoc nomen in aulis etiam Cæſarum uſurpabatur, ut Decurio Palatii, Decurio Cubiculariorum, &c. *Suet. in Domit. c. 17. Ammian.* &c. V. Cubicularius.

Decurionālis, le, adject. ad decurionem pertinens, ſenatorius. Vet. Inſcript. apud *Spond. Miſc. Erud. Antiq. p. 169.* Exornato ornamentis decurionalibus. Gloſſ. gr. lat. βουλευτικὸς, decurionalis.

Decurionātus, us, ui, m. dignitas Decurionis. *Macrob. l. 2. Satur. c. 3.* Cicero ab hoſpite rogatus, ut decurionatum privigno ejus expediret. Adde *Plin. lib. 10. ep. 114.*

Decurro, is, ri, & interdum decucurri, decurſum, *correre in giù*, דרך, Germ. *ablaufen*, Gall. *courir enbas*, *s'ecouler*, Hiſp. *correr hazia abaxo*, deorſum curro, κατατρέχω, *Virg. Æn. 2. v. 41.* Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. *Plin. l. 3. ep. 20.* Rivi ex fonte decurrunt. ¶ Item ſimpliciter currere, percurrere. *Plin. lib. 24. cap. 18.* Scarabeum ſurſum deorſum decurrentem. *Cic. pro Quint. c. ult.* Decurrere ſpatium ætatis, vel vitæ. ¶ Item conjugere, *ricorrere*. *Juſtin. l. 16. c. 3.* Iterato ad Oraculum decurrunt. *Plin. lib. 10. ep. 97.* Ad te conſulendum decucurri. ¶ Sic decurrere ad Senatus conſultum, *Cæſ. l. 1. B. C.* Decurrere ad remedium aliquod, *Plin. lib. 3. epiſt. 19.* ¶ Item ſcribendo, vel dicendo percurrere. *Quintil. lib. 6. cap. 1.* Decurrendum per capita. *Stat. l. 5. Silv.* Verſu decurrere pugnas. ¶ Eſt etiam militare verbum, Decurrere enim exercitus dicuntur, cum imaginarias pugnas edunt, in duas partes diviſi vero ſimilem pugnam faciunt, ut parationes ſint cum hoſtibus congredientes, quod apud Macedonas factitatum, narrat *Liv. lib. 40. cap. 8.* Vide *Veget. l. 1. c. 27. & l. 3. c. 4.* Itaque pars religionis erat, quam ob cauſam & in heroum funeribus fieri ſolitam hujuſmodi exercitationem, notat *Lipſ. ad l. 2. Ann. Tac. cap. 40.*

Decurſĭo, onis, f. *ſcorreria*, *il correre all' ingiù*. *Brut. Cic. l. 11. Fam. epiſt. 10.* Antonius Apennino, Alpibuſque ſe tenebat, & decurſionibus per equites vaſtet ea loca, &c. *Cic. 5. Fin.* Tiberina decurſio. ¶ Eſt etiam militaris exercitatio, qua milites ad pugnas inſtituuntur, ea omnia peragentes, quæ in bellis facienda occurrunt, *eſercizio militare*. *Suet. Ner. c. 7.* Indicta decurſio prætorianis. *Veget. l. 2. c. 22.* Ad decurſionem campi milites exeunt.

Decurſus, us, m. 4. *diſcorrimento*, אפיק, Germ. *ablaufung*, Gall. *cours*,

course, Hisp. *corrida*, *discurso*, κατάδρομη, decursio. *Liv. l.* 1. Ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido. *Cic. Fam.* 3. *epist.* 2. Decursus mei temporis. ¶ Item decursio. h. e. militaris exercitatio. *Tac.* 2. *Ann. c.* 55. Exercitio equitum, decursibus cohortium interesse.

Decursus, a, um, adject. excursus, percursus, *scorso*. *Lucret. l.* 3. *sub fin.* Obiit decursu lumine vitæ. *Plaut. Merc.* 3. 2. 4. Decursu in spatio, breve quod vitæ reliquum est. *Cic.* 1. *de Orat.* Decursa abs te hæc sunt breviter.

Decurtātus, o. 1. 2. *accortato*, *troncato*, נרזע, Germ. *gekrizt*, Gall. *accourtry*, Hisp. *desmochado*, κολοβὸς, mutilatus, particip. a decurtor. *Cic. in Orat. c.* 53. Mutila sentit quædam, & quasi decurtata.

Decurvātus, a, um, idem quod curvatus. *Non. c.* 2. *n.* 92. Bura pars aratri posterior decurvata.

Decus, ŏris, p. gen. c. n. 3. *onore*, *dignità*, *ornamento*, τιμὴ, honor, laus, ornamentum, a *decet*. *Virg.* 6. *Æn.* Oblitus decorisque sui, sociumque salutis. *Cic.* 1. *de Nat. Deor.* Decus, & laus civitatis. *Horat.* 3. *od.* 16. Decus equitum. ¶ *Cornel. Front.* ita *decus* a *decor* distinguit, ut *decor* dicatur formæ, *Decus* vero honoris.

Decussātim, adv. κατὰ χιασμὸν, per decussēs. *Col. l.* 12. *cap.* 54. Rapam decussatim ferramento lunato incidito. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Circino decussatim describendum, & per decussationem & medium centrum linea perducenda ad extremum, &c. V. *Decusso*.

Decussātio, onis, fœm. actus decussandi. Exemplum vide in Decussatim.

Decussōr, onis, f. a decutio, *scuotimento*. *Tertul. l.* 2. *de cul. fœm. c.* 9. Decussio redundantioris nitoris.

Decussis, is, m. 3. nummus, qui decem asses valebat, sive denarium, a *decem*, & *assis*. Ejus figura erat Græca litera χ, vel Latina X. Quod si seces X in partes duas, superior pars erit litera V. quæ quincuncis, seu quinque assium nota erat. ¶ Plerumque ad geometriam applicatur, & significat sectionem lineæ transversim factam. V. *Decusso*. *Plin. l.* 18. *c.* 34. Ducantur duæ lineæ in decusses obliquæ. *Vitr. l.* 10. *cap.* 11. In primo decussis puncto. ¶ Sumitur & pro denario numero, seu decade, ab eod. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Decussissexis, n. indeclin. *Vitr. l.* 3. *c.* 1. Quoniam animadverterunt, utrosque numeros esse perfectos, & sex, & decem, utrosque in unum conjecerunt, & fecerunt perfectissimum decussissexis.

Decussō, as, a. 1. χιάζω, est ad decussis figuram redigere, hoc est, res aliquas eo ordine collocare, ut inter se literæ Græcæ χ, aut Latinæ X speciem præbeant. *Cic. de Univ. c.* 7. Hanc conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam quasi decussavit. *Colum. lib.* 3. *cap.* 13. In speciem græcæ literæ decussare.

Decussus, a, um, adject. *scosso*, *abbattuto*, ut decussa lilia, *Ovid.* 2. *Fast. v.* 707. Decussæ turres, *Liv.* 25. 7.

Decussus, us, m. 4. *abbattimento*, נוקף, Germ. *das abschlagen*, Gall. *secousse*, Hisp. *sacudimiento*, ἀπόσεισις, decutiendi actus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Aliqui tunc scribunt, decidere eum, rursusque decrescere facilem decussu. Nisi malis esse supinum verbi *decutio*.

Decutĭo, is, cussi, cussum, a. 3. *crollare*, *gettare a terra*, נקף, Germ. *abschlagen*, Gall. *secour*, Hisp. *sacudir*, ἀποσείομαι, quatiendo dejicio, ex de, & quatio. *Liv. l.* 1. *c.* 54. Summa capita papaverum dicitur baculo decussisse. *Horat. epod. 9. v. 9.* December silvis honorem decutit. *Plaut. Epid. c.* 2. 3. 4. Ex armario decutio argenti quantum mihi lubet. h. e. depromo.

Dedĕcet, imp. 2. *disconvenire*, Germ. *es stetth*, *ubel*, Gal. *il est mesceant*, Hisp. *no es bien*, *no conviene*, ἀπρεπὲς ἐστι, non decet, ineptum, inconveniens est. *Cic.* 1. *Off.* Contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare, & mente captum esse. *Ovid. l.* 1. *Amor. el.* 7. *v.* 12. Nec dominam dedecuere comæ. ¶ Personaliter *Stat.* 10. *Theb.* Si non dedecui tua jussa, tulique prementem.

Dedĕcor, is, o. 3. *laido*, *disonesto*, αἰσχρὸς, inhonestus, turpis. *Sallust.* apud *Priscian. l.* 6. Dedecores, inultique terga ab hostibus cædebantur. *Auson. epist. 9. v.* 5. Quæ dedecor alga recondit. *Stat. Theb.* 11. *v. penult.* Dedecorem amplexi vitam, reditusque pudendos.

Dedecoratĭo, onis, f. *il disonorare*. *Tert. de Anima*, *c.* 34. postrema dedecoratio.

Dedecorātor, oris, m. *chi disonora*. *Tertull. Apolog. c.* 14. Dedecorator deorum.

Dedecorātus, a, um, *disonorato*, *infame*. *Sueton. in Ner. c.* 36. Tanquam aliter illi non possent nisi morte succurrere, dedecorato flagitiis omnibus.

Dedecŏro, as, a. 1. *disonorare*, קלל, Germ. *enschren*, Gall. *deshonnorer*, Hisp. *deshonrar*, καταισχύνω, *Cic.* 3. *Off.* Dedecorantem & urbis auctoritatem, & magistri.

Dedecorōse, adv. αἰσχρῶς turpiter. *In epitom. Sex. Aur. Victor.* Dedecorose vixi, turpius peream.

Dedecorōsus, a, um, dedecorus, turpis, *indecente*. *Sex. Aurel. Victor. in Diocles.* Suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hausisse.

Dedecōrus, a, um, o. 1. 2. *disonorato*, *infame*. *Tac. l.* 3. *Ann. cap.* 32. Sex. Pompejus M. Lepidum, ut socordem, inopem, & majoribus suis dedecorum incusavit.

Dedĕcus, oris, n. turpitudo, infamia, probrum, labes, macula, ignominia, *infamia*, *disonore*, קלון, Germ. *schand*, Gal. *deshonneur*, Hisp. *deshonra*, αἰσχύνη, ignominia ex re turpiter gesta. *Cic.* 2. *Tusc.* Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiamne majus, quam dedecus? *Ad Herenn. lib.* 4. *cap.* 35. Dedecori esse studiis ac litteris.

Dedicatĭo, f. *dedicazione*, *consacrazione*, חנוכה, Ger. *vveyhun*, Gall. *dediace*, Hisp. *dedication*, καθιέρωσις, consecratio. *Cic. pro Domo.* Nisi quem forte illius castissimi Sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

Dedicatīvus, a, um, adject. idem, quod affirmativus, ut dedicativa propositio, cui opponitur abdicativa. *Apul. lib.* 3. *Dogm. Plat.* & *Capella initio Dialectice.*

Dedicātor, oris, m. qui dicat, *dedicatore*. *Tertull. Apol. c.* 5. Tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. h. e. inchoatore, atque auspice.

Dedicātus, a, um, adject. *dedicato*, *consacrato*. *Cic.* 3. *de Nat. Deor. c.* 15. Ædem Castori & Polluci in foro dedicatam vides. *Id.* 1. *Leg. c.* 22. Ingenium in se suum sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit. ¶ Dedicatus Apollo, apud *Horat. l.* 1. *od.* 31. h. e. divinis honoribus affectus, cui templum dedicatum sit.

Dedĭco, as, a. 1. *dedicare*, *consacrare*, חנך, Germ. *vvayhen*, Gall. *dedier*, Hisp. *dedicar*, καθιερόω, consecro, religiosum facio. Dedicare, inquit *Festus*, est dicendo deferre. Hinc *Cæcil. Annal. l.* 1. apud *Non.* Legati, quo missi sunt, veniunt, dedicant mandata. h. e. exponunt. *Accius* etiam *in Alphes.* Te esse Alcmæonis fratrem factis dedicat. *h. e.* dicit, asserit. V. *Parei Lex. Lucret.* ubi alia ex *Paulo*, & *Lucretio* exempla affert. ¶ Verum frequentior hujus verbi notio est, qua significat tribuere, sacrare, &c. *Cic. pro Arch. c.* 8. Smyrnæi delubrum Homero dedicaverunt. Sic templum, signum, aram dedicare. *Cic. & alii sæpe.* Et dedicare ædes alicujus. h. e. religioni obstringere, sacras facere. *Id. pro Domo sua.* ¶ Dedicare alicui librum, est, inscribere, nuncupare, & veluti consecrare. *Plin. in præfat. hist. nat.* Hos tibi dedicavi libellos. ¶ Interdum sumitur pro auspicari cum aliqua solemnitate. *Sueton. Nerone*, *c.* 35. Ejusmodi domum absolutam cum dedicaret. *Ascon. in Orat. Cic. in Pison.* Antequam Cn. Pompejus ludos faceret, quibus Theatrum dedicavit. *Plin. l.* 10. *ep.* 117. ¶ *Dedicare in censum*, est referre, & profiteri quæ sua sint in censendo, *dar in nota* &c. *Cic. pro Flacc. cap.* 32. At hæc prædia etiam in censum dedicavisti. *Gell. l.* 7. *c.* 11. Instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti. h. e. in æstimationem attribuisti. Alii utroque loco leg. *in censu*. ¶ Dedicare in sacrum. h. e. religioni obstringere. *Cajus lib.* 6. *ad leg. XII. tabul.* ¶ Dedicare in funus. h. e. funeris religioni obstringere. Paulus l. 19. D. in rem. verf. filius f. ¶ Dedicare sub ascia. V. Ascia.

Dedignatĭo, f. 3. Actus dedignandi, *lo sdegnarsi*, *e vicusare*. *Plin. in Paneg. c.* 18. Inertia, & contumacia, & dedignatione parendi. *Quint. l.* 1. *c.* 2. *ad fin.* Tacita dedignatio.

Dedīgnor, aris, d. 1. *sprezzare*, *sdegnare*, נאם, Germ. *verachten*, Gall. *dedigner*, Hisp. *desdenar*, ἀναξιόω, indignum reputo, contemno. *Ovid.* 1. *de Ponto.* Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est.

Dedisco, is, dedidici, a. 3. *dismparare*, Ger. *entlener*, Gal. *desapprendre*, Hisp. *desmedrar*, μεταμανθάνω, quod didici, obliviscor. *Cic.* 1. *de Or.* Juventus nostra dedisceret pene discendo. *Senec. Troad. v.* 633. Dedisce animus sero quod didicit diu.

Deditim, adverb. dedendo. *Dioned. Grammatic. l.* 1.

Deditĭo, f. 3. dedendi actus, *resa*, ἐγχείρησις. *Cic. pro leg. Manil.* Spem deditionis non ademit, obsidesque imperavit. ¶ Forma deditionis describitur a Livio in deditione Collatiæ, *lib.* 1. Deditionem facere, *Hirt. de B. Hisp. cap.* 20. In deditionem redigere, *Cic.* 4. *Philip. cap.* 5.

Deditĭtius, vel Dediticius, o. 1. 2. ἐδέδοτος, qui se in alterius imperium dedidit, a deditus. *Cic. ad Brut. ep.* 3. Id S. C. plerique interpretantur ad tuos sive captivos, sive dedititios pertinere.

Deditus, o. 1. 2. *dato*, *applicato*, *disposto*, *inclinato*, ἐκδοθεὶς, addictus, partic. a *dedo*, ut Deditus litteris, amori, voluptati, &c. *Cic. pro Cæl.* Cujus prima ætas dedita disciplinis fuit, iisque artibus, quibus instruimur ad usum forensem. *Id. Fam. 9. ep. 9.* Animus tibi deditissimus. ¶ *Dedita opera*, est data opera, consulto, *a posta*. *Cic. pro Rosc. Am.* Ut ea dedita opera, a vobis contra vosmetipsos facere videamini. Adde *l.* 10. *Att. ep.* 3.

Dedo, is, didi, ditum, a. 3. addico, trado, do, quasi consecro, *dare in tutto*, נקל, Ger. *ergeben*, Gal. *rendre*, Hisp. *dar en poder*, ἐκδίδωμι, est in perpetuum dare, vel totum subdere, sive in manus, potestatemve, & arbitrium dare. *Liv. l.* 1. Sic ad supplicium Numitori Remus deditur. ¶ Hinc dedere se hostibus, *arrendersi*. *Plaut. Amph.* Convenit, utri victi sint eo prælio, urbem, agros, focos, seque uti dederent. ¶ Aliquando est simpliciter dare. *Ter. And.* Verberibus te cæsum in pistrinum, Dave, dedam. *Virg.* 4. *Georg.* neci dedere. ¶ Aures dedere, est audire. *Cic. pro Arch.* Ut etiam Cordubæ natis Poetis aures suas dederet. ¶ Dedere se libidinibus, angoribus, amori, patriæ, alicui. h. e. obnoxium facere, incumbere, &c. *Cic.* 2. *Off.* & 2. *Leg. c.* 2. & *Tusc. c.* 30. Dedere se ad scribendum, *Id.* 1. *de Orat.*

Dedoctĕo, es, a. 2. *insegnare al contrario*, Germ. *entlehren*, Gall. *desapprendre*, Hisp. *desenfenar*, μεταδιδάσκω, est secus ab eo, quod quis doctus est, docere, vel falsum esse ostendere. *Quint. l.* 2. *c.* 3. Dedocendi onus plus, quam docendi est. *Cic.* 1. *de Fin.* Si a Polyæno familiari suo Geometriam discere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere.

Dedolĕo, es, n. 2. *non dolersi*, Germ. *verschmertzen*, Gall. *ne raffentir point de dorear*, Hisp. *no dolerse*, ἀπαλγέω, non doleo, seu dolere desino. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 480. Potui dedoluisse semel.

Dedŏlo, as, a. 1. *polire*, שלח, Germ. *uberbubten*, Gall. *doler*, *dolar*, ἀπελέω, dolabra, vel ejusmodi ferramento, quæ scabra, atque impolita sunt, lævigo, perfecte dolo, a *de* intensiva. *Colum. l.* 4. *c.* 26. Partes eorum putres dedolandæ. *Plaut. Mæn.* 5. 2. 106. Dedolabo assulatim viscera.

Dedomātus, a, um, adject. perfecte domitus, *ben domato*. *Commodian. Instruct.* 34. Equa primum dedomata.

Dedūco, ci, xi, ctum, a. 3. *scorgere*, *tirare*, *condurre al basso*, טלה, הוליך, Ger. *abführen*, *abziehen*, Gal. *deduire*, *conduire*, Hisp. *deducir*, ἐξάγω, proprie est superiore loco in inferiorem ducere, cum abl. & præp. *a*, vel *ab*, *e*, *ex*, *de*, vel sine præp *Cæs.* 3. *B. G.* Deducere de rostris conantem concionari. *Virg. in Pharm.* Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam. ¶ Item de loco ad locum, sive de re ad rem ducere, ut deducere cohortes ex præsidiis, Deducere de via, &c. *Cic. Att. l.* 7. Ut ille de his oppidis, quæ extra eam provinciam occupavisset, præsidia deduceret. *Liv. l.* 34. *c.* 35. Deducere præsidia ab oppidis. ¶ Et omissa præposit. quæ inest in ipso verbo, *Id. ibid.* Deducere præsidia civitatibus. ¶ Item ducere, vel abducere, ut deducere ad judicium, deducere sponsam marito, vel ad maritum, vel amicam ad amantem, &c. *Cic. pro Flacc.* Qui ad hoc judicium deducti non sunt. *Id.* 4. *Verr.* Hic est Docimus, ad quem iste deduxerat Tertiam Ilsidori mimi filiam. ¶ Item alicui comitatum præstare officii gratia, vel honoris, *accompagnare*. *Cic.* 10. *Fam.* Cumque magna multitudo optimorum virorum, & civium me de domo deduceret. *Liv. l.* 23. *c.* 23. Frequentes eum domum deduxerunt. ¶ Item ex majoribus fluminibus aquam in alia loca deducere. *Virg.* 1. *Georg.* Rivos deducere nulla religio vetuit. ¶ Deducere vela, est expandere apud *Ovid.* 3. *Metam. v.* 663. & *lib.* 6. *v.* 233. & *lib.* 11. *v.* 477. ¶ Translate est abducere, removere. *Q. Cic. de pet. Conf.* Ut de illa animi pravitate deducas. ¶ Item derivare. *Lactant. lib.* 4. Diximus, nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum. ¶ Item redigere. *Lact. l.* 4. Homines ad tantam cæcitatem esse deductos. ¶ Item proferre, *prolongare*. *Cic.* 1. *Acad.* Ut contra omnium sententias dies plerosque deduceret. Sic, deducere rem in noctem. *Cæs. l.* 3. *B. C.* ¶ Item in subtilitatem ducere. *Pompon.* Vocem deducas, oportet, ut mulieris videantur verba. Hinc ponitur etiam pro subtiliter, & nihil subrusticum proferre. *Hor. l.* 2. *ep.* 1. Tenui deducta poemata filo. ¶ Item subducere, ut *Deducere cibum*, parcius solito cibum suppeditare. *Ter. Eun.* Siqua est habitior paulo, pugilem esse ajunt, deducunt cibum. ¶ Item de summa aliquid demere, *sottraere*. *Cic.* 1. *Off.* Et addendo, deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat. ¶ Item privare, auferre. *Cic. pro Cæc.* Et de fundo Cæcina moribus deduceretur. ¶ Item inducere. *Cic. Att. l.* 9. Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, &c.

Deductĭo, f. 3. *condotta*, העצה, Ger. *beleitung*, Gal. *conduit*, Hisp. *arcaduc*, ἀπαγωγή, est actus deducendi. *Cic. de L. Agr.* Tum quæ erit in istos agros deductio? ¶ Item derivatio, cum ex fonte, aut flumine per rivos aqua deducitur. *Cic.* 1. *de Div.* Ex quo illa admirabilis a majoribus Albanæ aquæ facta deductio est. ¶ Item detractio minoris summæ a majore, *sottrazione*, ἀφαίρεσις. *Cic. in Verr.* Certis nominibus deductiones fieri solebant. ¶ Translate *Senec. de Benef. l.* 2. *c.* 4. Beneficia integra ad eos, quibus promissa sunt, perveniant, sine ulla, quod ajunt, deductione. Ex quibus verbis patet, formulam fuisse, *sine ulla deductione*. Quo pertinet vetus Inscriptio a Lipsio in hunc locum allata: Signum Panthei testamento fieri, ponique ex argenti libris C. sine ulla deductione jussit.

Deducto, as, *Lucil.* apud *Non.*

Deductor, oris, m. *chi accompagna*, מְשַׁלֵּחַ, Ger. *beleiter*, Gal. *conducteur*, Hisp. *guiador*, πάρεδρος, qui ducit. *Q. Cic. ad M. Cic. de petit. consul. c.* 9. Una salutatorum, cum domum veniunt, altera deductorum.

Deductorium, ii, n. sulcus, vel fossa ad aquam deducendam in agris. *Pallad. Novemb. tit. de Castaneis:* Locus tamen deductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo germen extinguat.

Deductus, us, m. idem quod deductio, seu adductio. *Apul. A. A. l.* 1. Ponderis deductu vestis ad ingluviem adstricta.

Deductus, a, um adject. adductus, *ridotto*, *condotto*. *Nepos* 15. 7. Deducta eo res est. *Cic. Phil.* 13. Homo deductus ex ultimis gentibus. ¶ Deductum carmen, h. e. tenue, dicitur a *Virg. Ecl.* 6. Pastorem pingues pascere oportet oves, deductum dicere carmen. Ita explicant Serv. & Macrob. ducta metaph. a lana, quæ in tenuitatem deducitur. Sic nasus deductior, h. e. tenujor. *Sueton. Aug. c.* 79. Nasum a summo eminentiorem, ab imo deductiorem. ¶ Vox deducta, pro subtili, & tenui. Afran. respondit voce deducta. V. in *Deduco*.

Dedux, ucis, com. qui deducitur, seu originem trahit. *Symmach. l.* 8. *ep.* 18. Nisi forte Gallia tua dedux sit ab Helicone.

Deĕo, is, ivi, itum, n. a *de* & *eo* conflatum, significat de aliquo loco abire, ut Deire jugis, q. d. ire de jugis, apud *Stat. Theb. l.* 2. *v.* 551. ut ex MSS. restituit Gronovius.

Deerro, n. 1. *errare*, *vagare*, *traviare*, תָּעָה, Ger. *irrgehen*, Gal. *s'egarer*, Hisp. *vagar*, *apartarse*, ἀφαμαρτάνω, est de via declinare. *Virg. 7. Ecl.* Vir gregis ipse caper deerraverat. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. Ut obvios non videamus, & itinere deerremus. ¶ Translate est a ratione discedere. *Auct. ad Her. l.* 1. Si non deerrabimus ab eo, quod cœpimus exponere. ¶ *Tacit. Ann.* 13. *c.* 29. Sors deerrabat ad parum idoneos, *cadeva sopra soggetti poco abili*.

Defæcabilis, le, adject. qui defæcari, & purgari potest, ut defæcabilis cisterna, apud *Sidon. l.* 1. *ep.* 5.

Defæcatio, onis, f. a fæce purgatio, *purgazione*. *Tertul. de Anim. c.* 27. Ex carnis defæcatione.

Defæcatus, o. 1. 2. quod est a fæce repurgatum, purum, sine sordibus. *Col. lib. ult.* Et defæcatum vinum in amphoras bonas adjicito. ¶ Translate *Plaut. Aul.* 1. 2. Nunc defæcato demum animo egredior domo, ideſt, ab angore purgato, tranquillo.

Defæcis, e, adject. qui est sine fæce. *Corn. Sever. de Aetna*, *v.*424. Quam levis excocto defæcis robore pumex. Alii leg. *defecit*. Scaliger priorem lectionem magis probat.

Defæco, a. 1. *purgare*, *levare la feccia*, זקק, Ger. *leutern*, Gal. *separer de la lie*, Hisp. *quitar las bezes*, ἀποτρυγόω, a fæce purgo, fæcem detraho. *Plin. l.* 18. *c.* 26. Vina tamen defæcari, etiam diffundi Hyginus suadet. ¶ Translate *Sidon. l.* 1. *ep.* 1. Literas defæcandas limandasque alicui committere.

Defamātus, a, um, adject. fama privatus, *infamato*. *Gell. l.* 9. *c.* 2. Ut vocabula quæque eorum defamata, atque emortua cum iis videantur. *Id. l.* 18. *c.* 3. Turpitudine pristinæ vitæ defamatissimus.

Defāno, as, avi, atum, a. 1. idem quod profano, *profanare*. *Arnob. l.* 4. *ad fin.* Spatiola defanata.

Defarinātus, a, um, adject. in farinam redactus, apud *Tertul. cont. Valentin. c.* 31.

Defatigātio, f. 3. *lo stancarsi*, הֵלְאָה, Ger. *ermidung*, Gal. *lassement*, Hisp. *cansancio*, κατατόνωσις, actus defatigandi. *Cic. de Sen.* Corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur.

Defatigātus, o. 1. 2. *stancato*, *stanco*, labore confectus. *Cic.* 10. *Fam.* Sed mehercule in ea conservanda jam defatigatus non multo plus faveo patriæ, quam tuæ gloriæ.

Defatigo, a. 1. *stancare*, הִטְמִיהַ, Ger. *ermiden*, Gal. *lasser*, Hisp. *cansar*, κατακοπόω, lassum reddo. *Cic. pro Quinct.* In quo illud tot, & tales viros defatigat? *Id. pro Marcell. c.* 6. Noli in conservandis bonis viris defatigari.

Defatiscens, tis, fatiscens, deficiens. *Plin.* 17. 2. Arbores, si blandiantur Austri, defatiscentes.

Defectio, f. 3. *mancamento*, ἔκλειψις, λειποθυμία, actus deficiendi, diminutio. *Cic. de Sen.* Defectiones Solis, & Lunæ multo nobis ante prædicere. ¶ Item lassitudo, *debolezza*, ἔκλειψις, *Suet. in Calig. c.* 50. Ut tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere se se, ac sufferre vix posset. ¶ Item rebellio vel militum ab Imperatore, vel civitatis a domino, cum ab eorum gubernatione discedunt, *ribellione*, מֶרֶד, Ger. *abfall*, Gal. *rebellion*, Hisp. *rebeldia*, *rebelion*, ἀποστασία. *Liv. l.* 1. Ob reliduas bellorum iras maxime solicitati ad defectionem voluntarios traxere. Et translate. *Cic.* 4. *Tusc.* Intemperantiam, quæ est a tota mente, & recta ratione defectio. ¶ Ellipsis etiam, figura, qua aliquid in oratione subticetur, *defectio* vocatur a *Macrob. l.* 6. *Sat. c.* 8.

Defectivus, o. 1. 2. *difettivo*, *imperfetto*, ἐλλειπτικός, quod est mancum, & imperfectum. *Tertull. adv. Valent. c.* 14. Defectiva, & abortiva genitura. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 10. Defectiva febris. h. e. intermittens.

Defector, m. 3. *ribello*, מֶרֶד, Germ. *abfeltig*, Gall. *rebelle*, Hisp. *rebelde*, ἀποστάτης, qui de uno exercitu ad alium transit. *Suet. in Ner. c.* 43. Revocatisque ad pœnitentiam defectoribus.

Defectrix, icis, f. quæ deficit, *manchevole*, ut defectrix virtus, *Tertul. adv. Valent. cap. ult.*

Defectus, us, ui, m. idem quod defectio, *mancanza*, *debolezza*, *difetto*. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Defectus stomachi. *Id. l.* 20. *c.* 2. *ad fin.* Defectus animi. *Virg.* 2. *Georg. v.* 478. Defectus solis, lunæ, *eccliſſe*.

Defectus, a, um, adject. deficiens, destitutus, privatus, *privo*, *mancante*, *abbandonato*, ἐκλελειμμένος. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Aqua & cibo defecti. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Defectus dentibus. *Martial. de cygno l.* 3. *epigr.* 77. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. *Celſ. l.* 1. *c.*8. Defecta a menstruis mulier. *Colum. in præfat.* Defectissimum annis & viribus in agrum relegat. *Apul. l. ult. Florid.* Oratione defectior.

Defendo, is, endi, ensum, a. 3. *difendere*, נָגַן, Ger. *beſchirmen*, Gal. *defendre*, Hisp. *defender*, διαπόζω, proprie est depellere, avertere, prohibere, *tener lontano*. *Cic.* 5. *Offic. c.* 18. Defendere, ac propulsare injuriam. *Ovid. l.* 2. *de Rem. amor. v.* 228. Proximus a tectis ignis defenditur ægre. *Virg. ecl.* 7. *v.* 47. Solstitium pecori defendite. *Sil. l.* 7. *v.* 170. Defendere sitim lympha. ¶ Metaleptice usurpatur pro tueri, ut dictum est. *Cic. pro Quinct. c.* 13. Locum suum honestissime defendere. *Id. de Senect.* Causas defendere. ¶ Construitur & cum præposit. *Id. pro Leg. Manil. c.* 6. Provincia non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis defendenda. *Cic. pro Sylla. c.* 2. Qui illum solus ante de ambitu defendisset. ¶ Defendere valetudinem, pro conservare. *Celſ. l.* 4. *c.* 5. ¶ In disputando defendere, est ratione asserere. *Cic. in Acad.* Id recte factum esse, defenderem.

Defensa, æ, f. *difesa*, defensio. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 18. A Deo exspectare defensam.

Defensio, f. 3. *difesa*, מָגֵן, Ger. *beſchirmung*, Gal. *defense*, Hisp. *defension*, πρόσκαιρα, actus defendendi. *Cic.* 4. *Acad.* Ut ea pars defensionis relinquatur. *Id.* 1. *Fam. ep.* 9. Defensionem alicujus suscipere.

Defensito, as, a. 1. freq. a defenso. *Cic.* 1. *Off. c.* 33. Si igitur non poterit sive causas defensitare, &c.

Defenso, as, a. 1. freq. a defendo. *Sall. Jug. c.*60. Qui mœnia defensabant. *Liv. l.* 26. *c.* 45. Mœnia ipsa se se defensabant. ¶ Defensare injuria, pro, ab injuria, *Plaut. Bacch.* 3. 3. 39.

Defensor, m. 3. *difensore*, נוֹגֵן, Ger. *beſchirmer*, Gal. *defenſeur*, Hisp. *defendedor*, ὑπερμάχης, qui defendit. *Cic. in Verr.* Quem sibi illa defensorem sui juris, ultorem injuriarum, actorem totius causæ adoptavit. *Liv. l.* 36. *c.* 35. Defensor vobis adero. *Cic. pro Mil.* Defensor necis, h. e. propulsator.

Defensrix, icis, f. *difenditrice*, quæ defendit. *Priscian. sup. verſ. Æneid. pag.* 1220. *Putsch.* testatur, usurpatam esse hanc vocem ab ipso *Cicerone in Timæo*.

Defensuīri, pro defensum iri, ut Debituiri, pro debitum iri. *Ulpian. de dot. prælect.*

Defensus, a, um, adject. *protetto*, *difeso*. *Nepos* 19. 2. 3. Ab eo in judiciis defensus. *Curt. l.* 10. *c.* 9. Ne loci quidem religione defensus occiditur.

Defĕro, ers, detuli, delatum, a. anom. *portare*, נָשָׂא, Ger. *bringen*, Gal. *apporter*, Hisp. *traer*, *llevar*, ἀπάγω, pene idem est, quod tero, vel affero, cum acc. *Plaut. Amph.* 2. 2. 69. Quid, si e portu navis huc nos dormientes detulit? ¶ Vel cum acc. & dat. *Plaut. Trin.* Quibus me oportet has deferre epistolas. ¶ Vel cum acc. & alio acc. cum præp. *ad*, vel *in*. *Liv. l.* 5. Deferri in præceps. *Plaut. Asin.* Egon' ut non domo uxori meæ furripiam pallam, atque ad te deferam? ¶ Est item dare, tribuere. *Liv. l.* 1. Omnes Numæ Pompilio Regnum deferendum decernunt. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 10. Universum studium, & benevolentiam ad te defero. Sic deferre honores alicui. *Cic. pro Dom. c.* 9. Et deferre alicui suam voluntatem, *Id. Fam.* 13. 18. h. e. subjicere. ¶ Item denuntiare, narrare. *Cic.* 4. *Fam.* Vehementer te esse solicitum, multi ad nos quotidie deferunt. *Nep. Annib. c.* 3. Deferre senatui. ¶ Causam deferre ad aliquem est tradere, committere. *Cic. in Brut.* Itaque auctoritate C. Lælii publicanos causam detulisse ad Galbam. ¶ Deferre alicujus nomen, est apud Judicem, vel Magistratum de aliquo crimine aliquem denuntiare, & reum facere. *Cic. pro Cæl. c.*31. Nomen amici mei de ambitu detulit. *Id. ibid.* Maleficium alicujus ad judicem deferre. *Tacit.* 5. *An.* Deferri impietatis. *Varro* quoque apud *Gell.* 13. 4. *deferre* absolute pro accusare dixit. ¶ Deferre jusjurandum, est, facultatem jurandi dare. *Quintil. l.* 5. *c.* 6. Ne cui jusjurandum deferremus. ¶ Interdum deferre significat vendendum exponere. *Senec. ep.* 42. *a med.* In omnibus consiliis rebusque faciamus, quod solemus facere, quoties ad institorem alicujus mercis accessimus; videamus, quanti deferatur. ¶ Significat etiam, *dare in nota*. Solebant enim Magistratus e provincia reversi eorum nomina ad ærarium deferre, quorum opera in provinciæ administratione usi fuissent, ut & ipsi pro meritis suis beneficium aliquod a Senatu consequerentur. *Cic. Fam.* 5. *ep.*20. Scito a me & Tribunos militum, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse. Dicebant etiam, *deferre in beneficiis*, quod is qui deferebat, quasi beneficium aliquod in Remp. deferre videbatur, seu quod qui delatus erat, beneficium ex ærario consequebatur, Ital. *pensione*. *Cic. pro Arch.* In beneficiis ad Ærarium delatus est L. Lucullo Prætore. ¶ Ponitur etiam pro ferre, producere, gignere. *Plin.* 19. 1. Frutex similem barbatæ nucis defert fructum.

Defervefacio, a. 3. *far bollire forte*, רִחַח, Germ. *ſchrſiedend machen*, Gall. *faire bouillir*, Hisp. *hazer beruir*, θερμαίνω, valde fervere facio. *Plin. l.* 23. *c.*7. Radix caprifici defervefacta in vino dentium dolores sedat. Adde *Vitruv. l.* 8. *c.* 5.

Defervefactus, a, um, adject. fervefactus, *bollito*, *scaldato*. *Plin. l.*20. *c.*7. Semen defervefactum in aqua. Adde *Varr.* apud *Lactant. de Opif. Dei, c.*17.

Defervĕo, es, rvi, n. *cessare di bollire*, Germ. *aufhoren zu ſieden*, Gal. *se refroidir*, Hisp. *dexar de beruir*, ἀποζέω, fervere desino. *Plin. l.* 14. *c.* 9. *ad fin.* Hoc (mustum) protinus in lagenis suis defervere passi. *Plin. l.* 9. *ep.* 16. Ut primum videbuntur defervisse.

Defervesco, is, bui, n. 3. *raffreddarsi*, ἀποζέω, est fervorem amittere. *Col.* In se concoqui, & defervescere patiantur. ¶ Translate ponitur pro ardorem animi invita ratione excitatum deponere, remittere. *Cic.* 4. *Tusc. c.*36. Si quam habent ulcisendi vim, differant in tempus, dum defervescat ira. *Ter. Adelph. a.* 1. *in fi.* Sperabam, jam deferbuisse adolescentiam. Sic defervescere dicuntur cupiditates, studia, &c. *Cic. pro Cæl. c.* 19. & *pro Cluent.*

Defessus, o. 1. 2. *stanco*, κατάκοπος, valde fessus, defatigatus. *Cic. in Rull.* Ut aratores cultu agrorum defessi urbis domicilius uterentur. *Id.* 1. *Acad.* Et, nisi de via defessus esset, continuo eum ad nos venturum fuisse. V. *Defetiscor*.

Defetigare pro defatigare, reperiri interdum in MCStis testatur *Par. in Lex. Crit.*

Defetiscentia, æ, f. defatigatio, *stanchezza*. *Tertul. de Anim. c.* 43. Anaxagoras somnum defetiscentiam affirmat.

Defetiscor, eris, defessus sum, d. 3. *stancarsi*, עָיַף, Germ. *mid vverden*, Gal. *se lasser*, Hisp. *cansarse*, ἀποκάμνω, est lassari, labore deficere, *a fastiscor*. *Ter. Phorm.* 4. 1. 23. Neque defetiscar unquam ego experiri, donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero. *Id. Adelph.* 4. 6. Defessus sum ambulando. ¶ Diomed. Grammaticus putat, *defessus* non esse particip. ab hoc verbo, sed simpliciter nomen, cum per se nullum tempus significet. Sed hæc ad verbi notionem nihil, puto, attinent.

Deficio, cis, eci, ectum, a. 3. *mancare*, חָסַר, Germ. *mangeln*, *gebechn*, Gal. *faillir*, *manquer*, Hisp. *faltar*, ἐλλείπω, desum, non sufficio, cum nominat. rei inanimatæ, & dat. vel acc. personæ, ut Vires mihi deficiunt, Dies me deficiet, Vox illi defecit, Oratio illum defecit, &c. Non autem recte dicitur ex. gr. Uxor me deficit, sed a me. *Cic. pro Flacc.* Ad quam opprimendam non animus eis, sed vires deficiunt. *Id.* 4. *Ver.* Me dies, vox, latera deficient. ¶ Cum infinito *Sil. l.* 3. *v.* 111. gelidos ne scandere tecum Deficiam montes conjux tua? crede vigori femineo, &c. Sed tamen illud infinitum Græco more pro nominativo positum est. Est enim sensus: *an* ego conjux tua *Deficiam scandens gelidos montes?* ¶ Sæpe ponitur absolute, ideſt, sine casu posteriore. *Cic. de Fin.* Si forte memoria defecerit, tuum est, ut suggeras. ¶ Est etiam vires amittere, languescere, desinere. *Cic. Att. l.* 1. Ne una plaga accepta P. C. conciderent, ne deficerent. *Cæs.* 7. *B. G. c.* 30. Deficere animo, *perder' il coraggio*. ¶ *Cic.* 1. *de Div. c.* 43. Si Luna paulo ante Solis ortum defecisset in signo Leonis, *essendo'i ecclissata*. ¶ Item carere, privari, cum ablat. sine præp. *Col. l.* 3. Vide, ne pristino alimento deficiat. ¶ Atque in hac significatione etiam passive sumitur pro destitui, derelinqui. *Cic. pro Cluent. c.* 65. Mulier abundat audacia, consilio, & ratione deficitur. ¶ Est item recedere, desciscere, cum homines ab iis, quorum sub imperio sunt, discedunt, & in hostium numerum se conferunt, vel simpliciter cum ab alterius ductu, & partibus

bus recedunt, *partirsi*, *ribellarsi*. *Cic.* 3. *Ver.* Deficere ab imperio, ac nomine nostro volebat? *Liv.* Pomeria, & Cora ad Aruncos detecerunt. ¶ Et translate. *Cic. de Amic. c.* 11. Difficile est, amicitiam manere, si a virtute deteceris. *Id.* 2. *Fam. ep.* 16. Deficere a se ipso. h. e. naturam & mores mutare. ¶ *Plin. l.* 2. *c.* 10. Deficit in mucronem figura. h. e. definit. ¶ *Alter Plin. l.* 2. *ep.* 17. Hæc amœnitas deficitur aqua salienti, *le manca*.

Defigo, is, ixi, ixum, a. 3. *piantare*, *ficcare*, תקע, Ger. *anheffsten*, Gal. *fischer*, Hisp. *hincar*, καταπηγνύω, deorsum figo, implanto, immitto, cum dat. vel cum accus. & præp. *in*, vel cum abl. & præp. *in*. *Virg.* 2. *Georg. v.* 290. Terræ defigitur arbos escus. *Col. l.* 2. In terram bene pastinatam, & stercoratam rectum sarmentum defigito. *Cic. in Catil. l. c.* 6. Sicam in corpore Consulis defigere voluit. ¶ Translate sumitur pro imprimere. *Cic.* 2. *Ver.* Ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium ejus furta, atque flagitia defixurus sim. ¶ Item ponere, applicare. *Cic.* 11. *Phil.* In cujus possessiones, atque fortunas non impudentissimos oculos spe, & mente defigere? *Id.* 3. *de Or.* Defigere mentem in aliqua re. *Plin.* 8. 16. Defigere oculorum aciem in aliquid. ¶ Item obstupefacere, attonitum reddere. *Liv. l.* 1. Tacita mœstitia ita defixit omnium animos, ut, &c. *Id. l.* 3. Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit. ¶ Usurpatur hoc verbum etiam in sortilegus, & devotionibus, & significat ligare, obnoxium reddere. *Senec. Herc. Oet. v.* 523. Hoc magæ dixere amorem posse defigi malo. Adde *Virg. Ciri*, *v.* 377. & V. *Salmas. ad Suet. Calig. c.* 3.

Defindo, is, idi, issum, a. 3. idem quod findo, *fendere*. *Ennius apud Non. c.* 2. *n.* 351. Malos defindunt, fiunt tabulata, falæque.

Defingo, is, inxi, ictum, a. 3. idem quod fingo. *formare*. *Cato c.* 54. *R. R.* Panem defingere.

Definio, is, ivi, itum, ire, a. 4. *definire*, *circonscrivere*, נבל, Ger. *entscheiden*, Gal. *borner*, Hisp. *definir*, καθορίζω, constituo, circumscribo, decerno, & quasi finiendo certos rei, de qua agitur, terminos præscribo. *Cic. pro Arch.* Res hæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur. ¶ Definire alicui, quid faciat, h. e. præscribere. *Id. pro Quint.* ¶ *Cæs. l.* 7. *B. G. c.* 38. Definire diem, tempus, *determinare il dì*. ¶ Est item rem aliquam describere, ejusque vim explicare. *Cic.* 1. *Off.* Placet igitur ante definire, quid sit officium. ¶ Definitum est, decrevi, constitui. *Plaut. Cist.* Perge eloqui, non remittam, definitum est. ¶ Legitur etiam *diffinio*.

Definite, *espressamente*, *con limitazione*, Germ. *ausstruckenlich*, Gall. *expressément*, Hisp. *determinadamente*, expresse, manifeste. *Cic. pro Bal. c.* 14. Quæ definite postulatem Pompejo civitatem donandi dederat. *Plin. Paneg. c.* 88. Definite, distincteque designat. *Cic. in Orat.* Definite, distincteque dicere.

Definitio, onis, f. *definizione*, Gal. *definition*, Hisp. *definicion*, ὁρισμὸς, est oratio explicans, quid sit id, de quo disputatur, ut Homo est animal rationale. *Cic.* 1. *de Or. c.* 42. Est definitio earum rerum, quæ sunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, brevis & circumscripta quædam explicatio. ¶ *Id.* 2. *Divin.* Hominum, & temporum definitione sublata, *senza specificare chi*, *e quando*. ¶ Legitur & *diffinitio*.

Definitive, & Diffinitive, adv. definiendo, definite. *Tertul. de carn. Christi*, *c.* 18. Sententialiter, & definitive pronunciare. Adde *Ascon. in Verr.* 4. *c.* 10. *ad illa verba* tua manu numeratum.

Definitivus, o. 1. 2. ὁριστικὸς, quod ad definitionem spectat. *Cic. de Inv. l.* 2. *c.* 17. Cum nominis controversia est, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur. ¶ Apud *JCtos leg.* 2. *Cod. de sentent. experic. recit.* Sententia definitiva est, quæ ultimo datur, & rem totam absolvit.

Definitor, oris, m. qui definit, & decernit. *Tertul. l.* 1. *cont. Marc. c.* 10. Habemus illum alicubi unius baptismi definitorem.

Definitus, a, um, adject. *definito*, *determinato*. *Cic. in Somn. Scip. c.* 3. Esse in cælo certum & definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur.

Defioculus, m. 2. *losco*, *senza un occhio*, Germ. *einaugig*, Gal. *borgne*, Hisp. *tuerto*, ἑτεροθάλμων, cui oculus defit, seu deest. *Mart. l.* 12. *epigr.* 59. Hinc defioculus, & inde lippus. Al. tamen leg. *Hinc cæsis oculis*. Alii, *cæcis oculis*.

Defit, verb. def. *manca*, Gall. *il ya faute*, Hisp. *falleſce*, λείπει, deest, cum dat. *Cic. in Tusc.* 3. *c.* 19. Mihi fortuna magis nunc defit, quam genus. *Ter. Hec.* 5. 2. Nihil apud me tibi defieri patiar. *Gell. l.* 20. *c.* 7. Ostreæ defiunt. *Plaut. Men.* 1. 4. 3. Neque defiat, neque superfit. ¶ Fit hoc verbum a *fio*, ut tradit Voss. in Etymol. Alii a *deficio* derivant, ut *desit*, sit per syncopem pro *deficit*.

Defixus, a, um, o. 1. 2. infixus, hærens in aliquo, *fisso*, *attaccato*. *Cic. in Somn.* Quousque humi defixa tua mens erit? *Id. in Or.* Id intueri, atque in eo defixus esse debet. *Horat. l.* 1. *ep.* 6. Defixis oculis videre.

Deflacco. V. Deflocco.

Deflagratio, onis, f. *abbruciamento*, הבערה, Ger. *brunst*, Gal. *embrasement*, Hisp. *abrasamiento*, ἔμπρησις, combustio. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 19. Qui negant, se recusare, quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.

Deflagratus, a, um, adject. ambustus, *abbruciato*. *Cic. Catil.* 4. *c.* 6. In cinere deflagrati imperii collocarent.

Deflagro, as, n. 1. *ardere*, *abbruciarsi fortemente*, בער, Ger. *verbrennen*, Gal. *bruler*, Hisp. *arder*, ἐμπρήθομαι, vehementer comburor, igne consumor. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse. *Id.* 4. *Acad. c.* 37. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. ¶ Significat etiam detervescere, mitescere. *Liv. l.* 40. *c.* 8. Spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

Deflammo, as, avi, atum, a. 1. *Apul.* 5. *A. A. sub fin.* Pharetram expilet, & sagittas deprimet, arcum denodet, tædam deflammet. h. e. igne spoliet, extinguat.

Deflecto, is, xi, xum, a. 3. *torcere*, *piegare*, Ger. *nider biegen*, Gal. *flechir*, *plier*, Hisp. *doblegar*, καταγέμνω, torqueo, curvo. *Col. l.* 6. *c.* 11. Ramum olivæ deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa. ¶ Translate est declinare, divertere. *Cic.* 3. *Off.* In quo verbo lapsa consuetudo de via deflexit. *Id. pro Rosc. Com. c.* 16. Deflectere a veritate. ¶ Transitive etiam construitur. *Id. in Or. c.* 40. Ut declinet a proposito, deflectatque sententiam. ¶ Deflectere in aliquem locum. *Plin. l.* 4. *ep.* 1. Deflectemus in Thuscos, ut necessario tungamur officio. Sic deflectere iter, vel ex itinere. *Id.* & *Lucan. l.* 3.

Deflĕo, es, a. 2. *piangere*, בכה, Ger. *beklaben*, Gal. *pleurer*, Hisp. *llorar*, καταδακρύω, idem, quod fleo, deploro. *Afinius Cic. l.* 10. *ep.* 31. Illud initium civilis belli deflevi. *Apul. l.* 5. *A. A.* Sorores deflebant oculos, & plangebant ubera. h. e. oculos fletu fœdabant. *Senec. in Octav. v.* 10. Semper genitrix deflenda mihi.

Defletio, onis, f. fletus, quo aliquid prosequimur, *pianto*. *Juvenc. l.* 4. *v.* 122. *in cap. Matth.* 24. Adveniet jam tunc tristis defletio terris.

Defletus, a, um, adject. ex particip. *pianto*, *compianto*. *Cic. Tusc.* 1. *c.* 35. Liberi defleti. Et 7. *de Orat. c.* 3. Mors a multis sæpe defleta.

Deflexio, onis, f. idem quod deflexus, *piegatura*. *Juvenc. l.* 4. *v.* 153. *in Luc. c.* 21. Deflexio lucis.

Deflexus, us, m. 4. *piegatura*, κατάκαμψις, curvatio. *Col. l.* 4. *c.* 26. Ne deflexu frangatur. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 2. *init.* Descendamus ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum.

Deflexus, a, um, adject. curvatus, *piegato*, ut, Amnes in alium cursum contorti, & deflexi. *Cic.* 1. *Divin. c.* 19. Additur a quibusdam aliud exemplum ex *eod. l.* 9. *ad Attic. ep.* 10. Ætas jam a diuturnis laboribus deflexa ad otium. Sed al. leg. *devexa*.

Deflo, as, n. *soffiar via*, נשיב, Germ. *abblasen*, Gal. *souffler*, Hisp. *soplar*, πνέω, idem quod flo. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Vetabantque munditiarum causa deflare. ¶ Translate est contemnere, *sprezzare*. *Sueton. Calig. c.* 38. Julii, & Augusti diplomata, ut vetera & obsoleta deflabat. Ita enim legunt Casaub. Salmas. & Lipsius. Vulg. *Deflebat*.

Defloccatus, o. 1. 2. quod floccos amisit, ut *Senes defloccati*, qui calvi sunt, quia suos floccos, idest capillos amisere. *Plaut. Epid.* 5. 1. 10. Per urbem duo defloccati senes quæritant me.

Defloccо, as, a. 1. est floccis nudare, & transl. privare, a *floccus*. Nonnulli in *Plaut. Asin.* 3. 3. *post v.* 110. talem inserunt. Perii: jam illicce homo meos hic lumbos defloccabit. h. e. atteret. ¶ *Non. c.* 1. *n.* 22. aliter refert. Sic enim habet: Defloccare est atterere, tractum a vestibus sine flocco. *Plaut. Casin.* Perii, flocco habebit jam illic homo lumbos meos.

Defloratio, onis, f. proprie est florum hinc inde collectio. Hinc translate *Tert. adv. Valentin. c.* 12. Graculus Æsopi ex omnium defloratione constructus.

Defloratus, a, um, adject. flore privatus, ἀνάνθερος. *Quintil. l.* 6. *præfat.* Certos, atque defloratos fructus ostendebat. Al. leg. *Deformatos*, h. e. qui formam quidem pomorum habent, non adhuc tamen magnitudinem, & maturitatem.

Defloreo, es, n. 2. *fiorire*, flores emitto. *Col. l.* 5. *c.* 6. *ad fin.* Vitis cum se multa fronde cooperit, pejus defloret, nebulaque & rores diutius continet, omnemque uvam perdit.

Defloresco, is, ui, n. 3. florem amittere, ἀπανθέω, *sfiorire*, *perder' i fiori*. *Catull. carm. nupt.* 63. Idem cum tenui captus defloruit ungue. ¶ Significat etiam flores emittere. *Colum. l.* 2. *c.* 12. Frumentum & hordeum spicam emittit, & cum totam edidit, octo diebus defloresci. h. e. emittit, ac demittit. ¶ Translate sumitur pro vires, aut decorem amittere. *Auct. ad Heren. l.* 4. *cap.* 27. Formæ dignitas aut morbo defloresci, aut vetustate. *Gell.* 14. 1. Spes tibi jam defloruit.

Deflōro, as, a. 1. *sporcare*, *macchiare*, בזה, Ger. *veraviſten*, Gal. *defleurer*, Hisp. *deflorar*, μιαίνω, conspurco, contamino, vitio, a flos, quasi sit floribus, & ornatu spoliare. *Liv. l.* 37. *c.* 38. Gloriam ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas esse. Ita ediderunt Aldus, Scheffer. Froben. & Gruter. Gronovius mavult *præfloratam*. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Futurum gaudii fructum spes tibi jam defloravit. Sed hic quoque al. leg. *præfloravit*.

Defluo, is, n. 3. *scorrere all' ingiù*, נוד, Ger. *abfliessen*, Gal. *s' ecouler*, Hisp. *escorrerse*, καταῤῥέω, deorsum fluo, & dicitur proprie de fluminibus. *Plin. l.* 6. *c.* 7. Defluit in Rhenum Moganus. *Virg.* 3. *Georg.* Missusque secundo defluit amni. Dicitur & de aliis rebus, ut vestis, toga defluxit ad imos pedes. *Virg.* 1. *Æn.* ¶ Per translationem est decurrere, delabi, *trascorrere*. *Cic. in Lælio*. Ad leves amicitias defluxit oratio. ¶ Item ætate, vel morbo solvi, *mancare*. Hinc folia ex arboribus, capilli ex capite defluere dicuntur. *Sal. in Jug.* Ubi per socordiam vires, tempus, ætas, ingenium defluxere. ¶ Item decidere, *cader giù*. *Curt. l.* 7. *c.* 7. Corpus ex equo defluxit in terram. *Virg.* 11. *Æn. v.* 500. Quem tota cohors imitata, relictis Ad terram defluxit equis. ¶ Significat etiam, desinere fluere, *cessare di scorrere*. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 42. Rusticus exspectat, dum defluat amnis, at ille Labitur, & labetur in omne volubilis ævum. ¶ Translate *Cic. Fam. ep.* 2. Ubi salutatio defluxit, literis me involvo. ¶ Defluere ab aliquo, est declinare. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Amabant cum magis, quam imitabantur, tantumque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat.

Defluvium, n. 2. capillorum fluxus. *Plin. l.* 11. *c.* 39. Defluvia comarum facere dicitur.

Defluus, a, um, o. 1. 2. quod defluit. *Plin. l.* 22. *c.* 13. Hippocrates capillos mulierum defluos tricari raphanis jubet. *Apul.* 3. *A. A.* Guttatim defluus. ¶ Deflua cæsaries, apud *Prudent.* est prolixa, promissa. Inquit enim *in Pass. Cyprian. v.* 30. Deflua cæsaries competescitur ad breves capillos.

Defluxio, onis, f. idem quod defluvium, *lo scorrer in giù*, καθόρμια. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 7. Per gonorrhœam, ideſt defluxionem seminis.

Defodio, is, odi, ossum, κατορύττω, *scavare*, *far' una fossa*. *Col. l.* 7. *c.* 5. Scrobem defodiamus. *Cato R. R. c.* 50. Vineam defodere. h. e. fodiendo implantare. ¶ Item sepelire, obruere, *sotterrare*. *Liv. l.* 3. *c.* 33. Defodere cadaver.

Defœdus, o. 1. 2. valde fœdus. Quidam afferunt exempl. ex *Cic. l.* 9. *Att. ep.* 10. ubi legitur: Quod quæris a me, fugam ne fidam, an moram defœdam utiliorem putem? Sed mirum, quot hic variæ lectiones!

Defœnerātus, a, um, adject. fœnore obstrictus, *indebitato*. *Apul. Apol.* Pater ejus multis creditoribus defœneratus.

Defœnĕro, as, avi, atum, fœnoribus faciendis exhaurire. *Cic. Paradox.* 6. Dimissiones libertorum ad defœnerandas, diripiendasque Provincias.

Defomitātum lignum, dixerunt antiqui, quod a fomitibus, quibus confoveri solet, erat succisum, ab antiquo Defomo, dedolo. *Festus*.

Defŏre, defuturum esse, fut. inf. a defum. *Cic. de Leg. Agr.* Arbitrantur, non defore, qui illam restituerent. ¶ Usurpatur & *deforem*, *defores*, *deforet*, & *deforent*. Cæteris caret.

Deformatio, f. 3. ἀμόρφωσις, actus deformandi. *Liv. l.* 9. *c.* 5. Ab illa deformatione tantæ majestatis. *disonore*, *sfrapazzo*. ¶ Item descriptio, delineatio, *descrizione*. *Vitruv. præfat. l.* 3. Venti qui sint, & a quibus regionibus singuli spirent, deformationibus graminicis ostendi. *Jul. Firmic. l.* 1. *c.* 3. Nondum corporis deformatione completa.

Deformātus, a, um, adject. formatus quidem, sed nondum elaboratus, & perfectus, *abbozzato*, *disegnato*, ut marmora prima manu deformata, *Quinct. l.* 5. *c.* 6. Sic certos & deformatos fructus ostendere, *Id. in præfat. l.* 6. ¶ Item descriptus, *descritto*. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 11. Cuncta in ordine, animo ut volveram, certa, deformata habebam. ¶ Item deformis, sine forma, *deforme*. *Cic.* 11. *Att. ep.* 20. Hunc omnibus a me pictum, & politum artis coloribus, subito deformatum vidi. *Gell. l.* 14. *c.* 2. Deformatissima & spurcissima vita. *Cic. de Aruſp. resp.* Deformatus vitiis.

Deformis, & me, o. 3. *diforme*, *sozzo*, *brutto*, רע, Ger. *ungestalt*, Gal. *difforme*, Hisp. *deforme*, ἄμορφος, turpis, fœdus, a forma. *Cic. pro Cal.* Ut eum pœniteat non deformem esse natum. *Idem Marcello*, *l.* 4. Nec eam diligere minus debes, quod deformior est. *Gell. l.* 5. *c.* 11. Deformissima femina. ¶ Dicitur etiam de animis, ut deformis ægrimonia,

nia, *Horat epod.* 13. *v.* 12. Vitium deforme, *Martial. l.* 11. *epigr.* 74. Deformis ager, h. e. incultus, *Cic.* 5. *in Verr.*

Deformitas, atis, f. *bruttezza*, גנה, Ger. *ungestalte*, Gal. *difformitè*, Hisp. *deformidad*, ἀμορφία, turpitudo. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 59. Deformitas, & vitium corporis. *Id. l.* 1. *de Leg. c.* 19. Deformitas animi. ¶ Sumitur & pro dedecore, *disonore*. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Si judicibus aut gloriæ futura est absolutio rei, aut deformitati damnatio. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 10. Deformitas fugæ.

Deformiter, adv. *bruttamente*, Germ. *unformlich*, Gal. *difformement*, Hisp. *deformemente*, αἰσχρῶς, fœde, turpiter. *Quinct. l.* 8. *c.* 3. Junctura deformiter sonat. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 1. *n.* 6. Abjicere se tam suppliciter, & attollere tam deformiter cogebatur.

Deformo, a. 1. fœdo, turpo, maculo, *far brutto*, *disformare*, Ger. *ungestalt machen*, Gal. *desfigurere*, Hisp. *desafear*, ἀμορφόω, est destruere, ab integra forma ad corruptam traducere. *Cic. de Arusp. resp.* In qua Pompejum ornat, an potius deformat? *Auctor ad Heren. l.* 4. Carthaginienses Italiam deformaverunt. *Virg.* 4. *Georg. v.* 254. Vultum deformat macies. ¶ Sæpe est delineare, *abbozzare*, ὑποτυπῶσαι. *Cic. pro Cæcin. c.* 5. Quis igitur ille, quem frustra deformavi &c. *Cato R. R. c. penult.* Deformare areas. ¶ Item ornare, nova forma insignire. *Vitruv. l.* 5. *c.* 8. Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus.

Deformōsus, a, um, adject. deformis. *Sidon. l.* 3. *ep.* 3. Consilio deformosiore aliquid occulere.

Deformus, o. 1. 2. calidus, a formus, ut Exta deforma. *Fest.*

Defossus, us, m. *scavamento*. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Area in defossu cavata.

Defossus, a, um, adject. *scavato*, *sotterrato*. *Virg. Georg.* 3. *v.* 376. In defossis specubus agere. *Id. Æn.* 10. *v.* 526. Defossa talenta argenti. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Talpæ defossæ, sepultisque similes.

Defractus, a, um, *spezzato*, *rotto*, particip. a defringo. *Plin. l. & c.* 17. Defractos ramos ferere.

Defrænatus, a, um, o. 1. 2. *sfrenato*, בליעל, Ger. *unbendig*, Gal. *èffrenè*, Hisp. *desenfrenado*, ἀχάλινος, effrænatus, quasi sine fræno. *Ovid.* 1. *Met. v.* 282. Et defrænato volvuntur in æquora cursu.

Defraudatĭo, onis, f. ἀφαίρεσις, *il defraudare*. *Tertul. de Anim. c.* 43. Omnis natura aut defraudatione, aut enormitate rescinditur.

Defraudator, oris, m. ἀποστερητής, fraudator. *Senec. de benef. l.* 4. *c.* 26. Qui beneficiorum defraudator est. Correctiores libb. hab. *Fraudator*.

Defraudātrix, icis, f. quæ defraudat. *Tertull. de Jejun. c.* 16. Domus impudens, sacrificiorum carnalium defraudatrix.

Defraudo, vel defrudo, per syncopen, a. 1. *ingannare*, עשק, Gar. *betriegen*, Gal. *defrauder*, Hisp. *defraudar*, ἀποστερέω, est per fraudem cuiquam aliquid intercipere, vel circunvenire aliquem. *Plaut. Asin.* Te ne ego defraudem, cui ipsi nihil est in manu? ¶ Defraudare genium, est naturæ, quod appetit, negare. *Ter. Phorm.* 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser. ¶ Defrudo pro defraudo, legitur apud *Nonium c.* 1. *n.* 130. V. Defrugo.

Defrens, entis, f. seges demessa, a frendo, rumpo. Ita vet. Gloss. & Voss. Etymol. ¶ Apud Festum *defrensa* significat, detrita, detonsa.

Defricate, adv. fricate. *Nev. in Tarentilla*, Facete, & defricate. *Sosipater Grammat. l.* 1.

Defricatus, a, um, adject. confricatus, *fregato*, ἐπιτριφθείς, ut defricatæ maculæ, *Plin. l.* 28. *c.* 10. Dolia defricata, & diligenter lota, *Col. l.* 11. *c.* 2.

Defrĭco, as, avi, & ui, atum, & ictum, a. 1. *fregare*, גרה, Ger. *abreyben*, Gal. *defrotter*, Hisp. *fregar*, καταψήχω, idem quod frico. *Auct. ad Heren.* Ut in balneas venit, cœpit, postquam pertusus est, defricari. *Plin. l.* 26. *c.* 4. Defricare pumice. ¶ Translate defricare sale, est satyrico carmine perstringere, notare. *Horat. l.* 1. *sat.* 10. *v.* 4. *de Lucilio:* Idem quod sale multo urbem defricuit, charta laudatur eadem.

Defrictus, a, um, adject. idem quod defricatus. *Apul. l.* 3. *Met.* Defrictis adeo diu pupillis, an vigilarem, scire quærebam.

Defrigesco, n. 3. καταψύχομαι, idem quod frigesco, *raffreddarsi*. *Col. l.* 12. *c.* 20. Jubebis agitari quod decoxeris, eousque dum defrigescit.

Defringo, is, a. 3. *rompere*, *frangere*, נתץ, Ger. *abbrechen*, Gal. *rompre*, Hisp. *quebrantar*, ἀπορρήγνυμι, idem ac frango. *Virg.* 2. *Georg. v.* 300. Summas defringe ex arbore plantas. *Cic. pro Cæc. c.* 21. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

Defrūdo. V. Defrugo.

Defrugatĭo, f. 3. actus defrugandi. *Col.* Constat, segetem nimia defrugatione exinaniri.

Defrūgo, a. 1. *tor via tutti i frutti*, Ger. *anssuntzen*, Gal. *degraisser*, Hisp. *desfrutar*, ναρπίζομαι, est omnem fructum exhaurire, nimia fœtura exinanire agros, vel alio modo perdere fruges, *Plin. l.* 18. *c.* 24. Huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum: Segetem ne defruges. *Cato R. R. c.* 5. Segetem ne defruget: nam id infelix est. Quo in Catonis loco alii legunt, *defrudet*, h. e. vel de aratione, vel de lætamine, vel de semente aliquid defraudet, & detrahat. Quare cum videatur Plinius ad hunc locum respexisse, putant aliqui ipsum ex Catone emendandum, legendumque *defrudet*.

Defrŭor, d. 3. est omnem fructum percipere, ut deamo valde amare. *Fest. Symmach. l.* 3. *epist.* 23. Autumnitate defruimur.

Defrustātus, a, um, adject. in frusta concisus, *lacero*, *tagliato in pezzi*. *Ammian. l.* 31. *c.* 3. Sed semel tunica collo inserta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata.

Defrusto, as, avi, atum, est frustatim excerpere. *Sidon. l.* 9. *epist.* 9. Volumen lectito, excerpo, maxima ex magnis capita defrustans. ¶ Item in frusta concidere, lacerare. *Ammian. l.* 20. *c.* 2. Defrustandæ Mesopotamiæ opitulari.

Defrutarĭus, o. 1. 2. quod ad defrutum spectat. *Col. l.* 1. *c.* 6. Dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam.

Defrūto, a. 1. *far vin cotto*, Ger. *gesottenen vvein machen*, Gal. *faire du vin cuit*, Hisp. *hazer vin cozido*, ἑψω, est mustum decoquere, ut inde defrutum fiat. *Col. l.* 2. *c.* 22. Sed defrutum quoque facere, & defrutare vinum licet.

Defrŭtum, n. 2. *vino cotto*, Ger. *gesottener vvein*, Gal. *vin cuit*, Hisp. *vin cozido*, ἕψημα, mustum ex duabus partibus ad tertiam decoctum. *Col. l.* 12. *c.* 20. Mustum quam dulcissimum decoquitur ad tertias, & decoctum defrutum vocatur.

Defŭam, as, at, pro *desim*, *is*, *it*, usitatum Veterib. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 3. Metuo, ne defuat oratio.

Defŭga, æ, m. *fuggiasco*, *fuggitivo*, transfuga. *Prudent. Calagurrit.* 1. *v.* 42. Idolis litare nigris, esse Christi defugas.

Defugĭo, a. 3. *ricusare*, ἀναχάζομαι, recuso, fugio. *Cæs. l.* 1. *B. C.* Defugere administrationem Reip. *Cic. in Somn. Scip.* Defugere munus. *Ter. Eun.* 2. 3. 98. Nunquam defugiam auctoritatem. h. e. non recusabo. V. *Auctoritas*. ¶ Significat etiam deficere ab aliquo, *ribellarsi*. *Liv. l.* 24. *c.* 36. Ea pugna defugientes ab Romanis cum cohibuisset Siculos. Alii tamen leg. *deficientes*.

Defulgūro, as, avi, atum, idem quod fulguro, *lampeggiare*. *Auson. in Periocha* 5. *Iliad.* Undantem clypeus defulgurat ignem.

Defunctorĭe, τυχόντως, languide, & remisse. *Ulp. l.* 11. *ad Senatusc. Tertul.* Quæ defunctorie petiit. *Senec. Controv.* 31. *in fin.* Defunctorie causam meam egissem.

Defunctorĭus, a, um, adject. non satis sedulus, levis. *Petron. Satyr.* Nec satiatus defunctorio ictu. ¶ Apodixis defunctoria, apud eund. V. *Apodixis*.

Defunctus, us, ui, m. idem quod mors, *il morire*. *Tertull. adv. Valent. c.* 26. Defunctui subjacere.

Defunctus, a, um, qui peregit quod faciendum susceperat, vel qui ab opere incepto desiit, ἀπηλλαγμένος, liberatus, solutus. *Cic. anteq. iret in exil.* Defunctus pietate animus. *che ha soddisfatto alla pietà*. *Liv. l.* 4. *c.* 52. Defuncta civitate plurimorum morbis. *Horat. l.* 3. *od.* 24. *v.* 15. Laboribus defunctus. *Virg.* 6. *Æneid. v.* 306. Corpora vita defuncta. h. e. mortua. ¶ Quo sensu Defuncti etiam absolute dicuntur, qui sc. vivere desierunt, *defunti*. *Plin. l.* 9. *ep.* 9. Plerique amare se simulant quos florentes vident: nam miserorum, non secus ac defunctorum obliviscuntur. Adde *Tertull. de testim. animæ*, *c.* 4.

Defundo, a. 3. versare, καταχέω, deorsum fundo, *spargere*. *Petron. satyr.* Pierio defundes pectore verba. *Horat.* 2. *sat.* 2. *v.* 58. Ac nisi mutatum parcit defundere vinum. *Id. l.* 4. *od.* 5. Te prosequitur mero defuso pateris. *Defundere vinum*, proprie significat, in pateram, vel cyathum fundere bibendi causa. At *diffundere vinum*, significat e lacu in dolium, vel e dolio in cadum, vel amphoram fundere servandi causa. *Horat. l.* 1. *epist.* 5. *v.* 4. Vina bibes iterum Tauro diffusa. h. e. Tauro Consule in cadis condita. *Plin. l. & c.* 14. Apothecas fuisse, & diffundi solita vina, &c.

Defungor, eris, unctus sum, depon. 1. ἀπαλλάττομαι, expedio, perago, exequor rem aliquam, a munere, vel officio, vel molestia liberor. *Liv. l.* 1. Defungi prælio festinat. Et *ibid.* Velut defuncti regis imperio. *Terent. Eun. v.* 15. Defunctus jam sum. h. e. jam egi meas fabulas. Sic *Id. Phorm.* 5. 8. 32. Defungi in hac re cupio. Hinc Defungi cura, laboribus, *Liv. l.* 5. & *Horat. l.* 3. *od.* 24. Defungi morbo, malis &c. *Liv. l.* 3. *Sueton. Ner. c.* 40. ¶ Defungi fato, h. e. mori, apud *Cic.* At apud *Liv. l.* 39. defungi fato significat etiam malum evadere, quod fato portendebatur. Sic defungi somnio, apud *Justin. l.* 1. ¶ Defungi tribus decumis pro una. h. e. tres pro una solvere. *Cic. Ver.* 5. ¶ Defungi pœna, h. e. pœnam subire. *Liv. l.* 29. Ante omnia placuit libera corpora sine mora Locrensibus restitui; non levi defuncturum pœna, qui non restituisset. ¶ *Id. l.* 2. *c.* 35. Adeo infensa erat plebs, ut unius pœna defungendum esset Patribus. *liberar tutti con la pena d'un solo*. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Ter. Adelph.* 3. 4. 62. Utinam sit hoc modo defunctum. ¶ V. plura in *Defunctus*.

Defūsus, a, um, adject. fusus, *sparso*. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 6. *n.* 8. Defusa Mercurio delibamenta. *Horat. l.* 4. *od.* 5. *v.* 33. Te prosequitur mero defuso pateris. V. *Defundo*.

Degĕner, is, o. 3. *tralignante*, *bastardo*, סרר, Ger. *der auss dem geschlecht schlecht*, Gal. *forlignant*, Hisp. *degenerante*, ἀγενής, qui majorum suorum virtuti non respondet. *Virg.* 2. *Æn.* Degeneremque Neoptolemum narrare memento. ¶ Jungitur genitivo, maxime apud Poetas. *Ovid.* 3. *de Pont. el.* 5. Juvenis patrii non degener oris. ¶ Ponitur & pro vili, ignobili. *Virg. Æn.* 3. *v.* 13. Degeneres animos timor arguit. ¶ *Tacitus* pro supposititio usurpat *l.* 12. *c.* 62. Pseudophilippum vocans degenerem regem.

Degenĕro, as, avi, atum, n. 1. *degenerare*, *tralignare*. Ger. *auss der aut schlegen*, Gal. *degenere*, Hisp. *degenerar*, ἐξίσταμαι, a genere recedo, descisco. *Cic. de Prov. Cons. c.* 8. Cujus utinam filii non degenerassent a gravitate paterna. *Liv. l.* 9. Ne degeneraveris a familia imperiosissima, & superbissima. Poetæ interdum dativo jungunt. *Claud. de* 4. *Cons. Honor. v.* 366. Et patri non degeneraret Achilli. ¶ Ad inanima quoq; transfertur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 197. Vidi lecta diu semina, & multo spectata labore, Degenerasse tamen. ¶ Degenerare animos, active, pro dissimiles reddere, depravare. *Col. l.* 7. *c.* 12. *de canibus:* Si Venus teneris conceditur, carpit & corpus, & vires, animosque degenerat. Sic *Stat.* 3. *Sylv.* 1. *v.* 160. Non degenerabit honorem. ¶ Hinc passive *Solin. c.* 17. Adulterinis coitibus degenerantur partes leænarum.

Degĕro, is, a. 3. *portare*, φέρω, gero. *Plaut. Men.* 5. 2. 53. Mea ornamenta ad meretrices degerit. *Id. ibid.* 5. 1. 41. Aurum meum domo suppilas uxori meæ, & tuæ degeris amicæ.

Deglăbro, a. 1. *pelare*, ἀποψιλόω, depilo, & glabrum facio. *Paul. JCtus l.* 5. *ff. arb. furt. cæs.* Cingere est deglabrare. h. e. idem est ac decorticare.

Deglūbo, is, bi, tum, a. 3. *scarnare*, *scorticare*, פשט, Germ. *encschelen*, Gal. *ècorcher*, Hisp. *desollar*, ἀποδέρω ξυρέω, est corticem eximere. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 48. Quod eo folliculo deglubitur granum. ¶ Item excoriare. Unde illud: *Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere*. Ita rescripsit Tiberius Præsidibus Provincias tributis onerandas suadentibus, apud *Suet. in ejus vit. c.* 32.

Degluptus, a, um, adject. excoriatus, pelle privatus, *pelato*. *Plaut. Pæn.* 5. 3. 33. Deglupta mænas. *Marcel. Empir. c.* 16. Mus degluptus.

Deglutĭno, a. 1. *dissolvere*, *discollare*, Ger. *entleimen*, Gall. *decoler*, Hisp. *desempegar*, ἀνακολλάω, est dissolvere, quod glutinatum erat. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Palpebras deglutinat.

Degluttĭo, vel deglutio, a. 4. *inghiottire*, καταπίνω, est cibum, vel potum per gulam ad stomachum transmittere, a gluttio, vel glutio. *Alcim. Avit. l.* 4. *v.* 364. Deglutire virum, fauces implere capaces.

Dego, is, degi, sine sup. a. 3. ἄγω, idem fere est quod ago, ut degere vitam, ætatem, tempus, *vivere*. *Cic. pro Sex. Rosc. c.* 49. & 52. ¶ Degere diem in foro. h. e. conterere, *consumare*. *Plaut. Mostel.* 3. 1. 3. ¶ Degere bellum, *far guerra*. *Lucret. l.* 4. *v.* 965. Nautæ contractum cum ventis degere bellum. Alii leg. *degerere*, ut sit versus hypermeter. ¶ Degere, absolute pro vivere. *Lactant. l.* 5. Sub aliena ditione, atque imperio degere. ¶ Usurpatur & passive. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Quæ vita Deorum sit, quodque ab iis degatur ævum. ¶ *Non. c.* 4. *n.* 117. eumque sequuti *Lipsius*, & alii *dego* poni ajunt pro *demo*, quasi deago, confirmantque exemplis ex *Plaut. Epid.* 1. 1. 63. *Men.* 5. 1. 41. & *Aulul.* 2. 1. 43. Item ex *Apul. in Apol.* & *Gel. l.* 17. *c.* 16. in quibus omnibus locis varia, ac dubia est lectio. ¶ *Degui* præterit. formavit *Symmach.* pro *degi*, *l.* 1. *epist.* 32. In comitatu deguimus ambo ævo dispari.

Degrădo, as, a. 1. *degradare*, gradu dignitatis moveo, honore privo. *Impp. Theodos. & Valent. l.* 1. *Cod. tit.* 31. *leg.* 3. Verberandi, degradandive senatores licentiam denegamus.

Degrandĭnat, impers. 1. *tempesta fieramente*. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 755. Da veniam culpæ, nec, dum degrandinat, obsit.

Degrassor, aris, d. 1. idem ac grassor. *Stat.* 1. *Achil. v.* 406. Ubi tanta injuria primos degrassata duces, *dopo che i primi Duci sono stati sì maltrattati*.

Degravātus, a, um, adject. *aggravato*, ut degravatus pondere. *Phædr. l.* 4. *fab.* 21. Manus pondere degravatæ. *Apul. l.* 7. *A. A.*

Degrăvo, as, a. 1. *aggravare*, *premere*, βαρύνω, premo, molesto. *Liv. l.* 4. *c.* 33. Etiam peritos nandi lassitudo, & vulnera, & pavor degravant.

Degre-

Degredior, eris, essus sum, dep. 3. abeo, descendo, deorsum gradior, *partirsi, andar verso l'ingiù*, καταβαίνω. *Liv. l.* 21. *c.* 32. Ubi degressos tumulis montano: sensit. *Tacit.* 2. *hist. cap.* 66. Postquam Alpibus digressi sunt. *Al. leg.* degressi.

Degrūmor, d. 1. ait ad grumæ mensuram dirigere. *Lucil.* Viamque degrumaris, ut in castris mensor facit olim. *Non. c.* 1. *n.* 316.

Degulātor, oris, m. *goloso*, qui guloſe omnia consumit. *Apul. Apol.* Omnia in paucis annis degulator in ventrem condidit, & dilapidavit.

Degulātus, a, um, adject. *consumato in trepudj. Plaut. in fragment.* Postquam degulato patrimonio pauper est factus.

Degŭlo, as, avi, atum, a. 1. gulæ dare, ut exponit *Non. c.* 2. *n.* 223. *Afran.* Degulasse oportuit. Adde *Charis. l.* 1.

Degustatĭo, onis, f. *il gustare, o assaggiare. Ulp. l.* 1. *ff. tit.* 6. *l.* 18. ¶ Item pro jentaculo. *Fulgent. Placiad.* Jentaculum dicitur degustatio.

Degustātus, a, um, adject. *gustato, assaggiato*, ut degustata vasa, vel dolia. *Ulpian. loc. cit.*

Degusto, as, avi, atum, a. 1. *gustare, assaggiare*, ἀπογεύομαι, idem quod gusto, seu delibo. *Plin. l.* 18. *c.* 2. Ne degustabant quidem novas fruges, aut vina. ¶ Per translationem accipitur pro leviter attingere. *Cic.* 5. *Tusc.* Visne igitur, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare? *Lucr. l.* 2. *v.* 192. Ignis degustat tigna celeri flamma. ¶ Item pro alicujus sententiam expiscari. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 8. Tu, velim, e Fabio, si quem habes aditum, odorere, & iitum convivam tuum degustes. ¶ Degustare aliquid speculæ ex sermone alicujus. h. e. spem aliquam concipere. *Cic. pro Cluent.*

Dehaurio, is, *e.* 4. idem quod haurio, *cavare. Cat. c.* 66. Cum oleum sustuleris cortina, amurcam dehaurito.

Dehinc, *dipoi, nell' avvenire*, מִכָּאן, Germ. *firhin*, Gal. *deformais*, Hisp. *desde*, τοὐντεῦθεν, posthac, deinde, deinceps. *Ter. Eun.* 5. 2. 33. At nunc dehinc spero, æternam inter nos gratiam fore. *Virg.* 1. *Æneid. v.* 260. Oscula libavit natæ, dehinc talia fatur. Hoc loco synæresim patitur, ut & *vers.* 135. *& l.* 6. *v.* 678. Aliquando tamen dissyllaba est, & primam corripit, *Id.* 3. *Æn. v.* 464. Dona dehinc auro gravia, &c. Adde *l.* 5. *v.* 722. *l.* 8. *v.* 337. *&* 3. *Georg. v.* 167. *& Stat. l. & silv.* 3. *v.* 63. &c.

Dehisco, is, *aprirsi, spalancarsi*, נִפְעַר, Ger. *zerspalten*, Gall. *s'ouvrir*, Hisp. *abrirse*, ἀσχάνω, est valde hiscere, rimas agere, findi. *Senec. epist.* 30. Succurri non potest navigio dehiscenti. *Virg.* 1. *Æn. v.* 41. Mihi tellus ima dehiscat. ¶ Dehiscere in aliquem. h. e. in aliquem erumpere, seu invehi. *Cic. Attic. l.* 6. *epist.* 11. Itane in D. Brutum dehiscis? Ita referunt quidam Lexicographi. Verum ibi alii leg. *descisceis*, alii, *Ita ne in D. Brutum? Dii istis*, &c. ¶ Præteritum infiniti est *dehisse. Varr.* 4. *L. L. pag.* 36. A Proculo relatum, in eo loco dehisse terram.

Dehonestamentum, n. 2. *disonestamento, gnastamento*, Ger. *schmach*, Gal. *deshonneur*, Hisp. *denuesto*, αἰσχύνη, quod gratiam, & honestatem alicui rei adimit. Unde vultus dehonestamentum dicitur cicatrix, vultum hominis decorans. *Gel. l.* 2. *c.* 27. Quo dehonestamento corporis maxime lætabantur. ¶ Item contumelia, *vergogna, disonore. Sen. de Constant. Sapient. in fin.* Contumeliæ, verba probrosa, ignominiæ, & cetera dehonestamenta.

Dehonestatĭo, onis, f. dedecoratio, dehonestamentum. *Tert. de Pudic. c.* 18. Dolores, & dehonestationes sustinet.

Dehonesto, as, a. 1. *disonorare*, נבל, Ger. *entheren*, Gal. *deshonnorer*, His. *deshonrar*, ἀτιμάζω, dedecore afficio, honestatem adimo. *Trebel. Pol. in Gal. c.* 16. Romanum dehonestantes imperium.

Dehonestus, a, um, o. 1. 2. non honestus. *Gel. l.* 19. *c.* 10. Dehonestum, deculpatumque verbum.

Dehonorarĭus, a, um, adject. inhonestus. *Tertul. Apol. c.* 39. Si quod arcæ genus est, non dehonoraria summa, quasi redemptæ religionis congregatur.

Dehonōro, as, avi, atum, are, a. 1. *disonorare*, honore privare. *Oros. l.* 2. *c.* 2.

Dehortatīvus, a, um, dehortatorius, ut *dehortativum adverbium* apud *Prisc. pag.* 1020. *Putsch.*

Dehortatorĭus, a, um, adject. *dissuasivo*, ad dehortandum pertinens. *Tertul. Apol. c.* 22. Dehortatorium plane a bono.

Dehortor, aris, com. 1. *sconsigliare, dissuadere*, Ger. *abmachnen*, Gal. *desconseiller*, Hisp. *dissuadir*, μεταπείθω, dissuadeo. *Cic. in Pis.* Res ipsa, & Reipub. tempus aut me ipsum, aut alium quempiam aut invitabit, aut dehortabitur. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 3. Dehortari ab aliqua re. *Ter. Phorm.* 5. 7. 17. Dehortatus est me, ne darem.

Dejanīra, f. 1. Δηϊάνειρα, filia fuit Oenei Ætoliæ Regis, cujus Regia Calydon erat. Propter pulchritudinem a multis procis expetebatur. Tandem primo desponsata est Acheloo, deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen. Sed Acheloo victo, Herculi cessit. Porro cum Hercules transiturus esset Evenum Ætoliæ fluvium, qui tunc temporis maxime excreverat, Nessus Centaurus seipsum ultro obtulit ad transvehendam Dejaniram. Quam cum Nesso commisisset, ipse primus intrepide tranavit fluvium. Nessus autem adhuc in altera ripa stans novam nuptam vitiare voluit. Quod videns Hercules, sagittis Hydræ sanguine infectis Centaurum transfixit. Hic se moriturum sentiens, ut hostem ulcisceretur, Dejaniræ vestem suam proprio sanguine perfusam dono dedit, asserens, ei vim amatoriam inesse, &, si hac maritus indueretur, ipsum ab aliarum mulierum amore avocatum iri. Mulier itaque nimis credula munus accepit. Cum audisset, maritum suum in Eubœa amore Joles Euryti filiæ detineri, Nessi vestem viro perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali suspicans, cum paulo post in Oeta monte Cœnæo Jovi sacrificaturus eam induisset, tantis cruciatibus affectus est, ut in furorem versus, Lycham e monte in Euboicum mare dejecerit, qui in scopulum mutatus est, ipse autem, arcu, & sagittis Philoctetæ commissis, se in ardentem pyram conjecerit. Quod Dejanira audiens, dolore percita, Herculis clava se interfecit. Ex ejus sanguine nata est herba, quæ Nymphæa, item Heracleon dicitur. *Ovid. 9. Metam. v.* 136. Pervenit ad aures, Dejanira, tuas.

Deidamīa, f. 1. Δηϊδάμεια, filia fuit Lycomedis Regis Scyri insulæ, quam Achilles, cum inter Regis hujus filias sub muliebri habitu lateret, gravidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. *Propert. l.* 2. *eleg.* 9. *v.* 15. Scyria nec viduo Deidamia toro.

Dejectio, nis, f. 3. καταβολή, actus dejiciendi. *Cic. pro Cæc. c.* 20. Quis illam vim, dejectionemque fecerit. ¶ Dejectio gradus, inter pœnas militares, cum ex superiori dignitate quis dejicitur. *Leg.* 3. §. 1. *ff. de re milit.* ¶ Dejectio alvi, apud *Cels. l.* 1. *c.* 3. *l.* 4. *c.* 14. est alvi subductio, seu purgatio. Et Dejectio absolute, eodem sensu, *Idem l.* 4. *cap.* 14. & *in præfat.*

Dejectiuncŭla, læ, f. diminut. a dejectio. *Scribon. Larg. c.* 9. *composit.* 52.

Dejecto, as, a. 1. frequentat. a dejicio. *C. Mattius in Mimiambis apud Gel. l.* 20. *c.* 9. Dein coquenti vasa cuncta dejectat.

Dejectus, us, m. dejectio, *il gettar in giù. Liv. l.* 9. *c.* 2. Angustias septas dejectu arborum, saxorum ingentium objacente mole, invenere.

Dejectus, a, um, adject. *abbattuto, gettato a terra*, καταβλητός, prostratus. *Curt. l.* 7. *c.* 1. Quatuor millibus ferarum dejectis. ¶ Hinc pro victo, & pro mortuo ponitur. *Nepos Thrasyb. c.* 2. In secundo prælio cecidit Critias: hoc dejecto, Pausanias venit Atticis auxilio. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 46. Paucisq; dejectis, reliquos se convertere cogunt. ¶ Translate *Virg.* 3. *Æn.* Mulier dejecta conjuge. h. e. orbata. *Quint. l.* 1. *c.* 11. Oculi in terram dejecti. *Sen. Oedip.* Vultus pudore dejectus. *Stat.* 3. *Theb. v.* 367. Dejectus vultum. *Cæs. l.* 1. *B. G.* Spe dejecti Helvetii. *Solin. c.* 43. Hiacynthus perspicuitate dejectior. h. e. inferior.

Dejĕro, n. 1. *giurare*, אלה, Ger. *theur, und hoch schwohren*, Gal. *jurer, & proteſter*, Hisp. *jurar*, ὀμνύμι, valde juro. *Gel. l.* 1. *c.* 3. Cum amicus eum rogaret, ut pro re, causaque ejus falsum dejeraret. *Ter. Hec.* 5. 2. 5. Bacchis dejerat persancte.

Deiffcus, a, um, qui Deos facit. *Tertul. Apol. c.* 11.

Dejicĭo, is, jeci, ectum, a. 3. *gettare a basso*, הפיל, Ger. *umbwerffen*, Gal. *abatre*, Hisp. *derribar*, καταβάλλω, deorsum jacio, vel mitto. *Liv. l.* 4. Quem cum ictum equo dejecisset. ¶ Interdum ponitur pro jaciendo defigere. *Liv. l.* 1. Alter elatam fecurim in caput dejecit. ¶ Per translationem usurpatur pro deturbare, depellere. *Cic.* 2. *Ver.* Pollicitus est, quantum vellent pecuniæ, si me Ædilitate dejecissent. ¶ Item pro avertere, *rimovere. Cic. in Phil.* Nec vero usquam, nec a Repub. oculos dejiciebam. *Id. Verr.* 7. 49. Dejicere metum. h. e. amovere. ¶ Dejicere de gradu, est dejicere de dignitate, vel de constantia deducere. *Cic.* 1. *Off.* Fortis, & constantis est non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur. ¶ Dejicere de sententia, est removere. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 5. Et me pudet tam cito de sententia esse dejectum. ¶ Dejicere oculos de aliquo, *perderlo di vista, Cic. Ver.* 6. Sic oculos a Repub. dejicere, *Id. Phil.* 1. ¶ Dejicere alvum, *Cat. R. R. c.* 156. Vide Dejectio. ¶ Significat etiam vim prostrare, vincere. *Cic. Phil.* 8. *c.* 2. Præsidium dejicere. *Valer. Flacc. l.* 1. & 2. Dejicere taurum ingentem.

Dein, adverb. ordinis, idem ac deinde per syncop. *Juven. Sat.* 15. *v.* 53. Dein clamore pari concurritur. ¶ Quæ exempla afferuntur in *Lex. Basilii Fabr. Calep. & alibi*, incertæ lectionis sunt.

Deinceps, *dipoi, ordinatamente*, Ger. *demnach*, Gal. *enfuite*, Hisp. *de aqui adelante*, ἀπὸ τότε, proprie est gradatim, per ordinem, per vices, a *dein*, & *capio*, idest, a deinde capiendo. *Liv. l.* 1. Ita duo deinceps Reges, alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. ¶ Interdum ponitur pro posthac, sive in posterum. *Cic. Att. l.* 7. Velim, deinceps meliora fint. ¶ Interdum pro deinde, postea. *Liv. l.* 1. Advocato concilio, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, cædem deinceps Tyranni, seque ejus auctorem ostendit.

Deincĭpem antiqui dicebant proxime quemque captum, ut *principem* primum captum. *Fest.* ¶ Idem deinceps, qui deinde cepit; princeps, qui primus cepit. *Idem.*

Deinde, *dipoi, poscia, dopo*, Germ. *darnach*, Gall. *apres*, Hisp. *despues*, ἐντεῦθεν, postea, a *de*, & *inde*, & significat ordinem, vel tempus. *Cic. ad Q. Frat. l.* 3. Quas ad te deinde literas mittemus. *Idem l.* 3. *Fam. epist.* 7. Primum App. Claudio, deinde Imperatori, deinde more majorum, deinde amico. ¶ Per pleonasmum jungitur aliis particulis idem significantibus, ut deinde postea, *Cic. pro Mil. c.* 24. & *Liv. l.* 41. *c.* 24. postea deinde, *Celf. l.* 7. *c.* 8. deinde tum, *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 6. deinde porro, *Plaut. Trin.* 5. 2. 103. ¶ In carmine fere est dissyllaba: passimque occurrunt exempla. Raro trisyllaba, correpta priore. *Sidon. carm.* 9. *v.* 272. Nec qui confimili deinde casu Irati fuit histrionis exsul. *h. e.* Juvenalis.

Deinsŭper, *di sopra*, ἄνωθεν, desuper. *Sallust. l.* 1. *Hist.* apud *Non. c.* 12. *n.* 48. Ad medium deinsuper astantium manibus in murum attollitur.

Deintĕgro, as, avi, atum, are, a. 1. imminuo, corrumpo. *Cæcil. apud Non. c.* 2. *n.* 225. Nomen virginis deintegravit.

Dejone, f. 1. mater Mileti, quem ex Apolline peperit. Hinc Miletus Dejonides dictus est. *Ovid. l.* 9. *Met. v.* 442.

Dejopeĭa, f. 1. una ex Nymphis Junonis. *Virg.* 1. *Æn. v.* 72.

Deipăra, æ, f. quæ Deum peperit. Ita *Justinia. l.* 1. *Cod. tit.* 1. *leg.* 6. Latine reddit Græcum Θεοτόκος, quod de B. Virgine Maria, Dei matre dicitur.

Deiphile, f. 1. Δηϊφίλη, filia Adrasti Regis, uxor Tydei, mater Diomedis.

Deiphŏbe, es, f. 1. Δηϊφόβη, filia Glauci, vulgo Sibylla Cumana.

Deiphŏbus, m. 2. filius Priami ex Hecuba, qui interfecto Paride Helenam duxit uxorem. Helenæ dolo, & proditione interfectus est a Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromisit. *Virg. 6. Æn. v.* 494.

Dejŭgo, as, a. 1. *disgiungere*, ἀπεζεύγω, disjungo. *Pacuv.* apud *Non. c.* 2. *n.* 256. Per nostram egregiam unanimitatem, quam memoria dejugat.

Dejungo, is, a. 3. *disgiungere*, διαζεύγνυμι, disjungo. *Cic. de Univ. c.* 5. Ut eadem sint ea, quæ dejuncta fuerunt. *Plaut. Asin.* 3. 3. 75. Dejungere amantes.

Dejurĭum, n. 2. ὅρκωμοσία, jusjurandum. *Gel. l.* 7. *c.* 18. Quoniam dejurio vincti essent.

Dejūro, as, n. 1. idem ac dejero. *Plaut. Cas.* 3. 5. 36. Per Deos omnes, & Deas dejuravit. *Gel. l.* 11. *c.* 6. Neque mulieres Romanæ per Herculem dejurant.

Dejŭvo, as, a. 1. non juvo, apud antiquos. *Plaut. Trin.* 2. 2. 63. Deserere illum, & dejuvare in rebus adversis pudet.

Delābor, eris, d. 3. *scorrere a basso, cadere a basso*, נפל, Germ. *abfallen*, Gal. *decheoir*, Hisp. *deliſzarſe*, καταπίπτω, est deorsum labi, decidere. *Virg. in Sileno.* Serta procul capiti tantum delapsa jacebant. ¶ Et cum præp. *Cic.* 3. *de Orat.* Quemadmodum ex utraque parte tecti aqua delaberetur. *Id. 1. Divin. c.* 28. Delabi in flumen. Sic delabi in morbum. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 5. ¶ Translate pro deflectere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 60. Oratio eo delabitur. *l.* 1. *c.* 21. delabi in sermonem. Et *l.* 1. *Fam. ep.* 10. Delabi ad æquitatem. ¶ Item consumi, perire. *Cic. l.* 2. *Offic.* Habenda est ratio rei familiaris, quam delabi finere, flagitiosum est.

Delabŏro, as, a. 1. idem quod laboro, vel valde laboro. *Afran.* apud *Non. c.* 4. *n.* 423. Hic noster delaborat.

Delacĕro, as, a. 1. *stracciare*, σπαράττω, in partes lacero, conscindo. *Plaut. Cap.* 3. 5. 14. Qui me, meamque rem tuis sceleſtis falsidicis fallaciis delaceravisti.

Delacrymatĭo, f. 3. *uscita di lagrime*, καταδάκρυσις. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Vis ejus collyriis oculorum aptissima, & delacrymationibus mordendo proficiens. Adde *l.* 20. *c.* 5.

Delacrymatorĭus, a, um, adject. ad delacrymationem pertinens, ut delacrymatorium collyrium. *Marcel. Empir. c.* 8.

Delacrymo, n. 1. *lagrimare*, ἀποδακρύω, est lacrymas, vel aquam more lacrymantis demittere. *Col. l.* 4. *c.* 9. Ut interdum potius devexa, quam in germine delacrymet. De vite putata loquitur.

Delævo, & rectius Delēvo, as, a. 1. *pisciare*, λειχῶ, idem ac lævo, seu lævigo. *Colum. de arb. c.* 6. Plagam acutissimo ferro delævato.

Delambo, is, a. 3. *leccare*, λείχω, idem ac lambo. *Stat.* 2. *Theb. v.* 681. Molliaque ejecta delambit vellera lingua.

Delamentor, aris, d. 1. *piangere*, καταδακρύω, defleo. *Ovid.* 11. *Met. v.* 331. Et natam delamentatur ademptam.

Dela-

Delapidātus, o. 1. 2. *falicato*, *lastricato*, λιθόστρωτος, quod lapide ſtratum eſt. *Feſt.*

Delapĭdo, a. 1. eſt lapide ſternere, item lapides ex aliquo loco eximere, auferre, ſive lapidibus purgare. *Cato R. R. c.* 46. Locum bipalio vertere, delapidare, circumque ſepire.

Delapſus, a, um, adject. a delabor, *venuto giù*. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 14. Pompejum ſicut aliquem de cœlo delapſum intuentur.

Delaſſabĭlis, le, adject. *ſtancabile*. *Manil. l.* 4. *v.* 240. Et faciles motus, nec delaſſabile pectus.

Delaſsātus, a, um, adject. *ſtanco*, *ſtancato*. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 22. Delaſſatus labore.

Delaſſo, as, a. 1. *ſtancare*, κοπόω, valde laſſo. *Horat. l. Ser. ſat. 1. v.* 14. Loquacem delaſſare valent Fabium.

Delatĭo, onis, f. 3. ἔνδειξις, actus deferendi, accuſatio, &c. *Cic. pro Cluent. c.* 8. Qui ſibi delationem nominis, & capitis periculum oſtentarat. *Tac. l.* 2. *hiſt. c.* 10. Delationem factitare.

Delātor, m. 3. *accuſatore*, *rapportatore*, *ſpia*, מלשן, Germ. *ohren treger*, Gal. *delateur*, Hiſp. *acuſador*, ἐνδεικτής, occultus accuſator, calumniator. *Sueton. de Domit. c.* 9. Princeps, qui delatores non caſtigat, invitat. *Id. Ner. c.* 10. Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit. *h. e.* eorum, qui accuſabant tranſgreſſores legis Papiæ.

Delatorĭus, a, um, adject. ad delatorem pertinens, accuſatorius, ut delatoria curioſitas. *Ulp. l.* 6. *ff. de jur. & fact. ignor.*

Delātus, a, um, adject. *accuſato*, *denunziato*. *Nep.* 23. 3. 1. Id Carthaginem delatum publice comprobatum eſt. *Curt. l.* 7. *c.* 1. A duobus indicibus delatus. Et *l.* 6. *c.* 9. Delatum indicium ſupprimere.

Delăvo, as, idem quod lavo. Affertur *Plaut. Rud.* 2. 7. 21. In mari quod delavi. Sed meliores libri habent *clavi*.

Delebĭlis, o. 3. *che ſi può cancellare*, Ger. *leichlich mag auſſgetilgt vverden*, Gal. *aiſe a effacer*, Hiſp. *lo que ſe pueda borrar*, ἐξαλειπτός, quod deleri poteſt. *Mart. l.* 7. *epig.* 83. Cafibus hic nullis, nullis delebilis annis vivet.

Delectabĭlis, le, o. 3. *dilettevole*, τερπνός, quod delectat. *Tac. l.* 12. *Ann. c.* 67. Infuſum delectabili cibo boletorum venenum. *Apul. l.* 3. *Flor.* Tibia queſtu delectabilior.

Delectabĭliter, *dilettevolmente*, τερπνῶς. *Gel. l.* 13. *c.* 24. Delectabiliter, ac decore depicta. Adde *l.* 15. *c.* 1.

Delectāmen, inis, n. 3. *diletto*. *Petron. Pſeudepigr. l. p.* 228. Caſſo ſaltem delectamine amare liceat, ſi potiri non licet.

Delectans, antis, particip. verbi *delector*. Hinc comparat. *delectantior*. *Gell. in proœm. verſ. fin.* Sermo incorruptior, motio delectantior.

Delectamentum, ti, n. 2. idem ac delectatio, *diletto*, *piacere*. *Cic. in Piſon. c.* 25. Inania delectamenta puerorum. *Ter. Heaut.* 5. 1. 79. Qui me ſibi pro ridiculo, & delectamento putat.

Delectatĭo, f. 3. oblectatio, jucunditas, *dilettazione*, *diletto*, תענוג, Ger. *beluſtingung*, Gal. *delectacion*, *plaiſir*, Hiſp. *deleyte*, τέρψις, jucunditas, quam ex re aliqua percipimus, quam ſic definit *Cic. l.* 4. *Tuſc.* Delectatio eſt voluptas ſuavitate auditus animum deliniens, & qualis hæc eſt aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum, quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

Delectātus, a, um, particip. *chi ſi è dilettato*. *Nep.* 14. 3. 4. Magnopere delectatus facto. ¶ Nominis etiam naturam induit, & gradus habet. *Gel. in præfat. Oper.* Sermo delectatior in otio.

Delectĭo, onis, f. *ſcelta*, *elezione*, delectus, electio. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 40. De imperatore deligendo exercitus retulit ad ſenatum: verum ſenatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit.

Delecto, as, a. 1. *allettare*, *invitare*, proprie eſt allicere, a *lacto*. *Ennius.* Ut me Apollo ipſe delectat, ac ducit Delphicus. ¶ Et quoniam quæ grata, ac jucunda ſunt, nos attrahere ſolent, factum eſt, ut delectare ſit jucunditate afficere, *dilettare*, *dar piacere*, τέρπω. *Cic. Ruſo.* Me & ſuperiores literæ tuæ admodum delectaverunt. *Id. Paet.* Tu te iſtic Atherano jure delectato, ego me hic Hirciano. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 2. Cum Muſis nos delectabimus.

Delector, oris, m. *chi ſcieglie*, qui deligit. *Frontin. l.* 4. *Strategem. c.* 1. Pyrrhus delectori ſuo fertur dixiſſe: tu grandes elige, ego eos fortes reddam. *h. e.* illi qui milites cogebat.

Delector, aris, paſſ. 1. *eſſer dilettato*, *dilettarſi*, ἥδομαι, eſt delectatione, vel jucunditate affici. *Col. l.* 1. Matrona amœnitate aliqua delectanda erit, quo patientius moretur cum viro. *Cic.* 2. *Leg.* In hoc admodum delector. *Id. pro Arch.* Cogitatione quadam, ſpeque delectari. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 17. Prudens dici delector.

Delectus, a, um, o. 1. 2. partic. a deligor, *eletto*, *ſcelto*. *Cic.* 3. *Catil.* Et ego de Præfectura Reatina complures delectos adoleſcentes cum gladiis miſeram.

Delectus, us, m. 4. *elezione*, ἐκλογή, electio. *Cic.* 2. *Agr.* Cæteri agri omnes, qui ubique ſunt, ſine ullo delectu Decemviris addicentur. ¶ Delectus militum eſt, cum Imperator, pro Imperii ſui auctoritate, quos ei viſum fuerit, ad militiam conſcribit. *Cic.* 2. *Catil.* Cum hoc delectu, quem in agro Piceno, & Gallico Q. Metellus habuit. ¶ Metonymice delectus accipitur pro diſcrimine, ſive judicio, *ſcelta*. Hinc Rhetores dicunt, in uſu verborum, & ſententiarum delectum adhibendum eſſe. *Cic. de Clar. Orat. c.* 72. Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ. Hac ratione delectum facere, dixit *Quintil.* ut *l.* 2. *c.* 8. Facere ſtudiorum delectum nemo diſſuaſerit.

Delegatĭo, f. 3. *delegazione*, ἐντολή, ἐπιτροπή, actus delegandi. *Cic. Att. l.* 12. *epiſt.* 3. Aut delegationem a mancipe annua die, &c. *Juſtin. Cod. de Novat. & delegat.* Delegatio debiti, niſi conſentiente, & ſtipulanti promittente debitore, jure perfici non poteſt.

Delegātum, i, n. id, quod legatum eſt, ut, ex delegato pupilli pecuniam ſolvere, *Leg.* 4. §. 26. *ff. de doli except.*

Delegātus, m. 2. dicitur, cui cauſa committitur terminanda, vel exequenda, qui in juriſdictione nihil proprium habet, ſed vices delegantis repræſentat, ut Delegatus Principis, apud JCtos.

Delegātus, a, um, o. 1. 2. miſſus, commiſſus, &c. *commeſſo*, *delegato*. *Cic.* Poſt delegatam mihi hanc provinciam. ideſt, hoc onus mihi impoſitum. *Liv. l.* 10. *c.* 19. Omnis rei bene, aut ſecus geſtæ decus, dedecuſque ad eum delegatum.

Delĕgo, as, avi, atum, a. 1. *mandare*, ἀποστέλλω, eſt mittere, legatos mittere. *Liv.* Decernunt, ut duodecim delegarentur ad Regem. *Cato R. R. c.* 30. Ubi ſementem facturus eris, ibi oves delegato. ¶ Metaleptice eſt demandare, committere, aſſignare, *deputare*, *aſſegnare*, רפקיד, Ger. *befelben*, Gal. *deleguer*, Hiſp. *delegar*, ἐπιτρέπειν. *Cæl. Cic.* 8. *Fam. ep.* 1. Quod hunc laborem alteri delegavi. ¶ Item quemquam noſtro loco, officio, negotiove exequendo præficere. *Col. l.* 4. Imo quis non imprudentiſſimum quemque huic negotio delegat? ¶ Item apud JCtos eſt alium pro ſe debitorem dare, quo recepto a creditore, prior debitor liberatur. *Juſtin. Cod. de Novat. & delegat.* ¶ Translate eſt transferre. *Cic. de Or.* Hæc ipſa, quæ nunc ad me delegare vis. *Hirt. de B. G.* Delegare cauſam peccati mortuis.

Deleniſcus, a, um, o. 1. 2. *dolce*, lenis, blandiloquus, a delenio. *Plaut. Mil.* 2. 2. 37. Domi dolos, delenifica facta, domi fallacias.

Delenĭo, V. Delinio.

Delĕo, es, evi, etum, a. 2. proprie eſt mundare, ab antiquo *leo*, vel a *deoleo*, per ſyncopen, quod ab *oleo*, ut *aboleo*. *Cic. pro Leg. Manil.* Delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuſcepta. ¶ Translate eſt obliterare, *cancellare*, בוטח, Ger. *auſtilgen*, Gal. *effacer*, Hiſp. *borrar*, ἐξαλείφειν. *Cic. pro Cluent.* Cum tabulas prehendiſſet Oppianicus, digito legata delevit. ¶ Item tollere, removere, *levare*. *Ter. Eun.* 2. 3. 5. Delebo omnes dehinc ex animo mulieres. ¶ Item evertere, *diſtruggere*. *Cic.* 4. *Catil. c.* 10. Duas urbes huic imperio infeſtiſſimas Carthaginem, Numantiamque delevit. Sic delere exercitum, copias, *diſfare*. *Id. pro Leg. Manil. Cæſ. l.* 6. *B. G.* ¶ Delere ingenium, eſt extinguere vim ingenii. *Petron. Satyr. cir. init.* Nonduin umbraticus doctor ingenia deleverat.

Deletĭlis, le, o. 3. quod delet. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 212. Sumam ſpongiam deletilem.

Deletĭo, onis, f. 3. *ſtancellamento*, *diſtruzione*, ut deletio exercitus. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 217.

Deletĭtius, o. 1. 2. ἐξαλειπτός, quod deleri poteſt, ut deletitia charta, in qua deleri poteſt, quod ſcriptum fuit, & rurſus ſcribi, παλίμψηστος. *Ulpian. Dig.* 37. 11. 4. Chartæ appellatio & ad novam chartam refertur, & ad deletitiam.

Delētrix, cis, f. 3. quæ delet. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 23. Tum eſt illa in templo Caſtoris ſcelerata, & pene deletrix hujus Imperii ſica deprehenſa.

Delētus, a, um, adject. *cancellato*, *diſtrutto*, *disfatto*. *Cæſ. B. G. l.* 6. *c.* 36. Diſperſis, ac pene deletis hoſtibus. *Cic. pro Flac.* Deleta memoria.

Delēvo. V. Delævo.

Deliăcus, a, um, o. 1. 2. δηλιακός, ex Delo, ut Deliaca vaſa, ex ære pretioſo, ab inſula *Delo*, ubi fuit prima nobilitas æris. *Cic. pro Roſc. c.* 46. Domus Chryſogoni referta vaſis Corinthiis, & Deliacis. ¶ Deliaci etiam dicuntur gallinarum curatores. *Petron. Satyr.* Deliaci enim magna ſolertia gallinas curabant, & ex iis magnos fructus percipiebant, teſte *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. & *Cic. l.* 2. *Acad. Plin. l.* 10. Gallinas ſaginare Deliaci cœpere.

Delibamentum, i, n. id quod libatur, libamentum. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 6. *n.* 8. Defuſa Mercurio delibamenta.

Delibatĭo, onis, f. ablatio partis ab aliqua re. *Leg.* 116. *ff. de Legat.* 1. Legatum eſt delibatio hæreditatis.

Delibatorĭum, n. 2. locus delibationi accommodatus. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Quæ delibatorio ſuperfuerat viginti pedibus brevior ſeſquipedali craſſitudine. Ita *Calepinus*: ſed ibi legitur *Dirsibitorium*.

Delibātus, a, um, adject. decerptus, deguſtatus. *Enn. apud Cic. in Brut. c.* 15. Flos delibatus populi, Suadæque medulla. ¶ Item violatus, corruptus: quod enim delibatum eſt, integrum amplius non eſt. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Compenſatur leve damnum delibatæ honeſtatis. *Plaut. Moſt.* 4. 2. 32. Delibatus puer.

Deliberabundus, a, um, o. 1. 2. deliberans. *Liv l.* 2. *c.* 45. Conſules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur.

Deliberatĭo, f. 3. *deliberazione*, ביעצה, Ger. *rahtſchlag*, Gal. *arreſt*, Hiſp. *deliberacion*, συμβούλευσις, actus deliberandi. *Cic.* 1. *Off.* Triplex igitur eſt conſilii capiendi deliberatio. *Cic. Phil.* 1. *c.* 1. Ad deliberationem alios adhibere.

Deliberatĭvus, o. 1. 2. *deliberativo*, συμβουλευτικός, quod ad deliberationem ſpectat, ut Genus deliberativum. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 5. Deliberativum genus eſt, quod in conſultatione poſitum habet in ſe ſuaſionem, & diſſuaſionem.

Deliberātor, oris, m. 3. *chi delibera*. *Cic. pro Sex. c.* 34. Illi interea deliberatori merces, longa interpoſita nocte, duplicata eſt.

Deliberātus, o. 1. 2. *diſpoſto*, quod deliberatum, ſeu conſtitutum eſt. *Horat. l.* 2. *carm. od.* 37. Ut atrum corpore combiberet venenum deliberata morte. *Cic. Metel. l.* 5. *Fam. epiſt.* 2. Neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, &c. *Id. Ver.* 5. *c.* 41. Statutum in animo, & deliberatum habere.

Delibĕro, as, n. 1. *deliberare*, נור, Ger. *rahtſchlagen*, Gal. *deliberer*, Hiſp. *deliberar*, συμβουλεύω, eſt conſultare, perpendere, decernere, definire. *Cic. Att. l.* 13. Quamobrem ut de maxima re deliberanti, ita mihi des conſilium, velim. ¶ Deliberatur imperf. *Cæſ.* 7. *B. G.* Deliberatur de Avarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. ¶ Deliberatum mihi eſt, vel deliberatum habeo, eſt conſtitui. *Cic. in Rul.* Præſertim cum mihi deliberatum ſit, & conſtitutum ita gerere Conſulatum. ¶ Pro conſulere, quærere, videtur uſurpari ab *Nepote in Themiſt. c.* 2. ubi ait: Miſerunt Delphos conſultum, deliberantibus Pythia reſpondit. Et *in Miltiad. c.* 1. Ex his delecti Delphos deliberatum miſi ſunt, qui conſulerent Apollinem.

Delibĭto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a delibo. *Cic. Fam. 9. ep.* 16. Solebam antea delibitari oleis, & lucanicis tuis. h. e. Tu delibabas meam famem, ac diminuebas illis primis ferculis, &c. Sic legit, & explicat *Turneb. Adverſ. l.* 6. *c.* 1. & *Pareus in Lex. Crit.*

Delĭbo, as, a. 1. *guſtando aſſaggiare*, טעם, Ger. *abbrechen*, Gall. *gouter*, Hiſp. *guſtar*, ἀπογεύω, eſt ſumma tantum labra rigare, & leviter deguſtare, a libo. *Claud. de B. Get. v.* 351. Contentus delibaſſe cibos. ¶ Translate ſumitur pro leviter attingere, *Cic.* 10. *Fam.* Putabam, poſſe me nec de laude jejuni hominis delibare quidquam. ¶ Item pro decerpere. *Cic. pro Sext. c.* 56. Ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique floſculos carpam, atque delibem. *Id.* 2. *de Invent. c.* 39. Delibare de gloria alicujus. ¶ Item pro violare. V. Delibatus. ¶ Item defringere, deterere. *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 2. Ne curſitantes inter ſe teneri (agni) delibent aliquid membrorum.

Delibratus, a, um, adject. decorticatus, *nudato di ſcorza*. *Non. c.* 1. *n.* 314. *Pallad. l.* 3. *c.* 17. Ramus ad modum foraminis delibratus.

Delibro, as, avi, atum, a. 1. decorticare, a *liber*, qua corticem ſignificat, *levar la ſcorza*, *pelare*, Ger. *entrinden*, Gal. *peler*, Hiſp. *decortecar*, ἀποπελίζω, *Colum. l.* 5. *c.* 6. Antequam radix ulmi in eximendo delibretur. Et *l.* 4. *c.* 24. Cortex corpore tenus delibrandus eſt. ¶ Eſt etiam ponderare, *peſare a libra*. *Gel. l.* 15. *c.* 8. Delibrari ſibi cœnas jubeant, ne edendo defatigentur. Rectior tamen, & communior lectio habet, *delibari*. ¶ Addit *Feſtus*: Delibrare, aquam ſulco derivare. Alii tamen leg. *Delirare*.

Delibŭo, is, ui, utum, madefacio, inungo, *ungere*, *bagnare*, καταβρέχω. *Solin. c.* 22. *de Delphinis*: Proconſul Africæ Salvianus ipſe eum (Delphinum) contigit, unguentis etiam delibuit. Hinc frequentiori in uſu eſt. Delibūtus, o. 1. 2. *unto*, נבשם, Ger. *begoſſen*, Gal. *oint*, Hiſp. *untado*, ἀλειμμένος, unctus, quaſi oleo, aut alio liquore imbutus, a *delibuo*, humecto, irrigo. *Cic. in Brut. c.* 60. Qui devinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. ¶ Transfertur ad animum. *Ter. Phor.* 5. 6. 17. Si te delibutum gaudio reddo. *Salluſt.* Uxor ſacrilega, ac perjuriis delibuta.

Delicāte, adver. *delicatamente*, Ger. *zertiglich*, Gal. *delicatement*, Hiſp. *regala-*

galademente, τρυφερῶς. *Cic.* 3. *de Orat.* Ubi recubans molliter, & delicate nos avocat a roſtris. ¶ Comparat. Delicatius, *Sen. l.* 3. *de Ira*, *c.* 9.

Delicātus, a, um, o. 1. 2. *delicato*, עָנֹג, Ger. *zart*, Gal. *delicat*, Hiſp. *regalado*, τρυφερὸς, plenus deliciis, ſeu qui in deliciis vivere aſſuetus eſt. *Cic.* 6. *Ver.* Qui tam beati, quam iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus. *Id.* 1. *Off.* Convivio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. *Plin. l.* 17. *c.*24. Delicatior cibus. ¶ Per metaphoram mollis, ac tener dicitur. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 40. Delicatæ, & obſcœnæ voluptates fugiendæ ſunt. *Id. in Brut. c.* 53. Delicatus Adoleſcens. ¶ Delicatiſſimus amnis. h. e. leniſſime fluens. *Plin. in ep.* Delicatum litus. h. e. amœnum. *Cic. Ver. ult.* ¶ Delicati, & Delicatæ dicebantur Concubini, & Concubinæ: qua de re *Turneb. l. Adverſ.* 22. *c.* 15. & *Torrent. ad Suet. Veſpaſ. c.* 3. *Cic.* etiam mulieroſum hominem *delicateſſimum* vocat *Verr.* 7. *c.* 27. ¶ Veteres *delicatus* pro *dedicatus* dicebant, more tunc recepto *l* pro *d* uſurpandi. *Feſtus*.

Delicĭa, æ, f. 1. idem ac delicium, vel deliciæ. *Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 29. Ad me, delicia? ¶ Item delicia, tigni genus, quod a culmine ad tegulas angulares infimas verſus faſtigium collocatur, quaſi deliquium, quia deliquat aquam, vel a delicio, quod inde aqua deliciatur. *Feſtus*.

Deliciæ, arum, f. 1. *delizie*, עֲרִיסִים, Ger. *ergetzung*, Gal. *delices*, Hiſp. *deleytes*, *regalos*, τρυφὴ, oblectamentum, vel oblectamenta, quæ nobis voluptati ſunt, a delicio, quia deliciunt, & ad ſe trahunt. *Cic.* 6. *Ver.* Ab ea civitate, quæ tibi una in amore, atque in deliciis fuit. *Suet. c.* 1. Titus amor, ac deliciæ generis humani. *Cic. Att. l.* 6. *c.* 1. Habere aliquem in deliciis. ¶ Delicias facere, eſt jocari, ludere, *ſcherzare allegramente*. *Catul. carm.* 45. *v.* 22. Uno in Septimio fidelis Acme facit delicias, libidineſque. *Plaut. Men.* 2. 3. 30. Eja, delicias facis, mi Menæchme. ¶ Dicere delicias, eſt blanda verba, & amatoria dicere. *Catul. carm.* 73. Si quis delicias diceret, aut faceret. ¶ Deliciæ appellantur quælibet res caræ. *Propert. l.* 4. *eleg.* 7. *v.* 75. Deliciæque meæ Latris, cui nomen ab uſu eſt. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis. h. e. Alexandrinis pueris, laſcivia, & garrulitate gratiſſimis, quales *Stat. l.* 5. *Sylv. v.* 66. garrulas delicias appellat.

Deliciāris, & re, o. 3. quod ad deliciam, ideſt tignum ſpectat, *Cato de R. R. c.* 14. Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur. *Feſtus*.

Deliciatus, o. 1. 2. quod deliciam, ideſt tigni genus habet, ut Tectum deliciatum. *Feſtus*.

Delicĭo, is, exi, ectum, a. 3. antique pro allicio, *allettare*. *Titin.* apud *Non. c.* 4. *n.* 112. Paraſitus, qui illum ſciat delicere.

Deliciŏlæ, arum, f. diminut. a deliciæ, &

Deliciŏlum, i, n. diminut. a delicium. *Cic.* 1. *Attic. epiſt.* 7. Tullia, deliciolæ noſtræ. *Senec. ep.* 12. Populus etiam deliciolum meum factus eſt.

Delictor, aris, dep. 1. *deliciarſi*, in deliciis agere. *Ruricius epiſt.* 42. Volatilia deliciari. h. e. cum delectatione comedere.

Deliciōſus, a, um, adject. deliciis plenus, *delizioſo*. *Sedul. in Orat. Domin.* Retia mundi delicioſa ſequens.

Delicium, n. 2. idem ac deliciæ. *Mart. l.*13. *epigr.* 99. Delicium parvo do nabis dorcada nato.

Delĭco, as, a. 1. *moſtrare*, δηλόω, indico, explano, explico, interpretor. *Titin. l.* 5. ut citat *Non.* Quid iſthuc eſt, aut iſte vult ſermo? mater delica. ¶ Veteres etiam delicare, pro dedicare, quandoque dicebant, *d* in *l* abeunte. *Feſtus*.

Delictum, n. 2. *delitto*, *peccato*, אָשָׁם, Ger. *fehl*, Gal. *delit*, Hiſp. *delicto*, ἁμάρτημα, peccatum, a delinquo, quod eſt deficere, & translate peccare. *Cæſ.* 7. *B. G.* Nam majore commiſſo delicto igni, atque omnibus tormentis necat.

Delicŭlus, a, um, diminut. a delicus. *Cato R. R. c.* 2. Vendat boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas. Al. melius leg. *rejiculæ*, & rejiculas.

Delĭcus, a, um, adject. a lacio, unde *lac ἀπεγαλακτισθὲν*, *ſlattato*. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. Cum porci depulſi ſunt a mamma, a quibuſdam delici appellantur, neque jam lactentes dicuntur.

Delicŭus. V. Deliquus.

Deligatus, a, um, adject. idem quod ligatus, *legato*. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Deligata in linteolo grana. *Valer. Max. l.* 3. *c.*8. *n.* 1. Deligatis ad palum hoſtibus. ¶ Deligati, abſolute dicebantur ſervi viliores, qui & *alligati*. V. *Torrent. in Veſpaſ. c.* 3. ubi exempla affert.

Delĭgo, as, avi, atum, a. 1. idem ac ligo, *legare*. *Cic.*6. *Ver.* In ea ſtatua Sopatrum divaricari, ac deligari jubet. *Id. Ver.* 7. Deligare ad palum.

Delĭgo, is, egi, ectum, a. 3. *eleggere*, ἐκλέγω, eſt delectum habere, ex *de*, & *lego*. *Cic.* 2. *Off.* Eorum ſe fore ſimiles, quos ibi ipſi delegerunt ad imitandum. ¶ Uſurpatur item pro colligere. *Ovid. ep.*4. *v.*30. Tenui primam deligit ungue roſam. ¶ Item pro ejicere, ſeparare. *Plaut. Aſin.* 3.3.42. Me amantem ex ædibus delegit hujus mater. V. ibi *Taubman*.

Delimatus, a, um, adject. lima abraſus, *limato via*. *Plin. l.* 34. *c.*11. Delimatam æris ſcobem aceto ſpargunt.

Delimis, me, adject. limus, obliquus, tranſverſus. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 82. Delimi bipennis. *h. e.* pars bipennis obliqua.

Delimitatĭo, onis, f. limitum appoſitio, apud *Frontin. Goeſ. p.* 142.

Delimĭto, as, avi, atum, limites apponere, ut ex *Frontin.* declarat *Fabret. Inſcript. p.* 245. V. *Frontin.* apud *Goeſ. p.* 38.

Delineatio, onis, f. deſcriptio, *delineazione*. *Tertul. adverſ. Valentin. c.* 27. In delineationem ſuperioris Chriſti, &c.

Delinĕo, as, avi, atum, a. 1. *diſegnare*, Germ. *entwerffen*, Gal. *tracer*, Hiſp. *trecar*, *dibuxar*, διαγράφω, deſigno, & ruditer depingo, ex *de*, & *linea*, ut cum pictores primum quædam pingui Minerva futuri operis lineamenta ducunt. *Plin. de Apelle*, *l.* 35. *c.* 10. Arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delineavit.

Delingo, is, inxi, inctum, a. 3. idem quod lingo, *leccare*. *Celſ. l.* 3. *c.*23. Cochleare plenum paulatim delingatur. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 24. Nunquam delinget ſalem.

Delinīmen, inis, n. idem quod delinimentum. *Symmach. l.* 3. *epiſt.* 11. Spectator veteris monetæ ſolus ſuperſum, cæteri delinimina aurium capiunt.

Delinimentum, ti, n. oblectamentum, *ſolletico*, *carezze*, θελκτήριον, ut vitiorum delinimenta, apud *Tac. Agric. c.* 21. *Liv. l.* 30. *c.* 13. Delinimentis animum alicujus avertere. ¶ Item veneficium, venenum, per quod homines a mentis ſtatu dejiciuntur, poculum amatorium. *Afranius*: Si poſſent homines delinimentis capi, omnes haberent nunc amatores anus. *Cæſius l.* 4. *de inoff. teſtam.* Novercalibus delinimentis, inſtigationibuſque corrupti. Sic *Liv. l.* 39. *c.* 11. Delinimenta, & venena conjungit. ¶ In antiquis Cod. non raro legitur *delenimentum*: ex quo etiam patet, non a *linio*, ſed a *lenio* derivari.

Delinĭo, is, ivi, itum, a. 4. Ger. *beſtreichen*, Gal. *oindre*, *addoucir*, Hiſp. *untar*, *ablandar*, θέλγω, demulceo, mitigo, placo, mollio, *addolcire*, *placare*, *mitigare*, a *de* & *lenio*, a lenis. *Cic. pro Mil. c.* 35. Ut plebem tribus ſuis patrimoniis deliniret. *Cic.* 4. *Tuſc.* Delinire animum ſuavitate. ¶ Significat etiam decipere, mentem adimere. *Plaut.Ciſt.* 2. 1. 45. Tu me delinis, propter te hæc pecco. *Id. Amph.* 2. 2. 214. Delinitus ſum profecto ita, ut me, qui ſim, neſciam. ¶ Scribitur & *delenio*. *Horat. l.* 3. *od.* 1. dolentem non purpuratum ſidere clarior delenit uſus.

Delinitĭo, f. 3. *mitigazione*, *carezze*, Ger. *ervvichung*, Gal. *addouciſſement*, Hiſp. *alago*, κήλησις, mitigatio, placatio. *Cic.* 2. *Off. c.* 16. Ipſaque illa delinitio multitudinis ad breve, exiguumque ſit tempus.

Delinītor, m. 3. qui delinit, ideſt placat. *Cic. in Brut. c.* 70. Sed etiam cum judice ipſo, cujus delinitor eſſe debet Orator.

Delinītus, o. 1. 2. mollitus, particip. a delinior, *ammolliro*, *effeminato*. *Cic.* 1. *Fin. c.* 10. Blanditiis voluptatum deliniti, atque corrupti. Et *l.*1. *de Or. c.* 9. Genus hominum diſertorum oratione delinitum. ¶ Item mente alienatus, deceptus, ut exponit *Non. c.* 4. *n.* 115. V. Delinio.

Delĭno, is, livi, vel levi, itum, a lino, corrumpo, *cancellare*, *ſporcare*, A quo eſt adject. Delitus. V. infra.

Delinquentĭa, æ, f. delictum. *Tertul. de reſur. carn. c.* 46. & 47. Homo delinquentiæ Antichriſtus.

Delinquo, is, deliqui, delictum, a. 3. *fallire*, *peccare*, אשם, Ger. *ſindigen*, Gall. *faillir*, Hiſp. *faltar*, πλημμελέω, proprie eſt deficere, non prætereunda prætermittere. *Feſt.* V. Deliquus. ¶ Translate eſt peccare. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Ut condemnaretur filius, aut nepos, ſi pater, aut avus deliquiſſet. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic.* 1. *Off. c.* 41. Si quid delinquitur. ¶ Dicimus etiam delinquere in aliqua re, in aliquem, & erga aliquem. *Cic. pro Cluent.* Ne in bello delinqueret. *Plaut. Epid.* 3. 3. 9. Quaſi quid filius meus deliquiſſet me erga. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 8. In ancillam ſi quis delinquere poſſit.

Deliquĕo, es, delicui, n. 2. *divenir liquido*, נמס, Germ. *zerſchmelzen*, Gal. *ſe fondere en liqueur*, *devenir liquide*, Hiſp. *derretirſe*, τήκομαι, eſt in totum reſolvi, & diſſolvi. *Ovid.* 4. *Met. v.* 252. Protinus imbutum cæleſti nectare corpus delicuit.

Deliquĕſco, n. 3. liqueſco. *Col. l.* 12. *c.* 41. Ut omnia poma deliqueſcant cum muſto. ¶ Translate *Cic.* 4. *Tuſc.* Nec alacritate futili deliqueſcat. ¶ Item perire, diffluere. *Lactant. l.* 8. *c.* 12. Corpus deliqueſceret, ac periret.

Deliquĭæ, arum, f. *ſolchi*, *o grondaja da ricever*, *e condur l' aqua*, idem quod Colliciæ. *Vitruv. l.* 6. *c.*3. Diſpluviata ædificia ſunt, in quibus deliquiæ ſtillicidia rejiciunt.

Deliquĭo, onis, m. idem ac deliquium. *Cn. Gellius* apud *Serv. in* 8. *Aeneid.* item *Plaut. Capt.* 3. 4. 93. ſed apud hunc dubia eſt lectio.

Deliquĭum, n. 2. *difetto*, *mancamento*, חסר, Ger. *abgang*, Gal. *defaillance*, Hiſp. *menoſcabo*, ἔκλειψις, defectus, a *deliquus*, vel *delinquo*. *Plaut. in Capt.* 3. 2. 93. Nullam cauſam dico, quin mihi & parentum, & libertatis apud te deliquium ſit. ¶ Deliquium Solis eſt Solis eclipſis. *Plin. l.* 2. *c.* 12. ¶ Deliquium animi, cum animus linquitur, & quis animo deficit, apud Medicos, *deliquio*.

Delĭquo, as, a. 1. *votare un liquore*, Ger. *abgieſſen*, Gal. *verſer*, *faire ecouler*, Hiſp. *derramar*, ἐκχέω, effundo, a liquo. *Col. l.* 12. *c.* 39. In alia vaſa deliquare. *Sidon. l.* 7. *epiſt.* 2. Per cola ſubterranea deliquari.

Delĭquus, a, um, adject. a delinquo, ut reliquus a relinquo, ſignificat deficiens, minor, ut exponit *Feſtus*. Veteres enim delinquere uſurpabant pro deficere. Itaque *Plaut. Caſ.* 2. 2. 32. Quando tibi nil domi deliquum eſt. Ubi alii legunt *Delicuum*; ſed idem eſt ſenſus. Ducunt autem fortaſſe a *deliqueo*, diſſolvor, pereo, cujus præter. *delicui*. Alii leg. *deliquium*.

Deliramentum, n. 2. idem ac delirium. *Plaut. Amph.* 2. 2. 64. Hæc quidem deliramenta loquitur.

Deliratĭo, f. 3. proprie eſt declinatio extra ſulcum, ideſt a recta via. *Plin. l.* 18. *c.*20. Quod vocant lirare, operientes ſemina, unde primum appellata deliratio eſt. ¶ Translate eſt ſtultitia, alienatio mentis ab ætate, vel morbo proveniens, *delirio*, *pazzia*. *Cic. de Sen.* Iſta ſenilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet, ſenium levium eſt, non omnium.

Delirĭtas, f. 3. deliratio. *Laber.* apud *Non. c.* 8. *n.* 36. Quænam mens, quæ deliritas vos ſuppilatores facit.

Delirĭum, n. 2. *pazzia*, נבלה, Ger. *abervvitz*, Gal. *reverie*, Hiſp. *deſvario*, παραλήρημα, eſt alienatio mentis proveniens ex intemperie cerebri vitiante actiones principis facultatis, qualem & in ſenibus videmus, & in iis, qui morbis ardentiſſimis infeſtantur. *Celſ. l.* 3. *c.* 18. Rarius, ſed aliquando tamen ex metu delirium naſcitur.

Delīro, as, n. 1. *partirſi dal diritto*, *errare*, *impazzire*, השתגע, Ger. *irregehen*, *in abervvitz kommen*, Gall. *feurvoyer*, *rever*, Hiſp. *deſviar*, παραληρέω, proprie eſt a ſulco evagari, translate a recta via ad pravam declinare, inſanire. *Cic.* 1. *Tuſ.* Adeo ne me delirare cenſes, ut iſta eſſe credam? *Horat. l.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 14. Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Delīrus, o. 1. 2. *pazzo*, *quello che ſi parte dalla ragione*, נבל, Ger. *abervvitziger*, Gal. *reveur*, Hiſp. *deſvariado*, παραληρῶν qui a recto ordine, quaſi a ſulco, & lira rationis, evagatur. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 18. Multos ſe deliros ſenes ſæpe vidiſſe, ſed qui magis deliraret, quam Phormio, vidiſſe neminem. *Lactant. l.* 3. *c.* 18. Quo quid delirius dici poſſit, non invenio.

Delītens, entis, o. 3. partic. a deliteo, *naſcoſto*. *Plin. l.* 35. *c.* 1. Nec ſpatia montis in cubiculo delitentia.

Delitesco, is, itui, n. 3. *occultarſi*, *naſconderſi*, נפתר, Ger. *verbergen ſeyn*, Gal. *etre cache*, Hiſp. *eſtar eſcondido*, κρύπτεσθαι, occultor, ex de, & lateo. *Virg.* 2. *Æn.* Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva delitui. *Cic. pro Cæl.* Servi in balneis delituerunt. ¶ Et translate. *Cic. in Acad. l.* 4. Et in eorum auctoritate delitesceret, qui negaſſent, quicquam ſciri poſſe.

Delītigo, as, avi, atum, n. 1. vehementer litigo, *litigare*. *Horat. ad Piſon. v.* 94. Iratuſque Chremes tumido delitigat ore.

Delītor, oris, m. *ſcancellatore*, qui delet. *Accius* apud *Priſcian. l.* 9. Scelerum fratris delitor.

Delītus, a, um, adject. ex particip. a delino, *cancellato*, *macchiato*. *Cic. in quadam ep.* apud *Priſcian. l.* 9. *ſub fin.* Tuſi moleſte, quod literæ delitæ mihi ante redditæ ſunt. *Id.* apud *Diomed.* Cæteris delitis.

Delĭus, o. 1. 2. δήλιος, qui eſt ex Delo inſula, ut Apollo Delius, *Virg.* 3. *Æn. v.* 162. Delia Dea, pro Diana. *Horat. l.* 4. *od.* 6. *v.* 33. Et Delia, abſolute, *Virg. Ecl.* 3. *v.* 67. & *Ecl.* 7. *v.* 29.

Delli, V. Palici.

Delminium, Dalminium, Dimala, Dalmana, *Denna*, *Danna*, *Damnio*, *Dummo*, opp. Dalmatiæ medit. Æquo prox. Nonnullis eſt Almiſſa, Sclave *Omiſc.*

Delos, vel Delus, i, f. 2. Aſteria, Cyntia, Cynetos, Chamydia, Lagia, Ortygia, Pyrpile, *Sdiles*, *Sdille*, δῆλος, inſ. maris Ægæi, non admodum ampla, ſed princeps inter Cycladas, fere in medio earum. Dicta eſt a δῆλος, manifeſtus, quod in diluvio Ogygis, quod Deucalionis 600. annis præceſſit, prima inter alias ab aquis emerſerit. Olim totius Græciæ emporium fuit, & ærarium Græcorum. *Nepos Ariſt. c.* 3. Ferunt, Latonam ex Jove gravidam, metu Pythonis ſerpentis, qui eam toto terrarum orbe Junonis juſſu perſequebatur, in hanc inſulam fugiſſe, ibique Apollinem, & Dianam eodem partu peperiſſe. Hinc ille *Delius* dictus eſt, hæc *Delia*. In Delo nec parere, nec defunctos

functos sepelire, nec canem alere fas erat, teste *Thucyd. lib.* 4.

Delphi, m. 2. n. pl. *Delfo*, al. *Castri*, al. *Salona*, urbs Phocidis, in Achaja, ad Parnassum M. a Delpho Neptuni filio ex Melantho Deucalionis filia. Juxta Cephisus amnis oritur, & Castalius fons non longe abest. Delphis templum amplissimum fuit, Apollini dicatum, ubi responsa dabat, quo ex toto orbe terrarum gentes de suis rebus consulturæ confluebant. Hinc Apollo Delphicus appellatus est. Sed *Macrobius in Satur.* Apollinem Delphicum appellatum existimat a prisca Græcorum voce δέλφυς, quæ solum significat, eo, quod interdiu stellis omnibus obscuratis, solus luceat, qua ratione etiam Sol a Latinis appellatus est. Delphis oracula reddebantur anulo obsignata, ea lege, ne nisi post triduum reignarentur: prævaricatoribus orbitas oculorum, vel linguæ jactura, vel manus obtruncatio pœna erat. *Liv. l.* 38. *c.* 48. Delphos vocat Orbis umbilicum.

Delphice, more Delphici oraculi. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 756. Quid aliud est, quod Delphice columna litteris suis ἄχαν μεδὲν, &c.?

Delphicŏla, æ, m. qui Delphos colit, epith. Apollinis. *Auson. Technop. cap. de histor.* Ludit & Æacidem Parnassia Delphicolæ sors.

Delphĭcus, a, um, adject. a Delphis, ut delphica laurus, *Claud. Gigantom. v.* 34. Delphicus Deus, h. e. Apollo, *Apul. l.* 2. *Milef.* ¶ *Delphicus gladius*, proverb. dicitur de re ad quoscumque usus accommodata, quia Delphis eodem cultro & mactabant victimas, & fontes supplicio afficiebant. V. *Chiliad. Erasm.* Eadem ratione & Delphica vasa dicuntur. *Alex. ab Alex. Gen. dier. l.* 3. *c.* 16. Sed proverbium Græcum est, non latinum.

Delphin, inis, m. 3. vel delphinus, m. 2. *delfino*, Germ. *delphin*, Gall. *dauphin*, Hisp. *delfin*, δελφὶν, δελφὶς, piscis, vel potius maris bellua. *Plin.* auctor est, Delphinos simones vocari a navigantibus, quod sint rostro simo, vel a Simonis pueri nomine, quem delphinus in sinu Bajano mirum in modum fertur adamasse. Ad hoc nomen vocati accurrere dicuntur. *Solin. c.* 22. Delphinus dorso est repando. Habet linguam contra naturam aquatilium, mobilem, suillæ similem. Pro voce gemitum humano similem edit. Velocissimus est omnium animalium, etiam terrestrium. Decem annis ad summam magnitudinem pervenit. Parit catulos decimo mense: interdum & binos nutrit uberibus, sicut balæna. Delectatur musica symphonia, præsertim hydrauli sono. ¶ Est etiam signum cœleste. V. *Arion. Ovid. epist. Leandri, v.* 131. Curvi Delphines. *Horat. ad Pison. v.* 30. Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum. ¶ Dicitur & Delphis, inis. *Avien. in Arat. v.* 700. *de fidere*: Subit inter fidera Delphis. ¶ Delphini interdum significant pondera quædam alicui rei appensa, qualia sunt in nostris horologiis, *contrappesi. Vitruv. l.* 10. *c.* 13.

Delphis, idis, f. Pythia Apollinis sacerdos. *Martial. l.* 9. *epigr.* 43. Nec Delphis tua mentiatur ulli.

Delphitĭcus, a, um, idem quod delphicus. *Martial. l.* 11. *epigr.* 22. Quam quæ delphitica lapsa est armilla cinædo.

Delta, æ, f. quarta Græcorum littera triangulari figura Δ, cui respondet quarta item littera Latinorum D. *Auson. in Technopægn. c. de litt.* ¶ Hinc *Delta* appellatur pars Ægypti, idest, Ægyptus Superior, ita dicta, quia figura Græcæ literæ Δ similis est, cujus vertex est, ubi Nilus apud Babylonem, & Memphim scinditur, basis inter tostas Nili extremas, id est, ostia Canopicum, & Pelusiacum. V. *Plin.* 3. 16.

Deltŏton, n. 2. signum cæleste, supra Arietis caput, figura Græcæ literæ Δ, idest, trianguli. *Cic. in Arato.* Deltoton dicere Graji quod soliti, simili quia forma littera claret.

Delūbrum, n. 2. *tempio, chiesa*, היבל, Ger. *tempel, getzenkirchem*, Gal. *temple*, Hisp. *templo*, τέμενος. *Servius ad* 2. *Æn.* ait, delubrum esse templum commune, quod pluribus Diis dicatum est, ut Capitolium, quod Jovi, Junoni, & Minervæ, quia uno tecto deluitur. Festus, sive potius Paulus dicit, delubrum esse fustem delibratum, quem venerabantur pro Deo, idest, simulacrum ligneum. *Varr. l.* 8. *rer. div.* scripsit, delubrum a *Deo* dictum esse, & locum esse, in quo Dei simulacrum constitutum fuerit, sicut locus, in quo candelam figunt, candelabrum appellatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Est enim mihi tecum pro aris, & focis certamen, & pro Deorum templis, atque delubris.

Delucto, as, avi, atum, *contrastare. Plaut. Trinum.* 4. 1. 30. Quibus ærumnis delactavi, filio dum divitias quæro! Al. leg. *Quantis cum ærumnis delactavi* &c.

Deluctor, idem ac luctor, *lottare. Plaut. Perf.* 1. 1. 4. Cum Antæo deluctari mavelim.

Deludĭfico, as, avi, atum, a. 1. illudo, irrideo, *burlare*, διακαίζω. *Plaut. Rud.* 1. 2. 53. Deludificavit me miris modis. ¶ Deludificor deponens, eod. sensu: afferunt Lexicogr. plerique exemplum ex *Plaut. Mostell.* 4. 3. 41. Sed ibi legitur *ludificatus*.

Deludium, vel diludium, ii, n. cessatio a ludo, vel ludi dilatio. *Horat. l.* 1. *ep.* 19. *ad fin.* Displicet ille locus; clamo, & deludia posco. Ubi Acron vet. Scholiast. Diludia sunt tempora, quæ gladiatoribus conceduntur, ut se ad pugnandum instruant.

Delūdo, is, n. 3. proprie est ludendi finem facere. *Varr. apud Plin. l.* 36. *c.* 27. Gladiatores, cum deluserint, hac juvari potione. ¶ Translate est irridere, decipere, *beffare*, אנץ, Germ. *verlachen*, Gal. *se iouer, se mocquer*, Hisp. *oscarnecer, reirse*, κατακαίζειν. *Cic. in Rull.* Deludi vos metipsos diutius ab isto patiemini? *Ter. Andr.* 3. 4. 4. Deludere dolis? ¶ Translate *Propert. l.* 2. *el.* 15. *v.* 31. Terra prius falso partu deludet arantes.

Delumbātus, a, um, adject. delumbis, debilis, *sciancato. Plin. l.* 28. *c.* 4. Quadrupede delumbata. ¶ Item curvatus, *Id. l.* 19. *c.* 6. Delumbatæ radices. *Vitruv. l.* 6. *c.* 5. Lacunaria curva ad circinum delumbata. h. e. curva quidem, sed non ad perfectam rotundationem.

Delumbis, be, o. 3. *senza lombi, debole*, Ger. *der die lende ab ist, schwach*, Gall. *ereinté, foible*, Hisp. *deslomado, derrencado*, ἀμαλακὸς, quod lumbis caret, & metonymice quod debile est. In lumbis enim vires corporis sitæ sunt. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Perdix prægravem, aut delumbem sese simulans. ¶ Translate sumitur pro molli, effœminato, lascivo. *Pers. sat.* 1. *v.* 104. Summa delumbe saliva. *Sidon. l.* 8. *ep. ult.* Dictio exossis, tenera, delumbis.

Delumbo, as, a. 1. *indebolire*, Ger. *verrencken*, Gal. *errener, affoiblir*, Hisp. *deslomar, enflaquecer*, ἐξαδυνατίζω, lumbos loco moveo, frango. V. Delumbatus. ¶ Translate sumitur pro debilitare, diminuere. *Cic. in Or. c.* 69. Nec minutos numeros sequens concidat, delumbetque sententias.

Delŭo, is, delui, utum, a. 3. *lavare*, בדר, Ger. *mit vveschen reynigen*, Gal. *laver, nettoyer*, Hisp. *lavar, limpiar*, ἀποπλύνω, diligenter lavo, a verbo Græco, quod allatum est, vel a διαλύω, solvo. *Cato R. R. c.* 116. Laserpitium aceto deluito. ¶ Item est madefaciendo delere. *Var.* Obortæ inter legendum lacrymæ literas deluebant. ¶ Item solvere, ut ait *Festus*.

Delus. V. Delos, vel Ortygia.

Delūsus, a, um, adject. illusus, *deluso, burlato. Ovid.* 8. *Met. v.* 826. Exercetque cibo delusum guttur inane.

Delutamentum, i, n. opus delutatum. *Cato de R. R.* Neque herba nascetur, neque delutamenta scindent se.

Delūto, a. 1. *smaltare, lutare*, χρυσοπλάθω, est luto aliquid obducere. *Cat. de R. R. c.* 128. Habitationem delutare cum volucris, &c.

Demadĕo, es, n. 2. idem ac madeo. *Ovid.* 5. *Trist. el.* 4. *v.* 20. Et te fleute suos demaduisse sinus. Al. leg. *Emaduisse*.

Demădes, m. 3. Δημάδης, Atheniensis Orator, Demosthenis æmulus, eique adversas in Rep. partes fovens. Nihil enim aliud Demosthenes, quam patriæ libertatem spectabat: ille ex Macedonum gratia potentiam quærebat, & opes. Hunc jam ætate confectum, & ex nimio luxu adfummam jam inopiam redactum cavillatus est Antipater victimis cæsis similem esse, de quibus nihil, nisi lingua, jam supereset. *Plut. in vit. Demosth.*

Demăgis, *molto più*, valde magis, ex *de*, & *magis*. *Lucil. l.* 16. *apud Non. c.* 2. *n.* 229. Solos demagis idos ex nimbo Austellos. Sed Festus *minus* expositi, ut etiam est in manuscripto. Fortasse *ni nis* scribere voluit.

Demando, as, avi, atum, a. 1. *commettere*, הפקיד, Ger. *befehlen*, Gal. *commettre, charger*, Hisp. *encomendar*, ἀποστέλλω, committo, in totum committo. *Liv. l.* 8. *cap.* 36. Curam eorum nominatim legatis, tribunisque demandabant. *Id. l.* 5. *c.* 27. Plures pueri unius curæ demandabantur.

Demano. V. Dimano.

Demarchus, m. 2. Princeps populi, Tribunus plebis, a δῆμος, populus, & ἀρχὴ, præfectus. *Plaut. Cur.* 2. 3. 7. *Spartian. in Adrian. c.* 19.

Demĕa, nomen personæ fœtilis rusticæ, ac duræ, apud *Ter. in Adelph.*

Demeaculum, n. 2. *discesa*, כירר, Ger. *hinabsteigung*, Gal. *descente*, καταφορὰ, descensus in loca subterranea. *Apul. l.* 6. *sub init.* Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Dememĭni, pro obliviscor, nonnulli leg. apud *Martial. l.* 2. *epigr.* 59. illo versu: Ipse jubet mortis dememinisse Deus. Alii leg. *te memmisse*.

Demens, o. 3. *pazzo, stolto, fuor di mente*, נכל, כסיל, Germ. *unsinnig*, Gal. *insense, hors de sen sens*, Hisp. *loco*, παραφρων, stultus, amens. *Cic. in Off. l.* 1. *c.* 24. In tranquillo tempestatem adversam optare dementis est. *Id. in Pis. c.* 20. Dementior tragico Oreste. *Id. de Arusp. Resp. c.* 27. Plenus inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis. ¶ Quidam putant *amentem*, & *dementem* ita distingui, ut *amens* dicatur, qui omni prorsus ratione caret; *demens* vero sit, qui non est quidem mente integra, retinet tamen aliquid de communi vitæ ratione. Verum hæ duæ voces promiscue usurpantur.

Demensio, vel Dimensio, onis, f. *misura*, διαμέτρησις, dimetiendi actio, ut dimensio quadrati, *Cic. Tusc.* 1. *c.* 24.

Demensum, subst. n. 2. mensura erat frumenti, quam servis admetiebantur singulis mensibus domini, ad totius mensis victum. *Terent. Phorm.* 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser. Servi enim, inquit *Donatus*, quaternos modios accipiebant frumenti in mensem.

Demensus, vel Dimensus, a, um, o. 1. 2. *misurato*, נכיר, Ger. *ausgemessen*, Gal. *mesure*, Hisp. *medido*, διαμετρηθεὶς, mensuratus, partic. a demetior. *Cic. de Orat. c.* 12. Ut verba verbis quasi demensa, & paria respondeant. *Virg.* 1. *Georg. v.* 231. Certis dimensum partibus orbem Sol regit. ¶ Active etiam sumitur, cum sit partic. a verbo communi, *chi ha misurato*. *Virg.* 12. *Æn. v.* 116. Campum ad certamen dimensi.

Dementer, adv. *scioccamente*, בשכלות, Germ. *therlich*, Gall. *folement*, Hisp. *locamente*, ἀνοήτως, insane. *Cic.* 3. *Cat. c.* 9. Tanta res tam dementer credita. *Senec.* 4. *de benef. c.* 27. Dementissime testatur.

Dementĭa, f. 1. *pazzia*, הוללות, Germ. *vnsinnigkeit*, Gal. *folie*, Hisp. *locura*, παράνοια, insania. *Cic.* 3. *Tusc.* Animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemque dementiam. ¶ In lemmatis controversiarum *M. Senecæ* passim legitur *dementia* alio sensu, ab eo, quem ex Ciceronis definitione modo allata habet. Significat etiam culpam, qua quis reus efficitur, & in judicium vocatur, non quod demens fuerit, sed quod ea crimina perpetrarit, ob quæ demens puniendus tamen videri posset.

Dementĭo, tis, ivi, itum, n. 4. *impazzire, uscir di mente*, παραφρονέω, de mente exeo, deliro, insanio. *Lucret. l.* 3. *v.* 464. avius errat Sæpe animus, dementit enim, deliraque fatur.

Dementĭor, valde mentior. *Apul. in Apolog.*

Demento, as, n. idem ac dementio. *Apul. in Magia*. Confessa est se se mea Magia in amorem deductam dementare.

Demĕo, as, n. 1. deorsum meo, descendo. *Apul. l.* 6. *A. A.* Ad Tartarum, Manesque demeare. Et *lib.* 10. Corpus candidum, quod cœlo demeat.

Demerĕo, es, rui, ritum, n. *guadagnare, meritare*, Ger. *verdienen*, Gal. *gaigner*, Hisp. *ganar*, κερδαίνω, lucror. *Gell. l.* 1. *c.* 8. Lais Corinthia ob elegantiam, venustatemque grandem pecuniam demerebat. ¶ Est etiam suo sibi merito aliqem devincire. *Suet. de Aug. c.* 8. Avunculum in Hispanias adversus Cn. Pompeji liberos subsecutus magnopere demeruit. *Ovid. ad Liv. v.* 131. Numina cultu demeruisse.

Demerĕor, d. 2. *conciliarsi con benefizi la benevolenza d' alcuno*, רצה, Ger. *verdienen, beschulden*, Gal. *meriter*, Hisp. *merecer*, ἐξεργετέω, concilio, devincio, benevolum facio, *Quinct. in præfat. l.* 1. Ut pleniore obsequio demererer amantissimos mei. Sic demereri aliquem beneficio, officiis, benevolentia. *Liv. l.* 3. *c.* 18. *Colum. l.* 1. *c.* 4. &c.

Demergo, is, a. 3. *affondare*, השקיע, Ger. *hinander sencken*, Gall. *plonger*, Hisp. *abondar*, καταδύω, immergo, seu aqua obruo. *Ovid. ep.* 5. Obscœnam ponto demergite puppim. *Cic.* 1. *Acad. c.* 12. In profundo veritas est demersa.

Demerĭtus, a, um, adject. *meritato*, ut demeritas dare lætitias. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 14.

Demersĭo, onis, f. *l' affondare. Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 12. Nec temporali demersione beneficium perpetuitatis eximitur.

Demersus, us, ui, m. idem quod demersio. *Apul. Apol.* Levia sustentatui, gravia demersui.

Demersus, a, um, adject. ex particip. *immerso, affondato. Cic. l.* 2. *Divin. c.* 68. Equus demersus una mecum. *Id. pro Syll. c.* 3. Patriam demersam extuli. *Liv. l.* 2. *c.* 29. Ære alieno demersus. *Horat. l.* 3. *od.* 16. *v.* 13. Domus demersa excidio.

Demessus, a, um, adject. *tagliato, mietuto. Virg.* 11. *Æn. v.* 68. Flos demessus pollice virgineo.

Demetātus. V. Dimeto.

Demēter, f. 3. Δήμητερ, dicta est Ceres, quasi *Gemeter*, idest, terræ mater. *Cic.* 2. *de nat. Deor.*

Demetĭor, vel Dimetior, iris, itus, vel demensus sum, comm. 4. *misurare*, נדר, Germ. *messen*, Gal. *mesurer*, Hisp. *medir*, διαμετρέω, idem quod metior, vel diligenter metior. *Cic. de senect. c.* 14. Mori videbamur in studio dimetiendi cœli. *Id. in Orat. c.* 43. Demetiri, & dinumerare syllabas. ¶ Demetiens linea, vel dimetiens, absolute apud *Plin.* V. *Dimetiens*. ¶ Passiva significatione. *Vitruv. l.* 5. *c.* 9. Si Dorici generis erunt columnæ, dimetiantur earum altitudines, &c. *si misurino*. Adde *l.* 3. *c.* 3. ubi bis hac ratione usurpat.

Demetitus, a, um, partic. pro demensus, signif. activa. Quidam *Ciceronis* tribunus *l.* 2. *de nat. Deor. c.* 62. illis verbis: Eorum cursus demetiti naturales temporum varietates cognovimus. Ubi quidam libri habent, *dimetati*, alii *dimensi*. V. Paræi Lex. Crit. & Borrich. pro Voss. adv. Sciopp. p. 273.

Demĕto, is, essui, essum, a. 3. idem quod meto, *mietere*, *tagliare*, ἀποθερίζω. *Cic. de senect. c.* 19. Fructus demetendi. *Catull. carm.* 65. *v.* 353. Flaventia demetit arva. ¶ Dicitur & de cædente in prœliis. *Silius l.* 16. *v.* 101. Tantum acies, hominumque ferox discordia ferro Demetit.

Demetrias, adis, f. *Dimitriada*, urbs Thessaliæ, marit. in Magnesia, juxta sin. Pelasgicum, aliquando regia Macedonum, & navale, olim E. sub A. Larissæo, nunc Metropolis, Pagasæ proxima, inter Thebas Bœotiæ ad Austr. & Thessalonicam ad Bor. ad 100. M. P. a Larissa supra 40. a Thebis Phthiotidis 50. al. vix 30. in Cæc.

Demetrius, m. 2. filius Antigoni Macedonum Regis, & patris in Regno successor. Ob insignem in expugnandis urbibus virtutem Poliorcetes cognominatus est, idest, urbium expugnator. Hic post Alexandrum, præter alios Macedonas nomine, & virtute clarus, transmisso Euphrate Babyloniam occupavit: Athenas Cassandri, Ptolemæique imperio liberavit: Cyprum, victo Ptolemæo, navali prælio, recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremo cum bellum adversus Antiochum suscepisset, inteliciter pugnans, in ejus potestatem venit, Chersonesique ab eo custodiæ traditus est, permisso tamen ei regio sumptu, mollique victu, venationibus, omnibusque voluptatibus; quibus ille usus, minimum de salute anxius, in morbum ob incontinentiam incidit, ex quo periit. A *Plutarcho in Parallelis* cum M. Antonio Triumviro comparatur.

Demetrius Phalereus, qui ob eximias virtutes Athenienſibus præfuit annis decem, trecentisque sexaginta statuis æreis honoratus est. Fuit discipulus Theophrasti. *Cic. in Brut.* 3. *de Leg.* 5. *Fin.* Fuit inventor styli tucati. *Cic. in Brut.* 2. *de nat. Deor.* Pulsus in exilium se ad Ptolemæum contulit, & ibi multa scripsit. *Cic.* 5. *Fin.*

Demigratio, onis, f. ἀποικία, *andata*, *partenza*, *Nepos in Miltiade*, *c.* 1. Cum multi ejus demigrationis peterent societatem.

Demigro, as, avi, atum, n. *andar di luogo in luogo*, נלה, Ger. *von einem ort zu das ander ziehen*, *zu hauff ziehen*, Gal. *s'en aller d'un lieu*, Hisp. *mudar casa de lugar en lugar*, μετοικίζω, est de uno loco in alium domicilium transferre. *Cic. pro Domo*. Demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, &c. *Id.* 1. *Tusc.* Vetat enim dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo demigrare. *Id. pro C. Rabir.* Demigrare ex vita hominum ad deorum sanctimonium. *Cæs. l.* 4. *B. G.* Demigrare de oppidis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 85. Demigrare loco. *Cic. in Parad.* Demigrare ab improbis. *Id.* 4. *ad Attic.* Demigrare de statu tuo.

Deminŭo cum derivat. V. *Diminuo*.

Demirandus, a, um, valde mirandus. *Gell. l.* 16. *c.* 18. Facit multa demiranda.

Demīror, d. 1. *maravigliarsi forte*, תמה, Germ. *sich sehr verwundern*, Gal. *s'emerveiller*, Hisp. *maravillarse mucho*, ὑπερθαυμάζω, valde miror. *Cic. Att. l.* 14. Etsi addis Lamiam, quod demiror equidem. ¶ Aliquando est nescire, quoniam (ut Donatus inquit) admirationem ignorantia facit. *Ter. Phorm.* 2. 1. 4. Quam causam reperient, demiror.

Demisse, adv. *umilmente*, ταπεινῶς, humiliter. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 8. Non est ausus elate, & ample loqui, cum humiliter, demisseque sentiret. *Ovid.* 3. *Trist. el.* 4. *v.* 23. Hic alte, demissius ille volabat. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 84. Demississime, atque subjectissime exponit.

Demissĭo, f. 3. *bassezza*, *viltà*, ταπείνωσις, humilitas. *Cic.* 3. *Tusc.* Cadere in eundem timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem. ¶ Proprie *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. *in fi.* Ex eo clypeum æneum catenis pendeat, per cujus reductiones, & demissiones perficietur sudationis temperatura.

Demissĭtius, o. 1. 2. longus, ut Demissitia tunica, longa, & demissa ad talos, & nulla zona succincta. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 24. Sane genus hoc mulierosum est tunicis demissitiis.

Demissus, a, um, adject. *basso*, humilis, χαθειμένος, *Ter. Eun.* 2. 2. 22. Demissis humeris virgo. *Plin. l.* 8. *ep.* 18. Tiberis demissioribus ripis alte supertunditur. Sic demissa vestis, capilli, aures demisse. *Horat. Virg. Ovid. Cic. pro Cluent.* 4. ¶ Translate sumitur pro abjecto & vili. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Fracto ac demisso animo esse. *Tacit.* 15. *Ann.* Senatus in adulationem demissus. *Cic. in Orat. c.* 24. Orator ornamentis & verborum, & sententiarum demissior. ¶ Demissis manibus fugere. V. *Dimissus*.

Demitĭgo, as, a. 1. idem ac mitigo. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 13. Nosinet, qui Lycurgi a principio fuissemus, quotidie demitigamur.

Demitto, is, isi, issum, a. 3. inclino, deprimo, dejicio, *mandar giù*, Ger. *abhin lassen*, Gal. *mettre bas*, *abbaisser*, Hisp. *embiar abaxo*, καταβάλλω, deorsum mitto. *Cic. de Divin.* Cum ipse equum demisisset in flumen. *Liv. l.* 34. *c.* 44. Demittere in carcerem. Sic demittere oculos, vultum, caput, &c. *abbassare*. *Ovid.* 15. *Met. & al.* immittere. *Id. Met.* 8. Plura cupit, quo plura suam demittit in alvum. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 12. Demittere se in causam. *Sallust. in Jug.* Hoc in pectus tuum demitte, nunquam populum R. beneficiis victum esse. ¶ Translate significat abjicere, *avvilire*. *Cic.* 5. *Fin. c.* 15. Demittere animum. *Id. Tusc.* 4. Demitti, contrahique animo. *Cæs. l.* 7. *B. G. c.* 29. Demittere se animo. ¶ Demittere aliquem neci, demittere corpora morti, & similia poetica sunt. *Virg.* 2. *Æn. Ovid.* 3. *Met.* &c.

Demĭum, n. 2. δημίον, gemma quædam, a δημός, *pinguedo*. *Plin. l.* 37. *c.* 7.

Demiurgus, m. 2. δημιοργός, summus erat Magistratus in quibusdam Græciæ civitatibus. *Liv. l.* 38. *c.* 30.

Demo, is, dempsi, demptum, a. 3. *detrarre*, *scemare*, חסר, Ger. *hinnemmen*, Gal. *oter*, Hisp. *quitar*, ἀφαιρέομαι, detrahо, eximo. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Æsculapii Epidauri barbam auream demi jussit. *Plaut. Bacchid.* 4. 4. 14. Quantum aurum herus sibi dempsit. Sic demere metum, sollicitudinem, molestias. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 15. *Ter. & al.* Caput gladio alicui demere, *Curt. l.* 4. *c.* 9. Et Demere aliquid de aliquo, *Cic. Ver.* 3. & *Plaut. in Trinum.*

Democritēus, a, um, adject. &

Democritĭcus, a, um, adjectiv. ad Democritum pertinens, ut Democritici Philosophi, *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 10. Pythagorei omnes, atque Democritici. *Id. de Divin. l.* 2. *c.* 13. Sint sane illa Democritea vera, &c.

Democrĭtus, m. 2. nomen Philosophi Abderitæ. Patre locupletissimo natus est, ut qui universis Xerxis copiis epulum dederit. Agros, & patrimonium reliquit, & plurimas orbis terræ provincias adipiscendæ sapientiæ causa peragravit. *Cic.* 4. & 5. *Tusc.* & 5. *Fin.* In patriam reversus, cum fumina inopia, in hortulo juxta fuæ urbis muros, rerum naturam contemplabatur. Dixit, mundos innumerabiles esse, qui omnibus minimis temporum punctis, alii caderent, alii nascerentur. *Cic.* 2. *Acad.* 1. *de nat. Deor.* Fuit auctor atomorum. *Cic.* 1. & 2. *Acad.* 1. *Fin.* Ejus errores ab Epicuro correcti sunt. *Cic.* 1. *Fin.* Quocunque fortunæ casu audito, in risum erumpebat, ut Heraclitus in fletum: quare Gelasinus nominatus est. Tandem oculis se privavit, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur. *Cic.* 5. *Fin.* & 5. *Tusc.* Agebat centesimum & nonum annum, cum mortuus est.

Demœ, apud Atticos sunt, ut apud nos pagi, δῆμοι. *Fest.*

Demŏlior, iris, itus sum, d. 4. *disfare*, *struggere*, הרס, Ger. *zerstören*, Gal. *demolir*, Hisp. *derribar*, κατασκάπτω, amolior, diruo, dejicio, demoles. *Cic.* 3. *Off.* Demoliti sunt ea, quorum altitudo officeret auspiciis. *Liv. l.* 34. Destruere, ac demoliri jus. ¶ Significat etiam refellere, amoliri. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 16. De se culpam demoliri. ¶ Activa forma usus est *Lactant. l.* 4. *c.* 11. Altaria tua demolierunt. Sic *Næv.* apud *Diomed. l.* 1. Hæc demolite. Adde *Frontin. de aquæduc. antic.* 129. Utuntur & aliqui JCti. ¶ Demolibor, pro demoliar, ἀρχαϊκῶς. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 16. De me culpam hanc demolibor.

Demolitĭo, f. 3. eversio. *Cic.* 4. *Ver. c.* 67. Dumque ea demolitio fieret.

Demolitor, oris, m. eversor. *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. corvum demolitorem memorat. ideſt machinam ad demoliendum aptam.

Demonstrabĭlis, le, adject. qui demonstrari potest. *Apul.* περὶ ἑρμηνείας, modos demonstrabiles dixit.

Demonstrantĭa, æ, f. affertur ex *Plin. l.* 17. *c.* 4. *vel* 5. *sub init.* sed dubia est lectio.

Demonstratĭo, f. 3. *dimostrazione*, ἀπόδειξις. *Cic.* 2. *de Orat.* Demonstratio defensionum tuarum. ¶ Item genus causæ. *Cic.* 1. *de Inv.* Si deliberatio, & demonstratio genera sunt causarum.

Demonstrative, adver. demonstrando, *mostrando*, ἐπιδεικτικῶς. *Macrob. l.* 1. *in somn. Scip. c.* 16. Hunc locum demonstrative terram dicens.

Demonstrativus, a, um, o. 1. 2. *dimostrativo*, Gal. *demonstratif*, ἐπιδεικτικός, quod demonstrat, vel demonstratur, aut aptum est demonstrari, ut dignitus demonstrativus, *Cel. Aurel. Tard.* 5. *c.* 1. ¶ Genus demonstrativum est illud, in quo laudatur, vel vituperatur. *Cic.* 1. *de Inv. & Auct. ad Her. l.* 1. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicujus certæ personæ laudem, aut vituperationem. Sed tamen latius accipitur pro omni genere quæstionis præter judiciale, & deliberativam. Inventum est a Thrasymacho Chalcedonio, a Gorgia Leontino, a Theodoro Byzantio. *Cic. in Orat. & in Brut.*

Demonstrator, oris, m. ἀποδεικτής, qui demonstrat, *chi mostra*, *o insegna*. *Cic.* 2. *de Or. c.* 86. Simonides demonstrator uniuscujuslibet sepeliendi.

Demonstrātus, a, um, adject. *mostrato*. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 38. Re demonstrata.

Demonstro, as, avi, atum, a. 1. *dimostrare*, *insegnare*, הראה, Germ. *zeigen*, Gal. *demontrer*, Hisp. *demonstrar*, δείκνυμι, aperte, vel palam monstro, indico, ostendo, declaro, *Cic.* 4. *Verr.* Qui cum leges doceant, consuetudinemque omnium annorum demonstrent. *Id. somn. Scip. c.* 8. Digito demonstrare.

Demophon, vel Demophoon, ontis, Thesei, & Phædræ filius, ad quem extat Phyllidis Thraciæ reginæ epistola apud *Ovid. Heroid. epist.* 2.

Demorator, oris, m. qui demoratur, apud *Martian. Capel. l.* 1.

Demorātus, o. 1. 2. partic. signif. passivæ a demoror. *Gell. l.* 19. *c.* 8. Hisque ipsis, quæ jam dixi, demoratos vos video.

Demordĕo, es, ordi, orsum, a. 2. *mordere*, ἀποδάκνω, morsu decerpo. *Plin. l.* 28. *c.* 4. E ligno fulgure icto demordere aliquid.

Demorior, eris, ortuus sum, d. 3. *morire*, מת, Germ. *absterben*, Gall. *trepasser*, Hisp. *morir*, ἀποθνήσκω, idem ac morior, vel prorsus morior. *Cic. in Ver.* Cum esset ex veterum numero quidam Senator demortuus. ¶ Translate est alicujus amore ardere, cum acc. *Plaut. Mil.* 4. 1. 23. Ea demoritur te.

Demŏror, aris, atus sum, d. 1. *indugiare molto*, אחר, Ger. *lang verziehen*, Gal. *detenir*, Hisp. *tardar*, διατρίβω, multum moror. *Lact. l.* 4. Cum Moses ibidem quadraginta diebus demoraretur. ¶ Accipitur sæpe in significatione activa pro detineo, *ritardare*. *Cic.* 3. *de Orat.* Ne diutius vos demorer. ¶ Item pro expecto. *Virg.* 10. *Æn. v.* 30. Mortalia demoror arma.

Demorsĭco, as, avi, atum, a. 1. ἀποδάκνω, demordeo, vel simpliciter mordeo, *mordere*. *Apul. A. l.* 2. Demorsicare os alicujus. Et *l.* 3. Rosis tantum demorsicatis, exibis asinum.

Demorsus, a, um, adject. morsus, *morsicato*. *Pers. sat.* 1. *v.* 106. Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.

Demortŭus, o. 1. 2. partic. a demorior, *defonto*. *Cic.* 6. *Ver.* Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. *Liv. l.* 19. *c.* 34. Demortuo collega.

Demosthĕnes, m. 3. Græcorum Oratorum princeps. Natus est ex patre, qui Cultellarius cognominatus est, quod domi haberet officinam, & operarios cultelliorum. Relictus puer in hereditate locupleti, tutorum fraude, & negligentia direptis bonis, vix habuit, unde præceptoribus mercedem solveret. Fuit discipulus Isocratis. Audivit etiam Platonem. Cum in clarissimum Oratorem evasisset, libertatis Græciæ defensor, publice concionibus Philippum infectatus est, utpote publicæ libertatis insidiatorem. Post cujus mortem patria pulsus, tandem revocatus est. Sed jam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græcis præposito, cum manifestam sibi necem imminentem videret, in Calabriam insulam, ubi asylum erat Neptuno sacrum, concessit. Ibi manus sibi ipse consivit, ne ad Antipatrum deduceretur. A *Cicerone* immensis laudibus extollitur, & tanquam perfectæ eloquentiæ exemplar imitandus proponitur, *in Orat. de opt. gen. Orat.* & *in Brut.*

Demosthenĭcus, a, um, adject. ad Demosthenem pertinens. *Auson. Profess. Burd.* 1. *v.* 19. Demosthenicum illud ter primum.

Demōtus, a, um, adject. de loco pulsus. *Liv. l.* 6. *c.* 32. Quantum Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti.

Demovĕo, es, ovi, otum, a. 2. *movere di luogo*, הניר, Ger. *vverrucken*, Gall. *remover*, *oter d'un lieu*, Hisp. *mover de lugar*, ἀπωθέω, de loco moveo. *Cic.* 4. *Fin.* Ut nullis nec suppliciis, nec præmiis demoveri possit ex eo, quod rectum esse decreverit. *Ter. Adelph.* 2. 1. 16. Cave, nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos. *Tacit. Annal.* 6. *c.* 30. In insulas demoti sunt. h. e. relegati. *Plaut. Pers.* 3. 1. 45. Ego de hac sententia non demovebor. *Tac. Ann.* 13. *c.* 14. Nero demovet Pallantem cura rerum.

Demptĭo, onis, f. actus demendi, ablatio. *Var. l.* 4. *de L. L. cir. init.* Litterarum demptione, & additione.

Demptus, o. 1. 2. partic. a demor, *tolto via*. *Plin. l.* 15. *c.* 17. Demptis forcipe corruptioribus acinis. *Cic.* 2. *Fin. c.* 27. Dempta æternitate, nihilo beatior Jupiter, quam Epicurus.

Demugĭo, is, n. 4. *muggire*, נעה, Germ. *brumlen*, Gall. *meugler fort*, καταμυκάομαι, mugitu impleo. *Ovid.* 11. *Met. v.* 375. Undaque prima tubet, demugitæque paludes.

Demulcĕo, ces, si, sum, a. 2. *toccare gentilmente*, כוש, Germ. *saufft machen*, Gal. *aloucir*, *manier doucement*, Hisp. *ablandar*, καταμαλάσσω, leniter mulceo, blande, & molliter attrecto. *Liv. l.* 9. Ne dorsum demulceatis, cum ex equis descendetis. ¶ Demulcere aures, *Lactant. de ira Dei*, *c.* 7. Videmus in animalibus quædam signa lætitiæ, cum ad lusum gestiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem serenant. Vide *Turneb. l.* 21. *c.* 22.

Demum, adverb. tandem, *finalmente*, τὸ τέλος. *Ter. Adelph. 6. 8. 19.* Ego novus maritus anno demum quinto, & ſexageſimo fiam? ¶ Ponitur etiam pro omnino, *del tutto*, בכיף, Germ. *luſtlich*, Gall. *enfin*, Hiſp. *al cabo*, præſertim quando jungitur cum *is, ea, id*, vel cum *ita*. *Cic. in Sal.* Ea demum magna voluptas, æqualem, ac parem verbis vitam agere. *Quintil. Declamat.* 10. Ita mihi demum ſatisfacies. ¶ *Igitur demum*, pro tum demum, *Plaut. Moſt.* 2. 1. Miſerum eſt opus, igitur demum fodere puteum, ubi ſitis fauces tenet. *Id. Rud.* 4. 2. 25. Jam ubi liber ero, igitur demum inſtruam agrum. ¶ Tum demum, *Plaut. Mil.* 4. 8. 55. Si id facies, tum demum ſcibis. ¶ Nunc demum, *Ter. Heaut.* 2. 3. 12. Vah nunc demum intelligo.

Demurmŭro, as, avi, atum, a. 1. *dire mormorando*. *Ovid.* 14. *Met. v.*58. Ter novies carmen magico demurmurat ore.

Demuſsatus, o. 1. 2. diſſimulatus, patienter, & cum ſilentio toleratus, a multo, as. *Ammian. l.* 30. *c.* 1. Injuriis, quas pertulerat, omnibus demuſſatis. *Apul. l.* 3. *A. A.* Demuſſata contumelia.

Demutabĭlis, le, adject. *mutabile*. *Prudent. Apotheoſ. v.* 276. Non convertibilis, nec demutabilis unquam eſt Deus.

Demutatĭo, f. 3. mutatio. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Et ideo verſicoloris eſſe demutationis.

Demutātor, oris, m. qui mutat. *Tertul. de reſur. carn. c.* 32. Argutiſſimi demutatores oſſium.

Demutĭlo, as, idem ac mutilo, *troncare*. *Colum. de arb. c.* 11. Cacumina virgarum, ne luxuricntur, demutilato.

Demūto, as, avi, atum, a. 1. idem quod muto, *mutare*, μεταβάλλω. *Plaut. Men.* 5. 2. 218. Imperium tuum demutat. *Tac. Ann.* 4. *c.*16. Placitum inſtituto Flaminum nihil demutari. ¶ Neutrorum more *Apuleÿ. in Apolog.* Quamquam teterrimum os tuum minimum a Thyeſta Tragico demutet.

Denarĭſmus, i, m. penſio denarii, cujus mentio fit *l.* 107. *&* 123. *Cod. Theodoſ. de Decurion.*

Denarĭus, a, um, o. 1. 2. quod decem continet, idem ac decennarius, *Plin. l.* 31. *c.* 6. Si ſiſtulæ denariæ erunt. ¶ Denariæ ceremoniæ erant, quibus ſacra adituris decem continuis diebus certis quibuſdam rebus carendum erat. *Feſt.* ¶ Denarius nummus, idem quod denarius. *Liv. l.* 8. *c.* 11. Denarios nummos quadringenos.

Denarĭus, ii, m. 2. *denaro*, Gal. *denier*, Hiſp. *dinero*, δηνάριον, nummus argenteus apud Romanos, qui primo decem aſſes valuit, h. e. viginti ſolidos Venetos; deinde ſexdecim, cujus quarta pars feſtertius dicebatur, qui primo duobus aſſibus, & dimidio, deinde quatuor æſtimatus eſt. Dictus eſt a *denus*. *Cic.* 3. *Offic. c.* 23. An emat denario, quod ſit mille denarium? ¶ Antiqui denarii ſeptem, recentiores octo complebant unciam. ¶ Denarius olim ſuperabat drachmam Atticam proportione ſeſquiſeptima. Nam Romæ ex argenti uncia ſeptem denarios, Athenis octo drachmas percutere ſolebant. Sed poſtea idem omnino fuit, quia progreſſu temporis ex uncia argenti octo denarios ferire inſtituerunt. ¶ A veteribus etiam n. g. uſurpabatur. *Plaut. Rud.* 5. 2. 27. Quem ad Recuperatores modo damnavit centum denaria Philippea.

Denarro, a. 1. *narrare per ordine*, בפר, Gall. *racontir*, κατα λέγω, per ordinem narro. *Gel. l.* 2. Hæc nobis Favorinus ſumma cum elegantia verborum denarravit. *Ter. Phorm.* 5. 7. 51. Hæc ego illi jam denarrabo.

Denāſco, eris, d. 3. *morire*, θνήσκω, morior. *Caſſ. Heme. apud Non.* Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci ajunt. Adde *Var. lib.* 4. *de L. L. pag.* 18.

Denāſo, as, a. 1. *levare il naſo*, ἀπορρίνω, naſum autero. *Plaut. Capt.* 3. 4. 73. Os denaſabit tibi mordicus.

Denatāſum, ii, medicina, quæ jam jam morituris datur. *Tert. Apol. c.*23.

Denāto, n. 1. κατανήχομαι, frequent. a deno, quod eſt deorſum nato, *nuotare all' ingiù*. *Horat. l.* 3. *od.* 7. *v.* 28. Tuſco denatat alveo.

Dendachates, m. 1. gemma ex achatæ generibus. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Dendrītis, f. 3. δενδρίτης, gemma, quæ ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurim hebetari. *Plin. l.* 17. *c.* 13.

Dendrocīſſos, f. 2. δενδρόκισσος, hedera ſine adminiculo ſtans inſtar arboris.

Dendroïdes, m. 1. tithymali ſpecies. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Dendrophŏri, orum, m. erant qui trabes, & univerſam rem tignariam ad ædificia militaria exſtruenda curabant. a δένδρον, arbor, lignum, & φέρω, fero. Horum artificum collegium Herculem præcipue colunt. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 45. *n.* 8. Herculi comiti, cuſtodi M. Cæſius Aug. Lib. Soſtratus Præf. Fabrorum collegii Dendrophororum, &c. Adde aliam apud *Fabrett. c.* 9. *n.* 21. ¶ Fuere præterea *Dendrophori*, qui in honorem alicujus Dei, puta Bacchi, aut Silvani, aut Magnæ Deum Matris, arbores ſtirpitus exciſas humeris per urbes portabant: conſtituebantque veluti corpus quoddam religioſorum hominum. Huiuſmodi Dendrophororum mentio fit in *Inſcrip.* apud *Gruter. pag.*64. *n.*7. qui quotannis in antrum Magnæ Matris pinum terebant. V. *Juſtum Fontanin. de antiquitatib. Hortæ, l.* 2. *c.* 5.

Denĕgo, as, avi, atum, a. 1. *denegare*, *negare*, בּאה, Germ. *leugnen*, Gal. *denier*, Hiſp. *negar*, ἀπαρνέομαι, dare nego, non do, dare recuſo. *Cic.*7. *Ver. c.*11. Ut omnia ſemper, quæ jucunda videntur eſſe, non modo his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ, & neceſſitati denegaret. ¶ Sæpe ſumitur ſimpliciter pro negare. *Ter. And.* 1. 5. 6. Denegarat, ſe commiſſurum mihi gnatam tuam.

Deni, denæ, dena, o. 1. 2. *a dieci, a dieci*, Germ. *gezehen*, Gal. *dix a dix*, Hiſp. *de diez en diez*, οἱ καὶ αἱ, ἑκὰ τὰ δέκα, num. diſtrib. pro decem. *Cæſ.* 5. *B. G.* Uxores habent deni, duodenique inter ſeſe communes. ¶ Uſurpatur & extra diſtributionem. *Virg.* 11. *Æneid. v.*326. Bis denas Italo texamus robore naves.

Denicales feriæ, quibus hominis mortui cauſa familia purgabatur, non a *denur*, quia triduanæ erant, ſed a *deneco*, quod a *neco*. *Cic.* 2. *de Leg.* Nec vero tam denicales, quæ a nece appellatæ ſunt, quia reſidunt mortui, quam cæterorum cæleſtium quieti dies, feriæ nominarentur. *Colum. l.* 2. *c.* 22. Feriis denicalibus mulos jungere non licere.

Denigratĭo, onis, f. nigri coloris inductio. *Theod. Priſcian. l.* 1. *c.* 2. Denigratio capillorum.

Denīgro, as, avi, atum, a. 1. *far nero*, רקיר, Germ. *ſchwerzen*, Gal. *noircir*, Hiſp. *negrecer*, ἀπομελαίνω, nigrum facio. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 55. Amurca terram denigrat. *Plin. l.*23. *c.* 5. Capillum denigrat ſuffitu.

Denique, *finalmente*, בסוף, Germ. *zuletſt*, Gall. *enfin*, Hiſp. *finalmente*, τέλος, poſtremo, ad extremum, tandem. Uſurpatur, poſtquam plura ſunt enumerata, ſignando ultimum omnium. *Ter. Heaut.* 1. 1. 16. Quin te in fundo conſpicer fodere, aut arare, aut aliquid terre denique. ¶ Præcedente unico membro, idem eſt, ac breviter, paucis, uno verbo. *Cic. in Piſon. cap.* 20. Nemo bonus, nemo denique civis eſt. Adde *Cæſ. B. G. l.* 2. *c.* 33. ¶ Pro tandem quandoque uſurpatur. *Lucr. l.* 3. *v.* 764. Quare diſſolvi quoque debent poſſe per artus, Denique ut intereant. ¶ Nunc denique, pro etiamnum, *Albinovan. eleg. ad Liv. v.* 105. Talis in umbroſis mitis nunc denique ſilvis Deflet Threicium Daulias ales Ityn. ¶ Tum denique, pro tum demum, *Plaut. Capt.* 1. 2. 39. Tum denique homines noſtra intelligimus bona, cum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.

Denominatĭo, onis, f. nominis deductio. Apud Rhetores eſt quæ a propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res, quæ non ſuo vocabulo ſit appellata. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 32.

Denominatīva, n. 2. παράγωγα, dicuntur, quæcumque ab aliquo vocabulo habent appellationem, a quo differunt ſolo caſu, hoc eſt, ſolo fine, cujuſmodi ſunt adjectiva a ſubſtantivis deducta, ut a ſtudio ſtudioſus, a robore robuſtus. Nomen enim denominativum debet communicare cum nomine univoco in principio, ſed differre in fine. A Cic. conjugata dicuntur. *Priſcian. l.* 4.

Denominatīve, adverb. *Martian. Capell. l.*4. *pag.* 114. Situs omnis denominative dicitur, ut ſedere a ſeſſione, ſtare ab ſtatione.

Denomĭno, as, a. 1. *dar nome*, קרא, Germ. *neunen*, Gall. *nomer*, Hiſp. *nombrar*, ἐπονομάζω, nomen impono, ex *de*, & *nomino*. *Quinct. l.* 1. *c.* 10. Propria ſunt verba, cum id ſignificant, in quod primo denominata ſunt. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 32. Ab eo, quod continet, id, quod continetur, denominabitur.

Denormo, a. 1. *diſformare*, *diſuguagliare*, Germ. *verrucken*, Gall. *faire inegal*, Hiſp. *deſordenar*, *deſconcertar*, ἀμορφόω, eſt deturpare, & inæqualem facere. *Hor. l.* 2. *Serm.* 6. *v.* 9. O ſi angulus iſte proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

Denotatĭo, onis, f. &

Denotātus, us, ui, m. indicatio, demonſtratio. *Tert. de Pall. c.* 4. Quantum denotatui offert. *Id. de Cult. Fem. c.* 13. Bonum ipſa denotatione ſui exultat. *Quintil. declam.* 19. *c.* 13. Omnium maledictis ſucclamatus, omnium denotatione damnatus.

Denotatus, a, um, adject. notatus, deſignatus, *notato*. *Cic.* 4. *Acad. c.*18. Res non habere denotatas. *Tertul. l.* 1. *adverſ. Nation. c.* 10. Tanto denotatior ad contumeliæ morſum.

Denōto, as, avi, atum, a. 1. *denotare*, הניר, German. *zeichnen*, Gall. *marquer*, Hiſp. *denotar*, σημαίνομαι, noto, ſignifico, deſigno. *Cic. pro Leg. Man. c.*3. Qui una die, tota Aſia, tot in civitatibus, uno nuntio, atque una litterarum ſignificatione cives Romanos necandos, trucidandoſque denotavit. *Plin. l.* 35. *c.*17. Denotare creta pedes venalium mancipiorum. ¶ Significat etiam notare infamia, *infamare*. *Pompon. in l. Turpia. Dig. de leg.* 1. Turpia legata, quæ denotandi magis legatarii gratia ſcribuntur.

Dens, dentis, m. 3. *dente*, שטנ, Germ. *zahn*, Gall. *dent*, Hiſp. *diente*, ὀδούς, os in ore, quo cibus dividitur, & teritur, *Cic.* 3. *de nat. Deor. de Æſculapio*. Tertius Arſuppi & Arſinoæ, qui primus purgationem alvi, dentiſque evulſionem invenit. *Vitruv. l.* 8. *c.* 1. Procumbere in dentes, *cadere co i denti innanzi*. ¶ Translate dens dicitur id omne, a quo aliquid teneri, diſſecari, extrahi poteſt. *Virg.* 6. *Æn. v.* 3. Tum dente tenaci anchora fundabat naves. Sic dens vomeris, vel aratri, apud *eund. Georg.* 2. *v.*423. & *Col. l.* 2. *c.*4. ¶ Falx etiam dens Saturni dicitur a *Virg.* 2. *Georg. v.*406. ¶ Item peſſulus januæ, vel clavis, a *Tibul. l.* 1. *el.* 2. *v.* 18. Seu referat fixo dente puella fores. ¶ Item ferrum venabulo præfixum, dens dicitur. *Gratius Cyneget. v.*108. Valido venabula dente induit. ¶ Dente ſuperbo tangere, eſt faſtidire, *Horat. l.* 2. *Sat.* 6. *v.*87. ¶ Dente maledico carpere, dente invido rodere, pro maledicere, conviciis lacerare. *Cic. pro Balb. c.*26. *Horat. l.* 1. *ep.*16. ¶ Albis dentibus ridere, h. e. effuſe, ut dentes oſtendantur. *Plaut. Epid.* 3. 3. 48. ¶ Cadere dentes, quid ſit, V. *Cado*. ¶ *Dens Numida* eſt dens elephanti Numidici, & ponitur pro ebore. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 9.

Denſabĭlis, le, adject. denſans. *Cæl. Aurel. l.*5. *c.*7. & *Apul. de herb.* Herba virtutis denſabilis.

Denſatĭo, onis, f. 3. idem quod coactio, ſpiſsatio. *Plin. l.* 31. *cap.*7. Prima denſatio Babyloniæ in bitumen liquidum cogitur.

Denſātus, o. 1. 2. partic. a denſor, *denſato*, *denſo*. *Liv. lib.* 22. *cap.* 2. Quæ cum Romani conferti, ut ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis.

Denſe, adv. *denſamente*, πυκνῶς, ſpiſse. *Plin. l.* 16. *c.*37. Cæſæque denſius innumero hærede profint. *Vitruv. l.* 5. *c. ult.* Bene, & quam denſiſſime calcatum.

Denſĕo, es, ui, a. 2. *unire*, *inſpeſſire*, cogo, coagulo. *Horat. lib.* 1. *od.* 28. Mixta ſenum ac juvenum denſentur funera. Ita legit Lambinus, & *denſantur* (quod legitur vulgo) corruptum putat. Similiter *denſere* pro *denſare* tuetur *Priſc. l.* 8. in illo *Virg. Georg.* 1. *v.*419. Jupiter humidus auſtris Denſet, erant quæ rara modo, & quæ denſa, relaxat. Et ſic legitur in MSS. Plura etiam in *Ovidio* loca reſtituit hac ratione *Heinſius ad l.* 3. *Faſt. v.* 820. & *in Lucretio Pareus in Indice Lucretiano*. ¶ Porro in neutra ſignificatione pro coire, coagulari (quod Calepinus, & Paſſeratius ſcripſerunt) niſi certa exempla invenias, ne uſurpaveris. nam quod afferunt ex *Plin. l.* 20. *c.*14. Aceſcere denſereque lac non patitur; in melioribus lib. legitur, *denſerique*. V. *Harduin.* & *Voſſ. in Etymol.*

Denſeſco, is, ui, denſus fio. *Paulin. Petrocor. l.* 6. *de vita Martini, v.* 234. Vicinum doluit tenebris denſeſcere ſolem.

Denſĭtas, f. 3. *ſpeſſezza*, עבי, Ger. *dicke*, Gall. *epaiſſeur*, Hiſp. *eſpeſſura*, πυκνότης, crebritas, ſpiſſitudo, coarctatio nimia conjunctarum partium. *Plin. l.* 11. *c.* 3. Quamvis arcente ſpiritum denſitate.

Denſo, a. 1. *ſpeſſire*, *condenſare*, עבא, Ger. *dick machen*, Gall. *epaiſſir*, Hiſp. *eſpeſſar*, πυκνόω, cogo, ſpiſso. *Plin. l.* 25. *c.*11. Defluentem capillum confirmat, & denſat. *Id. l.* 11. *c.* 41. Lac denſantes in butyrum. *Virg.* 1. *Georg.* Denſantur nocte tenebræ. ¶ Denſare ictus, *raddoppiare i colpi*. *Tacit. Ann.* 2. *c.*14. Denſarent ictus, ora mucronibus quærerent. V. *Denſeo*.

Denſus, a, um, o. 1. 2. *ſpeſſo*, *denſo*, Ger. *dick*, Gal. *epais*, Hiſp. *eſpeſſo*, πυκνός, ſpiſsus, creber. *Varr. l.*4. *de L. L.* dicit, denſum eſſe a dentibus pectinis, quibus teritur. *Cic. de nat. Deor.* Loca ſylveſtribus ſepibus denſa. *Virg.* 2. *Æn. v.* 511. Denſos tertur moriturus in hoſtes. *Id.* 1. *Georg. v.* 334. Denſiſſimus imber. *Cæſ. l.*3. *B.G. ad fin.* Denſiores ſilvæ. *Colum. præfat. l.*1. Sues denſæ. h. e. quæ ſetas habent denſas. *Ovid.* 12. *Metam.* Funale denſum lampadibus. *h. e.* multas habens lampades. *Virg.* 4. *Georg. v.* 347. Denſos divum numerabat amores. *h. e.* crebros, frequentes.

Dentale, n. 3. χύλις, lignum, quo vomer arandi cauſa inducitur, ſed pro vomere poni ſolet, a *dens*. *Col. l.* 2. *c.* 2. *a Med.* Et dentalibus terram ſubigere. *Virg.* 1. *Georg. v.* 172. Duplici aptantur dentalia dorſo.

Dentātus, o. 1. 2. *dentato*, *dentoſo*, Ger. *etwas das zehn hat*, Gal. *dentu*, Hiſp. *dentado*, ὀδοντώδης, qui magnos habet dentes, qui & dentoſus dicitur. *Plaut. Pſeud.* Non ego te ad illum duco dentatum virum. *Plin. l.* 8. *c.* 51. Sues circa brumam dentatos naſci. ¶ Item generatim quod dentes habet, ſive magni, ſive parvi ſint. *Mart. l.* 1. Sic dentata ſibi videtur Ægle emptis oſſibus, Indicoque cornu. ¶ Dentata charta apud *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 14. eſt apri, aut etiam equi dente polita, & lævigata, ut calamus currat expeditus. Scribit enim *Plin. l.* 13. *c.* 12. chartæ ſcabritiam lævigari dente, vel concha. ¶ Dentatus, cognomen fuit M. Curii, quod cum dentibus natus ſit. *Plin. l.* 7. *c.* 16.

Dentex, icis, m. piſcis, al. dentatus, a dentibus, quos externos habet. In ejus cerebro gemma ſynodontides invenitur. *Plin. l.* 38. *c.* 10.

Dentharpăga, æ, f. inſtrumentum, quo dentes evelluntur, *cavadenti*,

cane, ὀδοντάγρα. Sic latine vult appellari. *Varro apud Non. c. 2. n. 237.* Hic bipensiles forcipes dentharpagæ.

Denticulatus, a, um, o. 1. 2. *fatto a denti*, Gall. *en facon de scie*, Hisp. *dentado como la hoz*, ὀδοντωμένος, quod crebros denticulos habet, ut serra denticulata, & herbæ denticulatæ, quæ foliorum ambitum quibusdam quasi denticulis habent incisum. *Plin.* Bina brachia denticulatis forcipibus. *l. 9. c. 31.* Adde *Colum. l. 2. c. 21.*

Denticŭlus, li, m. 2. ὀδόντιον, parvus dens. *Apul. Apolog.* ¶ Est etiam ornamentum quoddam in columnis, a similitudine sic dictum. *Vitruv. l. 1. c. 2. & l. 3. c. ult.*

Dentidūcus, a, um, adject. qui dentes emittit. *Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 4.*

Dentifrangĭbŭlum, i, n. instrumentum, quo dentes effringuntur. Hinc lepide *Plaut. Bacch. 4. 2. 14.* Dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt. Et *ibid. v. 23.* Dentifrangibulum masc. gen. vocat eum, qui dentes frangit.

Dentitrĭcium, n. 2. *nettadenti*, Ger. *zahn grubel*, Gal. *cure-dens*, Hisp. *monda diente*, ὀδοντότεμμα, medicamentum, quo dentes fricantur, ut fiant candidi. *Plin. l. 28. c. 11.* Dentifricia utroque modo fiunt.

Dentilĕgus, i, dicitur qui ita percussus est, ut ei opus sit suos dentes colligere. *Plaut. Capt. 4. 2. 18.* Dentilegos eos faciam. Sed alii leg. *Dentiloquos*. h. e. illis dentes excutiam, quos expuent loco verborum.

Dentilŏquus. V. Dentilegus.

Dentĭo, is, ivi, itum, n. *fare i denti*, Ger. *zehnen*, Gal. *jetter les dens*, Hisp. *nacerle a uno los dientes*, ὀδοντάω, dentes emitto. *Plin. l. 30. c. 3.* Cinis eorum pueros tarde dentientes adjuvat cum melle. ¶ Dentire quoque dentes dicuntur, cum fame, vel frigore crepitant. *Plaut. Mil. 1. 1. 34.* Auribus peraudienda sunt, ne dentes dentiant.

Dentiscalpĭum, n. 2. *stuzzicadenti*, ὀδοντογλυφίς, instrumentum, quo scalpuntur dentes. *Mart. l. 7. epigr. 52.* Et dentiscalpia septem.

Dentitĭo, f. 3. dentium emissio. *Plin. l. 28. c. 19.* Infantibus nihil butyro utilius, & in dentitione, & ad gingivas.

Dentōsus, a, um, denticulatus. *Ovid. 6. Fast. v. 229.* dentosa crinem depectere buxo. *h. e.* pectine buxeo.

Dentrix, icis, piscis ille, qui a Plinio dentex dicitur, sic appellatus a magnitudine, & multitudine dentium. *Isid. l. 12. c. 6.*

Denŭbo, is, pli, ptum, n. idem ac nubo. *Tac. l. 7. Ann. c. 27.* Drusi filia denupsit in domum Rubellii Blandi. ¶ Translate ponitur generatim pro conjungi. *Col. l. 10.* Semina depositis cupiunt denubere plantis.

Denudātus, a, um, adject. *spogliato*, *snudato*. *Lentulus Cic. l. 12. Fam. ep. 15.* Cives crudelissime denudati ac divenditi.

Denūdo, a. 1. idem ac nudo, *snudare*. *Cic. 2. Verr.* Ne denudetur a pectore, ne cicatrices P. R. aspiciat.

Denumĕro. V. Dinumero.

Denuntiatĭo, nis, f. *predizione*, נבשיאה, Ger. *verkindigung*, Gal. *denunciation*, Hisp. *denunciacion*, προαγγελία, prædictio. *Cic. 2. de Div. c. 25.* Quæ est enim ista a Diis protecta significatio, & quasi denuntiatio calamitatum. ¶ Item minitatio, *minaccia*. *Liv. l. 38. c. 14.* Hac denuntiatione perterritus. *Cic. 6. Phil.* Denuntiatio belli.

Denuntiatīvus, a, um, adject. qui denuntiat. *Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 4.* Denunciativo motu.

Denuntiator, oris, m. *chi denunzia*, προαγγελεύς. *Vet. Inscript. apud Grut. p. 254. n. 4.* Denuntiatores Puteolani.

Denuntĭo, as, a. 1. *denunciare*, *far noto*, הגיד, Germ. *verkindigen*, Gall. *denoncer*, Hisp. *denunciar*, ἐπαγγέλλω, futurum aliquid nuntio. *Cic. de Sen.* Quomodo Carthagini bellum inferatur, multo ante denuntio. ¶ Ponitur etiam generatim pro significare. *Cic. 1. Tusc.* Si quid tale acciderit, ut a Deo denuntiatum videatur, ut exeamus e vita. ¶ Denuntiare alicui testimonium, est aliquem ad judicium vocare ferendi testimonii gratia. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 38.* Non putasti, me familiarissimis tuis testimonia denuntiaturum. ¶ Interdum usurpatur pro minari *in stimare*, *minacciare*. *Cic. Fam. 2. epist. 23.* Multos terrores jacit, atque denuntiat. ¶ Item pro rogare, jubere. *Id. Fam. 13. ep. 77.* Si quid opus sit, ne dubitent mihi jure suo denuntiare.

Denŭo, adv. *di nuovo*, *un' altra fiata*, עוד, Ger. *vviderumb*, Gal. *de rechef*, Hisp. *de nuovo*, ἐξωπαρχῆς, rursus, a *novus*, quasi de novo, de integro. *Cic. in Verr.* Sicilia te Prætore censa denuo est.

Deo, Δηώ, Ceres. Hinc Deois, patronym. Proserpina. *Ovid. 6. Met.*

Deocco, idem quod occo, *arpegare la terra*. *Plin. l. 18. c. 15.* Vicia non seritur, non stercoratur, nec aliud, quam deoccatur.

Deŏis, idis, f. Δηώις, patronym. Proserpina filia Cereris, quæ Δηώ Græce appellatur: a δῆω, invenio. *Ovid. 6. Met. v. 114.* & *Auson. epist. 4. v. 50.*

Deonerātus, a, um, adject. *scaricato*. *Ammian. l. 24. c. 6.* Validiores naves deoneratas octogenis implevit armatis.

Deonĕro, as, avi, atum, are, a. 1. onere levo, exonero, ἀποφορτίζω, *scaricare*. *Cic. Divin. in Verr. c. 14.* Ex alicujus invidia deonerare aliquid, & in alium trajicere.

Deoperĭo, is, a. 4. *scoprire*, retego, aperio. *Cels. l. 8. c. 4.* Os deoperire tutissimum est.

Deopto, as, avi, atum, a. 1. idem quod opto, eligo, *eleggere*. *Hygin. fab. 191.* Pater Midæ deoptandi dedit potestatem, ut quidquid vellet, peteret a se.

Deōro, a. 1. pro peroro nonnulli usurparunt. *Fest.*

Deorsum, *in giù*, *di sotto*, לכטה, Germ. *nider*, Gall. *en allant en bas*, Hisp. *hazia abaxo*, κάτω, versus partem inferiorem, a *de*, & *vorsum*, seu *versum*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Cum pondere, & gravitate directo deorsum feratur. ¶ *Sursum*, & *deorsum* usurpantur etiam pro ultro, citroque. *Ter. Eun. 2. 2. 47.* Ne sursum, deorsum cursites. Tractum est ab Athenarum situ, quarum portus in imo, urbs in editiore loco sita est.

Deorsus, pro Deorsum, legitur in *Apulej. l. 8. Metam.*

Deosculātus, a, um, *baciato*, particip. a deosculor, sed passivæ significationis. *Apulej. l. 2. Metam.* Rursum me deosculato. *Et mox.* Me pretium deosculato.

Deosculor, idem ac osculor, vel vehementer osculor. *Plaut. Cas. a. 1. v. 48.* Sine, oculos tuos deosculer. *Mart. l. 8. epigr. 81.* Hos amplexatur, hos deosculatur. Al. leg. *perosculatur*. *Valer. Max. l. 2. c. 10. n. 2.* Cuspide Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diu deosculati.

Depacīscor, vel potius Depecīscor, eris, ectus sum, dep. 1. idem quod pacīscor, pactione transigo, *patteggiare*, συντίθεμαι. *Cic. pro Sext. Rosc. c. 38.* Depecisci cum hoste. *Ter. Phorm. 1. 3. 14.* Jam depecisci morte cupio. Al. leg. *depecisci mortem*.

Depactus, a, um, adject. a depango, *piantato*, *ficcato in terra*, κατακαγείς. *Plin. l. 2. c. 96.* Depacta in terram non extrahuntur. *Lucret. l. 2. v. 1085.* Vitæ depactus terminus alte. ¶ Aliquando est idem quod pactus, *Cic. pro Rosc. Amer. c. 39.* Tria prædia sibi depactus est.

Depalatĭo, onis, f. verbale a *depalo*, sed contrariam significationem habere videtur apud *Vitruv. l. 9. c. 8.* Separandæ sunt, inquit, horologiorum rationes, & explicandæ dierum brevitates itemque depalationes. h. e. cuneorum detractiones, ut explicat *Turneb. l. 6. Adv. c. 12.* ea enim erat illis temporibus horologiorum forma, ut diebus crescentibus detraherent cuneos, decrescentibus adderent, quemadmodum scribit ipse *Vitruv. l. eod. c. 9.* Baldus autem in Lex. Vitruv. suspicatur, *depalationes* dici Solis evagationes per Zodiacum: ut sit a palari, h. e. vagari. Habetur præterea hæc vox in *Ver. Inscript. apud Fabrett. p. 245.*

Depalator, oris, m. qui palos defigit. Hinc *Tertull. l. 5. adverf. Marc. c. 6.* D. Paulum vocat depalatorem disciplinæ divinæ, q. d. qui velut palis defixis Dei disciplinam statuerit.

Depallĭo, as, pallio spolio, apud *Tertul. de Pall. cap. 4.* Sed lectio valde incerta est.

Depalmo, a. 1. *dar guanciate*, Ger. *maulschelen geben*, Gal. *soufflleter*, Hisp. *bofetear*, κολαφίζω, est palma percutere. *Gell. l. 20. c. 1.* Quemcunque depalmaverat.

Depălo, a. 1. est palis impactis statuere, & circumcludere. *Tertul. in Apol. c. 10.* Civitas, quam depalaverat Saturnus. Aliis *depalare* est palos detrahere. unde *depalatio*. de qua V. sup. ¶ In Inscript. apud Fabret. p. 211. idem est ac delimitare, limites apponere, suis terminis concludere.

Depango, is, depanxi, & depegi, depactum, a. 3. *piantare*, *ficcare in terra*, נטע, Ger. *flecken in den boden*, Gal. *ficher*, *enfoncer*, Hisp. *plantar*, *hincar*, κατακαγνυμι, planto, insero, humi defigo. *Colum. l. 3. c. 16.* Eumque sat erit medio spatio, quod vocat inter vites, per unam lineam depangere.

Depannis, & ne, o. 3. panno carens. *Poeta vet. apud Non. c. 8. n. 42.* sed dubia est lectio.

Deparco, is, rsi, *risparmiare*. *Solin. c. 4.* (*al.* 10.) Hoc collectaneum deparcitur, ut sufficiat usui, ubi defecerint scaturigines. Ita leg. *Salmas.*

Deparcus, a, um, o. 1. 2. φειδωλός, valde, vel nimium parcus. *Suet. in Ner. c. 30.* Sordidos putabat esse, & deparcos, quibus impensarum ratio constaret.

Depasco, is, avi, astum, a. 3. & depascor, eris, astus sum, d. 3. *pascere*, *consumare pascendo*, אכל, Ger. *abtezen*, Gal. *paitre*, Hisp. *pascer*, κατανέμομαι, pascendo absumo. *Col. lib. 7. cap. 5.* Si hœdi roscidas herbas depaverint. *Plin. l. 11. c. 19.* Papilio ceras depascitur. ¶ Translate est tollere, consumere. *Cic. l. 2. de Orat.* Multo ejus oratio esset pressior, in qua, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate ineft luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. *Id. l. de Legib. c. 21.* Depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus. Ubi nota *depascor* passiva significatione usurpari, ut & in illo *ejusdem 2. de Orat. c. 70.* Qui a pecore ejus depasci agros publicos dicerent.

Depastĭo, onis, f. νομή, actus depascendi. *Plin. l. 17. c. 24.* Similem rationem & depastio animalium habet.

Depastus, a, um, o. 1. 2. νεμηθείς, part. a depasco, signif. passivæ, *mangiato*. *Plin. l. 17. c. 24.* Depastam arborem turpi facie relinquunt. *Virg. Eclog. 1. v. 55.* florem depasta salicti.

Depavītus, a, um, adject. *percosso*, *calcato*. *Solin. c. 2.* Parcius depavita levibus vestigiis inviare.

Depaupĕro, as, a. 1. *far povero*, רישש, Ger. *arm machen*, Gal. *apauvir*, Hisp. *empobrecar*, πτωχίζω, est facere pauperem. *Varr.* Prius, quam domum depauperasset sumptu suo.

Depecīscor. V. Depacīscor.

Depectĭo, onis, f. pacīscendi actio, pactio, *patto*, *accordo*. *Cod. Theodos. l. 2. tit. 10.* Depectionibus conscelleratis aliquem spoliare. Nisi forte putes, esse verbale a *depecto*, quod significat etiam detraho, adimo.

Depecto, ctis, xui, vel xi, xum, *pettinare diligentemente*, נתש, Germ. *abstrellen*, Gal. *peigner*, Hisp. *peynar*, πεκτίζω, diligenter pecto. *Ovid. l. 3. Fast.* Depexis crinibus Indos vicit. ¶ Interdum pectendo aufero. *Virg. 2. Georg.* Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. ¶ *Depectere*, vel *depexum reddere*, frequens est apud Comicos, pro demulcere verberibus, sive molle reddere. *Ter. Heaut. 5. 1.* Adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivet, meminerit semper mei.

Depector, oris, m. qui pactum facit, ut *Depector Iissum*, redemptor. *Apul. in Apol.*

Depectus, a, um, adject. a depecīscor, *pattuito*, *accordato*. *Ulpian. l. 3. Dig. de Calumn.*

Depeculasso, is, ere, a. 3. antiquum verb. quod significat peculium rapere. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 218.*

Depeculātor, oris, m. qui depeculatur, *rubatore*. *Cic. 2. Ver. c. 1.* Depeculatorem ærarii, vexatorem Asiæ, atque Pamphyliæ, prædatorem juris urbani.

Depeculātus, us, m. defraudatio populi. *Festus.*

Depeculātus, a, um, adject. signif. passivæ, semel legitur in *Plauti Epid. 3. 4. 82.* Me impune esse habitum, depeculatum eis. h. e. ab eis. V. Taubman.

Depecŭlor, aris, atus, sum, dep. 1. a *de* & *peculium* compos. significat, furari pecuniam, vel pecus (pecora enim antiquis potiores divitiæ erant) & generaliter spoliare, compilare, *rubare*, κλέπτω, συλάω. *Cic. 6. Verr.* Apollonium Drepanitanum omni argento optime facto spoliasti, ac depeculatus es. ¶ Transfertur ad incorporea. *Cic. 4. Verr. c. 36.* Qui laudem, honoremque familiæ vestræ depeculatus est. ¶ Passiva significatione *L. Cœlius* apud *Priscian. l. 8.* Ubi Senatus intellexit, populum depeculari, ἀποσυλᾶσθαι, ut *Priscian.* explicat.

Depello, is, depuli, depulsum, a. 3. *scacciare*, *rimovere*, נדח, Ger. *abtreiben*, Gal. *dechaſſer*, Hisp. *empuxar*, ἀπελαύνω, deorsum pello, & simpliciter pello. *Cic. in Catil.* Simulacra Deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum dejectæ. ¶ Est item removere, avertere. *Cic. in Catil.* Non facile tantam molem mali a cervicibus nostris depulissem. *Id. Catil. 2. c. 7.* Depellere de spe. *Liv. l. 31. c. 25.* Depellere spe. Sic Depellere dolorem, frigus, molestiam ab aliquo. *Cic. Horat.* &c. ¶ *Depellere agnos a lacte*, vel *a matre*, vel simpliciter *depellere*, est ablactare, vel a lacte removere. *Varr. 2. de re rust. c. 2.* Cum depulsi sunt a matribus agni. *Virg. 1. Eclog.* Quo sæpe solemus pastores ovium teneros depellere fœtus. ¶ Depellere famem cibo, *cacciarsi la fame*, *Cic. 1. de Fin.* ¶ Depellere sententia, & de sententia, *far cangiar l' opinione*, *Id. 2. Tusc.* & *pro Ligar.*

Dependĕo, des, n. 2. *pendere*, *dipendere*, תלה, Ger. *abhangen*, Gal. *dependre*, Hisp. *estar colgado*, *pender*, ἐκκρέμαμαι, deorsum pendeo, de re aliqua pendeo. *Col. l. 4.* Si per unumquenque pampinum major numerus uvarum dependeat. ¶ Translate *Ovid. 3. Fast.* Discedunt dubii, promissaque tarda videntur, Dependetque fides adveniente die. *si sospende la credenza fino al di vegnente.*

Dependo, is, di, nsum, a. 3. idem ac pendo, *pagare*. *Cic. l. 1. epist.* Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. *Cic. in Catil.* Denique ipsum latorem legis Sempronix jussu populi pœnas Reip. dependisse. ¶ Dependere caput, est capite pœnas luere, vitam profundere, *Luc. l. 8.* Mallem felicibus armis dependisse caput. ¶ *Id. l. 10. v. 80.* Tempora dependere amori. h. e. tempus in amoribus consumere. ¶ Significat etiam examinare, pensare, ait *Scalig. l. 1. c. 17. Lect. in Ausonium*, affertque exemplum ejusdem Auctoris, ubi alii leg. *deprendere*.

Dependŭlus, a, um, adject. *pendente all' ingiù*. *Apulej. l. 3. Metam.* Pleriique columnis implexi, alii statuis dependuli.

Depennātus, a, um, pennas, seu alas habens. *Varr.* apud *Fulgent. de*

pri-

prisco serm. n. 11. Deum depennato attollam Sermonis eloquio. Al. leg. *depinnato* cod. sensu.

Depensus, a, um, adject. *pagato*, ut Depensum pretium, *Apul. l.* 8. *Met.* Et, Depenso parare, h. e. magno pretio, *Id. in Apolog.*

Deperditus, a, um, adject. *perduto*. *Proper. l.* 1. *el.* 3. *v.* 11. Nondum sensus deperditus omnes. *Phædrus lib.* 1. *fab.* 15. Sutor inopia deperditus.

Deperdo, is, didi, itum, a. 3. idem ac perdo, *perdere*. *Cic.* 5. *Tusc.* Qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit. *Id. de prov. Cons.* Non solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt. *Id. pro Font.* Deperdere aliquid de existimatione. ¶ Et omissa præpositi. quæ inest in ipso verbo, *Horat. l.* 1. *Sat.* 4. *v.* 32. Deperdere aliquid summa.

Deperĕo, is, ii, itum, n. 3. valde pereo, *perire affatto*. *Cæs. l.* 5. *B.G. c.* 23. Tempestate deperierant naves. Item simpliciter, mori, *morire*. *Horat. lib.* 2. *epist.* 1. *v.* 39. qui deperiit minor uno mense, vel anno. ¶ Significat etiam impense amare. *Liv. l.* 26. *c.* 50. Amore alicujus deperire. ¶ Sæpe in hac significatione active usurpatur cum accusat. *Ter. Heaut.* 3. 2. 14. Minime miror, Clitia hunc si deperit.

Depessus. V. Depexus.

Depesta, n. 2. vasa vinaria erant, quæ in sacris Sabinis in Deorum mensa collocari solebant, al. lepasta, vel lepistæ, a δεπάζω, bibo, quod a δέπας, poculum, quod dictum est, quia πίνω, δέχεται, potum recipit. *Varro l.* 4. *de L. L.*

Depetigo, ignis, f. λειχὴν, λέπρα, idem, ac impetigo, lepra, a peto, quia corpus petit, & infestat. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 700. Illuvies, scabies, oculos huic deque petigo conscendere.

Depĕto, is, idem quod peto, vel valde peto. *Tertul. l.* 4. *adv. Marc. c.* 20. Non depetunt ab alio, quod meminisset petendum sibi a Creatore.

Depexus, a, um, adject. a depecto, *pettinato*, ut Juba depexa, *Ovid. l.* 1. *de Art. am. v.* 630. Depexi crinibus Indi. *Id.* 3. *Fast. v.* 465. ¶ *Nonio* depexus, est laceratus, *c.* 1. *n.* 23. Hinc *Terent. Heaut.* 5. 1. 78. ironice: Eum ego, si vivo, adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut usque dum vivat, semper meminerit mei. h. e. flagris laceratum. Aliqui leg. *depessum*, velut a patior, vel pando, sed non probatur.

Depictus, a, um, adject. *dipinto*, κατάγραπτος, ut depicta tabella, *Quintil. l.* 6. *c.* 2.

Depilātus, a, um, adject. a depilo, *pelato*, *senza peli*, ἐκτριχωθείς. *Martial. l.* 9. *epigr.* 28. Cum depilatos, Chreste, coleos portes.

Depĭlis, le, o. 3. *senza peli*, מרוטה, Ger. *kaal*, Gall. *pelé*, Hisp. *lampino*, *pelado*, ἄθριξ, qui est sine pilis. *Varr. lib.* 1. *de Vit. P. R.* Pueri glabri, ac depiles propter ætatem.

Depingo, is, nxi, ctum, a. 3. *dipingere*, καταγράφω, idem est, ac pingo, vel perfecte pingo. *Propert. l.* 2. *el.* 6. Manus obscœnas depinxit tabellas. ¶ Est item describere, enarrare. *Cic.* 2. *de Fin.* Illius tabulæ, quam Cleanthes sane commode verbis depingere solebat. ¶ Item cogitare, fingere. *Cic.* 4. *Acad.* Ut ea declarant, quæ cogitatione depingimus. ¶ *Depinxti*, pro *depinxisti* habet *Plaut. Pœn.* 5. 2. 154.

Deplango, is, n. *piangere assai*, θρηνέω, plango, vel vehementer plango. *Ovid.* 4. *Met. v.* 545. Cadmeida palmis deplanxere domum.

Deplāno, as, a. 1. *spianare*, ἐξομαλίζω, complano, planum facio, in planum deduco. *Lact. l.* 4. Montes deplanabo. Adde *Veget. l.* 2. *rei veterin. c.* 22. ¶ Item explano, *spiegare*. *Nonius c.* 4.

Deplanto, as, a. 1. *svellere*, *spiantare*, נתש, Ger. *ausfrotten*, Gall. *deplanter*, Hisp. *arrancar*, ἀποφυτεύω, quod plantatum erat, evello. *Plin. l.* 17. *c.* 16. Quæ cortice nituntur tantum, vel levi aura ocyssime deplantantur. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Ramum deplantare.

Deplĕo, ples, evi, etum, a. 2. *votare*, חרם, Germ. *abschitten*, Gall. *vuider*, Hisp. *vaziar*, ἐξαντλέω, exhaurio. *Cato de re rust. c.* 64. Oleum, si poteris, bis in diem depleto. *Colum. l.* 12. *c.* 5. Conchæ terræ, quibus depletur oleum. *Id. ibid. c.* 50. Deplere oleum in labrum.

Deplexus, a, um, particip. deponens ab inusit. deplector, pro complector. *Lucret. l.* 5. *v.* 1320. de leænis sævientibus: Deplexæque dabant in terram vulnere victos, Morsibus affixæ validis, atque unguibus uncis. Alii volunt *deplexus* esse adject. & idem significare ac non plexus, non ligatus, solutus. plecto enim significat etiam implico, necto, πλέκω.

Deplorabundus, a, um, adject. qui deplorat. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 38. Homo ad Prætorem deplorabundus venit. Ita legit *Nonius*, *c.* 10. *n.* 37. & probat Taubman.

Deploratĭo, onis, f. *pianto*. *Senec. de Consol. ad Marcian. c.* 9. Unde nobis tanta pertinacia in deploratione nostri? Adde *Tertull. Apol. c.* 1.

Deplorātus, a, um, nom. ex particip. κατοδυρθείς, cui ultimus luctus persolutus est, desperatus, cui nullo remedio subveniri potest. *Plin. l.* 26. *c.* 6. Constat, deplorata aurium vitia eo remedio sanari. *Id. l.* 7. *c.* 50. Deploratus a medicis. *Liv. l.* 5. *c.* 40. Suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 272. deplorata coloni vota jacent.

Deplōro, a. 1. *lamentarsi piangendo*, ספר, Germ. *bevweinen*, Gal. *deplorer*, Hisp. *llorar mucho*, ἀποδύρομαι, plorando lamentor, fletu prosequor. *Cic.* 2. *Off.* Admonebat me res, ut hanc quoque intermissionem eloquentiæ deplorarem. *Idem Verr.* 4. *cap.* 4. Deplorare de suis miseriis apud aliquem.

Deplŭit, ebat, uit, imp. 3. *piovere*, καταμβρέω, deorsum pluit. *Col. l.* 10. *c.* 21. Inque sinus Matris violento depluit imbre. *Tibul. l.* 2. *el.* 5. *v.* 72. In terras depluere que lapis.

Deplūmis, me, o. 3. *senza piume*, *spennacchiato*, Germ. *ohne federen*, Gall. *sans plumes*, Hisp. *sin plumas*, ἄπτερος, implumis, sine pennis, *Plin. l.* 10. *c.* 24. Inventæ sunt ibi nudæ, atque deplumes.

Depolīo, is, a. 4. *polire*, *finire*, ברק, Ger. *aulsbulzen*, Gal. *polir*, *parfaire*, Hisp. *polir*, *acabar*, ἐξεργάζομαι, est perficere, a polio, quia politio in omni opera ultimum sibi vendicat locum. *Festus*. ¶ Sed sæpe ponitur pro simplici. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Si cote depolitum est, nigri pavimenti usum obtinet. ¶ Translate *Plaut. Epid.* 1. 1. 85. Ubi senex senserit, sibi data esse verba, virgis dorsum depoliet meum. Est qui legit *dispoliet*.

Depolitĭo, onis, f. perfectio. *Var. apud Non. c.* 1. *n.* 339. Ex agri depolitionibus ejiciuntur. h. e. ex cultura agrorum. V. Voss. Etym. in verbo *Polio*.

Depolītus, a, um, adject. *Festus*. Depolitum, perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones vocabant.

Depŏnens, verbum ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi, scilicet passivam significationem, & futuri participium in dus, quod est significationis passivæ. *Charis. lib.* 2. *Prisc. lib.* 8.

Depŏno, is, sui, situm, a. 3. *deponere*, *por giù*, *lasciare*, הניח, Germ. *ablegen*, Gall. *mettrebas*, Hisp. *poner*, *dexar*, καταπίθημι, est deorsum ponere, ut Deponere sarcinam. *Plaut. Cure.* Ille ebibit, caput deponit. ¶ Item credere, aliquid alicujus fidei committere, & servandum dare, *depositare*. *Cic.* 3. *Offi. c.* 25. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit. *Id. pro Cæcin.* Deponere aliquid in alicujus fide. ¶ Deponere item dicuntur certantes, *mettere fommesse*, cum aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum sit victoris. *Virg. in Bucol. Ecl.* 3. *v.* 31. Ego hanc vitulam depono. ¶ Translate est dimittere, abjicere, ut Deponere curam, inimicitias, &c. *Cic. Att.* Existimavi, honestissime molestias posse deponi, si me ad Philosophiam retulissem. *Id.* 3. *Fam.* Nunc vero si audierit, te ædificationem deposuisse. ¶ Item omittere, relinquere, ut *Deponere provinciam*, quod erat, non cum quis exacto provinciali tempore Magistratu decedebat, sed cum aliquis sponte sua Magistratum recusabat, vel coacte se Magistratu ante legitimum tempus abdicabat. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 2. Ut primum in concione provinciam deposuerim. Vide ibi *Manut.* Deponi etiam dicebantur aut plane desperati ægri, aut etiam mortui. nam de sublimiore lecto humi collocabantur. qua de re *Torrent. ad Horat. l.* 1. *sat.* 9. V. Depositus. Simili fere ratione vino aliquem deponere, significat aliquem amissis sensibus humi sternere, κατθέζειν οἰνωμένον. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 37. Scio quam rem agat, ut me deponat vino, eam affectat viam. ¶ Significat etiam plantare, in terram defigere. *Colum. l.* 3. *c.* 4. Vineæ, quæ vel vere, vel autumno tempestive deponuntur. ¶ Deponere rationes apud *Cicer. l.* 2. *Fam. ep.* 17. & *l.* 5. *ep.* 2. est, rationes confectas, & in codice descriptas apud Magistratum deponere. ¶ Præterit. *deposivi* pro *deposui*, legitur apud *Catul. carm.* 35. *v.* 8. Deposivit olivam, & apud *Plaut. Most.* 2. 1. 35. Deposivit caput.

Depontāni, senes sexagenarii, quia de ponte dejiciebantur, hoc est suffragio, quod per pontem ferri solebat, privabantur. *Fest.* ¶ De his *Ovid.* 5. *Fast. v.* 633. Pars putat ut ferrent juvenes suffragia soli, Pontibus infirmos præcipitasse senes. V. *Sigon. lib.* 1. *cap.* 17. *de antiq. Jure Civ. R.*

Deponto, as, a. 1. de ponte deturbo. *Varr.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 142. Accisi fumus, ut depontaremur.

Depopulatĭo, f. 3. *facco*, *distruzione*, שוד, Germ. *verhergung*, Gall. *pillage*, *degast*, Hisp. *saco*, *robo*, πόρθησις, vastatio, direptio. *Cicer.* 5. *Phil.* Totum iter Antonii quid habuit, nisi depopulationes, vastationes, cædes, rapinas?

Depopulātor, oris, m. *saccheggiatore*, שורר, Germ. *verherger*, Gal. *pilleur*, *jacageur*, Hisp. *saqueador*, *robador*, πορθητής, vastator, direptor. *Cic. pro domo c.* 5. Fori depopulator, obsessor patriæ.

Depopulātus, a, um, adject. signif. passivæ, *saccheggiato*. *Plin. lib.* 2. *c.* 35. Depopulatis agris. *Quintil. Declamat.* 13. Credo depopulatos agros, eversosque reditus.

Depopŭlor, aris, d. 1. *saccheggiare*, *guastare*, *predare*, שדד, Ger. *verhergen*, Gal. *jacager*, *degater*, Hisp. *saquear*, ἐκπορθέω, est destruere, sive deprædari, vastare, & diripere. *Cic.* 5. *Verr.* Qui cum agros maximos, ac feracissimos per scipsum, hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur. ¶ Legitur etiam depopulo, active. *Hirc. l.* 6. *de bell. Hisp. ad fin.* Agros, vestramque provinciam vestro impulsu depopulavit.

Deportatĭo, fem. 3. ἐκβόρησις, actus deportandi, *il portare*, *condotta*, καταπόμισις. *Cato c.* 144. In singulas deportationes. ¶ Item relegationis genus, *bando*, de quo V. in *deportatus*. *Leg.* 3. *Dig. ad Leg. Jul. pecul.* In aquæ & ignis interdictionem hodie succedit deportatio.

Deportātus, a, um, adject. *condotto*, *portato*. *Cic. pro Mur. c.* 5. Aliquod ex Asia deportatum flagitium, ac dedecus. ¶ Deportati dicebantur exules certæ alicujus insulæ, aut alterius loci limitibus circumscripti, quos, nisi aperto vitæ discrimine, egredi non liceret. *Ulp.* Hæc est differentia inter deportatos, & relegatos, quod in insulam relegari ad tempus, & in perpetuum quis potest, deportatos autem eos accipere debemus, quibus Princeps insulas adnotavit, vel de quibus deportandis scripsit.

Deporto, as, avi, atum, a. 1. *portar qualche cosa di luogo in luogo*, שאל, Ger. *herbringen*, Gal. *transporter*, Hisp. *llevar de un lugar a otro*, *traginar*, καταπομπεύω, est de aliquo loco in alium aliquid afferre. *Pompeius Lentulo in l.* 8. *Cic. ad Att. ep.* 12. Quæ arma superabunt, ea si Brundusium jumentis deportaveritis. ¶ Translate usurpatur pro accipere, colligere, *riportare*, ut Deportare laudem, dedecus, &c. *Cicer. Trebat.* Nihil ex ista provincia potes, quod jucundius sit, deportare. *Id. de Sen.* Teque cognomen Athenis deportasse. ¶ Significat etiam relegare, *bandire*. *Terent. Phorm.* 5. 7. 85. Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? V. *Deportatus*.

Deposco, is, depoposci, a. 3. *domandare*, *pretendere*, שאל, &c. Ger. *fordern*, Gall. *demander*, Hisp. *pedir*, ἐξαιτέω, est multum desiderare, ratione quadam, seu quodam quasi jure exigere. *Cic. Phil.* 3. *cap.* 13. Id non modo non recuso, sed etiam appeto, atque deposco. *Id. pro Sext. Rosc.* Te ne istas partes depoposcisse, ut &c. *Hirt. l.* 8. *B.G. c.* 38. Deposcere aliquem ad supplicium. *Cic. pro Cæl.* Non ad Reip. pœnas, sed ad mulieris delicias deposcitur. *Liv. l.* 21. *c.* 6. Deposcere in pœnam.

Depositārius, m. 2. qui depositum accipit. *l.* 1. §. 36. *Dig. Depositi.*

Depositĭo, fem. 3. κατάθεσις, actio, qua depositum aliquid apud aliquem intelligitur, idest, custodiæ traditum. *Ulpian. l.* 1. §. 2. *Dig. Depositi.* ¶ Item de gradu aliquo dignitatis dejectio. *Id. Dig. l.* 49. *tit.* 18. *l.* 8. Aut damnum cum infamia, aut dignitatis depositionem.

Depositor, oris, m. qui evertit aliquem, aut evertere conatur, apud *Prudent. Apotheos. v.* 179. Jam cædes Sabelli, Depositorque Patris, Natique, insane, negator. ¶ Item, qui apud alterum quippiam deponit, *Ulpian. l.* 1. §. *apud Julian. ff. depositi.*

Depositum, i, subst. n. 2. *deposito*, *quello*, *che si dà in salvo*, פקדון, Ger. *das binder einen gelegt*, Gal. *depost*, Hisp. *deposito*, παρακαταθήκη, quod deponitur, hoc est, quod alicui sub fide traditur. *Cic.* 3. *Off.* Si qui apud te pecuniam deposuerit, bellum patriæ inferat, reddes ne depositum?

Depositus, o. 1. 2. παρακατατεθείς, part. a deponor, creditus, fidei traditus, *depositato*. *Cic. in Rull.* Mitissimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. ¶ Item simpliciter, quod depositum est, *deposto*. *Curt. l.* 3. *c.* 5. Veste deposita, descendit in flumen. ¶ Depositus etiam dicitur, qui deploratus, & desperatus est, aut etiam mortuus. *Virg. Æn.* 12. *v.* 395. Ille ut depositi proferret fata parentis. Sic *Cic. Verr.* 1. *cap.* 2. Mihi videor magnam, & maxime ægram, & prope depositam Reip. partem suscepisse. V. Taubman. ad *Plaut. Aul.* 3. 6. 38. ¶ Item prostratus, dejectus. *Senec. Herc. Oet. v.* 301. In taurum trucem deflecteret, serpente deposita, minas.

Depostulātor, oris, m. *chi dimanda con istanza*. *Tert. Apol. c.* 46. Depostulatores Christianorum. h. e. ad supplicium deposcentes.

Depostŭlo, as, a. 1. *domandare con istanza*, בקש, Ger. *mitanhalten*, *begeren*, Gal. *demander istamment*, Hisp. *pedir encarecidament*, ἐξαιτέω, vehementer postulo. *Hirc. 6. bell. Hisp. c.* 2. Civitates contrariæ Pompejo auxilia sibi depostulabant.

Deprædatĭo, onis, f. *saccheggio*, *preda*. *Lactant. Epitom. c.* 8. More latrocinii deprædatio, & vastatio fiet. Legitur hæc vox & apud JCtos *Cod. de lucris advocat.*

Deprædor, d. 1. *saccheggiare*, שלל, Ger. *berauben*, Gall. *saccager*, Hisp. *saquear*, *robar*, καταπολεμέω, depopulor. *Justin. l.* 24. *c.* 6. Victor Macedoniæ agros deprædatur. Adde *Apul. A. A. l.* 8.

Deprælior, aris, d. 1. idem ac prælior, vel valde prælior. *Horat.* 1. *Carm.* 9. Qui simul stravere ventos æquore fervido deprælantes.

Depræſentiarum, eadem ratione, qua dicimus *Impræſentiarum*, *al preſente*. Legitur in *fragm. Petron. Tragurian.* Alioquin tam tibi depræſentiarum reddidiſſem.

Depraudus, a, um, adject. famelicus, quaſi *impranſus*. *Nævius* apud *Feſt.* in voce *Oreæ*. Deprandi autem leonis olndas oreas.

Depranſus, a, um, adject. ſignif. paſſ. *Apul. l.9. Met.* Depranſis pro prandio lacrymis.

Depravate, *falſamente*, Germ. *verderblich*, Gall. *fauſſement*, Hiſp. *falſamente*, διεφθαρμένως. *Cic. 1. Fin. cap. ult.* De quibus neque depravate judicant, neque corrupte.

Depravatio, onis, f. *corruzione*, עקשות, Germ. *verderbung*, Gall. *corruption*, Hiſp. *depravacion*, διαστροφή. *Cic. 3. Off. c. 29.* Depravatio, & fœditas turpificati animi. *Id. in Partit.* Depravatio verbi. *Idem 5. Fin.* Si peccetur diſtortione & depravatione quadam, aut motu, ſtatuve deformi.

Depravatus, a, um, adject. *depravato*, *corrotto*, διεστραμμένος. *Cic. 2. Fin. c. 11.* Natura depravata mala diſciplina. *Id. 2. Leg. c. 15.* Depravati mores. *Varro*, depravata crura. h. e diſtorta.

Depravo, as, avi, atum, a. 1. *falſare*, *corrompere*, עקש, Germ. *verbeſern*, Gall. *corrompre*, *depraver*, Hiſp. *depravar*, διαφθείρω, pravum facio, vitio, corrumpo. *Cic. 1. de Fin.* Quæ corrigere vult, depravare mihi videtur. *Idem 1. ad Brut. epiſt.* 18. Multi ad depravandum parati ſunt. ¶ Depravare hominem, h. e. tractis membris debilitare. *Senec. epiſt.* 102.

Deprecabundus, a, um, adject. qui deprecatur. *Tacit. Ann. 15. cap.* 53. Deprecabundus, & genibus Principis accidens.

Deprecanea fulmina dicuntur a *Senec. lib. 2. quæſt. c.49.* quæ ſpeciem periculi ſine periculo afferunt.

Deprecatio, onis, f. *preghiera*, παραίτησις, actus deprecandi. *Cicer. pro Cluent. c. 3.* Deprecatione uti. Et *l. 2. Invent. c.* 34. Deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur. ¶ Hac ſignificatione eſt figura rhetorica. ¶ Item averſio, amolitio. *Quint. l. 1. in præfat.* Sic certæ voces & carmina, quibus incendiorum vis, & hujuſmodi infortunia inhiberi, & arceri poſſe credebantur, deprecationes dicuntur. Adde *Plin. l. 28. c.2.* ¶ Item imprecatio dira. *Idem ibid. c. 2.* Defigi quidem diris imprecationibus nemo non metuit.

Deprecator, oris, m. *interceſſore*, מתחנן, Germ. *abbitter*, Gall. *interceſſeur*, Hiſp. *interceſſor*, παραιτητής, interceſſor. *Cic. pro Flacc.* Sperabam honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam miſeriarum deprecatorem.

Deprecatrix, icis, f. *interceditrice*. *Aſcon. in Verr. 3. cap.* 5. Sabinis deprecatricibus parentum bellum, maritorumque finitum eſt. Adde *Tertul. l. 4. adv. Marc. c.* 12.

Deprecatus, a, um, particip. depon. ſignif. activæ, *chi ha pregato*. *Cic. 2. de Orat. c.* 49. Nihil unquam pro ſe ipſo deprecatus. ¶ Paſſive *Apul. l. 11. A. A.* Deprecato ſummo Numine.

Deprĕcor, aris, atus ſum, d. 1. *pregare molto*, *domandare in grazia*, התחנן, Germ. *abbitten*, Gal. *prier*, Hiſp. *pedir con ruegos*, δέομαι, eſt vehementer precari, & dicitur de bono, ut bonum, quo caremus, nobis detur, vel illud, quod habemus, relinquatur. *Cic. 12. Fam. ep.* 24. Quos Senatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denuntiandum miſerat. *Idem in Rull.* Siquid deliquero, nullæ mihi ſunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. *Liv. lib. 34. c.* 59. Deprecari Patres inſtitit, ne feſtinarent decernere. ¶ Sæpe dicitur de malo, *divertire il male con preghiere*. Ex. gr. Deprecari mortem, eſt precari, ne mors contingat. Deprecari pœnam, vel ſupplicium, eſt judices precari, ne ſupplicium irrogetur. *Cicer. in Verr.* Qui tot ſcelera commiſit, is nullam a ſe calamitatem poterit deprecari. *Idem in Phil.* Et illam ignominiam familiæ deprecatus eſt. ¶ Eſt etiam deteſtari, execrari. *Aſin. Cic.* Nec periculum eſt ullum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. *Ovid. l. 1. de Pont. el. 2. v.* 59. Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem, ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum. *Cic. Catil.* 1. A me quandam querimoniam deteſtor, ac deprecor. ¶ Abſolute uſurpatur pro veniam petere. *Id. Att. 11. ep.* 6. Q. Fratrem audio profectum in Aſiam, ut deprecaretur. h. e. ut a Cæſare veniam peteret, quod a Pompejo ſtetiſſet.

Deprehendo, dis, endi, enſum, a. 3. *cogliere*, *ſoprapprendere*, מצא, Ger. *begreiffen*, *ervviſchen*, Gall. *ſurprendre*, Hiſp. *coger*, καταλαμβάνω, incautum quempiam capio. *Cic. 5. Verr.* Quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. *Id. 2. de Orat. c.68.* Deprehendi in adulterio. ¶ Interdum eſt animadvertere, cognoſcere, *conoſcere*, *comprendere*. *Cic. pro Cœl.* Ego facinora oculis prius, quam opinione, manibus ante, quam ſuſpicione deprehendi. *Florus l. 2. c.* 4. Experimento deprehenſum eſt. ¶ Item comprehendere, ut deprehendere feram curſu, *Senec. Herc. fur.* 4. ¶ Poetæ dicunt *deprendo* metri cauſa. *Sil. l. 16. v.* 564. voluereſque vaga deprendere nube Aſſuetus jaculis. Adde *Ov. 5. Met. v.* 617.

Deprehenſa, f. 1. genus animadverſionis militaris in eos, qui certo in errore deprehenſi fuiſſent, caſtigatione major, ignominia minor. *Feſt.*

Deprehenſio, onis, f. *preſa*, הכרה, Germ. *ervviſchung*, Gall. *ſurpriſe*, *decouverte*, Hiſ. *deprenſion*, κατάληψις, actus comprehendendi. *Cic. pro Cluent. c.18.* Ad extremum manifeſta veneni deprehenſione concluſa eſt.

Deprehenſus, a, um, (& per ſyncop. deprenſus) adjectiv. *ſorpreſo*, *trovato ſul fatto*, καταληφθείς. *Cic. Catil. 3. c.5.* Scelus manifeſtum, atque deprehenſum. *Virg. Æn. 8. v. 247. de Caco:* Ergo inſperata deprenſus in luce. *Catul. epigr.* 25. Deprenſa navis in mari veſaniente vento.

Depreſſe, adverb. *baſſamente*. Comparat. Depreſſius. *Colum. l. 4. c.* 1. Verior igitur cauſa eſt depreſſius paſtinandi. Adde *l. 11. c.* 3.

Depreſſio, onis, fem. *abbaſſamento*. *Macrob. l. 1. Saturn. c.* 20. Sol ſemper velut a quadam imæ depreſſionis ſenecta in altitudinem ſuam, ut in robur revertitur juventutis. *Vitruv.* Depreſſiones fundamentorum.

Depreſſitas, atis, f. devexitas, locus depreſſus, ut depreſſitas terræ, *Apul. in Aſclep.*

Depreſſus, a, um, adject. *depreſſo*, *baſſo*, *abbaſſato*. *Cic. in Piſon. c.* 6. Altero ſublato, altero depreſſo ſupercilio. *Plin. l. 10. ep.* 58. Ædes depreſſior. ¶ Translate *Cic. pro Cluent. c.* 65. Depreſſa veritas. *Auct. ad Herenn. l. 3. cap.* 12. Sedata & depreſſa vox. *Id. ibid. c.* 14. Depreſſiſſima voce uti. Sic depreſſa hoſtium claſſis. h. e. devicta. *Cic. pro Arch.*

Depretiatus, vilior factus, adject. *Paulin. Nolan. carm.* 21. Vileſcit pretio depretiatus homo. Adde *Sidon. carm. 22. v.* 203.

Depretio, as, a. 1. ad minus pretium redigo. *Paul. in l. proinde, ff. ad leg. Aquil.* Cætera corpora depretiata ſunt. Adde *Sidon. l. 2. ep.* 10. & *Tertull. ad Uxor. l. 1. c.* 3.

Deprimo, is, eſſi, eſſum, a. 3. *abbaſſare*, *umiliare*, ענה, Ger. *nider trucken*, Gall. *abbaiſſer*, Hiſp. *abaxar*, ταπεινόω, dejicio, pondere premo, protero, conculco. *Cic. pro L. Man.* Ab eodem Imperatore claſſem magnam, & ornatam ſuperatam eſſe, atque depreſſam. *Id. Tuſ. 4. c.* 12. Lancem in libra deprimi. *Cæſ. l.2. B.Civ. c.6.* Deprimere navem. *affondare*. ¶ Translate eſt imminuere. *Cic. in Piſ.* Vos meam fortunam deprimitis, veſtram extollitis.

Deprōmo, is, ompſi, omptum, a. 3. *dar fuora*, הוציא, Germ. *heſirnemmen*, Gall. *tirer ou mettre hors*, Hiſp. *ſacar*, προφέρω, extraho, protero, declaro. *Virg. 11. Æn.* Et ultricem pharetra deprome ſagittam. *Cic. 2. Offic. c.* 15. Altera ex arca, altera ex virtute depromit.

Depromptus vel depromtus, a, um, adject. *cavato fuori*, ut deprompta ex ærario pecunia. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 13.

Deprŏpero, as, n. 1. *affrettarſi*, κατασπεύδω, valde propero, properanter facio, feſtino. *Horat. 2. carm. od.7. v.24.* Quis udo deproperare apio coronas, curatve myrto? h. e. deproperat contexere. *Plaut. Pœn. 1.2. 108.* Prius deproperant ſedulo ſacrificare.

Depſiticius, vel Depſitĭcus, o. 1. 2. δεψητικός, quod depſendo, hoc eſt, ſubigendo confectum eſt. *Cato c.* 74. Panem depſiticum ſic facito.

Depſo, is, a. 3. *fare il pane gramolando*, לוש, Germ. *knetten*, Gall. *petrir*, Hiſp. *macerar*, δεψέω, eſt ſubigendo manibus aliquid molle, & tenerum reddere. *Cato de R. R. c.* 90. Manibus bene depſito. Uſurpatur & in obſcœna ſignificatione pro ſubigere, rem habere. *Cic. ad Pet. l. 9. ep.* 22. Batuit, inquis, impudenter: depſit multo impudentius.

Depūber, vel depubis, com. 3. qui ad pubertatis annos non potuit pervenire. Hinc depuber porcus, quem lactentem occidimus. *Feſt.*

Depudĕo, es, ui, itum, n. 2. pudorem abjicio, *non ſi vergognare*, *divenire sfacciato*. *Senec. de Conſtant. Sapient. c.* 17. Aſſiduis conviciis depudere didicerat. Adde *Ovid. Heroid. 4. v.* 155. & *l. 3. Amor. el. 11. v.* 4. ¶ Item ſimpliciter pudere, *vergognarſi*. *Vellej. 2. c.73. 3.* Cum eum non depuderet, mare infeſtare piraticis ſceleribus.

Depudeſco, is, ui, idem quod pudere, vel valde pudere, *vergognarſi*. *Apul. l. 10. Met.* Priuſquam infamia publici ſpectaculi depudeſcerem. *Hieron. ad Euſtoch.* Non depudeſco infelicitatis meæ.

Depudico, as, a. 1. *tor l'onore*, ענה, Germ. *ſchenden*, Gall. *deshonrar*, *violer*, Hiſp. *deshonrar*, *violar*, διαφθείρω, violo, ſtupro, pudicitiam aufero, a pudicus. *Laber. in Mimis*, teſte *Gell l. 16. c. 7. in princ.*

Depugnatio, onis, fem. idem quod pugna, certamen, depugnandi actus. *Jul. Firmic. præfat. l.* 4. Forenſium certaminum depugnationibus liberatus. Adde *Caton.* apud *Non. c. 3. n.* 89. ubi alii leg. *repugnatio*.

Depugnātus, a, um, adject. idem quod pugnatus. *Plaut. Men.* 5. 6. 31. Ne ſero veniam, depugnato prælio.

Depugno, as, avi, atum, *contendere*, *combattere*, διαμάχομαι, decerto, dimico. *Cic. de Sen.* Depugnavit apud Thermopylas. ¶ Depugnatur, imperſ. *Cic. Att. l.* 16. Aut quidem ante depugnabitur. ¶ Translate *Id. 4. Acad.* Depugnat voluptas cum honeſtate.

Depulſio, f. 3. ἄπωσις, actus depellendi. *Cic. 2. Fin.* Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni judicemus.

Depulſo, as, a. 1. freq. a depello. *Plaut. Stich.* 2. 2. 13. Cubitis depulſa de via, tranquillam concinna viam.

Depulſor, m. 3. qui depellit. *Cic. Phil. 2. c.11.* Depulſor dominatus, quam particeps eſſe maluit.

Depulſorius, a, um, adject. ad depellendum, ſeu avertendum pertinens. *Ammian. l. 25. c.* 5. Numinibus per ſacra depulſoria ſupplicans.

Depulſum, i, n. idem quod depulſio. *Valer. Max. l. 1. c. 1. n.* 1. Majores ſolemnes cæremonias Vatum libris, portentorum depulſis explicari voluerunt.

Depulſus, a, um, adject. *cacciato*, *rimoſſo*. *Cic. 2. de nat. Deor. cap.* 54. Stomachus agitatione & motibus linguæ depulſum, & quaſi detruſum cibum accipit. *Auct. ad Heren. l. 4. c.10.* In Neptunias depultus lacunas, pro depulſus. ſic enim dicebant Veteres, ut & *pulto*, pro *pulſo*.

Depultus V. depulſus.

Depurātus, a, um, *purgato*, *purificato*, purgatus. *Frontin. de aquæd. l.* 2. Lacus altitudine depuratus.

Depurgatīvus, a, um, adject. *purgante*. *Cœl. Aurel. Act. 3. c.* 16. Depurgativæ virtutis eſſe.

Depurgātus, a, um, adject. *purgato*. *Colum. l. 12. c.* 9. Caules lactucæ ab imo depurgati.

Depurgo, as, avi, atum, a. 1. *purgare*, ἐκκαθαίρω, probe purgo. *Cato de re ruſt.* Terram depurgato ab herba, graminibuſque. ¶ Translate dicimus, Depurgare crimina, pro excuſare, & diluere. *Liv. l. 9. bell. Mac.* Filium mittere Romam ad depurganda crimina ſtatuit. Al. leg. purganda.

Depūro, as, a. 1. *purgare*, purum reddo. *Frontin. de aquæd. l.* 2. Lacus altitudine depuratur.

Deputātus, a, um, adject. *deputato*, *eletto*. *Macrob. Saturn. 7. c.* 14. Ad deputatam ſibi a natura ſedem proprii ſenſus recurrunt.

Depŭto, as, avi, atum, a. 1. *tagliar via*, כרת, Germ. *abſchneteln*, Gal. *couper*, *tailler*, Hiſp. *cortar*, *podar*, κατατέμνω, eſt ab aliquo putare, hoc eſt, ſecare, abſcindere. *Colum. l.* 3. Vineam imbecillam in brumam amputato, quam partem non deputaveris, circa Kal. Febr. repetito, & deputato. ¶ Item eſt exiſtimare, cenſere, judicare. *Cic. de Div.* Vide, ne quem tu eſſe hebetem deputes. ¶ Deputare ſecum rationes, eſt raciocinari. *Ter. Adelph.* 2. 1. Fruſtra egomet mecum has rationes deputo. ¶ Deputare peccato, deputare delicto, eſt pro peccato habere, *aſcriver' a peccato*, apud *Tertull. de Pœnit. c.* 3. ¶ Deputare aliquid eſſe in lucro, *por' a conto di guadagno*. *Terent. Phorm.* 2. 1. 16.

Depuvio, is, a. 3. *battere*, *percuotere*, הכה, Ger. *ſchlagen*, Gall. *battre*, Hiſp. *acotar*, τύπτω, cædo, verbero, a pavio, ferio. *Lucil.* apud *Feſt.* Palmiſque miſellam depuvit me.

Deque, adverb. V. in Suſque.

Depўgis, e, adject. qui macris eſt, vel nullis natibus, a *de*, & *pyga*. *Horat. l. 1. ſat. 2. v.* 93. Depygis, naſuta, brevi latere, ac pede longo eſt.

Dequĕror, eris, queſtus ſum, d. 3. *lamentarſi*, *querelarſi molto*, μέμφομαι, valde queror. *Valer. Flac. l. 4. Arg. v.*448. Ante omnes ſecum dequeſta labores. *Stat. 1. Theb. v.* 404. Notos dequeſtus, & imbres.

Derādo, is, a. 3. ἀποξύω, de aliquo rado, radendo auſero. *Cato R. R. c.* 121. De virga lauri deradito. Adde *Apul. l. 5. Met. ad fin.*

Derāſus, a, um, radendo ablatus. *Plin. l. 16. c.* 11. Deraſa navibus pix. *Celſ. l. 7. c.6.* Omnia deraſa ante, ſi capillis conteguntur.

Dercĕto, f. 4. contr. nomen fabuloſæ Deæ, quæ apud Joppen auct. *Plinio*, aut, ut *Diodoro l.* 1. placet, juxta Aſcalonem colitur, humana facie, reliquo corpore piſcis. Hanc Syri Atargatim vocant. Filiam habuit Semiramidem, quam a columbis educatam ferunt. Ob id genti aves iſtæ ſacræ ſunt.

Derectarii, V. Directarii.

Derelictio, onis, f. *abbandonamento*, הפקר, עזיבה, Germ. *verlaſſung*, Gall. *delaiſſement*, *abbandon*, Hiſp. *deſamparo*, κατάλειψις, actus derelinquendi. *Cic. 3. Offi. c.* 9. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam eſt.

Derelictus, a, um, adject. ex particip. *abbandonato*, *laſciato*, καταλειφθείς. *Auct. ad Her. l.* 4. Commodius eſt in derelicta, quam in celebri regione locos comparare. ¶ Pro derelicto habere, eſt derelinquere. *Cic. ad Att. l. 8. ep.* 1. Hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere.

Derelictus, us, m. idem quod derelictio. *Gell. l. 4. c.* 12. Sive quis arborem ſuam, vineamque habuerat derelictui.

Dere-

Derelinquo, is, iqui, ictum, *abbandonare*, עזב, Ger. *verlassen*, Gall. *abbandoner*, Hisp. *dexar desamparar*, καταλείπω, est prorsus, seu in totum relinquere, deserere. *Cic. pro Cæc. c.* 35. Derelinquo jam communem causam Pop. Rom.

Derepente, *subito*, פתאם, Ger. *einsuvegs*, Gal. *tout d'un coup*, *soudain*, Hisp. *luego*, *repentinamente*, ἐξαίφνης. *Cic. pro Lig. c.* 5. Tu derepente irrupisses, & clamare cœpisses.

Derepentino, adverb. idem quod derepente. *Apul. Florid. l.* 3. *post princ.* Quid derepentino distulerit. Nisi malis dividere *de repentino*, quod magis placet.

Derēpo, is, epsi, eptum, ere, n. 3. deorsum repo. *Plin. l.* 8. *c.* 36. *de ursis:* Ingrediuntur & bipedes: arborem aversi derepunt. *Varr.* apud *Non. c.* 15. *n.* 12. Dii derepunt ad hominum fana.

Dereptus, a, um, adject. deorsum raptus, avulsus, *levato via*, *staccato*, ut dereptus cortex, *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 14. *v.* 12. Derepta acus, *Ibid. v.* 18. Derepta leoni pellis, *Id. Met.* 3. *v.* 51. Ubi vide *Heinsium*.

Deridĕo, des, isi, sum, a. 2. *beffare*, Germ. *verlachen*, Gall. *se mocquer*, Hisp. *escarnecer*, καταγελάω, cum alterius contemptu rideo. *Cic. de Orat.* Istos omnes deridete, atque contemnite. Adde *pro Flac. c.* 31.

Deridicŭlum, n. 2. idem quod irrisio. *Tac.* 3. *c.* 57. Esse deridiculo. *Ter. Heaut.* 5. 1. *ad fin.* Qui sibi me pro deridiculo, & delectamento putat.

Deridicŭlus, a, um, adject. ridiculus, vel valde ridiculus, *ridicolo*. *Gel. l.* 12. *c.* 2. Deridiculos versus facere. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 18. *ad fin.* Sequetur ut duos villicos, & duas villicas habeat, quod est deridiculum.

Deripĭo, pis, ui, eptum, a. 3. *rapire*, *pigliare prestamente*, חטף, Germ. *hinreissen*, Gal. *ravir*, Hisp. *arrebatar*, ἁρπάζω, abstraho, avello, & tam in bonum, quam in malum sumi potest. *Virg. l.* 2. *Georg.* Colaque prælorum fumosis deripe tectis. id est properanter tectis effer. *Plaut. Men.* Quis est, qui capillo me huc de cursu deripit?

Derisĭo, onis, f. *derisione*, *beffa*. *Arnob. l.* 7. Derisionis materia. *Lactan. l.* 4. *c.* 18. *ex Esdra:* Eritis derisio in gentibus.

Derisor, m. 3. καταγελαστής, qui deridet. *Plin. l.* 11. *c.* 52. Supercilia, quibus juxta tempora inflexa, derisores significant. ¶ Derisores etiam dicuntur conviviorum scurræ, *buffoni*. *Plaut. Capt.* 1. 1. 3. Quia invocatus esse soleo in convivio, scio, absurde dictum hoc derisores dicere. V. *Taubm. Sen. epist.* 27. Quadratus stultorum divitum arrosor, & quod sequitur, arrisor, & quod duobus his adjunctum est, derisor. ¶ Item mimi. *Martial. l.* 1. *epigr.* 5. Qua Thymelem spectas, derisoremque Latinum.

Derisorĭus, a, um, adject. ad deridendum pertinens. *Martian. l.* 14. *ff. de condit. instit.* Conditiones, quæ contra bonos mores, vel derisoriæ sunt.

Derīsus, a, um, adject. *burlato*, *beffato*. *Cic. Ver.* 3. *c.* 92. Derisum beneficium, atque contemptum.

Derisus, us, m. idem quod derisio, *derisione*, καταμωκισμός. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. A derisu non procul abest risus. *Sen. præfat. lib.* 4. *Controv. Excerpt.* Incidere in ea, quæ derisum fugere non possunt.

Derivatĭo, f. 3. ὀχετηγία, deductio rivi. *Cic.* 2. *Off.* Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. ¶ Translate est inflexio criminis ab eo, ad quem pertineat, ad eum, ad quem non pertinet. *Donat.* V. Derivo. ¶ Apud Grammaticos derivationes nominum, & verborum sunt inflexiones. *Quintil. l.* 3. Utendum proxima derivatione verborum.

Derivatīvus, o. 1. 2. παράγωγος, quod ab alio deducitur, ut *Derivativa nomina*, apud Grammaticos, quæ invicem deducuntur. *Priscian. l.* 7. Species sunt verborum duæ, primitiva, & derivativa.

Derivātus, a, um, adject. *derivato*, deductus. *Cic.* 2. *Att. ep.* 31. Derivata expectatio largitionis Agrariæ in agrum Campanum. *Horat. l.* 3. *od.* 6. *v.* 19. Hoc fonte derivata cladés.

Derīvo, as, avi, atum, a. 1. *derivare*, הטה, Ger. *richten*, *leyten*, Gal. *detourner*, *faire ecouler par autre ruisseau*, Hisp. *derivar*, παροχετεύω, rivi more aquam deduco, alioque deflecto. *Col. l.* 1. Omnem humorem in cloacas, atque inde extra segetes derivemus. ¶ Per translationem. *Cic.* 4. *Ver.* Te tuam culpam non modo derivare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse. *Id. pro Mil.* Dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est. V. Derivatio. *Id. Ver.* 3. *c.* 53. Derivare alio responsionem suam.

Derōdo, odis, osi, osum, a. 3. idem quod rodo, *rosicare*, καταβιβρώσκω. *Cic. l.* 1. *Div. c.* 44. Derosos esse a muribus.

Derogatĭo, onis, f. *derogazione*, ἀφαίρεσις, diminutio, detractio. *Auct. ad Heren. l.* 2. *cap.* 10. Cum duæ leges inter se discrepant, videndum est primum, num qua obrogatio, aut derogatio sit. ¶ Fit autem legis derogatio, cum ejus aliqua pars tollitur. V. Abrogo.

Derogatīvus, a, um, adject. q. d. detractorius, ut præpositio derogativa. apud Diomed. Grammat.

Derogātor, oris, masc. detractor, qui invide carpit. *Sidon. lib.* 3. *ep.* 13. Beneficii importunus petendi, derogator negati, æmulator accepti.

Derogatorĭus, a, um, adject. derogativus, ut derogatorium edictum, apud JCtos. *Julian. ff. l.* 29. *tit.* 4. *leg.* 2.

Derogĭto, as, avi, atum, a. 1. rogito, *dimandare*, *pregare*. *Plaut. Asin.* 2. 2. 60. Placide ergo unumquodque derogita.

Derŏgo, as, avi, atum, a. 1. proprie est aliquid de lege detrahere, quemadmodum *abrogo* est legem omnino tollere, a *rogo*, quia, si lex ferenda esset, populus rogabatur, idemque fiebat, si esset tollenda. Dicimus autem derogo legi, vel de lege, Abrogo legi, vel legem. *Cic.* 2. *de Inven. c.* 45. Indignum est de lege aliquid derogari, vel legem abrogari. *Auct. ad Her.* Quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum, vel derogatum sit. ¶ Translate est alicui rei in genere aliquid detrahere, diminuere, cui contrarium est arrogare, attribuere, *levar via qualche parte*, *diminuire*, ἀφαιρεῖν, *Cic. pro Flac.* Non ego nationi huic fidem derogo. *Id. pro Quin. c.* 23. Fides hujus multis locis cognita, ne perfidia Sex. Nævii derogetur, laborant. Eodem modo locutus est *pro Rosc. Amer. c.* 32.

Derōsus, a, um, adject. *rosicato*, *corroso*. *Cic.* 1. *Div. c.* 27. Derosi a muribus clypei. *Plin. l.* 11. *c.* 37. A cochleis minimis derosa vitis.

Dertōna, f. 1. Derton, Derthon, Darthon, Terdona, *Tortona*, urbs, & col. Liguriæ, ad Iriam fl. inter Ticinum, & Genuam ad Mer.

Deruncīno, as, avi, atum, act. 1. *tagliare*, *fare in pezzi*, ἐκβοτανίζω, est runcina secare. *Plaut. Capt.* 3. 4. 108. Ego deruncinatus, deartuatus sum miser hujus scelesti technis.

Derŭo, is, n. 3. *ruinare a basso*, הפיל, Ger. *abhinfallen*, Gal. *abbattre*, Hisp. *abatir*, καταπίπτω, deorsum ruo, cado, decido. *Apul. l.* 7. *Metam.* Prolapsus deruissem. ¶ Reperitur & active pro aufero. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 11. De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Deruptus, a, um, adject. abruptus, præruptus, *scoscesco*, *precipitoso*, κατωφερής, *Tac.* 2. *Ann. c.* 80. Collis arduus, & deruptus. *Liv. l.* 21. *c.* 33. Præcipites, deruptæque utrinque angustiæ.

Desacro, a. 1. idem ac sacro, vel consecro. *Stat.* 9. *Theb. v.* 586. Quercus erat, Triviæ quam desacraverat ipsa, &c.

Desævĭo, is, n. 4. *incrudelire grandemente*, חרף, Ger. *vvitend*, *vverden*, Gal. *etre crudel*, *ou y devenir*, Hisp. *encruelecerse*, ἐξαγριαίνομαι, valde sævio. *Sueton. Ner. c.* 29. Cum affatim desævisset. *Virg.* 4. *Æn. v.* 52. Dum pelago desævit hiems. ¶ Item sævire desinere. *Lucan. l.* 5. *v.* 303. Nec, dum desæviat ira, expectat.

Desalto, as, avi, atum, a. 1. idem quod salto. *Suet. in Calig. c.* 54. Cum palla, tunicaque talari prosiluit, & desaltato cantico abiit.

Descapulātus, a, um, adject. cui tunica a scapulis demissa est. *Sen. ep.* 115. Juvenes descapulatos. Ita legit *Scalig.* At *Lips.* & Grut. *de capsula totos*.

Descendo, is, di, ensum, n. 3. *discendere*, ירד, Germ. *herab gehen*, Gal. *descendre*, Hisp. *descender*, καταβαίνω, ex loco superiore in inferiorem devenio, ex *de*, & *scando*. *Cic.* 4. *Tusc.* Ut enim in interiorem ambulationem descendimus. Sic descendere equo, vel ex equo, *Liv. l.* 2. *c.* 20. Descendere de castello, *Cic. pro Cæcin.* Descendere ad forum, *Id. Att. l.* 1. *ep.* 13. Descendere nocti, *Sil. l.* 13. *v.* 708. h. e. ad noctem, nempe ad inferos. ¶ Translate dicitur de omni actione, quæ in motu aliquo, vel mutatione posita est, ut descendere in campum, in prælium, in causam, quia veluti ex loco tuto ad hujusmodi discrimina devenimus. *Horat. Cic. & al.* Hac ratione Romani cum prodirent in publicum, dicebantur descendere, vel quia nobiliores in editioribus locis habitabant, vel quia fora omnia humiliora erant. *Suet. Cæs. c.* 13. Cum ad comitia descenderet. ¶ Absolute *Cic.* 2. *Phil. c.* 6. Hodie Antonius non descendit, *non esce di casa*. ¶ Significat etiam acquiescere. *Cic.* 4. *Ver.* Placet mihi ista defensio, descendo. *Id. l.* 2. *de Invent.* Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere, & in præsentia quiescere oportebit. ¶ Dicimur etiam descendere ad ea, quæ non omnino libenter suscipimus, ut descendere ad extrema consilia. *Cæs. l.* 5. *B. G.* Descendere ad inimicitias, & ad accusandum, *Cic. pro Mur. & pro Cluent.* ¶ Qui secundo flumine navigant, ii quoque descendunt. *Suet. Tiber. c.* 10. Confestim Ostiam descendit. ¶ Descendere in se, est seipsum perpendere. *Pers. Sat.* 4. *v.* 23. Ut nemo in sese tentat descendere! ¶ Item ædificia, quæ paulatim subsidunt, & ruunt. *Plin. in epist.* Theatrum ingentibus rimis descendit, & hiat. ¶ Descendere ab aliquo, pro deflectere, *allontanarsi*. *Quint. l.* 10. *c.* 1. *de Seneca*. Tantum ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat. ¶ *Plin. l.* 37. *c.* 9. Descendit ad viciniam crystalli. h. e. valde similis est.

Descensĭo, onis, f. 3. idem ac descensus, *discesa*. *Liv. l.* 2. *B. Pun.* Priusquam in continentem descensiones facerent. Adde *Plin. l.* 20. *c.* 17.

Descensus, us, m. 4. *discesa*, κατάβασις, actus descendendi. *Virg.* 6. *Æn. v.* 126. Facilis descensus Averni.

Descisco, is, scivi, scitum, n. 3. *mancare di fede*, מרד, Ger. *abfallen*, Gall. *se revolter*, Hisp. *rebelarse*, *seguir el vando de uno*, ἀφίσταμαι, est ab imperio, ductuque alicujus se subtrahere. *Liv. l.* 2. Præneste a Latinis ad Romanos descivit. ¶ Translate *Cic.* 4. *Fin. c.* 8. Desciscere ab antiqua institutione. *Liv. lib.* 26. Quorum de sententia descitum a Romanis constabat. ¶ *Plin. l.* 18. *c.* 16. Humidum solum desciscit in pratum. h. e. fit pratum.

Descobinātus, a, um, adject. a *de*, & *scobino*, abrasus, abscissus, κατεξυσμένος, *squarciato*, *lacerato*. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 236. Quanto satius est salvis cruribus in Circo expectare, quam his descobinatis in silva curare. *Arnob. l.* 6. Tornis rasa, limis descobinata.

Descrībo, is, ipsi, iptum, a. 3. *descrivere*, *ricopiare*, *dipingere*, כתב, Ger. *abschreiben*, Gal. *decrire*, Hisp. *descrivir*, ἀπογράφω, proprie est exscribere, transcribere. *Cic. Cornif.* Dicam tuis, ut librum, si velint, describant. ¶ Accipitur etiam pro simplici scribo. *Virg. in Daphnide*. In viridi nuper quæ cortice fagi carmina descripsi. ¶ Item pro delineo, vel pingo. *Plaut. Asin.* 2. 3. 22. Non potuit pictor rectius describere ejus formam. ¶ Translate est exprimere, vel designare. *Cic. pro Cæl.* Siqua mulier sit hujusmodi, qualem ego paulo ante descripsi. ¶ Item disponere, vel in ordines digerere. *Cic. pro Flac.* Qui cum omnes Asiæ civitates in provincias descripsisset. ¶ Item dividere, partiri. *Cic. Agr.* 2. *c.* 31. Et in eo duodena describit in singulos homines jugera, *Liv. l.* 1. *c.* 19. In XII. menses descripsit annum. ¶ Item taxare. *Cic. ad Q. Fr.* Vectigal Græcis æqualiter Sylla descripserat *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 42. vecturas describere civitatibus. ¶ Item statuere. *Cic. pro Quint.* Quis tandem nobis ista jura tam æqua descripsit? ¶ Item destinare, transferre. *Sen. epist.* 109. Non credis, animas in alia corpora, atque alia describi, & migrationem esse, quam dicimus mortem. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Describere in deos.

Descriptĭo, onis, f. 3. *descrizione*, ספר, Ger. *abschreibung*, Gal. *description*, Hisp. *descricion*, διαγραφή, definitio, explicatio. *Cic.* 2. *de Orat.* Rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem. ¶ Item partitio, distributio. *Cic. in Rul.* Urbs & natura & situ, & descriptione ædificiorum nobilis. *Suet. Tib. c.* 30. Descriptio legionis.

Descriptiuncŭla, æ, f. dimin. a descriptio, *picciola descrizione*. *Sen. Controv.* Celebres descriptiunculas subtexere.

Descriptor, oris, m. qui describit. *Lactant. l.* 5. *c.* 9. Seneca morum, vitiorumque publicorum & descriptor verissimus, & accusator acerrimus fuit.

Descriptus, a, um, adject. *descritto*, καταγεγραμμένος. *Cic. de Senect. c.* 2. Partes ætatis bene descriptæ. *Id.* 3. *Fin. c.* 22. Natura nihil est aptius, nihil descriptius.

Desculpo, is, ipsi, ptum, a. 3. idem quod sculpo, *scolpire*. *Tert. l.* 1. *ad Nation. c.* 12. Simulacrum ligno, seu lapide desculptum.

Desĕco, as, a. 1. *tagliare*, *segare*, ἀποτέμνω, ferro incido, abscindo, amputo. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 1. Spicarum fascem desecat. ¶ Translate est auferre. *Cic. Att. l.* 16. Tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

Desectĭo, onis, f. *il tagliare*, ἀποκοπή. *Colum. l.* 6. *c.* 3. Desectio messis.

Desectus, a, um, adject. *tagliato*. *Liv. l.* 2. *c.* 5. Desecta cum stramento seges. *Id. l.* 31. *c.* 34. Tota cervice desecta. *Virg.* 8. *Æn. v.* 438. desecto vertens lumina collo.

Desenesco, vel deseneo, n. 2. senesco. *Sall.* 11. *Hist.* Nisi cum ira belli desenuisset. Ita refert *Priscian. l.* 10.

Desēro, is, evi, desitum, n. 3. idem ac sero, vel planto, *seminare*, *piantare*. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 23. In recentibus pomariis desitis seminibus.

Desēro, is, rui, ertum, a. 3. *abbandonare*, עזב, Germ. *verlassen*, Gal. *abbandoner*, Hisp. *desamparar*, ἀπολείπω, derelinquo. *Cic. ad Q. Fr.* Amici partim deseruerunt me, partim etiam prodiderunt. *Id. Att. lib.* 3. Deseri a mente, *perdere il senno*. *Idem pro Quint.* Vadimonium sibi ait esse desertum. *Plaut. Merc.* Deserunt hunc cursorem genua. ¶ Deserere exercitum, *disertare*, *Cic. Ver.* 7. & *Cæs. l.* 5. *B. G.*

Desēro, as, avi, atum, a. 1. aperio, resero, *aprire*. *Apul. lib.* 1. *A. A.* Januæ sua sponte deseratæ nocte fuerunt. Alii leg. *reseratæ*.

Deserpo, is, psi, erptum, n. 3. deorsum serpo. *Apul. Apol.* Lanugo malis deserpit. *Stat. Theb. l.* 6. *v.* 585. Deserpitque genis lanugo.

Deserta Bojorum, *Vvienervvaldt*, tractus Norici, qui olim a Vindelicis per Noricos Pannoniam usque protensus fuit.

Desertĭo, onis, f. *abbandono*, ut desertio Juris humani, *Liv. l.* 41. *c.* 24.

Deserto, as, freq. a desero. Afferunt Lexicographi quædam *ex Accio* hæc verba: Cum me solum uterque parens desertassent.

Desertor, oris, m. qui deserit. *Cic.* 3. *Fin. c.* 19. Desertores communis salutis.

lutis. ¶ Defertores, m. 3. *traditori*, προδόται, milites, qui suos deserunt, & ad hostes transeunt. *Cæs. 6. B. G.* In defertorum, ac proditorum numero ducuntur.

Defertrix, icis, f. quæ deserit. *Tertull. de habit. mulier. c.* 1. Divinæ legis prima defertrix.

Defertum, ti, n. 2. *luogo disabitato, solitario*, מדבר, Germ. *vviſte, eyned*, Gal. *desert*, Hisp. *desierto*, ἔρημος, locus solitarius, ac inhabitatus, quasi derelictus ab hominibus. *Virg.* 1. *Æn.* Ipse ignotus, egens Libyæ deserta peragro. ¶ In singulari numero frequens est apud Scriptores Ecclesiasticos, ut congestis exemplis ex Tertulliano, Hieronymo, & Prudentio ostendit *Cellar. Cur. poster. p.* 399.

Defertus, a, um, o. 1. 2. *abbandonato*, עזוב, Ger. *verlaſſen*, Gal. *desert*, Hisp. *desierto*, ἀποληφθείς, derelictus, destitutus, a desero. *Cic.* 1. *Fam.* Et, nisi per te sit restitutus, defertum se, atque abjectum fore. ¶ Item asper, incultus. *Virg.* Rupe sub adversa deserti ad Strymonis undam. ¶ Hinc comp. defertior, sup. defertissimus. *Cic. in Pis.* Ut nullius unquam reditus fuerit defertior. *Id. 6. Ver.* In defertissima solitudine. ¶ Apud *Tibul. l.* 1. *el.* 1. *v.* 17. defertus stipes accipitur, pro defixus humi, *impiantato*. Verba ejus sunt: Placidam soleo spargere lacte Palem: nam veneror, seu stipes habet defertus in agris, seu vetus in trivio florea serta lapis.

Defervĕo, is, ivi, itum, *fervire umilmente, attendere*, עבר, Germ. *dienen*, Gal. *servir*, Hisp. *servir*, θεραπεύω, est obtemperare, vel diligenter, aut humiliter servire. *Cic. Tironi*, Valetudini adhuc, dum mihi defervis, fervisti non satis, *Id. pro Sylla*, *c.* 19. Defervire amicis. Sic defervire studiis. *Plin. in epist. 7. l. 7.*

Defes, desidēs, o. 3. *ozioso*, Ger. *faul*, Gal. *pareſſeux*, Hisp. *perezoſo*, ῥᾳθυμος, otiosus, qui nihil agit, a desideo. *Liv. l.* 1. Desidem Romanorum Regem inter sacella, & aras acturum esse regnum rati. *Col. l. 7. c.* 12. Desidem agricolam ab opere suo reddit.

Deficcatīvus, a, um, adject. *diſſeccante*, ut virtutis esse deficcativæ, *Macer l.* 2. *v.* 10.

Deficco, as, idem quod sicco, *seccare*, *diſſeccare*. *Vitruv. l.* 1. *c.* 28. deficcare humectata.

Desidĕo, des, edi, essum, n. 2. *ſtare ozioſo*, נעצל, Germ. *müſſig ſitzen*, Gal. *etre oiſif*, Hisp. *emperezar*, ῥᾳθυμέω, otiosus sedeo. *Ter. Hec.* 5. 3. 2. Frustra ibi totum desedi diem.

Desiderabĭlis, le, o. 3. *deſiderabile*, נאוה, Germ. *zubegaren*, ἐπιθυμητός, quod expetendum est. *Cic.* 1. *Fin.* Nihil enim desiderabile concupiscunt. *Liv. l.* 24. *c.* 5. Desiderabilem efficere. *Sueton. in Tib. c.* 21. Ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret.

Desiderātio, f. 3. *deſiderio*, ἐπιθύμησις, actus desiderandi. *Cic. de Sen. c.* 14. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in fenibus, credo, sed ne desideratio quidem.

Desiderativa verba dicuntur a Grammaticis, quæ desiderium significant, ut *eſurio*, *cœnaturio*.

Desiderātus, o. 1. 2. particip. a desideror, *bramato*. *Cic. poſt red. ad Quir. c.* 1. Sed omnia desiderata magis, quam assidue percepta delectant. *Plin. l.* 30. *c.* 1. Blanditissima, & desideratissima promissa.

Desidĕrium, n. 2. *deſio*, *deſiderio*, המדה, Germ. *begirb*, Gal. *deſir*, Hisp. *deſſeo*, ἐπιθυμία, vehemens amor, & proprie de rebus gratis, optatis, aut amissis dicitur. *Cic.* 4. *Tusc.* Desiderium est libido ejus, qui nondum adsit, videndi. Hinc affici, flagrare, laborare desiderio, vel ex desiderio. *Cic. Fam. 16. epist.* 10. & *l.* 2. *ep.* 11. &c. *Id. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 14. Faciam, ut in medio dolore, ac desiderio mei læteris. ¶ Esse in desiderio, pro desiderare. *Id.* 2. *Fam. ep.* 12. ¶ Accipitur aliquando pro jactura, *perdita*; nam ea desideramus, quæ amisimus. *Id. de Amic.* Si Scipionis desiderio me moveri negem. ¶ Item pro postulatione, *dimanda*, αἴτησις, *Suet. Aug. c.* 17. Donec desideria militum ordinarentur. *Id. ib. c.* 53. Adeuntium desideria excipiens, h. e. libellos supplices. V. *Casaub.* ¶ Desiderium, vox est interdum, qua res charas blande appellamus. *Catul. Carm.* 2. Cum desiderio meo nitenti lubet jocari. *Cic. ad Teren.* Meum desiderium, mea lux. ¶ Desiderium discidii apud *Cic. Philipp.* 2. *c.* 18. *deſiderio di ſeparazione*. Quamquam locus est dubius, & variis lectionibus contaminatus. Desiderium absentiæ apud *Senecam ep.* 40. hoc est dolor.

Desidĕro, as, avi, atum, a. 1. *deſiderare*, חמר, Germ. *begeren*, Gal. *deſirer*, Hisp. *deſſear*, ἐπιθυμέω, generatim sumitur pro deesse, cum passive usurpatum est, vel pro requirere, si active, & per metalepsin pro cupere. Res enim charæ, quæ defuerunt, expetuntur. *Curt.* In eo prælio quinquaginta millia desiderata. *Cic. Att. l.* 7. *ep. ult.* Sin erit bellum, partes meæ non desiderabuntur. *Id. in Brut.* In quo perfectissime Stoico summam eloquentiam non desiderem. *Id. de Sen. c.* 14. non caret is, qui non desiderat. ¶ Aliquando est postulare, rogare, *dimandare*. *Suet. Aug. c.* 40. Desideranti consuetudinem veterem concessit rursus. V. Desiderium.

Desidĭa, æ, f. 1. *pigrizia, poltroneria*, עצלה, Ger. *faulheit*, Gal. *pareſſe*, Hisp. *pereza*, ῥᾳθυμία, ignavia, inertia, a desideo. *Cic.* 1. *Off. c.* 34. Quam ne languori se, desidiæque dedat.

Desidiabulum, i, n. locus desidiæ aptus. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 8. Ut celem patrem tua damna, aut desidiabula. Al. leg. *despoliabula*.

Desidĭes, ei, f. idem quod desidia. *Lucret. l.* 5. *v.* 49. Quis luxus desidieque.

Desidĭōse, adverb. *oziosamente*, Germ. *fauliglich*, Gal. *en oiſivete*, Hisp. *perezoſamente*, ῥᾳθύμως, *Lucr. l.* 4. *v.* 1129. Agere ætatem desidiose.

Desidĭōsus, a, um, o. 1. 2. ῥᾳθυμος, qui totus desidet, & nihil agit, *ozioſo*. *Ovid. de rem. Am. v.* 161. Quæritur, Ægisthus quare sit factus adulter, in promptu causa est, desidiosus erat. *Cic.* 2. *Agr. c.* 33. Inertissimum, & desidiosissimum otium. *Var. Proæm. l.* 2. *R. R.* Majores nostri, qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant.

Desĭdo, is, edi, essum, n. 3. a sido, proprie significat ad sedendum descendere, (Præter. a sedeo mutuatur, teste *Valla l.* 5.) Hinc honeste pro ventrem exonerare, usurpat *Celſ. l.* 4. *c.* 18. ¶ Sed fere usurpatur pro subsidere, *ſprofondarſi, calare all' ingiù*, κατακλίνω. *Cic. l.* 1. *Div. c.* 35. Multa oppida corruerunt, terræ desederunt. *Val. Flac. l.* 8. *v.* 329. Vasto desedit hiatu. *Celſ. l.* 2. *c.* 7. Ex urina quod desidit album est.

Desidŭe, vel desiduo, adverb. diuturne, assidue. *Var. apud Fulgent. de priſc. ſerm. n.* 37. Tam desiduo abfuisse te.

Designatio, f. 3. notatio, significatio, descriptio. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 31. Aut de infinitæ rei quæstione sine designatione personarum, & temporum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Omnem totius operis delignationem, atque apparatum. ¶ Apud *Arnob. l.* 7. legitur *Diſſignatio*.

Designatōres, m. 3. βραβεῦται, dicebantur, qui constituendæ funebri pompæ præerant, unicuique incedendi locum ordinemque præscribentes, simili fere munere eorum, qui Magistri cæremoniarum a nobis vocantur. *Cic. Att. l.* 4. Desertus a suis vix jam Decimum designatorem retinet. ¶ *Ulpian. Dig.* 3. 2. 4. designatores intelligit eos, qui Victoribus in Ludis præmia distribuunt: inquit enim: Designatores, quos Græci βραβεῖς, appellant. ¶ Designator scenarum est, qui scenas ordinat. *Vet. Inſcript.* apud *Grut. p.* 270. ubi pro Designator, legitur *Diſſignator*. Ita etiam scribit *Lipſ. de Amphith. c.* 15. ¶ Apud *Plaut.* quoque designator dicitur, qui in theatro designat, & disponit locos spectantium, quo quisque loco sedere debeat. *in prol. Pœn. v.* 19. Neu designator præter os obambulet, neu sessum ducat, dum histrio in scena siet. Hic quoque al. leg. *diſſignator*.

Designātus, a, um, adject. *deſtinato*, *diſegnato*. Sic Consules, Prætores, &c. designati dicebantur, qui in proximum annum creati erant, & nondum Magistratum inierant. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 6. *Velley. lib.* 2. *c.* 111. Sic designatus Reipublicæ civis, *Cic. pro Cluent.*

Designo, as, avi, atum, a. 1. *ſegnare, notare*, סמן, הורית, Ger. *bezeichnen, anzeigen*, Gall. *deſigner, marquer*, Hisp. *ſenalar, notar*, ἀποτυπόω, est aliquo signo notare. *Cic.* 1. *Catil. c.* 3. Notat, & designat oculis ad cædem unumquenque nostrum. ¶ Item significare, denotare, & quasi per signa demonstrare. *Cic. de Orat.* Hæc ridentur, quæ notant, & designant turpitudinem aliquam non turpiter. ¶ Aliquando est decernere, & deligere. *Cic. in Rull.* Ut ii Magistratum habeant, quos plebs designaverit. ¶ Interdum describere, constituere. *Cic. in Phil.* Locum sepulchro pedes triginta quaqua versus designat. ¶ Aliquando rem aliquam insignem patrare, & accipitur in utranque partem, bonam, & malam. *Ter. Adelph.* 1. 2. 7. Quæ facta sunt, omitto: modo quid designavit? V. ibi *Donat. Horat. l.* 1. *epiſt.* 5. *v.* 16. Quid non ebrietas designat? ¶ Designare nota ignominiæ, *infamare*. *Liv. l.* 24. Si reputabitis, nulla ignominiæ nota leviore designari vos potuisse. ¶ *Diſſigno* etiam legitur. V. Designator.

Desilĭo, is, desilui, vel desilii, desultum, n. 4. *diſcendere di ſalto*, עבה, Ger. *abbin ſpringen*, Gal. *ſauter en bas*, Hisp. *ſaltar hazia abaxo*, καταπηδάω, saltu descendo. *Plin. de Vir. illuſt.* Dum a templo Dianæ desiliit, talum intorsit. *Virg.* 11. *Æn.* Portisque ab equo Regina sub ipsis desiluit. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. Desilire lecto. *Cic. pro Mil.* Desilire de rheda.

Desinatĭo, onis, f. cessatio. *Sen. epiſt.* 117. Hac desinatione misericordiam captans. Alii leg. *deteſtatione*, vel *deſtinatione*.

Desĭno, as, n. 1. idem ac defino, is, apud vet. *Feſt.* Alii leg. desivare pro desinare.

Desĭno, is, ivi, vel ii, itum, n. 3. *ceſſare, laſciare, finire*, הדל, Ger. *ablaſſen*, Gal. *ceſſer*, Hisp. *dexar*, παύομαι, cesso, omitto, finem facio, ex de, & sino. *Ovid. Met.* 5. Desiderant imbres. *Cic.* 1. *Fam.* Equidem non desinam tua decreta defendere. ¶ Reperitur cum acc. pro relinquere, renuntiare. *Cic. M. Cæl.* 7. *Fam.* Libenter mehercule artem desinerem. Sed subintelligi potest, *exercere*. Eodem modo *Sueton. Tib. c.* 36. Deprecantibus (Mathematicis) ac se artem desituros promittentibus veniam dedit. At *Gel. l.* 2. *c.* 12. Non ad augendam, sed ad definendam seditionem, legem hanc esse dicebat. h. e. ad sedandam, terminandamque. ¶ *Horat.* cum gen. junxit *l.* 2. *od.* 3. Desine mollium tandem querelarum. quæ constructio græca est. ¶ Interdum significat interire, perire. *Plin. l.* 2. *ep.* 10. Fragilia, & caduca non minus, quam ipsi homines occidunt, desinuntque. ¶ Item terminari, finiri. *Horat. ad Piſon. v.* 3. Atrum desinat in piscem mulier. *Plin. l.* 37. *c.* 9. Gemma hæc in violam desinit. h. e. colorem habet violæ similem. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Ovid. l.* 1. *Art. am. v.* 411. Tunc bene definitur. *Cic.* 2. *Fin. c.* 13. Jampridem contra eos desitum est disputari.

Desipĭens, is, adject. *ignorante, ſciocco*, παράφρων. *Cic. l.* 2. *nat. Deor.* Desipientis arrogantiæ est, &c. *Id. l.* 2. *de Div. c.* 23. Est ne quisquam ita desipiens, qui, &c.

Desipientĭa, æ, f. *ignoranza, ſciocchezza*. *Lucret. l.* 3. *v.* 500. Desipientia fit, quia vis animi, atque animai Conturbatur.

Desipĭo, is, desipui, sine sup. n. 3. *eſſer pazzo, impazzire*, נסכר, Germ. *abervvitzigſein*, Gall. *reverer, redoter*, Hisp. *enloquecer*, παραφρονέω, est insipienter agere, delirare, ex *de*, & *sapio*. Est minus quam infanio. *Cic. Cæl.* in quo cum objurgarer, quod nimio gaudio pene desiperem. ¶ Reperitur etiam cum genit. *Plaut. Epid.* 1. 2. 35. Desipiebam mentis, cum illa scripta mitterem. Sed græca constructio est. ¶ Active pro insipidum facere, habet *Tert. de Pudic. c.* 13. & 18. Fermentum modicum totam desipit consperionem.

Desĭsto, stis, estiti, itum, n. 3. *ceſſare, laſciare*, שבת, Germ. *abſtehen*, Gal. *deſiſter*, Hisp. *dexarſe, deſiſtir*, ἀπίστημι, cesso, abstineo. Usurpatur cum ablat. cum, vel sine præposit. Desistere incepto, causa, litibus. *Liv. l.* 25. *c.* 2. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 9. *Ter. Phor.* 4. 3. 29. Et desistere ab illa mente, *Cic.* 5. *Fam. ep.* 2. Desistere de negotio, *Hirt. B. Afric. c.* 45. ¶ Et cum infinito. *Cic. Ver.* 4. *c.* 48. Ut aliquando de judiciis dicere desistamus. Adde *Plaut. Epid.* 1. 1. 38. ¶ Passive *Plaut. Mil.* 3. 1. 142. Nunc jam istis rebus desisti decet. ¶ Aliquando significat, stare in loco, morari. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 100. Quid illic tam diu destitisti? Alii leg. *reſtitiſti*. ¶ Item recedere. *Id. Men.* 5. 2. 59. Quid illa abs te irata destitit? Sed meliores edit. habent. *Quid illam iratam abs te deſtituis?*

Desitiātes, m. 3. Liburniæ populi. *Plin. l.* 3. *c.* 22.

Desitūdo, inis, f. cessatio. *Sulpic. Sev. in præfat. de vita B. Martini*: Totum id desitudine tanti temporis perdidissem.

Desĭtus, a, um, adject. a desino, *laſciato, ommeſſo*, παυσμένος. *Gel. l.* 15. *c.* 17. Disciplina tibiis canendi desita est. *Suet. Aug. c.* 37. Censores creari delitos longo intervallo creavit. ¶ Est etiam particip. a *deſero*, quod plantare significat. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 23. Semina in recentibus pomariis desita.

Desolatus, a, um, adject. desertus, devastatus, *deſolato*, ἐρημωθείς. *Stat. l.* 2. *Silv.* 1. *v.* 67. Penates desolati. ¶ Item derelictus, *abbandonato*. *Virg. Æn.* 11. *v.* 870. Disjectique duces, desolatique manipli. *Apul. l.* 6. *Met.* Desolata parentibus.

Desŏlo, as, avi, atum, a. 1. *diſtruggere*, השים, Germ. *vervviſten*, Gal. *deſoler*, Hisp. *deſtruir*, ἐρημόω, solitarium, & desertum facio, a solus. *Virg.* 11. *Æn. v.* 367. Ingentes & desolavimus agros. Adde *Col. l.* 1. *c.* 3.

Desolvo, is, a. 3. *pagare, sborſare*, exsolvo. *Scævola Dig.* 4. 5. 41. Reliquorum nomine id desolutum est.

Desomnis, e, adject. insomnis, vigilans, *Petron. in fragm. Fragur. c.* 47. *Burman.* Soles me nocte desomnem facere.

Desorbĕo, es, ui, & pi, ptum, a. 2. idem quod absorbeo, *aſſorbire*. *Tertul. de Idololatr. ad fin.* Vortex ejus ad inferos desorbet.

Despectatĭo, onis, f. idem quod despectus in prima significe. *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. Despectationes cœnaculorum.

Despectātor, oris, m. contemptor, *ſprezzatore*. *Tertul. l.* 2. *ad Uxor. c.* 8. Despectatores divinarum sententiarum.

Despectĭo, f. 3. *diſprezzo*, בוין, Ger. *verachtung*, Gal. *mepris*, Hisp. *menoſprezzio*, καταφρόνησις, contemptus. *Cic. in Horten.* Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio. Refert *Nonius c.* 4. *n.* 141.

Despecto, as, avi, atum, a. 1. *guardare in giù*, השקיף, Ger. *nider ſehen*, Gal. *guarder en bas*, Hisp. *mirar hazia abaxo*, καθοράω, sæpe deorsum aspicio. *Virg.* 1. *Æn. v.* 396. Nunc terras ordine longo aut capere, aut captas jam despectare videntur. ¶ Item contemno, despicio, *ſprezzare*. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 43. Piso vix Tiberio concedere, liberos ejus despectare.

Despector, oris, m. despectator, contemptor, *sprezzatore*. *Tertul. l.* 2. *cont. Marc. c.*23. Eligitur Saul, sed nondum despector Prophetæ Samuelis.

Despectrix, icis, f. quæ contemnit, *sprezzatrice*. *Tertul. de Anim. c.* 23. Virtus despectrix mundi.

Despectus, a, um, o. 1. 2. *sprezzato*, καταφρονηθεὶς, contemptus. *Cic. in Pis.* Abjectus, contemptus, despectus ab omnibus. *Id. Ver.* 5. *c.* 41. Ne contemptissimi, & despectissimi esse videamur.

Despectus, us, m. 4. *il prospetto d'un luogo inferiore*, Ger. *das nider sehen*, Gal. *veue de haut en bas*, Hisp. *el mirar abaxo*, καθόραμα, prospectus ex superiori loco in inferiorem. *Cæs. l.* 7. *B. G. c.* 45. Erat ex oppido despectus in campum. ¶ Item contemptus, *dispregio*, καταφρόνησις. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 39. Ludibrio, & despectui paternis inimicis erunt oppositi.

Desperandus, a, um, adject. *da disperarsi*, *disperato*. *Cic.* 2. *Catil. c.* 5. essent illi quidem desperandi, sed tamen ferendi.

Despĕrans, antis, adject. *chi dispera*. *Cic. pro Mil. c.* 21. Servi desperantes vitam domini. ¶ Passive pro desperatus, *Plin. l.* 22. *c.* 29. Ulcera jam desperantia cicatrice includit.

Desperanter, *disperatamente*. Ger. *verzaglich*, Gall. *desesperrement*, Hisp. *desesperadamente*, ἀνελπίστως. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 18. Quod desperanter tecum locutus est.

Desperatĭo, f. 3. *disperazione*, Ger. *verzvveiflung*, Gal. *desespoir*, Hisp. *desesperacion*, ἀπόγνωσις, ut inquit *Cic. l.* 4. *Tusc. c.* 8. est ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. *Id.* 1. *Fam.* Nos erimus etiam in omni desperatione fortes.

Desperātus, o. 1. 2. *disperato*, ἀπελπισθεὶς, qui nullam habet spem. *Cic.* 2. *Catil.* Si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges. ¶ Item de quo nulla spes habetur. *Cic. pro Mur.* Ut nostri homines desperatas jam pecunias exigerent. Sic Resp. ægrota, ac pene desperata, *Id. Divinat. in Ver. c.* 22. ¶ Habet & suos gradus. *Cic. Fam.* 6. *ep. ult.* Hæc quamquam nihilo meliora sunt, nunc etiam multo desperatiora. *Id. Ver.* 4. *c.* 41. Desperatissimo perfugio uti.

Despergo, is, ersi, ersum, a. 3. dispergo, dissipo. *Silius l.* 9. *v.* 167. In vacuas senior vitam despersérat auras. Ita meliores libri omnes.

Desperno, is, evi, etum, a. 3. valde sperno. *Colum. l.* 10. *v.* 298. Ne Corydonis opes despernat Alexis.

Despēro, as, avi, atum, n. 1. *disperarsi*, נואש, Ger. *verzvveiffeln*, Gall. *desesperer*, Hisp. *desesperar*, ἀπελπίζω, non spero, desino sperare. *Cic.* 1. *Off.* Considerandum est, ne temere desperet propter ignaviam. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro Cluent. c.* 53. Et simul saluti desperare vetuit. ¶ Vel cum acc. *Cic.* 9. *Fam.* Domum Syllanam desperabam. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Id. ad Attic. l.* 8. *ep.* 11. Desperare de Rep. ¶ Vel cum *ab*. *Id. in Pison.* Spem habere a Tribuno plebis, sed a Senatu quidem desperasse. ¶ Et cum infinito. *Cic. l.* 2. *de Divin.* Non plane despero, ista esse vera. ¶ Usurpatur etiam passive. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 3. Sive restituimur, sive desperamur. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Turpiter desperatur quidquid fieri potest.

Despicabĭlis, & le, o. 3. φαῦλος, contemptibilis, *sprezzabile*. *Ammian l.* 26. *c.* 8. Dedignatus hominem despicabilem.

Despicatĭo, f. 3. *disprezzo*, καταφρόνησις, contemptus. *Cic.* 1. *de Fin. c.* 20. Ut odia, invidiæ, despicationes adversantur voluptatibus.

Despicatus, a, um, adjectiv. passivæ signific. contemptus, *sprezzato*, ὑπερόπτος. *Ter. Eun.* 2. 3. 92. Quæ nos, nostramque adolescentiam habent despicatam. *Cic. pro Sext. c.* 16. Cessi Trib. pleb. despicatissimi hominis furori. ¶ Est etiam particip. activæ signific. a despicor, quod dispicere, seu conspicere significat. *Aurel. de Vir. Illust. in Camillo, c.* 23. Primo ut Deos venerati: deinde ut homines despicati interfecere.

Despicātus, us, m. *disprezzo*, καταφρόνησις, contemptus, ut Despicatui ducere. idest, contemnere. *Cic. pro Flac. c.* 27. Quam si quis despicatui ducitur. *Plaut. Men.* 4. 3. 19. Tu me bene merentem habes despicatui.

Despicĭens, tis, nom. ex particip. qui despicit, *sprezzatore*. *Cic.* 2. *de Orat.* Nemo unquam tam sui despiciens fuit, qui desperaret &c.

Despicientĭa, f. 1. *disprezzo*, ὑπεροψία, despectus, despectio. *Cic.* 1. *Tusc.* Totam vim bene vivendi in omnium rerum humanarum contemptione, ac despicientia ponamus.

Despicĭo, is, exi, ectum, a. 3. *guardare all' ingiù*, καθοράω, deorsum aspicio, a specio, video. *Col. lib.* 1. Area ita constituenda est, ut vel a domino, vel certe a procuratore despici possit. ¶ Est etiam simpliciter cernere. *Cic.* 4. *Fin. c.* 23. Catuli, qui despecturi sunt, &c. ¶ Translate usurpatur pro contemno, sive parvifacio, *disprezzare*. Nam cum quis alium contemnit, despicere videtur, quasi intra se aspicere. *Cic.* 2. *Off.* Despiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, aut nervorum putant. ¶ Item pro negligere, *Nepos in Att. c.* 2. Rei familiaris despexit fructum.

Despĭcor, aris, d. 1. *disprezzare*, καταφρονέω, contemno. V. Despicatus.

Despicŭus, o. 1. 2. intentus, vigil, a despiciendo. *Apul.*

Despĭcus, a, um, adject. antiqu. contemptus, *disprezzato*. *Nævius* apud *Non. c.* 2. *n.* 667. Sibi prospica & despica.

Despoliabŭlum, locus ad despoliandum aptus. V. Desidiabulum.

Despoliātor, oris, m. *chi spoglia*. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 14. Avarus, elegans, despoliator.

Despoliatus, a, um, adject. *spogliato*. *Cic. Fam.* 14. *ep.* 2. In miseram & despoliatam domus partem venire.

Despolĭo, as, avi, atum, a. 1. idem ac spolio, *spogliare*. *Cic.* 5. *Ver.* Dux isti ad despoliandum Dianæ templum fuit. *Cæs. l.* 2. *B. G. c.* 31. Despoliare armis. Et *l.* 5. *c.* 6. Despoliare nobilitate.

Despondĕo, es, ondi, & spopondi, onsum, a. 2. *promettere*, יעד, Germ. *verheyssen*, Gal. *promettre*, Hisp. *prometer*, *desposar*, ἐγγυάομαι, est promittere. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 8. Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas. ¶ Speciatim dicitur de nuptiis. *Donatus ad Ter. Andr.* 1. 1. 75. *Despondere*, inquit, dicitur pater adolescentis, *spondere* autem pater puellæ. *Ter. loc. cit.* Ad me venit, gnatam suam filio (meo) uxorem ut daret; Placuit, despondi. ¶ Verum hæc differentia non servatur. nam ipse *Ter. Heaut.* 4. 5. 31. At ego illi neque do, neque despondeo: loquitur pater puellæ: *Cic.* etiam *l.* 2. *Attic. ep.* 3. Tulliolam Pisoni despondimus. ¶ *Cælius Ciceroni l.* 8. *Fam. ep.* 7. Despondere sibi alicujus filiam. h. e. asciscere in matrimonium. Sic Despondere sibi domum alicujus. h. e. suam futuram domum sibi polliceri. *Cic. Attic. l.* 11. *ep.* 7. ¶ Despondere animum, est, ex desperatione mortem sibi decernere, *perdersi d'animo*, *disperarsi*. *Plaut. Men. Prol.* 34. Pater postquam puerum perdidit, animum despondit. Et despondere, absolute, eodem sensu. *Colum. l.* 8. *c.* 10. de turdis: Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caveis clausi plurimi despondent. ¶ Despondere sapientiam, est desperare, se posse sapientiam acquirere. *Colum. l.* 11. *c.* 1. In socordiam compelli, quia desponderis sapientiam. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Ter. Andr.* 5. 6. *in fine*: Ne expectetis dum exeant huc: intus despondebitur. ¶ Alterum præteritum despopondi habetur apud *Plaut. Trucul.* 4. 3. 51.

Desponsātus, o. 1. 2. partic. a desponsor, *promesso in matrimonio*. *Suet. in Cæs. c.* 1. Sed admodum dives prætextato desponsata fuerat.

Desponsĭo, onis, f. promissio. *Cæl. Aurel. Tard. l.* 3. *c.* 18.

Desponso, as, a. 1. freq. a despondeo. *Aurel. Vict. de Orig. Gen. Rom.* Filia jam ante desponsata Turno fuerat.

Desponsus, a, um, o. 1. 2. *promesso*, καθωμολογημένος, Partic. a despondeor. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 5. Tulliam nostram Crassipedi pridie Nonas Aprilis esse desponsam. *Idem de Arusp. Resp. c.* 3. Cui me præripere desponsam jam, & destinatam laudem, valde esset iniquum. *Idem Attic.* 1. 16. Desponsam homini jam Syriam ademi.

Desprētus, valde spretus. *Festus*.

Despumatĭo, onis, f. despumandi actus. *Tert. de Carne Christi, c.* 19. Despumatione mutatum (semen) in coagulum sanguinis feminæ.

Despumātus, a, um, adject. a spuma purgatus, ut despumatum mel, *Cels. l.* 3. *c.* 6. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. Libramentum cote despumatum. h. e. lævigatum, abstersum.

Despūmo, as, a. 1. *dischiumare*, *schiumare*, הסיר, Ger. *verschaumen*, Gal. *ecumer*, Hisp. *espumar*, ἀπαφρίζω, spumam aufero. *Virg. l.* 1. *Georg. v.* 296. Et foliis undam tepidi despuant aheni. ¶ Translate pro decoquere, *digerire*. *Pers. sat.* 3. Stertimus, indomitum quod despumare falernum sufficiat. ¶ Neutra significatione pro spumas deponere, a spuma purgari, usus est *Senec. l.* 2. *de Ira*: Ut minuatur non consumatur calor, nimiusque ille fervor despumet. ¶ Legitur & *Dispumo*.

Despŭo, is, ui, utum, n. 3. רקק, Germ. *ausspeuven*, Gal. *cracher*, Hisp. *escupir*, καταπτύω, deorsum spuo, vel excreo, *sputare*. *Tibul. l.* 1. *el.* 5. *ad fin.* Despuit in molles & sibi quisque sinus. sc. ad fascinum avertendum, quod veteri superstitione ter facere solebant. *Liv. l.* 5. *c.* 40. Ubi nunc despui religio est. ¶ Translate sumitur pro contemnere, abominari. Solebant enim veteres, quæ abominarentur despuere. *Plaut. Asin.* 1. 1. 26. Te obsecro hercle, ut quæ locutus, despuas. *Catul. carm.* 47. Despuere preces alicujus. ¶ Putabant etiam despuendo comitialem morbum averti ipsumque sanari, qui laboraret, si inspueretur. *Apul. in Apolog.* & *Plin. l.* 28. *c.* 4.

Desquamo, a. 1. *scagliare*, Germ. *entschupen*, Gal. *ecailler*, Hisp. *escamar*, ἐκλεπίζω, squamis exuo. *Plaut. Aulul.* 2. 9. Desquama pisces. ¶ Dicitur etiam de arboribus, & aliis rebus. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Subarator imprudens luxavit radices, corpusque desquamavit. *Idem l.* 23. *c.* 7. Summo cortice desquamato.

Desterto, is, tui, n. 3. *finir di ronchiare*, Ger. *verschnauffen*, Gal. *s' eveiller*, Hisp. *despertarse*. *Pers. sat.* 6. *v.* 10. Postquam destertuit esse Mœonides Quintus pavone ex Pythagoreo.

Destĭco, as, n. 1. est sonum edere, qualem reddunt sorices. *Auct. Philom.* Et grillus grillat, desticat inde sorex.

Destillatĭo, onis, f. *distillazione*, ut destillatio lacrimarum, *Marcell. Empir. c.* 8. V. Distillatio.

Destillo, as, n. 1. distillo, a stilla. *Cels. l.* 4. *c.* 2. Destillat humor ex capite.

Destimŭlo, as, avi, atum, a. 1. ut destimulare bona. h. e. rem familiarem quasi stimulo conficere, & dissipare. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 30. Animum fodicant, bona destimulant, facta & famam sauciant. ¶ Pro stimulare, excitare, *stimolare*. *Symmach. l.* 4. *ep.* 26. Ideo exercendi styli amore destimulor.

Destĭna, æ, f. vinculum, quo ædificium continetur. *Vitruv. l.* 5. *c. ult.* qui & *destinare* usurpat pro colligare. ¶ Alii per destinam columnas intelligunt, quæ ædificia sustinent, quas alia voce *Telamones*, & *Atlantes* dicimus. ¶ Translate *Arnob. l.* 2. Post Atalantem bajulum, tibicinem illum, ac destinam cæli.

Destināte, adverb. *ostinatamente*. *Ammian. l.* 18. *c.* 3. Florentio, & Lupicino destinate certantibus. *Idem l.* 20. *c.* 8. Eum ad se prodire destinatius adigentes.

Destinatĭo, f. 3. *deliberazione*, חוק, Ger. *rathschlag*, Gal. *deliberation*, Hisp. *deliberacion*, προαίρεσις, deliberatio. *Plin. l.* 7. *c.* 45. Pestilentia Urbis, fames, sitisque Italiæ, destinatio expirandi, &c. *Tacit.* 2. *hist. c.* 47. Præcipuum destinationis meæ documentum habete, &c.

Destināto, adverb. consulto, deliberate. *Sueton. Cæs. c.* 60. Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat.

Destinātus, o. 1. 2. ἀποτετυχημένος, certus, definitus, *destinato*. *Quinct. l.* 3. *c.* 8. In qua fere eadem, sed certis, destinatisque personis, quærantur. *Cic. Tusc.* 5. *c.* 22. Hora destinata. ¶ Item obstinatus, *saldo*, *ostinato*. *Cat. carm.* 8. At tu Catulle destinatus obdura. ¶ Item alligatus, *legato*, quæ notio videtur magis proprie ad hanc vocem pertinere. *Apul. l.* 6. *Miles.* Lorum, quo fueram destinatus, abrumpo. *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. Captus, destinatusque pervenit Romam.

Destĭno, as, avi, atum, a. 1. *destinare*, *deliberare*, גזר, Ger. *bestimmen*, Gal. *ordonner*, *destiner*, Hisp. *deputar*, προορίζω, est constituere, & proprie dicitur de venditione, & emptione. *Plaut. Most.* 3. 1. 113. Bene hercle factum. quid? eas quanti destinat? *Idem Rud.* Minis triginta sibi puellam destinat. ¶ Item deliberare. *Cæs. l.* 1. *B. C.* Infectis iis, quæ agere destinaverat, in Italiam rediit. *Liv. l.* 7. *c.* 33. Destinare animis. ¶ Item decernere, constituere. *Cic. in Off.* Cum eorum alteri Dionysius diem necis destinasset. ¶ Item parare. *Suet. de Cæs.* De ampliando imperio plura, ac majora in dies destinabat. ¶ Item assignare, adjicere, devovere. *Cic. in Fam.* Non est annus hic tibi destinatus. *Juven. sat.* 4. *v.* 45. Destinat hoc monstrum cymbæ, linique magister Pontifici summo. ¶ Item alligare. *Apul. l.* 4. *de Asino*, Arreptum me loro quam valido ad ansulam quandam destinat. ¶ Item notare. *Q. Curt. l.* 6. Dioxippus conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, ferre non potuit.

Destitŭo, is, ui, utum, a. 3. *abbandonare*, עזב, Ger. *verlassen*, Gal. *delaisser*, Hisp. *desamparar*, ἀπολείπω, derelinquo, desero, dimitto, ex de, & statuo. *Cic.* 2. *Phil.* Quid? eundem in Decemviratu non destituisti? *Idem* 5. *Phil.* Destituere fortunas sorti. *Ovid. Heroid. ep.* 5. Destitui ab arte. ¶ Interdum est privare, cum abl. *Col. l.* 9. Nimiam siccitatem destituere plantas naturali alimento. ¶ Interdum statuere, collocare. *ponere*. *Plaut. Rud.* 3. 5. 43. Ita duo destituit signa his cum clavis senex. *C. Gracchus Gell. lib.* 10. *cap.* 3. Palus destitutus est in foro. ¶ Sumitur & pro fallere. *Col. l.* 4. *c.* 24. Commodissime palmæ submittentur, quæ nec spem vindemiæ destituant. Adde *Liv. lib.* 1. *cap.* 51. ¶ Hinc Destituere dicitur qui, quod promisit, non præstat, ut debitor cum pecuniam promissam non solvit. V. *Destitutio*. *Turneb. l.* 4. *c.* 11. & *Abram. ad Philip.* 2. ubi contendunt, exemplum ex ead. Philip. modo allatum intelligendum esse de pecunia non præstita.

Destitutĭo, onis, f. derelictio, ἀπόλειψις. *Cic. pro Cluent.* Ut judices destitutione iratos illi redderet. ¶ Speciatim dicitur cum non præstatur id quod promissum est, maxime in pecunia, *fallimento*. *Cic. pro Quint. c.* 3. Destitutione illa perculsus Quintius &c. V. *Destituo*.

Destitūtor, oris, qui destituit. Utitur hac voce *Tibull. in Priap. car.* 83. *v.* 15. & *Tertul. l.* 2. *ad Nation. c.* 18.

Destitūtus, a, um, adject. *abbandonato*, ἀπερίστατος. *Cic. pro Quint. c.* 16. Viri boni sæpe illusi atque destituti hoc faciunt. *Liv. l.* 31. *c.* 24. Destitutus spe. *Suet. Galba, c.* 11. Consternatus destitutoque similis non multum

tum abfuit, quin vitæ renuntiaret. ¶ Item collocatus, poſitus. *Liv. l.* 23. Ante pedes deſtitutum cauſam dicere juſſit.

Deſtrangŭlo, as, a. 1. idem quod ſtrangulo, ſuffoco. *Porc. Latro*, *declam. in Catil.* Deſtrangulandam penitus, & tollendam cogitavit.

Deſtricte, adverb. q. d. rigoroſe, vel aperte. *Tertul. l.* 1. *adv. Marc. c.* 3. Veritas Chriſtiana deſtricte pronuntiat, Deus ſi non unus, non eſt. *Leg.* 13. *Dig. de Procurat.* Deſtricte denegare.

Deſtrictīvus, o. 1. 2. quod manu colligitur, ut Oleæ deſtrictivæ, quæ caducis opponuntur. *Cæl. Aurel. Acut.* 2.*c.*29. Adjutorii genus deſtrictivum.

Deſtrigmentum, ti, idem quod ſtrigmentum, ſeu ramentum. *Plin. l.* 20. *c.* 34. Deſtrigmentis vel his impoſitis, vel ſeminibus.

Deſtringo, is, nxi, ictum, a. 3. *ſpiccare*, *ſtrappare*, חצר, Ger. *abbrechen*, Gal. *racler*, Hiſp. *arrancar*, *κατασφίγγω*, decerpo, amputo, excido, colligo. *Col. l.* 11. *c.* 2. Tum & olea deſtringenda eſt. *Mart. l.* 14. *epigr.* 51. Pergamus has miſit curvo deſtringere ferro. ¶ Eſt item ſtrigili abradere, extergere, quæ corpori hærent. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 5. Dum deſtringitur, tergiturque, audiebat aliquid. *Idem l.* 32. *c.* 9. Deſtringere interanea. h. e. abſtergere. ¶ Item auferre. *Plin. Paneg. c.* 37. Deſtringere, & abradere aliquid bonis alicujus. V. alias notiones in *Diſtringo*.

Deſtructibĭlis V. in Deſtructilis.

Deſtructĭlis, o. 3. *ἀφανισὸς*, quod deſtrui poteſt. *Lact. lib. de ira Dei*, Deſtructilia ſunt omnia, quæ manu fiunt. Al. leg. *Deſtructibilia*. Adde *Prudent. in Rom. v.* 348.

Deſtructĭo, onis, f. *diſtruzione*. *Suet. Galb. c.* 11. Deſtructiones murorum. *Quint. l.* 10. *c.* 5. Deſtructio, & confirmatio ſententiarum.

Deſtructīvus, a, um, adject. *diſtruttivo*. *Cæl. Aurel. l.* 1. *Tard. c.*4. Deſtructivum adjutorium.

Deſtructor, oris, m. qui deſtruit. *diſtruttore*. *Tertul. Apolog. c.* 46. Rerum ædificator, & deſtructor. *Inſcript. vet. apud Grut. p.* 220. Non ſumus Tuſciæ deſtructores.

Deſtructus, a, um, adject. dirutus, *diſtrutto*, ut, humana manu deſtructus, apud *Ammian.* ¶ In antiquis codicib. legitur & *diſtructus*, ut & in Inſcript. quadam, quam affert *Heinſius ad Prudentii Apoteoſ. v.* 445. quæ ſic habet: A nefandiſſimo tyranno Totila diſtructum.

Deſtrŭo, is, xi, ctum, a. 3. *diſtruggere*, הרס, Ger. *zerſtören*, Gal. *detruire*, Hiſp. *deſtruyr*, *λυμαίνομαι*, quod ſtructum erat, corrumpo. *Cic. de ſen. c.* 20. Ut navem idem deſtruit facillime, qui conſtruxit. ¶ Metaphorice deſtruere teſtes, apud *Quintil. l.* 5. *c.* 7. eſt eorum fidem, auctoritatemque infirmare. Sic deſtruere aliquem. h. e. dejicere de gradu felicitatis, & potentiæ. *Velley. l.* 2. *c.* 48. de Pompejo: Qui ſi deceſſiſſet in Campania, defuiſſet fortunæ deſtruendi ejus locus. Adde *Tacit. Ann.*2.*c.*63.

Deſub præpoſit. compoſita, ut *exante*, *ſnante*, & ſignificat idem quod Sub. *Florus l.* 2. *c.* 3.Si deſub Alpibus, ideſt, deſub ipſis Italiæ faucibus &c.

Deſubĭto, idem quod ſubito. *Plaut. Moſt.* 2. 1. 63. Quamvis deſubito facile eſt facere nequiter.

Deſubŭlo, as, a. 1. perfodio, a ſubula. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 238. Alterum Carneadem deſubulaſſe, bona corporis ſequutum.

Deſudaſco, is, n. 3. idem ac deſudo. ¶ Deſudaſcitur, imperſ. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 33. Hujuſmodi palæſtram, ubi damnis deſudaſcitur.

Deſudātus, a, um, adject. valde ſudatus, ut deſudatæ militiæ excubiæ, *Sidon. l.* 6. *ep.* 1. Deſudata judicia. h. e. ſummo labore exercitata. *Claud. in Paneg. Mall. Theod. v.* 11.

Desūdo, as, n. 1. *ſudar grandemente*, Ger. *ſchwitzen*, Gal. *ſuer beaucoup*, Hiſp. *mucho ſudar*, *καθιδρόω*, valde ſudo. ¶ Per translationem ponitur pro laborare, *faticarſi*. *Cic. de ſenect. c.* 11. Deſudare, atque elaborare in aliqua re.

Deſuefăcio, is, feci, factum, a. 3. *diſuſare*, Ger. *entwohnen*, Gal. *deſaccoutumer*, Hiſp. *deſacoſtumbrar*, *ἀποθίζω*, eſt a conſuetudine abſtrahere. *Cic. pro Clu. c.* 40. Multitudinem jam deſuefactam a concionibus ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem revocaverat.

Deſuefio, fis, n. *diſuſarſi*, *laſciare l'uſanza*, Ger. *entwohnen*, Gal. *ſe deſaccoutumer*, Hiſp. *deſacoſtumbrarſe*, *ἀποθίζομαι*, conſuetudinem amitto, a conſuetudine abducor. *Var. 2. de R. R. c.* 9. Sed minutatim deſuefiunt.

Deſuefco, is, deſuevi, deſuetum, *diſuſarſi*, *ἀποθίζομαι*, eſt conſuetudinem amittere. *Silius l.* 3. *v.* 576. Paulatim antiquo Patrum deſueſcit honori. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Morari in deſueſcendis. ¶ Quandoque active accipitur pro conſuetudinem ab aliquo eximere, *diſuſare*. *Titinn. apud Non. c.* 2. *n.* 199. Deſuevi illum. ¶ Calepin. & Paſſerat. addunt, deſuefco uſurpari aliquando pro *aſſuefco*, ut. *de* præpoſitio augeat, afferuntque locum *Plaut. Aſin.* 1. 3.64. Auceps offundit cibum, aves deſueſcunt. Sed meliores libri habent *aſſueſcunt*.

Deſuetūdo, f. 3. *diſuſanza*, Ger. *entwohnung*, Gal. *deſaccoutumence*, Hiſp. *deluſo*, *ἀποθισμὸς*, actus deſueſcendi. *Liv. l.* 1. *c.* 19. Mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus.

Deſuētus, a, um, adject. non ſuetus, *diſuſato*, ut deſueta corda, *Virg. Æn.* 1. *v.* 726. Deſueta arma, *Id. Æn.* 1. *v.* 509. Deſueta triumphis agmina. *Id. Æn.* 6. *v.* 814.

Desūgo, is, xi, ctum, a. 3. idem quod ſugo, vel exſugo, *ſuggere*, *ſucchiare*. *Pallad. l.* 1. *c.* 9. Si qua fundentur ex poculis, velociter rapta deſugent.

Deſulto, as, avi, atum, n. 1. *ſaltare*, deſilio, ſalio. *Tertul. de Anim. c.* 32. Deſultare mari.

Deſultōres, m. 3. *κελητικοὶ*, qui equos eligunt, alunt, ac docent, quorum ars eſt binos trahere equos, & alternatim ex uno in alterum mira celeritate tranſilire, a *deſilio*. *Liv. l.* 23. *c.* 29. Quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam læpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat. ¶ Translate *Ovid. l.* 1. *Amo. el.* 3. *v.* 15. Non ſum deſultor amoris.

Deſultorĭi, m. 2. *κέλητες*, equi ſine ephippiis, dicti, quod ex his facile deſiliant deſultores. duo ſingulis equitibus prælto erant, exercitatis ita militibus, ut altero de via feſſo deſilire poſſent in recentem. *Suet. in Cæſ. c.* 39. Equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes. ¶ Per translationem deſultorius, inſtabilis, ac identidem ab alio in aliud commeans dicitur. *Cic. pro Mur.* Qui neſcio quo pacto mihi videtur Prætorius Candidatus in Conſularem quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. *Apul. de Aſino*, Hæc ipſa vocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ ſtylo reſpondet.

Deſultorĭus. V. Deſultorii.

Deſultrix, icis, f. quæ deſilit, inſtabilis, ut deſultrix virtus, *Tertull. ad Valent. ad fin.*

Deſultūra, f. 1. actus deſiliendi. *Plaut. Mil.* 2.3.9. Deſulturam nihil moror.

Deſum, dees, deſui, n. an. *mancare*, חסר, Ger. *mangeln*, Gal. *manquer*, *falloir*, Hiſp. *faltar*, *fallecer*, *ἀπειμι*, deficio. *Cic.* 1. *de Or.* Si tibi ipſi nihil deeſt. *Id. pro Mil.* Tibi nullum a me amoris officium deſuit. ¶ Cum infinito *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 80. Neque ipſe deerat arrogantia vocare offenſas, *non mancava di provocare*. ¶ Deeſſe officio ſuo, eſt officio ſuo non ſatisfacere. *Cic. Att. l.* 7. Sin bellum geretur, non deero officio, nec dignitati meæ. ¶ Deeſſe occaſioni, vel ſibi ipſi deeſſe, eſt opportunitatem rei bene gerendæ prætermittere. *Plin. l.* 11. *c.* 25. Nullo momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 36. Vide, ne tibi deſis. ¶ Deeſſe alicui, vel ejus periculo, eſt amico in periculo exiſtenti non opitulari. *Cic. pro Mur.* Ego vero ipſe me exiſtimarem nefarium ſi amico, crudelem ſi miſero, ſuperbum ſi Conſuli defuiſſem. ¶ Nonnunquam pro abeſſe accipitur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *epiſt.*8. Huic convivio puer optimus Q. tuus, meuſque defuit. ¶ Non deeſt, pro licet, fieri poteſt. *Sil. l.* 6. 2. 10. Nec cernere deerat. Deerat hic contrahitur in diſſyllab. quod ſæpe fit a Poetis. V. *Ovid.* 1. *Met. v.* 77. *Virg.*7. *Æn. v.*262. &c. Aliquando tamen diſſolvitur prima etiam producta. *Stat.* 8. *Theb. v.* 235. nullis deeſt ſua fabula menſis.

Desūmo, is, mpſi, ptum, a. 3. *λαμβάνω*, idem quod ſumo, ſuſcipio, *prendere*, *pigliare*. *Liv. l.* 6. *c.* 20. Deſumere ſibi hoſtem. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 81. Ingenium ſibi quod vacuas deſumpſit Athenas.

Desŭper, *di ſopra*, מלמעלה, Ger. *oben herab*, Gal. *deſſus*, Hiſp. *ſobre*, *encima*, *ἄνωθεν*, a ſuperiore loco, a ſuper. *Cæſ.* 1. *B. G.* Qui in phalangas inſilirent, & deſuper vulnerarent. *Virg.* 4. *Æn. v.* 122. Nigrantem grandine nimbum deſuper infundam.

Deſuperne, adv. *dalla parte ſuperiore*. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.* Deſuperne contra capita hoſtium & ſtercoris humani, & arenæ coctæ cadentis.

Deſurgo, is, exi, ectum, n. idem quod ſurgo. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 77. Vides ut pallidus omnis Cœna deſurgat dubia? ¶ Apud *Scribon. Largum c.* 192. ſumitur pro ventris exonerandi cauſa ſeceſſum petere. Ejus verba ſunt: Teneſmus eſt irritatio ultimæ partis inteſtini directi, in quo ſæpius lubet deſurgere. V. *Turneb. l.* 17. *Adverſ. c.* 17.

Deſyděro. V. Deſidero.

Detectĭo, onis, f. *ſcoprimento*, ut detectio mortis. *Ulpianus.*

Detector, oris, m. qui detegit, *ſcopritore*. *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 3. Detector conſcientiæ.

Detectus, a, um, adject. *ſcoperto*. *Liv. l.* 22. *c.* 43. Detecta fraude. *Virg.* 10. *Æn. v.* 133. Detectum caput.

Detĕgo, is, exi, ectum, a. 3. *ſcoprire*, גלה, Ger. *entdecken*, Gal. *decouvrir*, Hiſp. *deſcubrir*, *ἀποκαλύπτω*, quod tectum erat, aperio. *Plaut. Moſt.* Texit, detexitque me illico. ¶ Translate eſt manifeſtare. *Liv. l.* 10. *c.* 4. Detegant nequicquam conditas inſidias.

Detendo, is, di, nſum, a. 3. relaxo, remitto, *λύω*, cujus contrarium eſt tendo, *rilaſſare*. *Liv. l.* 41. *c.*3. Nautici tabernacula detendunt. *Cæſ. l.* 5. *B. C. c.* 85. Signo profectionis dato, tabernaculiſque detenſis. Quare perperam Calepinus & Paſſerat. exponunt, *extendere*.

Detentatĭo, onis, f. idem fere quod detentio, poſſeſſio. *Ulpian. l.* 5. *Dig. de Impenſ. in res dot.* Manebit maritus in rerum detentatione, donec ei ſatisfiat.

Detentātor, oris, m. 3. *Leg.* 2. *Cod. de fund. Limotroph.* Si quiſquam fuerit detentator inventus. *Leg.* 7. *Cod. de Præſcript.* &c. Extranei ſuppoſitæ rei detentatores.

Detentĭo, onis, f. detinendi actio. *Ulpian. l. unica Dig. de Remiſſionib.* Non eſſe iniquum, detentionem ſervitutis dari.

Detento, as, avi, atum, a. 1. retineo, detineo, *ritenere*. *Leg.* 16. *Cod. Theodoſ. de Tironib.* Servi, quos armata militia detentat. *Fortunat. l.* 11. *carm.* 19. Nec volo, nunc abſens una detenter ut hora.

Detentor, oris, m. qui detinet *Leg.* 10. *Cod. Unde vi.* Poſſeſſionis alienæ detentores.

Detentus, a, um, *trattenuto*. *Tacit. Ann.* 2. *c.*69. Piſo abire Syria ſtatuit: mox adverſa Germanici valetudine detentus, &c.

Detepefco, is, ui, n. teporem amitto, *raffreddarſi*. *Sidon. l.* 5. *ep.* 17. Primo frigore autumnalis auroræ detepeſcebat.

Deter, ſive deterus, o. 1. 2. *ſcellerato*, *cattivo*, φαῦλος, vilis, pravus, a *terendo*, quia illa ſunt magis vilia, quæ magis detrita. Poſitivum hoc obſoletum eſt, ſolumque uſurpamus comparativum *deterior*, & ſuperlat. *deterrimus*. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.*34. Sæpe quod quis corrigere vult, deterius facit. *Id.* 2. *Verr. c.* 16. Deterrimus homo. *Id. Att. l.* 9. Deterrima via. ¶ Sæpe deterior dicitur, qui aliqua re inferior eſt, *inferiore*. *Cic. pro Cæcin. c.* 7. Deteriore jure eſſe. Sic deterior ætas. h. e. ſenectus. *Ovid. l.* 4. *Triſt. el.* 8. *Nepos in Eumene*, *c.*3. Ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo deterior erat.

Detergĕo, es, & Detergo, is, erſi, erſum, a. 2. vel 3. *forbire*, *nettare*, *purgare*, מרק, Ger. *abſtreichen*, Gal. *nettoyer*, Hiſp. *alimpiar*, *ἀποσμήχω*, depurgo, a ſordibus libero. *Plaut. Men.* 1. 1. 2. Menſam quando ego detergeo. *Col. l.* 3. Quoties talcem acueris, ea pelle aciem detergito. *Liv. l.* 39. *c.* 44. Detergere cloacas. ¶ Translate eſt auferre. *Col. l.* 8. *c.* 10. Detergere faſtidia. ¶ Item confringere. *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 58. Aut remos tranſcurrentes ſi detegere poſſent, contendebant. ¶ Item decerpere. *Col. l.* 4. *c.* 17. Detergere palmites. *ideſt*, ſupervacuos palmites amputare. ¶ *Claudian. in epithal. Pallad. & Coler. v.* 27. Et reliquum nitido deterſit pollice ſomnum. h. e. deterſit oculos ſomno graves.

Deterſor, V. Deter.

Deteriorātus, a, um, adject. *deteriorato*, *divenuto peggiore*. *Symmach. l.* 4. *ep.* 68. Deterioratæ rei æſtimatio.

Deteriōro, as, avi, atum, a. 1. deteriorem facio, *deteriorare*. Verbum eſt poſterioris ævi. *Claud. Mamert. l.* 1. *de Anim. c.* 3. Quidquid deteriorari poteſt, & corrumpi profecto poteſt.

Deterſus, o. 1. 2. ut Deteriæ porcæ, ideſt, macilentæ, a deter. *Feſt.*

Determinabĭlis, e, adject. qui determinari poteſt, ut determinabilis materia, *Tertull. adverſ. Hermog. c.* 41.

Determinatĭo, onis, f. *determinazione*, גבול, Ger. *auffzielung*, Gal. *bornement*, *limite*, Hiſp. *determinacion*, *ἀφορισμὸς*, terminus, finis, definitio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 4. Extrema ora, & determinatio mundi. *Id. l.* 1. *de Invent. c.* 52. Exitus, & determinatio orationis.

Determinātor, oris, m. qui determinat, & definit. *Tertull. de Pudic. c.* 11. Spiritus S. diſciplinæ determinator.

Determĭno, as, avi, atum, a. 1. *porre i termini*, *diffinire*, תרץ, Germ. *auffzielen*, Gal. *borner*, Hiſp. *determinar*, *ἀφορίζω*, terminos impono, terminis, & velut limitibus quibuſdam deſigno. *Liv. l.* 1. *c.* 18. Regiones ab Oriente ad Occaſum determinavit. ¶ Translate eſt definire. *Cic.* 3. *de Or.* Id, quod dicit, ſpiritu, non arte determinat.

Detĕro, is, trivi, itum, a. 3. *conſumare*, *logorare*, *κατατρίβω*. Proprie eſt tundere, terendo dejicere, ex *de*, & *tero*. *Col. l.* 1. *c.* 6. Area optima ſilice conſtrata, quod celeriter frumenta deterantur. ¶ Translate ſumitur pro uſu conſumere, deterius reddere. *Plaut. Merc.* 5. 2. 111. Calces deteris. ¶ Item pro imminuere. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 6. Laudes egregii Cæſaris, & tuas culpa deterere ingenii. *Plin. l.* 9. *ep.* 35. Nimia cura deterit magis quam emendat.

Deterrĕo, es, ui, itum, a. 2. revoco, avoco, deduco, averto, *ſpaventare*, *sbigottire*, בהל, Germ. *abſchrecken*, Gall. *epouvanter*, Hiſp. *eſpantar*, *καταπλήσσω*, valde terreo. *Cic.* 1. *Tuſc.* Non deterret ſapientem mors. *Id. in Or.* Nec vero Ariſtotelem in Philoſophia deterruit a ſcribendo amplitudo Platonis. *Id.* 1. *Fam. ep.* 7. Sed ut ego te ad certam laudem hortor, ſic a dimicatione deterreo, *ti ſconſiglio*, *ti diſſuado*. *Ter. Phor. Prolog. v.* 3. Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat. Rurſus *Cic.* 2. *Div.* Num Stoici de ſententia deterrentur? ¶ Significat

etiam

etiam arcere, prohibere. *Liv. l. 4. c. 24.* Deterrere vim ab aliquo.

Deterrĭtus, a, um, adject. *ſpaventato, rimoſſo*. *Cic. 10. Att. ep. 13.* Se pudore deterritum ad me non veniſſe. *Cælius Ciceroni l. 8. Fam. ep. 6.* Deterritus ab officio. *Tibull. l. 1. eleg. 3. v. 13.* Cuncta dabant reditus: tamen eſt deterrita nunquam, Quin fleret.

Deterſus, a, um, *nettato*, particip. a *detergeo*, tergendo ablatus. *Sil. l. 4. c. 12.* deterſa rubigine ſævus Induitur ferro ſplendor.

Deteſtabĭlis, le, o. 3. *deteſtabile*, נתעב, Germ. *abſcheuvlich*, Gal. *deteſtable*, Hiſp. *deteſtable*, βδελυκτὸς, abominabilis. *Cic. 2. Off.* Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. *Id. 1. Off. c. 17.* Quo deteſtabilior iſtorum eſt immanitas, qui &c.

Deteſtabilĭter, adv. *deteſtabilmente*. *Lactant. l. 5. c. 10.* Quod nefarie, quod deteſtabiliter fecit.

Deteſtandus, a, um, *deteſtabile*, ut deteſtanda fraus. *Tacit. Ann. 4. c. 69.* deteſtanda tellus, *Sil. l. 17. v. 438.*

Deteſtatĭo, onis, f. *deteſtazione*, *abbominazione*, הזעבה, Ger. *abſcheuvung*, Gal. *deteſtation*, Hiſp. *deteſtacion*, βδελυξία, abominatio, execratio. *Cic. pro Domo.* Cum pro deteſtatione tot ſcelerum unam aram nefarie conſecraret. ¶ Item denuntiatio facta cum teſtatione. *Ulpian. Dig. 50. 16. 40.* ¶ Item genitalium abſciſſio. *Apul. l. 7.* Ob id truces adhibita tali deteſtatione manſuetos factos.

Deteſtātor, oris, m. qui deteſtatur, & averſatur. *Tertul. lib. 4. adverſ. Marcion. c. 27.* Deteſtator legis.

Deteſtātus, a, um, adject. paſſivæ ſignific. *deteſtato*, *abbominato*. *Horat. l. 1. od. 1. v. 24.* Bella matribus deteſtata.

Deteſtor, aris, atus ſum, d. 1. *deteſtare*, תעב, Ger. *verfluchen*, Gal. *deteſter*, Hiſp. *deteſtar*, μυσάττομαι, meo teſtimonio improbo, abominor, execror. *Cic. in Vat.* Omnes te tanquam malum auſpicium deteſtantur. ¶ Eſt item vehementer teſtari. *Plaut. Men. 5. 2. 61.* Jovem, Deoſque deteſtor, me neque iſti malum feciſſe mulieri. ¶ Item avertere, propulſare. *Cic. Philip. 4. c. 4.* O Dii immortales, avertite, & deteſtamini quæſo hoc omen. *Id. Catil. 1. c. 11.* Querimoniam a ſe deteſtari, ac deprecari. ¶ Item imprecari. *Plin. l. 2. ep. ult.* Iram Deorum in caput infelicis pueri deteſtatur. ¶ Apud JCtos eſt abſenti denuntiare cum teſtatione. *Paul. JCtus l. 37. ff. de verb. ſignif.* ¶ Paſſiva ſignificatione *Apul. in Apol.* In cubiculo deſpui quam in iſto nobiliſſimo cœtu deteſtari.

Detexo, is, ui, xtum, a. 3. idem quod texo, vel texendo abſolvo, perficio, *teſſere*, καταλύω. *Virg. Ecl. 2. v. 72.* Viminibus, mollique paras detexere junco. *Cic. 2. de Orat. c. 38.* Exordiri, detexere, retexere. ¶ Item detego, *ſcoprire*. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 27.* Jam ego te ab ſummo detexam exordio. V. Manut. ¶ Detexere telam, allegorice apud *Plaut. Pſeud. 1. 4. 7.* eſt *condurr' a fine una furberia*. ¶ *Id. Amph. 1. 1. 137.* Hoc homo denuo vult pallium detexere. h. e. me vult verberare: ductum a textoribus, qui pannum texendo tundunt.

Detextus, a, um, adject. contextus, *teſſuto*, ut linum nondum detextum, *Ulp. l. 70. Dig. de Legat. Cic. 2. de Or. c. 38.* Ante exorſa, & potius detexta prope retexere.

Detinĕo, es, inui, tentum, a. 2. *intrattenere*, *ritardare*, עצר, German. *auffhalten*, Gal. *detenir*, Hiſp. *detener*, κατέχω, teneo, ſive remoror. *Ter. Eun. 2. 2. 49.* Detineo te fortaſſe; tu profecturus alio fueras. *Cic. 2. Invent. c. 45.* Detineri in alienis negotiis. *Ovid. 5. Triſt. el. 7. v. 39.* Studiis animum detinere.

Detŏnat, abat, imp. 1. καταβροντᾷ, valde tonat. *Ovid. l. 2. Tri. v. 35.* Nunc ubi detonuit, ſtrepituque exterruit orbem. *Valer. Flac. l. 4. v. 294.* Ira detonat.

Detondĕo, es, detondi, ſum, a. 2. *toſare*, ἀποξυρέω, penitus tondeo, a ſummo uſque ad imum tondeo. *Col. l. 7. c. 4.* Neque æſtum, ſi nondum detonderis, ſentiat. ¶ Olim in præterito *detotondi* uſurparunt. *Ennius apud Priſcian. l. 9.* Et detotondit agros lætos, atque oppida cepit. *Varro ibid.* Detotonderunt forcipibus viti carpiteris.

Detonſo, as, frequent. a detondeo, eſt Fabii Pictoris apud *Gell. l. 10. c. 15.*

Detonſus, a, um, adject. *toſato*, ut ovis detonſa. *Col. l. 7. c. 4.* Detonſæ frondes, *Ovid. 3. Faſt. v. 237.*

Detornatus, a, um, adject. *lavorato a torno*. Translate *Gell. l. 9. cap. 8.* Detornata ſententia, & verbis incluſa.

Detorno, as, avi, atum, a. 1. *lavorare al torno*, German. *trehen*, Gall. *tournor*, Hiſp. *tornear*, ἀποτορνεύω, ex materia quapiam torno aliquid efficio. *Plin. l. 13. c. 9.* Ex quo velares detornant anulos.

Detorquĕo, es, ſi, tum, a. 2. *torcere*, *piegare*, עוה, Germ. *krimmen*, Gal. *detordre*, *detourner*, Hiſp. *torcer*, *plegar*, καταχάμπτω, deflecto, curvo. *Col. l. 5. c. 6.* Arboris ramulos manu detorquere. ¶ Per tranſlationem ponitur pro abſtraho, aliorſum torqueo, *torcere*, *rimovere*. *Cic. Off. l. 2. c. 10.* Voluptates blandiſſimæ dominæ majores partes animi a virtute detorquent. ¶ Item pro depravo, ſive in alium ſenſum, quam dictum, aut factum aliquid ſit, interpretor. *Plin. l. 1. ep. 8.* Detorquere recte facta.

Detorſus, a, um. V. Detortus.

Detortus, a, um, adject. deflexus, tortus, *torto*, *piegato*, καταχαμπτέις. *Cic. 3. Fin. c. 5.* Partes corporis imminutas, aut detortas habere. ¶ Item depravatus, corruptus. *Col. l. 3. c. 10.* Prave detorta, & inveterata opinio ruſticorum. ¶ Quod autem pro adject. *detorſus* affertur a quibuſdam Lexicographis ex *Sueton. in Galb. cap. 10.* meliores libri habent: *Alexandrina navis Dertoſam appulit, armis onuſta*.

Detractatĭo. V. Detrectatio.

Detractātus, a, um, adject. *trattato*, *eſaminato*, ut Detractata, & exerta ſententia, *Tertull. ad Uxor. l. 2. c. 2.*

Detractĭo, onis, f. 3. *il togliere*, מגרעה, Ger. *abzug*, Gall. *detraction*, Hiſp. *detracion*, ἀφαίρεσις, ablatio. *Cic. 3. Off.* Non magis eſt contra naturam morbus, aut egeſtas, aut quid ejuſmodi, quam detractio, aut appetitio alieni. *Id. ibid. c. 33.* Detractio doloris. *Plin. l. 17. c. 26.* Detractio ſanguinis, *cavata di ſangue*.

Detracto, as, a. 1. *dir male dell' aſſente*, καταλαλέω, eſt freq. a detraho, & ſignificat clanculum abſenti obloqui, famam alicujus lædere. *Tertul. de Virgin. veland. c. 8. Lactant. de Mort. perſecut. c. 9.* Exempla ex Ovidio V. in Detrecto.

Detractor, oris, m. 3. *maldicente*, רכיל, Ger. *verflucher*, Gal. *mediſant*, Hiſp. *maldizjente*, κατάλαλος, qui clanculum cuipiam obloquitur, ſeu abſentis famæ detrahit. V. Detrectator.

Detractus, us, m. idem quod Detractio. *Senec. Suaſor. 7.* Detractu aut adjectione ſyllabæ.

Detractus, a, um, adject. *detratto*, *levato*, *tolto*, ut Detractum lumen ſolis, *Lucret. l. 5. v. 979.* Detractus ſanguis venis, *Id. l. 3. v. 443.*

Detrăho, is, xi, ctum, a. 3. *tor via*, גרע, Germ. *abziehen*, Gall. *oter*, Hiſp. *quitar*, ἀποσύρω, proprie dicitur de iis, quæ manu contingi, & demi poſſunt. *Terent. Heaut.* Occurrunt ſervi, ſoccos detrahunt. *Col. l. 8. c. 9.* Detrahere corpori, *ſmagrare*. *Id. 7. 5.* Detrahere ſanguinem *cavar ſangue*. *Scribon. Larg. compoſ. 136.* Medicamentum bilem detrahit, *purga la bile*. ¶ Fere generatim ſumitur pro quocumque modo aliquid alicui auferre. *Cic. 3. Off.* Nunquam committet, ut id, quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. *Ter. Heaut. 4. 1. 37.* De digito annulum detrahere. Sic, detrahere & ſpoliare dignitatem alicujus. *Cic. pro Cœl. c. 2.* Et detrahere aliquem ex poſſeſſione Italiæ, *Liv. l. 30.* Et, detrahere fidem verbis alicujus, *Quintil. l. 5. c. 7.* ¶ Detrahere alicui, vel de aliquo, eſt, obtrectare, lædere alicujus famam, *dir male*, *levar la fama*. *Nepos Chabr. c. 3.* Libenter de illis detrahunt, quos emergere vident altius. *Ovid. 5. Triſt. el. ult.* Detrahat auctori multum fortuna, licebit. ¶ Detrahere pro pertrahere. *Cic. pro Cluent.* Ut Oppianicum nihil ejuſmodi cogitantem ad hanc accuſationem detraheret. *Id. pro Mil.* Detrahere aliquem in judicium.

Detrectatĭo, f. 3. *rifiutamento di fare una coſa*, ἀνάνευσις. *Liv. l. 6. c. 28.* Sine detrectatione convenerunt. ¶ Dicitur & detractatio eod. ſenſu. *Tertul. de Patient. c. 3.* Apud nationes detractatio fidei eſt.

Detrectātor, m. 3. *chi fugge qualche impreſa*, ἀνανεύτης. *Liv. l. 34. c. 15.* Cato haud ſane detrectator laudum ſuarum. Ita vulg. legitur. At Jac. Gronov. teſtatur, in MSS. eſſe *detractor*. *Auſon.* tamen *Idyll. 2. v. 51.* Ipſe nec affectans, nec detrectator honorum. *Petron. in Satyr.* Detrectator miniſterii, Al. leg. *detractator* eodem ſenſu.

Detrecto, as, avi, atum, a. 1. *refutare*, *ricuſare*, מאן, Germ. *flehen*, Gal. *refuſer*, Hiſp. *recuſar*, ἀνανεύω, fere ſumitur pro recuſare, defugere, devitare. *Ovid. de Ponto 3. el. 7. v. 15.* Taurus detrectat aratrum. *Quintil. l. 2. c. 1.* Detrectare officia ſua. *Sueton. in Tiber. c. 25.* Quidam etiam detrectabant principem non a ſe datum. ¶ Significat etiam detrahere, obtrectare, καταλαλεῖν, *detrarre*. *Salluſt. Jug. c. 53.* Adverſæ res etiam bonos detrectant. *Liv. l. 38. c. 49.* Detrectare virtutes. *Ovid. de Remed. Amor. v. 365.* Ingenium magni livor detrectat Homeri. Adde *l. 4. Triſt. el. ult. ad fin.* quibus Ovidii locis aliqui legunt *detracto* pro *detrecto*.

Detrimentōſus, a, um, o. 1. 2. *dannoſo*, מזיק, Ger. *ſchedlich*, Gall. *dommageable*, Hiſp. *danoſo*, βλαβερός, quod affert detrimentum. *Cæſ. 7. B. G. c. 33.* Etſi a bello, atque hoſte diſcedere detrimentoſum eſſe exiſtimabat.

Detrĭmentum, n. 2. *danno*, נזק, Ger. *ſchad*, Gal. *dommage*, Hiſp. *dano*, βλάβη, damnum, a *tero*, quod ea, quæ trita, minoris pretii ſunt. *Terent. Hecyr. 2. 1. 37.* Peccando detrimenti nihil fieri poteſt. Sic, detrimentum accipere, inferre, importare. *Cic. pro Leg. Manil. c. 6.* Et *l. 1. de Orat. c. 9. Cæſ. l. 2. B. C. c. 2.* ¶ Provideant conſules, ne quid Reſp. detrimenti capiat: formula erat, qua Patres in Senatu Conſulibus ſummam poteſtatem tribuebant in maximis Reip. periculis. *Liv. l. 3. c. 4. Cic. Salluſt.*

Detrītus, a, um, adject. *logorato*, *conſumato*. *Phæd. 3. fab. 8. n. 16.* Collum canis a catena detritum. ¶ Translate *Gell. l. 15. c. 30.* Ab alio vitæ genere jam detritus.

Detriumpho, as, avi, atum, a. 1. de aliquo triumpho, *trionfare*, ἐκθριαμβεύω. *Tertull. Apolog. c. 27.* Illos nunquam magis detriumphamus, quam &c.

Detrūdo, is, uſi, uſum, a. 3. *cacciare in giù*, דחה, Ger. *abhinſtoſſen*, Gal. *debonter*, *pouſſer*, Hiſp. *empuxar*, κατωθέω, deorſum trudo, ſive trudendo dejicio. *Liv. l. 2.* Jam impetu conabantur detrudere virum. ¶ Translate eſt privare, expellere. *Cic. pro Quinct.* De agro vi detruditur. ¶ Item impellere, compellere, mittere. *Cicer. 1. de Orat. cap. 28.* Hunc ad id, quod facere poſſit, detrudendum puto. *Id. 1. de Orat.* Detrudi, ac compingi in piſtrinum. ¶ Item dejicere, ut detrudere aliquem de ſententia. *Id. Fam. 14. ep. 16.* ¶ Item differre. *Id. ad Attic. l. 4.* Putant fore aliquem, qui comitia in adventum Cæſaris detrudat. Adde *ad Q. Fr. l. 2. ep. 15.*

Detrullo, as, a. 1. ex una trulla in aliam transfundere. Legitur apud Apicium, ut notat Hermolaus.

Detruncatĭo, f. 3. *troncamento*, κολόβωσις, actus detruncandi. *Plin. l. 24. c. 9.* Detruncatio ramorum.

Detruncātus, a, um, adject. *troncato*. *Liv. l. 21. c. 37.* Arboribus detruncatis ſtruem lignorum facere.

Detrunco, as, a. 1. *troncare*, קצץ, Ger. *abhauven*, Gal. *couper*, *retronquer*, Hiſp. *cortar*, *deſcabeçar*, ἀποκόπτω, truncando dejicio, amputo, ſeco, a trunco abſcindo. *Liv. l. 31. c. 34.* Detruncata corpora brachiis abſciſſis. *Colum. l. 4. c. 22.* Detruncare vitem.

Detrūſus, a, um, adject. *cacciato*. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 54.* Detruſum cibum accipit. *Ovid. 12. Met. v. 522.* Corpus ſub Tartara detruſum.

Detŭdis, o. 3. μειωθείς, diminutus, detunſus, a tundo. *Feſt.*

Detumĕo, es, ui, n. 2. *ſgonfiarſi*, Germ. *ſchvvellen*, Gall. *ſe deſenfler*, Hiſp. *deſchincharſe*, ἐξοιδαίνω, tumorem amitto, tumere deſino. *Stat. 5. Theb. v. 468.* Detumuere animi maris, & clementior auſter. *Petron. Satyr.* Odia detumeſcunt.

Detundo, is, a. 3. confringo, diſjicio. *Lucil.* apud *Non. c. 8. n. 59.* Proras deſpoliate, & detundite guberna.

Detunſus, a, um, adject. a tundo, *battuto*, *ammaccato*. *Apul. l. 2. Metam.* Digitis pedum detunſis ob lapides.

Deturbatus, a, um, adject. depulſus, dejectus, *cacciato giù*. *Curt. l. 3. c. 7.* Deturbatis, qui interiora montium obſidebant, præſidiis. *Id. l. 6. c. 5.* Deturbati ex collibus Barbari profugiunt.

Deturbo, as, avi, atum, a. 1. *gettare a baſſo con violenza*, הדף, Germ. *mit gevvalt hinab vverffen*, Gal. *abbattre*, Hiſp. *derribar*, καταβάλλω, dejicio. *Virg. 5. Æn. v. 175.* Puppi deturbat ab alta. *Col. l. 5.* Vinitor ſupervacuos pampinos deturbet. *Cic. ad Cn. Pomp. l. 5. Fam. ep. 7.* Scito, tuos veteres hoſtes, novos amicos vehementer literis tuis perculſos, atque e ſpe deturbatos jacere. *Id. in Piſ. c. 20.* Sua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate, & mente deturbat. ¶ Et ſine præp. *Id. Fam. 12. ep. 25.* Non ſolum ſpe, ſed certa re jam, & poſſeſſione deturbatus eſt.

Deturgĕo, es, urſi, n. 2. *ſgonfiarſi*, ἀπογκόομαι, turgere deſino, tumorem pono, decreſco. *Plin. l. 9. c. 58.* Deturgente Nilo muſculi reperiuntur. Al. leg. *detegente*.

Deturpo, as, avi, atum, a. 1. *diſformare*, *imbrattare*, Ger. *veruviſten*, Gal. *enlaider*, Hiſp. *afear*, αἰσχύνω, turpem, ac deformem reddo. *Suet. in Cal. c. 35.* Pulchros, & comatos occipitio raſo deturpabat.

Devăgor. V. Divagor.

Devaſtātus, a, um, adject. prædatus, ſpoliatus, *devaſtato*, *ſaccheggiato*. *Ovid. 13. Met. v. 255.* Agmina ferro devaſtata.

Devaſto, as, a. 1. *dar guaſto*, *ſaccheggiare*, החריב, Germ. *verhergen*, Gal. *degator*, Hiſp. *deſollar*, κατατοξεύω, depopulor, deprædor. *Liv. 2. bell. Pun.* Marrucinos, & Pelignos devaſtat. *Id. l. 4. c. 59.* Sumus aliquoties hac æſtate devaſtati.

Devaſtus, a, um, adject. q. d. valde vaſtus, *largo*, *grande*. *Apul. l. 9. A. A.* Devaſtior nodulus.

Deucaledonius, vel Duecaledonius Oceanus, *Mar Kalender*, mare Caledonium, Oceanus, qui Scotiam alluit.

Deucalīon, m. 3. Δευκαλίων, filius Promethei, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam conjugio junxit. Porro cum hic apud Theſſalos regna-

regnaret, ingens diluvium contigit. Quapropter arrepta navi ſolus Deucalion cum Pyrrha ſervatus, in Parnaſſum montem delatus eſt. Ceſſantibus vero aquis Themiſtos oraculum adiit, conſulturus de humani generis reſtitutione, quæ reſpondit, ut oſſa magnæ Matris poſt tergum jacerent. Conjectis igitur poſt tergnm lapidibus, quos Deucalion jecerat, in mares, quos Pyrrha, in fœminas vertebantur. V. *Juſtin. l.* 2. *c.* 6. & *Ovid. l.* 1. *Metam.*

Deucalionēus, a, um, o. 1. 2. ut Deucalionei imbres, qui pro maximis, & copioſiſſimis imbribus, ſive pro univerſo totius orbis cataclyſmo a Poetis ponuntur. *Luc. l.* 1. Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres. Adde *Ovid. l.* 7. *Met. v.* 357.

Devecto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a deveho. *Sedul. in carm. de Reſurrect.* Solvere contectum, quam devectare ligatum.

Devectus, o. 1. 2. partic. a devehor, *portato*. *Cic.* 1. *Phil. c.*4. Ego celeriter Veliam devectus Brutum vidi.

Devĕho, is, a. 3. *portar a baſſo*, הביא, Germ. *abbinſihren*, Gal. *charrier*, Hiſp. *llevar abaxo*, καταφέρω, deorſum veho, vel ſimpliciter veho, detero. *Liv. l.* 4. *c.* 52. Commeatum Tiberi devexit. *Id. l.* 21. *c.* 10. Devehere in ultimas terras.

Devello. V. Divello.

Devēlo, as, avi, atum, a. 1. *ſcoprire*, *levar il velo*, גלה, Ger. *entdecken*, Gal. *devoiler*, Hiſp. *revelar*, ἀποκαλύπτω, velum aufero, detego. *Ovid.* 6. *Met. v.* 607. Oraque develat miſeræ pudibunda ſororis.

Develtus, Develton, Deteltum, Debelium, Dibaltum, *Develto*, Bulg. *Zagoria*, urbs Thraciæ, Hadrianopolim verſus. ¶ Develton item, *Stagnara*, ſtagnum, ſeu palus apud Develtum urb.

Devenĕror, aris, d. 1. idem quod veneror. *Ovid.* 2. *ep. v.* 18. Sæpe Deos ſupplex, ut tu ſcelerate valeres, ſum prece thuricremis devenerata tocis. Adde *Tibul. l.* 1. *eleg.* 5. *v.* 14.

Devenĭo, is, eni, entum, n. 4. *ſcendere di luogo alto*, ירד, Germ. *abinkommen*, Gal. *deſcendre*, *venir*, Hiſp. *venir de arriba abaxo*, κατέρχω, de loco editiore deſcendo, ſed fere pro ſimplici venio ponitur. *Virg.* 4. *Æn. v.* 166. Speluncam Dido, dux & Trojanus eandem deveniunt. *Cic. Attic.* Nolebam, noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus devenire. ¶ Translate eſt cadere, redigi. *Plaut. in Aſin.* Quid ſi forte in inſidias devenero? *Id. Ver.* 5. *c.* 47. Devenire ad Senatum. h.e. confugere. ¶ Ponitur etiam pro pervenire. *Colum. l.* 2. *c.* 12. Poſt florem ad maturitatem devenit.

Devenuſtatus, a, um, adject. deformatus, deturpatus, *sformato*. *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. Uſque ad inimicorum dolorem devenuſtatus.

Devenuſto, as, a. 1. *imbrattare*, λυμαίνομαι, deturpo. *Gell. lib.* 12. *c.* 1. Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia devenuſtet.

Deverbĕro, as, a. 1. *percuotere*, *battere*, μαστιγόω, valde verbero, *Terent. Phor.* 2. 2. 13. Quot me cenſes homines jam deverberaſſe uſque ad necem?

Devergentĭa, æ, f. devexitas, declivitas, *declive*, *erto*, καταφερής. *Gell. l.* 14. *c.* 1. Ex devergentia, & convexionibus mundi.

Deverra, æ, f. 1. Dea ab antiquis putata eſt, quam venerabantur, ut ſcopis domum verrere poſſent. *Aug. l.* 6. *de Civ. ex Varrone.*

Deverro, is, a. 3. *ſpazzare*, *nettare*, Ger. *abwiſchen*, Gal. *balier*, Hiſp. *barrer*, κατασαίρω, de loco verro, ſive probe verro. *Col. l.* 7. *c.* 4. Humorque omnis urinæ deverrendus eſt. Adde *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 491.

Deverſĭto, as, frequentat. a deverto. *Gell. l.* 17. *c.* 20. Ad verborum venuſtates deverſitandum. Al. leg. *Diverſitandum.*

Deverſor. V. Diverſor.

Deverſus, adv. deorſum, apud vet. quaſi deorſum verſus. *Feſt.*

Deverto, is, ti, rſum, n. 3. idem quod diverto, *divertire*, *voltare ſtrada*, ἀποτρέπομαι. *Gell. l.* 3. *c.* 9. In Syriam proficiſcentem Argos devertiſſe. ¶ Active etiam ſumitur pro vertere, mutare. *Aurel. Vict. in Caro:* Arduum fatalia devertere. *Quintil. l.* 2. Atque inde alia non minus communia ac nota devertunt.

Deveſcor, eris, dep. 3. veſcor, depaſco. *Stat.* 1. *Theb. v.* 604. animas a ſtirpe recentes Arripere altricum gremiis, morſuque cruento Deveſci.

Deveſtĭo, is, ivi, itum, a. 4. *ſpogliare*, veſtem exuo. *Apul. l.* 3. Jam primum omnibus laciniis ſe deveſtit. Et *l.* 4. Statim ſeſe deveſtiunt, nudatique &c.

Devĕto, as, idem quod veto, *proibire*. Affertur *Senec. Declam.* 1. Sed incerta eſt lectio.

Devexātus, a, um, adject. vexatus, *travagliato*. *Cic. Fam.* 10. *epiſt.* 3. Per tot annos republica devexata. ¶ Item devexus, inclinatus, *declive*. *Frontin. de Aquæd. l.* 1.

Devexĭtas, f. 3. *piegatura*, אשד, Germ. *baldechte underſich*, Gal. *le penchant*, Hiſp. *acoſtamiento*, κατάτασις, declivitas. *Plin. in ep.* 8. *l.* 8. Inde non loci devexitate, ſed ipſa ſui copia, & quaſi pondere impellitur. *Plin. alter l.* 2. *c.* 65. Aquæ feruntur, quo longiſſime devexitas paſſa ſit.

Devexo, as, a. 1. valde vexo. *Lactant. l.* 4. Corpora hominum occupant, animoſque devexant. ¶ Frequentius utimur verbo *Divexo*, quod V.

Devexus, a, um, o. 1. 2. *chino*, נכיך, Ger. *niderſic hellende*, Gall. *denchant en bas*, Hiſp. *acoſtado hazia*, *abaxo*, κατάντης, declivis, quia quaſi deorſum vehitur. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 45. Lucus in viam devexus. *Claud. de Conſ. Mall. Theod. v.* 57. Quodcumque dies devexior ambit. ¶ Translate *Senec. epiſt.* 12. Jucundiſſima eſt ætas devexa jam, non tamen præceps. h. e. accedens ad ſenectam.

Devictor, oris, m. *vincitore*. Inſcript. vet. M. Antonino dicata, apud *Gruter. p.* 258. *n.* 6. Devictori omnium Gentium barbararum.

Devictus, a, um, adject. victus, *vinto*, νενικημένος, *Nepos* 9. 2. 2. Athenienſes devicti, *Id.* 2. 5. 3. Claſſis devicta.

Devigeſco, is, ui, n. 3. marceſco, vigorem amitto. *Tertul. de Anima*, *c.* 27. Marceſcimus, & devigeſcimus cum lucis detrimento.

Devincĭo, is, inxi, inctum, a. 4. *legare*, אסר, Germ. *verbinden*, Gall. *lier*, *obliger*, Hiſp. *atar*, *obligar*, ἐξαρτάω, perfecte vincio, vehementer ligo, conſtringo. *Cic.* 3. *Offi. c.* 31. Fœderibus devincitur fides etiam cum hoſte. ¶ Frequentiſſime tranſlate ſumitur pro ligare, obligare, obnoxium reddere. *Cic. de Fato.* Hi mentem hominis voluntate libera ſpoliatam fati neceſſitate devinciunt. *Id.* 13. *Fam.* Ipſum præterea ſummo officio, & ſumma obſervantia tibi in perpetuum devinxeris. *Id. in Bruto*, *c.* 37. Devincire verba comprehenſione. *h. e.* apte colligare, & componere.

Devinco, is, ici, ictum, a. 3. *vincere*, καταvικάω, vinco, ſupero. *Cic. de Senec. c.* 13. Qui Pœnos claſſe primus devicerat.

Devinctĭo, onis, f. *legamento*. *Tertul. de Spectac. c.* 3. Homicidium magicis devinctionibus perficere.

Devinctus, a, um, adject. *legato*, *obbligato*. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 3. Cujus officiis me eſſe devinctum confiteor. *Id. in Bruto.* Devinctus faſcus. *Id. de Provinc. Conſul.* Firma pace devinctæ nationes. *Hor. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 42. Ne quis me ſit devinctior alter. *Sueton. in Aug. c.* 16. Devinctus ſomno.

Devĭo, as, avi, atum, n. 1. ἀφαμαρτάνω, a recta via deflecto, *andar giù di ſtrada*. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 22. Si a medio deviaverit. *Id. l.* 5. *ſat. c.* 15. A gravitate Homerica deviare.

Devirginatĭo, onis, f. primus virginis concubitus. *Scribon. Larg. Compoſit.* 18.

Devirginatus, a, um, adject. corruptus primo concubitu, ut devirginata Ancilla, *leg. ult. Dig. de offic. Præſid.*

Devirgino, as, a. 1. *ſverginare*, ענה, Ger. *ſchenden*, Gal. *violer*, Hiſp. *deſflorar*, διακορέω, eſt virginitate privare, virginem vitiare. Uſus eſt *Petron. Satyr.* & *Hygin.* 21. ¶ Devirginari olim pueri dicebantur, cum ex ephebis exibant, teſte *Varr.* apud *Non. c.* 6. *n.* 57.

Devitatĭo, onis, f. *ſchivamento*, מניעה, Germ. *vermeiden*, Gall. *evitement*, Hiſp. *apartamiento*, ἔκφυγή, actus devitandi. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 2. Facilior devitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur.

Devīto, as, a. 2. *ſchiſare*, מנע, Ger. *vermeiden*, Gal. *eviter*, Hiſp. *eſquivar*, ἐκφεύγω, declino. *Cic.* 2. *Ver.* Ut procellam temporis devitaret.

Devĭus, a, um, o. 1. 2. *ſviato*, *fuori di ſtrada*, Ger. *ab dem weg*, Gal. *de voye*, Hiſp. *apartado*, *deſviado*, ἄβατος, quod eſt a recta via remotum. *Cic. Att. l.* 14. Ut Trebonius itineribus deviis proficiſceretur in provinciam *Liv. l.* 34. Devia, & ſilveſtris gens. ¶ Tranſlate ſumitur pro inſtabili, inconſtanti. *Cic. de Am.* Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo ſenſum, ac voluntatem, ſed etiam vultum, atque nutum convertitur? ¶ Item pro eo qui a recta ratione aberrat. *Id. Philip.* 5. Conſiliis præceps, & devius. Sic Devius æqui, *Silius l.* 1. Pectora devia recti, *Id. l.* 8.

Deungo, is, nxi, nctum, a. 3. idem quod ungo, *ungere*, ἀλείφω. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 85. Vino te deungis. Al. leg. *Devincis*. Priorem lectionem probant Taubman. & Pareus.

Deunx, uncis, m. menſuræ, vel ponderis ſpecies, cui duodecima deeſt uncia, ideſt, quæ undecim conſtat unciis, dictus, quaſi una uncia dempta de aſſe. *Mart. l.* 6. Miſceri ſibi protinus deunces, ſed crebros jubet. ¶ Erat etiam deunx menſura, qua veteres agros ſuos metiebantur. *Col. l.* 5. *c.* 1. ¶ Ex deunce aliquem hæredem facere, eſt alicui totam hæreditatem unica uncia detracta relinquere. *Cic. pro Cæc. c.* 6. Facit hæredem ex deunce, & ſemuncia Cæcinnam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium, Ebutio ſextulam aſpergit.

Devŏco, as, avi, atum, a. 1. *chiamare a baſſo*, *richiamare*, Germ. *abhinberuffen*, Gal. *appellerenbas*, Hiſ. *llamar abaxo*, μετακαλέω, vocando deduco, ſive inde, aut deorſum voco. *Cic. l.* 5. *Tuſc. c.* 6. Socrates primus Philoſophiam devocavit e cœlo. *Id. pro L. Manil. c.* 14. Non avaritia ab inſtituto curſu ad prædam devocavit. *Liv. l.* 6. Devocare ad auxilium. *Cæſ. l.* 6. *B. G.* Devocare in dubium fortunas ſuas.

Devŏlo, as, avi, atum, n. 1. *volare d'alto*, German. *abhinfliegen*, Gall. *voler en bas*, Hiſp. *volar abaxo*, καθίπταμαι, ex loco ſuperiori in inferiorem volo. *Plaut. Amph.* 2. 1. 56. Devolant angues jubati deorſum in impluvium. ¶ Tranſlate pro decurro ponitur. *Liv. l.* 3. *c.* 15. Præcipites pavore in forum devolant. ¶ Item pro deſilio. *Liv. l.* 2. Devolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent. ¶ Item pro diſcedo. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 17. Falſi amici ſereno vitæ tempore præſto ſunt, ſimul atque hominis fortunæ inviderint, devolant omnes.

Devolvo, is, vi, lutum, a. 3. *rivolgere a baſſo*, גלל, גרף, Germ. *abhinwelzen*, Gall. *rouler en bas*, *devoler*, Hiſp. *boluer haza abaxo*, κατακυλίω, ex loco ſuperiori volvo. *Col. l.* 1. Aqua per ſaxa præceps devolvitur. *Liv. l.* 2. *Bel. Pun.* Saxa ingentia in agmen devolvunt. ¶ Per tranſlationem eſt transferre, redigere. *Liv. l.* 5. *c.* 11. Eo devolvi rem, ut aut Patritii, aut Patritiorum aſſeclæ habendi Tribuni plebis ſint. *Colum. in proœm. l.* 1. Devolvi ad otium & inertiam. *Cic. Phil. l.* 7. Poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis devoluti. ¶ Et quoniam exſecta procidunt, & devolvuntur, hinc pro exſecare, projicere poſuit *Catul. carm.* 64. *v.* 4. *de Aty:* Devolvit illa aucta ſibi pondera ſilice. ¶ Devolvere verba. *Horat. l.* 4. *od.* 2. *de Pindaro:* Seu per audaces nova dithyrambos verba devolvit. ¶ Devolvere aliquem vita, apud *Plaut. Men.* 5. 5. 5. eſt vita privare.

Devolūtus, a, um, adject. *gettato a baſſo*, *precipitato*. *Liv. l.* 28. *c.* 6. Velut monte præcipiti devolutus torrens. *Phædr. l.* 5. *Fab.* 8. *v.* 23. Devoluta tonitrua.

Devŏmo, is, ui, itum, a. 3. idem quod vomo, *vomitare*. *Cæcilius* apud *Gel. l.* 2. *c.* 23. Ut devomas, vult.

Devoratĭo, onis, f. *il divorare*. *Tertull. de Reſur. carn. c.* 54. Devorationem ad perditionem carnis arripiunt.

Devorator, oris, m. *divoratore*, καταφαγής. *Tertul. de Reſur. carn. c.* 32. De ipſis devoratoribus exactio indicitur.

Devoratorĭus, a, um, adject. ad devorandum pertinens. *Tertul. de Idololatr. c.* 1.

Devorātus, a, um, adject. *divorato*. *Cic. in Piſon. c.* 37. Accepta, & devorata pecunia.

Devŏro, as, avi, atum, a. 1. *divorare*, אבב, Germ. *verfreſſen*, Gal. *devorer*, *avaler*, Hiſp. *tragantar*, *engullir*, κατεσθίω, eſt vorando abſumere, ideo, non manſum cibum deglutire. *Cato de re ruſt. c.* 78. Bos ſi ægrotare cœperit, dato continuo ovum gallinaceum crudum, & integrum tacito devoret. ¶ Uſurpatur etiam pro edo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Stomachi partes, quæ ſunt intra, quam id, quod devoratur. ¶ Oculis devorare eſt avide aſpicere. *Mart.* Oculis devorantibus draucos. ¶ Item attente audire. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 59. Auſcultate, & mea dicta devorate. ¶ Item pro audire, ſed non intelligere. *Cic. in Bruto*, *c.* 82. Ejus oratio nimia religione attenuata a multitudine devorabatur, ideſt, non intellecta tranſmittebatur, ducta metaphora ab iis, qui cibum non guſtatum deglutiunt, ſtupente palato. ¶ Item pro cupere avidiſſime. *Cic. Att. l.* 1. Ille Regis hæreditatem ſpe devorarat. ¶ Item pro celeriter conſumere. *Cic. in Salluſt.* Patrimonio non comeſo, ſed devorato. ¶ Item pro avide, vel celeriter legere. *Cic.* Quid tibi faciam, qui illos libros devoraſti? ¶ Item pro pati, perferre. *Cic. in Brut. c.* 67. Hominum ineptias, & ſtultitias, quæ nobis devorandæ ſunt, non tulit. ¶ *Plin. l.* 11. *c.* 51. In theatrorum orcheſtris ſcobe aut arena ſuperjecta devoratur vox, *ſi perde*.

Devotamentum, i, n. anathema, devotio. Eſt *Tert. adverſ. Gnoſt. c.* 2.

Devōte, adv. pie, religioſe, *divotamente*. Vox eſt minus latina præſertim in hac ſignificatione. Comparat. devotius, & ſuperlat. devotiſſimus legitur apud *Lactant. l.* 2. *c.* 6. & *Auguſt. ep.* 86.

Devotĭo, f. 3. deſtinatio, conſecratio, dedicatio, oblatio. *Cic. de Div.* Tu etiam Deciorum devotionibus placandos Deos eſſe cenſes. ¶ Item execratio, imprecatio, *maledizione*, *invocazione diabolica*, חרם, Ger. *ergebung*, Gal. *deovuement*, Hiſp. *ofrecimiento*, ἀνάθεμα. *Suet. in Calig. c.* 3. Quam veneficiis quoque, & devotionibus impugnari ſe comperiſſet. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 65. Cæterum objecta ſunt, quod conjugium Principis devotionibus petiviſſet, &c. h. e. incantamentis. ¶ *Devotio convicta*, & *commiſſa*, eſt votum obligatum, cum id obtinuimus, cujus cauſa vovimus. *Cic. pro Dom. c.* 57. V. Convictus. ¶ Apud Scriptor. Eccleſiaſticos devotio eſt ardens in Deum pietas, *divozione*. *Lactant. l.* 2. *c.* 12. Deo patri ſumma devotione ſervire.

Devōto, as, a. 1. freq. ex devoveo. *Cic. Parad.* 1. *c.* 3. Quæ vis patrem

Decium,

Decium, quæ filium devotavit, ac immisit in armatas hostium copias?

Devōtus, o. 1. 2. *destinato*, כהרם, Ger. *gewyeicht*, Gall. *dedie*, *devot*, Hisp. *ofrecido*, *κατηργιασμένος*, destinatus, consecratus. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Miloni devota, & constituta ista hostia videtur. *Horat. l. 3. od. 23.* Devota quercus. ¶ Accipitur & pro diro, & execrando, *crudele*, *maledetto*. *Ovid. in Epiſt. Medeæ*. Vivite devoto fœmina, virque toro. ¶ Devoti item dicuntur, qui mutuæ amicitiæ legibus ita se astrinxerunt, ut iisdem casibus obnoxii sint. *Cæſ. 3. B. G.* Cum sexcentis devotis, quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt. ¶ Item qui alicui rei impense addicti sunt. *Cic. 3. Tuſc.* Devotus, & donatus studiis. *Suetom. Calig. c. 30.* Equestrem ordinem, ut scenæ devotum, assidue prosecidit. *Senec. 5. de benef. c. 17.* Ipsa respublica quam ingrata in optimos, ac devotissimos sibi fuerit. Vet. Inscript. Devotissimus Numini ejus. V. *Gruter. Inſcript. p. 259. n. 1. & p. 264. n. 2.* ¶ Devotus etiam dicitur veneficio contactus, seu ligatus, *incantato*. *Tibul. l. 1. el. 6. v. 6.* Tum me discedens devotum fœmina dixit. ¶ Devotus pro religioso, & pio, *divoto*, frequens est apud Ecclesiast. Scriptor. ut mens devota, *Firmic. de error. prof. relig.* V. *Borrich. Cogit. p. 84.*

Devovĕo, es, ovi, otum, a. 2. *far voto*, *votare*, נדר, Ger. *geloben*, Gal. *vouer*, *devouer*, Hisp. *votar*, *ofrecer*, *κατηργιάζω*, solemniter voveo, id est, sancte promitto. *Cic. 3. Off. c. 25.* Quid Agamemnon? cum devovisset Dianæ, quod in suo Regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam. ¶ Interdum est prævio voto morti sese dedere, præsertim pro Republica, quod fiebat certo quodam carmine, quo se tradebant iræ Numinum, & simul morti dedebant hostium exercitus, & singula interdum capita eorum. *Cic. de nat. Deor.* Quidam Imperatores se ipsos Diis immortalibus, capite velato, verbis certis, pro Rep. devoverunt. ¶ Hinc devovere aliquem, est detestari, execrari, seu diras alicui imprecari, *deteſtare*, *maledire*. *Ovid. in Ibin, v. 93.* Illum ego devoveo, quem mens intelligit, Ibin. Adde *Nepot. in Alcibiad. c. 4.* ¶ Item alicui addicere, obstringere, dedere. *Cæſ. l. 3. B. G.* Cujus se amicitiæ devovisset. V. *Devotus*. ¶ Item incantationibus, & veneficiis ligare, *Ovid. Heroid. ep. 6. v. 91.* Devovet absentes, simulacraque cerea figit. Adde *Tibul. l. 1. el. 6. v. 8.*

Deūro, is, ussi, ustum, a. 3. *abbruciare*, idem quod uro. *Liv. l. 5. Bel. Mac.* Agros Ligurum, vicosque deussit, depopulatusque est. ¶ Deurere etiam frigus dicitur, cum nimium est. *Id. l. 40. c. 45.* Hiems eo anno nive sæva arbores deussit cunctas.

DEUS, m. 2. *DIO*, *IDDIO*, אלהים, Ger. *Gott*, Gall. *Dieu*, Hisp. *Dios*, Θεός. Dictus, est a θέω, quasi *Theus*. ¶ Apud Gentiles, qui plures invexere, & coluere Deos, Dii alii erant majorum gentium appellati, h. e. majores, quos *Ennius* hoc disticho complexus est: Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo: Alii minores, seu minorum gentium, ut sunt Fauni, Nymphæ, & ii omnes, qui ex hominibus in Deorum numerum relati sunt, ob id etiam advenæ, & adscriptitii dicti. V. *Cic. 1. Tuſc. c. 13. Lactant. l. 1. c. 15.* & *Coquejum ad l. 1. Auguſtini de Civ. Dei c. 4* ¶ Hoc nomen Deus attribuitur etiam illi qui in aliqua re excellens est. *Cic. l. 1. de Orat. c. 23.* Te in dicendo semper putavi Deum. Et *l. 4. Attic. epiſt. 15.* Feci idem, quod in Politia sua Deus ille noster Plato. ¶ Item illi, qui beneficus est, & servator. *Id. poſt redit. ad Quirit. c. 5.* Lentulus Consul, parens, deus, salus nostræ vitæ, fortunæ. ¶ Item qui felix est, & fortunatus. *Ter. Hecyr. 5. 4. 3.* Deus sum, si hoc ita est. ¶ Latini Poetæ Græcos imitati, quibus ὁ καὶ ὁ Θεὸς dicitur, Dei nomen tam viris quam fœminis interdum tribuunt. *Virg. 2. Æn. v. 632.* Descendo, ac ducente Deo, &c. h. e. Venere. *Id. l. 7. v. 497.* Nec dextræ erranti Deus abfuit. *h. e.* Alecto, vel Juno. ¶ Dee, vocandi casu, *Prudent. Hamartig. v. 93. 1.* O Dee cunctipares, animæ dator, o Dee Christe! ¶ *Dii immortales! Dii boni! Bone Deus!* Exclamandi formulæ sunt. *Cic. 2. Fin.* Quos, Dii immortales, ille cruciatus perferebat! *Ter. Andr. 2. 2.* Dii boni, quid porro! ¶ *Dii melius faciant*, & omisso verbo, *Dii melius*, vel *Dii meliora*, formulæ sunt, quibus utimur, cum aliquid deprecamur. *Cic. de Senect.* Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam ætate confecto quæreret, uteretur ne rebus Venereis? Dii meliora! inquit. ¶ Similia sunt illa, *Dii bene vertant*, *Dii melius duint*, &c. sæpe apud *Plaut.* & *Terent.* ¶ *Si Diis placet*, modus dicendi ironiæ serviens, & indignationi, *In Iddio grazia*. *Cic. pro Roſc. Amer. cap. 36.* Alter, si Diis immortalibus placet, testimonium etiam in Sex. Roscium dicturus est. ¶ *Di*, *deaque*: exclamatio est, *grand' Iddio! Plin. in Præfat. hiſt. natur.* ¶ In genit. plur. habet *Deum* pro *Deorum*, non solum apud Poetas passim, sed etiam sæpe apud Historicos. *Liv. l. 8. c. 13.* Deum benignitate ad finem venit. ¶ Dicitur *Dei* pro *Dii*, & *Deis* pro *Diis*. *Plaut. Trinum. 2. 4. 89.* Dei divites sunt. *Liv. l. 27. c. 25.* Neque enim duobus, nisi certis Deis, rite una hostia fieri.

Deustus, a, um, adject. a deuro, *abbruciato*. *Tacit. Ann. 6. c. 45.* Deusta pars Circi. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 25.* Deustos turrium pluteos videbant.

Deuteria, æ, f. *secondo vino*, μὲ δεύτερος, secundus. *Plin. l. 14. c. 10.* Non possunt jure dici vina, quæ Græci deuterias appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua vinaceis.

Deūtor, eris, usus sum, dep. 3. idem quod abutor, male utor, *abuſare*. *Nepos Eumen. c. 11.* Non convenire Antigoni prudentiæ, ut sic deuteretur victo. Sic legitur in MSS. Al. *se uteretur*.

Dextans, antis, m. decem unciæ, cum scilicet asi deest sextans, sicut deunx, cum asi una deest uncia. *Feſt. Col. 5. c. 1.* Pars dimidia, & tertia vigintiquator millia, hoc est, dextans, in quo sunt scrupula ccxl.

Dextella, f. 1. dimin. a dextera. *Cic. Att. l. 14. ep. 20.* Q. Filius ut scribis, Antonii est dextella. hoc est, utitur eo tanquam parva dextera.

Dexter, era, & xtra, erum, & xtrum, & in plur. dexteri, & xtri, &c. o. 1. 2. *deſtro*, ימין, Ger. *rechte*, Gal. *droit*, *adroit*, Hisp. *diestro*, *derecho*, δεξιός. *Liv. l. 3. c. 70.* Dextrum, & sinistrum cornu in acie. ¶ Translate accipitur pro propitio, prospero. Hinc dextera progressio, & dexter ..s, læti ominis erant, ut notat *Barth. ad l. 3. Thebaid. Statii. Ovid. 1. Faſt. v. 67.* Dexter ades Patribusque tuis Populoque Quirini. ¶ Item aptus, *atto*. *Virg. 4. Æn. v. 294.* Quis rerum dexter modus. ¶ Comparat. est dexterior. *Plin. l. 25. c. 26.* Dexteriore alveo Babylonem petit. ¶ Superlat. Dextimus. *Var.* apud *Non.* Dextima via. Et *Feſtus*: Dextimum, & Siniſtimum antiqui dixerunt. ¶ *Liv. l. 9.* Rem per se popularem ita dexter egit, ut &c. *conduſſe l' affare con tanta deſtrezza*.

Dextĕra, vel dextra, f. 1. *man deſtra*, ימין, Ger. *rechte*, Gall. *droite*, Hisp. *derecha*, δεξιά, præcipua manus, a δέκτειρα, poetice pro δεξιά. *Virg. 2. Æn.* Si Pergama dextra defendi possent, etiam hac defensa fuissent. ¶ Antiqui per dexteram jurabant tanquam fidei sedem, & virtutis ministram. *Cic. 11. Phil.* Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt, & scelere violatæ. ¶ Dare, vel porrigere dexteram sæpe est auxilium præstare, quia dextra validior siniſtra est. *Cic. poſt red. in Sen.* Qui mihi primus afflicto, & jacenti Consularem fidem, dexteramque porrexit. ¶ *Dextræ* pro militibus. *Claud. 2. in Rufin. v. 262.* Spreviſſe tuas, dux optime, dextras. ¶ *Dextra* cum accusativo, more adverbii. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Dextra, ac siniſtra canalem bucculas figere.

Dextĕre, *deſtramente*, *felicemente*, Ger. *glicklich*, Gal. *adroitement*, Hisp. *con deſtreza*, δεξιῶς, feliciter, apte, cum quadam dexteritate. *Liv. l. 1. c. 34.* Liberaliter, dextereque obeundo officia. *Hor. 1. Ser. ſat. 9. v. 45.* Nemo dexterius fortuna est usus.

Dexterĭtas, tis, f. *deſtrezza*, Germ. *geſchicklichkeit*, Gal. *adreſſe*, Hisp. *atovio*, *deſtrepa*, δεξιότης. *Liv. l. 37. c. 7.* Multa in eo & dexteritas, & humanitas visa.

Dextĭmus, V. in Dexter.

Dextrale, n. 3. τραχήλιον, ornamentum dextræ, commune viris, & mulieribus. *Sariſber. l. 8. c. 20.* Assumere dextralia. V. *Salmaſ. ad Hiſtor. Aug. p. 248.*

Dextratĭo, f. 3. motus, qui fit a siniſtra ad dexteram. *Solin. c. 57.* Tarpejum Jovem terna dextratione lustravit.

Dextrātus, a, um, adjectiv. ad dexteram situs, ut dextratus ager, pars dextrata, apud *Auctor. de Limitib. edit. Goeſ. p. 298.*

Dextrocherium, n. 2. muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formam gemmis pretiosissimis integebatur. *Jul. Capitol. in Maximin. c. 6.* Tam vasto fuit pollice, ut uxoris dextrocherio uteretur pro anulo. V. ibi *Caſaub.* & *Cæl. Rhodig. l. 8. antiq. lect. c. 13.*

Dextrorsum, & dextrorsus, adv. *verſo la deſtra*, Ger. *auff die rechte hand*, Gall. *a droite*, Hisp. *hazia la mano derecha*, ἐν δεξιᾷ, versus dextram partem, sive a dextera parte. *Cic. 1. de Div.* Dextrorsum orbem flammeum. *Plin. lib. 24. cap. 19.* Si tres trium nationum homines perungunt dextrorsus.

Dextroversum, vel Dextrovorsum, idem ac dextrorsum. *Plaut. Curc. 1. 1. 70.* Si Deos salutas, dextrovorsum censeo.

D A N T E I.

Di, & dis, præp. quæ in compositione solum reperiuntur, a διά, quod in comp. idem significat, ut διαφέρω, *differo*. ¶ Di in compositis, idem valet, ac *de*, & ubique producitur, præterquam in *dirimo*, & in *diſertus*. ¶ Dis varia significat, sed aliquando Græca dictio est, & significat *bis*, ut *Digamus*, *didrachma*.

Diabathrarius, m. 2. qui diabathra facit. *Plaut. Aulul. 3. 5. 39.*

Diabathrum, i, n. genus græcæ soleæ a græcis præcipue fœminis usurpatæ. *Feſtus. Var. l. 6. de L. L.* Diabathra in pedibus habebat, & erat amictus epicroco. ¶ Est a διαβαίνω, *gradior*.

Diabētes, m. 1. διαβήτης, transitus, apud Græcos: hinc pro siphone usurpatur, per quem aqua defluit. *Col. l. 3. c. 10.*

Diabŏlus, m. 2. *Diavolo*, שטן, Ger. *teuffel*, Gal. *diable*, Hisp. *diabolo*, διάβολος, calumniator, criminator, a διαβάλλω, quod proprie est *trajicio*, improprie, *calumnior*, vel ab Hebræo *zabulon*, quod *defluentem* interpretantur. Cognomen proprium est Principis Dæmonum. *Tertul. de anim. c. 35.* & *l. 2. adverſ. Marcion. c. 10.*

Diacheton, n. 2. spina alba, al. asphaltos, & dipsacos, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ. *Plin. l. 24. c. 13.*

Diacodĭon, n. 2. διακώδιον, medicamentum ex capitibus papaveris. *Plin. l. 20. c. 18.* & *19.*

Diaconatus, us, m. munus, & dignitas Diaconi. *Hieron. ep. 22. ad Euſtoch. c. 12. amed.* Diaconatum, & Presbyteratum ambire.

Diacŏnus, m. 2. *miniſtro*, בישרה, Ger. *diener*, Gal. *diacre*, Hisp. *diacono*, διάκονος, minister, a κονέω, *ſeſtino*, *miniſtro*. In Christiana Ecclesia Diaconus locum tenet Sacerdoti proximum, ejusque minister est in magno Sacrificio. Legitur hæc vox in *Cod. leg. 9. de Epiſc.* & *Cler.* apud *Ammian. Marcell.* & *Tertull. de Præſcrip. c. 2.*

Diacŏpi, orum, m. διάκοπτοι, sunt in aggeribus meatus intercisi, per quos rivus transmittitur in arva remotiora: a διακόπτω, intercido. *Ulpian. leg. penult. Dig. de extraord. Crim.*

Diadaphnidon, genus est emplastri, quod admixtas habet lauri baccas. *Celſ. l. 5. c. 19. n. 14.*

Diadēma, atis, n. *diadema*, עטרה, Ger. *kenigliche kron*, Gal. *diademe*, Hisp. *diadema*, διάδημα, candida fascia, vitta, qua Regum frons præcingebatur, a διαδέω, *circumligo*. *Cic. 2. Phil.* Diadema ostendis, gemitus toto foro. ¶ Veterum diadematum formam servant adhuc Turcæ, dicitur que Ital. *turbante*. Est etiam Diadema, æ, f. *Apul. lib. 1. Metam.* Caput stringebat diadema candida.

Diadematĭcum Forum dicebatur Pisæ locus, ubi victores Olympiorum diademate, seu corona, aliisque præmiis donabantur. *Tit. Liv.* apud *Non. c. 3. n. 104.* & *Varro* apud *Turneb. l. 15. Adverſar. c. 5.*

Diadematus, o. 1. 2. diademate ornatus, ut Diadematus Apollo. *Plin. l. 34. c. 8.*

Diadŏchos, m. 2. διάδοχος, gemma beryllo similis. *Plin. l. 37. c. 10.*

Diadŏsis, διάδοσις, figura est, quæ latine dicitur digestio, seu distributio. Vox græca est, & græce scribenda, de qua V. *Grammat.*

Diadumēnus, i, Cæsar, Macrini filius, naturali diademate insignitus, ut scribit *Lamprid. in ejus vita*, c. 4. V. vocem sequ.

Diadumĕnus, a, um, adject. idem quod diadematus, diademate ornatus, διαδέμενος. *Plin. l. 34. c. 8.* Polycletus diadumenum fecit molliter juvenem. *Lampr. in vita Diadumeni Imperator. c. 4.* Quamvis non multum abhorruerit ab illo signo diadematis nomen Diadumeni.

Diærĕsis, f. 3. διαίρεσις, divisio. Apud *Grammaticos* figura est, qua una syllaba dividitur in duas, a διαιρέω, *divido*. *Virg. 6 Æn.* Æthereum sensum, atque auræ simplicis ignem.

Diæta, æ, f. *dieta*, *regola di vivere*, δίαιτα, exigui cibi usus. *Cic. ad Att. l. 4. ep. 3.* Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Est item cubiculum, & multorum cubicu orum habitatio simul coeuntium, a διατάομαι, vitam dego, *appartamento da uſo*. *Petron. in Satyr.* Sub diæta Magistri. hoc est sub cubiculo, in quo magister navis cubat. *Plin. l. 2. ep. 17.* Turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidem in ipsa, præterea cœnatio. *Id. l. 7. ep. 6.* Hac adeuntur diætæ duæ, quarum in altera cubicula quatuor, in altera tria. In his Plinii locis, & in aliis quidam pro *dieta* leg. *zeta*, quæ vox idem significat, estque a ζάω. ¶ Fiebat etiam in hortis amœnitatis gratia. *Plin. l. 2. ep. 17.* Horti diæta, amores mei. Adde *leg. 43. ff. de legat. 1.* ¶ Pro cœnatione usurpatur a *Sidonio l. 2. ep. 2.* Ex hoc triclinio fit in diætam, sive cœnatiunculam transitus.

Diætarius, ii, m. is qui servit in diæta. *cameriere*. *Ulp. l. 35. ff. l. 7. l. 12.* Hostiarii, topiarii, diætarii, aquarii domui tantum deservientes. ¶ Quidam Lexicogr. pro cœnaculorum fure accipiunt ex lib. Dig. t. 11. l. 7. sed ibi lege *Directarius*.

Diætetĭce, es, f. διαιτητική, pars medicæ artis, quæ victu medetur. Sed Græca vox est, & Græcis literis scribitur a *Celso in proœm. l. 1.*

Diaglaucion, n. 2. genus collyrii, ex glaucio herba temperatum. *Plin. l. 27. c. 10.*

Diaglyphice. V. Anaglyptice.

Diagonalis, le, adject. *diagonale*, ut diagonalis linea, de qua V. in *Diagonios*. *Vitruv. l. 9. c. 1.* Ad lineæ diagonalis longitudinem locus quadratus describatur.

Diagonícus, a, um, adject. idem quod diagonalis. *Vitruv. l.6. c.ult.* Duo trigona linea diagonica fuerint designata.

Diagonĭos, διαγώνιος, lineæ genus est, quam Latini nonnulli angularem vocaverunt, quod ab uno angulo ad alterum perducatur. *Vitruv. l. 6. c. 3. & l. 9. c. 1.*

Diagramma, tis, n. διάγραμμα, a διαγράφω, describo, significat cujuscumque rei imaginem ac descriptionem. *Vitruv. l. 5. c.4.* Aristoxeni diagramma subscribam.

Diagraphĭce, es, f. *l' arte del disegno*, ars delineandi. *Plin. l. 35. c. 10.* Hujus auctoritate effectum est in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, reciperenturque ars ea in primum gradum liberalium. Sed Mss. omnes, ut animadvertit Harduinus, habent *graphicen*.

Dialectĭca, vel Dialectice, f. 1. *Dialettica*, διαλεκτική, lat. disputatoria, est ars disserendi, cujus finis est verum a falso discernere, a διαλέγομαι, *dissero*. *Cic. in Top.* Judicandi vias diligenter persecuti sunt ea scientia, quam Dialecticen appellant. *Id. 4. Acad.* Dialectica veri, & falsi quasi disceptatrix, & judex. ¶ Inventa fuit a Zenone Eleate. *Diogen. Laert.* ¶ De hujus studii usu & abusu V. *Gel. l. 16. c. 8.*

Dialectica, orum, n. res Dialecticæ. *Cic. Att. l. 14.* Apud Vestorium hominem remotum a Dialecticis, in Arithmeticis satis exercitatum.

Dialectĭce, διαλεκτικῶς, adv. more Dialecticorum. *Cic. 1. Acad.* Multa admixta ex intima Philosophia, multa dicta Dialectice.

Dialectĭcus, ctici, subst. m. qui tractat Dialecticam. *Cic. 4. Acad.* Quid sit verum, aut falsum, dialecticus judicabit.

Dialectĭcus, a, um, o. *dialettico*, quod pertinet ad Dialecticam. *Cic. 2. de Fin. c. 6.* Hoc ipsum providens, Dialecticas captiones.

Dialectus, f. 2. διάλεκτος, genus loquendi, vel linguæ alicujus proprietas, scilicet, id, quod unaquæque lingua peculiare habet, & a cæteris distinctum. *Sueton. in Tiber. c. 56.* Cum interrogasset, quænam esset illa tam molesta dialectus. ¶ Græcæ linguæ dialecti quinque sunt celebratissimæ, Communis, Attica, Æolica, Dorica, Jonica.

Dialeucos, adject. διάλευκος, albo colore intermixtus. *Plin. l. 21. c. 6. de croco.* Est per se genus sativi blandissimum vulgo, cum sit mediocre; dialeucon vocant.

Diălis, le, o. 3. *di Giove*, quod Jovis est, a Ζεύς, gen. διός, Jupiter, ut Flamen Dialis, Sacerdos, qui Jovis ministerio assignatus erat. *Varr. l. 4. de L.L.* dictum videtur a *Dijovis*, nomen Jovis, quia die, & luce juvat. ¶ *Dialis cœna* erat, quæ lautissima præbebatur a Flamine Diali, quo die sacerdotium inibat. *Senec. epist.* 123. Hæc qualiscumque cœna Diali jucundior erit. ¶ *Dialis* quoque adjectivum a *die* esse potest. Hinc scomma Ciceronis in quendam, qui uno tantum die Consul fuit: Solent, inquit, esse Flamines Diales, modo Consules diales habemus. V. *Macrob. l. 2. Satur. c.2. & l. 7. c. 3.*

Diallăge, f. 1. διαλλαγή, Lat. conciliatio, figura est, cum multa argumenta ad unum effectum deducuntur. *Quintil. l. 9. c. 2. ad fin.*

Dialogismus, i, m. διαλογισμός, sermocinatio, figura est sententiæ, cum orator rem secum ipse volutans, seipsum interrogat, & respondet, quasique dialogum facit. Vox Græca est, cujus exempla non desunt apud Grammaticos.

Dialogista, æ, m. disserendi peritus. *Vulcat. Gallican. in Cass. c. 3.*

Dialŏgus, m. 2. *dialogo*, Germ. *gesprech*, Gall. *dialogue*, Hisp. *dialogo*, διάλογος, disputatio duorum, vel plurium inter se, a διαλογίζομαι, *colloquor*. *Cic. de clar. Orat.* Quum disputatio est inter eos, ut est consuetudo dialogorum.

Dialutensis, se, adjectiv. ut purpura dialutensis, ex genere pelagiarum. *Plin. l. 9. c. 37.* Est longe optimum purpuris dialutense, idest vario soli genere pastum.

Dialyma, atis, n. διάλυμα, (vox græca, & græce scribenda) figura est, quæ rem ab re distinguens, utramque absolvit ratione subjecta, ut: Cur ego nunc tibi quicquam objiciam? Si probus es, non meruisti, sin improbus, non commoveris. V. *Grammat.*

Dialysis, f. 3. &

Dialyton, n. 2. idem ac asyndeton, dissolutio. Sed dialysis dicitur etiam parenthesis. V. *Grammaticos*. ¶ Voces græcæ sunt, & græcis literis, scribendæ.

Diamastigōsis, is, f. 3. διαμαστίγωσις, flagellatio, solemnitas maxima erat apud Lacedæmones, ut est apud *Tertul. Apol. c. 50. & ad Martyr. c. 4.* in qua ante aram nobiles adolescentes flagellis affligebantur, astantibus parentibus, & ut perseverarent, adhortantibus.

Diamĕtros, i, f. *diametro*, Gal. *diametre*, Hisp. *diametro*, διάμετρος, est recta linea figuram ex æquo secans; ut *diametros orbis* est linea, qua sic a summo ad imum tenditur circulum, ut per centrum eat, a διαμετρέω, *dimetior*. *Col. l. 5. c. 2.* Esto area rotunda, cujus diametros habeat pedes septuaginta. *Vitruv. l. 10. c. 14.* Per mediam diametron.

Diamĕtrus, a, um, adject. *Jul. Firmic. l. 4. c. 1.* Si luna istum cursum diametra radiatione respexerit.

Diamœrie, es, διαμοιρία, divisio, seditio, factio. *Plin. l. 10. ep. 117.* ubi alii legunt *Dianome*, quæ vox distributionem significat, Græc. διανομή.

Diāna, f. 1. *Diana*, ἄρτεμις, Jovis filia ex Latona eodem cum Apolline partu edita, quæ etiam dicitur Luna, Proserpina, Hecate, Lucina, vel Juno Lucina, Dictynna, Noctiluca, Annivaga, Trivia, Lucifera, Pergæa, Fascelis. Luna dicta est primum Jana, ut Sol Janus, ab eundo, deinde Diviana, quasi Diva Jana, tandem Diana ex Diviana, vel ex Dejana, quasi Dea Jana. *Varr. l.4. de L.L.* dicta Diana videtur, quasi Diviana, quia divia in altitudinem, & latitudinem, *Cic.2. de nat.Deor.* scripsit, Dianam dictam esse, quia noctu quasi diem efficeret. *Macrob. l. 1. Satur. c. 9.* censuit, Janam prius dictam fuisse, deinde appositum *d* causa decoris, ut in *reditur*, *redintegratur*, &c. Hinc prima syllaba in hoc nomine anceps est. Nam potest esse brevis, quia ex Dejana eliso *e* remanet Diana, & *i* fit vocale, & non amplius ad *a* sed ad *d* pertinet. Rursus longa esse potest, *j*, consona in vocalem, abeunte, & cum *e* concrescente in diphthongum *ei*. ¶ A *Cic. 3. de nat. Deor.* tres Dianæ numerantur, prima filia Jovis, & Proserpinæ, quæ ex Mercurio Cupidinem primum genuit, secunda filia Jovis tertii, & Latonæ, tertia filia Upis, & Glauces, quam Græci sæpe Upim paterno nomine appellant. ¶ Diana filia Jovis & Latonæ, ob virginitatis amorem fertur hominum consortia aufugisse, & ut a se libidinis pruritum amoveret, venando sylvas incoluisse, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat, & pharetram, succincta semper incedens, & cothurno induta. Ob hanc causam sylvarum, & nemorum Dea putabatur. ¶ Celeberrimum templum habuit apud Ephesios conditum ab Amazonibus, quod Herostratus quidam incendit, ut sibi ea re nominis immortalitatem acquireret, ea nocte, qua Alexander Magnus natus est. *Cic. 2. de nat. Deor. & 1. de Divin.* Habuit item templum in Taurica regione, ubi illi carne tantum humana litabatur.

Dianĭus, a, um, ad Dianam pertinens, ut *arma Diana*, apud *Grat. in Cyneg. v.251.* h. e. instrumenta venatoria. *Turba Diania* apud *Ovid.7. Fast. v.141.* h. e. canes. ¶ *Dianium, ii*, n. templum Dianæ, apud *Liv. l. 1. c. 48.*

Dianœa, f. 1. διάνοια, mens, intellectus, ratiocinatio. *Quintil. l. 9. c. 1.* ¶ Sed græca vox est, & græcis litteris scribenda.

Dianome. V. Diamœrie.

Diapasma, atis, n. inspergimen, siccus odor, qui in pastillos inspergebatur, a διαπάσσω, conspergo. *Mart. l. 1. epigr.* 88. Quid? quod olet gravius mistum diapasmate virus. ¶ Hujusmodi odoribus siccis corpus conspergere etiam solebant ad sudores sistendos; item lectos geniales, ac vestes fragrantiæ causa. *Plin. l. 21. c. 19.*

Diapāson, n. 2. Musicæ artis symphonia, constans septem tonis, id est ex diapente, & diatessaron. *Macrob. in Somn. Scip. Plin. l. 2. c. 22.*

Diapente, διαπέντε, Musicæ mensuræ genus, tribus constans tonis, & hemitono minore. *Macrob. in Somn. Scip. l. 2. c. 1.*

Diaphŏra, f. 1. διαφορά, differentia, a διαφέρω, *differo*. Est hoc nomine schema rhetor. quod fit, cum verbum iteratum aliud significat, ac significavit primo dictum, estque Correctioni affinis. Vox græca est, & græce scribenda. V. *Grammat.*

Diaphragma, atis, n. *sottotraverso*, *pannicolo*, *diaframma*, διάφραγμα, est omne id, quod in re aliqua medium est, a διαφράττω, *intersepio*. Hinc cartilago illa, quæ nares dirimit, a Græcis diaphragma appellatur. Sed speciatim, & per excellentiam hoc nomine intelligitur membrana quædam tenuis in retis similitudinem facta in corpore, quæ velut paries quidam sepit organa spiritus, idest cor, & pulmones, & separat, & discludit a naturalibus, seu ab iis, quæ inserviunt alimento, idest a jecore, & liene. Latini *præcordia* dixere, quia cordi prætenditur. *Celso* est septum transversum, quia, ut dictum est, intersepit, & dirimit. *Cels. in proœm. l. 1.* Simul atque vero ferrum ad præcordia accessit, & discissum transversum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit, (διάφραγμα, Græci vocant) homines protinus animam amittere.

Diaporēsis, διαπόρησις, addubitatio, cum dubitare nos fingimus: ut *Cic. pro Cluent.* Equidem quo me vertam, Judices, nescio. V. *Grammaticos*.

Diarĭum, rii, n. *il vivere d' ogni giorno*, Ger. *tegliche speiss*, Gal. *depense d' un jour*, *o pitance*, Hisp. *comida de un dia*, *o lo que se gasta por e la*, τὸ ἐφήμερον, victus quotidianus, idest quod in unius diei cibum datur. *Mart. l. 11. epigr. ult.* Puerique diaria poscunt. ¶ Diarium item, vel diaria, orum, ἐφημερίς, regestum, *registro*, libellus, in quo acta singulorum dierum scribuntur. *Gell. l. 5. c. 18.*

Diarrhœa, f. 1. διαρῤῥοία, fluxio in genere, & speciatim fluxio ventris. *Cic. l. 7. Fam. ep. 26.* Tanta me diarrhœa arripuit.

Diastēma, atis, n. διάστημα, spatium. *Sidon. l. 8. ep. 11.* In diastemate Zodiaco. & *in pref. ad carm.14.* Mentio centri, proportionis, diastematum, climatum, &c. ¶ Idem alibi penultimam corripuit, cum ait *carm. 15. v. 64.* Sic placidam Paphiem servare diastema quintum. Non tamen est imitandus.

Diastŏle, f. 1. διαστολή, dilatatio; græca vox est, Grammaticis familiaris; & ita dici solet figura, qua syllaba natura brevis producitur, vel simpliciter, vel geminatione ejusdem consonantis; quæ etiam *Ectasis* dicitur. *Virg. 1. Æn.* Italiam fato profugus, Lavinaque venit litora. *Id. 2. Æn.* Religione patrum multos servata per annos.

Diastȳlus, i, m. locus diductioribus, laxioribusque columnis constructus. *Vitruv. l. 3. c. 2.*

Diasyrmus, m. 2. διασυρμός, distractio (apud Græcos) Figura, cum una dictio ad duo diversa significata distrahitur, vel cum magna verbis minuuntur, minima extolluntur. *Virg.* Inter strepere anser olores. idest malus Poeta inter bonos. V. *Grammat.*

Diasyrtĭcus, a, um, adject. ad Diasyrmum pertinens, ut diasyrticum dictum, apud *Spartian. in Caracal. c.10.* quo scilicet elevamus ea, ad quæ respondere difficile est.

Diatessăron, n. 2. διατεσσάρων, *una quarta*, Musicæ mensura est, constans duobus tonis, & semitonio minore. *Macrob. & Vitruv. l. 5. c. 4.*

Diathēca, orum, n. a. διαθήκη, testamentum, vel hæreditas ex testamento proveniens. *Martial. l.12. epigr. 71.* O quantum diatheca valent, & quinque comati, *Turneb. adv. l.27. c. 31.* legit *diatbreta*. V. infra.

Diathĕsis, f. 3. διάθεσις, dispositio, apud Architectos. *Vitruv. l. 1. c. 2.*

Diathyrum, i, n. *portiera*, *sbarra*, *riparo*, *contraporta*, διάθυρον. *Vitruv. l. 6. c. 10.* est antiporta: aliis est repagulum ligneum, aut lapideum arcendis equis, aut curribus, ante ædium vestibulum. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Diatŏnus, a, um, adject. distentus, extentus, ut lateres diatoni. *Vitruv. l. 11. c. 4.* quos *frontatos* latine dici, ait ibidem, quia in angulis positi duplici fronte totam muri crassitudinem complectuntur. Diatoni vero dicuntur ab ipsa longitudine, & extensione. Al. leg. *Diatori* pro *Diatoni*, hoc est penetrantes; διατορεῖν enim penetrare significat. ¶ In Musicis diatonus dicitur duplici tono procedens. *Vitruv. l. 5. c. 4.* Diatoni sunt duo continuati toni.

Diatretarĭus, ii, m. qui diatreta conficit. *leg. 1. Cod. de excus. artif.*

Diatrētum, n. 2. διάτρητον, poculum tornatile, al. toreuma, a διατράω, pertoro, torno conficio. *Ulp. dig. 9. 2. 27. ad fin.* Si calicem diatretum faciendum dedisti. V. *Diatbeca*.

Diatrība, æ, vel Diatribe, es, f. διατριβή, schola, locus disputationis, & ipsa disputatio. *Gel. l. 17. c. 20.* Recens in diatribam acceptus. Et *l. 18. c. 13.* Dialecticus quidam ex Platonis diatriba.

Diatypōsis, is, διατύπωσις. Est figura eadem ac hypotypōsis. Sed græca vox est, & græcis litteris scribenda. V. *Grammat.*

Diaūlus, m. 2. δίαυλος, spatium in certamine, vel cursu, quod pedes habet mille, & ducentos. Excedebat stadium, quod ex sexcentis pedibus constabat. *Vitruv. l. 5. c. 2.*

Diazomăta. V. Balteum.

Dibālo, as, avi, atum, a. 1. ab animalium voce ductum videtur. *Varro l. 6. de L.L.* Dibalare rem. h. e. ut *Scaliger* interpretatur, καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν, *bona consumere*.

Dibăpha, f. 1. *porpora tinta due fiate*, תולעת שני, Ger. *zwey mahl eingetuncker purpur*, Gal. *qui a double teinture*, Hisp. *dos vezes tenido*, δίβαφα, purpura Tyria, vel alia melioris notæ, quali utebantur Magistratus in prætexta, a δὶς, *bis*, & βάπτω, *intingo*, quod bis tincta esset. Revera adjectivum est, & subintelligitur, purpura, vel vestis, &c. *Plin. l.9. c.39.* Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset. *Cic.2. Fam. ep. 16.* Curius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. h. e. aspirat ad Magistratum, sed qui dare possunt, morantur, & impediunt.

Dica, f. 1. *petizione*, *o dimanda in giudizio*, Germ. *ein anklage*, Gal. *proces*, *action*, Hisp. *demanda*, *pleyto*, δίκη, causa, vel judicium, vel libellus, qui actionem continet. Dicam scribere, vel impingere, est in jus vocare, accusare, actionem alicui intendere. *Cic. 3. Ver.* Scribitur Heraclio dica. *Ter. Phor. 2.3.92.* Dicam tibi impingam grandem. ¶ Dicam sortiri, est judices sortes ducere, ut, quæ prima causa ex urna exeat, prima agatur. *Cic.4. Ver. c.15.* E lege Rupilia sortiri dicas oportere. ¶ Est etiam Dica Dea Judiciorum præses, cujus ministri δικασταί, hoc est judices, & litium diremptores. *Budæus*.

Dicacitas, f. *dicacità*, ליצנ, Germ. *spebung*, Gall. *jaserie*, Hisp. *demasiada par-*

ἀστειότης, *φιλολοιδορία*, fermo cum rifu alios inceſſens, ut *Quintil. l. 6. c. 3.* definit. *Cic. in Orat. l. 2. c.* 59. Sales in dicendo, mirum, quantum valent, quorum duo genera funt, unum facetiarum, alterum dicacitatis.

Dicacŭle, adverb. *facetamente*, *buffoneſcamente*. *Apul. l. 1. Mileſ.* In eam dicacule probrum dixerat.

Dicacŭlus, o. 1. 2. dim. a dicax, *faceto*, *buffone*. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 8. Satis dicacula es amatrix. *Apul. l. 3. Mileſ.* Sermone dicaculo.

Dicæarchæa, & Dicæarchēa, & Dicæarchia, *Δικαιάρχεια*, urbs, quæ nunc Puteoli dicitur, *Pozzuolo*, fic dicta, quod ea civitas olim juſtiſſime regebatur. *Feſtus*.

Dicæologia, f. *giuſtificazione*, *δικαιολογία*, juris fui in medium prolatio. Figura, cum jure noſtro freti æquitatem cauſæ quam breviſſime complectimur. Vox græca eſt, & græcis literis fcribenda. De ea V. Gram.

Dicæus, i, *δίκαιος*, *giuſto*. Apollo fic cognominatus eſt Thebis, quod cum ea urbs ab Alexandro caperetur, aurum a fugiente conditum finu ejus celatum eſſet. *Plin. l. 34. c. 8.* ¶ Idem cognomen habuit & Ariſtides, de quo *Nepos* 3. 1.

Diarchæus, a, um, adjectiv. Dicitur a Poetis metri cauſa pro Dicæarchæus, *δικαιάρχειος*, a *Dicæarchæa*, urbe, quæ eadem eſt ac Puteoli, ita dicta a *δίκη*, juſtitia, & *ἀρχὴ*, principatus, quia olim juſtiſſime regebatur, ut *Feſt.* docet. Hinc *Diarchæa urbs*, & *Diarchæus ſinus*, apud *Sil.* 14. 375. & *Stat. l. 2. ſilv.* 2. *v.* 3. & 100. Adde *Sidon. carm.* 2.

Dicaſſis, idem ac dicas, a *dico*. *Plaut. Curc.* 4. 2. 26. Haud in me male meditantem male dicaſſis. Sed eruditi malunt legere, *male meditate male dicax es*.

Dicatĭo, f. 3. *ἀνάθεσις*, confecratio, traditio. *Cic. pro Balb. c.* 11. Neque folum dicatione, fed etiam poſtliminio poteſt civitatis fieri mutatio.

Dicatūra, æ, f. Legitur apud *Plin. in præf. hiſt. nat.* ubi al. leg. *indicatura*, fed *dicatura* ſuſtineri poteſt. Verba *Plinii* funt: *Nec fiducia operis hac eſt, ſed in dicatura multa valde pretioſa ideo videntur, quia ſunt templis dicata*. Videtur autem planior fententia, fi legatur: *Nec fiducia operis hæc eſt, ſed indicatura. Multa valde*, &c. Ita legit *Harduin.* cum plerifque aliis.

Dicatus, a, um, adject. *dedicato*, *conſecrato*, *ἀφιερωθείς*. *Cic. in Or. c.* 13. Epidicticum genus gymnaſiis, & palæſtræ dicatum. In vet. Inſcrip. apud *Gruter. p.* 258. *n.* 6. & 273. *n.* 5. legitur fuperlat. dicatiſſimus.

Dicax, o. 3. *maldicente*, מצרק, Germ. *ſpeichg*, Gall. *jaſur*, *railleur*, Hiſp. *parlero*, *σκώπτης*, qui malignis falibus maledicit. *Cic. in Or.* Demoſthenes non tam dicax fuit, quam facetus. *Id.* 2. *Or. c.* 60. Granio nemo dicacior. *Petron. in Satyr.* Homo dicaciſſimus. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Senec. Med. v.* 113. Dicax Feſcenninus.

Dice, pro *dic*. *Plaut. Rud.* Tu, fiquid opus eſt, dice.

Dichalca, *δίχαλκα*, neut. plur. monetæ æreæ, oboli quartam partem valentes. *Vitruv. l. 3. c.* 1.

Dichorēus, m. 2. pedis genus ex duobus conſtans trochæis, ut *Audiamus*, *civitate*, &c. V. *Grammat.*

Dicibŭlum, i, n. nugamentum, nugæ. *Tertul. adv. Valent. c.* 20. Puerilia dicibula, in mari poma naſci, & in arbore piſces.

Dicis, gen. fing. a *δίκη*, mos, confuetudo, fermo, vel a *dico*, *is*, vel a *dico*, *as*, vel a *dex*, feu *dix*. Sed *Chariſ. l.* 1. & *Voſſius* nomen eſſe cenfent unius caſus. *Dicis cauſa*, eſt confuetudinis cauſa, vel verbi, feu fermonis gratia, & dicis cauſa quid fieri dicitur, quod nulla alia cauſa fit, quam ut factum eſſe dicatur, ideſt, qūod non ferio, fed perfunctorie fit, nec ut officio fungamur, fed ut functi videamur. *Var. l. 5. de L. L.* Dicis cauſa fiebant quædam, neque item facta, neque item dicta femper *Cic. 6. Ver. c.* 24. Ut aliquid illi nummulorum dicis cauſa daret.

Dico, as, avi, atum, a. 1. dedico, nuncupo, addico, confecro, offero, *dedicare*, *conſagrare*, קדש, Germ. *zueignen*, Gal. *dedier*, Hiſp. *dedicar*, *ἱερόω*. *Cic. 1. Tuſc.* Ut cygni, qui non fine cauſa Apollini dicati funt. *Id. Fam. l.* 2. Balbum quanti faciam, quamque me ei totum dicaverim, ex ipſo fcies. ¶ Pro fimpliciter tradere. *Id. pro Balbo*. Non eſt hujus civitatis civis, qui fe alii civitati dicare poteſt. *Ibid.* Dicare fe in aliquam civitatem non poteſt. ¶ Pro nunciare. *Non.* 4. 139.

Dico, is, dixi, dictum, a. 3. *dire*, *parlare*, אמר, Germ *ſagen*, Gal. *dire*, Hiſp. *dezir*, *λέγω*, proprie eſt loqui, a *δείκω*, pro *δεικνύω*, vel *δείκνυμι*, oſtendo. *Cic. pro Quint.* Quid hoc iniquius dici, aut commemorari poteſt? ¶ Apud *Cic. in orat. dicere*, & *loqui* idem non funt, fed *loqui* eſt breviter, & fine ornamentis differere, quod Logicorum proprium eſt, *dicere* eſt copioſe, & ornate differere, quod Oratorum. ¶ Dicimus autem dicere ad, & apud populum; dicere pro aliquo, contra, vel in aliquem, &c. *Cic. & al.* At *M. Senec. in proœm. l. 3. controverſiar. dicere populo* dixit pro *ad populum*. ¶ Dicere item eſt pronunciare. *Cic. 1. de Or. c.* 61. Cumque ita balbus eſſet, ut ejus ipſius artis, cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere. ¶ Item creare, *eleggere*, quoties agitur de creatione Magiſtri Equitum. *Liv. l.* 5. Is fibi Magiſtrum Equitum Poſthumium Ebutium dicit. ¶ Item promittere. *Pomp. in Pictoribus*. Nummos certos dico quinquaginta millia. *Salluſt. l. 2. Hiſt.* C. Curio, quibus potuit, pecunias dictas coegit. Sic dicere dotem, vel doti, eſt in dotem promittere. *Ter. Heaut, a. 5. ſc. 1. v.* 64. Quid dotis dicam te dixiſſe filio? *Cic. pro Flac.* Doti pecuniam fuam omnem dixerat. V. *Dos*. ¶ *Dicere ſententiam*, vel *pro ſententia*, eſt de re aliqua judicium fuum explicare. *Cic.* 10. *Fam.* Nec noſtræ dignitatis videtur eſſe ibi fententiam de Rep. dicere. *Liv. 2. bel. Mac.* Et quando nemo veſtrum pro fententia quicquam dicere vult, aut audet. ¶ Dicitur etiam *dicere* abſolute, pro fententiam dicere. *Plin. l. 9. ep.* 13. Jam cenſendi tempus, dicit Domitius Apollinaris conſul deſignatus, dicit Fabricius Vejento, &c. Oratores in judicio, cum fatis verborum feciſſent, folebant in fine pronunciare *Dixi*: quo verbo ab utraque parte pronuntiato, ajebat Prætor, *dixerunt*, atque hoc ideo, ne reus fe indicta cauſa damnatum queri poſſet. *Aſcon. in proœm. Act. Ver. ſub fin.* V. etiam *Terent. Phorm.* 2. 3. ¶ *Dicere teſtimonium*, & *teſtimonia*, eſt teſtificari, & probare. *Cic. l. 3. ad Q. Fr.* Cum teſtimonium fecundum fidem, & religionem graviſſime dixiſſem. *Id. pro Sylla*. Qui in illum teſtimonia gravia dixerunt. ¶ *Dicere pro teſtimonio*, eſt Ital. *deporre*. *Cicer. 7. Ver.* Dicetis pro teſtimonio de miſſione nautarum. ¶ Dicere leges, eſt imperare, *dar leggi*. Aliud eſt, quam leges ferre. Feruntur enim leges ad fuos, dicuntur fere victis. *Liv.* Quando perinde ac victo jam fibi leges dicerentur. ¶ *Jus dicere* ad Prætorem pertinebat, vel ad alium Magiſtratum, qui juri dicundo præeſſet. Itaque Judices a Prætore dati non jus dicebant, fed judicabant. Eſt enim *dico* unum e tribus folemnibus verbis Prætoris. V. *Addico* ¶ Dicere fignificat interdum indicere, decunciare, *intimare*. *Ovid. l. 3. Triſt. el. ult.* Eſt fuga dicta mihi, non eſt fuga dicta libellis. *Ter. Andr.* Sed dico, ne temere facias. ¶ *Dicere diem* alicui, eſt, vocare in jus, & diem aſſignare, quo ad cauſam dicendam præſto fit. *Liv. l.* 3. Cum diem Appio Virginius dixiſſet. Interdum etiam *Diem dicere* extra forum uſurpatur, & eſt certum diem conſtituere, *determinare*, *ordinare*. *Cic. 3. Ver.* Opus in acceptum retulit quadriennio poſt, quam diem operi dixerat. *Cæſ. lib. 1. B. G.* Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conveniant.

¶ *Dicere multam*, erat alicui multam ad populum, & in comitiis diſceptandam indicere. Proprium fuit Tribunorum pl. In eo judicio multa certari dicebatur. Populi ſuffragiis vel irrogabatur, vel abrogabatur. *Liv. l. 25. c.* 3. Sp. & L. Carvilii ducentum millium æris multam M. Poſthumio dixerunt. ¶ Dicere cauſam, V. *Cauſa*. ¶ *Dicere ſacramento*, vel *ſacramentum* milites dicebantur, cum ad jusjurandum adigebantur, Remp. fe non deferturos. *Liv. 2. bel. Pun. l.* 5. Ut qui minores decem & feptem annis facramento dixiſſent, *Id. l. 4. bel. Pun.* Hodie Conſules creetis, quibus facramenta liberi noſtri dicant. *Horat. 2. carm. od.* 17. Non ego perfidum dixi facramentum. Dicere dicta, V. *Dictum*. Dicere vindicias. V. *Vindiciæ*. ¶ *Dicere cœnam*, eſt cœnam imperare, de cœna convenire, fe ad cœnam invitare, &c. *Plaut. Stich.* Ædepol Cœna dicta eſt. ¶ *Dicere nomen alicui*, eſt imponere. *Liv. l.* 1. Cui Aſcanium parentes dixere nomen. ¶ Dicere de fcripto, eſt orationem legere. *Cic. pro Planc.* Reciteturque oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de fcripto eſt. ¶ *Dicere facta alicujus*, eſt, dicendo celebrare, laudare. *Virg. Ecl. 4. ad fin.* Quantum fat erit tua dicere facta. ¶ Dicere, pro narrare, ut, Galli dicamus amores. *Id. Ecl.* 10. Sic dicere arma, *Horat.* ¶ Et pro canere, ut dicere carmina, dicere verſus. *Virg.* ¶ Dicere falutem, *ſalutare*. *Cic. in ep.* paſſim. ¶ *Dicere honorem*, idem eſt ac honorem præfari, veniam petere, cum turpe aliquid, vel minus conveniens dicendum eſt. *Plin.* Certa quædam haud fatis honeſte appellantur, niſi dicto prius honore. ¶ Dicere delicias, V. *Deliciæ*. ¶ *Diceret*, modus potentialis, ideſt, dicere poſſet. *Ter. And.* 1. 1. 111. Nec fatis ad objurgandum cauſæ: diceret, quid feci? &c. ¶ *Dicere volui*, correctionis genus eſt, cum quis in loquendo falſus eſt, ac verbum unum pro altero protulit. *Plaut. Mil.* Sorbet dormiens. Pa. Quid forbet? V. ſtertit, volui dicere. ¶ Dicor, uſurpatur perſonaliter, ut, videor. *Cic. 3. de nat. Deor.* Quartus is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur. ¶ Interdum imperſ. *Cic. 3. de Orat.* Quamvis ſphæram in fcenam, ut dicitur, attulerit Ennius. ¶ Dictu, fupin. *Curt. l. 3. c.* 6. Haud facile dictu eſt. *Id. l. 5. c.* 1. Speciofa dictu fequi. ¶ Imperativo habet *dic*, pro quo *Plaut.* interdum *dice* uſurpat, ut *Curcul.* 1. 2. 43. &c. V. *Duco* in fine. ¶ *Dicaſſis* pro dicas V. fupra fuo loco. ¶ *Dixti* pro dixiſti. *Plaut. Merc.* 4. 4. 14. & *dixis*, pro dixeris, *Id. Mil.* 2. 3. 12. & 3. 2. 29. ¶ *Dicebo*, pro dicam in futuro, *Nævius apud Non. c. 10. n.* 17.

Dicrŏtum, n. 2. *δίκροτον*, biremis, quæ duorum remorum ordinibus regitur, a prora fc. & a puppi. *Cic. Att. l. 5. ep.* 11. Ἄφρακτα, Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum, & aliud cataſcopium habebam. *Id l. 16. ep.* 4. Nam & ipſe Domitius bona plane habet dicrota.

Dictæus, a, um, adject. Cretenſis, a Dicte Cretæ monte, ut Dictæa arva, *Virg. 3. Æn. v.* 171. Dictææ pennæ, *Sil.* 15. *v.* 634. h. e. fagittæ, quia Cretenſes peritiſſimi fuere fagittandi.

Dictamnum, Dictynna, *Dittana*, *Dictamo*, opp. Cretæ, in ora Bor. in territ. Cydonis, inter Cydonem ad Or. & Ciſamum ad Occ. apud prom. *Capo Spada*. Ibi mons Dictynnæus, & Dictynnæum prom.

Dictāmus, m. 2. vel dictamum, vel dictamnum, n. 2. *δίκταμνος*, herba, pulegio fimilis, al. artemidon, vel artemideſion, a *Dicte* monte Cretæ, ubi copioſe naſcitur, *dittamo*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Capras autem in Creta feras, cum eſſent confixæ venenatis fagittis, herbam quærere, quæ dictamus vocaretur, quam cum guſtaviſſent, fagittas excidere dicunt e corpore. *Plin. l. 26. c.* 15. Dictamnum cum mero decoctum menſes ciet.

Dictatĭo, onis, f. dictandi actio, *il dettare*. *Symmach. l. 6. ep.* 4. Dictatione properata.

Dictātor, oris, m. *Dittatore*, fummus magiſtratūs apud Romanos (olim *magiſter populi*, & *prætor maximus* dictus) fed extraordinarius, qui periculoſiſſimis reipubl. temporibus creabatur, & jus vitæ neciſque habebat fine provocatione, quemadmodum olim reges: a *dico*, quod a Conſule diceretur: vel a *dictum*, feu edictum, quod ejus dicto audientes omnes eſſent. Quod fine provocatione eſſet, fatis oſtendunt duo *Livii* loca *lib. 2. c. 29. ſub fin.* Agedum dictatorem, a quo provocatio non eſt, creemus. *Et l. 3. c. 20. extr.* Dictatore opus eſſe reipubl. ut qui fe moverit ad folicitandum ſtatum civitatis, fentiat, fine provocatione dictaturam eſſe. Legimus quidem apud *eund. l. 8. c.* 33. Provocatum eſſe adverſus L. Papirium curſorem, dictatoria feveritate Q. Fabium Max. Rullianum magiſtrum equitum fuum punire volentem: fed ea provocatio magis precaria fuit, quam legitima, ut colligitur præcipue *cap.* 35. ¶ Quo anno, quibus Conſulibus, quis primus creatus fit, non fatis conſtat. Apud veterrimos auctores *Livius l. 2. c.* 18. fcribit fe inveniſſe, primum Dictatorem fuiſſe creatum T. Lartium, qui erat conſul cum L. Poſthumio Cominio circa A. U. 254. Principio non niſi e Patriciis legi fas fuit: poſtea etiam ex plebe: fed femper vir conſularis eligebatur. Primus de plebe creatus eſt C. Marius (*al.* Martius) Rutilius circa annum 399. bello cum Faliſcis, & Tarquinienſibus: qui etiam magiſtrum equitum primum de plebe C. Plautium dixit, ut *Liv. l. 7. c.* 17. narrat. Dicebatur a conſule tantummodo: nec poterat a populo creari, niſi prodictator, teſte *eod. l. 22. c.* 8. & 31. V. etiam *l. 27. c.* 5. Dicebatur autem captatis auſpiciis, oriente nocte, & filentio, ut *Id.* docet *l. 4. c. 21. extr. l. 8. c.* 23. & *l. 9. c.* 38. Sed tamen cum aliquando Vejentes caſtra Romana cepiſſent, A. Cornelius Coſſus Tribunus militum Mamercum Æmilium dictatorem dixit, fcilicet quia Tribuni militum erant poteſtate conſulari. *Id. l. 4. c.* 31. ¶ Duæ fecures cum vigintiquatuor faſcibus eum præcedebant: deſignabatque fibi miniſtrum, qui *magiſter equitum* vocabatur, & erat dictatori, ut Tribunus Celerum Regi, Præfectus Prætorio Cæſaribus. ¶ Deſignato Dictatore, ceteri omnes magiſtratus fuam amittebant poteſtatem, præter illos, qui tempore regum fuerant, & Tribunos plebis. ¶ Hoc imperium femeſtre tantum eſſe voluerunt, ut eſt in *Leg. XII. Tab.* apud *Cic. 3. de legib. c.* 3. & *Liv. lib. & cap.* 23. ne in tyrannidem verteretur: niſi aliter reipubl. neceſſitas exigeret. Nam quod L. Sulla, & C. Julius Cæſar diutius tenuere, leges palam contempſerunt. ¶ Dictator equo vehi vetabatur: idque ob eam cauſam, quod cum militiæ Romanæ robur præcipuum eſſet in pedite, debebat in legione permanere, ne locum defereret: vel quod, cum in ceteris maxima eſſet auctoritas, & prope tyrannica, in hoc voluerint eum populo inferiorem videri. Hæc *Plutarch. in Fabio*. Ex *Livio* tamen colligimus *l. 23. c.* 14. folitos fuiſſe dictatores, ad bellum exeuntes, ferre ad populum, uti liceret equum conſcendere: quod ita eis concedi folitum, ut folius belli cauſa equo uterentur, in omni alia juriſdictione equum habere prohiberentur. ¶ Præter imminens reipubl. grave bellum, aliæ quoque fuere cauſæ Dictatoris creandi, ut comitiorum conſularium habendorum, *Liv. l. 7. c. 26. l. 8. c.* 16. & 23. & *l. 25. c.* 5. &c. clavi figendi tempore peſtilentiæ, *Id. l. 7. c.* 3. & *l. 8. c.* 18. feceſſionis, aut feditionis cauſa, *Id. l. 4. c.* 13. & *l. 7. c.* 39. exercendæ extraordinariæ quæſtionis, *Id. l. 9. c.* 26. ludorum faciendorum, *Id. l. 8. c. ult.* & *l. 27. c.* 33. legendi fenatus, *Id. l. 23. c.* 22. & 23. feriarum conſtituendarum, *Id. l. 7. c.* 28. V. etiam *l. 30. c.* 24. Denique ut eſſet, qui ludis Romanis fignum mittendis quadrigis daret, Prætore ægrotante: quod tamen in dubio relinquit *Id. in fin. l.* 8.

¶ In marmoreis fragmentis, Faſtorum Conſularium apud *Gruter. pag.* 290. 291. &c. quoties belli cauſa dictator creatus legitur, *rei gerundæ cauſa* creatus dicitur. ¶ Apud alios quoque Latii populos Dictator in uſu fuit, & quidem alicubi etiam ordinarius, ut Lanuvii, teſte *Cic. pro Mil. c.* 10. Cæritum, *Inſcript.* apud *Grut. p.* 214. Albanorum, *Liv. l.* 1. *c.* 23. &c. Quin, *Cato* apud *Gell. l.* 10. *c.*20. Annibalem *Dictatorem Carthaginienſium* appellat.

Dictatorĭus, a, um, o. 1. 2. quod erat Dictatoris. *Liv. l.* 6. Dictatorium fulmen in ſe intentatum. *Id. l.* 4. *c.* 14. Dictatoria majeſtas. *Id. l.* 7. *c.*4. Dictatorius juvenis. h. e. Dictatoris filius.

Dictātrix, icis, f. quæ dicit agenda, præcipit, imperat. *Plaut. Perſ.* 5.1. 18. Tu hic eris dictatrix nobis.

Dictātum, n. 2. eſt veluti thema, atque præſcriptum, quod magiſter ludi pueris præbere conſuevit, a dictando, quoniam quæ magiſtri docent, ſæpe inculcant, ut penitus excipiantur, & ediſcantur. *Hor. l.* 1. *ep.* 18. Ut puerum ſævo credas dictata magiſtro Reddere. ¶ Dicitur etiam de aliis artibus. *Juven.* Peragit dictata Magiſtri omnia. *Suet. in Cæſ. c.* 26. Ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſique dictata exercentibus darent. Hic per *dictata* gladiatoria themata, documentaque ſignificantur. ¶ Dictatum etiam pro epiſtola poni, obſervat *Barth. ad Claudian. pag.* 1216.

Dictatūra, f. 1. *δικτάτορος ἀρχή*, Dictatoris dignitas. *Cicer.* 2. *Off.* Quod paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendam addidiſſet. V. *Dictator*.

Dictātus, a, um, adject. *dictato*, ad dicendum propoſitus. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 54. Hæc Janus ſummus ab imo Perdocet, hæc recinunt pueri dictata ſenesque.

Dicte, Dictæus mons, *Labirinto*, al. *Laſthi*, ſeu *Laſſiti*, al. *Sethie*, mons Cretæ, in parte Or. inter Idam M. & Gnoſſum urb. ad Occ. & Samonium prom. ad Or. Dictus eſt a Dicte Nympha, quæ in eo colebatur. Dividitur in duo brachia, quorum alterum procurrit ad prom. Samonium, alterum ad prom. Siderum in Bor. Hinc Jupiter *Dictæus* dictus eſt, quod ibi nutritus fuerit.

Dicterĭum, n. 2. *motto, che punge*, שנינה, Gem. *ſpeyreden*, Gal. *mocquerie*, Hiſp. *motejada*, σκῶμμα, jocus, dictum ſalſum, & acutum, breviter, & acute dictum. *Cic. l.* 1. *ep. ad Cornel. Nep.* Noſtri, cum omnia, quæ dixiſſemus, dicta eſſent; quæ facete, & breviter & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicteria voluerunt.

Dictĭo, onis, f. *voce*, מלה, Ger. *vvuor*, Gal. *mot*, Hiſp. *palabra*, λέξις, φράσις, λόγος, vocabulum, vox, verbum, pars minima orationis, ſignificativa, ex qua inſtruitur oratio, & in quam reſolvitur, apud veteres Grammaticos Scaurum, Diomed. &c. *Catonis* etiam & *Quintiliani l.* 1. *c.* 10. & *l.* 9. *c.*1. exempla affert *Ol. Borrich. Cogit. p.* 87. ¶ Uſurpatur ſæpe pro enunciatione, & pronunciatione, *recita*, *il dire*, ut dictio ſententiæ, *Cic.* 2. *Invent. cap.* 4. Dictio cauſæ, *Id. pro Quint. c.* 10. & *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.*4. Dictio teſtimonii, *Ter. Phorm.* 2. 1. 63. ¶ Dictiones etiam dicuntur Oratorum opera, & orationes. *Cic. in Bruto:* Malim mihi unam L. Craſſi pro M. Curio dictionem, quam triumphos duos &c. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Dictiones extemporales. ¶ Pro Oraculo. *Vet. poeta apud Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 26. Aperte fatur dictio ſi intelligas. *Liv. l.* 8. *c* 24. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat: caveret Acheruſiam aquam.

Dictĭōſus, a, um, adject. verboſus, vel dicax, *loquace*. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Dictĭto, as, avi, atum, n. *andar dicendo*, שנן, Ger. *offt ſagen*, Gall. *dire ſouvent*, Hiſp. *dezir a menudo*, πολλάκις λέγω, freq. a dicto. *Cic.* 3. *Ver.* Ut hoc jam palam dictitent. *Id. l.* 2. *de Or.* Dictitare cauſas. ¶ Eſt etiam excuſationem prætendere, prætextus afferre, *προφασίζεσθαι*. *Liv. l.* 1. *c.* 49. Socerum gener ſepultura prohibuit, Romulum quoque inſepultum periiſſe dictitans. *Nepos Lyſand. c.* 1. Cum Lacedæmonii dictitaſſent, hunc cauſam eſſe belli.

Dicto, as, avi, atum, a. 1. *dettare*, Ger. *dictiren*, *erſangen*, Gal. *dicter*, Hiſp. *dictar*, ἀναγομιπίζω, freq. a dico. Eſt dicere, & tractim enuntiare, quod alius excipiens calamo notet. *Cic. Att. l.* 13. Non modo Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere. *Id. l.* 7. *Attic. ep.* 13. Epiſtolam dictavi propter lippitudinem. ¶ Item ſuggerere, *ſuggerire*. *Quintil. l.* 3. *c.* 4. Ratio dictat. *Id. l.* 11. *c. ult.* Nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare videantur. h. e. polliceri. ¶ Dictare actionem apud JCtos eſt litem intentare, experiri cum aliquo apud Judicem. *Paul. dig.* 4. 8. 32.

Dictum, i, n. 2. *detto*, אמר, Ger. *red*, Gal. *mot*, Hiſ. *dicho*, ῥῆμα, ſermo, *Cic.* 1. *Fam.* Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæſare interceſſit. ¶ Per excellentiam eſt facete, breviter, & acute dictum, quod mimorum dictum a *Varr. l.* 5. *de L. L.* vocatur, quia illi dicta hujuſmodi affectabant. *Cic.* 2. *Phil.* Salſum omnino hominem, ſed materia facilis in te, & in tuos dicta dicere. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Potius amicum, quam dictum perdere. *piuttoſto l' amico, che la botta*. ¶ *Vernarum dictum*, vel *vernile dictum*, ſimiliter eſt dictum facetum, vel ſcurrile, quia etiam ſervi, ut mimi, hujus generis dicta ſolent effundere. *Tac. l.* 18. Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit. ¶ Dictum præterea pro maledicto uſurpatur. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. Te differam dictis meis. ¶ Item pro juſſo. *Plaut. Men.* 5. 2. 118. Imperium tuum demutat, atque dictum Apollinis. ¶ Dicto audiens, eſt obediens. *Cic. 6. Ver.* Dicto audientem fuiſſe Prætori. ¶ Dictis aliquem aggredi, eſt alloqui. *Virg.* 4. *Æn.* Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. ¶ Cum dicto, eſt ſtatim poſt verba, & vix dum finito ſermone. *Apul.* Et cum dicto faciem ſuam obtexit. Dicto citius, *più preſto ch' io nol dico*. *Liv. l.* 23. *c.* 47. Dicto prope citius equum in viam Claudius egit. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. *v.*80. ubi dicto citius curata ſopori membra dedit. ¶ Apud *Ennium*, quem refert *Cic. in Bruto*, dictum accipitur pro eleganti dicendi ratione, ſeu pro eloquentia; ita enim ait: Cum neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat, Nec dicti ſtudioſus erat. h. e. deerant Oratores, & Poetæ. ¶ Dictum factum. V. *Dictus*. ¶ Dictum pro factum, ut τὸ ῥῆμα Græcis, & Hebræis *verbum*. *Plaut. Caſ.* 5.4.17. Feci ego iſthæc dicta, quæ vos dicitis?

Dicturĭo, is, n. 4. dicere cupio, dicere molior. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 2. Fortiter a ſe facta ſemper dicturiunt.

Dictus, a, um, adject. *detto*, *pronunziato*, *recitato*. *Ter. Andr.* 1. 1. 2. Dictum puta. *Id. Eun. prol. v.*41. Nullum eſt dictum, quod non dictum ſit prius. ¶ *Dictum*, & *factum*, vel *dictum factum*, præciſa locutio eſt, quæ ſignificat ſtatim, celeriter, *detto fatto*, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον. *Terent. And.* 2. 3. 7. Dictum ac factum invenerit aliquam cauſam, quamobrem ejiciat domo. *Id. Heaut.* 5. 1. 31. Quid poſtquam hoc eſt factum? M. Dictum factum huc abiit. ¶ *Dicto citius* V. in *Dictum*, *i*. ¶ Habere pro non dicto, h. e. tamquam dictum non ſit. Legitur hæc phraſis apud *Liv. l.* 23. *c.* 22. *ad fin.*

Dictynna, f. 1. cognomen Dianæ. Sed *Diodorus l.* 6. ſcribit, Dictynnam ex Jove genitam, in Creta conſuetudine Dianæ familariſſime uſam eſſe, quæ res cauſam præbuit, ut Dictynnam, Dianamque eandem eſſe dicerent. Dicta eſt, ut Callimachus ait, a retibus piſcatoriis, quæ *δίκτυα* Græci dicunt, intra quæ fugiens evaſerit violentiam Minoi Regis eam libidinis cauſa inſequentis. *Stat. l.* 9. *Theb. v.* 632.

Dictys, Cretenſis fuit, qui bellum Trojanum, cui interfuit, deſcripſit lingua Phœnicum. Extat ea deſcriptio latine, quemadmodum & Daretis Phrygii, ſed cui auctori adjudicanda ſit, non convenit inter eruditos.

Didaſcalia, f. 1. *διδασκαλία*, doctrina, eruditio, a *διδάσκω*, doceo, inſtituo. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 3. *Διδασκαλίαν* quandam habeat. Hanc vocem non facile invenies latinis litteris ſcriptam.

Didaſcalĭcus, a, um, adject. ad magiſtrum pertinens. *Auſon. ep.* 17. Didaſcalicum aliquod opuſculum mittere.

Didaſcălus, m. 2. *διδάσκαλος*, præceptor, a *διδάσκω*, doceo. Græce habet *Cic. Fam. l.* 9. *ep.* 7.

Dido, us, f. 4. & onis, f. 3. alio nomine Eliſa, filia Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis Sichæo Herculis ſacerdoti juncta fuit; quem cum Pygmalion Eliſæ frater, theſauris ejus inhians, ante aram obtruncaſſet, illa in ſomnis monita, cum iis, quibus Pygmalionem inviſum eſſe ſciebat, ablatis clam theſauris, navem conſcendit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana dicitur, delata, tantum ſibi ſoli emit, quantum taurino corio poſſet circumdare. Quo in loco cum corium in tenuiſſimas partes diſſecuiſſet, ſpatiumque ſatis amplum complexa eſſet, urbem condidit, quam Carthaginem appellavit, arcemque in medio urbis, quam a corio bubulo Byrſam vocavit. Deinde cum Jarbas Getuliæ rex nuptias ejus ambiret, recuſantemque, vi, & armis cogeret, ſibi ipſi manus intulit. *Virg. l.* 4. *Æn.* tabulatur, Æneam, capta Troja, a patria profugum vi tempeſtatis Carthaginem fuiſſe delatum, Eliſamque amore ejus captam, cum præter ſpem deſereretur, mortem ſibi conſciviſſe.

Dido, dis, dĭdi, dĭditum, a. 3. *diſtribuire*, *dividere*, חלק, German. *außheylen*, Gal. *diſtribuer*, Hiſp. *repartir*, διανέμομαι, proprie eſt diſtribuere, ſive diffundere in multos, a *di*, vel *dis*, & *do*. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 2. Albuti ſenis exemplo dum munia dĭdit. ideſt, dividit. ¶ Frequenter accipitur pro divulgo, ſive diſpergo. *Virg.* 7. *Æneid.* Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor.

Didōros, m. 2. duorum palmorum. *Plin. l.* 35. *c.* 14. Didoron, quo utimur, longum ſeſquipedale, latum pede.

Didrachma, atis, & Didrachmum, i, n. *δίδραχμον*, *δίδραχμος*, nummus duas drachmas continens. *Sedul. l.* 3. *v.* 316. Hamum ferre jubet gerulum didrachmatis aurei.

Didūco, is, xi, ctum, a. 3. *dipartire*, *guidare in diverſe parti*, נפץ, Ger. *zertheylen*, Gal. *deſoindre*, *ſetaver*, Hiſp. *partir*, διαιρέω, diſtraho, dirimo, divido, in diverſas partes, & loca duco. *Cæſ. 6. B. G.* Dimittendæ plures manu, diducendique erant milites. *Cic. in Orat. c.* 32. Cum pugnum diduxerat, & manum dilataverat. *Ceſſ. l.* 7. *c.* 7. *n.* 4. Diducendus quotidie oculus eſt, ne cicatrice inter ſe palpebræ glutinentur, *Hor. ad Piſon. v.*325. Pueri longis rationibus aſſem Diſcunt in partes centum diducere. *Tacit.* 4. *hiſt.* In ſtudia Senatum diduxerat. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Diducere argumenta in digitos. *Juv. ſat.* 10. Diducere rictum.

Diductĭo, onis, f. actus diducendi, apertio. *Senec. l.* 2. *Quæſt. nat. c.* 8. Oſtendit intenſionem ſpiritus velocitas ejus, & diductio.

Diductus, a, um, adject. *διαλημμένος*, diviſus, diſtractus, *diviſo*. *Tac. Ann.* 2. *c.* 47. Diductis terris hauriebantur. *Id.* 12. *Ann.* Foribus repente diductis. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 7. Injurias inimicorum in ſe commemorat, a quibus diductum, & depravatum Pompejum queritur. h. e. alienatum.

Didymæus, m. 2. *δίδυμαῖος*, cognomen Apollinis, ideſt, Solis, a *δίδυμος*, geminus, quod gemina luce aerem illuſtrat, interdiu per ſe, noctu per Lunam, quæ ab ipſo lumen habet. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 17. Hinc Didymæum templum, Apollini dicatum, apud Miletum, & Branchidas pop. olim Oraculum Branchidarum.

Didўme, f. 1. Didyma, inſ. maris Ægæi, inter Cycladas, finitima Scyro, Andro, & Oliaro. ¶ Item *Saline*, al. *Panare*, inſ. Siciliæ, una Æoliarum.

Diecŭla, f. 3. *ἡμερίδιον*, dim. a dies. *Cic. Att. l.* 5. *ep. ult.* Quid mali C. Julius fecerit, cum dieculam duxerit.

Dierecta, Dierecte, &

Dierecto, adverb. in malam rem, in malam crucem, *in mal'ora*. *Plaut. Trin.* 2. 4. Abin' hinc dierecte? *Id. Rud.* 4. 4. 126. I dierecta cum ſucula, & porculis. *Livius:* Dierecto arma petiſſe dicant. h. e. in ſuam perniciem. V. *Dierectus*.

Dierectus, o. 1. 2. in crucem actus, quaſi ſub dio erectus, vel quaſi die, vel in diem erectus. *Plaut. Merc.* 1. 2. 72. I hinc hodie dierectus, nugare in re capitali mea. *Id. Men.* 2. 3. *v.* 87. allegorice: Ducit lembum dierectum navis prædatoria. ¶ *Feſtus* dierectum ait vocari diem minime rectum, malum, ſævum, per antiphraſim.

Dies, diei, m. vel f. 5. ſed num. pl. ſolum gen. m. *giorno*, יום, Germ. *tag*, Gal. *jour*, Hiſp. *dia*, ἡμέρα, ſpatium viginti quatuor horarum, a ζεύς, quaſi Jupiter ſit lucis auctor. Grammatici Veteres pro diverſa hujus nominis ſignificatione, diverſum genus ei tribuunt, aiunt enim, feminino genere ſignificare tempus indeterminatum, maſculino vero ſpatium 24. horarum. *Cic. Ver.* 1. *c.* 2. Cum ego diem Siciliam inquirendi perexiguam poſtulaviſſem, invenit iſte, qui ſibi in Achajam biduo brevem diem poſtularet. *Plin. l.* 9. *c.*59. Per aliquot dies continuos piſcator enavigat. Verum hoc diſcrimen non eſt perpetuum, præſertim apud Poetas. *Virg.* 2. *Æn. v.* 132. Jamque dies infanda aderat, mihi ſacra parari &c. *Plin.* etiam *l.* 7. *c.* 52. Jacuit in litore tota die: deinde cum adveſperaſſet &c. ¶ Dies aliquando ponitur pro luce diei. *Tac.* 3. *hiſt. c.*56. Concionanti tantum fœdarum volucrum ſupervolitavit, ut nube atra diem obtenderent. Sic admittere diem, h. e. apertis feneſtris lumen admittere. *Plin. l.* 9. *ep.* 35. ¶ Item pro actis diei. *Senec. l.* 3. *de Ira c.* 36. Totum diem meum ſcrutor, facta ac dicta mea remetior. ¶ Item pro vita. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 4. *v.*44. Sive diem videat, ſive tegatur humo. Hinc obire diem, eſt mori. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 12. Marcellum diem ſuum obiiſſe. ¶ Dies dubius dicitur, cum nondum plene lucet. *Plin. l.* 6. *ep.* 20. ¶ Die multo, h. e. magna ex parte acto. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.*22. Multo denique die per exploratores cognovit. Sic, die illuſtri, h. e. claro, exorto ſole. *Curt. l.* 3. *c.*3. ¶ De die, ſignificat interdiu. *Catul. carm.* 47. Vos convivia lauta ſumptuoſe de die facitis. hoc eſt ante legitimum cœnæ tempus. Sic *Sueton. in Domit. c.* 21. Lavabat de die, prandebatque ad ſatietatem. h. e. ſtatim a matutino. ¶ In diem, *di dì in dì*. *Cic.* 2. *de Orat. c.*4. Barbarorum eſt in diem vivere. *Plaut. Men.* 3. 1. 10. Affatim eſt hominum qui in dies ſingulas eſcas edunt. h. e. ſemel in die: Sunt qui ſcribunt *indies* conjunctis duabus vocibus. ¶ Diem dicere. V. *Dico*. ¶ Dies interdum dicitur tempus præſtitutum alicui rei, ut dies pecuniarum, quo ſc. ſolvenda pecunia eſt. *Colum. l.* 1. *c.* 7. Sed nec dominus in unaquaque re, cui colonum obligaverit tenax eſſe juris ſui debet ſicut in diebus pecuniarum, &c. Similiter & in diem emere. *Nepos in Att. c.* 9. Cum illa fundum, ſecunda fortuna emiſſet in diem neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet. His reſpondent, proferre diem, diem laxiorem dare, ſervare, obire diem, hoc eſt, tempus ſolvendi debiti apud *Cic. Liv.* & al. ¶ *In diem*, & *præſens* opponuntur. *Ter. Phorm.* 5. 2. 16. Præſens quod fuerat malum, in diem abiit. *Cic. pro Cal. c.* 24. In diem fraudis præſentis pœnas Dii reſervant. ¶ *Die oculata emere*, eſt præſenti pecunia emere: contra ve-

to, *emere die certa*, dicimus, cum ſolutionem in diem proferimus. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 67. Eme die cœca hercle olivum, id vendito oculata die. ¶ Dies noctesque, pro ſemper, aſſidue, *di, e notte. Cic. pro Roſc. Amer.* Dies noctesque parentum pœnas a conſceleratiſſimis filiis repetant. ¶ *Alio die*, formula erat Augurum denuntiantium differendam eſſe in alium diem eam rem, pro qua cum de cœlo ſervaſſent, aves non addixiſſent. V. *Briſſon. de formul. l. 1.* ¶ Hujus nominis genitivus eſt *diei*, ſed reperitur & *die*, & *dii*. *Virg.* 11. *Æn.* Munera lætitiamque dii. *Id.* 1. *Georg.* Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas. ¶ Ablativ. eſt *die*, & etiam aliquando *diu*, ut diu noctuque, apud *Salluſt.* & alios paſſim. ¶ *Die quinti, die ſeptimi, die craſtini*, formulæ ſunt pro die quinto, craſtino, &c. *Plaut. Moſtel.* 4. 1. 25. *Liv. Dec.* 3. V. *Agell. l.* 10. *c.* 24.

Diēlis, *diesis*, eſt quarta pars toni muſici; atque ideo ſcribitur quatuor lineolis decuſſatis. *Vitr. l.* 5. *c.* 4.

Dieſpĭter, eſpitris, m. 3. *Giove*, ζεύς, Jupiter, quaſi diei, & lucis pater. *Hor. l.* 3. *od.* 2. *v.* 29. Sæpe Dieſpiter neglectus inceſto addidit integrum.

Diffamatus, a, um, adject. *infamato. Ovid. Met.* 4. *v.* 236. Vulgat adulterium, diffamatumque parenti indicat. *Tac. Ann.* 15. *c.* 49. A Nerone probroſo carmine diffamatus.

Diffamo, as, avi, atum, a. 1. *divolgare mala fama, infamare*, רגל, Ger. *verleimbden*, Gall. *diffamer*, Hiſp. *diſamer*, διαβαλλίζω, malam famam ſpargo. *Apul. lib.* 1. *Mileſ.* Non ſolum me diffamat probris, ſed &c. ¶ in bonam partem pro divulgare, uſus eſt *Auguſt. de morib. Eccleſ. c.* 14. *de Deo:* Quanto melius, atque diffuſius diffamatur, tanto diligitur, & amatur ardentius.

Diffarreatĭo, ſ. 3. ſacrificii genus inter virum, & uxorem, quo conjugium per confarreationem contractum diſſolvebant. *Feſtus.* V. Confarreatio.

Differens, entis, adject. o. 3. diſſimilis, *differente*, διαφέρων. *Cic. in Orat. c.* 23. Res plus quam opinione differens. Et *de Fato*, *c.* 4. Has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas. ¶ Subſtantive pro differentia, *Quinc. l.* 5. *c.* 10. Finitioni ſubjecta maxime videntur genus, ſpecies, differens, proprium. ¶ Cum caſus habet, dativum regit. *Plin. l.* 9. *c.* 8. *de delphinis*. Lingua eſt his brevis, atque lata, haud differens ſuillæ.

Differenter, adverb. *differentemente. Solin. c.* 1. Inſeruimus pleraque differenter congruentia.

Differentĭa, ſ. 1. *differenza*, מחלוקת, Ger. *underſcheit*, Gall. *difference*, Hiſp. *diferencia*, διαφορὰ. *Cic.* 4. *Acad.* Ut, quanta differentia eſt in principiis naturalibus. Adde *l.* 1. *Offic. c.* 27.

Differĭtas, ſ. 3. idem ac differentia, apud vet. a differo. *Lucr. l.* 4. *v.* 637. Tantaque in his rebus diſtantia, differitaſque eſt. Adde *Arnob. l.* 2. & 5.

Differo, ers, diſtuli, dilatum, a. anom. proprie eſt diſſipare, in diverſa ferre, dividere, a dis, & fero. Hinc *Virg.* 3. *Georg.* ait, Aquilonem differre nubes, *Horat. Epod.* 5. Eurum differre fractos remos, lupos membra inſepulta. *Plaut. Rud.* 2. 3. Nos cum ſcapha tempeſtas dextrorſum differt ab illis. ¶ Interdum eſt in ordinem ponere. *Virg.* 4. *Georgic.* Seras in verſum diſtulit ulmos. ¶ Translate eſt ſpatium temporis extendere, proterre, producere, *differire, prolongare*, רחק, Germ. *verziehen*, Gal. *differer*, Hiſp. *dilatar*, ἀναβάλλεσθαι. *Cic. de Orat.* Rem commoviſti nova diſputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. ¶ Item cruciare, ſcindere, lacerare. *Ter. Adelph.* Me miſeram, differor doloribus. ¶ Eſt item verbum neutrum, & ſignificat diſtare. *Cic. in Ver.* At vide, quid differat inter meam opinionem, & tuam. *Id. in Brut.* Quo ipſi differrent ab Oratoribus. *Id. l. de Invent. c.* 44. Deinde quid res cum re differat, demonſtrabitur. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Differunt in candore. ¶ Interdum fumitur pro diffamare, divulgare, ſpargere. *Ter. Heaut. prol.* 15. Nam quod rumores diſtulerint malevoli. Et differre aliquem rumoribus, *Tac. Ann. l.* 1. *c.* 4. ¶ Differre aliquem dictis, *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 124. h. e. maledictis inceſſere. Et abſolute, *Ter. And.* 2. 4. 4. Orationem ſperat inveniſſe ſe, qua differat te. h. e. laceſſat, proſcindat. Sed hæc ſignificatio ad primam referenda eſt. ¶ *Diſque tuliſſent* pro *diſtuliſſent*, habetur apud *Plaut. Trin.* 4. 1. 14.

Differtus, a, um, nom. ex partic. (a differtio, de quo adhuc exempla non vidimus) *pieno, empiuto*, fartus, impletus. *Tac. Ann.* 16. *c.* 6. Corpus differtum odoribus conditur, tumuloque intertur. *Hor. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 4. Forum Appii differtum nautis. *Id. l.* 1. *ep.* 6. *v.* 59. Differtum tranſire forum.

Diffibŭlo, as, avi, atum, a. 1. *sfibbiare*, Ger. *die ſpangen aufflöſen*, Gall. *deb ucler*, Hiſp. *quitar la he villa*, ἀποπορπέω, fibulam reſolvo, diſcingo, exſinuo, aperio. *Stat. Theb.* 6. *v.* 570. Emicat, & torve chlamydem diffibulat auro.

Difficĭle, adverb. *difficilmente*, בקשה, Ger. *ſchwerlich*, Gal. *difficilement*, Hiſp. *dificilmente*, χαλεπῶς, cum difficultate, ægre, vix. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Semen inter folia durum, & quod difficile evellatur. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 56. Difficile fieri. V. Difficiliter.

Difficĭlis, le, o. 3. *difficile, malagevole*, קשה, Ger. *ſchwer*, Gal. *difficile*, Hiſp. *dificil*, δυσχερὴς, quod non eſt facile, quod arduum eſt, operoſum, laborioſum. *Cic.* 3. *de Orat.* Nec hæc aut difficilia ad perſequendum eſſe videantur. *Id.* 5. *Phil.* Difficillimum Reip. tempus. h. e. calamitoſiſſimum. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 15. Difficilioribus uti temporibus. *Liv. l.* 3. Difficile ad fidem eſt. *Virg.* 5. *Æn.* Difficiles ſcopuli. *Id.* 2. *Georg.* Difficiles terræ. ¶ Cum de perſona dicitur, refertur ad morum aſperitatem, & ponitur pro moroſo, duro, aſpero. *Cic. de Sen.* Senes moderati, nec difficiles, nec inhumani tolerabilem agunt ſenectutem. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 12. Difficilem eſſe precibus alicujus.

Difficilĭter, adverb. idem ac difficile, *difficilmente. Cic. in Acad.* Cur deinde non, ut difficiliter a vero internoſcatur? *Col. l.* 5. *c.* 3. Difficiliter menſuras imbibimus agrorum. ¶ Gradus hujus adverb. communes ſunt cum adverb. Difficile; immo ab hoc oriuntur. *Plin. l.* 22. *c.* 21. Difficilius concoquitur. Et *l.* 19. *c.* 7. Omnium difficillime opium naſcitur.

Difficul, pro difficili, apud antiquos. *Var. apud Non.* Quod utrum ſit magnum, an parvum, facul, an difficul.

Difficultas, t. 3. *difficoltà*, χαλεπότης, arduitas, labor, negotium. *Cic.* 1. *de Orat.* Niſi rei quandam incredibilem magnitudinem, ac difficultatem. ¶ Item inopia. *Cic.* 4. *Ver. c.* 28. Oſtendit ſe in ſumma difficultate eſſe nummaria. Sic difficultas annonæ, *Id. pro Domo*. ¶ Difficultas ſpirandi, & ſpiritus, apud *Celſ. l.* 2. *c.* 1. & *l.* 5. *c.* 25. *difficoltà di reſpiro*. Sic difficultas urinæ, *Plin. l.* 20. *c.* 11. ¶ *Cic. pro Quin.* Affligi difficultatibus, *diſgrazie*.

Difficulter, idem ac difficile. *Cic. de Inv.* Quid difficulter fieri, & quid facile fieri poſſit. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 62. Difficulter, & ægre fiebat.

Diffidens, entis, adject. o. *diffidente, chi diſpera. Cic. in Piſon. c.* 36. Diffidens, & deſperans ſuis rebus.

Diffidenter, adverb. *con diffidenza. Cic. pro Cluent. in princ.* Timide, & diffidenter attingere rationem veneficii criminum.

Diffidentĭa, ſ. 1. *diffidenza*, Ger. *miſſetrauwig*, Gal. *deffiance*, Hiſp. *deſconfianca*, ἀπιστία, *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 37. Metus quoque eſt diffidentia expectati, & impendentis mali. *Id.* 2. *de Inv. c.* 54. Fidentiæ contraria eſt diffidentia, & in ea re vitium eſt.

Diffĭdo, is, diffiſus ſum, n. 3. *diffidarſi, non aver fidanza*, Ger. *miſſtrauwen*, Gal. *ſe deffier*, Hiſp. *deſconfiarſe*, ἀπειθίζω, non fido. *Sulpic. Cic. l.* 4. *Fam. epiſt.* 5. Plura de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. *Cic. l.* 4. *Acad.* Invenire ſe poſſe quod cuperent, diffiſi ſunt. *Id. Att. l.* 12. De Othone diffido. ¶ *Diffidi*, præter. pro *diffiſus ſum*, eſt apud *Quintil. Declam.* 287. Cum cauſæ patris diffidiſſet vir fortis.

Diffindo, is, diffidi, diffiſſum, a. 3. *fendere, tagliare in più pezzi*, בקע, Ger. *zerſpalten*, Gal. *mettre en pieces*, Hiſp. *hender*, διαχίζω, in diverſas partes findo. *Cic. de Univ.* Hanc omnem conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit. *Cato R. R. c.* 41. Diffindere medium. ¶ Diffindere diem. *Bud.* Tria erant apud antiquos pronunciandi genera: aut enim dies diffindebatur, hoc eſt, res in poſterum diem rejiciebatur, aut comperendinabatur, ideſt, in tertium diem differebatur, aut judex non liquere pronuntiabat. *Ulpian. l.* 2. *ff. ſi quis curator.* Et ideo etiam Lex XII. Tabul. ſi Judex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, jubet diem judicii eſſe diffiſſum. *Liv. l.* 9. *c.* 38. Ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diffidit diem.

Diffingo, is, inxi, ictum, a. 3. *guaſtare, corrompere*, שחת, Ger. *zerbrech, und anderſt machen*, Gall. *defigurer, diformer*, Hiſp. *gaſtar, veſtigurar*, διαφθείρω, eſt corrumpere, convellere, deſtruere, quod fictum, & formatum eſt. *Horat. l.* 3. *Carm. od.* 29. Neque diffinget; infectumque reddet. ¶ Eſt item reformare. *Hor. l. Carm. od* 35. O utinam nova incude diffingas retuſum in Maſſagetas, Arabaſque ferrum. ¶ Item negare. *Horat.* 2. *Sat.* 1. Nihil hinc diffingere poſſum. ideſt, non poſſum negare, rem ſic ſe habere. Alii legunt, *Diffindere*. ¶ Item deprimere. *Id. l.* 1. *Sat.* 10. Diffingit Rheni luteum caput. Alii leg. *defingit*.

Diffinĭo, V. Definio.

Diffiſĭo, vel Diffiſio, onis, ſ. prorogatio, dilatio, *dilazione, proroga*, a Diffindo. *Gel. l.* 14. *c.* 2. In rerum diffiſionibus, & comperendinationibus. Ita legit *Grævius*. Alii, *diffuſionibus*.

Diffiſſus, a, um, adject. *ſpaccato, feſſo in due parti*, ut Diffiſſum ſaxum. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 13. Ramus diffiſſus, *Var. l.* 1. *R. R. c* 40. ¶ Item dilatus, *differito. Ulpian. Dig.* 1. 11. 2. Si alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, jubet diem judicii eſſe diffiſſum.

Diffiſſus, o. 1. 2. ὁ ἀπιστήσας, partic. a diffido. *Cic. pro Mur. c.* 30. Me quoque in adoleſcentia diffiſum ingenio meo quæſiſſe adjumenta doctrinæ.

Diffiteor, d. 2. *negare*, כאן, Ger. *verneinen*, Gal. *denier*, Hiſp. *negar*, ἀπαρνέομαι, nego, ex *dis*, & *fateor*. *Aſin. Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 10. Nunquam diffitebor, multa me & ſimulaſſe invitum, & diſſimulaſſe cum dolore. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 13. Et pudor obſcenum diffiteatur opus.

Diffĭo, as, a. 1. *gettare a terra ſoffiando*, נשב, Ger. *zerblaſen*, Gal. *epandre*, Hiſp. *derribar ſoplando*, διαπτίω, flatu proſterno. *Plaut. Mil.* 2. 1. 17. Cujus tu legiones diflaſti ſpiritu, quaſi ventus folia.

Diffluo, is, uxi, uxum (olim fluctum, & flutum) n. 3. *ſcorrere in più parti*, Ger. *zerflieſſen*, Gal. *couler de toutes parts*, Hiſp. *correr en muchas partes*, διαῤῥέω, in diverſas partes fluo. *Plin. l.* 21. *c.* 13. Nam & ſudore diffluunt. *Lucret. l.* 3. *v.* 436. Undique vaſis diffluere humorem, & laticem diſcedere cernis. ¶ Translate ſumitur pro redundare, immoderatum eſſe in aliqua re. *Cic. l.* 1. *Offic. c.* 30. Intelligemus, quam ſit turpe diffluere luxuria, & delicate, ac molliter vivere.

Diffractus, a, um, adject. *rotto, franto, ſpezzato. Sueton. Cæſ. c.* 27. Pene curru excuſſus eſt, axe diffracto. *Vitruv. l.* 10. *c.* 6. Coloſſi baſis a vetuſtate diffracta.

Diffringo, is, egi, actum, a. 3. *frangere in più parti*, שבר, Ger. *zerbrech*, Gall. *briſer*, Hiſp. *quebrantar*, διαῤῥήγνυμι, in varias partes frango. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 68. Crura hercle diffringentur.

Diffugĭo, is, ugi, n. 3. ברח, Ger. *hin, und her fliechen*, Gal. *fuir ca, & la*, Hiſp. *huir aca, y aculla*, διαφεύγω, in diverſas partes fugio. *Virg.* 3. *Georg.* Quo tota exterrita ſylvis diffugiunt armenta. ¶ Eſt item ſimpliciter fugere. *Cæſ.* 8. *B. G.* Diffugiunt ad ſua præſidia. ¶ Translate ponitur pro vitare. *Cic.* 5. *Ver.* Diffugerunt permulti id, quod oſtendam. ¶ Item pro refugere, renuere, *vicuſare. Var.* 2. *R. R. c.* 4. Nec tamen diffugio, quin dicam, quæ ſciam de ſuillo pecore. Alii leg. *defugio*.

Diffugĭum, ii, n. 2. *fuga. Tac.* 1. *hiſt. c.* 39. Proximorum diffugia, languentibus jam ſtudiis.

Diffulgĕo, as, fulgura ſpargo. *Sidon. carm.* 11. *v.* 20. Poſtes chryſolithi fulvus diffulgurat ardor.

Diffulmĭno, as, fulmine disjicio. *Sil. l.* 5. *v.* 277. Diffulminat omnem Obſtantum turbam.

Diffundĭto, as, atum, a. 1. frequent. a diffundo. *Ammian. l.* 6. *c.* 23. (al. 12.) Ubique ſe ſe diffunditans. Et *l.* 21. *c.* 3. Sol mens mundi noſtras mentes velut ſcintillas ex ſe ſe diffunditans. ¶ Translate *Plautus Merc.* 1. 1. 58. Amoris vi diffunditari, ac deteri.

Diffundo, is, diffudi, diffuſum, a. 3. *verſare, ſpargere in più parti*, זרה, Ger. *zerſpreiten*, Gal. *epandr*, Hiſp. *derramar*, διαχέω, varie fundo, hinc inde ſpargo, dilato. *Cic.* 1. *de Orat.* Diffuſa ramis patulis platanus. *Plin. l.* 4. *ep.* 22. Morbus diffunditur a capite. *Id. Paneg. c.* 36. Oratio diffunditur in immenſum. *Cic. de Amic.* Virtus diffunditur, & contrahitur. ¶ Eſt etiam ſimpliciter fundere. Dicimus autem diffundere vinum, & defundere, ſed cum quodam diſcrimine. V. Defundo. ¶ Translate diffundere animum, eſt exhilarare. *Ovid. l.* 1. *de Art.* Diffundetque animum omnibus iſta dies. Sic *Arnob. l.* 7. *pag.* 213. Diffundi lætitia.

Diffuſe, adverb. *diffuſamente*, Ger. *ſpreitechtig*, Gal. *largement*, Hiſp. *largamente*, διακεχυμένως, diſperſe. *Cic. de Inv. l.* 1. *c.* 1. Enumeratio eſt, per quam res diſperſe, & diffuſe dictæ unum in locum coguntur. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 10. Latius aliquanto dicenda ſunt, & diffuſius. *Avien. Perieg. v.* 269. Latus hoc terræ diffuſius explicat agros.

Diffuſĭlis, le, adject. o. qui ſe diffundit. *Lucret. l.* 5. *v.* 468. Levis, ac diffuſilis æther.

Diffuſio, ſ. 3. *ſpargimento*, זרה, Germ. *zerſpreitung*, Gall. *diffuſion*, Hiſp. *derramamiento*, διάχυσις, diſperſio, dilatatio. *Sen. de vit. beat. c.* 5. Comitaſque, & diffuſio animi. V. ibi *Lipſium*.

Diffuſus, o. 1. 2. διαχυθεὶς, ſparſus, partic. a diffundor. *Cic.* 2. *de Or.* Sed jus Civile, quod nunc diffuſum, & diſſipatum eſt, in certa genera coacturum. *Id.* 2. *Fin. c.* 34. Error longe, lateque diffuſus. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Glans querna tacit ſuem diffuſam, & graviſſimam. h. e. obeſam, præpinguem. *Mart. l.* 3. *epigr.* 31. Diffuſi jugera campi. h. e. ampli. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Color diffuſus ſanguine, *color ſanguigno. Plin. altev l.* 7. *epiſt.* 17. Corona diffuſior. h. e. cœtus numeroſior. ¶ Item exhilaratus. *Ovid. Met.* 3. *v.* 318. Forte Jovem memorant diffuſum nectare curas Sepoſuiſſe graves. Sic *Stat. l.* 4. *Silv.* 2. vultus diffuſus.

Diffututus, a, um, adject. *Catull. carm.* 29. *v.* 14.

Digamma Æolicum, dicta eſt F litera, quod duplicis gamma imaginem referre videatur. *Cic. Att. l.* 9. *epiſt.* 9. Fundum ſuum Formianum vocat Digamma, quod nomen ejus ab F litera initium ſumeret. Delicium (inquit) digamma venderem.

Digămus, i. m. *bigamo*, qui bis uxorem duxit. *Tertull. de Pudic. c.* 1. & *Hieron. l.* 1. *contr. Jovinian. c.* 8.

Digantia, Digentia, *Rio del Sole*, fl. Sabinorum, qui in agro Reatino oritur, ac in Tiberim per Fabarim, & Fanum Vacunæ fluit.

Digeries, f. 5. *diſpoſitione*, διάταξις, digeſtio, diſpoſitio, diſtributio. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16.* Si digeries morſum reprehenſionis evaſit.

Digĕro, is, digeſſi, digeſtum, a. 3. *ordinare*, *diſporre*, ערך, Ger. *ordnen*, Gall. *diſpoſer*, Hiſp. *digerir*, *diſponer*, διατάττω, ordino, confuſa, & congeſta diſpono, divido, diſtribuo. *Cic. 3. Ver.* Habeo iſtius tabulas omnes, quas diligentiſſime legi, atque digeſſi. *Col. l.* 10. Tu cinge comam, tu digere crines. Rurſus *Cic. pro Rabir. Poſth.* Digerere optime Rempubl. ¶ Item dilucido, interpretor. *Virg. 2. Æn. v.* 182. Ita digerit omnia Calchas. ¶ Item huc illuc fero, diſſipo. *Plin. in epiſt.* Diſcordantibus ventis digeruntur. ¶ Apud *Lucanum* eſt ſenſim, & quaſi per partes conſumere: ita enim ait *l. 8. v.* 88. Corpus tum ſolvit tabes, ac digerit artus. ¶ Hinc ſumitur ſæpe pro concoquere, *digerire*, quia cibus ſtomachi calore ordinate per corpus diſtribuitur. *Celſ. in præf.* Digeruntur cibus, & potio in omnes membrorum partes. *Cic. Att. l.* 4. Concaluit, ut digerat multa cruda facilius. ¶ Digerere mandata alicujus, *eſeguire con ordine*. *Cic. l. 2. ad Q. Fr.* Fac, ut mea mandata digeras, perſequare, conficias.

Digeſtĭbĭlis, le, adject. qui digeri, & concoqui poteſt, *facile da digerire*, ut cibus digeſtibilis, *Cæl. Aurel. l. 1. c. 5.* Oxygarum digeſtibile. *Apic. l. 1. c. 34. h. e.* digeſtionem adjuvans.

Digeſtim, adverb. ordinate, diſpoſite. *Prudent. Periſteph. 2. v.* 129. Digeſtim aliquid ſcribere.

Digeſtĭo, f. 3. *digeſtione*, Ger. *verdvvung*, Gal. *digeſtion*, Hiſp. *digeſtion*, διάταξις, ciborum concoctio in ventriculo. *Capitol. in Vero. c.* 4. Somni fuit permodici, digeſtionis facillimæ. *Celſ. in præfat.* Sive concoctio illa ſit, ſive digeſtio. h. e. via, & diſpoſitio ad concoctionem. ¶ Item diſpoſitio, ordinatio. *Velley. l. 2. c.* 53. Digeſtio annorum. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Siderum exortus dignoſcuntur digeſtione circulorum. Adde *Cic. Philip. 5. c. 7.* ubi tamen alii aliter legunt.

Digeſtīvus, a, um, adject. ut digeſtiva virtus, *Macer. l. 1. c.* 18.

Digeſtorĭus, a, um, adject. digeſtivus, ſeu qui digeſtionem facit, ut digeſtorium medicamentum, *Plin. Valer. l. 2. c.* 8. Digeſtorium embamma, *Marcell. Empir. c.* 20.

Digeſtum, i, vel Digeſta, orum, n. 2. ſic appellatur a JCtis volumen continens partem Juris civilis, eo quod plurimas leges, quæ antea confuſæ erant in eo digeſtæ, & ordinatæ reperiuntur. Alio nomine dicitur *Pandectæ*.

Digeſtus, us, m. ordinatio, diſpoſitio, adminiſtratio. *Stat. l. 3. Silv. 3. v.* 88. tibi creditur uni Sanctarum digeſtus opum.

Digeſtus, a, um, adject. ordinatus, diſpoſitus, *ordinato*. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 3. Nomina in codicem digeſta habere. ¶ Item in ventriculo concoctus, *digerito*. *Marcell. Empir. c.* 22. Triduo puriſſimum, & digeſtiſſimum eſſe.

Digitālis, le, o. 3. *di miſura d'un dito*, Ger. *fingermeſſig*, Gal. *de la meſure d'un doit*, Hiſp. *de la medida de un dedo*, δακτυλιαῖος. quod habet menſuram digiti. *Plin. l.* 22. Anchuſæ radix in uſu eſt digitali craſſitudine. ¶ Digitale, ſubſt. n. 3. δακτυλήθρα, digitorum tegumentum. *Var. l. 1. de R. R. c.* 55. Olea, quæ digitis nudis legitur, laudabilior, quam illa, quæ cum digitalibus.

Digĭtātus, o. 1. 2. *che ha diti*, Ger. *der finger hat*, Gal. *qui a doits*, Hiſ. *el que tiene dedos*, qui digitos habet. *Plin. l. 11. c.* 47. Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Digitellus, m. 2. dim. a digitus. Hoc nomine dicitur herba quædam, quæ alio nomine ſedum, ſive ſempervivum majus appellatur. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Digĭtulus, m. 2. *dito picciolo*, δακτυλίσκος, dim. a digitus. *Ter. Eun.* 2. 2. 53. Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.

Digĭtus, m. 2. *dito*, אצבע, Ger. *ein finger*, Gal. *doigt*, Hiſp. *dedo*, δάκτυλος, membrum manus. *Cic. in Acad.* Cum paulum digitos conſtrinxerat, pugnumque fecerat. ¶ Digitorum primus Veneri ſacer erat, 2. Martı, 3. Saturno, 4. Soli, 5. Mercurio. Porro primus *Pollex* dicitur, quia eo maxime pollet manus. 2. *Index*, quod eo utimur ad aliquid oſtendendum, qui & *ſalutaris* dicitur, quia eo ori admoto ſilentium indicitur, res ſaluberrima. 3. *Medius*, quia in medio poſitus, dicitur etiam *infamis* propter penis ſimilitudinem. *Perſ. ſat. 2. v.* 33. uda labella Infami digito, & luſtralibus ante ſalivis Expiat. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 45. In hunc intende digitum; hic Leno eſt. h. e. irride, contemne. ¶ Hinc, digitum medium oſtendere, eodem ſenſu. *Juven. ſat. 10. v.* 52. *Mart. l. 2. ep.* 28. ¶ 4. *Annularis* a ferendo annulo nomen habet. 5. *Auricularis*, qui *minimus* dicitur, eoque ad purgandas aures utimur. ¶ Digitus ſæpe dicitur de re, aut actione minima. *Cic. Att. l. 7. ep.* 3. Mihi certum eſt, ab honeſtiſſima ſententia digitum nuſquam, ſupple, *diſcedere*. ¶ Hinc digitum proferre, exerere, porrigere, &c. *Idem* 5. *Fin. c.* 17. Chryſippus ne digitum quidem ejus cauſa porrigendum dicebat. ¶ Hinc in digito mori. h. e. levi vulnere, aut morbo. *Plin. l.* 27. *c.* 2. Hinc atrox illa peroratio ejus: in digito eas mortuas. Ita refert, & explicat hæc verba *Cæl. Rhod. l.* 23. *c.* 13. atque ex eo plures Lexicographi. At Harduin. & alii leg. *peroratio ejus in digitum*. V. apud *Plin.* reliqua, unde colliges diverſum omnino ſenſum. ¶ Summis digitis colere, modus loquendi a Gentilium more ductus, qui quas res ſacrificaturi erant, ſummis digitis accipiebant. *Lactant. l. 1. Inſtit. c.* 20. ¶ Monſtrari digito dicitur, qui aliqua in re inſignis eſt. *Horat. l. 4. od. 3. v.* 22. Totum muneris eſt tui, Quod monſtror digito prætereuntium. ¶ Digito cœlum attingere, eſt, ſumme beatum, & velut Diis proximum ſe putare. *Cic. Att. l. 2. ep. 1. a med.* ¶ Digito caput ſcalpere, eſt mollis & delicati hominis indicium. *Juvenal. ſat. 9. v.* 133. ¶ Micare digitis. V. *Mico*. ¶ Digitum tollere, ſignificat, favere, & ſuffragari, contra vero, digitum deprimere, eſt refragari, damnare. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 66.* Fautor utroque ſuum laudabit pollice ludum. ¶ Digitum etiam tollere, ſeu exerere dicuntur, qui ſe victos fatentur: tractum a gladiatoribus, qui victi, oſtenſione digiti veniam a populo poſtulabant, ut ait Vet. Scholiaſt. ad illud *Perſ. ſat. 5. v.* 119. Nil tibi conceſſit ratio: digitum exere, peccas. *Sidon. l. 5. ep. 7.* Hi ſunt, quorum comparatione digitum tollerent Narciſſus, Aſiaticus, Maſſa, &c. V. ibi *Savar.* ¶ Item qui in auctione aliquid emunt, quoniam ſublata manu id ſignificant. V. *Scalig. ad Manil.* & *Hotomann. ad Action. 1. Ver. c.* 54. ¶ Eſt etiam digitus menſura quædam quatuor hordei grana in latitudinem continens. V. *Front. de qualit. agror. apud Rigalt.* & *Var. Acutor. de menſuris apud Goeſ.* ¶ In aquæductibus digitus accipitur pro certo quodam aquæ modulo, quo ex caſtello aqua dividitur in vicos, aut regiones, aut etiam in nobilium ædes. Habebant enim aquæductus ſua caſtella ad divortia vicorum, a quibus aqua a cuſtode per uncias, & digitos dividebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 475. *n.* 3. & *Front. de aquæd.*

Digladiabĭlis, le, adject. *contraſtabile*. *Prudent. Cath.* 3. *v.* 147. Hoc erat aſpidis, atque hominis Digladiabile diſſidium.

Digladĭor, aris, atus ſum, d. 1. *far alle coltellate*, Germ. *fechten*, Gal. *ſe battre a coups de conteaux*, Hiſp. *acuchillarſe*, διαμάχομαι, eſt varie gladiis certare. *Cic. 3. de Leg.* Quibus digladiarentur inter ſe cives. ¶ Translate eſt diſſentire, & contendere. *Cic. in Acad.* Quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus?

Digma, atis, n. δίγμα, exemplum, rerum venalium ſpecimen. *C. Theod. tit. de ſuar. pecua. h. e. l. 14. tit. 4. leg. 9.*

Dignanter, adverb. *corteſemente*, *degnandoſi*. *Vopiſc. Tacit. c.* 8. Loquentem dignanter audite. *Symmach. l. 5. epiſt.* 65. Dignanter impertias.

Dignatĭo, onis, f. *ampiezza*, *onore*, *dignità*, יהר, שאה, Ger. *vvirdigung*, Gal. *dignité*, Hiſp. *dignidad*, ἀξίωσις, dignitas, & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratus, vel ob oris, morumque majeſtatem. *Sueton. Aug. c.* 46. Jure ac dignatione Urbi quodammodo adæquavit. *Cic. Att. l.* 4. Nec quicquam, niſi de dignatione, laborat. ¶ Item gratia, familiaritas. *Liv. l.* 2. Appius haud ita multo poſt in principum dignationem pervenit.

Dignātus, a, um, adject. ſignif. paſſivæ, *fatto degno*, *veſo degno*. *Virg. 3. Æn. v.* 475. Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. *Non. c. 4. n.* 123. Dignatus ſignificat dignus factus.

Digne, adv. *degnamente*, Ger. *vvirdiglich*, Gal. *dignement*, Hiſ. *dignamente*, ἀξίως, honeſte, pro meritis, ut decet. *Cic. de Sen.* Nunquam ſatis laudari digne poterit Philoſophia. *Horat. l. 2. ſat. 7. v.* 47. Peccat uter noſtrum cruce dignius?

Dignĭtas, f. 3. *dignità*, מעלה, Ger. *vvirdigkeit*, Gal. *dignité*, Hiſp. *dignidad*, ἀξία, amplitudo quædam ob Magiſtratus adminiſtratos, rerum geſtarum magnitudinem, vitæ integritatem, & ſanctitatem. *Cic. Thermo*. Ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides, dignitaſque tua patietur. ¶ Interdum ſumitur pro virili pulchritudine. *Cic. 1. Off. c.* 36. Pulchritudinis duo ſunt genera, unum muliebre, quam venuſtatem appellamus, alterum virile, quam dignitatem dicimus. ¶ Dignitas item dicitur de ſermone, & pro Figura accipitur. *Auct. ad Her. l.* 4. Dignitas eſt, quæ reddit ornatam orationem varietate diſtinguens. ¶ *Pro dignitate*, h. e. ut par eſt, ut rei dignitas poſtulat. *Nepos Attic. c.* 2. Facultas pro dignitate vivendi.

Dignitōſus, a, um, adject. ἀξιωματικός, ut expon. Gloſſ. Philox. *Petron. fragment. Tragur.* Homo dignitoſus, cui pluris erat unguis, quam tu totus es.

Digno, as, a. 1. *giudicar degno*, *degnare*, Ger. *vvirdigen*, Gal. *daigner*, Hiſp. *tener por digno*, ἀξιόω, dignum judico. *Pacuv. apud Non. c. 7. n.* 17. Quis Deos Infernos quibus Cœleſtes dignet decorare honoribus?

Dignor, aris, atus ſum, comm. 1. idem, ac digno, ideſt, dignum judico. *Suet. in Aug.* Univerſum genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt. ¶ Et paſſive. *Cic. in Oecon.* Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. *Idem 1. Acad.* Ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat. V. *Gell. l. 14. c.* 13. ¶ Cum infinito. *Horat. l. 1. epiſt.* 20. Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.

Dignoſco, is, ovi, otum, a. 3. *conoſcer*, דכיר, Ger. *underſcheyden*, Gall. *diſcerner*, Hiſp. *diviſar*, *diſtinguir*, διαγιγνώσκω, diſcerno. *Horat. l. 1. ep.* 15. *v.* 29. Curvo dignoſcere rectum. *Juven. ſat.* 10. *v.* 2. Pauci dignoſcere poſſunt vera bona, atque illis multum diverſa. ¶ Legitur & *dinoſco* pro *dignoſco*. *Salmaſ.*

Dignus, a, um, o. 1. 2. *degno*, ראוי, Ger. *vverth*, Gal. *digne*, Hiſ. *digno*, ἄξιος, cui aliquid merito debetur. *Cic. 1. de Or.* Hoc tam gravi dignus nomine. *Idem Philip. 3. c.* 10. Vir avo, patre, majoribus ſuis digniſſimus. *Virg. Æn. 9. v.* 212. Tua vita dignior ætas. ¶ Aliquando genit. jungitur. *Plaut. Trinum. 5. 2. 29.* Non ego ſum dignus ſalutis. *Phædr. fab.* 20. *l.* 4. Quicquid putabit eſſe dignum memoriæ. ¶ Cum infinito. *Virg. Ecl. 5. v.* 89. Erat tum dignus amari. ¶ Dicimus etiam *dignus qui*, & *dignus ut*, *Cic.* & *Plaut. Mil.* 4. 4. 4. ¶ Dignum eſt, *bene ſta*, *è di dovere*. *Plaut. Mil. 3. 1. 129.* Huic homini dignum eſt divitias eſſe, qui eas ſervat.

Digredĭor, eris, eſſus ſum, d. 3. *partirſi*, אזל, Germ. *hinweggehen*, Gall. *ſe partir*, Hiſp. *partirſe*, παρεκβαίνω, diſcedo. *Cic. Cornificio.* Iniquo patiebar animo, te a me digredi. *Idem de Clar. Orat.* Digredi parumper a cauſa. *Idem 1. de Invent.* De cauſa digredi.

Digreſſĭo, onis, f. *partita*, מעה, Ger. *hingang*, Gal. *digreſſion*, Hiſp. *digreſſion*, ἔκβασις, diſceſſus. *Cic. l. 1. ad Q. Fr.* Tum congreſſio, tum vero digreſſio noſtra. ¶ Translate dicitur de evagatione a propoſito. *Cic. de Or. l. 3. c.* 53. Ab re non longa digreſſio.

Digreſſus, o. 1. 2. partic. a digredior, *partito*. *Suet. in Cæſ. c.* 43. Qui digreſſam a marito poſt biduum ſtatim duxerat. ideſt, quæ divortium cum marito fecerat.

Digreſſus, us, m. 4. idem ac digreſſio. *Cic. 2. Tuſc.* Tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad Solem, digreſſus autem longiſſimum.

Digrunnĭo, is, n. idem quod grunnio. *Phædr. l. 5. fab. 6. v.* 27. Scurra digrunnit prior.

Dijambus, m. 2. διάμβος, pes metricus ex duobus jambis conſtans, ut *Amœnitas*, *quieſcerent*, &c.

Dijŏvis, m. 3. *Giove*, Jupiter, quaſi *Deus Jovis*, ut Diana, quaſi Dea Jana, vel a *dies*, & *juvo*, quia nos die, & luce quaſi vita ipſa afficiat, & juvet. *Gel. l. 5. c.* 12.

Dijudicatĭo, f. 3. διάκρισις, actus dijudicandi. *Cic. 1. de Leg. c.* 21. Nam iſta quidem magna dijudicatio eſt.

Dijudicatrix, icis, f. quæ diſcernit, & dijudicat. *Apul. l. 2. de Dogm. Plat.* Virtus ſpectatrix, & dijudicatrix omnium rerum prudentia.

Dijudicātus, a, um, adjectiv. judicatus, *giudicato*, ut dijudicata lis, *Horat. l. 3. od. 5. v.* 54.

Dijudĭco, as, avi, atum, *giudicare diſtintamente*, שפט, Germ. *vrtheylen mit underſcheidung*, Gal. *juger diſtinctement*, Hiſp. *juzgare entre partes*, διαδικάζω, diligenter, aut diviſim judico. *Cic. in Tuſc.* Utrum igitur inter has ſententias dijudicare malumus, an ad propoſitum redire? ¶ Item decerno. *Cic. 3. Catil.* At illæ tamen omnes diſſenſiones ejuſmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, ſed internecione civium dijudicatæ ſint. ¶ Item diſcerno. *Cic. 4. Acad. c.* 33. Vera, & falſa dijudicare. *Idem in Part. ad fin.* Dijudicare vera a falſis.

Dijugatĭo, onis, f. ſeparatio, *ſeparazione*. *Arnob. l.* 2. Animarum a corporibus dijugatio. ¶ Legitur & *disjugatio*.

Dijunctĭo, onis, f. disjunctio, *ſcongiugnimento*, *ſeparazione*. *Cic. 4. Acad. c.* 28. Judicare, quæ conjunctio, quæ dijunctio vera ſit. Ita legit Gruter.

Dijungo, is, a. 3. *ſeparare*, *dividere*, הכריע, Ger. *vrtheylen*, Gal. *dejoindre*, Hiſp. *deſunir*, διαζεύγνυμι, ſeparo, divido. *Cic. Att. l. 16. ep.* 3. Dijungor a te. Ita *Gruter.*

Dilabĭdus, o. 1. 2. ὀλισθηρός, quod facile diffluit. *Plin. l.* 8. *c.* 55. Propter brevitatem pili dilabidas.

Dilăbor, eris, lapſus ſum, d. 3. *ſcorrere*, καταῤῥέω, proprie eſt deorſum varie labi, celeriter deſcendere, fluere, decurrere. *Cic. 1. de nat. Deor.* Niſi eadem ſe admixto calore liquefacta, & dilapſa diffunderet. ¶ Translate eſt devenire, *venire*, *diſcendere*. *Cic. de Am.* A ſapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio noſtra dilabitur. ¶ Item corruere, *cadere*, *rovinare*. *Cic. 2. Off.* Præclariſſime conſtituta Reſpublica dilaberetur. *Id. 2. Phil. c. 2.* Sed, ut eſt apud Poetam neſcio quem, male

male parta male dilabuntur. *Liv. l.* 35. Dilabitur vetuſtate navis putris. ¶ Item diffugere, eiam diſcedere, *partiſi naſcoſtamente*, נפל, Germ. *binfallen*, Gal. *s'ecouler*, Hiſp. *deslizarſe*, ὀλισθάνειν. *Cic.* 1. *Tuſc.* Cum poſui librum, aſſenſio illa omnis dilabitur.

Dilacĕro, as, avi, atum, a. 1. idem, ac lacero. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Non vidit, diſtractione humanorum animorum diſcerpi, & dilacerari Deum. ¶ Translate ſumitur pro conſumere, dilapidare, diſperdere, *ruinare, guaſtare, diſtruggere*. *Cic. pro Mil.* Et annum integrum ad dilacerandam Remp. quæreret.

Dilamĭno, as, avi, atum, a. 1. in duas laminas divido. *Ovid. de Nuce v.* 73. Has (nuces) puer aut certo rectas dilaminat ictu. h. e. in duas partes dividit.

Dilancĭno, as, a. 1. idem quod lancino, lacero, *Prudent. hymn. Vincent. v.* 156. Membra dilancinata interficit.

Dilaniatus, a, um, adject. *lacerato*. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 9. *v.* 52. Inornatas dilaceratæ comas.

Dilanĭo, as, avi, atum, a. 1. *ſtracciare*, פרק, Ger. *zerreiſſen*, Gal. *dechirer*, Hiſp. *deſpedacar*, διασπάω, in diverſas partes lanio. *Cic. pro Mil. c.* 13. Tu P. Clodii cruentum cadaver nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

Dilapĭdo, as, avi, atum, a. 1. *conſumare*, שחה, Germ. *vergeuden*, Gall. *diſſiper*, Hiſp. *diſſipar*, *deſperdicar*, καταπατέω, proprie eſt diſſipare, diſperdere, conſumere. *Ter. Phor.* 5. 7. 4. Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas. ¶ Videtur etiam ſumi pro lapides auferre, lapidibus purgare. *Cato de R. R. c.* 46. Locum bipalio vortito, dilapidatoque. Sed caſtigatiora exemplaria habent *delapidato*.

Dilapſus, a, um, adject. *conſumato, ſfatto, rovinato*. *Cic. l.* 2. *de Nat. Deor. c.* 10. Glacies liquefacta, & dilapſa. *Virg.* 3. *Georg. v.* 557. Dilapſa cadavera tabo. *Liv. l.* 4. Ædem Jovis vetuſtate dilapſam refecit.

Dilargĭor, iris, itus ſum, com. 4. *donare a diverſi*, חן, Ger. *auſtheeven*, Gal. *faire largeſſe*, Hiſp. *dar a muchos*, διαδίδωμι, eſt varie, aut diverſis largiri, vel valde largiri. *Cic. de Leg. Agr.* 2. Qui omnia ſine ulla religione, quibus voluit, eſt dilargitus.

Dilargītus, a, um, particip. a *dilargior*, paſſiva ſignificatione. *Salluſt.* apud *Gell.* 15. 13. Dilargitis proſcriptorum bonis.

Dilatatĭo, onis, f. *allargamento*, ἀναχυσμός, actus dilatandi. *Tertull. de anim. c.* 37. *ſub fin.* Lamina major efficitur per dilatationem.

Dilatātus, a, um, adject. *dilatato*. *Cic. l.* 3. *de Leg. c.* 14. Hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coanguſtari etiam poteſt.

Dilatĭo, f. 3. *dilazione, prolungazione*, ἀναβολή, temporis prorogatio, ſive extenſio. *Cic.* 3. *Phil.* Quæ eſt igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis?

Dilāto, as, avi, atum, a. 1. *allargare*, פצה, Ger. *zerthun*, Gal. *dilater*, Hiſp. *dilatar*, πλατύνω, latum facio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ipſius autem partes eæ, quæ ſunt infra, dilatantur, quæ autem ſupra, contrahuntur. ¶ Et translate. *Cic. pro Flac. c.* 5. Non dilatabo orationem meam.

Dilātor, m. 3. qui differt. *Hor. in Art. v.* 172. Dilator, ſpe longus, iners, avidusque futuri.

Dilatorĭus, a, um, adject. *che prolunga*, ut dilatoriæ exceptiones. *Leg.* 2. & 3. *Dig. de except. & præſcript.*

Dilātus, o. 1. 2. *differito*, partic. a differor. *Cic.* 4. *Ver.* Ne Petilius privato illo judicio tranſacto, aut dilato cum cæteris in conſilium reverteretur. ¶ Item diſperſus, evulgatus, *divulgato*. *Nepos* 10. 10. 1. Celeri rumore dilato.

Dilaudo, as, a. 1. *lodare*, ἐπαινέω, varie, vel valde laudo. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 2. Aut attingere eos libros, quos tu dilaudas.

Dilaxo, as, a. 1. dilato, laxo. *Lucil.* apud *Porphyr. Scholiaſt. Horatii* ad *ſat.* 2. *l.* 1. Cruribus crura dilaxat.

Dilectio, onis, f. amor, *amore*, ἀγάπη, ἐπιλογή. *Tertull. l.* 4. *adv. Mar. c.* 27. Oluſcula decimantes, & dilectionem Dei prætereuntes.

Dilector, oris, m. amator, *amante*. *Apul. l.* 2. *Florid.* Atque ego me dilectorem tuum profiteor. *Tert. l.* 4. *cont. Marc. c.* 23. Parvulorum dilector.

Dilectus, a, um, adject. *amato*. *Virg. Æn.* 1. *v.* 348. Magno dilectus amore. *Claud.* 3. *de rapt. Proſ. v.* 74. Stabat præterea luco dilectior omni laurus. *Stat.* 8. *Theb v.* 99. Augur Apollineus modo dilectiſſimus aris. ¶ *Dilectus*, pro delectus, *ſcelto*, ſcribebant Vet. qua de re multa exempla afferunt *Pareus in Lex. Cvit.* & *Danetius*.

Dilectus, us, ui, m. idem quod delectus, ut dilectus militum, apud *Feſtum*. *Id. in voce Lacus*: Ut in dilectu cenſuque primi nominantur. ¶ Ita apud Veteres conſtanter legi, teſtantur *Pareus in Lex. Cvit.* & *Danetius*.

Dilemma, atis, n. eſt argumentatio, in qua utrinque adverſarius capitur, ſive in qua utra pars ab adverſario conceſſa fuerit, reprehenditur: ut *Si implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas, ſin autem exorabiles, ſumma lenitas*. A Cic. appellatur *complexio*, a Gellio *ſyllogiſmus cornutus*, quia ſic argumentationis cornua in eo diſponuntur, ut qui alterum effugerit, in alterum incurrat.

Diligens, o. 3. *diligente, aſſiduo*, חרר, Ger. *fleiſſig*, Gal. *diligent*, Hiſp. *diligente*, ἐπιμελής, gnavus, ſolers, minime tegnis, ſtudioſus. *Cic.* 1. *Agr.* Sane eſt in eo diligens. *Id. pro Cæl. c.* 30. Diligentiſſimus officii. *Nepos Epamin. c.* 3. Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. *Velley. l.* 1. *c.* 4. Diligentior ritus patrii cuſtodia. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 13. De ſuo certe diligentes erunt. *Cic. Catil.* 1. Diligentiſſimus ad cuſtodiendum. ¶ Diligens etiam dicitur, qui eſt parcus, & frugi in re familiari adminiſtranda. *Cic.* 4. *Ver. c.* 18. Diodorus homo frugi ac diligens, qui ſua ſervare vellet.

Diligenter, adv. *diligentemente*, Ger. *fleiſſiglich*, Gal. *ſoigneuſement*, *diligemment*, Hiſp. *diligentemente*, ἐπιμελῶς, ſtudioſe, cum cura, & ſolicitudine. *Cic.* 1. *de Or.* Itaque in iis artibus quam diligenter, & quam prope faſtidioſe judicamus! *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 35. Præceptum diligentiſſime obſervare. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 12. Omnia quo diligentius cogitata, eo facta ſunt imprudentius. ¶ Significat etiam, cum delectu. *Var. l.* 5. *L. L.* Sed quod his magis promiſcue, quam diligenter conſuetudo eſt uſa, &c.

Diligentia, f. 1. *diligenza*, הררה, Ger. *fleiſſ*, Gall. *diligence*, *join*, Hiſp. *diligencia*, ἐπιμέλεια, ſtudium, cura, ſolicitudo. Differt a cura, & opera, quia diligentia ad corpus, & ad animum refertur, cura ad animum, opera ad corpus. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 6. Adnibui diligentiam, quotieſcunque Senatus fuit, ut adeſſem. *Id. l.* 10. *ep.* 2. Diligentiam ad aliquid conferre. ¶ Diligentiam pro amore, & dilectione uſurpat *Symmach. l.* 1. *epiſt.* 37. & 41. &c. Eſt enim a *Diligo*. ¶ Accipitur interdum etiam pro parſimonia. *Auct. ad Heren. l.* 4. Non eſt illa diligentia, ſed avaritia.

Dilĭgo, is, dilexi, dilectum, a. 3. *amare*, אהב, Ger. *lieben*, Gal. *aimer*, Hiſp. *amar*, φιλέω, amo: Sed tamen minoris vis eſt, ut notat *Valla*, & *Nonius c.* 5. *n.* 3. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 14. Quis eſt qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum accrevit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe. *Id. l. de nat. Deor. c. ult.* Dii inter ſe diligunt, & hominibus conſulunt. Pro *diliguntur*, & eſt elegantiſſimus dicendi modus. Sic etiam *amo* uſurpatur. ¶ Apud Veteres idem eſt, ac deligo. V. *Dilectus*. ¶ Eſt item dividere. *Plaut. Curc.* 3. 54. Clycerius elephantum machæra diligit. Ita legit *Nonius*: alii *difficit*, al. *dirigit*, al. *diſecat*.

Dilogĭa, f. 1. διλογία, figura, cum ambiguum dictum duas res ſignificat, a δὶς, bis, & λόγος, ſermo. *Aſcon. in* 2. *Verrina*.

Diloricatus, a, um, adject. lorica exutus, vel ſimpliciter exutus, *ſpogliato*. *Apul. l.* 7. *A. A.* Diloricatis ſtatim pannulis.

Dilorĭco, as, avi, atum, a. 1. *ſciogliere*, קרע, Ger. *zerzerren*, Gal. *dechirer*, Hiſp. *deſmallar*, διακόπτω, proprie eſt loricam aperire, translate uſurpatur de re qualibet pro diſſolvere, diſcindere. *Cic.* 2. *de Or. c.* 28. Et jus diloricare tunicam, & judicibus cicatrices adverſas oſtendere.

Dilōris, e, adject. qui duo tantum lora habet. V. *Monoloris*.

Dilucĕo, es, uxi, n. 2. *riſplendere*, אור, Ger. *ſcheinen*, Gal. *s'olater*, Hiſ. *luzir*, *ſer claro*, διαλάμπω, diſtincte, ſive pertecte luceo. *Gel. l.* 2. Eo die, qui poſt eam noctem diluxerit. Adde *Horat. l.* 1. *ep.* 4. ¶ Translate uſurpatur pro patere, clarum, & apertum eſſe. *Liv. l.* 3. *c.* 16. Diluceret res magis Patribus, atque Conſulibus.

Dilucĕſcit, uxit, imp. 3. *è dì*, חור, Ger. *tagen*, *tag vverden*, Gal. *il ſe fait jour, le jour comence a poindre*, Hiſp. *amanece*, ἡμέρα γίνεται, dies fit. *Cic. in Cat.* 3. *c.* 3. Comprehenſi ad me, cum jam dilucēſceret, deducuntur.

Dilucīde, adv. *chiaramente*, Ger. *klerlich*, Gal. *clairemenc*, Hiſp. *claramente*, σαφῶς, clare, perſpicue. *Ter. Phor.* 2. 3. 52. Dilucide expedivi, quibus me oportuit judicibus. *Ulp. l.* 19. *Dig. de Pecul.* Quæſtio dilucidius tractata. *Auguſt. epiſt.* 29. *ad Hieron.* Dilucidiſſime convincere aliquem.

Dilucĭdo, as, avi, atum, a. 1. *dichiarare*, בחר, Germ. *erleuteren*, Gall. *declarer*, Hiſp. *enclarecer*, ἐμφανίζω, declaro, clarum facio. *Auct. ad Her. l.* 3. *c.* 4. Nam quod in docendo rei dilucidandæ cauſa dolum appellavimus.

Dilucĭdus, o. *chiaro*, ἐμφανής, clarus. *Cic.* 3. *Fin. c.* 1. Noſtraque, ut mihi videtur, dilucida oratio. *Id. in Orat. c.* 5. Omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes.

Dilucŭlat, abat, imp. 1. *farſi giorno*, *aggiornare*, ὄρθρεύω, eſt diluculum fieri. *Gel. l.* 2. *c.* 29. Die craſtino, ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant.

Diluculo, adv. *al far del giorno*, בבוקר, Ger. *angehends tags*, Gal. *a l'aube du jour*, Hiſp. *a la marugada*, περὶ ὄρθρον, ſummo mane. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 13. Cum veniſſem diluculo ad pontem Tiretium.

Diluculum, n. 2. *alba*, *aurora*, ſחר, Ger. *morgenreth*, Gal. *l'aube de jour*, Hiſp. *el alva*, περὶ ὄρθρον, aurora, a *diluceo*, quia incipit dilucere. Eſt autem mane diluculum, quod veſperi crepuſculum. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 7. Primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 111. Ego ne hinc abii abs te hodie cum diluculo?

Diludĭa. V. Deludium.

Dilŭo, is, lui, lutum, a. 3. *lavare*, רחץ, Ger. *feudern*, Gal. *laver*, Hiſp. *lavar*, ἀπολούομαι, lavo, purgo, lavando abſtergo, a λύω. *Cæſ.* 2. *B. C.* Ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. ¶ Eſt item aquam, vel alium liquorem miſcere, temperare. *Virg. Georg.* 1. *v.* 344. Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho. *Curt.* 3. 6. Diluere medicamentum. ¶ Translate eſt auferre, minuere. *Cic.* 3. *Tuſc.* Quæ cogitatio omnes moleſtias extenuat, & diluit. *Senec. ep.* 29. Diluere auctoritatem. ¶ Eſt item refellere, diſſolvere, a διαλύω, omiſſo *a*, ut in διαφέρω, *differo*, διαγινώσκω, *dignoſco*. *Cic.* 7. *Ver.* Quo facilius crimen inimicorum diluere poſſim. ¶ Item explicare, declarare. *Cic. pro Clu.* Cum ego unaquaque de re dicam, & diluam. *Plaut. Rud.* 4. 4. 64. Abſtine maledictis, & mihi, quod rogavi, dilue.

Dilūte, adverb. diluendo. *Macrob.* 7. *Saturn. c.* 13. Sordidatum pallium in mari dilute lavi.

Dilūtum, n. 2. id liquidum, in quo aliquid certo tempore fuit maceratum. *Plin. l.* 27. *c.* 7. Bibitur & madefacti abſynthii dilutum.

Dilūtus, a, um, o. *miſto, temperato*, κεκραμένος, quod mixtum, vel temperatum eſt, ut vinum aqua mixtum, *Martial. l.* 1. *epigr.* 107. Diluti bibis unciam Falerni. *Cic. in fragm. orat. pro Font. apud Ammian. l.* 15. *c.* 29. Galios poſt hæc dilutius eſſe poturos. *Celſ. l. l.* 1. *c.* 3. Potio quam dilutiſſima. ¶ *Dilutus odor* eſt, qui minime eſt vehemens, ſed lenis. *Plin. l.* 15. *c.* 28. ¶ *Dilutus color* dicitur, qui velut aqua adhibita, minus intenſus eſt, *dilavato, ſmorto*. *Gel. l.* 2. *c.* 26. Luteus color rufo eſt dilutior. Sic urina dilata, apud *Celſ. l.* 2. *c.* 4. & 6.

Diluviālis, le, adject. ad diluvium pertinens. *Solin. c.* 9. (al. 14.) Quas ſolas (montium altitudines) diluvialis irruptio inacceſſas reliquit.

Diluvĭes, ei, f. idem, ac diluvium, a *diluo*, qua ſignificat inundare, ſummergere. *Hor. l.* 4. *Carm. od.* 14. Horridamque cultis diluviem minitatur agris.

Diluvio, as, a. 1. ſubmergo. *Lucr. l.* 1. *v.* 388. Ultraque minantur omnia diluviare ex alto gurgite ponti.

Diluvĭo, onis, f. idem ac diluvium. *Cenſorin. de die Natali, c.* 18. κατακλυσμός, quam noſtri diluvionem vocant.

Diluvium, n. 2. *diluvio*, מבול, Ger. *vvaſſerfluſſ*, Gal. *deluge*, Hiſp. *diluvio*, κατακλυσμός, terræ inundatio ab immodicis imbribus, vel maris, fluviive incremento proficiſcens, a *diluo*, qua ſignificat inundare, ſubmergere. Aliqui dictum putant, quia terram lavat, & ſordibus purgat. *Plin. in epiſt.* 17. *l.* 8. Hic aſſiduæ tempeſtates, & crebra diluvia. ¶ Metaphorice ponitur pro everſione, *ruina, diſtruzione*. *Virg.* 7. *Æn.* Diluvio ex illo diverſa per æquora vecti.

Dimăchæ, arum, m. 1. Equitum genus, qui aliquando & pedites pugnant, quales ſunt apud noſtros *dragons*. *Curt. l.* 5. *c.* 13. Delectis equitum ſex millibus trecentos, quos Dimachas appellant, adjungit. Dorſo hi graviora arma portabant, cæterum equis vehebantur, cum res locuſque poſceret, pedeſtris acies erat.

Dimadĕo, vel Dimadeſco, is, ui, n. valde madeo. *Lucan. l.* 6. *v.* 479. Dimaduere nives. h. e. reſolutæ ſunt, ac diſſolutæ.

Dimano, as, avi, atum, n. 1. *ſcorrere in diverſe parti*, διαῤῥέω, diverſe, ſive diverſim mano. *Cic. pro Cæl. c.* 3. Meus hic forenſis labor, vitæque ratio dimanavit ad exiſtimationem hominum &c. *Catul. carm.* 51. Tenues ſub artus flamma dimanat. Al. leg. *demanat*.

Dimensĭo. V. Dementio.

Dimenſus. V. Dementus.

Dimetātus. V. Dimeto.

Dimĕter, tra, trum, διμετρος, idem ac bimeter. *Sidon. l.* 9. *ep.* 17. *in carm.* Dimetra arte opus texere. *h. e.* duplici verſuum genere.

Dimetĭens, tis, ſubſt. f. 3. διάμετρος, linea recta, figuram, qua longiſſime patet, ex æquo ſecans. *Plin. lib.* 2. *cap.* 23. Quantas dimetiens habeat ſeptimas.

Dimetĭor. V. Demetior.

Dimetītus, a, um. V. Demetitus.

Dimēto, as, avi, atum, a. 1. metas, ſeu fines deſcribo, dimetior, *diſegnare, miſurare*. *Liv. l.* 8. *c.* 38. Tum Dictator poſtquam ſine magno incommodo progredi non poteſt, eum ipſum, in quo conſiſterat, locum caſtris dimetari juſſit. *Cic. de nat. Deor.* Atque ita dimetata ſigna ſunt, ut in tantis deſcriptionibus divina ſolertia appareat. Al. leg. *dimetata*.

Dimicatĭo, fœ. 3. *battaglia*, ἀγώνισις, actus dimicandi. *Cæſ.* 7. *Bell. Gal.*

Omnium

Omnium ſuperiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet conſiſtere. *Cic. in Orat. c.* 13. In aciem dimicationemque venire. *Id. pro Rabir.* Dimicatio capitis, & famæ. hoc eſt diſcrimen.

Dimico, as, avi, & ui, atum, n. 1. *combattere*, ἀγωνίζομαι, pugno, rem prælio dijudico, a διμάχομαι, vel a *mico*, quia gladii in præliando fulgent. *Cic. de nat. Deor.* Cum Poſthumius cum Octavio dimicaret. Sic dimicare acie, pugna, prælio, apud *Cic.* & *Liv. Ovid. 2. Amor. el.* 13. *ad fin.* Hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Dimicatumque pro frutice eſt.

Dimidiātim, adv. *per mezzo*, בחצי, Germ. *das halbe theyl*, Gal. *par la moitie*, Hiſp. *por la mitad*, ἡμίσυ, pro media parte. *Plaut. Mil.* 3. 1. 158. Sed percellunt ſe, & procumbunt, dimidiatim dum appetunt. Ita legit *Turnebus l.* 7. *Adv. c.* 6. Sed communius legitur *dimidiati*.

Dimidiātus, a, um, o. 1. 2. *partito in due parti uguali*, נחצה, Germ. *in zzvvey gleiche theil abgetheil*, Gall. *qui eſt a demi*, Hiſp. *partido a medias*, *demediado*, ἡμισυδεὶς, quod in duas partes diviſum eſt. *Cic. 4. Ver.* eximunt ex anno unum, dimidiatumque menſem. *Id. Tuſc.* 5. *c.* 23. Verſiculi dimidiati. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Luna dimidiata.

Dimidĭum, ii, n. pars dimidia cujuſcumque rei, *la metà*, τὸ ἥμισυ. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 37. Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. *Cic. de Orat.* Sed dimidium ejus quod pactus eſſet, pro eo carmine datum. *Liv. l.* 35. Dimidium militum. ¶ *Dimidium plus toto*, πλέον ἥμισυ παντός, ænigma, quo mediocritas commendatur. Sed Græcum eſt. *Plato l.* 5. *de Rep.* & 3. *de Leg.*

Dimidius, a, um, o. *mezzo*, חצי, Germ. *halb*, Gall. *demi*, Hiſp. *medio*, ἥμισυς, pars altera dimidiati, a *medium*, quaſi per medium diviſus. *Cic. pro Roſc. Amer.* Tu ſine me cum Flavio decidiſti, utrum pro dimidia parte, an pro tota? *Id.* 3. *Fam. ep.* 29. Hæres ex parte dimidia. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Aquam decoquere ad dimidias h. e. ad dimidias partes.

Diminōro, vel Deminoro, as, a. 1. idem quod diminuo. *Tert. de Anim. c.* 33.

Diminuo, & Deminuo, is, ui, utum, *diminuire*, נרף, Germ. *mindern*, Gall. *diminuer*, Hiſp. *menguar*, μειόω, minuo. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Ne quid de bonis, quæ L. Octavii Naſonis fuiſſent, cui L. Plancus hæres eſt, diminuerent. *Ter. Eun.* 4. 7. 33. Deminuam ego caput tibi hodie, nii alius. h. e. frangam. Adde *Plaut. Bacch.* 1. 3. 109. ¶ Interdum ſignificat alienare. quo ſenſu accipit *Pareus in Lex. Crit.* Ciceronis verba modo allata. V. *eundem Pareum* plura in hanc rem congerentem.

Diminutio, vel Deminutio, onis, f. 3. *diminuzione*, μείωσις, actus diminuendi. *Cic. in Rull.* Quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſſitis. ¶ Diminutio capitis apud JCtos eſt prioris ſtatus mutatio, cum ſcilicet aut libertatem, aut civitatem amittimus, aut per adoptionem alterius nos poteſtati ſubmittimus. *Feſt.* & *Juſtinian. in Inſtit. l.* 1. *tit.* 16. ¶ Item alienatio. *Cic. l.* 2. *Offic. c.* 21. Ne de bonis privatorum publice diminutio fiat. V. *Diminuo*.

Diminutīve, vel Deminutive, adverb. ὑποκοριστικῶς, diminutiva forma. *Aſcon. in proœm. action. Verr.* Dies diminutive diecula dicitur. Adde *Macrob.* 5. *Saturn. c.* 21. & *Ulpian. Dig.* 36. 1. 16.

Diminutīvus, vel Deminutivus, a, um, *diminutivo*, quod diminutionem ſignificat, ut Nomen diminutivum, ex gr. *doliolum*, &c. *Tertul. Apol. c.* 32. Diminutiva vox.

Diminūtus, vel Deminutus, a, um, adject. *ſminuito*, μειωθεὶς, ut diminuta potentia, *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 10. Deminutæ copiæ, *Ibid. l.* 7. *c.* 31. ¶ Diminutus capite quis dicatur, V. *diminutio*. ¶ Comparat. diminutior. *Tertul. adv. Marc. l.* 2. *c.* 9. Tranſire in aliquam diminutiorem qualitatem. ¶ Significat etiam alienatus. V. *Diminuo*. *Cic. pro Sylla*: Ut quæ cauſa cæteros ad facinus impulit, cupiditas retinendæ poſſeſſionis, ea fructio non fuerit, prædiis diminutis.

Dimiſſio, f. 3. ἄφεσις, actus dimittendi, *il mandar via*, *o licenziare*. *Cic.* 7. *Verr. c.* 33. Propter dimiſſionem propugnatorum, atque remigum. *Id. Parad.* 6. *c.* 2. Dimiſſiones libertorum ad fænerandas diripiendaſque provincias.

Dimiſſoriæ literæ, inquit *Modeſtin.* ſunt, quæ vulgo *apoſtoli* dicuntur, quod per eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur. Sic *Marcel. l. un. ff. de libel. dimiſſ.* Gloſs. gr. lat. Dimiſſoria, ἀπολυτικά.

Dimiſſus, a, um, adject. ex particip. *mandato via*, *licenziato*, ut dimiſſa concio. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 24. *Senec. epiſt.* 31. Dimiſſa in populos notitia nominis. h. e. diſperſa. *Sueton. Tiber. c.* 49. Dimiſſam Lepidam e matrimonio. h. e. repudiatam. *Cic.* 4. *Acad.* In iſta Philoſophia, quæ nunc prope dimiſſa revocatur. hoc eſt omiſſa, relicta. ¶ Dimiſſis manibus fugere, eſt celeriter fugere. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 52. Odor dimiſſis pedibus in Cælum volat. B. Odor dimiſſis pedibus? C. Peccavi inſciens, quia enim dimiſſis manibus volui dicere. Al. *Demiſſis*. Græci dicunt παραπέσαι τὰς χεῖρας.

Dimitto, is, iſi, iſſum, a. 3. *mandare in diverſe parti*, שקח, Germ. *hinvveg ſchicken*, Gal. *renvoyer*, Hiſp. *embiar*, διαπέμπω, diverſa in loca mitto. *Salluſt.* C. Manilium Feſulas, Septimum in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimiſit. *Virg.* 1. *Æn. v.* 576. Equidem per litora certos dimittam. ¶ Accipitur etiam pro permittere, & in poteſtatem dare. *Cic. l.* 1. *de Rep.* Tum annui Conſules, tum dimiſſi populo faſces. ¶ Item pro relinquere, *laſciare*. *Cic. l.* 12. *ep.* Non idcirco eorum uſum dimiſeram, quod iis ſuccenſerem. *Liv. l.* 3. *c.* 3. Dimittere curam ex animo. ¶ Sæpe eſt, abire permittere, abeundi poteſtatem facere, *laſciar andare*, *licenziare*, ut dimittere concionem, Senatum, conſilium, *Cicero* ſæpe. Et Dimittere a ſe aliquem, *Id. Q. Fr. l.* 3. *Att. l.* 8.

Dimōtus, a, um, adject. loco motus, *ſmoſſo*, *commoſſo*. *Plin. l.* 36. *c.* 18. Dimota a centro ſuo tellus. *Tacit. hiſt.* 2. *c.* 49. Dimotis omnibus. *Ovid. Heroid. epiſt.* 17. Dimotæ murmur aquæ.

Dimovĕo, es, ovi, otum, a. 2. *rimovere*, *movere*, הסור, Germ. *verrucken*, Gal. *remouvoir*, Hiſp. *remover*, *mover*, διακινέω, removeo. *Cic. pro Cæc.* Dimoveri, & depelli de loco neceſſe eſt eum, qui dejiciatur. *Id. de Leg. Agrar.* Dimovere de poſſeſſionibus. ¶ Et translate. *Cic. in Parad.* Voluptas, quo eſt major, eo magis mentem ex ſua ſede, & ſtatu dimovet. *Plaut. Perſ.* Ego de hac ſententia non dimovebor. ¶ Significat etiam, in diverſas partes moveo. *Virg.* 2. *Georg. v.* 513. Aratro terram dimovere.

Dindymēne, es, f. 1. Cybele, a Dindymo M. ubi colebatur. *Martial. l.* 8. *epigr. penult.* Non per myſtica ſacra Dindymenes.

Dindymus, m. 2. & Dindyma, orum, n. pl. 2. Cybelus, Adoreus, mons Phrygiæ Magnæ, ex quo Sangarius, Hermus, & Gallus, diverſis locis profluunt. *Virg. 9. Æn. v.* 617. Ita per alta Dindyma. *Plin. l.* 6. *c. ult.* Cujus a vertice mons Dindymus.

Dinocrătes, Architectus fuit, qui Alexandriam in Ægypto juſſu Alexandri M. condidit. *Vitruv. præfat. l.* 2. *Ammian. l.* 22. *c.* 40.

Dinumeratio, & Denumeratio, onis, f. *enumerazione*. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. §. 10. Eadem dinumeratione hic quoque octo perſonas computabimus. ¶ Eſt etiam Figura Rhetorica, per quam multa numerantur. *Cic.* 3. *de Or. c.* 54. & *Quintil. l.* 9. *c.* 3.

Dinumĕro, as, avi, atum, a. 1. idem ac numero, *contare*. *Ter. Adelph.* Jube nunc, jam dinumeret Babylo illi viginti minas. *Plin. l.* 4. *c.* 11. Dinumerare exercitum.

Diobolāres meretrices, quæ duobus obolis conducuntur, inquit *Feſtus*. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 58. Servulorum ſordidorum ſcorta diobolaria.

Diŏcles, medicus, quem inter priſcos maximoſque medicos fuiſſe tradit *Celſus l.* 7. *c.* 5. & *Plin. l.* 26. *c.* 2.

Diocletĭanus, i, Romanorum Imperator, genere Dalmata, *Diocles* dictus, antequam Imperium caperet. Poſtea nomine in Romanum morem converſo, *Diocletianus* appellatus eſt. Superbe crudeliterque imperavit, idque fuit in illo ſingulare, quod imperium ſponte depoſuit, & ad privatam vitam deſcendit. *Sex. Aur. Victor de Cæſ.* & *ejuſd. epit.*

Diocleus, a, um, adject. a Diocle medico, ut Diocleus graphiſcus, apud *Celſ. l.* 7. *c.* 5.

Diocmitæ, vel Diocomitæ. V. Diogmitæ.

Diœcēſis, f. 3. διοίκησις, gubernatio, adminiſtratio, diſpoſitio, juriſdictio, item locus, in quo quis juriſdictionem, ſeu imperium exercet. *Cic. in ep.* 8. *l.* 3. *Fam.* Omnium illarum Diœceſium, quæ cis Taurum ſunt. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Juriſdictiones vocat. ¶ Conſtantini temporibus, & deinceps Diœceſis certum numerum provinciarum complectebatur, quæ ſimul collectæ parebant Vicario præfecturæ prætorianæ. V. *H. Valeſium ad Euſeb. l.* 4. *de vita Conſtantini*.

Diœcētes, m. 3. διοικητὴς, diſpenſator, ſeu qui procurationem Regiam, vel Magnatis alicujus ſuſcepit. *Cic. pro Rab. Poſth. c.* 8. Rabirius fuit diœcetes Regius. Et *c.* 10. Id facere non poterat niſi diœcetes: hoc enim nomine utitur, qui a Rege eſſet conſtitutus.

Diogmitæ, arum, levis armaturæ milites, quos maxime ad frænandas latronum incurſiones in Provinciarum finibus conſtituebant imperatores. *Ammian. l.* 27. *c.* 20. (al. 9.) Adhibitis ſemiermibus paucis, quos Diogmitas appellant. *Capitolin. in Marco c.* 21. Armavit & diogmitas. ¶ Scribunt aliqui *Diocmitæ*.

Diomedēæ inſulæ, *Iſole di Tremiti*, inſ. quinque maris Hadriatici, Apuliæ adjacentes, ante Garganum M. quarum nomina ſunt, *S. Maria de Tremiti*, al. *S. Nicola*, *S. Domino*, *Gatizzo*, *Caprara*, *Credazzi*. Hic Diomedem diſparuiſſe, & ſocios ejus ob dolorem in aves converſos fuiſſe fabulantur.

Diomedēi Campi, vocati ſunt in Apulia, qui Diomedi, in diviſione Regni, quam cum Dauno feciſſe dicitur, ceſſerunt.

Diomēdes, m. 3. διομήδης, filius Tydei, & Deiphiles, nepos Oenei, Rex Ætoliæ, qui cum reliquis Græcis ad Trojam profectus, adeo ſtrenue ſe geſſit, ut poſt Achillem, & Ajacem Telamonium fortiſſimus haberetur. Fuit Ulyſſis aniciſſimus. Una cum illo rapuit Palladium, & cineres Laomedontis. Certamen ſingulare habuit cum Hectore, & Ænea. Martem quoque in eo bello vulneravit, Veneremque in dextra manu vulneravit, dum Æneam illa protegere conaretur. Quam ob rem Dea irata Ægialæ uxori Diomedis tantam libidinem immiſit, ut cum Cyllabaro Stheneli filio concumberet. Hac re cognita Diomedes domum reverti noluit, ſed in Apuliam profectus a Dauno filiam in uxorem accepit, & Regni partem, ibique Arpos, vel Sipontum apud Garganum M. condidit. In Apulia legationem accepit a Latino Rege Aboriginum auxilia petente adverſus Æneam. Venulo legato narravit, Græcos omnes, qui bello Trojano militaviſſent, pœnas dediſſe; itaque precatus, ne ſe ad id bellum impellerent, hortatus eſt ad pacem. *Virg.* 11. *Æn. Ovid.* 14. *Met.* Quidam ferunt, Diomedem in Apulia repente evanuiſſe, alii ab Ænea dolo occiſum fuiſſe. Ejus ſocii in aves verſi ſunt. ¶ Diomedes alter, Rex Biſtoniæ, vel potius univerſæ Thraciæ. Hic, cum in Tyria oppido equos ſuos peregrinorum, & hoſpitum carne aleret, victus ab Hercule, equis ipſis ad devorandum objectus eſt. *Ovid. in Ibin*, & 9. *Met.*

Diomedēus, a, um, adject. ut Diomedei equi. *Claudian. præfat. l.* 2. *de raptu Proſerp.* Et Diomedeos gramine pavit equos.

Dionæus, a, um, adject. ad Venerem pertinens. *Virg. ecl.* 9. *v.* 47. Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. ¶ Dionæa etiam dicitur ipſa Venus. *Virg.* 3. *Æn. v.* 19. Sacra Dionææ matri, Diviſque terebam.

Diōne, es, f. 1. Nympha, Oceani, & Tethyos filia, mater Veneris tertiæ, quæ nupſit Vulcano. Hinc Venus Dionæa, atque etiam Dione dicitur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. Ov.* 2. *Faſt.*

Dionysĭa, orum, n. 2. idem, ac Bacchanalia, feſta in honorem Dionyſii, ſeu Bacchi. *Ter. Heaut.* 1. 1. 110. Dionyſia hic ſunt; hodie apud me ſis volo.

Dionysĭas, adis, f. gemma eſt dura, ac nigra, mixtis rubentibus maculis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Dionysĭus, m. 2. V. Bacchus, & Liber.

Dionyſius Heracleotes, Philoſ. Zenonis auditor. *Cic.* 2. *Acad.* 3. *Tuſc.* Deſcivit a Stoicis propter dolorem oculorum, & renum. *Cic.* 5. *Fin.* 2. *Tuſc.* ¶ Dionyſius ſuperior, vel ſenior, Tyrannus Siculorum. Electus fuit primo Imperator, ut a Carthaginienſibus patriam defenderet, deinde Rex conſtitutus eſt. Ejus vitam, & ſcelera vide apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* & 5. *Tuſc.* ¶ Dionyſius junior, fil. ſuperioris. Expulſus eſt a Dione in exilium. Corinthi pueros Grammaticam docuit. *Plato*, & *Ficin. in Epiſt. Cic.* 3. *Tuſc.* ¶ Dionyſius Halicarnaſſeus, nobiliſſimus Hiſtoricus, ætate Auguſti, qui Romanam ſcripſit hiſtoriam, item de characteribus antiquorum Oratorum, præterea de compoſitione orationis, & libellum περὶ ἐμφάσεως, quem multi Demetrio perperam tribuerunt. ¶ Dionyſius Areopagita, vir Athenienſis, D. Paulo Apoſtolo in Areopago Evangelium prædicante, in Chriſtum credidit. Itaque baptizatus eſt, & Athenienſium Eccleſiæ prætectus. Scripſit ad Timotheum Epheſi Epiſcopum librum de Divinis nominibus, item libros 12. de Hierarchia cœleſti, præterea alia complura opuſcula.

Dioptra, æ, f. *orologio da Sole*, διόπτρα, horologium ſolare a διόπτομαι, perſpicio, *Plin. l.* 2. *c.* 69. ubi de poſitione terræ loquitur. V. *Martianum l.* 6. *cap. de poſitione terræ*. ¶ Eſt item inſtrumentum aquis librandis aptum. *Vitruv. l.* 8. *c.* 6.

Dioryges, f. 3. διώρυγες, foſſæ manufactæ in Ægypto, ad Nili aquas in agros derivandas. *Mela l.* 3. *c.* 8. *Strabo l.* 17.

Dioſcorĭdes, is, Medicus Alexandrinus, qui floruit tempore Antonii, & Cleopatræ, teſte *Suida*, & ſcripſit de nominibus medicinarum. ¶ Alius Anazarbeus, qui floruit ætate Neronis, ſcripſitque de materia medica, & Alexipharmacis. Ejus libri adhuc ſuperſunt.

Dioſcūri, m. 2. διόσκουροι, Jovis filii, ex Διὸς, Jovis, & κοῦρος, pro κόρος, *juvenculus*. Multi hoc nomine a Græcis vocantur. Primi tres Athenis ex Jove Rege antiquiſſimo, & Proſerpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionyſius. Secundi Jove tertio nati ex Læda, Caſtor, & Pollux. Tertii dicuntur a nonnullis Aleo, al. Alco, Melampus, Emolus, al. Eumelus, Atrei filii. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Præcipue tamen Caſtor & Pollux Dioſcuri vocantur. V. *Cabiri*.

Dioſcurĭas, adis, f. Sebaſtopolis, *Savatopoli*, urbs Colchidis, ad oſtia Coraxi, ubi Ponti Euxini intimus receſſus, inter Phaſianum mare, & Caucaſeum, prope Abaſcios pop. condita ab aurigis Caſtoris, & Pollucis, deque illorum nomine dicta, teſte *Iſidoro l.* 15. *Orig.* Superiore ſæculo aquis abſorpta periit.

Diōta, vel dyota, æ, f. 1. *vaso da due manichi*, Ger. *ein krug mit zvveen henckeln*, Gal. *vaisseau a deux anses*, Hisp. *vaso da dos orejas*, διώτη, vas, seu dolium fictile, duas ansas habens, ad servandum vinum accommodatum, a δύο, *duo*, & ὦτα, acc. pl. *aures*. *Hor. l.* 1. *od.* 9. *v.* 8. Deprome quadrimum Sabina, o Thaliarche, merum diota.

Dioxippus, m. 2. nobilis athleta. *Plin. l.* 35. *c.* 11. ¶ Item Poeta Comicus. *Suidas*. ¶ Item miles Alexandri M. mira fortitudine, de quo *Ælian.*

Diphris, gemmæ species. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Diphrix, fœm. 3. excrementum æris in officinis ærariis. *Plin. l.* 34. *c.* 13.

Diphthongus, f. 2. *dittongo*, δίφθογγος, conglutinatio est duarum vocalium in eadem syllaba vim suam servantium, a δὶς *bis*, & φθόγγος, *sonus*, quod duarum in ea vocalium sonus audiatur. *Prisc. lib.* 1.

Diplangium, ii, n. vas duplex. *Prisc. l.* 1. *c.* 19. Amurca diplangio cocta.

Diplinthius, a, um, adject. constans duorum laterum ordine, ut diplinthius paries, *muro di due pietre*, apud *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. Est a πλίνθος, quod laterem significat.

Diplōis, idis, f. διπλοΐς, vestis duplex, genus pallii, a διπλόος, duplex. *Sever. Sulpit. l.* 1. *c.* 35.

Diplōma, n. 3. *patente*, *bolla*, כתב, Ger. *freiheit*, *gevvalts*, *brieff*, Gal. *lettres patentes*, Hisp. *letras del principe*, *como privilegios*, δίπλωμα, litteræ Principum signis obsignatæ, cujus generis sunt, quas *litteras patentes* vocant, a διπλόομαι, *duplicor*, quia duplicato complicantur, & lino trajiciuntur, & obsignantur, *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 12. Diploma statim non est datum. De litteris Cæsaris loquitur, quibus Balbus restituebatur.

Dipondiarĭus, vel dupondiarius, a, um, adject. quod ex duobus ponderibus constat. *Col. l.* 4. *c.* 30. Quæ tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant.

Dipondĭus, vel dupondius, m. 2. sive dipondium, vel dupondium, n. 2. nummus bilibris, idest, qui duos asses valebat, a duobus ponderibus. As enim libræ pondus continebat, unde & assipondium dicebatur. *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Dupondium pro mensura duorum pedum habes apud *Colum. l.* 3. *c.* 13. *l.* 4. *c.* 1. & *lib.* 11. *c.* 2.

Dipsĕcon, n. 2. spina alba, al. aspalathus, & diacheton. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Dipsas, adis, f. διψάς, situla, siticulosa, viperæ, seu aspidis genus, a διψάω, *sitio*, quia morsu humorem omnem consumens sitim maximam inducit. *Luc. l.* 9. *Plin. l.* 32. *c.* 5.

Diptĕrus, a, um, adject. δίπτερος, quasi duas alas habens. Hinc ædes dipteræ dicuntur a *Vitruv.* duplicem columnarum ordinem habentes, *l.* 3. *c.* 1.

Diptōta, n. 2. δίπτωτα, dicuntur nomina duos tantum casus habentia, ut *Suppetiæ*, *suppetias*. Sic triptota, tetraptota, pentaptota, quæ tres, quatuor, quinque casus habent. *Charis. l.* 1. *Prisc. l.* 5.

Diptychon, i, n. duplicatum, δίπτυχον. Sic appellantur tituli *Prudentii* Veteris, & Novi Testamenti.

Dipyros, i, m. *abbruciato due volte*, bis ustus. *Mart. l.* 4. *epigr.* 47. Encaustus Phaeton tabula depictus in hac est: Quid tibi vis, dipyron qui Phaetonta facis?

Diradĭo, as, a. 1. ad radiorum figuram compono. *Col. l.* 5. *R. R. c.* 6. *ad fin.* Validam vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atque diradiare.

Diræ, f. 1. *maledizioni*, קללות, אלות, Germ. *verfluchungen*, Gall. *maledictions*, Hisp. *maldiciones*, ἀραὶ, execrationes, & imprecationes, quæ horrende in aliquem effundebantur, Deos quosdam inauditos compellando, quibus quisquis devotus erat, credebatur maximo affici infortunio, a δεινὸς, *terribilis*, *gravis*. Vulgo diras, quasi Deorum iras dici ajunt. Hinc diras imprecari, δεινὰς ἀρὰς ἀρᾶσθαι, hoc est, terribiles preces precari. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 24. *Cic. de Div.* M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. ¶ Diræ item Dearum nomen est. Nam sic dicuntur Furiæ, sive Eumenides. Sed tamen, si proprie loquamur, Diræ dicuntur in Cœlo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. *Virg.* 8. *Æn. v.* 700.

Dircæus, o. 1. 2. Thebanus. Nam pars Bœotiæ, in qua fons est Dirces, Dircæa dicta est. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 24. Amphion Dircæus. *Horat. l.* 4. *od.* 2. *v.* 25. Cygnus Dircæus. h. e. Pindarus.

Dirce, f. 1. δίρκη, Lyci Thebarum Regis uxor, quam ille duxerat, repudiata Antiopa. Verita, ne Antiopam revocaret, impetravit a marito, ut posset illam in vinculis detinere. Antiopa vero tempore partus soluta, gemellos, quos ex Jove conceperat, peperit, Amphionem, & Zethum. Hi Lycum interfecerunt. Dircen vero caudæ indomiti tauri alligarunt, quæ diu ita per terram raptata, tandem Deorum commiseratione in sui nominis fontem conversa est, non procul a Thebis, qui in Ismenium fl. labitur. *Propert. l.* 3. Ab hoc fonte Thebani dicti Dircæi. ¶ Alia fuit Dirce Babylonia, quæ sua forma tumens, cum Palladi conviciaretur, inter lavandum in piscem conversa est. *Ovid.* 4. *Met.*

Dircenna, æ, fons Hispaniæ gelidissimus apud Bilbilim urbem, in Salonem fluv. labens. *Martial. l.* 1. *ep.* 50. Avidam rigens Dircenna placabit sitim.

Directarĭus, m. 2. qui furandi causa in alienas domos se dirigit, idest, ingreditur. *Paul. Dig.* 47. 11. 7. Qui directarii appellantur, hoc in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo.

Directe, adv. *drittamente*, למישרים, Ger. *strachs*, Gal. *directement*, *tout droit*, Hisp. *derechamente*, ἐπ' εὐθείας *Cic. in Partit. cap.* 7. Ut, cum semel dictum sit directe. *Id.* 4. *Acad. c.* 20. Directius gubernare.

Directiangŭlus, a, um, adject. *Martian. Capel. l.* 6.

Directilinĕus, a, um, εὐθύγραμμος, directam habens lineam. *Martian. Capell. l.* 6. *pag.* 229.

Directim, adverb. directe. *Apul. l.* 3. *dogm. Plat.* Directim, & reflexim inferre conclusionem.

Directĭo, f. 3. *addrizzamento*, εὐθυβολία, ut Directio ad veritatem. *Quinct. l.* 3. *c.* 6.

Directo, adv. idem ac directe. *Cic. in Part. c.* 13. Alterum ad fidem directo spectat.

Directūra, æ, f. idem quod directio. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Quo fundatior erit ex arenato directura.

Directus, a, um, o. 1. 2. διευθυνθεὶς, partic. a dirigor, *diritto*, *dirizzato*. *Cic. de nat. Deor.* Flexuosum iter habet, nequid intrare possit, si simplex, & directum pateret. *Idem pro Cæc. c.* 8. Ejus autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. *Gell.* 9. 1. Ut ictus directiores fiant. ¶ Directus etiam dicitur de homine austero, & rigido, qui nunquam quicquam concedit. *Cic. pro Cæl. c.* 16. Huic tristi ac directo seni responderet Cœlius, &c. *Al. leg.* decrepito. ¶ *Paries directus* est is, qui parieti communi extrema sui parte ita adjungitur, ut figuram referat literæ T, scilicet, ut linea superior transversa sit paries communis, inferior deorsum pendens, directus. *Cic. in Top. c.* 4. Omnibus est jus, parietem directum ad parietem communem adjungere. V. *Hotoman. in Lex. Juris.* ¶ *Directa oratio* apud *Justin. l.* 38. *c.* 3. est, quæ in aliquem dirigitur: cui opponitur *obliqua*. ¶ *Locus directus* dicitur, qui ita acclivis est, ut ascendi non possit. *Cæs. l.* 1. *B. Civ. c.* 45. & *l.* 2. *c.* 24. ¶ *Directus locus*, i. e. præruptus, *scosceso*. *Id. in Ver.* ubi tamen al. legunt *Diremptus*.

Diremptĭo, f. 3. διάλυσις, divisio, separatio, productio temporis, vel rei in aliud tempus, &c. a dirimo. *Cic.* Nihil est, quod populo supplicetur, nihil, quod diremptio, nihil, quod supplicatio Magistratuum expectetur. V. Diribeo.

Diremptus, a, um, o. 1. 2. separatus, partic. a dirimor. *Cic. l.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 4. Cato diremptis tabellis de circulo se subduxit. *Lucr. l.* 1. *v.* 114. Anima morte dirempta. V. *Diribeo*.

Diremptus, us, m. idem ac diremptio *Cicer. Tusc. l.* 1. *c.* 29. Est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Dirēpo, is, psi, ptum, n. 3. discedo, deorsum repo. *Phædr. l.* 1. *fab.* 5. *v.* 12. Direpit ad cubile setosæ suis.

Direptĭo, onis, f. *rapina*, διαρπαγὴ, actus diripiendi. *Cic.* 4. *Fam. ep.* 1. Urbem sine legibus, sine judiciis, sine jure, sine fide relictam direptioni, & incendiis.

Direptor, m. 3. *ladro*. *Cic.* 3. *Phil.* Custos ne urbis, an direptor, & vexator esset Antonius. Adde *Catil.* 2. *c.* 2.

Direptus, a, um, adject. a diripio, *rapito*, *rubato*, διαρπαγεὶς, *Cicer. pro Leg. Manil. c.* 9. Mithridates res ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. *Virg.* 2. *Æn. v.* 563. Direpta domus.

Direptus, us, ui, m. idem ac diremptio, separatio, conjunctorum divisio, apud *Cic. Tusc.* 1. *c.* 29. Sed ibi alii leg. *diremptio*. Exemplum modo attulimus in V. *Diremptio*. ¶ Pro direptione, *saccheggio*, *ruberia*. *Spartian. in Severo*, *c.* 19. Res Romana prædonibus direptui fuit.

Diribĕo, es, ui, itum, a. 2. divido, distribuo, a διαῤῥιπτέω, *disjicio*, in diversas partes jacio, ut fit in rerum distributione. *P. Manutius*. *Diribere*, & *dirimere*: illud tabellarum, hoc suffragiorum video proprium verbum fuisse, neutrum autem satis fuisse manifestum. Diribere tabellas, significat distribuere. Diribebantur autem iis, qui suffragium laturi essent. Nec dubito, quin legendum sit *Diribeantur*, non *diripiantur*, apud Cic. in Pisonem, in eo loco, *An expectas, dum de te 75. tabellæ diripiantur?* Ita hoc verbum non in Comitiis solum, verum etiam in judiciis usurpatum patebit. Nam hoc proximum exemplum satis plane judicium, quod Pisoni Cic. minatur, significat. Plinius autem ad alias res transtulit hoc verbum. Ait enim lib. 36. cap. 15. *Hic est ille domitor orbis populus, qui gentes, & regna diribet*. Quod autem in oratione pro Plancio cap. 6. vir diligens, & eruditus legendum putat pro *direptio*, *diribitio*, rectius, opinor, sensisset, si *diremptio* reponere maluisset. Cum enim populus, aut judices tabellas, voluntatis indices, in cistas deposuerant, tum, ut intelligeretur quæ tabellæ legem probarent, quæ rejicerent, aut quæ reum absolverent, quæ condemnarent, omnes dinumerari, & separari necesse erat. Id autem *dirimere*, eaque actio *diremptio* vocabatur. Id ita esse, plane demonstrat Varro de re rust. lib. 3. *Comitiis*, inquit, *Ædilitiis, cum ego, atque Axius suffragium tulissemus, Axius mihi, Dum dirimuntur, inquit, suffragia, vis potius Villæ publicæ utamur umbra, quam privati Candidati tabella?* Sic enim scriptum est in veteribus libris, non, ut a quibusdam hujus verbi vim ignorantibus nimis temere est intrusum, *diribentur*. In epist. quoque 4. lib. 3. ad Q. Fr. *Cato*, inquit, *diruptis tabellis de circulo se subduxit*, ubi, *diremptis*, legi malim. Perspicue autem hujus verbi sententiam demonstrat Lucan. l. 5. in illo versu, *Et non admissæ dirimit suffragia plebis*, pro *dinumerat*, & *discernit*. Hactenus *Manut.* Adde his omnibus *Cic. in fragm. pro C. Cornel.* Dum tabellæ diribentur, dum sitella defertur, dum æquantur sortes, dum sortitio fit.

Diribitĭo, onis, f. distributio. Affertur locus ex *Cic. pro Planc. cap.* 6. Sed dubia est lectio. V. in *Diribeo*. Gruterus quoque ex omnibus MSS. & veterib. editionib. reponit *direptio*.

Diribitōres, m. 3. distributores. Diribitores in Comitiis, & in Judiciis erant, qui tabellas dividebant, idest, singulis civibus, vel judicibus distribuebant: deinde peractis suffragiis tabellas omnes secernebant, e. g. in tres ordines, ut constaret, e. g. plures ne absolverent, an condemnarent, an ampliandum putarent. *Cic. post red. in Sen. cap.* 11. Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodesque vidistis? ¶ Diribitores in conviviis dicti sunt, qui scutellas disponerent, & cibos carperent. *Lips. l.* 2. *Saturn. c.* 2. *Apul. l.* 2. *de Asino*.

Diribitorĭum, n. 2. *luogo, dove si pagano i soldati*, Ger. *ein musterplatz*, Gall. *le lieu ou paye les soldats*, Hisp. *lugar adonde se hazia el alarde*, λογιστήριον, locus, in quo recensebatur exercitus, & stipendia numerabantur, a diribendo, idest, distribuendo. *Plin. l.* 16. *c.* 40. ¶ Item locus, in quo ministri versabantur. *Apul. l.* 2. *de Asin. Sueton. in Claud. c.* 18.

Dirigĕo, es, ui, n. 1. *divenir rigido*, *pallido*, *impaurire*, Ger. *erstarren*, Gal. *devenir roide*, Hisp. *elarse*, ῥιγόω, præ frigore, aut timore, aut alio casu viribus destituor. *Virg. l.* 8. *Æn.* Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit. Adde 3. *Æn. v.* 259. & *Ovid.* 3. *Fast. v.* 332.

Dirĭgo, is, exi, ectum, *drizzare*, ישר, Ger. *richten*, Gall. *dresser*, Hisp. *enderecar*, εὐθύνω, obliquum emendo, & rectum facio, ex *di*, & *rego*. *Horat. l.* 4. *od.* 9. Arcu tela dirigere. *Cic. pro Sex. c.* 45. Cursum suum aliquo dirigere. *Id.* 4. *Acad. c.* 20. Cogitationes suas ad rem aliquam dirigere. ¶ *Id.* 3. *Offic. c.* 21. Honestate dirigenda est utilitas. h. e. metienda. *Id.* 3. *Offic.* Dirigere officium utilitate. Sic *Plin. in Paneg. c.* 45. Ad vitam Principis dirigimur, ad hanc convertimur, &c. ¶ Dirigere aciem, est, disponere. *Hirt. de B. Afric. c.* 13. Et, dirigere castella, apud *Flor. l.* 4. *cap.* 12. ¶ Dirigere se ad aliquid pro procedere, aliquo penetrare. *Quintil. l.* 10. *cap.* 1. Ad ea se quisque dirigebat effingenda, quæ poterat. *Apul.* Dirigere se in aspectum. *Ulp. l.* 7. *Dig. de extraord. crim.* Qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, hi directarii appellantur. ¶ Pro discindere, *Plautum* posuisse, observat Festus, *Curcul. a.* 3. 2. 54. Clypeatus elephantum ubi machæra dirigit. Scaliger etiam ita legit. Sed vide *Diligo* in fine.

Dirĭmo, is, emi, emptum, a. 3. *spartire*, *separare*, פרד, Ger. *zertheylen*, Gal. *diviser*, Hisp. *apartar*, διαλύω, divido, separo, ab antiquo disemo, *s* in *r* abeunte. *Plaut. Amph.* 1. 1. 99. Prælium diremit nox. ¶ Dirimere in Comitiis, erat suffragia, seu tabellas suffragiorum separare, & dinumerare, ut intelligeretur, quæ legem probarent, quæ rejicerent, &c. *Lucan. lib.* 5. Et non admissæ dirimit suffragia plebis. V. *Diribeo*. ¶ Dirimere litem, vel controversiam, est dissolvere, decidere. *Cic.* 3. *Off.* Qui se dirempturos controversiam putaverunt. ¶ Dirimere tempus, est differre, & in aliam diem aliquid rejicere. *Cic. de Div.* Quid habet Aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? ¶ Dirimere societatem humani generis, h. e. dissociare, *Cic.* 3. *Offic.* & 2. *Phil.*

Diripĭo, is, ui, eptum, a. 3. *tor per forza*, *rapire*, בזז, Ger. *plindern*, Gal. *piller*, Hisp. *arrebatar*, διαρπάζω, est diversa diverse rapere, ut fit in urbium expugnatione, vel in diversas partes rapere. *Cic. ad Tiron. l.* 16. Domos nostras, & patriam ipsam vel diripiendam, vel inflammandam reliquimus. *Id. l.* 8. *Att. ep.* 2. Domus mea diripiebatur. ¶ Item in diversas partes rapio, divido, lacero. *Ovid.* 5. *Fast.* Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem, cum consternatis diripereris equis. ¶ I-

tem educere. *Ovid.* 10. *Metam.* Diripere enſem vagina. ¶ Pro cupide emere, legitur in vita Perſii, cujus auctorem nonnulli Suetonium putant: Editum librum continuo mirari homines, & diripere cœperunt. ¶ Diripere de auctoritate alicujus, h. e. imminuere. *Cic. pro Sylla.*

Diritas, f. 3. *crudeltz*, אכזריות, Ger. *grauſamKeit*, Gall. *cruauté*, Hiſp. *crueldad*, ἀπλωτία, crudelitas. *Cic. in Vatin.* Quanquam ſis omni diritate, atque immanitate deterrimus. *Sueton. Tiber. c.* 21. Diritas morum. *Id. in Ner. c.* 8. Diritas diei.

Dirumpo, & diſrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *rompere a forza*, קרע, Ger. *zerreiſſen*, Gal. *briſer*, Hiſp. *romper por fuerca*, διαῤῥήγνυμι, varie rumpo, ſeu violenter ſcindo. *Plaut. Curc.* 2. 1. 17. Nihil metuo, niſi medius dirumpar miſer. *Cic. in Fam.* 7. *ep.* 1. Dirupi pene me in judicio Galli Caninii, *ho avuto a crepare. Id. Att. l.* 7. *ep.* 12. Dirumpor dolore. ¶ Dirumpere ſocietatem, amicitiam, eſt diſſolvere. *Cic.* 3. *Offic.* & *de Amic.* ¶ Diſrumpi, abſolute dicitur, qui invidia dolet. *Cic. in Vatin.* Quem tu diſrumperis, cum Ædilitium vides.

Diruncĭno. V. Deruncino.

Diruncĭo, is, a. 4. depurgo. *Feſtus.*

Dirŭo, is, rui, rutum, a. 3. *ruinare*, הפיס, Germ. *niderbrechen*, Gal. *mettre par terre*, Hiſp. *derribar*, καταβάλλω, dejicio, everto, deſtruo. *Liv. l.* 1. *c.* 29. Fragor tectorum, quæ diruebantur. ¶ Diruere ære, quid ſit, V. *Dirutus.*

Diruptio, onis, f. fractura, diſciſſio, *il romperſi. Senec. l.* 2. *Quæſt. nat. c.* 15. Neceſſario vaſtum in tam magnorum corporum diruptione reddit ſonum.

Diruptus, o. 1. 2. particip. a dirumpor. *Cic.* 13. *Phil. c.* 12. Homo dirutus, diruptuſque Q. Cœlius. *ideſt* & ære exhauſtus diſſipato patrimonio, & hermioſus. ¶ Item præruptus, præceps, *ſcoſceſo, precipitoſo. Liv.* 38. *c.* 2. In altiorem, diruptioremque tumulum conceſſere. *Et ibid.* Multi paſſim in dirupta præcipitati. *Ammian. l.* 29. *c.* 5. Montes diruptis rupibus inacceſſi.

Dirus, a, um, o. 1. 2. *crudele, empio, fiero*, אכזר, Germ. *grauſam*, Gal. *cruel*, Hiſp. *cruel*, ἐπάρατος, crudelis, ſævus, infeſtus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 488. Nec diri toties arſere cometæ. *Liv. l.* 27. *c.* 22. Dira exſecratio. *Ovid. in Met. v.* 550. Dirum omen. *Cic. l.* 2. *Divin. c.* 15. Quibus nihil videtur eſſe dirius. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 247. Scena quem ſenem Latina vidit diriſſimum. ¶ Poteſt etiam fumi pro terribili, ſiquidem eſt a δεινὸς, & in hoc ſenſu explicari poſſunt aliqua ex exemplis allatis, ut & illud *Virg.* 8. *Æn.* Jam tum religio pavidos terrebat agreſtes Dira loci.

Dirŭtus, o. 1. 2. διαῤῥηθείς, partic. a diruor. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 8. Complures dirutas, ac pene deſertas per te eſſe recreatas. ¶ Ære dirutum militem dicebant, cui ſtipendium ignominiæ cauſa non eſt datum, quod æs diruebatur in ſiſcum, non in militis ſacculum. *Feſt. Cic. Ver.* 7. *c.* 13. In quibus cum frequens fuiſſet, tamen ære dirutus eſt.

Dis, præpoſit. V. Di.

Dis, m. & f. dite, n. *ricco*, πλούσιος, idem ac dives, per ſync. *Ter. Adelph.* 5. 1. 8. Dis quidem eſſes Demea. *Val. Flac. l.* 2. *v.* 296. Non populos, non dite ſolum, non ulla parenti Regna peto. *Cic. de Amic. c.* 16. Ditior mihi, & affluentior videtur eſſe vera amicitia. *Virg.* 1. *Æn. v.* 343. Ditiſſimus agri. *Sil. l.* 3. *v.* 397. Ditiſſimus ævi. *h. e.* valde ſenex. ¶ *Dis* abſolute. *Senec. in Herc. Oct. v.* 648. O ſi pateant pectora ditum! quantos intus ſublimis agit fortuna metus!

Dis, vel Ditis, is, m. 3. πλούτων, dictus fuit Pluto Deus inferorum, ideinque Divitiarum præſes, quia opes e terra effodiuntur. *Cic. l.* 2. *Nat. Deor. c.* 26. A Luciano claudus fingitur in acceſſu, in receſſu vero alatus, quia divitiæ longo tempore, magniſque laboribus acquiruntur, & quam velociſſime labuntur, niſi caute cuſtodias. Fingitur etiam cæcus, quia divitias boni æque ac malis, nullo habito diſcrimine, diſtribuit. *Severus in Ætna v.* 640. Illos ſepoſuit claro ſub nomine Ditis. *Petron. Satyr.* Has inter ſedes Ditis pater extulit ora. *Cic. loc. cit.* Dis, ut apud Græcos πλούτων. Al. leg. *Dives.* ¶ Uſurpatur etiam pro ipſis Inferis. *Virg. Æn.* 6. *v.* 126. Noctes, atque dies patet atri janua Ditis.

Diſcalcĕo, as, a. 1. *diſcalzare*, נשל, Germ. *entſchuchen*, Gal. *deſchauſer*, Hiſp. *deſcalcar*, ἐξυποδέω, eſt calceos exuere. *Suet. in Ner. c.* 51. Prodierit in publicum ſine cinctu, & diſcalceatus.

Diſcapĕdĭno, as, avi, atum, a. 1. *aprire*, פתח, Germ. *aufſchlieſſen*, Gall. *ouvrir*, Hiſp. *abrir*, aperio, reſero, a capedine. *Apul. in Florid. l.* 1. Hyagnis primus in canendo manus diſcapedinavit. h. e. inter canendum tibias, manus, & digitos in certum modum flexit, claudendo, aperiendoque foramina, &c. V. *Gaſpar. Barthol. de Tib. Vet. c.* 7.

Diſcavĕo, es, vi, autum, n. 2. diligenter caveo. *Plaut. Men.* 2. 1. 24. Dictum faceſſe elatum, & diſcaveas malo.

Diſcēdo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *partirſi*, הרך, Germ. *hinvveggehen*, Gall. *ſe partir*, Hiſp. *partirſe*, ἀποχωρέω, abeo, recedo, demigro, a *dis*, & *cedo*. *Cic.* 6. *Fam.* Servium diſceſſiſſe Athenis, moleſte tuli. ¶ Sæpe uſurpatur cum loco, ad quem. *Cic.* 3. *Fam.* Sed eo diſceſſiſti, quo ego te ne perſequi quidem poſſem triginta diebus. *Id. in Som. Scip.* Diſcedere cubitum. *Virg. Æn.* 12. Diſcedere ad urbem. ¶ Translate ponitur pro relinquere. *Cic.* 2. *de Orat.* Mihi certum eſt a judiciis, cauſiſque diſcedere. Sic diſcedere ab armis. *Id. Phil.* 8. *ad fin.* Diſcedere vita, diſcedere a recta conſcientia, *Id. Tuſc.* 1. *c.* 34. & *l.* 13. *Attic. epiſt.* 20. ¶ Eleganter ſumitur pro excipere, *eccettuare. Cic. l.* 1. *Attic. epiſt.* 17. Amoris erga te mei, cum a fraterno amore domeſticoque diſceſſi, tibi primas defero. ¶ Item pro divortium facere. *Cic.* 8. *Famil.* Quod inter poſtulationem, & nominis delationem uxor a Dolabella diſceſſit. ¶ Item pro dividi, hiscere. *Cic.* 1. *Offic.* Cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus. *Tac.* 5. *hiſt. c.* 12. In duas factiones Civitas diſceſſit. ¶ Diſcedere in ſententiam, eſt alterius ſententiam probare. Mos enim fuit antiquorum, ut, cum in tanto Senatorum numero longum foret ſingulorum ſententias audire, illi tantum, qui cæteris dignitate antecellebant, ſententiam rogarentur, deinde duabus, tribuſve jam dictis ſententiis, reliqui in illorum, quorum judicio ſubſcribebant, ſedilia transirent. *Cic. Jape, & Liv. l.* 28. *c.* 45. Sic diſcedere in alia omnia. h. e. diſſentire, *Cic. Fam.* 10. *ep.* 12. V. Eo, is. *P. Manut.* Diſcedere, non eſt ſemper de loco abire. Nam *l.* 2. *Att. ep.* 16. Si poſſum, *inquit*, diſcedere, ne cauſa optima in Senatu pereat. id eſt, ſi poſſum conſequi, ſi hunc exitum res habere poteſt. Idem verbum ad eandem ſententiam tranſtulit *Terent.* apud quem ita loquitur Geta ſervus *in Phorm.* 5. 2. 8. Modo ut hoc conſilio poſſit diſcedi, ut iſtam ducat.

Diſcentĭa, æ, f. diſcendi actio. Vox eſt *Tertull. l. de Anim. c.* 23. & 24. ipſique relinquenda.

Diſceptatio, f. 3. *diſputa, conteſa*, פלילות, Germ. *ein ſpan*, Gal. *debat, controverſe*, Hiſp. *contienda*, ἀπλογία, diſputatio, contentio, lis, cauſa. *Cic.* 2. *de Div.* Cum quibus omnis fere nobis diſceptatio, contentioque eſt. ¶ Sumitur etiam pro arbitratu, & cognitione. *Ulp. l. cum is*, §. *cui*, ff. *de tranſ.* Hæc omnia habent diſceptationem Prætoris.

Diſceptatiuncŭla, æ, f. dimin. a diſceptatio. *Gell. in præfat.* vel *c. ult.* Tempus ad colligendas memoriarum diſceptatiunculas conferre.

Diſceptator, m. 3. *giudice*, פלילי, Germ. *ſchidmann*, Gal. *juge, arbitre*, Hiſp. *arbitrador, contendedor*, διαγνώμων, judex, arbiter, rei, ſententiæque moderator. *Cic. in Parad. c.* 3. Aut auſculator eſt, qui audit, aut diſceptator. *Liv. l.* 35. *c.* 45. Reconciliatore pacis, & diſceptatore in iis, quæ in controverſia cum Pop. Rom. eſſent, utendum cenſebat. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 10. *n.* 4. Diſceptator de pace, *mediatore.*

Diſceptātrix, f. 3. quæ diſceptat, judicat. *Cic.* 4. *Acad. c.* 28. Dialecticam inventam eſſe dicitis veri, & falſi quaſi diſceptatricem, & judicem.

Diſcepto, as, avi, atum, n. 1. *diſputare, contendere*, נשפט, Ger. *zancken*, Gal. *debattre*, Hiſp. *contender diſputando*, διαμάχομαι, diſputo, contendo, decerto. *Cic.* 4. *Fam.* Poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de jure publico. ¶ Item cognoſco, judico. *Cic. pro Mil.* Et iſti eſt præpoſitus quæſtioni, qui hæc juſte, ſapienterque diſceptet. *Id.* 4. *Tuſc.* Diſceptare controverſias aliquorum. *Id. pro Dejot. c.* 2. Hanc, C. Cæſar, cauſam ſi in foro dicerem, eodem audiente, & diſceptante te. ¶ Singularem habet notionem hoc verbum apud *Cic. lib.* 10. *Fam. epiſt.* 10. Quamquam in uno prælio omnis fortuna Reip. diſceptat. h. e. agitur, vel pendet.

Diſcerniculum, n. 2. idem ac diſcriminale, a diſcernendo. *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Sumitur & generatim pro differentia, diſcrimine. *Gel. l.* 17. *c.* 15. Diſcerniculo coloris inſignes, candidi, & nigri.

Diſcerno, is, diſcrevi, cretum, a. 3. *dividere, ſeparare*, הקר, Germ. *underſcheiden*, Gal. *diſcerner*, Hiſp. *apartar, diviſar*, διακρίνω, ſeparo, divido. *Cic.* 3. *Tuſc.* Democritus alba, & nigra diſcernere non potuit. *Id. pro Font. c.* 6. Ubi diſcerni poſſit ſtultus auditor a ſapienti. *Virg.* 4. *Æn.* Tenui telas diſcreverat auro. ¶ Quandoque diſtincte cognoſco. *Ter. Adelph.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitatis? ſatis neque diſcernere. ¶ Quandoque judico, dirimo. *Virg. Æn.* 12. *v.* 898. Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis. Sic, diſcrevit digitus, apud *Calpurn. ecl.* 2. *v.* 27. h. e. micando digitis controverſia dirempta eſt.

Diſcerpo, is, pſi, ptum, a. 3. *sbranare, ſquarciare*, כרף, Ger. *zerreiſſen*, Gal. *deſchirer, mettre en pieces*, Hiſp. *deſpedacar*, διασπάω, diſcindo, in partes diſtraho, ex dis, & carpo. *Cic. in Top. c.* 5. Quum res quaſi in membra diſcerpitur.

Diſcerptus, o. 1. 2. diviſus, laceratus, part. a diſcerpor. *Cic.* 3. *de Orat.* Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulſa, & quaſi diſcerpta contrectant. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 86. Membra diſcerpta.

Diſceſſĭo, onis, f. 3. *partita*, לכת, Germ. *hinvveichung*, Gall. *departement*, Hiſp. *partida*, ἀποχώρησις, receſſio, ſeparatio, diviſio. *Cic.* 2. *Offic.* Eorum neque acceſſione melior vita fit, neque diſceſſione pejor. ¶ Interdum pro divortio ponitur. *Ter. Andr.* 3. 3. 35. Incommoditas huc omnis redit, ſi eveniat diſceſſio. ¶ In foro quoque dicimus diſceſſionem fieri in ſententiam alicujus, cum Senatores e ſua ſede ad eum tranſeunt, cujus ſententiam approbant. *Cic.* 6. *Ver.* Cum jam non ſolum diſceſſio facta eſſet, ſed etiam perſcriptum, atque in tabulas relatum. V. *Diſcedo*, & *Eo, is.*

Diſceſſus, us, m. idem ac diſceſſio. *Cic.* 1. *Fam.* Quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim. ¶ Translate dicitur de morte. *Cic.* 1. *de Div. c.* 23. O præclarum diſceſſum e vita! ¶ Item de hiatu, vel diruptione. *Cic.* 2. *de Div.* Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber, nec trajectæ ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt.

Diſceſſus, a, um, partic. paſſivum. *Cæl. l.* 4. *hiſt.* apud *Priſcian.* Cuſtodibus diſceſſis, multi interficiuntur partiti.

Diſcĕus, m. 2. cometa, vel ſimilis aliqua aeris impreſſio. *Plin. l.* 2. *c.* 25.

Diſcidĭum. V. Diſſidium.

Diſcinctus, o. 1. 2. *diſcinto*, מפותח, Germ. *auffgeirtet*, Gall. *deſceint*, Hiſp. *deſcindo*, ἄζωστος, partic. a diſcingor. *Liv. lib.* 27. Diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit. ¶ Antiqui negligentes, & defides appellabant *diſcinctos*, contra *accinctos* ſolertes, ſtrenuos. Quod a re ipſa deductum eſt. Molles enim demiſſis, diſcinctiſque veſtibus uti ſolent, ſtrenui vero atque induſtrii, quo ſint ad res exequendas promptiores, ſuccincti incedunt. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 31. Non pudet ad morem diſcincti vivere Nattæ. ¶ Nepos diſcinctus, eſt omni luxuria diſſluens. *Hor. Epod. Od.* 1. Diſcinctus aut perdam ut nepos. ¶ Diſcincti etiam dicebantur exauctorati, & cum ignominia dimiſſi a militia; *Vulcat. Gallic. in Avid. c.* 6. Si quis cinctus inveniretur apud Daphen, diſcinctus redeat.

Diſcindo, is, diſcidi, diſciſſum, a. 3. *fendere*, קרע, Germ. *zerſchneiden*, Gal. *fendre*, Hiſp. *hender*, διακόπτω, divido, lacero, aperio, a dis, & ſcindo. *Cic.* 2. *de Or.* Ut diſcinderem tunicam, ut cicatrices oſtenderem. ¶ Translate eſt dirimere, diſſolvere. *Cic. de Amic. c.* 21. Tales igitur amicitiæ diſſuendæ magis, quam diſcindendæ ſunt.

Diſcingo, is, inxi, inctum, a. 3. *ſcingere*, פרה, Germ. *entgirten*, Gall. *deſceindre*, Hiſp. *deſceuir*, ἀποζωννύω, quod cinctum eſt, diſſolvo. *Cic. ad Q. Fr.* Cæſar mihi in ſinu eſt, neque ego diſcingor. ¶ Translate ponitur pro enervare, ſeu confutare, vel retundere. *Sil. l.* 7. Diſcinxit ratione dolos. *Sidon. l.* 2. *ep.* 7. Diſcingere, quæ in diſceptationem veniunt. ¶ Significat etiam dignitate privare, exauctorare. V. *Diſcinctus*, & *Cingulum.*

Diſciplīna, f. 1. *diſciplina*, לקח, Ger. *lehr*, Gall. *diſcipline*, Hiſp. *diſciplina*, μάθημα, inſtitutio, ars, ſcientia, a *diſco*, vel a *diſcipulus*, quaſi *diſcipulina*, per ſync. Porro *diſcipulina* legitur in nummis Hadriani. *Cic. pro Cæl.* Cujus prima ætas dedita diſciplinis fuit. ¶ Videtur a doctrina differre, quia eadem ars diſciplina dicitur, prout a diſcipulo percipitur, doctrina, prout a doctore traditur. Sed diſciplina etiam de doctore dicitur. *Cic. pro Cæl.* Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes? ¶ Diſciplina item eſt modus vivendi, vel inſtitutum, mos, conſuetudo. *Cic.* 1. *de Or.* Nam & prima ætate incidimus in ipſam perturbationem diſciplinæ veteris. *Plaut. Aſinar.* Eadem nos diſciplina utimur. ¶ Item exemplum bene vivendi. *Plaut. Moſt.* Diſciplinæ aliis eram. ¶ Item ſecta Philoſophorum. *Cic.* 5. *Tuſc.* Omnes fere Philoſophi omnium diſciplinarum hoc eodem animo eſſe potuerunt. ¶ Dare, vel tradere ſe in diſciplinam, eſt ſe alicui inſtituendum permittere. *Gell. l.* 5. *c.* 10. Is in diſciplinam Protagoræ ſe ſe dedit. Adde *Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 41. ¶ Diſciplina memoriæ, *l'arte della memoria*; ars memoriæ alendæ, & conſervandæ. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 1. *a med.*

Diſciplinabĭlis, le, o. 3. quod ad diſciplinam ſpectat. *Auth. ad Her. l.* 3. *c.* 3. Cujus rei aliquam diſciplinabilem ſcientiam poterimus habere.

Diſciplinātus, a, um, adject. bonis moribus per diſciplinam præditus. *Alcim. Avit. l.* 4. *c.* 46. *de arbore degenerante*: Diſciplinatos diſſueſcit promere fructus. *Tertul. de fuga c.* 1. Diſciplinatior in jejuniis.

Diſciplinōſus, o. 1. 2. qui tam bonas, quam malas artes facile diſcit. Hinc in reprehenſionem dictus eſt a Catone *diſciplinoſus gladiator*, apud *Gell. l.* 4. *c.* 9.

Diſcipŭla, f. 1. mulier, quæ diſcit. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Audit diſcipula intentione magna, & reddit. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 20. Dedam te diſcipulam cruci.

Diſcipulātus, us, ui, m. idem fere quod diſciplina. *Tert. de Præſcriptionib. adv. Hæres. c.* 21. In diſcipulatu, in convictu.

Diſcipŭlus, m. 2. *diſcepolo*, תלמיד, Ger. *lehrjung*, Gall. *diſciple*, Hiſp. *diſcipulo*, μαθητής, qui diſciplinam ab alio percipit. *Cic.* 3. *Off.* Orator dulcis,

dulcis, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. ¶ Discipuli etiam dicuntur, qui in tabernis, vel officinis mercatorum serviunt, & eorum disciplinam addiscunt, *garzoni di bottega*. Hinc discipulos coquorum *Plaut.* memorat *Pseud.* 3. 2.

Discissus, a, um, adject. discerptus, laceratus, *lacerato, straziato. Virg. 3. Georg. v.* 514. Discissos nudis laniabant dentibus artus. *Stat. l. 1. Silv. 1. v.* 11. Discissi muri.

Discludo, is, usi, usum, a. 3. *separare*, הבריל, Ger. *ausschliessen, abtheilen*, Gal. *ouvrir, separer*, Hisp. *abrir, echar fuera, apartar*, διακλείω, excludo, separo. *Cæs. 7. B. G. c.* 8. Qui Arvernos ab Helvetiis discludit. ¶ Est item separatim includere. *Cic. 1. Tusc.* Iram, & cupiditatem, quas locis suis disclusit.

Disclusio, onis, f. separatio, disjunctio, *separazione*, διάκλασις. *Apul. de Deo Socrat. circ. princ.* Non modo loci disclusione, verum etiam &c.

Disclusus, a, um, adject. separatus, disjunctus, *disgiunto, separato. Virg. Georg. 4. v.* 147. Spatiis disclusus iniquis. *Cic. 1. Tusc. c.* 33. Perturbationes remotas a mente, & disclusas Plato putat.

Disco, is, didici, sine sup. a. 3. *imparare*, למר, Ger. *lehrnen*, Gal. *apprendre*, Hisp. *aprender*, μαθάνω, rem ignotam ab aliquo docente apprehendo, vel assequor meditando. *Cic. 4. Acad.* Ab eo Dialecticam didicerat. *Id. de Senect.* Discere fidibus. ¶ Dicimus autem discere ab aliquo, vel de aliquo, vel ex aliquo. *Cic. Fam. 3. ep. 5.* Didici ex literis tuis. *Virg. Æn. 12. v.* 435. Disce puer virtutem ex me, fortunam ex aliis. *Ter. Eun. 2. 2. 31.* Ut sibi liceret discere id de me. ¶ Item, apud aliquem discere literas, *Cic. Fam. 9. ep.* 10. ¶ Sumitur item pro solitum esse. *Plaut. Amph. 2. 2.* Vera dicere didici. Sic Græci dicunt, ἔμαθον εἶναι, solebant esse. ¶ Discere etiam proprie dicuntur Actores tabularum, quemadmodum Poetæ ipsi docere, & scribere tabulas. *Ter. prol. Hecyr. in fin.* Silentium date, ut lubeat scribere aliis, mihique ut discere novas expediat. Adde *eund. in prologo Heaut. v.* 10.

Discobolus, m. 2. qui discum jaculatur, a discus, & βολή, jactus. *Quintil. l. 2. c.* 13. Quam est iste discobolus Myronis.

Discoctus, a, um, adject. valde coctus, *ben cotto. Plin. l. 22. c.* 25. Lens magis discocta cœlesti aqua.

Discolor, o. 3. *di diversi colori*, צבוע, Ger. *von mancherley farben*, Gall. *de diverse couleur*, Hisp. *de differente color*, ἑτερόχροος, quod est diversorum colorum. *Mart. l.* 14. Discolor hic gemino calculus hoste perit. *Cic. 2. Ver. c.* 13. Ut discoloribus signis juratorum hominum sententiæ notarentur.

Discolorus, a, um, adject. idem quod discolor. *Petron. Satyr.* Discoloria vestis.

Discolorus, a, um, adject. discolor. *Capel. l. 4. in princ.* Discolora venustate florentibus. *Prudent. Peristeph. v.* 302. Discolora lana.

Discondūcit, non conducit, non prodest. *Plaut. Trin. 4. 2. 85.* Sed nihil disconducit huic rei.

Disconvenĭens, tis, adject. o. 3. *disconveniente. Lactant. de ira Dei, c.* 3. Et disconveniens, ut ejusmodi potestate sit præditus, &c.

Disconvenientĭa, æ, f. *inconvenienza. Tertul. de testim. anim. c.* 6. Suspectam habe convenientiam prædicationis in tanta disconvenientia conversationis.

Disconvenĭo, is, eni, entum, n. 4. *disconvenire*, נחלק, Ger. *sich ubelschicken*, Gall. *disconvenir*, Hisp. *disconvenir*, διαλλάττω, non convenio. *Hor. l. 1. epist. 1. v.* 99. Æstuat, & vitæ disconvenit ordine toto.

Discophŏrus, i, m. διασφόρος, discum ferens. *Hieronym. in prolegom. seu præfat. in Daniel.* vocat *discophorum* Habacuc, qui prandium Danieli, capillo per aera ab Angelo sublatus, a Palæstina Babylonem usque detulit, ut habetur *Dan.* 14. 32. Discus enim etiam vas escarium significat.

Discŏquo, is, oxi, octum, n. 3. *cuocere*, ἀφέψω, coquo, vel valde coquo. *Plin. l. 22. c.* 25. Nostri præcipiunt arietinum in aqua cum sale discoquere. Adde *l. 29. c. 6.*

Discordabĭlis, le, o. 3. quod discordat, & disconvenit. *Plaut. Cap. 2. 3. 42.* Inter nos fuisse ingenio haud discordabili.

Discordĭa, f. 1. *discordia*, מחלוקת, Ger. *zwytracht*, Gall. *discorde*, Hisp. *discordia*, διαφωνία, dissidium, quasi cordium dissensio. *Cic. 4. Tusc.* Discordia est ira acerbior, intimo odio, & corde concepta. *Id. pro Mur.* Discordiam concitare. Et *Philip. 1.* Discordiam sedare. ¶ Est etiam Discordia una Furiarum Dea Inferorum. *Virg. Æn. 8. v.* 702. Et scissa gaudens vadit Discordia palla.

Discordiālis, o. 3. *litigioso*, נחלק, Ger. *auffrihwisch*, Gal. *discordant*, Hisp. *desacordante*, quod lites generat, & parit. *Plin. l. 37. c.* 10. Hyeme pellem similem abominantur discordialem domibus.

Discordiōsus, o. 1. 2. qui discordias, & lites serit. *Sall. in Jugurt. c.* 66. Vulgus Numidarum seditiosum, atque discordiosum erat.

Discordis, pro discors, dicebant Veteres. *Pomp.* Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.

Discordĭtas, atis, f. 3. idem ac discordia, apud vet. *Pacuv. apud Non.* Ex discordiatate cladem importare familiæ.

Discordo, as, avi, atum, n. 1. *essere in discordia*, נחלק, Ger. *zwytrechtig sein*, Gal. *discorder*, His. *desacordar*, διαφέρομαι, dissideo, dissentio. *Cic. 1. Fin.* Sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident, atque discordant. *Tacit. Ann. 12. c.* 28. Discordare cum aliquo. *Velley. 2.* 53. 3. Ab se discordans fortuna. *Horat. l. 2. ep. 2.* Parcus discordat avaro.

Discors, dis, o. 3. *discorde*, נחלק, Ger. *zwytrechtig*, Gal. *discordant*, His. *discorde*, ἀνάρμοστος, qui corde, idest animo dissidet, a *dis*, & *cor. Cic. 2. Agrar.* Non ambitione, non contentione discordes. *Liv. l. 2. c.* 23. Civitas secum ipsa discors. *Velley. l. 2. c.* 37. Discors patri. *Ovid. 2. Amor. el. 10. v.* 9. Ventis discordibus acta. *Stat. l. 5. silv.* 5. Modi discordes. *dissonantes.*

Discrĕpans, antis, adject. dissidens, discors, dissimilis. *Solin. c.* 52. (al. 65.) In quantum mores populorum discrepant, habitus quoque discrepantissimus est.

Discrepantĭa, æ, f. 1. *discordanza*, διαφορά, dissensio, discordia. *Cic. 3. Fin. c.* 12. Majorem multo habere Stoicos, & Peripateticos rerum omnium discrepantiam, quam verborum.

Discrepatĭo, onis, f. idem quod discrepantia. *Liv. l. 10. c.* 18. Ea ipsa inter consules discrepatio fuit.

Discrepĭto, as, n. 1. freq. a discrepo. *Lucr. l. 2. v.* 1017. Verum positura discrepitant res.

Discrĕpo, as, avi, & pui, atum, n. 1. *discordare*, נחלק, Ger. *mißhellen*, Gal. *desaccorder*, His. *discordar*, διαφωνέω, proprie est diverso modo crepare, translate non convenire, discordare. *Cic. 1. Off. c.* 40. Ut in fidibus, aut in tibiis, quamvis paulum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet. ¶ Translate sumitur pro dissidere, vel differre, & construitur cum abl. & præp. *a*, vel *ab*, vel *de*, vel *cum*, & cum acc. & *inter. Cic. de Orat. l.* 3. Si qua in re discrepavit ab Antonii divisione nostra partitio. *Idem 4. Tusc.* Philosophorum de cæteris rebus discrepantium. *Idem 2. Fin.* Discrepant facta cum dictis. *Idem 2. de Invent. c.* 49. Cum inter se duæ videntur leges discrepare. ¶ Item cum Dat. *Cic. 3. de Orat.* Ipsi sibi singuli discrepantes. *Horat. de ar. poet. v.* 162. Divina futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis. ¶ Absolute *Liv. l. 22.* Mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quam &c.

Discrēte, adv. *separatamente*, Ger. *under scheidentlich*, Gal. *separemment*, Hisp. *apartadamente*, διεσταμένως, separatim, distincte. *Cic. de Inv. l. 1. c.* 30. Post discrete, & electe in genus quodque causæ, quid cuique conveniat, ex copia hac digeremus.

Discrētim, idem ac discrete. *Var. de re rust. l. 1. c.* 3. Quoniam discretim de his rebus dicendum est. Scaliger tamen legit *discretum*; quod rectius videtur, si ejus interpunctionem sequamur. Habet autem *Apul. l. 6. A. A.* Singula Psyche curiose dividit, & discretim remota rite componit. Et *l. 2. Florid.* Sigillatim, ac discretim.

Discretĭo, f. 3. *separazione*, בור, Ger. *underscheidung*, Gall. *separation*, Hisp. *apartamiento*, διάκρισις, separatio, a discerno. *Lact. lib. 7.* Quæ discretio mors vocatur.

Discretīve, adverb. discernendo, separando. *Donat. ad Terent. Eun. 1. 2. 43.*

Discretīvus, a, um, ad discernendum, & separandum aptus. *Prisc. l. 17.*

Discrētus, a, um, o. 1. 2. *separato*, διακεχωρισμένος, separatus, partic. a discernor. *Plin. l. 15. c.* 30. Discretæ fuis nominibus sylvæ. *Stat. Theb. 5. v.* 559. Saxo discretus ager.

Discrīmen, nis, n. *differenza, separazione*, נור, Germ. *underscheld*, Gal. *differente*, Hisp. *diferencia*, διαφορά, differentia, separatio. *Pontanus in Actio* scripsit fieri ex *discernimen*, per syncopen. *Cic. 4. Ver. c.* 50. Omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. ¶ Accipitur & pro intervallo. *Cic. de L. Agr.* Duo maria pertenui discrimine separata. ¶ Item pro divisione capillorum, quæ fit discerniculo. Imo hæc propria, & prima significatio nonnullis videtur. *Claud. de nupt. Hon. v.* 103. Hæc morsu numerosi dentis eburno multifidum discrimen arat. hoc est, capillos pectit. ¶ Item pro terræ cultu, qui rastris fit. *Colum. l.* 10. *R. R. v.* 94. Jam puro discrimine pectita tellus. ¶ Item pro certamine. *Vir. 5. Æn.* Æquo discrimine Pistrit, Centaurusque locum tendunt superare priorem. ¶ Item pro periculo. *Cic. Phil. 7. c.* 1. Adducta est Respublica in extremum pene discrimen. *Id. pro Leg. Man. c.* 5. Salus sociorum in summum periculum, & discrimen vocatur. Sic devenire in discrimen, *Id. 1. de Orat. c.* 1. Versari in discrimine, *Id. Fam.* 16. Dare in discrimen legiones, *Tacit. 2. Ann.* ¶ *Liv. l.* 29. In discrimine nunc est humanum genus, utrum vos, an Carthaginienses principes orbis terrarum videat, *tutto il mondo è in bilancio, se*, &c.

Discriminātim, adv. *differentemente*, Ger. *underschiedlich*, Gal. *differement*, Hisp. *diferentemente*, κεχωρισμένως, distincte, differenter. *Var. l. 1. de re rust. c.* 7. Nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua, & id discriminatim, ut alia in lacubus, alia in fluminibus &c.

Discriminatĭo, onis, f. discretio, divisio. *Diomed. Grammat. l.* 1. Nomen est, quo Deus, aut homo propria discriminatione pronuntiatur.

Discriminātor, oris, m. qui discernit. *Tertul. l. 1. ad Nation. c.* 10. Discriminatores impendere. *Apul. de Mundo.* Divisor, & discriminator.

Discriminātus, o. 1. 2. distinctus, partic. a discriminor. *Liv. l. 21. c. 4.* Vigiliarum, somnique nec die, nec nocte discriminata tempora.

Discrimĭno, as, a. 1. *dividere, dipartire*, הבריל, Ger. *vunderscheiden*, Gal. *separer, discerner*, Hisp. *apartar*, ἀφορίζω, est discernere. *Cic. Philip. 12. c.* 9. Hetruriam discriminat.

Discruciātus, us, ui, m. idem quod cruciatus, *tormento. Prudent. Hamartig. v.* 834. Vermibus, & flammis, & discruciatibus ævum immortale dedit.

Discrucĭo, as, avi, atum, a. 1. idem ac crucio, & tam ad animum, quam ad corpus refertur. *Cic. 12. Phil.* Ut ille Trebonium, & si posset, etiam Brutum discruciatos necaret. *Cæl. Cic. 8. Fam.* Nunc quotidie non esse te, ad quem cursitem, discrucior. ¶ Construitur cum ablat. *Plaut. Cas.* Ego discrucior miser amore. ¶ A veteribus etiam cum gen. usurpabatur. *Plaut. Aul.* Discrucior animi, quia domo abeundum est mihi. Adde *Ter. Adelph. 4. 4.*

Discubitorĭus lectus, in quo, vel super quem antiqui cœnaturi discumbebant, apud *Plin.* Nos tamen locum non invenimus.

Discubĭtus, us, ui, m. discumbendi actus, *il porsi a sedere. Valer. Max. l. 2. c. 1. n.* 9. Ne senioris adventum discubitu præcurrerent.

Discŭbo, as, vi, itum, n. legitur in Thes. L. L. sed exempla, quæ afferuntur, ad *discumbo* referri possunt, cum quo commune habet præteritum.

Discŭlus, i, m. diminut. a discus. Calep. citat pro hac voce *Cic. ad Att. l. 4. ep.* 8. Cœnam paravi discolo. At optimi Codices P. Victor. & Gronovii hæc verba ibi non agnoscunt.

Discumbo, is, ui, itum, n. 3. *sedere a mensa*, ישב, Ger. *zu tisch sitzen*, Gall. *s'asseoir*, Hisp. *assentarse à la mesa*, ἀνάκειμαι, mensæ accumbo. *Cic. Att.* Discubuimus omnes. *Virg. 1. Æn. v.* 700. Stratoque super discumbitur ostro. ¶ Item *porsi a dormire. Plaut. Mercat. prol. v.* 100. Discubitum noctu ut imus, ecce &c.

Discuneātus, o. 1. 2. apertus, ac patens, a cuneus. *Plin. l. 9. c.* 30. Conchæ se contrahunt, sed in frusta discuneatæ. idest quasi immisso cuneo diductæ, & patefactæ. Loquitur de conchis, cum polypi iis insidiantes lapillum injiciunt, quo carnes securi extrahant.

Discupĭo, is, ivi, itum, a. 3. *desiderar ardentemente*, אוה, Ger. *begirig begren*, Gal. *desirer ardement*, His. *desear mucho*, ἐπιθυμέω, valde cupio. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. epist.* 15. Te videre, & omnia intima conferre discupio.

Discurro, is, urri, & cucurri, ursum, n. 3. *correre in diverse parti*, שום, Ger. *hin und her lauffen*, Gal. *courir ca, & la*, Hisp. *discurrir*, διατρέχω, in diversas partes curro. *Liv. l. 1. c. 9.* Juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. *Sueton. in Calig. c.* 32. Cum palma discucurrit more victorum. ¶ Apud *Ammian. Marcell.* invenitur pro differere, *discorrere*, ut & Græce διελθεῖν. Ejus verba sunt *l.* 17. *c.* 6. Super quo nunc pauca discurram. V. *Vorst. de latinit. suspect. c.* 14.

Discursatĭo, onis, f. *il correre qua, e là, scorreria. Senec. de Brevit. vitæ, c.* 3. Officiosæ per Urbem discursatio. Al. legunt, *discursitatio. Frontin. l. 1. c.* 5. Magna discursatione.

Discursātor, oris, m. qui discurrit. Discursatores genus militum, de quo *Ammian. l. 16. c.* 26. Iisdem sparsim miscuere pedites discursatores & leves.

Discursim, adverb. discurrendo. *Macrob. Satur. l. 7. c.* 1. Discursim variantibus poculis.

Discursĭo, f. 3. idem ac discursus. *Lact. de Opific. Dei, c.* 3. Totos dies in discursione consumunt.

Discursitatĭo. V. Discursatio.

Discursĭto, as, avis, atum, n. 1. frequentat. a discurro. *corvere spesso qua, e là. Quintil. l.* 11. *c.* 3. de Oratoris gestu, & actione: Discursare inepti simum. *Florus l. 3. c.* 18. Inde jam passim ab omni parte discursante populo.

Discursus, us, m. *il correre qua, e là*, שוט, Ger. *bin und wvider lauffung*, Gal. *courſe de ca, & de là*, Hisp. *discurso*, διαδρομή, actus discurrendi. *Hirt. 8. bell. Gall. cap.* 29. Magno clamore, discursuque passim se fugæ mandat.

Discus, m. 2. *piatto grande*, קערה, Ger. *eine scheibe*, Gal. *un grand plat*, Hisp. *grande plato*, δίσκος. Est quædam moles saxea, vel plumbea, sive ferrea, cujus jactu juvenes inter se certabant, victorque erat, qui aut

altius

altius in sublime, aut longius in tractu ultra designatum spatium, aut propius metam projecisset, a *δίκω*, *jacio*. Erat figura plana, & rotunda. Hinc Græci translate Solem discum vocant. *Mart. l. 14. ep. 164.* Splendida cum volitent Spartani pondera disci, este procul pueri. Alludit ad mortem Hyacinthi pueri, qui jactu disci ab Apolline interfectus est. ¶ *Horat. de ar. poet. v. 380.* Indoctusque pilæ, discive, trochive quiescit. ¶ *Discum, quam Philosophum audire malle*, proverb. de eo dictum, qui leviss. delectationes rebus gravissimis anteponit. *Cic. 2. de Orat. c. 5.* ¶ A Græcis sumitur item pro lance ad cibos mensæ interendos. Quo sensu *Augustin. exposit. in Psal. 96.* discum appellat linteum illud, quod in visione Petro oblatum est variis animalibus refertum. ¶ Apud *Vitruv. l. 9. c. 9.* discus dicitur quadrata tabula horologii solaris, in qua umbræ horas indicantes conspiciuntur.

Discusse, adverb. cum examine. *Capel. l. 9. cir. princ.* Ab ipsa virgine explorandæ discussius.

Discussio, f. 3. actus discutiendi, examen, *esame, discussione*. *Leg. 14. Cod. Theodos. de Jure Fisci*. Discussio pecuniæ. ¶ Item excussio, actus discutiendi. *Senec. quæst. natur. l. 6. c. 19.* In dolio cantantis vox per totum eum quadam discussione percurrit, ac resonat.

Discussor, m. 3. qui discutit, & disceptat. Ita hac voce utuntur Imperatores in *Cod. l. 10. tit. 30. de* Discussoribus. Vet. etiam Glossa *λογοθέτης*, discussor, disputator, ratiocinator. Adde *Cassiod. l. 4. epist. 38.* & *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 21.*

Discussorius, a, um, o. 1. 2. quod discutit, ut vis discussoria. *Pl. l. 30. c. 8.* Et per se cinis inanium cochlearum ceræ mistus discussoriam vim habet.

Discussus, a, um, adject. *dissipato, sgombrato*, *διαφορηθέν*, ut discussæ umbræ. *Virg. 12. Æn. v. 669.* Discussa nox, *Lucan. l. 5. v. 700.* Discussa plebe, *Stat. l. 5. Silv. 3. v. 282.*

Discutio, tis, cussi, cussum, a. 3. *scuotere, dibattere*, רהה, Ger. *erschitten*, Gall. *ebranler*, Hisp. *sacudir*, *διασείω*, proprie in diversas partes quatio, & dejicio, disturbo, dispello, ex *dis*, & *quatio*. *Liv. l. 21. c. 12.* Tribus arietibus aliquantulum muri discussit. ¶ Translate ponitur pro removere, tollere, auferre, resolvere, *dissipare, sgombrare*. *Cic. 12. Phil. c. 2.* Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi. Sic discutere timorem, tristitiam, tædium, *Plin. l. 2. c. 6.* & *l. 23. c. 1. sub fin.* ¶ Item pro variis modis examinare, investigare, refellere. *Cic. 4. Acad.* Ut occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesque discutere. ¶ Medicis discutere est ulcus sine suppuratione dissipare. Nam tubercula aut discutiuntur, aut emittuntur. *Cels. l. 5. c. 11.* Discutiuntur ea, quæ in aliqua parte corporis coierunt.

Diserte, adv. *facondamente*, Germ. *mit ausgestruck ten vvorten*, Gal. *elegamment*, Hisp. *elegantemente*, *διαρρήδην*, facunde, eloquenter. *Cic. 1. de Or.* Ut prudentibus diserte, stultis etiam vere dicere videaris. *Martial. l. 3. ep. 38.* Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso. ¶ Item distincte, & expresse, *distintamente*. *Liv. l. 21. cap. 19.* Cum in tectore Luctatii diserte adscriptum esset, id ita ratum fore, si populus censuisset. *Id. l. 39. c. 28.* Disertissime planissimeque in eo scriptum est.

Disertum, adverb. idem ac diserte. *Plaut. Stich. 1. 3. 87.* Id nomen tibi fuit disertum. Adde *Non. c. 11. n. 3.*

Disertio, onis, f. Disertiones *Festus* exponit divisiones patrimoniorum inter cohortes.

Disertus, a, um, o. 1. 2. *eloquente*, מרבר צחיה, Ger. *vvolberedt*, Gall. *disert, eloquent*, Hisp. *eloquente, facundo*, *λόγιος*, facundus, qui prudenter disputat, a differo. *Cic. Att. l. 10.* Cælius tuus disertus est magis, quam sapiens. *Id. Att. l. 7. epist. 2.* Epistola disertissima. ¶ Differt ab eloquente. Nam *disertus* est ille, qui potest satis acute, atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere; *eloquens* vero, qui mirabilius, & magnificentius augere potest, atque ornare, quæ velit, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum pertinent, fontes animo, ac memoria continet. Hinc M. Antonius in quodam suo libello scripsit, disertos se cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem. *Cic. 1. de Or. c. 5.* & *Phil. 2. c. 43.* ¶ Comparat. Disertior. *Cic. 3. de Orat.* Eloquentior fuit, & disertior Socrates. *Valer. Max. l. 8. c. 9. n. 1.* Alterius salubriores erant conciones, alterius disertiores. ¶ Apud *Terent. Eun. 5. 7. 10.* videtur accipi pro astuto. At etiam, inquit, primo callidum, & disertum credidi hominem.

Disgregus, a, um, adject. a *dis*, & *grex*, *gis*, significat, dissimilis. *Martian. Capel. 9.* Venustate disgregæ puellæ.

Dishiasco, is, n. 3. idem quod dehisco. *Cato de R. R. c. 12.* Arbores comprimant, si dishiascent.

Disjecto, as, freq. a disjicio. *Lucr. l. 2. v. 553.* Disjectare solet magnum mare transtra, carinas, antennas, proram, &c.

Disjectus, o. 1. 2. *διαρριπτέω*, dispersus, dissipatus. *Hor. l. 1. od. 20.* Tectaque Penthei disjecta non levi ruina. *Ovid. Heroid. epist. 12.* Comæ disjectæ. *Virg. 1. Æn.* Disjecta classis. *Plin. l. 2. c. 49.* Disjectæ nubes. *Auct. ad Heren. l. 4.* Res sparsæ, & vage disjectæ.

Disjectus, us, ui, m. dispersio, dissipatio. *Lucret. l. 3. v. 941.* Major enim turbæ disjectus materiai Consequitur letho.

Disjicio, cis, jeci, jectum, a. 3. *gettar in diverse parti, disfare*, השליח, נהץ, Ger. *beinvverffen*, Gal. *jetter par terre*, Hisp. *derribar*, *διαίπτω*, in diversas partes jacio, dissolvo, destruo. *Virg. 1. Æneid.* Disjecitque rates. ¶ Translate est dirimere. *Liv. l. 1.* Si disjicere rem possent. *Virg. 7. Æn. v. 339.* Disjice compositam pacem. *Ovid. 10. Met.* Nubes disjicere pondere. *Tacit. 2. Ann. c. 27.* Rapuit, disjecitque naves in aperta Oceani. ¶ Pareus in Lex. Crit. contendit scribendum esse *dissicio*, non *disjicio*: itaque legit illud *Plaut. in Cure. 3. 1. 54.* Clypeatus elephantum ubi machæra dissicit. Et illud *Lucretii l. 3. v. 640.* Et discissa simul cum corpore dissicietur.

Disjugatio. V. Disjugatio.

Disjugatus, a, um, disjunctus, divisus. *Arnob. l. 7. circa init.* Qui sunt ab his longe natura disjugati.

Disjuncte, adverb. *separatamente*. *Festus Pompejus*. Nec ita appellari debere. Verrius ait, sed disjuncte.

Disjunctim, adverb. idem quod disjuncte. *Dig. 28. 7. 5. & 55. 1. 51.*

Disjunctio, f. 3. *separazione*, נור, Germ. *abjonderung*, Gall. *separation*, Hisp. *apartamiento*, *διαζυγίς*, separatio. *Cic. pro Sext.* In tanto luctu meorum, in tanta disjunctione. *Id. de Prov. Cons.* Disjunctio sententiæ. ¶ Est item Figura verborum per detractionem, qua singulis orationis membris sua verba propria attribuuntur. *Cic. pro Sylla.* Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti.

Disjunctive, adverb. *Ulpian. Dig. l. 30. tit. 1. l. 34.* At si conjuncti disjunctive commixti sunt, unius personæ potestate funguntur.

Disjunctivus, o. 1. 2. quod disjungit, ut Conjunctiones disjunctivæ *aut, vel, sive*, &c. apud Grammaticos, & *l. si ita, Dig. de verb. oblig.* Adde *Ascon. in Orat. pro M. Scauro.*

Disjunctus, o. 1. 2. partic. a disjungor, *disgiunto*. *Cic. pro Sext.* Apud Athenienses homines Græcos longe a nostrorum hominum gravitate disjunctos. ¶ Hinc comp. *disjunctior*, sup. *disjunctissimus*. *Cic. 4. Acad.* Nihil est ab ea cogitatione, quam habemus de gravitate sapientis, errore, levitate, temeritate disjunctius. *Plin. Paneg. c. 15.* Disjunctissimæ terræ. ¶ *Disjunctum, i*, absolute pro disjunctiva propositione. *Gell. 5. 11.* Non ratum id, neque justum disjunctum esse ait. ¶ *Martian. Capell. l. 5. pag. 176.* scribit, disjunctum esse etiam nomen figuræ, quæ Græce *διαζεύξεσιν* appellatur.

Disjungo, is, nxi, nctum, a. 3. *disgiungere, separare*, הברית, Ger. *absondern*, Gall. *dejoindre, separer*, Hisp. *desunir, apartar*, *διαζεύγνυμι*, separo. *Cic. l. 1. ep. 9.* Ab orationibus disjungo me fere, referoque ad mansuetiores Musas. *Id. ibid. ep. 7.* Intervallo locorum, & temporum disjungi. *Ter. Hecyr. 1. 2. 86.* Hæc res multo maxime disjunxit illum ab illo, h. e. alienavit. ¶ Dicitur & de equis e curru solutis. *Cic. l. 1. Divin.* Ut jumenta jubeant disjungere.

Dispalatus, a, um, adject. *disperso, vagabondo*. *Nepos 6. c. 1.* Dispalati in agris. *Sallust. de Rep. ordin. l. 2. c. 13.* Multitudo in artes, vitasque varias dispalata.

Dispalesco, is, n. 3. errantium instar dispergor, item divulgor, palam fio, a dispalo. *Plaut. Bacch. 4. 9. 123.* Quam illud flagitium vulgo dispalescere.

Dispalo, as, avi, atum, a. 1. *andare errando*, תעה, Germ. *landlauffen*, Gall. *vaguer*, Hisp. *vagar*, *πλανάομαι*, huc, illuc erro, a palare, vel palari, quod est vagari. *Ammian. l. 15. c. 4.* Incompositio agmine milites huc & illuc dispalantes. ¶ Sed *Nonio c. 2. n. 250.* activum est, & significat separare. *Sisenna:* Tanto plures passim dispalantur. *Ammian. l. 31. c. 2.* Absque lare, vel lege, aut ritu stabili dispalantur.

Dispando, dis, di, ansum, *distendere*, רקע, Ger. *ausspannen*, Gal. *etendre, deployer*, Hisp. *tender*, *διατείνω*, extendo, expando. *Lucret. l. 6. v. 598.* Non distracta suum late dispandat hiatum.

Dispansus, a, um, adject. expansus, extensus, *spiegato, steso*. *Plin. l. 9. c. 4.* Arbor vastis dispansa ramis. *Sueton. Domit. c. 19.* Dispansa manus. *Lucret. l. 1. v. 306.* Dispansæ vestes.

Dispar, is, o. 3. *dissimile*, Ger. *ungleich*, Gal. *dissemblable*, Hisp. *desigual*, *ἀνόμοιος*, inæqualis, dissimilis, a par. *Cic. de Am.* Dispares enim mores disparia studia sequuntur. *Id. de Senect.* Dispar sui, atque dissimile. *Id. 2. Tusc.* Dispares inter se motus. *Liv. l. 1.* Dispares viribus fratres. *Sil. l. 8.* Brutius haud dispar animorum. *di pari coraggio*.

Disparatio, onis, f. separatio, *separazione*. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Ad disparationem procreationis.

Disparatus, o. 1. 2. ab aliis sejunctus, separatus. *Cic. 1. de Inv. c. 28.* Disparatum est id, quod ab aliqua re per appositionem negationis separatur, hoc modo, sapere, & non sapere.

Disparēo, es, ui, n. 2. *sparire*, cui contrar. est appareo. *Lactant. l. 3. c. 10.* Latibula sibi parant in plures exitus disparentia.

Disparilis, o. 3. idem quod dispar. *Cic. 1. de Div. c. 36.* Et ex disparili aspiratione terrarum.

Disparilitas, atis, f. dissimilitudo. *Varr. l. 9. L. L.* Propter disparilitatem vocis figurarum. *Gell. in præfat.* Disparilitas rerum. Et *l. 7. c. 3.* Disparilitas collationis.

Disparilĭter, adverb. dissimiliter. *Var. l. 1. R. R. c. 6.* Hæc ad colendum disparilĭter habent momentum.

Dispăro, as, avi, atum, a. 1. *separare*, הברית, Ger. *sondern*, Gall. *separer*, Hisp. *apartar*, *διαζεύγνυμι*, separo, & sejungo. *Plaut. in Rud. Prol. v. 10.* Jupiter nos per gentes alium alia disparat. *Gell. l. 11. cap. 11.* Lepide tot sententias in eandem rem, quasi aliud, atque aliud diceret, disparavit.

Dispartibilis, e, adject. divisibilis. *Tertull. adverf. Hermog. c. 39.* Demutabilis, & dispartibilis.

Dispartio, & Dispartior. V. Dispertio.

Dispectio, onis, f. 3. *Apul. l. 10. A. A.* Subita dispectione fœminæ perturbatus. Al. leg. *desperatione*.

Dispecto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a dispicio. *Arnob. l. 1.* Non ex gratia, sed ex vero disceptationis hujus dispectare momenta.

Dispector, oris, m. qui dispicit, & discernit. *Tertul. de Anim. c. 15.* Dispector cordis Deus.

Dispectus, us, m. 4. *riguardo*, משגח, Ger. *ent sehevdung*, Gall. *regard, egard*, Hisp. *miramiento en partes diversas*, *διάσκεψις*. *Sen. 2. de Ira, c. 9.* Quod neglecto dispectu officiorum, ad lusus, & ineptos æqualium jocos spectent. *Idem epist. 110.* Quibus dispectum utilitatis timor excutit.

Dispello, lis, dispuli, pulsum, a. 3. *scacciare in diverse parti*, Ger. *zerstreiben*, Gal. *dechasser*, Hisp. *echar*, *διελαύνω*, in varia loca pello, variis modis pello, disjicio. *Liv. l. 5.* Cum equitem passim liberi fræmis dispulissent equi. ¶ Ponitur item pro simplici pello, vel pro expello. *Cic. 1. Tusc. c. 26.* Ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit.

Dispendiosus, a, um, o. 1. 2. *dannoso, ζημιώδης*, damnosus. *Col. l. 2. c. 21.* Dispendiosa est cunctatio.

Dispendium, ii, n. *danno, spesa, discapito*, *δαπάνη*, detrimentum, sumptus, damnum. *Plin. l. 14. cap. 4.* Majus ab eo dispendium, non proficiente pretio. *Plaut. Men. 3. 2. 20.* Minore nusquam bene fui dispendio. *Ter. Hecyr. 5. 2. 29.* Ut gratiam ineat sine suo dispendio. *Virg. 3. Æneid.* Dispendia moræ. *Claudian. de VI. Cons. Honor. v. 452.* Dispendia famæ. ¶ *Lucan. lib. 8. v. 2.* Æmoniæ deserta petens dispendia silvæ. h. e. vias difficiles, anfractus obliquos, & a recta via recedentes, per quos iter longius magno temporis dispendio fit, cui sensui contrarium est compendium.

Dispendo, dis, di, ensum, distineo, occupatum teneo, *tener occupato*. Ger. *zuschaffen gehen, mit geschefften anfhalten*, Gal. *detenir*, Hisp. *detener*, *διακωλύω*. *Col. l. 8. c. 2.* Quæ pastoris unius dispendant curam. ¶ Aliquando significat expandere, & tunc non a *pendo*, sed a *pando* componitur. *Plaut. Mil. 5. 14.* Distendite hominem diversum, & dispendite. Aliqui legunt *dispennite*.

Dispenno, is, a. 3. idem ac dispendo, a dis, & pando. *Non. c. 1. n. 30.* deducit a pennis, ut proprie fignet pennas avi amputare, translate brachia homini abscindere. ¶ Alii ajunt, proprie dici de avibus cum alas pandunt, translate de hominibus brachia extendentibus. Exemplum V. in *Dispendo* ex *Plaut. Mil. a. 5. v. 14.* ubi *dispennere* mavult *Non. loc. c.* & *Pareus in Lex. Crit.* quam *dispendere*.

Dispensatio, onis, f. ipsum dispensatoris munus, administratio, procuratio, *offizio di dispensiere, amministrazione, οἰκονομία*. *Suet. Otbon. c. 5.* Servo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertium expresserat. *Cic. in Vatin. c. 15.* Eripueras ærario dispensationem. hoc est, administrationem. *Id. pro Rab.* Si curationem, & quasi dispensationem regiam suscepisset. *Liv. l. 4. c. 12.* Dispensatio inopiæ, *maneggio, e partizione*.

Dispensātor, m. 3. *dispensatore*, סבן, Ger. *schaffner*, Gal. *depensier*, Hisp. *dispensero, οἰκονόμος*, qui æs pensans expendit, & necessaria in familiam distribuit, a pendo. Ita *Festus*. ¶ Dispensatores fervorum genus erant, qui domini rationes, & pecunias, imo omne patrimonium curabant, *fattori, economi*. *Cic. apud Non. c. 3. n. 18.* Rationes a dispensatore accipere. ¶ Erant etiam inter Ministros Principum Dispensatores, quorum munus cum admodum lucrosum esset, emi solebat. V. *Suet. Oth. c. 5.* Atque hi dispensatores ordinarii vocantur ab eodem *Suet. in Galb.*

in Gall. c. 13. V. *Pignor. de Serv.* ¶ Item Dispensatores Provinciarum, & dispensatores belli memorantur a *Plin. l.* 33. *c.* 11. & *l.* 7. *c.* 39. V. etiam *leg. Dispensatori* 51. *ff. de solut. & liberat.*

Dispensātus, a, um, adject. distributus, *dispensato*, *distributo*. *Stat. l.* 5. *Silv.* 2. *v.* 54. Pietas per omnes dispensata modos. *Senec. l.* 1. *Benef. c.* 10. In petulantiam, & audaciam erumpet male dispensata libertas.

Dispensō, as, avi, atum, a. 1. *dispensare, aver cura*, חלק, Germ. *ausstheylen*, Gal. *dispenser*, Hisp. *dispensar*, διανέμω, distribuo, dispono, ordino, freq. a dispendo. *Cic. Att. l.* 11. De nostris domesticis rebus acerbissime afflictor, quod qui eas dispensavit, non adest. *Ovid. ad Liv. v.* 371. Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis. *Sen. de Consol. ad Marc.* In metus, & in dolores humanum pectus dispensandum. ¶ Olim Veteres usurparunt etiam *dispensor, aris*, deponentium more, teste *Prisc. l.* 8.

Dispercutĭo, utis, a. 3. percutiendo spargo. *Plaut. Cas.* 3. 5. 18. Jam tibi istuc cerebrum dispercutiam.

Disperditĭo, f. 3. *distruzione*, ἀνάσασις, destructio. *Cic. Phil.* 2. *c.* 12. Ad interitum nostrum, & ad disperditionem urbis.

Disperditus, a, um, adject. idem quod perditus, *perduto*. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 96. Dii hunc disperditum lenonem volunt.

Disperdo, is, didi, ditum, a. 3. *consumare*, שחת, Ger. *verderben*, Gall. *perdre, gater*, Hisp. *desperdir, deshazer*, διαφθείρω, varie perdo, consumo. *Cic. in Rul.* 1. *c.* 1. Ut a majoribus nostris possessiones relictas disperdat, & dissipet. *Virg. Ecl.* 3. Miserum disperdere carmen.

Disperĕo, is, ii, n. 4. *perire affatto*, אבר, Germ. *zunicht verden*, Gall. *deperir*, Hisp. *perecer en todo*, διαπόλλυμαι, vario modo, aut in totum pereo, & deficio. *Var.* 3. *R. R.* Providendum, ne propter æstum dispereant. ¶ Dispeream, *poss'io morire*, jurantis vox. *Plaut. Amphitr.* Dispeream, si aut intus adhuc fui, aut si hunc miserim.

Dispergo, is, ersi, ersum, a. 3. *spargere in diverse parti*, פזר, Ger. *zerstreuven*, Gall. *epandre*, Hisp. *esparzir*, διασκεδάζω, in diversas partes spargo. *Cic.* 4. *Acad.* Cur mortifera tam multa perniciosa terra, marique disperserit. *Id. l.* 1. *Invent. c.* 21. Partes rei gestæ dispergere in causam. *Ter. Adelph.* 5. 2. 7. An tibi mavis cerebrum dispergi hoc? *Id. ib.* 3. 2. 19. Dispergere viam cerebro. *Cels.* Brachia, & crura inæqualiter dispergere. *h. e.* movere, jactare.

Disperno, is, a. 3. sperno, vel valde sperno. *Juvencus lib.* 2. *v.* 257. Dispernens veterum Samaritum jussa.

Dispersē, adverb. *in diversi luoghi*, Ger. *hin und vvider zerstrevvet*, Gal. *ca, & la separement, tout epars*, Hisp. *esparzidamente*, σποράδω. *Cic. Ver.* 2. *c.* 52. Quæ dispersē a me multis locis dicentur, ac dicta sunt.

Dispersim, idem ac dispersē. *Var. de R. R. l.* 1. *c.* 1. Qui græce scripserunt, dispersim alius de alia re. *Sueton. in Cæs. c.* 80. Consilia dispersim antea habita, in unum omnes contulerunt.

Dispersus, a, um, o. 1. 2. διασπαρμένος, partic. a dispergor. *Cicer. pro Leg. Man.* Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque dispersum, &c. *Sil. l.* 16. Agmina dispersa per agros. *Senec. Herc. Fur.* Tecta dispersa cerebro. h. e. aspersa.

Dispersus, us, m. 4. dispersio. *Cic. Att. l.* 9. *epist.* 9. Dispersu enim illorum actio de pace sublata est.

Dispertĭo, is, ivi, itum, a. 4. *dividere, partire*, חלק, Germ. *ausstheylen*, Gall. *departir*, Hisp. *repartir*, διανέμομαι, in diversas partes divido, huic, & illi partes do, a *dis*, & *partior*. *Cic.* 7. *Ver.* A quibus initia vitæ, atque victus, legum, & morum exempla hominibus, & civitatibus data, ac dispertita esse dicuntur. *Id.* 3. *de Orat.* Dispertiunt eam in quatuor genera. *Liv. l.* 9. Dispertire exercitum per oppida. *Hirt. de B. Afric.* Dispertire tyrones inter legiones. *Nepos* 14. 10. 2. Prædarum partem suis dispertit. ¶ Dicitur etiam *Dispartio*. *Nepos Eum. cap.* 2. *n.* 1. Cum mortuo Alexandro, Regna familiaribus dispartirentur. *Cicer.* 2. *Offic. c.* 11. Prædam æquabiliter dispartire. ¶ Et Dispertior, sive Dispartior, iris, depon. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 19. JCti quod positum est in una cognitione, id in infinita dispartiuntur.

Dispertītus, a, um, adject. signif. passivæ, divisus, distributus, *partito. diviso*, διαμεμερισμένος. *Cic. Att. l.* 9. *epist.* 10. Existimo, vos dispertitos, & in speculis esse. *Lucr. l.* 1. *v.* 888. Dispertita animæ vis.

Dispesco, is, cui, a. 3. *separare*, הבריל, Germ. *sondern*, Gall. *separer*, Hisp. *apartar*, διείργω, proprie est gregem in diversa pascua diducere, sive gregem pascentem dividere, ac segregare, a *pasco*. Sed *Festo* est pecus a pastione deducere. ¶ Translate ponitur pro disjungere, separare, dirimere. *Plin. l.* 5. *c.* 9. Africam ab Æthiopia dispescens.

Dispessus, a, um, o. 1. 2. διεσπασμένος, expansus, a dispando. *Plaut. Mil.* 2. 4. 7. Eundum actutum extra portam dispessis manibus.

Dispicĭo, is, exi, ectum, a. 3. *discernere*, השניח, Ger. *entscheyden*, Gal. *discerner*, Hisp. *discernir*, διακρίνω, discerno. *Quinct. l.* 2. Proprietates ingeniorum dispicere prorsus necessarium. ¶ Est item diligenter inquirere, consulerare. *Cic.* 2. *de Div.* Si in omnibus auspiciis verum dispicere non possint. *Terent. And.* 3. 5. 16. Jam aliquid dispiciam.

Dispĭlāno, as, a. 1. complano. *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 66. Cui Antipatri filius rutro caput dispilanat.

Dispĭlicātus, a, um, *spiegato, allargato*. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Si quando apes dispilicatæ sunt, cymbalis reducunt in unum locum.

Dispĭlicentĭa, f. 1. *dispiacere*, נעל, Germ. *misfallung*, Gal. *deplaisance*, Hisp. *desagradamiento*. *Sen. de tranq. vit. c.* 2. Hinc illud tædium, & dispilicentia sui.

Dispĭlicĕo, es, ui, icitum, n. 2. *dispiacere*, רצן, Ger. *misfallen*, Gal. *deplaire*, Hisp. *desagradar*, ἀπαρέσκω, non placeo. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 18. Dispiliceo mihi, nec scribo fine summo dolore. ¶ *Gel. l.* 1. *c.* 21. Cum ei dispilicita esset insolentia, & insuavitas illius. pro, displiciuisset.

Dispĭlicīna, f. 1. dispilicentia. *Plaut. Cist.* 1. 1. 18. Nisi hæc dispilicina apud te quicquam fuit. Ita legit, & tuetur *Meursius*. Alii *disciplina*.

Dispĭlĭco, as, cui, icitum, *dispiegare*, נסח, Ger. *auffvvigeln*, Gall. *deployer*, Hisp. *desplegar*, idem quod explico, ideſt, quod plicatum erat, extendo. Hinc dispilicatæ volucres, disgregatæ, latius dispersæ. *Var. de R. R. l.* 3. *c.* 18. Si quando dispilicatæ sunt, cymbalis, & plausibus reducunt in eundem locum. De apibus loquitur.

Dispĭlōdo, is, osi, osum, a. 3. *scoppiare, rompere con istrepito*, המם, Ger. *mit einem Knall zer springen*, Gal. *faire grand bruit*, Hisp. *romper con ruido*, διακροτέω, in diversas partes plodo, cum crepitu rumpo. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 9. *de canibus*: Debet esse pedibus magnis, & altis, & qui ingredienti ei displadantur.

Dispĭlōsus, o. 1. 2. partic. a displadior. *Lucr. l.* 6. *v.* 130. Sæpe ita dat pariter sonum dispilosa repente. Adde *Hor. l.* 1. *Sat.* 8. *v.* 46.

Displuviātus, a, um, adject. utrinque pluviam dimittens. Hinc displuviata tecta, *Vitruv. l.* 6. *c.* 3. vocat, quæ fiunt trabium junctis capitibus, & imis partibus divaricatis, ut in diversas partes aqua pluvia defluat. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Dispoliabŭlum, V. Desidiabulum.

Dispoliātus, a, um, adject. *spogliato*. *Sen. de consol. ad Marc. c.* 24. Dispoliatus oneribus alienis. *Apul. Apol.* Pudore dispoliato.

Dispolĭo, as, avi, atum, a. 1. spolio, *spogliare*, ἀποδύω. *Cic.* 6. *Ver. c.* 20. Ut etiam una eum cæteris Siculis dispoliaretur.

Dispolĭo, is, V. Depolio.

Dispondēus, m. 2. διασπόνδειος, pes, qui constat ex duobus spondeis, ut *Oratores*, & *contendebant*. *Diomed. Grammat. l.* 3.

Dispōno, is, osui, ositum, a. 3. *ordinare, disporre*, διατίθημι, ordino, in certum ordinem distribuo. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 34. Libros confusos disponere. *Liv. l.* 39. *c.* 14. Disponere vigilias per urbem. *Mart. l.* 12. *epigr.* 84. Disponere comas. *Cæs. l.* 1. *B. C.* Disponere tormenta in muris. *Stat. Theb.* Disponere in turmas. Sic disponere classem, præsidia, legiones, *Cæsar* sæpe. ¶ Disponere diem, apud *Cic. l.* 9. *Fam. epist.* 37. est in certos actus distribuere, *distribuire le azioni della giornata*.

Disposĭte, adv. *distintamente*, Ger. *ordentlich*, Gal. *par ordre*, Hisp. *ordinadamente*, ἐπάκτως, distincte, apte, concinne, commode. *Cic.* 6. *Ver. c.* 40. Non possum disposite istum accusare. ¶ *Sidon.* superlativo utitur *l.* 5. *ep.* 11. Colis, ut qui solertissime, ædificas, ut qui dispositissime.

Dispositĭo, nis, f. 3. *disposizione, ordine*, ערך, Ger. *ordnung*, Gal. *disposition*, Hisp. *disposicion*, διάταξις, ordinatio, rerum in ordinem collocatio. *Col. l.* 12. *c.* 2. Quis dubitet, nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ, dispositione, atque ordine? ¶ Est item secunda pars officii Oratoris. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 7. Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio. *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 2. Dispositio est ordo, & distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum. ¶ Accipitur & pro administratione, aut regimine. *Capitol. in Gordiano tertio*: Cujus ductu, & dispositione & hæc transegimus, & cætera transigemus. Sic in Novellis legimus: Sub dispositione Prætecti Præt. &c. ¶ Item pro consilio, & ratione. *Veget. l.* 3. *de re mil. c.* 26. Magna dispositio est, hostem fame magis urgere, quam ferro.

Dispositor, m. 3. qui disponit. *Senec. l.* 5. *nat. quæst. c.* 18. Dispositor ille mundi Deus aera ventis exercendum dedit.

Dispositrix, icis, f. quæ disponit, & administrat. *Fortunat. l.* 7. *carm.* 6. Floret & egregia dispositrice domus.

Dispositūra, æ, f. idem ac dispositio. *Lucret. l.* 1. *v.* 1025. Tandem deveniunt in tales disposituras. Et *l.* 5. *v.* 193. Si in tales disposituras Deciderunt.

Dispositus, a, um, o. 1. 2. διατεταγμένος, ordinatus, partic. a disponor. *Cic. in Ver.* Signa ad columnas, & omnibus intercolumniis dispositis sub dio vidimus. *Senec. in præfat. hist. natur.* Hoc neque formosius est quidquam, nec dispositius. *Lactant. de Ira Dei, c.* 10. Mundo nihil potest esse dispositius ad ordinem. *Plin. l.* 3. *ep.* 1. Hominum vita disposita, *ben regolata*. *Id. l.* 2. *ep.* 12. Vir subtilis, dispositus, acer, disertus. h. e. qui in dicendo ordinem servat.

Dispositus, us, m. 4. idem ac dispositio. *Tac. l.* 2. *hist. c.* 25. Dispositu, provisuque rerum civilium peritus.

Dispŭdet, dispudebat, imp. 2. *vergognarsi molto*, Ger. *sich ubel schemen*, Gal. *avoir grande honte*, Hisp. *tener mucha verguenca*, ἐκαισχύνεμαι, valde pudet. *Ter. Eun.* 5. 1. 16. Dispudet, mihi sic data esse verba.

Dispulsus, a, um, adject. expulsus, impulsus. *Cic. l.* 7. *Att. ep.* 7. Pecudes dispulsæ sui generis sequuntur greges.

Dispulvĕro, as, a. 1. *ridurre in polvere*, κονιορτόω, in pulverem redigo. *Nævius apud Non. c.* 2. *n.* 206. Saxa, sylvas, lapides, montes disjicis, dispulveras.

Dispŭmo. V. Despumo.

Dispunctĭo, onis, *il cancellare*, ἐξάλειψις, deletio, interdum supputatio, ideſt, datorum, & acceptorum collatio. *Ulp. l. cum plures, ff. de bon. auct. judic. possid. Tertul. de Testim. Anim. c.* 4. Dispunctionem vitæ vocat mortem.

Dispunctor, oris, m. 3. qui supputat, ἐκλογιστής. *Tert. adv. Marc. l.* 4. *c.* 17. Judex, & dispunctor meritorum.

Dispungo, is, xi, ctum, a. 3. *computare*, supputare, sive numerare, quasi puncto notare. *Sen. de brev. vit.* Dispunge, & recense vitæ tuæ dies. ¶ Inde dispungere rationes, pro examinare. *Papin. ff. de verb. signif.* Dispungere est conferre accepta, & data. ¶ Elegans est hujus verbi usus apud *Vellej. l.* 1. *c.* 13. Neque quisquam Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit. h. e. distribuit, occupavit.

Dispŭtabĭlis, le, o. 3. *disputabile*, quod disputari potest. *Sen. ad Lucil. ep.* 88. Res disputabilis in utranque partem.

Dispŭtātrix, f. 3. quæ disputat. A *Quinctil. l.* 2. *c.* 20. Dialectica dicitur.

Dispūto, as, avi, atum, a. 1. *disputare*, נשפט, Ger. *behavven*, Gal. *disputer*, Hisp. *disputar*, διαλέγομαι, est differere, disceptare, a *dis*, & *puto*, opinor, quia, cum disputatur, diversis opinionibus contenditur. *Cic.* 1. *Fin.* Et rationibus conquisitis de voluptate, & dolore disputandum putant. *Plaut. Aul.* 3. 5. 55. Ubi disputata est ratio cum argentario. ¶ Sæpe usurpatur simpliciter pro loqui, vel dicere. *Cic. pro Mil.* In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant?

Disquiro, ris, a. 3. *investigare, cercare diligentemente*, נקר, Ger. *fleissig durchsuchen*, Gal. *chercher diligemment*, Hisp. *buscar curiosamente*, ἐξετάζω, per omnes partes quæro. *Hor.* 2. *sat.* 2. *v.* 7. Verum hic impransi mecum disquirite.

Disquisitĭo, onis, f. 3. *inquisizione, esame*, ἐξέτασις, disceptatio, inquisitio. *Cic. de Arusp. resp.* Quanquam ad facinoris disquisitionem interest, adesse quamplurimos. *Liv. l.* 26. *c.* 31. In disquisitionem venit. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 26. In disquisitione positum est. *Suet. Ner. c.* 2. Ad disquisitionem Senatus vocavit, *chiamò a vender conto*.

Disrāro, as, a. 1. *diradare*, ἀραιόω, castro, & diversis modis, quod densum erat, rarum facio. *Col. l.* 4. *c.* 32. Potest intercidi, & disrarari, quod opus rustici castrationem vocant.

Disrumpo. V. Dirumpo.

Dissavĭor. V. Dissuavior.

Dissĕco, as, ui, ectum, a. 1. *tagliare in pezzi*, בתר, Germ. *zerhavven*, Gal. *couper, tailler en pieces*, Hisp. *hazer pedacos, cortar*, κίζω, dilanio, variis modis seco, in varias partes divido. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Lacedæmonii pectus dissecuere causa videndi.

Dissectus, a, um, o. 1. 2. διχοτομηθείς, quod sectum est. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Unio dissectus.

Disseminŏ, as, a. 1. *spargere*, פזר, Ger. *hin und herfayen*, Gal. *semer ed, & la*, Hisp. *sembrar en muchas partes*, διασπείρω, spargo, divulgo. *Cic. in Cat.* 4. *c.* 3. Latius opinione dissaminatum est malum. *Id. pro Arch. c.* 12. Spargere, ac disseminare in orbis terræ memoriam.

Dissensĭo, f. 3. *discordia*, מדין, Germ. *misshelligung*, Gal. *dissension*, Hisp. *desacuerdo*, διχόνοια, sententiarum diversitas. *Cic. pro Syll.* Ut hoc dissi-

dio, ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset, & Pompejanos habere. *Id. Agr. 3. c. 2.* Commovere dissensionem.

Dissensus, us, ui, m. idem quod dissensio. *Claudian. l. 1. in Rufin. v. 70.* Dissensu alitur rumor. *Stat. Theb. 10. v. 558.* Urbem scindunt dissensu vario.

Dissentāneus, o. 1. 2. *non correspondente*, ἀσύμφωνος, dissentiens, non conveniens. *Cic. in Part. c. 2.* Aut consentanea, aut dissentanea.

Dissentĭo, is, ensi, ensum, n. 4. *non consentire*, נחלק, Germ. *ein andern sinn haben*, Gal. *dissentir*, Hisp. *desacordar*, ἀντιγνωμονέω, diverse, seu aliter, quam alii, sentio. *Cic. de Amic.* Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus. *Id. 3. Off. c. 22.* Dissentire cum aliquo. *Sen. ep. 20.* Ne orationi vita dissentiat.

Dissentĭor, iris, dep. 4. idem quod dissentio. *Cæcil.* apud *Priscian. l. 8.* Qui intelligunt dissentiuntur.

Dissĕparātio, onis, f. separatio, divisio. *Auctor insulsæ declamation. in Catil.* quæ *Portio Latroni tributur*. Dissiparationi eorum neque solem orientem unquam, neque occidentem interfuisse.

Dissĕpimentum, n. 2. id, quo res aliqua dissepitur, & dividitur, ut membranula in media nuce. *Fest.*

Dissĕpio, is, epsi, eptum, a. 4. *separare*, Germ. *abbrechen*, Gal. *separer*, Hisp. *derribar*, διαῤῥάττω, est, quod septum erat, dirimere, & disjicere. *Stat. Theb. 10. v. 880.* Dissĕptoque agere rursus utitur. ¶ Item dirimere, separare. *Lucret. l. 1. v. 998.* Aer dissepit colles, atque aera montes. *Ovid. 1. Met. v. 68.* Vix ita limitibus dissepserat omnia certis. Alii leg. *descripserat*.

Dissĕptum, i, n. septum, claustrum. *Lucret. l. 6. v. 951.* per dissepta domorum saxea voces Pervolitant.

Dissĕrēnat, abat, imp. 1. *serenarsi*, serenum fit. *Liv. l. 39. c. 46.* Cum undique dissereneset. Alii *conserenasset* legunt. *Plin. l. 18. c. 35. a med.* Si cacumina pura fient, dissereabit.

Dissĕro, is, disevi, dissitum, a. 3. *seminare*, idem ac sero, seu varie semino. *Col. l. 11. c. 3.* Panax leni, & subacta terra rarissime disseritur. *Var. l. 5. L. L. pag. 61.* Ut olitor disserit in areas sui cujusque generis res. ¶ Translate *Tacit. 3. Ann. c. 40.* disserere seditiosa per conciliabula, & cœtus, *spargere*. *Id. 1. Ann. c. 4.* Disserere bona pacis.

Dissĕro, is, disserui, dissertum, n. 3. *disputare*, נוכח, Germ. *ein red halten*, Gal. *disputer*, Hisp. *disputar*, διαλέγομαι, disputo, disceptatione contendo, a *sero*, qua signat dicere. *Cic. de Amic.* Audite, quæ inter me, & Scipionem de amicitia disserebantur. *Id. l. 3. de nat. Deor. ad fin.* Quæ disputans disserere malui, quam judicare. ¶ Disserere pro exponere, declarare. *Lamprid. in Alex. Sev.* Cum Andriani disserit vitam.

Disserpo, is, n. 3. in diversas partes serpo, divido. *Lucret. l. 6. v. 546.* Quippe cadunt toti montes, magnoque repente concussu late disserpunt inde tremoris.

Dissertabundus, o. 1. 2. qui dissertat. *Gel.* Eumque in corona astantium dissertabundum invenimus. Ita Lexicographi, sed nos Gellii locum invenire non potuimus.

Dissertatĭo, f. 3. διαλογισμός, disputatio. *Plin. l. 10. c. 68.* Ingenium prædictorum, & reliqua subtexat dissertatio. Al. leg. *edissertatio*. *Gel. l. 19. c. 12.* In ea dissertatione hujuscemodi sensus est. Alii legunt. *Dissertione*, & probat *Par. in Lex. Crit. Id. l. 10. c. 4.* Res in philosophiæ dissertationibus celebris.

Dissertātor, oris, m. 3. qui disserit, & disputat. *Prud. Apotheos. v. 786.* Occurrit dubitans hic dissertator, & illud Objicit.

Dissertĭo. V. Dissertatio.

Dissĕrto, n. 1. freq. a dissero. *Cato apud Fest. in Citeria:* Quid ego cum illo dissertem amplius? *Gel. l. 7. c. 14.* Seorsum quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt.

Dissertor, oris, m. idem qui dissertator. Utitur *Non. homo Grammaticus, c. 4 n. 253.* ubi interpretem exponit *obscurs dissertorem*.

Dissĭcio. V. Disjicio.

Dissĭco, as, pro *dissecо* quidam legunt apud *Plaut. Curcul. 3. 1. 54.*

Dissĭdens, entis, adject. o. 3. *discordante*. *Cic. l. 1. nat. Deor. c. 2.* Opiniones tam variæ, tamque inter se dissidentes.

Dissidentĭa, f. 1. idem ac dissidium. *Plin. l. 29. c. 4.* Dominante illa eadem rerum dissidentia.

Dissĭdĕo, es, edi, essum, n. 2. *discordare, esser differente*, נחלק, Germ. *spinnig seyn*, Gal. *discorder*, Hisp. *desacordar*, τασιάζω, proprie est sedibus distingui, metaleptice sententiis discrepare. *Cic. in Læl.* Quum is capitali odio a Q. Pompejo dissideret. *Plin. l. 37. c. 4.* Adamas dissidet cum magnete lapide. Rursus *Cic. 2. Off. c. 2.* Temeritas a sapientia dissidet plurimum. *Plin. l. 29. c. 1.* Dissederunt hæ diu scholæ. *Hor. l. 2. od. 2. v. 18.* Dissidens plebi virtus. *Cic. 1. Fin. c. 8.* Dissident inter se, atque discordant. ¶ Ponitur & pro distare. *Propert. l. 1. eleg. 12. v. 3.* Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.

Dissĭdĭum, n. 2. *separazione*, *discordia*, מחלקת, Gal. *differend*, Hisp. *desacuerdo*, διάστασις, segregatio, separatio, a dissideo. *Cic. l. 4. ad Att. ep. 1.* Cognoram, te acerbissime dissidium nostrum tulisse. ¶ Item dissensio, discordia. *Cic. de Aruspic. resp.* Id post dissidium Optimatium ita perturbatum, itaque permutatum est. ¶ *Lambinus*, & alii dicunt, *dissidium* esse corporis, *discidium* animi. Sed hoc discrimen non observatur. Nam ipse *Lambinus* monet in *ep. 1. l. 4. ad Att.* in vet. libris esse *discidium*, & tamen ibi sermo est de corporum segregatione, non animorum. Præterea *Prop. l. 1. eleg. 13.* scripsit de dissensione animorum: Multis ista dabunt litora dissidium.

Dissigno. V. Designo.

Dissĭlĭo, is, silui, & ivi, ultum, n. 4. *saltare*, נתר, Germ. *von dannen springen*, Gal. *resaillir*, Hisp. *saltar*, ἀναπηδάω, proprie est in diversas partes salire, ex *dis*, & *salio*. *Plin. l. 36.* Silicem Tusculanum dissilire igni. ¶ Translate est loco moveri. *Apul.* Vertibulo ossa dissiliebant. ¶ Item crepare, frangi. *Virg. 3. Georg.* Æraque dissiliunt vulgo. ¶ Item separari, avelli. *Virg. 3. Æn. v. 416.* Hæc loca vi quondam & vasta convulsa ruina dissiluisse ferunt. ¶ Translate. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 42.* Gratia sic fratrum dissiluit.

Dissĭmĭlis, le, o. 3. *dissimile*, Gr. *ungleich*, Gal. *desemblable*, Hisp. *desemejante*, ἀνόμοιος, ablimilis, diversus. *Cic. 2. de Div.* Posse in dissimiles incidere naturas propter cœli dissimilitudinem. ¶ Jungitur genit. & dat. *Vellej. l. 2. c. 73.* Fide patri dissimillimus. *Cic. pro Cluent. cap. 16.* Dissimillimi fuorum. *Id. in Brut.* Sui dissimilior videbatur, &c. ¶ Et cum præposit. inter. *Cic. in Brut. c. 83.* Sunt inter se dissimiles. ¶ *Id. Att. l. 2.* Quod non est dissimile, atque ire in Solonium, h. e. quod idem est ac &c.

Dissĭmĭlĭter, adv. ἀνομοίως, diverse. *Cic. 4. Tusc.* Cæterique dissimiliter morbi, ægrotationesque morborum nascuntur. *Liv. l. 27.* Incerti, quorum essent, haud dissimiliter navibus sine gubernaculo vagis, *simili alle navi*, &c.

Dissĭmĭlĭtūdo, f. 3. *dissimilitudine*, Ger. *ungleichheit*, Gal. *dissimilitude*, Hisp. *desemejanca*, ἀνομοιότης, diversitas. *Cic. 5. Ver.* Vides eandem æstimationem propter temporis dissimilitudinem in illo laudis causam habere, in te criminis. *Id. l. 1. de Orat. c. 59.* Habere dissimilitudinem ab aliqua re

Dissĭmulamentum, i, n. idem quod dissimulatio. *Apul. l. 1. Flor.* Dissimulamenti gratia.

Dissĭmulanter, adv. *simulatamente*, Ger. *verdeckter*, Gal. *sans faire semblant de rien*, Hisp. *dissimulando*, εἰρωνικῶς. *Cic. de Orat.* Id dissimulanter facere, prudentia est. Adde *Liv. l. 40. c. 23.*

Dissĭmulantĭa, f. 1. idem ac dissimulatio. *Cic. 2. de Orat. c. 67.* Socratem opinor in hac ironia, dissimulantiaque longe lepore, & humanitate omnibus præstitisse.

Dissĭmulātim, idem ac dissimulanter. *Quinct. l. 10. c. 1.* Sæpe præparat dissimulatim insidias Orator.

Dissĭmulatĭo, f. 3. *dissimulazione*, חנופה, Ger. *verhelung*, Gal. *dissimulation*, Hisp. *dissimulacion*, εἰρωνεία, actus dissimulandi. *Cic. 3. Offic.* Ex omni vita simulatio, dissimulatioque tollenda est. *Id. 4. Acad.* Libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant. *Tac. Ann. 13. c. 25.* Veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat, *per non esser conosciuto*. ¶ Sumitur & pro ironia. *Cic. 2. de Orat. cap. 67.*

Dissĭmulātor, m. 3. *dissimulatore*, מכחר, Germ. *verheler*, Gall. *dissimulateur*, Hisp. *dissimulador*, εἴρων, qui dissimulat. *Cic. 2. de Or.* Ut qui dissimulatores studiorum fuerint. Adde *Sallust. Catil. c. 5.*

Dissĭmulātus, a, um, adject. *dissimulato*, ut amor dissimulatus, & celatus. *Ter. Andr. 2. 1. 13.*

Dissĭmŭlo, as, avi, atum, a. 1. *dissimulare*, נכר, Ger. *verleugnen*, Gal. *dissimuler*, Hisp. *dissimular*, εἰρωνεύω, diligenter, & astute celo, ne quid nosci possit, vel intelligi. *Cic. pro Cluent.* Neque id obscure terebat, nec dissimulare ullo modo poterat. ¶ Differt a *simulo*. Nam simulamus esse, quæ non sunt, dissimulamus non esse, quæ sunt. *Ovid.* Quod non est, simulo, dissimuloque quod est. *Plane. ad Senat. l. 13. Fam. ep. 8.* Nunquam diffitebor, multa me & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore. ¶ Videtur *Ovid.* deponentium more usurpasse, cum ait *l. 1. de ar. am. v. 690.* Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles Veste virum longa dissimulatus erat.

Dissipabĭlis, le, o. 3. quod dispergi, aut separari facile potest. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 12.* Aer natura cedens est maxime, & dissipabilis.

Dissipatĭo, onis, f. 3. διασκέδασις, dispersio. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 25.* Ne interitus, & dissipatio consequatur.

Dissipātor, oris, m. qui dispergit, & dissipat. *Prudent. præfat. Psychom. v. 34.* Abram triumphi dissipator hostici.

Dissipatus, a, um, adject. *disperso*, *dissipato*, *separato*, διασκεδασθείς. *Cic. l. 1. de Orat. c. 37.* Genus hominum in montibus ac silvis dissipatum. *Id. Fam. 12. ep. 14.* Dissipata classis. *Id. in Or. c. ult.* Facilius est apta dissolvere, quam dissipata connectere. ¶ Per Tmesim dividit *Lucret. l. 1. v. 650.* Acrior ardor enim conductis partibus esset, Languidior porro disjectis, disque sipatis.

Dissĭpŭmi, ii, n. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip.* Intestina principalia tria: unum dissipium vocatur, quod ventrem, & cætera intestina discernit, &c.

Dissĭpo, as, avi, atum, a. 1. *dissipare*, *spargere qua*, *e id*, פיר, Germ. *zerstreuen*, Gal. *dissiper*, Hisp. *dissipar*, διασκεδάννυμι, dispergo, disjicio, ab antiquo *sipo*, jacio, spargo. *Cic. pro L. Man.* Quam prædicant in tuga fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse. Sic dissipare Patrimonium, possessiones, rem familiarem, *Id. pro Flac. & Agrar. 1. c. 1.* ¶ Est etiam divulgare. *Id. Phil. 14. c. 6.* Dissipare famam. Et *Verr. 3. c. 6.* Dissipare sermones.

Dissĭtus, a, um, *sparso*, ἀπασχθείς, dispersus, disseminatus. *Lucret. l. 3. v. 144.* Pars animæ per totum dissita corpus. ¶ Aliquando est etiam remotus, *distante*. *Apul. in princip. Florid.* Neque longule dissita, neque proxime adsita possumus cernere.

Dissociabĭlis, le, o. 3. quod sociari, conjungique non potest. *Tac. in vita Agric. c. 3.* Et quamquam primo statim beatissimi sæculi ortu res olim dissociabiles miscuerit, principatum, & libertatem. *Horat. l. 1. od. 3. v. 21.* Deus abscidit Oceano dissociabili terras.

Dissociatĭo, f. 3. διάλυσις, disjunctio. *Plin. l. 22. c. 21.* Tanta dissociatio deprehenditur.

Dissocĭo, as, a. 1. *scompagnare*, *separare*, פיר, Germ. *abfondern*, Gall. *separer*, Hisp. *desacompanar*, διαζεύγνυμι, a societate disjungo, separo, dissolvo. *Cic. de Am. c. 20.* Morum dissimilitudo dissociat amicitias.

Dissolubĭlis, le, o. 3. *dissolubile*, Ger. *das leichlich auffzuloſen*, Gal. *aisé a delier*, Hisp. *lo que se puede desatar*, λυτὸν, quod facile dissolvi potest. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 12.* Mortale igitur omne animal, & dissolubile.

Dissolvo, is, olvi, utum, a. 3. *sciorre*, פתח, Ger. *auffloſen*, Gal. *delier*, Hisp. *desatar*, διαλύω, quod ligatum erat, solvo. *Cic. de Sen. c. 20.* Opus ipsa suum eadem, quæ coagmentavit, natura, optime dissolvit. ¶ Et translate. *Cic. de Am.* Nam si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolveret. *Id. 4. Acad.* Cum interrogationes dissolvere non possunt, desciscunt a veritate. *Id. 3. Off.* Distringit enim fraus perjurium, non dissolvit. ¶ Est etiam expedire, *spedire*, *sbrigare*. *Ter. Heaut. 3. 1. v. ult.* Dissolvi me ocyus, operam ut tibi darem. *Plaut. Merc. 1. 2. 54.* Dissolve jam me, nimis enim diu pendeo. ¶ Item est diversis personis, seu varia debita solvere. *Cic. 2. Off.* Nunquam nec majus æs alienum fuit, nec facilius dissolutum. Adde *Phil. 2. c. 18.* ¶ *Dissolvere pecuniam* est pecuniam dare solvendi causa. *Cæl. l. 1. B. C. c. ult.* ¶ *Dissoluo* pro *dissolvo* dicunt Poetæ metri gratia. *Tibul. l. 1. el. 8. v. 40.* Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.

Dissolūte, adv. *dissolutamente*, ἀνειμένως, solute, negligenter. *Cic. pro Cæc. c. 36.* Quam ne jus suum dissolute relinquere videretur.

Dissolutĭo, onis, f. *dissoluzione*, διάλυσις, corruptio. *Cic. l. 2. Fin. c. 31.* Dissolutio naturæ mors. ¶ Item morum corruptio, licentia, *dissolutezza*, ut dissolutio animi, morum, &c. *Id. Fam. 5. ep. 2.* Dissolutio legum, *Id. 1. Phil.* h. e. violatio. ¶ Item mollities, languor. *Senec. ep. 3.* Non est quies, quæ motum omnem molestiam judicat, sed dissolutio, & languor. *Plin. l. 20. c. 22.* Dissolutio stomachi. ¶ Proprie dissolutio est disjunctio, *scioglimento*. *Cic. in Partit.* Constructio verborum tum conjunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. *Id. pro Cluent.* Dissolutio criminum. h. e. purgatio. ¶ Est etiam species exornationis. *Auct. ad Herenn. l. 4.*

Dissolūtor, oris, m. qui dissolvit, ut dissolutor sepulcrorum, in *Cod. Theodos. l. 3. tit. 16.*

Dissolūtrix, icis, f. quæ dissolvit, ut mors corporis dissolutrix, apud *Tertul. de Anim. c. 42.*

Dissolūtus, a, um, o. 1. 2. *sciolto*, מפרח, Germ. *loſſ*, Gal. *delie*, Hisp. *desatado*, διάλυτος, quod ligatum non est. *Plin. l. 28. c. 7.* Capillo, cinctuque dissoluto. ¶ Translate *dissolutus* dicitur, qui moribus, legibusque solutus luxum vitæ sequitur. *Cic. 6. Ver.* Negligentes, ac dissoluti, si cupiamus esse, qui possumus? *Id. Ver. 5. c. 56.* Omnium hominum dissolutissimus semper fuisti. ¶ Item mollis, languidus, iners, officii immemor. *Id. 1. Catil. c. 2.* Cupio in tantis Reip. periculis non dissolutum videri. ¶ Comparat. *Senec. in præfat. l. 5. Controvers.* Libelli

dis-

difsolutiores. Al. leg. *folutiores*. ¶ Difsolutus pro folutus, *pagato*, *soddisfatto*. *Cic. 7. Verr. c.* 13. Damna difsoluta, & compenfata.

Difsonantĭa, æ, f. *diffonanza*, difcrepantia. *Claud. Mamer. l. 1. de ftatu Anim. c.* 21.

Difsóno, as, ui, itum, n. 1. difcrepo, difcordo, *difcordare*, διαφωνέω, ἀπᾴδω. *Colum. l. 1. c.* 1. An univerfa hujus temporis culturæ refpondeant, an aliqua difsonent.

Difsŏnus, a, um, o. 1. 2. *difcordante*, נחלץ, Ger. *mifshelend*, Gal. *defacordant*, Hifp. *defacordante*, διάφωνος, diffimiliter fonans, quod varie fonat. *Liv. l.* 4. Circumagenti fe ad difsonos clamores, ac fubitos tumultus. *Id. l. 1. c.* 18. Difsonæ fermone gentes, & moribus.

Difsors, ortis, o. 3. quod eft extra fortem, five hæreditatem. *Ovid. l. 2. Amor. el. 12. v.* 11. Ab omni milite difsors Gloria. h. e. Ducis propria. ¶ Item diffimilis fortis qui eft. *Id. 8. Met. v.* 132. Difsortemque utero fœtum tulit.

Diffortĭo, onis, f. divifio. *Feftus*. Diffortiones funt divifiones patrimoniorum inter confortes.

Diffuadĕo, es, uafi, uafum, a. 2. *diffuadere*, *fconfortare*, Ger. *miffrathen*, Gal. *diffuader*, Hifp. *diffuadir*, ἀποτρέπω, dehortor. *Cic. 3. Off.* Qui non modo non cenfuerit captivos remittendos, verum etiam difsuaferit. *Id. 3. Offic.* Dum de captivis diffuafurus effet. *Id. Agrar.* 2. Diffuadere legem.

Diffuasĭo, f. 3. *diffuafione*, ἀντιλογία, *Cic. pro Cluent. c.* 51. In diffuafione rogationis ejus, quæ contra Coloniam Narbonenfem ferebatur.

Difsuāfor, m. 3. μεταπείθων, qui diffuadet. *Cic. ad Brut.* Cum Etefiarum diebus Aufter me in Italiam, quafi diffuafor mei confilii, retuliffet.

Diffuavĭor, & Diffavior, aris, d. 1. *baciare molto*, καταφιλέω, cum lætitia, & voluptate quadam exofculor. *Cic. Tiron. epift. ult. Fam.* Tuos oculos diffuaviabor.

Diffulcus, o. 1. 2. fulcis diftinctus, a *dis*, & *fulcus*. Diffulcus porcus a veteribus dicebatur, qui divifas in cervice fetas haberet. *Feft.*

Diffulto, as, avi, atum, n. 1. *faltare in diverfe parti*, διαχορεύω, diverfe, vel frequenter falto, ex dis, & falto. *Plin. l.* 37. Ut ferrum utrinque diffultat. *Virg. Æn. 12. v.* 923. Nec fulmine tanti diffultant crepitus.

Difsŭo, is, ui, utum, a. 3. *difcucire*, Germ. *zertrennen*, Gal. *decoudre*, Hifp. *defcofer*, ἀποῤῥάπτω, diffolvo, dirimo. *Cic. 1. Off. c.* 33. Ut amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere cenfent fapientes fenfim diffuere, quam repente præcidere.

Diffūtus, a, um, *fcucito*. *Ovid. 1. Faft. v.* 608. miniftrat Altera diffuto pectus aperta finu, *slacciato*.

Diffyllăbus, a, um, *di due fillabe*, δισύλλαβος. *Quintil. l. 1. c.* 5.

Diftabefco, is, bui, n. 3. idem, ac tabefco, *ftruggersi*, *disfarfi*. *Cato de R. R. c.* 24. Sinito, cum mufto diftabefcat.

Diftædet, imp. 2. multum, aut varie tædet. *Ter. Phor.* 5. 8. 22. Nam me cum hoc ipfo diftædet loqui.

Diftans, antis, nom. ex particip. *lontano*, *diftante*, longe pofitus. *Cic. Phil.* 2. Res tam diffipatas, tam diftantibus in locis pofitas. *Id. in Orat.* Quid tam diftans, quam a feveritate comitas? ¶ Item diverfus, diffimilis. *Cic. in Orat.* Genera dicendi multum inter fe diftantia. *Plin. l. 29. c.* 4. Nihil aconito diftans.

Diftantĭa, f. 1. *diftanza*, מרחק, Germ. *vveite*, Gal. *diftance*, Hifp. *diftancia*, διάστημα, differentia, intervallum. *Cic. de Amic. c.* 20. Tanta eft inter eos, quanta maxima poteft effe, morum, ftudiorumque diftantia. *Plin. l. 2. c.* 15. Longiffimi diftantiæ fines.

Diftectus, a, um, adject. idem quod detectus, *fcoperto*. *Alcim. Avit. l. 4. v.* 408. Diftectum periit mifero fpectamine corpus.

Diftĕgus, i, δίστεγος, domicilium duas habens contignationes, a στέγη, tectum. Legitur in *vet. Infcript. apud Gruter. pag. 827. n.* 6.

Diftendo, dis, endi, entum, a. 3. *eftendere*, רקע, Ger. *auffpannen*, Gal. *etendre cà, e là*, Hifp. *eftender*, διατείνω, in diverfas partes tendo. *Col. l.* 5. Vinea ex utraque parte jugo devincta, pari libramento, velut anchoris quibufdam, diftenditur. ¶ Eft item varie implere, tractum ab utre, qui, cum plenus eft, tenditur, cum vacuus, relaxatur. *Virg. 4. Georg.* Et dulci diftendunt nectare cellas. ¶ Translate *Liv. l. 27. c.* 40. Confules diverfis itineribus profecti ab Urbe, velut in duo pariter bella, diftenderant curas hominum.

Diftentĭo, onis, f. *lo ftendere*, *o ftirare*, διάτασις, ut diftentio nervorum, apud *Celf. l. 2. c. 4. & 8.* ¶ Legitur & diftenfio, apud *Auguftin. l. 11. Confeff. c.* 23. &c.

Diftento, as, avi, atum, a. 1. idem quod diftendo, vel ejus frequentativum *Virg. Ecl. 9. v.* 31. Sic cythifo paftæ diftentent ubera vaccæ.

Diftentus, a, um, adject. ex particip. a diftendo, *tefo*, *tirato*, *diftefo*, διατεταμένος. Et accipitur pro pleno, ut de *diftendo* dictum eft. *Horat. Epod. 2. v.* 46. Diftenta ubera. Et *l. 1. fat. 1. v.* 110. Diftentius uber. *Virg. Ecl. 7. v.* 3. Diftentas lacte capellas.

Diftentus, us, m. *gonfiamento*, diftentio, a diftendo. *Plin. l. 8. c.* 28. Alia folertia in metu melibus: fuiflatæ cutis diftentu ictus hominum, & morfus canum arcent.

Diftentus, a, um, nom. adject. ex particip. a diftineo, occupatus, impeditus, diftractus curis, *occupato*, *pieno di affari*, περίσπαστος. *Cic. 3. nat. Deor. c.* 39. Mens diftenta. *Id. ib. l. 15. ep.* 16. Intelligo, te effe diftentiffimum qua de Buthrotiis, qua de Bruto.

Difterminator, oris, m. qui difterminat, & feparat. *Apul. de Mundo poft princip.* Axis divifor, & difterminator mundi, orbem terræ in medietate conftituens.

Difterminātus, a, um, adject. divifus, feparatus. *Plin. l. 4. c.* 20. Difterminati ab Afturia Vectones.

Diftermĭno, as, avi, atum, a. 1. *feparare*, הבדיל, Ger. *zertheylen*, Gal. *feparer*, Hifp. *apartar*, διορίζω, feparo, vel diverfas res termino. *Cic. in Arat.* Quas intervallum binas difterminat unum. *Plin. l. 11. c.* 21. Arabia Judęam ab Ægypto difterminat.

Difterminus, a, um, adject. idem ac difterminatus. *Silius l. 5. v.* 400. Audit Tarteffus latis difermina terris.

Difterno, is, a. 3. feorfum fterno. *Apul. l. 2. Milef.* Humi quam procul diftratum fuerat grabatulum meum.

Diftĕro, is, trivi, itum, a. 3. *tirare fottilmente*, שכר, Ger. *gantez zerreiben*, Gal. *fort broyer*, *minuifer*, Hifp. *trillar mucho*, κατατρίβω, multum, five crebro tero, fubtiliter, & minutim tero. *Cato de re ruft. c.* 75. Cafei pondo duo bene diftero in mortario.

Diftĭchon, i, n. 2. carmen duorum verfuum, a δὶς, bis, & στίχος, verfus. *Martial. l. 8. epigr.* 29. Difticha qui fcribit, puto, vult brevitate placere. ¶ Hordeum diftichon, apud *Col. l. 2. c.* 9. eft, cujus fpica duos habet ordines.

Diftillarĭus, ii, m. Legunt aliqui apud *Senec. ep.* 56. Et botularium, & diftillarium, & omnes popinarum inftitores, & probat *Cal. Rhodig. l. 16. c.* 46. qui ait, diftillationem etiam dici liquaminis genus, quo ad condiendum utimur, & qui id conficiant, & vendant, Diftillarios vocari. Verum emendatiores libri in Senecæ textu *Cruftularium* habent.

Diftillatĭo, f. 3. *diftillazione*, ἀπόσταξις, actus diftillandi. Sumitur pro humore quodam in corpore humano, quem Græci catarrhum, coryzam, vel branchum vocant. *Plin. l. 20. c.* 6. Phthificis diftillationibus longis vel fuccus, vel ipfo cibus prodeft. Adde *Senec. ep. 75. & 120.* utroque autem loco al. leg. *deftillatio*.

Diftillo, as, avi, atum, n. 1. *diftillare*, נטף, Ger. *abhintropffen*, Gall. *diftiller*, Hifp. *diftillar*, καταστάζω, paulatim fluo. *Virg. 3. Georg. v.* 281. Lentum diftillat ab inguine virus. *Plin. l. 15. c.* 19. Diftillant gummi modo lacrymam.

Diftincte, adv. *diftintamente*, Germ. *vnderfcheidenlich*, Gal. *diftinctement*, Hifp. *diftintamente*, διωρισμένως, feparatim, divifim. *Cic. 2. Tufc.* neque diftincte, neque diftribute, neque eleganter, neque ornate fcribere. *Id. Philip. 2. c.* 13. Non fortaffe fatis, quæ diftinctius dicuntur, intelligis.

Diftinctĭo, f. 3. *diftinzione*, נזר, Ger. *underfcheidung*, Gal. *diftinction*, Hifp. *diftincion*, ἀφορισμός, divifio, feparatio. *Cic. de Leg. l. 2. c.* 5. Lex eft diftinctio juftorum, & injuftorum. ¶ Significat etiam ordinem, & ornatum. *Cic. l. 2. de Or. ad fin.* Ut ipfe inftrumentum oratoris exponeret, tibi ejus diftinctionem atque ornatum relinqueret.

Diftinctor, oris, m. qui diftinguit. Gloff. Cyrilli: diftinctor, διαστάτης. *Ammian. l. 22. c.* 3. Judices juftorum, injuftorumque diftinctores.

Diftinctus, us, ui, m. idem ac diftinctio. *Tac. l. 5. Ann. c.* 28. Ore, ac diftinctu pennarum a cæteris avibus diverfum.

Diftinctus, a, um, adject. *diftinto*, *feparato*, διεσταλμένος, διωρισμένος. *Cic. in Orat. c.* 14. Diftincta, & interpuncta intervalla. *Liv. lib. 9. cap.* 19. Macedonum phalanx immobilis, & unius generis; Romana acies diftinctior, ex pluribus conftans. ¶ Item ornatus, perfpicuus. *Cicer. Verr. 4. c.* 27. Pocula ex auro, gemmis diftincta clariffimis. *Id. 1. de Or.* Oratio compofita, & ornata, & artificio quodam, & expolitione diftincta. *Id. 2. de nat. Deor.* Litora diftincta tectis, & urbibus.

Diftinĕo, es, ui, entum, a. 2. *tener' impedito*, *occupare*, *trattenere*, Ger. *auffhalten*, Gal. *empecher*, Hifp. *detener*, περισπάω. Proprie fignificat diverfis partibus tenere. *Cæf. l. 1. B. G. c.* 25. Rates quaternis anchoris ex quatuor angulis diftinebat, ne fluctibus moverentur. *Liv. Dec.* 1. Duæ Senatum diftinebant fententiæ. ¶ Item impedire, morari. *Cic. Phil.* 12. Ne imperita militum multitudo per me pacem diftineri putet. *Liv. l.* 2. Ne quid meam vobifcum pacem diftineat. ¶ Item occupare. *Lucan. l.* 5. Et mare, quod late terrarum diftinet oras. ¶ Item translate, diverfis rebus, feu negotiis impeditum tenere. *Cic. Fam. 12. ep.* 30. Negotiis, & occupationibus diftineri.

Diftinguo, is, inxi, inctum, a. 3. *diftinguere*, הבדיל, Ger. *vndefcheiden*, Gal. *diftinguer*, Hifp. *diftinguir*, διορίζω, difcerno, divido. *Cic. in Parad.* 4. An tu civem ab hofte natura, ac loco, non animo, factifque diftinguis? *Id. in Partit. c. ult.* Diftinguere vera a falfis. *Horat. l. 1. ep.* 10. Falfum diftinguere vero. ¶ Item ornare, & quafi variis notis infignire. *Cic. l. 2. de Invent. c.* 15. Diftinguitur autem oratio, atque illuftratur maxime. *Plin. l. 8. c.* 18. Albis maculis rutilum colorem diftinguentibus. h. e. variantibus. ¶ Diftinguere lites eft dijudicare. *Lamprid. in Alex. Severo c.* 22. Pontificibus tantum detulit, ut quadam cautas facrorum a fe finitas iterari, & aliter diftingui pateretur.

Diftīfus, o. 1. 2. idem ac diftæfus, apud vet. a tædet. *Feft.*

Diftĭto, as, n. 1. freq. a difto. *Col. l. 6. c.* 2. Diftitent inter fe aliquanto fpatio, ne in colluctatione alter alteri noceat. Ita Lexicographi quidam; fed melior lectio, & vulgatior exhibet: *diftentque inter fe*.

Difto, as, n. 1. *effer lontano*, רחק, Ger. *davon ftehen*, Gal. *etre fepare, ou different*, Hifp. *eftar lexos*, *o apartado*, ἀπέχω, proprie eft abeffe, vel disjungi. *Cic. 5. Tufc.* Multum inter fe aut altitudine, aut humilitate diftantia. ¶ Translate eft differre, difcrepare. *Cic. 2. Off. c.* 4. Tantum diftat a victu, & cultu beftiarum. ¶ *Horat.* dativo jungit, *l. 4. od. 9. v.* 29. Paulum fepultæ diftat inertiæ Celata virtus.

Diftorquĕo, es, orfi, ortum, a. 2. *diftorcere*, עקש, Ger. *vertrechen*, Gal. *detordre*, Hifp. *deftorcer*, διαστρέφω, in diverfum torqueo. *Ter. Eun.* 4. 4. 3. Ah! illud video, os ut fibi carnifex diftorfit. *Horat. l. 3. fat. 9. v.* 65. Diftorquere oculos.

Diftortĭo, onis, f. 3. *ftorcimento*, διαστροφή. *Cic. l. 5. Fin. c.* 11. In quibus fi peccetur diftortione, & depravatione, aut motu, ftatuve deformi. *Celf. l. 4. c.* 2. Oris diftortio.

Diftortus, a, um, adject. ex particip. a diftorqueo, monftrofus, διεστραμμένος, *moftruofo*. *Horat. l. 1. fat. 3. v.* 47. Varus diftortis cruribus. *Cic. pro Mur. c.* 29. Solos fapientes, fi diftortiffimi fint, formofos &c. Et translate. *Id. de Fato, c.* 8. Nullum eft genus enunciandi diftortius, quam &c.

Diftractĭo, f. 3. *feparazione*, נזר, Ger. *zerziehung*, Gal. *diftraction*, Hif. *diftracion*, διασπασμός, feparatio, alienatio. *Cic. 3. Off. c.* 8. Nulla enim nobis cum Tyrannis focietas eft, potius fumma diftractio. ¶ Item venditio. *Ulp. de tranf.* Neceffe eft, Prætorem de ejus diftractione, & tranfactione arbitrari.

Diftractus, a, um, adject. *diftratto*, *feparato*, διασπασθείς, διάσυρτος, diffufus, divifus, q. d. in diverfas partes tractus. *Balbus ad Cic. l. 8. ad Attic.* Ut Cæfarem & Pompejum perfidia hominum diftractos, rurfus in priftinam concordiam reducas. *Lucret. l. 4. v.* 694. Paulatim diftractus in aeris auras. *Id. l. 4. v.* 958. Et divifior inter fe, & diftractior intus. ¶ Item infirmatus, *indebolito*. *Cic. pro Dom. c.* 25. Vis tam diftracta, & extincta. ¶ Item occupatus, diftentus, *diftratto*. *Vellej. l. 2. c.* 114. Tanquam diftractiffimus ille tantorum onerum mole, huic negotio vacaret animus.

Diftrăho, is, xi, ctum, a. 3. *tirare in diverfe parti*, פאר, Ger. *zerziehen*, Gal. *diftrarre*, Hifp. *diftraher*, διασπάω, disjungo, diffipo, divello, deduco, divido. *Plin. l. 5. c.* 27. Diftrahit mediam Afiam Taurus mons. *Cic. 3. Off.* Qui hęc natura cohærentia, opinione diftraxiffent. *Id. pro Planc.* Nemo eum a me divellat, ac diftrahat. *Tacit. Ann. 1. c.* 60. Diftrahere hoftem. ¶ Translate dicitur de animo, & eft ad varias occupationes, vel fententias trahere. *Cic. in Off.* In deliberando fæpe animi in contrarias partes diftrahuntur. ¶ Eft item vendere, *effitare*. *Suet. in Vefp. c.* 16. Coemebat quædam tantum, ut pluris poftea diftraheret. ¶ Item componere, fedare, finire, *pacificare*, *accordare*. *Cic. pro Cæc.* Omnia judicia aut diftrahendarum controverfiarum, aut puniendorum maleficiorum caufa reperta funt. ¶ Item impedire, retardare, differre. *Cæf. l. 1. B. C.* Subjicitur L. Metellus, qui hanc rem diftrahat, reliquafque res, quafcumque agere inftituerat, impediat.

Diftrātus, a, um, idem quod ftratus. *Apulej. l. 2. Metam.* Nam & pueris extra limen humi quam procul diftratum fuerat. *h. e.* ftrati lectuli.

Diftribŭo, is, ui, utum, a. 3. *dividere*, חלק, Ger. *auffthеylen*, Gal. *diftribuer*, Hifp. *diftribuir*, διανέμω, diverfis hominibus, vel diverfis modis tribuo, divido, partior. *Cæf. 3. B. G.* Partiendum fibi, ac latius diftribuendum exercitum putavit. *Id. 5. B. G. c.* 24. Diftribuere exercitum in civitates. *Cic. l. 2. Attic. ep.* 1. Diftribuere commode tempora peregrinationis. *Id. 1. de Or.* Diftribuere partibus. *Id. 1. Tufc.* Diftribuere in partes.

Diftribūte, adver. *diftintamente*, Ger. *zertheylt*, Gal. *par partes*, *ou divifions*, Hifp. *con repartimiento*, διανεμητικῶς, divifim. *Cic. 2. Tufc. c.* 3.

Se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere. *Cic. 2. de Inv. c. 59.* Sin distributius tractare quis volet.

Distributĭo, f. 3. *distribuzione*, διανομή, divisio. *Cic. pro Cluent.* Itaque mihi certum est hanc eandem distributionem invidiæ, & criminum sic in defensione servare. Distributio item Figura Rhetorica est, qua singulis rebus sua proprietas tribuitur. *Cic. de Petit. Cons. Auct. ad Heren. lib. 4.*

Distributor, m. 3. qui distribuit. *Cic. in Pis.* Vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum. Sed ibi melius legitur *diribitores*. *Apul. ad Asclep.* Deus distributor dispensatorque est bonorum.

Distributus, a, um, adject. *distribuito, partito*. *Cic. pro Flac. c. 26.* Leges in omnes terras distributæ. Et *l. 4. Fam. ep. 1.* Orbem terrarum imperiis distributis ardere bello.

Districte, adv. *strettamente, distrettamente*, stricte, severe. *Plin. l. 9. ep. 21.* Districte minatus, nunquam me postea rogaturum.

Districtus, a, um, adject. strictus, ut districti gladii in Remp. *Cic. Catil. 3. c. 1. sfoderati.* ¶ Item occupatus, distentus. *Id. l. 2. ad Q. Fr. ep. ult.* Sic habeto, nunquam me a causis & judiciis districtiorem fuisse. *Id. 3. de Orat. c. 2.* Ambitionis labore vita districta. *Horat. lib. 2. sat. ult.* torquerier omni Sollicitudine districtum. ¶ Districtior accusator, dicitur a *Tacito 4. Ann. c. 36.* pro severo, non remisso, non levi. Sic in *Cod. 1. 55. 6.* Districtissimi defensores disciplinæ.

Distringo, is, inxi, ictum, a. 3. *stringere strettamente*, צרר, Ger. *verstricken*, Gal. *étreindre*, Hisp. *estrenir*, διαχτέλλω, arcte stringo, varie stringo. *Cic. l. 3. Off.* Fraus distringit, non dissolvit perjurium. ¶ Quandoque est de tricare, radendo sordes detergere, ut fit post quietem, & in balneis. *Plin. l. 34. c. 8. de Lysippo:* Plurima signa fecit fœcundissimæ artis, inter quæ distringentem se. Adde *Martial. l. 14. epigr. 51.* ¶ Quandoque capere, nudare, evaginare, *sguainare, imbrandire*. *Cic. l. 3. Off. c. 31.* Gladium distrinxit, juravitque se illum statim interfecturum. Translate *Senec. l. 2. de Ira.* In singulos Imperatoris severitas distringitur. *si fa sentire.* ¶ Quandoque colligere, *raccogliere*. *Col. l. ult.* Sereno cœlo manibus distringi olivam oportet. ¶ Quandoque impeditum, seu occupatum tenere. *Plin. lib. 1. ep. 10.* Distringor officio, ut maximo, ita molestissimo. *Nepos in Annib. ad fin.* Distringi bellis. ¶ Distringere hostem, est, distrahere, *Flor. l. 2. c. 13.* Ipsi quidem ut Romanum a tergo distringerent. ¶ Significat etiam radere, summa carpere. *Col. l. 4. c. 24.* Muscus, qui more compedis crura vitium comprimit, distringendus, & eradendus est. ¶ Item auferre. *Martial. l. 12. ep. 29.* medios distringere lectos, Mensarumque pedes non timet Hermogenes. ¶ Item delere, evertere. *Flor. l. 4. c. 1.* Consules trucidare, distringere incendiis urbem, diripere ærarium. ¶ Item leviter tangere, seu ferire. *Ovid. Met. 4. v. 561.* Distringunt æquora summis alis. *Id. l. 8. Met.* Distrinxit arundo summum corpus. ¶ Item perstringere, dictis lacerare. *Id. 2. Trist. el. 1.* Non ego mordaci distrinxi carmine quemquam. ¶ Duo hæc verba *Distringo*, & *Destringo* sæpe in edit. cod. confusa reperiuntur, & alterum pro altero legitur. Videtur autem scribi debere *destringo*, cum significat auferre, abradere, ferire: *distringere* vero, cum significat valde stringere, distinere, distrahere, &c.

Distrunco, as, avi, atum, a. 1. *troncare*, Ger. *abstumpfen*, Gall. *couper jusque au tronc*, Hisp. *destroncar*, κολοβόω, mutilo, vel in partes disseco. *Plaut. Truc. 2. 7. 53.* Ego te hic medium distruncabo.

Distrŭo, is, a. 3. διασκευάζω, separatim, vel seorsim struo. *Suet. in Calig. c. 41.* Distructis, ac instructis, pro loci dignitate, compluribus cellis. Ita quidam Lexicographi. Verum emendati libri habent, *distinctisque & instructis*. Cæterum *distruo* pro destruo, legitur in antiq. libris quibusdam.

Disturbatĭo, f. 3. *disturbazione, distruzione*, נהוצה, Germ. *zerstirmung*, Gal. *déturbement*, Hisp. *desbaratamiento*, καταστροφή, disjectio, demolitio. *Cic. 3. Off. c. 11.* Utilitatis specie in Rep. sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri.

Disturbātus, a, um, adject. eversus, dirutus, *rovinato*, ut disturbata porticus, apud *Cic. pro Dom. c. 39.*

Disturbo, as, avi, atum, a. 1. *disturbare, distruggere*, נהץ, Germ. *zerstoren*, Gall. *detourber*, Hisp. *desbaratar*, ἀναστατόω, disjicio, everto. *Cic. pro Dom.* Se videre distrahi a complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas. *Id. pro Sext. Rosc.* Qui fidem lædit, disturbat humanæ vitæ societatem. ¶ Item turbare, impedire. *Id. Fam. 11. ep. 21.* Disturbavi rem, totamque vobis integram reservavi.

Disulcus. V. Dissulcus.

Disunĭo, is, ivi, itum, a. 4. *disunire*, unita separo. *Arnob. l. 3. pag. 116.* Disuniuntur tenacium matrimoniorum nexus.

Ditātus, a, um, adject. dives factus, *arricchito*. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 53.* Urbs triumphis ditata. *Ovid. de Pont. l. 2. el. 7. v. 62.* Ditata est spoliis perfida turba meis.

Diteſco, is, escere, n. 3. *arricchirsi*, עשר, Germ. *reich werden*, Gal. *s' enrichir*, Hisp. *enriquecerse*, πλουτέω, dives fio, ab inusitato diteo. *Lucr. l. 4. v. 1246.* Partu possunt ditescere dulci.

Dithyrambĭcus, a, um, adject. ad Dithyrambum pertinens, ut dithyrambicum poema, *Cic. de opt. gen. Orat. in princip.*

Dithyrambus, m. 2. διθύραμβος, versus in honorem Bacchi, qui Dithyrambus dicitur, a δίς, bis, & θύρα, janua, quia binis foribus sit egressus, quippe bis natus, primum e Semele matre, deinde e femore Jovis, vel quia educatus sit in antro διθύρῳ, ideſt *bivalvi*, aut *bifori*. *Hor. 4. Carm. od. 2.* Seu per audaces nova dithyrambos verba devolvit, numerisque fertur lege solutis. ¶ Erat autem hoc genus carminis ita compositum, ut inventione, dictione, ac numeris a communi carminis ratione abiret longius, & miram licentiam audaciamque referret, utpote quod a Bacchi furore percitis cantari solitum. V. *Scalig. l. 1. Poet. c. 44.*

Ditĭo, nis, f. *giurisdizione, imperio, signoria*, כמשלה, Ger. *herrschafft*, Gal. *domaine*, Hisp. *jurisdicion*, ἐπικράτεια, locus, regio, ubi quis jus, vel imperium exercet, item ipsum imperium, vel dominium. *Cic. 2. de Leg. c. 7.* Ditione, atque numine Deorum geruntur res. *Id. pro Font. c. 1.* Sub imperium ditionemque alicujus cadere. *Curt. l. 4. c. 1.* Ditioni adiicere regionem. *Cic. de Prov. Cons. c. 13.* Redigere in ditionem. ¶ Hoc nomen usitatum est in obliquis casibus: nam recto casu carere testantur *Priscian. Diomed.* & alii Grammatici cum *Servio ad illud Æn. 1. v. 740.* Post alii proceres, &c.

Ditĭor, & **ditissimus**. V. Dives.

Ditis. V. Dis.

Ditissĭme, adverb. *ricchissimamente*. *Apul. de Deo Socrat.* Domos ditissime exornare.

Dito, as, a. 1. *arricchire*, השעיר, Ger. *reich machen*, Gal. *enrichir*, Hisp. *enriquecer*, πλουτίζω, divitem facio. Est a divito per syncop. *Liv. l. 21. c. 60.* Castra militem ditavere.

Ditrochæus, m. 2. διτρόχαιος, pes constans ex duobus trochæis, idem, ac dichoreus, ut *Civitate, dimicare*, *Diomed. l. 2. & 3.*

Diu, *di giorno*, יומם, לעומם, Ger. *langezeit, destags*, Gall. *de jor, long temps*, Hisp. *de dia, largo tiempo*, καθ' ἡμέραν, abl. pro die. *Plaut. Cas. 4. 4. 5.* Noctuque ac diu ut viro subdola lies. *Id. in fragm. Aulul.* apud *Non. 2. 230.* Nec noctu, nec diu quietus. ¶ Est item adv. & significat longo tempore. *Cic. de Sen. cap. 19.* Quanquam, o Dii boni, quid est in hominis vita diu? *Id. ib. c. 3.* Cum multum diuque vixeris. *Id. in Orat. c. 1.* Diu multumque dubitavi. *Id. 2. Agrar. c. 32.* De Capua multum est, & diu consultum. *Id. 1. de Orat. c. 30.* Omnia, quæ diu cupimus. ¶ Habet frequenter post se particulam *eum*. *Plaut. Merc.* Nam illi quidem haud sane diu est, cum dentes exciderunt. ¶ Interdum *quod*. *Plaut. Merc.* Quem accersitum patrem, haud diu est, quod miseram. Interdum *multum*. *Cic. Phil. 11. c. 5.* Hæc satis diu, multumque desleta sunt. ¶ Comp. est *diutius*, sup. *diutissime*. *Cic. 7. Ver.* Potero hoc ego onus tantum aut in hoc judicio deponere, aut diutius tacitus sustinere? *Id. de Am.* Qui & diutissime senex fuisset. *Id. Verr. 3. c. 13.* Ne vos diutius teneam.

Divăgor, aris, atus sum, d. 1. *andare vagando, vagare*, נדר, Germ. *umbschweiffen*, Gal. *vagabonder*, Hisp. *vagar*, πλανάομαι, varie vagor, huc, atque illuc oberro. *Lucr. l. 5.* Ubi animus in multa dispersus, huc, atque illuc divagatur. Et *lib. de Ira, c. 9.* Ne longius divagetur oratio. Ubi al. leg. *Devagetur*.

Divālis, le, adject. idem quod divinus. *Spartian. Carac. c. 11.* Divale nomen. *Justin. in præfat. Codicis:* Divales constitutiones.

Divaricātus, a, um, adject. distentus, extensus. *Prudent. Peristeph. 5. v. 252.* Divaricatis cruribus. *Ammian. l. 22. c. 28.* Divaricatis pedibus.

Divarĭco, as, avi, atum, a. 1. *dividere*, פשח, Ger. *ausstrecken*, Gal. *étendre*, Hisp. *estender*, διατείνω, crura extendo, oblique eo, & translate disjungo, separo, a *varico*, quod a *varicibus*, quibus qui laborat, recta incedere non potest, ire oblique cogitur. *Cato*. Arbores hoc modo putentur, rami divaricentur. *Cic. Ver. 4. c. 40.* In ea (statua) hominem divaricari, ac deligari jubet. *Var. l. 2. R. R. c. 5.* Nec cujus ungulæ divaricent. ubi neutra significatione usurpatum videtur.

Divello, is, velli, rectius quam vulli, a. 3. *svellere, tirare, togliere*, נתק, Ger. *abreissen*, Gal. *arracher*, Hisp. *desgajar*, διακρούω, varie vello, abstraho. *Sal. Catil. c. 51.* Divelli liberos a complexu parentum. ¶ Translate est dissipare, perturbare. *Cic. 2. Off.* Commoda civium defendere, non divellere. *Gell. l. 15. c. 16.* Diducere & resciudere quercum conatus est, ac mediam quidem partem discidit, divellitque. *Ovid. 8. Met.* Artus divellere morsu. *Horat. l. 1. ep. 10.* Cura divellit somnos. *Tacit. 3. Ann. c. 14.* Effigies Pisonis traxerant in Gemonias, ac divellebant. *Cic. de Senect.* Divellere conglutinationes. *Id. 1. Fin.* Nec divelli, nec distrahi potest a voluptate. *Id. 2. Off.* Commoda civium defendere, non divellere. h. e. perturbare, evertere. *Id. in Ver.* Tot rerum tanta varietate divellor. h. e. distineor. ¶ Dicitur & *devello*, *is*. *Plaut. Pœn. 4. 2. 49.* Meæ alæ pennas non habent. Mi. nolito ædepol devellisse. *Pallad. in Mart. tit. 10.* Plantis de matris radice devultis.

Divenditus, a, um, adject. *venduto*. *Liv. l. 1. c. 53.* Præda divendita.

Divendo, is, endidi, itum, a. 3. διαπεράσκω, divisim, vel varie vendo. *Cic. de Leg. Agr.* Ut Decemviri bona P. R. possint divendere. Adde *Liv. l. 3. c. 13.*

Diverbĕro, as, a. 1. *dividere*, διακόπτω, scindo. *Virg. 5. Æn. v. 502.* Stridente sagitta Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras.

Diverbĭa, orum, n. 2. ἐπεισόδια, partes comœdiarum, in quibus diversorum personæ versantur, a *dis*, & *verbum*, quia diversi loquuntur. *Liv. l. 7. c. 2.* Diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. *Servius* dicit, diverbium esse primum actum comœdiæ, qui Græcis *protasis* dicitur. Nam quælibet comœdia dividitur in *prologum*, *protasin*, *epitasin*, & *catastrophen*. V. Canticum.

Divergium, n. 2. locus, ubi amnis in diversum vergit. *Siculus Flacc. de condit. Agror. apud Goes.* Territoria inter Civitates alia fluminibus finiuntur, alia summis montium jugis, ac divergiis aquarum.

Diverse, adv. *in diverse parti, diversamente*, Ger. *hin und vvider*, Gal. *en diverses parties*, Hisp. *diversamente*, κεχωρισμένως, in diversis partibus, vel diverso modo. *Hirc. 5. B. Afr.* Horum corpora toto campo prostrata diverse jacent. *Sallust. Catil. c. ult.* Pauci paulo diversius conciderant. *Ter. Andr. 1. 5. 25.* Quæ meum animum diverse trahunt. *Sueton. Tiber. c. 66.* Quibus diversissime afficiebatur.

Diversĭtas, f. 3. *diversità*, הפך, Ger. *vngleiche*, Gal. *diversité*, Hisp. *diversidad*, διαφορά, dissimilitudo, contrarietas. *Plin. in ep. 30. l. 7.* Quantum diversitas ingeniorum pateretur.

Diversĭto. V. Deversito.

Diversĭtor, oris, m. qui aliquo divertit; qui cauponam frequentat. *Petron. Satyr.* Anus inter diversitores diutius ingurgitata.

Diversor, aris, d. 1. *albergare*, לון, Germ. *zu herberg seyn*, Gal. *loger*, Hisp. *aposentar*, ξενίζομαι, diverto, hospitio alicujus utor. *Cic. 5. Tusc. c. 8.* Quum Athenis apud eum diversarer. *Id. 4. Ver. cap. 27.* Omnes ad eam domum, in qua iste diversabatur, protecti sunt.

Diversor, vel deversor, oris, m. 3. *albergatore*, לן, Ger. *ein gast*, Gal. *hote*, Hisp. *huesped*, qui in caupona hospitatur. *Cic. 2. de Inv. c. 4.* Caupo cum quibusdam diversoribus illum, qui ante exierat, consequitur. Pareus mavult legi *Deversor*.

Diversoriŏlum, n. 2. *alberghetto*, dim. a diversorium. *Cic. l. 12. Fam. ep. 20.* Sinuessanum diversoriolum contempsiti.

Diversorĭum, n. 2. *albergo, alloggiamento*, כלון, Ger. *ein herberg*, Gal. *heteleroe*, Hisp. *posento*, ξενοδοχεῖον, proprie est hospitium, a divertendo. *Cic. de Or.* Quiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo opportuno diversorio. ¶ Generatim sumitur pro villa, & omni loco, ad quem non habitandi, sed ad tempus commorandi causa divertimus. *Cicer. de Sen. c. 23.* Ex ista vita discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit.

Diversorsus, a, um, o. 1. 2. quod ad divertendum pertinet. *Plaut. Truc.* In tabernam ducor diversoriam. Adde *Sueton. Ner. c. 27.*

Diversus, a, um, o. 1. 2. *separato*, שנה, Ger. *abgewendt*, Gall. *different*, Hisp. *diverso*, κεχωρισμένος, separatus, vel in varias partes distributus. *Cæs. l. 2. B. G. c. 24.* Cum Numidas diversos, dissipatosque in omnes partes fugere vidissent. *Liv. l. 4. c. 22.* Diversissimis locis subire ad mœnia. ¶ Item differens, dissimilis. *Cic. 4. Acad.* Certa cum illo, qui a te totus diversus est. ¶ Item contrarius, adversarius. *Suet. de cl. Or.* Interrogatus a Varrone diversæ partis advocato, quidnam ageret. *Tacit. Ann. 12. e. ult.* Mox nullo in diversum auctore, quæ offerebantur secuti sunt, *non offendovi alcuno, che diceſſe il contrario*. *Quint. l. 2. c. 3.* Sententia priori diversa. ¶ Item varius. *Plin. l. 12. c. 9.* Pretia nulli diversiora. *Liv. l. 21. c. 4.* Ingenium ad diversissimas res habile. *Cic. 2. Phil.* Sunt ea innumerabilia, quæ a diversis emebantur. *da diversi*. ¶ Diversus quandoque idem est, ac versus, deflexus, *voltato*. *Plaut. Mil. a. 5. v. 14.* Dispennite hominem diversum, & distendite. ¶ E diverso, h. e. e contraria parte. *Plin. l. 4. c. 4.* In eo loco irrumpentia e diverso maria. *Tacit. Ann. 13. c. 40.* Assultare ex diverso Tiridates. ¶ Apud *Tacit. 3. Ann. cap. 2. diversa oppida* sunt, *citta fuor di mano, giù di strada*.

Diverticŭlum, n. 2. *divolgimento*, נתיכה, Germ. *ein abweeglin*, Gal. *de*

de tour, *fenda*, *πάροδος*, eſt via, per quam de itinere noſtro alio divertimus. *Serv.* Diverticula ſunt ſemitæ tranſverſæ, quæ ſunt, a latere viæ militaris. *Ter. in Eun.* Ubi ad ipſum veni diverticulum conſtiti. ¶ Diverticulum etiam eſt domicilium in via, ad quod divertendum ſit. *Liv. l.* 1. Quum gladii abditi ex omnibus locis diverticuli protraherentur. *Cic. pro Roſc. Com.* Fraudis, & inſidiarum in eodem veſtigio diverticulum reperit. ¶ Tranſlate ponitur pro digreſſione in dicendo. *Juven. ſat.* 15. *v.* 72. A diverticulo repetatur fabula primo. Item pro excuſatione, aut prætextu. *Cic. in Partit. c.* 39. & *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Diverticula & anfractus, & ſuffragia quærere. *Quintil. l.* 12. *c.* 3. *ad fin.* Diverticula deſidiæ. ¶ Dicitur etiam de fluminibus. *Leg. Si pulſquam, Dig. de diverſ. temp. præſcrip.* Si quiſquam in fluminis diverticulis piſcatus ſit.

Diverto, is, ti, erſum, n. 3. & divertor, eris, dep. *divertire*, *torcere*, נטה, Germ. *abretten*, Gall. *ſe detourner*, Hiſp. *apartarſe*, *ἐκτρέπομαι*, ab itinere deflecto. *Cic.* 13. *Phil.* Nuntiant ſe Pompeji conveniendi cauſa divertiſſe Maſſiliam. *Plin. in Paneg.* Divertere via cogebantur. ¶ Eſt item in diverſorium, vel hoſpitium ſe recipere, *albergare*. Sed tamen cum ponitur pro commorari in hoſpitio, dicendum eſt *Divertere apud aliquem*, cum pro recipere ſe in hoſpitium, *Divertere ad aliquem*, *Cic.* 1. *de Div.* Alter ad cauponem divertit, alter ad hoſpitem. *Id. pro Dejot.* Cum in domum Regis hoſpitis tui divertiſſes. *Liv. l.* 25. Domus eorum hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diverti mos eſſet. ¶ Tranſlate eſt alio ſe vertere, quod cœpimus, relinquere, ut aliud agamus. *Cic.* 12. *Fam.* Sed redeamus ad illud, unde divertimus. ¶ Active etiam uſurpatur pro vertere. *Lucan. l.* 2. *v.* 469. Victor fugientibus inſtat, divertitque acies. h. e. vertit, & fugat. ¶ *Plaut. Epid.* 3. 3. 22. Divertunt mores virgini longe, ac lupæ. *avvi gran differenza tra* &c.

Dives, divitis, o. 3. *ricco*, עשיר, Germ. *reich*, Gall. *riche*, Hiſp. *rico*, *πλούσιος*, qui rerum abundantiam habet, quaſi *divus*, quia nullius rei indigere videtur. *Cic. in Parad.* Quem intelligimus divitem, aut hoc verbum in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facile contentus ſit. ¶ Conſtruitur cum genitivo. *Virg.* 2. *Geor.* Dives opum variarum. ¶ Vel cum ablativo. *Cic.* 2. *Offic.* P. Craſſus tum cognomine Dives, tum copiis. *Ov. l.* 1. *de Art.* Addidit externo marmore dives opus. ¶ Compar. eſt *divitior*, ſed uſitatius *ditior*, per ſync. ſuper. *ditiſſimus*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 48. Unde ille licentior, & divitior dithyrambus fluxit. *Id. de Am.* Ditior mihi, & affluentior videtur eſſe vera amicitia. *Id. in Parad.* Ut quiſque, quod plurimi eſt, poſſidet, ita ditiſſimus habendus eſt. *Ovid. Heroid. ep.* 16. *v.* 34. Oppida ſunt regni divitiora mei.

Divexo, as, avi, atum, a. 1. *affliggere in varii modi*, עצב, Ger. *hefftig plagen*, Gal. *tourmenter*, *& fort affligir*, Hiſp. *afligir mucho*, *κακοπαθέω*, varie vexo, variis modis affligo. *Cic. in Phil.* 11. *c.* 2. Omnia divexare, atque deripere cupientis. *Plaut. Perſ.* 5. 2. 4. Corruptor rem meam divexavit. h. e. bona peſſumdedit.

Diviana, æ, f. Diana appellata apud *Var. l.* 4. *L. L. c.* 10. V. ibi Scalig.

Dividĭa, æ, f. *noia*, tædium, moleſtia, triſtitia, a dividendo. *Plaut. Bacch.* 4. 6. Nimio illæc res eſt magnæ dividiæ mihi. Sed *Feſtus* diſcordiam interpretatur. *Non. ex Accii Phœniſſis*. Ne horum dividiæ diſcordes diſſipent.

Dividicŭla, n. 2. dicuntur, caſtella, ex quibus a rivo communi aquam quiſque in ſuum fundum ducit, a dividendo. *Feſt.*

Divĭdo, dis, diviſi, ſum, a. 3. *dividere*, *ſeparare*, פלג, Ger. *zertheylen*, Gal. *diviſer*, Hiſp. *dividir*, *διαιρέω*, ſeparo, partior, a *di*, vel *dis*, & Hetruſco *iduo*, partior. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 18. Sextus pater ejus nummos vobis dividere ſolebat. *Id. pro Syll.* Dividere in provincias. *Id.* 5. *Attic.* Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit. ¶ *Dividere ſententiam*, forenſis eſt locutio, quam Aſconius Pædianus interpretatur his verbis: Cum aliquis in dicenda ſententia duas, pluresve partes complectitur, ſi non omnes hæ res probantur, poſtulatur, ut dividantur, id eſt, ut de ſingulis rebus ſeorſim referatur, ut pars altera, ſi ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 2. Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur. ¶ Ponitur & pro diſtribuere, tribuere. *Cic. pro Syll.* Dividere tabulas paſſim, & pervulgare. *Hor. l.* 1. *od.* 36. *v.* 6. Oſcula dividere ſodalibus. *Id. l.* 1. *od.* 15. *v.* 15. Imbelli cithara carmina divides. h. e. divides per citharæ chordas: vel alternatim ſonum & cantum miſcebis. ¶ Item pro penetrare, perrumpere. *Cic. Tuſc.* 1. *de aere*, *& igne*. Hoc etiam magis neceſſe eſt, ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur, & dividatur craſſus hic, & concretus aer. ¶ Hinc & pro pædicare. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 4. Sic *Petron.* hoc ſenſu, dividere cum aliquo, dixit. ¶ *Diviſſe* pro *diviſiſſe* habet *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 170. ubi tamen alii leg. *didiſſe*.

Dividŭe, adv. *diviſibilmente*. *Plaut. in Caſ.* 2. 2. 11. Quod tibi ægre eſt, idem mihi eſt dividue. Sed lectio hæc eſt valde dubia.

Dividuĭtas, vel dividĭtas, atis, f. idem quod diviſio. *Leg.* 80. *in fin. Dig. ad leg. Falc.*

Dividŭus, o. 1. 2. *diviſibile*, *ſeparabile*, נחלק, Ger. *zertgeylt*, Gall. *diviſible*, Hiſp. *diviſible*, *διαίρετος*, quod ſeparabile, aut ſeparatum eſt. *Cic. de Univ.* Et ex ea, quæ corporibus dividua gignitur. *Plin. l.* 5. *c.* 1. Dividua ferarum viſcera, h. e. diſſecta. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 9. *v.* 10. Coma dividua. h. e. diſcreta in ſummo vertice. ¶ Legitur etiam *dividus*, *a*, *um*, apud *Nonium c.* 2. *n.* 205. *ex Accion. in Andromeda:* Noſque ut ſeorſum dividos letho offerres.

Divinatĭo, f. 3. *indovinazione*, קסם, Germ. *weiſſagung*, Gal. *divination*, Hiſp. *adevinacion*, *μαντεία*, *μαντική*, ſcientia futurorum, quam Chryſippus definit vim cognoſcentem, & videntem, & explicantem ſigna, quæ a Diis hominibus portendantur. *Cic.* 1. *de Div.* Verſari quandam inter homines divinationem, quam Græci *μαντικήν* appellant, ideſt præſenſionem, & ſcientiam rerum futurarum. ¶ Dicitur etiam divinatio, judicium, ſive cognitio, quæ circa conſtitutionem accuſatoris, vel ſubſcriptoris conſiſtit, cum ſcilicet ex duobus, pluribuſve accuſationem ambientibus deligendus eſt, qui maxime ſit idoneus. Ratio nominis hæc eſt, quia in aliis judiciis judex ea, quæ teſtibus, tabulis, vel argumentis probata ſunt, ſequi debet; cum autem accuſator eſt eligendus, ex rei futuræ indiciis, & conjecturis judicare debet, & pene divinare, quis maxime ſit idoneus ad accuſandum. Hinc prima inter Verrinas *divinatio* inſcripta eſt. Nam in accuſatione Verris certamen erat inter Ciceronem, & Cæcilium, uter in accuſando deberet præferri.

Divinātor, oris, m. *indovino*, qui divinat. *Jul. Firmic.*

Divinātrix, icis, f. a divinator. *Tertul. de Anim. c.* 46. Præſidia divinatricum artium, & diſciplinarum.

Divinātus, a, um, o. 1. 2. partic. a divinor, *indovinato*. *Ov.* 1. *de Nuce*, *v.* 80. Ut divinatas auferat Augur opes.

Divīne, adv. *divinamente*, *θείως*, ad Deorum ſimilitudinem, Deorum more. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 4. Aut certe nunquam, niſi de ea divine cogitaſſe. *Id.* 1. *Tuſc.* Divine prehenſa, & prædicta.

Divinipŏtens, o. 3. *θειοκρατής*, qui in divinis poteſtatem habet. *Apul.* Saga & divinipotens Cœlum deponere.

Diviniſciens, entis, qui rerum divinarum peritus eſt. *Apul. in Apolog.* Magia pia ars, & diviniſciens.

Divinĭtas, atis, f. *divinità*, Ger. *gotteit*, Gal. *divineté*, Hiſp. *divinidad*, *θειότης*, deitas, numen, majeſtas divina, poteſtas divina. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Modo enim menti tribuit omnem divinitatem. *Id. in Orat. c.* 19. Theophraſtus a divinitate loquendi nomen accepit. Et in plurali num. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Quid ita divinitatibus ſplendoribuſque aſtrorum judicamus obſcuritates objici poſſe?

Divinĭtus, adv. *da Dio*, *divinamente*, מיהוה, Germ. *von oben herab*, Gal. *divinement*, Hiſp. *divinamente*, *θεόθεν*, a Deo, ſive a divinis. *Virg.* 1. *Georg. v.* 415. Haud equidem credo, quia ſit divinitus illis ingenium. ¶ Interdum idem eſt, quod divine, ideſt humanis viribus excellentius. *Cic.* 2. *de Or.* Ille locus inductus eſt a me divinitus.

Divīno, as, a. 1. *indovinare*, קסם, Ger. *wahrſagen*, Gal. *deviner*, Hiſp. *adevinar*, *μαντεύομαι*, futura præſagio, a nomine *divinus*, quia divinum quiddam, & ſupra mortalis ſagacitatis ſortem eſſe videtur futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. *Cic. de Sen.* Quaſi jam divinarem, id, quod evenit, illo extincto fore, unde diſcerem, neminem.

Divīnus, a, um, o. 1. 2. *divino*, *coſa a Dio pertinente*, אלהי, Ger. *gettlich*, Gal. *divin*, Hiſp. *divino*, *θεῖος*, quod eſt Dei, vel quod ad Deum pertinet, a *divus*. *Cic.* 1. *de Div.* Ariſtoteles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, cenſebat habere aliquid in animis præſagiens, atque divinum. ¶ Rem divinam facere, & Divinæ rei operam dare, eſt Diis ſacrificare. *Cic.* 6. *Ver.* Res illum divinas apud eos Deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere vidiſti. *Plaut. Curc.* Rei divinæ operam dabo. ¶ *Divina verba* interdum ſumuntur pro piacularibus quibuſdam verbis, quibus prodigia ſolent procurari. *Cato de R. R.* Si de Cœlo villa tacta ſiet, de ea re verba divina uti fiant. ¶ Interdum uſurpatur pro excellenti, præſtanti, eximio. *Cic. poſt redit. ad Quir.* Divina quædam atque inaudita auctoritas, atque virtus. *Id.* 5. *Fin. c.* 13. Ratio, qua nihil eſt in homine divinius. *Id.* 2. *de legib. c.* 18. Diviniſſima dona. ¶ Divinus, ſubſt. m. 2. *indovino*, vates qui divinat, vel prædicit, quod Divi proprium eſt futura prædicere. *Cic. de Fato*, Falli ſperat Chaldæos, cæteroſque divinos. ¶ *Avis divina*, eſt divinatrix, prænuncia. *Hor.* 3. *carm. od.* 27. *de cornice*. Antequam ſtantes repetat paludes imbrium divina avis imminentium. ¶ Divina, æ, ſubſt. mulier, quæ divinat. *Petron. Satyr. circa princ.* Cœpit me præcedere: divinam ego putabam.

Diviſe, & Diviſim, *diviſamente*, *ſeparatamente*, dividendo. *Gell. l.* 7. *c.* 2. Verſus ſeparatim, atque diviſe legendus. *Id. l.* 1. *c.* 22. Diviſe pronuntiandum eſt. *Apul. in Aſclep.* Creduntur eſſe quidem plurima diviſim.

Diviſĭo, f. 3. *diviſione*, *ſeparazione*, חליקה, Germ. *theylung*, Gal. *diviſion*, Hiſp. *diviſion*, *διαίρεσις*, partitio. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quadripartita fuit diviſio tua, &c. ¶ Apud Rhetores diviſio eſt (ut ſcribit *Auct. ad Her. l.* 1.) per quam aperimus, quid conveniat, quid in controverſia ſit, vel per quam exponimus, quibus de rebus dicturi ſumus. ¶ Inter diviſionem, & partitionem hoc intereſſe putat, quod diviſio eſt diſtributio generis in ſpecies, partitio totius in partes. *Quintil. lib.* 7. ¶ Diviſiones etiam dicebantur munera & ſportulæ, quas die natali Veteres diſtribuebant in conviviis, vel extra. *Martian. l.* 23. *Dig. de ann. leg.* V. etiam *Limdebrog. ad Terent. Phorm.* 1. 1. 14.

Diviſor, is, m. 3. *partitore*, חולק, Gal. *diviſeur*, Hiſp. *repartidor*, *μεριστής*, qui dividit. Speciatim diviſor erat apud Romanos, qui tributim diſtribuebat pecunias a Candidatis donatas ad aucupanda ſuffragia egentium. *Cic. pro Planc.* Doce, per quem ſequeſtrem, quo diviſore corrupta ſit. Hinc Nummius quidam, qui id miniſterii ſuſceperat, cognomen accepit diviſoris. *Cic.* 2. *de Or.* ¶ Eſt & diviſor, qui præpoſtera Venere pueros corrumpit, a natibus dividendis. *Cic.* 9. *Fam. epiſt.* 22. Num honeſtum eſt verbum *diviſor?* at ineſt obſcœnum, &c.

Diviſūra, f. 1. idem, ac diviſio. *Plin. l.* 14. *c.* 3. Folio parvo, & rotundo, ſine diviſuris.

Divīſus, us, m. 4. idem, ac diviſio. *Liv. l.* 33. *c.* 46. Vectigalia publica partim prædæ, ac diviſui principum, quibuſdam & magiſtratibus erant.

Divīſus, a, um, o. 1. 2. *διαιρεθείς*, particip. a dividor. *Cic. de Leg.* Fluvius diviſus æqualiter in duas partes latera hæc inſulæ alluit. ¶ Comparat. Diviſior uſus eſt *Lucret. l.* 4. *v.* 958. Et diviſior inter ſe, & diſtractior intus.

Divitĭæ, arum, f. 1. opulentia, amplæ fortunæ, opes, copiæ, omnium rerum abundantia, *ricchezze*, עושר, Germ. *reichtumb*, Gall. *richeſſes*, Hiſp. *riquezas*, *πλοῦτος*. *Cic.* 1. *Offic.* Expetuntur autem divitiæ tum ad uſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 101. Divitias facere ex aliqua re. *Id. Trin.* 3. 2. 56. In divitiis eſſe. ¶ In ſingulari num. *Accius* apud *Non. c.* 7. *n.* 64. Æternabilem divitiam partiſſent.

Divitatĭo, onis, f. ditandi actus, *l'arricchire*. *Petron. Satyr.* Genus divitationis ſibi non diſplicere confeſſus eſt.

Divĭto, as, a. 1. *arricchire*, *πλουτίζω*, divitem facio. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 201. Augures verbis aures divitant alienas, ſuas ut auro locupletent domos.

Dium, n. 2. *aria*, *cielo*, a *Διός*, *Jovis*, *aeris*. *Colum. l.* 12. *c.* 12. Aquam cæleſtem vaſis includunt, & ſub dio in ſole habent. h. e. ſub cœlo, *all' aria*, *a cielo ſcoperto*. *Aſcon. in Ver.* 3. *c.* 19. Sub dio, hoc eſt, ſub cœlo. cœlum enim Græci *τὸν δία* dicunt. ¶ Dicitur & *Divum*, *i*, ut auctor eſt *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 10. Itaque ita legendum putat Torrent. illud *Horatii l.* 2. *od.* 3. Et infima De gente ſub Divo moreris. Et *l.* 1. *od.* 18. Nec variis obſita frondibus Sub divum rapiam. Et illud *Suetonii in Cæſare*, *c.* 72. Ac ipſe humi, & ſub divo cubuerit. Quibus locis al. leg. *ſub dio*, *ſub dium*. Cæteri caſus præter hos non ſunt in uſu.

Divodūrum, i, n. urbs Auſtraſiæ, nunc *Metz*. *Tacit.* 1. *hiſtor. c.* 63.

Divortĭum, ii, n. *divorzio*, *partimento*, German. *die verſchupfung eines ehewweibs*, Gal. *divorce*, Hiſp. *divorcio*, *ἀποπομπή*, diverticulum, ſeu ſemita tranſverſa, qua a via regia deflectimus, a *diverto*, ſeu *diverto*. *Virg.* 9. *Æn. v.* 379. Objiciunt equites ſeſe ad divortia nota. ¶ Item ſeparatio. *Cic.* 1. *de Or.* Ut ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientum jugo ſunt doctrinarum facta divortia. ¶ Frequenter accipitur pro diſtractione matrimonii, quam *Terent.* diſceſſionem vocat, non a diverſitate mentium, ut quidam inter Juriſconſultos ſomniavit, ſed a *diverto*. *Cic. in Phil.* 2. *c.* 28. Antonius cum Mima fecit divortium. ¶ Fiebat autem divortium hiſce fere verbis, *Res tuas tibi habe*, *Res tuas tibi age*. *Cic. in Phil.* Ille uxorem ſuam ſuas ſibi res habere juſſit.

Diuretĭcus, tica, um, *diuretico*, *διουρητικός*, ad urinam promovendam aptus, ut Diureticum vinum, *Pallad. in Octobr. tit.* 14. Diuretica medicamenta, *Cæl. Aurelian. Tard.* 1. 4.

Diurno, as, n. 1. diu vivo. *Quadrig.* apud *Non.* & *Gell. l.* 17. *c.* 2. Neque optimum quenquam inter nos ſinunt diurnare.

Diurnum, ni, n. 2. *giornale*, *ἐφημερίς*, diarium, liber, in quo ſcribuntur acta ſingulorum dierum. *Juv. ſat.* 6. *v.* 482. Longi relegit tranſacta diurni. ¶ Item victus, atque merces unius diei. *Sen. epiſt.* 80. vel 81. Diurnum accipit, in cœnaculo dormit.

Diurnus, a, um, o. i. 2. *di giorno*, Germ. *teglich*, Gal. *de jour*, Hiſp. *de dia*, ἡμερινὸς, quod ad diem pertinet, a *die*, vel *diu*, ſicut nocturnus a noctu. *Cic. de Sen.* An cenſes, me tantos labores diurnos, nocturnoſque ſuſcepturum fuiſſe?

Dius, o. i. 2. *divino*, divinus, a διὸς, *Jovis*, unde Δῖος, a quo Δῖος, Lat. *Dius*. Hinc diurnum fulgur, dium appellabant, quia illud putabant Jovis, ut nocturnum Summani, ſive Plutonis. *Virg. l.* 11. Quas ipſa decus ſibi dia Camilla delegit. *Varr. l.* 6. *L. L. pag.* 78. Dius adminiſter. ¶ Plerique putant, Latinos *Dius* pro *Deus* dixiſſe, ut conjicere eſt ex plur. *Dii*. Hinc Dius Fidius, ut nonnulli leg. in *Plaut. Aſin.* i. 18. Per Dium Fidium quæris. ¶ *Dius* adject. dicitur etiam de inanimis, ut dia otia, apud *Lucret. l.* 5. *v.* 1386. Dia ſententia, *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 32.

Diutĭne, idem, ac diu. *Plaut. Rud.* 4. 7. 15. Diutine uti bene licet partum bene.

Diutĭnus, a, um, o. i. 2. *continuo*, ארך, Ger. *langvvirig*, Gal. *de duree*, Hiſp. *de mucho tiempo*, πολυχρόνιος, longus, ſeu continuus. *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 8. Libertatis deſiderio, tædioque diutinæ ſervitutis.

Diutĭſus, & diutiſſime. V. diu.

Diutŭle, adv. *ἐπ' ὀλίγον*, aliquandiu, dim. a diu. *Apul. in princip. Flor.* Et diutule tacentem conſpicatus ſorct. *Gell. l.* 5. *c.* 10. Cum diutule auditor fuiſſet.

Diuturne, adv. *lungo tempo*, diu. *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. Quo diuturnius exſpectatione penderes. V. *Diuturnus*.

Diuturnĭtas, atis, f. 3. *lunghezza*, אורך ימים, Ger. *langvvirigkeit*, Gal. *longue duree*, Hiſp. *largo tiempo*, μακρότης, longitudo temporis, *Cic. de Sen.* Nec ſubito frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. *Id.* 2. *Offic. c.* 7. Malus cuſtos diuturnitatis metus. ¶ Diuturnitates in plur. habet *Arnob. l.* 6. *pag.* 202.

Diuturnus, idem ac diutinus. *Cic. de Sen.* Quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. *Id.* 6. *Fam. ep.* 13. Diuturniores moleſtiæ. *Id. Fam.* 6. *ep.* 10. Spondeo tibi, iſtam acerbitatem non diuturnam fore. *Al. leg.* diuturne. ¶ Superlat. legitur apud *Oroſ. in fin. l.* 5. Bellum diuturniſſimum. ¶ Sumitur etiam *diuturnus* pro eo, qui diu vixit. *Albinovan. eleg.* 1. *v.* 104. Accuſatque annos, ut diuturna, ſuos.

Divulgatus, a, um, adject. *divolgato*, *pubblico*. *Cic. poſt red. in Sen. c.* 5. Primum tempus ætatis palam ad omnium libidines divulgatum. *Id. l.* 10. *Fam. ep.* 26. Magiſtratus leviſſimi, & divulgatiſſimi præpropera feſtinatio, &c.

Divulgo, as, a. 1. *divolgare*, הוריץ, Ger. *gemein machen*, Gal. *divulguer*, Hiſp. *divulgar*, διαφημίζω, eſt vulgo notum facere, vel rem aliquam in vulgus ſpargere. *Cic. Balbo*, Viſum eſt occultius agendum, neque ullo modo divulgandum. *Id. pro Font. c.* 5. Sermonibus aliquid divulgare. Et *l.* 12. *Att. ep.* 40. Divulgare libruni.

Divulſus, a, um, adject. ex particip. a divello, avulſus, convulſus. *Plin. l.* 21. *c.* 11. Viola divulſa. *Hor. l.* 1. *od.* 13. *v.* 19. Divulſus querimoniis amor. h. e. ſolutus, ſublatus. Eodem ſenſu *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 28. Conſenſus ordinum eſt divulſus.

Divus, i, m. 2. & Diva, æ, f. 1. *Dio*, *e Dea*, ab Æolico, vel a Cretico Δῖος, pro Θεός, vel per epentheſin a Δῖος, quod cotractum eſt a Δίϝος. *Serv. ad* 5. *Aen.* Divos dici ait, quia diem ſuum obierint. ¶ Inter *Deos*, & *Divos* diſcrimen fuit, quia *Dii* æterni credebantur, *Divi*, qui ex hominibus in Deos relati fuiſſent, ut Heroes, Penates, Lares, Dii indigetes. *Serv. ad* 5. *Aen.* Sed *Varro*, & *Attius Philologus* Divos perpetuos faciunt, Deos, qui tales conſecratione facti ſunt. *Liv. l.* 7. *c.* 26. Si Divus, ſi Diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet, volens propitius adeſſet. ¶ Adjective Divus, a, um, *divino*, *ſanto*, θεῖος. *Alcim. l.* 5. *v.* 64. Divæ vocis Anubem. *Prudent. Pſychom. v.* 76. Diva caro. ¶ Cum dicimus, *Diva mater*, *Diva Juno*, *Divi Penates*, *Divus Auguſtus*, & ſimilia, quæ paſſim inveniuntur, putant nonnulli, eſſe duo ſubſtantiva apposita. Itaque hujuſmodi exempla apud veteres probatos Scriptores, quæ adjectivum probent, ſuſpecta, ac dubia ſunt.

Dixe, pro dixiſſe, habet *Arnob. l.* 5. *pag.* 155.

Dixti, pro dixiſti, per ſyncopen. *Cic. Attic. l.* 4. Sed quibus ſententiis dixti, quod & ipſi probarent. V. Dico.

D A N T E O.

Do, pro domus, per Apocopen, dixit *Ennius*, Græcos ſecutus, qui & ipſi δῶ pro δῶμα dicunt. *Diom. Gramm. l.* 1. *Auſon. in Monoſyl.*

Do, das, dedi, datum, a. 1. *dare*, נתן, Ger. *geben*, Gal. *donner*, Hiſp. *dar*, δίδωμι, tribuo, a δόω, δῶ. Eſt tertii ordinis activorum. *Plaut. Epid.* Dederim vobis conſilium cautum. ¶ Interdum præter caſus proprios admittit accuſ. cum *in*. *Ter. Phorm.* 4. 3. 28. Dic, quid velis dari tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus. ¶ Interdum accuſ. finis cum *ad*. *Cic.* 2. *Phil.* Ad ſepulturam corpus vitrici ſui negat a me datum. ¶ Interdum accuſ. motus ad locum. *Cic. Corn.* Literas ad te nunquam habui, cui darem, quin dederim. *Plaut. Capt.* Hoc ſi faxis, dabo in caveam. ¶ Quandoque eſt concedere, permittere. *Plin. ep.* 10. Quantum mihi tamen cernere datur. ¶ Quandoque eſt aſcribere, imputare, cum duobus dativis, quamvis alter eorum non ſemper ponatur, ſed nonnunquam ſubintelligatur. *Cic.* 2. *Off.* Nec Marco quidem Sejo vitio datum, &c. *Ter. And. prol. v.* 8. Nunc quam rem vitio dent, quæſo, animum advertite. Subintelligitur *Poeta*. ¶ Item offerre. *Ter. Hec.* Ut res dant ſe ſe, ita magni, atque humiles ſumus. ¶ Item dicere. *Ter. Heaut.* Quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item copiam ſui facere. *Mart. l.* 4. *epig.* 71. Caſta facit, non dat, non tamen illa negat. ¶ Dare ſe etiam dicitur, qui ſe alicui adjungit, *darſi*. *Nepos Att. c.* 9. Sed etiam amici adverſariis ejus ſe dabant. *Cic. l.* 2. *Fam.* Da te homini: complectitur, mihi crede. Sic dare ſe literis, militiæ, ſtudiis, *applicarſi*, paſſim apud Latinos Scriptores. ¶ Significat etiam obſequi, gratificari. *Sulpir. Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 5. Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis, da familiaribus, da patriæ, &c. Sic dare auribus. h. e. ſervire, adulari. *Trebon. Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 16. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 5. Aures ſuas alicui dare. h. e. obſequi. ¶ Item facere: ita enim exponit *Servius* illud *Virg.* 2. *Aen. v.* 482. Ingentem lato dedit ore teneſtram. ¶ Verbum etiam eſt diſputantium, & concedere ſignificat. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 32. Eo conceſſo quod volunt, conſequens id certe non dant. ¶ Item judicum, & ſumitur pro pronunciare, ſententiam ferre. *Suet. Claud. c.* 15. Abſentibus ſecundum præſentes facillime dabat. *Ulp. l.* 27. *ff. de liber. cauſ.* Contra libertatem dabit. ¶ Item ludentium pila, vel calculis. V. Dator, & Datum. ¶ Interdum conſtruitur hoc verbum cum ablat. cum præp. *a*, vel *ab*, & varia ſignificat. *Plaut. Capt.* Sequere me hac, viaticum ut dem a trapezita tibi. h. e. a trapezita acceptum. *Cic.* Puero hoc a me dabis. h. e. meo nomine. *Plaut. Men.* 3. 3. 21. Da ſodes abs te; poſt ego reddidero tibi, *dagli del tuo*. ¶ Item cum accuſ. & præp. *in*, vel *ad*, ut Dare in terram, dare in lectum. *Lucret. l.* 6. *v.* 1247. h. e. conjicere. *Suet. Aug. c.* 96. Aquila duos corvos aſſixit, & ad terram dedit. Sic apud *Tacitum*, Dare legiones in diſcrimen. ¶ Dare in fugam. *C. in Ver.* 6. *c.* 43. Dant ſe ſe in fugam iſtius præclari Imperatoris nocturni milites. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 49. Cæſar celeriter hoſtes dat in fugam. ¶ Sic dicimus, Dare in manus, *Ter. Phor.* 4. 3. 28. Dare ad carnificem, dare ad beſtias. h. e. damnare, tradere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 72. *Liv.* & alii. Dare ad mortem, *far morire*. *Plaut.* Dare in cuſtodiam, *metter' in prigione*. *Liv.* ¶ *Terent. Heaut.* 4. 5. 3. Hæc me deambulatio ad languorem dedit. h. e. defatigavit. Dare ſe in ſermonem, *metterſi in converſazione*, *ovvero dar da dire di ſe*. *Cic.* Dare ſervos in quæſtionem. h. e. ad quæſtionem pertrahere. *Liv.* Dare pecuniam in ſumptus, *dar danari da ſpendere*. *Terent.* ¶ Dare pœnas, ſignificat pœnas luere, *pagar il fio*. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 10. Dare pœnas temeritatis. ¶ Dare pignus cum aliquo. h. e. ſponſionem facere. *Plaut.* ¶ Dare ſe viæ, vel in viam, *metterſi in cammino*. *Cic. Fam.* 14. ¶ Dare dono, *donare*. *Virg. ecl.* 2. *v.* 37. ¶ *Dare*, *donare*, *dicare rem aliquam diis*, apud *Cic. Verr.* 6. *c.* 29. formula eſt, qua utebantur cum Diis aliquid ſacrabant, aut ſacratum eſſe ſignificabant. Hinc fæpiſſime in votivis lapidibus notæ illæ D. D. D. quas ex hoc loco apparet, quomodo legendæ ſint. ¶ *Do*, *dico*, *addico*, tria erant ſolemnia Prætoris verba, cum alicui aliquid adjudicabat. ¶ *Dare* enim dicebatur, cum dabat Judices, qui aliquam cauſam cognoſcerent: *dicere*, cum ipſe jus dicebat: *addicere*, cum cauſam obtinenti quidpiam adjudicabat. ¶ Plurimi alii ſunt dicendi modi, qui ad hoc verbum ſpectant, ut dare manus, operam, verba, de quibus V. *manus*, *opera*, *verbum*. ¶ Significat interdum eligere. *Plaut. Moſtel.* 5. 2. 5. Nunc ego de ſodalitate ſolus ſum orator datus. ¶ Interdum jungitur cum infinito. *Ter. And.* 3. 2. 4. Quod juſſi ei dare bibere, & quantum imperavi, date. Alii leg. *biber*. ¶ Datum eſt, pro conceſſum eſt. *Ter. Eun.* 3. 5. 5. Eſt iſtuc datum profecto mihi, ut grata ſint quæ facio omnia. ¶ *Duas*, & *duis*, pro *des* ſæpe uſurpat *Plaut.* ut *Aulul.* 2. 2. 61. & alibi. Sic *duit*, *duint*, &c. V. ſuo loco.

Docĕo, es, cui, ctum, a. 2. *inſegnare*, לבר, Ger. *lehren*, Gal. *enſeigner*, Hiſp. *enſenar*, παιδεύω, eſt alicujus rei cognitionem alteri tradere. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 3. *de Or.* Et habeas, qui docere fideliter poſſit. ¶ Vel cum uno accuſ. *Cic.* 1. *Off.* Studioſos dicendi eruduunt, atque docent. ¶ Vel cum duobus accuſ. *Cic.* 2. *de Or.* Eam nos tu potiſſimum docebis. ¶ Vel cum accuſ. & ablat. cum *de*. *Cic.* 3. *de Or.* Quis enim de iſto genere non docuit? ¶ Vel cum caſibus pretii. *Cic.* 2. *Phil.* Qui te tanta mercede nihil ſapere docuit. ¶ Eſt etiam probare, oſtendere. *Cic.* 5. *Ver.* Hæc omnia doceo civitatum, & privatis primariorum virorum teſtimoniis. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Illud eſt docendum. ¶ Item admonere, vel certiorem facere. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 6. Interea ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 3. Qui de his rebus cum doceant. ¶ Docere etiam dicuntur Fabularum auctores, ut *diſcere* actores earum. *Suet. Claud. c.* 6. Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit. Adde *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 29. & *Gel. l.* 17. *c. ult.* ¶ Docere aliquem fidibus, apud *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 22. Docere equo, armis, apud *Liv. l.* 29. *c.* 1. elliptica ſunt, & ſubintelligitur *canere*, *uti*, aut præpoſ. *in*, quemadmodum, erudire aliquem in jure civili, dixit *Cic. l.* 1. *de Or. c.* 59.

Dochĭmus, m. 2. pedis genus in numeris oratoriis, qui conſtat ex jambo, & cretico, ut *Reipublicæ*, *perhorreſcerent*. *Cic. in Orat. c.* 64. Dochimus autem e quinque ſyllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut eſt hoc, *Amicos tenes*, quovis loco aptus eſt, dum ſemel ponatur; iteratus, aut continuatus numerum apertum, & nimis inſignem facit.

Docibĭlis, & le, o. *Priſciano l.* 4. docibile eſt id, quod facile diſcitur, pro quo potius dicimus *perceptibile*. ¶ Utitur hac voce & *Tertul. c.* 12.

Doctĭlis, o. 3. *chi facilmente impara*, למיר, Ger. *gelehrnig*, Gall. *docile*, Hiſp. *docil*, εὐμαθής, qui facile docetur, vel diſcit. *Cic. Treb. l.* 7. *ep.* 20. O medicum ſuavem, neque docilem ad hanc diſciplinam. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. Judex docilior, & intentior. *Plin. l.* 10. *c.* 42. Habebant luſcinias Græco, atque Latino ſermone dociles. ¶ Genitivo interdum jungitur, more Græco. *Horat. l.* 4. *od.* 6. Docilis modorum. *Sil. l.* 3. Fallendi docilis.

Docilĭtas, f. 3. εὐμάθεια, apprehendendæ doctrinæ facilitas. *Cic. pro Sext* Ii perſpecto genere humanæ docilitatis, atque ingenii. *Sueton. Tit. c.* 3. Docilitas ad omnes fere tum pacis, tum belli artes.

Docilĭter, adv. apud *Diomed. Grammat. l.* 1.

Docĭſmus, i, m. *δοκιμασία*, demonſtratio, probatio, res vel argumentum, quo aliquid evidenter oſtenditur, & veluti ob oculos ponitur. *Senec. l.* 2. *controv.* 11. Hiſpo Romanus bello docĭſmo uſus eſt: Vultis, inquit, amici, &c.

Docte, adv. *dottamente*, Ger. *kinſtlich*, Gal. *doctement*, Hiſp. *doctamente*, ἐπιστημόνως, erudite, ſcite. *Plaut. Mil.* 4. 2. 96. Dicito docte, & cordate. *Martial. l.* 7. *epig.* 45. Mœnioque cupis doctius ore loqui. *Salluſt. Jug. c.* 95. Doctiſſime eruditus.

Docticănus, a, um, adject. qui docte canit. *Martian. Capel. l.* 2. *in Clio*: Docticanis ſolers ludere ſenibus.

Doctĭfĭcus, a, um, doctos faciens. *Martian. Capell. initio l.* 6. Virgo armata, decens rerum ſapientia, Pallas, Ingenium mundi, prudentia ſacra Tonantis, Ardor doctificus, &c.

Doctilŏquus, a, um, adject. qui docte loquitur, *chi parla bene*. *Enn.* apud *Var. l.* 6. *L. L.* Oratores doctiloqui. *Martian. Cap. l.* 9. Doctiloquum caris juvenem complexa lacertis.

Doctisŏnus, a, um, adject. qui docte ſonat. *Sidon. carm.* 15. *v.* 18. Doctiſonæ artes.

Doctiuſcŭle, adverb. *alquanto dottamente*. *Gell. l.* 6. *c.* 16. Verbum deprecor doctiuſcule poſitum in Catulli carmine.

Doctor, m. 3. *maeſtro*, *chi inſegna*, *dottore*, מלמד, Germ. *lehrer*, Gal. *docteur*, Hiſp. *doctor*, διδάσκαλος, qui docet. *Cic.* 1. *Off.* Propter ſummam & doctoris auctoritatem, & urbis. ¶ Doctores fabularum dicuntur, qui eas ſcribunt, & actoribus ad diſcendum dant. *Donat. in prolegom. ad Terent.* ¶ Laniſtas etiam doctores appellari a *Valer.* & *Quintil.* qui ſcilicet gladiatores ad ludos inſtituebant, obſervat *Lipſ. Saturn. l.* 1. *c.* 15. Adde *Inſcrip.* apud *Fabret. p.* 109.

Doctrīna, f. 1. *dottrina*, לקח, Ger. *lehr*, Gal. *doctrine*, Hiſp. *doctrina*, διδασκαλία, eruditio, actus docendi. *Cic. pro Mur.* Diffiſus ingenio meo quæſivi adjumenta doctrinæ. ¶ Sumitur etiam pro ipſa arte. *Cic.* 4. *Fin.* Te autem ab initio ætatis memoria teneo ſumme omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe.

Doctrix, icis, f. quæ docet, *maeſtra*. *Serv. in Virg. Aen.* 12. *v.* 159. Quidam etiam afferunt exemplum ex *Apul. de Philoſ. Mor.* Sed alia optima exemplaria habent, *ducatrix*.

Doctus, a, um, o. i. 2. *dotto*, כלמד, Ger. *gelehrt*, Gal. *docte*, Hiſp. *docto*, πεπαιδευμένος, eruditus, partic. a doceor, fere cum ablat. *Cic. in Brut.* Græcis literis ſatis doctus, quod propoſuerat, explicans expedite. ¶ Interdum cum adverb. *Suet. de clar. Gramm.* Nec minus Græce, quam Latine doctus. ¶ Interdum cum accuſ. & præp. *ad*. *Cic. pro Mil.* Ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus. ¶ Sæpe nomen eſt, pro ſapiente. *Cic. in Orat.* Itaque & doctis eloquentia popularis, & diſertis elegans doctrina defuit. ¶ Et tunc etiam cum genit.

nit. invenitur. *Plin. l.* 25. *c.* 2. Lenæum Grammaticæ artis doctiſſimum. *Gel. l.* 13. *c.* 12. Legum Populi Rom. doctus apprime. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis. *Lucr. l.* 2. Et doctis rationem reddere dictis. Sic doctæ aures, docta manus. Docti doli, apud *Plaut. Mil.* 2. 2. 93. ¶ *Cic. l.* 1. *de Orat.* Et fortaſſe docto, atque erudito. Si nominis vim ſpecies, plus eſt *doctus*, quam *eruditus*: nam eruditus eſt, qui ſimpliciter ruditatem exuit. Minus vero eſt *doctus*, quam *peritus*: peritus enim eſt, qui cum doctrina experientiam rei habet.

Documen, inis, n. idem quod documentum. *Lucret. l.* 6. *v.* 391. Documen mortalibus acre.

Documentum, n. 2. *ammæſtramento*, אות, Germ. *lehr*, Gal. *enſeignement*, Hiſ. *enſenança*, δείγμα, admonitio, id, quod nos docet, ſive ex quo quid docemur. *Cic.* 6. *Phil.* Ex quo nos documentum capere fortuna voluit, quid eſſet victis extimeſcendum. ¶ Apud Gromaticos documenta ſunt ſigna terminorum, ſeu limitum. V. *Aggen.* & *lib.* 3. *Cod. Theodoſ. de Abolit.*

Docus, f. 2. δοκὸς, trabs, tignum. Dicitur de aeris impreſſione, ob trabis ſimilitudinem. *Plin. l.* 2. *c.* 26. Emicant & trabes ſimili modo, quas docos vocant.

Dodecathĕon, n. 2. δωδεκάθεον, genus herbæ. *Plin. l.* 25. *c.* 4.

Dodōna, vel Dodone, f. 1. urbs exc. Epiri, in Moloſſia, ſeu in Theſprotia, in Theſſaliæ confinio, ex quo Theſſalica dicebatur, juxta fl. Dodonem, qui poſtea cadit in Acheloum. Dicta eſt a fl. Dodone, vel a Nympha marina hujus nominis, vel a Dodone Jovis, & Europæ filia. Ibi ingens ſylva fuit, tota querna, & templum Jovis, & fons, qui faces extinctas accendebat, & accenſas extinguebat. Hinc Juppiter Dodonæus cognominatus eſt.

Dodonæus, a, um, adject. ad Dodonam pertinens, ut Dodonæos lebetes apud *Virg. Aen.* 3. *v.* 466. ¶ Dodonæum æs, δωδωναῖον χαλκεῖον, proverbium Græcum eſt de homine importunæ loquacitatis, inde ortum, ut *Suidas* narrat, quod templum Jovis Dodonæi lebetibus æreis undique cinctum eſſet, ac proinde uno quopiam pulſato, omnes ſimul reſonarent, ſonitu per contactum ab uno ad alium ſuccedente. Quo referendus videtur *Juven. ſat.* 6. *v.* 440. Alii alias hujus proverbii rationes afferunt, quas vide apud *Erasm. in Chil.*

Dodōne, f. 1. filia Jovis, & Europæ.

Dodonĭdes Nymphæ, quæ & Atlantides, Liberi Patris nutrices, a Dodona urbe Epiri. Harum nomina ſunt Ambrolia, Coronis, Eudora, Paſithoe, Plexauris, Pytho, Tyche. *Hygin. fab.* 182.

Dodōnis, idis, adject. fem. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 302. Dodonida quercum ingredior.

Dodonīus, a, um, adject. Dodonæus. *Claud. l.* 1. *de Rapt. Proſer. v.* 31. Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.

Dodra, f. 1. potionis genus, quæ ex novem rebus fiebat, aqua, vino, jure, oleo, ſale, pane, herba, melle, pipere, a dodrans, menſura novem unciarum. *Auſon. ep.* 85.

Dodrans, m. 3. σπιθαμὴ, pondus, vel menſura conſtans ex novem unciis, a *de*, & *quadrans*, quod ad conficiendum aſſem deſit quadrans. *Mart. l.* 8. Solvere dodrantem nuper tibi Quinctæ volebat. *Nepos Att. c.* 5. Ex dodrante heres. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Dodrans operæ. *Plin. l.* 2. *c.* 14. Dodrans horæ. h. e. tres partes unius operæ, aut horæ. ¶ Dodrans etiam dicitur σπιθαμὴ, palmus major. h. e. intervallum illud, quod eſt inter pollicem, & minimum digitum diductos, *Bud. l.* 1. *de Aſſe. Suet. Aug. c.* 79. Statura ejus fuit quinque pedum, & dodrantis. ¶ Eſt etiam menſura agrorum. *Col. l.* 5. *c.* 1. Partes tres quartæ, pedes unum, & vigintimillia, & ſexcentos, hoc eſt dodrans.

Dodrantālis, le, adject. ad dodrantem pertinens, ut dodrantalis craſſitudo. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Ramos ſpargir a radice dodrantales. *Colum. l.* 5. *c.* 6. Stirpem dodrantalem relinquas.

Doga, æ, f. vaſis vinarii genus. *Vopiſc. in Aurel. ad fin.* Facta erat ratio dogæ cuparum, navium, & operum. Vide ibi *Salmaſ.* & *Caſaub.*

Dogma, atis, n. 3. δόγμα, ſcitum, placitum, decretum. *Cic.* 4. *Acad. c.* 9. Sapientiæ quid futurum eſt; quæ neque dubitare debet de ſuis decretis, quæ Philoſophi δόγματα vocant. ¶ Speciatim dogmata ſunt unuſcujuſque ſectæ decreta, quæ, ut inquit *Cic.* prodere ſcelus eſt, non minus, quam patriam, ſine quibus nec ſectæ Philoſophorum, nec Religionum vires conſtare poſſunt. Unde *Laert.* ait, ſectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. *Cic.* 4. *Tuſcul.* Quoniam id haberent Academici decretum (ſentitis enim jam hoc me dogma dicere) nihil poſſe percipi.

Dogmatĭcus, a, um, adject. ad dogma pertinens. *Auſon. Idyl.* 17. *v.* 16. Dogmaticas agitat placido certamine lites.

Dolabella, f. 1. dimin. a dolabra. *Col. l.* 4. *c.* 24. Semper circa crus dolabella dimovenda eſt terra. ¶ Hoc etiam cognomine uſa eſt Cornelia gens Romanorum.

Dolabellĭana pyra, n. 2. pyra longiſſimi pediculi, ſic dicta ab inſitore Dolabella. *Plin. l.* 2. *c.* 15. *Colum. l.* 5. *c.* 10.

Dolābra, æ, f. 1. *aſcia*, מגיר, Germ. *hobel*, Gal. *doloire*, Hiſp. *acha para dolar*, ἀξίνη, inſtrumentum tabrorum, quo ligna dolant, a dolando, ut terebra a terendo. *Col. l.* 3. Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. *Curt. l.* 9. *c.* 5. Dolabris perrregere murum. ¶ Dicitur etiam de inſtrumento lanionum, quo carnes diſſecant. *Paul. in l. cum de lanionis, ff. de fund. inſtr. leg.*

Dolabrātus, a, um, adject. dolabra politus, lævigatus, dolatus. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 73. Dolabratis, atque præacutis cacuminibus perpetuæ foſſæ ducebantur. ¶ *Secures dolabratas* ſimplicibus oppoſuit *Pallad. l.* 1. *cap. ult.*

Dolāmen, inis, lævigatio dolando facta. *Apul. in princ. Florid.* Truncus dolamine effigiatus.

Dolatĭlis, le, adject. qui facile dolari poteſt, ut dolatiles lapides, *Auctor de Limitib. apud Goeſ. p.* 270. Charta dolatilis, apud *Venant. Fortunat.*

Dolātus, us, ui, m. idem quod dolamen. *Prudent. Pſychom. v.* 837. Multoque forata dolatu Gemma relucenti limen complectitur arcu.

Dolātus, a, um, adject. lævigatus, politus, dolabratus, *aſciato*. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 31. Non e ſaxo ſculptus, aut e robore dolatus. *Juven. ſat.* 12. *v.* 57. Dolato confiſus ligno. ¶ Dolitus, pro dolatus, dixit *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 235. Scyphus cælo dolitus artem oſtentat Mentoris.

Dolendus, a, um, partic. paſſiv. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 23. A te non uſcifcenda ſunt, etiam ſi non ſunt dolenda. *Ovid. Heroid. ep.* 5. *v.* 8. Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

Dolenter, adverb. *cum dolore. Cic. Philip.* 8. *c.* 7. Dolenter hoc dicam potius, quam contumelioſe. *Id. pro Sex. c.* 6. Dolentius deplorare.

Dolentĭa, f. 1. dolor. Semel & iterum habet *Arnobius*. *Nævium* etiam Poetam antiquiſſimum uſurpaſſe, teſtatur *Gel. l.* 19. *c.* 7.

Dolĕo, es, dolui, dolitum, n. 2. dolorem capio, mœreo, angor, *doleſco*, כאב, Ger. *ſchmertzen*, Gal. *ſe douloir*, Hiſp. *doleſe*, ἀλγέω, eſt dolore affici, cruciari. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. pro Marc. in princ.* Dolebam enim, ac vehementer angebar, cum videram. ¶ Vel cum ablat. *Cic. pro Planc.* Nemo mea injuria doluit. • Vel cum ablat. & præpoſit. *de*. *Cic. l.* 12. *Att. ep.* 1. De Atticæ febricula ſcilicet valde dolui. *Liv. l.* 39. ignominia ne ſua quemquam doliturum cenſeret. Vel cum ablat. & præpoſ. *ab*. *Plaut. Caſi. l.* 1. 62. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. in Vat.* Quis non doluit Reip. caſum? ¶ Sæpe pars illa, in qua dolor eſt, vel res, de qua dolemus, in nominativo ponitur, perſona vero vel nulla eſt, vel in dativum migrat. *Cic.* 2. *Tuſc.* Fac totum dolere corpus. *Id.* 8. *Fam.* Nunquam tibi oculi doluiſſent. *Brut. Attico*. Dolet mihi, quod tu non ſtomacharis. *Ter. Eun.* Dolet dictum imprudenti adoleſcenti. ¶ Dolere alicujus vicem, eſt ejus caſum, incommodumque dolere. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 3. Sed mehercule Curionis, & Pauli meorum familiarium vicem doleo.

Doliāris, & re, o. 3. quod ad dolia pertinet, vel dolii formam, ſeu magnitudinem habet. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 64. Apud anum illam doliarem. ideſt, ventricoſam.

Doliārius, rii, n. 2. apud JCtos poni videtur pro ipſis doliis, vel cella, in qua dolia vinaria ſunt. Sic enim ſcriptum eſt *leg.* 37. §. 7. *ff. de contrab. empt.* &c. Si ex doliario pars vini venierit.

Doliārius, m. 2. qui dolia facit, & componit. *Plin. l.* 3. *c.* 6. Sed a figlinis doliariorum.

Dolichēnus, epitheton eſt Jovis in *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 20. *n.* 4. 5. 6. &c. ab urbe Dolichene in Commagene provincia, ubi cultus fuit.

Doliŏla, n. 2. num. plur. locus Romæ, ſic dictus, quod poſt Allienſem cladem Gallis urbem invadentibus doliola, in quibus ſacra Pontifices condiderant, eo in loco fuerint ſepulta a Flamine Quirinali. Qua de cauſa in eodem loco ne deſpuere quidem alicui licebat. *Feſtus*.

Doliŏlum, n. 2. *botticino*, κεράμιον, dim. a dolium. *Colum. l.* 12. *c.* 43. Doliola nova fine pice in ſole ſiccant. *Liv. l.* 5. *c.* 40. Condita in doliolis ſacra.

Dolīto, as, avi, atum, n. 1. frequent. a doleo, *dolerſi ſpeſſo*. *Cato R. R. c.* 156. Omnia ſana faciet, intro quæ dolitabant.

Dolītus, V. Dolatus.

Dolĭum, n. 2. *botte*, אשיש, Ger. *feſſer*, Gal. *tonneau*, Hiſp. *cuba*, κέραμος, vas ingens, in quo vinum reconditur, quia dolando fabricatur. *Cic. in Brut.* Num igitur, qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet? ¶ Veteres dolia fictilia in cellis vinariis ſervabant, quæ ſi duas aures habuiſſent, diotæ dicebantur. ¶ Dolia curta quid ſint, V. Curtus.

Dolo, as, avi, atum, a. 1. *polire*, פסל, Ger. *hoblen*, Gal. *doler*, Hiſp. *dolar*, πελεκίζω, dolabra, ſive aſcia lævigo. Nam quæ dolantur, attenuantur. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 41. Quis robur illud cecidit, dolavit, inſcripſit? ¶ Translate, fuſte dolare aliquem, apud *Horat. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 22. *baſtonare*. ¶ Dolare dolum, *condurr'a fine una frode*. *Plaut. Mil.* 3. 3. 63. ¶ Dolare uxorem, *Pompon.* apud *Non.* Sic *Mart. l.* 7. *epigr.* 66. Undenas dolat in die puellas.

Dolo, ſeu Dolon, onis, m. 3. δόλων, telum bellicum, ideſt ingens contus cum ferro breviſſimo, vel flagellum, intra cujus virgam latet pugio. *Virg.* 7. *Æn. v.* 664. Sævoſque gerunt in bella dolones. ¶ Item velum minus in navi, quod celeritatis cauſa ſolet erigi, *trinchetto*. *Liv. l.* 36. *c.* 44. Dolonibus erectis altum petere contendit. ¶ *Phædrus* pro inuſcæ aculeo poſuit. Ita enim muſcam loquentem inducit *l.* 3. *Fab.* 7. *v.* 3. Vide, ne dolone collum compungam tibi.

Dolopēius, a, um, adject. ad Dolopes pertinens. *Val. Flac. l.* 2. *Argon.* Vidiſſe putant Dolopeia buſta.

Dolōpes, um, m. 3. pop. Theſſaliæ, in Epiri conf. ſeu in Epiro, quorum regio Dolopia, *Onoblacha*, inter Peneum ad Or. & Acheloum ad Mer. *Virg.* 2. *Æn.*

Dolor, m. 3. *dolore*, *aſſanno*, מכאוב, Ger. *ſchmertz*, Gal. *douleur*, Hiſp. *dolor*, ἄλγος, animi, vel corporis cruciatus. *Cic.* 2. *Tuſ. c.* 15. Dolor eſt motus aſper in corpore, a ſenſibus alienus. *Id. Sulpic. l.* 4. Eſt omnino vix conſolabilis dolor. ¶ Hinc Dolorem capere ex aliqua re, Dolorem alicui afferre, *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 22. *Cælſ. l.* 5. *c.* 28. Dolore affici, *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 19. Dolore tabeſcere, *Terent. Adelph.* 4. 3. 11. ¶ Interdum pro ira ponitur. Ita enim, ut *Ariſtot.* deſcribit, eſt ὄρεξις μετὰ λύπης. *Corn. Nep. in Lyſand. c.* 3. Quo dolore incenſus iniit conſilia, reges Lacedæmoniorum tollere. *Sen. Med. v.* 13. Ah melius dolor furioſe loquere. ¶ Dolores abſolute, ſæpe uſurpat *Plaut.* pro doloribus partus.

Dolorōſus, a, um, adject. dolorem afferens. *Veget. l.* 4. *c.* 22. Doloroſi loci. *Cæl. Aurel. Tard.* 4. *c.* 5. Extantia reſiſtens, & doloroſa.

Doloſe, adverb. *aſſutamente*, *malignamente*, בכרמיה, Ger. *betriglich*, Gal. *par tromperie*, Hiſp. *enganno ſamente*, δολερῶς. *Cic.* 3. *Off. c.* 15. Quicquam agi doloſe, aut malitioſe poteſt. *Aſcon. in Verrin. de Præt. Urb.* Cupidius accuſavit, & doloſius. *più appaſſionatamente*.

Dolōſus, a, um, o. 1. 2. *fraudolento*, *malvagio*, איש מרמה, Ger. *betriglich*, Gal. *tropeur*, Hiſp. *enganoſo*, δολερὸς, fraudulentus. *Cic. pro Rab.* Doloſis conſiliis Romam venit. *Perſ. in Prolog.* Quod ſi doloſi ſpes reſulſerit nummi. h. e. qui per dolos, & fraudes parari ſolet. *Horat. l.* 1. *od.* 35. Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici, Ferre jugum pariter doloſi.

Dolus, m. 2. *inganno*, *fraude*, מרמה, Germ. *betrig*, Gal. *tromperie*, Hiſp. *engano*, δόλος, fraus, a Græca voce, quæ allata eſt. *Cic. pro Domo*. Ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. ¶ Veteres etiam in bonam partem accipiebant, pro ſolertia, & callidităte, *ſtratagemma*, quæ adverſus hoſtes adhibebatur. Unde fraudem dolum malum dixerunt diſcriminis cauſa, quod & bonus quidam dolus diceretur. *Feſtus*. *Ulp. de dolo malo*, *l.* 1. Dolum malum *Servius* quidem ita definit, Machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud ſimulatur, & aliud agitur. *Cic.* 3. *Offic.* Cum ex Aquilio quæreretur, quid eſſet dolus malus, reſpondebat, cum eſſet aliud ſimulatum, aliud actum. *Ter. Eun.* 3. 3. Erat ſuſpicio, dolo malo hæc fieri omnia. ¶ Inter dolum, & fraudem hoc intereſt, quod dolus eſt omnis callida machinatio ſive in verbis, ſive in factis, ad circumveniendum, & lædendum alterum: Fraus vero detrimentum aliquod importat, unde & pro damno accipitur, & minus late patet, quam dolus; in eo enim ſemper continetur fraus, non contra. *Cic. pro Domo*, Ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur.

Doma, atis, n. 3. δῶμα, tectum planum, quod tranſverſis trabibus ſuſtentatur, ut in Ægypto, & in Palæſtina. V. Do.

Domabĭlis, le, o. 3. *domabile*, Ger. *zemig*, Gal. *dontable*, Hiſp. *domable*, quod domari poteſt. *Hor.* 4. *Carm. od.* 14. Te Cantaber non ante domabilis miratur.

Domātor, m. 3. idem ac domitor. *Tibul. l.* 4. *ad Meſſal. v.* 116. Converſus terga domator.

Domātus, a, um, *domato*, domitus. *Fetron. in Satyr. c.* 74. Curabo, domata ut ſit Caſſandra. ¶ Sed *domitus* uſitatius eſt.

Domefactus, a, um, adject. domitus, ut, Terra aratro domefacta nitet, *Perſon. Satyr.*

Domeſticātim, adverb. per varias domos, item per domeſticos. *Suet. in Cæſ. c.* 26. Ea quæ ad epulum pertinerent, etiam domeſticatim apparabat.

Domeſtĭce, adverb. *domeſticamente*. *Symmach. l.* 10. *ep.* 36. Libellus domeſtice confectus.

Domeſtĭcus, a, um, o. 1. 2. *di caſa*, איש בית, Ger. *hauſſgenes*, Gall. *do-*

meſtique, Hiſ. *domeſtico*, οἰκιακὸς, quod ad domum pertinet. *Cic. in Vatin.* Quis unquam in luctu domeſtico, in funere familiari cœnavit cum toga pulla? ¶ Ponitur etiam pro familiari, intimo, privato. *Cic. in Offic.* Externa libentius in tali re, quam domeſtica recordor. *Id. pro Sext. c.* 45. Malis domeſticis impediti. ¶ In *Cod. Theodoſ. l. 1. tit.* 13. & paſſim in hiſtoria Auguſta, domeſtici dicuntur milites, qui circa Principem ſunt, corpuſque ejus cuſtodiunt.

Domicilĭum, n. 2. *abitazione di lungo tempo*, מעון, Ger. *behauſung*, Gal. *domicile*, Hiſp. *domicilio*, οἰκητήριον, habitatio longi temporis, quaſi domicilium, ab incolenda domo. *Cic. 7. Verr.* Sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio, atque impetu compilavit. ¶ Mutare domicilium dicuntur, qui migrant, ut aliam urbem habitent, tanquam illius cives futuri. Nam qui ad tempus habitat, mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere, quam conduxit, domicilium autem non habet. ¶ Sumitur etiam pro ipſo loco, ubi habitatur. *Cic. de Sen.* Ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram. ¶ Translate *Id. in Piſon. l.* 31. Suorum improbiſſimorum ſermonum domicilium in auribus ejus collocaverunt.

Domicœnĭum, n. 2. οἰκοσσία, cœna, quæ fit domi. *Mart. l.* 5. *epigr.* 78. Si triſti domicœnio laboras.

Domidūca, æ, ſic dicebatur Juno, quod novas nuptas in domum mariti deducendas curaret. *Auguſt. l.* 12. *de C. D. c.* 3. Erat etiam deus Domiducus, ejuſdem rei præſes. *Id. ibid. l.* 6. *c.* 9.

Domĭna, æ, f. 1. *padrona*, *madonas*, בעלה, Ger. *herrin*, Gal. *maitreſſe*, Hiſp. *ſenora*, δέσποινα, hera, quæ in familiam, aliamve rem imperium habet. *Cic. in Parad.* Cupiditas honoris, dura domina. *Id. pro Marcel. c.* 2. Fortuna domina eſt rerum humanarum. ¶ Poſt annum decimum quartum puellis Romanis Dominarum nomen datum. notat *Tiraquell. ad l.* 4. *Cornub. c.* 11. ¶ Amicam, dominam ſæpe appellat *Ovid. de Ar. Petron.* &c. V. Dominus. ¶ In dat. plur. facit *Dominis*, non *dominabus*. *Curt. l.* 3. *c.* 12. de feminis Darii captivis loquens: At ii, ut armatos conſpexere, rati actum eſſe de dominis, &c.

Dominans, antis, adjectiv. o. dominus, *dominante*, *padrone*. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 30. Vetat dominans ille in nobis Deus. *Lucret. l.* 3. *v.* 397. Et magis eſt animus animæ clauſtra coercens, & dominantior ad vitam.

Dominatĭo, f. 3. *ſignoria*, δεσποτεία, imperium. *Cic.* 5. *Ver.* Qua impudentia putatis eum in dominatione tuiſſe? ¶ Accipitur quandoque in malam partem pro illegitimo imperio, ſeu tyrannide. *Tac. Ann.* 3. *c.* 26. Poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia, ac pudore ambitio, & vis incedebat, provenere dominationes. *Vellej. l.* 2. *c.* 60. Aperte deinde Antonii, ac Dolabellæ Coſſ. ad nerandam dominationem erupit furor.

Dominātor, m. 3. *ſignore*, ישר, Ger. *herſcheder*, Gal. *dominateur*, Hiſp. *dominador*, αὐτοκράτωρ. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 2. Dominator rerum Deus hæc eo ordine diſtinxit.

Dominatrix, f. 3. *ſignora*, שרה, Germ. *herſchenderin*, Gall. *dominatrice*. Hiſp. *dominadora*, κυρία. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 2. Cæca, ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dominātus, maſc. 4. *principato*, κράτος, principatus. *Cic.* 4. *Fin.* Tanto in dominatu locatur. ¶ Fere in malam partem accipitur pro tyrannide. *Id.* 1. *Div. c.* 25. Urbs a tyranno crudeli dominatu premebatur. ¶ Differunt Principatus, & Dominatus, quod hic deſpoticus eſt, atque tyrannicus, ille regius, & cum aliqua libertate conjunctus.

Dominĭcus, a, um, adject. κυριακὸς, ad dominum pertinens, ſeu qui domini eſt. *Sen. ep.* 47. Adhuc obſonatores, quibus dominici palati ſubtilior notitia eſt. *Petron. Sat.* Vinum dominicum. *Colum. l.* 9. *c.* 1. Dominicæ habitationes. ¶ Apud Eccleſiæ Scriptores Dominica appellabantur templa Chriſtianorum, ut *Euſebius*, & *D. Hilar.* tradunt.

Dominium, nii, n. 2. *dominio*, משרה, Germ. *herſchaffe*, Gal. *ſeugneurie*, Hiſp. *ſenorio*, δεσποτεία, imperium, principatus. *Var.* 2. *de R. R. c.* 6. In mercando emptionibus, traditionibus dominium mutant. Al. leg. *dominum*. *Suet Tib. c.* 59. Impatientes dominii. Adde *Valer. Max. l.* 4. *c.* 4.

Domĭnor, aris, atus ſum, d. 1. *ſignoreggiare*, שר, Ger. *herſchen*, Gal. *dominer*, *maitriſer*, Hiſp. *dominar*, *o ſenorear*, δυναστεύω, imperium gero, jus, & imperium in rem aliquam exerceo, *a dominus*. Cum ad loca refertur, ablativum exigit cum præp. *in*, ſed in nominibus propriis urbium, &c. vel genitivum, ſi num. ſing. & 1. vel 2. declin. ſunt, vel abl. ſi num. plur. vel 3. declin. *Cic. de Orat.* Uſus dicendi in omni pacata, & libera civitate dominatur. *Id. pro Rab. Poſth.* Dominatus eſt Alexandriæ. ¶ Cum ad perſonas refertur, conſtruitur cum ablat. & præpoſ. *in*, vel cum accuſ. & præpoſ. *in*, vel *inter*. *Sulpic. Cic.* 4. *Fam. ep.* 12. Caſus, & natura in bonis dominatur. *Cic. de Sen. c.* 11. Felix ſenectus, ſi uſque ad ultimum ſpiritum dominabitur in ſuos. *Cæſ.* 2. *B. G. c.* 31. Inter quos dominari conſueſſent. ¶ A Poetis uſurpatur etiam cum dat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 285. Victis dominabitur Argis. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Cic.* 1. *Off. c.* 39. ex veteri Poeta: O domus antiqua quam diſpari domino dominaris!

Dominŭlus, i, m. diminut. a dominus, *Leg.* 41. §. 4. *ff. de Legat.* 3.

Dominus, m. 2. *padrone*, *ſignore*, אדון, Ger. *herr*, Gal. *ſeigneur*, *maitre*, Hiſp. *ſenor*, δεσπότης, proprie eſt, qui domui præeſt, & in familiam imperium habet, a *domus*. Sed tamen abuſive & filii familias, & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, domini vocantur. *Cic. Off.* 1. *c.* 39. Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. ¶ Item qui rei alicujus proprietatem habet, etſi uſusfructus alienus eſt. Sed abuſive etiam de uſufructuario dicitur. *Ulp.* ¶ Item is, qui in Regnum, vel Civitatem imperium habet, & cui populi ſubſunt. *Cic. pro Domo.* Ille, ille populus eſt dominus Regum, victor, atque imperator omnium gentium. ¶ Item maritus. *Virg.* 4. *Æn.* Dominum Æneam, in Regna recepit. Sunt & amantium verba *dominus*, & *domina*, blanditii apta. *Ovid.* Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo. Et iterum. Nam furor in dominam temeraria brachia movit. ¶ Dominus item ponitur pro convivii exhibitore. *Cic. in Vatin.* Cum ipſe epuli dominus albatus eſſet. ¶ Item pro Deo. *Ovid.* Et domino ſolvere vota Jovi. ¶ Denique dominus dicitur, qui cuicumque rei præeſt. Hinc dominos factionum memorat *Suet. Ner. c.* 5. & 22. Sic dominos hiſtrionum *Plaut. Aſin. prol. v.* 23. ¶ Interdum dominus dicitur, qui in auctionibus bonis alicujus vendendis præeſt, & alio nomine Magiſter etiam ſolet appellari. Eſt autem fere unus ex Creditoribus, *Cic. pro Quint. c.* 15. Cui magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur, &c. ¶ Poſterioribus temporibus Domini appellabantur Imperatores, ut patet ex *Plinii epiſtolis*, qui ad Trajanum ſcribens utitur ſæpe hac compellatione, *Domine*. Antea vero, qui boni Imperatores haberi volebant, hoc nomen averſabantur, ut de Auguſto refert *Suet. in ejus vita c.* 53. & *de Tiber. c.* 27. ¶ Officioſæ ſalutationis conſuetudine Domini appellabantur etiam quicumque obvii, *Senec. epiſt.* 3. Obvios, ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus.

Domiporta, fem. 1. cochlea, quod domum ſuam perpetuo circumferat. *Cic.* 2. *de Div. c.* 64. Ut ſumat terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam. Sed vox non ubique, neque temere adhibenda.

Domireditĭo, onis, f. *ritorno a caſa*, reditio domum. Legitur apud *Hygin. fab.* 125.

Domiſĕda, dicitur matrona domi ſedens, & ſibi vivens, in *Inſcript.* apud *Fabret. p.* 252. Hic ſita eſt Amymone pia, pudica, frugi, caſta, domiſeda.

Domitiānus, i, T. Flavius, Veſpaſiani fil. & poſt ipſum Romanorum Imperator duodecimus, crudelitate nobilis, muſcas per cubiculum venari, & ſtylo præacuto configere ſolebat. Ejus vitam habes apud *Suet.* & *Aurel. Vict.* ¶ In ejus honorem mutata ſunt duorum menſium nomina, Septembris, & Octobris, & prior quidem *Germanicus*, quod eo menſe ſuſcepiſſet imperium; alter *Domitianus*, quod eo natus eſſet, ſunt appellati: quamquam eæ appellationes non diu obtinuerunt. Hinc *Martial. l.* 9. *epigr.* 2. Dum Janus hyemes, Domitianus autumnos, Auguſtus annis commodabit æſtates.

Domitiānus, a, um, adject. ut domitiana quæſtio. h. e. ſtulta, *in leg.* 24. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Adde *Cæſar. l.* 1. *B. Civ. c.* 22.

Domĭto, as, avi, atum, a. 1. freq. a domo. *Virg.* 1. *Georg. v.* 285. Et preſſos domitare boves. *Id.* 7. *Æneid.* Domitantque in pulvere currus.

Domĭtor, oris, m. 3. *domatore*, מכבש, Ger. *zemer*, Gal. *donteur*, Hiſp. *domador*, δαμαστής, qui domat. *Liv. l.* 21. Domitor Hiſpaniæ. *Cic.* 1. *Offic.* Domitor equorum. *Id. pro Mil. c.* 13. Vexatorem furoris, domitorem armorum ſuorum. *Sen. Agamen.* Domitor curarum. *Tabit.* 2. *hiſt. c.* 76. Domitor belli.

Domĭtrix, cis, f. 3. *domatrice*, מכבשה, Ger. *zemerin*, Gal. *celle qui donte*, Hiſp. *domadora*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 44. Domitrixq; Epidaurus equorum.

Domitūra, æ, f. 1. *il domare*, Ger. *dammung*, Gal. *dontement*, Hiſp. *domadura*, δάμασις, domandi actus. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Domitura boum in trimatu. Adde *Colum. l.* 6. *c.* 2.

Domĭtus, a, um, adject. ex particip. a domo, *domato*, *ſoggiogato*, δεδαμασμένος. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 64. Belluæ domitæ, & condoctactæ. *Id. pro Font. c.* 1. Bello domitus.

Domĭtus, us, m. 4. idem ac domitura. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 60. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

Domo, as, mui, mitum, a. 1. & 3. *domare*, *ſoggiogare*. כבש, Ger. *dammen*, Gal. *donter*, Hiſp. *domar*, δαμάζω, manſuefacio, domeſticum reddo, ſubigo, a δαμάζω, domo. *Cic. pro Mare.* Domuiſti gentes immanitate barbaras. *Sen. Hippolyt.* & *Virg.* 3. *Georg.* Domare equos. *Colum. l.* 6. *c.* 22. Domare terram aratro. *Horat.* 2. *Carm. od.* 2. Latius regnes avidum domando ſpiritum, quam ſi &c. h. e. retrenando. Sic domare libidines nutu legum. *Cic. l.* 2. *de Orat.*

Domuitĭo, f. 3. reverſio domum, a *domus*, & *itio*. *Cic.* 1. *de Div. c.* 32. Claſſi propinquum reditum, ac domuitionem dari. *Auct. ad Herenn.* poetæ verba referens *l.* 3. *c.* 21. Jam domuitionem reges Atridæ parant. *Apul. l.* 2. *Mileſ.* Domuitionem capeſſere. ¶ Legitur & *domutio*, extrito *i*. *Pacuv.* apud *Non.* 2. 209. Danaus domutionem dedit. *Lucil. ibid.* Domutionis cupidi.

Domuncŭla, æ, f. parva domus, *caſetta*. *Apul. l.* 4. *Mileſ.* Parva, ſed ſatis munita domuncula contentus. *Symmach. l.* 5. *epiſt.* 66. Ampelius domunculam Romæ mercatus eſt. Adde *Vitruv. l.* 6. *c.* 9.

Domus, f. anom. 4. vel 2. *caſa*, בית, Ger *hauſſ*, Gal. *maiſon*, Hiſp. *caſa*, δόμος, proprie eſt ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto, & parietibus conſtat. *Cic. pro Domo.* Nihil ſanctius, nec omni religione munitius, quam domus uniuſcujuſque civium. *Liv. l.* 45. *c.* 34. Ex domo exire. *Nepos in Dione*, *c.* 9. Tenere ſe domi. *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 11. Tenere ſe domo. *Id. pro Flacc. c.* 6. Domi ſtare. ¶ Generatim dicitur de quocunque habitaculo, ut de templo, de nido, &c. *Virg.* 6. *Æn.* Oſtia jamque domus patuere ingentia centum. *Id.* 8. *Æn.* Antiquaſque domos avium. ¶ Aliquando fumitur pro familia. *Cic. Att. l.* 4. Domus te tota noſtra ſalutat. ¶ Aliquando pro tota aliqua gente. *Virg.* 1. *Æn.* Cum domus Aſſaraci Phthiam, claraſque Mycenas ſervitio premet. ideſt, Romani. ¶ Aliquando pro patria. *Cic. ad Q. Fr.* Hominem domi ſplendidum, gratioſum etiam extra domum. *Virg.* 10. *Æn. v.* 183. Quî Cærete domo, &c. ¶ Aliquando pro ſepulcro. *Tibul. l.* 3. *el.* 2. *v.* 22. Atque in marmorea ponere ſicca domo. ſc. oſſa. ¶ Hoc nomen in gen. ſing. facit *domus*, & *domi*. Sed gen. *domus* ædificium ſignificat. *Varro*, Perrexit in interiorem partem domus. At cum dicimus *domi*, locum ſignificamus, in quo quis habitat. *Ter. Adel.* Quid ais, bone vir, eſt frater domi? Invenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitivus *domi*, pro *domus*. *Plaut. Trin.* 4. 3. 20. Commeminit domi. Sic in dativo domo, pro domui. *Cato R. R. c.* 134. Domo, familiæque meæ. Adde *c.* 138. & 141. Sic *Horat. l.* 1. *ep.* 10. *verſ.* 13. Ponendæque domo quærenda eſt area primum. ¶ In ablat. ſing. facit *domo*. Sed tamen nonnunquam *dumo* legitur. *Plaut. Muſ.* 2. 1. 48. Ait ſe ſe Athenas fugere cupere ex hac domu. ¶ Gen. pl. tere eſt *domorum*, nonnumquam *domuum*. *Plin. l.* 8. *c.* 57. Multi & hos incolas domuum poſuere mures. *Virg. l.* 4. *Georg.* Intra ſepta domorum. ¶ Genitivus *domi* abſolute ponitur pro *in domo*. Sic domi, militiæque, vel, domi, bellique, eſt, in bello, & in pace. *Cic. Plaut. Salluſt. Terent.* ¶ *Domi nobilis* dicitur, qui in patria ſua nobilis eſt. *Salluſt. Liv. Curt. Cic.* ¶ *Domi habere*, proverb. is dicitur, qui non habet neceſſe aliunde aliquid anquirere. *Ter. Adel.* 3. 3. Domi habet, unde diſcat. ¶ Domus avium, *nidi*. *Virg.* 2. *Georg.* Domus pecorum, *ſtalla*. *Stat.* 1. *Thebaid.*

Domuſcŭla, æ, f. diminut. domuncula. *Apul. l.* 4. *Mileſ.* Mecum nutritus individuo contubernio domuſculæ.

Donabĭlis, le, adject. *Plaut. Rud.* 3. 1. 40. Infortunio hominem prædicas donabilem. h. e. donandum, tradendum infortunio.

Donarĭum, n. 2. ἀνάθημα, donum, quod Deo offertur, & proprie quod ex parietibus, aut columnis ſuſpenditur. *Macrob.* Clypei, coronæ, & hujuſmodi donaria. ¶ Nonnunquam ponitur pro loco, in quo dona reponuntur, & pro ipſo etiam templo. *Virg.* 3. *Georg. v.* 533. Ductos alta ad donaria currus. *Apul.* Ibi Donarium Deæ perquam opulentum. ¶ Donaria militaria, *donativa*. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 44.

Donatarĭus, ii, m. is, cui aliquid dono datum eſt. *Leg. Etiam*, & *l. Abſent. Dig. de Donat.* &c.

Donatĭcus, a, um, adject. qui dono datur, ut Donaticæ coronæ, quibus victores in ludis donabantur. *Feſt.* Et donaticæ haſtæ, *Cato apud eund.* in voce *Optionatus*.

Donatĭo, f. 3. *dono*, *donazione*, מתנה, Ger. *gebung*, Gal. *donation*, Hiſp. *donacion*, δόσις, actus donandi, & proprie ſecundum Ulp. dicitur, cum quis ea mente dat, ut ſtatim velit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reverti, & propter nullam aliam cauſam facit, quam ut liberalitatem, & munificentiam exerceat. Quod ſi ſub conditione fiat, non eſt vera donatio. *Cic. de opt. gen. Or.* Ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro.

Donatīvum, n. 2. ἐπίδοσις, munus, quod a Principe, vel Imperatore militibus donatur. *Suet. in Domit.* An duplum donativum militi donaret. V. *Congiarium*.

Donatīvus, m. 2. qui donare poteſt. *Paul.* Si de duobus debitoribus mortis cauſa donativus creditor uni acceptum tulit. Al. leg. *donaturus*.

Donator, oris, *donatore*, qui donat. *Senec. in Hippol. v.* 1217. Donator atræ lucis, Alcide, tuum Diti remitte munus.

Donātrix, icis, f. *donatrice*. *Prudent. in paſſ. Hippolyti*, *v.* 177. Illa Sacramenti donatrix menſa.

Donātus, a, um, o. 1. 2. δώρητος, munere affectus, partic. a donor. *Virg.* 5. *Æn.* Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Donātus, i, Grammaticus doctiſſimus, D. Hieronymi præceptor. Scripſit de octo partibus orationis; quem librum emendatum operi ſuo adjunxit Diomedes Grammaticus. ¶ Idem Hieronymus teſtatur, ſe audiviſſe Donatum exponentem fabulas Terentii: Quamquam *Eraſmus* dubitat, utrum is fuerit, an alius, qui Hieronymum docuit, Terentiumque explicavit.

Donax, acis, m. 3. calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, longiſſimis internodiis, quem totum fungoſa replet medulla, in aquaticis naſcens, ſagittis aptiſſimus. *Plin. l.* 16. *c.* 36.

Donec, adverb. *fin che*, עד. Ger. *biſſ das*, Gal. *juſque*, Hiſ. *haſta*, μέχρι, quod a *dum*, & *nec*, vel melius a *donicum*, & jungitur tum indicativo, tum conjunctivo, & cuivis tempori. *Plaut. Ciſt.* 2. 3. 40. Non deſtiti inſtare uſque adeo, donec adjurat ſe anus, &c. *Virg.* 1. *Æn.* Donec regina ſacerdos geminam partu dabit prolem. ¶ Jungitur & cum *uſque*. *Ter. Adelph.* 4. 6. 6. Certum obſidere eſt domi, uſque donec redierit. ¶ Sumitur interdum pro quamdiu. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 8. *v.* 5. Donec eris felix, multos numerabis amicos.

Doniſcum, adv. idem, ac donec. *Cato de re ruſt. c.* 149. Sed uſque licebit, vellas, donicum ſemen videris ire. Habet & *Plautus* ſæpe, & *Cornel. Nepos in Hamilc. c.* 14.

Donifico, as, pro dono, vel donis proſequor, vox *Hygini* eſt *Fab.* 112. & Hygino relinquenda.

Dono, as, avi, atum, a. 1. *donare*, נהן, Ger. *ſchencken*, Gal. *donner en don*, Hiſp. *donar*, δωρέομαι, eſt munus dare. Conſtruitur in 3. vel in 5. ordine. *Cic. in Piſ.* Mihi P. R. univerſus illa in concione non unius diei gratulationem, ſed æternitatem, immortalitatemque donavit. *Id. pro Arch.* Qui civitate multos donavit. ideſt, cives fecit. *Id. de Leg. l.* 2. *c.* 16. Vir nemo bonus ab improbis ſe donari vult. ¶ Significat etiam tribuere, concedere. *Silius l.* 11. *v.* 407. Diſcatque Lyæo Imbellem donare diem. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 32. Quidquid quærierat, ventri donabat avaro. ¶ Item veniam dare, remittere, condonare. *Senec. l.* 5. *Controv.* Multa donanda ingeniis puto; ſed donanda vitia, non portenta ſunt. ¶ Donare filio patrem, apud *Juſtin. l.* 32. *c.* 2. eſt, patri ignoſcere propter filium. Sic *Cic. Fam.* 5. *ep.* 4. Tuas inimicitias ut Reipublicæ donares.

Donōſus, a, um, adject. liberalis, qui facile donat. *Plaut. Epid.* 2. 3. 14. Argentum accipiam ab donoſo ſene. *Id. Truc.* 1. 1. 63. Poſtquam alium repperit, qui plus daret, donoſiorem. Utroque in loco alii leg. *danoſus*, al. *damnoſus*.

Donum, n. 2. *dono*, *preſente*, טוהר, Ger. *gab*, Gal. *don*, Hiſ. *don*, δῶρον, eſt id, quod propritiando Deo datur, aut hominibus ex animi liberalitate. *Ovid. l. de Art.* Placatur donis Jupiter ipſe datis. ¶ Differt *donum* a *præmio*, ut *præmium* ſit, quod datur ex præcedenti merito, *donum* quodvis munus quocunque modo datum. ¶ Donatus in illud *Ter. in Eun.* 5. 9. 27. Quodvis donum, & præmium a me optato, id optatum feres: diſtinguit *donum* a *munere*, ut *donum* Deorum ſit, *munus* hominum. Quæ tamen differentia nullo modo obſervatur. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus perniciosis. *Virg. Ecl.* 6. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit. ¶ Dono dare, eſt donare. *Plaut. Amph.* Hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data eſt.

Donyſa, Donyſa, Donuſa, *Donuſſa*, inſ. parva maris Ægæi, marmore viridi abundans, inter Icariam, & Gyarum. *Virg.* 3. *Æn. v.* 125.

Dorcas, adis, f. δορκάς, dama, caprea, genus capræ ſylveſtris, a δέρκω, *video*, quia acutiſſime videt. *Martial. l.* 13. *epig.* 98. Delicium parvo donabis dorcada nato.

Dorceus, i, m. canis dorcades perſequens, quaſi a δέρκω, perſpicio. Numeratur ab *Ovid. Met.* 3. *v.* 210. inter canes Actæonis.

Dores, ſive Dorii, dicti ſunt Achivi. V. *Doris*.

Doricus, a, um, adject. a Doride Græciæ regione, ut caſtra Dorica, *Virg. Æn.* 2. *v.* 27. ¶ Eſt etiam Dorius, a, um, apud *Apul. l.* 1. *Mileſ.*

Dorĭes, Dorienſes, Dorii. V. *Doris*.

Dorĭon, n. 2. opp. Magneſiæ, in Theſſalia, juxta quod Thamyras citharœdus Muſas ad cantus certamen provocavit. ¶ Item opp. Achajæ, vel Meſſeniæ, quod ab aliis Doris dicitur, ad Oetam M.

Doris, idis, adject. femin. Dorica, ut Doris dialectos, *Sueton. in Tiber. c.* 56.

Doris, idis, f. δῶρις, Oceani, & Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupſit, eique ingentem vim marinarum Nymipharum peperit, quæ Nereides dictæ ſunt. ¶ Metonymice ſumitur pro mari. *Virg. Ecl.* 10. *v.* 5. Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Doris, idis, f. Doria, Dorica, *Val Livadia*, regio medit. Achajæ, inter Phocidem ad Or. & Epirum ad Occ. verſus montes, & fontes Cephiſi fl. a Doro Neptuni filio, vel a Doride filia Oceani, & Tethyos. Sed Plato 3. de Leg. ſcripſit, Dores Achivos fuiſſe, qui ex bello Trojano regreſſi ſeditione juvenum recepti non fuere, ſed acti in exilium, poſtea a Dore quodam congregati in patriam deducti ſunt, ab illo Dores dici cœpiſſe, & regionem Doridem appellaviſſe, in qua habitaverunt. Dicta etiam eſt Tetrapolis, a quatuor urbibus, Pindo, Erineo, Cytinio, Bojo, ſeu Bio, quibus adjectæ fuerunt Lilæa, & Sperchium. Pop. *Dores*, *Dories*, *Dorii*, *Dorienſes*. Gent. *Dorienſis*, & *Doricus*. Dores natura loquaces erant. Hinc adag. *Doribus dorice loqui*. Dorienſes virgines ſolebant diſcinctæ, & ſine tunica quandoque interdiu incedere. Hinc prov. *Dorice incedere*, in eos, qui depoſitis veſtibus magna ex parte nudi incedunt.

Doris, herba, al. anchuſa. *Plin. l.* 22. *c.* 20.

Dorĭus, V. Doricus.

Dorixanĭum, ii, nomen propr. mulieris, ut Stephanium. Eſt autem diminutivum Græco more. *Propert. l.* 4. *el.* 5. *v.* 21. Si te Eoa, Dorixanium, juvat aurea ripa.

Dormĭo, is, ivi, itum, n. *dormire*, ישן, Ger. *ſchlaffen*, Gal. *dormir*, Hiſ. *dormir*, κοιμάομαι, ſomnum capio. *Cic. Att.* Mane dormit ad horas tres. ¶ Aliquando cum acc. & præp. *in*. *Plin. in epiſt.* Nihil eſt, quod in dextram aurem, fiducia mei, dormias. ¶ Paſſive *Catull. carm.* 5. Non eſt perpetua una dormienda. *Mart. l.* 13. *epigr.* 59. Tota mihi dormitur hyems. ¶ Dormire in utramvis aurem, vel in utrumvis oculum, eſt animo ſecuro, vacuoque eſſe. *Ter. Heaut.* 2. 3. 101. Ademptum tibi jam taxo omnem metum, in aurem utramvis otioſe ut dormias. Sic *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 121. De iſta re in oculum utrumvis conquieſco. ¶ Significat etiam ceſſare, otioſum eſſe. Sic *Martial. l.* 10. *epigr.* 62. ferulas, & ſceptra pœdagogorum dormire dicit, cum non uſurpantur. *Ter. Adelph.* 4. 5. 59. Quid credebas, dormienti hæc tibi conſecturos Deos? ¶ *Non omnibus dormio*, proverb. eſt apud *Cicer. Fam.* 7. *epiſt.* 24.

Dormiſco, is, n. idem ac dormio. *Plaut. in Cur.* 2. 3. 81. Cum dormiſcit, ei ſubduco anulum. Al. leg. *condormiſcit*.

Dormitātor, oris, m. videtur a *Plauto* uſurpari pro nocturno fure, qui interdum dormitat & noctu vigilat. *Trinum.* 4. 2. 20. Mira ſunt, ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonarius. Alii exponunt amatorem, ob eandem cauſam.

Dormitĭo, onis, f. *il dormire*, actus dormiendi. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 239. O ſtulta noſtri pectoris dormitio, vigilabis.

Dormĭto, as, avi, atum, n. 1. *aver ſonno*, נם, Germ. *heffig ſchlaffen*, Gal. *ſomeiller*, Hiſp. *entrè dormir*, *y velar*, νυστάζω, dormire cupio, vel leviter dormio, freq. vel deſiderat. a *dormio*. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 16. Cœnato mihi, etiam dormitanti, prid. Cal. Majas epiſtola illa eſt reddita. *Horat. de art. poet. v.* 359. Quandoque bonus dormitat Homerus. h. e. non ſatis diligenter ſcribit, errat &c.

Dormĭtor, oris, m. qui dormit, dormitator. *Martial. l.* 10. *epigr.* 4. Quid tibi dormitor proderit Endymion?

Dormitorĭum, n. 2. idem quod dormitorium cubiculum, *dormitorio*, κοιμητήριον. *Plin. l.* 30. *c.* 6. In pariete dormitorii, tectove.

Dormitorĭus, a, um, o. 1. 2. *ove ſi dorme*, Ger. *das zun ſchlaffen gehert*, Gal. *dortoir*, Hiſp. *dormitorio*, ad dormiendum pertinens, κοιμητικός, ut dormitorium cubiculum, *camera da letto*, *ove ſi dorme*. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. *Idem l.* 2. *ep.* 17. Dormitorium membrum.

Doron, n. 2. δῶρον, donum; item palmus manus. *Plin. l.* 35. *c.* 14. Græci antiqui doron palmum vocabant, & ideo dora, munera, quia manu darentur. ¶ Ex his Plinii verbis patet, vocem hanc puram putam Græcam eſſe, nec latine facile uſurpandam.

Dorsĭfer, a, um, adject. qui dorſo fert. *Inſcript. apud Ferret. in Muſ. Lapid. p.* 344. P. Craſſus mulæ ſuæ dorſiferæ, & cluniferæ &c. poſuit.

Dorſualĭa, n. 3. *coperte di cavalli*, Germ. *roſdeck*, Gal. *couvertures*, Hiſp. *cuberturas*, ἱπποστώτικα, tegumenta, quibus equi, aut boves teguntur. *Trebell. Poll. in Gall. c.* 8. Boves dorſualibus fericis diſcoloribus præfulgentes.

Dorſuālis, le, adject. ad dorſum pertinens. *Apul. l.* 11. *Met.* Notæ dorſuales. *Solin. c.* 12. (al. 22.) Delphini ſpinæ dorſuales. *Ammian. l.* 22. *c.* 15. Ferarum dorſuales cruſtæ.

Dorſuarĭus, vel doſſuarius, m. 2. qui dorſo geſtat. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 10. Ad quam rem habent jumenta doſſuaria.

Dorſum, vel doſſum, n. 2. & dorſus, m. *dorſo*, *ſchiena*, גב, Germ. *ricke*, Gal. *dos*, Hiſ. *eſpinaco*, *lomo*, νῶτος, tota poſterior corporis pars, a collo uſque ad os ſacrum, a *deorſum*, quod pars hæc devexa ſit deorſum. *Plaut. Mil.* 2. 4. 44. Dorſus mihi prurit. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. *v.* 21. Dorſo onus ſubire. ¶ Dorſum in mari eſt arena durior compulſa & denſata fluctibus. *Virg.* 10. *Æn.* & *Serv.* Item maris ſuperficies. *Avien. Perieg. v.* 217. Obliqua maris dorſa. ¶ Dicitur etiam de montibus, ut dorſum Apennini, *Sueton. Cæſ. c.* 44. Sic *Liv. l.* 1. *c.* 3. & *Plin. l.* 6. *ep.* 31. & *l.* 9. *ep.* 7. ¶ Antiqui doſſum dicebant, ut & Itali *doſſo*. Hinc Doſſuarius.

Dorſuōſus, a, um, adject. dorſum habens. *Ammian. l.* 22. *c.* 20. Pontus conſurgit in brevia dorſuoſa. Adde *Solin. c.* 27. (al. 40.)

Dorus, m. 2. Neptuni filius, qui in Doride Græciæ regione regnavit, a quo ipſi etiam populi Dorii appellati putantur.

Doryclus, m. 2. nothus Priami, quem Ajax interemit. ¶ Item frater Phinei Regis Thraciæ.

Dorycnĭum, ii, n. herba eſt ſic dicta, quod lancearum cuſpides ea tingerentur in præliis. *Plin. l.* 22. *c.* 31.

Doryphŏrus, m. 2. ſpiculator, vel ſatelles, qui haſtam fert, a δόρυ, haſta, & φέρω, fero. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *Cic. de cl. Orat. c.* 86. Ut Polycleti Doryphorum ſibi Lyſippus ajebat, ſic tu ſuaſionem legis Serviliæ tibi magiſtram fuiſſe.

Dos, dotis, f. *dote*, נדר, Ger. *ein eheſteur*, Gal. *dot*, Hiſp. *dote*, πρόξ, proprie dicitur, quod marito cum uxore datur, a δώς, *donum*, vel a *do*, *das*. *Cic. pro Quinct.* Filiæ nubili dotem conficere non poteſt. ¶ *Dotem dicere*, eſt deſtinare, *doti dicere*, eſt in dotem promittere. Formula, qua dotem dicebant, erat iſtiuſmodi, *Tot tibi erunt*. *Cic. pro Flac.* Quæcumque ſine authore tutore eſt dicta dos, nulla eſt. *Idem ibid.* Doti omnem ſuam pecuniam dixerat. ¶ Dicitur etiam, dotis dare, h. e. dotis nomine. *Plaut. Ciſt.* 2. 3. 19. ¶ Sumitur præterea latius pro omni eo, quod alicui datum eſt vel a natura, vel ab hominibus. Unde dotes animi dicuntur, *virtus*, *qualitas*, prudentia, juſtitia, fortitudo, & hujuſmodi: dotes corporis, *qualitas del corpo*, pulchritudo, robur, incolumitas, & his ſimilia. *Cic. de Or.* Verborum eam dote locupletaſti. *Ovid. l.* 2. *de ar. am. v.* 112. Ingenii dotes corporis adde bonis.

Doſſuarĭus, V. Dorſuarius.

Dotālis, le, o. 3. *dotale*, Ger. *das zu der eheſteur gehert*, Gal. *appartenant a dot*, Hiſp. *dotal*, προικῶος, quod ad dotem pertinet, ſive illud, in quo dos mulieris conſiſtit. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 20. Hæ ſunt mercedes dotalium prædiorum. *Plaut. Mil.* 4. 4. 30. Dotales ædes. ¶ Dotalis ſervus dicebatur, quem uxor una cum dote ad maritum adducebat; qui ideo non erat in poteſtate mariti, ſed matronæ. V. *Taubman. ad Plaut. Aſin.* 1. 1. 72.

Dotātus, a, um, adject. qui dotem habet, *dotato*. *Horat. l.* 5. *od.* 24. *v.* 19. Dotata regit virum conjux. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Dotata vite ulmus. ¶ Item qui aliquibus bonis animi, aut corporis præditus eſt. *Ovid. Met.* 11. *v.* 302. Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma mille procis placuit.

Doto, as, a. 1. *dotare*, כדר, Germ. *auffſtecuren*, Gal. *doter*, Hiſp. *dotar*, δοτάω, dotem do. *Suet. in Veſp. c.* 14. Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritavit, dotavitque etiam, & inſtruxit.

D A N T E R.

Dracæna, f. δράκαινα, draconis femina. *Serv. ad Virg. ecl.* 3. Lœna dictum, ut Dracæna.

Drachma, f. 1. *dramma*, דרכון, Ger. *ein quintlein*, Gal. *dragme*, Hiſp. *dragma*, δραχμή, genus ponderis ex decem, & octo ſiliquis, ideſt, tribus ſcrupulis conſtans. item genus numiſmatis, a δράττομαι, contineo, quia comprehendit tantum nummulorum æreorum, quantum manu quis in pugnum contracta capere, ac continere poſſit. Eſt idem, ac denarius Romanus. h. e. viginti ſolidi Veneti. Octo drachmæ, vel ſeptem, ut alii volunt, unciam efficiunt. *Cic.* 1. *de Div.* Quibus divitias pollicentur, ab his drachmas ipſi petunt. V. *Denarius*.

Draco, onis, m. *drago*, תנין, Ger. *ein drach*, Gal. *dragon*, Hiſp. *dragon*, δράκων, ſerpens annoſus, qui multa ætate in inſolitam magnitudinem excrevit, a δέρκω, video, quia acutiſſimi viſus eſt. Juxta *Servium in* 2. *Æn. v.* 204. draco dicitur in templis, ſerpens in terra, anguis in aqua. ¶ Dracones a Poetis theſaurorum cuſtodiæ finguntur præeſſe, ut aureo velleri Colchidis, hortis Heſperidum, &c. ¶ Erat item ſignum in ſingulis cohortibus, ſicuti aquila erat primum ſignum totius legionis. *Veget. de re milit. l.* 2. *c.* 13. ¶ Eſt item nomen ſigni cæleſtis, quod triginta, & una ſtellis conſtat. Fabulantur, Junonem, uxorem ſcil. Heſperi, matrem Heſperidum, in extremis Occidentis partibus amœniſſimum hortum habuiſſe, cum Atlantis filiæ frequenter poma ſurriperent, Deam eius horti cuſtodiæ draconem præpoſuiſſe, ab Hercule interfectum fuiſſe, qui eo miſſus fuit ab Euryſtheo ad poma auferenda, Junonem ſuſtuliſſe draconem in cælum, & inter Urſas collocaviſſe.

caviſſe. Aliorum fabula eſt, in prælio Minervæ cum Gigantibus, ipſos ei objeciſſe immenſæ magnitudinis ſerpentem, Minervam draconem tanta vi abjeciſſe, ut, cum in cælum uſque perveniſſet, ibi affixus fuerit. Quare contortus, & convolutus conſpicitur. ¶ Item *draco* marinus piſcis eſt, qui ab Italis *vagana* dicitur, a Gallis *vive*. *Plin. l.* 32. *c. ult.* ¶ Translate dicitur de palmite vitis: qualis autem ſit, ſatis colligitur ex *Plin.* qui hæc habet *l.* 17. *c.* 23. Nuper repertum, draconem ſerere juxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribuſque induratum annis. Hunc præciſum quam maxima amplitudine, tribus partibus longitudinis deraſo cortice, quatenus obruatur (unde & raſilem vocant) deprimere ſulco, reliqua parte ad arborem erecta: ocyſſimum in vite.

Draco, m. 3. antiquiſſimus Athenienſium legislator, cujus leges Solon, præter illas, quæ de cæde erant conſtitutæ, abrogandas curavit ob ſeveritatem. Nam una omnibus pœna conſtituta erat, ut etiam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera furripuiſſent, capite plecterentur. Hinc Demades dictitabat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. *Gell. l.* 18. *c.* 12.

Draconarius, m. 2. ſignifer, qui vexillum portat dracone inſignitum. *Veget. de re milit. l.* 2. *c.* 7. *Ammian. l.* 20. *c.* 9. Torquem, quo ut Draconarius utebatur, capiti Juliani impoſuit.

Draconigĕna, æ, a dracone genitus. *Sidon. paneg. Anthem. v.* 80. Quæque draconigenæ portas non clauſerat hoſti. Sic *Ovid. 3. Faſt. v.* 865. Thebas vocat Draconigenam urbem, quia conditæ fuerunt a Cadmo, de quo V. in *Cadmus*.

Draconītis, f. 3. vel draconites, m. 1. vel draconitia, f. 1. vel draconites, f. 3. δρακοντίτης, gemma, colore translucido, quæ eruitur e cerebro draconis, cum viventi caput reciſum eſt, *Plin. l.* 37. *c.* 10. & 12.

Dracontarium, ii, n. 2. genus coronæ ex dracontio herba confectæ contra venena, vel ex gemmis Dracontiis. *Tert. de Cor. Mil. c.* 16.

Dracontium, n. 2. *ſerpentaria*, herba hortenſis, folio hederæ magno, & candidis notis inſigni. Alio nomine dicitur aron. Officinæ ſerpentariam, & colubrinam appellant. *Plin. l.* 24. *c.* 16. ¶ Item genus vitis, quod vini generoſitate cum Ammineis conferri poteſt. *Col. l.* 3. *c.* 2.

Dracunculus, m. 2. parvus draco. *Lamprid. in Alexandr. c.* 14. Somniavit, ſe purpureum dracunculum parere. ¶ Eſt & herbæ genus, quod Pharmacopolæ ſerpentariam appellant, idem, ac dracontium, al. arum ſerpentinum, ſeu draconinum, quia caulem habet varium, ac inſignem maculis, quæ ſerpentinis ſimiles ſunt, *ſerpentaria*. *Plin. l.* 24. *c.* 16. & *l.* 25. *c.* 2. ¶ Eſt etiam piſcis ex concharum genere. *Plin. l.* 33. *c.* 11.

Dragantum, i, n. *dragante*, gummi quoddam genus. *Veget. de re Veterin. l.* 1. *c.* 32.

Drama, atis, n. 3. δράμα, actus, vel repræſentatio fabularum, in quibus perſona poetæ non admiſcetur, a δράω, ago. *Sidonius*: Proferre in ſcenam dramata.

Drangiana, *Sigiſtan*, regio Aſiæ, in Regno Perſarum, cujus urbes primariæ Prophthaſia, & Ariaſpe. Pop. *Drangæ*.

Drapĕtæ, m. 1. δραπέται, fugitivi, a δράω, fugio. *Plaut. Curc.* 2. 3. 11. Conferunt ſermones inter ſe drapetæ.

Draucus, m. 2. qui præpoſtera Venere alium ſubagitat, a δράω, ago. *Martial. l.* 11. *epigr.* 73. & *l.* 9. *epigr.* 28.

Drenſo, as, n. 1. eſt proprium vocis cygnorum. *Auct. Carm. de Philom. v.* 23. inter Ovid. opera.

Drepănis, is, f. avis quædam imbecillimis, breviſſimiſque pedibus. *Plin. l.* 11. *c.* 47

Drepanitāni, orum, Drepani Siciliæ oppidi incolæ. *Cic. Ver.* 6. *c.* 17.

Drepănum, n. 2. *Trapani*, urbs Siciliæ, marit. in valle Mazarana, ad radices M. S. Juliani, alias in M. Eryce, cum arce valida, *la Columbara*, & portu capaciſſimo. Nomen habuit a δρέπανον, *falx*, quia curvo ſitu eſt inſtar falcis, vel quod Saturnus amputatis virilibus Cæli patris illuc falcem projecerit.

Drepănum, n. 2. *Punta Sabia*, prom. Cyrenaicæ, in illius, & Africæ conf. ad Syrtim magnam, apud Automalam opp. ¶ Item *Capo Melechia*, prom. Cretæ, in ora Boreali, inter Cydonem, & ſin. Amphimalim, apud Apteram urb. ¶ Item *Capo di Baſſo*, prom. Cypri, in ora Occidua, apud Paphum urb.

Dreſda, f. 1. inc. *Dreſden*, Ital. *Dreſda*, Gal. *Drende*, urbs Germaniæ, caput Miſniæ, & ſedes Ducis Electoris Saxoniæ, cum arce munitiſſima, & amplo armamentario, ad Albim fl. a quo in duas partes ſecatur.

Drilo, onis, m. 3. *Drino*, *Lodrino*, *Drinax*, al. *Boyana*, nomen duorum fluviorum Illyrici, quorum alter ex Scardo M. ortus, Drilo albus dicitur, alter ex Lichnide palude profluens Drilo niger vocatur. Hi ſimul coeuntes, antequam ad mare perveniant, ſe iterum dividunt, & inſulam efficiunt. Duobus oſtiis prope Liſſum urb. in mare Hadriaticum exeunt. Hinc ſinus Illyricus dicitur ſinus Drilonis, *Golfo dello Drino*.

Drinus, m. 2. Drinius, *Drino*, Dalmatis, *Boyana*, ſeu *Boliana*, fl. Illyrici, qui etiam Drilo vocatur. ¶ Item *Drino*, *la Drina*, *Caradrina*, fl. Illyrici, qui ex Scardo M. ortus, & auctus aliquot fluminibus, Drinopolim rigat, & Boſniam a Servia diſterminat.

Dromas, adis, f. 3. vel dromeda, ſeu dromeda, ſeu dromida, æ, f. 1. vel dromedarius, ii, m. 2. δρομάς, genus camelorum, minoris quidem ſtaturæ, ſed curſus velocioris, a δρόμω, *curro*. Nam centum milliaria, & amplius uno die pergere ſolet. *Liv. l.* 30. *c.* 40. Et cameli, quos appellant dromadas.

Dromedarius, V. in *Dromas*. ¶ Habet hanc vocem Hieron. in vita Malchi, ſub fin.

Dromo, onis, m. δρομών, carcer parvus, a δρόμος, *curſus*, quia celerrime per ſummas aquas decurrit. *Plin. l.* 32. *c. ult.* Caniculæ dromones, &c.

Dromon, onis, m. genus navis longæ frumentariæ, a celeritate dictæ, cujus meminit *Caſſiod. l.* 5. *ep.* 17. & *in Cod. l.* 1. *tit.* 27. *leg.* 2. ¶ Dromones etiam dicti, qui hujuſmodi navibus præerant. *Leg.* 2. *Cod. de Off. præf. præt.*

Dropax, acis, m. unguenti genus, ad evellendos e corpore pilos. *Mart. l.* 3. *epigr.* 74. Philothro faciemque lavas, & dropace calvam. Adde *l.* 10. *ep.* 65.

Druĭde, ſive Druides, Magi, ſeu Philoſophi Gallorum, a δρῦς, quercus, quod in lucis præſertim quernis habitarent, & omnia ſacra fronde querna facerent. Habitaverunt præcipue, ubi nunc vicus de Roboribus, *Rouvores*, ad Vegram flu. *Cic. de Div. Cæſ. l.* 6. *Plin. l.* 16. *c.* 44. *Marcellin. l.* 15. *Luc. l.* 1. *Strabo l.* 4. *Vinet. ad Auſonii Profeſſores*, *P. Merula Coſmogr. p.* 2. *l.* 3. *c.* 11. ¶ Fuere item pop. Galliæ Celticæ, in finib. Carnutum, al. pars Carnutum, ubi nunc Com. Drocenſis, in Belſia, *le Conte de Dreux*.

Drungarius, m. 2. Magiſtratus in Rep. Conſtantinopolitana, ideſt Præfectus cohortis, a drungus. V. *Stevvech. ad Veget. l.* 3. *c.* 16.

Drungus, m. 2. cuneus, ſive globus in acie *Vopiſc. in Probo*, *c.* 19. & *Veget. l.* 3. *de re milit. c.* 16.

Drupa, f. 1. δρυπέπης, oliva matura, adulta, quæ in arbore cocta eſt, & ad maturitatem perducta, a δρῦς, arbor, & πέπτω, coquo, maturo. *Plin. l.* 15. *c.* 1. & *l.* 19. *c.* 5.

Druſiānus, a, um, adject. a Druſus, ut Druſiana foſſa, *l'Iſſel*, ramus Rheni fl. in Germania inferiori, a Druſo ſic dicta. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 8.

Druſinus, a, um, Druſianus. *Claud. c.* 1. Foſſas immenſi operis effecit, quæ nunc adhuc Druſinæ vocantur.

Druſus, Romanus, genere & eloquentia nobilis, Catonis avus. *Velley. l.* 2. *c.* 13. ¶ Alius Ciceronis ſodalis fuit, cujus meminit ipſe *l.* 3. *de Nat. Deor.* ¶ Alius Liviæ Auguſtæ fil. cognomento Germanicus, Germania magna ex parte devicta, periit; de cujus morte extat adhuc Conſolatorium carmen ad Liviam.

Dryădes, f. 3. δρυάδες, nymphæ ſylvarum præſides, a δρῦς, *arbor*, & ſpeciatim *quercus*. *Calpurnius ecl.* 2. *v.* 14. Adfuerunt ſicco Dryades pede, Najades udo.

Dryantiădes, Lycurgus dictus a Dryante patre. *Ovid. in Ibin.*

Dryas, antis, fil. Hippolochi, cui Cluſtumina Colchida Lycurgum peperit. Bello Thebano interfuit ſtetitque a partibus Eteoclis. Cum in pugna Parthenopæum letali ictu vulneraſſet, a Diana ſagittis confixus eſt.

Dryopētes. V. Dryophytes.

Dryophytes, æ, vel Dryophitus, i, m. 1. vel 2. δρυόφυτες βάτραχοι, rana per arbores incedens. *Plin. l.* 32. *c.* 7. & 10. Ubi al. leg. Dryopetes, id eſt rana ex imbre proveniens.

Dryophŏnon, n. 2. herba. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Dryopteris, f. 3. herba filici ſimilis, in arboribus naſcens, tenui foliorum ſubdulcium inciſura, radice hirſuta. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

D A N T E U.

Dua, n. pl. pro *duo*. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Dua pondo, & trepondo uſque ad noſtram ætatem dictum eſt, & recte dici Meſſala confirmat. *Cic. in Or. ex Accio Poeta*: Video ſepulcra dua duorum corporum.

Duālis, le, o. 3. δυικός, quod eſt duorum. *Serv.* in illud *Virg.* 2. *Æn. Conticuere omnes*. Nec eſt, ut quidam dicunt, dualis numerus, quia apud Latinos nuſquam penitus invenitur, Adde *Quintil. l.* 1. *c.* 5.

Duas, pro *des*. *Plaut. Aul.* 2. 2. 61. At nihil eſt dotis, quod dem. M. ne duas.

Dubenus, m. 2. dominus, apud vet. *Feſt.*

Dubĭe, adv. *dubbioſamente*, Ger. *zvvyfelhafftiglich*, Gall. *douteuſement*, Hiſp. *dudoſamente*, ἀμφιβόλως. *Cic.* 1. *de Div. c.* 55. Ut aliquod ignum dubie datum pro certo ſit acceptum.

Dubiēnus, o. 1. 2. idem ac dubius, apud veteres. *Feſt.*

Dubiĕtas, atis, f. *dubbio*, dubitatio. *Ammian. l.* 4. *c.* 6. Abſentia magiſtri equitum faciente dubietatem.

Dubĭo, as, n. 1. dubito, apud vet. *Feſt.*

Dubiōſus, a, um, o. 1. 2. *dubbioſo*, ἄπορος, dubius. *Gel. l.* 3. *c.* 3. Dubioſæ non erant. Adde *l.* 5. *c.* 10.

Dubitabĭlis, le, o. 3. dubius. *Ov. Met.* 1. *v.* 223. Nec erit dubitabile verum.

Dubitanter, adv. dubie. *Cæcil. apud Non.* Et Gallis non dubitanter immittant. *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 3. Sine ulla affirmatione, dubitanter unumquodque dicemus.

Dubitātim, adv. dubie. *Siſen. apud Non. c.* 2. *n.* 231. Hoſtem non dubitatim cum ſcalis iter facere cernebat.

Dubitatĭo, onis, f. 3. *dubitazione*, Germ. *zvvyfflung*, Gall. *doute*, Hiſp. *duda*, ἀπορία, actus dubitandi. *Cic.* 10. *Fam.* Quæ res dubitationem non habet. *Id.* 3. *Fam. ep.* 5. Adducere in dubitationem. *Id.* 4. *Ver.* Dubitatione æſtuare. *Plin. l.* 27. *c.* 8. Sine dubitatione lactucæ foliis ſimilis. ¶ Dubitatio item eſt Figura ſententiarum, cum Orator, aut Poeta quærit, an ſibi dicendum ſit, quid potiſſimum dicendum, unde incipiendum, ubi deſinendum, &c. *Quinct. l.* 9. *c.* 2.

Dubitatīvus, a, um, adject. ut dubitativa Conjunctio, ſc. quæ dubitationi inſervit, apud *Diomed. Grammatic.*

Dubitātor, oris, m. qui dubitat. *Tertul. adv. Hæret. c.* 33. Negatores, & dubitatores reſurrectionis.

Dubitatus, o. 1. 2. partic. a dubito. *Ov.* 2. *Met. v.* 20. Venit, & intravit dubitati tecta parentis.

Dubĭto, as, avi, atum, n. 1. *dubitare*, תלה, Ger. *zvvyfeln*, Gal. *douter*, Hiſp. *dudar*, ἀπορέω, dubius ſum, freq. ab antiquo dubio. *Cic.* 4. *Acad.* Vinolenti dubitant, hæſitant, revocant ſe interdum. ¶ Sæpe poſt hoc verbum annectitur particula *quin*, præſertim apud *Cic.* ut *l. ult. ad Att. epiſt. ad Capiton.* Non dubito, quin mirere. Et *Terent. Andr.* 2. 4. 2. Non dubitat, quin neges. ¶ Etiam ſequente interrogatione. *Cic. pro Leg. Man. c.* 15. Et quiſquam dubitabit, quin huic hoc tantum bellum tranſmittendum ſit? ¶ Jungitur etiam cum an, utrum, num. *Cic. in Ver.* 5. Dubitare, utrum ſit utilius. ¶ Et cum ablat. cum præpoſit. *de*. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 46. De tua erga me voluntate non dubitant. ¶ Et cum accuſat. communi. *Cic. l.* 1. *Offic.* Intelligi poteſt, non ſolum id homines ſolere dubitare. ¶ Et cum infinito. *Nepos in Præfat.* Non dubito, fore pleroſque &c. ¶ Sed cum regit infinitum præcedente *non*, fere ſignificat, audere, *aver coraggio*. *Cic. Catil.* 4. *c.* 5. Non dubitat mandare Lentulum vinculis. ¶ Interdum ponitur pro cogitare, ſeu deliberare. Ita enim exponit *Servius* illud *Virg. Æn.* 9. *v.* 190. percipe porro Quid dubitem, & quæ nunc animo ſententia ſurgat. ¶ Item pro ancipitem & dubium eſſe. *Liv. l.* 21. Si fortuna dubitabit, in prælio potius, quam fuga mortem oppetere, h. e. ſi varia, & anceps erit. ¶ Uſurpatur etiam impersonaliter. *Cic. ad Attic. l.* 4. Sed utrum fronte, an mente, dubitatur. ¶ Et paſſive, ut, *hoc dubitatur*, h. e. in dubium, & quæſtionem venit. *Cic. Ver.* 4. Præſertim aliorum auctoritate confirmatum dubitabitur.

Dubĭum, ii, n. tanquam ſubſtantivum affertur a Calepino: ſed omnia, quæ adducuntur, exempla, adjectivum olent.

Dubĭus, o. 1. 2. *dubbioſo*, תמוה, Ger. *zvvyffelhafftig*, Gal. *douteux*, Hiſp. *dudoſo*, ἀμφίλογος, incertus, hæſitans, a *duo*, & *vis*, quaſi ſit, qui duas vias habet, & utram eligat, neſcit. *Cic. pro L. Man.* Quæ cujuſquam animum in hac cauſa dubium facere poſſit. ¶ Cœna dubia dicitur, cum tanta apponitur ciborum copia, ut cogaris dubitare, quid potiſſimum ſumas. *Ter. Phor.* 2. 2. 28. Cœna dubia apponitur. Eadem ratione *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 77. Vides ut pallidus omnis cœna deſurgat dubia? ¶ Dies dubius. V. Dies. ¶ Dubia lux, h. e. crepuſculum. *Senec. Hippolyt.* ¶ Dubia lanugo, cum incipit apparere. *Martial. l.* 2. ¶ Argentum dubium dicitur, de cujus pondere, & bonitate dubitatur. *Plaut. Epid.* 5. 1. 40. ¶ Interdum dubius accipitur pro periculoſo. *Ter. Adelp.* 2. 2. 35. Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſec. h. e. in periculum. Sic *Salluſt. Catil. c.* 52. Anima noſtra in dubio eſt. ¶ Hinc etiam res dubiæ, h. e. adverſæ, & cum periculis conjunctæ. *Plaut. Epid.* 1. 2. 10. Is amicus eſt, qui in re dubia juvat. ¶ Apud Rhet. Dubium genus eſt, cum habet in ſe cauſæ & honeſtatis, & turpitudinis partem, ut ait *Auct. ad Heren. l.* 1. ¶ Uſurpatur hoc nomen ſæpe ſequente *quin*. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 8. Non dubium eſt, quin poſſit notare. ¶ Et cum præpoſit. *de*. *Id. l.* 11. *Attic. ep.* 6. De Pompeii exitu mihi dubium nunquam fuit. ¶ Et cum genit. ut dubius animi, dubius vitæ. *Virg.* 3. *Georg. Ovid.* 3. *Triſt. el.* 3. Dubius ſententiæ, *Liv. l.* 33. *c.* 25. ¶ Cum infinito jungit *Manil. l.* 4. *v.* 884. An dubium eſt, habitare Deum

Deum ſub corpore noſtro' ¶ Sine dubio, *Ciceronis* eſt *l.* 2. *Fam. ep.* 2. Procul dubio, *Suetonis in Ner. c.* 34. ¶ Vocare in dubium aliquid, h. e. de aliqua re dubitare. *Liv. l.* 3. *c.* 13. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 34.

Ducalĭter, adverb. ducis more. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Ducaliter anteceſſurus. Et *l.* 8. *ep.* 6. Ferunt, nullum rem militarem ducalius C. Cæſare adminiſtraſſe.

Ducatĭo, onis, f. ducendi actio. *Tertul. de Coron. Mil. c.* 11. Ducatio neceſſitatis. Al. tamen leg. *Advocatio*.

Ducator, m. 3. dux, a *ducare*, pro ducere. *Ulp. l. quemadmodum*, §. *ſi navis*, *ff. ad l. Aquil.* Aut in gubernatorem, aut in ducatorem actionem competere damni injuriæ Alphenus ait.

Ducātrix, icis, f. quæ ducit. *Apul. de dog. Plat. l.* 2. *poſt princ.* Vitiorum ducatrices iracundia, & libido.

Ducātus, us, m. 4. ductus, actio ducendi, a ducare. *Suet. in Tiber. c.* 19. In omni ducatu expertiſſimo. ¶ Item ducis dignitas, præfectura, imperium militare, *capitaniato*, ἡγεμονία. *Suet. in Ner. c.* 35. Quia ferebatur ducatus, & imperia ludere.

Ducēna, æ, f. 1. gradus, ſeu dignitas quædam. V. Centena.

Ducenarĭus, o. 1. 2. quod ducenta continet, ut Ducenaria pondera, ducentarum librarum. *Plin. l.* 7. *c.* 20.

Ducenarĭus, ii, m. *Suet. in Aug. c.* 32. Ad tres Judicum decurias quartam addixit ex inferiore cenſu, quæ Ducenariorum vocaretur. hoc eſt eorum, qui ducena ſeſtertia in cenſum profiterentur, non, ut Equites, quadringena. *Id. in Claud. c.* 24. Ornamenta conſularia etiam procuratoribus ducenariis indulſit. Ubi ex *Dione* docent *Caſaub.* & *Torrent.* Ducenarios dictos propter ſtipendium, quod ex procuratione in ducentis ſeſtertiis accipiebant. h. e. a numero pecuniæ ſibi commiſſæ. ¶ Fuiſſe autem gradum quemdam dignitatis, colligimus etiam ex *Euſeb. l.* 7. ubi de Samoſateno loquens, ait; ἐ ὑπερῆδε κοσμικὰ ἀξιώματα ὑπεδυόμενος, καὶ δεκλωάριος μᾶλλον, ἢ ἐπίσκοπος θέλων ἀκούεσθαι. ¶ Aliis Ducenarius eſt, qui duabus militum centuriis præeſt. *Veget. l.* 2. *c.* 8.

Ducēni, æ, a, adject. numer. diſtributivum. Sed ſæpius abſolute uſurpatur pro ducenti, *ducento*. *Liv. l.* 9. *c.* 19. Cenſebantur ducena quinquagena millia capitum.

Ducentesimus, a, um. Affertur ex *Sueton. Calig. c.* 16. Sed dubia eſt lectio. ¶ Ducenteſima, æ, f. vectigal, quo nummus pro ſingulis ducenis nummis penditur. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 42. Fructibus provinciæ levari poſſe centeſimæ vectigal profeſſus, ducenteſimam in poſterum ſtatuit.

Ducenti, æ, a, adject. numer. *ducento*, διακόσιοι. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Durant adhuc vina ducentis fere annis.

Ducentĭes, adver. *dugento volte*, διακοσιάκις, bis centies. *Cic.* 2. *Phil. c.* 16. Amplius ducenties acceptum retuli.

Duco, is, duxi, ductum, a. 3. *condurre*, נהג, Ger. *fibren*, Gal. *conduire*, Hiſp. *guiar*, ἄγω, ἡγέομαι, ago. *Sen. epiſt.* 107. Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ¶ Quandoque ſignificat allicere, delectatione quadam demulcere. *Cic.* 2. *Verr.* Si quis honore, aut gloria ducitur. ¶ Quandoque cenſere, judicare, exiſtimare. *Cic.* 1. *Fam.* Quæ ne tu quidem unquam timenda duxiſti. *Idem pro Flac.* Si quis deſpicatui ducitur. ¶ Quandoque æſtimare. *Cic. pro Arch.* Omnia pericula mortis, atque exilii parvi eſſe ducenda. ¶ Quandoque attribuere, aſcribere. *Cic. in Sall.* Quæ in hiſtoriis gloriæ mihi ducis. ¶ Quandoque accipere in uxorem. *Cic.* Duxit C. Albini filiam. *Id. pro Sext.* Duxit uxorem optimi viri filiam C. Scipionis. ¶ Quandoque volvere, cogitare. *Virg.* 6. *Æn. v.* 690. Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum. ¶ Quandoque nudare, educere. *Virg.* 12. *Æn.* Et auxilium ducto mucrone petebat. ¶ Quandoque ſumere, contrahere. *Virg.* 9. *Ecl.* Duceret apricis in collibus uva colorem. Sic ducere notam, apud *Horat.* ¶ Quandoque agere. *Virg.* 4. *Æn.* Nate Dea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? ¶ Quandoque ſtruere, erigere. *Vir.* 1. *Æn.* Pars ducere muros, molirique arcem. ¶ Quandoque contrahere, criſpare. *Mart. l.* 1. *epigr.* 41. Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter. ¶ Quandoque in longum protrahere. *Cic. in Fam.* Ne res duceretur, fecimus, ut Hercules Antiarius in alium locum transferretur. *Idem Fam. l.* 7. *c.* 3. Ducere bellum. ¶ Quandoque gerere, facere. *Virg.* 9. *Æn.* Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina. ¶ Quandoque ad ſupplicium ducere. *Suet. Calig. c.* 27. A calvo ad calvum duci imperavit. Habet & *Liv.* ſæpe. *V. l.* 6. *c.* 20. ¶ In auctionibus quoque, cui mancipium addictum eſſet, dicebant, *ducas licet*. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 63. Quanti addictus? mille nummum: nihil adde, ducas licet. ¶ Quandoque accipitur pro accipere, conſequi. *Ovid.* 10. *Met. v.* 680. Duxit ſua præmia victor. ¶ Quandoque pro bibere, haurire. *Horat. l.* 1. *od.* 17. *v.* 21. Hic innocentis pocula Lesbii Duces ſub umbra. ¶ Item pro fallere. *Ter. And.* 4. 1. 20. Etiam nunc me ducere iſtis dictis poſtulas. ¶ Item pro effingere, efformare. *Virg.* 6. *Æn. v.* 848. Ducere de marmore vultus. ¶ Ducere ſervo pugnum, eſt, impingere. *Paul. JCtus leg.* 4. *de injur. & famoſ. libel.* ¶ Ducere lanam, eſt, facere, ſeu nere. *Ovid.* 4. *Met. v.* 33. Hinc ducere carmen, apud eundem *l.* 5. *Triſt. eleg.* 12. *v.* 63. Nec poſſum, & cupio nonnullos ducere verſus. ¶ Ducere lateres, *fare*, *o ſtampar matoni*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. h. e. lateres coquendos formare. ¶ Habet etiam obſcenum ſenſum. *Plaut. Moſtel.* 1. 1. 35. & alibi. ¶ Ducere ſe, eſt, ſe conferre. *Id. Amph.* 4. 3. 8. Ad regem recta me ducam. ¶ Ducere familiam. h. e. primum eſſe, & caput familiæ. *Cic. Phil.* 5. Lucius quidem frater ejus familiam ducit. Hinc Ducere claſſem, ducere exercitum, ideſt, exercitui præeſſe. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 11. Pro eo dicitur etiam, *ducere*, abſolute. *Liv. l.* 23. Auctores erant quidam, ut protinus inde Cumas duceret, urbemque oppugnaret. ¶ Ducere rationem, *far' i conti*. *Cic. Att. l.* 8. Duxi meam mecum rationem. ¶ Ducere rationem, id eſt, habere rationem. *Cic. pro Sext.* Dicebant, officii rationem in omni vita, non commodi eſſe ducendam. ¶ Ducere centeſimas. V. in Centeſimus. ¶ Ducere alvum. *Celſ. lib.* 4. *c.* 40. Oportet ſolvere alvum, ſi aliter non reſpondet, etiam ducere. *h. e.* ſollicitare. ¶ Initium ducere, pro capere. *Cic.* 2. *Agr. c.* 7. Initium rerum, ac legum ſuarum hinc duxit. ¶ Ducere vitam, ſpiritum, *vivere*. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 12. ¶ Ducere os, vitium oratoriæ pronunciationis, *menare il capo*. *Quint. l.* 9. *c.* 4. & *Cic. in Orat.* ¶ In modo imperat. facit *duc*. quam formam ſequuntur alia tria verba, *dic*, *fac*, *fer*. *Plautus* tamen *duce* dixit ἀρχαϊκῶς, *Moſtell.* 1. 4. 10. *Trinum.* 2. 2. 103. *Epid.* 3. 3. 18. Sic *dice*, pro *dic*, *Rud.* 4. 4. 112. *Face*, pro *fac*, *Aul.* 2. 1. 30. &c.

Ductabilĭtas, atis, f. videtur eſſe quædam animi imbecillitas, & nimia facilitas, qua quis ſe circumduci, & circumveniri ab alio patitur. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 626. Eo plectuntur poetæ, quam ſuo vitio ſæpius, ductabilitate nimia, &c.

Ductarĭe, adverb. ducendo, vel trahendo. *Plaut. in fragm. Frivolariæ.* Nave agere oportet, quod agas, non ductarie.

Ductarĭus, a, um, o. 1. 2. idem ac ductilis, ut Ductarius funis, qui per orbiculos trochleæ trajicitur, & inde ad ergatam. *Vitruv. l.* 10. *c.* 2. 3. & 5.

Ducticĭus, a, um, adjectiv. ductilis, ductarius, ut ducticium ferrum, *Quintil. l.* 6.

Ductĭlis, le, o. 3. *che facilmente ſi guida dove ſi vuole*, נקשה, Ger. *zugig*, Gal. *aisè a mener, ou conduire*, Hiſp. *el que ſe puede boluer*, ἀγωγός, quod facile ducitur. *Plin. l.* 34. *c.* 8. In Cypro æs coronarium, & regulare eſt, utrumque ductile, ideſt, quod malleis obſequitur, attenuaturque in laminas. ¶ Ductilis ſcena dicebatur, cum tractis tabulatis, hac, atque illac ſpecies picturæ interior videbatur. *Serv. in* 3. *Georg.*

Ductim, adverb. Apud *Plaut. Curc.* 1. 2. 14. Anus ebrioſa ita vinum alloquitur: Invergere in me liquores tuos ſino ductim. h. e. avide, ἀπνευστί, ut exponit *Priſcian. una tirata*. Perperam itaque quidam Lexicographi explicant, cum mora, paulatim. ¶ Item ductu. *Col. l.* 4. *c.* 25. Major pars operis in vineam ductim potius, quam cæſim facienda eſt, ideſt, ductu falcis, quam ictu.

Ductĭo, onis, f. ducendi actio, ut ductio, & reductio rudentum, *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. *Idem l.* 1. *c.* 1. Aquarum ductiones. h. e. deductiones, derivationes. *Celſ. l.* 4. *c.* 27. Alvi ductio, h. e. ſubductio.

Ductĭto, as, a. 1. περιάγω, ſepe circunduco. *Plaut. Rud.* 2. 6. 26. Venales illic ductitavit. Adde *Epid.* 3. 2. 15. Exemplum *Terentii*, quod afferebatur, vide in Ducto. Sic enim legendum. ¶ Item æſtimare. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 85. Omne ego pro nihilo eſſe ductito, quod fuit.

Ducto, as, avi, atum, a. 1. frequent. a duco, *menar in queſta, e quella parte*, ἄγω, περιάγω, ſæpe duco, huc, & illuc duco. *Plaut. Capt.* 3. 4. 109. Dolis aliquem ductare. *Ter. Adelph.* 4. 7. 34. Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. *Salluſt. Catil. c.* 11. & *Jugurt. cap.* 38. Ductare exercitum, quod *Quintil. l.* 8. *c.* 3. reprehendit: *ductare* enim obſcenum ſenſum habet. Hinc Ductare ſcortum, vel amicam. h. e. ad ſcortum accedere. *Plaut.* ſæpe, & *Ter. Phorm.* 3. 2. 15.

Ductor, ris, m. 3. *condottiere*, נגיד, Ger. *ein hauptman*, Gal. *capitaine*, Hiſp. *adalid*, ἡγεμὼν, στρατηγὸς, qui præeſt exercitui, dux, belli, qui ordines in militia ducit. *Cic.* 1. *Tuſc.* Non modo ductores noſtri, ſed univerſi exercitus ad non dubiam mortem concurrere. *Virg.* 6. *Æn.* Ductor claſſis.

Ductrix, icis, f. 3. *conduttrice*. *Leg.* 1. §. 12. *ff. de exercit. action.* naves quædam *vectorum ductrices* appellantur.

Ductus, us, ui, m. 4. *condotta*, פקודה, Ger. *ein fibrung*, Gal. *conduite*, Hiſp. *conduta*, ἀγωγή, ductio. *Liv. l.* 4. Ductu Fabii nihil dignum memoratu actum. ¶ Item derivatio. *Cic.* 2. *de Leg.* Ductus vero aquarum, quos ibi tubos, & euripos vocant, quis non irriſerit? ¶ Ductus oris, *i lineamenti del volto*. ¶ Ductus literarum ſunt formæ, & apices literarum. apud *Plin. l.* 8. *c.* 3.

Ductus, a, um, adject. *menato*, *condotto*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Per quaſdam ab inteſtino uſque ad jecur ductas, & directas vias. *Idem de clar. Orat.* Benevolentia ductus mihi tribuebat omnia. *Tac. Ann.* 6. *c.* 2. Viginti forte ducti, *cavati a ſorte*. *Plaut. Capt.* 4. 2. 7. Hic ille eſt ſenex ductus, cui verba data ſunt. h. e. deceptus.

Dudum, adverb. *poco fa*, *pur ora*, כבר, Ger. *vorlangſt*, Gal. *depuis peu*, Hiſp. *poco*, *a*, πάλαι, nuper, modo, ex *diu*, & *dum*. *Valla* ſcripſit *l.* 2. *c.* 34. dici de exiguo tempore, ut ſpatium unius diei raro excedat. Sed etiam diem tranſcendit. *Ter. And.* Oro, Chreme, ut beneficium verbis initum dudum nunc re comprobes. *Cic. l.* 11. *Att. ep.* 24. Quæ dudum ad me ſcripſiſti, ea ſentio eſſe vera. *Ter. And.* 5. 2. 9. Modo introii. Si. Quaſi ego, quam dudum, rogem, *quanto tempo ſia*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 51. Sic ſalutas, quaſi dudum non videris, *come ſe or' ora non m' aveſſi veduto*.

Duellator, m. 3. idem ac bellator, a *duellum*, bellum. *Plaut. Capt. prol.* Domi, duellique duellatores optimi.

Duellĭcus, o. 1. 2. bellicus. *Lucr. l.* 2. *v.* 660. Equorum duellica proles. *Plaut. Epid.* 3. 4. 14. Quem memorant arte duellica divitias magnas ſibi adeptum.

Duellis, com. 3. hoſtis, a *duellum*. *Arnob. l.* 1. Duelles cum pereunt.

Duellōna, f. 1. Bellona. *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 10.

Duellum, n. 2. *guerra*, πόλεμος, idem ac bellum. Veteres enim *du* ponebant pro *b*. Sic legitur *duonum* pro *bonum*, & *duis* pro *bis*, ut ait *Cic. in Orat. c.* 45. V. etiam *Quintil. l.* 1. *c.* 4. *Horat. lib.* 1. *epiſt.* 2. *v.* 7. Græcia barbariæ lento colliſa duello. *Cic. l.* 2. *de Leg. cap.* 18. Æs atque ferrum duelli inſtrumenta. *Plaut. Aſin.* 3. 2. 13. Quæ domi, duelique feciſti.

Duellus, a, um, idem quod bellus, apud Veteres. *Nævius* apud *Quint. lib.* 1. *cap.* 4. & *Titinn.* apud *Non. c.* 3. *n.* 117.

Duēnus, o. 1. 2. idem ac benus, ideſt bonus. V. *duonus*.

Duicenſus, o. 1. 2. bis cenſus, ſeu cenſus cum altero. h. e. cum filio, a duis, bis. *Feſt.*

Duidens, f. 3. hoſtia bidens. *Feſt.*

Duīgæ, idem quod bigæ apud Veteres. *Varr. lib.* 7. *L. L.*

Duīni, idem quod bini, apud Veteres. *Varr. lib.* 7. *L. L.*

Duint, antiqui dixere, pro *dent*, vel *dederint*. *Ter. And.* At tibi Di dignum factis exitium duint. *Tac. Annal.* 4. *c.* 38. Ut mihi quietam mentem duint.

Duis, adverb. antiq. bis. *Cic. in Or. c.* 45. Ut duellum bellum, & duis bis. ¶ Eſt item verbum, pro *des*, vel *dederis*. *Plaut. Capt.* Libellum pro eo argento ne duis.

Dulcacĭdus, a, um, o. 1. 2. quod mixtum quendam ſaporem habet ex dulci, & acido. *Q. Seren. Sammonic. de Med. c.* 12. Crudaque dulcacido miſcebis rapa liquori. Adde *c.* 34.

Dulcātus, a, um, adject. *addolcito*, dulcis factus. *Sidon. Carm.* 2. *v.* 105. Ferunt exorto flumina melle Dulcatis cunctata vadis.

Dulce, adverb. *dolcemente*, Germ. *ſiſſiglich*, Gal. *doucement*, Hiſp. *dolcemente*, γλυκερῶς. *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. Hercle aſtitit & dulce, & commodice. Al. leg. *dulice*. *Cic. in Brut. c.* 19. Tum Hiſtoria quædam ſcripta dulciſſime. *Prudent. Cathem.* 5. *v.* 95. Lignum eſt, quo ſapiunt aſpera dulcius. *Prop. lib.* 1. *eleg.* 2. Et volucres nulla dulcius arte canant.

Dulcēdo, f. 3. *dolcezza*, מתק, Ger. *ſiſſigheit*, Gal. *douceur*, Hiſp. *dulcura*, *dulcor*, γλυκύτης. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 40. Dulcedo orationis. Et *ad Brut. ep.* 16. Vivendi dulcedo. *Idem pro Arch.* Dulcedine gloriæ commoveri.

Dulceſco, is, ulcui, n. 3. *addolcirſi*, מתק, Germ. *ſiſs vverden*, Gall. *s' addoucir*, Hiſp. *endulcerſe*, γλυκαίνομαι, dulcis fio. *Cic. de Sen. c.* 15. Primo eſt præacerba guſtui, deinde maturata dulceſcit. *Paulin. ad Nicetam*, *v.* 30. unde miſſo dulcuit ligno.

Dulcĭa, orum, n. 2. placentæ dulces. *Lampr. Heliog. c.* 27. Dulciarios, & lactarios tales habuit, ut illi modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent. Et infra: Aliæ de pomis, alia de dulciis, alia de opere lactario.

Dulciarĭus, ii, m. 2. qui panes, & mellita concinnat edulia. *Lampr. Heliog. c.* 1. Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quæcunque coqui de diverſis eduliis exhibuiſſent. In *Martial.* 14. lemmate *epigr.* 222. Dulciarius piſtor.

Dulcicŭlus, a, um, o. 1. 2. dimin. a dulci. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 19. Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

Dulcĭter, a, um, adject. dulcis. *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 18. Cantharum dulciterum propinare.

Dulciflŭus, a, um, o. 1. 2. γλυκόρρους, quod dulciter fluit. *Dracont. Hexaem. v.* 49. Dulciflui fontes.

Dulcimŏdus, a, um, adject. dulcisonus. *Prudent. Psychom. v.* 666. resultant Mystica dulcimodis Virtutum carmina psalmis.

Dulcinervis, e, adject. ut dulcinervis arcus, apud *Martian. Capell. l.* 9.

Dulcĭo, is, ire, n. 4. idem ac dulcesco. *Lucret. l.* 2. *v.* 473. Humor dulcit, ubi per terras crebrius idem Percolatur.

Dulciorilŏquus, a, um, adject. qui dulci ore loquitur. Ita *Nav.* Nestorem dixit, apud *Gel. l.* 19. *c.* 7.

Dulcis, ce, o. 3. *dolce, soave*, מתוק, Ger. *süß*, Gall. *doux*, Hisp. *dulce*, γλυκύς, γλυκερός, suavis, ab antiquo delicis, quia delicit, h. e. allicit, delectat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sentit igitur calida, & frigida, dulcia, & amara. *Ovid.* 3. *Met. v.* 796. Matura dulcior uva. ¶ Translate jucundus. *Cicer. Att. l.* 5. *epist.* 13. Dulcissima epistola. ¶ Item formosus: eo enim sensu videtur *Horat. l.* 4. *od.* 1. Cupidines dulces vocare. Et *Stat. in Epithal. Stellæ, v.* 154. Mihi dulcis imago Prosiluit.

Dulcisŏnus, a, um, adject. γλυκύφωνος, dulce sonans. *Sidon. Carm.* 6. *v.* 5. Dulcisonum quatitur fidibus dum pectine murmur.

Dulcĭtas, tis, f. 3. idem ac dulcedo. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 215. Dulcitas conspirantis animæ. *Apul. de Mund.* Dulcitas fici.

Dulcĭter, adverb. idem ac dulce. *Cic.* 2. *de Fin.* Quæ sensus dulciter, ac jucunde movet.

Dulcitūdo, nis, f. 3. idem ac dulcedo. *Cic.* 3. *de Or. c.* 25. Quique dulcitudine præter cæteros sensus commovetur.

Dulco, as, a. 1. *addolcire*, המתיק, Ger. *süßmachen*, Gal. *addoucir*, Hisp. *endulcar, dulcorar*, γλυκαίνω, dulce efficio. *Sidon. Apoll. l.* 5. *ep.* 4. Offensæ amaritudinem politis affatibus dulcare non desinant.

Dulcor, oris, m. idem quod dulcedo. *Tert. adverf. Marcion. lib.* 3. *c.* 5. Montes distillaturi dulcorem.

Dulĭce, adverb. δουλικῶς, serviliter. *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. Astitit dulice, & comœdice. Alii leg. *dulce*.

Dulichĭum, n. 2. Δουλίχιον, inf. maris Jonii, una Echinadum, contra ostia Acheloi flu. non procul ab Ithaca. Hic Ulysses habitasse, vel imperasse fertur.

Dulichĭus, a, um, adject. ad Dulichium pertinens. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 75. Dulichias vexasse rates. h. e. Ithacenses. Ipse etiam Ulysses Dulichius cognominatus est. V. Dulichium.

Dum, *mentre che, fin che*, עד, Germ. *dieweil, bis*, Gal. *pendant que, jusque a ce que*, Hisp. *mientras que, hasta que*, adv. temporis, & modo pro *quando* ponitur. *Plin. l.* 7. *c.* 53. Nullis evidentibus cauiis obiere, dum calceantur matutino duo Cæsares. ¶ Modo pro *donec*. *Ter. in Eun.* Expectabo, dum veniat. *Nepos Pausan. c.* 3. Expectandum, dum se res ipsa aperiet. ¶ Est etiam conjunctio, & significat *modo*, vel *dummodo*, *Sallust. in Catil.* Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi Regnum pararet, quicquam pensi habebat. ¶ Interdum est syllabica adjectio, & conjungitur cum *Ades, age, modo, taxat*, ut *Adesdum, agedum, dummodo, dumtaxat*. *Ter. And.* Adesdum, paucis te volo. Cetera V. suis locis. ¶ Eleganter ei præponitur alia particula, ut vix, tantisper, ne. *Terent. Heaut.* 1. 1. 54. Ego te meum dici tantisper volo, dum quod te dignum est, facis. *Liv. l.* 28. *c.* 14. Vix dum satis certa luce. *Ter. Heaut.* 3. 1. 44. Sufferre nunquam ejus sumptus queat, nedum tu possis. ¶ *Nihil dum*. h. e. nihil adhuc. *Liv. l.* 24. *c.* 22. Simulata lenitas nihil dum profuerat. ¶ *Necdum*, non adhuc. *Id. l.* 21. *c.* 6. Legatione decreta, necdum missa. ¶ Aliquando verbis ipsis, & nominibus etiam adjungitur, & vim quandam habet velut excitantis. *Sen. Med. v.* 987. Perage dum facinus manu. *Plaut. Mil.* 1. 2. Mane dum. *Id. Trinum.* 1. 2. 109. Circumspice dum. Sic, quid dum? &, qui dum? pro cur. *Plaut. Men.* 1. 2. & *Amph.* 4. 2. 13. ¶ *Dum ne*, dummodo ne. *Brut. Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 10. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus Resp. a me administrari possit. ¶ Eodem sensu, dum quidem ne dixit *Plaut. Aul.* 2. 2. 34.

Dumālis, le, adject. ad dumum pertinens. *Martian. Capel. l.* 3. Dumalibus hirta setis.

Dumētum, n. 2. idem ac dumetum, apud vet. *Fest.*

Dumesco, is, q. d. dumus fio, vel dumis obducor. *Diomed. Grammat. l.* 1.

Dumētum, ti, n. 2. *spineto*, Germ. *ein hort da vil becken stehn*, Gal. *buisson, touffe de bois epineux*, Hisp. *espinal*, ἄκανθών, locus dumis, ideit spinis obsitus, a dumicetum. *Cic.* 5. *Tusc.* Septum undique, & vestitum vepribus, & dumetis.

Dumicētum, n. 2. idem ac dumetum, apud vet. *Fest.*

Dumicŏla, æ, qui in dumis degit. *Avien. Perieg. v.* 895. Dumicolas Avienos.

Dummŏdo, adverb. *purchè*, modo. *Cic.* 3. *Off. c.* 21. Dummodo potentiam consequantur.

Dumōsus, a, um, *spinoso*, ἀκανθώδης, spinosus, vepribus plenus, frondosus. *Virg.* 1. *Ecl.* Dumosa pendere procul de rupe.

Dumus, m. 2. *spino, dumo*, סרי, Ger. *hecke*, Gal. *buisson*, Hisp. *espinal, breña*, βάτος, omnis spina. *Cic.* 5. *Tusc.* Animadverti columellam non multum e dumis eminentem. *Virg. Æn.* 9. *v.* 381. Silva horrida dumis.

Duntaxat, adverb. *solamente*, רק, Ger. *allein*, Gal. *seulment*, Hisp. *solamente*, γάρ, solum. *Cic. pro Dejot.* Quod ipsum etsi non iniquum est in tuo duntaxat periculo. ¶ Interdum habet ante se negationem, post se *sed etiam*, aut *verum etiam*. *Liv. l.* 46. Nec animum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessimus.

Duo, æ, o, *due*, שתים, Ger. *zwo, zwey*, Gal. *deux*, Hisp. *dos*, δύο, Attice δύω, nomen numerale num. plur. a Græca voce, quæ allata est. ¶ *Duo*, & *ambo* gen. & accus. per 2. decl. proferunt, dat. & ablat. per 3. Sed in genitivo frequens est syncopa *duum*, pro *duorum*. Et accusativus masculinorum quandoque similis est nominativo, proferturque in *o*, more Græco. *Virg.* 11. *Æn.* Si duo præterea tales Idæa tulisset terra viros. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 18. Duo villicos habeat. Adde *Liv. l.* 35. *c.* 2. & *Cenotaph. P. C. Cæsaris*, ubi habetur *duo* viros creare. ¶ *Dua* pro duo, V. supra suo loco. ¶ Duum pro duorum. *Cic. Fam.* 12. 15.

Duo, is, pro do, das, dicebant Veteres. V. Duint.

Duodecennis, e, adject. & contract. Duodennis, qui duodecim annos habet. *Sulpic. Sev. Dial.* 3. *c.* 2. Duodecennem ab utero mutam puellam. Et *Dial.* 1. *c.* 10. Puer duodennis. Ita enim reperiri etiam in MSS. monet *Jo. Vorstius*.

Duodecĭes, *dodeci volte*, δωδεκάκις, adverb. numeri. *Liv. l.* 38. *c.* 28. Tyberis duodecies Campum Martium, planaque Urbis inundavit.

Duodĕcim, *dodici*, δώδεκα, nom. num. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 23. Discebamus enim pueri duodecim.

Duodecĭmo, adverb. *la duodecima volta*. *Capitolin. in Pio*, *cap.* 1. Flavio Domitiano duodecimo & Corn. Dolabella Coss.

Duodecĭmus, o. 1. 2. *duodecimo*, δωδέκατος, num. ordinis, a duodecim. *Cæs. l.* 2. *B. G. c.* 23. Duodecima legio. Et *c.* 2. Duodecimo die.

Duodemillesĭmus, a, um, adject. nongentesimus nonagesimus octavus. *Proculus JCtus* 1. 80. Ex duodemillesimis partibus socius.

Duodenarius, o. 1. 2. quod duodecim continet, a duodenus. *Var. l.* 4. *L. c.* 4. Multa antiqui duodenario numero finiebant.

Duodēnus, o. 1. 2. *a dodici a dodici*, num. distrib. a duodecim. *Cæs.* 5. *B. G.* Uxores habent deni, duodenique inter se communes. ¶ Sæpe accipitur pro duodecim sine distributione. *Virg.* 1. *Georg. v.* 232. Orbem per duodena regit mundi Sol aureus astra. Adde *Plin. l.* 11. *c.* 25.

Duodennis, V. Duodecennis.

Duodenonaginta, *ottantotto*. *Plin. l.* 3. *c.* 16.

Duodeoctoginta, *settantotto*. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Duodequadragēni, æ, a, duodequadraginta. *Plin. l.* 36. *c.* 2. Duodequadrageni pedes.

Duodequadragesĭmus, a, um, adject. trigesimus octavus. *Liv. l.* 1. *c.* 50. Duodequadragesimo ferme anno.

Duodequadraginta, trigintaocto. *Cic.* 5. *Tusc.*

Duodequinquagēni, æ, a, duodequinquaginta. *Plin. l.* 2. *c.* 8.

Duodequinquagesĭmus, a, um, ideit, quadragesimus octavus. *Cic. in Brut. c.* 44.

Duodequinquaginta, quadraginta octo. *Colum. l.* 12. *c.* 5.

Duodesexagesĭmus, a, um, adject. quinquagesimus octavus. *Vellej. l.* 2. *cap.* 53.

Duodesexaginta, *cinquant' otto*, quinquaginta & octo. *Plin.* 11. 9. Duodesexaginta annis nihil agere.

Duodetricies, adv. *ventotto volte*. *Cic. Ver.* 3. *c.* 70.

Duodetrigesĭmus, vel Duodetricesimus, a, um, adject. vigesimus octavus. *Var.* apud *Gel. l.* 3. *c.* 10.

Duodetriginta, viginti octo. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 1.

Duodevicēni, æ, a, adject. distribut. decem & octo. *Liv. lib.* 21. *cap.* 41. Duodevicenis denariis.

Duodevicesĭmus, a, um, adject. decimus octavus, *decimottavo*, ut duodevicesima legio, *Tac. l.* 1. *hist. c.* 55.

Duodeviginti, *diciotto*, nom. num. decem & octo. *Liv. l.* 30. *c.* 18. Signa militaria duodeviginti capta.

Duoetvicesĭmani, dicti sunt milites legionis vigesimæ secundæ, apud *Tac.* 1. *hist. c.* 55.

Duoetvicesĭmus, a, um, adject. vicesimus secundus. *Gel. l.* 5. *c.* 4. Duoetvicesimo anno, postquam Galli Romam ceperunt.

Duonus, a, um, o. 1. 2. idem ac bonus, apud vet. *Fest.*

Dupla, æ, f. 1. idem quod Duplum. *Var. de L. L.* V. JCtos.

Duplāris, re, o. 3. διπλᾶς, quod duplum continet. Duplares milites in veteri militia dicebantur, qui torque aureo ob virtutem donati duplam annonam accipiebant amplius, quam cæteri, quemadmodum Simplarii, qui annonam simplam accipiebant, præter eam, quæ in singula militum capita distribuebatur. *Veget. l.* 2. *Macrob. l.* 1. *in Som. Scip. c.* 6.

Duplatĭo, onis, f. duplex pœna, apud JCtos. Vide *lib.* 31. *ff. de nox. actionib.*

Duplex, duplicis, o. 3. *doppio*, כפלנה, Ger. *zwyfach*, Gal. *double*, His. *doble, doblado*, διπλοῦς, cujus duæ sunt partes, a *duo*, & *plico*, ideit, a duabus plicis. *Virg.* 1. *Æn.* Duplicem gemmis, auroque coronam. *Colum. l.* 1. *c.* 8. Duplicia (ferramenta) quam numerus servorum exigit, reposita custodiat. *Plin.* 19. 1. Ideo duplex quam ceteris pretium, *il doppio di più degli altri*. ¶ Nonnunquam etiam pro duobus accipitur, *due*. *Cic.* 1. *Tusc.* Differuit duas esse vias, dupliceſque cursus animorum e corpore discedentium. ¶ *Duplices, triplices*, &c. porticus dicuntur, in quibus ordines columnarum duplicati, triplicati, &c. sunt. *Vitr. l.* 5. In duplici palæstrarum porticu. ¶ *Duplices*, tantum num. plur. gen. masc. tabellarum genus est, in quibus literæ secretiores amatoriæ scribi solent. V. Triplices. ¶ Duplicem pannum, pro crasso, & villoso dixit *Horat. l.* 1. *ep.* 17.

Duplicarĭi, vel dupliciarii, m. 2. *soldati, che anno doppia paga*, milites erant, qui duplum accipiebant stipendium. *Liv. l.* 2. *c.* 59. Ad hoc centuriones, duplicariosque virgis cæsos securi percutiebat.

Duplicatĭo, onis, f. *il raddoppiare*. *Sen. l.* 4. *Quæst. nat. c.* 8. Radiorum duplicatio proxima quæquæ terris calefacit.

Duplicato, adverb. *duplicatamente*. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Saturni, & Jovis stellæ duplicato digrediuntur.

Duplicātor, oris, m. qui duplicat. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. Sinistrarum opinionum duplicatores.

Duplicātus, a, um, adject. *raddoppiato*. *Cic. pro Dom. c.* 35. Duplicata gloria discedere. ¶ Significat etiam, auctum, *accresciuto*. V. Duplico. ¶ Item incurvatum, ut duplicatum frigore corpus. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 1.

Duplicĭtas, atis, f. *doppiezza*, duplicatio, ut duplicitas aurium, *Lact. de Opif. Dei, c.* 8.

Dupliciter, adv. *doppiamente*, Ger. *zweyfeltig*, Gall. *doublement*, Hisp. *dobladamente*, διττῶς, duobus modis. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 20. Dupliciter delectatus sum tuis literis.

Duplĭco, as, a. 1. *raddoppiare*, כפל, Ger. *doppeln*, Gall. *doubler*, Hisp. *doblar, duplicar*, διπλόω, duplicem facio, gemino. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 22. Cum sæpius duplicaret numerum dierum. ¶ Ponitur & pro augere, *accrescere*. *Virg. in Bucol. Ecl.* 2. *v.* 67. Et Sol crescentes decedens duplicat umbras. ¶ Ponitur & pro incurvare. V. Duplicatus.

Duplĭo, onis, m. 3. idem ac duplus, apud vet. *Fest.* Hinc in leg. XII. Tab. Duplionis pœnam subire. V. *Rosin. Antiq. Rom. l.* 8. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Noxamve, duplionemve Prætoris arbitratu decerni.

Duplo, as, avi, atum, a. 1. *raddoppiare*. *Leg.* 14. *ff. de serv. corrupt. & l.* 20. *ff. de liber. causa*.

Duplum, dupli, n. 2. *doppio*, כפלנה, Ger. *zweyfeltig, gedoppelt*, Gal. *double*, Hisp. *doble*. *Cic.* 3. *Off.* Quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret. *Id. pro Flac. c.* 21. Frater meus pro sua æquitate decrevit, ut si judicatum negaret, in duplum iret. *cadesse in doppia pena, pagasse il doppio*.

Duplus, a, um, o. 1. 2. *doppio*, כפלנה, Ger. *doppelt*, Gal. *double*, Hisp. *doble*, διπλάσιος, bis tantus, a διπλοῦς. *Cic. de Univ. c.* 7. Secundam autem primæ partis duplam.

Dupondĭus. V. Dipondius.

Durabĭlis, le, o. 3. *durabile*, Germ. *langwirig*, Gall. *de durée*, Hisp. *durable*, ἐμμονος, quod durare potest. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 89. Quod caret alterna requie, durabile non est.

Durabilĭtas, atis, f. 3. *durevolezza*. *Pallad. l.* 1. *c.* 36. & *l.* 12. *c.* 7. Durabilitate præcipua esse.

Duracĭnus, o. 1. 2. quod durum aliquid habet, a *durus*. Nam *cinus* est productio vocis. Sic Duracina persica, *persichi, che non si spiccano dall' osso*, vel quæ dura carne sunt. *Plin. l.* 15. *c.* 12. Sed perficorum palma duracinis. ¶ Duracinæ uvæ dicuntur, quæ duram, & firmam corticem habent, a duritie corticis, vel a duris acinis. *Plin. l.* 4. *c.* 1. Uva non aliunde gratior callo, ut inde possit invenisse nomen duracina. Adde *Suet. Aug. c.* 76.

Durāmen, n. 3. *ramo della vite*, Germ. *vveinrezzveig*, Gall. *sep, bras*, Hisp. *tallo de vid*, brachium vitis. *Col. l.* 5. *c.* 22. Cujus longitudinis sint duramina. ¶ Item induratio. *Lucret. l.* 6. *v.* 529. Et vis magna geli, magnum duramen aquarum.

Duramen-

Duramentum, n. 2. brachium vitis, idem ac duramen. *Col. lib.* 5. *cap.* 21. Quaternis brachiis, quæ duramenta quidam vocant. Adde *lib.* 4. *cap.* 22. ¶ Item firmitas, confirmatio, *forza*, *fermezza*. *Sen. de tranquil. c.* 1. Dices, tenera esse virtutum principia, tempore ipsis duramentum, & robur accedere.

Duratĕus, a, um, o. 1. 2. *di legno*, δουράτεος, ξύλινος, ligenus, a δοῦρον, lignum. *Lucr. l.* 1. *v.* 746. Nec cum durateus Trojanus Pergama partu inflammasset equus nocturno Grajugenarum.

Durator, oris, m. qui durat, solidat, confirmat. *Pacat. in Paneg. Theodos. c.* 33. Ingentium corporum durator Ister.

Durátrix, icis, f. quæ durat, seu durare facit, ut duratix firmitas, *Plin. l.* 14. *c.* 1.

Duratus, a, um, adject. duratus, *indurato*, σκληρυνθείς. *Ovid.* 4. *de Pont. ep.* 9. *v.* 85. Duratus frigore pontus. ¶ Translate *Luc. l.* 5. *v.* 798. Mens durata malis. *Liv. l.* 7. Duratus malis, laboribus, usu armorum.

Dure, adverb. בקשי, Ger. *hartglich*, Gall. *durement*, Hisp. *duramente*, σκληρῶς, solide, firmiter, & translate est aspere, acerbe, crudeliter. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 1. Durius accipere hoc mihi visus est, quam vellem. *Hor. l.* 2. *epist.* 1. *v.* 66. Si quædam nimis antique, si pleraque dure Dicere credit eos. *Cic. pro Lig. c.* 6. Durius appellare. *Tertul. de Pudic. c.* 1. Durissime infamantes.

Duresco, is, durui, n. 3. *indurirsi*, σκληρύνομαι, durus fio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Itaque & Aquilonibus, reliquisque frigoribus adjectis durescit humor. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 80. Limus ut hic durescit. *Ovid. Met.* 2. Oraque duruerant. ¶ Translate *Quintil. l.* 2. *c.* 5. *ad fin.* In Gracchorum, & Catonis lectione durescere. h. e. duræ, & insuavi illorum dicendi rationi assuescere.

Durēta, æ, f. vas Hispani vocant, quo vel in balneis, vel domi, vel quovis alio loco sedentes lavantur. *Sueton. in Aug. c.* 82. Contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod hispanico verbo *Duretam* vocabat, manus ad pedes alternis jactaret.

Duria, m. Doria, *Doria*, *Doria Baltea*, fl. Galliæ Subalpinæ, in Pedemontio, qui oritur ex Alpibus Graiis, al. Penninis, & per Salassos in Padum se exonerat, inter Clavasium ad Occ. & Crescentinum ad Or. ¶ Duria minor, fl. ejusdem regionis, qui oritur ex Alpibus Cottiis, deinde Segusium rigat, & Avillianam, & vix dimidio milliario infra Taurinum in Padum fl. cadit.

•Duricordia, æ, f. durities cordis, σκληροκαρδία. *Tertul. adverf. Marc. l.* 5. *c.* 4. & 13.

Duricorius, o. 1. 2. *che ha il cuojo duro*, σκληρόδερμος, quod est duri corii, ut *Ficus duricoriæ*, quæ habent durum corticem. *Macrob. l.* 3. *Satur. c.* 20.

Duricus. V. Durius.

Durĭtas, atis, f. idem ac durities. *Cic. in Or.* Alii duritatem, & severitatem quandam verbis, & orationis quasi mœstitiam sequuntur. Adde *de Senect. c.* 18.

Durĭter, adverb. idem ac dure. *Auth. ad Heren.* Aut novis, aut priscis verbis, aut duriter aliunde translatis. ¶ Secundum Donat. *dure*, & *duriter* inter se differunt, quod *duriter* ad laborem, *dure* ad sævitiam refertur, *duriter* in nos, *dure* in alterum aliquid facimus. Sed hæc differentia non est perpetua. *Ter. Adel.* 4. 5. 29. Factum a vobis duriter, immisericorditerque est. Verba sunt Æschini ad Mitionem patrem, quibus cum illo expostulat, quod ipse, & simulatus ille hospes Milesius nimis duriter consuluissent de virgine illa, & ejus amatore. *Idem Adelph.* 1. 1. Ruri agere vitam, parce, ac duriter se habere.

Durĭtia, æ, f. 1. & Durities, ei, f. 5. *durezza*, σκληρότης, firmitas, soliditas, a δοῦρον, lignum. *Plin. l.* 13. *c.* 9. Lignum intus grandis, firmæque duritiæ. *Sueton. Ner. c.* 34. Duritia alvi. Et in plur. *Plin. l.* 24. *c.* 6. Ammoniacum duritias emollit. ¶ Transfertur sæpe ad animum, & ponitur pro acerbitate, & sævitia. *Tacit.* 1. *Histor. cap.* 23. Labores itinerum inopia commeatuum, duritia imperii atrocius accipiebantur. *Ter. Heaut.* 3. 1. 25. Tum hoc timet, ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta sit. ¶ Item pro quadam stupiditate, *insensibilità*. *Cicer. pro Dom. c.* 39. An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, ut possim intueri domum meam eversam non ab inimico meo, sed ab hoste communi &c. ¶ Item pro patientia laborum, & aspera vivendi ratione. *Plaut. Most.* 1. 2. *ad fin.* Parsimonia, & duritia disciplinæ aliis eram. Sic *Plin. Paneg. c.* 82. Duritia corporum, & lacertorum hoc est robur, firmitasque assiduitate laborum parta. ¶ Item pro impudentia. *Senec. de Constant. Sap. c.* 17. Si ille hoc potuit duritia oris, qui assiduis convitiis depudere didicerat.

Duritĭes. V. Duritia.

Duritūdo, inis, f. *Cato apud Gell. l.* 17. *c.* 2. & apud *Non. c.* 2. *n.* 244. Duritudinem cum impudentia conjunxit.

Durĭus, o. 1. 2. δούρειος, idem ac *durateus*, idest ligneus. *Val. Flac.* 2. *Arg.* Manet immotis nox duria fatis. Loquitur de ea nocte, qua durius equus a Trojanis exceptus, & in urbem admissus fuit. Sed aliqui *dorica* legunt, alii *durica*. *Aurel. Vict.* seu *Ascon. Ped. in l. de Orig. Urbis Romæ*, *in princ.* E qua illud in secundo Æneidos, de enumeratione eorum, qui equo durio digrediebantur.

Duriuscŭlus, o. 1. 2. dim. a durus, *duretto*. *Plin. in Præfat.* Permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit. *Plin. alter lib.* 1. *epist.* 16. Inserit data opera duriusculos quosdam versus.

Duro, as, avi, atum, a. 1. *far duro*, הקשה, Germ. *hart machen*, Gall. *endurcir*, Hisp. *endurecer*, σκληρύνω, durum facio, firmo, solido, a durus. *Col. l.* 6. *c.* 37. Annicula mula montibus, aut feris locis pascitur, ut ungulas duret. *Cæs.* 6. *B. G. c.* 27. Hoc se labore durant adolescentes. ¶ Durare item fullo dicitur, cum vestem cogendo, & incretando duram efficit. Hinc apud *Plaut. Asin.* 5. 2. 57. cum afflicta dixisset Artemona, *Non queo durare*, idest pati: subjecit parasitus: Si non didicisti fulloniam, non est mirandum. ¶ Translate sumitur pro confirmare. *Quinctil. l.* 1. Multa linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur. ¶ Interdum neutrum est pro tolerare, pati. *Virg.* 1. *Æn. v.* 211. Durate, & vosmet rebus servate secundis. ¶ Sed tamen in hac significatione quandoque jungitur accusativo, maxime apud Poetas. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 14. Vix durare carinæ possunt imperiosius æquor. ¶ Item pro persistere, perseverare. *Ter. Adel.* Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest. *Plin. l.* 11. *c.* 54. Durasse & ultra undecimum plerosque, certum est. *Velley. lib.* 2. In longum fortissime pugnandi duravit constantia. *Virg.* 2. *Georg.* totidem durare per annos. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. durare horam.

Durus, a, um, o. 1. 2. *duro*, קשה, Ger. *hart*, Gall. *dur*, Hisp. *duro*, σκληρός, quod est solidum, ac firmum, a δοῦρον, lignum. *Virg* 4. *Æn.* Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. *Horat. l.* 2. *sat.* 4. *v.* 27. Dura alvus. ¶ Per translationem capitur pro patiente, ac tolerante laborum. *Virg.* 2. *Georg.* Scipiadas duros bello. Et 6. *Æn. v.* 130. Gens dura, atque aspera cultu. ¶ Item pro aspero, sævo, crudeli. *Cic.* 7. *Ver.* Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter unum te? &c. ¶ *Durus ad studia*, qui studiorum delectatione non capitur. *Cic. pro Arch. c.* 9. C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus fuit. ¶ Sæpe durus ponitur pro noxio, aspero, ut casus durus, durum imperium, mors, pœna, servitus dura. *Virg. Horat. Liv. Cicer. pro Dom. c.* 35. Durissima reip. tempora. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Fames durissima. Sic durum acetum, pro acerrimo, *Seren. Sammon. c.* 4. & duram muriam, pro salsissima, *Columel.* dixit *l.* 12. *c.* 4. ¶ Os durum, h. e. impudens, *Ter. Eun.* 4. 7. 36. ¶ Aliquando ponitur pro rudi, & quod sine arte est: qua ratione *Ovid.* 3. *Fast. v.* 537. rusticorum choreas *duras* dixit, & *Cic. l.* 14. *Attic. ep.* 20. Atilium Poetam durissimum appellat.

Dusĭus, m. 2. Dæmon, voce Gallica. *S. Aug. l.* 15. *de Civ. c.* 22.

Dusmōsus, o. 1. 2. idem ac dumosus, apud vet. *Liv. Andr. apud Fest.* Dusmoso in loco.

Duumvir, viri, m. 2. δυάδαρχος, unus ex Magistratu Duumvirorum, a *duo*, & *vir*, quod duo viri in eo officio essent. ¶ Duumviri perduellionis Magistratus fuit duorum virorum, qui creabantur, ut judicarent, si quis in Remp. se instar hostis gessisset. Raro admodum creabantur, cum judicia de perduellione, & de parricidio usque ad annum 604. plerunque vel a Quæsitoribus, vel a P. R. fierent, post annum 604. vel a populo, vel a Prætoribus quæstionum perpetuarum. ¶ Duumviri capitales, vel parricidii illi erant, qui quæstionibus de homicidio præerant, & carceris reorum capitalium custodiam agebant. Progressu temporis unus additus est. Hinc Triumviri fuere appellati. *Cic. in Orat.* Differebant a Quæstoribus parricidii, sive rerum capitalium, quia hi de omnibus criminibus capitalibus judicabant. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 18. ¶ Duumviri navales erant, qui classis ornandæ, reficiendæque causa creabantur. *Liv. lib.* 9. & *l.* 40. *cap.* 42. ¶ Duumviri in Coloniis erat Magistratus fere par Consulibus, vel Prætoribus urbis Romæ. *Cic.* 2. *Agr.* Appellabantur Duumviri jure dicendo. In quibusdam Coloniis tres viri erant, in aliquibus quatuor. Hinc Triumviri, vel Quatuorviri dicebantur. *Sigon. l.* 2. *c.* 4. ¶ Duumviri Sacrorum erant, qui Oracula Sibyllina custodiebant, & interpretabantur, & sacrarum cæremoniarum antistites erant. Quoties prodigia magnos aliquos rerum eventus portendentia accidissent. Duumvirorum erat libros Sibyllinos inspicere, & interpretari, & lectisterniis ad pulvinaria Deorum factis, sacrificiis eos placare, ut illorum minas averterent. Scitis etiam P. R. interpretandis præerant. Aliquando etiam data illis est cura corrigendorum Fastorum. Primum duo creati sunt. Sed cum Plebs de suo quoque corpore creari Consules instaret, neque ad id satis haberet virium, obtinuit tandem, ut qui Duumviri sacrorum in eam diem creati fuissent, Decemviri crearentur, quinque ex Patribus electis, totidem ex Plebe. Quare ex Duumviris Decemviri appellari cœpti sunt. Denique ad Quindecemviros res devenit.

Duumviralis, le, o. 3. quod ad Duumviratus munus pertinet, ut Vir Duumviralis est, qui aliquando Duumviratum gessit. *Ulp. l.* 1. *ff. de albo scrib.* Inter Duumvirales antiquissimus quisque prior.

Duumviralĭtas, atis, f. Duumviratus. *Leg.* 1. *Cod. de nat. liber.*

Duumviratus, us, m. 4. dignitas Duumvirorum. *Plin. l.* 4. *ep.* 12. *ad Sempron.* Hunc agonem Trebonius in Duumviratu suo tollendum curavit.

Dux, ucis, comm. 3. *duce*, *capitano*, *guida*, נגיד, Ger. *fürer*, Gall. *capitaine*, *duc*, Hisp. *duque*, *capitan*, ἀγωγός, qui, vel quæ ducit. *Virg.* 1. *Æn.* Dux fœmina facti. *Cic. in Ver.* Sed tunc inopes relicti a duce, præfectoque classis eundem necessario cursum tenere cœperunt. *Idem* 2. *Fam. epist.* 6. Dux nobis & auctor opus est. ¶ Dux cum pro ductore exercitus sumitur, differt ab Imperatore. Nam *imperator* est, cui totius belli summa commissa est; *Dux*, cui peculiaris acies, vel res. *Cic.* 3. *Offic.* Attilius Regulus captus est duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Annibalis Amilcare.

D ANTE Y.

Dyas, adis, f. numerus binarius, δυάς. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 12.

Dynămis, is, f. 3. vox græca. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 77. Dynamim olivi habent domi maximam. h. e. vim, seu copiam. Alii aliter legunt. V. *Olivina*.

Dynastes, stæ, m. 1. δυνάστης, dominus, primas, qui Magistratum gerit, vel judiciis præest, qui in civitate plurimum potest, a δύναμαι, possum valeo. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 9. Erit cum dynastis in gratia.

Dyōta. V. Diota.

Dyptĭcum, i, n. δίπτυχον, munus, donarium, congiarium, præmium. *Symmach. l.* 5. *ep.* 14. & *in Cod. Theodos.* 15. 9. 1.

Dyrrhachīnus, a, um, adject. ad Dyrrhachium pertinens. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 22. Quod mei studiosos habeo Dyrrachinos, ad eos perrexi.

Dyrrhachium, ii, *Durazzo*, δυῤῥάχιον, Macedoniæ civitas, & portus celebris, ad ostium fl. *Argentaro*, in mari Adriat. Dicta est etiam Epidamnus. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 1. Elegisse sibi exilii locum Dyrrhachium.

Dysenterĭa, f. 1. *flusso di sangue*, Germ. *die robt ruhr*, Gal. *flu de sang*, Hisp. *camaras con sangre*, δυσεντερία, intestinorum exulceratio, cum inflammatione, & excretione sanguinolenta ventrem torminibus exercens, a δύς, quod difficultatem notat, & ἔντερον, intestinum. *Cicer. Fam. l.* 7. *ep.* 36. Sane δυσεντερίαν pertimueram. ¶ Latinis literis scribitur a *Plin. l.* 22. *c.* 21. & alibi.

Dysenterĭcus, a, um, adject. *disenterico*, qui dysenteria laborat. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Panicum in vino potum prodest dysentericis. ¶ Item ad dysenteriam pertinens, ut dysenterica passio, *Pallad. l.* 3. *c.* 31.

Dysērus, δύσερος, morosus in amore, & infelix. *Auson. ep.* 92. Suasisti, Venus, ecce duas dyseros ut amarem.

Dysphorĭcus, a, um, δυσφορικός, infelix. *Firmic. l.* 8. *c.* 12. Disphorici, ac miseri infeliciter moriuntur.

Dyspnœa, f. 1. δύσπνοια, spirandi difficultas, *difficoltà del respiro*. *Plin. l.* 26. *c.* 7. Dyspnœæ medetur centaurium majus.

Dyspnoĭcus, m. 2. qui dyspnœa laborat. *Plin. l.* 24. *cap.* 6. Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleuriticis, &c.

Dysurĭa, f. 1. δυσουρία, difficultas, & suppressio urinæ, a δύς, quod notat difficultatem, & οὖρον, urina. *Cic.* græcis literis scripsit *l.* 10. *Attic. ep.* 10. Δυσουρία tua mihi valde molesta.

Dysurĭacus, i, qui dysuria laborat. *Jul. Firmic. l.* 4. *c.* 8. Dysentericos, pleuriticos, hydropicos, dysuriacos.

Dysurĭcus, o. 1. 2. quod ad dysuriam spectat. *Cic. Fam. l.* 7. *ep.* 26. Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat, δυσουρικὰ, & δυσεντερικὰ πάθη, sibi molesta esse. Literis latinis non scribes antequam exemplum invenias.

DE LITERA E.

E Quinta Latinorum litera, & inter vocales secunda *e*, a Veteribus interdum pro *i* usurpata fuit, ut *here*, pro *heri*, *Vergilius*, *Deana*, pro *Virgilius*, *Diana* &c. ¶ Transit in quibusdam verbis in *a*, ut

Reor, *ratus sum*: In quibusdam in *o*, ut *tego*, *toga*. ¶ Variam fuisse rationem pronuntiandi per *e*, & per *æ*, satis testatur *Var.* qui *lib. 6. de L. L.* scribit, alios dixisse *scæptrum*, alios *sceptrum*, partim *Fænus*, partim *fenus*. Posterioribus tamen temporibus hæc pronuntiandi ratio penitus amissa est. Hinc apud Auctores quotidiam infimæ Latinitatis non solum E pro Æ scribebatur, sed etiam corripiebatur, ut *bereſis*, *ſphera*, apud Prudent. *Erumna*, apud Paulin. V. *Rutgerſ. l. 3. var. lect. c. 5.*

E, præpositio. V. Ex. eosdem enim usus habet, nisi quod e nunquam ante vocales adhibetur.

Ĕăle, fera est in Æthiopia, magnitudine equi fluviatilis, cauda elephantis. *Plin. l. 8. c. 21.*

Eănus, i, Janus, apud *Macrob. l. 1. Satur. c. 9.*

Eapropter, idem quod propterea, vel quapropter. *Calpurn. Flacc. declam. 26.* Eapropter nimis fretus auxiliis Deorum. *Solin. cap. 35.* Lignum attrectatum ferro sine mora emoritur: eapropter aut vitro, aut cultellis vulneratur.

Eapse, ea ipsa. *Scip. Afr. apud Feſt.* Reque eapse bene meritus fiem.

Eărinus, a, um, adject. ab ἔαρ, vel ἦαρ, ver, significat vernum, ut earinæ oves, apud *Tertul. de habit. muliebr. c. 8.*

Eatĕnus, adv. *jin a tanto che*, עַד, Ger. *alſo vveit*, Gal. *juſqu'a ce que*, Hisp. *haſta a tanto que*, ἐφ' ὅσον, usque eo, vel ad eum modum, cui respondet quatenus, &c. *Cajus de Inſtitoria actione*. Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus est. *Cic. 1. de Leg.* Sed hoc civile quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad populo præstare voluerunt. *Idem de opt. gen. Orat.* Verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro. *Col. l. 12. c. 9.* Caules lactucæ ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia videbuntur. *Suet. in Tib.* Eatenus interveniebant, ne quid perperam fieret.

E A N T E B.

Ebacchor, aris, d. 1. valde bacchor. Affert Passeratius exemplum ex *Lampid. in Heliogab.* in hæc verba: Matris etiam Deum sacra accepit, & adeo ebacchatus est, ut &c. Verum præterquamquod codices quamplurimi habent *debacchatus*, Salmasius ita legit: Matris etiam Deum sacra accepit, & tauroboliatus est, ut &c.

Ebĕnus, i, f. vel ebenum, n. 2. *ébeno*, ἔβενος, lignum intus nigrum, foris buxi aspectu, adeo solidum, & ponderosum, ut in aqua non supernatet, a voce Græca allata. Nascitur in India, & in Meroe insula Æthiopiæ. *Virg. 2. Georg.* Sola India nigrum fert ebenum. *Plin. l. 6. c. 40.* Spississima, ex omni materie, judicatus ebenus, & buxus. ¶ Scribitur & *Hebenus*.

Ebĭbo, is, bibi, itum, a. 3. ἐκπίνω, extra bibo, vel bibendo evacuo. *Plaut. Curc. 1. 2. 65.* Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem. *Plin. l. 5. c. 15.* Fluvius ille ab lacu ebibitur, h. e. excipitur, & exhauritur. ¶ Ebibere imperium alicujus, pro oblivisci, translate *Plaut. Amph. 2. 1. 84.*

Ebĭto, as, exeo. Affert Pareus locum *Plaut. Stich. 4. 2. 28.* Sed non desunt optimi Codices, qui *bites* pro *ebites* exhibent.

Eblandĭor, iris, itus sum, d. 4. *togliere per luſinghe*, Ger. *mit ſchmeicheln bringen*, Gal. *impetrer par de douces paroles*, Hisp. *qui tar por halagos*, ἐξαρέσκομαι, est blanditiis aliquid impetrare, vel exprimere, extorquere. *Cic. Att. l. 16. ep. 12.* Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, ut &c.

Eblandītus, o. 1. 2. particip. ab eblandior. Reperitur passive pro eo, quod precibus, & blanditiis impetratum est. *Cic. pro Planc. c. 4.* Eblandita illa, non enucleata suffragia.

Ebŏlium, n. 2. Eubri, *Ebol*, *Evoli*, opp. Principatus cit. in R. Neap. Ducatus titulo clarum.

Eborarĭus, ii, m. artifex eboris, *chi lavora in avorio*. *Leg. 1. Cod. de excuſ. Artif.*

Eborātus. V. Eburatus.

Eborĕus, o. 1. 2. quod est ex ebore. *Quint. lib. 3. c. 6.* Cum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata. h. e. imagines oppidorum ex ebore.

Ebrĭa, æ, f. vas vinarium, ut ait Sosipater, a qua dictus est ebrius, & ebrietas. *Charisſ. l. 1.* scribit *Hebria*, alii *Bria* legendum censent.

Ebrĭăcus, a, um, o. 1. 2. idem ac ebrius, apud vet. *Plaut. Aul. in Fragm.* Homo ebriacus somno sanari solet. V. Taubm.

Ebriamen, inis, n. μέθυσμα. Vertit *Tertul.* ex S. Script. *l. de Jejun. c. 9.* his verbis: De Samuele mater: Vinum, inquit, & ebriamen non bibet.

Ebriĕtas, f. 3. *ebrietà*, שכרון, Ger. *truckenheit*, Gal. *enyvrement*, Hisp. *embriaguez*, μέθη, status ebrioli, cum quis scilicet ebrius est. *Plin. l. 30. c. 15.* Ebrietatem arcet pecudum afflus pulmo præsumptus.

Ebrĭo, as, avi, atum, a. 1. ebrium reddo, *ubbriacare*, μεθύσκω. *Macrob. l. 7. Satur. c. 6.* Mulieres raro ebriantur.

Ebriolātus, a, um, adject. ebrius. *Laber. apud Non. c. 2. n. 306.* Ebriolati mentem hilarem accipiunt. Al. leg. *ebriulati*. Adde *Plaut. in fragm. Aulul.*

Ebriŏlus, o, dim. ab ebrius. *Plaut. Curc. 2. 3.* Tristes, atque ebrioli incedunt. *Id. ibid. 1. 3. 36.* Etiam me vocas, ebriola?

Ebriosĭtas, f. 3. φιλοπότις, propensio in ebrietatem. *Cic. 4. Tuſc. c. 12.* Inter ebrietatem, & ebriositatem interest, aliudque est esse amatorem, aliud amantem.

Ebriōsus, o. 1. 2. *chi ſpeſſo è ubbriaco*, שכור, Ger. *truncken*, Gal. *yvrogne*, Hisp. *borracho*, οἰνόφλυξ, qui sæpe fit ebrius. *Cic. de Fato.* Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum, & mulierosum fuisse. *Senec. epiſt. 83.* Plurimum interesse concedes inter ebrium & ebriosum: Potest & qui ebrius est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium, & qui ebriosus est, sæpe extra ebrietatem esse. *Catul. carm. 27.* Posthumiæ ebriosa acina ebriosioris.

Ebriŭlo. V. Ebriolatus.

Ebrĭus, a, um, o. 1. 2. *ebbro*, *ubbriaco*, שכור, Ger. *vvoll vveins*, Gal. *yvre*, Hisp. *embriago*, μεθύων, qui nimio potu alienatus est mente ab *ebria*, vel potius *bria*, vase vinario, quia multas brias hausit. *Cic. Pæt. l. 9.* Habuisti in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certe ex ebrio scire posses. *Propert. l. 1. el. 2.* Vestigia ebria trahere. *Tibul. lib. 3. el. 7.* Verba ebria. ¶ Inter *ebrius*, & *ebriosus* hoc interest, quod ebrius actum præsentem designat, ebriosus habitum, & proclivitatem. ¶ Interdum ebrius ponitur pro pleno, & abundanti. *Plaut. in Caſ. 3. 1. 19.* Facite, mihi cœna ut ebria sit. *Lucret. l. 3. v. 1064.* Cum ebrius urgeris multis miser undique curis. *Horat. l. 1. od. 37.* Fortuna dulci ebrius.

Ebron. V. Hebron.

Ebullĭo, is, n. 4. *bollire*, רטה, Ger. *auffvvallen*, Gal. *boullir*, Hispan. *bullir*, *beruir*, ἀναζέω, valde, sive extra bullio, extra fundor. Translate est jactabunde aliquid ostentare, *vantarſi*. *Cic. 3. de Fin.* Dixit Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod solet ebullire nonnunquam. ¶ Ebullire animam, apud *Petron. in fragm.* & *Senec. in Apocolocynth.* est, mori. Sic *Perſ. ſat. 2. v. 10.* O si Ebullit patrui præclarum funus! Ubi al. leg. *ebullet*, velut ab *ebullo*, *as*, quod significat erumpere, dissolvi, ad modum bullæ crepantis evanescere.

Ebullo, as, V. Ebullio.

Ebŭlum, n. 2. sive ebulus, m. 2. *ebulo*, *ebbio*, frutex est sambuco foliis, & baccis simillimus, in tantam tamen altitudinem non assurgens, neque arboreſcens. *Virg. in Silen.* Sanguineis ebuli baccis. *Plin. lib. 25. cap. 10.*

Ebur, oris, n. 3. olim ebor, oris, *avorio*, שן, Ger. *helffenbein*, Gal. *yvoire*, Hisp. *marfil*, ἐλέφας, dens, vel cornu elephantis. *Sueton. in Tib. c. 2.* Ex ebore statuam equestrem posuit. ¶ Per synecdochen ponitur pro vasis, aut aliis rebus ex ebore. *Cic. 4. Ver.* Ut omne ebur ex ædibus sacris, Deorum denique simulacra, quæ vellet, auferret. ¶ Item pro tibia ex ebore. *Virg. 2. Georg. v. 133.*

Eburātus, seu eboratus, a, um, adject. ebore obductus, *coperto d' avorio*, ἐλεφαντοδὴς. *Plaut. Stich. 2. 2. 53.* Lectus eburatus. *Lamprid. Heliogab. c. 4.* Sella eborata.

Eburneŏlus, o. 1. 2. dim. ab eburneus. *Cic. 3. de Or. c. 60.* Cum eburneola solitus est habere fistula.

Eburnĕus, a, um, o. 1. 2. *d' avorio*, Ger. *helffen*, *beinin*, Gal. *d' yvoire*, Hisp. *de marfil*, ἐλεφάντινος, quod est ex ebore. *Plin. l. 36. c. 5.* Jovem fecit eburneum in Metelli æde. ¶ Aut quod instar eboris album est. *Ovid. 1. Met.* Impubesque genas, & eburnea colla.

Eburnus, idem ac eburneus. *Tibul. l. 3. el. 4.* Plectro modulatus eburno. ¶ Eburnus numerus, h. e. talus. *Ovid. 2. Amor.* Numerosque manu jactabit eburnos.

Eburōnes, m. 3. Leodienses, Tungri, pop. Germ. inf. seu Belgii, in Brabantia, juxta Mosam fl. inter Ebios, & Menapios, quorum urbs Leodium, seu Legia, *Liege*, inter Coloniam Agrippinam, & Bruxellas.

E A N T E C.

Ecastor, vel Æcastor, *per Dio*, adv. jurandi, & significat per Castorem, vel per ædem Castoris, ut aliqui volunt. *Plaut. Amph.* Ecastor te experior, quam facias uxorem tuam. ¶ *Ecaſtor* juramentum erat proprium fœminarum, *Hercle*, idest per Herculem, virorum, *Pol*, sive *Ædepol*, idest per Pollucem, seu ædem Pollucis, erat utrisque commune. *Gel. l. 11. c. 6.* Sed apud *Plaut. Asin. 5. 2. 80.* Argyrippus dicit, Ecastor quin surrepturum palam promisit tibi.

Ecbăsis, ἔκβασις, figura est, quæ latine excursus, seu digressio dicitur, cum ab oratione instituta obiter ad alia excurritur; quod brevissime fieri oportere, monet *Horat. in Ar. Poet.*

Ecbatana, n. 2. pl. *Tauris*, urbs Mediæ, nunc Regia Persarum, inter Byzantium ad Occ. & Alexandriam Ariæ in Or.

Ecbŏla, æ, f. *ſaetta*, *dardo*, *freccia*, telum missile; ab ἐκβάλλω, emitto, jacio, unde ἐκβολή. *Pacuv.* apud *Var. l. 6. L. L. ſub fin.* Ecbolas quassant, ejiciunt.

Ecbŏlas, uvæ genus apud *Plin. l. 14. c. 18.*

Ecca. V. Ecce.

Ecce, *ecco*, הן, Germ. *ſihe*, Gal. *voila*, Hisp. *a qui eſtà*, *he aqui*, ἴδε, adverb. demonstrandi, ab *en*, & syllabica dictione *ce*. *Virg. 2. Æn. v. 210.* Ecce ante oculos mœstissimus Hector Visus adesse mihi. *Cic. 6. Verr.* Ecce autem nova turba, atque rixa. ¶ Habet modo nominativum, modo accusativum, modo dativum. *Cic. Att. lib. 1.* Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ. *Id. 2. de Fin.* Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est. ¶ Dativus *tibi* cum *ecce* junctus plerunque redundat, & elegantiæ solummodo causa additur. *Cic. Attic. l. 2. ep. 15.* Cum hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebosus. Adde *pro Cluent. cap. 28.* ¶ Componitur cum variis pronominibus, ut *Eccum*, *eccam*, *eccillum*, *eccillam*, *ecciſtum*, *ecciſtam*, ideſt *ecce eum*, *ecce eam*, *ecce illum*, *ecce illam*, *ecce iſtum*, *ecce iſtam*. Quorum exempla passim occurrunt apud lat. Comicos. Valla tamen harum & similium dictionum significationem per adverbia explicat, ut ecca, idem sit ac ecce hic; subintellige, fœmina, de qua loquimur: Eccum, ecce hic, subintelligo virum, de quo sermo est. &c. *Plaut. Men. 5. 4.* Eccum ipsum hominem. *Id. ibid. 2. 2.* Eccum hunc in vidulo salvum fero. *Id. Caſ. 2. 1. 15.* Atque ea ipsa eccam egreditur foras. *Id. Aulul. 4. 10. 51.* Eccillam domi. *Id. Rud. 2. 7. 18.* Tegillum eccillud mihi unum arescit. *Id. Curcul. 5. 2. 17.* Certe ecciſtam, video. *Id. Moſtell. 1. 3. in fi.* Conveniunt manifestum, eccos.

Eccentros, i, m. & f. *Martian. Capell. l. 8.* Terra solaris circuli centrum est, sed eccentros habetur. *h. e.* centrum aliud ab eo habet.

Eccĕre, vel Æcere, vel Ecere, νὴ τὸν Δία, adv. jurandi, & significat per Cererem, vel per ædem Cereris. *Feſtus*. Sed aliquibus est adver. demonstrandi, quasi *ecce res*, vel *ecce rem*. *Plaut. Amph. 2. 1. 4.* Eccere, jam tu autem facis, ut tuis nulla apud te fit fides.

Eccilla, & ecciſta. V. Ecce.

Eccleſia, f. 1. *adunanza*, קהל, Germ. *verſamlung*, Gal. *aſſemblée*, Hisp. *ajuntamiento*, ἐκκλησία, cœtus, concilium, concio, congregatio, ab ἐκκαλέω, *evoco*. Sic dicebatur Athenis cœtus congregatus ad audiendum de Reip. negociis. *Plin. Trajano*, *l. 10. ep. 111.* Et bule, & ecclesia consentiente. ¶ Simile fere ἀγυρά, ab ἀγείρω, *congrego*. Sed primum notabat conventum populi ordinatum, perque suos ordines distinctum: secundum, confusam, promiscuamque congregationem. ¶ Apud Christianos Scriptores Ecclesia est congregatio Fidelium. *Tertul. Lactant. Auguſtin.* &c.

Eccleſiaſterĭum, ii, n. ἐκκλησιαστήριον, locus, in quo homines ad colloquendum, aut aliorum sermones audiendos conveniunt. Ita explicat *Baldus in Lex. Vitruv. ad Vitruvii l. 7. c. 5.*

Eccleſiaſtĭcus, a, um, adject. ad Ecclesiam pertinens. *Tertul. de Pudic. c. ult.* Pacem ecclesiasticam alicui reddere.

Eccum. V. Ecce.

Ecdĭcus, m. 2. ἔκδικος, ultor, vindex, defensor, a δίκη, ultio, pœna. Speciatim *Ecdici* in Municipiis erant, teste Budæo, qui Romæ Tribuni plebis, qui scilicet plebis causam adversus injuriam Optimatum tuebantur. *Cic. l. 13. Fam. ep. 56.* Se curaturum, ut Ecdici Milesii Romam mitterentur.

Ecfĕro pro effero *Pareus in Lex. Crit.* testatur legi in quibusdam MSS. non modo apud *Plaut.* aliquoties, sed etiam apud *Cic. Fam. 9. 2.* & *Att. 8. 3.*

Ecfodĭo, is, a. 3. *ſcavare*, effodio. *Tacit. Ann. 11. c. 2.* Ecfodere rivos, humum infra moliri.

Echēa, vel Echeja, n. 2. ἠχεῖα, vasa ærea in theatris collocata ad reddendam vocem agentium tabulas, vel canentium, & consonantiorem faciendam, ab ἦχος, sonus. *Vitruv. l. 1. c. 1.* & *l. 5. c. 5.* Meminit & *Plin. l. 11. c. 51.* V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Echenēis, i. 3. ἐχενηΐς, genus piscis, quem Latini remoram appellant, ab ἔχω, *habeo*, *retineo*, vel ἔχεμυθος, *adhæreo*, & ναῦς, Jonice, pro ναῦς, *navis*, quia per aquam sistit navem, ei adhærens, quamvis immensam, & velo, & remis concitatam, ne possit iter institutum peragere. *Plin. l. 9. c. 25.* & *l. 32. c. 1. Lucan. lib. 6. v. 674.* Non puppim retinens, Euro tendente rudentes, In mediis echenеis aquis.

Echeu-

Echeuma, tis, n. ἔγχευμα, effusio, a χέω, fundo. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 87. Ibi te replebo unguentum echeumatis. Al. leg. ἐγχεύματι, litteris Græcis.

Echidna, f. 1. ἔχιδνα, vipera fœmina, uti mas echis, ἔχις, παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν γονὴν ἄχρι θανάτου, *quod continet in se fœtum usque ad mortem*, idest donec pulli nimiam moram pertæsi eroso matris utero, parenteque necata erumpant. Nam & Latine vipera vocatur, quia *vi parit*. A Poetis accipitur pro quovis serpente, & præcipue pro hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta est. *Ov.* 1. *Fast.* Sanguine centauri Lernææ sanguis echidnæ mixtus.

Echinădes, f. 3. Echidnæ, Echinæ, *le Curzolari*, vel *Cozzulari*, insulæ quinque parvæ maris Jonii, ante os sinus Corinthiaci, inter ostia Acheloi fl. Acarnaniæ, & Araxum prom. Peloponnesi. Harum una Dulichium, alia Same nominatur.

Echinātus, a, um, adject. operculo spinoso veluti echini tectus. *Pl. l.* 15. *c.* 23. Castaneis armatum echinato cortice vallum est. *Id. l.* 27. *c.* 9. In cacumine capitula sunt echinata spinis. Et *l.* 22. *c.* 9. Echinata folia.

Echinomĕtra, f. 1. ἐχινόμητρα, echinorum genus, spinis longissimis, calycibus minimis, colore rufo, vel vitreo. *Plin. l.* 9. *c.* 31.

Echinophŏra, f. 1. genus conchæ. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Echīnus, m. 2. *riccio*, קפוד, Ger. *ein meer igel*, Gal. *herisson*, Hisp. *erico*, ἐχῖνος, piscis quidam ex cancrorum genere, cui spinæ pro pedibus sunt, cui ingredi est in orbem volvi, a Græca voce allata. Capitur fere inter saxa, *Plin. l.* 9. *c.* 31. ¶ Item apud Græcos animal terrestre, spinis undique vestitum, al. *eres*, *erinacius*, vel *herinaceus*, *hericius*, *herix*, *riccio*, quod *Isid. l.* 12. *c.* 6. a marino nomen sumpsisse sentit. ¶ Hinc spinosus castaneæ cortex echinatus dicitur. V. *Serv. ad Ecl.* 7. *v.* 53. ¶ Item ornamentum in capitulis columnarum Jonicarum, & Doricarum, quia castanearum ordinatim in patentes echinos ordinatarum imaginem præ se ferunt. *l'ovolo*. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. & 7. ¶ Item genus vasis, quod alii vas æreum volunt esse, in quo calices lavantur, alii ollam fictilem, alii vas salis, alii lignum cum uncinis, in quo calices ponuntur, alii ampullam vitream, alii ampullam scorteam, a rotunditate echini se in pilam colligentis, vel quod echini in eo sculpi consueverint. *Horat. l.* 1. *sat.* 6. *v.* 5. Astat echinus vilis, cum patera guttus, Campana supellex.

Echīon, vel echiion, n. 2. ἔχιον, ἐχίειον, herba, quæ semina habet viperinis capitibus similia. *Plin. l.* 25. *c.* 9.

Echionĭi, vel Echionidæ, m. 2. Thebani, ab Echione Cadmi socio.

Echītes, m. 1. ἐχίτης λίθος, lapilli species, qui vipereas habet maculas, colore viridi subobscuro. *Plin. l.* 37. *c.* 2. ¶ Item herba, quæ morsibus viperinis medetur, similis scammonio. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Echo, f. 4. contract. *ecco*, בת קול, Ger. *wiederschall*, Gal. *echo*, Hisp. *eco*, ἠχώ, soni, vel vocis repercussio, ab ἠχέω, *sono*, *resono*. *Ovid.* 3. *Metam.* Planxerunt Dryades, plangentibus assonat echo. Eadem a Latinis dicitur imago. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 12. Quem Deum, cujus recinit jocosa nomen imago? ¶ Poetæ fabulantur, Echo Nympham fuisse, hanc a Junone brevissimo vocis usu esse punitam, quod Junonem longo sermone tenere solita esset, ne Nymphæ a Jove amatæ ab illa deprehenderentur, cum deinde a Narcisso, cujus amore deperibat, spreta fuisset, longo mœrōre contabuisse, & corpore demum in saxum converso, nihil, nisi vocem, retinuisse. *Ovid.* 3. *Metam.* ¶ Fit præcipue in convallibus, & locis concameratis, ubi scinditur resultans aer, & acceptæ voces numerosiore repercussu multiplicantur. Non enim ibi liberum habet vagandi campum, sed rerum objectu reflectitur. In quibusdam locis etiam pluries multiplicantur. E. g. in urbe Cyzico turres septem acceptas voces multiplicant: & Olympiæ porticus fuit, quam *Heptaphonon* appellabant, quoniam septies eadem vox ibi reddebatur.

Echoĭcus, a, um, adject. ad Echo pertinens, ut Echoici elegi, apud *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. Ita legit Sirmond. antea enim *Eschoici* legebatur.

Eclectĭci, orum, dicti sunt Philosophi quidam, qui nulli certæ sectæ addicti, ex omnibus optima deligebant, & sequebantur; unde & nomen acceperunt. ἐκλέγειν enim *eligere* significat.

Ecligma, seu Eclegma, atis, n. ἔκλειγμα, linctum, electuarium, medicamentum, quod fit lingendi gratia, non edendi, aut devorandi, ut cum aliquid in ore tenetur, & paulatim distillando transmittitur, a λείχω lambo, lingo. *Plin. l.* 21. *c.* 3. *de thymo*. Diutinæ tussi ecligmate faciles excreationes facere existimatur.

Ecligmatĭum, ii, n. diminut. ab ecligma. *Theod. Priscian. l.* 1. *c.* 17.

Eclipsis, f. 3. *eclisse*, ἔκλειψις, deliquium, defectio, ab ἐκλείπω, deficio. Hinc eclipsis Lunæ, cum Sol per interpositionem terræ ita Lunæ opponitur, ut illam illuminare non possit: eclipsis Solis, cum Luna inter Solem, & nostrum aspectum interponitur. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 22.

Eclipticus, a, um, adject. ut ecliptica linea, quæ Zodiacum dividit in duas partes æquales; sic dicta, quia Solis, vel Lunæ eclipses nunquam contingunt, nisi sub ea ambo hi Planetæ ponantur. ¶ Alio sensu *Plin. l.* 2. *c.* 16. Stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica.

Eclŏga, f. ἐκλογὴ, electio, ab ἐκλέγομαι, eligo. Ita inscribuntur colloquia quædam poetica apud Virgilium, quod sint ex multis excerpta, quæ ille fortasse hoc genere scripserat. Usus obtinuit, ut Eclogæ appellentur brevia quælibet colloquia, carmine conclusa, præsertim si Pastores inducantur. Etiam Horatii Odæ a *Sidonio Apollin.* eclogæ vocantur, item Polybii, Diodori, Strabonis, Ctesiæ eclogæ extant, quæ sunt excerpta ex majore opere. *Varr.* apud *Charis. lib.* 1. Eclogæ ex Annali descriptæ. ¶ Qui scribunt *egloga*, ducunt ab αἴξ, αἰγὸς, capra, & λόγος, sermo, quasi sit αἰγολογία. Sed isti nimis longe abeunt a veritate.

Eclogarium, ii, n. Hoc nomine inscripsit *Auson.* unum e libris suis, quia separata quædam, & seorsim collecta de certis quibusdam, & selectis rebus poematia continet, ab ἐκλέγω, seligo.

Eclogarĭus, m. 2. qui excerpit, & in breviarium confert. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 2. *in fi.* De Gloria misi tibi: sed notentur eclogarii. Sed *Nizolius*, *Manutius*, & *Fulv. Ursinus* censent, *eclogarios* a Tullio dici eos, quos in libris de Gloria loquentes induxisset.

Eclogĭum. V. Elogium.

Ecnephĭas, adis, f. procellæ genus, quæ ex siccæ nubis discessione erumpit. *Plin. l.* 2. *c.* 48. *Senec. l.* 5. *Quæst. Nat. c.* 12.

Econtra, adver. pro contra. *Aurel. Vict. de Cæsarib. c.* 39. & *Serv. ad* 6. *Æn. v.* 772.

Ecphŏra, æ, f. ἐκφορὰ, prominentia, projectura in ædificiis. *Vitruv. l.* 6. *c.* 2. Columnarum projecturæ, mutulorum ecphoræ.

Ecquando, adv. *quando mai*, ἤ ποτε, idem ac quando, vel & quando, an aliquando, num aliquando? *Cic. de leg. Agr.* 2. *c.* 7. Quæro a populari Tribuno plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint.

Ecquis, ecqua, & ecquæ, ecquod, vel ecquid, *e chi*, *e quale*, ἦπε, nunquis, vel an aliquis, ab & quis, vel ut Priscian. docet, ab *en*, & *quis*. *Cic. Attic.* 7. 8. Quod quæris, ecqua spes protectionis sit. *Ter. Andr.* 5. 2. Ecquid te pudet? *Id. Eun.* 5. 8. Ecquis me vivit fortunatior? *Cic. Ver.* 5. *c.* 57. Ecquod judicium Romæ tam dissolutum? *Plaut. Bacch.* 2. 3. 1. Ibo ad portum, visam, ecquæ advenerit navis mercatoria. ¶ *Ecquid* sæpe ponitur pro num, numquid. *Gell. l.* 1. *c.* 19. Anus incognita, ecquid reliquos sex libros eodem pretio emere vellet, regem interrogavit. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 16. Ecquid in Italiam venturi sitis, fac sciam. *Ovid.* 3. *Trist. el.* 7. *v.* 11. Tu quoque dic, studiis communibus ecquid inhæres?

Ecquisnam, ecquænam, ecquodnam, vel ecquidnam, *e chi mai*, *e quale mai?* idem quod ecquis. *Cic. in Vatin. c.* 16. Ecquisnam tibi dixerit. *Id.* 4. *de Fin. c.* 24. Ecquænam fieri possit accessio. *Id. in Top. c.* 21. Ecquidnam honestum sit.

Ecquo, adver. *e dove mai? Cic. Phil.* 13. *c.* 21. Ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus?

Ecstăsis, f. 3. ἔκστασις stupor, admiratio, excessus mentis, ab ἐξίστημι, *de statu mentis dejicio*. Dionysius vocat abstractionem mentis a corpore ad contemplanda cœlestia, quæ etiam ἀναγωγὴ dicitur. *Tertul. de Anim. c.* 45. Hanc vim ecstasim dicimus, excessum mentis, & amentiæ instar.

Ectăsis, f. 3. ἔκτασις, productio, extensio, ab ἐκτείνω, extendo. ¶ Speciatim est Figura Poetica. V. Diastole.

Ecthlipsis, f. 3. ἔκθλιψις apud Grammat. Charis. l. 4. & alios est Figura Poetica, qua litera *m* simul cum vocali præcedenti ob vocalem, vel diphthongum sequentem eliditur, ut in illo *Pers. sat.* 1. O curas hominum, o quantum est in rebus inane! ¶ Vox græca est, & græcis potius literis scribenda.

Ectrapĕli, m. 2. ἐκτράπελοι, horrentes, & aversati communem, & usitatum naturæ modum, ab ἐκ, & τρέπω, verto. *Plin. l.* 7. *c.* 16. de monstrosis puerorum incrementis: Ectrapelos Græce eos vocant; in latino nomen non habent.

Ectrōma, atis, n. ἔκτρωμα, abortus. Utitur hac voce *Tertul. l. de præscript. adv. Hæret. c.* 70.

Ectrŏpa, æ, f. *diverticolo*, ἐκτροπὴ, diverticulum; ab ἐκτρέπω, diverto. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 422. Et ne erraremus, ectropas esse multas, omnino tutum esse, sed spissum iter.

Ectypus, a, um, adject. ἔκτυπος, a τύπος, figura, imago, *effigiato*, ut ectypa gemma, quæ typo impressa est, sive figuræ in ea prominentes sint, sive depressæ, & incisæ. *Senec. l.* 3. *de Benef. c.* 26. Imaginem Tib. Cæsaris habens ectypam, eminente gemma. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Hæ sunt gemmæ, quæ ad ectypas scalpturas aptantur.

Eculĕus. V. Equuleus.

E ANTE D.

Edacĭtas, f. 3. *voracità*, Ger. *essigkeit*, Gal. *gourmandise*, Hisp. *tragazon*, *bartazgo*, πολυφαγία, ingluvies, voracitas. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep. ul.* Edacitatem pueri pertimesco.

Edax, acis, o. 3. *ingordo*, *mangiatore*, זולל, Ger. *fressig*, Gall. *gourman*, Hisp. *tragador*, ἀδηφάγος, vorax, ab edo. *Cic. pro Flac.* Edacem hospitem amisisti. *Colum. l.* 6. *c.* 2. Edaces multi cibi. *Senec. epist.* 60. Edacissima animalia. ¶ Sumitur sæpe translate, ut Curæ edaces, *Horat. l.* 2. *od.* 11. h. e. quæ habentes macerant, & consumunt. Sic livor edax, *Ovid.* 1. *Amor. el.* 15. tempus edax rerum, *Id.* 15. *Metam.*

Edeatræ, qui præsunt regiis epulis. ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων. *Festus*.

Edecumātus, seu edecimatus, o. 1. 2. electus, præstans, a *decumus*, vel *decimus*, quia non nisi præstans esse potest, ubi e bonis decimum quodque eligitur. *Fest.*

Edentātus, o. 1. 2. *sdentato*, Ger. *zanloss*, Gal. *edente*, Hisp. *desdentado*, ἀποδοντωμένος, dentibus privatus. *Macrob. l.* 7. *Sat. c.* 3. Scommata minus aspera, quasi edentatæ belluæ morsus.

Edento, a. 1. ἀποδοντόω, edentulum facio excussis dentibus. *Plaut. Rud.* 3. 2. *ad fin.* Nimis velim, improbissimo homini malas edentaverint.

Edentŭlus, o. 1. 2. *senza denti*, ἀνόδους, qui sine dentibus est. *Plaut. Cas.* 3. 2. 20. Propter operam illius improbi edentuli. *Id. Mostel.* 1. 3. 118. Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. ¶ Translate Vinum edentulum, apud *eund. Pœn.* 3. 3. 87. dicitur, quod vetustissimum est. Sic Alexis apud Eusfath. ad Odyss. β. Οἶνον τὸν παλαιότατον σπουδάζομεν, ὅτι ἐ δάκνει, ἀλλὰ ἱλαρὸς τοιεῖ.

Edepol. V. Epol.

Edĕra. V. Hedera.

Edīco, is, edixi, edictum, a. 3. *comandare*, צוה, Ger. *aufskinden*, Gal. *comander*, Hisp. *mandar*, παραγγέλλω, jubeo, decerno aliquid fieri. *Liv. l.* 2. Edixit, ne quis civem Romanum vinctum teneret. ¶ Interdum simpliciter est dicere, enuntiare, indicare. *Cic. de Amic.* Si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero. *Ter. Eun.* 5. 5. 20. Dico, edico, nostrum esse illum herilem filium. ¶ Item prædicere, præmonere, denuntiare, indicere. *Cic.* 2. *Fin.* Est enim tibi edicendum, quæ sis observaturus in jure dicendo. Hinc Edicere diem ad conveniendum, edicere conventum, edicere militibus prædam, apud *Liv.* sæpe. ¶ *Edice* pro *edic*. *Virg. in Æneid.* Teucrorum edice maniplis.

Edictalis, le, adject. ad edictum pertinens, ut edictalis lex, edictalis bonorum possessio, h. e. edicto delata &c. apud JCtos non semel.

Edictĭo, onis, f. 3. idem ac edictum. *Plaut. Cap.* 4. 2. 31. Basilicas edictiones, atque imperiosas habere.

Edicto, as, avi, atum, a. 1. *dire*, דבר, Germ. *auff kuenden*, Gal. *dire*, Hisp. *hablar*, ἐπιφάσκω, eloquor, enuntio, freq. ab *edico*, quod interdum pro simplici accipitur. *Plaut. Epid.* 1. 2. 2. Atque amorum summam edictavi tibi.

Edictum, n. 2. *editto*, διάταγμα, jussum, litteræ Consulum, Prætorum, & Ædilium Curulium, Tribunorum plebis, & aliorum Magistratuum, quibus aliquid imperatur, ab *edico*, quod est promulgare, jubere. Omnibus enim temporibus Magistratus tum majores, tum minores imperabant, vel prohibebant, quæ sibi visa essent, de iis rebus, quæ ad se pertinerent. *Cic. pro Quinct.* Quod Prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri jubet. *Id. ibid.* Si ex edicto possedisti. *Idem in Ver.* Edictum tulerat, ut ne quis cum telo servus esset. *Id. pro Flac.* Sanxit edicto, ne frumentum ex Asia exportari liceret. *Id. in Off. l.* 3. *c.* 20. Edictum, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. ¶ Sed nomine Edicti potissimum Edicta Prætorum intelliguntur. Hi, ut scirent cives, quod jus de quaque re dicturi essent, & quomodo dicturi essent, formulam quandam Kal. Jan. proponebant, quæ *Edictum Prætoris* dicebatur, *Cic.* 2. *Fin.* & *in Ver.* Primis temporibus hæc Edicta mutare Prætoribus licuit. Sed tamen id probri loco Verri Cicero objecit, cum dixit, eum ne ex Edicto quidem suo jus semper dixisse. Post lege C. Cornelii Tribuni pleb. anno U. C. 686. cautum est, ut ex edictis suis perpetuis Prætores jus dicerent. Quod præterea formæ edixerant Prætores Urbani, id iidem sine reprehensione mutare in provincia, siquam postea obtinuissent, non potuerunt. *Cic. in Ver.* Porro præter Edictum hoc perpetuum, erant edicta Prætoris peculiaria, quæ in re peculiari dabantur. ¶ Est etiam edictum privati hominis, *comandamento*. *Ter. Heaut.* 4. 1. 10. Primum hoc te oro, ne quid credas me adversus edictum tuum facere esse ausum.

sum. ¶ Ponitur interdum pro simplici enunciatione. *Sen. epist.* 117. (al. 116.) Non corpus est, quod nunc loquor, sed enunciativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum.

Edictus, a, um, nom. ex particip. *intimato, comandato. Plin. l.* 12. *c.* 19. Edicto mercatu rex vendit.

Edilis, le, o. 3. *cosa mangiativa*, Ger. *das man essen mag*, Gal. *mangeable*, Hisp. *comedera cosa*, ἐδώδιμος, quod ad esum pertinet. *Gel. l.* 17. *c.* 11. Ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria. Al. leg. *Edules*.

Edisco, is, edidici, a. 3. *imparare a mente*, אמר, Ger. *aussendig lehren*, Gal. *apprendre par coeur*, Hisp. *aprender de memoria*, ἐκμανθάνω, memoria complector. *Cic.* 1. *Tusc.* Ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. *Id.* 4. *Acad. c.* 44. Ediscendus ad verbum libellus. *Val. Flac. l.* 1. Ediscere vultus alicujus.

Edissĕro, ris, erui, ertum, a. 3. *dichiarare*, פרש, Ger. *aussilegen*, Gal. *declarer*, Hisp. *declarar*, ἐξηγέομαι, explano, declaro. *Cic. de clar. Orat.* Quis docendo, edisserendoque subtilior?

Edisserto, as, a. 1. freq. ab edissero. *Plaut. Amph.* 2. 1. 52. Ordine omne, ut quid actum est, edissertavit.

Editio, f. 3. *pubblicazione*, Ger. *verkindigung*, Gal. *edition*, Hisp. *edicion*, ἔκδοσις, publicatio. *Quinct. proœm. l.* 1. Librum temerario editionis honore vulgaverant. ¶ Item creatio, & promulgatio Magistratus, seu illius dignitatis, quæ communibus omnium suffragiis decernitur. *Liv. l.* 4. Cæterum in tam discrepanti editione & Tubero, & Macer libros lineos auctores profitentur. Adde *Cic. pro Planc. c.* 16. ¶ Dicitur etiam de editione ludorum. *Vopisc. in Charino, c.* 20. Cum ei quidam editionem Cari laudaret.

Edititius, o. 1. 2. quod editur. Judices edititii erant illi, qui ab accusatore in causis publicis, & criminalibus de ambitu, & de sodalitiis ex omni populo eligebantur. *Cic. pro Planc. c.* 16. Neque enim quicquam aliud in hac lege, nisi edititios Judices es secutus. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 2. *c.* 18.

Editor, oris, m. qui edit, h. e. emittit. *Lucan. l.* 2. *v.* 423. Nocturnæ editor auræ. Loquitur de fluvio nebulas gignente. *Leg.* 18. *Cod. Theodos. de præd. & quæst.* Editores munerum, sive ludorum.

Editus, us, ui, m. editio, ejectio. *Ulp. l.* 55. *ff. de leg.* 3. In quibusdam provinciis editu bubum ad hanc rem utuntur. h. e. stercore.

Editus, a, um, adject. altus, excelsus, *alto*, ὑψηλός. *Cic.* 6. *Ver. c.* 48. Locus præcelsus, atque editus. *Cæs. l.* 1. *c.* 7. *B. C.* Locis editioribus occupatis. *Hirt. de B. Alex. c.* 41. Editissimus locus. ¶ Accipitur etiam pro exhibito, promulgato, *pubblicato*, ἐκδοτός. *Vellej. l.* 2. *c.* 94. Editis virtutum experimentis. *Liv. l.* 6. Editus in vulgus. *Cic.* 2. *Tusc.* Editus in lucem. ¶ Item pro electo, ut Editi judices. *Cic. pro Plan.* V. Edititius. ¶ Pro forti, *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 110. Quos viribus editior cædebat, &c.

Edo, is, it, vel es, est, edi, esum, vel estum, a. 3. *mangiare*, אכל, Germ. *essen*, Gal. *manger*, Hisp. *comer*, ἐσθίω, vescor, ab ἔδω, edo. *Virg.* 4. *Æn. v.* 66. Est mollis flamma medullas. *Cic. Att. l.* 13. *epist. ult.* Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & jucunde, opipare sane, & apparate. ¶ Item consumo. *Hor.* Si quod est animum, differs curandi tempus in annum. *Plaut. Cas.* 2. 3. 32. Bibe, es, disperde. ¶ Translate *Sil. l.* 13. *v.* 665. nec edunt oblivia laudem. ¶ Passivum est *edor, eris, editur*, vel *estur, esus sum*. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Et in Ægypto propter ejus amaritudinem non estur. ¶ Usurpatur & impers. *Plaut. Most.* 1. 3. 78. Quando dies, noctesque estur, bibitur. ¶ Edere sermonem, pro attente, & avide audire, eleganter dixit *Plaut. Aulul.* 3. 6. Nimium libenter edi sermonem tuum.

Edo, edis, idi, itum, *mandare fuori, dar in luce*, אבל, Ger. *erfirthum, an tag bringen*, Gal. *mettre au jour, publier*, Hisp. *sacar a luz, publicar*, ἐκδίδωμι, est emittere, proferre, expromere, ab *e*, & *do*. *Cic.* 1. *de Orat.* Qui vero nihil potest dignum re, dignum nomine Oratoris, dignum hominum auribus efficere, atque edere. ¶ Sæpe ponitur pro parere, producere, ut Edere partum, fœtum, fructum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Cum in terra partum ediderint. Et passive pro nasci. *Id.* 1. *Tusc. c.* 48. Edi in lucem. ¶ Item pro exhibere, ut Edere spectacula, munus gladiatorium, &c. *Suet. in Cæs. c.* 39. *Tac.* 1. *Ann.* ¶ Edere librum, est librum publice legendum emittere. *Cic.* Nec se tenuit, quin contra doctorem suum librum ederet. ¶ Edere leges, est conscribere, statuere, imponere, promulgare. *Cic.* 2. *de Leg.* ¶ Edere oraculum, est divinare. *Cic.* 2. *Off.* Apollo Pythius oraculum edidit. ¶ Edere nomen, est imponere. *Liv. l.* 1. L. Tarquinium Priscum edidere nomen. ¶ Edere rationes, *far conto*, facere computum cum aliquo. *Cic. Att. lib.* 7. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit. ¶ Edere actionem, vel judicium, apud JCtos, est copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dictare. ¶ Edere scelus, facinus, flagitium, est committere, patrare. *Cic.* 13. *Phil.* Postea quod scelus, quod facinus parricida non edidit? ¶ Edere animam, vel spiritum, est mori. *Cic.* 12. *Phil. c.* 9. Cujus in complexu libenter extremum vitæ spiritum edidero. ¶ Edere cædem, pro facere, *Liv. l.* 5. *c.* 13. Sic edere certamen, *Id. l.* 21. *c.* 43. ¶ Edere clamorem, gemitus, hinnitus. h. e. gemere, hinnire, clamare. *Cic.* 2. *Div. c.* 22. *Lucret. l.* 4. *Ovid.* 2. *Met.* ¶ Edere corpus super equum, *saltar' a cavallo*. *Tibull. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 115.

Edo, onis, m. 3. *mangiatore*, אכל, Ger. *esser*, Gal. *mangeur*, Hisp. *comedor*, φάγος, edax, manduco. *Var.* Edones Romam, ut turba intendat annonam. *Non. c.* 1. *n.* 237.

Edocenter, adverb. διδασκαλικῶς, docendi more, vel ad docendum utiliter. *Gel. l.* 16. *c.* 8. In eo nihil edocenter, neque ad instituendum explanate scriptum est.

Edocĕo, es, cui, ctum, *insegnare, con diligenza*, לכד, Ger. *fleissig lehren*, Gal. *enseigner*, Hisp. *enseñar con cuydado*, διδάσκω, diligenter doceo. *Cic. in Catil.* Eadem fere, quæ Vulturtius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostium Senatum edocet. *Liv. l.* 24. *c.* 24. Ordine omnia edocere.

Edoctus, a, um, nom. particip. *istruito, ammaestrato*. *Liv. l.* 25. Edoctus belli artes sub magistro. *Sallust. in Catil.* Edoctus omnia per legatos.

Edolatus, a, um, perfecte dolatus. *Colum. lib.* 8. *c.* 2. Partes summæ lingulas edolatas habent.

Edolo, as, avi, atum, a. 1. *polire perfettamente*, Ger. *beboblen*, Gal. *doler, & polir bien*, Hisp. *mucho, y bien dolar*, κατυξέω, perfecte dolo, polio, & translate perficio. *Cic. Att. l.* 13. *epist.* 47. Quod jusseras, edolavi.

Edom, Idumæa, Idume, Gebalena, *Idumea*, incolis *Bidumi*, regio Palæstinæ, vicina Judææ ad Meridiem, inter Judæam, Arabiam Petræam, & Ægyptum. Aliquando Judææ pars recensetur, qua saltem Judææ subdita. Incipit ab Occasu Jordanis fluvii, & extenditur versus oram litoralem Maris Mediterr. Regio est valde sterilis, & arenosa. Nomen accepit ab Edom filio Esau, nepote Isaac.

Edomĭtus, a, um, adject. omnino domitus, *domato, soggiogato*. *Ovid. l.* 3. *de art. Am. v.* 114. Edomiti Orbis opes possidere.

Edomo, as, ui, itum, a. 1. idem quod domo, vel omnino domo, *domare*. *Cic. de Fato, c.* 5. Vitiosam naturam ab eo sic edomitam, & compressam esse doctrina.

Edon, Edonus, Ἠδών, mons Thraciæ, vel Macedoniæ, quæ Thraciæ proxima est. *Virg.* 12. *Æn. v.* 365. Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto Insonat Ægæo.

Edonis, idis, f. Thraciæ regio, & urbs, & Antandrus dicta fuit.

Edonis, idis, f. 3. patronym. fœmin. Ἠδωνίς. Edonides autem dictæ sunt Bacchæ, quæ in Thracia Orgia celebrabant. *Ovid.* 11. *Met. v.* 69. Protinus in silvis matres Edonides omnes.

Edōnus, a, um, adject. possess. ab Edone Thraciæ monte. *Ovid. Rem. amor. v.* 593. Edono referens trieterica Baccho. *Id.* 4. *Trist. eleg.* 1. *v.* 42. Edoni jugi. *Claudian. lib.* 1. *de Cons. Stilic. v.* 122. Quoties suo pellibus egit Edonas hyemes? ¶ Edoni, vel Edonii, Thraciæ populi. *Solin.* & *Plin.*

Edor, n. 3. *farro*, ab antiquis appellatum est far, quod postea *ador*, teste *Festo*, ab edendo, quod P. R. trecentis prope annis ex omni frumenti genere solo farre usus fuit. *Plin. l.* 18. *c.* 7.

Edormio, is, ivi, itum, n. 4. *dormire molto*, נרדם, Germ. *aussehlaffen*, Gal. *dormir beaucoup*, Hisp. *dormir mucho*, κατακοιμάομαι, dormio ad satietatem. *Cic.* 4. *Acad. cap.* 17. Cumque edormiverunt, illa visa quam levia fuerint, intelligunt. ¶ Edormire vinum, sive crapulam, est dormiendo concoquere. *Cic.* 2. *Phil. c.* 12. Edormi, inquam, crapulam, & exhala.

Edormisco, scis, n. 3. idem ac edormio. *Plaut. Amph.* Dum edormiscat unum somnum. *Id. Rud.* 2. 7. 28. Ut edormiscam hanc crapulam.

Educatio, f. 3. *nutrizione, educazione*, Ger. *aufferziehung*, Gal. *education*, Hisp. *educazion*, ἐκθρεψις, nutritio, & institutio. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 31. Institutus liberaliter educatione, doctrinaque puerili. ¶ In bestiis quoque *educationis laborem* miratur idem *Cic.* 3. *Fin. c.* 19.

Educātor, oris, m. 3. *nutritore*, אמן, Ger. *aufferzieher*, Gal. *nourrisseur*, Hisp. *criador*, θρεπτήρ, nutritor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens (ut ita dicam) atque educator, & altor est mundus.

Educatrix, f. 3. nutrix. *Cic.* 1. *de Leg. sub fin.* Earum rerum parens est, educatrixque sapientia.

Educatus, a, um, adject. nutritus, institutus, *ammaestrato, allevato*, ἐκθρεφθείς, ἐκπαιδευθείς. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 31. Homine liberaliter educato dignum. *Id. Ver.* 5. *c.* 19. Habemus hominem in fecialium manibus educatum. *Id. Ver. ead.* Educatus ad turpitudinem.

Educatus, us, ui, m. idem ac educatio. *Tert. de Resur. carn. c.* 60. & *Fulgent. l.* 3. *Mythol.*

Edūco, as, avi, atum, a. 1. *allevare, nutrire, educare*, גדל, Ger. *aufferziehen*, Gal. *elever*, Hisp. *criar*, ἐκτρέφω, nutrio. *Var.* apud *Non. c.* 5. *n.* 105. Educit obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus. *Id. Non. c. eod. n.* 5. Alere, inquit, est victu temporali vitam sustentare, educare autem, ad satietatem perpetuam educere. Hinc *Plaut. Men.* 1. 1. 22. Ille homo homines non alit, verum educat, recreatque. ¶ Accipitur sæpe pro nutriendo instituere. *Id. Cist.* 1. 3. 24. Educavit eam sibi pro filia bene, ac pudice. *Quint. l.* 1. *proœm.* Si mihi tradatur educandus orator. ¶ Item pro proferre, gignere. *Ovid. l.* 8. *Met.* Quod pontus, quod terra, quod educat aer Poscit.

Edūco, is, eduxi, eductum, a. 3. *menar fuori*, הוציא, Ger. *aussziehen*, Gal. *tirer, mener hors*, Hisp. *sacar, traer fuera*, ἀνάγω, extra duco, *Liv. l.* 1. In aciem copias educit. ¶ Item extraho. *Virg.* 10. *Æn.* Eduxit corpore telum. *Cic.* 2. *Invent.* Educere gladium de vagina. ¶ Item erigo. *Virg.* 6. *Æn.* Aramque sepulchri congerere arboribus, cœloque educere certant. ¶ Item nutrio. *Cic. de Or. l.* 2. *c.* 28. Non est boni parentis, quem procrearit, & eduxerit, eum non & vestire, & ornare. ¶ Est item verbum forense pro introducere. *Cic.* 5. *Ver.* Aditum est ad Metellum: eductus est Apronius, eduxit vir primarius C. Gallius Senator a L. Metello, &c. ¶ Educere, producere ad supplicium, habet *Plaut. Truc.* 4. 3. 8. ¶ Educere noctem ludo. h. e. traducere. *Val. Flac. l.* 1.

Eductio, onis, f. 3. *il condur fuori*. *Cato* apud *Fest. in Properam:* Tertia e castris eductio celeris, properaque est.

Eductus, a, um, adject. *condotto fuori*. *Cic. l.* 1. *Att. c.* 22. Per manus servulæ servatus, & eductus. ¶ Item educatus, *educato*. *Ter. And.* 5. 4. 8. Libere educti adolescentuli. *Liv. l.* 1. *c.* 39. Puerum a parvo eductum.

Edulco, as, avi, atum, *addolcire*, המתיק, Germ. *süss machen*, Gal. *adoucir*, Hisp. *endulcar, hazer dulce*, γλυκαίνω, dulce facio, a dulcis. *Cn. Mattius* apud *Gel. l.* 15. *c.* 25. Quapropter edulcare convenit vitam, curasque acerbas sensibus gubernare.

Edūle, is, n. 3. V. Edulium.

Edulĭca, Dea, quæ escam præbeat. *Aug. l.* 4. *de C. D. c.* 11.

Edūlis, le, o. 3. idem ac edilis. *Hor. l.* 2. *Ser. Sat.* 4. *v.* 43. Vinea submittit capreas non semper edules.

Edulĭtas, atis, f. largitio rerum edulium, Bis habet *Lamprid. in Alex. c.* 22. Sed alii leg. *vilitas*.

Edulium, ii, n. 2. *companatico*, Germ. *essenspeiss*, Gal. *mangeaille*, Hisp. *condumio*, ἔδεσμα, quicquid ad prandium, cœnamque edendi gratia apponitur, præter panem, ab edo. *Capitol. in Pertin. c.* 12. Nisi quod missum esset edulium. *Ammian. l.* 30. *c.* 4. Piscis, aut edulii peregrinum vocabulum. ¶ Dicitur etiam Edule, is, n. *Lampr. in Heliog. c.* 27. Quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent.

Edūre, adverb. *duramente, ostinatamente*, dure. *Ovid.* 3. *de Art.* Nec tamen edure, quod petit illa, nega. Verum alia lectio habet: Nec tamen eduro, quod petit, ore nega.

Edūro, as, avi, atum, a. 1. *indurare*, הקשה, Ger. *verberter*, Gall. *endurcir*, Hisp. *endurecer*, σκληρόω, valde durum facio, ad laborem assuefacio. *Col. l.* 11. *c.* 1. A pueritia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Alii leg. *educandus*. ¶ Est etiam neutrum, pro perdurare. *Sen. de brev. vit. c.* 1. Ut quina, aut dena sæcula edurent.

Edūrus, a, um, o. 1. 2. *duro*, σκληρός, durus, valde durus. *Virgil.* 4. *Georg. v.* 144. Eduramque pyrum, & spinos jam pruna ferentes.

Edus, m. 2. *Sadodela*, fluviolus Liguriæ, in finibus Genuensium, qui influit in Portiferam fluvium, apud Pontem Decimum.

Edusa, f. 1. Dea, quæ esui præerat, sicut Potina, Dea potus, Cuba, Dea cubandi. Hisce tribus pueros initiare solebant, ubi primum e cunis, & a lacte transferant. *Non. c.* 2. *n.* 310.

Eetĭon, m. 3. Ἠετίων, pater Andromaches, qui apud Thebas Ciliciæ regnavit. Hinc

Eetionēus, a, um, adject. possess. *Ovid.* 12. *Met.* Eetioneas implevit sanguine Thebas.

E ANTE F.

Effabĭlis, le, adject. qui dici potest. *Apul. Apol.* Nemini effabilis. *Virg.* 3. *Æn.* Nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli. Alii leg. *affabilis*.

Effœcatus, a, um, adject. a fœcibus purgatus. *Apul. l.* 2. *Dogm. Plat.*

Pur-

Purgata, & effœcata voluptas animi.

Effafilatus, o. 1. 2. exafilatus, ideſt exertus, quia omnes exerto brachio ſunt exſilati, ideſt, extra veſtimentum ſilo contextum. Hæc *Feſt.*

Effamen, inis, n. dictio, pronunciatio, effatum. *Martian. Capel. in princ. l.* 4. Hæc quoque contortis ſtringens effamina nodis.

Effarcio, vel Effercio, is, rſi, rtum, a. 3. impleo, vel valde impleo. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 23. Intervalla hæc grandibus ſaxis effarciuntur. *Plaut. Moſtel.* 1. 1. 62. Bibite, eſte, effercite vos, ſaginam cædite.

Effarctus, vel Effertus, a, um, adject. plenus, diſtentus. *Plaut. Capt.* 3. 1. 6. Effertus fame. *Id. ib.* 4. 1. 8. Hæreditatem effertiſſimam.

Effāri, effatus ſum, d. 1. *parlare, proferire*, דבר, Ger. *ausſprechen*, Gal. *parler*, Hiſp. *hablar*, ἐκφαίνειν, proprie eſt eloqui, quod ſpeciatim in templorum dedicationibus, & in fœderibus uſurpabatur. *Cic. pro Dom. c.* 55. Neque verbum ullum ſolemne potuit effari. *Virg.* 8. *Æn.* Nec plura effatus. ¶ Effari etiam Augures dicebantur, cum augurii ſui preces proterebant. Hinc ager poſt pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus. Et effari templum Augures dicebantur, cum effabantur, qui in hoc fines eſſent. *Cic. Att. l.* 13. Opinor, Augures nihil habere ad templum effandum. *Id.* 2. *de Leg. c.* 8. Urbem, & Agros, & templa liberata, & effata habento. *Liv. l.* 10. Locus templo effatus, ſacratus fuerat.

Effaſcinātio, f. 3. idem ac faſcinatio. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Eam contra effaſcinationes auxiliari volunt.

Effaſcīno, idem ac faſcino. *Solin.* Quædam in terra Africa hominum familiæ ſunt, voce, atque lingua effaſcinantes. Adde *Gel. l.* 9. *c.* 4. & *Plin. l.* 7. *c.* 2.

Effātum, n. 2. ἀξίωμα, enunciatio, propoſitio. *Cic.* 4. *Acad. c.* 29. Id autem appellant ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum. ¶ Effata etiam erant precationes Augurum. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 8. Alterum, quod interpretatur fatidicorum, & vatum effata incognita. V. Effari.

Effātus, a, um. V. Effari.

Effaxillo, as, a. 1. exero, quod exerto brachio axilla oſtendatur. *Feſt.*

Effecte, adv. perfecte. *Ammian. l.* 16. *c.* 6. Cum hæc effecte pleneque colligeret. V. Effœte. *Apul. in Florid.* Sed de hoc tunc ego pertectius, cum vos effectius.

Effectīo, ſ. 3. efficientia. *Cic.* 3. *Fin. c.* 14. Recta igitur effectio, item convenientia, denique ipſum bonum creſcendi acceſſionem nullam habet.

Effectīve, adv. q. d. faciendo, vel efficienter. *Quintil. l.* 2. *c.* 18.

Effector, m. 3. *facitore*, עשה, Ger. *verſchaffer*, Gal. *faiſeur*, Hiſp. *hazedor*, molitor, architectus. *Cic. l.* 1. *de Or. c.* 33. Stilus eſt præſtantiſſimus dicendi effector, & magiſter.

Effectrix, ſ. 3. *operatrice*, עשה, Ger. *verſchefferin*, Gal. *faiſſe uſe*, Hiſp. *hazedora*. *Cicer. de Fin. lib.* 2. *cap.* 17. Pecunia eſt effectrix multarum, & magnarum voluptatum.

Effectum, n. 2. idem ac effectus. *Quinctil. l.* 8. *c.* 3. Ex cauſis, effectis, ſimilibus.

Effectus, us, m. 4. *effetto*, Ger. *ſachfelbſt*, Gal. *effet*, Hiſp. *efecto*, id quod effectum eſt. *Cic.* 3. *Fin. c.* 1. In ebrietate eſſe, peccatum eſt etiam ſine effectu. Et *l.* 2. *Tuſc. c.* 1. Effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio.

Effectus, a, um, adject. elaboratus, factus, *fatto*, *perfezionato*. *Cic.* 2. *Div.* Urbs effecta ex latere, & cæmento. *Plin. l.* 8. *ep.* 4. Non poſſe perinde inchoata placere, ut effecta. *Id. l.* 2. *ep.* 3. Syllogiſmi circumſcripti, & effecti. ¶ Effectum dare, reddere, idem eſt quod efficere. *Ter. Eun.* 2. 1. 7. *Plaut. Cure. a.* 3. *v.* 15. ¶ *Apul. l.* 2. *Florid.* Qua nihil videor effectius cognoviſſe. h. e. magis abſolutum.

Efferatīo, onis, ſ. ferocia, feritas. *Tertul. l. de Pœnit. c.* 12. Unguium aquilinum in modum efferatione, & capilli incuria horrorem præferente.

Efferātus, a, um, adject. *infierito*, *divenuto fiero*, efferus. *Liv. l.* 5. *c.* 27. Odio, iraque efferati. Et *l.* 34. *c.* 24. Moribus, ritibuſque efferatioribus, quam ulli barbari.

Effercio. V. Effarcio.

Efferēſco, is, ferus fio, *divenir crudele*. *Ammian. l.* 18. *c.* 17. Efferéſcere immanius.

Efferĭtas, ātis, ſ. *crudeltà*, *fierezza*. *Lactant. l.* 9. *c.* 2. Inerat huic beſtiæ naturalis barbaries, efferitas a Romano ſanguine aliena.

Effĕro, as, avi, atum, a. 1. *incrudelire*, Ger. *grim machen*, Gal. *rendre cruel*, Hiſp. *embravecer*, θηρίοω, efferum, vel crudelem inſtar feræ facio, feritatis ſpeciem induco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Non patiuntur, eam nec immanitate beluarum efferari. *Liv. l.* 2. *c.* 23. Promiſſa barba, & capilli efferaverant ſpeciem oris.

Effĕro, effers, extuli, elatum, a. 3. *portar fuori*, נשא, Ger. *auffiragen*, Gal. *enlever*, Hiſp. *llevar a fuera*, ἐκφέρω, extra fero. *Plaut. Amph.* Efferantur ex navibus. ¶ Hinc efferre pedem, egredi, exire. *Plaut. Bacch.* Pedem ut efferres ex ædibus. ¶ Sæpe accipitur pro proferre, oſtendere, *metter fuori*. *Virg.* 8. *Æn.* Ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce extulit. ¶ Item pro extollere, ſive in altum elevare, *alzare*. *Virg.* 5. *Æn.* Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & alte extulit. ¶ Item pro erigere, quod depreſſum eſt, *follevare*. *Cic. pro Sylla.* Patriam demerſam extuli. ¶ Item pro provehere, magnum facere, *eſaltare*, *ingrandire*. *Cic. pro Roſc. Com.* Quæ res extulit eum? una commendatio hujus. ¶ Item pro evulgare, manifeſtum facere. *Ter. Adelph.* 4. 4. 16. Quod minime eſt opus uſquam efferri. ¶ Item pro proferre, *pronunziare*. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Decenter aliquid efferre. ¶ Efferre aliquem laudibus eſt, impenſe laudare, extollere. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 14. Et 4. *Acad.* Cum tantis laudibus Philoſophiam extuleris. ¶ Efferri aliqua re, vel efferre ſe, eſt inſolеſcere, verbis, aut factis ſe extollere. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 17. Inſolenter ſe efferre. *Id.* 5. *Fin. c.* 15. Efferre ſe lætitia. Sic efferri odio, iracundia, dolore, *laſciar'ſi traſportare*. Idem ſæpe *Sueton. Calig. c.* 54. Cantandi, ſaltandique voluptate ita efferebatur. ¶ Eſt etiam funebre verbum, & ſepelire ſignificat, ſeu extra domum, aut urbem ad ſepulturam ferre. Sepulcra enim apud pleraſque Gentes non in urbe, ſed extra erant conſtituta. *Nep. in Ariſt. ad fin.* In tanta paupertate deceſſit, ut, qui efferretur, vix reliquerit. *Cic. l.* 15. *ad Att.* Lucullus matrem efferebat. ¶ Interdum etiam ſumitur pro producere. *Cicer. in Brut.* Ager, qui multos annos quievit, uberiores fruges efferre ſolet. ¶ Item perferre, tolerare. *Lucret. l.* 1. *v.* 141. Quemvis efferre laborem.

Effertus. V. Effarctus.

Effervĕo, es, bui, n. 2. vel effervo, is, n. 3. *bollire*, ὑπεζέω, vehementer ferveo, ebullio. *Virg.* 4. *Georg.* Et ruptis effervere coſtis. ¶ Translate *Tacit.* 1. *Ann. c.* 74. Incautius efferbuerat.

Efferveſco, is, erbui, n. 3. *bollire*, incipio effervere. *Col. l.* 12. *c.* 25. Ut in efferveſcendo vinum ſe bene purget. ¶ Translate ſumitur pro vehementer commoveri. *Cic. pro Planc.* Illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & immenſum, ſic efferveſcunt quodam quaſi æſtu. ¶ Nonnunquam pro egredi, erumpere. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 4. Totum Pontum armatum efferveſcentem in Aſiam, atque erumpentem. ¶ Apud *eund. l.* 9. *Fam. ep.* 2. ubi ait: Cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum efferveſcat hæc gratulatio: poſſet accipi pro *deferveſco*, refrigeo: verum ea lectio dubia eſt. Alii enim legunt, *deferveſcat*.

Effĕrus, a, um, o. 1. 2. *crudele*, אכזר, Ger. *grimming*, Gal. *cruel*, Hiſp. *cruel*, θηριώδης, valde ferus. *Virg. Æn.* 8. *v.* 5. Sævitque juventus effera.

Efficacĭa, ſ. 1. *efficacia*, כוח, Ger. *Krafft*, Gal. *efficacité*, Hiſp. *eficacia*, ἐνέργεια, vis ad aliquid efficiendum. *Plin. l.* 11. *c.* 5. Quos efficaciæ, induſtriæque tantæ comparemus nervos.

Efficacĭtas, ſ. 3. idem ac efficacia. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 13. Itemque viribus corporis, & nervis, & efficacitati ſimiles, ſimilibuſque verbis animi vires nominantur.

Efficacĭter, adv. *efficacemente*, Ger. *Kreffiglie*, Gal. *avec efficacité*, Hiſp. *eficazmente*, ἐνεργῶς, cum effectu, vel efficientia, acriter, potenter. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Capitis ulcera manantia urina tauri efficaciter ſanat. *Id. l.* 26. *c.* 12. Efficaciſſime ſanare. *Plin. alter l.* 6. *ep.* 6. Efficacius rogare.

Efficax, acis, o. 3. *efficace*, חזק, Ger. *kreffig*, Gal. *efficace*, Hiſp. *eficaz*, ἐνεργής, quod ad agendum aliquid vim habet, quod multum efficit. *Cæl. Cic.* Noſti Marcellum, quam tardus, & parum efficax ſit. *Liv. l.* 41. *c.* 15. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipſa efficaciſſima eſſet, non convenire. *Id. l.* 1. Quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces ſunt. Sic *Horat. Epod.* 3. Herculem *efficacem* vocat. h. e. ſtrenuum, & nihil non audentem. *Plin. in Paneg. c.* 84. Utrum ſit efficacius ad recte vivendum. Et *c.* 70. Efficaciſſimum genus eſt rogandi, gratias agere.

Efficĭens, entis, o. 3. quod efficit. *Cic. in Top.* Proximus eſt locus rerum efficientium, quæ cauſæ appellantur, deinde rerum effectarum ab efficientibus cauſis. *Id.* 3. *Off.* Virtus efficiens eſt voluptatis. Et *l.* 1. Cauſa, & ratio efficiens magnos viros.

Efficienter, adv. idem ac efficaciter. *Cic. de Fato*, *c.* 15. Non ſic cauſa intelligi debet, ut, quod cuique antecedat, idem cauſa ſit, ſed quod cuique efficienter antecedat.

Efficientĭa, ſ. 1. ἐνέργεια, vis efficiendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ejuſque tum magnitudinem, pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognoviſſent.

Efficĭo, is, effeci, ectum, a. 3. *far con effetto*, *operare*, עשה, פעל, Ger. *verſchaffen*, Gal. *faire*, *mettre en effet*, Hiſp. *hazer*, *acabar*, διατράττω, perficio, faciendo aſſequor, præſto. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 13. Hoc nec inſtitui, nec effici poteſt ſine tua ope. *Id. ib. l.* 13. *ep.* 26. Heri effeci epiſtolam ad Cæſarem. ¶ Fere ponitur pro ſimplici facio. *Cic. Q. Fr.* 3. 1. 3. Efficere clamores. *Id.* 1. *Off.* Quibus rebus effectum eſt, ut infinita pecuniæ cupiditas eſſet. ¶ *Quintil. l.* 2. *c.* 1. In ſtudiis aliquid efficere. h. e. præſtare, proficere. ¶ Jungitur etiam infinito *Vitruv. lib.* 2. *c.* 6. Vehementer efficit ea coire. ¶ Efficere nuptias alicui, *Ter. Andr.* 3. 4. h. e. conciliare. ¶ Efficere aurum, eſt, comparare, *far ſoldo*. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 57. ¶ Efficere morbos, *cagionar malattie*. *Hirt. de B. Alex.* ¶ Efficere pro concludere, colligere. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor.* Innumerabilia ſunt, ex quibus effici, cogique poſſit, nihil eſſe, &c. ¶ *Effexis* pro effeceris, eſt apud *Plaut. Pœn.* 1. 3. 19.

Effictĭo, ſ. 3. actus fingendi. Figura eadem, ac Ethopœia, vel ſpecies Ethopœiæ. *Auth. ad Heren. l.* 4. *c.* 49. Effictio eſt, cum exprimitur, & effingitur verbis corporis cujuſpiam forma, quoad ſatis fit ad intelligendum.

Effictus, a, um, adject. expreſſus, efformatus, repræſentatus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 16. Hæc conficta arbitror a Poeta eſſe, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis videremus.

Effĭgĭa, æ, ſ. 1. idem ac effigies. *Plaut. Rud.* 2. 4. 7. Veneris effigia hæc quidem eſt. Habet etiam *Lucret. l.* 4. *v.* 103. &c.

Effĭgiatus, us, ui, m. 4. actus effigiandi. *Apul. lib.* 2. *Florid.* Magna vis artis, vario effigiatu.

Effĭgĭātus, a, um, adject. *effigiato*. *Apul. Apol.* Imagines variis artibus effigiatæ.

Effĭgies, ei, ſ. 5. *effigie*, *ſembianza*, תכונה, Ger. *ebenbild*, Gal. *image*, Hiſp. *imagen*, εἰκών, ſpecies, imago, ſimulacrum, ſignum, figura ad vivam alterius ſimilitudinem, vel ad veritatis imaginem efficta tam in picturis, quam in ſculpturis, ab effingo. *Cic. in Ver.* 4. *c.* 65. Effigies illa erat, ſimulacrumque Mithridatis. ¶ Uſurpatur etiam translate de animo, virtutibus, &c. *Cic. de Fin. l.* 2. *cap.* 18. Reliquit effigiem & humanitatis, & probitatis ſuæ filium. ¶ Pluraliter *Silius lib.* 17. 2. 402. Cælarat patrui ſpirantes prælia dura effigies. ¶ Aliquando ponitur pro inſtar, *a guiſa*, *a foggia*. *Plin. l.* 21. *c.* 5. in latitudinem ſe laxantibus effigie calati.

Effĭgĭo, as, a. 1. *figurare*, ἐκμάζω, ad effigiem formo. *Auguſt. l.* 7. *de C. D.* De materiis licet a fabro effigiatis. Adde *Prudent. in hymn. de exeq. defunct.*

Effĭgūro. V. Affiguro.

Effindo, is, a. 3. idem quod findo. *Manil. l.* 4. *v.* 380. Et frænare ratem, fluctuſque effindere rectos.

Effingo, is, inxi, ictum, a. 3. *figurare*, *ritrarre*, יצר, Ger. *nachbilden*, Gal. *portraire*, Hiſp. *pintar*, διατυπόω, effigiem rei alicujus ad vivum exprimo, ad alterius formam fingo. *Cic.* 1. *Tuſc.* Quæ tam immenſa magnitudo, quæ illa multa poſſit effingere? *Virg.* 6. *Æn.* Caſus aliquos effingere in auro. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Effingere verba imitando. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor.* Effingere, atque efficere. *Id.* 2. *de Orat. c.* 60. Effingere hominum mores. ¶ Interdum ſignificat extergere. *Cato R. R. cap.* 67. Ficinas ſpongia effingat. *Cic. pro Sext. c.* 35. Corporibus civium Tiberim compleri, cloacas refarciri, e foro ſpongiis effingi ſanguinem. Ita legunt cum *Serv. ad* 8. *Æn. Hotoman. F. Urſin.* &c. Vulgo leg. *effundi*.

Effĭo, is, pro Fio, is. *Plaut. Perſ.* 5. 1. 9. Hæc mihi facilia factu facta ſunt, quæ volui efferi.

Effirmo, as, a. 1. idem quod confirmo. *Accius* apud *Non. c.* 4. *n.* 94. Tute ipſe effirma, & compara.

Efflagitatĭo, ſ. 3. *domanda*, actus efflagitandi. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 19. Admonitio, vel potius efflagitatio ad coeundam ſocietatem.

Efflagĭtatus, us, m. 4. *domanda con inſtanza*, שאלה, Ger. *trungenlichebits*, Gal. *demande*, *requet avec inſtance*, Hiſ. *pedimiente con inſtancia*, vehemens poſtulatio. *Cic.* 7. *Ver. cap.* 29. Coactu, atque efflagitatu meo producere.

Efflagĭto, as, avi, atum, a. 1. *domandare con inſtanza*, ἀπαιτέω, cum clamore, ſeu cum magna inſtantia flagito, vehementer flagito. *Cic. l.* 2. *Q. Fr. ep.* 10. Efflagitare convicio. *Virg.* 12. *Æn. v.* 759. notumque efflagitat enſem.

Efflātus, us, m. *lo ſpirare*, actus efflandi. *Senec. l.* 5. *quæſt. natur. c.* 14. Subterraneæ nubes apertum ad hos efflatus iter occupant. *Al. leg. aſſlatus.*

Efflĕo, es, evi, etum, a. 2. *conſumar piangendo*, Ger. *mit vveynen vertehren*, Gal. *pleurere juſque a conſomer*, Hiſ. *perderſe de muchi llorar*, flendo conſumo. *Quinctil. 6. Declam. c.* 4. Cognita clade, rariſſimi uxor exempli, & prorſus talis filii mater, totos efflevit oculos. h. e. nimio fletu oculorum uſum amiſit.

Efflĭcte, adverb. vehementer, impenſe, q. d. affligendo, *appaſſionatamente*, ut efflicte diligere. *Symmach. l.* 1. *epiſt.* 90. *Apul. l.* 5. *A. A.* Amo te efflicte, quicunque es. Alii leg. *efflictim*.

Efflĭctim, aliud adverb. idem quod efflicte. *Plaut. Amph.* 1. 3. 19.

Efflictim amare.

Efflicto, as, avi, atum, a. 1. idem quod affficto, *affliggere*. *Plaut. Stich.* 4. 2. 26. Non tu scis, quam efflictentur homines noctu hic in via.

Efflictus, a, um, adject. idem quod afflictus. *Capitol. in Vero*, *c.* 4. *ex lectione Salmasii:* Sæpe efflictum livida facie rediisse.

Effligo, is, ixi, ictum, a. 3. idem quod affligo, percutio, perdo. *Plaut. Cist.* 2. 1. 54. Nisi pedatu tertio omnes efflixero. *Cic. l.* 9. *ad Att. epist. ult.* Misit filium ad effligendum Pompejum. Ita leg. *Gruter. Græv. Lambin.* & cæt. V. *Taubman. ad Plaut. in Asin.* 4. 2. 9.

Efflo, as, avi, atum, a. 1. *cacciare con fiato*, נשב, Ger. *aufshin blasen*, Gal. *suffler hors*, Hisp. *soplar fuera*, ἐκπνέω, extra flo, spiro, expiro. *Var. l.* 1. *de R. R.* Bestiolæ, si quæ prope nascuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt. ¶ Efflare animam, vel extremum halitum, est mori. *Cic. pro Mil.* Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset. *Id.* 2. *Tusc. c.* 9. Efflavit extremum halitum. Efflare colorem. i. e. amittere. *Lucret. l.* 2. *v.* 831.

Effloresco, is, ui, n. 2. valde floreo, *fiorire*, ἐξανθέω. *Cic. pro Cæl. c.* 31. Laudibus ingenii efflorescere. Et *l.* 1. *de Orat. c.* 6. Ex rerum cognitione efflorescat, & redundet oportet oratio. *Id. de Amic. c.* 27. Utilitas efflorescit ex amicitia.

Effluentia, f. 1. *spargimento*, זוב, Ger. *auffgiessung*, Gal. *ecoulement*, *debordement*, Hisp. *derramamiento*, ἐκροή, effluxus. *Plin. l.* 26. *c.* 10. Inhibet non solum Venerem, sed effluentiam genituræ. Meliores tamen libri habent *affluentia*.

Effluo, is, uxi, uxum, n. 3. *spargersi*, נזל, Ger. *auffrinnen*, Gal. *s'ecouler*, Hisp. *derramarse*, ἐκφέρομαι, extra fluo, effundor. *Cic.* 2. *Tusc.* Cum una cum sanguine vitam effluere sentiret. ¶ Translate ponitur pro divulgari. *Ter. Eun.* 1. 2. 41. Utrunque hoc falsum est, effluet. ¶ Effluere etiam alicui dicitur, quod illi e memoria excidit, *scordarsi*. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 14. Ante quam plane ex animo tuo effluo. ¶ Significat etiam dilabi, consumi, perire, ut ætas effluit. *Id. de senect. c.* 2. *Liv. l.* 7. *c.* 33. Vires effluunt lassitudine.

Effluvium, n. 2. *spargimento*, ἔκρυσις, effluendi actus, magna vis alicujus rei. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Profundi humoris e corpore effluvium.

Effluus, a, um, adject. qui effluit. *Avien. in Prognost. Arat. v.* 393. Si flammis emicet ignis Effluus. *Id. in Perieg. v.* 1162. In pontum cadit effluus amnis.

Effluxio, onis, f. *escrescenza d'acque*. *Dig. l.* 43. *tit.* 10. *in princip.* Ædiles studeant, ut quæ secundum civitates viæ sunt, adæquentur, & effluxiones non noceant domibus, & pontes fiant, ubicunque oportet.

Effoco, as, a. 1. *soffocare*, πνίγω, suffoco. *Sen. de brev. vit. c.* 2. Bonis suis effocantur.

Effodio, is, odi, ossum, a. 3. *far fosse*, *cavare*, חפר, Germ. *auffgraben*, Gal. *creuser*, Hisp. *cavar*, κατασκάπτω, fodiendo eruo. *Cic.* 2. *Off. c.* 3. Effodere argentum penitus abditum. *Ter. Eun.* 4. 6. 2. Effodere oculos. ¶ Translate *Cic. pro Marcel. c.* 4. Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit, *mi ha passato il cuore*.

Effodo, as, pro Effodio, is. V. in Fodo, as.

Effœminate, adv. *delicatamente*, *a foggia di femmina*, γυναικοειδῶς, modo fœminarum. *Cic.* 1. *Offic. c.* 4. Cave, ne quid indecore, effœminateve facias.

Effœminatio, onis, f. *mollizie*, *delicatezza*. *Jul. Firmic. l.* 7. *Mathes. c.* 16. Impuritates cum magna corporis effœminatione decernunt. *Tert. de Spectac. c.* 25. Inter effœminationis modos.

Effœminatus, a, um, adject. mollis, delicatus, *effemminato*, *molle*, ἐντεθηλυμένος. *Cic. Philip.* 3. Impudicus, impurus, effœminatus. *Q. Cic. ad Tiron. l.* 16. *Fam. ep. ult.* Libidinis, & languoris effœminatissimi animi plenos.

Effœmino, as, avi, atum, a. 1. *effemminare*, Ger. *weibisch machen*, Gal. *affeminer*, Hisp. *afeminar*, ἀποθηλύνω, in muliebrem mollitiem, atque lasciviam converto. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 40. Cogitationibus molestissimis effœminamur. *Cæs. l.* 4. *B. G. c.* 2. Remollescere, atque effœminari.

Effœte, vel Effete, adv. *Martial. l.* 2. *epigr.* 27. Effœte, graviter, cito, nequiter, euge, beate. h. e. mature, sapienter, ut Rader. interpretatur. Al. leg. *effecte*, h. e. plene, perfecte.

Effœtus, a, um, o. 1. 2. ἐκτεκών, quod jam fœtum edidit. *Col. l.* 7. *c.* 12. Primus effœtæ partus amovendus est. ¶ Item fœtus, qui emissus est. *Col. l.* 8. *c.* 5. Cum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur. ¶ Effœta quoque dicitur, quæ parere desiit, quasi frequenti partu lassata. *Plin. l.* 10. *c.* 53. Est tanta gallinis fœcunditas, ut aliquæ sexagena pariant ova, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantum, ut effœtæ moriantur. ¶ Et generatim effœtum est omne id, quod continua fertilitate lassatum est, & exhaustum. *Virg.* 1. *Georg.* Effœtos cinerem immundum jactare per agros. ¶ Hinc translate ponitur pro debili, infirmo, enervato. *Cic. de Sen. c.* 9. Libidinosa adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. *Virg.* 5. *Aen. v.* 596. Erigentque effœtæ in corpore vires. idest elanguentes pristino vigore amisso. *Apul. l. ult. Flo. id.* Ne argumentis sit effœtior. Cum genit. *Sallust. in Catil. in fine.* Respublica effœta parentum. *Al. leg.* parente. ¶ Scribitur & *effetus* sine diphthongo.

Effossio, onis, f. *scavamento*, actus effodiendi. *In Cod. Justin.* 11. 6. 3. Saxorum venam laboriosis effossionibus persequi.

Efforo, a. 1. idem ac perforo. *Col. l.* 9. *c.* 1. Compluribus locis per latus efforatus.

Effossus, a, um, adject. *cavato*, *scavato*, ἐξορυχθείς. *Virg.* 4. *Georg. v.* 42. Effossis latebris sub terra fodere. *Vellej. l.* 2. *c.* 52. Effossum alterum imperii lumen.

Effractarius, rii, m. 2. qui effringit, effractor. *Sen. ep.* 69. Aperta effractarius præterit.

Effractor, m. 3. qui fracto ostio, aut sera in ædes, vel arcam alienam irrumpit. *Paul. l.* 3. *ff. de Offic. Præfect. Vigil.* Cognoscit Præfectus Vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus.

Effractura, æ, f. effractoris effectus. *Paul. l. cit. in Effractor*.

Effractus, a, um, adject. *rotto*, *spezzato*. *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 54. Cista effracta. *Stat. Theb.* 9. *v.* 556. Effracta Urbs.

Effrænate, adv. *sfrenatamente*, *dissolutamente*, Germ. *ohne zaum*, Gal. *san retenue*, Hisp. *desenfrenadamente*, ἀχαλινώτως, dissolute. *Cic. de Sen. c.* 12. Cujus voluptatibus avidæ libidines temere, & effrænate ad potiundum incitantur. *Id. Phil.* 14. *c.* 9. Effrænatius in hostem irrumpere. ¶ Scribitur & sine diphth.

Effrænatio, f. 3. *sfrenatezza*, Ger. *unbendigkeit*, Gal. *insolence*, *effronterie*, Hisp. *desenfrenamiento*, dissolutio. *Cic.* 5. *Phil. c.* 8. Quæ effrænatio impotentis animi? Scribitur & *effrenatio*.

Effrænatus, o. 1. 2. *sfrenato*, בליעל, Ger. *unbendig*, Gal. *effrene*, Hisp. *desenfrenado*, ἀχάλινος, quod trænum detrectat, & pro arbitrio nostro regi non potest. Translate dicitur de re, quæ omnem egreditur modum. *Cic. de Arusp. Resp. c.* 1. Cujus ego de effrænato, & præcipiti furore quid dicam? *Id.* 1. *Off.* Homines secundis rebus effrænati. *Id. de Arusp. Resp. c.* 1. Vox quædam libera, atque etiam effrænatior. *Senec. epist.* 88. Affectibus effrænatissimis abstrahi. ¶ Scribitur etiam sine diphthongo.

Effrænus, a, um, o. 1. 2. vel effrænis, & ne, o. 3. *che non ha freno*, Ger. *ohne zaum*, Gal. *sans frein*, Hisp. *sin freno*, ἀχάλινος, carens træno, cui trænum detractum est. *Liv. l.* 4. *v.* 382. Effræno equo in medios ignes infertur. ¶ Translate dicitur de indomito, sævo, barbaro. *Virg.* 3. *Georg. v.* 382. Gens effræna virum Riphæo tunditur Euro.

Effrico, as, cui, ictum, & catum, a. 1. fricando excutio. *Sen. ep.* 96. At illis diu rubigo animorum effricanda est. Scribitur & *Exfrico*. *Apul. l.* 1. *Met.*

Effringo, is, egi, actum, a. 3. *rompere*, *frangere*, שבר, Ger. *mit gewalt zerbrechen*, Gal. *briser*, Hisp. *quebrantar*, διαρρήττω, est vi quadam, & impetu frangere. *Cic.* 6. *Ver.* Cum viderent effringi multorum fores, revelli claustra. Adde *Ter. Adelph.* 1. 2. 7. ¶ Effringere animam. h. e. vi de corpore expellere. *Senec. in Herc. Oet.* ¶ Neutrorum more, *Sil. l.* 1. *v.* 647. fluctus vestras effringet in urbes. h. e. franget se.

Effrondesco, is, vel Effrondeo, es, ui, n. frondes emitto. Translate *Vopisc. in Probo*, *c.* 19. Circus gratia novi viroris effronduit.

Effrons, ontis, adject. 3. impudens, temerarius, quasi sine fronte, *sfrontato*, *petulante*. *Vopisc. in Numer. c.* 13. Consilii semper alti, numquam tamen effrontis, sed prudentis. Salmas. legit *pudentis*.

Effrutico, as, avi, atum, in fruticem evado, vel fruticem emitto, pullulo, produco. *Tertul. de Anim. c.* 27. Semina hominem ex utraque substantia effruticant. Et *l.* 1. *ad Nation. c.* 5. Ut nævus aliquis effruticet, aut verrucula exurgat.

Effugia, æ, f. dicebatur hostia, quæ effugisset ab aris. *Serv. in Virg. Aen.* 2. *v.* 140.

Effugio, is, ugi, n. 3. fugio, evado, vito, elabor, *fuggire*, נס, Germ. *entfliehen*, Gal. *s'enfuir*, Hisp. *huir*, ἐκφεύγω, idem ac fugio. *Cic.* 3. *Ver.* Quin offensionem negligentiæ vitare, atque effugere non possim. *Id. pro leg. Man. c.* 9. Effugere e manibus. Et *Phil.* 2. *c.* 29. Effugere de prælio. *Virg. Ecl.* 3. Nunquam hodie effugies. *Plaut. Merc.* 3. 4. 75. Clam patria hac effugiam.

Effugium, n. 2. *scampo*, מנוס, Ger. *zuflucht*, Gal. *fuite*, *salut*, Hisp. *acogida*, ἀποφυγή, evasio, via, vel modus effugiendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Habere effugia pennarum. *Liv. l.* 24. *c.* 26. Ut, si effugium patuisset, impleturæ urbem tumultu fuerint. h. e. locus effugiendi. Sic *Tacit. l.* 3. Effugia insidere. ¶ Ponitur & simpliciter pro fuga. *Virg.* 2. *Aen. v.* 140. Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent Effugia.

Effulgeo, es, ulsi, n. 2. *risplendere grandemente*, ἀποστίλβω, vehementer fulgeo. *Liv. lib.* 8. *B. Pun.* Qualis inter graves imbre nubes effulget. ¶ *Virg.* in 3. conjugat. usurpavit *Aen.* 8. *v.* 677. auroque effulgere fluctus.

Effultus, a, um, adject. fultus, *appoggiato*. *Virg.* 7. *Aen. v.* 94. Atque harum effultus tergo, stratisque jacebat Velleribus. *Apul. l.* 2. *Met.* Effultus in cubitum.

Effumigatus, a, um, adject. *Tertull. ad Marty. c.* 1. Fugiat conspectum vestrum, tamquam coluber excantatus, aut effumigatus. h. e. fumo exire coactus.

Effumo, as, a. 1. fumum emitto. *Sever. in Aetna. v.* 498. Effumat moles.

Effundo, is, udi, usum, a. 3. *spargere*, *spandere fuori*, שפך, Ger. *auffgiessen*, Gall *epandre*, Hisp. *derramar*, ἐκχέω, extra spargo. *Cic. pro Planc. c.* 42. Præter lacrymas, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. ¶ Translate ponitur pro consumere. *Cic.* 2. *Off. c.* 15. Multi patrimonia effuderint, inconsulte largiendo. *Id. Tusc.* 3. Effundere ærarium. ¶ Item pro erumpere, & magna cupiditate egredi. *Cic. ad Brut.* Timore quodam perculsa civitas tota ad te se cum conjugibus, & liberis effundebat. ¶ Item pro emittere. *Id. Phil.* 14. *c.* 12. Effundere extremum spiritum. *Virg. Aen.* 1. *v.* 98. Effundere animam. ¶ Effundere iram in aliquem, *sfogare la collera contra qualcuno*, *Liv. l.* 39. *c.* 34. ¶ Effundere pavorem alicui, *metter paura*. *Id. l.* 10. ¶ Significat etiam profligare, fugare, prosternere. *Sallust.* Effuso, ac profligato peditatu, paulatim retrocedere cœpit. ¶ Item abunde loqui. *Cic. Att. l.* 6. Effudit illa omnia, quæ tacuerat. ¶ Effundere se, h. e. se immittere, pronum ire. *Cic. in Paradox.* Se in aliqua libidine effundere. *Liv. l.* 34. Ne matronæ effundantur in luxuriam. *Sueton. in Aug. c.* 99. Effundi in jocos. ¶ Effundere oculum, est, ejicere. *Julian. l.* 46. *Dig.* Si tam vehementer cervicem percusserit, ut ei oculus effunderetur. *Vellej. l.* 2. *c.* 52. Effusum alterum R. imperii lumen. Al. leg. *effossum*.

Effuse, adv. immodice, *prodigamente*, *smoderatamente*, ἐκκεχυμένως. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 8. Non pauca suis adjutoribus large, effuseque donabat. *Id. in Pison.* Effuse petulans. *Liv. l.* 34. *c.* 16. Effusius prædati sunt. *Plin. l.* 1. *ep.* 20. Effusius dicere. i. e. copiosius. *Id. in Paneg. c.* 84. Effusissime diligere.

Effusio, onis, f. *spargimento*, שפך, Ger. *auffgiessung*, Gal. *effusion*, Hisp. *derramamiento*, ἔκχυσις, actus effundendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 10. Primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. ¶ Translate sumitur pro prodigalitate, consumptione. *Cic. pro Rosc. Am. c.* 46. Quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis? ¶ Item irruptio, vel eruptio. *Cic. in Pison. c.* 2. Effusiones hominum ex oppidis. ¶ Effusio animi in lætitia apud *eund. Tusc.* 4. *c.* 31. *troppo sfogo*.

Effusorie, adv. *sparsamente*, effundendo se. *Ammian. l.* 31. *c.* 16. Exinde digressi sunt effusorie per Arctoas provincias.

Effusus, a, um, adject. *sparso*, *diffuso*, ἔκχυτος. *Virg. Aen.* 6. *v.* 311. Effusus nubibus imber. *Liv. l.* 7. Effusa fuga. *Virg. l.* 4. crines effusa sacerdos. ¶ Translate varios habet usus, ut effusa lætitia, effusus risus, *Liv. l.* 35. *c.* 43. *Claud. l.* 3. *Rapt. Pros. v.* 210. Effusæ largitiones. h. e. immodicæ, *Nepos Att. c.* 6. Effusi honores, *Id. Milt. c.* 6. Effusa civitas obviam, *Vellej. l.* 2. *c.* 45. ¶ Habet etiam suos gradus, ut Effusior fuga. *Liv. l.* 3. *c.* 5. Et *l.* 37. *c.* 5. Effusissimis habenis stationes hostium invadit. ¶ Effusus in amorem, in lacrymas, in luxum &c. dicitur qui immodice amat, luget, luxui inservit. *Tacit.* 1. 4. *Ann.* & 4. *histor.*

Effutio, is, ivi, itum, n. *parlar imprudentemente*, Ger. *aussbladeren*, Gal. *parler à la volée*, Hisp. *hablar boverias*, ψυχρολογέω, inaniter fundo, a futio, effundo. Translate est inepte, & inconsulte loqui, dicere cum mendacio. *Ter. Phor.* 5. 1. 17. Ne vos forte imprudentes foris effutiretis. *Cic. l.* 2. *nat. Deor. c.* 37. Ita temere effutiunt de mundo.

Effutitius, a, um, adject. quod effutitur. *Varr. l.* 6. *L. L.* Euax verbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est.

Effutitus, o. 1. 2. partic. ab effutior. *Cic.* 2. *de Div. c.* 55. Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere.

Effutuo, is, a. 3. In *carm. jocoso in Cæsarem*, apud *Sueton. in ejus vita*, *c.* 51. Aurum in Gallia effutuisti. h. e. scortando dilapidavisti.

E ANTE G.

Egelatus, o. 1. 2. partic. ab egelo. *Cæl. Aurel. Tard. l.* 4. *c.* 3. Non frigidum, sed leviter egelatum, quod galactodes appellant.

Egelido, as, avi, atum, a. 1. *disghacciare*, quod gelatum est, dissolvo, ab egelidus. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1. Egelidarentur fibræ glaciales.

Egelidus, a, um, o. 1. 2. *tepido*, Germ. *laulich*, Gall. *tiede*, Hisp. *tibio*, χλιαρός, quod de summo gelu aliquid remisit, a gelidus. *Ovid.* 2. *Am. el.* 11. *v.* 10. Et gelidum Boream, egelidumque Notum. *Colum. l.* 10. *v.* 282.

282. Nunc ver egelidum, nunc eſt molliſſimus annus. ¶ *Servius* pro valde frigido exponit, explicans locum illum *Virg.* 8. *Æn. v.* 616. Egelido ſecretum flumine vidit.

Egĕlo, as, avi, atum, a. 1. de ſummo gelu aliquid remitto, a gelu. *Cæl. Aurel. lib.* 3. *acut. morb. c.* 5. Cum ex aliqua parte corporis frigidus torpor viſus fuerit egelari.

Egens, tis, o. 3. *biſognoſo*, *ἐνδεὴς*, pauper, tenuis, cui deſunt neceſſaria ad vivendum, partic. ab *egeo*. *Cic. de Am.* Quocirca & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilli valent. ¶ Comp. egentior, ſup. egentiſſimus. *Id. Att. l.* 6. *ep.* 1. Nihil illo Regno ſpoliatius, nihil Rege egentius. *Id. l.* 9. *ad eun. ep.* 7. Egeſtates tot egentiſſimorum hominum. Et cum ablat. *Cic.* 6. *Fam. ep. ult.* Egens rebus omnibus. ¶ Et cum genit. *Plaut. Rud.* 1. 5. 16. Egentes opum. *Horat. l.* 4. *od.* 8. Animus deliciarum egens.

Egēnus, o. 1. 2. *biſognoſo*, אביון, Ger. *dürftig*, Gall. *neceſſiteux*, Hiſp. *menеſteroſo*, *ἄπορος*, cui deſunt vitæ neceſſaria. *Liv. l.* 9. Omnium egena corpora humi proſtraverunt. *Stil. l.* 8. *v.* 12. Egenus rerum cunctarum. *Virg.* 8. *Æn.* rebuſque veni non aſper egenis.

Egĕo, es, gui, n. 2. *aver biſogno*, חסר, Germ. *noth haben*, Gall. *avoir beſoin*, Hiſp. *tener meneſter*, *ἀπορέω*, alicujus rei inopia laboro. Conſtruitur abſolute. *Cic. pro Roſc. Com.* Egebat? imo locuples erat. ¶ Vel cum gen. vel abl. *Cic.* 9. *Fam.* Gravitas morbi facit, ut medicinæ egeamus. *Id.* 2. *Tuſc.* Nec bibliothecis quidem Græcis indigebimus. ¶ Vel cum accuſat. communi. *Cato* apud *Gell. l.* 13. *c.* 22. Multa egeo. *Plaut. Men.* 1. 2. 12. Nec quicquam eges. ¶ Particip. *egiturus* legitur apud *Tertullian. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 24. (eſt enim ibi particip. non nomen ſubſtantivum) ubi *Scioppius* in notis ineditis *ad Tertull.* legit *eguiturus*.

Egĕria, f. 1. Dea, quæ parientibus præerat, fortaſſe eadem, quæ Ægeria. *Feſt.* Egeriæ Nymphæ ſacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptum alvum egerere.

Egĕries, ei, f. ab egero; excrementorum emiſſio, vel ipſa excrementa. *Solin. c.* 53. (al. 40.) de Bonaſo animali: Cum in fugam vertitur ſimum egerit, cujus ardor quidquid attigerit, adurit: ita egerie noxia ſummovet inſequentes.

Egĕrii, orum, Romanis dicebantur pauperes, qui nihil proprii haberent. *Liv. l.* 1. *c.* 34. Puero in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen.

Egermino, as, idem ac germino. *Col. l.* 4. *c.* 17. Quæ infra trunci caput egerminaverint.

Egĕro, is, ſſi, ſtum, a. 3. extra gero, ſive porto, emitto, ejicio, *portar fuori*, *ἐκφέρω*, *ἐκχορτίζω*, *Plin. l.* 8. *ep.* 20. Lacus in flumen egeritur. *Solin. c.* 53. (al. 40.) Ventris ſimum egerere. *Liv. l.* 6. *c.* 3. Prædam ex hoſtium tectis egerere. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 3. *v.* 38. Expletur lacrymis, egeriturque dolor. h. e. ejicitur, minuitur. Sic *Stat. l.* 4. *Silv.* 4. Egerere iras. *Valer. Flac. l.* 8. Dies egeritur querelis. h. e. tranſigitur. ¶ Interdum ponitur pro digerere, diſponere. *Senec. ep.* 67. (al. 66.) Multi nobis ſermones fuerunt, quos ſubinde egeram, & ad te mittam.

Egeſta. V. Criniſus, & Segeſta.

Egeſtas, f. 3. *povertà*, *ἔνδεια*, indigentia, paupertas, ab egeo. *Cic. in Par.* Itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem, ac mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti. *Virg.* 1. *Georg. v.* 145. Duris urgens in rebus egeſtas.

Egeſtio, f. 3. exportatio, ab egero. *Plin. l.* 8. *ep.* 6. Si Pallantis facultates adjuvare publicarum opum egeſtione contingeret.

Egeſtīvus, a, um, adject. quod egerendi, & ejiciendi vim habet, ut vis egeſtiva, *Macer. l.* 1. *c.* 25.

Egeſtōſus, & Egeſtuōſus, a, um, adject. egenus, *biſognoſo*. *Aurel. Vict. Epit. c.* 24. de Nerva: Natos parentibus egeſtoſis (al. egeituoſis) ſumptu publico ali juſſit. Adde *Auguſtin. epiſt.* 254.

Egeſtus, us, m. 4. idem ac egeſtio. *Sen.* 3. *Nat. Quæſt. c.* 30. Quemadmodum corpora noſtra ad egeſtum venter exhaurit.

Egeſtus, a, um, *cavato fuori*. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Scrobibus egeſtam humum recondere.

Egigno, is, enui, enitum, a. 3. extra gigno, egero. *Lucret. l.* 2. *v.* 702. & altos Interdum ramos egigni corpore vivo.

Egnatĭa, f. 1. Cnatia, *Gnazzi*, *Nazzi*, *Torre d' Anaſſo*, urbs exc. R. Neap. in Prov. Bariana.

Ego, mei, mihi, me, *io*, אני, Germ. *ich*, Gal. *je*, Hiſp. *yo*, *ἐγώ*, pronom. 1. perſonæ. *Cic. in Catil.* Ego ſum ille Conſul. *Ter. Andr.* 5. 2. 28. Nonne te miſereret mei? *Plaut. Moſt.* 4. 2. 5. Vide ut faſtidit ſimia! Ph. Mihi ſum, libet eſſe; quid id curas? V. *Mihi* ſuo loco. *Ter. Andr.* 2. 2. 13. Nihil pericli eſt, me vide. V. Video. ¶ Invenitur etiam *mi* pro *mihi*. *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 5. Tu vero, Murri, veni mi advocatus. *Lucret. l.* 3. *v.* 106. In quo mi diverſi errare videntur. Adde *Virg.* 6. *Æn.* ¶ Item *me*, pro *mihi*, *Enn. l.* 2. Si quid me fuerit humanitus. *Lucil.* Ut quæ me res impendet agatur. Hæc *Feſtus*. Huc referri poſſet illud *Terent. Eun.* 2. 1. 16. Nimis me indulgeo. ¶ *Egomet*, pro ego ipſe. *Virg.* 3. *Æn. v.* 623. Vidi egomet. ¶ Ego ne, interrogat. *Ter. Eun.* 1. 1. 20. Egone illam? ¶ In pl. num. *nos* V. ſuo loco.

Egranātus, a, um, adject. granis privatus, ut egranatæ caricæ, *Plin. Valer. l.* 3. *c.* 14.

Egredĭor, eris, eſſus ſum, d. 3. *uſcir fuori*, יצא, Germ. *ausſgehen*, Gal. *ſortir*, Hiſp. *ſalir*, *ἐκβαίνω*, extra gradior, exeo. *Cic.* 2. *Catil.* Ipſum egredientem urbe proſecuti ſumus. *Ter. Andr.* 1. 3. Egreditur ab ea. h. e. de domo ejus. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* Egredi ex caſtris. *Cic. pro Quint.* Extra fines egredi. *Id. Att. l.* 13. *ep.* 16. Nos pedem e villa adhuc egreſſi non ſumus. *Ter. Phorm.* 4. 5. 10. Dicat, non noſtro officio nihil egreſſos eſſe. ¶ Cum accuſat. *Plin. l.* 7. *ep. ult.* Nam nec hiſtoria debet egredi veritatem. V. *Egreſſus*. ¶ Pro digredi, *Cic. de clar. Orat.* Ut egrederetur a propoſito ornandi cauſa. ¶ Eſt etiam verbum navigantium, pro deſcendere navi, *ſmontare*, *fare sbarco*. *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 23. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naves convenirent, in anchoris expectavit.

Egregiātus, us, ui, maſc. dignitatis quidam gradus. Exemplum V. in *Centena*.

Egregĭe, adv. *eccellentemente*, *ἐξαίρετως*, excellenter, item valde, nimis. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 1. Servus egregie fidelis. *Id.* 2. *Fin. c.* 6. Egregie loqui græce. *Ter. Heaut.* 3. 1. 11. Egregie ad miſeriam natus. ¶ Comparat. egregius. *Juven. ſat.* 11. *v.* 12. Egregius cœnat meliuſque miſerrimus horum. V. *Egregius*.

Egregĭus, a, um, o. 1. 2. *eccellente*, *nobile*, נכבד, Germ. *auſtbindig*, Gal. *excellent*, Hiſp. *bravo*, *fenalado*, *ἐξαίρετος*, excellens, præſtans, eminens, quaſi ex eo toto grege electus. *Cic.* 1. *de Or.* Non poſſum dicere eum non egregium quendam hominem, atque admirandum fore. *Ter. Andr.* 1. 1. 45. Egregia forma. Sic egregium facinus, opus; egregia & præclara indoles. *Cic. & Liv.* ¶ *Egregium publicum*, eſt decus publicum. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 70. Capite inſignitior infamia fuit, quod humani divinique juris ſciens, egregium publicum, & bonas domi artes dehoneſtaviſſet. Adde *Sulpic. Sev. l.* 2. *hiſt. ſacræ*, *ſub fin.* ¶ Egregia in plur. pro virtutibus accipit idem *Tacit. Ann.* 14. *c.* 60. Poſtquam, inquit, cuncta ſcelerum ſuorum pro egregiis accipi vidit. ¶ Comparat. ſuperlat. minus uſitata ſunt. *Lucret.* tamen *l.* 4. *v.* 468. Nihil egregius eſt, quam res diſcernere. *Cato* apud *Priſcian. l.* 3. habet egregiiſſimus. Adde *Gell. l.* 14. *c.* 5.

Egreſſĭo, onis, f. actus egrediendi, *ἔξοδος*. Translate pro digreſſione in dicendo uſurpatur a *Quintil. l.* 3. *c.* 11. (*al.* 9.) ubi inquit: Egreſſio vero, vel quod uſitatius eſſe cœpit, Exceſſus, five eſt extra cauſam &c. *Id. l.* 4. *c.* 3. Hanc partem *παρέκβασιν* Græci vocant, Latini egreſſum, vel egreſſionem.

Egreſſus, us, m. 4. egrediendi actus, *uſcita*, *l' uſcire*, *ἔξοδος*. *Cic. in Piſ. c.* 13. Frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 53. Cæſar rarus egreſſu, domoque aut hortis clauſus. ¶ Item egreſſus e navi. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 8. Remis contendit, ut eam partem inſulæ caperet, quam optimum eſſe egreſſum cognoverat. ¶ Item digreſſio in dicendo. *Quintil. l.* 4. *c.* 3.

Egreſſus, a, um, particip. ab egredior. *uſcito*. *Salluſt. l.* 1. *hiſt.* apud *Serv.* Gens raro egreſſa fines ſuos. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 30. Tecta altitudinem mœnium egreſſa. *Id. Ann.* 16. *c.* 10. Aliquando ſexum egreſſa, voce inſenſa clamitabat. *ſuperando il ſeſſo*. ¶ De eo, qui navi deſcendit, *Nepos Datam. c.* 4.

Egŭla, f. 1. ſulfur, lanis ſuffitu mollitiem, candoremque inducens. *Plin. l.* 35. *c.* 15.

Egurgĭto, as, avi, atum, a. 1. evomo, effundo. *Plaut. Epid.* 4. 2. 12. Egurgitare argentum. ¶ Legitur & *exurgito*.

E ANTE H, & I.

Ehe, Interject. mentis conſternatæ: *Ennius*: Ehe, ipſe clypeus cecidit. V. *Taubman. ad Plaut. Truc.* 2. 2.

Ehem, *oh*, ὦ, interjectio ſubito aliquid deprehendentis. *Ter. Eun.* 1. 2. Quis hic loquitur? ehem, tu ne eras hic mi Phædria?

Ehēu, *ah*, *ah*, ὤιμ, interjectio dolentis. *Cic. ante exil.* Eheu conditionem temporis hujus. Adde *Ter. Heaut.* 1. 1. 31.

Eho, *olà*, ὦ, interjectio ad ſe vocantis. Interdum etiam excitativa particula eſt, qua attentionem nobis paramus ejus, cum quo loquimur. *Ter. Andr.* 5. 4. 48. Propero ad filiam, eho mecum Crito. Et *v.* 5. Eho, tu Glycerium hinc civem eſſe ais? *Id. Hecyr.* 2. 2. 25. Eho, nunquidnam accuſat virum?

Ehodum, ὦ, interjectio attentionem, & animadverſionem poſcentis. *Ter. And.* Ehodum, dic mihi, num quidnam amplius tibi cum illa fuit?

Eja, *orsù via*, הבה, Germ. *vvolan*, Gal. *ea*, Hiſp. *ea pues*, ἄγε, interjectio adhortantis. *Mart. lib.* 2. Eja age, rumpe moras. ¶ Interdum corripientis. *Ter. Eun.* 5. 8. 35. Eja, ſic decet. *Plaut. Rud.* 2. 2. 9. Eja vero.

Ejăcŭlo, as, a. 1. ejaculor, aris, d. 1. *lanciare*, דרכה, Ger. *auffſchieſſen*, Gal. *lancer*, *darder*, Hiſp. *lancar*, *ἐκβάλλω*, eminus, ſeu longe jaculor. *Gell. l.* 16. *c.* 19. Se in ſalum ejaculaverat. *Plin. lib.* 4. *c.* 12. In cujus forum ſolſtitio Athos ejaculatur umbram. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 123. tenues ſtridente foramine longe ejaculatur aquas.

Ejectāmentum, ti, n. 2. excrementum. *Tacit. de morib. Germ. de ſuccino*, *c.* 45. Diu quin etiam inter cætera ejectamenta maris jacebat.

Ejectātus, a, um, adject. ejectus; ut ejectata favilla, *Ovid.* 2. *Metam. v.* 231.

Ejectĭo, onis, f. ejiciendi actio, expulſio, *ἐκβολή*. *Cic. l.* 2. *Attic. ep.* 18. Mortem & ejectionem timemus.

Ejectĭtius, a, um, o. 1. 2. *ἐκβάλιμος*, quod ejicit, vel quod ejicitur. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Vulva ejectitia.

Ejectĭuncŭla, æ, diminut. *Marcel. Empir. c.* 10. Ad ejectiunculas facere.

Ejecto, as, avi, atum, a. 1. *cacciar fuori*, frequentat. ab ejicio, *ἐκβάλλω*, expello. *Ovid. l.* 5. *Metam. v.* 353. Arenas ejectat. *Sil. l.* 10. *v.* 320. Aufidus undis Ejectat, redditque furens ſua corpora ripis.

Ejectus, a, um, adject. expulſus, & ſæpe de naufragiis dicitur. *Senec. ep.* 9. Ejectus in deſertum litus. *Virg. Æn.* 4. Ejectum litore, egentem excepi. ¶ *Lucret. l.* 4. *v.* 920. Anima perturbata, ejectaque foras. *Cic. de Orat.* Ejecta lingua. h. e. extra os exerta.

Ejectus, us, ui, m. idem quod ejectio. *Lucret. l.* 4. *v.* 957. Animai altior, atque largior ejectus.

Ejeratĭo, ejuratio. Apud *Tertul. de Spectac. c.* 4.

Ejĕro, eras, idem quod ejuro, legitur apud *Tertul. de Spect. c.* 24. & *de Idol. c.* 18.

Ejĭcĭo, is, eci, ectum, a. 3. *ſcacciar fuori*, גרש, Ger. *auſtſtoſſen*, Gall. *jetter hors*, Hiſp. *echar fuera*, *ἐκβάλλω*, extra jacio, expello. *Cic. Terentiæ*, *l.* 14. *Fam.* Ejicere nos magnum fuit, excludere facile. *Id. in Parad.* Ejicere in exilium. *Id. pro Quint.* Ejicere a Diis Penatibus. *Id. pro Roſc. Amer.* Ejicere ex animo amorem. ¶ Ponitur interdum pro extendere, *diſtendere*. *Virg.* 10. *Æn.* Ejectoque incumbit cernuus armo. ¶ Ejicere abſolute, ponitur pro ejicere fœtum. *Ulp. Dig.* 9. 2. 27. Si mulier pugno, vel equa ictu a te percuſſa ejecerit, Brutus ait, Aquilia teneri.

Ejulatĭo, f. 3. *pianto*, יללה, Ger. *heulung*, Gal. *cry en ſe plaignant*, Hiſ. *grita con quexas*, *ὀλολυγμός*, planctus cum vociferatione, Ploratus rationis expers. *Plaut. Capt.* Ejulatione haud opus eſt. Adde *Cicer.* 2. *leg. c.* 23.

Ejulatus, m. 4. idem ac ejulatio. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 23. Ingemiſcere nonnunquam viro conceſſum eſt, idque raro, ejulatus vero ne mulieri quidem.

Eiulĭto, as, frequenter ejulo. *Lucil.* apud *Non. cap.* 1.

Ejŭlo, as, avi, atum, n. 1. *piangere forte*, היליל, Germ. *heulen*, Gall. *crier en ſe plaignant*, Hiſp. *dar alaridos*, *ὀλολύζω*, eſt voce in altum ſublata plorare, a ſono, ideſt ab *ei*, vel ab *eheu*. Quidam *heulo* dici malunt, ut ſonus magis exaudiatur, a voce plorantium, *hoi*, *hei*. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 7. Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem. ¶ Cum accuſativo *Apuleÿ. lib.* 3. *Metam.* Fortunas meas ejulabam. *Et lib.* 4. Altius ejulans ſe.

Ejunceſco, is, n. 3. in juncum evado. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Vitis ejunceſcit. Harduin. leg. *evaneſcit*.

Ejuncĭdus, a, um, adject. tenuis inſtar junci. *Var. R. R. l.* 1. *c.* 31. Sarmentum ejuncidum. *Gloſſ. gr. lat.* Ejuncidum, *ἐκλεπτοφυὲς*.

Ejuratĭo, onis, f. renuntiatio. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 7. *n.* 7. Ignominioſa Conſulum ejuratione.

Ejŭro, as, avi, atum, a. 1. ejero, ejicio, deteſtor; *giurare*, אלה, Ger. *ſchvveren*, Gal. *jurer*, Hiſp. *jurar*, *ἐξομνύω* eſt prælitio ante juramento ſe re aliqua liberare. E. g. *ejurare judicem iniquum*, eſt interpoſito juramento, ſibi judicem ſuſpectum eſſe nomine iniquitatis, ejus juriſdictionem declinare; *Ejurare forum iniquum*, eſt juriſdictionem fori alicujus detrectare, interpoſito prius juramento, ſe in eo foro jus ſuum tueri poſſe, *Ejurare bonam copiam*, eſt jurare, ſibi non ſuppetere copiam, aut facultates, ad faciendum impendium, v. g. cœnæ, quam

quis

quis a nobis petit, &c. *Cic.* 12. *Phil.* Sic me iniquum ejurabant, de me querebantur. *Id.* 5. *Ver.* Negociatores putant esse turpe id forum sibi, in quo negociantur, iniquum ejurare. *Id. ad Pæt. l.* 9. *Fam. ep.* 16. Tu autem, quod mihi bonam copiam ejures, nihil est. ¶ Ejurare imperium, militiam, est renuntiare, recusare, apud *Plaut.* & *Tacitum*. Ejurare liberos, h. e. negare, suos esse, apud *Senec. Consol. ad Marc. c.* 19. ¶ Ejurare Magistratum, pro deponere, recusare, *Plin. l.* 1. *epist.* 23. Quod quidem nebat, tractis ante tascibus, ut habet *Dio. l.* 59.

Ejusdemmŏdi, *della medesima maniera*. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 4. Alios dissimiles, alios ejusdemmodi mundos esse. *Id. Verr.* 4. *c.* 12. Ejusdemmodi totum jus Prætorium, ejusdemmodi omnis res judiciaria fuit in Sicilia per triennium, Verre prætore.

Ejusmodi, *di cotal maniera*, ככה, Germ. *also*, Gal. *aussi*, Hisp. *assi*, τοιοῦτος, talis, duo genitivi conjuncti in modum adverbii. *Cic. pro L. Man. c.* 2. Genus est enim ejusmodi. ¶ Idem etiam valet ac *sic*. *Cic. pro Cæl.* Ejusmodi cupidus, ut magis &c. *Verr.* 3. *in fin.* Ejusmodi exegisti. V. Manut. ibi.

E ANTE L.

Elăbor, eris, apsus sum, dep. 3. *fuggir dalle mani*, *sdrucciolare*, *scorrere*, διεκπίπτω, ἀποφεύγω, effugio, evado. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 56. Elabi e manibus, & *ad Attic. l.* 1. *ep.* 16. de manibus. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 36. Ex prælio elabi. *Liv. lib.* 1. *cap.* 53. Elabi inter tela, & gladios. ¶ Translate, elabi e memoria, *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 22. Elapsa est spes, *Plaut. Capt.* 3. 5. Sic *Cicer. pro Flac.* Elabitur mos de manibus. ¶ Et sine præposit. *Id. Verr.* 3. *c.* 39. Elabi omni suspicione. ¶ Et cum dativo. *Senec. ep.* 77. Elabi vitæ.

Elaboratĭo, onis, f. *fatica*, *diligenza*, *attenzione*. *Auct. ad. Her. l.* 4. *c.* 22. Hæc non videntur fieri posse sine elaboratione, & operæ consumptione.

Elaborātus, us, ui, m. idem quod elaboratio. *Apul. in Florid.* Elaboratu mirandus.

Elaborātus, o. 1. 2. ἐκπονηθείς, factus cum labore, & diligentia, politus, excultus, exornatus, partic. ab elaboro. *Cic. pro L. Man.* Nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere.

Elabŏro, as, avi, atum, n. 1. *affaticarsi molto*, *sforzarsi*, טרח, Germ. *bearbeiten*, Gall. *s'efforcer*, Hisp. *trabajar mucho*, ἐκπονέω, enitor, conor, contendo, operam do, *Cic. pro Marc. c.* 9. In hoc tibi elaborandum est, Remp. ut constituas. ¶ Et passive pro efficere. *Cic. in Fam.* Quam illa ipsa, propter quæ elaborantur. *Id. in Phil.* Omne enim curriculum industriæ noctiæ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. ¶ Active Elaborare aliquid est artificiose excolere. *Plin. l.* 34. *c.* 3. Candelabrorum superficiem elaboravit. Hinc elaborata oratio, elaborati versus, apud *Cic. in Orat.* & *pro Cæl.*

Elacatæum, n. 2. mons Thessaliæ, ubi templum Jovis Elacatæi. *Steph.*

Elacāte, five elacatena, fœm. 1. piscis ex thynnorum genere, qui salsiri solet, unde est, quod Festo dicitur salsamenti genus. Nomen ex eo habuit, quia refert ἐλάκατην, hoc est, colum muliebrem. *Col. l.* 8. *c.* 17.

Elactesco, n. 3. *imbiancarsi*, λευκαίνομαι, est album fieri ad modum lactis. *Plin. l.* 20. *c.* 21. Addensari sub dio, atque elactescere. Melior lectio habet, *lactescere*.

Elæa, fœm. 1. Elea, *l'Alea*, urbs Asiæ minoris, in Mysia majore, in conf. Æolidis, a Pergamo patria Zenonis, & Parmenidis. ¶ Elæa quoque, *Riso Carpasso*, prom. Cypri, in ora ad Or. inter Salaminem, & Carpassum. ¶ Item portus Epiri, prope ostia Acherontis fl. ¶ Item urbs exc. Cretæ inf. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Elæmporia, æ, f. ἐλαιμπορία, olei coemendi cura. *leg. ult.* §. 10. *Dig. de Mun. & hon.*

Elæomĕli, n. indeclin. oleum saporis mellei, ex olea. *Plin. lib.* 23. *c.* 4.

Elæothesium, ii, n. olei, & aliorum unguentorum repositorium, ubi loturi, & certaturi ungebantur. *Vitruv. l.* 5. *c.* 11.

Elamentabilis, le, *lamentevole*. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 24. Sin erit ille gemitus elamentabilis, si imbecillus, si abjectus. *Al. leg.* lamentabilis. Priorem tamen lectionem acriter tuentur Eruditi ex MSS.

Elamitæ, masc. 1. pop. Arabiæ Felicis, cum opp. cogn. apud oram mar.

Elangŭesco, is, gui, n. 3. idem quod langueo, vel valde langueo, languore tabesco, *illanguidire*, *indebolirsi*, ἐκλύμαινω. *Aurel. Vict. de Vir. illustr. in Annibale*: Cum Urbem capere posset, in Campania deliciis elanguit. *Liv. l.* 35. *c.* 45. Non esse elanguescendum.

Elanguĭdus, a, um, adject. valde languidus. *Fortunat.* 1. *Marc.* Paulatimque focis elanguida ligna resorbet.

Elăpe, f. 1. genus serpentis. *Plin. l.* 32. *c.* 5.

Elaphites, f. 3. tres insulæ parvæ maris Hadriatici, five Illyrici, quarum prima dicitur *Calamota*, altera *Isola di mezzo*, tertia *Guippana*, a Melita 12. M. P. non longe a Chia inf.

Elaphobŏscon, n. 2. herba, al. pabulum cervi, & gratia Dei, ferulacea geniculata, digiti crassitudine, semine corymbi, dependentibus foliis oluscatri, commendata in cibis contra serpentium morsus, ab ἔλαφος, cervus, & βόσκω, pasco. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

Elapidatus, a, um, *purgato da sassi*, lapidibus purgatus. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Solum elapidatum, purgatumque subigitur. Adde *l.* 17. *c.* 10.

Elaqueatus, a, um, *sciolto da' lacci*, laqueis exsolutus. *Ammian. l.* 30. *c.* 1. Princeps antedicti fuga perculsus, quem elaqueatum fidem rupturum existimabat.

Elaquĕo, as, a. 2. expedio, laqueis exolvo. *Prudent. l.* 2. *adverf. Symmach. v.* 147. Elaqueanda animi constantia, ne retinaclis prematur. *Sidon. l.* 8. *ep.* 9. A vinculo incursi angoris elaqueat.

Elargĭor, iris, itus, sum, dep. 4. *donare largamente*, διανέμομαι, *Perf. sat.* 3. *v.* 70. Patriæ carisque propinquis Quantum elargiri deceat.

Elassĕsco, is, idem, ac lassesco, lassitudine deficio. *Plin. l.* 16. *c.* 25. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit.

Elăte, es, f. 1. genus palmæ, al. spathe. *Plin. l.* 23. *c.* 5.

Elāte, adv. *altamente*, בנוה, Germ. *hoch tragendlich*, Gall. *hautement*, Hisp. *altivamente*, ἀλαζονικῶς, alte, ample, graviter, superbe. *Cic. in Or.* Ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit. *Nepos in Pausan. c.* 4. Elatius se gerere cœpit. h. e. insolentius. *Cæs. l.* 3. *B. Civ. c.* 79. Fama elatius inflatiusque percrebuerat.

Elatēius, a, um, adjectiv. ab Elato, qui fuit pater Cenci, ut Elateia proles, *Ovid. Metam.* 12. *v.* 189.

Elaterĭum, n. 2. ἐλατήριον, medicamenti genus, al. agitatorium, ex sylvestri cucumere confectum ad purgandum alvum. *Plin. lib.* 20. *cap.* 1.

Elatīne, f. 1. herba, quæ folia helxinæ habet, pulilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramis quinis, senisve, a radice statim foliosis. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Elatĭo, f. 3. *altezza*, *il sollevare*, elevatio, ab efferor. *Cic. in Top.* Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem. ¶ Translate sumitur pro altitudine, vel superbia animi, sublimitate styli, &c. *Cic.* 1. *Off.* In hac elatione, & magnitudine animi facillime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur.

Elatītes, m. 1. genus lapilli. *Plin. l.* 36. *c.* 20.

Elatorie, adv. hyperbolice, jactanter, *iperbolicamente*. *Ascon. Pedian. in Divin. Verr. cap.* 1.

Elātro, as, n. 1. idem, ac latro, vel valde latro. *Hor.* 1. *epist.* 18. *v.* 18. Ut non acriter elatrem.

Elātus, a, um, adject. altus, excelsus, *alto*, ὑψηλός. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Modo in elatiora, modo in deprestiora clivi agi sulcum oportebit. *Tertul. Apol. c.* 35. Elatissimæ lucernæ. ¶ Metaphorice est, inflatus, superbus, *superbo*, *gonfio*. *Cic. Agrar.* 2. Quibus illi rebus elati, & inflati. *Id. in Orat.* Elatis verbis intensa oratio. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 59. Elati barbara arrogantia despiciebant suos. ¶ Item sepultus. *Manil. l.* 4. *vers.* 71. Ex ipsis quidam elati rediere sepulcris. ¶ Item evulgatus. *Nepos in Dione*, *c.* 8. Res, multis conscriis, elata refertur ad Aristomachen. ¶ Item sublatus. *Liv. l.* 7. Corvus e conspectu elatus Orientem petit.

Elaudare, plus est, quam nominare, inquit *Festus*.

Elăvo, as, avi, a. 1. idem, ac lavo. *Col. l.* 12. *c.* 50. Sed cum fuerit oliva elota. ¶ Elavare se bonis, per translationem, est spoliare. *Plaut. Asin.* 1. 2. 9. In mari reperi, hic elavi bonis.

Elautus, a, um, adject. bene lotus. *Plaut. Rud.* 3. 3. 37. Quæ ambæ elautæ sumus opera Neptuni. *Id. Pæn.* 1. 2. 22. Nam quæ elauta est, nisi perculta est, meo quidem animo, quasi illauta est.

Elbii Vicus, *Vico*, vicus parvus Thusciæ apud lac. Ciminium, inter Viterbum, & Roncilonem opp. in via, quæ Romam ducit.

Elea. V. Elæa.

Eleātæ, Lucaniæ pop. Eleam urbem incolentes, quæ mox Elia, deinde Velia dicta est.

Elecĕbræ argentariæ, meretrices, ab eliciendo argento. *Plaut. Men.* 2. 3. 26. & *Trucul.* 1. 2. 81.

Electe, adv. cum electione, *con scielta*. *Cic. l.* 1. *Inven. c.* 30. Diserete, & electe digeremus. *Gel. l.* 18. *c.* 7. Veteres, qui electius locuti sunt.

Electibĭlis, le, adverb. qui eligi potest. *Apul. l.* 10. *Met.* Electibiles partes nusquam comparent.

Electĭlis, le, adje. selectus, *eletto*, *Plaut. Mostel.* 3. 2. 41. Vino, & victu, & piscatu probo, & electili vitam colitis.

Electĭo, onis, fœm. *elezione*, מבחר, Ger. *ein ywahl*, Gal. *election*, Hisp. *eleccion*, ἐκλογή, selectio, approbatio. *Cicer. in Orat.* Id autem est judicium, electioque verborum. *Velles. l.* 2. *c.* 72. Electionem dare.

Electo, as, avi, atum, a. 1. freq. ab elicio. *Plaut. Merc.* 1. 3. 111. Ne te opprimeret imprudentem, atque electaret, hoc est, rem totam interrogando, eblandiendoque ex te rescisceret. *Id. Asin.* 2. 2. 28. Electabo quidquid est. ¶ Est etiam frequentativum ab eligo. *Id. Trucul.* 2. 6. 27. Jamne electat legionem, quam spoliare velit?

Elector, oris, m. *elettore*, בחור, Germ. *erwehler*, Gall *electeur*, Hisp. *electo*r, qui eligit. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 4. Quam aliorum boni electores existimentur.

Electra, f. 1. filia Atlantis, ex Pleione, vel Æthra filia Oceani, & Tethyos, ut alii volunt, quæ Jovi Dardanum peperit. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 31.

Electrĕus, a, um, adject. ex Electro tactus, *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 25. Alexandri habitu nummos figuravit, & quidem electreos aliquantos, sed plurimos tamen aureos.

Electrĭfer, a, um, adject. Electri ferax. *Claudian. in Fescen. v.* 55. de fororibus Phaetontis. Et Padus electriferis Admoduletur alvis.

Electrĭnus, a, um, adject. electreus, ut electrina patera, *Trebel. Pol. in Quiet.* Electrina vasa, *leg.* 32. §. 5. *Dig. de aur. arg.* Electrini annuli, *Marcell. Empir. c.* 8. *ante med.*

Electrius, a, um, ad Electram pertinens. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 431. Electria tellus Threiciis arcana sacris. *h. e.* Samothrace, ita dicta ab Electra Dardani matre.

Electrix, icis, f. quæ eligit. Affertur locus *Plauti in Mil.* 3. 1. 194. Sed lectio varia est.

Electrum, n. 2. ἤλεκτρον, succinum, ab ἠλέκτωρ, Sol, quia Solis fulgorem refert. V. Suecinum. *Ovid. l.* 2. *Metam. v.* 364. Stillataque sole rigescunt De ramis electra novis. ¶ Est etiam metalli genus, de quo *Plin. l.* 33. *c.* 4. Omni, inquit, auro inest argentum vario pondere, ubicumque quinta argenti portio est, electrum vocatur.

Electus, us, m. 4. electio. *Ovid.* 2. *Epist. v.* 144. In necis electu parva futura mora est.

Electus, a, um, adject. ἐκλεκτός, *eletto*, *scelto*, ut electi coloni, *Cic. Agrar.* 2. *c.* 25. Princeps electus, *Sueton. Galb. c.* 14. Viri electissimi civitatis, *Cic. pro Quint. c.* 2. ¶ Comparat. utitur *Augustus*. *l.* 2. *de Civ. Dei c.* 29. ¶ Electa, neut. plur. substant. dicuntur libri selectarum rerum, & excerptarum. *Plin. l.* 3. *ep.* 5. Electorum commentarios mihi reliquit.

Eleemosўna, f. 1. *limosina*, צדקה, Ger. *ein almusen*, Gal. *aumone*, Hisp. *limosna*, ἐλεημοσύνη, miseratio, beneficium pauperibus præstitum, stips pauperibus data, ab ἐλεήμων, miser. *Tertul. de Patient. c.* 7. Exemplum autem, quod afferunt ex *Spartian. in Caracal.* quidam Lexicographi, eo loco non invenitur.

Elĕgans, antis, o. 3. *elegante*, *polito*, טוב, יפה, Ger. *fauber*, Gal. *joly*, Hisp. *lindo*, χαρίεις, cultus, ornatus, politus, ab *eligendo*, ut scripsit *Cic.* 2. *de nat. Deor.* ¶ *Id.* 6. *Ver.* Te, atque istos, qui se elegantes dici volunt. *Ter. Eun.* Quam elegans formarum spectator siem. Ubi *Donatus*: Elegans spectator est, qui sit cunctantis, & fastidiosi judicii, cui non quodvis placet facile. ¶ Elegans homo (inquit *Gel. l.* 11. *c.* 2.) non dicebatur cum laude, sed id fere verbum ad ætatem M. Catonis vitii, non laudis fuit. Sic *Plaut. Trinum.* 2. 1. 14. Mendax, cuppes, avarus, elegans, despoliator, &c. Quippe elegans is dicebatur, qui nimio cultu, & victu esset. Ital. *pompofetto*, *delicato*, *chi si dà troppo bel tempo*. ¶ Cum de eloquentia sermo est, elegans dicitur, qui verbis electis, & pura constructione utitur, disertus, ut Elegans in dicendo, *Cic. in Brut. c.* 68. *Gel. l.* 13. *c.* 20. Elegantior vocis sonus. *Nepos Attic.* 12. Multo elegantissimus.

Eleganter, adv. *elegantemente*, Ger. *zierlich*, Gal. *elegamment*, Hisp. *elegantemente*, χαριέντως, polite, & proprie. *Cic. Lucejo. l.* 5. *Fam.* Quæ eleganter, copioseque collegisti. *Id.* 2. *Fin.* Hoc ipsum elegantius poni, meliusque potuit. *Id. ad Brut.* Qui & optime omnia novit, & elegantissime expedire, & deferre ad te potest. ¶ Et in malam partem, *Sallust. Catil. c.* 26. Saltare elegantius, quam necesse est probæ.

Elegantĭa, f. 1. *eleganza*, *politezza*, *nettezza*, תכארת, Ger. *zierlikeit*, *schenheet*, Gal. *elegance*, *bonne grace*, Hisp. *lindeca*, *elegancia*, φιλοκαλία, κομψότης, munditia, lautitia, ornatus, cultus. *Cic.* 3. *Fin.* Agricultura abhorret ab omni politiore elegantia. *Id. pro Syll.* Cum summa elegantia, atque integritate vivere. ¶ Elegantia in oratione virtus est, quæ facit, ut unumquodque pure, & aperte dici videatur. Hæc distribuitur in latinitatem, & explanationem. Latinitas est, quæ sermonem purum conservat ab omni vitio remotum. Explanatio est, quæ reddit apertam, & dilucidam orationem. *Auth. ad Her. l.* 4. *Cic. in Or.* Fucati vero medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur, elegantia modo, & munditia remanebit. *Id.* 2. *Fin.* Contemnit enim differendi elegantiam, confuse loquitur.

Elegātus, i, m. piſcis genus. *Auſon. ep. 4. v. 59.* male tecti ſpina elegati. *Turneb. Adverſ. l. 1. c. 23.* legit *Elacati*; quem reprehendit *Scal. in not. ad Auſon.*

Elegia, f. 1. & elegeia, per quinque ſyllabas, apud Poetas, *elegia*, *verſo lagrimevole*, Ger. *traurvergedicht*, Gal. *elegie*, Hiſp. *elegia*, ἐλεγεία, ἐλεγεῖον, carmen flebile, ex alternis verſibus hexametris, & pentametris, ab ἴ, ἴ, he, he, interjectio dolentis, quæ geminari ſolet, & λέγω, *dico*, vel ab ἔλεγος, *luctus*. *Ovid. 3. de Art. el. 1.* Flebilis indignos elegeia ſolve capillos: heu nimis ex vero nunc tibi nomen ineſt. ¶ Sed tamen etiam in rebus lætis uſurpari cœpit. *Horat. de Art.* Verſibus impariter junctis querimonia primum, poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos. ¶ Elegia vocatur a quibuſdam arundo obliqua, fruticis modo ſe ſpargens. *Plin. l. 16. c. 36.*

Elegia, orum, n. 2. carmina elegiaca. *Plaut. Merc. 2. 3. 74.* Meæ impleantur carbonibus elegiorum tores. Sed legendum eſt, *elogiorum*.

Elegiācus, a, um, o. 1. 2. quod ad elegiam ſpectat, ut elegiacum carmen, apud Grammaticos. *Diomed. l. 3. & Serv. de metr.*

Elegidarium, ii, n. idem quod Elegidion. *Petron. Satyr.* Cœpit capillorum elegidarion dicere.

Elegidion, n. 2. ἐλεγείδιον, dimin. ab elegia. *Perſ. ſat. 1. v. 51.* Non ſi qua elegidia crudi dictarunt proceres.

Elegion, pro elegidion, vel elegia, legitur apud *Auſon. epigr. 62. al. 94.*

Elĕgus, i, m. 2. verſus elegiacus, elegia. *Hor. l. 1. carm. od. 3.* Neu miſerabiles decantes elegos.

Eleleſdes, f. 3. mulieres bacchantes, ab ἐλελίζω, clamo, vociferor. *Ovid. ep. 4.* Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ. Alii leg. *Eleides*, ut ſit adject. ab Elide urbe Peloponneſi.

Eleleus, m. 2. ἐλελεύς, cognomen Bacchi, ab ἐλελίζω, vociferor clamore bellico. *Ovid. 4. Met.* Nyctheliuſque, Eleleuſque parens, & Jacchus, & Euan. ¶ Heleleus, m. 2. Sol, ab ἑλίσσω, *volvo*, quia æterno circa terram curſu volvitur. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 17.*

Elementa, orum, n. 2. *elementi*, יסודים, Ger. *die elementen*, Gal. *les elements*, Hiſp. *elementos*, στοιχεῖα, ſunt principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur, & in quæ reſolvuntur. Quibuſdam elementum dictum videtur, quaſi alimentum, quia viventia aluntur iiſdem, ex quibus componuntur, & in quæ reſolvuntur. Quatuor ſunt, terra, aqua, aer, ignis. *Cic. 1. Acad.* Ergo illa initia, ut e Græco vertam, elementa dicuntur. ¶ Item notæ literarum, quia ſunt prima principia orationis. Nam ex literis ſyllabæ, ex ſyllabis dictiones, ex dictionibus oratio conficitur. *Quintil. l. 1. c. 1.* ¶ Item prima principia Artium, ut Geometriæ, Dialecticæ, &c. Ex iis enim Artes oriuntur, & in ea reſolvuntur. *Cic. l. 4. Acad. c. 28.* Elementa loquendi. *Horat. l. 1. ſat. 1. v. 25.* Elementa prima diſcere. ¶ Translate *Stlius l. 3. v. 71.* Vagitumque gravem, atque irarum elementa mearum. *Juven. ſat. 14.* Elementa vitiorum.

Elementārius, a, um, adject. ad elementum pertinens, ut elementarius puer, qui ſcil. prima literarum elementa diſcit. Sic elementarius ſenex, quem turpem, & ridiculam rem eſſe, ſcribit *Sen. ep. 36. Capito, ſi in Pertin. c. 1.* Puer literis elementariis, & calculo imbutus.

Elementitius, a, um, adject. Elementaris. *Tertul. de Anim. c. 32.* Ex elementitiis ſubſtantiis cenſeri.

Elenchticus, o. 1. 2. quod ſpectat ad coarguendum. *Quintil. l. 2. c. 6.*

Elenchus, m. 2. ἔλεγχος, unio, ſeu margarita grandis, & oblonga. *Plin. l. 9. c. 35. Juven. ſat. 6. v. 458.* ¶ Apud Græcos elenchus eſt tabula ſeu index libri. Poſt *præfat. Plinii in lib. nat. hiſt.* ſtatim leguntur verba hæc: C. Plinii Secundi naturalis hiſtoriæ elenchos.

Elĕo, es, evi, etum, n. 2. *nectare*, *mondare*, mundo, ab antiquo leo. *Lucil. l. 6.* Si hic veſtimenta elevit luto. *Non.* expoſuit, maculavit. Sed hallucinatus eſt. Fortaſſe *Lucillius* ſcripſerat, *elavit*, vel *eluit*. *Voſſ. Etym.*

Elephantiăcus, o. 1. 2. *leproſo*, צרוע, Germ. *auſſetzig*, Gal. *lepreux*, Hiſp. *leproſo*, ἐλεφαντιακός, qui morbo elephantiæ laborat. *Firmic. l. 8. c. 19.*

Elephantiăſis, f. 1. vel elephantia, æ, f. 1. vel elephantiaſmus, m. 2. vel elephas, antis, m. 3. *lepra*, צרעת, Ger. *auſſatz*, Gal. *lepre*, Hiſp. *lebra*, ἐλεφαντίασις, cancer totius corporis, genus lepræ, quia maculis, ac tuberibus ſimilem reddit cuti elephantis. *Valla* rationem reddit, quia inter morbos tantum præſtet, quantum elephas inter beſtias. *Plin. l. 26.* Elephantiaſis non fuit in Italia ante Cn. Pompeji tempora. Adde *Celſ. l. 3. c. 25.*

Elephantĭcus, a, um, adject. qui elephantiaſi laborat. *Jul. Firmic. l. 8. c. 28.*

Elephantĭnus, o. 1. 2. quod ad elephantem ſpectat. Elephantinum emplaſtrum dictum eſt, quia eſt percandidum. V. *Celſ. l. 5. c. 19.* ¶ Elephantini libri, apud *Vopiſc. in. Tac. c. 8.* ſunt, quos codices eboreos *Ulpian.* vocat. Facti enim erant ex ebore ſectili. Alii aliam afferunt hujus appellationis rationem. V. *Iſid. l. 6. Orig. c. 2.*

Elephantiōſus, a, um, adject. elephantiacus. *Veget. l. 1. c. 19. Priſcian. l. 1. c. 3.*

Elephantis, idis, Poetria, quæ libellos ſcripſit, quibus varia genera concubitus complexa eſt. *Mart. l. 12. epigr. 43.* Nec molles Elephantidis libelli. ¶ Item Nili inſula. *Plin. l. 5. c. 9. & l. 24. c. 17.*

Elephantus, ti, m. & f. 2. idem ac elephas, a gen. elephantis, ut Titanus a Titanis, hebdomada ab hebdomadis. *Cic. 2. de nat. Deor.* Manus etiam data elephantis, &c. *Plaut. Stich. 2. 1. 14. (al. 1. 3. 14.)* Solere elephantum gravidam perpetuos decem eſſe annos.

Elĕphas, antis, m. 3. *eleſante*, בהמות, Ger. *elephant*, Gal. *elephante*, ἐλέφας, animal in Aſia, & in Africa, omnium terreſtrium maximum. *Var. l. 6. de L. L. Plin. l. 8. c. 6.* Elephantos enim primum vidit Italia Pyrrhi Regis bello in Lucanis, & boves Lucas nominavit. Duos habet dentes, vel potius cornua, quæ ebur dicuntur, & ex quibus fiunt opera eburnea. Biennio utero graveſcit, nec amplius, quam ſemel gignit, nunc plures, quam ſingulos. Vivere dicitur annos 300. *Cic. de Sen.* Nec nunc equidem vires deſidero adoleſcentis, non plus, quam adoleſcens tauri, aut elephantis deſiderabam. ¶ Metonymice pro ebore a Poetis ponitur. *Virg. 3. Georg.* In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto.

Elevatĭo, onis, f. ἀντελισμός, eſt ſchema oratorium, quo rem aliquam dicendo minuimus, & elevamus. *Quintil. l. 9. c. 2.* Et illæ elevationes, videlicet, *Scilicet is ſuperis labor eſt*.

Elēvi. V. Elino.

Elĕvo, as, avi, atum, a. 1. *levare*, *alzare*, הרים, Ger. *erheben*, Gal. *lever ben haut*, Hiſp. *levantar*, μετεωρίζω, ſurſum levo, in altum tollo. *Claudian. in Eutrop. v. 295.* hunc arbore figit, Elevat hunc pluma, ſquamis hunc fabula vellit. ¶ Item tollere, colligere. *Colum. l. 2. c. 21.* Elevare fructum ſerum cum præcoce. ¶ Eſt item rem aliquam extenuare, minuere. *Cic. in Tuſc.* Nihil eſt, quod tam obtundat, elevetque ægritudinem. *Id. Fam. 5. ep. 14.* Elevare ſollicitudines. ¶ Item verbis deprimere, imminuere, extenuare. *Liv. l. 28.* Q. Fabius res geſtas in Hiſpania elevavit. *Cic. de Amic. c. 24.* Cauſas ſuſpicionum elevare. *Liv. l. 26. in fi.* Elevare aliquid verbis. *Id. ibid. c. 27.* Elevare indicem, indiciumque.

Elĕus, a, um, abject. ab Elide Peloponneſi urbe. *Ovid. epiſt. 18. v. 166.* Ut celer Eleo carcere miſſus equus.

Eleuſinĭus, vel Eleuſīnus, a, um, adject. Eleuſinia, ſunt ſacra Cereris, de quibus V. Eleuſis. *Tert. adv. Gent. c. 7. & adv. Valent. c. 1.* ¶ Eadem *Juſtin. l. 2. c. 7.* Eleuſina ſacra vocat. ¶ Eleuſina mater eſt Ceres. *Virg. 1. Georg. v. 163.* Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra. ¶ Eleuſini, ſunt pop. Eleuſii incolæ.

Eleuſis, & Eleuſin, inis, f. 3. *Lepſina*, opp. marit. Atticæ, inter Megaram, ſeu Nyſiæam urb. & Piræeum port. Athenienſium, in quo regnavit Eleuſius, qui cum Cererem filiam quærentem liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro munere oſtendit ei omne genus agriculturæ, filium etiam ejus Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, cumque grandiuſculus factus eſſet, currui ſuo, quem alati trahebant ſerpentes, impoſitum per totum orbem miſit ad uſum frumentorum hominibus indicandum. Ob hujus beneficii memoriam Cereri templum dedicatum fuit, & ſolemnia ſacra inſtituta ſunt, quæ Sacra Eleuſina, & Theſmophoria appellabantur, in quibus matronæ in curribus per jocum ſibi mutuo, & libere conviciari ſolebant. Hinc græcum prov. de plauſtro loqui, ἐξ ἁμαξῆς λαλεῖν.

Eleutheria, n. 2. ἐλευθέρια, ſolemnia libertatis. *Plaut. Perſ. 1. 1. 29.* Baſilice ago eleutheria. ¶ Eleutheria, æ, f. eſt ipſa libertas, vel libertatis Dea. *Id. Stich. 3. 1. 2.* Volo me Eleutheriam capere advenientem domum.

Eliădes, um, f. 3. epithet. equarum in Olympicis ludis velociſſimarum. *Virg. 1. Georg. v. 59.* Eliadum palmas Epirus equarum. Apud Elidem enim urbem hi ludi celebrabantur.

Elices, m. 3. *foſſi nei campi*, תעלה, Ger. *forcben in acker da das waſſer abrinnet*, Gal. *rayes*, *petits foſſez*, Hiſp. *ſulcos*, ἀγωγοί, ſulci aquarii, tertia aratione facti ad aquam ex agro deducendam, ab elicio, extraho. *Col. l. 2. c. 8.* Sulcos aquarios nonnulli elices vocant.

Elicĭo, is, cui, citum, a. 3. *deducre*, *cavare*, הוציא, Ger. *herfir reiſſen*, Gal. *attraire*, *deduire*, Hiſp. *ſacar*, *atraer*, ἐξάγω, educo, extraho, a lacio. *Cic. 1. de Orat.* Verbum ex eo nunquam elicere potui de vi, ac ratione dicendi. *Id. Tuſc. 1. 48.* Elicere ſanguinem. *Liv. l. 40. c. 23.* Elicere arcana alicujus, *cavar di bocca*. *Id. l. 5. c. 15.* Elicere ad pugnam. *Cic. de Orat. l. 2. c. 3.* Elicere ad diſputandum. *Id. 1. Tuſc. c. 48.* Elicere ſanguinem. *Cæſ. l. 5. B. G.* Elicere in inſidias. *Plin. l. 19. c. 5.* Elicere alvum. *h. e.* ſubducere, ciere. ¶ Præteritum *elexi* pro *elicui* habet *Arnob. l. 5. pag. 155.*

Elicĭus, m. 2. cognomen Jovis, ab eliciendo, quod eum Cœlo Numæ regatu Picus, & Faunus quadam die elicuere, ut doceret ritum piandi fulminis. *Ovid. 3. Faſt. v. 327. Liv. l. 1. c. 20.* Alii ſic dictum putant ab eliciendis, & evocandis fulminibus.

Elīdo, dis, ſi, ſum, a. 3. *fracaſſare*, *ſtrozzare*, *uccidere*, קרץ, German. *auſſſchlagen*, Gall. *rompre*, *caſſer*, *fracaſſer*, Hiſp. *quebrar*, ἐκθλίβω, effringo, prætoco, occido. *Cic. 3. Tuſc.* Ægritudines, ipſo trunco everſo, omnes elidendæ ſunt. *Virg. 8. Æn.* Geminoſque premens eliſerit angues. ¶ Item exprimo, excludo. *Plin. l. 11. c. 37.* Cæteris oſſibus leonis eſt tanta duritia, ut ignis elidatur, velut e ſilice.

Elĭgo, is, egi, ectum, a. 3. *eleggere*, *far elezione*, בחר, Ger. *auſleſen*, Gal. *ebroiſir*, *elire*, Hiſp. *eſcoger*, ἐκλέγω, eſt de quovis numero, & quavis multitudine electionem facere. *Cic. 4. Acad.* Quam potiſſimum ſententiam, & diſciplinam melius eligeret? *Id. Div. in Ver. c. 14.* Optionem alicui facere, ut eligat, utrum velit.

Elimatĭo, onis, f. purgatio. *Cæl. Aurel. Tard. 5. c. 12.* Elimatio carnis. Adde *Juſtinian. in præfat. 3. de* emendatione Codicis.

Elimator, oris, m. qui elimat, & purgat. *Tert. l. 4. adv. Marc. c. 35.* Chriſtus elimator humanarum ſordium.

Elimātus, a, um, adject. expolitus, lima abraſus. *Plin. l. 34. c. 18.* Scobs elimata. *Cic. l. 4. Acad. c. 20.* Rationes latiore ſpecie, non ad tenue elimatæ.

Eliminātus, a, um, adject. *bandito*, ἐξεστρακισθείς. *Sidon. l. 4. epiſt. 10.* Soli patrii finibus eliminatus.

Elimĭno, as, avi, atum, a. 1. *caeciar*, *mandar fuori*, הוציא, Germ. *zum hauſſ zinauſſ ſtoſſen*, Gal. *chaſſer du logis*, *de l'entree*, Hiſp. *deſterrar*, *echar de caſa*, ἐκβάλλω, extra limen ejicio, excludo. *Pomp. ap. Non. c. 1. n. 179.* Eliminabo extra ædes conjugem. ¶ Translate ponitur pro enunciare, *Horat. in ep. 5. l. 1. v. 25.* Ne fidos inter amicos ſit, qui dicta foras eliminet.

Elimo, as, avi, atum, a. 1. a limus, eſt purgare a ſordibus, *nettare*. *Tert. l. de Pœnit. c. 11.* Cedo pulverem dentibus elimandis. ¶ Item polire, abradere, a lima. V. Elimatus. ¶ Translate ponitur pro abſolvere, perficere. *Gel. l. 17. c. 10. de Virgilio:* Oravit a ſuis, ut Æneida, quam nondum ſatis elimaſſet, adolerent. *Cic. Art. l. 16.* Velim, χάλιον aliquod elimes ad me. *Auguſtin. l. 2. contra Academ. c. 7.* Elimare animum.

Elingo, is, a. 3. *leccare*, idem quod lingo. *Plin. l. 25. c. 13.* Si oculus ſubinde elingatur.

Elinguis, gue, o. 3. *ſenza lingua*, Ger. *dee kein zung hat*, *ſtammler*, Gal. *qui n'a point de langue*, *muet*, Hiſp *el que no tiene lengua*, *mudo*, ἄγλωσσος, ἄφωνος, qui mutus eſt, & loqui non poteſt, etiamſi linguam habeat. *Cic. pro Flac. c. 10.* Convicit, & elinguem reddidit.

Elinguo, as, avi, atum, *privare della lingua*, ἀπογλωττίζω, linguam extraho, lingua privo. *Plaut. Aul. 2. 2. 72.* Si ego te elinguandam dedero uſque ab radicibus.

Elĭno, is, levi, a. 3. purgo, mundo, emaculo. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 273.* Hic veſtimenta elevit luto. ¶ Quidam putant *elevi* eſſe præteritum ab *eleo*, *es*, obſoleto pro deleo. Poſſis etiam legere *elavit*.

Eliquamen, n. 3. *ſalamoja*, תבש, Ger. *peckel*, Gal. *ſaumure*, Hiſp. *ſalmuera*, ἐλαλίσμος, quod eliquatum eſt ex re aliqua, ut ex carnibus, aut piſcibus. *Col. l. 9. c. 14.* Ut ſunt ſalſamenta, & eorum omnia eliquamina.

Eliquatus, a, um, adject. *liquefatto*. *Sidon. l. 2. epiſt. 3.* Fluentum de ſupercilio montis eliquatum.

Eliquefco, is, n. 3. *diſfarſi*, נמס, Ger. *zerſchmelzen*, Gal. *ſe fondre*, Hiſ. *derritarſe*, liquidus fio. *Var. l. 1. de R. R. c. 55.* Alia ad cibum eligitur, alia, ut eliqueſcat.

Eliquium, ii, n. *ſcolamento*, ut, eliquia irrumpentis Oceani. *Solin. c. 28. (al. 18.)*

Eliquo, as, avi, atum, a. 1. liquidum reddo, purgo, *purgare*, *liquefare*, ἐκτήκω. *Colum. l. 12. c. 12.* Cum in alia vaſa transfuderint, & eliquaverint. *Id. l. 12. c. 50.* Eliquare oleum in labrum. *Sen. l. 3. Quæſt. Nat. c. 26.* Fons fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus, eliquatuſque eſt. ¶ Translate eliquare verba, eſt delicate, & molliter pronunciare, & quaſi eliquando vocem effundere. *Perſ. ſat. 1. v. 35.* vatum & plorabile ſi quid Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.

Elis, idis, Elea, Cauconia, *Jalea*, *Belvedere*, Ἦλις, regio Peloponneſi, inter Arcadiam, & Achajam, & mare Jonium ad Occ. Sed *Belvedere* latius patet, quia & Elidem, & Meſſeniam continet. Urbs primaria Elis eſt celebris certaminibus Olympicis, quæ in honorem Jovis ibi habebantur.

Eliſa, & Eliſſa, æ, nomen Didonis. *Virg. Æn. 4. v. 335.* Nec me meminiſſe pigebit Eliſæ. V. Dido.

Eliſæus, & Eliſſæus, a, um, adject. ab Eliſa, h. e. Didone, ut Eliſæi patres,

patres, pro Senatoribus Carthaginienſibus, apud *Silium l. 6. v. 346.* Eliſa enim Carthaginem condidit. Adde *l. 15. v. 524.*

Eliſĭo, onis, f. actus elidendi, expreſſio. *Sen. ep. 99.* (*al. 98.*) Hæ lacrymæ per eliſionem cadunt, nolentibus nobis.

Eliſus, a, um, adject. *rotto*, *fracaſſato*, ἐντεθλιμμένος. *Suet. in Cæſ. c. 39.* Sæpe præ turba eliſi, & exanimati ſunt plurimi. *Id. in Tiber. c. 39.* Ingentia ſaxa delapſa ſunt, multis eliſis.

Elĭus, a, um, Ἤλιος, ad Elim urbem Peloponneſi pertinens: qui & *Alius* dicitur. *Cic. 2. de Divin. c. 12.* Aruſpices Hetruſci, Elii, Ægyptii, Poeni.

Elix. V. Elices.

Elixātim, adv. *Apic. l. 5. in fin.* Elixatim ſumpto ſemine cum ovis.

Elixo, as, avi, atum, a. 1. aqua coquo, *leſſare*, ἕψω. *Apic. l. 3. c. 9.* Coliculos elixatos mediabis.

Elixūra, vel Elixatura, æ, f. quod aqua coctum eſt. *Apic. l. 9. in princ.* Jus adjicere ſinapis in elixaturis. *Macer l. 1. c. 22.* Illius elixatura vertigo fugatur.

Elixus, a, um, o. 1. 2. *leſſo*, מבושל, Ger. *geſotten*, Gal. *bouilly*, Hiſp. *cozido*, ἑφθός, quod aqua mollitum, & decoctum eſt. *Hor. 2. Serm. Sat. 2. v. 73.* At ſimul aſſis miſcueris elixa. ¶ Translate ponitur pro madefacto. *Var.* At in humum calceos facis elixos.

Ellebŏrum. V. Helleborum.

Ellipſis, ἔλλειψις, figura eſt, cum aliqua vox deeſt orationi; ab ἐλλείπω, deficio, ut illud *Salluſt. in Catil.* Rem omnem aperit, cujus mittebantur. h. e. cujus gratia. V. Grammat.

Ellops. V. Helops.

Ellum, ellam, accuſ. ſing. en illum, en illam. *Ter. And. 5. 2. 14.* & *Adelph. 2. 3. 7.*

Ellychnĭum, n. 2. *ſtoppino*, *lucignolo*, Ger. *vviechen*, *dacht*, Gal. *meche*, Hiſp. *mecha*, ἐλλύχνιον, funiculus ille papyraceus, ſeu ſparteus, cannabinuſve, aut ſtupeus in lychno, qui oleo affuſo incenſus flammam nutrit, & lumen præſtat. *Plin. l. 23. c. 4.* Et e medulla ejus elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Adde *Stat. l. 4. Silv. 9. v. 29.*

Elŏco, adverb. antiq. pro illico, ſtatim. *Plaut. Caſ. 5. 3. 13.*

Elŏco, as, avi, atum, a. 1. idem quod loco, *dare ad affitto*, ἐκμισθόω. *Cic. Ver. 5. c. 22.* Fundum elocatum eſſe dicebat. *Plin. l. 21. c. 3.* Elocare funus. ¶ Putant etiam Lexicographi quidam, hoc verbum idem ſignificare, ac *loco moveo*, confirmantque auctoritate *Cic. pro Flac. c. 28. de gente Judæorum:* Quam cara Diis immortalibus eſſet, docuit, quod eſt victa, quod elocata, quod ſervata. Sed ibi nec una lectio eſt, & multiplex interpretatio. V. *Plaut. Epid. 1. 2. 41.* & ibi *Taubman.*

Elocutĭlis, vel Eloquutilis, le, adject. ad eloquendum pertinens. *Apul. l. 11. Metam.* Copia eloquutilis facundia.

Elocutĭo, f. 3. tertia pars officii Oratoris, qua res inventæ, & in ordinem diſpoſitæ ornamentis rerum, & verborum exornantur. *Cic. 1. de Inv. c. 7.* & *Auct. ad Heren. l. 4. c. 12.* Elocutio eſt idoneorum verborum, & ſententiarum ad inventionem accommodatio.

Elocūtor, oris, m. 3. qui enarrat. *Ennod. l. 1. c. 1.*

Elocutorĭus, a, um, adject. V. in Elocutrix.

Elocūtrix, icis, f. 3. ab elocutor. *Quintil. l. 2. c. 15.* Oratoria ſic efferetur, ut elocutoria; oratrix, ut elocutrix.

Elogĭum, vel melius ellogium, n. 2. *elogio*, *teſtimonianza*, עדות, Ger. *fürnemlich zeugnuſſ*, Gall. *eloge*, Hiſp. *teſtimonio en honra*, *o vituperacion*, ἐγκώμιον, omnis brevis ſcriptio, ſive ſit titulus rei alicujus, quales in ſtatuis erant, ſive quæpiam ſimplex expoſitio ſententiæ, ab ἐλλόγιον, quod ab ἔλλογος vel ab ἐλεγεῖον, *titulus ſepulcri*, qui nomen mortui, & encomium ejus complectebatur. Aliquibus dictum videtur quaſi eulogium, ab εὖ, *bene*, & λέγω, *dico*, ut ſit teſtificatio honorifica, aliis quaſi ἐκλογεῖον, ab ἐκλογὴ, *electio*. *Cic. de Sen. c. 20.* In quem illud elogium unicum plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. *Id. Tuſc. 1. c. 14.* Quid ipſa ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant? *Suet. in Calig. c. 24.* Tres gladios in necem ſuam præparatos Marti ultori, addito elogio, conſecravit. h. e. inſcriptione rei cauſam indicante. ¶ Aliquando accipitur pro ſimplici ſententiæ teſtificatione, ait *Vall. l. 4. c. 66.* affertque illud *Cic. de Senect. c. 20.* Solonis elogium eſt, quo ſe negat velle, ſuam mortem dolore amicorum, lamentiſque vacare. ¶ Interdum in malam partem accipitur, pro teſtificatione vituperationis cauſa. *Quint. in declam.* Nullum adjecit ad exhæredationem juvenis elogium. *Id. l. 7. c. 5.* Si exhæredatum a ſe pater filium teſtatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amaverit. Plura leges apud *Briſſon. de form. R. l. 7.*

Elongo, as, a. 1. *prolongare*, האריך, Ger. *verlengen*, Gal. *alonger*, Hiſp. *alargar*, παρέλκω, protraho, differo. Gloſſ. Cyrilli, & Onomaſt. Elongo, μακρύνω, & ἀφίστημι. ¶ Forum Romanum *Plinio* neſcio cui tribuit illa verba: *Quo maxime tempore dies elongantur*. Noli temere uti.

Elops. V. Helops.

Elŏquens, entis, o. 3. qui in dicendi ratione perfectus eſt, *eloquente*. *Cic. in Or.* Erit igitur eloquens is, qui in foro, cauſiſque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat. Et *inferius*. Is enim eſt eloquens, qui & humilia ſubtiliter, & magna graviter, & mediocria temperate poteſt dicere. V. Diſertus. *Suet. Galb. c. 3.* Serg. Galba ſuorum temporum eloquentiſſimus.

Eloquenter, adv. cum eloquentia, *eloquentemente*, λογίως. *Plin. l. 3. ep. 18.* Eloquentius ſcribere. *Id. l. 2. ep. 11.* Eloquentiſſime reſpondere.

Eloquentĭa, f. 1. *eloquenza*, מליצה, Ger. *volredenheit*, Gall. *eloquence*, Hiſp. *eloquencia*, λογιότης, εὐφραδία, facultas copioſe, apte, & ornate dicendi. *Cic. in Partit. c. 23.* Nihil aliud eſt eloquentia, quam copioſe loquens ſapientia. *Id. 2. Off. c. 14.* Nihil eſt tam inhumanum, quam eloquentiam a natura ad ſalutem, & conſervationem datam, ad bonorum peſtem, perniciemque convertere. ¶ De variis Eloquentiæ generibus V. *Cic. l. 1. de Or. In Brut.* & *l. 1. Tuſc.*

Eloquĭum, n. 2. *parlare*, *facondia*, *eloquenza*, דברה, Germ. *die red*, Gal. *diſcours*, Hiſp. *habla*, λόγος, ſermo, facundia. *Plaut.* Dulci, ac blando eloquio amicam ſolatus. *Juven. Sat. 10. v. 114.* Eloquium, ac famam Demoſthenis, aut Ciceronis, &c. *Vellej. l. 2. c. 68.* Vir in eloquio perfectior.

Elòquor, eris, quutus ſum, d. 3. *parlar apertamante*, דבר, Ger. *reden*, Gal. *parler*, Hiſp. *hablar*, ἀποφάσκω, clare, & aperte animi ſenſa explico, aperte loquor, effero. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 158.* Eloquere nobis, & quid tibi eſt, & quid velis. *Id. Men. 1. 4. 6.* Elocuta ſum convivas. *Cic. 3. Off. de emptore, & venditore:* Uterque ſi ad eloquendum venerit, non plus quam ſemel eloquatur. hoc eſt, quod pretium exigit, vel exhibet, ſemel ſine contentione exponat. ¶ Sæpe uſurpatur pro ornate, & copioſe dicere. *Cic. l. 1. de Orat. c. 11.* Oratoris nihil vis eſſe, niſi compoſite, ornate, copioſe eloqui.

Elōrum, n. 2. Elorus, opp. exc. Siciliæ, ad oſt. Elori fl. inter Syracuſas, & Pachynum. Manet turris, quæ *Sta in pace* dicitur.

Elōrus, m. 2. Elorum, Helorus, *Acellaro*, *Atellari*, *Abyſo*, ἔλωρος, flu. Siciliæ, in valle Neætina, qui Modicam rigat, & prope Neætum labitur, & paulo poſt in mare Jonium ſe exonerat juxta rudera Elori urbis. *Sil. l. 14. v. 479.*

Elōtus, a, um, adject. ab elavo, ut elota oliva. *Col. l. 12. c. 50.*

Elpēnor, m. 3. Ἐλπήνωρ, comes Ulyſſis. *Ovid. 3. Triſt. eleg. 4. Juven. ſat. 15. v. 22.*

Eluacrum labrum, apud *Caton. R. R. c. 10. 11.* eſt vas ad eluendum idoneum.

Elucĕo, es, uxi, idem ac luceo, vel multum luceo, Translate *Cic. de Amic.* Si qua ſignificatio virtutis eluceat. *Suet. Tib. c. 57.* Sæva, & lenta natura aliquanto magis in Principe eluxit.

Eluceſco, n. 3. *rilucere*, eſt lucidum fieri. Ex analogia tuetur *Scioppius*: exemplis autem antiquis vix probari poteſt. V. *Voſſ. de vit. ſerm. l. 1. c. 23.* & *Cellar. cur. poſter. p. 302.* ¶ Utitur hac voce *Auguſtin. l. 1. Retract. c. 13.* & *Hieron.*

Elucifacĭo, is, a. 3. *fare riſplendere*, lucidum facio. *Laber.* apud *Non. c. 2. n. 293.* Splendore pecuniæ volo elucifacere exitum ætatis meæ.

Elucifĭco, a. 1. *privar di luce*, *oſcurare*, ζοφόω, luce privo, elucum reddo, ab *elucus*. *Laber. apud Gel. l. 10. c. 17.* Volo elucificare exitum ætatis meæ. Alii leg. *elucifacere*.

Eluctabĭlis, le, adject. q. d. luctando ſuperabillis. *Sen. Qu. Nat. l. 6. c. 8.* Lacus nec pediti eluctabilis, nec navigio.

Eluctatĭo, onis, f. actus eluctandi, conatus expediendi, ſe ex re aliqua. *Lactant. l. 3. c. 11. a med.* Eluctatio adverſus mala, quibus hæc vita plena eſt.

Eluctor, aris, atus ſum, dep. 1. *uſcire con isforzo*, luctando, & conando exeo. *Plin. l. 34. c. 10.* In ore fornacium, quo flammæ eluctantur. *Virg. 2. Georg.* aqua eluctabitur omnis. *Liv. l. 24.* Tenentibuſque cum tot, ac tam validæ eluctandæ manus eſſent, ſe ſe eripuerunt. *Sen. controv. 6.* Eluctari per impedimenta. *Tac. hiſt. 3. c. 59.* Quieto agmine nives eluctantibus. *Id. 4. Ann. c. 31.* Verba eluctantia, *parole mendicate*, *e ſtentate*. ¶ Reperitur etiam elucto, as. *Plaut. Trinum. apud Non.* Cum hiſce ærumnis eluctavit.

Elucubrātus, a, um adject. elaboratus, cum diligentia confectus. *Cic. in Brut. c. 9.* Orationes non minus diligenter elaboratas, quam elucubratas afferebamus, q. d. ad lucernam elaboratas.

Elucūbro, as, a. 1. & elucubror, aris, d. 1. *far qualche coſa a lume di lucerna*, Ger. *zu nacht etvvas arbeiten*, Gal. *faire quelque choſe en veillant la nuit*, Hiſp. *velar*, *trabajar velando*, νυκτογραφῶ, lucubrationibus, ideſt vigiliis conficio. *Cic. Att. l. 7. ep. 19.* Epiſtolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. *Colum. præf. l. 10.* Quidquid eſt iſtud, quod elucubravimus, propriam ſibi laudem non vindicat.

Elūcus, vel helucus, o. 1. 2. languidus, ac ſemiſomnus. Aliqui intelligunt nugarum amatorem, alii tarditatem quandam animi, ac ſtuporem, alii allucinatorem, ab ἀλύω, unde allucinor, alii ſine luce, a *lux*, *cis*. *Feſt. Gel. l. 16. c. 2. Apul. Apol.*

Elūdo, is, uſi, uſum, a. 3. proprie ſignificat ludendi finem facere. Unde illa litoris definitio ab Aquilio data, apud *Cic. in Top. c. 7. qua fluctus eluderet*. *Donat. ad Ter. Eun. 1. 1. 10.* Eludere gladiatorum eſt, cum vicerunt, & ludo finem impoſuerunt. ¶ Sic dicimus, *eludere aliquid*, cum ludendo vincimus, & aliquid obtinemus. *Plaut. Curc. 5. 2. 30.* Dicas, unde illum habeas annulum, Quem paraſitus hic te eluſit. *Prop. l. 4. eleg. 1. v. 139.* Nam tibi victrices, quaſcunque labore paraſti, Eludet palmas una puella tuas. h. e. extorquebit, eripiet. ¶ Eludere etiam dicuntur gladiatores, qui flexu corporis ictus adverſarii evitant, *ſcanſare*, *ſchivare*. *Mart. l. 5. v. 163.* Ille cito motu rigidos eludere cæſtus. ¶ Translate *Quintil. l. 4. c. 5.* Cujus tamen diviſionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leviter eludit. ¶ Sæpe uſurpatur pro decipere, illudere, *ingannare*, *burlare*, διαπαίζω, *Cic. 4. Acad. c. 39.* Sed & vos ab illo irridemini, & ipſi viciſſim illum eludetis. *Tibul. l. 2. eleg. 1.* Seges ludit meſſem fallacibus herbis. ¶ Pro ſimplici ludere, translate *Cic. de opt. gen. Orat. c. 6.* Non enim in acie verſatur, & ferro, ſed quaſi rudibus ejus eludit oratio.

Eluēla, V. Helucla.

Elugĕo, es, uxi, n. 2. *laſciare il pianto*, Ger. *vertrauren*, Gal. *ceſſer de pleurer*, Hiſp. *dexar dellorar*, καταθρηνέω, lugere deſino, vel luctum depono, expleto tempore juſti luctus. *Liv. l. 34. c. 2.* Quid aliud, cum eluxerunt, ſumunt? *Cic. l. 9. Fam. epiſt. 20.* Patriam eluxi jam & gravius, & diutius, quam mater unicum filium.

Elvīna, f. 1. *Cerere*, Ceres, ab Elvio oppido, ubi colebatur. *Juv. Sat. 3.*

Elumbis, be, o. 3. qui evulſum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate ſe ſe erigere non poteſt. ¶ Translate accipitur pro molli, parum virili, effeminato. *Dial. de Orat. c. 18.* Tanquam fractum, atque elumbem, *Feſt.* Elumbem, evulſo lumbo.

Elŭo, is, elui, elutum, a. 3. *lavare*, *purgare lavando*, רחץ, German. *auſſvveſchen*, Gal. *laver*, *nettoyer*, Hiſp. *lavar*, *limpiar*, ἐκπλύνω, lavo, lavando purgo. *Celſ. l. 7. c. 21.* Eluere ex aqua, quæ ſalem adjectum habeat. *Plin. l. 20. c. 8.* Eluere maculam veſtium. ¶ Translate *Cic. 2. de Leg. c. 10.* Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus elui poteſt. ¶ Eluere ſe bonis, dicuntur decoctores, qui patrimonium diſſipant; & eluere, abſolute, apud *Plaut. Rud. 2. 7. 21.* ducta metaphora ab iis, qui naufragium patiuntur.

Eluſcātus, a, um adject. *loſco*, *Ulp. l. 3. ff. de condict. triticiar.*

Eluſco, as a. 1. *far loſco*, πηρόω τὴν ὄψιν, eſt luſcum facere, ideſt, alterius oculi lumine ſpoliare. Apud *JCtos ad l. Aquil.* ſcribitur: Aquilia eum teneri, qua eluſcaverit diſcipulum in diſciplina.

Elutĭa, orum, n. 2. metalla auraria, quia aqua eluuntur. Hac enim immiſſa ſordes abluuntur, & verum aurum comparet. *Plin. lib. 34. c. 16.*

Elutĭo, onis, f. eluendi actus. *Cæl. Aurel. Tard. 1. c. 1.* Panis calida elutione purgatus.

Elutrĭo, as, a. 1. *tramutare di uno in un altro vaſo*, Ger. *ablaſſen*, Gal. *frelate*, Hiſp. *traſſegar*, μεταγγίζω, eſt diffundere, hoc eſt, de vaſe in vas fundere, ab *eluo*, vel a *lutum*, quaſi ſit luto purgare. *Plin. lib. 14. c. 17.* Suffervefactis decies mox elutriatis. Adde *Gell. l. 16. c. 17. ex Laberio*.

Elūtus, a, um adject. purgatus, lotus, *lavato*, *purgato*, ἐκλυθείς. *Colum. l. 6. c. 34.* Eluta, & ſicca vinaria. *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 16.* Irriguo nihil eſt elutius horto. h. e. magis inſipidum. V. text.

Eluvĭes, ei, f. 5. *inondazione*, *voragine*, Ger. *uberlauffung*, Gal. *inondation*, Hiſp. *avenida*, κατακλυσμός, inundatio, item vorago, item id, quod expurgatur aquarum fluxu. *Curt. l. 6.* Torrenteſque, atque eluvies iter morabantur. Adde *l. 5. c. 4.* ¶ Ponitur etiam pro quavis calamitate. *Cic. pro Domo, c. 20.* Tu ad illam labem, atque eluviem civitatis ſine ſumma vi pervenire potuiſti? ¶ Accipitur etiam pro egeſtione ſordium ex urbe. *Plin. l. 2. c. 82.* ait, quædam oppida minus quati terræmotu, quia ſunt crebris ad eluviem cuniculis cavata. ¶ Et pro purgatione. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 274.* Eluviem facere per ventrem. Al. leg. *eleviem*, ducuntque a præterito *elevi*, verbi *eliuo*, vel a verbo, *eleo*, *es*, eodem tamen ſenſu.

Eluvĭo, onis, f. diluvium, inundatio. *Cic. in Somn. Scip. c. 7.* Propter eluviones, exuſtioneſque terrarum.

Eluxātus, o. 1. 2. idem, ac luxatus, loco motus. *Plin. l. 20. c. 9.* Sic enim fiſtulas eluxatas, & tumores revocari.

Eluxurĭor, aris, d. 1. idem, ac luxurior, vel valde luxurior. Translate

late *Col. de arborib. cap.* 3. Pampinis magis eluxuriabuntur.

Elysĭi Campi, vel Elysium, ii, n. 2. ἠλύσιον, fecundum fabulas, locus, ubi animæ habitant, a λύσις, solutio, quasi animæ post solutionem vinculi corporei eo deveniant. *Virg.* 5. *Æn. v.* 734. Sed amœna piorum concilia, Elysiumque colo. ¶ Platonici duplices faciunt Elysios Campos, alios terrenos in plagis sublimibus terræ, alios cœlestes in cœlo octavo. *Ficin. in Dial.* to. *Platonis de Repub.* ¶ Sunt & Elysii Campi in Bœotia, circa Thebas, ut inquit Lycophron: de quibus sensisse videtur *Virg. l.* 2. *Georg.* cum ait: Quamvis Elysios miretur Græcia campos.

Elysĭus, a, um, adject. ut Elysia vallis, *Ovid.* 3. *Amor. el.* 9. *v.* 60. V. Elysii.

E A N T È M.

Em, pro eum, ab eo quod est is. *Festus*. Sis emem, eundem. *Id.* Hinc *in Leg. XII. Tab.* apud *Gell. l.* 20. *c.* 1. *ad fin.* Quis endo em jure vindicit. *Et mox.* Qui em vinctum habebit.

Emacĕo, V. Emacresco.

Emacerātus, a, um, adject. attenuatus, consumptus, *consunto, magro, estenuato. Senec. Consol. ad Marc. c.* 10. Morborum variis generibus emaceratos.

Emaciātus, o. 1. 2. σωματικὸς, adject. *smagrito. Col. l.* 2. *c.* 10. Emaciatæ vineæ. Et *c.* 11. Emaciatum armentum.

Emacĭo, as, a. 1. *smagrare, dismagrare*, Ger. *ausmagern*, Gal. *amaigrir*, Hisp. *enmagrecere*, ἰσθίω, macrum, sive aridum reddo. *Col. l.* 2. *c.* 14. Aliis juvari, & stercorari agros, aliis rursus peruri, & emaciari.

Emacĭtas, f. 3. *desiderio di comprare*, ὠνητικὸς, inclinatio voluntaria emendi. *Col. l.* 4. *c.* 3. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis cura.

Emacresco, is, ui, n. 3. valde macresco, *smagrire*, ἰσχνύνομαι. *Cels. l.* 2. *c.* 4. Mali morbi signum est, nimis celeriter emacrescere. *Id. ibid. c.* 2. Ubi aliquis contra consuetudinem emacruit. Al. leg. *Emacuit*, ut fit ab *emaceo*, vel *emacesco*, eodem sensu.

Emăcror, aris, pass. 1. *smagrirsi*, כחש, Ger. *mager vverden*, Gal. *devenir maigre*, Hisp. *emmagrecerse*, λεπτύνομαι, macer fio. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Terram emacrari existimantes hoc satu. Lectio hæc tamen est dubia. V. Harduin.

Emaculo, as, a. 1. *levar le macchie*, כחה, Ger. *masen vertreiben*, Gal. *oter les taches*, Hisp. *quitar las manchas*, ἐμάργυμι, est maculas auferre. *Plin. l.* 21. *c.* 19. Nigras vitiligines emaculat.

Emadĕo, es, vel Emadesco, is, n. idem quod madeo, valde madeo. *Ovid.* 5. *Trist. el.* 4. *v.* 40. Et te flente, tuos emaduisse sinus: Ita *Heins.* Alii *demaduisse*, alii *immaduisse*.

Emancipatio, t. 3. actus emancipandi. Apud JCtos, & *Gell. lib.* 15. *c.* 27. & *Quintil. l.* 11. *c.* 1. & *Plin. l.* 10. *epist.* 3.

Emancipātor, oris, m. qui emancipat. *Gloss. gr. lat.* ἐξωχεμφωτὴς, *Prudent. hymn. jejunant. v.* 184. Emancipator fervientis plasmatis.

Emancipatus, o. 1. 2. qui ex patris jure exivit, item qui alieni dominii factus est, ab emancipor. *Fest.* ¶ Translate est dedititius, & veluti in mancipium adscriptus. *Apul. l.* 10. Et assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali servulo perfidiæ suæ consilia communicat. *Hor. Epod.* 9. Romanus (eheu posteri negabitis) emancipatus fœminæ fert vallum, & arma miles.

Emancĭpo, as, avi, atum, a. 1. *far libero, e franco*, חפש, Ger. *vefreyen*, Gall. *emanciper*, Hisp. *emancipar*, ἐκποιέομαι, eum, quem in potestate habeo, sui juris efficio, quasi extra mancipium, idest, dominium meum pono. Dicitur proprie de filiis, & aliis liberis. Nam servi manumittuntur. *Plin. ep.* 2. *l.* 4. Hunc pater emancipavit, ut hæres matris existeret. ¶ Emancipare agrum, est alienare, e mancipio, idest, dominio, & possessione sua emittere, & alteri possidendum tradere. *Plin. l.* 7. *epist.* 18. Pro quingentis millibus nummum, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longe pluris actori publico emancipavi. Alii leg. *mancipavi*. ¶ Per translationem emancipare se alicui, sive, ut veteres loquebantur, æmancupare, est se totum alicui tradere, & veluti in mancipium illius transferre, *offerirsi al servigio d' alcuno. Plaut. Bacch.* 1. 1. 60. Nunc mulier tibi me emancupo, tuus sum. *Cic. de Sen. c.* 11. Ita senectus nimis honesta est, si jus suum retinet, si nemini emancipata est. Utroque loco alii leg. *mancipo*, pro emancipo.

Emanco, as, a. 1. *tagliare le mani*, manus præcido, mancum facio. *Labien. apud Sen. Controv.* 33. *l.* 5.

Emanĕo, es, n. 2. verbum est militare. Proprie enim dicuntur emanere milites, qui diutius sine legitimo Imperatoris commeatu absunt a castris. *Modest. l. desertorem, ff. de re milit.* Is, qui in exploratione emanet, hostibus insistentibus, capite puniendus est.

Emăno, as, n. 1. *uscire, stillare*, נכף, Ger. *ausfliessen*, Gal. *sortir, s' écouler*, Hisp. *manar*, ἐκβρύω, extra mano, effluo, exeo. *Colum. l.* 5. Sale cum adipe detricatur, dum faniei vis emanet. ¶ Translate sumitur pro oriri. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 21. Mala nostra istinc emanant. ¶ Item pro differminari, serpere, percrebrescere. *Cic. Att. l.* 3. Ut nunquam emanatura putarem. *Id. pro Rosc. Am. c.* 1. Nequaquam oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. ¶ Construitur etiam cum accusat. more activorum. *Plin. l.* 23. *c.* 3. Succus foliorum oleæ utilis saniem emanantibus.

Emansĭo, onis, f. *Leg.* 4. *Dig. de re milit.* Quid significet, vide in *Emaneo*, & *Emansor*.

Emansor, m. 3. miles, qui ultra tempus commeatus ab Imperatore impetrati abest a castris. *Modest. l.* 1. §. *desertorem, ff. de re mil.*

Emarcesco, is, cui, n. 3. idem quod marceo, languidus, vel gravis ac tardus sum. *Plin. l.* 15. *c.* 29. Languida auctoritas Patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas.

Emarcum, n. 2. genus uvæ a Gallis sic appellatæ. *Col. l.* 3. *c.* 2.

Emargĭno, as. a. 1. *scrostare*, est crustas, & pulvillos, & margines ulcerum adimere. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Item equarum, præterquam virginum, erodit, & emarginat ulcera.

Emasculātor, oris, m. qui emasculat. *Apul. Apolog.* Emasculatoribus suis morigerus.

Emascŭlo, as, a. 1. *castrare*, ἐκτυχίζω, castro, virilitatem aufero. *Apul. l.* 7. *Metam.* Dissectis femoribus emasculare. Habet etiam Servius Grammat.

Emathĭa, æ, prov. Macedoniæ, ad Or. quæ etiam propria Macedonia dicitur, ab Æmathione Rege fratre Memnonis, qui fuit filius Auroræ, & Tithoni. Habet a Sept. Pelagoniam, & Mygdoniam, ab Aust. Thessaliam, ab Or. Pieriam, & fin. Thermaicum, ab Occ. mare Ægæum. Sed aliqui Pieriam ei ad Aust. statuunt. A Poetis pro tota Macedonia, item pro Thessalia, & Pharsalia usurpatur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 491.

Emathĭus, a, um, adject. ab Emathia, ut Emathii campi, apud *Lucan. in princip. l.* 1.

Ematūresco, is, urui, n. 3. idem, ac matūresco, vel perfecte matūresco, *maturarsi. Gel. l.* 2. Et vides ne, inquit, hæc ematuruisse? ¶ Translate est miteſcere, *Ovid.* 2. *Trist. v.* 132. Si modo læsi ematuruerit Cæsaris ira.

Emax, acis, o. 3. ὠνητικὸς, qui, vel quæ facile inclinatur ad emendum. *Cic.* 1. *Parad.* Non esse cupidum pecuniæ, non emacem, vectigal est. *Pers. sat.* 2. *v.* 3. Poscere prece emaci. h. e. hostiis opimis, & magno comparatis, ut videantur a Diis munera emere, non petere.

Embænetĭca, æ, f. *marinaresca*, ars navicularia. *Cæl. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 1. Q. Pompejum Baulis embæneticam facere. ¶ Est ἀπὸ τῦ ἐμβαίνειν, inscendere navim. Al. aliter legunt.

Embamma, atis, n. *guazzetto, sapore*, Ger. *sipplein, brihlein salizen*, Gal. *ragout, hachis*, Hisp. *baduluque, guisadillo*, ἐμβαμμα, intinctus, condimentum, quod ad condienda obsonia fit, item ipsa immersio, qua panis, vel obsonium in vasculis re liquida repletis intingitur, ab ἐμβάπτω, immergo, intingo. *Col. l.* 12. *c.* 55. Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso uteris.

Embătes, tis, m. ἐμβάτης, modulus, seu mensura ad dimetiendas proportiones ædificii. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. & *l.* 4. *c.* 3.

Embăter, eris, ἐμβατὴρ, ballistæ foramen, ita dictum, quia in illud aliquid ἐμβαίνει. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. V. ibi *Bald. Lex.*

Emblēma, atis, n. 3. *opera di musaico, opera intarsiata*, Ger. *eingelegte hunstlich*, Gall. *ouvrage à la mosaique*, Hisp. *musayco*, ἔμβλημα, id, quod alteri operi inseritur, atque illigatur, & opus ipsum, quod ex rebus insertis constat, ab ἐμβάλλω, *conjicio, insero*. Emblemata quædam *musiata*, seu *vermiculata* dicuntur, ut quæ in parietibus fiunt, quæ minutis quibusdam veluti vermiculis distincta sunt: quædam *tessellata*, ut quæ in pavimentis, quæ ex tessellis structa sunt: quædam *segmentata*, ut quæ in lignis, quæ constant ex segmentis. Sed sæpe confunduntur. *Lucil. apud Cic. in Orat.* Quam lepide lexes compositæ, ut tesserulæ omnes arte pavimento, atque emblemate vermiculato. *Cicer. in Brut. c.* 79. Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, structum verbum videres. ¶ Emblemata etiam ornamenta erant apud veteres in vasis argenteis, aureis, Corinthiis, quæ & inseri, & eximi poterant. *Cic. Ver. 6. c.* 22. & 23. Vasa autem ad Verrem deferuntur, Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbant; quæ probarent, iis crustæ, aut emblemata detrahebantur. ¶ Metaphorice ponitur pro ornamento orationis. *Quinct. l.* 2. *c.* 4. Ut extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur.

Emboliarĭus, a, um, adject. scenicus, *da scena. Plin.* 7. *c.* 48. Galeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam. V. *Embolium*.

Embolĭcus, a, um, adject. ut embolicæ species, apud *Vopisc. in Aurel. c.* 45. Ita legit *Turneb. l.* 18. *Adverſ. c.* 17. & intelligit species, quæ ex Ægypto onerariis navibus, annuo vectigali, Romam mittebantur.

Embolimæus, V. Embolismalis.

Embolismālis, le, & Embolimæus, a, um, adject. ἐμβολιτμῶ, ἐμβολιμαῖος, intercalaris, insititius, insertus, ab ἐμβάλλω, *Auson. ecl. de vat. dier. anni ver. v.* 13. Mense Numæ extremo nomen capit Embolimæi. Sic dies embolismalis, qui quarto quoque anno Februario inseritur. Annus embolismalis, qui tredecim Lunæ cursus continet.

Embolismus, m. 2. ἐμβολισμὸς, intercalatio, quæ fieri solet, ut annorum ratio cum Solis cursu conveniat. V. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 13.

Embolium, lii, n. 2. *intermedio della commedia*, Ger. *allerley kurtzweil*, Gal. *intermede*, Hisp. *entremes*, ἐμβόλιον, pars fabulæ, cum aliquid interponitur, ab ἐμβάλλω, conjicio, interfero. Aliqui argumentum, & ingressum scenicum interpretantur. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *ad fin.* Mirificum embolium cogito in secundum meorum librorum includere. *Id. pro Sext. c.* 54. Qui ejusmodi fororis embolia novit.

Embŏlum, i, n. ἔμβολον, pars adunca, & ærata in navi, Latine rostrum. *Petron. Satyr.* Fascium imam partem quasi embolum navis æneum finiebat. ¶ Emboli masculi torno politi, a *Vitruv. l.* 10. *c.* 12. dicuntur certa ligna in machinis aquam attollentibus.

Embractum, intriti genus, cujus condiendi rationem docet *Apicius lib.* 9. *in fine*.

Emedullo, as, a. 1. ἀτμυελόω, medullam eximo, extraho. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Alarum graveolentiam emendat radicis emedullatæ uncia. ¶ Per translationem pro declaro ponitur. *Plaut.* Narra jam rem nobis omnem, atque emedulla. Ita refert Perottus. Nos Plauti locum non invenimus.

Emendabĭlis, le, adject. emendari qui potest, *emendabile. Liv. l.* 44. *c.* 10. In errorem emendabilem lapsus.

Emendāte, adv. *correttamente*, Ger. *ohn fal*, Gal. *correctement*, Hisp. *correjidamente*, ἐπανορθωτικῶς. *Cic. de opt. gen. Orat. c.* 2. Pure, & emendate loquamur, quod est Latine. *Plin. lib.* 34. *c.* 8. Primus hic videtur capillum & pubem non emendatius feciſſe, quam &c. *Vitru. lib.* 10. *c.* 11. Emendate describere.

Emendatĭo, f. 3. *correzione*, מוסר. Ger. *verbesserung*, Gal. *correction*, Hisp. *correccion*, ἐπανόρθωσις, correctio. *Cic.* 4. *Fin. c.* 9. Hæc est correctio Philosophiæ veteris, & emendatio. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. docet, nimia emendationis severitate deficere puerorum ingenia.

Emendator, m. 3. *correttore*, מיסר, Ger. *verbesserer*, Gal. *correcteur*, Hisp. *corregidor*, ἐπανορθωτὴς, corrector. *Cic. pro Balbo*. O præclarum interpretem juris, auctorem antiquitatis, correctorem, atque emendatorem nostræ civitatis.

Emendatrix, f. 3. *correttrice*, מיסרת, Ger. *verresserin*, Gal. *correctrice*, Hisp. *corregidora*, ἐπανορθώτρια, correctrix. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 22. Vitiorum emendatricem legem esse oportet.

Emendātus, a, um, adject. *emendato, corretto*, ἐπανορθωτὸς. *Cic. in Brut. c.* 74. Emendata locutio & latina. *Id. de Amic. c.* 17. Emendati mores. *Petron. Sat.* Mulier omnibus simulacris emendatior. *Quintil. in ep. ad Tryphon.* Ut libri in manus hominum quam emendatissimi veniant.

Emendicātus, o. 1. 2. quod abjectis, & humilibus precibus impetratur, extorquetur, *mendicato. Suet. in Cæs. c.* 54. Emendicata pecunia. *Leg.* 14. *C. de accusation.* Emendicata suffragia.

Emendĭco, as, a. 1. *mendicare*, שאל, Ger. *erbetteln*, Gal. *mendier*, Hisp. *mendigar*, ἐπαιτέω, more mendicantium aliquid peto. *Sueton. August. c.* 91. Stipem quotannis die certo emendicabat a populo.

Emendo, as, avi, atum, a. 2. *correggere*, יסר, Ger. *bessern*, Gal. *amender, corriger*, Hisp. *enmendar, corregir*, ἐπανορθόω, corrigo, quasi a menda purgo. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 16. Ut annales suos emendem, & edam. *Id.* 3. *Leg. cap.* 13. Civitas emendari & corrigi solet principum continentia. ¶ Pro curare, sanare sæpe usurpat *Plin.* ut *l.* 20. *c.* 16. Dolores capitis emendantur contrito nasturtio. Sic *l.* 24. *c.* 10. emendare alvum citam.

Emensus, a, um, adject. signif. pass. *misurato, passato misurando. Liv. l.* 21. *c.* 30. Multo majorem partem itineris emensam cernunt.

Ementĭor, iris, itus sum, d. 4. idem, ac mentior, vel palam mentior, *mentire*, ψεύδομαι. *Cic. in Part.* Alii id ementiti sunt in eos, quos oderant. ¶ Accipitur etiam non ineleganter pro simulare, vel affimilare, effingere, ut Ementiri vocem, vel manum alicujus, &c. *Cic. pro Domo*, Qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem. *Id. ibid.* Satis ne tibi videtur a Senatu judicatum, me non modo non ementitum esse auctoritatem ejus ordinis?

Ementītus, a, um, adject. pass. signif. *mentito, falsificato, finto. Cic. Philip.* 2. *c.* 35. Quod me de ementitis auspiciis putares esse dicturum. Adde *l.* 2. *de Nat. Deor. c.* 21.

Emer-

Emercor, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod mercor, *comperare*. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 44. Ingentibus donis adulterium emercatur. Et *Ann.* 16. *c.* 1. Principis aditum emercatus.

Emerĕo, es, ui, itum, a. 2. idem quod mereo, *meritare*, περιποιῆμαι. *Vell. l.* 2. *c.* 66. Malebant ſibi nuntiari, quid emeruiſſent. *Plaut. Aul.* 4. 10. 5. Quid ego emerui adoleſcens mali? *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 2. Annuæ mihi operæ a. d. 3. Cal. Sext. emerentur. h. e. annuam adminiſtrationem claudo.

Emerĕor, eris, itus ſum, dep. 2. idem quod mereor, vel emereo. *Quintil. proœm. l.* 1. Altior ſolicitudo, quale judicium hominum emererer, acceſſit.

Emergo, is, erſi, erſum, n. 3. *ſorgere*, צוץ, Ger. *entſtehen*, Gal. *ſourdre, ſortir*, Hiſp. *ſalir debaxo de l'agua*, ἀναδύομαι, eſt eum, qui ſubter aquam merſus fuit, rurſus in lucem redire. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quæ cum emerſiſſent, piſcemque cepiſſent. ¶ Translate eſt evadere, liberare ſe ex aliqua calamitate. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Emergere a fluctibus ſervitutis. *Id. Ver.* 5. Quamobrem iſtum nolim ex paternis probris ac vitiis emergere. ¶ Vel ſimpliciter exire. *Id. pro Leg. Man.* Emergere e patrio regno. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Si ſuper terram emerſerit. ¶ Active etiam uſurpatur. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Iſta ſerpens, quæ tum hic delitueſcit, tum ſe emergit, & fertur illuc. *Nepos Attic. c.* 11. Quibus ex malis ut ſe emerſerat. ¶ Item abſolute. *Juven. ſat.* 3. *v.* 164. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi. *Cic. pro Cæl. c.* 12. Emergere, & ad bonam frugem ſe recipere.

Emerĭta Auguſta, *Merida*, urbs Hiſpaniæ, colonia Auguſti in ripa Anæ Luſitanicæ; in quam milites emeritos deduxit. Hinc

Emeritenſis, ſe, adject. qui Emeritæ eſt incola. *Auſon. epiſt.* 24. *v.* 74. Emeritenſis Anæ, latæque fluenta Garumnæ.

Emerĭtum, i, n. dicebatur præmium, vel pecunia, quæ emeritis militibus dabatur. *Modeſtin. l.* 3. *Dig. de re milit.*

Emerĭtus, a, um, o. 1. 2. partic. ab emereor. Emeritum ſtipendium, paſſive, dicitur, quod peractum eſt, cum jam milites miſſionem, ut veterani, impetraverunt. *Liv. l.* 39. *c.* 19. Translate *Cic. de Sen.* Animum tanquam emeritis ſtipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium ſecum eſſe, ſecumque, ut dicitur, vivere. ¶ Milites emeriti, vel emeritis ſtipendiis ſunt, qui militia perfuncti, ab eaque abſoluti vacationem jam habent. *Lucan. l.* 1. Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, quæ noſter veteranus aret? quæ mœnia teſſis? ¶ Emerita arma, victricia, & finem belli imponentia. *Ovid.* 4. *Triſt.* Miles ut emeritis non eſt ſatis utilis armis. ¶ Translate emeriti boves dicuntur, defeſſi, & opere, ac labore ſoluti. Sic emeriti canes, apud *Stat. l.* 3. *ſil.* 1. ¶ Emeriti ſenes, qui laboribus ſuis functi ſunt, & alios habent, qui pro ſe laborent. *Valer. l.* 5. ¶ Emeritæ apes, quæ feſſæ ſunt. *Plin. l.* 11. *c.* 11. ¶ Emeriti anni, jam effœti. *Martial. l.* 7. *epigr* 62. Emeritos Muſis, & Phœbo tradidit annos.

Emerſus, us, ui, m. emergendi actus, *uſcita*, *il ſorgere*. *Plin. l.* 18. *c.* 25. de ortu heliaco: Emerſum hoc melius, quam exortum, conſuetudo dixiſſet. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.* Neque certum locum ſcire poterant, quo emerſum facturi fuiſſent hoſtes.

Emerſus, a, um, adject. qui emerſit, *uſcito*, *riſorto*. *Cic. in Vatin. c.* 7. Unus tu emerſus e cœno. *Liv. l.* 1. *c.* 13. Ex profunda emerſus palude equus. *Id. l.* 8. Emerſus ab admiratione animus.

Emetĭor, iris, itus ſum, dep. 4. idem ac metior. Sumitur fere pro conficere, & quaſi emetiendo tranſire. *Virg. Æn.* 7. *v.* 160. Jamque iter emenſi. *Liv. l.* 31. *c.* 24. Emetiri uno die ſpatium ingens. *Cic. de cl. Orat. cap.* 4. Ego voluntatem tibi profecto emetiar; ſed rem ipſam nondum poſſe video. h. e. cumulate præſtabo, ſatisfaciam.

Emĕto, tis, n. 3. meto, extra meto, valde meto, *mietere*. *Horat. l.* 1. *ep.* 6. *v.* 21. Ne plus frumenti emetat agris.

Emicans, antis, adject. 3. qui emicat, & ſe attollit. *Tert. adv. Hermog. c.* 29. Segregatis aquis in cavatiorem ſinum emicantior facta eſt arida.

Emicatĭo, onis, f. actus emicandi, & ſe ſe attollendi. *Apul. de Mundo*: Torrentium curſus, & humores undarum, emicationeſque ſilvarum.

Emĭco, as, cui, n. 1. *riſplendere*, נגה, Ger. *ſcheinen*, Gal. *reluire*, Hiſp. *reſplandecer*, ἐκλάμπω, effulgeo, reſplendeo. *Plaut.* Ex oculis quaſi radii emicant Solis. ¶ Translate eſt excellere. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Poſt eum emicuit longe ante omnes Euphranor Iſthmius. ¶ Eſt item exilire, extra ſalire. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Cæcinæ Volaterrano dracones emicuiſſe de extis læto prodigio traditur. ¶ Item attollere ſe ſe, & erigere. *Col. l.* 4. *c.* 20. Quæ protinus emicet in jugum. *Plin. l.* 27. *c.* 8. Multis calamis ex una radice emicantibus. ¶ Item ſubſilire, ſubſultare. *Plaut. Aul.* 4. 3. 4. Meum cor cœpit artem facere ludicram, Atque in pectus emicare. *Curt. l.* 9. *c.* 5. Magna vi ſanguinis emicante. h. e. exiliente crebro motu. Sic *Virg. Æn.* 5. *v.* 337. Emicat Euryalus. Atque horum omnium metaphora ab igne ducitur, qui crebris motibus attollitur, & micat.

Emigratĭo, onis, f. *andata altrove*, *partita*, actus emigrandi. *Ulpian. Dig.* 39. 2. 28. Detrimentum propter emigrationem inquilinorum.

Emĭgro, as, avi, atum, n. 1. idem, ac migro, *partirſi*. *Plin. l.* 6. *c.* 17. Emigrare finibus ſuis. *Cic.* 4. *Ver.* Ex illa domo ſic emigrat, ut, &c. ¶ Emigrare e vita, eſt mori. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 19. Ad vicem ejus, qui e vita emigraverit. ¶ Tranſitive uſurpatur a *Titinnio apud Non.* his verbis: Ex meis ædibus ſe emigrarunt. Habet & *Tert. de cor. milit. c.* 1.

Eminatĭo, f. 3. idem, ac minatio, *minaccia*. *Plaut. Cap.* 4. 2. 19. Quæ illæc eminatio eſt?

Emĭnens, o. 3. ὑψηλός, quod cæteris altius eſt, *alto*, *eminente*. *Cic.* 3. *Tuſc.* Eminens effigies virtutis. *Cæſ.* 2. *B. C.* Has trabes paulo longiores, atque eminentiores effecerunt. *Velleſ. l.* 2. *c.* 72. Eminentiſſimæ ſimplicitatis vir. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Auctores eminentiſſimi.

Eminenter, adv. *altamente*. *Sidon. l.* 1. *ep.* 11. Non eminentius, quam municipaliter natus.

Eminentĭa, f. 1. *eccellenza*, *eminenza*, יתר. Ger. *fürtrefflichkeit*, Gal. *eminence*, Hiſp. *eminencia*, ὑψηλή, altitudo partium, & translate excellentia, *Cic.* 2. *Acad.* Quam multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videbimus? *Plin. l.* 37. *c.* 10. Habere eminentias ſimiles verrucis.

Eminĕo, es, nui, n. 2. *ſovraſtare*, נבה, Ger. *fürauffgehen*, Gal. *ſurpeſſer*, Hiſp. *ſobrepujar*, πρωύπτω, cæteris altior ſum, magis expoſitus ſum. *Cæſ.* 2. *B. C.* Nequid emineret, ubi ignis hoſtium adhæreſceret. ¶ Fere abl. habet cum præp. *e*, vel *ex*. *Cic.* 1. *Tuſc.* Globus terræ eminens e mari. ¶ Vel acc. cum *extra*. *Plin. l.* 17. *c.* 21. Duo oculi extra terram emineant. ¶ Vel acc. cum *per*. *Liv.* Eminet ferrum per coſtas. ¶ Item cum ſolo accuſativo, more activorum, quod tamen perrarum eſt. *Curt. l.* 4. *c.* 2. Jamque paululum moles aquam eminebat, & ſimul aggeris latitudo creſcebat. ¶ Translate eſt conſpicuum eſſe, apparere. *Cic.* 2. *Tuſc.* Amplitudo animi maxime eminet contemnendis doloribus. ¶ Item cæteris antecellere. *Cic. in Or. c.* 29. Demoſthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. *Flor. l.* 4. *c.* 2. Pompejus ſuper utrumque eminebat.

Emĭnor, d. 1. idem ac minor, *minacciare*. *Plaut. Cap.* 4. 2. 11. Eminor, interminorque, nequis obſtiterit obviam.

Eminŭlus, o. 1. 2. *non troppo alto*, ὑπερμέτρως, parum eminens. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. Rectis dentibus, & eminulis, diſtantibus inter ſe.

Emĭnus, adv. *da lungi*, מרחוק, Ger. *von ferne*, Gal. *de loin*, Hiſp. *de lexos*, πόρρωθεν, a longinquo loco, a *manus*. Cominus enim dicimus, cum gladiis pugnamus, eminus, cum lanceis, quia gladius a manu non recedit, lancea e manibus emittitur. *Cic. de Sen. c.* 6. Nec excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis, aut cominus gladiis uteretur. ¶ Differt a longe, quia ſignificat tacite quendam motum de loco. Non enim recte dixeris, *Eminus habito*, ut *Longe habito*, ſed bene *Eminus jacula mitto*. Similiter Cominus differt a prope, quia ſignificat a loco propinquo, non in loco propinquo. Dicimus enim, *cominus te percutiam*, non *cominus ſedeo*. Nihilominus tamen *Aſcon. Pedian.* Eminus eſt, inquit, Vulturnus Capua tria millia paſſuum.

Emĭror, aris, atus ſum, dep. 1. demiror, valde miror, *maravigliarſi forte*, ἐκθαυμάζω. *Horat. l.* 1. *od.* 5. *v.* 8. Nigris æquora ventis Emirabitur inſolens.

Emiſcĕo, es, a. 2. idem quod miſceo. *Manil. l.* 5. *v.* 244. nec parce vina recepta Hauriet emiſcens. Al. aliter leg.

Emiſſārĭum, n. 2. *condotto d'acqua*, Ger. *auſslaſſeines ſees*, *oder vvaſſers*, Gal. *lieu ou on ecoulè les èvangs*, *ou les lacs*, Hiſp. *alvanil*, ὑδάτων, locus, per quem aqua e lacu, aut ſtagno emittitur. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 18. Nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla macera. ¶ Speciatim ſumitur pro foramine, quod in caſtello ſit ad aquam inde emittendam, & diſtribuendam. *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. & ibi *Bald. in Lex.* Alii leg. *immiſſarium*.

Emiſſārĭus, rii, m. 2. *ſpia*, *o corriero*, Ger. *bottenlauffer*, Gal. *meſſager*, *eſpion*, Hiſp. *eſpia*, *menſagero*, πρόσαγγελος, κατάσκοπος, qui ante exercitum emittitur, vel ad explorandum, vel ad prælium lacceſſendum. *Velleſ. l.* 1. *c.* 18. Per emiſſarios ſuæ factionis. ¶ Item calumniator ſubmiſſus, & ſubornatus ab inimicis. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 2. Perſuaſerat nonnullis invidis meis, in me emiſſarium ſemper fore. ¶ Item furtorum conciliator, ſicut Aſcon. docet, atque internuntius, quia ſcilicet emittitur, ut exploret res furto opportunas. *Cic.* 5. *Ver.* Quin illis emiſſariis hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit. ¶ Item palmes, qui emiſſus, ex deputatione inferitur imis ſcamnis, ut per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. *Plin. l.* 17. *c.* 23. Et emiſſario uno, qui ſubeat, uſque quo placuerit. ¶ Item equus, aries, & hujuſmodi, qui ad generandam ſobolem emittitur. *Plaut. Mil.* 4. 3. 20. ubi melius *admiſſarius* legitur.

Emiſſĭo, onis, f. ἐκτομή, actus emittendi. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 24. Ut enim baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent. *Vitruv. l.* 10. *c. ult.* Citra ſagittæ emiſſionem.

Emiſſĭtĭa, f. 1. haſta, lancea, ſica, ab emitto, vibro. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 9. C. vero Gracchus ruinis, & emiſſitiis, quas ipſe ſe projeciſſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe cives, nonne omnem Reip. ſtatum permutavit? At longe melior lectio habet, *& iis ſicis*.

Emiſſĭtĭus, a, um, o. 1. 2. qui emittitur, ut Oculi emiſſitii, extra educti, & foras porrecti, vel qui huc, & illuc aſpectant, & veluti ſe ſe ejaculantur. *Plaut. Aul.* 1. 1. 2. Exeundum hercle tibi hinc eſt foras circumſpectatrix cum oculis emiſſitiis.

Emiſſus, a, um, adject. *mandato fuori*, ἐξαπεσταλμένος. *Virg.* 4. *Georg. v.* 58. Emiſſum caveis agmen. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 71. Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum.

Emitto, tis, iſi, iſſum, a. 3. *mandar fuori*, שלח, Ger. *auſslaſſen*, Gal. *pouſſer hors*, *envoyer*, Hiſp. *embiar*, *echar fuera*, ἐκπέμπω, extra, vel foras mitto. *Plin. l.* 26. *c.* 5. Emittere venis ſanguinem. *Cic.* 2. *de Div.* Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. ¶ Fere conſtruitur cum præp. *e*, *ex*, *de*. *Cic.* 3. *Cat.* Ut abs te non emiſſus ex urbe, ſed in urbem immiſſus videatur. *Id.* 6. *Ver.* Cur hunc eum non repente de carcere emitti juſſerit. ¶ Item cum præp. *ad*, *in*, *per*. *Cic. Att. l.* 2. Emittat ad me Publius, qui obſignent. *Liv. l.* 24. Primos equites clamore ſublato in hoſtem emiſit. *Cæſ.* 1. *B. C.* Emittunt noctu per vallum. ¶ Sæpe eſt vibrare. *Cic. de Aruſp. reſp.* Quin ea tela, quæ conjecerit inimicus, quam ea, quæ collega patris emiſit, leviora, atque hebetiora eſſe videantur. ¶ Item dimittere, *laſciar andare*, ut Emittere lacum, emittere aquam ex lacu, vel piſcina. *Cic. Att. l.* 4. Lacus Velinus a M. Curio emiſſus. ¶ Item ventrem purgare. *Plin. l.* 10. *c.* 33. de hirundinibus. Adultioreſque circumagi docent, & ventris ſaturitatem emittere. ¶ Item edere in lucem. *Cic.* 7. *Fam. ep. ult.* Ut etiam, ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus. ¶ Item libertate donare. *Ter. Adel.* 5. 9. 19. Haud dubium eſt, quin emitti æquum ſiet. *Plaut. Cap.* 2. 3. 48. Non erit tam avarus, quin te gratis emittat manu. ¶ Item proferre, loqui. *Cic. pro Planc. c.* 23. Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. *Liv. l.* 1. *c.* 54. Emittere vocem.

Emmaus, Nicopolis, *Nicopol*, Turc. & Arab. *Gotz*, urbs Palæſtinæ, in Judæa. *Plin. l.* 5. *c.* 14. ¶ In genit. facit Emmauntis, & etiam Emmai. Plin. enim loc. cit. ait: fontibus irriguam Emmaum. ¶ Scribitur & Emaus unico m.

Emo, is, emi, emptum, a. 3. *comperare*, קנה, Germ. *kauffen*, Gall. *acheter*, Hiſp. *comprar*, πρίαμαι, eſt aliquid ſibi comparare pecunia, vel alia re. Eſt 2. ordinis, & cum abl. pretii certi, & definiti conſtruitur. *Cic. in Fam.* Emi ipſam domum millibus nummum triginta quinque. ¶ Vel cum uno ex his ablativis pretii incerti, *Magno*, *permagno*, *maximo*, *plurimo*, *parvo*, *minimo*, *paululo*, *dimidio*, &c. ſub quo intelligitur pretio. *Cic. ad Att.* Emamus vel magno: ſin ſtimus, ne parvo quidem poſſumus. *Id. pro Domo*. Emit domum prope dimidio carius, quam æſtimabat. ¶ Vel cum uno ex his genitivis pretii incerti, *Tanti*, *quanti*, *pluris*, *minoris*, *tantidem*, *quanticunque*. *Cic. ad Att.* Minoris etiam empturum, ſi Veſtinium rogaſſem. ¶ Admittit etiam ablat. perſonæ, a qua emimus, cum præp. *a*, vel *ab*, vel *e*, *ex*, *de*. *Cic. pro Roſc. Am.* Bona hujus de L. Sylla duobus millibus nummum ſe ſe emiſſe, dicit Chryſogonus. ¶ *Bene emere* eſt parvo pretio emere, apud *Plaut. Moſtel.* 1. 3. 139. Contra *male emere*, magno emere. *Id. ib.* 3. 2. 112. ¶ Emere per æs, & libram, V. *Mancipium*. ¶ Antique etiam tollere ſignabat. *Feſt.* Hinc comp. *Ademo*, quod eſt auferre.

Emoděror, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod moderor. *Ovid. l.* 1. *de Remed. amor. v.* 131. Ille dolor verbis emoderandus erit.

Emodŭlor, d. 1. idem ac modulor, *cantare*. *Ovid.* 1. *Am. el.* 1. *v.* 30. Muſa per undenos emodulanda pedes.

Emodus, Hemodus, Hmodi, orum, *Moghali*, al. *Dalangue*, Judæis *Jethra*, Mengrelliis *Bereſeth*, mons maximus Aſiæ, Tauri pars, qui Indiam a Scythia diſterminat.

Emolimentum, i, n. molitio, opus, ſtructura. *Cod. Theodoſ. l.* 19. *de Op. publ.*

Emolĭor, iris, itus ſum, dep. 4. q. d. perfecte molior, ad finem perduco, conficio. *Plaut. Bacch.* 4. 5. 2. Magnum molior negotium; metuoque ut

hodie

hodie poſſim emolirier. ¶ Sæpius uſurpatur pro excreare, expellere. *Celſ. l. 4. c. 9.* Sicca tuſſis, quæ nihil emolitur. *Col. l. 8. c. 5.* Per nares emoliri pituitæ nauſeam. ¶ Emoliri fretum venti dicuntur, qui illud commovent, & exagitant, apud *Senec. Agamemn. v. 478.*

Emolītus, a, um, adject. *macinato*, a molo, is, ut emolitum hordeum, *Veget. l. 3. c. 24.*

Emollesco, is, n. 3. mollis fio. *Celſ. l. 5. c. 28.* Sine ulla vi clavus emolleſcit.

Emollĭdus, a, um, adject. *tenero*, *molle*. *Liv. l. 34. c. 47.* Labor, & æſtus emollida, & fluida corpora Gallorum reddit. Al. leg. *mollia*.

Emollĭo, is, ivi, itum, a. 4. *far molle*, idem ac molio, ideſt, molle facio. *Liv. l. 37.* Humor arcus, fundaſque, & jaculorum amenta emollierat. ¶ Metaleptice eſt laxare. *Plin. l. 20. c. 9.* Alvum leniter emollit lapſana. ¶ Translate eſt effœminatum reddere. *Liv. l. 25.* Metuens, ne ſuum quoque exercitum, ſicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret.

Emollītus, o. 1. 2. part. ab emollior, *effemminato*, *molle*. *Liv. l. 31.* Degener, & emollitus amœnitate Aſiæ hoſtis.

Emōlo, is, ui, itum, a. 3. idem quod molo, *macinare*. *Perſ. ſat. 6. v. 26.* Meſſe tenus propria vive, & granaria (fas eſt) Emole. h. e. molendo exhauri, & liberaliter infumendo.

Emolumentum, ti, n. 2. *utilità*, יהרון, Ger. *nutz*, Gal. *utilité*, Hiſp. *provecho*, ὠφέλημα, utilitas, a *molo*, quia proprie ſic dicuntur, quæ emoluntur, ut fruges. *Cic. pro Mil. c. 12.* Boni nullo emolumento impeliuntur ad fraudem, improbi ſæpe parvo. *Juven. ſat. 3. v. 21.* Artibus honeſtis nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum. ¶ *Cæſ. l. 1. B. G. c. 34.* Neque exercitum ſine magno commeatu, atque emolumento in unum locum contrahere poſſe. h. e. ſine magna frugum copia. Ital. *proviande*, *e foraggi*. Alii leg. *molimento*, h. e. conamine. *Victorius l. 22. variar. lect. c. 10.* retinet *emolumentum*, ſed pro molimento uſurpari putat. ¶ Item pro effectu, ſeu exitu alicujus rei, *Juſtin. l. 9. c. 1.* Bellum toti Græciæ inferre ſtatuit; ad cujus rei emolumentum pertinere ratus, ſi Byzantium in poteſtatem redegiſſet.

Emonĕo, es, ui, idem quod moneo, In Theſ. L. L. affertur locus *Plauti Aſin. 4. 2. 17.* cujus vera lectio pro *emone*, habet *ne me mone*.

Emorĭor, d. 3. idem ac morior, *morire*. *Cic. Att. l. 7.* Pro quo emori cum pie poſsum, tum libenter. ¶ Reperitur & in 4. conjug. *Ter. eun.* Riſu omnes, qui aderant, emoriri. Adde *Plaut. Pſeud. 4. 7. 124.*

Emortuālis dies, quo quis mortuus eſt. *Plaut. Pſeud. 4. 7. 136.* Certum eſt mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Emortŭus, a, um, adject. idem quod mortuus, *morto*. *Plaut. Pœn. 4. 2. 18.* Emortuo verba facere. *Id. Aulul. 4. 5. 1.* Emortuum ego me mavelim letho malo.

Emovĕo, es, ovi, otum, a. 2. *movere*, חניץ, Germ. *verruchen*, Gall. *emouvir*, Hiſp. *mover*, ἀπάγω, eſt e loco movere. *Liv. l. 6. c. 38.* Lictorem, qui plebem de medio emoveret. *Ovid. 3. Faſt.* totum jam ſol emoverat orbem. h. e. extra horizontem extulerat.

Emōtus, a, um, adject. loco motus, *rimoſſo*, *tolto via*, ἀπολιπὼν ὁδὸν. *Virg. Æn. 6. v. 382.* Curæ emotæ. *Id. Æn. 2. v. 493.* Emoti cardine poſtes.

Empanda, f. 1. Paganorum Dea, ſic dicta, quod patentibus pagis, non clauſis more urbium præeſſet. *Feſt.*

Empedŏcles, m. 3. ἐμπεδοκλῆς, Philoſophus Agrigentinus. *Cic. de Amic.* De rebus naturalibus verſibus ſcripſit, & egregium poema fecit. *Id. 1. de Orat.* Dixit, ex concordia, & amicitia elementorum cuncta conſtare, eorum diſcordia, & inimicitia diſſipari, & diſſolvi. De Empedoclis morte narrant, illum clam relictis ſociis Ætnam Siciliæ montem aſcendiſſe, & in ardentem ejus craterem ſe conjeciſſe, eo conſilio, ut, cum nunquam appareret, crederetur factus eſſe immortalis, ſed ejectis impetu ignis ferreis ejus crepidis rem ſuiſſe deprehenſam.

Empedoclēus, a, um, adject. ad Empedoclem pertinens. *Cic. l. 2. Q. Fr. ep. 10.* Si Salluſtii Empedoclea legerit.

Empenetĭca, æ, f. ἐμπνευστική, ars ſtrenue eſuriendi. Ita legit *Turneb. Adverſ. l. 13. c. 20.* locum *Cic. lib. 8. Fam. epiſt. 1.* quem locum ſupra retulimus in Embœnetica.

Emphăſis, f. 3. ἔμφασις, ſignificatio, expreſſio, Figura, cum plus intelligendum relinquitur, quam exprimitur, ut *Proſpice tu, qui ſi turimum cernis. Auth. ad Her. l. 4.* ¶ Eſt etiam Emphaſis in una tantum voce, quæ ſignificantior fit, & gravior cæteris. V. *Voſſ. l. 4. Inſtit. Orat.*

Emphractum, . Embractum.

Emphragma, atis, n. 3. ſeptum, cancellus. *Veget. l. 1. c. 47.*

Emphyteuma, atis, n. 3. ἐμφύτευμα, plantatio, inſitio, & præcipue opera diligens ejus, qui Emphyteuta eſt, circa fundum emphyteuticum, vulg. *melioratio*. *L. ult. Cod. de Jur. Emphyt.*

Emphyteuſis, f. 3. ἐμφύτευσις, inſitio, ſive plantatio. Apud JCtos *l. 4. &c. Cod. de jur. emphyt.* eſt contractus juris civilis, *livello*, quo prædium quoad dominium utile alicui ad longum tempus, vel in perpetuum conceditur, ea conditione, ut certam penſionem ſolvat. Olim agri inculti, ac minus fructiferi hoc modo dabantur, ut plantatione, & cultu meliores, utiliorefque redderentur. Poſtea uſus obtinuit, ut etiam agri fœcundi im emphyteuſim darentur.

Emphyteuta, æ, m. *livellario*, qui fundum, vel agrum alicujus in emphyteuſim acceptum colit. *Leg. 4. Cod. de jur. emphyt.*

Emphyteuticarĭus, ii, m. 2. idem qui emphyteuta. *Leg. 1. Cod. de mancip. col.* Emphyteuticarios gravant coloni.

Emphyteutĭcus, a, um, adject. ad emphyteuſim pertinens, ut emphyteuticum prædium. *Leg. 13. Cod. de præd. & al.* Fundi emphyteutici, *Leg. 2. Cod. de mancip. & colon.*

Empirĭce, f. 1. Medicinæ pars, quæ ſola experientia curat. *Plin. l. 29. c. 1.* Alia factio ab experimentis ſe cognominans Empiricen, cœpit in Sicilia.

Empirĭcus, m. 2. qui ſola experientia medetur, a πειράω, experior. *Celſ. in præfat.* Qui ſe Empiricos ab experientia nominant.

Emplaſtratĭo, onis, f. 3. unctio per emplaſtrum. Translate dicitur de arboribus, cum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore, *impiaſtramento*, *l' innestare a occhio*. *Col. l. 11. c. 2.* Emplaſtrationem facere. Adde *Plin. l. 17. c. 16.* & *Palład. l. 3. c. 17.*

Emplaſtro, as, a. 1. eſt emplaſtra ungere. Translate inoculare. *Col. l. 11. c. 2.* Poſſunt, ſi jam librum remittunt, inferi oleæ, vel emplaſtrari. Adde *l. 5. c. 11.*

Emplaſtrum, n. 2. *empiaſtro*, מנוח, Germ. *plaſſter*, Gal. *emplatre*, Hiſp. *emplaſto*, ἔμπλαστρον, medicamentum, quod ex variis rebus fingitur, & formatur, al. cataplaſma, ab ἐν, & πλάττω, *fingo*, *formo*, quia formatur, ut eo vulnera illinantur. *Plin. l. 21. c. 4.* Imponuntur emplaſtra vulneribus, malagmata ſuper integram cutem injiciuntur. Adde *Celſ. l. 5. c. 18.*

Emplecton, ſtructuræ muri genus, in quo frontibus tantummodo expolitis, interiora temere farciuntur, & replentur. *Plin. l. 36. c. 22. Vitr. l. 11. c. 8.*

Emporetĭca charta, eſt, in qua merces a mercatoribus involvuntur, quæ ſcribendo inutilis eſt, ab ἐμπορητικὸς, ad mercaturam pertinens. *Plin. l. 13. c. 12.* Nam emporetica inutilis ſcribendo, &c.

Emporiæ, f. 1. *Ampurias*, olim urbs Indigetanorum, maxima, in Hiſp. Tarrac. nunc opp. Cataloniæ, in ora lit. maris Medit. ¶ Emporiæ item, Tibula, *Caſtel Aragoneſe*, urbs Sardiniæ, prope oſtia Termi fl. cum arce, & portu capaci.

Emporĭum, n. 2. Empoliæ, *Empoli*, opp. agri Florentini, ad Arnum fl. ¶ Emporium item, *Ponte Nura*, pag. Æmyliæ, ad Nuram fl. apud Placentiam.

Emporĭum, n. 2. *mercato*, Ger. *kauffſtadt*, Gal. *merche*, Hiſp. *emporio*, ἐμπόριον, locus mercatus, forum nundinarium, ubi res venales exponuntur, ab ἔμπορος, mercator, vel ab ἐμπορέω, negotior. *Cic. Att. l. 5. ep. 2.* Cum per emporium Puteolanorum iter facerem.

Empsīto, V. Emptito.

Emptĭo, vel Emtio, onis, f. *compera*, ὠνή. *Cic. pro Cæc. c. 6.* Emptionem facere. *Id. Att. l. 12.* Tres habet conditiones, aut emptiones ob haſtam. ¶ *Emptio per æs, & libram* quid ſit, V. Libripens.

Emptionālis, le, adject. *Cic. l. 7. Fam. ep. 29.* Si inter emptionales ſenes venale proſcripſerit. Sed legendum eſt *Coemptionales*; quam vocem V. ſuo loco. Legitur tamen *emptionalis* non ſemel in *Cod. Juſtinianeo*.

Emptĭtātus, a, um, adject. frequent. *comperato*. *Col. l. 8. c. 10.* Ternis denariis ſinguli emptitati.

Emptĭtus, o. 1. 2. *che ſi compera*, Ger. *gekaufft*, Gal. *ce qu' on achete*, Hiſp. *compradico*, quod eſt de numero eorum, quæ empta ſunt, vel emi ſolent. *Var. l. 3. de R. R. c. 2.* Hic aprum glans cum paſcit emptitia, facit pinguem. *Petron. Frag.* Servus emptitius.

Emptĭto, as, a. 1. frequenter emo. *Plin. l. 33. c. 1.* Alios coriis boum, alios ferro, captiviſque rebus emptitaſſe tradit. *Plaut. Caſ. 2. 5. 39.* Non ego iſtud verbum titivilitio emptitem. Alii leg. *empſiem*. Plures *emiſſim titivilitio*. h. e. emerim.

Emptor, ris, m. 3. *compratore*, כיונה, Ger. *kauffer*, Gal. *acheteur*, Hiſp. *comprador*, ὠνητής, qui emit. *Cic. 3. Off. c. 12.* Ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret.

Emptrix, icis, f. quæ emit. *Leg. 63. ff. de evict.* & *dupl. ſtipul.* Cum emptrix non provocaverat.

Empturĭo, is, n. 4. cupio emere. *Var. in proœm. l. 2. de R. R.* propterea quod te empturientem in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes.

Emptus, vel Emtus (ſic etiam ſcribi poſſunt ab emo derivata) a, um, *comperato*, ἐωνημένος. *Cic. in Piſ. c. 15.* De lapide emptus. *Lucan. l. 10. v. 107.* Pax donis ingentibus empta.

Empyi, vel Empyici, ægroti, quibus in thorace ſuppuratio fit. *Marcel. Empyr. c. 16.* & *Theod. Priſcian. lib. 2. par. 2. c. 10.*

Emucĭdus, a, um, adject. idem quod mucidus. *Var. R. R. l. 1. c. 31.* Emucidum farmentum. *Plin. l. 17. c. 22.* Emucida vitis. Sed utroque in loco *Scalig.* & *Harduin. ejuncidum* reponunt.

Emugĭo, is, ivi, itum, ἐμυκάομαι, idem ac mugio, vel cum mugitu protero. *Quint. l. 2. c. 12.* Clamant ubique, & omnia levata manu emugiunt.

Emulgĕo, es, ulſi, ultum, a. 2. *ſmungere*, ἐξαμέλγω, mulgeo, mulgendo tollo. *Col. l. 7. c. 3.* Sed priuſquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt.

Emulſus, a, um, nom. eſt particip. ab emulgeo. *Catull. carm. 67. v. 110.* Siccari emulſa pingue palude ſolum.

Emunctĭo, f. 3. actus emungendi, *lo ſmungere*. *Quintil. l. 11. c. 3.* Cum emunctio etiam frequentior non ſine cauſa reprehendatur.

Emunctus, o. 1. 2. purgatus, & translate exhauſtus, pecunia denudatus. *Plaut. Bacch.* Miſerum me auro eſſe emunctum. *Horat. de Art. poet. v. 398.* Pythias emuncto lucrata Simone talentum. ¶ Emunctæ naris &c. V. Naris.

Emundātus, a, um, adject. *mondato*. *Col. l. 3. c. 15.* Seritur ergo prius in emundata paſtinatione.

Emundo, as, avi, atum, a. 1. *mondare*, *nettare*, ἐκκαθαίρω, *Col. l. 2. c. 15.* Quædam pluviis diebus, ut bubilia, & ovilia debent emundari.

Emungo, is, emunxi, emunctum, a. 3. *nettarſi il naſo*, *ſoffiarſi il naſo*, *mocare*, מגיץ, Ger. *die naſen butzen*, Gal. *ſe moucher*, Hiſp. *ſonarſe las narizes*, ἀπομύττω, nares purgo, quod fit, cum mucus ex eis detrahitur. *Plin. l. 35. c. 11.* Pinxit Theodorus juvenem emungentem. ¶ Per translationem emungere ponitur pro ſpoliare, ſeu fraude extorquere. *Ter. Phor. 4. 4.* Emunxi argento ſenes. ¶ *Cubito ſe emungere*, ſcomma eſt proverbiale, quod in eos dici conſuevit, qui artem aliquam immundam exercent. Illi enim, cum manus ſemper habeant inquinatas, cubito digitorum loco utuntur. *Auct. ad Heren. l. 4.* Quieſce tu, cujus pater cubito ſe emungere ſolebat. ¶ *Emunxti*, pro emunxiſti, legitur apud *Plaut. Moſt. 5. 1. 60.*

Emunĭo, is, idem ac munio, *munire*. *Tac. in vit. Agric. c. 31.* Corpora ipſa, ac manus ſylvis, ac paludibus emuniendis verbera inter ac contumelias conterunt. *Virg. 8. Æn. v. 228.* Fultoſque emuniit obice poſtes.

Emunĭtas, atis, f. 3. immunitas. Uſus eſt *Tert. de Reſur. c. 48.*

Emunītus, a, um, adject. *fortificato*, *munito*, χαρακωμένος. *Liv. l. 14. c. 21.* Locus arcis in modum emunitus. *Id. l. 21. c. 7.* Murus ſupra cæteræ modum altitudinis emunitus.

Emuſco, as, a. 1. muſcum adimo, purgo. *Col. l. 11. c. 2.* Oleæ putantur, & emuſcantur.

Emuſſĭtātus, adamuſſim factus. *Feſt.*

Emutatus, a, um, adject. mutatus. *mutato*. *Quintil. l. 8. c. 2.* Emutatis in perverſum dictis.

Emutĭo, is, n. 4. *ammutire*, γρίζω, ſileo. *Plaut. Merc. 5. 2. 55.* Etiam emutis? omnia commonſtrabo. Ita quidam Lexicographi. At meliores libri habent, *etiam metuis?* quod etiam magis conſonum iis, quæ ibi dicuntur.

Emūto, as, a. 1. *mutare*, idem quod muto. *Manil. l. 5. v. 147.* appoſitis caput emutare capillis.

E ANTE N.

En, *ecco*, ecce, ἰδοὺ. Conſtruitur cum nomin. vel accuſ. *Cic. pro Dejot. c. 6.* En crimen, en cauſa, cur Regem fugitivus, dominum ſervus accuſet. *Plaut. Amph.* En tectum, en tegulas, en obductas fores. ¶ Sæpe verbis jungitur. *Cic. ad Q. Fr.* En mediocri me dolore pucas affici. ¶ Item aliis partibus orationis. *Cic. pro Sext.* En, cur cæteri Reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur. ¶ En unquam pro unquam, ne? *Liv. l. 9. c. 20.* En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat? *Virg. Ecl. 8. v. 7.* En erit unquam ille dies? ¶ *En ecce* per pleonaſmum interdum ponitur, vel ad majorem oſtendendi vim. *Sen. in Oedip.* En ecce rapido ſæva proripuit gradu. *Ariſtophanes* quoque eadem ratione ὦ ἰδὲ dixit.

Enallăge, ἐναλλαγή, ſcil. permutatio, figura eſt, qua pars pro parte ponitur, vel accidentia permutantur. V. Grammaticos.

Enargia, æ, f. 1. ἐνάργεια, evidentia, ſive repræſentatio, illuſtratio, Figura, cum res ita deſcribitur, ut cerni videatur. *Quintil. l. 6. c. 2.* Sunt, qui adjiciant his *evidentiam*, quæ ἐνάργεια græce vocatur.

Conſtat deſcriptione rerum, locorum, & perſonarum.
Enarrabilis, le, o. 3. quod enarrari poteſt. *Quint. l. 6. c. 3.* Motu animi quodam, neticio, an enarrabili indicatur.
Enarrate, adverb. narrando, explicando. Ejus comparat. *Enarratius* aliquoties utitur *Gel.* ut *l. 10. c. 1.* Tiro enarratius ſcripſit.
Enarratio, ſ. 3. ἐξήγησις, narratio. *Quint. l. 2. c. 5.* Exigitur a Grammaticis Poetarum enarratio. h. e. interpretatio.
Enarrator, oris, m. qui enarrat. *Gel. l. 18. c. 9.* Enarrator Salluſtii. h. e. interpres. Et *c. 6.* Idonei rerum antiquarum enarratores.
Enarro, as, a. 1. *narrare perfectamente*, ἐξηγέομαι, perfecte, vel ad finem narro, vel omnia narratione complector. *Cic. pro Marc.* Quæ non dicam exornare, ſed enarrare res tuas geſtas poſſit. *Ter. Adel. 3. 3. 11.* Omnem rem modo ſeni, quo pacto ſe haberet, enarramus ordine.
Enaſcor, eris, d. 3. idem quod naſcor, ſive ex alio naſcor, *naſcere*. *Cic. Att. l. 11. ep. 2.* Ex multis meis miſerrimis curis eſt una enata. *Var. l. 1. R. R. c. 41.* Ex ſemine tardius enaſcebatur.
Enato, as, n. 1. *nuotare*, ἐκνήχομαι, natando evado. *Hirt. de B. Alex. c. 18.* Octingentorum paſſuum ſpatio ad oppidum enataverunt. ¶ Translate eſt ſe ſe expedire. *Cic. 5. Tuſc.* Enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c.
Enavigātus, a, um, adject. *navigato*, ut finus enavigatus, *Plin. l. 9. c. 5.* Enavigato Malæo, *Symm. l. 8. ep. 61.*
Enavātus, a, um, adject. diligenter confectus, *fatto con diligenza*. *Tac. l. 3. hiſt. c. 74.* Præmia enavatæ operæ petebant. Vulgati libri multi habent, *navatæ*.
Enavīgo, as, n. 1. *navigare*, ἐκπλέω, navigando evado, navigio trajicio. *Plin. lib. 6. cap. 17.* Nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare. ¶ Translate ponitur pro egredi, exire. *Cic. 4. Tuſc. cap. 14.* A quibus tanquam e ſcopulis cotibus enavigavit oratio.
Encænĭa, orum, n. ἐγκαίνια, feſtus dies propter dedicationem alicujus novi operis celebratus, a καινὸς, novus. Aſſertur hæc vox ex *Quint. l. 7.* ſæd Græcis literis ſcripta. Uſus eſt & *Auguſt. tract. 84. in Joan.* ubi ait: Quandocumque novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocantur. Jam & uſus habet hoc verbum: ſi quis nova tunica induatur, encæniare dicitur, &c.
Encardia, ſ. 1. gemma, in qua nigri cordis effigies eminet. *Plin. l. 37. c. 10.*
Encarpa, orum, vel Encarpus, i, apud *Vitruv. l. 4. c. 1.* dicitur florum, frondiumque, & pomorum implexus, atque contextus, ornatus cauſa alicubi pictus, vel ſculptus. Encarpis, inquit, pro crinibus diſpoſitis frontes ornaverunt.
Encauſtes, m. 1. ἐγκαύστης, qui igni adhibito aliquid fingit. *Vitr. l. 7. c. 9.* Quod facere ab encauſte didicerat.
Encauſtĭce, es, ſ. 1. *pittura a fuoco*, ἐγκαυστικὴ, genus picturæ, in quo ignem adhibebant, ab ἐγκαίω, inuro. In ebore enim, aut cornu utebantur ceſtro, ſeu vericulo ignito: januis, ac tabulis ceras diſcolores inducebant, quas poſtea inurebant, vel illiquefactis igne ceris penicillo pingebant. *Plin. l. 35. c. 11.* & *Apul.*
Encauſtĭcus, a, um, o. 1. 2. quod per encauſticen factum eſt. *Plin. l. 35. c. 11.* Sed aliquanto vetuſtiores encauſticæ picturæ extitere.
Encauſtum, n. 2. ἔγκαυστον, inuſtum, materia adulta ad picturam apta. *Plin. l. 36. c. 25.* Figulinum opus encauſto pingere.
Encauſtus, a, um, o. 1. 2. quod encauſtice pictum eſt. *Mart. l. 3. epigr. 47.* Encauſtus Phaethon tabula depictus in hac eſt.
Encelădus, m. 2. ἐγκέλαδος, Gigantum maximus, Titanis, & Terræ filius, quem Jupiter fulmine ictum Ætnæ monti ſuppoſuit, cujus corpore ſemiuſto, pars ea, quæ vivit, ignem ſpirat præ ira, ac furore. *Virg. 3. Æn. v. 578.*
Enchiridĭon, n. 2. ἐγχειρίδιον, manuale, exiguus quivis libellus, ab ἐν, & χεὶρ, *manus*, quia manu nullo negotio circumferri poteſt. Extat hujuſmodi libellus *Auguſtini* ad Laurentium inſcriptus. *Pompon.* quoque Juriſconſultus librum *enchiridii* titulo ſcripſit, ut legitur in lemmate legis 2. *tit. 2. leg. 1. Digeſt.* & alibi. ¶ Item brevis pugio, & remi pars illa, quæ manu comprehenditur, apud Scriptores Græcos.
Encimibomāta, ſeu encombomata, n. 3. veſtes puellares. *Cæſ.* Ut puellæ habent potius in veſtitu chlamydas, encimibomata, & parnacidas, quam togas. Alii legunt, *Encimbiota*. *Var. apud Non. c. 14. n. 38.*
Enclīma, atis, n. 3. ἔγκλιμα, inclinatio, curvatura. *Vitr. l. 9. c. 9.*
Encliticus, o. 1. 2. ἐγκλιτικὸς, inclinativus, ut Conjunctiones encliticæ, *que*, *ve*, *ne*, quoniam accentum ad ſe inclinant, apud Grammat.
Encolpiæ, m. 1. ἐγκολπίαι, venti, qui e mari veniunt per ſinus. *Apul. de Mundo.*
Encolpiſmus, i, m. clyſter uterinus. *Priſc. l. 3. c. 5.* Encolpiſmo uti. Eſt a κόλπος, ſinus, uterus.
Encombomāta, V. Encimibomata.
Encyclĭus, a, um, o. 1. 2. ἐγκύκλιος, orbicularis. Sumitur pro ſcientia circulari, & ex omnium diſciplinarum orbe confecta. *Vitruv. lib. 6. in præfat.* Encyclios, doctrinarum omnium diſciplina dicitur. ¶ Encycliæ commentationes ſunt, in quibus de rebus omnibus tanquam in circulo paſſim quæritur, quas Cicero quæſtiones *populares*, Gellius *extravias*, hoc eſt, *exotikas*, Martianus *cyclicas* vocat, ut ſunt libri Problematum, &c. Sed vox Græca eſt, nec temere latinis litteris ſcribenda.
Encyclopædĭa, ſ. 1. ἐγκυκλοπαιδεία, orbiculata diſciplinarum ſeries, ſive doctrinæ orbis, quaſi ἐγκύκλιος παιδεία, orbicularis doctrina. *Quintil.* Ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Græci ἐγκυκλοπαίδειαν vocant. ¶ Græca vox eſt, Græciſque literis ſcribenda.
Endelechia, V. Entelechia.
Endiădys, yos, ſ. 3. Figura, cum una res metri cauſa in duas dividitur, ut apud *Virg.* Molemque, & montes inſuper altos. pro molem montium. *Serv. in 2. Æn.* Sed ibi legendum eſt ἐν διὰ δύο, *unum per duo*. V. *Voſſ. l. 3. Inſtit. Orat.*
Endiœum, V. Eudiœum.
Endo, præp. in, apud vet. ab ἐν τῷ, *in hoc*, vel ab ἔνδον, *intus*. *Cic. 2. de Leg.* Ollos, quos endo Cœlum merita vocaverint, al. *endo Cœlo merita locaverunt Feſt.* Endo procinctu. *Lucret. l. 2. v. 1094.* Endo manu.
Endoitium, n. 2. initium, apud vet. *Feſt.*
Endopedio, V. Indupedio.
Endoplōro, n. 1. imploro, apud vet. *Feſt.*
Endotercīſus, a, um, adject. V. Intercīſus.
Endromidātus, o. 1. endromide veſtitus. *Sidon. l. 2. ep. 1.* Tu endromidatus exterius, intrinſecus faſceatus.
Endrŏmis, idis, ſ. 3. veſtis hirſuta longiore villo, al. folox, burrus, burra, a ῥῖμος, curſus, quod illa in curſu uterentur, ne ſcil. poſt exercitationem caleſacta corpora refrigeſcerent. *Juven. Sat. 3. v. 103.* Ignis culum brumæ ſi tempore poſcas, Accipit endromidem.
Endymĭon, onis, m. 3. nomen ejus, qui primus Lunæ curſum invenit. Fabulantur, hunc a Luna adamatum fuiſſe, & ab ea in Latmio Cariæ monte conſopitum, ut eum dormientem oſcularetur, & nondum experrectum adhuc dormire. Hinc prov. Somnus Endymionis. *Plato in Phædone*; *Cic. 5. Fin.* & *1. Tuſc. c. 38.*
Endymonēus, a, um, adject. ab Endymione. *Auſon. Idyl. 6. v. 40.* Endymioneos ſolita affectare ſopores, Cum face, & aſtrigero diademate Luna bicornis.
Enecātrix, icis, ſ. quæ enecat. *Tert. adv. Marc. l. 1. c. 29.* Duritia Pharaonis naſcentium enecatrix.
Enĕco, (Veteribus enĭco) as, avi, atum, a. 1. idem quod neco, *ammazzare*, *ſtrangolare*, ἀναιρεῖν. *Plaut. Amph. 5. 1. 67.* Puer ambos angues enecat. *Col. l. 11. c. 3.* Ne herbis enecetur ruta. ¶ Enecare aliquem, translate ſumitur pro valde moleſtum eſſe, obtundere, obruere. *Ter. Eun. 3. 5. 6.* Rogitando aliquem enecare. ¶ Apud *Plaut.* eſt *Enico* antiquo more, *Merc. 3. 2. 14.* Jam jurgio enicabit, ſi intro rediero.
Enectus, a, um, adject. ſignificat non tam mortuum, quam propemodum mortuum, ut inquit *Val. l. 6. c. 28. ſmunto*, *conſumato*, *mezzo morto*, διαφθαρμένος, ἐκπνεύσας, ut enectus fame. *Cic. 2. Divin. c. 35.* Siti enectus, *Id. Tuſc. 1. c. 5.* Enectus inopia, *Id. l. 1. Divin. c. 29.* Provincia enecta, *Id. Attic. l. 6. ep. 1.* ¶ Ponitur & pro mortuo. *Plin. lib. 7. c. 9.* Auſpicatius enecta parente gignuntur. Loquitur de iis, qui e cæſo matris utero prodeunt.
Energēma, atis, n. ἐνέργημα, opus, effectus, ſeu ἀποτέλεσμα, quod operationem ſequitur. V. *Tertul. de Præſcript. c. 30.* & *de car. Chriſti, c. 34.*
Enervatio, onis, ſ. *debolezza*, *fiacchezza*, virium defectus. *Arnob. lib. 3.* Voluptatis enervatione langueſcere.
Enervātus, a, um, adject. *fnervato*. ¶ Sæpe translate ponitur pro homine ſine animo. *Cic. pro Sext.* Cum hominibus enervatis, atque exanguibus Conſulatus tanquam gladius eſſet datus. ¶ Item pro levi, infirmo. *Cic. 4. Tuſc. c. 17.* Mollis, & enervata putanda eſt Peripateticorum ratio, & oratio.
Enervis, ve, o. 3. vel enervus, a, um, *debole*, חלש, Ger. *ſchwach*, *vveibiſch*, Gal. *foible*, *mol*, Hiſ. *flaco*, *sin nervos*, ἀνευρος, debilis, quaſi ſine nervo. *Quintil. l. 9. c. 4.* Duram potius, atque aſperam compoſitionem imalim eſſe, quam effœminatam, & enervem. *Apul. lib. 1. Met.* Enervia ſaltatio. id eſt, quæ ſinuoſis flexibus, & corpore plicatili fit.
Enervo, as, a. 1. *indebolire*, *fnervare*, חלש, Ger. *ſchwächen*, Gal. *enerver*, Hiſp. *enflaquecer*, ἐκλύω, debilito, quaſi nervis, & robore ſpolio. *Cic. de Sen. c. 10.* Non plane me enervavit ſenectus.
Engibăta, quid ſint apud *Vitr. l. 10. c. 12.* non ſatis conſtat. V. *Bald. Lex. Vitruv.*
Engonăſi, indecl. ſideris nomen, al. Ingeniculus, quaſi ἐν γόνατι, in genibus. Ab Ovidio *genu nixus* dicitur. *Manil. lib. 5. v. 645.* Nixa genu ſpecies, & Graio nomine dicta Engonaſi. ¶ Eſt etiam Engonaſis, is. *Cicer. in Arat.* Engonaſim vocitant, genibus quod nixa feratur.
Engonăton, i, n. ἐγγώνατον, genus horologii Solaris portatilis, de quo *Vitruv. l. 9. c. 9.*
Enharmonĭcus, a, um, ἐναρμόνιος, concinnus, harmonicus. *Macrob. l. 2. in Somn. Scip. c. 4.* Melodiæ muſicæ tria ſunt genera, enharmonicum, diatonum, & chromaticum.
Enhydris, idis, ſ. 3. vel enhydrus, i, maſc. 2. ἔνυδρις, ἔνυδρος, coluber in aquis vivens. *Plin. l. 33. c. 7.* & *c. 9.* & *l. 30. c. 3.* ¶ Item gemma, in qua aqueus liquor fluctuare videtur. *Plin. l. ult. c. antep.*
Enĭber, vel eneber, bra, brum. V. Inebræ aves.
Enĭco. V. Eneco.
Enim, *perciocchè*, כי, Ger. *dann*, Gal. *car*, Hiſ. *porque*, γὰρ, nam, conjunctio cauſalis. Fere ſemper poſtponitur. *Cic. l. 1. de nat. Deor.* Terra enim profecto pars mundi eſt. *Idem Ver. 4.* Attendite enim diligenter. ¶ Interdum invenitur in principio orationis, ſed rarius. *Plaut. Moſt. 5. 2. 23.* Enim iſtic captio eſt. Atque ita multis aliis in locis, quæ colligit *Pæus in Lex. Crit. Tac. 4. hiſt. c. 11.* Aſiaticus (enim is libertus) malam potentiam ſervili ſupplicio expiavit. ¶ Neque ſemper probandi cauſa, ſed etiam pro *autem* uſurpatur, ut in allato Taciti exemplo videre eſt, & *Cæſ. l. 5. B. G. c. 7.* Dumnorix cum equitibus Æduorum, inſciente Cæſare, domum diſcedere cœpit, &c. Ille enim revocatus reſiſtere, ac ſe manu defendere cœpit. ¶ Habet etiam vim affirmandi, ut *enimvero*. *Plaut. Caſ. 2. 4.* Te, uxor ajebat tua, me vocare. St. Ego enim vocare jubli. *Ter. Adelph. 2. 1. 14.* At enim non ſinam. ¶ Aliquando non cauſam, ſed effectum ſignificat, ſumiturque pro ideo. *Virg. Georg. 3. v. 70.* Semper erunt, quarum mutari corpora malis; Semper enim reduce. ¶ Interdum redundat ad elegantiam. *Virg. 1. Æn. v. 23.* Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci Audierat. *Plaut. Amph. 2. 2. 34.* Quid tibi iſtuc in mentem venit? So. Quia enim ſero advenimus.
Enimvēro, adv. ſignificat certe, *certamente*, καὶ μὴν, & fere ponitur in principio. *Ter. And. 1. 3.* Enimvero, Dave, nihil loci eſt ſocordiæ. Ubi *Donatus* notat, hoc adverb. ſignificationem habere nimium permoti, ac irritati animi. Sic *Cic. Ver. 3. c. 26.* Enimvero ferendum hoc non eſt. ¶ Interdum poſtponitur. *Ter. Eun. 2. 3. 37.* Incommode hercle. Ch. Immo enimvero infeliciter.
Enipeus, m. 2. flu. parvus Theſſaliæ, qui ex Olympo Monte profluit, Pharſalum urbem alluit, ac in Peneum Apidamo mixtus delabitur. ¶ Enipeus item, Enipheus, Barnichius, ſ. Peloponneſi, qui in Alpheum fluit. *Luc. l. 7. v. 116.* Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.
Enĭſis, m. 3. *Niſi*, flu. parvus Siciliæ, in valle Demonæ, qui in fretum Siculum cadit ex adverſo prom. Leucopetræ.
Enitĕo, es, ui, n. 2. *riſplendere*, ἐκλάμπω, clare, ſeu valde niteo. ¶ Translate *Auct. ad Her. l. 4.* Unum potuiſſe in omnibus elocutionis partibus enitere. *Cic. pro Flac. c. 7.* Athenæ non ſolum in Græcia, ſed prope cunctis gentibus enitebant. *Liv. l. 1.* In eo bello virtus enituit Tullii.
Enitesco, is, ui, n. 3. idem quod eniteo, *riſplendere*, *comparire*. *Col. l. 9. c. 14.* Mel optimæ notæ enitescit Autumni Æquinoctio. *Gel. l. 17. c. ult.* Jam fama, virtuſque felicitatis Romanæ apud exteras gentes enitescere incœptabat.
Enītor, eris, enīſus, vel enixus ſum, d. 3. *ſforzarſi*, παρέομαι, eſt conari, elaborare, multo conamine, & labore aliquid perficere. *Cic. in Fam. l. 3. ep. 10.* Illud pugna, & enitere, ne quid temporis mihi prorogetur. *Id. de Amic.* Eniti, & efficere, ut, &c. *Id. 2. de Orat.* Eniti in aliqua re. ¶ Ponitur & pro, cum difficultate in altum aſcendere. *Curt. l. 8. c. 11.* Nihil tam altum natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti. *Plin. l. 18. c. 28.* Per ardua enīſus. *Tac. Ann. 2. c. 20.* Ut pars æquo aditu in ſilvam incederet, pars obiectum aggerem conteretur. ¶ Metonymice ponitur pro parere, *partorire*, quia mulieres pariendo valde laborant. *Plaut. Ampb.* Geminos Alcmena enītitur. *Liv. l. 40. c. 4.* Theoxena plures enixa partus. *Colum. l. 8. c. 11.* Gallinæ ova eniteutes.
Enixe, adverb. *ſtudioſamente*, Ger. *mit allem fleiſſ*, Gal. *avec toute diligence*, *avec effort*, Hiſ. *muy cuydoſamente*, ſπλοτίμως, ſtudioſe, & cum magno conatu. *Cic. pro Sext. c. 16.* Meam cauſam omnes boni enixe ſuſceperant. *Suet. Tiber. c. 50.* Quo enixius opem ferrent. *Id. in Cæſ. c. 5.* Auctores reſtituendæ Tribunitiæ poteſtatis enixiſſime juvit.
Enixim, adverb. idem quod enixe. *Siſen. apud Non. c. 2. n. 301.* Enixim omnia facere, ac dicere contra fortunas, atque honores hujus ordinis.
Enixus, us, ui, m. partus, *parto*. *Plin. l. 10. c. 63.* Poſt unum ab enixu annum.

Enixus, a, um, adject. qui enititur, & conatur; item qui fidit aliqua re. *Tac. Ann.* 14. *c.* 27. Fratris opibus enixus. ¶ Enixa mulier dicitur, quæ peperit, & partu levata est. V. *Non. c.* 1. *n.* 281. & *c.* 4. *n.* 166. *Virg. Æn.* 3. *v.* 391. Sus triginta capitum fœtus enixa. ¶ Passiva significatione *partorito*. *Justin. l.* 43. *c.* 2. Pueri in luco Martis enixi sunt. ¶ Translate est vehemens, intentus. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Conscii sibi enixioris operæ.

Enna, f. 1. *Castro Joanni*, urbs Siciliæ, in umbilico insulæ, in monte, al. in valle Neætina, inter Leontinos, & Panormum ad Occ. ab Enno Syracusano condita, olim templo Cereris clara, ubi Proserpinam raptam fabulantur. V. *Cic.* 6. *Ver. c.* 48.

Enneacrūnos, ἐννεάκρουνος, hoc est novem habens scaturigines: ab ἐννέα, novem, & κρουνὸς, scaturigo. *Plin. l.* 4. *c.* 7.

Ennæus, a, um, adject. ab Enna. *Sil. l.* 14. *v.* 246. Cum rapta præceps Ennæa virgine flexit. h. e. Proserpina.

Ennam, ἦγχα, etiam ne, apud vet. *Fest.*

Enneapharmăcum, i, n. ἐννεαφάρμακον, emplastrum constans ex novem rebus, cera, melle, sevo, resina, myrrha, rosa, medulla vel cervina, vel vitulina, vel bubula, hyssopo, & butyro: ab ἐννέα, novem, & φάρμακον, medicamentum. *Cels. in lemmate c.* 19. *l.* 5.

Enneaphyllon, n. 2. ἐννεάφυλλον, herba naturæ causticæ, foliis longis novenis, lumborum doloribus, & coxendicum utilissima. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Enneemimĕris, f. 3. apud Grammat. est sectio versus Heroici, cum cæsura fit post quartum pedem, & in nonam fere syllabam incidit, ab ἐννέα, novem ἥμισυς, semis, & μέρος, pars. Sed vox Græca est, & græce usurpanda.

Ennenses, ium, Ennæ urbis incolæ. *Cic. Ver.* 6. Ennensium nemus, Siciliæ umbilicus.

Ennianista, æ, m. 1. Ennii imitator. *Gel. l.* 18. *c.* 5. Eamus auditum nescio quem istum ennianistam.

Enniānus, a, um, adject. possess. ab Ennio, ut Ennianus populus. *Gel. l.* 12. *c.* 2. Ennianum hemistichium, *Ascon. in Verr.* 3. *c.* 18.

Ennĭus, m. 2. Ἔννιος, Poeta Latinus. Natus est Rudiis opp. Calabriæ, in Salentinis. *Cic. pro Arch.* Sed Eusebius Tarentinum facit. Natus est Q. Valerio, & C. Manilio Coss. anno U. C. 510. ætate M. Catonis. *Cic.* 1. *Tusc.* Charus fuit Africano superiori. *Cic. pro Arch.* Multas fabulas scripsit, Thyestem, Medeam, Andromacham, &c. *Cic. in Bruto*, 1. *Fin.* 1. *de Divin.* Scripsit Annales, bellum Punicum secundum hexametris, & alia. Ejus scripta omnia penitus interierunt. Sententiarum gravitate excelluit, sed cui verborum cultus minime responderet. Fertur Virgilius ex Ennii scriptis nonnulla sumpsisse, & aliquando interrogatus, quid ageret, respondisse, *se aurum ex Ennii sterquilinio colligere*. Periit articulari morbo, quem ex immodico vini usu contraxerat. Mortem obiit Q. Marcio, Cn. Servilio Coss. *Cic. in Bruto*.

Ennosigæus, masc. 2. ἐννοσιγαῖος, Neptunus terræ quassator, ab ἐνόω, moveo, & γαῖα, terra. *Juv. sat.* 10. *v.* 182. de Xerse; Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum. Scribitur & *Enosigæus*, unico *n*.

Eno as, n. 1. *nuotare*, שׂט, German. *Aussschvvimmen*, Gall. *se sauver en nageant*, Hisp. *salir de l' agua nadando*, ἐκνήχομαι, natatione evado, nando aliquo pervenio. *Liv. l.* 33 *c.* 41. Ut nemo ad terram enaverit. *Cic. Fin. l.* 3. *c.* 19. Is, qui enat e concha.

Enodate, adv. *chiaramente*, היטב, כאר, Ger. *klerlich*, Gal. *clairement*, Hisp. *claramente*, δήλως, clare, perspicue. *Cic. de Inv. l.* 1. *c.* 21. Sua diligenter, & enodate narrando. *Id.* 3. *Fin. c.* 9. Hæc nobis enodatius explicanda sunt. *August. l.* 5. *Confess. c.* 6. Enodatissime expedire.

Enodatio, f. 3. purgatio a nodis. ¶ Translate explicatio, expositio. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 24. Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

Enodator, oris, m. qui enodat, & explicat. *Tertull. de Pall. in fine*. Primus enodator vocis. Al. leg. *Edomator*.

Enodatus, o. 1. 2. partic. ab enodor, *spiegato*. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 2. Perspicue conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

Enōdis, de, o. 3. *senza nodo*, Germ. *ohne knef*, Gal. *sans noeuds*, Hisp. *sin nudos*, *desanudado*, ἀνάμματος, planus, sine nodo. *Virg.* 2. *Georg. v.* 78. Aut rursum enodes trunci resecantur. ¶ Translate ponitur pro eo, quod sine difficultate est. *Plin. in Ep.* Fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam.

Enōdo, as, a. 1. *snodare*, Germ. *knepffen seubern*, Gall. *oter les noeuds*, Hisp. *desanudar*, ἐξαμματόω, nodis purgo, nodis exolvo. *Col. l.* 5. *c.* 6. Ulmi summæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro explicare, declarare. *Auth. ad Her. l.* 2. *c.* 10. Contrariæ legis enodabimus voluntatem.

Enorchis, f. 3. gemma, quæ divisa fragmentis testium effigiem repræsentat. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Enormis, me, o. 3. *enorme*, *smisurato*, Ger. *ongestalt*, Gal. *enorme*, *excessif*, Hisp. *enorme*, ἀγνώμων, quod est sine norma, & translate vastum, nimium, sine mensura. *Plin. l.* 9. *epist.* 27. Dijudicandum est, immodicum sit, an grande, altum, an enorme. *Spartian. in Vero*, *c.* 1. Enormior prologus, quam fabula.

Enormĭtas, f. 3. deformitas, *enormità*, *stranezza*, quasi extera normam. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. In structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas invenit, cui applicari, & in quo possit insistere. *h. e.* saxa nullam figuram regularem habentia. *Senec. de constant. Sap. c.* 18. Exilitas crurum, enormitas pedum. ¶ Translate *Tertul. de Anim. c.* 43. Omnis natura aut detraudatione, aut enormitate rescinditur. *h. e.* excessu.

Enormĭter, adv. *smoderatamente*, Germ. *unmessiglich*, Gal. *enormemant*, Hisp. *enormemente*, ἀμέτρως, sine mensura, nimis. *Plin. l.* 37. *c.* 6. Si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

Enotesco, is, tui, n. 3. *farsi noto*, נודע, Germ. *bekant vverden*, Gall. *venir en connoissance*, Hisp. *hazerse conocer*, γνωρίζομαι, notus fio. *Suet. in Oth. c.* 3. Qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit. Adde *Plin. l.* 2. *ep.* 10.

Enŏto, as, avi, atum, a. 1. idem quod noto, *notare*. *Plin. l.* 1. *ep.* 6. Meditabar aliquid enotabamque. Adde *l.* 6. *epist.* 16.

Enovātus, a, um, adject. innovatus, *rinnovato*. *Petron. in Carm.* Et pictis anas enovata pennis. Alii malunt *enotata*.

Enŏvo, as, avi, atum, a. 1. innovo, *rinnovare*. *Cic. Acad.* 1. *c.* 3. Hæc, ne obsolescerent, enovabam, cum licebat, legendo. Al. leg. renovabam.

Ens, entis, o. 3. partic. a *sum*, apud vet. *Prisc. l.* 12. Hinc comp. præsens, absens, potens. ¶ Apud Philosophos *ens*, & pl. *entia*, idem fere est, ac res. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Multa ex Græco formata nova, ac plurima a Ser. Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut *ens* & *essentia*, quæ cur tantopere aspernemur, nihil video, &c.

Ensicŭlus, m. 2. ξιφίδιον, dim. ab ensis. *Plaut. Rud.* 4. 4. 113. In eo ensiculo literarum quid est?

Ensĭfer, ra, rum, o. 1. 2. *spadacino*, Germ. *schvver*, *reger*, Gal. *celuy qui porte epee*, Hisp. *el que trae espada*, qui ensem fert. *Ovid.* 2. *de Art. v.* 56. Ensifer Orion aspiciendus erit. Al. leg. *Ensiger*. *Stat.* 4. *Theb. v.* 321. Ensiferas inter potes ire catervas.

Ensĭger, a, um, adject. ensifer, qui ensem portat. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 388. Ensiger Orion æquore mersus erit.

Ensipŏtens, entis, adject. o. 3. fortis, strenuus, qui ense valet. *Coripp. l.* 4. *v.* 365. Nec non ensipotens membrorum robore constans.

Ensis, m. 3. *spada*, חרב, Ger. *ein schvverd*, Gall. *epee*, Hisp. *espada*, ξίφος, gladius. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ausaque funestum prima est fabricarier ensem. *Ovid.* 5. *Met. v.* 70. Ensem adigere in pectus.

Entelechia, f. 1. ἐντελέχεια, perfectio, vis ex se movens. Hoc nomen ab Aristotele effictum fuit, quo animam appellaret, l. 2. de Anima. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 10. Quintum genus adhibet vacans nomine, & sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem, & perennem, idest naturam immortalem, ac sempiternam, & semper sine intermissione moventem: Sed Græca vox est, & Græcis litteris scribenda.

Entella, f. 1. *Entella*, urbs Siciliæ, apud Castrum veteranum, condita ab Entello Trojano Æneæ comite, & excisa a Federico II. Augusto, in monte, media inter Salemium ad Occ. & Julianam ad Or. ¶ Item *Entella*, *Lavigna*, fl. Liguriæ, qui oritur ex Apennino M. & in mare Medit. cadit inter Clavarum, & Lavaniam in ora Orientali Genuensi.

Enterocēle, f. 1. ἐντεροκήλη, hernia intestinalis, quando intestina prolabuntur vel ad inguina, vel ad scrotum, ob rupturam peritonæi, & tumorem gignunt, ab ἔντερον, *intestinum*, & κήλη, *tumor scroti*. *Cels. l.* 7. *c.* 18. *Martial. l.* 11. *epigr.* 85. Mitior implicitas Arcon secat enterocelas.

Enterocelĭcus, qui enterocela laborat. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Entheātus, a, um, adject. ab *entheo* inusit. numine afflatus, entheus. *Martial. l.* 12. *epigr.* 57. Turba entheata Bellonæ.

Enthēca, orum, n. 2. ἐνθήκη, arma rustica, ab ἐντίθημι, impono, quia agri causa reponuntur, *l.* 2. *§. ult. ff. de instr. vel instr. l. ult. C. de bon. proscript. l.* 68. *§. ult. ff. de leg.* 3. ¶ Entheca, æ, f. *scrigno*, ἐνθήκη, repositorium pecuniæ. *Augustin. serm.* 1. *de vita, morib. Clericor. qui est* 42. *de divers.* Enthecam nobis habere non licet. Non enim est Episcopi servare aurum, &c.

Enthēus, o. 1. 2. ἔνθεος, divino numine plenus. *Senec. Med. v.* 382. Incerta, qualis entheos cursus tulit. *Stat. l.* 1. *silv.* 2. *v.* 227. Hic enthea lauro tempora premit.

Enthymēma, atis, n. *concetto*, *pensiero*, *sentenza*, *argomento*, *entimema*, ἐνθύμημα, ab ἐνθυμέομαι, in animo verso, perpendo, cogito, a θυμὸς, animus. *Quint. l.* 5. *c.* 10. Enthymema (quod nos commentum sane, aut commentationem interpretamur, quia aliter non possumus, Græco melius usuri) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumenti conclusionem vel ex consequentibus, vel ex repugnantibus. ¶ Prima significatio tota Græca est: secunda refertur ad argumentum: tertia ad argumentationem, hoc est ad argumenti elocutionem & figuram. *Id. ibid. c.* 14. Igitur enthymema & argumentum ipsum, idest rem, quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & argumenti elocutionem. Eam vero dixi duplicem: ex consequentibus, quod habet propositionem, conjunctamque ei protinus probationem: quale pro Ligario (*cap.* 6.) *Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset, nunc melior certe ea est, quam etiam dii adjuverunt*. Habet enim propositionem, probationemque: non habet conclusionem. Ita est ille imperfectus syllogismus. Ex pugnantibus vero, quod etiam solum enthymema quidam vocant, fortior multo probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone (*cap.* 29.) *Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis*. Hactenus *Quintilian.* ¶ Itaque cum enthymema dicitur imperfectus syllogismus, vel ideo dicitur, quia per pauca effertur, sive desit propositio, sive assumptio, sive conclusio: vel ideo dicitur, quia non necessario concludit. *Id. l.* 5. *c.* 10. Apodixis est evidens probatio. Hanc & ab Epicheremate differre Cæcilius putat solo genere conclusionis, & esse apodixim imperfectam, epicherema; eadem causa, qua diximus, enthymema a syllogismo differre. ¶ Enthymemata præcipue Rhetorum sunt, & ex contrariis fiunt. *Cic. in Top. c.* 13. Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant: non quod non omnis sententia proprio nomine enthymema dicatur; sed ut Homerus propter excellentiam, commune Poetarum nomen efficit apud Græcos suum; sic cum omnis sententia enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur, acutissima, sola proprie nomen commune possidet. Ejus generis sunt: *hunc metuere, alterum in metu non ponere. Eam, quam nihil accusas, damnas. Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri. Id quod scis, prodest nihil, id quod nescis, obest.* Hæc *Cicero*. Adde aliud exemplum ex eodem apud *Gell. l.* 1. *c.* 4. ¶ Hoc genus argumenti adhibent interdum etiam Philosophi, ut docet *Cicero* 1. *Top. c.* 14. *Juvenal.* Dialecticæ tribuit. *Sat.* 9. *v.* 447. Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit, Dicendi genus, aut curtum sermone rotato Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes.

Enthymēsis, is, f. animatio, vel cogitatio, commentum. Vox græca est, ab ἐνθυμέω, cogito; qua utitur *Tertul.* bis, vel ter, ut *lib. advers. Valent. c.* 14. &c.

Enubilatus, a, um, adject. sine nubibus, serenus, clarus. *Paulin. ad Cyther. v.* 667. Enubilatam veritatem cernimus.

Enubĭlo, as, avi, atum, a. 1. a nubibus purgo, clarum facio. *Tert. l.* 4. *advers. Marc. c.* 36. Clarissimis lucernis vestibula enubilabant.

Enūbo, is, psi, ptum, *maritarsi fuori dell' ordine*, *o grado suo*, ἐγγαμίζω, est extra suum ordinem nubere. *Liv. l.* 10. *c.* 23. Virginiam A. F. patritiam plebejo nuptam L. Volumnio Cos. quod e patribus enupsisset, matronæ sacris arcuerunt. Adde *lib.* 4. *c.* 4.

Enucleate, adv. *apertamente*, *diligentemente*, Ger. *offentlich*, Gal. *clairement*, Hisp. *claramente*, διηκριβωμένως, purgate, exquisite, clare, diligenter, perfecte. *Cic.* 4. *Tusc.* Quæ de perturbationibus enucleate disputat.

Enucleātus, a, um, adject. cui nucleus extractus est, ut enucleatæ uvæ, *Theod. Priscian. lib.* 1. *cap.* 20. Enucleatæ baccæ, *Marcel. Empir. cap.* 20. ¶ Translate *Cic. pro Planc. c.* 4. Suffragia eblandita, non enucleata. h. e. studio, & blanditiis, non judicio, & ratione data. *Id. l.* 3. *de Orat. c.* 9. Genus dicendi acre, acutum, enucleatum. h. e. politum, elaboratum, perspicuum.

Enuclĕo, as, avi, atum, a. 1. *aprire le noci*, Germ. *ein nuss austhun*, Gal. *cerner*, Hisp. *sacar el meollo de las nuezes*, aperio, & nucleum e putamine extraho, idest, tenerum illud, quod in nuce includitur. *Apic. l.* 4. *ad fin.* Duracina enucleabis. ¶ Translate sumitur pro explicare, declarare. *Cic. in Partic. c.* 17. Nec quidquam in amplificatione nimis enucleandum est.

Enūdo, a. 1. idem ac nudo. Translate ponitur pro exponere, interpretari. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 9. Et rerum plurimarum obscuras, & necessarias intelligentias enudavit.

Enumeratĭo, fœm. 3. καταλογος, actus enumerandi. Figura Rhetorica. *Cic.* 3. *de Leg.* Malorum enumeratio, vitiorumque selectio. ¶ Apud Oratores enumeratio est, per quam res disperse & diffuse dictæ unum in locum coguntur, & reminiscendi causa unum sub aspectum subjiciuntur.

tur. *Cic. 1. de Invent. c. 52. Quintil. l. 5. c. 1.*

Enumeratus, a, um, adject. recensitus. *Liv. l. 3. c. 58.* Septem, & viginti enumeratis stipendiis.

Enumĕro, as, a. 1. *numerare*, ἐξαριθμέω, est multas res simul numerare, & recensere. *Cic. 4. Ver.* Me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum.

Enundĭno, as, avi, atum, a. 1. mercari, *comprare al mercato. Tertul. de Idolol. c. 9.* Spiritum Sanctum enundinare.

Enuntiatĭo, onis, f. ἀξίωμα, enuntiatum, effatum, propositio. *Cic. de Fato, cir. princ.* Explicanda vis est, ratioque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα, vocant.

Enuntiativus, a, um, o. 1. 2. quod enuntiat. *Sen. ep. 118.* Sequuntur deinde motus animorum enuntiativi corporum.

Enuntiātrix, icis, f. quæ enuntiat. *Quintl. l. 1. c. 15.* Ars inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix. h. e. Rhetorica.

Enuntiātum, n. 2. idem ac enuntiatio, seu propositio. *Cic. de Fato, c. 9.* Neque, si omne enuntiatum aut verum est, aut falsum, sequitur illico, causas esse immutabiles.

Enuntiātus, o. 1. 2. partic. ab enuntior. *Quintl. l. 2. c. 5.* Sermo rectus, & secundum naturam enuntiatus.

Enuntĭo, as, a. 1. idem ac nuntio, vel e longinquo nuntio, seu significo. *Cic. Att. l. 1.* Qualem esse eum tuæ mihi literæ enuntiarant. ¶ Est item eloqui, proferre, exprimere. *Cic. 2. Fin.* Gravissimæ sunt ad beate vivendum breviter enuntiatæ sententiæ. ¶ Item divulgare & quod arcanum erat, detegere. *Cic. de Or.* Enuntiare mysteria dicendi.

Enuptĭo, f. 3. actus enubendi. *Liv. l. 39. c. 19.* Ut Hispalæ Feceniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset, &c. V. *Enubo.*

Enutrio, is, ivi, itum, a. 4. idem quod nutrio, *nodrire*, ἐκτρέφω. *Colum. l. 3. c. 3.* Sata non ita enutriunt, ut convalescant, *Plin. l. 12. c. 1.* Ut mero infuso enutriantur.

Enyalĭus, m. 2. Mars vel alius belli Deus, ab ἐνύω, occido. Aliquibus dictus videtur Bellonæ filius ab ἐνυώ, *Enyo*, & υἱὸς, *filius. Macrob. l. 1. Sat. c. 9.*

Enyo, f. 4. contract. ἐνυώ, Bellona Dea belli, ab ἐνύω, *occido*. Metonymice accipitur pro bello, vel prælio. *Mart. l. de Spectac. epigr. 24.* Nec te decipiat ratibus navalis Enyo,

E A N T E O.

Eo, is, ivi, vel ii, itum, n. anom. *andare*, הלך, Ger. *gehen*, Gal. *aller*, Hisp. *ir*, *andar*, πορεύομαι, vado, proficiscor, pergo, iter facio. *Cic. Attic. lib. 4.* Iens in Pompejanum, bene mane hæc scripsi. *Liv. l. 42. c. 34.* A Tiberio Graccho rogatus in provinciam ii. *Id. l. 44. c. 43.* Quia recta expedita via ierant. *Virg. 5. Æn. v. 451.* It clamor cœlo. *h. e.* in cœlum. Sic *Sil. l. 15. v. 327.* Ire sorori. ¶ *Ire, redire* contraria sunt. *Id. Philip. 2. c. 32.* Cæsari obviam processisti; isti, redisti &c. ¶ Interdum significat venire. *Virg. 2. Æn. v. 375.* Vos celsis nunc primum a navibus itis. ¶ *Ire pedibus*, est pedibus iter facere. *Plaut. Stich.* Nam pedibus ire non queo. ¶ *Ire in sententiam pedibus*, est alterius sententiam approbare, & ad eam accedere non verbo solum, sed etiam corpore. Hæc ratio inventa est, quod nonnunquam longum erat audire singulos, dum plurimi erant. Cum igitur duæ, tresque sententiæ dictæ erant ab iis, qui primi rogabantur, reliqui in illorum, cum quibus sentiebant, sedilia transibant, ut res expeditius ageretur. Aliquando ne pedibus quidem, præ multitudine, ad sententiam ire possumus, ideoque manu sententiam significamus, quod *Quinctil.* intelligit, ubi ait, *Manibus, pedibusque imus in assentiam necessitatis.* Cum hoc modo sententiæ terebantur, solebat Consul ita pronuntiare: Qui hæc sentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in eam partem ite, qua sentitis. *Fest. & Plin. l. 8. ep. 14.* ¶ Hinc ire, vel discedere, vel transire in alia omnia, est ab auctore sententiæ alicujus dissentire, *esser d'altro parere. Cic. 1. Fam. ep. 2.* De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶ *Ire in consilium*, est de re deliberare, inter se consulere, instrumenta litis percensere, &c. *Cic. 3. Ver.* Si post Cal. Jan. in consilium iretur. ¶ *Navigio ire*, est navigare. *Cic. Att. l. 10.* Navigio esse te iturum trans mare. ¶ *Ire rectis sensibus*, esse recte sentire. *Cic. 13. Phil.* Si me rectis sensibus euntem Dii immortales adjuverint. ¶ *Bene ire* est succedere. *Cic. Att. 14. 15.* Incipit res melius ire quam putabam. ¶ *Ire inficias*, est negare. *Ter. Adel.* Si inficias ibit, testis mecum est anulus, quem amiserat. ¶ *Ire in articulum* dicitur seges, cum nodos veluti articulos quosdam acquirit. *P. in. l. 18. c. 17.* Si in articulum seges ire cœperit. ¶ *Ire in duplum*, &c. est crescere, extendi. *Cic. pro Flac.* Ut si judicatum negaret, in duplum iret. ¶ *Rem ire*, est succedere, agi, expediri. *Cic. Att. l. 14.* Prorsus ibat res. idest, facilior, & expeditior erat. *Id. ib. epist. 15.* Incipit res melius ire, quam putaram. ¶ *Diem ire*, est præterire, elabi, *il tempo passa, fugge. Plaut. Rud.* Verba facimus, it dies. ¶ Itur, imperf. *Cic. pro Cluent.* Itum est in consilium. ¶ Hoc verbum, præter naturam verborum quartæ conjugationis, facit futurum in *bo. Virg. Ecl. 10.* Ibo, & carmina modulabor. ¶ *Ire in aliquem*, est aggredi, *assalire. Id. Æn. 9. v. 424.* Simul ense decoro. Ibat in Euryalum. ¶ *I nunc, ite nunc*, formula increpantis. *Id. Æn. 7. v. 425.* I nunc, ingratis offer te irrise periclis. Eodem sensu invenitur *eat*, apud *Sil. l. 11. v. 392.* Eat nunc improba Juno. ¶ Hoc verbum junctum cum supinis aliorum verborum, idem, quod ipsa, significat, ut ire ereptum, h. e. eripere; ire opitulatum, opitulari. *Ter. Andr. 1. 1. 107.* Cur te is perditum? *Cato apud Fest.* Quod tui prohibitum irem, meo labori non parsi. ¶ Jungitur interdum cum infinitis. *Ter. Hecyr. 1. 2. 114.* It visere ad eam. *Propert. l. 1. el. 2.* Ausonias ibi frænare cohortes. ¶ Ponitur & inter funebria, *Ter. Andr. 1. 1. 90.* Effertur, imus. Ubi *Donatus:* ire, proprie ad exequias. Hinc ire exequias. V. *Exequiæ.* ¶ *Iri*, passiv. *Plaut. Truc. 4. 2. 39.* Iri non potest. h. e. adiri.

Eo, adv. *là, colà*, εἰς τοσοῦτο, illuc, adv. motus ad locum. *Liv. l. 2.* Ipsa vestigia quærentem dominum eo deductura erant. ¶ Item usque ad id. *Liv. in proœm.* Eo crevit, ut jam magnitudine laboret sua. ¶ Dicimus etiam *Eo magnitudinis, sapientiæ, conditionis*, &c. idest, usque ad eam magnitudinem, &c. ¶ Est etiam adv. quantitatis, & ponitur pro tanto, τοσούτῳ, cui respondet, *quo*, idest, quanto, ὅσῳ, & conjungitur cum comparativis, *tanto, quanto. Cic. pro Rosc. Am.* Tenuitas hujus eo magis elucet, quo magis occultatur. ¶ Vel pro ideo, cum partic. *quod, quia, ut. Cic. Att.* Eo maxime id curandum est, quod &c. *Ter. Eun. 3. 1. 25.* Eo ne ferox, quia habes imperium in belluas? *Plaut. Aul. 2. 2. 63.* Eo dico, ne censeas &c.

Eŏdem, adverb. *là, in quel medesimo luogo. Cic. Attic. l. 1.* Res eodem loci est, quo reliquisti, *Nepos Timol. c. 3.* Eodem, quo profectus erat, se recepit.

Eopse, eo ipso. *Plaut. Cure. 4. 3. 6.* Infortunio eopse illo, quo mactare soleo &c.

Eos, Ēōis, Eoi, Eoa, ἠώς, Græca vox auroram significans, ab ἕω, splendeo. *Ov. 3. Fast. v. 77.* Tres ubi luciferos veniens præmiserit Eos.

E P

¶ Potest etiam prima syllaba corripi, quia græce Ἕως quoque scribitur.

Eōus, a, um, o. 1. 2. *Orientale*, כדהז, Ger. *Morgenlich*, Gal. *Oriental*, Hisp. *Oriental*, ἠῷος, vel ἑῷος, Orientalis, ab ἠώς, vel ἑώς, vel ἕως, Aurora. *Virg. 2. Æn.* Confligunt Zephyrusque, Notusque, & lætus Eois Eurus equis. *Propert. l. 3. el. 11.* Felix Eois lex funeris una mariis. ¶ Eous, subst. m. 2. p. p. Lucifer. *Virg. 2. Georg.* Aut cum Sole novo terras irrorat Eous. ¶ Item equus Solis. *Ovid. 2. Met.* Interea volucres Pyroeis, & Eous, & Æthon Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras flammiferis implent.

Eōus Oceanus, Orientalis, Indicus, *Mar della China, e del Giapone*, pars Oceani, qui Asiam ab Oriente alluit prope Sinas, Japoniam, & Insulas Philippinas. Aliquibus est Mare Pacificum, & Mare Australe, *Mar del Zur.* Sed longe ab his distat in Occ.

Eousque, adv. *in tanto*, ἐπὶ τοσοῦτον, usque eo, in tantum. *Val. Max. l. 1. c. 7. de Cyro:* Natam vitem eousque crevisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret. *Hirt. l. 5.* Eousque, ut ab oppido abduci non posset.

E A N T E P.

Epagōge, ἐπαγωγή, figura est, quæ fit rerum similium collatione. *Virg. 2. Æn.* Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi &c. Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat. *Quintil. l. 5. c. 10.* græcis literis scribit.

Epāgon, ontis, vel Epago, onis, m. ἐπάγων, artemon navis, sive trochlea, qua funes, & cætera navis armamenta explicantur. *Vitruv. l. 10. c. 5.*

Epaminondas, m. 1. ἐπαμεινώνδας, nobilis Thebanus, filius Polymni, summus vir omnis Græciæ. Incertum fuit, vir melior, an dux esset. Post multa clarissima facinora edita, apud Mantineam graviter vulneratus est. Ut relatus in castra, semianimis vocem, spiritumque collegit, id unum a circumstantibus requisivit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis: quod ut servatum audivit, allatumque velut laborum, gloriæque socium osculatus est, iterum quæsivit, utri vicissent: ut audivit Thebanos, bene habere se rem dixit, atque ita veluti gratulabundus patriæ expiravit. Gloria Thebanorum cum Epaminonda & nata, & extincta est. Nam post ejus interitum devoluti sunt in pristinam servitutem. *Cic. 2. Fin. & 1. Tusc. Justin. l. 6. Nepos in ejus vita.*

Epanadiplōsis, is, ἐπαναδίπλωσις, figura est repetitionis, cum verbum aliquod, quod versus initium fuit, eundem claudit, ut, *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Vox græca, & græce usurpanda. V. Grammatic.

Epanalepsis, ἐπανάληψις, repetitio sententiæ post aliqua interjecta. Exemplum habes apud *Virg. 2. Georg. in princ.* ubi ait: Huc pater o Lenæe &c. *Charis. l. 4.* V. Etiam *Auct. ad Heren. l. 4. c. 14.* Sed vox græca est, & græcis literis scribenda.

Epanaphŏra, æ, ἐπαναφορά, (græca vox) repetitionis species est, cum sc. ab uno verbo plures sententiæ inchoantur. *Virg. Ecl. 10.* Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori, Hic nemus &c. V. Grammatic.

Epanastrŏphe, ἐπαναστροφή, repetitio, cum verbum in fine præcedentis, & in principio sequentis sententiæ repetitur. *Virg. Ecl. 8.* Sic Tytirus Orpheus, Orpheus in silvis &c. Apud Grammaticos. Vox græca, & græce scribenda.

Epanŏdos, i, ἐπάνοδος, vox græca, regressio est ad eandem vocem, diversum quiddam in partibus per πρόληψιν significans, ut *Virgil. Æn. 2. v. 434.* Divellimur inde Ithitus, & Pelias mecum, quorum Ithitus ævo Jam gravior. V. Grammat.

Epanorthōsis, is, ἐπανόρθωσις, Correctio, qua interdum verbum, interdum sententia tollitur, ut *Cic. pro Planc. c. 41.* Brundusium, vel potius ad mœnia accessi. *Id. 2. Offic. c. 22.* Italiam ornare, quam domum suam maluit, quamquam Italia ornata domus ipsa mihi videtur ornatior. ¶ Vox græca est, & græcis literis scribenda.

Epaphærĕsis, ἐπαφαίρεσις, apud Græcos est ablatio, detractio, ab ἀφαιρέω, *tollo*. Transfertur ad tonsionem capillorum. *Martial. l. 8. epigr. 52.* Expingitque cutem, facitque longam Detoniis epaphæresim capillis.

Epastus, a, um, particip. *chi s'è pasciuto. Ovid. in Halieut. v. 119.* Ut scarus, epastus solas qui ruminat herbas.

Ependўtes, æ, m. amictus, vestis quæ super alias induitur. *Hieronym. in vita Hilarionis.* Pelliceum habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat.

Epenthĕsis, ἐπένθεσις, (vox græca, & græcis literis scribenda) figura dictionis est, qua in medio vocis syllaba, vel litera apponitur, ut Mavors, pro Mars, Relliquiæ, pro reliquiæ. V. Grammat. Donat. de schematib. &c.

Epexegĕsis, ἐπεξήγησις, græce est appositio, figura Syntaxeos, ut Urbs Roma. *Serv. ad Æn. 6. v. 7.*

Ephalmător, oris, m. saltator, ab ἅλλομαι, salio. *Jul. Firmic. l. 8. c. 15.* Petaminarius, ephalmator, orchestropalarius.

Ephebātus, a, um, adject. ephebus factus. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 552.* Ephebatum mulieravit.

Ephebēum, i, n. ἐφηβεῖον, locus in palæstra, ubi puberes exercebantur. *Vitruv. l. 5. c. 11.* & *Palladius.* al. leg. *ephebium.*

Ephebia, æ, f. *pubertà. Donat. ad Terent. Andr. 1. 1. 24.* Ephebia prima ætas adolescentiæ est; adolescentia extrema pueritiæ. V. *Censorin. de die Natali c. 5.*

Ephebĭcus, a, um, adject. ad ephebum pertinens, puerilis. *Apul. l. 10. A.* Adest luculentus puer audus, nisi quod ephebica chlamyda sinistrum tegebat humerum.

Ephebium. V. Ephebeum.

Ephēbus, m. 2. *giovanetto di prima barba*, נער, Germ. *jangling, en ab*, Gal. *jeune*, Hisp. *joven*, ἔφηβος, pubes, seu qui jam ad annos pubertatis pervenit, ex ἐπί, & ἥβη, *pubes, juventus. Cic. 1. de nat. Deor.* E gregibus epheborum vix singuli reperiebantur. *Ter. Andr. 1. 1. 24.* Excedere ex ephebis. ¶ *Censorinus de die natali, c. 5.* statuit, ephebum proprie dici eum, qui decimum sextum annum attigerit. V. *Ephebia.*

Ephecton, i, ἕπτον, septenarius numerus, qui senarium continet, & unitatem impositam. *Vitruv. l. 1. c. 1.*

Ephĕdra, æ, *coda di cavalla*, genus herbæ arbores scandens, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris multis, radice pallida. *Plin. l. 26. c. 7.*

Epheměris, f. 3. *giornale*, Germ. *buch, darinn man teglich anfftgab, oder geschcicht schreibet*, Gal. *registre, & papier journal*, Hisp. *libro de caxa, diario*, ἐφημερίς, diarium, acta diurna, calendarium, adversaria, liber, in quo res gestæ per singulos dies scribuntur, ab ἐπί, & ἡμέρα, dies. *Cic. pro Quintl. c. 18.* Ad ephemeridem revertitur, invenitur dies protectionis. *Propert. l. 3. el. 21.* Et ponit duras inter ephemerides.

Ephemĕron, n. 2. ἐφήμερον, animal in Sarmatia Europæa, apud Hypanim fl. eodem, quo natum est, die moriens. *Aristot. l. 5. Anim.* ¶ Item genus herbæ. *Plin. l. 25. c. 13.*

Ephesĭnus, a, um, &

Ephesĭus, a, um, adject. *di Efeso*, ut Diana Ephesia, *Cic. 1. de Div. c. 23.* Sic Ephesina mulier, *Id. Philip. 3.* ¶ Ephesiæ literæ dicebantur quædam

dam notulæ magicæ, & superstitiosæ, quibus Ephesii in omni negotio utebantur. V. *Clem. Alex. 5. Stromat.*

Ephĕsus, f. 2. *Efeso*, Turc. *Figena*, urbs Asiæ min. in Jonia, in ora lit. maris Ægæi, & fin. Joni, versus ostia Caystri fl. Condita fuit ab Amazonibus anno 40. a Troja inceptâ, cum templo magnificentissimo in honorem Dianæ. Hoc templum ducentis viginti annis a tota Asia extructum fuit, in solo palustri, ne terræmotus sentiret. In eo centum viginti septem columnæ fuerunt singulæ a singulis Regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, inter quas triginta sex cælatæ miro artificio fuerunt. Ab Herostrato quodam incensum, ut se hac re immortalem faceret, totum conflagravit ea nocte, qua Alexander M. natus est.

Ephialtes, æ, Neptuni, aut Aloei filius, Oeti frater, quos ambos, cum ingenti corporis mole & viribus confisi in cœlum ascendere niterentur, Apollo & Diana sagittis confixerunt. *Virg. 1. Georg.* ¶ Ephialtes etiam dicitur incubo, seu incubus, h. e. morbus, quo dormientes vi quadam opprimi se, & pene suffocari videntur, ab ἐφάλλεσθαι, insilire. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 3.*

Ephippĭa, orum, n. 2. *selle di cavalli*, כר, Germ. *Sattel*, Gall. *selles*, Hisp. *sillas*, ἐφίππια, tegmina, seu stragula, quibus equi sternuntur, vel sellæ equis ad insidendum impositæ, ab ἐπὶ, *super*, & ἵππος, *equus*. *Hor. in Epist. 14. l. 1. v. 44.* Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. ¶ In singulari num. legitur apud *Varron. l. 2. R. R. c. 7. ad fin.*

Ephippiāti equites, qui ephippia habent in equis. *Cæs. l. 4. B. G. c. 2.* Itaque ad quemvis numerum ephippiatorum quamvis pauci adire audent.

Ephŏdus, i, ἔφοδος, græce est insinuatio, h. e. oratio per simulationem, & circuitionem obscure subiens auditoris animum. ¶ *Jul. Firmic. l. 6. c. 32.* Generales cujusque genituræ ephodi. h. e. ingressiones, initia, institutiones.

Ephŏri, m. 2. Magistratus Spartanorum a Theopompo institutus ad refrænandam potentiam Regis, & Senatus, ut apud Romanos Tribuni plebis Consulibus oppositi fuere, ab ἐφορῶ, *intueor*, quod ad civitatis salutem oculos intentos haberent. Horum potestas tyrannica fuit, quæ tanta erat, ut nec Regi assurgerent, ac Regem etiam in vincula conjicere possent. *Cic. 3. de Leg. & 1. Tusc.*

Ephŏrus, m. 2. Cumanus, discipulus Isocratis. In Ephoro opus fuit calcaribus, in Theopompo frænis. *Cic. 3. de Or. in Bruto.* Rhetoricam scripsit. *Cic. in Or.*

Ephraïm, Tribus Judææ, inter Tribum Beniamin ad Aust. & Tribum Manasses ad Bor. mare Syriacum ad Occ. Jordanem fl. ad Or.

Ephyra, æ, vel Ephyre, es, Corinthus primum dicta fuit, ἐφύρα. *Plin. l. 4. c. 4.*

Ephyrēias, adis, patronym. Corinthia. *Claudian. de bello Get. v. 629.* Scilicet Argolicas, Ephyreiadesque puellas Cœperat, & pulcras jam fastidire Lacænas.

Ephyrēius, Ephyræus, & Ephyrēus, a, um, adject. Corinthius. *Lucan. l. 6. v. 17.* Ephyreaque mœnia servat. h. e. Dyrrhachium quod coloni Corinthiorum Corcyræi condidere. *Silius l. 14. v. 181.* Ephyræa ad mœnia vertit. Ubi Syracusæ intelliguntur a Corinthiis conditæ. *Virg. 2. Georg. v. 464.* Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra.

Epibădes, um, f. 3. vel potius Epibates, ut Bayfius censet, naves onerariæ solis vectoribus transvehendis servientes. *Leg. 1. §. 12. Dig. de Exercit. act.* Al. aliter leg.

Epibăta, æ, m. miles in navibus merens, classiarius. *Hirt. de Bel. Alex. c. 11. & Afric. c. 20. 62. & 63.*

Epicharmus, m. 2. Philosophus Syracusanus, filius Tityri, vel Chimari, auditor Phythagoræ. Scripsit de natura rerum, & medicina. A Hierone propter comœdiæ obiectenitatem in exilium pulsus est.

Epichirēma, atis, n. ἐπιχείρημα, ab ἐπιχειρέω, argumentis adstruere, & tueri conor; si vim nominis spectes, significat conatum mentis excogitantis aliquid, quod probationem & fidem faciat. Itaque *Virg.* apud *Quinct. l. 5. c. 10.* Aggressionem vocat. Est autem, si Logice accipiatur, argumentatio, quæ opponitur demonstrationi, quatenus demonstratio per propria & necessaria rem manifestat, epichirema per communia & probabilia. Differt porro ab enthymemate, quemadmodum demonstratio a syllogismo, quia videlicet demonstratio, & epichirema proprie ad materiam referuntur, syllogismus & enthymema ad formam. *Quintil. l. 5. c. 10.* Ἀπόδειξις est evidens probatio. Hanc & ab epichiremate differre Cæcilius putat solo genere conclusionis: & esse apodixim imperfectam, epichirema: eadem causa, qua diximus & enthymema a syllogismo distare. Al. perperam leg. *esse apodixiam imperfectum epichirema*. Hinc apparet, cur Rhetores argumentationes suas enthymemata, & epichiremata vocent. Utroque enim nomine significatur argumentatio conclusionis non necessariæ: sed primum refertur ad formam, secundum ad materiam. Ceterum & alterum pro altero, & utrumque varia significatione ab iis adhibetur, ut est apud *eund. ibid. c. 14.* Celeberrima est illa, qua epichirema sumitur pro tota aliqua argumentatione, pluribus membris, & eorum probationibus conflata; unde est fortasse ratio nominis. V. *ibid.* ¶ Scribitur & *Epicherema*.

Epichysis, is, ἐπίχυσις, vas vinarium, e quo in cyathos vinum effundebatur. *Plaut. Rud. 5. 2. 32. Var. de L. L. 4. c. 26.*

Epicœnum, ἐπίκοινον, vox græca, apud Grammatic. est promiscuum genus eorum nominum, in quibus sexus uterque per alterum apparet, ut loquitur *Quintil. l. 1. c. 4.* ut lepus, passer, &c.

Epicŏpus, a, um, adject. ἐπίσκοπος, vox græca. *Epicopus Phaselus* in quibusdam editionib. apud *Cic. l. 14. ad Attic. ep. 16.* dicitur, qui in procinctu est ad navigandum. Al. leg. Episcopius, & aliter explicant. V. *Episcopius*.

Epicrātes, ἐπικράτης, princeps Athenienstum fuit, teste *Cic. Fam. 16. ep. 21. Id. Attic. l. 2. ep. 3.* scribit: Epicrates verti potest, qui omnia tenet. Atque ideo in ead. epist. eo nomine videtur appellare Pompejum, qui tunc in R. Rep. primas agebat.

Epicrŏcum, n. 2. genus vestimenti, croceo colore tinctum, tenue, & pellucidum. *Fest. Nav. apud Var. l. 6. de L. L.* Diabathra in pedibus habebat, & erat amictus epicroco.

Epictētus, m. 2. ἐπίκτητος, nomen Philosophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neroni familiari servivit, atque ad Marci usque Antonini tempora pervenit, Domitiano autem imperante, ejus dominatu offensus, Roma Hierapolim migravit, ratus verum esse, quod est apud Tragicum: *patriam esse cujusque, ubi quis recte agerat*. Scripsit Enchiridion, opus utile ad recte vivendum, quod Angelus Politianus Latinum fecit. Tanta apud omnes homines ejus vitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrius Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus ob ejus auctoritatem veniisse tradat.

Epicurēus, a, um, adject. ἐπικούρειος, ad Epicurum pertinens, ut Epicurei Philosophi, Epicuri sectatores, & medicamenta Epicurea, apud *Cic. 3. Tusc. c. 21. & 2. Fin. c. 7.* ¶ Vulgari notione Epicureus pro voluptatibus dedito usurpatur. *Sidon. Carm. 15. v. 125.* Ast Epicureos eliminat undique virtus.

Epicūrus, m. 2. fil. Neoclis. Sami natus, vel educatus est. *Cic. 1. de nat. Deor.* Posuit summum bonum, non in voluptate mobili, quæ sensibus percipitur, ut Aristippus, sed in voluptate stabili, quæ in animo potissimum sita est, nullo dolore, nec præsente, nec impendente. *Cic. de Fin. in Tusc. de Leg. &c.* Ejus discipuli *Epicurei* appellati sunt.

Epĭcus, a, um, o. 1. 2. quod est carminis heroici, ab ἔπος, carmen, proprie hexametrum, seu heroicum, ab ἔπω, *dico*, ut Poeta Epicus, qui versibus heroicis scribit, Poema Epicum, quod heroicis carminibus contextum est. *Cic. de Opt. gen. Or. c. 1.*

Epidamnĭus, a, um, adject. qui ex Epidamno est, ut Epidamnia natio. *Plaut. Men. 2. 1. 33.*

Epidamnus, Dyrrhachium, *Durazzo*, ἐπίδαμνος, urbs Macedoniæ, in Albania, in ora occidentali maris Jonii. Dicta est Epidamnus, ab Epidamno Rege conditore, & Dyrrhachium a Dyrrhacho ejus nepote ex filia, qui portum urbi adjecit.

Epidaurēus, a, um, idem quod Epidaurius. *Avien. in Arat. v. 207.*

Epidaurĭus, a, um, adject. possess. ab Epidauro, urbe Peloponnesi. *Ovid. l. 1. Pont. el. 3. v. 21.* Afferat ipse licet cunctas Epidaurius herbas, h. e. Æsculapius, qui Epidauri colebatur. *Horat. l. 1. sat. 3. v. 25.* tam cernis acutum, quam aquila, aut serpens Epidaurius. h. e. draco. dicuntur autem dracones esse oculatissimi, unde & nomen habent. nam δέρκειν est videre. Addit autem *Epidaurius*, quia circa Epidaurum frequentes dracones erant.

Epidaurus, vel Epidaurum, *Ragusa*, *Ragusi*, Turc. *Dobronichs*, urbs Dalmatiæ, in ora, ad mare Adriaticum, sui juris, & Reipublicæ caput, ritus Latini, cum portu capaci, & arce valida S. Laurentii dicta. ¶ Epidaurus altera, postea Monembasia, al. Limera, *Malvasia*, urbs Peloponnesi, in Laconia, ad initium fin. Argolici, cum inf. cogn. ¶ Epidaurus item, al. Limera, *Escalapio*, al. *Pigiada*, al. *Cheronisi*, urbs Peloponnesi, in ora Argiæ ad Or. in litore, apud Spiræum prom. & fin. Saronicum, ubi amplum Æsculapii templum fuit, qui inde Epidaurius cognominatus est.

Epidemiurgi, orum, dicuntur metatores hospitiorum in urbibus. h. e. qui in valvis ianuarum inscriptionem ponunt significantem, quis in eo hospitio sit habitaturus. Extat de his Titulus apud *Justinian.*

Epidictĭcus, a, um o. 1. 2. ἐπιδεικτικός, demonstrativus, ab ἐπιδείκνυμι. Epidictica Eloquentia est, quæ versatur circa laudationes, vituperationes, suasiones, seu præceptiones, scriptiones, seu historias, & alia omnia præter quæstiones judiciales, & deliberativas, quæ non a Philosophis, sed ab Oratoribus, vel a Sophistis, vel ab aliis artificibus tractantur. Dicta est a demonstrando, seu probando. Nam cum tria Orator debeat facere, docere, movere, & delectare, quemadmodum movere proprium est Eloquentiæ Oratoriæ, seu Forensis, ita docere, & delectare proprium est Eloquentiæ Epidictice. Denominata vero est a docendo, quia docere magis præcipuum est, quam delectare. *Cic. in Orat. c. 13. ad fi.*

Epidipnĭdes, f. epulæ, quæ in extremo prandio, vel cœna afferuntur. *Martial. l. 11. epigr. 32.* Hinc feras epidipnidas parabit. ¶ Est a δεῖπνον, cœna.

Epidromus, i, ἐπίδρομος, funis quo retia explicantur, & contrahuntur. *Plin. l. 19. c. 1.* Vidimusque jam tantæ laxitatis, ut anulum hominis, cum epidromis transiret, uno portante multitudinem, qua saltus cingerentur.

Epiglottis, seu epiglottis, idis, f. 3. lingula, quæ asperæ arteriæ meatum obstruit, ne ex cibo, & potu aliquid in eam decidat. *Plin. l. 11. c. 37.*

Epigŏni, ἐπίγονοι, ab ἐπιγονή, *fœtus*. Ita dicti sunt ii, quos suscepérunt milites Alexandri M. ex Asiaticis fœminis. *Justin. l. 12. c. 4.*

Epigramma, atis, n. ἐπίγραμμα, proprie dicitur inscriptio, elogium, seu titulus, qui donis inscribebatur, quæ Diis sacrabant. *Nepos in Pausan. c. 1.* Cum ex præda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, cujus hæc erat sententia: *suo ductu Barbaros esse delectos*. Hinc notæ illæ, quæ servis fugitivis inurebantur, *fugitivorum epigrammata* dicuntur a *Petron. in Satyr.* ¶ Quoniam autem hujusmodi tituli versibus plerumque comitabant, hinc epigramma ponitur pro brevi aliquo poemate. *Cic. pro Arch. c. 10.* Epigramma in eum fecit tantumodo alternis versibus longiusculis. ¶ In dativo, & ablat. plur. habet *epigrammatis*. *Cic. Attic. l. 1. ep. 16. ad fin.* Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus.

Epigrammatarĭus, ii, m. qui epigrammata scribit. *Vopisc. in Florian. c. 3.* Quidam epigrammatarius in eum ita lusit.

Epigrammaticus, a, um, adject. ad epigramma pertinens. *Spartian. in Ælio Vero, c. 5.* Martialis epigrammaticus poeta.

Epigrammatĭum, ii, n. *breve epigramma*, ἐπιγραμμάτιον. *Varr. l. 6. L. L.* Idem ostendit Papinii epigrammatium, quod in adolescentem fecerat Cascam.

Epigrammista, æ, m. idem ac epigrammatarius. *Sidon. l. 4. epist. 1.* Si quid heroicus arduum, comicus lepidum, epigrammista lascivum condiderunt. Al. leg. *Epigrammatista*.

Epilepsĭa, æ, f. *epilessia*, *mal caduco*, morbus comitialis, & sonticus, quo totius corporis constitutio convellitur, & vexatur. *Lamprid. in Heliogab. c. 20.* Quod qui ederet, ab epilepsia tutus diceretur.

Epilimma, genus vilissimi unguenti, quo passim utebantur. *Fest.*

Epilŏgus, m. 2. *conclusione*, Germ. *beschluß fred*, Gal. *conclusion*, Hisp. *conclusion*, ἐπίλογος, cumulus, conclusio, peroratio, postrema pars orationis. *Cic. 4. Tusc.* Num etiam Rhetorum epilogum desideramus? *Auct. ad Heren. l. 2. c. 30.*

Epimēlas, m. 1. gemma candida, nigricante superne colore. *Plin. l. 37. c. 10.*

Epimenĭa, n. 3. ἐπιμήνια, dona, quæ Romanis Afri singulis mittebant mensibus, ab ἐπιμήνιος, *menstruus*. *Juv. sat. 7. v. 120.* Veteres, Maurorum epimenia, bulbi. V. *Epimenidium*.

Epimenĭdes, m. 3. ἐπιμενίδης, Poeta Epicureus fuit, patria Cretensis, ætate Pythagoræ, qui a patre Agisarcho in agrum ad custodiendum pecus missus, in quodam antro obdormivit annos LXXV. Hinc emanavit proverbium, *Epimenidis somnum dormire*, in eos dictum, qui perpetuum agunt otium. *Cic. 1. de Div. 2. de Leg. Apul. l. 2. Flor.* Post somnum vates factus est.

Epimenidĭum, n. 2. species bulbi, folio angustiore, & minus aspero. Quidam sic leg. locum *Juven. sat. 7. v. 120.* Veteres, Maurorum epimenida, bulbi. Ut *epimenida* dixerit per syncop. pro *epimenidia*. V. *Epimenia*.

Epimŏne, ἐπιμονή, h. e. perseverantia. Hoc nomine appellatur figura quædam, qua ejusdem dictionis sine intervallo geminatio fit, cum impetu pronunciationis, secundum Diomedem: ut *Virg. 9. Æn. v. 428.* Me, me; adsum qui feci; in me convertite ferrum. Et *Æn. 4. v. 660.* Sic moriamur, ait, sic sic juvat ire sub umbras. ¶ Vox græca est.

Epinephridĭum, ἐπινεφρίδιον, pinguedo in renibus. *Ful. l. 2. Mythol.* Epinephridia formandis fœtibus opponuntur.

Epinīcia, orum, n. *giuochi, e feste per la vittoria*, celebritates pro parta victoria, ut ignes nocturni, solemnes supplicationes, carmina, &c. ab ἐπὶ, in, super, & νικάω, vinco. *Suet. in Ner. c. 43.* Sequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia.

Epinyctĭdes, f. 3. pustulæ minutæ, species exanthematis, a νύξ, *nox*, vel

vel quod noctu oriantur, vel quod nocte potissimum infestent. *Plin. l.* 32. *c.* 8. ¶ Accipitur etiam pro oculorum morbo. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Illitis foliis sanantur & ambusta, & epinyctides: ita vocatur ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

Epiphanēa, seu Epiphania, urbs Ciliciæ sub Amano monte, cujus meminit *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 4. ¶ Sunt & aliæ duæ hoc nomine, altera in Syria, cujus incolas *Epiphanenses* vocat *Plin. l.* 5. *c.* 23. altera ad Euphratem, *Id. ib. c.* 24.

Epiphanīa, f. 1. *apparizione*, ἐπιφάνεια, Græce est apparitio, seu manifestatio, ab ἐπιφαίνομαι, *appareo*. Festum Christianorum, quod incidit in diem sextum Januarii, quod eo die Christus stella indice Magis apparuerit: item quod in baptismo audita sit vox Dei Patris de Christo: Hic est Filius meus dilectus. *Isid. l.* 6. *Orig. c.* 18.

Epiphonēma, n. 3. ἐπιφώνημα, Figura sententiarum, qua summa acclamatio fit super aliqua re narrata, vel probata, ab ἐπιφωνέω, acclamo. *Quintil. l.* 8. *c.* 5. Est enim epiphonema rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

Epiphŏra, æ, f. *distillazione*, *flussione*, ἐπιῤῥοή, humoris distillatio, & in aliquam corporis partem excursus. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 23. Verumtamen Balbus ad me scripsit, tanta se epiphora oppressum, ut loqui non posset. *Plin. l.* 20. *c.* 2. Caro peponum epiphoris oculorum, & doloribus imponitur. *Id. l.* 25. *c.* 13. Epiphoræ tetium.

Epirhedĭum, seu epirrhedium, n. 2. vehiculi genus, non dissimile bennæ, ex ἐπί, & rheda. *Juven. sat.* 8. *v.* 66. Tritoque trahunt epirhedia collo. Vet. Scholiast. ad hunc locum Juvenalis notat, epirhedia significare etiam ornamenta currus.

Epirensis, se, adject. Epiroticus. *Liv. l.* 8. *c.* 17. Samnites bellum Alexandri Epirensis in Lucanos traxit.

Epirōtæ, arum, m. 1. Epiri incolæ. *Liv. l.* 29. *c.* 12. & alibi passim. ¶ In singulari num. *Epirota*, æ, m. & f. *Aurel. Vict. de vir. illustr. c.* 33.

Epiroticus, a, um, o. 1. 2. ἠπειρωτικός, ex Epiro. *Cic. Att. l.* 12. Nisi te Epiroticæ litteræ impedient. ¶ Epirotica mala, *Plin. l.* 15. *c.* 14. quæ & orbicularia dicuntur a figura.

Epīrus, f. 2. Albania inferior, prov. Europæ, inter mare Jonium ad Occ. Thessaliam ad Or. Macedoniam ad Bor. Achajam ad Or. & Mer. Dicta est a Pyrrho Achillis F. Antea Reges habuerat proprios, postea Macedoniæ annexa fuit.

Episcēnium, ii, n. ἐπισκήνιον, quod supra scenam extruitur, scil. columnarum, seu contignationis ordo. *Vitr. l.* 5. *c.* 5.

Episcopālis, le, adject. ad Episcopum pertinens, ut Episcopale solium, *Prudent. in Cyprian. v.* 33.

Episcopātus, us, m. 4. officium, vel dignitas Episcopi. *Ammian. l.* 27. *c.* 3. (al. 6.) Ad rapiendam Episcopatus sedem ardentes. Alii legunt, Episcopalem sedem.

Episcopius, a, um, adject. ut episcopius phaselus. h. e. exploratorius, ab ἐπισκοπέω, exploro, apud *Cic. ad Att. l.* 14. *ep.* 16. Alii aliter leg. V Episcopus.

Episcŏpus, m. 2. *Vescovo*, פְּקִיד, Ger. *Bischoff*, Gal. *Eveque*, Hisp. *Obispo*, ἐπίσκοπος, inspector, ab ἔσκεπται, præt. med. verbi σκέπτομαι, *circumspicio*. Apud Athenienses Episcopi nomen erat Magistratus, ad quem delectus, provinciarumque negocia referebantur. Atque etiam adolescentes ab anno 18. usque ad 20. dicebantur Episcopi regionis, quia hoc tempore lustrabant regionem, ut ingruente necessitate, essent regionis, ac viarum, locorumque gnari. *Cic. Att. l.* 7. *epist.* 1. Quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat ἐπισκόπον, ad quem delectus, & negotii summa referatur. ¶ Hodie hoc nomine appellantur sacri Antistites, qui populo alicujus urbis, & agri, qui ad eam urbem pertinet, in rebus sacris præsunt. *Tertul. de corona militis*, *c.* 9. *& alibi.* ¶ Olim Episcopi etiam dicebantur, qui panificio, & rebus venalibus, quæ civitatum populis quotidiano usui sunt, præerant, ut constat ex *Dig. l.* 50. *tit.* 4. *leg.* 18.

Episcynium, ἐπισκύνιον, supercilium cum nota severitatis. *Tertull. de Pall. c.* 4. Censoriæ intentionis Episcynio dispersо. Lege *Turneb. Adverſ. l.* 7. *c.* 10.

Epistătes, æ, m. 1. ἐπιστάτης, procurator, villicus, præpositus rei faciendæ, ab ἵστημι, sto. *Cato de R. R. c.* 56. Villico, villicæ, epistatæ, opilioni. Ita legit *Popma*. Alii inter *villicæ*, & *epistatæ* non interpungunt, quasi *epistatæ* femininum sit, & cum *villicæ* connexum. Sed ſtandum a *Popma*.

Epistŏla, æ, f. 1. *lettera*, כְּתָב, Ger. *einsendbrieff*, Gal. *lettre*, Hisp. *carta*, ἐπιστολή, scriptum, quod ad absentes mittitur, ab ἐπιστέλλω, *mitto*. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. epist. l. c.* 13. Illud, quod est epistolæ proprium, ut is, ad quem scribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat. ¶ Dicimus epistolam scribere, texere, tradere, reddere, resignare, solvere, complicare, &c. *Cic. sæpe*, & *curt.* ¶ *Ab Epistolis* dicitur esse minister, vel servus, qui epistolis præest, ut videre est in multis Vet. Inscript. & nummis, in quibus etiam sæpe legas *Epistula* pro *Epistola*, quod etiam monet *Manut. in Orthograph.* Immo *Clariſſ. Fontaninus in l.* 1. *de Antiquitatib. Hortæ. c.* 8. contendit, ita scriptum fuisse etiam optimis latinæ linguæ temporibus usque ad sæculum sextum.

Epistolāris, re, adject. ad epistolam pertinens, ut epistolaris charta, *Martial. in lemmate epigr.* 11. *l.* 14.

Epistolĭcus, a, um, adject. epistolaris, ut epistolicæ quæstiones, *Gell. l.* 14. *c.* 7.

Epistolium, n. 2. ἐπιστόλιον, parva epistola. *Catul. epigr.* 69. Conscriptum hoc mittis epistolium.

Epistomĭum, n. 2. ἐπιστόμιον, instrumentum æneum, vel alterius materiæ, in quo est vertibulum pertusum, quo, prout hoc, aut illo modo versatur, clauduntur, & aperiuntur ora salientium, ac fistularum, ab ἐπιστομίζω, *os obstruo*, quod ab ἐπί, & στόμα, *os*. *Sen. epist.* 86. Nisi aquam argentea epistomia effuderint. Quidam scribunt *epitonium*.

Epistrŏphe, ἐπιστροφή, figura est, cum in eadem verba plures desinunt sententiæ. V. *Voſſ. l.* 5. *Inſtit. Orat.*

Epistylĭum, ii, n. *architrave*, membrum architecturæ, quod supra capitulum columnæ sedet. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. & 2. & *l.* 3. *c.* 3.

Epistynalœphe, f. 1. V. Synæresis.

Epitaphista, æ, m. epitaphiorum scriptor. *Sidon. l.* 1. *epist.* 9. Epitaphistarum næniæ.

Epitaphĭum, n. 2. *epitafio*, Ger. *grabſchrifft*, Gal. *epitaphe*, Hisp. *epitafio*, ἐπιτάφιον, inscriptio, quæ sepulcris inciditur in laudem defunctorum, ab ἐπί, *super*, & τάφος, *sepulcrum*. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 12. Quid vero in epitaphio? quomodo idem? &c.

Epităsis, is, ἐπίτασις, exaggerationem significat apud Grammaticos. ¶ In Comœdiis dicitur illa pars turbulenta, & contentiosa ante Catastrophen. Sed vox Græca est, & græcis literis scribenda.

Epithalamium, n. 2. ἐπιθαλάμιον, carmen nuptiale, ab ἐπί, *super*, & θάλαμος, *thalamus*. *Quintil. l.* 9. *c.* 3.

Epithēca, æ, f. ἐπιθήκη, additio, adjectio, *aggiunta*. *Plaut. Trinum.* 4. 3. 18. Nisi etiam laborem ad damnum apponam, epithecam insuper.

Epithēma, atis, n. quod alicui rei ad operiendum imponitur, ut in medicamentis, quod exterius supra vulnus adjicitur. *Scribon. Larg. compoſ.* 160. Post epithemate uti oportet.

Epithematĭum, ἐπιθεμάτιον, medicamentum, quod exterius imponitur. *Priſcian. l.* 2. Epithematium adhibere. Adde *Marcell. Empir. c.* 20.

Epithĕſis, is, ἐπίθεσις, impositio, inscriptio in fraudem alicujus facta. *Ulp. l.* 5. §. 10. *ff. de injur. & famoſ. libel.* Epithesim in notam aliquorum producere. h. e. inscriptionem contumeliosam.

Epithĕton, n. 2. *epiteto*, ἐπίθετον, appositum, adjectivum, ab ἐπιτίθημι, impono, quia nominibus substantivis adjungitur. V. *Quintil. l.* 8. *c. ult. & l.* 9. *c.* 1.

Epithymum, n. 2. involucrum, herba, quæ thymo se involvit. *Plin. l.* 26. *c.* 5. Sed *Iſidoro* est flos thymi, qui est similis thymbræ.

Epitimia, æ, ἐπιτιμία, fama uniuscujusque integra & nulla infamiæ nota læsa. *Modeſtin. in l. ſcire, ff. de tut. & curat.* ¶ Est a τιμή, honor.

Epitogĭum, n. 2. genus pallii, quod super togam ferebatur, ab ἐπί, super, & toga. *Quintil. l.* 1. *c.* 5.

Epitomātus, a, um, adject. *compendiato*, in compendium redactus. *Veget. de re milit. c.* 8. Quæ dispersa sunt, velut epitomata conscribo.

Epitŏme, es, & Epitoma, mæ, f. 1. *abbreviamento*, ἐπιτομή, breviarium, abbreviatio, vel compendium, ab ἐπιτέμνω, seco. *Cic. Att. l.* 12. *epiſt.* 5. An Bruti epitome Fannianorum?

Epitŏmo, as, avi, atum, a. 1. epitomen facio, *compendiare*. *Trebel. Pol. de Zenob.* Ut eam (historiam) epitomasse dicatur.

Epitonium, n. 2. instrumentum, quo tunes intenduntur, ut rota puteo applumbata, per quam dimisso tune aqua hauritur, ab ἐπιτείνομαι, intendo. *Var. R. R. l.* 3. *c.* 5. ¶ Quidam *Epiſtomium* scribunt.

Epitoxis, idis, f. ἐπιτοξίς, a *Vitruv.* dicitur ea pars cava in catapulta, quæ telum suscipit, *l.* 10. *c.* 15. ¶ A τόξον, quod arcum significat, derivatur.

Epitrītus, m. 2. genus pedis. V. Hippus. ¶ Item numerus, qui continet aliquem numerum, & ejus tertiam partem, ut duodecim ad novem. *Gell. l.* 18. *c.* 14. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Epitrochasmus, ἐπιτροχασμός, est figura, qua res magnas, diversasque celeritate quadam percurrimus, a τρέχω, curro. Tale est illud *Cæſaris* apud *Suet. c.* 35. Veni, vidi, vici. V. Grammat.

Epitȳrum, n. 2. ἐπίτυρον, cibi genus ex oleis concisis, addito oleo, aceto, coriandro, cumino, fœniculo, ruta, menta. *Var. l.* 3. *de L. L. Cato R. R. c.* 11. *Colum. l.* 12. *c.* 47. *Plaut. Mil.* 1. 1. 24. ¶ Nomen habet a τυρός, caseus, non quod caseo esset permixtum, sed quod in mensis ante statim, vel post caseum apponeretur. V. *Taub. in Plaut. loc. cit.*

Epitūrus, ἐπίτυρος, m. apud Græcos inspectorem, & custodem significat. ¶ Est etiam paxillus, qui alicujus rei servandæ, & sustentandæ causa affigitur. *Pallad. l.* 12. *tit.* 7. Oleastri epiurum infige radici.

Epizeuxis, f. 3. ἐπιζευξις, conduplicatio, combinatio. Eadem est ac *Epimone*, de qua supra. V. Grammat.

Epizygis, idis, f. ἐπίζυγις, foramen arcus balistarii, seu fibula illa ossea, & transversa clavicula, quæ adductum nervum recipit, & retinet. *Vitr. l.* 10. *c.* 17.

Epōdus, m. 2. ἐπῳδός, genus poematis, in quo versus præcisus post aliquot integros subjicitur, & veluti accinitur. Alii dicunt, Epodum esse, cum singulis versiculis longioribus singulæ clausulæ accinuntur. Exemplar carminis hujus in utroque genere habes apud *Horatium*, quem idcirco alii putant unum ex libris suis Epodon inscripsisse, quia post Odas contecerit. V. *Scalig. l.* 1. *Poet. c.* 44. V. etiam Interpretes Pindari. ¶ Epodos etiam Veteribus appellatos fuisse incantatores, *Quintil.* auctor est *l.* 10. *c.* 1. ¶ Dictus est Epodus ab ἐπί, *ad*, vel *post*, & ᾠδή, *oda*, *cantus*.

Epol, adverb. jurandi, per Pollucem, per syncop. ab Epepol. Veteres enim sine d phthongo scripsere, ut Ecastor, Equirine, &c. *Feſt. & Chriſ. l.* 2. ¶ Epol legitur apud *Plaut.* multis in locis, ut *Asin.* 4. 2. 14. & alibi, quæ loca omnia collegit *Paræus in Lex. Virr.* item apud *Non. c.* 2. *n.* 354. & *Terent. Eun.* 5. 3. 7. Ubique tamen, collatis exemplaribus, variam lectionem invenimus.

Epŏna, Dea equorum præses. *Juv. sat.* 8. *v.* 157. Jurat Solam Eponam, & facies olida ad præsepia pictas. Meminere hujus Deæ *Apul. l.* 3. *Mesam. Tertul. Apol. c.* 16. & *Minut. Felix c.* 28. ¶ Alii legunt: *Jurat Hipponam*, & *facies*, &c. sed male.

Epopta, m. 1. ἐπόπτης, inspector, & speciatim qui admissus esset ad Eleusinia majora. Nam admissi ad minora, quæ præcedere solebant, mystæ dicebantur. *Tertul. adv. Valentin. c.* 1. ut legit *Scalig.* Alii aliter ab ὄπτομαι, *video*.

Eporedicæ, m. 1. domitores equorum, lingua Gallica. *Plin. l.* 3. *c.* 17.

Epos, n. 3. ἔπος, verbum, versus, poema, & speciatim carmen hexametrum, vel heroicum, quo res humanæ, heroicæ, & divinæ comprehenduntur. *Horat.* 1. *Serm. Sat.* 10. *v.* 44. Forte epos acer, ut nemo, Varius.

Epostracismus, m. 2. ἐποστρακισμός, ludus, qui fit testulis, lapillis, & hujusmodi, ab ὄστρακον, testa. *Min. Felix in Octav. cap.* 3. accurate describit.

Epŏto, as, avi, atum, a. 1. potando exhaurio. *Mart. l.* 2. *epigr.* 29. Quæque Tyron toties epotavere lacernæ.

Epōtus, a, um, o. 1. 2. partic. ab epoto, *bevuto*. *Cic. pro Cluent.* Quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis.

Epŭlæ, arum, f. 1. *vivande*, מַטְעַמִּים, Germ. *ſpeiſſ*, Gall. *viandes*, Hisp. *manjar*, ὀψία, cibi in quotidianum hominum usum comparati, ab *edendo*, quasi *edipulæ*. *Cic.* 3. *Phil.* Vino, & epulis retentus, & alea est, si epulæ potius, quam Popinæ nominandæ sunt. ¶ Dicitur etiam hæc vox de cibo quotidiano bestiarum. *Virg.* 4. *Æn.* Epulasque draconi quæ dabat. ¶ Epulum vero significat solemniores cibos, & proprie publicum convivium in propatulo civibus exhibitum, sive in dedicatione templi, sive in triumpho, sive in funere, sive ludorum causa. *Cic. pro Mur.* Cum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine daret. ¶ Sed confunduntur quandoque. Nam epulum pro privato convivio invenitur, & epulæ pro convivio publico. *Cic. pro Planc.* Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum hominum audaciſſimorum conventu, epulisque celebratum est. *Idem de Clar. Orat.* Carmina in epulis cantata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus. ¶ Veteres etiam epula in singulari numero dixere. *Feſtus.* ¶ Translate *Cic.* 1. *de Div.* Mens saturata bonarum cogitationum epulis.

Epulāris, re, o. 3. ἑστιατόριος, quod ad epulas pertinet. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 8. Ut illud ludorum epulare sacrificium facerent. ¶ Hinc Epulares, m. 3. ἑστιάτορες, qui in sacris quibusdam nocte epulabantur. *Feſtus.*

Epulatĭo, f. 3. *convito*, ἑστίασις, convictio. *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 87. Epulatio Jovis omnipotentis. *Colum. l.* 12. *c.* 3. Quæ ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinerent.

Epŭlo, onis, m. 3. & antique epulonus, i, m. 2. δαιτυμών, conviva, qui epulis interest. *Apul. l.* 2. *Miles.* Frequens ibi numerus epulonum. ¶ Epulones, qui Jovi, cæterisque Diis epulas instruebant. In ipsis enim templis interdum Diis, præcipue Jovi, Junoni, Minervæ, tanquam epulaturis, lecti sternebantur, unde *lectiſternium* dictum est, & ad

& ad epulas solemni ritu invitabantur. Primum ipsi Pontifices procurare solebant epulare Iodorum sacrificium: post ab iis creati Tresviri Epulones, qui illas publicorum ludorum epulas curarent. Progressi temporis Quinqueviri facti sunt, postea Septemviri, tandem a Julio Cæsare Decemviri. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 19. *Liv. l.* 33. *c.* 42. & *Fest.* ¶ In singulari num. legitur apud *Liv.* 40. 42.

Epulor, aris, d. 1. *fav convito*, Ger. *zechen*, Gal. *banqueter*, Hisp. *comer, en combites*, δειπνέομαι, est convivari. *Cic.* 2. *de Fin.* Cum in voluptate sint, qui epulentur. *Id. l.* 5. *ad Att. epist.* 9. Saliarem in modum epulari. *Sen. Thyest. v.* 750. Avibus, ferisque epulandum aliquem trahere. ¶ Veteres dixere etiam *Epulo, as*, teste *Priscian. l.* 8.

Epulum, V. Epulæ.

E A N T E Q.

Equa, f. 1. *cavalla*, סוסה, Ger. *stute*, Gal. *jument*, Hisp. *yegua*, ἵππος. *Horat. lib.* 2. *od.* 16. Tibi tollit hinnitum apta quadrigis equa. ¶ In Dat. plur. facit *equis*. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. de equabus Lusitanis e vento concipientibus inquit: Sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennium vivunt. *Priscian.* tamen *l.* 7. cum aliis Grammaticis veteribus declinat *equabus*, cui (præsertim si discriminis opus sit) assentitur *Voss. l.* 4. *de Analog.* & *Valla l.* 1. *elegant. c.* 1.

Equaria, f. 1. *razza di cavalli*, Ger. *ein hauffen rosß*, Gal. *haras*, Hisp. *hato de cavallos*, equile, vel potius equorum grex. *Var. in proœm.* 2. *de R. R.* Quod & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ovarias, & Reatino equarias.

Equarius, ii, m. qui equorum curam habet. *Solin. c.* 45. (al. 57.) *de bucephalo*. Cum ab equario suo alias etiam molliter sederetur.

Equarius, o. 1. 2. quod ad equum pertinet. *Val. Max. lib.* 9. *c.* 25. *n.* 2. Herophilus equarius medicus C. Marium septies Consulem avum sibi vendicando se extulit.

Eques, itis, com. 3. *cavaliere*, *o soldato a cavallo*, פרש, Ger. *reuter*, Gal. *chevalier*, Hisp. *caballero*, ἱππεύς, homo equo insidens. *Virg.* 8. *Æn.* Interea præmissi equites ex urbe Latina. ¶ Sumitur quandoque pro ipso equo. *Virg.* 3. *Georg. v.* 116. Imposuit dorso atque equitem docuere sub armis insultare solo, & gressus glomerare superbos. V. *Gel. l.* 18. *c.* 5. ¶ Per synecdochen eques ponitur eleganter pro equitatu seu equestri exercitu, *cavalleria*. *Tac. Ann.* 1. *c.* 60. Simul pedes, eques, classis apud prædictum amnem convenere. Adde *Flor. l.* 2. *c.* 6. ¶ Eques etiam dicitur, qui est Equestris ordinis. *Cic. pro Rosc. Com.* Quem tu si ex censu spectes, eques Romanus est. V. Equites. *P. Manutius*. Tria genera loquendi Latini Scriptores usurpant. *Equestris Ordinis*, & *Equestri loco natus*: quæ utrum idem significent, an vero differant, & quatenus differant, considerandum. *Eques*, & *Equestris ordinis* idem sunt. Nam Eques quicunque dicitur, idem Equestris ordinis dicitur, & contra. Quod si Eques patre natus est Equite, qui nunquam Senator fuerit, is Equestri loco natus dicitur; sin patre natus est Senatore, Eques quidem, sed non Equestri loco natus dicitur. Qui porro, cum Eques fuisset, in Senatum est allectus, Eques non amplius dicitur, sed assumpto nobilioris Ordinis nomine, Senator: ornamenta tamen retinet Equestria, anulum aureum, & equum publicum. Itaque M. C. cum Equite Romano natus esset, postea quam in Senatum pervenit, non Eques appellabatur, sed Senator. Atque ipse suis in scriptis, cum de Ordine Senatorio loquitur, nostrum appellat: cum de Equestri, non item. Hactenus *Manutius*. ¶ Spectare in equite, est, inter equites in Theatro sedere ad spectandum. *Suet. in Domit. cap.* 8. Licentiam theatralem promiscue in equite spectandi compescuit.

Equester, stris, vel equestris, & stre, o. 3. *da cavallo*, ἱππικὸς, quod pertinet ad equitem, ut equestris pugna, *Cic. Ver.* 6. *c.* 55. Copiæ equestres. *Id.* 2. *Fin. c.* 34. ¶ Ordo equestris Romæ medius erat inter Senatores, & plebem. V. Equites. *Cic. pro Planc. c.* 33. Aderat mecum cunctus equester ordo.

Equestria, orum, n. 2. ἱππικὰ, quatuordecim ordines graduum in Orchestra, in quibus sedebant Equites. *Sen. l.* 7. *de Benef. c.* 12. Equestria omnia Equitum Romanorum sunt.

Equidem, *in vero*, *certamente*, אמן, Germ. *zuvar*, Gal. *certes*, Hisp. *ciertamente*, γέ, ἔγωγε μέν, certe, ab *ego*, & *quidem*, vel ab Ὅ, & *quidem*, & recte jungitur cum primis personis, ut ait *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 1. *v.* 580. Equidem per litora certos Dimittam. *Cic. de Sen. c.* 21. Equidem non video, cur, &c. ¶ Jungitur tamen & aliis personis. *Cic.* 2. *de divin. c.* 70. Huic equidem Antipho, Tu vero, inquit, &c. *Paul. Manut.* suspicatur hoc loco tuendum esse, quod cum tertia persona jungi non soleat. *Pers. Sat.* 5. *v.* 45. Non equidem hoc dubites. *Cic. Att. lib.* 3. Equidem me valde pœnitet. *Pers.* rursus *Sat.* 1. *v.* 110. Per me equidem sint omnia protinus alba. ¶ Conjungitur sæpe cum *ego*. *Sallust. in Jug.* Ego equidem regnum vobis trado firmum.

Equiferus, ri, m. 2. equus ferus. *Plin. lib.* 28. *c.* 13. In primis efficax equiferorum sanguis.

Equila, V. Equula.

Equile, n. 3. *stalla di cavalli*, Ger. *rosß stall*, Gal. *écurie*, Hisp. *caballeriza*, ἱπποστάσιον, stabulum equorum. *Var. l.* 2. *c.* 7. *R. R.* Si frigus erit in equili, faciendus ignis. Adde *Cat. R. R. c.* 14.

Equimentum, n. 2. merces, quæ datur pro admissura equi. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 9. An quantum popposcisses, dedissem equimenti? ¶ Scribitur & *Æquimentum*.

Equimulga, æ, vel Equimulgus, i, m. 1. vel 2. qui equum mulget. *Sidon. l.* 4. *ep.* 1. Equimulgæ Geloni. Alii leg. *Equimulgi*.

Equinus, o. 1. 2. ἱππικὸς, quod ad equum spectat. *Cic. Tusc.* 5. *c.* 20. Gladius seta equina appensus. *Var. lib.* 2. *R. R. cap.* 7. Pecus equinum.

Equso, is, n. 4. ἱππιάζω, de equis dicitur, cum coitum appetunt. *Colum. l.* 7. Equienti mulæ cruda brassica datur. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Equas domitas 60. diebus equire.

Equiria, um, n. 3. ludi a Romulo instituti in honorem Martis, ab equorum cursu, quod in iis equi currebant. Duplicia fuere: Prima celebrabantur 3. Cal. Martii, altera pridie Idus. Fiebant in Campo Martio, vel in parte Montis Cœlii, si Campum Martium aquæ occupassent. *Ovid.* 2. *Fast. v.* 859. Ex vero politum permanit Equiria nomen.

Equitine, adverb. jurandi per Quirinum. *Fest.*

Equisetum, i, herba quædam folio pilis simili, vel potius equinis setis, unde & nomen traxit, hippuris a Græcis dicta, h. e. cauda equina. *Plin. l.* 26. *c.* 13.

Equiso, onis, m. 3. *cozzone da cavalli*, Ger. *rosßkemer*, Gal. *piqueur de chevaux*, Hisp. *picador*, ἱπποκόμος, equorum domitor. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 288. Ut equiso doceat tollutim incedere. *Val. Max. l.* 7. *c.* 3. *extern. n.* 2. Darius acumine equisonis sui prosperum exoptatæ rei effectum consecutus est.

Equitabilis, le, o. 3. ἱππάσιμος, in quo equi facile inambulare possunt. *Curt. l.* 4. *c.* 9. Equitabilis, & vasta planities.

Equitatio, f. 3. *il cavalcare*, ἱππεία, actus equitandi. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Equitatio stomacho, & coxis utilissima.

Equitatus, us, m. 4. *cavalleria*, סוסיה, Ger. *rei siger zeug*, Gal. *chevallerie*, Hisp. *caballeria*, τὸ ἱππικὸν, equitum turma. *Tac. l.* 19. Nutantem exercitum victor equitatus incursat. *Cic. Phil. l.* 5. *c.* 2. Instruere aliquem equitatu, peditatus copiis. ¶ Item equitatio. *Plin. l.* 28. *c.* 15. Femina equitatu atteri, & aduri, notum est. ¶ Item equestris Ordo. *Plin. lib.* 33. *cap.* 2. Equitum nomen ipsum sæpe variatum est, in iis quoque, qui ad equitatum trahebantur. Sic *Aujon.* Martia Roma triplex, Equitatu, plebe, Senatu.

Equites, m. 3. secundus Ordo Civium Romanorum, medius inter Plebejum, & Senatorium, sic dicti, quod equo militari, sive publico mererent. Sed postea Equites dicebantur, qui censum equestrem habebant, etsi non militarent. ¶ Habuerunt originem a Romulo. Nam elegit 300. equites ex familiis illustrissimis, qui corpus Regis custodirent, & ad Reipub. necessitates prompti essent. Primum Celeres, deinde Flexumines, tertio Trossuli, quarto Equites, vel Equites militares appellati sunt. Celeres dicti fuere a Fabio Celere primo Tribuno, vel Præfecto, vel, ut meminissent, se celeres esse debere in omnibus, quæ sibi imperarentur. Vide cætera suis locis. Supremus eorum dux vocabatur Tribunus, vel Prætectus Celerum. Deinde singulas Centurias tres duces interiores regebant, qui Centurionaes nuncupabantur. ¶ Insignia equitum Rom. fuere *equus publicus*, quo ab equitibus distinguebantur, qui equo privato merebant, *anulus aureus*, quo a Plebe, *angustus clavus*, quo a Senatoribus. ¶ Equum publicum a Censoribus accipiebant. Asseguare equum publicum, erat de publico constituere stipendium tum emendi, tum alendi equi causa. ¶ Notabantur a Censoribus ademptione equi publici quo adempto, reliqua omnia insignia, & jura amittebant. ¶ Census Equester erat minor duplo censu Senatorio, id est, quadringentorum sestertiorum. V. Census.

Equitiarius, ii, m. qui Equitio præest, ἱππικόμος. *Jul. Firmic. lib.* 8. *Astrol. c.* 13. Aut mulomedicus, aut equitiarius.

Equitium, n. 2. *mandra di cavalli*, Germ. *schaar rosß*, Gal. *troupeau de chevaux*, Hisp. *manada de cavallos*, ἱπποφορβίον, equorum armentum. *Tac. de Germ.* Mos est civitatibus ultro equitium conferre Principibus. *Ulp. l.* 1. *ff. de rei vindic.* Idem de armento, & equitio, cæteriseque, quæ gregatim habentur, dicendum est.

Equito, as, n. 1. *cavalcare*, רכב, Germ. *reiten*, Gal. *chevaucher*, Hisp. *cavalgar*, ἱππεύω, equo iter facio. *Cic. pro Dom.* Cum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 248 Equitare in arundine longa. ¶ Passive *Plin. l.* 8. *c.* 18. *de camelis*: Omnes autem jumentorum in iis terris dorso funguntur, atque etiam equitantur in præliis. ¶ Equitare etiam dicitur ipse equus incedens. *Lucil. apud Gel. l.* 18. *c.* 5. V. ¶ Equitare etiam dicebant Veteres, pro equo publice mereri. *Fest.*

Equula, f. 1. *cavallina*, parva equa. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 290. Quin summa diligentia eligat asinum, qui saliat equulam. Al. leg. *Equilam*.

Equuleus, m. 2. *polledro, ronzino*, עיר, Germ. *jung fillin*, Gal. *poulain*, Hisp. *potro*, ἱππάριον, pullus equinus. *Cic. Ver.* 6. Jactabit se, & in his equitabit equuleis. ¶ Equuleus item, vel Eculeus tormenti genus est, nempe machina lignea in equi modum compacta, *un cavalletto*, in qua distendebantur, & torquebantur ii, de quibus alicujus criminis quæstio habebatur. V. *Gallon. de cruciat. Mart. c.* 3. *Curt. l.* 6. *c.* 10. Tot consci ne in equuleum quidem imponi verum fatebuntur. *Cic. pro Mil. c.* 21. Facti in equuleo quæstio est, juris in judicio. *Sen. epist.* 8. Factus equuleo longior.

Equulus, m. 2. *cavallino*, dimin. ab equus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. cap.* 14. Omnia in perfectis, & maturis docet esse meliora, ut in equo, quam equulo, in cane, quam catulo.

Equus, m. 2. *cavallo*, סום, Ger. *rosß*, Gal. *cheval*, Hisp. *cavallo*, ἵππος, animal, quo vehimur. *Cic. de Amic.* Nemo est, qui non equo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato, & novo. ¶ Equorum alii *gradarii*, qui molli gradu sine succussura incedunt, alii *succussores*, qui sessorem frequenter inquietant, alii dicuntur *veredi*, in cursu velocissimi, quibus majores usi sunt in venatione. ¶ Equus funalis. V. Funalis. ¶ *Equus Trojanus*, proverbiali schemate, de occultis latebris, conspirationibusque ad perniciem alicujus tendentibus. *Cic. pro Mur.* Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, a quo nunquam me Consule dormientes opprimemini. ¶ *Equis*, & *quadrigis*, est omni conatu. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Cursu corrigam tarditatem cum equis, tum vero quadrigis poeticis. Sic *velis*, *equisque*. *Cic.* 3. *Off. c.* 33. Cum his velis, equisque (ut dicitur) decertandum est. ¶ Item *equis*, *virisque*. *Cic. l.* 3. *Off. c. ult. Flor. l.* 2. *c.* 7. ¶ Equi in cœlo duo sunt, minor, & major. Minor, qui & primus dicitur, quatuor sidera tantum habet, in capite, ita exigua, exiguique fulgoris, ut nebulosa, atque occulta ab Astronomis nuncupentur. Major, quem & secundum, & alatum, & Pegasum vocant, viginti stellis constat. V. Pegasus.

E A N T E R.

Eradicitus, adverb. *dalle radici*, vim majorem videtur habere, quam *radicitus*. *Plaut. Most.* 5. 1. 6. Maleficia reperire non radicitus quidem, verum etiam eradicitus.

Eradico, as, avi, atum, a. 1. *sradicare*, *estirpare*, שרש, Ger. *ausswurtzeln*, Gal. *arracher*, Hisp. *desarraigar*, ἐκριζόω, una cum radice evello. ¶ Translate *Ter. Heaut.* 3. 3, 28. Dii te eradicent. h. e. perdant funditus. *Plaut. Epid.* 3. 3. 53. Eradicare aures hominum pugnis.

Erido, is, si, sum, a 3. *radere*, *levar via*, הקציץ, Ger. *aussskratzen*, Gal. *racler*, Hisp. *raer*, *borrar*, ἀποξύω, aufero, amputo, seco, cædo. *Col. l.* 3. Surculos eradito tam alte, quam cuneum imnisisti. ¶ Translate est delere, expungere. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 42. Merulam Senatorio albo erasit. *Horat. l.* 3. *od.* 24. Eradenda elementa pravi cupidinis.

Erasinus, i, *Rasino*, fluvius Arcadiæ, qui a Stymphalide palude ortus (unde & Stymphalus dicitur) posteaquam terras fubit, rursus in Argolico agro erumpit, atque Eralinus appellatur. *Ovid.* 15. *Metam.* Sic modo combibitur, recto modo gurgite lapsus Redditur Argolicis ingens Eralinus in arvis.

Erasus, o. 1. 2. partic. ab erador. *Plin. in Paneg. c.* 25. In locum erasorum subditi fuerant.

Eranos, i, ἔρανος, collecta, sive collatio publica. *Plin. l.* 10. *ep.* 93. & 94.

Erasistratus, m. 2. Medicus eximius, qui ex familia Aristotelis natus dicitur.

Erato, f. 4. contr. ἐρατὼ, una Musarum, ab ἐράω, amo, quod rebus amatoriis præsit. *Virg. Æn.* 7. *v.* 37. Nunc age qui reges, Erato, quæ tempora rerum. V. Musæ.

Eratosthenes, m. 3. vir Cyrenæus, discipulus Aristonis Chii, & Callimachi poetæ. Plato minor a quibusdam ob doctrinam vocitatus est. Præfuit bibliothecæ Regiæ. Scripsit præter Philosophiam, poemata, historias, astronomica, dialogos de sectis. *Quintil. l.* 1. *c.* 1.

Ercisco, V. Hercisco.

Erctum. V. Herctum.

Erebēus, a, um, adject. ab Erebo. *Ovid. in Ibin*, v. 227. Pectoraque unverunt Erebeæ telle colubræ.

Erĕbus, m. 2. ἔρεβος, sedes Inferorum, filius Demogorgonis, & Terræ, ab ἔρα, *terra*, quasi subterraneus, vel ab ἐρίβω, *tego*. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Æther, & dies, eorumque fratres, & sorores, qui a genealogis antiquis sic nominantur, amor, dolus, metus, labor, invidentia, fatum, senectus, mors, tenebræ, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, Parcæ, Hesperides, somnia, quos omnes Erebo, & Nocte natos ferunt.

Erechtēus, a, um, adject. possess. ab Erechteo Rege, ut Erechteum litus. *Val. Max. l.* 6. *c.* 1. *n. extern.* 1. Erechteæ arces. h. e. Athenæ: ut legit *Heins.* apud *Ovid.* 8. *Met. v.* 547.

Erecte, adverb. cujus comparat. legitur apud *Ammian. l.* 15. *c.* 10. Erectius jam loquebatur. h. e. liberius.

Erectĭo, onis, actus erigendi, *erezione*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 5. Sine tignorum erectionibus.

Erectus, a, um, adject. *eretto*, *sollevato*, ἀνωφθής. *Cic. pro Dejot. c.* 13. Animus magnus, alacer, erectus. *Id. ad Brut. ep.* 10. Erectior Senatus erat.

Eremĭgo, as, n. 1. enavigo, emetior. *Plin. lib.* 2. *cap.* 67. Quam totus hinc, aut illinc Septentrio eremigatus. *Sil. l.* 14. *v.* 192. Pedibus tacitas eremigat undas.

Eremītæ, m. 1. ἐρημῖται, qui locum solitarium incolunt. *Sulpit. Sever.* V. Anachoreta.

Eremītis, idis, f. 3. quæ est ab eremo. *Sidon. l.* 9. *ep.* 3. Palæstra congregationis eremitidis.

Eremodictum, i, n. ἐρημοδίκιον, vadimonium desertum, vel desertio causæ negligentia partium facta, & pœna, quæ pro tali desertione infligitur. *Leg.* 11. *Cod. Justin. de judic. lib.* 3. Etiam absente reo eremodicium contrahatur.

Erĕpo, is, psi, ptum, a. 3. ἐξερπίζω, ex loco abdito in lucem repo. *Plaut. Aul.* Foras lumbrice, qui sub terra erepsisti modo. ¶ Interdum est loca ardua, & prærupta ascendere, ubi non modo pedibus, sed etiam manibus ad ascendendum opus sit, tanquam opus sit repere magis, quam ambulare. *Suet. in Tib.* Quod is a tergo insulæ per aspera, & devia erepsisset ad se. Adde *Hor. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 79.

Ereptĭo, onis, f. *il togliere per forza*. *Cic. Ver.* 6. *c.* 5. Putabat ereptionem esse, non emptionem.

Erepto, as, avi, atum, n. 1. frequent. ab erepo. *Sen. epist.* 101. *sub init.* Pecunia circa paupertatem plurimum moræ habet dum ex illa ereptat.

Ereptor, oris, m. qui eripit, *rattore*, *ladro*. *Cic. pro Quint. cap.* 8. Iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor. *Tac.* 13. *Ann. c.* 55. Terrarum ereptores.

Ereptus, a, um, adiect. *tolto via*, *rapito*, ut ereptus oculis, *Ovid. epist.* 10. *v.* 43. Ereptus periculis, *sottratto*. *Virg. Æn.* 3. *v.* 711. Ereptus Consul, h. e. mortuus. *Auctor ad Liviam*, *v.* 200.

Eres, is, m. erinaceus, seu ericius. *Nemes. in Cyneget. v.* 57. Implicitumque sinu spinosi corporis erem Ferre domum. ¶ *Salmas. in Solin.* hanc vocem agnoscit etiam in *Plaut. Capt.* 1. 2. 81. ubi alii *cirim* legunt. Verba Plauti sunt: I modo, venare leporem, nunc erem tenes. ¶ Scribitur & *Heres*.

Eretĭnus, a, um, ad Eretum oppidum pertinens, ut Eretinus ager, *Tibull. lib.* 4. *eleg.* 8.

Eretrĭa, f. 1. cerussæ genus, ab Eretria urbe Euboeæ insulæ. *Plin. l.* 35. *c.* 6. Hinc Eretricus, vel Eretrius, a, um. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 39.

Eretrĭacus, a, um, adject. *Eretriaci* Philosophi denominati sunt a Menedemo, qui Eretriam Euboeæ urbem patriam habuit, quique docuit, omne hominis bonum in mente positum esse, ut scribit *Cic.* 5. *Acad. c.* 42. ¶ Iidem & *Eretrici* dicuntur ab *eod.* 3. *de Orat. c.* 17.

Eretrĭas, ātis, qui est ex Eretria urbe, ut Menedemus Eretrias. *Cic.* 4. *Acad. c.* 42.

Eretum, n. 2. *Monte Ritondo*, opp. Sabinorum, in Italia, in via Salaria, ubi ea Nomentanæ conjungitur, in colle.

Ergo, *verso*, על, Gerg. *gegen*, Gal. *envers*, Hisp. *cerca*, πρὸς, in, adversum, præp. quæ benevolentiam notat. *Cic. Att.* Tua voluntas erga me, meaque erga te par, atque mutua est. *Id. de Amic. c.* 16. Affecti erga amicum simus eodem modo, quo erga nosmetipsos. ¶ Accipitur etiam pro adversus, contra. *Nepos in Datam. c.* 10. Ut non beneficiis mutuis, sed odio communi, quod erga regem susceperant, contineri viderentur. ¶ Significat etiam e regione, *a dirimpetto*. *Plaut. Truc.* 2. 4. 52. Tonstricem Suram novisti nostram, quæ modo erga ædes habet? V. Taubman.

Ergastĕrium, n. 2. ἐργαστήριον, officina, ubi aliquid operamur. *Decr. d.* 44. Nulli Clerico liceat ergasterium habere.

Ergastulārius, re, adject. ad ergastulum pertinens. *Sidon. lib.* 7. *epist.* 9. In tenebris ergastularibus constitutus.

Ergastularĭus, m. 2. ergastuli præfectus. *Col. l.* 1. *c.* 8. *de R. R.*

Ergastularĭus, a, um, adject. ergastularis. *Ammian. lib.* 14. *cap. ult.* Ergastularius servus ductavit in Sicilia fugitivos.

Ergastŭlum, ἐργαστήριον, carcer rusticus, locus sc. in agris, ubi servi ad faciendum opus vincti detinebantur, ab ἐργάζομαι, operor, ut ergastuli mancipia, apud *Col. l.* 1. *c.* 8. & *l.* 11. *c.* 1. ¶ *Apul. Apolog.* Quindecim liberi homines, populus est, totidem servi, familia; totidem vincti, ergastulum. *Brutus Cic. Fam. lib.* 11. *epist.* 13. Quacumque ivit, ergastula solvit. *Juven. sat.* 14. *v.* 24. Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer Rusticus. Quibus Bruti, & Juvenalis locis ergastulum accipi potest pro servo in ergastulo vincto.

Ergastŭlus, li, m. 2. servus, qui ergastulo inclusus, vel ex vinculis, aut compedibus opus facit, *Lucil. apud Non. c.* 5. *n.* 102. Ut nemo sententiam libere, quasi ergastulus, possit dicere. *Nonius* interpretatur ergastuli custodem; sed improbat *Lipsius*.

Ergăta, æ, ἐργάτης, machina tractoria, axe recto, quæ ambientibus, & obnitentibus vectiariis versatur: exonerandis præcipue navibus, aliisque magnis ponderibus inservit, Ital. *argano*. *Vitruv. l.* 10. *cap.* 4. Alter funis refertur ad ergatam.

Ergo, *dunque*, *adunque*, עלכן, Ger. *darumb*, Gal. *donc*, Hisp. *pues*, *luego*, ἄρα, igitur, conjunctio illativa. *Cic. l.* 2. *Acad.* Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus? ¶ Aliquando est indignantis. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 17. Ergo hæc veteranus miles facere poterit, vir sapiens non poterit? ¶ Aliquando hortativa, ἀλλ' ἄγε. *Virg.* 2. *Æn.* Ergo age, care pater. ¶ Ergo ult. p. adv. est vim nominis habens, & ponitur pro *gratia*, vel *causa* cum gen. ab ἔργον, *opus*. *Cic. de opt. gen. Or. c.* 7. Eum donari virtutis ergo, benevolentiæque, quam erga Pop. Atheniensem haberet. ¶ Interdum ponitur pro *at*, *verum*. *Albinovan. de obitu Mecæn. v.* 113. Redditur arboribus florens revirentibus ætas; Ergo non homini, quod fuit ante, redit. *Id. ib.* Nec mihi, Mecænas, tecum fuit usus amici. Lollius hoc ergo conciliavit opus. ¶ Item pro *deinde*. *Propert. l.* 3. *el.* 2. *v.* 30. Hic erat affixis viridis spelunca lapillis, Pendebantque cavis tympana pumicibus. Ergo Musarum, & Sileni patris imago &c. ¶ Item pro *merito*. *Virgil. Ecl.* 5. *v.* 58. Ergo alacres silvas & cætera rura voluptas Panaque, Pastoresque tenet. Ita exponit *Serv.* ¶ Interdum redundat. *Plaut. Trin.* 3. 3. 27. Quo pacto ergo igitur? *Apul. cir. princ. l.* 1. *Milesf.* Ergo igitur inefficaci celeritate fatigatus.

Ergolābus, i, m. operarius, qui opus aliquod faciendum conducit, redemptor, apud JCtos, *leg. un. Cod. de Monopol.*

Eriberĭa, f. 1. Heriberia, *Rubera*, opp. Galliæ Togatæ, apud Gabellum fl. cum arce munitissima, medium inter Regium, & Mutinam supra 7. M. P.

Erica, vel erice, f. 1. p. com. ἔρεικη, vel ἐρείκη, frutex similis myricæ, colore, & folio rorismarini, qui autumno floret, ab ἐρείκω, sive ἔρεικω, *frango*, *scindo*, quia hanc vim habet erga vesicæ calculos, *Plin. l.* 24. *c.* 9.

Ericæum mel, ἐρεικῶον, quod ab apibus fit ericæ floribus. *Plin. l.* 11. *c.* 16.

Erichtheus, m. 2. V. Erichthonius.

Erichtho, f. 4. contr. magna Thessalica, *Ovid. in Epist. Sapphus*, *v.* 139.

Erichthonĭus, m. 2. ἐρεχθόνιος, vel Erichtheus, ἐρεχθεύς, Atheniensium Rex, e semine Vulcani in terram projecto editus, ab ἔρις, *lis*, & χθών, *terra*. Nam cum Vulcanus Diis arma fecisset, eique Jupiter optionem dedisset præmii, quod vellet, postulandi, jurassetque per infernam paludem, se nihil negaturum, tum ille Minervæ nuptias postulavit. Hic Jupiter abnuere non potuit, Minervam tamen monuit repugnare, pudicitiamque defendere. In illa colluctatione Vulcanum in terram protudisse ajunt semen, atque inde editum esse puerum draconum pedibus nomine Erichthonium. Minerva puerum e rure suscepit, educavit, & Athenienſibus Regem dedit. Hinc Athenæ Erichtheæ, Athenienses Erichthonii dicti sunt. Cum adolevisset, ut pedum deformitatem tegeret, primus currus usum adinvenit. Filios reliquit Procrin, Orithyiam, Pandionem. *Serv. in* 3. *Georg.* Post mortem in Cœlum translatus est, factumque Sidus ex tredecim stellis constans: quod alio nomine *auriga* dicitur.

Ericĭus, vel Eritius, ii, m. idem ac Erinaceus, ἐχῖνος. ¶ Item machina militaris, sc. trabs prominentibus ferreis aculeis munita, (ita dicta a similitudine ericii) quæ transversim portæ prætensa aditum præcludebat. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 67. Erat objectus portis ericius. Adde *Sisen. apud Non.*

Eridănus, i, m. Padus, fl. *il Pò*. *Virg. l.* 4. *Georg. v.* 371. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus, quo non alius per pinguia culta In mare purpureum violentior influit amnis. ¶ Est etiam signum cœleste, quod, ut ait *Claudian. Paneg.* 4. Gurgite fidereo subterluit Oriona. V. *Cic. in Arat.* & *Hygin.*

Erigĕron, senecio, herbæ genus. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Erigĭdus, a, um, rigidus, vel valde rigidus. *Petron. Satyr.* Erigidus strictis qui regnat in ossibus horror.

Erĭgo, is, erexi, erectum, a. 3. *dirizzare*, *alzare*, רקים, Ger. *aufrichten*, Gal. *dresser*, *elever*, Hisp. *alcar*, ἀνίστημι, tollo, extollo, ab e, & rego. *Cic. pro Rosc. Am.* Quem simul, atque attigi, statim homo se erexit. ¶ Translate ponitur pro consolari, sublevare. *Cic. pro L. Man.* Diffidentem rebus suis confirmavit, & afflictum erexit. *Tacit.* 1. *hist.* Erigi in spem. *Cic. pro Dom.* Erigere se ad spem. *Id. pro Cluent. c.* 21. Erigere animum. ¶ Erigere aures, est diligenter attendere. *Cic. Verr.* 3. ¶ Erigere etiam de rebellantibus dicitur. *Flor. l.* 2. *c.* 12. Dum aliæ aliæque Gentes Syriaci belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit. Et *cap.* 17. Lusitanos Viriatus erexit. h. e. concitavit ad rebellandum impulit.

Erigŏne, es, f. cœleste sidus, de quo V. *Virgo*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 33. Qua locus Erigonem inter, chelasque sequentes Panditur.

Erigonensis, e, um, adject. ad Erigonem pertinens. *Ovid.* 5. *Fast. v.* 723. Nocte sequente diem Canis Erigoneius exit.

Erigŏnus, m. 2. Erigon, *Vistrizza*, fl. Macedoniæ, qui oritur in Pæonia supra Deborum, deinde per Dessaretios, Deuripes, & Emathiam fluens, auctus Rhœdia, & aliis multis fluviolis, infra Ædessam in Axium cadit.

Erigŭo, as. V. Erivo.

Erimanthus, i, nom. propr. est cujusdam Mathematici, seu divini, quasi contentionum vates. *Juven. sat.* 3. *v.* 120.

Erinacĕus, i, m. *riccio*, ἐχῖνος, animal spinis horridum, qui ubi venatores senserit, contractis ore, & pedibus convolvitur in formam pilæ, ne quid præter aculeos comprehendi possit. *Plin. l.* 8. *c.* 37. Præparant hyemi & Erinacei cibos, ac volutati super jacentia poma, affixa spinis, unum amplius tenentes ore portant in cavas arbores. ¶ Scribitur & *Herinaceus* cum aspiratione.

Erineus, m. 2. Orinus, *Miranda*, *Fiume di Noti*, fl. parvus Siciliæ, in valle Neætina, qui in mare Jonium se exonerat.

Erineus, f. 2. Erinæus, *Erineo*, urbs Doridis, in Achaja, sub Parnasso M. Liliæ, & Lebadeæ finitima, haud procul a Pindi M. radicibus, & Cephisi fl. fonte.

Erinna, æ, vel Erinne, es, Ἤρινν, Poetria fuit, Sapphus contemporanea: scripsit ἠλακατίδα, & epigrammata. *Propert. l.* 2. *el.* 3. *v.* 22. Carminaque Erinnes non putat æqua suis.

Erinnys, f. 3. ἐρεννύς, Furia infernalis, ab ἔρα, *terra*, & νοέω, *habito*, vel ab ἔρδω, *corrumpo*, & νοῦς, *mens*, quia mentem corrumpit. ¶ In genit. facit Erinnyos, & Erinnys, in accusat. Erinnyn, in plur. Erinnyes. *Virg.* 2. *Æn. v.* 573. Elena appellatur, Trojæ & patriæ communis Erinnys.

Erioxylon, n. 2. lana, quæ ab arboribus producitur. *Ulp. l. si cui lana*, *ff. de leg.* 3.

Eriphўle, vel Eriphila, vel Eripyle, f. 1. soror Adrasti, uxor Amphiarai, quæ accepto a Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum, ubi se moriturum sciebat, proficisci cogeretur, Polynici prodidit. *Cic. 6. Ver. c.* 18. *Virg. 6. Æn.*

Eriphyleus, a um, ad Eriphylem pertinens, ut *Eriphylei Penates*, *Stat. 4. Theb. v.* 211.

Eripĭo, pis, pui, eptum, a. 3. *rapire*, *torre per forza*, חטל, Ger. *herauſſ reiſſen*, Gal. *ravir*, Hisp. *arrebatar*, ἐξαρπάζω, est vi tollere, &, ut ait *Pomp. Jurisc.* de manibus alicujus quidpiam auferre per raptum. Constituitur in 5. vel in 6. ordine. *Cic. in Rull.* Id totum eripere nobis, atque e manibus extorquere conatus est. *Id.* 1. *Fam.* Vereor, ne eripiatur a nobis causa Regia. ¶ Ponitur etiam pro adimere, detrahere. *Cic. in Catil.* Hunc mihi timorem eripe. ¶ Item pro liberare *sottrarre*. *Virg. Æn. 6. v.* 365. Eripere aliquem malis. *Cic. pro Mur. c.* 38. Eripi ex insidiis. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 13. Eripere a miseria.

Eris, idis, ἔρις, Dea contentionis, quæ inter accumbentes convivio Deas projecit pomum inscriptum, *Detur pulcherrimæ*. *Lucian.*

Erisichthon, onis, m. Thessalus quidam, qui cum nemus Cereri consecratum excidisset, unamque præcipue quercum, in qua illa habitabat, irrata Cerere, tanta fame correptus fuit, ut sua ipsius membra comederet. *Ovid.* 8. *Met. in fine.*

Erisma, æ, f. anteris, pila, seu columna lapidea, aut lignea, quæ muris objicitur, ut eorum ponderi renitendo fabricam tuleiat, ab ἔρισμα, *firmamentum*, *fulcimentum*. *Vitr. l.* 6. *c.* 11.

Erithăce. V. Erythace.

Erithăcus, i. V. Erythacus.

Erithales, f. 3. ἐρίθαλις, sedum, species aizoi herbæ. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

Eritius. V. Ericius.

Eri-

Eritudo, inis, f. servitus. *Festus*. V. Erus.

Erivo, as, avi, atum, a. 1. rivis factis educo, evacuo. *Plin. l.* 17. *c.* 26. Etiam pluvias Autumni aquas erivari convenit. *Salmas. in Solin.* legit *eriguare*, eodem fere sensu, a *rigo*, *as*, vel a *riguus*.

Ero, onis. V. Hero.

Erodo, a. 3. idem, ac rodo, *rodere*. *Col. l.* 10. *v.* 323. Teneras audens erodere frondes.

Erogatio, onis, f. largitio, ut erogatio pecuniarum. *Cic. l.* 15. *Att. ep.* 2. ¶ *Erogatio legis* apud *Tertull. de Idol. c.* 5. idem est ac derogatio, abolitio.

Erogator, oris, m. qui largitur. Apud *Tertul. l. de Pudic. c.* 16. erogator virginis dicitur, qui nuptui tradit, ὁ ἐκγαμίζων. sic enim inquit: Sic melius facere pronuntiat virginis conservatorem, quam erogatorem.

Erogatorius, a, um, adject. *Front. de Aquæduct. Erogatorium modulum* opponit *acceptorio*.

Erogatus, a, um, adject. ut pecunia ex ærario erogata, h. e. distributa, expensa. *Cic.* 5. *Ver.* ¶ Item valde rogatus, *pregato*, ut erogatus precibus, *Apul. l.* 5. *Metam.*

Erogito, as, avi, atum, a. 1. vehementer rogo, ἐξαιτέομαι. *Plaut. Capt.* 5. 1. 32. Ego ex hac statua verberea volo erogitare. h. e. rogando extorquere. Adde *Silium l.* 10. *v.* 475.

Erogo, as, a. 1. *distribuire*, *spendere*, חלק, Ger. *aussgeben*, Gal. *distribuer*, Hisp. *distribuir*, ἀποδίδωμι, distribuo, expendo. *Cic. in Vatin. c.* 12. Erogare pecunias ex ærario. *Liv. l.* 1. *c.* 20. Unde in eos sumptus pecunia erogaretur.

Erosio, onis, f. *corrosione*, actus erodendi. *Plin. l.* 23. *c.* 3. Succus olearum & veteres lacrimationes sanat, & genarum erosiones.

Erosus, a, um, adject. *roso*, *corroso*, ut sale erosus. *Plin. l.* 12. *c.* 9.

Eroticus, a, um, adject. ἐρωτικός, amatorius. *Gell. l.* 19. *c.* 9. Ἐλεγεῖα quædam erotica, & venusta accinerunt.

Erotopægnium, ii, n. ἐρωτοπαίγνιον, opus, seu carmen ludicrum de amoribus puerorum. *Gell. l.* 2. *c.* 24. & *Auson. Idyll.* 13.

Erotundatus, a, um, adject. *fatto rotondo*. *Sidon. l.* 9. *ep.* 7. Structuræ modis omnibus erotundatæ.

Erotylos, m. 2. gemma silici similis. *Plin l.* 37. *c.* 10.

Errabilis, le, adject. erraticus, ut errabiles soni, apud *Lactant.*

Errabundus, o. 1. 2. πλανώμενος, affatim, vel valde errans, vagabundus, qui scilicet certa sede carens errat, & vagatur. *Liv. l.* 1. *c.* 29. Errabundi domos suas pervagarentur.

Errans, antis, nom. ex particip. *errante*. *Virg. Ecl.* 4. Hederæ errantes. *Lucan. l.* 1. Domus errantes, *abitazione*, *o paese incerto*. allusum ad Scythas, qui domos suas huc illuc circumferunt. *Plin. l.* 2. *c.* 6. Sidera errantia.

Errantia, æ, f. erratio. *Accius* apud *Non. c.* 3. *n.* 85. Neque ego errantia animi prave morigerabor.

Erraticus, o. 1. 2. πλανήτης, idem, ac errabundus. *Gell. l.* 9. *c.* 2. Erraticum esse hominem dicerent. ¶ Translate dicitur de herbis, & fruticibus, qui non sunt sativi, sed ubique sua sponte late serpunt, ut Erratica brassica, erraticum intubum, idest, cichorium. *Cic. de Sen.* Vitem serpentem multiplici lapsu, & erratico. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Papaver erraticum. ¶ Erratica Delos dicitur ab *Ovid.* 6. *Met. v.* 333. quod per mare Ægæum errabunda vagari quondam credebatur.

Erratio, f. 3. *errore*, πλάνημα, actus errandi. *Cic. de Univ.* Itaque eum ab omni erratione liberavit. *Terent. Adelph.* 4. 2. 41. Minor est erratio.

Erratum, ti, n. 2. *errore*, σφάλμα, error, peccatum. *Cic. Tiron.* Tantum mihi dolorem, cruciatumque attulerunt errata meæ ætatis, ut, &c. *Id. l.* 6. *Att. ep.* 1. Erratum commune.

Erratus, us, m. erratio. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Vitia demonstrari oportet in tam proclivi erratu.

Erratus, a, um, adject. *fallato*. *Virg. Æn.* 10. *v.* 690. Errata litora. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 655. Protinus erratis læti vescuntur in agris.

Erro, as, n. 1. *errare*, תעה, נדד, Ger. *irren*, *irrgehen*, Gal. *aller ça, & là s' egarer*, Hisp. *errar*, πλανάομαι, est huc, illuc, quo nos fortuna ferat, divagari. *Virg. Æn.* 1. *v.* 332. Ignari hominumque locorumque erramus. *Cic. Tusc.* 3. *ex Hom.* Qui miser in campis mœrens errabat Aleis. ¶ Errare etiam dicuntur armenta pascentia, ut *Virg. Ecl.* 1. Ille meas errare boves, &c. Adde *Ecl.* 2. ¶ Translate est decipi, falli, *Cic.* 12. *Phil. c.* 2. Cujusvis est hominis errare, nullius, nisi insipientis, perseverare in errore. *Ter. Eun.* 2. 2. 14. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via, *t' inganni di gran lunga*. Eodem sensu dicimus, errare tota re, *Cic. Philip.* 2. &, errare toto cœlo, *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 12. ¶ *Plaut. Mil.* 3. 1. 98. Erro, quam insistas viam. h. e. ignoro.

Erro, onis, m. 3. *vago*, *vagabondo*, *errante*, πλανήτης, vagabundus, ab erro. *Sappho* apud *Ovid. in Ep.* Nec vos erronem telluri admittite nostrum. *Ulp. l.* 17. *ff. de Ædil. edict.* Errones appellantur servi, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominum redeunt.

Erroneus, a, um, adject. *vagabondo*, qui huc illuc errat, seu vagatur. *Colum. l.* 7. *c.* 12. *de canibus*. Maxime autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circumspecti magis, quam temerarii.

Error, oris, m. 3. *errore*, משגה, Ger. *fehl*, Gal. *faute*, Hisp. *error*, *falta*, πλάνη, est deflectere a via, cum scil. viæ ignari, extra institutum iter deflectimus. *Liv. l.* 24. *c.* 17. Id errore viarum exequi non potuit. *Virg.* 6. *Æn. v.* 532. Pelagi ne venis erroribus actus? ¶ Translate est deceptio, erratum. *Cic.* 1. *Acad.* Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 1. In summo errore versari. Sic in errorem rapi, inducere, errore duci, per errorem labi, &c. *Id. multis in locis*. Sic errorem alicui adimere, detrahere, &c. *Horat. Cic.* & alii ¶ Mentis errore affici, *impazzire*. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 13.

Erubescentia, æ, f. verecundia, pudor, *erubescenza*. *Tert. ad Nation. l.* 1. *c.* 16. Exemplum erubescentiæ scelerum.

Erubesco, scis, erubui, n. 3. rubeus fio, rubore suffundor, *vergognarsi*. *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 8. Sensit se totis erubuisse genis. ¶ Translate ponitur pro pudere, quia quos alicujus rei pudet, fere rubore suffunduntur. *Cic.* 1. *de Leg.* Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia. *Ter. Adelph.* 4. 5. 9. Erubuit, salva res est. ¶ Jungitur fere ablat. *Curt. l.* 4. *c.* 5. Paucitate erubescendum. ¶ Interdum & accusat. *Auct. in Sallust.* Nec erubuit ora vestra. *Quintil. l.* 6. *c.* 5. Nonnunquam accidit, ut in nostra credulitate aliena studia erubescamus. ¶ Addunt quidam Lexicographi usurpari etiam cum genit. afferuntque illud *Curt. l.* 5. *c.* 5. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortunæ: At optimi Codices habent *fortuita*. ¶ Dicimus etiam erubescere in aliqua re. *Cic.* 1. *Leg.* O rem dignam, in qua docti erubescant! ¶ Cum dativo usurpat *Tertul. de testim. animæ*, *c.* 1. Sed non imitandus. ¶ Particip. erubescendus, *vergognoso*, *da vergognarsi*, *Horat. l.* 1. *od.* 27. Quæ te cumque domat Venus, non erubescendis adurit ignibus.

Eruca, æ, f. 1. genus vermis, qui in olerum folia repit, abroditque, præsertim brassicas, a rodendo, vel a rugis, quia reptans se corrugat, & erugat. *Colum. l.* 11. *c.* 3. ¶ Est etiam herba Venerem excitans, ab urendo, quasi urica, vel ab erodendo, quia linguam rodit acrimonia sua, *rucchetta*. *Colum. l.* 10. *v.* 171. & *Virgil. in Moreto*. ¶ Scribitur & *Aeruca*.

Eructatio, onis, f. actus eructandi. *Apul. de Mundo*: Exhalatio terrenis eructationibus surgit. Adde *Firmic. l.* 4. *Mathes. c.* 12.

Eructo, as, a. 1. *ruttare*, *rutteggiare*, הביע, Ger. *gerbsen*, Gal. *rotter*, Hisp. *regoldar*, ἐξερεύγω, freq. ructando aliquid ejicio, emitto, a ructo, sed aliqui censent *eructo* simplex esse, & ex eo ructo fieri per aphæresin. *Virg.* 3. *Æn. v.* 632. *de Polyph.* Saniem eructans, ac frusta. ¶ Per translationem accipitur pro quovis modo ejicere. *Virg.* 6. *Æn.* Atque omnem Cocyto eructat arenam.

Eructus, a, um, adject. eructatus. *Gel. l.* 11. *c.* 7. Vinum eructum, & fœtidum potare. ¶ Vinum eructum dicitur, quod est e vinaceis expressum, & veluti fæx vini.

Eruderatus, a, um, adject. *purgato da sassi*, ut eruderatum solum. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 2.

Erudero, as, a. 1. *purgare*, *nettare*, סקל, Germ. *scubern von steine*, Gal. *epierrer*, Hisp. *despedrar*, ἐξερματίζω, ruderibus expurgo. *Sidon. l.* 5. *epist.* 7. Aures susurronum fæce completas eruderat. h. e. expurgat, metaphorice. V. Eruderatus.

Erudio, is, ivi, itum, a. 4. doceo, instituo, ad humanitatem informo, *ammaestrare*, השכיל, Ger. *underweisen*, Gal. *instruire*, Hisp. *instruyr*, παιδεύω, ex rudi doctum facio. *Cic.* 1. *Tusc.* Philosophia ad modestiam, magnitudinemque animi nos erudivit. *Liv. l.* 1. *c.* 39. Erudire puerum artibus. *Cic. Fam. ep.* 12. Erudire de omni Republica. *Id. l.* 1. *de Or. c.* 59. Oratorem erudire in jure civili. *Ovid. epist.* 1. *Penelop. v.* 111. qui mollibus annis In patrias artes erudiendus erat. *Idem l.* 2. *Art. Am.* Aves infimas mater erudit artes. *Sil. l.* 11. An tristia vincla, Et Decius non erudiunt componere mentes? ¶ Gerundium *erudiendi* passiva significatione. *Justin. l.* 17. *c.* 3. Athenas erudiendi gratia missus. *h. e.* ut erudiretur.

Erudite, adverb. *dottamente*, *eruditamente*. *Colum. l.* 1. *c.* 1. Volumina composita facetius, eruditius posteritati tradenda curavit. *Cic. de Senect. c.* 1. Qui si eruditius videbitur disputare. *Id. in Orat.* Litteræ eruditissime scriptæ.

Eruditio, f. 3. *erudizione*, παιδεία, instructio, doctrina. *Cic.* 1. *Fin.* Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam juvaret. *Quintil. l.* 2. *c.* 3. Sed potior eruditio in scholis, quam domi. ¶ Sumitur etiam pro cultu animi ex institutione, ac studio comparato. *Cic. l.* 2. *de Or. in princ.* Eruditionis omnis expers, atque ignarus. ¶ In plurali *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Abundans eruditionibus variis, ac pluribus.

Eruditrix, icis, f. quæ erudit. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Africa Annibalis eruditrix.

Eruditulus, o. 1. 2. dimin. ab eruditus. *Catul. in Mamur.* & *Cæs. epigr.* 58. Morbosi pariter, gemelli utrique, uno in lectulo, erudituli ambo.

Eruditus, o. 1. 2. instructus, doctus, sciens, *dotto*, *erudito*, πεπαιδευμένος. *Cic. Q. Fr. l.* 1. Ex diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi. ¶ *Vossius* dicit, aliud esse eruditum, aliud doctum, illud ad litteraturam, ac humanitatis studia pertinere, hoc ad graves disciplinas. *Apul. in Apolog.* Virum accuratissime doctum, atque eruditum. Sed hæc differentia non observatur. ¶ Comp. *eruditior*, superl. *eruditissimus*. *Cic.* 1. *de Or. c.* 39. Homo omnium & disciplina Juris Civilis eruditissimus, & ingenio, prudentiaque acutissimus. *Id. in Pison. c.* 26. Tu eruditior, quam Piso? ¶ Tribuitur & inanimis, ut erudita oratio, eruditum carmen, *Cic. proœm. Parad.* &, erudita tempora. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 18. ¶ Cum infinito, *Tac. in Agric. c.* 8. Eruditus utilia honestis miscere.

Erugatio, f. 3. cutis extensio, rugis sublatis. *Plin. l.* 28. *c.* 12.

Erugo, as, a. 1. *distendere*, *discrespare*, Ger. *die runtzlen vertreiben*, Gal. *oter les rides*, Hisp. *desarrugar*, ἐκρυτιδόω, est cutem extendere, & rugas tollere. *Plin. l.* 21. *c.* 19. Lilii radices erugant corpora.

Erugo, is, a. 3. est ructum semel emittere, ab ἐρεύγω, eructare sæpius. *Fest.*

Ervila, vel Ervilia, æ, f. 1. genus leguminis, folio, quam faba, longiore, flore apibus gratissimo. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 32. *Col. l.* 1.

Erumpo, is, upi, uptum, n. 3. *uscire fuori con impeto*, בקע, Germ. *hausssin brechen*, Gal. *saillir*, *sortir avec violence*, Hisp. *salir con impetu*, ἐξορμάω, cum impetu exeo. *Cæs.* 1. *B. C.* Quo paratiores essent ad insequendum omnes, sive noctu, sive interdiu erumperent. ¶ Et translate. *Cic.* 1. *Catil.* Omnium scelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in nostri Consulatus tempus erupit. ¶ Invenitur interdum active positum cum accusativo. *Ter. Eun.* 3. 5. 2. Jam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 14. Portis se foras erumpunt. ¶ Hinc passive *Lucret. l.* 6. *v.* 582. incita cum vis Exagitata foras erumpitur. ¶ Erumpere in actum, *venir' a i fatti*, *metter' in esecuzione*. *Cic. pro Dom.* ¶ *Terent. Phorm.* 2. 2. 10. Erumpet in nervum istæc fortitudo. h. e. in causa erit, cur in carcerem conjiciaris. Vide *Donat.*

Erunco, as, a. 1. *purgare l' erbe*, Ger. *jeten*, Gal. *sarcler*, Hisp. *rocar*, *sachar*, *escardar la tierra*, ἐκβοτανίζω, herbas noxias, & spinas, frutetaque extirpo. *Colum. l.* 2. *c.* 11. Omnes alterius generis herbas eruncato.

Eruo, is, ui, utum, a. 3. *cavare*, *tirar fuori*, הציל, Ger. *aussreissen*, Gal. *tirer*, Hisp. *sacar*, ἐξερύω, extraho. *Lact. l.* 2. Ipse sibi oculos eruat, ut omnes cæci sint. ¶ Interdum est in totum destruere. *Virg.* 2. *Æn.* Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum eruerint Danai. ¶ Est etiam perscrutando invenire, & veluti ex latebris in lucem proferre. *Cic. pro Mur. c.* 7. Ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. *Id.* 2. *de Or.* Eruere argumenta.

Eruptio, f. 3. *correria*, *sortita*, פרץ, Ger. *aussbruch*, Gal. *sortie*, *irruption*, Hisp. *correria*, *acometimiento*, διεκβολή, est, cum milites ex urbe, vel castris impetum in hostes faciunt. *Cæs.* 1. *B. C. c.* 21. Non solum ab eruptionibus caveant. *Id. l.* 5. *B. G. c.* 49. Omnibus portis eruptione facta.

Eruptor, oris, m. 3. qui erumpit, seu eruptionem facit. *Ammian. l.* 24. *c.* 5. Eruptores perterriti reverterunt.

Eruptus, a, um, *uscito*, partic. passivum ab erumpo. *Lucret. l.* 2. *v.* 724. Faucibus eruptos iterum vis evomat ignes.

Erutus, a, um, adject. *cavato fuori*, ut mortuus erutus. *Cic. de Divin. l.* 1. *c.* 27. *Virg.* 5. *Æn. v.* 449. Radicibus eruta pinus. *Stat. l.* 4. *Silv.* 7. *v.* 15. Erutum aurum terra.

Ervum, n. 2. *orobo*, *rubiglia*, *veggiolo*, *lero*, genus leguminis, siliqua cylindracea, fructu lignoso, quo armenta pinguescunt, ab ὄροβος, *ervum*. *Virg.* 3. *Eclog. v.* 100. Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo! Alii legunt *arvo*. *Plin. l.* 8. *c.* 15. Nec ervi operosa cura est. Adde *Colum. l.* 6. *c.* 3.

Ers-

Eryce, es, opp. Siciliæ, in quo templum habuit Venus magnificum. & theſauris opulentum, quod Amilcar Afer magno ſuo, & ſuorum damno ſpoliavit. V. *Aelian. b. A. l.* 10. *c. ult.*

Erycinus, a, um, adiect. ab Eryce opp. *Stat. l.* 1. *Silv.* 2. *v.* 160. Idaliaſque domos, Erycinaque templa ſubiret. ¶ Erycina etiam dicebatur Venus a templo ei in opp. Eryce dicato; eoque nomine culta Romæ. *Sueton. in Claud. c.* 25.

Erycus, i, idem ac Eryx mons Siciliæ. *Cic. Ver.* 4. *c.* 8. Qui Erycum montem obtinebat.

Erymanthæus, & Erymanthius, a, um, adiect. ab Erymantho, ut Erymanthius aper, *Cic. Ver.* 6. *c.* 43. Erymanthæum monſtrum, *Val. Flac. l.* 1. *v.* 374.

Erymanthis, idis, f. patronym. pro ipſa Arcadia. V. Erymanthus. *Ovid.* 2. *Met. v.* 500. Nexilibuſque plagis ſylvas Erymanthidos ambit. ¶ Et adiect. *Id.* 1. *Triſt. eleg.* 3. *v.* 103. Cuſtos Erymanthidos urſæ. h. e. Arctophylax.

Erymanthus, *Dimizana*, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, ubi Hercules aprum immanem, & furioſum interfecit. ¶ Item fl. qui in Alpheum defertur. ¶ Item opp. Tegeæ finitimum.

Eryngē, f. 2. vel Eryngion, n. 2. ἠρύγγιον, herba aculeatæ mordacitatis, ſpinoſa, veluti carduus, ſativa. *Plin. l.* 22. *c.* 7. & *l.* 21. *c.* 15. & 16.

Eryſipĕlas, atis, n. 3. & Eryſipelæ, arum, *riſipola*, ἐρυσιπέλας, ἐρυθροπέλας, morbus, cum ſuper intlammationem rubor ulcus ambit, iſque cum dolore procedit, ab ἐρύθω, *trabo*, & πέλας, *prope*, quia attrahit partes vicinas, vel ab ἐρυθρός, *ruber*, & πελὸς, aut πέλιος, *niger*, *lividus*, quia rubedini nonnihil alterius admixtum eſt coloris. *Celſ. l.* 5. *c.* 26.

Erythăce, f. 1. ἐρυθάκη, herba, quam alii ſandaracham, alii cerinthum nominant, ab ἐρύθημα, *rubedo*, propter colorem. Hic eſt apum, dum operantur, cibus, ſaporis amari, ſed plenus humoris, teſte *Plin. l.* 11. *c.* 7. *Var.* 3. *de R. R. c.* 16. Erythacen vocant, qua favos extremos inter ſe conglutinant. Scribunt & *Erithace*.

Erythăcus, m. 2. *pettiroſſo*, ἐρυθακὸς, ſpecies avis, pectore rubeo, ab ἐρυθραίνομαι, *rubeo*. *Plin. l.* 10. *c.* 29.

Erythēa, vel Erythia, ἐρυθέα, inſula in mari Gaditano, ex qua Geryoni armenta abduxit Hercules. *Propert. l.* 4. *eleg.* 10.

Erythēis, idis, f. patronym. ab Erythea. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 649. ſecumque boves Erytheida prædam Abſtrahit.

Erythræ, f. 1. Erythræa, *Colire*, al. *Stolaz*, urbs Joniæ, apud Argenum prom. inter Clazomenas, & Teon urb. Gent. *Erythræus*, ut Sibylla Erythræa. ¶ Item opp. Achajæ, in Bœotia, ad Cithæronem montem. ¶ Item opp. Theſſaliæ, ad Peneum fl.

Erythræum mare, ſeu Rubrum, *Mare Roſſo*, pars Oceani inter ſinum Perſicum, & ſinum Arabicum, & inter oram Carmaniæ, & Aromata prom. quod Arabiam Felicem alluit ad Or. Aliis eſt ipſe ſinus Arabicus, qui Aſiam ab Africa ſeparat, & extenditur inter Arabiam ad Or. & Troglodyticam, & Ægyptum ad Occ. Dictum eſt ab Erythro Rege Perſei, & Andromedes filio. V. *Strab. l.* 16.

Erythræus, a, um, adiect. ab Erythra. *Mart. l.* 10. *epigr.* 16. Quidquid Erythræa niger invenit Indus in alga. *Stat. l.* 4. *Silv.* 6. *v.* 18. Lapilli Erythræi. *Colum. l.* 7. *c.* 2. *ad fin.* Erythræus color. h. e. rubeus.

Erythrodănus, i, f. 2. herba eſt rubram habens radicem, qua tinguntur lanæ. *Plin. l.* 24. *c.* 11.

Erythros, m. 2. herba, al. ſtrychnium, & neuris, omnibus morbis ſalutaris. *Plin. l.* 24. *c.* 11.

Eryx, ycis, m. 3. *Monte di S. Giuliano*, Ἔρυξ, mons Siciliæ, in ora Bor. & Occ. a Drepano 2. M. P. ¶ Item urbs, *Trapano del Monte*, in valle Mazara. Nomen habuit ab Eryce conditore. Ibi fuit templum ampliſſimum Veneris, quæ inde Erycina dicta eſt. ¶ Item Rex quidam Siciliæ. *Virg.* 1. *Æn. v.* 574.

E A N T E S.

Eſca, f. 1. *eſca*, *cibo*, אכל, Ger. *ſpeiſſ*, Gal. *viande*, Hiſp. *comida*, ἔδεσμα, cibus omnium animalium, ab eſum, ſup. verbi *edo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Sus vero quid habet, præter eſcam? ¶ Accipitur præterea pro eo, quod datur avibus, piſcibuſve decipiendi gratia. *Cic. de Sen. c.* 13. Divine enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo piſces.

Eſcālis, le, adiect. ad eſcam pertinens, ſeu ad edendum, ut, eſcale, vel potorium argentum, *l.* 1. *ff. de ſupellect. leg.*

Eſcarĭus, o. 1. 2. *coſa mangiativa*, Germ. *ſpeiſslich*, Gal. *choſe bonne a manger*, Hiſp. *comedera coſa*, ὀψητὸς, quod ad eſcam pertinet. *Plin. l.* 36. *c.* 36. Ad eſcaria vaſa totum rubens vitrum, non translucens. ¶ Eſcaria menſa, dicitur quadrata, in qua homines epulantur. *Feſt.* ¶ Eſcaria, abſolute pro vaſis eſcariis, *Juven. Sat.* 12. *v.* 46. Adde & baſcaudas, & mille eſcaria, multum cælati, &c.

Eſcatĭlis, le, adiect. eſcarius. *Tertul. de Patient. c.* 5. Poſt mannæ eſcatilem pluviam.

Eſcendo, is, n. 3. pro aſcendo, *aſcendere*, uſurpaſſe optimæ notæ Auctores, ſed in pleriſque editionibus eſſe immutatum in *aſcendere*, vel *deſcendere*, *Gruterus*, & alii docti viri teſtantur. Itaque ſic legendum cenſent ex MS. v. g. apud *Nepot. Themiſt. c.* 8. Hic in navim omnibus ignotus eſcendit: & apud *Liv. l.* 29. *c.* 11. Legati Aſiam petentes protinus Delphos cum eſcendiſſent. Et apud *Cic.* 3. *Off. c.* 20. Ut omnes ſimul in roſtra poſt meridiem eſcenderent. Ita enim hic legi oportere, docet *P. Victor. var. l.* 5. *c.* 3. ¶ Obſervandus tamen eſt locus *Liviі*, ubi alii pro *eſcendere*, legunt *deſcendere*: verba ſunt *l.* 8. *c.* 10. Ubi illud ſignum deſoſſum erit, eo Magiſtratum R. eſcendere fas non eſſe.

Eſcenſus, us, m. *aſceſa*, *ſalita*. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 39. Capta eſcenſu munimenta.

Eſchara, æ, f. *eſcara*, cruſta ulceris. *Cœl. Aurelian. Tard.* 5. 1.

Eſcit, pro erit, antiqui dixere. *Feſt. Lucret. l.* 1. *v.* 612.

Eſco, as, n. 1. pro veſcor, *ciharſi*. *Solin. c.* 53. (*al.* 41.) Ciconiæ ſerpentes eſcandi gratia infectantur.

Eſcŭla, æ, f. diminut. ab eſca. *Plaut. Men.* 3. 1. 10. In dies qui ſingulas eſculas edunt. Alii leg. *eſcas*.

Eſculentus, a, um, o. 1. 2. βώσιμος, quod eſui aptum eſt. *Cic. de nat. Deor. c.* 56. Qua eſculentis, & poculentis iter natura patefecit. Adde *Philip.* 2. *c.* 25. ¶ Comparat. uſus eſt *Tertul. de jejun. c.* 5. Tunc ingratis gratiora, & eſculentiora quæque detracta ſunt.

Eſcŭlus cum derivat. V. Æſculus.

Eſdrēlon, Campus Magnus, *Campo di Faba*, campus Palæſtinæ, inter Samariam cum Monte Ephraim ad Auſt. lacum Geneſara ad Or. Carmelum M. ad Occ. Libanum M. ad Bor.

Eſĕbon, ſlu. Moabitarum, in confin. Palæſtinæ, & Arabiæ Petrææ. ¶ Eſebon item, Esbuta, Ptolemais, *Esbus*, *Sabaſant*, urbs Amorrhæorum, inter Sebaſtem urbem Samariæ, & Emmaum urbem Judææ.

Eſernĭa, Eſerninus, V. Æſernia.

Eſtĭa, orum, n. 2. apud *Apic. l.* 5. *c.* 3. ſunt genus liquaminis, *intingolo*, *manicaretto*, quod *l.* 2. *c.* 1. hyſtitia vocat, ejuſque condiendi rationem docet. Hinc

Eſtĭātus, vel hyſtiatus, a, um, adiect. eſtitiis conditus, ut eſtitiatus pullus, *Apic. l.* 8. *c.* 7. Lepus eſtitiatus, *ibid. c.* 8.

Eſĭto, as, avi, atum, a. 1. frequent. ab edo, *mangiare ſpeſſo*, πανταδύγω. *Gel. l.* 11. *c.* 7. Furfureum panem eſitare. *Id. l.* 4. *c.* 11. Eſitate ex animalibus.

Eſox, ocis, m. ἴσοξ, genus piſcis, quem alii Lucium, alii Salmonem eſſe putant. *Plin. l.* 9. *c.* 15. ¶ *Iſidorus* iſocem vocat *l.* 20. *c.* 2.

Eſquilīæ. V. Exquiliæ.

Eſſedarius, m. 2. qui eſſeda regit, aut ex eſſedis pugnat. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 6. Ne ab eſſedariis capiaris, caveto. *Caſ. l.* 5. *B. G. c.* 19. Millibus circiter eſſedariorum relictis.

Eſsĕdum, n. 2. vel eſſeda, æ, f. 1. vehiculum Gallorum, Britannorumque apud Belgas primo repertum, quo pugnare ſoliti ſunt. Nam tria erant vehiculorum genera, alia ſacra, ut thenſa: alia geſtatoria, ut carruca, ciſium, eſſedum, rheda, petoritum, ſtraticulum: alia oneraria, ut carpentum, carrus, plauſtrum, farracum. *Cic. Att. l.* 6. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus eſſedis, & rheda equis juncta, & lectica, familia magna. *Senec. ep.* 57. In iis, quæ me ſine avocatione circumſtrepunt, eſſedas tranſcurrentes pono.

Eſſentia, f. 1. idem eſt quod eſſe, a fum, *eſſenza*, *natura*, ὕλη, φύσις. Vox eſt a Philoſophis præcipue uſurpata: de qua ſic habet *Quint. l.* 8. *c.* 3. Multa ex græco formata nova ſunt, ut *ens*, & *eſſentia*, quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video, niſi quod iniqui judices adverſus nos ſumus, ideoque paupertate ſermonis laboramus. *Id. l.* 3. *c.* 6. Οὐσία, quam Flavius eſſentiam vocat: neque ſane aliud eſt ejus nomen Latinum. ¶ *Sidon. in epiſt.* quæ carmini 14. annectitur, & *Sen. ep.* 58. teſtantur, ipſum etiam *Ciceronem* hoc vocabulo uſum, & poſtquam ſcripſiſſet, ſubdidiſſe ſtatim: *licet enim novis rebus nova nomina imponere*. Quæ ſi vera ſunt, non eſt cur ab hac voce tantopere abhorrere debeat is, qui, quod Græci οὐσίαν dicunt, latine velit explicare.

Eſt, erat, fuit, imperſ. anom. *appartenere*, *eſſere ufficio*, δικαίειν, munus eſt, officium eſt, opus eſt, intereſt, refert, pertinet. *Cic. pro L. Man.* Erit igitur humanitatis veſtræ magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. *Liv. l.* 5. Etſi prodendæ patriæ, diſſolvendæque Reipublicæ eſt. ideſt, pertinet ad prodendam patriam, &c. ¶ Accipitur etiam pro proprium eſſe. *Plaut. Capt.* Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, atque invideant bonis. ¶ Item pro convenire. *Valer. Max. l.* 1. Non eſt inter patrem, & filium ullius rei comparationem fieri, præſertim divinitatis faſtigio junctos. ¶ Item pro poſſibile eſſe, licere. *Virg. 6. Æn.* Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat. *Cic. pro Sext.* Quem enim deprecari eſſet, cum omnes eſſent ſordidati? ¶ Item pro evenire, contingere. *Ter. Hec.* 3. 1. Nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt. Alia vide in *Sum.*

Eſther, mulier Hebræa, a *ſter*, ſtella lingua Perſica.

Eſtrix, eſtricis, f. 3. quæ valde edit, ab edo. *Plaut. Caſ.* 4. 1. 20. Ego novi ambas illas eſtrices.

Eſtur. V. Edo.

Eſula, f. 1. Aſyla, *Iſola*, urbs lit. Magnæ Græciæ, in ora Calabriæ ult. inter Crotonem, & Lacinium prom.

Eſuriāles feriæ, quibus ab edendo feriamur. *Plaut. Capt.* 3. 1. 8. Ita venter, gutturque reſident eſuriales ferias. V. *Reſideo*.

Eſurienter, adverb. *con fame*. *Apul. l.* 10. *Metam.* Eſurienter eſcas appetere.

Eſurĭes, ei, f. 5. *fame*, רעב, Ger. *hunger*, Gal. *faim*, Hiſp. *hambere*, πεινασέτης, fames, edendi aviditas, ab *eſum* ſup. verbi *edo*. *Cœlius Ciceroni* 8. *Fam. ep.* 1. Ut ego miſererer ejus eſuriei.

Eſurīgo, inis, f. 3. idem, ac eſuries. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 291. Quod eſurigo findebat coſtas.

Eſurĭo, is, ivi, itum, n. 4. *aver fame*, רעב, Ger. *hungern*, Gal. *avoir faim*, Hiſp. *tener hambre*, πεινάω, cupio edere, cibum appeto, fame premor. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep. ult.* Noſtri valde depugnare, & facile algere, & eſurire conſueſunt. *Plaut. Stich.* 1. 3. 65. Ridiculus æque nullus eſt, quam dum eſurit.

Eſurĭo, onis, m. 3. *chi ha fame*, רעב, Ger. *hungeriger*, Gal. *affamé*, Hiſp. *hambriento*, πεινατίων, qui eſurit. *Plaut. Perſ.* 1. 3. 21. Nam eſurio venio, non advenio ſaturio.

Eſurītio, f. 3. idem, ac eſuries. *Gell. l.* 16. *c.* 3. Eſuritionem faciunt inanes, patenteſque inteſtinorum fibræ. *Catul. carm.* 23. *ad Furium*: Sole, & frigore, & eſuritione.

Eſurītor, m. 3. qui eſurit. *Martial. l.* 3. *epigr.* 14. Romam petebat eſuritor Turius.

Eſus, us, m. *il mangiare*, אכל, Ger. *das eſſen*, Gal. *le manger*, Hiſp. *manjar*, actus edendi. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Ut ne eo eſu alluantur. *Gel. l.* 4. *c.* 1. Quæ eſui, & potui forent. Affertur & locus *Plin. l.* 20. *c.* 7. Sed ibi legitur, *in eo uſu*, pro *eſu*.

E A N T E T.

Et, &, conjunctio eſt copulativa. *Cic. pro Cæc.* Non alia cauſa eſt æquitatis in uno, & in pluribus. ¶ Interdum interrogativa. *Virg.* 1. *Ecl.* Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? ¶ Interdum indignativa. *Cic. pro Mil.* Et ſunt, qui de Appia via loquantur, taceant de Curia? ¶ Plerumque ſententiarum initiis competit. *Quinctil.* Et finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur. ¶ Sæpe duplicatur. *Cic. de Orat.* Quorum pater & ſæpe alias, & maxime Cenſor ſaluti Reip. fuit. ¶ Accipitur item pro *etiam*. *Virg. Æn.* 2. Quorum Iphitus ævo jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulyſſi. ¶ Item pro quamvis. *Cic. de Sen.* Detendi legem Voconiam magna voce, boniſque lateribus, & videtis annos meos. ideſt, quamvis ſim ita ſenex. ¶ Interdum eleganter poſt & ſequitur *nec*, vel *neque*. *Cic. pro Flac. c.* 20. Sextus & rem agnoſcit, neque hominem ignorat. ¶ Interdum etiam negatio præcedit. *Id.* 10. *Fam. ep.* 1. Nec miror, & gaudeo. Et *Tuſc.* 1. *c.* 23. Neque nata, & æterna eſt. ¶ Et vero, & quidem V. in *Vero*, *Quidem*. ¶ Aliquando particula hæc prætermittitur. *Cic. Fam. l.* 13. *ep.* 18. Ut judices, homini te gratiſſimo, jucundiſſimo benigne feciſſe.

Etĕnim, conjunct. *perciocchè*, Ger. *dann*, Gal. *puiſque*, Hiſp. *porque*, ἐπεὶ γὰρ, enim, nam, quia, & modo primum locum, modo ſecundum obtinet in oratione. *Cic.* 2. *de Div.* Etenim ex diviſione hoc ſecundum eſt. *Id. de Off.* ex vetere Poeta. Vos etenim juvenes, animos geritis muliebres. ¶ Accipitur aliquando pro quippe. *Cic. pro Flac.* Neque in toto Æmonenſium teſtimonio commovebor, etenim quibus ego iſtam laudationem remittam. ¶ Nonnunquam diviſa compoſitione per duas dictiones effertur. *Cic. de Clar. Orat.* Et dicere enim bene nemo poteſt.

Eteŏcles. V. Polynices.

Etesĭæ, arum, m. 1. ἐτησίαι, venti quidam ſtatis temporibus quotannis flan-

flantes, ab ἔτος, annus, a quo ἐτήσιος, annuus. Aliqui deducunt ab αἰτέω, postulo, quasi αἰτήσιαι, eo quod Aristæus eos a Jove postulaverit. Est enim in fabulis, ut narrat *Hyginus l. 2. Ast. c. 4.* Cum Atheniensium regio maximis Caniculæ caloribus adureretur, hominesque una cum satis omnibus nimio æstu conficerentur, Aristæum ita ab Apolline patre edoctum, ab Jove petiisse, ut quo tempore Canicula oriretur, per dies quadraginta ventum daret, quo flante æstus minueretur: itaque factum, Jove annuente. ¶ Hujusmodi ventos *Strabo l. 3.* Subsolanos vocat, *Aristoteles*, & *Plin. l. 2. c. 47.* Aquilones appellant. Testatur præterea idem Aristoteles, nonnunquam eos in Zephyros mutari: quare vere scripsit *Gel. l. 2. c. 22.* Etesias alia, atque alia parte Cœli spirare: & *Apul. de Mund.* Sunt, inquit, Etesiæ spirantes ex omni parte eo tempore æstatis, quo Canis oritur. ¶ Plerumque tamen ab Occidente perflant. *Tacit. 2. hist. c. 98.* Mare quoque Etesiæ flabant: horum flatu in orientem navigantibus secundum, inde adversum erat. *Cæs. l. 3. B. C.* Ipse Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt aversissimi. Hinc *Cic. l. 6. Att. ep. 1.* Rhodum volo puerorum causa; inde quamprimum Athenas, etsi Etesiæ valde reflant. ¶ Multa die flare incipiunt, & ad meridiem vergente. *Senec. l. 5. quæst. nat. c. 11.* Etesiæ ob hoc somniculosi a nautis, & delicati vocantur, quod mane nesciunt surgere. V. *Manut. de quæsit. per ep. p. 2.*

Etesĭus, m. 2. lapis, ex quo mortaria confici solent. *Plin. l. 36. c. 22.*

Etesius a, um, adject. annuus, ab ἔτος, annus, ut, etesia flabra Aquilonum, apud *Lucret. l. 5. v. 741.*

Ethĭce, es, vel Ethica, cæ, f. 1. *Etica*, pars Philosophiæ, quæ ad mores pertinet. *Cic. de Fato*, & *Quintil. l. 12. c. 2.*

Ethĭcus, a, um, *morale*, ἠθικός, moralis. *Senec. l. 2. controv. 10.* Declamabat Naso raro controversias, sed non nisi Ethicas. Adde *Lactant. l. 3. c. 13.*

Ethnicalis, le, adject. idem quod Ethnicus. *Tertul. de Spectac. c. 5.*

Ethnĭce, adverb. more Gentium, ut ethnice vivere, *Tert. de Pudi. c. 9.*

Ethnicismus, a, *Prudentio* dicitur cultus falsorum Deorum, *in pass. Laurent. v. 498.*

Ethnĭcus, a, um, o. 1. 2. ἐθνικός, gentilis, ab ἔθνος, gens, & natio. *Hieron. contra Jovin.* Christianas tantum accipi juberet, an Ethnicas?

Ethologia, f. 1. est morum, ac affectuum cujusque personæ effictio. *Quinctil. l. 1. c. 9.*

Etholŏgus, m. 2. ἠθολόγος, morum expressor, qui gestu ipso corporis, & sono vocis ita exprimit mores hominum, ut gestibus loqui videatur. *Cic. 2. de Orat. c. 59.* Mimorum est enim, & ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c.

Ethopœia, f. 1. apud Rhetores est figura sententiarum, al. Effictio, Imago, Notatio, qua vita, & mores alicujus describuntur, ab ἦθος, *mos*, & ποιέω, *facio*, fingo. *Cic. 2. Agr.* Jam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto, & horrido, capillatior, quam ante, barbaque majore, ut oculis, & aspectu denuntiare vim Tribunitiam, & minitari Reip. videretur. Sed vox græca est, & græcis literis scribenda.

Etĭam, *ancora*, *eziandio*, גם, Ger. *auch*, Gal. *aussi*, Hisp. *aun*, *tambien*, ἔτι δή, conjunctio, eadem, ac quoque. Primum copulæ nota est. *Cic. de cl. Orat.* Voce, motu, forma etiam magnifica. ¶ Post particulas *non modo*, *non solum*, *non tantum*, sequitur *sed etiam*; qua de re passim exempla. Inverso ordine *Cic. 4. Fam. ep. 14.* Secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam. ¶ Habet præterea varios usus varie usurpata. *Ter. Andr. 1. 1. 89.* Nihil suspicans etiam mali. h. e. adhuc. *Id. ib. 2. 2. 31.* Etiam puerum abiens conveni Chremis. h. e. præterea. *Plin. Paneg. c. 77.* Nullius auctoritas imminuta est, aucta etiam. h. e. quin potius. ¶ Interdum est affirmantis particula. *Plaut. Amph. 1. 3. 46.* Nunquid vis? A. Etiam. ¶ Interdum increpantis, & indignantis. *Plaut. Pers. 6. 4. 4.* Scelerate, etiam respicis? Et 2. 4. 7. Etiamne dicis, ubi sit, venefice? h. e. nondum. *Ter. Heaut. 2. 2. 6.* Etiam caves, ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens? h. e. quin caves? &c. ¶ Etiam atque etiam, idem est ac, *valde*, *magnopere*, ut etiam atque etiam cogitare, *Id. Eun. 1. 1. 11.* Etiam atque etiam rogare, *Cic.* sæpe. ¶ Etiam quoque, dixit *Plaut. Pseud. 1. 3. 118.* Fateor. C. nempe conceptis verbis. B. etiam consultis quoque.

Etiam dum, *peranco*, adhuc. *Ter. Heaut. 2. 1. 17.* Neque etiamdum scit pater.

Etiamne, *ancora*, partic. interrogandi. *Cic. Att. l. 10.* Etiamne Balbus in Senatum venire cogitat?

Etiamnum, adhuc, usque nunc, usque ad hoc tempus, *sino ad ora*. *Plaut. Pœn. prolog. v. 99.* Neque quicquam cum ea fecit etiamnum stupri. ¶ Ponitur & pro etiam nunc. *Id. Trucul. 2. 6. 58.* Etiam num me vilipendit.

Etiamsi, conjunct. *benchè*, εἰ καί, etsi, quanquam, quamvis. Construitur & cum conjunctivo, & cum indicativo, sed frequentius cum conjunctivo reperitur. *Q. Cic. Tironi l. 16. ep. 26.* Etiamsi, quod scribas, non habebis, scribito tamen. *Cic. Fam. 11. ep. 21.* Etiamsi timidi essemus, tamen &c.

Etiamtum, adv. usque ad id tempus, *fin' allora*. *Cic. de Orat.* Omnes etiamtum retinebant illum Periclis succum.

Etrurĭa. V. Hetruria.

Etsi, conjunct. *benchè*, *ancorchè*, אף כי, Germ. *wiewol*, Gall. *bienque*, Hisp. *bienque*, *ancor que*, καίτοι, quanquam. *Cic. pro Mil.* Etsi vereor, Judices, &c. ¶ Interdum cum subjunct. invenitur. *Cic. de Amic.* Etsi illis plane orbatus essem.

Etymologia, f. 1. ἐτυμολογία, oratio, qua nominis ratio exponitur, ab ἔτυμον, & λόγος. *Cic. 1. Acad.* Verborum etiam explicatio probabatur, qua de causa quæque essent ita nominata, quam etymologiam appellabant.

Etymologice, es, f. idem ac etymologia. *Varr. l. 6. L. L.* Cum dicat etymologice, non omnium morborum posse dici causas.

Etymologĭcus, a, um, adjectiv. ἐτυμολογικός, ut etymologica ratio, *Gell. l. 1. c. 18.*

Etymon, mi, n. 2. vera nominis, sive appellationis ratio, vel quæ saltem pro vera affertur, ab ἐτός, vel ἐτεός, verus. *Var. l. 1. de R. R. c. 48.* Videtur vocabulum etymon habere a glubendo.

E ANTE V.

Eu, particula approbantis, seu laudantis, & significat, bene, recte, optime, εὖ. *Plaut. Most. 1. 4. 31.* Eu Philolaches, salve amicissime.

Evacuatĭo, onis, f. actus evacuandi, *evacuazione*. *Tertul. l. 4. advers. Marc. c. 24.* Fidei evacuatio.

Evacuātus, a, um, adject. *voto*, *evacuato*, ut evacuatæ obligationis vires reparare, *leg. 4. Cod. de Solut.*

Evacŭo, as, avi, atum, a. 1. *votare*, κενόω, exinanio. *Plin. l. 20. c. 6.* Aut in fico duplici ad evacuandam alvum.

Evadne, f. 1. Εὐάδνη, Martis filia ex Thebe uxore Asopi, conjux Capanei, quem incredibili amore dilexit. Cum audisset, maritum apud Thebas cecidisse, fere in mortis stuporem diriguit, deinde cum celebraretur funus, se in rogum projecit. Filium Sthenelum reliquit. *Virg. 6. Æn.*

Evādo, dis, si, sum, *scampare*, *fuggire*, נמלט, נס, Ger. *entgehen*, *entrinnen*, Gal. *eschaper*, *venir au dessus*, Hisp. *salir de peligro*, *escapar*, ἀποφεύγω, extra vado, exeo, erumpo, evolo. *Cic. pro Cæl.* Si evasissent subito a balneis mulieris amici. ¶ Est item effugere, liberari. *Virg. 9. Æn.* Nostras ne evadere demens sperasti te posse manus? *Cic. de Sen.* Nec vero tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore evasisset. ¶ Item evenire, exitum habere. *Cicer. Att. l. 16.* Quoad audiamus, hæc, quæ commota sunt, quorsum evadant. *Plaut. Pœn. 1. 1. 44.* Intelligo hercle, sed quo evadas nescio. h. e. *dove tu vada a finire con questo racconto*. ¶ Item fieri. *diventare*. *Cic. in Bruto, c. 35.* Perfectus Epicureus evaserat. *Ter. Adel. 3. 4. 68.* Verum nimia illæc licentia profecto evadet in aliquod magnum malum. ¶ Item ascendere. *Virg. 2. Æn.* Evado ad summi fastigia culminis. Sic evadere in, & ad muros, *Liv. l. 4. & 25.* ¶ Item apparere. *Virg. 2. Æn.* Ut tandem ante oculos evasit, & ora parentis. ¶ *Evadere vitam*, apud *Apul. l. 4. Met.* est mori, h. e. extra vitam vadere, vita exire. ¶ *Evasti* pro *Evasisti*. *Horat. l. 2. sat. 7. v. 68.* *Evassit* pro evasisset, *Silius l. 15.*

Evagatĭo, f. 3. actus evagandi. *Plin. l. 2. c. 17.* Ac spatia longitudinis latitudinem evagatione pensant.

Evaginatĭo, onis, f. *lo sfoderare*. Apud *Arnob. l. 1.* sumitur pro ulceris alicujus spatio, seu intercapedine. ait enim. Contummaciam canceris sævi ad subeundam cicatricem, circumscriptis evaginationibus compulerunt.

Evaginātus, a, um, adiect. e vagina eductus, *sfoderato*. *Justin. l. 1. c. 9.* Ipse gladio sua sponte evaginato vulneratus. *Hygin. fab. 164.* Evaginato gladio aliquem persequi.

Evăgor, aris, atus sum, d. 1. idem ac vagor, seu latius vagor, expatior, *vagare*, περιπλανάομαι. *Liv. l. 22.* Quia nullo circa ad evagandum relicto spatio. ¶ Translate est a mediocritate recedere. *Cic. in Off.* Nam qui appetitus longius evagantur. ¶ Item aliquid extra propositum dicere, & veluti a via instituta declinare. *Quinct. l. 2. c. 4.* Verum hactenus evagari satis fuerit.

Evalesco, is, lui, n. 2. *ingagliardirsi*, *potere*, חזק, Ger. *vermiglich werden*, Gal. *se renforcer*, Hisp. *bolverse rezio*, *arreziarse*, ἐνισχύω, validior fio. *Stat. l. 1. silv. 2. v. 79.* Pocula, lethalesque manu componere succos Evaluit. *Quintil. l. 2. c. 8.* Adjuta cura natura magis evalescit. *Plin. l. 17. c. 15.* Cum evaluissent flagella pedes binos. h. e. cum crevissent. ¶ Pro simplici valeo, *Macrob. l. 3. Saturn. c. 17.* Cum margarita centies sestertium evaluisset.

Evallefacĭo, is, eci, actum, a. 3. expello, & quasi extra vallum ejicio. *Var. apud Non. c. 3. num. 158.* Retrimenta cibi, quæ exierant per posticum, evallefecerunt.

Evallo, as, avi, atum, a. 1. *caciar fuori*, ἐκβάλλω, quasi extra vallum ejicio. *Non. c. 2. num. 259.* allatis exemplis Titinnii, & Varronis.

Evallo, is, ere, a. 3. vallo, seu vanno purgo, *crivellare*, *vagliare*, ἐκλικμίζω. *Plin. l. 18. c. 10.* Triticum ante perfundi aqua munda jubet, postea evalli.

Evan, antis, m. 3. unum ex Bacchi cognominibus, ab Evœ, vel Euhœ, vel Evohe, vel heuhœ. *Ovid. 4. Met. v. 15.*

Evander, vel Evandrus, i, m. 2. Rex, vel potius unus ex nobilibus Arcadiæ. Patrem habuit Mercurium filium primi Jovis, matrem Nicostratam filiam Jonii Regis Arcadiæ, quæ a Græcis Themis, a Latinis Carmenta, a rerum futurarum prædictione, vocitata est. *Dionys. Gal. l. 1. Ant. Rom.* Sed a Theodontio, Leontio, Servio, & aliis scriptum est, eum fuisse vel filium, vel nepotem, vel pronepotem Pallantis Regis Arcadiæ, dictum autem Mercurii filium, quod esset eloquentissimus, a Mercurio inventore, & Deo eloquentiæ. *Virg. 8. Æn.* Filium genuit, quem appellavit Pallantem, & filiam nomine Pallantiam. *Id. ibid.* Sed apud Dionysium legas, Pallantem Evandri nepotem fuisse, filiam vero Dynam esse appellatam. Cum patrem casu occidisset, seditione populi facta, patriam, quæ Pallantium urbs fuit, una cum matre reliquit, 60. fere annis ante bellum Trojanum. Venit in Italiam, & humanissime a Fauno exceptus, habitavit non longe a Tiberi, in eo colle, qui postea Palatinus mons, & Palatium dictus est, ibique oppidum Pallantium, seu Pallanteum condidit. Post mortem in numero Deorum habitus, & cultus fuit. Habuit aram apud Aventinum collem, non procul a porta Trigemina.

Evandrĭus, ii, m. 2. cœlator egregius Atheniensis, qui inter captivos M. Antonii Romam venit. *Hor. l. 1. serm. sat. 18.*

Evandrĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad Evandrum spectat, ut Collis Evandrius, unus ex 7. collibus Romæ, in quo Evander habitavit, qui postea Palatinus appellatus est.

Evanesco, is, ui, itum, n. 3. *svanire*, *sparire*, הבל, Ger. *vergehene*, Gal. *evanouir*, Hisp. *desvanecerse*, ἀφανίζομαι, e conspectu abeo, vanus fio, in nihilum redigor. *Cic. de clar. Or.* Isque & orationes reliquit, quæ jam evanuerunt. *Ovid. 2. Fast.* In tenues evanuit auras. Rursus *Cic. 1. Div.* Vinum evanescit vetustate. *perde la sua forza*. *Id. Attic. 3. ep. 13.* Extenuatur, & evanescit spes. ¶ Hinc particip. evaniturus. *Lactant. l. 5. c. 4.* Evanituras brevi religiones falsas.

Evangelĭcus, a, um, adject. ad Evangelium pertinens. *Tertul. l. 4. contr. Marcion. c. 39.*

Evangelista, scriptor Evangelii. *Prudent. Cath. 6. v. 77.*

Evangelĭum, n. 2. græce est bonus, sive lætus nuntius, ab εὖ, belle, feliciter, & ἀγγελία, nuncius. Hinc Christiani Evangelium appellant Christi sermonem, & doctrinam, quia in ea passim felicitas æterna iis annuntiatur. *Tertul. l. 4. cont. Marcion. c. 3.* ¶ Evangelia, orum, n. 2. sacrificia, & supplicationes, quæ pro jucundo nuntio decerni consueverunt, vel merces allati jucundi nuntii. *Cic. Att. l. 2. ep. 12.* O suaves epistolas, quibus εὐαγγέλια deberi fateor. *Ulp. l. falsus, ff. de furt.* Ergo si ea, quæ dicunt Græci evangelia, petat; idest, mercedem pro rei inventæ, vel repertæ nuncio.

Evangelizator, oris, m. 3. Evangelizo, qui Evangelium publice prædicat. *Tertul. de Cor. mil. c. 9.*

Evangĕlus, i, m. εὐάγγελος, lætus nuntius. *Vitr. l. 10. c. 7.* Nomen mutaverunt, ut pro Pixodaro Evangelus nominaretur.

Evanĭdus, a, um, o. 1. 2. *fragile*, *vano*, *caduco*, הבל, Germ. *hinfellig*, Gal. *qui soudain s'evanouit*, *perissable*, Hisp. *caduco*, *fragil*, *desvaneciendo*, ἐξίτηλος, inanis, caducus, cito periturus. *Col. de Arb. c. 17.* Nam quæ in proceritatem extenduntur, evanidæ fiunt, &c. *Senec. epist. 35.* Leve & evanidum gaudium. *Ovid. Met. 5. v. 435.* Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.

Evanno, as, avi, atum, a. 1. *sventolare*, הניף, Ger. *aussvannen*, Gal. *vanner*, Hisp. *aventar*, ἀπολικμάω, est vanno fruges, aut legumina movere, ac ventilare. *Var. l. 1. de R. R. c. 52.* Ut quod levissimum est in eo, evannetur foras extra aream. ¶ Translate est amovere, foras ejicere. *Pomp. Pan. apud Non.* Evannetur, & mea ocyus opera ut fiat, fecero.

Evans, antis, f. *Baccante*, Baccha. *Sil. Ital. l. 1. v. 101.* Non ille Evantis

Massyæ

Massylæ palluit iras. *Virg. Æn. 6. v. 517.* evantes Orgia circum Ducebat Phrygias.

Evanthia, f. 1. *Elantia*, opp. Achajæ, in ora Locrorum Ozolorum, inter Naupactum, & Chaleon, Cyrrham versus.

Evaporatio, f. 3. *svaporamento*, ἀναθυμίασις, humoris exhalatio. *Sen. l. 1. nat. quæst. c. 1.* Si terris omnis generis, & varia evaporatio est.

Evaporativus, a, um, adject. *cosa che svapora. Cæl. Aurel. Acut. 3. c. 8.* Evaporativa virtus.

Evapōro, as, avi, atum, a. 1. vaporem exhalo, *svaporare. Solin. c. 8.* Calor olim acrior exhalatus per tempora evaporavit. *Gell. l. 19. c. 5.* Id in ea leviſſimum eſt, quod evaporatur.

Evaſto, as, a. 1. idem, ac vaſto. *Liv. l. 10. c. 15.* Omnia quinque menſium ſpatio evaſtaverunt.

Evax, εὖγε, interjectio exultantis. *Plaut. Men. 1. 2. 18.* Evax, jurgio uxorem tandem abegi. ¶ Eſt ab Evoe. εὐοῖ.

Eubœa, f. 1. Chalcis, Abantis, *Negroponte.* inſ. Græciæ, Achajæ adjacens ab Or. ab ea anguſto freto Euripo dicto diviſa. Ponte jungitur continenti Achajæ. Inſignis eſt duobus promontoriis, Gereſto ad Atticam vergente, & Capharco ad Helleſpontum.

Eubœus, a, um, adject. ab Eubœa, ut plebs Eubœa, *Stat. l. 5. Silv. 3. v. 136.*

Euboïcus, a, um, o. 1. 2. quod ad Eubœam inſ. ſpectat, ut Sibylla Euboica, quæ eadem, ac Cumana. Nam Cumæ ab Eubœenſibus conditæ fuerunt. *Virg. 6. Æn.* Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. ¶ Euboicum mare, vel Sinus Euboicus, Oetæus, Opuntius, *Golfo di Negroponte*, ſinus maris Ægæi, qui Eubœæ adjacet. ¶ Item ſinus maris Campani, ſeu Thuſci, qui Cumarum, Bajarumque alluit oram, ab Euboicis advenis Cumarum conditoribus. *Propert. l. 2. el. 18. v. 38.* Et Danaum Euboico litore mille rates.

Eucarpia, f. 1. urbs Phrygiæ Magnæ, ad Hermum fl. verſus confinia Lydiæ.

Euchariſtia, orum, n. εὐχαριστία, ab εὐχαριστέω, *grates ago*, apud *Tertul. adverſ. Hæret. c. 47.* Ipſum introducunt ad benedicenda euchariſtia ſua. Sed alii legunt *euchariſtica*. h. e. oblationes pro gratiarum actione. ¶ Euchariſtia, æ, f. Græce ἐυχαριστία, ab eadem radice, a Catholicis Scriptoribus adhibetur pro auguſtiſſimo Sacramento Corporis & Sanguinis D. N. J. C.

Euchariſtĭcus. V. Euchariſtia.

Euclides, m. 3. εὐκλείδης, Philoſophus Megarenſis, auditor Socratis, qui, cum Megarenſibus interdictum fuiſſet Athenas ingredi, veſtitu muliebri utebatur, ne noſceretur. Scripſit plurimos Dialogos. *Suid. Laer.* ¶ Euclides alter, Philoſophus Platonicus, & Geometra inſignis, tempore Ptolemæi, poſterior aliquanto iis, qui Platonis ætate vixerunt, antiquior vero Eratoſthene, & Archimede. Hic multa de Geometria, & Muſica ſcripſit, quæ etiam nunc extant.

Eudiæon, εὐδίαιον, lineum filum, quod medici extremo in clyterio relinquunt, per quod clyſmus emittitur. *Feſtus.* ¶ Græci hoc nomine vocant foramen in navi, per quod ſentina evacuatur.

Eudōra, f. 1. εὐδώρα, Nympha filia Oceani, & Tethyos. ¶ Item una Atlantidum.

Eudoxus, m. 2. vir Gnidius, Geometra, & Aſtrologus peritiſſimus, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ curſum ordinavit. Libros edidit de Geometria, & Aſtrologia, item de legibus. *Cic. 2. de Div.*

Evectĭo, f. 3. actus evehendi. *Apul. lib. 5. Metam.* Sublimis evectio. ¶ Speciatim eſt diploma, ſive chartula ſigno Principis obſignata, qua poteſtas permittitur alicui utendi jumentis curſui publico deſtinatis, *licenza di andar per le poſte*. Nam ſine licentia Principis nemini privato licebat curſum publicum currere, qui inſtitutus fuerat ſolummodo ad Principis commoditatem, ut quam cito poſſet & nuntios mittere per provincias, & ea, quæ longe ab Urbe gerebantur, cognoſcere, ut eſt apud *Sueton. in Aug. c. 49.* V. Codicis *l. 12. tit. 51.* qui eſt *de curſu publico*, ubi multa habentur de jure evectionum. *Symmach. l. 4. ep. 6.* Evectiones impetraſſe me gaudeo.

Evectus, us, m. 4. idem ac evectio. *Plin. l. 18. c. 5.* Ut navigiorum evectus, vel itinerum.

Evectus, a, um, adject. *portato, innalzato. Cic. 1. Ver. c. 20.* Omnia ex fanis ploſtris evecta, aſportataque. *Vellej. l. 2. c. 53.* In id evectus, ſupra quod aſcendi non poteſt. *Tacit. Ann. 14. 52.* Privatum modum evectæ opes.

Evĕho, is, xi, ctum, a. 3. ἐξάγω, extra veho, effero. *Cic. de Clar. Orat.* Ut ſemel e Piteæo eloquentia evecta eſt. *Liv. l. 1.* Equo evehi. *Id. l. 25.* Ubi primum tranquillitas maris in altum evexiſſet. *Id. l. 1. c. 38.* Evehere aquas ex planis locis. *portar fuori.* ¶ Significat etiam in altum vehere, extollere. *Virg. 6. Æn.* ardens evexit ad æthera virtus. *Vellej. l. 2. c. 90.* Quem uſque in tertium Conſulatum amicitia Principis evexerat.

Evelātus, a, um, o. 1. 2. eventilatus, apud vet. *Feſtus:* Evelatum, Eventilatum. Unde velabra, quibus frumenta ventilantur.

Evello, is, evelli, *rectius quam* evulſi, evulſum, a. 3. *ſtirpare*, נתש, Ger. *ausſrupfen*, Gal. *arracher*, Hiſ. *avrancar*, ἀποσπάλλω, vi quadam vello, extirpo. *Cic. 3. Tuſc.* Perinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi evellere. *Id. 1. de Orat. c. 53.* Tamen eorum importunitatem ex eorum mentibus evelliſſet vis orationis tuæ. *Curt. l. 4. c. 6.* Sagitta ictus eſt, quam Philippus evellit. ¶ Translate eſt adimere, auferre. *Cic. pro Roſc. Am.* Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies, noctesque ſtimulat, ac pungit, ut evellatis, poſtulat. *Id. pro Cluent. c. 2.* Evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus inſitam, tam vetuſtam? ¶ Partic. *Evulſus* V. ſuo loco.

Evenĭo, is, eni, entum, n. 4. extra venio, accedo, ἀποβαίνω, *Plaut. Rud. 3. 2. 17.* Eam eventuram Capuam ſalvam, & ſoſpitem. *Id. Caſ. 2. 8. 1.* Sine modo rus eveniat. Hic tamen alii leg. *veniat.* ¶ Significat etiam exitum habere, *riuſcire. Id. Moſt. 2. 1. 48.* Hæc blanda dicta quo eveniant, madeo metu. ¶ Sæpiſſime ſumitur pro accidere, *accadere:* ſed in hac ſignificatione plerumque imperſonaliter uſurpatur. V. *Evenit.*

Evĕnit, iebat, evenit, imp. 4. *accadere*, קרה, Ger. *begegnen*, Gal. *arriver*, Hiſp. *accontecer*, συμβαίνει, eſt accidere, obtinere, & tam in malam, quam in bonam partem accipi ſolet. *Cic. Att.* Nihil nobis adverſi evenire poteſt. *Id. in Fam. ep. 10. l. 2.* Ne idem eveniat in meas litteras. *Id. in Tuſc.* Quibus jam evenit, ut morerentur. *Ter. Heaut. 4. 3.* Evenit illi commodum. ¶ Quandoque eſt ſorte alicui obtingere. *Sall. in Jug.* Metelloque Numidia evenit.

Eventilātus, a, um, adject. ut Frumenta eventilata mundiora ſunt. *Col. l. 1. c. 6.*

Eventĭlo, as, a. 1. *crivellare, ſventolare*, זרה, Germ. *ſieben, auſſbeuteln*, Gal. *eventer*, Hiſp. *aventar*, ἐκλικμάω, extra ventilo, ventilatione purgo. *Plin. l. 31. c. 31.* Graviorem aerem emendant aſſiduo linteorum jactatu eventilando. *Sid. l. 1. ep. 9.* Opes imperii eventilare. h. e. diſſipare.

Eventum, ti, n. 2. *avvenimento*, τὸ συμβαῖνον, quod caſu, aut fortuna nobis evenit, tam in malum, quam in bonum. *Cic. Att. l. 9. ep. 5.* Semper cauſæ eventorum magis movent, quam ipſa eventa. *Id. Fam. 7. ep. 1.* Ut te ex noſtris eventis communibus admonendum putarem.

¶ Late autem patet hujus vocis notio, de qua ſic *Lucret. l. 1. v. 435.* Servitium, libertas, divitiæque, paupertas, bellum, concordia, cætera, quorum adventu manet incolumis natura, abituque. Hæc ſoliti ſumus, ut par eſt, eventa vocare.

Eventūrus, a, um, adject. particip. *Tibul. l. 2. el. 5. v. 11.* Tu procul eventura vides.

Eventus, us, m. 4. *accidente, caſo, avvenimento*, מקרה, Germ. *auſſgang*, Gal. *accident, evenement*, Hiſp. *acontecimiento*, τὸ συμβαῖνον, caſus, quod caſu, aut fortuna nobis evenit, tam in bonum, quam in malum. *Cic. 1. de Or.* Ita maxime dicendi difficultatem, varioſque eventus orationis, hominumque judicia pertimeſcit. ¶ *Eventum præſtare*, eſt periculum alicujus rei in ſe recipere. V. *Præſto.* ¶ Aliquando etiam eventus finis rei dicitur. *Cic. in Fam.* Ex eventu homines de tuo conſilio exiſtimaturi ſunt. ¶ Erat etiam Eventus apud Romanos unus ex 12. Diis, Agricolarum præſidibus, quos Conſentes appellabant. Hinc *Plin. l. 36. c. 5.* refert, fuiſſe Romæ ſimulacra boni Eventus, & bonæ Fortunæ. *Var. l. 1. c. 1. R. R.* Nec non precor bonum Eventum, quoniam ſine ſucceſſu ac bono eventu miſera eſt agricultura.

Evēnus, m. 2. Lycormas, *Phidari, Fidari*, Ἕυηνος, fl. Ætoliæ, qui ex Callidromo M. oritur, ac inter Ætolos, & Locros mare Jonium petit, haud procul ab ora ſin. Corinthiaci, Calydonem urbem interluens. Dictus eſt ab Eveno Martis filio, Marpiſæ patre, qui ſe in eundem præcipitavit.

Evēnus, m. 2. ἔυλως, Philoſophus, qui ignem optimum ciborum condimentum eſſe dicere ſolebat. *Plut.*

Everberātus, a, um, adject. *battuto, sbattuto. Senec. l. 5. Quæſt. Nat. c. 12.* Spiritus cum everberatus curſu parum libero incaluit.

Everbĕro, a. 1. idem ac verbero, *battere. Quinct. l. 2. c. 4.* Qui os, oculoſque hoſtis Galli roſtro, atque alis everberaret. *Virg. 12. Æn. v. 866.* Clypeumque everberat alis.

Everganēæ trabes, h. e. affabre politæ, & compactæ, ab ἐυεργὴς. *Vitruv. l. 5. c. 1.*

Evergĕtes, m. 3. ἐυεργέτης, cognomen Ptolemæi Regis Ægyptiorum, qui Philadelpho ſucceſſit, quod beneficium ſonat, ex maximis ejus in Græcas civitates meritis impoſitum.

Evergo, is, a. 3. effundo, emitto, *mandar fuori*, ἐκβάλλω, *Liv. l. 44. c. 33.* Montes ſpem faciebant, quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices.

Everræ, arum, f. 1. dicuntur purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per everriatorem, certo genere ſcoparum adhibito. *Feſtus.*

Everriātor, oris, m. qui everrit. Apud *Feſtum* everriator dicitur, qui accepta hæreditate juſſa facere defuncto debet; quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbaverit, ſuo capite luat. V. *Everræ.*

Everriculum, n. 2. *rete da peſcare, erpicatojo, ſtraſcino*, Ger. *ein zuggarn der fiſcher*, Gal. *verueil, ſeine*, Hiſp. *red barredera*, σαγήνη, rete piſcatorium, a verrenda aqua, vel quod, ſi quid fuerit piſcium nactum, everrat. *Varro l. 3. de R. R. c. 17.* Cum neque everriculo illi in litus educere poſſent vivam ſaginam plebejæ cœnæ piſces. ¶ Translate ponitur pro expilatore. *Cic. Verr. 4. c. 24.* Quod unquam hujuſcemodi everriculum ulla in provincia fuit? ¶ Dicitur item de actione de dolo, quia ea everruntur fraudes hominum e vita civili. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 30.* Inde everriculum malitiarum omnium judicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noſter protulit.

Everro, is, ri, ſum, *ſcopare, ſpazzare*, בזר, Ger. *auſſfuviſchen*, Gal. *balayer*, Hiſp. *barrer*, ἐκκορέω, valde verro, ſcopis expurgo, verrendo nitidum facio. *Col. l. 7. c. 4.* Stabula frequenter everrenda, & purganda. *Id. ſub fin. l. 8.* Everrere purgamenta officinis. ¶ Translate accipitur pro expilare, *rubare, ſaccheggiare. Cic. Ver. 2. c. 21.* Etenim quam tu domum, quam tu urbem adiiſti, quod tanum denique, quod non everſum, atque exterſum reliqueris? ¶ Everrere ſermones alicujus, pro expiſcari, curioſe inquirere, *Senec. l. 3. de ira, c. 11.*

Everſĭo, f. 3. *deſtruzione, ruina*, מהפכה, Germ. *vmkerung*, Gal. *renverſement, deſtruction*, Hiſp. *abatimiento, deſtruycion*, ἀνάτρεψις, deſtructio, excidium. *Cic. 1. Phil. c. 2.* Taliſque everſio illius execratæ columnæ. *Id. de Sen. c. 12.* Hinc patriæ proditiones, hinc Rerumpublicarum everſiones.

Everſor, oris, m. *diſtruttore*, הופך, Ger. *vmbkerer*, Gal. *deſtructeur*, Hiſ. *deſtruydor*, ἀνατρέπεις, qui evertit. *Cic. pro Sext.* Hoccine ego appellem nomine evertores hujus Imperii? *Plin. l. 28. c. 1.* Everſor juris humani.

Everſus, a, um, adject. ab everto, *rovinato, diſtrutto, atterrato*, ut Everſæ funditus provinciæ, *Cic. Ver. 1. c. 3.* Everſa vi tempeſtatis quercus. *Plin. l. 10. c. 31.* ¶ Item verrendo purgatus, ab *everro*. quod vide. ¶ Everſa cervix quid ſit. V. *Everto.*

Everto, is, ti, ſum, a. 3. *roveſciare*, הרס, Ger. *vmbkerem*, Gall. *renverſer*, Hiſp. *deſtruyr*, ἀνατρέπω, proprie eſt in ſtatum contrarium vertere. *Cic. 1. de Or.* Qui duorum ſcalmorum naviculam in portu everterit. ¶ Translate eſt excindere, diruere, demoliri. *Cic. 1. Off.* De evertendis autem, diripiendiſque urbibus valde illud conſiderandum eſt. ¶ Item proſternere, de ſtatu aliquem dejicere, *abbattere. Cic. 5. Fam.* Quam me vi, atque impreſſione evertere. ¶ Item perturbare, tollere. *Cic. Att. l. 16.* Is, quantum in ipſo fuit, Remp. evertit. ¶ Item expellere, *Cic. 3. Ver.* Ne per ſummam injuriam pupillum Junium fortunis patris conetur evertere. ¶ Item retellere, *ribattere. Cic. de Or.* Sua confirmare, adverſarii evertere. ¶ Evertere cervicem, eſt jactare, in aliam partem violento motu vertere. *Ter. Heaut. 2. 3. 131.* Inverſa verba, everſas cervices tuas.

Eveſtigātus, a, um, adject. ab eveſtigo, *inveſtigato, ſcoperto. Senec. controv. 9.* Tu Craſſe, poſt eveſtigata illa fugitivorum arma ditiſſimus.

Eveſtigĭo. V. Veſtigium.

Euganēi, græce εὐγενεῖς, a nobilitate ſic dicti, populi Venetiæ, ubi nunc Patavini. Antenor enim iis expulſis, Patavium Urbem & populos ſuos ſtatuit. *Liv. l. 1.* De his etiam *Plin. l. 3. c. 20.*

Euganēi colles, *i monti di Padova*, ſeptem fere paſſuum millibus Patavio diſtantes. Fama eſt, Euganeorum Urbem ad horum radices fuiſſe, & ibidem Geryonis templum a Græcis conditum. Horum altiſſimus *Venda* dicitur, in quo Monachorum Olivetanorum Cœnobium non contemnendum. Nobiliſſimi autem *Titulum*, & *Arquadum*, quod in eo T. Livius, in hoc F. Petrarcha ædes, & prædia ad ruſticandum habuerint. Inter utrumque *Tauriſia* eſt ſitu, cultuque præter cæteros inſignis. Ibi Fratrum S. Mariæ de Monte Ortone perpulcrum hoſpitium, vulgo *Mirabello*, Monachorum S. Benedicti parvum Cœnobium, vulgo *Caſtelletto*, & princeps Eremitarum Camaldulenſium Eremus, vulgo *Rua*. V. *Scardeon. de Antiq. Urbis Patavinæ.*

Euganēus, a, um, adject. gentile, ut Euganea tellus, *Sil. l. 8. v. 604.* Euganea agna, *Juven.*

Euge, εὖγε, interjectio aſſentientis, laudantis, & gratulantis. *Plaut. Epid.* Euge, corpulentior videre, atque agilior. Adde *Ter. Adelph. 5. 7. 13.*

Eugeniæ, f. 1. uvæ quædam, a generoſitate ſic dictæ. Nam εὐγένεια, nobilitas eſt. *Col. l. 3. c. 2.* Sicut eugeniæ, dum ſunt in Albano colle.

Eugĕ-

Eugĕpe, interject. exultantis, & approbantis. *Plaut. Amph.* 4. 1. 18. & alibi.

Eugium, n. 2. ὑμὼ, est pars media inter naturalia muliebria, seu pellicula, quæ signum virginitatis habetur, ab ἄγειν, *fertile*. *Laber.* Cum cano eugio puellitarier. Adde eund. apud *Non. c.* 2. *n.* 304.

Euhyus, unum ex cognominibus Bacchi, εὖος, hoc est, bonus filius. Cum enim Gigantes in Jovem movissent bellum, cæteris Diis exterritis, fabulantur Poetæ, Liberum Patrem se in leonem transformasse, unumque ex Gigantibus interfecisse, atque ob egregie navatam operam hoc nomine ab Jove fuisse appellatum. *Stat. l.* 2. *Theb.* Prærepti cum te tener Euhye partus Transmisere patri. Hinc

Euias, vel Euhyas, adis, f. 3. Bacchi sacerdos. *Horat. l.* 3. *od.* 25. Ex somnis stupet Euias.

Evibro, as, avi, atum, a. 1. vibro, vel extra vibro, *vibrare*. Translate *Gellius l.* 1. *c.* 2. Nam ut excitarentur, atque evibrarentur animi, quod cornua, & litui moliuntur.

Evictĭo, onis, f. vox JCtorum est, qua significatur legitima probatio, rem aliquam suam esse, quæ ab adversario acquisita sit. *Leg. Non tamen. Dig. de evictionib.*

Evictus, a, um, adject. convictus, *convinto*, *vinto*. *Cic. Ver.* 1. *c.* 1. Tam multis testibus evictus. *Sil. l.* 3. *v.* 581. Virtus paulatim evicta senescit. h. e. enecta, & debellata.

Evĭdens, o. 3. *evidente*, *manifesto*, ברור, Germ. *scheinbar*, Gall. *evident*, Hisp. *evidente*, *manifesto*, σαφὴς, quod aperte videtur, & intelligitur. *Cic. de Un.* Ut esset mensura quædam evidens. *Id. l.* 3. *de Nat. Deor. c.* 4. Evidens est, de quo inter omnes convenit. *Cels. l.* 7. *in princ.* Evidentissimi effectus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor.* Quid enim est hoc evidentius?

Evidenter, adv. *manifestamente*, Ger. *klerlich*, Gal. *evidamment*, His. *claramente*, ἐμφανῶς, perspicue. *Liv. l.* 6. *c.* 26. Cum tam evidenter pœnituerit. ¶ Comparat. *evidentius*, & superlat. *evidentissime*, leguntur *leg.* 11. *Dig. de liber. & posth.* & *leg.* 15. *Dig. qui satisd. cog.*

Evidentĭa, f. 1. *evidenza*, ἐναργεία, perspicuitas. *Cic.* 4. *Acad.* Propterea quod nihil clarius ἐναργείᾳ, ut Græci, perspicuitatem, aut evidentiam nos, si placet, nominemus. Adde *Quintil. l.* 6. *c.* 2.

Evigilatus, o. 1. 2. part. ab evigilo, vigilando confectus. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 12. At quam honesta! at quam expedita tua consilia! quam evigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis!

Evigĭlo, as, avi, atum, n. 1. *destarsi*, *svegliarsi*, יקוץ, Ger. *auffwachen*, Gal. *eter veillé*, *s'eveiller*, His. *velar*, *estar velando*, ἐγερσμὸς, expergiscor, vigil fio. *Plin. ep.* 5. Evigilaveram; nuntius a Spurina. ¶ Nonnunquam est elucubrare, & per vigilias aliquid conficere. *Ov. Trist. l.* 1. *el.* 1. *v.* 107. Quos studium cunctos evigilavit idem. ¶ Translate est prudenter agere, prospicere. *Cic. in Par.* Aut in quo evigilaverunt curæ, & cogitationes meæ?

Evigorātus, a, um, adject. vigore privatus. *Tertull. de Pall. c.* 4.

Evilesco, is, lui, n. 3. vilesco, *divenir vile*, *avvilire*, βωλίζομαι. *Sueton. in Claud. c.* 15. Usque eo eviluit, ut passim ac palam contemptui esset. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 4. *n.* 7. Nullis sordibus pretium caræ pietatis evilescit.

Evinclo, is, nxi, nctum, a. 4. idem ac vincio, vel valde vincio, circumdo, *legare*, *circondare*, ἀναδέω. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 42. Insigni regio Tiridatem evinxit. h. e. diadema imposuit.

Evinco, is, ici, ictum, a. 3. obtineo, vinco, *convincere*, *vincere*, *ottenere*, ἐνικάω. *Liv. l.* 2. Evincuntque instando, ut literæ sibi ad Tarquinios darentur. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 250. Ratio evincet. ¶ Item *superare*, *formontare*. *Virg.* 2. *Æn.* Amnis oppositas evincit gurgite moles. *Horat. lib.* 2. *od.* 15. Platanusque cælebs evincet ulmos. *Ovid.* 1. *Met.* Evincere somnos. *Senec. in Med.* precibus aliquem evincere, *piegarlo*. *Colum. l.* 6. *c.* 5. Evincendi autem sunt quamvis pestiferi morbi, & propulsandi. ¶ Apud JCtos evincere, est rem suam ab alio acquisitam jure repetere. *Ulp. l.* 1. *Dig. de evictionib.*

Evinctus, a, um, adject. vinctus, circumdatus, *circondato*, *legato*. *Virg. Æn.* 5. *v.* 364. Evinctis attollere brachia palmis. *Id.* 8. *Æn. v.* 286. Evinctus tempora ramis.

Eviŏlo, as, a. 1. idem quod violo, lædo. *Propert. l.* 1. *eleg.* 7. Quod nolim nostros eviolasse deos. Al. leg. *te violasse*: Alii *evoluisse*, quod sit præteritum ab *evolvo*, h. e. in fatis disposuisse; vel quod sit idem quod *voluisse*, a *volo*, *vis*.

Eviratĭo, f. 3. *castrazione*, virilium exectio. Metaleptice ponitur pro depilatione. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Eviratio pilorum.

Evirātus, a, um, o. 1. 2. *castrato*, εὐνοχισμένος, castratus, & translate lascivus, & effœminatus. *Martial. l.* 5. *epigr.* 42. Eviratior spadone.

Evirĕsco, is, n. 3. virorem amitto, expallesco. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 258. Atque exsanguibus dolore evirescat colos.

Evĭro, as, a. 1. *castrare*, נתק, Ger. *mincben*, Gal. *ebatrer*, His. *castrar*, εὐνοχίζω, castro, virilitatem execo, & translate effœminatum reddo. *Var. apud Non. c.* 1. *n.* 223. Eviravit omnes Venere vaga pueros.

Evisceratus, o. 1. 2. cui viscera exempta sunt, *sventrato*. *Cic. Tusc. l.* 1. *c.* 44. *ex Ennio*. Ipse fummis faxis fixus asperis, eviscerato latere pendens. ¶ Item quod ex visceribus alicujus rei extrahitur, ut Unio e concha evisceratus. *Solin. c.* 53. (*al.* 66.)

Eviscĕro, as, a. 1. *sventrare*, Ger. *entweyden*, Gal. *ebouveller*, *oter les entrailles*, His. *desentranar*, ἐξεντερίζω, exentero, viscera extraho, visceribus spolio. *Virg.* 11. *Æn.* Pedibusque eviscerat uncis.

Evitabĭlis, le, o. 3. quod evitari potest. *Ovid.* 6. *Met. v.* 234. Fræna tamen dantem non evitabile telum.

Evitatĭo, onis, f. actus evitandi, *lo schivare*, ἐυλάβεια, ut evitatio malorum, *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 2. Fastidii evitatio, *Vopisc. in Aureliano*, *c.* 22.

Evitatus, o. 1. 2. part. ab evitor, *schivato*. *Hor. l.* 1. *carm. od.* 1. Metaque fervidis evitata rotis.

Evĭto, as, avi, atum, a. 1. *schivare*, idem, ac vito, idest fugio, effugio, caveo. *Cic. de Amic.* Quas tum evitare, tum levare, tum ferre sapientis est. ¶ Evito etiam verbum antiquum est, compositum a vita, & significat vitam eripere, vita spoliare. *Enn. apud Cic.* 3. *Tusc. c.* 19. Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari.

Evĭus, ii, m. Bacchi cognomen, quasi bonus filius. V. Euhyus. *Horat. l.* 2. *od.* 11. *v.* 17. Dissipat Evius curas edaces. *Colum. l.* 10. *R. R. v.* 224. Evie, Evie pæan. ¶ Est etiam adject. idest Bacchicus. *Stat. Achil.* 2. *v.* 154. Quater Evia pulsant Terga manu. h. e. tympana.

Eumeces, n. 3. balsami genus levi cortice, ab εὐμήκης, *bene longus*, quod cæteris sit procerius. *Plin. l.* 12. *c.* 25.

Eumenĭdes, um, f. Furiæ infernales, sic dictæ per antiphrasim, εὐμενεῖς, quasi benevolæ, cum revera sint δυσμενεῖς. Hoc autem nomen ab Oreste acceperunt, qui Palladis consilio illas placaverat, cum prius Eurymedes dicerentur, ut docet *Sophocl. in Oedip. Virg.* 4. *Æn.* Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus. ¶ In singulari Eumenis, idis. *Sil. l.* 2. *v.* 559. disjectaque crinem Eumenis in medios irrumpit. V. *Furiæ*.

Eumetris, f. 3. gemma, filici similis, quæ capiti supposita nocturna visa ad oraculi similitudinem reddit. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Eumolpĭde. V. Eumolpus.

Eumolpus, m. 2. fil. Musæi, vel Orphei. Hinc Eumolpidæ, Sacerdotes præsides nocturnorum quorundam sacrificiorum in honorem Bacchi, quod ab Eumolpo instituti fuerint. *Cic.* 2. *de Leg.*

Eunuchīnus, a, um, adject. ad Eunuchum pertinens, ut Eunuchina facies, apud *Hieronym. ep.* 22. *de cust. Virg.*

Eunuchismus, i, m. eviratio, ut eunuchismum facere, apud *Cæl. Aurel. Tard. l.* 1. *c.* 4.

Eunuchīzo, as, eviro, apud *Hieron. cont. Jovinian.*

Eunūcho, as, a. 1. *castrare*, εὐνοχίζω, castro. *Var. in lege Mævia*, *apud Non. c.* 2. *n.* 289. Qui seu eunuchat, aut alibi liberos producit.

Eunūchus, m. g. *castrato*, סריס, Ger. *verschnittner*, Gal. *eunuque*, *chatre*, His. *castrado*, *capado*, εὐνοῦχος, castratus, ab ἕυνις, *orbus*, & ὀχέω, *admissarium admitto*, quasi expers concubitus. *Cic. in Or.* Eunuchi in Syria, Ægyptoque. *Juven. Sat.* 6. quas eunuchi imbelles, ac mollia semper Oscula delectent, & desperatio barbæ. *Id. sat.* 12. Eunuchum se facere. ¶ Est etiam titulus comœdiæ Terentianæ, in cujus prologo, *v.* 32. *Terent.* dixit *Eunuchum suam*, subaudiendo *fabulam*.

Evocāti, m. 2. erant milites veterani, qui expletis stipendiis in gratiam Consulum, Ducumque militiam sumebant, ab *evocando*, quod rogatione, ac precibus, sæpeque litteris, ac nuntiis nominatim evocabantur ad militiam, quam jure detrectare poterant. Singuli eorum honore Centurionum, & insignibus afficiebantur. Unde vitem gestabant. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 6. Antonium Prætectum Evocatorum misi ad te. V. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 15.

Evocatĭo, onis, f. actus evocandi, ἔκκλησις, *il chiamar fuori*, ut inferorum evocatio, *Plin. l.* 30. *c.* 1. ¶ Evocatio etiam dicebatur genus militis per tumultum in re subita collecti, ubi Dux alloquitur cives. Qui Remp. salvam vultis, me sequimini. *Auct. ad Heren. l.* 3. *c.* 2. Vis decernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, evocationes hominum, & alias hujusmodi res. Adde *Donat. ad Terent. Eun.* 4. 7. 2.

Evocator, oris, m. qui evocat. Item qui tumultuarium, & subitum militem cogit. *Cic. Catil.* 1. *c.* 11. Principem conjurationis, evocatorem servorum, & civium perditorum exire patieris?

Evocatorĭe, adv. ut evocatorie curare, *Theod. Prisc. l.* 1. *c.* 13.

Evocatorĭus, a, um, adject. qui evocat, ut evocatoriæ litteræ, apud *Sidon.*

Evocātus, a, um, adject. *chiamato fuori*. Hinc Evocati milites; de quibus V. *Evocati*.

Evŏco, as, avi, atum, a. 1. *chiamar fuora*, קרא, Ger. *hinauff berriffen*, Gal. *appeller*, *hucher*, His. *llamar fuera*, *atraer*, ἐκκαλέω, extra voco. *Teren. in Eun.* 2. 2. 52. Num quem evocari hinc vis foras? ¶ Est etiam accersere ad aliquem locum. *Liv. l.* 3. Evocare ad colloquium. Sic qui in provinciis erant, sæpe ad dicendam causam Romam evocabantur. *Cic. in Ver.* Pericles Ephesius Romam evocatus est, quod auctor injuriæ illius fuisse argueretur. ¶ Item ad subitam, tumultuariamque militiam vocare. *Cæs. l. B. C.* Magnus numerus equitum R. & decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. ¶ Evocare Deos veteres dicebant, pro precibus elicere Numina illa, in quorum esse tutela urbs obsessa putabatur, ut ea relicta, in eorum, qui obsidebant, urbem transirent. *Macrob. Saturn. l.* 3. *c.* 9. ¶ Per translationem est quasi extrahere, retrahere. *Cic.* 1. *Tusc.* Cum a Rep. cum a negocio omni evocamus animum. ¶ *Plin. l.* 14. *c.* 1. Vis earum (vitium) omnis evocatur in palmites. h. e. exit, se diffundit.

Evŏhe, & Evoe, & Evœ dissyllab. εὐοῖ, vox bacchantium, & Liberum Patrem inclamantium, & invocantium, quasi εὖ οἶ, bene illi. *Virg.* 7. *Æn. v.* 389. Evohe Bacche fremens. *Ovid.* 4. *Met. v.* 522. Evohe Bacche sonat. *Catul. Argon. v.* 61. Saxea ut effigies bacchantis prospicit evœ.

Evolatĭcus, a, um, adiectiv. qui volat, ut evolatici homines, apud *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 27. Al. tamen leg. *volatici*.

Evolĭto, as, n. 1. freq. a volo. *Col. l.* 8. *c.* 8. Per quas ad requirendos cibos evolitant.

Evŏlo, as, avi, atum, n. 1. *volar fuori*, עוף, נגר, Ger. *auffstiegen*, Gal. *s'envoler*, His. *volar*, ἀϊπτάμαι, extra, vel in altum volo. *Cic. in Bruto*. Ut evolare, non excurrere videretur. ¶ Translate est progredi, ad honores altius evehi, ascendere. *Cic.* 1. *Fam.* Quem illi esse in principibus facile sunt passi, evolare altius certe noluerunt. ¶ Item eripere se, aufugere. *Cic. in Somn.* Qui ex corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt. ¶ Item vitare, effugere. *Cic. de Prov. Cons.* Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis evolarunt. *Id.* 3. *Ver.* Evolet ex vestra severitate.

Evŏlo, as, a. 1. *rubare*, *rapire*, גזל, Ger. *rauben*, Gal. *voler*, His. *hurtar*, ἁρπάζω, est furari, rapere, quasi in volam recipere. *Plaut. Cist.* 4. 2. 65. Cistellam adolescens hic mihi evolavit. Alii sic leg. Cistella mihi hic, mi adolescens, evolavit.

Evolvo, is, olvi, utum, a. 3. *rivolgere*, גלל, Ger. *trolen*, Gal. *deplier*, *derouiller*, His. *facar bolviendo*, ἀποκυλίω, de loco volvo. *Lucan. l.* 3. Nudis evolvunt saxa lacertis. ¶ Hinc evolvere se dicuntur fluminæ decurrentia. *Virg.* 5. *Æn.* in mare se fluvii evolvunt. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Danubius sex fluminibus in Pontum evolvitur. ¶ Translate evolvere est meditari. *Virg.* 4. *Georg.* Flevisse, & gelidis hæc evolvisse sub antris. ¶ Item legere. *Cic.* 1. *Tusc.* Evolve diligenter ejus eum librum, qui est de animo. ¶ Item explicare, exponere. *Cic. pro Cæl. c.* 23. Reliquum est crimen de veneno, cujus ego neque principium invenire, neque evolvere exitum possum. Sic, naturam rerum evolvere, *Id. l.* 4. *Acad.* ¶ Evolvere se, est evadere, & se expedire. *Ter. Phorm.* Ego nullo possum remedio me evolvere ex his turbis. ¶ Evolvere argentum, pro eruere, reperire, *trovar fuori*, *procacciare*. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 83. Aut terra, aut mari alicunde evolvam id argentum tibi.

Evolutĭo, onis, f. evolvendi actio, explicatio, lectio. *Cic. l.* 1. *Fin. c.* 7. Quid historia, cognitioque rerum, quid Poetarum evolutio?

Evolūtus, a, um, adjectiv. ἀναπεπταμένος, *dispiegato*, *sviluppato*, ut evoluta serpens, & ex oculis elapsa, *Liv. l.* 26. Evolutum furfure panicum, apud *Colum. l.* 2. *c.* 9. h. e. exutum, purgatum. Evolutus bonis, h. e. deturbatus, *Senec. ep.* 75. Evolutus nudatusque tegumentis dissimulationis, *Cic. l.* 2. *de Or. c.* 86.

Evŏmo, is, ui, itum, a. 3. *vomitare*, קאה, Ger. *ausskotzen*, Gal. *vomir*, Hisp. *gomitar*, *rebesar*, ἐξεμέω, extra vomo, vomendo ejicio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Easque, cum stomacho concoxerit, evomere. *Plin. l.* 5. *c.* 9. Evomit se Nilus in mare. ¶ Translate est emittere. *Cic. de Am.* Apud quem evomat virus acerbitatis suæ. *Ter. Adelph.* 3. 2. Evomere iram in aliquem.

Evonymus, f. 2. *Pare rotto*, inf. Siciliæ satis parva, inter Liparam ad Austr. & Strongylen ad Bor. in mari Tyrrheno. Aliis est *Lisca Bianca*, aliis *Vulcanetto*, aliis *Stromboli*.

Eupatorĭa, f. 1. urbs Paphlagoniæ, Regia Mithridatis, ab eo condita, quæ postea Pompejopolis ex Pompeji Magni nomine dicta est, apud Amisum.

Eupatorĭum, n. 2. sive eupatoria, f. 1. herba, al. agrimonia, ab Eupatore Rege. *Plin. l.* 25. *c.* 6.

Euphēme, es, f. 1. mater Croti, & nutrix Musarum.

Euphemiſmus, εὐφημισμὸς, figura rhetorica, qua res ingratas, & odioſas mitioribus vocabulis exprimimus, vel ironice, ut cum Furiæ Eumenides vocantur, vel extra ironiam, ut *Velleÿ. l.* 2. *c.* 93. Si quid accidiſſet Cæſari. h. e. ſi mortuus eſſet. V. *Voſſ. Inſtit. Orat. p.* 2.

Euphona, εὐφωνία, quam *vocalitatem* vertit *Quintil.* eſt ſonus vocum jucundior, ſuaviorque verborum prolatio. Uſurpat *Palæmon Grammaticus*.

Euphorbus, viri Trojani nomen a Menelao occiſi, cujus animam Pythagoras, qui metempſychoſim commentus eſt, habere ſe jactabat. *Ovid.* 15. *Met. v.* 160. Hinc ſapiens Euphorbus pro Pythagora ſumitur ab *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 50.

Euphorion, Poeta Chalcidenſis, qui varia ſcripſit. Elegorum ejus teſtis eſt *Dromed. l.* 3. Poema etiam aliud, in quo multa de Agricultura, aſſert *Suid.* Quam ob cauſam forte Varro, & Columella eum inter ſcriptores ruſticos celebrant. Hujus græca carmina Gallum latine vertiſſe, auctor eſt Serv. Unde *Virg. in Bucol.* Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu &c. V. *Quintil. l.* 10. *c.* 1.

Euphranor, m. 3. ſtatuarius Iſthmius, qui de ſymmetria, & coloribus aliquot volumina edidit. *Plin. l.* 34. *c.* 8.

Euphrates, m. 3. *Frat*, fl. Aſiæ. Oritur ex Niphate M. Armeniæ majoris, in Tigrim cadit, & cum ipſo paulo poſt in ſin. Perſicum ſe exonerat. Dictus creditur ab εὐφραίνω, *exhilaro*, quia aquis ſuis agros circumjacentes fertiliſſimos reddit.

Euphratis, idis, f. quæ ad Euphratem poſita eſt, ut ripa Euphratis, apud *Sidon. in carmine ſubjectio epiſt.* 9. *l.* 8.

Euphroſyne, es, f. 1. εὐφροσύνη, una Gratiarum, ab hilaritate. V. *Gratiæ*.

Euphroſynum, i, herba, alio nomine bugloſſum. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Eupilis, m. 3. *Lago di Puſiano*, lacus Inſubriæ, per quem Lambrus fluit tranſit, cum pago cogn. Leucum verſus in Bor. *Plin. l.* 3. *c.* 19.

Euplæa, f. 1. *Gaiola*, inſ. parva Campaniæ, in ſinu Puteolano, inter Neapolim, & Puteolos, juxta Pauſilypum prom. haud procul a Margellene. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. *v.* 79.

Euplocămus, adject. εὐπλόκαμος, calamiſtratus. *Lucil.* apud *Non. c.* 1. *n.* 155. Euplocamus capillus.

Eupólis, m. 3. antiquus Poeta Comicus, in reprehendendis hominum vitiis liberrimus. Scripſit comœdias decem, & ſeptem, ex quibus novem victoriam meruerunt. Periit in prælio navali inter Lacedæmonios, & Athenienſes commiſſo. Cujus mors quantum civitati luctum attulerit, illud oſtendit, quod publico edicto cautum fuit, ne poetis in poſterum militare liceret.

Eurīnus, a, um, adject. ab Euro, orientalis, *orientale*. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Incipit occidere ventus eurinus.

Euripĭdes, m. 3. εὐριπίδης, Poeta Tragicus Athenienſis. Natus eſt eo die, quo Xerxis exercitus ab Athenienſibus fuſus eſt. Fuit primum in Rhetorica Prodici diſcipulus, deinde Socratis in Philoſophia, ſecutus eſt etiam Anaxagoram. Athenis diſcedens venit ad Archelaum Macedoniæ Regem, apud quem ſummo in honore fuit. Scripſit fabulas ſeptuaginta quinque, ex quibus quinque tantum victoriam meruerunt. Caſtitate vitæ tanta fuit, ut vulgo μισογυνὴς, h. e. oſor mulierum, cognominatus ſit. Duxit tamen uxores duas. Exceſſit noctu diſcerptus a canibus annum agens ſeptuageſimum quintum. Oſſa ejus Regis juſſu Pellam translata, repulſis Athenienſium precibus, qui ſæpe per legatos tentaverunt ut civis ſui reliquias ſibi in patriam referre liceret.

Euripidēus, a, um, adject. ad Euripidem pertinens, ut Euripideum carmen, *Cic.* 3. *Tuſ. c.* 25.

Eurīpus, m. 2. εὔριπος, fretum anguſtum, ab εὖ, & ῥιπίζω, ventilo, quod a *ſpirto*, projicio, quia facile projicitur, & huc, atque illuc jactatur. Variis fretis hæc vox tribuitur. Maxime tamen nobilis euripus inter Eubœam, & Bœotiam, qui Chalcidicus, & Euboicus, & ſimpliciter Euripus nominatur, *Stretto di Negroponte*. Is ſepties die, ac ſepties nocte, ut *Mela l.* 2. *c.* 7. auctor eſt, fluctibus invicem verſis adeo immodice fluit, ut navigia plenis velis ventis repugnantibus ſecum rapiat. Sed Strabo, Seneca, Plinius, & alii ſepties tantum 24. horarum ſpatio reciprocare volunt. Imo *Antiphilus Byzantius l.* 1. *epigr.* ſexies ſolum curſum mutare ait. Denique *Liv. lib.* 38. ſcribit, non ſepties die temporibus ſtatis reciprocare, ſed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti devolutum torrentem, rapi. ¶ Euripi item dicuntur alvei magnifico opere, qui aquas in morem fluviorum deducunt, quo in genere etiam canales recenſendi ſunt, quibus aquæ in ſublime ſaliunt, & in domos privatas aſcendunt, *gore*. Differunt a nilis, quod euripi exiliores ſunt, nili majores. *Cic.* 2. *de Leg.* Ductus vero aquarum, quos iſti nilos, & euripos vocant. ¶ Item lacunæ aquarum inertium in circo, vel arena. *Plin. l.* 8. *c.* 7. Poſtea ſimile ſpectaculum editurus euripis arenam circumdedit.

Euroauſter, tri, m. ventus ſpirans inter Auſtrum, & Eurum. *Colum. l.* 11. *c.* 2. *Inſcrip.* apud *Gruter. p.* 137.

Euronŏtus, m. 2. *Scirocco*, ventus, qui ab oriente hyberno flat, inter Eurum, & Notum. *Apul. de Mundo*, & *Colum. l.* 11. *c.* 2.

Eurōpa, f. 1. εὐρώπη, filia Agenoris Phœnicum Regis, quam Jupiter in bovem transformatus raptam abduxit in Cretam, ex qua genuit Minoem, & Rhadamanthum. *Plato in Min. Ovid.* 2. & 3. *Met.*

Eurōpa, f. 1. *Europa*, una ex præcipuis partibus orbis terrarum, ſic dicta ab Europa Agenoris filia. Habet a Sept. & Occ. Oceanum, a Mer. Mare Mediterraneum, ab Or. Aſiam. Separatur ab Africa Mare Med. Africo, Sardoo, & Iberico, ab Aſia Tanai fl. Ponto Euxino, & mari Ægæo.

Europæus, a, um, adject. *Europeo*. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 23. Noverat ante alios faciem ducis Europæi. h. e. Europæ filii. *Nepot Eumene*, *c.* 3. Illum unum oppoſuerat Europæis adverſariis.

Europenſis, ſe, adject. Europæus. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 21. Aureliano rebus Europenſibus occupato.

Eurōtas, m. 1. Hymetus, Marathon, Neris, *Baſilipotamo*, fl. Peloponneſi, lauris abundans, qui oritur in Arcadia, non procul ab Alpheo, in vico Aſca, prope Megalopolim, longe a Stymphalo M. in Auſt. per Laconiam in Mer. fluit, Lacedæmonem alluit, & in ſin. Laconicum ſe exonerat. *Virg.* 1. *Æneid.*

Eurus, m. 2. ἔυρος, ventus, al. Subſolanus, qui flat ab ortu verno, ſeu æquinoctiali, ab ἠὼ ἠέλιος, vel ab εὖ, & ῥέειν, a bene fluendo. *Ovidius:* Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu. ¶ Sæpe a Poetis ponitur pro parte Orbis orientali. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 538. regio, quæ immenſo deſcendit ab Euro.

Euryăle, f. 1. εὐρυάλη, fuit Regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. ¶ Alia fuit Prœti Argivorum Regis filia. ¶ Tertia una ex Gorgonibus.

Eurydice, es, f. uxor Orphei, pro qua recuperanda ad inferos deſcendit. *Virg. l.* 4. *Georg. v.* 486. Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras. Fabulam V. in *Orpheus*.

Eurylŏchus, ſocius Ulyſſis, qui ſolus Circes pocula non guſtavit, neque in ſuis figuram eſt tranſmutatus. *Ovid.* 14. *Met. v.* 287. Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit.

Eurymēdon, ontis, pater Periboæ, ex qua Neptunus ſuſcepit Nauſithoum Regem Phæacum, & Alcinoi Patrem. *Homer. Odyſſ.* 7. ¶ Item filius Fauni, de quo *Stat.* 11. *Theb. v.* 32. ¶ Item fluvius, qui ex Tauri jugis ortus Pamphiliam ſecat. *Mela l.* 1.

Eurynōme, es, Oceani, & Tethyos filia, uxor Orchami Achæmeniorum Regis, mater Leucothoes. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 210. ¶ Item Apollinis filia, quæ Adraſtum Argivorum regem, & Euryphylem Amphiarai conjugem peperit.

Eurypylus, Herculis filius, augur peritiſſimus inter Græcos, qui regnavit in Coo inſula. *Ovid.* 7. *Met. Virg.* 2. *Æn.*

Euryſtheus, triſyllab. m. 2. εὐρυσθεύς, Stheneli Mycenarum Regis filius, qui Junonis inſtinctu imperabat Herculi, ut varia monſtra ſuperaret, quo poſſet perire. Quare eum *Virg.* durum appellat, 3. *Georg. in princ.*

Eurythmĭa, æ, f. εὐρυθμία, concinnitas, convenientia, apta diſpoſitio. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. Architectura conſtat ex ordinatione, ex diſpoſitione, eurythmia, & ſymmetria.

Eurytis, idos, f. patronym. filia Euryti, Εὐρυτὶς, h. e. Jole. *Ovid. heroid. ep.* 9. *v.* 133. Eurytidoſque Joles, atque inſani Alcidæ. Adde *Met.* 9. *v.* 395.

Eurythus, m. 2. εὐρυθὸς, Oechaliæ Rex, pater Joles, ab Hercule victus, & occiſus, cum filiam certaminis lege promiſſam nollet tradere. ¶ Item Mercurii filius, comes Argonautarum. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 538. & *l.* 3. *v.* 471. & *l.* 6. *v.* 570.

Euſchēme, adverb. εὐσχήμως, decore, ſpecioſe. vox græca, qua utitur *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. & *Trinum.* 3. 1. 24.

Euſebĭus, εὐσέβιος, cognomento Pamphili, ob amicitiam cum Pamphilo Martyre, chronologus fuit, & Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus. Floruit temporibus Conſtantii & Conſtantini. Multa ſcripſit, quorum catalogum recenſet Suidas.

Euſtathĭus, Epiphanæus, ſub Anaſtaſio Principe, ſcripſit epitomen ab Ænea uſque ad ſua tempora. *Voſſ. de hiſt. Græc. l.* 2. *c.* 21.

Euſtўlos, i. εὔστυλος, concinne columnis diſpoſitis extructus. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2.

Euterpe, f. 1. una ex Muſis, quæ tibias invenit, ab εὖ, bene, & τέρπω, delecto, ideſt, a concentus ſuavitate. *Horat. l.* 1. *od.* 1.

Euthygrammus, i, m. εὐθύγραμμος, quaſi recta linea, regula eſt Architectorum; de qua *Vitruv. l.* 1. *c.* 1.

Eutўches, etis, & ichis, monachus Conſtantinopolitanus, hæreſiarcha, qui in Chriſto duas naturas negavit, damnatus in Synodo Chalcedonenſi, Marciano Imp. Vixit circa A. C. 450.

Evulgo, as, a. 1. *divolgare*, *pubblicare*, פרסם, Ger. *ausſbreitten*, Gal. *publier*, *divulguer*, Hiſp. *divulgar*, *pregonar*, ἐξαγγέλλω, in vulgus edo. *Liv. l.* 9. *c.* 46. Civile jus repoſitum in penetralibus Pontificum evulgavit.

Evulsĭo, onis, fœm. *lo ſradicare*, *o ſtaccare*, ἔκκοπσις. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 22. Qui primus purgationes alvi, dentiſq; evulſionem invenit.

Evulſus, a, um, adject. ab evello, *ſtaccato*, *ſbarbicato*, ἐκκοπσθὲὶς, *Cic. l.* 15. *Att. ep.* 4. Arbor exciſa, non evulſa. *Senec. Med. v.* 947. Sinu marris evulſi filii.

Euxīnus Pontus, Euxinum Mare, *Mar Maggiore*, *Mar Negro*, mare illud, quod incipiens a Boſphoro Thracio vergit in Or. & Sept. ambitus 25. M. ſtad. long. 5. M. lat. 3. M. Prius ἄξενος, Pontus Axenus dictus eſt, ſc. inhoſpitalis, propter immanitatem eorum, qui ejus maris litora incolebant. Illi enim hoſpites immolare ſolebant, & carnibus peregrinis ex calvis eorum ſibi pocula conficere. Poſtea cum in locis maritimis Jones aliquot oppida condidiſſent, cohibito Scytharum aſſueto latrocinio, receptoque Græcorum hominum commercio, pro Axeno Euxinus, hoc eſt, hoſpitalis, appellatus eſt. *Strabo l.* 7. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 4. *v.* 55. Frigida me cohibent Euxini litora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. ¶ Proprie eſt adject. non ſubſtant. ut Euxinum litus, *Id.* 4. *de Pont. el.* 3. *v.* 51. Euxinæ undæ, *l.* 4. *el.* 7. *in princip.*

Euzōmon, n. 2. ἔυζωμον, eruca, herba, quia ἔυζωμος eſt, h. e. idonea ad gratiam conciliandam juri, quod græce ζωμὸς dicitur. *Plin. l.* 20. *c.* 3.

E ANTE X.

Ex, & e, *da*, מן, Ger. *von*, Gal. *de*, Hiſp. *de*, ἐκ, ἐξ, præpoſ. una ex iis, quæ ablat. regunt. *Cic. in Brut.* Cum percontaretur ex quadam anicula. *Ter. Eun.* 3. 2. E flamma petere cibum. ¶ Variis verbis, & nominibus junctа varias habet ſignificationes. Interdum enim notat locum, ut *Plaut. Aſin.* 1. 2. 4. Jam ex hoc loco ibo ad tres viros. *Ter. Eun.* 3. 2. 18. Ex Æthiopia eſt uſque hæc. Sic, laborare ex capite, e renibus, &c. *Cic. Terent.* ¶ Interdum tempus, & ſignificat poſt, *dopo*. *Cic. Phil.* 1. Ex eo die, quo in Ædem Telluris convocati ſumus. *Virg.* 2. *Æn.* Ex illo fluere ſpes Danaum. h. e. poſt illud tempus. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 22. Quod Provinciam ex Prætura habuerat. h. e. poſt Præturam. Huc etiam illa pertinent: aliam rem ex alia cogitare, ex alio aliud accidere. *Ter. Heaut.* 3. 3. 73. & *Eun.* 4. 2. Sic *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 70. Ex magnis rupibus nactus planiciem. *h. e.* poſt magnas rupes. ¶ Item materiam, ex qua quid fit, ut ſtatua ex ære facta, poculum ex auro. *Cicer. & alii paſſim.* ¶ Item cauſam, & ſignificat propter. *Sen. de Benef.* Nec ex hoc æs alienum profitebor. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro *cum*. *Plaut. Merc.* 1. 2. 28. Relinam ex melle Ægyptiam vorato. ¶ *Quintil. l.* 5. *c.* 6. Adjicit ex abundanti hanc quoque fiduciam. *id eſt*, præter neceſſitatem. *Liv. l.* 8. *Bel. Pun.* Cum ex inſperato repente miſiſtis nobis huc P. Scipionem. ideſt, præter ſpem, & opinionem. ¶ Interdum pro fecundum, pro. *Ter. Adelph.* 2. 1. 22. Ornatus eſſes ex tuis virtutibus. Hinc *Ex animo*, ſecundum animi ſententiam, *ſinceramente*. *Ter. Eun.* Utinam iſtuc verbum ex animo, & vere diceres. ¶ Ex decreto, *in vigor del decreto*. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 13. Decedere ex provincia ex ſenatus conſulto. ¶ *Ex ſententia*, vel *ex animi ſententia*, ſecundum conceptum mentis. *Cic.* 3. *Offic.* Sed quod ex animi tui ſententia juraveris. *Idem* 2. *Fam.* Sane feliciter, & ex mea ſententia Rempub. geſſimus. ¶ *Ex fide*, ſecundum fidem, fideliter. *Suet. in Galba*. Nummulario non ex fide verſanti pecunias manus amputavit. ¶ *Ex æquo*, ſecundum æqualitatem, æqualiter. *Tac. l.* 2. *hiſt.* Diſcrimen, ac periculum ex æquo partiemur. ¶ Vel ſecundum æquitatem. *Liv. l.* 42. Ut ex æquo fœdus fieret. ¶ *Ex conſuetudine*, ſecundum conſuetudinem. *Plin. Epiſt. l.* 2. Hunc, oro, ex conſuetudine tua & legas, & relegas. ¶ *Ex dignitate*, ſecundum dignitatem, pro dignitate, ut dignitas poſtulat. *Cic. Licin.* 5. *Fam.* Et, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. ¶ *Ex præſcripto*, ſecundum id, quod nobis præſcriptum eſt. *Col. l.* 1. *c.* 1. Neque enim ſemper eundem, velut ex præſcripto habitum gerunt. ¶ *Ex compoſito*, ſecundum id, quod compoſitum eſt, ut convenerant, dedita opera, *ſecondo l'accordo*, *o l'ordine*. *Liv. l.* 1. Tum ex compoſito orta vis. ¶ *Ex profeſſo*, ſecundum id, quod profitemur, ex profeſſione, ſerio, non diſſimulate, *daddovero*. *Quint. l.* 12. *c.* 1. Ex profeſſo Philoſophiam oſtentantibus parum decori ſunt plerique orationis ornatus. ¶ *Ex toto*. i. e. omnino. *Sen. c.* 5. *de conſol. ad Polyb.* Ex toto projice dolorem. ¶ Interdum reſolvit adverbia. Hinc *ex continenti*, continenter, ſtatim, *ſubitamente*. *Juſt. l.* 1. Qui ex continenti, ne dato in pœnitentiam ſpatio res per quenquam enarraretur, &c. ¶ *Ex integro*, vel de integro, denuo,

denuo, *di nuovo*. *Plin. in epist.* Datumque a Senatu jus omnibus ex integro agendi. ¶ *Ex facili*, facile. *Plin. l.* 22. *c.* 15. Quoniam lubrica ex facili hauriretur. ¶ *Ex vero*, pro vere. *Ovid. in mort. Tibul.* ¶ *Ex industria*, industrie, dedita opera, *a posta, studiosamente*. *Liv. l.* 1. Ex industria factus ad imitationem stultitiæ. ¶ *Ex tempore*, improviso, absque ulla præcedente meditatione. *Plin. in Epist.* Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. ¶ Accipitur etiam pro inter. *Plin. epist.* Librum quem tibi misi, ex omnibus meis vel maxime placere significas. *Plaut. Most.* 1. 4. 29. Illi ex omnibus optime volo. ¶ Jungitur interdum cum aliis præpositionibus, ut ex ante. V. *Ante*. ¶ Aliquando redundat. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 54. Expressam in cera ex anulo suo imaginem. *Id. Merc.* 1. 2. 1. Ex summis opibus, viribusque usque experire.

Exacerbātus, a, um, adject. *irritato, esacerbato*. *Liv. l.* 8. *c.* 33. Cum affirmarent intestius Papirium exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbatumque. *Suet. Tib. c.* 62. Auxit fœvitiam exacerbatus indicio de morte filii.

Exacerbesco, scis, n. 3. *inacerbirsi, farsi aspro*, כּוֹר, Ger. *erzirnt warden*, Gal. *devenir apre*, Hisp. *exasperarse*, valde acerbus fio. *Apul. in Apol.* Quis est tam mitis, quin exacerbescat?

Exacerbo, as, a. 1. *adirare, irritare*, כּעס, Ger. *verbittern*, Gal. *irriter, aigrir*, Hisp. *exasperar*, παροξύνω, irrito, ad iracundiam provoco. *Suet. in Galb. c.* 16. Atque eo quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerbavit.

Exacesco, is, ui, n. 3. *inacetirsi*, כּר, Ger. *saur werden*, Gal. *devenir aigre*, Hisp. *hazerse agrio*, ἀκηδιάσκω, acidus fio. *Col. l.* 12. *c.* 17. Deinde cum exacuit, & remisit liquorem.

Exacte, adverb. accurate, diligenter, *esattamente*, ἀκριβῶς, *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. Ut exacte perorantibus mos est. *Gel. l.* 1. *c.* 3. Theophrastus super hac re exactius, quam Cicero, disserit.

Exactio, onis, f. 3. ἀπαίτησις, acerba, & imperiosa petitio, cujusmodi est vectigalium, & tributorum collectio, *esazione*. *Cic.* 2. *de Leg.* Eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione. ¶ Exactio operis dicitur, cum certum pensum in singulos dies exigitur. *Col. l.* 1. *c.* 8. Nulla est autem major vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio. ¶ Significat etiam ejectionem, expulsionem, *scacciamento*, ut exactio Regum, apud *Cic. l.* 1. *de Orat.* ¶ Item operis absolutionem, & perfectionem. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. Ut etiam in operum perfectionibus singulorum membrorum ad universam figuræ speciem habeat commensus exactionem.

Exactor, oris, m. 3. qui aliquid exigit, *esattore*. *Cæs.* 3. *B. C. c.* 32. Erat plena lictorum, & imperiorum provincia, confecta prætectis, & exactoribus. ¶ Item expulsor. *Liv. l.* 9. *c.* 17. Ita dein de exactores Regum Junii, Valeriique. ¶ Item qui aliquid exequitur, & peragit, ut exactor supplicii, qui supplicium sumit, apud *Liv. l.* 2. *c.* 5. Sic exactor operis. *Colum. l.* 3. *R. R. c.* 13. Opus est autem perito, & vigilante exactore. ¶ Exactor studiorum, apud *Quintil. l.* 1. *c.* 3. est qui instat, & pensum studiorum exigit.

Exactus, a, um, nom. ex particip. *scacciato*, expulsus. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 9. Exactis regibus. ¶ Item exagitatus, *agitato*. *Ovid.* 4. *Trist. el.* 9. 4. Orestes Exactus furiis venerat ipse suis. ¶ Item præteritus, *passato*. *Virg.* 3. *Georg.* At tribus exactis, ubi quarta accesserit æstas. ¶ Item completus, *finito*. *Id.* 6. *Æn.* His demum exactis, perfecto munere Divæ, devenere locos lætos. *Liv. l.* 1. Venerabilis viri, atque adeo exactæ jam ætatis, *di età avanzata*. ¶ Item adactus. *Senec. in Herc. Oet.* Eat per artus ensis exactus meos. ¶ Item perfectus, elaboratus, *esatto, perfezionato*. *Propert. l.* 3. *eleg.* 1. Exactus tenui pumice versus eat. *Ovid.* 4. *de Pont. eleg.* 9. Exacta fides. *Mart. l.* 4. *epig.* 42. Nihil exactius, eruditiusque. *Plin. l.* 8. *ep.* 23. Quod ille obsequium Serviano exactissimo viro præstitit.

Exactus, us, m. 4. sumitur pro venditione, quia merx, dum venditur, exigitur a nobis, idest, emittitur. *Quintil. Declam.* 19. Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum, puto, invenit.

Exacuo, is, cui, cutum, a. 3. idem quod acuo, hoc est, acutum facio, *aguzzare*. *Virg.* 3. *Georg.* Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus. ¶ Translate est acutiorem, & perspicaciorem reddere. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Nasturtium Venerem inhibet, animum exacuit. *Cicer.* 2. *de Leg.* Exacuere aciem oculorum, & ingenii. ¶ Item incitare, inflammare. *Cicer. Art. lib.* 12. Velim, cohortere, & exacuas Cluatium.

Exacutio, f. 3. actus exacuendi. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Calami exacutio medullam ne nudet.

Exactus, o. 1. 2. acutus, *aguzzo*. *Plin. l.* 18. *c.* 18. Exacutior in mucronem fastigiata. *Id. l.* 17. *c.* 28. Exacutæ falces.

Exadverso, V. *Adversus*. adject.

Exadvocātus, i, qui aliquando advocati munere functus est. *Augustin. de Civ. Dei l.* 22. *c.* 8.

Exædificātio, onis, f. idem ac ædificatio, vel ædificationis absolutio. ¶ Translate *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 35. Ipsa autem exædificatio posita est in rebus, ac verbis.

Exædificātus, a, um, *fabbricato*, ædificatus. *Sallust. in Catil. cap.* 12. Villæ in urbium modum exædificatæ.

Exædifico, as, avi, atum, a. 1. *fabbricare compiutamente*, כּנה, Germ. *ausbauen*, Gall. *batir, achever de batir*, Hisp. *edificar*, ἐξοικοδομέω, perfecte ædifico, vel ædificium absolvo. *Cæs.* 1. *B. C.* Quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia exædificaverat. ¶ Translate est quodcunque opus perficere. *Cicer.* 1. *de Orat.* Non gravere exædificare id opus, quod instituisti. *Plaut. Trin.* 1. 2. 95. Qui exædificasset suam inchoatam ignaviam. ¶ Usurpat pro domo ejicere *Plaut. Trin.* 5. 2. 3. Nam exædificasset me ex his ædibus.

Exæquatio, onis, actus exæquandi. *Vitr. l.* 5. *c. ult.* Super eam exæquationem. ¶ Item æqualitas, *uguaglianza*. *Liv. l.* 34. *c.* 4. Hanc ipsam exæquationem non fero.

Exæquatus, a, um, *uguagliato*, idem ac æquatus. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 40. Cortex cum cortice exæquatus. *Lucr. l.* 5. *v.* 1296. Exæquata certamina belli.

Exæquo, as, avi, atum, a. 1. *fare uguale, uguagliare*, השׁוה, Ger. *gleich machen*, Gal. *égaler*, Hisp. *igualar*, ἐξισόω, æqualem facio. *Cic. post red. in Sen.* Propterea, quod superiorem esse contra improbos minus est negocii, quam bonis exæquari. *Id. de Amic. c.* 20. Exæquare se cum inferioribus. ¶ Quidam Lexicographi addunt *Exæquor, aris*, deponens, allato exemplo *Ovid. in Paneg. ad Pison.* (quod legitur inter op. *Lucani*, vel *Claud.*) *v.* 25. Sed ibi pro *exæquamur*, *exæquamus*, al. leg.

Exæstuo, as, avi, atum, n. 1. *ondeggiare, inondare*, ἐκχυμαίνω, æstuando exundo. *Cur. l.* 4. *c.* 2. Exæstuare semper fretum. ¶ Translate *Virg. 9. Æn.* Mens exæstuat ira.

Exævio, V. Exæsvio.

Exaggeratio, f. 3. *accrescimento*, *amplificazione*, אמיפה, Gal. *accroissement*, *exaggeration*, Hisp. *encarecimiento*, *exageracion*, αὔξησις, magna coacervatio, cum terra in aggerem erecta sustollitur in fastigium. ¶ Translate ponitur pro altitudine, & excellentia. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 26. Hoc tibi propone, amplitudinem, & quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, qui maxime eminet in contemnendis, & despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. ¶ Item pro amplificatione oratoria, cum pluribus verbis una, eademque res vehementer dicitur. *Gel. l.* 13. *c.* 24. Num onerandi, vel exprobrandi criminis causa exaggerationem aliquam speciosam facit? *Et paulo post*. Apud Homerum ejusdem rei, atque sententiæ luculenta exaggeratio est.

Exaggĕrātus, a, um, cumulatus, auctus. *Cic. de clar. Orat.* Altius exaggerata oratio. *Id. 6. seu* 5. *Parad.* Si quidem animo excelso, alto, & virtutibus exaggerato fumus. *Id.* 4. *Catil. c.* 9. Auctæ, exaggeratæque fortunæ. *Gell. l.* 13. *c.* 23. Neque ornatius fit, neque exaggeratius.

Exaggĕro, as, avi, atum, a. 1. *accrescere, amplificare*, אפף, Ger. *aufhaufen*, Gal. *exagerer*, Hisp. *encarecer, exagerar*, σωρεύω, in unum aggerem congero, & coacervo. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Exaggerando aliam accumules. Rem familiarem omni ratione exaggerantes. ¶ Translate est amplificare, extollere. *Cic.* 5. *Tusc.* Exaggerantem tantopere virtutem, & extenuantem cætera. *Id.* 1. *Offic.* Exaggerare rem familiarem. *Id.* 1. *de Orat.* Nisi istam artem oratione exaggerasses. *Quint. l.* 6. *c.* 2. Injuriam nostram exaggeramus. *Velley. l.* 2. *c.* 129. Juventam Germanici exaggeravit honoribus.

Exagitator, m. 3. qui exagitat, & infectatur. *Cic. in Orat. c.* 13. Et quidem exagitator omnium Rhetorum hunc miratur unum.

Exagitatus, o. 1. 2. adject. ab exagitor. *Cic. post red. in Sen.* Qui causam Senatus exagitatam concionibus improborum sic sua diligentia multitudini commendavit. h. e. sæpe tractatam, & disputatam.

Exagito, as, avi, atum, a. 1. *turbare*, עגה, Ger. *umhertreiben*, Gal. *travailler*, Hisp. *turbar*, *molestar*, διατρύω, vehementer agito, vexo. *Lactant. l.* 6. Poetæ tres Furias esse dixerunt, quæ mentes hominum exagitent. *Horat. l.* 2. *Sat.* 6. *v.* 54. Dii exagitent me. ¶ Est item exasperare, & ad iram provocare. *Sallust. in Catil.* Tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quam exagitanda videbatur. ¶ Item excutere, examinare. *Cic. pro Cluen.* Exagitabantur omnes ejus fraudes, atque fallaciæ. ¶ Item insectari, & lædarguere, ut exagitare aliquem disputationibus, & concionibus. *Cic. in Orat. c.* 3.

Exagium, ii, n. examen, seu examinatio libræ per pondera, pensatio. *Vet. Inscript.* Ratio docuit, sub exagio potius pecora vendere. h. e. appensa ad libram pecora vendere. *Cujac.* Exagium exponit trutinam, & certæ ponderationis genus, quod constabat siliquis.

Exagōga, æ, vel exagoge, es, f. 1. ἐξαγωγή, exportatio, seu evectio mercium. *Fast. Plaut. Rud.* 3. 2. 17. Eamque eventuram exagogam Capuam salvam. *Id. Truc.* 4. 2. 6. Iste dum sic faciat domum ad te exagogam. ¶ Exagoga, æ, ἐξαγωγεύς, m. 1. exportator. *Plaut. Truc.* 2. 7. 2. Damnigeruli toras gerones, bonorum exagogæ. Alii legunt, *hamaxagogæ*, h. e. qui vehiculis bona exportant, ab ἅμαξα, currus.

Exalbesco, is, ui, n. 3. *diventar bianco, impallidire*, הירבין, Ger. *weiss werden*, Gal. *blémir*, Hisp. *hazerse blanco*, est pallescere, & colorem pristinum in album commutare. *Cic.* 1. *de Or. c.* 26. Ut exalbescam in principiis dicendi.

Exalbĭdus, a, um, o. 1. 2. *bianchino*, albidus, aliquantum albus. *Plin. l.* 24. *c.* 19. Folia urticæ in medio exalbida.

Exalburno, as, a. 1. est alburnum detrahere, idest eam partem, quæ proxima est cortici. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Deinde robur exalburnatum, cui nigricans color.

Exaltatio, onis, f. *esaltazione*. *Tertul. de cult. fœm. c.* 3. Exaltatio non congruit professoribus humilitatis.

Exalto, as, a. 1. *esaltare, alzare*, רוּם, Ger. *erheben*, Gal. *élever*, Hisp. *enalcar*, μετεωρίζω, in altum elevo. *Col. l.* 3. *c.* 13. Fodiuntque (sulcos) & exaltant in tres pedes.

Exaluminātus, a, um, o. 1. 2. ad colorem aluminis accedens. *Plin. l.* 9. *c.* 35. *de unionibus*, Summa laus coloris est exaluminatos vocari.

Exambio, is, ivi, itum, a. 4. per ambitum quærere, tentare, *brogliare*. *Arnob. l.* 3. Nunquid rex poli libamine aliquo exambitur, aut hostia?

Exămen, inis, n. 3. *sciame d' api*, עדת דבורים, Germ. *immenschwarm*, Gal. *essaim*, Hisp. *enxambre*, ἔσμός, nova apum soboles, quam parentes ex suis alvearibus ad novas sedes quærendas exire cogunt. *Cic. de Sen.* Nec fœtibus solum res rusticæ lætæ sunt, sed hortis etiam, & apum examinibus. ¶ Translate dicitur de piscibus. *Plin. l.* 31. *c.* 1. Rapiunt eo secum piscium examina. ¶ Item de hominibus. *Horat. l.* 1. *od.* 35. *v.* 30. Et juvenum recens examen. ¶ Examen item filum est, seu stylus, quo trutina regitur, al. stateræ lingua, quæ per mediam ejus ansam vertitur, & cum in neutram partem inclinatur, æquilibrium indicat. *Virg.* 9. *Æn.* Jupiter ipse duas æquato examine lances sustinet. ¶ Hinc translate ponitur pro exacto judicio, & pensiculata alicujus rei investigatione. *Pers. in prine. Sat.* 1. Examenve improbum in illa cadiges trutina. Ubi *Vet. Scholiast.* Examen est lingua, vel lignum, quod mediam hastam ad pondera adæquanda tenet: trutina vero est foramen, intra quod est lingula, de qua examinatio est. *Stat. l.* 3. *Silv.* 3. *v.* 203. Viam morum, longæque examina vitæ Poscam.

Exāminate, adverb. cum examine, & judicio. *Ammian. l.* 27. *c.* 23. Dum deliberatur examinatius, quid fieri deberet. Adde *Tertul. de præscriptionib. adversf. Hæret. c.* 20.

Examinatio, onis, f. *esame, inquisizione*, examen, investigatio. *Ulp. l.* 1. *de Abig.* §. 4. Ad examinationem civilem remittendus est. ¶ Proprie *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. Per scapi librationem, & examinationem. h. e. ponderationem, æquilibrationem.

Examinator, oris, m. *esaminatore*, qui inquirit, vel ponderat. *Cassiod. l.* 6. *ep.* 18. Panis pondera æquus examinator intende.

Examinatorius, a, um, adject. ad examinandum pertinens, ut, mysteria Fidei examinatoria, *Ter. adv. Gnost. c.* 7.

Examinatus, a, um, *pesato*, examine seu statera pensus. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 12. Utuntur taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo.

Examĭno, as, avi, atum, n. 1. est vernare. *Col. l.* 11. *c.* 24. Ab ortu Vergiliarum ad solistitium examinant alvei. h. e. per novam fœtuum procreationem crescunt. ¶ Est etiam act. & significat trutina expendere, & translate ponitur pro scrutari, investigare, *esaminare, considerare*, חמר, Ger. *erforschen*, Gal. *examiner*, Hisp. *examinar*, ἐξετάζω. *Cic.* 2. *de Orat.* Quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. *Hor. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 8. male verum examinat omnis Corruptus Judex. ¶ *Vitr. l.* 10. *c.* 8. *de vesti.* Cogit pressionibus examinare paucis manibus oneris maximi pondus, *fa, che poca forza premendo equilibra, e solleva un grandissimo peso*.

Exămo, valde amo, ὑπερφιλέω. Affertur a quibusdam Lexicographis ex *Plauto*, cujus verba nos invenire non potuimus.

Examplexor, aris, atus sum, depon. 1. amplexor, complector. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 52. Et tu per deos, inquit, hunc examplexare.

Examurco, as, avi, atum, a. 1. *levar la feccia all' oglio*, ἀπαμυργέω, est sublata amurca oleum defæcatum reddere. ¶ Ad alia transfert *Apul. l.* 4. *A. A.* de corio ursæ detracto: Soli siccandum tradimus: ac dum cœlestis vaporis flammis examurcatur, &c.

Examussim, adverb. examinato, recte, castigate, perfecte, ab amussim. *Plaut. Amph.* 2. 2. 213. Examussim est optima.

Exanclo, V. Exanflo.

Exanguis, & exſanguis, gue, o. 3. *ſenza ſangue*, Germ. *blutloſ*, Gal. *ſans ſang*, Hiſp. *ſin ſangre*, ἄναιμος, ſine ſanguine. *Cic. pro Sext.* Quem cum jacentem, & conciſum pluribus vulneribus extremo ſpiritu exanguem, & confectum viderent. ¶ Accipitur etiam pro pallido, quod pallentes videantur ſanguine carere. *Ovid.* 3. *Triſt.* Aſpicis exangui chartam pallere colore. *Hor. epiſt.* 1. Biberent exangue cuminum, ſcil. quia ſemen illius epotum pallidos reddit. *Ovid.* 9. *Met.* Exanguis metu.

Exanimabilĭter, adverb. *con timore*, palpitando, *eſſendo mezzo eſanimato*. *Næv.* apud *Non. c.* 4. *n.* 384. Ubi vidi examimabiliter timidis pedibus protinam me dedi.

Exanimālis, o. 3. *ſenza anima*, ἄψυχος, quod non eſt animal, vel quod eſt ſine anima. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 7. Ni illum exanimalem faxo. ¶ Item metonymice id, quod animam eripit. *Plaut. Rud.* 1. 4. 2. Ita multæ ſunt in pectore curæ exanimales.

Exanimatio, f. 3. ἔκπληξις, interfectio, vel perturbatio, quæ ſubſequitur metum, & eſt comes pavoris, ut *Cicer.* definit 4. *Tuſc. Id.* 1. *Off. c.* 35. Ne in perturbationes, atque exanimationes incidamus.

Exanimātus, o. 1. 2. mortuus, *eſanimato*. *Liv. l.* 22. Alteram mœſtam ſedentem ad primum conſpectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. ¶ Item exterritus, perturbatus. *Ter. Andr.* 1. 1. 104. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat. V. Exanimo.

Exanĭmis, V. Exanimus.

Exanĭmo, as, avi, atum, a. 1. *eſanimare*, φονεύω, anima privo, neco, occido. *Curt. l.* 7. *c.* 3. Multos exanimavit rigor inſolitus nivis. ¶ Eſt item perterrere, perturbare, *ſpaventare*, *sbigottire*, *impaurire*, *diſanimare*, נבהל, Ger. *erſchrecken*, Gall. *oter le coeur*, Hiſp. *deſmayar*, ἐκπλήττειν. *Ter. Andr.* 1. 5. Oratio hæc me miſeram exanimavit metu. ¶ Significat etiam ſpiritum, ſeu halitum intercipere, quod iis evenire ſolet, qui nimio curſu fatigantur. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 92. Prædixerat, fore, ut duplicato curſu milites exanimarentur, & laſſitudine conficerentur.

Exanĭmus, a, um, o. 1. 2. & exanimis, me, o. 3. *morto*, ἄψυχος, mortuus. *Virg. l.* 1. *Æn.* Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. *Liv. l.* 8. Ut uno ictu exanimem equo præcipitaret. ¶ Item exterritus, & veluti animi deliquio conſternatus, *sbigottito*, *ſpaventato*, ἄπνοος. *Virg. l.* 4. *Æn.* Audit exanimis, trepidoque exterrita curſu per medios ruit.

Exanio, V. Exſanio.

Exante, V. Ante.

Exanthemāta, n. 3. ἐξανθήματα, a Medicis dicuntur leves humorum eruptiones vel in cute ſubſidentes, ut morbilli puerorum, & maculæ peſtilentes, item lenticulares, & pulicares, vel cutem ſuperantes, ut variolæ puerorum, omniumque ætatum vari, quaſi efflorefcentiæ, ab ἐξανθέω, effloreſco, pullulo, quod ab ἄνθος, flos. *Marcell. Empir. c.* 19. & *Æmil. Macer de herbis*, *cap. de porro*. Antiquioris tamen ævi ſcriptor *Celſus* græcis literis hanc vocem ſcribit.

Exantlātus, o. 1. 2. partic. ab exantlor, *ſuperato*, *tollerato*, *Cic.* 4. *Acad.* Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade. *Id.* 2. *Tuſc.* Quæ corpore exantlato, atque animo pertuli. V. Exantlo.

Exantlo, as, avi, atum, a. 1. *cavar fuori*, שאב, Ger. *erſchepffen*, Gall. *èpuiſer*, Hiſp. *ſacar*, *padecer haſta el cabo*, ἐξαντλάω, proprie eſt exhaurire ſentinam, & generatim exhaurire, a verbo græco allato, quod ab ἄντλος, ſeu ἄντλον, vel ἀντλία, ſentina. *Plaut. Stich.* 1. 3. 116. Iſte vinum poculo pauxillulo ſæpe exantlavit. ¶ Translate eſt perpeti, ſuperare. Sed fortaſſe in hac ſignificatione nulla eſt translatio, quia factum eſt ab ἐξαντλάω, quod ab ἀντλάω, quaſi ἀνατλάω, perfero. *Cic.* 1. *Tuſc. c. ult.* Quod, cum exantlaviſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. *Id.* 2. *de Divin. c.* 30. *ex Poeta*. Tot nos ad Trojam belli exantlavimus annos. ¶ Scribitur etiam *Exanclo*, quod nonnulli putant vocem latinam eſſe, & ab *anculo* eſſe factum; *exantlo* vero Græcam. *Budæus* tamen exiſtimat, utroque modo ſcriptam Græcæ originis eſſe, ut quemadmodum a πλήττω fit *plecto*, ita etiam ab ἐξαντλάω, fieri poſſit *exanclo*. In Vet. lib. promiſcue legitur, & cum *c*, & cum *t*. ¶ *Quint. l.* 1. *c.* 6. verbum hoc inter obſoleta referendum putat, ſed obſtat huic opinioni *Ciceronis* auctoritas.

Exapto, as, a. 1. ἐξάπτω, idem quod apto. *Apulei. l.* 11. *Met.* Viſus eſt quiete proxima, dum magno deo coronas exaptat. *h. e.* apte imponit: vel apte nectit Dei capiti imponendas.

Exaptus, o. 1. 2. aptus, *atto*, apud vet. *Lucr. l.* 4. *v.* 827. Brachia nec porro validis exapta lacertis eſſe. ¶ Item appenſus. *Lucil. l.* 10. *apud Paræum in Lexic. Lucret.* Pellicula extrema exaptum pendere opus ingens. V. Aptus.

Exaqueſco, is, n. 3. *inumidirſi*, humorem concipio. *Cenſorin. de die nat. cap.* 18. Tum exigneſcere, tum exaqueſcere.

Exaratĭo, onis, f. actus exarandi. *Martian. Capell. l.* 9. Ipſius Taygeti exaratio, ¶ Item ſcriptum, ſcriptura. *Sidon. carm.* 9. *v.* 335. Illi exarationi applicare theta.

Exarchatus, us, m. ea Italiæ pars, quæ Exarchis paruit; cujus metropolis Ravenna. Complectebatur autem Æmiliam, Flaminiam, & Picenum. Eius fines deſcribuntur a *Platina in vita Stephani II.* his verbis: Redditur Romanis Exarchatus eſt, quidquid Padum, & Apenninum interjacet a Placentinis uſque ad ſtagna Venetorum; & quidquid intra Iſaurum flumen, Apenninum, & Adriaticum continetur. ¶ Dictus eſt *Exarchatus*, quia ad eas provincias regendas mittebatur ab Imperatoribus Romanis Conſtantinopoli reſidentibus unus, qui *Exarchus* appellabatur.

Exarchiātrus, i, m. qui Archiatri dignitate functus eſt, & a Palatio dimiſſus L. 10. *Cod. tit.* 52. *leg.* 6. *de Prof.*

Exarchus, i, m. Ἔξαρχος, h. e. princeps, eximius, inter proceres excellens. Exarchi dicti ſunt, qui ab Imperatoribus Romanis, translata (poſt occupatam a Barbaris Italiam) Conſtantinopolim Imperii ſede in Italiam mittebantur adminiſtraturi eas provincias, quæ adhuc eorum Ditioni ſuberant. Ravennæ autem morabantur jura daturi. ¶ Fuit etiam hoc nomine gradus dignitatis in militia. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 528. *n.* 7. Aurelio Januario Signif. ex numer. Dalmat. fort. & Aurelio Valentiano Exarcho poſuit Aurel. Juſt. *&c.* Ipſa nomina propria hujus Inſcriptionis ſatis indicant, ſequioris ævi eam eſſe.

Exardeſco, is, arſi, n. 3. valde ardeo, valde inflammatus ſum, *infiammarſi*, ἐκπυρόομαι. *Cic. l.* 2. *de Orat.* Nulla materia tam facilis ad exardeſcendum. Et tranſlate, *Id. de Aruſp. Reſp.* In me illa flamma illorum temporum conjiciebatur: excepi, & pro patria ſolus exarſi. ¶ Metaphorice etiam ſæpe accipitur pro excandeſcere, animo erigi, & excitari, *accenderſi*, *riſcaldarſi*, ut exardeſcere iracundia, *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 9. *Id. de Amic.* Ex quo eorum exardeſcit ſive amor, ſive amicitia. h. e. creſcit. *Id. Phil.* 4. Ad ſpem libertatis exarſimus. *Id. Tuſc.* 5. Contra quorum diſciplinam ingenium ejus exarſerat. ¶ *Idem pro Rabir. Poſth.* Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat. ¶ Exardeſcere pretia dicuntur, cum augentur. *Sueton. Tiber. c.* 34. Corinthiorum vaſorum pretia in immenſum exarſiſſe, graviter conqueſtus eſt.

Exaretĭo, n. paſ. *ſeccarſi*, ἀποξηραίνομαι, exareſco, aridus fio. *Plin. lib.* 26. *c.* 10. Articulus morborum imponitur, antequam exareſiat.

Exarēno, as, a. 1. *purgare*, purgo, & veluti arenas aufero. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Poſtea exarenatur, iterumque exhalatur igni.

Exareſco, is, arui, n. 3. *ſeccarſi*, יבש, Germ. *auſſdorren*, Gall. *tarir*, *devenir ſec*, Hiſp. *ſeccarſe*, *ponerſe ſeco*, ἀποξηραίνομαι, aridus fio. *Col. l.* 4. Et Sole, ac vento penitus ſiccari, atque exareſcere. ¶ Translate ponitur pro deficere. *Cic. l.* 9. *epiſt.* 18. Deinde ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, exaruiſſet. *Id.* 3. *Tuſc.* Opinio illa vetuſtate exaruit. *Id. Att. l.* 10. Exaruit diuturna miſeria filius.

Exarmātus, a, um, adject. *diſarmato*, ἀφωπλισμένος, armis ſpoliatus, ut exarmata navis, *Sen. de conſol. ad Helvid. c. ult.* Exarmati leones. h. e. ſine unguibus, & dentibus. *Lamprid. in Heliog. c.* 21. ¶ Translate *Claudian. epigr.* 35. *de portu Smyrnenſi*. Hic exarmatum terris cingentibus æquor Clauditur, & placidam diſcit ſervare quietem.

Exarmo, as, a. 1. *diſarmare*, Germ. *vvehrloſſ machen*, Gall. *deſarmer*, Hiſp. *deſarmar*, ἀφοπλίζω, armis ſpolio. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 31. Milites Longinum manibus coercent, exarmantque. *Sil. l.* 1. *v.* 411. Serpentes diro exarmare veneno Doctus. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 9. Ut accuſationem exarmaret. h. e. debilitaret, infirmaret.

Exăro, as, avi, atum, n. 1. *cavar fuori arando*, חרש, Germ. *auſſhineren*, Gal. *recueillir en labourant*, Hiſ. *ſacar fuera arando*, ἐξαρόω, arando eruo. *Cic.* 2. *de Div. c.* 23. Eſtne quiſquam ita deſipiens, qui credat exaratum eſſe, Deum dicam, an hominem? *Aurel. Victor. de Vir. Illuſt. c.* 3. In Janiculo ſepultus eſt, ubi poſt multos annos arcula cum libris exarata. ¶ Item exaratione percipio. *Cic.* 5. *Ver. c.* 18. Quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant. ¶ Translate eſt ſcribere. Qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, ii quaſi ſulcos more aratorum ducere videntur. *Cic. Cornif.* Hæc, cum eſſem in Senatu, exaravi. ¶ Sumitur etiam pro ſimplici *aro*. Unde translate *Horat. Epod.* 8. Cum rugis vetus Frontem ſenectus exaret.

Exartŭo, as, a. 1. idem ac deartuo, ideſt, per articulos diſſeco. ¶ Hoc verbum apud *Cic.* obſervavit *Boſius in not. ad eiuſd. l.* 7. *Att. ep.* 2.

Exaſcĭo, as, avi, atum, a. 1. *pianare*, כפה, Germ. *bebauvven*, Gal. *ebaucher*, *rabotter*, Hiſ. *dolar*, *labrar* [illegible] *azuela*, eſt dedolare, dolabra, & aſcia præparare, & translate di[illegible], more fabrorum lignariorum, qui ligna prius aſcia dolant, dein[illegible] poliunt. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 90. Jam hoc opus eſt exaſciatum. ideſt, u[illegible]nque dolatum, nondum tamen expolitum undequaque.

Exaſperatus, a, um, adject. irritatus, incitatus, *inaſprito*, ut exaſperati animi, *Liv. l.* 43. *Colum. l.* 9. *c.* 15. Neque convenit æſtu medio exaſperatas apes laceſſiri.

Exaſpĕro, as, avi, atum, a. 1. *inaſprire*, *incrudelire*, הכביר, Ger. *ſcharpf machen*, Gall. *irriter*, Hiſp. *enſanar*, ἀγριόω, valde aſperum facio. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Fauces exaſperat, & venena omnia hebetat. ¶ Eſt etiam acuere. *Sil. l.* 4. *verſ.* 19. Saxoque exaſperat enſem. ¶ Translate eſt irritare, concitare. *Liv. l.* 28. *c.* 25. Ad quorum primum adventum exaſperati animo, mox placido ſermone leniti ſunt. *Curt. l.* 8. *c.* 1. Alexander magis exaſperabatur.

Exatio, V. Exſatio.

Exatŭro, V. Exſaturo.

Exauctoratus, a, um, adject. quaſi auctoramento privatus. Exauctorati milites dicebantur, qui a militia removebantur, data miſſione honeſta, vel ignominioſa. V. Exauctoro. *Liv. l.* 36. *c.* 40. Poſtero die concione advocata, de rebus abs ſe geſtis cum diſſeruiſſet, milites exauctoratos dimiſit. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 20. Exauctorati per eos dies Tribuni. ¶ Translate *Exauctorata verba*, h. e. obſoleta, quę in deſuetudinem abierunt. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 5.

Exauctŏro, as, avi, atum, a. 1. *diſobbligare*, Germ. *des eydſs erlaſſen*, Gal. *caſſer les gens de guerre*, Hiſp. *ſaltar el juramento al que juro*, ἀπολύω, eſt ab auctoramento, ideſt obligatione militari, & juramento ſolvere, & liberare, & ſæpe de ignominioſa miſſione intelligitur. *Lip. l.* 2. *ff. de his, qui not. infam.* §. 2. *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 12. narrat, eum Imperatorem *legionem tumultuantem exauctoraſſe*. Et apud *Plin. l.* 6. *ep.* 31. Trajanus Centurionem adulterii reum exauctoravit, atque etiam relegavit. ¶ Dicitur etiam de illa miſſione, cum expletis ſtipendiis militantes omni militiæ onere levabantur, excepta tamen pugna in hoſtes, ut notat *Lipſ. l.* 5. *Milit. Rom. Dial.* 19. *Suet. in Tib.* Neque tam parvum quidquam fuit, de quo non ad Patres referret, etiam de legendo, vel exauctorando milite. Ital. *riformar la milizia*. *Curt. l.* 10. *c.* 4. Bello inutiles exauctoravit, magnificentiſſimeque donatos dimiſit.

Exaudĭo, is, ivi, itum, a. 4. *udire*, ענה, Ger. *erheren*, Gal. *exaucer*, Hiſp. *otorgar*, ἐξακούω, idem ac audio. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 8. Dic, oro te, clarius: vix enim mihi exaudiſſe videor. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 30. Et id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret. ¶ Interdum ſignificat precibus annuere, & concedere quod petitur, *eſaudire*. *Ov.* 13. *Metam. v.* 856. preceſque Supplicis exaudi.

Exaudītus, a, um, adject. *udito*, *o eſaudito*, εἰσακουσμένος, *Cic. l.* 1. *Att.* Clamores exauditi. *Stat.* 11. *Theb.* Vota exaudita parentis. Adde *Virg.* 1. *Æn.*

Exaugĕo, es, uxi, uctum, a. 2. *accreſcere*, הרבה, Germ. *heffligmehren*, Gall. *accroitre*, Hiſp. *acrecentar mucho*, ἐξαύξω valde augeo. *Terent. Heaut.* 2. 2. 2. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant.

Exaugurātĭo, f. 3. *profanazione*, actus exaugurandi. *Liv. l.* 1. *c.* 55. Nam cum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aves.

Exaugŭro, as, a. 1. *ſconſacrare*, Germ. *entvveihen*, Gal. *deſſacrer*, Hiſp. *deſconſagrar*, *deſagradar*, e ſacro profanum facio. *Liv. l.* 1. *c.* 55. Exaugurare fana, ſacellaque ſtatuit.

Exauſpĭco, as, avi, atum, n. 1. *Plaut. Capt.* 3. 5. 108. Exauſpicavi ex vinculis: nunc intelligo Redauſpicandum eſſe in catenas denuo. h. e. Auſpicium hujus itineris ex vinculis duxi: nunc ad vincula mihi denuo redeundum eſt.

Exballiſto, a. 1. balliſta proſterno. *Plaut. Pſeud.* 2. 1. 10. Ego hunc exballiſtabo lapide.

Exbĭbo, is, a. 3. idem quod bibo. *Plaut. Mil.* 3. 2. 19. Neque ille hic calidum exbibit in prandium.

Exbrŏmo, as, a. 1. emundo, purgo. *Apic. l.* 6. *c.* 2. Rapas, ut exbromari poſſint, levabis de olla. V. *Salmaſ.*

Exbŭæ, f. 1. vinolentæ, quæ ebiberunt, a bua, potio. *Feſt.*

Exbueres, ſive exbures, idem ac exbuæ. *Feſt.*

Excæcatus, a, um, adject. *acciecato*. Translate *Celſ. l.* 7. *c.* 7. Excæcata itinera pituitæ. h. e. obſtructa, oblimata. *Ovid.* 15. *Met. v.* 272. Flumina proſiliunt, aut excæcata recedunt.

Excæco, as, a. 1. *acciecare*, עור, Germ. *blind machen*, Gall. *aveugler*, Hiſp. *cegar*, τυφλόω, valde cæco. *Cic.* 4. *Acad. c.* 23. Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus? *Plin. l.* 17. *c.* 22. *de palmite vitis*: Quidam excæcant eum ſupina falce auferendo oculos. ¶ Significat etiam occludere, obſtruere. *Ov.* 4. *Pont. eleg.* 2. *v.* 17. Scilicet ut limus venas excęcat in undis.

Excalceatus, a, um, adject. *ſcalzo*. *Suet. Veſp. c.* 8. Juſſit excalceatos curſitare. *Senec. ep.* 8. Quam multa Publi non excalceatis ſed cothurnatis dicenda ſunt! h. e. non Mimis, ſed Tragicis, qui cothurnis utuntur.

Excalcĕo, as, a. 1. *diſcalzare*, נעל [illegible], Ger. *enſchuchen*, Gal. *dechauſſer*, Hiſp. *deſcalcar*, περιδύω, calceos detraho. *Suet. in Vitel. c.* 2. Ut ſibi pedes præberet excalceandos. ¶ Reperitur etiam *Excalceor*, *aris* depo-

deponentis forma, *Varr.* apud *Non. cap. 7. n. 86.* Ut introeat, nemo se excalceatur. ¶ Scribitur & *excalcio*.

Excalcĕus, h. e. excalceatus, est Paulini Nolani *poem. 21. ad Cyther. v. 321.*

Excaldatio, onis, f. θερμολουσία, calefactio in calida aqua. *Vulcat. Gallic. in Cass. c. 5. Capitol. in Albin. c. 5.* Excaldationes pueriles.

Excaldatus, a, um, adject. calida lotus, & calefactus. *Apic. lib. 4.* Excaldatus caseus. *Marcel. Empir. c. 26.* Amygdalæ excaldatæ.

Excaldo, as, a. 1. calida perfundo, & calefacio. *Vulcat. Gallic. in Cass. c. 5.* Legiones totæ excaldantes se.

Excalefacio, & excalfacio, is, eci, actum, *riscaldare*, a. 3. idem ac calefacio. *Plin. l. 21. c. 20.* Urinas magis excalefacit, quam crocum ipsum. *Id. ib.* Modice his tamen utendum est, quoniam excalfaciunt. Adde *l. 24. c. 7.*

Excalfactio, onis, f. *id riscaldare. Plin. l. 31. c. 9.* Sal additur ad excalfactiones.

Excalfactorius, o. 1. 2. quod habet vim excalefaciendi, *Plin. lib. 23. c. 4.* Vis ejus excalfactoria. Adde *l. 21. c. 18.*

Excalfactus, a, um, *riscaldato. Plin. l. 37. c. 10.* Calorem tenet excalfacta igni. *Id. ib. c. 2.* Lacus Sole excalfactus.

Excalfio, is, actus sum, n. valde calefio. *Plin. l. 24. c. 7.* Cum quid ficcari, excalfierive opus sit.

Excalpo, V. Exscalpo.

Excandefactio, is, eci, actum, a. 3. incendo. *Var. l. 3. R. R. c. 2.* Triumphus & collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles, excandefaciebant annonam macelli. h. e. pretium annonæ augebant, incendebant. V. Incendo.

Excandescentia, æ, f. *escandescenza*, *collera*, θύμωσις. *Cic. 4. Tusc. l. 9.* Excandescentia fit ira nascens, & modo desistens. *Id. ibid.* Ira, excandescentia, odium, inimicitiæ.

Excandesco, is, ui, n. 3. *accendersi*, לחט, Ger. *zirnen*, Gal. *s'enflammer*, *se courrocer*, Hisp. *encenderse*, ἐκπυρόομαι, incendor, inflammor. *Cato de R. R. c. 95.* Nam si in tecto coquas, excandescet. ¶ Translate accipitur pro irasci, quod ira, velut igne quodam, animus soleat incendi. *Cæl. Cic. l. 8. epist. 12.* Id postquam resciverit, excanduit. *Cic. 4. Tusc. c. 19.* Hæc nullam vim habent, nisi ira excanduit fortitudo.

Excantātus, a, um, adject. *incantato*, *ammaliato*, veneficiis, & magicis artibus obstrictus. nam incantamenta plerumque carminibus, & cantionibus fiunt. *Horat. Epod. 5. v. 45.* Quæ sidera excantata voce Thessala, Lunamque cœlo derīpit.

Excanto, as, avi, atum, a. 1. *incantare*, *ammaliare*, לחט, Germ. *verzaubern*, Gal. *enchanter*, Hisp. *encantar*, est idem ac incanto, sive incantationibus perniciem affero. *Plin. l. 28. c. 2.* Qui fruges excantassent. ¶ Est item incantatione e loco aliquo evocare. *Propert. lib. 3. eleg. 3.* Ut per te clausas sciat excantare puellas.

Excarnificātus, a, um, adject. *scarnificato*, dilaniatus. *Cic. lib. 3. de nat. Deor.* Anaxarchus a Tyranno excarnificatus.

Excarnifico, as, avi, atum, a. 1. *stracciare*, *tagliare a pezzi*, נתה, Ger. *auffmartern*, Gal. *decharner*, *mettre en pieces en tourmentant*, Hisp. *atormentar*, κρεουργέω, dilanio, carnem disseco, in partes divido. *Suet. in Vitel. c. 17.* Minutissimis ictibus excarnificatus, atque confectus est. ¶ Translate pro cruciare ponitur. *Ter. Heaut.* Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.

Excastrātus, a, um, adject. castratus, exsectus, *castrato*. *Gel. lib. 9. c. 9.* Auctore M. Varrone, is demum latine caper dicitur, qui excastratus est.

Excavatio, onis, f. actus excavandi, *scavamento*, κοίλωσις. *Sen. l. 4. nat. Quæst. c. 3.* Stillicidii casus lapidem cavat, & hæc ipsa excavatio rotunda fit.

Excavātus, a, um, adject. cavatus, *cavo*, *scavato*. *Cic. Ver. 6. cap. 27.* Trulla excavata cum manubrio aureo.

Excăvo, as, avi, atum, a. 1. *scavare*, *far concavo*, κοιλόω. *Plin. l. 10. c. 33. de hirundinibus.* Tertium est earum genus, quæ ripas excavant.

Excēdo, dis, essi, essum, n. 3. *partirsi*, הלך, Ger. *auffziehen*, Gall. *se partir*, *s'en aller*, Hisp. *partirse*, ἀνέρχομαι, discedo, egredior, exeo. *Cic. ad Brut.* Vos fortasse sapientius excessistis urbe. *Brut. Cic. 11. Fam.* Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. ¶ Est item mori. *Cic. post red. in Sen.* Cum is excessisset, qui cædi, & flammæ reitterat. *Id. in Brut.* Sed ad eos, qui e vita excesserunt, revertamur. ¶ Item superare, *eccedere. Curt. l. 4. c. 11.* Navigia, quæ modum excedunt, regi nequeunt. *Vellej. lib. 2. c. 68.* In hoc principis ira excessit, ut, &c. ¶ Hinc excedere fidem, *Plin. l. 28. c. 5.* h. e. incredibilem esse. ¶ *Colum. l. 6. c. 21.* Excessit annos decem, *passò dieci anni*. ¶ *Liv. l. 25.* Excessit res ad publicam querimoniam. h. e. adeo crevit, ut publicæ querelæ fierent.

Excellens, entis, adject. præstans, insignis, *eccellente*, ταπέχων. *Cic. Acad. l. 1. c. 3.* Excellens omni genere laudis. *Nepos in Alcibiad. in princ.* Nihil Alcibiade fuit excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus. *Cic. l. 1. nat. Deor. c. 2.* Una excellentissima virtus, justitia. *Id. de clar. Orat.* Excellens inter omnes æquales. *Id. 3. Fin.* Excellens omnibus vir.

Excellenter, adv. *eccellentemente*, Ger. *fürtreffentlich*, Gal. *excellement*, Hisp. *excellentemente*, ἐξόχως. *Cic. 1. Offic. c. 18.* Quæ magno animo fortiter excellenterque gesta sunt. *Id. pro Sext.* In republica se excellentius gerere.

Excellentia, f. 1. *eccellenza*, יהרון, Ger. *fürtreffenheit*, Gall. *excellence*, Hisp. *excellencia*, ἐξαχή, præstantia, magnitudo, nobilitas. *Cic. 1. Offic. c. 28.* Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia, præstantiaque animantium reliquorum.

Excello, is, lui, elsum, n. 3. *superare*, *sopravanzare*, היתיר, Ger. *übertreffen*, Gal. *exceller*, Hisp. *sobrepujar*, ὑπερέχω, est altitudine, vel statura eminere. *Auct. ante exil.* Dii, Deæque immortales, qui excellenti tumulo civitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam. ¶ Translate est superare, præstare, cum dat. vel accus. *Cic. 2. de Inv. sub init.* Qui tum longe cæteris excellere pictoribus existimabatur. *Lactant. l. 7.* Qui omnes eloquentia excelluerit. ¶ Vel cum accus. & præpos. *inter*. *Cic. in Brut.* Quantum inter omnes unus excellat. ¶ Construitur & cum ablat. excelsus, vel sine præpos. vel cum præpositi. *in*. *Cic. de Amic.* Nunc Lælius & sapiens, & amicitiæ gloria excellens de amicitia loquitur. *Id. 1. de Orat.* In quibus tu longe aliis mea sententia excellis. ¶ Sæpe est absolutum, pro præstantem esse, florere. *Cic. 2. de Orat.* Nam & Siculi in eo genere, & Rhodii, & Byzantii, & præter cæteros Attici excellunt. ¶ Accipitur quandoque in malam partem. *Cic. l. 1. Leg. c. 19.* Eos, qui singulis vitiis excellunt, aut etiam pluribus, miseros esse dicimus. ¶ Invenitur etiam usurpatum pro crescere, in altum extolli. *M. Cato apud Gel. l. 13. c. 23.* Scio solere plerisque hominibus in rebus secundis animum excellere, atque superbiam, atque ferocitatem augescere.

Excelsē, adv. *magnanimamente*, נכוח, Germ. *hechlich*, Gal. *hautement*, Hisp. *altamente*, ὑψηλῶς, alte, sublimiter. *Col. l. 4. c. 1.* Si scandit excelsus, plus alimenti desiderat. ¶ Et translate. *Cic. de Orat. c. 34.* Omnia profecto excelsius, magnificentiusque & dicet, & sentiet. *Vellej. l. 1. c. 6.* Sparta excelsissime floruit. *Plin. lib. 2. ep. 3.* Pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelsē.

Excelsĭtas, f. 3. *altezza*, מרום, Germ. *hochheit*, Gal. *hauteſſe*, Hisp. *altezza*, ὑψηλότης, altitudo. *Plin. l. 21. c. 5.* Ad eam excelsitatem, ut in orbis montes levarentur. ¶ Et translate. *Cic. 3. Offic. c. 5.* Multo magis est secundum naturam excelsitas animi, & magnitudo.

Excelsus, o. 1. 2. *alto*, *eccelso*, רם, Ger. *hoch*, Gal. *haut*, Hisp. *alto*, *enalcado*, ὑψηλός, altus, editus, magnus. *Cicer. 2. Tusc.* Te natura excelsum quendam videlicet, & altum, & humana despicientem genuit. *Plin. l. 12. c. 14.* Mons excelsus. *Hirt. B. Alexand. c. 28.* Excelsior locus, planitie subjecta. *Id. B. G. lib. 8. cap. 33.* Excelsissimo loco castra fecit. ¶ Excelsus animus. h. e. magnanimus. *Cic. Offic. 1. c. 23.* Et absolute, *Sallust. Catil. c. 51.* In excelso ætatem agere.

Excenturio, as, a. 1. ex centuria ejicio, exauctoro. Verbum fictum a *Plaut. Curc. 4. 4. 29.* Alii leg. *centurio*.

Exceptacŭlum, i, n. id quo aliquid excipitur, *ricettacolo*. *Tertull. de Spect. c. 2.* Non sumptuosus aures ad exceptaculum maliloquii.

Exceptio, onis, f. 3. *eccezione*, *differenza*, Ger. *auſſnemmung*, Gall. *exception*, Hisp. *exception*, ἔξαίρεσις, exemptio. *Cic. de Amic.* Tum fit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum sine ulla exceptione communitas. ¶ Apud JCtos est exclusio actionis, idest depositio adversus petitionem actoris. *Cic. 2. de Invent.* Nam & Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. V. *Instit. l. 4. tit. 13.*

Exceptitius, a, um, o. 1. 2. quod excipitur. *Plin. l. 18. c. 10.* Bromos, filigo exceptitia, & tragos. *Id. l. eod. c. 11.* Alica, quæ in eo (cribro) remansit, exceptitia appellatur.

Exceptiuncŭla, æ, f. diminut. parva exceptio. *Senec. epist. 20.* Licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum sit, quod velis.

Excepto, as, avi, atum, a. 1. *pigliare*, *tirare*, Germ. *entpfachen*, Gal. *excepter*, Hisp. *exceptuar*, ἐξαιρέω, sæpe extra capio, vel ad me frequenter traho, freq. a capio. *Cic. in Parad. 5. c. 2.* Barbatulos mullulos exceptantem de piscina, & pertractantem. ¶ Item excipere, in se recipere. *Silius l. 9. v. 368.* per pectora fœvas Exceptant mortes.

Exceptor, oris, m. qui dicta excipit. *Ulp. l. 19. ff. loc. & cond.*

Exceptorĭus, a, um, adject. qui aliquid excipit. *Ulp. l. Instrum. ff. de Instruct. vel Instrum. leg.*

Exceptus, a, um, adject. *accettato*, *accolto*. *Curt. l. 8. c. 10.* Rex benigne exceptos sequi jussit. *Cæs. l. 3. B. C. c. 11.* Qui omnes scaphis excepti refugerent. ¶ Item *eccettuato*. *Cic. Fam. l. 1. ep. 1.* Is, excepta hac causa regia, se tui defensorem fore ostendit. Hinc *excepto quod* quasi adverb. usurpatum. *eccettuato*. *Plin. l. 8. epist. 1.* Iter commode explicui, excepto quod quidam ex meis adversam valetudinem contraxerint.

Excerno, nis, excrevi, etum, a. 3. *purgare*, הפריר, נקה, Ger. *auſſeubern*, Gal. *separer*, *purger*, Hispan. *apartar*, *purgar*, ἐκκρίνω, purgo. *Col. l. 2. cap. 21.* In area detrita trumenta sic aggerenda, ut omni flatu possint excerni. ¶ Speciatim est onus ventris dejicere. *Cels. l. 4. c. 1.* In inferiores partes ea, quæ excreturi sumus, emittit.

Excerpo, pis, psi, ptum, a. 3. *cavar fuori cernendo*, ברר, Germ. *auſſklauben*, Gal. *extraire*, *elire*, Hisp. *escoger*, *coger*, ἀποκλέγω, secernendo extraho. *Cic. 3. Offic. cap. 1.* Non solum ex malis eligere minima oportet, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid ineſt boni. *Plin. l. 3. epist. 5.* Nihil unquam legit, quod non excerperet. ¶ Item eximere, auferre. *Horat. l. 1. sat. 4.* Primum ego me illorum excerpam numero. *Sen. epist. 5.* Excerpere se hominum consuetudini.

Excerptio, onis, f. actus excerpendi. *Gel. l. 17. c. 21.* Nunc excerptiones variis, diversisque in locis factas cursim digessimus.

Excerptor, oris, m. Elogium dedicatoris in Simulacro Fortunæ Romæ; L. Aurelius Marcellianus Aug. libertus Excerptor.

Excessus, us, m. 4. *uscita*, *partita*, ברוך, Ger. *hinvveichung*, Gal. *departement*, Hisp. *partida*, ἐκχώρησις, egressio, discessio, ab excedo. Speciatim ponitur pro morte. *Cic. 1. de Leg.* Certe non longe a tuis ædibus inambulans post excessum suum Romulus Julio Proculo dixerit se Deum esse. *Id. 3. Fin.* In his excessum e vita, & in vita mansionem. *Id. 1. Tusc.* Neque excessu vitæ sic deleri hominem. ¶ Accipitur etiam pro digressione in oratione. *Plin. l. 9. epist. 26. de Demosthenis orat.* Quid audentius illo pulcherrimo, & longissimo excessu? ¶ Item pro peccato. *Val. Max. l. 8. c. 2. in fine.* Verecundiam illius sæculi laudemus, in quo tam minuti a pudore excessus puniebantur.

Excētra, æ, f. 1. Hydra Lernæa, ab excresco, quod uno cæso capite tria excrescebant. *Plaut. Perf. 1. 1.* Nam cum Leone, & cum Excetra delectari mavelim, quam cum amore. ¶ Apud *Liv. lib. 39. c. 11. excetræ* convicium est in fœminam netatiam, ubi ait: Illius excetræ delinimentis, & venenis imbutum nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere. Adde *Plaut. Pseud. 1. 2.*

Excidĭo, onis, f. eversio, excidium, *rovina*, *eccidio*. *Festus*. Excidionem urbis a cædendo dictam manifestum est. *Plaut. Curc. 4. 3. 2.* Excidionem facere oppidis.

Excidium, n. 2. *ruina*, כרון, Ger. *zerſtörung*, Gal. *destruction*, Hisp. *destruycion*, ἀνάστασις, eversio, & quasi nex urbis, aut provinciæ, cum cæsis hominibus mœnia ad solum deducuntur. *Liv. l. 27.* Magnum se excidio ejus ubis terrorem cæteris earum injecturum. *Virg. Æn. 10. v. 45.* per eversæ fumantia Trojæ Excidia obtestor. ¶ Sunt qui originem ducunt hujus vocis a cædo, quemadmodum de *excidione* ait Festus; qua ratione secundam produceret; verum cum Poetæ fere corripiant, a *cado*, potius, vel a *scindo* derivanda est. Hinc *Prudentius* pro occasu posuit, *Apotheos. v. 627.* Rota lurida Solis Hæret, & excidium sentit jam jamque futurum.

Excīdo, is, excidi, n. 3. *caderc*, נפל, Germ. *auſſfallen*, Gal. *somber*, Hisp. *caer*, ἐκπίπτω, ex loco, vel ex re aliqua sublimiori cado. *Cic. Att. l. 9.* Sol excidisse mihi e mundo videtur. ¶ Translate est obliviſci, ex animo, & memoria effluere. *Cic. 2. de Leg.* At mihi ista exciderant. *Virg. 1. Æn.* Necdum etiam causæ irarum, sævique dolores exciderant animo. *Liv. l. 29.* Excidit hujus rei memoria. *Id. lib. 7.* Hæc res e memoria excidit. ¶ Item imprudenter proferri, vel enuntiari, *scampar di bocca*. *Cic. pro Sylla*. Verbum ecquod unquam ex hujus ore excidit, unde quisquam posset offendi? ¶ Item casu, & nobis imprudentibus exire, & edi in lucem. *Cic. 1. de Or.* Quodam in libello, qui me imprudente, & invito excidit. ¶ Item amitti. *Cic. ad Brut.* Deinde ita multa peccata, ut quodam modo victoria excideret e manibus. *Ter. And. 2. 5. 12.* Herus, quantum intelligo, uxore excidit. ideſt, ambitæ uxoris spem amisit. Sic *Ovid. Met. 2. v. 328.* Quæ si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.

Excīdo, is, di, cisum, a. 3. *tagliare*, כרה, Germ. *bauſſhauven*, Gall. *couper*, Hisp. *cortar*, ἐκκόπτω, excindo, vel eruo, a cædo. *Cic. 2. Off.* Nec lapides ex terra exciderentur. *Crassus* apud *Cic. 3. de Or. c. 1.* Excidere linguam. ¶ Item penitus destruo. *Cic. pro Dom. c. 23.* Hostium urbes non præda adducti, sed odio solemus excidere. ¶ Translate *Id. de Provinc. Consul.* Si ex rerum natura non possem evellere, ex animo quidem certe excidere.

Excindo. V. Exscindo.

Excĭo, is, ivi, itum, a. 4. foras moveo, commoveo, elicio, excutio. *Stat. 4. Theb.* Suus excit in arma antiquam Tirynthia Deus. *Plaut. Cist. 1. 1. 114.* Et mihi excivisti lacrymas. Sic, e somno excire, *Liv. lib 4.* ¶ Est item evocare, *chiamare*, קרא, Germ. *beruffen*, Gall. *emouvoir*, *faire lever*, *& sortir*, Hisp. *llamar*, *mover*, ἐκκαλέω, *Cic. Phil. 12. c. 7.* Juventutem omnem ex Italia excire. *Liv. l. 2. c. 30.* Excire hostem

ad dimicandum. *Id. l.* 3. Excire tumultum. *far' una sollevazione.* ¶ Excire molem in undis, est commovere, procellam excitare, apud *Virg.* 5. *Æn.* ¶ Exciet, pro *excusset* dixerunt Veteres. *Festus.*

Exoipso, is, epi, eptum, a. 3. *pigliare*, קבל, Ger. *entpfahen*, Gal. *recevoir*, His. *recebir*, ἐκλαμβάνω, extra capio, exuno, ad me traho. *Plaut. Rud.* 4. 4. 140. Qui illuc hodie excepi vidulum. ¶ Est item accipere, recipere, passim apud Script. Hinc Excipere brachiis, gremio, oculo, clamoribus, gladio, Excipere tela, cicatrices adverso corpore, &c. *Cic. pro Mil.* O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit. *Martial. l.* 1. *ep.* 38. Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro. ¶ Item aliquo dictante describere, *copiare*. *Suet. Tit.* Notis quoque excipere velocissime solitum. *Manil. l.* 4. *v.* 199. Excipiens longas nova per compendia voces. ¶ Item accipere, ut excipere vulnus, *Sueton. Aug. c.* 20. Excipere labores, *Cic. in Brut. c.* 69. Excipere invidiam aulicorum, h. e. subire, *Nepos* 14. *c.* 5. Excipere fortunam, *Cic. de Prov. Conf. c.* 17. ¶ Excipere etiam dicuntur hospites, *accogliere*, *alloggiare*. *Senec. ep.* 21. Hic hospes te polenta excipiet. *Tacit. de Germ. cap.* 21. Quemcumque mortalium pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. ¶ Item Venatores dicuntur feras excipere, & conficere. *Horat. l.* 3. *od.* 12. alto latitantem fruticeto excipere aprum. *Senec. de Provid. c.* 2. Adolescens constantis animi irruentem feram venabulo excipit. ¶ Parentes etiam cum filiorum primam barbam detonsam servabant Deo alicui sacraturi, excipere dicebantur. *Sueton. in Ner. c.* 34. Et illa (Neronis amita) tractans lanuginem ejus, ut assolet, per blanditias forte dixisset: simul hanc excepero, mori volo. ¶ Est etiam, inopinato aliquem occupare, & opprimere. *Cels. in præfat.* Viator a latronibus exceptus. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 21. De Pompejo scio nihil: eumque, nisi in navim se contulerit, exceptum iri puto. Ita sæpe *Cæsar*, & *Curt.* ¶ Item furari, dolo intercipere. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 18. Non ego te vidi caprum excipere insidiis? ¶ Hinc & qui clam auscultant, & sermones aliorum captant, excipere dicuntur. *Cic. pro Dejot. c.* 9. Mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. ¶ Sæpe accipitur pro eximere. *eccettuare*. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Ut in summis tuis laudibus unam excipiant iracundiam. *Virg.* 9. *Æneid.* Clypeum, cristasque rubentes excipiam sorti. ¶ Et pro nominatim cavere. *Cic. loc. cit.* Cum lex nominatim exciperet, ut liceret, &c. *Id. pro Balbo*. Quorum in fœderibus exceptum est, ne quis &c. In hac significatione sæpe usurpatur a JCtis. ¶ Significat aliquando sequi. *Cic. pro Sext. c.* 68. Herculis vitam, & virtutem immortalitas excepisse dicitur. *Liv. l.* 2. *c.* 61. Turbulentior inde annus excepit. ¶ Item extrahere, ut excipere dentes. *Cels. l.* 7. *c.* 12. *Cic. l.* 4. *de Rep. apud Non.* Quos ex mari excipere non potuissent. ¶ Excipere se in pedes, est, se erigere. *Liv. l.* 4. Hasta innixus se in pedes excepit. *Curt. l.* 9. *c.* 5. Ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet. *cadde in piedi*. ¶ *Excepto quod*. V. Exceptus.

Excipŭlum, n. 2. vel excipulus, m. 2. (ut leg. in Gloss.) *recipiente*, ἐκδοχεῖον, genus vasis, quo liquor excipitur. *Plin. l.* 25. *c.* 7. Incisæ conto subditur excipulus, ventriculo hædino. ¶ Item instrumentum, quo aliquid intercipitur, & incautum comprehenditur, ut septum ex viminibus contextum, *nassa*, vel fossa depressior in ripa, ad capiendos pisces. *Plin. l.* 9. *cap.* 22. Ut in excipulis ejus fluminis singulorum millium globi reperiantur.

Excipŭus, a, um, o. 1. 2. quod excipitur, ut præcipuum, quod ante capitur. *Fest.*

Excisio, f. 3. destructio, *rovina*, *eccidio*, a cædo, ἐκκοπή. *Cic. pro Dom. c.* 58. Excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem eam sua cum præda meis omnibus tectis, atque agris intulerunt.

Excisorius, o. 1. 2. *da tagliare*, ut Excisorius scalper, quo vitiosa excidituur caro. *Cels. l.* 8. *c.* 3.

Excisātus (ita scribit *Nonius*, alii *excisatus*) a, um, dilaniatus, laceratus. *Plaut. Cistel. apud Non. c.* 2. *n.* 309. Capillo scisso, atque excisatis auribus.

Excisus, o. 1. 2. *rovinato*, ἐκτετμημένος. *Cic. de Sen.* De Carthagine veteri non ante desinam, quam illam excisam cognovero.

Excitate, adv. *grandemente*, vehementer. *Plin. l.* 37. *cap.* 7. In his autem mares excitatius fulgent. *Ammian. l.* 18. *c.* 19. Excitatius clamitare.

Excitatio, onis, f. 3. actus excitandi, *lo svegliare*. *Arnob. l.* 7. Quid sibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutini?

Excitator, oris, m. qui excitat. *svegliatore*. *Prudent. hymn.* 1. *ad galli cant.* Christus excitator mentium.

Excitatus, a, um, adject. *eccitato*, *incitato*, ἐγηγερμένος. *Cicer. l.* 2. *Fam. ep.* 16. Ab excitata fortuna ad inclinatam descisce re. *Idem l.* 2. *de nat. Deor.* Quæ primum eos humo excitatos, celsos & erectos constituit. *Id. in Somn. Scip.* Acutus, & excitatus sonus. *Liv. l.* 4. *c.* 37. Clamor excitatior, crebriorque ab hoste sublatus. *Plin. l.* 20. *c.* 17. Excitatissimi odoris. h. e. vehementissimi.

Excĭto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. ab Excio, *eccitare*, *chiamar fuori*. *Silius l.* 5. *v.* 191. ceu ductor ad arma Excitet Tyrios. Adde *Lucan. l.* 2. *v.* 48.

Excĭto, as, avi, atum, a. 1. incito, allicio, commoveo, concio, stimulo, elicio, *incitare*, *stimolare*, חגיר, Ger. *bewvegen*, Gal. *exciter*, His. *excitar*, ἐγείρω, commoveo, a *cito*, quod a *cieo*. *Cic.* 1. *de Or.* Non ut vos, qui mihi studio pene præcurritis, excitarem. *Id. pro Planc.* Sed ut nos, & nostros liberos ad laborem, & laudem excitaret. *Ter. Heaut.* 5. 3. 10. Non vides, quantum mali ex ea re excites? ¶ Est item evocare. *Cic. pro Font.* Excitandus nobis erit ab inferis C. Marius. ¶ Item expergefacere. *Cic.* 2. *Acad.* Sequitur enim, qui te e somno excitet. ¶ Item consolari, recreare. *Cic. de Amic.* Ut amici jacentem animum excitet. ¶ Item erigere, ædificare. *Sen. ep.* 53. Puta, duo ædificia excitata esse, ambo paria, atque excelsa, ac magnifica. *Cic. l.* 2. *Leg. c. ult.* Excitare sepulchrum e lapide. ¶ Aliquando significat expellere, *scacciare*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 9. Qui hoc noctis me a portu excitavit. *Quintil. l.* 3. *c.* 6. Si excitatus fuerit de spectaculis. ¶ Item movere, ut excitare risum, iram, sermones de re aliqua, fletum, &c. *Cic. Virg.* & al.

Excĭtus, a, um, adject. ab excieo, *eccitato*, *commosso*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 301. Commotis excita sacris. *Ovid.* 2. *Met.* Vigilantibus excita curis. ¶ Excĭtus, a, um, ab excio, *chiamato fuori*, *eccitato*. *Virg.* 10. *Æn. v.* 38. Ventosque furentes Æolia excitos. *Lucan. l.* 1. Stratis excita juventus.

Exclamatio, f. 3. *grido*, וצעקה, Germ. *auffschreyung*, Gall. *exclamation*, His. *exclamacion*, ἐκφώνησις, actus exclamandi. *Auth. ad Her. l.* 3. *c.* 12. Acutas vocis exclamationes vitare debemus. ¶ Item Figura sententiarum. *Auth. ad Her. l.* 4. *c.* 15. Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus, per hominis, aut urbis, aut rei cujuspiam compellationem.

Exclāmo, as, avi, atum, n. 1. *esclamare*, *gridare*, ἀναβοάω, est vociferari, & quasi e medio pectore vocem maximam emittere, quod aut doloris, aut indignationis causa fieri solet. *Cic.* 2. *de Orat.* Non possum, quin exclamem. ¶ Transitive cum accus. usurpat *Plaut. Amph.* 5. 1. 68. Voce magna exclamat uxorem tuam. *Cic. Phil.* 2. Ciceronem nominatim exclamavit. *Plin. l.* 34. *c.* 18. Exclamare cantica.

Exclāro, as, avi, atum, a. 1. *illuminare*. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. Ea cœli regio neque exclaratur, neque obscuratur solis cursu.

Exclūdo, is, excludi, sum, n. 3. *escludere*, *serrar fuori*, רחה, Ger. *ausschliessen*, Gal. *exclurre*, His. *excluir*, *echar*, ἐκκλείω, extra claudo, repello, prohibeo. *Cic. pro Corn. Balbo*. Gaditani Pœnos mœnibus excluserunt. ¶ Est item incubando pullos emittere. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 52. Ex quibus pullos cum excluserint. ¶ Translate *Cic.* 1. *Fam.* Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompejum. ¶ Item impedire. *Cic. in Ver.* 3. *c.* 56. Angustiis temporis excluduntur omnes. ¶ Item non admittere, quod petitur, sed rejicere. *Cic. de Arusp. Resp.* Quod anno ante frater Metellus, & concors etiam tum Senatus principi Cn. Pompejo sententiam dicenti excluserat. ¶ Excludere se servitute, *mettersi in libertà*. *Accius ex Nonio*. ¶ Excludere alicui oculos, est ejicere. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 95. Excludito mihi hercle oculum, si dedero.

Exclusio, onis, f. *esclusione*. *Terent. Eun.* 1. 2. 8. De exclusione verbum nullum. *Macrob. lib.* 2. *Somn. Scip. c.* 20. Exclusione luminis tenebras in terram refundit. Al. leg. *conclusione*.

Exclusorius, a, um, ad excludendum pertinens, ut exclusoria actio, apud *JCtos leg.* 2. §. 2. *Dig. de except.* ¶ Exclusorium medicamentum vocatur a Medicis, quod abortum facit. *Theod. Prisc. l.* 3. *c.* 6.

Exclūsus, o. 1. 2. adject. *esclusо*. *Cicer. pro Cluent.* Cum vagus, & exul erraret, atque undique exclusus. *Id. Attic. l.* 8. *ep.* 15. Exclusus regionibus. ¶ *Exclusissimus* finxit *Plaut. Men.* 4. 3. Abiit intro, occlusit ædes; nunc ego sum exclusissimus.

Excoctio, onis, f. *il cuocere*, ut excoctio calcis, *in Cod.* 12. 16. 3. & excoctio panis, *ibid.* 12. 39. 1.

Excodico, as, act. 1. est circa vitium radicem dolabra terram aperire, & velut lacus efficere, ut Solis calore, & imbribus provocentur, ut exponit *Pallad. l.* 2. *in princip.* ¶ Dictum est a *caudex*, vel *codex*, quia ea ratione trunci, & frutices, qui circa sunt, extirpantur. *Festus:* Repastinari ager dicitur, cum sylvester excodicatur. ¶ Legitur etiam *Excaudico*, apud *Tertull. de Pudic. c.* 16.

Excogitatio, f. 3. *invenzione*, *pensiero*, ἐπινόησις, actus excogitandi. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 25. Quid illa vis, quæ tandem est, quæ investigat occulta, quæ inventio, atque excogitatio dicitur?

Excogitator, m. 3. qui excogitat, *inventore*. *Quint. decl.* 10. Sic magnum protinus, nescia matre, excogitator hic mortis alterius advocat. *Arnob. l.* 3. Verborum excogitator, & hominum.

Excogitātus, a, um, o. 1. 2. *inventato*, *pensato*. *Cic. pro Cluent. c.* 13. Ratio excogitata Larini est. ¶ Interdum pro exquisito ponitur. *Suet. in Calig.* Et Sacerdotes, & excogitatissimas hostias instituit.

Excogitatus, us, m. idem quod excogitatio. *Gell. l.* 5. *c.* 10. Captionis astutæ excogitatu frustratus.

Excogĭto, as, a. 1. *immaginarsi*, חשב, Germ. *erdencken*, Gall. *penser*, His. *hallar penjando*, ἐπινοέω, est perfecte cogitare, vehementer cogitare. *Cic. Attic. l.* 9. Ad hæc igitur cogita, mi Attice, vel potius excogita, quemvis eventum fortius feram, quam hunc dolorem. ¶ Est item invenire. *Cic.* 6. *Ver.* Novum, ac singulare supplicii genus excogitavit.

Excŏlo, is, olui, ultum, a. 3. *ornare*, *polire*, עבר, Germ. *vvolbauven*, Gal. *exorner*, *orner*, His. *ornar*, *componer*, ἐπικοσμέω, orno, polio. *Cic. in Par.* Nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. *Id. pro Arch. c.* 6. Animum doctrina excolere.

Excōlo, as, a. 1. *colare*, percolo. *Pallad. in Jul. c.* 8. Adjecta squilla acetum diligentius excolabis.

Exconsul, m. 3. Consularis, qui scil. aliquando Consulatum gessit. *l.* 2. *C. de vet. jure enucl.* Exquæstori sacri nostri Palatii, & Exconsuli. ¶ Exconsule, pro Exconsul dixit Julianus. in epist. 2. & 3. Pandectis præfixa. V. Exquæstor.

Excŏquo, is, oxi, octum, a. 3. *cuocere molto*, Ger. *auffkochen*, Gal. *bien cuire*, His. *cozer bien*, ἀφέψω, valde coquo. *Ter. Adelph.* 5. 3. Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo est. ¶ Metaleptice est expurgare. *Virg.* 1. *Georg.* Sive illis omne per ignem excoquitur vitium. ¶ Translate ponitur pro excogitare, & ad tempus præparare. *Plaut. Perf.* 1. 1. 53. Usque dum domi ero, dum excoxero lenoni malum.

Excornis, e, adject. qui est sine cornibus. *Tertul. de Pall. c.* 5. Bestia exunguis, & excornis.

Excors, dis, o. 3. *pazzo*, *sciocco*, חסר לב, Get. *thorechtig*, Gal. *insensé*, His. *sin seso*, ἄφρων, stultus, amens, quasi extra cor, vel sine corde. Non defuerunt enim, qui cor in homine mentis domicilium esse putarent. *Cic. Philip.* 5. *c.* 2. Aperte adulantem nemo non videt, nisi admodum est excors. *Plaut. Merc. prol. v.* 27. Excors immodestia.

Excrementum, n. 2. ἐκκάθαρμα, purgamentum, stercus, id quod egeritur e cibo, potuque. *Tac. l.* 4. *hist. c.* 81. Ut genas, & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. ¶ Item quod cribro ex frumento excernitur, *vagliatura*. *Colum. l.* 8. *cap.* 5. Adjectis interdum tritici excrementis.

Excrĕo. V. Exscreo.

Excrescentia, æ, f. excrescendi actio, vel id quod excrevit, *escrescenza*, ut excrescentia vulnerum, *Plin. l.* 34. *c.* 18.

Excresco, is, evi, etum, n. 3. *crescer in alto*, גדל, Ger. *beestig vvachsen*, Gal. *croistre par dessus*, His. *crecer mucho*, ἐκφύομαι, valde, sive in altum cresco. *Quintil. l.* 4. *cap.* 1. Ne in caput excreviše videatur. *Plin. l.* 32. *c.* 7. Carnes excrescentes. *Lucan. l.* 4. *v.* 11. denique excrevit in altum Pingue solum tumulo.

Excretia, æ, f. id quod excernitur. *Vitruv. l.* 7. *cap.* 6. Cæmenta marmorea, sive assulæ pilis ferreis contunduntur, cribroque excernuntur, eæ autem excretiæ, &c. Al. leg. *excreta*.

Excrētus, o. 1. 2. ἐκκεκριμένος, separatus, expurgatus, egestus, part. ab excernor. *Col. l.* 8. *c.* 4. Furfures a farina excreti. ¶ Excretum, subst. n. 2. purgamentum, quod incerniculo a frumento separatur. *Col. ib.* Excreta tritici minuta commode dantur gallinis. ¶ Excretus, a, um, etiam partic. est ab excresco, idem, ac adultum, vel quod multum crevit. *Virg. Georg.* 3. *v.* 397. Excretos prohibent a matribus hædos.

Excrĭbo. V. Exscribo.

Excruciabĭlis, le, o. 3. dignus, qui excrucietur, vel qui excruciat. *Plaut. Cist.* 6. 1. 1. Nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem.

Excruciātus, us, m. idem quod cruciatus, *tormento*. *Prudent. in pass. Agnet. v.* 19. Corpusque duris excruciatibus Ultro offerebat.

Excrucĭo, as, avi, atum, a. 1. *tormentare*, βασανίζω, valde crucio, cruciatu eneco. *Cic.* 3. *Ver.* Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, P. R. foetum, atque amicum, fame excruciatum, semivivum reliquit. ¶ Translate est molestia afficere. *Cic. in Fam.* Hæc tibi dolori esse certo scio, me quidem excruciant. *Ter. Phorm.* 1. 4. Tum me Antipho excruciat animi.

Excubatio, f. 3. actus excubandi, seu vigilandi. *Val. Max. lib.* 4. Pro dignitate, & salute amicorum perpetuam excubationem.

Excubĭæ,

Excubiæ, arum, f. *vigilie, vegghie, guardia*, אשמורה, Ger. *die vvachten*, Gal. *le guet de nuit*, Hisp. *escuchas, velas de noche*, φυρά, vigiliæ Sed vigiliæ tantum nocturnæ dicuntur; excubiæ & diurnæ, & nocturnæ. *Cic. pro Mur.* Non modo excubias, & custodias, sed etiam latcrum nostrorum oppositus, & corporum pollicemur. *Sueton. Galb. c.* 10. Excubias agere. ¶ Item ii ipsi, qui excubias agunt. *Claudian. de nupt. Honor.* madentes vino excubiæ.

Excubicularius, ii, m. qui Cubicularii officio functus est. *leg.* 13. *de excus. libert. l.* 10. *Cod. Justiniani.*

Excubitor, m. 3. φυλάξ, qui excubat, & vigilat ad custodiam, *Cæs. 7. B. G.* Hæc eadem noctu excubitoribus, ac firmis præsidiis tenebantur. ¶ Dicitur non solum de militibus, sed etiam de prætectis militaribus. Unde *Excubitorem Tribunum* dicit *Sueton. in Claud. cap.* 42. qui sc. pro tempore Excubitorum stationi præerat.

Excubitus, us, m. idem, ac excubiæ. *Hirc. de bello Hisp. c.* 6. Partim, ut pedestres copiæ in stationc, & excubitu castris præsidio essent.

Excŭbo, as, cubui, bitum, n. 1. *vegghiare, far guardia*, שמר, שקד, Ger. *vvachen, hüten*, Gal. *fare le guet, c'ere au guet*, Hisp. *velar escuchar*, φυλάω, vigilo, custodiam facio, quasi foris cubo, ut milites, qui extra castra, vel extra tentorium ad Imperatoris custodiam noctu armati conlidunt. *Cic. de Div.* Armatique in agro excubarent. *Liv. l.* 5. Excubare pro portis. ¶ Est etiam fovere ova ad pullos excludendos, *covare. Colum. l.* 8. *c.* 5. ¶ Translate est prospicere, vigilantem esse. *Cic.* 4. *Tusc.* Qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino novum.

Excūdo, is, excudi, sum, a. 3. *percotendo trar fuori*, יצר, Ger. *auss schmieden*, Gal. *forger*, Hisp. *horiendo sacar fuera*, ἐκχαράττω, cudendo elicio. *Virg.* 1. *Æn. v.* 174. Ac primum silicis scintillam excudit Achates. ¶ Accipitur etiam pro cudendo conficere. *Virg. 6. Æn. v.* 847. Excudent alii spirantia mollius æra. ¶ Translate est componere, studiose invenire. *Cic. Att. l.* 15. *epist.* 27. Excudam aliquid ἐγκλειδιον, quod lateat in thesauris tuis. ¶ Item vi, vel precibus aliquid extorquere. *Col. l.* 11. *c.* 1. Excudit mihi, cultus hortorum prosa ut oratione conscriberem. ¶ Item excludere. *Col. l.* 9. Negat anser aliena excudere ova, nisi subjecta sua quoque habuerit. Al. leg. *excludere*. Habet & *Var. l.* 2. *R. R. c.* 9. ut legitur in edit. Scalig.

Exculcātor, oris, m. qui exculcat. In Notitia Imperii Occident. memorantur inter auxilia Palatina *Exculcatores seniores, Exculcatores juniores*, &c. qui iidem sunt atque excursatores, qui hostium itinera explorant. Quare hanc vocem quidam *Vegetio l.* 2. *c.* 15. restituunt. Turneb. Stevvech & alii.

Exculcātus, o, 1. 2. obsoletus, rejectus, explosus, particip. ab exculco, *Gel. l.* 11. *c.* 7. Verbis obsoletis, exculcatisque.

Exculco, as, a. 1. *calpestare*, דרך, Ger. *zertretten*, Gal. *fouler aux preds*, Hisp. *hollar*, calcando exprimo. *Plaut. Capt.* 4. 2. 30. Ex ipsius domini mei pugnis exculcabo furfures. *Cæs. l.* 7. *B. G. c.* 73. Singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur. h. e. calcando firmabantur.

Exculpo. V. Exsculpo.

Excultor, oris, m. qui excolit. *Tertul. de Monog. c.* 16. Florum excultor.

Excultus, us, m. idem ac cultus. *Fest. in voce Conitum*, ubi al. leg. *cultus*.

Excultus, a, um, adject. ab excolo, *colto, disciplinato, dotto*, ut excultus doctrina, disciplina, studiis. *Cic. l.* 12. *Attic. ep.* 46. Exculto animo nihil agreste, nihil inhumanum est. *Id. l.* 2. *Offic.* Artibus exculta hominum vita. ¶ Dicitur & de inanimis. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 130. Abstulit excultas pertica tritlis opes.

Excuneātus, o. 1. 2. cui non est locus sedendi in cuneis theatralibus, velut exclusus extra cuneum. *Apul. l.* 3. *A. A.* V. *Salmas. in Solin.*

Excurātus, a, um, o. 1. 2. exquisitus, quasi cum cura paratus, ab obsoleto excuro. *Plaut. Pseud.* 5. 1. Ita excurato victu, ita magnis deliciis. ¶ Excuratus homo. *Plaut. Cas.* 3. 6. 6. Lepide incessisti excuratus.

Excurio, as, a. 1. extra curiam ejicio. *Var. apud Non. c.* 1. *n.* 164. Apollonium ideo excuriavit, quia nihil habebat.

Excurro, is, excurri, & interdum apud vet. excucurri, rsum, n. 3. *scorrere, trascorrere*, רוץ, Ger. *auslauffen*, Gal. *courir, discurrir*, Hisp. *discurrir, escurrir*, ἐκτρέχω, extra locum aliquem curro. *Liv. l.* 2. Cum plures igni, quam ferro, armati excurrissent. ¶ Est item per agrum hostium currere, & eum latrocinantium more populari, *fare scorrerie. Liv. l.* 1. *c.* 15. In fines Romanos excurrerunt populabundi magis, quam justi more belli. ¶ Translate est ordinem, aut modum egredi, *trasandare. Paul. l. Publia Mævia, ff. Depol. vel contra.* Item ex ratione patris vestri decem, & quod excurrit. *Veget. l.* 1. *c.* 28. Viginti annorum, & quod excurrit, pax. *Cic. in Or.* Productoria alia, & quasi immoderatius excurrentia. ¶ Item aliqua sui parte in mare protendi. *Liv. l.* 26. Ab intimo finu peninsula excurrit. ¶ Præterit. *excucurri. Plaut. Most.* 2. 1. 2. Primus qui in crucem excucurrerit. Adde *Bacch.* 2. 3. 125.

Excursātio, onis, f. idem quod excursio, κατασκοπή. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 3. *n.* 3.

Excursātor, oris, m. excursor. *Ammian. l.* 24. *sub init.* Excursatores præire jussit.

Excursio, onis, f. 3. *correria*, actus excurrendi, ac speciatim subita irruptio militum in agrum hostium. *Cic. pro L. Man.* Cum una excursio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit. ¶ Translate *Id. l.* 2. *Divin. c.* 10. Sed hæc fuerit nobis tamquam levis armaturæ, prima orationis excursio.

Excursor, m. 3. *scorridore*, qui excurrit. *Cic.* 4. *Phil.* Est igitur Populo R. victori omnium gentium omne certamen cum excursore, cum latrone, cum Spartaco.

Excursus, us, m. 4. παρέκβασις, excursio. *Cæs.* 3. *B. C.* Ut primus excursus, visque militum infringeretur. ¶ Metaphorice excursus in dicendo, aut scribendo est digressio, *digressione. Plin. l.* 5. *ep.* 6. Vides, ut Aratus minutissima etiam sidera consectetur, modum tamen servat; non enim excursus hic ejus, sed opus ipsum est.

Excursus, a, um, *scorso, trascorso. Terent. Adelph.* 5. 4. 6. Vitam duram, quam vixi usque adhuc, prope jam excurso spatio mitto.

Excusabĭlis, le, o. 3. *scusabile*, Germ. *entschuldigens vverth*, Gall. *digne d'excuse*, Hisp. *el que buenamente se puede escusar, escusabile*, συγγνωστός, quod excusatione dignum est. *Ovid. 1. de Ponto, el.* 8. Quod nisi delicti pars excusabilis esset. *Val. Max. l.* 8. *c.* 11. *n.* 4. Quo excusabilior est error equi.

Excusabundus, a, um, adject. *Apul. Apol.* Etsi magum me dixisset, posset videri excusabunda.

Excusāte, adverb. *con scusa*, cum excusatione, citra culpam. *Quintil. l.* 2. *c.* 1. Et fieri id videtur excusate. *Justin. l.* 32. *c.* 2. Excusatius sacrilegia commissurum.

Excusātio, f. 3. *scusa*, Germ. *entschuldigung*, Gall. *excuse*, Hisp. *escusa*, ἀπολογία, purgatio, actus excusandi. *Cic. de Am.* Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris. *Id.* 2. *de Orat.* Cum excusationem oculorum a me non acciperet.

Excusātus, a, um, adject. *scusato. Martial. l.* 2. *epigr.* 79. Excusatum habeas me, rogo, cœno domi. *Senec. l.* 1. *Controv.* 4. quo excusatior sis. Adde *Plin. l.* 8. *ep.* 14. Alter *Senec. de Ot. Sap. c.* 29. Excusatissimus esse m.

Excūso, as, avi, atum, a. 1. *scusare*, התנצל, Ger. *entschuldigen*, Gal. *excuser*, Hisp. *excusar*, ἀπολογέομαι, objectum crimen purgo, & a me repello, *Causa. Cic. Brut.* Collegæ mandasti, ut te mihi per literas excusaret. *Id.* 12. *ad Att.* Excusare aliquem apud aliquem. ¶ Quandoque est afferre in excusationem id, quod peccandi causam præbuit, *dar la colpa. Cic. in Phil.* Antequam sententiam diceret, propinquitatem excusavit. *Liv. l.* 31. 11. Excusare errorem, adolescentiamque. Sic excusare valetudinem, *Liv. Suet.* & al. ¶ *Tacit.* 1. *Annal. c.* 44. Reditum Agrippinæ excusavit ob imminentem partum. h. e. causam attulit, cur Agrippina non rediret, &c.

Excūsor, m. 3. qui aliquid excudit, ut vascularius, qui ex metallo aliquo vascula excudit, typographus, qui libros excudit suis typis, &c. *Quintil. l.* 2. *c.* 21. Si quæram, quæ sit materia excusoris, similiter æs respondeant.

Excusŏatus, a, um, adject. pro Excussus. *Paul. JCtus l.* 46. §. 6. *Dig. de administr. tut.* Ubi al. leg. *Excussi*.

Excusse, adv. diligenter. *Sen. de Benef. l.* 2. *c.* 17. Si cum tyrone, & indocto, non tam rigide, nec tam excusse.

Excussio, as, a. 1. frequentat. ab excutio. Habet *Tertul. de Virg. Vel. c.* 7.

Excussorius, a, um, o. 1. 2. quod ad excutiendum pertinet, ut Excussorium cribrum, quod transmittit farinam ignobiliorem. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Cribrorum genera Galli ex setis equorum invenere, Hispani e lino excussoria, & pollinaria.

Excussus, us, m. *sbattimento, scotimento. Prudent. Peristeph. v.* 226. Scintillat excussus salis.

Excussus, a, um, adject. *sbattuto, scosso. Cic. de Arusp. Resp. c.* 18. Te Judices emiserunt excussum & exhaustum. *h. e.* nudum, & vacuum, ducta metaphora ab iis, qui in latrones inciderunt. *Id. pro Syll. c.* 16. Noli aculeos orationis meæ; qui reconditi sunt, excussos arbitrari. *Ovid. l.* 1. *Trist. el.* 1. *v.* 78. Agna excussa dentibus lupi. *Id.* 1. *Fast. v.* 547. excussus somno. *Virg.* 10. *Æn. v.* 590. Excussus curru. Sic excussus patria, apud *eund.* 7. *Æn. v.* 299. h. e. expulsus. *Ovid. heroid. ep.* 4. *v.* 43. Excusso lacerto vibrare aliquid *h. e.* brachio magna vi jactato. Sic *Petron. in Satyr. c.* 95. Os alicujus palma excussissima pulsare.

Excutĭa, f. 1. scopæ parvæ, quibus pulvis e vestibus excutitur. Ita legit & explicat *Lambin.* apud *Plaut. Curc.* 4. 4. 22. Alii aliter.

Excutio, is, ussi, ussum, a. 3. *scuotere*, הכה, Ger. *ausschvvingen*, Gal. *secouer*, Hisp. *sacudir*, ἐκσείω, proprie est quatiendo dejicere, ab ex, & quatio, & sæpe cum accus. rei construitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Posse ex his in terram excussis annales Ennii effici. ¶ Est item elicere. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. *Ter. Heaut.* 1. 1. 115. Lacrymas excussit miser. ¶ Item eruere, ut Oculos excutere. *Plaut. Pers.* 5. 2. 16. ¶ Item expellere, evellere. *Cic. pro Sylla.* Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. ¶ Item concutere, commovere. *Plaut. Aul.* Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror. ¶ Item rejicere, abjicere. *Pers. sat.* 3. *v.* 101. calidumque triental Excutit e manibus. ¶ Excutere jugum, est detrectare imperium, & nolle obedire. *Plin. Paneg. c.* 11. ¶ Item deponere, ut excutere metum. *Ovid.* 1. *Fast.* ¶ Item adimere, ut excutere alicui mentem, *buttar giù di senno. Senec. ep.* 7. ¶ Item inquirere, scrutari. *Suet. in Claud.* Culcitisque, & stragulis prætentatis, & excussis. idest, diligenter contrectatis, & diventilatis, ut, si in eis gladius tegeretur, exciderct. *Ulp. l. si mandavero* 42. *ff. mandati.* Si tibi mandavero, ut vires excuteres hæreditatis. ¶ Item excitare. *Cic. Off.* 3. *c.* 20. Explica, atque excute intelligentiam tuam. idest, tuos spiritus, sensusque omnes ad intelligentiam collige, & excita. ¶ Item dejicere, in terram prosternere, *Plin.* Excusso Circensibus auriga. ¶ Item pro expellere. *Plin. Paneg. c.* 81. Excutere cubilibus feras. ¶ Item pro examinare, inquirere. *Cic. pro Rosc.* Nihil est, quod metuas, non excutio te. *Quint. l.* 7. *c.* 2. Excusserunt illi patrem, & aurum in sinu ejus invenerunt. ¶ *Excutere debitorem*, frequens est apud Jurisconsultos, pro auctionem bonorum ejus facere, & experiri, an sit solvendo. Unde jure novissimo sancitum est, ne fidejussori molesti simus, nisi prius excusso debitore.

Exdecimo, as, a. 1. eligo decimum quemque, decimare. *Fest.*

Exdorsŭo, as, a. 1. ἀπονωτίζω, dorsum confringo, vel adimo. *Plaut. in Aul.* 2. 9. 2. Tu Machærio congrum, murænam exdorsua, quantum potes.

Exdutæ, seu ecdutæ, f. 1. exuviæ, ab exduo, vel ecduo, exuo, quod ab ἐκδύω, exuo. *Fest.*

Exĕco, V. Exseco.

Exĕcror, cum derivatis. V. Exsecror.

Executio, vel Exsecutio, onis, f. *esecuzione*, Ger. *volstrekung*, Gal. *execution*, Hisp. *execucion*, ἀπεργασία, actus exequendi. *Tac. Ann.* 15. *c.* 25. Executionem alicujus negotii suscipere. *Plin. l.* 35. *c.* 8. Neque enim instituti operis est talis executio.

Executor, vel Exsecutor, oris, m. *esecutore*, Ger. *volstrecker*, Gal. *executeur*, Hisp. *esecudor, esecudador*, ἀποκριτής, qui exequitur. *Suet. in Vespas. c.* 14. Offensarum, inimicitiarumque minime memor, executorque. h. e ultor. Sic *Vellei. l.* 2. *c.* 45. Malorum propositorum executor acerrimus. ¶ *Martian. Imp. l. cum clericis, Cod. de Episc. & cler.* Executores vocat Apparitores, qui jussu Magistratus reos in jus vocant; quod Magistratus sententiam exequantur.

Execūtus, vel Exsecūtus, a, um, particip. ab exequor, passiva significatione. *Justin. l.* 7. *c.* 3. Exsecuto regis imperio, obsides postulabat.

Exĕdo, is, edi, esum, a. 3. *mangiare*, אכל, Ger. *ausfressen*, Gal. *vonger, consumer*, Hisp. *gastar, voer*, κατέδω, erodo, consumo. *Ter. Phorm.* 2. 2. 4. Tibi omne est exedendum. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 63. Frumentum exesse incipiunt. ¶ Translate *Cic.* 3. *Tusc. c.* 13. Ægritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. *Lucret. l.* 3. *v.* 1007. Quem exest anxius angor. *Virg.* 5. *Æn.* Exedere urbem odiis.

Exĕdra, f. 1. ἐξέδρα, locus erat in porticibus patens, & Soli pervius, plurimas habens sedes, in quibus Philosophi, Rhetoresque, & reliqui, qui studiis delectabantur, sedentes disputare solebant, ab ἕξ, & ἕδρα, sella, quasi sessio e loco aliquo educta, a sedium frequentia, & sedendi commoditate, quo circunquaque sedes haberet. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Offendi eum sedentem in exedra, & cum C. Vellejo Senatore disputantem.

Exedrium, ii, n. 2. parva exedra. *Cic. Fam.* 7. *epist.* 23. Exedria quædam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani.

Exĕdum, i, n. herba, quæ veterno liberat. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Exefficio, is, a. 3. plane efficio, perficio. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 85. Quando illud, quod cupis exeffecero. *Id. Trucul. a.* 5. *v.* 17. Qui istuc exeficias opus. ¶ Utroque loco al. leg. *efficio*.

Exemplar, aris, n. 3. idem ac exemplum, *esemplare, esempio. Festus* dicit, exemplum esse illud, quod sequimur, exemplar, ex quo simile facimus. Sed hæc nomina promiscue usurpata inveniuntur. *Cic. pro Mur.* Domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Et paucis interiectis: Ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. ¶ Ponitur sæpe pro eo, quod ex aliquo scripto

pto transferibitur, *copia*, ἀπόγραφον. *Asin. Pollio Cic.* Ex litteris, quas Panſæ miſi, cognoſces omnia, nam tibi earum exemplar miſi. Adde *Horat. in Art. poet. v.* 268.

Exemplāre, is, n. 3. exemplar, apud vet. *Lucret. l.* 2. *v.* 122. Duntaxat rerum magnarum parva poteſt res exemplare dare.

Exemplāris, re, *eſemplare*, adject. qui eſt ſecundum exemplar. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 8. Virtutes exemplares ſunt, quæ in ipſa divina mente conſiſtunt, a quarum exemplo reliquæ omnes defluunt.

Exemplarĭum, n. 2. exemplar, ſeu exemplum. *Arnob. l.* 6. & *Hieronym. adv. Helvid. c.* 8.

Exemplātus, a, um, adject. ad exemplum factus, ut exemplatus libellus, apud *Sidon. l.* 4. *epiſt.* 16.

Exemplum, n. 2. *eſempio*, מִשׁל, Germ. *exempel*, Gall. *exemple*, Hiſp. *exemplo*, παράδειγμα, id, quod nobis imitandum proponitur. *Cic.* 5. *Ver.* Vetus eſt, quod dicam, & propter ſeveritatem exempli nemini veſtrum fortaſſe inauditum. ¶ Ponitur aliquando pro exſcriptione, *copia*, ἀπόγραφον. *Cic. Appio.* Ex literis, quarum ad me exemplum miſiſti. *Paul. Dig.* 49. 14. 45. Actorum exemplum, *copia del proceſſo*. ¶ Item pro gravi pœna, quæ poteſt cæteris documento eſſe. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Simile in ſuperiore parte Provinciæ edere exemplum ſeveritatis tuæ. V. *Donat. ad Eun. Terent.* 5. 5. 4. ¶ Item pro Figura Rhetorica. *Auth. ad Her. l.* 4. Exemplum eſt alicujus facti, aut dicti præteriti cum certi authoris nomine propoſitio. ¶ Item pro ſpecimine alicujus rei, quam venalem habemus, *la moſtra*. *Auct. ad Her. l.* 1. Si quis purpuram vendens dicat, Sume a me, ſed hujus exemplum aliunde rogabo, tibi quod oſtendam. ¶ Exempli cauſa, & exempli gratia. *Cic. in Offic.* Exempli cauſa ponatur aliquid, quod pateat latius. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Exempli gratia, in Martis ſidere, &c. Adde *Cic. pro Sext. Roſc. c.* 10. & *Quintil. l.* 6. *c.* 5. ¶ Exemplum pro inſtar. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 621. Exemplo nubis aquoſæ, *a guiſa di*, &c.

Exemptibĭlis, vel potius

Exemptĭlis, le, o. 3. quod eximi, vel auferri poteſt. *Col. l.* 8. *c.* 11. Sed idcirco ſunt exemptiles. Alii leg. *exemptibiles*.

Exemptĭo, f. 3. actus eximendi, *il tor via*. *Col. l.* 3. *c.* 18. Cum enim per exemptionem imæ partes eorum præfractæ ſunt.

Exemptor, oris, m. qui aliquid eximit. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Exemptores quoque affirmant, compleri ſponte illa montium ulcera. De lapidum fodinis loquitur, & exemptores vocat eos, qui lapides, ſeu marmora eruunt. *Apul. Apol.* Teſtium exemptor.

Exemptus, us, m. idem quod exemptio, ablatio. *Vitruv. l.* 9. *c.* 9. Cuneorum adjectus, aut exemptus perficere cogit.

Exemptus, a, um, adject. ἐξηρμένος, ſublatus, ablatus, *tolto via*, *levato*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 220. Fames exempta epulis. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 18. De ſpinis pluribus una exempta.

Exenterātus, a, um, adject. *fuentrato*, viſceribus ſpoliatus. *Juſtin. l.* 1. *c.* 5. Epiſtola exenterato lepori inſeritur. *Voſſ. in Etymol.* teſtatur, in quibuſdam vet. codicib. legi *exinteratus*, quaſi ſit *intus*.

Exentĕro, as, a. 1. *ſventrare*, Ger. *das eingervand auſſnemmen*, Gal. *oter les entrailles*, Hiſp. *ſacar las tripas*, ἐξεντερίζω, eviſcero, interiora aufero. ab ἔντερον, inteſtinum. V. Exenteratus. ¶ Translate ſumitur pro evacuare. *Plaut. Epid.* 2. 2. Acutum cultrum habeo, qui ſeni exenterem marſupium. ¶ Item pro cruciare. *Plaut. Epid.* 3. 1. 1. Expectando exedor miſer, atque exenteror.

Exĕo, is, ivi, & exii, exitum, n. anom. יצא, Germ. *auſſgehen*, Gall. *ſortir*, Hiſp. *ſalir*, ἐξέρχομαι, extra eo, egredior. *Cic.* 4. *Fam.* Ne aut tibi exire ex urbe neceſſe ſit. ¶ Conſtruitur etiam cum accuſat. ut ut Exeo domum, ideſt, extra domum. *Propert. l.* 3. *eleg.* 4. *v.* 59. Curve ſuos fines altum non exeat æquor. ¶ Habet etiam ſignificationem motus ad locum. *Cic. in Vatin.* Exieriſne legatus in ulteriorem Hiſpaniam. ¶ Exire Oſtiæ, apud *eund.* 9. *Fam. ep.* 6. eſt Oſtiæ e navi deſcendere, *sbarcare ad Oſtia*. ¶ Per translationem eſt liberari. *Cic.* Ut tandem ex tot ærumnis, atque miſeriis exeamus. Sic exire ære alieno. *Id Phil.* 11. *c.* 6. ¶ Item vitare. *Virg.* 5. *Æn. v.* 439. Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. *Lucret. l.* 5. *v.* 1329. feros exibant dentis adactus. ¶ Item erumpere. *Virg.* 2. *Æn.* Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis exiit. ¶ Item fieri, vel effici, ut *Exit in laudem*, *in vituperium*, *in acta*, *in fabellas*, &c. *Lactant.* Potuerunt libri aboleri, & tamen res in memoriam exire. id eſt, fieri memorabiles. *Plin. l.* 7. *c.* 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam. ¶ Item erigi, extolli. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Religant comas, ut in altitudinem exeant. *Virg.* 2. *Georg.* Exit ad cœlum ramis felicibus arbos. ¶ Item edi, evulgari. *Cæcin. Cic.* 6. *Fam.* Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat. ¶ Item differri. *Plin. Jun. epiſt.* 11. *lib.* 2. Itaque in tertium diem probationes exierunt. ¶ Item extrahi, educi. *Cic. Att. l.* 1. Cum de Conſularibus mea prima ſors exiſſet. ¶ *Exire ex poteſtate*, eſt inſanire. *Cic.* 3. *Tuſc.* Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis. ¶ *Exire e vita*, eſt mori. *Cic.* 1. *Fin.* Æquo animo e vita, tanquam e theatro exeamus. ¶ *Annum*, *vel diem exire*, eſt præterire. *Sen. epiſt.* 8. Nullus mihi per otium dies exit. ¶ *Exire e Patritiis*, eſt plebejum fieri. *Cic. pro Domo.* Sed ut e Patritiis exeat. ¶ *Exire in eaſdem litteras*, eſt terminari. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. Quorum prima poſitio in eaſdem, quas Caſtor, literas exit. ¶ *Exire ſuper aliquem*, eſt ſuperare, eminere. *Stat. 6. Theb.* hominem ſuper improbus exit. ¶ Exire ex animo dicitur aliqua res pro excidere, effluere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Mihi ex animo exire non poteſt eſſe Deos.

Exĕquens, vel Exſequens, entis, adject. qui exequitur, & ſectatur aliquid. *Gel. l.* 10. *c.* 12. Philoſophus memoriarum veterum exequentiſſimus. h. e. peritiſſimus antiquitatis.

Exequĭæ, vel Exſequiæ, arum, f. 1. *eſequie*, *pompe funerali*, קְבוּרוֹת, Ger. *leitchbeſtattung*, Gal. *funerales*, Hiſp. *exequias*, ἐναγίσματα, julta, parentalia, funebre officium, quod ſcilicet in funere exequimur. *Cic. pro Cluent. cap. ult.* Mater exequias illius funeris proſecuta eſt. *Id. pro Quinct. c.* 15. Quo non amici convenirent ad exequias cohonestandas. ¶ *Ducere exequias*, eſt celebrare. *Plin. l.* 8. *cap.* 42. Propter quæ Rex defuncto ei duxit exequias. ¶ *Ire exequias*, pro, ire ad exequias, *andar a morto*. *Silius l.* 15. *v.* 395. Vos ite ſuperbæ exequias animæ, & cinerem donate ſupremo Muneris officio. Erat etiam vetus formula indicendi exequias his verbis: *Exequias ire*, *cui commodum eſt*, *jam tempus eſt*, *Ollus effertur. Ter. Phor.* 5. 8. 37. Exequias Chremeti, quibus commodum eſt, ire, jam tempus eſt. *Reddere alicui exſequias* apud *Albinov. eleg.* 1. *v.* 218. eſt celebrare, ducere.

Exequiālis, le, o. 3. quod ad exequias pertinet. *Ovid.* 14. *Met. v.* 453. Carmina jam moriens canit exequialia cygnus. Adde *Stat. Theb.* 11. *v.* 610.

Exequior, d. 1. exequias facio, vel exequiis convivor. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 298. Ipſum propter jus liberti ſemiatrati exequiantur.

Exĕquor, vel exſequor, is, utus ſum, *eſeguire*, *fornire*, *mandare ad eſecuzione*, פעל, Ger. *uben*, Gal. *exercer*, Hiſp. *exercitar*, ἐκτελέω, perficio, confício, abſolvo, executioni mando. *Cic. pro Rab.* Difficile eſt, quod cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non exequi uſque ad extremum. ¶ Eſt item ſequi. *Cic. Ate. l.* 9. Cur non omnes tatum illius una executi ſumus? ¶ Item perſequi, ulciſci, vindicare. *Liv. l.* 3. *c.* 10. Deorum, hominumque ſimul violata jura exequemur. *Id. l.* 5. *c.* 11. Exſequi publicum privatumque dolorem. *Plin. l.* 3. *epiſt.* Priores noſtros eſſe ſingulorum hoſpitum injurias accuſationibus variis executos. ¶ Item exponere, narrare. *Cic. Varroni.* Habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi poſſum. Adde *Liv. l.* 27. *c.* 27. *ad fin.* ¶ Exequi ærumnam, eſt pati, apud *Plaut. Capt.* 2. 1. 1.

Exercĕo, es, cui, citum, a. 2. *eſercitare*, הונים, Germ. *uben*, Gall. *exercer*, Hiſp. *exercitar*, γυμνάζω, eſt ſolicitare, angere, fatigare, premere. *Cic. pro Arch.* Qua quidem detracta, quid eſt, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi tantis nos laboribus exerceamus? *Id. Att.* Te de prædio Avio exerceri moleſte fero. *Id. Tuſc.* 5. *cap.* 1. Fortuna me multis caſibus exercuit. *Ter. Adelph.* 4. 2. 48. Ego te hodie exercebo, ut dignus es. Fere eſt tractare, factitare, verſari in aliqua arte. *Cic. ad Brut.* Multaque arte ſe exercuit in veriſſimo genere dicendi. *Id. pro Cluent.* Inſtructam ei continuo, & ornatam Larini, medicinæ exercendæ cauſa, tabernam dedit. ¶ Quandoque eſt in opus cogere, *far lavorare*, *Virg.* 3. *Georg.* Exercete viri tauros. Sic exercere ſervos, remiges, jumenta, *Terent. Nepos*, &c. ¶ Hinc metaphorice dicimus, exercere corpus, ingenium, memoriam. *Cic. de Senect. c.* 7. Memoria minuitur, niſi exerceas. Sic, exercere ſtilum. *Plin. lib.* 8. *epiſt.* 14. ¶ *Exercere Principem*, eſt Principem agere, Principis poteſtate uti. *Suet. in Tib. c.* 33. Paulatim Principem exercuit, præſtititque. Alii leg. *exeruit*. ¶ *Exercere agros*, ſeu *tellurem*, eſt diligenter colere, *coltivare*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 99. *Tac. Germ. cap.* 29. ¶ *Exercere diem*, eſt ſe per diem opere faciendo exercere. *Virg.* 10. *Æn. v.* 808. ¶ Exercere vectigalia, eſt adminiſtrare, publicanum agere. *Cic. pro leg. Manil.* ¶ *Exercere victum*, eſt parare. *Ter. Heaut.* 1. 1. 91. Servos, niſi eos, qui opere ruſtico faciundo facile victum exercent ſuum, Omnes vendidi. Alii aliter legunt, & explicant. V. *Exſarcio*. ¶ Habet præterea hoc verbum varios, & elegantes uſus, ut exercere inimicitias, odia, iracundiam in aliquem, *aver delle inimicizie*, &c. *Cic. Divin. Ver. c.* 4. & *ad Brut. epiſt.* 2. *Salluſt. proœm. Jug.* Diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebat. ¶ *Id. de repub. ordin. ad Cæſ.* Militia præmiis exercetur. h. e. nutritur, fovetur.

Exercĭo, V. Exſarcio.

Exercitamentum, i, n. idem quod exercitatio. *Apul. l.* 2. *Florid.* Mentium documenta, corporum exercitamenta.

Exercitāte, adverb. cum exercitatione. *Senec. epiſt.* 90. Multa facit aut peritius, aut exercitatius. *Arnob. l.* 3. Præcepta habeat cognita, & rationem teneat exercitatiſſime comprehenſam.

Exercitatĭo, f. 3. *eſercizio*, *l'eſercitarſi*, γυμναστία, μελέτη, ἄσκησις, aſſiduus uſus, & conſuetudo in aliqua re, ab exercitatus. *Cic.* 2. *de Orat.* Quid tibi Juris Civilis exercitatio protuerit. *Id. in Brut. c. ult.* Exercitatio dicendi linguam acuit.

Exercitātor, m. 3. qui exercitat. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Lecythion agilitatis exercitator. *Id. l.* 23. *c.* 7. Pythagoras exercitator.

Exercitatrix, icis, f. 3. quæ exercitat. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Duas partes civilitatis corpori aſſignat, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem.

Exercitātus, a, um, adject. *eſercitato*, *pratico*, qui in aliqua re ſe exercuit, & in ea peritus eſt, ἀσκητός. *Cic. pro Quinct. c.* 1. Homo exercitatus, & verſatus in cauſis. *Nepos* 15. 5. Exercitatus bello. Et *ibid.* Exercitatus in dicendo. *Cic.* 2. *Off. c.* 15. Exercitationes ad bene promerendum. *Id. in Somn. Scip.* Curis exercitatus animus. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 73. Peritiſſimi atque exercitatiſſimi duces. ¶ Item vexatus, agitatus. *Horat. Epod.* 9. Exercitatas aut petit ſyrtes Noto.

Exercitĭo, onis, f. 3. idem quod exercitium, *eſercizio*. *Cat.* apud *Gel. l.* 11. *c.* 2. Inertia, atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio. *Ulp. l.* 1. §. 20. *ff. de exercit. act.* Ad ſummam remp. navium exercitio pertinet. ¶ Affert hanc vocem etiam *Feſtus*.

Exercitĭum, n. 2. *eſercizio*, Germ. *ibung*, Gal. *exercize*, Hiſp. *exercizio*, γυμνασία, actus, & uſus exercendi, atque operandi. *Gel. l.* 17. *c.* 2. Eratque hoc ſane quam utile exercitium, &c. *Id. l.* 6. *c.* 15. Exercitia ludicra.

Exercĭto, as, a. 1. ſæpe exerceo. *Pomp. Mela lib.* 2. *c.* 1. Achilles ſe, ac ſuos currus exercitaviſſe dicitur.

Exercĭtor, m. 3. qui alterum in re aliqua exercet, a ſup. exercitum. *Plaut. Trin.* 4. 3. 9. Curculio eſt exercitor; is hunc hominem curſuram docet. *Id. ibid.* 2. 1. 3. Magiſter mihi exercitor animus hinc eſt. ¶ Exercitor etiam dicitur, qui quæſtus cauſa aliquam artem exercet, ut navem, cauponam, &c. *Ulp. l.* 1. §. 15. *ff. de exercit. act.* Exercitorem eum dicimus, ad quem obventiones, & reditus omnes perveniunt, ſive is dominus navis ſit, &c.

Exercitorĭus, o. 1. 2. quod ad exercitorem ſpectat, ut Navis exercitoria, actio exercitoria. *African. in l.* 1. §. *exercitorem*, *ff. de exercit. act.* ¶ Item ad exercendum pertinens, ut exercitoria jacula. *Tert. de Pœnit. cap. ult.*

Exercituālis, ad Exercitum pertinens, ut exercituales impenſæ, *Caſſiod. l.* 3. *c.* 40.

Exercĭtus, a, um, o. 1. 2. *eſercitato*, לָמוּד, Ger. *geibt*, Gall. *exercé*, Hiſp. *exercitado*, partic. ab exerceor. *Cic. pro Mil.* Quid magis ſolicitum, magis exercitum dici, aut fingi poteſt? ¶ Aliquando ſumitur pro fatigato, & laboribus perferendis aſſueto. *Cicer. pro Planc.* Quo quidem etiam magis ſum, non dicam miſer, ſed certe exercitus. *Ovid.* 5. *Triſt. eleg.* 5. Adverſis probitas exercita rebus. Ita *exercitam militiam* dixit *Tac. Ann.* 1. *c.* 35. h. e. aſperam, laboriosam, gravem. ¶ Comparat. *exercitior*. *Tertul. adv. Valent. c.* 18. Agendis rebus exercitior. Superl. *exercitiſſimus*, legitur apud *Feſt.* & *Plin. l.* 9. *c.* 15.

Exercĭtus, us, m. 4. *eſercito*, צבא, Ger. *kriegsheer*, Gal. *armee*, Hiſp. *exercito*, στρατός, militum copiæ, ab exercendo, vel quia (ut inquit *Var.*) exercendo fit melior, vel quia hoſtem arcet, & expellit. *Cic.* 10. *Fam.* Quod exercitum præter ſpem exiſtimamini comparaſſe. ¶ Ponitur etiam pro angore, & cruciatu qui nos exercet. *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 60. Noli, obſecro, lacrymis tuis mihi exercitum imperare. ¶ Item pro quolibet exercitio. *Plaut. Rud.* 2. 1. 7. Pro exercitu gymnaſtico, & palæſtrico, hoc habemus, echinos, oſtreas captamus, &c.

Exĕro, vel Exſero, is, ui, ertum, a. 3. *tirar fuori*, הוציא, Germ. *auſſziehen*, Gal. *tirer*, Hiſp. *ſacar*, ἐξαίρω, extraho, emitto, ab ex, & ſero. *Plin. l.* 9. *c.* 32. Exerit ſe domicilio cochlea. Sic, Exerere enſem, manum, linguam, caput, *Liv. Senec. Stat.* ¶ Exerere jus ſuum in aliquid, apud *Plin. jun. epiſt.* 160. *moſtrare il ſuo jus ſopra qualche coſa*. ¶ Exerere Principem. h. e. ſe Principem facto oſtendere, eleganter dixit *Suet. in Tiber. c.* 33. ut nonnulli legunt. Alii legunt, *exercere*. V. Exerceo.

Exerro, as, n. 1. extra erro, pererro. *Stat. 6. Theb. v.* 446. Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.

Exerte, vel Exſerte, adverb. ut exerte clamitare, *Apul. l.* 1. *A. A.* Sic exerte jubere, *Tert. l.* 2. *ad Uxor. c.* 1. ¶ Tribunatum ſeveriſſime, exertiſſimeque agere. h. e. exactiſſime, *Spartian. in Sever. c.* 3.

Exerto, vel Exſerto, as, a. 1. freq. ab exero. *Virg.* 3. *Æn. v.* 425. At

Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris ora exertantem.

Exertus, vel Exsertus, *straro fuori*, o. 1. 2. ab exeror, ut exerti dentes, extra os producti. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Dentes exerti apro, hippopotamo, elephanto. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 814. Ensibus exertis bellica læta Dea est. *Virg.* 1. *Æn. v.* 496. Exerta mamma. ¶ Comparat. *exsertior* est apud *Pacat. in paneg. c.* 35.

Exerūgo, is, a. 3. *ruttar fuori*. Vetus quidam Grammaticus asserens *reuctio* ab *erugo* derivari, producit hinc *Ennii* versum: Contempsit fontes, quibus exerugit aquæ vis.

Exēsor, m. 3. qui exedit. *Lucret. l.* 4. *v.* 220. Æstus ab undis æquoris exesor murorum litora circum.

Exesto, extra esto. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitabat: hostis, vinctus, mulier, virgo exesto. Scilicet interesse prohibebantur.

Exēsus, o. 1. 2. partic. ab exedor, *consumato, roso*. *Cic.* 4. *Tusc.* Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis fere.

Exfilātus, o. 1. 2. qui brachio est exerto, a filum, quia est extra vestimentum filo contextum. *Fest.*

Exfīo, a. 3. expurgo. *Fest.*

Exfir, n. 3. purgamentum. *Fest.*

Exfundātus, a, um, funditus eversus. *Cæl. Antipater* apud *Non. c.* 2. *n.* 307. Exfundato pulcherrimo oppido.

Exfutūtus, a, um, *Catul. carm.* 6. *ad Flavium*.

Exgrumīno, V. seq. dictionem.

Exgrūmo, as, n. 1. grumos eruo, & ex grumis exilio. *Var.* 3. *de R. R. c.* 14. Ipsæ exgrumantes ad propalam vitam diu producunt. Alii leg. *Exgruminantes*. Alii *Exruminantes*.

Exgurgīto, V. Egurgito.

Exhæredatio, onis, f. hæreditatis privatio, *diseredazione*, ἀποκήρυξις. *Quintil. Declam.* 2. Exhæredationem impetrare. *Leg.* 20. *ff. de bon. possess. cont. tab.* Exhæredatio nullius est momenti. Adde *Quintil. l.* 7. *c.* 2.

Exhærēdo, as, a. 1. *diseredare*, Ger. *enterben*, Gal. *desheriter*, Hisp. *desheredar*, ἀποκηρύω, hæreditate spolio, extra hæreditatem abjicio. *Cic. pro Cluent. c.* 48. Ille cum filium exhæredaret. ¶ Proprie filii exhæredantur mortuo patre; nam si paternis bonis priventur patre vivo, abdicari dicuntur. Quare improprie locutus est *Nepos in Themistocl.* cum scribit *c.* 1. eum a patre exhæredatum esse. Quam eandem rem narrans *Val. Max. l.* 6. *c.* 9. *abdicatum* dixit. ¶ *Exhæredare aliquam rem* est hæredi auferre. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Petronius consularis moriturus, invidia Neronis Principis, ut mensam ejus exhæredaret, trullam murrhinam trecentis talentis emptam fregit.

Exhæres, edis, com. 3. *diseredato*, Ger. *enterbt*, Gal. *desherite*, Hisp. *desheredado*, ἀπόκληρος, qui privatus est hæreditate, quæ ad eum pertinebat. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 37. Possetne paternorum bonorum exhæres esse filius. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 8. Ni illum exhæredem fecero vitæ suæ. h. e. occidero.

Exhæresimus dies, exemptilis, quod ex mense eximi solebat, ut annus cum Solis, ac Lunæ ratione congrueret. *Cic.* 4. *Ver.* Quos illi ἐξαιρεσίμους dies nominant. Sed vox Græca est, & Græcis literis scribenda.

Exhalatio, f. 3. *esalazione*, מפח, Ger. *ein dampf*, Gal. *exhalaison*, Hisp. *exhalacion*, *baho*, ἀτμός, anhelitus, afflatus, expiratio, spiritus tenuis, qui per æstum maximum terra diffusa exhalatur, & sursum in aerem fertur. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 19. Quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ.

Exhālo, as, avi, atum, a. 1. *esalare*, המית, Ger. *ausdempfen*, Gal. *exhaler*, Hisp. *exalar*, *bacar*, ἐξατμίζω, expiro, & veluti per halitum aerem emitto. *Virg.* 7. *Æn.* Sævamque exhalat opaca Mephitin. ¶ Translate ponitur pro emittere, evomere. *Cic.* 4. *Ver.* Qui nondum etiam Aproniani convivii crapulam exhalassent. ¶ *Exhalare animam*, vel *vitam*, est mori. *Ovid.* 6. *Met.* Animam simul exhalarunt. *Virg.* 2. *Æn.* Regem æquævum crudeli funere vidi Vitam exhalantem. Sic exhalare lucem supremam, *Sil. l.* 10.

Exhaurīo, is, si, stum, a. 4. exinanio, exsicco, consumo, *vacuare*, *trar fuora*, הלה, Ger. *erschepfen*, Gal. *epuiser*, Hisp. *sacar*, ἐξαντλέω, aliquid vacuum facio, & dicitur exhauriri tam id, quod extrahitur, quam id, a quo extractio fit. *Cic.* 2. *Phil.* Tantum vini exhauseras, ut tibi necesse esset in Pop. R. conspectu vomere postridie. *Id. pro Cluen.* Is, exhausto illo poculo, est mortuus. *Id. in Vatin.* Ærarium exhaurire, Remp. compilare. ¶ Translate. *Cic. pro Sext.* M. Crassus eadem sibi manu vitam exhausit, qua mortem sæpe obtulit hostibus. ¶ Ponitur & pro delere. *Cic. Att. l.* 2. Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria. ¶ Item pro finire. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Exhaustus enim est sermo hominum, idest, de ea re jam loqui est desitum. ¶ Item pro deponere. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 13. Multa sunt, quæ me solicitant, anguntque, quæ mihi videor aures nactus tuas unius ambulationis sermone exhaurire posse. ¶ Item pro exantlare, perferre, ut exhaurire labores, *Sil. l.* 17. *v.* 355. *Plin. l.* 3. *ep.* 9. *Virg.* etiam 4. *Æn.* quæ bella exhausta canebat? ¶ Exhaurire humum ligonibus, *Horat. Epod.* 5. *v.* 30. h. e. effodere. ¶ Exhaurire mandata, *eseguire appieno*. *Cic. Att. l.* 5. Ut antequam proficiscaris, mandata nostra exhaurias. ¶ *Lucan. l.* 2. Eridanus fractas devolvit in æquora silvas, Hesperiamque exhaurit aquis. h. e. omnia secum trahit, & depopulatur. ¶ Exhaurire ictus, *Stat. Theb.* 5. pro excipere.

Exhaustant, efferunt. *Fest.*

Exhaustus, a, um, adject. ἐξωτκημένος, evacuatus, vacuus, *voto*, *esausto*. *Cic.* 5. *Ver. c.* 70. Inops, & exhaustum ærarium. *Liv. l.* 1. Exhaustus magnificentia publicorum operum. ¶ Item fatigatus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 603. Omnibus exhausti casibus, omnium egeni. *Lucan. l.* 8. Cursu exhaustus equus.

Exhebēnus, m. 2. ἐξέβενος, gemma candida, qua aurifices aurum poliunt. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Exherbo, a. 1. *sbirpare l'herbe*, ἐκβοτανίζω, est herbas extirpare. *Col. l.* 11. *c.* 3. Cum sationis appropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus.

Exhibēo, es, ui, itum, a. 2. *dare in pubblico*, הוציא, Germ. *ausgeben*, Gal. *exiber*, Hisp. *dar*, *traer publicamente*, ἀποφαίνω, profero, & in publicum deduco. *Cic.* 6. *Ver.* Is omnino servus in familia non erat, eum statim exhiberi jubet. ¶ *Exhibere reum*, est sistere, & præsentare. *L. si quis, de exhib. reor.* Si quis reum criminis, de quo satis dedit, non exhibuerit. ¶ Est item apud JCtos vitæ necessaria suppeditare. *Paul. in l. Nesennius, ff. de negoc. gest.* Et matrem tam filium, quam filiam ejus exhibuisse. ¶ *Exhibere negocium, laborem, molestiam*, est labore, vel molestia afficere. *Cic.* 3. *Offic.* Cum audisset adolescens, negocium exhiberi patri. ¶ *Plin. l.* 15. *c.* 13. Facitem parentis exhibere, *rassomigliare le fattezze del padre*. ¶ *Plaut. Cas.* 2. 6. 57. Me vivo mea uxor imperium exhibet. h. e. exercet.

Exhibitio, f. 3. actus exhibendi. *Gel. l.* 14. *c.* 2. Mensæ rationibus, chirographi exhibitionibus. ¶ *Tertul. de Monogam. c.* 8. Victuaria exhibitio. h. e. sustentatio.

Exhibītor, oris, m. 3. qui exhibet, ut exhibitor ludorum. *Arnobius l.* 7.

Exhibitorius, a, um, adject. ad exhibitionem pertinens, ut exhibitoria interdicta, *Ulp. lib.* 3. *ff. de lib. hom. exhib.*

Exhilarātus, a, um, adject. *rallegrato*. *Cic. l.* 9. *Fam. epist. ult.* Exhilarata servitus. *Colum. l.* 6. *c.* 24. Pecudes pabulo exhilaratæ.

Exhilāro, idem ac hilaro, idest, hilarem, ac lætum facio, *rallegrare*. *Plin. l.* 16. *c.* 25. Neque ilex picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur. *Mart. l.* 8. *epigr.* 50. Exhilarant ipsos gaudia nostra Deos.

Exhinc, adverb. ex hoc tempore, posthac, deinde, *d'indi in poi*, *dipoi*. *Suet. Tib. c.* 9. Exhinc Rhæticum bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit.

Exhorresco, is, ui, n. 3. *tremare da paura*, *spaventarsi*, רגז, Ger. *ergrauscn*, Gal. *s'effrayer*, Hisp. *espantarse*, φρίττω, præ timore horreo, & contremisco. *Plancus Ciceroni l.* 10. *Fam. ep.* 18. Non possum non exhorrescere. ¶ Transitive *Virg.* 7. *Æn.* vultus neve exhorrescat amicos. *Ovid.* 4. *Metam.* Exhorruit æquoris instar, quod fremuit, exigua cum summum stringitur aura.

Exhortamentum, i, n. exhortatio. *Nonius* in voce *Portisculus*; Excursum, & exhortamenta moderari.

Exhortatio, onis, f. actus exhortandi, *esortazione*, προτροπή, παράκλησις. *Colum. lib.* 11. *cap.* 1. Variis exhortationibus in opere ipso exhilarare laborantes.

Exhortatīvus, a, um, adject. ad exhortandum pertinens. Ita vertit *Quint.* græca verba προτρεπτικὸς, & ὁρμητικὸς, *l.* 3. *c.* 6. ubi de Statu agit.

Exhortātor, oris, m. προτρέπων, *esortatore*. *Tertul. de fug. Persec. ad fin.* Exhortator omnium tolerantiarum.

Exhortātus, o. 1. 2. partic. ab exhortor. *Virg.* 12. *Æn.* Sic exhortata reliquit incertam. ¶ Usurpatur etiam passive. *Cic. de Sen.* Exhortatus est in convivio a scorto, ut, &c.

Exhortor, aris, d. 1. *esortare*, החזיק, Ger. *anhalten*, Gal. *exhorter*, Hisp. *exortar*, προτρέπω, vehementer hortor. *Cic.* 1. *Acad. c.* 4. In omnibus hominibus ad virtutis studium exhortandis consumebatur. *Ovid. Met.* 13. *v.* 234. cives exhortatur in hostem.

Exhubēro, V. Exubero.

Exibīlo, V. Exsibilo.

Exicco, V. Exsicco.

Exicia. V. Axicia.

Exignesco, is, n. 3. *accendersi*, ignem concipio. *Censorin. de die nat. c.* 18. Mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur.

Exīgo, is, egi, actum, a. 3. *escludere*, *serrar fuori*, גרש, Ger. *ausstreiben*, Gal. *dechasser*, Hisp. *echar fuera*, ἐξάγω, excludo, ejicio, expello, quasi extra ago. *Cic.* 2. *de Or.* Neque Reges ex hac civitate exigi potuisse. Sic exigere fabulas, pro rejicere, non admittere, dixit *Terent. prol. Andr.* & *Hecyr.* Exigere otium, *Horat. l.* 4. *od. ult.* ¶ Item extra mittere, *mandar fuori*, ut exigere fues pastum, *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. ¶ Item agere, ut exigere radices. *Cels. l.* 5. *c. ult.* Myrmecia, quæ radices altius exigunt. ¶ Sæpe sumitur pro postulare, flagitare, *pretendere*, *dimandare*. *Sueton. Vespas. c.* 11. Ne fœneratoribus exigendi crediti jus esset. *Cic.* 2. *Offic.* Convenit in dando munificum esse, in exigendo non acerbum. Sic exigere mercedem, *Id. Ver.* 3. Exigere nomina, *Id. ib.* h. e. ad solutionem cogere. ¶ Item pro transigere, consumere. *Plin. ep.* 45. Nescio an ullum tempus jucundius exegerim. ¶ Præterea significat absolvere, perficere. *Horat. l.* 3. *od. ult.* Exegi monumentum ære perennius. *Ovid.* 1. *Metam.* Perque hyemes, æstusque, & inæquales autumnos, Et breve ver spatiis exegit quatuor annum. h. e. complevit, composuit. ¶ Exigere de re aliqua, apud *Plin. ep.* 203. est disceptare, disputare. ¶ Exigere ensem per medium aliquem, dixit *Virg.* 10. *Æn. v.* 815. & *Flor. l.* 4. *c.* 2. h. e. aliquem ense transfodere, *passare da parte a parte*. ¶ Est etiam usus aliquis hujus verbi in æstimationibus, & pensationibus, ut exigere columnas ad perpendiculum, *Cic. Ver.* 3. *c.* 51. Exigere pondus margaritarum, *Sueton. Cæs. c.* 47. ¶ Ex quo translate *Ovid. l.* 2. *de ar. am. v.* 502. opus ad vires suas exigere. Et *Liv. l.* 34. *c.* 31. Nolite ad vestras leges & instituta exigere, quæ Lacedæmone fiunt. ¶ Significat etiam examinare, ponderare. *Quint. l.* 1. *c.* 5. An cujuslibet auris est exigere literarum sonos? h. e. dijudicare. *Virg.* 4. *Æn.* Decrevitque mori; tempus secum ipsa modumque exigit. ¶ *Exigere stilo*, est scribere. *Quintil. l.* 1. *c.* 15. Deinde eandem gracilitatem exigere stilo condiscant. ¶ Exigere ærumnam, est perferre, pati. *Plaut. Capt.* 5. 4. 12. Tu, cujus causa hanc ærumnam exigo. ¶ Exigere pœnam, exigere supplicium ab aliquo, *punire*. *Ovid.* 4. *Metam.* & 5. *Trist. el.* 9. *Plin. de Vir. illustr.* ¶ *Exigere viam* dicuntur Magistratus, cum eam muniri quam diligentissime jubent, teste *Ascon.* qui affert exemplum ex *Ver.* 1. Sic, exigere sarta tecta. *Liv. l.* 29. Censores sarta tecta acriter, & summa cum fide exegerunt.

Exigŭe, adv. *poco*, *leggermente*, בקום, Germ. *wenig*, Gall. *peu*, Hisp. *poco*, φειδομένως, parce, & tenuiter. *Cic.* 3. *de Or.* Cum de duabus primis celeriter, exigueque dixisses. *Ter. Heaut.* 1. 2. 33. Frumentum exigue præbent.

Exiguĭtas, is, f. *picciolezza*, *difetto*, דלת, Ger. *wenigheit*, Gal. *petitesse*, Hisp. *pequeneza*, ὀλιγότης, parvitas, tenuitas. *Cæl. Cic. l.* 8. *ep.* 10. Exiguitas copiarum. *Liv. l.* 24. *c.* 17. Exiguitas temporis.

Exigŭum, adverb. idem, ac exigue. *Plin. Ep.* 6. *l.* 3. In hac certe perquam exiguum sapio. *Plin. alter l.* 10. *e. ult.* Exiguum dormire.

Exigŭus, a, um, o. 1. 2. *picciolo*, קטון, Ger. *klein*, Gal. *petit*, Hisp. *pequeno*, ὀλίγος, parvus. *Cic. pro Dejot.* Copias exiguas vix tueri potest. ¶ Reperitur cum gen. *Claud. in Eutrop.* Abundans corporis, exiguusque animi. ¶ Comparat. *exiguior*, & superl. *exiguissimus* rara sunt: habet tamen *Ulp. l.* 1. §. 15. *Dig. de flum.* Si derivetur aqua, ut exiguior facta, minus sit navigabilis. *Ovid. Heroid. epist.* 14. *v.* 115. De fratrum populo pars exiguissima restas. ¶ *Exiguum*, *i*, more substant. usurpatur, ut exiguum aquæ, *Ovid.* 5. *Trist. el.* 2. *v.* 20.

Exilica causa, quæ adversus exulem agitur. *Fest.*

Exilĭo, V. Exsilio.

Exīlis, le, o. 3. *sottile*, רל, Ger. *klein*, *ran*, Gal. *gerle*, *subtil*, Hisp. *sutil*, *delgado*, λεπτὸς, tenuis. *Cic. Agr.* 2. *c.* 25. Quod solum tam exile, & macrum est, quod aratro peritringi non possit? *Plin. l.* 11. *c.* 51. Vox exilior fœminis, quam maribus. ¶ Translate *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 38. Genus sermonis exile, aridum &c. *Nepos Eumen. c.* 5. Exiles res. h. e. fractæ & calamitosæ.

Exilĭtas, f. 3. *sottigliezza*, דלות, Ger. *kleine dinne*, Gall. *grêle*, *tenuité*, *subtilité*, Hisp. *sutileza*, *delgadez*, λεπτότης, tenuitas. *Plin. l.* 21. *c.* 6. Foliorum exilitate usque in fila extenuata. *Quintil. l.* 1. *c.* 11. Exilitas vocis. *Colum. l.* 8. *c.* 16. Exilitas soli. ¶ Translate, exilitas dicendi, *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 12. cui opponitur copia.

Exilĭter, adv. *sottilmente*, Ger. *kleinfiglich*, Gal. *deliement*, Hisp. *delgadamente*, λεπτῶς, tenuiter, & translate humiliter. *Cic. de Or.* Videmus iisdem de rebus jejune quosdam, & exiliter disputavisse. *Varr. initio l.* 4. *de L. L.* De quibus duabus rebus promiscue dicam, sed exilius de posteriore.

Exilĭum, n. 2. *esilio*, *bando*, גלות, Ger. *verreibung*, Gal. *exil*, *banniſſement*, Hisp. *destierro*, גלות, mutatio, seu privatio soli patrii, ab *exul*. quasi extra solum. In exilium pellere, ejicere, ire, proficisci, apud

Cic. fæpe. In exilio vivere, de exilio reducere, exilio afficere, *Cic. Parad. 4. Velley.* &c. Agere in exilium, pro pellere, *Plin. l. 70. c. 30. Liv. l. 35.* ¶ Exilii causa solum vertere, idem est ac in exilium proficisci. *Cic. 5. Philip.* ¶ Exilii triplex est genus: nam aut certorum locorum interdictio est; aut lata fuga, sc. omnium, præter certum locum; aut relegatio in insulam. V. JCtos. ¶ Rursus duo fuere exilii genera, voluntarium, & legitimum. Voluntarium exilium erat, cum reus vel ante latam sententiam sponte in exilium abibat, ut legum pœnas vitaret, quod Verres fecisse legitur; vel cum post latam damnationis sententiam, quia mulctam solvere non posset, ex urbe discedebat. Hinc *Cic. pro Cæc.* Exilium non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii. Lege ibi, quæ sequuntur. Legitimum exilium dicebatur, cum reus, non ille quidem verbo (nam nulla in lege R. reperitur, maleficium ullum exilio esse mulctatum, ut ait *Cic. loc. cit.*) re tamen ipsa in exilium mittebatur. Vetus enim consuetudo fuit inducta legibus, non modo in Rep. sed etiam Imperatorum temporibus, ut si quis exilii pœna dignus videretur, ei, nulla facta exilii mentione, tecto, aqua, igni interdiceretur. Ita earum rerum, quæ maxime sunt ad vitam necessariæ, usu privatus, cum uno aeris alimento vivere non posset, abire cogebatur. *Cic. in Or. & pro Dom.* Erat autem, ut neque flagitiorum, ita neque exilii pœna æqualis. Aliis enim tantum intra urbem, aliis longius aqua & igni interdicebatur. Item aliis x. annorum, ut damnatis de ambitu; aliis per universum vitæ tempus, ut corrupti judicii reis, exilii tempus præscribebatur. *P. Manut. de Leg. Rom.*

Eximie, adverb. *eccellentemente*, Ger. *fürtreffenlich*, Gall. *par excellence*, Hisp. *señaladamente*, ἐξαιρέτως, excellenter. *Cic. pro Arch. c. 9.* Marinus L. Plocium eximie dilexit. *Juv. sat. 11.* Eximie cœnare.

Eximietas, atis, f. præstantia. *Symmach. l. 3. ep. 3.* Spondeo tuam eximietatem reperire posse multa, quæ tacui.

Eximius, a, um, o. 1. 2. *eccellente*, אדיר, Ger. *fürtreffenlich*, Gal. *excellent*, Hisp. *excellente*, ἐξαίρετος, excellens, egregius, quasi exemptus, & extra cæteros positus, & proprie dicebatur de animalibus ad sacrificium electis, quia in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur, teste *Festo*, & adhuc magis proprie de porcis majoribus, qui ad sacrificandum excepti liberius pascebantur. Nam boves, qui ad hoc electi erant, egregii dicebantur, & oves lectæ. *Donat. ad Terent. Hecyr. 1. 1.* Sed hæc nomina sæpe indifferenter usurpantur. *Virg. 4. Georg.* Quatuor eximios præstanti corpore tauros. ¶ Sæpe pro infigni ponitur. *Cic. Lent. 1. Fam.* Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem. *Cic. Ver. 7. c. 31.* Eximia facies. ¶ Sumitur & in malam partem. *Cic. in Ver.* Tam eximiam injuriam, tam acerbam. ¶ *Ter. Hecyr. 1. 1. 9.* Utin' eximium neminem habeam. h. e. neminem eximam, excipiam.

Exímo, is, emi, emptum, a. 3. *cavar fuori*, הסיר, Ger. *auffnemmen*, Gal. *ôter, tiver*, Hisp. *sacar*, ἐξαιρέω, aufero, extraho, eruo, cum dat. vel abl. & præp. *e, ex, de*, vel sine præp. *Cato c. 12.* Ubi triduum præterierit, eximito de dolio. *Plaut. Merc. 1. 2. 17.* Nunquam omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent. *Cic. de Am.* Si exemeris ex rerum natura amicitiam. ¶ Item subtraho, libero. *Liv. l. 8. c. 35.* Non noxæ eximitur Fabius. *Gel. l. 4. c. 20.* Notæ jam destinatæ exemptus est a Censoribus. ¶ *Eximere honoribus*, est privare. *Plin. epist. 12. l. 2.* Quid miserius, quam exactum, & exemptum honoribus Senatoriis, laboribus, & molestia non carere? ¶ *Eximere numero*, est rejicere, & tanquam indignum ab aliorum numero excludere. *Quintil. l. 1. c. 5.* Auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. ¶ *Eximere metu*, est metu liberare. *Plaut. Rud. 1. 4. 13.* Exime hoc miseram metu. ¶ *Eximere diem*, vel *horam*, est extrahere, protrahere. *Cic. ad Q. Fr.* Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit. *Id. 5. Phil.* Horam eximere ullam in tali cive liberando sine scelere non possumus.

Exin, idem, ac exinde, per apocopen. *Virg. 6. Æn. prope fin.* Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda. *Tacit. Ann. 3. c. 36.* Exin promptum, quod multorum quæstibus tegebatur.

Exinánio, is, ivi, itum, a. 4. *votare*, דריק, Ger. *ausleren*, Gal. *vuider*, Hisp. *vaziar*, ἐκκενόω, evacuo, attenuo, ad nihilum redigo, ab ex, & inanio. *Cic. 7. Ver.* Nox illa tota exinanienda navi consumitur. *Id. Ver. 5. cap. 50.* Vastare, & exinanire agros. *Plin. lib. 33. c. 9.* Exinanire alvum.

Exinanítio, f. 3. evacuatio, ἐκκένωσις. *Plin. l. 13. c. 22.* Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio.

Exinanítus, a, um, adject. *votato*, *esinanito*, ἐκκενωθείς. *Cic. Agrar. 2. c. 27.* Regibus, atque omnibus gentibus exinanitis. *Id. Ver. 5. c. 40.* Habet constratam navem, & minus exinanitam.

Exinde, adverb. *dappoi*, אחריכן, Ger. *darnach*, Gal. *en apres*, Hisp. *desde, despues*, ἐντεῦθεν, deinde, ab ex, & inde. *Cic. 2. de natur. Deor. c. 39.* Exinde mari finitimus aer die, ac nocte distinguitur.

Exinfúlo, a. 1. exero, ab insula. *Fest.*

Exintéro. V. Exentero.

Exístimatio, onis, f. 3. *lo stimare*, actus existimandi, opinio hominum, quam de nobis conceperunt. *Cic. ad Q. Fr.* Non est tibi iis solis utendum existimationibus, ac judiciis, qui nunc sunt, hominum, sed iis etiam, qui futuri sunt. ¶ Fere est passivæ significationis, & sumitur pro bona fama, opinione, auctoritate, honestate. *buona fama*, יקר, Ger. *achtbarkeit*, Gal. *reputation*, Hisp. *estima, buena fama*, δόξα. *Paul. Jureconf.* Existimatio est dignitatis illæsæ status, legibus, ac moribus comprobatus, quæ ex delicto nostro, auctoritate legum aut minuitur, aut consumitur. *Cic. 13. Fam.* Nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam. *Id. l. 2. de Orat. c. 40.* Bona existimatio pecuniis præstat.

Exístimator, m. 3. qui existimat. *Cic. in Orat. c. 31.* Ut existimatores videamur loqui, non magistri. *Id. l. 3. de Orat. c. 22.* Stultus alieni artificii existimator.

Exístimo, as, a. 1. *pensare*, חשב, Ger. *meynen*, Gal. *estimer, penser*, Hisp. *pensar, juzgar*, νομίζω, puto, judico, ab *ex*, & *æstimo*, ut fit quasi ex æstimatione statuere. *Cic. 4. Ver. c. 7.* Quo facilius de singulari ejus impudentia existimare possitis. *Id. Ver. 2. c. 3.* De omnibus bonis male existimat. *Plin. l. 6. c. 13.* Existimatur in probro.

Exísto, vel exsísto, is, extiti, n. 3. *apparire, uscire*, יש, חיה, Ger. *entstehen*, Gal. *être*, Hisp. *ser, existir*, ὑπάρχω, est repente apparere, eminere, prodire, a sisto. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ut etiamsi præter consuetudinem exiterit, præter naturam tamen non possit existere. *Id. de Div.* Submersus equus voraginibus non extitit. *Id. Verr. 6. c. 28.* Existere loco aliquo. *h. e.* ex loco aliquo, omissa præpositione. quæ inest in ipso verbo. ¶ Translate *Id. pro Rosc. c. 28.* Ex luxuria existat avaritia, necesse est, ex avaritia erumpat audacia. *Id. pro Corn. Balbo*; Existat ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest.

Exitiábilis, le, adject. idem ac exitialis, *dannoso*. *Cic. l. 10. Attic. ep. 4.* Bellum exitiabile. *Liv. l. 29. c. 17.* Tyrannus exitiabilis.

Exitiális, le, o. 3. *mortifero*, Ger. *verderblich*, Gal. *pernicieux*, Hisp. *desastrado, dañoso*, θανάσιμος, mortiferus, perniciosus, calamitosus. *Cic. 6. Ver. c. 6.* Hos solent exitus exitiales habere.

Exitĭo, onis, f. exitus, *uscita*. *Plaut. Truc. 2. 6. 30.* Quid illi ex utero exitio est?

Exitiósus, a, um, o. 1. 2. quod exitium, & perniciem affert, *esizioso, dannoso*, ut exitiosa conjuratio, *Cic. Catil. 4. c. 3.* Exitiosior discordia. *Tacit. 3. Ann. c. 12.* Exitiosissima Helena Priamo, *Tertull. de Anim. c. 34.*

Exítium, tii, n. 2. *ruina*, אויר, Ger. *verderbnuss*, Gal. *malheur*, Hisp. *desastre*, ὄλεθρος, pernicies, clades, calamitas, ab exeo. Antiqui enim (ait Festus) exitium pro exitu ponebant, nunc exitium, pessimum exitum dicimus. *Cic. 1. Catil.* Qui de hujus urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. *Id. pro Mil. c. 2.* Omnibus exitiis publicis. ¶ *Exitio dare*, est perdere, pessumdare. *Lucret. l. 5. v. 998.* Una dies multa virum exitio dabat. Adde *Horat. l. 1. od. 16.* ¶ Esse exitio alicui, eod. sensu, *Virg. 3. Georg.*

Exítus, a, um, o. 1. 2. partic. pass. ab exeo apud vet. *Fest.* Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem.

Exítus, us, m. 4. *fine, esito*, כיוצא, Germ. *auffgang*, Gal. *issue, sortie*, Hisp. *fin, salida*, ἔξοδος, egressio, finis, eventus, casus. *Plin. l. 21. c. 14.* Exitus alveorum. *Cic. pro L. Man.* Hujus autem orationis difficilius est exitum, quam principium invenire. *Id. Sulpitio*, 4. *Fam.* Sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. *Id. l. 2. ep. 10.* Hæc ætas habuit hunc exitum satis felicem. ¶ *Exitum facere*, pro exitum habere. *Sueton. Ner. c. 46.* Cum recitaretur in Senatu, daturos pœnas sceleratos, & brevi dignum exitum facturos. Adde *Sen. ep. 115.* ¶ Sumitur etiam pro morte. *Tac. 2. hist. c. 5.* Exitu Neronis, positis odiis in medium consuluere.

Exjúro, as, n. 1. *affermare con giuramento*, ὄμνυμι, pro juramento affero, & affirmo. *Plaut. Amph. 3. 3. 18.* Quando exjurasti, te mihi dixisse per jocum. Ita *Nonius c. 2. n. 286.* Sed in quibusdam editionibus hic versus deest.

Exlætus, a, um, adject. valde lætus. *Apul. l. 3. Met.* Venire exlæta facie.

Exlex, exlegis, com. 3. *senza legge*, כלי־חק, Germ. *der ohn ein gesatzist*, Gal. *deregle, sans loy*, Hisp. *sin ley*, ἄνομος, expers legis, sine lege, qui extra legem vivit. *Cic. pro Cluent. c. 34.* Non quo illi exlegem esse Syllam putarent. Adde *Liv. l. 9. c. 34.*

Exmovéo, es, a. 2. emoveo. *Plaut. Trucul. 1. 1. 59.* Suum nomen omne ex pectore exmovit meo.

Exobrútus, a, um, *disotterrato, cavato fuori*, erutus. *Apulei. l. 9. Metam.* Dolium exobrutum protinus tradatur emptori.

Exobsécro, as, a. 1. *pregare molto*, λιτανεύω, valde obsecro. *Plaut. Asin. 1. 3. 93.* Supplicabo, exobsecrabo, ut quenque amicum videro.

Exocœtus, i, m. 2. ἐξώκοιτος, piscis, ita dictus, quod in siccum dormiendi causa exeat, apud *Plin. l. 9. c. 19.* ab ἔξω, extra, & κοῖτος, cubile, vel somnus.

Exochadium, ii, n. tuberculum in ano. *Marcel. Emp. c. 30.* Exochadia aceto illinere. Adde *Theod. Prisc. l. 2. c. 30.* ¶ Est ab ἐξοχὴ, *eminentia*.

Exoculasso. V. Exoculo.

Exoculátus, a, um, adject. cui oculi effossi sunt, cæcus. *Apul. l. 7. Milef.* Cæcam, & prorsus exoculatam esse fortunam.

Exoculo, as, a. 1. *cavar gli occhi*, קור, Ger. *blind machen*, Gal. *aveugler*, Hisp. *quitar los ojos*, ἐξοφθαλμίζω, est privare oculis, excæcare. *Plaut. Rud. 3. 4. 26.* Si ne ei caput exoculassitis, ego vos virgis circumvinciam. pro, *exoculaveritis*. ¶ Quidam Lexicographi ex hoc Plauti loco formant *Exoculasso, is*: sed inepte.

Exodiarius, m. 2. mimus, qui in fine tragœdiæ intrabat. *Ammian. l. 28. c. 4. & Scholiast. Juven. ad Sat. 3. v. 174.* ubi affert etiam auctoritatem Lucilii.

Exodium, n. 2. ἔξόδιον, exitus, finis, ab ἔξοδος, exitus, ἔξω τοῦ δόμου, idest extra viam. *Festus*: Exodium (vel exodus, vel, ut vult Manut. in Orthogr. exhodus) exitus. *Var.* apud *Non. c. 1. n. 11.* Cum in publicis vinculis esset, & jam bibisset κώνειον in exodium vitæ. ¶ Exodia etiam dicebantur ridicula quædam intexta versibus, & Atellanis fabulis conserta, quibus, post Tragœdiæ casus tristitiam lacrymasque moventes, Mimi exhilarabant spectatorum animos, *intermezzo*; ita dicta vel quod omnino ad totam fabulam, quæ agebatur, nihil pertinerent; vel quod in fine fabulæ recitarentur, ut ait *Scholiast. Juven. ad illud Sat. 3. vers. 174.* tandemque redit ad pulpita notum Exodium. *Sueton. Domit. c. 10.* Quod quasi scenico exodio, sub persona Paridis, & Oenones divortium suum cum uxore taxasset.

Exodorátus, a, um, adject. odore privatus. *Tertul. de Pal. c. 4.* Exuvias bestiæ exodoratas.

Exŏdus, pro Exodium, apud *Festum*. V. Exodium.

Exolésco, is, evi, etum, & itum, n. 3. ἐξασθενίζω, vetustate deficio, evanesco, exolescant, & fiant sterilia. *Tacit. Ann. 6. c. 25.* Nondum is dolor exoleverat. *Sueton. Aug. c. 7.* Litteris pene jam exolescentibus scriptum. ¶ Item, desino crescere. V. Exoletus.

Exóletus, a, um, adject. ἔξωρος, adultus, seu qui jam crescere desiit, ut expon. *Festus*, ab exolesco. *Plaut. in Fragm.* apud *Prisc. l. 10.* Domi reliqui exoletam virginem. ¶ Hinc exoleta dicuntur scorta mascula jam adulta, ut exoletus histrio, apud *Velley. l. 2. c. 28.* Et substant. Exoletus, i, eod. sensu. *Cic. pro Mil. c. 21.* Semper secum scorta, semper exoletos ducebat. ¶ Exoletus etiam dicitur, qui desiit in usu esse, antiquus, obsoletus, *disusato*. *Liv. l. 27. c. 15.* Exoleta annalium vetustate exempla. Sic exoleta stirps, memoria, &c. apud *eund. l. 2. & 47.*

Exolvo. V. Exsolvo.

Exómis, idis, f. 3. ἐξωμὶς, vestis substricta, & brevis, propria veterum Romanorum, & comicorum, sine manicis, ab ὦμος, humerus, sive quod ex ea humeri exererentur, sive quod illa ex humeris penderet, vel ab ἔξωμαι, quod expedita esset. *Fest.*

Exomium, ii, n. tunica brevis ab ὠμὸς, humerus. *Quintil. lib. 5. cap. 10.* Exomium pullum.

Exonerátio, onis, f. *scarico*, ut exoneratio mercis, *Ulp. l. 15. §. 7. Dig. loc. eund.*

Exonerátor, oris, m. *scaricatore*, qui exonerat. *Inscript.* apud *Gruter. pag. 1117. n. 5.* Sex. Cornelio Vitalioni exoneratori calcatiario, homini dulcissimo, &c.

Exonerátus, a, um, *scaricato, alleggerito*, onere levatus. *Plin. l. 9. c. 29.* Emissa omni aqua, velut exoneratus sentina, facile navigat. ¶ Item depositus. *Tacit. 5. hist. c. 2.* Exundantem per Ægyptum multitudinem proximas in terras exoneratam.

Exonĕro, as, avi, atum, a. 1. *scaricare*, הוריד, Ger. *entladen*, Gal. *decharger*, Hisp. *descargar*, ἀποφορτίζω, onere levo. *Ter. Hec.* Cesso, quin hunc humerum exonerem pallio. *Mart. l. 10. ep. 48.* Exoneraturas ventrem mihi villica malvas attulit. ¶ Translate *Ter. Phorm. 5. 6. 3.* Nos exoneratis metu. *Senec. epist. 3.* Exonerare aliquid in aurem alicujus. *Liv. l. 42.* Exonerare fidem suam. h. e. promissa præstare.

Exoptábilis, o. 3. desiderabilis. *Sil. l. 11. v. 387.* Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 438.* Neque inimicis invidiosam, neque amicis exoptabilem.

Exopta-

Exoptātus, a, um, adject. valde optatus, *desiderato assai*, *ἐυγμένος*, *Cic. pro Rosc. c.* 7. Exoptatum nuntium afferre. *Id. l.* 5. *Att. ep.* 15. Nihil exoptatius, nihil carius. *Id. l.* 4. *ep.* 1. Exoptatissima gratulatio.

Exoptĭo, onis, m. *tenente*, idem quod Optio, in re militari. *Inscript.* apud *Gruter. pag.* 556. *n.* 6.

Exopto, as, a. 1. *desiderare molto*, *bramare*, חמר, Germ. *ervvinschen*, Gal. *souhaiter*, Hisp. *dessear*, *ἐπεύχομαι*, valde opto, expeto, valde desidero. *Cic.* 1. *Offic.* Quæ majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant.

Exorabĭlis, le, o. 3. *esorabile*, *ἐυπαγκλητός*, qui exorari potest, & a quo facile obtinemus, quod petimus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Iracundiæ si exorabiles, summa est lenitas. *Senec. l.* 2. *de Clem. c.* 20. In suis, quam in alienis exorabilior injuriis.

Exorabŭla, n. 2. num. pl. artificialia argumenta, quibus Orator vi eloquentiæ judices exorat. *Plaut. Truc.* 1. 1. 6. Quotquot exoretur exorabulis. *Apul. l.* 4. *Florid.* Cuncta exorabula judicantium facile perdidicit.

Exoratĭo, onis, f. actus exorandi. *Aucl. declam. quæ inscribitur Tribunus Marianus*. Quid nocentissimo parricidæ manium prodest exoratio paternorum?

Exorātor, oris, m. qui exorat, seu orando impetrat, *καταδέομαι*. *Ter. prol. Hecyr.* v. 10. Sinite, exorator fiam.

Exorātus, a, um, adject. valde oratus, *pregato molto*, *αἰδεσθείς*. *Ovid. 9. Met. v.* 698. Dea fum auxiliaris, opemque Exorata fero. ¶ Item precibus victus. *Propert. l.* 4. *el.* 12. *v.* 4. Non exorato stant adamante viæ.

Exorbĕo. V. Exsorbeo.

Exorbitatĭo, onis, f. actus exorbitandi, a recta alicujus rei ratione digressio. *Tertul. de Idololatr. c.* 14. Exorbitatio disciplinæ.

Exorbitātor, oris, m. qui exorbitat. *Tertul. l.* 3. *adverf. Marcion. c.* 6. Judaismi exorbitator, & destructor.

Exorbĭto, tas, n. 1. *fuiarsi*, תעה, Germ. *verirren*, Gal. *s' ègarer*, Hisp. *errar*, *apartarse*, ab eo, quod rectum est, aberro, ex orbita recedo. *Augustin. de Civ. Dei*, *l.* 22. *c.* 8. Exorbitantes boves, qui vehiculum trahebant. *Lactant. l.* 2. *c.* 5. Exorbitare stellæ a præstitutis itineribus non licet. *Tertul. adverf. Marcion. l.* 3. *c.* 2. Suspectum habebitur omne, quod exorbitarit a regula.

Exorbo, V. Exsorbeo.

Exorcismus, masc. 2. *scongiuro*, *ἐξορκισμὸς*, adjuratio, cum Dæmoni magico carmine, vel efficacibus sacræ Scripturæ verbis necessitas imponitur proloquendi ea, de quibus rogatur. *Tert. de Cor. Mil. c.* 11.

Exorcĭzo, as, avi, atum, a. 1. *scongiurare*, *ἐξορκίζω*, verbum noti usus apud Ecclesiasticos. Usurpant *Tert. de Idolol. c.* 11. & *Ulp. Dig.* 50. 13. 1.

Exordĭor, iris, exorsus sum, d. 4. ordior, exordium capio, principium duco, incipio, auspicor, *cominciare*, *dar principio*, החל, Ger. *anheben*, Gal. *comencer*, Hisp. *comencar*, *πρωταρχόμαι*, proprie est verbum textorum, & significat incipere texere; translate sumitur pro incipere generatim, & aliquid operis inchoare. *Plaut. Asin.* 1. 1. 102. Et ibi consilia exordiar. *Cic.* 1. *de Fin.* Tum dicere exorsus est. ¶ Speciatim sumitur pro orationem auspicari, vel proœmio uti. *Cic.* 2. *de Orat.* Jubent exordiri ita, ut eum, qui audiat, benevolum nobis faciamus, & docilem, & attentum.

Exordĭum, ii, n. 2. *esordio*, *principio*, התחלה, Germ. *anfang*, Gall. *commencement*, *entrée*, Hisp. *comienco*, *prologo*, *ἀρχὴ*, *προοίμιον*, initium, principium, ab ordior. *Cic. de Fin.* A quo totius vitæ ducat exordium. *Lucret. l.* 3. cunctarum exordia rerum. h. e. elementa. ¶ Speciatim est prima pars orationis. *Aucl. ad Her. lib.* 1. Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris, aut judicis constituitur, vel apparatur ad audiendum.

Exorĭens, tis, adject. 3. qui exoritur, *nascente*, ut Sol exoriens. *Virg. Georg.* 1. *v.* 438. Amnis exoriens, *Lucret. l.* 6. *v.* 723. Annus exoriens, *Tibul. l.* 3. *eleg.* 1. ¶ Ponitur etiam pro regione Cœli, in qua Sol oritur, *levante*. *Colum. de arborib. c.* 3. *ad fin.*

Exorĭor, iris, ortus sum, d. 4. vel exorior, eris, ortus sum, d. 3. *nascere*, *uscir fuori*, זרח, Ger. *entstehen*, Gal. *naitre*, Hisp. *nacer*, *ἀναφαίνομαι*, nascor, appareo. *Cic. de Divin.* Post solstitium Canicula exoritur. ¶ Item exurgere, insurgere. *Cic.* 3. *Off.* Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. *Virg.* 2. *Æn.* Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum. ¶ Item respirare, excitari, recreari. *Cic. Att. l.* 7. Nunc paulum exorior, & maxime quidem his litteris, quæ Roma afferuntur. ¶ Item repente, & præter opinionem fieri. *Cic.* 3. *Off.* Sed repente anuli beneficio Rex exortus est Lydiæ. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 16. Tu sola exorere, quæ perturbes hæc. h. e. existis, reperiris.

Exornatĭo, f. 3. *ornamento*, תפארה, Germ. *zierung*, Gall. *ornement*, Hisp. *atavio*, *κόσμησις*, exornandi actus, ornamentum. *Col. l.* 12. *c.* 3. Quæ ad lavationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinerent. ¶ Speciatim de oratione dicitur. *Aucl. ad Her. l.* 4. Hæc in verborum, & sententiarum exornationem dividitur.

Exornātor, m. 3. qui exornat. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 12. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

Exornātus, a, um, adject. *fornito*, *adornato*, *ἐπικεκοσμημένος*, valde ornatus. *Ter. Eun.* 4. 4. 16. Exornatus varia veste. *Aucl. ad Heren. l.* 4. *c.* 47. Exornatissima auro cithara. ¶ Jocose *Ter. Heaut.* 5. 1. Adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit mei, h. e. probe verberatum. ¶ *Exornatam*, & *naufragam*. h. e. ornatu privatam, dixit *Tert. de cul. fœm. c.* 9.

Exorno, as, avi, atum, a. 1. *adornare*, פאר, Ger. *zieren*, Gal. *parer*, *orner*, Hisp. *ornar*, *afeytar*, *διακοσμέω*, valde orno, magnifice apparo, instruo. *Cic. Fabio Gallo* 7. *Fam.* Ea enim signa ego emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palæstra locum. ¶ Significat etiam instruere, ut exornare aciem, apud *Sallust. in Jug. cap.* 52. Exornare nuptias, apud *Plaut. Aulul.* 4. 10. 54.

Exōro, as, a. 1. vehementer oro. *Plaut. Mil.* 4. 6. 13. Tandemque exoro, & quæso, ut ejus mihi sit copia. Alii leg. *& oro*. ¶ Est item orando impetrare, *impetrare pregando*, *ἐξικετεύω*. *Cic.* 8. *Phil.* Ut nunc sis popularis, exorare non possumus. *Ter. And.* 3. 4. 13. Gnatam det, oro, vixque id exoro. *Cic.* 1. *Leg.* Exoremus ut fileat. *Plin. l.* 2. *ep.* 5. Tristitiam alicujus exorare. h. e. dicendo efficere, ut tristitiam deponat. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 10. Facta merent odium, facies exorat amorem h. e. digna est, quæ ametur. *Sueton. in Tib. cap.* 11. Exorare filiæ patrem. h. e. reconciliare, placare.

Exors. V. Exsors.

Exorsum, i, n. 2. idem ac exordium. *Virg.* 2. *Georg. v.* 46. Non hic te carmine ficto, atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

Exorsus, a, um, o. 1. 2. partic. ab exordior, *chi ha principiato*. *Cic. pro Cæl. c.* 15. Quid clamore exorsa verbis parvam rem magnam facis? ¶ Passive *Plaut. Bacch.* 2. 3. 116. Exorsa hæc tela non male omnino mihi est.

Exorsus, us, m. 4. idem ac exordium, *Cic. pro Leg. Man. c.* 4. Quoniam is est exorsus orationis meæ.

Exortīvus, o. 1. 2. quod ad ortum spectat. *Plin. l.* 7. *c.* 49. Quenquam nonaginta partium exortivam mensuram transgredi. ¶ Ponitur & pro orientali. *Plin. l.* 18. *c.* 34. A parte exortiva solstitialem habebit exortum.

Exortus, a um, adject. *nato*, *uscito fuori*, ut exorta pestis, *Plin. l.* 19. *c.* 50. Jubare exorto. *Virg.* 4. *Æn. v.* 130.

Exortus, us, m. 4. *ἀνατολή*, actus exoriendi, *il nascere*. *Aucl. ad Her. l.* 3. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur. Adde *Plin. l.* 12. *c.* 11.

Exos, exossis, o. 3. *senza osso*, *ἀνόστεος*, sine osse. *Lucr. l.* 3. *v.* 721. Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus.

Exosculatĭo, onis, f. *baciamento*, *κατασπάσασις*. *Plin. lib.* 10. *c.* 34. *de columbis*: Mox in satisfactione exosculatio.

Exosculor, aris, atus sum, dep. 1. *καταφιλέω*, idem quod osculor, vel valde osculor, *baciare*. *Suet. Ner. cap.* 28. Sporum identidem exosculans. *Gel. l.* 2. *c.* 26. Scientiam, verborumque ejus elegantiam exosculatus. h. e. blande approbans.

Exossātim, adverb. sine ossibus. V. Exossatus.

Exossatus, a, um, adject. ossibus privatus, *disossato*, *senz' ossa*, *ἐξοστεομένος*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 163. Exossatum os esse oportet, quem probe percusseris. *Lucret. l.* 4. *v.* 1264. Atque exosato ciet omni pectore fluctus. h. e. pectore ita inflexo, & incurvato, ut sine ossibus esse videatur. Alii leg. *exossatim*; quod eundem facit sensum. ¶ Exossatus ager, est probe cultus, & lapidibus purgatus, qui sunt velut ossa terræ. *Pers. Sat.* 6. *v.* 51. Non adeo, inquis, Exosatus ager juxta est.

Exosso, as, a. 1. *cavar l' ossa*, נרם, Ger. *entgraten*, Gal. *oter les os*, Hisp. *quitar los guessos*, *ἐξοστίζω*, ossa detraho, ab exos. *Ter. Adel.* 3. 3. 24. Congrum istum in aqua finito ludere; ubi ego venero, exossabitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 163. Hinc me quasi murænam exossare cogitat.

Exostra, machina lignea in scena, qua, quæ intus geruntur, rotarum versatione spectatoribus ostenduntur. *Cic. de prov. Conf.* Jam in exostra heluatur, antea post fiparium solebat. Ita legit *Turneb.* Al. *orchestra*. ¶ Numeratur & inter machinas militares oppugnatorias a *Vegetio*.

Exōsus, a, um, o. 1. 2. *chi odia*, qui odio habet. *Virg.* 5. *Æn. v.* 687. Si nondum exosus ad unum Trojanos. ¶ Aliquando passive sumitur, *odioso*, *esoso*. *Gel. l.* 2. *c.* 18. Non omnes modo Diis exosos esse.

Exoterĭcus, a, um, adject. ut exotericæ lectiones, q. d. exteriores, omnibus patentes, & intellectu faciles: quibus opponuntur *Acroaticæ*, quæ privatæ sunt, & singulares. Hinc *Gel. l.* 20. *c.* 4. (*al.* 5.) Aristotelis libros distinguit in Acroaticos, & Exotericos, quos græce *ἐξωτερικὰς* dixit *Cic. Att. l.* 4. *epist.* 16. ¶ Latine *exotericus* legitur etiam apud *Var. lib.* 6. *L. L. pag.* 86.

Exotĭcus, a, um, o. 1. 2. *forestiero*, נכרי, Ger. *ausländisch*, Gal. *etranger*, Hisp. *estrangero*, *ἐξωτικὸς* peregrinus, adventitius, ab *ἔξ*, *extra*, & *ὦτα*, *aures*, quasi alienus a nostris auribus. *Plaut. Most.* 1. 1. 41. Non omnes possunt olere unguenta exotica. *Id. Menech.* 2. 1. 11. magnam Græciam *exoticam* vocat, quod Græci ipsi *ἐξωτικὰς*, & barbaros vocabant Græcos Italos, tanquam a se divisos, & aliis moribus utentes.

Expallesco, is, lui, n. 3. *divenir pallido*, *impallidirsi*, דלכין, Ger. *erbleichen*, Gal. *devenir*, *ou etre pale*, Hisp. *hazerse*, *o ser amarillo*, *ἀποχλάω* pallidus sum, pallidus fio. *Plin. epist.* 5. Expalluit notabiliter, quamvis palleat semper. *Aucl. ad Her. l.* 2. *c.* 5. Expalluisse signum est conscientiæ.

Expalliātus, a, um, pallio spoliatus. *Plaut. Caf.* 5. 3. 6. Expalliatus sum, miser.

Expallĭdus, a, um, adject. valde pallidus. *Tertul. de resur. carn. c.* 57. Corpus frigidum, & expallidum.

Expallio, as, a. 1. pallium autero. *Plaut. Caf.* 2. 10. 6. Expalliatus sum miser.

Expalpo, as, avi, atum, a. 1. valde palpo, blandior, blandiendo extorqueo, *accarezzare*, *cavare con carezze*. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 144. Exora, blandire, expalpa. *Pompon.* Si quid expalpare possim ab illo. ¶ Apud *Non. c.* 2. *n.* 277. deponenti forma legitur: Servus argentum a patre expalpabitur.

Expalponĭdes nummorum dicitur a *Plauto Perf.* 4. 6. 22. qui blanditiis, & fallaciis nummos ab aliquo extorquet.

Expandĭtor, m. 3. qui expandit. *Plin. in Paneg. cap.* 30. *de Nilo*: Neque enim solum vagus ille expanditor amnis intra usurpata semper collium subsiterat, atque hæserat. ideft, qui se extra alveum fuum expandit, & effundit.

Expando, is, andi, assum, & ansum, a. 3. *spandere*, *spiegare*, *aprire*, רקע, Germ. *ausstrechen*, Gal. *epandre*, Hisp. *tender*, *abrir*, *ἐκτανύω*, extendo, explico, aperio. *Col. l.* 12. *c.* 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub umbram expandantur. ¶ Translate sumitur pro explicare, ideft, declarare. *Lucret. l.* 1. *v.* 126. Et rerum naturam expandere dictis.

Expango, is, a. 3. figo, constituo. *Plin. l.* 2. *c.* 26. Ac fidera ad normam expangere.

Expansus, a, um, adject. idem ac expassus, ab expando. *Plin. l.* 2. *c.* 103. Supra fontem frigidum expansæ vestes accenduntur. *Id. l.* 9. *c.* 33. In obliquum, in rectum expansa. Et *l.* 31. *c.* 6. Expansa vellera circa navim.

Expapillo, as, a. 1. *scoprire fin' alle mammelle*, usque ad papillam denudo. *Plaut. Mil.* 4. 4. 44. Lævo expapillato brachio. ideft, exerto, usque ad papillam denudato. Ita *Non. c.* 2. *n.* 266. & *Festus*. Alii tamen alia leg. V. *Taubman.*

Expassus, a, um, nom. ex particip. ab expando, *aperto*, *spalancato*. *Tacit.* 5. *hist. c.* 13. Expassæ delubri fores. *Cæcil.* apud *Gel. l.* 15. *c.* 15. Flammeum expassum.

Expatĭor, V. Exspatior.

Expăto, as, a. 1. in locum patentem me do, vel in spatium me confero. *Festus*. *Pacuv.* Expatant te omnes, publiceque ostendunt. Obsoletum.

Expătro, as, a. 1. idem ac patro. *Catul. carm.* 30. Parum expatravit? an parum heluatus est? V. tamen interp. & præcipue *Scalig.* ¶ Est item perficere. *Catul. in Cæs. car.* 27. Quid? an hæc sinistra liberalitas parum expatravit?

Expavefacĭo, is, eci, actum, a. 3. *spaventare*, *φοβέω*, terreo, terrefacio. *Sen. ep.* Expavefacere hominem.

Expavefactus, a, um, adject. *spaventato*. *Hygin. fab.* 47. Equi expavefacti Hippolytum distraxerunt.

Expavĕo, es, avi, n. 2. &

Expaveſco, scis, n. 3. *smarrirsi*, *aver timore*, חדר, Ger. *erschrecken*, Gal. *s' epouvanter*, Hisp. *espantarse*, *πεφοβέομαι*, terreor. *Liv. l.* 6. *c.* 34. Cum ad id moris ejus insueta expavisset minor Fabia. *Plin. l.* 13. *c.* 24. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut nivis injuriam expavescit. *Horat. l.* 1. *od.* 37. Nec muliebriter expavit ensem. *Stat. in præfat. l.* 3. *Silvar.* Cum hanc audaciam stili nostri frequenter expaveas.

Expavĭdus, a, um, adject. valde pavidus. *Gel. l.* 1. *c.* 8. Expavidus, ictusque pecuniæ magnitudine.

Expecto, as, V. Exspecto.

Expecto, is, a. 3. de quo verbo *Quintil. l.* 1. *c.* 7. Ut *ex* præpositionem si verbum *specto* sequeretur, adjecta *s* litera *exspecto*; sed si *pecto*, remota *s*, *expecto* scriberemus.

Expectŏro, as, a. 1. *mandar fuori del petto*, *ἀποστηθίζω* extra pectus ejicio, *Cic.* 4. *Tusc. c.* 8. *ex Ennio*: Tum pavor mihi sapientiam omnem ex animo expectorat. ¶ Cæterum hoc verbum, ut nimis antiquum, rejicit *Quintil. l.* 8. *c.* 3.

Expeculiāti, m. 2. servi peculio exhausti. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 21.

Expe-

Expēdio, is, ivi, itum, a. 4. *ſpedire, ſcioglierе*, חתר, Ger. *entledigen*, Gal. *depeſcher*, Hiſp. *deſempachar*, ἀπολύω, libero, extrico, a *pes*, quaſi ſit pedem retentum liberare, pedum ligamina diſſolvere. *Cic.* 4. *Ver.* Hic videte, in quot laqueos ſe induerit, quorum ex nullo ſe unquam expediet. *Liv. l.* 24. Expedire ferrum, *ſfoderare*. *Ovid. l.* 1. *de ar. aman.* Expedire merces, *metter' in viſta*. ¶ Translate eſt conficere, ab occupationibus ſe liberare. *Cic.* 7. *Fam.* Si, quæ volo, expediero. *Id. l.* 9. Sed ſi me expediero. ¶ Item explicare, enunciare. *Cic. de Senect.* Brevi expediam. *Ter. Eun.* Agedum hoc mihi expedi primum. ¶ Eſt etiam verbum militare, & ſignificat ad bellum proficiſci, *andar' in eſpedizione*. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 10. Nimiæ voluptates, cum vacaret; quoties expediret, magnæ virtutes. *Plaut. Amph.* 1. 1. 152. Cingitur, certe expedit ſe. In quibus dicendi modis ellipſis eſt, & ſupplendum *ad arma*, *ad pugnam*, &c. ¶ Eſt item parare, proferre, *preparare*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 705. Cereremque caniſtris expediunt. *Hirt. de B. Alex.* Claſſem expediri jubet. ¶ *Expedire nomina*, eſt rationes ita conficere, ut omnia aperte conſtent, *liquidar' i conti*, *o i debiti*. *Cic. l.* 16. *Att. epiſt.* 6. Nomina mea, per Deos, expedi, exſolve. ¶ Expedire alimenta arcu, *procacciarſi il vito colla caccia*. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 43. ¶ Expedire ſalutem, *metter la ſalute in ſicuro*. *Cic. pro Mil.* ¶ Expedire aditus aggere, & cratibus, *fareſtrada*. *Cæſ. l.* 7. *B. G.*

Expĕdit, iebat, imp. 4. συμφέρει, utile eſt, bonum, ac neceſſarium eſt, *torna a conto*, *giova*. *Cic.* 13. *Phil.* Omnibus expedit ſalvam eſſe Rempublicam. *Velleſ. l.* 2. *c.* 58. Facto ejus expediebat.

Expedite, adv. *facilmente*, *ſpeditamente*, Ger. *figlich*, Gal. *aiſement*, Hiſp. *ligeramente*, ῥᾳδίως, celeriter, facile. *Cic. in Brut. c.* 67. Quod propoſuerat, explicans expedite. *Id.* 2. *de Inv.* Sed ut expeditius ratio tradatur. *Plin. l.* 6. *ep.* 22. Expeditiſſime defenſus.

Expeditio, f. 3. *ſpedizione*, *viaggio da guerra*, נדור, Ger. *zug kriegsriſtung*, Gal. *depeche*, *explоit*, Hiſp. *deſpacho*, στρατεία, actus expediendi, & ſpeciatim apparatus ad rem bellicam, vel militare iter, vel ipſa militiæ exercitatio. *Cæſ. l.* 5. *c.* 10. *B. G.* Poſtridie ejus diei mane tripartito milites, equitesque in expeditionem miſit. *Cic.* 1. *Div. c.* 33. Educere exercitum in expeditionem. *Salluſt. in Jug.* In expeditionem proficiſci. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Conficere expeditionem ternis menſibus, *compir la campagna in tre meſi*. ¶ Eſt item Figura Rhetorica. *Auct. ad Her. l.* 4. Expeditio eſt, cum rationibus compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, cæteræ tolluntur, una relinquitur, quam nos intendimus.

Expeditionalis, le, adject. ad militarem expeditionem pertinens. *Spartian. in Nigro*, *c.* 10. Juſſit omne argentum ſubmoveri de uſu expeditionali. *Ammian. l.* 31. *c.* 16. Ad ſortem expeditionalium rerum habilis.

Expeditus, a, um, o. 1. 2. adject. *ſpedito*, *pronto*, *facile*, הלוץ, Ger. *fertig*, Gal. *prêt*, Hiſp. *aparejado*, ἕτοιμος, promptus, paratus, facilis, ſine impedimentis. *Cic. pro Quinct.* Ut expeditus in Galliam proficiſci poſſet. *Id. Att. l.* 16. Ne ad me iter expeditum tibi ſit. ¶ *Expedita legio*, *expeditus exercitus*, *expedita ſubſidia*, *expediti milites*, levis armaturæ, & qui facile huc, illuc perducuntur. *Cæſ.* 2. *B. G.* Cæſar ſex legiones expeditas ducebat. ¶ Expedita cœna, brevis, & ſuccincta. *Plin. in epiſt.* 12. *l.* 3. ¶ Comp. *expeditior*, ſuperl. *expeditiſſimus*. *Cic. de Amic.* Iiſque reditum ad cœlum patere, optimoque, & juſtiſſimo cuique expeditiſſimum eſſe. *Pallad. l.* 4. *c.* 9. Motu navium expeditior. ¶ Expeditæ rationes dicuntur liquidæ, & minime conturbatæ, *conti liquidi*, quibus opponuntur *impeditæ*. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 25. ¶ In expedito eſſe, h. e. in promptu, ad manum eſſe. *Plin. l.* 4. *c. ult.* Nequid non in expedito ſit noſcere volentibus.

Expello, lis, expuli, ulſum, a. 3. *cacciar fuori*, *ſcacciare*, חדיה, Ger. *ausſtreiben*, Gal. *chaſſer*, Hiſp. *empuxar*, ἐκβάλλω, ejicio, exturbo, extrudo. *Cic. Att. l.* 10. Qui nili me civitate expulſſent. *Id. in Rul.* Exturbari, & expelli plebem ex agris. *Id. Fam.* 6. *ep.* 6. Expellere aliquem ex republica. *Hor. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 137. Expellere helleboro morbum.

Expendo, dis, di, ſum, a. 3. *miſurare a peſo*, *peſare*, שקל, Ger. *auſſwegen*, Gal. *peſer*, Hiſp. *peſar*, σταθμάομαι, pondero, ab *ex*, & *pendo*, *Plaut. Aſin.* 2. 2. 34. Quot pondo te cenſes eſſe nudum? at pol ego, qui te expendi, ſcio. ¶ Translate eſt exacte examinare, exquirere, conſiderare. *Cic. in Or.* Nec vero utetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet, ac ſeliget. ¶ Item impendere, *ſpendere*. *Sil. l.* 7. *v.* 713. Dignum pretium expendere. ¶ Item luere, perſolvere. *Virg.* 11. *Æn. v.* 338. Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes.

Expenſa, æ, f. 1. idem quod expenſum, *ſpeſa*. *Claud. Paneg.* 2. Non indecores expenſæ laxant æraria.

Expenſilatio, vel divifim Expenſi latio, onis, f. eſt relatio in expenſum, apud JCtos, & *Gel. l.* 14. *c.* 2. cui reſpondet Acceptilatio.

Expenſo, as, avi, atum, a. 1. expenſum ferre in conficiendis rationibus, *farſi creditore*, *dar conto dello ſpeſo*. *Scæv. l.* 41. *ff. de fideicom. liber.* Nummos exactos expenſavit tutoribus. Et pro ſimplici expendo, *ſpendere*. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 32. Res rationeſque heri curo, argentum accepto, expenſo, &, cui debet, dato.

Expenſum, i, n. 3. *ſpeſa*, Ger. *auſsgab*, Gal. *depenſe*, Hiſp. *eſpenſa*, δαπάνη, ſumptus, ideſt, quod in uſum aliquem erogatur, a pendo. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 3. Codex accepti, & expenſi, *libro delle partite*, *notarella de' debiti*, *e de' crediti*. *Plaut. Truc.* 1. 1. 54. Accepta, & expenſa meretricia. ¶ Expenſum ferre. V. Expenſus.

Expenſus, a, um, o. 1. 2. *peſato*, *ſpeſo*, ponderatus, vel impenſus, erogatus, partic. ab *expendor*. Expenſum ferre, eſt ſcribere, ſe pecuniam dediſſe, *ſcriverſi creditore*, *dar debito*. *Cic.* 1. *Ver. c.* 39. Si quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 4. Mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit C. Cæſari Pompejus. *Plin. l.* 2. *c.* 7. Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta. ¶ Expenſum aurum, *peſato*, *Cic. pro Flac. c.* 28. ¶ Expenſo gradu ire. *Propert. l.* 2. *eleg.* 3. *v.* 6. *camminare con paſſo peſato*.

Expergefacĭo, is, eci, actum, a. 3. *deſtare*, *ſvegliare*, העיר, Ger. *auſſwecken*, Gal. *eveiller*, Hiſp. *deſpertar*, ἀνεγείρω, excito e ſomno. ¶ Translate eſt excitare, generatim, *Cic.* 7. *Ver. c.* 15. Si forte expergefacere te poſſes. *Auct. ad Her. l.* 4. Terrore ſubito expergefacti Italiam tumultus.

Expergefactus, o. 1. 2. partic. ab expergefacio, ſeu expergefio, *deſtato*, *ſvegliato*. *Lucret. l.* 5. *v.* 128. Illa quoque expergefactum caput erigere inſit. *Sueton. Calig. c.* 38. Somno expergefactus.

Expergefio, is, actus ſum, *deſtarſi*, *ſvegliarſi*. V. Expergefactus.

Expergiſco, is, a. 3. idem ac expergefacio. *Plin. l.* 22. *c.* 13. Urtica lethargicos expergiſcit tactis cruribus. Alii rectius legunt, *Expergiſci*. ¶ Videtur etiam uſurpatum neutraliter. *Pompon. Agam.* apud *Non. c.* 7. *n.* 40. Cum tam clare tonuerit, ut, ſi quis dormitaret, expergiſceret.

Expergiſcor, eris, experrectus ſum, d. 3. vel paſſ. 3. *ſvegliarſi*, *deſtarſi*, עור, Ger. *ſich auffwecken*, Gal. *s' eveiller*, Hiſp. *deſpertarſe*, ἐγείρομαι, e ſomno excitor. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. Ut te ipſum ſerves, non expergiſceris. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 38. Simul cum Sole experrectus eſſem.

Expergiſĭco, as, a. 1. expergefacio, *deſtare*. *Gell. l.* 17. *c.* 12. Ingenio expergificando idoneum.

Expergiticus, a, um, adject. qui expergefacit. *chi deſta*. *Apul. in Flor.* Galli expergifico carmine occinunt.

Expergite, adv. *vegliando*. *Apul. l.* 8. *A. A.* Expergite auſcultare. Et *l.* 2. Expergite munus obire.

Expergĭtus, o. 1. 2. partic. ab expergor. Feſtus expergitum, & experfectum ita diſtinguit, ut experrectus ſit, qui per ſe vigilare cœpit, expergitus ab alio excitatus, quem ſolemus dicere expergefactum. Sed diſcrimen hoc ab antiquis non obſervatur. *Lucret. l.* 3. *v.* 943. Nec quiſquam expergitus extat, frigida quem ſemel eſt vitai pauſa ſecuta.

Expergo, is, experrexi, ectum, a. 3. *ſvegliare*, *deſtare*, ἀνεγείρω, a ſomno excito. *Acc. in Antig. apud Non. c.* 2. *n.* 278. Heu vigiles properate, expergite pectora tarda, ſopore exurgite. ¶ Significat etiam emittere, extra mittere, diſpergere. *Lucret. l.* 3. *v.* 828. Nec porro natura loci, ſpatiumque profundi Deficit, expergi quo poſſit vis animai, Aut alia quavis poſſit vi pulſa perire. Alii leg. *exſpergi*, velut a *ſpargo*, eodem ſenſu. Nam *Idem Auctor. l.* 5. *v.* 371. iiſdem verſibus repetitis habet: Exſpargi quo poſſint mœnia mundi, Aut alia &c.

Experiens, entis, adject. o. 3. *pratico*, *eſperto*, qui multa expertus eſt, callidus, ἔμπειρος, *intraprendente*. *Ovid. l.* 14. *Metam. v.* 164. Comes experientis Ulyſſei. *Cic. Ver.* 5. *c.* 21. Homo gnavus, & induſtrius, experientiſſimus, ac diligentiſſimus arator.

Experientĭa, f. 1. *ſperienza*, חקר, Ger. *erfahrung*, Gal. *experience*, Hiſp. *experiencia*, ἐμπειρία, cognitio nullo docente per uſum reperta. *Col. l.* 1. *c.* 1. Uſus, & experientia dominantur in artibus. *Cic. pro Rab. Poſth. c.* 16. Experientia patrimonii amplificandi, h. e. ſcientia.

Experimentātus, a, um, adject. *ſperimentato*, ab

Experimento, as, a. 1. periculum facio, experior, *ſperimentare*. *Veget. de re milit. l.* 3. *c.* 2. Experimentare remedium. ¶ Hinc experimentatus. *Theod. Priſcian. l.* 3. *c.* 5. Omnibus uſibus experimentatum remedium.

Experimentum, i, n. idem quod experientia, periculum, *prova*, *ſperimento*, πεῖρα. *Plin. l.* 13. *c.* 2. Experimentum unguentorum inverſa manu capitur. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Facillime ad conſentiendum homines ducuntur experimentis.

Experior, riris, expertus ſum, d. 4. *provare*, *fare eſperienza*, נסה, חקר, Ger. *erfahren*, Gal. *experimenter*, *eprouver*, Hiſp. *experimentar*, πειράομαι, probo, tento, periculum facio, ab antiquo *periri*, quod erat conari, factum a πειράω, vel πειράομαι. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 28. Vis ergo, inter nos, quid poſſit uterque, viciſſim Experiamur? *Terent. Phorm.* 3. 3. 5. Rurſum ei experiamur reddere. *Cic. l.* 1. *de Or. c.* 26. In me ipſo experior, ut exalbeſcam, &c. ¶ Jungitur cum accuſ. & varia ſignificat. *Nepos Hamil. c. ult.* Ut interire, quam non Romanos experiri mallet. h. e. explorare, commiſſo prælio. *Ter. And.* 2. 1. 13. Omnia experiri certum eſt, priuſquam pereo. h. e. tentare. *Liv. l.* 2. *c.* 59. Experiri imperium, *metter a ripentaglio il comando*. *Salluſt. Catil. c.* 26. Extrema experiri. Sic, experiri fidem alicujus, vim venceni, terram facilem colendo, & ſexcenta alia, *far prova*. *Plaut. Virg. Cic.* &c. ¶ Experiri jus, & experiri, abſolute eſt jus ſuum ad rem aliquam in judicio exponere. *Paul. l.* 1. *ff. de in jus voc.* In jus vocare, eſt juris experiundi cauſa vocare. *Ulp. l.* 4. *ff. de vi bon. rapt.* Cum primum de ea re experiundi poteſtas fuerit. ¶ Huic affine eſt, Experiri legibus, vel jure, *andar per via di giudizio*, judicio agere. *Nepos Timol. c.* 5. Hanc enim ſpeciem libertatis eſſe, ſi omnibus, quod quiſque vellet, legibus experiri liceret. *Cic. pro Quinct.* Si quid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur. ¶ Experiri cum aliquo. h. e. contendere. *Plaut. Ciſtel.* 2. 1. 11. Maritimis moribus mecum experitur. ¶ Reperitur & *Experio* activa forma, ſi vera eſt lectio. *Scalig.* illo *Catulli* loco *carm.* 21. Hærens ad latus omnia experibis.

Experītus, imperitus, quaſi qui peritiam exuit. *Feſt.*

Experjūro, as, n. 1. valde juro, vel pejero. *Afran.* apud *Non. c.* 7. *n.* 45. Experjurabant, exſecrabant ſe, ac ſuos.

Experrectus, a, um, adject. excitatus, *ſvegliato*, *deſto*. V. Expergitus. Translate ſumitur pro vigilanti, attento, acri. *Cic. in Pijon.* Experrecta virtus remp. recuperavit. *Col. l.* 9. *c.* 7. Ut ſint apes experrectiores: nam frigus ignaviam creat.

Expers, tis, o. 3. *ſenza parte*, *non partecipe*, חסר, Ger. *untheil affitig*, Gal. *qui n' a point*, Hiſp. *el que no tiene parte*, ἄμοιρος, qui rei alicujus nullam habet partem, ab *ex*, & *pars*. *Cic.* 2. *de Or.* Antonium omnino omnis eruditionis expertem, atque ignarum fuiſſe. ¶ Jungitur etiam ablativo. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 40. Ea res me domo expertem facit. ¶ Significat etiam participem, quia præpoſ. *ex* interdum auget. *Catul. carm.* 65. *v.* 77. Omnibus expers unguentis. Sed vide Interpretes ad hunc locum, quorum alii aliter explicant. Eſt tamen in *Perſii Sat.* 6. *v.* 38. Poſtquam ſapere urbi Cum pipere, & palmis venit noſtrum hoc maris expers.

Expertĭo, onis, f. verbale ab experior, experimentum, probatio, *prova*. *Vitruv. l.* 8. *c.* 5. Expertiones, & probationes eorum ſic ſunt providendæ.

Expertor, oris, m. qui tentat, & experitur. *Sil. l.* 12. *v.* 502. Turbarum expertor. Sed Viris doctis valde ſuſpectus eſt locus. V. *Dauſq.* & *Barth.*

Expertus, a, um, adject. ab experior, ἔμπειρος, experientia doctus, *pratico*, *eſperto*. *Virg.* 10. *Æn. v.* 173. Expertos belli juvenes. ¶ Item experimento probatus, cognitus, *ſperimentato*. *Liv. l.* 1. *c.* 14. Per omnia expertus, tutor etiam inſtruitur. *Id. l.* 3. *c.* 44. Vir expertæ virtutis. *Suet. Tib. c.* 19. Confidens oſtento, ſibi, ac majoribus ſuis in omni ducatu expertiſſimo.

Expes. V. Exſpes.

Expetēſſo, vel Expetiſſo, is, a. 3. antique pro expeto. *Plaut. Mil.* 4. 13. Tuam expetiſſit pulchritudinem. *Id. Trinum.* 2. 1. 4. Artem expeteſſam.

Expetibĭlis, le, adject. optabilis, *deſiderabile*. *Tac. Ann.* 16. *c.* 21. Parum expetibilem operam præbuerat.

Expetiſſo. V. Expeteſſo.

Expetītor, oris, m. qui expetit. *Symmach. l.* 8. *ep* 46. Jamdudum hoc animus meus veſtri expetitor eſflagitat.

Expetītus, a, um, adject. valde petitus, optatus, *bramato*. *Sen. Thyeſt. v.* 509. Complexus mihi redde expetitos.

Expĕto, is, ivi, itum, a. 3. *deſiderare*, טמר, Ger. *faſt begehren*, Gal. *deſirer*, *convoiter*, Hiſp. *deſſear*, *codiciar*, ἐπιθυμέω, avide cupio. *Cic.* 1. *Off.* Expetuntur autem divitiæ cum ad uſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. *Plaut. prol. Caſ.* Studioſe expetere vos Plautinas fabulas. ¶ Expetere pœnas, eſt punire, *caſtigare*. *Cic. pro L. Man.* Etiamſi pœnas a Pop. Rom. ob aliquod delictum expetiverint. *Liv. l.* 26. Tanta aviditas ſupplicii expetendi. ¶ Item evenire, ſicut *appetere* ſignificat adventare. *Plaut. Amph.* 1. 1. 10. Ergo in ſervitute expetunt multa iniqua. ¶ Item recidere, *cadere*. *Id. ib.* 1. 2. 32. Delictum tuum, ſuamque culpam expetere in mortalem ut ſinat. Et cum dat. *ibid.* 3. 2. 14. Num autem inſonti mihi illius ira in hanc, & maledicta expetent. Adde *ibid.* 3. 1. 11. ¶ *Expetere ætatem*, eſt durare. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 23. Malo ſi quid benetacias, beneficium interit; bono ſi quid malefacias, ætatem expetit. ¶ *Expetere conſilia*, eſt capere. *Id. Moſt.* 4. 1. 4. Stulta ſibi expetunt conſilia. ¶ *Expetere preces*, eſt invocare, precari. *Nepos in fragm. c.* 12. Non pudet te eorum Deorum preces expetere, quos vivos, atque præſentes relictos, atque deſertos habueris? Adde *Plaut. Rud.* 1. 3. 1.

Expia-

Expiabĭlis, le, o. 3. *Καθαρτὸς*, purgabilis, & facilis expiatu. *Cic.* 13. *Phil. c.* 1. An ſit aliquod bellum expiabile. Sed ibi *Manut. Lambin. Gruter.* cæterique optimæ notæ interpretes legunt *inexpiabile*.

Expiatĭo, f. 3. *purgazione*, כפור, Ger. *reinigung*, Gal. *expiation*, Hiſp. *purgacion*, ἁγνισμός, purgatio. *Cic.* 1. *de Leg.* At vero ſcelerum in hominibus, atque impietatum nulla expiatio eſt. *Liv. l.* 9. *init.* Fœderis expiatio.

Expiātor, oris, m. qui expiat, & purgat. *Tertul. de Pudic. c.* 15. Impuritatis expiator.

Expiātrix, icis, f. quæ luſtrat, & expiat. *Feſt.* in voce *Piatrix*: Piatrix erat ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam alii expiatricem vocant.

Expiātus, us, m. idem ac expiatio, *Tertul. adv. Valentin. c.* 13. Continet hic ordo enthymeſeos, & conjunctæ paſſionis expiatum.

Expiātus, a, um, adject. purgatus, ſacrificiis a ſcelere liberatus, καθαρθὲις; *purgato*. *Cic. Phil.* 1. *c.* 12. Expiato foro, diſſipato concurſu impiorum. *Horat. l.* 2. *od.* 1. *v.* 4. Arma nondum expiatis uncta cruoribus.

Expictus, a, um, adject. pictus, *dipinto al vivo*. *Cic.* 5. *Tuſc. cap.* 39. Motus hominum expicti.

Expilatĭo, f. 3. *ruberia*, מוח, Ger. *veraubung*, Gal. *pillement*, Hiſp. *robo*, περισύλησις, actus expilandi. *Cic.* 2. *Off. c.* 21. Tanta ſublatis legibus, & judiciis expilatio, direptioque ſociorum.

Expilātor, m. 3. *ladro*, *rubatore*, גזלן, Ger. *reuber*, Gall. *pilleur*, Hiſp. *robador*, συλητὴς, fur, prædator, direptor. *Aſcon. Pæd.* Expilatores ſunt atrociores fures, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore ſpoliatorum. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 2. Cum domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe videatur.

Expilātus, o. 1. 2. part. ab expilor, *rubato*, *ſpogliato*. *Cic. pro Cluent. c.* 64. Armarium expilatum, pecunia ablata.

Expilo, as, a. 1. *rubare*, שלל, Ger. *ausſplindern*, Gal. *piller*, Hiſp. *rubar*, περισυλάω, diripio, deprædor. *Cic. in Parad.* Si ſocios ſpolias, ærarium expilas.

Expingo, is, inxi, ictum, a. 3. idem quod pingo, vel cum quadam majore vi, cum *ex* augeat, *dipinger' al vivo*. *Ter. l. de cul. fœm. c.* 12. Thamar ſe expinxerat, & ornaverat. *Plin. l.* 35. *c.* 7. Quoniam & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi. V. Expictus.

Expinſo, is, a. 3. idem quod pinſo, contundo, tero. *Cato c.* 2. *R. R.* Spinas runcari, expinſi far, munditias fieri.

Expĭo, as, a. 1. *purgare*, *mondare*, *nettare*, כפר, Germ. *reinigen*, Gal. *expier*, Hiſp. *purgar*, ἁγνόω, eſt purgare, & mundum, ac purum facere, a *pius*. *Cic. pro Roſc. Am.* Mari omnia, quæ violata ſunt, expiari putantur. ¶ Item placare. *Cic. in Ver.* Cereris numen iſtius ſupplicio expiari volebant. ¶ Item punire. *Cic. in Piſ. c.* 35. Tua ſcelera Dii immortales in noſtros milites expiaverunt. Sic *Liv. l.* 1. *c.* 26. Imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. ¶ Exemplum expiationis videre eſt apud *Herodot. l.* 1.

Expīro. V. Exſpiro.

Expiſcor, aris, atus ſum, dep. 1. *indagare*, diligenter inquiro, indago. *Cic. Fam. 9. ep.* 19. Neſcis me ab illo omnia expiſcatum? *Ter. Phorm.* 2. 3. 35. Proinde expiſcare, quaſi non noris.

Explanabĭlis, le, adject. explanatus, diſtincte prolatus, *intelligibile*. *Sen. l.* 1. *de ira*, *c.* 3. Vox eſt quidem, ſed non explanabilis, & perturbata, & inefficax.

Explanāte, adv. *chiaramente*, *apertamente*, כאר, Ger. *klerlich*, Gal. *clairement*, Hiſp. *claramente*, σαφῶς, aperte. *Cic. in Or. c.* 33. Et cum explanatius, tum etiam uberius. *Gell. l.* 16. *c.* 8. Explanate ſcriptum.

Explanatĭo, f. 3. *dichiarazione*, כפשה, Ger. *erklarung*, Gal. *expoſition*, Hiſp. *explicacion*, δήλωσις, explicatio. *Cic.* 1. *de Div. c.* 51. Item igitur ſomniis, vaticinationibus, oraculis explanationes adhibitæ ſunt interpretum. ¶ Speciatim explanatio eſt virtus orationis. *Auct. ad Heren. l.* 4. Explanatio eſt, quæ reddit apertam, & dilucidam orationem.

Explanātor, oris, m. 3. *interprete*, *dichiaratore*, מבאר, Germ. *auſleger*, Gall. *expoſiteur*, Hiſp. *declarador*, σαφωτὴς, qui interpretatur, & exponit. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 51. Sunt enim explanatores, ut Grammatici Poetarum.

Explanatorĭus, a, um, adject. qui explanat, *dichiaratorio*. *Cœl. Aurel. Tard.* 3. *c.* 1. Liber explanatorius Aphoriſmorum Hippocratis.

Explanātus, a, um, adject. *ſpiegato*, *chiaro*, ut explanata vocum impreſſio, *Cic.* 1. *Acad. c.* 5. ¶ Item expanſus. *Plin. l.* 16. *c.* 8. Explanatus in denos pedes cortex.

Explāno, as, avi, atum, a. 1. *ſpianare*, שבה, ישב, Ger. *gleven*, *ebnen*, Gal. *applanir*, Hiſp. *allanar*, καταλεαίνω, planum facio. Translate eſt explicare, illuſtrare, exponere. *Cic.* 1. *Off.* Qualis differentia ſit honeſti, & decori, facilius intelligi, quam explanari poteſt. ¶ Explanare verba, apud *Plin. in Paneg.* eſt diſtincte pronunciare.

Explanto, as, a. 1. *ſpiantare*, ἀποσπάζω, plantas evello. *Col. l.* 4. *c.* 14. Ne ventis explantentur.

Explaudo, is, ſi, ſum, idem quod plaudo, ut explaudere alas, ſimul collidere, & ſtrepitum facere. *Lucret. l.* 4. *v.* 711. Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis Auroram clara conſuetum voce vocare. ¶ Item explodere. *Auſon. in* 7. *Sapient. in Thalete*. Pars plaudite, pars offenſi explaudite.

Explebĭlis, le, o. 3. *ſaziabile*, quod expleri poteſt. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 9. Indigentia libido explebilis. Alii leg. *Inexplebilis*.

Explementum, n. 2. idem ac expletio. *Sen. epiſt.* 111. Si ſcieris, cacumina arborum explementum eſſe ventris. *Plaut. Stich.* 1. 3. 19. (*al.* 2. 1. 19.) Inanimentis explementum quærito.

Explendeſco. V. Exſplendeſco.

Explēno, is, a. 2. expleo, a pleo, apud vet. *Feſt.*

Explēo, es, evi, etum, a. 2. *empire*, מלא, Ger. *erfüllen*, Gall. *remplir*, Hiſp. *llenar*, ἐκπληρόω, perfecte impleo, a *pleo*. *Cic in Orat.* Neque interciens verba, quaſi rimas expleat. ¶ Eſt item ſatiare. *Cic. de Or.* Quorum crudelitas noſtro ſanguine non poteſt expleri. ¶ Item complere, perficere. *Cic.* 3. *Off.* Hanc igitur partem relictam explebimus. *Plin. l.* 7. *c.* 48. Explere annos ducentos. ¶ Item conſolari. *Ter. Heaut.* Hem tot mei ſolius ſoliciti ſunt cauſa, ut me unum expleant. ¶ Item exonerare. Nam *ex* quandoque privativum eſt. *Ennius apud Serv.* Navibus explebant ſe ſe, terraſque replebant. ¶ *Explere animum*, interdum eſt animo ſatisfacere. *Ter. And.* Sivi, animum ut expleret Suum. ¶ Interdum curis exonerare. *Ter. Hec.* 5. 1. Exple animum, teque hoc crimine expedi. *Donat.* ¶ Explere munus ſuum, *compire il ſuo obbligo*. *Cic. de Prov. Conſ.* ¶ Explere conſilium, *metter' in pratica il ſuo diſegno*. *Cæſ. l.* 1. *B. C.* ¶ Explere ſupremum diem, *finir la vita*. *Tac. Ann.* 1. *c.* 6. Explere condemnationem, eſt complere numerum judicum, qui requiritur ad aliquem condemnandum. *Cic. pro Cæcin. c.* 10. Non ad cognoſcendam cauſam, ſed ad condemnationem explendam præito fuiſſe. Sic explere Tribus, h. e. omnia Tribus ſuffragia obtinere. V. Tribus. Sic explere centurias. *Liv. l.* 37. *ad fin.* ¶ *Explere damnum*, pro reficere, *riſarcire*. *Liv. l.* 3. *c.* 67. ¶ Explere laborem, pro perferre. *Velleſ. l.* 2. *c.* 23. Plurimo circa Piræi portus munitiones labore expleto.

Expletĭo, onis, f. 3. *empimento*, ἀναπλήρωσις, impletio, ſatietas. *Cic.* 5. *Fin. c.* 14. In eaque expletione naturæ ſummi boni fidem conſiſtere.

Expletus, a, um, adject. *pieno*, *fazio*, *compito*, τέλειος, ἐκπεπληρωμένος. *Virg.* 3. *Æn. v.* 630. Expletus dapibus. *Stat. l.* 2. *Silv.* 1. *v.* 15. Flendi expleta voluptas. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 13. Perfectus, expletuſque omnibus ſuis numeris, & partibus. *Lucret. l.* 6. *v.* 1201. Sanguis expletis naribus ibat. *Stat. Achil.* 1. *v.* 291. Finis expletus pudoris. h. e. anni virginitatis finiti.

Explicabĭlis, le, o. 3. quod explicari poteſt. *Plin. l.* 4. *c.* 13. Haud explicabili menſura.

Explicabĭliter, adv. q. d. explicabili ratione. Refert *Diomed. Grammat. l.* 1. *c. de Adverb.*

Explicāte, adverb. *chiaramente*, *apertamente*, δήλως, clare, & aperte. *Cic.* 3. *de Or. c.* 14. Qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter & rebus, & verbis dicunt.

Explicatĭo, f. 3. *ſpiegamento*, ביאר, Germ. *erklerung*, Gal. *explication*, Hiſp. *explicacion*, ἀνάπτυξις, actus explicandi. *Cic.* 1. *de Div. c.* 56. Sed eſt quaſi rudentis explicatio. ¶ Translate ſumitur pro declaratione, *ſpiegazione*. *Cic.* 3. *de Fin.* Multumque ad ea, quæ quærimus, explicatio tua iſta profecerit.

Explicātor, m. 3. *interprete*, *dichiaratore*, מבאר, Germ. *erklerer*, Gall. *qui explique*, Hiſp. *explicador*, qui aliquid explicat. *Cic. l.* 2. *Inv. c.* 2. Sed ita, ut rerum explicator prudens, ſeverus, gravis.

Explicātrix, f. 3. quæ explicat. *Cic.* 1. *Acad. c.* 8. Huic quaſi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accommodatæ.

Explicatus, us, m. 4. idem ac explicatio. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. *Cic. l.* 3. *nat. Deor. c.* 39. Quam eſſet obſcura, & quam difficiles explicatus haberet.

Explicātus, a, um, adject. ἀνάπτυκτος, expanſus. *Cic. Agrar.* 2. Planiſſimo loco explicata urbs. ¶ Translate ſumitur pro explanato, facili. *Cic. pro Planc. c.* 2. Facilis, & explicata cauſa. *Id. Acad. l.* 1. *c.* 2. Philoſophia diligentiſſime græcis litteris explicata. *Senec. de Tranquil. c.* 2. Ex gravi & longa valetudine explicati. h. e. liberati. ¶ Explicatæ rationes, explicata negotia, h. e. expedita, *negozj*, *o conti liquidi*, *e facili da sbrigare*. *Cic. Att. l.* 16. & alibi. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 7. Salutares te mihi miſiſſe litteras, quibus nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfectius.

Explicit, h. e. definit, completus eſt, *finiſce*, *è finito*. Frequens eſt vox in fine librorum præſertim manu ſcriptorum, ut *Explicit liber*, *Explicit feliciter* &c. Videtur autem eſſe ab *explico*, quod ſignificat etiam ad finem adducere, complere. ¶ Hinc *Car. du Freſn. in Gloſſar.* notat, elegantioris notæ codices adſcriptum ferre *Explicitus eſt liber* &c. Qua ratione *Oroſius in fi. l.* 7. appoſuit *Explicui*, *adjuvante Chriſto*, &c. *Hieron. epiſt.* 138. *ad Marcel.* Solemus, completis opuſculis, ad diſtinctionem rei alterius ſequentis, medium interponere *Explicit*, aut *Feliciter*, aut aliquid iſtiuſmodi.

Explicĭtus, o. 1. 2. *dichiarato*, partic. ab explicor. *Cic. Att. l.* 9. Quanquam a te ejus quoque rei juſta defenſio eſt explicita. ¶ Interdum ponitur pro abſoluto, *finito*, *compito*. *Mart. l.* 14. *ep.* 1. Verſibus explicitum eſt omne duobus opus. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 75. His explicitis rebus. h. e. expeditis, peractis. *Id. l.* 1. *B. C. cap.* 78. Ex propoſitis conſiliis explicitius videbatur Ilerdam reverti. h. e. facilius, expeditius.

Explĭco, as, avi, atum, & cui, citum, a. 1. *ſpiegare*, *diſtendere*, באר, Ger. *erkleren*, Gal. *expliquer*, Hiſp. *explicar*, ἐκπτύσσω, extendo, aperio, & proprie de iis rebus dicitur, quæ plicis involutæ ſunt, ut Explicare veſtem, velum, plagas, alas, litteras, epiſtolam, volumen, frondes, &c. *Cic.* 1. *de Or.* Non explicata veſte, neque propoſito argento. *Id. pro Roſc. Am.* Explicet ſuum volumen illud. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Or.* Ut Craſſus hæc, quæ coarctavit, & peranguſte referſit in oratione ſua, dilatet nobis, atque explicet. ¶ Hinc Explicare aciem, ſive ordines, ſive agmen, per metaphoram, dicuntur Imperatores, cum milites ſuos in patentem locum exponunt ad concertationem ineundam. *Liv. l.* 4. Sed ad explicandas utrinque acies ſatis amplam habebant. ¶ Item explanare, ſeu illuſtrare. *Cic. Att. l.* 13. Ut eos dies conſumam in Philoſophia explicanda. ¶ Item rem aliquam expedire, & faciliorem reddere, *Cæſ.* 2. *B. G.* Quas ibi explicandæ rei frumentariæ cauſa relictas ſuperiore commentario demonſtravimus. Sic apud JCtos *explicare annonam*, *pecuniam*, eſt, curare, ut præſto ſit, & expedita. Quo pertinet illud *Cic. ad Att.* 13. 2. Si Faberianum nobis nomen illud explicat, *ſe trova modo di pagarci*. *Id. ibid.* Si Faberianum explicas. h. e. ſi pecuniam mihi expedis a Faberio debitam. ¶ Item exprimere, enarrare, exponere. *Cic. Att. l.* 10. Meas cogitationes omnes explicavi tibi ſuperioribus litteris. *Id. de Un.* Hæc ſi verbis explicare conemur, fruſtra laboremus. *Vitr. l.* 10. *c.* 22. De ſcorpionibus & catapultis, a quibus eſſent inventa, & quemadmodum fieri deberent, explicui. ¶ Item expedire, liberare. *Cic. pro Cæl.* Qui ſe nunquam protecto, ſi in iſtum locum proceſſerint, explicabunt. Sic explicari morbo dicuntur, qui liberantur. V. *Explicatus*. ¶ Item abſolvere, perficere, *condurr' a fine*, *sbrigare*. *Flor. l.* 1. *c.* 17. Fabius periculoſiſſimum bellum ſine periculo explicavit. V. *Explicitus*. ¶ *Stat. Theb.* 1. late nitebant Atria cougeſtos ſatis explicitura clientes. h. e. facile admiſſura. ¶ *Martial. l.* 1. *ep.* 56. Ante tocum plenas explicuiſſe plagas.

Explōdo, dis, ſi, ſum, a. 3. *cacciare*, Ger. *miteinem geteff auſſtreiben*, *oder vverffen*, Gal. *huer*, *& ſiffler*, Hiſp. *patear*, *echar con eſtruendo*, ἐκρτέω, eſt excutere, cum ſono ejicere, ac ſpeciatim rem, quæ non placuit, clamore, & geſtu, ac ſtrepitu damnare. *Cic.* 1. *de Or. c.* 61. At Æſopum, ſi paulum irraucuerit, explodi video. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Div.* Sed hoc genus divinationis vita jam communis explosit. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 10. Ne in arenam quidem, aut litus explodet.

Exploranter, adverb. explorate, explorando. *Ammian. l.* 16. *c.* 6. Explorantor curabat.

Explorāte, adv. *certamente*, manifeſte, plane. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 14. Hæc ita ſentio, judico, & ad te explorate ſcribo. *Id. Fam. 6. ep.* 1. Exploratius promittere. *Ammian. l.* 18. *c.* 15. Miſſus ego, exploratius noſcendi gratia, quæ gerebantur.

Exploratĭo, onis, f. inquiſitio, vel probatio, ut adulterii exploratio, *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 2.

Explorātor, m. 3. *ſpia*, σκοπὸς, qui explorat. *Plin. l.* 16. *c.* 9. Scribit in recenti ad duces explorator. *Silius l.* 16. *v.* 80. prænuntius affert explorator eques.

Exploratōrius, a, um, adject. ad explorandum pertinens. *Sueton. Calig. cap.* 45. Coronas diſtinctas ſolis, ac lunæ ſiderumque ſpecies, exploratorias appellavit.

Explorātus, o. 1. 2. *certo*, *manifeſto*, נחקר, Ger. *erkundigt*, Gal. *certain*, *aſſuré*, Hiſp. *cierto*, *no duoſo*, πρόδηλος, prorſus cognitus, & perſpectus, manifeſtus, certus, adject. *Cic. ad Ap.* Quam ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem. ¶ Exploratum habeo, vel Exploratum mihi eſt, idem valet, ac certo ſcio. *Cic. Att.* Cæſarem hoc idem probaturum, exploratum habeo. *Id. de Sen.* Quis eſt tam ſtultus, cui ſit exploratum, ſe ad veſperam uſque eſſe victurum? ¶ Cumparat. exploratior, ſup. exploratiſſi-

mus. *Cicer. Att.* Quid exploratius, quam illius animus in Rempub.? *Id. post redit. c. 6.* Cum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum Consulem futurum. ¶ *Cic. l. 3. Att. ep.* 17. Litteræ exploratæ a timore. h. e. quæ omnem timorem auferunt. ¶ *Ante explorato*, h. e. rebus prius exploratis. *Liv. l. 23. c.* 42.

Explōro, as, avi, atum, a. 1. *gridare*, ἀναβοάω, exclamo. *Var.* Gemit, explorat, turbam omnem concitat. *Festus:* Explorare antiqui pro exclamare usi sunt. ¶ Sæpius usurpatur pro inquirere ad cognoscendum, *indagare*, *tentare*, *cercare*. *Cic. Att. l.* 7. Ut quid agatur, quoad poteris, explores. *Virg. 1. Æn.* Exire, locosque explorare novos. *Liv. l.* 3. Explorare iter. ¶ Item periculum facere, experiri. *Col. l. 1. c.* 8. Bonitatem panis explorare gustu. *Virg. 1. Georg. v.* 175. Suspensa focis exploret robora fumus. h. e. probet, an sint optima; quod ex eo noscitur, si fumo siccata rimas non contrahant.

Explosĭo, onis, f. actus explodendi, *il cacciare*, *o rigettare*. *Cælius Ciceroni l. 8. Fam. ep.* 11. Multa transi, in primis ludorum explosiones, & funerum &c.

Explōsus, a, um, adject. *scacciato*, *rigettato*. *Cic. l. 5. Fin. c.* 8. Explosæ, ejectæque sententiæ.

Expolĭo, as, V. Exspolio.

Expolĭo, is, ivi, itum, a. 4. *polire*, *adornare*, פרק, Ger. *zieren*, Gal. *polir*, *accoutrer*, Hisp. *pulir mucho*, κατακοσμέω, perfecte polio, extremam manum impono, exorno. *Cic. 2. de Inv.* Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expolivit. *Id. 3. de Orat. cap.* 34. Doctrinis aliquem expolire. ¶ Proprie *Plin. l. 34. c.* 4. Expolire unguium scabritias.

Expolitĭo, f. 3. ἐπεξεργασία, exornatio, perfectio, *ornamento*, *ultima perfezione*, *o compimento*. *Cic. l. 1. Invent. cap.* 40. Expolitio orationis, *Vitruv. l. 6. c. ult.* Expolitiones ædificiorum. ¶ Est etiam schema rhetoricum, idest explicatio, & variatio ejusdem sententiæ verbis commutatis. V. *Auct. ad Heren. l.* 4.

Expolitus, a, um, adject. *forbito*, *polito*, *compito*, ἐκλελεασμένος, ἐπεξειργασμένος, perfectus, exornatus, completus. *Catul. carm.* 1. Libellus pumice expolitus. *Id. carm.* 40. Dens expolitior. *Cic. in Orat.* Pictum, atque expolitum orationis genus. *Scipio* apud *Gel. l. 2. c.* 20. Ubi villas expolitissimas vidisset.

Expōno, nis, sui, situm, a. 3. *mettere fuori*, פרש, Ger. *aufflegen*, Gal. *exposer*, Hisp. *exponer*, ἐκτίθημι, est emittere, & quasi extra ponere, ab ex, & pono. *Cic. 6. Ver.* Exponit ea, quibus abundabat, plurima, ac pulcherrima vasa argentea. *Col. l. 12. cap.* 28. Exponere in sole fœnum, ut siccescat. ¶ Significat etiam abjicere, a se removere. Hinc exponere filios dicebantur Parentes, qui eos educare nollent, nec tamquam filios habere. *Liv. l. 1. cap.* 4. In proxima alluvie pueros exponunt. *Sueton. Claud. c.* 27. Claudiam exponi ad matris januam, & nudam jussit abjici. ¶ Exponere etiam dicuntur nautæ, cum aliquem e navi dimittunt, *sbarcare*. *Nepos Themist. cap.* 8. Inde Ephesum pervenit, ibidemque Themistoclem exposuit. Frequentissimus est hujus verbi usus, cum pro referre, & explicare, usurpatur, *esporre*, *raccontare*. *Cic. de Amic. c.* 1. De re aliqua exponere sermonem. *Liv. l. 30. c.* 17. Exponere omnia ordine. Sic memoriter exponere, vel ex memoria, *recitar' a mente*. *Cic. Catil. 3. c. 6. & l. 4. Fin. in princip.* ¶ Significat etiam subjicere. *Cic. Ver.* 3. Cum tibi omnis exposita esset ad prædandum Pamphylia. ¶ *Cubito exponere*, est cubito dejicere, prosternere. *Plaut. Cas.* 4. 4. 27. Ut valentula est! pene exposivit cubito. *Id. Truc.* 3. 1. 14. Istos amasios hoc ictu exponam, atque omnes ejiciam foras. In priore exemplo notandum est præterit. *exposivit*, quod sæpe legitur apud Plautum, & alios in hoc verbo, & ejus compositis. V. *Depono*.

Expopulatĭo, f. 3. populatio, *saccheggio*. *Col. l. 3. c.* 2. Quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Expōrgo, is, a. 3. idem ac exporrigo, per sync. *Ter. Adel.* 5. 3. 53. Da te mihi hodie, exporge frontem.

Exporrectus, a, um, adject. Idem fere quod Experrectus. Nam ita leg. nonnulli apud Fest. verba quæ supra retulimus in *Expergitus*. Dicitur autem a porrigendo se, quod facimus recentes a somno. Hinc *Prudent. Hamartig. v.* 856. Illic purpureo latus exporrecta cubili. h. e. prostrata, *distesa*. V. Exporrigo.

Exporrĭgo, is, porrexi, ectum, a. 3. *porgere*, *estendere*, נמה, Ger. *aussstrecken*, Gal. *étendre*, *donner*, παρεκτείνω, extendo. Festus derivat a *porro*, & *ago*. *Pomp. Mela lib. 1. c. ult.* Hinc orti montes longe se jugo exporrigunt. *Senec. de vit. beat. c.* 9. Quid in tanta temporum fuga menses tibi, & annos, & longam seriem exporrigis? ¶ *Exporrigere frontem*, est hilarescere, *star' allegro*, cui opponitur contrahere. V. Exporgo.

Exportatĭo, f. 3. *esportazione*, כשאה, Ger. *ausstragung*, Gal. *transport*, Hisp. *tragin*, ἐξαγωγή, actus exportandi. *Cic. 2. Off. c.* 3. Jam vero earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, invectio certe nulla esset. ¶ Interdum sumitur pro exilio. *Sen. de tranquil. vitæ*. Quæ dignitas, cujus non prætextam, & augurale, & loca patritia comitentur & sordes, & exportatio.

Exporto, as, a. 1. *portar fuora*, נטר, Ger. *ausstragen*, Gal. *transporter*, *porter dehors*, Hisp. *traginar*, ἐκφέρω, extra porto, aufero. *Cic. 6. Ver. c.* 10. Per alios, quæ volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat. *Id. pro Flac. c.* 28. Cum frumentum quotannis ex Italia, atque ex omnibus provinciis exportaretur.

Exposco, is, expoposci, a. 3. *domandare con instanza*, שאה, Ger. *hefftig begehren*, Gal. *demander instamment*, Hisp. *pedir con instancia*, ἐξαιτέω, enixe peto. *Cic. pro Mil.* Misericordiam ipse non implorat, ego autem repugnante hoc & imploro, & exposco. *Liv. l. 1. c.* 16. Exposcere precibus pacem. *Id. l. 7. cap.* 40. Quod deos immortales inter nuncupanda vota expoposci. ¶ Aliquando significat ad pœnam poscere, *Nepos Themist. c.* 8. Cum ab Atheniensibus exposceretur publice, supplicem non prodidit.

Exposite, adverb. explanate, explicate. *Gel. l. 3. c.* 2. Non exposite, & aperte ostendere.

Expositĭo, onis, f. *esposizione*, פרשה, Ger. *aufflegung*, Gall. *exposition*, Hisp. *declaracion*, *exposicion*, ἐξήγησις, actus exponendi, explicatio. *Auct. ad Her. l.* 1. Narratio defensoris brevem, & simplicem expositionem habere debet. *Cic. 3. de Orat. c.* 53. Expositio sententiæ suæ.

Expositītius, a, um, adject. expositus, abjectus, ut expositia puella, *Plaut. Cas. Prol. v.* 79.

Exposĭtus, o. 1. 2. *esposto*, ἐκτεθείς, adject. *Cels. l. 5. c.* 28. Expositus oculis. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 12. Expositus ante oculos. *Id. in Partition.* Vita innocentium ingeniis criminosorum hominum exposita. *Id. 3. Ver.* Provincia ad prædandum exposita. ¶ Item explicatus. *Id. pro Cluent.* Dicta, exposita, & demonstrata omnia. ¶ Interdum sumitur pro affabili, humano, quasi qui omnibus obvius, *affabile*, *cortese*, *benigno*. *Plin. l. 1. ep.* 10. Amari ab eo laboravi; etsi non erat laborandum: est enim obvius, & expositus, plenusque humanitate. *Stat. l. 5. silv. 3. v.* 246. expositi mores. ¶ *Expostus* per syncopen, *Virg. 10. Æn. v.* 694. Obvia ventorum furiis, expostaque Ponto.

Expostulatĭo, f. 3. *querela*, תלונה, Germ. *veruvetsung*, Gall. *requête*, Hisp. *quexa*, *demanda*, ἐξαίτησις, actus expostulandi, ac speciatim querela adversus illum ipsum, qui peccaverit. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep.* 1. Fuere nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompejo.

Expostulātus, us, ui, m. *lamento*, expostulatio. *Symmach. lib. 9. ep.* 13. Expostulatibus modum facere.

Expostŭlo, as, a. 1. *domandare con instanza*, בקש, Ger. *ausffordern*, Gal. *requerir*, *prier*, Hisp. *demandar*, *pedir con instancia*, ἐξαιτέω, vehementer peto. *Cic. pro Sex. Rosc.* Vix medius fidius, tu Fanni, hoc a Ballione expostulare auderes. *Tacit. l. 1. hist. c.* 73. Expostulare aliquem ad supplicium. ¶ Item conqueror cum eo ipso, qui fecit injuriam, *lamentarsi*, cum abl. personæ, & præp. *cum*, & interdum alio abl. rei, & præp. *de*. *Cic. Metel. Cel. l. 5. Fam. ep.* 2. Qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. ¶ Reperitur etiam cum acc. rei. *Ter. And.* 4. 1. 15. Adeam ne, & cum eo injuriam hanc expostulem.

Expōtus, o. 1. 2. epotus, apud vet. *Plaut. Trin.* 2. 4. 5. Comesum, expotum, exutum, elotum in balneis.

Expresse, adv. *manifestamente*, Ger. *ausstrucKlich*, Gal. *expressement*, Hisp. *espressament*, διαῤῥήδην, manifeste. *Plin. ep. 14. lib.* 2. Ut mihi Attilius noster expresse dixisse videatur. *Col. l. 11. c.* 1. Expressius significare.

Expressim, adverb. expresse. *Paul. JCtus l. 98. Dig. de solut. & liberat. §.* 5. Si hoc ipsum expressim agebatur.

Expressĭo, f. 3. *espressione*, *colatura*, ἐκπιεσμός, actus exprimendi. *Pallad. Junio, c.* 7. Nobilius mel erit, quod ante expressionem secundam, velut sponte profluxerit. ¶ *Vitruv. l. 8. c.* 7. expressiones vocat loca eminentia. & *lib. 4. c.* 4. eminentes expressiones dicit in lapidibus. Ital. *rilievi*. V. *Exprimo*.

Expressor, oris, m. qui exprimit, & extrahit. *Tertul. Apol. c.* 46. Veritatis integrator, & expressor.

Expressus, us, ui, m. *Vitruv. l. 8. c.* 7. expressum vocat violentum aquarum ascensum per fistulas. Eius verba sunt: Ita per fistulas plumbeas aquam qui ducent, his rationibus bellissime poterunt efficere & decursus, & circumductiones, & ventres, & expressus.

Expressus, a, um, adject. *espresso*, *manifesto*, δῆλος, manifestus, apertus. *Cic. 3. Offic. c.* 17. Nos veri juris, germanæque justitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. *Id. Lentulo in Fam. ep.* Hæc profecto, vides, quanto expressiora, & illustriora futura sint. ¶ Significat etiam extractum vi, extortum, *cavato a forza*. *Liv. l. 8. c.* 2. Deditio necessitate expressa. *Cic. de Div. l. 2. c.* 19. Nubium conflictu ardor expressus.

Exprĭmo, is, essi, essum, a. 3. *spremere*, מצה, Ger. *ausstrucken*, Gall. *exprimer*, *epreindre*, Hisp. *exprimir*, ἐκπιέζω, premendo extraho, & elicio. *Plin. l. 28. c.* 9. Liquatæ per lintea exprimuntur. ¶ Translate est extorquere, vi impetrare, & auferre. *Cic. in Ver.* Postquam ille exprimere ab egentibus nihil ulla vi potuit. *Id. Ver.* 5. Expressi, ut negaret. *Plin. l. 4. ep.* 7. Exprimere risum alicui. ¶ Item effingere, imitari. *Cic. Att. l.* 8. Quanta vis illius viri, quem nostris libris satis diligenter expressimus. ¶ Item eloqui, exponere. *Plin. in Epist.* Illud parum expressisti. *Cic. pro Rosc. Com.* Expressæ sunt enim ex uniuscujusque damno, incommodo, calamitate, injuria, publice a Prætore formulæ. *Id. 1. Div.* Exprimere aliquid verbous. *Id. 4. Acad.* Verbum e verbo exprimere. *tradurre a parola per parola*. ¶ Interdum significat extollere, elevare, cui contrarium est *deprimere*. *Cæs. l. 7. B. G. c.* 22. Nostrarum turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger expresserat, commissis suarum turrium malis adæquabant. *Vitruv.* etiam *l. 8. c.* 7. exprimere aquam in altitudinem summi clivi, dixit. h. e. in altum ducere, & ad ascendendum cogere.

Exprobratĭo, f. 3. *rinfacciamento*, גדיף, Ger. *veruveisung*, Gall. *reproche*, Hisp. *caberimiento*, ὀνείδισις, actus exprobrandi. *Ter. Andr.* 1. 1. 17. Isthæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii.

Exprobrator, oris, m. qui exprobrat, *chi rinfaccia*. *Senec. l. 1. Benef. c.* 1. Exprobratores, & exactores. Et *Controv.* 21. Oderant me patres, quasi exprobratorem.

Exprobrātrix, icis, f. ab exprobrator. *Senec. l. 7. Benef. c.* 22. Ut hæc nimia, & exprobratrix memoria subsideret, oblivisci eum qui dedit, jussimus.

Exprŏbro, as, avi, atum, a. 1. *rimproverare*, *rinfacciare*, גדף, Germ. *veruveisen*, Gal. *reprocher*, Hisp. *caberir*, ὀνειδίζω, quæ aliis præstiti, commemorans objicio, seu impropero. *Cic. de Amic. c.* 20. Odiosum genus hominum officia exprobrantium. ¶ Sumitur tamen pro qualemcunque culpam objicere. *Ovid. l. 12. Met.* Trepidoque fugam exprobravit amico.

Expromissor, m. 3. fidejussor, sponsor, *sicurtà*. *Pomp. de verb. oblig. l.* 5. Satis acceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut expromissores quoque ab eo petantur.

Expromitto, is, a. 3. *promettere per altri*, ערב, Ger. *verbirgern*, Gal. *plager*, Hisp. *fiar*, pro aliquo promitto, fidejubeo. *Ulp. de jur. dot.* Debitor mulieris jussu ejus pecuniam viro suo expromisit.

Exprōmo, is, ompsi, omptum, vel omtum, a. 3. *trar fuori*, *produrre*, הוציא, Ger. *aussnemmen*, Gal. *tirer*, *produire*, *mettre hors*, Hisp. *sacar fuera*, προφέρω, extra promo, effero, educo. *Plaut. Mil.* 3. 2. 18. Neque equidem heminas octo exprompsi in urceum. ¶ Translate est dicere, enuntiare. *Cic. 4. Acad.* Expromam primum illa invidiosa. *Liv. l. 29. c.* 1. Expromerent, quid sentirent.

Expromptus, o. 1. 2. in medium prolatus, *cavato fuori*. *Ter. And.* 4. 3. 8. Nunc opus est tua mihi ad hanc rem exprompta memoria.

Exproperātus, a, um, valde properatus. *Gruter. Inscript. p. 669. n.* 10. in veteri epitaph. Hic Aquilæ cineres miserabilis urna sepultos Contegit, & fatis exproperata nimis Occidit &c.

Exproxĭmus, i, m. qui Proximatus dignitate functus est. *Leg. unic. Cod. de magistr. sacr. scrin.*

Expudoratus, a, um, adiect. qui omnem pudorem exuit, *sfrontato*. *Petron. Fragm. Tragur.* Habet frontem expudoratam.

Expugnabĭlis, le, o. 3. *espugnabile*, ἀπολέμητος, quod expugnari potest. *Stat. 4. Theb.* Et nullo ruis expugnabilis astro.

Expugnans, antis, adject. o. qui expugnat. *Ovid. 14. Met. v.* 21. Sive expugnantior herba est. h. e. efficacior.

Expugnatĭo, onis, f. ἐκπολιόρκησις, actus expugnandi, *espugnazione*. *Cic. pro L. Man.* Ut ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant.

Expugnātor, m. 3. πολιορκητής, qui expugnat. *Cic. 3. Ver. c.* 3. Expugnator pudicitiæ. Et *l. 1. Inv. c.* 50. Urbium expugnator.

Expugnātus, a, um, adject. *espugnato*, *vinto*, ut Expugnata mœnia, *Lucret. l. 2. v.* 1144. Mens expugnata fatiscit, *Stat. Theb. 4. v.* 187.

Expugno, as, a. 1. *vincer in battaglia*, לכד, Ger. *bestreitten*, Gal. *gaigner*, *vaincre*, *prendre*, Hisp. *tomar*, *ocupar*, καταπολεμέω, pugnando capio, & evinco. *Cæs. 2. B. G.* Id ex itinere oppugnare conatus expugnare non potuit. ¶ Translate est vi extorquere, exprimere. *Cic. 4. Ver.* Quibus allegationibus illam sibi legationem expugnavit? ¶ Illa quoque translata sunt: Expugnare furtunas alicujus, *rendersi per forza padrone*, *Cic. pro Cluent.* Expugnare alicujus pertinaciam,

apud

apud *Liv. l.* 37. expugnare propositum alicujus postulatione frequenti, *Colum. l.* 10. *in præfat.* &c. ¶ *Expugnassere*, pro expugnaturum esse. *Plaut. Amph.* 1. 1. 54. Sin aliter fient animati, se se summa vi oppidum expugnassere.

Expulsātus, a, um, adject. pulsatus, vexatus, afflictus. *Ammian. l.* 23. *c.* 6. Seleucia per duces expulsata.

Expulsim, adv. *cacciando*, antiqui dixerunt pro expellendo, ut cæsim pro cædendo. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 281. Videbis pueros pila expulsim ludere.

Expulsio, onis, f. 3. actus expellendi, *espulsione*, ἔξωσις. *Cic. in Parad.* Qui expulsiones vicinorum, qui latrocinia in agris, &c.

Expulso, as, a. 1. frequenter pulsando excutio, freq. ab *expello*. *Martial. l.* 14. *ep.* 46. Si me nobilibus scis expulsare sinistris.

Expulsor, oris, m. *scacciatore*, qui expellit. *Cic. pro Quint. c.* 8. Iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor, annum, & sex menses nihil petit.

Expulsus, a, um, adject. *scacciato*. *Cic. pro Cluent. c.* 5. Expulsa, atque exturbata filia. *Virg.* 1. *Æn. v.* 624. Finibus expulsus patriis.

Expultrix, icis, f. *discacciatrice*, quæ expellit. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 2. O vitæ Philosophia dux, o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

Expumico, a. 1. pumice polio. *Tertul. adv. Prax. c.* 16. Ab omnibus injuriis passionis expumicat.

Expūmo. V. Exspumo.

Expunctio, onis, f. actus expungendi, & expellendi. *Tertul. adv. Prax. c.* 16. Operæ meæ expunctio.

Expunctor, oris, m. qui expungit, & delet, διαγρέτης. *Tert. de Orat. c.* 1. Expunctor totius retro vetustatis.

Expunctus, a, um, adject. deletus, amotus, expulsus, *cancellato*, *rimosso*. *Plaut. Curc.* 4. 4. 29. Miles pulcre centuriatus expuncto in manipulo.

Expungo, is, nxi, nctum, a. 3. *cancellare*, מחה, Germ. *ausithun*, Gal. *effacer*, *casser*, Hisp. *raer*, ἐξαλείφω, quod scriptum est, deleo. Hinc milites expungi dicuntur a militia, cum nomina eorum ex albo eraduntur, & ipsi a militia removentur: item judices dicuntur expungi, quando amoventur a judicando, veluti erasi ex albo judicum: id enim fiebat punctis circumscriptis. *Plaut. Cist.* 1. 3. 41. Volo persolvere, ut expungatur nomen, nequid debeam. ¶ Translate est extrudere, expellere, loco movere. *Pers. sat.* 2. Pupillumve utinam, quem proximus hæres impello, expungam. ¶ Expungere rationes, est ultimam manum eis imponere. *Hermog. leg.* 13. *de divers. temp. præscr.* Reipublicæ rationes subscriptæ, & expunctæ, adversus eum quidem, qui administraverit, ultra viginti, adversus vero hæredem ultra decem annos retractari non possunt. ¶ Apud *Plaut. Amph. Di vostram fidem*, *v.* 27. expungere gloriam partam, est, auferre. ¶ Expungere milites, apud *Tertul. de Cor. Mil. in princ.* legitur alio sensu, quam supra dictum est. Inquit enim: Proxime facta est liberalitas præstantissimorum Imperatorum: expungebantur milites laureati. h. e. donabantur ab Imperatoribus milites; eorum autem nomina, qui donativum accepissent, notabantur, ne bis quis acciperet. Atque hoc sensu sæpe usum ipsum hunc Auctorem, notant ibi Interpretes. Sic apud *Sueton. Claud. c.* 15. Decurias judicum expungere, est discutere & ordinare, qui retinendi essent, quive dimittendi, ducta metaphora ab expungendis rationibus, de quo modo diximus.

Expŭo. V. Exspuo.

Expurgatio, onis, f. actus expurgandi, *lo spurgare*. *Plaut. Amph.* 3. 3. 10. Habui expurgationem, facta pax est h. e. excusationem. V. *Expurgo*.

Expurgo, as, avi, atum, a. 1. perfecte purgo, *spurgare*, ἀποκαθαίρω. *Cic. in Brut. c.* 74. Expurgare sermonem. ¶ Translate significat, se innocentem ostendere, *scusarsi*, *purgarsi*. *Plaut. Capt.* 3. 4. 87. Sed hoc primum me expurgare tibi volo.

Exputātus, a, um, *tagliato*, putatus, resecatus. *Colum.* 11. *c.* 2. Exputatos palos acuere.

Exputesco, is, n. 3. *puzzare*, putorem emitto. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 26.

Eputo, as, avi, atum, a. 1. *tagliare*, זמר, Germ. *aussschneiden*, Gall. *tailler*, *pouer*, Hisp. *podar*, *cortar*, ἀποτέμνω, est ramos superfluos ex arboribus, vel sarmenta ex vitibus resecare, ab *ex*, & *puto*. *Colum. l.* 3. *c.* 15. Velut veteranam vitem totam exputare. ¶ Translate ponitur pro cogitare, mente volvere, perpendere, ratiocinari. *Plaut. ad Cic.* 10. *Fam. ep.* 24. Quæ mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria avocarint, exputare non possum.

Exputresco, is, utrui, n. 3. *putrefarsi*, καταπύθομαι, penitus putresio. *Plaut. Curc.* 2. 1. 26. Dum intestina exputrescunt tibi.

Exquæro, pro exquiro. *Plaut. Captiv.* 2. 2. 43. Eadem ego ex hoc, quæ volo, exquæsivero.

Exquæsītum, supin. ab exquæro, pro exquiro. *Plaut. Stic.* 1. 2. 50. Quid istuc est, quod huc exquæsitum mulierum mores venis?

Exquæstor, oris, m. qui Quæstura functus est, ut Exconsul, qui consulatum gessit. *leg.* 2. *Cod. de vet. jur. enucl.* Triboniano Exquæstori sacri palatii. ¶ *Exquæstore* pro exquæstor. *Justin. ep.* 2. *præfixa Pandectis*. Per Tribonianum Exquæstore, & Exconsule perfecta sunt.

Exquiliæ, seu Esquiliæ, f. 1. num. pl. Exquilinus Mons, *Monte di S. Maria Maggiore*, unus ex 7. urbis Romæ collibus, ab *excubiis* Tulli Hostilii Regis, qui hunc collem urbi adjecit, & in eum, ut frequentius habitaretur, domicilium suum transtulit. Aliqui ab *excolendo* deducunt, quod ea pars urbis, cum antea neglecta jacuisset, a Tullo Rege fuerit exculta. *Juv. sat.* 3. *v.* 71.

Exquilīnus, a, um, adject. ad Exquilias pertinens. *Horat. Epod.* 5. *v.* 99. Post insepulta membra different lupi, Et Exquilinæ alites. h. e. vultures, qui circa ea loca volitare solent. ¶ Exquilina Tribus urbana apud Romanos, locum, & nomen ab Exquiliis habuit, & dignitatis ordine tertia fuit. *Plin. l.* 18. *c.* 3. ¶ Exquilina Porta, *Porta di S. Lorenzo*, *Porta Maggiore*, una ex portis urbis Romæ, quæ & Prænestina dicta est, quod ab urbe Roma Præneste usque deducit. Sed aliqui dicunt, hanc portam nunc clausam esse, fuisse autem inter Portam S. Laurentii, & Portam Majorem, in Exquiliis.

Exquilĭus, a, um, idem quod Exquilinus. *Ovid.* 2. *Fast. v.* 435. Monte sub Exquilio.

Exquīro, is, sivi, itum, a. 3. *cercare diligentemente*, בקש, Ger. *fleissig nachsuchen*, Gal. *s'enquerir*, Hisp. *buscar con cuydado*, βασανίζω, diligenter inquiro. *Cic.* 4. *Acad.* Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. *Id. pro Leg. Man. c.* 17. Exquirere veritatem. *Id. Ver.* 6. Non debes facta huius hominis ad antiquæ religionis rationem exquirere.

Exquisīte, adv. ἀκριβῶς, *diligentemente*, cum selectione, accurate, diligenter. *Cic. in Brut.* Deque eo crimine accurate, atque exquisite disputavisset. *Id. in Tusc.* Rationes a Philosophis exquisitius colliguntur. *Gel. l.* 14. *c.* 3. Omnia exquisitissime scribere.

Exquisītim, adv. idem ac exquisite. *Var. apud Non. c.* 11. *n.* 35. Stramentitio ære æger medicos exquisitim convocabas.

Exquisitio, onis, f. inquisitio. *Cod. l.* 5. *tit.* . *leg.* 9. & *l.* 7. *tit.* 17. *leg.* 1.

Exquisītus, a, um, adject. diligenter quæsitus, electus, *scelto*, *squisito*, ἐξηργασμένος, ἐξετασμένος. *Cic.* 3. *offic. c.* 27. exquisita supplicia: *Plin. l.* 9. *c.* 35. Epulæ exquisitæ. *Cic. in Brut. c.* 93. Exquisitius, & minime vulgare orationis genus. Et *Philip.* 4. *c.* 3. Exquisitissimis verbis aliquem laudare. ¶ *Plaut. Capt.* 3. 4. 105. Satin' istuc mihi exquisitum est, fuisse hunc servum? h. e. certum. *Id. Amph.* 2. 2. 159. Opus mi est istuc exquisito. h. e. opus est ut exquiram.

Exradico, as, a. 1. una cum radice evello. *Var. l.* 4. *de re rust. c.* 27. Ut sint exradicata. ¶ Frequentius usurpamus *Eradico*.

Exrŏgo, as, a. 1. est ex lege vetere per novam aliquid eximere. *Fest.*

Exrumĭno. V. Exgrumo.

Exsacrifĭco, as, avi, atum, a. 2. idem quod sacrifico. *Enn. apud Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 21. Exsacrificabat hostiis balantibus.

Exsævio, is, vii, itum, n. 4. sævire desino, *cessar d' infuriare*. *Liv. l.* 30. *c.* 39. Stetit ibi, dum reliquum tempestatis exsæviret.

Exsanguinatus, a, um, adject. exsanguis, imbecillus, *debole*. *Vitruv. l.* 8. *proœm.* Animalia si fuerint sine humoris potestate exsanguinata, atque exusta.

Exsanguis. V. Exanguis.

Exsanio, vel Exanio, as, avi, atum, a. 1. *votare*, *mandar fuori*, ἐκπυΐσκω, saniem, vel aliquid simile emittere. *Colum. l.* 12. *c.* 47. Pressam baccam velut exsaniari. Adde *Cels. lib.* 5. *c.* 27.

Exsarcio, vel Exarcio, vel Exsercio, is, arsi, artum, a. 3. a *sarcio*, & fere ejusdem cum eo significationis, *risarcire*, *compensare*. *Festus.* Exercirent, sarcirent. *Ter. Heaut.* 1. 1. 91. Servos, nisi eos qui opere faciundo facile sumptum exarcirent (vel, ut leg. Muretus, exsercirent) omnes vendidi. Al. leg. *facile victum exercent*. V. Exerceo. *Q. Cic. de Petit. Cons. c.* 12. Cum id petitur, quod honeste promittere non possumus, belle negandum est, ut ostendas necessitudinem, demonstres, quam moleste feras, aliis te id rebus exsarturum persuadeas. Ita leg. Lambinus & Muretus: Alii aliter.

Exsatiătus, a, um, adject. *saziato*, *sazio*. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 542. Cæde exsatiata domus.

Exsatio, vel Exatio, as, avi, atum, a. 1. (Manutius probat Exsatio) *saziare*, idem ac satio, κορέννυμι. *Liv. l.* 38. *c.* 54. Ne morte quidem alicujus exsatiari posse. *Sil. l.* 7. *v.* 535. Multo cruore exsatiare enses.

Exsatŭro, as, avi, atum, a. 1. exsatio, saturo, κορέω, *saziare*. *Cic. Ver.* 5. *c.* 27. Animum exsaturare alicujus supplicio.

Exscalpo, is, psi, ptum, a. 3. scalpo, excavo, ἐγγλύφω, *incavare*, *scavare*. *Cato de R.R. c.* 18. Foramina excalpta digitos sex.

Exscendo, is, di, ensum, n. 3. *discendere*, ἀποβαίνω. *Liv. lib.* 29. Legati Asiam petentes cum exscendissent.

Exscensio, onis, f. descensio, *discesa*, κατάβασις, & præcipue dicitur de descensione ex navi, *sbarco*. *Liv. l.* 27. *c.* 29. Ad Clupæam urbem Ætolorum exscensionem fecit. Adde *eund. l.* 28. *c.* 8.

Exscensus, us, ui, m. idem quod exscensio. *Liv. l.* 22. *c.* 20. Exscensu e navibus in terram facto. Al. leg. *exscensione facta*.

Exscindo, vel Excindo, is, idi, issum, a. 3. *rovinare*, *tagliare*, Germ. *zersteren*, Gal. *destruir*, *ruiner*, Hisp. *destruyr*, τέμνω, excido, diruo, destruo. *Virg.* 2. *Æn. v.* 177. Exscindere urbem. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 1. Hæc tibi exscindenda lingua &c. *Virg.* 9. *Æn. v.* 137. Gentem aliquam ferro exscindere. *Tacit. Agric. c.* 19. Causas bellorum exscindere.

Exscreabĭlis, le, adject. qui exscreari potest, *sputabile*, ἐκπτυστός. *Plin. lib.* 39. *c.* 14. Pulmonum vitia exscreabilia facit.

Exscreatio, onis, f. actus exscreandi cum vi quadam, *lo sputare con veemenza*, ἔκπτυσις, ut Exscreatio sanguinis, Exscreatio cruenta, *Plin. l.* 20. *c.* 22.

Exscreatus, us, m. idem quod exscreatio. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. *c.* 11. Cum quodam exscreatu despuitur.

Exscrĕo, as, avi, atum, a. 1. cum impetu exspuo, *sputare con forza*, ἀποπτύω, ἐγχρέμπτομαι. *Plaut. in suppositis ad Amphitr.* Ut cum dentibus linguam exscrees. *Ovid. ep.* 2. Exscreat, & ficta dat modo signa nota.

Exscrībo, vel Excribo, is, ipsi, ptum, a. 3. describo, ex aliquo exemplari scribo, *copiare*, ἀπογράφω. *Cic. Ver.* 4. *c.* 77. Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. *Plin. l.* 5. *ep.* 16. Filia totum patrem mira similitudine exscripserat. ¶ Dicitur etiam *exscribere*, qui pictam tabulam penicillo describit, *copiar un quadro*. *Plin. l.* 4. *ep.* 28.

Exscriptor, oris, m. qui exscribit, *copiatore*. Hinc *Licinius apud Cicer. Fin. l.* 1. *c.* 2. de Attilio ita loquitur: Ferreum scriptorem virum opinor, exscriptorem tamen, ut legendus sit.

Exscriptus, a, um, adject. *descritto*, *copiato*, *Var. l.* 2. *R. R. c.* 16. Complura exscripta e Magonis libris. ¶ Item simpliciter scriptus. *Plaut. Rud. prol. v.* 15. Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem. Et *v.* 21. Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.

Exsculpo, is, psi, ulptum, a. 3. *scolpire*, Ger. *aussgraben*, Gal. *graver*, Hisp. *esculpir*, διαγλύφω, perfecte sculpo. *Cic. l.* 13. *ad Att. ep.* 28. Exsculpere aliquid e quercu. *Quint. l.* 2. *c.* 19. Exsculpere signum ex lapide. ¶ Significat etiam extrahere, extorquere, *cavar fuori*. *Ter. Eun.* 4. 4. 45. Possum ne hodie ex ore exsculpere verum? *Lucil. apud Fest.* Leoni ex ore exsculpere prædam. ¶ Apud *Nepotem* sumitur pro delere quod insculptum est, abradere. Ita enim *in Pausan. c.* 1. Cum tripodem aureum Delphis posuisset, in quo erat hæc sententia .... nos versus Lacedæmonii exsculpserunt. ¶ Exsculpere alicui oculum, apud *Ter. Phorm.* 5. 7. *in fine*, est ejicere. Alii tamen leg. *excludere*.

Exsĕco, & Execo, as, ui, ctum, a. 1. *tagliar via*, ἀποτέμνω. Germ. *aussbauven*, Gal. *couper*, Hisp. *cortar*, excido, extra seco. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 1. Non minus esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes reip. quam quæ exsecaret. *Id. Agrar.* 2. *c.* 33. Exsecare nervos Reip. ¶ Legitur etiam Exsico, as, pro Exseco. *Plaut. Rud.* 1. 2. 34. Quin tu in paludem is, exsicasque arundines, qui pertegamus villam, dum sudum est?

Exsecrabĭlis, le adject. exsecratione dignus, detestabilis, *esecrando*, *detestabile*, κατάρατος. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 15. Exsecrabile, ac dirum solum. *Plin. l.* 9. *c.* 48. Sed nihil exsecrabilius &c. ¶ Item qui cum exsecratione conjunctus est, ut odium exsecrabile, *Liv. l.* 9. *c.* 26. Exsecrabile carmen. *Id. l.* 31. *c.* 17.

Exsecrabilĭtas, atis, f. abominatio. *Apul. l.* 2. *Dog. Plat.* Vitia pariunt exsecrabilitatem.

Exsecramentum, i, n. idem ac exsecratio. *Tertul. Apol. c.* 22. & alibi.

Exsecrandus, a, um, adjectiv. *detestabile*, *esecrando*, ἐπάρατος. *Cic.* 2. *Phil. c.* 16. Exsecrandus populo, & detestabilis. ¶ Superlat. exsecrandissimus, *Salviani* est *l.* 7. *de Gubernat.*

Exsecratio, onis, f. *maledizione*, *esecrazione*, Ger. *fluch*, Gal. *execration*, Hisp. *maldicion*, ἀρά, κατάρα, detestatio, exilii imprecatio. *Cic. Att. l.* 2. Habet etiam Campana lex exsecrationem in coitione candidatorum, si &c. ¶ Speciatim sumitur pro sacramenti genere, quo quis diras capiti suo imprecatur, si pejeraverit. *Sallust. Catil.* Inde, cum post exsecrationem omnes degustavissent, aperuisse consilium suum. *Cic.* 3. *Off. c.* 13. Exsecrationibus publicis sancitum est.

Exsecrator, oris, m. qui exsecratur, & detestatur. *Tertul. de Pudic. c.* 15. Exsecrator impuritatis.

Exſecrātus, a, um, particip. præteriti temp. ab exſecror. *Val. Max. l. 3. c. 2. n. 20.* Seipſum & ſuos exſecratus. h. e. devovens. ¶ Paſſive etiam uſurpatur, & adject. eſt, *eſſecrando, deteſtabile, κατάρατος. Cic. Phil. 1. c. 2.* Everſio exſecratæ columnæ. *Plin. l. 28. c. 2.* Exſecratiſſima auguria.

Exsĕcror, aris, atus ſum, dep. 1. deteſtor, abominor, exitium imprecor, *eſſecrare, deteſtare*, Germ. *verfluchen*, Gal. *execrer*, Hiſp. *allomar, καταράομαι. Cic. l. 3. Offic.* Socratem exſecrari ſolitum eos, qui &c. *Liv. lib. 39. c. 51.* Exſecratus deinde in caput regnumque Pruſiæ, & hoſpitales Deos violatæ ab eo fidei teſtes invocans, poculum exhauſit. ¶ Reperitur etiam *Exſacro, as*, activa forma. *Afran.* apud *Non. c. 7. n. 45.* Experjurabant, exſecrabant ſe, ac ſuos.

Exſectĭo, onis, ſ. *ἀποκοπή*, actus exſecandi, *il tagliar via*, ut exſectio linguæ. *Cic. pro Cluent. c. 67. & c. 64.* Cum exſectio illa fundi in armario animadverteretur. ¶ Sumitur & pro caſtratione. *Arnob. l. 5.*

Exſector, oris, m. qui exſecat, ſeu caſtrat. *Apul. l. 8. Met.* Deteſtabilis exſector virilitatis.

Exſectus, a, um, adject. amputatus, exciſus, *tagliato via*, *ἀποτμητός. Cic. pro Cluent. c. 66.* Stratonem in crucem actum exſecta ſcitote lingua. *Horat. l. 1. ſat. 5.* Cornu exſectum. ¶ Exſecti etiam dicuntur, quibus virilia abraſa ſunt, ſpadones. Hinc *Lucan. l. 10. v. 134.* Juventus exſecta. ¶ Item qui exſecto utero emortuæ matris ſunt extracti. *Paul. JCtus l. annic. Dig. de verb. & rer. ſignif.*

Exſensus, a, um, adject. qui eſt ſine ſenſu, *inſenſato*. Sic *exſenſam mentem* dixit *Nevius* apud *Gel. l. 19. c. 7. Non. c. 4. n. 345.*

Exsĕquor cum derivatis V. Exequor.

Exsĕro. V. Exero.

Exſibĭlo, as, avi, atum, a. 1. *cacciare colle ſiſchiate*, ſibilis explodo, derideo, *ἐκσυρίττω*, Germ. *ausſrauſchen*, Gal. *chaſſer en ſiffiant*, Hiſp. *ſilvar. Cic. Paradox. 3. in fi.* Hiſtrio, ſi paululum ſe movit extra numerum, exſibilatur.

Exſiccātus, a, um, adject. *ſecco, inaridito, ξυρανθείς. Cic. l. 2. Divin. c. 14.* Arbores hyemali tempore exſiccatæ. *Id. in Brut. c. 84.* Exſiccatum orationis genus.

Exſiccēſco, is, n. 3. *ſeccarſi*, aridus fio. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Uti per eam exſiccęſcat ſtillando ſuccus.

Exſicco, vel Exicco, as, avi, atum, a. 1. *ſeccare*, omnino ſicco, *ξυράω. Plin. l. 28. c. c. 26.* Sulcos inſecuti æſtus exſiccant. ¶ Jocoſa translatione ponitur pro exhaurire. *Horat. l. 1. od. 31.* Dives aureis mercator exſiccet culullis vina. *Q. Cic. Fam. 16. ep. 26.* Lagenæ exſiccatæ.

Exsĭco. V. Exſeco.

Exſigno, as, avi, atum, a. 1. *σίζω*, idem quod ſigno, vel obſigno, *ſegnare, notare. Liv. l. 1. c. 21.* Et ſacra omnia exſcripta, exſignataque attribuit.

Exſilĭo, vel Exilio, is, ivi, & lii, & lui, ſultum, n. 4. *ſaltar fuori*, Ger. *herauſſpringen*, Gal. *ſortir, ſauter hors*, Hiſp. *ſaltar fuera, ἐκπηδάω*, ſaltando egredior, vel erumpo. *Plaut. Amph. 5. 1. 63.* Poſtquam Conſpexit angues, citus e cunis exſilit. *Cic. Ver. 4.* Properans e ſella exſiluit. ¶ Accipitur etiam pro vehementer gaudere, *eſultare. Id. Fam. 19. ep. 16.* Tuis literis perlectis, exſilui gaudio. ¶ Exſilire ad aliquem, eſt properare. *Terent. Heaut. 3. 1. 43.*

Exſincerātus, a, um, adject. corruptus, labefactatus. *Plaut. Moſt. 4. 1. 11.* Libet cavere malam rem prius, quam ut meum tergum exſinceratum fiat. h. e. verberibus laceratum, fœdatum.

Exſinŭo, as, avi, atum, a. 1. ſinum collectum explico, expando, vel e ſinu emitto. *Auſon. Idyll. 14. v. 29.* Collectos illa exſinuabat amictus. *Prudent. Hippol. v. 222.* Qui laterum ſeriem jugiter exſinuent.

Exſiſto. V. Exiſto.

Exſolvo, & Exolvo, is, ivi, utum, a. 3. *ſciorre, ſlegare*, Ger. *auffloſſen*, Gal. *deliver*, Hiſp. *deſatar, pagar, ἀπολύω*, quod ligatum erat, ſolvo, expedio, cum accuſat. & cum accuſat. ſimul & ablat. *Cic. Fam. 7. ep. 1.* Si me occupationibus relaxavero: nam ut plane exſolvam, non poſtulo. *Plaut. Truc. 4. 3. 10.* At, ſi verum eritis taſſæ, vinculis exſolvemini. ¶ Exſolvere aliquem religione, *torgli ogni ſcrupolo. Liv. l. 9. c. 8.* Exſolvamus religione populum R. ¶ Exſolvere nodum erroris, *levare ogni dubbio, o inganno. Id. l. 40. c. 55.* ¶ Significat etiam ſolvere debita, ſatisfacere, *pagare. Cic. Ver. 3. c. 20.* Tantum decumanis, quantum iſte imperavit, exſolvit. *Plin. l. 3. ep. 11.* Æs alienum exſolvere. Et translate *Liv. l. 26. c. 40.* Exſolvere pœnas pro merito. ¶ *Exſolvere fidem* eſt fidem liberare, præſtitis promiſſis. *Liv. l. 24. c. 16. & l. 26. c. 31.* ¶ Exſolvere grates, apud *Tacit. Ann. 14. c. 13. & Valer. Flac. l. 7. v. 284. ringraziare.*

Exſolutĭo, onis, ſ. *pagamento. Scævola l. 31. Dig. de pignor.* Exſolutio vectigalis. Adde *Tertul. de Anim. c. 35.*

Exſolūtus, a, um, adject. ſolutus, *ſciolto. Stat. l. 1. ſilv. 6. v. 4.* Compede exſoluta. *Tacit. Ann. 3. c. 28.* Exſoluti legis nexus. h. e. explanata obſcuritas. *Id. Ann. 13. c. 15.* Exſoluta alvus. h. e. diffluens.

Exſomnis, e, adject. inſomnis, vigilans, *vigilante, ἄυπνος, Vellej. l. 2. c. 82.* Vir ſane exſomnis, ubi res vigiliam exigeret. Et *c. 127.* animo exſomnis.

Exsŏno, as, ui, itum, n. 1. *riſuonare*, perſono. *Petron. Satyr.* Omnia mimico riſu exſonuerant.

Exſorbĕo, es, ui, & rpſi, orptum, a. 2. *ſorbire*, Ger. *auffſupfen*, Gal. *avaler*, Hiſp. *ſorber, ἐκροφέω*, ſorbendo exhaurio, ut exſorbere ovum, *Plin. l. 28. c. 2. Cic. Phil. 2. c. 29.* Exſorbere ſanguinem civium. ¶ Apud *eund. pro Mur. c. 9.* Exſorbere difficultatem, eſt, ſuperare, & nullo negotio ſolvere. ¶ Exſorbere animam alicujus, pro enecare, interficere. *Plaut. Bacch. 4. 8. 28.* ubi alii leg. *exorbare*, hoc eſt privare, adimere.

Exſordeſco, is, ui, n. 3. valde ſordeſco, in ſordibus jaceo. *Gel. l. 9. c. 2.* Nomen philoſophi exordeſcit.

Exſors, ortis, omn. gen. *fuori di ſorte*, *ἄλληρος*, qui extra ſortem eſt, qui ſorti non committitur. *Virg. 8. Æn. v. 551.* Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva; Ducunt exſortem Æneæ. *h. e.* electum de induſtria, non qui ſorte ei contigerit. *Id. l. 5. v. 534.* exſortem ducere honorem. *Val. Flacc. l. 4. v. 340.* exſortia terga Laconi Præcipiunt pecudum. ¶ Item non particeps, expers, *privo. Liv. l. 23. c. 10.* Exſors amicitiæ, & fœderis. *Id. l. 22. c. 44.* Omnis culpæ exſors. *Tacit. 6. Ann. c. 10.* Ne feminæ quidem exſortes periculi.

Exſortĭum, ii, n. privatio ſortis, ſeu hæreditatis. *Apul. de Deo Socrat.* Incerta vacatione, ceu quodam exſortio punitur.

Exſpargo. V. Exſpergo.

Exſpatĭor, aris, atus ſum, dep. 1. excurro, evagor, *allargarſi, ſcorrere qua, e là*, Ger. *ausſſpacieren*, Gal. *ſe promener*, Hiſp. *paſſearſe, παραβαίνω. Ovid. 2. Met.* Exſpatiantur equi, nulloque inhibente per auras &c. ¶ Translate *Quintil. l. 2. c. 11.* Poetica themata juvenibus pertractare permittimus, ut expatientur, & gaudeant materia.

Exſpectāmen, inis, n. *Claudian. Mamert. l. 2. c. 12.*

Exſpectātĭo, onis, ſ. *aſpettazione, deſiderio, ſperanza*, Germ. *vvartung*, Gal. *attente, deſir*, Hiſp. *expetacion, προσδοκία, τῆσις. Cic. in Brut. c. 76.* Præteritorum recordatio acerba eſt, & acerbior exſpectatio reliquorum. *Nepos Alcib.* Tanta fuit exſpectatio viſendi Alcibiadis. *Cic. Ver. 7. c. 5.* Exſpectationem omnium vincere, hoc eſt opinionem, ſpem. Sic exſpectationem ſui facere, exſpectationem concitare de re aliqua. Exſpectationem afferre alicui de aliquo; Exſpectationem decipere &c. ſæpe apud *optim. Scriptor.* ¶ *Cic. Att. l. 3. ep. 15.* Varronis ſermo facit expectationem Cæſaris. h. e. facit ut a Cæſare opem ſperemus. V. *Manut.* ¶ Præter exſpectationem, *fuor dell' opinione. Cic. l. 2. de Orat. c. 70.*

Exſpectātor, oris, m. qui exſpectat. *Paulin. Nolan. epiſt. 31. (al. 11.) n. 5.* Exſpectatores ſuos redivivos inceſſit. *Senec. in Med. v. 28.* ſpectat hoc noſtri ſator Sol generis? exſpectator, & curru inſidens per inſolita puri ſpatia decurrit poli? Ita legitur in *Cod.* MS. apud nos. Alii aliter.

Exſpectātrix, icis, f. quæ exſpectat. *Tertul. adv. Marc. l. 4. c. 16.* Proinde patientiam docet vindictæ exſpectatricem.

Exſpectātum, i, n. *coſa aſpettata, ſperanza. Vellej. l. 2. c. 75.* Quis non diverſa præſentibus, contrariaque exſpectatis aut ſperat, aut timeat? *Id. l. 2. c. 123.* Exſpectato maturius. ¶ *Ante exſpectatum*, h. e. citius exſpectatione, ex inopinato: quod *Serv.* notat ad *Virg. 3. Georg. v. 348.*

Exſpectātus, a, um, adject. *aſpettato, bramato, προσδεκτός, ἐπιθυμής. Cic. 16. Fam. ep. 2.* Charus omnibus, exſpectatuſque venies. *Plaut. Moſt. 2. 2. 12.* Exſpectatior illo nemo venit. *Cic. loc. cit. ep. 9.* Mihi a te exſpectatiſſimas literas reddidit. ¶ *Ter. Adelph. 1. 2. 29.* Ubi te exſpectatum ejeciſſet foras. h. e. cujus mors exſpectatur, ut Donat. interpretatur: loquitur enim de ſene.

Exſpecto, vel Expecto, as, avi, atum, *aſpettare*, Ger. *vvarten*, Gal. *attendre*, Hiſp. *eſperar, περιμένω, προσδοκάω*, præſtolor, opperior, a ſpecto, quia dum aliquem exſpectamus, ſæpe aſpicimus. *Terent. Andr. 1. 1. 7.* Exſpecto, quid velis. *Cic. Att. l. 1. ep. 17.* Exſpectare in aliud tempus. ¶ Sæpe ſignificat cupere, optare. *Cic. Parad. 6. c. 1.* Exſpectare teſtamentum. ¶ Item metuere. *Ter. Phorm. 1. 4. 16.* Neſcio quod magnum hoc nuntio exſpecto malum. ¶ Adhibetur etiam pro ſimplici *ſpecto. Stat. l. 5. Silv. 2.* qualis per jugera Circi, Cum pulcher viſu, titulis generoſus avitis Expectatur equus. ¶ Scribendum eſſe *exſpecto*, inſerto *ſ*, probat *Manut. in orthog. ex lib. vet.*

Exſpergo, is, erſi, erſum, a. 3. valde aſpergo, madefacio, a ſpargo, *bagnare, ἐπιβρέχω*. V. vocem ſequentem. ¶ Ponitur & pro ſpargere, diffipare. *Lucret. l. 3. v. 828.* Exſpergi quo poſſit vis animai.

Exſpersus, a, um, adject. *ben bagnato*, ab Exſpergo, is. *Virg. 3. Æn. v. 625.* Sanieque exſperſa natarent limina. V. ibi *Serv.* qui vulgatam lectionem *aſperſa*, rejicit.

Exſpes, adject. ſpe deſtitutus, *privo di ſperanza*, *ἀέλπτος*, cum genit. *Tacit. Ann. 6. c. 24.* Mox ubi exſpes vitæ fuit. *Horat. ad Piſon. v. 20.* Si fractis enatat exſpes Navibus. ¶ In obliquis caſibus non facile occurrent exempla.

Exſpiratĭo, onis, *lo ſpirare*, Ger. *auſsblaſung*, Gall. *expiration*, Hiſp. *reſpiracion, ἔκπνευσις*, actus exſpirandi. *Cic. l. 2. nat. Deor. c. 32.* Terræ exſpirationibus aer alitur.

Exſpīro, as, avi, atum, a. 1. *mandar fuori il fiato, reſpirare*, Ger. *auſsblaſen*, Gal. *expirer*, Hiſp. *eſpirar, ἐκπνέω*, ſpiritum emitto. *Virg. 3. Æn. v. 582.* Ætna exſpirat flammam caminis. *Id. 11. Æn. v. 883.* Confixi exſpirant animas. h. e. moriuntur. Quo ſenſu etiam abſolute uſurpatur. *Liv. l. 2. c. 20.* Inter primam curationem exſpiravit. Translate *Plin. Paneg. c. 57.* Exſpiravit libertas. ¶ Exſpirare odorem, eſt, emittere, exhalare. *Lucret. l. 4. v. 122.* De corpore odorem Exſpirant acrem. Adde *Catul. carm. de nupt. Pel. & Thetid.*

Exſpiſſo, as, avi, atum, a. 1. ſpiſſum facio, *inſpeſſire, πυκνόω. Plin. l. 25. c. 13.* Necat ſanguinem exſpiſſando. Al. tamen leg. ſpiſſando.

Exſplendeſco, is, endui, n. 3. valde ſplendeſco. Translate *Nepos in Att. c. 1.* Clarius exſplendeſcebat, quam generoſi condiſcipuli æquo animo ferre poſſent. *Sueton. in Tito c. 3.* In puero ſtatim animi dotes exſpleduerunt.

Exſpolĭo, as, avi, atum, a. 1. idem ac ſpolio, ſeu omnino ſpolio, *ſpogliare, σκυλεύω. Cic. l. 10. Attic. ep. 1.* Exſpoliare aliquem provincia & exercitu. *Salluſt. Catil. c. 51.* Exſpoliare fana, atque domos. ¶ Olim etiam *expolior* deponentis forma uſurpatum fuit. *Claud. Quadrigar. Non. c. 7. n. 100.* Ita per ſexennium agrum Campanum expoliabantur.

Exſpuitĭo, onis, ſ. *lo ſputar fuori*, ut exſpuitio ſanguinis. *Plin. l. 23. c. 1.*

Exſpŭmo, as, avi, atum, n. 1. *ſare ſchiuma, ἐξαφρίζομαι*, ſpumando emano. *Celſ. l. 6. c. 7.* Donec inde humor aliquis exſpumet.

Exſpŭo, is, ui, utum, a. 3. *ſputar fuori*, Ger. *auſſſpeuen*, Gal. *cracher*, Hiſp. *eſcupir, ἐκπτύω*, ſalivam, vel aliud quidpiam ore emitto. *Plin. l. 7. c. 23.* Exſpuit in os tyranni. ¶ *Scribon. Larg. compoſ. 193.* Exſpuere ſanguinem ab ore. ¶ Translate eſt ejicere, deponere. *Ter. Eun. 3. 1. 16.* Illam ubi exſpueret miſeriam ex animo. *Catul. in Argon.* Exſpuit illum mare. ¶ Comice & licenter. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 74. Exſpuere lacrimas*, dixit.

Exſtans, vel Extans, antis, adject. o. eminens, porrectus, *eminente, che ſta fuori degli altri. Virg. Æn. 6. v. 668.* Humeris exſtantem ſuſpicat altis. *Stat. Theb. 9. v. 455.* Jamque ſuper ripas utroque exſtantior ibat Aggere. Exſtantĭa, vel Extantia, f. eminentia, altitudo, *altezza, eminenza, ἐξοχή. Colum. l. 5. c. 5.* Capita ſine ulla exſtantia neque aratro, neque bubus obnoxia. *Cæl. Aurel. Tard. 1. c. 5.* Ventris exſtantia.

Exſternātus, a, um, adject. conſternatus, *coſternato, impaurito. Ovid. l. 2. Metam. v. 76.* Exſternata fugam fruſtra tentabat.

Exſterno, as, avi, atum, a. 1. præ conſternatione dementem facio, *coſternare*, a ſterno. *Catul. carm. 53. ſeu Argon. v. 71.* Ah miſerum alliduis quam luctibus exſternavit! ¶ Pro externum facere, ſeu exhæredare. *Apul. Apol.* Filiam Rufini mali compertam non modo hæredem non reliquit..... ut intelligeretur potius exſternare, quam oblitus præteriiſſe. Al. leg. Extraneaſſe. ¶ In hac ſignificatione eſt ab extra, & ſcribendum eſt ſine *ſ*.

Exſtillo, as, avi, atum, n. 1. *ſtillare, ἐκπαλίζω*, guttatim defluo. *Colum. l. 12. c. 48.* Atque omnem amurcam exſtillare. *Plaut. Pſeud. 3. 2. 29.* Sinapi, oculi ut exſtillent, facit. *Ter. Phorm. 5. 7. 82.* Exſtillare lacrymis.

Exſtimulātor, oris, m. qui exſtimulat, & excitat, ut acerrimus exſtimulator. *Tacit. l. 3. Ann. c. 40.*

Exſtimŭlo, as, avi, atum, a. 1. valde ſtimulo, *ſtimolare, κεντρόω. Col. l. 6. c. 27.* Armentum exſtimulatur furiis. *Ovid. 6. Faſt. v. 588.* Dictis aliquem exſtimulare. *Id. Met. 5. v. 164.* Tigris exſtimulata fame.

Exſtinguo. V. Extinguo.

Exſtirpatĭo, onis, ſ. *eſtirpazione, ſterpamento*, actus exſtirpandi, eradicatio, *ἀποῤῥίζωσις. Col. l. 2. c. 2.* Filicis exſtirpatio vel aratro fieri poteſt.

Exſtirpo, as, avi, atum, a. 1. una cum ſtirpe, ſeu radice evello, *eſtirpare, ἀποῤῥιζόω*, Germ. *auſſreutten*, Gal. *arracher*, Hiſp. *arrancar. Martial. l. 6. epigr. 56.* Exſtirpa, mihi crede, pilos de corpore toto. ¶ Translate eſt, funditus evertere, omnino tollere. *Cic. de Fato c. 5.* Vitia ex naturalibus cauſis nata exſtirpari, & funditus tolli non poſſunt. *Id. de Amic. c. 13.* Niſi ex ejus animo exſtirpatam humanitatem arbitremur.

Exſto, vel Exto, as, titi, atum, n. 1. *ſtare, ſopraſtare, eſſer' eminente*, Germ. *nberig ſeyn*, Gall. *etre, apparoitre*, Hiſp. *eſtar, ſobrepujar, ἐξέχω*, emineo, extra ſto. *Virg. 3. Georg. v. 370.* Summis vix cornibus exſtant. *Cæſ. l. 5. B. G. c. 18.* Exſtare capite ſolo ex aqua. *Ovid. 6. Met. v. 236.*

v. 236. Exstabat nudum de gutture ferrum. ¶ Sæpe usurpatur pro existere, esse, *essere*. *Cic. pro Arch.* Per se ipsos & moderatos, & graves exstitisse fateor. *Id. ad Brut.* Consules, quales tibi scripsi, exstiterunt. ¶ Item pro superesse, permanere, apparere. Sic, Exstant libri, orationes, scripta, monumenta, &c. *Cic. de clar. Orat. ad Brut. c. 9.* & alibi, *Liv. l. 1. c. 18.* &c. Rursus *Cic. Fam. 1. ep. 8.* Studium nostrum exstabit in conveniendis Magistratibus. ¶ Cum accusat. interdum usurpatur pro antecellere, *superare*. *Stat. in Epithal. Stellæ, v. 116.* Quantum egomet Nereidas exsto. ¶ *Exstaturus*, a supino *exstatum*, *Plin. l. 17. c. 22.* Exstatura etiamnum duabus gemmis.

Exstringo, is, nxi, ctum, a. 3. idem quod stringo, vel valde stringo. *Cic. 4. Acad.* Cum paulum digitos exstrinxerat. Rectius tamen legitur. *constrinxerat*.

Exstructio, onis, f. *fabbrica*, κατασκευὴ, actus exstruendi. *Cic. 2. nat. Deor. c. 60.* Exstructio tectorum. *Id. Phil. 14.* Eaque exstructione, quæ fit ad memoriam æternitatis. ¶ Apud *Tertul.* accipitur pro exornatione, *l. 2. ad Uxor. c. 3.*

Exstructorius, a, um, adject. qui exstruit. *Tertul. de Carn. Christi, c. 17.* Dei verbum exstructorium vitæ.

Exstructus, a, um, adject. *fabbricato, fornito, preparato*, κατασκευασμένος, *Nepos 2. 6.* Cum satis altitudo muri exstructa videretur. *Ovid. Met. 11. v. 119.* Mensas exstructas dapibus. *Apul. de Deo Socrat. sub fin.* Exstructissimæ, & ornatissimæ ædificiorum species.

Exstruo, vel Extruo, is, uxi, uctum, a. 3. *fabbricare*, Ger. *auffbauven*, Gal. *batir*, Hisp. *edificar*, κατασκευάζω, construo, ædifico, a struo. *Cic. pro Mil. c. 27.* Exstruere ædificium in alieno. *Id. 5. Fin.* Altitudinem excellentiamque virtutum animo exstruere. ¶ Item in congeriem struere. *Cæs. l. 3. B. G.* Omnem eam materiam pro vallo ad utrumque latus exstruebat. *Colum. l. 6. c. 3.* Exstruere stramenta in acervum. ¶ Ponitur & pro apparare, instruere, *apparecchiare, ornare*. *Cic. 3. Tusc. c. 21.* Mensas extruere epulis. ¶ *Auct. ad Heren. l. 4.* Exstruere verba in numerum.

Exsucco, as, avi, atum, a. 1. succum extraho, exsicco. *Cæl. Aurel. Tard. 2. c. 13.* Exsuccare mala. *Macer. l. 4. v. 4.* Temporibus veris exsuccari solet.

Exsuccus, a, um, adject. sine succo, *chi è senza sugo, secco*, ἄχυμος. *Qintil. l. 12. c. 10.* Aridi, exsucci, exsangues. *Senec. epist. 30.* Infirmi semper, & exsucci corporis scis illum fuisse.

Exsuctus, a, um, adject. ex particip. ab exsugo, *succhiato, asciutto, smunto*. *Gell. l. 20. c. 7.* Luna nunc videlicet senescit, ea re ostrea quoque tenuia, exsuctaque sunt. *Colum. l. 1. præfat.* Exsucto sudore sitim quærimus.

Exsudatus, a, um, adject. ut exsudati labores. h. e. sudore exantlati. *Ammian. l. 15. c. 5.* Post exsudatos magnos pro Republ. labores. Adde *Sil. l. 3. 531.*

Exsudo, vel Exudo, as, avi, atum, a. 1. *mandar fuori per sudore, trasudare*, per sudorem emitto, ἀφιδρόω. *Col. l. 12. c. 48.* Cum oliva, quidquid habuit amurcæ, exsudavit. ¶ Exsudare labores, est labores sudando perferre, apud *Liv. l. 5. c. 5.* Et exsudare causas, pro magno labore agere, apud *Horat. l. 1. sat. 10. v. 28.* ¶ Neutro etiam modo usurpatur. *Virg. 1. Georg.* Omne per ignem Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

Exsugo, vel Exugo, is, uxi, uctum, *succhiar fuori*, ἐκθηλάζω, sugendo elicio, *Col. l. 4. c. 24.* Ab uno latere exsugitur. *Plaut. Pœn. 3. 2. in fi.* Nunc ego illi egredienti sanguinem exsugam procul. ¶ Reperitur & fut. *exsugebo*, quasi ab *Exsugeo, es*, 2. conjugat. *Plaut. Epid. 2. 2. 5.* Atque eorum exsugebo sanguinem, Senati qui columen cluent.

Exsultabundus, a, um, adject. *esultante*, exsultans, *Solin. c. 5.* (*al. 11.*) Exsultabundus ad cantum elevatur. *Justin. l. 18. c. 7.* Aususne es mœsta ac lugentia castra velut exsultabundus intrare?

Exsultans, antis, adject. o. qui exsilit, *saltellante*, ἐκπηδῶν. *Cic. 1. Off. c. 26.* Equi ferocitate exsultantes. *Lucret. l. 2. v. 195.* Sanguis alte exsultans e corpore. ¶ Translate significat superbientem, & successu aliquo elatum, *baldanzoso*. *Cic. de Senect.* Annibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. *Quintil. l. 9. c. 4.* Verbum alioqui fit exsultantissimum.

Exsultanter, adv. *baldanzosamente, allegramente*, σκιρτητικῶς. *Plin. l. 3. ep. 18.* Quæ hilarius, & quasi exsultantius scripsi. *Ammian. l. 23. c. 20.* exsultantius incedere.

Exsultantia, æ, f. actus exsultandi, exsultatio. *Gel. l. 22. c. 5.* Cum petulantia morbi, dolorisque exsultantia colluctantem. *Prudent. ad Cither. v. 564.* ludibrium hostilis exsultantiæ.

Exsultatio, onis, f. gestus exsultantis præ lætitia, *baldanza, allegrezza*, ἐκπήδησις, καύχησις. *Plin. l. 8. c. 54.* Simiæ lunam novam exsultatione adorant. *Hirt. de B. Afric. c. 31.* Constituerat gloriam exsultationemque eorum pati.

Exsultim, adv. saltando, exsultando. *Horat. l. 3. od. 11. v. 10.* Quæ velut latis equa trima campis, ludit exsultim, metuitque tangi.

Exsulto, vel Exulto, as, avi, atum, n. 1. *saltare, saltellare*, ἐκπηδάω, exsilio, salto, ab *ex*, & *salto*. *Nepos Eumen. c. 5.* Post verberibus cogebat exsultare (equos) & calces remittere. ¶ Hinc ad motum animi transfertur, & significat efferri, gestire, *esultare, esser baldanzoso*, & accipitur fere in malam partem, rarius in bonam. *Cic. Att. l. 1. ep. 15.* Improbitas exsultat in victoria. *Id. Catil. 2. c. 2.* In quo exsultat, & triumphat oratio mea. ¶ Dicitur etiam, exsultare gaudio, lætitia, &c. *Cic. Top. c. 22.* & *Philip. 2. c. 27.* Sic *Tacit. Agric. c. 8.* Exsultare gestis in suam famam.

Exsuperabilis, le, adject. *superabile*, ὑπέρβλητος, quod superari potest. *Claudian. l. 2. in Rufin. v. 127.* Vallum non exsuperabile. *Virg. 3. Georg.* Non exsuperabile saxum.

Exsuperans, antis, adject. o. præstans, excellens, *chi supera*, ὑπερέχων. *Gel. l. 14. c. 3.* De iis apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur. *Apul. l. 1. dogm. Plat.* Providentia est summi, exsuperantissimique Deorum.

Exsuperantia, æ, f. exsuperatio. *Cic. Tusc. 5. c. 36.* Omnem exsuperantiam virtutis oderunt. ¶ *Gel.* exsuperantiæ nomen hyperbolæ tribuit, *l. 14. c. 1.*

Exsuperatio, onis, f. ὑπερβολὴ, ὑπέρθεσις, eminentia, præstantia, ut exsuperatio significationis. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 53.*

Exsupero, vel exupero, as, avi, atum, a. 1. ὑπερβάλλω, *sopravanzare, superare*, idem ac supero. *Ovid. 1. Trist. el. 4. v. 56.* Exsuperare alicujus vires. *Cic. post redit. in Sen.* Dum anima exsuperabo mea. h. e. dum superstes ero.

Exsuppuro, as, a. 1. pus amoveo. *Tertul. de Pal. sub fin.* Non facile quis has purulentias civitatis eliciet, & exsuppurabit.

Exsurdatus, a, um, adject. *assordato*; ut exsurdatus clamoribus, *Senec. epist. 94.*

Exsurdo, as, avi, atum, a. 1. *assordare*, Ger. *dum machen*, Gal. *assourdir*, Hisp. *ensordar*, ἐκκωφόω, surdum reddo. *Val. Max. l. 2. c. 2. n. 3.* Græcis actionibus aures Curiæ exsurdantur. ¶ Translate *Horat. l. 2. sat. 8. v. 38.* Fervida quod subtile exsurdant vina palatum. h. e. hebetant.

Exsurgo, vel Exurgo, is, urrexi, ectum, n. 3. idem quod surgo, *levarsi, alzarsi in piè*, ἐξανίστημι. *Virg. 6. Æn. v. 606.* Exsurgitque facem attollens. *Plaut. Rud. 4. 2. 10.* Ut de nocte multa impigreque exsurrexi. *Liv. l. 6. c. 4.* Et Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exsurgere ædificiis. *Cic. de leg. Agrar.* Exsurgere, atque erigere se.

Exsuscitatio, onis, f. *lo svegliare, o far sorgere*, actus exsuscitandi. *Aut. ad Heren. l. 4. c. 42.* Si sententiam trajiciemus aut ad sermocinationem, aut ad exsuscitationem.

Exsuscito, vel Exuscito, as, avi, atum, a. 1. idem quod suscito, addita *ex* intensiva, *svegliare, eccitare, far risorgere*, ἀνεγείρω. *Liv. l. 21. c. 3.* Parvus ignis magnum incendium exsuscitat. ¶ Translate est animos dare, excitare. *Brutus Cicer. ep. 16.* Magis tute exsuscita, ut &c.

Exta, orum, n. 2. *l' interiora*, קרבים, Ger. *geberez*, Gal. *entrailles*, Hisp. *entranas*, σπλάγχνα, viscera, ac præsertim cor, pulmo, jecur, lien. *Festus*, Exta, inquit, dicta, quod ea Diis prosecentur, quæ maxime extant, eminentque. *Cic. 2. de Div.* Si nullam esse convenientiam naturæ cum extis concessero. ¶ Ab extis multa solebant divinare Veteres. Inspiciebantur enim cæsæ hostiæ viscera, quæ si felicia essent (felicissima autem habebantur, si duplicia apparerent; item si integra, sana, &c. contra vero tristia, si aliqua confecta tabe, aut si eorum aliquid deesset) coquebantur in foco, deinde secabantur partes, quæ Diis essent immolandæ, & quæ ad vescendum sacrificulis essent relinquendæ. Hinc exta inspicere, consulere, apud *Cic. Virg.* &c. ¶ Hæc divinandi ratio *extispicium* appellabatur. Vid. *Cic. l. 2. de nat. Deor.*

Extabesco, scis, tabui, n. 3. *marcirsi, infettarsi*, נבא, Ger. *verschwveinen*, Gal. *devenir sec, & ethique*, Hisp. *desleirse*, ἐκτήκομαι, tabe conficior, & veluti emarcesco. *Cic. 2. Tusc. c. 12.* Corpus macie extabuit. ¶ Translate est evanescere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 2.* Etenim videmus, cæteras opiniones fictas, atque vanas diuturnitate extabuisse.

Extantia. V. Exstantia.

Extaris, re, adject. ad exta pertinens. *Plaut. Rud. 1. 2. 47.* Semper petunt aut cultrum, aut veru, aut aulam extarem. h. e. ollam extis coquendis.

Extemplo, adv. *subito, incontinente*, כרגע, Ger. *geschvvind*, Gall. *soudain*, Hisp. *luego*, αὐτίκα, statim, a *templum*. Nam dimisso Senatu præco dicebat *ex templo*, ut templo exirent, vel *ilicet*, quasi ire licet: ut indicaret Senatores abire jam posse: quia vero hisce vocibus pronuntiatis cito discedebatur, inde utrumque usurpari cœptum est pro cito, & celeriter. *Cic. pro Rosc. Com.* Quid respondeat, nescit, quid fingat extemplo, non habet. *Liv. l. 1. c. 6.* Extemplo concilium advocare.

Extemporalis, le, adject. qui extemplo fit, repentinus, *improvviso*, αὐτοσχέδιος, ut extemporalis oratio, *Quintil. l. 4. c. 1.* Extemporalis rhetor, *Martial. l. 5. epigr. 54.*

Extemporalitas, f. 3. αὐτοσχεδιασμὸς, promptitudo, facultas ex tempore aliquid dicendi, faciendive. *Suet. in Tito, c. 3.* Latinæ, Græcæque linguæ vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus, facilisque vel ad extemporalitatem usque.

Extemporaliter, adverb. *all' improvviso*, extemplo. *Sidon. l. 9. ep. 14.* Extemporaliter scribere.

Extempore. V. Tempus.

Extempulo, adverb. pro Extemplo, legitur aliquoties apud *Plaut.* ut *Aulul. 1. 2. 15. Cist. 1. 1. 98.* & alibi.

Extendo, di, di, sum, vel tum, a. 3. *stendere, porgere*, רקע, Ger. *aufstrecken*, Gal. *étendre*, Hisp. *estender*, ἐκτείνω, extra, seu ultra tendo, porrigo, explico. *Col. lib. 5.* Quare cum ad summum palum recta vitis extenta est. *Horat. de art. poet. v. 208.* extendere agros. h. e. amplificare. Sic extendere ævum, apud *Sil. l. 3.* *allungar la vita*. Extendere consulatum, *Plin. Paneg.* Extendere pugnam in longum spatium, *Liv. l. 27.* Virtutem extendere factis, *Virg. 6. Æn.* ¶ Extendere epistolam, apud *Plin. l. 7. epist. 9.* quod Ital. *stender' una lettera*. Al. leg. Epistola se extendere, *esser lungo nella lettera*. ¶ Translate *Liv. l. 7.* Extendere omnes imperii vires Consules delectu habendo jussit.

Extenebro, as, a. 1. e tenebris eruo, investigo, scrutor. *Varr.* Atque omnes adeo perquirit, atque extenebrat artes. Al. leg. *Exterebrat*.

Extense, late, ample. *Tertull. de Idolol. c. 2.* Dominus extensius ista disponit.

Extensipes, apud *Diomed. l. 3. pag. 475. Putsch.* nomen est pedis Molossi, qui tribus longis constat.

Extensivus, a, um, qui extenditur, vel extendi potest. *Paul. Digest. lib. 38. tit. 17. leg. 6.* Cum verba extensiva sunt, pœnitentia ejus usque ad annum admittenda est.

Extensus, a, um, adject. *esteso, steso*. *Cic. 4. Acad. c. 47.* Extensis digitis adversam manum ostenderat. *Quintil. l. 11. c. 3.* Manus extensiores. *Liv. l. 21. c. 32.* Castra quam extentissima potest valle collocat.

Extente, adverb. extendendo. *Ammian. l. 23. c. 7.* de balista: Quadratus eminet stylus extentius.

Extento, as, avi, atum, a. 1. experior, *tentare, sperimentare*, ab *ex*, & *tento*. *Plaut. Bacch. 4. 2. 1.* Quænam istæc est pultatio? Quæ te mala crux agitat, ad istum qui modum Alieno vires tuas extentes ostio? *Id. Most. 3. 1. 65.* Quid tu te homo omnium teterrime venisti huc extentatum? h. e. ut vires laterum tuorum clamando experireris, atque ostenderes?

Extentus, a, um, adject. distentus, longus, extensus, *steso, stirato, lungo*, ἐκταθεὶς. *Cic. 2. de Orat. c. 59.* Extento brachia paululum etiam de gestu addidit. *Liv. l. 30. c. 19.* Extentis itineribus profectus. *Horat. l. 2. od. 2. v. 5.* Ævo extento vivere. *Liv. lib. 21. c. 32.* Extentissima vallis. *Al. leg.* extensissima. *Solin. c. 52.* Extentissima spatia.

Extenuatio, onis, f. actus extenuandi, figura orationis, qua res extenuamus dicendo, & imminuimus. *Cic. 3. de Orat. c. 53.* Et distincte concisa brevitas, & extenuatio.

Extenuatrix, icis, f. quæ extenuat. *Macer l. 4. v. 19.* Virtus est ejus, ut dicunt, extenuatrix.

Extenuatus, a, um, adject. *estenuato, assottigliato, indebolito*, λεπτυνθεὶς, attenuatus, diminutus. *Cic. 2. nat. Deor. c. 39.* Aer extenuatus in sublime fertur. *Brutus ad Cic. l. 11. Fam. ep. 13.* Extenuatissimæ copiolæ.

Extenuissime, adverb. valde tenuiter. *Senec. Contrev. 4. l. 1.*

Extenuo, as, avi, atum, a. 1. *assottigliare, estenuare*, דקק, Ger. *klein machen*, Gal. *attenuer*, Hisp. *amenguar*, καταλεπτύνω, valde tenue facio, minuo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* Atque ab his extenuatur, & molitur cibus. *Plin. l. 18. c. 16.* Extenuare in pulverem. *Liv. l. 41.* Extenuare aciem. *indebolir le file*. *Plin. l. 15. c. 3.* Extenuare corpus, *smagrire*. ¶ Extenuare mala ferendo, est fortitudine leviora reddere. *Ovid. 3. Trist.* Extenua forti mala corde ferendo. ¶ Extenuare rem aliquam verbis, est minorem facere, quam revera fit. *Cic. 2. Off.* Neque vero verbis auget munus suum, sed extenuat.

Exter, ra, um, idem, ac externus, seu extraneus. *Stat. Theb. 11. v. 429.* Exter honos. Ita leg. *Priscian. sub init. l. 3. Paulin. ad Cyther. v. 507.* Nunc iste vobis exter, & vester manet.

Exterebro, as, a. 1. *trivellare, pertuggiare*, Ger. *aussbohren*, Gal. *pertuiser*, Hisp. *boradar, bancar*, ἐκτρυπάω, terebrando extraho. *Cic. 1.*

de Div. Ex eo auro, quod exterebratum esset. ¶ Translate est extorquere. *Plaut. Perf.* 2. 55. Nonnunquam hercle exterebrabis, tu ut sis pejor, quam ego siem. ¶ Nonnumquam perscrutari, curiosius quærere. *Varro* apud *Non. c.* 1. *n.* 315. Atque omnes adeo perquirit, atque exterebrat artes. Al. leg. *Exterebrat.*

Extergĕo, es, si, sum, a. 2. idem, ac extergo. *Cato* 2. *de R. R. cap.* 162. Die tertio extergeto spongia bene. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Ut ea facilius extergeantur.

Extergo, is, si, sum, a. 3. *nettare, forbire, polire*, , מרק, Ger. *ausfwvischen*, Gal. *nettoyer*, Hisp. *limpiar*, ἀπομάττυμαι, est tergendo purgare. *Cato de R. R.* Et salem omnem detergito, & suspendito in ventum biduum, tertio extergito. Adde *Plaut. Most.* 1. 3. 110.

Exterior, us, comparat. *esteriore*, ἐξώτερος, & superl. Extremus, a, um, *estremo, ultimo*, ἔσχατος, adject. sunt ab extra deducta, ut Exterior orbis, *Cic. de Univ. c.* 7. Exterior comes, *Horat. l.* 2. *sat.* 5. *v.* 17. qui sc. it loco minus honorato. V. *Interior*. ¶ *Cic.* 2. *Divin. c.* 42. Cœlum extremum, atque ultimum mundi est. *Liv. l.* 2. *c.* 64. Extremo anno. *nel fine dell' anno. Tacit. Ann.* 6. *c.* 27. Extremo anni, *eodem sensu. Cic.* 1. *Divin. c.* 5. Ut in extremo tertio scribis. *h. e.* in fine libri tertii. *Id. in Brut. c.* 33. Manus extrema non accessit ejus operibus. *h. e.* opera sua non complevit. ¶ Extremus dies est dies mortis. *Sil. l.* 3. *v.* 135. Sic, hora extrema, apud *Virg.* 8. *Æn.* ¶ Extrema pati, ad extrema descendere, in extremum adducere, *sopportare l' ultime necessità, ridurre all' estremo* &c. *Cic. Tacit. Ovid.* &c. ¶ Ad extremum, adverbii loco positum, *alla per fine Cic. ad Att.* Ad extremum illud te & oro, & hortor. *Id. ad Brut.* Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. ¶ Significat etiam in extrema parte. *Liv. l.* 31. Missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum. ¶ Pro eo dicitur etiam, in extremo. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 16. In equo Trojano scis esse in extremo, Sero sapiunt. ¶ Dicimus etiam *extremo* pro *ad extremum. Nepos in Hamilc. c.* 2. Sed extremo cum prope jam ad desperationem pervenissent. ¶ Extremus aliquando ponitur pro maximo. *Senec.* In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia. ¶ Extrema, neut. plu. substantivi more, h. e. mors. *Tac.* 2. *hist. c.* 45. Plura de extremis loqui, pars ignaviæ est. ¶ Ab hoc superlativo comparat. aliud format *Apul. l.* 1. *Met.* Si quid est novissimo extremius. & *l.* 7. Quod cunctis est extremius. ¶ *Tertul.* vero aliud superlativum *extremissimus. in Apolog. c.* 19. Prophetæ extremissimi.

Exterius, adverb. *dalla parte di fuori. Colum. l.* 12. *c.* 43. Vasa intrinsecus, & exterius crasse picare. *Ovid.* 6. *Metam. v.* 421. Exteriusque litæ bimari spectantur ab Isthmo.

Exterminator, m. 3. *distruttore*, eversor, destructor. *Cic. pro Domo c.* 54. Obversabatur ante oculos exterminatoris sui.

Exterminātus, a, um, adject. *cacciato, esterminato*, extra terminos missus, ut ait *Non. c.* 1. *n.* 110. *Cic. pro Domo c.* 55. Resp. exterminata mecum.

Exterminium, ii, n. eversio, expulsio, *esterminio. Tertul. adverf. Judæos, c.* 8. Exterminium civitatis Jerusalem.

Extermĭno, as, avi, atum, a. 1. *esterminare, cacciar fuori*, גרש, Ger. *ausstreiben, chasser, bannir*, Hisp. *exterminar, desterrar*, ἐξελαύνω, extra terminos ejicio, e terminis, finibusque profligo. *Cicer.* 3. *Offic.* Hoc omne genus pestiferum ex hominum communitate exterminandum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Urbe atque agro est exterminatus. ¶ Translate est abigere, depellere. *Plin. l.* 31. *c.* 10. Regium quoque morbum in vino exterminat epotum. ¶ Ponitur etiam pro demoliri, & evertere. *Cic. post. red. ad Quir.* Itaque neque Repub. exterminata mihi locum in hac urbe esse duxi.

Extermĭnus, a, um, adject. qui est extra terminum, exul, expulsus. *Tertul. de Sodom. c.* 3. Atque hinc exterminus ito.

Externo. V. Exsterno.

Externus, a, um, o. 1. 2. *esterno, straniero*, נכרי, Ger. *ausländisch, étranger*, Hisp. *estrangero*, ἐξωτικός, quicquid ab exteriori parte est, ab *extra*, cui internus opponitur. *Cic.* 2. *Offic.* Homines externos non egere, ornamento est Reipublicæ. *Ovid.* 1. *de ar. am. v.* 69. Externo marmore dives opus. *marmo forastiero*. ¶ Externa bona dicuntur bona corporis. *Id.* 2. *Pont. el.* 3. *v.* 36. Externis virtutis incomitata bonis. Sic *Cic. in Top.* Externa commoda.

Extĕro, is, trivi, itum, a. 3. valde tero, terendo excutio, comminuo, *fregare, pestare*, ἐκτρίβω. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 52. E spica exteruntur grana. *Cic. l.* 2. *Nat. Deor. c.* 54. Alvus calore multo cibum exterit. *Phædr. l.* 1. 22. *v.* 9. Calcibus frontem exterere. ¶ Item delere, expungere. *Var. l.* 4. *L. L. c.* 19. A quo post balare dicunt, extrita *e* litera, ut fit in multis. *Quintil. l.* 10. *c.* 4. Opus poliat lima, non exterat.

Exterraneus, a, um, adject. *straniero*, qui est ex alia terra. *Festus*. ¶ Exterraneus etiam dicitur, qui ante tempus natus, vel potius ejectus est, quod eum mater exterrita alvo ejecit. *Idem*. Al. tamen leg. *Eterricineus*.

Exterrĕo, es, ui, itum, a. 2. valde terreo, *spaventare*, καταφοβέω. *Cic.* 2. *Offic. c.* 10. Dolorum cum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur. *Liv. l.* 4. *c.* 23. Exterrere metu.

Exterricineus. V. Exterraneus.

Exterrītus, a, um, adject. valde territus, *spaventato, sbigottito*, ἐκπλαγείς. *Curt. l.* 10. *c.* 9. Nova re exterritus. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 20. *ex ver. Poeta:* lacrymis exterrita somno.

Exersus, a, um, adject. ab extergeo, *terso, forbito. Plin. l.* 34. *cap.* 9. Exersa æra rubiginem celerius trahunt. *Cic.* 2. *Ver. c.* 21. Eversum, atque exersum relinquere fanum.

Exersus, us, ui, m. actus extergendi. *Plaut. Curc.* 4. 4. 22. Linteumque exersui, h. e. ad extergendum aptum. Al. leg. *exersum*. Vide Taubman.

Exĕrus, a, um, o. 1. 2. *foreftiero, d' altro paese*, ἐξωτικός, quod alibi est natum, vel quod aliunde advenit. *Cic. in Cat.* Exterus hostis, atque longinquus. *Id. pro Leg. Manil. c.* 16. Apud exteras nationes. ¶ Comparat. *Exterior*, superlat. *Extremus*, si hinc ducenda sunt, V. in *Exterior*.

Extexo, is, ui, xtum, a. 3. *ruinare, distruggere*, Ger. *zerbrechen*, Gal. *defaire*, Hisp. *detexer, deshazer*, κατασκάπτω, retexo, destruo, quod textum est. Translate *Plaut. Bacch.* 2. 3. 5. Extexam ego illum pulcre jam, si Dii volunt. h. e. auro eum spoliabo: vel, omnia ejus consilia & rationes pervertam, & destruam.

Extillo. Exstillo.

Extimĕo, es, a. 2. &

Extimesco, is, mui, a. 3. *temere grandemente*, רגן, Ger. *fehr, ferchten, entsetzen*, Gal. *avoir grand peur*, Hisp. *temer mucho*, περιφοβέομαι, valde timeo. Et modo absolute accipitur. *Ter. Hec.* 5. 3. Extimui illico. ¶ Modo active. *Cic. de Sen.* Quod adolescentes indocti contemnunt, id docti senes extimescent? *Id. pro Dejot. c.* 1. De fortunis communibus extimescere. Et *Phil.* 7. *c.* 1. Ab Antonio majus periculum extimescendum est. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 71. Quasi principem non quid odissent, sed tamen extimescerent.

Extimŭlo, V. Exstimulo.

Extĭmus, a, um, adject. superlat. ab *extra*, vel ab *exterus, estremo, esteriore*, , ἐξώτατος, *Plin. l.* 2. *c.* 78. Quæ nunquam extimis gentibus fuerint. *Cic. de Somn. Scip. c.* 4. Orbium unus est extimus, qui reliquos omnes complectitur.

Extinctĭo, f. 3. *estinzione*, אבדון, Germ. *ausleschung*, Gal. *éteinte, extinction*, Hisp. *apagamento*, ἀπόσβεσις, actus extinguendi. *Cicer.* 1. *Tusc. c. ult.* Nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci.

Extinctor, m. 3. qui extinguit. *Cic. in Pison. c.* 11. Prope a meis ædibus sedebas non extinctor, sed auctor incendii. ¶ Translate pro destructore ponitur. *Cic. pro Cæl.* Ne extinctor patriæ, ne proditor appelletur.

Extinctus, us, ui, m. idem quod extinctio. *Plin. l.* 7. *c.* 7. A lucernarum extinctu.

Extinctus, a, um, adject. *estinto, morto*, ἀπεσβεσμένος, *Ovid.* 7. *Metam. v.* 77. Extincta flamma. *Virg. Ecl.* 5. Extinctum crudeli funere Daphnim. *Id. Æn.* 4. *v.* 322. Extinctus pudor.

Extinguibĭlis, le, adject. qui extingui potest, *estinguibile. Lactant. l.* 7. *c.* 20. Si non extinguibiles, tamen cruciabiles fiant.

Extinguo, vel Exstinguo, is, xi, ctum, a. 3. *estinguere, ammorzare, spegnere*, כבה, Ger. *auslescheu*, Gal. *éteindre*, Hisp. *apagar*, ἀποσβέννυμι, est tingendo, seu immergendo delere, quod accensum est, a *tingo*. Extinguuntur autem proprie, quæ ardent, ut ignis, flamma, incendium, item quæ calorem inducunt, ut fitis, a similitudine: item quæ vivunt, ut anima, vita. *Cic. Fam. l.* 4. *ep.* 13. Quibus adjutoribus illud incendium extinximus. *Ter. Adelph.* 3. 2. 16. Seni animam primum extinguerem ipsi. Sic extinguere sitim, apud *Ovid.* 7. *Met. v.* 569. ¶ Extingui, absolute est mori. *Cic. de Senect.* Extingui hominem suo tempore, optabile est. ¶ Hinc ad alia plurima transfertur, quæ corrumpi, & amitti possunt. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 27. Formæ dignitas vetustate extinguitur. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 1. Gratiam nostram extinguit hominum suspicio. Sic extinguere amicitias, famam, bellum; extinguere & opprimere alicujus potentiam, &c. *Cic.* sæpe, & alii. Extingui oblivione, *andar' in obblio. Id. in Som. Scip.*

Extirpo. V. Exstirpo.

Extispĭces, m. 3. ἱεροσκόποι, haruspices, qui extis inspectis futura prædicunt. *Cic.* 2. *de Div.* Extispicum, eorumque, qui ex fulguribus, ostentisque prædicerent.

Extispĭcium, n. 2. extorum inspectio, haruspicium. *Accius in Med.* Extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit. *Sueton. Ner. c.* 56. Attendit & extispicio.

Exto. V. Exsto.

Extollo, is, tuli, elatum, a. 3. *alzare*, הרים, Ger. *erheben*, Gal. *elever, hausser*, Hisp. *ensalcar*, ἐξαίρω, in altum elevo, educo, effero, excito. *Cic.* 5. *Fin.* Quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 10. Extollere onera in jumenta. ¶ Translate est augere, magnum facere, laudare, &c. *Cic. pro Domo*. Quem virtutis gloria ad cœlum extulit. *Id. de Aruſp. Resp.* Nisi eos in cœlum suis laudibus extolleret. Ab antiquis usurpatum fuit pro differre. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 52. Res serias omnes extollo ex hoc die in alium diem. ¶ Extollere lumbos, apud *eund. Epid. in fin.* est surgere, erigi, *levarsi in piedi*. ¶ Extollere animum, *insuperbirsi. Cic. in Partition.*

Extorquĕo, es, torsi, tortum, a. 2. *rapire, torre per forza*, Ger. *abringen*, Gal. *ravir, oter*, Hisp. *arrebatar*, ἐξαρπάω, est tormentis, vel alia quavis vi aliquid exprimere, elicere, auferre. *Cic. in Cat.* 2. *c.* 1. Quod ei ferrum de manibus extorsimus. *Liv. l.* 25. *c.* 4. Extorquere per vim suffragium populi. *Cic.* 1. *Tusc.* Extorsisti, ut faterer. ¶ Proprie significat valde torquere, *storare, storcere. Senec. ep.* 104. Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum, advocat medicum, ut tracta pars jungatur, ut luxata in locum reponatur.

Extorrĕo, es, ui, ostum, a. 2. valde torreo, *abbruciare. Celf. l.* 3. *c.* 8. Si febris extorret, nulla medicamenti danda potio.

Extorris, o. 3. *cacciato dalla patria, fuoruscito*, גר, Ger. *bandit*, Gal. *banni*, Hisp. *desterrado*, ἄπολις, qui ejectus est extra terram, seu patriam, quasi exterris, a *terra*. *Cicer.* 5. *Ver.* Hinc centum triginta septem patres familias extorres profugerunt. ¶ Jungitur autem fere ablat. *Virg.* 4. *Æn. v.* 616. Finibus extorris. ¶ Et addita præposit. *Liv. l.* 5. *c.* 30. Exul atque extorris ab solo patrio.

Extortor, m. 3. qui vi rapit, & aufert. *Ter. Phorm.* 2. 3. 27. Bonorum extortor, legum contortor.

Extortus, o. 1. 2. ereptus, adject. *tolto per forza. Cic. in Pison.* Si quidem potest vi, aut metu extortum honorarium nominari. ¶ Ponitur item pro excruciato. *Sen. epist.* 67. Aut per longam nervorum contractionem extortos minutatim.

Extra, *fuori*, חוץ, Germ. *ausserhalb*, Gal. *hors*, Hisp. *fuera*, , præp. contraria præp. *intra*. Servit accusativo. *Cicer.* 1. *Off.* Ne extra modum sumptu, & magnificentia prodeas. ¶ Ponitur etiam pro præter. *Ter. Phor.* 1. 2. 84. Neque cognatus extra unam aniculam quisquam aderat. ¶ Item pro sine, ut *Extra jocum*, sine joco, serio. *Cicer. Tusc. l.* 7. *Fam. ep.* 32. Sed mehercule extra jocum homo bellus es. *Id. Ver.* 7. *c.* 51. Extra culpam esse. ¶ Usurpatur etiam adverbialiter. *Cic. de Un.* Ut nulla pars hujusce generis excederet extra. ¶ *Extra quam* ponebatur pro *nisi*, in exceptionibus concipiendis. *Cic.* 1. *de Inv.* Postulat is, quicum agitur, a Prætore exceptionem, extra quam si in reum capitis præjudicium fiat. ¶ Extra pretium esse, apud *Plaut. Pœn.* 1. 2. 119. est, omne pretium excedere.

Extraclūsus, a, um, nom. ex particip. relictus, non assignatus, ut ager, vel locus extraclusus. *Frontin.* apud *Goes. p.* 39. & *Aggenus ibid. p.* 60. Extraclusa regio. *Hygin. ibid. p.* 189. h. e. extra limites posita.

Extractorius, a, um, adject. ἐξαιρετικός, qui extrahit. *Plin. lib.* 24. *c.* 11. Vulgaris arundo extractoriam vim habet.

Extractus, a, um, *portato innanzi, differito*, particip. ab extraho. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 28. Tractandis conditionibus extracto primo noctis tempore. *Liv. l.* 4. *c.* 41. Usque ad noctem extractum certamen. *Horat. l.* 1. *sat.* 1. *v.* 11. Rure extractus in urbem. V. *Extraho*.

Extraho, is, xi, ctum, a. 3. *trar fuori*, חלץ, Germ. *ausziehen*, Gal. *tirer*, Hisp. *sacar*, ἐξέλκω, extra traho, elicio. *Cic. pro Cluent. cap.* 13. Extrahitur domo Oppianicus a Manilio. *Id. in Acad.* Epicurus ex animis hominum radicitus extraxit religionem. ¶ Translate ponitur pro liberare, ut Extrahere se ex aliquo negocio. *Ter. Phor.* 1. 4. 3. Neque quo modo me inde extraham. ¶ Est item consumere. *Cæs.* 1. *B. Civ.* Catone acerrime repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente. ¶ Item differre. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Per obtrectatores Lentulis res calumnia extracta est. ¶ Item subducere, liberare. *Nepos Eumen. c.* 5. Seque ac suos omnes extraxit incolumes. ¶ Item sustinere. *Stat.* 1. *Theb. v.* 323. Spes anxia mentem Extrahit. & *l.* 3. *v.* 574. populumque, ducesque Extrahit incertis.

Extramuranus, a, um, adject. qui extra murum est, cui opponitur intramuranus. *Lamprid. Heliogab. c.* 27. Exoleti extramurani, & intramurani. *Ascon. Pedian. in Verr.* 4. *c.* 6. Magistratus intramuranus.

Extranĕus, o. 1. 2. *straniero, forastiero*, ἀλλότριος, qui est ex altera terra,

ra, quasi exterraneus, vel simpliciter ab *extra*. *Auct. ad Her. l.* 4. Aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus. *Suet. Claud. c.* 4. Hæres extraneus.

Extraordinarĭus, o. 1. 2. *straordinario*, Ger. *ausser der ordnung*, Gal. *extraordinaire*, Hiſ. *extraordinario*, ἔκτακτος, quod eſt preter ordinem. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. *ſub fin.* Extraordinariæ fructuum ſpecies. *Cic. Philip.* 11. *c.* 7. Extraordinarium imperium. *Id. in Brut. c.* 63. Conſulatus petitio extraordinaria. *Liv. l.* 40. *c.* 31. Extraordinarii equites.

Extrarĭus, a, um, o. 1. 2. *foreſtiero*, ἀλλότριος, alienus, alienigena, hoc eſt, qui ex ea, in qua agimus, civitate oriundus non eſt, aut qui ex noſtra familia non eſt, ab *extra*. *Feſtus*: Extrarius ab extraneo ſic diſtinguitur: extrarius eſt, qui extra focum, ſacramentum, juſque ſit, extraneus ex altera terra, quaſi exterraneus. *Ter. Phorm.* 4. 1. 13. Hanc conditionem ſi cui tulero extrario. *Suet. Veſpaſ. c.* 5. Canis extrarius. ¶ Extrarium etiam dicitur, quicquid extra rem, de qua agitur. *Auct. ad Her. l.* 2. Sine ulla aſſumptione extraria defenſionis.

Extremadūra, f. 1. *Eſtremadura*, Prov. Hiſpaniæ, pars Regni Legionis, inter ipſum ad Bor. Andaluziam ad Mer. Portugallium ad Occ. & Caſtellam N. ad Or. ¶ Extremadura Portugallica, prov. R. Portugalliæ, verſus oſtia Tagi fl.

Extremiſco, is, mui, n. 3. tremiſco, *tremare*. *Sedul. l.* 4. *v.* 286. Extremuit lethale chaos. Quidam tribuunt etiam *Minucio Felici c.* 28. ſed alii pro *extremiſcunt*, legunt *contremiſcunt*.

Extremĭtas, f. 3. *eſtremità*, קצה, Ger. *das ende*, Gal. *la fin*, *le bout*, Hiſ. *el fin*, *elcabo*, τὸ ἔσχατον, id, quod in quaque re extremum eſt. *Cic.* 2. *Fin.* Infinitaſque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Extremitas circuli. *Id. l.* 35. *c.* 10. Extremitas picturæ. *il dintorno*, *il contorno*.

Extrēmo, adv. *ultimamente*, באחרונה, Ger. *letzlichen*, Gal. *en fin*, Hiſp. *ultimadamente*, *enfin*, τελευταῖον, ultimo, in fine. *Cic. Att. l.* 12. Quod enim ſcribis extremo. *Nepos* 22. *c.* 2. Extremo cum ad deſperationem perveniſſent.

Extrēmum, adverb. *l'ultima volta*, extremo. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 3. *v.* 15. Alloquor extremum mœſtos abiturus amicos.

Extrēmus. V. Exterior.

Extricabĭlis, le, adject. Quidam Lexicographi afferunt loc. *Plin. l.* 36. *c.* 13. ſed ibi lege *Inextricabilis*.

Extricātus, a, um, adject. explicatus, expeditus, *ſviluppato*. *Horat. l.* 3. *od.* 5. Extricata denſis cerva plagis. *Ulp. l.* 27. *Dig. ad leg. Aquil.* §. 19. Extricatæ margaritæ. h. e. purgatæ, perpolitæ.

Extrīco, as, avi, atum, a. 1. *diſtricare*, Ger. *entwirren*, Gal. *developer*, Hiſ. *deſembolver*, ἐξελίττω, explico, libero a tricis. *Vatin. Cic.* 5. *Fam. ep.* 10. De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico. *Plaut. Epid.* 1. 2. 49. Aliqua ope me exſolvam, extricabo me aliqua. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 88. Mercedem, aut nummos unde unde extricat. h. e. parat, eruit, *trova fuori*.

Extrilīdus, a, um, adject. impavidus, infractus, quaſi qui extra læſionem eſt, ab *extra*, & *lædo*. *Gell. l.* 19. *c.* 1. Hominem conſpicimus impavidum, & extrilidum. ¶ Alii extrilidum interpretantur exalbidum, timore pallentem. V. ipſum Gellii locum.

Extrinsĕcus, adv. *di fuori*, מחוץ, Ger. *von auſſen*, Gal. *au dehors*, Hiſp. *defuera*, ἔξωθεν, externe, ab exteriori parte, ab *externus*, & *ſecus*, quod interdum ſignificat prope, quaſi *ſecus externa*. *Cic.* 4. *Acad.* Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines, nobis dormientibus. ¶ Recentiores adjective uſurpant, ut *Tertull. de Pall. c.* 1. ſed non ſunt imitandi.

Extrītus, a, um, adject. ut extrita ſyllaba, (h. e. per ſyncop. eliſa) *Quintil. l.* 9. *c.* 3. *Lucret. l.* 5. *v.* 1097. Exprimitur validis extritus viribus ignis. h. e. terendo elicitus.

Extro, as, n. 1. *uſcire*, exeo, apud vet. *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 279. Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

Extrūdo, is, uſi, uſum, a. 3. *cacciar fuori*, הדיח, Ger. *auſſtrucken*, Gal. *chaſſer*, *pouſſer hors*, Hiſp. *ochar*, ἐξωθέω, extra trudo, per vim expello. *Cic.* 7. *Fam.* Quo in numero tu certe fuiſſes, niſi te extruſiſſemus. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 5. Me extruſiſti ex ædibus. Et *verſ.* 31. Decies die uno ſæpe extrudit ædibus. ¶ Pro vendere, *Hor. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 11. Laudat venales, qui vult extrudere, merces, *ſpacciar la ſua mercanzia*.

Extrŭo. V. Exſtruo.

Extrūſus, a, um, *cacciato fuori*. *Lucret. l.* 3. *v.* 978. Cedit enim rerum novitate extruſa vetuſtas.

Extuberatĭo, f. 3. tuberculorum eruptio. *Plin. l.* 31. *c.* 9. Luxatis imponitur, item extuberationibus.

Extuberātus, a, um, adject. *gonfiato*. *Ammian. l.* 22. *c.* 15. Aviditate nimia extuberatus venter. *Solin. c.* 27. (al. 40.) Enormi corpulentia extuberatus.

Extubĕro, as, avi, atum, n. 1. *gonfiarſi*, אבח, Ger. *ſich auffblaſen*, Gal. *s'enfler*, Hiſp. *hincharſe*, ἐπιφυσάω, intumeſco, excreſco. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Radice foliosa, ex qua media veluti extuberat. ¶ Nonnumquam active ponitur pro tuberibus inæquale aliquid reddere. *Sen. l.* 6. *nat. quæſt.* Defert montes, ſubrigit plana, valles extuberat.

Extŭlo, is, dicebant Antiqui pro extra fero. Itaque legunt nonnulli in *Plaut. Moſt.* 1. 2. 41. Extulunt, parant ſedulo &c. Alii *extollunt*.

Extumĕo, es, ui, n. 2. *gonfiarſi*, ἐξοιδέω. *Plaut. Truc.* 1. 2. 96. Uterum illi nunquam extumere ſenſi.

Extumeſco, is, ui, n. 3. idem quod extumeo. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Perſicos illos extumeſcentes pinguiter.

Extumĭdus, o. 1. 2. idem ac tumidus, *gonfiato*, *ſollevato*. *Varro de re ruſt. l.* 1. *c.* 51. Potiſſimum rotundam, & mediam paulo extumidam.

Extunc, adverb. ex illo tempore, *da quel tempo*. *Apul. l.* 7. *A. A.* Ex tunc pœnæ reſervatus.

Extundo, is, tudi, tuſum, a. 3. *sforzare*, ἀποθλάω, vi, vel blanditiis aliquid extorqueo. *Suet. Veſpaſ. c.* 2. Ea demum extudit magis convicio, quam precibus. ¶ Ponitur etiam pro ſtudioſe facere, invenire. *Virg.* 1. *Georg. v.* 133. Ut varias uſus meditando extunderet artes. ¶ *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 14. Cum labor extuderit faſtidia. h. e. removerit, ejecerit. ¶ Reperitur etiam Pro valde tundere. *Senec. Controv. l.* 6. Alterius diminutas ſcapulas in deforme tuber extundit.

Exturbātus, a, um, adject. expulſus, dejectus, *cacciato fuori*, *abbattuto*. *Cic. Ver.* 4. *c.* 30. Antiochus præceps provincia exturbatus. *Catul. carm.* 65. *v.* 108. Pinus radicibus exturbata.

Exturbo, as, avi, atum, a. 1. *ſcacciare*, גרש, Ger. *hinauſſ ſtirmen*, Gal. *chaſſer*, Hiſp. *arrojar*, *echar*, ἐκβάλλω, extra turbo, expello, per vim ejicio. *Cic. in Rul.* Exturbari, & expelli plebem ex agris, non conſtitui, & collocari. *Id. pro Quint.* Miſerum fortunis omnibus exturbari. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 169. Niſi illi maſtigiæ exturbo oculos, atque dentes. ¶ Eſt etiam valde turbare. *Cic. Q. Fr.* 1. *ep.* 4. Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam. *Liv. l.* 6. Hæc nova injuria ſpem pacis exturbavit. ¶ *Aſcon. in argum. orat. pro Mil.* Milo exturbari tabernam juſſit. h. e. perfringi.

Extuſsĭo, is, ivi, itum, a. 4. eſt tuſſiendo aliquid ejicere. *Plin. l.* 35. *c.* 15. Purulenta quoque extuſſientibus. *Celſ. l.* 2. *c.* 8. Vomicam excitat, ſic ut extuſſiatur.

Extuſsītus, a, um, adject. tuſſiendo ejectus, ut extuſſita ſputa, *Cæl. Aurel. Acut.* 2. *c.* 13.

Exubĕrans, antis, adject. o. 3. uberius abundans. *Gel. l.* 3. *c.* 9. Vigoreque, & colore exuberantiſſimo.

Exuberantĭa, æ, f. exuberatio. *Gell. l.* 2. *c.* 6. Phœniceus color exuberantiam ſignificat ruboris.

Exuberatĭo, onis, f. abundantia. *Vitruv. l.* 1. *c.* 4. Exuberationibus, aut defectionibus laborare.

Exubĕres, com. 3. infantes ab uberibus remoti, ſeu ablactati. *Feſtus*.

Exubĕro, as, n. 1. *abbondare*, הותיר, Ger. *uberflüſſig ſeyn*, Gal. *abonder*, Hiſp. *abundar*, *ſobrar*, ὑπερβλύω, ſuperabundo, ab adject. *uber*, plenus, fœcundus, fertilis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 516. Pomiſque exuberat arbor. ¶ Reperitur etiam active. *Col. l.* 9. *c.* 4. Quæ favorum ceras exuberant. hoc eſt, uberes reddunt.

Exuccus. V. Exſuccus.

Exūdo. V. Exſudo.

Exvēlo, as, avi, atum, a. 1. develo, detego, *ſvelare*. *Propert. l.* 3. *el.* 14. *v.* 3. Ut mihi prætextæ pudor exvelatus amictu. Ita leg. Scalig. Alii, *eſt velatus*.

Exverræ, vel exverriæ, f. 1. purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fiebat per everriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab *everrendo*, hoc eſt, purgando. *Feſt.* Vel, quod idem eſt, Exverriæ erant februi genus, quo purgabant familiam juſta facientes ad digitum, quem mortuo abſciderant, antequam reliquum corpus combureretur. *Joſ. Scalig. ad loc. Feſt.*

Exverto, is, erti, ſum, n. 3. *prevenire*, eſt prævenire, præoccupare. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 52. Cito homo exverti poteſt. Optimi Codices habent, *perverti*.

Exūgo, V. Exſugo.

Exvibriſſo, as, n. 1. idem ac vibriſſo. *Titin.* apud *Feſt.* Si erit tibi cantandum, facito, uſque exvibriſſes.

Exul, ulis, com. 3. *eſule*, *bandito*, גר, Ger. *vverbannter*, Gal. *bany*, Hiſ. *deſterrado*, φυγὰς, exilio mulctatus, extorris, ejectus, quaſi *ex ſolo*, ſeu ejectus extra ſolum. *Cic. pro Dom. c.* 27. Quid enim exul? ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis. *Horat. l.* 2. *od.* 16. Patriæ quis exul ſe quoque fugit? *Tacit. Ann.* 14. *c.* 63. Alia exul. ¶ Translate *Ovid. Metam.* 9. *v.* 410. Attonituſque malis, exul mentiſque, domuſque. ¶ Aliqui ſcribunt *exſul*.

Exulāris, re, adject. ad exulem pertinens, ſeu ad exilium. *Ammian. l.* 15. *c.* 3. Exulari pœna damnare aliquem. Adde *l.* 14. *c.* 5.

Exulatĭo, onis, f. *bando*, idem ac exilium. *Flor. l.* 1. *c.* 22. Inde clariſſimos Principes exulatione mulctavit.

Exulceratĭo, f. 3. *piaga*, ἕλκωσις, plaga. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Et interaneorum, veſicarumque exulcerationibus. *Celſ. lib.* 4. *cap.* 25. Si nulla exulceratio eſt.

Exulceratorĭus, o. 1. 2. *che impiaga*, exulcerandi vim habens. *Plin. l.* 32. *c.* 7. Exulceratorium medicamentum.

Exulcerātrix, icis, quæ exulcerat. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Vis ei ſtiptica, & exulceratrix.

Exulcerātus, o. 1. 2. partic. ab exulceror, *piagato*. Translate *Cic. pro Dejot.* Ut in exulcerato animo facile fictum crimen reſideret. Adde *l.* 1. *Fam. epiſt.* 1. *ſub fin.*

Exulcĕro, as, avi, atum, a. 1. *impiagare*, מחץ, Ger. *dieſchvverend machen*, Gal. *exulcerer*, *bleſſer*, Hiſ. *llagar*, *enconar*, ἀφελκόω, ulcus induco. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Lepras, lichenas, lentigines exulcerat. ¶ Translate ponitur pro exaſperare, vel exacerbare. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 75. Quæ ſanare nequeunt, exulcerant. *Idem de clar. Orat.* Exulcerare gratiam alicujus.

Exŭlo, as, avi, atum, n. 1. *eſſer bandito*, גלה, Ger. *verbanter ſeyn*, Gal. *être banny*, Hiſp. *eſtar deſterrado*, φεύγω, patria privatus ſum; & duobus modis dicitur, de loco, in quo exul eſt, & de quo ejectus eſt. *Cic.* 2. *de Div.* Cum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret. *Ter. Eun.* 3. 5. 62. Domo exulo. *Plaut. Merc.* 3. 4. 59. Exulatum ire. ¶ Translate *Id. ib. prol. v.* 43. Res exulatum ad illam (meretricem) abibat clam patris.

Exulto cum derivat. V. Exſulto.

Exululātus, o. 1. 2. partic. ab exululo, ſub voce paſſiva active ſignificans. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 1. *v.* 42. Dum ſtupet Idæis exululata jugis.

Exulŭlo, n. 1. *urlare forte*, ἐξολολύζω, valde ululo. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 233. Nactuſque ſilentia ruris exululat.

Exſum, V. Exeſto.

Exundatĭo, f. 3. *inondazione*, κατακλυσμὸς, ſupereffluentia. *Plin. l.* 19. *c.* 3. Niſi exundatione fluminum invecto ſemine a Tiaris.

Exundo, as, avi, atum, n. 1. *ſoprabbondare*, Ger. *uberlauffen*, Gal. *ſe deborder*, Hiſ. *ſobrepujar*, *ſalirſe*, κατακλύζω, alveum exeo, extra alveum undas effundo, extra alveum effluo. *Col. l.* 8. *c.* 16. Rivis, per quos exundat piſcina, præfigantur ænei cancelli. ¶ Translate eſt copioſum eſſe, abundanter effluere. *Tac. in Dial. de Orat.* Exundat, atque exuberat admirabilis illa eloquentia. *Sen. Oedip.* Dolor exundat alte merſus. *Id. Hippol.* Vapor exundat antro.

Exungo, is, a. 3. idem ac ungo. *Plaut. Rud.* 2. 7. 22. Eluas tu, an exungare, circum non interduim.

Exunguis, e, adject. qui ungue caret. *Tertul. de Pal. c.* 5. Beſtia edentula, & exunguis, & excornis.

Exungŭlo, as, a. 1. ἐξονύζω, ungues aufero. Affertur locus ex *Plaut. Truc.* 2. 2. 57. Sed ibi mira eſt lectionis varietas. ¶ Exungulare, neut. ſignif. pro ungues amittere, habet *Veget. l.* 2. *c.* 57. Si exungulaverit jumentum.

Exŭo, is, exui, tum, a. 3. *ſpogliare*, פשט, Germ. *auſſziehen*, Gall. *depouiller*, Hiſp. *deſpojar*, ἀποδύω, indumenta detraho, ſpolio, denudo, ab ἐκδύω, exuo. Nonnulli a *ſuo* derivant, & ſcribunt *exſuo*. *Senec. ep.* 91. Alicui veſtem exuere. *Virg.* 5. *Æn.* Magna oſſa, lacertoſque exuit. ¶ Translate ſignificat auferre, privare. *Liv. l.* 1. Primo ſe agro paterno, avitoque exuiſſe, deinde reliquis fortunis. ¶ Item deponere, abjicere, *deporre*. *Cic. pro Lig. c.* 5. Nonne omnem humanitatem exuiſſes? *Tac.* 1. *Ann. c.* 75. Exuere virtutes. Et *l.* 6. *c.* 20. Exuere vitia. ¶ Exuere jugum, eſt ſervitute ſe liberare. *Liv. l.* 35. *c.* 17. ¶ Exuere mores antiquos, *deporre gli antichi coſtumi*. *Id. l.* 37. ¶ Exuere vultus ſeveros, *Ovid.* 3. *Amor. el.* 4. ¶ Exuere animam, *morire*. *Id.* 14. *Metam.*

Exupĕro cum derivat. V. Exſupero.

Exurdo, V. Exſurdo.

Exurgĕo, es, a. 2. *cavar fuori*, exprimo, elicio, ductum a ſpongia, quę ut humorem reddat, urgetur, & comprimitur. *Plaut. Rud.* 4. 3. 69. Exurgebo quidquid humoris tibi eſt. *Cato*. Exurgeto ſuccum, &c.

Exurgo, V. Exſurgo.

Exūro, is, exussi, ustum, a. 3. *abbruciare*, שרף, Ger. *verbrennen*, Gal. *brusler*, Hisp. *quemar*, κατακαίω, idem ac uro, vel igne prorsus consumo. *Cic. in P. s. c.* 4. Locri, Photii Bœotii exusti. *Lucret. l.* 3. *v.* 931. Sitis exurit uniseros. ¶ Translate est delere, ut *inuro* est imprimere. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 3. Mihi quidem ex animo exuri non potest, esse Deos. Sunt qui aliter legunt ex conjectura.

Exusco, V. Exsuscito.

Exustio, f. 3. *abbruciamento*, שרפה, Germ. *brunst*, Gal. *brulement*, Hisp. *quemadura*, καῦσις, ustio. *Cic. in Som. c.* 7. Propter eluviones, exustionesque terrarum.

Exustus, a, um, adject. *abbruciato*, ut exustus ager, apud *Virgil.* 1. *Georg. v.* 107. Sole exustus caseus, apud *Colum. l.* 7. *c.* 8.

Exŭtus, a, um, adject. *spogliato*, *privato*. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Herculem exuta mortalitate in cœlum euntem. *Virg.* 11. *Æn. v.* 395. Exuti Arcades armis. *Tac. Ann. l.* 4. exutus bonis.

Exuviæ, arum, f. 1. *spoglie*, שלל, Germ. *raub*, *beut*, Gall. *depouilles*, Hisp. *despojos*, τὰ ἔναρα, vestes exutæ, ab *exuo*. *Virg.* 8. *Ecl.* Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit. ¶ Speciatim sumitur pro spoliis hostibus detractis. *Cic. pro L. Man. c.* 18. Cum eum vobis majores vestri exuviis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. ¶ Dicuntur etiam de tegminibus brutorum animantium, ut de veteri serpentis pelle. *Virg.* 2. *Georg.* Cum positis novus exuviis, nitidusque juventa volvitur. ¶ Exuviæ bubulæ, apud *Plaut. Most.* 4. 1. 26. sunt lora ex corio bubulo, ad servos cædendos. Mane, inquit, castigabit eos bubulis exuviis.

DE LITERA F.

F Litera a Prisciano inter mutas numeratur: ab aliis inter semivocales, eo quod a vocali incipiat, & in seipsam terminetur. Hæc alio nomine dicta est digamma Æolicum, quod duplex gamma imagine referat. Eundem sonum habet, quem apud Græcos Φ. Unde etiam dictiones aliquæ Græcæ in Latinorum usum receptæ, quæ apud illos per Φ scribuntur, apud Latinos scribuntur per F, ut *Famæ*, *Fanum*, & similia. Vetustissimi hac litera loco aspirationis uti solebant. Dicebant enim *Fordeum*, *trafo*, *vefo*, pro *Hordeum*, *traho*, *vehо*. Fuerunt præterea apud antiquissimos, qui loco F uterentur B, *Bruges* dicentes pro eo, quod posteri *Fruges* dicere maluerunt. Hunc Claudius Cæsar inversam *v* consonantis vicem voluit præstare, quod etiam hodie in plerisque vetustis monumentis conspicitur: nunquam tamen efficere potuit, ut omnium consensu reciperetur.

F A N T E A.

Faba, æ, f. 1. *fava*, בוֹל, Ger. *bone*, Gal. *feve*, Hisp. *hava*, κύαμος, genus leguminis. *Cic.* 1. *de Div.* Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis quærenti vera contrariam. *Plaut. Aulul.* 5. 1. 9. Quid reperisti? Str. Non quod pueri clamitant in faba se reperisse. h. e. non rem nihili, puta vermiculum in faba nascentem, quem *midam* vocant. *Ter. Eun.* 2. 3. 89. At enim istæc in me cudetur faba, h. e. in me hoc malum recidet, quemadmodum cum faba cuditur, laborat solum, in quo cuditur. ¶ Faba Græca λοπὰς dicitur. *Plin. l.* 18. *c.* 12. ¶ Faba porcina, herba est, quam vulgo corrupto vocabulo *Jusquiamum* appellant. V. Hyoscyamus.

Fabacĕus, a, um, *di fava*, fabalis. *Pallad. in Novembr. tit.* 1. Calamos fabaceæ messis eduxit.

Fabacĭa, æ, f. 1. κυαμίτης, genus libi ex fabis. *Plin. l.* 18. *c.* 12. ¶ *Apicio l.* 5. *c.* 6. Fabaciæ virides, sunt caules, fruticesque fabarum.

Fabagĭnus, a, um, adject. qui est ex faba, ut fabaginum acus. *Cato R. R. c.* 54.

Fabalĭa, ium, n. 3. *stoppie di fava*, Ger. *bonenſtrob*, Gal. *chaumes de feves*, Hisp. *canas de havas*, stipulæ fabarum, hoc est, culmi illi, ex quibus siliquæ fabaceæ dependent. *Col. l.* 2. *c.* 10. Malle se matura fabalia, quam trimestrem fructum. *Tertul. de Anim. c.* 31. Pythagoras, ne per fabalia quidem transeundum, suis traditit.

Fabalis, & le, o. 3. *di fava*, quod ad fabam spectat. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 725. Stipulamque fabalem sæpe tuli. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Fabales siliquæ.

Fabāris, is, m. Italiæ flu. per Sabinos transiens, qui & Farfarus dicitur. *Virg.* 7. *Æn. v.* 715. Qui Tiberim Fabarimque bibunt. *Ovid.* 14. *Met. v.* 330. Et amœnæ Farfarus umbræ.

Fabarĭus, a, um, adject. fabalis, ad fabam pertinens, ut fabaria insula, *Borkum*, apud *Plin. l.* 14. *c.* 13. ita dicta a frugis similitudine sponte ibi proveniente. ¶ Fabariæ calendæ dicebantur Juniæ, quod in iis fabæ recentes rebus divinis adhibebantur. *Macrob. Sat. l.* 1. *c.* 1. ¶ Fabaria pila, vas concavum, in quo fabæ tunduntur. *Cat. c.* 12. *R. R.*

Fabatarĭum, ii, n. genus vasis, in quo fabarum grana, vel fabata reponuntur. *Lamp. Heliog. c.* 20. Ut exhiberet plenis fabatariis, & discis.

Fabella, f. 1. dim. a fabula. *Cic.* 2. *de Div. c.* 38. Nihil debet esse in Philosophia commentitiis fabellis loci. *Phædr. l.* 4. *fab.* 6. *v.* 22. Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ. h. e. nec fabulosæ narrationculæ breviores, quales sunt Æsopiæ; nec longiores, & graviores, ut Tragœdiæ.

Faber, fabri, m. 2. *fabbro*, חרש, Ger. *verckman*, Gal. *ouvrier*, *enquelque matiere que ce ſoit*, Hisp. *oficial*, τεχνικὸς, omnis artifex, qui e quavis duriore materia facit aliquid, a *facio*. Nam qui ex gypso, ex argilla, aut cera aliquid conficit, *plastes* vocatur. Habet amplam significationem, quæ tamen limitatur ex significatione adjectivi adjuncti, ut *faber ferrarius*, qui aliquid ex ferro conficit, *faber tignarius*, qui tigna ad ædificia concinnat, *faber aurarius*, qui ex auro aliquid excudit, & sic de cæteris. *Cic. in Bruto. c.* 73. Ego me Phidiam esse malim, quam vel optimum fabrum tignarium. ¶ In gen. plur. usitatius est *fabrum*, quam *fabrorum*. *Cic. in Orat. c.* 46. Fabrum, & procum audeo dicere, non fabrorum, & procorum. *Id. Att. l.* 9. Jam duo præfecti fabrum Pompeji in meam potestatem venerunt. *Plaut. Most.* 1. 2. 54. Frugi usque, & probus fui, in fabrorum potestate dum fui. ¶ Translate *Sallust. ad Cæs. de Rep. ord.* Res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse quemque fortunæ suæ. ¶ Faber est etiam piscis genus, alio nomine Zeus, *Plin. l.* 9. *c.* 18.

Faber, a, um, adject. fabrilis, ad fabrum pertinens, *fabbrile*, *ingegnoso*. *Ovid.* 8. *Met. v.* 159. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. *Appul. l.* 2. *Florid.* Annulus aureus faberrimo signaculo.

Fabianus, a, um, o. 1. 2. quod ad Fabium pertinet, ut Arcus Fabianus, qui constructus est juxta regiam in via sacra. Et Fabiani milites, apud *Nep.* 11. 2.

Fabienses, m. 3. pop. Latii, finitimi Albanis. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Fabĭi, m. 2. olim Flavii, gens Romæ nobilissima, dicta a *fabæ* satione, quod eo tempore, quo Romani pene omnes agriculturam exercebant, primus, qui hoc nomine appellatus est, in faba serenda excelleret. Aliqui volunt, dictos esse a *fovea*, seu antiquo *favia*, vel *favea*, quod Hercules matrem ejus, unde genus hoc cœpit, ad foveam compresserit. ¶ Fabiorum tanta Romæ potentia fuit, ut bellum adversus Vejentes soli cum suis clientibus, & servis in se se receperint. Sed cum ex levibus aliquot prælitis sæpius victoriam reportassent, tandem ad Alliam flu. insidiis circumventi, ad unum omnes cæsi sunt. Erant autem sex, & trecenti. Ex tanta clade unus tantum superfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in Urbe relictus erat, ex cujus sanguine per longam nepotum seriem natus Fabius ille Maximus, qui Dictator adversus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam, aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus restituit. Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, a Rege Allobrogum ad Isaram flu. interempto.

Fabĭus Pictor, Patricius Romanus, peritissimus Juris Civilis, litterarum, & antiquitatis. *Cic. in Bruto.*

Fabĭus, a, um, adject. ut Fabia tribus, de qua meminit *Suet. in Aug. c.* 40. Fuit una ex Rusticis.

Fabrateria, f. 1. *Favateria*, *Falvaterra*, Col. & opp. Volscorum, in Latio, prope Lirim fl. in ditione Pontificia, & in ipso confinio Regni Neapolitani, inter Aquinum, & Fregellas. Pop. Fabraterni, apud *Liv.* & *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Fabre, adverb. *artificioſamente*, Germ. *vverecklich*, Gall. *artificieuſement*, Hisp. *artificioſamente*, κατατεχνικῶς, artificiose, a faber. *Plaut. Men.* 1. 2. 23. Hoc factum est fabre. *Apul. l.* 1. *A. A.* navis faberrime facta.

Fabrefacio, is, a. 3. *edificare*, *fabbricare con artifizio*, Germ. *vverecklich machen*, Gal. *faire artificieuſement*, Hisp. *obrar con artificio*, τεκταίνομαι, ædifico, artificiose compono. *Plin. de Vir. illuſt. c.* 38. Classem magis validam, quam decoram fabrefecit.

Fabrefactus, a, um, particip. *fabbricato*, *fatto artifizioſamente*. *Plaut. Caſ.* 5. 1. 8. Nec fallaciam astutiorem ullam fecerit, atque ut hæc est fabrefacta a nobis. *Ammian. l.* 29. *c.* 1. Lana ex diversis materiis fabrefacta.

Fabriānum, n. 2. *Fabriano*, opp. amplissimum Piceni, unum ex quatuor maximis castellis Italiæ, in ditione Pontificia, & in Marchia Anconitana, ad radices Apennini Montis, in limite Ducatus Urbini inter Sentini rudera ad Occ. & Matelicam ad Or. Hic optima charta.

Fabrĭca, æ, f. 1. *bottega del fabbro*, Ger. *vverckſtatt*, Gal. *botiment*, *forge*, Hisp. *fabrica*, *botica*, ἐργαστήριον, proprie est fabri officina. Hinc quas *officinas armorum* Cæsar dixit, eas *Veget. l.* 2. *c.* 11. *fabricas armorum* vocat, quas publicas per singulas provincias Romani habebant: privatim enim exercere vetitum erat, ut ex *Notis Imperii*, & *Novell.* 85. constat. Qui hujusmodi fabricas exercebant ad arma publica cudenda, *Fabricenſes* dicebantur, quique præerant, *Præfecti fabrorum*. *Veges. loc. cit.* ¶ Est etiam fabrica ipsa ars fabrilis. Hinc fabrica materiaria, & ferraria, apud *Plin. l.* 7. *c.* 56. h. e. ars ducendi ferrum, &c. *Cic.* 2. *nat. Deor. c.* 13. Pictura, & fabrica, cæteræque artes habent quendam absoluti operis effectum. ¶ Item opus ipsum fabricatum, *fabbrica*. *id. ib. c.* 47. Admirabilis fabrica membrorum animantium. ¶ Translate pro dolo, seu machinatione accipitur. *Ter. Heaut.* 3. 2. 34. Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? *Plaut. Cist.* 2. 2. 5. Quot admœnivi illi fabricas, quot fallacias!

Fabricatĭo, f. 3. *fabbrica*, *compoſizione*, מכשיר, Ger. *machung*, Gal. *forgement*, *facon*, Hisp. *fabricacion*, κτίσις, actus fabricandi, item ipsa fabrica. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 53. Si erit tota hominis fabricatio perfecta.

Fabricator, is, m. 3. *fabbricatore*, עושה, Germ. *ſchmid*, Gal. *forgeur*, *ouvrier*, Hisp. *fabricador*, τεχνίτης, qui fabricat. *Cic. de Un.* Utrum ille fabricator tanti operis sit imitatus exemplar. *Virg. Æn.* 2. Doli fabricator.

Fabricātrix, icis, quæ fabricat. *Lactant. l.* 6. *c.* 22. Mortis fabricatrix voluptas.

Fabricatus, us, m. 4. idem quod fabricatio. *Sidon. l.* 3. *epiſt.* 13. Hoc fabricatu amicitiarum culmen ædificat.

Fabricatus, a, um, adject. *fabbricato*, *fatto con artifizio*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 46. machina fabricata. *Ovid. Met.* 8. *v.* 669. Pocula fabricata Iago. *Velleg. l.* 2. *c.* 27. Cuniculi miro opere fabricati.

Fabricenses, ium, m. 3. qui in publicis fabricis ad arma cudenda exercentur. V. Fabrica.

Fabrĭcĭus pons, *Ponte di quattro capi*, unus ex pontibus urbis Romæ, a Fabricio Consule, a quo extructus est.

C. Fabrĭcĭus Luscinus, Civis Romanus, frugalissimus, exemplar paupertatis, in cujus domo ex argento patella tantum, & salinum fuit colendorum Deorum causa, ita tamen, ut patella corneo pediculo fulciretur. *Val. Max. l.* 4. *c.* 4. *n.* 3. A Samnitibus, quos universos in clientelam habebat, decem æris, & quindecim pondo argenti, totidemque servos sibi missos in Samnium remisit. *Id. l.* 4. *c.* 3. *n.* 6. Censor P. Cornelium Rufinum duobus Consulatibus, & Dictatura tunctum e Senatu ejecit, quod decem pondo vasa argentea comparasset. *Id. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 4. *Liv. l.* 14. Ejus filiæ ob paupertatem de publico dotatæ fuerunt. Legatus ad Pyrrhum profectus, cum apud eum Cyneam Thessalum narrantem audisset, quendam Athenienſem clarum sapientia suadere, ne quid aliud homines, quam voluptatis causa, facere vellent, pro monstro eam vocem accepit, continuoque Pyrrho, & Samnitibus istam sapientiam deprecatus est. *Id. l.* 4. *c.* 3. *n.* 6. Fuit præstantissimus Imperator. Adversus Pyrrhum, & Samnites gravissima bella gessit. Medicum Pyrrhi domini sui mortem venenum pollicentem vinctum ad Regem remisit. *Liv. l.* 13.

Fabrĭco, as, a. 1. & fabricor, aris, d. 1. *fabbricare*, בנה, Ger. *bauven*, Gal. *forger*, Hisp. *labrar*, *fabricar*, τεκταίνομαι, fabrili arte aliquid conficio. *Ovid.* 13. *Met.* Craterem Æneæ, quem jam fabricaverat Alcon. *Cic.* 3. *de Orat.* Capitolii fastigium illud, & cæterarum ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. ¶ Translate *Sen. epiſt.* 16. Philosophia animum format, & fabricat. *Cicer.* 4. *Acad.* Fabricate verba.

Fabrĭcus, a, um, adject. fabrilis, *Paul. JCtus l.* 19. *ff. de inſtruct. & inſtrum.* Servus arte fabrica peritus.

Fabrificatĭo, onis, f. *Tertul. Apol. c.* 12. Non sentiunt injurias, & contumelias suæ fabrificationis Dii vestri.

Fabrĭlis, le, o. 3. *de fabbro*, τεκτονικὸς, quod est fabri, sive quod ad fabrum pertinet. *Cic. Att. l.* 6. Erratum fabrile putavi. ¶ Fabrilia, ium, n. 3. res fabrorum. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 116. Tractant fabrilia fabri.

Fabrĭlĭter, adverb. artificiose, more fabri. *Prudent. Apotheoſ. v.* 519. Opifex fabriliter aptans composuit.

Fabŭla, æ, f. 1. *favola*, *novella*, כשל, Ger. *fabel*, Gal. *fable*, Hisp. *fabula*, μῦθος, quod in ore omnium versatur, rumor populi, res passim divulgata, sive vera, sive ficta sit, a *fari*. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 13. *v.* 9. Ne vulgi fabula fiam. Sic *Terent. Hec.* 4. 3. Nos fabulæ sumus. *Suet. in Aug. c.* 70. Cœna ejus secretior fuit in fabulis. ¶ Speciatim fabula dicitur narratio ad delectationem, & utilitatem inventa, rerum confictarum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Jam vero quid vos illa delectant, explicatio fabularum, & enodatio nominum, exectum a filio Cœlum, victum itidem a filio Saturnum? ¶ Hujus generis sunt, quæ in Tragœdiis, & Comœdiis

dis exhibentur. *Cic. in Bruto*. Atque hic Livius, qui primus fabulam C. Clodio Cæci F. & M. Tuditano Coss. docuit. ¶ Hujusmodi autem fabulæ diversa fortiuntur nomina pro habitu, & qualitate personarum, quæ in eis introducuntur. Aliæ enim *Togatæ* dicebantur, quarum personæ togis, & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ *Palliatæ*, cum personæ Græco more palliis indutæ in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, ut Romanis toga. Deinde togatarum genera quatuor erant, *Prætextatæ*, *Tabernariæ*, *Atellanæ*, *Planipediæ*. *Prætextatæ* erant, in quibus Regum, vel Magistratuum, qui prætexta induti erant, acta comprehendebantur. *Tabernariæ* illæ erant, quibus humiles, & privatæ personæ inducebantur, quales fere sunt mercatores, & institores, qui in tabernis merces suas vendere consueverunt. *Atelanæ* erant, in quibus ridiculæ personæ inducebantur, jocis, & salibus vellicantes, dictæ ab Atella Campaniæ oppido, in quo plurimæ actitatæ sunt. *Planipediæ* dictæ sunt a planis histrionum pedibus, qui ob humilitatem argumenti, & vilitatem personarum neque cothurnis utebantur, neque soccis. ¶ Docere fabulas dicuntur, qui fabulas, seu comœdias componunt, & agendas dant histrionibus. *Cic. de clar. Or.* cujus verba modo attulimus. V. Doceo. ¶ Dare fabulam eodem fere sensu dicitur. *Id. 1. Tusc.* Annis fere 410. post Romam conditam Livius fabulam dedit. *Ter. in prol. Hec.* Hecyra est huic nomen fabulæ; hæc cum data est nova, &c. ubi *Donatus:* Ita dicitur, data est fabula, ut, data est cœna, datum est prandium. *Et*, dari dicitur fabula, cum agitur. ¶ *Lupus in fabula*, proverb. est, quo utimur, cum is ipse, de quo adhuc colloquti sumus, repente adest; atque ob eam causam sermonem abrumpimus. *Ter. Adel.* 4. 1. 21. Eodem sensu *Plaut.* dixit *Stich.* 4. 1. 71. Atque eccum tibi lupum in sermone. ¶ Est etiam fabula diminut. a *faba*. *Plaut. Stich.* 5. 4. 8. Hoc convivium est, nucibus, fabulis, ficulis.

Fabularis, re, o. 3. idem ac fabulosus, ut Historia fabularis, in qua multa falsa. *Suet. in Tib. c.* 70. Maxime tamen curavit historiæ fabularis notitiam.

Fabulātor, m. 3. *novellatore*, משׂחית, Germ. *schwetzer*, Gal. *faiseur de contes*, Hisp. *dezidor de cuentos*, facetus collocutor. *Suet. in Aug. c.* 78. Lectoribus, aut fabulatoribus accersitis resumebat. *Gel. l.* 2. *c.* 29. Æsopus ille e Phrygia fabulator.

Fabulīnus, m. 2. Deus, qui pueris primo fari incipientibus præesse putabatur, cui etiam Romani sacrificabant, cum primum liberi eorum fari incipiebant. *Non. c.* 2. *n.* 56. *ex Varrone*.

Fabŭlo, as, avi, atum, a. 1. idem quod fabulor. *Plaut. Mil.* 2. 4. 18. Quæ cum hoc insano fabulem. Et *ibid.* 2. 5. 33. Stulta, quæ vobiscum fabulem. Alii tamen his locis legunt *fabuler*. ¶ Hinc passive fabularier, pro dici. *Id. in Suppos. ad Amph. sc. Dii vostr. fid. v.* 3. Verum est, quod olim est auditum fabularier.

Fabŭlo, onis, m. congerro, qui nugas loquitur, item fabularum inventor, ut legitur in *Gloss. Isid. Macrob. l.* 2. *Satur. c.* 1. Planipes, & fabulo impudica verba jaciens. Ita restituit *Salmas. ad Sueton.* Vulgo leg. *fabulo*.

Fabŭlor, aris, d. 1. *ragionare*, *favellare*, *favoleggiare*, השׂחיח, Germ. *schwetzen*, Gall. *conter de fables*, Hisp. *dezir cuentos*, μυθολογέω, loquor, a fando. *Plaut. Capt.* 3. 4. 3. Quid fabulabor? quid negabo, aut quid fatebor? ¶ Speciatim est inepte garrire. *Liv. l.* 45. *c.* 39. Quid de Imperatore Paulo Senatus decreverit potius, quam quid Ser. Galba fabuletur, audi.

Fabulōse, adverb. *favolosamente*, μυθικῶς, cum fabula. *Plin. l.* 32. *c.* 11. Accedat his Taprobane, insulæque aliæ Oceani fabulose narratæ. ¶ Comp. fabulosius, sup. fabulosissime. *Plin. l.* 5. *c.* 1. Colonia a Claudio Cæsare facta Lixos vel fabulosissime ab antiquis narrata. *Ammian. l.* 23. *c.* 25. Ut Homerus fabulosius canit.

Fabulosĭtas, tis, f. 3. *ciancie*, fabulantium vanitas. *Plin. l.* 7. *c.* 52. Corvi effigie magna quidem fabulositate. Et *c.* 28. Si recipiatur poetica fabulositas.

Fabulōsus, o. 1. 2. *favoloso*, Germ. *erdicht*, Gall. *fabuleux*, Hisp. *fabuloso*, μυθώδης, quod commentitium est, vel quod fabulis, & figmentis celebratur, vel de quo multa finguntur. *Horat. l.* 1. *Carm.* 22. Vel quæ loca fabulosus lambit Hydaspes. ¶ Comp. fabulosior, sup. fabulosissimus. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Gygis quidem anulum quis non etiam fabulosiorem fateatur? *Id. l.* 5. *c.* 1. Atlas fabulosissimus.

Fabŭlum, li, n. 2. faba. *Gel. l.* 4. *c.* 11. Pythagoram Philosophum non esitavisse ex animalibus, item abstinuisse fabulo.

Facēla, æ, f. oluscŭlum, quod aceto maceratum apponitur. *Verus Epigram.* Quem recreat tessum gillo, facella, melo. Vox tamen est incertę auctoritatis.

Facelāre, is, n. acetarium, *insalata*. *Lamprid. Heliog. c.* 20. Barbas mullorum pro nasturtiis, apiastris, & facelaribus adhibuit. Alii legunt *faselaribus*. h. e. faselos conditos.

Facesso, is, facessi, itum, a. 3. facio, ago, exequor, a *facio*, ut capesso a *capio*. *Virg.* 4. *Georg. prop. fin.* Continuo matris præcepta facessit. ¶ Est item exhibere, inferre, ut Negocium facessere, *esser noioso*. *Cic. l.* 3. *Fam. epist.* 10. De temeritate eorum, qui tibi negocium facesserent. ¶ Item discedere, abire. *Cic. de Leg.* Ab omni societate Reip. paulisper facessant. *Liv. l.* 1. *c.* 47. Facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum.

Facēte, adv. *piacevolmente*, *facetamente*, Germ. *schimpflich*, Gal. *plaisamment*, Hisp. *donosamente*, κομψῶς, salse, venuste, urbane, eleganter. *Cic.* 6. *Ver.* Nunquam tantum mali est Siculis, quin aliquid facete, & commode dicant. ¶ Comp. facetius sup. facetissime. *Cic. pro Rosc. Am.* Nosque ab isto nebulone facetius eludimur. *Id.* 2. *de Or. c.* 55. Facetissime tres libellos tribus legendos dedit.

Facetĭæ, arum, f. 1. jocus, sal, lepos, cavillatio, dicacitas, urbanitas, festivitas, argutia, *facezie*, *burle*, *piacevolezze*, Ger. *schimpfreden*, Gal. *railleries*, Hisp. *donayres*, εὐτραπελίαι, sunt dicta arguta, & salsa, quæ risum movere possunt, deliciæ quædam sermonis, & dicta urbana sine scurrilitate. *Cic. in Brut. c.* 34. Scipio omnes sale, facetitisque superabat. ¶ Usurpantur etiam facetiæ de dictis mordacibus, & contumeliosis. *Tac. Ann.* 5. *c.* 2. Dicax idem, & Tiberium acerbis facetiis irridere solitus. Hinc illudere, & insectari facetiis aliquem, apud *eund. Ann.* 15. *c.* 25. &c. ¶ In singulari numero usus est *Apul. in Apol.* ubi ait: Scio, Æmilianum istum facetiæ sibi habere, res divinas deridere. ¶ De vario genere, & risu facetiarum apud *Cic. l.* 2. *de Orat.*

Facetĭor, aris, dep. 1. facetiis utor, *Sidon. l.* 3. *epist.* 13. Qui, quod verbis inverecundis aurium publicarum reverentiam incestant, granditer sibi videntur facetiari.

Facetōsus, a, um, o. 1. 2. idem ac facetus. *Cic.* 2. *Fin. c.* 31. Et in quantam hominum facetosam urbanitatem incurratis. Al. rectius leg. *facetorum*.

Facētus, o. 1. 2. urbanus, salsus, dicax, festivus, argutus, *faceto*, Ger. *schimpflich*, Gal. *facetieux*, Hisp. *donoso*, ὑπτράπελος, κομψός, qui salibus, & sermonis urbanitate, citra scurrilitatem tamen, abundat. *Cic. in Fam.* Tibi facetum videtur, quicquid ego dixi. ¶ Interdum sumitur pro venusto, & eleganti. *Cic. in Or.* Alii in eadem jejunitate concinniores, idest faceti, florentes etiam, & leviter ornati. ¶ Comp. facetior, sup. facetissimus. *Cic. de Leg. l.* 2. *c.* 15. Facetissimus Poeta veteris Academiæ Aristophanes. *Lucil. apud Fest. in Redarguisse*. Quo facetior videare, & scire plus quam cæteri.

Facies, ei, f. 5. *faccia*, פנים, Germ. *angesicht*, Gall. *face*, Hisp. *cara*, πρόσωπον, pars anterior capitis humani constans ex fronte, oculis, naso, malis, ore, mento. *Cic.* 2. *Phil.* L. Turscius qua facie fuerit, qua statura. ¶ Sæpe facies sumitur pro totius corporis forma. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 151. Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas, & dicitur de ingenito cujusque rei aspectu, & superficie, ut Facies terræ, facies maris. *Sallust. l.* 2. *Hist.* Sardinia in Africo mari facie vestigii humani. ¶ Dicitur etiam de rebus corporis expertibus, & sumitur pro specie. *Cic.* 1. *Off. c.* 5. Formam ipsam, & tanquam faciem honesti vides. ¶ Denique pro statu usurpatur. *Sallust.* Atque immutata urbis facies erat. ¶ Antiqui declinabant, *hæc facies*, *hujus facies*, vel *facii*. *Gel. l.* 8. *c.* 14. Sed hoc omnibus nominibus quintæ declinationis commune fuit. ¶ Vertere se in omnes facies, est experiri omnia sua consilia, aut vires. *Virg.* 12. *Æn.* Verte omnes te te in facies, & contrahe quicquid sive animis, sive arte vales. ¶ De facie aliquem nosse, *conoscer di vista*. *Cic. in Pison.* Habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem nosti, ut, &c. ¶ Prima facie, *a prima vista*. *Cajus JCtus leg. Aliquando*, *ff. ad Senatusconf. Velley.* Prima facie quidem alienam, revera autem suam obligationem suscipit. ¶ Facies pacis, *apparenza di pace*. *Tac. Ann.* 13. *c.* 38. Dum positis loricis, & galeis in faciem pacis veniretur. ¶ Faciem perfricare, est pudorem abjicere, & quasi manu a vultu abstergere. *Plin. in præfat. nat. hist. sub init.* Perfricui faciem, nec tamen profeci.

Facīle, adv. *facilmente*, *agevolmente*, Germ. *leichtlich*, Gall. *facilement*, Hisp. *facilmente*, ῥᾳδίως, nullo negotio, sine labore. *Cic.* 1. *Fam.* Cæteris injuriis, quæ propositæ sunt a Catone, facile resistemus. ¶ Est etiam confirmantis adverbium, & significat haud dubie, jungiturque cum nominibus superlativis, vel superlativi vim habentibus, item nominibus diversitatis, item verbis, quæ excellentiam significant, & aliis, *Cic. 6. Fam.* Tum certe ordinis tui facile princeps. *Id. pro Rab. c.* 9. Totius Græciæ facile doctissimum. ¶ Nonnunquam pro libenter ponitur. *Cic.* 4. *Tusc.* Sed te aberrare proposito, facile patiebar. ideest non invitus. ¶ Comp. facilius, sup. facillime. *Cic.* 2. *de Or.* Et dici ornatissime possunt, & audiri facillime. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 2. Id facilius eis persuasit. ¶ Facile vivere, agere, esse, significat commodam vitam agere, sine sordibus, laute, ex sententia, *star bene*, *viver comodo*. *Plaut. Curc.* 5. 2. 6. Nugas garris. C. Soleo. nam propter eas vivo facilius. *Id. Epid.* 2. 2. 59. Quam facile, & quam fortunate evenit illi! *Ter. Adel.* 3. 4. 56. Cum animo cogites, quam vos facillime agitis, quam ediis maxime potentes, dites, &c.

Facĭlis, le, o. 3. *facile*, נקל, Ger. *leicht*, Gal. *facile*, *aisé*, Hisp. *facil*, ῥᾴδιος, quod est sine labore, a facio, ut agilis ab ago. *Cic.* 2. *de Or.* Utriusque rei facilis est, & prompta defensio. ¶ Cum ad personam refertur, significat lenem, humanum, exorabilem. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr.* Facilem te in rebus cognoscendis, & in hominibus audiendis, admittendisque præbere. *Id.* 7. *Fam.* Si tam facilem populum haberem, quam Æsopus habuit. *Id. de Amic.* Quid dicam de moribus facillimis? ¶ Aliquando expeditum, se clare explicantem. *Cic. in Bruto*. T. Junius fuit facilis, & expeditus ad dicendum. ¶ *Ex facili*, est facile. *Col. l.* 6. *c.* 1. Quæ vitanda non ex facili dixerim. ¶ Res faciles dicuntur, quæ ex sententia procedunt. *Liv. l.* 23. *c.* 11. Res vestræ meliores, faciliores que erunt, magisque ex sententia. ¶ Facilis etiam dicitur celer, agilis. *Virg.* 8. *Æn. v.* 310. Faciles oculos fert omnia circum. ¶ *Claudian. de laudib. Serenæ*, *v.* 54. Hispania facilis frugum. h. e. fertilis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 223. Terram pecori facilem. h. e. alendo pecori aptam. *Sil. l.* 15. *v.* 721. Milites soli faciles. h. e. aptos ad ferendum solis æstum.

Facilĭtas, atis, f. 3. *facilità*, *agevolezza*, Ger. *leichte*, Gal. *facilité*, Hisp. *facilidad*, ῥᾳστώνη, habitus, quo quis aliquid facile facit. *Cic.* 4. *Tusc.* Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur. ¶ Sumitur etiam pro humanitate, qua nos facile exorabiles præbemus, *umanità*, *piacevolezza*. *Cic. pro Mur.* 31. Si illius comitatem, facilitatemque tuæ gravitati, severitatique asperseris. Sic *facilitatem imperii* dixit *Tac. Agric. c.* 3. ¶ *Facilitates* in plur. numero habet *Quintil. l.* 9. *c.* 4.

Facillĭter, adverb. *facilmente*, facile, ῥᾳδίως. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. *sub fin.* Itaque faciliter contra eas disciplinas disputare possunt. Adde *l.* 2. *c.* 1. Hoc adverb. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. non probat quidem, sed permittit.

Facinorōsus, a, um, o. 1. 2. *scellerato*, sceleratus, flagitiosus. *Cic. in Catil.* Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum. *Justin. l.* 16. *c.* 4. Exilio facinorosior redditus. *Cic. pro Sext. c.* 38. Cum rempub. a facinorosissimis sicariis oppressam videretis.

Facĭnus, oris, n. 3. *azione*, *opera*, ἀνδραγαθημα, insigne aliquod factum, a facio, & accipitur tam in bonam partem, quam in malam. *Sallust. Jug. c.* 2. Ingenii egregia facinora, sicut anima, immortalia sunt. *Cic. l.* 2. *de Fin.* Vide, ne facinus facias, cum mori suadeas. *Id. pro Mil.* Scelus, & facinus manibus cruentis præ se ferre, & confiteri.

Facĭo, cis, feci, factum, a. 3. *fare*, עשׂה, Ger. *machen*, Gal. *faire*, Hisp. *hazer*, ποιέω, proprie est efficere, ut aliquid sit. Est autem hoc verbum latissimæ significationis, accommodaturque omnibus fere actionibus; quarum præcipuas tantum hic subtexemus. Itaque prima, vulgataque notione significat *fare*, ut facere divitias, *Plaut.* Facere rem, eodem sensu, *Terent.* Facere sacrificium, facere rem divinam, facere sacra, *Cic.* Facere vota. *Id.* Facere rem veneream: quo sensu etiam *facere* absolute usurpatur apud *Plaut.* & *Petron.* Sic *Sen. epist.* 123. Una felicitas est bonæ vitæ, facere, esse, bibere, frui patrimonio. *Cic. pro Sext. c.* 13. Quid hoc homine facias? ¶ Facere proventum. h. e. fructum dare, *Col.* Facere quæstum, lucrum, *Cic.* Facere ratum, h. e. confirmare, *Liv.* Facere gratum alicui, *far cosa grata*, *Ter.* & *Cic.* Facere bellum, *Nepos*, Facere initium, facere finem, *Cic.* & *Plaut.* Facere convicium. h. e. conviciari, *Plaut.* Facere injuriam alicui, *Ter. Cic.* & alii. ¶ Significat etiam scribere, componere. *Cic. l.* 1. *Or.* Empedocles egregium poema fecit. ¶ Item æstimare, & constituitur more verborum æstimandi, *stimare*. *Cic. Fam.* Pompejum faciebam plurimi. ¶ Item colligere, ut facere manum, *far soldati*. *Cic. Ver.* Facere quam plurimum gnatis. h. e. multas divitias pro filiis accumulare, *Terent.* ¶ Item prodesse, aut convenire, *Propert. l.* 3. *el.* 1. *v.* 20. Non faciet capiti dura corona meo. *Ovid.* 3. *Trist.* 8. 23. Nec cœlum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ. *non mi confersicono*. *Plin. l.* 22. *c.* 18. Facit ad difficultatem urinæ. ¶ Item inducere, *introdurre*, quo in sen-

su

su non conjunct. sed infinitum regit. *Perf. Sat.* 1. *v.* 44. Quisquis es o, modo quem ex adverso dicere feci. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 16. Quem Homerus conveniri apud inferos facit ab Ulysse. Sic facere nomina in Dialogis, *introdur personaggi a parlare*. *Cic.* Si nomina facta sunt, mutari possunt. ¶ Item exercere, profiteri, exercitare, ut facere medicinam, apud *Cic. Fam.* 14. *ep.* 7. facere mercaturas, *Id. Ver.* 5. *c.* 28. ¶ Item pati, subire. *Cic.* 2. *Fin. c.* 24. Si jacturæ rerum familiarium erunt faciundæ. *Plaut. Capt.* 2.2.77. Est, ubi profecto damnum præstet facere, quam lucrum. Sic paries *vitium facere* dicitur, cum vetustate, aut motu aliquo labefactatur. *Cic. in Top. c.* 3. ¶ Item aliquo ire, *Terent.* Huc te fac. h.e. huc accede, ut explicat *Donat. Apul. l.* 5. *Met. sub init.* Paulo fidentior intra limen se se fecit. ¶ Item gignere, *Var. l.* 3. *R. R. c.* 22. Plerumque pullos similes sui faciunt. ¶ Item agere. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 20. Apameæ quinque dies morati, Iconii decem fecimus. ¶ Item creare, *Cic. de Sen.* Anno undevigesimo hi Consules facti sunt. ¶ Item disponere, statuere. *Cic. Ver.* 3. Quid hoc homine faciatis? *Id. ad Att.* Feci de Fabio, ut scribis. Sic facere in aliquem, pro in aliquem statuere, animadvertere. *Ter. Heaut.* 1. 2.24. Vereor ne quid in illum iratus plus satis faxit pater. Et cum dat. *Id. Eun.* 5. 6. *in fin.* ¶ Præterea cum variis nominibus conjunctum varias, & elegantes notiones habet, ut facere alicui animum, *far' animo*. *Liv. l.* 25. ¶ Facere alicui copiam, vel potestatem alicujus rei. *Liv. l.* 7. Facere copiam pugnandi. *Cic. Phil.* 8. Facere omnibus sui conveniendi potestatem. ¶ Facere fidem; probare, *Cic. in Catil.* Quoniam auribus vestris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum ad aliquid, *passare a qualche cosa*, promoveri, progredi. *Cic. Ver.* 4. Ex hac provincia in Africam gradus imperii factus est. Significat etiam simpliciter ambulare. *Plaut. Curc.* & *Cic. de Orat.* ¶ Facere gratiam, *dispensare*. V. Gratia. ¶ Facere modum alicujus rei, *moderare, finire*. *Cic. de Leg.* Ut aliquando controversiæ facerent modum. At facere modos, est modulari, vel carmina componere. V. Modus. ¶ Facere negotium alicui, *travagliare qualcuno*. *Quintil. l.* 5. *c.* 12. Negotium innocenti fecit. ¶ Facere nomen, *dar' il nome*. Item famam acquirere, *farsi fama*. Facere nomina, *far partite, far debiti*. V. Nomen. ¶ Facere alicui ocium. h.e. dare. *Virg. Ecl.* 1. Deus nobis hæc otia fecit. ¶ Pedem facere, in re nautica est dimidio vento navigare. V. Pes. ¶ Facere periculum, *far' esperienza, tentare*. *Cic.* 2. *Ver.* Facere periculum diligentiæ. *Ter. Eun.* 3. 2. Fac periculum in litteris. ¶ Facere periculum alicui, *porre a pericolo*. *Tac. l.* 3. Tanquam insonti periculum reciisset. V. Facere promissum, *mantener la promessa*. *Cic. l.* 3. *Off.* Promissum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum. ¶ Facere reum, *accusare qualcuno, e farlo reo*. *Cic. ad Q. Fr.* P. Sylla Gabinium de ambitu reum fecit. ¶ Facere sanguinem, *far sangue*, effundere. *Liv. l.* 45. Nondum indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios, aut sanguinem usquam factum vidissent. ¶ Facere satis, *soddisfare, pagare, obbedire*. *Cic. in Brut.* Ego vero, si potero, faciam vobis satis. V. Satisfacio. ¶ Facere stipendia, *militare*. *Liv. l.* 5. Equis suis se stipendia facturos promittunt. ¶ Facere stipendiarios, *farsi tributarj*. *Cæs. l.* 1. *B. G.* Heduos sibi stipendiarios factos. ¶ Facere stomachum, *fare stomaco, o fastidio*. *Cic. l.* 1. *Fam.* Non illi quidem ut mihi stomachum facerent. ¶ Facere sumptum, *far delle spese*. *Cic. l.* 5. *ad Attic.* Quod nullus fit sumptus in nos, neque in legatum, &c. ¶ Facere vadimonium, *promettere di comparire in giudizio*. *Cic. pro Quint.* Quo die vadimonium illud factum esse dicis? ¶ Facere testes, *chiamar testimonj*. *Liv. l.* 44. Se Deos, homines que testes facere invitos, &c. ¶ Facere vela, *far vela, navigare*. *Cic.* 5. *Tusc.* Utrum mavis, statim ne vos vela facere, an &c. ¶ Verba facere, *parlare*. *Ter. Phorm.* 5. 8. 25. Verba fiunt mortuo. ¶ Facere fugam, *metterſi in fuga*. *Liv. l.* 8. *c.* 9. Consternatæ cohortes Latinorum fugam, & vastitatem late fecerunt. Significat etiam fugare, *metter' in fuga*. *Cic. pro Dom. c.* 25. Quas ille tum cædes, quas fugas fecerit, vidistis. ¶ Facere delicias. V. Deliciæ. ¶ Facere volupe animo suo, *darsi spasso*. *Plaut. Asin.* ¶ Facere ludos, *far' i giuochi*, ludos edere, exhibere. *Cic. ad Q. Fr.* Item ludere, *scherezare*. *Ter. Phorm.* 5. 7. 52. Dicitur etiam ludos facere, qui ludum de se aliis præbet. *Plaut.* multis in loc. ¶ Facere auspicium dicitur avis, ex qua illud capitur, *far' augurio*. *Liv. l.* 1. Eam alitem circa summum culmen hominis auspicium teciſſe. ¶ Translate *Hor. l.* 1. *ep.* 1. Cui si vitiosa libido fecerit auspicium. ¶ Facere exemplum in aliquem, *castigare*. *Plaut. Most.* 5.1.67. Exempla ædepol faciam ego in te. ¶ Facere officium suum, *far' il suo dovere*. *Ter.* & *Plaut. Stich.* 1. 1. 38. ¶ Facere justa, *far' i funerali*. *Cic. pro Flac.* Justa Catilinæ facta sunt. ¶ Facere compendii. V. Compendium. ¶ Facere bene, vel male alicui. *Ter. Phor.* Dii tibi male faciant. *Calvus apud Charis. l.* 2. Ita mihi Jovem velim bene teciſſe. ¶ Sæpe hoc verbum alia verba resolvit, & eandem, quam ipsa, significationem habet. *Cic. de Senect.* Invitus feci, ut C. Flaminium de Senatu ejicerem. h.e. invitus ejeci. *Plaut. Most.* 1. 3. 59. Facito cogites. *h.e.* cogita. ¶ Missum facere aliquid, pro præterire. *Ter. Eun.* 5.2.25. Missa hæc faciamus. Item pro mittere. *Pompejus M. in ep. ad Att. l.* 8. Ut cohortes, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias. *h. e.* mittendas cures. ¶ Facere omnia, *tantar' ogni mezzo*. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 17. Valetudo tua me valde sollicitat, sed inservi, & fac omnia. ¶ Junctum cum aliis verbis subjunctivum amat. *Cic. Att.* Et si non potuisti facere, ut illam epistolam non mitteres, *se non hai potuto far di meno di non*, &c. *Ter. Eun.* 2. 3. Fac, sis, promissa appareant. *Cic. Att. l.* 2. Fac ut sciam. ¶ Cum infinito significat concedere, dare. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 16. Verum fac, esse omnia, *diamo, che tutto sia*, &c. ¶ Item in causa esse, seu efficere, & quidem cum infinito. *Liv. l.* 22. *c.* 13. Catilinum pro Casino ducem accipere fecit. *Col. l.* 12. *c.* 38. Mel ter intervere facito. *Virg.* 2. *Æn. v.* 538. Qui nati coram me cernere lethum fecisti. ¶ *Bene facis*, formula est beneficium testantis, & gratias agentis; item approbantis. *Ter. Eun.* 1. 2. 106. Merito te amo. Ph. Bene facis. ¶ *Fac, si facis*, proverbiale est eodem sensu, quo dicimus, *age quod agis*. *Mart. l.* 1. *epigr.* 47. Sic *Plaut. Perf.* 1. 3. 66. Hoc si facturus, face. *Senec. l.* 2. *de Benef. c.* 5. Fac, si quid facis. ¶ *Factum velle*, est favere, bene cupere. *Ter. Adelph.* 5.7.20. Dii tibi, Demea, bene faxint, cum te video nostræ familiæ tam ex animo factum velle. ¶ Absolute usurpatum est a Veteribus in Inscriptionibus Sepulcrorum, ut *fecit, fieri curavit*, &c. h.e. tumulum posuit. Prætores etiam, & Quæstores in publicis criminibus cognoscendis, reo damnato, pronunciare solebant *feciſſe videtur*. *Cic. in Pison. c.* 40. Hinc in ambiguo sensu ludit *Martial. l.* 9. *ep.* 16. Inscripsit tumulo septem scelerata virorum, *se feciſſe*, Chloe, quid pote simplicius? *h.e.* se feciſſe tumulum, sed revera occidiſſe. ¶ *Facior* in passivo Veteres dixisse, patet partim ex participio. *factus*, partim ex compositis *afficior* & *efficior*, partim ex *Non. c.* 10. *n.* 17. ubi *Nigid.* πεποίημαι reddit *facitur*, & *Ter.* ait, *confilium parvi facitur*. Sed pro hoc antiquato nunc *fio* utimur. ¶ Imperat. est *fac*, vel *facito*. Sæpissime tamen apud *Plaut.* legas *face*.

Factĭo, onis, f. 3. *operazione*, ποίημα, actio, confectio, potestas conficiendi. *Cic. in Top. c.* 11. Quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset. ¶ Item ordo, societas, ut Factio histrionum, factio quadrigariorum. Quatuor apud antiquos fuere aurigantium factiones, *Venetæ, Prasinæ, Albæ, Rosea*, a coloribus nominatæ. *Cassiodorus* quatuor colores harum factionum cum partibus anni quaternis assimilat. *Prasinus* virenti Veri dicatus erat, *Roseus* flammeæ Æstati, *Venetus* nubilæ Hyemi, *Albus* pruinoso Autumno. *Suetonius* scribit, his addidisse Domitianum duas, alteram *auratæ*, alteram *purpureæ* panni. Hæ pernicitate cursus inter se decertabant, favereque populari, sive Imperatorio victoriæ præmia adjudicabantur eis, quæ vicissent. ¶ Item eorum consensus, & conspiratio, qui se principes, & primarios in civitate efficere conantur, *fazione, festa, congiura*, חבר, Ger. *secte*, Gal. *secte*, *party*, Hisp. *vando*, ἄφεσις, ut factio Pompeii, factio Cæsaris. *Cæs.* 1. *B. C.* Ut se, & Pop. Rom. paucorum factione oppressum in libertatem vindicaret. ¶ Item nobilitas, potentia, & auctoritas alicujus in civitate, quia qui ista habent, facere multa & possunt, & solent. *Plaut. Cist.* 2. 1. 17. Neque nos tanta factione sumus, neque opes nostræ tam sunt validæ.

Factionarius, ii, m. Factionaris dicuntur, qui præsunt factionibus aurigarum. *Impp. Valentinian. Val. & Gratian. l.* 15. *Cod. Theodos. tit.* 10. *leg.* 1. Equos vendendi solitam factionaris copiam non negamus.

Factĭōsus, a, um, o. 1. 2. *fazioso*, στασιώτης, princeps ille, qui factionem exercet. *Nepos Lysand. c.* 1. Semper factiosus, audaxque. ¶ Item opulentus, & potens, etiam in bonam partem. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 50. Venit hoc mihi in mentem, te esse hominem divitem, factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum. ¶ Item impiger, aptusque ad res gerendas. *Id. Bacch.* 3. 6. 13. Lingua factiosi, inertes opera. ¶ Comparat. *factiosior* legitur apud *Aurel. Vict. in Caracal.* superlat. *factiosissimus*, apud *Plin. l.* 4. *ep.* 9.

Factitatĭo, onis, f. actus factitandi, ut factitatio corporum, apud *Tert. adv. Hermog. c.* 32.

Factitātor, oris, m. qui factitat. *Tertul. adv. Prax. c.* 18. Idolorum factitatores, atque cultores.

Factitātus, a, um, *fatto spesso, praticato*. *Cic. l.* 2. *Offic. c.* 24. Hæc apud majores nostros factitata. *Id. in Orat.* Alterum factitatum est, alterum novum.

Factitĭus, a, um, o. 1. 2. *fattizio*, עשוי, Ger. *gemacht*, Gal. *faitif*, Hisp. *hechico*, τεχνικὸς, quod arte aliqua effectum est, hoc est, quod naturale non est. *Plin. l.* 12. *c.* 17. Ergo in utraque gente bina laudavi genera, terrenum, & factitium. ¶ Factitia verba dicuntur, quæ & fictitia appellantur, quæ ad soni alicujus similitudinem efficta sunt, ut Crocire, hinnire, &c.

Factĭto, as, a. 1. *fare spesso, praticare*, ἐνεργέω, sæpe facio. *Ter. Eun.* 4. 7. 13. Idem Pyrrhus factitavit. *Hor. in Ar. poet. v.* 470. Versus factitare. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. Factitare medicinam. *Cic. de clar. Orat.* Factitare accusationem.

Facto, as, a. 1. frequent. a facio. *Plaut. Merc. prol. v.* 94. Omnes merces, ut volui, vendidi ex sententia, Lucrum ingens facto.

Factor, is, m. 3. *attore*, עשה, Ger. *macher*, Gal. *faiseur*, Hisp. *hazedor*, ποιητὴς, qui efficit. *Pallad. l.* 1. *R. R. c.* 6. Cuparum, doliorumque factores. *Lactant. l.* 2. *c.* 8. Dei potestas, quæ sine, ac modo caret, sicut vita factoris. *h. e.* creatoris rerum omnium. ¶ Veteres de iis hoc nomen usurparunt, qui oleum, aut vinum conficerent. *Cato R. R. c.* 64. Factores volunt, ut olea in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius oleum efficiant. Adde *eund. c.* 13. & 66. ¶ Factor etiam dicitur, qui criminis alicujus reus est, apud JCtos. *Macer l.* 2. *ff. de cust. & exhib. reor.* ¶ Factores in pilæ ludo dicuntur, qui pilam regerunt, & reddunt, sicut *datores*, qui dant, & mittunt. *Plaut. Cur.* 2. 3. 18. Tum isti, qui ludunt datatim, & datores, & factores omnes subdam sub solum.

Factorĭum, ii, n. instrumentum, quo oleum fit. *Pallad. in Octobr. tit.* 18. Ubi vero compleveris modum factorii.

Factum, ti, n. 2. *fatto*, מעשה, Ger. *that*, Gal. *fait*, Hisp. *hecho*, πρᾶγμα, actio, res gesta. *Cic.* 1. *Fin.* De clarorum hominum factis illustribus, & gloriosis satis hoc loco dictum sit. *Virg.* 10. *Æn. v.* 468. Sed tamam extendere factis, hoc virtutis opus.

Factūra, æ, f. 1. *fattura*, מעשה, Ger. *machung*, Gar. *facture*, *facon*, Hisp. *hechura*, ποίησις, compositio rei, quam facimus. *Plin. l.* 34. *c.* 14. Aliubi vena bonitatem hanc præstat, aliubi factura. ¶ Item opus ipsum factum. *Prudent. Apotheos. v.* 792. Anima factura Dei est.

Factus, us, m. 4. *fattura*, ποίησις, confectio. Und' factus olei dicitur, quantum una vice conficitur. *Cato de R. R. c.* 67. Factoribus det in singulos factus olei sextarios. ¶ *Factus villæ*, structura, opus. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 1. Quo exornatior villa esse posset fructu, quam factu. V. *eund. l.* 1. *c.* 24.

Factus, a, um, adject. particip. *fatto, lavorato*, πεποιημένος. *Cic.* 4. *Ver. c.* 18. Pocula Mentoris manu summo artificio facta. *Horat. l.* 1. *sat.* 5. *v.* 33. Ad unguem factus homo. *h. e.* perfectus. *Cic.* 6. *Ver.* Argentum factum. Sic oratio facta. *h. e.* elaborata, polita. *Cic. l.* 3. *de Orat.* ¶ Factum velle alicui, V. in Facio.

Facŭl, idem quod facilis, vel faciliter, apud Veteres. *Pacuv. apud Non. c.* 2. *n.* 331. Haud facul fœmina invenietur bona. Et *Var.* Utrum sit magnum, an parvum, facul, an difficul.

Facŭla, f. 1. *facella*, λαμπάδιον, parva fax. *Prop. l.* 2. *eleg.* 20. *v.* 5. Quorum alii faculas, alii retinere fagittas. ¶ Translate *Plaut. Perf.* 4. 3. 46. Nequicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult. h. e. occasionem, viamque lucrandi.

Facultas, tis, f. 3. *potenza, forza, arbitrio, potestà*, כוח, Ger. *facultet*, Gal. *faculté*, Hisp. *faculdad*, δύναμις, proprie est facilitas agendi, ab antiquo *facul*, pro facilis. Hinc omnis ars facultas appellatur, quia dat regulas, & rationem faciendi aliquid. *Ter. Andr.* Dii date facultatem huic pariendi. *Cic.* 1. *de Inv.* Facultates sunt, aut quibus facilius fit, aut sine quibus aliquid confici non potest. ¶ Sed *Plinius* facultatem a facilitate distinguit, illam vocans gratiam, ac virtutem faciendi, hanc promptitudinem duntaxat. Sic enim inquit *epist.* 115. Quia nimia assiduitate facilitas magis, quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur. ¶ Sæpe pro potestate ponitur, ἐξουσία, *Cic. pro Rab.* Utinam mihi hanc facultatem causa concederet, &c. Hinc *facultates* num. plur. pro opibus, copiis, divitiis sumuntur, quia per divitias omnia facillime fiunt. *Cic. ad Q. Fr.* Quasi vero me non tuæ facultates sustineant. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 38. Omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa erat in oppido facultas. hoc est, abundantia.

Faculter, adverb. facile. *Fest.*

Facunde, adverb. *eloquentemente*, Ger. *beredt samlich*, Gal. *facondement*, Hisp. *facundamente*, ἀφράδως, diserte. *Liv. l.* 28. *c.* 18. Ut hostem etiam infestissimum facunde alloquendo sibi conciliaret. *Val. Max. l.* 3. *c.* 3. Totius mundi naturam prudentissime, & facundissime exprompsit.

Facundĭa, f. 1. *eloquenza*, מליצה, Ger. *beredsamkeit*, Gal. *facondité*, Hisp. *facundia*, λογιότης, facultas disserendi. *Plin. l.* 7. *c.* 30. Facundiæ, Latiarumque literarum parens Cicero. *Quintil. l.* 1. *procem. sub fin.* Alere facundiam, vires augere eloquentiæ.

Facundiōsus, o. 1. 2. idem ac facundus, apud vet. *Semp. Ascl.* referente *Gel.*

Gel. lib. 4. cap. 9. Si minus facundiosa essent.

Facunditas, atis, f. 3. idem quod facundia, sed minus usitatum. *Plaut. Truc. 2. 6. 13.* Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit.

Facundus, o. 1. 2. *facondo, eloquente*, כליץ, Ger. *vvolberedt*, Gal. *facond, eloquent*, Hisp. *facundo*, ἐλλόγιμος, diserius, a *fando*. *Ovid. l. 2. art. aman. v. 123.* Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses. ¶ Comp. facundior, sup. facundissimus. *Quintil. l. 12. c. 10.* In omnibus gentibus alius alio facundior habetur. *Id. l. eod. c. 2. sub fin.* Facundissimum quemque sibi ad imitandum proponet.

Fæcariæ sportæ, apud *Cat. R. R. c. 11.* (ubi tamen al. leg. *fecariæ*) sunt, quibus inclusa fæx prælo supponitur, ut vinum fæcatum exprimatur, quod explicatur ab *eodem c. 153.*

Fæcātus, a, um, o. 1. 2. *quel che si trae dalla feccia*, τρυγώδης, quod e fæcibus expressum est. *Cat. c. 153.* Vinum fæcatum hic facito. Adde *Plin. l. 14. c. 10.*

Fæcinæ uvæ, vel fæciniæ, quæ plus, quam cæteræ, fæcis afferunt. Alio nomine a colore Rubellanæ, & a loco Nomentanæ vocantur. *Col. l. 3. c. 2.* Sic vinum fæcinum, *Id. l. 12. c. 45.*

Fæcōsus, a, um, adject. qui fæce abundat. *Mart. l. 13. epigr. 102.* Accipe fæcosum munera chara garum. Garum enim fæx quædam est liquore denso, quare quo magis fæce abundat, eo est pretiosius. Alii leg. *fastosum*. h. e. dite homine dignum.

Fæcŭla, f. 1. dim. a fæx. Hoc nomine appellatur condimentum quoddam ex Coi vini sedimento. *Horat. l. 2. sat. 8. v. 9.* Siser, alec, fæcula Coa. Adde *Lucret. l. 2. v. 430.*

Fæculentĭa, æ, f. fæcis abundantia. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Fæculentia par cloacali.

Fæculentus, o. 1. 2. *pien di feccia*, Ger. *hefechtig*, Gal. *plein, de lie, ou de bourbe*, Hisp. *lleno de hezes*, τρυγώδης, fæcibus plenus, ut fæculenta aqua. *Cels. l. 5. c. 26.* Fæculentum pus. *Colum. l. 2. c. 2.* Fæculentum vinum. *Solin. c. 46.* Fæculentior superficies. *August. de ver. relig. c. 40.* Quorum aliud fæculentissimum redditur.

Fæcutinus, o. 1. 2. idem quod fæcatus. *Gel. l. 13. c. 19.* Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas Grammaticas spectaveris. Alii leg. *Fœtutinas*, a fœteo.

Fæx, cis, f. 3. *feccia*, שמר, Germ. *hefen*, Gal. *lie, fondrille*, Hisp. *hez*, τρύξ, excrementum cujusque rei. Aliqui a *facio* derivant, & sine diphthongo scribunt. Sed *Manut. ex lib. vet.* diphthongum retinet. V. *Voss. Etymol.* ¶ Fæces unguentorum *magmata* dicuntur, fæces olearum *fruces*, fæces vini communiter *fæces*, a Columella *flocces*. *Horat. 1. carm. od. 35.* Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici. ¶ Translate dicitur de hominibus vilibus, & abjectis. *Cic. pro Flac. c. 8.* Opifices, & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum quid est negocii concitare? Adde ad *Att. l. 2. ep. 1.*

Fagĕus, o. 1. 2. quod est ex fago arbore. *Plin. l. 16. c. 5.* Alia fageæ glandis figura, alia querneæ.

Fagĭnĕus, o. 1. 2. ex fago. *Ovid. 4. Fast. v. 656.* Bis sua faginea tempora fronde tegit. *Colum. l. 12. c. 45.* Arculæ fagineæ.

Fagĭnus, o. 1. 2. ex fago. *Virg. 3. Georg.* Post valido nitens sub pondere faginus axis.

Fagus, i, f. 2. *faggio*, Ger. *buchbaum*, Gal. *fau*, Hisp. *haya*, φηγός, arbor glandifera, quales præter eam sunt tres aliæ, robur, quercus, æsculus. *Virg. 1. Ecl.* Patulæ recubans sub tegmine fagi.

Fagūtal, n. 3. Romæ facellum Jovis, in quo erat fagus arbor, Jovi sacra. Hinc Jupiter Fagutalis, & lacus Fagutalis. *Plin. l. 16. c. 10. Var. l. 4. L. L.*

Fala. V. Phala.

Falācer, cris, m. unus ex quindecim Flaminibus, quos Romani, aucta civitate, atque adeo & sacerdotiis, constituerunt. Nomen habuit a Falacre, qui pomorum Deus habitus est, quia ejus sacris operabatur. *Var. l. 4. & 6. L. L.*

Falarĭca, V. Phalarica.

Falarienses, m. 3. pop. Piceni, quorum opp. Falaria exc. adhuc *Falerione*, apud Tignium opp. inter Firmum, & Fanum S. Genesii.

Falarĭum, n. 2. *Risecolmo*, prom. Siciliæ, inter Pelorum prom. & Mylas opp.

Falcarĭus, ii, m. qui falce utitur, vel qui falces conficit, ἐρπαναποιός. Hinc factum nomen vico cuidam Romæ, quod ibi falcarii habitarent. *Cic. Catil. 1. c. 4.* Dico, te priori nocte venisse inter falcarios.

Falcātus, a, um, o. 1. 2. *simile a falce*, Ger. *krum vvie ein sichel*, Gal. *courbé comme une faux*, Hisp. *encorbado en manera de hoz*, δρεπανοειδής, quod formam falcis habet. *Plin. l. 10. c. 21.* In sublime caudam quoque falcatam erigens. *Id. l. 17. c. 10.* Serendas (amygdalas) quam maxime falcatas, & e novella. Lexicographi adhuc interpretati sunt, *falce amputatas*, sed durior interpretatio est, nec facile defendi potest. ¶ Item falcibus armatus, ut falcati currus, *Liv. l. 37. c. 41.* Falcatæ quadrigæ, *Curt. l. 4. c. 9.*

Falcicŭla, & per syncop. Falcula, æ, diminut. parva falx, *picciola falce*, δρεπάνιον. *Pallad. l. 1. ad fin.* Falciculæ brevissimæ. *Colum. l. 12. c. 18.* Falculæ, & ungues ferrei parandi. ¶ Falculæ dicuntur etiam de unguibus bestiarum, ob similitudinem. *Plin. l. 8. c. 15.* Mirum, pardos, pantheras, & leones, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ingredi, averrisque falculis currere, nec nisi appetendo protendere.

Falcidĭa lex, fuit lex lata a P. Falcidio Trib. pl. in Triumviratu Augusti, ut ne liceret testamento legare ultra dodrantem, idest, novem uncias, adeo, ut semper quarta pars hæreditatis hæredi conservaretur, quod si testator dodrantem excessisset, liceret hæredi minuere legata, & quartam suam implere. *l. 1. ff. ad l. Falcid.*

Falcĭfer, a, um, o. 1. 2. falcem ferens. Speciatim est cognomen Saturni, quod primus in Italia agriculturæ usum credatur indicasse. *Ovid. 1. Fast.* Ante pererrato falcifer orbe Deus. *Mart. l. 5. epigr. 16.* Falciferi defendere templa Tonantis.

Falcĭger, a, um, adject. idem ac falcifer, & eodem usu. *Auson. Ecl. de Fer. Rom. v. 36.* Falcigerum placant sanguine Cœligenam.

Falcipedĭus, a, um, qui pedes habet curvos ad modum falcis. *Petron. in Satyr. c. 75.*

Falco, nis, c. 3. *falcone*, Ger. *falck*, Gal. *faucon*, Hisp. *falcon*, ἱέραξ, avis ex accipitrum genere, quod ungues more falcis habeat introrsum flexos, *Jul. Firmic. l. 5. Matheſ. c. 7. sub fin. & Servius ad Æn. 10. v. 145.* ¶ Falcones etiam illi homines dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati, a similitudine falcis. *Fest.*

Facŭla. V. Falcicula.

Falĕre, n. 3. verbum est architecturæ. *Var. de re rust. l. 3. c. 5.* Subter columnarum stylobatem est lapis a falere, pedem, & dodrantem altus, ipsum falere ad duos pedes altum a stagno, latum ad quinque. Ad quem loc. Scalig. Falere vocat id, quod magis proprie esset pila. χηλὸν vocat Thucydides, Virgilius saxeam pilam. Sustinet autem falere omne peristylii onus, & stagno oppositum, & oppilatum est. Itaque pilæ litoribus immolitæ a veteribus *Faleria* dicuntur, quia ante *Haleria* dicerentur παρὰ τὸν ἅλα, sal. Argumento, quod Falerii populi ita dicti sunt, quia apud eos sal fieret, antea Halerii dicti, auctore Festo, Nisi sit, quod omnia alta φάληρα vocabant Græci.

Falerĭa, Falerii, Faleris, Falaris, Phaleria, Phalerium, Phalaris, *Falere, Folare*, urbs exc. Etruriæ, in Falisco rum finibus, a Fescennio, seu Urbe Castellana 7. M. P. Viterbium versus. Condita fuit a Falerio Argivo. Sed alii dicunt, olim fuisse in eo loco, ubi nunc Civitas Castellana, deinde destructa veteri novam urbem conditam fuisse ab eo loco uno milliario, & dimidio, in planitie, tandem nova urbe excisa, incolas iterum se recepisse in locum urbis veteris, ubi templum Junonis Falisca remanserat cum luco, tanquam in validum castellum, inde Civitatem Castellanam dictam esse.

Falerīna Tribus rustica, in Campania posita, dicta est ab agro Falerno, descripta & constituta anno U. C. 435.

Falernum, i, n. 2. vinum generosissimum, & apud Romanos celeberrimum, in Falerno agro proveniens, quod acre, forte, ardens, &c. vocat Horatius variis locis. ¶ Reperitur etiam Falernus masc. gen. *Tibul. l. 2. el. 1. v. 27.* Nunc mihi fumosos veteris proferte falernos Consulis. Optimæ tamen edition. hab. fumosum falernum. ¶ De Falerno V. *Silium l. 7. v. 166. & seq.*

Falernus, ager, & mons Campaniæ, inter Calenum, & Sinuessam, ex quibus ager frumenti ferax est, mons, qui est Massico junctus, vini generosissimi. *Macrob. l. 3. Satur. c. 16.* Sed aliqui Falernum montem Puteolis proximum faciunt.

Falernus, a, um, adject. ut falernæ vites, falerna vina, *Horat. l. 1. od. 20. & l. 2. sat. 4. v. 55.* Falernæ cellæ, apud *Virg. 2. Georg.*

Falisca, Falisĭum, *Galese*, Col. & urbs Etruriæ, metrop. Faliscorum, apud Tiberim fl. inter Fescenniam, seu Urbem Castellanam, & Hortam.

Falisci, Phalisci, pop. Etruriæ, inter Ciminum M. & Tiberim fl. quorum urbes Falisca, Faleria, Fescennia, & Horta. *Virg. 7. Æn. v. 695.* *æquos Faliscos* appellat, h. e. legum custodes, quia jura & legum XII. Tab. supplementa apud eos asservabantur.

Faliscorum Mons, Soractes, *Monte S. Oreste*, & *Monte di S. Silvestro*, mons Etruriæ, in finibus Faliscorum, ad Tiberim fl. in Prov. Patrimonii S. Petri, & e regione Sabinæ provinciæ. Aliis est urbs Mons Phisco, *Monte Fiascone*.

Faliscus, a, um, adject. ut Præsepes faliscæ, apud *Cat. de R. R. c. 4.* quæ sc. ex ligno faliseo optimæ fiebant. ¶ Faliscus venter, vel faliscus simpliciter genus erat farciminis, quod Romani a Faliscis didicerant. *Martial. l. 4. epigr. 46.* Et lucanica ventre cum faliseo. *Stat. l. 4. Silv.* Non lucanicæ, non graves Falisci.

Falla, æ, f. antiquum nomen, idem ac fallacia. *Vet. Poeta apud Non. c. 2. n. 316.* Me non vocavit, ob eam rem hanc feci fallam.

Fallacĭa, f. 1. *inganno*, מרמה, Ger. *betrug*, Gal. *tromperie*, Hisp. *engano*, δόλος, techna, dolus malus, sermo compositus ad fallendum. *Var. l. 5. de L. L.* deducit a fando. Et adjungit, si quis re fallat, in hoc non proprio nomine fallaciam esse, sed translatione. *Ter. Andr. 4. 4. 39.* Fallacia alia aliam trudit. *Cic. 2. de Div.* Tota res est inventa fallaciis aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. *Colum. l. 11. c. 2. circa med.* Nonnulli gustu explorare uvæ maturitatem tentaverunt: sed hæc ipsa res habet aliquam fallaciam.

Fallacĭes, ei, f. 5. fallacia. *Apul. l. 5. Met.* Fallacie germanitatis inducta.

Fallaciloquentĭa, æ, f. 1. sermo fallax. *Cic. de Fin. l. 4. c. 25.* Ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ.

Fallaciōsus, a, um, o. 1. 2. *ingannatore*, ἀπατηλός, fallaciis plenus. *Gell. l. 14. c. 1.* Quibus hujusmodi ambages fallaciosæ confutantur.

Fallacĭter, adv. *con inganno*, בכרמה, Ger. *betrieglicher vvise*, Gal. *fauſſement, par tromperie*, Hisp. *enganosamente*, δολερῶς, fraudulenter. *Cic. 1. de Div. c. 18.* Fallaciter portenta interpretari. ¶ Comp. fallacius, sup. fallacissime. *Cic. de Arusp. resp.* Fallacissime se illis venditabat.

Fallax, cis, o. 3. *fallace, ingannatore*, Ger. *betrieglich*, Gal. *trompeur*, Hisp. *enganoso*, ἀπατηλός, dolosus, qui consuevit fallere, a fallo. *Cic. 4. Acad. c. 46.* Fallax imitatio simulatioque virtutis. *Ovid. 13. Metam. v. 799.* Fallacior undis. *Cic. pro Dom. c. 9.* Homo fallacissimus. *Id. pro Rabir. Post.* Merces fallaces, & fucosæ. ¶ *Fallacum* in genitivo plur. *Catull. carm. 30. ad Alphen.* Facta impia fallacum hominum.

Fallo, lis, fefelli, falsum, a. 3. *ingannare*, כזה, Germ. *betriegen*, Gall. *decevoir, tromper*, Hisp. *enganar*, ἐξαπατάω, decipio, a σφάλλω, quod proprie est supplanto. *Var. l. 5. de L. L.* derivat a *fando*, quia fando aliquem decipimus, & contra quam diximus, facimus. *Cic. Catil. 4. c. 11.* Si vis improborum spem meam fefellerit. *Ter. Heaut. 3. 1. 61.* Falli te finas technis per servulum. *Plin. l. 7. c. 37.* Fallere mandata, h. e. non exequi. *Curt. l. 7. c. 10.* Fallere promissum. *Id. l. 4. c. 5.* Opinio me fefellit. *Id. ib. c. 9.* Cum saxa lubrica vestigium fallerent. *Cic. l. 2. de Invent.* Opinionem tuam fefellit ea res. ¶ *Fallere sermonis*, pro sermone, & *Falli animi*, pro animo; illud est *Plauti Epid. 2. 2. 55.* & *Terentii Eun. 2. 2. 43.* hoc *Lucretii l. 5. v. 98.* ¶ Ponitur & pro latere, *stat nascosto*. *Livius.* Speculator Carthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus. Huc spectat etiam illud proverbium, *vivens falle*, λάθε βιώσας, *Horat. l. 1. ep. 17. v. 10.* Non vixit male, qui vivus, morienque fefellit. h. e. adeo obscure vixit, ut ab hominibus ignoraretur. ¶ *Fallere liberos parentibus*, affertur a nonnullis Lexicographis pro abducere liberos a parentibus, adducuntque locum *Plauti Rud. 3. 4. 42.* Sed ibi optimæ notæ Critici ita legunt: Tu ne hic teles virginalis liberos parentibus Sublectos habebis? V. *Feles.* ¶ Interdum sumitur pro evitare. *Ovid. ep. 19.* Fallere retia. *Hor. l. 2. sat. 7.* Fallere curas somno. ¶ *Ovid. l. 3. de ar. am.* Litera fallit oculos. h. e. effugit. Sic apud *cund. l. 4. Trist. eleg. 2.* Gaudia me fallunt. ¶ Neque hoc te, Crasse, fallit. *Cic. de Orat.* hoc est non te latet. ¶ Fallere alicujus faciem, *Virg. Æn. 1.* h. e. vultus alicujus sumere. Tu, inquit, faciem illius noctem non amplius unam Falle dolo & notos pueri puer indue vultus. ¶ Fallere arte moras, fallere horas sermonibus, fallere tempus narrando, *Ovid. 3. Trist. el. 3. & Heroid. epist. 18. render men nojosa la tardanza, passar' il tempo ec.* ¶ Nisi fallor, *se non m' ingenno*, formula, qua utimur, cum quæ narramus, certo nobis non constant. *Virg. 5. Æn.* Sic, nisi me fallo. *Cic. Phil. 12.* Nisi me fallit animus. ¶ *Si sciens fallo, tum me Jupiter lato afficiat:* formula erat solemnis jurantis, & sibi mala imprecantis, si juramentum non servasset, quæ legitur aliquoties apud *Livium*.

Falsarĭus, o. 1. 2. *falsario*, Ger. *felscher*, Gal. *faussaire*, Hisp. *falsario*, μετογράφων, qui decipiendi gratia scripta publica falsificat, ut testamenta &c. *Suet. in Ner. c. 16.* Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ, nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto obsignarentur.

Falsatio, onis, *falsificamento*, actus falsandi. *Hieronym. l. 2. in Rufin. c. 5.*

Falsātus, a, um, adject. *falsificato, falso*. *Sulpic. Sev. Dial. de virt. monach. c. 3.* Cum legentium fides facile posset habere discrimen, ne falsata sequeretur. Adde *Hier. 2. in Rufin. c. 5.*

Falsĕ, adv. *falsamente*, Ger. *felschlich*, Gal. *fauſſement*, Hisp. *falsamente*, ψευδῶς, fallaciter, inaniter, *Cic. in Acad. l. 4. c. 46.* Assentiri falsе nulli rei debemus. Superlat. Falsissime legitur apud *August. Conf. l. 10. c. 13. & epist. 222.*

Falsi-

Falsídicus, o. 1.2. ψευδολόγος, qui falsa consuevit dicere. *Plaut. Capt.* 3 5. 13. Me, meamque rem tuis sceleſtis falsidicis fallaciis dilaceraviſti.

Falsíficus, o. 1. 2. *falsario*, ψεύστωνδε, qui facit fallacias. *Plaut. Mil.* a. 2. 36. Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsijurium.

Falsijurius, ii, m. qui falsa jurat, *spergiuro*, ψεύσμοτον. V. *Falsificus*.

Falsilóquus, a, um, o. 1. 2. ψευδολόγος, qui falsa loqui consuevit. V. *Falsificus*.

Falsimonía, vel falsimonium, n. 2. *frode*, *fallacia*, מרמה, Ger. *falſchheit*, Gal. *fraude*, *fallace*, Hiſ. *engano*, ἐξαπάτη, fraus, fallacia. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 12. Quos cum cenſeas tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis.

Falsipátrens, tis, c. 3. qui falsum habet parentem, id eſt, cujus pater is eſſe creditur, qui minime eſt. *Catul. epig.* 63. Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis aufus falſiparens Amphitryoniades.

Falsítas, t. 3. *falſità*, שׁקר, Ger. *falſchheit*, Gal. *fauſſeté*, Hiſp. *falſedad*, ψεῦδος, vitium, quo id aſſerimus eſſe, quod non eſt. *Cic. pro Cluent. c.* 2. Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium falſitas habet. *Arnob. l.* 1. Inditæ ſcriptis falſitates.

Falso, as, a. 1. *falſificare*, falſum facio. *Mod. l. pen. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Qui pondera, aut menſuras falſaſſent.

Falso, adver. *falſamente*, ψεύδως, non vere. *Cic. pro L. Man.* Hoc incredibile omnibus, & falſo memoriæ proditum videbatur. *Nepos* 7. 9. Alcibiades in Thraciam ſe abdidit, ſperans ibi tacillime fortunam ſuam occuli poſſe. Falſo: Nam Thraces inſidias ei fecerunt &c.

Falsum, i, n. res falſa, *coſa falſa*. *Horat. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 29. Vero diſtinguere falſum. Adde *Lucret. l.* 4. *v.* 478.

Falsus, a, um, particip. a fallo, *chi ſi è ingannato*. *Ter. Eun.* 2.2.43. Ut falſus eſt animi! ¶ Active etiam ſumitur pro eo, qui decipit, *ingannatore*, *vano*, *mendace*, ψεύδης. *Andr.* 1.5.22. Cenſen', me potuiſſe proloqui ullam cauſam ineptam ſaltem, falſam, iniquam? *Cic.* 12. *Phil. c.* 2. Spes falſa, & fallax. Sic falſum gaudium, *Ter. Andr.* 1.2. Lingua falſa, *Ovid.* 2. *Met.* Falſus ſodalibus. *h. e.* qui ſodales fallit, *Catul. ep.* 30. ¶ In illo *Cic.* 3. *de Or. c.* 25. Quanto molliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ voculæ, quam certæ, & ſeveræ! *falſæ voculæ* ſunt, quas Itali vocant *falſetti*, quibus opponuntur *ſeveræ*. ¶ Item fictus, ſimulatus. *Salluſt. Catil.* 1. *c.* 10. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere. ¶ De comparat. ſic *Feſtus*: Falſius, & falſior cum rationabiliter dici poſſint, non tamen ſunt in conſuetudine. *Auguſt.* tamen *l.* 7. *C. D. c.* 5. Quanto eſt abjectior, & falſior. *Col. l.* 1. *c.* 6. Id falſiſſimum eſt. ¶ Falſum habere, eſt decipere. *Salluſt. in Jugurt.* Neque ea res me falſum habuit.

Falx, cis, f. 3. *falce*, בנל, Ger. *ſichel*, Gal. *faux*, Hiſp. *hoz*, δρέπανον, ἅρπη, ferramentum aduncum, quo ſegetes, & herbæ ſecantur, item illud, quo vites & arbores putantur, *pennato*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. ¶ Falcium multa ſunt genera, fœnariæ, ſtramentariæ, arborariæ, vineaticæ, ſylvaticæ, ruſcariæ. *Cato c.* 110. & 111. ¶ Falx etiam appellabatur bellica machina, quæ adunco præfigebatur ferro, dicta, quod incurvata eſſet ad ſimilitudinem falcis, ut ex muris lapides extraherentur. *Cæſ. B. G. l.* 3. *c.* 14. Falces præacutæ, inſertæ, affixæque longuriis, non abſimili forma muralium falcium.

Fama, f. 1. *fama*, שׁמעה, Ger. *geſchrey*, Gal. *renommee*, Hiſp. *fama*, φήμη, idem, ac rumor, ideſt, quicquid de aliquo divulgatur, ſive in bonum, ſive in malum, a Dorico φάμα pro φήμη, quod a φημὶ, *dico*. *Cic. Att. l.* 7. Bona de Domitio, præclara de Atranio fama eſt. ¶ Dicitur etiam de re inveterata, firmataque in hominum opinione, quamvis incerta. *Martial. de ſpect. ep.* 5. Quicquid fama canit, donat arena tibi. ¶ Item de nominis celebritate, & exiſtimatione. *Cic. pro Cæl.* Ab his fontibus profluxi ad hominum famam. *Id. pro Quint. c.* 15. Poſſidere famam, & exiſtimationem. ¶ Famæ in plural. legitur apud *Salluſt.* ſemel, & apud *Arnob.* Hinc *Seneca* Aruntium quendam reprehendit, quod affectate in Salluſtio imitaretur tam rarum dicendi modum. V. *eund. epiſt.* 114. *a med.*

Famelicósus, o. 1. 2. λιμώδης, frequenter famelicus. Unde famelicoſam, terram paluſtrem vocabant. *Feſt.*

Famélicus, o. 1. 2. *affamato*, רעב, Ger. *hungerig*, Gal. *affamé*, Hiſp. *hambriento*, βεβιμῶν, qui fame laborat. *Plaut. Caſ.* Poſt id, cum laſſus fuerim, & famelicus. Adde *Ter. Eun.* 2. 2. 29.

Famella, t. 1. dim. a fama. *Feſt.*

Fames, famis, f. 3. *fame*, רעב, Germ. *hunger*, Gal. *faim*, Hiſp. *hambre*, λιμὸς edendi cupiditas, a φάγω *edo*, quia qui fame laborat, cupit edere. *Cic. pro Cluent.* Ut etiam beſtiæ fame dominante plerunque ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſint, revertantur. ¶ Sumitur etiam pro caritate ex penuria annonæ, *careſtia*. *Cic. Terentiæ*. Ne brevi tempore fames in urbe ſit. ¶ Translate dicitur de quovis deſiderio. *Virg.* 3. *Æn.* Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?

Famiger, m. 2. qui fert famam. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Famigerabilis, o. 3. *conoſciuto per fama*, celebris, clarus, fama notus. *Apul. de Aſino*. Satis famigerabilis conjector.

Famigeratío, f. 3. διαβόησις, famæ diſſeminatio. *Plaut. Trin.* 3. 2. 66. Hæc famigeratio te honeſtet, me conlutulet.

Famigerátor, m. 3. qui fert famam, qui rei alicujus famam ſpargit. *Plaut. Trin.* 1.2.178. Ego de verbis eorum famigeratorum inſcius profiluí.

Famigerátus, o. 1. 2. divulgatus, celebris. *Apul. l.* 2. *Florid.* Famigeratum antiquitus fanum. *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 7. Multis famigerata fabulis.

Famigéro, as, a. 1. famam divulgo, celebrem ac notum reddo, διαφημίζω, V. *Famigeratus*.

Familía, æ, f. 1. *famiglia*, משפחה, Ger. *hauſſgeſind*, Gal. *famille*, Hiſp. *familia*, οἰκία, proprie eſt cœtus ſervorum. *Hirc. de bello Hiſp.* Familiam, & libertos convocavit. ¶ Sed paulatim uſus invaluit, ut quicunque ſub unius patriſfamilias jure viverent, & ſervi, & liberi, familiæ nomine comprehenderentur. *Cic.* 1. *de Or.* Unum putaſti ſatis eſſe in una familia Rhetorem. ¶ Poſt hæc ad eos quoque hoc nomen extenſum eſt, qui ex eadem ſunt cognatione, ut *Familia Cæſarum*, *Familia Scipionum*, & in hac acceptione dicebatur tantum, teſte Feſto, de liberis hominibus, deinde etiam de ſervis dici cœpit. *Cic. in Brut.* Ut dudum de Lælíorum, & Mutiorum familiis audiebamus. ¶ Denique ad ſectam translatum eſt. *Cic. de Div.* A Platone, Ariſtotele, Theophraſtoque, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime. ¶ Familiam ducere dicitur is, qui familiæ caput eſt, & princeps. Translate *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 5. Accedit etiam, quod familiam ducit in jure civili.

Familiarésco, is, n. 3. *divenire familiare*, *Sidon. l.* 7. *ep.* 3. Agnoſci, innoteſcere, familiareſcere.

Familiarícus, o. 1. 2. quod ad familiam ſpectat. Sella familiarica, erat eadem, ac patrocliana, ideſt quæ inferviret neceſſitati naturæ. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 13. ¶ *Cella familiarica* apud *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. eſt ea, quæ a *Catone R. R. c.* 14. appellatur *cella familiæ*, hoc eſt cubiculum, in quo habitant ſervi. Quid in legunt *ſella*, ſed minus recte.

Familiáris, re, o. 3. *famigliare*, Ger. *hauſſgenoſſ*, Gal. *familier*, Hiſp. *familiar*, οἰκεῖος, qui ex eadem familia eſt. *Plaut. Amph. prol. v.* 128. Ne qui eſſem, familiares quærerent. ¶ Item quod ad familiam pertinet. *Auct. ad Her. in præf.* Negotiis familiaribus impediti. ¶ Hinc ſervi etiam familiares dicuntur. *Senec. epiſt.* 47. Dominum patremfamilias appellarunt; ſervos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. ¶ Ponitur etiam pro amico, neceſſario, intimo. *Cic.* 7. *Fam.* Is me, quia ſcit tuum familiarem eſſe. *Id. l.* 6. Perfice, ut ſis in familiaribus Cæſaris. ¶ Item pro eo, quod frequens eſt, vel quod paſſim creſcit in aliqua regione. *Plin. l.* 13. *c.* 5. Utramque jam familiarem Italiæ videmus. ¶ Comp. familiarior, ſup. familiariſſimus. *Liv. l.* 24. Quibus ſolis aditus in domum familiarior erat. *Cic.* 13. *Fam.* M. Æmilius unus eſt ex meis familiariſſimis, atque intimis. ¶ In extis hoſtiæ cæſæ duas partes haruſpices diſtinguebant, familiarem vitalemque unam, inimicam alteram: utramque porro fiſſum appellabant. *Cic. l.* 2. *de Divin.* Quæ pars inimici, quæ familiaris eſſet. *Et mox*. Fiſſum familiare, & vitale tractant, caput jecoris ex omni parte diligentiſſime conſiderant. *Liv. l.* 8. *c.* 9. Decio caput jecinoris a familiari parte cæſum aruſpex dicitur oſtendiſſe.

Familiarítas, atis, f. *famigliarità*, *dorneſtichezza*, Ger. *freundſchafft*, Gal. *familiarité*, Hiſp. *familiaridad*, συνήθεια, conſuetudo inter familiares, & amicos. *Cic.* 13. *Fam.* Cum Antipatro Derbete mihi non ſolum officium, verum etiam ſumma familiaritas intercedit. *Cic. offic.* 2. *c.* 8. Familiaritates fidas habere amantium.

Familiaríter, adv. *famigliarmente*, Ger. *freundeclich*, Gal. *familiairement*, Hiſp. *familiarmente*, οἰκείως, domeſtice. *Cic.* 6. *Ver.* Cum is L. Siſenna tam familiariter uteretur. ¶ Familiariter ferre mortem alicujus, eſt graviter, & moleſte; Nam quæ ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt cara. *Ter. Andr.* 1. 1. 84. Hujus mortem tam fert familiariter. ¶ Comparat. familiarius. *Cic. pro Cæl. c.* 23. Licentius, liberius, familiarius cum domina vivere. Superlat. familiariſſime. *Id. Divin. in Ver. c.* 9. Cum illo familiariſſime, atque amiciſſime vivere.

Famíno, a. 1. dico, apud vet. *Feſt.*

Famis, is, f. idem quod fames. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 5. Algor eas, & famis macreſcere cogit.

Famósе, adverb. cum fama. *Tertul. l.* 1. *adv. Marc. c.* 22. Quid de tali medico judicabis, qui nutriat morbum, quo pretioſius, aut famoſius curet?

Famosítas, atis, f. 3. fama, celebritas. *Tertul. de Spectac. c.* 23. Damnandi in quendam ſcopulum famoſitatis.

Famósus, o. 1. 2. *famoſo*, Ger. *berümbt*, Gal. *fameux*, Hiſ. *famoſo*, ἔνδοξος, celebris, qui famam habet. *Tac. l.* 2. Sed quia famoſæ urbis ſupremam diem trahituri ſumus. ¶ Sæpius in deteriorem partem accipitur, pro infami. *Salluſt.* Largitionem famoſam, impudentemque. Inde famoſa mulier dicitur, quæ eſt famæ parum integræ. *Cic.* 2. *de Orat.* Nam me ad famoſas vetuit mater accedere. ¶ Interdum in activa ſignificatione ſumitur, pro eo, quod vulgo dicitur diffamatorium. Hinc *famoſi libelli* apud JCtos, qui alicujus famam lædunt. *Sueton. Aug. c.* 55. Sparſos de ſe famoſos libellos nec expavit, &c. ¶ Accipitur interdum etiam in bonam partem. *Apul. l.* 11. *Metam.* Vir gravis, & ſobriæ religionis obſervatione famoſus. ¶ Superlat. *famoſiſſimus Gellii* eſt *l.* 7. *c.* 3. *Apuleji in Apol.* &c.

Famul, idem ac famulus, apud vet. *Enn.* apud *Joſ. Scal. ad Cat.* E ſummo ut Regno tumul ultimus eſſet. Sed id factum videtur ab Ennio per Ecthliſin, & Synalœpham.

Famúla, æ, f. 1. ſerva, ancilla, *fanteſca*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Sin autem virtus ſubjecta ſub varios, incertoſque caſus, famula fortunæ eſt. *Virg.* 8. *Æn. v.* 411. Famulas ad lumina longo exercet penſo.

Famulabundus, a, um, adject. famulatorius. *Tertul. adv. Marc. l.* 3. *c.* 7. *ex Daniel. c.* 7. Omnis gloria famulabunda.

Famulans, antis, *chi ſerve*, qui famulatur. *Claudian. de B. Get. v.* 513. fortuna famulante. *Stat.* 3. *ſilv.* 3. *v.* 58. famulantis fiſtula Phœbi.

Famulanter, adv. *ſervilmente*, Germ. *vvie diener*, Gal. *ſervilement*, Hiſp. *ſervilmente*, ſuppliciter, in modum famuli. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 332. Natum affare, & famulanter pete.

Famulare, adv. ſerviliter, more famuli. *Stat.* 3. *Sylv. t. v.* 39. Nec turbidus ira, nec famulare timens.

Famularis, re, o. 3. *pertinente a ſervitore*, δούλιος, quod pertinet ad famulum, ſive famulam. *Cic.* 1. *Tuſc. c. penult.* Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte. *Stat.* 2. *Achil. v.* 67. Turba famularis menſas inſtruit. ¶ Jura famularia dare, eſt imperare populo Regia poteſtate. *Ovid.* 13. *Met.* Si Romam intravit, famularia jura daturum.

Famulatío, f. 3. *famiglia*, famulorum, famularumque multitudo. *Apul. l.* 2. *Mil.* Et ecce mulierem quampiam frequenti ſtipatam famulatione.

Famulatorius, a, um, adject. *ſervile*, ut famulatoria mendicitas, *Tertul. l.* 2. *ad Nation. c.* 14.

Famulatrix, icis, f. quæ famulatur, ſerva. *Donat. ad Ter. Andr.* 1. 1. 3. Coquina medicinæ famulatrix eſt.

Famulátus, us, m. 4. *ſervitù*, עבודה, Ger. *dienſt*, Gal. *ſervitude*, Hiſp. *ſervidumbre*, δουλεία, ſervitus. *Cic. de Amic.* Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis, & generis in famulatu fuerint. *Id. Offic.* 3. *c.* 33. Quam miſer virtutis famulatus ſervientis voluptati!

Famulítas, atis, f. ſervitus. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 319. Poſtquam parros vos oppreſſit famulitas.

Famulítium, n. 2. ſervitus. *Varro*. Apud ignavum dominum duro famulitio aſtrictus. Adde *Feſtum*. ¶ Item ſervorum copia. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 7. Unus e famulitio, cui provincia erat admittere volentes dominum convenire. Adde *Apul. in Apolog.*

Famúlor, atis, d. 1. *ſervire*, עבר, Ger. *dienen*, Gal. *ſervir*, Hiſp. *ſervir*, λατρεύω, ſervio, famuli officio fungor. *Plin. l.* 2. *c.* 63. Ut alimentis noſtris famuletur. *Cic.* 3. *de Rep. apud Non.* Eſt genus injuſtæ ſervitutis, cum hi famulantur, &c. ¶ Apud *Tertul.* legitur *famulo*, *as*, & accipitur pro famulos conſtituere, pro famulis uti. Inquit enim *Apolog. c.* 21. Cum elementa ipſa Chriſtus famularet.

Famúlus, m. 2. *ſervo*, *famiglio*, עבד, Ger. *diener*, *knecht*, Gal. *ſerviteur*, *valet*, Hiſp. *ſervidor*, *criado*, ὑπηρέτης, ſervus. *Cic. de Amic.* Parare pecuniam, equos, famulos.

Famúlus, a, um, o. 1. 2. famularis, ſervilis, *Ov.* 2. *de Pon.* Cæſareum famulo vertice ferre pedem. Adde 1. *Faſt. v.* 286.

Fanatícе, adver. furioſe, *da fanatico*. *Apul. l.* 8. *A. A.* Abſonis ululatibus conſtrepentes fanatice pervolant.

Fanáticus, a, um, o. 1. 2. *furioſo*, *fanatico*, ἐνθεαστικὸς, ἔνθεος, proprie dicebatur de Sacerdotibus, a *fanum*, ſed quia hi Oraculum edituri divino furore corripi putabantur, eamque opinionem crebra capitis quaſſatione, ac aliis inſanientium indiciis adjuvabant, inde eſt, quod fanaticus etiam ſumitur pro furioſo, atque inſano. *In vet. lap. extra Romam*. Q. Cœlio Apollinari Fanatico de æde Bellonæ. *Cic. pro Dom. c.* 60. Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo fanatice, ſacrificium, quod alienæ domi fieret, invifere? *Liv. l.* 39. Viros velut mente captos cum jactatione fanatica corporis vaticinari. ¶ Fanatica etiam dicitur arbor fulmine icta, auctore *Feſto*.

Fando, gerund. a verbo *Fari* defectivo, passive eleganter accipitur. *Cic. l. 1. nat. Deor. c.29.* At vero ne fando quidem auditum est, crocodilum violatum ab Ægyptio. ¶ Item active. *Virg. 2. Æn. v. 6.* Quis talia fando temperet a lacrymis?

Fandus, a, um, o. 1. 2. *da dire*, φατέος, quod est fatu dignum, quod justum, æquumque est. *Cic. 1. de Div.* Neque me Apollo fatis fandis invitam ciet. *Virg. 1. Æn. v. 543.* At sperate Deos memores fandi, atque nefandi.

Fannia lex, sumptuaria, quæ lata est a Fannio Consule anno U. C. 508. ad nimium conviviorum luxum compescendum. Hæc ludis Romanis, item ludis plebejis, Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, cæteris omnibus diebus denos. *Macrob. l. 2. c. 24. Gel. l. 1. c. 24.*

Fanniānus, a, um, ad Fannium (quod est nomen proprium Romanum) pertinens. *Cic. Attic. l. 12. ep. 5.* Fanniana epitome Bruti.

Fano, as, a. 1. dico. *Var. l. 5. de L. L.* Atque inde Herculi decuma data ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur. idest, ut fani lege sit, id dicitur.

Fans, antis, particip. qui loquitur. *Propert. l. 3. el.7. v.65.* Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus. *Plaut. Pers. 2. 1. 7.* Tu meum ingenium fans non edidicisti, atque infans.

Fanŭlum, parvum fanum. *Fest.*

Fanum, ni, n. 2. *tempio*, *chiesa*, בכמה, Ger. *tempel*, Gal. *temple*, Hisp. *templo*, ἱερὸν, templum. Aliqui derivant a *fando*, quod a templis fata petuntur, idest, oracula, vel quia Pontifex, dum dedicat, certa verba fatur. Alii scribunt per *ph*, & deducunt a φανερὸς, *manifestus*, quod e fanis responsa dabantur. *Cic. 2. de Leg.* Athenis fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ. ¶ *Fanus, i*, mas. gen. recte dici contendit *Isaac. Voss. ad Melam*, quia in ipsius antiquissimo codice *Cic. 3. de nat. Deor. c. 18.* legatur: Eumenidum Athenis fanus est. *Cic. Catil. 4.* De aris ac focis, & fanis ac templis. *Sueton. in Cæs.* In Gallia fana templaque Deum donis referta. Sæd hæc fere semper confunduntur.

Fanum Fortunæ, Fanum simpliciter, Fanestris Colonia, *Fano*, urbs Umbriæ, in ora Semnonum litorea, ditionis Pontificiæ, in Duc. Urbinate, inter Pisaurum ad Occ. & Senogalliam in Or.

Fanum Vacunæ, *Vocone*, vicus prov. Sabinæ, in ditione Pontificia, intra montes, in conf. Umbriæ.

Far, farris, n. 3. *farro*, חטה, Ger. kern, Gal. *blè*, *froment*, Hisp. *farro*, *escandia*, ζέα, est species frumenti, al. *adoreum*, sed pro quovis frumento accipitur. *Plin. l. 1. c. 18.* Vulgatissima frumenti genera far, quod adoreum veteres appellavere, siligo, & triticum. *Colum. l. 8. c. 5.* Et farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino asperso modice alendi. *Virg. 1. Georg. v. 73.* Flava feres mutato sidere farra. ¶ Videtur sumi pro farina apud *Colum. l. 8. c. 4.* ubi de cibariis gallinarum disserens ait: Potest etiam lolium decoctum objici, nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tantum appetuntur.

Farcīmen, inis, n. 3. *salsiccia*, *lucanica*, Ger. *vvurst*, Gal. *saucisse*, *boudin*, Hisp. *longanica*, *salchicha*, ἀλλᾶς, intestinum varie, ac minutim concisa carne refertum, a farciendo. *Var. l. 4. de L. L.* A fartura in extis farcimina appellata.

Farcĭno, as, a. 1. farcio, confercio. *Martian. Capel. l. 9. c. ult.* Fandis tacenda farcinat.

Farcio, is, farsi, fartum, a. 4. *empire*, מלא, Germ. *füllen*, *mester*, Gall. *farcir*, *remplir*, Hisp. *embutir*, *recalcar*, συμπληρόω, impleo. *Plin. in Ep.* Quia sint cæmento medii farti, nec testaceo opere præcincti. ¶ Farcire alicui centones, est eum gloriosis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis explere. *Plaut. Epid. 3. 4. 19.* Quin tu alium quæras, cui centones farcias. ¶ Metaleptice ponitur pro saginare, pinguefacere. *Col. l. 8. c. 7.* Hæc enim fere communis est cura farcientium. *Cato R. R. c. 89.* Farcire anseres.

Farctus. V. Fartus.

Farentīnum, n. 2. *Ferenzola*, urbs exc. Apuliæ Dauniæ, a Luceria 8. M. P. in Occ. Teanum versus.

Farfărus, Farfar, Pharphar, Chrysorrhoas, *Adegele*, *Farfar*, *Ferne*, fl. Syriæ, qui per Damascum fluit. ¶ Farfarus item, Fabar, Fabaris, *Farfaro*, *farfa*, fl. Sabinorum, qui oritur ex Severo M. al. prope Mompeum, in eo loco, qui dicitur *Capo Farfa*, fluit in Mer. juxta Farfense Cœnobium, & in Tiberim labitur ad Felicianum opp. & montem Faliscorum.

Farfărus, farferus, farfenus, farsenus, m. 2. herba, seu virgultum, al. farfugium, bechion, tussilago, foliis subtus albis, circa fluvios nascens, a Farfaro fl. Sabinorum, juxta quem maxime viget. Sed aliqui arborem esse censent chamæleucen, folio populi, sed ampliore, alii eam esse, quæ populus alba vulgo dicitur. *Plin. l. 24. c. 15. & Festus.*

Farfugĭum, ii, n. *Plin. l. 24. c. 15.* Chamæleucen apud nos farfarum, sive farfugium vocant. V. Farfarus.

Fari, verbum. V. Faris.

Farīna, æ, f. 1. *farina*, קמח, Ger. *mehl*, Gal. *farine*, Hisp. *harina*, ἄλφιτον, frumentum mola comminutum, & in pulverem redactum, a farre. *Ovid. de Med. faciei.* Nam quæ pulvereæ fuerint confusa farinæ. *Plin. l. 18. c. 7.* In subtilem farinam molere. ¶ Dicitur etiam de pulvere aliarum rerum contritarum, ut farina marmoris, *Plin. l. 32. c. 7.* farina caminorum, h. e. fuligo, *fuliggine*, *Id. l. 28. c. 7.* Sic *l. 23. c. ult.* Folia siccantur in farinam, quæ inspergitur ulceribus. ¶ Translate *Pers. sat. 5. v. 115.* Si tu, cum fueris nostræ paulo ante farinæ. h. e. nostri generis, aut gregis, plane similis.

Farinarĭus, a, um, o. 1. 2. *da farina*, quod ad farinam pertinet. *Plin. l. 18. c. 11. sub fin.* Farinario cribro secernunt.

Farinōsus, a, um, adject. farina conspersus, *infarinato*. *Veget. l. 2. c. 30.* Farinosa congeries.

Farinulentus, a, um, adject. farinosus. *Apul. l. 9. Metam.* Farinulento cinere sordide candidati.

Farĭo, onis, m. piscis alio nomine trutta. *Auson. Mosel. v. 130.* Amborum medio fario intercepte sub ævo.

Farior, aris, dico, pro fari, fatur, veteres usos fuisse, testatur *Diomed.* V. *Rosin. Antiq. Rom. l. 8.*

Faris, vel fare, fatur, fatus sum, d. 1. *parlare*, Ger. *reden*, Gal. *parler*, Hisp. *hablar*, φάσκω, loquor, a φάω, φῶ, *dico*. Veteres enim *for* pro *fo* dixere. Varronis sententia proprium est puerorum, cum primum vocem edere incipiunt, quæ intelligi potest. Sed dicitur generatim de omni ætate. *Virg. 6. Æn.* Sic fatur lacrymans. *Cic. 2. Tus.* Non potest hæc fari tantum dictis, quantum &c. *Id. de Univers.* Fari ad aliquem. *Virg. 3. Æn. v. 362.* Fare age. *Id. 10. Æn. v. 225.* doctissima fandi.

Farnus, i, f. arbor de genere quercuum. *Vitruv. l. 7. c. 1. Pallad. l. 1. tit. 9.*

Farracĕus, a, um, adject. qui est ex farre, ut pollen farraceum, *Plin. l. 24. c. 7.*

Farraginarĭa, orum, n. 2. farragines, seu varia frumentorum genera simul commixta ad pecora per hyemem pascenda. *Col. l. 11. c. 2. post med.* Farraginaria quoque pecori futura per hyemem præsidio.

Farrāgo, ginis, f. 3. *farragine*, כסכוא, Ger. *vermischung von mancherley dingen*, Gal. *mèlange*, Hisp. *mezcla*, πολυμιγία, pabulum pecorum, a *farre*, quia ex recrementis farris fit admixto hordeo, vel vicia. *Plin. l. 18. c. 16. Varro l. 1. R. R. c. 31.* Far ferro cæsum farrago dictum, aut quod primum in farracea segete seri cœptum. ¶ Translate dicitur de quacunque commixtione diversarum rerum. *Juv. sat. 1. v. 85.* Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.

Farrarĭum, ii, n. locus farri reponendo aptus, ut granarium a grano. *Vitruv. l. 6. c. 9.* Horrea, fœnilia, farraria.

Farrarĭus, a, um, adject. ad far pertinens, ut farraria pila, in qua sc. Far pinsitur. *Cato de R. R.* Farrarius ager, *l. Defuncta*, *Dig. de usufr.*

Farrātus, a, um, adject. *Pers. sat. 4. v. 31.* Farrata olla. h. e. Puls ex farre in olla cocta, metonymice.

Farreatĭo, f. 3. genus sacrificii erat, quo Sacerdotum matrimonia contrahebantur, sicut diffarreatione dissolvebantur, a *farreum*, genus libi ex farre factum, quia farreum ei adhibebatur. *Cic. in Top. Plin. l. 18. 3.* V. *Confarreatio.*

Farrĕum, rei, n. 2. τὸ σιτικὸν, genus libi ex farre factum. *Fest. Plin. l. 18. c. 3.* Novæ nuptæ farreum præferebant.

Farrĕus, a, um, o. 1. 2. *di farro*, quicquid ex farre confectum est. *Col. l. 7. c. 12.* Farreo, vel triticeo pane satiandi sunt.

Farricŭlum, i, n. parvum farreum. *Pallad. in Octobr. tit. 21.* Ex novo tritico purgato farriculum facias.

Farsĭlis, le, adject. idem ac fartilis, ut farsilis porcellus, apud *Apic. l. 8. c. 7.*

Farsūra, æ, f. idem quod fartura. *Tertull. advers. Valentinian. c. 27.* Marcescit reliqua farsura.

Farsus, a, um, idem quod fartus. *Hygin. fab. 126.* Victor capiet ventriculum farsum. *Apic. l. 8. c. 8.* Lepus farsus.

Fartĭlis, le, o. 3. quod farcitur, saginatur. *Plin. l. 10. c. 22.* Fartilibus jecur in magnam amplitudinem crescit.

Fartim, adv. acervatim, cumulatim. *Apul. l. 3. Miles.* Aditus etiam, & tectum omne fartim stipaverant.

Fartōres, m. *salsicciai*, *che fanno salsiccie*, Germ. *vvurstmacher*, Gall. *patissiers*, *faiseurs de saucisses*, Hisp. *los que hazen las salchichas*, ἀλλαντοπῶλαι, qui farcimina faciunt, item qui aves macras ab aucupibus emptas lucri gratia farciunt, idest saginant. *Colum. l. 8. c. 7.* Pinguem quoque facere gallinam, quamvis fartoris, non rustici sit officium. *Cic. in offic.* Cetarii, lanii, coqui, fartores. Adde *Ter. Eun. 2. 2. 26.* ¶ Translate hoc nomine nomenclatores dicti sunt, quod clam velut infarcirent nomina civium in aurem Candidati. *Fest.*

Fartum, vel farctum, i, n. vel fartus, us, m. quidquid farcit, ac implet. *Col. de Arbor. c. 21.* Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fit speciosius, ac plenius. *Id. l. 5. c. 10. R. R.* Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici pleniorem & meliorem. Quod autem hic vocat fartum fici, *Palladius in Martio* pulpam fici appellat. ¶ *Fartum vestis* dicitur corpus ipsum vestitum. *Plaut. Mostel. 1. 3. 13.* Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum. ¶ *Fartum facere*, est farcire. *Id. Mil. 1. 1. 18.* Machæra gestit fartum facere ex hostibus. h. e. ita minutatim concidere, ut solent coqui carnes dissecare farciminibus faciendis. Al. leg. *fratrem facere*. *V. Taubman.*

Fartūra, vel farctura, æ, f. actus farciendi, impletio, farcimen. *Col. l. 8. c. 7.* Si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam farturæ processerint. h. e. saginationis. ¶ Dicitur & de quavis interna oppletione, præsertim parietum. *Vitruv. l. 2. c. 8.* Tres suscitantur in structura crustæ, duæ frontium, & una media farcturæ. Et *paulo ante:* Monumenta facta e marmore, intrinsecus calcata farcturis.

Fartus, us. V. Fartum.

Fartus, vel Farctus, a, um, adject. *empiuto*. *Cic. 5. Ver. c. 11.* Pulvinus Melitensi rosa fartus. *Plin. l. 10. ep. 40.* Parietes cæmento medii farti.

Fas, nom. indecl. *ciò*, *che è giusto*, *lecito*, *ed onesto*, Ger. *billich*, Gall. *loisible*, *licite*, *permis*, Hisp. *lo que es licito*, θέμις, quod est pium, religiosum, & fari dignum: ad Deos refertur, ut jus ad homines. *Virg. 1. Georg.* Fas, & jura sinunt. *idest* divina, ac humana jura permittunt. *Cic. de Arusp. resp. c. 16.* Contra jus, fasque. ¶ *Fas est*, licitum est. *Cic. pro Mil.* Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. ¶ *Fas est*. fieri potest. *Ovid. 3. Trist. el. 12. v. 41.* Fas quoque, ab ore freti, longæque Propontidos undis, Huc aliquem certo vela dedisse noto.

Fascelīnus, a, um, adject. ut fascelina sedes, apud *Sil. l. 14. v. 261.* sc. locus, in quo templum Dianæ Fascelidis.

Fascēlis, idis, f. Diana, a fasce lignorum, in quo absconditum ejus simulacrum Orestes, & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt. *Serv. ad Æn. 2. v. 116.*

Fascĭa, æ, f. 1. *fascia*, התולה, Ger. *binde*, Gal. *bande*, Hisp. *faxa*, ἐπίδεσμος, genus linteoli, quo pueri, vel aliud quid ligari solet. *Cic. 2. de Div.* Ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. ¶ Ponitur etiam pro tegumento crurum, pedumque. *Plin. l. 8.* Arrosis fasciis, quibus in calceatu utebatur. Hinc fasciæ crurules, pedulesque dicuntur. *Ulp.* Fasciæ crurules, pedulesque vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. ¶ Fascia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt. *Mart. l. 14. epigr. 134.* ¶ Item fasciæ dicuntur sectiones quædam orbis, quæ ab Astrologis zonæ, sive plagæ appellantur. *Martian.* Orbis terræ in quinque zonas, sive melius fascias discernitur. ¶ Aliquando etiam fascia ponitur pro nube in modum fasciæ cœlum percurrente. *Juven. sat. 14.* Nil color hic cœli, nil fascia nigra minatur. ¶ Fasciæ etiam dicuntur ornamenta quædam, quæ instar tæniarum gradatim dispositæ, epistyliorum frontes ornant. *Vitruv. l. 31. c. 3.*

Fasciātim, vel fasceatim, adv. a fasce, idest per fasces, vel a fascia. *Quinct. l. 1. c. 4.* Adjiciebant & asseverationem, ut *heu*, & attractionem, ut *fasciatim:* quæ mihi non approbantur.

Fasciātus, o. 1. 2. part. a fascior, *fasciato*. *Martial. l. 12. epigr. 57.* Nec fasciato naufragus loquax trunco.

Fascicŭlus, li, m. 2. *fascio picciolo*, אגודה, Ger. *bund*, *buschel*, Gal. *faisseau*, *fardeau*, Hisp. *haz*, δεσμὶς, parvus fascis, ut fasciculus literarum. *Cic. ad Tiron.* Quod fasciculus alter ad me jam sine tuis literis perlatus est. *Id. l. 3. Tusc. c. 18.* Fasciculum (sc. florum) ad nares admovebis.

Fascinamentum, i, n. fascinatio. *Apulejus.*

Fascinatĭo, f. 3. *malia*, כשוף, Ger. *verzauberung*, Gal. *sorcelerie*, Hisp. *hechizo*, βασκανία, actus fascinandi. *Plin. l. 28. c. 2.* Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus?

Fascĭno, as, a. 1. *ammaliare*, כשף, Ger. *verzaubern*, Gal. *ensorceler*, Hisp. *hechizar*, βασκαίνω, est malefico aspectu alicui nocere. Translate invidere, criminari: & dicitur quasi φάεσι, καίνω, *oculis occido*. *Virg. 3. Ecl. v. 103.* Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. *Catul. carm. 7.* Mala fascinare lingua.

Fascinōsus, i, m. qui magno Priapo est præditus. *Priap. Carm.* Non est poeta

poeta fascinosior nostro.

Fascĭnum, n. 2. *malia*, *incantamento*, *stregamento*, βασκανία, quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non sint, nec mentis compotes, sæpeque ad extremam maciem deveniant, a βάσκανος, V. *Fascino*. *Plin. l. 7. c. 2.* scribit ex Cic. mulieres omnes, quæ duplices habent pupillas, oculis fascinum circumferre. *Symmach. l. 1. ep. 13.* Nullo fascino felicitas publica mordeatur. ¶ Usurpatur etiam pro veretro, quia veteres adversus fascinationem veretro utebantur. Nam omnia turpia malos invidorum oculos ab instituto avertunt, atque avocant. Ut igitur aves inauspicatæ foribus affixæ amoliri infortunium credebantur, sic veretra, quorum in fascinando usus erat, fascinum etiam depellere censebantur. Hinc pueris figura veretri pro amuleto de collo suspendebatur. *Var. l. 6. de L. L.* Hinc *Plin. l. 19. c. 4.* scribit, hortos, & fores adversus invidentium effascinationes dicari, & in remedio esse Satyrica signa. idest intenta veretra Satyrorum. Et *Cœl. Rhod. Ant. Lect. l. 4. c. 7.* narrat, in sacris Bacchi veretrum magna celebritate plaustris per agros, & per urbes circumferri solitum fuisse, ut fascinatio a plantis, & segetibus, ab agnis, & aliis bestiis, ab hominibus averteretur. *Hor. Epod. 8.* Minusve languet fascinum. ¶ Est etiam fascinus, i, m. g. *Auct. carm. Priap.* Non me vocabis pulcra per Cotyttia ad feriatos fascinos.

Fascĭnus, i, m. Dei nomen apud Veteres, de quo sic *Plin. l. 28. c. 4.* Religione mutatur & Fascinus, Imperatorum quoque, non solum infantium custos, qui Deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur, & currus triumphantium sub his pendens defendit, medicus invidiæ &c. V. *Fascinum*.

Fascĭo, a. 1. *fasciare*, החתיל, Ger. *binden*, Gal. *bander*, Hisp. *fanar*, σπαργανόω, est fascia ligare. *Capitolin. de Anton. Pio*, *c. ult.* Tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectus incederet.

Fasciŏla, f. 1. *picciola fascia*, ἐπιδέσμιον, parva fascia. *Cic. de Arusp. resp. c. 21.* A muliebribus soleis, purpureisque fasciolis.

Fascis, fascis, m. 3. *fascio*, δεσμὴ, lignorum, aut alterius cujusque rei congeries, quæ ligando fit. *Cæs. 8. B. G.* Fasces stramentorum, ac virgultorum. *Virg. in Buc. ecl. 9. v. 69.* Ego hoc te fasce levabo. ¶ Apud Romanos fasces erant fasciculi virgarum ex betula arbore, Magistratuum insignia, qui illis a lictoribus præferebantur, Consulibus duodeni, Proconsulibus, & Prætoribus Provincialibus seni, Prætoribus Urbanis bini, Dictatori viginti quatuor, quibus obligata erat securis, ita, ut ferrum in summo extaret. Id eo consilio a majoribus fuit excogitatum (ut docet Plutarchus in Problematibus) ut ostenderent, Magistratuum iram in sumendo supplicio non debere esse præcipitem, eosque fasces habere, sed tamen ligatos, quique sine justa causa non deberent dissolvi: præterea si subito in aliquem Magistratus excanduisset, ut ea mora, dum virgæ, aut securis expediretur, furor ille aliqua parte subsideret. Qui corrigi poterant, virgis castigabantur, qui erant malitia deplorata, securi feriebantur. Fascis etiam pro Magistratu metonymice ponitur. *Virg. 2. Georg.* Non illum populi fasces, non purpura Regum flexit. Hinc *Fasces submittere*, erat alicui honorem habere, cedere. *Liv. l. 2.* de Poplicola, & *Plin. l. 7. c. 30.* de Cn. Pompejo.

Fasēlus. V. Phaselus.

Faseŏlus. V. Phaseolus.

Fasiānum, n. 2. *Fagiano*, opp. Apuliæ Peucetiæ, in ora, a Monopoli 9. M. P. in Or. Brundusium versus 31.

Fasti, orum, m. 2. erant libri, iidem ac Annales, in quibus Pontifex Maximus scribebat res gestas P. R. tum belli, tum pacis, singulis annis, & singulis diebus, quemadmodum acciderant. Dicti sunt a diebus Fastis. V. *Annales*. Hinc Ovidius opus suum Fastos inscripsit, quod materiam ex libris Fastorum, idest ex priscis Annalibus desumpsisset. Sed Vossii sententia Fasti Ovidiani sic dicuntur, quia in iis referantur dies Fasti, qui longe plures, quam Nefasti. Nam a potiori denominatio facienda est. Hoc nomen etiam in 4. decl. usurpatum reperitur. *Lucan. l. 10. v. 187.* Nec meus Eudoxi vincetur Fastibus annus. ¶ Dies fasti illi erant, quibus Prætoribus licebat lege agere, idest jurisdictionem exercere, & absolvere, ac condemnare. Dicti sunt Fasti a *fando*, quod illis diebus permissum erat Prætoribus fari tria illa verba solemnia in jurisdictione exercenda, *Do*, *Dico*, *Addico*. ¶ Fasti dies alii erant festi, alii profesti, alii Senatorii, alii non Senatorii, alii comitiales, alii non comitiales. Sed divisio celebrior est, qua in tres species dividuntur. Prima erat eorum, qui erant *Fasti proprie*, & *toti*: proprie, quia Prætor semper & poterat, & solebat lege agere, nisi cum casus aliquis extra ordinem interveniebat: toti, quia horis omnibus lege agere licebat. Hi simpliciter Fasti dicebantur, & in Calendario litera F. signabantur. Erant in toto anno 38. Secunda eorum erat, qui *proprie*, *sed non toti Fasti* erant, siquidem Prætor omnibus his diebus quidem, sed non omnibus horis poterat lege agere. Notabantur his literis Fp. Np. En. Q. Rex C. F. Q. St. Df. idest, *Fastus primo*, *Nefastus primo*, *Endotercisus*, *Quando Rex Comitio fugit*, *Quando stercus defertur*. Erant 65. Tertia eorum, qui *non proprie sed casu Fasti* erant, cujus generis erant Comitiales. Interdum enim Comitia non habebantur, & tunc lege agere licebat. Hi interdum erant Fasti toti, idest, cum nulla Comitia habebantur, interdum ex parte, idest, cum Comitia fiebant, sed non toto die. Erant 184. Ex Manut. De veterum dierum ratione. ¶ Dies Fasti a Cn. Flavio Ap. Cæci scriba invitis Patribus evulgati sunt: quod adeo gratum P. R. fuit, ut illum primo Trib. pl. deinde etiam Ædilem Curulem creaverint.

Fastidibĭlis, le, adject. fastidium afferens, ut fastidibilia judicia, *Tertul. de anim. c. 33.*

Fastidienter, adverb. fastidiose. *Apul. l. 5. A. A.* Parentibus fastidienter appellatis.

Fastidilĭter, adverb. fastidiose. *Var. apud Non. c. 2. n. 336.* Ardens habere, & non habere fastidiliter, inconstanti pectore.

Fastidĭo, is, ivi, itum, a. 4. *aver in fastidio*, *fastidire*, מאס, Germ. *verachten*, Gal. *se facher*, *se degouter*, Hisp. *ensadar*, *hazer hastio*, ἀποστρέφομαι, respuo, abhorreo, fastidio afficior, a fastus, quod proprie sit cum fastu aspernari. Construitur cum accusativo. *Hor. l. 1. ser. sat. 2.* Num esuriens fastidis omnia præter pavonem, rhombumque? ¶ Vel cum infinitivo. *Quinct. l. 5. c. 2.* Qui fastidiant præstare hanc inferioribus curam. ¶ Est etiam verbum neutrum. Nam reperitur absolute quasi verbum 1. ord. neutrorum. *Plaut. Cas. 3. 6.* Mane vero, quanquam fastidis. ¶ Item ab antiquis in 2. neutrorum ordine usurpabatur. *Lucil. l. 5.* Difficiles sumus, fastidimus bonorum. *Plaut. Aulul. 2. 2. 67.* Abiit, neque me certiorem fecit: fastidit mei. ¶ Item reperitur usurpatum in 5. neutrorum ordine. *Cic. pro Mil.* Qui non modo improbitati irascuntur Candidatorum, sed etiam recte factis sæpe fastidiunt. Sed aliqui dicunt esse ablativum communem causæ, aliqui legunt *in recte factis*, & asserunt, non verbi, sed præpositionis casum esse.

Fastidiōse, adv. *fastidiosamente*, בזיון, Ger. *verechtlich*, Gal. *per dedain*, *arrogamment*, Hisp. *con astio*, *arrogantemente*, ὑπερόπτικως, cum fastidio. *Cic. pro Planc.* Huic ego jam stomachans fastidiose, Imo ex Sicilia, inquam. *Id. 2. de Or.* Nolo enim dicere de tam suavi homine fastidiosius.

Fastidiōsus, a, um, adject. qui fastidit, *fastidioso*, ἀψίκορος. *Cic. in Brut. c. 70.* Fastidiosus literarum latinarum. *Id. ib. c. 57.* Antonius facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus. *Auct. ad Heren. l. 4.* In æquos, & pares fastidiosus. *Id. ib. c. 23.* Aurium sensus fastidiosissimus.

Fastiditus, a, um, adject. *nojoso*, *fastidito*, *sprezzato*, καταφρόνητος, fastidio habitus. *Plin. in præfat.* Res ardua, vetustis novitatem dare, fastiditis gratiam. *Lucan. l. 7. v. 844.* Pars Senatus fastidita jacet.

Fastidĭum, dii, n. 3. *fastidio*, *tedio*, *sprezzamento*, גיעל, Germ. *verachlung*, *verdruss*, Gal. *mepris degout*, Hisp. *hastio*, *aborrecimiento*, καταφρόνησις, contemptus, tædium, nausea. *Cic. 10. Phil.* Quorum, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. *Sueton. in Aug. c. 44.* Exegit ingenti fastidio, & acerbitate nummum asperum, aurum ad obrussam. *Senec. ep. 9.* Omnis stultitia laborat fastidio sui. ¶ Movere fastidium, *far noja*, *Quintil.* & *Horat.* ¶ Esse in fastidio. h. e. fastidio haberi, contemni. *Plin. l. 12. c. 19.* ¶ Adducere rem aliquam in fastidium, *Id. in præfat. l. 6.*

Fastigatĭo, f. 3. actus fastigandi, *Plin. l. 17. c. 14.* Ut fastigatio lævi descendat cuneo.

Fastigātus, & fastigiātus, a, um, adject. in fastigium erectus, cacuminatus, *aguzzo*, *tirato in punta*, ὀξυωδὴς. *Liv. l. 37. c. 27.* Collis in modum metæ in acutum cacumen fastigatus. *Sidon. l. 2. ep. 3.* Ad arcem fastigatissimæ felicitatis evectus. ¶ *Isaac Voss. ad Pompon. Mel.* negat *fastigiatus*, & *fastigiare* recte dici, cum in MSS. passim legatur *fastigare*, & *fastigatus*, non enim *fastigo* est a *fastigium*, sed hoc ab illo.

Fastigio, as, V. Fastigatus.

Fastigium, gii, n. *sommità*, *acutezza*, ראש, Ger. *spitz*, Gal. *sommet*, Hisp. *cumbre*, κορυφὴ, altitudo, & summitas operis, quæ a latitudine surgere incipiens paulatim tollitur in acumen. Dici solet de tectis fastigiatis, quæ templis imponuntur, vulgo *cupole*. *Virg. 9. Æn.* Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi. *Cic. 2. Phil. c. 43.* Quem is honorem majorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? Ubi *Cicero* loquitur de Cæsare, cui divini honores decreti erant, de quo etiam *Flor. l. 4. c. 2.* ¶ Hinc translate *Cic. 3. Off.* Quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus. ¶ Generatim accipitur pro summitate cujusque rei. *Virg. 1. Æn.* Et fastigia suspicit urbis. ¶ Item pro profunditate. *Id. 2. Georg. v. 288.* Scrobibus quæ sint fastigia quæras. ¶ Item pro dignitate, seu statu alicujus. *Vellei. lib. 2. c. 69.* In consulare fastigium provectus. *Nepos Att. c. 14.* Pari fastigio stetit in utraque fortuna. *Tac. Ann. 2. c. 84.* Ejusdem fastigii vir, *del medesimo rango*. *Plin. in Paneg.* Fastigium tenere inter homines. h. e. Imperatoriam dignitatem. ¶ Apud *Var. l. 1. R. R. cap. 6.* Tria terræ, seu agrorum fastigia. h. e. tria genera. ¶ Summa sequi fastigia rerum, apud *Virg. 1. Æn.* est summa rerum capita narrando percurrere.

Fastigo, as, a. 1. *aguzzare*, *tirare in punta*, ὀξύνω, acumino, & quasi in fastigium erigo. *Plin. l. 18. c. 7.* Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam. *Sil. l. 5. v. 49.* Sensim fastigans compressa cacumina nectit. ¶ An etiam *fastigio* dicatur, V. Fastigatus.

Fastōsus, a, um, adject. superbus, fastu plenus, *fastoso*, *arrogante*. ὑπερήφανος. *Mart. l. 10. epigr. 13.* Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ. *Auct. Paneg. ad Pison. inter op. Ovid. vel Lucani.* Domus fastosa.

Fastus, us, m. 4. *fasto*, *superbia*, ἀλαζονεία, indigna sui ipsius per superbiam existimatio cum contemptu aliorum. *Plin. l. 9. c. 35.* Superbo simul, ac procaci fastu, ut Regina meretrix. *Ovid. Fast. 1. v. 457.* Fastus inest pulcris, sequiturque superbia formam. ¶ Ponitur & pro contemptu. *Tac. 2. Ann. c. 2.* Accendebat dedignantes & ipse lecticæ gestamine, fastuque erga patrias epulas.

Fatālis, le, o. 3. *fatale*, Germ. *von gott verhengt*, Gal. *fatal*, Hisp. *fatal*, *forçoso*, εἱμαρμένος, quicquid nobis ex fato impendet, aut destinatum est, & tam de iis dicitur, quæ exitium afferunt, quam de iis, quæ salutem. *Cic. Catil. 4. c. 1.* Meus Consulatus ad salutem Reipubl. prope fatalis fuit. Et *Catil. 3. c. 4.* Hic annus fatalis est ad interitum hujus Urbis. *Cic. Philip. 6.* Fuit aliquis fatalis casus... nunc si quis erit, erit voluntarius.

Fatalĭter, adverb. secundum fata, vel ex fatis, *fatalmente*, *per fatalità*, πεπρωμένως. *Cic. l. 2. Divin. c. 7.* Ex omni æternitate dicis definita esse fataliter.

Fatĕor, eris, fassus sum, d. 2. *confessare*, הודה, Ger. *bekennen*, Gal. *confesser*, *avouer*, Hisp. *conferar*, ἐξομολογέω, sponte affirmo, a *fatus*, seu *fari*. Proprie fateri dicitur is, qui in culpa est, & qui cogitur. ut fateri peccatum, *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 4.* Et *Auct. anteq. iret in exil.* Cum de scelere fateretur. Et in particip. *Ovid. 1. de Pont. eleg. 8.* Da veniam fasso. ¶ Passive usurpat *Cic. Agrar. 2. c. 21.* Quæ est ista æquitas, cæteros, etiamsi privati sint, permittere, ut publici judicentur, hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur?

Faticănus, o. 1. 2. *indovino*, qui fata canit, idest, futura prædicit. *Ovid. 9. Met. v. 417.* Hæc ubi faticano venturi præscia dixit ore Themis.

Faticĭnus, o. 1. 2. idem ac faticanus. *Ovid. 15. Met. v. 436.* Sic dicere vates, faticinasque ferunt sortes.

Fatidicus, a, um, o. 1. 2. μάντις, qui fatalem cuique sortem dicit, & quid omni vita futurum sit, a *fato dicendo*. *Virg. 8. Æn. v. 340.* Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima, futuros Æneadas magnos. *Cic. lib. 1 nat. Deor. cap. 8.* Anus fatidica Stoicorum Pronæa. ¶ Fatidici Dii apud Ethnicos dicebantur, qui per se, vel per suos ministros futura prædicebant; inter quos præcipui fuerunt Jupiter Dodonæus, & Hammonius, Apollo Pythius, & Delius, Latona, Mars, Minerva, &c. in Ægypto oracula reddentes: qui tamen omnes sub adventum Jesu Christi Salvatoris conticuerunt.

Fatĭfer, a, um, o. 1. 2. *mortifero*, μόρσιμος, mortifer, quasi fatum, idest, mortem afferens. *Virg. 8. Æn. v. 621.* fatiferumque ensem.

Fatigatĭo, f. 3. *stanchezza*, κάματος, lassitudo. *Col. l. 4. c. 15.* Minoribus modulis consita fatigationem veluti minuit. ¶ Fatigationem pro facetiis, & dicteriis usurpat *Sidon. l. 1. epist. 8.* cum inquit: Morari me Romæ, congratularis, id tamen facete, & fatigationum salibus admixtis.

Fatigatorius, a, um, adject. *Sidon. lib. 5. epist. 17.* Verba erant dulcia, jocosa, fatigatoria. h. e. faceta. V. Fatigatio.

Fatigātus, a, um, adject. *stancato*, *stanco*, καταπονηθεὶς. *Vellei. l. 2. c. 69.* Quem fortuna veluti fatigata destituit. ¶ Pro recreato, & refecto volunt nonnulli intelligendum illud *Horat. l. 3. od. 4. v. 11.* Me ludo fatigatumque somno, &c. Sic Vet. Glossæ *fatigare*, exponunt *titillare*.

Fatīgo, as, a. 1. *stancare*, הטריח, Ger. *bemiben*, Gal. *lasser*, Hisp. *cansar*, *acossar*, καταπονέω, lasso. *Liv. l. 8.* Qui aliquandiu pugna atroci cum & semet ipsi fatigassent. ¶ Aliquando est percutere. *Virg. 9. Æn.* Versaque juvencum terga fatigamus hasta. ¶ Aliquando perturbare, commovere. *Virg. 1. Æn.* Quæ mare nunc, terrasque metu, cœlumque fatigat. ¶ Aliquando excitare. *Virg. Æn. 4. v. 572.* Sociosque fatigat, Præcipites vigilate viri. ¶ Aliquando cohibere. *Cic. 3. Off.* Qui non verbis sunt, & disputatione Philosophorum, sed vinculis, & carcere fatigandi. ¶ Item torquere, vexare, molestia afficere. *Nepos Eumen. c. 12.* Fatigari fame. *Cic. Top. c. 20.* Verberibus torti, i-

gne

gne fatigati. *Virg. 7. Æn.* Undique collecti coeunt, Martemque fatigant. h. e. magno ardore prælium deposcunt, quasi Martem ipsum vexantes, & fatigantes.

Fatilĕgus, a, um, adject. q. d. fatum, seu mortem colligens. *Lucan. l. 9. v.* 821. Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

Fatilŏquus, o. 1. 2. idem ac fatidicus. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratæ hæ gentes fuerant.

Fatim, adverb. abundanter. *Serv. ad Æn.* 1. *v.*127. *& Fulgent. l.*2. *Mythol.*

Fatisco, is, n. 3. *aprirsi grandemente*, נפרח, Germ. *aufspalten*, Gall. *s'ouvrir*, Hisp. *abrirse, henderse*, χαίνω, Est abundanter aperiri, a *fatim, & hisco*. *Gel. l.* 17. *c.* 2. *ex l.* 1. *Annal. Q. Claudii*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 123. Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. *Solin. c.* 35. *a med.* Fatiscere in pulverem. ¶ Accipitur etiam pro deficere. *Tac. l.* 14. Ipse, exercitusque ejus per inopiam, & labores fatiscebant. *Id.* 3. *hist. c.* 9. Donec fatisceret seditio. *Colum. lib.*7.*c.*3. Ovis fatiscit post annum septimum. *h. e.* parere desinit. ¶ Olim & *fatiscor* deponens in usu fuit. *Accius* apud *Non. c.* 7. *n.*91. Tamen haud fatiscar, quin tuam implorem fidem. *Pacuv. ibid.* Si unquam fatiscar facere quidquam. Adde *Priscian. lib.* 8.

Fator, aris, d. 1. multum loquor, freq. a fari. *Fest.* Fatantur, multa fantur.

Fatŭa, V. Fauna.

Fatŭe, adverb. *pazzamente*, stulte, stolide. *Varr. l.* 5. *L. L.* & *Quintil. l.* 6. *c.* 4. (*al.* 5.) *Martial. lib.* 4. *ep.* 72. Non inquis, faciam tam fatue: nec ego.

Fatuellus, V. Faunus.

Fatuĭtas, atis, f. 3. *sciocchezza*, ἀνοία, insipientia, stultitia, stoliditas. *Cic. Att. l.*11. Ego hujus miserrima fatuitate conflictor. Adde *l.*2. *Invent. c.* 32.

Fatum, ti, n. 2. *fato, destino*, Ger. *gotter verhengnus, vorschung*, Gal. *destin, destinee*, Hisp. *hado*, εἱμαρμένη, decretum, voluntas Dei, a *fando*, quia nihil aliud est, quam quod de unoquoque nostrum Deus fatus est. *Virg.* 5. *Æn.* Oblitus fatorum, Italasne capesseret oras. ¶ Hujusmodi fati Veteres etymi causam afferebant, quia Jupiter voluntatem suam fatus esset Parcis, quæ illam æneis inscripsere tabulis, & quod Parcæ fatæ essent, id crederetur evenire mortalibus. ¶ Aliud est fatum physicum, de quo sic *Cic. l.* 1. *de Div.* Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, idest, ordinem, seriemque causarum, cum causæ causa nexa rem ex se gignat. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. ¶ Aliud dicitur Astrologicum, seu Mathematicum. *Suet. Tiber. c.*69. Circa Deos, ac religiones negligentior, quippe addictus Mathematicæ, persuasionisque plenus, cuncta fato agi. ¶ Stoicum fatum est, quo etiam scelera necessitate quadam inevitabili patrari, Stoici docuerunt: quod non modo a sanæ Religionis doctrina, sed etiam a cæterorum Philosophorum placitis valde abhorret. ¶ Interdum sumitur pro morte. Sic fato fungi, *Quintil.* 3. 7 Fato concedere, *Plin. Paneg. c.* 11. ¶ Quia fatum est naturæ ordo, ideo de morte violenta dixit *Cic. Phil.* 1. Multa autem impendere videntur præter naturam etiam, præterque fatum. Et *Virg.* 4. *Æn.* Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. *Tac. Ann.*6. *c.*10. Fato obire, *morire di sua buona morte*. ¶ Fati nomine aliquando etiam casus, & calamitas quælibet significatur. *Cic. ad Q. Fr. l.*1. *ep.*4. Uno meo fato & tu, & omnes mei corruistis. Alii leg. *facto*. *Id. Catil.* 2. *c.* 5. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, & pœnas jamdiu improbitati initare. ¶ Fata etiam dicuntur ea, ex quibus salus, aut exitium alicujus pendet: Sic fata Troica dicebantur conservatio Palladii, vita Troili, & sepulcrum Laomedontis. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 29. Ilio tria fuisse audivi fata. ¶ Libri etiam, in quibus perscripta sunt oracula, & responsa Deorum, fata vocantur. *Cic. Catil.* 3. Lentulus autem confirmavit ex fatis Sibyllinis, se esse tertium illum Cornelium, &c. *Id. l.* 2. *de divin. c.*44. In iisdem fatis scriptum erat. ¶ *Fato inscribere*, seu *fata scribenda advocare* dicebantur Veteres eo die quo filiis nomina imponebant, cum bona omnia caperent & ex nomine, & ex iis omnibus, quæ ab eorum nativitate ad eam usque diem contigerant. V. *Ter. de Anim. cap.* 37. *&* 39. *& Scalig. Lect. Auson. l.* 2. *cap.* 22.

Fatŭor, aris, d. 1. est divino furore corripi, a Fatua uxore Fauni. *Justin. l.* 43. *cap.* 1. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta velut per furorem futura præmonebat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur. ¶ Est item ineptire. *Sen. de morte Claudii*. Audi me, & desine fatuari.

Fatus, a, um, particip. a fari. V. Faris.

Fatŭus, o. 1. 2. *sciocco, balordo*, נבל, Ger. *ungeschickt*, Gal. *fou*, Hisp. *loco*, ἀνόητος, insipiens, stultus, insulsus, a *fando*, qua notat vaticinari. Nam veteres vates suos *Fatuos* a fatu vocabant, quomodo & ipsum nomen vates est a φάτης: sed quia vates furore correpti vaticinarentur, inde *Fatuus* pro vesano sumi cœpit. Fatuus, & stultus differunt, quia stultus est obtusis sensibus, fatuus nullis. *Cic.* 2. *de Orat.* Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quam eruditi magistri. *Ter. Eun.*5. 8. 49. Fatuus est, insulsus, tardus. ¶ Translate de cibis dicitur. Sed aliqui contra existimant, *fatuus* proprie dici de cibis insipidis, metaphorice ad homines insipientes transferri. *Martial. l.* 13. *epigr.* 13. Ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ.

Fauces, V. Faux.

Faventĭa, *Faenza*, urbs Galliæ Togatæ, in Æmilia, media inter Forum Cornelii, & Forum Livii, 10. M. ad Anemonem fl. a quo interluitur.

Faventĭa, æ, f. bonam ominationem significat, ut tradit *Festus*. Item favorem. *Accius Non. c.* 3. *n.* 93. Adhibere faventiam.

Faventīnus, a, um, adject. qui est a Faventia. *Plin. l.* 3. *c.* 1.

Favĕo, es, favi, fautum, n. 2. studeo, amo, amplector, *favoreggiare, favorire*, רצה, Ger. *gennen*, Gal. *favoriser*, Hisp. *favorecer*, συμπράττω, est favore adjuvare. *Cic. l.*1. *Fam. epist.*7. Favere alicujus dignitati, laudi, honori. *Id.* 1. *Tusc. c.* 23. Favere sententiæ alicui. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 6. Etsi non magis mihi faveo in nostra amicitia tuenda, quam tibi. h. e. non minus a me ipso amicitiæ officia reposco erga te. *Idem pro Planc. c.*1. Cum audirem, meos inimicos huic accusationi esse fauturos. ¶ *Favete linguis*, formula erat, qua in sacris silentium indicebatur, ut rite peragi possent, nulla voce mala obstrepente, ut ait *Sen. de vit. beat. c.*25. & *Cic. l.*1. *Div.* Eodem modo dicitur *ore favere*. *Virg. Æn.*5. *v.* 71. ¶ Adhibebatur hæc formula etiam in theatris, eadem sc. silentii faciendi ratione. *Ter. prol. Andr.* &c. ¶ Sciendum tamen, ea formula non tam silentium indici, quam ut fausta verba, & boni ominis dicantur. *Tibull. l.* 2. *eleg.* 2. *v.* 1. Dicamus bona verba: venit natalis ad aras: Quisquis ades, lingua vir, mulierque favete: *Ovid.* 1. *Fast. v.*71. Prospera lux oritur, linguis, animisque favete: Nunc dicenda bono sunt bona verba die. ¶ Usurpatur hoc verbum etiam impersonaliter. *Cic.* 2. *Off.* Non modo non invidetur illi ætati, verum etiam favetur.

Favilla, æ, f. *cenere, fuliggine*, αἰθάλη, ἴκνοδος, cinis illa tenuior ac levior, quæ, extincto igne, remanet, fuligo. *Ovid.* 7. *Met. v.* 79. Ut solet a ventis alimenta resumere, quæque Parva sub inducta latuit scintilla favilla, crescere, & in veteres agitata resurgere vires. *Terent. Adelph.* 5. 3. 60. Atque ibi favillæ plena, fumi, ac pollinis coquendo sit, faxo, & molendo. *Plin. sub fin. l.* 18. Cum contectus ignis ex se favillam discutit, scintillamve emittit. ¶ Sæpe dicitur de rogi cineribus. *Virg.* 6. *Æn. v.* 227. Relliquias vino, & bibulam lavere favillam. *Horat. l.*2. *od.* 6. *extr.* ibi tu calentem Debita sparges lacryma favillam Vatis amici. ¶ Est etiam ignis favilla tectus, cinis igne mixtus, *favilla, scintilla, fuoco*. *Martial. l.* 11. *epigr.* 53. Ova tenui versata favilla. *Claudian. de B. Get. v.* 24. Et juga taurorum rapidis ambusta favillis. ¶ Translate *Propert. l.* 1. *el.* 9. *v.* 17. Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni. Hæc est venturi prima favilla mali. ¶ *Favilla salis* apud *Plin. l.* 31. *c.* 7. *ad fin.* est pars ejus levissima, & candidissima. ¶ Item ignis scintilla, *favilla*. *Stat. l.* 2. *Silv.* 1. *v.* 2. Ante rogos, & adhuc vivente favilla.

Favillacĕus, & Favillaticus, a, um, adject. a favilla; ut fuligo favillacea, *Solin. c.* 48. Favillatica humus, *Id. c.* 27.

Favillesco, is, n. 3. favillas spargo. *Fulgent. de contin. Virg.* Auctoritas sepulta in oblivionis cinere favillescit.

Favissæ, f. 1. θησαυροί, cisternæ templi, quarum usus ad aquam, item cellæ cisternis similes, ubi reponi solebant signa vetera, quæ ex templo collapsa essent, & alia quædam religiosa e donariis consecratis, quæ vetustate facta essent inutilia, ab antiquo *favio*, pro foveo, vel fodio. *Valer. Soran.* dici putat, quasi *flavissas*, quod iis flata, signataque pecunia conderetur. *Fest.* & *Var. apud Gel. l.* 2. *c.* 10.

Favĭtor, m. 3. fautor, apud vet. a favitum *Plaut. pro Amph.* Sat habet favitorum semper qui recte facit. Adde *Lucil. apud Non. c.* 2. *v.* 326.

Fauna, Fatua, Senta Fauna, Bona Dea, filia Pici, soror, & uxor Fauni. Dicta est Fauna a φωνῶ, vel φάω, *loquor*, & Fatua a φάτης, *loquax*, quod mulieribus fata canere consuevisset. Dicta est Bona Dea, quia *Varrone* teste, tanta fuit pudicitia, ut perpetuo gynecæo, hoc est, mulierum conclavi, inclusa, nullum unquam virum præter maritum aspexerit. Post mortem Dea habita est. Ei a Romanis matronis in operto sacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab ejus sacris arcebantur, ut vel in ædem ejus inspexisse capitale haberetur. Sed alii narrant, filiam Fauni fuisse, Faunum ejus amore captum eam inebriavisse, ut sibi gratificaretur. Faunam patris libidini repugnantem ab eo virgis myrteis cæsam fuisse, tandem a patre deceptam esse in serpentem converso, ideo virgas myrteas in ejus templum interre nefas fuisse, in templo serpentes apparuisse, qui nec nocerent, nec extimescerent &c. *Corn. Labeo* scripsit, hanc Majam dictam fuisse, eandem esse ac Opim, seu Tellurem, seu Terram. dictam esse Fatuam a *fando*, quod infantes partu editi non prius vocem edunt, quam terram attigerint: Faunam, quod omni usui animantium *favet*: Opem, quod ipsius *ope* vita constet: Bonam, Deam, quod omnium nobis ad vitam *bonorum* causa est. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 12.

Fauni, Panes, Satyri, Sylvani, filii Fauni, vel Saturni, ut alii volunt, qui ab Ethnicis Dii agrorum, montium, sylvarum habiti sunt, sed credebantur post longum tempus interire, quod & ipsi e terra geniti essent. Inter se sic distinguuntur, ut Fauni, & Panes essent Dii agrorum, Satyri sylvarum campestrium, Sylvani sylvarum, quæ sunt in montibus. Fortasse Fauno hi filii fuere, Faunus, Pan, Satyrus, Sylvanus, quorum filii Fauni, Panes, Satyri, Sylvani appellati sunt. Habiti autem sunt Dii agrorum, &c. quod in agris, montibus, sylvis sibi a Rege patre assignatis habitavissent. Sed verisimilius est, hos Deos Arcadum fuisse, dici autem Filios Fauni, quod cum Picus Evandrum excepisset, in causa fuit, ut hi Dii in Italia consecrarentur. *Boccat. l.* 8. *Gen.* ¶ Faunos eosdem esse ac Incubos credebant Antiqui, ab iisque infestari dormientes, & opprimi. *Aug. l.* 15. *de Civ. Dei cap.* 23.

Faunigĕnæ, arum, m. 1. Italiæ seu Latii pop. a Fauno Rege. *Sil. l.* 8. *v.* 357. Faunigenæ socio bella inferre Sicano.

Faunus, Fatuus, Fatuellus, Pan, Ægipan, Sylvanus, Inuus, filius Pici, nepos Saturni, Rex Aboriginum, a φωνῶ, vel φάω, quod est fari, quoniam viris fata canere consuevisset, ut Fauna mulieribus. Ex uxore Fauna, vel Fatua, quam quidam illi etiam sororem, alii filiam fuisse ajunt, genuisse fertur Faunos, Panes, Satyros, & Sylvanos, item Acum ex Symetride Nympha, item Eurymedontem, item, ut aliqui volunt, Sentam Faunam, item Latinum ex Nympha Marica. *Boccat. l.* 8. *Gen.* Sed *Justin. l.* 43. scripsit, Latinum ex filia Fauni, & Hercule, qui eodem tempore victo Geryone armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat, stupro procreatum fuisse. Post mortem Deus habitus est.

Favoniana pyra, genus pyrorum rubrorum, a Favonio insitore. *Plin. l.* 15. *c.* 15.

Favonĭus, m. 2. *Zefiro*, Ζέφυρος, ventus, al. Zephyrus, qui spirat ab occasu æquinoctiali, contra Subsolanum, a *favendo*, quia favet genituræ, siquidem est spiritus genitalis mundi, quo plantæ hyberno frigore enectæ reviviscunt, & quo haustu quædam animalia concipere existimantur. Aliqui derivant a *fovendo*, quasi Fovonium, quia foveat sata. *Plin. l.* 18. *c.* 34. *Sen. l.* 5. *nat. quæst. c.* 16. *Gel. l.* 2. *c.* 22. Sed *Veget. l.* 4. *c.* 38. Zephyrum, & Favonium distinguit, his verbis: Occidentalem vero cardinem tenet Ζέφυρος, idest, Subvespertinus, huic a dextra jungitur Λίψ, sive Africus, a sinistra Ἰάπυξ, sive Favonius. Ab hoc vento spurii Favonii dicuntur; quia patrem nesciunt, eoque matres eorum similes sunt animantibus, quæ Favonii venti haustu concipere creduntur. *Isid. l.* 10. *c.* 5.

Favor, oris, m. 3. *favore*, חן, Ger. *gunst*, Gal. *faveur*, Hisp. *favor*, εὔνοια, voluntas, studium, a faveo. Vox hæc nova erat Ciceronis ætate. Ita enim legitur *in fragm. epist. ad Brut.* apud *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Eum amorem, & eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabo. ¶ Utitur tamen ipse *Cic. pro Rosc. Com. c.* 10. Favorem secum in scenam attulit. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Favorem facere, & emereri. Et *l.* 6. *c.* 1. Favorem ex aliqua re captare.

Favorabĭlis, o. 3. *favorito, grato*, רצוי, Ger. *gunstreich*. Gal. *favorable*, Hisp. *favorable*, ἐπιχαρής, qui gratiosus, ac favoris plenus est apud omnes. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Ut quisque honestus, invidiosus, favorabilis erit. ¶ Dicitur etiam active, pro eo, qui favet. *Liv. l.* 22. *c.* 26. Auram favorabilis populi ex Dictatoria invidia petit. ¶ Comp. favorabilior. *Sen. l.* 3. *de Ira*, *c.* 2. Eloquio favorabilior habitus. Alii tamen leg. *favorabilis*. *Plin.* 20. 8. Oleo perunctos favorabiliores fieri. *Quintil.* 12. 10. Favorabilior eloquentia.

Favorabilĭter, adverb. *favorabilmente*, Ger. *mitgunst*, Gal. *favorablement*, Hisp. *favorablemente*, ἐπιχαρίτως, plausibiliter. *Quintil. l.* 4. *c.* 3. In aliquem lætum, atque plausibilem locum, quam maxime possint, favorabiliter excurrere. *Suet. Ner. c.* 7. Trojam favorab. [illegible]. *Paul. Dig.* 40. 4. 10. Tunc favorabilius respondetur, [illegible].

Favorīnus, m. 2. Philosophus ex Arelate opp. G[illegible] N[illegible] eunuchus, qui in Græciam profectus sub Dione Philosophiæ operam dedit. Hadriano Principi infensus fuit. Hinc tria in se dicebat se admirari, quod, Gallus cum esset, græcissaret, quod eunuchus in adulterii suspicionem aliquibus veniret, quod cum Imperatorem inimicum haberet, adhuc

tamen viveret. In disputatione quadam Hadriano cessit, admirantibusque proximis. Nonne cedam, inquit, ei, qui viginti habeat legiones? Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare, hæresque librorum ab eo factus est. *Philostr. Gel. Ælian.*

Fauste, adverb. *felicemente*, Ger. *glücklich*, Gal. *heureusement*, Hisp. *dichosamente*, εὐτυχῶς, feliciter. *Cic. pro Mur. c.* 1. Ut his hominibus ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret.

Faustiānum vinum, quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis jugis nascebatur, Gauranum vocabant: quod in mediis collibus, Faustianum: quod in radice, Falernum. *Plin. l.* 14. *c.* 6.

Faustiniānus, a, um, ad Faustinam pertinens. *Capitolin. in Pio, c.* 8.

Faustĭtas, atis, f. 3. *felicità*, אשר, Germ. *glückseligkeit*, Gal. *bonheur*, Hisp. *dicha*, εὐτυχία, felicitas. *Horat. l.* 4. *Carm. od.* 5. *v.* 18. Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas.

Faustŭlus, a, um, o. 1. 2. dimin. a faustus. *Fest.* Faustulus porcellus, fœtura porcorum.

Faustŭlus, m. 2. pastor Remi, & Romuli nutritor. *Liv. l.* 1.

Faustus, a, um, o. 1. 2. *prospero, felice*, אשרי, Ger. *glückseffig*, Gall. *heureux*, Hisp. *dichoso*, εὐτυχὴς, prosper, felix, cui fortuna favet, a faveo. *Cic.* 1. *de Div. c.* 45. Idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, prætabantur. *Liv. l.* 7. *c.* 25. Faustum omen.

Fautor, m. 3. *fautore*, σπουδαστὴς, qui alteri bene cupit, a fautum sup. verbi *faveo*, vel ab antiquo favitor, per sync. *Cic. pro Rosc. Amer.* Hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuisset.

Fautrix, icis, f. 3. quæ favet. *Cic. pro Planc.* Et fidelis, & simplex, & fautrix suorum regio. Adde *l.* 1. *Fin. c.* 20.

Favus, m. 2. κηρίον, apum domus, seu cellula, quæ est sex angulorum, quot habet apis ipsa pedes. *Cic.* 1. *Off.* Non fingendorum favorum causa congregantur. ¶ Hanc vocem *Vitruv.* usurpat ad exprimendam figuram hexagonem, *l.* 7. *c.* 1. V. *Bald. Lex.*

Faux, cis, vel potius in plur. num. fauces, faucium, f. 3. *fauci*, פיה, Ger. *schlund*, Gal. *gorge*, Hisp. *garganta*, λάρυγξ, superior pars gulæ mento propinqua, sed interior, ubi os anguitatur, a fundendis vocibus, vel a fando, vel a φαίνω, seu φάω, *dico. Cic.* 1. *Tusc.* Quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterumve, & pulmonum vi & figura potest. ¶ Fauces per translationem dicuntur stricti ingressus vallium seu alterius loci. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 32. Corinthus erat sita in angustiis, atque in faucibus Græciæ. ¶ Translate fauces ponuntur pro discrimine, & periculo. *Cic. pro Arch. c.* 9. Urbs totius belli ore, & faucibus erepta.

Fax, facis, f. 3. *face, facella*, δαὶς, λαμπὰς, fustis incisus, & cera, vel oleo inunctus, ac compositus ad lumen faciendum, sitque præcipue ex arundinibus aridis, & picei generis arboribus, cujusmodi sunt tæda, & larix. *Var. de vit. P. R. l.* 2. Quum a nova nupta ignis in face efferretur de foco ejus sumptus, fax ex pinu ablata esset, ut eam puer ingenuus afferret. ¶ Per translationem accipitur pro incitamento, item pro auctore alicujus facinoris. *Plin. in ep.* Theophanes, fax accusationis, & origo. *Cic. pro Domo.* Ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret. ¶ *Addere faces alicui*, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. *Tac. l.* 1. *hist. c.* 23. Flagrantibus jam militum animis veluti faces addiderat Mævius. ¶ *Primam facem*, noctis principium vocitabant, quod tum primum uti face incipiamus. *Gel. l.* 12. *c.* 1. Sed cum jam prima fax noctis, & denliores esse tenebræ cœpissent, discessimus. ¶ Facem in nuptiis præferre solebant, sive ad observandam antiquam consuetudinem, quod non nisi noctu duci novas nuptas a sponsis mos erat, sive in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proserpina gestaverat, sive ut nova nupta ignem, & aquam, quæ duo sunt in vita maxime necessaria, cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoque aspergi solebat, ut casta, puraque ad sponsum duceretur. *Virg. Ecl.* 8. Mopse, novas incide faces; tibi ducitur uxor.

Faxo, significat facere, & verbum est defectivum, quod tantum habet futurum indicativi, nec id omnino integrum ad hunc modum, *Faxo, is, it*, & in numero plurali *faxunt*, & futurum optativi, & præsens subjunctivi, *Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Virg.* 12. Æn. Ego fœdera faxo firma manu. *Ter. Heaut.* Utinam Dii faxint. *Enn. apud Cic. de Sen.* Nemo me lacrymis decoret, nec funera faxit. *Liv. l.* 29. *c.* 27. Dii, hostium ulciscendorum copiam faxitis. ¶ *Faxem* pro teciissem. *Plaut. Pseud. l.* 5. 84. Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.

F A N T E E.

Febrĕsco, is, n. febri laboro. *Solin. c.* 31. Patuit, nunquam eos hinnulos febrescere.

Febrĭbĭlis, le, adject. febrilis, *Cæl. Aurel. Tard. l.* 4. *c.* 8. Vivi lumbrici febribiles.

Febricĭto, as, n. 1. *aver la febre*, πυρέττω, febri laboro, febri corripior. *Col. l.* 7. Febricitanti bovi convenit abstinere cibo uno die. *Cels. l.* 3. *c.* 6. Scire oportet, non febricitare eum, cujus venæ naturaliter ordinatæ sunt.

Febricōsus, a, um, adject. *febbricitante. Veget. l.* 1. *c.* 38.

Febricŭla, æ, f. 1. πυρέτιον, parva febris. *Plane. Cic. Fam. l.* 10. *ep.* 12. Qui ex labore in febriculam incidit, assiduam, & satis molestam.

Febriculentus, a, um, adject. febricosus. *Marc. Emp. c.* 22. Febriculento potionem dare.

Febriculōsus, o. 1. 2. πυρετώδης, qui habet febrem. *Catull. carm.* 6. Febriculotum scortum. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Non morbus his febriculosus, aut nimium gravis.

Febrĭlis, le, o. 3. πυρετικὸς, ad febrem pertinens. *Apul.* Ardore æstuans febrili.

Febrĭo, is, ivi, itum, n. 4. *aver la febbre*, Germ. *das kaltvvee haben*, Gal. *avoir la fievre*, Hisp. *tener fiebre*, πυρέττω, febrem patior. *Cels. l.* 6. *c.* 11. Potiones, si febriat puer, aquæ.

Febris, is, f. 3. *febbre*, קדחת, Ger. *kaltvvee*, Gal. *fievre*, Hisp. *fiebre, calembura*, πυρετὸς, est intemperies calida totius corporis, a *ferveo*, seu *ferbeo*, unde est *ferbis*, & per metathesin *febris. Cic. ad Tiron.* Is mihi nuntiavit, te plane febri carere. ¶ Febres periodicæ dicuntur, quæ statis temporis periodo accedunt, & recedunt, ut quotidianæ, tertianæ, quartanæ, quæ quotidie, tertia, vel quarta quaque die. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. ¶ Dicimus, febri laborare, affici, corripi, &c. *Cels. Cic. & alii.* Item febris accedit, decedit, evanescit, desinit, &c. *Iidem.* ¶ Febris Romanis pro Dea est habita, ne noceret. *Plin. l.* 2. *c.* 7.

Febrŭa, orum, n. 2. καθάρσια, dicebantur sacra expiatoria, & omne id, quod vim purgandi habere existimabatur, a *ferveo*, seu *ferbeo*, unde est *ferbuum*, & trajectis literis *februum*. Nam lustratio fiebat plurimum igne, aut undis ferventibus. *Ovid.* 2. *Fast. v.* 19. Februa Romani dixere piamina patres.

Februālis, V. Februlis.

Februamentum, ti, n. expiatio, purgatio. *Censorin. de die Nat. c.* 22.

Februarius, m. 2. *Febbraio*, φεβρουάριος, unus est ex mensibus anni, dictus a *februis*, quod tum februaretur populus, idest, expurgaretur. Nam Luperci primo die, qui februatus dicebatur, omnem urbem veterem pelles caprinas in manibus gestantes circumcursabant, idque piamen censebatur. Præterea duodecim diebus continuis pro defunctorum manibus februa, idest, sacrificia expiatoria fiebant. Sed aliqui dictum putant a Deo Februo, idest, Plutone, vel Plutonis patre, cui eo mense sacrificabatur. Nam Januarium Diis superis, Februarium Dii manibus consecraverunt. ¶ Hic mensis a Numa Pompilio in fine anni collocatus fuit. *Ov.* 2. *Fast.* Deinde Duumviri Sacrorum post Januarium potuerunt.

Februatĭo, onis, f. lustratio, purgatio. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Februātus, a, um, adject. lustratus, purgatus. *Var. l.* 5. *de L. L.* & *Festus.*

Februlis, vel Februalis dicta est Juno a Romanis, quod ipsi Februario mense sacra fiebant. *Fest.* ¶ Apud *Arnob. l.* 3. legitur *Februtis.*

Febrŭo, as, a. 1. *purgare*, καθαίζω, lustro, expio, purgo, expurgo, a februis. *Var. de vit. P. R.* In eorum enim sacris, liba cum sint facta, injicere solent farris semina, ac dicere, se ea februare, idest, pura facere.

Februus, m. 2. Pluto, vel pater Plutonis. *Ifid. l.* 5. *c.* 33. *Serv. in* 1. *Georg. Macrob. lib.* 1. *Saturn. c.* 13. scribit, sic appellari Deum quendam, qui februationibus, seu expiationibus præsit.

Fecĭāles, m. 3. *Araldi*, Φητιάλεις (*Manut.* scribit Fetiales) erant Sacerdotes, seu Legati Romani, penes quos belli, pacisque faciendæ jus erat, dicti a faciendo, quod pacem facerent, vel quasi *Feriales*, a *feriendo*, quod fœdus ferirent. Dubium est, utrum a Tullo Hostilio, an a Numa Pompilio instituti fuerint. Fecialium erat, missis prius quatuor legatis ad res repetendas, bellum indicere, & bello, fide pacis fœdere constituta, finem imponere. Neque justum aliquod bellum esse censebatur, nisi Feciales ex justa causa suscipi declaravissent, & idem indixissent. Bella tarde suscipiebant, quod bellum nullum, nisi pium, putabant geri oportere. V. *Liv. l.* 1. *c.* 33.

Fecialis, & le, o. 3. quod ad Feciales spectat. *Cic.* 1. *Off. c.* 11. Belli quidem æquitas sanctissime feciali P. R. jure præscripta est.

Fecundus, V. fœcundus.

Fel, fellis, n. 3. *fiele*, מרורה, Ger. *die gall*, Gal. *fiel*, His. *hiel*, χολὴ, flava bilis, humor flavus in corpore sub infima hepatis parte in veticula quadam contentus, quam cistulam fellis appellant. *Cic.* 2. *de Div.* Non dicam gallinaceum fel, sed tauri opimi jecur, &c. ¶ Aliquando fel, quod sit amarissimus humor pro animi amaritudine ponitur. *Plaut. Truc.* 1. 2. 76. Corda in felle sunt sita. ¶ Fel terræ, genus herbæ, sic dictum propter summam amaritudinem. *Plin. l.* 25. *c.* 6. ¶ Fel pro veneno posuit *Seren. Sammon. c.* 47. *Ovid.* 3. *Pont.* &c. ¶ Sales felle susfusi, *motti piccanti, e mordaci. Ovid.* 2. *Trist.*

Feles (rectius quam felis) is, f. 3. *gatto*, Ger. *katz*, Gal. *chat*, Hisp. *gato*, αἴλουρος, animal quadrupes, quod nobiscum in domibus tenemus ad murium venatum. *Phædr. fab.* 35. Feles cavernam nacta. *Id. ibid.* Felis catulis præbuerunt dapem. *Plin. lib.* 10. *c.* 73. Feles quo silentio, quam levibus vestigiis obrepunt avibus, quam occulto speculatu in musculos insiliunt? ¶ Translate sumitur pro rapaci, aut fure, ut Feles virginaria, vel virginalis, pro lenone virginum raptore, apud *Plaut. Perf.* 4. 9. 14. & *Rud.* 3. 4. 42. V. sup. in Fallo. ¶ In aliquibus Plauti editionibus legitur *Felles* duplici *ll.*

Felicĭtas, atis, f. 3. *felicità*, אשר, Ger. *glückseligkeit*, Gal. *prosperité, bonheur*, Hisp. *dicha, buenaventuranca*, εὐδαιμονία, beatitudo, summum bonum, extremum rerum omnium expetendarum. *Cic. in Brut.* Summam ejus felicitatem non satis grato animo interpretamur. ¶ Ponitur etiam pro prosperitate, *fortuna. Cic. pro Font.* Quorum cognita virtus, industria, felicitas in re militari. ¶ Item pro fœcunditate, fertilitate, ut felicitas terræ, apud *Plin. in epist.* ¶ *Felicitates* in plur. num. leg. apud *Terent.* 2. 3. 33. ubi ait: Nec quemquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonæ felicitates omnes adverſæ sint. ¶ Felicitas fuit Dea a Romanis culta ad impetrandos prosperos rerum successus. *August. l.* 4. *de C. D.*

Felicĭter, adverb. *felicemente*, εὐδαιμόνως, prospere, beate, fortunate. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 7. Omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 7. Rempub. felicissime gessisse. ¶ Feliciter vox erat in bonis ominationibus, & acclamationibus familiaris: cujus rei exempla leges apud *Cic. Att.* 13. 22. *Juvenal. Sat.* 2. *v.* 119. *Suetan. in Claud. c.* 7. &c. ¶ Interdum idem est ac fertiliter, feraciter. *Virg.* 1. *Georg. v.* 54. Hic segetes, illic veniunt feliciius uvæ.

Felinĕus, a, um, adject. *di gatto*, ut felinei oculi, apud *Serv. in* 3. *Georg. v.* 82.

Felīnus, a, um, adject. idem quod felineus. *Cels. lib.* 5. *c.* 18. Malagma, quod habet visci, felini stercoris, resinæ, sulphuris pares portiones. Alii leg. *visci feminis, stercoris*, &c.

Felĭo, is, n. 4. verbum exprimens vocem pardi. *Auct. carm. de philom. v.* 50. Panther caurit amans, pardus hiando felit.

Felix, icis, o. 3. *felice, fortunato*, εὐδαίμων, prosper, beatus, fortunatus. *Cic.* 2. *Phil. c.* 26. Mea autem tenentia si quis Reip. sit infelix, felix esse non potest. *Sallust. in Jugurth. c.* 95. Felicissimus omnium. ¶ Jungitur sæpe ablativo. *Virg. 6. Æn. v.* 784. Felix prole virum. ¶ Interdum addita præpositione. *ab. Cic. in Bruto, c.* 16. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. ¶ Sæpius cum præpositione. *in. Id. Q. Fr.* 1. 1. 10. Asia in te retinendo fuit felicior. ¶ Habet & genitivum, præsertim apud Poetas. *Sil. l.* 4. *v.* 349. Felix uteri. *Et v.* 398. Felix lethi. Et *Plin. in proœm. l.* 14. Felix gratiæ. ¶ In omnibus rebus agendis, præsertim quæ magni essent momenti, solemnis erat illa præfandi formula, *Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque sit*, ut est apud *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 45. ¶ Interdum *felix* est propitius, seu qui alios facit esse felices. *Virg.* 1. Æn. 334. Sis felix, nostrumque leves quemcumque laborem. ¶ Aliquando utilis, sive commodus. *Mart. l.* 1. *epigr.* 102. Et felix domino, notaque Cæsaribus. ¶ Aliquando, ferax, fertilis. *Liv. l.* 5. *c.* 24. Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. ¶ Felices antiquando dicuntur mortui, ut græce μακάριοι, vel μακαρίται. *Hor. l.* 1. *Sat.* 9. *v.* 27. Haud mihi quisquam: omnes composui felices. ¶ Sunt qui scribunt *fælix*, *Manut. in Orthogr.* hanc scribendi rationem tuetur, quam nos sequimur, sine diphthongo.

Fellātor, m. 3. qui fellat. Dicitur de corvo, quia corvos ore coire, & parere vulgus arbitratur. *Mart. l.* 14. *epigr.* 74.

Fellĕbris, e, adject. a fellando. *Solin. c.* 8. *de Boa serpente*: Uberibus bovis se innectit, suctuque continuo saginata, ita fellebri satietate extuberatur, ut &c. h. e. copioso lactis suctu. Alii legunt, *celebri*, alii, *funebri.*

Fellĕus, a, um, o. 1. 2. *di fiele*, χολώδης, quod ad fel spectat. *Plin. l.* 26. *c.* 12. Sudores felleos movent.

Fellĭco, as, freq. a fello, ut vellico a vello. *Solin. c.* 47. Nequaquam mater pullo ubera præbet fellicanda. Alii leg. *Fellitanda.*

Fellidūcus, a, um, adject. a felle, ut felliduca medicamenta, apud *Cæl. Aurel. Tard. l.* 3. *c.* 4.

Fellifluus,

Felliflŭus, a, um, adject. felle fluens. *Cæl. Aurel. Acut. l. 3. c. 19. de cholera:* Felliflua passio.

Fellito, as, a. 1. freq. a fello, ut cœnito a cœno. V. Fellico.

Fellītus, &

Fellōsus, a, um, adject. felle imbutus, felle abundans. *Fest. Avien. ep. ad Flavian. Myrmec. apud Pythæum l. 4. Collect. epigr. vet.* Fellitus amarans Ora sapor. *Cæl. Aurel. Tard.* 4. 6. Fellosus, & saniosus.

Fello, seu telo, as, a. 1. *succhiare*, *poppare*, θηλάζω, lac exugo, ab Æolico φηλάω, pro θηλάω, *mammam sugo*. Quidam deducunt a *fele*, alii a φιλέω, amo. *Var. apud Non. c. 2. n.* 344. Tum eum lac humanum fellasse. ¶ Translate dicitur de obscœna libidinis actione eorum, qui virilia exsugunt. *Martial. l. 2. epigr. 61. & alibi.*

Felsina, æ, f. 1. eadem ac Bononia. *Plin. l. 3. c. 15.* Intus colonia Bononia, Felsina vocitata.

Feltrĭa, f. 1. *Feltre*, urbs Venetiæ, seu Marchiæ Tarvisinæ, intra Alpes Tridentinas, ad Asonem fl. *Gruter. Inscript. pag.* 409. *n.* 8. ¶ Populi dicuntur Feltrini a *Cassiodoro*, a *Plinio* vero *lib. 3. c. 19.* Fertini. Ita enim in libris omnibus legitur, teste *Harduino*.

Femen, inis, n. *coscia*, παραμήριον, idem quod femur. *Valla* tamen putat, femina dici partes posteriores, mollioresque, femora vero interiores. *Plin. l. 28. c. 15.* Femina atteri, adurique equitatu, notum est. ¶ Verum hæc differentia non servatur, & promiscua femur, & femen usurpantur: immo hoc in sing. num. nominativo caret, ut *Serv. Charis.* & *Valla l. 4. c. 57.* docent. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 35.* Manibus, pedibus, feminibus, cruribus.

Femĭnal. V. Fœminal.

Feminalia, um, n. 3. παραμήρια, περισκελίδες, tegumenta feminum, & subligacula. *Suet. Aug. c.* 82. Hyeme quaternis tunicis, & feminalibus (al. *femoralibus*) & tibialibus muniebatur. Ubi notat *Casaubon.* per *feminalia*, & *tibialia* non intelligi, quod hodie *braccas* & *tibialia* dicimus (*calzoni*, *e calze*) sed fascias, quibus antiqui pedes, tibias, & femina tegebantur vel valetudinis, vel mollitiei, vel inclementis cœli causa: neque enim tunc in usu fuisse, ut braccati, & calceati essent. V. *eund. l. c.* Confirmat *Ferrar. 2. Elector. c.* 2.

Femoralĭa, ium, n. 3. idem quod feminalia. V. dict. præced.

Femur, vel femor, oris, n. 3. *coscia*, ירך, Germ. *hifte*, Gal. *cuisse*, Hisp. *muslo*, μηρός, coxendix, sed pars exterior, & anterior. *Cic. de Clar. Orat. c.* 80. Frons non percussa non femur. *Ovid. 8. Met.* Et conata femur mœrenti plangere dextra. V. Femen. ¶ Femur bubulum herba est nervis utilis. *Plin. l. 27. c. 9.* ¶ Apud Architectos femora dicuntur in triglypho plana illa, quæ inter canaliculorum cavitates eminent. *Vitruv. l. 4. c. 3.*

Fendicæ, arum, f. 1. diræ, imprecationes. *Arnob. l. 7. cir. med.*

Fendo, a. 3. ad iram concito, apud vet. Verbum est obsoletum, cujus composita *offendo*, & *defendo* sunt in usu. *Priscian. l.* 11. ¶ In Glossar. Isid. legitur *fensus*, iratus.

Fenĕbris, V. Fœnebris.

Fenestella, f. 1. *finestretta*, θυρίδιον, dimin. a fenestra. *Colum. l. 6. c.* 1. Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Adde *l. 8. c.* 3.

Fenestella, Lucius Fenestella historicus fuit Augusti tempore, cujus testimonio sæpe utitur *Plinius*. Dictus est Fenestella a calvitie capitis: qui enim in medio capite calvi essent, eos antiqui Fenestellas appellabant, quod fenestræ similitudinem præ se ferrent. *Alciat. l. 11. parerg.* ¶ Alter Fenestella, cujus tractatus extat de Sacerdotiis, & Magistratibus Rom. recentior est. Plinium enim ipsum citat; præterea meminit Episcoporum, & Archiepiscoporum: quæ voces Plinio ignotæ fuere.

Fenestra, æ, f. 1. *finestra*, חלון, Ger. *fenster*, Gal. *fenetre*, Hisp. *ventana*, θυρίς, foramen in pariete, ad ædem illustrandam, a φαίνω, *luceo*, quasi phænestra, vel ab aoristo ἔφανον, vel a φαινίζω, quod a φανῶν, unde φάνιστρα. *Cic. in Tusc.* Eæ partes quasi fenestræ sunt animi. ¶ Translate ponitur pro aditu, via, & occasione. *Ter. Heaut.* 3. 1. 72. Hui, quantam fenestram ad nequitiam patefeceris!

Fenestrālis, le, o. 3. quod est fenestræ. *Ovid. 6. Fast. v.* 578. Porta fenestralis. Alii leg. *Fenestellæ*.

Fenestratus, o. 1. 2. θυριδωτός, apertus, perforatus. *Vitruv. proœm. l.* 3. Pectora fenestrata, & aperta.

Fenestro, as, a. 1. *aprir finestre*, fenestras aperio, fenestram facio. *Plin. l. 11. c.* 37. Media oculorum cornea fenestravit pupilla.

Fera, æ, f. 1. belua, bestia, θήρ, *fiera*, animal non mansuefactum, & quod feritatem habet, ut lupi, leones, tigres, &c. a voce græca, quæ allata est, vel a *fero*, quod impetu, & naturali instinctu ferantur. *Cic. l. 1. Off. c.* 16. Expertes rationis, & orationis feræ. *Id. ib. c.* 16. Excitare, & agitare feras. ¶ *Belua* fere dicuntur de magnis feris, ut Elephanto, Leone: *feræ* de quibuscumque.

Ferabĭtis, f. 3. vitis agrestis, a feritate. *Sisen. apud Non. l.* 2. Et partim ferabite, partim lauro, & arbusto, ac multa pinu, ac myrtetis abundat. Sed legendum est, *fera vite*.

Feracĭtas, f. 3. *fertilità*, εὐφορία, fertilitas. *Col. l. 3. c.* 2. Ubi multa invitabunt regionis commoda, sequamur feracitatem.

Feracĭter, adverb. *feracemente*, *fertilmente*. *Liv. l. 6. c.* 1. Ab secunda origine, velut ab stirpibus, lætius, feraciusque renata urbs.

Feralĭa, orum, n. 2. prima com. dies sacrati Diis manibus, in mense Februario, idest, dies 21. & 23. quibus epulas ad sepulchra in cœnam ferebant, a *ferendo*. *Ovid. 2. Fast. v.* 569. Hanc, quia justa ferunt, dixere feralia, lucem.

Ferālis, le, o. 3. *funebre*, *mortale*, Germ. *tedilich*, Gal. *mortel*, Hisp. *mortal*, νεκρικός, funestus, dirus, exitialis, quidquid ad mortuos pertinet, ut Ferales præcones, qui funus indicunt, &c. Aliqui derivant a Feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum sepulchra inferebantur, *Virg. 4. Æn.* Solaque culminibus ferali carmine bubo visa queri. *Ovid. 2. Fast.* Tum cum Ferales præteriere dies. ¶ Feralis arbor, apud *Plin. l. 16. c.* 10. est picea, vel cupressus in funeribus adhiberi solita. ¶ Ferale neutrum adverbialiter positum. *Claudian. 3. de rapt. Pros. v.* 130. Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt.

Feralĭter, adverb. *Fulgent. l. 3. Mythol. c.* 1. Dum amor noviter venit, ut leo feraliter invadit.

Ferax, cis, o. 3. *fertile*, פורה, Ger. *fruchtbar*, Gal. *fertil*, Hisp. *fertil*, εὔφορος, fertilis, fœcundus, frugifer, a ferendo. *Ovid. l. 2. Amor. eleg.* 16. Terra ferax Cereris, multoque feracior uvis. *Cic. Ver.* 5. Agri feracissimi. *Pallad. l. 3. c.* 9. Feracissimæ uvæ. ¶ Translate *Cic. 3. Off. c.* 2. Nullus feracior in philosophia locus est, nec uberior, quam de officiis. *Plin. l. 5. ep.* 15. Ferax bonis artibus sæculum.

Fercŭlum, n. 2. *vivande*, Ger. *tracht*, Gal. *met de viande*, Hisp. *maniar*, πίναξ, missus ciborum, a *fero*, quia mensæ infertur. *Horat. 2. Serm. Sat.* 6. Multaque de magna superessent fercula cœna. Ubi lances ciborum significari videntur. ¶ Sumitur etiam pro repositorio multarum lancium, quæ uno, eodemque missu inferuntur. *Petron. in Satyr.* Laudationem ferculum insecutum est plane non pro expectatione magnum. V. ibi cætera. ¶ Sæpe sumitur pro gestamine, quo pompa triumphalis deferri solet, quo nomine continentur simulacra oppidorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia. item pro gestamine, seu pulpito, in quo Deorum simulacra reponebantur, quæ in celebritate ludorum Circensium ferebantur. *Cic. 1. Off. c.* 36. Cavendum est, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut similes pomparum ferculis esse videamur. *Suet. Cæs. c.* 37. Inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, *Veni*, *Vidi*, *Vici*.

Fere, adv. *quasi*, כמעט, Ger. *schier*, Gal. *persque*, Hisp. *quasi*, μικροῦ δεῖν, pene, ferme, prope, propemodum. *Ter. Heaut.* 1. 1. 70. Domum revertor mœstus, animo fere pertubato. *Cic. Att. l.* 14. Eadem fere hora, qua veni. ¶ Item plerumque, *per l'ordinario*, *per lo più*. *Ter. Phorm.* 1. 2. 39. Hic solebamus fere plerumque eam opperiri. *Cic. 2. de Invent.* Ut fere fit. *Id. 2. de Orat.* Semper fere cum aliquo rusticari. ¶ *Id. 7. Att. ep.* 1. Hæc fere sunt in illa epistola. *poco più*, *poco meno*.

Ferens, entis, *chi porta*, particip. a fero, fers. *Virg. 1. Æn.* capita alta ferentes. *Ovid. Amor. eleg.* 8. Surda sit oranti tua janua, laxa ferenti. h. e. ferenti munera. *Plin. in paneg. c.* 31. Ventos ferentes, & brevem cursum optare. h. e. secundos, & qui eo ferant, quo tendimus. Sic *Virg. 4. Æn. v.* 430. Exspectet facilemque fugam, ventosque ferentes. ¶ Item tolerans, perferens, *tollerante*. *Horat. l. 2. ep. 1. v.* 139. Animus spe finis dura ferens. *Tacit. 5. hist. c.* 6. Corpora hominum salubria, & ferentia laborum.

Ferentarĭi, orum, m. 2. ἀκροβολισταί, levis armaturæ milites, a *ferendo*, quia ea tantum arma habebant, quæ feruntur, non quæ tenentur, quippe qui fundis, lapidibusque, vel arcu, & telis pugnabant, vel a *feriendo*, quod primi pugnam lacesserent. Sed Nonius Ferentarios vocat milites levis armaturæ auxiliatores, ense, & telis instructos, a ferendo auxilio, quia, quicquid opus erat, opem ferebant, & tela pugnantibus ministrabant. Hi & Velati vocabantur, ut inquit Festus, quo vestiti inermes sequerentur exercitum. *Sallust. Catil. c.* 60. Postquam eo ventum est, ut a ferentariis prælium committi posset. ¶ Ferentarius amicus, *Plaut. Trin.* 2. 4. 55. dicitur, qui celer, & expeditus est ad opem ferendam.

Ferentīna, Dea nescio quæ, ab oppido Ferentino sic dicta. Ejus meminit. *Liv. l. 1. c.* 1.

Ferentinātes, Ferentini incolæ. *Plin. l. 3. c.* 4.

Ferentīnum, n. 2. *Ferentino*, *Fiorentino*, urbs Latii, in fin. Hernicorum, sub dominio Summi Pontificis, parva, in colle.

Ferentum, opp. Apuliæ, cujus incolæ Ferentani dicuntur. *Horat. l. 3. od.* 4. humile vocat, a situ.

Ferĕŏla, f. 1. genus vitis fœcundæ, a ferendo, non a feritate. *Col. l. 3. c.* 2.

Feretrĭus, m. 2. *Giove*, Φερέτριος, Jovis cognomen, quod illi a Romulo impositum est, non a pace *ferenda* (ut quibusdam visum est) sed a *ferendis* spoliis: Nam Romulus devictis Ceninensibus, hostium spolia, ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex quercu suspensa Jovi consecravit, eodemque in loco Jovi Feretrio templum condidit, auctorque fuit posteris, ut eo capta ex Regibus, Ducibusque hostium opima spolia deferrent. *Liv. l.* 1.

Ferĕtrum, n. 2. *bara*, *cataletto*, Ger. *todtenbach*, Gal. *cercueil*, Hisp. *ataud*, φέρετρον, capulus, instrumentum instar cratis, cui lectus imponebatur, in quo mortuus efferebatur, a Græca voce allata. *Plin. l. 7. c.* 52. Quendam, qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. Adde *Virg. 6. Æn. v.* 222. ¶ Item ferculum, seu trophæum, sc. lignea crux, cui spolia affigebantur, portabanturque in triumphis. *Tertul. de Patient. c.* 14. Quale in illo viro (Job) feretrum Deus de diabolo extruxit.

Feriæ, arum, f. 1. *ferie*, *giorni quieti*, *dì festivi*, עצרה, Ger. *feyrtag*, Gal. *feries*, *jours de fete*, Hisp. *dias de feria*, ἑορταὶ ἡμέραι, dies cessationum ab opere. V. festus. Aliquibus dictæ videntur a *feriendis* victimis: Aliis ab epulis *ferendis*, quod in iis fiebant epulationes, ex proventu fœtus pecudum, & frugum. *Cic. 2. de Leg.* Feriis jurgia amovento. ¶ Aliæ erant cum festo, ut *Saturnalia*, quibus epulationes adjungebantur, aliæ sine festo, *ut Nundinæ*. Deinde aliæ erant publicæ, aliæ privatæ. Feriarum publicarum quatuor erant genera, *stativæ*, *conceptivæ*, *imperativæ*, *nundinæ*. *Macrob. l. 1. satur. c.* 16. *Stativæ*, universi populi communes, erant, quæ certis, constitutis, & fixis diebus quotannis fiebant, & eodem semper die in Fastis annotabantur, ut *Agonalia*, *Carmentalia*, *Lupercalia*. *Conceptivæ* erant, quæ quotannis a Magistratibus, vel Sacerdotibus concipiebantur in certos, sive in incertos dies, ut *Latinæ*, *Sementinæ*, *Paganalia*, *Compitalia*. Nam quotannis quidem fiebant, sed modo hoc, modo illo tempore, ut Magistratibus, vel Sacerdotibus videbatur. *Imperativæ* erant, quæ non omnibus annis fiebant, sed extra ordinem a Magistratibus, ut a Consulibus, vel Prætoribus, pro arbitrio imperabantur, & indicebantur propter imminens periculum pro salute Reip. vel ob rem feliciter gestam, vel propter valetudinem Principis, &c. *Nundinæ* feriæ erant rusticorum causa nono quoque die institutæ, ut, cum octo diebus in agris fuissent, ad emenda necessaria nono die in Urbem convenirent. Privatæ feriæ erant vel propriæ quibusdam familiis, vel propriæ singulorum hominum. Feriæ propriæ familiarum erant, quas quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observabat, ut *Feriæ Claudiæ*, *Æmiliæ*, &c. Propriæ singulorum erant, ut natalium, dierum, quæ natalitiæ dicebantur, expiationes fulgurum, & funerum. *Liv. l. 3. c.* 5. Ferias indicere. *Cic. 2. Leg. c.* 22. Habere triduum ferias. *Gel. l. 1. c.* 25. Feriæ belli. *sospensione d' armi*, *tregua*. *Liv. l.* 1. Ferias celebrare. *Plaut. Cap.* 3. 1. 8. Venter, gutturque resident esuriales ferias. h. e. jejunant.

Feriatĭcus, a, um, adject. idem quod feriatus, seu festus, ut feriatici dies, *Ulp. l. 2. Dig. de feriis*.

Ferĭātus, o. 1. 2. qui ociosus, & quietus est, & nihil agit, vel in quo nihil agitur, a *feriis*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Deum sic feriatum volumus cessatione torpere. *Id. 3. de Orat.* Feriatus a negociis publicis. ¶ Feriati dies sunt, in quibus feriæ aguntur, *giorni di festa*. *Plin. epist.* 14. *l.* 3. Et sequens mensis complures dies feriatos habet. ¶ Male feriatus dicitur, qui ignavo ocio deditus est. *Horat. l. 4. od.* 6. Male feriatos Troas, & lætam Priami choreis Falleret aulam.

Ferīnus, a, um, o. 1. 2. *di fiera*, θήρειος, quod ferarum est. *Cic. l. 1. Invent. c.* 2. Cum homines sibi victu ferino vitam propagabant. *Sallust. Jug. c.* 18. Ferina caro. Et absolute *Virg. 1. Æn. v.* 215. Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.

Ferio, is, sine præterito, & sup. a. 4. *ferire*, הכה, Germ. *schlagen*, Gal. *blesser*, Hisp. *herir*, τύπτω, percutio. *Cic. 3. Ver.* Instat, ut securi ambo feriantur. ¶ Est item pulsare. *Plaut. Men.* 1. 2. 63. Ferio fores? M. feri. ¶ Metonymice est facere, sancire, firmare, ut *Fœdus ferire*, quia, cum antiqui fœdus & pacem solemniter cum hostibus inibant, porcum saxo silice feriebant. *Cic. pro Dom.* Fœdera feriebantur provinciarum. ¶ Translate est movere, excitare. *Cic. 15. Fam.* His spectris, etiamsi oculi possent feriri, animus qui possit, non video. Adde *l. 2. de Or. c.* 48. ¶ *Ferire munere*, est munus emungere. *Ter. Phor.* 1. 1. 12. Porro autem Geta ferietur alio munere. ¶ Ferire pecuniam, *batter moneta*. *Plin. lib. 33. cap.* 3. Constitutumque, ut asses sextario ponde-

pondere ferirentur. ¶ *Virg.* 5. *Æn.* Ferit æthera clamor. ¶ Ferire frontem, V. *Frons*.

Ferior, aris, d. 1. *far feria*, *far vacanza*, שבת, Germ. *feyren*, Gall. *faire feries*, *vaquer*, Hisp. *acabar*, *tener vacationes*, *vacar*, σχολάζω, eſt ferias celebrare, item otiari, quia feriis ab opere ceſſabant. *Trebon. Cic.* 12. *Fam. ep.* 16. Ne putes, in Aſia feriatum illum ab iis ſtudiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. *Id. apud Macrob. l.* 4. *Somn. Scip. c.* 4. Tertium jam diem feriati ſumus. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 7. Achilles ab armis cum ſuo milite feriabatur. ¶ *Voſſ. de Vit. ſerm. l.* 4. *c.* 8. notat hoc verbum a Cicerone, & aliis primæ notæ Scriptoribus uſurpari tantummodo in præterito.

Feritas, atis, f. *fierezza*, *crudeltà*, Ger. *wvilde*, Gal. *fiertè*, Hiſp. *fiereca*, *crueldad*, ἀγριότης, naturæ quædam aſperitas contraria manſuetudini. *Cic. pro Sext. c.* 42. Eoſque ex feritate illa ad juſtitiam, manſuetudinemque tranſtulerunt. ¶ Pro fertilitate uſurpat *Tertul. in carm. de Sodoma*, *c.* 4. eoque pacto eſt a *ferendo*.

Ferito, as, a. 1. frequentat. a fero. *Solin. c.* 56. Palmeta caryotas feritantia.

Ferme, adv. quaſi, σχεδὸν, fere, prope, propemodum. *Cic. in Brut.* Ut eo nihil ferme quiſquam poſſit addere. ¶ Ponitur quandoque pro facile. *Terent. Andr.* 3. 1. 1. Fidelem haud ferme mulieri inveniam virum. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 40. Facio, quod manifeſto mœchi facere haud ferme ſolent: refero vaſa ſalva.

Fermentātus, a, um, adject. *fermentato*, *fatto di lievito*, fermento imbutus; ut panis fermentatus, apud *Celſ. l.* 2. *c.* 25. Is magis alere dicitur, teſte *Plin. l.* 18. *c.* 11. ¶ Translate fermentati mores, h. e. mali, acerbi, vel corrupti. *Prudent. Apotheoſ. v.* 354. Fermentatum ſolum, quod ſc. velut fermento quodam intumeſcit. *Col. l.* 4. *c.* 1.

Fermenteſco, is, n. ζυμόομαι, eſt creſcere, & rarefcere, addito fermento, & proprie de pane dicitur. Translate dicitur de terra, cum denſitas illa glebarum rarefit, & reſolvitur. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Cum teratur inter digitos, fermenteſcens.

Fermento, as, a. 1. *fermentare*, חמץ, Ger. *heflen*, Gal. *faire*, *ou mettre le levain*, *faire*, *lever*, Hiſp. *levadar*, *lleudar*, ζυμόω, fermento miſceo, ſeu creſcere facio. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Cum fieret panis ordiaceus, cicerculæ farinæ admixtione fermentabatur. ¶ Translate eſt reſolvere, rarefacere, inflare. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 38. De his præſtare columbinum, quod calidiſſimum ſit, & fermentare poſſit terram. Adde *Colum. l.* 2. *c.* 15.

Fermentum, ti, n. *fermento*, *lievito*, שאר, Germ. *hefel*, Gal. *levain*, Hiſp. *levadura*, ζύμη, intritum ex farina aqua ſubacta, & macerata ſine ſale, donec aceſcat, a *fervendo*, quaſi fervimentum, quia maſſam ad panificium ſubactam, cui injicitur, quaſi fervefacit, & attollit, turgidamque reddit. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Spumia item concreta pro fermento utuntur. ¶ Translate dicitur de eo, quod terram reſolvit, & rarum, ac tumidam reddit. *Col. l.* 4. *c.* 1. Repaſtinata humus, dum eſt recens, ſoluta, laxataque velut fermento quodam intumeſcit. ¶ Item de ira, quia animus ira tanquam fermento & aceſcit, & turgeſcit. *Plaut. Merc.* 5. 3. 14. Tota in fermento jacet.

Fero, fers, tuli, latum, a. anomal. *portare*, נשא, כבל, Ger. *tragen*, Gall. *porter*, Hiſp. *llevar*, *traer*, φέρω, porto, a verbo græco, quod allatum eſt. Differunt tamen *fero*, *veho*, & *porto*. nam *ferre* proprie eſt corpore ſuo bajulare; *portare*, lectica aut jumento vehere; *agere*, ante ſe pellere. *Liv. l.* 39. Poſtremo omnia, quæ ferrent, agerentve, adempta. Et *l.* 33. Saucios vehiculis tolli, portarique jubet. Plerumque tamen hæc verba promiſcue uſurpantur. *Ovid.* 2. *Metam.* Mediique per æquora ponti fert prædam. ¶ Ferre auxilium, & opem alicui, *portar'ajuto*. *Cic. l.* 8. *ad Attic.* Ferre opem, & auxilium afflictæ Reipublicæ. ¶ Uſurpatur ſæpe pro tolerare. *Nepos Timol.* 4. 1. Ferre calamitatem moderate. Sic ægre, moleſte, ſapienter, æquo animo ferre, *ſopportar di buona*, *o di mala voglia*. *Cic. Terent. Cæſ. Virg.* & al. ¶ Et pro gignere, *produrre*. *Virg. ecl.* 4. *v.* 39. Omnis feret omnia tellus. ¶ Item pro dicere. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 26. Timuiſſe ſe Paulinus ferebat. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor.* Apollinem Delphos ferunt adveniſſe. *Id. l.* 1. *de Orat.* Si ornate locutus eſt, ut fertur. ¶ Item pro auferre, *togliere*. *Virg. ecl.* 9. *v.* 51. Omnia fert ætas, animum quoque. *Id. ecl.* 5. *v.* 28. Poſtquam te fata tulerunt. ¶ Item referre, recipere, *riportare*, *conſeguire*. *Cic. Tuſc.* 5. *c.* 19. A vano populo repulſam fert. *Id. in Brut.* Cotta, & Sulpicius facile primas tulerunt. *Ter. Eun.* 5. 8. 28. Quodvis donum a me optato; id optatum feres. ¶ Fuit etiam hoc verbum inter ſolemnia populi Romani. Ferre enim ad populum dicebantur Magiſtratus, cum pro concione de re aliqua interrogabant. *Cic. Liv.* & alii. Cum vero Senatum conſulerent, verbo *referre* utebantur. V. *Briſſon. de formul. R.* Sic ferre legem, *promulgare una legge*. *Cic. Fam. l.* 1. *ep.* 9. *ad fin.* Si licitum eſſet legem curiatam ferre. Et ferre abſolute, *portar'una parte*. *Id.* Cum, ut abſentis ratio haberetur, ferebamus. ¶ Variis nominibus adjunctum varias habet ſignificationes. Nam ferre aliquem in cœlum laudibus, *portar'alle ſtelle lodando*. *Cic. Attic. l.* 2. *Virg. Ecl.* 5. Daphnin ad aſtra feremus. ¶ Ferre in oculis, eſt impenſe amare. *Ter. Eun.* 2. 1. 11. Rex te ergo in oculis ferebat. ¶ Ferre ſententiam, eſt pronuntiare. *Cic. pro Cluent.* Vos autem, Judices, de hominum fortunis ſententiam fertis. ¶ Ferre ſuffragium, *dar'il ſuo voto*. *Id. pro Sext.* Se adtuliſſe, & ſuffragium de ſalute mea tuliſſe. Significat etiam ſuffragia conſequi. *Cic. pro Planc.* Te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe. ¶ Ferre ſacra, *far ſacrifizi*. *Virg.* 3. *Æn. v.* 30. Sacra Dioneæ matri, Diviſque ferebam. ¶ Ferre Tribum, aut Centuriam, eſt habere Tribum vel Centuriam tibi ſuffragantem in alicujus Magiſtratus petitione. *Cic. Phil.* 3. An tu unam Tribum ſine Curione ferre potuiſſes? Hinc *Horat. de Ar. Poet. v.* 343. Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. V. *Punctum*. ¶ Ferre expenſum, V. *Expenſus*. ¶ Ferre ventrem, *eſſer gravida*. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 4. Sus bis parit in anno; quaternis menſibus fert ventrem. Adde *Liv. l.* 1. ¶ Ferre pedem, *accoſtarſi*: & translate adeſſe, opem ferre. *Virg.* 1. *Georg. v.* 11. Vos agreſtum præſentia lumina Fauni, ferte ſimul Faunique pedem, Dryadeſque puellæ. ¶ Ferre acceptum, V. *Acceptum*. ¶ Præ ſe ferre, ſignificat dicto, vel facto, vel geſtu aliquid oſtendere, & profiteri. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 11. Præ me tuli, me nihil malle, quam pacem. Et abſolute. *Cic. Att. l.* 14. Lætitiam apertiſſime tulimus omnes. h. e. aperte lætati ſumus. ¶ Ferre ſe, eſt incedere, ire, *Sueton. Aug. c.* 32. Graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuccincti ferro. *Nepos Datam. c.* 4. Quem procul Aſpis conſpiciens ad ſe ferentem, pertimeſcit. ¶ Ferre conditionem, pro offerre. *Cic. pro Quint.* Conditionem tuli, ſi vellet pecuniam petere. Eodem modo dicimus, Ferre judicem alicui. *Cic. pro Q. Roſcio*: Quem ergo ſi ferrem judicem, refugere non deberet, cum teſtem producam, reprehendere audebit? ¶ Significat etiam cujuſcumque judicio acquieſcere, quod fieri ſolet in maxima cauſæ fiducia. *Cic.* & *Liv.* ¶ Ferre perſonam alienam, *rappreſentare*. *Liv. l.* 3. Ille finis Appio alienæ perſonæ ferendæ fuit. ¶ Ferre palam, *divulgare*. *Plaut. Mil.* Nos palam ferre nunc per urbem hæc omnia. Contra *Liv. l.* 30. Haud clam tulit iram adverſus Prætorem, h. e. non diſſimulavit, Et ferre vultu. *Tacit. l.* 29. Quos ſpiritus geſſiſſet, vultu ferebat. ¶ Ferre fallaciam, pro fallacia uti, fallere, *Plaut. Pœn.* 1. 1. 67. Villicum perdoceamus, hanc uti ferat fallaciam. Al. leg. *ferat*. ¶ Ferre inultum, ferre impune, *paſſarſela ſenza caſtigo*. *Ter. Heaut.* 5. 1. 45. Illud haud inultum, ſi vivo, ferent. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 14. Quod, tamdiu ſe impune tuliſſe injurias, admirarentur. ¶ Ferre annum, aut vetuſtatem dicitur res aliqua, quæ vetuſtate non corrumpitur. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Nec muſta in lacu ſtatim auſtera ſint; ſic & annos ferent, & vetuſtate proficient. *Cic. de Amic.* Vina, quæ vetuſtatem ferunt. ¶ Fert animus aliquid facere, *ho in penſiero*, *ho voglia*, &c. *Ovid. init. Metam.* In nova fert animus mutatas dicere formas corpora. ¶ Fert conſuetudo, fert ætas, fert tempus, *così porta il coſtume*, *o l'età*. *Ter. Adelph.* 1. 1. 28. Quæ fert adoleſcentia, ea ne me celet, conſuefeci filium. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 2. Meæ rationes ita tulerunt. ¶ Ferri, eſt rapi, *eſſer traſportato*, ut ferri rabie, *Plin. l.* 10. *c.* 33. Fertur moriturus in hoſtes, *Virg.* 2. *Æn.* ¶ Item differri, diſtrahi, diſpergi. *Plaut. Ciſt.* 2. 1. 5. Examinor, feror, differor, diſtrahor. ¶ Præteritum habet *tuli*, pro quo legitur & *retuli*, tamquam a *tulo* inuſit. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 58. *ex Poeta*, & *Plaut.* non ſemel. ¶ Particip. *Latus* V. ſuo loco.

Ferocia, f. 1. idem ac ferocitas. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 1. Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compreſſi. Accipitur etiam in bonam partem, pro virtute, *valore*. *Liv. l.* 9. *c.* 6. Habere Samnites victoriam, non præclaram ſolum, ſed etiam perpetuam: cepiſſe enim non Romam, ſed quod multo bellicoſius fuerit, Romanam virtutem, ferociamque.

Feroclo, is, n. 4. *eſſer feroce*, פורר, Ger. *frech ſeyn*, Gal. *être farouche*, & *fier*, Hiſp. *embravecer*, ἀγριόομαι, ferox fio, vel ferociam exerceo. *Gel. l.* 1. *c.* 11. Quam ſi permulceri ſonis mitioribus non immodice ferocirent. Adde *Apul. l.* 9. *A. A.* & *Tertul. Apol. c.* 5.

Ferocĭtas, atis, f. אכזריות, Ger. *grimme*, Gall. *fiertè*, Hiſp. *fiereca*, ἀγριότης, ſævitia, crudelitas, ſuperbia, elatio animi. *Cic.* 1. *Offic.* Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere ſolent. *Id. pro Marcel. c.* 6. Vidi eum cum inſolentiam certorum hominum, tum ipſius victoriæ ferocitatem extimeſcentem. ¶ Accipitur etiam in bonam partem. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 2. *n.* 7. Theogeni ad virtutem capeſſendam, quam magiſtra, gentis ſuæ ferocitas extitit.

Ferociter, adv. *ferocemente*, ἀγρίως, cum ferocia, ſuperbe. *Cic. pro Planc. c.* 13. Publicanorum in Q. Scævolam aſpere, & ferociter, & libere dicta commemorem? ¶ Comp. ferocius, ſup. ferociſſime. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. C. noſter Lamia paulo ferocius exagitatus eſt. *Liv. l.* 23. *c.* 8. Cum qua ferociſſime pro Romana ſocietate adverſum Punicum fœdus ſteterat.

Ferocŭlus, o. 1. 2. dim. a ferox. *Hirc. de bell. Afr. c.* 16. Quid tu miles tyro tam feroculus es?

Feronĭa, f. 1. Φερωνία, nemorum Dea. Colebatur præſertim in Etruria, ubi lucum habuit in Cimino monte, & templum in agro Lucenſi. Origo hæc traditur. Lacedæmonii quidam, quo tempore Lycurgus leges condebat, illam legum ſeveritatem moleſte terentes ex urbe exceſſerunt, deinde longo maris tractu enavigato voverunt, quo terrarum primum appuliſsent, ſe ibi habitaturos: delati ad Campos Pomptinos agrum Feroniam vocarunt ab ipſa maris navigatione, in qua ipſis contigerat, ut illuc ferrentur, & Deæ Feroniæ templum erexere, cui vota nuncuparant. *Dionyſ. l.* 2. Tradunt, cum aliquando lucus arſiſſet fortuito incendio, & ob id transterre inde Deæ ſimulacrum incolæ vellent, nemus ſubito eviruiſſe. *Virg. 7. Æn. v.* 800. viridi gaudens Feronia luco. ¶ Fuit hæc etiam Dea libertorum, in cujus templo ſervi, raſo capite, pileum libertatis inſigne accipiebant, V. *Alex. ab Alex. l.* 4 *c.* 10.

Ferox, ocis, o. 3. *feroce*, אכזר, Ger. *ſtoltz*, *grimmig*, Gal. *fier*, Hiſp. *fiero*, θρασύδην, ſævus, elatus, *Ferox*, & *ferus* differunt, quia ferum eſt id animal, quod nullo ſepto, aut cuſtode ſervatur, ferox ad mores pertinet. *Cic. in Latin. c.* 2. Nimium ex vehemens, feroxque natura. *Id.* 4. *Fam. ep.* 9. Reddit hominem feruciorem impotentioremque victoria. ¶ Accipitur & in bonam partem pro bellicoſo, & forti. *Liv. l.* 11. *c.* 12. In eum Romulus cum globo ferociſſimorum juvenum impetum fecit. ¶ Eſt etiam crudelis, ferus. *Virg. Æn.* 10. *v.* 711. *de apro*: Infremuitque ferox, & inhorruit armos.

Ferramentarĭus, ii, m. qui ferramenta conficit. *Firmic. l.* 3. *c.* 13. Ærarios, ferramentarios, ſtatuarios.

Ferramentum, i, n. σιδήρεον, quodvis inſtrumentum ex ferro. *Martial. in lemmate l.* 14. *epigr.* 36. ferramenta vocat inſtrumenta tonſoria. *Cic.* ferramenta pro armis poſuit *Catil.* 3. *c.* 5. Pro ſecuribus *Liv. l.* 1. *c.* 40. *Horatius* vero de fabrilibus inſtrumentis utitur. *l.* 1. *ep.* 1. *v.* 85. Denique pro falce adhibuit *Colum. l.* 2. *c.* 18.

Ferrarĭa, æ, f. 1. *minera di ferro*, Ger. *eiſengrub*, Gal. *mine de fer*, Hiſp. *herreria*, σιδηρεῖα, locus, in quo ferrum foditur. *Cæſ. 7. B. G. c.* 22. Apud eos magnæ ſunt ferrariæ.

Ferrarĭa, f. 1. Forum Alieni, olim Ferrariola, *Ferrara*, urbs Æmiliæ, ad ramum, Padi minimum, qui dicitur *Pò morto* cum arce permunita, media inter Mirandulam ad Occ. & Comaclum ad Or.

Ferrarĭus, a, um, o. 1. 2. *di ferro*, σιδηρικός, quod ad ferrum pertinet, ut Faber ferrarius, *Plin. l.* 14. *c.* 4. Officina ferraria, *Id. l.* 8. *c.* 57. Aqua ferraria, qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. *Id. l.* 28. *c.* 16. ¶ Invenitur etiam ferrarius, ii, abſolute, pro fabro ferrario, ut Collegium ferrariorum, in vet. inſcript. apud *Spon. Miſcel. Erud. Antiq. p.* 66.

Ferratĭlis, le, o. 3. quod ferrum habet, ut Ferratile genus, ſervi ferreis compedibus vincti. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 17.

Ferrātus, a, um, o. 1. 2. *ferrato*, Ger. *mit eiſen beſchlägen*, Gal. *ferrè*, Hiſp. *herrado*, σιδηρόδετος, id, cui ferrum inductum eſt. *Virgil.* 1. *Georg.* Undique jam tergo ferratos ſuſtinet orbes. *Liv. l.* 1. *c.* 32. Haſta ferrata. *Horat. l.* 4. *od.* 14. *v.* 30. Ferrata agmina. ¶ Ferrati, abſolute dicuntur milites cataphracti, *uomini d'arme*. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 45. In fronte ſtatuerat ferratos, in cornibus cohortes. ¶ Ferratus ſervus, h. e. ferreis catenis vinctus. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 11. ¶ Ferratuſque in piſtrino ætatem conteras. ¶ Aquæ ferratæ dicuntur, quæ acidulæ ſunt, & terri qualitate infectæ. *Scribon. Larg. Compoſit.* 146.

Ferrĕus, a, um, o. 1. 2. *di ferro*, ברזל, Ger. *eiſin*, Gall. *de fer*, Hiſp. *de hierro*, σιδήρεος, quod eſt ex ferri materia. *Plin. l.* 10. *c.* 42. Ferreo verberatur radio. ¶ Translate pro duro, & inexorabili poniter. *Cic. Att. l.* 13. O te ferreum, qui illius periculis non moveris! ¶ Item pro impudenti. *Id. in Piſon. c.* 26. Os ferreum. ¶ Ferreus ſcriptor dicitur, qui utitur duro ſtyli genere. *Id. 1. de Fin.*

Ferricrepĭnæ inſulæ dicuntur joculariter a *Plauto Aſin.* 1. 1. 21. ergaſtula, ubi ſervi ferreis vinculis compediti laborabant.

Ferrifodīna, æ, f. terraria, ubi ferrum foditur. *Var. l.* 7. *de L. L.*

Ferriterĭum, ii, n. locus, ubi ferrum teritur, h. e. ubi ſervi compedibus ferreis vincti aſſervantur. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 35. Inde in ferriterium, poſtea in crucem recta.

Fer-

Ferritērus, o. 1. 2. ferreus vinctus ferreis compedibus, quia ferrum terit. *Plaut. Trinum.* 4. 3. 14.

Ferritribax, acis, o. idem ac ferriterus. *Plaut. Most.* 2. 1. 9.

Ferrūginans, antis, adject. o. ferrum sapore referens. *Tertul. adv. Valent. c.* 15. Guttæ bituminosæ, ferruginantes, & sulphurantes.

Ferrūgineus, a, um, o. 1. 2. *di color di ruggine*, *ferrigno*, Ger. *eisenfarb*, Gal. *de couleur de rouille de fer*, Hisp. *herrumbre*, σιδηροειδὴς, qui est coloris ferruginis, hoc est colorem habet ferri longa rubigine exesi, qui ex rubo, & nigro commixtus est. Interdum hic color dicitur *thalassicus*, quod nautæ, & piscatores eo uti soleant in mari. *Plaut. Mil.* 4. 4. 43. Palliolum habeas ferrugineum, nam is color est thalassicus. ¶ Interdum ponitur pro lugubri, & funesto, quia lugentes vestibus ferruginei coloris utuntur, quod fuscus sit, & subobscurus. Hinc *Virg.* 4. *Georg. v.* 183. hyacinthos vocat ferrugineos, alludens ad fabulam Hyacinthi pueri ab Apolline jactu disci occisi, ex cujus sanguine hyacinthus flos primum natus est. ¶ Interdum pro colore, qui aliqua ex parte ad ferruginem accedit. Hinc a *Claudiano l.* 2. *de raptu Proserp.* violæ ferrugineæ vocantur.

Ferrūgo, nis, f. 3. *ruggine del ferro*, Ger. *eisenrost*, Gal. *rouille de fer*, Hisp. *herumbre*, ἰὸς σιδήρου, rubigo ferri. *Plin. l.* 23. *c.* 8. Illitaque inde ferrugo incipientes lichenas sanat. ¶ Translate ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferri rubigine exesi. *Virg.* 9. *Æn. v.* 582. Ferrugine clarus Ibera.

Ferrum, ri, n. 2. *ferro*, ברזל, Ger. *eisen*, Gal. *fer*, Hisp. *hierro*, σίδηρος, species metalli. *Cic. de nat. Deor.* Nos ex terræ cavernis ferrum elicimus. ¶ Per synecdochen ponitur pro re facta ex ferro, ut pro gladio, compedibus, &c. *Cic. 1. Tusc.* In servorum ferrum, & manus incidisse. *Id. 7. Ver.* In ferrum, atque in vincula conjecti. *Id. pro Cæcin.* Instructi, & certis locis cum ferro homines collocati. ¶ Ferrum recipere proprie dicebantur gladiatores, qui in ludis jubebantur a populo se præbere jugulandos. *Cic. Tusc.* 2. Quis mediocris gladiator, ferrum jussus recipere, collum contraxit? ¶ Pro vomere *Virg.* 1. *Georg. v.* 50. Prius ignotum ferro quam scindimus æquor. ¶ *Ferrum tuum in igni est*: proverb. quo utitur *Senec. in Apocolocynth.* h. e. tuum negotium agitur.

Ferrūmen, inis, n. 3. *saldatura*, רבב, Ger. *lethmetall*, Gal. *soudure de fer*, His. *saldadura*, σιδηρόκολλα, quoddam quasi gluten, junctura, qua ferrum ferro jungitur, & generatim qua etiam aliæ res consolidari solent. Quia enim ferrum interius est viscidum, eo fit, ut partes divulsæ, igni injectæ, & in incude percussæ, exiguo negocio coalescant. *Plin. l.* 36. *c.* 23. Quod furto calcis sine ferrumine suo cementa componuntur.

Ferruminātio, f. 3. *σιδήρου κόλλησις*, σωματὸς, actus ferruminandi. *Paul. l. in rem actio*, §. *item quæcumque*, ff. *de rei vend.* Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura non idem efficit.

Ferruminātus, a, um, adject. ferrumine conglutinatus. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Ferruminato alvi glutino. *Id. l.* 35. *c.* 15. Calcis quoque usum præbuit, iis ferruminatis Babylonis muris.

Ferrumĭno, as, a. 1. *saldare*, *congiungere*, הרכיב, Ger. *leten*, Gal. *souder le fer*, Hisp. *saldar*, σωλδεύω, jungo, consolido, partes glutino, & proprie dicitur de metallis; translate sumitur pro glutinare, conjungere in genere. *Pomp. Jurisc.* Si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris, argento ferruminaveris, non dubitatur, tuum scyphum esse. *Plin. l.* 36. *cap.* 28. Vitrum sulphuri incoctum ferruminatur in lapides. idest, glutinatur in formam lapidis. *Plaut. Mil.* 4. 8. 25. Labra labellis ferruminant.

Fertĭlis, le, o. 3. *fertile*, *abbondante*, *fruttuoso*, פורה, German. *fruchtbar*, Gal. *fertile*, Hispan. *fertil*, εὔφορος, ferax, fœcundus, uber, fructuosus. *Cic.* 5. *Ver.* Agros latos, ac fertiles deserere. *Liv. lib.* 5. *cap.* 34. Fertilis hominum, frugumque Gallia. *Ovid. l.* 1. *de Ar. am. v.* 349. Fertilior seges est alienis semper in agris. *Liv. l.* 29. *cap.* 25. Fertilissimus ager.

Fertilĭtas, atis, f. *fertilità*, שבע, Germ. *fruchtbarkeit*, Gall. *fertilité*, Hisp. *fertilidad*, εὐφορία, feracitas, fœcunditas, abundantia. *Cic.* 1. *de Div. cap. penult.* Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura.

Fertĭlĭter, adver. *fertilmente*. *Plin. l.* 24. *c.* 17. *sub fin.* Derelicta fertilius reviviscunt.

Fertĭni, V. in Feltria.

Fertor, oris, m. 3. qui ferto libat: *Var. l.* 7. *de L. L.*

Fertorĭus, a, um, adject. ad ferendum aptus, ut lectus, sella fertoria, *Cœl. Aurel. Tard. l.* 1. *c.* 4. & *l.* 5. *c.* 10.

Fertum, seu ferctum, *n.* 2. libi opimi genus, a *fertur*, seu *ferctus*, bonus, apud vet. vel a *fartum*, quod pluribus, variisque rebus farciretur. *Pers. sat.* 2. *v.* 48. Attamen hic extis, & opimo vivere ferto intendit. *Festus*, & *Isid. l.* 6. *c.* 19.

Fertus, a, um, adject. idem ac fertilis. *Vet. Poeta* apud *Cic. in Orat. c.* 49. Frugifera, & ferta arva Asiæ tenet.

Fervefăcio, is, eci, actum, a. 3. *far bollire*, רתח, Ger. *sieden machen*, Gal. *faire boullir*, His. *hazer hervir*, ζέσιμόω, bullire facio. *Cato c.* 123. Eam fervefacito cum congio vini veteris. ¶ Ponitur item pro calefacere. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 44. Eæ ipsæ se patinæ fervefaciunt illico.

Fervefactus, o. 1. 2. partic. a fervefacio. *Cæs.* 5. *B. G.* Fervefacta jacula. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Vinum fervefactum.

Fervens, entis, o. 3. quod fervet, *fervido*, *bollente*. *Plin. l.* 7. *cap.* 2. Ut ferventis aquæ contactum fugere. *Cic.* 1. *Off. c.* 15. Nam fortis animus, & magnus in homine non perfecto, nec sapiente ferventior plerumque est. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Aqua ferventissima.

Ferventer, adv. *caldamente*, Germ. *hitziglich*, Gal. *fervement*, His. *hervientemente*, ζεματιστῶς, cum fervore. *Cœl. Cic. lib.* 8. *Fam. ep.* 8. Et de damnatione ferventer loqui est cœptum. *Id. ib. ep.* 6. Curio ferventissime concerpitur. *Augustin. de Genes. ad liter. c.* 5. *l.* 2. Ferventius agere. *Cœl. ad Cic. Fam.* 8. *ep.* 6. Ferventissime concerpi.

Fervĕo, es, fervi, vel ferbui, fine sup. *n.* 2. *bollire*, רתח, Germ. *heiss sein*, Gal. *bouillir*, Hisp. *hervir*, ζέω, est ex igne suppositio calere, vi ignis commoveri, & agitari. Translate dicitur de iis quæ quovis modo calefiunt, sive aliquo æstu agitantur. Sic vinum fervere dicimus, cum ex musto transit in vinum. *Plin. l.* 14. *c.* 9. Quoniam fervere prohibetur. ¶ Sic etiam mare fervere dicitur, cum æstu, & fluctibus agitatur. *Ovid.* 11. *Met.* Pontus vertigine fervet. ¶ Item de iis, quæ studio, & diligentia elaborantur. *Virg.* 1. *Æneid.* Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. ¶ Item de hominibus, cum ira, odio, avaritia, aut alia perturbatione agitantur, seu incensi sunt. *Cic. pro Quinct.* Usque eo fervet, terturque avaritia. *Ovid.* 2. *Met.* Fervere ab ira. ¶ Legitur & fervo, is, 3. conjug. *Ter. Adelph.* 4. 1. 18. Cum fervit maxime, tam placidum, quam ovem reddo. Sic *Virg.* sæpe infinitum *fervere* corripit.

Ferveſco, is, n. 3. incipio fervere. *Lucr. l.* 6. *v.* 851. Terræ ferveſcunt sole.

Fervĭde, adv. *ferventemente*, ζεματιστῶς, *Plaut. Truc.* 2. 4. 2. Fervide ut tota floret! Sed al. rectius leg. *Fer vide, ut tota floret!*

Fervĭdus, a, um, o. 1. 2. *bollente*, רתח, Germ. *heiss*, Gal. *boiuil ant*, Hispan. *fervicante*, θερμὸς, fervens, & maxime calidus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Reliqua quarta pars mundi tota natura fervida est. ideſt, ardens maxime. ¶ Ponitur & translate pro vehementi, feroci, diligenti. *Cic. in Brut. c.* 27. Ap. Claudii volubilis, sed paulo fervidior erat oratio. Et *cap.* 68. Fervidum dicendi genus. *Sil. lib.* 17. Fervidus ingenii Masanissa, & fervidus ævi. ¶ Superlat. fervidissimus. *Curt. l.* 3. *c.* 5. Diei fervidissimum tempus cœperat.

Ferŭla, læ, f. 1. frutex externus, *canna d' India*, qui lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungosam intus medullam, a *ferendo*, quod a senibus propter levitatem loco scipionis fertur, ut ait *Plin. l.* 13. *c.* 22. Græce νάρθηξ dicitur. ¶ Item subtilis surculus, seu ramus arborum. *Plin. l.* 17. *c.* 21. *de viribus*. Ferulæ ipsæ breves, & ad summa breviores. ¶ Hinc ferula dicitur virga illa, qua Magistri ad cædendos pueros utuntur, *bacchetta*, שבט, *Martial. l.* 10. *epigr.* 62. Ferulæque tristes, sceptra pædagogorum. *Horat. l.* 1. *sat.* 3. *v.* 120. Ut ferula cædas meritum majora subire verbera. ¶ Præterea ferulæ dicuntur tabellæ ligneæ, quibus ossa fracta includuntur a chirurgis. *Cels. l.* 8. *c.* 10. Ferulæ superaccommodandæ sunt, quæ circumpositæ ossa in sua sede contineant.

Ferulacĕus, a, um, o. 1. 2. παρθήκινος, in modum ferulæ factus, ut ferulaceus caulis, *Plin. l.* 25. *c.* 5.

Ferulago, inis, frutex, quem ferula humiliorem, cetera omnino similem Theophrastus tradit. *Cœl. Aurel. Acut. l.* 2. *c.* 12. Thapsia, quam nos ferulaginem dicimus.

Ferulĕus, a, um, adject. ex ferula factus. *Cœl. Aurel. Tard. l.* 2. *c.* 1. Alearis tabella, aut ferulea.

Fervo, is. V. Ferveo.

Fervor, oris, m. 3. *bollore*, *fervore*, רתח, Ger. *hitz*, Gal. *ferveur*, His. *hervor*, ζέσις, calor vehemens, qualis est ignis, vel Solis æstus. *Cic. de nat. Deor.* Mundi fervor ille purior. *Plin. l.* 15. *c.* 4. Fervores capitis. *infiammazione di capo*. ¶ Translate sumitur pro impetu, amore, &c. *Hor. l. Carm. od.* 16. Me quoque pectoris tentavit in dulci juventa fervor. *Cic. de senect. c.* 13. Fervor ætatis. Et *l.* 1. *de Orat. cap.* 51. Fervor mentis.

Ferus, a, um, o. 1. 2. *fiero*, *selvatico*, פרא, Ger. *grimm*, Gal. *fier*, *sauvage*, His. *fiero*, *selvaje*, ἄγριος, agrestis, indomitus, cui opponitur cicur, a Φὴρ Æolico, *fera*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 64. Jam vero immanes, & feras beluas nanciscimur venando. ¶ Translate sumitur pro immani, barbaro, crudeli. *Cic. pro Rosc. Am. c.* 13. Et mores feros, immanemque naturam. *Id. Ast. l.* 12. O fera tempora, cum dubitet Curtius Consulatum petere! ¶ Item pro intractabili, ut Fera ulcera, fera scabies, feræ papulæ, quæ manum chirurgicam non admittunt. *Celsus*. ¶ Ferus ager dicitur, qui incultus est. *Festus*. Fera hyems, h. e. aspera. *Ovid. l.* 1. *Trist. el.* 1. *v.* 42. ¶ *Ferus*, *i*, absolute interdum pro fera ponitur. *Phædr. lib.* 1. *Fab.* 13. Silva tum excepit ferum, h. e. aprum. *Virg.* 2. *Æn. v.* 51. de equo Trojano: In latus, inque feri curvam compagibus alvum. *Id.* 7. *Æn. v.* 489. Pectebatque ferum.

Fescennĭa, Fescennium, Pescennium, *Città Castellana*, urbs Hetruriæ, Ocriculum versus. Sed aliis est *Galese*, opp. & Duc. provinciæ Patrimonii S. Petri, ad Tiberim fl. medium inter Hortam ad Bor. & Civitatem Castellanam ad Aust. Tudertum versus. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Fescennīni versus, carminis genus omni obscœnitate, & opprobrio plenum, a Fescennia urbe, unde allati sunt. Aliqui derivant a fascinum, quod in nuptiis ad laudes adderentur ad fascinum avertendum. *Liv. l.* 7. *c.* 2. Inter nuptiales fescenninos.

Fescenninus, a, um, o. 1. 2. quod ad Fescenniam urb. spectat. *Virg.* 7. *Æn. v.* 695. Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos &c.

Fessŭlus, a, um, adject. diminut. a fessus, *alquanto stanco*. *Pseudepigr. Petronii*: Anima fessula.

Fessus, a, um, o. 1. 2. *stanco*, *basso*, יגף, Germ. *ermüdet*, Gall. *lassi*, Hisp. *cansado*, κατάπονος, fatigatus, ut docet *Priscian.* jungitur fere ablativo. *Senec. Hippolyt.* Fessus curis. *Tacit.* 3. *hist. c.* 2. Fessus valetudinibus. ¶ Et addita præposit. *Cic. Somn. Scip. cap.* 1. Fessus de via. ¶ Cum genit. etiam reperitur. *Virg. Æn.* 2. *v.* 182. Cerealiaque arma expediunt fessi rerum. *h. e.* penuria fatigati, esurientes. *Serv.*

Festatus, a, um, adject. q. d. ad festum paratus. *Fabius Pictor* apud *Gel. l.* 10. *c.* 15. Dialis quotidie festatus est.

Festĭce, adverb. festiviter, læte, hilariter. *Varr.* apud *Non. c.* 6. *n.* 22.

Festinabundus, a, um, adject. festinans. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 8. *n.* 5. Festinabunda manu.

Festinanter, adv. *velocemente*, מהרה, Germ. *eilentz*, Gall. *hativement*, Hisp. *apressadamente*, διὰ σπουδῆς, celeriter, cito, a festinans. *Cic.* 5. *Fin. c.* 26. Illud mihi a te nimium festinanter dictum videtur. *Plin. l.* 15. *c.* 11. Quia festinantius germinant. *Aug. epist.* 250. *sub fin.* Festinantissime respondisse.

Festinatim, adverb. festinanter. *Non. c.* 11. *n.* 37. exempla profert ex Titinn. & Sisenna.

Festinatĭo, f. 3. *fretta*, הפזון, Germ. *eilung*, Gall. *hate*, Hisp. *priessa*, σπουδὴ, properatio. *Cic. pro Mil.* Quid afferebat festinationem? *Liv. l.* 5. *ad fin.* Festinatio curam eximit.

Festinato, vel Festinate, adverb. idem quod festinanter. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. Nihil festinato fecisse videtur Milo. *Gell. l.* 10. *c.* 11. Coactius quid factum & festinatius.

Festinator, oris, m. qui festinat. *Quintil. declam.* 2. Fores trepide festinatoris effringuntur impulsu.

Festinatus, a, um, adject. *affrettato*, *fatto presto*. *Quintil. pooem. l.* 6. Festinata maturitas celerius occidit. *Lucan. l.* 8. *v.* 24. Honores festinati.

Festĭne, adv. idem ac festinanter. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 14. Festine odorari.

Festĭnis, e, adject. festinus. *Titin.* apud *Non. c.* 8. *n.* 3. Hæc res me fecit festinem.

Festĭno, as, avi, atum, n. 1. *affrettarsi*, מהר, Ger. *eilen*, Gall. *se hâter*, Hisp. *apresurarse*, *darse priessa*, σπεύδω, propero. *Cic. Att. lib.* 6. Hæc festinans scripsi in itinere, atque agmine. *Id.* 7. *Fam.* Nihil est, ut migrare tantopere festines. *Plin. l.* 7. *c.* 20. Festinat ad fratrem. *Quintil. l.* 6. *cap.* 3. Festinare in provinciam. ¶ Interdum est trepidare, & turbari. *Sallust.* Festinantibus in summa inopia Patribus. ¶ Interdum satagere. *Horat. l.* 4. *od.* 11. Cuncta festinat domus, huc & illuc Cursitant mixtæ pueris puellæ. ¶ Cum accusat. etiam usurpatur more activor. ut festinare fugam. *Virg.* 4. *Æn. v.* 575. Hinc pallivum festinor. *Tac. de Germ. c.* 20. Nec virgines festinantur. hoc est non tam cito nuptui collocantur. ¶ Festina lente, σπεῦδε βραδέως, proverb. est, quo significatur, sedulitate in rebus agendis opus esse, quæ tamen sit cum consilii maturitate conjuncta. Hoc proverb. sæpe usurpabat Augustus, teste *Sueton. in ejus vita*, *c.* 25.

Festīnus, o. 1. 2. *veloce*, מהיר, Germ. *eilend*, Gal. *batif*, Hisp. *presto*, *presuroso*, σπουδαῖος, celer. *Cic. Att. l.* 9. Festino enim similimus decurro. *Ovid.* 11. *Met. v.* 348. Cursu festinus anhelo. *Stat.* 9. *Theb.* Cruda festinaque virtus. ¶ Cum genitivo legitur apud *cund. lib.* 5. *Sil.* 3. *v.* 135. & 6. *Theb. v.* 75.

Festīve, adv. *piacevolmente*, Germ. *liblich*, Gal. *plaisamment*, His. *condonayre*,

donayre, τερπνῶς, lepide, facete, iucunde. *Cic. l.2. ad Q. Fr.* Quanquam a te actam fabellam video esse festive. *Gel. l. 9. c.* 15. Atque ibi Julianus festivissime, nolite quærere, inquit, &c.

Festivitas, f. 3. *piacevolezza*, נוי, Ger. *lieblighkeit*, Gal. *plaisance*, *joyeusité*, Hisp. *donayre*, ἀστειότης, lepos, & urbanitas sermonis, jucunditas, & lætitia quædam in dictis, a *festivus*. *Cic. in Brut.* Festivitate igitur, & facetiis C. Julius L. F. & superioribus, & æqualibus suis omnibus præstitit. *Id. in Orat.* Abuti insolentius festivitatibus. *Ter. Eun.* 5. 9. 18. An fortunam collaudem, an mei patris festivitatem, & facilitatem? Ubi *Donat.* Festivitatem, qua amatori non obstitit, & facilitatem, qua ignovit: unde festivitas in dictis, facilitas vero in animo, & factis &c.

Festiviter, adv. idem ac festive. *Gel. l. 1. c.* 2. Festiviter se junxit. *Nævius* apud *Non. c.* 11. *n.* 10. Domus parata festiviter.

Festīvus, a, um, o. 1. 2. *piacevole*, *faceto*, נוי, Ger. *lustig*, *liblich*, Gall. *plaisant*, *ioly*, Hisp. *gratioso*, *donoso*, ἀστεῖος, lepidus, urbanus, facetus, a *festus*, quia festis diebus cuncta solent esse læta, & hilaria. *Cic. Att. l.* 1. Puer festivus Anagnostes noster discesserat. ¶ Comp. festivior, sup. festivissimus. *Cic. Att.* Ab iis præsertim pueris, quibus nihil potest esse festivius. *Ter. Adelph.* 5. 9. 26. O mi pater festivissime.

Festra, f. 1. minusculum sacrarii ostium, a fenestra per sync. quia fenestræ magis, quam ostii similitudinem habebat, vel quasi φάστρα a φάω, *luceo*. ¶ Hinc Scalig. hanc vocem restituit *Macrob. Satur.* 3. *c.* 12. ubi ait: Gnipho disputat, quid sit festra, quod est ostium minusculum in sacrario; quo verbo etiam Ennius usus est. Sic etiam Interpretes legendum censent illud *Plauti Cas.* 1. 1. 44. Concludere in festram firmiter.

Festūca, f. 1. *festuca*, מוץ, Ger. *splitter*, Gal. *fetu*, Hisp. *palillo*, κάρφος, pullulus arboris novellæ, & cujusque sati. *Col. l.* 8. *c.* 15. Per quos festucæ, surculique in aviariis passim spargendi sunt. ¶ Festuca item fuit virga Prætoris, al. *vindicta*, quæ manumittendis a lictore imponebatur. *Plaut. Mil.* 4. 1. 15. Ingenua, an festuca facta? serva, an libera est?

Festucarĭus, o. 1. 2. καρφαλέος, quod spectat ad festucam, *Gell. l.* 20. *c.* 9. Conferens vim illam civilem, & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica, & cruenta.

Festucŭla, æ, f. 1. parva festuca. *Pallad. l.* 5. *c.* 8.

Festum, i, n. dies festus, *giorno festivo*, ἑορτή. *Ovid. l.* 10. *Met. v.* 431. Festa piæ Cereris celebrabant annua matres.

Festus, o. 1. 2. *festivo*, *di festa*, חג, Ger. *fevrlich*, Gal. *jour de fete*, Hisp. *festivo*, *dia de fiesta*, ἑορτάσιμος, ad festum pertinens, solenniter lætus, & feriatus: ut dies Festi, qui honori Deorum dedicati erant, ab ἑστιάω, quod est *diem festum agere*, & factum est ab ἑστία, quod tum larem, sive focum, tum Vestam foci præsidem significat. *Cic. 6. Ver.* Festos dies anniversarios agunt celeberrimo virorum, mulierumque conventu. ¶ Dies festi alii erant *fasti*, alii *nefasti*, &c. V. *Fasti*. ¶ *Festus dies* blandiendi est formula. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 49. Sine, amabo, te amari, meus festus dies, meus pullus, passer &c. *Ter. Eun.* 3. 5. 12. O festus dies hominis, amice, salve. ¶ Tribuitur hoc adiect. etiam aliis rebus, ut festus clamor. *Plin. epist.* 17. *l.* 2. Choreæ festæ, *Ovid.* 8. *Metam.* Arces festæ Palladis. h. e. in quibus Palladis festa celebrantur. *Id. 2. Metam.* Aures festæ, h. e. jocis, & festivis sermonibus audiendis accommoditæ, apud *Claudian. de bello Get.* ¶ Habet etiam suos gradus. *Id. de Cons. III. Honor. v.* 3. Festior annus erat. *Vopisc. in Tacit. c.* 11. Festissimi dies.

Festus, i, Sext. Pompejus Festus Grammaticus sub Christianis Imperatoribus floruit, ut plerique Critici putant; & scripta Verrii Flacci in compendium redegit, cujus operis reliquiæ adhuc extant in alphabeti ordinem digestæ, & a Paulo Diacono interpolatæ. Solum autem a littera M aliquid *Fest.* superest: cætera ante sunt omnia ex stylo *Pauli*.

Fesŭlæ, Fesula, Fæsulæ, *Fiesole*, Col. & urbs exc. Etruriæ, in colle, a Florentia 2. M. P.

Fesulānus, a, um, adject. *di Fiesole*, ut Fesulana plebs, apud *Plin. l.* 7. *c.* 13.

Fex. V. Fæx.

F ANTE I.

Fi, fi, vox est, qua fœtida abiguntur. *Plaut. Cas.* 3. 6. 7. Fi, fi, fœtet tuus mihi sermo. Al. aliter leg. ¶ Fi, imperat. V. *Fio*.

Fiber, bri, masc. *castòro*, *bèvero*, κάστωρ, animal quadrupes, amphibium, in Ponto, al. *castor*, & *canis Ponticus*, a φιβρὸς, Æolice pro θιβρὸς, *mollis*, quia pilum pluma molliorem habet. Habet caudam piscis, cæterum speciem lutræ. Differt a cane fluviali. Nam hic lutra est. Vivit in riparum cavernis, in quibus gradus binos, aut ternos facit, ut crescente aqua ascendat, decrescente descendat. Noctu in primis cavernis exit, ac tum fructibus, ac corticibus arborum vescitur, tum flumine etiam se mergit, ac pisces captat. *Fest.* Fiber genus bestiæ quadrupes incitatissimum. V. *Plin. l.* 8. *c.* 30.

Fiblatorĭus. V. Fibulatorius.

Fibræ, arum, f. 1. *fibre*, ἶνες, λοβοὶ, rei cujusque extremitates, sed proprie rei incisæ, a *fiber*, *bra*, *um*, extremus, quod a *finio*, *Cels. l.* 4. *c.* 1. Pulmo in duas fibras ungulæ modo dividitur. ¶ Sæpe hoc nomen dicitur de venis, quæ in rebus extrinsece diffusæ sunt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Murium jesculis fibræ ad numerum Lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidemque inveniri. ¶ Item de minutis radicibus, seu capillamentis arborum, & herbarum. *Virg.* 1. *Georg.* Et amaris intuba fibris. *Cic. in Tusc.* 3. *c.* 6. Non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere. ¶ Interdum de toto viscere. *Pers. sat.* 1. Nec enim mihi cornea fibra est. idest, non sunt mihi ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar. ¶ Dicitur etiam fibra de ora extrema fluminis. *Fest. in Fiber*.

Fibrātus, o. 1. 2. quod fibras habet. *Plin. l.* 25. *c.* 5. Fibrata radix cæparum modo.

Fibrīnus, a, um, o. 1. 2. ex fibro, ut fibrina pellis, *Plin. l.* 17. *c.* 28.

Fibŭla, æ, f. *fibbia*, חח, Ger. *heffte*, Gal. *boucle*, Hisp. *hevilla*, πόρπη, id, quo longiora vestimenta solent subnecti, ornamentum cinguli ad vestem subligandam, a *fibra*, quia nectit vestium fibras. hoc est, extremitates. *Isid. l.* 19. *c.* 35. derivat a φίβλη, *fibula*. Sed Græci ipsi hanc vocem a Romanis accepere, quia Romani per sync. pro *fibula* dicebant *fibla*. *Virg. Æn.* 4. *v.* 139. Aurea purpuream subnectit fibula vestem. ¶ Olim milites aurea fibula donabantur. *Liv. l. 9. Bell. Mac.* Quinctius alter Prætor suos equites catellis, ac fibulis donavit. ¶ Quandoque ponitur pro circulo. *Col. l. 6. c. 5. de bobus.* Ænea fibula pars auriculæ latissima circumscribitur. ¶ Et speciatim pro circulo illo æneo, quo adolescentulorum virilia solent coerceri conservandæ vocis gratia, quo item histriones utuntur, cui generi hominum potissimum vocalitas necessaria est. *Mart. lib. 7. ep.* 81. Menophili penem tam grandis fibula vestit, ut sit comœdis omnibus una satis. V. *Cels. lib. 7. cap.* 25. ¶ Fibulæ item in ædificiis dicuntur ferramenta, quibus tigni conjunguntur. *Cæs. 4. B. G.* Binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. Adde *Vitruv. lib.* 10. *cap.* 2. ¶ Denique fibulæ dicuntur ligamina quædam, quibus medici vulnera constringunt difficile coeuntia. *Cels. l. 5. c.* 26. ¶ *Fibla* per syncop. pro *fibula* legitur apud *Apic.* auctorem culinarium, *l.* 8. *c.* 7.

Fibulatĭo, onis, f. conjunctio per fibulam. *Vitruv. l.* 10. *c.* 3. Utendum tignorum fibulationibus.

Fibulatorĭus, & fiblatorius, a, um, adject. qui fibula stringitur, ut fibulatoria saga, apud *Trebel. Poll. in* 30. *Tyrann.*

Fibulātus, a, um, adject. fibulas habens. *Vopisc. in Probo*, *c.* 4. Huic dari jubebis pallia Gallica duo fibulata.

Fibŭlo, & fiblo, as, a. 1. *affibbiare*, חבר, Germ. *hefften*, *rincken*, Gall. *boucler*, *agrafer*, Hisp. *abrochar*, πορπάω, conjungo, fulcio. *Col. l. 1. c.* 6. Omnesque parietum, & soli juncturæ testaceis pulvinis fibulantur.

Ficarĭa, f. 1. *Serpentaria*, *Serpentera*, ins. parva Sardiniæ, oræ adjacens Orientali, apud Carbonariam prom.

Ficarĭa, æ, f. 1. locus ficis arboribus consitus. *Pallad. l. 4. c.* 10. Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt.

Ficarĭus, a, um, o. 1. 2. quod ex ficu est, aut ad ficum attinet. *Pl. l.* 11. *c.* 35. Ficarios culices caprificus generat. *Cat. R. R. c.* 48. Ficariæ crates.

Ficedŭla, f. 1. *beccafico*, Ger. *schepff*, Gal. *bec figue*, Hisp. *comehigos*, συκαλὶς, avis est quæ ficuum esu pinguescit. Aliqui existimant, autumno ficedulam, aliis temporibus melancoryphum, seu atricapillam vocari. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Alia ratio ficedulis: nam formam simul, coloremque mutant. *Martial. l.* 13. *epigr.* 5. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. ¶ Ficedulam etiam eruditi tradunt vicum urbis Romæ.

Ficedulensis, se, adject. a ficedula, sive avem significet, sive vicum. Hinc milites ficedulenses *Plaut.* appellat *Captiv.* 1. 2. 60. jocose & ambigue. h. e. gulosos, & ficedularum hostes. V. *Pistorienses*.

Ficētum, ti, n. 2. *ficajo*, Ger. *garten von feigenbeumen*, Gal. *lieu*, *où il ya quantite de figuiers*, Hisp. *higueral*, συκὼν, locus, ubi ficus consitæ sunt. *Var. l. 1. R. R. c.* 41. Ut in locis frigidis ficeta fieri non possunt. ¶ Translate ponitur pro obscœnis partibus ficosis, idest, multis ulceribus, quæ ficos vocant, obsitis. *Martial. l.* 12. *epigr.* 33. Nil, nisi ficetum, nunc Labienus habet.

Ficĭtas, fœm. 3. ficorum fructuum abundantia. *Næv.* apud *Non. c. 2. n.* 217.

Ficĭtor, m. 3. συκολόγος, ficorum amator, seu ficorum collector. *Nævius* apud *Non. loc. cit.* Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Ficolenses, m. 3. pop. Latii, Fabraternis, & Fregellanis finitimi. *Pl. l.* 3. *c.* 4. ¶ Item pop. Samnii, proximi Æserninis, & Sepinatibus proximi. *Plin. l. 3. c.* 12.

Ficōsus, o. 1. 2. ficis, hoc est, ulceribus, & tuberculis plenus. *Martial. l. 7. epigr.* 70. Ficosa est uxor, ficosus & ipse maritus. *Priap. carm.* 50. Ficosissima puella.

Ficte, adv. *fintamente*, Ger. *erdichtlich*, Gal. *avec feinte*, Hisp. *fingidamente*, πεπλασμένως, *Cic. l. 3. Fam. ep.* 13. Ne cui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem.

Fictĭlis, le, o. 3. *di terra*, Germ. *irdin*, Gall. *de terre*, Hisp. *de barro*, πλαστὸς, quod a figulo factum est. *Cic. Att. l.* 6. Quid te in vasis fictilibus appositurum putem? *Id. l. 1. nat. Deor. c.* 26. Fingere aliquid fictilibus figuris. ¶ Fictilia, um, absolute pro fictilibus vasis. *Juven. sat.* 10. *v.* 25. Nulla aconita bibuntur fictilibus.

Fictĭo, onis, f. actus fingendi, & plasmandi, *finzione*, *formazione*, ποίησις. *Lactant. l. 2. c.* 12. Elementorum omnis ratio in nostri corporis fictione conclusa est. *Id. l. 1. c.* 21. Non exigo, ut aliquis poetarum fictionibus credat. *Quintil. l. 9. c.* 3. prosopopœiam *personarum fictionem* appellat.

Fictitĭus, a, um, adjectiv. fictus, formatus: item fictus, simulatus. *Plin. l. 23. c.* 1. Fictitium non potest videri. *Jul. Firmic. de error. prof. relig.* Videtis, ut vestros ementitos, & fictitios Deos turbulentus error excogitaverit.

Fictor, m. 3. πλαστὴς, figulus, qui fingit, idest, qui ex creta, atque argilla opera facit. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 29. Qua pictores, fictoresque voluerunt. ¶ Fictores etiam dicuntur qui Deorum simulacra ornant. Hinc Fictores Pontificum, Fictores Vestalium leguntur in *Vet. Inscriptionibus*; qui etiam ex pane, vel cera simulatas hostias faciebant pro tenuioribus; præterea inter ministeria sacrorum liba fingebant. *Var. L. 6. de L. L.* Fictores dicuntur a fingendis libis. ¶ Fictor legum, h. e. conditor, *Plaut. Epid.* 3. 4. 86.

Fictrix, icis, f. quæ fingit. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c.* 39. Ejus universæ materiæ fictrix, & moderatrix Divina est Providentia.

Fictūra, æ, f. fictio. *Gel. l. 10. c.* 5. Eademque esse fictura, qua est amarus.

Fictus, o. 1. 2. *formato*, *finto*, יצור, Ger. *gemacht*, Gal. *forme*, Hisp. *heco*, *compuesto*, πλαστὸς, formatus, partic. a fingor. *Cic. 1. de Or.* Ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. ¶ Item excogitatus, falsus. *Cic. pro Mur.* Ex rebus fictis, commentitiisque constat.

Ficulnensis via olim dicta est, quæ postea Nomentana. *Liv. l. 10. c.* 3.

Ficulnĕus, o. 1. 2. σύκινος, quod est ex ficu arbore. *Plin. l. 25. c.* 28. Sunt & ficulnei caules. *Col. l. 5. c.* 11. Ad crus arboris ficulneæ religa.

Ficulnus, o. 1. 2. idem ac ficulneus. *Hor. 1. serm. sat.* 8. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

Ficŭlus, m. 2. dim. a ficus, pro fructu. *Plaut. Stich.* 5. 4. 8. Nucibus, fabulis, ficulis. Adde *Curt. l. 4. c.* 1.

Ficus, ci, f. 2. vel ficus, us, f. 4. *fico*, Ger. *fegenbaum*, Gal. *figuier*, Hisp. *higuera*, συκῆ, arbor, quæ ficos fructus profert. Est semper g. f. & tum 2. tum 4. decl. *Plin. l. 16. c.* 31. Quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ sunt. *Cic. in Brut.* Uxorem suam suspendisse se de ficu. ¶ Ficus item, *fico*, σῦκον, fructus est fici arboris. Inflectitur & per 2. & per 4. declinationem, & in 2. declin. est tam gen. masc. quam fœm. in 4. est solum gen. fœminini. *Macrob. lib.* 2. *cap.* 10. Grossi appellantur fici, qui non maturescunt. *Var. l. 1. de re rust. c.* 41. Fici semen naturale intus in ea fico, quam edimus. *Martial. l. 1. ep.* 66. Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci. ¶ Ficus item, *fico*, *porrofico*, σῦκον, σύκωσις, genus ulceris, quod nascitur in capite tum in capillo, tum in barba, item in locis obscœnis, quæ pilis integuntur, quia desuper fundit sese ad fici fructus similitudinem. Est g. m. & 2. decl. *Cels. l. 6. c.* 3. *Martial. l. 1. ep.* 66. Dicemus ficos Cæciliane tuos. ¶ Ficus item, f. 2. vel 4. frutex est marinus, sine foliis, rubro cortice, a similitudine fructus. *Plin. l. 13. c.* 25.

Fidamen, inis, n. fiducia. *Tertul. carm. ad Senat. v.* 83. Corrige delictum fidamine.

Fide, adverb. *fedelmente*, fideliter, πιστῶς. *Cic. Cæl. 2. Fam. epist.* 16. Quæ mihi a te ad timorem fidissime, atque amantissime proponuntur.

Fideicommissarĭus, m. 2. cui fideicommissum cedit. *Ulp. l. Fideicommiss. Dig. de Legat.* 3. Ut fideicommissarium privaret fideicommisso. ¶ Est etiam adject. ut fidei commissaria hæreditas, quæ sc. ex fidei commisso est, *leg.* 77. §. 24. *ff. de Legat.* 3.

Fideicommissum, n. 2. species dispositionis ultimæ voluntatis, cum testator alicujus fidei aliquid committit, quod alteri traditurus sit. Dictum est fideicommissum, quia ex fide ejus, cui committebatur, pendebat. Sed postea fideicommissa, ut omnis fraudis humanæ occasio amputaretur,

retur, ab Augusto ad necessitatem juris sunt retracta, justisque legatis exæquata. V. JCtos.

Fideicommissus, a, um, o. 1. 2. quod fideicommisso relictum est. *Ulp. in l. Titius, ff. de act. empt.* Fideicommissam libertatem petissent.

Fideicommitto, is, a. 3. alterius fidei committere. *Dig. l. 32. leg. 36. initio.*

Fidejubĕo, es, jussi, jussum, *promettere per altri*, ערב, Germ. *verbeyssen*, Gal. *pleger*, Hisp. *fiar*, ἐγγυάομαι, pro alio promitto. *Ulp. l. si dubitet, §. filius fam. ff. de fidei juss.* Filius familias pro patre poterit fidejubere. ¶ Dicitur etiam divisim, Fide mea esse jubeo. *Paul. l. ubi autem, de verb. oblig.* Si filius familias ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse jubes?

Fidejussĭo, f. 3. ἐγγύησις, sponsio pro alio facta. *Jabol. l. sed et si, ff. de fidejuss.* Cum servus fidejussionis nomine obligari non possit.

Fidejussor, m. 3. *mallevadore, chi promette per altri*, ערב, Ger. *verbeyssen*, Gall. *plege*, Hisp. *fiador*, ἐγγυητής, sponsor, qui pro alio aliquid promittit. *Donat.* Fidejussor est auctor credendi, alium aliquid daturum, facturumve sua fide, suoque periculo promittens. *Ulpian. in tract. de fidejuss.* Si quis Stichum stipulatus fuerit, & fidejussorem ita acceperit.

Fidejussorĭus, a, um, adject. ad fidejussorem, seu fidejussionem pertinens, ut fidejussoria causa, *leg. 38. §. ult. ff. de solut.*

Fidēle, adverb. idem ac fideliter. *Plaut. Capt. 2. 3. 79.* Fac, fidele sis fidelis. Verum alii rectius leg. *Fac fideli sis fidelis*. *Prudent.* tamen in *Rom. v. 426.* Nunquam aliter precabor, quam fidele ut militent. Quæ potest esse Enallage, ut *dulce ridere*.

Fidelĭa, f. 1. κεράμιον, genus vasis Samii ad plurimos usus accommodati, quia fideliter servat recondita. *Col. l. 12. c. 38.* In fictili fidelia sacro loco reponuntur. *Id. l. 12. c. 13.* Sal in fundis fideliarum substernitur. ¶ *De eadem fidelia duos dealbare parietes*, est eadem opera duos velle demereri, tractum ab iis, qui parietibus albarium inducturi colores habent in fictilibus præparatos. *Curius Cicer. l. 7. Fam. ep. 29.* Nec solere duos parietes de eadem dealbare fidelia.

Fidēlis, le, o. 3. *fedele*, נאמן, Ger. *treuv*, Gal. *fidele*, His. *fiel*, πιστός, qui servat fidem, vel cui tuto fidem adhibere possumus. *Cic. Sulp. 4. Fam.* Aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. *Id. l. 1. Q. Pr. epist. 3.* Conjux fidelissima. ¶ Transfertur etiam ad inanimata. *Plin. in l. 16. c. 36. de arundinum comis*, Glutino tenacior rimisque explendis fidelior pice.

Fidelĭtas, f. 3. *fedeltà*, אמנה, Ger. *treuv*, Gal. *fidelitè*, Hisp. *fidelidad*, πιστότης, observatio fidei. *Cic. ad Q. Fr. l. 1.* Quibus in rebus etiamsi fidelitas summa est.

Fidelĭter, adverb. *fedelmente*, Ger. *treuvlich*, Gal. *fidelement*, Hisp. *lealmente*, πιστῶς. *Liv. l. 33. c. 35.* Constanter, & fideliter permanere in amicitia Populi Romani. *Cic. Fam. 11. ep. 12.* Quo fidelius ad te litteræ perferantur. *Gel. l. 17. c. 12.* Fidelius, constantiusque valere. *Plin. Paneg. c. 56.* Fidelissime narrare.

Fidēnæ, Fidena, Fidene. *Castel Jubileo*, Col. & urb. Latii, nunc vicus Sabinæ prov. ad Tiberim fl. Condita fuit ab Ascanio Æneæ filio una cum Alba Longa, & Antio. Funditus eversa est a M. Æmilio, quod a Romanis rebellasset. ¶ Primam hujus vocis producunt *Horat. l. 1. epist. 11. v. 8.* & *Juven. Sat. 6. v. 56.* & *Sat. 10. v. 100.* *Virg.* vero corripit *6. Æn. v. 773.*

Fidēnas, atis, substant. Fidenarum incola, aut civis. *Plin. l. 3. c. 12.* Item adject. ut bellum Fidenas, *Liv. l. 1. c. 15.*

Fidens, entis, adject. qui fidit, *audace*, *animoso*. *Cic. Tusc. 3. c. 7.* Qui fortis est, idem est fidens (quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est) qui autem est fidens, is profecto non extimescit. *Apul. l. 5. Met.* Psyche paulo fidentior intra limen se se fecit. *Ammian. l. 27. c. 24.* Fidentissimo impetu. ¶ Construitur cum ablat. *Cic. 1. Off. c. 23.* Animus prudentia, consilioque fidens. ¶ Et cum genit. *Virg. 2. Æn.* Fidens animi. ¶ Et cum dat. *Cic. Att. l. 6.* Puer bene sibi fidens.

Fidenter, adverb. *arditamente*, לבטח, Ger. *vertreuvlich*, Gal. *assurement*, Hisp. *seguramente*, τεθαῤῥηκότως, intrepide, cum fiducia. *Cic. 2. de Div. c. 31.* Timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat. *Idem Att. 6. epist. 1.* Paulo vellem fidentius. *Ammian. l. 27. c. 2.* Ausi omnes accedere fidentissime.

Fidentia, æ, f. 1. *fidanza*, מבטח, Ger. *travvung*, Gal. *confiance*, Hisp. *confianza*, θάρσος, firma animi confisio, & fortitudinis pars, ut *Cic. 2. de Invent. c. 54.* definit, per quam magnis, & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocavit. *Id. 4. Tusc. c. 37.* Et, si fidentia, id est, firma animi confisio scientia quædam est, & opinio gravis, non temere assentiens, metus quoque est diffidentia expectati, & impendentis mali.

Fidentĭa, f. 1. Julia, Julia Fidentia, *Borgo di S. Donnino*, urbs Galliæ Togatæ, in Lombardia Cispadana, in Duc. Parmensi, inter Placentiam, & Parmam ad Or.

Fidentiŏla, f. 1. *Fiorenzuola*, opp. Galliæ Togatæ, inter Fidentiam, & Placentiam.

Fides, fidei, f. 5. *fede*, אמונה, Germ. *glaub*, Gal. *foy*, Hisp. *fe*, πίστις, est dictorum, conventorumque constantia, & veritas, ut *Cic.* definit *1. Off. c. 7.* dicta, ut idem ibidem interpretatur, a *fio*, quia fiat, quod dictum est. *Cic. de Sen.* Ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus. ¶ Speciatim est vocabulum negotiatoribus proprium, pro constantia illa promissorum, qua debitores suo loco, & tempore præstant, quod promiserunt, seu pro opinione, atque existimatione fidelitatis, æquitatis, constantiæque in re contracta servanda, *fede*, *credito*. *Cic. pro Leg. Manil. c. 7.* Scimus, Romæ solutione impedita fidem concidisse. *Cæs. 3. B. C. c. 1.* Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur. ¶ Usurpatur etiam pro promissione. *Cic. Lent. 1. Fam.* Pompeji fides, quam de me Cęsari dederat. ¶ Item pro auctoritate. *Cic. pro Archia.* Omnem tabularum fidem resignasset. ¶ Item pro ope, auxilio. *Cic. pro Rab.* Sed jam quoniam fidem, quam potui, tibi præstiti. *Id. pro Quinct.* Deum, atque hominum fidem implorabis. ¶ Item pro patrocinio. *Cicer. 7. Famil.* Cum te, & adolescentiam tuam in amicitiam, & fidem meam contulisses. Sic *Sallust. Jug.* Tradere in fidem. *Cic. l. 1. Offic. c. 11.* Recipere in fidem devictas bello nationes. ¶ Item pro fiducia, *fidanza*. *Ter. Andr.* Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides. ¶ *Bona fide*, est recta mente, syncere, serio. *Plaut. Aul.* Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti? ¶ *Bonæ fidei homo* vocatur, cui res tuto creditur, *dabbene*, *fedele*, *leale*. *Suet. in Aug.* Populo promissum congiarium reposcenti bonæ se fidei esse respondit. ¶ *Fidem dare*, *fidem interponere*, *fidem obligare*, est promittere. *Cic. 2. Fin.* Propter fidem, quam dederat hosti. *Id. in Bruto.* Lusitanis a Sergio Galba Prætore contra interpositam fidem interfectis. *Id. 5. Phil.* Audebo etiam obligare fidem meam P. C. vobis Populoque Romano. ¶ *Habere fidem alicui*, *Adjungere fidem*, *Tribuere fidem*, est credere. *Cic. 5. Fam.* Si fides, majorem tibi habui, quam pene ipsi mihi. Et passive. *Idem 6. Fam.* Debet habere fidem nostra prædictio. idest, digna est, cui credatur. *Id. 2. Acad.* Visis non omnibus adjungebat fidem. *Id. pro Sylla.* Nec testimonio fidem tribui convenerit. ¶ *Fidem colere*, *fidem servare*, *fidem præstare*, *fidem tenere*, *in fide stare*, est stare promissis, facere, quod promissum est. *Cic. in Vatin.* Tum quæro, servarisne in eo fidem. *Id. 1. Fam.* Si Rex amicis suis, qui pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset. *Idem 12. Phil.* Non tenuit omnino colloquium illud fidem. *Id. pro Flac.* Testimoniorum fidem, & religionem nunquam ista natio coluit. *Id. pro Rab.* Idemque violavit, si in fide non stetit. ¶ *Fidem liberare*, *fidem solvere*, est promisso satisfacere. *Cic. pro Flac. c. 20.* Hermippus Fusiis satisfacit, & fidem suam liberat. *Idem 10. Fam.* Videam, ne fallar suam fidem solutam esse. ¶ *Fidem mutare*, *fidem fallere*, *fidem violare*, *fidem frangere*, *fidem infirmare*, est pactum rescindere, violare promissum. *Sallust. in Jug.* Profecto cuncti, aut magna pars Cirthensium fidem mutavissent. *Cic. 2. Off.* Ad supplicium ire maluit, quam fidem hosti datam fallere. *Id. 3. Off.* Qui jusjurandum violat, is fidem violat. *Id. pro Rosc. Com.* Perfidiosum, & nefarium est fidem frangere. *Id. Att. l. 15.* An fidem infirmet Silio. *Fidem facere*, est probare. *Cic. Att. l. 7.* An mihi nutus tuus non faceret fidem? ¶ *Fidem imminuere*, *derogare*, *abrogare*, est incredibile facere. *Cic. de Orat.* Suspicio artificii imminuit & Oratoris authoritatem, & orationis fidem. *Id. pro Font.* Suspicio inimicitiarum derogat fidem in testimonio dicendo. *Id. in Acad.* His visis, inter quæ nihil interest, æqualiter omnibus abrogatur fides. ¶ *Accipere fidem*, est promissionem accipere. *Virg. 8. Æn.* Accipe, daque fidem. ¶ *Dare*, *interponere fidem publicam*, est publico nomine securitatem, vel immunitatem promittere, *dare il salvocondotto*. *Cic. 3. Catil. c. 3.* Fidem ei publicam jussu Senatus dedi. *Sall. in Jug.* Eumque interposita fide publica Romam duceret. Sic *id. ib. c. 32.* Comes ejus, qui Romam fide publica venerat. h. e. *con salvocondotto*. ¶ *Græca fide mercari*, est præsenti pecunia mercari. *Plaut. Asin. 1. 1. 47.* Diem, aquam, solem, hæc argento non emo, cætera quæque volumus uti, Græca mercamur fide. ¶ Veteres Fidem pro Dea coluerunt. *Plaut. Aulul. 4. 2. 14.* Si reperero, o Fides, mulsi congialem faciam tibi fideliam. Adde *Juven.* & *Horat. lib. 1. od. 35.* ¶ Fides, & Fidelitas in eo differunt, quod fides animo, fidelitas re spectatur. *Plaut. Trinum. 5. 2. 2.* Cui fides, fidelitasque amicum erga æquiparet suum.

Fides, fidis, f. 3. *cetra*, *lira*, כנור, Ger. *hecker*, Gall. *lut*, *lire*, Hisp. *citara*, *lira*, χορδή, κιθάρα, lyra, sive cithara, aliudve instrumentum musicum in chordis habens harmoniam, a σφίδες, *chordæ*. Item ipsæ chordæ. *Festo* dicta videtur a fide humana, quod tantum inter se chordæ ejus concordent, quantum fides inter homines. *Ovid. in Epist. Oenones 5. v. 139.* Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit. *Id. 11. Metam. v. 167.* Instructamque fidem gemmis. ¶ Sed Oratores in num. plur. usurpant. *Cic. de Or.* Omnes voces, ut nervi in fidibus, ita sonant. Hinc discere fidibus, scire fidibus, *imparare*, *o saper sonare*. *Cicer. de Senect. c. 8.* *Ter. Eun. 1. 2. 53.* Fidibus canere. *Quintil. l. 1. c. 10.* ¶ Est etiam Fides, vel Fidis, is, signum cœleste. V. Lyra. *Colum. l. 11. c. 2.* Cal. Febr. Fidis incipit occidere. *Cic. in Arat.* Cedit clara Fides Cyllenia.

Fidĭcen, icinis, masc. 3. κιθαρῳδός, qui cithara, lyrave canit, a *fides*, & *cano*. *Cic. l. 6. ep. 22.* Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.

Fidicĭna, f. 1. quæ fidibus canit. *Ter. Eun. 3. 2. 4.* De fidicina hac.

Fidicinĭus, a, um, o. 1. 2. κιθαρῳδικός, quod ad fidicinem pertinet. *Plaut. Rud. Prol. v. 43.* Eam vidi ire e ludo fidicinio domum.

Fidicĭno, as, n. 1. fidibus cano, λυρίζω. *Martian. Capel. l. 9. pag. 314.* & *Glos. gr. lat.*

Fidicŭla, æ, f. 1. *ceterina*, *ceteretta*, λύριον, parva cithara, dim. a *fide*, seu *fidibus*. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 8.* Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? ¶ Item signum cœleste. V. Lyra. *Colum. l. 11. c. 2.* *Plin. l. 18. c. 26.* ¶ Fidiculæ, arum, f. 1. nu. plur. instrumentum torquendi, ex duobus, ut putatur, obliquatis lignis compactum, a *fide*, quia iis rei in equuleo torquebantur, ut fides, & veritas inveniretur. *Senec. l. 3. de Ira, c. 3.* Equulei, & fidiculæ, & ergastula, & cruces. *Suet. Calig. c. 33.* Exquisiturum se vel fidiculis de Cæsonia.

Fidĭus, V. Medius Fidius.

Fido, is, fisus sum, n. pass. *confidarsi*, *fidarsi*, בטח, Ger. *trauven*, Gal. *se fier*, His. *fiarse*, θαῤῥέω, fidem habeo, credo, spem pono, a πείθω, credo, assentior. Construitur cum dat. vel ablat. *Virg. 7. Æn. v. 290.* Jam fidere terræ. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 41.* *Aratum vertens:* Eundem cœli verticem lustrat parva Cynosura; Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto. ¶ *Fidebo*, pro *fidam*, *Næv.* apud *Non. c. 10. n. 36.* Tibi cum fidebo, fidelis ero.

Fiducĭa, æ, f. 1. *fiducia*, *fede*, *fidanza*, מבטח, Germ. *vertravvung*, Gall. *fiance*, *assurance*, Hisp. *confianca*, θάρσος, idem pene quod fidentia. h. e. certa quædam opinio, & spes de se, vel de alio concepta, sumiturque tam in meliorem partem, quam in deteriorem. *Bithyn. Cic. 6. Fam.* Nostra ipsorum amicitia, cujus fiducia peto a te, &c. ¶ Accipitur etiam pro contractu, quo res aliqua alicui traditur, ea lege, ut aliquando restituat, & metonymice pro ipsa re, quæ tradita est, *pegno*, *ipoteca*. *Cic. pro Flac. c. 21.* Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupasti: hanc fiduciam tibi commissam tenes hodie, atque possides. ¶ Hinc *fiduciæ* in plur. sunt pignora, & hypothecæ. *Cic. 3. Off.* Fidei bonæ nomen existimabant manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. ¶ Fiduciæ judicium apud JCtos est, quod *Tribonianus* dixit pigneratitium judicium. V. *Salmas. de Modo usur. c. 14.*

Fiduciarĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad fiduciæ contractum spectat. *Res fiduciaria* est, quæ alteri ea lege traditur, ut postea tradenti reddatur. *Liv. l. 32. c. 38.* Eam Nabidi veluti fiduciariam dare. Hinc *Cæsar 2. B. Civ.* operam Legati vocat fiduciariam; quia Legatus potestatem suam ab Imperatore accipit, quam redeunti ad exercitum Imperatori debet cedere. Adde *Curt. l. 5. c. 9.* ¶ *Fiduciarius hæres* est, qui nunc fideicommissarius dicitur, quod hæreditatem velut fiduciam videtur accepisse, quam mox alteri traditurus sit. *Jabol. l. Sejus, ad Trebel.*

Fiduciātus, a, um, adject. *ipotecato*, *impegnato*. *Tertul. de Idolol. c. 23.* Pignora fiduciata. *Gloss. vet.* Fiduciatus, ὑποτεθειμένος.

Fiducĭo, as, a. 1. fiduciæ contractu aliquid dare, *impegnare ipotecare*. Verbum est JCtorum Veterum. Legitur etiam in quadam *vet. Inscript. in vinea Card. Carpensis*. M. Ulpius .... fecit ea conditione, ne fiducient, ne vendant &c. V. *Gruter. Inscript. p. 638. n. 4.* Adde etiam *Tertul. de Idololat. c. 23.*

Fidus, a, um, o. 1. 2. *fedele*, נאמן, Germ. *treuv*, Gal. *fidele*, Hisp. *fiel*, πιστός, cui fidendum est. *Cic. de Amic.* Se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, & quos infidos. *Id. Fam. 14. epist. 4.* Fidissima conjux. *Justin. l. 16. c. 5.* Ut eos sibi fidiores redderet. *Virg. 6. Æn. v. 524.* Fidus ensis. ¶ *Fidus*, & *fidelis* ita distinguuntur, ut *fidum* amicum dicamus, *fidelem* servum; vel *fidum* in majoribus, *fidelem* in minoribus negotiis. *Plaut. Trin. 4. 4. 3.* Amico mea commendavi bona, probo, & fideli, & fido, &c. Attamen sæpissime hæc duo promiscue accipiuntur.

Fidustus, a, um, o. 1. 2. quod fidei est, apud vet. *Fest.*

Fi lī-

Figlinus, V. Figulinus.
Figmen, inis, n. 3. figmentum, simulacrum. *Prudent. Apotheos. v.* 798. Factor utroque hominem meditans de figmine junctim Ædificare sui similem. Adde *v.* 1035.
Figmentum, i, n. πλάσμα, proprie res ficta, & formata, simulacrum; translate vero commentum. *Gel. l.* 5. *c.* 12. Ejusque animalis figmentum juxta simulacrum fiat. *Lactant. l.* 7. *c.* 22. Figmenta poetarum. *Apul. l.* 4. *Met.* Figmenta somniorum. Exempla autem, quæ afferunt quidam Lexicographi ex *Plin. l.* 10. *c.* 54. & ex *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 45. nihil huc pertinent. Nam apud *Plin.* pro *figmentis* legendum est *fimetis*; apud *Cic.* vero *pigmentis*.
Figo, is, xi, xum, a. 3. *ficcare*, תקע, Ger. *flecken*, Gal. *ficher*, His. *hincar*, πήγνυμι, est immittere. *Plaut. Mil.* 4. 4. 4. Ut figam palum in parietem. ¶ Item plantare. *Virg.* 4. *Georg. v.* 115. Ipse feraces figat humo plantas. ¶ Figere arma dicebantur milites, & gladiatores jam emeriti, cum arma sua ad templi parietem, aut columnam suspendebant. *Horat. l.* 1. *Epist.* Vejanius armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro. ¶ Item ferire. *Juven. Sat.* 1. Mævia Tuscum figat aprum. ¶ Hinc figere aliquem maledictis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* ¶ Translate ponitur pro firmare. *Cic. Att. l.* 8. Et simul scito, labare meum consilium illud, quod jam satis fixum videbatur. ¶ *Figere beneficium clavo trabali*, proverbialis locutio est, pro operam dare, ut perpetua beneficii extet memoria. *Cic.* 7. *Ver.* Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret. ¶ *Figere legem*, est constituere, ferre, *far una legge*. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 12. Antonius fixit legem, a dictatore comitiis latam. *Virg.* 6. *Æn. v.* 622. Leges fixit pretio, atque refixit. ¶ Usurpatur hoc verbum etiam pro collocare, ponere. *Cic. Fam.* 2. *epist.* 6. Ego omnia mea studia, omnem operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi. *Horat. l.* 3. *od.* 15. *v.* 2. Figere modum alicui rei. h. e. imponere. ¶ Figere oculos in terram. *Senec. epist.* 11. ¶ Figere oscula, *Virg.* 2. *Æn. Albinovan. ad Liv.* &c. ¶ *Virg.* 10. *Æn.* hæc mea figite dicta. h. e. animo percipite. Sic *Juven. Sat.* 9. tacitus nostras intra te fige querelas.
Figularis, re, o. 3. κεραμικός, quod ad figulum pertinet. *Plaut. Epid.* 3. 2. 35. Versatior est, quam rota figularis. *Col. l.* 8. *c.* 2. Figularis creta.
Figulatio, onis, f. compositio. *Tertul. de resur. car. c.* 5. Tota hominis figulatio.
Figulaturio, is, n. 4. Figulum (quod est nomen proprium civis Romani) imitor, aut colo. Verbum fictum ab Asinio, quemadmodum & *Fimbriaturio*, apud *Quintil. l.* 8. *c.* 3.
Figulatus, a, um, adject. efformatus, fictus. *Tertul. de car. Chr. cap.* 9. Corpus hoc nostrum de limo figulatum.
Figulina, & figlina, per syncop. ars, & officina figulorum. *Var. R. R. l.* 1. *c.* 2. Figulinæ exercendæ. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Figlinas Chorœbus primus invenit.
Figulinus, & figlinus, a, um, adject. ad figulum pertinens. *Var. R. R. l.* 2. *c.* 9. Creta figlina. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Opus figlinum. *Arnob. l.* 6. Fornacibus incocta figulinis.
Figulnensis porta. V. Nomentana.
Figulus, li, m. 2. κεραμεύς, fictor, qui ex argilla, seu creta opera facit, a fingo. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Dibutades Sicyonius figulus primus invenit ex argilla fingere similitudines.
Figura, f. 1. *figura*, *aspetto*, תמונה, Germ. *ein figur*, Gal. *figure*, Hisp. *figura*, σχῆμα, forma, species, aspectus, qualitas. *Cic.* 5. *Fin.* Figura est forma, & statura corporis nostri ad naturam apta. ¶ Apud Grammaticos, & Rhetoricos Figura est modus loquendi diversus a sermone vulgi, per quem res artificiose, & ornate exprimuntur, a fingo. A *Cic.* & ab *Auth. ad Her.* appellatur Exornatio. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Figura est conformatio quædam orationis, remota a communi, & primum se offerente rationi. ¶ Figuræ duplicis generis sunt, aliæ verborum, aliæ rerum, sive sententiarum. *Auth. ad Her. l.* 4. ¶ Enumerationes Figurarum utriusque generis duæ præclarissimæ extant apud *Cic.* 3. *de Or.* & *in Orat.* ¶ Figuræ aliquando accipiuntur pro scommatibus, & cavillationibus. *Suet. Vesp. c.* 13. Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam lenissime tulit. Adde *eund. in Domit. c.* 10.
Figuraliter, adverb. ἐσχηματισμένως, figurate. *Tertul. de testim. anim. c.* 2. *Sidon. l.* 8. *epist.* 14.
Figuranter, figurate. *Diomed. Grammat. l.* 1.
Figurate, adverb. per figuras. *Ascon. Pædian. proœm. act. Ver.* Figurate dixit. *Sidon. l.* 5. *epist.* 8. Figuratius quem pungere.
Figuratio, f. 3. σχηματισμός, delineatio, compositio. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ut in unoquoque potest figuratio. ¶ Item imaginatio. *Quintil. Declam.* 6. Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione judicem ponat. ¶ Item figura dicendi. *Lactant. l.* 1. *c.* 11. Officium poetæ est in eo, ut quæ gesta sunt vere, in aliquas species obliquis figurationibus cum decore aliquo conversa traducat.
Figurato, adv. figurate. *Tertul. adv. Jud. c.* 9. & *l.* 3. *adv. Marc. c.* 14.
Figurator, oris, m. qui figurat, & fingit. *Arnob. l.* 6. Vobis ducibus, & figuratoribus, luna fœmina est.
Figuratus, a, um, adject. *figurato*, *effigiato*. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Quorum ipsa terga declarant, non esse ad onus accipiendum figurata. ¶ Item figuris oratoriis ornatus, ut figurata oratio, *Quintil. l.* 9. *c.* 1.
Figuro, as, a. 1. *figurare*, *formare*, יצר, Germ. *gestalten*, Gal. *figurer*, Hisp. *figurar*, σχηματίζω, formo, & figuram induco. *Cic. de Un.* Hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 126. Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat. ¶ Item rhetoricis ornamentis exornare. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Tam translatis verbis, quam propriis figuratur oratio. ¶ Figurare aliquid animo, *immaginarsi*. *Curt. l.* 7. *c.* 1. Utinam prudentius esset sollicita pro filio, & non inanes quoque species anxio animo figuraret.
Filatim, adverb. filorum in modum. *Lucret. l.* 2. *v.* 830. Filatim dum distrahitur, deperditur omnis.
Filia, æ, f. 1. *figlia*, בת, Ger. *ein dochter*, Gal. *fille*, Hisp. *hija*, θυγάτηρ, proles fœmina. *Cic. pro Cluen. c.* 64. Despondit ei filiam suam. *Colum. l.* 4. *c.* 3. Collocare nuptui filiam. ¶ *Paulin. ad Cyther. v.* 305. Sed propter inde posita Gallorum solo Massilia Graium filia. h. e. Græcorum colonia. ¶ In Dat. plur. *filiabus* scribebant in testamentis ad discrimen sexus, ut ait *Plin.* apud *Charis. l.* 2. Cæterum ubi discrimen aliunde constet, *filiis* potius dixerim, quam *filiabus*. *Liv. l.* 28. *c.* 56. Huic Gracchο minorem ex duabus filiis nuptam fuisse, convenit. ¶ Nihilominus reperitur etiam *filiabus*, ubi discriminis nulla causa est. *Id. l.* 34. *c.* 26. In sacrarium contigit cum duabus filiabus virginibus.
Filiafamilias, filiæfamilias, f. *figliuola di famiglia*. *Ulpian. leg.* 8. *ad Edictum.* Sed & filiafamilias poterit dare procuratorem ad injuriarum actionem. Adde *Senec. de consol. ad Helv. c.* 14.
Filicatus, a, um, adject. a filice, ut filicata vasa, quæ ad filicis herbæ speciem cælata sunt. *Cic. Att. l.* 6. *epist.* 1. Sed heus tu, quid cogitas? in filicatis lancibus, & splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere. *Id. in Partit. c.* 3. Minus ne gratas Diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas, quam filicatas aliorum pateras arbitramur?
Filicones, al. felicones, m. 3. mali, & nullius usus, a filice herba, al. felice. *Fest.*
Filictum, n. 2. locus filice herba consitus. *Col. lib.* 2. *c.* 2. An filictis, aliisve frutetis impeditus.
Filicula, æ, herba quædam, quam polypodium vocant. *Plin. l.* 26. *c.* 8.
Filiola, æ, f. 1. *figliuoletta*, θυγάτριον, parva filia. *Cic.* 1. *de Div. cap.* 46. Filiolam suam Tertiam animadvertit esse tristiculam.
Filiolus, li, m. 2. *figliuolino*, τεκνίον, dimin. a filio. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 2. Filiolo me auctum scito.
Filius, lii, m. 2. *figlio*, *figliuolo*, בן, Ger. *sohn*, Gal. *fils*, Hisp. *hijo*, υἱός, proles mascula. *Cic.* 2. *Fin. c.* 18. Reliquit effigiem & humanitatis, & probitatis suæ filium. ¶ Filii familias, vel familiarum sunt, in quos patres familias patriam potestatem retinent. *Cic. pro Cæl.* Illum filium familias patre parco, & tenaci habere tuis copiis devinctum non potes. *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 26. Nunquam ne nisi ad se filios familiarum venturos? Dicuntur autem *filii familiarum* in plur. qui diversarum familiarum sunt; at filii familias, qui sunt ejusdem familiæ. ¶ *Terræ filius* interdum dicitur de ignobili, qui obscuro, ignotoque genere natus sit, quod terra sit omnium communis parens. *Cic. Att. lib.* 1. Et huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audebam. ¶ Interdum dicitur de homine nobilissimo, vel quia ex ipsa terra, idest urbe natus est, non aliunde ex Barbaris advenit, vel quia ea est antiquitate, ut ejus primi parentes, præter terram, assignari non possint. *Plato* enim *in Menexeno* Athenienses a nobilitate laudans, dicit, eos ex terra sua sponte progenitos fuisse, cum aliæ terræ bestias, terra Attica homines gigneret. *Cic.* 7. *Fam.* Cn. Octavius tuus familiaris summo genere natus, terræ filius. ¶ *Fortunæ filius* dicitur, cui omnia prospero fortunæ eventu succedunt. *Hor.* 2. *Serm. Sat.* 6. *v.* 49. Luserat in campo fortunæ filius omnes. ¶ Filius dicitur etiam de brutis. *Colum. l.* 6. *c.* 37. Ejusmodi admissarius nepotibus, quam filiis utilior. ¶ In vocat. facit *fili*. Quod autem *Priscian.* citat ex *Livio*: *Jupiter Saturni filie*, antiquum est.
Filiusfamilias, filiifamilias, m. *figliuolo di famiglia*. *Cic. pro Cœl. c.* 15. Illum filiumfamilias habere devinctum. *Sallust. in Catil. c.* 43. in plurali num. dixit *filiifamiliarum*, quia de plurium familiarum filiis loquitur: ceterum si de filiis unius familiæ sermo sit, *filiifamilias* recte dicitur.
Filix, cis, f. 3. *felce*, πτέρις, herba est sine caule, sine flore, & sine semine. *Virg.* 3. *Georg.* Et filicem curvis invisam pascit aratris. *Hor. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 37. Neglectis urenda filix innascitur agris.
Filo, as, a. 1. *filare*, filum duco. *Fortunat. l.* 3. *de Mart. v.* 112.
Filum, li, n. 2. *filo*, חוט, Ger. *faden*, Gal. *fil*, *filet*, Hisp. *hilo*, νῆμα, quod ex lino, lanave trahendo ducitur. *Ovid.* 4. *Met.* E quibus una levi deducens pollice filum. *Id.* 10. *Met.* Fila sonantia, *le corde*. ¶ Aliquando ponitur pro linea fabrorum. *Varro*. Sumptoque atramento futorio filum duxit. ¶ Aliquando pro lineamentis faciei, & venustate formæ, *lineamenti*. *Gel. l.* 14. *c.* 4. Forma, ac filo virginali dixit imaginem justitiæ fieri solitam. ¶ Transfertur ad stylum, & phrasim orationis, a textoribus telarum. *Cic. de Amic.* Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. *Horat. lib.* 2. *epist.* 1. *v.* 225. Tenui deducta poemata filo. *Cic. l.* 9. *Fam. epist.* 12. Amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo.
Filus, i, m. idem quod filum. *Arnob. l.* 1. *pag.* 36.
Fimbria, f. 1. *fimbria*, שׂול, Ger. *balege*, Gall. *frange*, Hisp. *bordadura*, κράσπεδον, vestium extremitas, quæ incisuras habebat serræ dentibus non absimiles. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Jam signa lethalia in furoris morbo risum, sapientiæ vero ægritudine fimbriarum curam, & stragulæ vestis plicaturas. ¶ Dicitur etiam de quacunque alia extremitate. *Cic. in Pis. c.* 11. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.
Fimbriaturio, is, n. 4. verbum effictum a Fimbria (quod est nomen Romanum) & significat Fimbriam impense sequi, aut colere, aut imitari. *Quintil. l.* 8. *c.* 3.
Fimbriatus, o. 1. 2. θυσανώδης, incisus per cæsuras. *Suet. in Cæs. cap.* 45. Usum ferunt lato clavo ad manus fimbriato. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Fimbriata radix multis capillamentis.
Fimetum, ti, n. 2. *letamajo*, דמן, Germ. *mistgrub*, Gal. *fumier*, Hisp. *muladar*, κοπρών, sterquilinium, quo fimus congeritur. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Fimeta sub dio, concavo loco, & qui humorem colligat.
Fimus, mi, m. 2. *letame*, דמן, Ger. *mist*, Gall. *fiens*, Hisp. *bianda*, κόπρος, lætamen dicitur, & excrementa animalium, quibus agri stercorantur, a φυρμός, *contaminatio*. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Principatum dat turdorum fimo ex aviariis. ¶ Reperitur & in gen. fœm. *Apul. l.* 7. *A. A. in fi.* Liquida fimo strictim egesta. ¶ Item in gen. n. *Plin. l.* 29. *c.* 5. Columbarum fimum cum aceto ad epiphoras laudatur.
Finalis, le, o. 3. *finale*, τελικός, quod ad finem pertinet, ut Finales quæstiones, quæ ad controversias de finibus agrorum dirimendis pertinent. *Leg.* 11. *ff. Finium regund.* ¶ Item in fine alicujus rei positus. *Macrob. lib.* 2. *in Somn. Scip. c.* 5. Sphæram dividit horizon, idest finalis circulus.
Findo, dis, idi, fissum, a. 3. *spezzare*, *fendere*, קרע, Ger. *spalten*, Gal. *fendre*, Hisp. *hender*, σχίζω, scindo, & divido, ab antiquo *bindo*, quod ab *bio*. *Ovid. l.* 1. *Trist. eleg.* 7. Cœlum findetur aratro. *Cic.* 2. *de Leg.* Findere, & dividere. *Tibul. lib.* 1. *eleg.* 8. *v.* 21. Arentes cum findit Sirius agros. ¶ Mare findere, est navigare. *Propert. lib.* 3. *eleg.* 9. *v.* 35. Non ego velifera tumidum mare findo carina. ¶ Findere aera, *volare*. *Ovid. Met. v.* 666. Motis talaribus aera findit.
Fingo, is, finxi, fictum, a. 3. *fingere*, *formare*, צור, ארב, Ger. *machen*, Gal. *feindre*, Hisp. *fingir*, πλάττω, est verbum generale ad omnia, quæ ingenio, & manu artificiose formantur, & significat formare, rem veram imitatione exprimere, componere, efficere, a πήγω, seu πηγνύω. *Cic. l.* 5. *Fam. epist.* 2. Ab Apelle pingi, a Lysippo fingi volebat. *Id.* 1. *Offic. c.* 44. Apes fingendorum favorum causa congregantur. *Id. pro Mur. cap.* 29. Natura te finxit ad honestatem. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 9. Ex natura sua cæteros fingere. *Horat. de ar. poet.* Fingere versus. ¶ Significat etiam simulare. *Cic.* 3. *Fam. epist.* 12. Suscipe meas partes, & eum te esse finge, qui ego sum. ¶ Item docere, instituere. *Horat. l.* 1. *epist.* 2. *v.* 64. Fingit equum tenera docilem cervice magister Ire viam. ¶ Item imaginari. *Cic.* 4. *Acad.* Finge, aliquem nunc fieri sapientem. *Id. pro Mil.* Fingere cogitatione. ¶ Item excogitare, comminisci. *Ter. Eun.* 1. 2. 58. Fingit causas, ne det. *Plaut. Asin.* 2. 1. 2. Argento comparando fingere fallaciam. ¶ Item ornare, excolere. *Ovid. l.* 1. *Remed. v.* 341. Proderit & subito, cui se non finxerit ulli, Ad dominam celeres mane tulisse gradus. V. Fictor. ¶ Item tergere, extergere. *Afranius*: Accedo ad te, ut tibi cervicem fingam linteo. Hoc etiam sensu explicat *Serv.* illud *Virg.* 8. *Æn. v.* 634. corpora fingere lingua. V. Effingo. ¶ Fingere fugam, pro meditari. *Plaut. Capt.* 2. 1. 13. At fugam fingitis. C. Nos fugiamus? Sic, fingere parricidia, *Sen. de consol. ad Mar. c.* 26.
Finio, is, ivi, itum, a. 4. *compire*, *finire*, השלים, Ger. *enden*, Gal. *finir*, Hisp. *acabar*, τελειόω, est rei inceptæ finem imponere. *Plin. de Vir. Illust.*

Plin. de Vir. Illuſt. Cum inter Romanos, & Albanos bellum fuiſſet exortum, ducibus Hoſtilio, & Suffetio placuit rem paucorum certamine finire. *Pl.n. alter l.* 8. *c.* 42. Finire vitam inedia. ¶ Hinc pro mori ponitur. *Tac. l.* 5. Sic Tiberius finivit octavo, & ſeptuageſimo ætatis anno. *Ovid.* 7. *Met.* Non exoratis animam finivit in aris. ¶ Aliquando eſt temporis terminum ponere, tempus præſcribere. *Cic. Att. l.* 8. Marcelloque Conſuli finienti provincias Gallias Cal. Martiis reſtitit. ¶ Aliquando præfigere terminum magnitudinis, limites præſcribere. *Liv. l.* 1. Signum, contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant, animo finivit. ¶ Accipitur etiam pro definire, id eſt, explicare, quid aliqua res ſit. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Ante omnia quid ſit Rhetorices, quæ finitur quidem varie. ¶ Item pro decernere. *Liv. l.* 40. *c.* 44. *ad fin.* De pecunia finitur, ne major cauſa ludorum conſumeretur, quam &c.

Finis, is, m. 3. *fine, termine*, שבן, Ger. *das end*, Gal. *fin*, Hiſp. *fin*, τέλος, eſt terminus, ſive extremitas in unaquaque re. *Virg.* 4. *Æn.* Imponere finem curis. *Ter. Heaut. prol.* Finem facere maledictis. *Cic.* 3. *Ver.* Finem controverſiæ conſtituere. *Ter. Andr.* 5. 1. Orandi finem facere. *Cic. in Somn. c.* 8. Quod ipſum agitur aliunde, quando finem habet motus, videndi finem habeat neceſſe eſt. *Id. Cattil.* 1. *c.* 1. Quem ad finem? *h. e.* quamdiu? *Id.* 1. *de nat. Deor.* Ad eum finem. *h. e.* tamdiu. *Hirt. de B. Afric. c.* 85. Per mare umbilici fine ingreſſi terram petebant. *fino al bellico*. Sic *Salluſt. in fragm. l.* 3. *hiſtor.* fine inguinum. ¶ Sumitur & pro fine agendi, ſeu intentionis. *Cic.* 1. *de Leg.* Ad finem bonorum, quo referuntur, & cujus cauſa facienda ſunt omnia. ¶ Item pro definitione. *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Hic igitur frequentiſſimus finis, Rhetoricen eſſe vim perſuadendi. ¶ Item pro morte. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 35. Septem a Neronis fine menſes ſunt. ¶ Item terminus, limes: qua notione tere in plur. uſurpatur. *Terent. Heaut.* 3. 1. 93. Vicini noſtri ambigunt de finibus. *Cic. pro Mur. c.* 9. Fines imperii prorogare. ¶ Aliquando etiam in ſingulari. *Liv. l.* 43. Redeuntes inde Ligurum extremo fine. ¶ Finem facere, conſtituere, imponere alicui rei, *por fine*. *Ter. Cic.* & al. ¶ Eſt etiam gen. fœm. *Virg.* 2. *Æn. v.* 554. Hæc finis Priami fatorum, *Cic.* 2. *de Leg. c.* 22. Quæ finis houeſtæ familiæ. ¶ In ablat. tacit *fine*: legitur tamen & *fini*, apud *Gel. l.* 7. *c.* 3. & *l.* 13. *c.* 20.

Finite, adv. cum limitatione, moderatione. *Cic.* 2. *Fin. c.* 9. Ergo & avarus erit, ſed finite, & adulter, verum habebit modum.

Finitimus, o. 1. 2. *vicino*, שכן, Ger. *anſtoſſer*, Gall. *voiſin, prochain*, Hiſp. *cercano, comarcano*, πρόσορος, vicinus, propinquus, proximus, qui fines noſtros attingit. *Cic. pro L. Man.* Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulabat. *Id. ibid.* Regnum Ariobarzanis, quod finitimum eſt veſtris vectigalibus. ¶ Translate ponitur pro ſimili. *Cic.* 4. *Acad. c.* 21. Ita finitima ſunt falſa veris.

Finitio, f. 3. *definizione*, ὄρισμός, idem ac definitio. *Quint. l.* 2. *c.* 16. Huic ſubſtantiæ maxime convenit finitio. Adde *l.* 7. *c.* 3. ¶ Item terminatio, diviſio. *Hygin. l.* 1. *Aſtronom. c.* 6. Si non in partes hemiſphærium dividatur, ſed in alias quotlibet finitiones.

Finitivus, a, um, adject. qui definit. Hinc finitivus ſtatus apud Rhetores dicitur, in quo quæritur, quid quis fecerit. *Quint. l.* 3. *c.* 6. & 8.

Finitor, oris, m. ὁρίζων, terræ menſor, aut etiam alius arbiter, qui lite de agrorum finibus exorta ſuos cuique limites præſcribit. *Cic. de L. Agr.* 2. *c.* 13. Quæſtori permittant, finitorem mittant. ¶ Finitor item eſt unus ex circulis Cœli. *Senec. l.* 5. *Q. nat. c.* 7. Hanc lineam, quæ inter aperta & occulta eſt, Græci ὁρίζοντα vocant, noſtri finitorem dixere, alii Finientem. ¶ Finitor etiam dicitur, qui cuicumque rei quocumque modo finem facit. *Stat.* 8. *Theb. v.* 19. *de Plutone*: O cunctis finitor maxime rerum.

Finitus, a, um, adject. *finito*, ut finitum frigus, *Plin. l.* 18. *c.* 27. finita ætas, *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 65. *Cic. l.* 2. *nat. Deor. c.* 39. Lingua finita dentibus h. e. circumſcripta. *Florus l.* 2. *c.* 15. Finita Carthago, *h. e.* everſa. ¶ *Finito*, h. e. re finita. *Plin. l.* 9. *epiſt.* 13.

Fio, fis, factus ſum, n. paſſ. *eſſer fatto, divenire*, נעשה, Ger. *vverden*, Gal. *être fait*, Hiſp. *ſer echo*, γίνομαι, efficior, a φύω, gigno, naſcor, unde & antiquum fuo. Habet vocem neutram, ſignificationem paſſivam. Eſt enim paſſivum verbi *facio*. Veteres *facior* dicebant voce paſſiva. *Trin. apud Non. c.* 10. *n.* 19. Petunt, ut parvi faciatur. Hinc *fio* retinet præteritum *factus ſum*. In temporibus a præſenti formatis ſequitur inflexionem verborum quartæ conjugationis, ſed in præſenti, & præterito imp. optativi, in imp. conjunctivi, in præſ. & imp. int. aſſumit *e* literam inter *i*, & *r*, ut *fierem*, pro *firem*, & *fieri* pro *firi*. *Hor. l.* 4. *Car. ode* 13. Fas anus, & tamen vis formoſa videri. *Cic. pro Dom.* Quid te aut fieri, aut fingi dementius poteſt? ¶ Ponitur quandoque pro æſtimari. *Cic. de Am.* Ut quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. ¶ Item in tertius perſonis pro evenire, contingere. *Auct. ad Her.* Sæpe fit, ut de eadem re aliud alii judici videatur. ¶ Item pro conſtitui, cum abl. fine præp. vel cum præp. *de*, vel cum dat. *Ter. And.* Nunc primum audio, quid illo fit factum. *Cic. Att. l.* 12. Quid de Clodio fiat, reſcribe. *Id. in Ver.* Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet? ¶ Item gigni. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 12. de leporibus: in Gallia fiunt permagni, in Italia mediocres. ¶ Item pro ſacrificare. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 13. Cum apud Cæſarem pro populo fieret. ¶ Fieri poteſt, poſſibile eſt. *Cic. de Am.* Neque fieri poſſit, ut non ſtatim alienatio, disjunctioque tacienda ſit. ¶ *Fit tibi acceptum*, pro refertur. *Plin. epiſt.* 120. Tu tamen meruiſti, ut acceptum tibi fieret. ¶ *Fient in illum exempla*, pro exhibebuntur. *Ter. Eun.* Quid ais? in quem exempla fient? ¶ *Fiat*, particula eſt aliquid permittentis, ac concedentis, vel annuentis. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 146. Fiat, geratur mos tibi. ¶ Ut fit, *come s'uſa, come accade*. *Cic. in Orat. c.* 53. ¶ *Fimus* apud *Ter. Heaut.* 3. 1. 74. Deteriores omnes fimus licentia. Ita legit Muret. al. *ſumus*. ¶ *Fi* imperat. *Plaut. Curc.* 1. 1. 87. Fi mihi obſequens. Et *fite, ibid. v.* 89. Fite mihi volentes propitiæ. Ad le *Nom. c.* 17. *n.* 62. Et *fiote. Plaut. Amph. in Suppoſit.* ſc. *Quis tam, v.* 59. Amphitruones fitote gemini. ¶ *Fiebantur* pro fiebant, *Cato apud Priſcian.*

Firmamen, inis, n. *fermezza*. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 491. Porrigitur radix longi firmamina trunci.

Firmamentum, n. 2. *fermezza*, תקה, Ger. *beveſtigung*, Gal. *fermeté*, Hiſp. *firmeza*, στήριγμα, ſoliditas, ſtabilimentum, a ſup. firmatum verbi firmo. *Cic. pro L. Man.* Eum certe Ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum Ordinum recte eſſe dicemus. *Id. pro Flac.* Ponere firmamentum in aliquo. ¶ Rhetores etiam firmamentum appellant, quod a Quinctiliano vocatur *Continens cauſa*, a Græcis κυριώτερον, ideſt cardinem illum, circa quem totius cauſſæ deciſio verſatur, vulgo *il punto della cauſa*. Ab *Auctore ad Her. l.* 1. firmamentum appellatur id, quod accuſator affert ad rationem rei labefactandam. Sed a *Cic. l.* 1. *de Inv.* accipitur pro eo, quod reus affert ad ſuam rationem confirmandam. V. *eund. loc. cit.*

Firmanorum Caſtellum, *Firmiano*, caſtr. Piceni, Firmio urbi propinquum.

Firmator, m. 3. *confermatore*, כקים, Ger. *beveſtiger*, Gal. *confirmateur*, Hiſp. *confirmador*, qui firmat. *Tac. l.* 2. *Ann. c.* 46. Miſſus tamen Druſus pacis firmator.

Firmatus, a, um, adject. *ſtabilito, confermato*. *Cic. l.* 1. *Div. c.* 1. Vetus opinio eſt, omnium gentium firmata conſenſu. *Virg. ecl.* 4. *v.* 37. Ætas firmata, *età virile*. *Cic. pro Cluent.* Animus conſilio, & ratione firmatus.

Firme, adv. *fermamente*, βεβαίως, ſtabiliter, inconcuſſe. *Cic. Attic. l.* 11. Satis firme animo concipere, & comprehendere, *Id. l.* 10. *Att. ep.* 14. Firmiſſime aſſeverare. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Ut firmius durent.

Firmitas, f. 1. *fermezza*, חזקה, Ger. *beſtedigkeit*, Gal. *fermeté*, Hiſp. *firmeza*, βεβαιότης, ſtabilitas, conſtantia. *Cic. Dolabel.* Firmitatem tamen, & conſtantiam eandem cognoſces, quam reliquiſti. ¶ Item ſoliditas, robur. *Cic.* 2. *Phil. c.* 25. Gladiatoria totius corporis firmitas. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 133. Age, ſpecta poſtes, cujuſmodi, quanta firmitate facti, & quanta craſſitudine. ¶ Firmitas vini, eſt potentia, durabilitas. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Principatus datur Amineis propter firmitatem, ſenioque proficientem vini ejus ubique naturam.

Firmiter, adv. idem ac firme. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 111. Eum promiſiſſe firmiter dixit mihi. Adde *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 26.

Firmitūdo, inis, f. 3. idem ac firmitas. *Cic. Att. l.* 10. Tibi firmitudinem animi noſtri, & factum noſtrum probari. Adde *l.* 5. *Fam. ep.* 13.

Firmĭum. V. Firmium.

Firmo, as, avi, atum, a. 1. *ſtabilire*, חקים, Ger. *beveſtigen*, Gal. *établir, confirmer*, Hiſp. *firmar*, εστερεόω, ſtabilio, a firmus. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Firmare agrum ſepibus. *Id. l.* 14. *c.* 18. Firmare alvum. *h. e.* aſtringere. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 23. Firmare fidem ſanctius. *Cic. pro Syll. c.* 11. Firmare imperium in aliquo. *Id. Tuſc.* 2. *c.* 15. Firmare corpora juvenum labore. Et *ibid.* Firmare animum ad dolorem ferendum. *Liv. l.* 27. Firmare corpora cibo. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 50. Charicles tamen, labi ſpiritum, nec ultra biduum duraturum, Macroni firmavit. h. e. affirmavit. Adde *ibid. c.* 6.

Firmum, n. 2. Firmium, *Fermo*, col. & urbs A. Piceni, in Marchia Anconitana, in ditione Pontificia, apud oram maris Hadriatici, media fere inter Lauretum, & Aſculum. Pop. Firmani, vel Firmiani.

Firmus, o. 1. 2. *fermo, ſtabile*, נבון, Ger. *ſteiff*, Gal. *ferme*, Hiſp. *firme*, βέβαιος, quod ſtabile eſt, conſtans, fixum. *Cic. pro L. Man.* Quis locus tam firmum habuit præſidium, ut tutus eſſet? ¶ Ponitur ſæpe pro munito. *Planc. Cic.* Quod & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur. ¶ Translate accipitur pro ſano, robuſto. *Cic.* 16. *Fam.* Effice, ut valeas, & ad nos firmus, ac valens quam primum venias. ¶ Firmus cibus dicitur, qui validus eſt, & alibilis, ut *Varro* loquitur *l.* 2. *de re ruſt. l.* 12. ¶ Firma potio, ideſt, multi nutrimenti. *Celſ. l.* 2. *c.* 18. Firmior ex frumento potio eſt. ¶ Firmum vinum, potens, & durabile. *Virg.* 2. *Georg.* Sunt etiam Amineæ vites, firmiſſima vina. ¶ Accipitur etiam pro conſtanti, ut firmus propoſito, *Velley. l.* 2. *c.* 63. *Cic. pro Balb. c.* 27. Sunt fortaſſe in ſententia firmiores. ¶ *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 47. Et rumlus nec vendibilis, nec paſcere firmus. h. e. qui non eſt conſtans in fructibus reddendis in annuum victum.

Fiſcālis, le o. 3. quod ad fiſcum pertinet, ut Jus fiſcale, cauſa fiſcalis. *leg.* 42. *Dig. de Pact.* ¶ Fiſcales calumniæ dicebantur delatorum, quod qui alios accuſabant, eis dabatur ex fiſco mulctæ pars, qua accuſati mulctabantur. *Sueton. Domit. c.* 9. Fiſcales calumnias magna calumniantium pœna repreſſit. ¶ *Fiſcalis curſus* apud *Spartian. in Adriano, c.* 7. eſt curſus publicus, *h. e.* vehicula per provincias diſpoſita, quibus nuntii, & alii ſervi publici negotia Principis obeuntes huc illuc transmittuntur. *pubbliche poſte*.

Fiſcarius, ii, m. fiſci curam gerens. *Firmic. l.* 3. *c.* 13. Annuæ fiſcariorum ſtipationes.

Fiſcella, f. 1. *ceſtello*, רחי, סל, Ger. *gel*, Gal. *panier, corbeille*, Hiſp. *eſpuerta, canaſta*, σπυρίς, vas vimineum aut ex juncis. Speciatim ſumitur pro eo vaſe, in quo caſeus exprimitur, & per quod ſerum defluit, vel in quo caſeus tertur. V. *Colum.* 12. 17. *Tibul. l.* 2. *el.* 3. Tunc fiſcella levi detexta eſt vimine junci. ¶ Item pro eo, quod e viminibus, aut funiculis contexitur ad capiſtranda boum ora, ne gramina decerpant. *Cato de re ruſt. c.* 54. Boves fiſcellas habere oportet, ne herbas ſectentur, cum arabunt. Adde *Plin. l.* 18. *c.* 19.

Fiſcellus, m. 2. vel fiſcellum, i, n. 2. idem ac fiſcella, dim. a fiſcus. *Col. l.* 12. *c.* 38. Fiſcello ligneo incluſas exprimito. ¶ Ponitur item pro caſei mollis appetitore, a fiſcella. *Feſtus.*

Fiſcellus Mons, *Monte Fiſcello, Monte di Norcia, Monte della Sibilla*, ramentum Apennini M. in Umbria, juxta Piceni, & Sabinorum confinia, ex quo Nar. fl. profluit, ubi etiam antrum Sibyllæ eſſe fertur.

Fiſcīna, æ, f. omne vaſis genus, quod contextum eſt ex vimine, aut junco, aut ſparto, aut ſimili materia, a *fiſcus*. Sed *Priſcian. l.* 2. dubitat, utrum *fiſcina* ſit a *fiſcus*, an *fiſcus* a *fiſcina*, an neutrum a neutro. Et *Camerarius in* 10. *Ecl.* ſcribit, fiſcinam vel ſuæ, vel incertæ eſſe originis. *Cic. pro Flac. c.* 17. Homini Phrygi fiſcinam ficorum objeciſti. *Virg.* 1. *Georg. v.* 266. Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga.

Fiſcus, m. 2. *paniere, ceſto*, τάλαρος, vas ex viminibus, juncis, & ſimili materia. Speciatim ponitur pro vaſe, ubi majoris ſummæ pecunias aſſervabant. Unde quia major ſumma eſt pecuniæ publicæ, quam privatæ, ut pro cenſu privato loculos, & arcam, & ſacculos, dicimus, ſic pro ærario, ubi theſaurus publicus ſervatur, dicitur fiſcus, *fiſco*, Ger. *gemeiner ſcatz*, Gal. *fiſc*, Hiſp. *fiſcal*, Φίσκος, *Aſcon. in Divin.* & *Cic. Ver.* 2. *c.* 8. Sed alii dicunt, fiſcum Principis eſſe, ærarium Reipublicæ. Hinc *Plin. Paneg. c.* 36. At fortaſſe non eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium cohibes, imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. ¶ Item pro qualo oleario, qui cervici torcularis ſupponitur, ne fæces in lacum cum oleo defluant, vel etiam in quo olivæ ponuntur, cum prælo ſupponuntur, ut amurca aliquantiſper exudet, & per vimina perfluat, *Col. l.* 12. *c.* 47. Et novo fiſco incluſa prælo ſupponitur.

Fiſon. V. Phiſon.

Fiſſiculo, as, avi, atum, a. 1. findendo rimor. *Apul. de Deo Socrat.* Vel ſomniis confirmandis, vel extis fiſſiculandis.

Fiſſilis, le, o. 3. σχιστός, quod fiſſum eſt, vel quod eſt aptum, ut findatur. *Plin. l.* 16. Hæc fiſſilia, alia frangi celeriora, quam findi. *Virg.* 6. *Æn. v.* 181. Cuneis & fiſſile robur finditur.

Fiſſio, f. 3. σχίσις, actus findendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Quibus cum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum.

Fiſſĭpes, edis, com. gen. qui pedes ſeu ungulas fiſſas habet. *Auſon. epiſt.* 5. *v.* 1. Fiſſipedes juvencæ. Et *epiſt.* 7. *v.* 49. Fiſſipes calamus.

Fiſſum, i, n. fiſſura. *Celſ. l.* 7. *cap.* 30. Si qua fiſſa in eo (ano) induruerunt. ¶ *Fiſſum* quoque appellatum eſt jecur cæſæ victimæ, cum ab haruſpicibus inſpiciebatur. V. dicta in voce *Familiaris*.

Fiſſūra, æ, f. *feſſura*, בקיע, Ger. *ſpalt*, Gal. *fente*, Hiſp. *hendedura*, σχισμή, rima, vel diviſio, quæ fit, findendo. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Quorum in digitos pedum fiſſura diviſa eſt. Adde *Colum. l.* 4. *c.* 29.

Fiſſus, a, um, o. *feſſo. Ovid.* 4. *Met. v.* 65. Fiſſus erat tenui rima, &c.

Fiſſus, us, m. fiſſura, diviſura. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 6. Quis invenit fiſſum jecoris?

Fiſtūca, æ. f. 1. machina, qua pavitores utuntur, utrinque anſata, qua pali magna vi in terram adiguntur, ab *ἵστημι*, *ſtatuo*, vel quaſi *figiſtu-*

gistuca, vel *figistica*, quod infigit terræ. *Cæs. B. G. l. 4. c. 17.* Hæc cum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat. *Plin. l. 36. c. 25.* Pavimenta fistucis pavita.

Fistucatĭo, f. 3. exæquatio areæ per fistucam. *Vitruv. l. 10. c. 3.* Pali resupinati defodiantur, & circum fistucatione solidentur.

Fistucatus, a, um, adject. fistuca æquatus, vel pavitus. *Vitruv. l. 7. c. 4.* Solo fistucato. ¶ *Fistucatum* absolute pro fistucatione posuit *Plin. l. 17. c. 11.* Terra circa radices fistucato spissanda. Quod & pro adverb. accipi potest.

Fistūco, as, avi, atum, a. 1. fistuca pinso, vel æquo. *Plin. l. 36. c. 25.* Necessarium pedali crassitudine fistucari.

Fistŭla, æ, f. *fistola*, חליל, Ger. *reuchel*, Gal. *tuyau*, *fistule*, Hisp. *flauta*, σύριγξ, instrumentum musicum, quo flatu canitur, item canalis, per quem aqua educitur. Aliud autem est fistula, aliud calamus. Nam fistula veterum e pluribus calamis compingebatur. *Cic. 3. de Or. c. 60.* Quem servum sibi ille habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula. *Id. pro Rab.* Et, si C. Marius, quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Jovis Opt. Max. templis, ac sedibus, præcidi imperarat. ¶ Musici instrumenti Pan inventor fuisse dicitur. *Plin. l. 7. c. 56.* ¶ Duæ etiam in homine fistulæ appellantur, una cibalis, al. *interior gula*, qua cibus, potusque descendit; altera spiritalis, al. *trachea*, & *aspera arteria*, qua spiritus meat. *Lact. de Opif. Plin. in l. 9. c. 7.* Fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent. ¶ Fistula item a Medicis appellatur ulcus altum, angustum, sinuosum in corpore, sive ex vulnere ortum sit, sive ex vitio, quod ad suppurationem venerit. *Plin. in l. 20. c. 6.* Extrahit fistulis vitia.

Fistulāris, re, adject. ad fistulam pertinens, ut fistulare medicamentum, *Veget. l. 2. c. 13.* ¶ Fistularis versus apud Diomed. dicitur qui ab una syllaba ad plures surgit.

Fistularĭus, ii, m. qui fistula canit. *Vet. Inscript. apud Fabret. p. 625.* Q. Grisidio fistulario, cantori, &c.

Fistulātim, adverb. q. d. per fistulas. *Apul. l. 4. Metam.* Fimus fistulatim excussus.

Fistulātor, m. 3. *trombetta*, חליל, Ger. *pfeiffer*, Gal. *joueur de flute*, Hisp. *flautador*, συριϰτής, tibicen. *Cic. 3. de Or. c. ult.* Sed fistulatorem domo relinquetis.

Fistulatorĭus, a, um, adject. ad fistulatorem pertinens, ut fistulatoriæ artes, *Arnob. l. 2.*

Fistulātus, a, um, adject. cavatus in morem fistulæ. *Arnob. l. 2.* Venæ fistulatæ, & commeabiles. *Sidon. in carm. post epist. 13. l. 9.* Æra fistulata. Adde *Sueton. Ner. c. 31.* ex lectione *Salmas. ad Vopisc.* Al. leg. *fistulis.*

Fistŭlo, as, n. 1. συρίζω, fistulam ago, in modum spongiæ cavernulas habeo. *Plin. l. 18. c. 11.* Interior bibula, & pumicis fistulans vice.

Fistulōsus, a, um, o. 1. 2. συριγγώδης, foraminibus plenus, spongiæ modo factus, ut Caseus fistulosus, cum est parum pressus, apud *Col. l. 7. c. 8.* Fistulosa terra, apud *Plin. l. 17. c. 5.* Fistulosus cancer, morbus, apud *Cat. c. 157. R. R.*

Fisus, a, um, *chi si confida*, confidens. *Ovid. 4. ex Pont. ep. 9. v. 78.* Hic arcu fisos terruit ense Getas. *Id. Met. 15. v. 827.* tædæ non bene fisa. *Lucan. l. 5. v. 577.* Fisus, cuncta sibi cessura pericula, Cæsar.

Fitilla, æ, f. pultis species in sacrificiis adhibita. *Arnob. l. 2.* Fitilla de milio. Et *l. 7.* Quid fitilla, quid frumen.

Fixe, figendo, inhærendo. *Augustin. epist. 6. extr.* Ubi tenacius habitabit, & fixius.

Fixŭla, f. 1. fibula, apud vet. a figendo. *Fest.*

Fixus, a, um, adject. *fisso*, *stabile*, ratus, firmus. *Cic. pro Balb. ad fin.* Illud fixum in animis vestris tenetote. *Id. Att. l. 8. epist. 14.* Meum consilium, quod jam satis fixum videbatur. *Id. pro Mur.* Fixum, & statutum est. *Arator in Act. Apost. c. 4.* Arva tremunt concussa locis, tu fixior hæres.

F A N T E L.

Flabellĭfer, a, um, adject. Flabelliferæ ancillæ, quæ flabellum ferunt, & ventilationem faciunt. *Plaut. Trin. 2. 1. 22.* Flabelliferæ, sandaligerulæ, Cantrices, &c.

Flabello, as. *Tertul. de Pal. c. 4.* Cum in affectationem flabellatur.

Flabellŭlum, i, n. diminut. parvum Flabellum. *Ter. Eun. 3. 5. 50.* ubi al. leg. *flabellum*.

Flabellum, li, n. 2. *ventola*, *paramosche*, *ventaglio*, Ger. *wedel*, Gal. *eventail*, Hisp. *avanillo*, ῥιπίδιον, instrumentum, quo fit ventilatio per æstatem ad refrigerandum corpus, dim. a flabrum. *Ovid. de Arte.* Profecit & tenui ventos movisse flabello. ¶ Translate dicitur de eo, quod excitat. *Cic. pro Flac. c. 23.* Cujus lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio ventilata.

Flabĭlis, le, o. 3. spirabilis, aereus. *Cic. 1. Tusc. cap. 27.* Nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum?

Flabralis, le, adject. flabilis, ad flabrum pertinens, *Prudent. Apotheos. v. 741.* Cum libet, in gelidum flabrali frigore ventum spiritus exilit.

Flabrum, i, n. 2. πνοὴ, flatus, flamen venti, a sup. *flatum* verbi *flo*. *Servius ad Georg. 2. v. 293.* ait tantum pl. dici flabra, orum. *Propert.* Neque hic Boreæ flabra, neque arma timet.

Flaccĕo, es, cui, n. 2. *divenir fiacco*, נבל, Germ. *welck sein*, Gal. *se flétrir*, Hisp. *marcitarse*, *enflaquecerse*, χαλάω, langueo, a βλακία, mollities. *Accius apud Non. c. 2. n. 323.* An sceptra jam flaccent? *Claud. Mamert. l. 1. c. 3.* Flaccente sententia.

Flaccesco, is, cui, n. 3. μαραίνομαι, languidus fio. *Col. l. 3.* Paucis horis, dum flaccescat, in Sole habeto. ¶ Translate. *Cic. de cl. Orat. c. 24.* Flaccescebat oratio.

Flacci, gens Romana, a *flaccis*, hoc est mobilibus auribus, seu deorsum pendentibus, quod princeps ejus gentis hujusmodi aures habuerit. *Plin. l. 11. c. 37.*

Flaccĭdus, a, um, o. 1. 2. *languido*, *fiacco*, נבל, Ger. *welck*, Gal. *flétry*, Hisp. *marchito*, χαλαρὸς, quod languidum est, quod ob debilitatem pendulum est, a *flacceo*, & dicitur de foliis, quæ marcida fiunt, item de auribus. *Plin. l. 18. c. 39.* Hanc esse folio maximo, flaccidoque, & albicante. *Col. l. 8.* Caper flaccidis, & prægravantibus auribus. ¶ Translate *Apul. l. 7.* Sumpta veste muliebri florida, in sinus flaccidos abundante. ¶ Apud *Lucret. lib. 5. v. 631.* flaccidiore turbine ferri *h. e.* cursu tardiore.

Flaccus, a, um, o. 1. 2. languidus, & speciatim qui aures pendulas habet, ut flaccæ aures, *Cato R. R. l. 2. l. 2. c. 9. Cic. 1. nat. Deor. c. 29.* Redeo ad Deos: ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nodis? V. *Plin. l. 11. c. 37.*

Flaces. V. floces.

Flagello, as, n. 1. *flagellare*, *battere*, *sferzare*, רבה, Ger. *geislen*, Gal. *foueter*, Hisp. *acotar*, μαστίζω, flagello cædo. *Plin. l. 18. c. 30.* Messem perticis flagellare. *Martial. l. 4. epigr. 42.* Lumina sideribus certent, mollesque flagellent ora comæ. ¶ Flagellare annonam, *incarire i viveri*: inde ductum, quia avari opes suas apud se retinent, & quasi flagellis coercent. *Plin. l. 33. c. 13.* Pretia non ignoramus alia in aliis locis esse, & mutari, prout navigationes constiterint, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. Sic *Martial. l. 5. epigr. 13.* At tua centenis incumbunt tecta columnis, Et libertinas arca flagellat opes.

Flagellum, n. 2. *sferza*, שוט, Ger. *geiss*, Gal. *flau*, *fouet*, Hisp. *acote*, μάστιξ, lorum, seu aliud quodvis verber, quo servos nudatos cædere solebant, quod pœnæ genus gravius erat, quam fustibus cædi, dim. a *flagrum*. *Cic. pro Rab.* Porcia lex virgas ab omnium civium R. corpore amovit, hic misericors flagella retulit. *Marcel. l. in servorum, ff. de pœnis*, Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his servus flagellis cædi, & domino reddi jubetur. ¶ Dicitur etiam de scutica, qua aurigæ utuntur, quæ excussa clarum reddit sonum. *Virg. 5. Æn.* Signum clamore paratis Epitides longe dedit, insonuitque flagello. ¶ Item de summa palmitis parte, & de virgis aliarum arborum, *tralcio*, *capo di vite*, βλαστὸς, a *flagellum*, qua notat lorum, quia sarmentorum, & virgarum usus in cædendo fuit. *Var. l. 1. de re rust. c. 31.* deducit a flatu venti, quod summæ arborum partes crebros ventorum flatus sustineant. *Col. l. 5.* In ordinariis vitibus obtinendum est, ne pluribus flagellis emacientur. ¶ Item de brachiis, seu chelis, cancrorum, polyporum, & similium. *Ovid. Metam. 13. v. 367.* Utque sub æquoribus deprensum polypus hostem Continet, ex omni dimissis parte flagellis.

Flagitatĭo, onis, f. *istanza*, *dimanda*, actus flagitandi. *Cic. in Top. c. 1.* Nolui deesse ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. *Justin. l. 2. c. 3.* Uxorum flagitatione revocantur.

Flagitātor, m. 3. qui assidue petit. *Cic. in Brut. c. 5.* Nam hunc, qui negat, video flagitatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen, & acrem fore. ¶ Speciatim sumitur pro fœneratore, seu creditore, quod fœnus cum conviciis, aut tumultu poscat. *Plaut. Prol. Cas. v. 24.* Nequis formidet flagitatorem suum.

Flagitatus, a, um, adject. *Festus Pomp.* Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent. *Cato apud Scalig. ad Fest. in voce Occentare.* Intercutibus stupris flagitatus. h. e. infamatus.

Flagitiōse, adv. *sceleratamente*, ἀνοσίως, inique, scelerate. *Cic. 1. de Or.* Non modo parum commode, sed etiam turpiter, & flagitiose dicta esse dicebat. ¶ Comp. flagitiosius, sup. flagitiosissime. *Cic. in Catil. 2. c. 4.* Aliorum amori flagitiosissime serviebat. *Arnob. l. 4.* Flagitiosius liberos procreasse.

Flagitiōsus, a, um, o. 1. 2. *malvagio*, ὑβριστὴς, sceleratus, infamis. *Cic. 4. Ver.* Reperiebam hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines, singularemque nequitiam natum. *Id. ibid. c. ult.* Homo flagitiosissimus. *Sallust. Jug. c. 85.* Quanto vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior.

Flagitĭum, tii, n. 2. proprie est efflagitatio, hoc est, acris postulatio cum clamore, aut conviciis, a *flagito*. *Plaut. Epid. 3. 4. 7.* Abiero, flagitio cum majore post reddes tamen. V. *Taubm.* ¶ Quia vero ante amicarum ostia maxime hæc flagitia fiebant, hinc factum est, ut *flagitii*, & *flagitandi* voces prius quidem ardentem amatoriam solicitationem ad stuprum, postea autem stuprum ipsum significarent, omniaque ea, quæ mollitie, ac libidine committerentur. *Non. c. 4. n. 215.* Flagitium veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt. ¶ Per synecdochen pro quavis ignominia accipitur. *Lex 12. Tab.* Si quis carmen occentassit, quod alteri flagitium faxit, capital esto. *Liv. l. 25. c. 15.* Simul & ingens flagitium imperio dempturos. ¶ Imo sumitur pro quocunque scelere, *sceleraggine*, *ribalderia*, רשעה, Germ. *grosslaster*, Gal. *mechancete*, Hisp. *maldad*, *vellaqueria*, ὕβρις, μοχθηρία. *Cic. post red. in Sen.* Ut frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret. ¶ Item pro errore. *Id. in Brut.* Ut ne legens quidem senserit, quantum flagitii admisisset.

Flagĭto, as, avi, atum, a. 1. *domandare con istanza*, שאל, Ger. *enfordern*, *begeren*, Gal. *demander*, Hisp. *pedir preguntar*, ἐξαιτέω, plus est, quam *postulo*, & significat vehementer, & acriter postulare, idque interdum cum clamore, aut conviciis. *Cicer. pro Quinct.* Tametsi causa postulat, tamen, quia postulat, non flagitat, præteribo. ¶ Speciatim sumitur pro ardenter ad stuprum solicitare, imo pro stuprare. *Apul. l. 8.* Nudatum, supinatumque juvenem execrandis uredinibus flagitabant. ¶ Interdum pro accusare. *Tac. l. 1. hist. c. 53.* Ut peculatorem flagitari jussit. ¶ Est tum 1. tum 4. tum 6. ordinis. *Cic. 9. Fam.* Qui, metuo, ne te forte flagitent, ego autem mandavi, ut rogarent. *Id. in Phil.* Facilius apparabitis ea, quæ tempus, & necessitas flagitat, *Id. pro Dom.* Illi me frumentum flagitabant, *Id. 4. Fam.* Quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus a pueritia floruisti, a te flagitent. ¶ Usurpatur etiam pro infamare. V. *Flagitatus*.

Flagrans, antis, adject. o. *ardente*, qui flagrat, καιόμενος. *Cic. l. 1. Divin. c. 32.* Noctu flagrantes onerarias, quas incenderant milites, videbatis. *Liv. l. 44. c. 36.* Flagrantissimo æstu. ¶ Item splendidus, nitens. *Virg. Æn. 12.* sidereo flagrans clypeo. ¶ Item cupidus, vehemens. *Juven. sat. 13. v. 11.* Flagrantior æquo non debet esse dolor viri. *Cic. pro Mur. c. 31.* Recentibus præceptorum studiis flagrantem usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Sic flagrans amore, desiderio. *Id. & Quintil.*

Flagranter, adv. *ardentemente*, *cupidamente*, Ger. *einbrinstiglich*, Gal. *ardemment*, Hisp. *encendidamente*, διαπύρως, ardenter. *Tac. l. 1. c. 3.* Destinare Consules specie recusantis flagrantissime concupiverat. *Ammian. l. 31. c. 26.* Exarsere flagrantius.

Flagrantia, f. 1. *ardore*, בערה, Ger. *brunst*, Gal. *ardeur*, Hisp. *ardor*, φλογμὸς, actus flagrandi, ardor. *Gel. l. 17. c. 1. de Ætna:* Quod de natura, atque fragrantia montis ejus compositum est. ¶ Et translate: *Cic. pro Cæl. c. 20.* Non solum flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu. *Gel. l. 12. c. 1.* Vigor maternæ flagrantiæ, *ardente amor materno*. *Plaut. Rud. 3. 4. 28.* Etiam vim opprobras, flagitii flagrantia?

Flagrator, m. 3. qui mercede flagris cædi se permittit. *Fest.*

Flagrĭfer, a, um, adject. qui flagrum gestat. *Auson. ep. 14. v. 10.* Flagrifer Automedon.

Flagriōnes, m. 3. dicti sunt servi, quod flagris subjecti sint. *Non. c. 1. n. 117.*

Flagritrĭba, æ, m. qui assidue flagris teritur. *Plaut. Pseud. 1. 2. 5.* Eo ingenio sunt flagritribæ.

Flagro, as, avi, atum, n. 1. *ardere*, דלק, Ger. *brunnen*, Gal. *bruler*, Hisp. *arder*, φλέγομαι, ardeo, φλέγω. *Plin. l. 14. c. 20.* Fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. ¶ Translate variis affectuum nominibus junctum, eorum significationem habet, ut flagrare amore, *amar assai*: flagrare cupiditate, *bramare ardentemente*; flagrare amentia, *esser mattissimo*. Sic flagrare odio, cupiditate &c. quæ omnia passim leguntur apud *Cic. Plin. Ovid. Horat.* & al. His adde, flagrare invidia, *esser' invidiato*. *Cic. pro Cluent.* Flagrare gratia, *esser ben voluto*. *Tacit. l. 11.* ¶ Flagrare bello, *arder di guerra*. *Cic. l. 7. Attic. ep. 17.* ¶ Flagrare infamia, *esser' infame*. *Id. l. 4. Att. ep. 18.* ¶ Pro vigere, vehementem esse. *Cic. pro Cæl.* Flagrabant vitia libidinis apud illum. *Id. Ver. 6.* Flagrant convivia stupris, & flagitiis.

Flagrum, gri, n. 2. *sferza*, μάστιξ, lorum, quo cædi consueverunt servi,

vi, a flagro, quia cædendo inflammat. *Liv. l.* 28. *c.* 11. Ob quam causam cæsa flagro est Vestalis.

Flamen, inis, m. 3. Sacerdos apud Romanos, qui singillatim unius alicujus Dei sacra curabat, ut Jovis, vel Martis, &c. *Cic. de Leg.* Divis aliis alii Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto. ¶ Tres primum Flamines a Numa instituti fuere, unus Jovi, unus Marti, unus Quirino, tandem quindecim. Sed aliqui scripsere, Numam quatuor Flamines, unum Jovi, Marti duos, Quirino unum institusse. Ab aliis scriptum est, Dialem, & Martialem a Romulo institutos fuisse, a Numa additum esse Quirinalem. Progressu temporis incertum est, quot Flamines essent. Totidem enim Flaminibus, quot Deos colerent, veteres usos fuisse, *M. Varro* testis est. Imo singulis Imperatoribus inter Deos relatis singuli Flamines ultimis temporibus dati sunt. ¶ Dicti Flamines fuere, quasi *Pileamines*, ut *Plutarcho* placuit, a *pileo*, quem gestabant. *Varr. l.* 4. *de L. L. Serv. in* 8. *Æn. Festo*, & aliis dicti videntur a *filo*, quasi *Filamines*, quod eorum pileis filum annexum esset (nam in pileo erat brevis virga desuper habens lanæ aliquid) & urgente æstu, cum pileum portare non possent, filo caput sibi cingerent. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat. ¶ Sumebant autem Flamines cognomina ab eo Deo, cui sacra faciebant, ut Flamen Dialis a διὸς, *Jovis*, Flamen Martialis, a *Marte*, Flamen Quirinalis a *Quirino*, &c. ¶ Tres tantum patritii erant, Dialis, Martialis, Quirinalis: reliqui plebeji. Majores dicebantur, qui ex Patritiis, minores, qui ex plebeiis creabantur. ¶ Insigne Flaminum pileus erat, de quo supra. V. etiam *Flammeum*. ¶ De variis ritibus, & legibus ad Flaminem Dialem pertinentibus V. *Gell. l.* 10. *c.* 15.

Flamen, inis, n. 3. flatus, ventus, a flo, *aria*, *vento*, πνεῦμα. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 18. Dum licet, & spirant flamina, navis eat. *Horat. l.* 3. *od.* 19. Cur Berecynthiæ cessant flamina tibiæ?

Flamĕum. V. Flammeum.

Flamĭna, æ, f. 1. Flaminis uxor. *Inscript. apud Reinef. n.* 49. Flavia Flamina Flavialis.

Flaminĭa, æ, f. 1. domus Flaminis. *Gel. l.* 10. *c.* 15. ¶ Flaminiæ item dicebantur ministræ Flaminicarum. A nonnullis speciatim Flaminia definitur, puella patrima, & matrima, quæ Flaminicæ Diali ministrabat. *Fest.*

Flaminĭa, f. 1. al. Romandiola, *la Romagna*, regio Galliæ Togatæ, sive Æmiliæ, cujus metrop. Ravenna, & Bononia recens metrop. primaria.

Flaminĭa via, strata est a T. Flaminio Consule, qui ad lacum Trasimenum ab Annibale cæsus est, ab urbe Roma Ariminum usque, per Otriculum, Narniam, Spoletium, Forum Flaminii, Helvillum, Callem, Forum Sempronii, Fanum Fortunæ, & Pisaurum. ¶ Secundum hanc viam frequentia erant sepulcra Romanorum. V. *Juven. Sat.* 1. *in fin.*

Flaminiānus, a, um, adject. ad Flaminios pertinens, ut Flaminiana ostenta. *Cic. l.* 2. *de Div. c.* 21.

Flaminĭca, f. 1. al. Flaminea, uxor Flaminis. *Gel. l.* 10. *c.* 15. ¶ Veteri cæremoniarum jure præceptum fuit, ut Flaminica Dialis haberet arculum, idest, virgam ex malo Punico incurvatam coronæ instar alligatam vinculo laneo, item rigam, seu ricam, genus vestis, item venenatum, idest, pallium infectum, item fibulam ex auro. *Serv. in* 4. *Æn.*

Flaminii, m. 2. familia Romæ nobilis. Ex hac fuit Titus ille, qui Flaminiam viam stravit, & ab Annibale ad Trasimenum cum exercitu cæsus est.

Flaminĭum, vel Flamonium, n. 2. Sacerdotium Flaminis. *Liv. l.* 26. *c.* 23. C. Claudius Flamen Dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abiit. idest, Sacerdotium deposuit. Adde *Sidon. l.* 5. *epist.* 7.

Flaminĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad Flaminem spectat, ut Flaminius Camillus, Flaminius lictor, Flaminiæ ædes. *Fest.*

Flamma, seu flama, æ, f. 1. *fiamma*, לֶהָט, Ger. *fewrflamme*, Gall. *flamme*, Hisp. *llama*, φλὸξ, vapor accensus, qui ex re, quæ ardet, egreditur, a sono, quem emittit, vel a φλέγω, *ardeo*. *Virg.* 8. *Ecl.* Corripuit tremulis altaria flammis. *Liv. l.* 30. *c.* 6. Flamma, terroque absumpti. *Ter. Eun.* 3. 2. 38. E flamma cibum petere. h. e. quidvis audere, & facere victus cauta. ¶ Translata sunt illa: flamma judicii. h.e. periculum, *Cic. 2. Tusc.* Flamma amoris, *Id. Ver.* 7. Flamma invidiæ, *Id.* 3. *de Orat.* &c. assumere novas flammas. h. e. novo amore flagrare, *Ovid. l.* 2. *de remed. amor.* Flamma gulæ, *famis insatiabile*. *Id.* 8. *Met. v.* 846. ¶ Flamma fumo est proxima, proverb. apud *Plaut. Curc.* 1. 1. 53.

Flammans, antis, adject. flammatus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 433. Flammantia lumina torquens.

Flammātus, o. 1. 2. incensus, incitatus, *accesso*, *inflammato*. *Virg.* 1. *Æn.* Talia flammato secum Dea corde volutans. ¶ Flammatus Jupiter, flammam dextra manu tenens pro sceptro. Ita enim apud antiquos pingebatur. *Cic. l. de Div. c.* 11. Principio æthereo flammatus Jupiter igni vortitur. ¶ Apud *Martial. l.* 5. *ep.* 20. Flammata toga, est purpurea, a flammeo colore. Sic *Valer. Flac. l.* 2. Juventus flammata pudore.

Flammĕa, æ, f. 1. violæ genus, quam Galli candelariam vocant. *Plin. l.* 3. *c.* 57.

Flammeārius, m. 2. infector flammei coloris, vel flammeorum confector, aut venditor. *Plaut. Aul.* 3. 5. 35. Cinitliones, patagiarii, indusiarii, flammearii, violarii.

Flammeŏlum, n. 2. dimin. a flammeum. *Juven. sat.* 10. *v.* 333. Sedet illa parato flammeolo.

Flammeŏlus, o. 1. 2. quod flammæ colorem habet, dilutiorem tamen, dimin. a flammeus. *Col. l.* 10. *v.* 307. Prestaque flammeola rumpatur fiscina caltha.

Flammesco, is, n. 3. flammam concipio, igneico, fulgeo. *Lucret. l.* 6. *v.* 669. Flammescere cœlum.

Flammĕum, vel flameum, n. 2. κρόκινος πέπλος, genus veli crocei, seu lutei, quo sponsæ utebantur, ne proderetur virginis pudor, aut si quis rubor animadverteretur, is e velo, non e genis esse putaretur. Dictum est, quia flammæ colorem referret. Nonnullis placet, flammeum dici a Flaminica Flaminis uxore, quæ, ut *Festus* ait, semper flammeo utebatur: hinc institutum fuisse, ut etiam novæ nuptæ hoc amiculi genus gestarent boni ominis causa, & in signum indissolubilis conjugii, quia Flamini non erat permissum cum uxore divortium facere. Aliqui dicunt, flammeum fuisse albogalerum, seu velamentum capitis, quo Flamen Dialis utebatur, vocatum fuisse flammeum a flammeo colore, hujus coloris fuisse, quia erat Sacerdos Jovis Tonantis, cui is color convenit propter telum fulminis: item vestimentum Flaminicæ Dialis, quæ & ipsa Jovi sacra faciebat. Aliis flammeum erat pileus, quem Flamines omnes generatim gestabant, & definebat in conum, hic *apex* dicebatur, summum fastigium vocabant *tutulum*, infra mentum amenta pileum retinebant, quæ erant *offendices*. Sed non flammeum a Flaminibus, seu Flaminicis, sed Flamines, & Flaminicæ a flammeo dicebantur. *Lucan. l.* 2. *v.* 361. Lutea demissos velarunt flammea vultus. ¶ Apud *Non. c.* 14. *n.* 31. legitur *Flammeus*, *i*, gen. masc. ¶ Per unicam *m* in vet. libris scriptum reperiri, testatur *Manut. in Orthogr.*

Flammĕus, a, um, o. 1. 2. *di fiamma*, *fiammeggiante*, Ger. *flammaechtig*, Gal. *de flamme*, Hisp. *de llama*, φλογερὸς, ignitus, accensus. *Cic. l. de nat. Deor. c.* 46. Sunt stellæ natura flammeæ. *Col. l.* 5. *c.* 5. Velut flammeo halitu fluctus uritur. ¶ Translate *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v.* 337. Flammea prævortet celeris vestigia cervæ. h. e. concitata. *Sidon. l.* 1. *epist.* 7. Acres, & flammei viri.

Flammicŏmas, antis, o. 3. &

Flammicŏmus, a, um, adject. flammeas comas habens. *Prudent. Psychom. v.* 776. Flammicomi ignes. *Juvenc. Matth.* 25. Tædæ flammicomantes.

Flammicrĕmus, a, um, adject. q. d. flammis crematus. *Fortunat. l.* 1. *carm.* 15. *v.* 47. Nullaque flammicremæ senserunt damna ruinæ.

Flammĭdus, a, um, adject. idem quod flammeus. *Apul. de Mun.* Glacialibus flammida confundit. Et *l.* 11. *Met.* Roseo rubore flammida.

Flammĭfer, a, um, o. 1. 2. flammam afferens, inflammatus. *Cic.* 4. *Acad. ex vet. Poet.* Pestem abige a me, flammiferam hanc vim, quæ me excruciat. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 4. Flammifero confedit Olympo.

Flammĭger, a, um, o. 1. 2. ut Sol flammiger. *Val.* 5. *Arg. v.* 581.

Flammigĕro, n. 1. flammas produco, & emitto. *Gell. l.* 17. *c.* 10. Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigerare. Alii leg. *flammigrare*.

Flammĭgo, V. Flammigero.

Flammĭpes, edis, qui ignitos pedes habet. *Juvenc. l.* 2. *in Matth. c.* 11. Flammipedes quadrijugi.

Flammipŏtens, entis, Vulcani cognomen. *Arnob. l.* 3. Flammipotens Vulcanus fabricatur enses.

Flammivŏlus, a, um, adject. cum flammis volans. *Arator in Act. Apost. c.* 18. Flammivolo sub sole jacet.

Flammivŏmus, a, um, o. 1. 2. πυρίκβολος, quod flammas vomit. *Juvenc. in proœm.* Flammivoma descendit nube coruscans Judex.

Flammo, as, avi, atum, a. 1. *infiammare*, לחט, Germ. *enzuenden*, Gall. *enflammer*, Hisp. *encender en llamas*, φλογίζω, inflammo, incendo, incito. *Var. l.* 2. *hist. c.* 74. Namque omnes exercitus flammaverat arrogantia venientium a Vitellio militum. *Sil. l.* 1. *v.* 55. Juvenes facta ad Mavortia flammat. ¶ Interdum absolute pro exardere, ut *Flammantia lumina*, a quibus quidam quasi flammæ color emicat, quod iratis accidere solet. *Virg.* 3. *Georg.* Et flammantia lumina torquens sævit agris. ¶ Passive *Apulej. de Mundo*. Ignes illi immortalis Dei vivacitate flammantur. Adde *Stat. l.* 1. *Achill. v.* 297.

Flammŭla, æ, f. 1. φλόγιον, dimin. a flamma, *Col. l.* 9. *c.* 14. Papiliones, dum circa flammulam volitant, aduruntur. ¶ Flammulæ etiam dicuntur vexilla equitum contis suspensa. *Veget. l.* 3. *c.* 5.

Flamonĭum. V. Flaminium.

Flanatĭcus sinus, Flanoticus, Polaticus, Liburnicus, *il Quarnero*, sinus maris Adriatici, inter Istriam, & Liburniam. Pop. Flanates.

Flandrĭa, f. 1. *Fiandra*, inc. *Vlaenderen*, provincia Belgii maxima, & cultissima, Comitatus titulo insignita. Habet a Septent. Oceanum German. & Zelandiam, ab Or. Brabantiam, ab Occ. Picardiam, & Artesiam, a Merid. Hannoniam. Dividitur in tres partes, in Flandriam Teutonicam, seu propriam, quæ ad Occ. in Flandriam Gallicam, quæ ad Merid. & in Fiandriam Imperialem, quæ ad Or. Totius regionis caput est Gandavum.

Flatĭlis, le, adject. idem quod flabilis. *Ammian. l.* 30. *c.* 4. Flatili sonitu. h. e. qui flando fit. *Arnob. l.* 6. *pag.* 201. Laminarum flatilium crates.

Flato, as, n. 1. frequentat. a flo. *Arnob. l.* 2. Tibia, calamoque flatantes.

Flator, m. 3. tibicen, a *flo*, quod tibias inflet. *Fest.* ¶ Item qui conflat. *Pompon. l.* 2. *de orig. jur.* §. 30. Æris, argenti, auri flatores.

Flatūra, æ, f. idem quod conflatura. *Vitruv. l.* 2. *c.* 7. In æris flatura.

Flaturalis, le, adject. ad flaturam pertinens. *Tertul. de Anim. c.* 10. Quædam spiritu carent, quia flaturalibus artubus structa non sunt.

Flaturarĭus, ii, m. qui monetam cudit: hoc enim fit flando, & liquefaciendo metalla. *Ulp. l.* 9. *ff. de Leg. Corn. de falsf. & leg.* 5. *Cod. Theodos. de falsa moneta.*

Flatus, us, m. 4. *vento*, *fiato*, כפה, Ger. *blazst*, Gal. *soufflement*, Hisp. *soplo*, נשמה, spiritus, ventus, flamen. *Cic. in Arato*. Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri. *Et paulo post*. Æstiferos validis erumpit flatibus ignes. ¶ Translate pro favore ponitur. *Cic.* 2. *Offic. c.* 6. Nam cum prospero flatu ejus utimur. ¶ Item pro fastu, superbia. *Sil. l.* 17. *v.* 120. jactarat talia vecors; sed jam claudebat flatus. Adde *Claudian. l.* 2. *de laudib. Stilic. v.* 159. ¶ Flatum ventris emittere, est pedere. *Suet. Claud. c.* 32.

Flatus, a, um, adject. *soffiato*. *Hirt. de B. Afric. c.* 52. Pulvis vento flatus omnium prospectui offecit. ¶ Item conflatus. *Gel. l.* 2. *c.* 10. Flata, signataque pecunia conderetur.

Flavĕo, es, n. 2. *biondeggiare*, *esser di color d'oro*, אדם, Ger. *gelb seyn*, Gal. *jadnir*, Hisp. *ser rubio*, ξανθίζω, flavus sum, id est, ejus coloris, cujus est aurum. *Col. l.* 2. *c.* 21. Flaventibus jam satis messis faciendæ est. Et *l.* 10. *v.* 311. Sed cum maturis flavebit messis aristis.

Flavesco, n. 3. *biondeggiare*, ξανθίζομαι, est flavum fieri. *Virg.* 4. *Ecl. v.* 28. Molli paulatim flavescet campus arista.

Flavĭa, f. 1. Neapolis, col. & urbs Palæstinæ, in Samaria, patria Justini Philosophi, & Martyris. Aliis est Cæsarea.

Flavĭa Æduorum, Augustodunum, urbs Galliæ Celt. in Burgundiæ Comitatu. Nonnullis *Flavigny* esse videtur. Sed hoc est Flaviniacum, inter Divionem, & Semurium.

Flavĭālis, le, adject. Flamines flaviales dicti sunt Sacerdotes Divorum Gentis Flaviæ. V. *Inscript. Grut. p.* 359. & *Spon. Miscel. p.* 177.

Flavianus, a, um, adject. a Flavius deductum, ut Flavianæ partes, apud *Tac. l.* 2. *hist. c.* 67. & *l.* 3. *c.* 1.

Flavicŏmans, antis, adject. o. &

Flavicŏmus, a, um, *chi ha chioma bionda*. *Petron.* Flavicomum corymbion. *Prudent. Apotheos. v.* 495. Armiger e cuneo puerorum flavicomantum.

Flavĭdus, a, um, adjectiv. idem quod flavus, ut sel flavidum, *Cæl. Aurel. Acut.* 3. *c.* 20.

Flavĭi, m. 2. familia Romana plebeja, a flavedine capillorum. Hinc Imperatores Vespasianus, Titus, Domitianus.

Flavĭna, æ, opp. Etruriæ, sub Soracte monte.

Flavinĭānum, n. 2. Flavianum, Flavinium, *Fojano*, opp. Hetruriæ, ad Tiberim, in fin. Falisc orum.

Flavinĭus, a, um, adject. a Flavina opp. *Virg.* 7. *Æn. v.* 696. Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva.

Flavissæ. V. Favissæ.

Flavŏna, f. 1. Flanona, *Fianona*, opp. alias Liburniæ, nunc Istriæ, in ora maris Adriatici, & sinus Flanatici, sub dominio Venetorum, cum portu capaci.

Flavus, a, um, o. 1. 2. *biondo*, *di color d'oro*, *giallo*, אריה, Ger. *gelb*, Gal. *jaune*, Hisp. *rubio*, ξανθὸς, qui est flavi coloris, qui proprie dicitur de spicis maturis, translate de auro, melle, capillis, & aliis. *Virg.* 1. *Georg.* Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo. Ubi Servius. *Flava Ceres* dicitur propter aristarum maturitatem. *Horat. l.* 1. *od.* 2. Tiberis flavus. scil. propter arenas flavas. *Val. Flac. l.* 6. *v.* 225. Flava cæsaries. *Mart. l.* 12. *epigr.* 66. Aut de moneta Cæsaris decem flavos. h. e. decem aureos nummos: nam aurum flavum est. Alii putant

flavos positum esse pro *Flavias*, h. e. decem monetas habentes imaginem Flavii Domitiani.

Flebĭlis, le, o. 3. *degno d'esser pianto*, Ger. *bevveynlich*, Gal. *pleignant*, *pleurent*, Hisp. *llorofo*, *digno de ser llorado*, πολύδακρυς, quod dignum est ut defleatur. *Cic.* 11. *Phil.* Ponite ante oculos miseram quidem illam, & flebilem speciem. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Multis ille quidem flebilis occidit, nulli flebilior, quam tibi, Virgili. ¶ Item qui deflet, mœstus, ut flebilis elegeia, *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 8. Sic carmen flebile, cantus flebilis, modi flebiles, apud *eund.* ¶ *Flebile* neutrum adverbialiter positum pro flebiliter. *Maximian. Gallus eleg.* 1. *v.* 220. *de infante.* Et per sordentem flebile serpit humum.

Flebiliter, adverb. *con pianto*, cum fletu. *Cic.* 2. *Tusc.* Vide, quam flebiliter respondeat. *Id. ib. lib.* 1. *c.* 35. Flebiliter canere, *Paulin. Nol. Felic.* 7. *v.* 62. Flebiliusque ululant.

Flecto, is, xi, xum, a. 3. *piegare*, *torcere*, עוה, Ger. *ariegen*, Gal. *flechir*, Hisp. *doblegar*, *torcer*, κάμπτω, torqueo, curvo, a πλέκω, *plico*. *Cic.* 1. *de Div.* Omne animal membra, quo vult, flectit, & contorquet. *Id.* 2. *Div.* Qui navigant, maxime animadvertant, cum in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas sæpe sentiant, *nel girare una punta di terra*. ¶ Translate est divertere, vel declinare, & usurpatur absolute, vel transitive. *Cic. Att. l.* 5. Sed Leucatem flectere molestum videbatur. h. e. cursum ad Leucatem dirigere. ¶ *Flectere promontorium* est navigando prætergredi, *voltar'*, *o paſſar' un capo*. *Cic.* 2. *de Div. c.* 45. Qui navigant, in flectendis promontoriis ventorum mutationes maxime sentiunt. Κάμπτειν ἄκραν Græci dicunt eodem sensu. ¶ *Flectere iter* aliquo, *pigliar la ſtrada di qualche luogo*. *Liv. l.* 5. Ad Brundusium flexit iter. ¶ Item avertere. *Cic. in Catil.* Nisi Dii immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. ¶ Item a consilio inito, & suscepto abducere. *Cic. pro Mil.* Ut eam plebem, & infimam multitudinem quæ P. Clodio duce fortunis vestris imminebat, non modo virtute flecteret. ¶ Item convertere. *Cic. pro Corn. Balbo.* Ab omni studio, sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum Imperium, nomenque flexerunt. ¶ Item movere, exorare. *Cic. pro Sylla.* Quibus ego ita flectebar animo, atque frangebar. *Id.* 4. *Acad.* Si te oratio Luculli flexit. ¶ Item deducere, derivare. *Gel. l.* 4. *cap.* 3. Hoc vocabulum est de Græco flexum. ¶ Flectere cantum, *inflester la voce*. *Lucret. l.* 5. *v.* 1045. Ducere multimodis voces, & flectere cantus.

Flemĭna, n. 3. dicuntur, cum ex labore viæ sanguis effluit circa talos. *Fest.* Dicta sunt a φλεγμονή, *tumor*. Quidam censuere, flemina idem esse ac varices, & dici quasi flegmina a *flectendo*, ut quæ flexuosa sint, & obtorta. *Perottus* credidit, flemina dici a *fluendo*, quasi fluomina. *Plaut. Epid.* 5. 2. 5. Lassitudine invaserunt misero in genua flemina.

Flendus, a, um, *da piangere*, flebilis. *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 37. Carnifici fortuna potest mea flenda videri.

Fleo, es, evi, etum, n. 2. *lagrimare*, *piangere*, בכה, Germ. *vveynen*, Gal. *pleurer*, Hisp. *llorar*, δακρύω, lacrymas emitto. *Cic.* 2. *Ver.* Flebat uterque non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius. *Ovid. in Ibin.* Non patitur miseri funera flere viri. ¶ Flebitur, impers. *Sil. l.* 5. Longo ævo flebitur. Adde *Ter. Andr.* 1. 1. 103.

Fletĭfer, a, um, adject. qui flet, vel fletus causa est. *Auſon. Idyl.* 6. *v.* 74. Gemmea fletiferi jaculatur fuccina trunci.

Fletus, us, m. 4. *pianto*, בכי, Ger. *vveynung*, Gal. *pleur*, Hisp. *lloro*, κλαυθμός, planctus, ploratus. *Cic. pro Rosc. Amer.* Ut urbe tota fletus, gemitusque fieret.

Fletus, a, um, adject. *pianto*, *compianto*. *Virg.* 6. *Æn. v.* 481. Hic multum fleti ad superos, belloque caduci Dardanidæ. ¶ Sanguine fleti. h. e. respersi. apud *Lucret.* V. Pletus. ¶ *Fleta mulier* dicitur ab *Apulejo*, quæ valde flet, *l.* 7. *Metam.*

Flexanĭmus, a, um, o. 1. 3. quod animum flectere potest. *Cic.* 2. *de Orat.* Quæ recte a bono Poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum. *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v.* 330. Quæ tibi flexanimo mentem perfundat amore.

Flexibĭlis, le, o. 3. *pieghevole*, Ger. *bregig*, Gal. *ployable*, Hisp. *que ſe puede torcer*, καμπύλος, quod torqueri, & facile in quamvis partem curvari potest. *Ovid.* 3. *Amor.* Nobis flexibiles curvantur Apollinis arcus. ¶ Translate fumitur pro mutabili, molli. *Cic.* 3. *de Orat.* Nihil est tam tenerum, tam flexibile, neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio. *Id. ad Brut. epist.* 18. Videtur in eo esse bona indoles, sed flexibilis ætas. *Idem* 2. *de nat. Deor.* Flexibile vocis genus. ¶ Item pro vario, inconstanti. *Cic. pro Mil.* Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, sensusque civium.

Flexibilĭtas, as, atis, f. 3. *fleſſibilità*, facilitas flectendi. *Solin. cap.* 85. (al. 8.) Circumferunt cornua flexibilitate.

Flexibŭla, f. 1. Satyræ nomen apud *Var.* aliquoties a *Nonio* citatæ, quæ vox ex Latino *flectere*, & Græco βυλὴ coaluisse videtur, ut sit Flexibula, quasi consilium flectens.

Flexĭlis, le, o. 3. *pieghevole*, λυγώδης, quod facile flecti potest, *Virg.* 5. *Æn. v.* 559. It pectore summo flexilis obtorti per collum circulus auri.

Flexilŏquus, o. 1. 2. qui ambigua, & obscura loquitur. *Cic.* 2. *de Div. c.* 56. Partim falsis, partim casu veris, partim flexiloquis, & obscuris.

Flexio, f. 3. *piegamento*, κάμψις, flectendi actus. *Cic. in Pison. cap.* 22. Quæ diverticula, flexionesque quæsisti? *Id. in Orat. cap.* 18. Alter alteri objicit vocis flexiones. *Id. l.* 3. *de Orat.* Quanto molliores sunt, & delicatiores meant flexiones, & falsæ voculæ, quam certæ, & severæ.

Flexĭpes, edis, qui flexis est, & curvis pedibus. *Ovid.* 10. *Met. v.* 59. Vos quoque flexipedes hederæ.

Flexivĭce, adverb. flexa cervice. *Pacuv.* apud *Non. c.* 4. *n.* 68. Nihil conjectura quivi interpretarier, quorsum flexivice contenderet.

Flexo, as, a. 1. *piegare*, curvo, inflecto. *Cato R. R. c.* 49. Eodem modo vineam statuito, alligato, flexatoque.

Flexumĭnes, m. 3. equites Romani erant, a flectendis equis dicti. *Plin. l.* 33. *c.* 2. Celeres sub Romulo, Regibusque appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli.

Flexuōse, adverb. cum flexu. *Plin. l.* 18. *c.* 35. Si flexuose volitet flamma.

Flexuōsus, a, um, o. 1. 2. *fleſſuoſo*, מקלהין, Ger. *vol krvemmen*, Gal. *tortu tournoyant*, Hisp. *que va doblegando*, *doblegable*, καμπύλος, quod varios, vel multos habet flexus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 57. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Hominique flexuosissimis orbibus.

Flexūra, æ, f. 1. idem ac flexus, vel curvatio. *Col. l.* 5. *c.* 5. Ut flexura materias profundat. *Lucret. l.* 4. *v.* 312. Lateris flexura. *Sen. epist.* 71. Virtus recta est: flexuram non recipit.

Flexus, us, m. 4. *piega*, κάμψις, curvatio, conversio. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. Qui cursu parum valent, flexu eludunt. *Id. l.* 1. *cap.* 10. Flexus vocis. *Cic. Att. l.* 16. Flexus itineris. ¶ *Flexus ætatis*, cum ætas vergere incipit, & inclinari. *Cic.* 1. *de Orat.* Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio decursu honorum etiam ætatis flexu constitisset. Adde *pro Cæl. c.* 31.

Flexus, a, um, adject. *torto*, *piegato*, κεκαμμένος. *Virg.* 5. *Æn. v.* 509. Arcus flexos incurvant. *Ovid.* 4. *Met. v.* 340. Flexum genu submittere. *Tac.* 3. *Ann. c.* 16. Os in mœstitiam flexum. *Id. Ann.* 1. *c.* 16. Flexo in vesperam die. *Cic.* 3. *de Orat.* Flexus sonus.

Flictus, us, m. percussio, collisio, afflictus. *Virg. Æn.* 9. *v.* 667. Dant sonitum galeæ flictu. *Sil. l.* 9. *v.* 322. Galea horrida flictu adversæ ardescit galeæ.

Fligo, is, xi, ctum, a. 3. *percuotere*, נכה, Ger. *ſchlagen*, Gal. *frapper*, Hisp. *golpear*, *herir*, θλίβω, percutio. *Liv. And. in Ægysthо.* apud *Non. c.* 2. *n.* 328. Ipse se in terram saucius fligit cadens. *Lucret. l.* 2. *v.* 85. Obvia cum flixere, fit, ut diversa repente Dissiliant.

Flo, as, avi, atum, n. 1. *ſpirare*, *ſoffiare*, נפח, Ger. *claſen*, Gal. *ſouffler*, Hisp. *ſoplar*, πνέω, spiro. *Cic. Att. lib.* 7. *epist.* 2. Ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Auster, & mitis. ¶ *Flare simul*, *& sorbere*, proverb. pro eo, quod est, duabus rebus diversissimis, naturaque disjunctis, eodem tempore, operam dare. *Plaut. Most.* 2. 2. 104. Simul flare, sorbereque haud factu facile est. ¶ Passive *Var. l.* 5. *de L. L.* Anima, quæ flatur. ¶ Aliquando flare, signare est; hinc flatum æs, & flata pecunia dicitur. V. Flatus.

Floccĭdus, a, um, adject. floccis abundans. Hoc adject. leg. quidam apud *Apul. l.* 7. *Metam.* V. Flaccidus.

Floccifactĕon. Hanc vocem affert *Thesau. L. L. Cic. lib.* 1. *Att. epist.* 16. *ad fin.* neque explicat. Est autem ibi insignis lectionum varietas.

Floccōsus, a, um, adject. floccis plenus. *Apul. de herb. c.* 62. Floccosis, vel lanugineis adnationibus.

Floccŭlus, m. 2. dimin. a floccus. *Plin. l.* 16. *c.* 7. Nascuntur in robore pilulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles. Alii legunt *floccos*.

Floccus, m. 2. *fiocco*, Germ. *voll*, Gal. *floc*, *flocon*, Hisp. *floco*, κρωκίς, lanarum particula divisa a velleribus inutiliter evolans. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 11. Diligentiores tegeticulis subjectis oves tondere solent, nequi flocci intereant. ¶ Dicitur etiam de vestium villis, ideft, de particulis quibusdam lanæ eminentioribus. Hinc *Celsus* scribit, signum mortis esse, si quis in febre, & acuto morbo, manibus in veste floccos legit, fimbriasque deducit. ¶ Translate sumitur pro re nullius pretii. Hinc *flocci facere*, *flocci pendere*, pro contemnere. *Cic. Att. l.* 4. *epist.* 15. Totum denique Rempubl. flocci non facere. *Ter. Eun.* 3. 1. 21. Ego flocci pendere.

Floces, f. 3. *feccia di vino*, שמרים, Ger. *vveinhefe*, Gall. *lie du vin*, Hisp. *hezes del vino*, σίμβυλα, fæx, & speciatim vini ex vinaceis expressa, quia ei insint flocci quidam, & panni. *Gel. l.* 11. *c.* 7. Hic Eques Romanus apludam edit, & floces bibit. *Cæcil. apud Non. c.* 2. *n.* 354. Neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo.

Flora, æ, f. 1. *Flora*, χλόης, Dea quædam Romanorum, a Græco nomine, vel a flore. *Ovid. Fast.* 5. *v.* 195. Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino nominis est nostri litera Græca sono. Hanc meretricem fuisse ajunt, quæ, cum magnas opes corporis quæstu quæsivisset, Pop. Rom. scripsit hæredem, certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, qui appellarentur *Floralia*, vel *ludi Florales*; quod quia Senatui flagitiosum tractu temporis visum est, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, & Deam finxerunt esse, quæ Floribus præesset, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus bene, prospereque florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum lascivia, convenienter memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam nudabantur, flagitante populo, meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conspectu multitudinis ad satietatem usque impudicis motibus detinebantur. Hæc de Flora affert *Lactant. l.* 1. *c.* 20.

Floralĭa, um, n. ἀνθιστήρια, dies Festi, ludique in honorem Floræ instituti, quæ florum Dea habita fuit. *Ovid.* 4. *Fast.* V. Flora. ¶ Floralia etiam dicuntur loca, in quibus sunt flores. *Var. lib.* 1. *de R. R. c.* 23. Ut quæ pomaria, aut floralia appellantur.

Florālis, e, adject. ad Floram pertinens, ut Floralis Flamen, *Var. l.* 6. *L. L.* Florale festum, *Ovid.* 5. *Fast.*

Floralitĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad Floralia pertinet. *Mart. l.* 8. *epigr.* 66. Et Floralitias lasset arena feras.

Florens, entis, adject. *fiorito*, ἀνθῶν, floridus. *Virg. Ecl.* 10. Florentes ferulas, & grandia lilia quassans. ¶ Translate florens dicitur, qui aliqua re viget, & abundat. *Cic. Fam. l.* 2. *epist.* 13. M. Brutum vocat hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, amicis. *Id. Att. l.* 16. *epist.* 11. Quæ mihi florentiora visa sunt. *Id. pro Sex. Rosc. c.* 18. Majores nostri ex minima, tenuissimaque Rep. maximam, & florentissimam nobis reliquerunt. ¶ Florens etiam dicitur, qui splendet, & nitet. *Virg.* 7. *Æn. v.* 804. Florentes ære catervas. *Lucret. l.* 4. *v.* 451. Florentia lumina flammis.

Florentĭa, f. 1. *Fiorenza*, *Firenze*, Col. & urbs Etruriæ caput, Arno fl. divisa, cum duplici arce. Condita fuit a Sylla militibus anno U. C. 645. facta Colonia a Triumviris Augusto, Antonio, Lepido. Pop. Florentini, al. Fluentini. Gent. Florentinus, a, um.

Florĕo, es, rui, n. 2. floresco, *fiorire*, פרח, Ger. *fruenen*, Gal. *fleurir*, Hisp. *florecer*, ἀνθέω. *Cic.* 1. *Tusc.* Florere omnia, fontes scatere. ¶ Per translationem est vigere, excellere, abundare, prospere vivere. *Cic.* 2. *de Inv.* Crotoniatæ quondam, cum florerent omnibus copiis. *Idem* 1. *Fam.* In sententiis senatoriis, & in omni actione, atque administratione Reip. floruissemus. Sic florere ingenio, forma, ætate, existimatione, auctoritate, gloria, &c. *Cic.* sæpe, *Liv.* & alii. ¶ Item nitere, splendescere. V. Florens.

Floresco, is, n. 3. *fioreggiare*, *fiorire*, ἀνθίσκομαι, est floridum fieri. *Colum. l.* 5. Multumque venti ad florescendum, & ad bonitatem vini conferunt. ¶ Translate usurpatur pro crescere, augeri. *Cic. pro Cæl.* Nolite hunc nunc primum florescentem, firmata jam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate pervertere.

Florĕus, a, um, o. 1. 2. *di fiore*, ἀνθηρός, quod est ex floribus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 434. Florea rura.

Florĭānus, m. 2. Imp. Rom. qui Tacito succesfit. Dolens Probum militiæ peritum a magna exercitus parte esse electum, sibi ipsi venas incidit, effusoque sanguine consumptus est.

Floricŏlor, oris, adject. o. qui floreum colorem habet. *Petron.* Hoc tibi fuit de flumine floricolore.

Floricŏmus, a, um, adject. floridas comas habens. *Auſon. epist.* 4. *v.* 47. Floricoma Ætna.

Florĭde, adverb. *fioritamente*. *Apul. l.* 11. *Met. ſub fin.* Vestis floride picta. *Lactant. de Mort. Persec. c.* 3. Ecclesia clarius, ac floridius enituit.

Floridŭlus, o. 1. 2. dimin. a floridus. *Catul. in Epithal. Juliæ*, *carm.* 62. Ore floridulo nitens.

Florĭdus, a, um, o. 1. 2. *di fiori*, *fiorito*, Germ. *vvollbluſt*, Gal. *florissant*, Hispan. *floride*, ἀνθηρός, quod floret, quod floribus abundat, quod ex floribus est. *Tibul. lib.* 1. *eleg.* 2. Cum posti florida serta dat-

rem.

rem. *Cic. de Clar. Orat. c.* 82. At eſt floridior, ut ita dicam, quam Hyperides, quam Lyſias. *Catul. carm.* 69. Jucundum cum ætas florida ver ageret. ¶ *Floridus color* eſt *color vivo*, *color laſcivo*: cui opponitur *auſterus*, hoc eſt *forte*, *e carico*.

Floríter, a, um, o. 1. 2. *che produce fiori*, ἀνθοφόρος, ferens flores, ut Saltus floriferi, apud *Lucret. l.* 3. *v.* 11.

Floritértum, n. 2. ἀνθοφορία, dies erat feſtus apud Romanos, ita dictus, quod eo die ſpicæ ad ſacrarium Cereris ferebantur. *Feſt.*

Floríger, idem ac floriter. *Lucan. l.* 9. *de apibus*, ſtudiumque laboris Florigeri repetunt, & ſparſi mellis amorem. *Sedul. l.* 2. *civ. init.* Expulerat primogenitum ſævisſimus anguis Florigera de ſede virum.

Florilĕgus, a, um, o. 1. 2. *che coglie fiori*, ἀνθολόγος, qui flores legit. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 366. Florilegæ naſcuntur apes.

Floripárus, a, um, adject. qui flores parit, ut floriparum ver, *Auſon. Technop. in Vere*.

Florulentus, o. 1. 2. *pien di fiori*, ἀνθηρός, floribus plenus. *Pervigil. Veneris*, *de roſis*: In pudorem florulentæ prodierunt purpuræ. *Solin. c.* 7. (al. 12.) Florulentus Hymettus. Adde *Auguſt. ſerm.* 246. *de Temp.*

Florus, a, um, adject. antiq. pro floreus. *Pacuv. apud Feſt. in voce Genu*: Nunc primum opacas flora lanugo genas. *Decimus Laber. apud Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 7. Florum cacumen noſtræ famæ frangere. Ita quoque legunt aliqui apud *Virg.* 12. *Æn. v.* 605. Floros Lavinia crines, & roſeas lacerata genas.

Flos, oris, m. 3. *fiore*, פרח, Germ. *blum*, *bluſt*, Gal. *fleur*, Hiſp. *flor*, ἄνθος, germen herbæ, vel arboris. *Cic.* 6. *Ver.* Circa quam luci ſunt plurimi, & lectiſſimi flores omni tempore anni. ¶ Translate ſumitur pro eo, quod præſtans, & excellens eſt in omni re, ut Flos æris, flos ſalis, flos ætatis, flos juventutis, flos virginitatis, &c. *Cic. in Brut.* Virum excellentem illi florem populi eſſe dixerunt. *Id. in Orat. c.* 10. Flos civium. *Pallad. l.* 2. *tit.* 41. Flos calcis. ¶ Flos vini dicitur exigua quædam quaſi ſpuma, quę vino in doliis ſupernatare ſolet in modum pollinis farinæ, eodem fere tempore, cum invitibus florent futuri racemi. *Plin. l.* 14. *c.* 21. Flos vini candidus probatur, rubeus triſte ſignum eſt, ſi non is vini color ſit. ¶ Aliquando accipitur pro vini odore. *Plaut. Cur.* 1. 2. Flos veteris vini naribus meis objectus eſt. ¶ *In floribus ipſis*, proverbiale dictum. h. e. in ipſa voluptate. *Lucret. l.* 4. *v.* 1127. Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat. ¶ Flores etiam dicuntur excerpta, ut flores Poetarum Lipſii. hoc eſt excerpta e Poetis a Lipſio, quemadmodum *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 11. dixit: noſtrum opus tibi probari lætor: ex quo ἄνθη ipſa poſuiſti.

Floſcéllus, i, m. diminut. idem quod floſculus. *Apul. de herb. c.* 49. Ad ſolis curſum floſcelli ſe vertunt.

Floſcúlus, m. 2. ἄνθιλον, dimin. a flos. *Cic.* 2. *Off. c.* 12. Ficta omnia celeriter, tanquam floſculi, decidunt. *Quintil. proœm. l.* 6. Floſculi orationis.

Fluctícŏla, æ, in fluctibus habitans. *Sidon. carm.* 10. Fluctícolæ cum feſta nurus Pegaſæa per arva, &c.

Fluctícŭlus, i, m. *picciol' onda*, *o flutto*. *Apul. Apol.* Quamlibet leviter motis fluctículis.

Fluctifrăgus, a, um, o. 1. 2. *che rompe l'onde*, fluctus frangens. *Lucr. l.* 1. *v.* 306. Fluctifragus ſuſpenſæ in litore veſtes.

Fluctigĕna, æ, in fluctibus natus. *Martia. Cap. l.* 1. *carm.* 2. Fluctigena ſpectans qualis ſub gurgite Nereus.

Fluctigĕnus, a, um, adject. fluctigena. *Avien. in Arat. v.* 1159. Fluctigeni ſpeciem monſtri ſuperinvehit auſter.

Fluctíger, a, um, adjectiv. fluctum terens, vel fluctum patiens. Ex *fragment. Cicer.* refert *Iſid.* hunc verſum *l.* 19. *Orig. c.* 1. Tunc ſe fluctigero tradit, mandatque paroni.

Fluctisŏnus, a, um, adject. fluctibus ſonans, & ſtrepens. *Sil. l.* 12. *v.* 355. Inſula fluctiſono circumvallata profundo.

Fluctivăgus, a, um, o. 1. 2. πανπόντιος, quod fluctibus vagatur, aut agitatur, ut Nautæ fluctivagi, unda fluctivaga. *Stat. l.* 3. *Silv.* 1. *v.* 84. & *Theb.* 1. *v.* 271.

Fluctuátim, adv. *ondeggiando*, *con travaglio*, Germ. *ungeſtuem miglich*, Gal. *en maniere de flot*, Hiſp. *como ondas*, jactanter, ſolute. *Afran. apud Non. c.* 2. *n.* 333. Volo fluctuatim ire ad illum.

Fluctuátio, t. 3. *ondeggiamento*, κύμανσις, actus fluctuandi, perturbatio, confuſio. *Liv. l.* 9. *c.* 25. In ea fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe. *Plin. l.* 31. *c.* 11. Fluctuatio occulta.

Fluctŭo, n. 1. & fluctuor, aris, d. 1. *ondeggiare*, טוט, Ger. *ſchwenocken*, Gal. *flotter*, Hiſp. *fluctuar*, κυμαίνομαι, fluctibus agitor. *Cic.* 7. *Ver.* Quadriremem quæ in ſalo fluctuantem reliquerat. ¶ Accipitur etiam pro fluitare, & ſupernatare. *Plin. l.* 36. *c.* 17. Lapidem e Scyro in ſula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. *Id. l.* 4. *c.* 12. Delos diu fluctuata. ¶ Per Metaphoram uſurpatur pro dubitare, & diverſis cogitationum quaſi fluctibus, veluti marino quodam æſtu, agitari. *Curt. l.* 4. *c.* 12. Fluctuari animo Rex, & modo ſuum, modo Parmenionis conſilium expendere. *Liv. l.* 33. Fluctuare animo. *Cicer. Att. l.* 1. *epiſt.* 20. Genus orationis fluctuans, & diſſolutum. *Vir.* 8. *Æn.* magno curarum fluctuat æſtu.

Fluctŭóſus, o. 1. 2. *procelloſo*, *tempeſtoſo*, Ger. *vvaellechtig*, Gall. *plein de vagues*, Hiſp. *tempeſtuoſo*, *ondoſo*, κυματώδης undoſus, inquietus, ut Mare fluctuoſum, *Plaut. Rud.* 4. 2. 5. Gemmæ fluctuoſæ, quæ maculas habent fluctuum quandam ſimilitudinem referentes. *Plin. l.* 37. *c.* 5. *de ſmaragdis*. Ii ſunt fluctuoſi, & rerum imagines complexi, ut v. g. papaverum, aut avium, pinnarumque, vel catulorum, & ſimilium.

Fluctus, us, m. 4. *onda*, גל, Germ. *vvaellen des vvaſſers*, Gall. *flot*, Hiſp. *ola*, *onda*, κῦμα, unda, motus aquarum, ab antiquo ſupino *fluctum* verbi *fluo*. *Cic.* 6. *Ver.* Qui fluctu totus operiretur, niſi munitione, ac mole lapidum in mari disjunctus eſſet. ¶ Translate ponitur pro agitatione, perturbatione. *Plin. l.* 5. *c.* 17. Quos vita teſſos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat. *Cic. pro Mil. c.* 2. Fluctus concionum. *Id. pro Flac. c.* 26. Mattilia Barbaliæ fluctibus alluitur. h. e. finitimorum Barbarorum excurſionibus agitatur.

Fluens, entis, adject. o. *che ſcorre*. *Ovid.* 3. *de Ar. am. v.* 62. Eunt anni more fluentis aquæ. *Id. ib. v.* 301. Fluentes tunicæ, h. e. ſinuoſæ. *Cic. de clar. Orat.* Fluens oratio. *Id. 2. de Orat. c.* 66. Pictum Gallum diſtortum, ejecta lingua, buccis fluentibus. h. e. laxis, & utrinque diffluentibus. *Virg.* 2. *Geor. v.* 370. fluentes ramos dixit, h. e. nimium excreſcentes. ¶ Item mollis, effœminatus. *Velley. l.* 2. *c.* 88. Otio, ac mollitiis pene ultra fœminam fluens. *Curt. l.* 8. *c.* 14. Fluentia membra. h. e. languentia. ¶ Comparat. *fluentior* legitur apud *Ambroſ. ſerm.* 81.

Fluenter, adverb. fluendo. *Apul. l.* 2. *A. A.* Capillo fluenter undante. *Lucret. l.* 4. *v.* 226. Omnibus ab rebus res quæque fluenter tertur. ¶ Nonnulli hanc vocem etiam *Ciceroni* tribuunt, *l.* 7. *Att. ep.* 14. ubi ait: Cum fluenter lippirem, has literas dedi. Vulg. leg. *leviter*.

Fluentia, æ, f. 1. *profluenza*. *Amm. l.* 30. *c.* 12. (al. 4.) Eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi. *Cæl. Aurel. Tard.* 2. *c.* 3. Fluentiam retinere.

Fluentīni, orum, m. *Fiorentini*, Italiæ populi, ita dicti, quod præfluenti Arno appoſiti ſunt, ut ait *Plin. l.* 3. *c.* 5. ita enim ibi legitur in MSS. plerisque, libriſque editis; itemque in quodam decreto Deſiderii regis Italiæ, quod eſt apud *Gruter. p.* 220. his verbis: Palantes Fluentinos collegimus. Alii tamen in loco Plinii leg. *Florentini*.

Fluentisŏnus, a, um, o. 1. 2. quod fluctibus ſonat. *Catul. in Arg. v.* 52. Litus fluentiſonum.

Fluentum, ti, n. 2. *fiumicello*, *corrente*, נחלים, Ger. *fluſſ*, *vvaſſerunſſ*, Gal. *cours d'eau*, *petite riviere*, Hiſ. *el rio*, *o corriente del agua*, ῥύαξ, parvum flumen, ſive decurſus aquæ. *Virg.* 4. *Æn. v.* 144. Xanthique fluenta deſerit.

Fluibundus, a, um, adject. fluidus, diffluens. *Martian. Capel. ſub fin. l.* 1. Fluibunda luxu puella.

Fluído, as, avi, atum, a. 1. fluidum reddo. *Cæl. Aurel. Tard.* 5. *c.* 12. Liquore fluidantur.

Fluídus, a, um, o. 1. 2. ῥευματικός, fluens, vel humectus, *fluido*. *Plin. l.* 9. *c.* 30. Unum hoc animal fluida carne non habet callum. ¶ Nonnunquam pro languido, ſeu marcido ponitur. *Liv. l.* 34. Corpora Gallorum emollida, & fluida. Adde *Virg.* 3. *Georg.*

Fluítto, as, avi, atum, n. 1. *ſcorrere di continuo*, *ondeggiare*. German. *ſtaetig flieſſen*, Gal. *flotter*, Hiſp. *eſcorrer*, *reſualar*, ἐπιῤῥέω, ſæpe, ſive continuo flo. *Liv. l.* 1. Cum fluitantem alveum, in quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro ſupernatare. *Plin. l.* 9. *c.* 21. *de anguillis*. Examines piſcium ſolæ fluitant. *Id. l.* 31. *c.* 2. In lacu Apuſcidamo omnia fluitant, nihil mergitur. ¶ Translate ſumitur pro nutare, dubium eſſe. *Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 93. Creditur Cæcinnæ fides fluitaſſe. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 18. *ad fin.* Neu fluitem dubia ſpe pendulus horæ. ¶ Item perturbari, agitari. *Cic. de Univ.* Non tranquillum & quietum, ſed agitatum, & fluitans.

Flumen, inis, n. 3. *fiume*, נהר, Ger. *vvaſſerfluſſ*, Gal. *fleuve*, *riviere*, Hiſp. *rio*, ποταμός, fluvius, aqua decurrens, & perennis, ab antiquo ſupino *flutum* verbi *fluo*. Differt a *rivo* quia *rivus* minor eſt, a *torrente*, quia *torrens* æſtate ſiccatur. *Cæſ.* 7. *B. G.* Et ſecundo flumine Lutetiam iter facere cœpit. *Id. ib.* Et magnum ire agmen adverſo flumine. ¶ Hyperbolice de lacrymis, *Virg.* 1. *Æn. v.* 465. Largo humectat flumine vultum. ¶ Pro fluminis curſu uſurpat *Virg.* 2. *Æn.* rapidus montano flumine torrens. *Martial. l. de ſpectac. ep.* 3. Et qui prima bibit deprenſi flumina Nili. *la ſorgente*. ¶ Translate ſumitur pro copia, ut flumen ingenii, *Cic. pro Marcel. c.* 2. Orationis, & verborum flumen, *Id. 2. de Orat. c.* 15. & 45.

Flumentāna, Porta, *Porta del Popolo*, porta urbis Romæ, unde viæ Flaminia, Caſſia, & Claudia incipiunt, quam Tyberis, urbem intrans, in ſiniſtra ripæ parte relinquit, ita dicta, quod pars Tyberis per eam partem, ubi nunc hæc porta ſita eſt, fluxiſſe creditur. *Feſt.*

Fluminālis, le, adject. flumineus, ut fluminalis navigatio, *Cæl. Aurel. Tard. l.* 1. *c.* 1. Fluminales cancri, *Id. ibi. c.* 4.

Fluminĕus, a, um, o. 1. 2. *di fiume*, ποτάμιος, ex flumine. *Ovid.* 4. *Faſt.* Ne ſua fluminea corpora mergat aqua.

Fluo, is, xi, xum, n. 3. *correre*, *ſcorrere*, נבל, Germ. *flieſſen*, Gall. *couler*, Hiſp. *eſcorrer*, *fluo*, decurro, mano, labor. *Cic. 1. de Div.* Flumina in contrarias partes fluxerint. *Id. 6. Ver.* Qui per Aſſyriorum agros fluit. ¶ Translate ſumitur pro latius, atque uberius excreſcere. *Cic.* 1. *Tuſc.* Pythagoræ autem diſcipina, cum longe, lateque flueret. ¶ Item pro naſci, exire. *Cic. de nat. Deor.* Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt. ¶ Item pro tendere. *Cic. 1. 6. Fam.* Videamus illius conſilia quorſum fluant. ¶ Item pro ſuccedere evenire. *Cic.* 1. *Off. c.* 26. Atque etiam in rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus. ¶ Item pro dilabi, excidere. *Cic. Phil.* 12. *c.* 3. Excident gladii, fluent arma de manibus. ¶ Item pro deficere, interire. *Cic. de Or.* Cætera fluere, labi, nec diutius eſſe uno, & eodem ſtatu. ¶ Item pro mollitie, & vitiis ſe dedere, diffluere. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 22. Voluptate liqueſcere, & fluere mollitia. *Curt. l.* 10. *c.* 3. Luxu omnia fluere. *Plaut. Mil.* 4. 9. 12. Fluere facetiis. h. e. abundare.

Fluonia, f. 1. Juno, quam mulieres colebant, quod ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. *Feſt.* Apud *Arnob.* eſt Fluvionia.

Fluor, oris, m. 3. fluxus, a fluo. *Celſ. l.* 4. *c.* 19. Fluor ventris. *Apul. l.* 2. *Florid.* Fluores amnium.

Fluſtrum, ſtri, n. 2. *bonaccia*, μαλακία, ſtatus, & tranquillitas maris, cum fluctibus non agitatur, a *fluo*, quia fluor maris ſiſtitur. *Feſtus. Tertull. de Pal. c.* 2.

Fluta, f. 1. *anguilla*, πλωτή, anguilla, ſeu muræna, a voce Græca allata, quaſi *pluta*, vel a *flutum* antiquo ſupino verbi *fluo*. *Var. in Gallo*, *Macrob. l.* 3. *Sat. c.* 15. & alii accipiunt flutas ſpeciatim pro Muræna Siciliæ, quæ in ſummo ſupernatantes Sole torretactæ curvare ſe, & in aquam mergere deſinunt, atque ita faciles captu fiunt. *Col. l.* 8. *c.* 17. Item flutas, quæ maxime probantur.

Fluto, as, n. 1. idem quod fluito. *Lucret. l.* 3. *v.* 190. Namque movetur aqua, & tantillo momine flutat. Al. leg. *fluctat*, vel *fluctuat*.

Fluvia, æ, f. dim. idem quod fluvius. *Sifen.* apud *Non. c.* 3. *n.* 100. Oppidum in excelſo loco inter duas fluvias. *Id. ib.* Tranſgreſſus fluviam, quæ ad mare pertinebat.

Fluviátilis, le, o. 3. *fluviale*, *di fiume*, Ger. *des auſſdem fluſſ iſt*, Gall. *de fleuve*, Hiſp. *fluvial*, ποτάμιος, quod ex fluvio eſt. *Virg.* 2. *Geor.* Vimina per ſylvam, & ripis fluvialis arundo cæditur.

Fluviáticus, o. 1. 2. idem ac fluvialis. *Col. l.* 8. *c.* 15. Fluviaticis animalibus inhidentur.

Fluviátilis, le, o. 3. idem quod fluvialis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Veluti crocodili, fluviatilesque teſtudines. *Liv. l.* 10. *c.* 2. Fluviatiles naves.

Fluviātus, o. 1. 2. maceratus in flumine. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Hæc, quæ diximus, ratione fluviata decorticatur.

Fluvídus, o. 1. 2. idem ac fluidus, apud vet. ab antiquo præterito *fluvi* verbi fluo. *Lucr. l.* 2. *v.* 463. Sed quod amara vides eadem, quæ fluvida conſtant.

Fluvíto, as, pro fluito, legit *Salmaſius in Solino c.* 36. & *in Plin. l.* 16. *c.* 40.

Fluvius, m. 2. *fiume*, ποτάμος, amnis, a *fluo*, ideſt, ab antiquo ejus præterito *fluvi*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Atque etiam cum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deviciſſent. *Virg. Æn.* 1. *v.* 607. In freta dum fluvii current.

Fluxe, adv. *abbondevolmente*, Germ. *uberflueſſiglich*, Gall. *abondament*, Hiſp. *en abundancia*, ῥᾳδίως, affluenter, abundanter. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 11. Et eo magis fluxe ex herba, &c. ¶ Item remiſſe, lente. *Ammian. l.* 18. More vitæ remiſſioris fluxe agens.

Fluxipĕda veſtis apud *Avien. in Arat. v.* 287. (*ſi modo ſalva eſt lectio*) videtur eſſe veſtis fluxo pilo.

Fluxio, nis, f. *fluſſo*, Germ. *flieſſung*, Gall. *fluxion*, *flux*, Hiſp. *corrimiento*, ῥοή, διάχυσις, actus fluendi, profluvium, curſus. *Cic.* 1. *de Div. c.* 49. Nam & natura futura præſentiunt, ut aquarum fluxiones. *Plin. l.* 22. *c.* 23. Fluxiones alvi. Et *l.* 27. *c.* 9. Fluxiones oculorum.

Fluxus, a, um, o. 1. 2. *che ſcorre*, *che paſſa toſto*, נבל, Germ. *flueſſig*, Gal. *coulant*, Hiſp. *fluido*, ῥευστός, quod perpetuo fluit, a ſup. *fluxum*

verbi *fluo*. *Plin. l. 9. c. 38.* Cum fœtificavere, fluxos habent succos. ¶ Per translationem accipitur pro eo, quod eſt inſtabile, & cito periturum, *tranſitorio*, ὀλιγοχρόνιον. *Sal. in Cat.* Nam divitiarum, & formæ gloria fluxa, & fragilis habetur. ¶ Aliquando pro laxo, & minime aſtricto, *Largo*. *Lucan. l. 8.* Illic & laxas veſtes, & fluxa virorum velamenta vides. *Suet. in Cæſ. c. 45.* Fluxiore cinctura cingeretur. ¶ Et fluxi dicuntur ſoluti, molles, effœminati, *laſcivi*. *Suet. in Tib. c. 52.* Druſus animi fluxioris, remiſſioriſque vitæ erat. ¶ Fidem fluxam gerere, *eſſer di fedeltà dubbioſa*. *Plaut. Capt. 2. 3. 79.* Fac, fideli ſis fidelis, cave, fidem fluxam geras. *Sa luſt. Jug. c. 111.* Fide fluxa uti. ¶ Corpora fluxa. h. e. imbecilla, ferendis laboribus inepta. *Tacit. 2. hiſt. c. 32.* ¶ Fluxa decreta, pro irrita, *Id. 15. Ann. c. 23.* ¶ Accipitur etiam paſſive. *Apul. l. 2. A. A.* Fontanos latices de corporibus humanis fluxos.

Fluxus, us, m. idem quod fluxio, *ſoi*, *fluſſione*, *fluſſo*. *Quintil. l. 11. c. 3.* Fluxus aquarum. *Tertul. de Pal. c. 4.* Si quis Menandrico fluxu delicatam veſtem humi protrahat.

F ANTE O.

Focāle, is, n. 3. περισκελίδιον, faſcia, qua ægroti obvolvebant fauces, ſive collum, a *faux*, *faucis*. *Hor. 2. Serm. ſat. 3. v. 254.* Ponas inſignia morbi, faſciolas, cubitale, focalia. *Quintil. l. 11. c. 3.* Faſcias, quibus crura veſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta ſola excuſare poteſt valetudo. ¶ Pro ligamento aurium. *Martial. l. 14. ep. 142.* Hoc focale tuas aſſerat auriculas. ¶ Aliqui per focale intelligunt etiam veſtem, qua ad focum utebantur; cui ſententiæ locus Horat. allatus ſuffragari videtur, in quo prima hujus vocis corripitur. quamquam alii leg. *cubital*, *focalia*.

Focanĕus palmes, qui ſolet in bifurco medius prorepere, a *faux*, quod inter duo brachia, qua ſe dividit vitis, enatus velut fauces obſidet. *Col. l. 4. c. 24.*

Focarĭa, f. 1. mulier concubina, quia eodem cum patre familias foco, ac lare vivit. *l. 2. C. de don. inter vir. & ux.* Donationiſque cauſa focariæ tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptum.

Focarĭus, a, um, o. 1. 2. quod ad focum pertinet, ut focarius panis, apud *Iſid.* ¶ Focarius, ii, m. 2. ſervus mediaſtinus, cui foci cura incumbit. *l. 1. §. cauponer, ff. nau. caup. ſtab.*

Focilĭatĭo, f. 3. actus focillandi, a focillo, foveo, calefacio. *Feſt.*

Focillātus, a, um, adject. fotus. *Sueton. Aug. c. 17.* M. Antonii ſocietatem ſemper dubiam, & incertam, variiſque reconciliationibus male focillatam abrupit.

Focillo, as, a. 1. & focillor, aris, d. 1. *riſcaldare*, *riſtorare*, Germ. *erwaemen*, Gal. *echauffer*, *recreer*, Hiſp. *recrear*, *calentar*, ἀναλαμβάνω, foveo, calefacio, recreo, inſtauro, a *focus*. *Sen. epiſt. 13.* Pudet me ſic tecum loqui, & tam levibus remediis te focillare. *Varr. de vita P. R.* apud *Non. c. 7. n. 108.* Sed ſuum quiſque diverſi commodum focillantur. h. e. fovent.

Focĭlo, as, avi, atum, a. 1. idem quod focillo, foveo, θάλπω. Caſaub. derivat a faucibus, ut proprie ſit ægras fauces appoſita lana fovere, *Paneg. ad Piſon.* quod *Lucano* tribuitur, *v. 114.* Sed miſerum parva ſtipe focilat, ut pudibundos &c. Ubi *Scalig.* legit *muuerat*.

Focŭla, orum, n. 2. ζοφαὶ, nutrimenta ignis, teſte *Nonio c. 1. num. 31.* *Plaut. Perſ. 1. 3. 24.* Intus ventris fumant focula. *Id. Capt. 4. 2. 67.* Laridum, atque epulas foveri foculis foventibus. Quidam hoc loco *foculos* intelligunt. Al. leg. *coculis*.

Focŭlo, as, a. 1. eſt calorem foculo reſtituere, fovere. *Non. c. 1. n. 31.*

Focŭlus, li, m. 2. *forarello*, אש מוד, Germ. *klein fevver*, Gall. *petit feu*, Hiſp. *fuego pequeno*, ἐσχάριον, dim. a focus. *Juven. ſat. 3. v. 266.* Bucca foculum excitat.

Focunates, m. 3. pop. Alpini, in Italia, quorum tractus eſt Foſſiniacum, *Foucigny*, *Foſſigny*, *Fauſſigny*, in Duc. Sabaudiæ ad radices Apium, in cont. Valeſiæ reg. Simleto eſt vallis *Suls*, quæ & S. Bartholomæi dicitur, inter Tridentinos, & Venetos.

Focus, ci, m. 2. *focolare*, כוקיר, Ger. *fevverſtatt*, Gal. *foyer*, Hiſp. *hogar*, ἑστία, id, in quo ignis ſervatur, a φώγω, ſeu φωγνύω, vel φώγνυμι, *uro*. *Ovid. l. 6. Faſt. v. 301.* At focus a flammis, & quod fovet omnia, dictus. *Tibul. l. 1. el. 1. init.* Dum meus aſſiduo luceat igne focus. ¶ Ponitur & pro privatis domibus. *Horat. l. 1. ep. 14. v. 2.* Agellus habitatus quinque focis. *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 40.* Certare pro aris & focis.

Fodens, entis, pro fodiens. *Enn.* apud *Feſt. in voce Sibina*. ſicis, ſibiniſque fodente.

Fodĭco, as, a. 1. *cavare*, כוכין, רבאיר, Ger. *grublen*, Gal. *piquer*, Hiſp. *picar*, *puncar*, κύντω, freq. a *fodio*, ſed fere ponitur pro ſtimulare, pungere. *Hor. l. 1. ep. 6. v. 31.* Emamus, qui fodicet latus. Al. leg. *fodiat*. ¶ Per translationem pro angere, ſive dolore afficere. *Cic. 3. Tuſc. cap. 16.* Non eſt enim in noſtra poteſtate, fodicantibus iis rebus, quas malas eſſe opinamur, diſſimulatio, vel oblivio. *Plaut. Bacch. 1. 1. 30.* Eadem in uſu, atque ubi periculum facias, aculeata ſunt, animum fodicant.

Fodĭna, æ, f. *miniera*, מחרה, Ger. *grub*, Gal. *mine*, *carriere*, Hiſ. *mina*, μέταλλον, locus, ubi quid effoditur. *Plin. l. 33. c. 6.* Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus. *Ulpian. Dig. 27. n. 3.* Si pupillus aliqua metalla habuerit, vel ſi cretæ, argenti fodinas, &c.

Fodĭo, dis, fodi, foſſum, a. 3. *cavare*, חפר, Ger. *graben*, Gal. *creuſer*, Hiſp. *cavar*, σκάπτω, pala, aliove ferramento terram, aliudve quid eruo. *Plaut. Rud.* Noſtro illum puteum periculo, & ferramentis fodimus. *Liv. l. 8.* Argentum etiam incolæ fodiunt. ¶ Translate ſumitur pro ferire, percutere, ut Fodere enſe jugulum. *Martial. Spect. ep. 7.* ¶ Item pro pungere, ut Fodere ſtimulis, vel calcaribus. *Virg. 6. Æn.* Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. ¶ Reperitur etiam in 4. conjug. *Col. l. 11. c. 2.* Runcari, & adhuc fodiri poſſunt. Adde *Caton. c. 2. R. R.* ¶ Fodere latus. V. *Latus*.

Fodo, as, a. 1. pro fodio, is, dixere Veteres. *Feſt.* Hinc effodo, as, legunt aliqui apud *Plaut. Captiv. 3. 5. 66.*

Fœcunde, adv. *abbondevolmente*, Ger. *fruchtbarlich*, Gall. *fecondemente*, Hiſp. *fertilmente*, εὐφόρως, fertiliter. *Plin. l. 16. c. 36.* Atque etiam reciſa fœcundius reſurgit. *Id. 29. 4.* Naſcuntur fœcundiſſime in traxino.

Fœcundĭtas, atis, f. *fertilità abbondanza*, εὐτοκία, feracitas, fertilitas, ubertas. *Cic. 2. Phil.* O miſeræ mulieris fœcunditatem calamitoſam! ¶ Et translate. *Cic. 2. de Orat. cap. 21.* Volo, ſe efferat in adoleſcente fœcunditas.

Fœcundĭto, as, avi, atum, a. 1. idem ac fœcundo. Hoc verbum habetur in fragmentis vetuſtiſſimæ orationis funebris apud *Fabrett. Inſcript. p. 169.*

Fœcundo, as, a. 1. *far' abbondante*, *fertile*, הפרה, Germ. *fruchtbar machen*, Gal. *faire fertil*, *feconder*, Hiſ. *hazer fecundo*, πιαίνω, abundantem, ſeu fructiferum facio. *Virg. 4. Georg. v. 290.* Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Fœcundus, vel fecundus, a, um, (ut probat Manut. in Orthogr. ex Var.) o. 1. 2. *fecondo*, *fertile*, *abbondante*, פירה, Ger. *fruchtbar*, Gal. *fecond*, Hiſp. *fecundo*, ἔυφορος, ferax, fertilis, fructuoſus. *Cic. in Brut.* Segetes fœcundæ, & uberes. *Plin. l. 33. c. 4.* Terra metallorum fœcunda. *Cic. l. 2. nat. Deor. c. 63.* Sue nihil genuit natura fœcundius. ¶ Item copioſus, abundans. *Horat. l. 1. ep. 5. v. 19.* Fœcundi calices quem non fecere diſertum? *Piaut. Ciſt. 1. 1. 72.* Amor & melle, & felle eſt fœcundiſſimus.

Fœdatus, a, um, *imbrattato*, *contaminato*, pollutus, violatus. *Cicer. de Haruſp. reſp. c. 15.* Sacella ſumma turpitudine fœdata. *Virg. 7. Æn. v. 575.* fœdatique ora Galeſi. *Ovid. 14. Met. v. 190.* fœdataque brachia tabo.

Fœde, adv. *bruttamente*, Ger. *unflatig*, Gal. *vilainement*, Hiſ. *feamente*, αἰσχρῶς, turpiter. *Liv. l. 2.* Quam quod nova fama de Virginia adeo fœde ad libidinem petita accenderat. ¶ Sumitur etiam pro crudeliter. *Cic. 10. Tuſc.* Fœde divexari. *Cic. Act. lib. 9. ep. 7.* Fœdiſſime cauſam agere. *Liv. l. 2. c. 51.* Fœdius inde pulſus, quam pridie pepulerat.

Fœderatĭcum, i, n. 2. ſtipendium fœderatorum. *Novel. Juſt. 147.*

Fœderātus, a, um, o. 1. 2. *confederato*, *unito*, אנשי בריה, Ger. *bundsgenoſſen*, Gal. *confederè*, *alliè*, Hiſ. *confederado*, *aliado*, σύμμαχος, qui fœdere icto cum alio in ſocietatem coivit. *Cicer. 1. de Orat.* Siquis apud nos ſerviſſet ex populo fœderato. *Id. pro Arch.* Si qui fœderatis civitatibus aſcripti eſſent. ¶ Fœderatæ Civitates, vel Fœderata Oppida erant, quæ cum Populo R. amicitiam aliquo fœdere contraxerant, ſed ſuis legibus, & Magiſtratibus vivebant. A Sigonio, & Panvinio per negationem definiuntur hoc modo: Oppida Fœderata erant, quæ neque Coloniæ, neque Municipia, neque Prætecturæ erant. Nam nullum aliud jus habebant, quam ſocietatis, & fœderis. ¶ Harum Civitatum aliquæ erant omnino liberæ, aliquæ vectigales, aliquæ ſtipendiariæ. Deinde aliquæ erant fœderatæ fœdere, ſeu jure Latii, ut Prænefte, & Tibur, aliquæ fœdere Italico, ut Heraclea, Neapolis, Velia, aliquæ fœdere Provinciæ Galliæ, ut Ravenna. ¶ Quælibet Urbs Fœderata ſuam Remp. habebat ab aliis diſtinctam. Sed Urbes Fœderatæ Provinciæ Galliæ minore erant libertate, & dignitate, quam Latii, & Italiæ. Nam præter ſuos Magiſtratus communem Prætorem Romanum, vel Proconſulem habebant, qui imperium, & juriſdictionem exerceret.

Fœdĕro, as, avi, atum, a. 1. fœdus facio, concilio. *Ammian. lib. 31. c. 12.* Cum fœderaretur concordia. Et *l. 25. c. 24.* Fœderata pace.

Fœdifrăgus, o. 1. 2. *chi rompe i patti*, Ger. *bundtbruechtig*, Gal. *qui rompt, l'alliance*, Hiſ. *quebrantador de liga, de pazes*, καταλυτὴς, qui fœdera frangit. *Cic. 1. Off. c. 12.* Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

Fœdĭtas, atis, f. *bruttezza*, שערורה, Ger. *beſſligkeit*, Gal. *laideur*, Hiſ. *fuziedad*, *fealdad*, αἰσχύνη, turpitudo. *Cic. 3. Fin. c. 11.* Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat. *Liv. l. 1.* Avertere omnes a tanta fœditate ſpectaculi oculos. *Cic. Philip. 12. c. 6.* Fœditas veſtitus. *Id. 2. nat. Deor. c. ult.* Fœditas erroris. *Id. l. eod.* Fœditas odoris.

Fœdo, as, avi, atum, a. 1. *bruttare*, *imbrattare*, תבא, Ger. *vervuelſten*, Gal. *ſouiller*, Hiſ. *enjuziar*, *juziar*, μιαίνω, polluo, inquino. *Virg. 2. Æn.* Quæ cauſa indigna ſerenos fœdavit vultus? ¶ Translate accipitur pro dehoneſtare, turpitudinem inurere. *Cic. de Aruſp. reſp.* Qui togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdavit. ¶ Accipitur & pro frangere, vel corrumpere. *Liv. l. 3.* Fœdati agri, terror injectus urbi eſt. *Virg. Æn. 2. v. 55.* Fœdare unguibus ora.

Fœdus, a, um, o. 1. 2. *deforme*, *brutto*, שנע, Ger. *heſſlig*, Gal. *laid*, *vilain*, Hiſ. *feo*, *juzio*, αἰσχρὸς, deformis, a *fœtido*, quod a *fœteo*. Sed uſus ita diſcrevit, ut *fœtidus* ad odorem referatur, *fœdus* ad omne, a quo ut turpi animus abhorret. *Cic. Att. l. 15.* Parum ne fœda perſona eſt ſenectutis? ¶ Ponitur quandoque pro execrando, *maledetto*. *Virg. 7. Æn.* Averſuſque refugit fœda miniſteria. ¶ Quandoque pro crudeli. *Ter. Eun.* O facinus fœdum! ¶ Fœdum exemplum, crudelitatis, & turpitudinis plenum. *Liv. l. 7. B. Pun.* Et multo fœdioris exempli eum ipſum creari, qui comitia haberet. *Cic. 1. Offic. cap. 34.* Fœdiſſima luxuria.

Fœdus, eris, n. 3. pactio, fides, amicitia Regum, & populorum lege, & religione ſancita, *confederazione*, *patto*, ברית, Ger. *bundt*, Gal. *alliance*, Hiſ. *liga*, *alianca*, συνθήκη, eſt pax, quæ fit inter dimicantes, a *fide*. Nam Ennius *fidus* pro *fœdus* dixit. *Cic. de Senect.* Cum ſententia Senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho. ¶ Amicitiæ, ac ſocietatis, qua ſe P. R. cum Italis, cæteritque populis obſtringebat, tria jura tuere, *ſponſio*, *pactio*, & *fœdus*. Sed *induciæ* etiam numerandæ ſunt, quæ ſæpe ab Imperatoribus, ſæpe etiam a Populo dabantur. Fœdus pactio quædam erat ſocietatis juſſu Populi, & Senatus auctoritate firmata, in perpetuum, per Fecialem publicum P. R. nuntium, ſolemni precatione adhibita, *per quem populum fieret, quo minus dictis legibus ſtaretur, ut eum Jupiter ita feriret, quemadmodum a Fecialibus porcus feriebatur*. Pactio erat quidam ſocietatis conſenſus, arbitrio Imperatoris factus, per ſponſores, datis, & acceptis obſidibus. Sponſio erat quidam conſenſus ſocietatis factus Imperatoris arbitrio per ſponſores ſine obſidibus. Induciæ ſunt quidam ſocietatis conſenſus, factus vel arbitrio Imperatoris, vel auctoritate Senatus, & juſſu Populi, quo a bello, & ab omnibus rebus hoſtilibus ad tempus ceſſatur. Hæc inter ſe differunt. Nam fœdus fiebat auctoritate Senatus, & juſſu Populi, pactio, & ſponſio arbitrio Imperatoris, induciæ plerunque Imperatoris arbitrio, interdum auctoritate Senatus, & juſſu populi: fœdus per Fecialem, pactio, ſponſio, & induciæ per ſponſores: fœdus ſacrificio, & precatione ſolemni, pactio obſidibus, ſponſio, & induciæ ſimplici juramento: fœdus in perpetuum, induciæ ad tempus, pactio, & ſponſio ſine mentione temporis, ut aliqui exiſtimant. Fœdus & induciæ ſumma religione obſervabantur, ita, ut qui ea violaſſet, jus gentium violaviſſe diceretur: pactione, & ſponſione P. R. ſe non teneri dicebat, & duo hæc interdum a populo deditione Imperatoris, & aliorum, a quibus facta fuerant, infirmabantur. Pactionem autem ſponſione firmiorem fuiſſe, inde liquet, quod in pactione obſides dabantur, in ſponſione non dabantur. Sed tamen frequenter pactio, & ſponſio fœderis nomine appellantur, ut patet de C. Lutatio, & C. Mancino. ¶ Tria erant fœderum genera, primum inter victores, & victos, alterum inter pares, tertium inter eos, qui nunquam ſibi hoſtes fuiſſent. Differunt inter ſe, quia victores arbitratu ſuo leges imponebant, victi accipiebant, pares imponebant, & accipiebant, qui nunquam hoſtes fuerant, nec imponebant, nec accipiebant. Fœdus inter eos, qui nunquam hoſtes fuerant, vel pares bello fuerant, æquiſſimum fuit, quia ab utracque parte cavebatur, & pari jure ſocietas utrinque, & amicitia ſtabiliebatur. Iniquiſſima autem fœderis conditione uſi ſunt deditii, adeo ut non in fœdere, ſed in ditione eſſe dicerentur. Deditis enim omnibus rebus, in arbitrio populi victoris erat, quaſnam ex iis rebus populus victus haberet, quibus privaretur. ¶ Ratio fœderis faciendi hæc erat. Auditis legationibus, facto S. C. facta lege, qui fœdus facturi erant, quique intereſſe volebant, primo diluculo, vel ante meridiem in publicum aliquem locum congregabantur, ex. gr. in forum, & Rege ſedente, vel Conſulibus, Fecialis rogabat, *Jubeſne me, Rex, cum Patre Patrato Populi, e. g. Albani, fœdus ferire?* Jubente Rege, *Sagmina*, inquiebat, *te, Rex, poſco*, Rex ajebat, *Pura tollito*. Fecia-

lis ex arce Capitolina verbenam afferebat. Postea Regem ita rogabat, *Rex facisne me tu Regium nuntium P. R. Quiritium? vasa comitesque meos?* Rex respondebat, *Quod sine fraude mea, Populique Romani Quiritium fiat, facio.* Tunc Patrem Patratum faciebat, verbena caput, capillosque ejus tangens, qui testis esset jurisjurandi habendi a Feciali alterius populi, e. g. Albanorum. Idem ab alterius populi Feciali peragebatur. Tunc Feciales leges in duabus tabulis scribebant, quarum altera apud Pop. R. servaretur, altera apud Populum fœderatum, e. g. Albanum. Deinde recitabant. Legibus recitatis ex utraque tabula Fecialis P. R. præsente Patre Patrato, e. g. Albanorum, sic jurabat, *Audi Jupiter, audi Pater Patrate populi Albani, audi tu Populus Albanus, ut illa palam prima, postrema, ex illis tabulis, cerave recitata sunt sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus P. R. prior non deficiet: si prior defexit publico consilio, dolo malo, tum illo die Jupiter P. R. sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes polleisque.* Id ubi dixerat, porcum saxo silice percutiebat. Idem juramentum Fecialis alterius Populi faciebat. Postremo Feciales, & Patres Patrati porcum Jovi immolabant. Progressu temporis institutum est, ut fœdus lapidis jactu fieret. Fecialis lapidem dextra tenens dicebat, *Si scient fallo, cæteris omnibus salvis in suis civitatibus, legibus, laribus, delubris, sepulchris, solus ego concidam, ut lapis e manibus meis decidet.* Tunc finebat, lapidem sibi e manu cadere. Vel hæc verba dicebat, *Si sciens fallo, tum me Diespiter, salva urbe, arceque bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem.* Tunc lapidem abjiciebat. Ex *Liv. l.* 1. *c.* 24. & *Sigon. de ant. jur. Italiæ, l.* 1. *c.* 1. ¶ Translate fœdus accipitur pro quocunque pacto, & pro cujuscunque necessitudinis vinculo, ut Fœdus amicitiæ, fœdus amoris, fœdus conjugale, fœdus lecti, tori, &c. *Cic. pro Cæl. c.* 14. Ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? ¶ Item pro lege. *Virg.* 1. *Æn.* Regemque dedit, qui fœdere certo & premere, & laxas sciret dare jussus habenas. ¶ Dicimus, fœdus facere cum aliquo. *Cic. Phil.* 13. *c.* 2. fœdus icere, *Liv. l.* 21. *c.* 18. fœdere alicui jungi, *Id. l.* 26. *c.* 24. fœdus percutere, ferire, h. e. facere, *Cic. pro Cæl. & Hirt. de B. Afric.* Sic sancire fœdus, *Virg.* 12. *Æn.* Contra fœdus violare, negligere, rumpere, infirmare, & similia, apud *Cic. Virg. Liv.* & alios.

Fœlix. V. Felix.

Fœmella, æ, f. *femminella*, γύναιον, diminutiv. a fœmina. *Catull. carm.* 55. *v.* 7. Fœmellas omnes, amice, prendi.

Fœmen. V. Femen.

Fœmĭna, vel femina (ut vult *Manut.*) f. 1. *femmina*, נקבה, Ger. *fravv, vvesb*, Gal. *femelle, femme*, Hisp. *hembra, muger*, γυνὴ, mulier. *Isid. l.* 2. *c.* 1. deducit a feminum mollitie, sive feminum partibus, quibus a viro distinguitur. Latius patet, quam mulier. Nam non solum de hominum genere, sed etiam de brutis, & plantis dicitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* In mare, & in fœmina commiscendorum corporum miræ sunt libidines.

Fœmĭnal, alis, n. 3. genitale, sive id, quo aliqua fœmina est. *Apul. l.* 2. *Met.* Glabellum fœminal. Alii leg. *glabella femina.*

Fœmĭnĕus, o. 1. 2. *femminile*, θηλυκὸς, quod ad fœminam spectat. *Virg.* 11. *Æn.* Fœmineo prædæ, & spoliorum ardebat amore. ideist, impatienti, irrationabili.

Fœmĭnĭne, adverb. fœminino genere. *Charis. Grammat. l.* 1. & *Arnob. l.* 1. *pag.* 36.

Fœmĭnĭnus, o. 1. 2. quod ad sexum muliebrem spectat. *Quintil. l.* 1. *c.* 4. Aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. Adde *Plin. l.* 27. *c.* 2.

Fœmĭno, as, a. 1. idem quod effœmino, *Cæl. Aurel. l.* 4. *Tard. c. ult.*

Fœnarĭus, a, um, o. 1. 2. *cosa da fieno*, χορτώδης, quod ad fœnum pertinet, ut Falces fœnariæ, quibus fœnum secamus. *Var. l.* 4. *L. L.*

Fœnĕbris, bre, o. 3. δανειστικὸς, quod ad fœnus pertinet, ut Fœnebris res, usura. Lex fœnebris, qua fœneratorum avaritia coercetur. *Liv. l.* 5. *Bell. Maced.* Cum multis fœnebribus legibus constricta avaritia esset. *Sueton. Calig. c.* 41. Pecunia fœnebris. *Tac. 6. Ann. c.* 16. Fœnebre malum.

Fœnerālĭa, orum, n. 2. tempus, quo fœnus cessabat, & finiebatur, reddebaturque pecunia. *Liv. l.* 35. *c.* 7. Fœneralia, quæ proxima fuissent. Alii leg. *feralia.* V. *Gronov. ad hunc loc.*

Fœneratĭo, f. 3. *usura*, δανεισμὸς, fœnerandi actus. *Cic. pro Flac. c.* 23. Hæc pecunia ab honoribus translata est in quæstum, & fœnerationem.

Fenerāto, adverb. *con usura*, ἐπὶ τόκῳ, cum fœnore. *Plaut. in Men.* 4. 2. Næ illam fœnerato abstulisti. hoc est, sub gravi usura, velut a fœneratore.

Fœnerator, oris, m. 3. *usurario*, נשה, Germ. *vvucherer*, Gall. *usurier*, Hisp. *usurero, logrero*, δανειστὴς, qui dat ad fœnus. *Cic.* 1. *Off.* Improbantur hi quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, & fœneratorum. Adde *Horat. Epod.* 2.

Fœnerātorĭus, a, um, adje. ad fœnus, vel fœneratorem pertinens. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 6. *n.* 10. Avara, & fœneratoria Gallorum Philosophia.

Fœnerātrix, icis, f. quæ fœnus exercet. *Val. Max. l.* 8. *c.* 2. *n.* 2. Ex amica obsequenti, subito districtam fœneratricem agere cœpit.

Fœnerātus, o. 1. 2. cum fœnore redditus, multiplicatus, partic. a fœnero. *Ter. Phor.* 3. 2. 8. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchre dices.

Fœnĕro, as, n. 1. & fœneror, aris, d. 1. *dare, e prestare ad usura*, לוה, Ger. *vvuchern*, Gal. *bailler a usure*, Hisp. *dar a logro, o a usura*, δανείζω, ad usuram do, cum accus. & dat. *Plin. l.* 2. *c.* 6. Fœnerat Sol lumen suum cæteris sideribus. *Cic. de Amic. c.* 9. Neque enim beneficium fœneramus. ¶ Interdum est cum fœnore reddere. *Ter. Adel.* 2. 2. Metuisti, ne non tibi istud fœneraret. ¶ Interdum ad usuram accipere, cum abl. & præp. *a* vel *ab. Dig. l.* 31. Potestatem habent vendere coheredi suo, & fœnerari ab eo. *Cic. Ver.* 2. 70. Idem pecunias istius grandes suo nomine fœnerabatur.

Fœnĕus, a, um, adject. *di fieno. Cic. pro Corneel. de Majest.* apud *Ascon. Pæn.* Homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos. Erant autem homines fœnei simulacra ex fœno facta ad irritandos tauros in spectaculis.

Fœnicularĭum, ii, vel fœnicularius, a, um, adject. ad fœnum pertinens. *Cic. Att. lib.* 12. *epist.* 9. Utrum Cæsar in fœnicularium, an in Martium campum cogitet. *Manut.* putat, ita appellari a *Cicerone* campum Martium cum irrisione, quod, imperante Cæsare, nulla jam esset comitiorum auctoritas, & videretur fœno dumtaxat gignendo inservire. *Lipsius Electi. l.* 2. *c.* 20. ex *Strabone* contendit, Fœnicularium locum esse in Hispania, ubi fortasse Cæsar Castra habebat.

Fœnicŭlum, seu feniculum, n. 2. *finocchio*, Ger. *fenckel*, Gall. *fenouil*, Hisp. *hinojo*, μάραθρον, herbæ species. *Plin. l.* 20. *c.* 23. Fœniculum nobilitavere serpentes gustatu fenectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo. Unde intellectum est, hominum quoque caliginem præcipue eo levari.

Fœnīle, lis, n. 3. *fenile*, Ger. *scheuren*, Gal. *fenil*, Hisp. *henil*, χορτοδοχεῖον, locus, in quo asservatur fœnum. *Virg.* 3. *Georg.* Nec tota claudas fœnilia bruma.

Fœnisĕca, m. 1. idem ac fœnisex. *Col. l.* 2. *c.* 19. Ita necubi ferramentum fœnisecæ possint offendere. *Pers. Satyr.* 6. *v.* 40. Fœnisecas pro rusticis usurpat.

Fœnisĕcĭa, seu fœnisĭcĭa, æ, f. 1. idem ac fœnisecium. *Var. de R. R. l.* 1. *c.* 49. Atque addere fœnisiciæ cumulum.

Fœnisĕcium, vel fœnisĭcium, cii, n. 2. *la raccolta del fieno*, Germ. *der hevvmat*, Gal. *fauchement de prez*, Hisp. *segazon del heno*, χορτοκοπία, fœni sectio, & veluti messis fœni. *Col. l.* 2. *c.* 18. Altero tamen anno minora pecora post fœnisecia permittemus admitti.

Fœnisĕctor, oris, m. idem qui fœnisex. *Colum. lib.* 11. *c.* 1. Arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœnisector. ¶ Scribitur & *fœni sector* divisim.

Fœnīsex, cis, m. 3. *segatore da fieno, fenajolo*, Ger. *macher*, Gall. *faucheur de prez*, Hisp. *el que siega, el heno, segador*, χορτοκοπτὴς, qui fœnum secat. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnisex incedebat.

Fœnogræcum, vel Fœnum Græcum, plantæ genus, de quo *Plin. l.* 41. *c.* 1. *Colum. l.* 11. *c.* 2.

Fœnum, vel melius fenum (ut ait *Voss. in Etymol.*) n. 2. *fieno*, חציר, Ger. *hevv*, Gall. *foin*, Hisp. *heno*, χόρτος, herba in pabulum resecta. *Colum. l.* 2. *c.* 19. Fœnum defenditur a pluviis. *Apul. l.* 3. *Metam. ad fin.* In asini faciem fœna rodebam. ¶ *Fœnum habet in cornu*, quod dicitur de mordaci homine, & de proclivi ad ultionem, ac feroci: ductum a bobus cornupetis, in quorum cornu rustici fœnum alligare solebant, eo admonentes obvios, ut caverent. *Horat. l.* 1. *Sat.* 4. *v.* 34. Fœnum habet in cornu; longe fuge. ¶ Fœnum græcum. V. Fœnogræcum.

Fœnus, vel melius fenus (quod placet & *Manut. in Orth.*) oris, n. 3. *usura*, נשך, Ger. *vvucher*, Gall. *usure*, Hisp. *usura, logro*, τόκος, idem est quod usura, a *fœtu*, vel antiquo *feo*, quia est fœtus pecuniæ. Dicitur autem fœnus lucrum, quod ex credita pecunia provenit: item ipsa pecunia credita. *Cic. Ver.* 4. *c.* 7. Dare pecuniam fœnori. *Id. Att.* 4. *ep.* 15. Fœnus ex triente factum erat bessibus. V. ibi *Manut. Id. Ver.* 5. Accipere fœnus ab aliquo. *Plaut. Asin.* 1. 3. 95. Si mutuas non potero, certum est sumam fœnore. ¶ Usurpatur translate de quocunque proventu, seu lucro. *Ov.* 1. *Fast.* Horreaque ingenti fœnore reddat ager. *Prop. l.* 1. *el.* 7. Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

Fœnusculum, n. 3. dimin. a fœnore. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 53. Adderes fœnusculum.

Fœtĕo, vel feteo, es, n. 2. *puzzare*, באש, Germ. *stincken*, Gall. *puir*, Hisp. *heder*, δυσωδέω, male oleo. *Mart. lib.* 5. *epigr.* 4. Fœtere multo Myrtale solet vino. *Plaut. Asin.* 5. 2. 44. An fœtet anima uxori tuæ.

Fœtidĭtas, f. 3. idem ac fœtor. *Sen. epist.* 111. At mehercule ista solicite scrutata, varieque condita, cum ventrem subjerint, una atque eadem fœtiditas occupavit. Meliores tamen libri habent *fœditas.*

Fœtĭdo, as, a. 1. fœtidum reddo. *Plaut. Merc.* 3. 3. 13. Jejunitatis plenus animam fœtidas. Ita legit *Pareus in Lex. Crit.* Alii: Jam plenus ætatis, animaque fœtida.

Fœtĭdus, o. 1. 2. *fetido, puzzolente*, נבאש, Ger. *stinckend*, Gal. *puant*, Hisp. *hediondo*, δυσώδης, male olens. *Cic. in Pison. cap.* 6. Et cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses. *Cels. l.* 3. *c.* 2. Fœtidiores dejectiones.

Fœtĭfer, a, um, adject. fœtus pariens, fœcundum faciens. *Plin. l.* 7. *c.* 3. Fœtifer potu Nilus.

Fœtitĭco, as, n. 1. *partorire*, חולד, Ger. *gebaren*, Gal. *faire ses petits, enfanter*, Hisp. *parir*, γονοποιέω, fœtum facio, pario. *Plin. l.* 10. *c.* 8. Accipitres totius Massiliæ humi fœtificant. Adde *Solin. c.* 22.

Fœtĭficus, o. 1. 2. fœcundus, fertilis. *Plin. l.* 9. *c.* 51. Humorem iis fœtificum lactis modo effluere.

Fœto, as, n. 1. *partorire*, τίκτω, fœtum emitto. *Col. l.* 8. *c.* 8. Nec sæpius fœtant. Et c. 12. In fervitute non fœtant.

Fœtor, oris, m. 3. *puzzore*, בא, Germ. *gestanck*, Gall. *puanteur*, Hisp. *hedor*, δυσωδία, malus odor. *Colum. l.* 12. *c.* 18. Ne quem redoleat fœtorem, acoremque. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Fœtores oris emendare.

Fœtulenter, adverb. cum fœtore, ut fœtulenter mingere. *Veget. l.* 3. *c.* 4.

Fœtulentus, a, um, adject. fœtidus. *Arnob. l.* 7. Fœtulenta viscera.

Fœtūra, æ, f. 1. *il parto, e il tempo da partorire*, צאצא, Ger. *die gebærung*, Gal. *portee*, Hisp. *parizon*, γονὴ, genitura, totum tempus ab admissione, sive a conceptu ad partum usque. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. Appello fœturam a conceptu ad partum; hi enim primi prægnationis, & extremi fines. ¶ Ponitur etiam pro animalium proventu. *Virg.* 7. *Ecl. ver.* 36. Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto. ¶ Transfertur ad inanimata. *Plin. in Præf. totius operis.* Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epistola narrare constituit.

Fœturātus, a, um, adject. *Tertul. adverf. Valent. c.* 25. Semen fœturatum in corpore.

Fœtus, us, (vel fetus, ut ex vet. libris scribit *Manut.*) m. 4. *parto*, נולם, Ger. *junge fruchr*, Gal. *portée, fruit*, Hisp. *parto, fruto*, γονὴ, id quod genitum est, a *fetum*, sup. verbi *feo*. Dicitur universim de partu non solum animantium, sed etiam rerum inanimatarum, ut Arborei fœtus, *Virg.* 1. *Georg. v.* 55. *Cic. Tusc.* 5. *c.* 24. Ex quo triplex ille animi fœtus existit. *Virg. Ecl.* 1. teneros ovium depellere fœtus. *Plaut. Amph.* 1. 2. 25. Uno fœtu. h. e. uno partu. *Plin. l.* 10. *c.* 31. Fœtus facere.

Fœtus, a, um, o. 1. 2. *pieno, gravido, pregno*, דורה, Germ. *tragend*, Gal. *gros*, Hisp. *prenado*, ἔγκυος, quod gravidum est. *Virg.* 1. *Ecl.* Non insueta graves tentabunt pabula fœtas. ¶ Fœta etiam partu liberata dicitur, seu quæ peperit. *Virg.* 9. *Æn. v.* 630. Fecerat & viridi fœtam Mavortis in antro procubuisse lupam. ¶ Transfertur & ad alia. *Cic. de n.t. Deor. c.* 62. Terra fœta frugibus. ¶ Et sæpe pro pleno usurpatur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 55. Loca fœta furentibus Austris.

Foliacĕus, a, um, o. 1. 2. φύλλινος, quod ex foliis factum, vel foliis simile est. *Plin. l.* 19. *c.* 7. Paucis foliacea, & lata, ut atriplici, sunt semina.

Foliatĭlis, le, adject. *di foglia. Fortun. l.* 4. *de vit. Mart. v.* 535. Vento motus iners simulans foliatilis umbræ.

Foliātum, i, n. σπεκτάλιον, unguenti genus, al. nardinum, a nardi folio, quo confectum est. Constat omphacio, balanino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. *Martial. l.* 11. *epigr.* 28. At mea me libram foliati poscat amica. Adde *Plin. l.* 13. *c.* 1.

Foliatūra, æ, f. ratio, & modus foliorum. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. Arboris ejus sunt similes cupressæ foliaturæ.

Foliātus, a, um, adje. *fronzuto, fogliuto, foglioso*, folia habens, ut foliati rami, *Pallad. l.* 4. *c.* 10. Arbores prolixe foliatæ, *Apul. A. A. l.* 4. *Jub init.* ¶ Foliata sitis apud *Martial. l.* 14. *epigr.* 110. dicitur ejus, qui foliatum sitit, & bibere solet. nam & unguenta potare in luxu fuit.

Foliōsus, a, um, o. 1. 2. φυλλώδης, foliis plenus. *Plin. l.* 24. *c.* 15. Chamæcissos ramulis quinis tere foliosa. *Id. l.* 12. *c.* 11. Arbor foliosior.

Folĭum, lii, n. 2. *foglia*, עלה, Germ. *blatt*, Gall. *feuille*, Hisp. *hoja*, φύλλον, germen arborum, herbarum, & florum, a græca voce, quæ allata est, quia duobus λλ concurrentibus Latini posterius in *i* mutant,

ut ἄλλος, *alius*. *Cicer.* 3. *de Orat.* Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conservandamque naturam. *Apul. l.* 1. *A. A.* Folia sunt artis, & nugæ meræ. h. e. res vanæ, & nullius pretii. Adde *Plaut. Men.* 2. 3. 24. ¶ *Juven. Sat.* 8. *v.* 126. Credite, me vobis folium recitare Sibyllæ. h.e. rem certam proponere. Sibylla enim oracula sua foliis inscribebat, ut est apud *Virg.* 6. *Æn.* ¶ Hinc folia dicuntur paginæ librorum, ut scribit *Isid. l.* 6. *c.* 13. neque tamen hac notione ullum apud probatos Scriptores exemplum adhuc invenimus.

Folleo, es, n. 2. tumeo, vel laxus sum. *Hieronym. epist.* 22. *ad Eustoch. c.* 12. Si pes laxa pelle non folleat. *Al. aliter leg.*

Follico, as, n. 1. nares reciproco spiritu, instar follium, agito, *soffiare col naso*. *Apul. l.* 9. *Met.* Follicantes nares languidas. ¶ Item tumere apud *Hieron. ad Eustoch. ep.* 22. Laxæ manicæ, caligæ follicantes.

Folliculare, n. 3. pars remi, quæ folliculo tecta est, a quo vitta follicularis dicta est. *Fest.*

Follicularis, e, adject. a folliculo, ut follicularis vitta, apud *Fest.*

Follĭcŭlus, li, m. 2. θυλάκιον, dimin. a follis, & generatim accipitur pro omni eo, quod turgidum est, & laxum in morem follis, specialim pro majore pilæ genere, quod ex aluta conficitur, & solo vento impletur, quod tamen follis frequentius appellatur, *pallone*. *Suet. in Aug. c.* 83. Post bella civilia ad pilam, folliculumque transit. ¶ Item pro sacculo, & sæpe pro sacco coriaceo. *Liv. l.* 9. *c.* 3. Eques in castra folliculis frumentum veheret. *Auct. ad Her. l.* 1. Statim folliculo lupino os obvolutum est. ¶ Translate dicitur de thecis, seu siliquis frumenti, leguminum, & cujuslibet alterius rei, quæ granum continet involutum. *Col. l.* 2. *c.* 8. Quoniam folliculum, quo continetur, firmum, & durabilem adversus longioris temporis humorem habet. ¶ Item de cute in corpore humano. *Lucil. lib.* 26. *apud Non. c.* 2. *n.* 327. Et quo folliculo nunc sum indutus, non quco. ¶ Item pro vulva, quia fœtum continet. *Serv. in* 3. *Georg.*

Follis, is, m. 3. *mantice*, *folle*, *borsa*, כִּיס, Germ. *blaſſbolg*, Gal. *soufflet*, Hisp. *fuelles*, φῦσα, instrumentum, quo attrahitur ventus, atque emittitur ad ignem excitandum, a sono, quem sufflando edit. *Cic. de nat. Deor.* Formæ, quas vos effictiones follibus, & sine incudibus non putatis. ¶ Est item follis, pilæ genus omnium maximum, constans ex aluta vento inflata, quod etiam hodie Italis plurimo est in usu, ita dictum, quod instar fabrilis, vel coquinarii follis vento turget, *pallone*. *Mart. l.* 14. *epigr.* 47. Folle decet pueros ludere, folle senes. ¶ Quoniam vero hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatorius follis quandoque vocatur. *Plaut. Rud.* 3. 4. 26. Ego te follem pugillatorium faciam. ¶ Quandoque accipitur pro marsupio, receptaculoque nummorum, ex pelle, aut corio contecto. *Juven. Sat.* 14. *v.* 281. Et tenso folle reverti inde domum possis, h. e. pleno sacculo. *Veget. l.* 2. *c.* 20. auctor est, ex disciplinæ militaris consuetudine decem folles, h. e. decem saccos, per singulas cohortes solere disponi, in quibus militum pecunia condebatur. ¶ Translate *Juven. Sat.* 7. *v.* 111. *de causidici*. Tunc immensa cavi spirant mendacia folles. h. e. pulmones, vel buccæ, & fauces magno spiritu causas perorantes.

Follītim, adverb. q. d. cum folle. *Plaut. Epid.* 3. 2. 15. Nihil moror vetera, & vulgata verba, peratim ductare; at ego follitim ductitabo. Est autem *follitim ductitare*, argento circumducere, quod in folle gestatur. Sed vide hic Interpretes, & præsertim *Taubman*. Nam varia est hujus loci & lectio, & interpretatio.

Follītus, a, um, folle, aut corio obvolutus. *Plaut. Epid.* 3. 2. 15. ex lectione *Lambini*. V. Follitim.

Fomentatĭo, onis, f. idem ac fomentum. *Ulp. l.* 68. §. 7. *de legat.* 3. Ne ea quidem, quæ fomentationis gratia parata sunt, vel medicinæ, lanarum appellatione continentur.

Fomento, as, avi, atum, a. 1. fomenta admoveo, foveo. *Veget. l.* 2. *c.* 8. Caput fomentando vaporare. *Cæl. Aurel. Acut. l.* 1. *c.* 9. Caput oleo fomentare.

Fomentum, ti, *fomentazione*, מָרוּר, Ger. *ovarme*, Gal. *fomentation*, Hisp. *fomentazion*, θάλψις, calefactio, nutritio, a fovendo. Hinc apud Medicos fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum, & humidarum ad partes corporis læsas, medendi gratia. *Cels. l.* 2. *c.* 17. Fomenta calida. *Col. l.* 6. *c.* 30. Adhibere fomenta. ¶ Translate ponitur pro remedio, & mitigatione. *Cic.* 2. *Tusc. cap.* 24. Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum.

Fomes, itis, m. 3. *esca*, Germ. *zundel*, Gal. *meche*, Hisp. *yesca*, ὑπόκαυμα, materia arida, idonea, ut facile ignescat, a *foveo*, quia ignem fovet, & alit. *Festus* ait, Fomites esse assulas ex arboribus, dum cæduntur, excussas, dictas, quod in eo opere occupati cibis, potuque confoventur. *Opilius* adustas jam vites vocari existimat fomites. Alibi vocari putant scintillas, quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur, quia igni sunt confotæ. *Virg.* 1. *Æn. v.* 77. Rapuitque in fomite flammam. ¶ Per translationem fomes dicitur, quicquid excitat nos, & accendit ad aliquid agendum. *Stimolo*, *ragione*. *Gell. l.* 13. *c.* 1. Fomitem esse quendam dicens, & incitabulum ingenii, virtutisque. *Apul. lib.* 2. *Florid. Sub fin.* Fomites disciplinarum.

Fons, tis, m. 3. *fonte*, *fontana*, עַיִן, Ger. *brunn*, Gal. *fontaine*, Hisp. *fuente*, κρήνη, πηγή, locus, ubi aqua nascitur, a fundendo, quia aquam vivam fundit. *Cæs.* 8. *B. G.* Sub ipsius oppidi murum magnus fons prorumpebat. ¶ Per Synecdochen pro aqua ponitur. *Virg.* 12. *Æn.* Fontemque, ignemque ferebant. ¶ Translate accipitur pro principio, origine, causa. *Cic.* 3. *Tusc.* Non rem ipsam causam, atque fontem esse inœroris. *Id.* 3. *de nat. Deor. cap.* 19. Ex eodem fonte hæc omnia fluxerunt. *Id. ad Brut. ep.* 10. Consiliorum fontes. *Id.* 2. *de Or.* Fontes argumentorum.

Fontālis, V. Fontanalis.

Fontanalĭa, seu Fontinalia, n. 3. feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes conjici, & putei coronari solebant. *Var. l.* 5. *de L. L. & Festus.*

Fontanalis, seu Fontinalis, e, adject. fontanus. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Fontanalis aqua. *Fest.* Fontinalis porta Romæ. h. e. Capena, juxta quam fontis delubrum fuit. ¶ Fontinalis, substant. pro Deo fontium. *Plaut. Stich.* 5. 4. 17. Utrum Fontinali, an Libero imperium te inhibere mavis. Est qui legit *Fontali*, quod improbat *Taubman*.

Fontanĕus, a, um, adject. idem ac fontanus. *Solin. c.* 5. (al. 37.) Enydros (gemma) exsudat, ut clausam in eo putes fontaneam scaturiginem.

Fontanus, a, um, o. 1. 2. *di fontana*, *di fonte*, מעין, Ger. *von brunnen*, Gal. *de fontaine*, Hisp. *de fuente*, πηγαῖος, quod ex fonte est. *Col. l.* 12. *c.* 9. Et aqua fontana quam recentissima refrigerare. *Ovid.* 1. *Fast. v.* 260. Ora fontana. h. e. fontium scaturigines.

Fontejanus, a, um, ad Fontejum pertinens, quod est nomen proprium civis Romani, ut Fontejanum nomen, *Cic. de haruſp. reſp. c.* 27.

Fonticŏla, æ, m. & f. qui ad fontem incolit. *Augustin. l.* 3. *de Music. c.* 7. Ite igitur Camœnæ, fonticolæ puellæ.

Fonticŭlus, li, m. 2. *fonticello*, πηγίδιον, dimin. a fonte, parvus fons, *Plin. l.* 31. *c.* 10. Exiliente dulci fonticulo. *Horat. l.* 1. *Sat.* 1. *v.* 55. Ex fonticulo sumere.

Fontigĕnæ, arum, Musæ, Nymphæ, quod circa fontes libenter habitent, vel ex fontibus ortum trahant, *Martian. l.* 6. *carm.* 1. O sacra doctarum prudentia fontigenarum.

Fontiger, a, um, adject. fontes habens, ut Numen fontigerum, in *Inscript.* apud *Feret.* in *Muſ. Lapid. p.* 32.

Fontinālis, V. Fontanalis.

For, V. Faris.

Forabĭlis, le, o. 3. quod forari potest. *Ovid.* 12. *Met. v.* 170. Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu.

Forāgo, f. 3. filum est, auctore *Festo*, quo textrices opus diurnum distinguunt, a forando dictum, quia forabant eo filo telam, ut signo hoc distingueret pensa. *Symmach. l.* 6. *epist.* 97. Residens inter pensa, & foragines puellarum.

Foramen, nis, n. 3. *forame*, *buco*, חור, Ger. *loch*, Gal. *trou*, Hisp. *agujero*, στόμα, parva apertura, a foro. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 20. Foramina illa, quæ patent ad animum a corpore.

Foraminātus, a, um, adject. a *foramine* inusitat. *forato*, *pertugiato*, ut foraminatus paries, *Sidon. l.* 2. *epist.* 2.

Foraminōsus, a, um, o. 1. 2. *forato*, βραχυώδης, foraminibus abundans. *Tertul. de Patient. c.* 14. foraminosa caro.

Foras, adverb. *fuora*, *fuori*, חוץ, Germ. *hinauſſ*, Gal. *hors*, Hisp. *fuera*, ἔξω, adverb. motus ad locum. *Cic. pro Cœl. c.* 23. Domus, in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit. *Ter. Phor.* 5. 8. 26. Agelli est hic sub urbe paulum, quod locitas foras: huic demus. *Cic. Att.* 13. 23. Dare scripta foras. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 280. Ite foras.

Foras-gerŏnes, m. 3. qui omnia foras deportant. *Plaut. Truc.* 2. 7. 1. Ite damnigeruli, foras-gerones, bonorum hamaxagogæ.

Foratus, us, m. 4. *forazione*, βῆσις, actus forandi. *Lactant. l. de Opif. c.* 8. A quo foratu frontem nominatam Varro existimavit.

Forātus, a, um, adject. *forato*. *Col. l.* 5. *c.* 10. *fub fin.* Forata arbor. *Macrob. Sat.* 7. *c.* 3. Bene foratas habere aures.

Forbea, f. 1. φορβειά, vel φορβή, omne genus cibi, a voce græca allata, quæ a φέρβω, *pasco*, quod dicitur quasi φέρω βίον, victum fero. *Fest.*

Forceps, cipis, f. 3. *tenaglia*, מַאֲקָחַיִם, Ger. *eine zange*, Gal. *tenailles*, Hisp. *tenacas*, πυράγρα, instrumentum fabrorum, item chirurgorum, a *ferrum*, & *capio*, quasi *ferricapis*, h. e. ferrum, quo quid capimus, sive prehendimus. *Col. l.* 16. *c.* 24. Duabus angustis ligneis regulis, veluti forcipibus, apprehendere testium nervos. *Ovid.* 12. *Met. v.* 277. Quod forcipe curva cum faber eduxit. ¶ Forcipem Cinyra Cyprius Agrippæ F. invenit. *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Translate dicitur de extremitatibus brachiorum, & veluti manibus in cancris, scorpionibus, & quibusdam locustis. *Plin. lib.* 9. *cap.* 31. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. ¶ Alius hujus vocis usus V. in *Forfex*. ¶ Dubii generis hanc vocem esse, scribit *Priscian.* Itaque in quibusdam *Celsi* editionibus *l.* 7. *c.* 12. legitur, Recta forceps ducendus est, ne inflexis, &c. In aliis est *ducenda*. Et *l.* 8. *c.* 4. ad id tacto forcipe: in aliis *facta*.

Forconium, n. 2. Avia, Havia, urbs exc. Vestinorum, in Aprutio.

Forcŭlus, m. 2. Deus apud vet. qui foribus præerat, a foris, quasi Foriculus. *Augusti. l.* 4. *de Civ. c.* 8.

Forda, æ, & antiquitus horda, f. 1. *vacca pregna*, Ger. *eine traechtige kuhe*, Gal. *vache pleine*, Hisp. *vaca prenada*, βοῦς ἡ ἐγκύμων, bos prægnans, a *ferendo* quia fert in ventre, vel ab accus. φέρδα, *bestiam gravidam*. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 631. *Col. l.* 6. *c.* 24. Post unum coitum forda non admittit taurum.

Fordicidĭum, n. 2. sacrificium, quo boves fordæ, ideſt, gravidæ immolabantur, a *forda*, & *cædo*. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Fore, ἔσεσθαι, futurum infinitivi anomal. verbi *sum*. *Cæs. de B. G.* Nonnulli Cæsari nuntiabant, non fore dicto audientes milites. *Cic.* 3. *de Or.* Fore dicis? Ego vero esse jam judico. *Sallust. Jug. c.* 110. Nunquam ego ratus sum fore, ut &c. ¶ Interdum nullam futuri temporis significationem habet, & ponitur pro esse. Est enim *fore* (si Etymologis credimus) pro *fure*, seu *fuere*, quod est præsens infiniti ab inusit. *fuo*, sum. *Gel. l.* 15. *c.* 1. Si quid posset remedii fore, ut ne tam assidue domus Romæ arderent. *Cic. Att. l.* 5. *ep. ult. non longe a princ.* Deinde addis, si quid secus, te ad me fore venturum.

Forem, es, et, & in 3. pers. n. plur. forent, idem est ac essem. *Sallust. in Jug.* Vellem, ut & hæc quæ scribo, vana forent. *Nepos Lysand. c.* 3. Quam vere de eo foret judicatum.

Forensis, & se, o. 3. *ciò, che al foro giudiziale s'appartiene*, δικανικός, quod ad forum judiciale pertinet, ut *Forenses causæ*, quæ in foro judiciali agitantur. *Forensis homo*, qui in foro versari, & causas agere consuevit, *Forensis Rhetorica*, quæ foro, judiciisque est accommodata. *Cic.* 1. *Fin.* Sed hac Rhetorica Philosophorum, non nostra illa forensi. *Ovid.* 4. *Pont. eleg.* 6. Marte forensi valere. h. e. eloquentia. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. Rusticus, forensis, negotiator, miles aliud, atque aliud efficiunt? ¶ *Forensis turba* dicebatur ingens hominum numerus, qui præter aerem, lucemque nihil possidebant, dicti forenses, quia in foro otiosi, quasi agrariis, & frumentariis largitionibus inhiantes, versabantur, & seditiosissimo cuique Magistratui facile se dedebant. His adjutoribus P. Clodius Ciceronem ex urbe expulit. ¶ *Forensia vestimenta* erant, quibus in forum prodeuntes utebantur; *abito da città*: his opponuntur domestica. *Sueton. Aug. c.* 73. Forensia autem, & calceos nunquam non intra cubiculum habuit.

Forentani, m. 1. pop. Apuliæ, sive Lucaniæ, in confinio, quorum opp. Forentum, sive Ferentum, *Forenzo*.

Fores, V. Foris.

Forex, icis, f. 3. *forbice*, מִלְקָחַיִם, Germ. *ſcheer*, Gal. *ciseaux*, Hispan. *tixeras*, ψαλίς, instrumentum ferreum, quo filum, telam, pannos, & alia incidimus. Differt a *forcipe*, quia *forfex* sutorum est, *forceps* fabrorum, *forfice* incidimus, *forcipe* capimus. *Col. l.* 12. *c.* 43. Alii, cum legerunt uvam, siqua sunt in ea vitiosa grana, forficibus amputant. *Calpurn. Ecl.* 5. ne sit acuta Forfice læsa cutis. ¶ Quamquam hæc differentia non est perpetua: nam *forfex* pro *forcipe* passim legitur. *Celsus* enim *l.* 7. *c.* 12. forficem vocat instrumentum, quo dentes evelluntur. Et *Vitruv. l.* 10. *c.* 2. ferreos forfices (& masc. genere usurpat) appellat ferrea manubria, quæ in saxa forata immittuntur ad ea tractoriis machinis sublevanda. Non desunt tamen, qui apud utrumque auctorem aliter legunt, & præsertim apud *Celsum*, ubi castigatæ quædam Editiones *forceps* reponunt. ¶ Est etiam forfex genus aciei instructæ in militia, ad figuram forficis, & cuneo opponitur. *Gel. l.* 10. *c.* 9. *Veget. l.* 3. *c.* 19.

Forficŭla, læ, f. *forbicetta*, ψαλίδιον, dim. a forfex. *Plin. lib.* 25. *cap.* 5. Quod incisum forficulis cribrant. ¶ Translate dicitur de extremitatibus brachiorum, & veluti manibus, in cancris, scorpionibus, & quibusdam locustis. *Plin. l.* 32. *c.* 11. Præterea brachia duo binis articulis, singulisque forficulis denticulatis.

Fori, orum, m. 2. *la corsia*, num. plur. κατασκώμματα, sunt tabulata navium, vel locus in navi apertior, qui iter navem perambulantibus præbet, *Isid. l.* 19. *c.* 11. scripsit, Fori, navium latera concava, a ferendo

do onere dicta, ſive tabulata navium, quæ ſternuntur, dicta ab eo, quod inceſſus ferant, vel foris emineant. Sunt igitur parvæ illæ feminæ intra naves, per quas nautæ ultro, citroque diſcurrunt. *Cic. de Sen. cap. 6.* Cum alii malos ſcandant, alii per foros curſitent. ¶ Item fori dicuntur Circenſia ſpectacula, id eſt, loca erecta, ut ex iis ſpectetur, *palchi, palchetti. Liv. l. 1. c. 45.* Ubi libi ſpectacula quiſque faceret, fori appellati. ¶ Fori etiam in agris ſunt anguſtiores quidam ſulci, & oblongi, qui iter præbent circum porcas. *Col. l. 10. v. 92.* Anguſtoſque foros adverſo limite ducens. ¶ Legitur etiam *forus* ſing. num. *Gel. l. 17. c. ult.* Stans in ſummæ puppis foro carmen, quod Orthium dicitur voce ſublatiſſima cantavit.

Foria, orum, n. 2. *ſterco liquido*, מוצאות, Germ. *duenner dreck*, Gall. *foire*, Hiſp. *camaras*, ſtercora liquidiora, quod facile ferantur foras. *Non. c. 2. n. 352.*

Forica, f. 1. *condotto, chiavica*, Ger. *gemein heimblich*, Gal. *retrait public*, Hiſp. *las privadas*, ἀφεδώτιον, locus, in quem alvi ſtercora dejicimus, & proprie de publicis dicitur, ut latrina de privatis, a φορέω. Aliqui a *foro* derivant, quod publica ſit. *Juven. ſat. 3. v. 38.* Inde reverſi conducunt foricas.

Foricarius, ii, m. foricarum conductor. *Scævol. JCtus l. 17. §. 7. Dig. de Uſur.*

Foricula, f. 1. *porticella*, θυρίον, dim. a foris. *Var. l. 1. de R. R. c. 59.* Neque tamen ſine foriculis, ne, cum humorem amiſerint, pertinaci vento vieta fiant.

Foriculus. V. Forculus.

Forinæ, arum, f. tubi, ſeu canales, per quos ſordes, & foria ex urbe e foricis emittuntur. De his ſit mentio in Inſcript. apud *Gruter. p. 9. n. 5.*

Forinsecus, adv. *di fuori*, מבחוץ, Ger. *drauſſen*, Gal. *par de hors*, Hiſp. *de fuera*, ἔξωθεν, ab exteriori parte, a *foris*, ut intrinſecus ab *intra. Plin. l. 13. c. 22.* Lignum omnes corticis loco habent, hoc eſt, forinſecus.

Forio, is, n. 4. *cacar liquido*, ventrem deonero, excrementa liquida ejicio, a *foras*, quia ſtercus liquidum foras facile ejicitur, vel a φορέω, φορύω, φορύσσω, *fædo. Vet. Scholiaſt. Juven. ad ſat. 3. v. 38.*

Foriolus, li, m. 2. qui ventre ſoluto eſt, & foria facile mittit, a foriis. *Laber. apud Non. c. 2. num. 352.* Foriolus eſſe videris, in coleos cacas.

Foris, is, & pl. fores, um, f. 3. *porta*, דלתים דלת, Ger. *thueren*, Gall. *huis, porte*, Hiſp. *puerta*, θύρα, janua exterior, ab adv. *foras*, quia foras aperitur. *Cic. in fragm. pro Corn.* Aperuit foris ſcalarum. *Id. pro Cæl. c. 16.* Fores effregit, reſtituentur. *Ovid. 2. Faſt. v. 738.* cuſtos in fore nullus erat. ¶ Uſitatius vero eſt hoc nomen in plur. quam in ſing. *Terent. Heaut. 2. 3. 37.* Foribus peſſulum obdere. *Plaut. Curc. 1. 3. 1.* Sonitum prohibe foris, & crepitum cardinum. *Liv. l. 1. c. 14.* Priuſquam fores portarum objicerentur. ¶ *Plutarchus* narrat, primum Valerio fratri Poplicolæ, cum de Sabinis triumphaſſet, domum publice poſitam, cujus fores extra aperirentur, cum antea cæterarum ædium intro referando impellerentur, ut ex hac conceſſione honoris appareret, quotidie eam domum aliquid publice admiſſuram. ¶ *Fores aperire*, ἀνοίγω τὰς θύρας, proverbio dicitur, qui rei cujuſpiam ingreſſum, initiumque patefacit. *Plin. l. 2. c. 8.* ¶ Percutere forem, *batter alla porta. Liv. l. 6. c. 24.* ¶ Translate *Cic. Fam. 13. 10.* Aperire fores amicitiæ.

Foris, adv. *di fuori, fuori*, ἔξωθεν, extrinſecus, adv. eſt ſtatus in loco, vel motus de loco. *Terent. Eun. 5. 4. 12.* Foris ſunt. *Plaut. Stich. 1. 3. 36.* Foris cœnare. *Cic. in Partit.* Foris ad ſe delata tamen arte tractat. *Id. ad Q. Fr.* Foris valde plauditur. h. e. in vulgus, non in Senatu ſolum. ¶ Jungitur & cum præpoſit. *Plin. l. 17. c. 24.* In ulcus penetrat omnis a foris injuria.

Forma, æ, f. 1. *forma, bellezza, faccia, apparenza*, תואר, Ger. *form, geſtalt*, Gall. *forme, beauté*, Hiſp. *forma, hermoſura*, σχῆμα, μορφή, τύπος, figura, ſive facies uniuſcujuſque rei. *Cic. 1. de nat. Deor.* Omnium animantium formam vincit hominum figura. *Id. 2. de nat. Deor.* Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus, ex planis autem circulus. ¶ Speciatim pro pulchritudine ponitur. *Cic. pro Cæl.* Adoleſcens, in quo forma, & ſpecies ſit liberalis. ¶ Stata forma eſt pulchritudo mediocris, ſeu media inter ſummam pulchritudinem, & extremam deformitatem. *Gel. l. 5. c. 11.* Eas fere fœminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent. ¶ Transfertur etiam ad incorporea, pro effigie quadam, ſeu idea, quam de re quapiam mente concipimus. *Cic. l. 1. Off.* Formam quidem ipſam, & tanquam faciem honeſti vides. ¶ Forma item dicitur inſtrumentum, in quo exprimitur caſeus. *Col. l. 7. c. 8.* Liquor in ſiſcellas, aut in calathos, vel formas transferendus eſt. ¶ Forma pro ſpecie frequenter accipitur apud Rhetores. *Quintil. l. 7. c. 5.* Abdicationum formæ ſunt duæ, altera criminis pertecti, altera impertecti. ¶ Sumitur item pro regula, ſeu lege. *Virg. 6. Æn.* Quæ pœna, aut quæ forma viros, fortunave merſit? Ubi Servius, *Forma, regula.* Singulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia ex more Romano. ¶ Item pro ſimilitudine. *Velley. l. 2. c. 61.* In formam juſti coire exercitus. ¶ Eſt etiam Architectorum vox, qua ſignificatur ratio, ſeu diſpoſitio ædificiorum, *il diſegno. Auſon. Moſel. v. 298.* Quis potis ..... pandere tectonicas per ſingula præda formas? *Liv. l. 25. c. 31.* Archimedes intentus formis, quas in pulvere deſcripſerat. ¶ Translate *Cic. 2. Fam. ep. 8.* Ex tuis litteris cum formam Reip. viderim, quale ædificium futurum ſit, ſcire poſſim. ¶ Item monetas cudentium. forma enim dicitur tum ipſe numinus, tum ſignaculum archetypum, quo imprimitur. Hinc *formas quinarias, & denarias*, legimus apud *Lamprid. in Alexand. Sev. c. 39.* h. e. monetas quinque, vel decem aureos valentes. V. ibi *Salmaſ.* ¶ Translate *Senec. epiſt. 34. ad fin.* Omnia tacta, dictaque tua inter ſe congruant, & una forma percuſſa ſint. ¶ Formas etiam dicimus ligneos pedes, quibus ſutores ad faciendos calceos utuntur. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 104.* Si ſcalpra, & formas non ſutor &c. *Ulp. l. 5. Dig. ad leg. Aquil.* Formi calcei cervicem percuſſit. ¶ Denique forma dicitur canalis ſtructilis, e terra, vel lapidibus aggeſtis, quo rivi deducuntur, aquæductus; quia ſubditis ligneis formis conſtruitur, ut notat *Sirmondus ad illud Sidonii l. 1. ep. 5.* Patuit & Roma conſpectui, cujus mihi non ſolum formas, verum etiam naumachias videbar epotaturus. Hinc formas aquarum, legere eſt apud *Caſſiod. l. 3. Var. ep. 31.* qui idem *l. eod. ep. 53.* Romam, dixit, formarum inundatione ditiſſimam. h. e. aquæductibus abundantem.

Formabilis, le, *formabile*, adject. qui formari poteſt. *Prudent. Apotheoſ. v. 1034.* Solus homo meruit Domini formabile dextra os capere. *Aug. l. 11. Trinit. c. 2.* Primordia formabiliora. Formaceus paries, h. e. terra conſtructus. *Plin. l. 35. c. 14.* In Africa, Hiſpaniaque e terra parietes formaceos appellant, quoniam in forma circumdatis utrinque duabus tabulis, intercluntur verius, quam inſtruuntur.

Formalis, le, o. 3. *formale*, quod ad formam fit. *Plin. l. 34. c. 9.* Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi. *Suet. in Dom. c. 13.* Cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam. *ideſt*, quæ certa forma, qua dictabatur, excipiebatur a ſcribis.

Formamentum, i, n. forma, ſimulacrum. *Lucret. l. 2. v. 817.* Formamenta principiorum. *Arnob. l. 3.* Formamenta divina.

Formatio, onis, f. *formazione, forma, Vitr. lib. 5. c. 1.* Ita enim oblonga erit ejus formatio, & ad ſpectaculorum rationem utilis diſpoſitio. *Id. l. 4. c. 1.* Columnarum formationes. Et *c. 16.* Ædium ſacrarum formationes. ¶ Translate *Senec. ep. 117.* Iſta jam a formatione morum receſſerunt.

Formator, m. 3. qui format, & inſtruit. *Col. in Præfat. l. 1.* Denique animi ſibi quiſque formatorem, præceptoremque accerſat. *Senec. de conſol. ad Helv. c. 8.* Quiſquis formator univerſi fuit.

Formatrix, icis, f. quæ format. *Tertul. de Monogam. c. ult.* de Didone loquens: Regina tantæ civitatis formatrix.

Formatura, æ, f. *forma*, μόρφωσις, conformatio, vel forma uniuſcujuſque rei. *Lucret. l. 4. v. 554.* Formaturaque labrorum pro parte figurat.

Formatus, a, um, adject. *formato, fatto. Col. l. 6. c. 25.* Herba formata in oſtam. *Ovid. 3. Met. v. 419.* Signum formatum e pario lapide. *Id. 1. Faſt. v. 152.* Et modo formatis operitur fructibus arbor. h. e. formam quidem ſuam habentibus, nondum tamen plane maturis. Sic *Plin. l. 7. ep. 12.* Formatum libellum vocat, qui confectus ſit, ſed nondum limatus.

Formella, læ, f. *Apic. l. 9. c. 11.* In formella piſcem formabis.

Formiæ, Formia, Phormiæ, Hormiæ, Col. & urbs in Latio Novo, nunc in Campaniæ ora lit. antiqua Læſtrigonum ſedes, condita a Laconibus, exciſa a Saracenis, inter Cajetam & Minturnas, ubi nunc *Mola*, pagus, qui non eſt ipſæ formiæ, ſed Molæ Formianæ a Cic. memoratæ. Hinc Sinus Formianus, *Golfo di Gaeta. V. Plin. l. 3. c. 5.*

Formianum, villa Cic. in agro Formiano. *Cic. Att. l. 2. ep. 4.*

Formiānus, a, um, adj. a Formiis, ut Formiani colles, *Horat. l. 1. od. 20.*

Formica, æ, f. *formica*, נמלה, Ger. *omeiſſ*, Gal. *fourmy*, Hiſp. *hormiga*, μύρμηξ, ſpecies animalis a *ferendis mitis*, vel ſimpliciter a *ferendo*, quod nullum animal frequentius pondera convehat, neque, ſi mentiuram corporis reſpicias, majora. *Cic. 3. de nat. Deor.* Num idcirco exiſtimas, formicam anteponendam eſſe huic pulcherrimæ urbi, quod in urbe ſenſus ſit nullus, in formica non modo ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria? ¶ Formicæ Indicæ, animalia Ægypti lupi magnitudine, & telium colore, ſed cornuta. V. *Plin. l. 11. c. 30.*

Formicabilis, & Formicalis, e, adject. formicans. *Cæl. Aurel. Acut. 2. c. 27.* Pulſus latens, aut formicabilis. *Id. Tard. 2. c. 14.* Formicalis pullus.

Formicans, tis, o. 3. *μυρμηκίζων*, quod formicarum modo currit, ut Formicans pulſus, exiguus, debilis, & frequens, omniumque maxime lethalis, ita dictus, quod veluti formicas per arteriam diſcurrentes tactui repræſentet. *Pl. l. 7. c. 51.* Venarum inæquali, aut formicante percuſſu.

Formicatio, onis, f. *mal della formica, informicolamento*, μυρμηκίασις, extuberatio quædam eſt parva, & calloſa, in ſumma cute latiſſimis radicibus inhærens, ſuperne anguſtior, quæ inter ſcalpendum mordentis formicæ ſenſum præbet. *Plin. l. 28. c. 7.* Sanguinem ſiſtit illico, & formicationem corporum.

Formicinus, a, um, o. 1. 2. *ſimile a formica*, μυρμήκινος, quod ad formicam pertinet. *Plaut. Men. 5. 3. 19.* Incedit, movet formicinum gradum. hoc eſt, incedit more formicæ, tarde.

Formico, as, avi, atum, n. 1. formicationem contraho. *Plin. l. 30. c. 13.* In ſole, donec formicet cutis, tolerandæ ſunt.

Formicōſus, a, um, o. 1. 2. *pieno di formiche*, μυρμηκώδης, plenus formicis. *Plin. l. 10. c. 74.* Formicoſam arborem ſorices cavant.

Formicula, æ, f. diminut. parva formica, μυρμήκιον. *Arnob. l. 7.* Nec inter formiculam, & ſe ſe plurimum eſſe diſcriminis.

Formidabilis, le, o. 2. *formidabile, ſpaventevole*, φρικτός, quod eſt formidandum. *Ovid. 2. Met.* Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.

Formidāmen, inis, n. formido, terror, ſpectrum. *Apul. Apol.* Buſtorum formidamina, ſepulcrorum terriculamenta.

Formidātio, onis, f. formido, metus, *paura*. Tribuitur a nonnullis *Ciceroni in Partit. Orat. c. 4.* Meliores tamen edit. habent *reformidatio*, vel *reformatio*.

Formidātus, a, um, adject. *temuto. Virg. Æn. 3. v. 273.* nautis formidatus Apollo. *Horat. l. 2. epiſt. 1. v. 256.* Formidata Parthis Roma.

Formīdo, as, avi, atum, a. 1. *aver gran paura, temer forte*, כהר, Ger. *heffrig ferchten*, Gall. *redouter*, Hiſp. *temer mucho*, φοβέω, vehementer timeo, metuo, vereor. *Cic. 2. Phil.* Unus inventus eſt, qui id auderet, quod omnium fugiſſet, & formidaſſet audacia. *Plaut. Ciſt. 4. 2. 20.* Intus paveo, formido foris. *Id. Pſeud. 1. 3. 81.* Si illi formidas credere.

Formīdo, inis, f. *paura*, פחד, Ger. *forcht, ſchercken*, Gal. *crainte, peur*, Hiſp. *miedo, demaſiado temor*, φόβος, metus vehementior, pavor. *Cic. 4. Tuſc. c. 8.* Formidinem metum permanentem definiunt. *Id. Att. l. 8.* Nullum fuiſſe tempus poſt has fugas, & formidines. ¶ Item rete lineum variis plumis, penniſque confertum, quia feris, ac in primis cervis inter venandum formidinem incutit, adeo ut vel in retia, vel in ſagittas incidant. *Lucr. l. 4.* Dum pavidos formidine cervos claudat odoratæ metuentes æra pennæ. Adde *Senec. l. 1. de Ira, c. 12.*

Formidolōſe, adv. *paurosamente. Cic. pro Sext. c. 19.* Opponi omnibus concionibus falſo, ſed formidoloſe tamen. Comparat. formidoloſius, legitur in Orat. Catonis de Conſulatu ſuo, apud *Charif. l. 2.*

Formidolōſus, a, um, o. 1. 2. *pauroſo, terribile*, דרר, יראה, Germ. *forchſam*, Gal. *craintif, redoutable*, Hiſp. *medroſo, eſpantable*, περίφοβος, qui timet, & qui timetur. *Col. l. 6. c. 2.* Nec ad ingrediendā flumina formidoloſi. *Cic. pro Leg. Manil. c. 21.* Bellum formidoloſiſſimum. *Id. in Piſon. c. 24.* Horribilis, & formidoloſus locus. *Tacit. Ann. 1. c. 62.* Formidoloſior hoſtium exercitus.

Formidus, o. 1. 2. idem ac formus, h. e. calidus. *Cato apud Feſt.* Æſtate frigido, hyeme formido.

Formīo, onis, m. 3. *Riſtio*, ſt. parvus Iſtriæ, qui in mare Hadriaticum, & ſinum Tergeſtinum cadit.

Formo, as, a. 1. *formare, fare, fabbricare*, יצר, Germ. *formiren*, Gall. *former, faconner*, Hiſp. *formar*, χαράσσω, τυπόω, μορφόω, formam rei alicui induco. *Cic. 4. Acad.* Parmenides ignem, qui moveat terram, quæ ab eo formetur. ¶ Formire juventutem, *riformare*, eſt inſtituere, & veluti a rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. *Plin. in Paneg.* Quid vitam? quid morem juventutis, quam principaliter formas? *Hor. l. 2. od. 25.* Teneræ mentes formandæ ſtudiis. ¶ Habet præterea varios, atque elegantes uſus. *Cic. l. 3. de Orat. c. 49.* Exercitatione, ac ſtylo formanda nobis oratio eſt. *Sueton. Domit. c. 20.* Epiſtolas, orationeſque, & edicta alieno formabat ingenio. hoc eſt in iis componendis aliorum opera utebatur. *Horat. Art. poet. v. 125.* Siquid inexpertum ſcenæ committis, & audes Perſonam formare novam. h. e. inducere, fingere, novam fabulam componere. *Virg. Æn. 9. v. 80.* Formare claſſem. h. e. parare. *Quintil. l. 1. c. 12.* Verba recte formare. h. e. proferre. *Ovid. 3. Amor. el. 6.* Formare gaudia mente. h. e. imaginari. *Id. 3. Met.* Formare dictis ignarum. h. e. docere, *inſtruire*. ¶ Formare etiam dicuntur qui nummos cudunt. V. Forma, & *Salmaſ. ad hiſt. Aug.*

Formōſe, adverb. *bellamente*, pulchre. *Propert. l. 1. el. 2.* Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris. *Apul. l. 4. Metam.* Formoſe ſaltare. & *l. 5.* Vide Cupidinem formoſum Deum formoſe cubantem. *Auguſt. Conf. l. 1. c. 7.* Formoſiſſime qui formas omnia.

Formositas, atis, f. *bellezza*, יפי, Germ. *vvolgeſtaltung*, Gal. *beauté*, Hiſp.

Hiſp. *hermoſura*, ὑμορφία, pulchritudo. *Cic. 1. Off. c. 35.* Idque poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Formoſŭlus, a, um, *belluccio. Varr.* apud *Non. c. 1. n. 109.* Formoſula uxor.

Formōſus, a, um, o. 1. 2. *bello*, יפה, Ger. *vvolgeſtalt*, Gal. *beau*, Hiſp. *hermoſo*, ὑμορφος, pulcher, ſpecioſus, a forma. *Cicer. 1. de nat. Deor.* Quotus enim quiſque formoſus eſt? *Ovid. 13. Met. v. 798.* Riguo formoſior horto. *Virgil. Bcl. 3. v. 57.* Nunc formoſiſſimus annus.

Formucālis, e, adject. ut formucales forcipes, ita dictæ, quod forma capiant, h. e. ferventia. *Feſtus.*

Formŭla, æ, f. dim. a forma. *Frontin. de aquæd. artic. 36.* Formula moduli. ¶ Dicitur etiam de pulchritudine. *Plaut. Perſ. 2. 2. 47.* Tempori hanc vigilare oportet formulam, atque ætatulam meam. ¶ Sæpe accipitur pro lege, vel melius pro certa norma, & ratione, quæ lege præſcripta eſt, ut Formulæ teſtamentorum, &c. *Cic. 3. Off.* Nondum Aquilius protulerat de dolo malo formulas. ¶ Item pro ſtylo, & ratione loquendi. *Cic. de opt. gen. Or. c. 5.* Ad quam eos quaſi dicendi formulam revocent. ¶ Item pro quadam politica vivendi regula, *maſſima di politica. Horat. l. 2. ſat. 3. v. 44.* hæc populos, hæc magnos formula reges, Excepto ſapiente, tenet. ¶ *Formulam intendere*, eſt dicam impingere, vel dictare actionem. *Suet. in Vitel. c. 7.* Cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti injuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet. ¶ *Cadere formula*, vel *excidere formula*, eſt aliquid de conceptis formulæ verbis immutare, & conſequenter cauſa cadere, ſeu cauſam amittere. Erant enim juris formulæ certis quibuſdam verbis conceptæ, a quibus ſi quis vel minimum receſſiſſet, cauſa cadebat. *Quint. l. 3.* Cum in omnibus fere cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones. Adde *Sueton. in Claud. c. 14.*

Formularĭus, ii, m. 2. dicebatur cauſidicus, qui ex formula juris agere conſuevit. *Quint. l. 12. c. 3.* Quorum alii ad rubricas, vel ad album ſe tranſtulerunt, & formularii, vel ut ait Cicero, leguleji eſſe maluerunt.

Formus, o. 1. 2. *caldo*, apud vet. ab Æolico θερμὸς, pro θερμὸς, calidus. *Feſtus. Arnob. l. 2.* Nec in formis erubeſcerent calamiſtris maſculorum vibrare cæſariem. Alii legunt *informis*. ideſt valde calidis.

Fornacalĭa, um, n. ſacra Deæ Fornacis, quia ad fornacem, quæ in piſtrinis erat, & in qua fruges torrebant, ſacrificium facerent. *Ovid. 2. Faſt. v. 527. Plin. l. 18. c. 2.* Numa & Fornacalia inſtituit, farris torrendi ferias. *Lactant. l. 1. c. 20.* Doctos viros celebrandis fornacalibus operari.

Fornacālis, le, adject. ut Fornacalis Dea, apud *Ovid. 6. Faſt. v. 315.* ſc. Fornax, quæ a Numa inter Deas conſtituta eſt.

Fornacarĭus, a, um, adject. ut fornacarius ſervus, *fornaro*, אפה, Ger. *becker*, Gal. *fournier*, Hiſp. *hornero*, ἀρτοκόπος, ſervus piſtrinarius, qui fruges torrebat, a *fornax*. Nam antiquitus prius fruges torrebant, deinde in pila conterebant, quod pinſere vocabant. Poſtea inventæ ſunt molæ truſatiles, hoc eſt, hominum opera verſatiles. *Ulp. l. ſi fornacarius, ff. ad leg. Aquil.*

Fornacātor, oris, m. qui fornacem balnei ſuccendit. *Paul. JCtus l. 14. Dig. de inſtr. vel inſtrum. legat.* Ita enim ibi legendum eſt, non *fornicator*.

Fornacĕus, a, um, o. quod eſt factum in modum fornacis. *Plin. l. 35. c. 14.* Parietes, quos appellant fornaceos.

Fornacŭla, f. 1. dim. a fornax. *Juven. ſat. 10. v. 82.* Magna eſt fornacula.

Fornax, cis, f. *fornace*, כבשן, Ger. *ofen*, Gall. *fournaiſe*, Hiſp. *hornaza*, κάμινος, ædificium, quod rei alicujus coquendæ, aut calefac endę gratia igni ſuccenditur, cujuſmodi ſunt, quibus calx, aut lateres coquuntur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Apparentque in ardentibus fornacibus ſæpe volitantes. *Plin. l. 11. c. 26.* Fornax æraria. *Id. l. 17. c. 9.* Fornax calcaria. ¶ Fornax etiam Dea fuit, cujus in honorem Numa Fornacalia inſtituit, h. e. farris torrendi ferias. *Ovid. 2. Faſt. v. 525.* Facta Dea eſt Fornax: læti Fornace coloni O'ant, ut fruges temperet illa ſuas. V. *Plin. 1. 2.*

Fornicarĭus, ii, m. opifex, propola, inſtitor, qui tabernas a fiſco conducit ſub fornicibus, ut ibi merces ſuas venales habeat. *In Pandectis, l. cum quidam, de uſuris.* Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet a fornicariis, qui tardius pecunias inferunt. *Bud. in Annot.*

Fornicatĭo, onis, f. *edifizio in volto*, Ger. *ſchvvibogen*, *gevvelb*, Gall. *voute*, *ouvrage en voute*, Hiſp. *obra d boveda*, καμάρωσις, fornicis ſtructura. *Senec. epiſt. 95.* Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilis eſt, quæ caſura, niſi invicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur. *Vitruv. l. 6. c. 11.* Parietum fornicatio. ¶ Eſt etiam ſcortatio, apud Eccleſ. Scriptor. *Tertul. de Pudic. c. 1. & cont. Marc. l. 5. c. 7.*

Fornicator, oris, m. &

Fornicatrix, icis, f. qui, vel quæ ſcortatur. Voces ſunt Eccleſiaſticis Scriptoribus uſitatæ. Meretrices enim ſub fornicibus proſtabant. Hinc Fornicatores dicti, qui illuc convenirent. *Iſid. l. 10. Orig. Tert. de Pudic. c. 1.*

Fornicātus, a, um, adject. in modum fornicis fabricatus, *fatto a volta*, concameratus, arcuatus. *Cic. in Top. c. 4.* Parietem directum ad communem parietem adjungere vel ſolidum, vel fornicatum. *Plin. l. 12. c. 5.* Fornicato ambitu.

Fornĭco, as, a. 1. *fabbricare a volta*, Ger. *gevvelben*, Gal. *vouter*, Hiſp. *bovedar*, καμαρόω fornices extruo, vel fornicis figuram rei alicui induco. *l. 16. c. 42.* Populus contra omnia interiora panditur, palma e contrario fornicatur. hoc eſt, ſurſum incurvatur, cum fornicis cornua deorſum ſoleant inclinari.

Fornix, cis, m. *volto*, *arco*, קובה, אולם, Ger. *ſchvvibogen*, Gal. *voute*, Hiſp. *boveda*, καμάρα, arcus, ſeu pars tecti camerati: quamvis aliquando pro toto tecto accipiatur. Differt a *camera*, quæ totum tectum fornicatum, & concavum ſignificat. *Salluſt. in Catil. in fine.* Locum munivunt undique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus juncta. *Cic. in Top. c. 4.* Non debebit præſtare, quod fornix vitium fecerit. ¶ *Fornix*, *teſtudo*, & *concha* ſunt diverſa cameræ genera. Nam ſi tectum eſſet ſimile hemicylindro, hoc eſt, rotundum, & oblongum, ad modum navis, vocabatur *fornix*, at *teſtudo* habuit formam hemiſphærii: *concha* reterebat quartam partem ſphæræ. ¶ Speciatim fornices erant arcus in memoriam rerum a triumphalibus virgis geſtarum extructi, quaſi monumenta victoriarum, cujuſmodi fornices etiam hodie Romæ extant, quos Arcus Triumphales vulgo vocant, quorum antiquiſſimus eſt Veſpaſiani nomine erectus in Triumpho Judaico, & alii duo maxime inſignes, quorum alter Septimii Severi, alter Conſtantini honori erectus eſt. *Cic. 2. de Or.* Ut in forum deſcendens caput ad fornicem Fabii demitteret. ¶ Translate fornix ponitur pro lupanari, ſeu meretricia cella, quia meretrices ſub fornicibus habitare conſueverunt. Unde Curio Cæſarem Bithynicum fornicem vocat, apud *Sueton. in Cæſ. c. 49. Juven. ſat. 3. v. 156.* Lenonum pueri quocumque in fornice nati.

Foro, as, a. 1. *forare*, *pertugiare*, נקב, Ger. *boren*, Gall. *percer*, Hiſp. *horabar*, τερέω, pertundo, penetro, a πόρος, meatus, qui forando fit. *Col. l. 5. c. 9.* Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito, *Plaut. Moſt. 1. 1. 53.* Forabunt te per vias ſtimulis: *Macrob. Saturn. 7. c. 3.* Forare aurem.

Forpex, icis, f. inſtrumentum, quo a tonſoribus pili inciduntur, *forbice*. Voſſ. & alii de latinitate hujus vocis dubitant. Habet quidem *Iſid. l. 19. Orig. c. 13.* & *Caſſiod. Orthograph. c. 4.* ubi ambo diſcrimen afferunt inter forficem, & forpicem, quod hæc tonſoria ſit, illa ſutoris. *Sidon.* etiam *Polemii Epithalam. carm. 15. v. 184.* Rupit odoratum redolenti forpice barbam. Ita ſcriptum eſt in caſtigatiſſimis libris *Vvouverii*, *Elmenhorſtii*, *Savaronis*, & *Sirmondi*.

Fors, fortis, f. *fortuna*, *caſo*, גד, Germ. *zufal*, Gall. *fortune*, Hiſp. *fortuna*, τύχη, caſus extemporalis, a *ferendo*, quia fors eſt, prout res fert. *Cic. Att. l. 14. ep. 13.* Fors in aliquibus rebus plus, quam ratio poteſt. ¶ Videtur a *fortuna* differre, quia *fors* caſus eſt, *fortuna* ipſa Dea, ut annotavit *Nonius*, citans locum *Accii ex Andromeda*: Multi, quibus natura prava magis, quam fors, aut fortuna obfuit. ¶ Interdum tamen pro ipſa fortuna ponitur. *Cic. Att. l. 4.* Sed de illa ambulatione fors viderit, aut ſiquis eſt, qui curet, Deus. *Teren. Hec.* Fors pol fuat. ideſt fors hoc ferat, vel fortuna faveat. ¶ Interdum ponitur adverbialiter. *Priſc. l. 15. ex Virg. 11. Æn. v. 50.* Fors & vota facit, cumulatque altaria donis. ¶ Uſurpatur etiam in obliquis caſibus. *Velleſ. l. 2. c. 66.* Vel forte, vel providentia, vel utcumque conſtitutum. *Liv. l. 1. c. 4.* Forte quadam, an divinitus. *Virg. 1. Æn. v. 381.* Nos forte ſua tempeſtas appulit. ¶ *Fors fortuna*, bona fortuna, vel eventus bonæ fortunæ, *buona fortuna*. *Ter. Eun. 1. 2. 54.* Forte fortuna adfuit hic meus amicus, *per buona fortuna*. *Id. Heaut. 33. 26.* Quæque fors fortuna eſt, quæ nobis te hodie obtulit. *Colum. l. 10. v. 316.* Et celebris Fortis fortunæ dicite laudes. *Ovid. 6. Faſt. v. 773.* Deam læti Fortem celebrate Quirites. *Ter. Phorm. 5. 6. 1.* O Fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus hunc oneraſtis diem! *Donatus* ad hunc loc. ſcribit, Fortis fortunæ templum trans Tiberim fuiſſe; cujus feſtum colebant, qui ſine arte vivebant: Illi etiam gratias agebant, quibus aliquid ſucceſſerat. Eo igitur vocabulo ſignificatur magna vis fortunæ. ¶ *Forte* adverb. ſeu potius hujus nominis ablativus, *a caſo*. V. *infra ſuo loco*.

Forſan, adverb. *forſe*, אולי, Ger. *villeicht*, Gall. *par aventure*, Hiſp. *por a ventura*, ἴσως, dubitandi adverbium eſt, a fors. *Virg. 1. Æn. v. 203.* Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.

Forſit, fors ſit, ferat hoc fors, a *fors*, & *ſit*. *Lucr. l. 6. v. 735.* Forſit & Æthiopum penitus de montibus ullis creſcat. *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 49.* Diſſimile hoc illi eſt: quia non ut forſit honorem Jure mihi invideat. h. e. fortaſſe.

Forſĭtan, adverb. *forſe*, idem ac forſan ex *forſit*, & *an*, quaſi an fors ſit, ſive an ferat hoc fors. *Cic. de Orat.* Major ars aliqua forſitan eſſet requirenda. *Ter. Eun. 1. 2. 117.* Forſitan hic mihi parvam habeat fidem.

Fortaſſe. V. Fortaſſis.

Fortaſſean, adv. idem ac forſan, a *fortaſſe*, addito *an*. *Gell. l. 11. cap. 9.* Fortaſſean auxilii petendi gratia. *Senec. epiſt. 29.* Intermittentur fortaſſean, & deſinent. V. *Parei Lex. Crit.*

Fortaſſis, adv. ſive fortaſſe, idem ac forſan, a *forte*. *Priſc. l. 15.* hoc pacto diſtinguit. *Fors* quidem, *forſan*, & *forſitan* dubitandi ſunt, *forte* vero eventus, *fortaſſe* autem, & *fortaſſis* pro temere. Sed promiſcue uſurpantur. *Cic. 2. Fam. ep. 16.* Sed ego fortaſſis vaticinor. *Id. ep. 16. l. 7.* Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe, quam velles. ¶ Quoties antecedunt particulæ, *ſi*, *ſin*, *niſi*, *ne*, *num*, *an*, aut aliæ particulæ interrogationis, non habet locum neque *fortaſſe*, neque *fortaſſis*, neque *forſitan*, ſed duntaxat *forte*. *Plaut.* tamen *Cap. 3. 4. 96.* An tu fortaſſe tuiſti meæ matri obſtetrix?

Fortax, acis. *Cato R. R. c. 38.* Facito, fortax totam fornacem infimam complectatur. *h. e.* (ſi ſana eſt lectio) totus camini gyrus, & pavimentum ſaxo ſtratum: ducto verbo a *fortitudine*, ut putat *Turneb. l. 11. adverſar. c. 13.* quia totam fornacem ſuſtentat, & munit.

Forte, adv. *per avventura*, τυχὸν, fortuito, caſu, & veluti per ſortem. Voſſius dicit, adverbium non eſſe, ſed ablativum a recto *fors* poſitum adverbialiter. *Cic. 2. de Or.* Forte evenit, ut in Privernati eſſemus. ¶ Aliquando dubitandi adverbium eſt. *Cic. 2. de Or. c. 46.* Ne forte hoc magnum, ac memorabile videatur. *Id. de Fato c. 16.* Niſi forte volumus &c. *Nepos 10. c. 9.* Si forte conſiliis obſtitiſſet fortuna. V. *Fortaſſis*.

Forteſco, as, a. 3. *fortificarſi*, התחזק, Germ. *ſtarck vverden*, Gall. *devenir fort*, Hiſp. *fortalecerſe*, χραταιόομαι, fortis fio. *Nævius* apud *Gel. l. 19. c. 7.* Creſcit annis, & forteſcunt vires. Ipſe tamen Gell. hanc vocem improbat.

Forticŭlus, o. 1. 2. dim. a fortis. *Cic. 2. Tuſc. c. 19.* Quamvis idem Epicurus forticulum ſe in torminibus, & in ſtranguria ſua præbeat.

Fortifĭco, as, a. 1. *fortificare*, חזק, Germ. *ſtercken*, Gal. *fortifier*, Hiſp. *fortalecer*, ἰσχυρίζω, fortem facio. *Cœl. Aurel. Acut. 2. 30.* Vina ſufficientia fortificare. ¶ Quod ex *Plauto* affertur a quibuſdam Lexicographis, ſuſpectum eſt.

Fortis, te, o. 3. *forte*, *gagliardo*, חזק, Germ. *ſtarck*, Gall. *fort*, Hiſp. *fuerte*, ἀνδρεῖος, valens, potens, qui validis viribus præditus eſt, a *fero*, quia fortitudo eſt virtus perferendarum rerum. Fere de animo dicitur, quia fortitudo animi eſt, robur corporis. *Cic. l. 1. Off. c. 23.* Fortis animi eſt, & conſtantis, non perturbari in rebus adverſis. *Salluſt. Jug. c. 95.* de Sylla: Multi dubitavere, fortior, an felicior eſſet. *Cic. l. 3. de Orat.* Impetus animi fortiſſimus. ¶ Fortia facta. h. e. fortiter patrata. *Virg. 1. Æn.* Fortia facta patrum. Adde *Liv. l. 26.* ¶ Interdum & de corporis robore uſurpatur; *robuſto*, *gagliardo*. Sic *Colum. l. 1. c. 8.* Villicum fortem appellat. *Virg. 11. Æn.* Si fœmina forti fidis equo. h. e. curſu præſtanti. *Id. 1. Georg.* Tauri fortes. ¶ Habet etiam alias his affines notiones. *Ter. Andr. 2. 6. 13.* Cavit, ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet, ut virum fortem decet. h. e. honeſtum, *uomo d'onore*. *Plaut. Trinum. 5. 2. 9.* Sororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam. h. e. divitem, & bene audientem. *Id. Mil. 4. 3. 13.* de *quadam muliere*: Ecquid fortis viſa eſt? h. e. formoſa, ut interpretantur *Nonius*, *Serv. J. Cæſ. Scalig. de Cauſ. ling. lat. l. 1. c. 22.* Alii fortem hoc loco interpretantur, h. e. ætate integram, & ad Venereas res idoneam. Quæ quidem interpretatio magis congruere videtur. ¶ Uſurpatur etiam fortis pro munito, & firmo. *Plin. l. 14. c. 2.* Ea vites minus fertiles vino, acinis, & fæce nimia, contra pruinas fortiſſimæ ſunt. *Cæſ. B. C. l. 2.* Fortiſſima ligna. *Pallad. l. 1. c. 4.* Fortiores caules. Plura in hanc rem exempla affert *Borrich. Cogit. pag. 108.* inter quæ & illud ex *Cic. Phil. 12. c. 3.* Illi, illi urbi fortiſſimæ conanti e manibus ereptus eſt Antonius. Verum hoc loco longe melior lectio eſt, *fortiſſime conanti*.

Fortĭter, adv. *fortemente*, בחזוק, Germ. *ſterlich*, Gall. *fortement*, Hiſp. *fuertemente*, ἰσχυρῶς, animoſe, conſtanter, ſtrenue. *Plaut. Bacch. 4. 7. 25.* Fortiter adſtringere. *Cic. 4. Phil. c. 2.* Nec ſolum id animoſe, & fortiter, ſed conſiderate etiam, ſapienterque fecerunt. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 26.* Fortius pugnare cœperunt. Et *l. 4. c. 12.* Fortiſſime reſiſtere. *Quint. l. 2. c. 4. in fi.* Fortiſſime affirmare. *Pompon. Dig. l. 32. leg. 83.* Fortiter defendere aliquid.

Fortĭtūdo, inis, f. *fortezza*, חזוק, Germ. *ſtercke*, Gall. *force*, Hiſp. *fortaleca*, ἀνδρεία, eſt virtus animi, qua labores conſiderate ſuſcipiuntur, & dolores conſtanter perferuntur. *Cic. 2. de Inv.* Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. *Id. 3. Off.* Fortitudo, quæ eſt dolorum, laborumque contemptio. Et *paulo inferius*. Fortitudinem

dinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendæ mortis, perpetiendique doloris. ¶ Usurpatur etiam num. pl. *Cic. 1. Off.* Sunt ergo domesticæ fortitudines non interiores militaribus. ¶ Fortitudinis comites sunt animi magnitudo, gravitas, patientia, ut scribit idem *Cic. Tusc. 2. c. 13.*

Fortuito, adverb. *a caso, per sorte*, Germ. *glieklich*, Gall. *par aventure*, His. *por aventura*, κατὰ τύχην, casu, temere, forte, a *fortuitus*. *Vossius* ait, non tam adverbium esse, quam quasi adverbium. Nam intelligitur *casu*. Adjungit, interdum junctim legi, *Casu, & fortuito*, sed tunc potius *fortuitu* scribendum esse, ut est in melioribus libris. *Cic. 1. de Orat.* Fortuito in eum sermonem incidimus, *Cæs. l. 7. B. G. c. 20.* Fortuito, aut sine consilio. *Tac. Ann. 2. c. 77.* Fortuito multa in melius cadunt.

Fortuītus, *a caso*, idem ac fortuito, sine consilio. Legitur in multis Editionibus apud *Cic. Philip. 10.* item *l. 2. Div. c. 7. & 28.* sed non ubique lectio constans est.

Fortuītus, a, um, o. *cio*, *che accade per sorte*, Ger. *zufellig*, Gal. *fortuit*, His. *fortuito*, τυχηρός, quod casu accidit, vel in fortuna positum est, a sorte. *Cic. 1. de nat. Deor.* Ex his effectum esse cœlum, atque terras, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito. *Id. l. 3. de nat. Deor. c. 36.* Boni fortuiti quippiam nacti sumus. ¶ *Fortuita* absolute pro rebus fortuitis. *Tac. hist. l. 4. c. 5.* Firmior adversus fortuita. ¶ Fere penultimam corripit, interdum tamen producit. *Horat. l. 2. od. 15.* Nec fortuitum spernere cespitem.

Fortūna, æ, f. *fortuna*, τύχη, est subitus, & inopinatus eventus rerum accidentium. *Cic. 2. de Leg.* derivat ab *ope ferenda*, vel a *forum* (aliqui legunt *fors*) in quo incerti casus magis significantur. *Cic. 2. de Divin. c. 6.* Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi cum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere, atque evenire vel aliter cadere, atque evenire potuerit? ¶ Sæpe pro eventu prospero sumitur. *Cic. in Famil.* Ex iis rebus, quas tibi fortuna elargita est. ¶ Sæpe pro tristi rerum eventu. *Cic. in Familiar.* Ut impudentia videatur eandem fortunam, si res cogat, recusare. ¶ Sed frequenter etiam epithetis secundæ, & adversæ distinguitur. *Cic. in Familiar.* Vidimus aliquoties, secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea re te laudem adipisci; fac, aliquando intelligamus, adversam quoque te æque ferre posse. ¶ Fortuna ab antiquis Dea credita est. In Italia apud Prænestinos præcipue, & Antiates colebatur. Romæ item Fors Fortuna, idest, bonæ Fortunæ eventus, trans Tiberim ædem habuit. V. Fors. *Cic. de Amic. c. 15.* Non enim solum ipsa Fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. *Fortes fortuna* supple *adjuvat*, proverb. est apud *Cic. l. 3. de Fin. c. 4.* ¶ Accipitur etiam pro rerum statu. *Cic. pro Sylla.* Hic vos orat parvus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta, patri suo gratulari sinatis. ¶ Item prosperitate, & felicitate. *Ter. Andr. 1. 1. 69.* Omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatum habuerim tali ingenio præditum. ¶ Item pro divitiis. *Cic. Div. in Ver.* Cur, de quibus in provincia non optime es meritus, eos nunc plane fortunis omnibus conaris evertere? *Id. de Amic. c. 16.* Sæpe enim quibusdam aut animus abjectior est, aut spes amplificandæ fortunæ tractior. ¶ Per fortunas, locutio est opem alicujus omni prece implorantis. *Cic. Att. l. 5.* Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quicquid provideri potest, provide. ¶ *Fortuna Imperii, Fortuna Populi Rom.* non solum significat felicitatem, sed & auspicium majestatis notat. *Tacit. 3. hist. c. 46. & l. 4. c. 57.* ¶ Infimæ fortunæ homo, *di bassa condizione*. *Cic. 5. de Fin.*

Fortunātæ Insulæ, al. Atlanticæ, & Canariæ, *le Canarie*, inf. Africæ, in mari Atlantico. Dictæ sunt a terræ fertilitate, & aeris temperie. Olim sex erant, nunc septem, una earum in duas maris æstu divisa. Earum nomina sunt *Canaria, Capseria, Centuria, Theode, Nivaria, Pluvialia*, seu *Pluvialia, Capraria*. Earum Orientalior est *Capseria*, Occidentalior *Pluvialia*. Princeps est *Canaria*, sic dicta a canum multitudine, & magnitudine.

Fortunāte, adverb. *feliremente*, Ger. *glicklhafftig*, Gal. *heureusement*, His. *fortunadamente, dichosamente*, εὐτυχῶς, feliciter prospere. *Cic. 3. Fin. c. 7.* Necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere. *Colum. proœm. l. 1. ante med.* Fortunatius a catenato repulsum janitore.

Fortunātim, adverb. idem quod fortunate. *Enn.* apud *Non. c. 2. n. 33. 4.* Fortunatim, feliciter, ac bene vortat.

Fortunātus, o. 1. 2. *felice, avventuroso*, אשרי, Germ. *glickhafftig*, Gall. *heureux*, His. *dichoso, bienaventurado*, εὐδαίμων, εὐτυχὴς, felix, & cujus votis fortuna respondet. *Cic. de Orat. l. 2. c. 86.* Scopas fortunatus homo, & nobilis. *Id. l. 2. Q. Fr. epist. 14.* Nihil est nobis fortunatius. *Vellei. l. 2. c. 12.* Fortunatissimo decertare prælio. ¶ Interdum est idem ac propitius. *Afran.* Deos ego omnes, ut fortunati sint, precor. ¶ Fortunatorum Insulæ. h. e. Fortunatæ apud *Plaut. Trinum. 2. 4. 148.* V. sup.

Fortūno, as, a. 1. *felicitare, prosperare*, רצליח, Ger. *glicken*, Gal. *fortuner*, His. *hazer bien aventurado*, εὐδαιμονίζω, prospero, secundo. *Cic. l. 2. Fam. epist. 2.* Tibi patrimonium Dii fortunent. *Id. l. 15. ep. 7.* Eumque honorem Deos tibi fortunare volo.

Forŭli, m. 2. dimin. a fori. *Fest.* Fori, Circensia spectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. ¶ Foruli item sunt librorum conditoria, seu armariola, vel capsulæ. *Suet. in Aug. c. 31.* Hos quoque delectu habito condidit duobus forulis auratis sub Latini Apollinis basi.

Forŭli, orum, m. 2. *Forolo*, vicus Sabinorum, in rupe prærupta, apud Marsorum confinia, ad Himellæ ortum. *Virg. 7. Æn. v. 714.* Casperiamque colunt, foruloque, & flumen Himellæ.

Forum, n. 2. *foro, piazza, palazzo*, שוק, Germ. *herichtsplatz, marcht*, Gall. *bareau, marchè*, His. *mercado, palacio*, ἀγορὰ, locus in quo res venduntur, item in quo causæ civiles aguntur, a *fero*, quia res venales in forum negotiantium, & controversiæ in forum judicantium afferuntur. Multa erant Romæ fora rerum venalium, ut *Forum suarium*, in quo sues vendebantur, *boarium*, in quo boves, *piscarium*, in quo pisces, *olitorium*, in quo olera, *vinarium*, in quo vinum (*Varr. R. R. l. 1. c. 54.*) *Forum cupedinis*, in quo cupedines, seu lautiores cibi. Postea hæc omnia in unum locum sunt contracta, quem *macellum* appellaverunt. *Varr. l. 1. de L. L.* ¶ Deinde sumitur pro loco juris, idest, in quo jurisdictio exercetur, seu causæ civiles aguntur. *Cic. Att.* Quod me in forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. ¶ Fora tria judiciaria antiquitus Romæ fuisse manifestum est, *Forum Latium*, sive Romanum antiquissimum, *Forum Cæsaris Dictatoris*, in quo loricatam sibi fieri statuam passus est, & *Forum Augusti*, quod cum æde Martis Ultoris extruxit. ¶ Forum differt a *subsellio*, quia *forum* est, ubi causæ civiles agebantur; *subsellia*, ubi judicia publica exercebantur. *Cic. 1. de Orat.* Age vero, ne semper forum, subsellia, rostra, curiamque mediteris, idest, causas civiles, publica judicia, contiones, & sententias in Senatu dicendas. ¶ *Foro uti*, prov. est præsentem rerum statum boni consulere, &, utcunque se se obtulerit fortuna, ita animum applicare. *Ter. Pharm. 1. 2. 29.* Scisti uti foro. Huic contrarium est, de foro decedere. *Nepos Attic. c. 14.* ¶ Cedere foro dicuntur, qui ære alieno oppressi solvendo non sunt. *Juven. Sat. 11. v. 50. fallire.* ¶ Forum etiam erat urbs, vel oppidum, vel vicus in Provinciis, in quo Prætores jurisdictionem exercebant, idest, causis civilibus præerant. Nam quæstiones publicæ, idest, de criminibus, quæ in Italia admissa essent, Romæ agebantur, non in Foris, nisi extra ordinem. Ab aliquibus Forum definitur urbs, vel oppidum, vel vicus, quem Prætores, vel Censores ad nundinationem assignaverant, quo undique mercatores convenire solebant ad emendum, aut vendendum. Sed hujusmodi locus proprio vocabulo Conciliabulum vocabatur. ¶ In Italia multa fora erant, quorum pleraque intra subnectemus, quæ constituta fuere vel a Prætoribus, seu Proconsulibus, cum bellum gererent, vel Provincias administrarent, vel a Censoribus, cum vias sternerent, vel ad jus simul, & nundinationem, & nominata sunt ex eorum nomine, a quibus constituta sunt. ¶ *Indicere Forum*, erat promulgare urbem, vel vicum in Provincia, ubi jurisdictio exerceretur. *Agere Forum*, erat urbi, aut vico in Provincia præesse, quo homines litium causa conveniebant. *Cic. Att. l. 5.* Forum instituerat agere Laodiceæ. *Virg. 5. Æn.* Indicitque forum, & patribus dat jura vocatis. ¶ Prætores ver, æstatem, autumnum in bello insumebant, hyeme judiciis operam dabant. Judicia tamen per Judices exercebant, ipsi ultimo conventus die jus dicebant. Modus hic fuit. Complures eligebant Judices, qui tota hyeme causas audirent, & controversias dirimerent, qui Recuperatores vocabantur, extremo conventus die, quo consilium habebatur, in locum judicii procedebant, ubi judicibus assidentibus, pro tribunali jus dicebant, idest, suas cuique res secundum Judicum sententiam assignabant. ¶ Fora etiam vasa erant, in quibus vinum transferebatur, & e lacubus in culeos demittebatur, aut alio comportabatur, a *ferendo*. *Col. l. 12. c. 18.* Tum lacus vinarii, & torcularii, & fora, omniaque vasa, si vicinum est mare, aqua marina, sin minus, dulci eluenda sunt.

Forum Appii, *Cale nove*, seu *Case nuove*, *li Maruti*, *Fossa nuova*, urbs exc. Latiis, in finibus Volscorum, juxta Pontinas paludes. Aliis est *S. Donato*, olim urbs Volscorum, intra Paludes Pontinas, prope Asturam fl. Forum factum est ab. Appio Claudio Cæco Censore.

Forum Aurelii, opp. Etruriæ, exc. medium inter Centum Cellas, & Cosam, in ora, apud Graviscas. Forum factum est a C. Aurelio Cotta censore.

Forum Cornelii, Cornelium, *Imola*, urbs Lingonum, in Æmilia, seu Gallia Togata Cispadana, nunc in Romandiola, in limite agri Bononiensis, & Duc. Ferrariensis. Sic dictum a P. Cornelio Scipione Nasica Prætore. Sed aliqui censent, hoc Forum a Sylla Dictatore constitutum fuisse, & Forum Syllæ alio nomine appellant. Pop. Forocornelienses. *Plin.*

Forum Julii, vel Forum Julium, Colonia Octavianorum, *Freius*, urbs Galliæ Narbon. constituta a C. J. Cæsare Proconsule. ¶ Forum Julium item, Castrum Julienſe, *Cividal d' Austria* alias, nunc *Cividal del Friuli*, Colonia, & urbs Carnorum, ad Natisonem flu. ad radices Alpium. Hinc ipsa Carnia Forum Julium dicta est, *Friuli*, *Patria del Friuli*, regio Italiæ, Venetiæ pars, inter Marchiam Tarvisinam, Istriam, & Noricum, cujus Utinum caput est, & conventus juridicus. Pop. Forojulienses, *Furlani*.

Forum Livii, *Forlì*, urbs Galliæ Togatæ, in Romandiola, in via Æmilia, media inter Faventiam, & Cesenam. Constituta est a M. Livio Salinatore Prætore. Pop. Forolivienses.

Forus, i, m. 2. V. Fori.

Forvus, vel forbus, o. 1. 2. calidus, apud vet. a ferbeo. *Serv. in 4. Æn.*

Fossa, æ, f. 1. *fossa*, כור, Ger. *grube*, Gal. *fosse*, His. *hoyo, cava*, τάφρος, locus, unde effossa est terra, a *fossum*, sup. verbi *fodio*. *Cic. 5. Tusc.* Ejusque fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxisset. ¶ Speciatim sumitur pro receptaculo aquæ manufacto ad urbes, oppida, castra, aut alia hujusmodi munienda. *Cic. Attic. l. 4.* Populi R. exercitus Cn. Pompejum circumsidet, fossa, & vallo septum tenet.

Fossātum, i, n. posterioris latinitatis vox est, & significat vel fossam, vel munimentum fossa factum, *fossa. Pallad. l. 1. c. 13. de hortis:* Circumveniente fossato vel luto structis parietibus. *Capitol. in Gord. c. 28.* Castra omnia fossato circuibat. ¶ Sunt qui afferunt etiam verba *Plin. l. 17. c. 21.* ubi ait: Fossatum purgari, & extendi, ne crudum relinquatur. At *Harduin.* legit *fossum*. ¶ Est etiam fossatus, i, m. terminus in agris in ipsa fossa positus, apud Scriptores rei agrariæ, *Goes. pag. 254. & 267.*

Fossĭlis, le, o. 3. *cio*, *che si può cavare*, Ger. *das gut zugraben ist*, Gal. *qu'on peut creuser*, His. *cavadico*, ὀρυκτὸς, quod foditur, seu quod fodi potest. *Plin. l. 36. c. 18.* Theophrastus auctor est, & ebur fossile candido, & nigro colore inveniri.

Fossĭo, f. 3. *cavamento*, ὄρυξις, fodiendi actio. *Cic. de Sen. c. 15.* Quid agri fossiones, repastinationesque proferam?

Fossĭtius, a, um, o. 1. 2. ὀρυκτὸς, idem quod fossilis. *Plin. l. 36. c. 23.* Arenæ tria genera, fossitia, fluviatilis, & marina. *Pallad. l. 1. c. 10.* Arenæ fossitiæ tria sunt genera, nigra, cana, rusa.

Fosso, as, a. 1. idem ac fodio. *Enn. apud Var. l. 6. de L. L.* Decretum est fossare corpora telis.

Fossor, m. 3. *zappatore*, כיפר, Ger. *graber*, Gal. *pionnier*, His. *cavador*, ὀρυκτὴρ, qui fodit. *Virg. 2. Georg. v. 264.* Et labefacta movens robustus jugera fossor. ¶ Translate dicitur de homine agresti, & imperito. *Pers. Sat. 5. v. 122.* Cum sis cætera fossor.

Fossŭla, f. 1. *fossetta*, ὀρυγμάτιον, dimin. a fossa. *Cato de R. R. c. 161.* Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas. *Colum. l. 11. c. 3.* Locum circumdare fossula.

Fossūra, æ, f. 1. *cavatura*, Ger. *grabung*, Gal. *fouissement*, His. *cavazon*, ὄρυγμα, fossio. *Colum. l. 5.* Hanc planam fossuram maxime nos probamus. *Sueton. Calig. c. 37.* Complanata fossuris montium juga. Adde *Vitruv. l. 8. c. 1.*

Fostus, a, um, *zappato, cavato*, ὀρυκτὸς. *Plin. l. 19. c. 6.* Cæpas ter fosso solo seri jubent. *Martial. l. 14. epigr. 49.* Exercet melius vinea fossa viros. *Pallad. in Novembr. tit. 6.* Terra fossa, & subacta.

Fostiam pro hostia, &

Fostim pro hoste Antiqui dicebant, teste *Festo* in *Fedum*.

Fotus, a, um, adject. a foveo, *riscaldato, fomentato*, θαλπόμενος. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 48.* Pulli a matribus exclusi, fotique. *Arnob. l. 1.* Honoribus fotum aliquem suscipere.

Fotus, m. 4. fovendi actus, fomentum, *riscaldamento, fomento*, θαλπισμὸς. *Plin. l. 23. c. 9.* Utilis est igni sacro, fotu. Et *c. 1. ejusd. lib.* Decoctura eorum cœliacos juvat, & potione, & fotu.

Fovea, f. 1. *fossa, caverna*, βόθυνος, scrobs, spelunca, a prisco *fovo*, pro *fodio*. Veteres pro *fovea* etiam *favea* dixere. *Horat. l. 1. ep. 6. v. 50.* Cautus enim metuit foveam lupus. *Cic. Phil. 4. c. 5.* Bellua in foveam incidit. ¶ Hinc pro fraude, & insidiis usurpatur. *Plaut. 4. 4. 45.* Ego ille doctus leno pene in foveam incidi.

Fovĕo, es, vi, tum, a. 2. *tener caldo, covare*, חם, Ger. *erhalten*, Gall. *entretenir en chaleur, couver, estouver*, His. *calentar*, θάλπω, proprie

est

eſt calorem, vigoremque nativum procurare, ac tueri, calefacere, a *focus*. *Plin. l.* 8. *c.* 36. Fætus rigentes apprimendo pectori fovent, non alio incubitu, quam ova volucres. ¶ Speciatim eſt Medicorum vocabulum pro partem læſam humidis, calidiſque fomentis applicatis aſpergere, tepefacere, & dolorem lenire. *Virg.* 12. *Æn.* Fovit ea vulnus lympha longævus Japis. ¶ Aliquando eſt nutrire, provehere, alere. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *epiſt.* 1. *c.* 3. Scribis de ſummo Cæſaris in nos amore: hunc tu fovebis. *Id. l.* 12. *Att. epiſt.* 18. Fovebam meos dolores. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 7. *v.* 2. Credula vitam ſpes fovet. Sic dicimus fovere bellum, arma, fovere gaudia mente, fovere vota animo, *Ovid. Virg. & alii*. ¶ Fovere aliquid in pectore, pro cogitare. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 1. ¶ Fovere caſtra, pro tueri. *Virg.* 9. *Æn.* Non obvia terre arma viros, ſed caſtra fovere. ¶ Fovere partes alicujus, pro adjuvare. *Tac.* 1. *hiſt. c.* 15. ¶ Fovere aliquem. h. e. amplecti, tueri. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Fovere aliquem in ſuam gloriam.

F A N T E R.

Frabaterni, V. Frabateria.

Fracĕo, n. 2. & fracĕſco, is, n. 3. *guaſtarſi*, באש, Ger. *faul werden*, Gal. *ſe flêtrir*, Hiſ. *podrerſe*, ἐξίσαμαι, corrumpor, quaſi vetuſtate putrefio, de priore ſtatu degenero. *Var. de R. R. l.* 2. *c.* 55. Uti ibi mediocriter fraceſcat. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Oleum, quod minus provenit, ſi congelatur, fraceſcet. ¶ Translate *fracebunt*, h. e. *diſplicebunt*, inquit *Feſtus*.

Fraces, vel fræces, f. 3. *polpa d'oliva*, *feccia d'oglio*, פסולת, שמרים, Ger. *oel trufen*, Gal. *marc*, *lie*, Hiſp. *borras de azeite*, τρυγές, olearum fractarum, contuſarumque fragmenta, ac reliquiæ quædam, carnes, & fœces olivarum, quæ in oleo ſubſidunt, ab antiquo *frago* pro *frango*. *Col. l.* 6. *c.* 3. Quidam fraces vino, & adipe commiſcent. Adde *Plin. l.* 15. *c.* 6. & *Gel. l.* 11. *c.* 6.

Fracĭdus, a, um, o. 1. 2. *che comincia a guaſtarſi*, *marcio*, נבאש, Germ. *faul*, Gal. *flêtry*, Hiſ. *rancioſo*, ὑπέρῤῥυτος, pluſquam maturus & jam putreſcens. *Cat. de R. R. c.* 64. Ut fracida ſit, quo facilius efficiant.

Fractūra, f. 1. *rottura*, κλάσις, actus frangendi. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Item minutæ, & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle.

Fractus, a, um, adiect. ex partic. a frango, *rotto*, *ſpezzato*, κεκλασμένος. *Horat. ad Piſon. v.* 20. Si fractis enatat expes Navibus. *Virg. Æn.* 2. *v.* 556. Fractas ad litora voces. h. e. repercuſſas. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 17. *v.* 38. Crus fractum. ¶ Translate ſumitur pro debilitato, imbecilli, *abbattuto*. *Velleï. l.* 2. *c.* 74. Fractis Brutianis partibus. Sic fractæ vires, fractæ opes, apud *Virg. En.* 2. *v.* 170. & *Æn.* 3. *v.* 53. *Cic. pro Dom. c.* 36. Fractus, & debilitatus animus. *Id. Att. l.* 11. *epiſt.* 12. Quod me audis fractiorem animo eſſe. *Id. de Amic. c.* 16. Spes amplificandæ fortunæ fractior, animis abjectior. ¶ Fracta pronuntiatio, apud *Plin. l.* 2. *ep.* 14. eſt mollis, effœminata. Hinc ſimile eſt illud *Cic. in Brut.* Quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa concinnitate puerile?

Frænātor, vel frenator, oris, m. qui frænat, & continet, χαλιναγωγός. *Plin. Paneg. c.* 55. Infinitæ poteſtatis domitor, & frænator animus. *Stat. Theb. l.* 1. *v.* 29. Ignipedum frænator equorum.

Frænātus, a, um, adiect. *frenato*, χαλινωτός. *Cæſ. l.* 8. *c.* 15. *B. G.* Equites frænatis equis in ſtationibus diſponit. *Horat. l.* 1. *od.* 15. Os equi frænatum. *Sil. l.* 11. *v.* 264. Acies frænata.

Fræniger, a, um, adiect. qui frænum habet. *Stat. l.* 5. *Silv.* 1. *v.* 98. Quiſnam frænigeræ ſignum dare dignior alæ?

Fræno, vel melius freno, as, avi, atum, a. 1. *frenare*, בלם, Ger. *zeumen*, Gal. *brider*, Hiſ. *enfrenar*, χαλινόω, equo frænum injicio, fræno equum cohibeo. V. Frænatus. ¶ Translate eſt cohibere, *reffrenare*, *vitenere*. *Cic.* 5. *Ver. c.* 57. Cum animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, avaritiæque ſuæ frænaret. *Virg.* 1. *Æn. v.* 523. Juſtitia gentes frænare ſuperbas.

Frænum, ni, n. 2. *freno*, מתג, Ger. *zaum*, Gal. *frein*, Hiſ. *freno*, χαλινός, inſtrumentum, quo equus coercetur. *Manut. in Orthogr.* ſcribit ſine diphthongo, vetuſtis monumentis fretus. ¶ In num. ſing. eſt g. n. in plur. & n. & m. *Ovid.* 1. *de Art.* Tempore lenta pati fræna docentur equi. *Virg.* 3. *Georg.* Et ſtabulo frænos audire ſonantes. *Liv. l.* 34. *c.* 2. *ad fin.* Dare frænos alicui. *rallentare il freno*. *Cic. Attic. l.* 6. Alter frænis eget, alter calcaribus. ¶ Fræna Pelethronii invenere, qui & ſtrata equorum primi monſtraverunt. *Plin. l.* 6. *c.* 56. ¶ *Frænum mordere*, eſt obluctari, & obtendere, nos graviter aliquid ferre, quod tamen ferendum eſt, translatione ſumpta ab equis, qui cum frænum excutere non poſſint, perpetuo tamen mordent, & arrodunt. *D. Brut. ad Cic.* Si frænum momorderis, peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, conantem loqui terre poterunt. ¶ *Accipere frænum*, eſt dedere ſe alicui, *arrenderſi*. *Virg.* 12. *Æn.* Ni frænum accipere, & victi parere ſatentur. ¶ *Ponere*, *injicere frænum*, eſt cohibere. *Juven. Sat.* 8. *v.* 88. Pone iræ fræna, modumque, Pone & avaritiæ. *Val. Max. l.* 2. *c.* 9. *n.* 5. Fræni ſunt injecti vobis. ¶ Præni rerum. h. e. imperium. *Sil. l.* 3. *v.* 226. Auſa ſibi Libye rerum depoſcere frænos. ¶ Frænum apud *Celſ. l.* 7. *c.* 25. pars eſt penis.

Fraga, arum, n. *fragole*, μυρσίνιτες, morum herbarum humi repentium, colore rubeo, gultu ſuaviſſimum. *Virg. Georg.* 3. *v.* 92. Humi naſcentia fraga. *Ovid. Met.* 1. *v.* 104. Montanaque fraga legebant. ¶ In ſingulari numero caret exemplis.

Frages, V. Fraces.

Fragēſco, n. 3. χαλάω, frangor, langueſco, ab antiquo *frageo*. *Accius Ægiſto*, *ut citat Nonius*, *c.* 2. *n.* 329. Neque fera hominum pectora frageſcunt, donec vim perſenſerint imperii.

Fragĭlis, le, o. 3. נשבר, Ger. *zerbrechlich*, Gal. *fragile*, Hiſ. *fragil*, *quebradico*, ῥαθυμός, quod facile frangi poteſt, a *frago* pro *frango*. *Plin. l.* 12. *c.* 8. Saccharum eſt mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. ¶ Per translationem accipitur pro fluxo, ſeu caduco. *Cic. de Amic. c. ult.* Res humanæ fragiles, caducæque ſunt. ¶ Comp. fragilior, ſup. fragiliſſimus. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Quod vocatur gariophyllon, grandius, fragiliuſque. *Hieron. in c.* 4. *Ezech.* Urbs fragiliſſimo lateri comparatur.

Fragilĭtas, atis, f. 3. *fragilità*, חלושה, Ger. *zerbrechligkeit*, Gal. *fragilité*, Hiſp. *fragilidad*, ῥαθυμότης, facilitas frangendi. *Plin. l.* 34. *c.* 14. Tenuiora terramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur. ¶ Translate pro imbecillitate accipitur. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 1. Interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatemque extimeſcere.

Fragiſco, n. 3. frangor. *Pacuv.* Fragiſcit animus miſeriis.

Fragĭum, ii, n. idem ac fractio. Uſurpatur fere junctum cum aliis nominibus, ut cruritragium. At *Apul. l.* 9. *Metam.* ſolum ponit, ubi ait: Crurum ei tragium obominata.

Fragmen, inis, n. 3. *pezzo*, *frammento*, שלח, Ger. *ſtück*, Gal. *piece*, Hiſ. *pradaco*, *fragmento*, κλάσμα, pars rei fractæ. *Virg.* 11. *Æn.* Fulva reſplendent fragmina arena.

Fragmentum, ti, n. 2. idem ac fragmen. *Cic. pro Sex.* Hunc adoriuntur fragmentis feptorum, & fuſtibus.

Fragor, oris, m. 3. *ſtrepito*, *che ſa alcuna coſa*, *che ſi frange*, רעם, Ger. *knall*, Gal. *bruit*, Hiſp. *rupdo*, κτύπος, ſonitus, qui ex arbore, aut alia re inter frangendum redditur, a *frago* pro *frango*. *Virg. l.* 1. *Georg.* Et horridus altis montibus audiri fragor. *Liv. l.* 1. *c.* 29. Jam fragor tectorum, quæ diruebantur.

Fragōſe, adv. ſonore, cum ſtrepitu. *Plin. l.* 16. *c.* 10. Quippe reſpuuntur, & fragoſius ſidunt.

Fragōſus, a, um, o. 1. 2. *aſpro*, *duro*, τραχύς, ſumitur pro aſpero, & translate pro rudi, inculto, impolito. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Aures fragoſis offenduntur, & lævibus mulcentur. ¶ Item fragoris plenus. *Virg.* 7. *Æn.* Torrens fragoſus.

Fragrans, antis, adject. odorem ſpirans, *fragrante*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 436. Redolentque thymo fragrantia mella. *Sidon. l.* 8. *epiſt.* 14. Caſtitatis fragrantiſſimum incenſum in thuribulis cordis adolere.

Fragranter, *odoroſamente*, cum fragrantia. *Solin. c.* 38. (*al.* 51.) Crocum ſpirat fragrantius.

Fragrantĭa, f. 1. *fragranza*, εὐωδία, exhalatio magni odoris. *Val. Max. l.* 1. *c.* 9. *in extern.* Unguium fragrantia.

Fragro, as, n. 1. *rendere odore*, נתן ריח, Ger. *riechen*, Gal. *rendre grande odeur*, Hiſ. *oler*, *echar buen olor*, ὄζω, oleo, redoleo, odorem emitto. *Mart. l.* 1. *epigr.* 87. Ne gravis heſterno fragres, Feſcennia, vino, Paſtillos Coſmi luxurioſa voras.

Fragum, i, arbuti genus, Græcis κόμαρος, *Apul. de herbis c.* 37. Italice *corvezzolo*.

Framĕa, æ, f. lancea, vel haſta Germanica. *Juven. Sat.* 13. *v.* 78. Jurat per Martis frameam. *Tac. de Germ. c.* 6. Haſtas, vel ipſorum vocabulo, frameas gerunt. ¶ Vetus Criticus in Gloſſar. frameam interpretatur ῥομφαίαν, gladium. Cui aſſentitur & *Iſid. l.* 18. *Orig. c.* 6.

Franci, orum, Germaniæ populi, qui conſpirantes inter ſe a Romanorum ſervitute in libertatem ſe vindicarunt, itaque Francos ſe vocavere, quod *francus* eorum lingua liberum ſignificat. V. *Philip. Cluver. de Antiquit. Germ. c.* 2. & *Iſaac Pont. l.* 1. & 2. *de Orig. Franc.* qui tamen a Cluverii opinione diſſentit. V. etiam Franconia, infra.

Francĭa, V. Franconia. Apud *Hieron. in vit Hilarion.* pro Germania accipitur, quia Franci pop. Germaniæ tutre. *Claud. de laud. Stilic. l.* 1. *v.* 236. Provincia miſſos Expellet citius, tallax quam Francia, reges.

Franconĭa, antea Francia Orientalis, *la Franconia*, inc. *Franckenlandt*, regio Germaniæ Magnæ, circa Mœnum fl. Habet a Septen. Saxoniam, & Thuringiam, ab Or. Palatinatum ſup. a M. partem Bavariæ, & Sveviam, ab Occ. Palatinatum inf. ſeu Rheni. Ejus primaria eſt Herbipolis, *Uvrizbourg*, ad Mœnum f. Franconia eſt primus Imperii Circulus. ¶ Pop. *Franci*, ſeu *Francones*. Hi Imperio Romano cadente occuparunt totum tractum a mari ad Rhenum; & in Galliam trajicientes illi nomen Franciæ indiderunt. Hinc Francia Occidentalis, quæ eſt pars Galliæ inter Ligerim, & Sequanam. Sed vulgo tota Gallia Francia vocatur, excepta magna Belgicæ parte, & pop. Franci, *Franceſi*. ¶ Fuerunt & Franci in Germ. inf. al. Sicambri, quorum opp. adhuc permanet, *Francken*, in Duc. Bergenſi, ſeu in Com. Marchenſi. ¶ Item in Friſia, ubi *Francker*, urbs, apud oram Bor.

Francōnes liberi, Germaniæ populi, primi fuerunt auctores regni in Gallia. Horum meminit & *Cic. l.* 14. *Attic. epiſt.* 10. (ut volunt nonnulli) ubi ait: Redeo ad Tebaſſos, Scævas, Francones. Sed lectio anceps eſt.

Francus, a, um, ad Franciam pertinens. *Hieronym. in vita Hilarion.* Quī Francam tantum, & Latinam linguam noverat.

Frango, gis, tregi, fractum, a. 3. intringo, perrumpo, comminuo, contundo, *ſpezzare*, *rompere*, *frangere*, שבר, Ger. *brechen*, Gal. *briſer*, Hiſ. *quebrar*, κλάω. *Cic.* 6. *Ver.* Anulus aureus, quem habebat, fractus eſt, & comminutus. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Frangere molis hordeum. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Frangere comam in gradus. h. e. mutato, & fracto naturali capillorum flexu, in gradus ornare. ¶ *Frangere cervices*, eſt ſtrangulare, occidere, & ſumitur tam active de eo, qui alteri per vim cervices rumpit, quam paſſive de eo, cui cervices franguntur. *Cic. in Vatin.* Fregiſti cervices in carcere ipſi Vectio. *Id.* 7. *Ver.* Prætorem tu accuſas? frange cervicem. Similiter tum active, tum paſſive ſumuntur, Frangere navem, brachium, & alia hujuſmodi. *Teren. Andr.* Is fregit navem apud Andrum. *Cicer.* 2. *de Orat.* Excuſavit Veſpa Terentius, quod eum brachium fregiſſe diceret. ¶ Translate ſumitur pro dejicere, proſternere, infirmare. *Cic. pro Marc.* Nulla eſt tanta vis, quæ non debilitari, & frangi poſſit. *Id.* 3. *Off.* Qua quidem re audita tractum animum Annibalis ſcribit. *Id.* 1. *de Orat.* Se calor frangit. ¶ Et paſſive pro debilitari, *avvilirſi*, ut Frangi dolore, metu, pudore, &c. *Cic.* 2. *Fin.* Turpe eſſe viro debilitari, dolore frangi, ſuccumbere. *Id. in Off. l.* 1. *c.* 20. Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. ¶ Item pro reprimere, ut Frangere audaciam, conſilia, &c. *Cic. Lent.* Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me conſilia frangere. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 12. *n.* 5. Morbum frangere abſtinentia. ¶ Frangere fidem, fœdus, leges, &c. eſt violare. *Cic. pro Roſc. Com. in Piſon. & alibi*. ¶ Frangere ſententiam alicujus, eſt refutare, rejicere. *Id. ad Lent. l.* 1. *epiſt.* 4. ¶ Frangere diem morantem mero, h. e. diurnos labores abrumpere, & partem aliquam diei genio indulgere, *Horat. l.* 1. *od.* 7. qui eodem ſenſu *l.* 1. *od.* 1. dixit, partem ſolido demere de die.

Frater, tris, m. 3. *fratello*, אח, Ger. *bruder*, Gal. *frere*, Hiſ. *hermano*, ἀδελφός, qui iiſdem parentibus genitus eſt, ab Æolico φράτηρ, pro φρήτωρ, *ſodalis*. *Plin. epiſt.* 164. Cum affectum tuum erga fratris filiam cogito. ¶ Fratrum tria ſunt genera: alii *germani* dicuntur, qui ex iiſdem parentibus nati ſunt, alii *conſanguinei*, qui ex eodem patre, non ex eadem matre, alii *uterini*, qui ex eadem matre, non ex eodem patre. Sed ſæpe conſanguineus ſimpliciter pro fratre uſurpatur. *Cic.* 3. *Ver.* Dixit C. Fannius Eques Rom. frater germanus Q. Titinii judicis tui, tibi ſe pecuniam dediſſe. ¶ *Fratres gemini*, duo eodem partu editi, quos minus recte *gemines fratres* converſo ordine appelles, ut docet *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *Cic. pro Cluent.* C. & L. Fabritii, fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate. ¶ Fratres patrueles, *cugini*, ſororeſque patrueles dicuntur, qui, quæve duobus ex fratribus progenerantur. *Suet. in Cæſ.* Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat. ¶ Fratres olim etiam amicos vocabant. *Cic.* 7. *Fam. epiſt.* 11. Fratres noſtri Hædui. ¶ Et in malam partem. *Martial. l.* 2. *epigr.* 4. Fratrem te vocat, & ſoror vocatur: Cur vos nomina nequiora tangunt? V. etiam *epigr.* 65. *l.* 10. Sic *Petron.* ſæpe fratrem vocat mollem virum. ¶ Frater (inquit *Parr. in Lexic. Crit.* & alii) verbum etiam eſt ſacrorum, & uſurpatur de initiis ex carne conciſa. *Arnob. l.* 7. Cupientes addiſcere, quid cum pultibus Deo ſit, quid cum libis, quid cum diverſis fratribus. Alii tamen leg. *fartis*. *Plaut. Mil.* 1. 1. 8. Machæra geſtit fratrem facere ex hoſtibus. h. e. ut explicat *Camerar.* hoſtium ſanguini ſe immiſcere, & veluti conſanguineam fieri. V. Fatrum. ¶ Translate fratres, & ſorores dicuntur, quæ ſimilia ſunt. *Solin. c.* 27. Exſurgit montibus ſeptem, qui a ſimilitudine tratres appellantur. *Plaut. Pœn.* 1. 3. Obſecro te, Milphio, per hanc dexteram, perque hanc ſororem lævam. ibi *Taſman.* ¶ Fratres arvales erant duodecim Sacerdotes ſacra publica facientes, ut

fru-

frugibus arva abundarent. *Var. L. L. l.* 4. *c.* 15. Inſtituti fuere a Romulo in memoriam duodecim filiorum Accæ Laurentiæ, quæ fertur magnam vim auri collectam quæſtu corporis populo Rom. legaſſe; atque ob id in grati animi argumentum hic ei honos a Romulo habitus eſt. V. Arvales. ¶ Olim omnes Chriſtiani *Fratres* appellabantur, & eorum congregatio, ſeu Eccleſia, Fraternitas. *Tert. in Apol. c.* 39. Sed quod fratres non vocamus, infamant. *Id. de præſcript. adverſ. hær. c.* 20. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejuſdem ſacramenti una traditio.

Fraterculo, as, n. 1. idem ac fratro, a *fraterculus*. *Plaut. in Frivolar. citante Feſto*; Tunc papillæ primitus Fraterculabant: illud volui dicere, Sororiabant. Ita hos verſus emendat *Scalig.*

Fratercŭlus, li, m. 2. *fratellino*, *fraticello*, ἀδελφίδιον, parvus frater. *Cic. Ver.* 3. *c.* 66. Volo, mihi fraterculo tuo credas. *Juven. ſat.* 4. *v.* 98. Unde fit, ut malim fraterculus eſſe Gigantum. ideſt, homo obſcurus, cujus majores ſint incogniti, tanquam e terra ſubito enatus, ut de Gigantibus Poetæ fabulantur.

Fraterne, adv. *fraternamente*, Ger. *bruderlich*, Gal. *fraternellement*, Hiſp. *con hermandad*, φιλαδέλφως, amore fraterno, ad ſimilitudinem fratrum. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 5. Tibi perſuadeas, te a me fraterne amari.

Fraternĭtas, atis, *fraternità*, Ger. *bruderſchafft*, Gall. *fraternité*, Hiſp. *hermandad*, ἀδελφότης, fraterni amoris conjunctio. *Quinct. Decl.* 16. Habet aliquem fraternitatis affectum. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 25. Hædui fraternitatis nomen cum populo R. uſurpant. V. etiam *Frater* in fine.

Fraternus, o. 1. 2. *fraterno*, Ger. *bruderlich*, Gal. *fraternel*, Hiſp. *de hermano*, ἀδελφικός, quod ad fratrem ſpectat. *Cic. pro Cluent.* In ipſo fraterno parricidio nullum ſcelus prætermiſſum videtur. *Id. Q. Fr. lib.* 1. *ep.* 1. *c.* 3. Fraternus amor. *Juſtin. l.* 10. *c.* 2. Fraternum bellum. ¶ Fraternas acies dixit *Stat. l.* 1. *Theb.* eadem tellure natorum.

Fratilli, m. 2. villi dependentes de tapetibus, vel aliis pannis. *Feſtus.*

Fratrĭa, æ, f. *moglie di fratello*, יבמה, Germ. *des bruders frawv*, Gall. *belle ſoeur*, Hiſp. *cunada*, εἰνάτης, uxor fratris. *Feſt. Nonii* ſententia *c.* 10. *n.* 6. uxores fratrum ſe fratrias inter ſe appellant. ¶ Præterea fratria eſt vocabulum ſignificans partem hominum, inquit *Var. l.* 4. *L. L.* Eſt autem a Græcis ductum, apud quos φρατρίαι ſunt hominum ſodalidates, vel conventicula, quaſi pagi, aut vici. Sic Athenis φρατρία dicebatur tertia pars tribus, teſte *Polluce l.* 8.

Fratricīda, æ, c. 1. *fratricida*, ἀδελφοκτόνος, qui fratrem occidit. *Cic. pro Dom. c.* 10. Quid? de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, non extra ordinem tuliſti? Adde *Nep. Timol. c.* 1.

Fratro, as, n. 1. eſt creſcere, tumeſcere, quod de puerorum mammis dicitur, quia velut fratres pares oriantur, & fratrum inſtar pariter creſcant, quod etiam in frumento ſpica facere videtur. *Feſt.*

Fratruēles, ſunt duorum fratrum filii. *Hieronym. ep.* 22. *ad Euſtoch. de cuſtod. Virginit. c.* 11. *a med.* ex *Cantic.* 5. 2. ubi Vulgata habet *Vox dilecti mei*, legit *fratuelis mei*. Adde *in procem. in Iſai.* ex *Cantic.* 7. 13.

Fraudatĭo, onis, f. *inganno*, *frode*, עושק, Ger. *betrug*, Gall. *tromperie*, Hiſp. *engano*, ἀπάτη, actus fraudandi. *Cic.* 3. *Offic. c.* 17. Inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione. *Id. Catil. l.* 2. *c.* 11. Hinc fides, illinc fraudatio.

Fraudātor, oris, m. *ingannatore*, עושק, Germ. *betrieger*, Gal. *trompeur*, Hiſp. *enganador*, ἀποστερητής, qui fraudat. *Cic. pro Flac. c.* 20. Non unam, & eandem omnibus in locis eſſe fraudatorum, & inficiatorum impudentiam. Et *Phil.* 13. *c.* 12. Fraudator creditorum.

Fraudatorĭus, a, um, adject. ut *fraudatorium edictum*, quo ſcil. Prætor ea, quæ in fraudem cujuſpiam geſta ſunt, reſcindit, *l.* 96. *Dig. de ſolut. & l.* 69. *Dig. ad SC. Tr.*

Fraudātrix, icis, f. quæ fraudat. *Tertul. de Reſur. carn. c.* 12. Mira ratio; de fraudatrice ſervatrix.

Fraudātus, a, um, adject. *defraudato*, *privato*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 124. Ungor olivo, non quo fraudatis immundus Natta lucernis. *Cic. Offic.* 3. *c.* 17. Uti ne propter te, fidemve tuam captus, fraudatuſque ſiem.

Fraudo, as, avi, atum, a. 1. *fraudare*, *ingannare*, עשק, Ger. *betriegen*, Gal. *tromper*, Hiſp. *engannar*, ἀποστερέω, decipio, fallo. Habet autem ut plurimum poſt ſe accuſativum perſonæ cum ablativo rei. *Cic. de Fin.* Fraudare illum ſuo veteri nomine iniquum eſſet. *Id.* 1. *Att. ep.* 1. Cum Cæcilius a Vario magna pecunia fraudaretur. ¶ Aliquando ſolo accuſativo contentum eſt, omiſſa re, qua quis fraudatus dicitur. *Cicer. pro Roſc. Com.* Et pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit. ¶ Interdum etiam invenitur cum accuſativo rei. *Cæſ.* 3. *B. C. c.* 59. Fraudabat ſtipendium militum. ¶ *Fraudare genium*, eſt non ſatisfacere neceſſitati naturæ, appetitui, & voluptati. Nam Genius apud veteres habebatur naturæ, & voluptatis Deus. *Plaut. Aul.* 4. 9. 15. Egomet me fraudavi, animumque meum, geniumque meum. Alii leg. *defraudavi.* ¶ Reperitur etiam *fraudor*, *aris*, dep. 1. V. *Fraudus.*

Fraudulenter, adv. *aſtutamente*, בערמה, Germ. *truglich*, Gall. *par tromperie*, Hiſp. *enganoſamente*, δολερῶς, cum fraude, doloſe. *Col. l.* 1. *c.* 8. Qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infeſtent. *Plin. l.* 30. *cap.* 10. Nullum animal fraudulentius invadere hominem tradunt.

Fraudulentĭa, æ, f. idem quod fraus, vel aſtus, *aſtuzia*, *frode*. *Plaut. Pſeud.* 2. 1. 7. Fretus malitia, fraudulentia. *Id. Mil.* 2. 2. 34. Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, audaciam, fraudulentiam.

Fraudulentus, a, um, o. 1. 2. *pieno d' inganni*, *aſtuto*, נבל, Ger. *trughafft*, Gal. *grand tromperur*, Hiſp. *lleno de enganos*, δολερός, fraudis plenus, doloſus, fallax. *Cic.* 2. *Offic.* Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, &c. *Plaut. Capt.* 2. 1. 38. Ex bonis peſſimi, & fraudulentiſſimi. Comparat. fraudulentior, hab. *Aug. l.* 3. *Confeſſ. c.* 3.

Fraus, fraudis, f. 3. *fraude*, *inganno*, מרמה, Ger. *betrug*, Gal. *fraude*, *tromperie*, Hiſp. *engano*, ἀπάτη, *deceptio*, qua aliquem circumvenimus, a φράζω, dico. Proprie ſignificat detrimentum, aut damnum alteri quocumque modo illatum, doloſam actionem, qua quis aliquid ſibi acquirit vel ſe, vel alterum fraudando. Quo autem pacto a Dolo differat, V. *Dolus*. *Liv. l.* 1. *c.* 47. Metu, ne, non veniſſe, fraudi eſſet. *Cic. Phil.* 5. Iis, qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, *non apporti loro pregiudizio*. *Id. l.* 7. *Fam. ep. ult.* Id mihi fraudem tulit. *Id. Attic.* 4. *ep.* 10. Facere fraudem alicui. ¶ Accipitur ſæpe pro quavis fallacia, aut deceptione. *Nepos* 10. 8. Ad fraudem acutus. *Cic. de Petit. conſul.* Fraudis atque inſidiarum plena ſunt omnia. ¶ Sine fraude, *ſinceramente*. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 22. Maſſilienſes ſe ſe dedere ſine fraude conſtituunt. ¶ Ponitur etiam pro culpa, & crimine. *Ulp. l.* 130. *Dig. de V. S.* Aliud fraus eſt, aliud pœna: fraus enim ſine pœna eſſe poteſt, pœna ſine fraude eſſe non poteſt: fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ præparatio. Hinc, capitalem fraudem admittere, *Cic. pro Rab. perduel. reo c.* 9. *Id. Tuſc.* 1. *c.* 30. Fraudes inexpiabiles concipere. Hoc ſenſu etiam dicitur fraudi affignare. h. e. dare crimini. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 9. Et fraudi eſſe, *Cic. pro Mur. c.* 35. ¶ Item pro periculo. *Virg.* 10. *Æn. v.* 72. Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra Egit? *Serv.* ¶ In bonam partem etiam uſurpari, notat *Barth. Adverſ. l.* 12. *c.* 11. Sed ea de re affert exemplum ſequioris Latinitatis.

Frauſus, o. 1. 2. antiquum participium activæ ſignificationis, quo ſignificatur is, qui fraudem commiſit, ut Feſtus, & Nonius annotarunt, a *fraudor*, *aris*, depon. apud eund. *Non. c.* 2. *n.* 339. *Liv. l.* 23. *c.* 14. Qui capitalem fraudem frauſi. *Al. leg.* auſi. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 19. Metuo, ne quam fraudem frauſus ſit.

Frax. V. Fraces.

Fraxinĕus, a, um, o. 1. 2. *di fraſſino*, Ger. *eſchin*, Gal. *de frêne*, Hiſp. *de freſno*, μελίνεος, quod eſt ex fraxino. *Col. l.* 11. *c.* 2. Fraxineam frondem recte præbebimus. *Virg.* 2. *Æn. v.* 359. Fraxineæ ſudes.

Fraxĭnus, ni, f. *fraſſino*, ברוש, Germ. *eſchen*, Gal. *frêne*, Hiſp. *freſno*, μελία, genus arboris, cujus umbra uſque adeo inviſa eſt ſerpentibus, ut citius in ignem confugiant, quam ad fraxinum. *Plin. l.* 16. *cap.* 13. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 65. Fraxinus in ſilvis pulcherrima, pinus in hortis.

Fraxinus, a, um, o. 1. 2. idem ac fraxineus. *Ovid. ep.* 11. *v.* 76. Ut quatitur tepido fraxina virga Noto.

Fraxo, as, n. 1. vigilias obeo, a φράττω, *munio*, quia vigilias qui obit, munit eos, pro quibus obit. *Feſt.* & ad eum *Scalig.*

Fregellæ, *Ponte Corvo*, olim Col. & urbs Latii, nunc opp. in Campania, apud Lirim fl. Aquino finit. ubi Epiſc. Aquinas reſidet. Exciſæ fuere a L. Opimio anno U. C. 360. quod a Romanis defeciſſent. *Sil. l.* 8. *v.* 476. Obſeſſæ campo ſqualente Fregellæ.

Fregellanus, a, um, adject. ad Fregellas pertinens, ut Fregellanæ vites, apud *Colum. l.* 3. *c.* 2. Fregellani populi, *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Fremebundus, o. 1. 2. valde fremens. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 37. *ex Accio*: Tanta moles labitur fremebunda ex alto ingenti ſonitu, & ſtrepitu. *Ovid. Metam.* 12. *v.* 128. Curru fremebundus ab alto deſilit. h. e. indignabundus.

Fremendus, a, um, idem quod fremens, fremitu plenus. *Stat.* 12. *Theb. v.* 752. Se ſolum votis, ſolum clamore fremendo Omnibus in turmis optat.

Fremĭdus, a, um, fremens. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 2. Fremida turba. *Al. aliter leg.*

Fremĭtus, us, m. 4. *ſtrepito*, *rumore*, המית, Germ. *geteſſ*, Gal. *fremiſſement*, Hiſp. *bramido*, βρόμος, ſonus, murmur, ſtrepitus. *Virg.* 2. *Georg. v.* 160. Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino. *Cic. Att.* Qui fremitus hominum? quam irati animi? *Cæſ. l.* 3. *B. C.* Fremitus equorum, *Cic. de Aruſp. reſp.* Fremitus armorum. ¶ Dicitur etiam de canibus. *Colum. l.* 7. *c.* 12.

Fremo, mis, mui, mitum, n. 3. *fremere*, *fare ſtrepito*, המה, Germ. *tecen*, Gal. *fremir*, Hiſp. *bramar*, βρέμω, ſonitum edo, ut in tonitru, fluctibus maris, &c. a verbo Græco allato. *Virg.* 1. *Æn. de ventis*: Circum clauſtra fremunt. *Stat.* 12. *Theb.* Montes, undæque fremunt. ¶ Proprie ſignificat vocem irati leonis, *ruggire*, ut notat *Var. lib.* 6. *L. L. Jub fin. ad illud Ennii*: pauſam fecere fremendi. Eadem ratione uſurpat *Plin. l.* 8. *c.* 16. & *Virg.* 9. *Æn.* Sed tribuitur & aliis, ut lyncibus ab auctore, *Carm. de Philomela*, & equis a *Virg.* 1. *Georg.* ¶ Tranſlate eſt murmure, & voce indignationem oſtendere. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 7. Fremit, ſibi ereptum conſulatum. *Id. l.* 1. *Orat. c.* 44. Fremant omnes licet, dicam quod ſentio.

Fremor, oris, m. fremitus, murmur. *Virg.* 11. *Æn. v.* 296. variuſque per ora cucurrit Auſonidum turbata fremor.

Frendĕo, es, dui, freſſum, n. 2. *frangere*, *fremere co' denti*, החק, Ger. *hirren von zorn*, Gall. *grincer les dens*, Hiſp. *reganar*, θλάω, proprie notat ſonum edere dentibus colliſis, ut in gemitu, & in iracundia, & metonymice frangere. *Plaut. Capt.* 4. 4. 5. Ita frendebat dentibus. *Cic. in Tuſc.* Nemæus leo frendens. ¶ Reperitur etiam in 3. conjugat. *Plaut. Truc.* 2. 7. 41. Dentibus frendit, icit femur. *Accius apud Non. c.* 5. *n.* 103. Saxo truges frendas.

Frendor, oris, m. dentium colliſio, frendendi actio. *Veget. l.* 3. *cap.* 31. Tremorem, frendoremque pati. Adde *Tertull. de reſurrect. carn. c.* 35.

Frentāni, & Ferentani, pop. Italiæ, in ora, inter Matrucinos ad Occ. & Apulos ad Or. Quorum urbs Ferentanum, & Frentanum Teano Apulorum proxima fuit. Nunc caput regionis eſt *Anxanum.*

Frento, m. *Fortore*, fl. Frentanorum, illos ab Apulis Dauniis diſterminans, qui Larinum urb. alluit.

Frenum. V. Frænum.

Frequens, tis, o. 3. *frequente*, *ſpeſſo*, טוּדר, Ger. *embfig*, Gal. *frequent*, Hiſp. *frequentando*, συχνός, creber, multus, copioſus. Dicitur de perſona, ſeu de re animata, pro aſſiduo. *Cic. pro Roſc. Am.* Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens. ¶ Cum jungitur ſubſtantivis numeri pl. vel nominibus collectivis, ſignificat multum, numeroſum. *Cic.* 2. *Ver.* Frequentes præterea cives, atque ſocios, quibus ipſe inſignes injurias fecerit. *Id. de Aruſp. reſp.* Nunquam tam frequens Collegium judicavit. ¶ Dicitur item de re inanimata. *Cic. de Sen.* Caret epulis, extructiſque menſis, & frequentibus poculis. ideſt crebris, numeroſis. ¶ Sic *Frequens locus*, ideſt quem frequentare multi ſolent, *Oppidum frequens*, ubi multi homines habitant, *Platea frequens*, ubi multi diverſantur. *Cicer. pro Planc. c.* 8. Hujus Præfectura plena virorum fortiſſimorum ſic, ut nulla tota Italia frequentior dici poſſit. *Id. l.* 1. *Divin. c.* 28. Frequentiſſimum theatrum.

Frequentamentum, n. 2. genus modulationis muſicæ. *Gel. l.* 1. *c.* 11. Numeros, & modos, & frequentamenta quædam varia tibicen incineret. Adde *l.* 5. *c.* 1.

Frequentarĭus, o. 1. 2. frequens, apud vet. *Feſt.*

Frequentatĭo, onis, f. *frequenza*, רוב, Ger. *befuchung*, Gall. *frequentation*, Hiſp. *frequentacion*, actus frequentandi, coacervatio, condenſatio. *Cic. in Part.* Frequentatio argumentorum, & coacervatio univerſa ſic conſtrui debet. ¶ Speciatim eſt Figura Rhetorica. *Auct. ad Her. l.* 4. Frequentatio eſt, cum res in tota cauſa diſperſæ coguntur in unum locum, quo gravior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit.

Frequentatīvus, a, um, adject. aſſiduitatem ſignificans, ut frequentativa verba, apud Grammaticos, *Priſcian. l.* 8. & *Gel. l.* 9. *c.* 6.

Frequentātor, oris, m. qui frequentat. *Apul. in Trifmeg.* Sol frequentator, & diſpenſator, vivacitatis vitalium. *Tertul. de Monogam. c.* 8. Cœnarum frequentator.

Frequentātus, a, um, adjectiv. frequens, celebratus, *frequentato*. *Cic. in Brut. c.* 95. Aliud genus eſt non tam ſententiis frequentatum. *Id. l.* 3. *de Orat. c.* 38. Translatio inſtituta inopiæ cauſa, frequentata delectationis.

Frequenter, adv. *ſpeſſo*, המיר, Ger. *mehrſtiglich*, Gal. *ſouvent*, Hiſp. *muchas vezes*, συχνῶς, πολλάκις, ſæpe, crebro. *Auct. ad Her. l.* 4. Ut frequenter, & aſſidue conſequamur artis rationem ſtudio, & exercitatione. *Cic. in Or. c.* 24. Qua frequentiſſime ſermo omnis utitur. *Valer. Max. l.* 6. *cap. de dicendi libertate*: Frequentius aliena venia, quam ſua providentia tuta.

Frequentĭa, tiæ, f. *frequenza*, *concorſo*, *moltitudine*, רוב, Germ. *menge volcks*, Gal. *frequence*, *grande aſſemblee*, Hiſp. *concurſo*, πλῆθος, crebritas, multitudo, qualiſcunque ſit, ſive hominum ſive rerum. *Cic. de Amic.* Ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret. *Id. l.* 4. *Attic. ep.* 16. De epiſtolarum frequentia nihil te accuſo.

Frequento, as, a. 1. *frequentare*, הִתְהַלֵּךְ, Ger. *viel brauchen, gevvohnen*, Gal. *hanter, frequenter*, Hisp. *frequentar, hazer à menudo*, φοιτάω, frequenter adeo, ventito, visito, sæpius cum aliquo sum. *Cic. Offic. c.* 4. Urbes sine cœtu hominum nec ædificari, nec frequentari potuissent. *Sallust. Catil. c.*14. Juventus domum Catilinæ frequentabat. Sic *frequentare exequias, ludum, scholas, templum*. ¶ Ponitur etiam pro celebrare; quemadmodum & *celebro* pro frequentare usurpatur. *Sulpicia. in Satyr.* Musa, quibus numeris herbas & arma frequentas. *Priap. carm.* 75. Ætneæ Cererem nurus frequentent. ¶ Item pro coacervare, congregare. *Cic. Catil.* 4. *c.*7. Quos cum casu hic dies ad ærarium frequentasset. ¶ Item pro implere, frequentem facere. *Sueton. Aug. c.*46. Italiam triginta coloniarum numero frequentavit. *Cic.* 3. *de Orat. c.*52. Distinguenda, & frequentanda est oratio luminibus verborum. ¶ Frequentare alicui, pro frequentem operam dare, *Plauti* est *Cist.* 1. 1. 9. Pol istoc quidem nos pretio est facile frequentare tibi.

Frequentum, n. 2. Fricentum, *Friceni*, urbs Hirpinorum paulo remotior ab Abellino, apud Jesualdum opp. Pop. Frequentinates.

Fressus, & Fresus, a, um, adject. ex particip. a frendeo, qua significat frangere, *pesto, macinato leggiermente*, ut faba fressa, apud *Fest.* & *Cels. l.* 5. *c.* 18. h. e. saxo leviter fracta, *fava franta*. *Colum. l.* 2. *c.* 11. Cicera bubus, ervi loco, fressa datur. Adde *l.* 6. *c.* 3.

Fretālis, le, adject. ad fretum pertinens. *Ammian. l.* 28. *c.*14. A Rhætiarum exordio adusque fretalem Oceanum. h. e. fretum Britannicum. ¶ Fretale, lis, n. substant. genus est sartaginis. *Apic. l.* 7. *c.* 5. Infunditur in fretali piper.

Fretensis, se, adject. fretalis, ut Fretensis legio, quæ sc. vel scripta est ex freti accolis, ut expon. *Turneb. l.* 8. *Advers. c.*10. vel ad fretum stativa habuit. Ejus sæpe mentio fit in *inscript. apud Gruter.* v. g. *p.* 194. *n.* 2. Leg. X. Fretens.

Fretum, ti, n. 2. *stretto di mare*, יָם, Ger. *die enge des meers*, Gal. *dètroit, bras de mer*, Hisp. *estrecho de mar*, πορθμός, maris angustiæ, a fervendo dictum, quasi frevetum, quod eo semper concurrant æstus, & effervescant, ut ait *Var. l.* 6. L. L. *Cic. l.* 3. *nat. Deor. cap.*10. Fretum Siciliense. *Ovid.* 7. *Metam.* Fretum Charybdis. *Horat. l.* 2. *od.* 7. Fretum æstuosum. ¶ Ponitur & pro ipso mari. *Virg.* 1. *Æn. v.* 607. In freta dum fluvii current. ¶ Translate ponitur pro fervore, & commotione. *Florus l.*1. *c.ult.* Talis pace belloque populus Rom. fretum illud Adolescentiæ, idest secundam imperii ætatem habuit. *Lucr. l.*4. *v.*1024. Tum quibus ætatis freta primitus insinuantur. ¶ Reperitur & fretus, us, m. 4. *Id. l.* 6. *v.* 363. Nam fretus ipse anni permiscet frigus, & æstus. Adde *lib.* 1. *v.* 720. & *Cic. Ver.* 7. *c.* 66. quemadmodum refert *Gellius l.*13. *c.* 20.

Fretus, a, um, o. 1. 2. *confidato*, Germ. *bertravvend*, Gall. *se confiant, assurè*, Hisp. *confiado*, πεποιθώς, confisus, nixus, fultus, & jungitur abl. *Ter. Phorm.*2.1.53. Malitia fretus sua insidias fecit. *Cic. Fam.*3. *ep.*7. Hæc scripsi ad te liberius fretus conscientia officii mei, benevolentiaque.

Friabĭlis, le, o. 3. *che facilmente si può frangere*, Ger. *das leicht zuzerreiben ist*, Gall. *facile a mettre en poudre*, Hisp. *pue se pued, desmenuzar*, ψαθυρός, quod facile friatur, & minutim teri potest. *Plin. lib.* 17. *c.* 4. Totus natura friabilis. *Id. l.*34. *cap. ult.* Sandaracha pura, friabilisque.

Friatus, a, um, adject. tritus, comminutus. *Lucret. l.* 1. *v.* 886. Scilicet & glebis terrarum sæpe friatis.

Fribŏlum, i, n. apud *Isid. l.*10. *c.*8. dicitur genus divortii, cum conjuges eo animo separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Destituitur autem hæc vox auctoritate Auctoris Latini. Hinc tamen est

Fribusculum, i, n. diminut. quod in *leg.* 32. *Dig. de don. int. viv.* dicitur esse leve jurgium inter maritum, & uxorem. V. etiam *l.*31. *Dig. de jur. dot.* & *l.* 27. *Dig. de pact. dotal.* Alii leg. *Frigusculum*. V.

Fricamentum, i, n. fricatio. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 6. Blando articulorum fricamento uti.

Fricatĭo, f. 3. *fregazione*, actus fricandi. *Col. l.*6. *c.*12. Fricatione assidua discutitur. ¶ Olim fricatio erat inter quotidianas corporis curas, ut ex *Sueton. Vespas. c.* 20. discimus. ¶ Adhibetur etiam in politionibus parietum. *Vitruv. l.* 7. *c.* 6. Quibus inductis, & diligenti tectoriorum fricatione lævigatis.

Fricatūra, æ, f. fricatio. *Vitr. l.*7. *c.*1. Super fricaturam incernatur marmor.

Fricātus, us, m. 4. idem ac fricatio. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Emendat dentium vitia crebro fricatu.

Frico, as, cui, ctum, & fricavi, fricatum, a. 1. *fregare*, גרד, Germ. *kratzen*, Gall. *frotter*, Hisp. *fregar*, ψώχω, notæ significationis est. *Virg.* 3. *Georg. v.* 256. Fricat arbore costas. *Plin. l.* 36. *c.*22. Fricatur lapis vento. *Martial. l.* 4. *epigr.* 90. Oleo fricare corpus. ¶ *Fricare frontem*, idem est ac perfricare, pudorem abjicere. V. *Perfrico*. ¶ *Fricare genua*, supplicantis est. *Plaut. Asin.* 3. 3. 4.

Frictĭo, onis, f. *fregazione*, idem ac fricatio. *Cels. l.* 1. *c.* 3. In ipso quoque itinere frequens frictio. Adde *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Frictrix, icis, f. quæ fricat. *Tertul. de Resur. carn. c.* 16. & *de Pal. c.* 4.

Frictus, us, m. 4. idem, ac frictio, seu fricatio. *Juven. sat.* 6. *v.* 322. Frictum crissantis adorat.

Frictus, a, um, adject. fricatus, *fregato*. *Juven. sat.* 6. *v.* 577. Si prurit frictus ocelli angulus. *Cato R. R. c.* 156. Cumini fricti tantum quod oleat. ¶ Est etiam adject. a frigo, *fritto*. *Horat. de Ar. poet. v.* 249. Frictum cicer. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 113. Frictæ nuces, *mandorle abbruciate*. ¶ Dicitur & *frixus*. *Cels. l.* 1. *c.* 18. Res eadem magis alit jurulenta, quam assa; magis assa, quam frixa.

Frigĕdo, dinis, f. 3. frigus, apud vet. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 544. Aquiloniam servat frigedinem.

Frigefacto, as, a. 1. frequentativum, *raffreddare*, Germ. *erkilen*, Gal. *refroidir*, Hisp. *enfriar*, ψύχω, frigidum facio. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 14. Os nunc frigefactas.

Frigĕo, es, gui, & frixi, secundum *Donatum*, *raffreddarsi*, Ger. *frieren*, Gal. *avior froid*, Hisp. *tener frio*, καταψύχομαι, frigidus sum, a φρίττω, *horreo*. *Virg.*6.*Æn.v.*219. Corpusque lavant frigentis, & ungunt. ¶ Translate est languere, vel segnem esse. *Ter. Eun.* 4. 5. 6. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. *Cic. Att. l.* 1. Cum Romæ a judiciis forum frixerit. *Ter. Eun.* 2. 2. 37. Nimirum hic homines frigent. h. e. inopia laborant. *Id. ib.* 3.3.11. Ubi friget, huc evasit. h. e. ubi hæret in sermone.

Frigĕrans, antis, o. frigus afferens, particip. a *frigero*, quod in usu non est. *Catul. carm.*62. Frigerans Aganippe.

Frigesco, is, n. *divenir freddo*, Germ. *erkalten*, Gall. *se refroidir*, Hisp. *resfriarse*, ἀποψύχομαι, frigidus fio. *Cato de re rust. c.* 6. Ubi erit tam crassum, quam viscum, finito, frigescat. ¶ Translate est ociosum esse, languescere. *Cæl. Cic.* Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Frigescit opus.

Frigidarĭum, ii, n. 2. *rinfrescatojo*, λουτρὸν ψυχρόν, ahenum in balneis, quo frigida aqua continebatur, sicut caldarium, quo calida, & tepidarium, quo tepida. *Gloss. Vet.* Frigidarium, ὑδροψύχιον, ψυχοφόρον, *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. Ahena super hypocaustum tria, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium.

Frigidarĭus, a, um, adject. ut frigidaria cella in balneo, ubi frigida lavabant. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. *Pallad. R.R. l.* 1. *tit.* 41. Balneæ frigidariæ.

Frigĭde, adv. *freddamente*, ψυχρῶς. Translate significat exigue, remisse. *Gel. l.* 19. *c.* 3. Exigue atque frigide laudari. *Quintil. l.* 6. *c.*3. Ille alioqui vir facundus inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem suam frigidissime reportavit. *Id. ibid. c.* 3. Frigidius dicere.

Frigidefacto, as, a. 1. frigefacto. *Plaut. Rud.* 5. 2. 39. V. in voce *Gith.*

Frigidiuscŭlus, a, um, adject. diminut. *Gell. l.* 3. *c.* 10. Sed alia ibidem congerit frigidiuscula. *Tertul. de Ani. c.* 25. *sub fin.* scripsit *frigusculus*, ut leg. *Froben. Rigalt.* & al.

Frigĭdo, as, avi, atum, a. 1. frigidum facio. Usus est *Lucil.* & *Cæl. Aurel. Acut.* 3. *c.* 17. Frigidare corpus tactu.

Frigidŭlus, o. 1. 2. *freddarello*, ψυχρός, dimin. a *frigidus*, subfrigidus, qui aliquantum frigidus est. *Catul. Argon. v.* 131. Frigidulos udo singultus ore cientem.

Frigĭdus, a, um, o. 1. 2. *freddo, che ha freddo*, קַר, Germ. *kalt*, Gal. *froid*, Hisp. *frio*, ψυχρὸς, quod habet frigus. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 12. Frigidior fons, & purior. ¶ Translate ponitur pro languido, remisso, segni, ut *Frigidus homo*, qui omnia nimis remisse agit, cui opponitur fervidus, & vehemens. *Joci frigidi*, qui parum vehementiæ habent ad excitandum risum. *Virg.*12. *Æn.* Sed frigida bello dextera. *Cic.*3. *in Ver.* Alii etiam frigidiores, sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse. *Id. Q. Fr.* 3. *ep.*3. Frigidissimi accusatores. ¶ Interdum pro pernicioso, Servio teste, vel pro maligno. *Virg. Ecl.* 3. Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. *Id.* 1.*Georg.* Frigida Saturni se se quo stella receptet. ¶ *Frigida*, per se positum, accipitur pro aqua, quæ calida non est, aut tepida. *Plin. in epist.* 5. *l.*3. Per Solem plerunque frigida lavabatur. ¶ Unde *Frigidam suffundere*, proverbio dicimus, pro rem aliquam inflammare. Tractum est prov. a fabris ferrariis, qui igni suo frigidam aspergunt, quo vehementius ardeat. *Plaut.Cist.* 1. 1.37. Si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt. ¶ Frigida negotia. h. e. nullius momenti. *Plin. l.* 9. *ep.* 2.

Frigilla. V. Fringilla.

Frigo, is, xi, xum, vel ctum, a. 3. *friggere*, קָלָה, Germ. *resten*, Gal. *frire*, Hisp. *freir*, φρύγω, torreo, a verbo Græco allato. *Plin. l.*18. *c.*7. Postera die frigunt, deinde molis frangunt.

Frigor, oris, m. idem quod frigus, apud *Theod. Priscian.* qui *l.* 2. *c.* 29. *molestissimum frigorem* dixit.

Frigorĭficus, a, um, o. 1. 2. ψυχροποιὸς, frigus inducens. *Gel. l.* 17. *c.* 8. Acetum omnium maxime frigorificum est.

Frigōro, as, avi, atum, a. 1. frigidum facio, *raffreddare, rinfrescare*. *Cæl. Aurel.Tard.* 4. 4. Frigorare corpus. *Id. Acut.* 3. *c.*21. Frigorandos ait cholericos.

Frigŭlo, as, n. 1. verbum exprimens vocem graculi. *Auctor. Carm. de Philom. v.* 28. Graculus at frigulat.

Frigultĭo. V. Frigutio.

Frigus, oris, n. 3. *freddo*, קֹרָה, Germ. *kelte*, Gall. *froid*, Hisp. *frio*, ψύχος, qualitas contraria calori, a ῥῖγος, vel a φρίκη, *horror*, quæ frigoris passio est. *Virg.* 1. *Georg.* Frigusque, caloremque inter. ¶ Frigus etiam dicitur ipsa aeris natura. *Virg.* 2. *Georg.* At sceleratum exquirere frigus difficile est. *Horat. l.* 1. *ep.*17. *v.*31. Frigore mori. *morir di freddo*. ¶ Aliquando pro metu ponitur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 96. Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra. ¶ Frigus id etiam appellatur, cum pro risu, & gratia, vel favore sperato, res in diversum exit. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Tantum fuit frigus, ut populi convicio nos coactus sit dimittere. *Quint. l.* 6. Et imperitia, & rusticitas, & rigor, & deformitas afferunt frigus. Ubi absurdam rei speciem significat, quam incommodus eventus consequitur. ¶ Ponitur & pro languore, seu remissione in aliqua re. *Plin. l.* 6. *ep.* 15. Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. *Quintil. l.* 2. *c.* 12. Argumentorum frigus. Adde *Sueton. Aug. c.*66. ¶ Frigore aliquem ferire, est, occidere; nam mortuum corpus frigidum est. *Horat. l.* 2. *sat.* 1. *v.* 62. majorum ne quis amicus Frigore te feriat.

Friguscŭlum, n. 2. dim. a frigus. Translate dicitur, quando conjugalis amor ex dissidio aliquo nonnihil de vehementi fervore remisit. *Ulp. l. cum hic, de donat. inter virum, & uxorem*, §. 12. Quod si divortium non intercesserit, sed frigusculum, profecto valebit donatio, si frigusculum quievit. ¶ Aliqui leg. *Fribolum*.

Frigutĭo, vel friguttio, vel frigultio, vel fringultio, vel fringuttio, n. 4. est cantare proprium fringillæ avis, a sono, ut fritinnio est hirundinis. *Festus*. *Nonius*. ¶ Translate dicitur de hominibus, qui quasi fracto gutture loquuntur. *Fulgentius de Serm. prisco.* Friguttire dicitur subtiliter adgarrire. *Apul. in Apol.* Vix syllabas singulas fringultientem.

Fringilla, vel frigilla, f. 1. vel fringillus, m. 2. *fringuello*, σπίζα, avis species, ita dicta a sono, quem cantando edit. *Fest. Martial. l.* 9. *epig.* 55. Nunc sturnos inopes, frigillarumque querelas audit.

Frio, as, a. 1. *stritolare*, שָׁחַק, Ger. *reiben*, Gal. *mettre en poudre*, Hisp. *desmenuzar*, λεπτοποιέω, tero, comminuo. *Plin. l.* 23. *c.* 4. In Æthiopia friatur hæc, & farinæ modo spissatur in panem. Adde *Var. l.* 2. *R. R. c.* 9.

Frit, indecl. dicitur illud in summa spica jam matura, quod est minus, quam granum, a frio, quia facile friatur. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 48.

Fritilla, æ, f. 1. pultis genus, apud *Arnob. l.* 7. Quid fritilla, quid frumen, quid africia, &c. *Plin. l.* 18. *c.* 8. Hodie sacra prisca, atque natalium pulte fritilla conficiuntur. Alii leg. *frictilla*, ut sit a *frigo*.

Fritillus, li, m. 2. πύργος, idem ac pyrgus, idest, turricula rotunda, per quam tali mittuntur, ne digitis ita a quoquam componi possint, ut cadant ad jacentis voluntatem, qui fritillus intus trochleatim erat effictus, certosque habebat excisos gradus, quibus tali impingentes sonum, strepitumque ederent, fritinnientium, sive fritillantium avium voci non omnino absimilem. *Juven. Sat.* 14. *v.* 5. Parvoque eadem movet arma fritillo. *Mart. l.*4. *epigr.* 14. Incertis sonat hinc & hinc fritillis. ¶ Nonnulli fritillum exponunt lusoriam tabulam.

Fritinnĭo, is, n. 4. est cantare proprium hirundinum, aliarumque minutarum avicularum, a sono. *Var. l.*6. *de L.L.* Ejusdem Ennii ab hirundine, Netrende fritinni suaviter. *Auct. carm. de Philom.* cicadis tribuit, *v.* 35. Fritinnit rauca cicada. ¶ Translate dicitur de infantibus loqui incipientibus, & garrientibus. *Epigr.* 8. *inter op. Senecæ*. Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit.

Frivolarĭa, f. 1. Plautinæ comœdiæ nomen, quæ amissa est.

Frivŏlus, o. 1. 2. *di niun momento, da niente*, רֵיק, Ger. *nichts sollend*, Gal. *frivole*, Hisp. *frivolo*, ψυχρολόγος, quod est inane, leve, ludicrum, ineptum, futile, nulliusve momenti. Aliqui tribolum dicunt, & explicant fere obolo dignum. Sic frivolus labor, *Sen. epist.* 31. Frivolum auspicium, *Sueton. Ner. c.* 12. *Id. Claud. c.* 14. Modo circumspectus, & sagax, nonnunquam frivolus, amentique similis. *Plin. l.* 7. *c.* 7. Quam sit frivola animalium superbissimi origo. h. e. fragilis, infirma. ¶ Frivola verba apud *Fest.* sunt, quæ parvam habent fidem. Sic *Juven. Sat.* 5. *v.* 58. Romanorum omnia regum frivola. ¶ *Frivola* absolute dicuntur viles res, nullius pretii supellex, *stracce*. *Ulp. l.* 11. §. 5. *ff. de pignerat. act.* Ut

eſt. Ut ad univerſam penſionem inſulæ frivola mea tenerentur. *Senec. de Tranquil. c.* 1. Nec inter illa frivola mea tam lætus incedo.

Frixorĭum, vel frictorium, n. 2. *padella*, τήγανον, ſartago, in qua quid frigitur, a fupino fryxum, vel frictum. *Vet. Gloſſ.* Frixorium, τήγανον. Habet etiam *Plin. Valer. l.* 2. *c.* 7.

Frixus, V. Frictus, a, um.

Frondarĭus, o. 1. 2. *di fronde*, Ger. *das zu den zweigen gehoert*, Gal. *appartenant a des feuilles*, Hiſp. *perteneciente a las hojas*, φύλλινος, quod ex frondibus eſt, vel ad frondes pertinet. *Plin. l.* 18. *c.* 31. Unus frondator quatuor frondarias ſiſcinas complere in die juſtum habet.

Frondatĭo, f. 3. φύλλοτομία, frondium, & ramorum redundantium reſectio. *Col. l.* 5. *c.* 6. In frondatione cavendum, ne prolixiores pollices fiant.

Frondātor, oris, m. 3. *sfrondatore*, מנקף, Ger. *der die aeſt erhauet, und ſcubert*, Gall. *émondeur*, Hiſp. *el que quita las hojas*, φυλλοτόμος, qui arborum ramos ſupervacuos amputat, & qui e frondibus manipulos facit ad pabulum animantium, & qui manibus folia vitium vellit, quo ardor Solis uvam maturiorem reddat. *Virg.* 1. *Ecl.* Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras. ¶ Dicitur etiam de ave, quæ in frondibus habitat, vel nidificat. *Serv. in* 1. *Ecl.*

Frondĕo, es, ui, n. 2. *avere frondi*, רענן, Ger. *gruenen bletter haben*, Gal. *porter des feuilles*, Hiſp. *echar*, *tener hojas*, φυλλοφορέω, frondes habeo. *Virg.* 3. *Ecl.* Nunc frondent ſylvæ.

Frondeſco, n. 3. φυλλόομαι, eſt frondes emittere, in frondes abire, frondibus conveſtiri. *Cic.* 1. *Tuſc.* Cœlum niteſcere, arbores frondeſcere. *Virg.* 6. *Æn. v.* 144. Simili frondeſcit virga metallo.

Frondĕus, o. 1. 2. *di frondi*, φύλλινος, quod totum ex frondibus eſt, ut Frondea corona. *Plin. l.* 16. *c.* 4. *Virg.* 1. *Æn. v.* 191. Nemora frondea.

Frondicŏmus, a, um, adject. frondes habens quaſi comas. *Prudent.* 3. *Cathem. v.* 102. Frondicomis habitare locis.

Frondĭfer, ra, rum, o. 1. 2. *fronzuto*, φυλλοφόρος, frondes ferens. *Luc. l.* 2. *v.* 259. Frondiferaſque domos avium.

Frondifluus, a, um, adject. id, cujus cauſa frondes cadunt. *Boet. l.* 1. *metr.* 5. Frondifluæ frigore brumæ.

Frondōſus, a, um, o. 1. 2. *fronzuto*, πολυφόλλος, quod frondibus abundat. *Virg.* 4. *Georg.* Corporaque ipſa boum frondoſo deſere luco.

Frons, tis, f. 3. *fronte*, מצח, Ger. *ſtirn*, Gal. *front*, Hiſp. *frente*, μέτωπον, pars altiſſima faciei, a dextra & ſiniſtra temporibus, a ſuperiore parte capillorum radice, ab interiore ſuperciliis terminata. Frons animi motibus inſervit, & ipſorum animi motuum tabula velut quædam eſt, in qua vel hilaritatis, vel triſtitiæ, vel gravitatis, vel levitatis ſigna notentur, atque obſerventur. Hinc ſæpe accipitur pro vultu, & pro animi noſtri affectu, quem fronte oſtendimus. *Cic. Att. l.* 4. Pompejus Scauro ſtudet, ſed utrum fronte, an mente, dubitatur. *Id. poſt Redit.* Tu ne auſus es iſta fronte cum Gabinio conſociare conſilia peſtis meæ? ideſt, iſta audacia, impudentia. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas, & ponitur pro principio, vel parte anteriore cujuſque rei. *Virg.* 1. *Æneid.* Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum, &c. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt. Sic in acie frons dicitur anterior pars hoſti oppoſita. *Gel. l.* 10. *c.* 9. *Salluſt. Catil. c.* 59. Octo cohortes in fronte conſtituit. *Liv. l.* 36. *c.* 44. Æqua fronte ad pugnam accedere. ¶ Item in ædificiis *la facciata*, *Vitruv. l.* 2. ¶ Item in libris exterior, interiorque voluminis pars frons dicebatur, quæ ornari ſolebat ebore, cedro, buxo, aliave materia. *Ovid. l.* 1. *Triſt. eleg.* 1. ¶ Item in ſcenis exterior facies. *Virg.* 3. *Georg. v.* 24. vel ſcena ut verſis diſcedat frontibus. ¶ Frontem dilatare, explicare, porrigere, exporrigere dicimur, cum hilareſcimus; Frontem obducere, corrugare, contrahere, caperare, cum mœremus, & iraſcimur. Sic etiam dicitur Frons explicata, explicita, porrecta, exporrecta, ſerena, pro hilari vultu. Frons obducta, corrugata, contracta, nubila pro mœſto vultu. *Ter. Adel.* Exporge frontem. h. e. vive hilariter. *Hor. l.* 3. *Carm.* Solicitam explicuere frontem. *Plaut. Caſ.* 2. 4. 3. Porrectiore fronte mecum loquaris, oportet. ¶ Frontem pertricare, eſt pudorem expellere, deponere, & Homo perfrictæ frontis eſt, qui pudorem abjecit. Mos enim eſt eorum, qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem pertricent, natura ipſa ad id impellente, quaſi ad abigendum ſanguinem, qui ex præcordiis ad faciei ſuperficiem confluit. *Calv. apud Quintil. l.* 9. *c.* 2. Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quam Catonem. ¶ Frontem perire, eſt pudorem abjici. *Perſ. Sat.* 5. *v.* 103. Exclamet Melicerta, periſſe frontem de rebus. ¶ Frontem ferire dicuntur, qui ſupra modum indignantur. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 1. Puto, in eo te riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias. ¶ *Frons occipitio prior*, proverb. eſt, de quo V. Occipitium. ¶ Prima fronte, *a prima viſta*. *Quint. l.* 7. *c.* 2. Dura prima fronte quæſtio. ¶ *Cæcil. apud Gel. l.* 15. *c.* 9. maſc. gen. uſurpavit: Nam, inquit, hi ſunt inimici peſſimi, fronte hilaro, corde triſti.

Frons, frondis, f. *fronda*, עלה, Ger. *laubaſt*, Gall. *feville*, Hiſp. *hoja*, φύλλον, germen arborum, herbarum, & florum. *Cic. pro Cœl. c.* 18. Via intercluſa frondibus, & virgultis. *Virg.* 2. *Æn. v.* 249. Feſta fronde.

Frontāle, lis, n. *frontale*, κεφαλόδεσμος, eſt ornamentum frontis, præcipue in equis, & elephantis. *Liv. l.* 37. *c.* 40. Ingentes ipſi erant, addebant ſpeciem frontalia, & criſtæ, & tergo impoſitæ turres. Adde *Plin. l.* 37. *c.* 12.

Frontātus, a, um, o. 1. 2. *cbi ha la fronte*, quod frontem habet, vel quod in fronte rei alicujus eſt poſitum, ut Frontati lapides qui per latitudinem totam porrecti utramque parietis frontem conficiunt. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Vel tecta coctilibus lateculis, frontatiſque. Adde *Vitr. l.* 2. *c.* 8.

Fronto, onis, m. *chi ha gran fronte*, Germ. *der ein breite ſtirn hat*, Gal. *qui a grand front*, Hiſp. *el que tiene gran frente*, μετωπίας, latam habens frontem. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 29. Ecquos nævum habere, ecquos filos, flaccos, frontones, capitones?

Fronto, onis, m. præceptor M. Antonini Imp. in Philoſophia ſimul, & in Eloquentia, adeo ab illo dilectus, ut ei ſtatuam erigi a Senatu peteret. ¶ Fronto alter, vir clarus rebus tum militaribus, tum urbanis, tempore Neronis.

Fructētum, i, n. locus arboribus pomiferis conſitus. Legitur apud *Aug. lib.* 1. *de Civ. Dei*, *cap.* 20.

Fructĭfer, a, um, o. 1. 2. *fruttifero*, פורה, Ger. *fruchtbar*, Gal. *portant fruit*, Hiſp. *que lleva fruto*, καρποφόρος, quod fert fructum, fœcundum, fertile. *Plin. l.* 12. *c.* 3. Dicentur inter fructiferas.

Fructificatĭo, onis, f. fructuum emiſſio. *Tertul. l.* 4. *cont. Marc. c.* 39. Fructificationes arbuſcularum ſignum æſtivo tempori præſtant.

Fructifĭco, n. 1. fructum emitto. *Tertul. de reſur. carn. c.* 52. & *de Præſcript. c.* 36.

Fructuārius, o. 1. 2. ἐπικαρπίας, quod fert fructum. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 4. Sus fructuaria. *Colum. lib.* 5. *c.* 6. Palmes fructuarius. *Pallad. l.* 3. *c.* 12. Deciſis male natis, & veteribus (ramis) novellos, & fructuarios ſerva. ¶ Item ad fructum pertinens, ut fructuaria cella, ubi fructus reponuntur. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Hinc apud JCtos fructuarius ſervus, cujus ſc. quis uſum tantum habet, proprietatem alius. *Cæl. ad Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 9. Agros quos fructuarios habent. Sic ſtipulatio fructuaria &c. V. *l.* 2. *D. g. de pecul. & leg.* 4. *Dig. de Verb. obligat.* ¶ Agri fructuarii ſunt vectigales. *Cœliur Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 9. Agros, quos fructuarios habent civitates, vult immunes eſſe.

Fructuōſus, a, um, o. 1. 2. *fruttuoſo*, *utile*, פורה, Ger. *fruchtbar*, Gal. *fructueux*, Hiſp. *fructuoſo*, πολύκαρπος, fœcundus, utilis, fructum afferens, *Cic.* 2. *Tuſc.* Ager quamvis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Vult ſe hominem frugi probare, quia utilis multis, ideſt fructuoſus. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Fructuoſiſſima ars Medicinæ. *Senec. epiſt.* 9. Fructuoſior eſt adoleſcentia liberorum.

Fructus, us, m. 4. *frutto*, פרי, Germ. *frucht*, Gall. *fruit*, Hiſp. *fruta*, *fructo*, καρπός, omne illud, quod in fundo naſcitur, a *fruendo*, quia *fruor* non tantum *fruitus* facit, ſed & *fructus*, per ſync. *Cic. Att. l.* 11. In quos ſumptus abeunt fructus prædiorum! *Id. in Parad.* Suis fructibus exercitum alere. *a ſue ſpeſe*. *Col. l.* 5. *c.* 6. Quia quæ pars palmitis præcipitata eſt, fructu induitur. ¶ Translate dicitur de fœtu animalium. *Cic.* 2. *de nat. Deor. de ovibus*. Quæ quidem neque ali, neque ſuſtentari, neque ullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione potuiſſent. ¶ Item de commodo, & utilitate. *Cic. de Am.* Ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos. *Liv. l.* 34. *c.* 36. Fuerat ei magno fructui mare. ¶ Olim dicebant in gen. *fructi*, & *fructuis*. *Ter. Adel.* 5. 4. 13. Nunc hoc fructi pro labore illis fero. *Varro*. Quæro, utrum fructuis, an delectationis cauſa vendatis.

Fructus, a, um, o. 1. 2. idem ac fruitus per ſync. partic. a fruor. *Lucr. lib.* 3. *v.* 954. Sin ea, quæ fructus cunque es, periere profuſa. Adde *Vellej. l.* 2. *c.* 104.

Fruendus, a, um, particip. a fruor. *Cic.* 1. *Fin. c.* 1. Non paranda ſolum nobis, ſed fruenda etiam ſapientia eſt. *Id.* 2. *Q. Fr. ep.* 14. Suavitatis noſtræ fruendæ cauſa. *Liv. l.* 32. *c.* 7. Locare aliquid fruendum.

Frugālis, le, o. 3. *ſobrio*, *temperato*, צנוע, Ger. *zimlig*, Gal. *épargnant*, Hiſp. *templado*, χρήσιμος, moderatus, prudens, abſtinens, temperans, a *frugi*. *Ter. Heaut.* Dedo me patri nunc jam, ut frugalior ſim, quam vult. *Cic. pro Flac.* Homines ſunt tota Alia frugaliſſimi. *Id.* 2. *de Orat. c.* 71. Optimus colonus, parciſſimus, frugaliſſimus. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 2. Hæc villa frugalior, ac melior eſt, quam tua illa perpolita. ¶ Poſitivi gradus rarus apud optimos ſcriptores, & fortaſſe nullus eſt uſus. nam hi pro *frugali homine frugi* dicunt. Habet *Apul. l. de Mundo*, ſed alio ſenſu: *frugalis maturitas*, h. e. frugum.

Frugalĭtas, f. 3. *parſimonia*, Ger. *zimligkeit*, Gal. *frugalité*, Hiſp. *templanca*, σωφροσύνη, moderatio, temperantia, a *frugalis*. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 8. Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam, ſed haud ſcio, an recte ea virtus frugalitas appellari poſſit. *Id. pro Dejot.* Omnes ſunt in illo Rege virtutes, ſed præcipue ſingularis, & admiranda frugalitas: etſi hoc verbo ſcio laudari Reges non ſolere. *Plin. l.* 4. *ep.* 4. Quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur.

Frugalĭter, adv. *modeſtamente*, *frugalmente*, Ger. *maeſſiglich*, *ſobrement*, Hiſp. *templadamente*, σωφρόνως, ſobrie, & modeſte. *Cic. pro Dom.* Itaque omnia ſigna, tabulas, ornamentorum quod ſupertuit in fanis, & communibus locis, tota e Græcia, atque inſulis omnibus honoris P. R. cauſa ſane frugaliter domum ſuam deportavit. *Lactant. de Ira Dei cap.* 20. Strictius, & frugalius vivunt. *Quintil. Declam.* 260. Frugalius vivere.

Frugamenta, orum, a frugibus appellata. *Feſtus*.

Fruges. V. Frux.

Frugi, nomen indecl. o. g. *buono*, *utile*, *neceſſario*, χρηστός, utilis, & neceſſarius, a *fruge*, ut proprie is ſit, unde frugem poſſimus habere, ſive quo frui queamus. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 8. Sed quia nec qui propter metum præſidium reliquit, quod eſt ignaviæ, nec qui propter avaritiam clam depoſitum non reddidit, quod eſt injuſtitiæ, nec qui propter temeritatem male rem geſſit, quod eſt ſtultitiæ, frugi appellari ſolet, eo tres virtutes, fortitudinem, juſtitiam, prudentiam frugalitas complexa eſt. *Id.* 5. *Fam.* Illum hominem frugi, & tibi amicum exiſtimabam. ¶ Antiqui ſervum laudare volentes frugi dicebant, tanquam ſobrium, utilem, & neceſſarium, qui diligenter domini utilitati, commodiſque ſerviret. *Cic. pro Cluent.* Servus frugi, atque integer. ¶ Sumitur etiam pro eo, qui in victu, veſtitu, ſimilibuſque temperans, & parcus eſt, & generaliter pro moderato, modeſto, innocente. *Cic. in Verr.* Homines ſatis fortes, & ſatis plane frugi, ac ſobrii. A *Plauto* etiam *Aſin.* 1. 3. 23. Frugi lena dicitur, quæ ſuis rationibus bene conſulit. ¶ Item pro eo, quod modica impenſa fit. *Quint. l.* 5. *c.* 10. Frugi victus. *Juven. ſat.* 3. *v.* 167. Frugi cœnula. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Atrium frugi, nec tamen ſordidum. ¶ Dicitur etiam frugi eſſe, frugi fieri. *Ter. Eun.* 3. 5. 60. Paratum eſt. A. frugi es. *Cic. Phil.* 12. *c.* 28. Frugi factus eſt. ¶ Apud *Plautum* vox hæc videtur eſſe ſubſtantiva. habet enim *in Truc.* 1. 1. 13. & alibi ſæpe *homo bonæ frugi*. idem habetur *Dig. l.* 11. *tit.* 3. niſi forte ubique legendum eſt *frugis*; quod tamen affirmare non auſim. Quidam tamen *frugi* pro *frugis* dictum antiquo more putant, quemadmodum *fami* pro *famis* dicebatur, ut eſt apud *Voſſ. l.* 1. *de Anal. c.* 46.

Frugĭfer, ra, rum, o. 1. 2. *che produce frutti*, *fruttifero*, καρποφόρος, fructus ferens. *Ovid.* 5. *Met.* Frugiferas meſſes, alimentaque initia reddat. ¶ Per translationem ponitur pro eo, quod utilitatem affert, *utile*. *Cic.* 3. *Off. c.* 2. Cum tota Philoſophia frugifera, & fructuoſa, nec ulla pars ejus inculta, ac deſerta ſit.

Frugĭferens, entis, o. 3. frugifer. *Lucr. l.* 1. *v.* 3. Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes concelebras.

Frugilĕgus, a, um, o. 1. 2. σιτολόγος, quod fruges colligit. *Ovid.* 7. *Met. v.* 625. Hic nos frugilegas aſperimus ordine longo grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frugipărens, entis, adject. frugifer. *Fortunat. l.* 3. *carm.* 11. Frugiparenſque manet.

Frugipărus, a, um, adject. qui fructus parit. *Avien. Phænom. Arat. v.* 1054. Singula frugiparos attollunt tempora fructus.

Frugiperda, arbor, quæ facile fruges amittit. *Plin. l.* 16. *c.* 26. Ocyſſime ſalix amittit ſemen, antequam omnino maturitatem ſentiat, ob id dicta ab Homero frugiperda.

Fruiſcor, eris, d. 3. idem ac fruor, unde formatum eſt. *Metell. ad Domitios*, *apud Gel. l.* 17. *c.* 2. Ego neque aqua, neque igni careo, ſed ſumma gloria fruiſcor.

Fruitūrus, o. 1. 2. partic. temporis futuri a *fruor*. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 17. Qui præſentibus voluptatibus trueretur, confideretque, ſe eſſe fruiturum.

Fruitus, a, um, particip. a verbo *fruor*. *Senec. epiſt.* 93. Omnium rerum cognitione fruiti ſumus. *Ulp. l.* 29. *Dig. Quib. mod. uſusfr.* Non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt.

Frumen, inis, n. λάρυγξ, ſumma pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem. *Serv. in* 1. *Æn.* Frumen, eminens ſub mento gutturis pars, laryngem Græci vocant, Latini, & Celſus fauces. ¶ Eſt etiam pultis genus, apud *Arnob. l.* 7.

Frumentacĕus, a, um, o. 1. 2. *di formento*, σιτικός, quod ex frumento eſt.

Veget. l. 2. c. 57. Farina frumentacea.

Frumentarius, a, um, o. 1. 2. *ciò, che a formento si conviene*, σιτολογία, quod ad frumentum pertinet. *Varr. R. R.* 1. 7. Frumentarius campus. *Cic.* 5. *Ver. c.* 5. Omnem utilitatem, opportunitatemque provinciæ Siciliæ consistere in re frumentaria maxime. *Id. in Brut. c.* 62. Frumentaria lex. ¶ Frumentarii dicuntur negotiatores frumenti, *mercanti da biade*. *Cic.* 3. *Off.* Frumentarius ille Rhodius. ¶ Frumentarii etiam dicebantur Imperatorum temporibus, quos Agentes in rebus vocant *JCti in Cod.* sæpe. V. *Agentes*, & *Curiosus*.

Frumentatio, f. *raccolta di formento*, Ger. *auffsamblung des getreyds*, Gal. *provision de ble, qu' on va faire debors*, Hisp. *provision de trigo*, σιτολογία, frumenti collectio, & speciatim egressio militum ad frumentum in castra congerendum. *Cæs.* 7. *B. G.* Nostras pabulationes, frumentationesque observabat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur distributio frumenti, quæ Romæ fiebat, postquam Principes receperant curam publicæ annonæ, σιτομετρία. *Suet. in Aug. c.* 42. Impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

Frumentator, m. 3. *frumentiere*, σιτολόγος, qui frumentatum proficiscitur. *Liv. l.* 31. *c.* 36. Copiis divisis, ad consectandos vagos frumentatores emisit. ¶ Item qui frumentum mercatur, frumentarius. *Id. l.* 2. *c.* 34. In Volscis ne emi quidem potuit: periculum quoque ipsis frumentatoribus fuit.

Frumentor, aris, d. 1. *raccogliere formento*, שבר, Germ. *korn famlen*, Gal. *faire provision de blè*, Hisp. *coger trigo*, σιτολογέω, frumentum colligo, & fere de militibus dicitur. Pompejus Domitio inter *epist. Cic. ad Att. lib.* 8. Neque solus sustinere poteris, ut frumentatum eas. *Liv. l.* 31. *c.* 36. Cum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frumentum, ti, n. 2. *frumento, formento*, שבר, Ger. *korn*, Gal. *blè, froment*, Hisp. *panes, trigo*, σῖτος, seges cujuslibet generis, a *fruendo*, quasi *fruimentum*, quia est fructus terræ, quo alimur, fruimurque. Porro frumenta dicuntur, quæcunque emittunt aristas. *Serv.* Hinc frumenti genera numerantur, far, quod adoreum dixerunt, siligo, triticum, hordeum, a *Plin. l.* 18. *c.* 8. *Cic.* 5. *Att. ep.* 18. Locus copiosus a frumento. *Cæs. l.* 3. *B. C. cap.* 49. Major spes maturitate frumentorum proponitur. ¶ *Plin. l.* 15. *c.* 19. & *l.* 17. *c.* 27. frumenta vocat minuta grana in ficis.

Frunifcor, ris, d. 3. *fruire, godere*, fruor, a *fruinifcor* per sync. quod a *fruinor*, quod a *fruor*. *Plaut. Rud.* 4. 3. 73. Hinc tu, nisi malum, frunisci nil potes.

Frunitus, prudens, sapiens, forte ἀπὸ τῆς φρονὸς, vel a φρονέω. *Festus* hanc vocem Catoni tribuit. In *Inscript. apud Fabret. p.* 237. est particip. a *fruor*: ita enim legimus: Filiis suis infelicissimis, qui ætate sua non sunt fruniti, fecit mater scelerata. Nisi forte legendum est *fruiti*.

Fruor, eris, fruitus, vel fructus sum, per sync. d. 3. *godere, fruire*, הועיל, Ger. *nuzen*, Gal. *jouir*, Hisp. *gozar*, ἀπολαύω, potior, fructum, voluptatemque percipio. Consuetudo fructum ab usu distinxit, ita ut *uti* sit ad commoditatem, & utilitatem, *frui* non ad usum modo, sed etiam ad quæstum, vel delectationem, ut Jurisconsulti docent. *Flor. l.* 2. *c.* 6. *de Annibale*. Victoria cum posset uti, frui maluit. *Senec. de vita beata, c.* 10. Tu voluptate frueris, ego utor. ¶ *Donat. in Eun. a.* 4. *sc.* 7. scripsit, Frui est vesci, a frumine, quæ est summa pars gulæ, a qua re etiam his, quæ nec cibo, nec poculo sunt, frui dicimur χρηστικῶς, utpote rebus Venereis, & delectatione odoris, visus, auditus, & cæteris. *Cic.* 1. *Fin. cap.* 59. Sapiens fruitur præsentibus. *Ter. Phor.* 1. 3. 13. Ita me Dii ament, ut mihi liceat quod amo frui. ¶ Interdum usurpatur pro delectari. *Claud. Paneg. Mall. v.* 224. Qui fruitur pœna, ferus est. *Tacit.* 3. *hist. cap.* 83. Exsultabant, fruebantur, nulla partium cura malis publicis læti. ¶ Olim quarto casui jungebatur, ut sæpe legitur apud *Plaut.* & apud *Apul. l.* 8. *Met.* ¶ Particip. *fructus sum* legitur apud *Velej. l.* 2. *c.* 104.

Frusino, Frusinum, Phrusino, Frusinona Colonia, *Frasclone*, al. *Frusilone*, urbs olim Latii, in Hernicis, nunc opp. in Campania Romana, in colle, versus confinia R. Neap. apud Cosam flu. Verulo propinq. *Juven. sat.* 3. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Frustatim, adv. *a pezzo a pezzo*, Germ. *flueck vveise*, Gal. *par piece*, Hisp. *a pedacos*, κατὰ μέρη, per frusta. *Plin. l.* 20. *c.* 19. Aut frustatim in patinis. Adde *Pompon. Non. c.* 2. *n.* 337. *Apic. l.* 4. *c.* 2. & *Prudent. Psychom. v.* 720.

Frustillatim, adv. κατὰ λεπτὰ μέρη, per frustilla. *Plaut. Curc.* 4. 4. 20. Ut hic formicæ te frustillatim differant.

Frustillum, i, n. diminut. a frustum, *pezzetto*. *Arnob. lib.* 2. Frustilla ignea, & *l.* 7. Frustilla parvula.

Frusto, as, avi, atum, a. 1. in frusta concidere. *Flor. lib.* 2. *c.* 2. Cum Punicæ prædæ omnibus promontoriis insulisque frustrarentur, & fluitarent. Ita *Salmas. Græv.* Alii leg. *frustrarentur*. h. e. portum nullum tenere possent.

Frustra, adv. *in vano*, חנם, Ger. *umbsunst*, Gal. *en vain*, Hisp. *en valde, en vano*, μάτην, incassum, nequidquam, a *frudo*, pro *fraudo*. quia quod frustra fit, fraudat desiderium ejus, qui id facit. *Cic. de Sen.* Ita vixi, ut non frustra me natum existimem. ¶ Frustra habere aliquem est decipere, circumvenire. *Plaut. Amph. argum.* 2. *v.* 5. Is servum, & dominum frustra habet. ¶ Frustra esse dicitur, quod exitum speratum non habet, quodque ex sententia non evenit. *Sall.* Cujus neque consilium ullum, neque inceptum frustra erat. ¶ Item frustrari, falli, errare. *Plaut. Pers.* 1. 3. 60. Nunquam hercle hodie hic prius edis, ne frustra sies. *Sallust. Jug. c.* 85. Ut neque vos capiamini, neque illi frustra sint. Facete *Ennius in Satyr. apud Gel. lib.* 18. *c.* 2. Nam qui lepide postulat alterum frustrari, Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse, &c. h. e. ut *Popma* explicat *de differ. verb. l.* 2. & *Par. in Lex. Crit.* Qui studet alium fallere, non statim potest dicere, eludi & falli eum, quem ipse fallere vult, &c.

Frustrabilis, le, adject. vanus, inanis. *Arnob. l.* 2. Res frustrabili expectatione præsumpta. Et *l.* 6. Res vacua imaginatione frustrabiles.

Frustratio, onis, f. *inganno*, אכזב, Germ. *betriegung*, Gall. *abusement, frustration*, Hisp. *engano*, ἀπάτη, deceptio, eventus præter opinionem. *Planc. Cic.* 10. *Fam. ep.* 23. Tanto majorem his frustratio dolorem attulit. *Plaut. Amph.* 3. 1. 14. In horum familiam frustrationem hodie injiciam maximam. *Liv. l.* 25. *cap.* 25. Cum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset. *Id. l.* 38. *c.* 25. Frustratio Gallorum eo spectabat, ut tempus tererent.

Frustrator, oris, m. qui frustratur, & decipit. *Symmach. l.* 10. *ep.* 51. Frustrator judicum. *Leg.* 19. *Dig. de vi* &c. Frustrator debitor constitutus est.

Frustratorius, a, um, adject. vanus, fallax. *Tertul. de Anim. c.* 47. Frustratoria somnia. Adde *Arnob. l.* 7.

Frustratus, us, ui, m. *Plaut. Men.* 4. 3. 21. Aliam posthac invenito, quam tu habeas frustratui. h. e. quam frustra habeas, decipias.

Frustratus, a, um, particip. qui decepit, & elusit. *Liv. l.* 2. *c.* 13. Clœlia frustrata custodes. *Solin. c.* 1. Frustratus vincula. ¶ Et passiva signif. *Vellej. l.* 2. *c.* 43. Intellexit frustratum esse visum suum.

Frustro, as, avi, atum, a. 1. idem quod frustror. *Diomed. l.* 1. *ex Cæsaris fragmento*: Non frustrabo vos milites. Aliud exemplum ex *Ennio Apud Gel. l.* 18. *c.* 2. V. in Frustra. ¶ Usitatius tamen est.

Frustror, aris, atus sum, dep. 1. *ingannare, defraudare*, Ger. *betriegen*, Gal. *frustrer, abuser*, Hisp. *falsar, enganár*, ψεύδομαι, decipio, fallo, a frustra. *Ter. Andr.* 2. 3. *in fi.* Hæc spes me frustrata est. *Cic.* 4. *Acad. c.* 20. Seipsum frustrari. *Col. l.* 1. *cap.* 1. Cum imprudenter facta opera frustrantur expensas. *Id. præfat. l.* 1. Frustrari laborem, *gettar la fatica in darno*. ¶ Passiva significatione *Aurel. Vict. de Viris illustr. c.* 42 *de Annib.* Primum a Fabio Maximo frustratus, deinde a Valer. Flacco repulsus. Alii rectius legunt *fractus*.

Frustulentus, a, um, o. 1. 2. *pieno di pezzi*, plenus frustis. *Plaut. Curc.* 2. 3. 34. Si frustulenta est, da, obsecro, hercle sorbeam.

Frustulum, li, n. 2. τεμάχιον, dimin. a frustum. *Apul. l.* 1. *Miles.* Frustulum panis.

Frustum, sti, n. 2. *pezzo, particella*, פת, Ger. *flueck*, Gal. *piece*, Hisp. *pedaco*, τέμαχος, rei cujusque particula. *Virg.* 1. *Æn. v.* 212. Pars in frusta secant. *Cic. Phil.* 2. *c.* 25. Frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum, & totum tribunal implevit. *M. Cato apud Gel. l.* 1. *c.* 15. Frusto panis conduci potest, vel uti taceat, vel uti loquatur. h. e. vili pretio. ¶ Frustum hominis, frustum pueri, convicium est. *Plaut. Pers.* 5. 2. 67. Loquere tu etiam, frustum pueri?

Frutectum. V. Frutetum.

Frutetosus, sive frutectosus, o. 1. 2. θαμνώδης, fruticibus abundans. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Siccis hæc, & sabulosis locis, frutetosisque nascuntur. Adde *Col. l.* 2. *c.* 2.

Frutetum, sive melius frutectum, n. 2. θαμνὼν, locus, ubi multi frutices sunt, a fruticetum, per sync. *Plin. l.* 18. Fruteta igni optime tolluntur. *Col. l.* 6. *c.* 22. Frutetis, & carectis durantur ungulæ.

Frutex, ticis, m. 3. θάμνος, dicitur, qui ad justam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit, ut herba. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Inter ea, quæ frigidis gaudent, aquaticos frutices dicere convenit. ¶ Aliquando ponitur pro stirpe. *Suet. in Vesp.* Singulos repente ramos a frutice dedit. ¶ Translate dicitur de stupido. *Plaut. Most.* 1. 1. Nec veri simile loquere, nec verum, frutex.

Fruticatio, f. 3. in arboribus dicitur, cum multos ramos fruticantes producunt. *Plin. l.* 17. *c.* 1. Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis.

Fruticesco, n. 3. θαμνόομαι, est frutices emittere. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Quia celeriter fruticescunt.

Fruticetum, i, n. *macchia, cespuglio, boscaglia*, locus fruticibus plenus, arbusculis sese implicantibus impeditus. *Horat. lib.* 3. *od.* 12. Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

Frutico, as, n. 1. & fruticor, aris, d. 1. *germogliare*, צמח, Ger. *vvachsen, auffschiessen*, Gal. *germer, bourgeonner*, Hisp. *brotar*, θαμνίζω, frutices emitto, pullulo. *Plin. l.* 17. E matre radi jubetur, ne fruticet. *Col. l.* 2. *c.* 9. Ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit. *Cic. Att.* 15. *ep.* 4. Excisa est arbor, non evulsa; itaque, quam fruticetur, vides.

Fruticosus, a, um, o. 1. 2. θαμνώδης, quod longe, lateque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Latiora sativæ folia, rami fruticosiores. hoc est foliis, ac surculis abundantiores. *Id. l.* 16. *c.* 36. Fruticosissimus calamus. *Ovid.* 6. *Met. v.* 344. Vimina fruticosa.

Fruti, vel Frutis, f. 3. cognomen Veneris, a fruendo, nempe a *fruitus*. Scaliger censet esse ex ἀφροδίτη, per aphæresin. *Solin. c.* 8. *Aug. de Civ. l.* 4. *c.* 21. V. *Frutinal*.

Frutinal, n. 3. templum Veneris Frutis. *Fest.* Sed aliqui censent, *Festum* incidisse in codices vitiosos, ubi *Frutinal* esset exaratum pro *Erucinal*, idque esse ab Erycina Venere, imo nullam esse Venerem *Fruti*, sed scriptum fuisse *Eryci*, unde fecerint *Fruti*: proinde apud Solinum pro *Fruti* debere *Erycis* reponi.

Frux, frugis, f. *frutto della terra*, καρπὸς, omne illud, quod ex fructu terræ in alimoniam vertimus, & dicitur non solum de frumentis, ut de tritico, hordeo, &c. sed etiam de leguminibus, ut de faba, cicere, &c. imo de eo, quod ex vino, ex sylvis cæduis, ex cretæ fodinis, & lapidicinis capitur, a *fruendo*. V. *Paul. JCtum l.* 77. *Dig. de V. S. Auson. in Monosyl.* Ante equidem campis, quam spicea suppeteret frux. *Cic. in Or.* Quæ est in hominibus tanta perversitas, ut, inventis frugibus, glande vescantur? *Id. pro Rosc. Amer.* Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis. *Id.* 5. *Ver.* L. Octavio, & C. Cottæ Consulibus Senatus permisit, ut vini, & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te Quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent. Loquitur de leguminibus, quæ minores fruges dicuntur ratione pretii, ac dignitatis, ut *Servius* scripsit *in* 1. *Æn.* Sed fortasse, ut Vossius interpretatur, Cicero non legumina solum, sed etiam frumentum complexus est, quæ minores sunt fruges, si conferantur cum arborum fructibus. ¶ Frequentissime ad homines transfertur, & significat rectam, honestamque vivendi rationem. V. *Frugi*. *Cic. pro Cæl. c.* 12. Emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse. *Plaut. Trin.* 1. 2. 81. Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis? ¶ *Pers. sat.* 5. *v.* 63. purgatas inseris aures fruge Cleanthea. h. e. disciplina, & præceptis Stoicorum.

F ANTE U.

Fuam, as, at, pro *sim*, vel *fuerim*, aut *fiam*, verb. defect. frequens est apud *Plaut.* ut *Bacch.* 1. 2. 48. Metuo, ne Phœnix fuam. *Capt.* 2. 3. 71. Caveto mihi iratus fuas. *Virg. Æneid.* 10. *v.* 48. Tros, Rutulusve fuat. Et *fueret*, pro esset. *Lucret. l.* 3. *v.* 849. In dubio fueret.

Fucæ, arum, f. maculæ in facie. *Col. l.* 10. *v.* 124. lacrymosaque cepa Ponitur, & lactis gustum quæ condiat herba Dejectura quidem fronti data signa fucarum. Ita leg. quidam, & interpretantur maculas in facie. Sed vera lectio est *fugarum*, h. e. stigmatum, quæ fugitivis servis in fronte inuruntur, metonym. Est enim sermo de lepidio, quæ herba est vim habens tollendi de cute cicatrices, ut *Plin. lib.* 20. *c.* 17. docet.

Fucate, adverb. cum fuco. *Auson.* in prosa post *Idyl.* 3. *ad Hesper. fil.* Fucatius concinnata.

Fucatus, a, um, o. 1. 2. φυκωθεὶς, fuco tinctus, ut Fucatæ mulieres, quæ medicamentis quibusdam colorantur, & vitia corporis inductis coloribus tegunt. *Cic. in Brut.* In qua naturalis inesset non fucatus nitor. ¶ Per translationem accipitur pro ficto, & simulato. *Cic. de Am.* Secerni autem blandus amicus a vero, & internosci tam potest, adhibita diligentia, quam omnia fucata, & simulata a synceris, atque veris. *Id. pro Plan. cap.* 9. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. ¶ Alio sensu *Gell. l.* 13. *c.* 25. Esse videtur versus Homeri simplicior, & sincerior. Virgilii autem νεωτερικώτερος, & quodam quasi ferrumine immisso fucatior. *più abbellito*.

Fucilis, le, o. 3. fucatus, falsus, a fucus. *Fest.*

Fucinus, m. 2. *Lago di Celano, di Marso, di Tagliacozzo*, lacus Latii, in fini-

finibus Marsorum, ab opp. vicino. Hinc Aqua Martia Romam perducta. *Virg. 7. Æn.*

Fuco, cas, a. 1. *colorare*, *imbellettare*, Germ. *faerben*, Gal. *farder*, Hisp. *afeytar*, *enxalvegar*, φυκόω, pingo, fucum rei alicui induco. *Cic. 1. de nat. Deor.* Formare, fucare, colorare, animare non possent. *Gel. l. 7. c.* 14. Genus orationis cum fucatur, atque prælinitur, præstigiosum fit.

Fucōsus, o. 1. 2. *finto*, כחול, Ger. *gefaelscht*, *mit einen farb angestrichen*, Gal. *fardé*, *deguisé*, Hisp. *afeytado*, *arrebolado*, φυκώδης, non syncerus, quasi fuco tectus, & adulteratus. *Cic. pro Rab. Post. c.* 14. Auditæ, visæque merces fallaces quidem, & fucosæ, chartis, & linteis, & vitro delatæ. ¶ Fucosa amicitia, ambitiosa, ac specie splendida. *Cic. Att. l. 1. ep.* 18. Illæ ambitiosæ nostræ, fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

Fucus, ci, m. 2. *fuco*, Germ. *farb*, Gal. *fard*, Hisp. *afeyte*, φῦκος, herbæ marinæ genus, qua vestes tinguntur, & est inter maris ejectamenta, uti & muscus, seu muscum marinum. Aliqui algam appellant. Sed *Plin. l. 13. c. 25.* negat, Linguam Latinam habere nomen, quo Græcum φῦκος exprimat. Est colore rutilante, & quodammodo Puniceo. Accipitur autem frequentissime pro colore hujus herbæ, & generatim pro quavis tinctura, e. g. pro eo medicamine, quo mulieres faciem tingunt, ut vitia corporis occultent, & candorem, ac ruborem inducant. *Cic. 3. de Or.* His tribus Figuris insidere quidam venustatis, non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color. ¶ Translate usurpatur pro ornamento extrinseco levi, & inani. *Cic. 1. de Or.* Sententiæ vero sine pigmentis, fucoque puerili. ¶ Item pro fraude, astutia, insidiis, in quibus veritas occultatur. Hinc *Facere fucum*, idem est quod decipere. *Cic. de petit. Conf.* Si eum, qui tibi promiserit, fucum, ut dicitur, facere velle senseris. Et *Sine fuco*, idem est, quod simpliciter, & sine fraude. *Cic. Att. l. 1. ep.* 1. Pensat Galba sine fuco, ac fallaciis, more majorum. ¶ Fucus item, genus est insecti, apis similitudine, sed majore corpore, quod non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere (nisi quod ad fovendos fœtus concalefaciendo adjuvat) & consumit alimenta, quæ apes congesserunt. *Plin. l. 11. c. 1. & 11. Virg. Georg. 4. v.* 168. Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent. ¶ Denique genus est ceræ, seu glutinis, quo apes alvearia circumlinunt. *Virg. 4. Georg. v.* 38. tenuia cera Spiramenta linunt, fucoque, & floribus oras explent.

Fue, interjectio ructum emittentis. *Plaut. Most.* 1. 1. 37. Quam confidenter loquitur! fue. Tr. At te Jupiter, Diique omnes perdant, oboluisti allium.

Fuga, æ, f. *fuga*, מנוס, Ger. *ein flucht*, Gal. *fuite*, Hisp. *huyda*, φυγή, fugiendi actus, a Græca voce allata. *Cic. Att. l. 7.* Mitto illam fugam ab urbe turpissimam. ¶ Sumitur etiam pro cursu. *Virg. 1. Æn.* Volucremque fuga prævertitur Hebrum. ¶ Item pro evitatione, declinatione. *Liv. l.* 3. Hanc ignominiam, si non alia honoris fuga fuisset, vel exilio, vel morte vitassem. *Cic. pro Mur. c.* 4. Laboris fuga desidiam arguit. ¶ Item pro exilio. *Id. 3. de Orat.* Cum exilium & fugam deprecaretur. Hinc lata fuga, h. e. exilium vagum. *Martian. JCtus l. Exilium Dig. de interd. & releg.* V. Exilium. ¶ Fugæ se dare, vel in fugam capere, in fugam se conjicere, *porsi in fuga*. *Cæs. Cic.* & al. ¶ Fugam facere, duplicem habet sensum. V. *Facio*.

Fugacĭter, adv. *fuggendo*. *Liv. l. 28. c.* 8. Utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.

Fugalĭa, n. 2. vel 3. Festum Romæ in memoriam fugatorum Regum. *August. l. 2. de Civ. c. 6.* Sed aliqui dicunt, fuisse sacra, quæ exules Jovi faciebant, & Græce fuisse appellata φύξια, quippe Ζεὺς, φύξιος, præses exulum, qui φυγάδες dicuntur. V. *Fugia*.

Fugātrix, icis, f. quæ fugat. *Tert. adv. Gnost. c.* 12. Dilectio fugatrix timoris.

Fugātus, a, um, *fugato*, *posto in fuga*. *Cic. 3. Off. c.* 31. Latini fusi, & fugati. *Cæs. 7. B. G. c.* 68. Fugato equitatu.

Fugax, cis, o. 3. *fugace*, בריח, Ger. *fliehtig*, Gal. *fuyant*, Hisp. *fugaz*, *huydor*, φυγάς, qui facile fugit, a *fugio*. *Virg.* 10. *Æn.* Si forte fugacem conspexit capream. ¶ Invenitur aliquando pro *fugiens*. *Senec. 4. Benef. c.* 31. Fugacissimus gloriæ. *Ovid. 4. Trist. el.* 10. Fugax ambitionis. *Id. Trist. l. 3. el. 2. v. 9.* Fugax rerum. ¶ Item pro veloci, celeri. *Virg. l.* 10. Cum quo Latagum, Palmumque fugacem. ¶ Translate ponitur pro eo, quod cito præterit, quod cito perit, ut *Anni fugaces*, qui cito elabuntur, *Horat. lib. 2. od.* 14. *Persica fugacia*, quæ decerpta facillime corrumpuntur. *Plin. l. 15. c.* 12.

Fugēla, æ, f. idem quod fuga. *Apul. Apol.* Ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit. Sic in Catonis fragmentis apud Popmam legitur *maxima fugela*.

Fugia, f. 1. Dea, a *fugando*, quod fugaret hostes. L. Viv. ad August. l. 2. Civ. D. c. 6.

Fugĭens, entis, o. 3. quod fugit. *Cæs. 1. B. C. c.* 69. Nemo erat adeo tardus, aut fugiens laboris. ¶ Vinum fugiens dicitur, quod non facile annos fert, sed cito corrumpitur. *Cic. 3. Off. c.* 23. Qui vinum fugiens vendat sciens. ¶ Apud JCtos fugiens accipitur aliquando pro reo, quem & Græci ὑποφεύγοντα dicunt. *Justin. l. 2. Cod. de Juram. propt. cal.*

Fugĭo, is, fugi, n. 3. נוס, Ger. *fliehen*, Gal. *fuir*, Hisp. *huyr*, φεύγω, cum cursu, & celeritate discedo, in fugam me conjicio, a verbo Græco, quod allatum est. *Cic.* 10. *Fam.* Fugisse enim ex prælio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. *Plaut. Pers.* 3. 3. 30. Fugere a foro. ¶ Sumitur etiam pro vitare, vel declinare, cum acc. *Cic. de Leg. Agr.* Nec quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. *Id. in Pison.* Fugere aliquem oculis, *schivarsi dal mirare*. ¶ Item cavere, nolle. *Horat. l. 1. od. 9.* Quid sit futurum cras, fuge quærere. ¶ Fugere etiam dicuntur, qui celeriter iter faciunt. *Virg. 3. Æn.* Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus undis. ¶ Vinum fugiens. V. *Fugiens*. ¶ Particip. *fugiturus*. *Ovid. epist. 2. v.* 47. Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires. ¶ Fugere pro oblivisci. F. *Fugit*.

Fugit, iebat, imp. 3. est nescire, non recordari, *scordarsi*, *non sapere*. *Cic. 4. Fam.* Neque doctissimorum, quos semper coluisti, præcepta te fugiunt. *Id. l.* 13. Cum me non fugiat, quanta sit in Prætore auctoritas. *Id. ad Q. Fr.* De Cæsare fugerat me ad te scribere.

Fugĭtans, antis, o. adject. *chi fugge*. *Ter. Phor.* 4. 3. 18. Herus meus liberalis est, & fugitans litium.

Fugitivarius, ii, m. Fugitivarii apud antiquos fugitivorum servorum reprehensores erant, qui eam operam profitebantur, ut fugitivus investigatos reducerent. *In Pandectis in l. si apud te, ff. de serv. fug.* Non enim ambo pecuniam, ego, & fugitivarius deposuimus. *Flor. l. 3. c.* 19. Qui per fugitivarios retrahi debuissent. ¶ Translate dicitur de quocunque, qui rem fugientem cobibet, & persequitur. *Var. l. 3. R. R. c. 14. de cochleis*. Aquæ, inquam, claudendæ, ne fugitivarius sit parandus, idest, ne, si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea, tanquam fugitivos servos, sic cochleas fugitivas persequi, & uti ministerio reprehensorum.

Fugitīvus, a, um, o. 1. 2. *fuggitivo*, נמלט, Ger. *entlaffener*, Gal. *fugitif*, Hisp. *huydo*, δραπέτης, qui aufugit. *Ter. Heaut.* 4. 2. Retraham me ad illud fugitivum argentum. *Cic. 6. Ver. c.* 50. Fugitivus a domino. *Id. ib.* Fugitivus a jure, & legibus. *Ovid. 2. de remed. amor.* Fugitivus amor. *Martial. l. 7. ep.* 46. Fugitiva gaudia. *Plin. l. 18. c.* 16. In tantum columbis grata (farrago) ut pastas ea negent illius loci fugitivas fieri. ¶ Fugitivus servus dicitur, qui a domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamsi, mutato postea consilio, ad eum revertatur. *Cic. 5. Tusc.* Vivebat cum fugitivis, cum facinorosis, cum barbaris. ¶ *Fugitivus*, & *perfuga* differunt. nam ille est servus, hic miles signa deserens. *Liv. l. 30. c.* 37. Perfugas, fugitivosque, & captivos omnes redderent Romanis. Adde *cap. 43. extr.* Nihilominus *fugitivum* de milite dixit *Claud. Saturnin. Dig. l. 4. 8. tit. 19. leg. 6.* Tempus discernit emansorem a fugitivo.

Fugĭto, as, a. 1. *fuggire in diverse parti*, δραπετεύω, huc, illuc fugio. *Ter. Eun.* Fugitando fugi, ne quis me cognosceret. *Plaut. Asin.* Herum nosmet fugitare censes? ¶ Est etiam verbum activum pro ejicere, freq. a *fugo*. *Plaut. prol. Pseud. v.* 8. Semper odistis malos, & lege, & legionibus hos fugitastis, Quirites.

Fugĭtor, oris, m. qui fugit. *Plaut. Trin.* 3. 2. 97. Credo, acrem fugitorem fore.

Fugo, as, avi, atum, a. 1. *fugare*, *mettere in fuga*, *cacciare*, הניס, Ger. *verjagen*, Gal. *chasser*, *mettre en fuite*, Hisp. *ahuyentar*, τρέπω εἰς φυγὴν, in fugam aliquem converto, & fugientem insequor, expello, ejicio. *Cic. de Arusp. Resp. c.* 4. Armatum civem, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret.

Fulcīmen, inis, n. idem quod fulcimentum. *Ovid. 6. Fast. v.* 269. Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa.

Fulcimentum, ti, n. 2. *sostegno*, *sostenimento*, משענה, Germ. *vendersatz*, Gal. *appuy*, *susport*, Hisp. *sostentamiento*, ἔρεισμα, quod aliquid fulcit, & sustinet. *Solin. c.* 33. Dum fera assuetis fulcimentis innititur. *Macrob. l. 7. Satur. c.* 9. Desertum fulcimentis suis labitur in ruinam. Quidam Lexicographi etiam *Plauto* adscribunt *Trinum.* 3. 2. 94. sed varia est lectio. V. *Fulmenta*.

Fulcĭo, is, si, tum, a. 4. *sostentare*, *fortificare*, סמך, Ger. *underfetzeo*, Gal. *soutenir*, Hisp. *sustener*, ἐρείδω, munio, sustento. *Colum. l. 6. c.* 24. Fulcire cibis vaccas fœtas. *Cic. 4. Acad.* Qui fulcire putatur porticum Stoicorum. *Id. post red. in Sen.* Horum Consulum ruinas vos Consules vestra virtute fulsistis. *Id. pro Rab. Posth. c.* 16. Labentem fulsit re, fortuna, fide. *Id. 3. Offic. c.* 22. Imperium debet benevolentia fultum esse.

Fulcītus, a, um, fultus. *Cæl. Aurelian. Chronic. 2. c.* 1. Fulciti ex utroque alarum latere ministrorum officio, deambulationem tentent.

Fulcrum, cri, n. *sostegno*, *lettiera*, מסעד, Germ. *bettstoll*, Gall. *chllit*, Hisp. *pie de la cama*, ἔρεισμα, ἐρμὶν, fulcimentum, & speciatim illud, quo lectus sustinetur, a *fultum* sup. verbi *fulcio*. *Suet. in Claud. c.* 32. Qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. ¶ Per synecdoch. pro ipso lecto ponitur. *Juvenal. sat. 6. v.* 22. Sacri Genium contemnere fulcri.

Fulgens, entis, adject. o. 3. nitidus splendens, *splendido*, *lucente*. *Horat. l. 2. od.* 12. Fulgentes oculi. *Virg. 2. Æn. v.* 749. Arma fulgentia. *Vellej. l. 2. c.* 71. Fulgentissimus juvenis. h. e. spectatissimus. *Horat. l. 3. od.* 16. Fulgens imperio.

Fulgenter, adver. *lucidamente*. *Plin. l. 10. c.* 20. Colores pavonis fulgentius radiant.

Fulgentĭus Placiades, qui putatur fuisse Episcop. Chartaginiensis, floruit circa sæculum VI. Ejus sunt de Mythologia tres libri: item de Allegoria Virgilii liber unus.

Fulgĕo, es, si, n. 2. *risplendere*, נגה, Ger. *scheinen*, Gal. *reluire*, Hisp. *resplandecer*, στίλβω, luceo, splendorem emitto. *Cic. in Catil.* Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. ¶ Accipitur & pro fulgure. *Cic. in Vatin.* Jove fulgente, cum populo agi nefas esse. Adde 2. *nat. Deor.* & 2. *Divin.* ¶ Translate significat apparere, eminere. *Nepos Eum. c.* 1. Fulgebat in adolescentulo indoles virtutis. ¶ Fulgere etiam pro ferire dixere Veteres. *Fest.* ¶ Reperitur & fulgo, is, 3. conjug. *Virg. 6. Æn. v.* 826. Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis. *Lucret. l. 6. v.* 173. tremulo tempestas impete fulgit. Adde *Non. c. 10. n.* 12. V. *Senecam l. 2. Natur. Quæst. c.* 56.

Fulgerātor, oris, m. fulgurator, Jovis cognomentum. *Grut. Inscript. ep. 21. n.* 3. Aram Jovi fulgeratori dedicaverunt.

Fulgesco, is, n. fulgeo. *Jul. Firm. l. 1. c.* 4. Solis radiatione fulgescere. Et in fragm. Halieut. quod dedit Hesselius ad novam Ennii edition. p. 154. Crebris nubes fulgescere flammis.

Fulgĕtra, æ, f. idem quod fulgetrum, *Plin. l. 28. c.* 2. Fulgetras poppysmis adorare consensus gentium est.

Fulgĕtrum, tri, n. 2. idem ac fulgur, a *fulgeo*, *lampo*. *Plin. l. 2. c.* 54. Fulgetrum prius cerni, quam tonitruum audiri, cum simul fiant, certum est. *Id. l. 2. c.* 43. Edi tonitrua, fulmina, fulgetra. V. *Senec. Quæst. Nat. l. 2. c.* 56.

Fulgĭdus, a, um, o. 1. 2. *chiaro*, *splendido*, στιλπνὸς, clarus, splendidus. *Lucret. l. 3. v.* 363. Fulgida, præsertim cum cernere sæpe nequimus Lumina. *Fortunat. l. 8. carm. 5. sub fin.* Fulgidior radio, dulcior ore favo.

Fulgīnas, atis, m. & f. qui est ex Fulginio oppido. *Cic. in fragm. pro Vareno*. Ancharius e municipio Fulginate. ¶ *Fulginates*, *tum*, ejus oppidi incolæ. *Plin. l. 3. c.* 14.

Fulginĭum, Fulginia, Fulcinium, Fullinium, *Foligno*, *Fuligno*, urbs Umbriæ in valle, ad radices Apennini M. ad Tiniam flu. intermeantem inter Perusiam ad Occ. & Spoletium in Eur. Pop. *Fulginates*. *Plin. l. 3. c.* 14.

Fulgor, oris, m. 3. *splendore*, נוגה, Ger. *schein*, Gal. *éclat*, Hisp. *resplandor*, ἀστραπή, splendor, a, *fulgeo*. *Cic. 6. Ver.* Cujus fulgore collucere, atque illustrari Jovis O. M. templum oportebat. *Horat. l. 2. od.* 1. Jam fulgor armorum fugaces Terret equos. *Plin. l. 7. c.* 26. Æquato magni Alexandri rerum fulgore. h. e. gloria. ¶ Accipitur etiam pro fulgure. *Cic. 2. de Div.* Tum fulgores, & tonitrua existere. Al. leg. *fulgura*.

Fulgóra, æ, f. Dea fulguris. *August. l. 6. de Civ. Dei*, *c.* 10.

Fulgur, uris, n. 3. *lampo*, *baleno*, *folgore*, ברק, Ger. *blitz*, Gal. *éclair*, Hisp. *relampago*, σέλας, flamma inter nubes coruscans, quæ tonitru præcedere solet, a *fulgeo*. *Cic. 2. de Div.* Valet autem in fulguribus observatio diuturna, in ostentis ratio, plerunque conjectura adhibetur. ¶ Differt a fulmine, quod fulmen est ignita exhalatio, fulgur est splendor fulminis. *Cic. 2. Divin. c.* 19. Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere, atque disrumpere, idque crebrius facere, & vehementius, tum fulgura, & tonitrua existere; si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. ¶ Sed discrimen harum vocum non observatur, & sæpe fulmen pro fulgure, & fulgur pro fulmine sumitur. *Sueton. Domit. c.* 15. Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiataque sunt, ut exclamaverit: feriat jam quem volet. *Virg. 1. Georg. v.* 488. Non alias cœlo ceciderunt plura sereno fulgura. Adde *Cic. 2. de Divin.* ¶ *Fulgur condere* dicebatur Pontifex, cum ea, quæ fulmine icta essent, sub terra defoderet, quod certa precum formula fiebat. *Juven. sat. 6. v.* 586. aliquis senior, qui publica fulgura condit.

condit. ¶ Fulgur galeæ. h. e. fulgor. *Claudian. de 3. Conf. Honor. v. 3.* galeæ nec triſte timentem fulgur. Sic *Lucr. l. 2. v. 163.* Tempore, quo ſolis pervolgant fulgura cœlum. h. e. cum ſol cœlum lumine complet.

Fulgurālis, le, o. 3. quod ad fulgura ſpectat, ut Libri fulgurales, in quibus agitur de fulgurum inſpectione, ſeu, ut Voſſius definit, qui tractant de fulmine condendo, & aliis ritibus. *Cic. 1. de Div. c. 33.* Quod Hetruſcorum declarant & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales.

Fulgŭrat, abat, imp. *1. folgorare, lampeggiare, balennare*, ברק, Germ. *vvetterleychen*, Gal. *eclairer, faire des eclairs*, Hiſp. *relampagar*, ἀστράπτει, eſt fulgur emittere. *Cic. 2. de Div. c. 18.* Jove tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. ¶ Et translate. *Cic. in Orat.* Qui ſi tenui genere uteretur, nunquam ab Ariſtophane Poeta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſſet. *Stat. 4. Theb.* Auro fulgurat domus.

Fulguratio, f. 3. *ſplendore*, ἀστραπή, actus fulgurandi. *Sen. 2. Nat. Quæſt. c. 12.* Fulguratio oſtendit ignem, fulminatio emittit.

Fulgurātor, m. 3. fulgurum inſpector. *Cic. 2. Div. c. 53.* Nonne intelligis, eadem uti poſſe & aruſpices, & fulguratores, & interpretes oſtentorum?

Fulgurātus, a, um, fulgure ictus, ut Fulguratus locus, *Varr. l. 4. L. L.*

Fulgurĕus, a, um, adject. ad fulgur ſpectans, ut fulgurea nubes, apud *Martian. Capel. l. 5.*

Fulgurĭo, is, a. 4. *gettar folgore*, ברק, Ger. *blitzen*, Gal. *frapper d'eclais*, Hiſp. *echar relampagos*, ἀστράπτω, fulgur jacio, fulmine ferio. *Næv. apud Non. c. 2. n. 324.* Sane ſuo tonitru claro fulgurivit Jupiter.

Fulgurĭtas, atis, f. ſplendor apud vet. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 324.* Luporum aciem claram, & fulguritatem arborum.

Fulguritaſſo, n. 3. fulgure percutior. *Plaut. Trin. 2. 4. 138.* Nam fulguritaſſunt alternæ arbores. Ita *Calepin.* & *Paſſerat.* Verum ea lectio mendoſa eſt. Ita enim opt. Codd. Nam fulguritæ ſunt hic alternæ arbores.

Fulgurītus, a, um, o. 1. 2. *folgorato, tocco dal folgore*, κεραυνωθείς, fulmine ictus, partic. a *fulgurio*, ut Arbor fulgurita. *Plaut. Trin. 2. 4. 138.* ¶ Fulguritus locus, fulgure percuſſus, qui ſtatim fieri religioſus putabatur, quod eum Deus ſibi dicaſſe videretur. *Feſt.* Aliter vocabatur *bidental*.

Fulgŭro. V. Fulgurat.

Fulĭca, æ, f. 1. vel fulix, icis, f. 3. *folica*, Ger. *ein taucher*, Gal. *foulque*, Hiſp. *cercera*, πάπυξ, aliter αἴθυια, avis aquatica anate paulo minor, ſed corporis forma conſimilis. *Cic. in Arat. l. 1. Divin. c. 8.* Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti nuntiat horribiles clamans inſtare procellas. Hic ἐρωδιὸν, & κέπφον confundit. Sed ἐρωδιὸς Maroni mergus, Plinio, & Avieno ardea eſt: κέπφος Maroni ardea eſt, Avieno ſturnus, aliis fulica. *Virg. 1. Georg. v. 363.* marinæ In ſicco ludunt fulicæ.

Fuliginātus, a, um, fuligine aſperſus. *Hieronym. epiſt. 10. ad Furiam.* Orbes (*oculorum*) ſtibio fuliginati.

Fuliginĕus, a, um, adject. fuliginoſus. *Petron. in Satyr. c. 108.* Omnia lineamenta fuliginea nube confundere.

Fuliginōſus, o. 1. 2. *fuligginoſo*, λιγνυώδης, plenus fuliginis. *Prudent. Rom. v. 261.* Fuliginoſi thure placantur Lares.

Fulīgo, nis, f. *fuliggine*, Ger. *ruſſ*, Gal. *ſuye*, Hiſp. *ollin*, κατνία, nigrum illud, quod ex pingui rerum uſtarum fumo condenſatur, & caminis, vel parietibus adhæret. *Feſtus* deducit a *furvus*, niger. *Cic. 2. Phil. c. 36.* Idem tamen, quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatuſconſulta feciſti. *Virg. Ecl. 7. v. 49.* Aſſidua poſtes fuligine nigri. *Gel. l. 1. c. 2.* Verborum, & argutiarum fuligineum ob oculos audientium jacere. *Quintil. l. 11. c. 3.* Fuligo lucubrationum oratori bibenda.

Fulix, V. Fulica.

Fullo, nis, m. *purgatore*, בורס, Ger. *vvalcker*, Gal. *foulon*, Hiſp. *lavandero de panos*, γναφεύς, qui veſtes pedum inſultu cogit, & denſat, eaſdemque polit, ideſt creta candefacit. *Plin. l. 28. c. 6.* Urina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. ¶ Eſt etiam hoc nomine ſcarabæi quoddam genus, albis guttis diſtinctum. *Id. l. 30. c. 11.*

Fullonĭca, æ, f. vel fullonia, γναφεῖον, ars fullonum, cujus duplex eſt officium, primum veſtem pedum inſultu cogere, & denſare, alterum polire, ideſt creta candefacere. *Plaut. Aſin.* Si non didiciſti fullonicam, non mirandum eſt. *Plin. l. 7. c. 56.* Fulloniam artem Nicia Megarenſis invenit. ¶ Item officina fullonis, *purgo*. *Cat. R. R. c. 14. Ulp. l. apud Trebatium, ff. de aqua pluv. arcen.* Eum, qui fullonicas circa pontem inſtituiſſet. ¶ Legitur & fullonica n. gen. & pl. num. pro fullonum officinis, a nomin. ſingul. fullonicum. *Ulp. l. ſi cujus, ff. de uſufr.*

Fullonĭum, ii, n. officina fullonis. *Ammin. l. 14. ad fin.* Fortuna Adramytenum Andriſcum in fullonio natum evexit.

Fullonĭus, a, um, o. 1. 2. γναφικὸς, quod ad fullonem attinet. *Plin. l. 8. c. 56.* Ars fullonia, quæ & fullonica dicitur a *Vitruv. proœm. l. 6. Plaut. Pſeud. 3. 1. 15.* Cras mihi potandus fluctus eſt fullonius.

Fulmen, nis, n. *fulmine, ſaetta*, ברק, Ger. *ſtraal ſchrieſſen*, Gal. *foudre*, Hiſp. *rayo*, κεραυνὸς, ignis, ſeu ignita exhalatio, quæ abruptis nubibus in terram decidit, a *fulgeo*. *Cic. de Div.* Non puto te eſſe eum, qui Jovi fulmen fabricatos eſſe Cyclopas in Ætna putes. *Id. l. 2. Divin. c. 21.* Romulus lactens fulmine ictus fuit. ¶ Tria ſunt fulminum genera, inquit *Serv. in 2. Æn.* quod afflat, quod incendit, quod findit. Alibi tamen quatuor, alibi plura recenſet. V. *Plin. l. 2. c. 1.* & *Sen. Quæſt. Nat. 2. c. 31.* ¶ Translate fulmina dicuntur gravia infortunia, quæ ex improviſo accidunt, & affligunt. *Liv. l. 45. c. 41.* Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint. *Cic. Tuſc. 2. c. ult.* Fulmina fortunæ contemnere. *Juven. ſat. 10. v. 92.* quo fulmine juſto Et Capito, & Numitor ruerint damnante Senatu. h. e. pœna, ac damnatione. ¶ Fulmina verborum. h. e. vis, impetus. *Cic. 9. Fam. ep. 21.* Inſanire tibi videris, quod imitere verborum meorum fulmina. ¶ Sed & ſtrenui Duces, quod inſtar fulminis omnia pervadant, ac terreant, fulmina dicuntur. *Virg. 6. Æn. v. 842.* Duo fulmina belli Scipiadas.

Fulmenta, æ, f. ſolea, quæ calceo ſuppingitur, κάτυμμα, a fulcio. *Lucil. apud Non. c. 3. n. 98.* Fulmentas clavis æneis ſubcudere. *Plaut. Trinum. 3. 2. 94.* Fulmentas jubeam ſuppingi ſoccis. V. *Taubm.*

Fulmentum, i, n. fulcrum, a *fultum*. Vetus prov. apud *Var.* & *Non. c. 3. n. 98.* Fulmenta lectum ſcandunt, cum præſſe vult, in quem imperium habemus. *Sidon. l. 2. ep. 10. in carm.* Porticus fulmentis Aquitanicis ſuperba, h. e. columnis.

Fulminandus, a, um, fulmine percutiendus. *Senec. in Herc. Oet. v. 6.* Fregimus quidquid fuit tibi fulminandum.

Fulminātio, onis, f. fulminis emiſſio. *Senec. l. 2. Q. N. c. 12.* Fulguratio oſtendit ignem, fulminatio emittit.

Fulminātor, oris, m. qui fulminat. *Arnob. l. 6.* Ubinam fulminator (Jupiter) tempore illo fuit?

Fulminātrix, icis, f. quæ fulminat. In *Inſcript. antiq. apud Gruter. p. 547. n. 6.* & *p. 567. n. 10.* Leg. XII. Fulminat. Ubi nihil aliud quam *fulminatrix* legi poſſe videtur. V. *Cellar. program. p. 44.*

Fulminātus, a, um, o. 1. 2. κεραυνωθείς, fulmine ictus. *Plin. l. 2. c. 54.* Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

Fulmĭnĕus, o. 1. 2. quod eſt fulminis, *fulminante*. *Ovid. 2. de Pont.* Et qui fulmineo ſæpe fine igne tonat. ¶ Translate fumitur pro celeri, rapido, vehementi. *Ovid. 2. Faſt.* Fulmineo celeres diſſipat ore canes.

Fulmĭno, as, n. 1. vel fulminat, abat, imp. 1. *fulminare*, ברק, Germ. *ſtraal ſchienſſen*, Gall. *foudroyer*, Hiſpan. *herir con rayo*, κεραυνόω, eſt fulmen jacere, vel fulmine afflare. *Sen.* Minore igne ad fulgurandum, quam ad fulminandum opus eſt, *Virg. 1. Georg. v. 370.* Boreæ de parte trucis cum fulminat. ¶ Translate *Virg. 4. Georg. v. 560.* Cæſar dum magnus ad altum Fulminat Euphraten. *Proper. l. 4. el. 9.* Fulminat illa oculis.

Fultor, oris, m. *ſoſtenitore*. *Venant. Fortun. l. 2. carm. 12.* Eccleſiæ fultor, laus regni, paſtor egentum.

Fultūra, æ, f. idem ac fulcimentum, vel ſuſtentatio, *puntello*. *Col. l. 1. c. 5.* Pro fultura, & ſubſtructione fungentur. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 154.* ni cibus, atque Ingens accedet ſtomacho fultura tuenti.

Fultus, a, um, o. 1. partic. a fulcior, *ſoſtentato*. *Cic. de Sen.* Vitis, quæ natura caduca eſt, niſi fulta ſit, ad terram fertur. ¶ Et translate. *Cic. ante Exil.* Partim potentia amicorum fulti. *Virg. Ecl. 6. v. 53.* Ille latus niveum molli fultus hyacintho. Ubi Serv. Apud Vetetes unuſquiſque eo, ſuper quod jacebat, fultus dicebatur.

Fulvaſter, a, um, adject. ad fulvum colorem accedens, ut fulvaſtra radix, *Apul. de herbis*.

Fulviāna, f. 1. herba urinæ ciendæ utilis, ab inventore. *Plin. l. 26. c. 8.*

Fulviānus, a, um, adject. gentil. a Fulvio, ut Fulviana ſtola, *Valer. Max. l. 3. c. 5. n. 2.*

Fulviniaſter, Fulvium imitans. *Cic. Attic. l. 12. ep. 44.* Solet omnino eſſe Fulviniaſter. Al. leg. *Fulviaſter*, quod propius accedit ad analogiam nominis *Fulvius*.

Fulvĭus Flaccus, Civis Rom. qui Cenſor tectum marmoreum Junonis Luciniæ ſpoliavit, ut ædem, quam dedicaverat Equeſtri Fortunæ, tegeret. *Liv. l. 42.*

Fulvus, a, um, o. 1. 2. *color di leone*, πυῤῥὸς, coloris fulvi, qui ex rufo, & viridi videtur eſſe mixtus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habens, a *fulgendo*, Nam dicitur de leone, de aquila, de auro, de jaſpide, de arena, & aliis. Scalig. deducit a furvo, quod ſit furvo propior. *Virg. 4. Æn.* Stellatus jaſpide fulva enſis erat. *Cic. de Leg.* Nuntia fulva Jovis miranda viſa figura. *Ovid. 11. Metam. v. 771.* Fulvus lupus.

Fumaſa, æ, f. *fumoſterno*, herba, quæ fumi inſtar lacrymas prolicit. *Plin. l. 25. c. 13.* Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationemque, inde nomen.

Fumariŏlum, li, n. 2. diminut. parvum fumarium, locus ubi ignis aſſervatur, & accenditur. *Tertul. de Pœnit. c. ult.*

Fumarĭum, rii, n. καπνῶν, locus, ubi vina fumo condiebantur. *Mart. epigr. 36. l. 10.* Improba Maſſiliæ quicquid fumaria cogunt, accipit ætatem quiſquis ab igne cadus. Nam vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius vetuſteſcunt, ut docet *Col. l. 6. c. 6.*

Fumĕus, a, um, o. 1. 2. quod eſt ex fumo, *di fumo, affumicato*. *Macrob. l. 7. Satur. c. 10.* Fumeus flatus. *Valer. Flac. l. 4. v. 595.* Acheron exſudat fumeus. *Martial. l. 13. epigr. 123.* Fumea Maſſiliæ ponere vina potes. h. e. fumo condita. V. *Fumarium*.

Fumĭcus, a, um, adject. fumidus. *Sidon. l. 1. ep. 11.* Fumicæ culinæ.

Fumĭdus, o. 1. 2. *affumicato*, fumum referens. *Plin. l. 14. c. 20.* Vitia præter ſupradicta acor, aut fumidum virus, aut picis aduſtio. Adde *Virg. 9. Æn. v. 75.*

Fumĭfer, ra, rum, o. *fumoſo*, afferens fumum, fumoſus. *Virg. 6. Æn. v. 522.* Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.

Fumĭfĭco, n. 1. idem quod fumigo, vel ſuffio. *Plaut. Mil. 2. 5.* Eique ut Arabico fumificem odore.

Fumĭfĭcus, o. 1. 2. quod fumum emittit. *Ovid. 7. Met. v. 114.* Fumificiſque locum mugitibus implevere.

Fumigātum, i, n. ſuffitus. *Theod. Priſcian. l. 3. c. 5.* Fumigia vaporatis partibus ſupponere.

Fumĭgo, as, a. 1. *profumare, ſuffumicare*, קטם, Ger. *berauchen*, Gal. *parfumer*, Hiſp. *abumar*, θυμιάω, ſuffio, a *fumus*. *Var. 3. de re ruſt. c. 16.* Verno tempore, & æſtivo ter in menſe mellarius inſpicere debet, fumigans leniter. *Apul. Apol.* parietes fumigari.

Fumo, as, n. 1. *far fumo, fumare*, עשן, Ger. *raeuchen*, Gal. *fumer*, Hiſ. *humear*, κατνίζω, fumum emitto, a θυμιάω, *ſuffio*, odores incendo. *Cic. 7. Ver.* Cum fumantes etiam noſtras naves reliquiſſent. ¶ Fumare aper dicitur, vel urſus, cum e naribus denſum ſpiritum emittit inſtar fumi. *Mart. l. 14.* Fumantem vivi naſum ne læteris urſi.

Fumōſus, a, um, o. 1. 2. *fumoſo*, עשן, Ger. *rauchig*, Gal. *fumeux*, Hiſp. *humoſo*, κατνώδης, quod fumum emittit. *Cato de re ruſt. c. 130.* Neque fumoſa erunt, & bene ardebunt. ¶ Interdum etiam fumoſum dicitur, quod tumo tinctum eſt, ut *Fumoſæ imagines*, ſtemmata majorum, quæ a nobilioribus domi aſſervabantur, jam ob vetuſtatem fumo denigrata. *Cic. in Piſon. c. 1.* Commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil, præter colorem. Ad hoc etiam alludit *Juvenalis ſat. 8. v. 8.* Fumoſos Equitum cum Dictatore Magiſtros.

Fumus, mi, m. *fumo*, עשן, Ger. *rauch*, Gal. *fumée*, Hiſp. *humo*, κατνὸς, vapor niger ex igne exhalans, a φυμὸς Æolice pro θυμὸς, *ſuffitus*, *vapor*. *Cic. in Piſon.* Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo. ¶ Translate accipitur pro ſplendidis, & magnificis pollicitationibus, quæ ſuo tamen carent effectu. Inde *vendere fumos*, dixit *Mart. l. 4. epigr. 5.* Et apud *Lamprid. in Alex. Sev. c. 36.* Alexandri Severi tempore Thurinus quidam, qui cum nihil apud Principem aut gratia, aut auctoritate valeret, ſimulata tamen Principis amicitia, non modica clientes pecunia emungebat, ſed tandem deprehenſo fuco, ut crimini reſponderet ſupplicium, alligatus palo, juſſu Principis viridium lignorum fumo eſt enectus, pronuntiante præcone *Fumo punitur*, *qui fumos vendidit*. ¶ Dicebatur etiam, Fumis vendere, &, per fumum vendere. *Id. Heliog. c. 10.* Omnia Heliogabali dicta & facta venderet fumis. *Capitolin. in Pio c. 2.* Nunquam de eo per fumum aliquid vendiderunt. ¶ *De fumo ad flammam* proverbio dicitur de eo, qui e minore in majus periculum incidit. *Ammian. l. 14. c. 1.* (*al. 36.*)

Funale, is, n. *candeliere*, Germ. *fachel*, *torſchen*, Gall. *torche*, *flambeau*, Hiſp. *acha*, *antorcha*, λαμπὰς, λαμπάδιον, candelabrum, in quo tunis pice vel cera illitus infigitur. *Cic. de Senect. c. 13.* Duillius delectabatur crebro funali, & tibicine. *Horat. l. 3. od. 26.* Hic ponite lucida funalia. ¶ Item funis, *corda*. *Liv. l. 42. c. 65.* Funda media duo funalia imparia habebat.

Funālis, & le, o. 3. quod eſt ex fune, vel quod fune ligatum eſt. ¶ Funalis equus dicitur, qui, duobus ad currum junctis, tertius antecedens adjungitur, vel qui latus claudit ſive a dextra, ſive a ſiniſtra, duobus jugalibus mediis: ita dictus, quod non jugo, ſed fune, ſeu habena contineatur. *Stat. 6. Theb. v. 460.* Funalemque Thoen. *Sueton. Tiber. c. 6.* Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo, cum Marcellus dexteriore veheretur. ¶ Funalis cereus, *torcia*, funis

funis cera, aut pice illitus ad lumen faciendum, *Val. Max. l. 3. c. 6. n.* 4. Quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum a cœna domum reverti solitus est.

Funambŭlus, o. 1. 2. χοινοβάτης, qui graditur per funes. *Terent. in Prol. Hec.* Ita populus studio stupidus in funambulo animum occuparat.

Funarĭus, ii, m. qui funem tractat. Unde cognomen Gratiano Imper. patri Valentis, & Valentiniani, apud *Aurel. Victor. in Epit. c. 69.* & *Ammian. l. 30. c. 24.* ¶ Funarii etiam dicti currus, a genere vinculi, quo alligabantur. *Isid. l. 17. Orig. c. 35.*

Functĭo, onis, f. 3. *funzione*, ἐνέργεια, actus fungendi. *Cic. 2. Tusc. c. 15.* Labor est functio quædam vel animi, vel corporis, gravioris operis, vel muneris. *Id. 5. Ver. c. 6.* Ut iis jucundior esset muneris illius functio.

Functus, a, um, o. 1. 2. τελέσας, partic. a fungor. *Horat. l. 2. od. 18.* Functus laboribus. h. e. qui exantlavit. *Id. l. 4. od. 15.* Functi virtute duces. *Cæs. l. 8. B. G.* Legio functa stipendio. *Nepos 2. c. 7.* Functi summis honoribus. *Stat. l. 2. Silv. 1. v. 209.* Omnia functa, h. e. mortua, aut moritura vides.

Funda, æ, f. 1. *fromba*, σφενδόνη, instrumentum e funiculis factum, quo funduntur, h. e. jactantur lapides. *Virg. 1. Georg.* Stupea torquentem Balearis verbera fundæ. Vocat Poeta fundum Balearem, quod duæ insulæ Baleares peritos in primis mittebant funditores. ¶ Est etiam retis piscatorii genus, quod in orbem spargitur, ἀμφίβληστρον, quod & reticulum dici solet, ita dictum, quod in fundum mittatur, sive quod in amnem fundatur. *Virg. 1. Georg. v. 141.* Atque alius latum funda jam verberat amnem. ¶ Accipitur item pro sacculo in modum retis facto, in quo pecuniæ, & alia geruntur, a similitudine fundæ, qua lapides jaciuntur. Porro ut zona divitum; ita funda, sive loculus pauperum fuisse videtur. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 4.* Demissa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit. ¶ Aliquando etiam ponitur pro anuli pala, vel pro circulo ex auro, sive alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurum non nisi margines amplectatur, idque Græcorum exemplo, quibus similiter dicitur σφενδόνη. *Plin. l. 27. c. 9. de chrysolithis.* Funda includuntur persicuæ.

Fundālis, le, adject. ad fundam pertinens. *Prudent. Psychom. v. 294.* Dextera fundali torsit stridore lapillum. Loquitur de Davide adversus Goliath pugnante.

Fundāmen, inis, n. 3. idem ac fundamentum. *Virg. 4. Georg. v. 161.* Et lentum de cortice gluten Prima favis ponunt fundamina.

Fundamentum, ti, n. 2. *fondamento*, יסוד, Ger. *pfulment*, Gall. *fondement*, Hisp. *cimiento*, θεμέλιον, βάσις, id super quod quid fundatur. *Plin. l. 36. c. 14.* Rursus ne in lubrico, atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur. ¶ Translate sumitur pro principio cujuscunque rei. *Cic. pro Sext.* Quibus initiis, ac fundamentis hæ tantæ laudes excitatæ sunt. *Id. pro Planc. c. 12.* Pietas fundamentum est omnium virtutum. Apud *eund.* passim legas, *Agere, ponere, jacere fundamenta alicujus rei.* h. e. rei alicui quasi principium dare. *Virg. 1. Æn. v. 428.* Fundamenta locant alii, &c. Contra, convellere fundamenta, *rovinar i fondamenti. Colum. l. 1. c. 4. Nep. Timol. c. 3.* Arcem Syracusis a fundamentis disjecit.

Fundamentalĭter, adverb. *dal fondamento. Sidon. l. 3. ep. 8.* Fundamentaliter eruere.

Fundatĭo, onis, f. actus fundandi, *il fondare. Vitruv. lib. 5. ad fin.* In theatrorum, & muri fundationibus.

Fundātor, oris, m. qui fundat, *fondatore. Virg. 7. Æn. v. 678.* Prænestinæ fundator Urbis. *Inscript. apud Grut. p. 56. n. 5. & 6.* tempore Severi Imp. incisa. Fundatoris Imperii Rom.

Fundātus, a, um, o. 1. 2. adject. *fondato, appoggiato su i fondamenti*, τεθεμελιωμένος, *Cic. Parad. 1. c. 3.* Respub. præclare fundata. *Idem pro Dom.* Deflevi subitas fundatissimæ familiæ ruinas. *Horat. l. 1. ep. 15. ad fin.* Nitidis fundata pecunia villis. *Arnob. l. 3.* Fundatissima imperia. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit solidatis tectorii. ¶ Navis fundata est, quæ fundum, & carinam habet. *Plaut. Mil. 3. 3. 42.* Facile esse navem facere, ubi fundata, & constituta est.

Fundi, orum, m. 2. *Fondi*, col. & urbs Latii, in Regni Neapolitani initio, primum ex urbe Roma Neapolim proficiscentibus occurrens, media inter illam, & Formias. Gent. Fundanus, a, um.

Fundibalator, V. Funtibalator.

Fundĭto, as, a. 1. *spargere spesso*, σπερμολογέω, crebro fundo. *Plaut. Pœn. 1. 2. 61.* Tantula (mulier) tanta verba unditat. *Id. Merc. Prol. v. 58.* Omni quod modo me rem videret funditare, ac perdere. Alii leg. *diffunditare.* ¶ Item funda peto, jaculor, percutio, *Plaut. Pœn. a. 2. v. 35.* In fundas indebant grandiculos globos, eo illos volantes jussi funditarier.

Funditor, m. 3. *frombolatore*, קלע, Ger. *der in Krieg ein schleuter brauchet*, Gal. *frondeur*, Hisp. *hondador*, σφενδονίτης, qui funda dimicat. *Sallust. Jug. c. 95.* Hostem sagittariis, & funditoribus eminus terrere. *Cæs. 1. B. G. c. 7.* Funditores Baleares subsidio oppidanis mittit.

Funditus, adv. *dal fondo, da' fondamenti*, כל, Germ. *von bodem auff*, Gal. *de fond en comble, du tout*, Hisp. *de quaxo*, ἄρδην, ab ipso fundo, ab ipsis fundamentis. *Cic. 6. Ver.* Qui non obstruxit aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit, ac delevit. ¶ Transfertur ad alia pro penitus, prorsus, omnino, *in tutto. Cic. de Amic.* Quæ domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis, atque dissidiis funditus possit everti? *Id. Orat. c. 64.* Ne spondens quidem funditus est repudiandus.

Fundo, as, avi, atum, a. 1. *fondare, fare il fondamento*, יסד, Ger. *befestigen*, Gal. *fonder*, Hisp. *fundar*, θεμελιόω, fundamenta jacio. *Virg. 8. Æn.* Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto urbis Agyllinæ sedes. ¶ Transfertur ad alia, pro firmo, sive stabili. *Cic. Cornif.* Illud maxime nostrum fundavit Imperium. *Virg. 6. Æn. v. 810.* legibus urbem fundare. *Idem 6. Æneid.* dente tenaci anchora fundabat naves. ¶ Fundare navem alio sensu. V. Fundatus.

Fundo, dis, fudi, fusum, a. 3. *fondere, liquefare*, יצק, צרף, Ger. *giessen, schmeltzen*, Gal. *fondre, verser*, Hisp. *derramar, bandir*, χέω, liquefacio, a *fundus*, quia est in fundum jacere. Hinc metalla rufa dicuntur, cum liquefacta sunt vi caloris. *Cels. in præfat.* Hinc pro conflare ponitur, seu arte fusoria aliquid efficere. *gettare. Plin. l. 34. c. 8.* Theodorus, qui Labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit. ¶ Apud Medicos fundere alvum, est laxare, solvere. *Cels. in præfat.* ¶ Sæpe significat spargere, diffundere, & proprie de liquidis dicitur. *Virg. 3. Æn. v. 348.* Lacrymas verba inter singula fundit. *Plin. l. 4. cap. 10.* Funditur in septem lacus Strymon, priusquam dirigat cursum. ¶ Item large præbere, effundere. *Virgil. 4. Ecl.* Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. ¶ Item gignere. *Cic. de Sen. c. 15.* Fundere frugem. ¶ Fundere verba, est loqui. *Virg. 3. Æn.* Talia fundebat lacrymans. *Cic. in Orat.* Sæpe in amplificanda re funditur numerose, & volubiliter oratio. Sic fundere versus, *far versi. Cic. l. 3. de Orat. c. 50.* Fundere oracula, *Id. l. 1. de Div.* & *l. 1. de nat. Deor.* ¶ Sumitur & pro prosternere, profligare, ut fundere exercitum, copias, &c. passim apud Latinos Scriptores. Sic fundere corpora humi, apud *Virg. 1. Æn.* ¶ Interdum & pro dilatare, extendere. *Cic. de Fin.* Justitia ipsa se fundit usu in cæteras civitates.

Fundŭla, æ, f. angiportus. Fundulæ, inquit *Var. l. 4. de L. L.* dicuntur viæ, quæ exitum non habent.

Fundŭlus, i, m. A *Vitruv. l. 10. c. 3. funduli ambulatiles* vocantur in machinis hydraulicis emboli, qui per modioli cavitatem sursum deorsum moventur, similes illis ligneis lanceis, quas Itali dicunt *taglieri*. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Fundus, i, m. ima pars cujusque rei, *fondo, profondo*, Ger. *der boden*, Gal. *fond*, Hisp. *hondo*, πυθμήν. *Virg. 2. Æn.* Imo ciet æquora fundo. *Cic. 2. Off. c. 15.* Largitio fundum non habet. *h. e.* homines largitionibus nunquam implentur. *Serv. ad 2. Æn.* ad verba illa, *Ilicet ignis edax.* De imo fundus, de summo fastigium dicitur. ¶ Sunt, qui afferant in suis Lexicis *fundum, i*, n. sed latino exemplo non confirmant.

Fundus, di, m. *fondo, possessione, podere*, שורה, חרק, Ger. *erbgut*, Gal. *fonds*, Hisp. *heredad, o possession de tierras*, χωρίον, ἀγρός, est quævis possessio rustica. Proprie significat agrum cum ædificio, ut definiunt JCti, quamquam & de solo agro dicitur. *Var. l. 4. de L. L.* & alibi derivat vel a *fundando*, quod pecudum, ac pecuniæ sit fundamentum, vel a *fundendo*, quia quotannis fundit multa. *Cic. 1. de Orat. c. 58.* Cui nostrum non licet fundos suos obire? aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere? *Vetus Auct. de limit.* apud *Rigalt.* Hi duo fundi juncti jugerum definiunt. ¶ De possessione etiam urbana usurpari, notant JCti. ¶ Accipitur per translationem pro cujuslibet negotii fundamento, *capo, fondamento. Plaut. Trin. 5. 1. 7.* Ut quæ cum ejus filio egi, ei rei fundus pater sit potior eo. h. e. fundamentum, auctor, approbator. Hinc Populum fundum fieri, teste *Festo*, est populum ejus rei, quam alienat, fieri auctorem. *Cic. pro Balbo.* Quid dici potuit imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? V. ibi multa ad hanc rem pertinentia toto *cap. 8. & seq.* Adde & *Sigon. de antiq. Jure Ital. l. 1. c. 4.*

Funĕbris, bre, o. 3. *funesto, funebre*, Germ. *leylig*, Gal. *funebre*, Hisp. *funebre, endecoso*, ἐπιτάφιος, quod ad tunus pertinet, ut Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur, quas Flamini audire putabant illicitum, funebris pompa, funebris oratio, funebre carmen, funebris cœna, cupressi funebres, funebre vestimentum, &c. *Festus, Horat. Cic. 2. Leg. c. 23. Quintil. l. 3. c. 7. & al.* ¶ Ab *Horat. l. 1. ep. 20.* funebre bellum dicitur, quia multorum funerum causa est. ¶ Funebria justa, *funerali, Liv. l. 3.*

Funĕræ, arum, fœm. 1. mulieres, ad quas funus pertinet, quasi funereæ, ut sunt mater, uxor, sorores, filiæ, aliæve sanguine proxime junctæ. Nam præficæ erant planctus principes, non doloris. *Enn.* apud *Cic. de Senect. c. 20.* Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletum faxit. Ita enim *Vossius* legendum putat. *Virg. 9. Æn. v. 487.* Nec te tua funera mater produxi, prætique oculos. Ita videtur exponere *Servius*. verum alii aliter.

Funerarĭus, a, um, quod ad funerationem pertinet. *Ulp. l. at si quis ff. de rel. & sumpt. fun.* Qui mandato alterius funeravit, non habet actionem funerariam.

Funeratĭcum, i, n. pecunia funeribus impensa. *Inscript.* apud *Spon. Miscel. erud. ant. sect. 2. art. 11. p. 54.* Inferant partem dimidiam funeratici.

Funeratitĭus, a, um, adject. idem quod funerarius, ut funeratitia actio, *Pompon. l. 30. de Relig.*

Funerātus, a, um, *sepolto. Horat. l. 3. od. 8.* Prope funeratus arboris ictu.

Funerĕus, a, um, idem ac funebris. *Virg. 4. Æn.* & fronde coronat Funerea.

Funĕro, as, a. 1. *seppellire, far il funerale*, κηδεύω, sepelio, justa mortuo persolvo, pompam funebrem duco. *Plin. l. 33. c. 10.* Qui funerari se jussit sestertiis undecim millibus. *Suet. Domit. c. 17.* Per vespillones exportatum nutrix in suburbano funeravit. ¶ Deponentis forma usus est *Capitol. in Pertin. c. 14.* Corpus ejus quanto potuit honore funeratus est.

Funesto, as, a. 1. *funestare*, μιαίνω, cæde polluo, funere inquino. *Cic. pro Font. c. 10.* Eorum aras, ac templa funestant.

Funestus, a, um, *funesto*, ὀλέθριος, quod mortem affert, quod pernicioſum, exitiale, mortiferum est, a *funus*. *Cic. l. 10. Fam.* Quam cum pauciores tunestam orbi terrarum victoriam pateremur. ¶ Item quod funere inquinatam est, quod funeribus adhibetur, ut *Funesta tibia*, qua ad funera canebant, *Funesta arbor*, cypressus, cujus ramus poni ante domum funeream solitus erat, ne Pontifex per ignorantiam ingrediens pollueretur. *Auct. ante Exil.* Qui in suo Magistratu funestam facem a vestris repulit templis. ¶ Comp. funestior, superl. funestissimus. *Cic. Att. l. 9. epist. 5.* Majores nostri funestiorem esse voluerunt diem Allienſis pugnæ, quam Urbis captæ. *Eutrop. lib. 7. c. 7.* Caligula sceleratissimus, ac funestissimus. ¶ Funesta familia est, quæ funus celebrat, *famiglia in duolo. Lex. l. 2.* & *leg. si ex re, ff. de stipul. servor.*

Funētum, i, n. arcus ex vitibus, cum breviores palmites sarmento junguntur inter se funium modo. *Plin. l. 17. c. 22.*

Fungĭnus, a, um, adject. *di fungo. Plaut. Trin. 4. 2. 9.* Fungino genere est; capite se totum tegit.

Fungor, eris, functus sum, d. 3. *fare, esercitare ufficio, usare*, שכל, Germ. *ein ampt verwvalten, ausrichten*, Gal. *exercer quelque charge*, Hisp. *usar de algun oficio, o exercitarlo*, τελέω, proprie est perficere, ac perducere ad finem, sed generatim sumitur pro officium aliquod exercere, munus obire. ¶ Construitur cum ablat. sine præp. *Cic. 5. Fin.* In sensibus hæc est sua cujusque virtus, ut ne quis impediat, quo minus suo quisque sensus munere fungatur. *Id. 2. Off. cap. 13.* Justitiæ fungatur officiis. ¶ Reperitur etiam cum accusativo. *Nepos Datam. c. 1.* Militare munus fungens. Adde *Plaut. Suet.* & *Terent.* ¶ *Diem fungi*, est mori. *Justin. l. 19. c. 1.* Mago, cum imperium Pœnorum condidisset, diem fungitur, relictis duobus filiis. *Vellej. l. 2. c. 49.* Morte quieta fungi, *morire placidamente.* ¶ *Vita fungi*, significat mori, *Papin. l. Filiusfam. ff. de castr. pecul.* ¶ Fungi tortuna prospera, est uti, *aver buona fortuna. Cic. de Clar. Orat.* ¶ *Colum. l. 1. c. 5.* Fundamenta pro fultura, & subſtructione fungentur, *serviranno di sostegno.* ¶ Fungi, pro statui, constitui. *Paul. l. 63. ff. ad leg. Falcid.* Pretia rerum non affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur. Adde *l. 33. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Alia V. in *Functus*.

Fungosĭtas, atis, f. 3. *leggierezza*, raritas, & levitas, qualis in fungis, & in spongiis apparet. *Plin.* Tota fungositas derasa. Ita Lexicographi, sed nihil ejusmodi in Plinio apparet.

Fungōsus, a, um, o. 1. 2. μυκητώδης, quod est rarum, & leve ad similitudinem fungi. *Plin. l. 16. c. 36.* Arundo fungosior. *Col. l. 4. c. 29.* Fungosa medulla.

Fungŭlus, li, m. parvus fungus. Est *Apicii l. 5. c. 2.*

Fungus, i, m. *fungo*, μύκης, excrementum terræ, vel arborum, varia forma, ac figura. *Plin. lib. 22. cap. 23.* Fungorum lentior natura, &

numerosa genera. *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 2.* Pratensibus optima fungis Natura est. ¶ Fungus etiam dicitur exusta papyri pars in lucerna. *Virg. 1. Georg. vers.* 392. Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. ¶ *Plaut. Bacch.* 4. 7. 23. & 5. 1. 2. *fungum* vocat hominem stupidum, stolidum, & inutilem. ¶ Dicitur & fungus morbi quoddam genus in arboribus. V. *Plin. l. 17. c. 24.*

Funicŭlus, li, m. 2. *cordicella*, *funicella*, Ger. *ein klein seyl*, *schnur*, Gal. *cordelette*, Hisp. *cuerdecilla*, καλώδιον, χοινίον, dimin. a fune. *Cic. 2. de Invent. c.* 51. Funiculo, qui a puppi religatus erat.

Funirĕpus, pi, m. 2. funambulus, qui per funes repit. *Apul. l. 4. Florid. in princ.* Funirepus periclitatur.

Funis, m. 3. *corda*, *fune*, חבל, Germ. *seyl*, Gall. *corde*, Hisp. *cuerda*, κάλως, restis ex cannabe, aut alia materia contorta. *Virg.* 5. *Æn.* Trajecto in fune columbam, quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto. ¶ A veteribus etiam in gen. f. usurpabatur. *Lucr. l. 2. v.* 1153. apud *Gel. l. 13. c. 19.* Haud, ut opinor, enim mortalia secla superne aurea de cœlo demisit funis in arva. Adde *Non. c. 3. n. 91.* V. & *Quintil. l. 1. c. 6.* ¶ Reducere funem, est opinionem mutare, aut consilium: ductum a jumentis, quæ habenis adductis sistimus. *Pers. Sat. 5. v. 118.* Quæ dederam supra, repeto, funemque reduco. ¶ *Ducere funem* metaphorice dicitur pro vincere, & imperare. *Horat. l. 1. epist. 10. ad fin. de pecunia:* Tortum digna sequi potius, quam ducere funem, videtur sumpta metaphora a ludo puerorum, de quo *Tertul. de Pudic. c. 2.* Non decet ultra de auctoritate Scripturarum ejusmodi funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere.

Funus, eris, n. 3. *funerale*, *pompa funebre*, קבורה, Ger. *ein leich*, Gal. *funerailles*, Hisp. *exequias*, *obsequias*, κηδεία, pompa, quæ fit in exequiis mortuorum, a φόνος, *cædes*. *Donat. in Andr. a. 1. sc. 1. Serv. in 1. & 6. Æn. Isid. l. 20. c. 10.* dici ajunt a *funalibus*, sive *funibus* accensis, quia cadavera noctu efferebantur cum faculis, propter sacrorum celebrationem diurnam. *Cic. de Amic.* Quam civitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Sic dicimus, funus celebrare, *Liv.* Funus ducere, *Cic.* In funus prodire, *Terent.* Funus alicui facere, *Sulpit. ad Cic. 4. Fam.* &c. ¶ Interdum pro ipso mortuo ponitur. *Lucan. l. 7. v.* 820. Inhumatum funus. *Virg. 2. Æn. vers.* 539. patrios fœdasti funere vultus. h. e. nece filii mei patrata. ¶ Interdum pro morte. *Virg. Ecl. 5. v. 20.* Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin Flebant. *Id. 6. Æn. v.* 429. Fūnere mersit acerbo. ¶ Et pro extinctione cujusque rei. *Lucan. l. 4. v.* 231. Proh dira pudoris Funera! ¶ Funerum pompam apud Antiq. eleganter persequitur *Virg. 6. Æn. de Miseno.* ¶ Facere funus prandio. h. e. totum prandium consumere. *Plaut. Men.* 3. 2. 27.

Fur, furis, com. 3. *ladro*, *rubatore*, גנב, Ger. *dieb*, Gal. *voleur*, Hisp. *ladron*, φώρ, qui aliena clam aufert, a Græca voce allata. *Cic. pro Mil. c. 3.* Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt. *Plaut.* 5. 4. 65. *de duabus meretricibus loquens:* Fures estis ambæ. *Suet. de clar. Gramm.* Fur priscorum verborum. ¶ De servis etiam usurpabant Veteres. *Virg. Ecl. 3. v. 16.* Quid domini facient, audent cum talia fures? Ita *Serv.* exponit. ¶ Fur etiam dicitur fucus, qui inter apes degit. *Var. l. 3. R. R. c. 16.* Fur, qui vocatur ab aliis fucus, alter est lato ventre.

Furacĭtas, f. 3. κλεπτοσύνη, proclivitas, seu inclinatio ad furandum. *Plin. l. 10. c. 29.* Cui soli avi furacitas auri, argentique præcipue mira est.

Furacĭter, adverb. *da ladro*, Germ. *mit lust zustaelen*, Gal. *en maniere de voleur*, *avec envie dèrober*, Hisp. *en manera de ladron*, *con gana de hurtar*, κλεπτικῶς, more furum. *Cic. in Vatin. c. 5.* Cumque omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere.

Furātor, oris, m. qui furatur, *ladro*. *Tertul. Apol. c. 46.* Furator veritatis Philosophus.

Furatrīna, æ, fœm. furacitas, furtum. *Apul. lib. 6. A. A.* Furatrina facili. Et *lib.* 10. Et pulcherrime mihi furatrinæ procedebat artificium.

Furatrīnus, dictus est Mercurius, ut notat *Beroald. ad Var. l. 4. L. L.* quod sit furum præses.

Furax, cis, o. 3. *furace*, *dato al rubare*, גנב, Ger. *deibisch*, Gal. *adonnè*, *enclin a voler*, Hisp. *hurtador*, *que tiene mucha gana de hurtar*, κλεπτικός, qui proclivis est ad furandum. *Cicer. 2. de Orat.* Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum. ¶ Comp. furacior, superl. furacissimus. *Cic. in Pis.* Nam furacissimis manibus detractam cruentis facibus lauream. *Mart. l. 8. epigr.* 59. Nihil est furacius illo.

Furca, æ, f. 1. *forca*, *forcina*, קלשון, Germ. *ein gabel*, Gall. *fourche*, Hisp. *horca*, δίκρανον, instrumentum, quo stramenta moventur, vel feruntur, a *ferendo*. *Virg. 2. Georg. v.* 359. Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes. ¶ Generatim etiam furca dicitur omne id, quo quid sustentatur, in modum furcæ factum. *Plin. l. 9. c. 8.* Tunc piscatores circundant retia, furcisque sublevant. ¶ Furca item est genus supplicii, quo servi afficiebantur, quia similis erat furcæ rusticæ. *Plaut. Cas.* 2. 6. 37. Tu ut quidem hodie canem, & furcam feras. *Plin. l. 29. c. 4.* Vivi in furcas sambucea arbore fixi. V. *Lips. de Cruce l. 3. c. 4.*

Furcĭfer, eri, m. 2. δικρανοφόρος, servus, qui ob delictum cogebatur a domino ignominiæ magis, quam supplicii causa circa vicinos furcam, idest, plaustri lignum, cui temo affigitur in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simulque monere cæteros, nequid simile admitterent. *Plut. in vit. Coriol.* Hinc erat solemne servorum convicium, ut apud *Plaut.* passim legitur. *Cic. in Vatin. c. 6.* Id tu tibi, furcifer, sumes? ¶ *Furcifera*, *æ*, f. legitur apud *Petron. in Satyr. c. 132. in carmine.*

Furcilla, æ, f. 1. *forcina*, parva furca, dimin. a furcula. *Var. lib. 1. de R. R. c.* 49. Herba subsecari falcibus debet, &, quoad perarescat, furcillis versari. *Catul. carm.* 103. Musæ furcillis præcipitem ejiciunt.

Furcillātus, a, um, adject. a furcilla. *Varr. l. 4. L. L.* Vallum dictum, quod singula extrema bacilla furcillata habent figuram litteræ *V*.

Furcilles, sive Furcilla, quibus homines suspendebant. *Fest.*

Furcillo, as, avi, atum, a. 1. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 36. Væ tibi! tu inventus vero, qui meam furcilles fidem; Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier? Qui quidem locus valde est obscurus. *Pareus in Lex. crit.* furcillare fidem exponit infirmam judicare, ideoque quasi furcillis stabilire, & sustentare. Alii interpretantur, fidem in dubium revocare, & quasi furcillis abigere, & rejicere. V. *Taubman.*

Furconĭum, n. 2. Avia, *Forcone*, urbs exc. Vestinorum, ex cujus ruinis, & Amiterni coaluit Aquila urbs.

Furcŭla, æ, f. diminut. parva furca. *Liv. l. 9. c. 2.* Altera via per Furculas Caudinas brevior. Adde *Colum.* & *Var.*

Furens, tis, adject. *infuriato*. *Virg. 1. Æn. v.* 495. Penthesilea furens. *Velles. l. 2. c. 111.* Intra se furens exercitus. *Claud. in Fescenn. v. 26.* Quis belluarum cæde furentior?

Furenter, adverb. *furiosamente*, μανικῶς, more furiosi. *Cic. Att. l. 6. epist.* 1. Pueri ajunt, eum furenter irasci.

Furfur, uris, m. 3. *semola*, *crusca*, סבל, Ger. *kleymen*, Gal. *son*, Hisp. *salvado*, *o salvados*, πίτυρον, purgamentum farinæ, a βόρβορος. *Plaut. Capt.* 4. 2. 27. Qui alunt furfure sues, *Camerar.* & *Taubman.* leg. *furfuri*, qui ablativus animadversione dignus est. ¶ Furfures item, πιτυρίασις, est porrigo, vitium capitis, vel faciei, cum fuliginosa excrementa sicca, & alba super poros colliguntur, in capillo, barba, superciliis, quæ quasi furfuraceæ squamulæ in pectendo, aut scalpendo, sine ulceratione a cute resolvuntur, & decidunt. *Plin. l. 20. c. 9.* Furfures capitis, & ulcera manantia.

Furfuracŭlum, i, n. terebra, apud *Arnob. l. 6.* ut legit *Salmas. in Solin.* & sic dictum putat, quod furfures, seu scrobem furfuribus similem in ligno perforando faciat.

Furfurĕus, a, um, adject. qui est ex furfure, ut furfureum panem esitare, *pan di crusca*, *Gel. l. 11. c. 7.*

Furfuricŭla, æ, f. dimin. a furfur. *Marcel. Empir. c. 5.*

Furfurōsus, a, um, o. 1. 2. πιτυρώδης, quod furfures habet admistos, aut quandam furfurum similitudinem refert. *Plin.* 12. 25. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus, deterior furfurosus.

Furĭæ, f. 1. *Furie*, ἐριννύς, εὐμενίδες, Deæ furoris, Acherontis, & Noctis filiæ, quæ tres numerantur, Alecto, Tisiphone, Megæra, uno partu editæ. *Virg. 12. Æn. Cic. 3. de nat. Deor.* Dictæ sunt a *furo*. ¶ Poetæ fabulantur, Furiarum numen circa scelerum cognitionem, ultionemque, & in animorum male consciorum exagitatione versari. Sapientes interpretantur, Furiarum nomine a Poetis nihil aliud significari, quam animum sibi male conscium, & scelerum quibusdam quasi stimulis assidue exagitatum. *Cic. 3. de nat. Deor.* Sin hæc Dea est, cur non Eumenides? Quæ si Deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinæ, Furiæ Deæ sunt speculatrices, credo, & vindices facinorum, & scelerum. *Id. 2. de Leg.* Ut eos agitent, insectenturque Furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudisque cruciatu. ¶ Furiæ tres esse dicuntur. *Serv. in 4. Æn.* causam affert, quia & in cœlo reperiuntur, ubi Diræ vocantur, & in terris, ubi Furiæ, & apud inferos, ubi Eumenides. Aliis tres Furiæ significant tres animi affectus, iram, cupiditatem, libidinem, qui homines in omnia facinora præcipites agunt, ex quibus ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates. *Lactant. l. 6. cap.* 19. Hinc furiis scelerum agitatus, *Virg. 3. Æn.* Malis furiis actus, *Horat. l. 2. Sat.* 3. Concipere furias, *Virg. 4. Æn.* Furiis accensus, *Id. 12. Æn.* ¶ *Furiæ honestæ* dicuntur a *Statio* impetus animi servitutem, & infamiam abhorrentes. Sic enim habet *l. 4. Silv. 6.* 83. Immeritasque domos, ac templa Sagunti Polluit, & populis furias immisit honestas. Sc. Sanguntini maluerunt se ipsos perdere, & fidem Romanis servare, quam in Annibalis potestatem fœde venire. ¶ Usurpatur etiam Furia in sing. num. *Cic. Q. Fr. l. 3. epist. 1. cap. 4.* Uti ullum ad illam Furiam (Clodium intelligit) verbum rescriberet. *Id. pro Sext.* Furia, ac pestis patriæ.

Furiālis, le, o. 3. *furiale*, משגע, Ger. *vvuetig*, Gal. *furieux*, *forsene*, Hisp. *furibundo*, *furioso*, μανιώδης, quod est proprium furentium, & insanorum. *Cic. pro Planc. c. 35.* Vox furialis. *Liv. l. 7. c. 17.* Furialis incessus. *Cic. 2. Tus. cap. 8.* Furialis vestis. h.e. quæ sanguine Nessi Centauri imbuta Herculem in furorem vertit. *Ovid. 11. Metam.* Ausa furialia. *Hor. l. 3. od. 11.* Furiale caput Cerberi. ¶ *Furiale* adverbii more positum pro furialiter. *Claudian. de B. Get. v. 326. de leone.* tacitusque per altas incedit furiale nives. Adde *Stat. 6. Theb. v.* 430.

Furialĭter, adverb. ἐριννυκῶς, furiose. *Ovid. 3. Fast. v.* 637. Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Furiānus, a, um, ad Furium pertinens quod est nomen proprium Romani hominis, ut *Furiana poemata* apud *Gell. l. 18. c. 11.* h.e. Furii Antiatis, antiqui poetæ. *Furiani milites* sub Furio Camillo militantes, *Liv. l. 6. c. 9. sub fin.*

Furiatĭlis, le, adject. furiosus, efferus. *Fortunat. 3. Mart.* Furiatile cornu.

Furiātus, a, um, o. 1. 2. *furioso*, משגע, Germ. *zu grimm bevvegt*, Gal. *entre en furie*, Hisp. *desatinado*, μαινόμενος, furore concitatus. *Virg. 2. Æn. v.* 407. Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus.

Furibundus, o. 1. 2. *furibondo*, *infuriato grandemente*, משגע, German. *beffrigvvnetend*, Gal. *furieux*, Hisp. *furibundo*, μανιώδης, qui vehementer furit. *Cic. pro Sext. c. 7.* Cum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset.

Furīna, f. 1. Dea apud Romanos, eadem ac Furia, a *furo*. *Cic. 3. de nat. Deor.* Et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinæ.

Furinalĭa, lium, n. 3. sacra Furinæ Deæ. *Var. l. 5. L. L.*

Furinālis, le, o. 3. quod ad Furinam Deam spectat, ut Flamen Furinalis, Sacerdos, qui Furinæ sacra peragebat, Furinales Feriæ, festa Deæ Furinæ. *Var. l. 4. & 6. L. L.*

Furīnus, a, um, o. 1. 2. quod ad furem pertinet. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 2. Nam non coquinum est, verum furinum est forum.

Furĭo, as, a. 1. *infuriare*, שגע, Germ. *unsinnig machen*, Gal. *mettre en furie faire*, *ennanger*, Hisp. *hazer enloquecer*, *o desatinar*, [illegible], furore concito, in furorem ago. *Horat. l. 1. Carm. od.* 25. Quæ solet matres furiare equorum,

Furiōse, adverb. *fuiosamente*, Ger. *vvuetiklich*, Gall. *fulieusement*, Hisp. *furiosamente*, μανικῶς, dementer, insane. *Cic. ad Att. l. 8. ep. 5.* Etsi solet eum, cum aliquid furiose fecit, pœnitere. *Id. Fam. 12. ep. 8.* Furiosius dicit. *Spartian. in Adrian. c. 12.* Servo in se cum gladio furiose irruente.

Furiōsus, a, um, o. 1. 2. *furioso*, *pazzo*, משגע, Germ. *vvuetig*, Gal. *furieux*, Hisp. *furioso*, μανιώδης, qui furoris vitio vexatur. *Cic. pro Cluent.* Mulier jam non morbo, sed scelere furiosa. *Ovid. 9. Met. v.* 736. Amor furiosior. *Cic. Att. l. 4. epist. 3.* Furiosissimæ conciones Publii. *Liv. l. 36. c. 34.* Furiosum inceptum. ¶ Differt furiosus a mente capto, & ab insano, nam mente captus quietus est, & nulla furoris signa ostendit; insanus est, cui mentis sanitas non satis constat, ita tamen ut officium tueri possit, & communem vitæ cultum; furiosus autem, qui omnino mente alienatus est, & rabie quadam animi agitur. V. *Cic. 3. Tusc.* Promiscue tamen hæc sæpe usurpantur.

Furippus, i, m. magnus fur, ἵππος enim græce interdum in composit. intensiva est. *Auson. epigr.* 115. Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum, Altera producens, altera corripiens. Elige utrum malis; aut tende, aut corripe nomen. Conveniet quodvis, fur furiose, tibi.

Furĭus, ii, inter Romana nomina fuit, ut Furius Camillus. Prima syllaba in hac voce producitur. *Ovid. Fast. 1. v.* 641. *Martial. l. 6. epigr.* 17.

Furnacĕus, a, um, o. 1. 2. κλιβανίτης, quod ad furnum spectat, ut Furnacei panes, qui in furno coquuntur. *Plin. l. 18. c. 11.* Panis varia genera, ut furnacei, a coquendi ratione, &c.

Furnarĭa, æ, f. 1. *l'arte del fornaio*, Germ. *das brodtbecken handtvverck*, Gal. *boulengerie*, Hisp. *horneria*, ἀρτοποιητική, ars in furno coquendi. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno quæstum facit. *Sueton. in Vitel. c. 2.* Ex muliere vulgari Antiochi cujusdam furnariam exercentis filia.

Furnarĭus, ii, m. 2. ἰπνοκαύστης, qui furnariam artem exercet. *Ulp. l. 24. §. 6. ff. de dam. inf.* Furnarii culpa damnum datum.

Furniana vasa, genus vasorum, a Furnio inventore. *Plin. lib. 33. cap.* 11.

Nunc

Nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, nunc Anaglypta, &c.

Furnus, ni, m. 2. *forno*, תנור, Ger. *ofen*, Gal. *four*, Hisp. *horno*, *ἰπνός*, *καίβωτος*, locus, in quo panis coquitur. Differt a *clibano*, quia *clibanus* minor est, & quasi parvus furnus, mobilis, fere ex metallo, interdum etiam ex lapide, inservit non tam pani, quam aliis dapibus coquendis, *furnus* magnus est, immobilis, ex cæmento, & calce, tactus ad panem coquendum. *Plin. l.* 23. *proœm.* Uritur in furno, donec panis percoquatur.

Furo, is, sine præter. & sup. n. 3. *esser furioso*, השתגע, Ger. *vvueten*, Gal. *forcener*, Hisp. *enloquecer*, *embravecerse*, *μαίνεμαι*, furiosus sum, furore exagitor. *Cic.* 2. *de Div.* Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. ¶ Aliquando est vehementer irasci, & præ iræ magnitudine furioso similem fieri. *Cic. Q. Fr.* Cludius furebat, a Racilio se contumaciter vexatum. ¶ Dicimus, furere audacia, aut scelere, aut libidine. *Cic.* 2. *Catil.* L. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem. ¶ Pro immodice, & impotenter lætari. *Horat. l.* 2. *od.* 7. Recepto dulce mihi furere est amico. ¶ *Sedulius* præteritum etiam format, *l.* 1. *de Daniele*: Furuerunt jussa tyranni. Adde *Serv. ad* 1. *Æn. v.* 45.

Furor, aris, d. 1. *rubare*, גנב, Ger. *stehlen*, *rauben*, Gal. *voler*, *dè rober*, Hisp. *hurtar*, κλέπτω, furtum facio, clam alienum aufero. *Cic. Ver.* 3. *cap.* 22. Verres solet hæc, quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse. ¶ Translate *Virg.* 5. *Æn.* Pone caput, fessosque oculos furare labori, h. e. subtrahe, laborem intermitte. ¶ Furari civitatem, est clam, & dolo in civitatem irrepere. *Id. pro Balb. cap.* 2. Non enim furatus esse civitatem dicitur. ¶ Activa forma *Plaut. Rud.* 1. 2. 23. An quo furatum venias mox, vestigas loca?

Furor, oris, m. 3. *furore*, זיעה, Germ. *vvutigkeit*, Gall. *fureur*, Hisp. *furor*, *μανία*, gravior, diuturniorque mentis alienatio. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 18. A Diis quidem immortalibus quæ potest homini major esse pœna furore, atque dementia? ¶ Differt ab insania, quia furor major est. V. Furiosus. ¶ Aliquando accipitur pro mentis concitatione, quæ divinitus fit, qualis est furor Poetarum. *Cic.* 1. *de Div.* Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus injecta, atque inclusa divinitus: ea si exarsit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. *Et infra.* Negat enim sine furore Democritus quenquam Poetam magnum esse posse. ¶ Aliquando pro vehementi ira, vel alia animi perturbatione. *Cic. pro Domo.* Et ab istius inflammato, atque ignito furore jam tum me, seque repetebat. ¶ *Furorem impendiorum*, hoc est profusam, ac nimiam libidinem impendendi, *pazza prodigalità*, dixit *Suet. Ner. cap.* 31.

Furtificus, a, um, o. 1. 2. *che fuol far furto*, *ἐπικλόπος*, furax. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 97. Furtificæ manus. *Id. Epid.* 1. 1. 10. Minus jam furtificus sum, quam antea: rapio propalam.

Furtim, adverb. *nascosamente*, *celatamente*, ביכרך, Germ. *verstolen*, Gal. *en cachette*, Hisp. *a escondidas*, *o escondillas*, λαθραίως, latenter. *Cic. de Leg. Agrar.* Ut occulte latet, ut recondita est, ut furtim tota Decemviris traditur.

Furtīve, adverb. idem ac furtim. *Plaut. Pæn.* 5. 2. 62. Ne quid furtive clam accepisse censeas.

Furtivus, a, um, o. 1. 2. *furtivo*, *rubato*, גנוב, Ger. *bedecklich*, Gal. *furtif*, *fait en cachette*, Hisp. *escondido*, *clandestino*, κλεπτιμαῖος, quod furto ablatum est. *Plaut. Cure.* Qui scias mercari furtivas, atque ingenuas virgines. ¶ Quandoque furtivum dicitur clandestinum. *Cic. in Piſon. cap.* 40. Occultus adventus, furtivum iter per Italiam. Hinc *Furtivæ literæ*, & *furtiva ſcripta*, quæ artificio quodam fiunt, ne legi possint ab alio, quam ab eo, ad quem scribuntur, quales erant, quas Lacedemonii *σκυτάλας* vocabant. *Gel. l.* 17. *c.* 9. Res quasdam occultas nuntiare Regi furtivo scripto volebat.

Furtum, i, n. 2. *furto*, Germ. *diebſtall*, Gall. *larcin*, Hisp. *hurto*, κλοπή, κλέμμα, clandestina ablatio rei alienæ. *Cic. pro Cluent. cap.* 64. Furtum facere. *Id. pro Flac. c.* 18. Furti damnari. ¶ Item res, quæ furto ablata est. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. Dum furta ligurit. ¶ Furtum etiam dicimus quicquid clam agitur. *Vellej. l.* 2. *c.* 63. Pontifex in ejus locum furto creatus. *Virg. Æn.* 4. *v.* 337. Furto fugam abscondere. ¶ Hinc & pro fraudibus & insidiis ponitur. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 82. Furtis incautum decipit hostem. *Curt. l.* 4. *c.* 13. Furto, non prælio opus esse censebat. ¶ Sæpe etiam pro clandestino, & illicito concubitu. *Tibul. l.* 1. *el.* 2. *v.* 34. Celari vult sua furta Venus. *Virg. l. Georg. v.* 336. Martisque dolos, & dulcia furta. ¶ Quin & omne flagitium clam perpetratum furti nomine venit. *Ter. Eun.* 4. 7. 39. Hic furti se alligat. ¶ *Cicer. Fam.* 16. *ep.* 26. Etiamsi quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsiviſſe videaris. h. e. furtivam causam cessandi.

Furuncŭlus, m. 2. *ladroncello*, Ger. *kleiner dieb*, Gal. *larronceau*, Hisp. *ladroncillo*, dim. a fur. *Cic. in Piſ. c.* 27. Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Est etiam tuberculum in cute, & ulcus. *Plin. l.* 20. *c.* 13. de quo & *Celsus l.* 5. *cap.* 28. Furunculus, inquit, est tuberculum acutum, cum inflammatione, & dolore, maximeque ubi jam in pus vergit. ¶ In vitibus etiam furunculus dicitur palmes juxta alium palmitem enatus, quod veluti succum vicinis partibus furetur: vel extuberantia quædam, in modum verrucæ. *Colum l.* 4. *cap.* 22.

Furvus, a, um, o. 1. 2. *oſcuro*, *nero*, *bruno*, חום, Ger. *ſchvvartz*, Gal. *noir*, Hisp. *negro*, *μέλας*, *αἰθιοψός*, *σκοτεινός*, niger, ater, obscurus. *Ovid.* 5. *Met.* Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris. ¶ Hinc hostiæ furvæ dicebantur, quæ nigri erant coloris, quod hostiarum genus Diis inferis gratissimum putabatur. *Valer. Max. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 5.

Fuscātor, oris, m. *offuſcatore*, Ger. *der da ſchvvartz lecht machen*, Gall. *celuy qui offuſque*, Hisp. *el que embaca*, qui fuscat. *Lucr. lib.* 4. *v.* 60. Quicquid cœli fuscator Eoi intulerat Corus.

Fuscātus, a, um, adject. *fosco*, *offuſcato*. *Alcim Avit. l.* 4. *v.* 430. Fuscati lumina solis.

Fuscīna, æ, f. *tridente*, מזלג, Germ. *gaebelein*, Gall. *fourchette*, Hisp. *horquilla*, *δίκρανον*, *τρίαινα*, telum tridens, sive trifulcum, aut bifulcum, quo piscatores figunt anguillas, & ea, quæ in imo aquæ fundo natant. Erat autem hoc insigne, & veluti sceptrum Neptuni. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 36. Dant etiam Deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. ¶ Fuscina etiam utebantur retiarii in gladiatoriis pugnis. *Juven. Sat.* 2. *v.* 134. Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

Fuscĭtas, atis, f. fuscus color. *Apul. dogm. Plat. ſub fin.* Ab omni fuscitate liberum cœlum.

Fusco, as, a. 1. *far fosco*, Germ. *ſchvvartzlecht machen*, Gall. *offuſquer*, Hisp. *embacar*, *ὑπομελανίζω*, fuscum, hoc est, subnigrum facio. *Ovid.* 1. *de Arte*, *v.* 515. Fuscantur corpora campo.

Fuscus, a, um, o. 1. 2. *fosco*, שחריר, Germ. *braunſchvvartz*, Gall. *obſcur*, *trouble*, Hisp. *baco*, *καικίαμος*, quod est coloris subnigri, ideſt, non plane nigri, qualis est Indorum meridionalium, & Æthiopum, a *φύκος*, *uſtulo*. *Ovid.* 2. *Faſt.* Hesperus & fusco roscidus ibat equo. ¶ Fusca vox est, quæ clara, aut canora non est. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Et vocis genera permulta, canorum, fuscum, lævo, asperum, &c. Fuscæ aves dicuntur ab *Apul. l.* 2. *A. A.* quæ malum omen habent. ¶ Comparat. *fuſcior*. *Apul. de Mundo*: Cura fuscior, & *de dogm. Plat.* Animæ fusciores.

Fuse, adv. *copioſamente*, *largamente*, Ger. *uberflueſſiglich*, Gall. *abondamment*, *a foiſon*, Hisp. *abundantemente*, χύδην, late, abundanter, & copiose. *Cic.* 4. *Tusc.* De cujus excellentia multa quidem dici quamvis fuse, lateque possint. *Id.* 2. *Nat. Deor. c.* 7. Cum uberius disputantur, & fusius.

Fusĭlis, le, o. 3. χυτός, quod fundi potest, vel quod pronum est ad fundendum, ut Fusilia vasa, & fusilia signa, quæ ex metallo aliquo fusa sunt. *Ovid.* 11. *Met. v.* 126. Fusile per rictus aurum fluitare videres.

Fusio, nis, f. *fuſione*, יצוקה, Ger. *gieſſung*, Gal. *fuſion*, Hisp. *derramamiento*, χύσις, diffusio, extensio. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 15. Ipsumque mundum Deum dicit esse, & ejus animi fusionem universam.

Fusĭus, pro Furius antiqui dixerunt. *Fest.*

Fusor, oris, m. qui æs, vel aliud metallum fundit. *Leg.* 1. *Cod. de excuſ. artific. & Pallad. lib.* 1. *tit.* 17.

Fusorĭum, ii, n. *fonderia*, locus in quo metalla funduntur. *Pallad. l.* 1. *tit.* 37. Longe ab apium castris sint omnia odoris horrendi, balneæ, stabula, coquinæ, fusoria.

Fusterna, æ, f. pars abietis superior, durior, & nodosior. Nam inferior, minusque nodosa *ſapinus* dicitur. *Plin. l.* 16. *c.* 39. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. sed hic leg. *fuſterna*. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Fustiarĭus, ii, m. qui fuste verberat, ξυλοκόπος, *ὁ τύπτων τῷ ξύλῳ*. Vet. Gloss. ¶ Adjective invenitur in *Inſcript. Fabret. pag.* 529. Fustiario supplicio se noverit esse subdendum.

Fustibalātor, oris, m. qui Fustibalo jaculatur. Ita legitur in MSS. *Veget. l.* 3. *c.* 14. ut notat *Stevvech.* Vulgo legitur *Fundibalator*; quod idem esset ac funditor.

Fustibălus, i, m. fustis est longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur furda de corio, & utraque manu impulsus prope instar onagri dirigit saxa. Ita describit *Veget. de re milit. l.* 3. *c.* 14.

Fusticŭlus, li, m. parvus fustis, scapus, cauliculus. *Pallad. lib.* 1. *tit.* 35. Fusticulos alii comburere.

Fustigātio, f. genus supplicii, quo fuste delinquentes percutiebantur, proprium liberorum, ut *caſtigatio*, seu *flagellatio* servorum. *D.* 48. *tit.* 19. *l.* 10. Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his servus flagellis cædi, & domino reddi jubetur. ¶ Quamquam autem lora nudis, fustes vestitis inferebantur, interdum tamen fustigatio flagellatione gravior erat, nempe cum ad mortem usque fustibus cæderentur.

Fustim, adv. cum fuste. *Val. Max. l.* 6. *c.* 3. *n.* 9. Uxorem fustim interemit.

Fustis, is, m. *baſtone*, מקד, Ger. *kolb*, Gal. *baton*, Hisp. *palo*, *ξύλον*, baculus, stipes, fudes, lignum teres, & interdum acutum. *Cic. pro Cæc.* Si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. lumbosque saligno fuste dolat. *Id. ib. ſat.* 3. Nisi fuste coerces. *Plaut. Capt.* 4. 2. 116. Fusti pectito.

Fustitūdo, inis, f. vox ridicule a *Plauto* ficta *Aſin.* 1. 1. 21. a tundendis fustibus.

Fustuarĭum, rii, n. ξυλοκοπία, idem ac fustigatio, ideſt, pœna, quæ fuste infligitur. *Cic.* 3. *Phil. c.* 6. Fustuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt.

Fusŭra, æ, f. *liquefazione*, כמכה, Ger. *guſſ*, Gall. *fonte*, Hisp. *hundidura*, χύσις, fusio, sive liquefactio. *Plin. l.* 33. *c.* 6. Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

Fusus, a, um, o. 1. 2. *ſparſo*, *liquefatto*, צרוף, Germ. *zerlaſſen*, Gall. *fondu*, Hisp. *hundido*, χυθείς, conflatus, vel liquefactus, a fundo. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 77. Sicuti sanguis in corporibus, sic illæ res in orationibus fusæ esse debebunt. *Id. pro Sext. c.* 42. Homines fusi per agros. *Liv. lib.* 38. Fusa, & candida corpora, ut quæ nunquam, nisi in pugna, nudentur. hoc est lævia, non rugosa. ¶ Item fugatus, profligatus. *Id. Phil.* 4. *c.* 1. Hostium exercitum cæsum fusumque cognovi. *Liv. l.* 2. Fusus, fugatusque. ¶ Item *coricato*. *Virg.* 1. *Æn.* fusique per herbam. *Martial. l.* 8. *ep.* 75. jacuit toto corpore fusus humi. *Id. l.* 9. *ep.* 35. inter mensas largo jam nectare fusus. h. e. madidus, & ideo jacens. ¶ Item copiosus, abundans. *Gell. l.* 2. *cap.* 26. Græca lingua prolixior, fusiorque, quam nostra. ¶ Apud *Celſ. l.* 1. *c.* 3. Alvus fusa, est, profluxu laborans.

Fusus, i, m. 2. *fuſo*, κλωστήρ, instrumentum, quod mulieres nendo digitis volvunt, a *fundendo*, quia per ipsum funduntur fila. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant.

Fusus, us, m. actus fundendi, fusio. *Var. lib.* 44. *L. L.*

Futātim, adverb. profusim. *Plaut. Truc.* 4. 4. 29. Id quoque interim futatim nomen commemorabitur. h. e. sæpe.

Futīle, is, n. 3. vas quoddam lato ore, fundo angusto, & acuto, quo utebantur in sacris Deæ Vestæ, a *fundendo*, quod illud ministri sacrorum non deponerent, sed instabile esset, &, si positum esset, statim aqua tunderetur. Aqua enim ad sacra Vestæ in terra non ponebatur, quod si fieret, piaculum erat. Igitur excogitatum est vas, quod stare non posset. *Placid. Lact. in* 8. *Theb. Donat. in Andr. a.* 3. & *in Phorm. a.* 5. *ſc.* 1.

Futīle, adverb. idem quod futiliter. *Plaut. Stich.* 2. 3. 72. Enimvero, Gelasime, opinor, proveniſti futile. Adde *Ennium* apud *Non.*

Futĭlis, & le, n. 3. χυδαῖος, quod plenum rimarum est, hac, atque illac perfluit, quod liquorem ubi commissum non satis fideliter continet, sed protinus effundit. Hinc de canibus metu concacantibus *Phædr. fab.* 74. *v.* 33. Illi autem qui miserunt vos tam futiles. V. totum Phædri locum. ¶ Translate dicitur superfluus, loquax, vanus, qui continere tacenda non potest, sed ea effundit, a *futili* vase. *Ter. Andr.* Servo n' fortunas meas me commisiſſe futili. ¶ Item dicitur de levi, inutili, nullius momenti. *Cic. de Div.* Aruspices vanos, futilesque esse dicamus. *Id.* 5. *Tusc. c.* 6. Nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

Futilĭtas, atis, f. *pazzia*, הבל דיק, Ger. *leichtferetigkeit*, Gal. *legerete*, *vanite*, Hisp. *locura*, *vanidad*, φλυαρία, vanitas, levitas, inutilitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 83. Et plena sunt futilitatis, summæque levitatis.

Futilĭter, adverb. vane, inutiliter, frustra. *Apul. Apol. poſt princ.* Futiliter blaterata. Adde *Non. c.* 11. *n.* 39.

Futo, sæpius sum, freq. ab antiquo *fuo*. Est item redarguere. *Feſtus.*

Futum, i, n. vasis aquarii genus, quo in triclinium affatam aquam infundebant. *Var. de L. L. l.* 4.

Futŭo, is, tui, utum, a. 3. *βινέω*, est Veneri operam dare, a φυτεύω, planto. *Mart. l.* 3. *ep.* 72. Vis futui, nec vis mecum Lautella lavari. *Auct. Priap. carm.* 12. Præcidere, puer, moneo, futuere puella.

Futūrus, a, um, o. 1. 2. *ciò*, *che sarà*, ἐσόμενος, quod erit, quod eventurum est, partic. verbi *sum*, ab antiquo *fuo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Signa ostenduntur a Diis rerum futurarum. *Id.* 2. *Offic. c.* 9. Futura prospicere. *Virg. Æn.* 4. *v.* 508. Haud ignara futuri.

Fututĭo, onis, f. actus futuendi. *Martial. l.* 1. *ep.* 107.

Futūtor, oris, m. qui futuit. *Martial. l.* 1. *ep.* 91.

Futū-

Fututrix, icis, f. quæ futuit. *Martial. l.* 11. *epigr.* 23.
Fututus, a, um, particip. pass. signif. *Martial. l.* 3. *epigr.* 87.

DE LITERA G.

G Septima Latinorum litera, una ex iis, quæ mutæ vocantur, quam scribit *Plutarchus in Problem.* a Carbilio Spurio inventam esse, valde affinis est literæ C, & pro ea aliquando adhiberi solita est in quibusdam vocibus, ut *Caius*, *Cneus*, quæ Latini pronuntiasse dicuntur *Gajus*, *Gneus*. ¶ Olim Veteres G pro N usurparunt, teste *Var. l.* 1. *de orig. L. L.* scribebant enim *aggulus*, *aggens*, pro *angulus*, *angens*.

G ANTE A.

Gabalĭum, ii, n. genus plantæ aromaticæ apud Arabes. *Plin. l.* 12. *c.* 21.

Gabălus, m. 2. σταυρὸς, crux, sive patibulum. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 373. Nos barbari, quod nocentes in gabalum suffigimus homines, vos non barbari, quod noxios absolvitis? ¶ Gabalus etiam dicitur homo sceleratus, & cruce dignus. *Capitolin. in Macrin. c.* 11. Qualis Latinus gabalus iste fuit.

Gabaon, Saulis, *Gabaa*, *Garaandavid*, olim urbs Palæstinæ, in colle, in secunda parte Tribus Benjamin, ampla, & una ex Civitatibus Regalibus, nunc pagus, inter Hierosolymam, & Machmas ad Bor. Pop. *Gabaonitæ*.

Gabbăræ, vel Gabbares, cadavera apud Ægyptios pollinctorum arte delibuta, arefacta, & a corruptione immunia, *mummie*, teste *Augustino*. V. *Kirckman. de funerib. Rom. l.* 1. *c.* 8. & *Aringhi Roma subterr. p.* 1. *l.* 1. *c.* 2. ¶ Gabbarus in *gloss. Isid.* exponitur insulsus, barbarus.

Gabătæ, arum, f. 1. γάβαται, vasa concava, eduliis, pulmentariisque apta, a *cavus*, quasi *cavatæ*, non a voce Græca allata, quia hanc posteriores Græci a Romanis acceperunt. *Martial. l.* 7. *epigr.* 47. Transcurrunt gabatæ, volantque lances.

Gabellus, m. 2. Sicla, *Secchia*, fl. Galliæ Togatæ, qui oritur ex Apennino M. deinde Saxuolum rigat, & inter Mutinam ad Or. & Rubieram ad Occ. labens, aliquot leucis intra in Padum se exonerat prope cœnobium S. Benedicti in ditione Mantuana.

Gabiensis, e, adject. ad Gabios pertinens, ut Gabiensis ager, *Plin. l.* 2. *c.* 94.

Gabiēnum, n. 2. Castra Gabieni, *Gabiano*, opp. Liguriæ, al. Galliæ Cisalpinæ, in Duc. Montisferrati, in conf. Pedemontii, in colle.

Gabĭi, m. 2. Gabina urbs, Col. & urbs olim Latii, in via Prænestina, media inter Romam ad Occ. & Præneste ad Or. ad 12. M. P. ubi nunc *Campo Gabio*, inter Columnam, & Montem Portium, castra Campaniæ Romanæ. Aliqui credunt, Gabios fuisse haud longe a diversorio paludis circa Osam fl. in iis collibus, ubi nunc Castelli S. Juliani rudera cernuntur, ad sinistram viæ Prænestinæ Roma euntibus Præneste. Conditi fuere a Siculis, idest, a Galacto, & Bio fratribus. *Solin. Virg.* 6. *Æn. v.* 768.

Gabinianus, a, um, adject. ad Gabinium pertinens, ut Gabiniani milites, *Valer. Max. l.* 4. *c.* 1. *n.* 14.

Gabinĭus, a, um, adject. Gabinianus, ut Gabinia lex, *Cic. de Leg. l.* 3. *c.* 16. & alibi.

Gabinĭus, ii, m. nomen Romanum, præsertim consulis illius, sub quo Cicero in exilium missus fuit. Hic Proconsul Syriæ Ptolemæum Auleten in regnum reduxit. *Cic. post redit. ad Quir.* & *Fam. l.* 1. *ep.* 1.

Gabīnus, a, um, o. 1. 2. quod spectat ad Gabios, ut Urbs Gabina, Juno Gabina. *Ovid.* 2. *Fast. v.* 709. ¶ *Gabinus cinctus*, toga erat, ut docet Servius, sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia a tergo revocata hominem cingeret. *Virg.* 7. *Æn. v.* 612. Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino insignis. V. *Cinctus*, *us*. ¶ Olim scribebatur *Cabinus* per *c*, ut videre est in *Cenotaph. Pisan. Mar. Victorin. cap. de orthogr.*

Gades, dium, f. n. pl. Gadira, Erythia, Cotinusa, Tartessos, *Cadice*, inc. *Cadiz*, Pœnis *Gadir* sive *Gadir*, insula parva Hispaniæ Bœticæ, in mari Oceno, & in ora Andalusiæ, proxima continenti, eidem juncta ponto, *la Puente de Suaco*, contra Cæsarianam, & Portum Mnesthei, cum urbe cogn. olim Col. R. dicta Gaditana Julia Colonia, parva, sed munita, in parte Occ. insulæ, condita a Tyriis; cum arce, & portu capacissimo, ubi emporium celebre. Aliqui dicunt, duas insulas esse, majorem Erythiam dictam distare freto 700. pedum a continente; minorem huic adjacere, unius tantum stadii euripo interlabente, in qua mira est pabuli lætitia. *Plin. l.* 4. *c.* 22. Hinc addunt, Gadis num. sing. dici pro alterutra harum insularum, Gades n. pl. cum de utraque sermo est. *Plin. l.* 4. *c.* 22. ¶ In Gadibus Geryon regnasse fertur. *Plinius* vult, Geryonem in majore inf. habitasse, *Strabo l.* 3. in minore.

Gadir, f. 3. Cotinusa, Tartessos, urbs Gadium inf. a *gadir* voce Punica, quæ septum notat. V. *Gades*. Reperitur etiam in g. n. *Sallust. l.* 2. *Hist.* Quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.

Gaditanus, o. 1. 2. gentile a Gades, ut *Gaditanæ puellæ*, quæ lasciviæ nomine olim in pretio fuerunt. *Gaditanum fretum*, idem ac Herculeum. *Gaditanus sinus*, *Golfo de las Yeguas*. *Plin. l.* 4. *c.* 13. *Liv. l.* 28. *c.* 2. ¶ Gaditani, absolute, Gadium incolæ. *Cic. pro Balb. c.* 16. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 18.

Gæsatæ, arum, vel ut al. leg. Gessatores, orum, mercenariorum militum Gallorum nomen. *Oros. l.* 4. *c.* 13. *circa princip.*

Gæsi, m. 2. viri fortes a Gallis dicuntur, a *gæsum*. *Serv. in Æn.* 8. *v.* 662.

Gæsum, i, n. 2. γαισὸν, γαισὸς, jaculum grande longe feriens, proprium Gallorum. *Cæs. l.* 3. *B. G. c.* 4. Gæsa in vallum conjicere. *Virg. l.* 8. *Æn. v.* 661. Alpina gæsa. ¶ *Pollux l.* 7. *c.* 33. vocat δόρυ ὁλοσίδηρον, hastam pure ferream.

Gætūli, m. 2. Autololes, γαιτοῦλοι, pop. Libyæ interioris, vagi, nullo certo loco confidentes, qui propterea variis in locis describuntur, a Plinio in Cæsariensi Mauritania, proximi Massæsylis, a Ptol. in Libya interiore apud Daras, ab Honorio inter Carthaginem, & Numidiam, a Dionysio Afro inter Marmaridas, & Nigrites. Primi omnium Africam tenuerunt. Carne ferina, & terræ pabulo victitant.

Gætulia, æ, f. Gætulorum regio in Africa. *Plin. l.* 5. *c.* 4.

Gætulĭcus, a, um, adject. Gætulus. *Plin. l.* 6. *c.* 31. Juba Gætulicam purpuram tingere instituerat.

Gætūlus, a, um, ad Gætuliam pertinens. *Virg.* 4. *Æn. v.* 40. Gætulæ urbes. *Horat. l.* 2. *ep. ult. v.* 181. Gætulus murex. *h. e.* purpura. Sic *Sil. l.* 16. *v.* 177. Gætulum ahenum.

Gagātes, m. 1. γαγάτης, lapis sic dictus a Gago fl. Lyciæ, ubi invenitur, qui igni admotus, flammamque continet, ac bitumen redolet. Eo accenso morbum caducum explorari, scribit *Apul. Apol.* V. *Plin. l.* 36. *c.* 19.

Galactītes, m. 1. γαλακτίτης, lapis pretiosus. *Diosc. l.* 5. *c.* 150. Galactites vocatus est, quia succum emittit lacteum, est alioqui cinericei coloris. Vide de eodem *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Galactopŏta, æ, m. γαλακτοπότης, lactis potor. vox græca est, & græcis literis scribenda. *Col. l.* 7. *c.* 2. Quibusdam nationibus frumenti expertibus lac victum commodat; ex quo Nomadum, Getarumque plurimi γαλακτοπόται dicuntur.

Galăta, f. 1. Galatha, Calatha, Calathe, inf. maris Africi, cujus terra scorpiones necat. ¶ Galata item, Calata, Galeata, *Galati*, urbs Siciliæ, medit. inter Pactas urb. & Trajanopolim. Pop. Galatani. *Pomp. Mela*. ¶ Galata etiam, Pera, *Pera*, urbs Thraciæ, seu verius suburbium Constantinopolis, ubi Latini fere omnes commorantur, primum a Genuensibus culta, in Bosphori ripa.

Galătæ. V. Galatia.

Galatāni, m. 2. pop. Siciliæ, quorum opp. Galata.

Galatēa, f. 1. γαλάτεια, Nympha marina, Nerei, & Doridos filia, a γάλα, *lac*, propter candorem. V. *Boccat.* 7. *Gen. Ovid. Metam.* 13.

Galatĭa, Gallogræcia, *Chiangare*, Turc. *Gelas*, prov. Asiæ. Habet ab Occ. Bithyniam, ab Or. Cappadociam, a Mer. Phrygiam Magiam, a Sept. Paphlagoniam. Dicta est a Gallis, qui Galatæ a Græcis appellantur, a γάλα, *lac*, ob lacteum candorem. Nam cum Gallia multitudine abundaret, multi populi Alpes transgressi Italiam invaserunt, Græciam impleverunt, Macedoniam occuparunt, in Asiam transierunt. Ex his igitur Tectosagæ, e Narbonensi Gallia profecti, Tolistobogii, & Trocini e Celtica, duce Leonorio, in Asiam cum venissent, Phrygiæ partem Cappadociæ, & Paphlagoniæ vicinam occupavere, & Gallogræciam misto ex Gallis, Græcisque vocabulo cognominarunt. Pop. Galatæ, Gallogræci, Tectosagæ, Tolistobogii, Trocini. *Cic. Attic.* 6. *ep.* 5.

Galaticāri, dep. 1. Galatarum more Judaicas cæremonias Christianis ritibus admiscere. Verbum fictum a *Tertul. advers. Psych. c.* 14. quemadmodum Latini *græcari* dixerunt.

Galatĭcus, a, um, ad Galatiam pertinens. *Galaticum hordeum* est quod Itali dicunt *scandella*. *Colum. l.* 2. *c.* 9.

Galaxĭas, m. 1. γαλαξίας, lapis Ægyptius, al. galactites, lactei coloris, qui græce vocatur λαλαόγαμα, λευκογραφὶς, μοροχθὸς, cujus usus erat in vestibus dealbandis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Galba, æ, f. vermiculus miræ exilitatis, qui nascitur in esculis, a colore galbo. *Sueton. in Galba c.* 3. qui ibidem addit, galbas a Gallis appellari homines præpingues. ¶ Hinc nomen inditum Sergio Galbæ septimo Rom. Imp. V. eund. *Sueton. loc. cit.*

Galbăna. V. Galbina.

Galbanātus, a, um, galbano indutus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 82. Jacet occupato galbanatus in lecto.

Galbanĕus, o. 1. 2. *di galbano*, ex galbano. *Virg.* 4. *Georg. v.* 264. Hinc jam galbaneos suadebo incendere odores.

Galbănum, ni, n. 2. γάλβανον, χάλβανον, succus, sive lacryma e galbano ferula, ejusdem nominis, thuris effigie. *Plin. l.* 12. *c.* 25. *Suet. in Galba c.* 3. *Luc. l.* 9. Hic ebulum stridet, peregrinaque galbana sudant. ¶ Præterea galbanum genus est vestimenti delicatioris, translucidi, & sine pilis. *Ju. sat.* 2. *v.* 93. Cœrulea indutus scutulata, aut galbana rasa.

Galbĕi, orum, m. 2. tori sunt lana, aut tomento farti, ut explicat *Casaub. ad Sueton. Galb. c.* 3. Alii putant esse armillas ita dictas a pertusis galbulis, h. e. parvis pilis aureis. *Festus* etiam galbeos interpretatur armillas, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur: item ornamentum muliebre.

Galbĭna, orum, n. genus vestimenti, colore subviridi, seu luteo, villis rasis, quo delicatiores utebantur. *Juven. sat.* 2. *v.* 97. Cœrulea indutus scutulata, aut galbina rasa. Al leg. *Galbana*.

Galbinatus, vel Galbanatus, a, um, 1. 2. qui fert galbina. Translate accipitur pro molli, & effœminato. *Mart. l.* 3. *epigr.* 82. Jacet occupato galbinatus in lecto.

Galbinĕus, a, um, o. 1. 2. idem ac galbus. *Veget. de re veterinaria*, *l.* 3. *c.* 2. ubi eryngium herbam in litore nascentem ait florem habere coloris galbinei, quem *Turnebus l.* 17. *c.* 8. scribit ab eruditissimo herbario se accepisse coloris esse cœrulei dilutioris, & pallescentis: sed Salmasius observat ex Dioscoride colorem ejus fuisse viridem, vel album., vel cyaneum, seu cœruleum, atque hic viridem accipit.

Galbīnus, o. 1. 2. idem ac galbus. *Fl. Vopisc. in Aurel.* Tetricus chlamyde coccea, tunica galbina. ¶ Quia vero molles, & effœminati galbinis vestibus utebantur, hinc galbini mores pro mollibus, & lascivis sumuntur. *Martial. l.* 1. *epigr.* 97. Fuscos colores, galbinos habet mores. Aliqui *galbanos* legunt.

Galbŭla, f. 1. *rigolgolo*, ἴκτερος, avicula, quæ uvis maturescentibus calamis, & retibus capitur, a *galbulus*, quia galbi, hoc est viridis coloris est. *Plin. l.* 30. *c.* 11. *galgulum* videtur appellare, quem eundem facit, ac ἴκτερον. Sed Plinii locus corruptus est, & *galbulus* reponi debet. *Martial. l.* 13. *epigr.* 68. Galbula decipitur calamis, & retibus ales, turget adhuc viridi cum rudis uva mero.

Galbŭlus, li, subst. m. 2. pilula cupressi arboris, in qua semen reconditur. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 40. Non enim galbuli, qui nascuntur, &c. ¶ Item avis. V. *galbula*.

Galbŭlus, a, um, adject. diminut. a galbus, ut galbula avis, apud Martial. V. Galbula.

Galĕa, æ, f. *celata*, *elmo*, כובע, Ger. *ein helm*, Gal. *heaume*, Hisp. *yelmo*, κόρυς, instrumentum ferreum ad capitis munitionem inventum. *Cic. in Ver.* Galeas æneas. ¶ Inventa est a Lacedæmoniis. *Plin. l.* 7. *c.* 59. Galeam, gladium, hastam Lacedæmonii invenere. ¶ Scribit *Isidor. l.* 18. *Orig. c.* 14. Galeas etiam e corio fieri antiquitus consuevisse, quod Poetæ Græci ostendunt, qui κυνέας, e pelle sc. canina, & λυκέας, e lupina, appellant.

Galeāris, re, ad galeam pertinens, ut galearia reticula, *Claud. Quadrigar.* apud *Non. c.* 3. *n.* 188.

Galearĭus, ii, m. militis genus, quod inter calones ponitur a *Veget. l.* 3. *c.* 6. Varia tamen ibi est lectio. V. *Stevv. ad Veget. l.* 1. *c.* 10.

Galeatus, o. 1. 2. κορυστὴς, galea indutus. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 36. Et barbati quidem Jovis, galeatæ Minervæ. ¶ Galeatus prologus dicitur procemium quoddam pluribus libris commune, quemadmodum galeæ tegumen pluribus commune est. Hinc Hieronymi Præfat. in libros sacræ Scripturæ hoc nomine appellatur. *Turneb. Adv.* 3. *c.* 18. *Voss. Inst. Orat. l.* 3.

Galēna, f. 1. μολύβδαινα, plumbi, & argenti vena communis, ut ait *Plin. l.* 34. *c.* 18. *Id. c.* 16. Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, nec quidquam aliud ex se parit, aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Ejus, qui primus fluit in fornacibus, liquor stannum appellatur, qui secundus, argentum, qui remansit in fornacibus, galena.

Galēnus, m. 2. γαληνός, nomen Medici excellentissimi, ex Pergamo Asiæ urbe. Floruit temporibus Trajani usque ad Ant. Pii tempora. Plurima reliquit de re medica conscripta volumina. Scripsit & dictionarium in omnia Hippocratis opera ordine literarum.

Galĕo, as, a. 1. *porre la celata*, Ger. *helm auffsetzen*, Gall. *s'armer se couvrir d'un heaume*, Hisp. *armarse con yelmo*, est galea tegere, induere. *Hirc.* 5. *B. Afr. c.* 12. Milites in campo jubet galeari, & ad pugnam parari.

Galeŏla,

Galeŏla, æ, f. κοιλίδιον, vas ſinuoſum, a galeæ ſimilitudine. *Varr. de vita P. R.* apud *Non. c.* 15. *n.* 34. Ubi erat vinum in menſa poſitum, aut galeola, aut ſinu?

Galĕos, vel galios, m. 2. γαλεός, piſcis genus, al. muſtela, quod a Rhodiis olim in maximo pretio habitum eſt. *Plin. l.* 32. *c.* 2. Nihil venenatius, quam in mari paſtinaca: hanc tamen perſequitur galeos.

Galeōtæ, m. 1. γαλεῶται, vates quidam in Sicilia, & Attica, a Galeote Apollinis filio, qui frater Telmeſſi ejus fuiſſe traditur, qui Telmeſſum urbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. *Cic.* 1. *de Div.* Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ (al. Galleotæ) tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt, &c.

Galeōtes, æ, m. 1. γαλεώτης, ſpecies eſt ſtellionis, al. colores, & aſcalabotes, qui Plinii ætate in Italia non naſcebatur. *Plin. l.* 29. *c.* 4.

Galerĭa, vel Galeſa, nomen Tribus ruſticæ apud Romanos, fortaſſe fuit in Hetruria, a Galeſo fluvio ſic dicta.

Galericŭlum, i, n. 2. *perrucchino*, πιλίδιον, dim. a galerus. *Suet. in Othone*, *c.* 12. Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo. vulgo *perrucchino*.

Galerīta, æ, f. ſc. avis, eadem quæ alauda, ita dicta quod in capite criſtam galeri inſtar gerat, *lodola*, κορυδαλός. *Plin. l.* 11. *c.* 37. ¶ *Varro l.* 4. *L. L. c.* 11. galeritum vocat, gen. maſc. V. *Alauda*.

Galerītus, a, um, adject. galero tectus. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 29. Prima galeritus poſuit prætoria Lucmo. Sic galerita avis, ſc. alauda. V. *Galerita*.

Galĕrus, i, m. 2. vel galerum, i, n. 2. *cappello*, מגבעה, Ger. *hut*, Gall. *chapeau*, Hiſp. *ſombrero*, πίτασος, πῖλος, pileus, a galea, quod ſit inſtar galeæ. Eo potiſſimum apud Romanos Sacerdotes utebantur. *Apul. Apol.* Hoc Diogeni pera, quod regibus diadema, quod Pontificibus galerum, quod lituus auguribus. ¶ Ruſticos etiam eo uſos, conſtat ex illo *Virgil.* 7. *Æn. v.* 688. Fulvoſque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti. ¶ C. Gracchus apud Cenſores fœm. gen. uſus eſt, cum inquit: Cum galera viſi ſunt. *Chariſ. l.* 1. *Inſt. Gram. de Anal.* ¶ Galerum item vocarunt pellem habentem appoſitos crines humanos tanto artificio, ut, cum eam capiti applicuiſſent, pellis hæc vera hominis cutis, crineſque ejus veri hominis crines, non adſcititii viderentur. *perrucca*. *Juven. Sat.* 6. *v.* 120. Et nigrum flavo crinem abſcondente galero, intravit calidum veteri centone lupanar. ¶ Alius quoque galeri uſus erat palæſtritis, nempe ne veri capilli inquinarentur ceromate, quod e luto, cera, oleoque fiebat. *Martial. l.* 14. *dist.* 50. ubi de galericulo ſic ait: Ne lutet in mundum nitidos ceroma capillos, Hac poteris madidas condere pelle comas.

Galēſus, m. 2. *Galaſo*, fl. Magnæ Græciæ, qui per agrum Tarentinum fluit, ac in ſin. Tarentinum deſinit. *Virg.* 4. *Georg. v.* 126.

Galgŭlus, li, m. 2. χελεός, avis eſt, quæ ſi ſpectetur a quopiam morbo regio laborante, ipſa moritur, æger ſanatur. *Plin. l.* 23. *c.* 11.

Galilæa, f. 1. *Galilea*, regio Palæſtinæ. Habet ab Occ. mare Syrium, ſeu Mare Magnum, ſeu Mediterraneum, ab Or. Geneſeram lac. al. Jordanem fl. a Mer. Samariam, & Carmelum M. a Sept. Cœleſyriam, al. Syriam, ſeu Phœniciam, interjacente Libano M. Dicta eſt a γάλα, *lac*, quia ejus populi præ cæteris candore præditi ſunt. Septentrionalem obtinet totius Judææ partem, quatuor amplexa Tribus, Aſer, Nephthalim, Zabulon, & Iſachar, quarum duæ primæ Phœnicibus, & Syris intermixtæ, Septentrioni etiam, & Jordanis fontibus viciniores, ſub Galilæa Gentium, ſeu, & melius, ſub Galilæa ſuperiore, reliquæ ſub inferiore ut plurimum intelliguntur.

Galla, f. 1. κηκίς, fructus quercuum. *Plin. l.* 20. *c.* 20. Cervicis dolores cum galla, & lini ſemine pari menſura ſedat. ¶ Item genus vini, ita dictum, quia atrum, aſperumque eſſet inſtar gallæ, quæ eſt fructus quercus. *Lucil.* apud *Non. c.* 5. *n.* 97. Gallam bibere, & rugas conducere ventri. quo monet, ventrem coarctandum eſſe. ideſt parſimonia utendum, gulæ non indulgendum. ¶ Item ſubula, inſtrumentum ſutorum. Hinc apud *Macrob. l.* 2. *Satur. c.* 2. ſutor quidam in hac voce luſit, qui dicebat Planco gallam ſe ſubigere, cum Plancus male audiret, quod Meviam Gallam alii nuptam ſubagitaret.

Gallæ, arum, f. Sacerdotes Cybeles ita appellati, quod muliebri & habitu, & more uterentur. *Catul. Carm. de Aty*, *v.* 12. Agite, ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora ſimul.

Gallæci, orum, m. Καλλαικοί, populi Gallæciæ in Hiſpania Tarraconenſi extrema. *Plin. l.* 3. *c.* 3. & *l.* 4. *c.* 20.

Gallæcĭa, f. 1. *Gallicia*, pars Hiſpaniæ Tarrac. maxime in Occ. extenſa. Habet ab Occ. & Sept. Oceanum Atlanticum, a Mer. Portugalliam, ab Or. Aſturias, & Regnum Legionis. Subeſt tota dominio Regis Hiſpaniæ. *Plin.* 4. 20. & 19. 1. & *Flor.* 2. 17.

Gallaĭcus, a, um, ad Gallæciam pertinens, Callaicus, *Plin. l.* 8. *c.* 42. Gallaica gens.

Galleōtæ. V. Galeotæ.

Galli, m. 2. Sacerdotes Berecyntiæ, ſive Cybeles, ſive Matris Deorum, tum in Phrygia, tum in urbe Roma, quos more Deæ vetuſto ſpadones eſſe oportebat, in memoriam Atys pueri, Gallo primo Sacerdote, vel a Gallo Phrygiæ fluvio, qui templo hujus Deæ vicinus erat, unde aquam ad ſacrificia eruebant. Feſti ſententia dicti ſunt a Gallo Phrygiæ fluvio, non quod inde aquam acciperent ſacrificii cauſa, ſed quod caſtrati eſſent, quia qui ex eo bibiſſent, in hoc furere incipiebant, ut ſe privarent virilitatis parte. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 361. D. Hieron. in c. 4. Oſeæ dicit, hos Sacerdotes appellatos Gallos fuiſſe, quod Romani ſolerent homines Gentis Gallicæ Deæ Cybele mancipare, & effœminare, ſeu caſtrare in honorem Atys, quoniam vellent eam gentem ignominia afficere, quæ olim urbem Romam cepiſſet. Sed Romani hoc ipſum, quod Sacerdotes Cybeles vocabant Gallos, a Græcis acceperant, qui ſic appellabant. V. *Cybele*. Princeps Sacerdotum Cybeles Archigallus vocabatur. In ſacris utebantur tunica in modum organi utrinque decreſcentibus virgulis purpureis. His ſolis ſtipem colligere licebat, cum reliquis Sacerdotum generibus id eſſet prohibitum.

Galli, orum, m. Franci, *Franceſi*, Galliæ incolæ, Ger. *Frantzoſen*, Gal. *Francois*, Hiſp. *Franceſes*. *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 9. Robore valent Galli. ¶ De eorum origine, bellis, &c. V. Geographos, & *Sigon. de ant. Jur. Ital. l.* 1.

Gallĭa, Francia, *Francia*, inc. & Anglis *la France*, Ger. *Franckreich*, regio Europæ. Habet ab Occ. Oceanum Aquitanicum, ab Or. Rhenum fluv. quo ſeparatur a Germania, & Alpes, quibus ab Italia, a Septen. mare Britannicum, & partem Belgii Hiſpano ſubditam, a Mer. mare Mediterraneum, & montes Pyrenæos, quibus ab Hiſpania ſejungitur. Ejus longitudo eſt leucarum Francicarum 250. ab Occ. in Or. latitudo 237. a Sept. in Mer. ¶ Sed hoc nomen etiam de parte Italiæ uſurpatur, quod olim variis temporibus varii Galliæ populi in Italiam venerint, in eaque conſederint. Igitur Gallia duplex eſt, Tranſalpina, & Ciſalpina. Tranſalpina, quæ hactenus deſcripta eſt, quæ & proprie, & vere Gallia eſt, in quatuor Provincias diſtribuitur, Aquitaniam, Galliam Narbonenſem, Galliam Celticam, ſive Lugdunenſem, & Galliam Belgicam. ¶ Gallia Ciſalpina, Gallia Italica, Italia Gallica, Gallia citerior, Gallia Togata, eſt pars Italiæ, inter Alpes, quibus a Tranſalpina diſcluditur, & mare Adriaticum, quod inter Anconam, & Timavum fl. fluit, ac inter Apenninum M. & Alpes Rhæticas, & Julias, ſeu Noricas. Dividitur in Ciſpadanam, *Lombardia di quà dal Pò*, & in Tranſpadanam, *Lombardia di là dal Pò*. Dividuntur inter ſe flumine Pado. Galliæ Ciſpadanæ populi fuere Ligures, Anamani, Boji, Lingones, & Senones. Tranſpadanæ fuere Cenomani, Euganei, Inſubres, Orobii, Lepontii, Salaſſi, Libicii, Lævi, Taurini, & Seguſini. Iſtri vero, Carni, & Veneti a quibuſdam Galliæ Tranſpadanæ accenſentur, ab aliis omnino ab ea excluduntur. ¶ Aliæ etiam Galliæ univerſæ diviſio circumfertur, & eſt in Togatam, Braccatam, Comatam. Gallia Braccata eadem fuit, quæ Narbonenſis, Romanorum Provincia, a braccis villoſæ veſtis genere appellata, quibus peculiariter ejus provinciæ homines utebantur. Comata dicta eſt reliqua omnis Tranſalpina Gallia, a comæ nutriendæ ſtudio, quam diviſerunt in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremorica ante vocata eſt. Togata eſt pars Ciſalpinæ in Ciſpadana, a Placentia Anconam uſque urb. & Rubiconem fl. protenſa, in qua Æmilia, & pars Umbriæ, in ora Senonum, Adriatico mari expoſita, inter Apenninum M. ad Mer. & Padum fl. ad Bor. perſtricta. *Sigon. de antiq. jure Italiæ l.* 3. *c.* 4. dicit appellatam eſſe Galliam Togatam primum eam regionem, quæ Senonum fuit, deinde illam etiam, quæ Boiorum. Cauſa appellationis fuit, quod a Civibus Romanis, qui toga utebantur, magis, quam ulla alia Italiæ regio, habitaretur. Sed *Dio* ſcripſit, hoc nomine eſſe appellatam, vel quia multo pacatior erat, quam Tranſalpini, vel quia P. R. togæ uſum incolis conceſſerat. Erant autem in Gallia Togata multa Municipia, & multæ Coloniæ Romanæ, quæ jus ſuffragii habebant. *Manut. in comment. ep. ad Att.* ¶ Denique duæ aliæ Galliæ nominantur. Novempopulana, & Subalpina. Gallia Novempopulana, vel Novempopulonia, *la Guaſcogna*, eſt pars Aquitaniæ, inter Garumnam fl. Pyrenæos M. & Oceanum, dicta a novem populis in illa præcipuis. Gallia Subalpina eſt pars Ciſalpinæ Alpibus ſubjecta, alio nomine Regio Pedemontana, & Principatus Pedemontanus, *il Piemonte*. ¶ *Juven. Sat.* 7. *v.* 16. Gallogræciam *alteram Galliam* vocat.

Galliambus, V. Gallijambus.

Gallĭcæ, arum, f. 1. *galloſes*, genus calceamenti, quo utuntur Galli pluvioſo tempore. *Cic.* 2. *Phil. c.* 30. Nam quod quærebas, quomodo rediſſem, primum luce, non tenebris, deinde cum calceis, & toga nullis nec gallicis, nec lacerna. Quo tamen in loco omnia pene exemplaria habent, *caligis*, ſed corrupte, ut ſatis conſtat ex *Aul. Gel. l.* 13. *c.* 20.

Gallicanus, a, um, o. 1. 2. idem quod Gallicus. *Cic. pro Quinct. c.* 4. De tota illa ratione, atque re Gallicana.

Gallicānus Mons, Gallicanus Saltus, *Garro*, mons Campaniæ, idem ac Maſſicus, & Gaurus, Sueſſæ finitimus, inter Sueſſam, & Sinueſſam urb. cum pago, qui *Caſcano* dicitur.

Gallĭce, adverb. Gallorum more. *M. Var. apud Gel. l.* 2. *c.* 25. A Gallo, & Mauro Gallice, & Maurice dicimus.

Gallicinĭum, n. 2. *quella parte della notte*, *quando cantano i galli*, ἀλεκτρυοφωνία, pars noctis, qua galli cantant, quæ eſt quarta caſtrenſis vigilia. *Apul. de Aſin. l.* 1. *in princ.* Noctis gallicinio venit quidam juvenis proxima civitate. *Ammian. l.* 22. *c.* 33. Secundis galliciniis videtur primi Solis exortus.

Gallicrus, uris, n. 3. herba, cujus cacumen pedi galli ſimile eſt. *Apul. de Herb.*

Gallĭcus, a, um, adject. ad Galliam pertinens. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 362. Cum tanto Phrygia Gallica diſtet humus. *Martial. l.* 1. *epigr.* 93. Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

Gallijambus, vel Galliambus, i, genus carminis, quod a Gallis Cybeles Sacerdotibus canebatur, conſtat autem jambico metro peculiari, ut *Super alta vectus Atys celeri rate maria*. V. Grammaticos. *Martial. l.* 2. *epigr.* 86. Mollem debilitate Galliambum.

Gallīna, æ, f. 1. *gallina*, Ger. *henne*, Gal. *poule*, Hiſ. *gallina*, ἀλεκτορίς, avis domeſtica. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 28. An, obſecro hercle, habent quoque gallinæ manus? nam has quidem gallina ſcripſit. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. Sunt gallinæ generum trium, villaticæ, & ruſticæ, & Africanæ, &c. V. *Colum. l.* 8. *c.* 2. ¶ Gallinæ vox eſt etiam inter blanditias amantium apud *Plaut. Aſin.* 3. 3. 76. Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem, &c. ¶ *Gallinæ albæ filius*. h. e. felix, fortunatus, nobilis. *Juven. Sat.* 13. *v.* 141. Quia tu gallinæ filius albæ, Nos viles pulli nati infelicibus ovis. ¶ Gallina canens ex priſcorum ſuperſtitione notabat, in illa domo uxorem marito ſuperiorem fore. V. *Ter. Phorm.* 4. 4. 27.

Gallinacĕus, a, um, o. 1. 2. *di gallina*, ἀλεκτόρειος, quod ex gallinis eſt. *Var.* 3. *de R. R. c.* 9. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus ſunt. *Cic. pro Mur. c.* 29. Gallus gallinaceus, pro quo dicitur & *gallinaceus* abſolute. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas. ¶ *Gallinaceum lac*, proverbium eſt, quo rerum omnium copia ſignificatur. *Plin. in proœm. Oper.* Ut vel lactis gallinacei ſperare poſſis hauſtum.

Gallinarĭa, æ, *Iſola d' Albenga*, inſula, vel potius ſcopulus in Liguſtico mari, dicta a gallinarum copia. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. ¶ Item ſilva prope Cumas, *la Peneta di Patria*. *Cic. Fam. l.* 9. *epiſt.* 23. *Strabo l.* 5.

Gallinarĭum, rii, n. 2. *pollaio*, Ger. *huenerhauſs*, Gal. *pouiller*, Hiſp. *gallinero*, ὀρνιθών, locus, in quo aluntur gallinæ. *Col. l.* 8. *c.* 3. Gallinaria conſtitui debent in parte villæ, quæ hybernum ſpectat Orientem.

Gallinarĭus, rii, m. 2. *gallinaio*, Ger. *man ſo die hennen vverſortg*, Gal. *poüillalier*, Hiſp. *gallinero*, ὀρνιθοκόμος, qui gallinas curat. *Plin. l.* 10. *c.* 55. Traditur quædam ars gallinarii cujuſdam dicentis, quid ex quoque eſſet. Adde *Cic.* 4. *Acad. c.* 26.

Gallinarĭus, a, um, adject. ad gallinas pertinens. *Var. R. R. l.* 3. *c.* 9. Gallinarius curator. *Celſ. l.* 8. *c.* 15. Scala gallinaria.

Gallinŭla, æ, f. *gallinella*, dimin. parva Gallina. *Arnob. l.* 7. Gallinulam vitulum concremare. *Avien. in Prognoſt. Arat. v.* 387. Pectora cum curvo purgat gallinula roſtro.

Gallipŏlis, Callipolis, *Gallipoli*, urbs munitiſſima Salentinorum maritima, in ora, inter Tarentum 50. & Japygium prom. in Or. 30. in peninſula.

Callītæ, *Chileſtre*, pop. & opp. Alpium maritimarum, ubi Cottiæ incipiunt, in Delphinatu, ad Druentiam fl.

Gallo, as, n. 1. βακχεύω, bacchor, inſanio, a Gallis Cybeles Sacerdotibus. *Var. Eudæm. apud Non. c.* 2. *n.* 382. Et Deam gallantes vario retinebant ſtudio.

Gallogræcĭa, V. Galatia.

Gallulaſco, is, n. 3. ſignificat pubeſcere, hirquitallire; dicitur etiam de voce puerorum, quæ circa pubertatem craſſior fit, ſimiliſque voci galli gallinacei. *Næv. apud Non. c.* 2. *n.* 368. Puer, cujus vox gallulaſcit.

Gallŭlus, a, um, adject. diminut. a Gallus. h. e. Gallicus. *Auſon. de Urbib. epigr.* 7. Gallula Roma, Arelas.

Gallus, li, m. 2. *gallo*, Ger. *han*, Gal. *coq*, Hiſp. *gallo*, ἀλέκτωρ, avis domeſtica, quam vulgo gallum gallinaceum vocant, ut illam diſtinguant a Gal-

a Gallis populis, ſeu Francis, item a Gallis Sacerdotibus, a ἡ γάλλαξ, palea, ideſt rubens illud, quod de mento gallorum barbæ inſtar propendet. *Cic. 2. de Div.* Cauſam explicat, cur ante lucem galli canant. *Mart. l. 9. epigr. 68.* Nondum criſtati rupere ſilentia Galli. ¶ Gallus Marti ſacer fuit, quia valde pugnax eſt. ¶ Item Æſculapio. *Lactant. lib. 3. cap. 20.* ¶ *Gallus in ſterquilinio ſuo plurimum poteſt:* proverb. de eo, qui domi prævalet. *Senec. in Apocolocynt.* ¶ Gallus Cybeles Sacerdos: item Gallus, *h. e.* Galliæ incola. V. Galli.

Gallus, m. 2. *Garippo*, flu. ingens Bithyniæ, ex Celænis Montibus Phrygiæ Magnæ oriens, Peſſinuntemque urbem alluens, atque in Sangarium labens, cujus aquæ large epotæ in furorem vertere feruntur, parce vero ſanitatem conferre. *Ovid. 4. Faſt.*

Gornelius Gallus, præſtantiſſimus Poeta, cujus etiam hodie aliquot fragmenta extant. Hic primus Ægypti Præfectus fuit, Auguſto Cæſari familiariſſimus. Sed tandem ejus juſſu, cum in proditionis ſuſpicionem veniſſet, interfectus eſt.

Gallus, a, um, adject. Gallicus. *Salluſt. Fragm. l. 4. hiſt.* Duæ Gallæ mulieres conventum vitantes. Adde *Martial. lib. 5. ep. 1.* ¶ Affertur hic a quibuſdam Lexicographis locus ex *Catullo*, ſed V. Gallæ.

Galumma, atis, n. velamen. *Martian. Capel. l. 1.* Galumma lacteum.

Gamba, æ, f. crus, ſive ungula jumenti. *Veget. l. 3. c. 19.* Si gamba tumere cœperit. *Id. l. 1. c. 27.* Si laccæ in gambis fuerint. V. *Salmaſ. ad hiſt. Auguſt.*

Gambōſus, a, um, adject. qui gambam tumidam habet. *Veget. lib. 3. c. 20.* Si gamboſum factum fuerit animal.

Gamma, æ, f. tertia Græcorum, & ſeptima Latinorum littera. *Auſon. in Technopægn.* Prævaluit poſtquam gammæ vice functa prius C. ¶ Item figura hujus literæ apud Agrimenſores. Hinc apud *Auctor. de Limit. Goeſ. p. 278.* Fundus *in gamma jacere* dicitur, qui ea eſt forma. Et *p. 309.* Termini ſi tranſverſi poſiti fuerint, gammam faciunt.

Gammărus, V. Cammarus.

Gammātus, a, um, adject. Gammæ figuram habens, ut gammatus limes, *Auctor de Limit. apud Goeſ. p. 228. 255. & 271.*

Gamphaſantes, m. 3. populi Libyæ Æthiopicæ, ſine ullis veſtibus viventes, qui a præliis abſtinent. *Plin. l. 5. c. 8.*

Gandăvum, n. 2. ante Ganda, & olim Clarinea, *Gant*, inc. *Gheudt*, urbs maxima Belgii, Flandriæ caput, cum arce munita, Caroli V. Imper. patria. Abeſt a litore 4. l. Lyſa fl. intermeante, ad Schaldim fl. qui ibi Lyſam recipit. Pop. Gorduni.

Gandări, m. 2. pop. Aſiæ, trans Margianam in Or. apud Choraſmios. *Plin. l. 6. c. 16.*

Ganĕa, æ, f. & ganeum, i, n. *bordello*, Germ. *hurenhauſſ*, Gal. *bordeau*, *bordeliere*, Hiſp. *burdel*, πορνεῖον, taberna meritoria, ubi gulæ opera navatur, & lupanar meretricium, ἀπὸ τῆς γῆς, *terra*, quod hujuſmodi loca ſubterranea eſſent. *Cic. in Piſon.* Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo. *Terent. Adelph. 3. 3. 5.* Credo, abductum in ganeum. ¶ Accipitur etiam pro ipſa ingluvie, cibariiſque. *Plin. l. 8. c. 51. de porco.* Neque alio ex animali numeroſior materia ganeæ.

Ganearius, a, um, ad ganeam pertinens. *Triclinium ganearium* dicitur, ubi exquiſitioribus epulis gulæ ſtudioſi operam dant. *Varr. l. 3. R. R. c. 9.* Gallinæ Africanæ in triclinium ganearium introierunt & culina.

Ganĕo, onis, m. 3. *bordelliere*, Ger. *hurenfuchrer*, Gal. *bordelier*, *banteur de tavernes*, Hiſp. *el que anda al burdel*, ἄσωτος, qui ganeas frequentat. *Cic. in Catil.* Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor juventutis? *Id. pro Sext. c. 52.* Ganeo egentiſſimus.

Gangăbæ, arum, m. *facchini*, bajuli, Perſarum lingua. *Curt. l. 3. c. 13.* Gangabas Perſæ vocant humeris onera portantes.

Gangarĭdæ, m. 1. pop. Aſiæ inter Aſſyrios, & Indos, juxta Gangem. *Curt. l. 9. c. 2. Virg. 3. Georg.* ¶ Item pop. Albaniæ, quorum urbs Gangara, in ora maris Caſpii, inter oſtia Cyrrhi, & Albani fl.

Ganges, gis, & Gangetis, m. 3. *Gange*, *Ganga*, γάγγης, fl. maximus Indiæ ulterioris, qui illam a citeriore diſterminat, ex quo India citerior intra Gangem, ulterior extra Gangem appellatur. Dictus eſt a Gange Æthiopum Rege. *Suid.* Naſcitur ex Emodis M. Scythiæ, al. ex Imao, al. ex M. *Dalanguer*, in confinio Tartariæ, in tractu *Kakakes*, & fluens in Mer. per ditiones Magni Mogolis Prayam, & Gourum urbes rigat, & auctus fl. Kanda, Perſelio, Semena, & Tziotza, aliiſque plurimis ditionis Magni Mogolis, in Oceanum Indicum, in ſinum ab eo Gangeticum dictum ſe exonerat duobus extremis oſtiis 80. l. Hiſpanicis inter ſe diſtantibus, al. quinque oſtiis. ¶ In Gange anguillæ inuſitatæ magnitudinis triginta pedum reperiuntur. *Solin. Plin. l. 9. c. 3.*

Gangetĭcus, a, um, adject. ad Gangem pertinens. *Col. l. 8. c. 8.* Gangeticæ aves. *Sen. Med. v. 865.* Gangeticum nemus. ¶ Gangeticus ſinus, *Golfo di Bengala*, ubi Ganges in mare profluit. ¶ Gangetica tellus, *Regno di Bengala*, regio circa Gangem.

Gangētis, idos, f. patronym. *Avien. Periegeſ. v. 1363.* Campos intrant Gangetidos oræ.

Ganglĭon, ſive Ganglion, n. 2. γάγγλιον, tumor in capite, vel in collo. *Celſ. l. 7. c. 6.* ¶ Item nervi alicujus vel ex ictu, vel ex laſſitudine contortio, multis quidem omnino partibus corporis, ſed præcipue mollibus, ut in extremitate manuum, atque pedum. V. *Veget. l. 2. c. 30.*

Gangra, orum, vel Gangre, es, Theodoſia Gangrorum, *Cangra*, *Toria*, Turc. *Keingara*, urbs Paphlagoniæ, in mediterraneis.

Gangræna, æ, f. 1. *gangrena*, Ger. *der krebs*, Gal. *gangrene*, Hiſp. *carastan*, γάγγραινα, al. ignis S. Antonii, S. Marcelli, &c. eſt partis alicujus incipiens mortificatio, & corruptio ob inflammationis, qua conflictatur, magnitudinem, vel, ut *Galenus* definit, eſt mutatio coloris a ſtatu naturali in alienum, & mortificatio membri cum, vel ſine ulcere, a γράω, edo, vel ab antiquo γάγγρος, cancer. *Lucil. lib. 1. Sat.* Serpere uti gangræna malo. Ex *Non. c. 2. n. 375.* ¶ Translate *Var. apud eund. ibid.* Animadvertitur, per omnes artus populi hanc mali gangrænam permeaſſe. V. *Celſ. l. 5. c. 26.* &c.

Gannĭo, is, n. 4. *far voce di volpe*, Germ. *bellen*, Gal. *glappir*, *japper*, Hiſp. *ganir*, κυλάκτω, proprie vulpium eſt, ut ait *Donatus ad Terent. Adelph. 4. 2. 18.* V. *Var. de L. L. l. 6. ſub fin.* & *Non. c. 6. n. 10.* ¶ *Feſtus* gannire exponit de querula canum voce, *gagnolare*. Hinc *Lucret. l. 5. v. 966.* de canibus lambentibus, aut lactantibus catulos: Longe alio pacto gannitu vocis adulant. ¶ Transfertur & ad homines. *Terent. loc. cit.* Quid ille gannit? h. e. murmurat. *Perſ. ſat. 5. v. 96.* Secretam gannit in aurem. Alii leg. *garrit*.

Gannītĭo, onis, f. 3. idem ac gannitus. *Feſt.*

Gannītus, us, m. 4. κυλιθμός, actus ganniendi. *Martial. l. 5. epigr. 61.* Et gannitibus improbis laceſſas. Adde *Lucret. loc. cit. in Gannio.*

Ganymēdes, m. 3. γανυμήδης, filius Trois Regis Troadis, nepos Erichthonii, pronepos Dardani, frater Aſſaraci, & Ili, formoſiſſimus puer, quem cum Jupiter deperiret, juſſit in cœlum ab aquila portari, & ſibi a cyathis eſſe, repudiato miniſterio Hebes, quæ ante illius raptum miſcendo nectari præerat. Inter ſidera translatus traditur conficere ſignum illud, quod Aquarium vocamus, quia ſtellæ ſuo ſitu aquam fundentis imaginem videantur referre.

Ganymedēus, a, um, adject. ad Ganymedem pertinens. *Martial. l. 9. epigr. 17.* Nec Ganymedeas mallet habere comas.

Ganza, æ, f. anſer. *Plin. l. 10. c. 23.*

Garamantes, m. 3. pop. Libyæ interioris, qui circa fontes Cinyphi flu. incolunt, & Syrtim parvam attingunt, quorum regio *Guanguara*, *Lempta*, & *Thareagau*. Metrop. *Garama*, apud ortum fiu. prædicti, ab Hammonis Oraculo itinere 15. dierum. Dicti ſunt a Garamante Apollinis F. qui Garamam urbem condidit. Mulieres habent communes. Apud eos dipſades ſerpentes maximi reperiuntur. *Virg. Ecl. 8. v. 44.* Aut extremi Garamantes. Et in ſing. num. *Senec. Here. Oet. v. 1101.* Quidquid ſparſus Garamas tenet. Adde *Sil. l. 6. v. 705.* ¶ Garamantes, is, m. 3. Rex Phœniciæ fuit, cujus filiam Garamantida Jupiter apud Bagradam fluv. compreſſit, & ex ea genuit Hiarbam.

Garamantĭcus, a, um, o quod ſpectat ad Garamantes, ut Garamantica ſigna. *Sil. l. 1. v. 142.*

Garamantis, idis, f. patronym. *Virg. 4. Æn. v. 198.* Hic Ammone ſatus rapta Garamantide Nympha. *Silius l. 14. v. 499.* Garamantide pinu.

Gargānus, m. 2. *Monte Gargano*, & *Monte di S. Angelo*, mons Apuliæ Dauniæ, ubi Archangelus Michael apparuit, inter Sipontum, & Hyrium. Ibi opp. S. Angeli, ab ora maris Adriatici 5. M. P. *Horat. l. 2. od. 9.* Querceta Gargani laborant. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 106.* Garganum Alpinis, Apenninumque nivalem.

Gargarĭcus, a, um, adject. ad Gargarum montem pertinens, ut Gargaricus lucus, *Auſon. epiſt. 25. v. 16.*

Gargaridĭo, as, eſt gutture eliquare, vel proferre aliquid ſono, qualis ſolet eſſe ad fauces colluentium, a *gargarizo*, vel a γαργαρεών, *gurgulio*. *Var. epiſt. ad Fuſium apud Non. c. 2. n. 371.* Quinctiporis Clodiani ſorias, ac poemata ejus gargaridians, dicens, o fortuna, o tors fortuna. h. e. garriens. ¶ Alii leg. *gargaridro*, *as*.

Gargarismatĭum, ii, γαργαρεσμάτιον, gargarizatio. *Marcel. Empir. c. 13.* Aliqua re pro gargariſmatio uti. *Theod. Priſcian. l. 1. c. 12.* Gargariſmatium adhibere.

Gargarizatĭo, f. 3. actus gargarizandi. *Plin. l. 21. c. 19. Celſ. l. 4. c. 7.*

Gargarizātus, us, m. 4. idem ac gargarizatio. *Plin. l. 30. c. 4.* & *l. 28. c. 12.*

Gargarizātus, a, um, o. partic. a gargarizo. *Plin. l. 20. c. 17.* Sedat anginas gargarizatum.

Gargarĭzo, as, n. 1. *gargarizzare*, Ger. *gurgeln*, Gal. *gargariſer*, *gazouiller*, Hiſp. *gargarizar*, γαργαρίζω, eſt liquorem ore hauſtum ſæpe ad gurgulionem, ideſt, guttur revocare, a γαργαλεών, *gurgulio*. *Celſ. l. 4. c. 12.* In vetuſto capitis dolore communia ſunt ſternutamenta excitare, inferiora vehementer refricare, gargarizare his, quæ ſalivam movent. *Plin. l. 20. c. 9.* Et qui gargarizatur uva tumente.

Gargărus, i, m. & Gargara, orum, n. 2. cacumen montis Idæ, in Troade, ubi opp. ejuſdem nominis, apud Ilium urb. Pergamis prox. quod agrum frugum omnium feraciſſimum habet. *Euſtathius* ait, hoc promontorium a ſono nomen accepiſſe, fortaſſe quia plurimis fontibus irrigatur. In proverbium abiit pro infinito rei alicujus numero. *Virg. 1. Georg. v. 103.* Ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Gargettĭus, ii, gentile nomen, γαργήττιος. Apud *Stat. l. 1. Silv. 3. v. 94.* Epicurus vocatur *ſenex Gargettius*; a pago, ubi natus.

Gargiliānus, a, um, ad Gargilium pertinens, quod eſt nomen viri proprium, ut Gargilianus fundus, *Scævola Dig. l. 32. leg. 39.*

Garrĭo, is, n. 4. *ciarlare*, *ragionare inettamente*, *garrire*, צפצף, Germ. *ſchwetzen*, Gal. *habiller*, Hiſp. *gorgear*, *parlar*, φωμύλλομαι, proprie dicitur de avibus. *Apul. in Florid. n. 17.* (*al. l. 3.*) Luſciniæ canticum adoleſcentiæ garriunt. De ranis uſurpat *Mart. l. 3. epigr. 93.* Meliuſque ranæ garriant Ravennates. ¶ Transfertur ad homines, & ſignificat inepte loqui, nugis moleſtis obſtrepere. *Cic. in Or.* In gymnaſiis Philoſophi garrire cœperunt. *Plaut. Curc. 5. 2. 6.* Nugas garris.

Garridĭto, as, idem ac garrio. Ita leg. quidam in loco *Varronis*, quem in *Gargaridio* attulimus.

Garritus, us, ui, m. *cicalamento*. *Sidon. l. 8. ep. 6.* Garritui fræna ſtringere.

Garrulĭtas, tis, f. *cianciume*, הכוייה, Germ. *klapperheit*, Gall. *caquet*, Hiſpan. *parleria*, ἀδολεσχία, actus ipſe garriendi. *Mart. l. 5. epigr. 53.* Auctoris pereunt garrulitate ſui. ¶ In pueris feſtivitas eſt. *Sueton. Aug. c. 83.* Pueros garrulitate amabiles. Adde *Senec. de conſol. ad Helvid. c. 16.*

Garrŭlus, a, um, o. *cianciatore*, *ciarlone*, הוכח, Germ. *ſchwaetzer*, Gall. *babillеur*, Hiſp. *hablador*, *parlador*, ἀδολεσχής, loquax, ineptus, qui inanibus verbis abundat. Proprie de avibus dicitur. *Virg. 4. Georg. v. 307.* Garrula cum tignis nidum ſuſpendit hirundo. ¶ Hinc ad alia transfertur. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 69.* Percontatorem fugias: nam garrulus idem eſt. *Ovid. 2. Faſt. v. 316.* Garrulus rivus. *Id. 2. Amor. el. 2.* Lingua garrula.

Garum, ri, n. 2. γάρος, liquamen eſt ex inteſtinis piſcium ſale maceratis. Dictum eſt, quod olim ex garo piſce fieret. Nunc fit ex infinito piſcium genere. *Iſid. l. 20. c. 3. Plin. l. 3. c. 7.* & 8. Differt a muria, quod garum olim fiebat ex garo, poſtea ex ſcombro, & divitum erat, ſed muria e thunnis, & pauperum. *Mart. l. 13.* Nobile nunc ſitio luxuriоſa garum. ¶ *Garum ſociorum*, incertum eſt, unde dictum ſit, utrum quia in ſodalitatibus, ac conviviis eo uterentur, an quia a ſociis Populi R. initio mitti ſoleret. *Harduin.* putat ita dictum a ſocietate publicanorum, qui vectigal illi impoſitum exigerent. Laudatiſſimum fiebat e ſcombro piſce, ut docet *Plin. l. 31. c. 8.* in cetariis Carthaginis novæ. Ejus meminit etiam *Senec. ep. 95.*

Garumna, *la Garonne*, fl. maximus Aquitaniæ, quam in duas dividit. Oritur ex Pyrenæo M. in montibus Auræ, in confinio Aragoniæ. Eum diligenter deſcribit *Pomp. Mela l. 3. 3. c. 2. Auſon. Moſel. v. 483.* Æquoreæ te commendabo Garumnæ.

Garus, ri, γάρος, m. piſcis ex genere locuſtarum, ex cujus inteſtinis garum fiebat. *Plin. l. 31. c. 8.* & *l. 32. c. 21.*

Garyophyllon, i, n. *geroſano*, *gheroſano*, καρυόφυλλον, genus aromatis in India naſcentis, piperis grano ſimile, ſed grandius, & fragilius. Tradunt, in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia. Ita *Plin. l. 12. c. 7.* ubi notat *Harduin.* quod eodem nomine ad nos affertur, & in condituris adhibetur, aliud omnino eſſe ab hoc, quod *Plin.* deſcribit: fortaſſe autem eſſe illud, quod *cubebe* ab aliis appellatur. V. *Cluſium*, & *Dalechamp.* ¶ Flos ille, qui eodem nomine apud nos gignitur, a ſimilitudine odoris appellationem traxit.

Gaſter, eris, m. *ventre*, γαστήρ, venter. Græca vox. *Cæl. Aurelian. 3. Tard. c. 8.* Rotunda, atque extans inflatio ſecundum gaſtera.

Gaſter, tri, m. genus valis ventricoſum, a γαστήρ, venter. *Petron. Sat.* Per omnes ſcrupos, gaſtrorumque fragmenta traximus cruentos pedes. Alii leg. *glareasumque* rectius.

Gau, pro gaudium, dixiſſe *Enn.* oſtendit *Auſon. in Monoſyl.* illo verſu: Ennius ut memorat, replet te lætificum gau.

Gaudebundus, a, um, adject. gaudio geſtiens. *Apul. l. 8. poſt init.* Futuræ ſoboli gaudebundus. Legitur & *gaudibundus*.

Gaudĕo, es, gaviſus ſum, n. 1. *allegrarſi*, *dilettarſi*, שמח, Ger. *ſich freuven*, Gal. *ſe rejouir*, Hiſp. *alegrarſe*, χαίρω, eſt ſecum, & apud ſe lætari, a Dorico γαθέω, γηθέω. Differt a *gratulor*, quia *gaudeo* eſt ſecum, & apud ſe lætari, neque reſpicit alium, *gratulor* eſt alterius cauſa lætari. Item differt a *lætor*. Nam *gaudere* dicimur, cum re aliqua exhilaratur animus, nullum tamen ejus foris apparet indicium, contra *lætari* quis dicitur, cum ita movetur animus, ut in vultu, & geſtibus lætitiæ ſigna prodantur. *Cic. 6. Fam. ep.* 15. Mihi gaudeo, tibi gratulor. *Id.* 3. *Tuſc. c.* 21. Atque ut confidere decet, timere non decet, ſic quidem gaudere decet, lætari non decet. ¶ Interdum habet poſt ſe accuſ. gaudium. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep.* 2. Ut ſuum gaudium gauderemus. ¶ Ponitur etiam pro delectari, cum ablat. *Virg. in Bucol.* Numero Deus impare gaudet. Et addita præp. *de*. *Cic. Fam. 7. ep.* 2. De Burſa te gaudere, certo ſcio. ¶ *Gaudeo voti*, ſignificat, ex animo gaudeo, te voti compotem factum eſſe. *Apul. lib.* 1. Sed quid iſtud? voti gaudeo. ¶ *Gaudere in ſinu*, proverbialis locutio, ſignificat ſecum, & cum ſuis lætari. *Cic.* 3. *Tuſc.* Quoniam plauſibilia non hæc ſunt, ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Adde *Tibul. l. 4. eleg.* 13.

Gaudendus, a, um, particip. paſſ. a gaudeo. *Paulin. Petrocor. l. 4. v.* 291. Gaudendos lugete triumphos. *Symmach. l. 3. ep.* 29. Iſta pars gaudenda mihi potius eſt, quam, &c.

Gaudiālis, le, adject. ad gaudium pertinens. *Apul. l.* 8. *A. A.* Gaudiales inſtruunt dapes.

Gaudibundus. V. Gaudebundus.

Gaudimonĭum, ii, n. gaudium. *Petron. fragm. Tragur.* Jamdudum gaudimonio diſſilio.

Gaudĭum, dii, n. 2. lætitia, *allegrezza*, *gaudio*, שמחה, Ger. *freuvd*, Gal. *rejouiſſance*, Hiſ. *alegria*, χαρά, χάρμα, eſt affectio animi alicujus præſentis boni opinione concepta, & proprie cum exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat. Differt a lætitia, quia, ut ait *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 6. cum ratione animus movetur placide, atque conſtanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem & inaniter, & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt, quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. *Id. Fam. 9. ep.* 14. Cumulari gaudio. *Id.* 5. *Fin. c.* 24. Afficere gaudio. *Id. Catil.* 1. *c.* 10. Gaudiis exultare. *Id. Fam.* 10. Gaudio exſilire, gaudio efferri. ¶ Dicitur & de Venerea voluptate. *Propert. l. 2. eleg.* 11. *v.* 9. *Horat. l. 3. od. 6. v.* 27. *Lucret. l. 5. v.* 852. &c.

Gaudos, *il Gozo*, inſ. Cretæ adjacens, ad Occ. e regione Criumetopi, ſeu Frontis Arietis prom. Cretæ in Auſtr. Eſt parvi circuitus. ¶ Gaudos item, ſeu Gaulos, inſ. Africæ, in mari Medit. a Melita 5. M. P. in Occ. Siciliam verſus, al. verſus prom. Mercurii, ubi arx in monte edito, cui burgus ſubjacet. Serpentes, & ſcorpiones non fert, & ejus pulvis eos alibi fugat, & necat. *Plin. l. 4. c.* 12.

Gavĭa, f. 1. καύηξ, καύης, avis aquatica in petris nidificans, a ſono κωῦ κωῦ, quem in canendo edit. *Apul. l.* 5.

Gaulus, m. 2. genus navigii Phœnicii, lingua Phœnicum. *Feſt. Gel. l.* 10. *c.* 23. ¶ Item poculi genus, quia erat forma cymbii. *Plaut. Rud.* 5. 2. 32.

Gaunăce, es, f. 1. vel gaunacum, ci, n. 2. ſtragulum, aut operimentum altera parte villoſum. *Var. l. 4. de L. L. Scalig.* legit Gaunacumma. Sed vox eſt peregrina, ipſo *Varrone* teſte.

Gaurānus, a, um, adject. ad Gaurum pertinens, ut Gaurani ſinus, Gauranus mons. *Stat. l.* 8. *Theb.* & *l.* 4. *Silv.* 5.

Gaurus, Gaurani Montes. *Monte Barbaro*, mons Campaniæ, apud Puteolos urb. ¶ Item *Gerro*, *ſeu Garro*, mons alter Campaniæ, Maſſico, Gallicano, & Falerno junctus. Hic vinum præcipuæ bonitatis naſcitur, quod Gauranum dicitur. *Stat. l. 3. ſilv.* 5.

Gauſapātus, o. 1. 2. gauſape indutus. *Sen. in epiſt.* 53. Mitto me in mare, quomodo pſychrolutam decet, gauſapatus.

Gausăpe, n. indecl. vel gauſape, is, n. vel gauſapum, pi, n. 2. γαυσάπης, periſtroma, quo menſa tegebatur, a voce Græca allata. Aliqui dicunt, fuiſſe militare ſtragulum utrinque villos habens, vel una tantum parte, quod pro lecto in caſtris ſterneretur, primo ex ſtramento conſueviſſe fieri, poſtea ex lana, majoribus villis. *Plin. l. 8. c.* 48. Antiquis torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. *Hor. l.* 1. *ſat.* 8. *v.* 11. Gauſape purpureo menſam perterſit. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 46. Jam chlamydas regum, jam lutea gauſapa captas. ¶ Pro barba hirſuta, & prolixa *Perſ. ſat. 4. v.* 37. Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas. ¶ Dicitur etiam *gauſapa*, *æ*, f. teſte *Varr.* apud *Chariſ.* & *Priſcian.* & hac ratione uſurpatur a *Petron. in Satyr. c.* 28. Involutus coccina gauſapa.

Gauſapĭla, æ, f. quaſi diminut. a gauſapina. *Petron. Satyr.* Cinædus ſupervenit myrtea ſubornatus gauſapila.

Gauſapĭna, f. 1. vel gauſapina penula, villoſæ veſtis genus, quo hyberno tempore, & frigido utebantur. *Mart. l. 6. epigr.* 59. Propter ſexcentas, Baccare, gauſapinas.

Gaza, æ, f. *ricchezze*, רכוש, Germ. *ſchatz*, Gal. *richeſſe*, Hiſp. *riqueza*, γάζα, pecunia Regia, lingua Perſarum. *Pomp. Mela*. Gazam Perſæ ærarium vocant. *Curt. l.* 3. Ante Solis ortum pecuniam Regiam (gazam Perſæ vocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri jubet. *Cic.* 2. *Off.* Omni Macedonum gaza potitus eſt Paulus. ¶ Sumitur etiam generatim pro opibus, ſupellectile, & omni, quod privatim poſſidemus. *Virg.* 5. *Æn.* Et gaza lætus agreſti. ¶ In plur. *Horat. l. 1. od.* 29. Beatis Arabum invides Gazis.

Gaza, f. 1. *Gaza*, *Azza*, urbs Palæſtinæ, in Tribu Judæ, una ex quinque Satrapiis Philiſtinorum, Ægyptum verſus ultima. Dicta eſt ex eo, quod Cambyſes in Ægyptum proficiſcens in ea belli opes, & pecuniam repoſuit. *Pomp. Mela*. ¶ Gaza item, Agaza, *Oziaz*, urbs Mediæ, in Atropatia, olim Regia, ab Ecbatanis 450. ſtad.

Gazæus, a, um, adject. &

Gazetĭcus, a, um, adject. ad Gazam Palæſtinæ urbem pertinens, ut Gazæa, vel Gazetica vina, quæ optima circa illius urbis loca gignebantur. *Sidon. carm.* 17. *v.* 15. Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna. Adde *Pomp. Mel.*

G ANTE E.

Gebala, f. 1. tertia Palæſtinæ portio. Gent. Gebalenus.

Gebalēna, f. 1. regio Palæſtinæ, in finibus Eleutheropoleos.

Gebannĭte, m. 1. pop. maris Rubri accolæ, in Arabia deſerta, quorum caput Thonna, unde genus myrrhæ Gebanniticum.

Gebenna, Gebennæ, Gebenni Montes, Cemmenus, mons Galliæ in longum extenſus inter Rhodanum, & Garumnam fl. qui Avernos ab Helvetiis ſeparat. *Cæſ. l. 7. B. G. c.* 8. *Sueton. in Cæſ. c.* 25. ponit inter fines Galliæ.

Gebennĭcus, a, um, adject. ad Gebennam pertinens, ut Gebennici montes, *Pomp. Mela l. 2. c.* 5.

Gehenna, vel Geena, f. 1. γέεννα, vallis apud Hieroſolymam, ad radices Mora M. in quibus Siloa fluit, ubi Baal colebatur, ubi ipſi Hebræi filios ſuos immolaverunt. Dicta eſt quaſi Vallis filiorum Ennon. Translate ſumitur pro loco futurorum ſuppliciorum, & pœnarum perpetuarum, quibus improbi cruciandi ſunt, quia Deus minatus fuerat, ſe vallem illam impleturum cadaveribus mortuorum. *Hieron. Tertul. Prudent. Sedul.*

Gela, f. 1. Alica, al. *Cherza*, al. *Terra nuova*, urbs Siciliæ in ora Auſtrali, in valle Neætina, cum arce, & portu, ad Gelæ fl. oſt. Condita poſt Syracuſas a Rhodiis, poſt Romam anno 61. *Virg.* 3. *Æn. v.* 702. Apparet Camerina procul, campique Geloi, Immaniſque Gela fluvii cognomine dicta.

Gelas, m. Gela, Himera, *Salſo*, fl. Siciliæ maximus, qui oritur ex Nebrodide M. apud Petram opp. ac in Mer. ad Gelam urb. fluit in mare. Sed aliis eſt *Fiume di terra nuova*, qui fontes habet apud Perguſam lac.

Gelaſco, is, n. 3. *agghiacciarſi*, Ger. *gefrieren*, Gal. *ſe geler*, Hiſp. *elarſe*, πήγνυμαι, eſt in gelu aſtringi. *Gell. l.* 17. *c.* 7. Vina rarenter congelaſcunt. Adde *Plin. l. 14. c.* 21.

Gelaſiānus, i, m. *buffone*, mimus. *Sidon. Carm.* 23. *v.* 301. Mimos ſchænobatas, gelaſianos.

Gelasīnus, i, γελασῖνος, q. d. ridiculus, a γελάω, rideo. Gelaſini dicuntur quatuor dentes anteriores, qui ridendo nudantur. *Martial. l.* 7. *epigr.* 24. Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt. quod quidam intelligunt de lineis, quæ ridendo efficiuntur in vultu.

Gelatĭo, f. 3. πῆξις, actus gelandi, gelu, & ipſa concretio aquæ. *Plin. l. 17. c.* 24. Si protinus editis fructibus gelatio magna conſecuta eſt.

Gelatus, o. 1. 2. *gelato*, *congelato*, παγείς, frigore aſtrictus, partic. a gelo. *Martial. l. 5. ep.* 9. manus Aquilone gelatæ. *Col. l.* 10. *c.* 38. Gelatum lac. *Id. l. 7. c.* 8. Gelatus caſeus.

Gelicidĭum, dii, n. idem, ac gelu, ſeu concretio aquæ. *Col. l. 2. c.* 8. Quam hybernis imbribus, aut gelicidiis, pruiniſque infeſtentur.

Gelĭde, adv. *freddamente*, ψυχρῶς, frigide. Translate *Hor. in Arte*, *v.* 171. Vel quod res omnes timide, gelideque miniſtrat.

Gelĭdus, a, um, o. 1. 2. *gelido*, *freddo*, *gelato*, Ger. *eiſskalt*, Gal. *gelè*, Hiſp. *elado*, κρυερὸς, frigidus, a gelu. *Virg.* 3. *Æn.* Geliduſque coit formidine ſanguis. *Plin. l. 2. c.* 103. Fontes æſtate gelidiores. *Id. l. 31. c.* 2. Aquæ gelidiſſimæ. ¶ Gelida, abſolute pro aqua gelida uſurpatur, ut *calida*. *Hor. l. 2. ſat.* 7. Foribuſque repulſum perfundit gelida.

A. Gellius, a nonnullis Agellius dictus, Grammaticus celeberrimus ſub Adriano Imp. auditor fuit Corn. Frontonis: librum conſcripſit varia eruditione concinnatum, quem Noctes Atticas nuncupavit. V. *Lipſ. in Quæſtionib. Epiſtol. l. 5. ep.* 8.

Gelo, as, avi, atum, a. 1. *agghiacciare*, Ger. *gefroren machen*, Gal. *geler*, Hiſp. *elar*, πηγνύζω, frigore aſtringo. *Plin. l. 15. c. 6.* Si gelent frigora, quarto die (olivam) premendam. *Col. l. 9. c. 6.* Alvearia fictilia accenduntur æſtatis vaporibus, & gelantur hyemis vaporibus. ¶ Uſurpatur & abſolute a *Plin. l. 14. c.* 3. Non ante demetuntur, quam gelaverit. h. e. anni tempus gelidum factum fuerit. *Lucan. l. 9. v.* 681. vultuſque gelaſſent Perſeos adverſi. ¶ Translate *Juven. ſat. 6. v.* 95. Pavidoque gelantur pectore.

Gelōni, Gelones, Budini, Bodeni, Vidini, pop. Myſiæ inf. inter Thraces, & Getas, ſeu potius Scythiæ Europææ, apud Boryſthenem flu. Nauris finitimi, proximi Turcis, & Agathyrſis. Horum regio eſt *Podolia*. Ibi Bodinus mons. Dicti ſunt a Gelono Herculis filio. Sanguinem equinum cum lacte mixtum bibebant. *Virg.* 2. *Georg. v.* 115. Eoaſque domos Arabum, pictoſque Gelonos.

Gelōus, a, um, adject. a Gela Siciliæ urbe, & fluvio. *Virg.* 3. *Æn. v.* 701. Apparet Camerina procul, campique Geloi.

Gelu, n. 4. *gelo*, *ghiaccio*, קרח, Ger. *eiſſ*, Gal. *gelee*, Hiſp. *yelo*, κρυμὸς, κρυμνὸς, glacies, hoc eſt, aqua frigore concreta, indeclinabile eſt, & caret plurali. *Virg.* 3. *Georg. v.* 443. Horrida bruma gelu. *Plin. Paneg. c.* 11. Cum Danubii ripas gelu jungit. ¶ Antiqui uſurparunt gelus, i, m. & gelum, i, n. *Lucret. l. 6. v.* 877. Sæpe gelum, quod continet in ſe, Mittit. & *v.* 155. Sæpe geli multus fragor. *Cat. R. R. c.* 40. Ne gelus noceat. V. *Non. c. 8. num. 26. & 70.* ¶ Translate *Virg.* 8. *Æn.* tarda gelu ſenectus.

Gemebundus, o. 1. 2. *gemebondo*, נאנח, Ger. *hefftig ſeuefftzend*, Gal. *gemiſſant*, Hiſ. *gemebundo*, ἐπιστένων, valde gemens. *Ovid.* 14. *Met. v.* 193. Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam.

Gemellar, ris, n. 3. vaſis genus, quod geminam menſuram contineret. *Col. l. 12. c.* 50. Nam id melius eſt, quam plumbeum quadratum, aut gemellar.

Gemellaria, æ, f. idem quod gemellar. *Auguſt. in Pſalm.* 136. Oleum in gemellaria non videas.

Gemellipăra, f. 1. διδυμοτόκος, quæ uno partu duos edit in lucem. Dicitur de Latona, quæ Apollinem, & Dianam uno partu edidit. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 542. Curva gemelliparæ ſpicula ferre Deæ.

Gemellus, a, um, o. 1. 2. *gemello*, תאומים, Ger. *zuvilling*, Gal. *gemoau*, Hiſp. *gemelo*, δίδυμος, dim. a geminus. *Virg.* 1. *Ecl.* Modo namque gemellos, ſpem gregis, ah! ſilice in nuda connixa reliquit. ¶ Ponitur & pro valde ſimili. *Horat. l. 2. ſat. 3. v.* 243. Par nobile fratrum Nequitia, & nugis, pravorum & amore gemellum. Et *l. 1. ep. 10. v.* 3. Ad cætera pene gemelli. ¶ *Cæſ. l. 3. B. C. c.* 4. Gemellam legionem vocat, quæ de duabus una facta eſt. ¶ Gemellæ vites dicuntur, quæ geminas uvas eodem pediculo junctas producunt. *Plin. l. 14. c.* 3. *Col. l. 3. c.* 1.

Geminātim, adverb. διδύμως, duplicando, vel per geminos. *Diomed. Grammat. l.* 1.

Geminatĭo, f. 3. ἐπαναδίπλωσις, duplicatio, repetitio. *Cic.* 3. *de Or. c.* 54. Geminatio verborum habet interdum vim, interdum leporem. *Quintil. l.* 1. Uti geminatione, *ripeter' una coſa due volte*.

Geminātus, a, um, adject. particip. *raddoppiato*, duplicatus. *Liv. l. 1. c.* 25. Geminata victoria. *Cic. l. 2. nat. Deor. c.* 5. Geminato ſole. *Ovid.* 12. *Met. v.* 221. Ebrietas geminata cupidine regnat.

Geminiāni Fanum, *S. Geminiano*, opp. Hetruriæ, apud Bovitium, a Florentia in Auſtr. ſupra 20. M. P.

Geminitūdo, inis, f. 3. idem quod geminatio. *Pacuv. apud Non. c. 2. n.* 366.

Gemĭno, as, avi, atum, a. 1. *raddoppiare*, כפל, Ger. *zuvifaltigen*, Gal. *doubler*, Hiſ. *doblar*, διπλόω, duplico, a *geminus*. *Var. 3. de R. R. c.* 16. Cum plenas alvos habent, & cum illas geminaverint. *Ter. Adelph.* 2. 1. 19. Geminabit, niſi caves. *Ovid.* 5. *Met. v.* 586. Labor geminaverat æſtum. ¶ Interdum ſignificat jungere, copulare. *Horat. in Art. poet. v.* 13. Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Geminus Lacus, *Germinago*, pag. agri Mediolanenſis, apud Verbanum lac.

Gemĭnus, a, um, o. 1. 2. *doppio*, תאום, Ger. *zuvyfach*, Gal. *double*, Hiſ. *doble*, δίδυμος, proprie dicitur de duobus fratribus, qui ex uno utero uno die editi ſunt. *Virg. l. 8. Æn.* Geminos huic ubera circum ludere pendentes pueros. *Horat. l. 1. ep. 18. v.* 41. Gratia ſic fratrum geminorum. Sæpe pro *duplex* uſurpatur. *Virg. 6. Æn.* Sunt geminæ ſomni portæ. ¶ Translate dicitur de ſimili, quia fratrum geminorum fere ſumma ſimilitudo eſt. *Cicer. pro Roſc. Amer. c.* 40. Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. *Id. pro Roſc. Com. c.* 18.

Simil-

Simillima, & maxime gemina ſocietas hæreditatis eſt. ¶ Geminus etiam Jani epithetum eſt, quod gemina facie pingi ſoleat. V. *Janus*. ¶ Gemini denique ſunt ſignum cœleſte, quod ex 25. ſideribus conſtat. V. *Pollux*. ¶ Superlat. Geminiſſimus finxit *Plaut. Perſ.* 5.2.49. ¶ Nonnulli putant, cum de duobus fratribus uno partu editis ſermo eſt, dicendum eſſe *Fratres gemini*, non *Gemini fratres*; nam hoc poſterius intelligi etiam poſſe de duobus fratribus, qui gemelli non ſint. Atqui *Plaut. Perſ.* 5.2.50. geminum fratrem dixit de gemellis loquens, & *Liv. l.* 1. *c.* 5. Cum audiſſet geminos eſſe fratres.

Gemiſco, is, n. 3. idem, ac gemo. *Claudian.* 3. *de Raptu Proſerp. v.* 130. Si buxos inflare velis, ferale gemiſcunt.

Gemītes, m. 1. gemma, quæ veluti candidas manus inter ſe complexas habet. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Gemĭtus, us, m. 4. *gemito*, *ſoſpiro*, Ger. *ſeufftzt*, Gal. *gemiſſement*, Hiſp. *gemido*, στεναγμὸς, gemendi actus. *Cic. pro Roſc. Amer. cap.* 9. Fit fletus, gemituſque tota urbe. *Virg.* 2. *Æn.* Ducere gemitus imo de pectore. ¶ In genit. *gemiti* ἀρχαικῶς dixit *Plaut. Aulul.* 4. 9. 11.

Gemma, æ, f. *gemma*, *piedra preciosa*, אבן יקרה, Ger. *edelgeſtin*, Gall. *pierre precieuſe*, Hiſp. *piedra preciosa*, λίθος, lapillus pretioſus, & magis proprie de pellucidis dicitur, inde transfertur ad oculum vitis, quem primo emittit. Sed *Jul. Scalig.* contra cenſuit, gemmam proprie de vitibus dici, translate de lapillis pretioſis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 335. Pampinus trudit gemmas, & frondes explicat omnes. *Cic. Ver.* 6. *c.* 27. Pocula ex auro, gemmis diſtincta clariſſimis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 506. Ut gemma bibat. h. e. poculo ex gemma facto. ¶ Translate ponitur pro præcipuo ornamento. *Martial. l.* 5. *epigr.* 11. Multas in digitis, plures in carmine gemmas Invenies.

Gemmans, antis, particip. in modum gemmæ ſplendeſcens. *Martial. l.* 13. *epigr.* 70. Miraris, quoties gemmantes explicat alas. *Lucret. l.* 2. *v.* 319. Invitant herbæ gemmantes rore recenti.

Gemmaſco, is, n. 3. eſt gemmas emittere, pullulare, *germogliare*, ἐξθαλλίζειν. *Plin. l.* 17. *c.* 15. Ut gemmaſcere incipient, ligetur calamus. *Col. lib.* 3. *c.* 10. Nucem Græcam ſerito circa Cal. Febr. quæ prima gemmaſcit.

Gemmātus, a, um, o. 1. 2. *ornato di gemme*, Ger. *mit edelgeſtein gezierd*, Gal. *enrichy*, *orné de pierreries*, Hiſp. *ornado de joyas*, gemmis inſtructus, & ornatus. *Liv. l.* 1. *c.* 11. Gemmati annuli. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 113. Gemmata monilia. *Plin. lib.* 37. *cap.* 2. Gemmata potoria.

Gemmeſco, is, n. 3. gemma fio. *Plin. lib.* 37. *c.* 10. de draconite gemma: Sed niſi viventibus abſciſſo nunquam gemmeſcit.

Gemmĕus, a, um, o. 1. 2. *di gemma*, Ger. *edelgeſteinen*, Gal. *de pierres precieuſes*, Hiſp. *de piedras preciosas*, διλιθος, quod ex gemma eſt. *Cic. 6. Ver. c.* 27. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Radix gemmeæ rotunditatis. id eſt rotunda in modum gemmæ.

Gemmĭfer, a, um, o. 1. 2. quod gemmas fert. *Plin. lib.* 37. 37. *c.* 13. Gemmiferi amnes ſunt Aceſinus, & Gandes. Adde *Plin. lib.* 3. *el.* 4.

Gemmo, as, n. 1. *germogliare*, *far la gemma*, dicitur de vitibus, aliiſque plantis gemmam emittentibus: non tamen proprie, ſed translate. *Cic.* enim *l.* 3. *de Orat. c.* 38. & *in Orat. c.* 24. τὸ *gemmare vites* enumerat inter translationes, quæ vulgo etiam a ruſticis uſurpantur: & *Quintil. l.* 8. *c.* 6. neceſſitate, inquit, ruſtici dicunt gemmam in vitibus. Ex quo colligitur, *gemmam* proprie de lapillis, ex Tullii, & *Quintil.* ſententia; translate de vitibus dici: quod alii contra docuerunt, ut in *Gemma* dictum eſt. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 40. Id fit ante quam gemmare, aut florere quid incipit. *Colum. l.* 4. *c.* 27. Ante quam gemment, per divortium veris atque hiemis, quam altiſſime fodiendæ vineæ ſunt. Quædam MSS. his duob. locis habent *germinare*. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Gemmantem vineam confodi vetant. decuti enim oculos. *Colum. lib.* 4. *cap.* 24. Gemmantem oculum cæcare. *Pallad. in Februar. c.* 32. Sarmenta gemmantia. *Et in Novembr. c.* 11. Surculi roſarum gemmantes. ¶ Item more gemmæ nitens. V. *Gemmans*.

Gemmōſus, a, um, o. 1. 2. quod multis gemmis exornatum eſt. *Apul. l.* 5. *A. A.* Auro facto, gemmoſiſque monilibus onuſtas.

Gemmŭla, f. 1. dim. a gemma. *Apul. l.* 10. *Met.* Quod ver in ipſo ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gemo, is, ui, itum, a. 3. *gemere*, גאנח, Germ. *ſeufftzen*, Gall. *gemir*, Hiſp. *gemir*, στενάζω, eſt præ animi anguſtia in ſonum prorumpere, a ſoni ſimilitudine. *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 5. Malum ſuum occulte gemere. *Plaut. Amph.* 5. 1. 47. Uxorem tuam neque gementem neque plorantem noſtrum quiſquam audivimus. *Cic. Attic.* Virtutem iſtam, veniet tempus, cum graviter gemes. *Virg.* 6. *Æn. v.* 413. Gemuit ſub pondere cymba. *Horat. l.* 4. *od.* 12. gemens flebiliter Itym. ¶ Legitur etiam *gemor* paſſ. pro deploror. *Cic. Att. l.* 2. Atque hic ſtatus una voce omnium gemitur. ¶ Quandoque pro *canere* ponitur, de iis ſolum avibus, quæ flebilem cantum habent, ut turtur, & columba. *Virg.* 1. *Ecl. v.* 59. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo.

Gemonĭæ ſcalæ, ἀναβαθμοὶ, ἀναβασμοὶ, puteus Romæ, in quem gradibus deſcendebatur, & in quem facinoroſi unco pertracti præcipites dari ſolebant. Dictæ ſunt non tam a *Gemonio* quodam, quam a gemitu. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 74. Gollaceratum corpus Sabini in Gemonias trahunt.

Gemŭlus, a, um, adject. gemebundus, gemens. *Apul. lib.* 2. *Florid.* Bubones occinunt gemulo carmine.

Gemurſa, f. 1. tuberculum ſub pedum digitis naſcens, ita dictum, quod gemere faciat eum, qui id gerit. *Feſt. Plin. l.* 26. *c.* 14. Sicut & ille, quem gemurſam appellavere priſci inter digitos pedum naſcentem.

Gena, æ, f. *guancia*, *gota*, לחי, Ger. *vvange*, Gal. *joue*, Hiſp. *mexilla*, *cavillo*, γένυς, primum dicitur de malis, ideſt, de partibus illis ab oculis ad mentum, quæ barba veſtiuntur, deinde de membranis tam ſuperioribus, quam inferioribus, quæ tegunt oculos, a voce Græca allata. Sed aliqui contra cenſent, genas primum dici de membranis oculorum, deinde de malis. *Sen. Hippolyt. v.* 364. Lapſæ genæ lucem recuſant. *Cic. in Piſon. c.* 1. Piloſæ genæ. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Piſces non habent genas, nec integunt oculos. ¶ Uſurpatur etiam in ſingul. *Enn. apud Serv. in* 6. *Æn.* Imprimitque genæ genam. *Sueton. in Claud. c.* 15. Ut genam non leviter perſtringeret.

Genabenſis, ſe, adject. ad Genabum pertinens, ut Genabenſis cædes, *Cæſ. lib.* 7. *B. Gal. cap.* 28. ¶ Genabenſes, Genabi incolæ. *Id. ibid. cap.* 11.

Genăbum, i, Urbs Carnutum ad Ligerim in Gallia. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 2. &c. ¶ Aliis eadem eſt, ac Aurelia, *Orleans*: aliis Gyen oppidum.

Genealogia, æ, f. *genealogia*, γενεαλογία, ſermo de origine, ſeu generatione. Vox græca eſt, quam quidam Lexicographi perperam Ciceroni tribuunt l. 3. de nat. Deor. c. 17. V. *Genealogus*. Habet tamen *Meſſala Corvin.* (incertæ auctoritatis ſcriptor) *in lib. de progenie Auguſt.*

Genealŏgus, i, m. qui genealogiam enarrat, aut ſcribit. *Cic. lib.* 3. *de nat. Deor. c.* 17. Qui a genealogis antiquis ſic nominantur.

Gener, ri, m. 2. *genero*, חתן, Ger. *tochtermann*, Gal. *gendre*, Hiſp. *yerno*, γαμβρὸς, filiæ meæ vir, a *genus*, quaſi generis propagator. *Cic. 1. Off.* Cum ſoceris generi non lavantur. ¶ Apud *Nepot. in Paſan. c.* 1. Gener accipitur pro marito ſororis, ſi credimus *Cuiacio l.* 6. *Obſervat. c.* 17. & aliis. Item apud *Juſtin. l.* 18. *c.* 4. ¶ Apud *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 136. pro marito neptis, & proneptis. ¶ In ſexto caſu plurali *generibus* pro *generis* dixit *Accius* apud *Non. c.* 8. *n.* 33.

Generabĭlis, le, o. 3. *generabile*, Germ. *das leichtlich geberen vvird*, Gal. *qui ſe engendre facilement*, Hiſp. *que ſe engendra*, γεννητὸς, quod facile generatur. *Plin. l.* 3. *c.* 45. Hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus.

Generālis, le, o. 3. *generale*, כללי, Ger. *allgemein*, Gall. *general*, Hiſp. *general*, γενικὸς, καθολικὸς, univerſalis, ad omnes pertinens. *Cic.* 1. *Off. c.* 27. Nam & generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honeſtate verſatur, & aliud huic ſubjectum, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis. ¶ Item quod pertinet ad genus. *Cic. l.* 1. *Invent. c.* 8. Cum qualis ſit res, quæritur, quia & de vi, & de genere negotii controverſia eſt, conſtitutio generalis vocatur. *Sen. ep.* 58. *genus generale* appellat, quod Philoſophi dicunt genus generaliſſimum.

Generālĭter, adv. *generalmente*, Germ. *allgemeinlich*, Gall. *generalment*, Hiſp. *generalmente*, γενικῶς, univerſaliter, ſimul omnia ſub genere amplectendo. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 26. Nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt. *Plin. lib.* 1. *epiſt.* 8. Generaliter quædam annotare.

Generāmen, inis, n. idem quod generatio. *Strabo Gallus in Roſa*: Flos tibi ſceptrigero venit generamine Jeſſe.

Generaſco, is, a. 3. *naſcere*, γίγνομαι, naſcor. *Lucr. l.* 3. *v.* 746. Cur omnia membris ex ineunte ævo generaſcunt, ingenioque?

Generātim, adv. κατὰ γένη, per ſingula genera, ſeu per ſingulas ſpecies. *Cic.* 4. *Acad.* Exponam generatim argumenta eorum, quoniam ipſi etiam illa ſolent non confuſe loqui. ¶ Aliquando generatim dicitur non per ſingula genera, ſed generaliter, confuſe, & indeterminate. *Cic.* 2. *de Or.* Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo, Expetenda ne eſſet eloquentia, expetendi ne honores.

Generatĭo, f. 3. *generazione*, תולדה, Germ. *gebaerung*, Gal. *generation*, Hiſp. *generacion*, γένεσις, actus generandi. *Plin. lib.* 10. *c.* 52. Avium generatio ſimplex videtur eſſe.

Generātor, oris, m. 3. *generatore*, *padre*, γενετὴρ, genitor, procreator. *Cic. de Univ. cap.* 11. Noſſe autem generatores ſuos optime poterant. *Virg.* 3. *Æn. v.* 704. Magnanimum quondam generator equorum.

Generatōrius, a, um, adject. ad generationem, vel ad generatorem pertinens. *Tertul. adverſ. Valent. c.* 27. Generatorio more.

Generātrix, icis, f. quæ generat. *Pomp. Mela l.* 1. *c.* 9. *in princ.* Ægyptus hominum, aliorumque animalium perfœcunda generatrix.

Generātus, a, um, nom. particip. *generato*. *Virg. Æn.* 5. *v.* 61. Troja generatus Aceſtes. *Curt. l.* 9. *c.* 1. Species arboris ex ſua radice generatæ.

Genĕro, as, avi, atum, a. 1. *generare*, הוליד, Ger. *gebaeren*, Gal. *engendrer*, Hiſp. *engendrar*, γεννάω, gigno, fœtum procreo, & proprie de maribus dicitur, a *genus*, quaſi genus propago. *Cic. in Partit.* Diſcutiendum eſt, quemadmodum quiſque generatus ſit, quemadmodum educatus. ¶ Invenitur tamen etiam de fœminis. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Ut quæ non primo initio generare cœperit. ¶ Et de herbis. *Gel. l.* 5. *c.* 6. Ut fieret e gramine, quod in olea generatum eſſet. ¶ Per translationem accipitur pro invenire. *Quint. lib.* 10. *c.* 2. Illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt, ut tam multa generarent.

Generōſe, adv. *generoſamente*, Ger. *adelich*, Gal. *genereuſement*, Hiſp. *generoſamente*, γεννικῶς, fortiter, magno animo. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 38. Generoſius perire.

Generōsĭtas, atis, f. *generoſità*, magnanimitas, animi magnitudo, quæ vel a genere, vel a virtute habetur. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Tauris generoſitas eſt in aſpectu. ¶ Generoſitas furculorum, apud *Pallad. l.* 11. *c.* 3. & generoſitas vitium, apud *Col. l.* 3. eſt fœcunditas, fertilitas. *viti di buona vazza*. ¶ Generoſitas vini, *la forza*. *Plin. l.* 14. *c.* 6.

Generōſus, a, um, o. 1. 2. *generoſo*, *nobile*, כר חורים, Germ. *edel*, Gal. *genereux*, Hiſp. *generoſo*, γενναῖος, εὐγενὴς, nobili, & præclaro genere ortus. Inter *generoſum*, & *nobile* quidam ita diſtinguunt, ut nobile ſit, quod ex bono prodiit genere, generoſum autem, quod a ſua natura non degenerat. *Cic. de Div. lib.* 1. *c.* 12. Generoſa ſtirpe protectus eſt. *Id. in Parad.* Quam ſi petulans fuiſſet in aliqua generoſa, ac nobili virgine. ¶ Per translationem accipitur pro magnanimo. *Cic.* 2. *Off.* Cum de Imperio certamen eſſet cum Rege generoſo, atque potenti. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis, ut Arbor generoſa, vinum generoſum. *Col. l.* 4. Ut nobilem vitem conſeramus, generoſam requiremus. ¶ Comp. generoſior, ſup. generoſiſſimus. *Suet. in Tib. c.* 49. Condemnatam & generoſiſſimam fœminam Lepidam. *Prudent. l.* 1. *adverſ. Symmach. v.* 19. Pars hominis generoſior.

Genesăra, Geneſar, Geneſareth, mare Tyberiadis, mare Galilææ, *mer de Tabarie*, lacus Palæſtinæ, in finibus Galilææ, in quem Jordanis fl. ingreditur apud Capharnaum, & apud Bethſaidam, ſeu Bethſan, ſeu Scythopolim egreditur, dictus a Geneſara opp. quod poſtea Tyberias appellatum eſt. Dicitur mare Hebræorum more, qui congregationes omnes aquarum, ſive ſalſæ, ſive dulces ſint, maria vocant.

Genĕſis, ſeos, f. 3. *generazione*, γένεσις, generatio, nativitas. Accipitur & pro ſidere natalitio, quod converſione cæli oritur eo momento, quo quis naſcitur. *Suet. in Veſp. c.* 14. Quod vulgo crederetur genefim habere Imperatoriam. *Juven. ſat.* 14. *v.* 248. Nota Mathematicis geneſis tua.

Genethliāci, orum, m. 2. *coloro*, *che pronoſticano della natività*, החרטמים, Ger. *vvarſageren*, Gal. *aſtrologues pronoſtiquers*, Hiſp. *pronoſticadores*, *aſtrologos*, γενεθλιακοὶ, qui ex die, & hora nativitatis, quos *horoſcopos* vocant, fortunam hominis, & ſucceſſum pronuntiant. *Gel. l.* 14. *c.* 1. Adverſum iſtos, qui ſe Chaldæos, ſeu Genethliacos appellant.

Genethliologia, f. 1. γενεθλιαλογία, ars Genethliacorum. *Vitruv. l.* 9. *c.* 7. Propria eſt Chaldæorum genethliologiæ ratio.

Genĕtrix. V. Genitrix.

Genĭālis, & le, o. 3. quod ad Genium naturæ, & voluptatis Deum pertinet, ut Genialis dies, lætus, & voluptarius apud *Juven. ſat.* 4. *v.* 66. Genialis torus, ſive lectus, qui in nuptiis ſternitur in honorem Genii, & Junonis; Genialis homo, hoſpitalis, dapſilis, promptior ad invitandum, & largius apparandum. Geniales Dii, quatuor elementorum præſides, ex quibus omnia gignuntur. *Cicero pro Cluent. cap.* 5. Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat. ¶ Idem lectus Genialis dicebatur etiam *adverſus*; qua de re V. *Lectus*.

Genialĭtas, atis, feſtivitas, jucunditas. *Ammian. lib.* 30. *c.* 5. Genialitas menſæ.

Genialĭter, adv. *ſplendidamente*, Ger. *froelich*, Gal. *joyeuſement*, *avec bonne chere*, Hiſp. *delejoſamente*, *eſplendidamente*, τρυφερῶς, opipare, & laute. *Ovid.* 11. *Met. v.* 96. Hoſpitis adventu feſtum genialiter egit.

Geniāna, f. 1. gemma, quam inimicorum pœnas efficere ajunt. *Plin. l. ult. c.* 10.

Geniātus, a, um, adject. genium referens: item amabilis, venuſtus. *Capitolin. in Vero*, *c.* 10. Vultu geniatus. V. *Gruter.* & *Salmaſ. ad eum loc.* Sic in principio Silvarum Statii, ubi vulgo legitur *moles geminata*, vel *gemmata*, Barthius *geniata* reponit. Adde *Caſſiod. l. 6. ep.* 12.

Geniculātim, adv. *di nodo in nodo*, κατὰ γόνυ, per genicula. *Plin. l.* 21. *c.* 11. Foliis geniculatim circundata.

Geniculātio, f. 3. actus geniculandi, genuflexio. *Tertul. ad Scapul. c.* 4. Quando non geniculationibus, & jejunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſæ.

Geniculātus, i, m. idem quod Ingeniculus, ſc. ſidus Herculis dextro genu flexo ſuper Draconis caput innixi. *Vitr. l. 9. c.* 6.

Geniculātus, o. 1. 2. πολυγόνατος, quod frequentibus geniculis conſtat, ut heliotrophium, quæ ob id genicularis herba vocatur. *Cic. de Sen. c.* 15. Culmoque erecta geniculato, vaginis jam quaſi pubeſcens includitur.

Genicŭlo, as, n. 1. in genua procumbo, a geniculum. *Vet. Gloſſ.* geniculat, γονατίζει. ¶ Item genicula produco. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Antequam ſeges genicularet.

Genicŭlum, li, n. 2. γόνιον, dim. a genu. *Tertul. de cor. Mil. c.* 6. De geniculis adorare. ¶ Translate genicula dicuntur ſtipulæ, vel caulis herbacei internodia, & veluti articuli, ac nodi quidam. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Genicula autem tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona.

Geniſta, f. 1. *gineſtra*, רותם, Ger. *vvaoholder*, Gal. *geneſt*, Hiſp. *hinieſta*, σπαρτίον, arbuſcula quædam humilis eſt, fronde minuta, flore luteo, apibuſque gratiſſimo, ſemine lenticulis haud abſimili, quod phaſeolorum modo ſiliquis innaſcitur, forte a genu, quia facile flectitur. *Mart. l.* 1. *epigr.* 43. Non pyra, quæ lenta pendent religata geniſta. V. *Plin. l.* 21. *c.* 9.

Genitabĭlis, le, adject. idem quod genitalis, ſeu genitivus. *Lucret. apud Var. l.* 4. *L. L.* Ætheris, & terræ genitabile quærere tempus. *Arnob. l.* 4. Genitabiles partes. h. e. genitalia.

Genitālis, & le, o. 3. *generativo*, Ger. *gebaerig*, Gall. *qui ſert à engendrer*, Hiſp. *pertenecciente à la generation*, γεννητικὸς, idem eſt, quod natalis vel ſpectans ad generationem, ut *Genitale ſolum*, patria, in qua nati ſumus, quod & *natale ſolum* appellatur, *genitalis dies*, quo in lucem editi ſumus. *Plin. l. 9. c.* 35. *genitalia ſemina*, quibus aliquid procreatur, & gignitur, *genitalia membra*, ſive *genitales partes*, quæ tam in mare, quam in fœmina generationi inſerviunt, *genitales trunci*, qui fertiles ſunt, & copioſe generant. *Col. l. 3. c.* 6. Ut ex iis partibus trunci ſumantur, qui & genitales ſint, & maxime fertiles. *Id. l.* 7. Quod ex illis genitales partes dependent. ¶ Genitale, is, ſubſt. n. 3. membrum virile hominis, vel brutorum. *Plin. l.* 10. *c.* 53. Cuniculis averſa ſunt genitalia. ¶ Item gignens, producens. *Colum. l. 7. c.* 9. Fœminis vulvæ ferro exulcerantur, ne genitales ſint. ¶ Hinc *Genitales Deos* appellavit *Ennius*, ut eſt apud *Cic. l.* 1. *Tuſc. quæſt.* hoc eſt *omnia generantes*, ut explicat *Voſſius l. 1. de Gent. Theol. c.* 12. Sic apud *Ovid.* 15. *Metam.* corpora quatuor genitalia. *h. e.* quatuor elementa, ex quibus omnia conſtant.

Genitalĭter, adv. γεννητικῶς, fœcunde, fertiliter. *Lucr. l. 4. v.* 1251. Ut ſemina poſſint ſeminibus commiſceri genitaliter apta.

Genitīvus, a, um, o. 1. 2. *ingenito*, *naturale*, *innato*, ἐγγινόμενος. Sumitur pro genitali, a natura ingenito, ut *Genitivæ notæ*, quæ ſunt maculæ a natura ingenitæ. *Suet. de Aug. c.* 80. Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus, atque alvum genitivis notis, in modum, & ordinem, & numerum ſtellarum cœleſtis Urſæ. ¶ Interdum pro gentilitio. *Ovid. 3. de Pont. ep. 2. v.* 107. Adjectique probent genitiva agnomina Cottæ. ¶ Genitivus item unus eſt ex caſibus apud Grammaticos, qui etiam *patrius* dicitur, & *interrogandi caſus*, quod fiat in hoc caſu interrogatio de patre, & de genere, e. g. Cujus filius es? Cujus familiæ? *Quintil. Diomed. Priſcian*, & *Gel. l. 4. c.* 16.

Genĭtor, oris, m. 3. *genitore*, *padre*, מוליד, Ger. *gubnerer*, Gal. *geniteur*, Hiſp. *engendrador*, γενετὴρ, pater, qui ſc. genuit, a *geno* pro *gigno*. *Cic. de Univ.* Quo nihil ab optimo, & præſtantiſſimo genitore melius procreatum. *Ovid.* 5. *Met.* Occidit Aſtreus matre Palæſtina dubio genitore creatus. ¶ Genitor Deorum, ideſt Jupiter. *Ovid.* 2. *Triſt.* Jure igitur Genitorque Deum, rectorque vocatur.

Genĭtrix, icis, f. *genitrice*, *madre*, γενέτειρα, mater, ſc. quæ genuit, a genitor. Reperitur etiam *genitrix* per *e* in antiquis marmoribus, ac libris, & ita a veteribus Grammaticis ſcribitur. *Cic. 2. de Div.* Nona ſuper tremulo genitrix clangore volabat. ¶ *Frugum Genitrix*, Ceres frugum inventrix. *Ovid. 5. Met. v.* 490. Et frugum Genitrix immenſos ſiſte labores.

Genitūra, f. *generazione*, לדה, Ger. *gebaerung*, Gal. *engendrement*, Hiſp. *generacion*, γένεσις, generatio. *Plin. l.* 18. *c.* 24. In alitum, quadrupedumque genitura eſſe quoſdam ad conceptum impetus terræ. ¶ Accipitur etiam pro ſemine humano, quod Græce ſperma vocamus. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Datur & contra profluvia genituræ viris. ¶ Item pro horoſcopo, ſeu geneſi. *Suet. Auguſt. c.* 94. Reticere ipſe genituram ſuam perſeverabat. *Ammian. l.* 29. *c.* 2. Fatorum per genituram interpres.

Genĭtus, a, um, o. 1. 2. *generato*, *nato*, מילד, Ger. *gebaeret*, Gal. *engendreè*, Hiſp. *engendrado*, γεννηθεὶς, procreatus, natus, particip. a gignor. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium, & narium defuere. *Virg. Æn. 9. v.* 642. Dis genite, & geniture Deos.

Genĭtus, us, ui, m. generatio. *Apul. Apol.* Qui plurimos libros de animalium genitu reliquerunt.

Genĭus, nii, m. 2. *Genio*, δαίμων, Deus, vel melius Angelus, Mens expers corporis, ab antiquo *geno*, hoc eſt *gigno*, quia vim habet rerum gignendarum. Aliquorum opinio eſt, Genios, & Lares, & Penates eoſdem antiquis fuiſſe. Cenſorinus ſcribit, Genios dictos, quia, ut gignamur, curent, ſive quod una gignantur nobiſcum, quod impium, & hæreticum eſt, vel etiam quia nos genitos ſuſcipiant, ac tueantur. Alii cenſuerunt, Genios eſſe rerum ſemina, elementaque, terram, aquam, ignem, aerem, duodecim quoque Zodiaci ſigna, item Solem, & Lunam, & a gerendo primum Gerulos, deinde Genios dictos eſſe, quod multa gerere poſſent. Ab aliis Genius dicitur Deus naturæ, voluptatis, & hoſpitalitatis. Denique nonnulli Genium animum uniuſcujuſque eſſe tradunt, quem Plato, Cicero, & alii Philoſophi tanquam Deum quendam coli voluerunt. Nam fit a Deo per creationem, ſed, cum introducitur in corpus, quodammodo, ut Voſſius ait, cum homine gignitur. Cæterum Euclides Socraticus duplicem omnibus nobis Genium dixit appoſitum fuiſſe, bonum, & malum. *Ter. Andr.* Quod ego per hanc te dexteram oro, & Genium tuum, per tuam fidem, &c. ¶ Reperitur etiam genius pro gratia, aut venuſtate alicujus rei, *grazia*, *leggiadria*. *Martial. l. 6. epigr.* 60. Victurus genium debet habere liber. ¶ *Indulgere Genio*, eſt operam dare voluptati, & quo quemque natura trahat ſubſequi, *Perſ. ſat. 5. v.* 151. Indulge genio, carpamus dulcia. ¶ *Defraudare genium*, eſt negare naturæ, quod appetit. *Ter. Phor.* 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix demenſo de ſuo ſuum defraudans genium comparſit miſer, id illa univerſum abripiet. ¶ *Belligerare cum geniis ſuis*, idem quod defraudare genium. *Plaut. Truc.* 1. 2. 81. Sed iſtos, qui cum geniis ſuis belligerarent.

Geno, is, genui, nitum, a. 3. idem, ac gigno, ſeu genero, apud vet. a γείνω, vel γένω, vel γείνομαι. *Varro in Andab.* Sed quod hæc loca aliquid genunt. *Lucr. l. 3. v.* 799. Totum poſſe extra corpus durare, geniq;

Gens, gentis, f. *gente*, גוי, Ger. *volck*, Gal. *gens*, Hiſ. *gente*, ἔθνος, eſt multitudo hominum, quæ ex pluribus familiis conſtat, ex *genens* per ſyncop. vel ex *genus*, ſeu γένος. Differt a *familia*, quia *gens* eſt inſtar totius, *familia* inſtar partis, cum gens plures familias complectatur, quæ ab eodem progenitore deſcendunt. Deinde *gens* ad nomen, *familia* ad cognomen refertur. Ex. g. omnes *Cornelii* unius eſſe gentis dicebantur, quia omnes uno appellabantur nomine, ſed diverſarum erant familiarum, quæ cognominum varietate diſtinguebantur. *Gens* enim *Cornelia* dividebatur in *Cinnas*, *Dolabellas*, *Lentulos*, *Scipiones*, *Syllas*. In Republica Rom. duo gentium genera fuere, Patritiorum, & Plebejorum. Initio tamen ſoli Patritii gentem habuerunt, quippe qui ſoli ingenui erant, cum Plebeji vel ſervi, vel filii ſervorum eſſent. Plebeji gentem habere cœperunt, cum patres indicare potuerunt, ideſt ſe ex ingenuis natos eſſe. Ille enim dicitur gentem habere, qui ſe ſe ex ingenuis eſſe natum poteſt oſtendere. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 1. *c.* 7. ¶ Gens item late ſumitur pro aliquo populo, ideſt pro univerſis Civibus alicujus urbis, ut *Gens Larinatium*, *Gens Campanorum*, *Gens Faliſcorum*, & latius pro natione, ideſt, pro pluribus populis alicujus Provinciæ, ut *Gens Hetruſcorum*, *Gens Umbrorum*, & latiſſime pro una ex nationibus majoribus orbis terrarum, ſeu pro populis univerſis alicujus regionis, ut *Gens Gallorum*, *Gens Germanorum*, *Gens Indorum*, &c. Nam conjugium in familiam dilatatum eſt, familia in gentem, gens in civitatem, civitas in provinciam, provincia in regionem. *Plin. de Vir. Illuſtr.* Mithridates Rex Ponti duarum, & viginti gentium ore loquebatur. ¶ *Gens*, & *natio* differre aliquibus videntur, quod *gens* latius, quam *natio* extendatur. Nam *gens* eſt tanquam genus, *natio* ſpecies. Gens enim Itala habet Hetruſcos, Umbros, Picentes, & hujuſmodi. *Cic.* 1. *Offic.* Propior eſt ejuſdem gentis, nationis, linguæ, qua maxime conjunguntur. *Id. de nat. Deor.* Epicurus dicebat, Deum non curare ſingulos homines, nec civitates, nec nationes, nec gentes. ¶ Gens etiam dicitur de brutis, ut de apibus, de piſcibus. *Col. l. 9. c. 9. de apibus.* Inteſtino bello totæ gentes conſumuntur. *Virg. Georg. 3. v. 73. de equis.* Tu modo quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis. ¶ Sine gente eſſe is dicitur, qui ignobilis eſt. *Horat. l. 2. ſat. 5. v.* 15. Qui quamvis perjurus erit, ſine gente, cruentus Sanguine fraterno. ¶ Quandoque gens uſurpatur de uno ex gente. *Virg. 10. Æn. v.* 228. Vigilaſne, Deum gens, Ænea? vigila. *Silius l. 7. v. 35. de Fabio:* Tirynthia gens eſt. ¶ Item de regione. *Nepos Datam. c.* 4. Ut Aſpim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat; quæ gens jacet ſupra Ciliciam, confinis Cappadociæ. *Arnob. l.* 1. Gentes viduatas eſſe ſuis cultoribus, & deſolatas. ¶ *Majorum gentium Patricii* Romæ dicebantur, qui ex gente eorum erant, quos primum Romulus in Patres allegerat: minorum gentium vero, qui ab iis deſcenderent, quos poſtea ex plebe Tarquinius ad Senatum augendum conſcripſerat. *Liv. l. 1. c.* 35. & 47. *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 21. ¶ Hinc & ad Deos translata eſt hæc loquendi formula. V. *Deus*, ¶ Genitivus plur. *gentium* eleganter jungitur aliquibus adverbiis loci. *Cic. 7. Ver. c.* 55. Ubique terrarum, & gentium. *Id. 1. Catil. c.* 4. Ubinam gentium ſumus? *Ter. Adelph.* 4. 2. Nuſquam gentium, &c. ¶ Gentes ab Eccleſiaſticis Scriptoribus, & in vulgata Scripturæ verſione paſſim pro Gentilibus, h. e. iis qui extra Chriſtianam religionem ſunt, uſurpantur. Hinc Arnobii libri *adverſus Gentes* inſcribuntur.

Gentiana, f. 1. *genziana*, herba amara, a Gentio Rege inventore, cujus radix anheloſis medetur. *Plin. l. 25. c.* 7.

Gentĭcus, o. 1. 2. idem, quod gentilis, *nazionale*. *Tac. l.* 3. Quibus more gentico continuum ferri tegimen. Adde 6. *Ann. c.* 33.

Gentīlis, & le, o. 3. *proprio di qualche gente*, ἐθνικὸς, quod eſt gentis alicujus peculiare, & proprium, ut Gentilia tympana. *Suet. de Tib.* Capillo pone occipitium ſubmiſſiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in eo videbatur. ¶ Gentiles, lium, ſubſt. com. 3. *della medeſima gente*, *o famiglia*, מודע, Ger. *de eines geſchlaechtſiſt*, Gal. *de meme race*, *ou maiſon*, Hiſp. *de la meſma familia*, ἐθνικοὶ, qui ſunt ejuſdem gentis. *Cic. in Top. c.* 6. Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem ſunt nomine, ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo ſervitute ſervivit, & qui capite diminuti non ſunt. *Auct. ad Her. l.* 1. Si pater familias inteſtato moritur, familia, pecuniaque ejus agnatorum, gentiliumque eſto. ¶ *Gentiles ab agnatis* differunt, ut gens a familia, quia quemadmodum familia nos propius attingit, quam gens, ſic *agnati* arctiore nobiſcum, quam *gentiles*, neceſſitudine juncti ſunt. Nam agnati ſunt vel ejuſdem familiæ, vel proximæ. Hinc lex 12. Tabul. furioſorum tutelam primum agnatis, deinde gentilibus commiſit, eademque patriſfamilias ab inteſtato mortui pecuniam primum ad agnatos, poſt ad gentiles voluit pervenire. *Cic. 1. de Leg.* Ut homines Deorum agnatione, & gente teneantur. ¶ Interdum Gentiles dicuntur, qui ſunt ejuſdem nominis, etiamſi ex eadem familia non ſint oriundi. *Cic.* 1. *Tuſc.* Fuit enim meo regnante gentili. h. e. Servio Tullio, quia ejuſdem nominis erat. Hinc etiam ſervi dicebantur gentiles dominorum, quoniam dominorum nomine vocabantur. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Singuli Marcipores, Luciporeſve dominorum gentiles omnes victum in promiſcuo habebant. h. eſt pueri Marci, pueri Lucii. ¶ Gentiles denique, al. Pagani, & Ethnici, ab Hebræis vocati ſunt, qui religionem ſequebantur, quæ eſſet inter *gentes*, qua voce in Sacris Libris omnes, excepta Judæa, nationes deſignantur. Solis enim Judææ limitibus vera religio circumſcribebatur. Hinc poſt Evangelii enuntiationem nos quoque Hebræorum ritu Gentiles vocamus omnes, qui de Deo aliter, quam nos, vel Hebræi ſentiunt. *Hieron. epiſt.* 22. & *Epheſ. 5. v.* 20. V. Gens. ¶ Apud Romanos quoque poſterioribus temporibus Gentiles appellati ſunt Barbari, & quicumque Romano Imperio non eſſent ſubjecti. V. in *Cod. Theodoſ. l.* 1. *C. de nupt.* & *Alciat. Parerg. Jur. l.* 1. *c.* 13.

Gentilĭtas, tis, f. 3. *gentilità*, מודעת, Ger. *vervvandtſchafft des geſchaechts*, Gal. *parentè*, *affinitè*, Hiſ. *gentilidad*, *communidad de gente*, ἡ τῶν ἀνδρῶν οἰκειότης, gentilium conjunctio, & neceſſitudo, quæ dicitur de hominibus ingenuis, qui ſunt ejuſdem nominis. Nam ſervorum, aut libertinorum nulla gentilitas erat. *Cic. 1. de Or.* Nonne in ea cauſa fuit Oratoribus de toto ſtirpis, & gentilitatis jure dicendum? ¶ Gentilitas Nobilium olim ſignificabatur imaginibus, hodie gentilitiis inſignibus, quæ *arma* vocant, partim quia armis parta, partim quia armis, clypeo nempe, cui galea ſuperimpoſita, inſcribantur. ¶ Jus gentilitatis erat jus privatum proprium Patritiorum, & Plebejorum, ne Patritii, & Plebeii inter ſe connubia miſcerent, ut agnatis deficientibus furioſorum tutelam ſuſciperent, & patriſfamilias ab inteſtato mortui pecunia potirentur. Habuit originem a Romulo, qui primus auctor fuit duarum gentium, Patritiorum, & Plebejorum. *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 1. c.* 7. Sed anno 311. U. C. M. Genutio, C. Curtio Coſſ. a C. Canulejo Trib. pleb. lex de communicandis connubiis perlata eſt. *Sigon. l. 1. c.* 9. ¶ Interdum accipitur pro ipſis gentilibus, h. e. pro multitudine ipſa vel familiæ, vel gentis, ſive nationis alicujus. *Plin. de Vir. Illuſtr.* Gentilitas ejus Manlii cognomen ejuravit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur. *Plin.*

in Paneg. Sparsas, atque laceras gentilitates colligere. ¶ Translate *Plin. l.* 12. *c.* 13. Cinnamomo proxima gentilitas erat. *h. e.* similitudo, & propinquitas cum amomo, & cardamomo, de quibus ibi agit *Plin.* ¶ Apud Ecclesiæ Scriptores Gentilitas dicitur de iis, qui Christiani non sunt, aut Hebræi. *Prudent. peristeph.* 14. *v.* 1086. Has ferre pœnas cogitur Gentilitas.

Gentiliter, adv. secundum gentis consuetudinem, patrio, & gentili sermone. *Solin. c.* 16. Cretes Dianam *βριθόμῃ* gentiliter nominant. Adde *c.* 33.

Gentilitius, a, um, o. 1. 2. quod est ex gente, aut familia, ut *Gentilitia nomina*, quæ originem gentis, vel familiæ declarant, ut *Porcius*, *Cornelius*; *Gentilitia sacra*, quæ genti alicui, seu familiæ peculiaria erant; *Gentilitium Sacerdotium*, quod ad jus gentis, seu familiæ pertinebat, quod hodie Jus patronatus vocant. *Cic. de Arusp. Resp. c.* 15. Multi sunt etiam in hoc ordine, qui gentilitia sacra factitarint. ¶ Gentilitium hoc i li est, idest, hoc illi a gente sua proprium est. *Plin. l.* 19. *c.* 1. In Serranorum familia gentilitium esse, fœminas linea veste non uti. ¶ Interdum gentilitium latius accipitur pro eo, quod alicui populo, aut nationi est peculiare. *Plin. in epist.* Patlenius Paulus scribit elegos, gentilitium hoc illi, est enim municeps Propertii, atque etiam inter maiores suos Propertium numerat. *Gel. l.* 14. *c.* 1. Vulgus autem, quod gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.

Gentiliter, adv. idem quod gentiliter. *Tertul. de Pal. c.* 3.

Genu, u, n. 4. *ginocchio*, ברך, Ger. *die kuye*, Gal. *gonouil*, His. *rodilla*, *γόνυ*, curvatura illa, qua crus, & femur committuntur, a voce græca ållara. In num. sing. indeclinabile est, in plur. declinatur *genua*, *genuum*, *genibus*, & *genubus*. *Plin. l.* 11. *c.* 45. Hominis genibus religio quædam inest, observatione gentium, hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortassis, quia inest iis vitalitas. Namque in ipsa genu utriusque commissura, dextera, lævaque, a priori parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua pertota, ceu jugulo, spiritus fugit. *Virg.* 5. *Æn.* Genua labant, valtos quatit æger anhelitus artus. ¶ Genua submittere, est flectere. *Plin. l.* 8. *c.* 1. Regem adorant, genua submittunt. ¶ Veteres declinaverunt, *genus*, *ni*, g. m. per 2. dec.. *Lucil. l.* 4. *sat.* apud *Non. c.* 3. *n.* 103. Atque articulis novus ut talutique, genusque. ¶ Legitur etiam *genus*, *generis*, in gen. neu. & 3. declin. in eadem significatione. *Prisc. an. ex Cic. in Arato.* At propter lævum genus omni ex parte locatas parvas Vergilias tenui cum luce videbis.

Genua, Janua, f. 1. *Genova*, inc. *Zena*, Gal. *Gennes*, urbs Liguriæ clarissima, emp. & Resp. perampla, & in modum theatri leniter in collem assurgens, cum portu capaci, e cujus regione excurrit promontorium, cui imposita pharus operis elegantis. Dicta est vel a Jano conditore, vel a Genuo Saturni filio, qui tertur eam condidisse, vel a Genuino Phaethontis socio. Pop. *Genuenses*, & *Genuates*. Gent. *Genuensis*, *je*.

Genualia, ium, n. 3. indumenta genuum. *Ovid.* 10. *Met. v.* 593. Poplitibus fuberant picto genualia limbo.

Genuarius, ii, m. nummus Genuæ excusus, *genuina*. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. *ad fin.* Genuarios a Cæsare per Herodem, talenta Attica L. extorsitis? Ita referunt quidam Lexicographi, & explicat *Manut.* Alii *Jam ne vos a Cæsare per Herodem*, &c.

Genuine, adv. *sinceramente*, *fehiettamente*. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep. penult.* De quo petis, ut ad te, nihil occultans, nihil dissimulans, nihil tibi indulgens, genuine, fraterneque referibam. Al. leg. *germane*.

Genuinus, a, um, o. 1. 2. *nativo*, *domestico*, נאמן, Ger. *natuerlich*, Gal. *naif*, His. *natural*, *γνήσιος*, nativus, ac peculiaris. *Gel. l.* 2. *c.* 2. Tum inter filium magistratum, & patrem privatum publicos honores cessare, genuinos, ac naturales exoriri. *Id. l.* 3. *c.* 3. Genuina Plauti fabula. ¶ Genuini dentes, *σωφρονιστῆρες*, *κραντῆρες*, dentes posteriores, qui in extrema gingiva in homine gignuntur novissimi. Gignuntur enim, teste *Plin. l.* 11. *c.* 57. circiter vigesimum annum, multis etiam circiter octogesimum. Dicti genuini, a *gigno*, vel quod a *genis* dependeant. Sed interdum genuini cum molaribus confunduntur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 54. Eorum adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. ¶ Hinc translate *genuino rodere*, *genuinum in aliquo frangere*, est alicui dicendo detrahere, dictis mordere. *Pers. sat.* 1. *v.* 115. Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Genus, eris, n. 3. *genere*, *lignaggio*, *generazione*, זרע, יחס, Ger. *geschlecht*, Gal. *genre*, *race*, His. *genero*, *linajo*, *γένος*, proprie principium est uniuscujusque generationis, vel ab eo, qui genuit, vel a loco, in quo quis genitus est, ut Oreftes a Tantalo ducit genus, & Plato genere Atheniensis est. Patria enim generationis uniuscujusque principium est, quemadmodum & parentes, ab antiquo *geno*, vel a *γένω*, quod idem significat. *P. in de Vir. Illust.* Pyrrhus Rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. *Cic.* 7. *Ver. c.* 70. Nobili genere natus. *Plaut. Most.* 5. 2. 20. Nati summis generibus. ¶ Sumitur etiam pro multitudine aliquorum, qui ad unum aliquod principium, unde orti sunt, & ad se invicem quadam cognatione referuntur, qua a cæteris rebus distinguuntur, ut *Genus humanum*, vel *genus hominum*, *Genus Romanorum*, &c. *Cic. de Am.* Quod ex infinita societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est, &c. *Id. in Phil.* Virtus est propria Romani generis, atque seminis. ¶ Item pro primo ex universalibus, quod plures species complectitur, ut sunt Animal, quod & hominem, & bestias complectitur; Virtus, quæ virtutes ingenii, & virtutes morum, Arbor, quæ platanum, cupressum, & alias. *Cic. l.* 1. *Invent. c.* 28. Genus est, quod partes aliquas complectitur, ut cupiditas; pars est, quæ tubest generi, ut cupiditati amor, avaritia. ¶ Item pro specie, etiam infima, & pro forma, aut qualitate. *Id. de Amic. cap.* 17. Sunt constantes eligendi amici, cujus generis magna penuria est. *Ter. Eun.* 2. 2. 17. Est genus hominum, qui se primos esse omnium rerum volunt. Sic dicimus genus marmoris, coloris, vitæ, mortis, &c. ¶ Item pro sobole, prole, liberis. *Catul. Epithal. Jul. & Mal. in princ.* Hymen Uraniæ genus. ¶ Item pro natione, seu gente. *Sallust. l.* 1. *hist.* Genus armis ferox, & servitii insolitum. *Flor. l.* 2. *c.* 3. Ligures durum, ac velox genus. ¶ Dicitur & de animantibus. *Lucret. l.* 5. *v.* 860. Genus acre leonum. *Horat. l.* 1. *od.* 2. Piscium & summa genus hæsit ulmo.

Genusus, Genusuus, m. 2. *Vajussa*, fl. Macedoniæ, qui in Mare Jonium influit inter Apolloniam, & Dyrrhachium. *Lucan. l.* 5.

Geographia, f. 1. *descrizione della terra*, Ger. *beschreibung des erdt eichs*, Gal. *Geographie*, His. *Geografia*, *Γεωγραφία*, terræ descriptio, a *γῆ*, *terra*, & *γράφω*, *scribo*. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 4. De Geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam.

Geographicus, a, um, adject. ad geographiam pertinens. *Ammian. l.* 23. *c.* 18. Stylus geographicus. *Id. l.* 31. *c.* 5. Geographica perplexitas.

Geometra, & Geometer, træ, m. 1. vel Geometres, æ, m. 1. terræ mensor, seu divisor, ex *γῆ*, terra, & *μέτρον*, mensura. *Cic.* 4. *Acad.* Quomodo aut Geometres ea cernere potest, quæ aut nulla sunt, aut internosci a fallis non possunt? *Id. ibid.* Geometræ provideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere. *Senec. epist.* 88. Illud tibi geometer potest dicere.

Geometria, f. 1. *Geometria*, Ger. *die kunst das feldt zu messen*, Gal. *Geometrie*, His. *Geometria*, *Γεωμετρία*, terræ mensuratio, vel ars ipsa terram dimetiendi, a *γῆ*, & contracte *γῶ*, *terra*, & *μέτρω*, *metior*. Sed tamen ars hæc non tantum in terra dimetienda usum habet, sed & in aquis, in supramontanis distantiis, atque intervallis, ipsisque corporibus cœlestibus. Causam nomini præbuit, quod a terræ mensuratione ars hæc cœperit. *Cic.* 4. *Acad.* Quid Polyænus, qui magnus Mathematicus fuisse dicitur? is, posteaquam Epicuro assentiens totam Geometriam esse falsam credidit, num illa etiam quæ sciebat, oblitus est? ¶ *Serv. ad* 3. *Ecl.* scripsit, inventam fuisse quodam tempore, cum Nilus plus æquo crescens contudisset terminos possessionum, ad quos innovandos adhibiti sunt Philosophi, qui lineis agros divisserunt. ¶ Apud Græcos summo in honore fuit. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 2.

Geometrica, orum, n. 2. res Geometricæ, ipsa Geometria. *Cic.* 1. *Tusc.* Pusionem quendam Socrates interrogat quædam Geometrica de dimensione quadrati. *Id. ibid. c.* 24. Ut gradatim respondens eo perveniat, quasi Geometrica didicisset.

Geometrice, es, f. 1. idem ac Geometria. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipue Arithmetice, & Geometrice, sine quibus negabat artem percipi posse.

Geometrice, adv. *γεωμετρικῶς*, ex Geometria, more Geometrarum. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Geometrice eruditus.

Geometricus, a, um, o. 2. 2. quod ad Geometriam spectat. *Cic.* 2. *de Div.* Si velim Geometricum quiddam, aut Physicum, aut Dialecticum explicare. *Id.* 4. *Acad. c.* 36. Geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in docendo.

Georgi, m. 2. *Giorgiani*, pop. Asiæ in Iberia, qui & Sarmatiæ attribuuntur, a quibus Iberia, & magna pars Armeniæ *Giorgiana* nominatur. Nomen sortiti sunt ab agricultura, cui uni dediti sunt, idest a *γεωργέω*, *terram colo*, agriculturam exerceo. V. Georgia.

Georgia, f. 1. *la Giorgia*, *Giorgiana*, pars Asiæ latis ampla, inter Pontum Euxinum, & mare Caspium extensa, propriis parens Principibus, aliquando in clientela Persarum. Dividitur in tres partes. Prima est Georgia propria, Iberia antiquis, nunc *Gurgistan*. Altera est Mengrelia, antiquis Colchis, *Mingrelia*. Tertia est Zuiria, antiquis Albania, *la Zuria*. Pop. *Georgi*, qui Christiani sunt pro majore parte in Georgia propria, & in Mengrelia. ¶ Aliqui dicunt, etiam Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam esse, propter memorabilem in ea frumenti copiam.

Georgica, orum, n. 2. libri, in quibus agitur de iis, quæ ad agrorum cultum pertinent, a *γῆ*, *terra*, & *ἔργον*, *opus*. Libri Virgilii quatuor ita inscribuntur.

Georgicus, a, um, o. 1. 2. quod ad agriculturam spectat, quod rusticum est. *Col. l.* 7. *cap.* 5. Sed Georgicum carmen affirmat, nullam esse præstantiorem medicinam. idest Virgilianum.

Geranía, f. 1. *Castuza*, urbs Thraciæ, a *γέρανος*, *grus*, quod inde Pygmæi a gruibus pulsi fuerint. *Solin. c.* 35. ¶ Item mons, & promont. Megaridis regionis Achajæ, inter Megara, & Corinthum, locus olim Atheniensium valde adversus Corinthios munitus. *Thucyd.*

Geranites, m. 1. *γερανίτης λίθος*, genus lapilli, a *γέρανος*, grus. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Geranium, n. 2. *γεράνιον*, herba, a *γέρανος grus*, quia inter ejus folia in cacuminibus capitula sunt gruum. *Plin. l.* 26. *c.* 11.

Geraría, æ, f. quæ gerit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 102. Jampridem quia nihil abstulerit, succenset geratia. Alii leg. *ceraria*, & intelligunt ancillam, quæ cereos ad sacrificia parat: alii *cellaria*, h. e. cellæ custodem.

Gerdius, ii, m. secundum nonnullos textor est; secundum alios bajulus. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 379. Curate, domi sint gerdius, ancillæ, pueri. Habet etiam *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 25.

Gerenía, f. 1. Gerania, Enope, *Pasava*, al. *Sidarisso*, al. *Betania*, opp. Laconicæ, in Peloponneso, Cardamylæ proximum. ¶ Gerenia item, Gerunium, Geryon, *Gerione*, opp. exc. Apuliæ Daunæ, apud Phiternum fl. inter Teanum, & Larinum.

Gerens, entis, o. 3. nom. ex particip. a gero. *Cic. pro Quinct. c.* 19. Sui negotii bene gerens.

Geritio. V. Gerrio, onis.

Germane, adv. *ἀληθῶς*, syncere, & in modum germani fratris. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 14. De quo petis, ut ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil indulgens, germane, fraterneque referibam.

Germani, m. 2. *Tedeschi*, populi Europæ, quorum regio Germania, ita vocati a Romanis Latino vocabulo, quia ipli se mutuo sua lingua tratres vocarent, uti & hodie mos obtinet. Nonnulli tradunt, hoc nomen a Romanis inventum esse, quoniam, cum primum Rhenum devicti Gallis transgressi fuissent, videntes populos & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flavo, forma præterea, & moribus, & vivendi ritu Gallis simillimos, germanos eos, hoc est, fratres Gallorum esse existimaverunt. Ex *Strab. l.* 7. Sunt, qui Germanum dici velint, quali *gar man*, hoc est, plane virum. Antea Teutones appellabantur, a Teutono Deo eorum, quem terra ortum existimabant, sive a Teutono antiquissimo oppido, cujus adhuc tenues supersunt reliquiæ, & nomen etiam hodie servant. Plura V. apud Geographos.

Germania, f. 1. *Germania*, *Alemagna*, regio Europæ, cognomento Magna, ad aliarum Germaniarum differentiam. Antiquitus separata fuit a Gallia Rheno fl. qui in Bor. decurrit, a Rhætia, Vindelicia, & Norico Danubio, qui fluit in Or. a Jazygibus Metanastis, seu ab Hungaria Transdanubiana, montibus, qui Carpatis sunt pars, a Sarmatia, Vistula fl. a Scandinavia, & aliis regionibus ad Sept. Oceano Germanico, & Mari Baltico. Nunc valde diversos habet limites. A Septent. habet Mare Balticum, & Jutiam Meridionalem, ab Or. Hungariam, Prussiam Regiam, & Poloniam sup. & inf, quæ pro majore parte sunt cis Vistulam fl. a Mer. Alpes, & Italiam, ab Occ. Frisiam Occidentalem, Gueldriam, Transilalaniam, & Groningiam, quæ erant in Germania, nunc sunt in Belgio. ¶ Germania Superior, pars Galliæ Belgicæ versus Rhenum fl. ubi nunc Alsatia, Brisgovia, & Palatinatus Inferior. Aliqui addunt Helvetiam. Sed hæc erat in Gallia Lugdunensi. Dividitur a Germania Magna Rheno fl. a Germania inferiore Mosella fl. a reliqua Gallia Jura, & Vogeso M. ad Occ. ¶ Germania Inferior, olim erat pars Galliæ Belgicæ, juxta Rhenum fl. a Mosella, qua a Germania Superiore dividitur, usque ad Oceanum in Arctos porrecta, in qua Ditio Trevirensis, Colonicnsis, Julia, Clivia, Geldria Duc. & Hollandia Com. computantur. Aliis erat versus Rhenum, & Mosam fl. in eo tractu, ubi nunc Ditiones Colonicnsis, Juliacensis, Clivensis, Gueldria, & pars Or. & Bor. Brabantiæ, & Ditionis Leodiensis, non autem Tractus Trevirensis. A recentioribus Germania Inferior proprie dicitur Belgium, vulgo *Paesi Bassi*, inc. *Nederlandt*, & illius pars Sept. *l'Hollanda*, a prov. præcipua, & pars Merid. *la Fiandra* ab una ex provinciis. ¶ Plura de Germania V. apud Geographos. *Horat. Epod.* 16. Nec tera cærulea domuit Germania pube.

Germanicianus, a, um, adject. &

Germanicus, a, um, adject. Ita vocantur a *Suetonio*, qui in Germania militabant. V. *eund. in Tiber. c.* 25. *in Galba c.* 20. & *in Othone c.* 8. Quibus in locis alii pro *germanicus* legunt *germanicus*, & pro *germanicianus*, *germanicanus*.

Ger-

Germanicum mare, seu Oceanus Germanicus, mare Occiduum, quod Germaniam alluit, inter ostia Rheni, & Albis fl. in quo Glessariæ insulæ & Thulæ. Variis nominibus distinguitur, & a variis varie promovetur in Or. & Bor. A quibusdam terminatur ad prom. Schanuvium. In Sept. excurrit ad prom. Boreale *Noort cap*, atque hinc spargitur in oras Norvegicam, & Anglicam.

Germanicus, a, um, adject. ad Germaniam pertinens, ut ab Italia Italicus, Hispanicus ab Hispania. *Ovid. ad Liv.* Signa Germanica. *Cic. Att. l.* 1. Negotiator Germanicus. ¶ Germanicum mare, seu Oceanus Germanicus, qui Germaniam alluit, inter ostia Rheni, & Albis fl. ¶ Germanici cognominati sunt multi Romani Imperatores, quod Germanos populos debellassent.

Germanitas, atis, f. 3. *fratellanza*, אחות, Ger. *freund schafft*, Gal. *fraternité*, Hisp. *hermandad*, ἀδελφότης, conjunctio, & vinculum necessitudinis inter fratres, vel quale solet esse inter fratres. *Cic. pro Lig. c.* 11. Moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas.

Germanitus, adv. germane. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 381. Amicus gaudet, si quid ei boni evenit, cui amicus est germanitus.

Germānus, o. 1. 2. *fratello*, אח, Ger. *bruder*, Gal. *frere*, His. *hermano*, αὐτοκασίγνητος, frater, tum qui eodem patre, eademque matre natus est, tum qui ex eodem quidem patre, sed matre diversa, vel contra. *Cic.* 2. *Fin.* Et L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. *Id. pro Font.* Cum præsertim virgo germana fratrem complexa teneat. ¶ Sæpe frater, vel soror additur. *Cic. in Ver.* Dixit C. Fannius frater germanus Q. Titinii. *Id.* 1. *de Div.* Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Adde *Nepot. in Præfat.* ¶ Translate sumitur pro mero, vero, syncero. *Cic. in Or.* Hanc ego judico formam submissi Oratoris, sed magni tamen, & germani Attici. *Id.* 3. *Off.* Nos veri juris, germanæque justitiæ solidam, & expressam effigiem nullam tenemus. *Id.* 4. *Acad. c.* 43. Erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus. ¶ Germanus etiam dicitur, qui ex Germania est. *Tac. de Germ. c.* 2. *& alibi.* V. Germani.

Germen, inis, n. 3. *germe, germoglio*, צמח, Ger. *zweig*, Gal. *germe*, Hisp. *renuevo*, βλαστός, quod e semine pullulat, atque allurgit; item illud in semine, cui vis ineft genitalis, unde quid pullulare incipit, a *gemendo*, quasi *genimen*. Antique enim *n*, & *r* sæpe commutabantur. Item quod ex arborum oculis nascitur, surculus præsignans. *Virg.* 3. *Georg.* Huc aliena ex arbore germen includunt. *Plin. l.* 7. *c.* 15. Germina hortorum exuruntur. ¶ Accipitur & pro origine. *Prudent. hymn.* 10. *cathem. v.* 24. *de anima*: Quæ germen ab æthere traxit.

Germinatĭo, f. 3. *il germogliare*, βλάστησις, pullulatio. *Plin. l.* 16. *c.* 25. Tardius aliqua, & diutius gravida partus gerunt, quod germinatio ideo vocatur. *Col. l.* 4. *c.* 24. Palmes, quem mox in germinatione citaverit, imbecillis erit. ¶ Item ipsa planta germinans. *Plin.* 17. 17.

Germinatus, us, m. 4. idem ac germinatio. *Plin. l.* 15. *c.* 8. Oleam, si capra depaverit primo germinatu, sterilescere, auctor est Marcus Varro.

Germĭno, as, n. 1. *germogliare*, צמח, Germ. *vvachsen*, Gal. *germer*, Hisp. *brotar*, βλαστάνω, germen emitto, pullulo. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Germinare pennas, *far le penne*.

Gero, ris, gessi, gestum, a. 3. fero, administro, tracto, facio, *portare, avere il carico, fare*, etc. נשא, Ger. *tragen*, Gal. *porter*, His. *traer*, φέρω, πράττω, proprie significat portare. *Nepos Datam. c.* 2. Gerens in capite galeam venatoriam, dextera manu clavam. ¶ Sæpissime sumitur pro agere, administrare, ut Gerere Remp. gerere bellum. *Virg.* 7. *Æn.* Bella manu, lethumque gero. *Cic. pro Rosc. Amer.* Cum solus Remp. gereret, orbemque terrarum gubernaret. *Id.* 4. *Fin.* Consuetudo magnificentissime, atque optime gesseris. ¶ Cum accusativo reciproco significat vivere, hoc, aut illo modo se habere, *diportarsi*. *Cic. de Amic.* Qui ita se gerunt, ut eorum probetur fides. *Id.* 1. *Off. c.* 26. Quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus. *Id. pro Arch. c.* 5. Gerere se pro cive. ¶ Interdum significat exercere. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 30. Pueri inter se quam pro levibus noxis iras gerunt! *Cic. Fam.* 3. *ep.* 8. De amicitia gerenda præclarissime scripti libri. *Id. Div. Ver. c.* 21. Gerere inimicitias cum aliquo. ¶ Item agere, repræsentare, exhibere. *Cic.* 1. *Off.* Est proprium Magistratus intelligere, se gerere personam civitatis. *Claud. de* 4. *Cons. Honor. v.* 294. Tu civem, patremque geras. *Sen. Troad. v.* 713. Excidat Hector: gere captivum. ¶ Gerere morem alicui, est obsequi, *obbedire*. *Cic.* 1. *Tusc.* Geram tibi morem. *Plaut. Cist.* 1. 1. 86. Obsecuta est, de ea re gessit morem mihi. ¶ Gerere rem, *attendere a' fatti suoi*. *Plaut. Pers.* 4. 3. 34. Ego valeo recte, & rem gero, & facio lucrum. ¶ Bene, vel male rem gerere, *far bene, o male i fatti suoi*, adversa, vel prospera in negotiis fortuna uti. *Hor. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 37. Male re gesta cum vellem mittere operto me capite in flumen. *Cic. Curioni l.* 2. *Fam.* Feliciter, & ex sententia rem gerere. ¶ *Gerere bellum cum aliquo*, h. e. contra aliquem. *Cic. Att.* Ut se duce bellum geratur cum Antonio. Adde *l.* 1. *de Div. c.* 46. ¶ *Gerere bellum cum aliquo*, h. e. simul cum aliquo, *Nepos in Chabr. c.* 3. Quod Chabrias adversus regem bellum gereret cum Ægyptiis. ¶ Habet præterea varios usus. *Virg. Æn.* 2. Et nos aliquod nomenque decusque gessimus. *h. e.* habuimus. Sic gerere animum muliebrem, gerere fidem fluxam, gerere mentem injuratam, &c. *Plaut. Cic. & al.* ¶ Gerere tempus, pro agere. *Sueton. Domitian. c.* 1. Adolescentiæ tempus tanta inopia gessisse fertur, ut &c. ¶ Res gerendæ. i. e. ipsa negotia, *negozi, faccende*. *Cic. de senect. c.* 6. A rebus gerendis senectus abstrahit? ¶ Quid inter se differant *agere, facere*, & *gerere*, docet *Var. l.* 5. *L. L.* his verbis: Potest aliquis facere, & non agere; ut porta facit fabulam, & non agit; contra actor agit, & non facit; contra Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, sed gerit, ideft sustinet: translatum ab iis, qui onera gerunt. Hæc *Varro*. Vide etiam *l.* 18. *ff. de V. S.*

Gero, onis, m. qui gerit, bajulus. *Plaut. Truc.* 2. 7. 1. more comico hanc vocem cum *foras* composuit, inquiens: Ite damnigeruli foragerones, h. e. bona domo exportantes.

Gerontodidascălus, i, m. *maestro de' vecchi*, γεροντοδιδάσκαλος, præceptor senum: vox Græca a γέρων, senex, & διδάσκαλος, doctor, qua unam e Satyris suis *Varro* inscripsit.

Gerontotrophium, ii, n. γεροντοτροφεῖον, locus in quo pauperes aluntur senes, *ospitale da vecchi*. *Cod. Justinian. l.* 1. *tit.* 2. *qui est de sacrof. Eccles. leg.* 16.

Gerræ, arum, f. 1. γέρρα, crates vimineæ, scuta Persica e viminibus texta, a voce græca allata. *Fest.* ¶ Translate gerræ dicuntur nugæ, nugamenta, res frivolæ, *ciancie*, Ger. *fabeln*, Gal. *cajolleries*, *badineries*, Hisp. *ninerias*, λῆροι. Origo hæc a *Festo* narratur. Gerrones, inquit, leves, & inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis sunt usi, quas Græci γέρρα appellant. *Plaut. Pœn.* Tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, gerræ germanæ. h. e. meræ nugæ. *Auson. ad Symmach.* Misi itaque ad te frivola gerris Siculis vannora. ¶ Item gerræ usurpantur pro gerronibus, seu congerronibus. *Plaut. Asin.* 3. 3. 10. Gerræ, qui se se parere apparent hujus legibus.

Gerres, ium, m. 3. pisces salsi, ac inveterati, & nullius pretii. *Plin. l.* 32. *c.* 11. *Martial. l.* 12. *epigr.* 32. Fuisse gerres, aut inutiles mænas, Odor impudicus urcei fatebatur.

Gerro, onis, m. nugator apud *Fest.* V. Gerræ. *Terent. Hecyr.* 5. 4. 10. Gerro, iners, fraus, helluo. Adde *Plaut. Most.* 3. 2. 33.

Gerŭla, æ, f. gestatrix, nutrix puerorum. *Tertul. de Anim. c.* 19. & *adverf. Jud. c.* 9.

Gerulifigŭlus, i, vox ficta a *Plaut. Bacch.* 3. 1. 14. Affines tuos fecisti gerulifigulos flagitii. h. e. docentes, & patrantes flagitia.

Gerŭlo, onis, m. 3. idem ac gerulus. V. Gerulus, i.

Gerŭlus, a, um, adject. portans. *Solin. c.* 1. Navis gerula sacrorum. *Id. c.* 20. Cornua potuum gerula.

Gerŭlus, li, m. 2. *facchino, portatore*, φορεύς, portator, qui fert aliquod onus, & fere pro bajulo accipitur, ideft, pro eo, qui mercedis gratia onera ferre consuevit. *Suet. in Calig.* Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octava exigebatur. *Apul. l.* 3. *Milef. sub fin.* Gestaminum modus numerum gerulorum excedit. *Elmenhorst.* legit *gerulonum*. ¶ Gerulus etiam dicitur, qui aliquid efficit, ut notat *Scalig. ad Fest.* Hinc *vet. Gloss.* Gerulus, ὁ πράττων, ὁ πρακτήρ.

Gerundĭum, ii, n. modus verborum sub una voce activum, & passivum sensum gerens. V. *Grammat.*

Gerusĭa, f. 1. *Senato*, γερουσία, Senatus, conventus senum, a γερούσιος, *ad senes pertinens*, quod a γέρων, *senex*. *Plin. l.* 35. *c.* 14. Sic extruxere domum Regiam Attali Trallibus, & item Sardibus Crœsi, quam Gerusiam fecere. Adde *Vitruv. l.* 2. *c.* 8.

Geryon, onis, m. 3. vel Geryones, æ, m. 1. vel Geryoneus, i, m. 2. γηρυών, γηρυόνης, γηρυονεύς, Rex Hispaniæ, a γῆρυς, *vox*, quod eloquentia præstiterit. Fabulantur, Geryonem pastorem tricorpo em fuisse. Origo fabulæ inde fuit, quod tres fratres tantæ concordiæ extitere, ut uno animo omnes regi viderentur. *Justin. l.* 44. Alii dicunt, tricorporem fictum fuisse ob triplex Regnum, quod præruerit tribus insulis, quæ adjacent Hispaniæ, Balearicæ majori, & minori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem habuisse canem, quia & terreftri, & navali certamine plurimum potuit. In illis insulis, in quibus Geryon regnavit, tanta pabuli lætitia est, ut, nisi abstinentia interpellata fagina fuerit, pecora rumpantur. Inde armenta Geryonis, quæ illis temporibus solæ opes habebantur, tantæ tamæ fuere, ut Herculem ex Asia prædæ magnitudine illexerint. Non igitur Geryon, & fratres bellum Herculi sua sponte intulerunt, sed, cum armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetierunt. Ab Hercule victi sunt. *Justin. loc. cit. Virg.* 8. *Æn.* Tergemini nece Geryonæ. *Lucr. lib.* 5. *vers.* 28. Quidve tripectora tergemini vis Geryonai? Quo in loco *Geryonai* antiquus est genitivus primæ declinationis, per divisionem diphthongi factus.

Geryonacĕus, o. 1. 2. γηρυόνιος, quod ad Geryonem spectat. *Plaut. Aul.* 3. 6. 18. Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos cum senis manibus, genere Geryonaceo.

Geryonēus, a, um, adject. idem quod Geryonaceus, ut Geryonea cædes. *Apul. l.* 2. *A. A. ad fin.*

Geserota, æ, f. navigii speculatorii genus, a Brutiis inventum, quod quidam idem putant ac *prosumia*. *Gel. l.* 10. *c.* 25.

Gesta, orum, n. res gestæ, facinora, acta, *fatti, imprese, azioni*, πράγματα. *Nepos* 14. *c.* 1. Obscuriora sunt ejus gesta pleraque. ¶ Quidam inter *acta*, & *gesta* hanc statuunt differentiam, ut gesta sint publici hominis, acta privati. Promiscue tamen usurpantur.

Gestabĭlis, le, adject. qui gestari potest. Est *Cassiod. l.* 1. *epist.* 45.

Gestāmen, inis, n. 3. *portamento*, נטל, Germ. *buerdo, buentel*, Gal. *faix, portee*, His. *lo que se trae*, φόρημα, quicquid geritur, ut vestes, arma, sceptrum. *Virg.* 3. *Æn. v.* 286. Clypeum magni gestamen Abantis.

Gestatĭo, onis, f. 3. *il portare*, נשא, Germ. *tragung*, Gal. *portement*, His. *llevamiento*, φορά, vectio, portatio. *Celf. l.* 2. *c.* 14. Gestatio etiam longis, & jam inclinatis morbis aptissima est. ¶ Gestatio item erat locus arboribus densis opacus, & per quem a succollantibus servis valetudinis, aut voluptatis causa gestabantur, ea forma, qua cœnatio dicta est locus, ubi cœna capiebatur, ambulatio, locus, ubi deambulabatur. *Plin. in ep. lib.* 5. Ab his gestatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humilesque, ac retentas manu arbusculas circumit.

Gestātor, oris, m. qui gestat. *Plin. lib.* 9. *ep.* 33. Delphinus gestator, & collusor puerorum.

Gestatorĭum, ii, n. 2. *lettica*, Ger. *ein seffte*, Gal. *lettiere*, His. *litera*, φορεῖον, lectica, sella, carruca, & omne id, in quo gestamur. *Suet. de Claud. c.* 33. Solitus etiam in gestatorio ludere. Verum alii legunt *in gestatione*.

Gestatorĭus, a, um, o. 1. 2. id, in quo aliquid geritur. *Suet. in Ner. c.* 26. Gestatoria sella delatus in theatrum.

Gestātrix, icis, f. 3. quæ gestat. *Valer. Flac. l.* 4. *v.* 605. Divaque Gorgonei gestatrix innuba monstri.

Gestātus, us, m. 4. idem ac gestatio. *Plin. l.* 15. *c.* 25. Adeo teneris, ut gestatum non tolerent.

Gesticularĭa, æ, f. 1. ὀρχήστρια, mima, vel gesticulatrix, quæ scilicet corporis gesticulatione populum oblectat. *Gel. l.* 1. *cap.* 5. Non jam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam, Dionysiamque.

Gesticularĭus, ii, m. gesticulator, mimus. *Ammian. l.* 24. *cap.* 6. Mutum puerum oblatum suscepit sibi gesticularium, multa quæ callebat, nutibus venustissimis explicantem.

Gesticulatĭo, onis, f. 3. ὄρχημα, μίμησις, gesticulandi actus. *Sueton. Tiber. c.* 68. Nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. Adde *Apul. l.* 10. *A. A.*

Gesticulātor, oris, m. 3. *chi giuoca di mano, o di persona*, μίμος, χαρακτήρ, qui corporis gestu populum oblectat. *Colum. in Præf. l.* 1. Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissime requirant saltationis, aut musicæ artis studiosi.

Gesticulatus, a, um, adject. mimicus. *Solin. c.* 27. (al. 40.) Gesticulatis motibus inquietum.

Gesticŭlor, aris, d. 1. *atteggiare, giocolare*, Ger. *gauckelen*, Gal. *folatrer, jouer, de gobelets*, Hisp. *hazer gestos*, χαροποιέω, gestum facio. *Suet. in Ner.* Jocularia in defectionis duces carmina, lasciveque modulata etiam gesticulatus est. ideft ad eorum numeros saltavit.

Gesticŭlus, i, m. gestus, gesticulatio. *Tertul. Apol. c.* 10. Digitorum suppurarii gesticuli.

Gestĭo, is, ivi, itum, n. 4. *rallegrarsi, far festa*, עלז, Ger. *frolochen*, Gal. *treffaillir de joye*, His. *dar brincos de contento*, γαυριάω, est lætitiam præ se ferre, vel lætitiam animi aliquo corporis motu, & signo indicare, a gestus. *Cic.* 1. *Fin.* Quorum alter lætitia gestit, alter dolore cruciatur. ¶ Interdum est vehementer cupere, & gestibus cupiditatem præ se ferre. *Cic. pro Marc.* Parietes huius curiæ tibi gratias agere gestiunt. *Id. ad Att.* Gestio scire omnia. *Plaut. Amph.* 1. 1. 167. Gestiunt pugni mihi. h. e. cupiunt verberare.

Gestĭo, onis, f. *amministrazione*, Ger. *ein handlung*, Gal. *administration*, Hisp. *administracion*, διοίκησις, curatio, & administratio. *Cicer.* 1. *de*

Inv. Partim in negocii gestione considerantur. Adde *Ulp. l.* 14. *Dig. de R. lig.* &c. ubi quidam legebant *geristio*.

Gestito, as, a. t. freq. a gesto. *Plaut. in Cist.* 4. 3. 84. & 85. Mea hæc herilis gestitavit, non tua.

Gesto, as, a. 1. *portare*, נטל, Germ. *tragen*, Gal. *porter*, Hisp. *llevar*, φέρω, sæpe, vel continue, vel assidue gero. *Cic. in Ant.* Caput gestari jussit in pilo. *Ter. Adelph.* Hiccine non gestandus in sinu est? h. e. vehementer amandus. ¶ Passiva significatione legitur apud *Suet. Domit. c.* 11. Aretinum Clementem in eadem, vel etiam in majore gratia habuit, quoad novissime simul gestanti, inquit &c.

Gestor, oris, m. 3. qui gerit. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 14. Omnes pendeant, gestores linguis, auditores auribus.

Gestuōsus, a, um, o. 1. 2. ὑποκριτικός, qui multos gestus veluti mimus facit. *Gel. l.* 1. *c.* 5. Gestuosas Hortensii manus, & argutas.

Gesturio, is, n. 4. valde gestio, appeto. *Ammian. l.* 16. *c.* 12. Gesturientes barritum ciere vel maximum. Plerique tamen leg. *gestu terrentes*.

Gestus, a, um, o. 1. 2. πεπραγμένος, partic. a gero, *factus, operatus. Cic. pro L. Man.* Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere.

Gestus, us, m. 4. *gesta*, מגמה, Ger. *die geberde*, Gal. *geste*, Hisp. *gesto*, ὑπόκρισις, est actio quædam, & quasi pronuntiatio corporis, a sup. *gestum* verb. *gero*, quia eo indicatur, quid geratur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* In corporum etiam motione, atque gestu multa cernunt subtilius. ¶ *Gestum agere*, est certis quibusdam corporis motibus uti vel ad lætitiam, vel ad alios quoslibet animi affectus, impetusve designandos. *Cic. pro Quinct. c.* 24. Miror eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum, inspectante Roscio.

Getæ, m. 1. Daci, Gothi, *Moldavi*, al. *Vvalacher*, popu. Daciæ, in Scythiæ confinio. Thucyd. illos Æmi M. in Mysia inf. incolas facit. Nominativus singularis est *Geta*, vel *Getes*. *Ovid. l.* 2. *Pont. el.* 7. *v.* 31. Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. *Id. ibid. l.* 4. *el.* 2. Esset, crede mihi, factus & ipse Getes.

Gethyum, yi n. *scalogna*, γήθυον, cæpe condimentarium, pene sine capite, cervicis tantum longæ, & ideo totum in fronde, sæpiusque resecantur, ut porrum. Latini pallacanam vocant. Hæc *Plin. l.* 19. *c.* 6.

Getice, adverb. Getarum more, vel lingua. *Ovid.* 5. *Trist. el.* 12. *v.* 58. Jam didici Getice, Sarmaticeque loqui.

Geticus, a, um, adject. ad Getas pertinens. *Virg.* 3. *Æn. v.* 35. Geticis qui præsidet arvis.

Getūli. V. Gætuli.

G A N T E I.

Gibba, æ, f. tumor dorsi, aut pectoris, *gobba*, κύφωσις. *Sueton. Domit. cap. ult.* Ferunt somniasse, gibbam sibi, pone cervicem, auream enatam. *Ammian. l.* 23. *c.* 4. Prominere in gibbas.

Gibber, eri, m. 2. idem quod gibba. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 5. Gibberi spina leviter remissa. ¶ Invenitur etiam Gibber, eris. *Plin. l.* 34. *c.* 2. Clesippus fullo, gibbere præterea, & alio fœdus aspectu.

Gibber, a, um, adject. &

Gibberōsus, a, um, adject. gibbus, *gobbo*, κυφός, κυρτός, cui flexa spina tumorem in dorso creavit. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 9. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ. *Sueton. de Illust. Grammat. c.* 9. Gibberosos se de Sole in umbram transferre, respondit.

Gibbus, bi, m. *tumore*, tumor in aliqua corporis parte. *Juven. sat.* 6. *v.* 109. Mediisque in naribus ingens gibbus.

Gibbus, a, um, o. 1. 2. *gobbo*, גבן, Germ. *gebogen*, Gall. *bossu*, Hisp. *corcovado*, κυφός, incurvus, inflexus, a κύπτω, pronum esse, propendere. ¶ Translate sumitur pro convexo. *Cels. l.* 8. *c.* 1. Igitur calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, utrinque lævis.

Gigantēus, a, um, o. 1. 2. γιγάντειος, quod ad gigantem spectat. *Ovid.* 2. *Trist. v.* 71. Cumque gigantei memorantur prælia belli.

Gigantomachia, æ, f. *guerra de' Giganti*, bellum Gigantum, γιγαντομαχία. Ita inscribitur *Claudiani* carmen, in quo describitur pugna Gigantum cum Diis.

Gigas, antis, m. 3. *gigante*, נפיל, Ger. *held*, Gal. *geant*, Hisp. *gigante*, γίγας, homo excelsissimæ staturæ, quasi γηγενής, terrigena, a γίνομαι, fio, & Dorico γᾶ pro γῆ, terra, quod Gigantes e terra nati sint. In Fabulis est, Gigantes ex Titanum sanguine & ex Terra genitos fuisse, excellissima statura, draconum pedibus, in Deorum perniciem, ut scil. Superis bellum inferrent, Jovemque de Cœli possessione dejicerent, eos Olympo monti Ossam, Ossæ Pelium imposuisse, & cum Jove certavisse, a Jove fulminibus ei a Vulcano factis percussos esse, & interfectos, ex his Typhœum omnium maximum fulmine dejectum sub Ætna Siciliæ M. jacere, ejusque partem superiorem inferiore extincta adhuc vivere, ignemque illum perpetuum ex ira, & furore efflare. Alii hoc bellum aliter narrant, Gigantes non ante bellum cum Diis suscepisse, quam Ægle uxor Panis pulcherrima mulier in eorum specu a matre abdita esset, Deos a Gigantibus in Ægyptum usque mutata specie esse fugatos, ab Oraculis Jovi responsum esse, victorem fore, si clypeum imagine Ægles, caput forma Gorgonis Medusæ tegeret, id cum fecisset, coram Pallade Gigantes victos, & ad interam terræ sedem detrusos fuisse. Sed id de uno Typhœo a Poetis fictum videtur, Typhœum ex imis terræ sedibus emissum, secundo fortasse bello, Diis metum fecisse, adeo, ut in Ægyptum usque fugerent, Gigantem eo quoque venisse, cum Dii in convivio epularentur, Deos se se mentitis figuris celavisse, Jovem forma arietis, al. aquilæ, Apollinem corvi, Bacchum capri, Dianam felis, Junonem vaccæ albæ, Venerem piscis, al. anguillæ, Mercurium ibidis, Cybelem merulæ, Panem se in fluvium projecisse, suique inferiorem partem in piscem, superiorem in caprum vertisse. *Ov.* 1. *Fast.* & 5. *Met. Cic. de Senec. c.* 2. Nunquid est aliud gigantum more bellare cum Diis, nisi naturæ repugnare? *Macr. l.* 1. *Satur. c.* 20. Gigantes quid aliud fuisse credendum est quam hominum quandam impiam gentem Deos negantem, & ideo existimatam, Deos pellere de cœlesti sede voluisse? V. *totum illud cap.*

Gigeria, orum, n. 2. teste *Nonio c.* 2. *n.* 309. intestina tum gallinarum, & quæ cum his coquuntur. *Lucil. l.* 8. Gigeria sunt fine allio.

Gignentia, ium, n. ea quæ oriuntur e terra, & ex se alia gignunt, ut, herbæ, arbores, &c. τὰ φύσιμα, τὰ φυτά. *Sallust. in Jug. c.* 79. Loca nuda gignentium. *Id. ibid. c.* 93. Ilex aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert.

Gigno, is, genui, genitum, a. 3. *generare*, ילד, Germ. *gebaeren*, Gal. *engendrer*, Hisp. *engendrar*, γεννάω, genero, procreo, ab antiquo *geno*. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 45. Poppæa ex Rufo Crispino filium genuerat. *Cic. l.* 1. *Offic. c.* 7. Quæ in terris gignuntur, ad usus hominum omnia creari. *Plin. l.* 10. *c.* 52. Et quadrupedes ova gignunt. ¶ Gigni pedibus, est nascendo pedes primum proferre. *Plin. l.* 7. *c.* 8. Neronem quoque pedibus genitum, parens ejus scribit Agrippina. ¶ Translate *Cic. de Univ. c.* 8. Animum ex sua mente, & divinitate genuit Deus. *Auct. ad Heren. l.* 4. Novas præceptiones gignere.

Gilvus, o. 1. 2. *cinerizio*, κιρρὸς ποσότητος, quod est coloris cinericei, qualis est in asinis, ab Æolico κιρρός pro κιρρός, *gilvus. Isid. l.* 12. *Orig. c.* 1. & *Serv. in* 3. *Georg.* dicunt, gilvum esse colorem inclinum subalbidum, seu medium inter album, & rufum. *melato. Virg.* 3. *Georg. v.* 83. Color deterrimus albis, & gilvo. ¶ Vinum gilvum, *vin chiaretto. Gel. l.* 13. *c. ult.*

Gingeriātor. V. Gingrinator.

Gingĭber. V. Zingiber.

Gingīva, æ, f. *gengiva*, Ger. *das zanfleisch*, Gal. *gengive*, Hisp. *encia*, ὄνυλον, pars oris, cui dentes inhærent, a *gigno*, ideſt a gignendis dentibus. *Juv. Sat.* 10. *v.* 200. Frangendus misero gingiva panis inermi.

Gingivŭla, f. 1. dim. a gingiva. *Apol. in Apol.* Magiæ complanatorem tumidæ gingivulæ.

Gingrina, æ, f. genus quoddam tibiarum exiguarum, a gingritu anserum. *Fest. Solin. c.* 5. de Sicilia, in variis generibus tibiarum numerat *gingrinas, quæ breviores licet, subtilioribus tamen modis infonant*. Ubi nonnulli *gingrinas* adjective accipiunt, ut subintelligatur *fistulas*.

Gingrinātor, m. 3. tibicen, a gingrina. *Fest.* In quibusdam codicibus est *gingeriator*, in aliis *girenator*, in aliis *gizeriator*.

Gingrinus, a, um, adject. stridulus, V. *Gingrina*.

Gingrĭo, is, n. 4. *far la voce dell' oca*. Est vociferari proprium anserum. *Fest.*

Gingrītor, m. 3. tibicen, a gingrio. *Fest. ex emend. Salmas.*

Gingrītus, us, m. 4. cantus anserum. *Arnob. l.* 6. In anserum ponere, & collocare gingritibus.

Gingŭnum, n. 2. Gingunus, *Monte Cerugnone*, seu *Monte Cenagnone*, mons parvus Umbriæ, cum vico cogn. in ditione Pontificia.

Ginnus. V. Hinnus.

Gith, n. *git*, *gittaione*, *gitterone*, μελάνθιον, genus seminis, quod vulgo nigellam Romanam appellant. Ruellius credit esse semen illud, quod rustici in Gallia sua lingua vocant *poiuretum*, quasi minutum piper, eo quod tenuiores hoc semine cibos condire soleant vice piperis. *Plin. l.* 20. *c.* 17. Gith ex Græcis alii melanthion, alii melaspermon vocant. *Col. l.* 7. Interdum fastidio ciborum languescit pecus, ejus remedium genus seminis, quod gith appellatur. *Plaut. Rud.* 5. 2. 39. Is calet tibi: num gith frigidefactas? Quæ proverbialis locutio est. Ex gith enim calidum pulmentum conficiebant, quod in ore trigefaciebant, ne edendo guttur ureret. Dicitur itaque de iis, qui trepide, & summis duntaxat labiis loquuntur, & parce promittunt, quod perinde os contrahere solent, ac si injectam calidam offam bucca retrigerare velint.

G A N T E L.

Glabelle, f. 1. μεσόφρυον, interstitium supercilia supra nasum disterminans, quia fine pilis esse consuevit. *Capella l.* 2. Ubi pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas.

Glabellus, a, um, adject. diminut. a glaber, *liscietto. Apul. l.* 5. *A.* Corpus glabellum. Et *l.* 1. *Florid.* Apollo intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus.

Glaber, ra, rum, o. 1. 2. *liscio*, קלח, Ger. *kaal*, Gal. *sans poil*, Hisp. *lampino*, ψιλός, λεῖος, φαλακρός, quod est lævc, & sine pilis, a *glubo*, ut *faber* a *facio*. *Var. de re rust. c.* 2. *l.* 2. Si quem glabrum facere velis. *Plaut. Aul.* 2. 9. 6. Tu istum gallum glabriorem reddes mihi, quam Volscus Ludius. Quem locum explicans *Nonius de Doctorum Indagine*, Legitur (inquit) quod Ludii præfulis pueri essent glabri, ac depiles propter ætatem, quos antiqui Ludios appellabant.

Glabraria, æ, f. ovis tonsa. Translate de fœmina dicitur a *Mart. l.* 4. *ep.* 28. Væ glabraria, ve tibi misella: Nudam te statuet tuus Lupercus.

Glabrarius, ii, m. &

Glabrātor, oris, m. Glabratores, seu Glabrarii erant servi inter officia domus Augustæ, qui pice, & psilothro lævigabant corpora. V. *Scalig. ad Manil. l.* 5. *v.* 151.

Glabrĕo, es, n. 2. *esser pelato*, קלח, Ger. *glatt seyn*, Gal. *être sans poil*, Hisp. *ser sin pelos*, φαλακρόομαι, glaber sum, & depilis. Transfertur ad terram, quæ glabrere dicitur, ubi satis, stirpibusque nuda est. *Col. l.* 2. *c.* 9. Et locis glabrentibus sine ulla stirpe seminum areas reddit.

Glabresco, is, n. 3. ψιλόομαι, glaber, hoc est, sine pilis, aut capillis, aut plumis fio. Translate Glabrescere dicitur area, cum herbis attritis, vel evulsis complanatur. *Col. l.* 2. *c.* 20. Atque ita glabrescit, & fit idonea seminibus area.

Glabrēta, orum, n. 2. φαλάκρα, loca satis, stirpibusque nuda, quæ & calveta a nonnullis appellantur, in quibus scilic. propter noxium aliquem humorem nihil gignitur. *Col. l.* 2. *c.* 9. Ea glabreta signis adhibitis notari convenit.

Glabriōnes, um, m. Aciliorum familiæ R. cognomen fuit, ab habitu corporis uni alicui impositum, quod depilis esset, & ab eo ad suos posteros propagatum. Glabri enim depiles dicuntur.

Glabrĭtas, atis, f. lævitas cutis, vel alterius rei. *Arnob. l.* 3. Calvitiis, & glabritatibus rasi.

Glabro, as, a. 1. *pelare*, ψιλόω, pilos aufero. *Col. l.* 12. *c.* 53. Et vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glaciālis, le, o. 3. *di ghiaccio*, Germ. *eisechlig*, Gallic. *glacé*, *de glace*, Hisp. *de yelo*, κρυμώδης, quod in glaciem astringi solet. *Juv. Sat.* 2. Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum.

Glaciātus, a, um, o. 1. 2. partic. a glacior. *Plin. l.* 14. *c.* 21. Glaciatæ moles prodigii modo. ¶ Caseus glaciatus, ideſt, coagulatus, & concretus. *Col. l.* 7. *c.* 8. Nec dubium, quin fisci ramulis glaciatus caseus jucundissime sapiat.

Glacies, ei, f. 5. *ghiaccio*, קרח, Ger. *eiss*, Gal. *glace*, Hisp. *yelo*, κρύσταλλος, aqua concreta gelu, quasi gelacies. *Plin. l.* 5. *c.* 18. Aure ad glaciem apposita. *Virg.* 10. *Ecl.* Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. ¶ In pluali nu. *crustas glacierum* dixit *Sidon. l.* 4. *ep.* 6. *ad fin.*

Glacio, as, a, 1. *agghiacciare*, Ger. *zu eiss machen*, Gal. *glacer*, Hisp. *elar*, πηγνύω, in glaciem converto. *Hor. car. l.* 3. *od.* 10. Et positas ut glaciet nives puro numine Jupiter. *Plin. l.* 8. *c.* 38. Humor glaciatur in gemmas.

Glacĭto, n. 1. idem ac gingrio, proprium vocis anserum. *Auctor Philom. v.* 19. Hinc glacitat improbus anser. Alii al. leg.

Gladiatōres, m. *schermitori*, μονομάχοι, servi erant, quos lanistæ armorum artem edocebant, ut postea populi delectandi causa in arena depugnarent. *Cic. pro Rosc. Am. c.* 6. Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, hic autem nuper se ad lanistam contulit. ¶ De gladiatorum origine, ac causa *Jul. Cap.* Multi dicunt apud veteres hanc devotionem contra hostes factam, ut civium sanguine litato, specie pugnarum fortunam satiarent: alii hoc litteris tradunt, quod verisimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & terrum, & nudos inter se coeuntes, ne in bello armatos hostes timerent, aut vulnera, & sanguinem perhorrescerent. Hinc mos tractus videtur, ut Imperatores ad bellum proficiscentes munus darent gladiatorium. ¶ Ablat. plur. *Gladiatoribus*, idem est ac tempore,

quo

quo ludi gladiatorii fiunt. *Adm. Poll. Ciceroni l.16.Fam.ep.32.* Gladiatoribus Fadium quendam abſtractum defodit in ludo, & vivum combuſſit. ¶ Ex P. M. Plura genera gladiatorum erant, Samnites, Provocatores, Retiarii, Mirmillones. Ex his oppoſiti in pugnis Samnites, & Provocatores, quod illa Ciceronis verba in oratione pro Sextio videntur oſtendere. *Cum ne de venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos, nomenclatoriis ornarit, & fortito alios Samnites, alios Provocatores fecerit.* Retiarii autem, & Mirmillones componebantur, quod Valerius Maximus l. 1. & Quinctilianus l. 6. declarant. Samnites ad pugnandum primo lenti: Provocatores ex re nomen ſumpſerunt, quia certaminis initio provocare adverſarios ſolerent. Unde Horatius in epiſt. quadam, *Lento Samnites ad limina primi duello.* Mirmillones etiam Secutores dicebantur. Quod, ſi quis Feſtum, & Quinctilianum l. 6. & Suetonium in Caligula legerit, facile poterit conjicere. De Secutoribus meminit & Cic. l. 7. ad Att. & Juven. Sat. 8.

Gladiatorĭe, adver. gladiatorum more. *Lamprid. in Commod. cap.* 15. Quæ gladiatorie faceret.

Gladiatorĭtius, a, um, adject. inſtar gladii factus, ut gladiatoritia herba. *Marcel. Empir. c.* 16.

Gladiatorĭus, o. 1. 2. *ciò, che a' ſchermitori s'appartiene*, μονομαχικὸς, quod ad gladiatores pertinet, ut Spectacula gladiatoria, Ludus gladiatorius, Munus gladiatorium. *Cic. in Cat.* Nemo eſt in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. ¶ *Gladiatorium dare*, Pædianus dixit, cum munus ſubintelligeret. Et *gladiatorium accipere*, h. e. mercedem pro gladiatoria opera. *Liv. l.* 44. *c.* 31. ¶ *Animus gladiatorius*, eſt animus tam pertinax, ut vel magno ſuo periculo rem aliquam perficere non dubitet. Gladiatoribus enim, ubi ſemel in arenam deſcenderint, ea neceſſitas imponitur, ut adverſarium victum occidant, aut idem ab illo expectent. *Ter. Phor.* 5. 7. 71. Hi gladiatorio animo ad rem affectant viam. ¶ *Gladiatoriæ familiæ*, cœtus gladiatorum. *Sall.* Ut gladiatoriæ familiæ Capuam, & inter cætera Municipia diſtribuerentur. ¶ *Gladiatorium eſt*, proprium gladiatorum. *Cic.* 4. *Tuſc.* An vero vir fortis, niſi ſtomachari cœperit, non poteſt fortis eſſe? gladiatorium id quidem.

Gladiatūra, æ, f. *ſcherma*, Ger. *fechtkunſt*, Gall. *eſcrime*, Hiſ. *eſgrima*, μονομαχία, ars, vel congreſſus gladiatorum. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 43. Adduntur e ſervitiis gladiaturæ deſtinati.

Gladiŏla, æ, f. pro *gladiolus* dixit *Meſſala*, qui ob id reprehenditur a *Quintil. l. 1. c. 6.*

Gladiŏlus, li, m. 2. *coltellino*, Ger. *ſchwertlin*, *dæglin*, Gal. *coutelet*, Hiſp. *eſpadilla*, *cuchillico*, ξιφίδιον, parvus gladius. *Apul. l.* 2. *Mileſ.* Gladiolo ſolito cinctus. Adde *Plin. l.* 21. *c.* 17. ¶ Hoc etiam nomine duæ herbæ a Romanis appellantur, quarum altera Græcis eſt ξυρὶς, & ἶρις ἀγρία, eadem ac iris, altera ξίφιον, vel κύπειρος, ſeu κύπερος, Φασγάνιον, μαχαιρίον, quæ tolium habet gladii figuram referens, Iridi perſimilis, niſi quod folio minore eſt, & anguſtiore, & gladii modo mucronato, nervoſumque in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digeſti, *ghiaggiuolo. Plin. l.* 21. *c.* 11. & 17. & *l.* 25. *c.* 11.

Gladĭus, dii, m. *ſpada*, *coltello*, *pugnale*, חרב, שילה, Ger. *ein ſchwert*, Gal. *epée*, *couteau*, *poignard*, Hiſ. *eſpada*, *cuchillo*, *punal*, ξίφος, μάχαιρα, enſis, a *clade*, quaſi *cladius*, quod ſit ad hoſtium cladem. *Cæſ. 7. B. G.* Gladiis diſtrictis portas occupaverunt. *Cic. Inv.* 2. *c.* 4. Stricto gladio aliquem inſequi. ¶ Translate ſumitur pro cauſa, vel materia exitii. *Plaut. Trin.* Dediſtine hoc pacto ei gladium, quo ſe occideret? i.e. miniſtraſti materiam ad perniciem. ¶ Suo gladio, ſuove telo jugulari dicitur, qui ſuo invento, dolove capitur, vel qui ſuis ipſius dictis revincitur, translata metaphora ab iis, qui in pugna ſuis ipſorum telis confodiuntur. *Ter. Adelph.* 5. 8. *ad fin.* Suo ſibi hunc gladio jugulo. ¶ *Gladio plumbeo jugulare*, eſt futili, levique argumento, nulloque negocio convincere quempiam. *Cic. ad Attic.* Cum illud plumbeo gladio jugulatum tamen iri diceret. ¶ *Gladii poteſtas* apud Jurisc. eſt poteſtas in facinoroſos animadvertendi. Quare gladius inſigne erat Præfecti Prætorio. Et in libera Rep. ſolebat gladius Imperatori exercitus proficiſcenti dari. *Appian. l.* 2. *Belli Civ.* ¶ Antiquiſſimi etiam gladium dixerunt in neutro genere. *Lucil. apud Var.* Hærebat gladium mucrone in pectore totum. ¶ Eſt & gladius, ξιφίας, genus piſcis marini, roſtro mucronato, quo naves perfodit, & demergit, in Atlantico Oceano, *glave. Plin. l.* 32. *c.* 4. & 11.

Glæſum. V. Gleſſum.

Glandarĭus, a, um, o. quod ad glandem ſpectat, ut Glandaria ſylva, quæ ſervatur glandis ferendæ cauſa. *Cato de R. R. cap.* 1. Octavo arbuſtum, nono glandaria ſylva.

Glandĭa, orum, n. 2. partes in ſue calloſæ, quæ in homine ſunt tonſillæ, hoc eſt, partes illæ faucium, quæ utrinque juxta gargareonem ſitæ a Græcis παρισθμίαι, appellantur, a glandium duritie, ac figura. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *Plaut. Capt.* 4. 4. 7. Prætruncat tribus tergoribus glandia.

Glandĭfer, ra, rum, *ghiandifero*, Ger. *das eycheln tragt*, Gal. *qui porte gland*, Hiſ. *qoi trae*, *o cria bellotas*, βαλανοφόρος, quod glandes producit. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 1. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit nuntia fulva Jovis. ¶ Accipi etiam videtur pro fœcundo, & fertili fructuum. *Cic.* 2. *Phil.* Quandoquidem hæ quondam arationes Campani, & Leontini agri in P. R. patrimonio glanditeræ, & fructuoſæ terebantur.

Glando, inis, f. idem ac glans. *Avien. in Orbis terræ deſcript. v.* 285. Cibus aſpera glando. Et *v.* 1283. Pingui dependens ſubere glando.

Glandiŏnida, f. 1. caro ſuilla, ex glandiis. *Plaut. Men.* 1. 3. 27. Al. aliter legunt.

Glandium. V. Glandia.

Glandŭla, æ, f. *glandula*, *ghiangola*, ἄδην, dim. a glans. *Celſ. l.* 4. *c.* 12. Fit ex unguentariis glandulis. Alii alit. legunt. ¶ Translate eſt corpus quoddam carnioſum, laxum, fungoſum, molle, friabile, ex materia ſpermatica factum, una communi membrana univerſim, & frequenter pluribus privatis fruſtulatim coagmentatis incluſum, in vaſorum diviſionibus, quod partim depurationi, partim ſecretioni, partim etiam elaborationi inſervit, *glandula. Celſ. l.* 4. *c.* 1. In ipſis cervicibus glandulæ poſitæ ſunt. ¶ Item pars animalis glanduloſa, quæ eſt circa cervicem, vel ipſa cervix. In hac enim glandulæ poſitæ ſunt. *Martial. l.* 7. Ter poſcit apri glandulas, quater lumbum.

Glandulōſus, a, um, *glanduloſo*, ἀδενώδης, plenus glandibus. *Col. l.* 7. *c.* 9. de ſue: Qui eſt amplæ, & glanduloſæ cervicis.

Glanis, is, m. vel glanus, i, m. 2. piſcis genus, ſilurus parvus. *Plin. l.* 9. *c.* 43. Cantius qui & glanis vocatur, averſos mordet hamos, nec devorat, ſed eſca ſpoliat. *Id. l.* 32. *c.* 10. Verrucas tollit glani jecur illitum.

Glans, dis, f. *ghianda*, Ger. *ein eychel*, Gal. *gland*, Hiſp. *vellota*, βάλανος, fructus quercus, roboris, eſculi, cerri, ilicis, fagi, ſuberis, & ſi quæ ſunt ſimiles, a Dorico γάλανος, per ſync. pro βάλανος. *Cic. in Or.* Quæ eſt in hominibus tanta perverſitas, ut inventis frugibus, glande veſcantur? ¶ Per Synecdochen, quia ex glandibus homines quondam vivebant, glandis appellatione (ut Ulpianus ſentit) omnes fructus continentur. ¶ Translate glans dicitur plumbum, quod eſt in modum glandis formatum, quod antiqui loro alligatum in hoſtem torquebant. *Sal. in Jug. c.* 57. Pars eminus glande, aut lapidibus oppugnare. ¶ Erant enim glandes ex argilla, quas ad incendendum mittebant: quibus fortaſſe ſimiles ſunt, quas Itali vocant *granate*. *V. Lipſ. l.* 4. *Poliorcet. Dial.* 2. *&* 3. ¶ Glans denique dicitur pars ſumma colis, quæ præputio tegitur, a glandis ſimilitudine. *Celſ. lib.* 7. *cap.* 25. ¶ Dicitur etiam *Glando*, *inis*, V. ſuo loco.

Glarĕa, æ, f. *ghiaja*, Ger. *kiſ*, Gal. *gravier*, Hiſ. *caſcajo*, ψῆφις, terra lapidoſa, qualis in fluviorum ripis, vel maris litoribus eſſe ſolet, a χλάρος. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 2. Eo loci pulvis, non glarea eſt invecta.

Glareātum, n. 2. *Gallera*, opp. amplum agri Mediolanenſis, in Inſubria, abſque mœnibus.

Glareŏla, æ. diminut. exigua glarea. *Plaut.* Glareolam manu effundens. Ita Lexicographi plerique, ſed nos nihil ejuſmodi in Plauto invenimus.

Glareōſus, a, um, o. *ghiaroſo*, quod plenum eſt glarea. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 9. Terra cretoſa, aut glareoſa. *Colum. de arb.* Glareoſa, & ſaxoſa amat ficus. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Glareoſi rivi.

Glaſtum, ſti, n. *glaſto*, *guado*, al. gaſtum, vel guaſtum, ἴσατις, herba ſimilis plantagini, ſeu genus lactucæ agreſtæ, & ſponte naſcens, al. vitrum, quo infectores lanarum utuntur, dum colore vitreo, ſeu hyalino, cæruleo, ſubnigro tingunt, quo item Britanni ſe inficiebant, inſcribentes etiam corporibus puerorum animalium figuras, ut in bello aſpectu horridiores eſſent, denique & eorum mulieres quibuſdam in ſacris. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 14. *Plin. l.* 20. *c.* 7. & *l.* 22. *c.* 1. Sed aliqui volunt, glaſtum eſſe quidem idem, ac ἴσατιν, ſed iſatim ſativam intelligunt.

Glaucicŏmans, antis, adject. o. glaucam comam habens. *Juvenc. in Matth. c.* 27. Ordinibus lucent quæ glaucicomantis olivæ.

Glaucīnus, o. 1. 2. quod glaucum habet colorem. *Martial. l.* 9. *epigr.* 27. Pallia donavit glaucina, Coſme tibi.

Glauciſcus, i, m. piſcis aculeatus, dorſo cæruleo, ventre candidiſſimo. *Plin. l.* 32. *c.* 10. & 11.

Glaucĭto, as, n. 1. eſt proprium vocis catulorum. *Auct. Carm. de Philom. v.* 60. Glaucitat & catulus, at lepores vagiunt.

Glaucōma, tis, n. 3. vel glaucoma, æ, f. 1. vel glaucoſis, is, f. 3. γλαύκωμα, vitium, quo color naturalis in oculo, ac ſpeciatim color humoris cryſtallini in præternaturalem, & glaucum mutatur, quod provenit ab illius humoris nimia ſiccitate, & concretione. Differt a *ſuffuſione*, quia in *glaucomate* peccat humoris cryſtallini condenſatio, & reſiccatio, in *ſuffuſione* concretio extranei humoris, & aliunde affluentis. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Glaucomata dicunt Magi cerebro catuli ſeptem dierum emendari. *Plaut. Mil.* 2. 1. 70. Glaucomam ob oculos objiciemus.

Glaucomatĭcus, a, um, adject. glaucoma laborans. Legitur in Notis Tironis (ut vocant) a Grutero editis in calce Inſcriptionum.

Glaucōpis, idis, f. avis quædam, alio nomine ulula, ſeu bubo. V. Lagopus.

Glaucus, a, um, o. *colore celeſte*, *miſchio tra 'l bianco*, *e 'l verde*, תכלת, Ger. *gravvblavv*, Gal. *verd de mer*, *celadon*, Hiſ. *verde*, *claro*, γλαυκὸς, quod eſt colore cæſio, ſeu cæruleo, ideſt, ſubviridi, qui admixtum habet viriditati alborem, qualis apparet in oculis noctuarum, felium, leonum, quorundam equorum, & hominum, a nomine Græco allato. *Plin. l.* 8. *c.* 21. Oculis glaucis, colore ſanguineo.

Glaucus, i, m. genus piſcis. *Plin. l.* 9. *c.* 16. Quidam rurſus æſtus impatientia mediis fervoribus ſexagenis diebus latent, ut glaucus, aſelli, auratæ.

Glaucus, m. 2. piſcator, qui, cum piſces captos in ripa explicuiſſet, & illi ſubito contacta quadam herba ſe colligentes in mare profiliſſent, admiratus herbæ illius vim & ipſe deguſtavit, piſces ſecutus in aquam inſiluit, mariſque Deus factus eſt. Alii aliter referunt hanc fabulam, Glaucum inſignem urinatorem fuiſſe, ſæpius inſpectantibus ſuis municipibus in fluvium ſe dejeciſſe, diutiuſque ſub aqua moratum ſemper emerſiſſe, tandem quodam die illis expectantibus non rediiſſe, creditum eſſe, Deum maris factum fuiſſe. ¶ Glaucus item Hippolochi filius, qui Trojano bello Priamo ſuppetias tulit, homo tam ſtupidus, ut cum Diomede armorum permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Hinc etiam hodie *Glauci*, *& Diomedis permutatio* proverbio celebratur, cum permutatarum rerum inæqualitas ſignatur. *Plin. l.* 3. *ep.* 2. ¶ Item Siſyphi fil. qui, cum equas ſuas humana carne paſceret, ab illis ipſe etiam devoratus eſt. *Virg.* 3. *Georg. v.* 267.

Glaux, cis, γλαῦξ, herba folia habens cytiſo, & lenticulæ ſimilia. *Plin. l.* 27. *c.* 9.

Gleba, æ, f. *zolla*, גרפה, Ger. *ein ſchollen erden*, Gall. *mote de terre*, Hiſp. *el terror de tierra*, βῶλος, fruſtum terræ. *Cic. pro Cæc. c.* 21. Quid igitur, ſi glebis, aut ſaxis, aut fruſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris? ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut gleba marmoris, *Plin. l.* 36. *c.* 6. gleba thuris, *Lucret. l.* 3. *v.* 318. glebæ niveæ lactis, *Nemeſian. ecl.* 3. *ad fin.*

Glebālis, le, adject. ad glebam pertinens, *di zolla*, ut glebalis agger, *Ammian. l.* 23. *c.* 5. Adde *Cod. Theodoſ. l.* 13. *tit.* 3. *leg.* 16. *&* 19.

Glebarĭi, dicebantur boves valentes, fortes, a glebis facile proſcindendis. *Varr. l.* 6. *de L. L.*

Glebātim, adv. per glebas, ut agros glebatim metiri, *Lactant. de mort. perſecut. c.* 23.

Glebōſus, a, um, *zolloſo*, quod glebæ in morem eſt convolutum, vel quod glebis abundat. *Plin. l.* 35. *c.* 15. *de ſulphure.* Vivum naſcitur ſolidum, hoc eſt gleboſum. Et *c.* 16. Terra gleboſior.

Glebŭla, æ, f. *zolletta*, dim. a gleba. *Col. l.* 1. *c.* 6. Lapilliſque carent, & glebulis. *Seribon. Larg. Compoſit.* 199. Glebulæ nivis. *Vitruv.* 8. 3. Glebula myrrhæ.

Glebulentus, o. 1. 2. glebis refertus. *Apul. de Deo Socratis.*

Glechonītes, γληχωνίτης, vinum pulejo conditum, apud *Colum. l.* 12. *c.* 35.

Glemōna, f. 1. *Gemona*, opp. Italiæ, in prov. Forojulienſi, prope Tiliaventum ſt. ab Alpibus, & conf. Germaniæ 4. M. P.

Gleſſaria, vel Glæſaria, Auſtravia, Al. Auſtrania *Leſſe*, inſ. apud Cimbricam Cherſoneſum, inter illam, & Hollandiam, a *gleſſo*, ideſt ſuccino, quo abundat. *Plin. l.* 37. *c.* 3.

Gleſum, ſeu gleſum, n. 2. ἤλεκτρον, electrum, ſuccinum, voce Germanica, fortaſſe a perſpicuitate vitrea, quia Germanis *glas* vitrum eſt. *Plin. l.* 37. *c.* 3. Certum eſt gigni in inſulis Septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari glæſum, itaque & a noſtris unam inſularum ob id appellatam Glæſariam, Germanico Cæſare ibi res gerente Auſtraviam a Barbaris dictam. *Tacit. de Germ. c.* 45. Soli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſtum vocant, legunt.

Gleva, pro *gleba*, &

Glevālis pro *glebalis* leguntur in *Cod. Theodoſ.* 6. 2. 8. & 11. & *alibi*.

Gleucīnum, n. 2. γλεύκινον, olei factitii genus, muſtum, & aromata admixta habens, a γλεῦκος, *muſtum*. Aliqui definiunt oleum muſtum, hoc eſt expreſſum, antequam olivæ in torculari fubigantur. V. *Col. l.* 12. *c.* 51. *Plin. l.* 15. *c.* 7.

Glinon, n. 2. aceris genus, al. craſſivenium, campeſtre, candidum, nec criſpum. *Plin. l.* 16. *c.* 10.

Glirarĭum, n. 2. ἐλειών locus, in quo glires nutriuntur. *Var. l.* 3. *de R. R.*

c. 15. Glirarium diſſimili ratione habetur, quod non aqua, ſed maceria locus ſepitur.

Glis, gliris, m. *ghiro*, ἐλειὸς, animal muri ſimile, majori tamen corpore, quod nutritur in arboribus, & bonam anni partem ſomno conſumere dicitur, a *gliſco*, creſco, qui hyeme tota dormiens pingueſcit. *Martial. lib.* 3. *epigr.* 58. Somniculoſos ille porrigit glires. *Laber. apud Non. c.* 2. *n.* 391. Opprimitur glis. Adde *Plin. l.* 8. *c.* 57. ¶ Glires ſilveſtres a domeſticis genere diſcreti eſui erant apud Veteres. Itaque *Apic. l.* 8. *c.* 9. eorum condiendorum rationem tradit. *Varro* autem *l.* 3. *R. R. c.* 15. vivaria ad eos nutriendos quomodo fieri oporteat, oſtendit, & *gliraria* vocat. Adde *Plin. loc. cit.* ubi ſcribit, non minus eos, quam oſtrea, & peregrinas aves, in deliciis aliquando fuiſſe.

Gliſcĕrus, a, um, adject. creſcens, copioſus, opimus, a gliſco, ut gliſceræ menſæ. h. e. creſcentes per inſtructionem epularum. *Feſtus*.

Gliſces, teſticuli porcorum. *Nævius*, cujus verba refert *Turneb. l.* 15. *c.* 4.

Gliſco, ſcis, n. 3. & gliſcor, eris, d. 3. ſine præter. & ſup. *creſcere*, גדל, Ger. *wachſen*, Gal. *croitre*, Hiſp. *crecer*, αὐξάνω, creſco, augeor, invaleſco. *Gel. l.* 2. *c.* 7. Eadem ipſa, quæ creſcente Luna gliſcunt, deficiente contra Luna deficiunt. *Liv. l.* 6. *c.* 14. Gliſcente in dies ſeditione. *Semp. Aſell. apud Non. c.* 7. *n.* 107. Ut major invidia Lepido gliſceretur. ¶ Gliſcere etiam terra dicitur, cum pingueſcit. *Col. l.* 2. Stercorare terram conveniet, nam eo quaſi pabulo gliſcit. ¶ Ponitur etiam pro vehementer cupere. *Stat. l.* 3. *Theb. v.* 72. dum pellere leges, Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus exule.

Globātim, adv. per globos. *Ammian. l.* 27. *c.* 9. Globatim per vicina digreſſi prædones.

Globātus, a, um, adject. in modum globi factus. *Plin. l.* 2. *cap.* 2. Formam Mundi in ſpeciem orbis globatam eſſe. *Solin. c.* 11. Globatæ vehementius properant.

Globo, as, avi, atum, a. 1. *gomitolare*, Ger. *rund machen*, *wickeln*, Gal. *faire rond*, *faire en pelottons*, Hiſp. *redondear*, *ouillar*, σφαιρόω, eſt aliquid ſolidum in rotunditatem componere. *Plin. l.* 1. *cap.* 65. Dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus.

Globosĭtas, atis, f. rotunditas. *Macrob. Somn. Scip. l.* 1. *c.* 16. Terræ globoſitas.

Globōſus, a, um, o. *rotondo*, Ger. *rund*, Gal. *rond*, Hiſ. *rodondo*, σφαιρικὸς, rotundus, & ſpiſſatus. *Cic. de Un.* Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Liv. l.* 38. *c.* 29. Globoſa ſaxa.

Globŭlus, m. 2. σφαιρίδιον, parvus globus. *Plin. l.* 33. *c.* 5. Et liquidam, globulis ſudore reſolutis. ¶ Accipitur & pro genere edulii in globi modum convoluti. *Cato de R. R. c.* 79. Globulos ſic facito, caſeum cum alica ad eundem modum miſceto.

Globus, bi, m. *globo*, *sfera*, כדור, Ger. *kugel*, Gal. *globe*, Hiſ. *globo*, σφαῖρα, eſt corpus ſolidum, & unica ſuperficie contentum, undequaque rotundum, cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Cic. de nat. Deor.* Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis circulus. ¶ Dicitur non ſolum de ſphæris cœleſtibus, & de terra, ſed de omnibus rebus rotundis non concavis. *Plaut. Pæn.* 4. 2. *v.* 35. In [illegible] in debant grandiculos globos. ¶ Ponitur quandoque pro multitudine hominum, ſive aliorum animalium, aut alterius cujuſcunque rei ſimilis in unum collecta, & quaſi conglobata, σύστημα. *Liv. lib.* 8. Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Glocido. V. Glocito.

Glocĭo, is, n. 4. *chiocciare*, Ger. *gagſen*, *klucken*, Gal. *gloſſer*, *cluper*, Hiſ. *cloquear*, κλώζω, proprium eſt vocis gallinarum, cum ovis incubituræ ſunt, quod fit crebris ſingultibus, interjecta voce acuta, a verbo Græco allato, quod a ſono factum eſt. Pro eodem etiam *gracillo* dicitur. *Feſt. Col. l.* 9. *c.* 5. Ut ova quam recentiſſima ſupponantur glocientibus.

Glocĭto, as, n. 1. freq. a glocio. *Feſtus*.

Gloctŏro, as, n. 1. verbum exprimens vocem ciconiæ. *Auct. Carm. de Philom. v.* 29. Gloctorat immenſo de turre ciconia roſtro.

Glomerabĭlis, le, qui glomeratur, ſeu in globum formatur. *Manil. l.* 1. *v.* 220. Te teſtem dat Luna ſui glomerabilis orbis. *Id. l.* 4. Glomerabile ſidus.

Glomerāmen, inis, n. 3. *viluppo*. *Lucr. l.* 2. *v.* 685. Diſſimiles igitur formæ glomeramen in unum conveniunt.

Glomerarĭus, ii, m. qui glomerat. *Senec. Controverſ. ult. l.* 1.

Glomerātim, adv. turmatim, conglobatim, involute. *Macrob. l.* 6. *Satur. c.* 4. Homines glomeratim incedentes. *Auſon. Paneg. Theod. c.* 29. Quis oratorum facunda cultius, pugnantia denſius, denſata glomeratius aut dixit, aut cogitavit?

Glomeratĭo, onis, f. *inviluppamento*, στρέμβωσις, actus glomerandi. *Plin. l.* 8. *c.* 43. Sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glomeratus, a, um, adject. conglobatus, confuſus, turbatus. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 10. Clades glomerata. *Lucret. l.* 3. *v.* 494. Semina vocis Ejiciuntur, & ore foras glomerata feruntur.

Glomĕro, as, a. 1. *inviluppare*, *avviluppare*, גלם, Germ. *auffwinden*, Gals *amaſſer en peloton*, *envelopper*, Hiſ. *emboluer en redondo*, *devanar*, στρομβέω, implico, & in globi ſpeciem formo, ſive filum in globi figuram convolvo, a *glomus*. *Ovid. Met.* 6. *v.* 19. Lanam glomerabat in orbes. ¶ Tranſlate ponitur pro congregare, cogere, *ammucchiare*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 315. Sed glomerare manum bello. *Tacit.* 3. *hiſt. cap.* 31. Legiones in teſtudinem glomerabantur. ¶ Equi etiam greſſus glomerare dicuntur, cum celeri paſſu, & convoluto gradu incedunt. *Virg.* 3. *Georg. v.* 117. Equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Glomerōſus, a, um, glomeris, ſeu globi figuram habens. *Col. l.* 9. *c.* 3. Ariſtoteles apum genera complura demonſtrat, earumque alias vaſtas, ſed glomeroſas, &c

Glomus, glomi, m. 2. & glomus, ſeu glomer, eris, m. 3. *gomitolo*, *gomicciolo*, גולם, Ger. *Knewle faden*, Gal. *peloton*, Hiſ. *ovilio*, ἀγαθὶς, filum, vel aliquid ſimile in globi figuram convolutum. *Plin. l.* 36. *c.* 13. *de Labyrintho*. Quo ſi quis improperet, ſine glomere lini exitum invenire nequeat. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 3. *v.* 13. Ut vinoſa glomos furtivę Pyrrhia lanę.

Glorĭa, æ, f. claritas, ſplendor, lux, amplitudo, *gloria*, כבוד, Germ. *lob*, *rhum*, Gal. *gloire*, Hiſp. *gloria*, κλέος, δόξα, eſt fama ingens cum laude de alicujus virtute, ac meritis, a κλέος. *Cic. pro Marcello*, *c.* 8. Gloria eſt illuſtris, ac pervagata multorum ac magnorum vel in ſuos cives, vel in patriam, vel in omne genus humanum fama meritorum. *Id. in Piſon. c.* 24. Fructus veræ virtutis gloria eſt. Hinc gloriam appetere, gloria duci, gloriam ſibi parere, gloria præſtare, in gloria ducere &c. *Cic.* paſſim, *Plin. Terent.* & al. ¶ Accipitur etiam pro gloriatione, *il vantarſi*. *P. Syrus in Mimis*: Cita ignominia fit ſuperbi gloria. *Gell. l.* 1. *c.* 2. Flare inanes glorias. Ubi nota plur. numerum. Sic & *Tacit.* 3. *Ann. c.* 45. Memorare veteres Gallorum glorias.

Gloriabundus, o. 1. 2. *vantatore*, κομπαστὴς, qui abunde gloriatur. *Gel. l.* 5. *c.* 5. Contemplatione tanti, & tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aſpicit.

Gloriandus, o. 1. 2. gloria, & prædicatione dignus, partic. vel ger. a *glorior*. *Cic.* 5. *Tuſc.* Nec in miſera vita quidquam eſt prædicabile, aut gloriandum. Et *infra cap.* 17. Quod ſi beata vita glorianda, & prædicanda, & præ ſe ferenda eſt.

Gloriatĭo, f. 3. καύχησις, glorioſa prædicatio. *Cic.* 3. *Fin. c.* 8. Virtus eſt digna gloriatione.

Gloriator, oris, m. qui gloriatur. *Apul.* 3. *Florid.* Magis ſum amicitiæ cupidus, quam gloriator.

Glorifĭco, as, avi, atum, a. 1. *glorificare*, *lodare*, glorioſum reddo, δοξάζω. *Coripp. l.* 4. 2. 289. Glorificavit opus. *Tertul. de Idolol. c.* 22. Deus potius glorificetur.

Glorifĭcus, a, um, *glorioſo*, gloriam afferens. *In Cod. l.* 2. *tit.* 8. *leg.* 7. Relicta obſervatione glorificæ tuæ ſedis.

Gloriŏla, æ, f. δοξάριον, dim. a gloria. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Et noſmetipſi vivi gloriola noſtra perfruamur.

Glorĭor, aris, d. 1. *gloriarſi*, התהלל, Ger. *ſich rhuemen*, Gal. *ſe vanter*, *ſe glorifier*, Hiſp. *gloriarſe*, καυχάομαι, eſt gloria, & prædicatione ſe efferre, aut aliquid jactanter de ſe pronuntiare, interdum abſolute conſtruitur. *Cic.* 5. *Ver.* Ut tu in multis epiſtolis tuis ad amicos gloriaris. ¶ Interdum cum præp. *de*. *Cic.* 3. *Fin. c.* 8. Quis aut de miſera vita poſſit gloriari, aut non de beata? ¶ Interdum cum præp. *in*. *Cic. in Offic.* Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. ¶ Interdum cum accuſativo communi. *Cic. de Sen. c.* 10. Equidem poſſe vellem idem gloriari, quod Cyrus. ¶ Et cum ſolo ablat. *Cic. in Orat. c.* 50. Nominibus veterum gloriantur. ¶ Et cum dativo. *Id. in Piſon.* Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum. h. e. apud, vel coram me.

Gloriōſe, adv. *glorioſamente*, Ger. *ehrlich*, Gal. *glorieuſement*, Hiſ. *glorioſamente*, ἐνδόξως, cum gloria, & laude. *Cic. Cœl.* In qua ſatis glorioſe triumpharent. ¶ Accipitur & in malam partem. *Cic.* 2. *Fin.* Quid ergo attinet glorioſe loqui, niſi conſtanter loquare? ¶ Comparat. glorioſius, ſuperlat. glorioſiſſimus. *Cic. pro Dom. c.* 35. Glorioſius de ſe prædicare. *Vellej. l.* 2. *c.* 3. Vitam glorioſiſſime degere.

Gloriōſus, a, um, o. 1. 2. *glorioſo*, Ger. *lobreich*, Gal. *glorieux*, Hiſp. *glorioſo*, ἔνδοξος, præclarus, excellens, cui omnes plurimum laudis & gloriæ tribuunt, ut Glorioſus homo, glorioſus triumphus. *Cic.* 1. *de Div.* Magnificum etiam illud, Romaniſque hominibus glorioſum. *Id.* 2. *Phil. c.* 11. Glorioſiſſimum factum. *Val. Max. l.* 3. *c.* 2. Soſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet. ¶ Interdum in malam partem accipitur, ut glorioſus dicatur, qui ſe inaniter jactat, & laudari quærit, *vantatore*. Hinc Plauti comœdia *Miles glorioſus* inſcribitur. *Plin. in epiſt.* 9. *l.* 3. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam jactantes, & glorioſas. Adde *Nepot. Timol. c.* 4.

Glos, f. 2. *cognata*, γάλως, mariti ſoror, atque item fratris uxor, a voce græca allata. *Non. c.* 19. *n.* 4. & *Feſt.* ¶ In genit. facit *gloris*, non *glotis*. *Priſcian. l.* 6.

Gloſſa, æ, f. *lingua*, לשון, Germ. *ſprache*, Gal. *langue*, Hiſp. *lengua*, γλῶσσα, Att. γλῶττα, lingua. Græca vox eſt, & Græcis literis ſcribenda. ¶ Metonymice accipitur pro ſermone. Sed proprie gloſſæ vocantur vocabula obſcuriora, & minus uſitata, quæ interpretatione indigent, cujuſmodi ſunt ea, quæ certæ ſunt dialecti propria, eoque aliena a lingua communi, unde & ξένα dicuntur, quaſi peregrina. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Protinus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris, quas Græci γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediſcere. ¶ Accipitur etiam pro interpretatione, ſeu explicatione eorum, quæ ab aliis obſcure ſcripta fuere, quia vice linguæ, h. e. vice doctoris, fungitur. *Hinc Gloſſæ Accurſii*, *Philoxeni*, *Iſidori*, &c.

Gloſſarĭum, ii, n. *Dizionario*. *Gel. l.* 18. *c.* 7. Vos, Philoſophi, eſtis mera (ut M. Cato ait) mortuaria gloſſaria.

Gloſsēma, n. 3. γλώσσημα, al. gloſſa, eſt vox occultior, abſtruſior, & minus uſitata, quæ ſcilicet interpretatione eget, quales ſunt voces aliquot in tragœdiis, heroicis verſibus, & ſimili genere gravioris poematis. *Var. l.* 5. *de L. L.* exponens verſum Ennii, *Cœlitum Camilla expectata advenis*, Camillam, qui gloſſemata interpretati ſunt, dixerunt adminiſtram. h. e. qui voces priſcas, & minus uſitatas ſunt interpretati. *Quintil. l.* 1. *c.* 8. (al. 14.) Circa gloſſemata etiam, idem voces minus uſitatas, non ultima ejus profeſſionis diligentia eſt. Adde *Sueton. de illuſt. Grammat. c.* 22.

Gloſſopētra, f. 1. gemmæ ſpecies linguæ humanæ ſimilis, quam Magi credunt non naſci in terra, ſed deficiente Luna cœlo decidere, ea lunares motus excitari, ventos comprimi, illam memoriæ prodere, &c. a γλῶσσα, *lingua*, & πέτρα, *lapis*. *Plin. l.* 37. *c.* 10. *Solin. c.* 39. *Iſid. l.* 16. *c.* 14.

Glottis, idis, f. apud *Plin. l.* 10. *c.* 23. eſt avis e genere coturnicum, a lingua prælonga, quam exerit: unde & *Lingulaca* dicitur.

Glubo, is, bi, bitum, a. 3. *ſcorticare*, *ſcorzare*, פצל, Germ. *ſchinden*, Gal. *ecorcer*, Hiſp. *deſollar*, ἀποδέρω, proprie eſt corticem detrahere, arbores cortice denudare, a λέπω, *decortico*, vel a γλύφω, *ſc*[illegible] *Cato de R. R. c.* 31. Salictum ſuo tempore cædito, glubito, arcteque alligato, librum conſervato. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 55. Melior eſt olea, quæ digitis nudis legitur, quam quæ cum digitalibus: durities enim eorum non ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit, & relinquit ad gelicidium detectos. ¶ Neutrorum more *Cato R. R. c.* 31. Quæ materies (*arborum*) ſemen non habebit, cum glubet, tempeſtiva erit. *h. e.* cum glubet ſe, & corticem deponet, erit apta ad cædendum. ¶ Significat etiam pellem detrahere, ut glubere pecus apud *Feſtum*. Hinc obſceno ſenſu *Catul. carm.* 58. *ad Cœlium*, *de Lesbia*. Nunc in quadriviis, & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.

Glucidatus, dulcis, ſuavis, a γλυκύς. *Feſtus*.

Gluma, æ, f. *pula*, *lolla*, *lopa*, λέπυρον, folliculus grani frumentarii, a glubendo, quod eo folliculo deglubatur granum. h. e. decorticetur. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 48. *de frumento*. Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum; gluma, qui eſt folliculus ejus; ariſta, quæ, ut acus tenuis, longa eminet e gluma, proinde ut grani theca ſit gluma, & apex ariſta.

Glus, vel glux, glutis, f. γλία, gluten, a voce græca allata. *Auſon. in Monoſ.* Tergora dic clypeis accommoda quid faciat? glux.

Gluten, inis, n. 3. vel glutinum, ni, n. 2. *colla*, דבק, Germ. *leim*, Gal. *glu*, Hiſp. *engrudo*, κόλλα, materia viſcida, & tenax, qua res conjunguntur, a glus. *Plin. l.* 11. *c.* 39. Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumque, & id præcipuum. *Lucret. l.* 6. *v.* 1066. Glutine materies taurino jungitur una.

Glutinamentum, ti, n. *incollamento*, חברה, Ger. *leymung*, Gall. *collement*, *collure*, Hiſp. *engrudamiento*, κόλλησις, compactio, conjunctio. *Plin. l.* 13. *c.* 12. *de chartis*. Deprehenditur & lentigo oculis, ſed mediis inſerta glutinamentis tænia.

Glutinatĭo, onis, f. conglutinatio, glutinamentum. *Celſ. l.* 7. *c.* 27. Neque deſperari debet ſolida glutinatio vulneris.

Glutinātor, oris, m. *incollatore*, מדבק, Germ. *leimer*, Gall. *colleur*, Hiſp. *engrudador*, κολλητὴς, qui res glutinat, ſeu glutine conjungit. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 4. Mittas de tuis librariolis duos, quibus

Tyran-

Tyrannio utatur glutinatoribus.

Glutinātus, a, um, glutino conjunctus. *Celſ. l. 7. c. 28.* Inter ſe glutinatis naturalium oris. *b. e.* conjunctis, conſtrictis.

Glutinĕus, a, um, glutinoſus. *Rutil. in Itiner. l. 1. v. 610. de Harpyiis.* Quæ pede glutineo, quod tetigere, trahunt.

Glutinĭum, ii, n. gluten *Apul. Aſclep.* Individuo glutinio connexus.

Glutĭno, as, a. 1. *incollare*, הדבקים, Ger. *leimen*, Gal. *coller*, *gluer*, Hiſp. *engrudar*, κολλάω, σωάττω, conjungo, ferrumino. *Plin. l. 35. c. 15.* Quo genere ſiſtitur ſanguis, & vulnus glutinatur.

Glutĭnōſus, a, um, o. *tenace*, κολλώδης, tenax. *Colum. in præf. l. 1.* In Aſia, Myſiaque denſa, etiam glutinoſa, terra maxime exuberat. *Id. l. 3. c. 11.* Terra glutinoſiſſima. *Celſ. l. 5. c. 25.* Pus glutinoſius & ſanguine, & ſanie.

Glutĭnum, V. Gluten.

Glutĭo, ſeu gluttio, is, a. 4. *ingbiottire*, בלע, Ger. *ſchlucken*, Gal. *engloutir*, Hiſp. *tragar*, γλύζω, devoro, a verbo Græco, quod allatum eſt. Aliqui deducunt a *glutus*, ſeu *gluttus*. *Juv. Sat. 4. v. 28.* Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem? *Plin. l. 10. c. 12. de corvis.* Peſſima eorum ſignificatio, cum glutiunt vocem, velut ſtrangulati.

Glutto, ſeu gluto, onis, m. λαίμαργος, guloſus, non a gula, ut *Iſidorus* ſcripſit *l. 10. Orig.* ſed a *gluttus*, ideſt, pars colli, qua cibus tranſmittitur. *Feſt.*

Gluttus, ſeu glutus, m. 2. φάρυγξ, pars colli, qua cibus tranſmittitur, a ſono *glut glut*, quem liquor anguſto means tramite edit. *Feſt. Perſ. Sat. 5. v. 112.* Non glutto ſorbere ſalivam Mercurialem. ideſt non avide vorare lucrum.

Glutus, ſeu gluttus, ſeu glittus, a, um, o. unitus, bene ſubactus, cohærens, inſtar eorum, quæ glutino conjuncta ſunt, a *glus*. *Cato. c. 45.* Locus bipalio ſubactus, beneque glutus ſiet. Eadem habet *Plin. l. 17. c. 18.*

Glycyrrhīza, æ, f. *liquirizia*, *regolizia*, γλυκυρρίζα, radix dulcis, herbæ genus. *Pallad. l. 10. c. 14.*

Glycyrrhizītes, γλυκυρρίζίτης, vinum glycyrrhiza conditum. *Colum. l. 12. cap. 35.*

G A N T E N.

Gnaphallĭum, n. 2. γναφάλιον, herba, al. chamæzelon, cujus foliis albis, & mollibus pro tomento utebantur. *Plin. l. 27. c. 10.*

Gnarigavit ſignificat apud Livium, narravit. *Feſt.*

Gnarĭtas, atis, f. ſcientia, notitia. *Sal. in frag. l. 3. hiſt.* Alii fiducia gnaritatis locorum fuga ſparſi. *Ammian. l. 16. c. 3.* Juvante locorum gnaritate.

Gnarūris, re, adject. uſurparunt Vet. pro gnarus. *Plaut. Moſt. 1. 2. 17.* Simul gnarures vos volo hanc rem mecum. Adde *Auſon. epiſt. 22. v. 19.* & *Arnob. l. 3.*

Gnārus, olim narus, o. 1. 2. *dotto*, *perito*, *eſperto*, יודע, חכם, Ger. *erfahren*, Gal. *ſavant*, *bien entendant*, Hiſp. *ſabio*, *eſperimentado*, ἐπιστήμων, ſciens, peritus. *Cic. in Or.* Pericles gnarus, quibus orationis modis animi mŏ^veantur. *Id. in Brut. c. 64.* Siſenna Reipub. gnarus. ¶ Accipitur aliquando paſſive, prō cognĭto. *Tac. l. 1. Ann. c. 63.* Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam neſciis. *Idem l. 15. Ann. c. 61.* Idque nulli magis gnarum, quam Neroni.

Gnatho, onis, m. nomen paraſiti apud *Terent.* a γνάθος, *maxilla.*

Gnathonĭcus, a, um, ad Gnathonem pertinens. *Ter. Eun. 2. 2. 32.* Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis vocabula, paraſiti itidem ut Gnathonici vocentur.

Gnata, æ, f. nata, filia. *Plaut. Truc. 4. 3. 67. Ter. And. 3. 3. 8.*

Gnatus, a, um, adject. natus. *Plaut.* multis in locis, ut *Trucul. 5. 1. 70. Aul. 4. 10. 47.* & alibi.

Gnatus, ti, m. *figliuolo*, בן, Ger. *ſohn*, Gal. *fils*, Hiſp. *hijo*, υἱός, filius. *Ter. Heaut. 1. 1. 78.* Gnatum unicum ejeci hinc.

Gnavĭtas, atis, f. diligentia, ſtudium. *Arnob. l. 1.* Gnavitas ſtudioſa.

Gnavĭter, adv. *diligentemente*, *ſollecitamente*. *Horat. l. 1. epiſt. 1. v. 24.* Conſilium agendi gnaviter.

Gnavus, ſive navus, o. 1. 2. *preſto*, *diligente*, אביר, שוקד, Ger. *embſig*, *fertig*, Gal. *habil*, *diligent*, Hiſp. *prompto*, *preſto*, δραστικός, induſtrius, ſtrenuus, celer, a *navus*, per prothеſin. Sed aliqui cenſent, *gnavus* prius fuiſſe, ex eo *navus* fieri per aphæreſin. *Hor. l. 1. epiſt. 18. v. 90.* Oderunt agilem, gnavumque remiſſi. *Ammian. l. 26.* In inquirendis rebus gnaviores.

Gnephōſus, obſcurus, a κνέφας, tenebræ. *Feſt.*

Gneus. V. Cneus.

Gnidĭus, a, um, o. quod eſt ex Gnido urbe, ut Gnidia Venus, quæ in ea colebatur. *Cic. de Div.* Gnidium granum, *Plin. l. 23. c. 4.* ¶ Scribitur & *Cnidus.*

Gnidus, Gnidos, Cnidus, *Gnido*, al. *Stadia*, al. *Chio*, urbs Doridis, in Caria, cum prom. cognom. *Capo Crio*, quod inter oram Auſtralem, & Occiduam in mare velut peninſula procurrit contra Niſyrum inſ. inter Ceramicum ſin. & mare Carpathium. Hic Venus colebatur, ſimulacro ſculpto mira arte a Praxitele. *Plin. l. 30. c. 10.*

Gnoma, γνώμη, apud Græcos ſignificat ſententiam quandam memorabilem omnium conſenſu approbatam. *Quint. l. 1. 8. c. 5.* ¶ Gnoma etiam dicitur machinula quædam, qua regiones agrorum dignoſcuntur. *Feſtus.*

Gnomon, onis, m. *ſacetta*, *moſtra*, γνώμων, index, cognitor, omne id, cujus indicio aliquid cognoſcitur, & ſpeciatim horologii ſciotерici ſtylus, per quem cognoſcuntur umbræ, & ex umbris horæ, quem *Plinius* umbilicum Solis vocat, a γνόω, ſeu γινώσκω, *noſco*. *Plin. l. 2. c. 72.* Solis itaque umbilici, quem gnomonem appellant.

Gnomonĭce, es, & Gnomonica, æ, f. 1. pars Architecturæ, quam *Vitruvius* dividit in Ædificationem, Gnomonicen, & Machinationem: verſatur autem in conficiendis horologiis ſolaribus. V. *Vitruv. l. 1. c. 6.* & *l. 9. c. 4. Plin. l. 2. c. 76.* Umbrarum rationem, & quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Mileſius. Adde *Gell. l. 1. c. 9.*

Gnomonĭci, m. 2. qui Gnomonicen profitentur. *Solin. c. 40.* Quod Gnomonici ſimilibus parallelis accidere contendunt.

Gnomonĭcus, a, um, ad gnomonem pertinens. *Vitruv. l. 1. c. 1.* Multæ res organicæ & gnomonicæ. *Id. l. 9. c. 4.* Gnomonicæ rationes.

Gnoſco, 3. 3. idem ac noſco, apud vet. *Diomed. Gramm. l. 1.*

Gnoſſĭăcus, a, um, adject. ad Gnoſſon pertinens, ut Gnoſſiaca regna, *Ovid. 9. Metam. v. 668.*

Gnoſis, vel Gnoſſis, idis, patronym. fœm. a Gnoſſo, h. e. Ariadna, quæ filia fuit Minois regis Cretæ. *Ovid. Heroid. epiſt. 15. v. 25.* Gnoſida Bacchus amavit.

Gnoſĭus, a, um, adject. a Gnoſſo, ut Gnoſia regna. *Virg. 3. Æn. v. 115.*

Gnoſſos, Gnoſos, Cnoſſos, al. Cerathus, *Gnoſia*, urbs exc. Cretæ, olim primaria, Regia, nunc pagus, apud Idam M. inter Gortynam 100. ſtad. & Lyctum 120. a litore 25. Regia fuit Minois Regis Cretæ.

Gnoſtĭci, hæretici altero poſt Chriſtum ſæculo, qui in rebus divinis τελείαν γνῶσιν, *perfectam intelligentiam* ſibi arrogabant, dicere ſoliti (ut Origenes Celſo exprobrat) omnia novimus. *Epiphan. Iren. &c.*

Gnoſus, a, um, adject. Gnoſius. *Lucan. l. 3. v. 185.* Gnoſas agitare pharetras. Niſi forte legendum eſt *gnoſias*, contracta tamen ſyllaba per ſynæreſim.

Gnotus, a, um, adject. notus. *Feſt.*

G A N T E O.

Gobĭus, ii, m. 2. vel gobio, onis, m. 3. *gbiozzo*, Ger. *goeb*, Gal. *gouion*, Hiſp. *gadoce*, *gobio*, κωβιός, genus piſcis, a nomine græco, quod allatum eſt. *Mart. l. 13. epigr. 88.* Principium cœnæ gobius eſſe ſolet. *Juven. ſat. 11. v. 37.* Cum ſit tibi gobio tantum in loculis. ¶ Legitur & *cobio* apud *Plin. l. 32. c. 11.*

Gomorrha, f. 1. urbs Judææ, in ora lac. Aſphaltitis, propinqua Sodomis, quæ una cum illis de cœlo tacta, ac in aquis ſubmerſa eſt. Gent. *Gomorrhæus*, *a*, *um*. ¶ Dicitur & *Gomorrhum*. *Solin. c. 38.* & *Tertull. in Apolog. c. 40.*

Gomphus, i, m. γόμφος, clavus ligneus. Quidam fibulam ferream exponunt. *Stat. l. 4. Silv. 3. v. 48.* Et crebris iter alligare gomphis.

Gonarche, es, horologii Solaris ſpecies apud *Vitruv. l. 9. c. 9.*

Gonorrhœa, æ, f. *ſcolazione*, γονόῤῥοια, involuntaria, & vitioſa ſeminis profuſio. *Jul. Firm. l. 3. c. 7.*

Gordiănus, m. 2. Imperator Rom. quam dignitatem filius, & nepos ejuſdem nominis adepti ſunt.

Gordĭus, m. 2. Phrygiæ Rex, genere ruſticus, & ignobilis. Cum Phryges de rege creando oracula conſulerent, admoniti ſunt, eum Regem obſervare, quem reverſi primum in templum Jovis euntem plauſtro reperiſſent. Obvius illis Gordius fuit, qui ad arandum conductis bobus mane properabat; ſtatimque eum Regem conſalutant. Ille plauſtrum, quod ſibi ducenti Regnum delatum fuerat, in templo Jovis poſitum majeſtati Regiæ conſecravit. In loris illius plauſtri erat nodus adeo perplexus, ut indiſſolubilis putaretur. Oracula cecinerunt, ſi quis nexum Gordium ſolviſſet, eum tota Aſia regnaturum. Aliquot poſt ſæculis Alexander Macedo, capta urbe, cum in templum Jovis veniſſet, jugum plauſtri requiſivit, quo exhibito, cum capita loramentorum intra nodos abſcondita reperire non poſſet, violentius Oraculo uſus, gladio loramenta cædit, atque ita reſolutis nexibus latentia in nodis capita invenit. *Juſtin. l. 11. Curt. l. 3.* Hinc *Nodus Gordius* proverbio dicitur de rebus indiſſolubilibus.

Gorgĭas, m. 1. Γοργίας, Leontinus Rhetor, diſcipulus Empedoclis, præceptor Iſocratis. Profeſſus eſt de omni re, quæcunque in diſceptationem, quæſtionemque vocaretur, ſe copioſiſſime dicturum eſſe: & princeps ex omnibus auſus eſt in conventu poſcere, qua de re quiſque vellet audire. Hinc nata eſt illa conſuetudo Græcorum, qui, cum in ſchola aſſediſſent, ex magna hominum frequentia dicere jubebant, ſi quis quid quæreret. *Plato in Gorgia. Cic. 1. & 2. de Orat. & 2. Fin.* Thraſymachus Chalcedonius, Leontinus Gorgias, Theodorus Byzantius primi tractaſſe dicuntur Eloquentiam Epidicticam, quæ non ad judiciorum certamen, ſed ad voluptatem aurium apta eſt. *Cic. in Orat.* Gorgiæ tantus honor habitus eſt a Græcia, ſoli ut ex omnibus Delphis non inaurata ſtatua, ſed aurea ſtatueretur. *Cic. 3. de Orat.* Vixit centum, & ſeptem annos. *Cic. de Sen.*

Gorgon, onis, f. 3. Urgo, *la Gorgona*, inſ. parva Italiæ, tota montuoſa, inter oram Thuſciæ, & Corſicam. In ea eſt tantum vicus cum turri.

Gorgŏna, æ, f. 1. eadem ac Gorgon, onis. *Prudent. Rom. v. 278.* Tremant venenum ſibilantis Gorgonæ.

Gorgŏnes, f. 3. γόργονες, Phorci filiæ, *Meduſa*, *Sthenyo*, & *Euryale*, (Alii quartam addunt *Scyllam*) quæ Dorcadas inſulas in Oceano Æthiopico, ſeu in mari Atlantico ſitas habitaſſe dicuntur, contra Heſperidum hortos. Dictæ ſunt a γοργών, quod eſt animal noxium in Africa. Poetæ fabulantur, omnes unum oculum habuiſſe, quo invicem uterentur, & terribiles fuiſſe oris deformitate, & crinibus ſerpentinis, quas qui vidiſſent, verterentur in lapidem. Aliqui interpretantur, puellas fuiſſe unius pulchritudinis, quas cum aſpicerent adoleſcentes, ſtupore torpebant, regnaviſſe autem in inſulis, quæ ſerpentibus abundarent. *Diodorus* ſcribit, fœminas fuiſſe in Africa bellicoſas, adverſus quas Perſeus bellum geſſerit, & earum Reginam Meduſam debellaverit, ac interfecerit. *Cic. in Ver. 6. c. 56.* Gorgonis os pulcherrimum crinitum anguibus. ¶ In ſingulari num. eſt Gorgon, onis. *Martial. l. 9. epigr. 26.* tanquam mihi pocula Gorgon Porrigat. ¶ Interdum etiam *Gorgo*. *Sidon. carm. 15. v. 7.* Gorgo tenet pectus medium.

Gorgones, Gorgades, f. 3. Inſulæ Capitis viridis, *Iſole di Capo verde*, decem Inſulæ Oceani Atlantici, in Africa, Libyæ interioris oræ Occiduæ adjacentes, e regione Cornu Heſperii, ſeu Arſinarii prom. ſeu capitis viridis. Dictæ ſunt a Gorgonibus Phorci filiabus quæ ibi regnaverunt.

Gorgonĕus, a, um, adject. ad Gorgones pertinens. *Ovid. de ar. amand. l. 3. v. 104.* Lumina Gorgoneo ſævius angue micant.

Gorgonĭa, f. 1. γοργονία, *corallium*, a gen. γόργονος, quod e ſanguine Meduſæ Gorgonis natum ſit, vel quia ex aquis exemptum protinus in duritiem lapidis convertitur, quemadmodum illi qui Gorgonas aſpexerant. *Plin. l. 37. c. 10.*

Gorgophŏrus, a, um, Gorgonem ferens, epithetum Palladis, in cujus ſcuto Meduſæ Gorgonis caput pictum eſt. *Auctor Orat. antequam Cic. iret in exil. c. 10.* Teque Tritonia armipotens, Gorgophora Pallas, Minerva, cæterique Dii, Deæque immortales, &c.

Gortўna, Cortyna, Gortys, Gortyn, *Gortyn*, olim urbs, nunc pagus Cretæ, ad Leneum fl. Gnoſio finit. ab ora lit. 12. M. P. ab Ida M. 10. ¶ Eſt etiam oppidum Arcadiæ in Peloponneſo ad Gortyniam fl.

Gortўnis, idis, f. patronym. ut arundo Gortynis, pro ſagitta, apud *Lucan. l. 7. v. 214.*

Gortynĭus, a, um, adject. ad Gortynam pertinens, ut Gortynia ſtabula, *Virg. Ecl. 6. v. 60.* Gortynia ſpicula, *Stat. l. 5. Theb. v. 361.* Gortynius aliger, *h. e.* Dædalus, *Auſon. in Moſell. v. 300.*

Goſſĭpium, n. 2. *bambagia*, *bambagio*, *cotone*, γοσσύπιον, ξύλον, τάμβαξ, βαμβάκιον, frutex in ſuperiore parte Ægypti, quæ in Arabiam vergit, item in Tylo Arabici maris inſula, item in plerisque Mediterr. maris inſulis, uti Melita, Creta, locisque aliis ad Auſtrum vergentibus, qui nucem gignt, & in ea lanuginem molliſſimam, unde veſtes efficiuntur. *Plin. l. 19. c. 1.*

Gothi, orum, immaniſſimi fuerunt populi, quorum antiquæ fuere ſedes in Dania, Suecia, & Germaniæ parte ſeptentrionali: inde egreſſi in Pannoniam, Mœſiam, & Daciam, & tandem in ipſam Italiam, Galliam Narbonenſem, & Hiſpaniam, acerrimis bellis affixere populos, plurimaſque urbes clariſſimas devaſtarunt. V. *Cluver. Germ. Ant. l. 3. c. 34.*

Gothĭa, f. 1. *la Gothia*, *Gotlands*, pars Scandinaviæ, finitima Daniæ, & Sveciæ, al. pars Auſtralis Regni Sveciæ, inter Sveciam propriam, Norvegiam, & Mare Balticum. Dividitur in tres partes, in Occidentalem, *Veſtrogotlandt*, Orientalem, *Oſtrogolandt*, & Meridionalem,

Sud-

gotlandt, *Ammian. l.* 30. *c.* 7. ¶ Gothia item, *Oſia*, regio Sarmatiæ Europææ, in latere Boreali maris Euxini, inter Tyram, & Boryſthenem, in qua Metrop. Gothia. Populi olim *Gethæ*, deinde *Gothi*, ſeu *Gotti*, nunc *Polouci*.

Gothĭcus, a, um, adject. Aurelianus Imperator ob reportatam de Gothis victoriam, Gothicus cognominatus eſt. *Inſcript.* apud *Grut. p.* 277. *n.* 4.

Gothĭni, orum, pop. Germaniæ, cujus eam partem incolunt, quæ nunc *Sileſia* dicitur. *Tacit. de Germ. c.* 43.

Gothȳni, orum, pop. Sarmatiæ Europææ, ex Gothis, & Hunnis commixti. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v.* 622. Auſi Danubium quondam tranare Gothyni. *Id. l.* 2. *in Eutrop. v.* 153. Oſtrogothis colitur, miſtiſque Gothynis Phryx ager. In quibuſdam editionibus legitur *Gruthungi*. Sed iidem ſunt. item *Gothuni*. Sed hæc lectio eſt eorum, qui Latinorum morem ſecuti *y* in *u* vertunt.

G A N T E R.

Grabātus, ti, m. 2. *letticello*, עֶרֶשׂ, Ger. *lotterbeth*, Gal. *petit lit*, Hiſp. *lecho pequeno*, κράββατος, lectus exiguus, humilis, portatilis, a voce Græca, quæ allata eſt. Fere pro lecto pauperum, & mendicantium accipi ſolet. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 63. Deos ne immortales, concurſare omnium mortalium, qui ubique ſunt, non modo lectos, verum etiam grabatos, *Virg. in Mor.* Membra locat ſenſim vili demiſſa grabato.

Gracchānus, a, um, adject. ad Gracchos pertinens. *Val. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 1. Gracchano tumultu moniti. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Gracchanum illud: quo me miſer conferam?

Gracchi, Romanorum familia. In hac fuit Tib. Sempronius P. F. qui bis conſulatum geſſit, deinde Cenſuram. Proconſul in Hiſpaniam miſſus Celtiberos in deditionem accepit. Ex Cornelia filia Africani ſuperioris duos filios habuit, Tiberium, & Cajum, qui matris diligentia omnibus liberalibus artibus eruditi, præſtantes Oratores extiterunt. Hi cum plebi ſtuderent, & leges Reip. perniciоſas, præcipue agrarias, in ejus gratiam ferrent, creatique Tribuni pleb. omnia perturbarent, gravi excitata ſeditione, tandem occiſi ſunt. *Cic. l.* 1. & 2. *Offic.* & alibi ſæpe.

Gracchuris, urbs Iberiæ, a Sempronio Graccho ita appellata, poſtquam Celtiberos in deditionem accepiſſet. Antea Illurcis dicebatur. *Feſtus*.

Gracĕo, V. Cracentes.

Gracĭlens, tis, o. idem quod gracilis. *Næv. in Proteſilao*, apud *Non. c.* 2. *n.* 364. Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit.

Gracilentus, a, um, o. 1. 2. idem ac gracilis. *Enn. l.* 7. apud *Non. c.* 2. *n.* 364. Deducunt habiles gladios filo gracilento. Adde *Gell. l.* 4. *c.* 12.

Gracilĭeſco, is, n. 3. *aſſottigliarſi*, *ſmagrirſi*, בחש, Ger. *van vverden*, Gal. *devenir grêle*, Hiſp. *enflaquecer*, *enmagreeer*, ἰσχνόμαι, λεπτύνομαι, gracilis, & tenuis fio. *Plin. l.* 19. *c.* 22. Cum alias feſtinatione pariendi gracileſcat.

Gracĭlĭpes, edis, adject. o. pedes graciles habens. *Petron. Sat.* Ciconia gracilipes.

Gracĭlis, le, o. 3. *ſottile*, *magro*, *ſcarno*, *tenue*, דל, Ger. *van*, Gal. *grêle*, Hiſp. *delgado*, ἰσχνός, λεπτός, tenuis ab antiquo *gracco*, ſeu *craceo*. *Ter. Eun.* 2. 3. 21. Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut Graciles ſient. *Plin. l.* 8. *ep.* 15. Gracilis vindemia. *Mart. l.* 8. Timido, gracilique libello. *Hor.* 1. *Carm. od.* 5. Quis multa gracilis te puer in roſa, &c.? h. e. mollis, delicatus. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 14. Comæ graciles inſtar lanuginis. ¶ Gradus ſunt *gracilior*, *gracillimus*. *Plin. l.* 34. *c.* 8. Corpora graciliora, ſiccioraque. *Sueton. Ner. c.* 51. Fuit gracillimis cruribus.

Gracilĭtas, atis, *ſottigliezza*, דלה, Ger. *vanheit*, Gal. *grêlôte*, Hiſ. *delgadez*, ἰσχότης, corporis habitus tenuior. *Cic. de Clar. Orat. c.* 91. Qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates conſectentur.

Gracilitūdo, inis, f. idem ac gracilitas. *Accius in Amph.* apud *Non. c.* 2. *n.* 364. Iſta tua gracilitudo, & propemodum luctus tacit, ne dubitem.

Gracillo, n. 1. idem ac glocio, proprium vocis gallinæ, a ſono. *Auct. Philom. v.* 25. Cucurrire ſolet gallus, gallina gracillat.

Gracŭlus, i, m. κορμίας, κολοιός, *cornacchia*. *Plin. l.* 11. *c.* 29. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. *Feſt.* &c. ¶ *Nihil graculo eum fidibus*, proverbium eſt de rebus valde inter ſe diſſimilibus. *Gell. in præfat. ad fin.*

Gradālis, le, adject. qui per gradus fit, ut gradalis pugna, apud *Diomed. l.* 3. *de Pedibus*.

Gradarĭus, a, um, o. ὁ βάδην τροχάζων, quod gradatim incedit. Hinc Gradarius equus, qui ſine ſuccuſſatione alterno greſſu molliter explicat pedes. *Lucil.* apud *Non. c.* 1. *n.* 60. Equus non formoſus, gradarius, optimus vector. ¶ Translate *Sen. epiſt.* 40. Cicero noſter, a quo Romana eloquentia extitit, gradarius fuit. h. e. non curſor, ſed leni, & lenta oratione utens. ¶ Gradarius annus, V. *Gradus*.

Gradātim, adverb. *a paſſo a paſſo*, Ger. *fuſſ fur fuſſ*, *gemechlich*, Gal. *par degrez*, *petit a petit*, Hiſp. *de paſſo en paſſo*, *paſſo a paſſo*, βάδην, per gradus. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Foſſæ ſternuntur gradatim. ¶ Translate ponitur pro paulatim, & ordinate. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ut gradatim reſpondens eo perveniat, quaſi Geometrica didiciſſet.

Gradatĭo, f. 3. κλίμαξ, aſcenſio de uno gradu ad alium. Apud Rhetores Figura eſt vel verborum, vel ſententiarum, qua gradatim ab uno vocabulo ad aliud aſcenditur, vel ex prima ſententia ſecunda oritur, ex ſecunda tertia, atque ita deinceps, ut, Africano induſtria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit. *Cic.* 3. *de Orat. Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 25. ¶ Eſt etiam graduum diſpoſitio in Theatris. *Vitruv. l.* 5. *c.* 3. Lapideis, & marmoreis copiis gradationes ab ſubſtructione fieri debent.

Gradātus, a, um, o. 1. 2. *a gradi*, Germ. *vvie die ſtaffien gemach*, Gal. *faiteu degrez*, Hiſp. *ech a eſcalones*, κλιμακοειδής, in modum graduum factus. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Denſis, gradatiſque corticum pollicibus.

Gradīlis, le, adject. qui habet gradus, ut gradile Genii templum. h. e. quod gradibus adibatur. *Ammian. l.* 23. *c.* 2. ¶ *Panis gradilis* dicebatur, qui diſtribuebatur populo in gradibus Amphitheatri, aut ad piſtrina, aut alibi. De eo mentio eſt *l.* 3. *Cod. Theodoſ. de annon. civ. & pan. grad.*

Gradĭor, eris, greſſus, ſum, d. 3. *andare*, *paſſeggiare*, הלך, Ger. *gehen*, Gal. *aller*, Hiſ. *andar*, βαίνω, vado, incedo, ambulo, eo, progredior. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 46. Fidenti animo gradietur ad mortem. *Virg. Æn.* 1. *v.* 312. Ipſe uno graditur comitatus Achate. *Id. Æn.* 6. *v.* 633. Greſſi per opaca viarum.

Gradivicŏla, æ, m. qui colit Martem. *Sil. l.* 4. *v.* 222. Et Gradivicolam celſo de colle Tudertem.

Gradīvus, m. 2. Martis cognomen, a *gradiendo*, quod qui pugnant, impigre gradiuntur. Aliqui Gradivum, non Latinum, nec Græcum, ſed Thracium vocabulum eſſe, & ſignificare bellicoſum, ac fortem dicunt. *Virg.* 3. *Æn.* Gradivumque patrem, Geticis qui præſidet arvis. ¶ Idem Mars, ſi *Servio* credimus *loc. cit. Virgilii*, & Gradivus, & Quirinus dicebatur, Gradivus, cum ſæviebat, Quirinus, cum tranquillus erat. Et apud Romanos duo ejus erant templa, unum Quirini intra Urbem, quaſi cuſtodis, & tranquilli, alterum Gradivi, in Appia via extr. Urbem prope portam, quaſi bellatoris. ¶ Hujus vocis prima ſyllaba communis eſt, produxit enim *Virg.* at corripiunt *Silius* 15. 15. & *Ovid.*

Gradus, us, m. 4. *ſcaglione*, *grado*, מַעֲלֶה, Ger. *ſtuffel*, Gal. *degrè*, Hiſp. *paſſo*, *eſcaſon*, κλίμαξ, pars ſcalarum, ex qua ſcalæ conſtant, & qua ædificiorum altiora conſcenditur, a *gradiendo*, quod per eos eatur. *Cic. Act. l.* 4. Gradus templorum ab infima plebe completi erant. ¶ Gradus etiam idem eſt, ac greſſus, βῆμα. h. e. viciſſitudo pedum gradientium. *Cic. de Univ.* Ad hanc igitur converſionem, quæ pedibus, & gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit. ¶ Translate dicitur de conditione, loco, vel ſede honoris, *poſto*. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Deteriore autem ſtatu ut ſimus, unus eſt inferior gradus aut interitus, aut ſervitutis. *Id. in Catil.* Qui te tam mature ad ſummun imperium per omnes honorum gradus extulit. ¶ Transfertur etiam ad cognationem, ſeu conſanguinitatem, in qua gradus quidam eſſe finguntur, ad ſimilitudinem ſcalarum, locorumve declivium, quos ita ingredimur, ut a proximo in proximum veniamus. V. JCtos. *Suet. in Galb. c.* 2. Neroni Galba ſucceſſit, nullo gradu contingens Cæſarum domum. ¶ *Addere gradum*, eſt accelerare. *Liv.* 3. *Dec. l.* 6. Alacreſque milites alius alium, ut addaret gradum, hortabantur. ¶ *Dejicere de gradu*, eſt dejicere de dignitate, vel deducere de conſtantia, & propoſito: Sic *Dejici de gradu*, eſt amittere dignitatem, vel conſtantiam, & animi magnitudinem. *Cic.* 1. *Offic.* Fortis vero animi, & conſtantis eſt non peturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur. ¶ *Facere gradum*, eſt aſcendere, progredi, tranſitum facere. *Cic.* 2. *de Or.* Ut, quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. *Id.* 4. *Ver.* Itaque majoribus in Africam ex hac provincia gradus Imperii factus eſt. ¶ *Facere gradum ad aliquam rem*, eſt ingreſſum facere. *Cic. in Rull.* Hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera jactum intelligetis. ¶ *Inferre gradum*, eſt progredi, *avanzarſi*. *Liv.* Tandem gradum Romani acrius intulerunt, ceſſitque Luſitanus. Adde *l.* 9. *Movere gradu*, eſt propellere retrorſum. *Liv.* Primum gradu moverunt hoſtem, deinde pepulerunt. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 24. Sed mori malunt, quam tantummodo de dignitatis gradu dimoveri. h. e. quam indignum ſe ſe aliquid admittere. ¶ *Venire gradibus*, eſt per gradus aſcendere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te veniſſe gradibus. ¶ A Mathematicis gradus dicuntur partes circuli in Sphæra, quas Græci μοῖρας appellant. Hoc ſenſu uſurpat non ſemel *Manil.* ut *l.* 1. *v.* 572. *l.* 5. *v.* 717. & alibi. ¶ Item climacteres annorum. Unde & ipſi Climacterici anni *gradarii* dicuntur a *Jul. Firmic.*

Græcanĭce, adv. *alla greca*, Græce. *Varr. l.* 8. *L. L.* Itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus; cum oppidum, Græcanice hoc Argos.

Græcanĭcus, a, um, o. 1. 2. quod ex Græcia eſt. *Plin. l.* 34. *c.* 9. Maximeque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Græcatim, adv. Græcorum more. *Tertul. de Pal. c.* 4. Græcatim depilari magis, quam amiciri.

Græcātus, a, um, adject. Græcos imitatus, unde græcatior epiſtola, apud *Apul. Apolog.*

Græce, adv. *grecamente*, ἑλληνιστί. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 35. Cum ea, quæ legerem græce, latine redderem.

Græci, orum, m. 2. *Greci*, Ἕλληνες, pop. Græciæ. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Artibus Græci, Galli robore, Hiſpani numero, Pœni calliditate valent. V. *Græcia*.

Græcia, f. 1. Hellas, Achaja, *Grecia*, Turc. *Romelbi*, ſeu *Rumelia*, & *Horomeli*, Ἑλλάς, regio ampla Europæ. Dicta eſt a Græco primo Rege. Habet a Sept. Theſſaliam, a Mer. Peloponneſum, ſeu iſthmum Corinthiacum, ab Or. mare Ægæum, ab Occ. Epirum. Dividitur in plures provincias, Atticam, Bœotiam, Phocidem, Doridem, Locros, & Megaridem. Sed aliorum deſcriptione Græcia alia eſt antiqua, alia recens, deinde antiqua & late, & ſtricte ſumitur. Cum late accipitur, continet Græciam veram, & Regnum Macedonicum. Stricte ſumpta continet tantum Græciam veram, ſeu propriam, ubi Achaja, ſeu Hellas, Peloponneſus, & Inſulæ. Græcia recens complectitur Thraciam, *Romania*, Macedoniam, *Macedonia*, Livadiam, *Livadia*, quæ eſt Achaja antiquorum, & Peloponneſum, *Morea*, cum Inſulis, quæ dictæ ſunt. ¶ Olim & doctrina, ſtudiiſque omnium ingenuarum artium, & imperio, ac bellica laude florentiſſima fuit. A Græcia artes liberales ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. *Cic. pro Flacc.* & 2. *de Fin.* Nunc omni illo veteri ſplendore amiſſo Græcia prorſus jacet, poſtquam a Turcis ſubacta eorum tyrannidi parere coacta eſt. ¶ Pop. *Græci*, & poetice *Graji*, ſeu *Grajugenæ*, in quibus numerantur varii populi. Sed tria Græcorum genera erant vere, quorum uni erant *Athenienſes*, quæ gens Jonum habebatur, *Æoles* alteri, *Dores* tertii nominabantur. *Cic. pro Flac.* Græcâ perfidiæ nomine notati ſunt. Hinc adag. *Græca fides*. V. Græcus.

Græcia Magna, regio Italiæ meridionalis, apud oram ſinus Scyllacii, & Tarentini, a mari Tyrrheno uſque ad Adriaticum, inter Brutios ad Mer. & Salentinos ad Bor. in longum extenſa 82. M. P. dicta ab illis Græcis, qui poſt bellum Trojanum in Italiam venere. Ejus pars minor nunc in Calabria ulteriore, major in citeriore continetur. Sed aliorum deſcriptione ſub Græcia Magna Lucania, Meſſapia, & Brutii comprehendebantur, ubi nunc ſunt Calabria citerior, & ulterior, Baſilicata, pars auſtralis Principatus citerioris, Terra Bariana, & Terra Hydruntina, provinciæ Regni Neapolitani. Olim floruit potentiſſimis, & maximis urbibus, in quibus recenſentur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, &c. *Cic.* 2. *de Or.* & 4. *Tuſc.*

Græcienſis, ſe, o. 3. quod ex Græcia venit. *Gell. l.* 19. *c.* 10. Offendimus eum cubantem in ſympodio Græcienſi.

Græcigĕna, æ, qui genere Græcus eſt. *Auguſtin. l.* 18. *de C. D. c.* 18. Blandiuntur Græcigenis, alienigenas perſequuntur.

Græciſſo, as, n. 1. Græcos imitor. *Plaut. Men. prol. v.* 11. Hoc argumentum græciſſat, tamen non atticiſſat.

Græcĭtas, atis, f. literatura Græcorum, & præcipue Græcus ſermo. *l.* 3. *Cod. Theodoſ. de ſtud. liberal.* &c.

Græcor, aris, d. 1. *imitare i Greci*, κωμάζω, Græcos imitari, vel conviviis, & libidinibus operam dare, a Græcis, quod illi liberius ſe haberent in conviviis. Nam quandoque verba a moribus nationum trahuntur. *Hor.* 2. *ſer. ſat.* 2. *v.* 11. Vel ſi Romana fatiget militia aſſuetum græcari.

Græcoſtadium, ii, n. idem ac Græcoſtaſis. *Capitolin. in Pio*, *c.* 8. Græcoſtadium poſt incendium reſtitutum.

Græcoſtăſis, f. 3. γραμμοστασις, Græcorum ſtatio, locus Romæ, ad dexteram Comitii, ubi nationum Legati, qui ad Senatum erant miſſi, ſubſiſtebant. *Var. l.* 5. *de L. L. Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Deinde ejus operæ repente a Græcoſtaſi, & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.

Græcŭlus, a, um, o. 1. 2. dim. a Græcus, & uſurpatur per contemptum. *Cic.* 1. *de Or.* Quid mihi nunc vos tanquam alicui Græculo otioſo, & loquaci, & fortaſſe docto, atque erudito quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, imponitis? ¶ *Græcula mala*, genus malorum, a regione, unde advecta ſunt. *Plin. l.* 15. *c.* 14. Sic Græculæ vites, apud *Col. l.* 3. *c.* 2. ¶ Græcula roſa foliis eſt ita convolutis, ut, niſi manibus cogantur, apertam roſam non oſtendant. *Plin. l.* 21. *c.* 4.

Græcus, a, um, adject. o. 1. 2. ἑλληνικός, quod ad Græcos ſpectat. *Cic.*

in

in Brut. Qui maxime omnium nobilium Græcis literis ſtuduit. *Id. 3. Ver.* Fit invitatio, ut Græco more biberent. ¶ Græca roſa, λυχνὶς, ſpecies roſæ, non niſi in humidis locis proveniens, nec unquam excedens quinque folia, violæ magnitudine, odore nullo. *Plin. l. 21. c. 4.* ¶ Græca fide mercari. V. Fides. ¶ Græcæ calendæ. V. Calendæ.

Grajugĕnæ, arum, m. 1. Græci. *Cic. 2. de nat. Deor. ex Pacuvio.* Grajugena de iſto aperit ipſa oratio. Adde *Virg. 3. Æn. v. 550.*

Grajus, a, um, adject. idem quod Græcus, vel ad Græcos pertinens. *Cic. Invent. l. 2. c. 23.* Graji de Grajis æternum inimicitiarum monumentum ſtatuerunt. *Horat. l. 2. od. 16.* Graja Camœna. *Nepos 23. c. 3.* Is hodie Grajus ſaltus appellatur.

Grallæ, rum, f. 1. *ξanche, trampoli*, Germ. *ſteltzen*, Gal. *echaſſes*, Hiſp. *cancos*, τὰ χηλίσκων ξύλα, lignæ perticæ furculas habentes, quibus innituntur, qui iis incedunt, a *gradiendo*, unde *grada, gradulla, gralla*. Inventæ ſunt a pantomimis ad Panas, ſive Ægipanas repræſentandos, quorum exſucci pedes, ac crura non aliter melius repræſentari poterant, quam ligneis illis pedibus, ac cruribus grallatorum. *Feſt. Non. c. 2. n. 361.*

Grallātor, m. 3. χηλίσκης, qui grallis graditur. Speciatim grallatores pantomimi appellabantur, qui, ut Ægipanas in ſaltatione imitarentur, grallis incedebant. *Feſt. Plaut. Pœn. 3. 1. 27.* Vinceretis cervum curſu, vel grallatorem gradu.

Grallatorĭus, a, um, o. 1. 2. quod grallatoris proprium eſt, ut Grallatorius gradus. ideſt magnus, quales ſolent eſſe grallatorum. *Plaut. Amph. 4. 3. 52.* Sive grallatorius, ſive teſtudineus fuerit.

Gramen, inis, n. 3. *gramigna, χάρτις*, ſeu *κρᾶσις*, herba in genere, omne jumentorum pabulum, ſed in primis farrago. *Iſid. l. 17. c. 9.* dictum videtur quaſi germen. *Virg. in Bucol.* Nulla neque amnem libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. *Liv. l. 1.* Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. *Martial. l. 9.* Sit in gramine floreo reclivis. ideſt, in floribus.

Gramĭa, vel glama, f. 1. γλάμη, γλήμη, λήμη, lippitudo, ſeu pituita oculorum, quæ palpebras velut conglutinat, a Græcis vocibus allatis. *Feſt. Non. Plin. l. 25. c. 13.* Crethmos agrios gramias tollit oculorum impoſitus.

Gramĭnĕus, a, um, o. 1. 2. *graminoſo, di gramigna*, χλοηφόρος, quod ex gramine factum eſt. *Virg. 12. Æn. v. 118.* Graminea ara. *Gel. l. 5. c. 6.* Obſidionalis corona eſt, quam ii, qui liberati ſunt obſidione, dant ei duci, qui liberavit: ea corona graminea eſt, obſervarique ſolitum, ut fieret e gramine, quod in eo loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant, qui obſidebantur.

Gramĭnōſus, o. 1. 2. *pieno di gramigna*, χορτώδης, plenus gramine. *Col. in præf. l. 1.* Quid ſylveſter ager, quid humidus, & graminoſus, quid ſiccus, & ſpurcus recuſaret.

Gramiōſus, vel gramoſus, o. 1. 2. γλάμων, qui gramia laborat. *Cæcil. apud Non. c. 2. n. 389.* Gramioſis oculis ipſa, atratis dentibus.

Grammateus, i, m. 2. γραμματεύς, ſcriba, arcanorum particeps, notarius, qui rationes publicas in tabulis ſcribit. *Apul. l. 11. A. A.* Tum ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant.

Grammatias, m. 1. πολύγραμμος, gemma, al. polygrammos, ex jaſpidum genere, ſimilis ſmaragdo, per tranſverſum linea alba præcincta, quæ ab Orientalibus populis pro amuleto geſtari ſolet. *Plin. l. 37. c. 9.*

Grammatĭca, æ, vel Grammatice, es, f. 1. *Gramatica*, γραμματική, eſt ars emendate loquendi, & ſcribendi; ideſt ſine ſolœciſmis, barbariſmis, erroribus pronuntiationis, & orthographiæ, & aliis vitiis orationis barbaræ, obſcuræ, inornatæ, a γράμμα, *litera*. Voſſii ſententia Grammatica a *literis* dicta eſt, quia veteribus eo nomine cenſebatur γραμματική, hoc eſt, ars legendi, ſcribendique. Sero enim præcepta recte loquendi obſervata, inque artem congeſta ſunt. *Cic. 3. Fin. c. 2.* Quamquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum utimur pro Latinis, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Muſica, quanquam latine ea dici poterant, tamen, quoniam uſu percepta ſunt, noſtra ducamus. *Quintil. l. 2. c. 1.* Et Grammatice, quam in Latinum transferentes Literaturam vocaverunt.

Grammatica, orum, n. 2. res grammaticæ, ſtudium literarum. *Cic. 1. de Or.* In Grammaticis Poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, &c.

Grammaticālis, le, adject. *gramaticale*, ad grammaticam ſpectans, ut Grammaticales figuræ, *Sidon. l. 7. epiſt. 9.*

Grammaticalĭter, adver. *gramaticalmente*, more Grammaticorum. *Trebell. Poll. in Regillano:* Cœpit quaſi grammaticaliter declinare.

Grammatĭce, f. 1. γραμματική, nomen Græcæ Tragœdiæ, quam argumento ex literis ducto Callias Athenienſis ſcripſit. *Athen. in X. Cæſ. Scalig. l. 1. de re Poet. c. 8.*

Grammatĭce, adv. *gramaticalmente*, γραμματικῶς, more Grammaticorum, vel ex regulis Grammaticæ. Grammatice loqui, eſt, ubi cura ſermonis vitium non admittitur, Latine loqui, ubi elocutione & numero eluceſcit oratio. *Quintil. l. 1. c. 6.* Quare mihi non invenuſte dici videtur, aliud eſſe Latine, aliud Grammatice loqui.

Grammaticomaſtix, igis, m. flagrum, ſeu flagellum Grammaticorum. Legitur inter titulos *Idyll. 12. apud Auſon.*

Grammatĭcus, ci, m. 1. γραμματικός, qui Grammaticam docet. *Cic. 2. Tuſc.* Ut enim ſi Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur. ¶ Grammatici, olim Literati, vulgo appellantur, qui aliquid diligenter, & acute ſcribere poſſunt, aut dicere: ſed proprie dicti ſunt viri eruditiſſimi, atque elegantiſſimi, non qui Grammaticam docerent, ſed qui Poetas, Hiſtoricos, Oratores interpretarentur, ut Donatus, Feſtus, Nonius, Aſconius, & alii, qui fabularum Græciæ, Antiquitatum Romanarum, legum, omnium denique rerum cognitione, & ſcientia præſtiterunt. Dicti Grammatici fuere, quod in Poetis, & aliis verba obſcura explicarent. Iidem *Critici* vocabantur, a κρίνω, *judico*, quod de omni genere ſcriptorum judicarent. *Suet. de Cl. Grammat. Cic. 1. de Div.* Sunt enim harum rerum explanatores, ut Grammatici Poetarum. ¶ Differunt a *Grammatiſtis*, ſeu *Literatoribus*, etſi eos etiam Literatores vocitatos fuiſſe Meſſala Corvinus author eſt. Nam *Grammatici*, ſeu *Literati* abſolute, & pertecte docti erant, *Grammatiſtæ*, ſeu *Literatores* tenuiter eruditi erant, & in malam partem appellabantur.

Grammatĭcus, a, um, o. 1. 2. *Gramatico*, γραμματικός, quod ad Grammaticam pertinet, ut Figuræ Grammaticæ, Grammaticus ſtylus, Grammatica oratio, ars Grammatica. *Auct. ad Her. l. 4.* Hæc qua ratione vitare poſſimus, in arte Grammatica dilucide diſcemus. *Horat. l. 1. epiſt. 19. v. 40.* Grammaticæ tribus. h. e. multitudo Grammaticorum.

Grammatiſta, æ, m. 1. γραμματιστής, qui mediocriter grammatica eſt eruditus. *Sueton. de Illuſtr. Grammatic. c. 4.* Grammaticum abſolute, Grammatiſtam mediocriter doctum putant.

Grammatophylacĭum, cii, n. 2. *Cancellaria*, γραμματοφυλάκιον, tabularium, locus, ubi tabulæ, & inſtrumenta publica aſſervantur, a γράμματα, *literæ*, & φυλάσσω, *cuſtodio*. *Ulp. Dig. 48. 19. 9.* Archio forte, vel Grammatophylacio.

Grammĭcus, a, um, adject. linearis, a γραμμή, *linea*, ut deformationes grammicæ, h. e. deſignationes, quæ per lineas fiunt. *Vitr. præfat. l. 3. Id. l. 9. c. 1.* Grammicis rationibus explicare.

Granarĭum, rii, n. 2. *granaio*, מקבנה, Ger. *bornhauſſ*, Gall. *grenier*, Hiſ. *granero, troxe*, σιτοφυλάκιον, locus in horreis ſervandis ſeminum granis paratus, vel in quo grana frugum reponuntur, quod aliqui *horreum* ab hordeo, alii *farreum* a farre vocant. *Var. 1. de R. R. c. 57.* Triticum condi oportet in granaria ſublimia. *Perſ. ſat. 5. v. 110.* Jam nunc granaria laxes.

Granatim, adverb. per grana. *Apul. 6. Met.* Acervum granatim digerere.

Granātum, ti, n. 2. *pomo granato*, רמון, Ger. *granatapfel*, Gal. *grenade*, Hiſp. *granada, o granado*, ῥοιὰ, malum Punicum. *Plin. l. 20. c. 14.* Singultus, & vomitus ſiſtit cum ſucco granati.

Granātus, a, um, o. 1. 2. *granato, che ha molti grani*, Ger. *das vill korn hat*, Gal. *grene*, Hiſp. *granado*, κοκκώδης, quod abundat granis. *Colum. l. 12. c. 41.* Et integra mala dulcia granata, quæ Punica vocantur.

Granātus, us, ui, m. *Cato de R. R. c. 60.* Granatui videto uti ſatis viciæ ſeras. h. e. non modo ſeras ut viride pabulum jumentorum ſecetur, ſed & ut ad granum, & frugem perveniat. *Turneb. l. 6. Adverſ. c. 23.*

Grandævĭtas, atis, f. *età provetta*, Ger. *alter*, Gal. *vieilleſſe*, Hiſ. *viejez*, πολυετία, ætas provectior. *Acc. apud Non.* Nec quia nec vos, nec ille impune irrideret meam grandævitatem.

Grandævus, a, um, o. 1. 2. *di molta età*, זקן, Ger. *alt*, Gall. *fort agé*, Hiſp. *muy viejo, grande de edad*, πολυετής, quod eſt grandis ævi, ſeu provectioris ætatis. *Virg. 1. Æn. v. 125.* Grandævus Alethes. *Ovid. 7. Met. v. 160.* Grandævi patres.

Grandeſco, is, n. 3. *creſcere, divenir grande*, גדל, Germ. *groſſ vverden*, Gall. *devenir grand, croitre*, Hiſp. *hazerſe grande*, μεγαλύνομαι, creſco, grandis fio. *Cic. 1. de Div.* Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu.

Grandiculus, a, um, adject. diminut. a grandis, *grandetto*. *Plaut. Pœn. 4. 2. 35.* Grandiculi globi.

Grandifer, a, um, adject. grandis, vel grandia ferens. *Nazar. Paneg. Conſtant. c. 3.* Facta jam grandifera, maximorumque fructuum matura perceptio.

Grandifĭcus, a, um, adject. grandifer. *Ammian. l. 18. c. 15.* (al. *c. 6.*) Grumbates rex, ætate quidem media, rugoſiſque membris, ſed mente quadam grandifica, multiſque victoriarum inſignibus nobilis.

Grandigro, as, n. 1. grandi gradu eo, apud vet. *Plaut. Truc. 2. 2. 31.* Abire hinc ni propere grandigras. Adde *Lucret.* & *Plin.* Ita Lexicographi plerique: ſed legendum eſt: *Abire hinc ni properas grandi gradu.*

Grandilŏquus, o. 1. 2. *che ragiona di coſe grandi*, μεγαλορρήμων, eloquens, qui cum quadam verborum magnificentia loquitur, grandi, & ſublimi dicendi genere utitur. *Cic. in Orat. c. 5.* Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla & ſententiarum gravitate, & majeſtate verborum.

Grandĭnat, abat, imp. 1. *grandinare, cadere grandine*, verb. imperſ. *Senec. l. 4. Quæſt. Nat. c. 4.* Quæritur, quare hyeme ningat, non grandinet.

Grandinĕus, a, um, adject. grandinoſus. *Alcim. l. 3. v. 329.* Grandineos pavidis fuderunt nubila nimbos.

Grandinōſus, o. 1. 2. *tempeſtoſo, che abbonda di tempeſta*, Ger. *zu dem hagel geneiget*, Gal. *qui grele ſeuvent*, Hiſp. *el que abunda de granico*, χαλαζώδης, quod abundat grandine. *Col. l. 3. c. 1.* Siccam, vel roſidam, grandinoſam, ventoſamque.

Grandĭo, is, a. 4. *aggrandire*, ἐπαύξω, grandem facio. *Plaut. Aul. 1. 1. 10.* Iſtum tibi ego grandibo gradum. h. e. faciam, ut majora gradiendo ſpatia facias. *Cato R. R. c. 161.* Mars Pater, frumenta, vineta, virgultaque grandiri ſinas.

Grandis, de, o. 3. *grande*, גדול, Germ. *groſſ*, Gall. *grand*, Hiſp. *grande*, μεγαλῶς, magnus; & proprie de fœtibus dicitur: translate autem de aliis rebus. *Macrob. l. 5. c. 20.* Hyberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes. *Cic. pro Cluent.* Reliquit hunc annos XV. natum, grandem autem, & nubilem filiam. *Id. pro Rab.* Is Regi Alexandrino grandem pecuniam credidit. *Id. ad Att.* Ad Hircium dederam epiſtolam ſane grandem. *Id. in Ver.* Hydria præclaro opere, grandi pondere. ¶ Cum ad ætatem refertur, ſæpe abl. *natu* additur. *Cic. pro Roſc. Com.* Ordine Senatores, ætate grandes natu. *di età avanzata, non però vecchi.* Adde *l. 1. de Invent. c. 25.* ¶ Translate dicitur de elatiore dicendi genere. *Cic. in Brut.* Fuit Sulpitius vel maxime omnium grandis, &, ut ita dicam, tragicus Orator. ¶ Comp. grandior, ſup. grandiſſimus. *Cic. in Ver.* In qua baſi grandioribus literis P. Africani nomen erat inciſum. *Plin. l. 15. c. 3.* Grandiſſimæ olivæ.

Grandiſcapĭus, a, um, adject. ſcapum grandem habens. *Senec. epiſt. 86.* Arbores, ut ita dicam, grandiſcapiæ. Paulo ante dixerat: magnarum arborum truncos cum ſcapo ſuo transferri.

Grandisŏnus, a, um, adject. qui grandem ſonum edit. *Sedul. l. 1. v. 2.* Figmenta grandiſonis pompare modis.

Grandĭtas, tis, f. *grandezza*, גידל, Ger. *groeſſe*, Gal. *grandeur*, Hiſ. *grandeca*, μέγεθος, magnitudo. *Cic in Brut. c. 31.* Idque apparet ex genere, & granditate verborum. *Siſenna l. 4. Hiſtor.* Neque ætatis granditatem, neque ordinis honeſtatem, aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi.

Grandĭter, adv. *grandemente*, μεγάλως, ample, excelſe. *Sidon. l. 7. epiſt. 2.* Pater iſtius granditer frugi. Et *epiſt. 4.* Illud mihi inter maxima granditer cordi eſt. *Ovid. Heroid. ep. 15. v. 29.* Nec plus Alcæus conſors patriæque, lyræque Laudis habet, quamvis grandius ille ſonet.

Grandiuſcŭlus, a, um, o. 1. 2. *grandetto, grandicello*, dim. a grandis. *Ter. Andr. 4. 5. 19.* Nam fere grandiuſcula protecta eſt illinc.

Grando, inis, f. *tempeſta, grandine*, ברד, Germ. *hagel*, Gal. *grêle*, Hiſp. *granico*, χάλαζα, pluvia in aere congelata. *Cic. 3. de Nat. Deor.* Nec, ſi uredo, aut grando quidpiam nocuit. *Virg. 1. Georg. v. 449.* Crepitans ſalit horrida grando.

Grane, es, Nymphæ nomen. *Ovid. 6. Faſt. v. 107.* Inde fata eſt Nymphe: Granen dixere priores.

Granĕa, æ, f. *Cato R. R. c. 86.* Graneam triticeam facere. *Hieronym. in Pavalipom.* ſcribit, hoc nomine ſignificari cibum e primitiis ſpicarum, & granis toſtis.

Grani, orum, m. 2. *Salmaſius in Solin.* ait eſſe capillos ſparſos, & diſcriminatos, qui in fine criſpati granorum figuram exhibent. *Iſid. l. 19. Orig. c. 23.* ut Germanis cirros, ita Gothis granos tribuit. ¶ Latina auctoritate hactenus caret.

Granĭcus, m. 2. *Granico, Lazzara*, fl. Troadis, ſeu Phrygiæ minoris, qui ex Ida M. in Propontidem influit inter Parium, & Lampſacum, al. medius inter Cyzicum ad Or, & Lampſacum ad Occ. ¶ Item flu. Myſiæ, juxta quem Alexander Perſas vicit. *Juſtin. l. 12.* ¶ Hoc nomen *Ovidio* reſtituit Heinſius *l. 11. Met. v. 763.* Fertur Alexirhoe Granico nata bicorni.

Granĭter, a, um, o. 1. 2. ferens granum. *Ovid. 7. Met. v. 638. de formicis.* Graniferumque agmen ſubjectis ſpargere in arvis.

Granōſus, a, um, o. 1. 2. *granoſo*, κοκκώδης, quod intus habet grana. *Plin. l. 21. c. 31.* Cui acini coccinei, granoſi folliculi.

Granum, n. 2. *grano, granello*, גרגר, Ger. *korn*, Gal. *grain*, Hiſp. *grano*, κόκκος, proprie ſemen frugum dicitur, ut tritici, hordei, & huiuſmodi. *Var. l. 1. de R. R. c. 48.* deducit a gerendo, quia feritur, ut ſpica gerat

garat frumentum. *Cic. 1. de Div.* Midæ illi Phrygio, cum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt. ¶ Granum etiam generaliter dicitur pro omni eo, quod minutum eſt, & ſimilitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Unde & mali Punici acinos grana, ipſumque malum granatum dicimus. Fructus quoque cocci, quo panni tinguntur, granum dicitur, quod quia copioſiſſime naſcitur in Bætica provincia, factum eſt, ut ea regio ab eo *Granata* dicatur.

¶ De acinis uvæ uſurpat *Ovid. 4. Triſt. eleg. 6. v.* 10.

Graphiarium, rii, n. 2. *pennaiuolo*, קחה, Ger. *febretbzeug*, Gal. *ecritoire*, Hiſp. *caxade eſcrivanias*, γραφιοθήκη, theca, in qua ſtyli reponebantur, quibus & ſcribere ſimul, & pingere ſolebant, antequam penicilli, & colores invenirentur, a γράφιον, *ſtylus*. *Martial. l. 14. ep.* 21. Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro.

Graphiarius, a, um, adject. ut graphiaria theca, *pennaiuolo*, graphiarium. *Sueton. Aug. c.* 32. & *Claud. c.* 35.

Graphice, es, f. 1. γραφική, ars pingendi, quæ Pictura Latinis dicitur. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt, picturam, in buxo docerentur. Al. leg. *Diagraphicen*.

Graphice, adv. *politamente*, Ger. *zierlich*, Gal. *naivement*, *fort bien*, Hiſp. *lindamente*, γραφικῶς, egregie, eleganter, polite. *Plaut. Perſ.* 2. 5. 5. Huic ego graphice facetus fiam. *Id. Trinum.* 3. 3. 38. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum.

Graphicus, a, um, o. 1. 2. *perfetto*, Ger. *einvvolgeſtalter menſch andem nichts vergeſſen iſt*, Gal. *bian*, *& naivement fait*, Hiſp. *bien*, *y perfetamente hecho*, *o compueſto*, γραφικός, ſcitus, & elegans, perfectus, abſolutus, ad unguem factus, a γράφω, qua pingere notat, quaſi pictoris manu expolitus, quia picta ſunt elegantiora nativis. *Plaut. Epid.* 3. 3. 29. Næ tu habes ſervum graphicum, & quantivis pretii, ſi ſervat fidem. *Id. Trinum.* 4. 3. 17. Fur graphicus. *Vitruv. l.* 4. *c.* 4. Graphicoteram aſpectu efficient delectationem.

Graphis, dis, f. γραφίς, penicillus pictorum, a γράφω, qua pingere notat, item lineandi peritia. *Vitr. l.* 1. *c.* 1. Architectum oportet graphidos ſcientiam habere. ¶ Item, ut aliqui volunt, ipſa delineatio, ſeu primus linearum ductus, *diſegno*, *abbozzamento*, Ger. *entvvverffung*, Gal. *crayon*, Hiſp. *debuxo*, γραφή. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Graphidis veſtigia extant in tabulis, ac membranis, ex quibus proficere dicuntur artifices.

Graphium, ii, n. 2. *ſtilo*, Ger. *ein griffel*, Gall. *pinceau*, Hiſp. *puncon*, γραφίον, ſtylus ferreus, quo veteres in cereis tabulis ſolebant ſcribere, a γράφω, qua ſcribere ſignificat. V. Stylus. *Ovid. 1. Amor. el.* 11. *v.* 23. Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo? *Sueton. Cæſ. c.* 82. Caſſii brachium graphio trajecit.

Graſſatio, f. 3. *aſſaſſinamento*, פרץ, Ger. *das vvueten*, Gal. *detrouſſement*, *briganderie*, Hiſp. *ſalteamiento*, λωποδυτία, actus graſſandi. *Plin. l.* 3. *c.* 22. Nocturnis graſſationibus converberatam faciem illimens ſibi cum thure, ceraque.

Graſſator, oris, m. 3. *malandrino*, *ladrone*, *aſſaſſino da ſtrada*, Ger. *vacubet*, Gal. *brigand*, *guetteur de chemins*, Hiſp. *ſalteador*, λωποδύτης, proprie dicitur, qui urbis vicos obſidens obvios aut veſtibus, aut pecunia ſpoliat, a graſſor. *Suet. in Aug. c.* 32. Igitur graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit. ¶ Sed generatim dicitur de quocunque viarum obſeſſore ſive in urbe, ſive extra urbem. *Cic. de Fato*. Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus cauſa foret, cur a graſſatore ſpoliaretur. ¶ Olim ſumebatur pro adulatore, quod paraſiti, atque adulatores per plateas otioſi graſſarentur; ideſt deambularent, alienum ſectantes cibum. Hinc poetæ quoque graſſatorum nomine notati fuere, quod & ipſi otioſe verſibus operam dantes tere hac in re peccarent. *Cato in Carmine de moribus*, *apud Gell. l.* 11. *c.* 2. Poeticæ artis honos non erat: ſi quis in ea re ſtudebat, aut ſe ſe ad convivia applicabat, graſſator vocabatur.

Graſſatura, æ, f. idem, ac graſſatio. *Suet. in Tib. c.* 37. In primis tuendæ pacis a graſſaturis, & latrociniis, ſeditionumque licentia curam habuit.

Graſſor, aris, atus ſum, d. 1. eſt cum impetu, & vehementia, & pleno gradu incedere, ambulare, freq. a *gradior*. *Sall. in Jug. c.* 1. Quibus ubique ad gloriam virtutis via graſſatur. *Tiſinn. Veliterna*, *apud Non.* Sine eam pedibus graſſari. *Liv. l.* 3. Se jure graſſari, non vi. hoc eſt, jure procedere. *Id. l.* 10. *c.* 14. Conſilio graſſandum, ſi nihil vires juvant. ¶ Sæpius in deteriorem partem accipitur pro vias obſidere, & obvios injuriæ opportunos adoriri, eos veſtibus, pecunia, & alia quavis re ſpoliare, *aſſaſſinare*, *aſſaltare*, פשׁט, Ger. *vvueten*, Gal. *brigander*, *detrouſer*, Hiſp. *ſaltear*, *acometer*, λωποδυτεῖν. *Liv. l.* 2. Trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via graſſaremur. ¶ A veteribus uſurpabatur pro adulari. Nam paraſiti, atque adulatores per plateas otioſi alienum ſectantes cibum gradiebantur. V. *Graſſator*. Hinc graſſari obſequio, apud *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. hoc eſt obſequiis & adulationibus alicujus gratiam captare. Ejus verba ſunt: Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti, Obſequio graſſare &c.

Gratabundus, o. 1. 2. gratulabundus. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 18. Et proximi militum gratabundi reſpondent. Ita Lexicographi plerique. At pleræque Taciti editiones, atque optimæ habent *grata auditu*.

Gratanter, adverb. lubenter, gratulando. *Capitolin. in Macrin. c.* 7. Senatus gratanter accepit. *Id. in Maxim. c.* 14. Milit literas, quæ gratanter acceptæ ſunt. Adde *Ammian. l.* 17. *c.* 6. & *Aurel. Vict. Epit. in Nerva*, &c.

Gratatorius, a, um, adject. gratulatorius. *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 16. Ampliatos profapiæ tuæ titulos ego feſtinus gratatoriis apicibus inſcripſi.

Grate, adv. *gratamente*, Ger. *danckbarlich*, Gal. *avec re onnoiſſance*, Hiſp. *gratamente*, ὑγκωμίως, jucunde. *Cic.* 1. *Fin.* Nam & præterita grate meminerunt. ¶ Item animo grato. *Cic. pro Planc. c.* 41. Confiteareque aliquando, quod faciam, me grate, & pie facere. ¶ Superlat. gratiſſime. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 2. Pericula præterita qui evaſit, gratiſſime provocatur. *Plin. l.* 7. *c. ult.* Id munus gratiſſime acceptum eſt. ¶ Comparat. *gratius*. *Cic.* 2. *de Or.* Themiſtocles reſpondit, gratius ſibi illum eſſe facturum, ſi, &c.

Grateolens, entis, adject. *chi ha grato odore*. *Apul. de Muado*: Civitas ſpirans odoribus, & grateolentibus cœnis.

Grates, f. 3. χάριτες, gratiæ quæ pro accepto beneficio referuntur. *Cic. in Somn. Scip. c.* 1. Grates tibi ago, ſumme Sol. *Curt. l.* 5. *c.* 13. Dignas tibi grates referre nequeo: at referat Alexander. *Tacit. Annal. l. e.* 69. Grates, & laudes habere legionibus reverſis. Adde *Virg. Æn. l. v.* 604. & alibi. ¶ Falſum autem eſt quod plerique Lexicographi notant, in ſolo nominat. & accuſ. plurali hoc nomen uſurpari. Nam *Tacit. Ann.* 12. *c.* 37. Agrippinam laudibus, gratibuſque venerati ſunt.

Gratia, æ, f. 1. *grazia*, חן, Ger. *danck*, Gal. *grace*, Hiſ. *gracia*, χάρις, venuſtas, a *gratus*. Gratia enim eſt, quæ gratos, & amabiles facit. Frequentiſſime ſumitur pro favore, amore, benevolentia, & quidem paſſive. *Cic. pro Planc.* Summum in Præfectura florentiſſima gradum tenuerint & dignitatis, & gratiæ. *Id. pro Sex. Roſc.* Gratia, atque hoſpitiis hominum nobiliſſimorum florebat. *Id. pro Leg. Man.* Neque quo Cn. Pompeji gratiam mihi per hanc cauſam conciliari putem. *Id. pro Mur.* L. Murænæ provincia multas bonas gratias cum optima exiſtimatione attulit. ¶ Sæpe etiam active accipitur pro benevolentia, qua quis diligit. *Cic. 1. de nat. Deor.* Deinde, ſi maxime talis eſt Deus, ut nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur. Hinc *recipere in gratiam* eum dicimur, qui vult nobis reconciliari, cum aliquando inimicus fuerit. *Cic. pro Rab.* Quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim. ¶ Sæpe pro mutua amicitia, benevolentia, concordia. *Cic.* 8. *Fam.* Nam mihi cum hominibus his & gratia, & neceſſitudo eſt. ¶ *Gratiam inire*, eſt amicitiam alicujus ſibi conciliare, *metterſi in grazia d'alcuno*, & conſtruitur vel abſolute, vel cum ablat. & præpoſ. *a*, *ab*, *cum*, vel cum accuſ. & præpoſ. *apud*, *ad*. *Cic. Att. l.* 1. Craſſum inire eam gratiam, quam ipſe prætermiſiſſet. *Id.* 3. *Ver.* Ut idem Pompejus non ab homine ſolum, ſed etiam a provincia tota ſe hujus abſolutione inire gratiam arbitraretur. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 9. Jam cum bonis omnibus ſummam ineat gratiam. Al. leg. *a bonis omnibus*. *Liv. de B. Pun.* Gratiam magnam apud Annibalem inituros. *Id. l.* 33. *c.* 46. Quantam eo facto ad plebem inierat gratiam. ¶ *Redire in gratiam*, eſt reconciliari. *Cic. Att. l.* 1. Cum Lucejo in gratiam redi. *Id.* 3. *Fam.* Cum vero reditum noſtrum in gratiam uterque expetiſſet. ¶ *Gratiam alicujus ſequi*, eſt alicujus amicitiam ambitioſius captare, vel ambire. *Cæſ.* In Cæſarem reſpiciant, atque ejus gratiam ſequantur. ¶ Dicimus etiam *mala gratia*, pro offenſione, acerbitate. *Cic. in Piſon.* Nulla Senatus mala gratia comitiorum ratione privavi. *Ter. Phorm.* Sic hæc potius cum bona ut componantur gratia, quam cum mala. ¶ Interdum gratia ſumi videtur pro auctoritate, vel quodam gradu auctoritatis, qui favore, & plauſu acquiſitus eſt. *Cic.* 13. *Fam.* Omnia, quæ potui in hac ſumma gratia tua ac potentia a te impetrare. ¶ Gratia etiam beneficium ſignificat, præſertim illud, quod nobis gratis datur, *Cic.* 2. *Fam.* Cum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam, quam vel non capere animius meus, vel in accipiendo, vel remunerando, cumulandoque illuſtrare poſſet. ¶ Accipitur etiam pro beneficio, quod redditur, vel pro memoria accepti beneficii, animo grato, voluntate referendæ gratiæ, ſeu reddendi beneficii. *Cic. pro Planc.* Niſi qui meritam Diis immortalibus gratiam juſtis honoribus, & memori mente perſolvunt. *Id.* 3. *Fin.* Scribit enim ipſe mihi, te tibi gratias debere. *Ter. Andr.* Poſtulare, id gratiæ apponi ſibi. *h. e.* ut ſibi gratia habeatur. ¶ *Habere gratiam*, vel gratias, pertinet ad animum, & ſignificat memorem accepti beneficii mentem, animumque habere, & gratificandi voluntatem. *Cic.* 1. *Fam.* Quare habeo gratiam Trebatio familiari noſtro. *Ter. Andr.* 4. 5. 31. Diis pol habeo gratias. ¶ *Agere gratias*, ſemper num. plur. eſt verbis oſtendere, nobis aliquid fuiſſe gratum, vel beneficium verbis exornare, *ringraziare*. *Cic.* 4. *Catil.* Mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis. ¶ *Referre gratiam*, eſt facto aliquo acceptum beneficium remetiri, ſeu compenſare. *Cic.* 2. *Off. c.* 20. Gratiam autem & qui retulerit, habere, & qui habeat, retuliſſe. ¶ Accipitur, *Referre gratiam* etiam in malam partem, pro injuriam reddere, injuriam injuria compenſare. *Ter. Eun.* 2. 3. 93. Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam. ¶ *Eſt gratia*, ſignificat ago gratias. *Plaut. Men.* Tibi gratia eſt. Nonnunquam gratia capitur pro indulgentia, venia. Hinc *Facere gratiam* eſt ex jure ſtrictiore aliquid imminuere, vel remittere aliquid, quod ſibi debeatur, ex. gr. *Facere gratiam jurisjurandi*, eſt jusjurandum remittere. *Liv. l.* 3. Omnium tibi, quæ impie, nefarieque per biennium alia ſuper alia ex auſus, gratiam tibi facio. *Plaut. Rud.* Jurisjurandi, volo, gratiam facias. ¶ Utimur etiam gratia pro cauſa, ut Animi gratia, ludi gratia, &c. *Ter. And.* 2. 6. Et ea me hic reſtitiſſe gratia. *Cic. pro Cæl.* Quæ accuſatores deformandi hujus cauſa, detrahendæ, ſpoliandæque dignitatis gratia dixerunt. ¶ Item pro elegantia, pulchritudine, ſuavitate. *Ovid.* 3. *de Ar. aman. v.* 400. Non erit ignotæ gratia magna lyræ. *Apul. l.* 2. *A. A.* Ampli calices variæ quidem gratiæ, ſed pretioſitatis unius. Sic gratia cutis, gratia villæ, gratia corporis, ciborum, odoris, &c. legitur apud *Plin. utrumque*. ¶ Ablat. plur. *Gratiis* peculiarem habet ſignificationem. V. ſuo loco.

Gratiæ, f. 1. χάριτες, Deæ pulchritudinis, fil. Herebi, & Noctis. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Sed alii tradunt, filias fuiſſe Jovis, & Autonoes, alii Jovis, & Eurynomes, alii Liberi Patris, & Veneris. ¶ Dictæ ſunt a *gratia*, ideſt, ab ea gratiæ notione, qua pro venuſtate, ac lepore accipitur. Græce dicuntur, χάριτες, a χάρις, quod a χαρὰ, *gaudium*. ¶ Tres ſunt, *Aglaie*, *Thalia*, *Euphroſyne*. *Ficin. in Conv. Platon.* Aliquando pro *Aglaie* & *Thalia* Ægiale, & Paſithea leguntur. *Boccat. l.* 5. *Gen.* Aliorum interpretatione Gratiæ Deæ ſunt, quæ beneficentiæ præſunt. Tres eſſe finguntur, quod una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat, ſeu quia & benefici eſſe in alios debemus, & aliorum beneficia ſuſcipere, & iis, qui in nos liberales fuerunt, retribuere: *dare* autem, *accipere*, & *referre* tres actus ſunt inter ſe diſtincti. Ex his una *Aglaie* nominatur, ab ἀγλαΐα, *ſplendor*, quia ſplendide, & magnifice præſtandum eſt beneficium, altera *Thalia*, a θαλία, *germen*, ramus virens, quia beneficii memoria ſemper virere debet, & nunquam marceſcere: tertia *Euphroſyne*, ab εὐφροσύνη, *lætitia*, quia & in accipiendo, & in dando beneficio lætari, & delectari congruum eſt. Harum una averſa pingitur, duæ ad nos converſæ, quia pro accepto beneficio duplicem gratiam rependi oportet. Virgines ſunt, quia pura beneficia eſſe debent, ſine ſpe retributionis, ſeu quia nihil turpe rogare licet. Nudæ, quod beneficia inter amicos minime decet eſſe fucata. Juvenes, quia beneficii accepti memoria ſeneſcere non debet, ſed perpetuo virere. Hilares, & ridentes, quod hilariter beneficium dandum eſt. Connexæ, quia perpetuum debet eſſe benevolentiæ fœdus, & quia beneficium ſemper beneficium parit. In Acidalio Orchomeni fonte lavantur, qui dictus eſt ab ἀκηδία, nullam curam gerens, quod ab α, part. priv. & κήδω, *cura*, quia conterens obliviſci beneficii dati debet, vel certe curam omnem abjicere de remuneratione. *Horat. l.* 1. *od.* 30. Solutis Gratiæ zonis. V. *Senec. l.* 1. *Ben. c.* 3.

Gratificatio, onis, f. 3. χάρισμα, actus gratificandi, *piacere*, *il far coſa grata*. *Cic. de Leg. Agrar.* 3. *c.* 3. Conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria.

Gratificor, aris, d. 1. *gratificare*, *far coſa grata*, חנן, Ger. *ein dineſt thun*, Gal. *faire plaiſir*, *grace*, *au gré*, Hiſ. *gratificar*, χαρίζομαι, rem gratam facio. *Cic.* 1. *Fam.* Quod Pompejo ſe gratificari putant. ¶ Reperitur etiam cum accuſ. item cum accuſ. & dat. *Cic. in Tuſc.* Neque concupita præbendo perverſam gratiam gratificans. *Id. l.* 1. *Fam.* Cur enim tibi hoc non gratificer, neſcio. *Sall. in Jug. c.* 3. Potentiæ paucorum decus, atque libertatem ſuam gratificari. h. e. gratificando aliis decus, & libertatem ſuam prodigere. ¶ Et cum ablat. & præpoſit. *pro*. *Liv. l.* 21. *c.* 9. Ut præpararent ſuorum animos, ne quid altera pars gratificari pro Romanis poſſet. ¶ Dicimus etiam gratificari alicui de re aliqua. *Cic.* 5. *Fin. c.* 15. De eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt. ¶ Et gratificari aliquid alicui, apud *Plin. l.* 34. *c.* 6. pro gratis donare.

Gratiis, ablat. plur. a gratia ſæpe adverbii more uſurpatur, præſertim a *Plaut.*, & *Terentio*, & ſignificat idem quod gratis. *Ter. Phorm.* 3. 2. 15. Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis. *Id. Adelph.* 4. 7. 26. Aliquo abjicienda eſt, ſi non pretio, gratiis, *Plaut.*

Plaut. Pœn. 4.2.46. Neque triobolum ullum amice das, & ductas gratiis.

Gratilla, æ, f. species tibi, apud *Arnob. l.* 7.

Gratiŏla, læ, f. diminut. a gratia. *Diomed. Gramm. l.* 1. *c. ult. de Nom.*

Gratiōsè, adverb. *grazioſamente*, Ger. *mit gunſt*, Gal. *gracieuſement*, Hiſp. *graciоſamente*, χαριέντως, cum gratia. *Ulp. l.* 7. §. 2. *ff. de admin. & perit. tut.* Si neque ſordide, neque gratioſe, ſed non bonam conditionem elegerint. *Aſcon. Ped. in Verrin. de Præf. Urb.* Hoc fecit gratioſius in Decumanos.

Gratiōsĭtas, atis, ſ. gratia, *grazioſità*. *Tertul. l.* 1. *adv. Marc. c.* 9. Naturalem novitatis gratioſitatem volui reperçutere.

Gratiōſus, a, um, o. 1. 2. *grato*, *amato*, *che ha molte amicizie*, חנין, Ger. *gunſtreich*, Gal. *gratieux*, *agreable*, Hiſ. *graciоſo*, χαρίεις, qui gratia apud omnes plurimum valet, vel qui omnium gratiam, & favorem ſibi facile conciliat. *Cic. pro Planc.* Semper fuerunt viri boni, qui apud tribules ſuos gratioſi eſſe vellent. *Id. Ver.* 6. *c.* 20. Homini honeſto, ſed non gratioſiori, quam Cn. Calidius eſt. *Id. pro Quinct. c.* 1. Cum adverſario gratioſiſſimo contendere. ¶ Aliquando, ſed rarius, ſignificat eum, qui proclivis eſt ad gratificandum. *Gel. l.* 9. *c.* 12. Gratioſus, quod plus unicuique, quam meretur, tribuit. *Cic. in Brut.* Scribæ gratioſi ſint in dando, & cedendo loco. ¶ Gratioſa miſſio dicitur, quæ ante juſta ſtipendia emerita datur. *Liv. l.* 43. Et quorum ante emerita ſtipendia gratioſa miſſio ſibi viſa eſſet, eos milites fieri juſſuros. ¶ Gratioſus pro jucundo, & grato. *Plin. l.* 16. *c.* 33. Cupreſſos odore violenta, ac ne umbra quidem gratioſa.

Gratis, adverb. *ſenza premio*, *ſenza pagamento*, חנם, Ger. *umbſonſt*, Gal. *gratis*, Hiſp. *gratis*, πρίαμα, gratuito, ſine præmio, aut pretio, a *gratiis* per ſync. *Cic. 2. Fin.* Ut virtutes omnes per ſe ipſas gratis diligant. *Id. pro Roſc. Com.* Communem factum eſſe gratis cum Roſcio, qui pretio proprius fuiſſet Fannii.

Gratitūdo, inis, f. pro grato animo, *gratitudine*, barbarum eſt. Perperam enim a quibuſdam legitur in titulo *c.* 2. & 3. *l.* 5. *Valer. Max.* ubi optimi Cod., *de gratis*, & *ingratis*, habent. ¶ Gratitudo pro grato ſapore, habetur apud *Apic.* auctorem culinarium, *l.* 3. *c.* 4.

Gratĭto, as, n. 1. idem ac gingrio, quod proprium eſt anſeris, a ſono. Nam ſonus hic variis vocibus aliter, atque aliter exprimitur, quia eſt inarticulatus, nec ſemper uniuſmodi. *Auct. Philom. v.* 19. Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anſer.

Grator, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod gratulor. *Virg.* 4. *Æn. v.* 478. Inveni, germana, viam, gratare ſorori. *Tacit. l.* 2. *hiſt. c.* 25. Verſi in lætitiam laudantes, gratanteſque. ¶ Interdum ſignificat gratias agere, vel potius ſupplicari, ait *Valla l.* 5. *c.* 42. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 417. Quiſquis ades, caſtæque colis penetralia Veſtæ, Gratare, Iliacis thuraque pone focis. Alii tamen leg. *cratera*.

Gratuĭto, adverb. *ſenza premio*, Germ. *vergebens*, Gall. *pour neant*, Hiſp. *debalde*, ἀμισθί, gratis, *Cic.* 2. *Off. c.* 19. Multorum cauſas & non gravate, & gratuito defendentis.

Gratuītus, a, um, o. 1. 2. *ſenza premio*, ἄμισθος, quod datur gratis, ideſt, ſine præmio, aut pretio, a *gratis*. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 18. Quid liberalitas? gratuita ne eſt, an mercenaria? Si ſine præmio benigna eſt, gratuita, ſi cum mercede, mercenaria. *Plin. l.* 35. *c.* 9. Hoſpitium gratuitum. *Cic. pro Planc.* & *ad Att. l.* 4. Gratuita ſuffragia. h. e. libera, non pretio extorta. ¶ Penultimam hujus vocis fere corripimus. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 6. *v.* 16. Largis gratuitum cadit rapinis. ¶ Produci tamen etiam poſſe, putant nonnulli; nam & in *fortuitus* producta eſt ab *Horat. l.* 2. *od.* 15.

Gratulabundus, a, um, o. 1. 2. valde gratulans. *Liv. l.* 7. *c.* 33. Quo ſe omnis multitudo gratulabunda effudit. *Juſtin. l.* 6. *c.* 8. Velut gratulabundus patriæ exſpiravit.

Gratulātio, onis, f. 3. *allegrezza*, *congratulazione*, ברכה, Ger. *frolockung*, Gal. *joje*, *rejoviſſance*, Hiſp. *parabien*, σύγχαρμα, teſtatio gaudii ob felicem alicujus rei ſucceſſum. *Cic.* 5. *Fam.* Res eas geſſi, quarum aliquam in tuis litteris & noſtræ neceſſitudinis, & Reip. cauſa gratulationem expectavi. ¶ Item gratiarum actio, quæ a Senatu nomine alicujus Imperatoris, qui rem in bello feliciter geſſerat, ad omnium Deorum templa ſolebat decerni. *Cic.* 4. *Catil.* Mihi uni conſervatæ Reip. gratulationem decreviſtis. *Id. Phil.* 14. *c.* 3. Gratæ vero noſtræ Diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ.

Gratulātor, oris, m. *chi ſi congratula*. *Cic. l.* 2. *Fin. c.* 33. Fit, ut gratulator lætior ſit, quam is, cui gratuletur.

Gratulatorĭe, adverb. gratulantis more. *Auguſtin. l.* 8. *Conſeſſ. c.* 6. Gratulatorie mirari.

Gratulatorĭus, a, um, adject. ad gratulationem pertinens. *Capitolin. in Max. & Balbin. c.* 17. gratulatoriam epiſtolam ſubdidi.

Gratŭlor, aris, d. 1. *rallegrarſi*, *congratularſi*, ברך, Ger. *frolocken*, Gal. *congratuler*, *ſe rejovir avec quelqu'un*, Hiſp. *alegrarſe dar el parabien*, συγχαίρω, eſt teſtari verbis, ſe gaudere de fortuna, & felicitate alterius, a *gratus*, quia qui gratulatur, alienam felicitatem ſibi gratam, & jucundam eſſe verbis oſtendit. Conſtruitur cum accuſat. & dat. *Cic. in Ver.* Et ei voce maxima victoriam gratulatur. ¶ Vel cum ſolo dativo. *Id.* 3. *Fam.* Gratulari magis virtuti tuæ debeo, quam conſolari dolorem tuum. ¶ Vel cum ſolo accuſ. ſed tamen dat. ſubintellecto. *Ter. Eun.* Ad cœnam vocant, adventum gratulantur. ¶ Vel cum dat. & ablat. *Cic. Att. l.* 5. Qui mihi etiam gratulatus es illius diei celebritate. ¶ Vel cum dat. & ablat. & præpoſ. *de*, vel *in*. *Cic. Att. l.* 4. Quam ut tibi abſenti de reditu noſtro gratularer. *Idem Fam.* 6. *epiſt.* 11. Qua in re tibi gratulor vehementer. ¶ Vel cum accuſ. & præpoſ. *apud*. *Sueton. in Claud. c.* 6. Cum oppreſſum Sejanum apud eoſdem gratularetur. ¶ Vel cum particula *quod*. *Cic.* 15. *Fam. epiſt.* 14. Tibique gratulor, quod te de patria decedentem ſumma laus, & ſumma gratia provinciæ proſecuta eſt. ¶ Accipitur præterea *gratulari*, pro Superis pro re bene geſta gratias agere. *Liv.* Triumphantes in Capitolium aſcendebant Jovi Opt. Max. cæteriſque Diis gratulaturi. Adde *Terent. Heaut.* 5. 1. 6.

Gratus, a, um, o. 1. 2. *grato*, חפיר, מיהחנין, Ger. *dankbar*, Gal. *reconnoiſſant*, *agreable*, Hiſp. *grato*, *agradecido*, ἥδυς, jucundus, acceptus. *Cic.* 3. *Fam.* Id ſi correxeris, valde mihi gratum erit. *Id. Att. l.* 2. Quod egregie non modo iis, qui utuntur opera, ſed etiam in vulgus gratum eſſe ſentimus. ¶ Gratum facere, eſt obſequi, inſervire, *far piacere*. *Cic. in Fam.* Feceris igitur commode, & mihi gratum, ſi, &c. *Idem* 13. *Fam.* Tam mihi erit gratum, quam quod gratiſſimum. ¶ Sæpe gratus ſumitur pro eo, qui gratiam pro beneficio refert, vel ſaltem memor eſt accepti beneficii, εὐχάριστος. *Cic.* 1. *de Leg.* Ubi gratus, ſi non eum ipſum, cui referunt gratiam, ipſi cernunt grati? *Id. ibid.* Quæ autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum, & beneficii memorem diligit? *Brutus Cic. l.* 2. *Fam.* Gratiorem me eſſe in te poſſe, quam iſti perverſi ſint in me, exploratum habes.

Gravabĭlis, le, adject. gravis, molestus. *Cel. Aurel. Tard.* 4. *c.* 3. Vomitus gravabilis capiti.

Gravamen, inis, n. 3. moleſtia. *Caſſiod. l.* 9. *epiſt.* 2. Si viſceribus ſanis gravamen nullius ſentiat læſionis.

Gravaſtellus, V. Ravaſtellus.

Gravāte, adv. *gravoſamente*, *difficilmente*, לאחרצון, Ger. *mit beſchwaerd*, Gal. *a regret*, Hiſp. *de mala gana*, ἀχθέως, δυσχερῶς, cum labore, cum moleſtia, invite, non libenter. *Cic. pro Balbo*. Qui erranti comiter monſtrant viam, benigne, non gravate.

Gravatim, idem quod gravate. *Liv. l.* 1. *c.* 2. Haud gravatim ſocia arma Rutulis junxit.

Gravātus, a, um, o. 1. 2. *aggravato*, βεβαρυμένος, pondere preſſus, gravedine, vel moleſtia affectus. *Col. l.* 6. *c.* 9. Signa febricitantis, manantes lacrymæ, gravatum caput, oculi compreſſi. *Plin. l.* 26. *c.* 1. Gravatus vino. *Curt. l.* 6. *c.* 11. Gravatus ſomno. *Liv. l.* 40. Gravatus vulneribus.

Gravedinōſus, a, um, o. 1. 2. καρηβαρὸν, qui gravedine infeſtatur, & qui ad eum morbum eſt proclivior. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 12. Itaque dicimus quoſdam gravedinoſos, quoſdam torminoſos, non quia jam ſint, ſed quia ſæpe ſint. ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod gravedinem facit. *Plin. l.* 18. *c.* 15. Ervum gravedinoſum.

Gravēdo, inis, f. 3. κόρυζα, ponderoſitas, & ſpeciatim capitis morbus, cum humo craſſior ex cerebro in nares fluit, eaſque claudit, vocem obtundens, & tuſim ſiccam movens, a *gravis*, quia pectori gravis eſt. *Celſ. l.* 4. *c.* 2. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 14. Gravedini, quæſo, omni ratione ſubveni.

Gravēolens, entis, o. 3. *puzzolente*, נבח, Ger. *ubel riechendt*, Gal. *qui ſent mal*, Hiſp. *elque hiede*, δυσώδης, quod male olet. *Virg. Æn.* 6. *v.* 201. Ad lauces graveolentis Averni.

Graveolentĭa, f. 1. *puzzi*, נבל, Ger. *geſtanck*, Gal. *mauvaiſe adeur*, Hiſ. *hedor*, *mal olor*, δυσωδία, odor gravis, malus. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Et oris graveolentiam tollit. Adde *l.* 28. *c.* 12.

Graveſco, ſcis, n. 3. *farſi grave*, כבד, Germ. *ſchwaer*, *vverden*, Gall. *devenir peſant*, Hiſ. *hazerſe*, *grave*, *peſado*, βαρύνομαι, gravis fio, oneror. *Virg.* 2. *Georg.* Nec minus interea fœtu nemus omne graveſcit. ideſt oneratur. ¶ Sæpe ponitur pro gravidum, ſeu prægnantem fieri. *Plin. l.* 11. *c.* 41. Cameli lac habent, donec iterum graveſcant. ¶ Item pro gravius fieri, ſeu augeri. *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 5. Graveſcere valetudo Auguſti.

Gravidātus, a, um, o. partic. a gravidor. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 32. Quæ gravidata feminibus omnia pariat, & fundat ex ſe ſe.

Gravidĭtas, atis, f. *gravidanza*, הריון, Ger. *ſchwangerheit*, Gall. *groſſeſſe*, Hiſp. *prenez*, κύησις, prægnatio, conceptio. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 46. Ab eoque Luna illuminata graviditates, & partus afferat, maturitateſque gignendi.

Gravĭdo, as, a. 1. *ingravidare*, עבר, Ger. *ſchwaengern*, Gal. *engroſſer*, Hiſp. *empreñar*, ἔγκυον ποιέω, gravidum facio, onero, impleo. *Epitom. Sex. Aurel. Vict. c.* 14. Ne ex eo gravidaretur. ¶ Translate *Cæcil. Tyche*, Per myſteria hic te inhoneſte gravidavit probro. h. e. oneravit. *Victor. in Adriano*, *Epit.* Gravidari ex aliquo.

Gravĭdus, a, um, o. 1. 2. *carico*, *gravido*, כבר, Ger. *ſchwaer*, Gall. *plein*, *peſant*, Hiſp. *peſado*, *lleno*, ἔμπλεως, ponderoſus, onuſtus, plenus, a *gravis*, vel a *gravo*. *Plaut. Truc.* 1. 2. 3. Neu qui manus attulerit ſteriles intro ad nos, gravidas toras exportet. *Ovid.* 2. *Am. eleg.* 14. Si Venus Æneam gravida temeraſſet in alvo. ¶ Cum genitivo. *Sil. l.* 2. *v.* 220. Mellis apes gravidæ. ¶ Frequentius tamen ablativum habet. *Hor. l.* 1. *od.* 22. Gravida ſagittis pharetra. ¶ Speciatim mulier dicitur gravida ἔγκυος, quæ jam concepto fœtu gravatur. *Cic. pro Cluen.* Cum mulier eſſet gravida, & jam appropinquare partus videretur. *Ter. Andr.* 3. 2. Hęc ſe e Pamphilo gravidam dixit eſſe. *Id. ibid.* 3. 4. Gravidam facere.

Gravīna, f. 1. *Gravina*, urbs, & Ducatus Apuliæ Peucetiæ, in confin. Lucaniæ.

Gravis, & ve, o. 3. *grave*, *ponderoſo*, כבד, Germ. *geveichtig*, Gall. *peſant*, *facheux*, *grief*, Hiſp. *grave*, *moleſto*, βαρύς, εῖα, ύ, quod eſt ponderoſum, ſcilicet ſuapte natura deorſum fertur, cui opponitur leve, cujus natura eſt ſurſum ferri. *Virg.* 1. *Georg.* Vomis, & inflexi primum grave robur aratri. ¶ Nonnunquam gravidum ſignificat. *Virg.* 1. *Æn.* Donec Regina Sacerdos Marte gravis. ¶ *Æs grave* eſt æs rude in laminas librales diſſectum, & diſtributum: ſive informe ſit, quali ante ſignatam pecuniam Romani pecuniæ loco uſi ſunt: ſive euſum in aſſes libræ pondere, ſignatumque nota pecudis: quod primum Romæ factum eſt ſub Servio Tullo, teſte *Plin. l.* 33. *c.* 3. circa annum CC poſt U. C. Dictum eſt *grave* a pondere librali, quo appendebatur, ut *Feſtus* docet. Sic *Plin. loc. cit.* Populus R. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem devictum uſus eſt. Librales appendebantur aſſes. Quare æris gravis pœna dicta. *Liv. l.* 4. *c. penult.* Et quia nondum argentum ſignatum erat, æs grave plauſtris quidam (*e Patribus*) ad ærarium convehentes, ſpecioſam etiam collationem (*tributi*) faciebant. ¶ Cauſa autem, cur *grave* dictum ſit, eſt, quia bello Punico primo, teſte *Plin. ibid.* (ſecundo, legitur apud *Feſt. in Sextantarii*: Sed major habenda eſt *Plinio* fides) aſſis pondus ad ſexiantarium, h. e. ad duas uncias ponderis ex duodecim, imminutum fuit, ita Reipubl. rationibus poſtulantibus: deinceps vero etiam ad minus pondus redactum. Quare *æris gravis* nomine deſignabatur pecunia, quæ aſſes illos priores ac librales non numero, ſed pondere æquaret. ita ut v. g. *mille æris gravis* eſſent non mille aſſes numero, ſed multo plures, tot ſcilicet, quot æquarent mille antiquos aſſes libræ pondo. *Liv. l.* 10. *c.* 46. Æris gravis tranſvecta vicies centies millies: id æs redactum ex captivis dicebatur. *Id. l.* 22. *c.* 33. Indici data libertas, & æris gravis viginti millia. ¶ *Argentum grave* apud *Senecam* eſt ſolidum, & magni ponderis. Inquit enim *cap.* 1. *de tranquill. anim.* Placet miniſter incultus, & rudis vernula, argentum grave ruſtici patris, ſine ullo opere, & nomine artificis. ¶ Per translationem uſurpatur pro moleſto, *noioſo*, ut Morbus gravis, ſenectus gravis. *Cic.* 13. *Fam.* Nunquam tamen me gravem vobis eſſe voluiſſe. *Id. de Sen.* Quod nunquam ſenectutem tibi gravem eſſe ſenſerim. *Celſ. l.* 2. *c.* 3. Gravis locus, *d'aria groſſa*, *e mal ſana*. ¶ Item pro triſti. *Virg.* 8. *Æn.* Gravior ne nuntius aures vulneret. ¶ Item pro perniciоſo, acerbo, *nocivo*. *Cic.* 3. *Off.* Et gravem adverſarium imperii ſuſtuliſſent. *Liv. l.* 7. *c.* 6. Grave tempus, & forte annus peſtilens erat. ¶ Sic odor gravis, gravis halitus, grave pretium, *Salluſt. Cat. Plin.* ¶ Item pro ſerio, ſevero, prudenti, & conſequenter venerabili, magnæ auctoritatis, *autorevole*, quod Græci dicunt σεμνὸν, *Cic.* 1. *de Or.* Quorum pater homo prudens, & gravis, haudquaquam eloquens & ſæpe alias, & maxime Cenſor ſaluti Reip. fuit. *Id. in Catil.* Habemus S. C. in te vehemens, & grave. *Id.* 5. *Ver.* Graviore verbo appellare aliquem. ¶ Item pro grandæco, *Virg.* 5. *Æn.* Hic gravis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. ¶ Item pro eloquente ſublimi genere dicendi. *Cic. in Hort.* Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide gravius? ¶ Item pro firmo, conſtanti, quod momentum habet, & in re aliqua valet. *Cic. pro Roſc. Com.* Quod apud omnes leve, & infirmum eſt, id apud Judicem grave, & ſanctum eſſe ducetur? *Id. pro Deiot.* Quæ mihi ad ſpem obtinendæ veritatis graviſſima ſunt. ideſt, maximi momenti, ſeu efficacitatis. ¶ Denique uſurpatur pro languido, infirmo. *Veller. l.* 2.

l. 2. *c.* 76. Gravis vulnere. *Curt. l.* 7. *c.* 5. Graves deinde avide hauſto humore non ſuſtinere arma, non ingredi poterant. ¶ Annona gravior, *ſcarſezza di vittovari*, *Sueton. in Aug. c.* 25.

Graviſcæ, *Monte alto*, urbs olim, & Col. Etruriæ, nunc oppidulum, inter Centumcellas, & Portum Herculis. Alii dicunt, urbem fuiſſe, nunc omnino exciſam, ex ejus ruinis creviſſe Cornuetum urbem in vicinis. *Virg. Æn.* 10. *v.* 184.

Graniteſius, V. Ravaſtellus.

Gravitas, atis, f. 3. *gravezza*, *peſo*, כבד, Ger. *ſchwaare*, Gal. *gravite*, *peſanteur*, Hiſp. *graveza*, *peſadumbre*, ἔαρος, βαρύνης, pondus, ponderoſitas. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Tanta contentio gravitatis, & ponderum. ¶ Translate ſumitur pro firmitate, & conſtantia animi, & quadam ſeveritate in vultu, moribus, verbis, σεμνότης, *Cic. Att. l.* 10. Tu cum Sexto ſervaſti gravitatem eandem, quam mihi præcipis. ¶ Item pro ſublimitate ſtyli. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 17. Sententiarum gravitate, verborum pondere utendum eſt. ¶ Item pro moleſtia, & magnitudine, ut Gravitas odoris, morbi, doloris, ſomni. *Cic.* 9. *Fam.* Gravitas morbi facit, ut medicinæ non egeamus. *Tacit.* 5. *hiſt. c.* 6. Lacus gravitate odoris peſtifer. ¶ Item pro intemperie. *Cic. Att. l.* 11. *epiſt.* 22. Corpore vix ſuſtineo gravitatem Cœli hujus. *queſta cattiva aria*. ¶ *Gravitas animæ* apud *Plin.* eſt *puzza del fiato*.

Graviter, adverb. *gravemente*, Germ. *ſchwerlich*, Gall. *grievement*, *gravement*, Hiſp. *gravame*, *y peſadamente*, βαρέως, ponderoſe, & translate moleſte. *Sal. in Cic.* Graviter, & iniquo animo paterer maledicta tua. *Cic. Att.* 7. 2. Graviter ſe habere. *ſtar' aſſai male*. ¶ Item pro ſevere, aſpere. *Cic. pro Cæl.* Utrum me ſecum ſevere, & graviter, & priſce agere malit, an remiſſe, ac leniter, & urbane. ¶ Item pro valde, acriter. *Cic.* 1. *Off.* Graviter qui inimicis iraſcendum putant. *Id. ibid.* Atque interim graviter ægrotare hiius cœperit. ¶ Item pro ſapienter, mature. *Cicer. de Fin.* Siquid prudenter, ſiquid graviter factum eſt. ¶ Item pro ſublimi ſtylo, honorifice, & cum quadam auctoritate. *Cic. de Orat.* Thucydides res geſtas narrat graviter ſane, & probe. ¶ *Virg.* 4. *Georg.* graviter ſpirantis copia thymbræ. *h. e.* vehementem odorem emittentis. ¶ Gradus ſunt *gravius*, *graviſſime*, *Ter. Hecyr.* 4. 4. 95. Accuſare gravius. *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 31. Graviſſime affligi.

Gravitūdo, inis, f. gravitas, pondus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Gravitudo, tuſſis, pleuritis. *Attic. l.* 3. *c.* 6. Sine ructu, & gravitudine. ¶ Utroque loco ſignificat gravedinem, quæ eſt morbus capitis.

Graviuſculus, a, um, adject. diminut. a *gravis*, ut graviuſculus ſonus, *Gel. l.* 1. *c.* 11.

Gravo, as, a. 1. *gravare*, *caricare*, הכביר, Ger. *beſchwaeren*, Gal. *aggraver*, *charger*, Hiſ. *agravir*, βαρύνω, onero, ſive grave reddo. *Cic.* 2. *de Div.* Sumpeique gravata lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. ¶ Interdum accipitur pro moleſtia afficere, *affliggere*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 708. Nec me labor ille gravabit. ¶ Nonnunquam etiam pro gravius, & moleſtius aliquid reddere. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 11. At tu fortunam, cujus vocor exul ab ore, nomine mendaci parce gravare meam. ¶ Gravari, paſſive ſignificat ex infirmitate languere. *Capitol. in Pio*, *c.* 12. Altera die febri commotus eſt; tertia cum ſe gravari videret, M. Antonino Rempub. commendavit. ¶ Item offendi, graviter ferre, cum infinito, vel etiam abſolute. *Cic. l.* 1. *Or. c.* 23. Non gravabor breviter dicere, quid ſentiam. *Id. de Amic. c.* 5. Ego non gravarer, ſi mihi ipſi confiderem. ¶ Jungitur etiam cum accuſ. & accipitur pro ægre ferre, recuſare. *Lucan. l.* 5. *v.* 258. Romanos odere omnes, dominoſque gravantur. *Sueton. Ner. c.* 34. Matrem haſtenus gravabatur. Quibus in exemplis ſubintelligitur præpoſit. *ob* vel *propter*; ideoque non eſt neceſſe verbum hoc inter Deponentia ponere. ¶ *Gravare ſyllabam*, h. e. gravi accentu notare, *Priſcian. l.* 17. *p.* 1055. *Putſch.*

Gravo, vel craxo, n. 3. κράζω, clamo, a verbo græco allato, *Plaut. prol. Aſin.* Age nunc reſide, cave modo, ne graxis. Sed alii legunt gratis.

Gregalis, le, o. 3. *di uno ſteſſo gregge*, *compagno*, Germ. *auff der ſchar*, Gal. *du meme troupeau*, Hiſp. *de un meſmo grey*, ἀγελαῖος, ex eodem grege. *Var. l.* 2. *R. R.* Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. ¶ Dicitur quoque de hominibus, idque fere in deteriorem partem. *Cic. pro Domo.* Quod vos Catilinæ gregales dicere ſolebatis. *Id. de Aruſp. Reſp.* Nec Clodius, nec quiſquam de gregalibus ejus. ¶ Item de aliis rebus, ut gregalia poma. h. e. vulgaria, *Sence. l.* 1. *Benef. c.* 12.

Gregarĭus, a, um, o. 1. 2. *di gregge*, Ger. *auff der ſchar*, Gal. *de troupeau*, Hiſp. *de manada*, ἀγελαῖος, ex grege, vulgaris, ut *Gregarius bos*, qui adhuc in grege paſcitur, nondum jugo domitus, *Gregarius miles*, non electus, ſed tumultuarie undecunque collectus. *Cic. pro Planc. c.* 30. At id etiam gregarii milites faciunt inviti. *Juſtin. l.* 22. *c.* 1. Gregarium militiam ſortitus. ¶ In *Vet. Gloſſ.* Gregarius exponitur, ἀγελάρχης, qui gregi præeſt. Et *Colum. l.* 6. *in princ. gregarios paſtores* dixit. Adde *Apul. l.* 7. *Metam.*

Gregatim, adverb. *a ſchiera*, Ger. *ſcharaechtig*, Gal. *par troupeau*, Hiſp. *a manadas*, ἀγεληδόν, per greges, ideſt conjunctim. *Plin. l.* 8. *c.* 5. Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. ¶ Transfertur & ad homines. *Cic.* 7. *Ver. c.* 57. Cives Romanos gregatim conjectos in latomias.

Gregātus, a, um, adject. congregatus. *Stat. l.* 1. *Achil. v.* 372. Qualiter Idaliæ volucres, ubi mollia frangunt Nubila, jam longum cæloque, domoque gregatæ.

Grego, as, a. 1. *congregare*, *aggregare*, *raccogliere*, ἀγείρω, colligo, congrego, a *grex*. *Paulin. ad Nicetam*, *v.* 106. Nunc oves facti, duce te, gregantur Pacis in aulam.

Gremĭalis, V. Cremialis.

Gremĭum, n. 2. *grembo*, *ſeno*, חיצן, Ger. *ſchoſſ*, Gall. *giron*, Hiſp. *gremio*, *regaco*, κόλπος, pars inter complexum femorum, feminumve, in quo complexu mulieres concipere ſolent. *Cic. in Bruto.* Apparet, filios non tam in gremio educatos, quam in ſermone matris. ¶ Differt a ſinu, quoniam ſinus eſt intra pectoris, brachiorumque complexum. Quare cum lactantur infantes, ad ſinum admoventur, pueri vero jam facti a ſedentibus matribus, utique cum illis blandiuntur, ad gremium accipi ſolent. *Virg.* 4. *Æn.* Gremio fovet inſcia Dido. Quin etiam matres, nutriceſve, cum ſuper genua collocant infantem, aut extremis veſtibus repoſitum, & ad uterum uſque ſublatum geſtant, in gremio magis, quam in ſinu geſtare dicuntur. *Virg.* 1. *Æn.* Et totum gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos. ¶ Translate dicitur de terra, quæ femina ſuſcipit, conceptaque retinet, viventes fœtus poſtea paritura. *Cic. de Senect. c.* 15. Terra gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit. Translatum etiam eſt illud ejuſd. *Cic. pro Cæl. c.* 24. Cum Q. Metellus abſtraheretur e ſinu, gremioque Patriæ.

Greſſĭo, onis, f. idem ac greſſus. *Macrob. l.* 6. *Satur. c.* 5. *ex Pacuvio:* Capriſeno pecori grandior greſſio eſt.

Greſſus, us, m. 4. *l'andare*, צער, Germ. *rang*, *tritt*, Gall. *marche*, *demarche*, Hiſp. *paſſu*, *ida*, βάδισμα, inceſſus, ambulatio. *Cic.* 1. *Off.* Ne aut tarditatibus utamur in greſſu mollioribus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 117. Et greſſus glomerare ſuperbos.

Grex, gregis, m. 3. *gregge*, *greggia*, עדר, Germ. *ſchar*, Gal. *troupeau*, Hiſp. *grey*, ἀγέλη, multitudo beſtiarum, a Græca voce allata, teſte Feſto. *Virg.* 3. *Georg.* Lanigeros agitare greges. ¶ Gregis appellatio generalior eſt, quam armenti. *Armentum* enim de majoribus duntaxat animalibus dicitur, *grex* autem, quoties ſolum ponitur, fere de minoribus, cum adjuncto etiam de majoribus. *Ovid.* 4. *Met.* Mille greges illi, totidemque armenta per herbas paſcebant. *Cic.* 3. *Phil.* Cædi greges armentorum, reliquique pecoris, quodcunque nactus eſt. *Id.* 3. *Verr.* Præterea greges equarum ejus iſtum abigendos curaſſe. ¶ Neque ſolum pro quadrupedum congregatione, verum etiam pro avium multitudine ponitur. *Hor. l.* 1. *lib. ep.* 3. Ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim grex avium plumas, &c. ¶ Translate etiam uſurpatur de multitudine hominum. *Ter. Eun. ſc. ult. v.* 24. Ut me in gregem veſtrum recipiatis. *Cic. l.* 1. *Attic. ep.* 18. Cum ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus. ¶ Sæpe de vili hominum multitudine uſurpatur. *Plaut. Ciſt.* 4. 2. 62. Grex venalium ſervorum. *Hor. l.* 1. *ep.* 4. *in fin.* Epicuri de grege porcum. ¶ Duo greges virgarum ulmearum. hoc eſt duo faſces, dixit *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 99. ¶ Grex, abſolute de grege mimorum uſurpatur. *Petron. Satyr.* Grex agit in ſcena mimum. Adde *Plaut. Caſ. prol. v.* 22. & alibi.

Gricena, vel Gricenea, funis craſſus. *Feſtus.*

Grillus, V. Gryllus.

Griphus, phi, m. 2. γρῖφος, vox eſt translata a rete piſcatorio, & ponitur pro ænigmate, hoc eſt, ſermone ita implicito, atque intricato, ut facile diſſolvi non queat. *Gel. l.* 1. *c.* 2. Aliosque id genus griphos nemini poſſe dicens, niſi ſe, diſſolvere.

Groccĭo, is, n. 4. verbum exprimens vocem corvorum. *Apul. l.* 2. *Florid.* Corvus groccire adortus.

Groma, ſeu gruma, æ, f. 1. γνώμων, γνώμα, γνώμη, genus machinulæ cujuſdam, teſte Feſto, quo regiones agri cujuſque cognoſci poſſunt, vel ut *Nonius* definit *c.* 1. *n.* 36. menſura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, ut eſt agrimenſorum, a Græcis vocibus, quæ allatæ ſunt. *Enn. l.* 17. *apud Non.* Gruma dirigere, degrumare ferro, h. e. ad lineam dirigere, & ferramento capere menſuram agrorum, vel caſtrorum, quod fiebat dioptrico organo, quod γνώμονα, ſive grumam dixere. ¶ In caſtris quoque gruma erat locus medius, ubi gromæ organum a metatore ponebatur, ut quatuor faceret angulos normales, & ita divideret caſtra in quatuor partes, quarum viæ in grumæ loco conveniebant. Erat prope Prætorium. *Non. loc. cit.* Grumæ ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur, & conveniunt viæ. *Hygin. in Gromatico.* Gruma ponitur in tetrantem.

Gromatĭca, æ, vel Gromatice, es, f. 1. γεωδαιτία, ars dimetiendi, a *groma*. *Caſſiodor. l.* 3. *variar. ep.* 52. Duplex eſt, altera circa agros, altera circa caſtra verſatur, ut gromæ uſus duplex eſt, in agris, & in caſtris. Hinc *Hyginus* tum *Gromaticum* ſcripſit de limitibus conſtituendis, tum *Gromaticum* de caſtrorum metatione.

Gromatĭci, m. 2. γεωδαίται, qui agros, vel caſtra metiuntur. *Hygin.*

Gromatĭcus, a, um, o. 1. 2. γνωμαπικὸς, quod ad menſuram ſpectat, ut Diſciplina gromatica, quæ agrorum menſuram docet. *Caſſiod. l.* 3. *var. ep.* 52. de eligendo agrimenſore. Hoc enim per Geometricas figuras, & gromaticam diſciplinam ita diligenter agnoſcitur.

Gromphēna, æ, f. avis in Sardinia grui ſimilis. *Plin. l.* 30. *c.* 5.

Groſphus, i, m. γρόσφος, cuſpis haſtæ. *Arnob. l.* 6.

Groſsŭlus, m. 2. dim. a groſſus. *Col. de Arb. cap.* 21. Cum groſſuli minuti erunt.

Groſſus, m. & f. 2. *fico non maturo*, פגים, Germ. *eine unzeitige feige*, Gall. *figue verte*, Hiſp. *higo verde*, ὄλυνθος, ficus immatura. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Deprehenſaſque in his hyeme groſſos. Adde *Celſ. l.* 5.

Grumentum, n. 2. *Agromento*, olim urbs, nunc caſtr. Lucaniæ, ad Acirim flu. in Baſilicata, paulo ſupra *Turſi* opp. prope Lagariam urb. a Soponaria opp. haud longe.

Grumŭlus, m. 2. dim. a grumus. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Caſtellatimque grumulis imponi diſtantibus inter ſe pedes ternos.

Grumus, vel grumus, mi, m. 2. *mucchio*, *monticello*, רגם, Germ. *ein buehelin*, Gall. *grumeau*, *petit monceau*, Hiſp. *cerro*, *monton de tierra*, ἐρίμβος, terræ collectio, minor tumulo, quem etiam clivulum vocamus; item acervus lapidum, aut aliarum rerum, quæ ex pluribus concreſcunt, & coaleſcunt. *Col. l.* 12. *c.* 18. Grumos, quos ad verſuram plerumque tractæ faciunt crates, diſſipabimus. *Plin. lib.* 33. *c.* 4. Torretur & cum ſalis grumo, pondere triplici. *Harduin.* tamen ex MSS. aliter legit.

Grundĭlis, vel grundūlis, le, adject. quod alii a *grunda*, alii a *grunnio* derivant. Hinc Grundiles Lares, animæ mortuorum. *Arnob. l.* 1. Nam antiqui parentes in ſuggrundiis ſepeliebant, eorumque animas converti putabant in Lares. Atque etiam, cum parentes deſiiſſent ſepelire in ſuggrunda, infantes tamen in ea ſepeliebant, qui nondum exceſſiſſent diem quadrageſimum. Sed *Nonius*, & *Diomed.* ex *Caſſio Hæmina l.* 2. *Hiſt.* dicunt, fanum Laribus Grundilibus factum in memoriam ſcrophæ, quæ triginta erat fœtus enixa. Quare videntur ita dicti a grundili pecore, ideſt a ſue. Ac Laribus quoque porco faciebant rem divinam.

Grundĭo, is, n. 4 idem ac grunnio, apud vet. *Claud. l.* 15. *Annal.* Grundibat graviter pecus ſuillum. V. *Non. c.* 6. *n.* 46.

Grunnĭo, is, n. 4. *grugnire*, Ger. *ſchreyen grunnen*, Gall. *gronder*, Hiſp. *grunir*, γρυλλίζω, proprium eſt vocis porcorum, a verbo græco allato, quod a ſono, qui eſt γρῦ, gru. *Juven. Sat.* 15. *v.* 22. Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis. Adde *Var.* & *Laber.* apud *Non. c.* 2. *nu.* 356.

Grunnītus, us, m. 4. *grugnito*, Germ. *das grunnen*, Gall. *grondement*, Hiſp. *grunido*, γρυλλισμὸς, vociferatio porci. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 40. Nec grunnitum audit, cum mactatur ſus.

Gruo, is, n. 3. *far la voce di grue*, Ger. *wie ein kranch ſchreyen*, Gal. *gruir*, *chanter come la grue*, Hiſp. *grullar*, γερανίζω, κλαγγάζω, eſt vociferari proprium gruis. *Auct. Carm. de Philom. v.* 23. *Feſt.* Grus gruit. Adde *Feſt.*

Grus, is, m. & f. 3. *gru*, *grue*, *grua*, סים, Ger. *grey*, *kranch*, Gal. *grue*, Hiſp. *grulla*, γέρανος, ſpecies avis, minime ſolivaga, quæ non ſe ſegregat, ſive cum volat, ſive cum paſcitur, a ſono vocis. Grues volantes ordine quodam ſy literam faciunt. Hoc Palamedes primus deprehendiſſe fertur. Hinc Palamedis aves appellantur a *Martial. l.* 13. *epigr.* 75. Regem e ſuo cœtu eligunt. Mira vigilantia ſunt, excubias nocte dividunt, capite ſubter alam condito dormiunt, alternis pedibus inſiſtentes, quorum in altero, qui elevatus eſt, lapidem tenent, ut eo cadente expergiſcantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Grues in tergo prævolantium capita reponunt. *Horat. l.* 2. *Sat. ult. ad fin.* Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes Membra gruis ſparſi multo ſale. ¶ Legitur & *gruis* in recto caſu. *Phædr. l.* 1. *fab.* 8. *v.* 7. Tandem perſuaſa eſt jureiurando gruis. ¶ Eſt etiam hoc nomine machina quædam, quam dicunt *corvum demolitorem*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. Vide Corvus.

Gruthungi, V. Gothyni.

Grȳllo, vel grillo, as, n. 1. vocem grylli exprimens verbum. *Auct. Carm. de Philom. v.* 62. Et gryllus gryllat.

Grȳllus, li, m. 2. *grillo*, Ger. *gryll*, Gal. *grillon*, Hiſp. *gril*, γρύλλος, genus eſt locuſtæ, ſimile cicadæ, longiori tamen corpore, a ſono, quem edit. Retro ambulat, terram terebrat, & noctu ſtridet. *Plin. l.* 29. *cap.* 6. Auribus prodeſt gryllus cum ſua terra eſſoſſus, & illitus. ¶ Grylli etiam dicuntur picturæ quædam ridiculæ. *Plin. l.* 35. *c.* 10. *ſub fin.* Idem jocoſo nomine gryllum ridiculi habitus pinxit: Unde genus hoc picturæ Grylli vocantur.

Gryna, Grynia, Grynium, poſtea Clazomenæ, ſeu Clazomene, *Grine*, al. *Urla*, urbs Æolidis, vel Joniæ, in ora maris Ægæi, & ſinus Smyrnæi, inter Smyrnam, & Erythras proximas urbes, al. inter Smyrnam ad Or. & Chium ad Occ. non longe a Clazomenia, ſeu Marathuſſa inſ. Gent. *Grynæus*, *a*, *um*. Hinc

Grynæa, æ, f. 1. Sacerdos Apollinis. *Sil. l.* 13. *v.* 400. Sic ad Grynæam, quæ tum ſub nomine Phœbi Autonoe tripodas ſacros, antrumque tenebat, &c.

Grynæus, a, um, adject. Apollinis cognomentum a Grynæo nemore prope Grynam. *Virg.* 4. *Æn.* Grynæus Apollo. *Id. Ecl.* 6. *v.* 72. Hinc tibi Grynæi nemoris dicatur origo.

Gryneus, maſc. 2. per duas ſyllabas, γρυνεύς, nomen Centauri. *Ovid.* 12. *Metam.*

Gryps, gryphis, m. 3. vel gryphus, i, m. 2. *griſo*, כרס, Ger. *greyf*, Gal. *griffon*, Hiſ. *gripho*, γρύψ, avis fabuloſa, animal quadrupes, & pennatum, omni ex parte leo, alis tantum, & facie aquilæ ſimile, equis vehementer infeſtum, a γρυπὸς, *incurvus*, *aduncus naſo*, propter roſtri aduncitatem. Sed aliqui contra γρυπὸς a gryps derivant. *Plin. l.* 10. *c.* 49. Pegaſos equino capite volucres, & gryphos auritos aduncitate roſtri fabuloſos reor, illos in Scythia, hos in Æthiopia. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 27. Jungentur jam gryphes equis. *Pomp. Mela in deſcript. Scythiæ Europ.* Gryphi ſævum, & pertinax ferarum genus. ¶ De bello Gryphorum cum Arimaſpis ob auri cuſtodiam V. *Plin. l.* 7. *c.* 7. *c.* 2.

G A N T E U.

Guaſtum. V. Glaſtum.

Guberna, orum, n. 2. gubernacula, apud vet. *Lucil.* apud *Non. c.* 8. *n.* 59. Proras deſpoliate, & detondete guberna. Adde *Lucret. l.* 2. *v.* 553.

Gubernacŭlum, li, n. 2. *temone*, Ger. *ſchiffruder*, Gal. *gouvernail*, Hiſp. *governal*, πηδάλιον, clavus navis, quo illa gubernatur, & regitur. *Cic.* 2. *de Inven.* Hic ille naufragus ad gubernacula acceſſit. ¶ Translate ponitur pro adminiſtratione. *Cic. pro Domo.* Cum Senatum a gubernaculis dejeciſſes, populum e navi exturbaſſes. *Id. pro Sext.* Clavum tanti Imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare. ¶ Legitur & gubernaclum, per ſync. *Virg.* 6. *Æn.* Namque gubernaclum multa vi forte revulſum.

Gubernatĭo, onis, f. 3. *governo*, *amminiſtrazione*, התהולה, Germ. *herſchung*, Gall. *governe ment*, Hiſp. *govierno*, κυβέρνησις, navis directio. *Cic.* 4. *Fin.* Et, ſi in ipſa gubernatione negligentia navis eſt everſa. ¶ Translate capitur pro quavis adminiſtratione. *Cic.* 3. *Catil.* Vix videtur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe.

Gubernātor, ris, m. 3. *temoniero*, *governatore*, רועלה, Germ. *ſteirman*, Gal. *governeur*, Hiſp. *governador*, κυβερνήτης, rector, & moderator navis. *Cic. de Senect. cap.* 6. Gubernator clavum tenens ſedet in puppi. ¶ Translate ponitur pro quocunque rectore. *Cic. pro Rab.* Cæteros pari dignitate præditos cuſtodes, gubernatoreſque Reip. quo modo mortuos defendemus? *Quintil. l.* 8. *c.* 6. *de equorum agitatore*, Gubernator magna contorſit equum vi.

Gubernātrix, icis, f. 3. *governatrice*, מנהגת, Ger. *vervvalterin*, Gal. *gouvernante*, Hiſp. *governadora*, κυβερνήτειρα, quæ gubernat. *Cicer.* 1. *de Orat. c.* 9. Iſta præclara gubernatrice civitatum Remp. diſſipaverunt.

Gubernātus, a, um, adject. *governato*. *Cic. ad Brut. epiſt.* 10. Cæſarem meis conſiliis adhuc gubernatum quidam impulerunt.

Gubernātum, ii, idem quod gubernatio. *Næv.* apud *Gel. l.* 16. *c.* 7.

Guberno, as, a. 1. *reggere*, *governare*, *amminiſtrare*, Ger. *regieren*, Gal. *gouverner*, Hiſp. *governar*, κυβερνάω, proprie eſt navim regere, a verbo græco allato. *Cic.* 1. *Off.* Ut ſi nautæ certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret. ¶ Translate ſumitur pro adminiſtrare in genere, regere, moderari. *Cic. Curioni.* Teque hortor, ut omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. *Id. Att. l.* 6. Sed hæc Deus aliquis gubernabit.

Gubernum, ni, n. idem quod gubernaculum. *Lucil.* apud *Non. c.* 8. *n.* 59. Proras deſpoliate, & detundite guberna. *Lucret. l.* 2. *v.* 553. Disjectare ſolet magnum mare tranſtra, guberna.

Gugga, æ, m. Afer, homo ex Lybia. Legunt aliqui in *Plaut. Pœn.* 5. 2. 17. Facies quidem ædepol Punica eſt, gugga eſt homo.

Gula, æ, f. 1. *gola*, לוץ, Ger. *der ſchlund*, *die kael*, Gal. *gueule*, Hiſp. *garganta*, οἰσοφάγος, eſt fiſtula colli interior, conſtans ex carne, & nervo, per quam cibus, & potus in ventriculum defluit. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ex cartilagine, & carne arteria, gula carne, & nervo conſtat. Invenitur nonnunquam gula poſita pro anteriore parte colli, quam jugulum vocamus. *Cicer.* 6. *Ver.* Quem obtorta gula in vincula abripi juſſit. ¶ Translate accipitur pro voracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu. *Sueton. Vitel. c.* 7. Poſſe provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam. *Martial. l.* 14. *epigr.* 220. Cocus domini debet habere gulam. ¶ Gula follis, *la canna*. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 24. Cum it dormitum, follem obſtringit ob gulam, ne quid animæ forte amittat dormiens.

Gulo, onis, m. guloſus, lurco, *ghiottone*, *goloſo*, γαστρίμαργος. *Apul. Apol.* Gulones omnes, qui impenſo pretio a piſcatoribus mercantur. Adde *Macrob. Sat.* 7. *c.* 12. & *Feſt.* in v. *Ingluvies*.

Gulōſe, adverb. *goloſamente*, γαστριμάργως, avide, voraciter. *Colum. in Præfat. l.* 1. Guloſius condiendi cibos, & luxurioſius tercula ſtruendi. *Tertul. de reſur. car. c.* 1. Guloſiſſime nutrit.

Gulōſus, a, um, o. 1. 2. *goloſo*, וולל, Germ. *freſſig*, Gal. *goulu*, *gourmand*, Hiſp. *goloſo*, *glotón*, γαστρίμαργος, qui eſt deditus gulæ vitio. *Martial. l.* 8. *epigr.* 23. Eſſe tibi videor ſævus, nimiumque guloſus. *Id. l.* 7. *epigr.* 19. Nil eſt miſerius, nec guloſius Sanctra. ¶ Translate. *Id. l.* 10. *epigr.* 59. Non opus eſt nobis nimium lectore guloſo.

Gumĭæ, m. 1. guloſi, a γόμμος, *faburra*, ut mulieres ſaturatæ dicuntur faburratæ a faburra. *Lucil.* apud *Cic.* 2. *Fin. c.* 8. Compellans gumias ex ordine noſtros. *Id. l.* 3. Quo veniunt illæ gumiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ. Aliqui legunt *gemiæ*, alii *gluviæ*.

Gummātæ arbores, dicuntur, quæ gummi producunt. *Pallad.* In ceraſis hoc ſervandum eſt, & in omnibus gummatis.

Gummĕus, a, um, adject. gummoſus. *Auſon. Idyl.* 6. *v.* 74. Gummea fletiferi ſuccina trunci. h. e. inſtar gummi defluentia. Alii legunt *Gemmea*.

Gummi, n. indecl. vel gummis, is, f. 3. *gomma*, Ger. *gummi*, Gal. *gomme*, Hiſp. *goma*, κόμμι, gutta viſcoſa ex arboribus quibuſdam per corticem diffluens. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Gummi optimum eſſe ex Ægyptia ſpina convenit. *Col. l.* 12. *c.* 50. Nova dolia liquida gummi perluere. *Plin. l.* 12. *c.* 13. Gummium modo candidum. *Martian. Capella* in genit. ſing. *gummeos* dixit græca terminatione, *l.* 3. *de Gram. in princ.*

Gummĭno, as, n. 1. gummi emitto. *Pallad. l.* 2. *tit.* 16. Prunus inferenda eſt, antequam gumminet, in ſe, aut in pyro.

Gumminōſus, V. Gummoſus.

Gummitĭo, f. 3. κόμμωσις, illinitio quædam ex glutinoſo arborum ſucco, quæ doliis fieri ſolebat. *Colum. l.* 12. *c.* 50. Multi, cum ſemel nova dolia, vel ſerias craſſa gummi liverunt, una in perpetuum gummitione contenti ſunt.

Gummōſus, a, um, o. 1. 2. *gommoſo*, quod multum gummi habet. *Plin. l.* 12. *c.* 9. Facilius hoc, & cruſtolius, amariuſque, ac gummoſum. Alii leg. *Gumminoſum*.

Gurdus, o. 1. 2. *balordo*, נל, Germ. *vvuerbel*, Gal. *goufre*, Hiſp. *remanſo*, *remolino*, pinguis, & translate ſtolidus, voce Hiſpanica. *Quintil. l.* 1. *c.* 9. Gurdos, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audivi. Adde *Laber.* apud *Gel. l.* 17. *c.* 7.

Gurges, itis, m. 3. *gorgo*, δίνη, proprie locus eſt in flumine profundus, in quo aqua vertitur, ſed generaliter de omni aquarum congerie dicitur, & de ipſo etiam mari, a ſono. *Cic. in Piſon.* Non Rheni foſſam gurgitibus illis redundantem. *Id. de Aruſp. reſp. c.* 27. Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet? ¶ Ponitur etiam translate pro homine inſatiabili. *Cic. in Piſon. c.* 17. Ille gurges, atque helluo natus abdomini ſuo, non laudi, atque gloriæ.

Gurgulĭo. V. Curculio.

Gurguſtiŏlum, n. 2. dim. a gurguſtium. *Apul. l.* 1. *Metam.* Brevitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas.

Gurguſtĭum, ſtii, n. 2. οἰκίδιον, genus habitationis anguſtum, a curculione verme. *Servius* docet, gurguſtium eſſe obſcuram, & latentem tabernam. *Cic. in Piſon. c.* 6. Quo e gurguſtio te prodire.

Guſtatĭo, onis, f. γεῦσις, verbale a guſtando, prima pars cœnæ, *gli antipaſti*. *Petron. in Satyr. c.* 21. Juſſi diſcubuimus, & guſtatione mirifica initiati vino etiam Falerno inundamur: Excepti etiam pluribus ferculis, &c.

Guſtatorĭum, ii, n. menſa contecta putaminibus teſtudinum, ita dicta, quod in ea guſtare aliquid, ſeu jentare ſolerent ante juſtam cœnam. Alii exponunt cubiculum ad guſtandum idoneum, ut cœnatio ad cœnandum. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 6. Guſtatorium, graviorque cœnatio marginī imponitur.

Guſtātus, us, m. 4. idem ac guſtus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. Guſtatus quī ſentire eorum, quibus veſcimur, genera debet. ¶ Item ipſe actus guſtandi. *Id. ibid. c.* 63. Varietas pomorum, eorumque jucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam, & aſpectus.

Guſto, as, avi, atum, a. 1. *guſtare*, טעם, Ger. *koſten*, Gal. *gouter*, Hiſ. *guſtar*, γεύομαι, libo, labris primoribus attingo; a γευστός, guſtabilis. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 26. Cum quidem biduum ita jejunus fuerim, ut ne aquam quidem guſtarem. ¶ Per translationem *Cic. pro M. Cœl.* Non modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent. *Id. in Piſ. c.* 24. Non guſtarat tuam Philoſophiam. ¶ Guſtare etiam dicebant, cum ante cœnam leviter, & parce veſcebantur, jentare, *fir colezione*. *Plin. l.* 3. *ep.* 5. & *l.* 6. *ep.* 16. ubi vide Varior. notas. Item *Sueton. Aug. cap.* 76. ¶ Guſtare ſermonem alicujus, pro aucupari, clam excipere. dixit *Plaut. Moſtel.* 5. 1. 15.

Guſtŭlus, vul guſtulum, i, n. vel m. diminut. a guſtus. *Apul. l.* 2. *A. A.* Dulcem amarum guſtulum carpis. Alii leg. *dulce*, & *amarum*. ¶ *Id. l.* 9. *a med. guſtulum* vocat ovum recens natum, quod matutino jentaculo ſorberi hujuſmodi ova ſoleant. *Guſtus* autem pro jentaculo etiam uſurpari videtur. V. Guſtatio.

Guſtum, i, n. 2. idem quod guſtatio, jentaculum, vel prima pars cœnæ. *Apic. l.* 4. *c.* 5. Guſtum verſatile ſic facies.

Guſtus, us, m. 4. *guſto*, טעם, Ger. *der geſchmack*, Gal. *le gout*, Hiſp. *el guſto*, γεῦσις, unus ex quinque ſenſibus exterioribus, quo ſaporum diverſitatem diſcernimus. *Cic. de Sen.* Uva & ſucco terræ, & calore Solis augeſcens primo eſt peracerba guſtui. ¶ Translate ſumitur pro delectatione. *Cic. Phil.* 3. *c.* 45. Sic libidinoſi, avari, tacinoroſi veræ laudis guſtum non habent. *Senec. ep.* 114. Guſtum tibi dare volui. ¶ Guſtus etiam dicebatur prima pars cœnæ, *gli antipaſti*. *Martial. l.* 11. *epigr.* 32. & 53. quæ loca lege.

Gutta, æ, f. *goccia*, *gocciola*, דלה, Ger. *die tropffen*, Gal. *goutte*, Hiſp. *gota*, σταγμὸς, minima pars aquæ, vel alterius materiæ liquidæ, quaſi chuta, ſeu χυτή, a χύω, *fundo*. *Cic.* 3. *de Or.* Quem in cadentibus guttis, quod intervallis diſtinguitur, notare poſſumus. *Plaut. Moſt.* 2. 2. 76. Guttam haud habeo ſanguinis. ¶ Translate *Plaut. Pſeud.* 1. 4. 4. Cui neque parata gutta conſilii, neque adeo argenti. ¶ Guttæ apud architect. genus ſunt ornamenti Dorici. *Vitruv. l.* 4. *c.* 3. V. *ibi Bald. Lex.*

Guttans, tis, o. σταλάζων, guttatim ſtillans. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Hujus foliæ ambuſtis utilia, guttantia aſtringunt. *Harduin.* tamen ex MSS. legit, guſtantium os aſtringunt.

Guttātim, adverb. *a goccia a goccia*, Germ. *tropffenvveiſſ*, Gal. *goutte a goutte*, Hiſp. *gota a gota*, κατὰ στάγονα, per ſingulas guttas. *Plaut. Mere.* 1. 2. 92. Cor ædepol miſerum meum, quod guttatim contabeſcit.

Guttātus, a, um, o. *pomellato*, *goccioloto*, quod colorem habet maculis quibuſdam in modum guttarum diſtinctum, e. g. quod album eſt nigris intervenientibus punctis, quia puncta illa guttarum inſtar ſunt aſperſa, ut Equus guttatus, gallinæ guttatæ, &c. *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. Et picta perdix. Numidicæque guttatæ. Adde *Pallad. l.* 4. *c.* 13.

Guttŭla, æ, f. ψεκάδιον, dim. a gutta. *Plaut. Epid.* 4. 1. 27. Ah guttula pectus mihi ardens aſperſiſti.

Guttŭlus, i, m. dim. parvus guttus. Afferuntur a Lexicographis quibuſdam hæc Plauti verba: Ut guttulam hauriret ex guttulo. Hunc tamen locum nos in Plauto non vidimus.

Guttur, uris, n. *gola*, *canna della gola*, גרון, Ger. *kael*, Gal. *goſier*, Hiſ. *garganta*, *garguero*, φάρυγξ, pars illa, quæ eſt a faucibus ad jugulum, ſive exterior, ſive interior ſit. *Cic. pro Cœl.* Quod quidem vitium ventris, & gutturis non modo non minuit ætas hominibus, ſed etiam auget. ¶ Accipitur etiam pro ea fiſtula, qua ſpiritus a pulmone ad os tranſmittitur, quæ in homine aſpera arteria appellatur. *Cic.* 2. *de Div.* Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus. ¶ Olim erat m. gen. *Plaut. Aul.* 2. 4. 25. Obturat inferiorem gutturem, nequid animæ emittat dormiens. ideſt anum.

Gutturnĭum, ii, n. τρύχος, idem fortaſſe, ac guttus, vas, ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo, quod propter anguſtias guttatim fluat. *Feſtus*.

Gutturōſus, a, um, o. 1. 2. *gocciuto*, Ger. *kropffig*, Gal. *quia un gros goſier*, Hiſ. *papudo*, dicitur, cujus guttur tanquam ſpongia quæ iam intumeſcit, quod vitii genus Græci φαγγαίνα appellant, cum ſcilicet inter cutem, & aſperam arteriam, aut etiam in alia colli parte tumor naſcitur, qui modo hebetem carnem, modo humorem melli ſimilem includit, interdum etiam minuta oſſa pilis admixta. Huic vitio peculiariter

obnoxii accolæ Alpium sunt, qui aquam bibunt ex nive resolutam. *Ulp. de ædil. edic.* Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

Guttus, ti, m. 2. κύλιξ, ἐγχυσις, vasis genus, angusto collo, a gutta, quod vinum eo funderent guttatim, quod Græci dicunt ἐπιψεκάζειν, Latini irrorare. *Var. l. 4. de L. L.* ¶ Speciatim hoc nomine fuit vas, quo in sacrificiis utebantur. *Plin. l. 6. c.* 38. Curius juravit, se ex præda nihil attigisse præter guttum faginum, quo sacrificaret. ¶ Item vas, in quo oleum asservabatur. *Gell. l. 17. c.* 8. Guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam inesset oleum, affert. ¶ Utebantur etiam gutto in balneis ad conservanda unguenta *Juven. sat.* 11. *v.* 158.

G A N T E Y.

Gyaros, f. 2. vel Gyara, æ, f. 1. vel Gyari, orum, m. pl. 2. *Iero*, al. *Caloiro*, al. *Stapodia*, al. *Stenosa*, inf. maris Ægæi, una Cycladum, inter Ceam, & Scyrum, deserta, ac prorsus inculta, in quam facinorosi a Romanis deportabantur. Hinc cum facinus aliquod pœna non mediocri dignum dicere volumus, *Gyaro dignum* dicimus. Incolæ a moribus fugati sunt. *Plin. l.* 8. *c. 29. Juven. sat. 1. v.* 73.

Gygæus, m. 2. Colous, lacus Lydiæ, apud Exustam, & Sardes urb. inde 41. stad. juxta quem Halyattis erat sepulcrum. ¶ Est etiam adject. a Gyge rege. *Propert. l.* 3. *el.* 9. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Gygemorus, m. 2. mons Thraciæ. *Plin. l.* 4. *c.* 21.

Gyges, masc. 3. γύγης, gigas maximus, & centimanus, filius Cœli, & Terræ, frater Briarei. Sunt tamen, qui Briareum, Gygem, & Ægeona eosdem putent. *Ovid.* 4. *Trist.* Centimanumque Gygen, semiboveinque virum. ¶ Alius fuit Gyges pastor Candauli Lydorum Regis, cui cum Rex uxorem suam, de cujus pulchritudine gloriabatur, nudam ostendisset, illa adversus maritum indignata, Gygem ad cædem ejus impulit, sesequecum Regno Lydiæ illi tradidit. *Herod. l.* 1. *Justin. l.* 1. *Plato* 2. & 10. *de Rep.* Ad Regnum hic ascendisse dicitur. Cum magnis quibusdam imbribus terra hiatum, fecisset in ea regione, ubi ille armenta pascebat, in hiatum descendit, conspexit equum æneum concavum, cujus in lateribus fenestræ erant, illis apertis hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, quod nihil habebat aliud præter aureum in digito anulum, eum detraxit, abiit, ac tum in concilium pastorum se recepit, quod ea re fieri solebat, ut de rebus peculii ad Regem per singulos menses referrent, juxtaque alios assedit. Accidit, ut, cum forte palam ejus anuli ad palmam convertisset, a nullo videretur, aliique de illo tanquam absente loquerentur. Admiratus ergo denuo contrectans anulum palam in lucem convertit, quo facto rursus apparuit. Hoc ille animadvertens diligentius, periculum fecit, utrum hanc anulus vim haberet. Atque ita illi compertum fuit, quod versa ad se gemma a nemine videretur, versa autem ad alios conspicuus fieret. Itaque curavit, ut legatus ad Regem una cum aliis mitteretur, profectusque Reginæ stuprum intulit, eaque adjutrice Regem dominum interemit, sustulitque, quos obstare arbitrabatur. Nec in his quisquam eum facinoribus potuit videre. Sic repente anuli beneficio Rex exortus est Lydiæ. *Plato* 2. *de Rep. Cic.* 3. *Off.* Hinc prov. *Gygis anulus*, γύγου δακτύλιος, in homines inconstantibus moribus, vel in fortunatos, qui quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. ¶ Est item nomen formosi pueri ex Gnido inf. *Hor. l.* 2. *Carm.* ¶ Item nomen Trojani, qui a Turno in Italia interfectus est. *Virg.* 9. *Æn.*

Gymnas, adis, fœm. *exercitio*, γυμνὰς, exercitium. *Stat.* 4. *Syl.* 2. *v.* 47. Sic lubrica ponit membra Theraphæa resolutus gymnade Pollux.

Gymnasiæ insulæ, Baleares, a γυμνάζω, *exerceo*, quod earum incolæ præcipue se fundæ exercerent. *Strabo l.* 14. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Gymnasiarchus, i, & Gymnasiarcha, æ, m. γυμνασιάρχης, præses gymnasii, idest loci, in quo athletæ nudi exercebantur. *Cic.* 6. *Ver. c.* 42. Demoliendum curavit Demetrius Gymnasiarchus, quod is ei loco præerat. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 10. *n.* 2. *extern.* Taxillo gymnasiarchæ permisit, ut, &c.

Gymnasium, sii, n. *luogo da esercitarsi*, Germ. *ein ort an welchem man sich exerciren uebt*, Gal. *lieu d'exercice*, Hisp. *lugar de exercicio*, *aula*, γυμνάσιον, locus, in quo sit aliquid exercitii, ac speciatim in quo athletæ se in palæstra, seu lucta exercent, a γυμνάζω, *nudum me exerceo*, quod a γυμνὸς, *nudus*. Nam athletæ omnino nudi certabant, solum oleo inuncti, & pulvere, arenaque conspersi, ut illud satis argumento est, quod Augustus Cæsar vetuit, ne fœminæ ejusmodi spectaculis interessent. *Plaut. Amph.* 4. 1. 3. Omnes plateas perreptavi, gymnasia, myropolia. Quo loco balnea intelligunt Interpretes: nam & hæc gymnasia vocantur. ¶ Dicitur etiam de schola, seu ludo literario, non tam metaphorice, quam quod Philosophi olim ea ad philosophandum loca elegissent, in quibus in palæstra juventus exerceri solita erat. *Cic.* 2. *de Orat.* Omnia ista ego alio modo interpretor, qui primum palæstram, & sedes, & porticus etiam ipsos Græcos exercitationis & delectationis causa, non disputationis inveniisse arbitror. Nam & sæculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his Philosophi garrire cœperunt, & hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia Philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quam Philosophum malunt, qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus, & gravissimis disputantem Philosophum omnes unctionis causa relinquunt. *Cic.* 1. *de Orat.* Clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. ¶ Fuerunt etiam Gymnasia loca quædam sepulturis destinata. *Nepos Timol. in fi.* In Gymnasio, quod Timoleonteum appellatur, tota celebrante Sicilia, sepultus est. *Sulpic. ad Cic. l.* 4. *Fam. epist.* 12. Uti in quo vellemus gymnasio, eum sepeliremus, nobis permiserunt.

Gymnastæ dicuntur quidam Indiæ populi, qui centenos vitæ annos excedunt. *Plin. l.* 7. *c.* 2.

Gymnasticus, a, um, adject. *ginnastico*, ad exercitationem pertinens, γυμναστικὸς, a γυμνάζω, exerceo, ut gymnasticum exercitium, gymnastica ars, qua pueri corpore exercentur, & studia militaria docentur. *Plaut. Rud.* 2. 1. 7. Pro exercitu gymnastico, & palæstrico hoc habemus, echinos, ostreas captamus &c. *Id. Most.* 1. 2. 72. Arte gymnastica, disco, halta, pila.

Gymnicus, a, um, *ginnico*, γυμνικὸς, quod ad spectaculorum certamen pertinet. Unde Gymnica certamina, seu Gymnici ludi, ἀγῶνες γυμνικοὶ, erant publicæ conceritationes, ut cursus, lucta, gladiatura, & hujusmodi, ad populum oblectandum. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 26. Videmus ne, apud quos eorum ludorum, qui Gymnici nominantur, magnus honos sit, nullum ab iis, qui in id certamen descendant, devitari dolorem? ¶ Originem habuere a Lycaone Rege Arcadiæ. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Gymnosophistæ, m. 1. philosophi, & Sacerdotes Ægyptiorum, & Æthiopum, ut Brachmanæ, seu Brachmanes Indorum, sic dicti, quasi γυμνοὶ σοφισταὶ, nudi Philosophi, quod nudi incederent per opacas solitudines, summamque ad tolerantiam se exercerent. *Hieron. in Ezechiel. c.* 13. & *ad Lætam*, *Sidon. l.* 8. *ep.* 3. Sed *Tertul. in Apol.* hæc nomina confundit. *Augustin.* item *l.* 15. *de Civ.* Indorum Gymnosophistas appellat. Denique Bardesanes Babylonius Gymnosophistas in duo dogmata dividit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samaneos. ¶ Cœlibem vitam vivebant. Ab exortu ad occasum ferventibus arenis alternis pedibus instantes Solem immobilibus oculis contuebantur. Oryza, & fructibus arborum vivebant. *Plin. l.* 7. *c.* 2. *August. l.* 15. *de Civ.* ¶ Eadem fuit vita Philosophorum Indiæ, sive Brachmanæ, sive Gymnosophistæ vocentur. *Cic.* 5. *Tusc.* Quæ Barbaria India vastior, aut agrestior? in ea tamen gente primum ii, qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, & Caucasi nives, hyemalemque vim perferunt sine dolore, eumque ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur.

Gynæceum, cei, n. 2. γυναικεῖον, locus secretior in ædibus, ubi solæ mulieres habitant, a voce Græca allata, quæ a γυνὴ, ικὸς, mulier. *Cic.* 2. *Philip.* Syngrapha festertii centies facta est in gynæceo.

Gynæconitis, idis, f. γυναικωνῖτις, idem, ac gynæceum. *Nepos in præfat.* Nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis dicitur.

Gypsatus, a, um, o. 1. 2. *ingessato*, *imbiancato*, Germ. *in gips gegossen*, Gal. *emplatré*, Hisp. *yessado*, γυψωτὸς, gypso illitus, infectus, rectus. *Ov.* 1. *Amor. eleg.* 8. Despice gypsati crimen inane pedis, idest servilis. Nam pedes venalium trans mare advectorum gypso, seu creta notare mos erat. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 6. Quibus, illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent, quod abesset a patria. Manibus gypsatissimis, hoc est, dolis ac fraudibus aliqua honesti specie prætextis.

Gypseus, a, um, o. 1. 2. quod ex gypso est, *di gesso*, γυψώδης. *Spartian. in Severo c.* 22. Tres Victoriæ gypseæ cum palmis. h. e. tres Victoriæ simulacra ex gypso.

Gypso, as, avi, atum, a. 1. *ingessare*, *imbianchire*, γυψόω, gypso inficio, seu tego. *Apic. l.* 1. *c.* 1. Vas, in quod uvas mittes, picari pariter, & gypsari facies.

Gypsoplastes, æ, m. γυψοπλάστης, qui gypsum inducit. *Cassiod. l.* 7. *ep.* 5.

Gypsum, psi, n. 2. *gesso*, Ger. *gips*, Gal. *plastre*, Hisp. *yesso*, γύψος, materia calci similis, ex lapidibus exustis ut plurimum confecta, qua tectoria parietibus inducuntur, & signa arte plastica conficiuntur. *Plin. l.* 36. *c.* 24. Cognata calci res gypsum est. *Juv. sat.* 2. *v.* 4. Quamquam plena omnia gypso Chrysippi invenias. h. e. statuis Chrysippi, vel aliorum Philosophorum, ex gypso.

Gyrātus, a, um, adject. *circondato*, in gyrum positus, vel factus. *Plin. l.* 5. *c.* 10. Chlamys orbe gyrato laciniosa.

Gyrīnus, i, m. informis ranarum partus, γυρῖνος. *Plin. l.* 9. *c.* 51. Ranæ pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant.

Gyrus, ri, m. *giro*, *circuito*, Ger. *ring*, *kreiss*, Gal. *tour*, Hisp. *buelta*, γῦρος, circumvolutio in orbem, ambitus, circuitus, circulus, a voce Græca allata. *Ovid. l.* 3. *Ar. am. v.* 384. In gyros ire coactus eques. *Senec. ep.* 12. Angustissimum habet dies gyrum. ¶ *Compellere*, seu *ducere in gyrum*, est angustis quibusdam limitibus coarctare, & non sinere latius evagari; quæ translatio tracta est ab equis, qui cum fræno discunt parere, non in liberum ducuntur campum, sed in spatium aliquod angustius, ubi sæpius sit flectendum, quod & ipsum gyrus appellatur. *Cic.* 3. *de Or. c.* 19. Ex ingenti quodam Oratorem, immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. *Id.* 1. *Off.* Homines secundis rebus efferanatos, sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere.

Gythēum, i, oppid. in Laconia juxta Eurotam fluv. erat navale Lacedæmoniorum. *Cic.* 3. *Offic. c.* 11.

DE LITERA H.

HSit ne litera an aspirationis nota, inter Grammaticos controversum est. Utcunque sit, in versu non consideratur. Sed tamen interdum consonantis officio fungitur. *Cledonius*, & *Diomedes* dicunt, quoties ultimam vocalem dictionis antecedentis adjuvat, ut ex brevi fiat longa, esse consonantem, quoties non adjuvat, notam aspirationis esse. ¶ Finalis in syllaba esse non potest, præterquam in *ah*, & *vah*, interjectionibus, quæ vel per Apocopen dictæ sunt, cum completæ sint *aha*, & *vaha*, vel quia abscondita voce solent proferri interjectiones. ¶ Jungitur autem vocalibus omnibus, & quatuor consonantibus, *c*, *p*, *r*, *t*, & hoc, ut valentius sonet dictio. Ante Ciceronis tempora, ut ipse in Orat. testatur, solis vocalibus addebatur aspiratio, non autem consonantibus, quemadmodum hodie, quorum etiam pronuntiationem ipse aliquandiu se tuisse sequutum fatetur. Quin ego ipse (inquit) cum scirem, ita majores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*, *Carthaginem* dicerem, aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. ¶ *Gell. l.* 2. *c.* 3. auctor est, in plerisque Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem addi aspirationem, quod crederent, sonum firmiorem reddi, & vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ civitatum multas dictiones aspirant. ¶ Aspiratio autem (ut idem *Gellius* auctor est) non solebat literis interseri, quemadmodum nos hodie facere consuevimus, sed more Græcorum supra literas annotari, quod & ipsum se vidisse affirmat in quodam vetustissimo codice, quem Virgilii autographon fuisse putat. ¶ In Vet. Inscriptionib. reperitur interdum H pro spiritu aspero Græcorum adscripta.

H A N T E A.

Ha, interjectio exultantis, & læti animi. *Plaut. Cap.* 1. 2. 45. V. *Janum Gebhart. Crepund. l.* 2. *c.* 2. ¶ Item corripientis, seu admonentis, ne quid fiat. *Id. Trinum.* 4. 3. 53.

Ha, ha, hæ, interjectio ridentis est. *Ter. Eun.* 3. 1. 36. ¶ Item irridentis. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 23. &c.

Habe, pro *ave*, legitur in quibusdam antiquis Inscriptionib.

Habēna, æ, f. *briglia*, מתג, Germ. *ein zaum*, Gal. *renes*, Hisp. *rienda*, ἡνία, retinaculum, & lorum illud, quo equi reguntur, ab habeo, quia ea equi inhibentur. *Virg.* 12. *Æn.* manibusque undantes flectit habenas. *Id.* 3. *Georg.* liber habenis equus. ¶ Item quodcumque lorum, nam habenæ ex loro fiunt plerumque *Id.* 9. *Æn. v.* 588. *de funda*: Ipse ter adducta circum caput egit habena. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. In scalis latuit metuens pendentis habenæ. hoc est scuticæ ex loro. ¶ Translate *Cic.* 3. *Or. c.* 41. Legum habenæ. *Id. de amic. c.* 13. Laxissimæ habenæ amicitiæ. *Silius l.* 1. *v.* 144. Interea rerum Asdrubali traduntur habenæ. *Virg.* 12. *Æn.* omnes irarum effudit habenas. *Id.* 5. *Æn.* immissis habenis furit Vulcanus. *Id.* 6. *Æn.* classique immittit habenas.

Habentĭa, æ, f. *l'avere*, divitiæ, apud vet. ab *habeo*, ut sapientia a *sapio*. *Claud.* 7. *Ann.* ut citat *Non. c.* 2. *n.* 392. Verebar etiam, ne animos eorum inflaret habentia. Adde *Plaut. Trucul. prol. v.* 20.

Habenŭla, æ, f. dim. ab habena. *Celsi. l.* 7. *c.* 20. Ab ora quoque ejus vulneris, quod in inguine est, demenda habenula paulo latior est, quo major plaga sit.

Habĕo, es, bui, bitum, a. 2. *avere*, בעל, Ger. *haben*, Gal. *avoir*, Hisp. *aver tener*, ἔχω, possideo, teneo. *Plaut. Rud.* 5. 2. 34. Miserum istuc verbum, & pessi-

& pessimum est, habuisse, & nihil habere. *Cic. pro Dom. c.* 29. Habere potestatem in aliquo. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 25. Habere aliquid in potestatem. ¶ Est item occupare. *Virg.* 2. *Æn.* Hostis habet muros. *Sall. in Jug.* Animus incorruptus, æternus rector humani generis agit, atque habet cuncta, nec ipse habetur. ¶ Item servare, detinere. *Sall. in Catil.* In custodiis haberentur. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 25. Secreto hoc audi: tecum habeto, *tienlo secreto*. ¶ Item adhibere, uti. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 8. *v.* 51. Æra nitent usu, vestis bona quærit haberi. ¶ Item ferre, tolerare. *Sallust.* Neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur, multi eas gravius æquo habuere. ¶ Item detinere *Sallust. in Jugurtha*. Quæ res eos magno, diuturnoque bello inter se habuit. ¶ Item existimare, reputare, judicare. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ut Deos æternos, & beatos haberemus. *Id. pro Arch.* Qui semper apud omnes sancti sunt habiti, atque dicti. *Curt. l.* 6. *c.* 2. Haberi pro hoste. ¶ Item scire, sibi persuadere. *Cic. ad Tiron.* Sic habeto, neminem esse, qui me amet, &c. ¶ Item intelligere. *Cic. Att. l.* 5. Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto. *Id. de Amic.* Sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse majorem, quam adulationem, blanditias, assentationem. ¶ Item habitare. *Plaut. Men. prol. v.* 60. Ille geminus, qui Syracusis habet. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 22. Is, qui sub terris habet. Al. leg. habetur. Adde *Var. l.* 4. *L. L.* ¶ Item tractare. *Ter. Hec.* 2. 3. 6. Nunquam secus habui illam, ac si ex me nata esset. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 63. Male habere aliquem. h. e. clade afficere. ¶ Item præbere, exhibere. *Sall. in Cic.* Ita largitionibus corruptus est, ut se se, ac fortunas suas venales habeat. ¶ Item esse. *Cic. de Sen.* Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent. ¶ Item accidere. *Sall. in Catil.* Sicuti pleraque mortalium habentur. *idest* ut solet accidere plerunque rebus hominum. *Habet* item per se positum, significat percussus est, ut *Donatus* inquit, & proprie de gladiatoribus dicitur. *Ter. Andr.* 1. 1. 56. Certe captus est, habet. ¶ Eleganter *habeo* ponitur in peroratione operis. *Cic. in Lælio*. Hæc habui de amicitia quæ dicerem. ¶ *Ægre habere*, est ægre ferre. *Liv. l.* 7. Ita ægre habuit, filium id pro parente ausum. ¶ *Belle habere*, *Bene habere*, est bene valere, incolumem esse, *Male habere*, est infirmum, & ægrotum esse. *Ci.* & al. ¶ *Res bene*, vel *male habet*, vel absolute *Bene habet*, vel *male habet*. est feliciter, vel infeliciter cedit, *va bene*, *va male*. *Liv. l.* 8. Bene habet, vicit disciplina militaris. ¶ Delectum habere. V. Delectus. ¶ *In deliciis habere*, est vehementer amare. *Cic.* 1. *de Div.* Simia, quam Rex Molossorum in deliciis habebat. ¶ *Derelictui habere*, est deserere, relinquere incultum. *Gel. l.* 4. *c.* 12. Si quis arborem suam, vineamque habuerit derelictui, Habere aliquid pro derelicto, est curam ejus nullam gerere. *Cic. Att. l.* 8. Hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. ¶ *Despicatui habere*, vel *despicatum*, est despicere. *Plaut. Men.* 4. 3. 19. Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui. *Ter. Eun.* Quæ nos, nostramque adolescentiam habent despicatam. ¶ *Dictum habere*, est dixisse. *Plaut. Pers.* Satis jam habeo dictum. ¶ *Habere aliquem* dicimur, cum reperimus, vel deprehendimus. *Ter. Eun.* 4. 4. 7. Habes ne hominem? Adde *Plaut. Cap.* 2. 8. 36. & V. *ibi Taubman.* ¶ *Ter. Andr.* 1. 1. 58. Quis heri habuit Chrysidem? h. e. cum Chryside rem habuit? *Muretus*. ¶ Sæpe usurpatur pro facere, suscipere, celebrare, ut habere Comitia, censum, Senatum, concionem, &c. *Cic. Cæs. Sallust.* & al. ¶ *Ter. Eun.* 1. 2. 39. Ego cum illo, quocum tum uno rem habebam, hospite Abii huc. h. e. habebam consuetudinem, coibam. ¶ Habere mare infestum, est *tener' il mare infestato*. *Cic. in fragm. l.* 3. *de Rep.* Cum quæreretur ex eo, quo scelere compulsus mare haberet infestum? eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Sic habere anxium, sollicitum, occupatum, pro reddere. *Cic.* & *Plaut.* ¶ Habere rationem cum terra. *i. e.* terram colere. Et habere rationem cum Musis. *h. e.* literis incumbere. *Cic. Att. l.* 2. & *de Senect.* ¶ Habere rationem alicujus rei, *tener conto*, *aver cura di qualche cosa*. *Cic. de Sen. c.* 11. Habenda est ratio valetudinis. ¶ Interdum cum infinito usurpatur pro posse. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 5. Tantum habeo tibi polliceri, me tibi cumulate satisfacturum. ¶ Proprio etiam sensu infinito jungitur. *Id. l.* 2. *Attic. epist.* 22. De Repub. nihil habeo ad te scribere. ¶ Item cum Gerundio. *Plin. l.* 1. *ep.* 7. Accepisse me caryotas optimas, quæ nunc cum ficis & boletis certandum habent. *h. e.* quibus cum ficis certandum est. ¶ Item cum conjunctivo. *Cic. pro Mur.* Quid huic respondeas, non habebis. ¶ Junctum substantivis eorum significationem induit. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 10. Vobis hanc habeo edictionem. h. e. edico. *Id. Merc.* 5. 3. 4. Ego expurgationem habebo. *h. e.* purgabo. Sic habere timorem, pro timere, *Nepos* 7. *c.* 3. *Propert. l.* 3. *el.* 11. ¶ *Res tuas tibi habe*, formula solemnis divortii. *Plaut. Amph.* 3. 2. 47. *Apul.* 5. *A. A.* ¶ *Habere ætatem*, pro agere, *vivere*, *Sallust. in Catil.* Habere ætatem procul a Republica. ¶ Habere honorem alicui, *onorare*. *Cic. Fam.* 16. Curio misi, ut medico honos haberetur. ¶ Habessit pro habeat, V. loco suo.

Habessini. V. Abyssini.

Habessit, pro habeat, apud vet. *Lex XII. Tab.* apud *Cic.* 2. *de Leg. c.* 8. Separatim nemo habessit Deos.

Habessus, Lyciæ urbs, postea Antiphellus dicta. *Plin. l.* 5. *c.* 27.

Habĭlis, le, o. 3. *abile*, *atto*, *acconcio*, *conveniente*, *destro*, נכון, Germ. *gehandisan*, Gall. *habile*, Hisp. *habil*, εὐάρμοστος, quod est aptum, & optime quadrat, cum dat. vel acc. & præp. *ad*. *Martial. l.* 13. Non habilis cyathis, & inutilis uva Lyæo. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 54. Quamvis essent habiles, & apti ad pedem. De calceis loquitur. *Virg. Æn.* 9. *v.* 306. Atque habilem (ensem) vagina aptarat eburna. *Liv. l.* 21. *c.* 4. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum, & imperandum habilius fuit. *Cels. l.* 2. *c.* 1. Corpus habilissimum quadratum est.

Habilĭtas, f. *abilità*, *attitudine*, *destrezza*, כהכונה, Germ. *bequemung*, Gal. *habilitè*, Hisp. *habilidad*, εὐαρμοστία, convenientia, aptitudo. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 9. Omitto opportunitates, habilitatesque reliqui corporis.

Habilĭter, adverb. *acconciamente*, *facilmente*. *Pomp. Mela l.* 3. *c.* 7. Ut elephantis, sicut nos equis, facile atque habiliter utuntur. *Paul. JCtus l.* 22. *Dig. de aur. arg.* &c. Ut habiliter gemmæ geri possint, auro inclusæ sunt.

Habitabĭlis, le, o. 3. *abitabile*, מושב, Ger. *vvonhafft*, Gal. *habitable*, Hisp. *que se puede habitar*, *habitable*, οἰκήσιμος, quod habitari potest. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 20. Tum & habitabiles regiones, & rursum omni cultu propter vim frigoris, aut caloris vacantes.

Habitacŭlum, li, n. 2. idem ac habitatio, seu locus, quem habitamus, *abitazione*, *Gel. l.* 5. *c.* 14. Habitaculum leonis. *Prudent. hymn. Exequiar.* Habitacula pristina gestet.

Habĭtans, antis, *abitatore*, *abitante*, incola. *Ovid.* 14. *Met. v.* 89. sterilique locatas Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.

Habitatĭo, f. *abitazione*, בעיר, Ger. *vvohnung*, Gal. *habitation*, *demeure*, Hisp. *habitazion*, *morada*, οἴκησις, actus habitandi. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 21. Mercedes habitationum annuas conductoribus donavit. Adde *Sueton. Cæs. c.* 38. ¶ Item domus, in qua habitamus. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Villico juxta januam fiat habitatio.

Habitātor, m. 3. *abitatore*, יושב, Ger. *vvohner*, Gal. *habitant*, Hisp. *morador*, οἰκήτωρ, incola. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. Sunt enim e terra homines non ut incolæ, atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum, atque cœlestium.

Habitātrix, icis, f. *abitatrice*. *Auson. Mosel. v.* 82. Flumineis habitatrix Nais in oris.

Habitātus, a, um, adject. *abitato*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 340. Raris habitata mapalia tectis.

Habitĭo, onis, f. actus habendi. *Gell. l.* 1. *c.* 4. Debitio gratiæ, non habitio, cum pecunia confertur.

Habito, as, avi, atum, a. 1. freq. ab habeo, & significat proprie frequenter, vel passim habere. *Var. lib.* 16. *Rer. Div.* apud *Non.* Hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. ¶ Sed fere sumitur pro domicilium in aliquo loco habere, locum aliquem incolere, *abitare*, *dimorare*, ישב, Ger. *vvohnen*, *inhabent*, Gal. *habiter*, *demeurer*, Hisp. *vivir*, *posar*, οἰκεῖν. Differt a commoror, quod habitare est perpetuum, commorari ad tempus. *Cic. de Senec. c. ult.* Commorandi natura diversorium nobis, non habitandi dedit. Sed hæc differentia sæpe confunditur. ¶ Melius Servii sententia in 2. Ecl. construitur cum acc. quam cum abl. & præp. *in*, quia verbum principale *habeo* acc. regit. *Virg.* 2. *Ecl.* Atque humiles habitare casas. *Cic. pro Domo*. Quam habitandum in ea urbe, in qua trophæa & de me, & de Rep. videam constituta. ¶ Usurpatur etiam cum ablat. sine præp. Qui sub terra semper habitavissent bonis, & illustribus domiciliis. ¶ Cum nominibus propriis urbium, &c. generalem regulam de statu in loco sequitur. *Cic.* 6. *Ver.* Is Lilybæi multos jam annos habitat. ¶ Item cum accus. & præp. *apud*. *Cic. in Catil.* Quid, quod vitandæ suspicionis causa apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? ¶ Item cum abl. & præp. *cum*. *Cic.* 7. *Fam.* Ut non modo prope me, sed plane mecum habitare posses. ¶ Item cum casibus pretii. *Cic. pro Cæl.* Triginta millibus dixistis eum habitare. ¶ Item absolute, *Cic. pro Domo*. Habitare laxe, & magnifice voluit. ¶ Usurpatur etiam passive. *Cic.* 6. *Ver.* Coliturque ea pars, & habitatur frequentissime. ¶ Translate ponitur pro esse, existere. *Cic.* 2. *Fin.* Qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus? ¶ Item pro versari, frequentem, & crebrum esse. *Cic. de Orat.* Illi habitarunt in hac una ratione tractanda. Hinc, *Habitare in oculis*, apud *eund. Att. l.* 4. Visum est hoc mihi ad multa quadrare, ut præsentem me viderent: habitavi in oculis. ¶ *Habitare in vultu*, idest ab alicujus vultu contemplando oculos nunquam dimovere, vel dejicere. *Cic.* 12. *Phil.* Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei. ¶ *Habitare in foro*, idest in forensi commentatione, & exercitatione assiduum esse. *Cic. pro Mur.* Cum iis, qui in foro habitarunt. ¶ *Habitare in rostris*, idest suam dicendi vim, & Eloquentiæ facultatem in rostris exercere. *Cic. in Bruto.* Et ii quidem habitabant in rostris. ¶ *In bonis suis habitare*, est suis bonis uti, vel in suis bonis ostendendis frequentem esse. *Cic. in Orat.* Alioqui quonam modo vir ille bonus in bonis hærebit, & habitabit suis? ¶ *Secum habitare*, est suam conditionem perspicere, suo se pede metiri. *Pers. sat.* 4. *in fi.* Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex.

Habitūdo, dinis, f. *abitudine*, *complessione*, Ger. *die eigenschafft*, Gal. *habitude*, Hisp. *dispozizion*, *abitud*, ἕξις, κατάστασις, ipse corporis habitus, quem barbari vocant complexionem, ab *habeo*. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 10. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe. Adde *Ter. Eun.* 2. 2. 11.

Habitŭo, as, a. 1. *abituare*, habitum inducere. *Cæl. Aurel. Tard.* 4. *c.* 8. Ægrotantium vires fortitudine habituantur.

Habiturĭo, is, a. 4. habere cupio. *Plaut. Truc.* 1. 2. 47. Si arationes habituris.

Habĭtus, us, m. 4. *abito*, *qualità*, *forma*, מלבש, Germ. *vveise*, *gestall*, Gal. *habit*, *qualitè*, Hisp. *habito*, *qualidad*, σχῆμα, corporis permanens affectio, forma, figura in hominibus, vel bestiis. *Cic. pro Cæl.* Cum floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Oris quidem habitus ad vitæ firmitatem nihil pertinet. ¶ Dicitur etiam de forma cujuscunque alterius rei corporeæ. *Virg.* 1. *Georg.* Cultusque, habitusque locorum. ¶ A Philosophis fere de animo dicitur, & definitur constans, & absoluta in aliqua re perfectio, quæ frequentibus actionibus comparata est, ut sunt virtutes omnes. *Cic.* 2. *de Inv.* Justitia est habitus animi communi utilitate conservata suam cuique tribuens dignitatem. ¶ Oratorie usurpatur etiam pro naturali facultate, seu potentia. *Cic. pro Arch.* Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino, per se ipsos moderatos, & graves extitisse fateor. ¶ Habitus item est cultus exterior corporis, ac præsertim vestimentum, & ornatus vestium. *Cic.* 5. *Ver.* Erant præterea duo signa non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu, atque vestitu. ¶ Et translate pro ornamento in genere sumitur. *Cic.* 3. *de Or.* Si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiritis. ¶ Denique si vocis originem spectes, habitus idem est ac habitio, seu actus habendi, *l'avere*. *Liv. l.* 1. *c.* 42. Belli pacisque munia non viritim, sed pro habitu pecuniarum fiant.

Habĭtus, a, um, o. 1. 2. *avuto*, partic. ab habeor. Habet varias significationes, quemadmodum verbum, a quo descendit. *Ter. Heaut.* 2. 4. 22. Ut patrem tuum vidi esse habitum. h. e. affectum, seu comparatum. *Id. Hecyr.* 4. 1. 11. Ludibrio habitus. *Plaut. Asin.* 2. 4. 52. Habita est huic fides. ¶ Significat etiam bona membrorum & totius corporis constitutione præditum, *ben formato*, *che è ben in carne*. *Ter. Eun.* 2. 3. 23. Si qua habitior paulo, pugilem esse ajunt, deducunt cibum. *Plaut. Epid.* 1. 1. 8. Corpulentior hercule, atque habitior. *Gell. l.* 4. *c.* 20. Equum nimis strigosum, & male habitum, sed equitem ejus uberrimum, & habitissimum viderunt.

Hac, *per di qua*, בזה, Ger. *hierdurch*, Gal. *par icy*, Hisp. *por aca*, ταύτῃ, adv. motus per locum. *Cic. ad Q. Fr.* Hac iter fecit Pompejus. *Ter. Heaut.* 3. 2. Hac illac circumcursa.

Hactĕnus, adv. *fin qui*, *fino a qui*, עדנה, Ger. *bissher*, Gal. *jusqu' icy*, Hisp. *hasta aqui*, μέχρι τούτου, hucusque, ab *hac*, & *tenus*, quasi usque ad hunc finem. Plerumque est adver. ordinis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 1. Hactenus arvorum cultus, & sidera cœli. *Cic.* 2. *Divin. c.* 24. Sed hæc hactenus: nunc ad ostensa veniamus. ¶ Aliquando etiam temporis. *Liv. l.* 7. *c.* 26. Hactenus quietæ utrinque stationes fuere. ¶ Dividit per Tmesim *Virg.* 6. *Æn. v.* 62. Hac Trojana tenus fuerit fortuna secuta. Adde 5. *Æn. v.* 603. ¶ Junctum particulis *ut*, *quoad*, *quod*, *ne*, *si*, significat *eatenus*, aut *in tantum*. *Cic.* 2. *Orat. c.* 27. Hæc artem, & præcepta hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. *Plin. l.* 9. *ep.* 15. Patrem familiæ hactenus ago, quod aliquam partem prædiorum percurro. *Cic.* Hactenus existimo consolationem nostram recte adhibitam esse, quoad certior fieres &c. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 4. Etiamne hic mihi curandus est? Curandus autem? hactenus ne quid ad Senatum. *Senec. epist.* 88. Meritoria officia sunt, hactenus utilia, si præparant ingenium, non detinent.

Hadria, V. Adria.

Hadriani Moles, Hadriani Sepulchrum, aut Mausolæum, alias Ars Cre-

Crescentii, *Castel S. Angelo*, ars permunita urbis Romæ, juxta Tyberim fl. & Pontem Ælium.

Hadrianus, i, Rom. Imperator XV. cujus vitam habes apud *Spartian. Xiphilin. Victor.* &c. ¶ Scribunt & Adrianus; sed in veteribus monumentis aspiratio constans est. V. *Manut. Orthograph.*

Hadriaticum mare. V. Adriaticus.

Hadrobŏlum, n. 2. gummi genus nigrum, & in offas convolutum, in Arabia, India, Media, Babylonia, quod in sacris vino perfundi solebat, ut esset odoratius. *Plin. l.* 12. *c.* 9.

Hadrosphærum, ἁδρόσφαιρον, genus nardi foliis amplis. *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Hadrumentum. V. Adrumetum.

Hæbŭdæ, Hæbudes, Æbudæ, Ebudæ, Ebudes, Eboniæ, Hebriedes, *Galles*, seu *Vvesternes*, inf. Scotiæ adjacentes ad Occ. A quibusdam quinque esse dicuntur, ab aliis quadraginta quatuor. Duæ proprie Ebudæ nominantur, orientalior *Skye*, & occidentalior *Levvis*. Aliæ sunt Ricina, seu Richenea, *Argitti*, al. *Raglins*, seu *Racline*, versus Hiberniam, Lendrosia, *Leeder*, Maleos, *Mula*, seu *Mal*, Epidium, *Yle*, sive *Illa*, sive *Selungia*, Jona *Jura*, deinde *Eust*, *Turisi*, *Col*, *Colonsa*, &c. *Solin. c.* 35.

Hædīle, n. 3. *stalla di capretti*, Germ. *geissstal*, Gal. *ètable à chevreuax*, Hisp. *establo para cabritos*, ἐριφοτροφεῖον, hædorum stabulum. *Hor.* 3. *Carm. od.* 17. Nec Martiales hædilia lupos.

Hædillus, m. 3. dim. ab hædus, seu hædulus. *Plaut. Asin.* 3. 3. 77. Agnellum, hædillum me tuum dic esse, vel vitellum.

Hædīnus, a, um, o. 1. 2. *di capretto*, ἐρίφειος, ex hædo. *Cic. pro Mur. c.* 36. Stravit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.

Hædulus, m. 2. ἐρίφιον, dimin. ab hædus. *Juven. Sat.* 11. *v.* 65. Et Tiburtino veniet pinguissimus agro hædulus.

Hædus, i, m. 2. *capretto*, גדי, Ger. *gliss*, Gal. *chevreau*, Hisp. *cabrito*, ἔριφος, fœtus capræ. Scribi per æ, probat *Manut. in Orthographia. Cic. de Senect.* Villa abundat porco, agno, hædo. ¶ Hædi sunt signum Cæleste, cujus ortus pluvias significat. Sunt autem duæ stellæ parvæ in sinistra Erichthonii, in cujus sinistro humero insidet Capra Amalthea: Dicuntur fuisse filii ejusdem Capræ, ab Jove simul cum matre in Cælum translati. *Virg.* 1. *Georg. v.* 205. & *Ovid.* 5. *Fast. v.* 117.

Hæmachātes, m. 1. αἱμαχάτης, lapis sanguinei coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hæmatīnum vitrum, αἱμάτινον, vitri genus totum rubens, non pellucidum, ex quo escaria vasa veteres conficiebant. *Plin. lib.* 36. *c.* 26.

Hæmatītes, æ, m. *amatita*, *matita*, lapis sanguinei coloris, qui etiam sanguinem sistit, ab αἷμα, sanguis. *Plin. l.* 36. *c.* 16.

Hæmatopŏdes, f. 3. αἱματόποδες, aves, quæ pedibus rubent ab αἷμα, *sanguis*, & πούς, *pes*. *Plin. l.* 10. *c.* 47. Alii leg. *himantopodes*. h. e. pedes habentes in modum lori contortos, ab ἱμάς, ἀντος, lorum.

Hæmĭmons, tis, regio Thraciæ ad Hæmum montem. *Sex. Ruf. c.* 9. Hinc

Hæmimontāni, Thraces Hæmum incolentes. *Sex. Ruf. c.* 9.

Hæmon, onis, m. Thebanus juvenis, qui, cum amore incredibili Antigonem Oedipi, & Jocastæ filiam deperiret, ad ejus tumulum mortem sibi conscivit. *Propert. l.* 2. *eleg.* 8. *Ovid. in Ibin. v.* 561.

Hæmonĭa, V. Æmonia.

Hæmonĭus, a, um, adject. ab Hæmo monte. *Sil. l.* 10. *v.* 10. velocius inde Hæmonio Borea, pennaque citatior ibat.

Hæmoptyĭcus, i, qui sanguinem expuit. αἱμοπτυϊκός, *Macer.*

Hæmorrhagia, æ, f. 1. *flusso di sangue*, αἱμοῤῥαγία, copiosus, & immoderatus sanguinis fluxus, & speciatim ille, qui per nares fit. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Folia ejus trita illita hæmorrhagiam sistunt.

Hæmorrhoĭcus, a, um adject. qui hæmorrhoide laborat. *Firmic. l.* 3. *c.* 3.

Hæmmorrhŏis, idis, f. *moroide*, *morice*, αἱμοῤῥοΐς, profluvium sanguinis ex venis, quæ sunt in ano, vel tumor illarum venarum absque sanguinis eruptione, ab αἷμα, *sanguis*, & ῥόος, *fluxus*. V. *Cels. l.* 6. *c.* 18. *Plin. l.* 22. *c.* 7. ¶ Hæmorrhois item, f. 3. seu hæmorrhoia, genus aspidis est, vel serpens aspidi similis, sic dictus, quod mordens efficit αἵματος ῥοήν, sanguinis fluxum, seu sudorem. *Luc. l.* 9. Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo. Adde *Plin. l.* 23. *c.* 1.

Hæmus, m. 2. *Catena del Mondo*, & *Monte Argentaro*, al. *Coslegnazzo*, *Prasone*, inc. *Kriuiczne*, Scl. *Cumoniza*, Turc. *Balkan*, mons Thraciæ maximus, illam a Mysia inf. dividens, in longum protensus & ad Mesembriam urbem desinens, adeo excelsus, ut ex jugis utrumque mare, Euxinum, & Adriaticum conspiciatur. Dictus est ab Hæmo Boreæ, & Orithyiæ filio. Hujus pars Scombrus ab Aristotele, & Scomius a Thucydide appellatur, unde Strymon, Nessus, & Hebrus effluunt. In eo Poetæ domicilium Martis constituerunt. *Claudian. in Cons. Probi*, & *Olyb. v.* 120. Procubat horrendum Getico Gradivus in Hæmo. ¶ Scribitur & *Æmus*.

Hærediŏlum, n. 2. κτημάτιον, parvum hæredium, idest, parvum prædium, quod nobis ex hæreditate provenit. *Colum. in præfat. l.* 1. Ad eosdem juvencos, & quatuor jugerum avitum hærediolum redierit.

Hæredipĕta, æ, c. 1. κληρονομῶν, qui blanditiis, & muneribus, vel aliis artibus captat gratiam senum, & viduarum, ut ab illis hæres instituatur. *Petron. Satyr.* Incidimus in turbam hæredipetarum.

Hæreditarĭus, a, um, o. *ereditario*, Ger. *erblich*, Gal. *hereditaire*, Hisp. *cosa de herencia*, κληρονομικός, quod ad hæreditatem pertinet, ut Bona hæreditaria, successio hæreditaria, morbi etiam hæreditarii, qui parentum vitio nobis obtingunt. *Cic.* 6. *Ver.* Omnia illa abstulit simul cum cæteris Chelidonis hæreditariis ornamentis. *Id.* 5. *Ver.* Iterum gessit hæreditariam Quæsturam cum Dolabella.

Hærēdĭtas, tis, f. 3. *eredità*, *successione*, ירושה, Ger. *erbschafft*, Gal. *heritage*, Hisp. *heredad*, κληρονομία, successio est in universum jus, quod defunctus habebat tempore mortis. Et apud antiquos dividebatur in duodecim uncias, quæ assis nomine continentur. *Cic.* 1. *Off. c.* 33. Optima autem hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerumque gestarum. *Id. Agrar.* 1. *c.* 3. Hæreditatem obire. Et *Agrar.* 2. *c.* 16. Hæreditatem cernere, &c. ¶ Hæreditas cum sacris, vel sine sacris quæ sit V. Coemptionalis. ¶ In genit. plur. *hæreditatium* pro *hæreditatum* legitur in quadam *Inscript.* apud *Fabret. p.* 99. ¶ An sine diphthongo scribenda sit hæc vox, V. Hæres.

Hæredium, vel heredium, n. 2. χωρίδιον, parvum prædium, quod nobis ex hæreditate provenit, ab hæres. *Corn. Nepos*, *in Porcio Catone*, *cap.* 1. Quod ibi hæredium a patre relictum habebat. Adde *Var. l.* 1. *R. R. cap.* 10.

Hærĕo, es, si, sum, n. 2. *essere strettamente congiunto*, *ed unito*, דבק, Ger. *hangen*, Gall. *tenir contre*, *ètre joint*, Hisp. *estar allegado*, ἅπτομαι, συμφύομαι, arcte rei insideo, & conjunctus sum, ab αἱρέω, *capio*, per Metalepsin, quia prius res prehenditur, deinde ei adhæretur. *Cic. pro Dejot.* Quod hærere in equo senex posset, admirari solebamus. *Virg.* 2. *Æn.* Hærent parietibus scalæ. ¶ Quandoque est simpliciter esse, manere, insidere. *Ter. Hec.* In te hæret omnis culpa. *Virg.* 4. *Æn.* Hærent infixi pectore vultus. ¶ Translate usurpatur pro dubitare, ancipitem esse, quia qui in aliqua re dubitant, non moventur, ideoque hærent, ac suspensi esse videntur. *Cic. Phil.* 2. *c.* 29. Hærebat nebulo, quo se verteret, non habebat. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 59. Hæret hæc res, siquidem ego absens sum, &c. h. e. res est in ambiguo. ¶ Item pro assidue versari, frequentem esse. *Plin. l.* 1. *epist.* 22. Diu in urbe hæreo. *Plaut. Epid.* Hærere apud meretricem. *Cic. ad Att.* Hærere in scribendo. *Id.* 7. *Ver.* Hęrere in iniquitatibus. ¶ Hærere alicui pro valde addictum esse. *Sueton. de Gramm. c.* 14. Nicia hæsit Cn. Pompejo, & C. Memmio. ¶ Aqua hæret. V. Aqua.

Hæres, vel heres, edis (pro diversa derivatione ab hæreo, vel ab herus *Manut.* tamen tuetur *heres* sine diphthongo) com. 3. *erede*, *successore*, יורש, Ger. *erb*, Galt *heritier*, Hisp. *heredero*, κληρονόμος, qui defuncto succedit in jus universum, quod habebat. *Cic. pro Quinct.* Hęredem testamento reliquit hunc P. Quinctium. *Id. Fam.* 13. *ep.* 26. Hæredem esse alicui. ¶ Secundus hæres dicitur, qui hæredi instituto substituitur, ut inquit *Boethius in Comment. in Topica Ciceronis*, ea lege, ut, si prior hæreditatem non adeat, devolvatur ad secundum. *Cic. pro Cluent.* Quod ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset. ¶ Hæredes arboris, surculi, & rami. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Cæsæque densius innumero hærede prosint. ¶ Hæredem pro domino dixit *Plaut. Men.* 3. 2. 11. his verbis: Abstuli hanc, cujus hæres nunquam erit post hunc diem. Adde *Fest.* in voce Hæres. ¶ Hæres ex Asse. V. As.

Hæres, f. 3. nomen Deæ, cui veteres post acceptam hæreditatem rem divinam faciebant. *Fest.*

Hæresco, is, n. 3. συμφύομαι, hæreo, adhæreo, affixus maneo, *star' attaccato*. *Lucret. l.* 2. *v.* 476. In terris hærescere.

Hærĕsis, is, f. 3. *eresia*, *opinione*, בחר, Ger. *meynung*, Gal. *heresie*, Hisp. *heregia*, αἵρεσις, electio, optio, secta, & speciatim electio dogmatis, quod a ברא, *elegit*. *Cic. in præfat. Parad.* Et ea sentit, quæ non sane probantur in vulgus, & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, &c. ¶ Christianis est dogma adversans principiis Religionis Christianæ. *August. l.* 2. *cont. Crescon. c.* 3. *Tertul. advers. Prax. c.* 8. ¶ Prima hujus vocis syllaba corripitur a *Prudentio*, abjecta altera vocali diphthongi, *in Psychom. v.* 725. Dividitur, ruptis Heresis perit horrida membris.

Hærētĭcus, m. 2. αἱρετικός qui sectam aliquam diversam a recepta Philosophia, vel Religione aut instituit, aut sectatur. ¶ A Christianis Theologis hæreticus dicitur, qui a Catholica Fide in aliqua re descifcit. *Tertul. Advers. Hermog. c.* 19. ¶ Est etiam adject. hæreticus, a, um. *Arat. in Act. Apost. c.* 19. hæretica nigredine plenus.

Hærix, icis, V. Erinaceus.

Hæsitabundus, a, um, o. 1. 2. dubius, cunctabundus. *Plin. l.* 1. *epist.* 5. Hæsitabundus interrogavi, non ut tibi nocerem.

Hæsitantĭa, æ, f. 1. *balbutimento*, Germ. *zuveissel*, Gal. *hesitation*, Hisp. *tartamudeamiento*, ἀπορία, titubatio, balbuties, & difficultas explicandi, quod sentias. *Cic.* 3. *Phil. c.* 6. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit.

Hæsitatĭo, nis, f. 3. *dubitazione*, *dubbio*, Ger. *zuveifflung*, Gal. *doute*, Hisp. *duda*, ἀπορία, dubitatio, cunctatio, perplexitas. *Cic.* 3. *Fam. epist.* 12. Noli ignoscere hæsitationi meæ. ¶ Accipitur & pro titubatione, & linguæ hæsitantia. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 50. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractusque verborum?

Hæsitātor, ris, m. 3. *chi dubita*, *o titubba*, *tardo*, מהסס, Ger. *vveiffler*, Gal. *qui doute*, Hisp. *el que mucho duda*, μελλητής, cunctator, vel dubitator. *Plin. in epist.* 11. *l.* 5. Sum ipse in edendo hæsitator, tu tamen meam quoque cunctationem, tarditatemque vicisti.

Hæsĭto, as, n. 2. *dimorare*, *esitare*, פקק, Ger. *zuveiffeln*, Gal. *hesiter*, Hisp. *dudar*, ἐνίσχομαι, identidem, & multum hæreo, & progredi non possum, freq. ab *hæreo*. *Cic. in Catil.* Cum hæsitaret, cum cunctaretur. ¶ *Hæsitare in eodem luto*, proverbio dicitur, hoc est ita implicitum esse alicui negocio, ut te commode explicare non possis, sed semper in simile, aut deterius incidas, tractum a viatoribus, qui simul atque in lutum inciderint, cum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Aptissime autem competit in eos, qui versuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno se non liberant. *Ter. Porm.* 5. 2. 15. In eodem luto hæsitas. ¶ Accipitur etiam hæsitare pro dubitare, titubare, timere. *Cic.* 1. *de Orat.* Hæsitantem in majorum institutis, rudem in Jure Civili. ¶ Item pro balbutire. *Cicer.* 1. *de Orat. c.* 25. Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni.

Hagiogrăpha, orum, n. *libri santi*, ἁγιόγραφα, sancta scripta, sacri libri: ab ἅγιος, sanctus, & γράφω. Quidam ita distinguunt S. Scripturæ veteris Testamenti libros, ut alii sint *legis*, scil. Pentateuchus: alii *prophetiæ*, ut Prophetarum: alii denique, quia neutrum continent, & peculiare nomen non habent, communi *Hagiographa* appellentur. Ita *Hieronym. epist.* 106. quæ est præfatio in libros Regum, ubi fuse hac de re, item *epist.* 100.

Hagnus, V. Agnus.

Halabarches, V. Arabarches.

Halalcomenæ, V. Alalcomenæ.

Halcedo, V. Alcedo.

Halcyone, V. Alcyone.

Halcyone, f. 1. opp. Thessaliæ, ad sin. Maliacum.

Halcyonĭæ, f. 1. inf. duæ Macedoniæ, apud Pallenem peninf. vel circa Halcyonem opp. Thessaliæ, ad sin. Maliacum, quarum una Pallene, altera Posthonia a *Suida*, & *Stephano* dicitur.

Halec, V. Alec.

Halecŭla, V. Alecula.

Halēsa, & Alesa, Halesina Civitas, urbs exc. Siciliæ, in ora. Bor. & Occ. ubi nunc *Caronia*, castr. media inter Cephaledium ad Mer. & Agathyrsum ad Sept. Pop. Halesini. *Cic. Ver.* 5. ¶ In agro Halesino fons erat ad sonum tibiarum exultans. *Solin.*

Halĭa, f. 1. Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, ab ἅλς.

Haliacmon, onis, m. 3. Aliacmon, Aliagmon, *Pelecas*, al. *Platamona*, fl. rapidissimus Macedoniæ, qui Iliam a Thessalia separat, ac in Ægæum mare inter Pydnam, & Dium fluit.

Haliætus, sive haliæetus, m. 2. ἁλιαιετός, seu ἁλιάετος, genus aquilæ, al. falco, al. accipiter, al. nisus, ab ἅλς, *mare*, & αἰετός, seu αἰετός, *aquila*, quasi aquila marina. *Plin. l.* 10. *c.* 3. *Ovid.* 8. *Met. v.* 146.

Haliartus, f. 2. Aliartus, opp. Bœotiæ, ad Copaidem lac. juxta Permessum fl. Coroneæ, & Platæis proximum. ¶ Item *Neocastro*, opp. Peloponnesi, in ora Messeniæ, apud Messenen.

Halica. V. Alica.

Halicacăbus, f. 2. herba, al. solana, al. strychmon, al. vesicaria. *Plin. l.* 21. *c.* 31. Aspidum naturæ halicacabum adversam.

Halicarĭus, a, um, adject. Halicariæ meretrices dicebantur, quæ in Campania ante pistrina Halicariorum (h. e. eorum, qui halicam conficiunt) sedebant quæstus gratia. *Festus*. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 55. An te ibi vis versarier inter istas prosedas, pistorum amicas, reliquias halicarias?

h. e.

h. e. meretrices macie, & egeſtate confectas, &c. V. *Taubman.*

Halicarĭus, ii, m. qui halicam conficit. *Lucil. Sat.* 15. *apud Chariſ. l.* 1. Nemo eſt halicarius poſterior te.

Halicarnaſēus, a, um, &

Halicarnaſĭus, a, um, adject. ab Halicarnaſſo. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 42. Scylax Halicarnaſſeus. *Corn. Nep. l.* 2. *c.* 1. Civis Halicarnaſſia.

Halicarnaſſus, Halycarnaſſus, Halicarneſeos, f. 2. *Meſi*, *Meſſi*, al. *Caſtel di S. Pietro*, urbs Cariæ maritima, ad ſin. Ceramicum, olim Regia, inter Jaſum ad Bor. & Gnidum ad Auſtr. ¶ Patria fuit Herodoti, & Dionyſii hiſtoricorum.

Halicaſtrum, i, n. genus farris adorei. *Colum. l.* 2. *c.* 6. Semen trimeſtre, quod dicitur halicaſtrum.

Halienſis, f. 3. liber Apitii de piſcibus.

Halieutĭca, orum, n. 2. libri, in quibus tractatur de piſcibus. *Plin. l.* 32. *c.* 2. In eo volumine, quod Halieuticon inſcribitur.

Halieutĭcus, a, um, adject. piſcatorius, *peſchereccio*. *Trebel. Pol. in Claud. c.* 17. Boletar halieuticum argenteum.

Halĭmus, m. 2. ἁλίμος, herbæ ſpecies, ab ἅλιμος, *marinus*, quia ſalſa eſt, ac juxta mare creſcit. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Diverſa eſt ab alimo, ἄλιμος, quæ dicta eſt ab α partic. priv. & λιμὸς, *fames*, quia admorſa diurnam famem prohibet. *Solin. de Creta inſula.*

Halipleumon, onis, m. 3. ἁλιπλεύμων, marinus pulmo, genus piſcis. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Halĭto, as, n. 1. *ſpirare*, נפח, Ger. *beffig athmen*, Gal. *halener*, *haletter*, Hiſp. *reſollar*, ἀναπνέω, ſæpe ſpiritum emitto, freq. ab halo, *Ennius*. Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

Halĭtus, us, m. 4. *alito*, *ſpirito*, *vento*, *fiato*, נשמה, Ger. *atkem*, Gall. *alaine*, Hiſp. *aliento*, *baho*, ἀναπνοὴ, ſpiritus, ab halo. *Cic.* 2. *Tuſ. c.* 9. Veſtro ne preſſu quondam Nemeus leo frendens efflavit graviter extremum halitum? ¶ Halitus terræ eſt vapor, qui per terræ rimulas ſurſum aſcendit. *Plin. l.* 11. *c.* 12. Obvio terræ halitu intectus. ¶ Halitus Solis, eſt vapor, & calor. *Colum. l.* 2. *c.* 5. Ne Solis halitu vires amittat.

Halizōnes, m. 3. Halyzones, Halezones, pop. Scythiæ Europææ, ita dicti, quod undique mari circundentur. *Herod. l.* 4. Sed hos *Plin. l.* 5. *c. ult.* memorat inter Bithyniam, & Aſiam: *Stephanus* inter Myſiam, Lydiam, & Cariam.

Hallucinatĭo, vel Allucinatio, onis, f. *errore*, *abbaglio*, παραβλεψις, verbale ab hallucinor. *Senec. de vita beata*, *c.* 26. Veſtras hallucinationes fero. *Arnob. l.* 6. Puerili hallucinatione ludatis.

Hallucinātor, oris, m. nugarum amator. *Feſtus.*

Hallucĭnor, ſeu allucinor, ſeu alucinor, aris, atus ſum, d. 1. *abbagliarſi*, *vacillare*, פרח, Ger. *fachlen*, Gal. *s' abuſer*, *ſe tromper*, Hiſp. *engañarſe*, παραβλέπω proprie eſt illidere pedem, metaphorice vero ſumitur pro errare, quomodo impingere pro eodem uſurpatur, ab *Hallus*, vel *allex*, *pollex*, al. digitus magnus pedis. *Col. l.* 8. Ne fur, aut beſtia hallucinantem paſtorem decipiat. ¶ Transfertur & ad animum, pro a vero judicio aberrare, *fallare*, *ingannarſi*. *Cic. Attic. l.* 16. Ego tamen ſuſpicor, hunc, ut ſolet, hallucinari. ¶ Interdum pro levia loqui. *Cic. ad Q. F. l.* 2. *ep.* 10. Sed quemadmodum coram cum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet, ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum hallucinari. ideſt, quemadmodum cum una ſumus, quicquid in buccam venit, pro noſtra familiaritate garrimus, ita inania ſcribere argumenti inopia aliquando neceſſe eſt. ¶ Plura de origine hujus vocis habes apud *Gell. l.* 16. *c.* 12. & *Voſſ. in Etymol.*

Hallus, vel allus, i, m. 2. vel hallux, ucis, vel hallex, vel allex, ecis, m. 3. ἀντίχειρ, vel melius ποδὸς μείζων δάκτυλος, *pollex*, vel potius digitus pedis ſcandens ſuper proximum, ab ἅλλομαι, *ſalio*. Aliqui interpretantur pollicem in manu, quod conſtricta manu ſolus proximum digitum ſcandat. *Feſtus.*

Halo, as, n. 1. *ſpirare*, *mandar fuori odore*, נפח, Ger. *riechen*, Gal. *flairer*, Hiſp. *echar de ſi baho*, ἀτμίζω, ἐκπνέω, ſpiro, vel odorem emitto, ab ἄω, *ſpiro*, inſerto *l*, vel a χαλάω, *laxo*, quia qui reſpirat, ſpiritum laxat, & remittit. *Virg.* 4. *Georg. v.* 109. Invitent croceis halantes floribus horti. ¶ Cum dativo *Lucret. l.* 2. *v.* 847. Et nardi florem, nectar qui naribus halat.

Halo, onis, f. *alone*, *cinto*, ἅλως, area, corona, ſeu circulus circa lunam, aut ſolem, *alone*. *Senec. l.* 1. *Quæſt. Nat. c.* 2. *Plin. l.* 1. *c.* 29.

Halo, onis, m. male ſobrius, heſterno vino languens. *Feſtus.*

Haliōne, f. 1. inſ. Propontidis, ante Cyzicum urb. apud Proconneſum. *Plin. l.* 3. *c. ult.*

Halonēſus, f. 2. inſ. parva maris Ægæi, inter Samothraciam ad Occ. & Cherſoneſum Thraciæ ad Or. In ea olim ſolas fœminas, interfectis omnibus maribus, habitaſſe, refert *Mela*. ¶ Halonneſus altera, inſ. maris Ægæi, Magneſiæ, ſeu Joniæ adjacens, apud Erythras, inter Corycum, & Argenum prom.

Halophanta, m. 1. hominum genus nequam, idem fere ac ſycophanta, ab ἅλς, *mare*, & φαίνομαι, *appareo*, ob veſtitum nauticum. *Feſt.* halapanta dicit, hoc eſt, omnia mentiens, ab ἅλη, ſeu ἄλη, *error*, & ἅπαντα, *omnia*. *Non. c.* 2. *n.* 396. definit genus hominum, quod ob fuenda mendacia miſerrime mercede conducitur, ab ἄλη, *error*, & ὑφαίνω, *texo*. *Turneb. l.* 2. *c.* 5. holophantam vocat, h. e. ὁλοφάντην, quaſi qui ſit totus in oſtentatione. *Plaut. Curc.* 4. 1. 2. Halophantam, an ſycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio. ¶ *Scalig. ad Feſt.* ſuſpicatur, hunc ſcripſiſſe *halopanta*, ut, παρὰ τὴν ἅλα ſimiliter faceret, quemadmodum παρὰ τὸ σῦκον factum eſt *ſycophanta*: *halopantam* autem nihil ſignificare, ſed Comice, & tempore luſiſſe *Plautum* propter habitum marinum ejus, de quo ibi loquitur. V. *Calophanta.*

Halōſis, f. 3. *preſa*, *eſpugnazione*, ἅλωσις, captio, ſive expugnatio. *Suet. in Nerone c.* 38. Lætuſque flammæ, ut ajebat, pulchritudine, haloſim Ilii decantavit. Optimi tamen Codices habent ἅλωσιν, græcis literis.

Halter. V. Alter.

Halus, m. 2. Gallis herba eſt, quæ Venetis cotonea, ſimilis cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis, & ſitim ſedans. *Plin. l.* 26. *c.* 7.

Halyattes. } V. Alyattes.
Halyatticus. }

Halys, Calis, m. 3. *Lali Cuſilirmaſ*, & interius *Oitmagiuchi*, & Turc. *Aytozu*, fl. ingens Aſiæ min. Profluit ex Tauro M. fontes habet in Galatia, Paphlagoniam a Cappadocia dirimit, interluit Archelaidem urb. juxta Gangre labitur, rigatis aliquot urbibus Galatiæ, & Paphlagoniæ, in Euxinum mare cadit. ¶ Eſt & Halys fl. Lydiæ, juxta quem Crœſus a Cyro victus, & captus eſt, cum deceptus eſſet ambiguo Oraculi ſenſu: Crœſus Halym ſuperans magnam pervertet opum vim. V. *Cic. de Divin. l.* 2. *c.* 56.

Hama, f. 1. vas, quo aquam hauriebant ad incendia reſtinguenda, ἅμα, *Plin. l.* 10. *ep.* 42. Nullus in publico ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda. *Juven. Sat.* 14. *v.* 304. Diſpoſitis prædives hamis vigilare cohortes Servorum noctu Licinus jubet. ¶ Hinc hamis inſtructus, & dolabris per urbem noctu itabat Prætectus Vigilum, quorum cohortes ſeptem arcendis ignibus Auguſtus inſtituerat. V. in *Digeſtis tit. de Offic. Præf. Vig.* ¶ In antiq. libris legitur & *Ama*, ſine aſpiratione.

Hamæ, f. 1. opp. Campaniæ, in monte, ubi ſylva adhuc nomen retinens, *Selva de Hami*, a Cumis 3. M. P. a lacu Tripolino non longe.

Hamadryădes, f. 3. ἁμαδρυάδες, Nymphæ ſylvarum, eædem ac Viræ Querquetulanæ, quas vetuſtas credidit cum arboribus naſci, & interire, ab ἅμα, ſimul, & δρῦς, arbor, ſpeciatim quercus, ſeu robur. *Virg.* 10. *Ecl.* Jam neque Hamadryades rurſus, nec carmina nobis ipſa placent. V. *Ovid. l.* 8. *Metam. v.* 758. ¶ In ſingulari numero, *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 63. Et non abruptos tibi reddet Hamadryas annos.

Hamatĭlis, le, o. 3. ἀγκιστρώδης, quod ad hamum pertinet. *Plaut. Rud.* 2. 1. 10. Poſt id hamatilem piſcatum, ſaxatilemque aggredimur. *Tertull. adverſ. Gnoſt. in princip.* Hamatile ſpiculum.

Hamātus, a, um, o. 1. 2. *amato*, *pieno di ami*, ἀγκιστρωτὸς, hamo inſtructus, & munitus, vel habens figuram hami. *Cic.* 4. *Acad.* Hamatis, uncinatiſque corpuſculis. *Ovid.* 2. *Met.* Hamatiſque viri laniaverat unguibus ora. ¶ *Hamatæ tegulæ* dicuntur a *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. quæ ita formatæ ſunt, ut habeant margines utrinque exſtantes, quibus tamquam hamis inter ſe colligari poſſint. Ita enim eo loco legunt multi cum *Philandro*. At *Salmaſ. ad Vopiſc. in Probo c.* 21. ex quibuſdam MSS. contendit legendum eſſe *animatæ*: eas autem eſſe interpretatur, quæ in modum canaliculi factæ ſunt, & utrinque ſpiramenta habent, h. e. foramina, per quæ humor, & humidus aer ibi collectus exire poſſit. ¶ *Hamata munera*, quæ ita dantur, ut alia ſubinde dona ad ſe alliciant. *Plin. ep.* 30. *l.* 9. Hos ego viſcatis, hamatiſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere.

Hamaxa, f. 1. ἅμαξα, ſignum in Cœlo, al. Arctos, Urſa, Septentrio, ita dictum, quod currus effigiem habet, currus autem Græce ἅμαξα dicitur. *Gell. l.* 2. *c.* 21.

Hamaxagōga, æ, m. 1. ἁμαξαγωγὰς, qui plauſtris aliquid exportat, ab ἅμαξα, *plauſtrum*, & ἄγω, *veho*. V. Exagoga.

Hamaxo, as, a. 1. ſub jugum mitto currui ab ἅμαξα, currus. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 21. Ita me amabit ſarculum, ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem, cumque eo ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem, quam &c.

Hamaxobii, aut Hamaxobitæ, ἁμαξόβιοι, ἁμαξοβῖται, populi Sarmatiæ in plauſtris habitantes. V. *Plin. l.* 4. *c.* 12. *Tertul. l.* 1. *adv. Marc. c.* 1. Hamaxobio inſtabilior.

Hamiōta, ſeu hamota, æ, m. 1. qui hamo ad piſcandum utitur. *Plaut. Rud.* 2. 2. 5. Salvete fures maritimi, conchitæ, atque hamiotæ.

Hammītes, m. 1. gemma ſimilis ovis piſcium. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hammochrȳſus, i, ἁμμόχρυσος, gemma ſimilis auro arenis mixto. *Plin. l.* 37. *c.* 5. *Solin. c.* 50.

Hammon. V. Ammon.

Hammoniăcum, vel ammoniacum, n. 2. ammoniaci lacryma, ferulæ ſuccus, quam juxta Cyrenen Africa gignit, ab ἄμμος, arena, quod ab arbore ſua diſtillans incidat in arenas, inque iis in grumos quoſdam thuris modo concreſcat, vel potius ab Ammonia Libyæ regione, in qua templum erat Jovis Ammonis, juxta quod iſthoc ferulæ genus in primis naſcebatur. *Plin. l.* 12. *c.* 23. ¶ Sumitur etiam pro ſale Ammoniaco, ab eadem origine. Nam & in arenis invenitur, & optimum juxta Ammonis Oraculum ab accolis effoditur. *Plin. l.* 31. *c.* 7. *Dioſc. l.* 5. *c.* 85.

Hammonitrum. V. Ammonitrum.

Hammonium, n. 2. coloris genus tendentis in ſubrufum. *Varro de re ruſt. l.* 3. *c.* 2. Num ibi vides hic citrum, aut aurum? num minium, aut hammonium? Aliqui Armenium legunt.

Hamo, as, avi, atum, a. 1. hamo utor, capto, *peſcare coll' amo*, ἀγκιστρεύω. ¶ Item curvo in modum hami, ἀγκιστρόω. ¶ Utroque ſenſu caret latino exemplo. Nam quod ex Petron. Satyr. cir. princ. affert Theſaurus Fabris, his verbis: Artis ſeveræ ſi quis hamat effectus: plures ſunt qui legunt *amat* ſine aſpiratione. Quod autem cæteri Lexicographi addunt ex *Claudiano l.* 2. *in Rufin. v.* 358. Flexilis inductis amatur lamina membris: meliores Codices habent *animatur*, & id videtur ſenſus ipſe poſtulare.

Hamotrahōnes, m. 3. piſcatores, vel qui cadavera hamo in Gemonias ſcalas trahebant. *Feſtus.*

Hamŭla, f. 1. dim. ab hama. *Col. l.* 10. *v.* 387. Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagenam.

Hamŭlus, i, m. dim. ab hamus. *Plaut. Stich.* 2. 1. 17. Fert hamulun piſcarium. ¶ Item uncinus, quo Medici Chirurgi pterygion ex oculo eximunt. *Celſ. l.* 5. Specillo auriculario protrahendum eſt, aut hamulo retuſo.

Hamus, m. 2. *amo*, חכה, Ger. *ketten*, Gal. *hamecon*, Hiſp. *ancuelo*, ἀγκιστρον, uncus, ex quo piſcatores eſcam ſuſpendunt ad capiendos piſces, ab ἅμμα, *vinculum*, quod ab ἅπτω, *necto*, quia hamo velut ferreo vinculo aliquid adnectitur. *Cic. de Sen.* Eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo piſces. ¶ Accipitur etiam pro catena. Imo aliqui exiſtimant, hanc primam eſſe ſignificationem, ab ἅμμα, *vinculum*, ut dictum eſt. *Virg.* 3. *Æn. v.* 467. Loricam conſertam hamis, auroque trilicem, hoc eſt, catenulis aureis. ¶ Item pro inſtrumento ferreo: quo linum pectitur. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶ Item pro opere dulciario. *Apul. l.* 10. *A. A.*

Hannibal, (melius quam Annibal) alis, m. vir Carthaginienſis, filius Aſdrubalis. Ob rem male geſtam a Carthaginienſibus lapidibus obrutus fuit. *Oroſ. l.* 4. Livius ſcripſit, cruci fuiſſe affixum. ¶ Fuit item Hannibal hujus filius, qui miſſus eſt ab Amilcone, ſeu Himilcone duce in Lilybæum, quod a Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos. *Polyb.* ¶ Fuit præterea Hannibal alius Rhodius, dux item Carthaginienſis in eodem bello, qui tandem a Romanis interceptus eſt. *Polyb.* ¶ Fuit poſtremo Hannibal Amilcaris filius, qui omnes illos fama, virtuteque ſuperavit. Hunc adhuc impuberem jurejurando ante aras pater aſtrinxiſſe fertur, ut, quam primum per ætatem liceret, arma contra Romanos ſumeret. Igitur in Hiſpaniam trajecit, & Saguntum, aliaſque urbes expugnavit. Inde ſuperatis Alpibus in Italiam venit, ubi multis cladibus Romano populo illatis, quas accurate perſequitur *Liv. Dec.* 3. tandem in Africam revocatus, ibique a Scipione Africano ſuperiore devictus, primo Epheſum ad Antiochum Regem, poſtea in Bithyniam ad Regem Pruſiam profugit: a quo ne Romanis enixe petentibus dederetur, ipſe ſibi mortem conſcivit, veneno abſumpto, quod in anulo ſervabat. Vide *Nepotem in ejus vita.*

Hanno, onis, m. nomen trium virorum Carthaginienſium: Horum primus temporibus Philippi Macedoniæ regis privatis opibus potens, in libera Republica regnum affectavit, ſed poſt varios conatus, inſidiaſque civibus paratas, ab iiſdem captus, virgis cæſus, deinde effoſſis oculis, manibus cruribuſque fractis, cruci affixus eſt. *Juſtin. l.* 21. *c.* 4. Hanno alter a Carthaginienſibus cum exercitu miſſus contra Agathoclem Siciliæ tyrannum, in pugna interfectus eſt. *Juſtin. l.* 22. *c.* 6. Tertius Siciliæ tyrannum, in pugna interfectus eſt. *Juſtin. l.* 22. *c.* 6. Tertius Hanno fuit factionis Barchinæ, tempore belli Punici ſecundi, cumque

auctor pacis semper esset, nequaquam exauditus est, inquit *Liv. l.* 21.

Hanūlum, n. 2. idem, ac fanulum, apud vet. dim. ab hanum, ideſt, fanum. *Festus*.

Hapalar. V. Apalar.

Haphe, es, ἁφή, inſperſio pulveris, quo athletæ membra perfundebant, poſtquam ceromate inuncti eſſent, ut in lucta prehendere adverſarium commodius poſſent. Hoc modo illita corpora flavum colorem induebant. *Martial. l.* 7. *ep.* 66. Harpaſto quoque ſubligata ludit, Et flaveſcit aphe. *Senec. ep.* 87. A ceromate nos aphe excepit. ¶ Origo vocis eſt ab ἅφω præterit. verbi ἅπτομαι, tango.

Happaloptis, idis, nomen condimenti fictum a joculari coquo, apud *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 47.

Hapſus, m. 2. ἅψω, vinculum, aut cingulum, quo pars affecta velatur, cingiturque, ideſt, glomus ſtuparum, filamentorum, lanæ, quantum manu capi poteſt, ab ἅμμα, nexus, vinculum, quod ab ἅπτω, necto, alligo. *Celſ. l.* 7. *c.* 26. Inducendusque hapſus lanæ mollis tepido oleo repletus.

Hara, æ, f. *ſtalla di porci*, porcorum ſtabulum. *Cic. in Piſ. c.* 16. Ex hara producte, non ex ſchola. *Ovid. ep.* 11. *v.* 104. Tertius immundæ cura fidelis haræ. ¶ *Hara ſuis*, convicium eſt in ſordidum & impurum hominem. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 39. ¶ Dicitur etiam de ſepto, in quo includuntur anſeres. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 10. *de anſeribus*. Singulis, ubi pariant, faciunt haras quadratas. *Colum. l.* 8. *c.* 14. Anſer paſcitur in hara clauſus cum matre.

Haringa. V. Harviga.

Hariŏla, æ, f. 1. mulier, quæ hariolatur. *Plaut. Mil.* 3. 1. 98. Quod dem hariolæ, atque haruſpicæ.

Hariolatĭo, f. 3. μαντεία, actus hariolandi. *Cic. l. de Div. c.* 31. Miſſa ſum ſuperſtitioſis hariolationibus.

Hariŏlor, aris, d. 1. *profetare*, *indovinare*, קסם, Germ. *vverſagen*, Gal. *deviner*, Hiſp. *adevinar*, μαντεύομαι, divino, vaticinor, ab hariolus. *Cic. l. de Div.* Neque eos, qui quæſtus cauſa hariolantur. *Id. Att. l.* 8. Non hariolans, ut illa, cui nemo credidit, ſed conjectura proſpiciens. Adde *Ter. Phorm.* 3. 2. 7.

Hariŏlus, li, m. 2. *profeta*, *indovino*, סוסם, Ger. *vvarſager*, Gal. *devin*, Hiſp. *adevino*, μάντις, futurorum divinator, qui divina mente fatur, quæ ventura ſunt, ab antiquo *fariolus*, quod a fari. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 2. Ex quo genere ſæpe hariolorum etiam, & vatum furibundæ prædictiones.

Harmedŏne. V. Hermedone.

Harmonia, f. 1. *armonia*, *concordanza*, Germ. *vvollantung*, Gall. *harmonie*, Hiſp. *harmonia*, ἁρμονία, apta omnis commiſſura, ac compages, compoſitio, concordia, convenientia, ab ἁρμόζω, *apto*. *Quinc. l.* 1. *c.* 10. Nec illa modo contenti diſſimilium concordia, quam vocant harmoniam. ¶ Translate ſumitur pro ſymphonia, ſeu concentu. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 18. Harmoniam autem ex intervallis ſonorum noſſe poſſumus, quorum varia compoſitio etiam harmonias efficit plures. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Canere ad harmoniam.

Harmonia, f. 1. filia Gelonis, uxor Themiſtii. ¶ Item Martis, & Veneris filia, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, ſed exitiale monile dedit, eo quod ex conjugis adulterio fuiſſet prognata. *Ovid. l.* 4. *Met.*

Harmonĭce, es, f. *armonia*, ars harmonica. *Vitruv. l.* 5. *c.* 3. Theatrorum per harmonicem ad augendam vocem ratiocinationes ab antiquis ſunt conſtitutæ.

Harmonĭcus, a, um, o. 1. *armonico*, ἁρμονικός, quod ad harmoniam attinet. *Plin. l.* 2. *c.* 109. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere. Adde *Varr. l.* 9. *L. L.*

Harmŏge, es, ἁρμογή, *unione de' colori nella pittura*, ars ſeu ratio, qua unus color cum altero apte conjungitur, ut paulatim minuantur, miſceanturque ſic, ut tranſire alter in alterum in confinio videatur. *Plin. l.* 35. *c.* 5. Commiſſuras colorum, & tranſitus harmogen appellaverunt.

Harpa, æ, f. 1. inſtrumentum muſicum. *Venant.* Romanuſque lyra plaudat tibi, barbarus harpa.

Harpa, avis. V. Harpe.

Harpactĭon, ſeu harpacticon, n. 2. genus gummi, ab ἁρπάζω, *rapio*, ob celeritatem avellendi. *Plin. l.* 33. *c.* 16.

Harpăge, es, f. ἁρπαγή, inſtrumentum, quo muros oppugnabant. *Siſen. apud Non.* Falces injectas comminuunt, pluteos propius collocatis harpagis dejiciunt.

Harpaginĕtŭlus, i, m. diminut. parvus harpago. *Vitruv. l.* 7. *c.* 5. Harpaginetuli ſtriati. Ita Theſaur. Fabr. Verum hoc Vitruvii loco mire torquentur Interpretes, quorum alii alias reponunt lectiones, alii verba prope deſperata putant. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ubi omnium congeſſit ſententias.

Harpăgo, onis, m. *uncino*, *con che ſi legano le navi inſieme alla guerra*, Ger. *ſchiffbacken*, Gal. *croc*, Hiſp. *eloque*, ἅρπαξ, inſtrumentum ferreum, in fine aduncum, quo in navalibus præliis apprehenduntur naves, & tanquam in continenti coguntur dimicare, ab ἁρπάζω, *rapio*. *Liv. l.* 30. *c.* 10. Aſſeres ferreo unco præfixi (harpagoras vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanos cœpti. *Curt. l.* 4. Ferreæ manus (harpagonas vocant) quas operibus hoſtium injicerent. ¶ Eſt & aliud inſtrumentum hoc nomine, quo ea, quæ in puteum, vel fluvium deciderint, extrahuntur. Hujus inventor traditur fuiſſe Anacharſis Philoſophus. *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Harpago etiam eſt inſtrumentum ferreum, quod a nonnullis canis vocatur, quo vaſa vinaria conſtringuntur, ut commodius inducantur circi. ¶ Denique harpago raptorem, aut furem ſignificat. *Plaut. Trinum* 2. 1. 13.

Harpăgo, as, a. 1. *rapire*, *rampinare*, ἁρπάζω, rapio, ab ἁρπαγή, raptus, rapina, quod ab ἁρπάζω, rapio. *Plaut. Aul. a.* 2. *ſc.* 2. *v.* 24. Hei miſero mihi, aurum mihi intus harpagatum eſt.

Harpalĭce, f. 1. mulier Harpali Thracum Regis filia, quæ patrem a Getis captum liberavit. *Serv. in* 1. *Æn. v.* 317.

Harpălus, m. 2. nomen prædonis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Et canis apud *Ovid.*

Harpaſtum, n. 2. *palla del calcio*, ἁρπαστόν, genus pilæ grandioris, quam pila paganica, minoris tamen, quam follis, ab ἁρπάζω, *rapio*, quod plures projectum harpaſtum conentur arripere, & extra ludi limites ejicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, ſed cum multi ludentes in duas partes diviſi ſunt, quiſque annititur pilam arripere, & ad ſuos, qui poſt ſe ſunt viciniores limitibus, tranſmittere, ejuſque partis victoria eſt, quæ pilam extra limites adverſariæ partis ejecerit. Laborioſum ludi genus eſt, grandioribuſque tantum convenions. Cum enim multi ſimul pilam arripere conantur, in terram ſe invicem proſternunt, pulvereque, & ſudore intecti flaveſcunt. *Mart. l.* 4. *epigr.* 19. Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona, ſive harpaſta manu pulverulenta rapis.

Harpax, gis, vel gos, f. 3. ἅρπαξ, verticillus ex electro, ab ἁρπάζω, *rapio*, quod folia, & feſtucas rapiat. *Plin. l.* 37. *c.* 2. *de electro*. In Syria fœminas verticillos inde facere, & vocare harpaga, quia folia, & paleas, veſtiumque fimbrias rapiat.

Harpe, es, vel Harpa, æ, f. 1. ἅρπη, enſis in ſummitate falcatus, quo Mercurius uſus fertur in occidendo Argo, & Perſeus in amputando Meduſæ capite. *Ovid. Met. v.* 69. Vertit in hunc harpen madefactam cæde Meduſæ. ¶ Eſt etiam harpa, vel harpe avis rapax, ex vulturum genere. *Alciat. Emblem.* 142. *Plin. l.* 10. *c.* 74.

Harpocrātes, m. 3. Ἁρποκράτης, Græcus Philoſophus, cujus eruditio, ac præcepta in id maxime tendebant, ut ſilentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Habitus eſt Deus ſilentii. Hujus ſimulacrum in ſacris Iſidis, & Serapidis adhibebatur, quod digito labiis impreſſo admonere videbatur, ut ſilentium fieret. Hinc prov. *Reddere Harpocratem*, pro ſilentium imponere. *Catull. in Gell. carm.* 73. Patrui perdeſpuit ipſam uxorem, & patruum reddidit Harpocratem.

Harpyĭæ, f. 1. *Arpie*, Ἅρπυιαι, aves, filiæ Neptuni, ſeu Ponti, & Terræ, al. Thaumantis, & Electræ, quæ tres numerantur, Aello, Ocypete, Celæno, ab ἁρπάζω, *rapio*. A Suida rapaces Dæmones vocantur. Incolebant Strophades inſ. *Virg.* 3. *Æn. v.* 216. Homerus Celæno Podargen vocat, & ex ea dicit Zephyrum ventum Achillis equos Balium, & Xanthum genuiſſe.

Haruga, vel Aruga, vel Arviga, vel Haringa (totidem enim modis legitur) hoſtia, cujus adhærentia inſpiciebantur exta. *Feſt.* & *Donat. ad Terent. Porm.* 44. V. *Arviga*.

Harundulatio. V. in litera A.

Haruſpex, vel aruſpex, icis, m. 3. *Indovino*, *Profeta*, קוסם, Ger. *vvarſager*, Gal. *devin*, Hiſp. *adevino*, ἱεροσκόπος, μάντις, qui hoſtias inſpectis, futura prædicit. *Cic. Phil.* 3. *c.* 8. Cum Haruſpices ex tota Hetruria convenissent. ¶ *Donatus ad Terent. Phorm.* 4. 5. derivat ab *Haruga*: alii aliunde.

Haruſpĭca, æ, f. *indovinatrice*, קוסמית, Ger. *vvarſagerin*, Gal. *devine*, Hiſp. *adevinedora*, divinatrix. *Plaut. Mil.* 3. 1. 98. Da, quod dem hariolæ, atque Haruſpicæ.

Haruſpicīna, f. 1. *l'arte d'indovinare*, קסם, Ger. *kunſt des vvarſagens*, Gal. *l'art de deviner*, Hiſp. *el arte de devinar*, ἱεροσκοπική, ars divinandi ex cæſarum hoſtiarum extis. *Cic.* 2. *de Div.* Ut ordiar ab Haruſpicina, quam ego Reip. cauſa, communiſque religionis colendam cenſeo. ¶ Haruſpicinam facere, eſt excercere. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 18. Cum qui hodie Haruſpicinam facerent, in Senatum Romæ legerentur.

Haruſpicīnus, a, um, o. 1. 2. quod ad Haruſpicinam ſpectat, ut Libri haruſpicini, qui de Haruſpicina, hoc eſt, Haruſpicum arte præcepta tradunt. *Cic. l. de Div. c.* 33. Quod Hetruſcorum declarant & Haruſpicini, & Fulgurales, & Rituales libri.

Haruſpĭcium, n. 2. actus divinandi ex inſpectione extorum, & ponitur etiam pro ipſa arte. *Catul. carm.* 89. Et diſcat Perſicum haruſpicium.

Haſta, æ, f. *aſta*, *lancia*, רמח, חנית, Ger. *ein ſpieſſ*, Gal. *lance*, *pique*, Hiſp. *lanca*, *pica*, δόρυ, λόγχη, inſtrumentum ex ligno terete, cuſpide præferrata, quo milites in bello utuntur. *Cic.* 2. *de Fin.* Evelli juſſit eam, qua transfixus erat, haſtam. ¶ Haſtæ uſus etiam in nuptiis fuit. Sponſus enim comam ſponſæ cuſpide haſtæ diſtinguebat. Hujus rei causam Plutarchus ad matrimonii felicitatem traducit. Ab aliquibus ſcriptum eſt, ſupra ſponſæ caput haſtam de corpore gladiatoris eductam poni ſolitam fuiſſe, vel ut oſtenderetur, promptum eſſe ſupplicium, ſi conjugii fidem violaſſet, vel ut declararetur, ſponſam nuptiarum jure viri imperio ſubjici, quia haſta imperii ſymbolum eſt, vel quoniam matronæ in tutela Junonis *Curetis* eſſent; quæ ita vocabatur ab haſta ferenda, quæ Sabinorum lingua *curis* dicebatur. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 9. *Ovid.* 2. *Faſt.* Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri, comat virgineas haſta recurva comas. ¶ *Haſtam abjicere*, prov. locutio eſt cauſæ diffidere, & contentionem relinquere, ducta translatione a militia, in qua qui deſperant, & fugiunt, arma abjiciunt. *Cic. pro Mur. c.* 21. Videſne tu illum triſtem, demiſſum? jacet, diffidit, abjecit haſtam. ¶ Ponitur etiam pro auctione, *incanto*, quia auctio cum eſſet, haſta erigebatur. Hinc *Haſtæ ſubjicere bona alicujus*, eſt ea publica auctione vendere, apud *Feſt.* &, locare ad haſtam, apud *Colum. præfat. l.* 1. Sed aliqui dicunt, auctionem fuiſſe, cum fieret publica venditio, & res traderetur plus offerenti, ab augendo pretio, venditionem vero haſtæ fuiſſe alienationem publicam bonorum eorum, qui damnati, proſcriptive fuiſſent. *Cic. Ph.* 8. Itaque haſtam ſemper videre cupiunt ii, qui noſtris bonis imminent. ¶ Haſta pura dicitur, quæ ſine ferro eſt, & ſignum eſt pacis. Hac donabantur milites, qui in bello fortiter feciſſent. *Sueton. Claud. c.* 28. Poſidem ſpadonem Britannico triumpho inter militares viros haſta pura donavit. ¶ Erat etiam haſta inſigne judiciorum decemviralium, & centumviralium: nam hujuſmodi judices haſta in toro poſita judicabant. *Martial. l.* 7. *ep.* 53. Centum gravis haſta virorum. ¶ Tranſlate haſtæ dicuntur argumenta oratoria. *Cic. l.* 1. *Or. c.* 57. Non eſt difficile Oratori auctorem aliquem invenire, a quo cum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoriis lacertis viribuſque torquebit.

Haſtarium, rii, venditio auctionaria, vel liber auctionum, ab *haſta*. *Tertul. in Apolog. c.* 13. In haſtario vectigales ſumus.

Haſtarĭus, ii, m. 2. miles haſta armatus. *Ammian. l.* 27. *c.* 2. Cum paucis captus ab haſtariis. Al. tamen leg. Aſcariis.

Haſtātus, o. 1. 2. λογχοφόρος, ἀκμωτής, qui utitur haſta, vel qui haſta armatus eſt. Haſtati apud Romanos erat unum ex quatuor peditum generibus (nam pedites alii erant velites, alii haſtati, alii principes, alii triarii) qui primo quidem haſtis pugnare ſoliti ſunt, & iis non jaculatoriis, ſed ſtabilibus, hoc eſt contis: poſtea vero pila etiam, & gladios adhibuerunt. In acie ſecundum obtinebant locum, ſcilicet poſt velites, & ante principes, primique ſtateriam, & gravem pugnam inibant. V. *Lipſ. de milit. Rom. l.* 2. *Dial.* 2. & *l.* 4. *Dial.* 1. *Liv. l.* 22. Pugna exorta eſt, non illa ordinaria per principes, haſtatoſque, & triarios. ¶ Primus haſtatus erat, qui duas centurias, ideſt ducentos homines ducebat in acie ſecunda, quem & Ducenarium appellaverunt. *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 8. Secundus haſtatus centuriam, & ſemis, ideſt centum & quinquaginta milites gubernabat. *Id. ibid.* ¶ Apud *Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 35. videtur ſignificare primam haſtatorum centuriam: Hæc ſunt ejus verba: Cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. Adde *l.* 2. *c.* 31.

Haſtĭcus, a, um, adject. ab haſta. V. Aſtycus.

Haſtĭfer, a, um, qui haſtam tert. *Inſcript.* apud *Reineſ. claſſ.* 1. *n.* 163.

Haſtīle, is, n. 3. *fatto a guiſa d'aſta*, Ger. *ſpieſſſtang*, Gal. *fait en forme de lance*, Hiſp. *haſtil*, *haſta*, λόγχη, ſcapus, lignum haſtæ, & generatim quod ad haſtæ formam factum eſt, hoc eſt lignum teres, & oblongum, cujuſmodi eſt haſta. *Virg.* 5. *Æn.* Præfixa haſtilia terro. *Cic. pro Rab.* Mancus, & membris omnibus captus, ac debilis, haſtili innixus, &c.

Haſtŭla regia, a Latinis dicitur radix, & bulbus aſphodeli, ut *Plin.* 21. 22. docet: tota item herba ita appellatur, ut *Apul. de herb. c.* 32. innuit. Quam Latini fortaſſe ſic appellarunt, quia florens regii ſceptri, quod brevis quodammodo haſta eſt, ſpeciem refert: vel quia eſt herbarum clariſſima: quam ob cauſam & herojon, ἡρώιον, dicta eſt, ut ſcribit *Plin.* 22. 22. Quare rectius *haſtula*, quam aſtula ſcribi videtur.

¶ *Ha-*

¶ *Haſtula* pro aſtula, ſeu aſſula V. in lit. A.

Hau, V. Au.

Haud, adv. *non*, ὐ, οὐκ, non, ab ὅτε, & per apoſtrophum ὅτ', vel potius ab ὄδε, vel ὅτ', *neque*. Antiqui pro *haud* dicebant *aud*, & *aut*. Eodem enim modo & *disjunctivam*, & negantem particulam ſcribebant. Poſt diſcriminis cauſa pro negandi adverbio ſcripſere *haut*, vel *haud*. *Scalig. de cauſ. L. L.* putat ſcribendum ſemper *haut*. *Victorin. Lambin. Lipſ.* & alii cenſent ſcribendum *haue*, ſi ſequatur conſona, *haud*, ſi vocalis. Ceterum in antiquis libb. editis, & MSS. promiſcuus eſt uſus. Conſuetudo obtinuiſſe videtur, ut *haud* ſemper ſcribatur. *Cic. Fam. 9. ep. 15.* Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an maximum. *Virg. Æn. 3. v. 236.* Haud ſecus ac juſſi faciunt. *Ter. Eun. 2. 3.* Haud diu eſt.

Haudquāquam, adv. *in niun modo*, ὐ μὴ, nequaquam, nullo pacto, nullo modo. *Cic. 2. de Or. c. 33.* Haudquaquam id eſt difficile Craſſo. *Liv. l. 28. c. 6.* Haudquaquam ad ſpem eventus reſpondit.

Haveo. V. Aveo.

Haurĭo, is, hauſi, hauſtum, a. 4. *tirar fuori*, שׁאב, Ger. *ſchaepfen*, Gal. *tirer*, *puiſer*, Hiſp. *ſacar*, ἀρύομαι, ἀντλέω, extraho humorem, & educo ex profundo aliquo loco, ab ἄρω, inſerto *u* more Æolum, quod ab ἐρύω, *trabo*. *Cic. in Acad.* Ut ea a fontibus potius hauriant, quam rivulos conſectentur. *Id. in Bruto*, Si is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet. ¶ Per metalepſin conſequentis eſt vacuare, conſumere, ut Poculum haurire, &c. *Virg. 1. Æn.* Ille impiger hauſit ſpumantem pateram. *Cic. de Ar. Reſp.* Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet? ¶ Translate ſumitur pro accipere, percipere. *Cic. in Rull.* Sumptum hauſit ex ærario. *Id. in Bruto*. Artes, quas domo haurire non poſſes, acceriviſti ex urbe Athenarum. *Id. pro Cœl.* Vidi, & illum hauſi dolorem vel acerbiſſimum in vita. ¶ Item pro conſumere. *Liv. l. 5. c. 7.* Tam longi temporis opus incendium hauſit. ¶ Item pro perferre, ducta metaphora a poculis, ſeu a potione rerum amararum. *Cic. in Tuſc.* Is propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates! ¶ Item pro peragere, percurrere. *Virg. 4. Georg.* Et medium Sol igneus orbem hauſerat. ¶ Item pro confodere, vulnerare. *Virg. 10. Æneid. v. 314.* Per tunicam ſquallentem auro latus haurit apertum. ¶ Haurire auribus, eſt audire. *Virg. 4. Æn. v. 359.* Vocemque his auribus hauſi. ¶ Haurire oculis, eſt aſpicere, videre. *Virg. 4. Æn. v. 661.* Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. ¶ Haurire cœlum *reſpirare*, *Id. Æneid. 10.* ¶ Haurire lucem, *venir' alla luce*. *Id. Georg. 2.* ¶ Haurire animo eſt percipere, recipere. *Virg. 12. Æn. v. 26.* Simul hæc animo hauri. ¶ *Haurire ſupplicia*, eſt pœnas luere. *Virg. 4. Æn. v. 383.* Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt, ſupplicia hauſurum ſcopulis. ¶ *Haurire cibum*, eſt vorare. *Colum. l. 8. c. 17.* Quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. ¶ Apud *Virg. 3. Georg. v. 106.* Exultantiaque haurit Corda pavor pulſans. hoc eſt ferit, defatigat percellit. ¶ Hauriri gurgitibus, pro mergi, undis opprimi. *Liv. l. 1.* In paludibus quidam conjecti, profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt. ¶ Invenitur præterit. *haurivi*, vel *hauſi*, *Var. apud Priſcian. l. 10.* Cum idem quoque haurierit. ¶ Hinc ſupinum *hauritum*: item *hauſum*. *Juvenc. in Joan. 4.* Hauritura cavis putei penetralibus undas. *Apul. l. 2. A. A.* Lagena facilis hauritu. *Virg. Æn. 4. v. 383.* Supplicia hauſurum, &c.

Hauſtor, oris, m. qui haurit, aut bibit. *Lucan. l. 9. v. 591.* Ultimus hauſtor aquæ.

Hauſtrum, i, n. 2. ἄντλιον, machinæ genus eſt, teſte Budæo, rotam habens, qua calcata aquam e puteis, vel fluminibus haurimus, quod & tympanum vocatur, a ſup. *hauſtum*. Sed *Nonius c. 1. n. 43.* mavult, hauſtra eſſe ipſos cados, hoc eſt ſitulas, in hujuſmodi machinis, quibus aqua hauritur. Voſſius dicit, hauſtra Nonium cados, & ἄντλια exponere, ſed parum commode, hauſtra enim vocari, quæ Vitruvio ſunt modioli rotæ additi ad aquam hauriendam. *Lucr. l. 5. v. 517.* Ut fluvios verſare rotas, atque hauſtra videmus.

Hauſtus, a, um, o. extractus a loco profundo, partic. ab haurior. *Cic. Div.* Aqua e puteo hauſta. ¶ Ponitur item pro accepto. *Cic. 1. de Div.* A qua hauſtos animos, & delibatos habemus. ¶ Item pro abſumpto, devorato, *conſumato*, *divorato*, ἠντλημένος. *Liv. 3. bell. Mac.* Multæ naves ejectæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo in terram enaverit.

Hauſtus, us, m. 4. *cavamento*, *eſtrazione*, ἄντλησις, eductio liquoris ex aliquo loco. *Col. l. 1.* Putealis quæratur aqua, quæ non ſit hauſtus profundi. *Ovid. 6. Met. v. 356.* Hauſtus aquæ mihi nectar erit. *Curt. l. 5. c. 5.* Alium domi eſſe cœli hauſtum, alium lucis aſpectum. *altra avia*, *altro clima*. *Virg. 4. Georg. v. 220.* Eſſe apibus partem divinæ mentis, & hauſtus Ætherios dixere. *h. e.* divinos ſpiritus. ¶ A Juriſconſultis *hauſtus* dicitur jus hauriendi aquam e puteo vicini. *Cic. pro Cæcin. c. 26.* Aquæductus, hauſtus, iter, actus. Adde *Pompon. leg. ſi mihi. Dig. de ſervit. prædior. ruſtic.* ¶ Hauſtus mentio fit etiam in lapidibus ſepulcralibus, in quibus de *itu*, *aditu*, & *abitu*. Nam præter tria hæc jura, aliquando jus *hauſtus* addebatur propter uſum aquæ in inferiis, & ſacrificiis mortuorum adhiberi ſolitæ.

H A N T E E.

Heautontimorumĕnos, f. 2. ἑαυτοντιμωρούμενος, nomen eſt comœdiæ Terentianæ, quod nos *Seipſum excruciantem* interpretari poſſumus, ab ἑαυτόν, *ſeipſum*, & τιμωρέομαι, *punio*, *excrucio*, *il Macerantoſi*. Inducitur enim ſenex Menedemus ſeipſum excrucians, quod filium Cliniam duritia ſua in militiam proficiſci compulerit.

Hebdomāda, æ, idem ac hebdomas. *ſettimana*, ab acc. Græco hebdomada, ut *Narbona* a Narbon, *Thebaida* a Thebas. *Gell. l. 3. c. 10.* Tum ibi addit, ſe quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorum conſcripſiſſe V. *Hebdomas*.

Hebdomadalis, le, adject. ad hebdomadam pertinens. *Sidon. l. 9. ep. 3.* Eccleſia dedicata feſtis hebdomadalibus.

Hebdŏmas, adis, f. 3. *ſettimana*, שׁבוּע, Ger. *ein woche*, Gal. *ſemaine*, Hiſp. *ſemana*, ἑβδομας. Sumitur generatim pro numero ſeptenario, ſicut *ogdoas* pro octonario, *eneas* pro novenario, *decas* pro denario. Quare non ſolum de diebus dicitur, ſed etiam de annis, & quibuſcunque rebus, quæ ſeptenario numero comprehenduntur. *Gell. l. 3. c. 10.* Hi, qui juſtiſſime in utero ſunt, quadrageſima denique hebdomade ita naſcuntur, &c. *h. e.* poſt dies ducentos, & octuaginta. ¶ Uſurpatur etiam de critico Medicorum die, qui in morbis certa vel ſalutis, vel mortis ſigna afferre ſolet. *Cicer. Fam. 16. ep. 9.* Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam hebdomada incideres. Manut. legit *hebdomadem*, quæ terminatio Latina eſt: alii *hebdomadam*, tamquam a recto *hebdomada*. V. *Gell. loc. cit.*

Hebdomatĭcus, a, um, adject. ad hebdomadam pertinens. *Jul. Firmic. l. 4. c. 14.* Septeni, & noveni anni a Græcis hebdomatici dicuntur.

Hebe, f. 1. ἥβη, Latine Juventas, Dea juventutis, viror ætatis, a voce Græca allata. Filia fuit Jovis, & Junonis. Sed Latini Poetæ aſſerunt, filiam fuiſſe Junonis abſque patre. Apollo enim, cum Junoni novercæ convivium in patris ſui domo paraſſet, inter alia lactucas agreſtes ei appoſuit, quas cum Juno avide comediſſet, illico uſque tunc ſterilis, prægnans effecta eſt, peperitque Heben. Eam poſtea Jupiter ob formæ elegantiam ad officium pincernatus aſſumpſit, Deamque juventutis effecit. Fingunt enim Poetæ, Heben Diis pocula miniſtrare, quo innuunt, Deos non ſeneſcere. Tandem cum Jupiter una cum cæteris Diis apud Æthiopes comeſſaturus iviſſet, contigit, ut Hebe adminiſtrans eis pocula, perque lubricum minus caute incedens caderet, revolutiſque veſtibus obſcœna Superis monſtraret. Quamobrem ab officio eſt amota, ejuſque loco Ganymedes ſubrogatus. Sed Homerus ſcripſit, Heben non omnino ab officio eſſe remotam, ſed illam cæterorum Deorum deinceps pincernam fuiſſe, Ganymedem ſolius Jovis. Poſtremo Herculi in Deos relato uxor data eſt. V. *Boccat. l. 9. Gen.*

Hebĕnus. V. Ebenus.

Hebĕo, es, n. 2. *eſſer ottuſo*, *pigro*, ἀμβλύνομαι, hebes ſum. *Liv. l. 23. c. 45.* Num ferrum hebet, an dexteræ torpent? *Virg. 5. Æn. v. 396.* Sanguis gelidus hebet.

Hebes, tis, o. 3. *ottuſo*, *groſſo*, כּקהה, Ger. *ſtumpff*, *toll*, Gal. *rebouché*, *lourd*, *groſſier*, Hiſp. *boto*, *groſſero*, *rudo*, ἀμβλὺς, obtuſus, craſſus, minime acutus. Hebes per Metaphoram de hominibus dicitur, proprie autem competit corporibus obtuſis, vel etiam craſſis. *Cic. 2. Acad.* Quid? Lunæ quæ lineamenta ſunt, poteſt ne dicere? cujus & naſcentis alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua. ¶ Translate, ut dictum eſt, ſumitur pro ſtupido, tardo, acumine carente. *Cic. 10. Phil. c. 8.* Scilicet hæc Panſa aut non videt (hebeti enim ingenio eſt) aut negligit. *Id. de Div. c. 50.* Epicurum, quem hebetem, & rudem dicere ſolent Stoici. *Id. pro Planc. c. 27.* Aures hebetiores. *Plin. l. 9. c. 3.* Tanta ſolertia animalium hebetiſſimis quoque eſt.

Hebeſco, is, n. 3. *divenir ottuſo*, קהה, Germ. *ſtumpff*, *oder toll vverden*, Gal. *ſe reboucer*, *devenir groſſier*, Hiſp. *embotarſe*, *bolverſe rudo*, ἀμβλύνομαι, hebes fio. *Cic. 1. Tuſc. c. 30.* Sic mentis acies ſe ipſa intuens nonnunquam hebeſcit. ¶ Sumitur etiam pro langueſcere, defidiorem, & remiſſiorem fieri. *Sal. in Catil.* Poſtquam divitiæ honori eſſe cœpere, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere virtus cœpit.

Hebetātio, f. 3. idem quod hebetudo. *Plin. l. 28. c. 6.* Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

Hebetātrix, icis, f. quæ hebetat, & obtundit. *Plin. l. 2. c. 13.* Umbra hebetatrix.

Hebetātus, a, um, adject. tardus, obtuſus, *ottuſo*, *ſtupido*. *Suet. Claud. c. 2.* Animo ſimul & corpore hebetato. *Juſtin. l. 6. c. 8.* Reip. vires hebetatæ.

Hebeteſco, is, n. 3. frequentat. ab hebeſco. *Plin. lib. 28. c. 7.* Certum eſt, aciem in cultris tonſorum hebeteſcere.

Hebĕto, as, a. 1. *rendere ottuſo*, Germ. *ſtumpff*, *oder toll machen*, Gall. *reboucher*, Hiſp. *embotar*, ἀμβλύνω, obtundo. *Liv. lib. 8. c. 10.* Cum haſtas aut pertregiſſent, aut hebetaſſent. *Plin. l. 20. c. 6.* Porrum oculorum aciem hebetat. *Id. l. 2. c. 13.* Lunam convenit umbra terræ hebetari.

Hebetūdo, f. 3. ἄμβλυσις, obtuſitas rei alicujus carentis acumine, & translate ſtupiditas, vel tarditas mentis, ſeu ingenii, viſus, & ſimilium. *Macrob. l. 1. Somn. Scip. c. 14.* Hebetudo ſenſuum.

Hebræi, m. 2. *Ebrei*, ἑβραῖοι, Judæi, ab Hebero Semi pronepote, quia eo tempore, quando linguarum facta eſt varietas, in ſola familia Heber lingua, quæ antea fuit, remanſit. *Joſeph. lib. 1. Antiq. Jud. cap. 14. Euſeb. de præp. Euang. l. 2. c. 4. Theophilus lib. 3. contra Gentes*, & alii. Sed *Ambroſ. in c. 13. ad Philip.* cenſet dici quaſi Abræos ab Abrahamo auctore gentis. *Hieronym. Theodoret.* & quidam alii Hebræos dici volunt ab עבר, *trans*, *cisra*, *ſuper*, quaſi tranſitores, quia Abraham, cum prius in Meſopotamia habitaret, divino juſſu, patris domo relicta, trajecit Euphratem, &c.

Hebræus, a, um, adject. ab Hebræis. *Stat. l. 4. Silv. 1. v. 212.* præreptaque templis Thura, Palæſtini ſimul, Hebræique liquores; ubi videtur balſamum intelligere.

Hebraïce, adverb. Hebræorum more. *Lactant. l. 4. c. 5. ſub fin.* Hebraice Meſſias dicitur.

Hebron, Ebron, Eleutheropolis, antea Cariath Arbe, ſeu Tetrapolis, *Hebron*, al. *Callil*, urbs Palæſtinæ, antiquiſſima, 7. annis ante Tanim Ægypti condita, ſub Chananæis urbs Regia, poſtea in Tribu Juda, & Levitis data totius Tribus maxima, & Davidis Regis per 7. annos ſedes. Sed aliis Eleutheropolis differt ab Hebron, a qua diſtat 8. M. P. in Occ. a Hieroſolymis 20. Gazam verſus Veteri urbe exciſa, nova Hebron in vicino loco conſtructa eſt.

Hebrus, m. 2. *Mariza*, fl. ingens Thraciæ, qui ex Hæmo monte, al. ex Rhodope oritur, ac in Ægæum mare, rigatis Philippopoli, Hadrianopoli, & Trajanopii urb. inter Maroniam, & Ænon urb. al. e regione Samothraciæ inſ. cadit. Celebratur propter aurum, quod ex arena ejus colligitur. Cognominatur Oeagrius ab Oeagro, Orphei patre, quia in eum Orphei caput a Ciconum mulieribus bacchantibus interfecti projectum fuit. *Ovid. 11. Met. v. 50.*

Hecāle, f. 1. anus paupercula, a Callimacho juſto volumine decantata. Hæc Theſeum adoleſcentem hoſpitio excepit. *Apul. l. 1. Metam. Plin. lib. 22. c. 22.* ¶ Ob eam rem ei ſacrificia fuere inſtituta, quæ Hecaleſia dicebantur. *Plutarch. in Theſ. Petron. in Satyr.* & ibi *Salmaſ.*

Hecatæus, m. 2. Hiſtoricus Mileſius, Prothagoræ auditor, qui primus hiſtoriam ſoluta oratione ſcripſit. *Suidas.* ¶ Item ſculptor nobilis, apud *Plin. l. 33. c. 12.*

Hecāte, es, f. 1. & Latina terminatione *Hecata* apud *Plaut. Ciſtell. 1. 1. 50.* in antiqua inſcriptione Ægate, ἑκάτη, Jovis, & Latonæ filia, ſoror Apollinis. Apud *Cic. 2. de nat. Deor.* ſcriptum eſt, Hecatem fuiſſe filiam Aſteriæ, ſororem Latonæ, his verbis Quomodo, autem potes, ſi liam Aſteriæ, ſororem Latonæ, his verbis Quomodo, autem potes, ſi Latonam Deam putes, Hecatem non putare, quæ matre Aſteria eſt, Latonam Deam putes, Hecatem non putare, quæ matre Aſteria eſt, ſorore Latona? Sed aliqui legunt, *Cujus matertera Aſteria eſt*, *mater Latona*? Sed aliqui legunt, *Cujus matertera Aſteria eſt*, *mater Latona*. Huic triplex numen, ſeu poteſtas attribuitur, in cœlo, in terris, apud inferos. Idcirco a Poetis Tergemina, & Triformis vocatur. In Cœlo appellatur *Luna*, in terris *Diana*, apud inferos *Proſerpina*. Dicta eſt Hecate ab ἑκάς, *longe*, quia procul a nobis abſit, vel ab ἑκατὸν, *centum*, propter plurimas virtutes, ſive quod victimis centum placaretur, vel quod inſepultorum animas cogeret centum annos errare, vel a nomine fratris, ideſt ab ἑκάτης, *Apollo*, ſicut Phœbe a Phœbus, quod ab ἑκὰς, *procul*, ideſt a jaculando procul, vel ab ἑκὼν, *mitto*, ob radios, quos emittit. Triceps etiam, τρικέφαλος, dicitur, quia (ut inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuis agreſtis. V. *Cœl. Rhod. l. 20. Ant. lect. c. 6. Lil. Gyrald. Syntag. 12. Natal. Com. l. 3. Mytol. c. 15.* ¶ Alia etiam fuit Hecate, filia Perſæ, qui fuit filius Solis, & frater Æetæ, a quo Perſeis, & Perſeja cognominatur. Regnavit in Taurica Cherſoneſo. Fuit peritiſſima herbarum, ac veneficiorum.

Hecatēius, a, um, adject. poſſeſſ. ab Hecate. *Ovid. 14. Met. v. 44.* Hor-

tendis infamia gramina fuccis Coaterit, & tritis Hecateja carmina miſcet.

Hecatombe, ſ. 1. ἑκατόμβη, ſacrificium centum boum, & generatim centuria quarumcunque victimarum, ſed tamen unius generis, ut centum ſuum, centum ovium, &c. quæ ad centum aras uno loco conſtructas ex cæſpite mactabantur, ab ἑκατὸν, *centum*, & βοῦς, *bos*. Aliqui dicunt, centum pro multis poni. Aliquorum opinio eſt, hecatomben dictam eſſe a numero ſacrificantium, quod centum Peloponneſi urbes eam facerent, ſive centum victimas, ſive unam immolarent. Si Imperatorium ſacrificium eſſet, centum leones, vel centum aquilæ, aut centum alia animalia præſtantis generis feriebantur. *Jul. Capit. in Maximo, & Balbino.* ¶ Hecatombas vovere, Græcis & Romanis antiqui moris fuit, cum peſtilentia affligerentur. V. *Alex. ab Alex. l. 3. c. 22.*

Hecatompŏlis, ſ. 3. Creta inſ. ab ἑκατὸν, *centum* & πόλις, *urbs*, quod Minoe regnante centum urbibus conſtaret.

Hecatompylos, ſ. 2. *Hiſpahan*, al. *Jex*, al. *Jendi*, urbs Parthiæ maxima, & Regia, dicta ab ἑκατὸν, centum, & πύλαι, ſeu πύλη, porta, quod centum portas haberet, inter Echatana ad Occ. 150. M. P. & Alexandriam Ariæ in Or. 565. ¶ Item urbs Ægypti, alio nomine Thebæ, a numero portarum.

Hecta, vel hetta, ſ. 1. puſula, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere, & translate res minimi pretii. *Feſtus*. Hinc *Pompon.* Hic homo hectę me facit, & multibibam vocat, ideſt, parvi me æſtimat.

Hector, oris, m. 3. *Ettore*, ἕκτωρ, filius Priami ex Hecuba, omnium Trojanorum fortiſſimus, univerſi Græci exercitus terror. Ejus nomen fictum eſt ab Homero, & derivatur ab ἔχω, *defendo*, auctore Platone: in ejus enim vita maxime Trojæ fatum poſitum erat. Itaque cum patriam decem annos ſtrenue a Græcorum armis defendiſſet, tandem ab Achille occiſus eſt, ejuſque cadaver Priamus pater auro redemptum ſepelivit. *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 441.* Hectora donabat Priamo prece motus Achilles.

Hectŏrĕus, a, um, o. 1. 2. quod ad Hectorem ſpectat. *Virg. 3. Æn.* Maneſque vocabat Hectoreum ad tumulum. ¶ Sumitur etiam pro Trojano. *Virg. 1. Æn.* Hic jam tercentum totos regnabitur annos gente ſub Hectorea.

Hecŭba, æ, & Hecube, es, f. 1. ἑκάβη, filia Dymantis, vel Ciſſei Regis Thraciæ, uxor Priami Regis Troadis. Deformi facie fuiſſe fertur. Hinc adag. *Foris Helena, intus Hecuba*, de iis, qui pulchritudine corporis præſtantes animo vitiis inquinato ſunt. Cum incenſa Troja a Græcis captiva abduceretur, & in Biſtonia, ſeu Pallene Thraciæ regione filii ſui Polydori primi corpus in litore jacens agnoviſſet, quem Priamus cum ingenti auri vi belli initio Polymneſtori genero alendum, & ſervandum commiſerat, hic autem propter auri cupiditatem poſt Ilii excidium gladio interfecerat, vel, ut alii ſcripſere, in litore ambulantem ſagittis transfixerat, Polymneſtorem adiit, colloquium petiit, dixit, ſe aurum relictum monſtrare velle, deducta in ædem ſecretam, aliis fœminis captivis invocatis, oculos Tyranno eruit: cum in eam ſervi lapides, & tela jacerent, in canem verſa eſt. *Ovid. 13. Metam.* aliqui dicunt, fabulam inde ortam quod viſo Polydori corpore, quoniam aliter injuriam ulciſci non poſſet, Græcos inanibus laceſſiverit conviciis, quare propter animi acerbitatem, & rabiem in canem eſſe converſam fingi. *Cic. de Fato, 1. de Div. 3. Tuſc.* V. Polydorus. *Ovid. 13. Metam. v. 423.* Sic Hecube poſtquam cum luctu miſcuit iram.

Hecyra, ſ. 1. ἑκυρά, ſocrus. Hoc nomine Terentii comœdia dicta eſt.

Hedĕra, æ, olim hædera, ſ. 1. *edera, ellera*, Germ. *ebhuv*, Gal. *hierre, liere*, Hiſp. *yedra*, κισσός, herba perpetuo virens, quæ cum per ſe ſtare non poſſit, arboribus, & muris adhæret. In tutela Liberi Patris putabatur eſſe, quia, ut ille juvenis ſemper, ita hæc ſemper viret. Hujus tria præcipua ſunt genera. Quædam enim a baccarum albedine candida dicitur: altera nigra, quod baccas ferat ſubnigras, aut certe croceas, quæ & Dionyſia appellatur: tertia helix dicitur, fructum nullum gignens, ſed albas habens viticulas, & folia parva, ac anguloſa, & reliquis generibus multo concinniora. *Virg. 7. Ecl.* Candidior cygnis, hedera formoſior alba. ¶ Hedera coronabantur Poetæ. *Horat. l. 1. od. 1.* Doctarum hederæ præmia frontium.

Hederacĕus, a, um, o. 1. 2. *di ellera*, κίσσινος, quod ex hedera eſt. *Cato, c. 3.* Si voles ſcire, in vinum aqua addita ſit, nec ne, vaſculum facito de materia hederacea. Adde *Plin. l. 24. c. 19.*

Hederātus, a, um, adject. idem quod hederaceus. *Trebel. Pol. in Claud. cap. 17.* Miſi patinam argenteam hederatam. h. e. in modum hederæ exſculptam.

Hederĭger, a, um, adject. qui hederam gerit. *Catul. carm. 64.* Ubi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ.

Hederōſus, a, um, adject. hedera abundans. *Propert. l. 4. c. 4. v. 3.* Locus erat felix hederoſo conditus antro.

Hedŭi. V. Ædui.

Hedychrum, vel bedychroum, ἥδυχρον, ἡδύχροον, magma de paſtillos digeſtum, multis aromatis conſtans, quod primum ab Andromacho inventum proditur, ab ἡδὺς, *ſuavitas*, & χρὼς, *color*, ideſt a ſuavitate coloris, quem faciei illitum inducit. *Cic. 3. Tuſc. cap. 19.* Pſaltriam adducamus, hedychrum incendamus. Sed alii legunt; *Cedrum incendamus*.

Hedyoſmos, m. 2. ἡδύοσμος, ſpecies menthæ, ab ἡδὺς, *ſuavitas*, & ὀσμὴ, vel ὄσμη, *odor*, propter odoris ſuavitatem. *Plin. l. 35. c. 15.*

Hedypnŏis, ĭdis, ſ. 3. ἡδύπνοις, intybus ſilveſtris folii latioris. *Plin. l. 20. c. 8.*

Hedyſma, atis, ἥδυσμα, genus unguenti. *Plin. l. 13. c. 1.*

Hegeſias, æ, ἡγησίας, Philoſophus Cyrenaicus fuit tanta eloquentia, ut cum de vitæ malis diſſereret, cupiditatem voluntariæ mortis oppetendæ auditorum animus inderet. *Valer. Max. l. 8. c. 9.* ¶ Alius Maronites ſcripſit de agricultura, teſte *Col. l. 1. c. 1.*

Hegeſippus, i, ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam, & præſertim Hieroſolymorum excidium. V. *Voſſ. de hiſtor. Gr. l. 2. c. 14. l. 3.*

Hegeſiſtratus, i, Epheſius in exilium pulſus a ſuis, Delphis oraculum conſuluit, ubinam terrarum poſſet conſiſtere; a quo admonitus, ut ibi ſedem figeret, ubi ruſticos ſaltantes cum coronis oleagineis vidiſſet, protectus in Aſiam Eleam urbem condidit. *Plutarch. in paral. min.*

Hei, οἴμοι, οἴμοι, interjectio dolentis, ſive ingemiſcentis. *Cic. in Fam.* Hei mihi, non poſſum hoc ſine lacrymis commemorare, *Plaut. Aul.* Hei Megadore, quod indecorum facinus tuis factis facis!

Heja, interject. reprehendentis, aut irridentis. *Plaut. Ciſtell. 1. 1. 44.*

Helciarii, m. 2. qui adverſo amne funibus navigia cernui trahunt. *Martial. l. 4. ep. 64.* Nec clamor valet helciariorum.

Helcium, n. 2. ἕλκιον, funis, quo equi, vel homines naves, currus, oneraque trahunt, ab ἕλκω, *trabo*. Aliqui interpretantur inſtrumentum ante pectus equorum, & id genus animalium, cui funes annectuntur. *Apul. l. 9. Met.* Defectum alioqui me helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicant præſepio.

Helcyſma, atis, ἕλκυσμα. *Plin. l. 33. c. 6.* Scoriam in argento Græci vocant helcyſma.

Helĕna, æ, ſive Helene, es, ſ. 1. ἑλένη, filia Jovis, ſeu Tyndari Regis Oechaliæ, & Ledæ, ſoror Caſtoris, Pollucis, & Clytæmneſtræ. Fabulantur, Ledam duo ova peperiſſe ex Jovis ſatu cygni ſpecie, ex altero Pollucem, & Helenam immortales, ex altero Caſtorem, & Clytæmneſtram mortales natos fuiſſe. Hæc ob formæ elegantiam, qua cæteris præſtabat, a multis amata eſt. Igitur primum a Theſeo Athenienſium Rege anno 16. Regni ſui rapta fuit, adhuc virguncula, dum in paleſtra cum aliis puellis luderet. Sed poſtea abſente Theſeo ab ejus matre Caſtori, & Polluci repetentibus citra injuriam reſtituta eſt. Mox adulta Menelao Lacedæmoniorum Regi nupſit. Denique a Paride Priami Trojani filio iterum rapta, cauſa fuit evertendæ Trojæ. *Cic. Phil. 2.* Ut Helena Trojanis, ſic iſte cauſa belli exitiique fuit. ¶ *Euripides in Helena* ſcribit, non ipſam Helenam raptam a Paride, ſed ejus imaginem. ¶ Fuit & Flavia Julia Helena uxor Conſtantii, mater Conſtantini Magni, cui Ambroſius in funebri Oratione, qua Theodoſium laudat, Dominicæ Crucis inventionem adſcripſit. V. *Baron. A. C. 326. nu. 34.*

Helĕne, es, f. 1. inſ. maris Myrtoi, Euboeæ proxima, inter Sunium Atticæ prom. ad Occ. & Ceam inſ. ad Or. ita dicta ab Helena ibi a Paride ſtuprata, teſte Mela. Stephano eſt Macris, & Sophiano, *Macroniſi*. Sed Macris ab Helena diverſa 3. M. P. abeſt, a Sunio prom. 7.

Helenium, ii, n. ἑλένιον, planta, quæ Latinis Inula dicitur, quam e lacrymis Helenæ natam fabulantur. *Plin. l. 21. c. 10.*

Helĕnus, i, Priami filius, vates. V. *Virg. Æn. 3. v. 295.*

Heleoſelinum, vel Helioſelinum, i, ἡλιοσέλινον, n. 2. apii genus molli folio, & caule tenero. *Pallad. l. 5. tit. 3. Plin. l. 19. c. 8. & l. 20. c. 5.*

Helepŏlis, vel heleptolis, is, f. 3. machina bellica, utilis ad urbium expugnationem, ab ἕλω, *capio*, & πόλις, *urbs*. *Vitr. lib. 10. c. ult. Plut. in Demetr. Diod. Sic. l. 20. Ammian. l. 23. Juſt. Lipſ. l. 4. Poliorc. Dial. 1.* Hinc Iphigenia, quæ diruendis Ilii mœnibus deſtinata erat victima, ab Euripide ἑλέπτολις Ilii dicitur.

Helernus, i, m. lucus Tiberino adjacens. *Ovid. Faſt. 6. v. 105.* V. ibi Heinſ.

Heliăcus. V. Coſmicus.

Heliădes, f. 3. ἡλιάδες, tres filiæ Solis, & Clymenes, ſorores Phaethontis, quarum nomina ſunt, Phaethuſa, Lampetuſa, & Lampetie, a nomine patris, qui græce ἥλιος dicitur. Eædem & Phaethontiades appellantur, a fratre Phaethonte. Hæ juxta Padum mortem Phaethontis fulmine dejecti flentes in arbores, quas populos, ſeu alnos vocant, verſæ finguntur. *Ovid. 2. Met.* Cauſa fabulæ eſt, quia hæ arbores humore quodam flavo electri ſpecie aſſidue manant. *Boccar. l. 7. Gen.*

Heliæum, n. 2. ἡλιαῖον, unum ex foris Athenarum, ab ἥλιος, *Sol*, quia, ſub Sole, ſive ſub dio judicia exercerentur. Aliqui derivant ab ἀλίζω, *congrego*, quod maxima multitudo hominum, pluresque judices eo congregarentur. Græca vox eſt, non Latina.

Helicaon, ŏnis, m. filius Antenoris, Patavii conditoris. *Martial. l. 10. epigr. 93.* Si prior Euganeas Clemens Helicaonis oras, Pictaque pampineis videris arva jugis.

Helicaonĭus, a, um, adject. ad Helicaonem pertinens, & ponitur pro Patavino. *Martial. lib. 14. epigr. 152.* Lodices mittet docti tibi terra Catulli: Nos Helicaonia de regione ſumus.

Helĭce, es, f. 1. Urſa major, ab Helice urbe. V. Arctos. *Ovid. 3. Faſt. v. 107.* Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notetur Sidoniis, Helicen Graja carina notet.

Helĭce, es, f. 1. *Niora*, opp. Peloponneſi, in ora Achajæ, Buræ proximum, aquis abſorptum, teſte *Ovid. 15. Met.*

Helĭcon, m. 3. Helycon, *Elicona*, ἑλικών, mons Bœotiæ, Parnaſſo vicinus, inter ilium, & Thebas, Muſis, & Apollini ſacer. Dictus eſt ab Helicone, qui ibi cum Cithærone fratre ſingulari certamine pugnaſſe fertur. ¶ Item lucus, qui Thebas attingit. ¶ Item fl. Macedoniæ, qui Dium urb. præterfluit. ¶ Item fl. Siciliæ, *Olivieri*, *Oliverio*, inter Mylen, & Tyndarium.

Heliconiădes, & Heliconides, um, f. 3. dicuntur Muſæ, quibus Helicon mons ſacer eſt. *Lucret. l. 3. v. 1050.* Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus. *Perſ. proœm. v. 4.* Heliconidaſque, pallidamque Pyrenem.

Heliconĭus, a, um, adject. ad Heliconem pertinens. *Catul. Epithal. Jul. & Manl.* Collis Heliconii cultor. *Claudian. de laudib. Serenæ, v. 10.* Heliconia mella.

Heliocamīnus, m. 2. ἡλιοκάμινος, ſolaris fornax, vaporariam ſolare, hoc eſt locus concameratus, & ſoli expoſitus, ac hyberno tempore calorem ex illo concipiens, ab ἥλιος, ſol, & κάμινος, fornax. *Plin. l. 2. ep. 17. Ulp. l. ſi arborem, Dig. de ſerv. urb. præd.*

Heliochrȳſos, m. 2. & Heliochryſon, i, n. ἡλιόχρυσος, herba aureo flore. *Plin. l. 21. c. 11. Dioſc. l. 4. c. 60.*

Helion, ii, n. ſambuci genus. *Plin. l. 24. c. 8.*

Heliopŏlis, is, f. 3. ἡλιόπολις, urbs Ægypti: unde Heliopolites Nomos, h. e. Prætectura Ægyptica apud *Plin. l. 5. c. 9.* ¶ Item urbs Phœniciæ prope Libanum.

Heliopolītæ, arum, m. 1. cives Heliopolis. *Plin. l. 36. c. 26.* Heliopolitarum cærimoniæ.

Helioſcamīnus, m. 2. ἡλιοκάμινος, ſolaris fornax, vaporariam ſolare, hoc eſt locus concameratus, & ſoli expoſitus, ac hyberno tempore calorem ex illo concipiens, ab ἥλιος, ſol, & κάμινος, fornax. *Plin. l. 2. ep. 17. Ulp. l. ſi arborem, Dig. de ſerv. urb. præd.*

Heliochrȳſos, m. 2. & Heliochryſon, i, n. ἡλιόχρυσος, herba aureo flore. *Plin. l. 21. c. 11. Dioſc. l. 4. c. 60.*

Helion, ii, n. ſambuci genus. *Plin. l. 24. c. 8.*

Heliopŏlis, is, f. 3. ἡλιόπολις, urbs Ægypti: unde Heliopolites Nomos, h. e. Prætectura Ægyptica apud *Plin. l. 5. c. 9.* ¶ Item urbs Phœniciæ prope Libanum.

Heliopolītæ, arum, m. 1. cives Heliopolis. *Plin. l. 36. c. 26.* Heliopolitarum cærimoniæ.

Helioſcopium, n. 2. ἡλιοσκόπιον, tithymali genus, columbis gratiſſimum, quod uva nigreſcente colligitur. *Plin. l. 26. c. 8. Dioſc. l. 4. c. 172.*

Helioſelinum, V. Heleoſelinum.

Heliotropium, n. 2. ἡλιοτρόπιον, *Giraſole*, herba ſolaris, ab ἥλιος, *Sol*, & τρέπω, *verto*, quia Solem intuetur ſemper, cumque eo vertitur, etiam nubilo die. *Plin. l. 2. c. 41. & l. 22. c. 21. Dioſc. l. 4. c. 203.* ¶ Item gemma, dicta, quod Solis naturam vertere, & immutare videtur, quia aliter cum exhibet vaſi aquæ injecta, aliter extra aquam. Nam aquæ immiſſa auget Solis fulgorem ſanguineo repercuſſu, extra aquam radios, ſive fulgorem quaſi avertit, Solemque velut in ſpeculo exhibet. *Plin. l. 27. c. 10.*

Helis. V. Elis.

Heliſſus, i, m. fluvius Atticæ regionis. *Stat. Theb. 4. v. 52.* Anfractu riparum curvus Heliſſus.

Helix, icis, ſ. ἕλιξ, hederæ ſpecies, quæ folia multo minora habet, quam reliquæ, neque unquam fructum fert. *Plin. lib. 16. cap. 34. & 37.* ¶ Helices, cum, m. gen. a *Vitruv. l. 4. c. 1.* dicuntur intortæ quædam figuræ florum, vel foliorum, quæ ſub majori voluta in capitulis columnarum ad ornatum collocantur, Italice *feſtoni*.

Helladĭcus, a, um, adject. græcus, græcanicus, ab Hellas. *Plin. l. 35. c. 19.* Picturæ duo genera fuere, Helladicum &c.

Hellas, adis, Ἑλλάς, Græcia, ab Hellene Deucalionis filio ſic dicta, auctore Mela. V. *Achaia*, & *Græcia*.

Helle, es, Athamantis regis Thebanorum filia. V. *Phryxus. Col. l. 10. v. 155.* Mox ubi nubigenæ Phryxi nec portitor Helles.

Helleborandus, a, um, particip. ſine verbo. *Cœl. Aurel. Tard. 4. 3.* Helleborandus ager. h. e. veratro purgandus.

Helleborine, es, ἑλλεβορίνη, herba ſimilis helleboro. *Plin. l. 27. c. 9.*

Helleborītes, vinum ex helleboro confectum. *Plin. l. 14. c. 16.*

Helle-

Helleborosus, a, um, adject. qui plus hellebori sumpsit, quam par est. hinc & pro insano ponitur. *Plaut. Rud.* 4. 3. 67. Homo helleborosus.

Helleborus, seu Elleborus, i, m. & helleborum, seu elleborum, i, n. ἑλλέβορος, ἑλλέβορον, herbæ species, al. melampodion, veratrum. Nascitur optima in Anticyra insula sinus Maliaci contra Oetam M. Habet vim purgandi. Præcipuus ejus usus est in educendis noxiis humoribus principis animæ facultatis sedem infestantibus, & melancholicis, furiosis, & comitiali morbo laborantibus dari solet. Hinc factum est, ut, qui haud sano sint animo, helleboro egere dicantur. Duo sunt ejus genera, album, quod vomitione causas morborum extrahit, & nigrum, quod per alvum, quicquid noxium est, dejicit. *Virg.* 3. *Georg.* Helleborosque graves, nigrumque bitumen. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Efficacius helleborum ad vomitiones, & ad bilem nigram extrahendam. *Plaut. Pseud.* 4. 8. 89. Helleborum hisce hominibus opus est.

Hellen, enis, m. 3. ἕλλω, Deucalionis filius, a quo Græci Hellenes nominati sunt. *Pomp. Mela.*

Hellenismus, i, m. ἑλληνισμός, Græcismus, Græca constructio. V. *Grammaticos.*

Hellespontiăcus, a, um, &

Hellespontius, a, um, adject. ab Hellesponto mari, vel regione. *Virg. Georg.* 4. *v.* 111. Hellespontiaci servet tutela Priapi. *Catul. carm.* 18. Nam te præcipue in suis urbibus colit ora Hellespontia. Adde *Plin. l.* 5. *c.* 3. ubi Hellespontios populos recenset.

Hellespontus, m. 2. *Stretto di Gallipoli, Braccio di S. Giorgio,* ἑλλήσποντος, fretum, seu angustiæ maris inter Thraciam, & Asiam minorem. Extenditur a Sept. in Mer. per 45. M. P. nempe a Propontide usque ad mare Ægæum. Maxime autem restringitur ad Aust. inter Sestum urbem Thraciæ in Europa, & Abydum urbem Phrygiæ in Asia, arces Turcarum, *li Dardanelli*, quæ 7. vel 8. tantum stadiis inter se distant. Nomen habet ab Helle filia Athamantis Regis Thebarum, quæ ibi decidens submersa est. ¶ Hellespontus quoque, regio Asiæ pars Mysiæ, mari prædicto exposita, inter Bithyniam, & Phrygiam, in qua urbes sunt Cyzicus, Parium, Lampsacus, Abydus, Dardanum. *Sext. Ruf. de Provinc. Rom. c.* 10.

Hellŏpes, m. 3. pop. Epiri, circa Dodonam, quorum regio Hellopia, *Lopesia.*

Helluatio, seu heluatio, onis, f. 3. λαφυγμός, voracitas, *gozzoviglia. Cic. post red. in Sen. c.* 6. Cur in lustris, & heluationibus hujus calamistrati saltatoris tam eximia virtus tandiu cessavit?

Hellŭo, seu heluo, onis, m. 3. *mangione, divoratore,* טובא, Ger. *frass*, Gal. *gourmand*, Hisp. *tragador*, καταφαγᾶς, ἄσωτος, homo immoderatæ voracitatis, insatiabilis, qui gulæ, ventrique deditus immoderate sua bona ingurgitat. Dictus est ab *eluendo*, unde primum *eluo*, *onis*, postea *helluo*. Igitur non natura aspirationem habet, sed usu, ut aviditas magis exprobretur. Fit enim vox incitatior. *Fest. Cic. l.* 16. *Fam.* Helluo nequissimus festertia ducenta dabat, &c. ¶ Translate dicitur de omni eo, qui satiari non potest, etiam in bonam partem. *Cic.* 3. *Fin. c.* 2. Quo magis tum in summo otio, maximaque copia quasi helluo librorum (si hoc verbo in tam præclara re utendum est) videbatur. ¶ Heluo patriæ est, qui suis fceleribus illam perdit, vel infamat, vel illius bona prodigit ac devorat. *Cic. pro Sext. c.* 12. Helluo patriæ, helluo patrimonii.

Hellŭor, vel heluor, aris, d. 1. *divorare, consumare,* טבא, Ger. *fraessen*, Gal. *gourmander*, Hisp. *tragar*, λαφύσσω, voro, devoro, consumo. *Cic. pro Sext.* Quid? tu meo periculo gurges, ac voragO patrimonii helluabere? *Id. pro Domo.* Ille gurges helluatus est simul tecum Reip. sanguinem.

Helops, opis, & Helope, es, piscis genus delicatissimi saporis, in mari Pamphylio. *Col. l.* 8. *c.* 16. *Plin. l.* 9. *c.* 17. &, *l.* 32. *c.* 7. *Gell. l.* 7. *c.* 6. *Ovid.* etiam *in fragm. Halieut. v.* 96. Et pretiosus Helops nostris incognitus undis. ¶ Scribitur & Elops, & Ellops, a Græc. ἕλοψ, ἔλλοψ.

Helōrus, i, m. fluvius Siciliæ. *Virg.* 3. *Æn. v.* 698. Præpingue solum stagnantis Helori.

Helōtes, ἕλωτες, servi publici Lacedæmoniorum arandis agris præpositi, sic dicti ab Ἕλος opp. Peloponnesi. *Nepot Pausan. c.* 3.

Heluacĕum, seu heluacium, n. 2. genus ornamenti Lydii, ab heluus. *Fest.*

Helucus. V. Elucus.

Heluēla, seu heluella, f. 1. λαχανάριον, olus minutum, ab antiquo *helus* pro *holus*, seu *olus*. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 27. Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil polite esse suavius.

Helvenaclus, vel Helvenācus, a, um, adject. idem ac helvolus. *Col. l.* 3. *c.* 2. Vites helvenaciæ. *Id. l.* 5. *c.* 5. Helvenaci generis palmites.

Helvetĭus, a, um, adject. *appartenente agli Svizzeri. Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 12. Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.

Helvetĭi, m. 2. Suitii, *Svizzeri*, Germ. *Schvvitzer*, pop. olim Galliæ Lugdunensis, nunc Germaniæ superioris, quorum regio Helvetia, *Schvvitzerlandt*, lacubus, & montibus plena. Habent ab Or. & Sept. lacum Brigantinum, & Rhenum fl. quo separantur a reliqua Germania, ab Occ. Comitatum Burgundiæ, a Mer. Lemanum lacum, & Valesiam. Olim divisi fuerant in Tigurinos, Tugenos, Ambrones, & Urbigenos. *Cic. de Prov. Consul. c.* 13. Acerrima, & maxima Helvetiorum natio.

Helŭo. V. Helluo.

Helvŏlus, vel helveolus, a, um, o. quod neque purpureum, neque nigrum est, seu quod accedit ad helvum colorem, sed tamen dilutiorem, ut plus ex albo participet, quam ex rufo, *chiaretto. Col. l.* 3. *c.* 2. *de uvis.* Sunt & helvolæ, quas nonnulli varias vocant, neque purpureæ, neque nigræ, ab helvo, ni fallor, colore vocitatæ. Adde *Caton. R. R. cap.* 24.

Helus, eris, n. 3. idem ac holus, seu olus, apud vet. *Fest.*

Helŭsa, n. 2. olera, apud vet. *Fest.*

Helvus, a, um, o. quod est pallentis rubedinis, hoc est, coloris medii inter album, & rubrum, a πελός, sive ab Æolico πελλός, subniger, pallidus. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 5. Corium attactu non asperum, ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertio helvo, quarto albo.

Helxine, es, f. 1. ἑλξίνη, species herbæ, quam alii perdicium, alii parietariam, muralium, muralem, alii urceolarem vocant, ab ἕλκω, *traho*, quia vestes attrahit prætereuntium. *Plin. l.* 22. *c.* 17.

Hem, interject. ἔμ', *oh, ah*, variis servit affectibus, ut admonentis, *Ter. Andr.* 2. 5. 5. Hem serva. ¶ Ostendentis, *Id. ib.* 2. 2. Obsecro te, hoc me libera metu. D. Hem, libero. *Plaut. Trin.* 2. 4. 140. Oves tam glabræ, hem, quam hæc est manus, *vedi, come questa mano.* ¶ Indignantis. *Apul.* Hem hominis audaciam. ¶ Exultantis, *Ter. Heaut.* 4. 7. Hem, istuc volveram. ¶ Habet præterea alios usus, quos passim legere est apud *Terent.* & *Plaut.*

Hemerēsios, ἡμερήσιος, *di un giorno. Plin. l.* 35. *c.* 11. Absolvit uno die tabellam, quæ vocata est hemeresios.

Hemĕris, idis, f. 3. ἡμερίς, genus arboris glandiferæ. *Plin. l.* 16. *c.* 6.

Hemerobius, m. 2. ἡμερόβιος, vermiculus ad Hypanim Ponti fl. ultra diem unum non vivens, teste *Plin. l.* 11. *c.* 36. ab ἡμέρα, dies, & βίος, vita.

Hemerocalles, is, f. ἡμεροκαλλὶς, herba caule & folio lilii, eadem ac lilium, rubrum miniatum Clusii, apud *Plin. l.* 21. *c.* 21. ¶ Ejus flos diem tantum durat: unde & nomen.

Hemerodrŏmi, m. 2. ἡμεροδρόμοι, *corriori, lachè*, dicuntur cursores, qui die uno ingens spatium cursu emetiuntur. *Liv. l.* 31. *c.* 24. Nisi speculator (hemerodromos vocant Græci) ingens die uno cursu emetiens spatium, contemplatus Regium agmen e specula quadam prægressus nocte media Athenas perveniisset. ¶ Inter hemerodromos clarissimus fuit Philonides, Alexandri Magni cursor.

Hemicillus, i, m. dimidius asinus: vox conviciis apta, quæ a quibusdam legitur apud *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 51.

Hemicyclium, ii, n. idem quod hemicyclus. *Vitruv. l.* 9. *c.* 8. Describantur Hemicyclia duo. ¶ Item horologii quædam species, forma semicirculari. *Id. l.* 9. *c.* 9. ¶ Item mensa semicircularis, aut etiam locus pluribus sellis dispositis in modum semicirculi, ubi sedere solebant confabulantes. *Sidon. Apol. l.* 11. *ep.* 2. Excepto solii capacis hemicyclio.

Hemicyclus, m. 2. ἡμίκυκλος, semicirculus, qua voce Mathematici sæpe utuntur, *semicircolo. Plin. l.* 5. *ep.* 6. Rectus hippodromi limes in extrema parte hemicyclo frangitur, mutatque faciem. ¶ Hemicyclus etiam dicitur locus in conclavi, vel porticu, ubi sellæ disponuntur in semicirculi formam ad colloquendum. *Cic. de Amic. c.* 1. Cum sæpe multa, tum memini domi in hemicyclo sedentem in eum sermonem incidere.

Hemicylindrus, i, ἡμικύλινδρος, dimidiatus cylindrus. *Vitruv. l.* 9. *c.* 3.

Hemīna, f. 1. κοτύλη, genus mensuræ, al. cotyla, dimidia pars sextarii, ab ἥμι, semi. *Festus. Plaut. Mil.* 3. 2. 18. Heminas octo exprompsi in urceum. *Pers. sat.* 1. *v.* 130. Fregerit heminas Areti Ædilis iniquas.

Heminarius, a, um, o. κοτυλαῖος, quod heminæ mensuram habet: & per translationem accipitur pro exiguo. *Quinct. l.* 6. *c.* 4. Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit.

Hemiolĭus, m. 2. ἡμιόλιος, Arithmetica quædam proportio continens aliquem totum numerum, & ejus dimidium, ut se habent tria ad duo, & quindecim ad decem. *Gell. l.* 18. *c.* 14. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1.

Hemipenthemĭmĕris, cæsura, vel semipes post duos pedes, ἡμιπεντημιμερής, ut *Hanc tua, Penelope*, & ab ἥμι, *dimidium*, πέντε, *quinque*, & μερίς, *pars*. V. Grammat.

Hemisphærium, n. 2. *mezza sfera, emisfero*, ἡμισφαίριον, dimidia sphæra, e. g. dimidia pars cœli, aut terræ. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 5. Ita circumeunt ad infimum hemisphærium, ac moventur.

Hemistichium, ii, n *mezzo verso*, ἡμιστίχιον, dimidiatus versus. *Ascon. in Ver.* 3. *c.* 18.

Hemitonĭum, ii, n. *semituono*, dimidium toni, ἡμιτόνιον. *Vitruv. l.* 5. *c.* 4. Intervalla tonorum, & hemitoniorum.

Hemitriglyphus, i, dimidium triglyphi. *Vitruv. l.* 4. *c.* 3. V. Triglyphus.

Hemitritæus, m. 2. ἡμιτριταῖος, febris semitertiana. Ab aliquibus definitur, quæ tertio quoque die redit, non tamen diem unum perstat integrum, sed inter horas 36. plus, vel minus porrigitur. *Mart. l.* 12. *epigr.* 91. Cui gravis, & fervens hemitritæus erat.

Hemitritaĭcus, a, um, adject. semitertianus, ut hemitritaica febris, *Marcel. Empir. c.* 30. *Cœl. Aurel. Acut.* 2. *c.* 10.

Hendecasyllăbus, a, um, adject. ut hendecasyllabus versus, *verso di undeci sillabe*, ἑνδεκασύλλαβος, versus undecim syllabarum, qui *Phaleucius* dicitur ab inventore, qualis ille Catullianus: Passer deliciæ meæ puellæ. *Auson. ep* 4. *v.* 81.

Hendiădys. V. Endiadys.

Henĕti. V. Veneti.

Heniŏchi, m. Herniochi, *Caitachi*, pop. Sarmatiæ Asiaticæ, circa Coracem M. in ora Ponti Euxini, ubi hodie Avogasia, regio Circassiæ. *Velley. l.* 2. *c.* 40. *Valer. Flac. l.* 6. *v.* 44.

Heniŏchus, i, ἡνίοχος, Latine *Auriga*, dictus est Erichthonius propter currus inventionem, positquam in cœlum sublatus est, & inter sidera positus. *Hygin. l.* 3. *Astron. c.* 12.

Henippe, es, f. 1. pro habena videtur usurpari a *Flacco l.* 6. *v.* 377. Illabentis equi tendentem træna, & henippen.

Hepar, atis, piscis, ex genere locustarum. *Plin. l.* 32. *c.* 11. ¶ Hepar autem pro jecore Græca vox est, non Latina, ab ἧπαρ. Legitur nihilominus apud *Æmil. Macrum c. ult.* Verum is auctor incertæ est auctoritatis.

Hepatarĭus, a, um, o. 1. 2. ἡπατικός, quod ad hepar pertinet. *Plaut. Curc.* 2. 1. 24. Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Hepatĭcus, i, m ἡπατικός, qui hepatis morbo laborat, *fegatoso. Plin. l.* 20. *c.* 14. Hepaticis cum melle, & sale bibendum datur. ¶ Adjective, hepaticus morbus, apud *Cels. l.* 4. *c.* 11.

Hepatītes, m. 1. ἡπατίτης, gemma hepatis figura. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Hephæstion, onis, unus ex Alexandri M. ducibus mirum in modum ab eo adamatus. V. *Curt. l.* 3. *c.* 12. & 16. & *l.* 10. *c.* 4. &c. ¶ Alter Alexandrinus Grammaticus. *Suid.*

Hephæstites, gemma quæ instar speculi imagines reddit. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hepsēma, atis, ἕψημα, sapa, mustum ad tertiam partem decoctum. *Plin. l.* 14. *c.* 9.

Heptaphōnos, f. 2. porticus Olympiæ ea arte confecta, ut eadem vox in ea septies redderetur. *Plin. l.* 36. *c.* 10.

Heptēres, is, f. ἑπτήρης, navis, quæ septem remorum ordines habet. *Liv. l.* 37. *c.* 23. Maxime exterruit hepteres Regia, a minore Rhodia navi uno ictu demersa.

Hepthemimĕris, f. 3. semiseptenaria, species cæsuræ in versibus heroicis, quæ continet tres pedes, & syllabam, quæ dictionem finiat, quæ interdum etiamsi natura brevis sit, licentia tamen Poetica producitur, ab ἑπτά, *septem*, ἥμισυ, *semi*, & μερὶς, *divisio*, vel *pars*, quasi septima dimidia divisio, vel dimidium septem pedum. *Virg.* 12. *Æn.* Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus. V. Grammat.

Hera, æ, f. *padrona, donna*, בכירה, Ger. *herrin*, Gall. *maitresse*, Hisp. *duena, senora*, δέσποινα, *Ov. epist.* 9. domina. Æquaque formosæ pensa rependis heræ. *Enn. apud Cic.* 1. *Off. c.* 12. Vos ne velit, an me regnare hera, quidve ferat fors. Quo loco aliqui Fortunam, aliqui Junonem intelligunt. Sed Hera pro Junone habet pr. longam, Gr. ἥρα.

Heraclēa, f. 1. antea Siris, *Pelicore*, ἡράκλεια, urb. exc. Magnæ Græciæ, in Lucania, ad Aciris, fl. ostia, apud fin. Tarentinum inter Thurios ad Mer. & Tarentum in Bor. Hujus navale etiam Heraclea vocatur a Strabone, ab urbe 24. stad. distans, hodie *Amendolara* opp. ¶ Heraclea Ponti, *Penderachi*, urbs Asiæ min. in Bithynia, Mariandynorum Metrop. ab Hercule condita in ora maris Euxini.

Heracleopŏlis, f. 3. Heracleæ Navale, opp. Magnæ Græciæ, in ora fin. Tarentini, ab ost. fl. Siris, juxta Amygdalariam opp.

Heracleos, Herculis herba. *Plin. l.* 20. *c.* 15. & alibi.

Heracleōtes, sive Heracleota, æ. 1. ἡρακλεώτης, qui est ex Heraclea urbe. *Cic. 4. Acad.* Cum quæreret Dionysius ille Heracleotes.

Heracleoticus a, um, o. 1. 2. ἡρακλεωτικὸς, quod ad Heracleam spectat, ut Heracleoticum origanum, *Plin. l.* 25. *c.* 4. Heracleotica nux, idest, castanea, Heracleoticum ostium Nili, al. Naucraticum, &c.

Heraclēus, a, um, adject. ἡράκλειος, ad Heracleam pertinens, ut Heracleus

cleus lapis, h.e. magnes, qui circa Heracleam Magnesiæ urbem laudatissimus nascitur. *Plin. l. 26. c. 16.*

Heraclīdes, m. 3. ἡρακλείδης, Philosophus ex Heraclea Ponti, Platonis, & Aristotelis auditor, vir insigni ingenio, sed habitu adeo molli, ut pro Pontico *Pompicus* diceretur. *Laert.* Reliquit ingenii sui monumenta non pauca, quæ non extant. *Cicer.* 1. *de Nat. Deor.* Doctissimus, & eruditissimus fuit. ¶ Heraclidæ, posteri Herculis, qui Peloponnesi imperium tenuerunt. *Vellej. l.* 1. *c.* 2.

Heraclidēus, a, um, ad Heraclidem pertinens, ut Heraclideum scribendi genus. 2. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 13. & 27.

Heracliēnsis, e, adject. Heracleus. *Cic. pro Arch.* Heraclienses legati.

Heracliōn, seu heraclēon, n. 2. ἡράκλειον, herba, quam alii origanum Heracleoticum sylvestre dicunt, quia origano similis est, alii tithymalum. Dicta est ab *Hercules*, quia ab Hercule inventa. Nascitur in aquosis locis, foliis magnis, & in summa aqua, flore lilio simili, &, cum defluxerit, capiti papaveris. *Plin. l.* 25. *c.* 4. & *l.* 20. *c.* 16.

Heraclītus, m. 2. ἡράκλειτος, Philosophus Ephesius, qui, ut tradit Suidas, nullum invenitur habuisse præceptorem, tantum natura, & diligentia sola profecit. Quidam tamen audisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus ultimi Darii. Scripsit poetice multa, quæ ab Aristotele sæpe pro testimoniis citantur. Cognominatus est σκοτεινὸς, *tenebricosus*. De industria enim adeo obscurabat stylum, ut ejus volumina Philosophi vix intelligerent. *Cic. in Acad.* Quoties domo egrediebatur, flebat, sicut Democritus ridebat; quod alteri omnia, quæ agimus, miseriæ, alteri ineptiæ viderentur. Narrant, Heraclitum, cum hydropicus esset, spretis Medicis, oblitum bubulo sevo Soli siccandum se præbuisse, dormientemque a canibus dilaceratum esse. *Suid.*

Heraclīus, a, um, adjectiv. idem ac Heracleus, ut Heraclius lapis, h. e. qui ferrum trahit. Sed *Plin. l.* 33. *c.* 8. eundem facit ac Lydium, quo aurum exploramus. Dictum est ab Heraclea urbe Lydiæ, ubi invenitur.

Heraclīus, Imperator Orient. Phocæ successor, quo imperante Saraceni, Mahomete duce, caput attollere cœperunt.

Herba, f. 1. *erba*, עשב, Ger. *kraut*, Gal. *herbe*, Hisp. *yerva*, βοτάνη, gramen, germen terræ. *Cic.* 1. *de Orat.* Et quod ille durissimis pedibus fecit, ut se abjiceret in herba. ¶ *Herbam porrigere*, sive *dare*, prov. pro eo, quod est se victum fateri, & adversarium suum victorem agnoscere, tractum (ut indicat Festus) ab eo, quod olim pastores cursu, aut viribus certantes, cum superati essent, herbam ex eodem loco statim decerptam adversario porrigebant, victoriæ agnitæ symbolum. *Serv. in* 8. *Æn. v.* 128. proverbium ducit ex certamine Minervæ & Neptuni, affertque Varronis locum in lib. Αἰτίοις. Cum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, & fatetur esse meliorem. *Plin. l.* 22. *c.* 4. Herbam porrigere interpretatur loco excedere. Inquit enim: Namque summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est terra, & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere, quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio. ¶ *In herba esse* dicuntur segetes adhuc virides, & nondum maturæ. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 48. Neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant. Translate *Ovid. epist. Helenæ*, *in fi.* Sed nimium properas, & adhuc tua messis in herba est.

Herbacēus, a, um, o. *di erba*, βοτανώδης, quod ex herba est, aut quod in herbam excrescit, & assurgit. *Plin. l.* 12. *c.* 13. Herbaceum amomum pejus.

Herbanum, n. 2. Oropitum, Urbs Vetus, *Orvieto*, urbs Hetruriæ, sub dominio Summi Pontificis, undequaque rupibus, & præcipitiis vallata, prope Peliam fl. ubi Clanium excipit.

Herbarīus, a, um, o. *ciò che all' erbe s' appartiene*, βοτανικὴς, quod ad herbas pertinet, ut Ars herbaria, qua herbarum virtutes dignoscuntur. V. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Herbarīus, ii, m. 2. subst. *erbaiuolo*, *erbolaio*, *semplicista*, Ger. *kreuller*, Gal. *herboriste*, *herbier*, Hisp. *herbolario*, βοτανολόγος, qui herbas, earumque vires cognoscit, & ex iis medicamenta efficit. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Herbasco, is, n. 3. herba vestior, idem ac herbesco. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Quin & ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbasceret. hoc est herbas emitteret. Harduinus tamen pro *herbasceret*, legit *herbas creet*.

Herbatīcus, a, um, adject. ut herbatica animalia, quæ sc. herbis pascuntur. *Vopisc. in Probo c.* 19. Oves feræ, & cætera herbatica animalia.

Herbĕo, es, n. 2. *verdeggiare*, viridis sum. *Apul. lib.* 7. *A. A.* Prata herbentia.

Herbesco, is, n. 3. *produrre erbe*, *verdeggiare*, *convertirsi in erba*, Germ. *zu kraut vvachesen*, Gal. *se former en herbe*, Hisp. *hebolecer*, βοτανίζομαι, est herbam producere, vel in herbam converti. *Cic. de Senect. cap.* 15. Et elicit herbescentem ex eo viriditatem.

Herbĕus, o. 1. 2. *verde*, *di color d' erba*, βοτανώδης, herbæ colorem habens, viridis. *Plaut. Curc.* 2. 1. 17. Cum collativo ventre, atque oculis herbeis.

Herbído, as, a. 1. herbidum facio, ut herbidare terras. *Martian. Capel. lib.* 1.

Herbĭdus, a, um, o. idem ac herbosus, hoc est plenus herbis. *Liv. l.* 9. *c.* 2. Campus herbidus. ¶ Sumitur etiam pro viridi, ut Herbidus color, viridis, qui herbam refert. *Plin. l.* 12. *c.* 14.

Herbĭfer, ra, rum, o. herbam producens. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 9. Herbiferi colles. *Plin. l.* 25. *c.* 8. Alioqui herbiferum esse & Pelium montem in Thessalia.

Herbigrădus, a, um, o. quod in herba graditur. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 64. Ut sumat terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.

Herbĭlis, le, o. 3. ποηφάγος, quod herba pastum est. *Fest.* Herbilis anser, herba pastus, qui gracilior est, quam frumento altus. *Lucil. apud Serv.* Anseris herbilis virus.

Herbipŏlis, f. 3. Marcopolis, Pæapolis, Artaunum, *Herbipoli*, incolis *Vvirzburg*, urbs Germaniæ, præcipua Franconiæ, ad Mœnum fl. amœna, populosa, cum castro permunito ex adversa parte flu. dicto *Mariemberg*, cum Academia.

Herbita, æ, f. 1. *Cittadella*, urbs exc. Siciliæ, inter Ennam 12. M. P. & Plutiam in Eur. 6. Cluverio est *Nicosia*, opp. in Valle Demonæ, intra montes, ab Enna 12. M. in Bor. a Traina 9. in Occ. Pop. Herbitenses.

Herbōsus, a, um, o. *erboso*, Germ. *krautechtig*, Gall. *herbu*, Hispan. *herboso*, βοτανώδης, plenus herbis, abundans herbis. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Et cinis ejus lavatur substrato cæspite herboso. *Cato c.* 54. Herbosissima stramenta.

Herbŭla, f. 1. *erbetta*, βοτάνιον, dim. ab herba. *Cic. de nat. Deor. cap.* 50. Perpurgant se se quadam herbula, quæ seselis dicitur.

Herbum, i, n. videtur esse idem ac ervum. 4. *Pallad. l.* 2. *tit.* 24. Si hordeum torrefactum, vel fabam, vel herbum sæpe consumant. *Et mox.* Herbum fœtus gratia mensibus præbemus hibernis.

Herbuscŭla, æ, f. 1. *erbetta*, herbula. *Capel. l.* 2. Herbusculas prælegere.

Hercæus, m. 2. ἑρκεῖος, cognomen Jovis, qui intra conseptum domus cujusque colebatur, quem etiam Penetralem vocabant, ab ἕρκος, septum, claustrum. *Ovid. in Ibin*, *v.* 284. Cui nihil Hercæi profuit ara Jovis.

Hercisco, vel Ercisco, ut est in Pandect. Florent. a. 3. divido, *dividere*, *partire*, antiquum verbum juris, cujus tamen nulla vox, nisi gerundiva, in usu est. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 56. Nec si parvi navigii, & magni eadem est in gubernando scientia, idcirco qui, quibus verbis herctum cieri oporteat, nesciat, idem herciscundæ familiæ causam agere non possit. *Apul. l.* 6. *A. A. sub fin.* In causa finali de propietate soli, immo viæ herciscundæ contendentes. Adde *Tit. Dig.* Familiæ herciscundæ. ¶ Verbum hoc, quod injuria damnat *Salmasius in Solin. p.* 1262. dictum est a voce *Herctum*, & *Cisco*, quod pro *Cio*, divido, usurpatur. *Glos.* Cienda, διαιρουμένη. Ergo Hercisco est quasi *Herctum cisco*, h. e. patrimonium divido, & Familia seu hæreditas herciscunda, est hæreditas dividunda. V. Herctum.

Hercle, adv. idem ac hercule, per Syncopen. *Cic. lib.* 2. *Fam. epist.* 18. Et hercle sine dubio erit ignominia.

Herctum, sive Erctum, sive Horctum, ut quidam dixere, *patrimonio*, *eredità*. *Festus:* Horctum, & Forctum pro bono dicebant. *Donat.* apud *Serv. in* 8. *Æn.* Herctum non citum, hoc est patrimonium non divisum: Herctum ciendum, hæreditas dividenda. Qui modus dicendi habetur etiam apud *Fest.* Herctum citum fit inter consortes. Gloss. Herctus citus, διαίρεσις τῶν ὑπαρχόντων. Ubi etiam genus hujus vocis animadvertendum est. Et in quibusdam *Gellii Edition. l.* 1. *c.* 9. *in fi.* appellabatur κοινόβιον, hercto non cito. h. e. bonis non divisis. Et apud *Cic. loc. cit.* in Hercisco, ubi qui aliter legunt, satis impugnati sunt a *Pet. Victor. Var. Lect. lib.* 35. *c.* 1. V. alia quædam in Voss. Etymol.

Herculanensis, e, adject. ut Herculanensis fundus, apud *Cic. Fam.* 9. *ep.* 25.

Herculanēum, n. Herculanium, Herculanum, *Torre del Greco*, opp. olim Campaniæ, nunc vicus cum castro, in ora sin. Neapolitani, inter Neapolim 8. M. P. & Stabias 10. a Turri Annuntiatæ, quæ magis tendit ad Austr. 5. *Vell. l.* 2. *c.* 16.

Herculanēus, &

Herculānus, a, um, adject. ad Herculem pertines, *di Ercole*, herculeus, ἡρακλειος, ut Herculanæ formicæ, h. e. maximæ. *Plin. l.* 30. *c.* 4. Sic Herculanus pes. *Gel. l.* 1. *c.* 1. ¶ Herculanea pars, h. e. pars decima, quam multi Herculi consecrabant. *Plaut. Truc.* 2. 7. 11. De una mina deminui modo quinque nummos; mihi detraxi partem Herculaneam. V. Hercules.

Hercŭle, & Hercules, *certamente*, νὴ τὸν Ἡρακλέα, per Herculem, certe, profecto, adverb. jurandi. *Cic. pro Quinct.* Itaque hercule haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat. *Vellej. l.* 2. *c.* 52. Neque hercules quidquam salubrius fuit. ¶ Hæc jurandi formula virorum propria erat; quemadmodum mulieres jurabant per Junonem. Apud *Plaut.* tamen *Trucul.* 2. 1. 1. ancilla quædam, Ha ha ha, inquit, hercle quievi &c.

Hercŭles, is, m. 3. Ἡρακλῆς, Heros Thebanus, filius Jovis tertii ex Alcmena uxore Amphytrionis, nepos Alcei, frater Iphicli. *Dion. Halic. l.* 1. *Antiq. Rom. Boccat. l.* 13. *Gen. Deor.* ¶ Non solus autem Alcmenæ filius ita appellatus est, sed plures Hercules extitere. A *Cic. lib.* 3. *de nat. Deor.* sex numerantur. Primus Atheniensis filius Jovis primi ex Lysito, ille, qui cum Apolline de tripode, i. e. de arte divinandi, certavit. *Bocc. l.* 2. *Gen. Deor.* Secundus Ægyptius, filius Nili, quem dicunt Phrygum characteres invenisse. *Bocc. l.* 7. *Gen.* Tertius indigena montis Idæ in Troade, cui inferiarum inventionem attribuunt. Quartus Phœnix, vel Libycus, filius Jovis secundi ex Asterie sorore Latonæ, qui a Tyriis colebatur, filiamque habuit nomine Carthaginem. *Bocc. lib.* 5. Quintus indigena Indiæ, ille, qui etiam Belus est appellatus. Sextus Argivus, vel Thebanus, filius Jovis tertii ex Alcmena Amphitryonis uxore. *Bocc. l.* 13. *Gen. Varro* tres, & quadraginta Hercules nominat: veruntamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. *Diodorus* tres Hercules fuisse scribit. Cæterum, etsi multi fuere Hercules, qui variis temporibus floruerunt omnes heroica virtute, rerumque gestarum magnitudine insignes, tamen, cum incertum sit, quibus temporibus singuli vixerint, & quas res quisque gesserit, hinc factum est, ut uni Thebano Herculi reliquorum omnium labores, & res gestæ tribuerentur. *Bocc. l.* 13. *Gen.* ¶ In fabulis est, Eurystheum Mycenarum Regem Herculi imperitavisse, quod Junonis fraude Eurystheus ante Herculem natus fuisset. Hoc ideo fictum est, quia Hercules subditus fuit, & tamen Regno erat dignior, quam Eurystheus. Juno etiam fertur Herculem odisse implacabili odio, quod ex Jovis conjugis adulterio natus esset, & illum perdere cupiens, novos semper labores Eurystheo suggessisse, quos ille Herculi imperaret, ut interiret, quæ res expectationem ejus maxime fefellit. Hercules enim undique victoriam referens, immortale sibi decus peperit, adeo ut prius Juno jubendo, quam Hercules laborando, defatigaretur. ¶ Hercules fuit omnium gigantium maximus, quippe qui, *Solino* auctore, ad septem pedum altitudinem pervenit. ¶ Res fortiter, & præclare gestæ ab eo, quas labores Herculis vocant, plurimæ fuerunt, sed celebriores feruntur duodecim. Primo enim aprum in Erymantho Arcadiæ monte omnia devastantem vivum cepit, & ad Eurystheum pertraxit. 2. Eodem pacto taurum, cui Neptunus furorem immiserat, ut Cretam vastaret, edomuit, & abduxit. 3. Leonem inusitatæ magnitudinis in Nemea sylva jugulavit, detractamque pellem tota vita pro insigni gestavit. 4. Hydram in Lerna palude, septem capita habentem, clava occidit. 5. Cervam æripedem, & aureis cornibus in Mænalo monte cursu defatigatam comprehendit. 6. Stymphalidas aves sagittis interfecit; vel ut alii volunt, æneі crepitaculi sonitu usque ad Aretiada insulam fugavit. 7. Ad inferos cum descendisset, ut Theseum amicum inde educeret, Cerberum canem aditum prohibentem ternis catenis vinctum ad superos traxit. 8. Augiæ stabulum tria millia boum capiens expurgavit. 9. Amazonas bellicosissimas fœminas debellavit. 10. Aurea mala in Hesperidum hortis, Dracone custode interempto, abstulit. 11. Geryonem Hispaniæ regem tricorporem bello devicit. 12. Calpem, & Abylam montes antea conjunctos divisit, interjecto mari. Nec tamen cum Orbem terrarum eo usque victor peragrasset, ulterius provehi est ausus: quare eo loci Columnæ Herculis esse dicuntur, quas is tanquam terminos vel laborum suorum, vel, ut tum fere credebatur, totius orbis statuerit. *Curt. l.* 10. *c.* 1. Cætera ejus facinora V. apud Mythologos. ¶ Uxores habuit, in Græcia primum Megaram filiam Creontis Regis Thebarum, deinde Deianiram filiam Oenei Regis Ætoliæ, in Italia Pallantiam, seu Dynam, seu Laviniam, filiam Evandri Regis Arcadum. Cæterum se se cum multis aliis fœminis commiscuit; in Græcia cum 50. filiabus Thespii, dum in Italiam navigabat cum virgine Hyperborea, quam a patre obsidem acceperat, & secum caste usque ad id temporis duxerat, post bellum Italiæ, in Lydia cum Omphale, in Græcia cum Jole. *Dionys. l.* 1. *Bocc. l.* 13. ¶ Filios primum quinquaginta suscepit ex Thespii filiabus, deinde alios ex aliis. ¶ Herculis mors hoc modo accidit. Cum Deianira rescivisset, maritum suum Joles amore detineri, per Lycham servum

misit

misit illi, dum in Oeta monte sacrificaturus erat, vestem Nessi Centauri sanguine infectam, futurum rata, quod Centaurus ab Hercule sagitta transfixus, & moriens illi per dolum persuaserat, ut ea ratione languentem viri amorem excitaret, eumque ab aliis avulsum ad se unam revocaret. Itaque Hercules vestem illam induit, & ubi veneni vis in ejus viscera pervasit, in rabiem versus, se se in pyram accensam injecit. Ante tamen Philoctetem jure jurando adegit, se nemini unquam mortem, & sepulcrum Herculi indicaturum, illique dono dedit pharetram, & sagittas tinctas felle Hydræ Lernææ. ¶ Post mortem ob fortitudinem, & gloriam militarem in Deorum numerum relatus fuisse a gentibus creditus est. Igitur in omnibus fere orbis regionibus ædificaverunt Herculi templa, & aras, in urbibus, in pagis, in viis publicis. *Dionys. l.* 1. Imo & vivens sacrificiis cultus fuit. *Dionys. l.* 1. *Liv. l.* 1. ¶ Herculi decimas offerebant. Causa fuit, quia is putabatur gaudere bonorum exuberantium imminutione, ut qui victu nec lauto, nec immodico usus esset. *Varro l.* 5. *de L.L. Cic.* 3. *de nat. Deor.* Neque Herculi quisquam decumam vovit unquam, si sapiens factus esset. ¶ Herculem thesauris reconditis præesse credebant. *Pers. sat.* 2. O si sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule! ¶ Herculis cothurnos aptare infanti, proverb. dicitur de inepte applicatis, ut si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. ¶ Herculem lacessere, est fortiorem irritare. *Vet. Inscript. apud Grut. p.* 103. *n.* 5. Nonne dixi tibi, Decebale, funestum est Herculem lacessere? ¶ Nec Hercules adversus duos: h. e. nemo tantis est viribus, ut contra plures par esse possit. Ducitur proverb. ex eo, quod Hercules adversus Hydram simul & Cancrum pugnaturus, Jolai nepotis imploravit auxilium. Quo respexit *Catul. in Carm. de nupt. v.* 64. Noli pugnare duobus. ¶ Herculem *nuncupare* invocabant Parasiti, quod cum publice epulæ in Herculis honorem instruebantur, ii præsertim, tanquam peculiares ejus Dei servi, convivio adhibebantur, & laute accipiebantur. *Plaut. Curc.* 2. 3. 79. V. ibi *Taub.* aut *Lipsi antiq. l.* 1. *c.* 2. & *l.* 3. ¶ Hercules, adverb. V. *Hercule*. ¶ Herculis quæstum conterere, h. e. valde prodigum esse, & vel decimas Herculi debitas prodigere. *Plaut. Most.* 4. 2. 68.

Herculĕus, a, um, o. 1. 2. *di Hercole*, ἡρακλεῖος, quod ad Herculem spectat. *Prop. l.* 4. *el.* 9. Quis facta Herculeæ non audit fortia clavæ? *Hor. l.* 1. *Carm. ode* 3. Perrupit Acheronta Herculeus labor. *Justin. in præfat.* Pompejus Herculea audacia orbem terrarum aggressus.

Herculis Columnæ, turres duæ Hispaniæ, in Gaditana inf. V. *Columnæ Herculis*.

Herculis Insula, *Linaria* inf. Sardiniæ, in ora Occidua. Aliis est *Asinara*.

Hercynĭa, f. 1. Hercinia, Hercynium nemus, Orcynium, Saltus Germanici, sylva Germaniæ maxima, longa itinere 60. dierum, teste Mela, lata 9. teste Cæsare, cujus partes sunt Bacenis, Bohemica, Gabrera, Martiana, Semana. Sed multis in locis excisa fuit, ubi urbes, & oppida, & pagi nunc sunt. Secundum Baudrandum hodie Bohemiam propriam circumdat.

Hercynĭus, a, um, adjectiv. ab Hercynia sylva, ut Hercynius saltus, *Tacit. Germ. c.* 30. Hercynius lucus, *Senec. Med. v.* 712.

Here. V. Heri.

Herĕbus. V. Erebus.

Herennianus, a, um, adject. possess. ab Herenneio. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 6. Herenniani heredes.

Herennĭus, ii, m. nomen Romanum, ut M. Herennius, L. Herennius, C. Herennius, apud *Cic.* variis in locis.

Herem Martiam colebant Antiqui, accepta hereditate; quæ una ex Martis comitibus putabatur. *Festus*.

Heres. V. Hæres.

Heres, herinaceus. V. Hærix.

Heri, adv. *ieri*, תמול, אתמול, Germ. *gestern*, Gall. *hier*, Hispan. *ayer*, χθές, ἐχθές, hesterno die. *Cic.* 2. *Phil.* Nescis, heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? *Id. Att. l.* 13. *ep.* 47. Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio. ¶ Ob summam cognationem inter *i*, & *e*. veteres dixere *here* pro *heri*. *Quinct. l.* 1. *c.* 7. *Donat. ad Phorm. a.* 1. *sc.* 1. *Ovid.* 3. *Fast. Juven. sat.* 6. *Martial. l.* 1. *epig.* 44. *l.* 4. *epigr.* 7. *Ter. Eun.* Inhonestum hominem, quem mercatus est here. ¶ Heri pro paucis ante diebus. *Tertul. Apolog. c.* 4. Vanissimas Papias leges heri Severus constantissimus principum exclusit.

Hericĭus. V. Ericius.

Herilŭga, com. 1. *che fugge il padrone*, fugiens herum. *Catull. carm.* 63. *v.* 31. Dominos ut herilugæ famuli solent.

Herilis, le, o. 3. *del padrone*, δεσποτικός, quod ad herum pertinet. *Ter. Andr.* 3. 4. 23. Herum fefelli, in nuptias conjeci herilem filium. *Plaut. Amph.* Non foleo ego somniculose herilia imperia persequi.

Herillus, m. 2. Philosophus Chalcedonius, Zenonis discipulus. Posuit summum bonum in scientia. *Cic.* 4. *Acad. c.* 42. 2. *Fin.* 1. *Off.*

Herma, æ, vel Hermes, m. 1. ἑρμῆς, statua, sive signum, tum ex marmore, tum ex trunco arboris, ita dictum ab Hermete, idest, Mercurio, quo plerunque statuæ Mercurii efficerentur. Fiebant sæpe ex lapide quadrato sine manibus, & pedibus. *Juven. Sat.* 8. *v.* 53. Truncoque simillimus Hermæ. V. *Spon. Miscell. Erud. Antiq. p.* 9. ubi figuras exhibet. ¶ His figuris significabatur, Eloquentiam, cujus Mercurius præses est, non indigere corporis viribus, sed sine iis opera sua conficere. ¶ Sæpe ad Alcibiadis vultum effingebantur, quod omnium ætatis suæ formosissimus fuisset. *Clemens Alex. Admonit. ad Gent.* ¶ Has in vicis ad januas ædium, item circa sepulcra, gymnasia, & xystos, ad ornatum erigebant. *Cic.* 2. *Leg. c.* 26. *Nep. Alcibiad. c.* 3.

Hermagŏras, æ, Æglides rhetor, docuit Romæ temporibus Augusti. *Cic. in Brut. c.* 76. *c.* 78. &c.

Hermandūri, m. 2. Hermanduri, Ἑρμάνδουροι, pop. Germaniæ, ubi nunc Voitglandia, & pars Australis Thuringiæ, & pars superior Franconiæ. Ab aliis collocantur in Misnia prov. Saxoniæ sup. *Plin. l.* 4. *c.* 41. *Tacit. Germ.*

Hermaphrodītus, m. 2. *Ermafrodito*, Ἑρμαφρόδιτος, Mercurii, & Veneris filius, ab Ἑρμῆς, *Mercurius*, & Ἀφροδίτη, *Venus*. Hic cum vagabundus in Cariam ad limpidissimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, pervenisset, illa subito ejus amore correpta (erat enim adolescens formosissimus) cum neque blanditiis, neque precibus ad concubitum flectere posset, simulato recessu post vepres latuit. Is autem Nympham abiisse ratus, fontem nudus intravit. Quod videns Salmacis, subito accurrit, & abjectis vestibus arctissime eum complexa est. Sed cum ne tunc quidem obstinatum exorare posset, a Diis petiit, ut ex duobus corporibus in unum redigerentur. Cujus precibus exauditis, ambo in unum corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remanebat integer. Quod cum vidisset Hermaphroditus, a Superis petiisse dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος, idest, utrumque sexum adeptus exiret. Hinc omnes androgyni vocantur Hermaphroditi. *Ovid.* 4. *Metam.*

Hermathēna, æ, f. 1. statua duplex, Mercurii, & Minervæ, ab Hermes, Mercurius, & ἀθήνα, Minerva. Solebant enim Romani Mercurii, ac Minervæ statuas conjungere in gymnasiis, dicatreque. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 2. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & Hermes commune omnium, & Minerva singulare est insigne ejus gymnasii.

Hermedŏne, seu Hermidone, es, ἑρμηδόνη, quid sit, docet *Vitruv. l.* 9. *c.* 7. Arieti & Piscibus Cetus est subjectus, a cujus crista ordinate utrisque Piscibus disposita est tenuis fulio stellarum, quæ græce vocatur Hermidone. Ubi *Bald. in Lex. Vitruv.* legendum putat Harmedone, ab ἁρμόζω, apto, quasi sit nodus, seu coaptatio, qua Pisces Pisci colligantur: Græci dixere etiam σύνδεσμον, id est vinculum, ut est in Arato.

Hermerăcles, is, m. statua Mercurii, & Herculis in eadem basi. *Cic. ad Attic. l.* 1.

Hermes, is, & etis, m. 3. Mercurius, ἑρμῆς, ab ἑρμηνεία, *interpretatio*, quod is interpres sit, & nuntius Deorum, teste *Virg.* 4. *Æn. v.* 356. V. ibi Serv. ¶ Sumitur & pro statua Mercurii. V. *Hermia*. ¶ Hermes Trismegistus, Philosophus Ægyptius fuit post Moysen, quem sæpe SS. Patres producunt, & laudant, tanquam sanæ Philosophiæ eruditissimum. Scripsit enim Dialogum, in quo unum omnino rerum omnium conditorem Deum asserit, fateturque majorum suorum errorem, qui superstitiones idolorum invenerunt. *Aug. de Civ. Dei*, *Suid. & al.* ¶ Trismegisti, h. e. ter maximi, cognomen accepit ob virtutem, & multarum artium scientiam. Fuit enim maximus Philosophus, maximus sacerdos, & Ægypti rex maximus. V. *Casaub. Exerc.* 1. *cont. Baron. sect.* 10.

Herminones, m. 3. pop. Germaniæ, valde potentes, & ex tribus præcipuis populis illius regionis. *Tacit. de German. c.* 2.

Hermiŏne, es, Cadmi uxor, Martis, & Veneri filia. ¶ Altera Menelai filia ex Helena, Pyrrhi primum sponsa, deinde Orestis. ¶ Est etiam hoc nomine oppidum Achaiæ, *Plin. l.* 4. *c.* 5.

Hermionĭcus, a, um, adject. possess. ab Hermione opp. ut Hermionicus ager, *Liv. l.* 31. *c.* 44.

Hermodōrus, i, Ἑρμόδωρος, Philosophus Platonis auditor, cui vitio datum est, quod quæstui Philosophiam habuerit, dictata, quæ ab præceptore audierat, colligendo, & deinde in Sicilia venditando. V. *Cic. ad Att. l.* 13. *epist.* 21.

Hermundūri, V. Hermanduri.

Hermupŏa, æ, f. ἑρμοῦ ποά, herba passim in vineis nascens, quam & Mercurialem vocant. *Plin. l.* 25. *c.* 5.

Hermus, m. 2. *Sarabat*, fl. Asiæ, qui ex Phrygia Magna per Lydiam, & Æolidem fluit, apud Docimæum, ac in Ægæum pelagus inter Phocæam, & Smyrnam una cum Pactolo labitur. Auro nobilis est. *Virg.* 2. *Georg. v.* 137. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Hernĭa, *Ernia*, Germ. *der bruch*, Gal. *hergne*, *hernie*, Hisp. *potra*, κήλη, ἐντεροκήλη, tumor præternaturalis umbilici, inguinum, scroti, obortus ex relaxatione, aut ruptura peritonæi, cujus causa intestina vel omentum, vel humor aliquis in partes interiores descendit. *Martial. l.* 3. *epigr.* 24. Ingens iratis apparuit hernia sacris. ¶ De variis herniæ speciebus V. *Cels. l.* 7. *c.* 18. &c. ¶ Derivatur ab ἔρνος, *ramus*, quia cum intestinum incidere incipit in scrotum, videtur ramum facere. *Voss. Etymol.*

Hernĭci, m. 2. pop. Italiæ in Latio, versus montes, ad fontes Liris, & Anienis, inter Volscos, Æquos, & Marsos, ubi nunc pars Campaniæ Romanæ, sub dominio Summi Pontificis, in conf. R. Neap. quorum urbes Anagnia, Alatrium, Verulæ, Ferentinum. *Juven. sat.* 14. *v.* 180. O pueri, Marsus dicebat, & Hernicus olim.

Hernĭcus, a, um, adject. ad Hernicos populos, vel eorum regionem pertinens. *Virg.* 7. *Æn. v.* 683. & roscida rivis Hernica saxa colunt.

Herniōsus, a, um, qui herniam patitur. *Lamprid. Heliog. c.* 25. Dum sermo esset ortus, quanti hernioso essent in Urbe Roma.

Hero, us, puella formosissima ex Sesto Thraciæ urbe ad Hellespontum sita, & Veneris sacerdos. Hanc adamabat Leander Abydenus, noctuque ejus causa Hellespontum solebat nando trajicere. Qui cum aliquando mari ventis agitato se committisset, submersus est: cujus morte cognita Hero quoque se se in mare præcipitem dedit. Extat in *Ovid.* epistola Herus Leandri moras querentis, & ad se invitantis.

Herodius. V. Erodius.

Herodōtus, i, Halicarnassensis, scripsit historiam tanta suavitate, ut Musarum nomina singulis ejus libris pro titulo præfixerint docti illi, apud quos eam in frequenti conventu Græciæ in Olympiis recitavit. Orsus est ibi, ubi Hieremias desinit, sc. a Cyro rege Persarum. Floruit Olympiad. 87. *Cic. l.* 1. *Leg. c.* 1. Patrem historiæ appellat.

Heroĭce, adv. heroico modo. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 14. *de Virgilio Homeri versus imitante*. Hos quoque (*versus*) tamquam heroice incomptos adamavit.

Heroĭcus, a, um, *Eroico*, ἡρωϊκός, quod ad Heroes spectat, ut Heroica ætas, in qua Heroes floruerunt. *Cic.* 5. *Tusc. v.* 3. Etiam heroicis ætatibus Ulysses, & Nestorem accepimus & fuisse, & habitos esse sapientes. ¶ Heroicus versus idem est, qui hexameter, ita dictus, quod eo genere carminis heroum gesta describantur. *Cic.* 2. *de Leg.* Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius.

Heroīna, æ, f. ἡρωίνη, fœmina illustris, ut sunt heroum uxores, & filiæ. *Prop. l.* 1. *el.* 12. Illa sit Inachiis & blandior heroinis.

Herōis, idis, f. 3. *eroina*, *donna illustre*, ἡρωΐς, fœmina illustrior, quales sunt heroum uxores, & filiæ. *Sueton. Ner. c.* 21. Heroidum, ac Deorum personis effictis. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 4. *v.* 33. Tu quia tam longa es, veteres heroidas æquas.

Hero, onis. V. Æro.

Herophĭle, f. 1. Sibylla Erithræa, tempore Tarquinii Prisci. *Suid.* ¶ Euseb. putat Herophilam esse Sibyllam Samiam. *Tibul. l.* 2. *el.* 5. Herophile Phœbo grata quod admonuit.

Herophĭlus, medicus celebris, apud *Plin. l.* 11. *c.* 47. *Tertull. de Anim. cap.* 10.

Heros, ōis, m. *eroe*, *uomo illustre*, ἥρως, vir nobilis, & illustris, & magnus supra humanæ naturæ conditionem, qui mortalis cum esset, rerum tamen a se gestarum magnitudine quam proxime ad cœlestium numen accessit, eamque apud vulgus opinionem emeruit, ut post mortem in Deorum numerum relatus existimetur. Ita præcipue vocati sunt semidei, qui altero parente Deo, altero homine nati credebantur. ¶ Unde dicantur, non convenit. *Serv. in Ecl.* 4. ducit a terra, quæ ἥρα, dicta est: alii ab aere: alii ab ἔρως, *amor*, quia Heroes nati sunt ab amore Deorum, ac hominum. *Virg. Ecl.* 4. Ille Deum vitam accipiet, Divisque videbit permixtos Heroas. *Plin.* 35. 10. Pinxit & heroa nudum, *heroa* accusativus est Græcæ positionis pro *heroem*. ¶ Antiquissimis temporibus Heroes iidem erant ac Dæmones, h. e. Genii, & Lares, de quibus multa *Apul. in l. de Deo Socrat.* ¶ Animæ etiam hominum a corporibus separatæ Heroes dictæ sunt. Quo fortasse respexit. *Virg. 6. Æn. v.* 672. Atque huic responsum paucis ita reddidit Heros. *h. e.* Musæi Vatis animus. ¶ *Heroum filii noxæ*, proverb. ex eo ductum, quod illustrium virorum filii plerumque improbi evadunt, & rudes, paternas-

ternasque virtutes minime referunt. V. *Spartian. in Severo*, *cap.* 10. & 21.

Herostrātus, i, Ἡρόστρατος, Ephesius, cupiditate incensus suum nomen aliquo insigni facinore propagandi, cum virtute non posset, scelere voti compos factus est, incendium ipse manibus suis Dianæ Ephesiæ magnifico Templo inferens, quo tot Regum divitiæ, populorumque labores absumpti sunt. *Solin. c.* 40. (*al.* 53.)

Heróum, i, n. ἡρῶον, monumentum Heroi positum. *Cic.* 2. *Leg. c.* 24. Ubi tamen *Gruterus cum Turnebo* legit *Forum* pro *heroum*.

Herōus, a, um, ἡρῶος, idem, quod heroicus, ut Heroi pedes, quibus in carmine heroico utimur. *Cic.* 3. *de Or.* Quare primum ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondæi pedem invitat.

Herpes, etis, m. 3. ἕρπης, ητος, tumor erysipelaceus, pustulosus, sive cum exulceratione, proveniens a portionibus ichorosis, seu serosis, & lixiviosis sanguinis corrodentibus, sive exulcerantibus, aut etiam ulterius depascentibus, ab ἕρπω, *serpo*, quia ejus intemperies ad vicinas partes proserpit, easque sæpe usque ad ossa exedit. *Scribon. & Celsi.* ¶ Item animalis genus, ita dictum, quod eo ulcera serpentia sanantur. *Plin. l.* 34. *c.* 13.

Herpestrĭus, a, um, *serpeggiante*, adject. serpens, ab *herpes*. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 375. Serpere uti gangræna malo ad quem herpestica posset.

Herfilla, æ, Romuli uxor, quæ post mariti mortem & ipsa Dea facta est, & *Hora*, vel *Ora* appellata. *Ovid. Metam.* 14. *fab. ult.* Colebatur ut Dea juventutis, & pulchritudinis. *Enn.*

Herthus, i, terra, tanquam Dea olim culta a Germanis. *Tacit. de Germ. cap.* 40.

Herŭli, m. 2. pop. Scandinaviæ, qui inde egressi ad Mœoticam habitarunt, posteaque Longobardi appellati, in Pannonia, ac Norico, & demum in Italia consederunt. Horum quoque regio Mechelburgia Duc. putatur. *Sidon. carm.* 7. *v.* 236. Cursu Herulus, Chunus jaculis, Francusque natatu.

Herus, m. 2. *padrone*, *signore*, אדון, בעל, Germ. *herr*, Gall. *maitre*, *seigneur*, Hisp. *dueno*, *senor*, δεσπότης, dominus, ab *heres*, quæ vox ab antiquis pro domino ponebatur. *Cic. Offic.* 2. *c.* 7. Sit sane adhibenda sævitia, ut heris in famulos. *Catul. c.* 64. Hostia cœlestes pacificasset heros. ¶ Herus major dicitur paterfamilias, herus vero minor, ejusdem filius. *Plaut. Capt.* 3. 5. 50. & *Asin.* 2. 2. 62.

Hesiodēus, a, um, adject. possess. ab Hesiodo, hoc est ad Hesiodum pertinens. *Cic. in Brut. c.* 4. Illud Hesiodeum laudatur a doctis. *Sidon. carm.* 9. *v.* 213. Non hic Hesiodea pinguis Ascræ species carmina.

Hesiŏdus, m. 2. Poeta vetus, & templi Musarum sacerdos, ex Ascra vico Bœotiæ, unde & Ascræus dictus est. Scripsit poemata, Theogoniam, Ἔργα, & ἡμέρας, idest Opera, & dies. Primus de agricultura versibus scripsit, quem Virgilius imitatus est. *Plin. l.* 14. Fabularum item auctor fuit. *Quintil. l.* 5. *c.* 11. Scripsit etiam κατοπτρικὸν librum, & moralem, quem græci pueri ediscere solebant. ¶ Fuit posterior Homero 100. annis, ut auctor est *Vellej. l.* 1. *c.* 7. Alii majorem Homero tradiderunt; nonnulli æqualem. V. *Gell. l.* 3. *c.* 11. & *l.* 17. *c.* 21. ¶ Occisus est a quibusdam Adolescentibus Locrensibus, & in mare demersus, cujus cadaver Delphines ad litus deportarunt. Interfectores vero a cane proditi in mare demersi sunt. *Plutarch. in Convivio sept. Sapient.* &c.

Hesiŏne, es, Laomedontis Trojæ regis filia, quam Hercules a monstro marino, cui objecta erat, liberavit, & Telamoni dedit uxorem. *Ovid. Metam.* 11. *fabul.* 7.

Hesperĭa, æ, f. 1. Hispania, quæ ad Italiæ differentiam etiam Hesperia extrema, vel ultima dici solet. Nomen accepit ab Hespero Rege Atlantis fratre, vel ab Hespero stella Veneris. *Hor. l.* 1. *Carm. ode* 36. Qui nunc Hesperia sospes ab ultima. ¶ Hesperia item, Italia, quam Virgilius Magnam Hesperiam vocat. Ratio nominis eadem est. Nam vel dicta est ab Hespero, qui a fratre pulsus ex Hispania in Italiam venit. Vel ita vocata est ab Hespero stella, quod occasui subjecta sit. Ut enim Itali Hispaniam appellant Hesperiam, quod sibi sit ad Occidentem, ita Græci eodem nomine ob eandem causam Italiam nominant. *Virg.* 1. *Æn. v.* 530. Est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt.

Hesperĭdes, f. 3. ἑσπερίδες, tres filiæ Hesperi fratris Atlantis, Ægle, Arethusa, Hesperethusa. Hæ amœnissimos hortos possidere dicebantur in Africa, juxta Lixon coloniam a Claudio Cæsare deductam, in quibus erat auriferum nemus cum aureis malis, quæ a pervigili dracone custodiebantur. Hercules tamen eo penetravit, jussu Euryfthei, & interfecto dracone, aurea mala ad Regem attulit. Varro per mala aurea oves significari dicit purpureum lanam ferentes, quas Hercules ex Africa in Græciam exportaverit. Nam μῆλον apud Græcos significat & pomum, & ovem, sive pecudem. Hinc μηλωταὶ dictæ vestes ex pellibus ovium confectæ. Aliter tradit Diodorus l. 5. Bibliothecæ, quem videre potes. Quod ad draconem spectat, *Plinius*, & *Solinus c.* 24. interpretantur, fuisse æstuarium maris meatu flexuoso instar draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur: iidem, præter oleastrum, aliud nihil ex narrato illo auritero nemore extare prodiderunt. ¶ Hoc nomine item dictæ sunt insulæ Africæ in Oceano Atlantico. V. Gorgones.

Hesperĭi, m. 2. Hesperii Æthiopes, pop. Æthiopiæ, in Africa, in Æthiopia inf. ubi nunc Regnum Congi, cum annexis Regnis Laongi, & Anzicanorum in illo tractu. Ab aliis collocantur in ora Occidua Æthiopiæ, ubi Manicongum Regnum, qui *Pangelongos* a Lusitanis dicuntur.

Hesperis, idis, adject. fœmin. ab Hesperia. *Virg.* 8. *Æn. v.* 77. *de Tiberi*. Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. h. e. Italicarum. V. *Hesperia*. ¶ Est etiam Hesperis herba quædam apud *Plin. l.* 21. *c.* 7. sic dicta, quod noctu magis oleat.

Hesperĭus, a, um, adject. ad Hesperiam pertinens. *Ovid. Metam.* Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat Hesperium temone fretum. h. e. Oceanum occidentale.

Hesperūgo, inis, f. idem quod Hesperus stella. *Senec. Med. vers.* 877. Mergat diem timendum Dux noctis Hesperugo.

Hesperus, i, m. *Espero*, ἕσπερος, stella, quæ & vesper, & vesperugo dicitur, eadem, quæ Lucifer, & Venus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 20. Infima est quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος, Græce, Latine Lucifer dicitur, cum antegreditur Solem, cum subsequitur autem, Hesperus. *Virg.* 7. *Ecl.* Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

Hesperus, i, m. 2. Ἔσπερος, filius Japeti, & Asiæ, frater Atlantis, Epimethei, & Promethei. Diodorus scribit, hunc Hesperum conscendisse cacumen Atlantis M. ad cursus astrorum observandos, & nunquam deinde comparuisse, ei vulgus honores divinos exhibuisse, astrumque luciditissimum ejus nomine appellavisse. Sed ab aliis scriptum est, Hesperum una cum Atlante fratre in Mauritaniam migrasse, deinde in Hispaniam, tandem a fratre ex Hispania expulsum venisse in Italiam. Habuit tres filias, Æglen, Arethusam, Hesperethusam, quæ Hesperides vocatæ sunt.

Hessæi, Ἑσσαῖοι, Palæstinæ populi sine ulla fœmina viventes, omnique prorsus Venere abstinentes, ut scribit *Plin. l.* 5. *c.* 17.

Hesterno, adverb. heri, hesterno die. *Auson. epig.* 73. Alcon hesterno signum Jovis attigit.

Hesternus, a, um, o. 1. 2. *di ieri*, ἐχθεσινός, quod heri fuit, vel factum est. *Cic. de nat. Deor.* Veluti a te ipso hesterno die dictum est. *Ovid. ep.* 19. *v.* 72. Hesterna nocte. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 4. Hesterna disputatio. *Celsi. l.* 2. Panis hesternus, *pane d' un dì*.

Hesus, Hebraica lingua fortem significat: itaque hoc nomine Veteres Martem coluere; quem Galli etiam humano cruore placabant. *Lucan. l.* 1. *v.* 445. horrensque feris altaribus Hesus. *Lactant. l.* 1. *c.* 21.

Hesychĭus, ii, ἡσύχιος, Milesius historicus tempore Anastasii Imperatoris scripsit sex libros de Romanorum, aliarumque Gentium Principibus: item græcum Dictionarium, quo se usum, testatur *Suidas*.

Hetæria, æ, f. ἑταιρία, sodalitas, collegium, societas. Apud *Plin. l.* 10. *epist.* 43. & 97. in quibusdam Codicibus legitur hæc vox græce scripta, in quibusdam vero latine.

Hetærice, es, ita vocabatur, honoris causa, ala equitum apud Macedones, ab amicitia, & quasi sodalitate regia. *Nep. Eumen. c.* 1.

Heteroclītus, a, um, o. ἑτερόκλιτος, quod alieno, & novo quodam modo declinatur, ab ἕτερος, *alter*, & κλίνω, *inclino*, *flecto*. V. Grammaticos.

Heterocranea, æ, f. morbus capitis, cum inæqualiter dolet, tumetque, & inter capillos ulcuscula erumpunt, & pus mali odoris. *Plin. l.* 31. *c.* 9. *Marcel. Emp. c.* 2.

Heterogenĕus, a, um, o. ἑτερογενὴς, quod est alterius generis. Itaque a Grammaticis heterogenea nomina dicuntur, quorum genus variat.

Hetricŭlum, n. 2. *Lataraco*, opp. Brutiorum, in Calabria cit. in S. Marci Diœcesi.

Hetruria, (vel Etruria, ut probat *Manut. in Orthogr.*) *la Toscana*, pars Italiæ, satis ampla, inter mare Tyrrhenum ad Occ. & Mer. Apennium ad Sept. Tiberim fl. ad Or. Ejus pars major est, quæ ad Occ. extenditur, cujus partes sunt quatuor, ditio Florentina, ditio Pisana, ditio Senensis, quæ parent Magno Duci Hetruriæ, & ditio Lucensis, quæ Rempublicam separatam facit. Minor Hetruriæ portio magis ad Ortum extenditur, & subest Summo Pontifici, in qua sunt Provinciæ Patrimonii S. Petri, Ducatus Castrensis, territorium Urbevetanum, territorium Perusinum. ¶ Olim Romani Aruspices ex Hetruria advocabant, quod id superstionis genus ibi floreret. *Cic. de Arusp. Resp.* Aruspices ex Hetruria acciendos puto.

Hetruscus (vel potius Etruscus) a, um, adjectiv. qui est ex Hetruria. *Toscano*. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 6. Hetrusca disciplina. h. e. Aruspicium. V. *Plin. l.* 28. *c.* 3.

Hetta, res minimi pretii. Aliqui dicunt esse pusulam, quæ in coquendo pane solet assurgere. *Festus*.

Hettematicus, a, um, adject. ἡττηματικὸς, inferior, deterior, & qui generis sui præstantiam non est assequutus. *Jul. Firmic. l.* 9. *c.* 3.

Heheu, interject. idem quod Eheu. *Plaut. in Captiv. & in Pœn.*

Heu, *oimè*, *ohi*, φεῦ, αἰ, interjectio dolentis, interdum exprobrantis, a Græc. φεῦ, vel a sono. Construitur cum nominativo, vel potius cum vocativo. *Virg.* 6. *Æn. v.* 878. Heu pietas, heu prisca fides. ¶ Item cum accusat. *Cic. in Tusc.* Heu me infelicem. ¶ Item cum dativo. *Plaut. Mil.* Heu mihi, nequeo, quin fleam. ¶ Interdum geminatur, sed tunc fere ponitur sine casu. *Plaut. Pseud.* Heu, heu, quam ego malis modis perdidi, quod tibi detuli.

Heurētes, æ, m. 1. εὑρετὴς, inventor. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 9. Heuretes mihi es.

Heus, *olà*, ὦ, adverb. vocandi, a sono. *Cic. in Fam.* Sed heus tu, quid agis. ¶ Aliqui addunt, nonnunquam esse interjectionem dolentis. *Virg.* 7. *Æn.* Heus etiam mensas consumimus.

Hexachordos, adject. ἑξάχορδος, sex chordas habens. *Vitruv. l.* 10. *c.* 13.

Hexaclīnon, i, n. ἑξάκλινον, stibadium, cœnatio sex cœnatorios lectulos capiens. *Martial. l.* 9. *epigr.* 60. Et testudineum mensus quater hexaclinon. ¶ Est ab ἕξ, *sex*, & κλίνη, *lectus*.

Hexagōnum, ni, n. *sessagono*, ἑξάγωνον, figura sex angulorum. *Col. l.* 5. *c.* 2. Esto hexagonum quoquoversus lineis pedum triginta.

Hexagōnus, a, um, adject. *sessagono*, ἑξάγωνος, sex angulos habens, ab ἕξ, *sex*, & γωνὴ, *angulus*, ut hexagonus ager. *Colum. l.* 5. *c.* 2. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1.

Hexamĕter, tra, trum, o. 1. 2. *di sei misure*, *di sei piedi*, ἑξάμετρον, quod ex sex mensurarum, five pedum, ab ἕξ, *sex*, & μέτρον, *mensura*. Versus hexameter, al. heroicus est, qui sex constat pedibus partim dactylis, partim spondæis, cujus generis omnes Virgiliani sunt. *Cic.* 3. *de Or.* Solitus est versus hexametros, aliosque variis modis, atque numeris fundere ex tempore.

Hexaphŏri, orum, seni homines lecticam portantes, ab ἕξ, *sex*, & φέρω, *fero*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. ¶ Iidem, si quatuor sint, *tetraphori* vocantur. *Id. ibid.*

Hexaphŏron, i, n. ἑξάφορον, lectica, quæ a sex servis ferebatur. *Martial. l.* 6. *epigr.* 77. Non debet ferri mortuus hexaphoro.

Hexastĭchum, i, n. ἑξάστιχον, hordei genus, cujus spicæ sex habent ordines. *Col. l.* 2. *c.* 9. ¶ Hexastica etiam dicuntur epigrammata sex versibus constantia. V. *Grammaticos*.

Hexastўlos, i, gen. comm. sex columnas habens, ἑξάστυλος. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2.

Hexecontalithos, i, ἑξηκοντάλιθος, lapis adeo diversis infignitus notis, ut sexaginta gemmarum colores referat. *Solin. c.* 44. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hexēris, is, f. ἑξήρης, navis sex remorum ordines habens. *Liv. l.* 37. *c.* 23. Regia classis tres hepteres, & quatuor hexeres habebat.

H A N T E I.

Hiagnis, is, Marsyæ tibicinis pater, & Musicæ magister: de quo V. *Apul. l.* 1. *Florid. post init.*

Hians, antis. V. Hio.

Hiantĭa, æ, f. hiatus, *apertura*. *Tertul. de anim. c.* 10. Tubam pariter, & hiantiam oris illius ostende.

Hiarbas. V. Jarbas.

Hiasco, is, n. 3. *aprirsi*, χαίνω, aperior, apud vet. pro *hisco*, ab *hio*. *Cato de R. R. c.* 17. Ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet.

Hiāto, vel hieto, as, n. 1. *aprirsi spesso*, *molto*, χασμάω, sæpe, vel multum aperior, vel scindor, freq. ab *hio*. *Plaut. Men.* 3. 1. 4. Ubi dum hieto, Menæchmus se subterduxit mihi. *Id. alio loc.* Si quæ forte concio est, ubi hiatare nondum in mentem venit. V. *Diomed. l.* 1. ¶ Passive *Laberius*. Hietantur fores. h. e. aperiuntur. V. *Taubman. ad loc. cit. Plauti*.

Hiātus, us, m. 3. *isato*, *apertura*, χάσμα, proprie est apertio oris. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 47. Cibumque partim oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt. ¶ Translate accipitur pro terræ chasmate, aliarumque rerum apertione. *Plin. l.* 37. *c.* 15. Hauriri urbes terræ hiatibus publicus mortalium dolor est. ¶ Hiatus in oratione dicitur, cum plures vocales concurrunt. *Cic. in Orat. c.* 23. Verba verbis quasi coagmentare negligat, habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quid, &c.

Hiberna, orum, n. 3. *luogo*, *dove svernano i soldati*, *quartieri d'inverno*, Germ.

Germ. *vvinterlaeger*, Gal. *quartier d'hiver*, Hiſ. *invernadero*, τὰ χειμάδια χωρία, loca, in quibus milites hieme ſtationem habent. *Cic. Fam. 15. ep. 4.* Exercitum in hiberna dimiſi. *Pollio Cicer. l. 10. Fam. ep. 33.* In hibernis legiones collocare. ¶ *Varro l. 1. R. R. c. 1. ad fin.* hiberna vocat villas, in quibus per hiemem domini degere ſolent. ¶ Sunt qui hyberna per *y* ſcribunt, ſed pro iota ſtat *Manut. in Orthograph.*

Hibernacŭla, orum, n. tentoria, ſub quibus milites degunt hibernorum tempore. *Liv. l. 22. c. 32.* Hibernacula mature communire. ¶ Apud Græcos hibernacula erant pars domus, in qua hiberno tempore diverſabantur, *appartamenti d'inverno. Vitruv. l. 7. c. 4.*

Hibernĭa, ſ. 1. Iverna, Juverna, Jerna, Iris, Scotia, Britannia minor, Ital. *Irlanda*, inſ. ampla Europæ, ſed minor Anglia, extenſa a Sept. in Mer. per 250. M. P. ab Or. in Occ. per 120. M. ¶ Ejus incolæ Hiberni dicuntur.

Hiberno, as, avi, atum, n. 1. *ſvernare*, *paſſar lo'nverno*, Ger. *das vvinterlaeger haben*, Gal. *hiverner*, *paſſar l'hiver*, Hiſp. *invernar*, διαχειμάζω, hiemem agere, ſtationem habere hiberno tempore. *Cic. pro Leg. Manil. c. 13.* Jam vero quomodo milites hibernent. *Perſ. ſat. 6. v. 7.* Mihi nunc Ligus ora Intepet, hibernatque meum mare. h. e. ſævit. hieme enim tempeſtates frequentes ſunt, vel quieſcit, & a navigiis vacat, quemadmodum milites in hibernis otiantur.

Hibernus, a, um, adject. *invernale*, *d'inverno*, Germ. *vvinterlich*, Gal. *d'hiver*, Hiſp. *invernal*, χειμερινὸς, hiemalis, ut hiberni menſes, *Cic. Ver. 7. c. 10.* Hiberna navigatio, *Id. Att. l. 15. ep. 25.* Hibernum mare, h. e. procelloſum, *Horat. epod. 15. v. 7.*

Hibiſcum, vel Ibiſcum, vel Ebiſcum, i, n. *malvaviſchio*, Gal. *pandis ſauvage*, herba hortenſis, quæ a Dodomæo paſtinaca latifolia ſilveſtris appellatur. *Plin. l. 19. c. 6.* Hibiſcum a paſtinaca gracilitate diſtat. *Id. l. 20. c. 4.* Paſtinacæ hibiſcum ſimile, quod molochen agriam vocant, & aliqui piſtolochiam. ¶ Ejus capræ avidiſſimæ ſunt. *Virgil. Ecl. 2.* Hædorumque greges viridi compellere hibiſco.

Hibris. V. Ibrida.

Hibus. V. Hic.

Hic, hæc, hoc, m. f. n. *queſto*, *e queſta*, זה, זאת, Ger. *dieſer*, *dieſe*, *das*, Gal. *cettuy cy*, *cette*, Hiſ. *aqueſto*, *aqueſta*, ὅστος, αὕτη, τῦτο, pron. demonſtrativum. Hic, iſte, *queſto*, *coteſto*, differunt in hunc modum, ut *hic* dicatur de perſona, aut re loquentis, *iſte* magis ſpectet perſonam audientis, vel rem ei, cui loquimur, proximam. *Cic. l. 2. Fam. ep. 11.* Putares ne unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent, neque ſolum iſta veſtra oratoria, ſed etiam hæc levia noſtratia? Sed hæc differentia non ſemper obſervatur. *Cic. Parad. 1.* Mihi iſta παράδοξα videntur eſſe veriſimilia. ¶ Interdum relative pro *is* accipitur. *Cic. 1. Tuſc.* Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat. ¶ Interdum pro talis. *Horat. l. 3. od. 6.* Non his juventus orta parentibus Infecit æquor ſanguine Punico. ¶ A Poetis maſculinum *hic* corripitur, & producitur. *Virg. 4. Æn.* Solus hic inflexit ſenſus, animumque labantem. *Id. 2. Æn.* Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum ſorte tulit. ¶ *Hoc erat*, elegans eſt formula ſuccenſentis, & expoſtulantis: *Virg. Æn. 2. v. 664.* Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis, ut &c. V. *Hoc.* ¶ *Huic* aliquando metri cauſa in duas ſyllabas dividitur. *Stat. l. 1. Silv.* Serus huic dono videas dare thura nepotes. *Sidon. carm. 7. v. 145.* Aſſurexit huic, &c. ¶ *Hibus* pro *his* uſurpavit *Plaut. Curc. 4. 2. 20.*

Hic, (antique heic) *qui*, *in queſto luogo*, ἐνταῦθα, ἐνθάδε, adverb. ſtatus in loco. Hic, iſtic, illic, *qui*, *coſtì*, *là*, differunt, quod *hic* denotat locum, in quo ſum ego, qui loquor, aut ſcribo; *iſtic* locum, ubi tu es, cui loquor, aut ſcribo; *illic* remotum quendam locum, in quo neque ego ſum, neque tu. *Cic. ad Att.* Hic nihil actum eſt, quod ad te perlatum non putem. *Id. in Fam. 1. epiſt. ult.* Ibique malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare. ¶ Interdum accipitur pro hoc tempore. *Virg. 2. Æn.* Hic Reginam gravem gemmis, auroque poposcit, implevitque mero pateram. ¶ Item pro *in hac re*. *Plaut. Bacch. 1. 2. 3.* Lycurgus mihi videtur poſſe hic ad nequitiam adduci.

Hicce, Hæcce, hocce, m. f. n. idem, ac hic, hæc, hoc, adjuncta ſyllaba *ce*. *Plaut. Cap.* Hicce autem inter ſe confinxerunt dolum. *Ter. Heaut. 3. 3. 3.* Hiſce oculis vidi.

Hiccĭne, hæccine, hoccine, m. f. n. μῶν ὅστος, αὕτη, τῦτο, interrogativum pronom. quaſi hic ne? hæc ne? hoc ne? *Cic. in Verr.* Hunccine hominem, hanccine impudentiam, hanccine audaciam feremus?

Hiemālis, le, adject. ad hiemem pertinens, *invernale*, *d'inverno*, χειμερινὸς, hibernus, ut hiemalis dies, *Colum. l. 11. c. 1.* Hiemalis navigatio. *Cic. Fam. 6. ep. 20.* ¶ *Hiemalia*, *jum*, abſolute dicuntur loca, in quibus milites hieme morantur, *quartieri d'inverno*. *Vopiſc. in Aurel. c. 11.* Hiemalia, & æſtiva diſponere.

Hiematĭo, onis, f. χειμερία, hiemis traductio, *invernata*, *Varr. l. 3. R. R. c. 17.* Ne plus tertia parte eximatur mellis, reliquum hiematione relinquatur.

Hiĕmo, as, avi, atum, n. 1. *invernare*, *ſvernare*, χειμάζω, hiemem traduco, hiberno, in hibernis ago. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 37.* Legiones, quæ longius hiemabant, ſubſequi jubet. *Nepos Ageſil. c. 3.* Epheſum hiematum exercitum traduxit. ¶ Significat etiam hiemem eſſe, frigus vigere, & fere imperſonaliter uſurpatur, *far freddo*. *Col. l. 11. c. 2.* Fidicula exoritur, hiemat, & pluit. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 17.* Et atrum Defendens piſces hiemat mare. h. e. procellis concitatum navigationem, & piſcationem impedit. ¶ Hiemantes aquas, hoc eſt, tempeſtates commotas, dixit *Salluſt.* apud *Senec. epiſt. 114.* ¶ *Hiemans lacus*. h.e. hieme, & frigore concretus. *Plin. l. 9. c. 22.* Octobri menſe, Autumnali ſidere, hiemante lacu. *Al. leg.* hiemato. ¶ Hiemarę, pro hiemis incommodis affligi. *Suet. Aug. c. 72.* Quamvis parum ſalubrem valetudini ſuæ urbem experiretur, aſſidueque in urbe (al. in vere) hiemaret.

Hiems, emis, f. *inverno*, Ger. *vvinter*, Gal. *hiver*, Hiſ. *invierno*, χειμὼν, pars anni frigidiſſima inter autumnum & ver. Videtur quibuſdam eſſe ab ὗω, *pluo*, unde per *y* ſcribunt, ſed aliter invenitur in vett. libris, & monumentis, ut probat *Manut. in Orthogr.* & *Voſſ. in Etymol. Cic. pro Rabir. Poſth. c. 15.* Hieme omnia bella conquieſcunt. ¶ Ponitur & pro quavis impetuoſa & pluvia tempeſtate. *Nepos in Attic. c. 10.* Gubernator præcipua laude fertur, quia navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervavit *Virg. 1. Æn. v. 129.* Emiſſamque hiemem ſenſit Neptunus.

Hiĕra, æ, ex græco ἱερὰ, *ſacer*; vox eſt non ſatis cognita, præſertim illo loco *Senecæ epiſt. 83.* ubi ait. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis ceſſerit, quæris? quod raro curſoribus evenit, Hieram fecimus. *Muretus* hieram interpretatur lineam in medio ſtadio, ſic appellatam quod ſacra eſſet. *Lipſius* morem fuiſſe ſuſpicatur, ut in ambigua victoria, cum certantes pares eſſent, Deo ſacraretur corona; quod Græci ἱερὸν ποιεῖσθαι dicunt, h.e. στέφανον, *Senecam* autem *hieram* dixiſſe; ſc. *coronam*. ¶ Hiera pro Cybele, apud *Virg. Æn. 9. v. 672.* Quos Jovis eduxit luco ſilveſtris Hiera. Sed quia eo loco penult. habet longam, *Turneb. Adverſ. l. 22. c. 7.* legendum ſuſpicatur *Hyæna*.

Hiera, ſ. 1. Latine Sacra, prius Theraſia, *Vulcano*, inſ. Siciliæ, una ex

7. Æoliis, ignes emittens, a Lipara 4. M. P. ¶ Hiera altera, quæ ab Antonino Maritima dicitur *Maretamo*, inſ. Siciliæ, contra Drepanum urb. inde in Occ. ad 30. M. P. Thymo abundat. ¶ Hiera item, *Giera*, inſ. maris Cretici, ſeu Myrtoi, quam *Plinius* inter Theram, & Theraſiam emerſiſſe ſcribit. Nonnullis *Judæ* dici putatur. Sed hæc Cræte proprior eſt.

Hieracĭa, æ, lactucæ genus cujus ſucco accipitres obſcuritatem ſentientes, oculos tingunt. *Plin. l. 20. c. 7.*

Hieracītes, æ, ἱερακίτης, gemma a colore accipitris ſic vocata. *Plin. l. 37. c. 10.*

Hieraclum, ἱεράκιον, collyrium. *Plin. l. 34. c. 11.*

Hierapŏlis, ſ. 3. Bambyca, Bambyce, *Aleppo*, urbs Syriæ A. ſub P. Antiocheno, in Cyrreſtia reg. maxima, ex primis Turcici Imperii, emporium celeberrimum, a Damaſco itinere 10. dierum in Bor. ab Edeſſa 50. ¶ Hierapolis altera, Turc. *Seideſcheher*, urbs Phrygiæ Magnæ, A. ſub P. Conſtantinopolitano, a Laodicea 6. M. P. Tripolim verſus 12. a Philadelphia 45. in Mer. Pop. Hierapolitæ.

Hierapolitānus, a, um, adject. a Hierapoli urbe, ut Hierapolitani, ejus urbis incolæ. *Leg. 1. Dig. de aqu. quotid.*

Hieratica, ſ. 1. ἱερατικὴ, chartæ quoddam genus ſubtilius, religioſis tantum voluminibus dicatum, quod ab adulatione Cæſaris Auguſti nomen accepit. *Plin. l. 13. c. 11.*

Hierax, acis, m. ἱέραξ, accipiter. *Juſtin. l. 17. c. 2.* Antiochus hierax eſt cognominatus, quia non hominis, ſed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam ſectaretur.

Hierĭcus, untis, ſ. 3. *Jerico*, urbs Palæſtinæ, in Tribu Benjamin, ab Hieroſolymis 20. M. P. *Plin. l. 5. c. 14.*

Hierobotăne, es, ἱεροβοτάνη, verbena, ita dicta quod ſacra ſit. *Plin. l. 25. c. 9.*

Hierŏcles, is, Ἱεροκλῆς, Philoſophus Alexandrinus. Scripſit commentarium in Pythagoræ aurea carmina. *Lactant. l. 5. c. 2.*

Hierodūlus, i, ἱερόδουλος, miniſter ſacrorum. *Firmic. l. 8. c. 21.*

Hieroglyphĭce, es, ἱερογλυφική, ars ſcribendi non per literas, ſed per ſculptas animalium, aliarumque rerum figuras, ut inde aliquid ſignificetur. Quæ apud Ægyptios maxime in uſu fuit, ut narrat *Tacit. hiſt. l. 11. c. 14.* Hinc

Hieroglyphĭcus, a, um, adject. *Ammian. l. 17. c. 7.* Formarum innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus inciſas. *Macrob. l. 1. ſat. c. 21.* Oſyrim Ægyptii, ut ſolem eſſe afferant, quoties hieroglyphicis literis ſuis exprimere volunt, inſculpunt ſceptrum &c. V. *Hieroglyphice*.

Hieronicæ, arum, m. 1. victores in ſacris certaminibus, a νίκη, *victoria*, & ἱερὸς, *ſacer*. Sic appellabantur, qui in Nemæis, Pythiis, Iſthmiis, & Olympiis viciſſent. Illa enim ſacra certamina dicebantur. Hujuſmodi victoribus publici honores habebantur, ut ait *Vitruv.* & *Sueton. Ner. c. 25.* Neapolim albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos Hieronicarum eſt.

Hieronĭcus, a, um, adject. poſſeſſ. a Hierone rege Syracuſarum, ut Hieronica lex, frumentaria, ab eo lata. *Cic. Verr. 2. c. 13. & 60.*

Hieronymus, m. 2. Philoſophus Rhodius, qui ſummum bonum poſuit in indolentia. *Cic. Fin. l. 2. c. 3.* ¶ Item unus ex Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Doctoribus S. Eccleſiæ.

Hierophanta, ſeu Hierophantes, æ, ἱεροφάντης, ſacrarum ceremoniarum magiſter, atque interpres. *Arnob. l. 5.* Caduceatores, Hierophantæ, atque præcones. Adde *Nepot. in Pelop. c. 3.*

Hierophylax, acis, m. ἱεροφύλαξ, cuſtos ſacrorum. *Leg. 20. Dig. de ann. leg.*

Hieroſolўma, æ, f. ſeu Hieroſolyma, orum, n. 2. ſeu Hieruſalem, f. indecl. antea Jebus, *Geruſalemme*, Turc. *Gotz*, ſeu *Chutz*, urbs Metropolis Judææ, in Tribu Beniamin, longe clariſſima totius Orientis, inter Damaſcum 160. M. P. & Babylonem Ægypti 300. Everſa fuit a Tito Imp. Rom. Deinde ab Ælio Hadriano reſtaurata alio in loco. *Ælia* etiam dicta eſt. Sed parvi eſt circuitus, vix decem mille incolas continens, deficitque in dies propter excurſiones Arabum.

Hieroſolymarĭus, m. 2. cognomen Pompeji Magni ab Hieroſolyma expugnata. *Cic. Att. l. 2. ep. 9.* Ubi ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad Plebem, &c.

Hieto. V. Hiato.

Hila. V. Hilla.

Hilarātus, a, um, nom. ex particip. *rallegrato*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 40.* Terra cum cœlo hilarata.

Hilăre, adv. *allegramente*, *giocondamente*, *lietamente*, בשמחה, Ger. *froelich*, Gal. *gayement*, Hiſp. *alegramente*, ἱλαρῶς, ἡδέως, læte ſeu cum hilaritate. *Cic. 5. Fin. c. 30.* Hilare vivere. *Id. 3. Tuſc. c. 27.* Hilarius loqui. *Plaut. Men. 1. 2. 40.* Ecquid audes de tuo iſtuc addere? P. atque hilariſſime.

Hilareſco, n. 3. *farſi allegro*, *allegrarſi*, שׂמח, Ger. *ſich frevven*, Gal. *ſe rejouir*, *ſe rejour*, Hiſp. *alegrarſe*, ἱλαρύνομαι, hilaris fio. *Varr. apud Non. c. 2. n. 104.* Cum amicorum domus tumat, hilareſco.

Hilaria, jum, n. 3. ἱλάρια, dies æquinoctii verni, quem antiqui celebrabant tanquam lætitiæ exordium, nempe octavus Kalendas Aprilis, quo fit æquinoctium vernum, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit ab *hilaris*. *Macrob. l. 1. Sat. c. 21. Vopiſc. in Aureliano*, *Quintil. l. 6. c. 4.*

Hilăris, re, o. 3. *allegro*, *giocondo*, *lieto*, שׂמח, Germ. *frolich*, Gal. *gay*, Hiſp. *alegre*, ἱλαρὸς, φαιδρὸς, jucundus, lætuſque, ab ἱλάω, *placo*. *Cic. ad Q. Fr.* Teque hilari animo eſſe, & prompto ad jocandum. *Id. in Brut. c. 5.* Animadverti paulo te hilariorem. *Plaut. Mil. 3. 1. 71.* Hilariſſimus conviva.

Hilarĭtas, ſ. 3. *allegrezza*, *giovialità*, הליצות, Ger. *froeligkeit*, Gal. *joye*, *gayeté*, Hiſp. *alegria*, ἱλαρότης, lætitia, jucunditas, feſtivitas. *Cic. Dolabellæ*. Sed tamen hilaritas illa noſtra, & ſuavitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis eſt. *Adde l. 1. Offic. c. 30.*

Hilarĭter, adv. idem, ac hilare. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 14.* Modo acriter, tum clementer, mœſte, hilariter &c.

Hilaritūdo, inis, f. idem quod hilaritas, *allegrezza*. *Plaut. Mil. 3. 1. 83.* Bibe, animo obſequere mecum, atque onera te hilaritudine. Ubi perperam antea legebatur. *onerato hilaritus me*. *Id. Rud. 2. 4. 8.* Ut in ocellis hilaritudo eſt!

Hilarĭtus. V. Hilaritudo.

Hilāro, as, a. 1. *rallegrare*, שׂמח, Ger. *mutig machen*, Gal. *rejouir*, Hiſp. *alegrar*, φαιδρύνω, ἱλαρύνω, lætitiam, jucunditatemque do, lætifico. *Cic. 2. Fin. c. 3.* Omnem jucundum motum, quo ſenſus hilaretur.

Hilarŏdus, i, laſcivi, & delicati carminis cantor. *Feſtus*.

Hilarŭlus, o. 1. 2. dim. ab hilarus. *Cic. Att. l. 16. ep. 11.* Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuavium des.

Hilărus, a, um, o. 1. 2. idem, ac hilaris. *Plaut. Mil. 4. 4. 62.* Hilarus exit, impetravit. *Cic. 5. Fin. c. 30.* Hilara vita amiſſa eſt. *Id. Att. 5. ep. 20.* Hilara ſane ſaturnalia.

Hillæ, vel Hilæ, arum, f. inteſtina inferiora. *Plin. l.* 11. *c.* 35. Ab hoc ventriculo lactes in homine, & ove, per quas delabitur cibus; in cæteris hillæ. ¶ Pro inteſtino recto quod in anum definit. *Laber. apud Non. c.* 2. *n.* 410. Adoleſcenti noſtro hilas cædit. ¶ Pro inteſtinis fartis, vel ſalitis, *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 60. Perna magis, ac magis hillis. Ubi *Acron:* Hilla (neutro gen.) dicuntur falſa inteſtina hirci.

Hillus, pro Hirrus, (quod & nom. propr.) jocando dixit *Cicero* quaſi balbutiens *in epiſt.* 10. *l.* 2. ut reſponderet Cœlii verbis *in epiſt.* 4. *lib.* 8. Spero te celeriter, & de nobis quod ſperaſti, & de Hillo, quod vix ſperare auſus es, auditurum.

Hilum, li, n. 2. *il negro della fava*, parvum illud nigrum, quod in ſummitate fabæ adhæret. *Feſtus.* ¶ Translate ſumitur pro re exigua, quæ parvi, vel nullius pretii eſt, quod Græci dicunt γρύ. *Cic. Tuſc. l.* 1. *c.* 4. Quod Siſyphus verſat ſaxum, ſudans nitendo, nec proficit hilum. id eſt quicquam.

Himantopódes, um, Latine Loripedes, Æthiopiæ populi ſerpendo ingredientes. *Solin. c.* 43. ab ἱμὰς, ἀντος, *lorum*, & πὰς, *pes*, ὑμαντόποδες. ¶ Item aves cruribus gracilioribus. *Plin. l.* 5. *c.* 8.

Himella, f. 1. *Imella*, *Aggia*, fl. parvus Sabinorum, qui ex Severo M. per Cures fluens in Tiberim labitur 6. M. P. infra Manlianam. *Virg.* 7. *Æn.*

Himēra, m. 1. Gelas, *Salſo*, fl. Siciliæ, ex præcipuis, qui ex Nebroide M. apud Petram opp. oriens, in Auſtr. fluit, mareque apud Gelam urb. fubit. ¶ Himera item, *Termini*, *fiume grande*, fl. ingens Siciliæ, qui non longe a priore ex eodem monte manat.

Himēra, f. 1. urbs Siciliæ, apud oſtia Himeræ fl. & Thermas, condita a Zanclæis, & everſa ab Annibale Carthaginienſi, patria Steſichori poetæ, ex qua Thermæ urbs vicina cognominatur.

Hinc, *di qua*, ἔνθεν, adv. motus de loco. *Cic. de Orat.* Scævolam hinc abeuntem conveni. ¶ Adhibetur in partitionibus. *Cic. in Catil.* Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia, &c. ¶ Item pro ex hoc. *Cic. in Off. l.* 3. *cap.* 8. Hinc ficæ, hinc venena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur.

Hinnibĭlis, le, adject. hinniens. *Cœl. Aurel. l.* 1. *c.* 20. Exſecratus hinnibilis.

Hinnibunde, adverb. hinniendo. *Claudius in Annalib. apud Non. cap.* 2. *n.* 411. Equi hinnibunde inter ſe ſpargentes terram calcibus.

Hinnilĭto, as, n. 1. idem quod hinnio. *Lucil. apud Varr. l.* 6. *L. L.* Hæc inquam rudet ex roſtris, atque hinnilitabat.

Hinnĭo, is, n. 4. *annitrire*, *vignare*, *vinghiare*, צהל, Germ. *vvihelen*, Gal. *hennir*, Hiſp. *relinchar*, χεμετίζω, proprium eſt vocis equorum a ſono, vel ab *hio*, inſerto *n*. *Quinctil. l.* 1. *c.* 5. Jam ne balare quidem, aut hinnire tortiter diceremus.

Hinnītus, us, m. *lo annitrire*, *vigno*, מצהלה, Germ. *roſſgeſchrey*, Gal. *hinniſſement*, Hiſp. *relincho*, χεμετισμὸς, vociferatio equi. *Cic.* 1. *de Div.* Subito exaudivit hinnitum, reſpexitque, & equum alacrem aſpexit.

Hinnulĕus, m. 2. νεβρὸς, cervus anniculus, cui necdum cornua ſunt, quippe quæ ſecundo anno erumpere incipiunt, ab ἶννὸς, *proles animantium*. *Horat. l.* 1. *od.* 23. Vitas hinnuleo me ſimilis, Chloe. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Summis remediis præfertur hinnulei coagulum.

Hinnŭlus, i, m. pullus ex equo & aſina genitus. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Equo & aſina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant; contraque mulos, quos aſini, & equæ generarent. *Harduinus* contendit legendum *hinnos*.

Hinnus, ni, m. 2. ἶννὸς, vel ὖννος, vel γὸννος, animal, quod ex equo, & aſina naſcitur, a prima voce Græca allata. *Col. l.* 6. *cap.* 37. deducit ab *hinnio*, non quia hinniat ipſe, ſed quia hinniente animali natus ſit. Differt a mulo, quod hinnus naſcitur ex equo, & aſina, mulus ex aſino, & equa. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 18. *Col. l.* 6. *c.* 37. *Plin. l.* 8. *c.* 44.

Hio, as, avi, atum, n. 1. *sbadigliare*, *ſpirare con la bocca aperta*, פער, Ger. *geynn*, Gal. *baailler*, Hiſp. *boſtezar*, χαίνω, ore aperto ſpiritum emitto. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Perdices hiantes per id tempus exerta lingua æſtuant. ¶ Accipitur etiam pro ſponte, vel aliqua vi externa aperiri, ſive ſcindi, ut ligna hiant ariditate, & tellus æſtu. *Sall. l.* 4. *hiſt. apud Non. c.* 4. *n.* 228. Atque hiavit humus multa vaſta, & profunda. *Propert. l.* 4. *eleg.* 2. Nec flos ullus hiat pratis. ¶ Hinc & pro patere, manifeſtum eſſe. *Apul. Apol.* Patent artes tuæ, Rufine; fraudes hiant; detectum mendacium eſt. ¶ Hiare ſermo, ſeu oratio dicitur, cum crebro vocalium concurſu, quæ non eliduntur, veluti diſſolvitur, & hiulco ore proferenda eſt. *Auct. ad Heren. l.* 4. *c.* 12. Crebri concurſus vocalium hiantem orationem reddunt. h. e. male connexam. *Cic. in Orat. c.* 45. Qui ut verſum facerent, ſæpe hiabant, ut Nævius: vos qui accolitis &c. h. e. vocales non elidebant, ſed omnes pronuntiabant. *Id. ibid. c.* 9. Mutila quædam & hiantia locuti ſunt. ¶ Hiare ad aliquid ſignificat concupiſcere, & quaſi aperto ore appetere. *Senec. epiſt.* 72. Canis quidquid accipit, protinus devorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat. Sic emptor hians, h. e. cupidus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 88. Avaritia hians, *Cic. Ver.* 4.

Hippăce, f. 1. ἱππάκη, caſeus ex lacte equino coagulatus. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Seſtius eoſdem effectus equino, quos bubulo tradit, hunc vocant hippacen.

Hippăco, as, n. 1. animam celeriter duco, ab ἵππος, *equus*, ideſt, ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus. *Feſt.*

Hippăgo, inis, f. ἱππαγωγὸς genus navigii convehendis equis deſtinatum, ab ἵππος, equus, & ἄγω, duco. *Feſt.*

Hippagōgus, i, idem ac hippago. *Iſid. l.* 19. *c.* 1. *Liv. l.* 4. *c.* 28. Quinque, & triginta naves, quas hippagogos vocant, ab Elea profectæ.

Hippăgus, i, idem, ac hippago. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Hippagum Samii, aut Pericles Athenienſis invenit.

Hippei, m. 2. cometæ, qui jubas equinas habent, celerrimi motus, ab ἵππος, equus. *Plin. l.* 2. *c.* 25.

Hippi, ἵπποι, cancrorum genus apud Phœnices, equorum prope celeritatem adæquans. *Plin. l.* 9. *c.* 31.

Hippĭas, m. 1. ἱππίας, Sophiſta Elæus, qui in ludis Olympicis publice gloriatus eſt, nullam eſſe artem, quam ipſe neſciret. *Cic.* 3. *de Or.*

Hippĭce, es, f. 1. herba, quæ in equis famem, ſitimque tollit, ab ἵππος, equus. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Hippĭus, a, um, adject. equeſtris, ab ἵππος: ita cognominatus eſt Neptunus, quod tridentis ictu equum terra excierit. *Feſtus.*

Hippĭus, ſeu epitritus, m. 2. genus pedis pœoni contrarium, quod conſtat ex tribus ſyllabis longis, & una brevi. V. *Grammaticos.*

Hippo, onis, m. & f. 3. ἵππων, Africæ urbs, Auguſtini epiſcopatu nobilis. *Sil. l.* 3. *v.* 259. Tum vaga, & antiquis dilectus Regibus Hippo. Ubi cum *vaga* dixit, & *dilectus*, maſculin. & fœmin. genus notat, ſimulque oſtendit duas eſſe in Africa hoc nomine urbes; alteram, quam diximus, quæ & *Hippo regius* appellatur; alteram vero, quæ & *Diarrhytos* dicitur, in paluſtri loco ſitam: quam ideo *vagam* cognominat. V. *Plin. l.* 6. *c. ult.*

Hippocamēlus, i, m. ἱππόκαμηλος, animal ex equo & camelo compoſitum, vel magnus camelus. ἵππος enim in compoſitione auget. *Auſon. epigr.* 70. Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus.

Hippocampĭnus, a, um, adject. ab hippocampo, ut hippocampinus cinis, *Plin. l.* 32. *c.* 7.

Hippocampus, i, m. *cavallo marino*, ἱππόκαμπος, & ἱππόκαμπη, piſcis marinus, capite & juba inſtar equi, cauda vero erucæ. *Plin. l.* 32. *c.* 11. *Non. c.* 2. *n.* 397. ¶ *Lucilio* hippocampus ſcutica eſt.

Hippocentaurus, i, m. equorum ſtimulator. *Diodorus* hoc nomine appellat filios Centaurorum, quia primi equitationem exercuerunt. Itaque cum primum equis inſidentes viſi ſunt, rudes homines ex equo & homine conflatos crediderunt. *Cic. l.* 2. *Nat. Deor.* Quis Hippocentaurum fuiſſe, aut Chimæram putat? V. *Centauri.*

Hippocŏmus, i, m. ἱππακόμος, equiſo, equorum curator. *Cod. Theodoſ. l.* 8. *tit.* 5. Hippocomorum ſagum uſurpare.

Hippocŏum, i, n. vinum generoſum ex Coo inſula. *Feſtus.*

Hippocrătes, m. 3. ἱπποκράτης, Medicus excellentiſſimus ex Coo inſ. cui tanta fuit artis peritia, ut vulgo crederetur Æſculapio prognatus. Ejus libri ubique celebrantur. Suſcepit filios Theſſalum, & Draconem. Exceſſit e vita annos natus 104. *Suid.*

Hippocratĭcus, a, um, adject. ad Hippocratem pertinens. *Prudent. Roman. v.* 498. Laniena quando ſævit Hippocratica? h. e. medicorum ſectiones.

Hippocrēne, es, m. 1. Fons Caballinus, ἱπποκρήνη, fons in Bœotia, non procul a Thebis, apud Heliconem M. quem Poetæ fabulantur factum eſſe ungula Pegaſi equi alati. ab ἵππος, *equus*, & κρήνη, *fons*. Huic fabulæ occaſionem videtur miniſtraſſe Cadmus, qui, cum in Bœotiam locum urbi condendæ quæreret, huc, illuc obequitans hunc fontem primus creditur inveniſſe, ut ſcribit *Solin. cap.* 7. Muſis ſacrum eſſe dixerunt. Nam Cadmus ſapiens, & aliquot Græcarum literarum inventor fuit. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 7. fontes Agannippidos Hippocrenes.

Hippocrenæus, a, um, adject. ab Hippocrene. *Anonym. de laudib. Herculis*, *inter op. Claudiani*, *v.* 5. Hippocrenæos victorem inſiſtere fontes.

Hippocrenisātus, a, um, adject. *Sidon. carm.* 22. *v.* 81. Hippocreniſatas jungebat Pegaſus alas. Ita leg. *Smet.* & *Savar.* At *Sirmond.* & VVoverus, *Hic & criniſatas*.

Hippodāme, es, f. 1. vel Hippodamia, æ, f. 1. ἱπποδάμη, ἱπποδάμεια, filia Oenomai Regis Elidis, & Piſarum, qui cum ex Oraculo ſe a genero interemptum iri didiciſſet, & illa tamen a multis procis ob formæ præſtantiam expeteretur, curule certamen procis inſtituit cum ipſa (habebat enim equos velociſſimos, qui ex ventorum flatu creati dicebantur) ea lege, ut qui vinceret, filiam haberet, victus ſubiret mortem. Tredecim victis, & occiſis, Pelops Tantali filius viſa puella ejus amore protinus exarſit: cujus nuptias ut aſſequeretur, Myrtilum ejus aurigam promiſſis corrupit, ſic, ut ille axes cereos, i. e. infirmos, & fragiles ſubjunxerit, vel, ut alii volunt, objicem axi non objecerit. Atque hoc modo Pelops & puella, & Regno potitus eſt. *Bocc. l.* 2. *Gen. Deor.* ¶ Hippodame altera, quam *Ovid. Heroid.* 17. *v.* 248. Hippodamiam, at *Metam.* 12. *v.* 210. Hippodamen vocat: *Plutarchus* vero in Theſeo Deidamiam: tandem *Propert. l.* 2. *eleg.* 2. *v.* 9. Iſchomachen. Hæc filia fuit cujuſdam Atracis, ſeu Atracii, & nupſit Pirithoo Lapitharum Regi. *Ovid.* 12. *Met.* ¶ Hoc item nomine fuit filia Briſeæ, quæ vulgo patronymice Briſeis appellatur, quam Achilles, Lyrneſſo expugnata, captivam in caſtra abduxit, quam poſtea Agamemnon Achilli eripuit, ex quo celebre illud inter Agamemnonem, & Achillem diſſidium exarſit. ¶ Item filia Anchiſæ, ſoror Æneæ, quæ Alcathoo Trojano in uxorem data eſt, quem poſtea Idomeneus Cretenſis in pugna occidit. *Boc. l.* 6.

Hippodrŏmus, m. 2. *luogo, dove corrono i cavalli*, ἱππόδρομος, theatrum, ubi agitantur equi, equorum curriculum, hoc eſt, ampla planities, in qua de pernicitate certatur citra pugnæ ſimulacrum, ab ἵππος, *equus*, & δρόμος, *curſus*. Nam ſtadium, in quo equites imaginario prælio concurrere ſolent, *catadromus*, κατάδρομος, dicebatur. *Martial. l.* 12. *epigr.* 50. Pulvereumque fugax hippodromon ungula pulſat.

Hippogloſſa, f. 1. herba ſpinoſa, folia habens myrti ſylveſtris, linguæ equinæ ſimilitudine, ab ἵππος, *equus*, & γλῶσσα, *lingua*. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Hippoglottion, n. 2. herba, quam alii daphnitin, alii carpophyllon, & Alexandrinam laurum vocant. *Plin. l.* 15. *c.* 30.

Hippolapăthum, n. 2. ἱππολάπαθον, herba, lapatho ſativo major, candidiorque, ac ſpiſſior. *Plin. l.* 20. *c.* 21.

Hippolyte, es, f. 1. ſoror Antiopæ, & Orithyiæ Reginarum Amazonum, quæ bello, quod Græci cum Amazonibus duce Hercule geſſerunt, ſimul cum Menalippe ſorore capta eſt. Menalippe ab Hercule capta fuit, Hippolyte a Theſeo. Hercules poſt victoriam Menalippen ſorori Antiopæ reddidit, Orithyia tunc foris bellum gerente, & pretium arma Reginæ accepit, ſed Theſeus obtenta in præmium captiva, eandem in matrimonium aſſumpſit, & ex ea genuit Hippolytum. *Juſtin. l.* 2. ¶ Fuit etiam hoc nomine Acaſti filii Peliæ, Magneſiæ, ſeu Theſſalorum Regis uxor, quam quidam Creteidem vocant, quæ, cum Pelium amaret, neque ille hujus amori obſequi vellet, eum ultro de ſtupri appellatione apud virum accuſavit. Itaque Acaſtus Pelium ceu venationis cauſa in ſaltum Pelii montis abductum, ibique omnibus armis ſpoliatum, feris lacerandum præbuit. Verum Chiron, ſive is Mercurius fuit, interveniens, accepta Vulcani machæra, Pelium liberavit, qui poſtea domum reverſus Acaſtum cum uxore interfecit.

Hippolўtus, m. 2. ἱππόλυτος, Theſei, & Hippolytæ Amazonis filius, nepos Ægei, pronepos Neptuni, frater Demophontis, & Antigoni. A Phædra noverca apud Patrem ſtupri accuſatus, immiſis a Neptuno marinis monſtris (ut Pater optaverat) cum curru veheretur, ab exterritis equis diſcerptus eſt, poſtea ab Æſculapio in vitam revocatus in Italiam profugit, & Virbius appellatus fuit, quaſi bis vir. V. *Ovid.* 15. *Metam. Lactant. l.* 1. *c.* 17. &c.

Hippomānes, is, n. 3. ἱππομανὴς, humor in inguine equarum ortus ex libidinis ardore, qui in humana viſcera deſcendens furorem facit, ab ἵππος, *equus*, & μανία, *furor*. *Virg.* 3. *Georg. v.* 281. Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus. ¶ Item herba, qua comeſa equæ incipiunt furere. *Serv. in* 3. *Georg.* ex Heſiodo, vel rectius ex Theocrito. Sed Theocritus in Pharmaceutria non id dicit, ea herba comeſa inſanire equos, ſed eius edendæ inſano teneri amore. ¶ Item caruncula in fronte pulli equini, caricæ magnitudine, colore nigro, quam ſtatim edito partu mater dentibus avellit, & devorat, quam ſi quis præripuerit, ſeu prius abſtulerit, pullum ad ubera non admittit. Hæc caruncula amoris veneficium eſt, hac mulieres medicamenta componentes vertere homines feruntur in furorem. Sed generaliter hippomanes dicitur venenum omne amatorium, quod equinæ cupidini ſimilem mortalibus ainorem accendat. *Plin. l.* 8. *c.* 42. *Virg.* 4. *Æn. v.* 515. Quæritur & naſcentis equi de fronte revulſus, & matri præreptus amor.

Hippomarăthrum, n. 2. ἱππομάραθρον, herba foliis marathro majoribus, & guſtu acriore, cujus ſuccus auribus inſtillatur, vermiculoſque in iis necat. Alii myrſenum vocant. *Plin. l.* 20. *c.* 23.

Hippomenēus, a, um, ad Hippomenen pertinens. *Ovid. in Ibin*, 1. *v.* 83.

Hippomĕnes, is, Megari filius ex progenie Neptuni, qui Atalantam curſu victam uxorem obtinuit. *Ovid.* 10. *Metam.* V. Atalanta.

Hippo-

Hippona, V. Epona.

Hipponactēus, a, um, adject. ut Hipponacteum carmen, de quo V. in *Hipponax*. Hipponacteum præconium, h. e. convicium, seu carmen maledicum. *Cic. Fam. 7. ep. 24.*

Hipponax, actis, m. *ἱππώναξ*, Poeta, tanta deformitate, & fœditate vultus, ut ejus effigies a pictoribus quibusdam publice proposita fuerit deridenda. Ille indignatus tam amare in illos est invectus, ut aliquos ex iis credatur compulisse ad suspendium. Dicitur invenisse versum jambicum scazontem, quem ab ejus nomine Hipponacticum vocamus, sive Hipponacteum. *Plin. l. 36. c. 5.*

Hipponensis, adject. ab Hippona Africæ urbe, ut Hipponensis colonia, *Plin. l. 9. epist. 33.*

Hippopēra, f. 1. *facchetto, bisaccia, bolgia*, Ger. *ein bulgen*, Gal. *bougette, male*, Hisp. *talega, alforja*, *ἱππηπήρα*, facculus, quo eques necessaria itineri secum circumfert, ab *ἵππος, equus*, & *πήρα, pera, saccus. Sen. ep. 87. ad Lucil.* M. Cato Censorius canterio vehebatur hippoperis quibusdam impositis, ut secum utensilia portaret.

Hippophaes, m. 1. frutex in marinis locis nascens. Eo utuntur fullones ad vestes interpolandas. *Plin. l. 21. c. 15. & l. 22. c. 12.*

Hippophæston, n. 2. spinæ fulloniæ genus, quod in marinis, fabulosisque locis provenit. *Plin. l. 16. c. ult.*

Hippopŏdes, m. 3. pop. Septentrionales in insula, apud Basiliam, sive Baltiam, sic dicti a pedibus equinis. *Plin. l. 4. c. 13.*

Hippopotămus, m. 2. equus fluvialis, seu aquatilis in Nilo præcipue nascens, binis ungulis, quales sunt bobus, dorso equi, & juba, & hinnitu, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis. *Plin. l. 8. c. 25.*

Hipposelīnum, n. 2. *ἱππεσέλινον*, apii herbæ genus in siccis nascens, ita dictum, quod inter apii genera longe maximum sit, quia *ἵππος*, & *βᾶς* sæpe in compositione augent, quemadmodum *ὑπο* minuit. *Plin. l. 20. c. 12.*

Hippotădes, æ, dicitur Æolus ventorum rex, quia nepos Hippotæ Trojani ex Segesta filia. *Ovid. 4. Met. v. 663.* Clauserat Hippotades æterno carcere ventos.

Hippotoxŏtæ, arum, m. 1. *ἱπποτοξόται*, sagittarii equestres, *arcieri a cavallo*, ab *ἵππος, equus*, & *τόξον, arcus. Cæs. l. 3. B. Civ. c. 4.*

Hippūris, f. 3. *ἵππουρις*, herba, al. equisetum, cauda equina, ab *ἵππος, equus*, & *οὐρά, cauda. Plin. l. 26. c. 13.*

Hippūrus, i. *ἵππουρος*, piscis ex genere locustarum. *Plin. l. 8. c. 16.*

Hir, n. 3. *θέναρ*, vola manus, a *χείρ*, manus, per Synecdochen. *Lucil. apud Cic. 2. Fin. Scalig. in Conjectan.*

Hira, f. 1. intestinum jejunum, quod per dim. hilla, & hillum dicitur. *Fest.*

Hircīnus, a, um, o. *τράγειος*, quod ad hircum spectat. *Plaut. Pseud. 4. 2. 12.* Heus tu, qui cum hircina stas barba.

Hircĭpes, edis, hircinos habens pedes. *Martian. Capell. l. 9.*

Hircipĭlus, o. 1. 2. qui pilos habet similes hircinis, idest, durios, ut aliqui interpretantur, densos, ut alii. Sunt enim hirco pili tum densi, tum duri, atque asperi. *Fest. Al. leg. Hirbipilus.*

Hircōsus, a, um, o. 1. 2. *che sente di becco*, Ger. *bockelechtig*, Gal. *qui sent le bouquin*, His. *olaque fabe a cabron*, *τραγωδέστχλος*; qui hircinum odorem olet, & speciatim qui olet virus alarum, seu cujus alæ fœtidum spirant odorem. *Pers. Sat. 5.* Dixeris hæc inter hircosos centuriones, idest, rusticos, olidos, & omnis nitoris expertes. Adde *Plaut. Merc. 3. 3. 14.*

Hircŭlus, m. 2. *τράγος*, nardi species, ab *hircus*, ob odoris gravitatem. *Plin. l. 12. c. 12.*

Hircus, ci, vel hirquus, m. *capro, caprone, becco*, שעיר, Ger. *bock*, Gall. *bouc*, Hisp. *cabron*, *τράγος*, caprarum admissarius, hoc est, caper, qui jam coire, & fœtere cœperit, a prisco *fircus*, lingua Sabinorum. *Hor. Epod. od. 16.* Ametque salsa levis hircus æquora. ¶ Translate dicitur de homine immundo, & libidinoso. *Plaut. Casin. 3. 2. 20.* Propter operam illius nequi improbi, edentuli. ¶ *Mulgere hircos*, proverbium est de re absurda. *Virg. 3. Ecl. v. 91.* Atque idem jungat vulpes, & mulceat hircos. ¶ Accipitur præterea hircus pro gravi alarum odore, quasi sic dicitur a fœtore hirci animalis, quemadmodum etiam Græci *τράγον*, tum de animali, tum de alarum gravcolentia usurpant. *Hor. Epod. od. 12.* Gravis hirsutis cubat hircus in alis. ¶ Denique hircus, seu hirquus dicitur de angulo oculi, ducta significatione ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem obliquis oculis capras aspiciunt, *coda dell' occhio. Virg. Ecl. 3.* Transversa tuentibus hirquis. Alii leg. *hircis*. Cæterum hoc loco & pro angulis oculorum, & pro hircis accipi potest.

Hirnĕa, æ, f. genus vasis, seu poculi. *Plaut. Amph. 1. 1. 273.* Cadus erat vini plenus: inde implevi hirneam. *Et v. 276.* Vini hirneam ebiberim meri. Al. leg. *irneam:* & putat *Scalig. in Catalect. Virgil.* olim dictam esse *erneam ἀπὸ τῦ ἀρτᾶν*, quod avis figuram imitaretur. *Non. c. 15. n. 29.* legit *eirneam*, vel ut est in quibusdam editionib. *cyrneam.*

Hirpex, V. Irpex.

Hirpi, m. 2. pop. Sabinorum, qui in agro Falisco ad montem Soractem habitabant, ab *hirpus* lupus, quasi lupi. *Serv. in 11. Æn.* hæc scripsit, Soractis mons est Hirpinorum in Flaminia collocatus. In hoc autem monte cum aliquando Diti patri sacrum persolveretur (nam Diis manibus consecratus est) subito venientes lupi exta de igni rapuerunt, quos cum diu pastores sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam halitum ex se pestiferum emittentem, adeo ut juxta stantes necaret, & exinde orta est pestilentia, quia fuerant lupos secuti, de qua responsum est, posse eam sedari, si lupos imitarentur, idest, rapto viverent. Quod postquam factum est, dicti sunt ipsi populi Sorani. Nam lupi Sabinorum lingua *hirpi* vocantur. Plane *Servius* videtur Hirpos in agro Falisco cum Hirpinis Samnitium confundere. ¶ Hirpi etiam, seu Hirpini, seu Hirpiæ familiæ, fuere quædam familiæ ex Hirpis populis, in Faliscorum agro, quæ in sacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes super ambustam struem lignorum non adurebantur. *Plin. l. 7. c. 2.*

Hirpĭæ familiæ, V. Hirpi.

Hirpini, seu Irpini, m. 2. *Principato ultra*, pop. & regio Italiæ, in Regno Neapolitano, inter Samnites, quorum caput, & metropolis est Beneventum. Dicti sunt ab *hirpus*, lupus, quod lupum ducem secuti agros occupaverint, & luporum instar ex rapto viverent. Nempe primum id nomen acceperunt ab iis, quorum agros prædabantur. *Voss.* Vel fortasse dicti sunt ab Hirpis, quod ab iis originem traherent. V. Hirpi.

Hirpīnus, m. 2. mons in Sabinis, in agro Falisco, idem ac Soractes, ab Hirpis pop. qui juxta illum habitabant.

Hirpĭnus, a, um, adject. ab Hirpis, seu Hirpinis populis, ut Hirpina pubes, apud *Silium l. 8.*

Hirpus, m. 2. lupus lingua Sabinorum. ut *Strabo l. 5.* & *Serv. in 11. Æn.* scribunt, vel Samnitum, ut *Festus*, ab *ἕρπος*, seu *ἅρπαξ*, *rapax*, ita dictus ob rapacitatem.

Hirquīnus, a, um, adject. pro Hircinus apud Vet. & ita legitur in loco *Plauti*, quem adduximus, in Hircinus. Adde *Pæn. 4. 2. 50.*

Hirquitallĭo, n. 4. *τραγίζω*, est hircum lascivia, odore, voce imitari, ab *hirquus* pro *hircus* apud vet. *Censorin. c. 14.* In secunda hebdomade, vel incipiente tertia vocem crassiorem, & inæquabilem fieri. quod Aristoteles appellat *τραγίζειν*, antiqui nostri hirquitallire, & inde ipsos putant hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum olere incipiat.

Hirquitallus puer, qui primum ad virilitatem accedit, seu virilitatem suam experitur, ab *hirquus*, quia pueri pubescentes Veneri inhiant, hircum incipiunt olere, vocem edunt gravem, subraucam, hircinæ non dissimilem. *Censorin. c. 14. & Fest.*

Hirquus, V. Hircus.

Hirrĭo, seu Irrio, n. 4. proprium est vocis canum, cum provocantur, quia *R* multa sonant. *Sidon. lib. 7. ep. 3.* Veluti est canibus innatum, ut, etsi non latrant, tamen hirriant.

Hirrītus, us, m. vox canum, cum irritantur. *Sidon. l. 9. epist. 16.* Prodat hirritu rabiem canino.

Hirsutĭa, æ, f. forma hirsuta, *ἱρίδεζα*. *Solin. c. 38.* (al. 25.) Setarum hirsutiæ nullæ. Et *c. 42.* Hirsutia pili.

Hirsūtus, a, um, o. 2. *peloso*, שעיר, Ger. *haar aechtig*, Gal. *velu*, Hisp. *velloso*, *τριχώδης*, *λάσιος*, pilosus, setosus, pilis horridus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ. *Virg. 7. Ecl.* Stant & juniperi, & castaneæ hirsutæ, ideit, quæ adhuc suis echinis includuntur. *Ovid. 2. Trist. v. 259.* Sumpserit annales, nihil est hirsutius illis. Ubi pro austero, & inamœno accipitur.

Hirtiānus, a, um, adject. ad Hirtium pertinens, ut Hirtianum jus, apud *Cic. 9. Fam. ep. 18.*

Hirtĭus, vel Hircius, ii, Consul fuit Romæ cum Pansa, quocum ab Antonio cæsus est, cum ad Mutinam obsidione liberandam accessisset. Hic auctor est libri de bello Cæsaris Hispaniensi, item de bello Africano, & Alexandrino, quanquam *Suet. in Cæs. c. 56.* scribit, dubitatum esse, Hirtii ne, an Oppii cujusdam essent. V. *Lipsi. Elect. lib. 2. cap. 22.*

Hirtus, a, um, o. 1. 2. *peloso*, *λάσιος*, hirsutus, pilis horridus, a sono, quem setis horrentia edunt. *Curt. l. 4. c. 13.* Bactrianis hirta ora. *Corn. Nepot 14. cap. 3.* Hirta tunica. *Virg. 3. Georg. vers. 287.* Hirtæ capellæ. ¶ Translate *Horat. l. 1. ep. 3. v. 22.* Ingenium non incultum est, non turpiter hirtum. h. e rusticum.

Hirūdo, inis, f. *sanguisuga, sanguettola*, עלוקה, Germ. *aggel*, Gall. *sangsue*, Hisp. *sanguisuela, o sanguijuela*, *βδέλλα*, sanguisuga, ab hæreo, quod hæreat carni. *Plin. l. 32. cap. 10.* Hirudinum, quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem usus est. ¶ Translate ponitur pro omni eo, quod exhaurit. *Cic. Att. l. 1. ep. 16.* Quod illa concionalis hirudo ærarii, misera, & jejuna plebecula me ab hoc Magno unice diligi putat.

Hirundinīnus, a, um, *α* quod est hirundinis. *Martial. l. 11. epigr. 19.* In nido feges est hirundinino. Adde *Plin. l. 30. c. 14.*

Hirundo, inis, f. 3. *la rondine*, עניר, Germ. *schwalb*, Gal. *hevondelle*, Hisp. *golondrina*, *χελιδών*, avis in tectis nidificans, sub initium veris ad nos transvolans. *Plin. lib. 10. c. 24.* Abeunt & hirundines hybernis mensibus, sola carne vescens avis ex iis, quæ aduncos ungues non habent. ¶ Est etiam in blanditiis amantium. *Plaut. Asin. 3. 3. 103.* Dic me hirundinem, monedulam, &c. ¶ *Una hirundo non facit ver*, *μία χελιδὼν ἦαρ οὐ ποιεῖ*. Prov. Græcum est, quo significatur, judicium alicujus negotii ex una re fieri non posse.

Hisarci, m. 2. Hisarsi, pop. Insubriæ, Alpini, quorum pagi *Isarco*, & *Arcisate.*

Hisco, is, n. 3. *aprire la bocca*, פצה, Germ. *das maul aufsperren*, Gall. *bailler*, Hisp. *bostezar*, *χαίνω*, ab hio, est, os ad loquendum aperire. *Cic. Phil. 2. c. 43.* Respondere ad hæc, aut omnino hiscere audebis? ¶ Item pro trepide, & hæsitanter loqui. *Virg. 3. Æn. v. 314.* Et raris turbatus vocibus hisco. ¶ Item metonymice pro hæsitare, dubitare. *Nævius*, Hiscit, dubius est, quid agat. ¶ Translate dicitur de aliis quibusvis rebus pro aperiri, patefieri. Unde terra etiam hiscere dicitur, cum præ nimio æstu aperitur, & rimas agit. *Ovid. 6. epist. v. 144.* Hiscere nempe tibi terra roganda foret. *Plaut. Pseud. 4. 1. 42.* Tace, ædes hiscunt.

Hispalensis, e, adject. ad Hispalim pertingens. *Tacit. 1. histor. c. 78.* ubi al. leg. *Hispalienses.*

Hispālis, f. 3. Hispal, Ispalis, Colonia Romulensis, *Siviglia*, urbs Hispaniæ Bæticæ, caput Vandaliæ, Emp. Acad. & Conventus juridicus totius provinciæ, ampliſſima, in regione feraci, ad Bætim fl. Ab Hercule Libyco, Geryonibus victis, condita fertur.

Hispāne, adv. *alla Spagnuola*, more Hispano. *Ennius apud Charis. l. 2.* Hispane, non Romane memoretis loqui me.

Hispānĭa, f. 1. Hispaniæ, arum, poetice Hesperia ultima, *Spagna*, Ger. *Hispanien*, Gal. *Espagne*, Hisp. *Espana*, *ἱσπανία*, *ἰβηρία*, regio amplissima Europæ. Omnis Hispania primum dicta est Iberia ab Ibero fl. postea Hesperia ab Hespero Atlantis fratre, sive, ut alii malunt, ab Hespero stella lucidissima, quæ vespertino tempore in Occidente apparet, Solem subsequens, tertio Hispalia ab Hispali urbe ad fretum Atlanticum sita, postremo litera una immutata Hispania. ¶ Est instar peninsulæ. Alluitur enim Oceano ad Bor. ad Occid. ad Merid. & Mediterraneo ad Mer. & ad Or. Isthmus ejus est Pyrene mons ad Bor. qui 80. l. Hisp. inter duo maria, Oceanum, & Mediterraneum, inter occasum, & ortum excurrit, quo separatur a Gallia. ¶ Corio bovino figura similis, ac quadrilatera parem ferme latitudinem longitudini habet 800. M. P. Apud Strabonem longa 6000. stadiis, lata 5000. legitur. Ut Appianus scribit, decem mille stadiis Hispaniæ latitudo commensuratur, longitudo prorsus eadem esse videtur. ¶ Refert Varro, in Hispaniis equas ex vento concipere, quod equos habeat hæc regio cursu tam veloces, ut merito ex ventis concepti fingantur. ¶ Apud veteres primum in duas Hispanias Ibero fl. distincta fuit, Citeriorem, & Ulteriorem. Postea divisa fuit in tres, Tarraconensem, Bæticam, & Lusitaniam. Ex his Tarraconensis eadem est, ac Hispania Citerior, estque omnium maxima, quippe quæ reliquas simul acceptas magnitudine superat. Bætica, & Lusitania sunt in Hispania Ulteriore, & Ana fl. magna ex parte inter se dirimuntur. Post Imperii Romani declinationem divisa est in quatuor Regna, Legionis, seu Castellæ, Navarræ, Aragoniæ, Portugalliæ. Nunc dividitur in quatuordecim partes, quæ ad tres Coronas, seu tria Regna reducuntur, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ. Sed de his V. Geographos.

Hispanienſis, se, o. 3. *ἰβηρικός*, quod ad Hispaniam spectat. Hispanus, & Hispaniensis differunt, quia Hispanus dicitur, qui in Hispania natus est, Hispaniensis, qui alibi ortus, in ea versatur, ut Hispamenses negotiatores, qui in Hispania negotiantur, Hispaniensis exercitus, qui in Hispania militat. *Cic. pro L. Man.* Civile, Africanum, Hispaniense missum ex civitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus. *Martial. in epist. præfixa l. 12.* Ne Romam non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum. ¶ Nec tamen hæc differentia perpetua est.

Plinius enim *l.* 37. *c.* 10. Oceanum Hiſpanienſem dixit, & *l.* 33. *cap.* 6. Spuma argenti Hiſpanienſis.

Hiſpanĭcus, a, um, adject. idem quod Hiſpanus. *Sueton. Aug. c.* 82. Hiſpanicum verbum.

Hiſpanus, a, um, o. 1. 2. ἴβηρ, quod in Hiſpania natum eſt, ſeu quod eſt ex Hiſpania, *Iſpano*, *Spagnuolo*. *Martial. l.* 7. *epigr.* 87. Hiſpano ſi me Tagus impleat auro.

Hiſpanus, i, m. homo ex Hiſpania. *Spagnuolo*. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos ſuperavimus.

Hiſpellum, n. 2. Colonia Julia, Hiſpella, *Spello*, *Spelle*, olim urbs, nunc caſtrum Umbriæ, in ditione Pontificia. Patria fuit Propertii. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Hiſpĭdo, as, a. 1. hiſpidum facio. *Solin. c.* 59. Folium aculeatum ſpinoſis haſtigiis hiſpidatur.

Hiſpidōſus, a, um, o. idem quod hiſpidus. *Catul. epigr.* 16. Non dico pueris, ſed hiſpidoſis.

Hiſpĭdus, a, um, o. *peloſo*, *aſpro*, שעיר, Germ. *rauch von haar*, Gal. *velu*, *de groſs*, *& rude poil*, Hiſp. *velloſo*, λάσιος, θαμὺς, hirſutus, aſper, ſetoſus, horridus, a ſono, quem edunt ſetis horrentia, ut hiſpida facies. *Horat. l.* 4. *od.* 10. Hiſpida frons. *Virg.* 10. *Æn. v.* 210. Hiſpida membra. *Juven. Sat.* 2. *v.* 210. Hiſpida auris, h. e. ruſtica, rudis. *Gel. l.* 10. *c.* 3.

Hiſter, m. 2. idem ac hiſtrio, i. e. ludio, Hetruſcorum lingua. *Liv. l.* 7. *c.* 2.

Hiſtŏnes, um, m. telæ textores: a Græca voce ἱστὸς, quæ tum telam, tum telæ textorem ſignificat. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Ut ſi habeas plures in fundo textores, & inſtitutos hiſtonas, ſic & alios artifices. ¶ Niſi forte legendum eſt *hiſtotonas*, vel *hiſtotonos*, ab ἱστὸς, licium, & τείνω extendo.

Hiſtoria, æ, *f. iſtoria*, דברי היכים, Ger. *hiſtory*, Gal. *hiſtoire*, Hiſ. *hiſtoria*, ἱστορία, narratio, & rerum geſtarum expoſitio, ab ἵστωρ, *ſciens*, ſpiritu mutato. *Cic.* 4. *Acad.* Sane doctum hominem, ut indicat ipſius hiſtoria ſcripta Græce. ¶ Apud Romanos ab initio rerum Romanarum uſque ad P. Mutium Scævolam Pont. Max. hiſtoria nihil aliud fuit, niſi annalium confectio, qui a Pontifice Maximo fiebant, qui res omnes ſingulorum annorum mandabat literis, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi. Iique Annales Maximi nominabantur. Poſt Scævolam hiſtoria ſcribi cœpta eſt a M. Catone, a Fabio Pictore, ab Antiſtio Piſone. Sed hi veterem ſimilitudinem ſcribendi ſecuti ſine ullis ornamentis, monimenta ſolum temporum, hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. Primus, qui ornate hiſtoriam ſcriberet, Cœlius Antipater extitit, qui fuit familiaris L. Craſſi Oratoris. *Cic.* 2. *de Orat.* V. Annales. ¶ Accipitur etiam pro quavis deſcriptione, interpretatione, ſeu expoſitione. Unde *Plinii* opus *de Hiſtoria naturali* inſcribitur.

Hiſtoriale opus dicitur in hortis varia arborum, aut herbarum diſpoſitio, qua venationes, animalia, ædificia, & hujuſmodi aſpectu grata repræſentantur. *Plin. l.* 16. *c.* 23. *de cupreſſu*. Trahiturque etiam in picturas operis hiſtorialis, *Harduin.* legit *topiarii*, neque tamen alteram lectionem damnat.

Hiſtorĭce, es, Grammaticæ pars, quæ in enarratione factorum occupatur. Ita *Quintil. l.* 1. *c.* 9.

Hiſtorĭce, adv. *iſtoricamente*, hiſtorico more. *Plin. l.* 2. *ep.* 5. Deſcriptiones locorum non hiſtorice tantum, ſed prope poetice proſequi fas eſt.

Hiſtorĭcus, m. 2. *iſtorico*, ἱστοριογράφος, hiſtoriarum ſcriptor. *Cic. pro Mur.* Tua nobilitas, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior, populo, & ſuffragatoribus obſcurior. ¶ De claris Hiſtoricis vide *Cic.* 2. *de Orat.*

Hiſtorĭcus, a, um, o. ἱστορικὸς, quod hiſtoriæ proprium eſt. *Cic. de clar. Orat. c.* 83. Non tam hiſtorico, quam oratorio genere perſcripſit.

Hiſtoriográphus, i, m. qui hiſtorias conſcribit. *Capitolin. in Gordiano II. prope fin.* Ea debent in hiſtoria poni ab hiſtoriographo, quæ aut fugienda ſint, aut ſequenda.

Hiſtria. V. Iſtria.

Hiſtrĭcus, a, um, o. ὑποκριτικὸς, quod ad hiſtrum, hoc eſt, ad hiſtrionem pertinet. *Plaut. prol. Pœn. v.* 4. Audire vos jubet imperator hiſtricus. ideſt, præfectus hiſtrionum, vel hiſtrio imperans.

Hiſtrĭo, onis, m. 3. *iſtrione*, *ehe recita le commedie*, *commediante*, Ger. *comedi ſpieler*, Gal. *joveur de farces*, Hiſp. *comediante*, *repreſentador de perſonas*, ὑποκριτὴς, μίμος, ludio, qui perſonatus in ſcenis fabulas agit. Dictus eſt ab *hiſter*, quæ vox Thuſcis ſignificabat ὀρχεῖσθαι, h. e. ſaltatorem, qui & ludio vocatur. A Thuſcis enim rem, & vocem Romani accepere. *Liv. l.* 7. *Val. Max. l.* 2. *cap.* 4. *Cic.* 4. *Tuſc.* Aguntur iſta præclare, & ab oratore quidem melius, quam ab illo hiſtrione. ¶ Hiſtriones omnes, præter Attellanos, a ſtipendiis militaribus repulſi fuere. *Liv. l.* 7. Quod ſi aliquando ad arma vocati ſunt, non niſi cogente neceſſitate in dubiis rebus Reip. vocati ſunt. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 15.

Hiſtrionālis, le, o. 3. ad hiſtrionem pertinens. *Cic. de Orat.* Ut laſcivia verborum, gravitate ſententiarum, licentia compoſitionis hiſtrionales modos exprimant. Adde *Tac. Ann. l.* 1. *c.* 16.

Hiſtrionĭa, niæ, vel hiſtrionica, cæ, f. 1. ὑποκριτικὴ, ars hiſtrionum. *Plaut. Amph. prol. v.* 90. Jovem facere hiſtrioniam.

Hiſtrix. V. Hyſtrix.

Hittĭo, n. 4. ἰχνεύω, proprium vocis canum, cum veſtigia indagant. *Feſt. & Plaut.*

Hittus, us, m. vox ea, quam canes veſtigia indagantes edunt. *Feſtus*.

Hiulcātus, a, um, adject. hiulcus, apertus. *Fortunat. Carm.* 5. Et per hiulcatos fervor anhelat agros.

Hiulce, adv. διεχισμένως, aperte. *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 12. Ex quo ſic locutum eſſe ejus patrem judico, ſic majores, non aſpere, non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, & æquabiliter, & leniter.

Hiulco, as, a. 1. *aprire*, *fendere*, χίζω, διαχίζω, hiulcum facio, aperio, findo. *Catul. carm.* 69. *v.* 62. Æſtus hiulcat agros.

Hiulcus, a, um, o. 1. 2. *feſſo*, *aperto*, נפתח, נבקע, Ger. *geſpalten*, Gal. *fendu*, Hiſp. *hendido*, διεχισμένος, fiſſus, fatiſcens. *Virg.* 2. *Georg.* Hoc ubi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arva. ¶ Per translationem oratio dicitur hiulca, quæ male cohæret. *Cic. de Orat. l.* 3. *cap.* 43. Nec aſper verborum concurſus ſit, neve hiulcus. Item hiulci verſus a Diomede appellantur, qui exiles ſunt, & quaſi in media parte hiant.

H ANTE O.

Hoc, *queſto*, τοῦτο, pron. demonſt. gen. n. cujus maſc. eſt *hic*, fœm. *hæc*. *Virg.* 4. *Æn.* Hoc illud germana fuit? ¶ Interdum migrat in adverbium, idemque ſignificat, quod huc. *Virg.* 8. *Æn. v.* 423. Hoc tunc Ignipotens cœlo deſcendit ab alto. Sic enim *Priſcianus* legit. ¶ Sæpe pro tanto ponitur. *Cic. in Tuſc.* Plaga hoc gravior eſt, quo eſt miſſa contentius. ¶ Hoc lucis, noctis, ſceleris, pro hac luce, &c. *Terent. Plaut.* & al. ¶ *Hoc eſt*, explicandi formula, *cioè*. *Cic. pro Cæcin.* Quadriennium, hoc eſt, ex quo tempore fundus venit, poſſedi. V. *Hic*.

Hodidŏcos, vel potius hodœdocus, m. 2. latro, atque obſeſſor viarum, ab ὁδὸς, *via*, & δοκέω, *obſervo*, *expecto*. *Feſt.*

Hodie, adv. *oggi*, *oggidì*, היום, Ger. *heut*, Gal. *aujourdhuy*, Hiſ. *oy*, σήμερον, hoc die. *Cic.* 14. *Phil.* Me per idus Quinctiles, qui dies hodie eſt, cum faſcibus deſcenſurum. ¶ Accipitur item pro nunc, ſive hoc tempore, hac ætate. *Cic. pro Domo*. Hodieque Volaterrani non modo cives, ſed etiam optimi cives truuntur nobiſcum ſimul hac civitate. ¶ Hodie, pro hac nocte. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 75. Illa nocte aliquis toilens ad lidera vultus, Dicet, ubi eſt hodie, quæ lyra fulſit heri? ¶ *Hodieque*, adv. pro hodie quoque, *anche al preſente*, vox latina eſt ætatis argenteæ. *Velley. l.* 1. *c.* 4. Vires autem veteres earum urbium hodieque magnitudo oſtentat mœnium. Adde *Sueton. in Claud. c.* 19. ¶ Aureæ etiam ætatis eſſe voluerunt *Gronov. Borrich. & Cellar.* afferentes exempla ex *Livio l.* 1. *c.* 17. & *l.* 42. *c.* 34. Quin ipſe *Gronovius* pro *hodie quoque* reponendum putavit *hodieque etiam l.* 1. *cap.* 26. & *l.* 31. *c.* 7. *ejuſd. Liv.* Verum ea omnia loca ſi recte expendantur, nihil probant. Ubique enim *hodieque* ponitur non pro *hodie quoque*, ſed pro *& hodie*.

Hodiernus, a, um, o. *di oggi*, היום, Ger. *heutig*, Gal. *d'aujourdhuy*, Hiſp. *de oy*, quod ad hunc diem ſpectat. *Cic. in Catil.* Neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur. *Id.* 4. *Phil.* Quod ex hodierno ejus edicto perſpicere potuiſtis.

Hœdus, V. Hædus.

Hoi, *oimè*, interjectio lugentis. *Ter. Phorm.* 4. 3. 58. Hoi, hui, nimium eſt. ¶ Scribitur & *oi* ſine aſpirat. *Id. Eun.* 4. 4. 48.

Holcus, m. 2. ὅλκος, herbæ ſpecies, al. ariſtida, ab ἕλκω, traho, quia circa caput alligata, vel circa lacertum educit corpore ariſtas. *Plin. l.* 27. *c.* 10.

Hollandĭa, f. 1. *Ollanda*, una ex 17. Provin. Germ. infer. cum titulo Comitatus, ampla, mire rigua, & fertilis. Habet ab Occ. mare Germanicum, a Sept. mare Auſtrinum, ab Or. mare Auſtrinum, & Dominium Ultrajectum, a Mer. Zelandiam, & Brabantiam ex parte. Eſt ſub dominio Statuum Prov. unitarum Belgii, qui ab ea perſæpe dicuntur *Status Hollandiæ*. Dividitur in Auſtralem, ubi alias Batavi pop. & in Septentrionalem, quæ & VVeſt Friſia dicitur. Complectitur plures Provincias, de quibus V. Geographos.

Holocauſtum, n. 2. *olocauſto*, ὁλόκαυτον, ſacrificii genus, quo tota comburebatur victima, non ſola exta, ab ὅλος, *totum*, & καίω, *uro*. *Prud. Apotheoſ. v.* 536. At tua congeſtæ tumulant holocauſta ruinæ.

Holochrȳſus, i, ὁλόχρυσος, nomen floris, a colore, quaſi totus aureus. *Plin. l.* 21. *c.* 8.

Holographus, a, um, o. ὁλογράφος, totus ſcriptus, ut Teſtamentum holographum, quod totum teſtatoris manu ſcriptum eſt. V. JCtos *Hiſt. cont. Ruf.* Quæ epiſtola holographa tenetur ab 115, ad quos perlata eſt. Adde *Sidon. l.* 9. *ep.* 11.

Holophanta. V. Halophanta.

Holoſchœnus, i. ὁλόχοινος, junci quoddam genus craſſum, & carnoſum. *Plin. l.* 21. *c.* 18.

Holoſĕricus, a, um, o. *tutto di ſeta*, ὁλοσηρικὸς, quod totum eſt ex ſerico, nulla alia admixta materia, ab ὅλος, *totum*. Uſus veſtis holoſericæ apud veteres rariſſimus fuit, & ſumma ejus caritas. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 45. Veſtem holoſericam neque ipſe in veſtiario ſuo habuit, neque alteri utendam permiſit. ¶ Primus Romanorum Holoſerica veſte Heliogabalus uſus eſt, *Lampridio* teſte *in ejus vita*, *c.* 26. cum jam ſubſerica in uſu eſſent. Tacitus Imperator holoſericæ veſtis uſum viris omnibus interdixit. *Vopiſc. in Tac. c.* 10.

Holoſidērus, a, um, adject. totus terreus, ὁλοσίδηρος, ut holoſidera ſpatula. *Theod. Priſc. l.* 1. *c.* 28.

Holoſphyrātus, a, um, adject. ὁλοσφύρατος, totus malleo ductus, ſolidus, non conflatus, ut holoſphyrata ſtatua. *Plin. l.* 33. *c.* 4.

Holoſtĕon, n. 2. ὁλόστεον, herbæ ſpecies, ab ὅλος, *totum*, & ὀστῦν, *os*, *oſſis*, per antiphraſim, cum careat omni duritie. *Plin. l.* 27. *c.* 10.

Homelſum, pilei genus. *Feſt.*

Homerĭcus, a, um, o. 1. 2. quod ad Homerum ſpectat. *Quinct. l.* 2. *c.* 3. Qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere docent. Adde *Cic.* 3. *Tuſc.*

Homerocentŏnes vocari ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera ex multis hinc inde compoſitis in unum tarciunt corpus. Hæc *Tertul. de præſcription: b. c.* 39. V. *Cento*.

Homeromaſtix, igis, m. 3. ὁμηρομάστιξ, Homeri flagellum, cognomen Zoili cujuſdam, qui Homerum libris adverſus eum editis auſus eſt inſcitiæ arguere, quos libros cum Ptolemæo Ægypti Regi obtuliſſet, Rex tum quidem diſſimulavit indignationem, quam ex hominis impudentia conceperat, ſed poſt aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quo inopiam ſublevaret, Mirum, inquit, te inopia prem., qui multo Homero es doctior, cum ille, qui ante annos mille fato functus eſt, etiam hodie tot hominum millia paſcat. Tandem parricidii accuſatus, juſſu Regis in crucem ſublatus eſt. V. *Vitruv. in præfat. l.* 7. ¶ Per Synecdochen dicitur de omnibus detractoribus, qui inſatiabili reprehendendi libidine optima quæque lacerant. *Plin. in Proœm. operis*. Ut obiter caveam iſtos Homeromaſtigas. V. *maſtix*.

Homeronides, æ, patronym. quaſi Homeri imitator. *Plaut. Truc.* 2. 6. 4.

Homērus, ri, m. 2. ὅμηρος, nomen Poetæ Græci excellentiſſimi, qui bellum Trojanum, & Ulyſſis errores deſcripſit, quorum operum alterum *Ilias*, alterum *Odyſſea* ab illo inſcriptum fuit. Natus eſt in Mœonia, ſeu Lydia. De ejus patria nihil certi traditur. Multi Græciæ populi, Colophonii, Chii, Salaminii, Smyrnæi Homerum certatim ſibi vindicabant. Smyrnæi etiam delubrum ejus in oppido dedicavere. *Cic. pro Arch.* Aliqui dicunt, prius *Meleſigenem* fuiſſe vocatum, quod ad Meletem fl. Joniæ natus eſſet. Cæcum fuiſſe ajunt, imo ob cæcitatem Homerum dictum eſſe, quod Cumæi, & Jones cæcos appellent Ὁμήρους. *Velleius* tamen *l.* 1. *c.* 5. eum omnibus ſenſibus orbum eſſe cenſet, qui Homerum cæcum natum eſſe crediderit. *Heraclides* ſcripſit, eum ex morbo in cæcitatem incidiſſe. ¶ Vixit ætate Lycurgi ſuperioris, ante Heſiodum, & ante VII. Sapientes, anno circiter 168. poſt bellum Trojanum; & totidem fere ante Romam conditam: itaque non procul abfuit ab Iſaiæ Prophetæ temporibus. ¶ Pauperrimus fuit, & per urbes erravit. Quin & fame tandem abſumptum, ſcripſit Sotades apud Stobæum. ¶ Poſt mortem divini ei honores ſunt habiti: obtinetque adhuc, & obtinebit in poſterum doctrinæ & eruditionis principatum. Omnium enim rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ ſolum, ſed etiam ſapientiæ veſtigia aut expreſſa aut recondita in ejus ſcriptis ſunt. V. *Herodot. & Plutarch.*

Homicida, æ, *omicida*, *micidiale*, רוצח, German. *todtſchlaeger*, Gall. *meurtrier*, Hiſp. *homiciano*, ἀνδροκτόνος, qui hominem necat, ab *homo*, & *cædo*, per ſync. pro hominicida. *Cic.* 2. *Phil.* Fateor, eo plus, quam ſicarios, plus, quam homicidas, plus etiam, quam parricidas eſſe. ¶ De fœmina *Senec. Contr.* 2. Quid ſi tantum homicida? quid ſi tantum

rea fuisses? Interdum cum laude dicitur de viro forti, qui in bello multos occiderit. *Horat. Epod.* 17. *v.* 11. Luxere matres Iliæ addictum feris Alitibus, atque canibus homicidam Hectoreni.

Homicidiarius, a, um, adject. *micidiale*, ut homicidiarius sanguis, apud incert. *Aut. Paneg. ad Constantin. c.* 4. ubi alii leg. *homicidarius*.

Homicidium, dii, n. 2. *omicidio*, רצח, Germ. *todtschlag*, Gall. *meurtre*, Hisp. *homicidio*, ἀνδροφονία, hominis necatio. *Cic.* 2. *Phil. c.* 12. Homicidii rei sunt, an vindices libertatis?

Homo, inis, c. 3. *uomo*, צלם, אנוש, Germ. *mensch*, Gal. *homme*, Hisp. *hombre*, ἄνθρωπος, animal rationale, ab *humus*, ut Varro sensit, quia Empedocles homines e terra natos esse asserebat, & re vera primus homo a Deo ex terra procreatus est. *Cic. de Leg.* Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilii, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum est a supremo Deo. *Sulp. ad Cic.* 4. *Fam. ep.* 5. Quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Dulcissimum ad hominis camelinum lac. ¶ Frequentius κατ' ἐξοχὴν homo de viro dicitur. *Plaut. Cist.* 4. 2. 52. Mi homo, & mea mulier, vos saluto. ¶ Hinc non raro *bonus homo* dicitur, qui alias *bonus vir*. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 18. Bonus homo, & nobis amicus. ¶ *Homo es*, h. e. vir es, strenuus, prudens. *Plaut. Epid.* 3. 4. 57. Euge, Epidice, pugnasti, homo es. Similiter *Cic.* 2. *de Or. c.* 10. Nox te nobis expolivit, & hominem reddidit. ¶ Adde *Ter. Adelph.* 1. 2. 27. Interdum eleganter *homo* pronominis vice ponitur. *Nepos Eumen.* Hunc Perdiccas adjunxerat, quod in homine fidem & industriam videbat. *Terent. Eun.* 2. 2. 30. Ibi homo cœpit me obsecrare. ¶ Aliquando homo de servo dicitur, quemadmodum Italice. *Cic. pro Quint. c.* 19. Hominem P. Quintii deprehendis, in publicum conaris abducere. ¶ Flagitium hominis pro homo flagitiosus; monstrum hominis, pro homo monstrosus; portentum hominis, &c. *Sueton. Cic. Terent. Plaut.* ¶ Quid hominis es? pro Quis homo es? *Ter. Eun.* 5. 17. Quid hoc hominis est? *Id. Eun.* 3. 4. 8. ¶ Veteres declinabant *homo*, *onis*, ut ait *Prisc.* Hinc *Ennius*: Vulturis in silvis miserum mandebat homonem.

Homœomeria, f. 1. ὁμοιομέρεια, similitudo partium. *Lucr. l.* 1. *v.* 829. Hinc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam. *Serv.* super illud 4. *Æn.* Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor: Secundum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, id est omnium rerum similitudinem esse in rebus creandis.

Homole, es, f. 1. Omole, Homolus, mons Thessaliæ, excelsus, pars Pelii, Othry M. vicinus, sedes Centaurorum, ubi urbs ejusdem nominis. Incolæ Homoles. *Virg.* 7. *Æn.*

Homoloïdes, um, f. Thebæ juxta Homolen montem sitæ, vel septem Thebarum portæ. *Stat.* 7. *Theb. v.* 252. per ingentes Homoloidas exeat Hæmon. Al. leg. *Homolaidas*.

Homonyma, orum, n. 2. ὁμώνυμα, quæ idem nomen habent, ut taurus animalis nomen est, & montis, & sideris, & quandoque alicujus hominis. *Quintil. l.* 8. *c.* 2.

Homotŏnus, a, um, ὁμότονος, qui est ejusdem tensionis. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1.

Homŭlus, & Homullus, i, m. homunculus, *uomicino*, diminut. *Cic. in Pis. c.* 25. Quid cessat hic homulus ex argilla, & luto fictus? *Lucret. l.* 3. *v.* 928. Brevis hic est fructus homullis.

Homuncĭo, onis, m. diminut. parvus, aut vilis homo, *uomicciatolo*. *Cic.* 4. *Acad. c.* 43. Homuncio hic, qui multa putat præter virtutem homini cara esse.

Homuncŭlus, i, m. idem ac homuncio. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 9. Ut homunculus e multis, probabilia conjectura sequens.

Honestamentum, i, n. ornatus, decus, *ornamento*. *Senec. epist.* 66. Nullo honestamento eget virtus: ipsa magnum sui decus est. *Apul. Apol.* Gratiam corporis morum honestamentis ornare.

Honestas, atis, f. 3. *onestà*, הדר, Ger. *ehrsamkeit*, Gall. *honnetetè*, Hisp. *honestidad*, κάλλος, dignitas, decus, laus virtute comparata. *Cic. in Off.* In officio excolendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. *Id. pro Mur.* Nolite eum ante partis honestatibus, atque omni dignitate, fortunaque privare. ¶ Item bonitas, humanitas. *Sueton. de illustr. Gramm. c.* 13. Sunt, qui tradant, tanta eum honestate prædium, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, & sine ulla mercede in disciplinam receperit. *Cic. pro S. Rosc. c.* 6. Honestas familiæ.

Honeste, adv. *onestamente*, *onorevolmente*, Ger. *ehrlich*, Gal. *honnêtement*, Hisp. *honestamente*, καλῶς, cum honore, & dignitate, sine dedecore, sine reprehensione. *Cic. de Am.* Quamvis honeste id facerent, jus tamen amicitiæ deferre arguerentur. *Id. ib. c.* 16. Quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. *Senec. l.* 2. *controv.* 12. Quem honestius subjecit meretrix, quam peperit.

Honestĭtūdo, inis, f. honestas. *Accius* apud *Non. c.* 401.

Honesto, as, a. 1. *fare onore*, *onorare*, τιμάω, ἐπικοσμέω, decoro, honore afficio. *Cic.* 1. *Offic. c.* 39. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. *Auct. ad Heren. l.* 4. *sub fin.* Omnes rationes honestandæ elocutionis collegimus. h. e. ornandæ. *Curt. l.* 3. *c.* 6. Ætas quoque vix tantis matura rebus omnia ejus opera honestabat. h. e. commendabat.

Honestum, sti, n. *ciò ch'è onesto*, *virtù*, *onestà*, τὸ καλὸν, adjectivum neutr. pro substant. honestas, virtus, probitas, qua cavetur, nequid turpiter fiat, dicatur, cogitetur. *Cic.* 2. *Fin.* Honestum igitur id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate, sine ullis præmiis, fructibusque per se ipsum possit jure laudari. *Id.* 3. *Off.* Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret.

Honestus, a, um, o. 1. 2. *onesto*, *onorato*, *onorevole*, נכבד, Ger. *ehrlich*, Gal. *honnete*, Hisp. *honesto*, καλὸς, ἔντιμος, σεμνὸς, honore, & dignitate plenus, probus, ab *honor*, ut modestus, a *modus*. *Cicer. in Brut. c.* 81. Qui honorem sententiis & suffragiis adeptus est, is mihi & honestus, & honoratus videtur. *Plaut. Captiv.* 2. 3. 32. Qui me honore honestiorem semper fecit. *Plin. Paneg. c.* 85. Diligis, cum diligaris; & in eo, quod utrique honestissimum est, tota gloria tua est. *Ter. Andr.* 1. 1. 114. Honesta oratio est. h. e. virum bonum decens. *Cic.* 5. *Tusc.* Honesto loco natus. ¶ Honestum sæpissime dicitur id, quod est virtuti conforme. *Cic. Offic.* 3. *c.* 7. Nihil præter id, quod honestum sit, propter se est expetendum. ¶ Furiæ honestæ apud *Statium*. V. *Furiæ*. ¶ Honestus etiam pro pulcro ponitur. *Ter. Eun.* 4. 3. Ita me Dii ament, honestus est. *Virg.* 3. *Georg. v.* 82. honesti Spadices, glaucique, color deterrimus albis. ¶ Item pro divite, fortunato, non calamitoso, quia divitiæ honorem afferunt. *Ascon. in* 3. *Verr.* V. *Honestum*.

Honor, oris, vel honos, oris, masc. (olim onor, & onos) *onore*, הדר, כבד, Germ. *ehr*, Gall. *honneur*, Hisp. *honra*, *τιμὴ*, reverentia, quam alicui exhibemus in virtutis testimonium. *Cic. in Brut. c.* 81. Honor est præmium virtutis judicio, studioque civico delatum ad aliquem. ¶ Dicimus autem Honorem alicui præstare, habere in honore, honore afficere, Honori esse, &c. *Cic.* sæpe, *Curt. Liv.* & al. ¶ Sæpe sumitur pro magistratu. Sic honor Prætura, *Suet. Claud. c.* 1. honor Quæsturæ, *Id. in Tit. c.* 4. Et absolute, honores petere, *Nepos Attic. c.* 7. Honoribus operam dare, *Id. Caton. c.* 1. Ad honores ascendere. *Cic. in Brut.* Honore abire, *Sueton. Aug. c.* 26. h. e. Magistratu se abdicare. ¶ Interdum sumitur pro munere, seu præmio. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 9. Curio missi, ut medico honos habeatur. Adde *Cæs. l.* 2. *B. civ. c.* 21. ¶ Item pro sacrificiis, quæ in Deorum honorem fiunt. *Virg.* 3. *Æn. v.* 118. Meritos aris mactavit honores. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 745. Aris adoleret honores. ¶ Item pro pulchritudine, seu ornamento. *Virg.* 1. *Æn. v.* 591. Lætos oculis affarat honores. *Id.* 2. *Georg.* Frigidus & silvis Aquilo decussit honorem. ¶ Honorem malum alicui habere, pro injuria afficere, est apud *Gell. l.* 12. *c.* 9. ¶ *Honorem præfari*, est deprecari veniam, cum turpe aliquid dicendum est. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 22. Cætera addit Epicurus, quæ si appelles, honos præfandus sit. Eodem modo dicimus, honorem habere auribus. *Quint. Declam.* 3. Ut in medio belli strepitu (tuis honor sit habitus sanctissimis auribus) juberet prostare, &c. Sic *Plin. l.* 28. *c.* 8. Hæc sunt, quæ retulisse tas sit, & pleraque ex his non nisi honore dicto. *Curt. l.* 5. *c.* 1. Ad ultimum (honos auribus sit) ima corporum velamenta projiciunt. ¶ Honoris causa aliquem appellare, aut nominare, h. e. laudandi causa. *Cic. pro Rosc. Com. c.* 6. Toties hunc & virum bonum esse dixisti, & honoris causa appellasti. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 2. De viro fortissimo L. Sylla, quem honoris causa nomino. ¶ Romani honori ædem sacrarunt tanquam Deo, & cum Virtutis templo junxerunt, ut scribit *Valer. Max. l.* 1. *c.* 1. & *Augst. de Civ. D. l.* 4. *c.* 21. ¶ Ejus sacrificia aperto capite peragebantur, cum in cæteris caput tegerent.

Honorabĭlis, le, o. 3. *degno d'onore*, *onorevole*, נכבד, Ger. *ehrwürdig*, Gall. *honorable*, Hisp. *honrable*, *digno de honra*, ἀξιότιμος, honore dignus. *Cic. de Sen. c.* 18. Hæc ipsa sunt honorabilia. *Liv. l.* 4. Honorabilem faciebant.

Honorabiliter, adverb. *onorevolmente*, cum honore. *Capit. Macrin. c.* 5. Honorabiliter sepelire. *Ammian. l.* 29. *c.* 13. Honorabiliter colebatur.

Honorarĭum, n. 2. *onorario*, γεράσιον, quod datur ab eo, qui honorem aliquem adeptus est. *Trajan. ad Plin. l.* 10. *epist.* 114. Honorarium Decurionatus omnes, qui Decuriones fiunt, inferre debeant, necne &c. ¶ Merces etiam, quæ Jurisconsultus, medicis, liberalium artium professoribus datur pro navata opera, *honorarium* dicitur a JCtis, ut videre est *l.* 1. *Dig. de extraord. cognition. l.* 3. *Cod. de postulat. l.* 1. *Dig. Si mens. falsi. & l.* 13. *Cod. de Judic.*

Honorarĭus, a, um, o. quod ad honorem pertinet. ¶ Honorarii ludi (etiam Liberalia appellati, teste *Festo*) dicebantur, quos edebant Magistratus honoris seu Magistratus collati causa. *Sueton. in Aug. c.* 32. Dies, qui honorariis ludis occupabantur. V. ibi *Causab.* ¶ Honorarium jus erat jus Prætoris in Urbe, quod a Consulibus. (qui olim in Urbe jus dicebant) in externis Reip. bellis occupatis, Prætoribus attributum fuerat. Dictum est honorarium, quia ab iis, qui in honore, h. e. Magistratu erant, proficiscebantur. *V. l.* 7. *Dig. de Just. & jur. & Pomp. l.* 2. *Dig. de orig. Jur.* &c. Sic Honoraria actio, honorariæ obligationes, honorarii successores, &c. dicebantur, quorum ratio a Prætorum edictis nascebatur. *Modestin.* & *Ulpian. JCti*. Sic honorarius arbiter, qui ab ipso Prætore datur: & honoraria arbitria, apud *Cic. pro Rosc. Com. c.* 5. & 5. *Tuscul. c. ult.* Hinc ipsum Prætorem *honoratum* appellat *Ovid.* 1. *Fast. v.* 52. ¶ Honorarium frumentum erat, quod Magistratibus euntibus in provinciam sine pretio dabatur. *Cic. in Pison. cap.* 35. ¶ Honorarium est, h. e. liberale est. *Cic. de opt. gen. Orat. c.* 1. Docere, debitum est, delectare, honorarium; permovere, necessarium.

Honorāte, adverb. *onoratamente*, ἐντίμως, cum honore, & dignitate. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 10. Honoratissime aliquem excipere. *Vellej. l.* 2. *c.* 129. Quam illum honorate, nec secure continet. *Justin. l.* 5. *c.* 4. Utrum contumeliosius expulerint, an revocaverint honoratius.

Honorātus, a, um, o. *chi ha avuto Magistrati*, *onorato*, *onesto*, *illustre*, ἔντιμος, honestus, qui in honore est, qui in honore habetur. item qui Magistratus gessit, ut vir honoratus, apud *Cic.* & *Liv. Sueton. Tiber. c.* 3. Vetus & honorata familia. *Liv. l.* 4. *c.* 35. Honoratior apud plebem. *Id. l.* 3. *c.* 58. Vir honoratissimæ imaginis. ¶ Item præmio affectus, *premiato. Vellej. l.* 2. *c.* 61. Honoratus equestri statua. ¶ Prætor honoratus. V. *honorarius*.

Honoriădes, æ, patronym. Ita vocatur a Claudiano filius Honorii Imperat. R. *Carm. de nupt. Honor. in fi. Id. de laudib. Serenæ v.* 131. Sorores Honoriades.

Honorifice, adv. idem ac honorate. *Cic.* 6. *Ver.* Itaque in curiam venimus, honorifice sane consurgitur. *Id. l.* 6. *Fam. ep.* 6. Nunquam nisi honorificentissime Pompejum appellat. *Id. in Pison. c.* 15. Nemini triumphus honorificentius, quam mihi &c.

Honorificentĭa, æ, f. 1. honor, decus, dignitas, *onorificenza*, *onore*. *Vopisc. Aurel. c.* 25. Templum soli posuit, majore honorificentia consecratum. Adde *Symmach. l.* 6. *ep.* 35.

Honorifĭco, as, a. 1. *onorare*, כבד, Ger. *ehr anthun*, Gal. *honnorer*, Hisp. *honrar*, τιμάω, honore afficio. *Lact. l.* 7. *c.* 24. Ut adorent, & honorificent Regem magnum.

Honorifĭcus, a, um, o. *ciò che fa onore*, *onorifico*, יקיר, Germ. *das ehr bringt*, Gal. *qui fait honneur*, Hisp. *que honra*, τίμιος, quod honorem confert. *Cic. ad Q. Fr.* Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii. *Id. ad Brut.* Quod quanquam videbatur illi ætati honorificum. ¶ Comp. honorificentior, sup. honorificentissimus. *Cic. ad Q. Fr.* Nihil unquam honorificentius nobis accidit. *Id. Fam.* 15. *ep.* 10. Honorificentissimum Senatusconsultum.

Honorĭger, a, um, adject. honoratus, honores gerens. *Tertull. de Virg. Veland. c.* 10. Honorigeram notam virginitatis per se ferre.

Honoripĕta, æ, m. qui honores, & dignitates captat. *Apul. l.* 2. *dogm. Plat.* Culpabilium virorum quatuor formæ sunt, quarum prima est honoripetarum, &c.

Honoratĭus, ii, Theodosii fil. R. Imperator cum fratre Arcadio, summis laudibus extollitur a Claudiano, qui eo imperante floruit.

Honoro, as, avi, atum, a. 1. *onorare*, τιμάω, honore afficio. *Cic. de Div.* Amphiaraum autem sic honoravit fama Græciæ, Deus ut haberetur. ¶ Item præmio afficio, *premiare*. *Vellei. l.* 2. *c.* 129. Populum congiariis honoravit. *Curt. l.* 7. *c.* 1. Cum donis honoramur.

Honōrus, a, um, o. *onorevole*, τίμιος, decorus, honorificus. *Tac. lib.* 3. Quæ in Drusum patrem Germanici honora, & magnifica Augustus fecisset. Adde *Ovid. de Remed. Amo. v.* 393.

Honos, oris, m. idem ac honor. V. *Honor*.

Hoplītis, tidis, f. Græce significat armatam, ὁπλῖτις. Hinc *Hoplitides* dicuntur statuæ fœminarum armatarum, *Plin. l.* 35. *c.* 5.

Hoplomachus, m. 2. ὁπλομάχος, gladiator, qui scuto reliquisque armis instructus, in arenam descendit, ab ὅπλον, scutum, arma. *Martial. l.* 8. *epigr.* 74. Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante. V. *Lipsi.* 2. *Saturn. c.* 11.

Hora, æ, f. 1. *ora*, Ger. *stunde*, Gal. *heure*, Hisp. *hora*, ὥρα, priore, & antiquiore acceptione, tum apud Græcos, tum apud Latinos, significat generatim tempestatem, sive tempus, recentiore acceptione vicesimam

quartam diei partem. Neque enim in Platonis, Ariſtotelis, vel æqualium ſcriptis, nedum antiquiorum, ὥρα unquam pro diei parte viceſima quarta reperitur. Primo igitur hora pro tempore, ſeu tempeſtate abſolute ponitur. Hinc quatuor illæ anni partes, ver, æſtas, autumnus, hyems, anni horæ dictæ ſunt. *Plin. l. 9. c.* 35. Has ubi genitalis anni ſtimulaverit hora. *Hor. l.* 3. *od.* 13. Te flagrantis hora Caniculæ Neſcit tangere. *Cic. de clar. Orat. c.* 54. Mittere ad horas. *mandar' a vedere, che ora ſia.* ¶ Quandoque accipitur pro ſtatuto quodam, & certo tempore. *Cic.* 3. *Ver.* Ut, cum horis noſtris nos eſſemus uſi, tu binis ludis interpoſitis quadrageſimo poſt die reſponderes. Ubi *Aſcon.* Horas ſuas vocat viginti dies, qui accuſatori dabantur, ad accuſandum legitimi, totidemque defenſori. ¶ Item pro die. *Virg.* 1. *Georg.* Nunquam te craſtina fallet hora. ¶ Item pro quovis indefinito tempore. *Horat. l.* 1. *ep.* 11. *v.* 22. Tu quamcumque Deus tibi fortunaverit horam, Grata ſume manu. ¶ Hodie uſurpatur pro æqualibus illis ſpatiis, in quæ dies dividitur. *Ter. Eun.* Dum hæc dicit, abiit hora. *Cic. pro Mil.* Fit obviam ei Clodius hora fere undecima, aut non multo ſecus. ¶ *Omnium horarum hominem* veteres appellabant eum, qui feriis pariter, ac jocis eſſet accommodatus, & cum quo aſſidue liberet convivere. Atque ita appellatum Aſinium Pollionem auctor eſt *Fabius, l. 6. c. 4. circa finem.* Adde *Sueton. Tiber. c.* 42. ¶ Singulæ diei horæ diverſis officiis tranſigebantur, quæ enumerat *Martial. lib.* 4. *ep.* 8. Prima ſalutantes, atque altera continet hora, &c. ¶ Hora κατ' ἐξοχὴν, ſumitur pro horoſcopo, ſeu momento, quo nati ſumus. *Senec. Apocolocynth.* Et tamen non eſt mirum ſi errant; horam ejus nemo novit. ¶ Hora extrema eſt hora mortis. *Virg. Ecl.* 8. ¶ Poetis Horæ, quatuor Deæ ſunt, quas Heſiodus ait eſſe filias Jovis, & Themidis. Sunt autem miniſtræ ſolis. *Ovid.* 2. *Met. v.* 118. Jungere equos Titan velocibus imperat horis: Juſſa Deæ celeres peragunt. *Homer. Iliad.* E. facit eas cuſtodes portarum cœleſtium. Quatuor eſſe dicuntur, quia præſunt quatuor anni tempeſtatibus. ¶ Hora, vel Ora, Dea juventutis. V. *Herſilia.*

Horæum, i, n. ὡραῖον, genus ſalſamenti ex pelamide piſce, ita dictum ab ὥρα, ver, quod veris tempore confici ſoleat. *Plaut. Captiv.* 4. 2. 71. Horæum, ſcombrum, & trigonum &c. ¶ Quod autem addunt quidam Lexicographi ex *Plin. l.* 11. *c.* 14. de horæo melle, hanc vocem ibi *Plin.* Græcis literis ſcribit.

Horarĭum, rii, n. horologium. *Cenſorin. c.* 23. P. Corn. Naſica Cenſor ex aqua fecit horarium.

Horarĭus, a, um, o. *di una ora*, quod eſt unius horæ. *Suet. in Domit. c.* 3. Inter initia principatus quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat.

Horatĭus, a, um, adiect. ad Horatium pertinens, ut Horatia lex, *Liv. l.* 3. *c.* 55. Horatia gens, *Id. l.* 1. *c.* 26.

Horatĭus, m. 2. ὁράτιος, Poeta Venuſinus, Lyricorum, & Satyrarum ſcriptor. Anno Imperii Auguſti Cæſaris 33. ætatis vero ſuæ 63. moriens, Auguſtum reliquit hæredem. Maxima pompa apud Mecœnatem in Exquiliis ſepultus eſt. *Ovid.* Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures.

Horctus, a, um, o. idem ac forctus, ſeu forctis, ideſt bonus. *Feſt.* V. *Herctum.*

Horda, æ, f. 1. vacca prægnans, idem ac forda. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 5. Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur, quæ pregnans, horda.

Hordeacĕus, a, um, o. *di orzo*, Ger. *von gerſten*, Gal. *d'orge*, Hiſ. *de cevada*, κρίθινος, quod eſt ex materia hordei, ut Panis hordeaceus, *Plin. l.* 18. *c.* 11. ¶ *Hordeacea pyra* dicuntur a *Colum. l.* 5. *c.* 10. eadem ratione, qua a *Plinio* hordearia pruna. V. vocem ſequent.

Hordearĭus, a, um, o. κρίθινος, qui hordeo vivit. *Plin. l.* 18. *cap.* 7. Et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. ¶ Æs hordearium, quod pro hordeo Equiti Romano dabatur. *Feſt.* Nam Romani non ſerebant avenam, ſed ſolum agnoſcebant avenæ illud genus, quod agreſte eſt, ac ſponte provenit, eſtque ſterile. Quare pro avena jumentis hordeum dabant. ¶ Hordearia pruna. *Plin. l.* 15. *c.* 13. Hordearia appellata a comitatu frugis ejus.

Hordeius, a, um, adject. pro hordeaceus, legitur apud *Plaut. Caſ.* 2. 8. 60. Varia tamen eſt ejus loci & lectio, & interpretatio. V. *Taubman.* & *Lambin.*

Hordeŏlus, i, m. *orzaiuolo*, apoſtema naſcens in extremitate palpebræ. *Marcell. Emp. l.* 8. Hordeoli oculis infeſti.

Hordĕum, olim fordeum, n. 2. *orzo*, Ger. *gerſten*, Gal. *orge*, Hiſp. *cevada*, κριθή, genus frumenti, a φέρβω, alo, nutrio, vel a κρίθιον, dim. a κριθή, hordeum, per metatheſin. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Hordeum frugum omnium molliſſimum eſt. *Virg. Ecl.* 5. Grandia ſæpe quibus mandavimus hordea ſulcis. ¶ A Romanis ignominiæ cauſa militi dabatur, quaſi cum equis conjungendus eſſet; quod pœnæ genus κριθοφαγία Polybio dicitur. *Liv. l.* 27. Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum dari juſſit. *Sigon. l.* 1. *c.* 15. V. *Hordearius.*

Hordicalĭa, orum, n. 2. dies feſtus apud Romanos, ab horda, prægnans, quod eo die vaccæ hordæ immolabantur. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 5.

Horricidĭa, idem quod Hordicalia, apud *Feſt.*

Horĭa, æ, f. navicula piſcatoria. *Non. c.* 13. *n.* 3. & *Feſt. Plaut. Rud.* 4. 2. 5. Salute horiæ, quæ in mari fluctuoſo piſcatu me uberi compotivit.

Horiŏla, æ, f. diminut. ab horia. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 100. Horiola advecti ſumus per amnem. ¶ Legitur & *Oriola.*

Horīzon, ontis, m. 3. *orizonte*, ὁρίζων, finitor, terminator, ut vocat *Cic.* 2. *Div. c.* 44. & *Martian. Capell.* unus eſt ex majoribus ſphæræ circulis, qui cœlum in duas ſecat partes, quarum altera nobis conſpicua eſt, altera abſcondita. *Cic. loc. cit.* Illi orbes, qui cœlum quaſi medium dividunt, qui a Græcis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectiſſime vocari poſſunt. *Hyginus*: Horizon eſt is, qui terminat ea, quæ perſpici, aut non videri poſſunt.

Hormeſion, n. 2. gemma, quæ ex igneo colore radiat auro portante ſecum in extremitate candidam lucem. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Horminodes, m. 1. gemma vehementis viriditatis, ambiente circulo aurei coloris, ab ὁρμάω, *impetu feror, irruo*, propter augmentum viriditatis. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hormīnum, n. 2. herba hortenſis, vulgo ſalvia tranſmarina, dodrantali altitudine, folio marrubii, ſemine cymino ſimilis, cætera porro, odoris optimi. *Plin. l.* 22. *c.* 25.

Horno, adver. hoc anno, cui opponitur adv. *anno*, pridem, quaſi jam ante annum. *Lucil. l.* 28. apud *Non.* Utrum anno, an horno te abſtuleris a viro. Adde *Plaut. Moſt.* 1. 3. 3.

Hornotĭnus, a, um, o. idem ac hornus, ab *horno*, ut diutinus a *diu*, *Cic.* 5. *Verr. cap.* 18. Hæ literæ L. Metelli hoc, quantum eſt ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt.

Hornus, a, um, o. *di un' anno, e di queſt' anno*, αὐτοετής, quod eſt ipſius anni, hujus anni, vel quod eſt unius anni, ab ὥρα, hora, qua tempus, ac ſpeciatim annum ſignificat. *Hor. in Epodo* 2. Et horna dulci vina promens dolio. ¶ Horni agni, h. e. anniculi. *Propert. l.* 4. *el.* 3. Illa dies hornis cædem denuntiat agnis.

Horologĭum, gii, n. 2. *orologio, oriolo*, אירלגין, Ger. *uhr*, Gall. *horologe*, Hiſp. *relox*, ὡρολόγιον, horarium, inſtrumentum indicans horas, vel quod horas metitur, ab ὥρα, *tempus*, & λέγω, *dico*. Primus Anaximenes Mileſius horologium, quod appellant ſcioptericon, *da ombra*, Lacedæmone oſtendit. *Plin. l.* 9. *c.* 9. ¶ Olim horologium *ſolarium* dicebatur, quia in Sole tantum horarum ratio conſpiciebatur. *Plin. l.* 7. *c.* 60. ¶ Poſtea excogitatum fuit, ut ſine Sole etiam ipſo ſonitu horæ denuntiarentur. ¶ De horologiis ſcripſere Vitruvius *l.* 9. *c.* 9. Clavius, Voellus, & alii.

Horoſcŏpans, antis, horam indicans, horoſcopum faciens. *Jul. Firm. l.* 5. *c.* 1. Ariete horoſcopante in Cancro.

Horoſcopĭcus, a, um, adject. ad horam natalis pertinens, ut Horoſcopici libri, *Fulgent. l.* 1. *Mythol.*

Horoſcopĭum, ii, n. ὡροσκόπιον, inſtrumentum ad indagandam horam natalem pertinens. *Sidon. l.* 4. *ep.* 3. Tenere cum Euphrate horoſcopium.

Horoſcŏpo, as, n. 1. horoſcopum facio. *Manil. lib.* 3. *v.* 302. Jam facile eſt, ſi quod quandoque horoſcopat aſtrum, Noſcere. Uſus eſt & *Jul. Firmic.* non ſemel.

Horoſcŏpus, a, um, adject. V. *Horoſcopus, I.*

Horoſcŏpus, pi, m. *oroſcopo, aſcendente*, ὡροσκόπος. Cœli pars, quæ nativitatis tempore ab Oriente emergit, ex cujus obſervatione natalitiæ divinationes fiunt, ab ὥρα, quo nomine non intelligitur particula diei, ſed abſolute tempus, nempe tempus illud, quo quis primum exit in lucem, & a σκοπέω, *ſpeculor*, nempe a conſideranda Cœli parte, quæ tempore nativitatis ſurgit. Aliqui horoſcopon definiunt eam Cœli partem, quæ hora qualibet ab inferiore hemiſphærio ſurgit ab Oriente, deinde addunt, horoſcopo item id temporis momentum ſignificari, quo quiſque naſcitur, quaſi horæ inſpectionem, & notationem. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 18. Geminos horoſcope varo producis genio. ¶ Interdum adjective ſumitur, ut Inſtrumenta horoſcopa, & Vaſa horoſcopa, in quibus horæ dignoſcuntur. *Plin. l.* 2. *c.* 72. Vaſa horoſcopa non ubique eidem ſunt uſui, &c.

Horrĕa, æ, f. idem ac horreum, apud priſcos. *Claud.* apud *Non. cap.* 3. *n.* 110.

Horrearĭus, m. 2. *chi ha cura del granajo*, ταμίας, cuſtos hordei. *Ulp. l.* 5. §. 3. *Dig. de his qui effud.* Si horrearius aliquid dejecerit.

Horreatĭcus, a, um, adject. ad horreum pertinens, ut Horreaticæ ſpecies, h. e. fruges, quæ in horreo aſſervantur. *Cod. Theodoſ. l.* 2. *de condit. in horr. publ.*

Horrendum, adverbii more poſitum, *orrendamente*. *Virg. Æn.* 6. *v.* 288. Bellua horrendum ſtridens.

Horrendus, a, um, o. 1. 2. *orrendo*, נורא, Ger. *abſcheuvlich*, Gal. *horrible*, Hiſp. *eſpantable*, *atroz*, φοβερός, horribilis, horrificus, timendus, abominandus. *Cic. in Tuſc.* Nihil habet mors, quod ſit horrendum. ¶ Sumitur etiam pro venerando. *Virg.* 6. *Æn. v.* 10. Horrendæque procul ſecreta Sibyllæ. ¶ Item adverbii loco. V. *Horrendum.*

Horrens, entis, o. 3. nom. ex partic. *orrido, orribile*, φρικτός. *Virg. init. Æneid.* At nunc horrentia Martis Arma virumque cano. *Id. ibid.* Horrenti nemus umbra. hoc eſt religioſum timorem incutiente.

Horrentĭa, æ, f. 1. horror. *Tertull.* 4. *cont. Marcion. c.* 24. Pulverem jubet excuti ad horrentiam terræ illorum.

Horrĕo, es, rui, n. 2. *aver' orrore, paura*, רעד, חרד, Ger. *freeſtelen*, Gal. *friſſonner*, *avoir horreur*, Hiſp. *eſpeluzarſe*, *tener horror*, φρίττω, eſt horrore corripior, & dicitur, cum ſpiritus verſus cor fugit, & inde provenit corporis rigor, & aſperitas pilorum. *Ter. Eun.* 1. 2. 4. Totus horreo. ¶ Metonymice ponitur pro frigere, quia horror aliquando ex frigore naſcitur. *Juven. Sat.* 1. *v.* 93. Et horrenti tunicam non reddere ſervo. ¶ Item pro timere, formidare. Nam ex timore animalia ſæpe horreſcunt, ſiquidem timorem frigus, & frigus horror ſequitur. Et in hac ſignificatione conſtruitur cum accuſativo, vel cum acc. & dat. vel cum infinitivo. *Cic. in Verr.* Cum eſſes impius, jam tum judicium, & crimen horrebas. *Plin. in Paneg.* Nemo jam parens filio niſi fragilitatis humanæ vices horret. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Quod ſacrificium nemo unquam vir aſpicere non horruit. ¶ Item pro ſtupere, admirari. Nam horror etiam ex admiratione naſci videtur. *Cic. de Orat.* Quæ ego, cum a te tractantur in cauſis, horrere ſoleo. ¶ Inanima etiam horrere dicuntur, quæ horrida fiunt, vel horrorem incutiunt. *Tibul. l.* 2. *el.* 3. *v.* 23. Sæpe horrere ſacros doluit Latona capillos. *Virg.* 11. *Æn. v.* 66. Ferreus haſtis horret ager. *Col. l.* 1. *c.* 4. Sunt quædam loca, quæ ſolſtitiis minus concaleſcunt, ſed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent.

Horreŏlum, i, n. *picciol granajo*. *Val. Max. l.* 7. *c.* 1. Uſus neceſſarii horreolum.

Horreſco, is, n. 3. *farſi orrido, inorridire*, סמר, Ger. *ſich foerchten*, Gal. *trembler de peur*, *craindre*, Hiſp. *voluerſe horrido*, ἐπιφρίττω, horridus fio, ut cum quis intrinſecus algorem, ſeu tremorem in ſe excitari, & creſcere ſentit, pavore, ſtupore aut febri invaleſcente. *Virg. l.* 6. *Æn.* Horreſcit viſu ſubito, cauſaſque requirit. ¶ Eſt item expaveſcere, timere. *Cic. de Fin.* Qui ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt. *Virg.* 3. *Æn. v.* 394. Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. ¶ Item contremiſcere. *Virg.* 3. *Georg.* Tum ſegetes altæ, campique natantes lenibus horreſcunt flabris.

Horrĕum, i, n. 2. *granajo*, אסם, Ger. *kornſpeicher*, Gal. *grenier*, Hiſ. *albondiga*, σιτοφυλακεῖον, ἀποθήκη, locus, in quo ſegetes poſt meſſem reponuntur, ab *hordeum*, quod horreum proprie fuerit locus hordeo aſſervando accommodatus, ut *farreum* locus, in quo reponeretur far, ſed poſtea dici cœperit de quarumlibet frugum repoſitorio. *Virg.* 1. *Georg. v.* 49. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. *Cic. in Rull.* Illi Capuam cellam, atque horreum agri Campani eſſe voluerunt. ¶ Sumitur etiam pro loco ad cuſtodiam rerum aliarum, quæ a quotidiano uſu ſeponuntur. *Apul. in Met.* Demonſtrat horreum, ubi veſpere ſagaciter argentum copioſum recondi viderat. Adde *Horat. l.* 3. *od.* 28.

Horribĭlis, le, o. 3. *orribile*, נורא, Ger. *greuvlich*, Gal. *horrible*, Hiſp. *horrible*, φρικτός, φοβερός, horrendus, horrificus, formidabilis. *Cic. pro Quint. c.* 31. Horribile eſt cauſam capitis dicere, horribilius, priore loco dicere.

Horricŏmis, e, adject. qui horridos pilos, vel comam habet, ut horricomes canes, apud *Apul. A. A. l.* 4. & 7.

Horrĭde, adv. *rozzamente, aſpramente*, Ger. *rauchlich*, Gal. *rudement*, *aprement*, Hiſ. *toſcamente, aſperamente*, φρικτῶς, aſpere, & inculte. *Cic. in Orat. c.* 9. Putant enim, qui horride, inculteque dicat, modo id eleganter, enucleateque faciat, eum ſolum Attice dicere. *Tacit. l.* 1. *hiſtor. c.* 82. Allocuti ſunt ex ſuo quiſque ingenio, mitius, aut horridius.

Horridĭtas, atis, f. idem ac horror. *Nævius*. Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Horridŭlus, a, um, o. ſubhorridus, parum bene cultus, aliqua ex parte horridus, dim. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 1. Quanquam illa horridula mihi, atque incompta viſa ſunt.

Horrĭdus, a, um, o. *orrido, aſpro, peloſo*, שעיר, German. *ſcheutzlich*, *rauch*, Gall. *rude*, *hideux*, Hiſpan. *horrido*, δασύς, λάσιος, hiſpidus, aſper, hirſutus, piloſus. *Virg.* 8. *Æn.* Et glacie riget horrida barba.

¶ Inter-

¶ Interdum etiam accipitur pro inculto, & inornato, cui *nitidus* opponitur. *Cic. post red. in Sen.* Cum eum incultum horridum, mœstumque vidisses. *Id. de clar. Orat. c.* 17. Antiquus sermo & horridiora verba. ¶ Notat etiam horrendum, horrificum. *Virg.* 3. *Æn.* ¶ Horridus sapor. h. e. valde amarus, ingratus. *Plin. l.* 34. *c.* 13. Hæc aceto accepto odorem æris præstat, & si tangatur lingua, saporem horridum. ¶ Horrida oratio. h. e. rudis. *Cic. de clar. Orat.*

Horrĭfer, a, um, o. *orribile*, מחריר, Ger. *dasfroſt bringt*, Gal. *effrayant*, Hisp. *horrifico*, horrorem incutiens. *Cic.* 1. *Tuſc. ex Poet.* Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives. Adde *Lucret. l.* 5. *v.* 994.

Horrificālis, e, idem ac horrificus. *Acc.* apud *Non. cap.* 3. *n.* 231. Operta eſt ſqualitate, luctu horrificali.

Horrifĭce, adv. *Lucret. l.* 4. *v.* 609. Horrifice fertur divinæ Matris imago. h. e. cum religioſa quadam formidine. Adde *l.* 4. *v.* 40.

Horrifĭco, as, avi, atum, הרריר, Ger. *erſchrecken*, Gal. *effrayer*, *épouvanter*, Hiſp. *eſpantar*, φρικόω, horrorem incutio. *Virg.* 4. *Æn. v.* 465. Terribili monitu horrificant. ¶ *Flor. l.* 3. *c.* 21. Carcer, catenæ, fuga, exilium horrificaverunt dignitatem. h. e. horribilem effecerant.

Horrifĭcus, a, um, o. *ſpaventevole*, נורא, Germ. *das forcht macht*, Gal. *epouvantable*, Hiſp. *horrible*, φερικτοειδὴς, quod horrorem facit, *Cic. pro Domo*, *cap.* 23. Qui parietibus, qui tectis, qui columnis, ac poſtibus meis horrificum quoddam, & nefarium, & omni imbutum odio bellum intuliſtis.

Horripĭlo, as, n. 1. eſt horridiore, aſperioreque pilo fruticare. *Apul. l.* 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

Horrisŏnus, a, um, o. *che ha ſuono orrido*, *terribile*, ἐρικτυπὸς, quod cum horrore ſonat, ſive quod horridum ſonum habet. *Virg.* 9. *Æn. v.* 55. Fremituque ſequuntur horriſono. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 10. Horriſonum tretum.

Horror, oris, m. 3. *orrore*, *ſpavento*, זיעה, Ger. *ſchanderung*, Gal. *horreur*, Hiſp. *horror*, φρίκη, perturbatio illa, cum ſpiritus ad cor confugit, & pili, ac ſetæ eriguntur. *Virg.* 4. *Æn.* Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæſit. *Cic. ad Att. l.* 8. *ep.* 6. Dii immortales, qui me horror perfudit! ¶ Metonymice ponitur pro pavore, trepidatione. *Apul.* Quem cum aſpexiſſet, horrore hominis deterritus ſtatim retrocеſſit. ¶ Item pro veneratione, ſeu metu illo, qui ex religione incutitur. *Lucan.* 3. *v.* 411. Arboribus ſuus horror ineſt. ¶ Item pro tremore, cum totum corpus vel frigore, vel pavore intremiſcit, & ſuccuſſatur. *Celſ. l.* 3. *c.* 3. Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalgeſcunt, horrorem, ubi totum corpus intremiſcit. *Virg.* 3. *Æn.* Mihi frigidus horror membra quatit.

Horſum, adv. *verſo qua*, δεῦρο, verſus hunc locum, ab hoc, & verſum, quaſi hoc verſum. *Ter. Hec.* 3. 4. 36. At at, eccum Phidippum, & patrem video, horſum pergunt.

Hortāmen, inis, n. idem ac hortamentum. *Liv. l.* 10. *c.* 29. Ubi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro Rep. audenda.

Hortamentum, ti, n. *eſortazione*, παράγγελμα, excitamentum. *Liv. l.* 7. *c.* 11. In conſpectu parentum, conjugumque, ac liberorum, quæ magna etiam abſentibus hortamenta animi, &c.

Hortānum, n. 2. Orta, *Orti*, *Orta*, olim urbs, nunc opp. Faliſcorum, in Hetruria, in Prov. Patrimonii S. Petri, in colle, prope Tiberim fl. ubi recipit Neram amnem, ex adverſo Ocriculi.

Hortatĭo, onis, f. *eſortazione*, *conforto*, Ger. *ermahnung*, Gal. *exhortation*, Hiſp. *exortacion*, προτροπὴ, hortandi actus. *Cic.* 5. *Fin.* Tamen mihi grata eſt hortatio tua. Adde ad *Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 14.

Hortatīvus, a, um, o. προτρεπτικὸς, quod ad hortationem ſpectat. *Quinct. l.* 5. *c.* 10. Hæc ad hortativum genus maxime pertinent.

Hortātor, ris, m. 3. *eſortatore*, *confortatore*, מסית, Ger. *ermahner*, Gal. *qui exhorte*, Hiſp. *exportador*, προτρεπτὴς, qui hortatur, & ſuadet, ut aliquid fiat. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 55. Cum ejus ſtudii ſibi & hortator, & magiſter eſſet.

Hortatrix, icis, f. quæ hortatur, *eſortatrice*. *Stat. l.* 9. *Theb. v.* 717. Gloria hortatrix animoſi lethi.

Hortātus, us, m. adhortatio, monitio. *Cic. pro Arch. c.* 1. Quod ſi hæc vox hujus hortatu, præceptiſque confirmata nonnullis aliquando ſaluti fuit. *Sil. l.* 8. *v.* 29. Blandis hortatibus implet.

Hortenſiānus, a, um, adject. ab horto, idem quod hortenſis, *di orto*. *Plin. l.* 21. *c.* 15. Fraga, batin hortenſianam, quam alii aſparagum gallicum vocant. ¶ Item adject. ab Hortenſio Oratore, ut Hortenſiana eloquentia, *Valer. Max. l.* 8. *c.* 8. *n.* 3.

Hortenſis, ſe, vel potius

Hortenſus, a, um, adject. *ortenſe*, in hortis naſcens. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Beta hortenſiorum leviſſima eſt. *Id. l.* 19. *c.* 10. Hortenſia quoque morbos ſentiunt, ſicut reliqua terræ ſata.

Hortenſius, ii, prænomine Quintus, Orator nobiliſſimus Romæ fuit, Ciceroni ætate, & eloquentia fere æqualis, quem ipſe Cicero teſtatur, in omnibus Oratoris laudibus floruiſſe, laudatque impenſe in omnibus ſcriptis ſuis, ac præſertim in Bruto. ¶ Filiam habuit nomine Hortenſiam, & ipſam eloquentiæ laude claram: quæ, cum matronarum ordo a Triumviris Octavio, Antonio, & Lepido gravi tributi onere premeretur, ipſa communem cauſam conſtanter egit, obtinuitque dicendo, ut major illius pecuniæ pars illis remitteretur. Ejus orationis capita refert *Appianus*.

Hortinus, a, um, ad Hortam, ſeu Hortanum Tuſciæ oppidum pertinens. *Virg.* 7. *Æn. v.* 716.

Hortor, aris, atus ſum, c. 1. *eſortare*, *confortare*, הזהיר, Ger. *ermahnen*, Gal. *exhorter*, Hiſp. *exortar*, προτρέπομαι, eſt verbis quempiam ad aliquid faciendum impellere, vel conſilium dare ad rem aliquam aggrediendam, ab ὀρτύω, *incito*, *impello*, ſiquidem monemus conſilio, hortamur impulſu, ut ait *Don. in Hec. a.* 1. *ſc.* 1. *v.* 7. *Cic. 6. Fam.* Ut te ſæpe per literas hortatus ſum. *Id. 9. Fam. ep.* 14. Quare quid eſt, quod ego te horter, ut dignitati, & gloriæ ſervias? *Id.* 4. *Fam. ep.* 9. Iiſdem de rebus te hortor, quibus ſuperioribus literis hortatus ſum. *Id. Attic.* 7. *ep.* 14. Pacem quidem hortari non deſino. *Id. de Prov. conſ. c.* 4. Hortari milites ad laudem. *Liv. l.* 6. *c.* 15. Sed quid ego vos, de veſtro impendatis, hortor? *Terent. Hecyr.* 1. 1. 7. Hortor, ne cujuſquam miſereat, quin ſpolies. *Cic. in Famil.* Quid eſt, quod te horter, ut dignitati, & gloriæ ſervias? ¶ Cum infinito. *Nepos in Phoc. c.* 1. Cum a Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, Legatique hortarentur accipere. ¶ Hortari milites eſt oratione ad prælium firmare. *Nepos* 1. 6. 3. Is hortaretur milites, prælium que committeret. ¶ Hortari canes. *h. e.* ad venandum voce incitare. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 537. Hortaturque canes, tutæque animalia prædæ, Aut pronos lepores agitat &c. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 9. Sententiam expromere, qua hortaretur Claudius, Octaviam deſpondere Domitio. Quidam tamen Cod. habent *oraretur*. *Varr.* apud *Priſcian. l.* 8. Ab amicis hortaretur. ¶ Reperiri etiam *horto*, *as*, aſſerit *Pareus in Lex. Crit.* afferens *Plauti* exempla, & *Cic.* in quibus tamen lectio dubia eſt.

Hortulānus, m. 2. qui hortum olerum curat, & exeolit, olitor, *ortolano*. *Macr. l.* 7. *Sat. c.* 3. Tharſius Amphias, eum ex hortulano potens eſſet. Adde *Apul. lib.* 9. *&* 10. *Metam.*

Hortulanus, a, um, adject. ad hortos pertinens. *Tertull. de Pœnit. c.* 11. Hortulanus maritimuſque receſſus. *Apic. l.* 8. *c.* 7. Porcellus hortulanus. h. e. oleribus farctus.

Hortŭlus, li, m. 2. *orticello*, *giardinetto*, κηπίον, dim. ab hortus. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 43. Cujus fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigavit.

Hortus, ti, m. *orto*, *giardino*, גן, Ger. *garten*, Gal. *jardin*, Hiſp. *huerto*, κῆπος, locus in agro, ſive etiam in urbe, in quo arbores, & olera oriuntur. *Cic.* 13. *Phil.* Nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigravit. ¶ *Valla l.* 3. *c.* 9. putat vocem hanc in ſingulari, & plurali numero dici de loco, ubi olera naſcuntur, hoc eſt quævis herbæ ſativæ, quibus veſcimur; in plurali vero de eo, qui arboribus conſitus eſt, & voluptatis cauſa comparatus. Hæc tamen differentia, etſi frequentius vera eſt, non ſemper obſervatur. *Plin. l.* 2. *ep.* 7. Horti diæta. Ital. *caſino*. ¶ Horti penſiles ſunt, qui ſupra ædificia facti, vel ſupra columnas erecti pendent. *Plin. l.* 36. *c.* 14. Leguntur & penſiles hortos, imo vero totum oppidum feciſſe Ægyptiæ Thebæ. Apud veteres etiam accipiebatur pro villa, ut Feſto placet. Imo in *leg.* 12. Tabularum villa per hortum ſemper intelligitur, teſte *Plin. l.* 19. *c.* 4. De hortorum cultura ſcripſit, *Colum. librum* 10. *R. R. heroico carmine*.

Horunc, pro horum, ἀρχαϊκῶς dixit *Plaut. Ciſt.* 1. 1. 53. & *Pœn.* 3. 1. 48.

Horus, m. 2. Ὧρος, Apollo, ſive Sol apud Ægyptios. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 21. deducit ab ὥρα *tempus*, quia ejus curſu anni tempora diſtinguuntur. ¶ Horus item fuit Iſidis filius, quem cum illa amiſiſſet, verita ne illi obveniret, quod Oſiri patri acciderat, multum flevit, ſed eo invento, mœrorem in lætitiam convertit. ¶ Fuit & Horus Rex Aſſyriorum. *Plin. l.* 30. *c.* 15.

Hoſpes, itis, c. 3. *albergatore*, *foreſtiere*, אח, נר, Ger. *vvirth*, Gal. *hote*, Hiſp. *hueſped*, ξένος, ξενοδόχος, qui, quæve alterum hoſpitio ſuſcipit, vel ab eo excipitur, & proprie dicitur de amicis diverſarum patriarum, qui ſe mutuo recipiunt, cum alter in alterius patria peregrinus eſt. *Cic. pro Dejot. c.* 3. Per dextram te iſtam oro, quam Regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti. ¶ Hoſpes item pro peregrino accipitur. *Cic.* 1. *Acad.* Nam nos in noſtra urbe peregrinantes, errantesque tanquam hoſpites tui libri quaſi domum deduxerunt. Adde *pro Rabir. cap.* 10. ¶ *Hoſpitium* pro *hoſpitum* in gen. plurali legitur apud *Sever.* in *Ætna*, *v.* 128.

Hoſpĭta, æ, f. 1. *oſtiera*, זונה, Ger. *vvirthin*, Gal. *hoteſſe*, Hiſp. *hueſpeda*, ξένη, ξενοδόχη, quæ *aliquem* hoſpitio excipit. *Cic.* 4. *Ver. c.* 36. Quod eum multo magis figura, & lineamenta hoſpitæ delectabant. ¶ Accipitur & pro peregrina. *Ter. Andr.* 2. 6. 8. Hujuſce propter conſuetudinem hoſpitæ.

Hoſpitacŭlum, i, n. hoſpitium. *Ulp. l.* 5. *Dig. de his*, *qui effud.* Si quis hoſpitaculi partem habeat.

Hoſpitalĭa, orum, n. 2. ξενικεμία, ædes, quæ hoſpitibus recipiendis deſtinatæ erant. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. Ut hoſpites advenientes non in periſtylia, ſed in hoſpitalia recipiantur. ¶ Præterea cum in ſcenis tres eſſent januæ, in media, utpote nobiliori, erant aulæ regiæ, utrinque vero hoſpitalia, h. e. fores repræſentantes domus hoſpitibus, & peregre advenientibus in ſcenam deſtinatæ, *Foreſtiere*. *Id. l.* 5. *c.* 7.

Hoſpitālis, & le, o. 3. ξενικὸς, quod eſt hoſpitis, ſive quod ad hoſpitem pertinet. *Cic. in Rull.* Illam ipſam ſedem hoſpitalem, in quam erit deductus, publicam P. R. eſſe dicet. ¶ Hoſpitalis teſſera, quam hoſpes hoſpiti dabat. Fuit enim antiqui moris, teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam, quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem, continuo agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi tanquam amicus, & vetus hoſpes. Hoc jus neceſſitudinis ad poſteros tranſibat. Propterea teſſeram hoſpitalem diligenter obſervabant. Qui jus hoſpitii violabat, is teſſeram hoſpitalem fregiſſe dicebatur. *Plaut. Pœn.* 5. 1. 25. Deum hoſpitalem, & teſſeram mecum fero. ¶ Accipitur item hoſpitalis pro liberali, & facili ad ſuſcipiendum hoſpites hoſpitio, qui & genialis dicitur. *Cic.* 2. *Off.* Quendam Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe. *Id.* 3. *Ver. c.* 26. Hoſpitaliſſimus, & amiciſſimus. *Flor. l.* 1. *c.* 16. Nihil mollius cœlo; denique bis floribus vernat: nihil uberius ſolo; ideo Liberi Cereriſque certamen dicitur: nihil hoſpitalius mari; hic illi nobiles, &c. ¶ Item pro eo, qui hoſpitii præſes, & vindex eſt, ut Jupiter hoſpitalis, quod in ejus tutela hoſpites eſſe credebantur. *Cic. ad Q. Frat.* Non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Jovis hoſpitalis.

Hoſpitalĭtas, atis, f. 3. *oſpitalità*, ξενία, φιλοξενία, benignitas, & facilitas in excipiendis hoſpitibus. *Cic.* 2. *Off. c.* 18. Recte etiam a Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas.

Hoſpitalĭter, adv. *oſpitalmente*, ξενίως, benigne, liberaliter. *Liv.* 1. *c.* 9. Invitati hoſpitaliter per domos.

Hoſpitātor, oris, m. qui hoſpites excipit. *Apul. l.* 4. *A. A.* Fideliſſimi mei hoſpitatores.

Hoſpitiŏlum, i, diminut. parvum hoſpitium. *Ulp. l.* 1. §. *Dig. de his*, *qui effund.* Si quis amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuerit.

Hoſpitĭum, hoſpitii, n. 2. *oſpizio*, *alloggiamento*, *albergo*, בילין, Germ. *herberg*, *vvirthshauſſ*, Gall. *logis*, *hotelerie*, Hiſp. *hoſpicio*, *hoſpital*, ξενία, actus hoſpites ſuſcipiendi. *Cic.* 7. *Verr.* Decernunt ſtatim, ut fratri meo hoſpitium publice fieret. ¶ Item amicitia, conſuetudo, familiaritas, quæ inter hoſpites intercedit, jus ſe invicem hoſpitio ſuſcipiendi, lex hoſpitalitatis. *Cic.* 7. *Verr.* Num te ejus lacrymæ, num ſenectus, num hoſpitii jus, atque nomen a ſcelere, aliquam ad partem humanitatis revocare potuit? ¶ Item locus, ubi diverſamur, domus, quæ gratis liberaliterque venienti hoſpiti patet, *oſpizio*, *albergo*, ξενοδοχεῖον. *Cic. de Sen. c. ult.* Et ex hac vita diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo. *Id. Att. l.* 11. Te in Arpinati videbimus, & hoſpitio agreſti accipiemus. ¶ Antiqui inſtituti fuit, ut hoſpitii neceſſitudo non modo inter privatos, ſed etiam inter populos contraheretur. Amicitiam inter populos, ſeu civitates Græci προξενίαν, Latini *hoſpitium publicum* vocaverunt. Quæ inter privatos contrahebatur, Græce ἰδιοξενία, Latine *privatum hoſpitium* dicebatur. *Liv. l.* 7. *bell. Mac.* Cum quo uno maxime Regum & privatum ſingulis, & publicum civitati noſtræ hoſpitium eſt. ¶ Hoſpitium ſummæ religionis fuit. Ejus nota, pignuſque erat teſſera. V. *hoſpitalis*. Si quem contracti hoſpitii pœnituiſſet, renuntiare hoſpitium ſolebat, ne hoſpitii jus violaret, neve Hoſpitalem Deum offenderet, qui hoſpitiis præeſſe credebatur. Hunc *Cic. l.* 2. *Q. Fr. ep.* 11. Jovem Hoſpitalem appellat. V. *eund.* 4. *Verr.* & *Liv. l.* 5. *B. Pun.*

Hoſpĭtor, aris, c. 1. *eſſer' albergato*, *eſſer' alloggiato*, κατάγομαι, hoſpitio utor. *Sen. de beata vita*, *c.* 23. Quid enim eſt, cur illis bonum locum invideat? veniant, hoſpitentur. ¶ Translate ponitur pro in alieno ſolo creſcere. *Plin. l.* 17. *c.* 20. *de caſtanea*. Sed translata neſcit hoſpitari, pavetque novitatem. ¶ Item pro interquieſcere. *Id. l.* 6. *c.* 18. *de Gange*. Ubi primum molles planities contingat, in quodam lacu hoſpitari, inde lenem fluere.

Hoſpĭtus, a, um, ξενικὸς, *Foraſtiero*, peregrinus, advena. *Ovid.* 1. *Faſt.* Acta per æquoreas hoſpita navis aquas. *Virg.* 2. *Æn. v.* 377. Quo tutior

hospita lustres æquora. ¶ Item hospitalis, hospitium præbens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 539. *de Italia*. Bellum, o terra hospita, portas. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 655. Tecta hospita. *Id. l.* 1. *v.* 44. hospita vina. h. e. quæ hospitibus dantur. *Stat.* 3. *Thebaid.* Flumina hospita. h. e. per quæ navigari tuto potest. ¶ Alios hujus vocis casus, & alia genera non facile invenies.

Hostĭa, æ, f. 1. *ostia*, *vittima*, זבח, Ger. *schlachtopffer*, Gal. *sacrifice*, Hisp. *sacrificio*, θῦμα, animal, quod immolabatur ab iis, qui in hostem pergebant, vel ab iis, qui hostem vicissent. Aliqui putant, hostiam fuisse sacrificium, quod Laribus immolabatur, quia ab illis hostes arceri crederentur. Unde & ipsos Lares dicunt Hostiolos dictos esse. Sed fortasse hi Lares Grundiles erant, & dicebantur Ostioli, non Hostioli, ab *ostium*, janua. Festo, sive Verrio videtur hostia dicta ab antiquo hostio, quod est ferire, vel ab hostio, quod est placare; quia hostiis Dii placabantur. *Cic. pro Font.* Barbaræ istæ gentes humanis hostiis Deos placant. ¶ Inter hostiam, & victimam hoc intererat, quod hostia a quovis Sacerdote immolabatur, victima tantum ejus manu, qui hostem ipse vicisset. *Ovid.* 1. *Fast. v.* 335. Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur. Hostibus a domitis hostia nomen habet. Præterea hostia erat minor, ut *agnus*, victima major, ut *vitulus*. Maxima ostia erat ovilli pecoris, maxima victima taurus erat. *Fest.* Sed hæc nomina fere confunduntur. *Cic. ad Att.* Ego te arbitror cæsis apud Amaltheam tuam victimis statim esse ad Scyronem oppugnandum profectum. ¶ Et extra bellum etiam usurpata inveniuntur pro omni eo, quod Dii offerebatur. *Cic. de Div.* Cum Censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. *Id. pro Flacco*. Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiorem? ¶ Est etiam *hostia*, lignum in Cœlo, seu potius pars signi Centauri. Fingitur enim is tenere hostiam, quæ est animal quadrupes, *quod nemo certo donavit nomine Græcum*, ut ait *Cic. in Arat. v.* 211. Conflat autem stellis decem, teste *Hygin. l.* 3. *Poet. Astron. c.* 37.

Hostĭa. V. Ostia.

Hostĭātus, a, um, adject. hostiis instructus. *Plaut. Rud.* 1. 5. 12. Æquius vos erat Candidatas venire, hostiatasque ad hoc fanum.

Hostĭcăpax, hostium captor. *Festus*.

Hostĭcus, a, um, idem ac hostilis. *Col. in præf. l.* 1. Quanquam inter ferrum, & ignes hosticis incursionibus vastatæ fruges. ¶ Hosticum, absolute, pro agro, seu loco hostium. *Liv. lib.* 8. *cap.* 38. Castra in hostico incuriose posita. *Plin. Paneg. c.* 29. Raptæ ex hostico messes.

Hostĭfer, a, um, adject. hostilis. *Manil. l.* 1. *v.* 420. Hostiferum necdum sibi quemquam Numina norant.

Hostĭfĭce, adverb. *ostilmente*, hostiliter. *Acc.* apud *Non. c.* 3. *n.* 203. Hostifice sanguine sanguen miscere.

Hostĭfĭcus, a, um, *ostile*, hostilis, nocens, perniciosus. *Acc.* apud *Non. c.* 8. *n.* 15. O dirum, hostificumque diem!

Hostĭlĭa, f. 1. *Ostiglia*, *Ostia*, oppidulum Venetiæ, apud Padum in agro Mantuano, medium inter Mantuam ad Occ. & Ferrariam ad Or.

Hostĭlis, le, o. 3. *ciò*, *ch'è di nemico*, *ostile*, Germ. *feindtlich*, Gal. *d' ennemy*, Hisp. *de enemigo*, πολεμικὸς, quod est hostis. *Cic. pro Cluent.* Tametsi in hunc hostili odio, & crudelitate est. *Id. ad Brut. ep.* 4. Hostilis animus. *Id.* 1. *Invent. c.* 55. Terra hostilis. *Liv. l.* 21. *c.* 16. Legati retulerunt, omnia hostilia esse. *Tacit.* 12. *Ann. c.* 40. Etiam adversus nos hostilia induerat.

Hostĭlĭtas, atis, f. 3. *ostilità*. *Senec. de otio Sap. c. ult.* Adversus hostes inhumana crudelitas, etiam adversus suos hostilitas.

Hostĭlĭter, adv. *ostilmente*, *da nemica*, Germ. *feindtlich*, Gal. *en ennemy*, Hisp. *enemigablemente*, πολεμικῶς, ad modum hostium. *Cic. 5. Phil.* Quid ille fecit hostiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet? *Liv. l.* 9. *c.* 38. Castella hostiliter deleta.

Hostĭmentum, ti, n. *ricompensa*, שלום, Ger. *vvidergeltung*, Gal *recompense*, Hisp. *recompensa*, ἀμοιβὴ, ἀντάκωσις, æquipondium, beneficii compensatio. *Plaut. Asin. a.* 1. *sc.* 3. *v.* 20. Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. V. *Non. c.* 3. *n.* 11.

Hostĭo, is, a. 4. *ricompensare*, שלם, Ger. *vvidergelten*, Gal. *recompenser*, Hisp. *recompensar*, ἀμείβω, est æquum reddere, compensare, ab *hostus*, genus certæ mensuræ in re olearia. Nonius deducit ab *hostia*. *Plaut. Asin. a.* 2. *sc.* 2. *v.* 110. Quin promitto, inquam, hostire contra, ut merueris, idest, æqua reddere, tallionem referre. ¶ Videtur etiam sumi pro coercere, reprimere. *Pacuvius*, *Teucr.* apud *Fest.* Nisi coercuero protervitatem, atque hostiero ferociam. ¶ Item pro cædere, vulnerare. *Enn. Hectoris lytris*, apud *Fest.* Quem mea cominus machæra, atque hasta hostivit e manu. hoc est percussit eminus. ¶ Item pro offendere. *Pacuv. Erotopægnion l.* 2. apud *Non.* Nunc id mihi molestum est, quod hostit voluntatem tuam.

Hostis, is, c. 3. *nemico*, אויב, Ger. *feind*, Gal. *ennemy*, Hisp. *enemigo*, ἐχθρὸς, πολέμιος, is, cum quo publice bellum habemus, ab antiqua notione, qua apud veteres peregrinum signabat. Quem enim nos peregrinum vocamus, illi hostem dicebant, quem nos hostem, illi perduellem. Postea institutum est, ut peregrinus, hospes, perduellis, hostis, quasi extraneus, mitiore vocabulo ad rei tristitiam mitigandam vocaretur. *Varro l.* 4. *de L. L. Cic.* 1. *Offic. c.* 12. & *Fest.* ¶ *Cic. pro Dom. c.* 25. Iste non hominibus, sed virtutibus hostis semper fuit. *Quint. l.* 2. *cap.* 2. Consuetudo perniciosissima studiorum hostis est. *Senec. in Herc. Oet. v.* 21. Hostis Thermodontia. *Ov.* 2. *de ar. am. v.* 461. cum certa videbitur hostis. ¶ *Hostis* & *inimicus*, differunt, quod *hostis* est, cum quo publice bellum gerimus, *inimicus*, cum quo privata odia exercemus. Vossius hoc discrimen tradit, quod ad inimicum requiritur, ut quis oderit, ad hostem, ut oppugnet. Itaque apud *Sall. in Catil.* dicitur alius amicum, alius inimicum reperisse inter hostium cadavera: & apud Curtium quoque Barbari quidam se Alexandri non inimicos, sed hostes fuisse ajunt. Sed hæc nomina interdum promiscue usurpantur. *Cic.* 3. *Fam. epist.* 10. Quibus, etiamsi tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen. ¶ Hostem pro peregrino usurpat *Plaut. Cure.* 1. 2. 5. &c.

Hostorĭum, rii, n. *rastera*, δίχαυον, radius, lignum æquatorium, baculus, quo modii cumulus, & cæteræ mensuræ æquantur, ab *hostio*, æquo. *Prisc. l.* 6. & *Salmas. in Solin. c.* 19.

Hostus, ti, m. 2. certæ mensuræ genus in re olearia, idest, tantum olei, quantum ex uno tactu conficitur, a χωστὸς, seu χῶμα, *acervus*. *Varro de R. R. l.* 1. *c.* 24. *Cato de re rust. c.* 6. Sin in loco crasso, aut caldo severis, hostus nequam erit, & ferundo arbor peribit. Ex hoc nomine fit *inhostus* adjectivum, quod V.

H A N T E U.

Hu, interject. olfacientis. *Plaut. Mil.* 4. 6. 43. Hu, hu, olet profecto. Huber, hubertas, &c. V. uber, ubertas, &c.

Huc, *qua*, Ger. *hieher*, Gal. *cà*, Hisp. *acà*, δεῦρο, adv. motus ad locum. *Ter. Hec.* Huc raro in urbem commeat. *Id. Andr.* 1. 1. Commigravit huc vicinæ, *in questo vicinato*. ¶ Usurpatur etiam extra motum pro ad hanc rem, ad hunc statum, & hujusmodi, ut *Huc adde*, *Huc pertinet*, *Huc accedit*, &c. *Cic. in Fam.* Huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas. *Id. in Catil.* 2. *c.* 2. Rem huc adduxi, ut, &c. ¶ Huc, & illuc sæpe conjunguntur, & significant iter incertum, vel varietatem, & inconstantiam, *qua*, *eld*. *Cic. ad Att. l.* 9. *ep.* 9. Ne cursem huc, & illuc deterrima via. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 56. Huc illud ferens arma.

Huccĭne, adv. idem ac huc, sed interrogativum, ab huc, & ne, interposita syllaba ci. *Cic.* 7. *Verr. c.* 63. Huccine tandem omnia reciderunt?

Hucusque, adv. *fino a qui*, μέχρι τῶδε, usque ad hunc locum, vel usque ad hoc tempus. *Plin. l.* 6. *c.* 26. Hucusque Sesostris exercitum duxit.

Hui, *hui*, *oh*, βαβαὶ, ὦ, φεῦ, interjectio admirantis, vel irascentis. *Cic. ad Att. l.* 5. *ep.* 11. Hui, toties ne me litteras dedisse Romam, cum ad te nullas darem?

Hujusmodi, & hujuscemodi, *di questa guisa*, *di questa maniera*, כזה, Ger. *solcherley*, Gal. *de cette sorte*, Hisp. *desta manera*, τοιοῦτος, nomina adjectiva, omnis generis, indeclinabilia, compositæ ex genitivis, *hujus*, & *hujusce*, & *modi*, quæ pro talis, & tale usurpantur. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 2. Nec miror, sed mœreo casum hujusmodi. *Nepos* 10. 7. Id. hujusmodi erat. *Ter. Heaut.* 2. 3. 98. Hujusmodi, obsecro, aliquod reperi.

Humāne, adv. *umanamente*, Ger. *menschlich*, Gal. *humainement*, *courtoisement*, Hisp. *humana*, *y benignamente*, ἀνθρωπικῶς, pro conditione, & sorte humanæ naturæ, more humano. *Ter. Adelph.* 1. 2. 65. Vix humane patitur. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 27. Si qui forte aliquid fecerunt humanius, aut hilarius locuti sunt. ¶ Item humaniter, benigne, comiter. *Cic. Att.* 12. *ep.* 44. Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse, facile patior, fecit enim humane. *Petron. Satyr.* Ducem se itineris humanissime promisit.

Humānĭtas, atis, f. 3. *umanità*, ענוה, Ger. *menschheit*, Gal. *humanite*, Hisp. *humanidad*, ἀνθρωπότης, natura humana, seu natura hominis. Sumitur pro illo affectu, qui proprie hominis est erga hominem, & Græce φιλανθρωπία appellatur, quemadmodum civilitas erga cives est. Potest autem definiri necessitudo quædam nobiscum simul genita, per universum diffusa genus humanum, qua vicissim se homines tuentur, opemque ferunt, hoc dumtaxat nomine, quod homines sunt, eademque corporis forma, eodem rationis lumine præditi. *Cic. pro Quint.* Obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis &c. ut aliquando misericordiam caperet aliquam, si non propinquitatis, at ætatis suæ; si non hominis, at humanitatis rationem haberet. *Id. pro Rosc. Amer.* Magna est vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, natura ipsa. ¶ Ex hac humanitate communi oritur illa virtus, quæ & ipsa humanitas dicitur, qua benigni sumus, comes, & faciles in eos, quibuscum agimus, *benignità*, *bontà*. *Cic. pro leg. Manil. c.* 14. Humanitate tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. *Plin. l.* 9. *ep.* 5. Humanitatis præcipua pars est, honestissimum quemque complecti &c. Et quia ad hanc virtutem præcipue facit animi cultura, literarum studiis acquisita, ideo ea ipsa studia, & eruditio *humanitas* appellatur, παιδεία, *erudizione*. *Cic.* 2. *de Or.* Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum, & politioris humanitatis expers. *Id.* 1. *de Orat.* In omni recto studio, atque humanitate versari. V. *Gell. l.* 14. *c.* 16. ¶ Pro ipso hominum genere. *Minuc. Fel. in Octav.* Timorem omnem, quo humanitas regitur, sustulerunt. *Senec. epist.* 65. Homines quidem pereunt; ipsa humanitas, ad quam homo effingitur, permanet. Agit autem ibi *Seneca de Ideis*.

Humanĭter, adv. *umanamente*, φιλανθρώπως, more hominum. *Cic. Att. l.* 1. Sin aliter acciderit, humaniter feremus, idest æquo animo, honeste, decenter, convenienter naturæ humanæ. ¶ Item urbane, cum humanitate. *Cic. Mario*, *l.* 7. *Fam.* Docebo profecto, quid sit humaniter vivere. V. *Humane*.

Humanĭtus, adv. *da uomo*, ἀνθρωπικῶς, more humano, secundum humanam conditionem, & sortem. *Cic.* 1. *Phil. c.* 4. Si quid mihi humanitus accidisset. idest si mortuus essem. *Plin. l.* 10. *c.* 36. Ursi autem coeunt humanitus strati. h. e. ut homines solent. ¶ Item humaniter, benigne. *Ter. Heaut.* 1. 1. 47. Ubi rem resci, cœpi, non humanitus, neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli, tractare. *Diomed. Grammat.* legebat *humaniter*.

Humānus, a, um, *umano*, ענו, Germ. *menschlich*, Gal. *humain*, Hispan. *humano*, ἀνθρώπινος, quod est hominis, vel quod ad hominem spectat, ab *homo*. *Cic.* 4. *Verr.* Quod est aliud in illa provincia genus humanum? *Id. pro Rosc. Amer.* Esse aliquem humana specie, & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, &c. ¶ Accipitur etiam pro eo, quod ab hominis natura non abhorret, *da uomo*. *Ter. Adel.* 3. 4. 24. Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. *Cic. in Verr.* 7. *c.* 44. Metum virgarum navarchus nobilissimæ civitatis pretio redemit? humanum. ¶ Item pro urbano, civili. *Cic.* 1. *de Or.* Aut a fera, agrestique vita ad hunc humanum cultum, civilemque deducere. ¶ Item pro leni, miti, benigno, quem Græci φιλάνθρωπον dicunt. *Cic. de Sen.* Cæteris in rebus comis erga Lysandrum, atque humanus fuit. Item pro culto, erudito. *Cic.* 4. *Verr. c.* 44. Hæc Scipio ille non intelligebat homo doctissimus, atque humanissimus: tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris intelligis & judicas. *Varr. apud Non. c.* 1. *n.* 260. Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori ignotus. V. *Gell. l.* 13. *c.* 16. ¶ Humanus, substantivum, pro homine. *Varro*. Natura humanis omnia sunt paria. *Lucr. l.* 3. *v.* 79. Et sæpe usque adeo mortis formidine, vitæ Percipit humanos odium, lucisque videndæ, Ut sibi conscisceant mœrenti pectore lethum.

Humatĭo, onis, f. *sepoltura*, קבורה, Ger. *begræbnuss*, Gal. *enterrement*, Hisp. *enterramiento*, ταφὴ, actus humandi. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 43. Totaque de ratione humationis unum tenendum est, ad corpus illam pertinere, sive occiderit animus, sive vigeat.

Humator, oris, m. qui humat, & sepelit, *chi seppellisce*. *Lucan. l.* 7. *v.* 799. Pœnus humator Consulis.

Humātus, a, um, *seppellito*, ταφεὶς, sepultus, partic. ab *humo*. Primis Romanorum temporibus de iis tantum dicebatur, quibus post denicale sacrum gleba injecta erat, postea de omnibus sepultis dici cœpit. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 22. Quod nunc in omnibus sepultis ponitur, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret. Adde *Plin. l.* 7. *c.* 54.

Humectātus, a, um, nom. ex particip. *umettato*, *bagnato*. *Silius l.* 8. *v.* 438. statque humectata Vomano Adria.

Humecto, as, a. 1. *bagnare*, *far' umido*, רטוב, Ger. *nass machen*, Gal. *moniller*, Hisp. *humedecer*, *mojar*, βρέχω, humido tacio. *Virg. l.* 3. *Georg.* Qua niger humectat flaventia culta Galesus. *Lucret. l.* 1. *v.* 918. Et lacrymis salsis humectent ora genasque.

Humectus, a, um, *umido*, רטוב, Germ. *nass*, Gall. *humide*, Hisp. *humedo*, humidus, ut Humectus locus. *Var.* 1. *de re rust. c.* 24. Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, & arundinetum. *Apul. de Deo Socrat.* Aquæ humectiores humilius meant. *Macrob. Sat.* 7. *c.* 6. Humectissimo corpore esse.

Humĕo, es, ui, n. 2. *esser' umido, bagnato*, רטב, Germ. *nass seyn*, Gal. *ètre humide*, Hisp. *ser humedo*, ὑγρός, εἰμι, νοτίζομαι, madidus sum. *Ov.* 10. *Met. v.* 509. Lacrymisque cadentibus humet. *Plin. Paneg. c.* 30. Humentes terræ.

Humerāle, lis, n. 3. humerorum tegumentum, ut tibiale, tegumentum, tibiarum. *Paul. l.* 14. *Dig. de re milit.* Nam si tibiale, vel humerale miles alienavit.

Humerōsus, a, um, *chi ha larghe spalle*, ὠμώδης, quod latos humeros habet, & translate dicitur de loco alto. *Col. l.* 3. *c.* 10. Ut a prædictis locis, quos humerosos rustici vocant.

Humĕrus, ri, m. 2. *omero, spalla*, שכם, Ger. *schulter*, Gal. *èpaule*, Hisp. *e spalda, ombro*, ὦμος, pars illa corporis, a qua dependent brachia, a Græca voce allata. *Cic. in Verr.* Ab humero pendebant sagittæ. ¶ Dicitur etiam de bobus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quid de bobus loquar, quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, cervices autem natæ ad jugum, tum vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda. ¶ Item de partibus illis in avibus, a quibus dependent alæ. *Col. l.* 8. *c.* 2. *de gallinaceis.* Jubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ per colla, cervicesque in humeros diffusæ.

Hūmesco, is, n. 3. *divenir' umido*, רטב, Germ. *nass vverden*, Gal. *devenir humide*, Hisp. *humedecerse*, ὑγραίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι, humectus fio. *Vir.* 2. *Geor. v.* 111. Humescunt spumis, flatuque sequentum, &c.

Humĭde, adverb. *umidamente*. *Plaut. Most.* 4. 1. 67. Hæc signa humide putrent. In quibusdam MSS. legitur *humida*.

Humĭdo, as, avi, atum, a. 1. humidum reddo. *Cels. l.* 1. *c.* 3. Humidant autem corpus labor minor, quam ex consuetudine, frequens balneum, cibus plenior. &c. *Alii leg. humidum autem corpus reddit labor*, &c.

Humidŭlus, a, um, *umidetto*, aliquantum humidus. Incerta valde lectio est in illo *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 629. Fallet, & humiduli quæ fiet acumine lini, &c. Certa autem in illo *Ausonii epigr.* 106. Humidulis spumas stringit utraque (*manu*) comis.

Humĭdus, a, um, o. 1. 2. *umido*, ὑγρός, quod humorem habet, ab *humor*. *Cic. in Verr.* Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco angusto fieri. ¶ Item quod humorem inducit. *Virg.* 2. *Æn.* Et jam nox humida cœlo præcipitat. Habet & gradus. *Vitruv. l.* 8. *c.* 2. Auster, & reliqui, qui a Solis cursu impetum faciunt, sunt humidissimi. *Apul. l.* 1. *dogm. Plat.* Gustatus sensus humidioribus commodatus. ¶ Humida in plur. substantive pro mari dixit. *Avien. in Arat. v.* 792.

Humĭfer, a, um, *umido*, νοτιζόμενος, humorem afferens. *Cic.* 1. *de Div. c.* 9. *ex poeta*: Naribus humiferum duxere ex aere succum.

Humĭfico, as, a. 1. humecto. *far' umido*. *Auson. Idyll.* 8. *v.* 12. Sementem Notus humificet, sit bruma nivalis.

Humifĭcus, a, um, adject. humectans. *Plin. l.* 2. *c.* 101. Spiritus Lunæ humificus.

Humigātus, o. 1. 2. *bagnato*, βεβρεγμένος, humore perfusus. *Apul. l.* 1. *Flor.* Vel cæspes libamine humigatus.

Humiliatĭo, onis, f. 3. *umiliazione, abbassamento*, ταπείνωσις, demissio, actus humiliandi. *Tertull. advers. Hermog. c.* 7. *& de Patient. c.* 13.

Humiliātus, a, um, *abbassato, umiliato*, demissus. *Tertull. de orat. c.* 13. Publicanus, non tantum prece, sed & vultu humiliatus atque dejectus. *Sidon. l.* 5. *ep.* 14. *ad fin.* Humiliatæ cervices. ¶ Qui *Ciceroni* tribuunt, *l.* 2. *de nat. deor. c.* 47. frustra sunt.

Humilifĭco, as, a. 1. idem quod humilio. *Tertull. de Pænit. c.* 9. Exomologesis prosternendi & humilificandi disciplina est.

Humilĭo, as, a. 1. *umiliare, abassare*, ταπεινόω, humilem facio, abjectum, ac vilem. *Tertull. advers. Marcion. l.* 5. *c.* 20. Resurget corpus nostrum, quod humiliatur in passionibus. *Ammian. l.* 30. *c.* 10. Ad humiliandum celsitudinem potestatis.

Humĭlis, e, o. 3. *umile, basso*, שפל, Ger. *nider*, Gal. *humble*, Hisp. *humilda*, ταπεινός, quod est humi declive, quod a terra non alte tollitur, ab *humus*. *Cic. Tusc.* 5. Arbores, & vites, & ea, quæ sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt. ¶ Translate pro vili & abjecto, & dicitur de animo, & de fortuna. *Cic.* 1. *Fin. c.* 15. Succumbere doloribus, eosque humili animo, imbecillique ferre, miserum est. *Liv. l.* 3. *c.* 19. Humillimus homo de plebe. ¶ Usurpatur etiam in bonam partem. *Cic.* 1. *Invent. c.* 16. Humili, & supplice obsecratione utendum erat.

Humilĭtas, tis, f. 3. *umiltà, bassezza*, שפל, Ger. *niedere*, Gal. *bassesse, humilite*, Hisp. *vileza bumildad*, ταπεινότης, qualitas contraria altitudini. *Cic.* 5. *Tusc.* Septem alia suos quæque tenere cursus multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia. *Id.* 2. *de Nat. Deor. c.* 47. Humilitas animalium. V. *Humilio*. ¶ Translate ponitur pro demissione, ignobilitate, paupertate. *Cic.* 1. *Offic.* Quorum prima ætas propter humilitatem, & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. *Id.* 13. *Phil.* Is autem humilitatem despicere audet cujusquam, qui ex eadem sustulerit liberos? Pro virtute Superbiæ opposita, qua quis de se demisse sentit, Latini non usurpant hanc vocem, sed *modestiam*.

Humilĭter, adv. *umilmente, bassamente*, Ger. *nider*, Gal. *bassament*, Hisp. *baxamente*, ταπεινῶς, demisse. *Liv. l.* 24. *c.* 25. Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliter, aut superbe dominatur. *Plin. in Epist.* 24. *l.* 6. Aut tolluntur altissime, aut humillime deprimuntur. *Pallad. l.* 3. *c.* 13. In loco clivoso humilius rami arborum servandi sunt.

Humiprostratĭo. V. Humicubatio.

Humo, as, a. 1. *seppellire, coprire di terra*, קבר, Ger. *begraben*, Gal. *enterrer*, Hisp. *enterrar*, θάπτω, humo contego, sepelio, ab *humus*. Olim dicebatur de iis solis, qui humo tegerentur. Sed postea pro sepelire generatim usurpari cœpit. *Cic.* 1. *Tusc.* In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis, ex quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum. V. *Humatus*. ¶ Humare taleas apud *Colum. l.* 5. *c.* 9. est terræ mandare, *piantare*.

Humor, oris, m. 3. *umore, liquore*, לח, Ger. *feuchte*, Gal. *humeur*, Hisp. *humor*, νοτίς, ὑγρότης, aqua, liquor, ab ὕω, *pluo*. *Varro l.* 4. *de L. L.* deducit ab *humus*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Et terrenis, marinisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 143. Bacchi Massicus humor. ¶ *Humor corporis saccatus*, vocatur lotium a *Lucr. lib.* 4. *v.* 1022. quod idem a *Plin. lib.* 7. *cap.* 51. dicitur *humor præfandus*.

Humorōsus, a, um, idem quod humidus. *Colum. l.* 3. *c.* 10. & *Apulej. de herb. c.* 5.

Humus, i, f. 2. *terra*, ארמה, Germ. *dierd*, Gal. *terre*, Hisp. *tierra*, γῆ, terra. *Cic. de Leg. c.* 22. Quos humus injecta contegeret. ¶ Gen. *humi* fere de verbis quietis dicitur. *Cic.* 2. *de Or.* Hoc videtur esse altius, quam ut id nos humi strati suspicere possimus. ¶ Videtur etiam cum verbis motus ad locum conjungi. *Ovid.* 5. *Met.* Sternit humi juvenem. *Virg.* 1. *Æn. v.* 193. Quam septem ingentia victor corpora fundat humi.

Hungaria, f. 1. inc. *Magiar*, Slavis *Vvegierska*, Ger. *Hungerland*, Gal. *Hongrie*, Hisp. & Ital. *Ongaria*, Regnum Europæ satis amplum. Habet a Sept. Poloniam sup. a qua separatur Carpatho M. & Russiam nigram, a Mer. Croatiam, Bosniam, & Serviam, a quibus secernitur Savo fl. ab Or. Transylvaniam, ab Occ. Moraviam, Austriam, & Stiriam. Nomen accepit ab Hunnis pop. Sarmatiæ in Regno Moschorum. Danubio fl. in duas partes dividitur, Cisdanubianam, & Transdanubianam. Cisdanubiana Danubio ad Bor. & Savo ad Austr. terminatur, & complectitur utranque Pannoniam, superiorem, & inferiorem. Transdanubiana Danubio ad Austr. & Carpatho M. ad Bor. continetur, & Jazyges Metanastas, & Daciæ partem inter Tibiscum, & Marisum fl. complectitur. Incolæ *Hungari*. Adject. possess. *Hungaricus, a, um*.

Hunni, m. 2. Huni, Abares, Avares, Pop. Sarmatiæ, circa Mœotidem, qui inde egressi in Pannonias migrarunt, unde nomen Hungariæ. Eorum pars, Attila duce, in Italiam, & in Galliam venit. Sed cum ibi grandi clade affecti fuissent in Cataulonicis campis a Meroveo Francorum Rege, & Ætio Romanorum Duce, in Pannonias redire coacti sunt.

Hurpex. V. Irpex.

H ANTE Y.

Hyacinthia, orum, n. 2. sacra in honorem Hyacinthi pueri, a Laconibus trium dierum spatio celebrata. *Athen. l.* 4. *c.* 4. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 219.

Hyacinthĭnus, a, um, quod habet colorem hyacinthi. *Pers. Sat.* 1. *v.* 32. Cui circum humeros hyacinthina læna est.

Hyacinthizontes, m. 3. ὑακινθίζοντες, smaragdi, qui hyacinthi colorem imitantur. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hyacinthus, m. 2. *giacinto*, ὑάκινθος, genus violæ vernæ, colore obscuræ purpuræ. A Romanis vacinium appellatur, teste *Dioscoride*. Hoc violæ genus venis quiqusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, ut duarum Græcarum literarum, α, & ι, figuram referant, quæ res Poetis dublici fabulæ occasionem præbuit. Poetæ enim volunt huic flori a Hyacintho puero nomen inditum fuisse, & fabulantur, Apollinem, cum inter ludendum disco imprudens Hyacinthum occidisset, e cruore ejus in terram effuso produxisse ejusdem nominis florem, ac ad gemitus suos testandos illi inscripsisse αἴ, αἴ, *hei*, *hei*, quæ est interjectio dolentis. Fabulantur item, Ajacem in eundem florem esse conversum, cum se ipse interemisset, indeque primam ejus nominis syllabam in hoc flore inveniri. *Ovid.* 10. & 13. *Met. Virg.* 3. *Ecl. Plin. l.* 21. *c.* 10. ¶ Hyacinthus etiam f. 2. cum Græcis, tum Latinis gemmæ nomen est, sic dictæ a colore floris hyacinthi. Nam huic gemmæ velut ex carbunculo quidam in purpura leviter roseus color, & fulgor violaceus dilutus refulget. *Plin. l.* 37. *c.* 9. Hyacinthi Indicæ.

Hyădes, f. 3. ὑάδες, septem filiæ Atlantis ex Æthra uxore, sorores Hyantis, quarum hæc sunt nomina, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexauris, Pytho, Tyche. Hæ, cum fratrem a leone interemptum lugerent, magnitudine doloris extabuerunt. Jupiter miseratione motus in stellas convertit, & in capite Tauri collocavit. Ut autem perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, a fratris nomine Hyades sunt appellatæ. *Ovid.* 5. *Fast.* Sed *Eustathius* in Iliad. Σ hanc opinionem refellit. Alii dicunt, has stellas olim fuisse Nymphas Dodonidas, ex Dodona urbe Epiri, Bacchi nutrices, quæ, cum Junonis iram vererentur, fugerentque Lycurgi sævitiam, a Jove in cœlum translatæ sunt. Denique multis dictæ creduntur ab ὕειν, pluere. *Cic. de nat. Deor. Ovid.* 5. *Fast. v.* 165. *Plin. l.* 2. *c.* 39. & *l.* 18. *c.* 26. Nempe sidus hoc vehemens est, & terra, marique turbidum, tamque in ortu suo, quam in occasu, tempestates, largosque imbres concitat. A Latinis Suculæ appellantur, & Hœdi. Diversæ sunt a Plejadibus. Nam Plejades fuere filiæ Atlantis ex Plèjone Nympha, & earum nomina sunt, Electra, Halcyone, Celæno, Maja, Asterope, Taygete, Merope. *Hor. lib.* 1. *Carm. ode* 3. Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti.

Hyæna, f. 1. ὕαινα, animal in genere luporum, quod colore lupi est, sed magis hirtum, jubamque habet toto tergo perpetuam, instar equi, sed duriore seta, qua porcum refert, ab ὕαινα, *porca*, propter duritiem setarum. Narrant, hyænam utriusque esse naturæ, & alternis annis marem, alternis fœminam fieri. Parere sine mare vulgus credit, Aristoteles negat. Fera est, & crudelis, sermonem humanum inter pastorum stabula assimilat, nomenque alicujus addiscit, quem evocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitatur ad solicitandos canes, quos invadat. *Arist. l.* 6. *Hist. Anim. c.* 32. & *l.* 8. *c.* 5. *Ovid.* 15. *Met. Plin. l.* 8. *c.* 30. ¶ Est & hyæna piscis vasto corpore, sic dictus, quia hyænæ terrestri similis est. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Hyænia, æ, f. vel hyænium, ii, n. lapis, qui in oeulis hyænæ invenitur. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Hyalĭnus, a, um, viridis, ab hyalus. *Fulgent.* 1. *Mythol.* Hyalinæ sphæræ cavitas.

Hyalisus, V. Jalysus.

Hyălus, m. 2. *vetro*, ὕαλος, vitrum, ab ὕω, *pluo*, quod aquæ pluviæ habeat colorem. Hinc color hyali dicitur color viridis. *Virg.* 4. *Georg.* Milesia vellera nymphæ carpebant hyali saturo fucata colore. Ita *Ser.*

Hyampŏlis, is, f. *Jampoli*, urbs Phocidis prope Bœotiam. *Plin. l.* 4. *c.* 7. *Stat.* 7. *Theb. v.* 345. Et valles, Lebadea, tuas, & Hyampolin, &c.

Hyantes, m. 3. seu Hyantiæ, m. 1. pop. Bœotiæ, quorum urbs Hyantia, ab Hyante Rege. *Plin. l.* 4. *c.* 7.

Hyantēus, vel Hyantius, a, um, adject. Bœotius. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 147. Participes operum compellit Hyantius ore. Ubi Acteonem intelligit Cadmi Bœotiæ regis filium. *Id. l.* 8. *Metam. v.* 310. Cumque Pheretiade, & Hyanteo Jolao.

Hyas, antis, m. 3. Atlantis fil. ex Æthra uxore, qui a leone devoratus est. *Ovid.* 5. *Fast.* ¶ Fuit etiam Bœotiæ Rex, a quo Bœoti Hyantes vocati. *Strab. l.* 7. ¶ Denique *Hyas*, *f.* apud *Stat. l.* 1. *silv. ult. v.* 22. est una ex Hyadibus. V. *Hyades*.

Hybernus, V. Hibernus.

Hybla minor, opp. exc. Siciliæ, in monte cognom. dictum ab Hyblone Rege, conditum a Doriensibus, ubi nunc locus *Judica*, inter Catinam, & Centuripas thymo, & melle memorabile, ubi ingens salicum copia. Vel est *Mellili*, seu *Melilli*, a Megara urbe exc. apud Augustam 4. M. P. Vel est ipsa Megara, quæ teste Thucydide Hybra prius, & Megara postea dicta est. Hybla major, *Avola*, opp. Siciliæ, apud Neætum, inter illud, & Ragusium oppid. ¶ Hybla parva, opp. exc. Siciliæ, in finibus Gelensium, inter Claromontem, & Buterium opp. non longe a Buterio. Pop. *Hyblæi*, vel *Hyblensos*, seu *Hyblenses*. Sed aliis Hybla minor est Hærea, nunc *Ragusa*, in valle Neætina. ¶ Hybla major est *Paterno*, ad radices Ætnæ M. prope Simethum fl. Hybla parva est Megara, in ora Or. ad ost. Allabi fl. inter Augustam ad Bor. & Syracusas ad Austr. ¶ In recto casu dicitur etiam *Hyble* Græca positione. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 150.

Hyblæus, a, um, o. 1. 2. quod spectat ad Hyblam urb. vel montem, ut Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte, ubi thymi copia est, pascuntur. *Virg.* 1. *Ecl.* Hyblæis apibus florem depasta salicti.

Hybrĭda, V. Ibrida.

Hybris,

Hybris, idis, V. Ibrida.

Hyccara, f. 1. Carbolongi, Garbolangi, Carini, urbs olim Siciliæ, condita a Sicanis, nunc eversa, ubi hodie Carinum, inter Panormum, & Elymam.

Hydaspes, is, m. fluv. Indiæ in Regno Pori, inter Indum, & Acesinem medius, qui postea cum aliis in Indum se exonerat. Lucan. l. 8. v. 227. vocat Hydaspem Nysæum, quia Nysam urbem alluit. Horat. l. 1. od. 22. fabulosum appellat, quod multa de eo fabulosa dicebantur. ¶ Est etiam hoc nomine fl. Persiæ, seu Mediæ, si Virg. 4. Geor. v. 211. & Curtio l. 4. c. 5. fides habenda est. Fortasse, cum fabulosum Hydaspen dixit Horatius, eo respexit, quod nihil certi de hoc fluvio illis temporibus esset. Geographi putant Choaspen esse, de quo hi Auctores loquuntur, eosque falsos similitudine nominis unum pro alio usurpasse.

Hydaspēus, a, um, adject. ad Hydaspen pertinens. Claud. de III. Cons. Honor. v. 4. Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis.

Hyděros, m. 2. ὕδερος, hydrops, genus morbi, cum cutis aqua distenditur. Col. Sed vox græca est, & græce scribenda.

Hydra, f. 1. vel hydrus, m. 2. idra, ὕδρα, ὕδρος, natrix, anguis genus in aqua vivens, ab ὕδωρ, aqua. Plin. l. 29. c. 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est, quod in aqua vivit; hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno. ¶ Hydra Lernæa apud Poetas serpens fuit septem capitibus in Lerna palude, cum qua Hercules pugnavit, quæ, cum Hercules ei unum caput abscidisset, continuo aliis septem augebatur, tandem ferro, & igne victa, & interfecta est, adhibito Jolao, qui incisam cervicem ardente face e vestigio inureret. Alio nomine Excetra dicta est, quod uno cæso capite, tria, seu, ut diximus, septem, idest, multa excrescebant. Isid. l. 11. Orig. c. 3. Serv. in 6. Æn. Ovid. 9. Met. v. 69. Sed secundum Historicos constat, Hydram paludem fuisse in Lerna Argivorum regione aquas evomentem, quæ vastabant agros vicinarum urbium, in qua uno meatu clauso, multi erumpebant. Hercules igitur avertit in alias partes flumina, quæ in paludem excurrebant, atque ita paludem exsiccavit. ¶ Hydræ imago in Cœlum translata est, & quadragintaduobus sideribus constat. Plato in Euthydemo scripsit, Hydram fuisse callidissimam Sophistriam, cui propter sapientiam pro uno sermonis capite amputato multa repullulabant, seu quæ ita quæstiones solebat proponere, ut uno soluto dubio multa subnascerentur. ¶ Hydram secare, ὕδραν τέμνειν, pro. Græcum est, ita unum aliquod incommodum tollere, ut in ejus locum alia plura recipias.

Hydragogia, æ, f. aquæ deductio in aliquem locum. Varr. apud Non. c. 3. n. 114.

Hydrargȳrum, ri, n. argento vivo, ὑδράργυρον, seu ὑδράργυρος, aqua argentea, genus metalli, ab ἄργυρος, argentum, & ὕδωρ, aqua, quia colore quidem est argenteo, nec tamen uti argentum uno loco consistit, sed aquæ instar diffluit. Interdum hydrargyrum pressius sumitur pro factitio, non pro nativo argento vivo; sed utrique eadem natura, & facultas inest. Plin. l. 33. c. 3. Æs inaurari argento vivo, aut hydrargyro legitimum erat.

Hydraula, æ, idem ac hydraulus. Vitruv. l. 10. c. 10. Eadem ratione versantur hydraulæ. At Salmas. in Solin. legit Hydromylæ. h. e. molæ, quæ vi aquæ rotantur.

Hydraules, vel Hydraula, æ, m. 1. organista, peritus organi hydraulici pulsandi. Suet. Ner. c. 54. Voverat, proditurum se etiam hydraulam, & choraulam, &c.

Hydraulĭcus, a, um, quod ad hydraulum spectat. Plin. l. 7. c. 37. Laudatus Ctesibius pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Adde Suet. Ner. c. 41. ¶ Hydraulicæ machinæ dicuntur, quibus aqua per fistulas exprimitur, & in sublime pellitur. Hæ partim fiunt ad aquarum ludos faciendos, partim ad Hydromylas versandas, partim ad excitandas in musicis organis harmonias, ad horologiorum motus, &c. De his V. Vitruv. l. 9. & 10. & Turneb. l. 1. c. 22.

Hydraulus, m. 2. ὕδραυλος, seu ὕδραυλις, organo, instrumentum musicum aquæ decursu sonum reddens, ab ὕδωρ, aqua, & αὐλός, tibia. Simile est ei, quod nunc appellatur organum, nisi quod hujus fistulæ ventis solum inflantur, in hydraulicis aquæ decursu sonus redditur. Plin. l. 9. c. 8. de delphino. Mulcetur symphoniæ cantu, & præcipue hydrauli sono. ¶ Item instrumentum extrahendæ a profundo aquæ idoneum. Vitruv. l. 10. c. 13.

Hydræum, i, n. idem ac hydreuma, apud Solin. & Plin. l. 6. c. 23. V. Salmas. in Exercit. Plin. pag. 1183.

Hydreuma, atis, n. 3. ὕδρευμα, aquationum ratione disposita mansio, ab ὑδρεύειν, aquari. Plin. l. 6. c. 23. A Copto camelis itur, aquationum ratione mansionibus dispositis: prima appellatur hydreuma XXXIIM. secunda in monte diei itinere.

Hydrĭa, f. 1. urna d'acqua, כד, Ger. ein vasser krug, Gal. cruche, Hisp. tinaja, hibria, ὑδρία, aqualis, idest, vas aquarium, urna, ab ὕδωρ, aqua. Cic. 4. Ver. c. 19. Dicebant, scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse.

Hydrīnus, a, um, adject. ab hydra, vel hydro, ut hydrina vulnera, Prudent. Peristeph. 14. v. 885. Hydrina vulnera.

Hydrius, ii, m. aquarius. Hydrus puer est Aquarius, cœleste sidus, Prudent. Apotheos. v. 622.

Hydrocēle, f. 1. ὑδροκήλη, hernia aquosa, cum scilicet aqua in scroto colligitur, seu, ut alii definiunt, cum in alterum e testibus humor confluit, ab ὕδωρ, aqua, & κήλη, quod speciatim scroti tumorem significat. Vossius ramicem appellat. Alii speciem herniæ faciunt, non ramicis. Mart. l. 12. epigr. 84. Dicentem tumidas in hydrocelas.

Hydrocelĭcus, a, um, ὑδροκηλικός, qui hydrocele laborat. Plin. l. 30. c. 8. Hydrocelicis stelliones mire prodesse tradunt.

Hydrochŏus, m. 2. ὑδροχόος, Aquarius, seu Ganymedes, signum cœleste, ab ὕδωρ, aqua, & χέω, fundo, quia in mensa Deorum miscendæ nectari aquæ præpositus fuisse fingitur. Vox Græca est, & Græce scribenda.

Hydrogarātus, a, um, adject. hydrogaro conditus, ut ilicia hydrogarata, apud Apic. l. 2. c. 2.

Hydrogărum, i, n. genus liquaminis inter cupedias Veterum. Lamprid. Heliogab. c. 29. Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit.

Hydrolapăthum, n. 2. ὑδρολάπαθον, lapathi genus, quod in aqua nascitur. Plin. l. 20. c. 21.

Hydromantia, f. 1. ὑδρομαντεία, divinatio, quæ fit per aquam. August. l. 7. de Civ. scribit, Numam Pompilium hydromantiam fecisse, ut videret imagines Deorum, vel ludificationes Dæmonum, a quibus audiret, quid in sacris constituere, atque observare deberet. Quod genus divinationis Varro a Persis dixit illatum, quo & ipsum Numam, & Pythagoram Philosophum fuisse usum commemorat. Plin. l. 37. c. 11. Anancitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. Isidorus legit necromantia.

Hydromēli, n. 3. acqua mellata, ὑδρόμελι, aquæ mulsæ genus, ex imbre purissimo, & melle temperatum, & jam vetustate vini saporem referens, ab ὕδωρ, aqua, & μέλι, mel. Nam quod recens est, & ad præsentem usum confectum, melicranon potius nominatur, a μέλι, mel, & κεράννυμι, misceo. Plin. l. 14. c. 17. & l. 31. c. 6. Col. l. 12. c. 12.

Hydromyla, æ, f. 1. V. Hydraula.

Hydrophobia, f. 1. ὑδροφοβία, aquæ fuga, miserrimum genus morbi, in quo simul æger & siti, & aquæ metu cruciatur, quod solet accidere iis, qui a rabido cane fuerint morsi, ab ὕδωρ, aqua, & φόβος, timor. Cæl. Aurel. l. 3. c. 9. 10. 11. & 12. Hydrophobiam signat Ovid. de Pont. l. 1. ep. 3. v. 23. Solvere nodosam nescit medicina podagram, nec formidatis ulla medetur aquis.

Hydrophŏbi, m. 2. ὑδροφόβοι, aquæfugæ, ægri, quos canis rabidus momorderit, qui aquam expavescunt, a φοβέομαι, timeo, & ὕδωρ, aqua. Plin. l. 29. c. 5. Est limus salivæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur.

Hydrophobĭcus, a, um, adject. ut Hydrophobica passio, apud Cæl. Aurel. Acut. 3. c. 8. V. Hydrophobia.

Hydropĭcus, a, um, idropico, ὑδρωπικός, qui hydrope laborat. Hor. l. 1. ep. 2. v. 34. Si noles sanus, curres hydropicus. ¶ Secundam syllabam in hac voce corripuit Æmil. Macer c. de Allio; non imitandus.

Hydropĭsis, is, f. 3. idem ac hydrops. Plin. l. 20. c. 1. Si & contra phthiriasim bibitur, & hydropises.

Hydrops, opis, m. 3. idropisia, Ger. die vvasserschut, Gal. hydropisie, Hisp. hidropesia, ὕδρωψ, ὦπος, genus morbi, quo aqua præter naturam sub cute nascitur, qua corpus turgescit, ab ὕδωρ, aqua, & ὤψ, facies. Hor. l. 2. Carm. od. 2. Crescit indulgens sibi dirus hydrops, nec sitim pellit, nisi causa morbi fugerit venis. Cels. l. 3. c. 21. Ex quartana in hydropa decidere. Æmil. Macer l. 5. c. 19. Cum mulsa potus purgando resolvit hydropen. ¶ Hujus tria sunt genera, quæ V. apud Cels. l. 3. c. 21.

Hydruntum, i, n. 2. Hydros, untis, m. 3. Otranto, urbs A. Salentinorum, in R. Neap. in ora maris Hadriatici, permunita, cum castro, & portu capaci. Cic. 15. Att. ep. 21. Plin. l. 3. c. 11. ¶ Hinc adject. Hydruntinus.

Hydrus, V. Hydra.

Hyems cum derivat. V. Hiems.

Hygēa, vel Hygia, æ, ὑγεία, filia Æsculapii, sanitatis Dea. Plin. l. 34. c. 8. & l. 35. c. 11. Mart. l. 11. epigr. 61. Quod sanare Criton, non quod Hygia potest.

Hygīnus, i, (C. Julius) libertus Augusti, a quo advectus Romam præfuit Bibliothecæ Palatinæ. Multa scripsit, e quibus supersunt Fabulæ, & Poetica Astronomica. Sunt tamen, qui Augusti ætate indigna ea scripta putant propter styli inelegantiam, ideoque alteri tribuunt Hygino, qui circa Antoninorum ætatem floruerit. ¶ Alter Hyginus scripsit de Limitibus constituendis, sub Trajani imperio.

Hygremplastra, n. 2. emplastra liquida. Plin. l. 34. c. 15.

Hyla, vel Hylas, æ, m. 1. Ὕλας, fil. Theodamantis, comes fuit Herculis, cui in finibus Joniis amisso quotannis sacra instituit, in quibus crebro ejus nomen appellabatur. Quo respexit Virgil. illo Ecl. 6. v. 44. Ut littus Hyla Hyla omne sonaret. V. ibi Serv. & Proper. l. 1. el. 20. Fabulati sunt Poetæ, eum a Nymphis pulcritudine ejus captis raptum, dum in Ascanio flumine urna aquam hauriret. Juvenal. Sat. 1. Et multum quæsitus Hylas, urnamque secutus.

Hylus, m. 2. simplici l, filius Herculis ex Dejanira, qui Jolen patre mortuo uxorem duxit. Ovid. l. 9. Met. Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibique Misericordiæ, vel Clementiæ templum condidit, quod & accepti ab Atheniensibus beneficii testimonium, & miseris in posterum asylum esset, & perfugium.

Hymen, enis, vel hymenæus, i, ὑμήν, vel ὑμέναιος, carmen nuptiale, hymnus virginalium nuptiarum, a præt. ὕμαι verbi ὕω, seu ὕδω, cano, vel ab Æolico ὑμεναίω, una habito. Stat. l. 2. Sylv. ult. v. 87. Et vestros Hymenæon ante postes Festis cantibus ipsa personabo. ¶ Item, apud Græcos, membrana, qua fœtus involvitur, sed speciatim eugium, seu membranula in inguine muliebri, quæ claustrum virginitatis est. Alii qui volunt, hanc esse primam hujus vocis notionem, & inde carmen nuptiale, & Deum nuptiarum præsidem appellatum a veteribus fuisse. ¶ Item Hymen, vel Hymenæus, vel conjunctim Hymen Hymenæus Deus nuptiarum præses habitus fuit, ut dictum est. Hunc aliqui Liberi, & Veneris filium fuisse volunt, alii Apollinis, & Calliopes, alii Uraniæ, alii Clius; primum certas instituisse nuptias, eoque hunc ei honorem habitum, ut in virginalibus nuptiis memoria ejus celebraretur, Alii virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas a prædonibus virgines, oppressis latronibus, parentibus intactas restituit. Donat. ad Adelph. a. 5. sc. 7. Vel qui inter bella sævissima virgines liberaverit. Serv. in 1. Æn. Hanc ob causam in nuptiis tradunt a Græcis, eorumque imitatione a Latinis ejus numen solitum fuisse invocari, quasi liberatoris virginitatis, ut Romani in nuptiis virginalibus invocabant Talassum, seu Talassium, seu Talassionem. Plut. in Quæst. Rom. probl. 31. Serv. in 1. Æn. Sed Sigonio referente l. 1. de ant. jure C. R. c. 9. apud Romanos, cum sponsa duceretur, omnes, respondentibus vicissim pueris, puellisque, clara voce concinebant, Hymen, o Hymenæe, ingrediente vero sponsa mariti ædium limen, Talassio magna voce clamabatur, quod in raptu Sabinarum ea vox celebrata virginem præstantissima forma ab impetu aliorum defendisset. Catul. Carm. 62. Hymen o Hymenæe, Hymen ades o Hymenæe. ¶ Metonymice Hymenæus, vel Hymen usurpatur pro ipsis nuptiis. Virg. Æn. 1. v. 651. Pergama cum peteret, inconcessosque Hymenæos. ¶ De Hymenæo varias fabulas tradit Serv. in Virg. Ecl. 8. & in 4. Æn.

Hymenēĭus, a, um, ad Hymenæum pertinens, ut Hymeneia lex, Martian. Capell. l. 7.

Hymettĭus, a, um, ὑμήττιος, ex Hymetto monte. Plin. l. 36. c. 3. L. Crassus Orator primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. idest ex Hymetto monte excisas. Adde Horat. l. 2. Sat. 2. v. 15.

Hymettus, m. 2. Cecropias, Imetto, Monte di Settines, mons Atticæ, Athenis proximus, melle abundans. Mart. l. 7. epigr. 87. Pascat & Hybla meos, pascat Hymettus apes.

Hymnidĭcus, a, um, adject. hymnos canens. Alcim. carm. 178. Hymnidicæ laudes. ¶ Jul. Firm. l. 8. c. 25. habet Hymnodicus.

Hymnĭfer, a, um, qui hymnos componit, seu cantat. Ovid. 11. Met. v. 58. Et hymniferos hinniat divellere vultus.

Hymnio, is, n. 4. ὑμνέω, hymnos cano. Prudent. pass. Calagur. sub fin. State nunc, hymnite, matres, pro receptis parvulis.

Hymnolŏgus, i, m. laudator, hymnis celebrans. Jul. Firmic. l. 3. c. 6. Sive templorum conditores, aut hymnologos.

Hymnus, m. 2. lode, זמרה, Ger. lobgesang, Gal. hymne, Hisp. himno, ὕμνος, proprie est canticum in Deum, sed simpliciter pro cantico, & laude accipitur, ab ὕδω, cano, celebro. Prudent. præfat. Cathemer. v. 37. Hymnis continet dies, Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat. Exemplum autem ex Martial. lib. 12. epigr. 76. quod affertur a quibusdam Lexicographis, non facit ad rem, quia Hymnus est nomen proprium pueri cujusdam.

Hyoſciamĭnus, a, um, quod eſt ex hyoſciamo, ut Oleum hyoſciamĭnum, quod ex hyoſciamo decoquitur. *Plin. l.* 23. *c.* 4.

Hyoſciămus, m. 2. *juſquiamo, giuſquiamo*, ὑοσκύαμος, genus herbæ, quam vulgus juſquiamum, & fabam porcinam, Latini Altercum, vel Apollinarem vocant. *Col. l.* 7. *Plin. l.* 20. *c.* 17.

Hyoſiris, f. 3. herba intubo ſimilis, ſed minor, & tactu aſperior, quæ contuſa vulneribus præclare medetur. *Plin. l.* 27. *c.* 10.

Hypæpa, f. 1. Hypæpæ, *Ipepa*, urbs Lydiæ, Thiatiræ proxima, inter Tmolum M. & Cayſtrum fl. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 153.

Hypæthrus, a, um, adject. *ſcoperto*, ὕπαιθρος, ſub dio poſitus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. Jovi, Fulguri, & Cœlo, Soli, & Lunæ ædificia ſub dio, hypætraque conſtituuntur. *Id. l.* 5. *c.* 9. Hypæthræ ambulationes.

Hypallăge, f. 1. ὑπαλλαγή, ſuppoſitio, ſubmutatio, cum unum pro altero ſubjicitur, ſeu cum aliquid præpoſtere effertur, ut *Agere* pro *pati*, aut contra. *Trade rati ventos*, pro *Trade ventis ratem*. V. Grammaticos.

Hypalus, ſeu Hippalus, m. 2. ventus inter Favonios, ſeu Zephyros, certo anni tempore ſpirans, ita appellatus a navigantibus in mari Indico, voce Arabica, vel ab ejuſdem nominis gubernatore. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Hypănis, is, m. flu. Poloniæ, qui a Podolia in Boryſthenem, & mox in Euxinum Pontum influit. *Rog. Virg.* 4. *Georg. v.* 370. *Cic. Tuſc.* 1. *c.* 39.

Hypăte, es, ὑπάτη, ſumma chorda in fidibus, quæ acutiſſimum ſonum reddit. *Vitruv. l.* 5. *c.* 4.

Hypelates, m. 1. lauri ſpecies, al. daphne, carpophyllum, laurus Alexandrina. *Plin. l.* 15. *c. ult.*

Hypenemia ova, ὠὰ ὑπλωέμια, ova irrita, & ventoſa, ex quibus nihil gignitur, al. zepyria ab ὑπὸ, *ſub*, *ſubter*, & ἄνεμος, *ventus*. *Plin. l.* 20. *c.* 40.

Hyperbăſis, is, f. ὑπέρβασις, &

Hyperbăton, n. ὑπέρβατον, tranſgreſſio, Figura Grammaticalis, & Rhetorica, per quam partes orationis, neglecta ſimplici, & vulgari diſpoſitione, varie, & artificioſe inter ſe commutantur, aliis in locum aliarum abeuntibus, ab ὑπερβαίνω, *tranſgredior*. Oratio enim eſt aſpera, & dura, vel ſaltem diſſoluta, & hians, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigantur. *Quinct. l.* 8. *c.* 6. *Auct. ad Her. l.* 4. Plures habet ſpecies, quas vide ſuis locis.

Hyperbŏle, es, f. 1. ὑπερβολή, exuperantia, exceſſus, ab ὑπερβάλλω, *excello*, *ſupero*. Speciatim eſt Tropus, qui a Cicerone dicitur *Superlatio*, a Quinctiliano *Superjectio*, quo aliqua res præter veritatem augetur, vel minuitur. *Senec. l.* 7. *de Benef. c.* 23. In hoc omnis hyperbole excedit, ut ad verum mendacio veniat. *Id. ibid.* paulo poſt *hyperbola* dixit in recto caſu.

Hyperborĕi, m. 2. pop. Sarmatiæ, ubi nunc *Petzora*, prov. in parte Sept. Moſchoviæ, verſus Vveigatium fretum, & Obyum fl. V. *Macrob. l.* 2. *de ſomn. Scip. c.* 7. & *Feſt.*

Hyperborĕus, a, um, adject. *Settentrionale*, ὑπερβόρεος, ut Montes hyperborei, glacies hyperborea. *Virg.* 4. *Georg. v.* 517.

Hypercatalectĭcus verſus, ὑπερκαταληκτικὸν μέτρον, eſt, in quo ſyllaba, vel pes redundat, ut in illo *Virg.* 1. *Æn.* O qui res hominumque, Deorumque. V. *Grammaticos*.

Hypericon, *Erba di S. Giovanni*, herba odore reſinam redolens. *Plin. l.* 26. *c.* 8. & 12.

Hyperides, is, ὑπερείδης, unus ex præcipuis Oratoribus Athenienſibus, qui ab Antipatro interfectus eſt. *Plutarch. in Demoſt.* & *Suid.*

Hyperĭon, onis, m. 3. ὑπερίων, filius Titani, & Terræ, nepos Cœli, pater Solis, & Lunæ ab ὑπὲρ, *ſuper*, & ἰὼν, *gradiens*, quod vir præſtantiſſimus fuerit. Diodorus ſcribit, Hyperiona Saturni fratrem fuiſſe, Cœli filium, qui Solis, & Lunæ, aliorumque aſtrorum motus, horaſque primum ſumma cura, obſervationeque a ſe percepta, cæteris noſcenda tradidit, ideoque horum parentem nominatum eſſe, veluti ipſorum naturæ contemplatorem. ¶ Accipitur etiam pro Sole, quod ſupra nos gradiatur. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 385. Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum.

Hyperionius, a, um, adject. ad Hyperionem, ſeu Solem pertinens. *Sil.* 1. 15. *v.* 214. Jamque Hyperionia lux ſeptima lampade ſurgens. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 34. Hyperionius currus.

Hyperměter, & hypermetrus, m. 2. verſus idem, vel prope idem ac hypercatalecticus, abundans una ſyllaba, quæ plerumque a prima ſyllaba ſubſequentis verſus abſumitur, ut in illo *Virg.* 1. *Georg.* Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem, & foliis undam.

Hypermneſtra, æ, una ex quinquaginta Danai filiis, quæ, ſororibus ſuis prima nuptiarum nocte maritos ſuos occidentibus, una Lino ſponſo ſuo pepercit. V. *Danaus*.

Hyperŏcha, æ, f. ὑπεροχή, exuperantia, exceſſus. In *Pandect. Flor. leg. penult. Dig. qui potior. in pign.* Aliæ editiones habent *hypotheca*.

Hyperthĕſis tranſpoſitio literæ, figura apud Grammaticos.

Hyperthȳris, idis, f. 3. ὑπερθυρίς, &

Hyperthyrum, i, n. 2. *ſoprafrontale*, ὑπέρθυρον, pars ſuperior oſtii, q.d. ſuperportale, ſeu *fregium*, ut barbari loquuntur, quod ſuper cymatium oſtii ponitur. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Supra cymatium collocandum eſt hyperthyrum. & *infra*: in Doricis hyperthyridibus. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Hyphĕar, atos, ὕφεαρ, viſci genus in abiete, larice, & quercu naſcens. *Plin. l.* 16. *c. ult.*

Hyphen, n. 3. ὕφεν, q. d. ſubunio, cum duæ dictiones proferuntur ſub uno accentu, ab ὑπὸ, *ſub*, & ἓν, *unum*. Notatur autem linea ab ultima primæ dictionis litera ad primam ſequentis ſubducta. *Virg.* 1. *Æn.* Neque enim ignari ſumus ante malorum. Ubi *Serv.* Antemalorum, ὑφὲν eſt.

Hypnāles, f. 3. ὑπνηλαί, aſpides, ab ὕπνος, *ſomnus*, quia morſu ſomnum inducunt. Cleopatra, teſte *Solino*, *c.* 40. hypnalem aſpida adhibuit ad morſum, ut ita ſomno extingueretur.

Hypnotĭcus, a, um, adject. *ſonnifero*, ſomnum concilians. *Theod. Priſcian. l.* 2. *c.* 31. Hypnotica ſufficienter conveniunt.

Hypobrychium, ii, n. 2. ὑποβρύχιον, vorago in aqua, vel mari, devorans & exſorbens homines, & navigia, a βρύχω, *devoro*. *Tertul. de Idol. c. ult.* Irreſpirabile devoratis hypobrychium in idololatria.

Hypocauſis, is, f. ὑπόκαυσις, idem ac hypocauſtum. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. Teſtudines alveolorum ex communi hypocauſi calefacientur.

Hypocauſtum, ſti, n. 2. *ſtufa*, *fornello*, ὑπόκαυστον, vaporarium, locus in thermis concameratus, & fornicatus, qui igne calefit, quaſi ſubaccenſum, ab ὑπὸ, *ſub*, & καίω, ſive καύω, *accendo*. Inventum fuit præcipue ad fudandum. *Cic. ad Q. Fr.* In balneariis hypocauſta in alterum apodyterii angulum promovi. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet.

Hypochondrion, n. n. ὑποχόνδριον, ea pars corporis quæ ſub coſtis nothis, ſeu ſpuriis ad ilia uſque utrinque protenditur, non ſolum muſculos, ſed & interna viſcera comprehendens, ab ὑπὸ *ſub*, & χόνδρος, *cartilago*, quaſi ſubcartilagium, quia ſub cartilagine conſiſtit. Dividitur in dextrum, & ſiniſtrum. Sed hypochondrion ſimpliciter ſumptum per excellentiam pro dextro accipitur. A Latinis hæc hypochondria dicuntur præcordia. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Præcordia vocamus uno nomine exta in homine: Græci, quoniam ſub chondro, hoc eſt, cartilagine ſunt, hypochondria vocant. ¶ Hinc hypochondriacus morbus, de quo V. *Medicos*.

Hypochyſis, is, f. ὑπόχυσις, morbus oculorum, qui *ſuffuſio* Latine a *Celſo l.* 6. *c.* 6. appellatur. *Plin. l.* 25. *c.* 12.

Hypocrĭſis, is, f. *ſpocriſia*, *ſimulazione*, ὑπόκρισις, ſimulatio, fictio alienæ perſonæ. Apud Eccleſiaſticos Scriptores eſt ſimulata pietas, fucata virtus. *Auguſt. Hieron. Ambroſ.*

Hypocrīta, & Hypocrites, æ, m. *ipocrita*, ὑποκριτής, ſimulator alienæ perſonæ. Item qui pietatem, ac virtutem ſimulat. *Quintil. l.* 2. *c.* 17.

Hypodiacŏnus, i, m. ὑποδιάκονος, qui ſub diacono miniſtrat. *Hieronym. epiſt.* 18. & 22.

Hypodidaſcălus, m. 2. *repetitore*, *ſottomaeſtro*, ὑποδιδάσκαλος, dicitur is, quem vulgus in ludo literario ſubmonitorem vocat, vel coadjutorem, παρὰ τὸ ὑπ' ἐτέρου διδάσκειν. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 18. Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidaſcalo.

Hypogēum, vel hypogæum, n. 2. *luogo ſotterraneo*, ὑπόγειον, ſeu ὑπόγαιον, locus ſubterraneus, ab ὑπὸ, *ſub*, & γῆ, *terra*. Speciatim pro ſepulchro accipitur, quia eſt ſpelunca ſubterranea. *Petron. Satyr.* Poſitumque in hypogæo, Græco more, corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus, diebuſque cœpit. Ubi Græco more ait, quia apud Græcos cadavera non comburebantur, ſed integra in ſepulchro condebantur. *Vitruv.* etiam hanc vocem uſurpavit *l.* 6. *c.* 11.

Hypomēlis, idis, f. *lazzeruolo*, arbor pomifera, cujus fructus dulcis eſt cum ſapore acuto permixto, eodemque appellatur nomine, *lazzeruola*. *Pallad. in Decembr. tit.* 4.

Hypomnēma, atis, n. 3. *interpretazione*, *e commentazione*, ὑπόμνημα, interpretatio, commentarius, ab ὑπομιμνήσκω, *in memoriam revoco*. *Cic. Fil. ad Tiron. l.* 16. *Fam. ep.* 21. Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis.

Hypomnematographus, i, ὑπομνηματογράφος, qui commentaria ſcribit. *Cod. Theodoſ. l.* 12. *tit.* 1. *Leg. ult.*

Hypomochlĭum, ii, n. ὑπομόχλιον, id quod vecti ſubjicitur, ut obniſu ſuo vectem adjuvet. *Vitruv. l.* 10. *c.* 8.

Hypothēca, f. 1. *pegno*, יְרֵבוּ, Ger. *pfand*, Gal. *gage*, Hiſ. *prenda*, ὑποθήκη, pignus. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 56. Cures, velim, ut aut de hypothecis decedat, eaſque procuratoribus Cluvii tradat, aut pecuniam ſolvat. *Martian. l.* 5. *de pignor.* Inter pignus, & hypothecam tantum nominis ſonus differt.

Hypothecarĭus, a, um, adject. ad hypothecam pertinens, ut hypothecarius creditor, *Ulp. l.* 1. *Dig. de ſeparationib.* ¶ Hypothecarius, is, qui ſuper hypotheca pecuniam alicui credit. *Id. Ulp.*

Hypothĕſis, is, f. ὑπόθεσις, ab ὑποτίθημι. A Rhetoribus hypotheſis dicitur quæſtio definita, & certa, quæ verſatur circa particulares actiones, aut perſonas; quod ſi infinita ſit, theſis dicitur. V. g. ſi quæratur. Num omnino uxor ducenda ſit, theſis dicitur; ſin hoc in controverſiam veniat, an Catoni Martia ducenda ſit, hypotheſis vocatur. *Cic. in Top. c.* 21. Quæſtionum duo ſunt genera, alterum infinitum, alterum definitum: definitum eſt, quod ὑποθέσιν Græci, nos cauſam; infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare. ¶ Apud *eund. ad Attic. l.* 14. *ep. ult.* ὑπόθεσις pro prætextu uſurpatur, ſed ubique græcis litteris ſcribitur.

Hypothyrum, i, n. ὑπόθυρον, ipſum vacuum oſtii, *lo ſpazio*, *o lume della porta*. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6.

Hypotrachelium, ii, n. ὑποτραχήλιον, pars colli infra cervicem, ab ὑπὸ, *ſub*, & τράχηλος, *collum*. Translate dicitur ea columnæ pars, quæ ſub aſtragalo leniter contrahitur, & ſic uſurpatur a *Vitruvio l.* 3. *c.* 2. Italice *il collarino*.

Hypotypōſis, is, f. ὑποτύπωσις, figura oratoria, eſt rei alicujus narratio ad vivum expreſſa. *Cic.* vocat ſubiectionem ſub aſpectum; *Quintil.* formam rerum verbis expreſſam. *Ariſtotel. Rhet. l.* 3. τὸ πρὸ ὀμμάτων.

Hypozeuxis, is, f. ὑπόζευξις, figura locutionis, cum diverſæ clauſulæ ſingulis verbis redduntur, ut *Virg.* 10. *Æn. v.* 419. Regem adit, & Regi memorat nomenque genuſque, &c. V. *Grammaticos*.

Hypſa, m. 1. *Baltici*, *Bilici*, fl. Siciliæ, qui in oram Auſtr. fluit, inter Therinas, & Selinuntem urb.

Hypſipyle, es, f. 1. Ὑψιπύλη, filia Thoantis, Regina Lemnia, quæ, cum reliquæ mulieres ejus inſulæ omnes viros ex communi ſententia occidiſſent, ut ſuis legibus libere viverent, ſola patrem ſervavit, & navi impoſitum noctu in Chium inſ. miſit, & accenſo rogo ſimulavit ſe cadaver comburere. Jaſonem principem Argonautarum, qui in Colchidem navigantes Lemnum cepere, vel ob negatum hoſpitium, vel ad ulciſcendam cædem virorum, Regiis ædibus excepit, ex quo duos filios ſuſcepit, Thoantem, & Euneum. Aliquanto poſt Regno expulſa eſt, cum reliquæ mulieres illius pietatem erga patrem deteciſſent. In litore jacens capta fuit a piratis, & Nemeo ſeu Lycurgo Thraciæ Regi vendita, qui eam liberaliter habuit, eique Opheltem, ſeu Archemorum filium nutriendum tradidit. Eo bello, quod Adraſtus Rex Argivorum cum Thebanis geſſit, cum eſſet in ſylva Nemea, ut Argivis ſiti laborantibus fontem Langiam oſtenderet, puerum Regium in prato reliquit. Aderant ejus filii Thoas, & Euneus, imo etiam pater, ut aliqui narrant, a quibus, dum caſus ſuos enarrat, agnita eſt. Illa abſente Opheltes inter herbas, & flores ludens morſu ſerpentis interiit. A Lycurgi ſævitia ab Adraſto, & filiis defenſa eſt. *Stat. in Theb. Ovid. in Heroid.*

Hypſipylæus, a, um, ad Hypſipylen pertinens: & ponitur etiam pro Lemnio. *Ovid.* 3. *Faſtor. verſ.* 82. Vulcanum tellus Hypſipylæa colit.

Hyrcania, f. 1. *Diargument*, *Straua*, *Caſſon*, *Hyras*, *Maſandran*, *Corcan*, regio Aſiæ, pars Parthiæ late ſumptæ, nunc prov. Perſidis. Antiquitus terminabatur a Sept. mari Caſpio, ſeu Hyrcano, a Mer. Parthia, ab Or. Margiana, ab Occ. Media. Nunc eſt, ubi *Tabareſtan*, *Gilan*, & *Gorgian*, partes Perſidis. Summæ fertilitatis eſt, maxime vini, & frumenti, ob planitiem.

Hyrcānus, a, um, quod ſpectat ad Hyrcaniam. *Virg.* 4. *Æn. v.* 367. Hyrcanæque admorunt ubera tigres. Sic Hyrcanum mare, quod & Caſpium dicitur. *Propert. l.* 2. *el.* 23.

Hyrĭa, æ, vel Hyrie, es, f. 1. Bœotiæ regio prope Aulidem, cum oppido, & lacu cognomine. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 372. Inde lacus Hyries videt, & Cyneia Tempe.

Hyrĭeus, a, um. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 716. Tollit humo validos proles Hyriea lacertos. *h. e.* Orion filius Hyriei Neptuni filii. Υριεύς, & adject. Υριεῖος.

Hyrtacĭdes, æ, m. patronymicum ab Hyrtaco. *Virg.* 9. *Æneid. v.* 176. Niſus erat portæ cuſtos, acerrimus armis, Hyrtacides.

Hyſginum, vel hyſginus color, quid ſit, non convenit inter Scriptores:

res : quidam putant esse hyacinthinum , & vaccinium : quidam eum quem nos *guado* dicimus . Nicander plantam esse ait flavi coloris ad violaceam tincturam accommodam . V. *Plin. l. 26. c. 18. Salmas. in Solin. pag. 372. & Bal. in Lex. Vitruv.*

Hysitia . V. Elitia .

Hyssopites , æ , m. 1. & figurate g. n. vinum factitium ex hyssopo . *Colum. l. 12. c. 35.*

Hyssōpus , i , f. vel hyssopum , i , n. *isopo* , אזוב , Ger. *isop* , *oder ispen* , Gal. *hyssope* , Hisp. *hissopo* , ὕσσωπος , species herbæ pulmoni valde utilis , ab אזוב , hyssopus . *Plin. l. 25. c. 11.* Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit , & prurigini in capite . ¶ Reperitur etiam *hysopum* unico *s* , & p. c. *Macer.* Est hysopum siccum , calidumque , & tertius illi est in utrisque gradus .

Hysterĭcus , a , um , ut hystericæ fœminæ , ὑστερικὰ γυναῖκες , obnoxiæ uteri suffocationi , ab ὑστέρα , *matrix* . *Martial. lib. 11. eprig. 72.* Hystericam vetulo se dixerat esse marito Leda . *Id. ib. epigr. 8.* Dicet & hystericam se forsitan . Utroque loco al. leg. *ilericam* .

Hysterologia , f. 1. ὑστερολογία , locutio præpostera , Figura , al. Hysteron proteron , cum sententia ordine commutatur , sc. cum id , quod priore loco dicendum erat , posteriore dicitur , ut *Æn. 3. v. 662.* Postquam altos tetigit fluctus , & ad æquora venit . Nam prius ad æquora venit .

Hystricŭlus , i , pilis vestitus , ut hystriculus puer , apud *Tertul. de Pat. c. 4.* ut legit *Salmas.* Alii aliter .

Hystrix , vel histrix , icis , f. 3. *porco spinoso* , ὕστριξ , ὕστριχ , ὕδριξ , ὑστριχὶς , animal spinis contectum ex herinaceorum genere , a vocibus Græcis allatis , quæ ab *ὑς* , *sus* , & θρὶξ , *pilus* . *Isid. l. 12. c. 2.* scripsit , animal esse in Africa erinacei simile , vocatum a spinarum stridore , quas tergo laxatas emittit , ut canes insequentes vulneret . *Plin. l. 8. c. 35.* Hystrices generat India , & Africa spina contectas ex herinaceorum genere , sed hystrici longiores aculei , & cum intendit cutem , missiles . Ora urgentium figit canum , & paulo longius jaculatur . Hybernis autem se mensibus condit , &c. *Calpurn. ecl. 6. v. 15.* Venit & hirsuta spinosior hystrice barba .

DE LITERA I.

I Litera vocalis est . Sed quando aliis vocalibus præponitur , & cum illis cohæret in eamdem syllabam , seu illas in unam syllabam restringit , consonans fit , tum in principio dictionis , ut *Janua* , *jecur* , *jocus* , *judex* , tum in media voce , ut *Conjicio* , *conjuro* , *Jejungo* &c. Præterea quando inter duas vocales ponitur , consonans fit , & duplex *ii* valet , ut *Ajo* , *ejicio* , *major* , *pejor* . In dictionibus tamen compositis ex nominibus , *i* inter duas vocales posita fere simplex consonans est , ut *Bijugus* , *quadrijugus* . ¶ In vocibus , quæ ex lingua Græca acceptæ fuere , *i* semper vocalis est , sive consonantibus præponatur , sive aliis vocalibus . Hinc *Jambus* , *Jason* , *jaspis* , & similia trisyllaba sunt . ¶ In vocibus , quæ ex lingua Hebraica originem habent , *i* semper est consonans , cum vocalibus præponitur . Quare *Hierosolyma* est quinque syllabarum , *Johannes* , & *Jacobus* trium , *Jesus* duarum , *Hor. l. 1. sat. 5.* Credat Judæus apella . Ab aliquibus more Græcorum ut vocalis effertur . *Claudian. epigr. 27.* Ne laceres versus , dux Jacobe , meos . ¶ Veteres nonnunquam in *u* mutabant , ut *optumus* , *decumus* , pro *optimus* , *decimus* : Item in *e* ut *here* pro *heri* , *mage* pro *magis* . ¶ Cum nota numeralis est , valet unum : si postponatur notæ majori , unitatem addit , ut VI. sex ; si vero anteponatur , unitatem demit , ut IV. quatuor , IIX. octo , &c.

I ANTEA.

Ia , n. plur. *viole* , τὰ ἴα , genus violarum sponte nascentium in apricis , & macris locis , purpureum , latiore folio , statimque ab radice carnoso : a quibus Ianthina vestis dicta est . *Plin. l. 21. c. 6.*

Jacchus , m. 2. *Bacco* , Bacchi cognomen a ἰάχω , *clamo* , quia clamosus , & tumultuosus est , vel quia qui Baccho sacrificabant , ululatibus , & clamoribus omnia implere solebant . *Virg. 7. Ecl.* Populus Alcidæ gratissima , vitis Jacchо . ¶ Metonymice ponitur quandoque pro vino . *Virg. 6. Ecl. v. 15.* Inflatum hesterno venas , ut semper , Jacchо .

Jacens , entis , *giacente* , *prosteso* , *abbattuto* , κείμενος , cubans , prostratus . *Horat. l. 2. od. 11. v. 13.* Cur non sub alta vel platano , vel hac Pinu jacentes sic temere , &c. potamus ? *Idraiati . Senec. in Thyest. v. 450.* Capere dapes humi jacentem , *coricato* . *Ovid. 6. Met. v. 100.* Jacens saxo . *Id. heroid. ep. 12. v. 63.* Jacens in aversa ora , *boccone* . Et *epist. 15. v. 140.* Crinis in collo jacens . *Id. 2. Met. v. 201.* Lora jacentia . h. e. remissa , & equorum tergis sedentia . ¶ Item æger , *ammalato* . *Cic. in fi. ep. 20. l. 9. Fam.* Cura , ut valeas , ne ego , te jacente , bona tua comedam . ¶ Item mortuus , *morto* . *Valer. Flacc. l. 2. v. 216.* fata jacentum . ¶ Item situs , positus , *situato* , *posto* . *Plin. l. 18. c. 25.* Ad Hesperum jacentes terræ . *Ovid. 4. Met. v. 771.* locus gelido sub Atlante jacens . ¶ Item humilis , depressus , imus , *basso* . *Cic. pro Scauro , in Orat. l. 67.* Depressa , cæca , jacens domus . *Tacit. 1. hist. c. 86.* Subita inundatione Tiberis non modo jacentia & plana urbis loca , sed secura hujusmodi casuum implevit . *Ovid. 2. Met. v. 178.* summo despexit ab æthere terras Infelix Phaethon , penitus penitusque jacentes . ¶ Item demissus , dejectus . *Ovid. 4. Met. v. 144.* Vultusque attolle jacentes . *Et l. 11. v. 618. de Somno* . tardaque deus gravitate jacentes Vix oculos tollens . ¶ Item fusus , defluens , demissus . *Senec. in Hippol. v. 804.* Coma nulla lege jacens . *Ovid. 3. Amor. el. 13. v. 24.* Præverrunt latas veste jacente vias . ¶ *Pontus jacens* apud *Val. Flacc. l. 4. v. 712.* est tranquillus . Sic *stagna jacentia* apud *Stl. l. 5. v. 583.* ¶ *Jacentes pisces* apud *Colum. l. 8. c. ult. a med.* sunt , quos *ibid.* prostratos , cubantesque vocat , & *Plin. l. 9. c. 20.* planos : cujusmodi sunt rhombi , soleæ , passeres . ¶ Urbane , & translate est afflictus , oppressus , abjectus , perculsus . *Cic. 12. Phil. c. 2.* Si jacens vobiscum aliquid ageret , audirem fortasse : stanti resistendum est . *Id. de haruſp. resp. c. 24.* Homo afflictus , ac jacens . *Id. de amic. c. 16.* Amici jacentem animum excitare . *Ovid. 4. ex Pont. ep. 3. v. 27.* insultare jacenti . *Id. 2. Trist. el. 8. v. 13.* jacentem solari .

Jacĕo , ces , cui , n. 1. *giacere* , *star giù* , רשב , דבץ , Ger. *liegen* , Gal. *être couché* , Hisp. *estar echado* , *o acostado* , κάμνω , cubo , decumbo . *Horat. l. 1. sat. 6.* Ad quartam jaceo . *Cic. 7. Verr.* Mihi ad pedes misera jacuit . *Id. pro Quinct.* Quorum sæpe , ac diu ad pedes jacui stratus . *Id. in Phil.* Cum pater Curio mœrens jaceret in lecto . ¶ Quandoque accipitur pro situm esse , *essere posto* . *Brut. ad Cic.* Quem locum volo tibi esse notum ; jacet inter Apenninum , & Alpes . *Plin. l. 18. c. 25.* Jacentes terræ ad Hesperum . ¶ Quandoque etiam accipitur pro mortuum esse , aut sepultum . *Lucan. l. 8.* Ille jacet , lætæ paci quem prætulit orbis . ¶ Translate usurpatur pro desidere , torpere nihil prorsus agere . *Cic. Attic. l. 7.* Cneus noster (o rem miseram , & incredibilem !) ut totus jacet ! *Id. 4. Offic.* C. Marius cum a spe Consulatus longe abesset , & septimum annum post Præturam jaceret . ¶ Item pro dejectum esse de priore statu , male se habere . *Cic. Att.* Jacet in sordibus , ac luctu . *Id. 4. Fam.* Perculsa , & prostrata fœdissimo bello jacent omnia . *Id. 2. Fin.* Maximas vero virtutes jacere necesse est , voluptate dominante . ¶ Item pro vilescere animo , desperare , mœrore opprimi . *Cic. Att. l. 12.* Scias , me ita dolere , ut non jaceam . *Id. de Am.* Sed potius niti , & efficere , ut amici jacentem animum excitet . ¶ Item pro vilem esse . *Cic. pro Rosc. Com.* Cum jacent pretia prædiorum . *Id. Tusc. 1. c. 2.* Jacent ea semper , quæ apud quosque improbantur . ¶ Jacere etiam dicimus absolute pro ægrotum esse , *essere malato* . *Stat. 2. Silv. 1. v. 155.* Sed non mors lenta jacentis Exedit puerile decus . ¶ Jacere præterea dicitur mare , cum tranquillum est , *Valer. Flac. l. 3. v. 632. Lucan. l. 3. v. 523.* ¶ Denique ponitur pro situm esse *Ovid. Metam. 15. v. 830.* Gentes ab utroque jacentes Oceano .

Jacĭo , cis , jeci , jactum , a. 3. *tirare* , *lanciare* , ירה , השליך , Ger. *vverffen* , Gal. *jetter* , *lancer* , Hisp. *echar* , *arrojar* , ירה , βάλλω , emitto . *Cic. 6. Ver.* In quem scyphum de manu jacere conatus est . Item projicere . *Plaut. Trin. 4. 3. 27.* Scuta jacere , fugereque hostes . ¶ Translate usurpatur pro enuntiare , sive spargere in vulgus . *Tac. l. 1.* Quædam de habitu , cultuque , & institutis ejus jecerat . *Id. l. 4.* Neque raro , neque apud paucos talia jaciebat . ¶ Item pro dicere aliquid in aliquem , injuria afficere , &c. *Liv. l. 4. bell. Mac.* Rem defendam , non nos , in quos jecit magis hoc Consul . *Cic. pro Sylla* . In quem tu , cum cuperes , nullam contumeliam jacere potueris . ¶ Jacere fundamenta , est ponere , vel collocare lapides , quibus ædificium superstruatur , *gettare fondamenti* . *Suet. in Cajo* . In area Capitolina novæ domus fundamenta jecit . ¶ Per translationem autem accipitur pro inchoare . *Cic. 1. Phil.* In quo templo , quantum in me fuit , jeci fundamenta pacis . ¶ Gradum jacere , atque aditum ad cætera , idem est , quod viam parare . *Cic. 1. Agrar.* Hunc quasi gradum quendam , atque aditum ad cætera jactum intelligetis . ¶ Jacere verba , jacere minas *Propert. l. 2. el. 1.* Taliaque illacrymans mutæ jace verba favillæ . *Liv. l. 2. c. 12.* Quas insidiarum sibi minas per ambages jaceret . ¶ Jacere sermonem , *piantare* , *o metter discorso* : & *jacere* absolute eodem sensu . *Liv. l. 5. c. 15.* Quod primo temere jactum agitari deinde sermonibus cœpit . ¶ Est etiam frequens hujus verbi usus in talorum ludo . *Cic. 3. de Fin. c. 16.* Ita jacere talum , ut rectus assistat . *Quintil. l. 6. c. 1.* Jacere talos in medium . *Plaut. Asin. 4. 1. 34.* Talos cum jaciet .

Jactabundus , a , um , adject. jactans , & jactatus . *Gell. l. 19. in princ.* Jactabundum mare . *Idem lib. 15. cap. 2.* In græcæ facundiæ gloria jactabundus .

Jactans , antis , adject. *millantatore* , *vantatore* , ἀλαζονεύόμενος . *Plin. l. 3. epist. 9.* Jactantes , & gloriosæ epistolæ . *Quintil. l. 11. c. 1.* Quem tumidum , ac sui jactantem videat . *Horat. l. 1. sat. 3. v. 50.* Jactantior hic paulo est . *Spartian. Hadrian. c. 17.* Jactantissimus amator .

Jactanter , adv. *con superbia* , *ambizjosamente* , Ger. *stolzlich* , Gall. *jactance* , Hisp. *con jactancia* , ἀλαζονικῶς , insolenter , cum jactantia , seu ostentatione . *Tac. l. 2. Ann. c. 77.* Periisse Germanicum , nulli jactantius mœrent , quam qui maxime lætantur . *Ammian. l. 27. c. 2.* Minæ jactanter sonantes .

Jactantĭa , æ , f. *jattanza* , *vanto* , *superbia* , גאוה , Ger. *ruhmung* , Gall. *jactance* , *vanterie* , Hisp. *jactancia* , μεγαλαυχία , ostentatio , immoderata gloriatio . *Quintil. l. 9. c. 2.* Veritus opinionem jactantiæ .

Jactatĭo , onis , f. *agitazione* , טרטור , Ger. *bevvegung* , Gall. *agitation* , Hisp. *accoſſamiento* , ἀλαζονεία , ἀλισμός , actus jactandi , agitatio , motus . *Cic. pro Marc.* Quo tandem animo me esse oportet prope jam ex magna jactatione terram videntem , &c. ? *Id. in Orat. c. 25.* Actio modica jactatione corporis constat . *Liv. l. 10. bel. Pun.* Leviorem in navigatione , quam in via jactationem vulneris tore . ¶ Sumitur etiam pro jactantia , ostentatione . *Cic. 4. Tusc. c. 9.* Jactatio est voluptas gestiens , & se efferens insolentius . *Id. pro Cluent.* Tunc homines se non jactatione populari , sed dignitate , atque innocentia tuebantur . *Id. 11. Fam.* Jactatione verborum , & denuntiatione periculi . ¶ In bonam partem adhibetur a *Cic. in Orat. c. 3.* Sed tamen ornata verbis , atque sententiis jactationem habuit in populo .

Jactātor , oris , m. *vantatore* , *vanaglorioſo* , מתהלל , Germ. *ruehmer* , Gal. *vanteur* , Hisp. *jactancioſo* , ἀλαζονικὸς , gloriosus , insolenter se venditans . *Quintil. l. 11. c. 1.* Is quidem rerum a se gestarum major , quam eloquentiæ , fuit in orationibus utique jactator .

Jactātus , a , um , *agitato* , partic. a jactor . *Virg. 1. Æn.* Multum ille & terris jactatus , & alto . *Liv. l. 22. c. 23.* Sæpius jactata in senatu re .

Jactātus , us , m. idem ac jactatio . *Ovid. Metam. 6. v. 703.* Excussit pennas , quarum jactatibus omnis Affiata est tellus . Adde *Plin. l. 14. c. 18.*

Jactitabundus , a , um , adject. jactabundus . *Sidon. l. 3. ep. 13. in fi.* Citra nitorem honestatis jactitabundis .

Jactĭto , as , a. 1. ἐμαλλίω , freq. a jacto . *Liv. l. 7. c. 2.* Ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit .

Jacto , as , a. 1. *lanciare* , השליך , Ger. *vverffen* , Gall. *jetter* , Hisp. *lancar* , ἀκοντίζω , frequenter , & multum jacio . *Cicer. de Aruſp. Resp. c. 18.* Cum ardentes faces in vicinos jactas . ¶ Translate est dispergere , inaniter loqui , temere verba jacere . *Cic. in Catil.* Jactantur enim voces , quæ perveniunt ad aures meas . *Cal. Cic. 8. Fam.* Neque hæc incerta quidem tamen vulgo jactantur . ¶ *Jactare se alicui* pro in aliquem corpore se inclinare , & incumbere . *Liv. l. 39. c. 43.* Jactare se scorto . *Juvenal. sat. 1. v. 62.* Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ . ¶ Est etiam *jactare* frequenter emittere , ejaculari . *Virg. 2. Georg.* Et , si non alium late jactaret odorem , laurus erat . ¶ Item agitare , movere , concutere . *Cic. pro Rosc. Am.* Ita jactantur fluctibus , ut nunquam abluantur . *Id. in Bruto* , Qui se nisi suo more jactavisset . *Id. 5. Verr.* Tamen ne putamus , patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum ? ¶ Item tractare , versare . *Cic. pro Mur.* Postea vero pervulgata , atque in manibus jactata , & excussa inanissima prudentiæ reperta sunt . *Virg. 3. Georg.* Haud unquam manibus jactata fatiscit . ¶ Item vexare , exagitare . *Cic. in Catil.* Cum æstu , febrique jactantur . *Id. 2. Verr.* Jactatur domi suæ vir primarius , & homo honestissimus . *Lact. l. 5.* Qui patrem Regno expulit , bello persecutus est , exulem toto orbe jactavit . ¶ Item considerare , sæpe , multumque animo volvere . *Virg. 11. Æn.* Atque illum tales jactantem pectore curas . ¶ Item exercere . *Cic. 1. de Or.* Utrum is , qui dicat , tantummodo in hoc declamatorio sit opere jactatus . *Id. ad Q. F.* Aut forensi labore jactari , aut domesticis literis sustentari . ¶ Item inferre , objicere . *Cic. pro Quinct.* Minæ jactentur , pericula intendantur . *Liv. l. 4.* Jactare dicta jocosa in adversarios . ¶ Item ostentare , ambitiosius gloriari , verbis efferre . *Auct. ad Heren. l. 4. c. 21.* Se magnifice jactat , atque ostentat . *Cic. 6. Ver. c. 21.* Jactat se jandudum de Calidio . ¶ Item projicere , ut jactare pecunias suas , *Paul. l. 25. Dig. de prob. & præsumpt.* ¶ Jactare se in aliqua re significat etiam satagere , & multum elaborare , *maneggiarsi con calore* . *Cic. l. 2. Fam. ep. 15.* Ipsa Rep. nihil mihi est carius :

in qua

in qua tu non valde te jactas. *Cal. Cic. l.* 8. *ep.* 10. Curionem video ſe dupliciter jacturum: primum ut aliquid Cæſari adimat &c.

Jactor, aris, atus ſum, depon. 1. idem quod jacto. *Cornel. Sever. in Ætna v.* 23. Quidquid in antiquum jactata eſt fabula crimen.

Jactuōſus, a, um, adject. citat *Non. c.* 2. *n.* 473. locum Ciceronis in Orat. c. 36. Verum ibi Miſpti libri omnes habent *actuoſus*.

Jactūra, æ, f. *perdita, damno*, נזק, Germ. *ein auffſvvurff, aerluſt*, Gal. *perte, dommage*, Hiſp. *perdida, dano*, ἀπωβολή, ἐκβολή, proprie dicitur, quod jacitur ex onere navis, & per Synecdochen conſequentis damnum illud, quod ex jactu ſequitur, hoc eſt ex projectione mercium in mare, quæ fieri ſolet in magnis tempeſtatibus ad exonerandam navem. *Cic.* 3. *Off.* Quærit, ſi in mari jactura facienda ſit, equi ne pretioſi potius jacturam faciat, an ſervuli vilis. ¶ Translate ſumitur pro quovis damno, aut ſumptu, *ſpeſa, ſcapito*, *Cic. ad Brut.* eſt rei familiaris jactura tolerabilis. *Id.* 2. *Off.* In his immanibus jacturis, infinitiſque ſumptibus. *Liv. l.* 39. *c.* 4. Jacturam temporis facere.

Jactus, a, um, nom. ex particip. *gettato*, ut jacti lapides, *Virg. Ecl.* 6. *v.* 41. Conditionum jacta mentio. *Velley. l.* 2. *c.* 65.

Jactus, us, m. 2. *tiro, tratto*, מיטהוה, Ger. *vvurff*, Gal. *jet, trait*, Hiſp. *lance, tiro*, βολή, actus jaciendi, ut Jactus teſſerarum, jactus fulminum, jactus mercium in mare, &c. *Cic. Catil. l.* 3. *c.* 8. Ut illa omittam, viſas nocturno tempore faces, ardoremque cœli, ut fulminum jactus. ¶ Jactus abſolute pro jactu retis reperitur. *Valer. l.* 4. *c.* 1. A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat. ¶ Ad teli jactum, *a tiro di freccia*. *Curt. l.* 3. *c.* 10. Extra teli jactum eſſe. *Id. ib. c.* 11. Ad teli jactum pervenerant.

Jaculabĭlis, le, o. 3. *che ſi può lanciare*, βλητός, quod jaculari, hoc eſt, longe projici poteſt. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 680. Sed non formoſius iſto viderunt oculi telum jaculabile noſtri.

Jaculatĭo, onis, f. 3. actus jaculandi, *il gettare, lanciamento*, ἀκόντισμα. *Apul. l.* 1. *Mileſ.* Jaculationes ſaxorum. *Minut. Felix in Octav. c.* 3. Teſtarum in mare jaculationibus ludere. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Diximus in libro de jaculatione equeſtri condito. ¶ Translate *Quiniil. l.* 6. *c.* 3. Jaculatio verborum.

Jaculātor, is, m. 3. *tiratore, lanciatore*, רומה, Germ. *ſchuetz, vverffer*, Gal. *dardeur, archer*, Hiſp. *tirador, lancador*, ἀκοντιστής, qui jaculum emittit. *Liv. l.* 27. Per equites, peditumque jaculatores levia certamina ſerens.

Jaculatorĭus, a, um, adject. ad jaculandum inſerviens, ut jaculatorius campus, *Ulp. l.* 9. *Dig. ad l. Aquil.* Jaculatoriæ preces, *Auguſtin. epiſt.* 120.

Jaculātrix, cis, f. *ſaettatrice, lanciatrice*, ἀκοντίστρια, mulier, quæ jaculatur. *Ovid.* 5. *Met. v.* 375. Pallada nonne vides, jaculatricemque Dianam abſceſſiſſe mihi?

Jacŭlo, as, pro jaculor, aris, afferunt plerique Lexicographi, confirmantque exemplo *Claudiani*, Latis jaculabat in arvis. Sed nos exemplum hoc invenire non potuimus.

Jacŭlor, aris, d. 1. *tirare, lanciare*, ירה, רמה, Ger. *ſchieſſen, vverffen*, Gall. *darder, jetter*, Hiſp. *tirar, lancar*, ἀκοντίζω, βάλλω, projicio jaculum, vel aliud emitto, telum conjicio, immitto. *Ovid.* 2. *Metam.* Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra. *Cic.* 2. *de Div.* Quis eſt, qui totum diem jaculans non aliquando collineet. ¶ Item cum accuſat. rei, quæ jaculando petitur. *Horat. l.* 1. *od.* 2. dextra ſacras jaculatus arces. ¶ Jaculari ſe eſt impetu ferri, *lanciarſi*. *Flor. l.* 1. *cap.* 14. In confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus. ¶ *Horat. l.* 2. *od.* 16. Quid brevi fortes jaculamur ævo multa? hoc eſt deſignamus, proponimus, quaſi jaculando petimus.

Jacŭlum, li, n. 2. *dardo*, חץ, Germ. *pfeil*, Gal. *dard*, Hiſp. *garrocha*, ἀκόντιον, quicquid jaci in longum poteſt, aut fit ut jaciatur; ſpeciatim telum, ſive haſtile, quod manu jaculari poteſt. *Cic.* 4. *Fin.* Si Annibal ad portas veniſſet, muruinque jaculo trajeciſſet. Item rete piſcatorium, apud *Plaut.* V. infra. ¶ Item rete gladiatorium, quo retiarii utebantur, teſte *Iſid. l.* 18. *c.* 54. ¶ Non abſurde quidam volunt hanc vocem revera adjectivam eſſe. Nam *Plaut. Aſin.* 1. 1. 86. *rete jaculum*, dixit, h. e. jaculatorium, quod alio nomine *funda* dicitur, & *Plin. l.* 8. *c.* 22. *jaculus ſerpens*, de quo V. *Jaculus*. Quare cum *jaculum* abſolute dicimus, ſubintelligendum erit *telum*, &c.

Jacŭlus, li, m. *jaculo*, σαῦρα, ſerpentis genus, arbores ſubiens, e quibus vi maxima ſe jaculatur, penetratque, quodcunque animal obvium fecerit fortuna. *Luc. l.* 9. *v.* 270. Et natrix violator aquæ, jaculique volucres. V. *Jaculum*.

Jalyſus, i, m. 2. canis pictus, opus Protogenis admirabile, ac prope divinum. Nomen ab Jalyſo opp. Rhodi accepit, vel quod ibi hæc pictura facta fuerit, vel quod ibi aſſervaretur. Imaginem hanc ſeptem annorum ſpatio ars ſimul, & caſus pinxit. Nam Protogenes, cum in ſpuma anhelantis canis exprimenda ſibi nunquam ſatisfaceret, iratus arti ſpongiam, qua colores ſæpius abſterſerat, impegit inviſo loco tabulæ, quæ excepit colores, qualiter cura optarat. Huic picturæ quater colorem induxit ſubſidio injuriæ, & vetuſtatis, ut decedente ſuperiore inferior ſuccederet. Fertur Demetrius Poliorcetes hujus imaginis obtinendæ cauſa bellum Rhodiis intuliſſe, & Jalyſum oppugnaviſſe. Imago erat in ædibus extra muros oppidi. Cum ædes illas vellet incendere, auditis legatis, qui illi turpe eſſe dicebant, bellum cum Protogene mortuo gerere, oppugnatione omiſſa, & imagini, & oppido pepercit. Poſtea imago Rhodum, ac tandem Romam in templum Pacis translata eſt. *Plin. l.* 35. *c.* 10. *Gell. l.* 15. *c.* 31. *Cic. in Or.* Qui aut Jalyſi, quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari.

Jam, *già, ormai, ora*, כען, Germ. *jetzund*, Gal. *deja*, Hiſp. *ya*, ἤδη, adv. temporis præteriti, præſentis, & futuri. *Cic. pro Mur. c.* 38. Omnia, quæ per hoc biennium agitata ſunt, jam ab eo tempore in hoc tempus erumpunt. *Id. Act. l.* 1. *ep.* 3. Nuper quidem, cum te jam adventare arbitraremur. *Ter. Adelph.* 2. 2. Tace, egomet conveniam jam ipſum. ¶ Interdum hortantis eſt, & velut moram increpantis. *Ter. Eun.* 3. 2. Jamne imus? ¶ Interdum capitur pro modo, *ora*. *Virg.* 4. *Æn.* Jamque hos curſu, jam præterit illos, hoc eſt, modo hos, modo illos. ¶ Sæpiſſime nodus quidam eſt, qui ſententias conjungit, & ſumitur pro *autem, vero, præterea*. *Cic. in Philip.* Jam illud cujus eſt, non dico audaciæ, ſed ſtultitiæ? ¶ Interdum abundat. *Tacit. de Germ. c.* 45. Ergo jam dextero Suevici maris litore Æſtyorum gentes alluuntur. ¶ Interdum geminatur *jam jam*; & præterea multis aliis particulis elegante jungitur. V. ſuis locis.

Jam antea, & jam ante, adverb. etiam antea, præterea ante. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 4. Ejus ſermo erat jam antea ad me perſcriptus. *Id.* Id mihi jam ante erat notum.

Jambēus, a, um, adject. idem quod Jambicus. *Horat. de ar. poet. v.* 252. Trimetris accreſcere juſſit nomen Jambeis.

Jambĭcus, a, um, adject. qui ex jambis conſtat, ut jambicus verſus; cujus variam rationem V. apud *Diomed. l.* 3. & alios Grammaticos. ¶ Jambico carmine fere utuntur Poetæ in conviciis, & maledictis. V. *Jambus*.

Jamblĭcus, m. 2. Philoſophus Pythagoricus, e Chalcide Syriæ, diſcipulus Porphyrii, tempore Conſtantini Magni. Brevi tempore tantum profecit, ut ſecundas poſt præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam videretur differre doctrina, niſi quod ille melior facilitate, candoreque orationis, hic paulo durior habebatur, ac, ut de Xenocrate Plato dicebat, Venere dicendi carebat. Moribus adeo probatus fuit, ut ejus vitæ abſtinentia, modeſtiaque ea tempeſtate nulli non cognita fuerit.

Jambus, m. 2. *giambo*, ἴαμβος, pes metricus conſtans ex priore brevi, & poſteriore longa, ut *Viros, vogas*, &c. Quidam derivant ab Jambe Celei famula, quæ, cum vidiſſet Cererem ob amiſſam filiam dolere, ſaltans, & verſus jambico metro canens Deam conſolata eſt: alii ab Jambe puella quadam, quæ turpiter contumelia affecta ſuſpendio vitam finierit: alii ab Jambe anu, quæ, cum Hipponax lavanti ſibi moleſtiam faceſſeret, verſu hoc eum amolita ſit, Ἀνδρῶν ἄπελθε, τὴν σκάφην ἀν' ἑστίας, *Vir recede, ſcapham ſubvertis*, quo poſtea Poeta delectatus eſt. *Horat. de Ar. poet. v.* 251. Syllaba longa brevi ſubjecta vocatur jambus. *Id. l.* 1. *od.* 4. Jambi criminoſi.

Jam diu. V. Jandiu.

Jam dudum, adverb. *già tempo*. Dicitur fere de parvo tempore, ut *jampridem* de longiore, ut monet *Valla l.* 2. *c.* 34. & fere indicativo præſenti gaudet. *Horat. l.* 2. *Sat.* 7. Jam dudum auſculto. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 7. Quem jamdudum Cotta, & Sulpicius exſpectant. ¶ Interdum jungitur aliis temporibus. *Id. de Amic.* Ea, quam Jamdudum tractabamus, ſtabilitas amicitiæ. *Plaut. Trinum.* 4. 3. 3. jamdudum factum eſt, cum abiiſti domo. ¶ Ponitur & pro cito, quamprimum *Virg.* 2. *Æn. v.* 103. Jamdudum ſumite pœnas. *Serv.* Sic *Stat. 6. Theb. ad fin.* Jamdudum ætherias eadem reditura ſub auras. *ben toſto*.

Jam jam, adv. *or ora*, παραυτίκα, repente, ſine mora. *Ter. Adelph.* 5. 3. 67. Jam jam deſino. *Cic. l.* 3. *de Or. c.* 24. Jam jam intelligo, Craſſe, quid dicas. ¶ Sæpe figurate per indignationem accipitur. *Virg. Æn.* 4. Jam jam nec maxima Juno, nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. ¶ Et per miſerationem. *Sall. in Jug.* Jam jam animo meo, charitſime frater, lætandum magis, quam dolendum puto caſum tuum. ¶ Et per exhortationem. *Quint. in declam.* Jam jam commilito, quicunque caſus manet, etiamſi Imperator damnaturus eſt, habes ſolatium.

Jam jamque adv. celeriter, quamprimum. *Cic. ad Brut.* Tibi jam jamque id faciendum eſt. *Id. ad Att. l.* 7. *ep.* 21. Mihi dubium non erat, quin ille jamque veniret in Apuliam.

Jam inde, adv. ab illo tempore. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 38. Cujus cum patre magna mihi fuit amicitia inde a Quæſtura mea Sicilienſi. *Liv. l.* 1. *c.* 1. Jam inde ab initio. ¶ Interdum additur *uſque*. *Ter. Heaut.* 1. 2. 9. Mihi magna cum eo jam inde uſque a pueritia fuit ſemper familiaritas.

Jam nunc, & nunc jam, adverb. idem fere quod nunc, *fin da ora*. *Cic. de Divin.* Jam nunc mente, & cogitatione perſpicio, quæ ſtudia hominum futura ſint. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 59. Venturæ memores jam nunc eſtote ſenectæ. *Ter. Andr.* 1. 2. *in fin.* Eamus nunc jam intro.

Jam olim, vel olim jam, adv. *per lo paſſato, d' aſſai tempo*, ἐκ πάλαι, jam a longo tempore. *Cicer.* Jam olim a principio illud ſtatueram. *Quinctil. l.* 8. Olim jam Imperator inter fulgentes virtutes livor locum quærit. ideſt a longo tempore. ¶ Sumitur etiam pro aliquando. *Virg.* 2. *Georg.* Et jam olim ſeras poſuit cum vinea frondes.

Jam porro. V. in *Jam vero*.

Jam pridem, adverb. *già da gran tempo*, πολὺν ἤδη χρόνον, πάλαι, fere de longiore tempore dicitur, ut *jamdudum* de brevi. *Vall. l.* 2. *c.* 34. *Cic. Att. l.* 2. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 22. Jampridem equidem audivi.

Jamprimum, adv. idem ac primum. *Liv. l.* 1. Jam primum omnium ſatis conſtat.

Jam tum, adv. *allora, fin d' allora*, ἐξ ἐκείνου, ex eo tempore. *Vir.* 8. *Æn.* Jam tum relligio pavidos terrebat agreſtes. *Cic. pro Arch.* Ita ſe jam tum geſſiſſe pro cive. ¶ Eleganter poſt jam tum ſequitur, *cum*. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 17. Ejus libertum jam tum equidem, cum ille viveret, magni faciebam.

Jam vero, adverb. ἔτι, ἔτι δέ, præterea vero, ſed jam; & aptiſſime ſervit tranſitionibus. *Cic. pro Leg. Manil.* Jam vero ita faciles aditus ad eum, &c. ¶ Eodem ſenſu uſurpatur *jam porro*. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 4. Videte jam porro cætera.

Jam uſque, adv. μέχρι, idem ac uſque. *Cic.* 1. *de Div.* Vetus opinio eſt jam uſque ab heroicis ducta temporibus.

Jana, æ, f. ſic olim ipſa Diana vocabatur, teſte *Nigidio*.

Janālis, le, o. 3. quod ad Janum ſpectat. *Ovid.* 2. *Faſt.* Virgaque Janalis de ſpina fumitur alba. ¶ *Janalis porta*, janua templi Jani, vel, ut aliqui exiſtimant, una ex portis urbis Romæ, quæ & Belli porta vocabatur, ubi Jani ſignum poſitum fuit, quam Numa ea lege inſtituit, ut eſſet clauſa ſemper, niſi cum bellum foret. ¶ Legitur & *Janualis*.

Janaſum n. 2. Compoſtella, Compoſtellum, *Compoſtella*, inc. *Sant Jago*, urbs Callaicorum Lucenſium, in Hiſpania Tarrac. primaria Galleciæ, A. Academia, & Conventus Provinciæ juridicus. Condita fuit ab Alfonſo Rege circa Caroli Magni tempora, Iriæ Flaviæ urbi proximę litorali ſubrogata. Poſtea Archiepiſcopali ſede loco Emeritæ decorata eſt.

Jandiu, vel jamdiu, adv. *già molto tempo, gran tempo fa*, כבר, Germ. *vorlangeſt*, Gall. *des long temps*, Hiſp. *deſde mucho tiempo, mucho tiempo haze*, πάλαι, multo jam tempore. *Cic.* 2. *Fam.* Nam jandiu propter hyemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.

Jandūdum. V. Jam dudum.

Janēus, m. 2. idem ac janitor, apud vet. *Feſt.*

Janicŭla, æ, f. ſic quondam dicta eſt Italia ab Jano, qui poſt Diluvium primus in ea regnavit: & ſunt qui hunc Janum putent fuiſſe Noe.

Janicŭlum, n. 2. *Montorio*, unus ex ſeptem urbis Romæ collibus, trans Tyberim, uſque ad pontem Milvium extra porrectus, ubi olim fuit Janiculum opp. a Jano, qui ibi regnavit. Aliqui oppidum dictum ſcribunt a janua, quod tanquam janua eſſet Romanis in Etruriam proficiſcentibus. Hunc montem Ancus muro cinxit, ſed tamen pomærio non incluſit. Noſtra ætate in illo colle ſunt templa S. Petri in Montorio, & S. Honophrii. *Ovid.* 1. *Faſt. Virg.* 8. *Æn. Macob. l.* 1. *Sat. c.* 7. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 1. *c.* 2.

Janigĕna, æ, com. 1. Jani filius. *Ovid. l.* 4. *Metam.* Janigenam ſervabant fata Canentem.

Janitor, oris, m. 3. *portiere, portinajo*, שוער, Ger. *portner*, Gall. *portier*, Hiſp. *portero*, θυρωρός, cui januæ cuſtodia eſt commiſſa. *Cic.* 5. *Verr.* Hunc veſtri janitores, hunc cubicularii diliqunt. ¶ Romani ſervos, quibus janitoris officium mandabant, ſolebant catenis vinctos prope ipſam januam ſervare: unde inter viliſſima mancipia erant. V. *Pignor. de ſerv.* &c. *Colum. in præfat.* Fortunatius a catenato repulſum janitore ſæpe ſera nocte adjaccre. ¶ Janitor inferorum eſt Cerberus, *Virg.* 6. *Æ. v.* 400.

Janitrix, f. 3. *portinaja*, θυρωρὸς, mulier, cui januæ custodia est commissa. *Plaut. Curc.* 1. 1.76. Anus hic solet cubitare, custos, janitrix. ¶ Janitrices etiam dicebantur duorum fratrum uxores, non quod eandem januam pulsarent, sed quod pariter adversum lectum januæ ubi sternerent, inque eo tanquam custodiæ causa cubare solerent. Nam apud Romanos ea consuetudo fuit, ut quæ uxor primum in manum viri convenisset, ea sibi in atrio domus ante ipsam januam lectum sterneret, qui idcirco adversus dictus est. *Modest. l.* 4. §. *ad fines*, *in fi. de grad. & ad fin.* ¶ Denique janitrix dicitur de omni re, quæ est ante januam. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum, Pontificumque. idest, quæ solet plantari ante domos Cæsarum, & Pontificum.

Janthe, es, virgo Cretensis, laudatissima forma. *Ovid.* 9. *Metam. v.* 714.

Janthĭnus, a, um, *violato*, ἰάνθινος, violaceus, colorem floris violæ referens, purpurei coloris, ab ἴανθον, flos quidam, & color purpureus, quod ab ἴον, viola, & ἄνθος, flos. *Plin. l.* 21. *c.* 6. Ab his Janthina vestis. ¶ Janthina, orum, subst. n. 2. vestes violacei coloris. *Mart. l.* 2. *epigr.* 39. Coccina formosæ donas, & Janthina mœchæ.

Janthum, i, n. ἴανθον, herba vel flos purpurei coloris. *Marcel. Emp. c.* 17.

Janŭa, æ, f. 1. *porta*, שַׁעַר, Ger. *einthir*, Gal. *porte*, Hisp. *puerta*, θύρα, primus ingressus ad interiora domus, a *Jano*, quod Janus januis præesset, vel quod huic Deo consecratum erat omne principium. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Principem in sacrificando Janum esse voluerunt, quod ab eundo nomen est deductum, ex quo transitiones perviæ jani, foresque in liminibus profanarum ædium januæ nominantur. *Idem* 3. *Ver.* Servis suis imperat Rubrius, ut januam clauderent. ¶ Differt a porta, quia janua est parietis, atque domorum, porta murorum, munitionumque, atque castrorum. *Valla l.* 4. *c.* 8. ¶ Item differt ab ostio, quia proprie janua est domus, ostium est partium domus, ut cubiculorum. Sed tamen hæc nomina confunduntur. *Cic.* 1. *de Or.* Eique ab ostio quærenti Ennium ancilla dixisset, domi non esse. Et *infra*. Paucis post diebus, cum ad Nasicam venisset Ennius, & eum a janua quæreret. ¶ Translate ponitur pro aditu, & occasione. *Cic. pro Planc. c.* 3. Qua volui janua ingressus sum in causam. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 1. *v.* 46. Hæc est blanditiis janua laxa meis.

Janŭal, n. 3. libi genus, quod Jano tantummodo libabatur. *Fest.*

Januālis, V. Janalis.

Januarĭus, ii, m. 2. *Gennaro*, *Gennaio*, ἰανουάριος, γαμηλιών, primus anni mensis, ita dictus, quod Jano esset sacer. *Varro lib.* 5. *de L. L. Ovid.* 1. *Fast. Isid. l.* 5. *c.* 33. Additus fuit anno Romano una cum Februario a Numa Pompilio. Nam prius annus decem mensibus constabat. Januarium voluit primum anni mensem esse, tanquam bicipitis Dei mensem, respicientem, & prospicientem transacti anni finem, futurique principia. *Ovid.* 2. *Fast.* ¶ Primus dies Januarii Romanis lætissimus, celeberrimusque fuit. Illo enim die, qui designati fuerant, magistratum inibant, & quidem qui Curuli fuerant ornati Magistratu, curribus, in quibus sellæ erant ebore tectæ, in Tarpejam arcem, seu in Capitolium, universo populo sequente, novis induto vestibus vehebantur, ad sacrificium in Jani honorem peragendum. Illo die ab amicis felicitatis auguria dabantur, & accipiebantur. Prima enim in omnibus rebus maximam vim habere censebant. Cæterum hoc ipso die mos fuit singulos aliquid attingere in ea arte, quam exercebant. *Ovid.* 1. *Fast.* ¶ Hæc vox revera adjectiv. est, & cum absolute usurpatur, subintelligitur *mensis*. *Cic.* 1. *Attic. ep.* 2. Januario mense cura, ut Romæ sis.

Janus, i, m. 2. *Giano*, Ἰανὸς, Apollo, sive Sol. Nam etiam Luna primo Jana, deinde Diana appellata est. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 9. ex Nigidio. Dictus est ab eundo, quasi Eanus, quia semper movetur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Aliqui Mundum, idest Cœlum, seu Mentem Cœli præsidem Jani nomine intelligunt, dictumque volunt & ipsum ab eundo, quod cœlum semper eat, dum in orbem volvitur, & ex se initium faciens in se refertur. Sunt etiam, qui Jani nomine annum significari velint. Ratio nominis similiter fuerit a verbo eo. Nam tempus in perpetuo motu versatur. Aliqui interpretantur antiquum chaos rerum. *Ovid.* 1. *Fast.* Historici scripsere, Janum Regem antiquissimum Italiæ fuisse. Regnavit in Latio, & in agro Romano, condita arce, quam de suo nomine Janiculum nuncupavit, in eo monte, quem posteri & ipsum Janiculum appellavere, nunc *Montorio*, trans Tyberim. *Ovid.* 1. *Fast. Virg.* 8. *Æn.* Sed in aliquibus libris reperitur eum in Hetruria regnavisse, in aliquibus in Umbria. Primus in Italia Diis templa fecit, ritusque sacrorum instituit. Idcirco in sacrificiis prætationem meruit perpetuam. *Macrob. l.* 1. *c.* 7. 8. 9. Saturnum a Jove filio ex Creta expulsum, classeque in Italiam advectum suscepit hospitio, & quoniam ab eo ruris agriculturam edoctus est, Regni partem illi concessit. Saturnus urbem condidit, quam Saturniam appellavit, in monte Tarpejo, seu Capitolino. *Ovid.* 1. *Fast. Virg.* 8. *Æn.* Sed de hoc etiam Rege ingens dissensio est. V. *Voss. Etymol.* & *Gallæum ad Lactant.* ubi contendit Janum eundem fuisse ac Noe. ¶ Quidquid veteres Jani nomine intelligerent, sive Solem, sive Mundum, vel Cœlum, vel Mentem Cœli præsidem, sive annum, sive chaos &c. Romani, & omnes Itali Janum Deum quendam esse credebant totius mundi custodem, illum Cœli januis præsidere, idest, parti orientali, atque occidentali, præesse etiam omnium ædium foribus, item viis omnibus tum in urbibus, tum extra urbes, illum Cœlum, aerem, aquam, terram, res omnes hujus universitatis claudere, & aperire, pacem, & bellum in sua potestate habere. *Ovid.* 1. *Fast.* ¶ Duas illi facies tribuebant, alteram anteriorem, alteram a tergo. Unde geminus, bifrons, & biceps dicebatur. Causam *Ovid.* 1. *Fast.* affert, quia Cœlo præsideret, & utranque partem, orientalem, & occidentalem, respiceret, item ædium januis præesset, quæ quidem januæ duas facies habent, quarum altera ad ædium partem internam versa est, altera ad externam. Qui Solem intelligunt, rationem reddunt, vel quia potentiam habet in utranque Cœli januam, idest, in partem orientalem, & in occidentalem, &, dum oritur, mundum aperit, dum occidit, claudit, vel quia superorum, atque inferorum janitor existit, idest, utrumque hemisphærium illustrat. Qui Janum pro anno accipiunt, illud hujus fictionis causam fuisse ajunt, quod annus ex se initium faciens fini occurrit. Quid Regem Italiæ Janum censent fuisse, faciem geminam ad Jani prudentiam, solertiamque referunt, qui & præterita nosceret, atque prospiceret futura. Ejus figura admodum confusa erat. Causa ab *Ovid.* 1. *Fast.* allata est, quod Janus fuerit antiquum chaos, in quo omnia elementa, terra, aqua, aer, ignis permixta erant. Solebant etiam Janum quadrigeminum, seu quadrifrontem fingere. Cœli enim quatuor facies, idest cardines, sunt, Oriens, Occidens, Septentrio, Auster. Cum clave, & virga figurabatur, quasi omnium & portarum custos, & rector viarum. ¶ In Jani nummis in altera parte facies gemina, in altera figura navis imprimebatur. Navis figura nummi signabantur in Saturni memoriam, qui regnante Jano cum classe in Italiam venit, eumque, & omnes Italos docuit agriculturam. *Ovid.* 1. *Fast.* ¶ Jani templum erat ad infimum Argilletum, juxta Palatium, vel, ut alii scripsere, juxta Capitolium, seu Tarpejum montem, a Numa Pompilio positum, vel a Romulo, & Tatio. Loci causa fuit, quia, cum Sabini Capitolium Tarpejæ virginis proditione occupaturi essent, calida aqua repente ex eo loco erupit, quæ fugavit exercitum Sabinorum. Hoc templum pacis tempore clausum asservabatur. Constat autem ter fuisse clausum, primum regnante Numa, iterum post bellum Punicum secundum, tertio post bellum Actiacum ab Augusto. ¶ Romani Jano ante omnes alios Deos rem divinam faciebant. In omnibus enim rebus prima, & extrema vim habent maximam. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Ovidius hac causam attulit. 1. *Fast.* quod Janus esset mediator Deorum, & hominum. Sacrificabant thure, melle, ficubus, farre, vino, & aliis hujusmodi. Causa rerum dulcium erat, ut annus feliciter cœptum cursum perageret. Causa farris, & vini fuit, ut illo anno frugum copia esset. Stipem præterea offerebant, idest, nummum æreum, in memoriam ejus pecuniæ, qua veteres usi fuerant. Sacra etiam Jano faciebant die nono Januarii, quæ Agonalia appellabantur. *Ovid.* 1. *Fast.* ¶ Janus item erat locus Romæ, ubi fœneratores consistebant, e regione Basilicæ, ita dictus, quoniam in eo Jani simulacra collocata visebantur. *Ovid.* Qui puteal, Janumque timet, celeresque calendas. Prima hujus vici pars, ubi pecunia fœnori dabatur, *summus Janus*, ultima *imus*, media *medius Janus* dicebatur. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 44. Hæc Janus summus ad imum perdocet. *Id. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 18. Postquam omnis res mea Janum ad medium fracta est. ¶ Jani denique dicebantur omnes transitiones perviæ, sive ædificia fornicata quadrata, aut arcus, quos Dio ἀψῖδας appellat, cujusmodi plures per omnes urbis regiones Domitianum exstruxisse, scribit *Sueton. in ejus vita c.* 13. *volte*, *o portici fatti a volta*. *Id. Aug. c.* 31. Pompeji statuam marmoreo Jano supposuit. ¶ Ita autem appellabantur, quia Janus omnibus januis, & viis præesse credebatur, ut dictum est.

Januspăter, olim junctis vocibus dicebatur, ut *Marspater*, *Saturnuspater*, teste. *Gell. l.* 5. *c.* 12.

Japetionĭdes, m. 1. patron. pro Japetides, Atlas, vel alius ex filiis Japeti. *Ovid.* 4. *Met. v.* 630. Japetionides Atlas fuit, ultima tellus.

Japetĭdes, is, idem quod Japetionides. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 111. Tu quoque Japetides, non hos adhibendus in usus. Alii tamen aliter leg.

Japĕtus, m. 2. Ἰαπετὸς, idem ac Japhet filius Noe, frater Sem, & Cham. Hesiodi descriptione filius fuit Cœli, seu Titani, & Terræ, vir quidem potens apud Thessalos, sed protervi ingenii, magisque filiorum, quam sua virtute clarus. Asiam Nympham uxorem duxit, & ex ea Hesperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum suscepit. *Horat. l.* 1. *od.* 3. *vers.* 27. Audax Japeti genus.

Japidia. V. Japis.

Japis, idis, m. ab ἰᾶσθαι, mederi, dictus est medicus, qui Æneam sagitta ictum curavit. *Virg. Æn.* 12. *v.* 391. ¶ Ille ad Trimavum fluv. in Italia oppidum condidit, cujus regio Japidia dicta est. *Tibul. l.* 4. *el.* 1. *v.* 109. Fortis Japidiæ miles. *Virg. Georg.* 3. *v.* 475. Norica si quis Castella in tumulis, & Japidis arva Timavi.

Japygĭa. V. Salentini.

Japygĭum promontorium. V. Salentinum.

Japyx, ygis, m. 3. ventus, qui spirat ab occasu solstitiali. Dubium est, num idem sit, qui Caurus, an qui Zephyrus. *Gell. l.* 2. *c.* 22. Caurum esse ait. Sed sibi contradicit, cum Japyga spirare dicit adversus Eurum, Caurum vero adversus Aquilonem. Dictus est Japyx, quod a Japygia spirare videatur. Quare & commodissimus est ex Italia in Græciam navigantibus. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 3. Ventorumque regat Pater obstrictis aliis præter Japyga. ¶ Adjective etiam usurpatur pro eo, qui est ex Apulia. *Ovid. Met.* 14. Sub Japyge maxima Dauno Mænia condiderat.

Jarbas, æ, m. 1. filius, Jovis, & Garamantidis Nymphæ, Rex Getulorum, vel Maxitanorum. *Boccat. l.* 11. *Gen.* V. *Dido*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 36. Non ante Tyro despectus Jarbas. ¶ Dicitur etiam Jarba, æ, eliso s. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 552. Et potitur capta Maurus Jarba domo.

Jasĭdes, æ, patronym. ab Jasio. *Virg.* 5. *Æn. v.* 843. Jaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem.

Jasion. V. Jasius.

Jasis, idis, f. 3. Atalanta, filia Jasii vel Jasionis Jovis & Electræ filii. *Propert. l.* 1. *el.* 1. *v.* 10. Sævitiam duræ contudit Jasidis.

Jasĭus, vel Jasion, m. 2. vel 3. filius Abantis Regis Argivorum. ¶ Item filius Coriti ex Electra, frater uterinus Dardani, qui ex Jove, & Electra procreatus est. *Serv. in* 3. *Æn.*

Jāson, onis, m. 3. Ἰάσων, filius Æsonis Regis Thessaliæ ex Alcimede, seu ex Polymila, nepos Erithei, seu Chrithei, pronepos Æoli, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendavit, tradito etiam Regno, ea tamen lege, ut illud adulto Jasoni restitueret. Sed mater Alcimede suspectum habens Peliam, Jasonem Chironi alendum dedit. Jason adultus ad repetendum paternum Regnum venit. Verum Pelias, commentus fraudem, Jasonem Colchos ad auferendum aureum vellus navigare jussit. Quæ res licet primo fieri non posse videretur, tamen præparata Argo navi cum omnibus fere adolescentibus Græciæ principibus Colchos profectus est. Inter navigandum primum ad Lemnum ins. appulit, ubi ab Hypsipyle & hospitio, & thalamo susceptus est. Deinde appulit ad Phineum Regem Thraciæ, al. Arcadiæ, al. Paphlagoniæ, quem ab Harpyis liberavit, missis Calai, & Zethe fratribus alatis, qui eas usque ad Strophades ins. fugarunt: a quo muneris loco edoctus est, quomodo per Cyaneas petras inter se concurrentes ad Colchos usque tuto navigare posset. Quo cum pervenisset, Medea Colchorum Regis filia, forma ejus capta, a certissimo eum eripuit exitio, ostensa ratione, qua æripedes tauros posset perdomare, & draconem pervigilem sopire. Ejus itaque consilia secutus Jason aureum vellus sustulit, & inde clam cum sociis, & Medea fugam arripiens, ad Istri ostium pervenit, adversoque flumine subiens, cum eum tandem in locum pervenisset, ubi Danubius Liburniæ montibus proximus est, navim, qua vectus erat, suis, sociorumque humeris, superatis montibus, in mare Hadriaticum deportavit, tandemque sospes in patriam revectus est. Duos ex Medea filios suscepit. Sed cum postea Creusæ Corinthiorum Regis filiæ amore flagrans, eam uxorem duxisset, Medea ægre ferens divortium, Creusam cum regia exussit. Sunt, qui tradant, Medeæ postea reconciliatum Jasonem, Æetem socerum a fratre Persa pulsum in Regnum restituisse, multaque alia præclara gessisse, adeo ut divinos in Asia honores promeritus fuerit. Hæc fabula describitur ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. *Ovid.* 7. *Metam.* Multaque perpessi claro sub Jasone tandem, &c.

Jasonĭdes, æ, patronym. a Jasone. *Stat. Theb.* 6. *v.* 340.

Jasonĭus, a, um, adject. ad Jasonem pertinens. *Avien. Arat. Phænom. v.* 808. Jasoniæ depictaque terga carinæ.

Jaspidĕus, a, um, o. 1. 2. quod jaspidis colorem refert. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Multis coloribus translucentes, alias vitreæ, alias crystallinæ, alias jaspideæ.

Jaspis, idis, m. 3. ἴασπις, gemma viridis instar smaragdi, sed crassi coloris, a יָשְׁפֵה, jaspis. *Plin. l.* 37. *c.* 8. ¶ In vocativo *Jaspi*. *Augustus* apud *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 4. Cilniorum smaragde, jaspi figulorum, beryllè Porsenæ.

Jaspŏ-

Jaſpŏnyx, ychis, f. 3. gemma nivis colorem referens. *Plin. lib. 37. cap. 9.*

Jatraleptes, vel Jatralepta, æ, ἰατραλείπτης, medicus jatraleptica arte curans, quem *Plin. lib. 29. cap. 1. reunctorem* vocat. *Celſ. lib. 1. cap. 1.* Neque medico, neque jatralepta egere. Adde *Plin. l. 10. ep. 4.*

Jatraleptĭce, es, medicinæ genus, quæ unguentis, & perfrictionibus curat. *Plin. l. 26. c. 1.* ¶ Dicitur & Jatraliptice. nam ει græcum & in i latinum tranſit, & in e.

Jatromæa, æ, ἰατρομαία, mulier medica, & obſtetrix. *Vet. Inſcrip.* apud *Gruter. pag. 1110. n. 1.* Valeriæ Verecundæ jatromææ regionis ſuæ primæ.

Jatronicenſis, e, adject. a ἰατρὸς, medicus, & νίκη victoria, q. d. ad medicorum victoriam pertinens. *Plin. lib. 29. cap. 1.* Monumento ſuo jatronicenſe inſcripſit, ſubintellige *carmen*, aut quid ſimile, quo ſignificabatur, ſe omnes medicos peritia ejus artis ſuperaſſe.

Jaxamătæ, m. 1. pop. Sarmatiæ, ad Mæoticam pal. apud Tanaim fl. Exomatis, & Satharcis finitimi. *Valer. Flac. l. 6. v. 148.*,

Jazўges, um, m. 3. Sarmatica gens Danubii accola, inter Marcomanos, & Getas. Sarmatas Jazyges *Tacit.* vocat *l. 12. c. 29. Ovid. 2. Triſt. v. 191.* Jazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getæque. Et in ſingul. num. *Id. de Ponto el. 7.* Ferox ut ducat Jazyx Per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas.

I A N T E B.

Iber, eris, m. idem ac Iberus, ſeu Hiſpanus. *Lucan. l. 6. v. 258.* Si tibi durus Iber, aut ſi tibi terga dediſſet Cantaber. ¶ Item *Giorgiano. Val. Flac. l. 5. v. 166.* Armeniæ prætentus Iber. V. *Iberia.*

Iberĭa, f. 1. *Giorgiana, Gurgiſtan, ἰβηρία*, regio Aſiæ. Habet ab Or. Albaniam, a qua Caſpio M. dividitur, ab Occ. Colchidem, a qua Moſchicis montibus, a Mer. Armeniam majorem, a Sept. Caucaſios montes. Sed tamen *Giorgiana* magnam Armeniæ partem complectitur. Subeſt dominio proprii Principis, ſub clientela tamen Regis Perſarum. Pop. Ibēres, vel Ibēri, *Giorgiani.* ¶ Hiſpaniam item veteres Iberiam ab Ibero amne cognominaverunt. *Juſtin. l. 44.* Sed aliquorum opinione Iberia primum appellata fuit Hiſpaniæ regio utrinque Ibero fluvio proxima, quam Celtæ Galliæ populi occupatam, compoſito ex regione, & ex gente nomine, Celtiberiam nuncupaverunt, poſtea Iberiæ nomen ad univerſam Hiſpaniam extenſum eſt. *Varro* ſcripſit, ex Iberia Aſiæ regione populos veniſſe in Hiſpaniam, & ab illis Hiſpaniam Iberiam & fluvium Hiſpaniæ Iberum dictum fuiſſe. *Dionyſius* contra ſcripſit, Iberes Hiſpaniæ populos a Pyrenæis montibus protectos in Aſia ſedes poſuiſſe, inde eam partem Aſiæ Iberiam nuncupari. Denique aliqui tradunt, Hiſpaniam nomen Iberiæ accepiſſe ab Ibero Rege. Hinc Hiſpani etiam Iberi, vel Iberes vocantur.

Iberiăcus, a, um, adject. Iberus, Hiſpanicus. *Silius l. 13. v. 510.* Omen Iberiacis victa Carthagine terris.

Iberĭca Herba, ſparti genus, quod in Iberia, ideſt, Hiſpania, naſcitur. *Quinct. l. 8. c. 2.*

Iberĭcus, a, um, adject. Hiſpanicus. *Sidon. carm. 2. v. 164.* Terrarum indigenas Ibericarum. *Horat. Epod. 4. v. 3.* Ibericis peruſte funibus latus. h. e. ſparteis. nam ſparti copia in Hiſpania.

Ibēris, idis, f. 3. herbæ genus, al. lepidium ſylveſtre. *Plin. l. 55. c. 8.*

Ibērus, a, um, quod eſt ex Iberia. *Virg. 9. Æn. v. 582.* Pictus acu clamydem, & ferrugine clarus Ibera. ideſt Hiſpanica. *Serv.* tamen explicat de Aſiatica regione. V. *Iberia.*

Ibērus, i, m. Hiſpanus, *Spagnuolo. Virg. 3. Georg. v. 408.* Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.

Ibērus, m. 2. *Ebro*, fl. Hiſp. Tarr. qui oritur in Caſtella veteri, in confinio Aſturiæ, juxta vicum *Fuentibre*, deinde partem Borealem Caſtellæ veteris rigat, & Navarræ Regnum, poſtea Aragoniam bitariam ſecans, juxta Cæſarauguſtam labitur, tandem per partem Occidentalem Catalauniæ fluens, ibi paulo infra Dertoſam in mare Medit. ſe exonerat. ¶ Iberus alter, *Rio tinto, Azach*, fl. Hiſp. Bæt. qui per Vandaliam fluit. ¶ Item fl. Iberiæ reg. Aſiæ, qui ex Caucaſo M. in Cyrum fl. majorem defluit.

Ibex, icis, m. *ſtambecco*, ἴβυξ, αἴξ, genus capræ, quod in rupibus habitat, a prima voce Græca allata, quæ ab Æolico αἴγιξ, *capra*, vel ab ἴβύω, *ferio*, quia non raro cum magno impetu in venatorem fertur, eumque præcipitat. *Plin. lib. 8. c. 53.* Sunt capreæ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ.

Ibi, *ivi, in quel luogo*, שָׁם, Ger. *deſelbſt*, Gal. *là, en ce lieu là*, Hiſp. *ay, alli*, ἐκεῖ, in eo loco, adverb. ſtatus in loco. *Cic. pro L. Man.* Qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat. ¶ Accipitur aliquando pro adverbio temporis, idemque valet, quod tunc, *allora. Terent. Andr. 2. 2. 19.* Ubi te non invenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum. ¶ *Id. Heaut. 3. 1. 62.* Subſenſi id quoque, illos ibi eſſe &c. h. e. in eo conſilio, ſeu ſententia. Sic *id. ibid. 5. 2. 30.* Ibi nunc ſum. h. e. id paro, cogito, molior. ¶ Aliquando vices gerit relativi. *Salluſt. in Catil. c. 5.* Hinc bella, cædes, rapinæ, diſcordia civilis grata fuere, ibique juventutem ſuam exercuit. *h. e.* in iis.

Ibĭdem, adv. *nel medeſimo luogo*, Germ. *eben daſelbſt*, Gal. *la meme, en ce meme lieu*, Hiſp. *el meſmo lugar*, αὐτόθι, in eodem loco. *Cic. in Fam.* Ibidem me opperiare, velim. *Plaut. Ciſt. 2. 1. 57.* Ibidem loci res erit. ¶ Item in eadem re, *Cic. pro Cæc.* Lætit in eo Cæcinnam, ſublevavit ibidem.

Ibis, idis, f. ἶβις, avis Ægypti, quæ ſerpentibus veſcitur. Hæc (ut Hier. ſcribit) duplex eſt, altera nigra tota eſt, altera ciconiæ non abſimilis, diverſa tamen a ciconia. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 36.* Ibes maximam vim ſerpentium conficiunt, cum ſint aves excelſæ, rigidis cruribus, corneo, procerocque roſtro: avertunt peſtem ab Ægypto, cum volucres angues ex vaſtitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt, atque conſumunt, ex quo fit, ut illæ nec morſu vivæ noceant, nec odore mortuæ. ¶ Traditur autem ibis clyſteris uſum prima commonſtraſſe, quod conſuetudinem habet ſe purgandi, roſtri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. *Plin. l. 8. c. 27. Cic. 2. de nat. Deor.* Quod vomitione canes, alvo ſe ibes Ægyptiæ curant. ¶ Ibin maledico ſuo carmine Callimachus vocat Apollonium Rhodium, diſcipulum ingratum, teſte *Suida.* Hunc imitatus Ovidius *Ibis* nomine perſtringit Elegiaco carmine adverſarium ſuum, quem nonnulli Hyginum ſuſpicantur. ¶ Legitur & Ibis, Ibidis. *Ovid. in Ib. v. 57.* Illius ambages imitatus in Ibide dicar.

Ibiſcus. V. Hibiſcus.

Ibrĭda, æ, com. 1. al. hybrida, æ, vel hybris, vel Hibris, idis, eſt animal imparibus natum parentibus, & dicitur generatim de omnibus beſtiis, imo etiam de hominibus ſpuriis, ſpeciatim de ſuibus natis ex apris, & porcis. Aliqui deducunt ab ὕβρις, quod exponunt adulterium, quia videtur eſſe quædam quaſi adulterii ſpecies, cum aliquod animal cum alterius generis animali habet conſuetudinem. Sed ὕβρις, generatim injuriam, ſeu contumeliam notat. Aliqui ab ὗς, ſus, originem arceſſunt, quia cenſent, hac voce proprie notari ſues prognatos ex altero fero, & altero domeſtico. *Plin. l. 8. c. 53.* In nullo genere æque facilis miſtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu ſemiferos, ad homines quoque, ut in C. Antonium Ciceronis in Conſulatu collegam, appellatione translata. ¶ Translate Ibris, vel Ibrida vox dicitur a Grammaticis, quæ tanquam partus monſtroſus ex duabus diverſis linguis conflatur, q. d. ſpuria, ut *monoculus*, quæ a μόνος græca, & *oculus* latina voce componitur: & *philogræcus*, a φίλος, & *Græcus.*

Ibўcus, i, Poeta fuit Lyricus, de quo meminit *Cic. 4. Tuſc. c. 33.* Hic cum a latronibus impeteretur, grues forte ſupervolantes obteſtatus eſt, quibus conſpectis latrones, qui eum occiderant, ſe ſe ipſi prodiderunt. Hinc *Auſon. Idyll. 5. v. 8.* Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus. V. *Eraſm. Chiliad.*

I A N T E C.

Icadius, m. 2. prædo inſignis, cui ſaxum ex ſpelunca cadens crura confregit. *Cic. de Fato c. 3.*

Icarĭa, f. 1. Icaros, Ichthyoeſſa, *Nicoria*, inſ. parva maris Ægæi, inter Samum ad Or. & Naxum ad Occ. ſeu inter Chium ad Bor. & Pathmum ad Auſtr. Sic dicta ab Icaro, quem volantem ibi decidiſſe amiſſis alis fabulantur.

Icariōtis, idis, f. 3. quod ad Penelopen ſpectat. Nam Penelope Icarii filia fuit. *Ovid. 3. de Pont. el. 1. v. 112.* Morte nihil opus eſt, nihil Icarotide tela. ¶ Item ipſa Penelope. *Propert. lib. 3. el. 13. v. 10.* Quæque terunt faſtus, Icarioti, tuos.

Icăris, idis, f. 3. Ἰκαρίς, Penelope, filia Icarii. *Ovid. in Ibin.* Et velut Icaridis famulæ periere, procique.

Icarĭus, ii, m. 2. ſive Icarus, filius Oebali Laconum Regis, nepos Argoli, pronepos Amiclatis, abnepos Lacedæmonis, atnepos Jovis ſecundi, frater Tyndari, pater Erigones, Iptimæ, & Penelopes. *Ovid. in Epiſt. Helenæ.* Me pater Icarius viduo diſcedere lecto cogit. Narrant, hunc ſocium Liberi Patris fuiſſe, ab eoque vinum accepiſſe mortalibus diſtribuendum: cum paſtoribus, aut ſuis agricolis diſtribuiſſet, illique ex nimio potu ebrii facti eſſent, ab illis interfectum tuiſſe, apud Marathonem, in venatione, quod ſibi venenum eſſe datum arbitrarentur: canem Icarii diu ad cadaveris cuſtodiam remanſiſſe, tandem fame coactum domum rediiſſe, acceptoque pane rurſus ſe ad dominum contuliſſe: Erigonem canem eſſe ſecutam, conſpecto patris cadavere incredibilem in modum doluiſſe, ejus precibus Icarium una cum cane in Cælum translatum eſſe: Icarium Bootem eſſe, canem illum, qui Sirius dicitur, tandem Erigonem doloris impatientia laqueo vitam finiviſſe, Deorum miſeratione receptam eſſe in Cœlum, ſignumque efficere Virginis. Sed *Boccatius l. 5. Gen. Deor.* cenſet, Icarum patrem Erigones alium eſſe ab Icaro filio Oebali, & patre Penelopes. *Tibul. l. 4. ad Meſſalam.* Cunctis Bacco jucundior hoſpes Icarus, ut puro teſtantur ſidera Cœlo.

Icarĭus, a, um, adject. ab Icaro. V. Icarus.

Icărus, m. 2. Ἴκαρος, Dædali filius fuit, qui una cum patre e Creta fugiens alarum artificio, cum alarum fiducia fretus ultra patris juſſa altius evolaſſet, Soliſque ardore cera, qua pennæ continebantur, liquefacta eſſet, ita ut ab alis defluerent, decidit in mare, quod eſt inter Samum, & Myconem, quod ab ejus nomine Icarium dictum eſt, ut Poetæ fabulantur. *Ovid. 3. Triſt. el. 1. v. 90.* Icarus Icarias nomine fecit aquas. ¶ Verius tamen eſt, Icarium mare nomen accepiſſe ab Icaria inſula.

Ichneumon, m. 3. *ſorice d' India*, ἰχνεύμων, ἰχνεύτης, ὗλος, animal eſt magnitudine felis, ſpecie muris, vulgo mus Indicus, quod naſcitur in Ægypto, & cum aſpide pugnat, ab ἰχνεύω, *inveſtigo*, ſive quod inſtar canis venatici inveſtiget crocodilum, & aſpidem, ovaque eorum obſervet, ſive potius quod roſtro ſuo, quod eſt ſimile roſtro ſuillo, cibum ruſpetur, & inveſtiget. Ichneumona Ægyptii adorant, quoniam ova crocodilorum conterat, & luto convolutus, cum os aperiunt, ita in ventres eorum inſilire ſoleat, ut exeſis inteſtinis eos interimat. *Plin. l. 8. cap. 24. Cic. 1. de nat. Deor.* Poſſum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere.

Ichnographia, ἰχνογραφία, veſtigii, areæ, ſeu plani deſcriptio, vel, ut Barbari dicunt, planæ formæ delineatio, *deſcrizion della pianta d' un' edifizio. Vitruv. l. 1. c. 2.* ¶ Eſt ab ἴχνος, planta, vel plantæ veſtigium.

Ichnūſæ. V. Sardinia.

Ichor, ōris, m. ἰχώρ, ῶρος, ſanies, cruor. *Celſ. l. 5. c. 26. n. 20.* Ichor tenuis ſubalbidus ex malo ulcere exit.

Ichthyocolla, æ, ἰχθυοκόλλα, piſcis corio glutinoſo. Item gluten ex eo piſce. *Plin. l. 32. c. 7. & l. 7. c. 59.*

Ichthyoeſſa. V. Icaria.

Ichthyophăgi, orum, ἰχθυόφαγοι, Æthiopicæ gentes, quæ piſcibus vivunt. *Ptolem. Strab.*

Ichthyotrophīum, ii, n. *peſcheira*, ἰχθυοτροφεῖον, vivarium, in quo piſces nutriuntur. *Colum. l. 8. c. 3.* habet græcis literis.

Ico, is, ci, ictum, a. 3. *percuotere, ferire*, רכה, Germ. *ſchlagen*, Gal. *frapper*, Hiſp. *herir, dar golpes*, πλήττω, ferio, percutio. *Lucret. l. 3. v. 161.* corpus propellit, & icit. *Cic. 2. de Civ.* Cum Ptolemæus familiaris ejus in prælio telo venenato ictus eſſet. *Plin. l. 16. c. 30.* Arborum manu ſatarum, receptarumque in domos fulmine laurus ſola non icitur. ¶ *Icere colaphum*, eſt impingere alicui colaphum. *Plaut. Perſ. 5. 2. 65.* Quæ hæc res eſt? hei colaphum icit. ¶ Icere fœdus eſt amicitiam cum aliquo jungere. *Cic. in Piſ.* Tu fœdus, quod meo ſanguine in pactione provinciarum iceras, frangere voluiſti.

Icon, onis, f. *immagine, effigie*, צלם, Germ. *bildnuſſ*, Gall. *image*, Hiſp. *imagen*, εἰκών, effigies, imago, ſtatua ex membris ipſis a pictoribus, ſeu ſtatuariis expreſſa, ab ἔοικα, ſimilis ſum. *Plin. l. 34. c. 4.* Eorum vero, qui ter ibi ſuperaviſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas vocant. Sed Voſſius apud Grammatic. & plerique omnes leg. *iconicas.* ¶ Icon item, eſt Figura Rhetorica. V. *Ethopœja.*

Iconĭcus, a, um, o. 1. 2. *dipinto, ſcolpito*, Ger. *das eigent lich algebildt iſt*, Gall. *tiré au vif, peint ſur le vif*, Hiſp. *dibuxado, facado del natural*, εἰκονικός, quod eſt ita pictum, ſive ſculptum, ut vivam rei alicujus effigiem, membrorumque omnium ſimilitudinem referat. *Suet. in Calig. cap. 22.* Simulacrum ſtabat in templo aureum, iconicum, amiciebaturque quotidie veſte, quali ipſe uteretur. *Plin. lib. 35. cap. 8.* Ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur, Athemenſium Miliciadem, Callimachum, Cynegirum, Barbarorum Darium, Tiſſaphernem.

Iconiſmus, m. 2. εἰκονισμός, Figura Rhetorum, quando ad vivum alicujus rei formam ob oculos ponimus, ab *eikonizo, aſſimilo, exprimo. Sen. ep. 95.* Deſcriptiones has, & (ut publicanorum utar verbo) εἰκονισμούς, ex uſu eſſe confiteor. V. *Ethopœja.*

Iconĭum, n. 2. *Cogni, Gogni*, urbs Lycaoniæ, ampla, & probe munita, caput

caput Caramaniæ late ſumptæ, nunc ſedes Præfecti Turcarum.

Ictĕrĭcus, a, um, adject. ἰκτερικὸς, qui icteri morbo laborat, *itterico*. *Juven. ſat. 6. v.* 564. Conſulit ictericæ lento de funere matris. Adde *Plin. l.* 29. *c.* 9.

Ictĕrus, avicula flavi coloris, quam Latini *galgulum*, vel *galbulum*, vel *galbulam* vocant, ſolo aſpectu ictericum, ſeu regium morbum ſanans. *Plin. l.* 30. *c.* 11.

Ictis, idis, f. *martora*, *martorello*, ἰκτὶς, muſtellæ ſilveſtris genus, magnitudine Melitenſis catelli, ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtellæ ſimile. Martem ſpeciali vocabulo vocant. *Plin. l.* 29. *c.* 4.

Ictus, a, um, *percoſſo*, percuſſus, partic. ab icor. *Cic. l.* 1. *de Div. c.* 10. E cœlo ictus, *fulminato*. *Id. de Aruſp. Reſp.* Vos me primum ictum pro vobis, fumantemque vidiſtis. *Liv. l.* 1. Ibi in turba ictus Remus cecidit.

Ictus, us, m. 4. *colpo*, *percoſſa*, מכה, Ger. *ſtraich*, Gall. *coup*, Hiſp. *golpe*, πληγὴ percuſſio, ab ico. *Cic.* 3. *Off.* Ictu fulminis deflagravit. *Aurel. Vict. in Epitom. c.* 16. Ictus ſanguinis. *colpo d'apopleſſia*. ¶ Et tranſlate. *Cic. poſt red.* Cum ego una cum Rep. non Tribunitio, ſed Conſulari ictu concidiſſem. ¶ Olim etiam *ictus*, *i*, per ſecundam flectebatur. *Quadrig.* apud *Gell. l.* 9. *c.* 13. Ne Gallus impetum icti haberet. ¶ Sub ictu eſſe, eſt eo loci eſſe, ubi ici quis poſſit. *Senec. de Conſol. ad Marc. c.* 9. Ille damnatus eſt, & tua innocentia ſub ictu eſt. ¶ Sub ictum dare, *eſporre a pericolo*. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 39. Si amnem Araxem tranſgrederentur, ſub ictum dabantur.

Icuncŭla, f. 1. imaguncula, parva imago, dim. ab icon, *Suet. Ner. c.*56. Icuncula puellaris.

I ANTE D.

Id, *ciò*, *queſto*, זאת, Ger. *das*, Gall. *cela*, Hiſp. *eſſo*, *ello*, τῦτο, neut. genus pronominis *is*. Eleganter adjunctum habet genitivum, ut Id ætatis, id temporis, ideſt, ea ætate, eo tempore. *Cicer. in Fam.* Id ætatis jam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus, *Liv. l.* 43. *c.* 5. Id locorum. ¶ *Id, quod res eſt*, idem eſt, ac ſi diceremus, quod verum eſt. *Ter. Adel.* Verum cogito id, quod res eſt. ¶ *Id ipſum*, idem eſt, quod hoc. *Cic. Lent.* Multi rogabantur, atque id ipſum Conſulibus invitis. ¶ In reſponſionibus vim habet affirmandi. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.*16. ¶ *Id* pro ideo, ſeu propter id, ſæpe uſurpat *Plaut.* ut *Rudent.* 2.3.66. Credo aliquem immerſiſſe; id miſera mœſta eſt. Sic *Cic. l.* 3. *ad Q. Fr.* Teneo ab accuſando vix me, ſed tamen teneo id quod judices nullos habemus. Adde *Liv.* & *Ter.* ¶ *Id eſt* formula explicantis, *cioè*. *Cic. Attic. l.* 7. Senatus hodie futurus erat, ideſt Cal. Octob.

Ida, æ, f. 1. vel Ide, es, f. 1. Ἴδη, mons Phygiæ, ſeu Troadis, in Aſia minore, altiſſimus, ab Ilio 3. M. P. cujus latus Septentrionale ex anguſtiis Abyd. uſque ad Æſapum fl. & Cyzicenum agrum ad Propontidem pertinet, Occidentale ad Helleſpontum reſpicit, Auſtrale promontorium facit, quod Lectum appellatur, Orientale ad Myſos declinat. Vertex Idæ Gargarus dictus eſt, in quo urbs erat, quæ Gargara n. pl. vocabatur. Ex hoc monte olim quindecim amnes effluebant, ſed Plinii ætate plurimi eorum exaruerant, Gent. Idæus, a, um. ¶ Ida item, vel Idæus, *Pſiloriti*, mons Cretæ, qui propter celſitatem ut plurimum nive conſperſus eſt. Dictus eſt a Dactylis Idæis, qui cum ex Phrygia in Cretam veniſſent, montem hunc in quo conſederunt, patrii montis nomine appellarunt.

Idæus, a, um, adject. ad Idam pertinens, ut Idæi campi, *Virg.* 7. *Æn.* Idæa mater, h. e. Cybele, quæ in Ida monte, in quo præcipue colebatur, vel ab Idæo Dardani filio, qui in montibus Troadis ei templum extruxit. ¶ Idæi Dactyli, Sacerdotes Cybeles, ab Ida Phrygiæ monte, quem primo coluerunt. Aliqui dicunt, eos filios fuiſſe Solis, & Minervæ, alii Saturni, & Alciopes. V. *Corybantes*. ¶ Sunt & gemmæ quædam in Creta ferrei coloris, humani pollicis imaginem referentes, quas dactylos Idæos nominant, *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Idæus, i, mons Cretæ. V. Ida.

Idalĭum, n. 2. *Bourg Dalim*, Ἰδάλιον, opp. olim, nunc pagus Cypri, ad Idalum M. Nomen ab eventu accepit. Nam cum oraculum Chalcenori datum eſſet, ut illic urbem conderet, ubi primum orientem Solem conſpicaretur, unus e comitibus, qui forte aſtabat, ad eum converſus, Ἴδον ἅλιον, inquit, ideſt *vidi Solem*, arreptoque Chalcenor omine urbem extruxit, & ab ea voce Idalium nominavit. *Steph.*

Idalĭus, a, um, o. 1. 2. Ἰδάλιος, quod ſpectat ad Idalum M. vel ad Idalium opp. Cypri, ut Venus Idalia, nemus Idalium, &c. *Virg.*10. *Æn.* Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera, Idaliæque domus, &c.

Idălus, m. 2. mons Cypri, olim Veneri ſacer, unde Idalia dicta eſt, ad cujus radices Idalium opp. ſitum erat.

Idas. V. Marpiſſa.

Idcirco, vel iccirco, *perciò*, *per la qual coſa*, על כן, Ger. *darumb*, Gal. *pour cela*, Hiſp. *por eſſo*, διόπερ, conjunctio, idem quod ideo ſignificans. *Cic.* 7. *Ver.* Reperietis idcirco hæc in uno homine conſtituta, &c.

Idĕa, æ, f. 1. *idea*, *ſpecie*, Germ. *geſtalt*, Gall. *idèe*, Hiſp. *ydea*, ἰδέα, vel εἰδέα, ſpecies, ſeu forma, ſeu exemplar alicujus rei, quæ facienda, vel facta eſt, ab εἴδω, *video*, quaſi id, quod intueri oporteat ad dignoſcendum, aut imitandum. *Cic. in Top. c.* 7. Formæ ſunt, quas Græci ἰδέας vocant: noſtri, ſi qui hæc forte tractant, ſpecies appellant: non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. nolim enim, ne ſi latine dici quidem poſſit, *ſpecierum*, & *ſpeciebus* dicere: & ſæpe his caſibus utendum eſt: at *formis*, & *formarum* velim. Hæc *Cic.* qui alias *exemplar*, & *exemplum* vertit. ¶ Ex quo colligimus, ἰδέαν aptius latine verti *formam* quam *ſpeciem*. ¶ Uſurpatur tamen & ipſa vox *idea* latina formatione. *Cic. in Orat. c.* 3. Has rerum formas ille ideas appellat. Niſi forte & hic ἰδέας ſcripſit *Cic.* græcis literis: quod vero valde ſimile eſt. *Senec. epiſt.* 58. Idea eſt eorum, quæ natura ſunt, exemplar æternum. Adde *Apul. l.* 1. *dogm. Plat.*

Idem, eadem, idem, m. f. n. *l'iſteſſo*, *il medeſimo*, עצם, Ger. *ebender*, Gal. *meme*, Hiſp. *meſmo*, αὐτὸς, ἡ, ὁ, ipſe, pronomen, ab *is*, *ea*, *id*. Declinatur ut ſimplex *is*, *ea*, *id*, ſolo diſcrimine in ultima ſyllaba *dem*. Sed in g. m. nominativi literam ſ abjicit. In g. m. & f. accuſativi mutat *m* ante d in *n* euphoniæ cauſa, ut *Eundem*, *eandem*. In dat. & abl. pl. habet *eiſdem*, vel *iiſdem*. Sed *iiſdem* multo uſitatius eſt. *Cic. in Or. Id.* 1. *Off.* Iiſdem uti ſacris, ſepulchra habere communia. In nom. pl. olim dicebatur *ei*, & *iidem*. *Priſc.* ¶ In maſc. gen. nominativi ſing. producit priorem, quam in neut. gen. corripit, tam in nominat. quam accuſat. *Vir.* 4. *Æn.* Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tuliſſet. *Juv. ſat.* 4. *v.* 12. Si feciſſet idem, caderet ſub judice morum. ¶ Poetæ ſolent duo *ii* in nom. dat. & abl. plur. in unum per Synæreſin contrahere. Unde *iidem*, & *iiſdem* in carmine ſunt diſſyllaba. *Tibul. lib.* 4. Incipe, non iidem tibi ſunt. ¶ Idem conſtruitur cum relativo, *qui*, *quæ*, *quod*, in eodem fere caſu. *Cic.* 2. *Offic.* Peripatetici quoniam iidem erant, qui Academici. ¶ Vel cum particulis &, *ac*, *atque*, *ut*. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* Dianam, & Lunam eandem eſſe putant. *Id. pro Sylla*, Idem valere debet, ac ſic pater dijudicaret. *Id. pro Domo*, Hoc unum, & idem videtur eſſe, atque illud, quod de me ipſo nominatim tuliſti. *Id.* 1. *Off.* In eadem ſunt injuſtitia, ut ſi in ſuam rem alienam convertant. ¶ Item cum præpoſit. *cum*, & ablativo. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 2. Eodem mecum patre genitus. ¶ A Poetis cum dat. uſurpatur, Græcorum more. *Hor. in Arte*, *v.* 467. Invitum qui ſervat, idem facit occidenti. ¶ *Idem in me*, formula juramenti, qua utebantur, qui poſt alios conceptis verbis jurabant. *Feſt. Turneb. adv. l.* 3. *c.* 10.

Identĭdem, adv. *ſovente*, *ſpeſſe fiate*, *di quando in quando*, פעמים, Ger. *ſtats*, Gall. *ſouventes fois*, Hiſp. *muchas vezes*, αὖθις, ἐπ' αὖθις, ἑκάστοτε, ἐπαλλήλως, ſubinde, frequenter, &, ut *Valla l.* 2. inquit, cum quodam intervallo. *Cic. pro Rab.* Recitabatur identidem Pompeji teſtimonium. *Id. pro Domo*, Identidem ſe ipſe revocabat.

Identĭtas, atis, f. ταυτότης, convenientia cum aliquo. Vox eſt minus latina, quam uſurpat ſequioris ævi ſcriptor *Jo. Sariber. l.* 3. *c.* 6.

Idĕo, *perciocchè*, *per la qual coſa*, על כן, Ger. *derhalben*, Gal. *pourtant*, Hiſp. *por eſſo*, διότι, διὰ τῦτο, idcirco, conjunctio collectiva ſive rationalis. *Cic. in Ver.* 6. *c.* 4. Ideo Claudius retulit, ut iſte auferret? *Id. Fam.* 1. *ep.* 8. Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quod &c.

Ideſt. V. Id.

Idĭcus, a, um, o. 1. 2. quod eſt ex Ida M. *Plin. l.* 16. Idicarum cedrorum. Veteres tamen Idicas cedros pro montanis omnibus ſumebant, ut inquit Nicander.

Idiogrăphus, a, um, adject. ἰδιόγραφος, propria manu ſcriptus. *Gell. l.* 9. *c.* 14. Qui ſcripſerunt, idiographum librum Virgilii ſe ſe inſpexiſſe.

Idiōta, æ, ſeu idiotes, æ, m. 1. *idiota*, *ignorante*, Germ. *ein ſchelechte perſon*, Gal. *idiot*, Hiſp. *ydiota*, ἰδιώτης, proprie notat hominem privatum, ſeu nullo munere publico fungentem, ſed quia qui e vulgo ſunt, fere imperiti, indoctique eſſe conſueverunt, accipitur fere a Latinis pro illiterato, indocto, imperito, ab ἴδιος, *privatus*, *proprius*. *Cic.* 7. *Ver.* Quæ non modo iſtum hominem ingenioſum, atque intelligentem, verum etiam quemvis noſtrum, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. *Id. pro Sext. c.*51. Rem paternam ab idiotarum divitiis, ad philoſophorum regulam perduxit.

Idiotĭcus, a, um, adject. idem ac idiota, ignarus, rudis, *Tertul. cont. Gent. c.* 1. Rudem, impolitam, & idioticam compellare.

Idiotiſmus, i, m. ἰδιωτισμὸς, peculiare loquendi genus e vulgo ſumptum, proprius alicujus linguæ character. *Senec. Controverſ. l.* 7. *in præfat.* Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes res, quæ raro procedit &c.

Idolēum. V. Idolium.

Idolĭcus, a, um, adject. ad idola pertinens, ut idolicæ res. *Tertull. de Idol. c.* 13.

Idolĭum, vel Idoleum, n. 2. εἰδωλεῖον, templum, in quo reponitur, idolum, ab εἴδωλον, *idolum*, *ſimulacrum*, ut delubrum, in quo Deus ſtatuitur, juxta Varronis etymologiam. *Tertul. de cor. mil. c.* 10. In idoleo recumbere alienum eſt a fide. ¶ A Poetis interdum ſecunda, & tertia corripiuntur. *Prudent. in Apotheoſ. v.*254. Et quis in idolio recubans, inter ſacra mille.

Idololătres, vel Idololatra, æ, m. & f. *Idolatra*, εἰδωλολάτρης, idolorum cultor. *Tertul. de Pudic. c.* 5. Idololatram, & homicidam ſemel damnas.

Idololatrĭa, æ, f. *idolatria*, εἰδωλολατρεία, eſt, cum cultus divinus exhibetur alii, quam Deo, ſive id res ſit vere exiſtens, ſive ab humano conficta intellectu, ab εἴδωλον, *idolum*, *ſimulacrum*, & λατρεύω, *ſervio*, quaſi idoli ſervitus. *Tertul. de Anim. c.* 39.

Idololătris, idis, fœm. 3. quæ idola colit. *Prudent. Hamartig. v.* 405. Incerat lapides famoſos idololatris religio. Ita leg. *Gron.* & *Heinſ.* Vulgo hab. *idololatrix*, quod neque græcæ, neque latinæ terminationis eſt.

Idolothytum, i, εἰδωλόθυτον, quod idolis immolatum eſt, ab εἴδωλον, *idolum*, & θύω, ſacrifico. *Tertul. de Idolol. c.*13. Quid participas idolothyta ſolemnia? ¶ Et adjective, *Id. de Spectac. c.* 13. Oculos & aures ab idolothytis voluptatibus abſtinere.

Idōlum, li, n. 2. *idolo*, *ſimulacro*, אליל, Germ. *bild*, Gall. *idole*, Hiſp. *ydolo*, εἴδωλον, ſimulacrum, imago rei alicujus, quam veteres in honore habebant, ab εἴδω, *video*, quia in idolo quodammodo videmus id, cujus eſt imago. *Cic.* 1. *Fin. c.* 6. Imagines, quæ idola nominant. ¶ Nonnunquam accipitur pro ſpectro, ſive phantaſmate, *fantaſma*. *Plin. in epiſt.* 27. *l.* 7. Mox apparebat idolon, ſenex macie, & ſqualore confectus, promiſſa barba. ¶ Penultima hujus vocis ſine controverſia longa eſt. *Prudentius* tamen corripit: in quo non rationem quantitatis ſyllabicæ, ſed Græci accentus ſervat. *Id. hymn. de paſſione Eulal. v.* 74. Idola protero ſub pedibus, pectore, & ore Deum fateor.

Idomĕnæ, f. 1. Idomene, opp. Macedoniæ, in Æmathia, Europo proximum, inter Doberum, & Atalantam. Pop. Idomenenſes. *Plin. l.* 4. *c.* 10.

Idomeneus, m. 2. Ἰδομενεύς, filius Deucalionis, nepos Minois, Cretenſium Rex, qui contra Trojanos ſtrenue dimicavit. Troja everſa, cum in patriam renavigaret, ſubito orta tempeſtate, ſolemne votum concepit, ſi ſe Neptunus incolumem in patriam reduceret, ſe illi immolaturum, quod primum ſibi occurreret. Contigit autem, ut filius ejus ei primus obvius fieret: quem cum immolare vellet, aut immolaviſſet, ut aliqui narrant, a ſuis pulſus fugit in Calabriam, ubi juxta Salentinum prom. oppidum condidit, quod Petiliam vocavit. *Virg.* & *Serv. in* 3. *Æn. Bocc. l.* 11. *Gen. Deor.*

Idonĕe, adverb. *convenevolmente*, Germ. *geſchicklich*, Gall. *proprement*, Hiſp. *decentemente*, *ydoneamente*, ἱκανῶς, apte, commode. *Cic.* 1. *de Inv. c.*15. Exordium eſt oratio, auditoris animum idonee comparans ad reliquam dictionem. ¶ Comparat. idonius, habet *Tertul. de Pall. c.* 3.

Idonĕus, a, um, o. 1. 2. *atto*, *conveniente*, ראוי, Ger. *geſchickt*, Gall. *idone*, *prope*, *habil*, Hiſp. *ydoneo*, ἐπιτήδειος, conveniens, aptus, accommodatus, congruens, ab ἱκανὸς, idoneus, ut κ abeat in δ, vel a, δεινὸς, ſolers, peritus, ingenio ad aliquid aptus, vel ſimpliciter ab ἴδιος, *proprius*, quia quod cuique rei proprium, id ei maxime aptum, & conveniens. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 1. *de Or.* Cum minus idoneis verbis uti conſueſcerem. ¶ Vel cum dat. *Cic.* 6. *Fam.* Ejus Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diverſorio. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. pro Cluent.* Non eſſem ad ullam cauſam idoneus. ¶ Vel cum relativo *qui*, *quæ*, *quod*. *Cic. pro L. Man.* Non erit idoneus, qui ad bellum Aſiaticum mittatur. *Terent. Andr.* 4. 4. Adeone videmur vobis idonei, in quibus ſic illudatis! ¶ Vel cum conjunctione *ut*. *Cic. pro Domo*. Nemo ne horum idoneus tibi viſus eſt, ut cum eo dedicationem communicares? ¶ Sumitur etiam pro pio, probo. *Cic.* 2. *Off.* Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum eſt. ¶ Item pro fideli, ſufficienti. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 14. Non mihi ſatis idonei ſunt auctores ii, qui a te probantur. ¶ Apud Grammaticos quoque idonei Auctores appellantur veteres, quibus opponuntur neoterici, ut obſervat *Salmaſ. in prolegom. Exercit. Plin.* ¶ Apud *Suet. in Ner. c.* 44. idoneus dicitur, qui honeſte, & ex legibus militare poteſt. ¶ Caret gradibus; & cum comparatione opus eſt, dicimus, magis, minus idoneus, &c. Neque enim facile uſurpaverim comparat. *Idonior*,

ſeu

seu *idoneior*, quod legitur apud *Tertul. de Anim. c. 18. Paul. l. 2. Dig. de popul. act. & Ulp.*

Iduarii, & Iduaria, leguntur in antiqua *Inscriptione*. Iduaria dicebantur fœneratorum tabulæ, in quibus apochæ receptæ pecuniæ condebantur. Harum tabularum conditores dicti sunt iduarii.

Idulia sacra, erant sacrificia, quæ idibus singulorum mensium Jovi Capitolino a Flamine Diali fiebant, ab idus. *Ovid. 1. Fast. Varro l. 5. de L.L. Fest. Voss.*

Idūlis ovis, quæ omnibus idibus Jovi mactabatur, ab idus. *Ovid. 1. Fast. Fest. Voss.*

Idūme, es, f. eadem quæ Edom, & Idumæa, regio Palæstinæ. *Valer. Flacc. l. 1. v. 12.* versam proles tua pandet Idumen.

Idumæus, a, um, quod est ex Idumæa regione Palæstinæ. *Virgil. 3. Georg.* Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas. Nam illa regio palmis abundat.

Iddo, as, a. 1. divido, lingua Hetrusca, ab ἀς, *in*, & δύω, *duo*, vel ab ἴδιος, proprius, ut signet ponere *idiæ*, sive κατ' ἰδίαν, hoc est, privatim, seorsim.

Idus, iduum, idibus, *idi*, εἶδοι, dies decimus quintus mensis in Martio, Majo, Julio, Octobri, XIII. in reliquis, ab *iduo* verbo Hetruscorum, quod erat dividere, quia mensem in duas partes fere æquales dividunt, ut quæ plurimum medium mensem attingunt. *Macrob. l. 1. Sat. cap. 15. Horat. lib. 4. od. 11.* Idus sunt tibi agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. *Cic. Attic. l. 15.* Iduum Martiarum fluita est consolatio. *Id. ib. l. 14.* Hæc idibus mane scripsi.

Idyllia, n. 2. εἶδη, εἰδύλλια, poematia, seu opuscula metrica, in quibus novum semper argumentum tractatur, ab εἶδος, species, quia qui opuscula sua hoc pacto inscribit, is nihil dicit de materia totius, sed ad singulas partes remittit. Sic Pindari poematia olim ᾠδὴ inscribebantur: sic opuscula sua Theocritus, & Ausonius εἰδύλλια inscripserunt. ¶ Sunt qui scribunt *Edyllia*, extrita nempe secunda vocali diphthongi.

I A N T E E.

Jecinorōsus, a, um, &

Jecoritĭcus, a, um, &

Jecorōsus, a, um, adjectiva sunt a *jecur*. Primum est Scribonii Largi, quo significat eum qui jecinoris vitio laborat: alterum *Marcelli Emp. cap. 20.* Tertium *Sidonii lib. 5. ep. 14.*

Jecur, jecoris, & jecinoris, n. 3. *fegato*, כבד, Ger. *die leber*, Gall. *le foye*, Hisp. *higado*, ἧπαρ, viscus illud maximum abdominis, quod situm est in dextro hypochondrio, venarum omnium principium, & primum sanguinis generandi instrumentum, ab antiquo *jecimus*, vel *jecinor. Cic. 2. de nat. Deor.* Ad easdemque portas jecoris confluunt. *Id. 2. de Div.* Singulis jecorum fissis non interest Deus. ¶ Jecur a Platonicis dicitur esse sedes præcipuorum affectuum, ut amoris, iræ, &c. Hinc *Horat. l. 1. epist. 18. v. 72.* Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve. *Juven. Sat. 1. v. 45.* Quid referam, quanta ficcum jecur ardeat ira? ¶ Sumitur etiam pro prudentia. *Sueton. de Ill. Gramm. cap. 11. in quodam epigramm.* En cor Zenodoti, en jecur Crateris. ¶ Apud veteres cupedinarios olim in deliciis erat jecur anseris, suis, mulli, &c. V. *Plin. l. 10. c. 20. Martial. l. 13. epigr. 58. & Sueton. in Vitell. c. 13.*

Jecuscŭlum, li, n. 2. *fegatello*, ἡπάτιον, parvum jecur, dim. a jecur. *Cic. 2. de Divin. c. 14.* Musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri.

Jejunatĭo, onis, f. jejunium, actus jejunandi, *digiuno*. *Tertull. de Jejun. c. 13.* Jejunationibus operari.

Jejunator, oris, m. qui jejunat. *Augustin. epist. 86. ad Casulan.* Qui ventricolas tanquam magnus jejunator accusat.

Jejūne, adv. *a stomaco digiuno*, ἀπαύστι, cum jejunio. Translate ponitur pro tenuiter, exiliter, frigide, languide admodum. *Cic. 1. de Or.* Iisdem de rebus jejune quosdam, & exiliter disputavisse. *Id. de Fin. l. 3. c. 5.* Hæc dicuntur fortasse jejunius.

Jejuniōsus, a, um, *digiuno*, adject. jejunus. *Plaut. Capt. 3. 1. 6.* Neque jejuniosiorem, neque magis effertum fame vidi, *più smunto*.

Jejunĭtas, atis, f. 3. *digiuno*, νηστεία, privatio cibi. *Plaut. Merc. 3. 3. 13.* ut legit *Nonius c. 4. n. 2.* ¶ Translate usurpatur pro tenuitate, inopia, exilitate orationis, cui contraria est ubertas, & copia. *Cic. 2. Tusc. e. 1.* Et cum obruerentur copia sententiarum, atque verborum, jejunitatem, & famem se malle, quam ubertatem, & copiam, dicerent.

Jejunĭum, nii, n. 2. *digiuno*, צום, Germ. *fastung*, Gall. *june*, Hisp. *ayuno*, νηστεία, abstinentia a cibo, vel dies, quibus a cibo abstinemus. *Liv. l. 36. c. 37.* Renuntiaverunt, jejunium instituendum Cereri esse. *Ov. 15. Met.* Carne feræ sedant jejunia.

Jejūno, n. 1. *digiunare*, νηστεύω, a cibis abstineo. *Tertullian. de Jejun. c. 13.* ¶ Non facile invenias, nisi apud Ecclesiasticos Scriptor.

Jejūnus, a, um, o. 1. 2. *digiuno, che non ha ancora mangiato*, צם, Ger. *neucbtern*, Gall. *june*, Hisp. *ayuno*, ἄσιτος, qui cibum nondum gustavit. *Plaut. Pseud.* In cœnam qui jejunus venerit, aut sitiens. ¶ Jejuna aviditas, maxima, & qualis jejunis esse solet. *Plin. l. 10. c. 3.* Ea jejunæ semper aviditati, & querulæ murmurationis. ¶ Jejuna saliva est, quæ ab homine jejuno expuitur. *Colum. l. 6. c. 33.* ¶ Translate dicitur de languido, & imbecillo, quoniam qui jejuni sunt, minimum habent virium. *Cic. 4. Phil.* Ut quosdam nimis jejuno animo, & angusto monerem. ¶ *Jejuna oratio*, tenuis, arida, exanguis, cui opponitur copiosa, & plena. *Cic. 3. de Or.* Stoici orationis genus habent fortasse subtile, & certe acutum, sed ut in Oratore exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, jejunum. ¶ *Jejuna glarea*, sicca, & sterilis terra. *Virg. 2. Georg.* Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris, &c. Sic *jejuna humus* est infœcunda. *Colum. l. 2. c. 4.* Omnis humus, quamvis lætissima, tamen inferiorem partem jejuniorem habet. ¶ *Jejunum intestinum*, νῆστις, secundum intestinum, medium inter ecphysin, & ileon, quod veteres hiram, & per diminutionem hilam, seu hillam, & neutro genere hilum, seu hillum dixerunt. Dictum est ex eo, quod perpetuo inane reperitur. Nunquam enim quod accipit, continet, sed protinus ad inferiora transmittit, affluentis in se bilis acrimonia laceslitum. *Celsus l. 9. c. 1.*

Jens, euntis, particip. ab eo, is, *chi va*, ὁδεύσας. *Cic. Attic. l. 4. ep. 9.* Jens in Pompejanum bene mane hæc scripsi. *Virg. Æn. 7.* Dat euntibus ingens silva locum.

Jentacŭlum, li, n. 2. *collazione*, Ger. *morgensupp*, Gal. *le desjuner*, Hisp. *almuerco*, ἀκράτισμα, comestio illa, quæ fit ante prandium, ut a pueris, & ab intemperantibus. *Suet. in Vitel.* Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat, in jentacula, & prandia, & cœnas, comessationesque. ¶ Latinis jentaculum vocabatur filatum, quod jejuni absorberent vinum sili conditum. *Fest.* Non tamen hæc perpetua jentaculi ratio fuit. ¶ Accipitur etiam pro ipso cibo, qui ante prandium sumitur. *Mart. in Dist. ult. l. 14.* Surgite, jam vendit pueris jentacula pistor.

Jentatĭo, onis, f. actus jentandi, jentaculum. *Jul. Firmic. lib. 2. c. 10.*

Jento, as, n. 1. *far collazione*, Ger. *zu morgen essen*, Gal. *desjuner*, Hisp. *almorcar*, ἀκρατίζομαι, aliquid ante prandium gusto. *Varr. apud Non. c. 2. n. 440.* Quod pulli jentent. *Afran. ibid.* Jentare nulla invitat.

Jerna. V. Juernia.

Jerusalem, Jerico. V. in lit. H.

Jesrael, f. indecl. Jezrael, *Taracin*, urbs Galilææ, in Tribu Isachar, in lim. Tribus Manasse. ¶ Item urbs sexta in octava parte Tribus Judæ, inter Jota, & Jucadam, apud Gelboe M. & Campum magnum Esdrelon.

JESUS, m. 4. *Gesù*, ישוע, Ger. *Jesi*, Gal. *Jesus*, Hisp. *Jesus*, Ἰησοῦς, Sospitator, servator, nomen sacrosanctum Filii Dei, & Salvatoris nostri, a ישוע, Jesus, quod ישוע, *Jalus*, quia salvos fecit homines a peccatis ipsorum. ¶ Caret numero plurali. In gen. & dat. sing. desinit in *u*, non in *us*, & *ui*, ut cætera nomina quartæ declinationis.

Jete, f. 1. Jetæ, Jetas, *Jato*, castr. Siciliæ, in Valle Mazaræ, juxta Grimissum fl. non longe a Juliano, a Panormo 30. fere M.

I A N T E G.

Igĭtur, *adunque*, *dunque*, לכן, Germ. *darumb*, Gal. *donc*, Hisp. *luogo*, *pues*, ἄραγε, τοιγαροῦν, collectiva, vel rationalis conjunctio est, ex præcedentibus conclusionem inferens, adhibeturque (ut inquit Valla) brevioribus conclusionibus. *Cic. pro Lig.* Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum. ¶ Veteribus non tantum ergo notabat, sed etiam inde, postea, tum. *Ter. Eun.* Quid igitur faciam? *Plaut. Ampb. 1. 1. 54.* Sin aliter sient animati, neque dent, quæ petat, se se igitur summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere. ¶ Pro *enim* usurpat *Plaut. Mostel. 5. 1. 53.* Surge dum huc: est consulere igitur quiddam quod tecum volo. ¶ *Ergo igitur*, dixit *Apul. cir. princ. l. 1. Milef.*

Ignarĭus, a, um, qui ignem continet, ut ignarius lapis, *pietra focaia*. *Marcell. Empir. cap. 23.* nisi forte legendum est *igniarius*.

Ignarūris, e, idem quod ignarius. *Plaut. Pœn. Prol. v. 47.* Æque ut mecum sitis ignarures.

Ignārus, a, um, o. 1. 2. *ignorante*, לא יודע, Ger. *unwissenhafft*, Gal. *ignorant*, Hisp. *ignorante*, ἀγνώς, nescius, insscius, indoctus, rudis, imperitus. *Cic. Att. l. 5.* Nec hercule unquam tandiu ignarus rerum mearum fui. *Id. 1. de Or.* Ignarusque sit facundæ, ac poliendæ orationis. *Plaut. Pseud. 4. 7. 62.* Juxta cum ignarissimis. ¶ Item imprudens. *Virg. 3. Æn.* Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris? ¶ Item immemor. *Virg. 1. Æn.* Neque enim ignari sumus ante malorum. ¶ Sæpe passive sumitur pro ignoto, vel ignorato. *Ovid. 7. Metam.* Jamque aderat Theseus proles ignara parenti. *Tacit. Ann. 12. cap. 11.* Clementiamque ac justitiam quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capesseret. Al. leg. *ignota*; alii, sed prave, *ignorantiora*. *Senec. 3. de Ira, c. 2.* Quibus agiestis vita est, circumscriptio ignara.

Ignave, adv. *pigramente*, *lentamente*, Ger. *faullich*, Gal. *lachement*, Hisp. *perecosamente*, ῥᾳθύμως, lente, & segniter. *Cic. 2. Tusc. c. 23.* Ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter, muliebriterve faciamus. *Virg. 3. Georg. v. 465.* Carpentem ignavius herbas.

Ignavesco, is, n. 3. ignavus fio. *Tertull. de Anim. c. 43.* Anima nec quiescit, nec ignavescit.

Ignavĭa, æ, f. *pigrizia*, *dapocaggine*, עצלה, Ger. *faulheit*, Gal. *paresse*, *couardise*, Hisp. *pereza*, ῥᾳθυμία, timiditas, tenuitas animi, vitium contrarium fortitudini, cum quod ratio aggredi fortiter suadet, id nos formido aggredi dissuadet, & ab audendo retinet. *Cic. pro Rab.* Atque ignaviam suam tenebrarum, ac parietum custodiis tegere. *Id. 2. Invent. c. 54.* Contraria sunt fortitudini ignavia, justitiæ injustitia. ¶ Translate, ignavia odoris, hoc est odor remissus, *Plin. l. 12. c. 25.*

Ignavĭo, is, a. 4. ignavum reddo. *Accius apud Non. c. 2. n. 441.* Sæpe ignavit fortem in spe expectatio. Obsoletum est.

Ignavĭus, onis, m. ignavus homo. *Gell. l. 16. c. 14. ex Verr. Flac.* Isti ignavionos, qui nihil perficere possunt. Ita leg. Lips. at alii *ignaviores*.

Ignavĭtas, atis, f. idem ac ignavia. *Justin. l. 43. c. 3.* Ignavitate, & macie terræ. Sed alii leg. *exiguitate*.

Ignavĭter, adv. idem ac ignave. *Hirc. Cic. ad Att. l. 15. ep. 6.* Quæris, an ego, cum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam.

Ignavus, a, um, o. 1. 2. *vile*, *da poco*, עצל, Germ. *faul*, Gall. *lache*, *paresseux*, Hisp. *perecoso*, ῥᾴθυμος, remissus, iners, qui non est industrius. Ducitur ab *in*, & *navus*, seu *gnavus*, quem ponunt Latini pro industrio, strenuo, diligenti, celeri. *Virg. 4. Georg.* Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent. idest inutile, & nullius artis. *Cic. de Sen.* Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavæ, somniculosæ senectutis. *Liv. l. 5. c. 28.* Fusos esse ab ignavissimo, & fugacissimo hoste. *Sallust. in orat. Philippi cont. Lepid.* Pejor, an ignavior sis, deliberari non potest. ¶ Ignavum etiam dicitur id, quod ignavos facit, ut ignavum frigus, ignavus dolor, &c. apud *Ovid. 2. Metam.* & *Plin. l. 11. c. 18.* ¶ Ignavi anni dicuntur, quos otiose transigimus. *Ovid. 1. Amor. el. 15. v. 1.* Quid mihi, livor edax, ignavos objicis annos? ¶ *Ignavus succus* est qui omnem vim amisit. *Plin. l. 20. c. 18.* Succus papaveris multum opio ignavior.

Ignefactus, a, um, adject. *infocato*. *Theod. Prisc. an. l. 2. c. 28.* Lapides ignefacti aceto extinguuntur.

Igneŏlus, a, um, adject. diminut. ab *igneus*. *Prudent. Cathem. 3. v. 186.* Oris opus, vigor igneolus non moritur.

Ignesco, scis, n. *divenir di fuoco*, בער, Ger. *fevvrig vverden*, Gal. *s'embraser*, Hisp. *encenderse*, πυρόομαι, ignitus fio, in ignem convertor. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 46.* Ex quo eventurum nostri putant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret. *Virg. 9. Æn. v. 66.* Rutulo muros, & castra tuenti ignescunt iræ, h.e. vehementer accenduntur. ¶ *Ignescor* pro *ignesco*, deponentis forma dixit *Labet.* apud *Non. c. 7. n. 108.*

Igneus, a, um, o. 1. 2. *di fuoco*, Germ. *feverig*, Gall. *de feu*, Hisp. *de fuego*, πυρινός, quod in se habet vim ignis, vel quod ex igne est. *Cic. de nat. Deor.* Nam omne, quod est calidum, & igneum, cietur, & agitur motu suo. ¶ *Igneus color*, qui ignem imitatur. *Plin. l. 8. c. 38.* Aresecitve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes. ¶ Translate, ignea virtus, h. e. divina, vehemens. *Lucan. l. 9.*

Ignia, n. 2. quædam vasorum fictilium vitia, quæ coquendo contrahuntur. *Festus*.

Igniarĭum, ii, n. 2. *focile*, *battifuoco*, Ger. *fevvrzeug*, Gal. *fusil*, Hisp. *eslavon de pedernal*, πυρεῖον, idem ac ignitabulum, idest id, quo ignis elicitur. *Plin. l. 16. c. 40.* Calidæ morus, laurus, edera, & omnes e quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu. Hæc *Plin.*

Ignicolōrus, a, um, adject. *di color di fuoco*. *Juvenc. in Matth. 26. v. 64.* Sub nubibus ignicoloris.

Ignicŏmans, antis, adject. &

Ignicómus, a, um, adject. igneas comas habens. *Auson. epist. 7. v. 8.* Ignicomus Sol. *Avien. Prognost. Arat. v. 8.* calor ignicomantium Hausit stellarum.

Igniculus, m. 2. *πυρίδιον*, parvus ignis, dim. ab *ignis*. *Juven. Sat. 3.* Igniculum brumæ si tempore poscas. ¶ Per metaphoram dicitur de desiderio. *Cic. Trebon. l. 15. Fam.* Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui. ¶ Item sumitur pro ligno, indicio, &c. *Cic. Att. l. 15.* Nonnullos interdum jacit igniculos viriles. ¶ Item pro incitamento, & stimulo quodam, quo accendimur, seu incitamur ad capessendam virtutem. *Cic. 3. Tusc.* Parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat.

Ignifer, a, um, *che porta fuoco*, *πυρφόρος*, ferens ignem. *Ovid. 2. Met.* Non tamen ignifero quisquam consistere in axe me valet excepto.

Ignifluus, a, um, quod igne fluit, ut Cavernæ ignifluæ, apud *Claud. de 3. Cons. Honor. v. 196.*

Ignigĕna, æ, m. in igne genitus. Epithetum est Bacchi, quia fulminis ictu genitus est. *Ovid. Met. 4. v. 12.* Ignigenamque, satumque iterum.

Ignigĕnus, a, um, ignem gignens. *Apulej. l. 7. Metam.* Quousque frustra pascemus ignigenum istum?

Ignĭo, is, a. 4. *infocare*, accendo, ignitum facio. *Prudent. Rom. 1077.* Acus minutas ingerunt fornacibus, His membra pergunt urere, ut igniverint.

Ignīpes, edis, o. 3. *chi ha piedi di fuoco*, *πυρσπόδης*, igneos pedes habens. *Ovid. 4. Met.* Ignipedum vires expertus equorum.

Ignipŏtens, tis, m. *Vulcano*, *πυρδενής*, dictus est Vulcanus, quod ignis potestatem habeat. *Virg. 8. Æn.* Illam inter cædes pallentem morte futura fecerat Ignipotens, &c.

Ignis, is, m. 3. *fuoco*, ש, Ger. *feuer*, Gal. *feu*, Hisp. *fuego*, *πῦρ*, unum ex quatuor elementis, quasi ingenis, quia ex eo nihil gignitur, ut *Isid. l. 19. c. 6.* censet. *Cic. 3. Verr. c. 27.* Ligna, & sarmenta circumdare, ignem subjicere cœperunt. ¶ Translate accipitur pro amore. *Virg. 4. Æn.* Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. ¶ Interdum pro eo, vel ea, quam amamus, quod amantes amore veluti flagrent, & urantur. *Virg. 3. Ecl.* At mihi nunc se se ultro offert meus ignis Amyntas. ¶ Item pro ardore, & cupiditate animi. *Id. 2. Æn. v. 575.* Exarsere ignes animis. ¶ Subjicere ignem alicui, h. e. invidiæ materiam suggerere. *Cic. pro Rab. Posth.* Et quamquam etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen cum odium non restingueretis, huic ordini ignem novum subjici non sivistis. ¶ In ablat. facit *igne*, & *igni*, ut passim legitur apud *Poet.* ¶ Ignis lambens, ignis fatuus, meteora sunt. V. *Virg. 2. Æn. v. 682.* & *Plin. lib. 36. c. 27.* &c. ¶ Ignes astrorum, h. e. splendores. *Virg. 3. Æn.* ¶ Ignis sacer, morbus est, quem alio nomine *ignem S. Antonii* vocant, *erisipila*. Plura ejus sunt genera, quæ V. apud *Plin. l. 26. cap. 11.* &c. *Virg. 3. Georg. ad fin.* contactos artus sacer ignis edebat. Ubi *Serv.* sacrum ignem exponit *ἱερὸν νόσον*: quem reprehendit *Mercurial. l. 4. var. lect. c. 9.* quod *ἱερὰ νόσος* idem sit ac epilepsia, ignis vero sacer apud Latinos sit, qui a Plin. *Zoster* & *Circinus*, a Scribonio *Zona*, ab Arabibus *Formica*, a Græcis denique *Herpes* appellatur. V. *Taubman. ad loc. cit. Virg.*

Ignispicium, n. 2. *l'arte dell' indovinare dal fuoco*, *πυρσκοπία*, *πυρομαντεία*, divinationis genus, quod ab ignis inspectione sumebatur. *Plin. l. 7. c. 56.* Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia avium Tiresias Thebanus invenit.

Ignitabŭlum, n. 2. *πυρόδοφον*, *πυρεῖον*, igniarium, ignis receptaculum, lignum, quod altero ligno atteritur, ut ignem concipiat. *Fest.* ¶ Ignitabula in Delo inf. inventa sunt, quæ idcirco inter alia nomina etiam Pyrpole dicta est. *Solin. c. 18.*

Ignitŭlus, a, um, adject. diminut. ab ignitus. *Tertull. l. 1. ad Nation. c. 10.* Mercurius in calvitio pennatulus, in caduceo ignitulus.

Ignītus, a, um, *infocato*, Gal. *embrasé*, *ardent*, Hisp. *encendido*, *πυρώδης*, accensus, candens, partic. ab *ignio*, ut ferrum ignitum. *Sidon. l. 1. ep. 11.* Igniti dentis morsu. *Gell. l. 17. c. 8.* Vinum natura ignitius.

Ignivŏmus, o. 1. 2. *che vomita fuoco*, *πυρεκβόλος*, ignem vomens. *Lactant. in Car. de Resurrect. Dom.* Altius ignivomum Solem cœli orbita ducit. Alii hoc carmen non Lactantio, sed Venantio tribuunt.

Ignobĭlis, le, o. 3. *ignobile*, *vile*, *ἄγνωστος*, ignotus, incognitus, cui contrarium est nobilis. *Cic. 3. Tusc.* Quod inglorius sit, atque ignobilis ad supremum diem perventurus. ¶ Item vilis, abjectus in contemptum. *Cic. in Bruto.* Eodem tempore Athenis apud Demetrium Syrum veterem, & non ignobilem dicendi magistrum studiose exerceri solebam. ¶ Item obscuris ortus parentibus, infimo loco natus, *ignobile*, *δυσγενὲς*, *ἀγενὲς*. *Cic. 7. Verr.* Quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier esset. ¶ Apud Romanos ignobiles erant, qui omnino imaginibus carebant, i. e. qui in ea familia nati erant, in qua Curules Magistratus nunquam extiterant, nec ipsi aliquem hujus generis Magistratum gesserant. *Sigon. de antiq. jure C. R. l. 2. c. 20.* Talis fuit gens Flavia. *Suet. in Vesp.* ¶ Alii ignobiles erant, quia Magistratus Curules obtinere non poterant, ut libertini, & filii libertinorum: alii, quia non petebant, ut patet de T. Pomponio Attico, de majoribus Serv. Sulpitii, Ciceronis, Octaviani Augusti, & aliis. *Sigon. de ant. jur. C. R. l. 2. c. 3.* ¶ Ignobiles non iidem erant, ac plebeji. Nam etiam patritii aliqui erant ignobiles, & multi plebeji nobiles erant. Nobilitas enim non in claritate sanguinis, sed in imaginibus posita fuit, sive in Magistratibus Curulibus, qui etiam Plebejo Ordini patebant. *Sigon. l. 2. c. 20.* ¶ Comparat. *ignobilior*, superlat. *ignobilissimus*. *Plin. l. 23. c. 1.* Innocentius jam est, quodcumque & ignobilius. *Id. l. 35. c. 4.* Ignobilissimos alioquin senatus spectat.

Ignobilĭtas, atis, f. 3. *ignobiltà*, *umiltà*, Germ. *unachtsame*, Gal. *basse condition*, His. *baxo linage*, *δυσγενεία*, humilitas, obscuritas, conditio, atque fortuna hominum infimorum. *Cic. 5. Tusc.* Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? *Id. pro Mur. c. 8.* Multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiceretur.

Ignobĭliter, adv. *ignobilmente*. *Solin. c. ult.* Ædes ignobiliter fastigiatæ.

Ignominĭa, æ, f. 1. *infamia*, *vituperio*, *vergogna*, *biasimo*, הר שה, Ger. *schamach*, Gal. *honte*, His. *infamia*, *ignominia*, *ἀτιμία*, *δυσφημία*, nominis nota, infamia, dedecus, probrum, ex *in*, & *nomen*, quasi boni nominis privatio. *Cic. 4. de Rep.* Itaque cum omnis ea judicatio versetur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. ¶ Ignominia notare, *infamare*. *Cic. Philip. 7. c. 9.* ¶ Differt ignominia ab infamia, in eo, quod ignominia imponitur ab eo tantum, qui animadversione notare potest, infamia vero ex multorum sermone nascitur. Præterea ignominia minus est quam infamia, quia ignominiosi non sunt infames. V. *JCtos.*

Ignominĭo, as, a. 1. *far vergogna*, *far vituperio*, הרף, Germ. *schmahen*, Gal. *diffamer*, *deshonorer*, Hispan. *afrentar*, *hazer ignominia*, *ἀτιμάζω*, ignominia afficio, apud recentiores. *Gel. l. 9. cap. ult.* al. *l. 8.* Quibus modis ignominiatus, tractatusque sit a C. Cæsare Laberius poeta. Sunt tamen qui contendunt, hæc verba *Gellii* non esse.

Ignominiōse, adv. *vergognosamente*, *con infamia*, Ger. *schmatzlich*, Gal. *ignominieusement*, Hisp. *ignominiosamente*, *ἀτίμως*, cum ignominia, & dedecore. *Arnob. l. 4.* Ignominiosius tractari. *Eutrop. l. 4. c. 10.* Ignominiose turpare. *Oros. l. 7. c. 7.* Ignominiosissime fugere.

Ignominiōsus, a, um, *vituperato*, *svergognato*, הורף, Ger. *schandtlich*, Gal. *ignominieux*, Hisp. *ignominioso*, *ἄτιμος*, notatus infamia. *Quintl. l. 7. c. 2.* Exul enim eras, & ignominiosus. ¶ Accipitur & pro eo, quod affert ignominiam. *Liv. l. 3. c. 23.* Hos ignominiosa fuga domum se recipientes Romanus Consul Algido confecutus ad unum omnes occidit. *Tertull. Apol. c. 15.* Ignominiosissimum caput.

Ignorabĭlis, le, o. 3. *incognito*, *ἄγνωστος*, quod non cognoscitur, vel quod facile ignorari potest. *Cic. 2. de Inv.* Quod levius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit. *Gell. l. 9. c. 12.* Alterum autem illud ignorabilius obscuriusque est.

Ignorabĭliter, adverb. cum ignoratione. *Apul. 3. Metam.* Laminis ignorabiliter literatis.

Ignorantĭa, æ, f. 1. *ignoranza*, *ἄγνοια*, ignoratio, inscitia. *Cic. pro Flacco c. 20.* Ubi adolescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum. ¶ Aliqui ignorantiam ab ignoratione conantur distinguere, sed nihil certi afferunt. ¶ Inter ignorantiam, & imprudentiam *Donatus in Terent. Eun. 1. 2. 56.* hoc discrimen statuit, quod imprudentia sit per se, ignorantia, seu ignoratio per alios.

Ignorantior. V. Ignarus.

Ignoratĭo, onis, f. 3. *ignoranza*, *ἄγνοια*, actus ignorandi, ignorantia, inscitia. *Cic. 2. de Div.* Causarum enim ignoratio in re nova miratione facit, eadem ignoratio si in rebus usitatis sit, non miramur. *Id. pro Cluent.* Quod erat odium, Dii immortales? quæ superbia? quanta ignoratio sui?

Ignorātus, a, um, adject. ex particip. *ignoto*, ignotus, non cognitus. *Sallust. Jug. c. 54.* Nocturnis, & avius itineribus ignoratus Romanos aggreditur. *Cic. 5. Tusc. c. 23.* Cujus ego ignoratum ab Syracusanis indagavi sepulcrum.

Ignōro, as, avi, atum, a. 1. *non sapere*, לא ידע, Germ. *nichtvvissen*, Gall. *ignorer*, Hisp. *ignorar*, *ἀγνοέω*, nescio, non cognosco, non cognitum habeo, parum exploratum, & perspectum habeo, ab ignarus. *Cic. pro Mil.* An vero tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe versaris? tuæ peregrinantur aures? *Ovid. 1. Trist. el. 4.* Ignoraretur forsitan ista fides. *Ter. Heaut. 1. 1. 52.* Erras, si id credis, & me ignoras, Clinia. *Id. Phorm. 2. 3. 10.* Quia egens relicta est misera, ignoratur parens. h. e. non agnoscitur, ignorarique fingitur.

Ignoscens, entis, o. 3. *che facilmente perdona*, qui facile condonat, & ignoscit. *Ter. Heaut. 4. 1. 32.* Te obsecro, quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior ut meæ stultitiæ justitia tua sit aliquid præsidii.

Ignoscentĭa, æ, f. 1. *perdono*, הִמלָה, Germ. *verzethung*, Gal. *pardon*, Hisp. *pardon*, *συγγνώμη*, condonatio peccati. *Gell. l. 7. c. 3.* Ignoscentias utiles esse rebus humanis docet.

Ignoscibĭlis, le, o. 3. *veniale*, *συγγνωστὸς*, venia dignus. *Gell. l. 13. cap. 20.* De multo jam usu ignoscibilis est.

Ignosco, scis, vi, tum, n. 3. *perdonare*, הִמלֵ, Ger. *verzeihen*, Gal. *pardoner*, His. *perdonar*, *συγγινώσκω*, est parcere, veniam dare, excusatum habere, ab *in*, partic. priv. & *gnosco*. Est tertii ordinis neutrorum. Quod si accusativum exprimere necesse sit, ad verbum *condono*, vel *remitto*, vel alia contugiendum est. *Cic. in Fam.* Tamen ignoscas, velim, huic festinationi meæ. ¶ Sed tamen accusativum communem, ut alia verba, non respuit. *Cic. in Phil.* Hoc ignoscant Dii immortales, velim, & Populo Romano, & huic Ordini. ¶ Invenitur etiam cum accusat. non communi. *Plaut. Amph. 1. 1. 101.* Orant, ignoscamus peccatum suum. *Propert. l. 2. el. 2. v. 55.* Jupiter, ignosco pristina furta tua. Alii legunt *ignoro*. ¶ Usurpatur sæpe impersonaliter. *Cic. de Inv.* Quibus in simili excusatione non sit ignotum. ¶ Etiam impersonaliter finite. *Cic. ad Att.* Est, quod a te mihi ignosci pervelim. ¶ Reperitur etiam in significatione ignorandi, non intelligendi. *Lact. l. 5.* Tum quid legerint, ignoverunt. *Gell. l. 1. c. 3.* Contra patriam (inquit Cicero) arma pro amico sumenda non sunt, hoc protecto nemo ignovit. Alii leg. *ignoravit*. ¶ Aliqui addunt, a veteribus usurpatum fuisse pro valde noscere, & discere. *Varro*, Adeste, adeste, quæ teramque, ignoscite, domum ut feratis e theatro literas. *Voss.* tamen legit *ignoscite*: alii *agnoscite*. ¶ Particip. futuri *ignoturus* affert ex *Cic. Prisc. an. l. 10.* Legitur & *ignoscituras*, sed obsoletum est. ¶ Particip. passiv. *ignoscendus*. *Macrob. l. 2. Sat. c. 13.* Sed hæc & alia ignoscenda Virgilio.

Ignotitĭa, æ, f. ignorantia. *Gell. l. 16. c. 13.* Jura, quibus uti per ignotitiam non queunt. Ita legit ex MSS. *Pareus in Lex. Crit.* Vulgo legitur *ignorantiam*.

Ignōtus, a, um, o. 1. 2. *incognito*, *non conosciuto*, לא ירוע, Ger. *unbeKant*, Gal. *inconnu*, Hisp. *no conocido*, *ἄγνωστος*, incognitus, idest, qui ignoratur, partic. ab ignosco, qua notat ignorare, non intelligere. *Virg. 3. Æn.* Ignoti nova forma viri. ¶ Interdum active ponitur pro eo, qui non novit. *Cic. ep. 12. l. 5. Fam.* Simulacra corporis ignotis nota faciebant. *Nepos Agesil. c. 8.* Ignoti faciem ejus cum intuerentur, contemnebant: qui autem virtutes ejus noverant, non poterant admirari satis. Adde *Curt. l. 5. c. 12.* ¶ Habet etiam suos gradus. *Liv. l. 5. c. 32.* Longinqua, eoque ignotior gens erat. *Cic. pro Flacc. c. 17.* Dubitatis, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum civem vindicetis.

Ignuvĭum, n. 2. Inginium, postea Eugubium, *Gubio*, urbs Umbriæ, Ducatus Urbini, in amœna planitie. Pop. Ignuvini, Iguvini, Iguini.

I ANTE L.

Il Il, vox balbutientis, & verba proferre conantis. *Plaut. Trinum. 4. 2. 62.* V. ibi *Taubm.*

Ila V. Illa.

Ile, is, n. 3. idem ac ilia. *Voss. Serv. ad Virg. ecl. 7.* & omnes Medici. Sed *Plin. l. 11. c. 37.* est *ἔκφυσις*, primum intestinum, immediate ventriculo adhærens, per quod cibus labitur e ventriculo in alvum. Asserit autem, in homine, & ove lactes, in cæteris ile nominari. In Onomastico vetere scriptum est, Ile, *κῶλον*. Colon vero est ex crassis intestinis, quintum ordine inter intestina.

Ilĕon. V. Ileum.

Ilĕos, vel Ileus, m. 1. *εἰλεός*, volvulus, chordapsus, passio iliaca, dolor acerbissimus intestini ilei, seu subtilis, vel etiam secundum nonnullos cæci, cum constipatione alvi, tumore ventris chordæ instar tensivo, subsequente etiam rejectione fæcum per os, aliisque gravissimis symptomatibus, proveniens ab inflammatione quandoque gangrænosa, aut alia graviore solutione continui dictæ partis per sanguinis motum impeditum oborta, intestinorum motum periistalticum invertente. V. *Plin. l. 30. c. 7. & Cels. l. 4. c. 13.*

Ilcŏlus. V. Iliolus.

Ilercaŏnes, m. 3. Ilercaonenſes, Illurgavonenſes, pop. Hiſp. Tarr. ubi nunc pars Cataloniæ prov. trans Iberum, & pars Sept. R. Valentiæ. Habebant Sedetanos, & Edetanos ad Occ. Eorum urbes Dertoſa, & Carthago vetus.

Ilerda, f. 1. *Lerida*, Hiſp. *Lleida*, urbs Cataloniæ, ad Secorim fl. permunita. *Luc. l.* 4. *c.* 33.

Ilergĕtes, m. 3. pop. Hiſp. cit. circa Ilerdam urb. quorum oppida Ilerda, & Oſca, urbes Burtina, Bergidum, Berguſia, Celſa.

Ilex, icis, f. *leccio*, πρῖνος, arbor glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, lævi cortice. *Gell. l.* 5. *c.* 6. Civica corona fit e fronde querna: etiam ex ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt. *Virg. Ecl.* 7. ſub arguta conſederat ilice.

Ilĭa, ilium, n. 3. *i fianchi*, λαγών, κενεών, cavitates laterales hypogaſtrii, ſeu, quod idem eſt, laterum mollitudines, & inanitates, quæ præcordiis ſubſunt, & reſpiratione maxime concutiuntur, in quibus meſenterium, & tenuia inteſtina continentur. Aliqui ilia accipiunt totam illam alvi cavitatem, quæ a coſtis ad oſſa ilii, ſeu ad pubem ſubtenditur. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. definit ilia partes corporis, quæ inter coxas, & pubem in imo ventre poſitæ ſunt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ilia appellat arterias quaſdam, quæ inter veſicam, & alvum ſitæ tendunt ad pubem. *Perſ. Sat.* 4. *v.* 43. Ilia ſubter cæcum vulnus habes. ¶ Ilia, orum, n. 2. oſſa innominata, quæ oſſi ſacro adjacent ad latus, & per cartilagines junguntur, quæ tria ſunt, & conjunctim ſumpta carent nomine proprio, ſed diviſim accepta appellantur ilium, os pubis, & iſchium. *Celſ. l.* 4. *c.* 1. Deinde ſuper rectum inteſtinum progreſſa iliis fœminæ latera ſua innectit. Al. leg. *ilibus:* alii *iliis* retinent, & tamen de ilibus intelligunt, ut hæc vox uno ſenſu ſit 2. & 3. declin. ¶ *Virg. Ecl.* 7. *v.* 26. Invidia rumpantur ut ilia Codro. h. e. adeo Codrus invidendo tabeſcat, ut ei ilia rumpantur. Adde *Cic. in Vatin. c.* 4. Ilia ducere eſt anhelantium, & præ fatigatione crebro reſpirantium. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 9. Sic ilia trahere, apud *Plin. l.* 26. *c.* 6.

Ilia, æ, alio nomine Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, Romuli, & Remi mater. *Virg.* 1. *Æn.* 278. Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem. V. Rhea.

Iliăcus, a, um, *Trojano*, quod eſt ex Ilio urbe, quod ad Trojam ſpectat. *Virg.* 1. *Æn.* Me ne Iliacis occumbere campis non potuiſſe?

Iliădes, æ, patronym. filius Iliæ, ſeu Rheæ. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 4. *v.* 40. Romulus Iliades, Iliadeſque Remus.

Ilĭas, adis, f. 3. ἰλιάς, Homeri opus clariſſimum, omnium, quotquot unquam extiterunt, Poetarum ſcriptis citra controverſiam prælatum, quo bellum Trojanum deſcripſit, ab urbe Ilio, quæ fuit primaria Troadis, circa quam bellum geſtum eſt. Poema eſt in primis prolixum, 24. continens volumina. Hinc factum eſt, ut, cum opus aliquod valde prolixum indicare volumus, dicamus, id Iliade prolixius eſſe. In hoc opere nullum mali genus eſt, quod non recenſeatur. Hinc prov. *Ilias malorum*, ἰλιὰς κακῶν, pro ingenti calamitate, vel pro multitudine ærumnarum. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 11. Non poſſum enim ſecus vaticinari: tanta impendet malorum Ilias. ¶ *Ovid. l.* 3. *de Ar. am. v.* 413. quis noſſet Homerum, Ilias æternum ſi latuiſſet opus?

Ilĭas, adis, f. adject. ab Ilio, mulier Trojana. *Virg.* 3. *Æn. v.* 65. Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.

Ilĭcet, adv. *ſubito*, בפתאום, Ger. *einſſvvegs*, Gal. *ſoudain*, Hiſp. *luego*, παραχρῆμα, ſtatim, confeſtim, ex *ire licet*, per ſync. ut ſcilicet ex *ſcire licet*, videlicet ex *videre licet*. Nam apud Romanos præco hanc vocem uſurpabat, ad finem rei ſignificandum, ut *Actum eſt*, in ſacrificiis, in dimittendo Senatu, in dimittendis judicibus de conſilio, & hujuſmodi. *Donat. in Phorm. a.* 1. *ſc.* 4. *Serv. in* 2. *Æn.* Hac etiam voce præfica in funeribus, cadavere ululato, cæteriſque rite peractis utebatur. *Serv. in* 6. *Æn.* Quia igitur hac voce pronuntiata cito diſcedebatur, inde uſurpari cœpta eſt pro cito, celeriter, ſtatim, confeſtim. Male autem quidam *illicet* ſcribunt geminato *l*. Nam quod ajunt *e* vocis *ire* extrito relinqui *irlicet*, ſed *r* ſequente *l*, mutari in *l*, ut fit in *pellicio*, *pellego*, *intelligo*, & aliis, id nihil ad rem facit, quia in *ilicet* non eſt mutatio, ſed totius ſyllabæ syncope, ut fit in *ſcilicet*, *& videlicet*, ubi eadem ſyllaba *re* eliditur. *Virg.* 2. *Æn.* Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti volvitur. ¶ Videtur etiam eſſe adverbium affirmantis. *Plaut. Epid.* Ilicet ut vadimonium mihi hic ultro facit. *Id. Curc.* Ilicet pariter hos perire amando video. ¶ *Feſt.* ilicet exponit ſine dubio.

Ilicētum, ti, n. *leccéto*, πρινών, locus ilicibus conſitus. *Mart. lib.* 12. *epigr.* 18. E cathedra ſurgentem focus excipit ſuperba vicini ſtrue cultus iliceti.

Ilicĕus, a, um, *di elce*, πρίνινος, quod eſt materiatum ex ilice. *Stat. l.* 6. *Theb. v.* 101. Ornique, iliceæque trabes.

Ilienſes, m. 3. populi Sardiniæ, circa mediam Inſulam, quorum tractus *Ilena*.

Ilienſis, ſe, o. 3. quod ad Ilium ſpectat. *Sueton. Tiber. c.* 52. Ilienſibus legatis paulo ſerius conſolantibus, ſe quoque reſpondit vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amiſiſſent.

Ilignĕus, a, um, *di elce*, πρίνινος, idem quod iliceus. *Col. l.* 11. *c.* 2. Iligneam frondem bubus recte præbebimus.

Ilignus, a, um, idem ac iligneus. *Ter. Adel.* 4. 2. 46. Lectulos ilignis pedibus faciundos. *Al. legunt* iligneis. *Virg.* 3. *Georg. v.* 330. Currentem ilignis potare canalibus undam.

Iliŏna, æ, f. Hecuba Priami uxor, apud *Horat. l.* 2. *Sat.* 3.

Iliŏne, f. 1. maxima filiarum Priami, & Hecubæ, uxor Polymneſtoris Regis Biſtoniæ, vel Pallenes, in Thracia. *Virg.* 1. *Æn.*

Ilioneus, m. 2. Ἰλιονεὺς, Trojanus vir, fil. Phorbantis, eloquentia excellens, qui deleto Ilio cum Ænea fugit, & naufragio in Africam delatus, cum Didone loqui pro Trojanis fingitur. *Virg.* 1. *Æn.*

Ilios, fæm. g. pro Ilio urbe, apud *Horat. l.* 4. *od.* 9. Non ſemel Ilios vexata. Et apud *Ovid.* 14. *Met.* poſtquam alta cremata eſt Ilios.

Iliŏſus, a, um, qui ex ilibus laborat, quod morbi genus Græci λαγωνότονον *Plin. l.* 20. *c.* 4. ¶ Sunt qui legunt *ileoſus*, & ducunt ab *ileos*.

Iliſſus, m. 2. fl. Atticæ, cum opp. cognom. qui per fines Athenienſium fluit, ipſas Athenas ex adverſo Cephiſi alluit, mari ad Pyreæum excipitur. ¶ Item fl. Imbri inſ.

Ilithyīa, f. 1. Diana, Juno Lucina, Dea, quæ parientibus adſiſtere putabatur. *Ovid.* 9. *Met. v.* 283. Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam. *Horat. carm. ſæc.* Lenis Ilithyia tuere matres, Græce ſcribitur εἰλείθυια; ex quo colligitur eſſe vocem quadriſyllabam, & verſum Ovidii allatum eſſe ſpondaicum.

Iliturgis, Illiturgis, Iliturgi, Ilurgis, *Lietor*, al. *Andujar el viejo*, urbs Hiſp. Bœticæ, quæ *Plinio* Forum Julium cognominatur, in Vandalia, apud Bœtim fl. Everſa fuit a Scipione una cum Caſtulone, quod ad Pœnos defeciſſent. Aliis eſt *Jaen*, al. *Aldea del Rio*.

Ilĭum, ii, n. 2. primum oſſium innominatorum, inde dictum, quod ilia, ſeu cavitatem alvi continet, & inteſtinum ileum recipit. *Barthol. l.* 4. *Anat. c.* 16. *Marullus Mimographus* apud *Serv.* æquivoce, & joci gratia: Tu Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis. h. e. a ventre, & abdomine.

Ilĭum, ii, n. 2. urbs Troadis, *Troja*, a Dardano condita, ab Ilo rege & augmentum, & nomen accepit: proprieque dicitur ipſa Trojana civitas, nam Troja regionem ſignificat, licet & pro Ilio ſæpe uſurpetur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 3. ceciditque ſuperbum Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja. *Id.* 1. *Æn. v.* 72. Ilium in Italiam portans. V. Troja.

Ilĭus, a, um, idem ac Iliacus, ſeu Trojanus. *Virg.* 9. *Æn. v.* 285. Quam miſeram tenuit non Ilia tellus. *Id. Æn.* 1. *v.* 272. dum res ſtetit Ilia regno.

Illa, vel ila, æ, f. 1. diminut. ab ina, quæ pars chartæ eſt tenuiſſima. *Feſtus*.

Illa, adverb. pro illac, *per quel luogo*. *Tac. Hiſt. l.* 3. *c.* 8. Ne pervium illa Germanicis exercitibus foret. *Id. Ann.* 2. *c.* 17. Incubueratque ſagittariis, illa rupturus.

Illabefactus, a, um, adject. non labefactus, *incorrotto*, *non guaſto*, *non diſtrutto*, ἀλύμαντος. *Ovid. de Pont. l.* 4. *ep.* 8. *v.* 10. Quæ ſemper maneant illabefacta precor.

Illābor, eris, apſus ſum, d. 3. *cadere*, *ſcorrere*, נזל, Ger. *hinein fallen*, Gall. *ſe couler*, *couler dedans*, Hiſp. *deslizarſe*, *reſvalar*, εἰσπίπτω, καταῤῥέω, incido, influo. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Ad decimum a Mileto ſtadium lenis illabitur mari. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* In ſtomachum primo illabuntur ea, quæ accepta ſunt ore. *Id.* 1. *Fin. c.* 11. Si ea ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuavitate afflueret, & illaberetur.

Illaborātus, a, um, ἀκατέργαστος, quod ſine labore, & diligentia confectum eſt. *Quinctil. l.* 10. *c.* 3. Tum interim hæc omnia, quæ vix ſingula quiſquam intenſiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata. *Sen. epiſt.* 90. Terra illaborata. h. e. aratro non culta.

Illabŏro, as, avi, atum, a. 1. in re laboro, ut præpoſit. *in* epitatica ſit, non privativa, ἐπεργάζομαι. *Tac. de Germ. ad fin.* Venari beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus.

Illac, *per quel luogo*, Ger. *da durch*, Gal. *par là*, Hiſp. *por allà*, ἐκεῖ, ἐκεῖσε, adv. motus per locum. *Cic. Att.* Non illac me tranſiturum puto.

Illacerabĭlis, le, adject. qui lacerari non poteſt. *Silius l.* 5. *v.* 137. Spolium, quod rege ſuperbus Bojorum cæſo capiti illacerabile victor Aptarat.

Illaceſsītus, a, um, adject. non laceſſitus, *non provocato*. *Tac. Agric. c.* 20. Ut nulla Britanniæ nova pars illaceſſita tranſierit.

Illacrymabĭlis, & le, o. 3. *che non ſi muove a pietà*, *crudele*, ἄδακρυς, inexorabilis, qui tam durus eſt, ut ad lacrymas, aut ad miſericordiam commoveri non poſſit. *Horat. l.* 2. *Carm. od.* 14. Non ſi tricenis, quotquot eunt dies, amice, places illacrymabilem Plutona tauris. *Id. l.* 4. *od.* 9. Sed omnes illacrymabiles Urgentur, ignotique longa nocte. h. e. lacrymis non decorati. *non compianti*.

Illacrўmo, as, n. 1. & illacrymor, aris, d. 1. ἐπιδακρύω, idem fere quod lacrymo. *Liv. l.* 25. Illacrymaſſe dicitur partim gaudio, &c. ¶ Illacrymare morti, vel errori alicujus, eſt propter ejus mortem, vel errorem lacrymas emittere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quid dicam de Socrate? cujus morti illacrymari ſoleo Platonem legens. *Liv.* 10. *bel. Mac.* Qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus illacrymaſti. ¶ Dicitur & de rebus inſenſibilibus pro exudare, ſeu humorem emittere. *Virg.* 2. *Georg.* Illacrymat mœſtum templis ebur, æraque ſudant.

Illactĕnus, adverb. *ſino a quel ſegno*, *o luogo*. *Gel. l.* 16. *c.* 19. Precum ejus commiſeratum illactenus, ut ei necem afferre temperarent. Alii leg. *Illatenus*.

Illæc, illa hæc. *Ter. Adel.* 3. 4. 58. Nimia illæc licentia.

Illæſibĭlis, le, adject. qui lædi non poteſt. *Lactant. de Ira Dei*, *c.* 17. Ira in Deo eſſe non poteſt, quia illæſibilis eſt.

Illæſus, a, um, o. 1. 2. *non offeſo*, Germ. *unverletzt*, Gal. *ſans bleſſures*, *ſain*, *& entier*, Hiſp. *no ſfendido*, ἀβλαβής, non læſus, partic. ab *illædor*, quod ab *in*, & *lædor*. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæſam.

Illætabĭlis, & le, o. 3. *triſto*, *malinconioſo*, ἄχαρις, non lætus, injucundus, triſtis. *Virg.* 3. *Æn.* Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora accipit.

Illævigātus, a, um, adject. non lævigatus, ut illævigatus ſonus. h. e. inconditus, apud *Diomed. l.* 3.

Illapſus, us, m. actus illabendi, influxus, εἴσροος. *Col. l.* 2. *c.* 2. Ne præcludatur humoris illapſu, atque exitu.

Illapſus, a, um, partic. ab illabor. *Cic.* 2. *Leg. c.* 15. Pernicies illapſa civium animos. *Virg.* 2. *Æn. v.* 377. Senſit medios illapſus in hoſtes. *Horat. l.* 2. *od.* 17. Me truncus illapſus cerebro Suſtulerat, niſi, &c.

Illaqueatus, a, um, adject. *allacciato*. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 4. Illaqueatus jam omnium legum periculis.

Illaquĕo, as, a. 1. *allacciare*, נקש, Ger. *verſtricken*, Gal. *enlacer*, Hiſp. *enlaçar*, ἐμπαγίζω, laqueo conſtringo. *Prudent. Cathem.* 3. *v.* 41. Callidus illaqueat volucres, aut pedicis dolus, aut maculis.

Illatabĭlis, le, adject. *che non ha larghezza*, ἀπλατής. *Gell. l.* 1. *c.* 20. Euclides, γραμμὴ, inquit, eſt μῆκος ἀπλατές: quod exprimere uno verbo Latino non queas, niſi audeas dicere illatabile.

Illatenus, V. Illactenus.

Illatĕbra, æ, f. locus, ubi celari nihil poteſt. *Plaut.* apud *Macrob. Satur.* 3. *c.* 16. Cujus ego latus illatebras reddam meis dentibus, & manibus. h. e. Diſcerpam, lacerabo.

Illatĕbro, as, a. 1. *aſconder dentro*, טמן, Ger. *verbergen*, *verſtoſſen*, Gal. *cacher*, Hiſp. *eſconder dentro*, ἐναποκρύπτω, in latebris abſcondo, intus abſcondo. *Gel. l.* 17. *c.* 2. *ex* 5. *Annal. Q. Claudii*. Arma plerique abjiciunt, atque inermes illatebrant ſe ſe.

Illatĭo, onis, f. actus inferendi, *il portar dentro*, εἰσφορά. *Ulp. l.* 2. *ff. de Relig. & ſumpt. Fun.* De ea illatione Prætor ſenſit. ¶ Item ſolutio tributorum, apud *Caſſiod. l.* 2. *epiſt.* 16. ¶ A Philoſophis illatio dicitur concluſio ſyllogiſmi, *illazione*. *Apul. l.* 3. *de dogm. Plat.* Dico illationem, vel illativum rogamentum, quod acceptionibus colligitur, & infertur.

Illatīvus, a, um, adject. inferens, aut concludens, ut illativum rogamentum, V. in Illatio.

Illātro, as, n. 1. latro, vel intus latro. *Sil. l.* 13. *v.* 845. Illatrat jejunis faucibus Orcus. Adde *Lucan. l.* 6. *v.* 729.

Illātus, a, um, adject. ex particip. ab infero, ers, *portato dentro*, εἰσφερόμενος. *Curt. l.* 8. *c.* 2. Interiora, niſi lumine illato, obſcura ſunt. *Id. l.* 8. *c.* 1. Parmenionis cum honore mentio illata.

Illaudabĭlis, le, o. 3. *indegno di lode*, ἀνεγκωμίαστος, quod non eſt dignum, ut laudetur. *Stat.* 5. *Syl.* Carmen illaudabile fundere. Adde *Gel. l.* 2. *c.* 6.

Illaudātus, a, um, o. 1. 2. idem ac illaudabilis. *Virg.* 3. *Georg.* Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.

Illautus, V. Illutus.

Ille, illa, illud, *quello*, *colui*, זה יאה, Ger. *der*, *diſer*, *das*, Gal. *celuy*, *cette*,

ceste, *cela*, Hiſp. *aquel*, *aquella*, *aquello*, ἐκεῖνος, pronomen demonſtrativum tertiam deſignans perſonam, tam a loquente, quam ab audiente remotam. *Cic.* 1. *de Or.* Qui cum illis una ipſum illum Carneadem diligentius audierat. ¶ Interdum in oratione uſurpatur cum emphaſi, & vehementiæ gratia. *Cic. pro L. Man.* Ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur. ¶ Interdum ponitur ad majorem expreſſionem, & jungitur cum alio pronomine, vel cum adjectivo *alter*, vel cum conjunctione *quidem*. *Cic. ad Att.* Ego ille ipſe vindex æris alieni, &c. *Id. pro Marc.* Ipſa illa rerum humanarum domina fortuna. *Id. in Catil.* Fuit illa iſta quondam in hac Rep. virtus. *Id. 2. de Orat.* Illud alterum genus temporibus, & locis definiunt. *Id. in Fam.* Præter rumores de oppreſſo Dolabella ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. ¶ *Illæ* pro *illius* habet *Lucret. l. 4. v. 1076.* Et pro *illi*, in dat. ſing. *Plaut. in Pſeud.* & *in Mil.*

Illecĕbræ, arum, f. 1. blanditiæ, incitamentum, blandimentum, lenocinium, *allettamenti*, *carezze*, Ger. *anreitzungen*, Gal. *allechement*, Hiſp. *halagos*, θέλκητρα, ἐταγωγαὶ, ab illiciendo. Sumitur autem hoc nomen & in bonam, & in malam partem. *Cic. 6. de Rep.* Suis te oportet illecebris ipſa virtus trahat ad verum decus. *Id. pro Cæl.* Erant apud illum illecebræ libidinum multæ. ¶ Legitur etiam in ſingulari numero illecebra. *Cic. pro Mil.* Quis ignorat, maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? Adde *Gel. Plaut.* & *Liv. l.* 10. *c.* 4.

Illecebrōſe, adv. cum illecebris. *Plaut. Mil.* 3. 2. 36. Hui! illecebroſe. *Ammian. l.* 3. *c.* 19. Hæc ita illecebroſius, atque inhumanius agi, loquebatur rumor.

Illecebrōſus, a, um, θελκτικός, ἑταγωγὸς, quod blandimentis hominem illicit, *allettativo*. *Ammian. l.* 30. *c.* 4. Illecebroſis inſidiis ambire. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 55. Iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt.

Illectamentum, i, n. *allettamento*. *Apul. Apol.* Illectamentis captus.

Illectātio, onis, f. illectamentum. *Gel. l.* 18. *c.* 2. Demulcentes eum jucundis ſermonum illectationibus.

Illectus, a, um, *allettato*, δελεασθείς, invitatus, partic. ab illicior. *Cic.* 4. *Tuſc. e.* 6. Cum libido ad id, quod bonum videtur, illecta, & inflammata rapiatur. ¶ Eſt etiam participium a *legor*, & ſignificat non lectum, ἀνεπίλεκτον. *Ovid.* 1. *de Art. v.* 471. Si non accipiat ſcriptum, illectumque remittat. ¶ Item non collectus, ἀσύλλεκτος. *Paul. Dig. lib. ult. tit. penult. leg.* 30. Stipula illecta ſunt ſpicæ in meſſe dejectæ, necdum lectæ.

Illectus, us, m. *carezze*, δέλεαρ, blanditiæ, illectamentum. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 21. Magis illectum tuum, quam lectum metuo.

Illegitĭmus, a, um, adject. legi repugnans, nullum jus habens. *Borrich.* affert exemplum ex *Val. Max. l.* 2. *c.* 1. *n.* 3. his verbis: Multorum matrimoniorum experientiam quaſi illegitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes. Sed MSS. & optimæ edit. habent *legitimæ*, nec aliter patitur ſenſus.

Illepĭde, adver. *ſenza grazia*, ἀχαρίτως, injucunde, & infacete. *Plin. in Præf.* Nec Plancus illepide, cum diceretur Annius Pollio orationes in eum parare, &c.

Illepĭdus, a, um, *che non ha grazia*, Ger. *unlieblich*, Gal. *maufade*, *ſans grace*, Hiſp. *ſin donaire*, *ſin gracia*, ἄχαρις, ἀναφρόδιτος, in quo nihil leporis eſt, nec elegantiæ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Parentem habere avarum, illepidum, in liberos difficilem. Adde *Gell. l.* 13. *c.* 23.

Illex, illegis, c. 3. *ſenza legge*, Ger. *anlockung*, Gal. *ſans loy*, Hiſp. *atrahido por alagos*, ἄνομος, exlex, qui ſine lege vivit, qui legi non paret. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 4. Impure, inhoneſte, injure, illex, labes populi.

Illex, icis, m. 3. ſeu illix, icis, f. 3. ψαλίστρια, avis in aucupiis, quæ ceteras illicit. Ea ſolet eſſe accipiter. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 67. Ædis nobis area eſt, auceps ſum ego, eſca eſt meretrix, lectus illex eſt, amatores aves. ¶ Translate accipitur pro illicio, incitamento, illecebra, ut Illex animi Venus, apud *Apul. Apol.* ¶ Interdum adjective ſumitur, ut idem ſit, ac illiciendi vim habens, ut Oculi illices apud *Apul. ibid.*

Illhæc, illa hæc, *Tertul.* V. Illæc.

Illi, adverb. *ivi*, *in quel luogo*, ἐκεῖ, ibi, vel illic. Multa afferuntur exempla ex *Terentio*, plurima ex *Plauto*, unum etiam ex *Virgilio*; in quibus omnibus alii Codices habent *illi*, alii *illic*. *Donatus* tamen in *Terentii Adelph.* 1. 2. 36. & *Virg.* 2. *Æn. v.* 548. *illi* defendit.

Illibabĭlis, e, adject. qui libari, ſeu attingi non poteſt. *Lactant. l.* 2. *c.* 7. Illibabilis eſt tanquam lux.

Illibātus, a, um, *intatto*, *incorrotto*, *puro*, *non guaſto*, תמים, Ger. *unberirt*, Gal. *non corrampu*, Hiſp. *no corrupto*, ἄθικτος, intactus, partic. a libo. *Col. l.* 3. *c.* 10. Ex proximo terræ integro illibatoque ſucco aluntur. ¶ Translate ſumitur pro integro, incorrupto, puro. *Liv. l.* 3. *c.* 6. Illibatum imperium. *Valer. Max. l.* 6. *c.* 1. *n.* 4. Illibata virginitas.

Illiberālis, le, o. 3. *incivile*, ἀνελεύθερος, ignobilis, ſordidus, qui contra agit, ac liberum hominem decet, quod homine libero indignum eſt. *Ter. Adelph.* 3. 4. Ex illa familia tam illiberale facinus eſſe ortum. *Cic.* 1. *Off.* Duplex omnino eſt jocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum, alterum elegans, urbanum, ingenioſum, facetum. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Illiberalis cibus. h. e. pauperum. ¶ Speciatim ponitur pro non liberali, non munifico, avaro, *non liberale*, *non corteſe*, *avaro*, כילי, Ger. *unfrey*, Gal. *vilain*, *chiche*, Hiſp. *no cortes*, *no liberal*, φιδωλός. *Cic. Mennio*, *l.* 13. *Fam. epiſt.* 1. Non te in me illiberalem, ſed me in te negligentem putabit.

Illiberalĭtas, atis, f. *incivilità*, *avarizia*, ἀνελευθερία, inurbanitas, & ſpeciatim avaritia, cui opponitur liberalitas. *Cic.* 2. *Off.* Habenda eſt autem ratio rei familiaris, ſed ita, ut illiberalitatis, avaritiæque abſit ſuſpicio. Adde *ad Att. l.* 9. *ep.* 6.

Illiberalĭter, adverb. *incivilmente*, Ger. *unfrey*, *unbillicher*, Gall. *chichement*, *vilainement*, Hiſ. *illiberalmente*, *incivilmente*, ἀνελευθέρως, ἀγερώς, non liberaliter, aliter ac hominem liberum decet. *Ter. Phorm.* Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. ¶ Illiberaliter apud veteres dicebatur factum (inquit *Donatus*) ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficii. *Ter. Adelph.* Factum a vobis duriter, immiſericorditerque, atque etiam, ſi eſt pater, dicendum magis aperte, illiberaliter.

Illic, adverb. ſtatus in loco, ἐκεῖ, *là*, *in quel luogo*, in illo loco. *Ter. Andr.* a. 6. 27. Si hic mali eſt quidquam, illic eſt huic rei caput. ¶ Illic pro ille uſurpat *Plaut.* pluribus in locis, quæ citat *Pareus in Lex. Crit.* ut *Amph.* 1. 5. 107. & 162. *Mercat.* 2. 3. 121. *Trucul.* 2. 2. 1. & alibi. Eſt autem dictum per apocopen pro *illicce*, quo Veteres uſi ſunt, ut *Priſcian.* docet *l.* 12. *pag.* 948. *Putſch.*

Illicentiōſus, a, um, adject. illicitus, *licenzioſo*. *Apul. l.* 2. *Met.* Per convivium illicentioſus cachinnus effunditur.

Illĭcet, V. Ilicet.

Illicibĭlis, le, adject. qui illicit, ut illicibilis voluptas, apud *Lactant. l.* 7. *c.* 27.

Illicĭo, is, exi, ectum, a. 3. *adeſcare*, פרת, Germ. *anreitzen*, Gall. *attirer*, *allecher*, Hiſp. *halagar*, *liſonejar*, ἐπάγω, attraho, & quaſi ineſco, ex *in*, & antiquo verbo *lacio*. *Cic. de Amic.* Nihil eſt, quod ad ſe rem ullam tam illiciat, & tam attrahat. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 2. Qui non ſat habuit conjugem illexiſſe in ſtuprum. *Ter. Andr.* 5. 4. Illicere in fraudem.

Illicĭte, adverb. *illecitamente*, ἀθεμίτως. *Var. l.* 5. *L. L. c.* 9. Illicite illexit. *Ulpian. Dig. l.* 31. *leg.* 12. Si quis illicite ædificaſſet, id eſt hoc quod dirui conſtitutiones jubent.

Illicĭtus, a, um, o. 1. 2. *illecito*, Ger. *unzimlich*, Gal. *ilicite*, *non leiſible*, Hiſp. *ilicito*, ἄθεσμος, quod non licet. *Cic. pro Cluent.* Multitudinem illicitum eſt contradicere. *Stat. Theb.* 1. *v.* 223. Ire per illicitum. ¶ Illicitiſſimus, ſuperlat. *Auguſtini* eſt *epiſt.* 202.

Illicĭum, cii, n. 2. *incitamento*, *ſtimolo*, θέλκητρον, ἐπαγωγὴ, incitamentum. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. Apiaſtrum illicium apibus. ¶ Illicium, ſeu inlicium, inquit *Feſtus*, dicitur, cum populus ad concionem elicitur, ideſt vocatur. Et alio loco: Illicium vocare antiqui dicebant, ad concionem vocare. Confirmat *Var. l.* 5. *de L. L.*

Illĭco, *quivi*, αὐτόθι, adverb. loci, idem ſignificans, quod in eo loco, a locus, quaſi in loco. *Caſſ. Heminæ apud Non. c.* 4. *n.* 242. Et quia quo irent, neſciebant, illico manſerunt. ¶ Sed plerumque ponitur pro e veſtigio, ſtatim, continuo. *Cic. pro Mur.* Simul atque increpuit ſuſpicio tumultus, illico artes noſtræ conticeſcunt.

Illīdo, is, iſi, iſum, a. 3. *rompere*, *frangere*, רשש, Ger. *anſtoſſen*, Gall. *rompre*, *urter*, Hiſp. *quebrar*, προσβάλλω, in durum aliquod corpus jacio, impello, atque ita infringo. *Val. Max. l.* 1. Vi ſubitæ tempeſtatis tota cum claſſe vicinis Deæ litoribus illiſus eſt. hoc eſt, impegit ad vicina litora, & naves fregit. *Horat.* 2. *Serm. Sat.* 1. Et fragili quærens illidere dentem offendit ſolido. *Virg.* 5. *Æn.* Effractoque illiſit in oſſa cerebro.

Illigātus, a, um, adject. *legato*. *Cic. pro Dom. c.* 15. Cæſaris actis illigatus tenetur. *Virg.* 10. *Æn. v.* 794. Inutilis, inque ligatus. Figura Tmeſis eſt. *Liv. l.* 32. Familiari amicitia illigati Philippo erant.

Illīgo, as, n. 1. *legare*, *avviluppare*, קשר, Ger. *binden*, Gal. *lier*, Hiſp. *atar*, προσδέω, ligo. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Eamque illigari opertam ſtramentis jubet. ¶ Eſt item innectere, intexere, ut Emblemata poculis illigare. *Cic.* 6. *Ver.* ¶ Per translationem ſumitur pro implicare, ſive involvere. *Cic. de Orat.* Orator illigat ſententiam verbis. *Liv. l.* 32. Neque velle illigari Romano bello.

Illim, pro illic, habet *Lucret. l.* 5. *v.* 573. Legitur & apud *Plaut.* aliquoties. Sed hæc antiqua fuit ſcribendi ratio, quæ jam obſolevit.

Illīmis, o. 3. *puro*, *ſenza fango*, Ger. *ohne laett*, Gal. *ſans bourbe*, *ſans bouve*, Hiſp. *ſin lodo*, *ſin limo*, ἄπηλος, χαθαρὸς, ſine limo, purus. *Ovid.* 3. *Met. v.* 407. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

Illinc, *di là*, *da quel luogo*, משם, Ger. *von dannen*, Gall. *de là*, Hiſp. *de alli*, ἐκεῖθεν, adv. de loco. *Cic. de Aruſp. reſp.* Poſt exercitu ſolicitato fugit illinc. ¶ Uſurpatur etiam extra motum pro ex illo homine, re, parte. *Cic.* 2. *Phil. c.* 31. Omnem ſe amorem abjeciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe. ¶ Conjungitur etiam cum hinc, cum varietatis, & inconſtantiæ ſpecie. *Ter. Adel.* 4. 5. 39. Dum cognatus hinc illinc veniret.

Illinimentum, i, n. idem ac illitus, us. *Cœl. Aurel. l.* 3. *c.* 8. Illinimenta medicamentorum.

Illinĭo, is, ivi, itum, a. 4. *ungere*, מח, Ger. *anſalben*, Gal. *oindre*, Hiſ. *untar*, ἐντρίβω, inungo, liquidi quippiam alicui rei induco. *Col. l.* 6. *c.* 14. Tum cervix aqua frigida defricanda, & ſpuma argentea illinienda eſt. Adde *Plin. l.* 20. *c.* 17.

Illinītus, a, um, adject. inunctus, alicui rei inductus. *Celſ.* 5. 26. 33. Folia ſolani contrita & illinita linteolo ſuperinjicienda. *Plin. l.* 25. *c.* 12. Pſyllion illinitum fronti.

Illĭno, is, illevi, illitum, a. 3. idem ac illinio. *Hor.* 1. *Serm. Sat.* 4. Et quodcunque ſemel chartis illeverit. *Sen. l.* 3. *de Ira*, *c.* 16. Aves viſcum plumis omnibus illinunt. *Id. epiſt.* 120. Illinere aurum tectis, *inducere*.

Illiquefactus, a, um, adject. idem quod liquefactus, *liquefatto*. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 9. Quæ ſunt omnes unius generis ad pertundendum animum tanquam illiquefactæ voluptates. Non deſunt tamen qui *liquefactæ* legunt.

Illīſus, a, um, o. 1. 2. *ſpinto*, *votto*, προσβληθείς, impulſus, infractus, partic. ab illido. *Cic. de Aruſp. reſp.* Jam iſta ſerpens compreſſa, atque illiſa morietur. *Virg. Georg.* 3. *v.* 261. Scopulis illiſa æquora.

Illīſus, us, m. idem ac illiſio. *Plin. l.* 27. *c.* 8. Illiſu ipſo repercuſſus.

Illiterātus, a, um, *non letterato*, Ger. *ungelehrt*, Gal. *ſans lettres*, Hiſp. *no letrado*, ἀπαίδευτος, literarum expers. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 6. Quem cognovimus virum bonum, & non illiteratum. *Plin. l.* 1. *ep.* 10. Illiteratiſſimæ literæ.

Illītus, a, um, *unto*, ἐπιχεσθείς, inunctus, partic. ab illinor. *Cic. de Or.* Color non ſanguine diffuſus, ſed ſuco illitus. *Liv. l.* 5. *c.* 2. Illitum veneno donum. *Horat. l.* 4. *od.* 9. Aurum veſtibus illitum. h. e. intertextum.

Illītus, us, m. *unzione*, illinendi actus. *Plin. l.* 23. *c. ult.* Vulvæ prodeſt appoſitum fotu, & illitu.

Illiuſmŏdi, duo genitivi conjuncti per modum adverbii pro talis, & le. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 11. Mori millies malim, quam ſemel illiuſmodi quiequam cogitare. Adde *Divin. Ver. c.* 22.

Illix, V. Illex.

Illo, *là*, *in quel luogo*, ἐκεῖ, ἔνθα, adverb. motus ad locum. *Ter. Andr.* 2. 2. 25. Cum illo advenio, ſolitudo ante oſtium. Adde *Plaut.* multis in locis.

Illocabĭlis, & le, o. 3. *che non ſi può allogare*, δυσέκπρατος, quod locari non poteſt, ut Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem, aut inopiam virum invenire non poteſt. *Plaut. in Aul.* 2. 2. 10. apud *Var. l.* 4. *de L. L.* Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem.

Illorſum, adverb. *verſo quel luogo*. Uſurpavit *Cato* teſte *Feſt.* in voce *Aliorſum*.

Illōtus, a, um, *che non è lavato*, *ſporco*, *immondo*, *brutto*, Germ. *ungewaeſchen*, Gal. *ord*, *ſale*, Hiſp. *ſuzio*, *no lavado*, ἄνιπτος, quod lotum non eſt, quod ſordidum eſt, & immundum, partic. a *lavor*. Dicimus illotis manibus, vel pedibus rem aliquam aggredi, pro irreverenter, & imperite rem aliquam attentare. Tractum eſt adagium a ſacrorum cæremoniis, in quibus omnia pura convenit eſſe, & probe lota. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 103. Ut tu hujus oculos illotis manibus tractes, ac teras? *Declamat. in Salluſt.* Illoto ſermone uti. h. e. inornato, rudi.

Illubrĭco, as, a. 1. lubricum facio. *Apul. l.* 2. *Metam.* Membra ſua leniter illubricans.

Illuc, *a quel luogo*, שמה, Ger. *dahin*, Gal. *là*, *a ce lieu là*, Hiſp. *allà*, *aculla*, ἐκεῖ, ἔνθα, adv. motus ad locum. *Cic.* 1. *de Or. c.* 40. Alacri, & prompto ore, ac vultu, huc, atque illuc intuentem vagari magna cum caterva toto foro. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 24. Qui illuc factus, inſtitutuſque veniſſet. h. e. inſtructus ad hoc. ita exponit *Pareus*. Quid ſi ita verba hæc conſtruas? Qui veniſſet illuc factus, & inſtructus. Alii legunt, *ut qui factus* &c. Legitur etiam *illuc* pro *illud*, præſertim apud *Plautum Aſin.* 2. 1. 17. *Men.* 5. 5. 55. & aliis in locis.

Illucĕo, es, n. 2. *lucere*, ἐμφαίνομαι, lucidus ſum, in re aliqua luceo, *Plaut. Capt.* 3. 4. 65. Tuo quæ capiti illuceat. ¶ Translate *Cic.* 4. *Fin.* c. 2. Comitatem in maximis ingeniis illucere.

Illucĕſco, is, uxi, n. 3. *farſi lucido*, אור, Germ. *ſcheinen*, Gal. *reluire*, Hiſp. *reluzir*, ἐπιλάμπω, lucidus fio. *Plaut. Amph.* 1. 3. 49. Ut mortalibus illuceſcas clara, & candida. *Liv.* Ubi illuxit, recepere claſſem. ideſt, ubi dies factus eſt. *Cic. pro Mil.* Illuceſcet aliquando ille dies. ¶ Reperitur etiam active pro illuminare, ſplendentem facere. *Lact. l.* 7. Qui Solem cum cæteris ſideribus illuxit. Locum etiam *Plaut. cit.* alii ſic legunt, Ut mortales illuceſcas luce clara &c. Aliquæ editiones habent *illucíſcas*. ¶ Translate *Cic. in Rul.* Cum populi Rom. vox, & auctoritas Conſulis repente in tantis tenebris illuxerit.

Illuctor, aris, dep. 1. in aliqua re luctor. *Stat.* 4. *Theb. v.* 790. Et teneris meditans verba illuctantia labris.

Illūdo, is, uſi, uſum, n. 3. *beffare*, התל, Ger. *verſpotten*, Gal. *ſe joüer*, *tromper*, Hiſp. *mofar*, *burlarſe*, ἐμπαίζω, ἐντρυφάω, derideo, ludibrio habeo, ludificor. Conſtruitur vel abſolute. *Cic.* 6. *Fam.* Illuſeras heri inter ſcyphos, quod dixeram, &c. ¶ Vel cum dativo. *Cic. pro Domo.* Hic non illudit auctoritati horum omnium? ¶ Vel cum accuſativo. *Cic.* 1. *de Or.* Ipſa vero præcepta ſic illudere ſolebat. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 71. Vari corpus illuſiſſe dicebatur. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Ter. Andr.* 4. 4. Adeon videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? ¶ Vel cum accuſ. & præpoſit. *Id. Eun.* 5. 4. Ut ne impune in nos illuſeris. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Cic.* 2. *de Or.* Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe forte jactant. ¶ Interdum eſt per ludum nocere, decipere, circumvenire veluti nocendo. *Cic. pro Roſc. Amer.* Illius miſeri fortunis, ac dignitati illuſit. ¶ Illudere vitam alicujus. h. e. perdere. *Ter. Andr.* 5. 1. 3. Dum ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi vitam filiæ. ¶ Interdum illudere eſt ſtuprare, corrumpere. *Tac. Ann.* 13. c. 16. Illuſiſſe pueritiæ Britannici Neronem. *Id.* 15. *Ann.* c. 72. Sive C. Cæſar ſcortorum quoque cupiens, etiam matri ejus illuſit. *Aurel. Vict. in Calig.* Et ſororum ſtupro, & matrimoniis illudens nobilibus. ¶ Hinc illudere capiti alicujus, apud *Suet. in Tiber.* c. 45. quæ loquendi ratio ſingularem, fœdiſſimamque notat libidinem. ¶ Illudere, de acupictoribus, V. Illuſus. ¶ Illudere pecuniæ. h.e. pecuniam prodigere. *Tac.* 2. *hiſt.* c. 94. Tanquam in ſumma abundantia pecuniæ illudere. ¶ Illudere chartis. h. e. velut per ludum ſtudiis operam dare, *divertirſi nello ſtudio*. *Horat. l.* 1. *Sat.* 4. *ad fin.* ubi quid datur oti, Illudo chartis.

Illuminabĭlis, le, adject. qui illuminari poteſt. *Claud. Mamert. de ſtat. anim. l.* 2. c. 2.

Illuminātē, adv. *apertamente*, λαμπρῶς, clare, aperte. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 14. Qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate & rebus, & verbis dicunt.

Illuminatĭo, onis, f. actus illuminandi. *Tertul. adv. Hermog.* c. 5. & *Macrob. l.* 1. *Satur.* c. 17.

Illumĭnātor, oris, m. qui illuminat. *Tert. l.* 4. *adv. Marc.* c. 17. Illuminator religionis. *Lactant. l.* 6. c. 18. Illuminator noſter Deus.

Illumĭnātus, a, um, particip. ab illumino. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. Ab eoque Luna illuminata graviditates, & partus afferat, maturitatesque gignendi. *Auct. ad Heren. l.* 4. Corona gemmis illuminata.

Illumĭno, as, avi, atum, a. 1. *illuminare*, האיר, Ger. *erleuchten*, Gal. *eclaire*, Hiſp. *alumbrar*, λαμπρύνω, clarum, & lucidum reddo. *Cic. in Orat. l.* 3. c. 54. Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat iis luminibus, &c. ¶ Item celebrem reddo. *Vellei. l.* 2. c. 35. Ille dies illuminavit virtutem Catonis. *Id. l.* 2. c. 18. Illuminavit horum fidem illorum perfidia. ¶ Proprie *Plin. l.* 2. c. 73. Puteumque ejus experimenti gratia factum, totum illuminari. *Stat.* 12. *Theb.* Igne vias illuminare.

Illumĭnus, a, um, *ſenza lume*, quod eſt ſine lumine. *Apul. l.* 6. *ſub init.* Et illuminarum Proſerpinæ nuptiarum. *l.* 3. Servato noctis illumino tempore,

Illūnis, ne, vel Illunus, a, um, quod eſt ſine Luna, quod Lunari ſplendore viduatum eſt, obſcurum. *Plin. epiſt.* 20. *l.* 6. Et nox non quaſi illunis, & nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. *Apul. l.* 9. Illunæ caliginis.

Illurĭcus, & Illurius, V. Illyricus.

Illusĭo, onis, f. 3. *befſeggiamento*, קלס, Ger. *verſpotung*, Gal. *moquerie*, Hiſp. *moſa*, *eſcarnio*, *iluſion*, ἴπασμος, irriſio, actus illudendi: Figura Rhetorica. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. Et extenuatio, & huic adjuncta illuſio a præceptis Cæſaris non abhorrens. V. *Ironia*.

Illūſor, oris, m. 3. *beffatore*, *eſt Paulini Nol. in Natal. S. Felicis*, *v.* 77. & *Tertull. in Apolog.* c. 46.

Illuſtramentum, ti, n. 2. *chiarezza*, lumen. *Quintil. l.* 11. *c. ult.* Hæc ſunt vel illuſtramenta pronuntiationis, vel vitia.

Illuſtratĭo, onis, f. 3. *chiarezza*, פעה, Germ. *erleuterung*, Gal. *eclaireiſſement*, Hiſp. *eſclarecimiento*, καλλώπισμος, illuminatio, actus illuſtrandi. *Quinct. l.* 6. c. 2. Inſequetur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illuſtratio, & evidentia dicitur. *Cic. l.* 1. *Nat. Deor.* c. 31. Solis illuſtratio.

Illuſtrātor, oris, m. qui illuſtrat. *Lactant. l.* 2. c. 9. Deus luminis fons, & illuſtrator rerum. *Inſcript. apud Reinef. claſſ.* 6. *n.* 129. Illuſtratori profapiæ ſuæ.

Illuſtrātus, a, um, adject. *illuſtrato*. *Cic. Catil.* 3. *c.* 1. Quæ in Senatu illuſtrata, patefacta, compertaque ſunt per me. *Colum. l.* 1. Ergaſtulum anguſtis illuſtratum feneſtris.

Illuſtris, ſtre, o. 3. *illuſtre*, *chiaro*, צח, Ger. *erleucht*, Gal. *illuſtre*, Hiſp. *eſclarecido*, *illuſtre*, λαμπρός, clarus, ſplendidus, lucidus. *Plin. l.* 9. c. 16. Noctibus illuſtribus æque, quam die cernunt. *Auctor. ad Heren. l.* 3. Loci nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuri. ¶ Per translationem accipitur pro manifeſto. *Cic.* 7. *Ver.* Quod ita fuit illuſtre, notumque omnibus. ¶ Item pro nobili, celebri. *Cic. de Am.* Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum veterum auctoritate, & eorum illuſtrium plus, neſcio quo pacto, videtur habere gravitatis. ¶ Comp. illuſtrior, ſup. illuſtriſſimus. *Cic.* 1. *Off.* Et ſit ejus nomen, quam Solonis, illuſtrius. *Nepos Pauſan.* c. 1. Illuſtriſſimum prælium. ¶ Fuit etiam *illuſtris* titulus Senatorum. V. *Clarus*.

Illuſtrĭus, adv. & Illuſtriſſime. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 19. Semper equidem, ſed nunquam illuſtrius. *Gell. l.* 5. c. 1. Labores ſuos illuſtriſſime narrare. *Et l.* 9. c. 13. Illuſtriſſime deſcripſit.

Illuſtro, as, a. 1. *illuſtrare*, האיר, Germ. *erleuchten*, Gall. *illuſtrer*, Hiſp. *eſclarecer*, λαμπρύνω, μεγαλάμπω, rem aliquam lucidam, & ſplendidam facio, vel lucem, & ſplendorem alicui rei affero. *Cic. Somn. Scip.* c. 4. Sol cuncta ſua luce illuſtrat, & complet. ¶ Translate uſurpatur pro res occultas patefacere. *Cic. in Catil.* Ut ea conſilia, quæ clam eſſent inita contra ſalutem urbis, illuſtrentur. ¶ Item pro explicare, declarare rem aliquam difficilem, & obſcuram. *Cic.* 1. *Acad.* Philoſophiamque veterem illam a Socrate ortam Latinis literis illuſtrare. ¶ Item pro nobilitare, celebrem reddere. *Cic.* 1. *Fam.* Illuſtrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum injuria. *Nepos Themiſt.* c. 1. Quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.

Illūſus, a, um, adject. *beffato*, *burlato*, irriſus, ἐμπαιχθείς, *Cic. pro Quinct.* c. 16. Vadimoniis deſertis ſæpe illuſi, ac deſtituti. *Tacit. Ann.* 15. c. 68. Aſperis facetiis illuſus. ¶ *Virg.* 2. *Georg. v.* 464. *illuſus auro veſtes* dixit, in quibus ſc. artifex ſeu acupictor veluti ludens aliquid auro intexuit. Sic *Prudent. in Agnet. v.* 105. Illuſa pictæ veſtis inania.

Illūſus, us, m. 4. idem ac illuſio. *Plin. l.* 37. *c.* 7. Ita *Calepinus*; verum ea vox in Plinio non invenitur.

Illutibarbus, qui barba ſordida eſt, ab illutus, & barba. *Apul. l.* 1. *Flor.* Vultu ferino trux, hiſpidus, illutibarbus, ſpinis, & pilis obſitus.

Illutibĭlis, le, *che non ſi può lavare*, quod elui non poteſt, ab illutus. *Plaut. Men.* 1. 2. 57. Nam ex iſthec loco ſpurcatur naſum odore illutibili.

Illūtus, a, um, idem ac illotus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 23. Nam quæ elauta eſt, niſi perculta eſt, meo quidem animo, quaſi illuta eſt. Alii *illauta*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 52. Incoquere illutos Echinos. Al. leg. *illotos*.

Illuvĭes, ei, f. 5. *ſporchezza*, *bruttura*, צואה, Ger. *vvuſt*, Gal. *lordure*, *ſaleté*, Hiſp. *ſuzjedad*, αλυσία, immunditia in homine, in veſte, aut quavis alia re inſita, atque injecta; ſqualor, ſordes, ab *illuo*, non lavo. *Cic.* 3. *Tuſc.* Inſuſcat pectus illuvie ſcabrum. *Ter. Heaut.* 2. 2. 53. Pannis obſita, neglecta, immunda illuvie. ¶ Eſt etiam epithetum intemperanter comedentis. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 39. At te Dii omnes perdant, germana illuvies. ¶ Ponitur & pro diluvio, *inondazione*. *Juſtin. l.* 2. c. 6. Aquarum illuvies majorem partem populorum Græciæ abſumpſit. Adde *l. eod. c.* 1.

Illyrĭa, æ, Illyris, idis, f. Illyrium, & Illyricum, i, n. *Schiavonia*, regio ampla poſt ſinum Adriaticum inter Tergeſtum in confinio Italiæ, & Macedoniam, Liburniam, & Dalmatiam complectens. Alii ampliores ei terminos ſtatuunt. V. *Geograph. Suet. Tiber.* c. 16. Toto Illyrico in ditionem redacto. *Propert. l.* 1. *el.* 8. An tibi ſum gelida vilior Illyria? *Mela l.* 1. c. 3. Adriatici latus Illyris occupat.

Illyriciānus, a, um, adject. ab Illyrico. Legitur in epiſt. Valerii apud *Trebel. in Claud. c.* 14. & *leg.* 25. *Cod. Theodoſ.* & in Numino quodam Decii.

Illyrĭcus, a, um, quod eſt ex Illyrico regione, ut Pix Illyrica, quæ valde commendatur. *Ovid.* 2. *de Arte*. Nigrior Illyrica cui pice ſanguis erat. ¶ Apud *Plaut. Trin.* 4. 2. 10. legitur *Illuricus* mutato *y* in *u*, quod ſolent Latini. Ejus verba ſunt; Hic quidem fungino genere eſt: capite ſe totum tegit: Illurica facies videtur hominis. h. e. vultus enormis, & ſpatioſus, qualis Illyriorum eſſe ſolet. *Id. Plaut. Men.* 2. 1. 10. eadem ratione *Illurios*, pro *Illyrios* dixit.

Illyrĭcus ſinus, *Golfo dello Drino*, ſinus maris Adriatici, in Illyrico. Olim hoc nomine appellatum eſt univerſum mare, quod eſt inter Italiam, & Illyricum uſque ad intima ſinus ejuſdem, quod deinde Liburnicus ſinus dici cœpit, poſtea ab Atrienſibus Thuſcis intima ſinus colentibus Adriaticum mare, tandem ſinus Venetus. Sed Adriaticum mare, quod poſt declinationem Imperii R. Dalmaticum appellatum eſt, ex parte Italiæ non extendebatur ultra montem Ariona, ſive Garganum, ex parte Illyrici ultra Epidamnum. Reliquum enim uſque ad fauces ſinus Jonium mare dicebatur.

Illyris, idis, f. eadem quæ Illyria. V. *Illyria*. ¶ Adjective *Sil. l.* 8. *v.* 292. Illyris ora perdomita.

Illyrĭus, a, um, adject. idem quod Illyricus. ¶ Illyrii, populi Illyrici. *Liv. l.* 10. *c.* 2. Illyrii Liburnique gentes feræ.

Ilva, æ, *Elba*, inſula in Thuſco mari, vini ferax. *Virg.* 10. *Æn. v.* 173. ¶ Ejus incolæ Ilyates ſunt. *Liv.*

Ilus, m. 2. ἴλος, filius, Trois Regis Trojanorum, frater Ganymedis, & Aſſaraci, pater Laomedontis. Urbem Ilium condidit. *Hom. l.* 12. *Iliad.* Sed *Virg.* 8. *Æn.* & *Strabo l.* 11. ſcripſere, Ilium a Dardano conditum, ab Ilo ampliatum fuiſſe. ¶ Hoc etiam nomine Aſcanius Æneæ filius, Regno Trojanorum florente, appellatus eſt. *Virg.* 1. *Æn. v.* 271.

I ANTE M.

Im, h. e. eum, ἀρχαϊκῶς, *Feſtus*. *Plaut. Truc.* 4. 4. 33. & *Lucret. l.* 3. *v.* 876. Non eſt tamen in Plauto & Lucret. conſtans lectio.

Imacharenſes, m. 3. pop. Siciliæ, quorum opp. Imachara, nunc *Traina*, in Valle Demonæ, & prope Simethum fl. longe ab Hycara in Or.

Imaginabundus, a, um, adject. qui imaginatur. *Apul. l.* 3. *A. A. circa princ.* Ipſum denique earnificem imaginabundus.

Imaginārius, a, um, adject. *finto*, *immaginario*, φανταστικός, qui verus non eſt, ſed ita concipitur ac ſi talis eſſet, *Liv. l.* 3. *c.* 41. Imaginarii faſcibus cedere. *Sueton. Claud.* c. 25. Imaginariæ militiæ genus.

Imaginārius, ii, m. pictor, qui imagines facit. *Inſcript. apud Reinef. claſſ.* 1. *n.* 2. Quidam putant Imaginarios fuiſſe ſigniferos, qui Imperatoris imaginem in caſtris ferebant.

Imaginatĭo, f. 3. *immaginazione*, *concetto*, יצר, Germ. *einbildung*, Gall. *imagination*, Hiſ. *imaginacion*, φαντασία, conceptus rei alicujus. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Imaginationes libidinum.

Imaginatus, a, um, *ritratto*, ἀπεικασμένος, ad alicujus imaginem factus. *Lact. l.* 5. *c.* 13. Sed terram digitis ſuis imaginatam metuant, & adorent.

Imaginĕus, a, um, adject. ad imaginem pertinens. *Sedul. l.* 1. Imagineæ vincunt incendia pœnæ. h. e. propter negatum imagini cultum inflictæ. loquitur enim de tribus pueris in fornace Babylonica.

Imaginĭfer, i, m. ſignifer, τροπαιοφόρος, *Inſcript. apud Grut. p.* 1107. *n.* 1. Aurelius Secundianus imaginifer Leg. SS.

Imagĭno, as, a. 1. *rappreſentare*, יצר, Ger. *in bildnuſſ geben*, *oder machen*, Gal. *rapreſenter*, Hiſp. *ſacar imagen*, εἰκονίζω, imagines facio, repræſento. *Gell. l.* 16. *c.* 18. Ut ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginat, aliorſum translatum facit imagines.

Imaginor, aris, d. 1. *immaginarſi*, דמה, Ger. *ihm eynbilden*, Gal. *s'imaginer*, Hiſp. *imaginarſe*, φαντάζομαι, eſt rei alicujus, quæ facta ſit, vel fieri poſſit, vel etiam quæ fieri non poſſit, ſimilitudinem mente concipere. *Plin. l.* 2. *ep.* 10. Imaginor, qui concurſus, quæ admiratio te maneat. *Plin. alter l.* 9. *c.* 35. Imaginari fercula triumphi. ¶ Item ſomniare, *ſognare*. *Suet. Cæſ. l.* 81. Calpurnia uxor imaginata eſt, collabi faſtigium domus. Adde *Plin. l.* 20. *c.* 13.

Imaginōſus, a, um, εἰκονώδης, in quo ſunt plures imagines, ut Speculum imaginoſum, in quo multæ imagines videntur; Morbus imaginoſus, quo turbata phantaſmata multa occurrunt. De eo eſt illud *Catulli carm.* 42. Non eſt ſana puella, ne rogate, qualis ſit, ſolet hæc imaginoſum. V. ibi Interpr.

Imāgo, nis, f. 3. *immagine*, *figura*, *ſimulacro*, *ſembianza*, דמיונה, Ger. *ein bildnuſſ*, Gal. *image*, Hiſp. *imagen*, εἰκών, ſimulacrum, ſpecies, exemplar, alicujus rei repræſentatio, ab *imitor*, quaſi *imitago*, quia imitatur, ac repræſentat ſuo modo id, quod exprimit, vel ab ἄγχω, quod ab ἄγω, *ſimilis ſum*. *Cic. in Or.* Demoſthenes quidem, cujus nuper inter imagines tuas, ac tuorum imaginem ex ære vidi. *Id. de Am.* Nemo unquam animo, aut ſpe majora ſuſcipiet, qui ſibi non illius memoriam, atque imaginem proponendam putet. ¶ Sæpe pro nobilitate

tate accipi solet. Nam apud Romanos qui majorum suorum habuerunt imagines, ii nobiles, qui suas tantum, ii novi, qui nec majorum, nec suas, illi demum ignobiles appellati sunt. *Cic. in Pison.* Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile nihil habes præter colorem. *Fumosas imagines* dixit propter antiquitatem. *Id. de L. Agr.* Sic, fiquid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur: idem, novus homo sum, nulla generis nobilitas me vobis commendabit. Imaginem porro sui ponere non temere omnibus licuit, sed iis tantum, qui Magistratus Curules gessissent. Has imagines primi Patritii posuerunt, quod iis primis Curules Magistratus patuerunt, unde jus imaginis fuit. Post autem, ubi plebs eosdem Curules Magistratus est nacta, tum & ipsa imagines ponere, easque relinquere cum nobilitate posteris suis cœpit. *Liv. l. 6. Ascon. in Comm. Orat. in toga candida.* Sed de Rom. imaginibus V. eruditos, & præcipue *Sigon.* ¶ Interpretes, & Lexicographi, qui putant imaginem pro vagina usurpari eo *Virg.* carmine *Æn. 7. v. 179.* Vitisator curvam servans sub imagine falcem: rem ridiculam afferunt. ¶ Interdum imagines dicuntur somnia & visa, *sogno, apparizione*, φάντασμα. *Virg. Æn. 1.* Quid natum toties crudelis tu quoque fallis ludis imaginibus? ¶ Echo etiam imago dicitur, quod vocis imago sit. *Varr. l. 2. R. R. c. 16.* de loco, quo ponenda alvearia sunt, loquens; Primum secundum illam potissimum, ubi non resonent imagines: hic enim sonus harum fuga existimatur esse. V. etiam *Horat. l. 1. od. 12. & 20.* ¶ Præterea imago est cogitatio, qua aliquid animo velut præsens proponitur. *Tacit. hist. l. 4. c. 58.* Horret animus tanti flagitii imagine. *Plin. l. 7. ep. 5.* Magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo. ¶ Denique Imago est Rhetorica figura, Ethopœiæ affinis, & Hypotypoſi. V. Rhetor.

Imagunc̆ŭla, f. 1. εἰκόνιον, parva imago, dim. ab imago. *Suston. Aug. c. 7.* Imaguncula ærea puerilis.

Imantopŏdes, um, ἱμαντόποδες, populi in Æthiopia ita dicti, quia loripedes sunt, h. e. flexis crurum nexibus ingrediuntur. *Plin. l. 3. c. 8. & Solin.* ¶ Sunt & aves quædam hoc nomine, quæ crura præalta habent. *Plin. l. 10. c. 47.*

Imāus, m. 2. Emaon, mons Scythiæ maximus, Tauri pars, qui ex Tauro decisus in Boream ad mare Glaciale usque porrigitur, Scythiam dividens in Citeriorem, & Ulteriorem, sive, ut Ptolemæus loquitur, in Scythiam intra Imaum, & Scythiam extra Imaum, idemque longe per Scythiam Ulteriorem usque ad mare Eoum in Or. extenditur, & illam ab India septentrionali separat.

Imbalnitĭes, ei, f. 5. sordes, squalor, illuvies, q. d. balnei, seu lotionis privatio. *Lucil. in Sat.* Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie.

Imbarbescere, barbatum fieri. *Fest.*

Imbecillis, & le, vel imbecillus, a, um, *debole, languido*, אמלל, Ger. *schwach*, Gal. *foible, imbecille*, Hisp. *debil, flaco*, ἀδυνατος, debilis, languidus, infirmus, a baculus, quia baculo innititur, qui infirmis est pedibus. *Cic. de Sen.* Quam fuit imbecillis P. Africani filius is, qui te adoptavit? *Id. 7. Fam.* Cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. ¶ Translate fumitur pro exiguo, vili, parvi animi. *Cic. de Div.* Omnis superstitio imbecillis animi, atque anilis est. *Id. de Am.* Imbecilla enim humana natura est ad contemnendam potentiam. ¶ Comp. imbecillior, sup. imbecillimus. *Cic. ad Q. Fr.* Marius & valetudine est, & natura imbecillior. *Senec. epist. 85.* Quantum sapienti damus, si imbecillimis fortior est? ¶ Reperitur & *imbecillissimus. Celf. l. 2. c. 18.* Imbecillissima materia. *Senec. de Benef. l. 4. c. 18.* Imbecillissimus, ac facillimus sanguis.

Imbecillĭtas, atis, f. 3. *debolezza*, תלושה, Ger. *schwacheit*, Gal. *imbecillite*, Hisp. *flaqueza*, ἀδυναμία, ἀσθένεια, debilitas, infirmitas. *Cic. in Bruto.* Sic ad virium imbecillitatem ditendi accommodabat genus. *Id. 5. Tusc.* Interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatemque extimescere. ¶ Translate ponitur pro vilitate, seu parvitate animi. *Cic. 1. Fam.* Ego tibi in hac præsertim imbecillitate Magistratuum præstare nihil possum.

Imbecillĭter, adv. *debolmente*, Ger. *schwechlich*, Gal. *foiblemente, lâchement*, Hisp. *flacamente, debilitadamente*, ἀδυνάτως, debiliter, remisse, languide. *Cic. 4. Acad. c. 17.* Hisque, quæ videntur, imbecillius assentiuntur.

Imbellĭa, æ, f. 1. ἀνανδρία, inertia, & belli imperitia. *Macrob. l. 2. Sat. c. 2.* Tunc Pœnus eludens ignaviam, imbelliamque militum. Eadem habet *Gellius l. 5. c. 5.*

Imbellis, & le, o. 3. *non atto alla guerra, timido*, חלש, Ger. *unkriegisch*, Gal. *lache*, Hisp. *flaco*, ἀπόλεμος, bello minime aptus, timidus, ignavus, infirmus. *Cic. 1. Off.* Nunquam periculi fuga committendum est, ut timidi, imbellesque videamur. *Hor. l. 1. Carm.* Imbelli cithara carmina divides, idest quæ bellis canendis apta non est. *Stat. 10. Theb. v. 874.* Carmen imbelle. hoc est quod nihil bellicum sonat. *Liv. l. 10.* Annum imbellem agere. hoc est sine bello.

Imber, bris, m. 3. *pioggia*, גשם, Germ. *ein platzregen*, Gal. *pluye*, Hisp. *lluvia*, ὄμβρος, agmen aquarum largius ex concretis effusum nubibus, ut *Apul. l.* de Mundo definit, a Græca voce, quæ allata est. *Cic. 6. Ver.* Erat hyems summa, tempestas pertrigida, imber maximus. ¶ Per translationem pro quovis humore accipitur. *Virg. 1. Æn.* Accipiunt inimicum imbrem. idest fluctus maris. *Ovid. 3. Amor. Eleg. 5.* Spargebat tepido flebilis Imbre sinus. idest effusione lacrymarum. ¶ Imo dicitur de rei alicujus multitudine, præsertim quæ ex Cœlo, vel alio loco alto cadit, ut Imber lactis, sanguinis, lapidum, telorum, &c. *Cic. 1. de Div.* Quid? cum sæpe lapidum, sanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber defluxit. *Virg. 12. Æn.* Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber. ¶ In abl. sing. definit tum in *e*, tum in *i*. *Virg. 4. Æn.* Et ventis pulsatus, & imbri. ¶ Imbrem cribro gerere, proverb. est de casso conatu, & irrito. *Plaut. Pseud. 1. 1. 100.* Non pluris refert, quam si imbrem in cribro geras.

Imberbis, & be, o. 3. *senza barba, sbarbato*, Ger. *der kein bart hat*, Gal. *sans barbe*, Hisp. *barbiponiente, sin barba*, ἀγένειος, ἀπόγων, quod non est barbatum. *Cic. 1. de nat. Deor.* Isto enim modo dicere licebit Jovem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.

Imberbus, a, um, adject. pro imberbis. *Lucil.* apud *Non. c. 8. n. 84.* Imberbi androgyni.

Imbĭbo, is, a. 3. *bevere, apprendere*, שתה, רוה, Germ. *in sich trincken*, Gal. *emboire*, Hisp. *embever, ἐμπίνω*, idem fere, quod bibo, vel bumorem attraho, & in me recipio. *Plin. l. 20. c. 14.* Imbibitur ad serpentium ictus decoctum. ¶ Translate est apprehendere. *Cic. 2. Verr.* Nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset. ¶ Significat etiam constituere, in animum inducere. *Lucret. l. 3. v. 1011.* Qui petere a populo fasces, sævasque secures Imbibit. *Cic. pro Quinct. c. 6.* Quod si facere nolit, atque imbiberit, ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere.

Imbĭto, is, n. 3. ineo, ingredior, ab antiquo *beto*, vel *betio*. *Plaut. Epid. a. 1. sc. 2. v. 42.* Meam domum ne imbitas.

Imbractĕo, as, a. 1. bractea obduco. *Ammian. l. 14 c. 15.* Statuas auro curant imbracteari. ¶ Hinc *imbracteatus, a, um. Id. l. 17. c. 8.* Imitamentum æreum auro imbracteatum.

Imbrasĭdes, æ, m. Imbrasi filius. *Virg. 10. Æn. v. 123. & 12. 343.*

Imbrăsus, m. 2. Imbrasus, fl. Sami inf. ex quo illa Imbrasia dicta est. *Plin. l. 5. c. 2.*

Imbrex, cis, m. p. gen. c. *embrice, coppo, tegola da coprir le case*, Germ. *ziegelrinne*, Gal. *tuile*, Hisp. *teja*, κέραμος, canalis, vel tegula cavata, & semirotunda, per quam imber defluit, ab *imber*, quia accipit, arcetque imbres. *Sisen. l. 3. Hist.* Dissipatis imbricum fragminibus. *Plin. l. 35. c. 12.* Primus personas tegularum (h. e. *simulacra*) extremis imbricibus imposuit. ¶ Differunt imbrices & tegulæ in hoc, quod imbrices in modum canalis factæ sunt, aut semitubuli, quas Itali *coppi* vocant. Tegula vero nomen generale est, & interdum pro imbrice usurpatur. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Translate, ob similitudinem, imbrices porci dicitur ejus vertebra sale condita, & cocta. *Martial. lib. 2. epigr. 37.* Mammam suminis, imbricemque porci. Alii interpretantur porci auriculam. ¶ Reperitur etiam in gen. f. *Plaut. Mil.* Meas contregisti imbrices, & tegulas.

Imbrialis, le, adject. ab imbre efformatum, ut imbrialis aqua, *acqua piovana. Cæl. Aurel. Tard. 5. c. 10.*

Imbricātim, adv. γεισσηδόν, imbricis modo. *Plin. l. 9. c. 34.* Jam distinctione virgulata, crinita, crispa cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Imbricātus, a, um, *che ha figura di embrice*, γεισσηδής, quod imbricibus tectum est, vel quod imbricis modo est incurvatum, imbricum figuram referens. *Plin. l. 11. c. 1.* Superne tantum imbricatis flexilibus vertebris. *Vitr. l. 2. c. 8.* Incerta vero cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata non speciosam, sed firmiorem, quam reticulata, præstant structuram. idest quæ imbricum in morem inter se ligata sunt, & composita.

Imbricĭtor, oris, m. imbres ciens. *Enn.* apud *Macrob. l. 6. Sat. c. 2.* Cum spiritus Austri imbricitor.

Imbricĭum, n. 2. idem ac imbrex. *Martial. l. 2. epigr. 33.* Imbricio poteras Sexte lavare pedes. Ita *Calepinus*: At omnes quos vidimus Codices habent: In rhytio poteras, Fœbe, lavare pedes. Itaque hanc vocem rejicies, donec certiora exempla repereris.

Imbrĭco, as, a. 1. ἀπεγωνίζω, imbricibus tego, in modum imbricis facio. *Sidon. lib. 2. ep. 2.* Tegulis interjacentibus imbricarentur.

Imbricus, a, um, *piovoso*, Ger. *regenecbtig*, Gall. *pluvieux*, Hisp. *lluvioso*, ὀμβροφόρος, pluviosus, imbres ferens, aut generans. *Plaut. Merc. 5. 2. 35.* Hic Favonius serenus est, hic Auster imbricus.

Imbrĭdus, a, um, adject. idem quod imbricus. *Solin. cap. 10. (al. 4.)* Cœlum imbridum.

Imbrĭfer, ra, rum, *che apporta pioggia*, ὀμβροφόρος, quod imbres, seu aquas fert. *Col. l. 5. c. 5.* Sed ubi aut uliginosa regio est, aut cœli sunt imbriferi. *Virg. Georg. 1. v. 313.* Ver imbriferum.

Imbrificātus, a, um, adject. ut imbrificatæ nubes, h. e. imbre gravidæ, apud *Martian. Capell. l. 6.*

Imbrĭfus, a, um, adject. ut Imbria terra, eadem ac Imbros. *Ovid. 1. Trist. el. 9. v. 18.* Venimus in portus, Imbria terra, tuos.

Imbros, Imbrus, f. 2. Imbria Terra, *Lembro, l'Embro*, inf. maris Ægæi, oræ Thraciæ adjacens, inter Lemnum 22. M. P. ad Occ. & Cherronesum Thraciæ 72. M. ad Or. circuitu 72. M. cum urbe eog. Pop. Imbrii, qui, sicut & Lemnii, in proverbio sunt de iis, qui judicium, vel aliam rem subterfugientes absentiam causantur, ut qui se in Imbrum, vel in Lemnum navigasse dicebant.

Imbubino. V. Bubino.

Imbulbĭto, as, a. 1. idem ac bulbito, idest stercore infantium inquino. *Lucil.* apud *Fest.* Hæc te imbubinat, & contra te imbulbitat ille.

Imbŭo, is, bui, butum, a. 3. *empire*, טבל, אבע, Germ. *notzen*, Gall. *abbreuver*, Hisp. *embever, binchir*, ἐμβρέχω, proprie est implere, & speciatim implere liquore. Est quinti ordinis activorum. *Horat. in Epist. 2. l. 1. ad fin.* Quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu. *Cic. pro Mil.* Via Appia latronis sanguine imbuta est. ¶ Ponitur item pro inficere, tingere. Nam etiam hac ratione res liquore implentur. *Col. l. 10.* Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit. *Virg. Eclog. 1. v. 7.* Illius aram sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. ¶ Transfertur ad multa alia, ut Imbuere præceptis, doctrina, opinionibus, &c. *Cic. Att.* Ut ejus animum tenerum his opinionibus imbuas. ¶ Et speciatim per translationem ponitur pro instruere, instituere, erudire. *Cic. 1. Off.* Plerumque autem parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem, moresque deducimur. *Tacit. 5. hist. c. 5.* Nec quicquam prius imbuuntur quam contemnere Deos. ¶ Usurpatur etiam sine ablativo. *Virg. 1. Ecl.* Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus, idest insperget, vel inficiet suo sanguine. *Cic. in Phil.* Nos a majoribus sic institui, atque imbui sumus.

Imbutamentum, i, n. doctrina, eruditio, instructio. *Fulgent. Mythol. l. 1. c. 1.* Variis dogmatum imbutamentis lasciva præstruens corda.

Imbūtum, vasis genus, quod sursum versus redit, inquit *Varr. l. 4. L. L.* Sed ibi *Scalig.* mendum agnoscit. V. *eund. in Conject. ad Varr.*

Imbūtus, a, um, adject. *alquanto addottrinato. Suston. de illust. Gramm.* Quasi non perfectum litteris, sed imbutum. ¶ Item tinctus, perfusus. *Horat. epod. 5. v. 65.* Munus tabo imbutum. *Cic. 14. Phil.* Imbuti sanguine gladii.

Imitabĭlis, le, o. 3. *che si può imitare*, Ger. *nachfolgig*, Gal. *imitable*, Hisp. *imitable*, μιμητός, quod quis potest imitari. *Cic. in Orat. c. 23.* Nam orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. *Plin. l. 37. c. 8.* Gemma imitabilior mendacio vitri.

Imitāmen, inis, n. 3. idem ac imitatio. *Ovid. 4. Fast. v. 211.* Prisceique imitamina facti.

Imitamentum, i, n. idem ac imitatio. *Gel. l. 7. c. 5.* Opplevit omnia non simulacris, nec imitamentis, sed luctu, atque lamentis veris, & spirantibus. Adde *Tacit. Ann. 14. c. 57.*

Imitandus, a, um, *da imitarsi*, quem imitari quis debet. *Plin. l. 7. epist. 20.* Tu mihi maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris.

Imitatĭo, onis, f. 3. *imitazione*, Ger. *nach folgung*, Gal. *imitation*, Hisp. *imitacion*, μίμησις, actus imitandi. *Cic. 14. Phil. c. 6.* Excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent. ¶ Imitatio, ut ad Rhetoricen spectat, sic definitur ad Auctore ad *Heren. l. 1.* Imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum similes in dicendo velimus esse. De imitatione *Cic.* scripsit *l. 2. de Or.* V. & *Quintil. l. 10. c. 2.*

Imitātor, oris, m. 3. *imitatore*, Ger. *nachfolger*, Gall. *imitateur*, Hisp. *imitador*, μιμητής, qui imitatur. *Cic. 3. Leg.* Nec enim tantum mali est, peccare Principes, quantum illud, quod permulti imitatores Principum existunt. *Id. 2. de Orat. c. 54.* Imitator, & narrator facetus.

Imitātrix, cis, f. 3. *imitatrice*, Ger. *nachfolgerin*, Gal. *imitatrice*, Hisp. *imitatriz*, quæ imitatur. *Cic. l. 1. de Leg. c. 17.* Imitatrix boni voluptas.

Imita-

Imitātus, a, um, partic. ab imitor. *Cic. de Univ.* Ille fabricator tanti operis utrum sit imitatus exemplar. ¶ Reperitur etiam in constructione passiva, quia veteres dicebant etiam *imito, as*, active, ut Nonius probat. *Cic. de Univ. c.* 3. Cum autem ingressa est imitata, & efficta simulacra, bene agi putat, si similitudinem veri consequatur.

Imĭto, as, pro Imitor, aris, dixisse Veteres, testatur *Nonius c. 7. n. 46.* V. *Imitatus, a, um.*

Imĭtor, aris, atus sum, d. 1. *imitare*, הלך אחר, Ger. *nachfolgen*, Gall. *imiter*, Hisp. *imitar*, μιμέομαι, aliorum exempla sequor, a verbo Græco allato, quasi mimitor, omissa initiali litera. *Cic. de Cl. Or.* Quem Cotta cum verbis, tum sono ipso subrustico imitabatur. ¶ Imitari chirographum alterius, est adulterare. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c.* 30. Chirographum Sex primorum imitatus est. ¶ Imitari etiam ponitur pro simulare. *Tac. l.* 1. Quanquam mœstitiam imitarentur, contumaciæ propiores.

Imĭtus, adv. profunditus, ex profundo, ab imus. *Gell. l. 17. c.* 10. Atque ille Græcos quidem fontes imitus ignes eructare. *Apul. l. 9. Met.* Terra dehiscente imitus.

Immaculabĭlis, le, adject. qui maculari non potest. *Auson. in gratiar. act. ad Gratian. Imp.* Mente pura, immaculabili conscientia, cogitatione sincera.

Immaculātus, a, um, adject. *immacolato*, non maculatus, non pollutus. *Lucan. l. 2. ad fin.* Abscondat Fortuna nefas, Romanaque tellus immaculata sui fervetur sanguine Magni.

Immacŭlo, as, a. 1. idem quod maculo, inquino, polluo. *Jul. Firmic. l. 4. c.* 16. Nullus invidiæ livor immaculet.

Immadesco, is, ui, n. 3. *essere umido*, ἐμβρίχομαι, madidus fum. *Plin. l. 17. c.* 5. Et cum a siccitate continua immaduerit imbre. *Ovid. 6. Metam. v.* 396. Fertilis immaduit terra. ¶ Potest etiam esse *Immadco, es*, n. 2. nam præteritum utrique commune est.

Immāne, adv. immaniter. *Sallust. fragm. l. 2. hist.* Immane quantum animi exarsere. *Horat. l. 1. od.* 27. Immane quantum discrepat. Nisi forte velis hic non adverb. esse, sed neutr. ex adject. græco more, ut *Triste lupus stabulis*. Quod magis accedit ad Grammaticorum placita.

Immānis, & ne, o. 3. *crudele, fiero*, אכזר, Ger. *grausam*, Gal. *cruel, démesuré*, Hisp. *cruel, inhumano*, ἄγριος, ἀπάνθρωπος, ferus, crudelis, ab antiquo *manus*, vel *manius*, vel *manis*, vel *manuis*, bonus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Quod si te fors Atris, aut Hispanis, aut Gallis præteciisset, immanibus, ac barbaris nationibus. ¶ Ponitur etiam pro horrendo, aspero. *Virg.* 1. *Æn.* Tenet ille immania saxa. ¶ Item pro fœdo. *Accius* apud *Non. c. 4. n.* 236. Immane te habet templum obvallatum ossibus. ¶ Item pro ingenti, immenso. *Cic.* 2. *Phil.* Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset. *Id. Attic. l.* 2. Qui immanes pecunias paucis dederunt. ¶ Comp. immanior, sup. immanissimus. *Cic. pro Rosc. Am.* Ne bestiis quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur. *Plin. Paneg. c.* 48. Bellua immanissima.

Immanĭtas, tis, f. 3. *crudeltà*, אכזריות, Ger. *grausamkeit*, Gal. *cruauté*, Hisp. *crueldad*, ἀγριότης, ἀπάνθρωπια, sævitia, feritas, diritas, crudelitas. *Cic. 1. de nat. Deor.* Equidem arbitror, nullas esse gentes sic immanitate efferatas. ¶ Ponitur etiam pro magnitudine. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Ut immanitate pretii antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores.

Immaniter, adverb. valde, vehementer, *assai*, σφόδρα. *Gell. l.* 1. *c.* 26. Immaniter clamare. ¶ Item crudeliter. *Aimian. l.* 18. *c.* 17. Immanius efferescunt.

Immansuētus, a, um, *non mansueto, barbaro*, קשה, פרא, Ger. *unmild*, Gal. *farouche, intraitable*, Hisp. *indomito, atroz*, ἀπανθρωπος, indomitus, barbarus. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 8. Ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ &c. *Senec. de Consol. ad Helv. c.* 6. Quid immansuetius? *Ovid. Heroid. epist.* 18. *v.* 37. At tu de rapidis immansuetissime ventis.

Immarcescibĭlis, le, adject. incorruptibilis. *Paulin. Nolan.* 4. *Natal. Felicis ad fin.* Immarcescibilis redimivit honore coronæ.

Immarcesco, is, n. 3. *marcirsi*, μαραίνομαι, corrumpor, putresco. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 7. *ad fin.* Nempe immarcescunt epulæ sine fine petitæ. Ita Lexicographi plerique: sed ibi legendum *inamarescunt*.

Immātūre, adverb. *avanti il tempo*, ἄωρως. *Senec. Suasor.* 1. Numquid immature ab Oceano. *Col. l.* 11. *c.* 2. Neque præfestinatum opus nimium immature videri possit. *Auson. epist.* 22. Immaturius periclitatur expelli.

Immaturĭtas, atis, f. 3. *immaturità*, Ger. *unzeitigung*, Gal. *avancement, avant la saison, indeue, meurete*, Hisp. *adelantada madureca*, ἀωρία, acerbitas, cruditas. Translate accipitur pro anticipatione, celeritate. *Cic. pro Quint. c.* 26. Quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat?

Immatūrus, a, um, *non maturo, acerbo*, Germ. *unzeitig*, Gal. *qui n'est pas meur*, Hisp. *no maduro*, ἄωρος, non maturus, acerbus, & proprie de fructibus, & frugibus dicitur, cum ante tempus colliguntur. *Pl. l.* 12. *c.* 13. Quo apparet aut aliud esse, aut colligi immaturum. ¶ Translate dicitur de eo, quod est intempestivum, ut mors immatura, qua quis ante constitutum vitæ tempus, & confectam ætatem moritur. *Cic.* 2. *Phil. c. ult.* Etenim si ab hinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse Consulari. *Horat. l.* 2. *sat.* 8. Filius immaturus obit. *Liv. l.* 22. Immaturum consilium.

Immediāte. V. Immeditate.

Immedicabĭlis, le, o. 3. *incurabile*, ἀνίατος, ἀθεράπευτος, quod medicaminibus non potest sanari. *Ovid.* 2. *Met. v.* 825. Utque malum late solet immedicabile cancer serpere.

Immedicātus, a, um, adject. non medicatus, ut immedicatum os, *Apul. Apol.*

Immeditāte, adverb. sine meditatione, *inconsideratamente, senza premeditare*, ἀπερισκέπτως, ἀβρόντιστως. *Gell. l.* 20. *c. ult.* quod in aliquibus edit. principio operis præfigitur, cum sit ejus præfatio. Nos, ut captus noster est, incuriose, & immeditate, ac prope etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum Atticas Noctes inscripsimus. Quidam minus recte leg. *immediate*, quæ vox barbara est.

Immeditātus, a, um, adject. pass. signif. non meditatus, *non pensato*, ἀμελέτητος. *Apul. l.* 2. *Milesf. sub init.* Immeditatus incessus. h. e. non affectatus ad mollitiem. *Id. l.* 3. *Florid.* Animalium immeditati sonores. Quod autem ex *Cic.* 2. *Offic. c.* 13. affert *Passerat.* præterquamquod non satis ad rem facit, aliam etiam lectionem habet in emendatis Codicib.

Immejo, is, a. 3. intus mejo. *Pers. Sat. 6. v.* 73. Patritiæ immejat vulvæ.

Immĕmor, ris, o. 3. *scordevole*, שכח, Ger. *vneingedenck*, Gal. *qui ne se souvient, qui ne retient pas dans su memoire*, Hisp. *el que se olvida, y no se acuerda*, ἀμνήμων, quod non meminit. *Cic. in Bruto.* Magna hæc immemoris ingenii signa. ¶ Reperitur etiam passive. *Ter. Andr.* 1. 1. 17. Isthæc commemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficii. Ubi Donatus: immemoris beneficii, cujus nemo meminerit. ¶ Dicitur etiam immemor, qui oblivionem inducit. *Silius l.* 16. Aquæ sub nomine Lethes, Quæ fluit immemori perstringens gurgite ripas.

Immemorabĭlis, le, *immemorabile*, Ger. *das man nit eingedenck seyn sol*, Gall. *immemorable*, Hisp. *imemorable*, δύσφατος, cujus nulla debet esse memoria, quod commemorari non debet, aut potest. *Plaut. Capt. v.* 192. Neque spurcidi insunt versus immemorabiles, *Lucr. l.* 4. *Prol. v.* 56. Spatium immemorabile, idest, maximum, quod describi non potest. ¶ Reperitur etiam active. *Plaut. Cist.* 2. 2. 3. Anus sibi moderatrix, atque immemorabilis. h. e. quæ recordari non vult, aut se non meminisse simulat. V. *Taubman.*

Immemoratus, a, um, adject. ἀμνημόνευτος, non memoratus. *Horat. l.* 1. *ep.* 19. *v.* 33. Juvat immemorata ferentem Ingeniis, oculisque legi, manibusque teneri. h. e. nova non prius audita. *Auson. Parental. epigr.* 20. Immemoratus eris.

Immemorĭa, æ, f. memoriæ infirmitas, oblivio. Hanc vocem *Pareus in Lex. Crit.* exstare putat in *Pandect. leg.* 44. *Dig. de aquir. & amitt. possess.* ubi *Papin. JCtus* ita inquit: Peregre profecturus pecuniam in terrani custodiæ causa condiderat: cum reversus locum thesauri immemoria non repeteret, &c. Vulgo legitur *in memoria*.

Immemŏris, e, idem quod immemor. *Cæcil.* apud *Priscian. l.* 6. Ita ne immemoris?

Immensĭtas, tis, f. 3. *immensità*, Ger. *vnermessigkeit*, Gal. *immensité*, Hisp. *immensidad*, ἀμετρία, infinitas. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. *c.* 20. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. *Id. ibid. l.* 2. *c.* 39. Immensitates camporum.

Immensus, a, um, *smisurato, grande*, Germ. *vberschwencklich*, Gal. *immense*, His. *immenso*, ἀμέτρητος, quod mensurari præ magnitudine non potest, infinitum, valde magnum. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Si immensam, & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. *Id. de Div.* Observata sunt hæc in tempore immenso, hoc est, infinito, vix mensurabili. *Spartian. Adrian. cap.* 19. Immensissimæ voluptates. ¶ *Per immensum* absolute, subaudito *spatium*, *Tacit. Ann.* 15. *c.* 40. & *in Agric. c.* 23. ¶ *Immensum attolli*, adver. *Id. Ann.* 4. *c.* 40.

Immĕo, as, n. 1. *entrare*, idem ac meo. *Plin. l.* 8. *c.* 25. Itaque & delphini immeantes Nilo.

Immĕrens, tis, adject. o. 3. *innocente*, qui nihil commeruit, ἀναίτιος, ἄκακος. *Sueton. Vesp. c.* 10. Multum conquestus, eripi sibi vitam immerenti. *Nepos* 10. *c.* 10. Immerentes, ut sceleratos occidunt. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 12. *n.* 8. Interdum immerentia quædam supremi fati titulum occupant.

Immerenter, adv. *immeritevolmente*, חנם, Germ. *vnschuldiglich*, Gal. *a sort*, Hisp. *no mereciendolo, a tuertas*, ἀναξίως, præter meritum. *Val. Max. l.* 6. *c.* 2. Quæ a Philippo Rege temulento immerenter damnata.

Immergo, is, si, sum, a. 3. *immergere*, טבע, Ger. *eintunecken*, Gal. *plonger*, His. *cabullir*, ἐμβάπτω, intus mergo, in profundum obruo. *Virg.* 3. *Æn.* Vastoque immergite ponto. ¶ Translate ponitur pro se penitus insinuare, introducere, inferre. *Cic. pro Cluent.* Is se blanditiis in illius consuetudinem penitus immersit. *Liv. l.* 23. *c.* 18. Immergere se in voluptates. *Plaut. Men.* 5. 1. 3. Immersit aliquo se se, credo, in ganeum. ¶ *Immergeri* pro *immergi* tanquam ab *immergeo* habet *Colum. l.* 5. *c.* 9.

Immerĭto, adverb. immerenter. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 11. Me abs te immerito esse accusatam. *Senec. epist.* 11. Nec immerito, *e con ragione*. ¶ Superlat. *immeritissimo*. V. Immeritus.

Immerĭtum, i, n. substant. meriti privatio. *Plaut. Asin.* 3. 3. 18. Cur tu immerito meo me morti dedere optas?

Immerĭtus, a, um, *che non ha meritato*, ἀνάξιος, qui nihil meruit, idem quod immerens. *Virg.* 3. *Æn.* Postquam res Asiæ, Priamique evertere gentem immeritam visum Superis. *Terent. Phorm.* 2. 1. 59. Jamdudum te omnes nos accusare audio immerito, & me horum omnium immeritissimum. Melius tamen legitur *immeritissimo*, quod est superlat. adverbium.

Immersābĭlis, le, *insommergibile*, ἀβάπτιστος, qui mergi non potest, & translate fortis, firmus, qui adversis rebus non opprimitur. *Hor.* 1. *Epist. de Ulysse.* Aspera multa pertulit adversis rerum immersabilis undis.

Immersĭo, onis, f. actus immergendi, *immersione*. *Arnob. l.* 2. *c.* 47. Oleum respuit immersionem in se pati.

Immersus, a, um, *immerso*. *Cic. de Univers.* Immersus in flumen.

Immetātus, a, um, adject. *non misurato*. *Horat. l.* 3. *od.* 24. *v.* 12. Immetata quibus jugera liberas Fruges, & Cererem ferunt.

Immĭgro, n. 1. idem ac migro, idest, in locum aliquem habitandi gratia me confero. *Cic.* 13. *Phil. c.* 17. Nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrabit.

Immĭnens, tis, nom. ex particip. *imminente*. *Cic. pro Dom. c.* 6. Homo ad cædem imminens. *Id. Ver.* 2. *c.* 54. Avaritia semper hiante, atque imminenti fuit. V. *Immineo*.

Imminentĭa, æ, f. *il sopraſtare, o esser imminente*. *Gell. l.* 9. *c.* 12. *ex Nigidio*. Ab instantia, atque imminentia fraudis.

Imminĕo, es, n. 2. *sopraſtare*, קרב, Ger. *nahe seyn*, Gal. *pencher dessus, être pres de tomber dessus*, Hisp. *sobreſtar, amenacar*, ἐνίσταμαι, insto, impendeo. Usurpatur vel absolute. *Cic.* 1. *Tusc.* Mors propter incertos casus quotidie imminet. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro Corn. Balbo.* Cum prapotens Carthago huic Imperio immineret. ¶ Vel cum accus. & præpos. *in*, vel *ad*. *Cic. in Verr.* Iste infestus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. *Id. pro Domo.* Homo ad cædem imminens. ¶ Conjungitur etiam cum abl. communi, & præp. *a*, vel *ab*, vel *e*, vel *ex*, vel *de*. *Liv. l.* 1. Bellum ab Tarquiniis imminere. ¶ Translate ponitur pro cupere, inhiare. *Cic. in Tusc.* Templis Deorum immortalium imminet hominum egentium, & perditorum spes. *Id. pro Domo.* Imminere jam cupiditate videntur in Tribunitiam potestatem. *Senec. epist.* 2. Imminere alieno. ¶ Imminere exitio alterius, est vigilare, & insidiari ad inferendum alteri exitium. *Ovid.* 1. *Met.* Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.

Imminŭo, is, ui, utum, idem ac minuo, *sminuire*, ἀλαττόω. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 18. Metellus imminuit auctoritatem suam. *Sallust. in Jug. c.* 48. Æstivorum tempus comitiorum mora imminuerat. *b. e.* brevius fecerat. ¶ *Imminuere* pudicitiam est violare. *Plaut. Cist.* 1. 1. 90. & *Apul. l.* 2. *Florid.*

Imminutĭo, f. 3. *diminuzione*, ἐλάττωσις, diminutio, actus imminuendi. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. Quam ut sumptus egentissimarum civitatum imminuerem sine ulla imminutione dignitatis tuæ. ¶ Speciatim sumitur pro defloratione. *Auson. in cant. nuptiali.*

Imminūtus, a, um, adject. integer, non minutus. *Julian. JCtus l.* 6. *Dig. de divort. & repud.* Bona gratia dissolutum videatur pristinum matrimonium, & unusquisque suum jus habeat imminutum.

Immiscĕo, es, a. 2. idem ac misceo. *Liv. l.* 5. Quod Fidenati bello se jam antea immiscuerant. *Id. l.* 21. *c.* 32. Immiscere se aliorum colloquiis.

Immiserabĭlis, le, *di cui niuno ha misericordia*, qui nullius misericordia sublevatur. *Hor.* 3. *Carm. od.* 5. Si non periret immiserabilis captiva pubes.

Immisericordĭa, æ. *Liv. l.* 37. *c.* 1. Plus ira, quam immisericordia in causa eorum valebat. Al. leg. *misericordiæ*. Adde *Tertull. de Spectac. c.* 16.

Immisericorditer, adv. *senza misericordia*, ἀνελεημόνως, absque misericordia. *Ter. Adel.* 4. 5. 28. Factum a vobis duriter, immisericorditerque.

Immi-

Immiſericors, dis, o. 3. *non miſericordioſo*, ἀνελεήμων, immitis, ſine miſericordia. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 36. Ipſum immiſericordem, ſuperbum fuiſſe.

Immiſĕror, aris, depon. 1. *Plaut.* apud *Non. c.* 2. *n.* 541. Boni immiſerantur, irrident mali. *Al. aliter leg.*

Immiſſarium. V. Emiſſarium.

Immiſſilis. V. Immiſſulus.

Immiſſĭo, onis, *f. ἔφεσις*, actus immittendi. *Cic. de Sen.* Sarmentorumque ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immiſſio. V. *Immitto.*

Immiſſŭlus, vel Immiſſilis, i, m. avis eſt ex aquilarum, ſeu vulturum genere, ſic dicta, quod ſubito, & inexpectata ſe immittit. *Feſt. V. Plin. l.* 10. *c.* 7. Alii leg. *Immiſtulus*, *Immiſculus*, *Immuſſulus*, &c.

Immiſſus, a, um, ἐμβεβλημένος, partic. ab immitto. *Cic. de nat. Deor.* Is non immiſſum a Deo dolorem, ſed conceptum a ſeipſo continebat. ¶ Immiſſum differt a projecto, ut *Jabotenus de verborum ſignificatione* inquit, quia projectum dicitur, quod ita provehitur, & extenditur ex aliquo ædificio, ut nuſquam quieſcat, qualia ſunt mœniana, & ſuggrundia: inumiſſum vero, quod ex noſtro ædificio protenſum in alieno recumbit, ut ſunt tigna, & trabes, quæ ex noſtro pariete in parietem vicini immittuntur. ¶ Immiſſa barba, eſt prolixa, prominens. *Virg.* 3. *Æn.* Reſpicio, dira illuvies, immiſſaque barba.

Immiſſus, us, m. actus immittendi, injectio. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 18. Sol cuncta luſtrat lucis immiſſu.

Immiſtim, vel Immixtim, adverb. immiſcendo. *Plaut. Aulul.* 1. 3. 12. Mœrorem metuo ne immixtim bibam. Alii aliter leg.

Immiſtus, vel Immixtus, a, um, adject. miſcendo ingeſtus, *meſcolato*, *frammiſchiato*. *Liv. l.* 3. *c.* 50. Immiſti turbæ militum togati. ¶ Item non mixtus. *Auſon. epigr.* 20. *v.* 12. Potare immixtum ſueta, merumque merum.

Immitis, te, o. 3. *acerbo*, σκυθρὸς, acerbus, immaturus. *Plin. l.* 15. Immitia adhuc, & cruda poma. ¶ Translate uſurpatur pro crudeli, aſpero, *crudele*, *ſenza miſericordia*, ἀνελεήμων, ἀτλώς. *Virg.* 1. *Æn.* Troas reliquias Danaum, atque immitis Achillis. *Cic. Att.* Pompejo immitior eram, quam ipſi Cæſari. *Plin. l.* 10. *c.* 74. Serpentes, immitiſſimum animalium genus. ¶ Tribuitur & aliis. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 17. Immite & turbidum cœlum. *Senec. Octav. v.* 53. Immitis dolor.

Immitto, tis, iſi, iſſum, a. 3. *mandar dentro*, *introdurre*, ἐμβάλλω, mitto in aliquem locum, introduco, conjicio. *Cic. pro Domo.* In alteram caveam ſervos immiſiſti. ¶ Item infero, immiſceo. *Cic. pro Font.* Immiſit ſe armatum in hoſtium manus, ac multitudinem. *Ovid. 6. Met.* Illic & lentum filis immittitur aurum. *Liv. l.* 23. Immittere ſe in voluptates. ¶ Sæpe ponitur pro ſimplici mitto. *Cic.* 6. *Verr.* Eo ne tu ſervos ad ſpoliandum fanum immittere auſus es? ¶ Eſt etiam mittere contra aliquem. *Cic.* 3. *Tuſc.* His autem perturbationibus, quas in vitam hominum ſtultitia quaſi quaſdam furias immittit, atque incitat. ¶ Item ſubornare. *Salluſt. in Catil.* Alii Tarquinium a Cicerone immiſſum dicebant. ¶ Item librare, jaculari. *Cic. pro Domo.* Quæ tela ex illius actionibus in meum corpus immiſſa ſunt. ¶ Immittere aliquid in aures, h.e. admittere, auſcultare. *Plaut. Epid.* 3. 1. 14. ¶ Immittere rudentes, eſt extendere, & parare ad navigandum. *Plin. in epiſt.* ¶ Immittere vitem ad uvas pariendas, h. e. ejus ſarmenta ad fructus ferendos relinquere, *laſciar creſcere*, &c. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 31. ¶ Immittere apud JCtos eſt tigna vel trabes ædificii eo extendere, ubi requieſcant, ſive in pariete communi, ſive in proprio. *l. Malum de P. S.* V. Immiſſus.

Immixtus. V. Immiſtus.

Immo. V. Imo.

Immobĭlis, le, o. 3. *immobile*, ἀκίνητος, quod moveri non poteſt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Aures homini tantum immobiles. *Ovid.* 13. *Met. v.* 802. Scopulis immobilior.

Immobĭlĭtas, atis, f. *immobilità*. *Apulej. in Trifmeg.* Eadem immobilitate ſtabilitatis. *Lactant. l.* 6. *c.* 17. Qui immobilitatem animi aſſerunt. Adde *Arnob. l.* 1.

Immoderantĭa, æ, f. *intemperanza*, immoderatio. *Tertull. de Baptiſmo ad fin.* Plenitudo & immoderantia ventris.

Immoderāte, adv. *ſmoderatamente*, ἀμέτρως, immodice, extra modum. *Cic.* 2. *Tuſc.* An temperantia ſinet, te immoderate facere quicquam? *Id. Fam.* 5. *ep.* 16. Ferre immoderatius caſum incommodorum ſuorum. *Spartian. in Sever. c.* 20. Immoderatiſſime lætari.

Immoderatĭo, f. 3. *intemperanza*, ἀμετρία, exceſſus in re aliqua. *Cic. pro Sylla*, *c.* 10. Interdum efferatur immoderatione verborum.

Immoderātus, a, um, o. 1. 2. *ſmoderato*, ἄμετρος, intemperans, vel nimius in re aliqua. *Cic. Att. l.* 13. Non vides, ipſum illum Ariſtotelis diſcipulum ſummo ingenio, ſumma modeſtia, poſteaquam Rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immoderatum fuiſſe? ¶ Dicitur etiam de rebus animæ expertibus. *Cic. pro Roſc. Am.* Sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempeſtatibus hominibus nocuit. *Gell. l.* 19. *c.* 12. Motus animi immoderatiores. *Sueton. Ner. c.* 51. Immoderatiſſima luxuria. ¶ Item immenſus, vaſtus. *Cic. l.* 2. *N. D. c.* 25. Vide ſublime ſuſum immoderatum æthera.

Immodeſte, adv. *immodeſtamente*, ἀτάκτως, ἀκόσμως, immoderate, ſupra modum, ſine modeſtia. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 25. Cur ego apud te mentiar? amo immodeſte. *Liv. l.* 22. *c.* 27. Inimodice, immodeſteque gloriari.

Immodeſtĭa, æ, f. 1. *immodeſtia*, ἀκοσμία, ἀμετρία, intemperantia, immoderatio. *Plaut. Merc.* Sed amori accedunt etiam ultra hæc, quæ diximus, incogitantia, excors immodeſtia, petulantia, cupiditas.

Immodeſtus, a, um, o. 1. 2. *immodeſto*, ἄμετρος, ἀδιάλυτος, ἄκοσμος, immoderatus, non temperatus. *Cic.* 1. *Offic.* Ipſumque genus jocandi non profuſum, nec immodeſtum, ſed ingenuum, & facetum eſſe debet. *Ter. Heaut.* 3. 3. Heri in vino quam immodeſtus fuiſti.

Immodĭce, adv. *ſmiſuratamente*, ὑπερμέτρως, nimis immoderate. *Cic.* 4. *Tuſc.* Quid, ſi, cum id ferret immodice, mors liberorum acceſſiſſet.

Immodĭcus, a, um, *fuor di miſura*, *ſmiſurato*, ὑπέρμετρος, nimius. *Col. l.* 1. *c.* 5. Quod agri modum immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet. *Sueton. Domit. c.* 12. Verbis & rebus immodicus. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 53. Immodicus animi.

Immodulātus, a, um, non modulatus, inconditus, aſper. *Hor. in Arte. v.* 263. Non quivis videt immodulata poemata judex.

Immoenis. V. Immunis.

Immolatĭo, f. 3. *ſacrificio*, θυσία, ſacrificatio. *Cic.* 1. *de Div.* Hoc genus immolationis maxime ab antiquis probatur.

Immolatitius, a, um, qui immolatus eſt, ut immolatitia caro, *Auguſtin. epiſt.* 154. *a med.*

Immolātor, oris, m. *chi ſacrifica*, qui immolat, & ſacrificat. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 15. Ut ſe exta ad immolatoris fortunam accommodent.

Immolātus, a, um, adject. *immolato*, *ſacrificato*. *Horat. l.* 4. *od.* 11. Ara avet immolato ſpargier agno.

Immolītus, a, um, adject. ædificatus, conſtructus. *Liv. l.* 39. *c.* 44. Quæ in loca publica inædificata, immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti ſunt. ¶ Differunt autem *inædificata*, & *immolita*. Ea enim loca inædificata dicuntur, in quibus ædes extructæ ſunt, immolita vero, in quibus aliud quodcumque opus conſtructum eſt.

Immŏlo, as, a. 1. *ſacrificare*, θύω, ſacrifico, a mola, ideſt farre toſto, & molito, quod ſale ſparſum eſſet, quod Latini far toſtum, molitum, & ſalſum hoſtiæ imponerent, Græci nordeum, & fruges non tritas, molitaſque, ſed integras ſali admixtas inſpergerent. *Cic. pro Font.* Quis ignorat, eos uſque ad hanc diem retinere illam immanem, ac barbaram conſuetudinem hominum immolandorum? *Id. de Div.* Ne quis Dianæ vitulum immolaret. *Virg.* 12. *Æn.* Pallas te hoc vulnere, Pallas immolat. ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Cic.* 2. *de Div.* Cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur?

Immŏror, eris, tuus ſum, d. 3. ἐπιθνήσκω, in re aliqua morior. *Ovid.* 3. *de Ponto.* Fortiter Euxinis immoriemur aquis. *Val. Flac. l.* 6. *Arg.* Immoritur haſtæ. ¶ *Immori ſtudio alicujus rei*, hyperbolica locutio, eſt in eam tam pertinaciter incumbere, ut ſola morte quis videatur ab ea poſſe divelli. *Hor. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 85. Immoritur ſtudiis, & amore ſenescit habendi.

Immŏror, aris, d. 1. *dimorare*, *fermarſi*, ἐμμένω, moram traho in aliqua re. *Col. l.* 8. *c.* 5. Ut ſaturæ ſtudioſius nidis immorentur. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 8. Immorari honeſtis cogitationibus. Adde *Quintil. l.* 2. *c.* 16.

Immorſus, us, ui, m. idem ac morſus, tamquam ab immordeo, legit. *Heinſ in Vellej. l.* 2. *c.* 87. ubi vulgo leg. *Morſu aſpidis.*

Immorſus, a, um, *morſicato*. *Stat.* 2. *Thebaid. v.* 628. donec tranſmiſſa morte per artus Labitur, immorſaque cadens obmutuit haſta.

Immortālis, le, o. 3. *immortale*, *eterno*, Ger. *unſterblich*, Gal. *immortel*, Hiſp. *immortal*, ἀθάνατος, ſempiternus, qui perpetuo vivit nunquam moriturus. *Cic. de Sen.* Quod quidem niſi ita ſe haberet, ut animi immortales eſſent. *Id. lib.* 10. *Fam. ep.* 13. Immortales gratias agere. ¶ Immortale, adverb. more, ut flos immortale virens, *Valer. Flacc. l.* 7. *v.* 362.

Immortalĭtas, atis, f. 3. *immortalità*, עד, Ger. *unſterblichkeit*, Gal. *immortalite*, Hiſp. *immortalidad*, ἀθανασία, ſempiterna vita. *Cic. de Am.* Niſi enim immortalitatem optare vellet, quid non eſt adeptus, quod hominis fas eſſet optare? *Id. de Orat. l.* 3. *c.* 16. Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit. *Id. l.* 3. *nat. Deor. c.* 18. Ne virtutibus hominum iſti honores habeantur, non immortalitatibus.

Immortalĭter, adverb. *eternamente*, לעולם, Ger. *ewiglich*, Gal. *immortellement*, Hiſ. *immortalmente*, ἀθανάτως, perpetuo. *Cic. ad Q. Fr.* Quod ſcribis, te a Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immortalĭtus, adverb. ea forma, qua *divinitus*. *Turpil.* apud *Non. c.* 11. *n.* 43. Immortalitus ſe ſe obtulit mihi hæc facultas. *h. e.* quaſi Deorum immortalium beneficio.

Immortŭus, a, um, mortuus in aliqua re. *Plin. l.* 29. *c.* 4. Nam cum immortuus eſt in vino. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 14. Immortuæ reliquiæ conjurationis.

Immōtus, a, um, *immobile*, Ger. *unbewegt*, Gal. *immobile*, Hiſp. *imovibiie*, *fixo*, ἀκίνητος, quod non movetur, particip. a moveo. *Virg.* 4. *Æn.* Mens immota manet. *Ibid.* Fixum, immotumque animo. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 86. immotum diem dixit, quo venti nulli ſpirant.

Immugĭo, is, n. 4. idem quod mugio. *Virg.* 3. *Æn. v.* 674. Curviſque immugit Ætna cavernis.

Immulgĕo, es, ulſi, ctum, a. 2. *molgere*, ἐναμέλγω, lac ex uberibus in rem aliquam exprimo. *Plin. l.* 11. *c.* 39. Ubera eas infantium labris immulgere.

Immundabĭlis, le, adject. qui emundari non poteſt. *Tertull. de pudic. c.* 20. Immundabile vitium.

Immunde, *fordidamente*, ſpurce. *Jul. Obſeq. de prodig. c.* 115. Junonem profugientem, quod immunde ſua templa fœdarentur.

Immunditĭa, æ, f. *immondezza*, impuritas. *Cato R. R. c.* 2. Ex piſcina immunditias efferri, munditias fieri. *Colum. l.* 12. *c.* 3. Valetudinaria immunditiis liberare. *Frontin. l.* 2. *de Aquæd.* Immunditiarum facies, & impurior ſpiritus, &c.

Immundus, a, um, o. 1. 2. *immondo*, *lordo*, טמא, Germ. *unſtuber*, Gal. *ſale*, *ord*, Hiſp. *immundo*, *ſunio*, ἀκάθαρτος, impurus. *Virg.* 3. *Æn.* Contactuque omnia fœdant immundo. *Catull. Carm.* 94. Nil immundius hoc, nihiloque immundius illud. *Plin. l.* 10. *epiſt.* 99. Immundiſſima aſpectu cloaca.

Immunifĭcus, a, um, *non liberale*, *avaro*, ἀνελεύθερος, illiberalis, avarus, ſordidus, tenax. *Plaut. Trin.* 2. 2. 69. Civi immunifico, ſcis, quid cantari ſolet? Quod habes, ne habeas.

Immunĭo, is, ivi, itum, a. 4. idem quod munio, vel intus munio. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 19. Præſidium immunivit. Ita pleræque optimæ edit. cum MSS. Alii leg. *inde munivit*. *Lipſ.* noſtram lectionem retinet: ſuſpicatur tamen ſcriptum fuiſſe *endomunivit*.

Immūnis, ne, o. 3. *libero*, *immune*, ἀτρύγμων, vacans munere, qui nullo fungitur officio, otioſus, a *munus*. *Virg.* 4. *Æn.* Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus. *Horat. l.* 4. *od.* 12. Non ego te meis immunem meditor tingere poculis, ἀσύμβολον, *ſenza che tu porti la tua parte*. *Cic. de Am.* Non eſt inhumana virtus, neque immunis, neque ſuperba, quæ etiam populos univerſos tueri, eiſque optime conſulere ſoleat. ¶ Item non particeps, expers. *Ovid. l.* 4. *Triſt. el.* 2. Immunes tanti nec ſinit eſſe boni. ¶ Item qui nulli obnoxius, aut devinctus eſt, qui liber eſt ab onere publico, qui nulli veſtigal pendit, *eſente*, *libero*; Ger. *frey*, *erlaſſen*, Gall. *exempt*, *franc*, Hiſp. *libre eſento*, ἀτελὴς. *Cic. in Phil.* Is campi Leontini duo millia jugerum immunia potiidet. ¶ Fere cum ablativo conſtruitur. *Liv. l.* 1. *c.* 43. Inde una centuria facta eſt immunis militiæ. *Vellej. l.* 2. *c.* 35. Immunis humanis vitiis. *Et cap.* 46. Immunis voluptatibus. ¶ Et addita præpoſit. *a*, vel *ab*. *Vellej. l.* 2. *c.* 14. Domus immunis ab omnibus arbitris. ¶ Et cum genit. *Id. l.* 2. *c.* 7. Immunis delictorum paternorum. *Ovid. Met.* 3. *v.* 1. *de bove*. Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri. ¶ Munia publica, a quibus *Immunes* liberabantur, erant domi quidem tributa, vectigalia, &c. militiæ vero valli & foſſæ exſtructio, pabuli, lignorum aggeſtio, & his ſimilia; quæ qui facere cogebantur, munifices dicti ſunt. V. *Beneficiarius.* ¶ Sumitur interdum pro innoxio. *Horat. l.* 3. *od.* 23. Immunis aram ſi tetigit manus. ¶ Apud *Plaut.* pro inofficioſo uſurpatur: verba ejus ſunt *Trin.* 1. 1. 1. Amicum caſtigare ob meritam noxiam, immune eſt facinus, verum in ætate utile & conducibile. ¶ In quibuſdam antiq. cod. legitur etiam *immanis* pro *immunis*.

Immunĭtas, atis, f. 3. ἀτέλεια, vacatio a munere, otioſitas. *Cic.* 4. *Acad.* Qui det iſti Deo immunitatem magni quidem muneris. ¶ Item libertas, exemptio, & vacatio munerum publicorum, & onerum, *eſenzione*, *privilegio*, Ger. *freiheit*, Gall. *exemption*, Hiſp. *eſencion*, ἀτέλεια. *Cic.* 12. *Fam.* Tabulæ figuntur, immunitates dantur.

Immunitĭo, onis, f. idem quod immunitas. *Cod. Theodoſ. l. un. de privil. dom. Aug.* V. *Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p.* 517.

Immunītus, a, um, o. 1. 2. *non fornito*, *non fortificato*, ἀτείχιστος, non munitus. *Cic. pro Cæc. c.* 19. Si via ita ſit immunita, jubet, qua velit, agere jumentum. *Liv. l.* 22. *c.* 11. Ut quibus oppida caſtellaque immunita eſſent, hi in loca tuta commigrarent.

Immurmŭro, as, n. 1. idem ac murmuro. Cum accuſat. *Ovid.* 3. *Met.* totumque immurmurat agmen. ¶ Cum ablat. *Virg.* 4. *Georg. v.* 261. Silvis immurmurat auſter. *Stat.* 1. *Theb. v.* 532. Immurmurare aure tacita.

cita. ¶ Cum dativo. *Silius l. 5. v. 333.* admorsæ immurmurat hastæ.
Immusĭcus, a, um, non Musicus. *Tertull. Apol. c. 1.* Immusici judicantes de musicis.
Immussŭlus. V. Immissulus.
Immutabĭlis, le, o. 3. *immutabile*, נאמן, Ger. *vuverendcrlich*, Gal. *immutable*, Hisp. *immudable*, ἀμετάβλητος, quod nullo modo movetur, ac flectitur. *Cic. de Fato.* Sequitur illico, esse causas immutabiles, easque æternas, quæ prohibeant, quidquam secus cadere, atque casurum sit. ¶ Usurpatur & pro mutato, vel mutabili a *Plaut. in Epid.* 4. 2. 8. ubi ait: Scio quid erres, quia vestitum, atque ornatum immutabilem habet hæc.
Immutabilĭtas, atis, f. 3. *immutabilità*, stabilitas, constantia, perpetuitas, æternitas. *Cic. de Fato, c. 9.* Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris non item.
Immutabilĭter, adv. *immutabilmente*. *Cels. JCtus l. 99. Dig. de Verb. obl.* Immutabiliter verum fuit.
Immutatĭo, onis, f. 3. *mutazione*, ἐναλλαγὴ, mutatio. *Cic. 2. de Leg.* Negat mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum. Adde *l. 4. Acad. c. 6. & l. 3. de Orat. c. 44.*
Immutātus, a, um, adject. *mutato*, idem quod mutatus, ἐνηλλαγμένος. *Cic. Fam. 1. ep. 9.* Conversis rebus, & bonorum voluntatibus immutatis. Adde *Plaut. Cur.* 1. 2. 59. Et *Sallust. in Catil. c. 6.* ¶ Item non mutatus, *non mutato*. *Cic. de Invent. l. 2. c. 54.* Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Adde *Ter. Andr.* 1. 5. 7.
Immutesco, is, immutui, n. 3. idem ac mutesco. *Stat. 5. Theb.* Ruptis immutuit ore querelis. Adde *Quintil. l. 10. c. 3.*
Immutilātus, a, um, adject. non mutilatus. *Cod. Theodos. l. 4. tit. 22.* Omnia ad disceptationem litigii immutilata permaneant.
Immūto, as, a. 1. *mutare*, idem quod muto. *Cic. Fam. 5. ep. 8.* Quædam pestes hominum te a me alienarunt, & me aliquo modo immutarunt tibi. *Teren. 2. 1. 19.* Adeon' homines immutari ex amore? *Cic. Agrar. 2. cap. 7.* Quod nemo imminuit, nemo immutavit. *Id. pro Flacc. c. 14.* Immutare aliquid de institutis priorum.
Imo (vel Immo, ut placet Manutio) adverb. *anzi*, *anzichè*, *piuttosto*, μᾶλλον 5, vim habet affirmandi, augendi, eligendi, & interdum corrigendi. *Cic. Catil. l. 1.* Vivit? imo vero etiam in Senatum venit. *Varr.* Non humanitas, imo sævitia est, lædere innocentem. *Ter. Andr.* 4. 2. 25. Verum vis dicam? D. imo etiam. *Id. ib.* 1. 1. 3. Nempe ut curentur recte hæc. S. Imo aliud.
Imŏla. V. Forum Cornelii.
Impacātus, a, um, non pacatus. *Virg. 3. Georg. v. 408.* Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Impactĭo, onis, f. actus impingendi, illisio. *Senec. Nat. quæst. l. 2. c. 12.* Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.
Impactus, a, um, adject. illisus. *Liv. l. 8. c. 6.* Impactus saxo. *Plin. l. 6. ep. 31.* Impactos fluctus in immensum elidit. *Ulpian. l. Eos. Dig. de custod. & exhib. reor.* Impactus in carcerem. h. e. conjectus.
Impāges, f. 3. ἐμπήγματα, dicuntur, quæ a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant, ab antiquo *pago*, pro *pango*, quod est figere. *Fest.* ¶ Item id genus marginis, ac regulæ, quo tympanum, idest, quadratum, vel alterius figuræ spatium in valvis, aliove opere intestino per ambitum includitur. *Vitruv. l. 4. c. 6.*
Impallesco, is, ui, n. 3. pallorem contraho, pallidus fio, *impallidire*, ὠχριάω. *Pers. Sat. 5. v. 62.* At te nocturnis juvat impallescere chartis. *Stat. 5. Theb. v. 805.* Eventu impalluit ipse secundo. ¶ Lexicographi ponunt *Impalleo*; sed adducta exempla id non satis probant.
Impancro, as, a. 1. invado, apud vet. ex *in*, & *pancro*, quod a πᾶν, *omne*, & κρέας, *caro*, quasi sit omnem carnem consumere. *Varro* apud *Non. c. 1. n. 293.* In regiam arcam impancrarunt.
Impar, aris, o. *dispare*, *disuguale*, Germ. *vungleich*, Gal. *inegal*, Hisp. *desygual*, ἄνισος, non par, inæqualis. *Cic. 5. Fam. ep. 8.* Impar benevolentia. *Virg. 4. Georg.* Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. ¶ Impar numerus est, qui in duas partes æquales dividi non potest. *Virg. 8. Ecl.* Numero Deus impare gaudet. ¶ Par, impar, ludi genus est. V. *Par*.
Imparātus, a, um, *non in ordine*, ἀπαράσκευος, non paratus. *Cic. in Bruto.* Imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. *Id. Att. l. 7. ep. 15.* Imparati sumus cum a militibus, tum a pecunia. *Cæs. l. 1. B. Civ. c. 30.* Imparatissimus omnibus rebus. *Senec. Hippolyt.* Pectus *non imparatum* ærumnis.
Imparco, vel imperco, is, n. 3. idem quod parco, vel valde parco. *Plaut. Amph.* 1. 3. 2. Imperce, quæso. *Id. Cas.* 4. 4. 12. Imperitæ huic impercito.
Impārens, tis, o. *disubbidiente*, non parens, inobediens. *Fest.*
Imparentĭa, vel Imparientia, æ. V. Parientia.
Imparĭlis, le, adject. dispar, impar, *diseguale*. *Aurel. Vict. in Hadrian.* Suspectam æstimantes societatem ævi longe imparilis.
Imparilĭtas, atis, f. *disuguaglianza*, *varietà*, *diversità*. *Gel. l. 5. c. 20.* Solæcismus aliis imparilitas appellatus. Et *l. 14. c. 1.* Imparilitas hæc turbat observationem.
Impariter, adv. *disugualmente*, Germ. *vngleich*, Gall. *inegalement*, Hisp. *con desygualdade*, ἀνίσως, inæqualiter. *Hor. in Arte, v. 75.* Versibus impariter junctis querimonia primum, &c.
Impartĭo. V. Impertio.
Impasco, is, n. 3. vel impascor, eris, d. 3. *pascersi*, in loco aliquo pasco. *Col. l. 6. c. 5.* In ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus.
Impassibĭlis, le, adject. qui pati non potest. *Lactant. l. 1. c. 3.* Deus incorruptibilis esse debet, perfectus, impassibilis.
Impastus, a, um, o. 1. 2. *digiuno*, צם, Germ. *vngervveidt*, Gal. *jeun*, Hisp. *sayuno*, *no apacentado*, non pastus, jejunus, partic. ab impascor. *Virg. 9. Æn. v. 139.* Impastus ceu plena leo per ovilia turbans, &c.
Impatibĭlis, le, o. 3. *intollerabile*, Ger. *vnleideatlich*, Gal. *insupportable*, Hisp. *incufrible*, δύσοιστος, intolerabilis, qui ferri non potest. *Cic. 2. Fin. c. 17.* Quem quidem vos, cum improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis. *Gronov.* in suis membranis legit *impetibilem*. ¶ Active, pro eo qui pati non potest, *impassibile*, usus est *Lactant. l. 2. c. 8.*
Impatĭens, entis, adject. o. *impaziente*, Germ. *unleidig*, Gal. *impatient*, Hisp. *impaziente*, ἀπαθὴς, nullius laboris, aut doloris patiens. *Plin. l. 10. c. 62.* Itaque cæteræ tarditatis impatientes perrumpunt latera occisa matre. *Colum. l. 7. c. 11.* Impatientissimæ famis esse. Rursus *Plin. l. 19. c. 8.* Hiemis impatientiores. *Id. l. 21. c. 16.* Caulem rectum habent, sed vetustatis impatientem, *che non dura*.
Impatienter, adv. *impazientemente*, *noiosamente*, Germ. *ungedultigklich*, Gall. *impatiemment*, Hisp. *impazientemente*, ἀπαθῶς, ægre, moleste. *Plin. l. 2. ep. 7.* Amavi consummatissimum juvenem tam ardenter quam nunc impatienter requiro. *Quintil. Declam.* 11. *sub fin.* Impatientius desiderare. *Plin. l. 4. ep. 22.* Impatientissime dolere.
Impatientĭa, æ, f. 1. *impazienza*, *noja*, Ger. *ungedult*, Gal. *impacience*, Hisp. *impaziencia*, ἀπάθεια, ἀτλησία, intolerantia. *Plin. l. 11. c. 23.* Mox frigoris impatientia villis inhorrescere. ¶ Apud *Senec. ep. 9.* impatientia sumitur pro ἀπάθεια, *impassibilità*.
Impavĭde, adv. *arditamente*, Ger. *dapfferlich*, Gal. *sans puer*, *hardiment*, Hisp. *sin miedo*, *atrevidamiente*, ἀδεῶς, intrepide, audacter. *Liv. l. 39. c. 50.* Et poculo impavide exhausto haud ita multo post expiravit.
Impavĭdus, a, um, *che non teme*, *senza paura*, Ger. *vnerschroken*, Gal. *qui ne craint rien*, Hisp. *atrevido*, ἀδεὴς, qui nihil timet. *Plin. l. 28. c. 19.* Et pellis asinina injecta impavidos infantes facit. *Liv. l. 21. c. 30.* Impavidum pectus. Adde *Horat. l. 3. od. 3.*
Impausabĭlis, le, adject. qui non cessat, perennis, continuus, *chi non fa pausa*. *Fulgent. Mythol. 1.* Alecto dicitur græce impausabilis.
Impausabilĭter, adverb. *senza pausa*. *Cal. Aurel. Tard.* 3. 2. Impausabiliter cibum sumere.
Impeccabĭlis, & le, o. 3. *impeccabile*, *che non pecca*, Ger. *vnsindtlich*, Gal. *qui ne peche pas*, Hisp. *el que no pega*, ἀναμάρτητος, expers peccati. *Gel. l. 17. c. 19.* Is erit impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam.
Impecto, is, a. 3. impello, pulso. *Varr. l. 3. R. R. c. 16.* Itaque impectentes a se ejiciunt fucos. Al. leg. *impetentes*, alii *insectantes*: utrumque rectius.
Impedico, as, avi, atum, a. 1. pedica constringo, *inceppare*. *Ammian. l. 30. c. 4.* Si quem semel intra retia ceperint, cassibus mille impedicant.
Impedimentōsus, a, um, adject. impedimentis plenus. *Cassiod. l. 1. ep. 35.*
Impedimentum, ti, n. 2. *impedimento*, Germ. *verhindernuss*, Gal. *empechement*, Hisp. *empacho*, ἐμπόδισμα, id, quo quis impeditur, ne perficiat, quod cupit. *Cic. 1. de Orat.* Ut primum impedimenta naturæ diligentia, industriaque superaret. ¶ Impedimento esse, est obstare. *Cic. 3. Fam.* Ubi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quominus Romam ad laudem tuam mitteretur? ¶ Ponitur etiam pro sarcinis, tam in singulari, quam in plurali numero. *Cic. pro Mil.* Cum uxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, ac muliebri, & delicato ancillarum, puerorumque comitatu. ¶ Impedimenta in exercitu dicuntur instrumenta, sarcinæ, & aliæ quævis res, quæ ad usum exercitus circumferuntur, *carriaggi*, *bagaglio*, τὰ σκευόφορα, αἱ σκευαγωγίαι πολεμικαί, σκεύη πολεμικά. *Cæs. 1. Bell. Gall.* Alteri ad impedimenta, & carros suos se contulerunt. ¶ Et non solum sarcinæ, sed etiam jumenta impedimenta dicuntur. Hinc *Frontin. in lib. Stratag.* scribit, fuisse interfecta a Petrejo in Hispania impedimenta in magna aquarum, & pabuli inopia.
Impedĭo, dis, ivi, itum, a. 4. *impedire*, כהל, Germ. *vervuiren*, Gall. *empecher*, Hisp. *empachar*, ἐμποδίζω, est implicare, involvere, ac proprie de pedibus dicitur, a *pes*, vel a πεδάω, *pedicis vincio*. *Plaut. Mil.* 4. 9. 11. Ipsus sese impedivit in plagas. ¶ Translate ad negotia refertur. *Cic. 9. Famil.* Me quotidie aliud ex alio impedit. ¶ Transfertur etiam ad quamcunque aliam curam, & signat impedimento esse. *Cic. de Arusp. Resp.* Cum is Publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret. *Id. 12. Fam.* Se se, quominus id facerent, & compromisso, & jurejurando impediri. *Id. de Fato.* Ne facerem, impedivit. *Plin. l. 10. c. 63.* Impediri ab opere. *Ovid. 9. Metam.* Lacrymæ impediunt loqui. *Cæs. l. 1. B. G.* Impediri in aliqua re. ¶ Aliquando accipitur pro conspurcare, polluere, ait *Nonius*. *Plaut. Amph. sc. Quis tam vasto. v. 13.* Uxorem meam pudicitia impedivit. Al. leg. *impetivit*.
Impeditĭo, onis, f. 3. *impedimento*, κώλυσις, ἐμπόδιον, implicatio, detentio, occupatio. *Cic. 1. de Div. c. 51.* Viget enim animus in somniis, liberque sensibus ab omni impeditione curarum, &c.
Impedīto, as, a. 1. idem quod impedio. *Stat. l. 2. Theb. v. 590.* impeditant numero, seque ipsa vicissim arma premunt.
Impedītus, a, um, *impedito*, Germ. *vevvirt*, Gal. *empechè*, Hisp. *empachado*, ἐμποδισθεὶς, partic. ab impedior. *Cic. 1. Off.* Discendi enim studio impediti, quos tueri debent, deserunt. *Id. in Pis. c. 1.* Tempora Reip. impedita. *Cæs. l. 3. B. G. c. 28.* Impeditiora loca. *Brutus Ciceroni l. 11. Fam. ep. 13.* Impeditissimus ad iter faciendum. ¶ *Impeditæ rationes* dicuntur, cum plus debemus aliis, quam alii nobis, ac ita solvendo non sumus. V. *Turneb. l. 4. c. 5.* V. etiam *Expeditus*. ¶ Dividitur etiam per tmesim. *Lucr. l. 4. v. 1142.* Et tamen implicitus quoque possis, inque peditus.
Impĕdo, as, a. 1. *fortificare con pedagno*, ἐμπεδόω, pedaminibus fulcio, vel sustineo, a *pes*. *Col. l. 4. c. 16.* Vehementioribus statuminibus statim impedanda est.
Impelimentum, n. 2. idem ac impedimentum, apud vet. *Fest.*
Impello, is, impuli, ulsum, a. 3. *spingere*, *incitare*, נדח, Ger. *treiben*, Gal. *pousser*, Hisp. *empuxar*, ἐπάγω, loco pello, urgeo. *Cic. 4. Tusc.* Impellere januam digito. ¶ Aliquando est jacere, contorquere. *Virg. 1. Æn.* Conversa cuspide montem impulit in latus. ¶ Translate est labefactare. *Plin. l. 13. c. 11.* Immenso & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores. ¶ Item finire. *Lucan. l. 5.* Impulsi tantum quæ præmia belli auferat. idest, jam pene confecti, & quasi præcipitis. ¶ Item incitare, instanter persuadere. *Cic. de Sen.* Nec me solum ratio impulit, ut ita crederem, sed etiam auctoritas. *Id. pro Sylla, c. 113.* Quia qui barbaros homines ad bellum impelleret. *Auct. ad Herenn. l. 2. c. 22.* Ad quodvis maleficium homines impellit avaritia. Rursus *Cic. 3. de Fin.* Natura impellimur, ut prodesse velimus. ¶ Item conjicere, inducere. *Cic. pro Mil.* Nisi eum Dii in eam mentem impulissent, ut &c. *Id. ad Brut.* Impellere in spem certissimam consulatus. *Id. pro Mil.* Impellere in fraudem. *Id. 2. de Orat.* Impellere in sermonem.
Impendĕo, es, di, sum, n. 2. *esser sopra*, *soprastare*, תלה, Ger. *obenubereinhin baugen*, Gal. *pencher dessus*, Hisp. *estar colgado en cima*, *estar ceoca*, ἐπαρτάομαι, supra aliquid pendeo. *Cic. 1. Fin.* Accedit etiam mors, quæ, quasi saxum Tantalo, semper impendet. *Plin. l. 18. c. 35.* Arundinem impendente pluvia seri jubent. ¶ Translate accipitur pro instare, vel imminere. *Cic. de Arusp. Resp.* Multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella Reipublicæ. *Id. pro Rosc. Amer.* Omnes in me terrores, periculaque impendent omnia. *Id. in Verr.* Mercatoribus formidines a vestris Magistratibus impendent. ¶ Invenitur etiam cum acc. *Ter. Phorm.* 1. 4. 2. Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala.
Impendĭo, adverb. *molto*, כאר כאר, Germ. *vast vil*, Gall. *grandement*, *demesurement*, Hisp. *muy mucho*, *demosiadamente*, σφόδρα, impense, valde, supra modum, plus satis, ab *impendium*. *Apul. Apol.* Cum male audiunt, impendio commoventur, & irascuntur. ¶ Fere jungitur comparativis. *Ter. Eun.* 3. 5. 39. Impendio magis animus gaudebat mihi. h. e. multo magis. *Gell. lib. 1. cap. 2.* Impendio loquacior. *Cic. Attic. l. 10. epist. 4.* At ille impendio nunc magis odit Senatum.
Impendiōsus, a, um, *che fa molta spesa*, δαπανηρὸς, qui plus æquo impendit, & plus consumit, quam par est. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 12. Nimio præstat, impendiosum te, quam ingratum dicier.
Impendĭum, dii, n. 2. *spesa*, Germ. *kosten*, Gall. *depense*, Hisp. *gasto*, δαπάνη, impensa, ab impendendo ære, quia veteres pecuniam non numerabant, sed pendebant. *Cic. pro Quinct. c. 3.* Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio. ¶ Impendium etiam, teste

Varr. dicitur pecunia, quæ in fœnore forti accedit, hoc est, usura ipsa. *Cic. Att. l.7. ep.* 1. Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scævola, fœnus, & impendium recusare.

Impendo, is, di, sum, a. 3. *spendere*, הוציא, Germ. *anvvenden*, Gall. *depenser*, Hisp. *gastar*, δαπανάω, ἀναλίσκω, impensam ago, vel facio, pecuniam in rem aliquam expendo, & insumo. *Cic. pro Quinct.* Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit. *Plin. in Epist.* 38. *l.* 10. In aquæductu Nicomedienses impenderunt HS. XXX. CCC. XXIX. ¶ Translate dicitur de opera, labore, cura, &c. cum dat. vel cum acc. & præp. *in*. *Cic. 6. Verr.* Ut operam, curam, pecuniam impendant in eas res, quas nobis gratas fore non arbitrentur. *Id. 5. Verr.* Ad incertum casum, & eventum certus quotannis labor, & certus sumptus impenditur. *Col. in præf. l.* 1. Sic ut rosariis impenderet curam. ¶ Significat etiam implere, farcire, cum sc. congeritur aliquid sine mensura, acervatim. V. *Impensa*, & *impensus*.

Impenetrabĭlis, le, o. 3. *non penetrabile*, Germ. *vndurchtringlich*, Gall. *impenetrable*, Hisp. *impenetrable*, ἀδιάβατος, quod penetrari non potest. *Liv. l.* 22. Et cum aversi, ac diverso late agmine a tam multis simul venientibus haud sane impenetrabiles essent. *Stat. 3. Theb.* Armis impenetrabilis. ¶ Sumitur etiam pro invincibili. *Tac. l.* 4. Pudicitia impenetrabilis. *Sil. l.* 17. Mens impenetrabilis iræ.

Impenetrāle, cujus ultimum penetrale intrare non licet. *Festus*.

Impennātus, a, um, *senza penne*, quod pennas non habet. Impennatas agnas veteres pro spicis usurparunt, quæ non habent aristas. Agnus enim apud Vet. novum significat. *Festus*. Saliari carmine.

Impensa, æ, f. 1. *spesa*, Ger. *kosten*, Gal. *depense*, Hisp. *gasto*, δαπάνη, ἀνάλωμα, expensa, sumptus, pecunia in rem aliquam depensa, a *pendo*, idest, a veterum more, quo pecunias non numerabant, sed pendebant, *Cic. in Phil.* Possessores nullam impensam fecerant. *Auct. ante Exil.* Neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam. *Liv. l.* 35. *c.* 44. Impensæ parcere. ¶ Sumitur interdum pro farcimine, seu pro iis rebus, quæ impenduntur ad farcimen faciendum. *Apic. l. 7. c.* 7. Ventrem porcinum bene exinanies, postea aqua lavas, & sic hac impensa imples. *Id. l. 8. c.* 7. Mittes impensam Tarentinam in vesicam bubulam. Sic alibi sæpe. *Arnob. l.* 7. Impensarum varietate conditis. Eadem ratione *Pallad. l. 1. c.* 13. impensam vocat, qua farcitur paries cannicius, & *c.* 40. *impensam testaceam* ponit pro tectorio opere. V. *Impensus*. ¶ Hinc nonnulli ortum putant adagium; *operam & impensam perdere*

Impense, adv. *molto*, מאר מאר, Germ. *heftig*, Gal. *grandemente*, Hisp. *mucho*, *demasiadamente*, σφόδρα, ἄγαν, proprie est sumptuose, translate accipitur pro magnopere, valde, vehementer. *Cic. Att. lib.* 5. Cum me impense, num quid vellem, rogasset. *Plaut. Epid. a. 4. sc.* 1. Est impense improbus. *Cic.* 13. *Fam.* Nunc eo facio id impensius, quod ejus causam Nero suscipit. *Gell. l.* 10. *c.* 24. Vir impense doctus. *Ter. Eun.* 3. 1. 23. Impense invidere. *Sallust. in Jug. c.* 75. Impensius rebus suis diffidere. *Liv. l.* 40. *c.* 35. Impense retinere aliquem. ¶ Proprie *Sueton. Claud. c.* 11. Quamquam bibliothecas incendio absumptas impensissime reparare curasset. *h. e.* magnis impensis.

Impensibĭlis, le, o. 3. *che non si può considerare*, ἀπροσθύμητος, ἀνεξίκαστος, quod satis expendi non potest, inconsiderabile. *Gell. l.* 11. *c.* 5. Omniumque rerum fidem, veritatemque mistis, confusisque signis veri, atque falsi ita impensibilem videri ajunt, ut quisqus homo est, &c. Al. leg. Incomprehensibilem.

Impensus, us, ui, m. idem quod impensa, *spesa*. *Symmach. l.* 11. Majore impensu.

Impensus, a, um, adject. *speso*, ab impendo. *Cæs. l. 4. B. G. c.* 2. Jumenta impenso parant pretio, h. e. soluto. Et absolute. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. *v.* 245. Luscinias soliti impenso prandere coemptas. ¶ Item magnus, *grande*; quo sensu plerique accipiunt etiam exempla allata. *Tac. l.* 1. *hist.* Impensiore cura. Et *Ib.* Impenso labore. *Valer. Max. l. 4. c. 3. extern.* 1. Impensioribus verbis laudare. *Suet. Tib. c.* 13. Impensissimæ preces. Sic impensa voluntas, opera, &c. apud *Liv. Gell.* & alios. ¶ *Plaut. Bacch.* 3. 2. 10. Ingrato homine nihil impensius est. h. e. impendiosius. Beneficia enim ingrato collata impensæ sunt, & jacturæ. Vel nihil est iniquius. Ingratus enim beneficia nihil pensi habet: Alii aliter interpretantur. V. *Taubman.* ¶ Est etiam impensus idem ac impletus, fartus. Hinc *Festus* docet *impensam stipem* dictam esse sacram pecuniam, quod nondum esset pensa, sed tantum stipata, seu acervatim collecta, & condita. Hinc & *Plaut. Capt.* 4. 2. 26. Væ misero illi, cujus cibo iste factus est impensior. *Camerar.* tamen legit *imperiosior*. Cæteri fere omnes Critici, & Interpretes *impensior* retinent. V. *Impensa*.

Impĕrans, antis, nom. ex particip. *chi comanda*. *Aurel. Vict. Epit. c.* 24. Conditio imperantium. *Tacit. Ann.* 16. *c.* 28. Imperantis lenitas. ¶ V. *Imperator* in fin.

Imperatīve, adverb. cum imperio, imperando. *Ulp. JCtus tit.* 24. §. 1. Legatum est, quod legis modo, idest imperative testamento relinquitur.

Imperatīvus, a, um, adject. ut imperativæ feriæ apud *Macrob. l. 1. Sat. c.* 16. quas sc. Prætores, aut Consules pro arbitrio extra ordinem indicebant. ¶ Imperativus modus in verbis, quo imperamus. Apud *Grammat.*

Imperatorīe, adverb. imperantis, seu imperatoris more. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 6. Dum se ad id bellum imperatorie instruit.

Imperator, oris, m. 3. *Imperatore*, *Capitan generale*, נגיד, Ger. *kaiser*, Gal. *Empereur*, Hisp. *Emperador*, αὐτοκράτωρ, στρατηγὸς, ἡγεμὼν, is, cui commissa est belli administratio, ad quem rei militaris summa refertur, supremus belli dux, ab *Imperium*. Sed *Varro l. 4. de L. L.* scripsit, Imperatorem dictum esse ab Imperio populi, non militum. *Cic.* 1. *de Orat.* Nam si forte quæreretur, quæ esset ars Imperatoris, constituendum putarem principio, quis esset Imperator: qui cum esset constitutus administrator quidem belli gerendi, &c. ¶ Antiquorum consuetudine, proprie Imperator is dici solebat, qui, cum suis auspiciis bellum gereret, aliquot hostium millia in acie cecidisset. Tunc enim & militum acclamatione in castris, & sententia Senatus in urbe Imperator appellabatur. Hinc *Appianus l.* 2. *B. C.* scribit, id antiquitus observatum fuisse, ut quis non nisi magnis rebus gestis Imperator vocaretur. Sed id paulatim imminutum est. Nam *Dio l.* 37. scribit, C. Antonium, Catilina victo, occisoque, Imperatorem esse dictum, quanquam cæsorum numerus minor esset constituto. Præterea antiquitus non nisi semel bello uno Imperator quispiam appellari potuit. Quare præter veterum consuetudinem fuit, ut Claudius uno bello aliquoties Imperator diceretur. V. *eund. Dion. l.* 40. Cæterum etsi Imperatoris nomen nemo consequebatur, nisi re bene gesta, atque aliquot millibus externorum hostium cæsis, tamen re vera quisquis bello præficiebatur, Imperator & erat, & habebatur. *Cicer. pro L. Manil.* Unum ab omnibus sociis, & civibus ad id bellum Imperatorem deposci. ¶ Postquam Resp. Romana in Monarchiam versa est, institutum est, ut perpetuum Imperatoris nomen summo Principi Romani Imperii assignaretur. Id a C. Julio Cæsare originem traxit, quem Suetonius tradit prænomen id perpetuum a Senatu accepisse. In quo immutata fuit veterum consuetudo. Nam cum apud veteres Imperatoris nomen sequi soleret, e. g. *M. T. Cicero Imperator*, Cæsar id tanquam prænomen usurpabat, hoc pacto, *Imperator C. Julius Cæsar*. A Julio autem Imperatoris appellatio ad successores derivata est. Nec tamen omnino sub Cæsaribus sublata fuit vetus consuetudo. Quippe sub his quoque qui res præclare gessissent, Imperatores salutabantur. Sed minor tum Imperatorii nominis honor fuit. Cæsar enim *l. 2. B. Civ. c. 25. & 26.* narrat, Curionem Imperatorem appellatum esse, cum vix CXX. hostes cecidisset. *Appianus* tradit *l. 2. Bel. Civ.* sua ætate, h. e. Hadriani ævo, nemini privato duci concessum fuisse, ut Imperator appellaretur, nisi cæsis hostium decem millibus. ¶ Generaliter Imperator ponitur pro eo, qui imperat, quocumque id modo fiat. *Cic. pro Domo sua*, Ille, ille populus est dominus Regum, victor, atque Imperator omnium gentium. *Sallust. in Catil. c. 6. de Romanis*. Immutato more, annua imperia, binos imperatores, sibi fecere. *ubi intelligit binos consules*. ¶ Imperatores, & imperantes vocabant Medici ægrotos suos, a quibus pecunia conducebantur, ut quandocumque opus foret, præsto essent. Sic ab Oratoribus Clientes. Aliquot in hanc rem exempla congerit *Paræus*. in *Lex. Crit.* ex *Pandect.* & *Senec.* quæ tamen non usque adeo certa sunt, ut eodem modo ab Interpretibus & legantur, & explicentur.

Imperatorĭus, a, um, o. 1. 2. *Imperiale*, *Imperatario*, αὐτοκρατορικὸς, quod ad Imperatorem pertinet. *Cic. 3. Verr.* Quæ signa, atque ornamenta ex urbe hostium virtute capta belli lege, atque Imperatorio jure sustulit. *Id.* 4. *Acad. c.* 1. Imperatoria laus. *Vellej. l. 2. c.* 25. Imperatoria appellatio.

Imperatrix, cis, f. 3. *Imperatrice*, מושלה, Ger. *Keyserim*, Gal. *Imperatrice*, Hisp. *Imperatritz*, quæ imperat. *Cic. pro Cœl. c.* 28. Deinde fortes viros ab Imperatrice in insidiis, atque in præsidio balnearum locatos. *Plin. l. 26. c.* 3. Imperatrix Italia.

Imperātum, i, n. 2. *comandamento*, πρόσταγμα, jussum, præceptum. Hinc facere imperata, parere mandatis. *Cæs.* 1. *Bel. Gal.* Mihi, quod semel imperata non feci. *Liv.* Qui cum in pace essent, imperataque prioribus Consulibus fecissent.

Imperātus, us, ui, m. idem quod imperatum. *Ammian. l. 31. c.* 19. Imperatu Gratiani.

Imperceptus, a, um, *non inteso*, ἀκατάληπτος, quod satis perceptum non est. *Ovid. 9. Metam.* Mendacia impercepta. *Gel. l. 14. c.* 1. Minora majoribus imperceptiora.

Impercĭtus, a, um, adject. non percitus. Affertur exemplum ex *Silio l. 9. v.* 161. Sed *Fr. Modius* membranarum ope substituit *imperditus*.

Imperco, V. Imparco.

Impercussus, o. 1. 2. *senza strepito*, non percussus, sine strepitu. *Ovid.* 3. *Am. el.* 1. Atque impercussos nocte movere pedes.

Imperdítus, a, um, *che non si può distruggere*, Ger. *vnverderbt*, Gal. *sain, & sauve*, Hisp. *el que no se puede destruir*, *ny perdere*, quod perdi non potest. *Virg.* 10. *Æn.* Et vos o Graiis imperdita corpora Teucri. Ubi *Serv.* Imperdita corpora Graiis, quos Græci perdere nequiverunt.

Imperfecte, adv. *imperfettamente*. *Gel. l. 2. c.* 8. Imperfecte, atque præpostere syllogismo uti.

Imperfectus, a, um, *imperfetto*, ἀτελὴς, nondum absolutus. *Virg. 8. Æn.* Pars imperfecta manebat. *Gel. l. 1. c.* 7. Insuavius hoc, imperfectiusque est. Sunt qui legant *imperspectius*.

Imperfossus, a, um, ἄτρωτος, non perfossus. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 196. Manet imperfossus ab omni, inque cruentatus Ceneus Elateius ictu.

Imperfundĭes, ei, f. 5. illuvies, squalor. *Lucil. apud. Non. c. 2 n.* 437. Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie, imperfundie, incuria.

Imperiabiliter, adv. imperiose, & dure. *Cato senex apud Charis. l.* 2.

Imperiālis, le, adject. ad imperium pertinens. *Aurel. Vict. epitom. in Tiber.* Imperialis molestiæ magnitudinem declinare.

Imperialĭter, adverb. more imperii. *l. un. Cod. de cad. toll.* Subjectorum commodum imperialiter existimantes.

Imperiōse, adv. *imperiosamente*, *severamente*, ἐπιτακτικῶς, severe, imperiosi domini more, cum ostentatione imperii. *Non. c. 4. n.* 138. *ex Var.* Sutetium interemit pene imperiosius, quam humanius. *Charis. Grammatic.* Nimis imperiose, & dure.

Imperiōsus, o. 1. 2. *imperioso*, Ger. *herschend*, Gal. *imperieux*, Hisp. *imperioso*, δυναστικὸς, qui imperat. *Cic. in Orat.* Imperiosorum populorum, & Regum illustrium, idest qui multum, & diu imperarunt. ¶ Accipitur etiam pro severo, superbo, qui nimis acerbe, seu severe imperat. *Cic. 2. Fin. de Manlio Torquato*. Utrum tandem censes, Imperiosum illum, si nostra verba audiret, tuam ne de se orationem libentius auditurum fuisse, an meam? &c. *Id. in Parad.* Cupiditas honoris quam dura est domina! quam imperiosa! quam vehemens! ¶ *Imperiosus sibi*, qui sibi ipse imperat, qui vitæ suæ modum habet, *che signoreggia alle sue passioni*. *Hor. 2. Ser. Sat.* 7. Quisnam igitur liber? sapiens, sibique imperiosus. ¶ Comp. imperiosior, sup. imperiosissimus, *Liv. l.* 9. Imperiosissima, & superbissima familia. *Claudian. in Fescenn. v.* 3. Eques Gelonis imperiosior.

Imperīte, adv. *ignorantemente*, Ger. *vnvveiblich*, Gal. *lourdement*, Hisp. *ignorantemente*, *sin experiencia*, ἀπείρως, indocte. *Cic. in Bruto*. Dicebat Scipio non imperite. *Id. pro Balbo. c.* 8. Quid potuit dici imperitius? *Id. ib. c.* 11. Quam illud est imperitissime dictum.

Imperitĭa, æ, f. *ignoranza*, סכלות, Germ. *vnerfahrung*, Gall. *ignorance*, Hisp. *inexperiencia*, *inorancia*, ἀπειρία, inscitia. *Plin. l. 17. c.* 2. Contra Circium serere imperitia existimatur.

Imperĭto, as, a. 1. *imperare*, *comandare*, freq. ab impero. *Liv. l.* 1. Qui Cære opulento tum oppido imperitans. *Hor. l. 1. Sat. 6. v.* 4. Olim qui magnis legionibus imperitarint.

Imperītus, um, *ignorante*, *poco pratico*, אויל, Ger. *vnbericht*, Gal. *qui n'est pas expert*, *ignorant*, Hisp. *no experimentado*, ἀδαήμων, ἄπειρος, non expertus, ignarus, rudis, indoctus. *Cic. 1. Offic.* Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. *Id.* 3. *Ver.* Homo omnium rerum imperitus quærit, quid sit ad perpendiculum. *Id.* pro *Rosc. Amer. c.* 46. Ne quis imperitior existimet, &c. *Id. de Amic. c.* 25. Concio ex imperitissimis constans.

Imperĭum, rii, n. 2. *imperio*, *comandamento*, מצוה, Ger. *reich*, Gal. *empire*, Hisp. *imperio*, ἐπίταγμα, jussum, præceptum, ab impero, qua notat jubere. *Cic. de Fin.* Vide, ne Manliana sint ista vestra imperia, aut majora etiam, si imperes, quod facere non possim. ¶ Speciatim sumitur pro potestate Magistratuum Civilium, quæ triplex erat, edicendi, vocandi, prehendendi, seu coercendi, & magis speciatim pro potestate Magistratuum Militarium seu pro facultate exercitus habendi, & belli gerendi. *Cic. in Phil.* Demus igitur imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari non potest. Hinc in imperio esse is dicebatur, ut aliqui definiunt, cui nominatim demandatum esset a populo imperium. ¶ De imperio Militari, & Civili V. plura in *Sigonii lib. 1. c.* 21. *de Antiq. Jur. C. R.* ¶ Imperium item sumitur pro Republica, Regno, Dominio. *Virg. 1. Æneid.* Imperium Oceano, famam qui terminet astris. ¶ Esse cum imperio, apud *Cic.* sæpe, significat imperium habere. *Id. Fam. 1. ep.* 1. Tres Legatos decernit ex iis, qui cum imperio sunt. Et *l. 8. ep.* 9. Neque in provincia cum imperio fuerat,

¶ Sub

¶ Sub alicujus imperio esse. *Ter. Heaut.* 2. 2. 4. *esser soggetto.* ¶ Satis pro imperio. h. e. satis imperiose. *Id. Phorm.* 1. 4. 18. Sta illico. G. Hem, satis pro imperio, quisquis es. ¶ Imperium, & auspicium, *Plaut. Amph.* 1. 1. 36. V. Auspicium.

Imperjurātus, a, um, adject. *Ovid. in Ibin, v.* 76. Quique per infernas horrendo murmure valles Imperjuratæ laberis amnis aquæ. De Styge loquitur, per quam jurantes Dii pejerare timebant.

Impermissus, a, um, *illecito*, ἀδέμιτος, illicitus. *Hor. l.* 3. *od.* 6. Neque eligit, cui donet impermissa raptim gaudia.

Impermixtus, a, um, non mixtus. *Lucil.* apud *Non.* 3. *n.* 129.

Impĕro, as, avi, atum, a. 1. *imperare, comandare*, צוה, Ger. *herrschen*, Gal. *commander*, Hisp. *mandar*, κρατέω, jubeo, præcipio. *Cic. de Leg. l.* 3. *c.* 2. Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet dignus esse. ¶ Item impono, jubeo parari, ut Imperare tributum, pecuniam, frumentum, vinum, naves, arma, obsides, &c. *Cic. pro Leg. Man.* Idem Cretensibus spem deditionis non ademit, obsidesque imperavit. *Id.* 4. *Ver.* Palam singulis Censoribus denarii trecenti ad statuam Imperatoris imperati sunt. ¶ Imperare sibi, vel animo, est se continere. *Ter. Eun.* 2. 2. Imperavi egomet mihi omnia assentari. *Liv. l.* 34. Imperare animo nequeo, quin prius, quam peream, cur periturus sim, sciam. ¶ Usurpatur etiam passive cum infinitivo, quemadmodum jubeo. *Hor. l.* 1. *ep.* 5. Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non invitus. ¶ Item active. *Ter. And.* 5. 2. 1. Animo jam nunc otioso esse impero. *Cic. pro Sylla c.* 15. Dividi passim, & pervulgari, atque edi pop. R. imperavi. ¶ Apud veteres *ad imperandum* usurpabatur pro ad parendum, *a esser comandato*, sumendo gerundium in signific. pass. *Cic. Fam. l.* 9. *epist.* 25. Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius: sic enim antiqui loquebantur. Ubi notat *Paræus* τὸ *vel ad parendum potius* scholion redolere. Afferuntur etiam exempla ex *Sall. Jug. c.* 62. & *Cæs. l.* 6. *B. G. c.* 2. in quibus tamen varia est lectio, & interpretatio. ¶ Imperare etiam dicimus arvis, vitibus, voci, &c. cum ea nimis assidue exercemus. *Virg. Georg.* 1. *v.* 99. Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis. *Sen. de Tranquil. cap.* 15. Ut fertilibus agris non est imperandum; cito enim exhauriet illos nunquam intermissa fœcunditas. *Plin. l.* 5. *ep.* 19. Dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tussicula admonitus, &c. ¶ Imperare plus est quam jubere, inquit *Donat.* ad illud *Ter. Eun.* 2. 3. 97. Jubeo, cogo, atque impero.

Imperpetŭus, a, um, adject. qui perpetuus non est. *Sen. ep.* 72. Cui quid abscedere potest, id imperpetuum est.

Imperſonālis, le, adject. qui personis caret, & dicitur de verbis quibusdam, quæ imperſonalia dicuntur a Grammaticis, quia tertiis tantum personis usurpantur. V. Grammaticos.

Imperſonaliter, adv. sine personis. *Lege Sive, ff. de stipul. servor.* Sive mihi, sive sibi, sive convervo suo, sive imperſonaliter dari servus meus stipuletur, mihi acquiret. h. e. non pronunciata persona. ¶ Apud Grammaticos verbum aliquod imperſonaliter construi dicitur, cum in tertiis tantum personis usurpatur.

Imperſpectus, V. Imperfectus.

Imperſpicŭus, a, um, adject. obscurus, *non chiaro*. *Plin. l.* 1. *ep.* 20. Non minus imperspicua sunt judicum ingenia.

Imperterrĭtus, a, um, *che non ha paura*, ἀδίκτλητος, ἄφοβος, qui nulla re terretur. *Virg.* 10. *Æn. v.* 770. Manet imperterritus ille.

Impertĭo, vel Impartio, is, ivi, itum, a. 4. *impartire, far partecipe, dare*, partem do, participem facio, tribuo. Construitur cum dativo personæ, & accus. rei vel cum accus. personæ, & ablat. rei, cum, vel sine præposit. *Cic. de Amic. c.* 19. Impertiant aliis fortunam. *Ter. Eun.* 2. 2. 4. Plurima salute Parmenonem suum impertit Gnatho. Rursus *Cic.* 2. *Off.* Indigentibus de re familiari impertiendum est. ¶ Et cum altero accusat. communi. *Plaut. Mil.* 2. 2. 77. Imperti me quod commentus es. ¶ Impertire studium Philosophiæ. *Cic.* 5. *de Fin.*

Impertior, iris, itus, sum, dep. 4. eadem signif. qua *impertio* usurpatur. *Cic. pro Arch. cap.* 5. Multis gratuito civitatem impertiebantur. ¶ Usurpatur etiam passive. *Id. Catil.* 3. *cap.* 6. Primum mihi gratiæ aguntur, deinde prætores laudantur, atque etiam viro forti, collegæ meo, laus impertitur. V. Impertitus.

Impertitio, onis, f. actus impertiendi. *Arnob. l.* 2. *p.* 43. Honoris impertitione viduari.

Impertĭtus, a, um, adject. passivæ signific. *Sueton. Claud. c.* 4. Et reliquerit eum nullo honore impertitum. *Apul. Apol.* Nulla impertita mora.

Imperturbatus, a, um, adject. non turbatus, *non perturbato*, ἀτάραχτος. *Ovid. in Ibin, v.* 560. Imperturbato quod bibit ore reus. *Senec. epist.* 73. Imperturbata publicis occupationibus quies.

Impervĭus, a, um, *senza via*, Ger. *nicht duchgangig*, Gal. *impenetrable*, Hisp. *impenetrable*, ἄβατος, quod penetrari non potest. *Ovid.* 9. *Met. v.* 106. Vorticibusque frequens erat, atque impervius amnis.

Impes, etis, m. 3. idem ac impetus, apud Poet. *Stat.* 7. *Theb.* Transiliunt campos, aurigamque impete vasto. *Lucr. l.* 6. *v.* 326. Capere impetis auctum. *Id. l.* 1. *v.* 293. Impetibus crebris.

Impesco, is, a. 3. est in lætam segetem pascendi gratia immittere. *Festus.*

Impĕte, V. Impes.

Impetibilis, le, adject. o. qui peti non debet, aut potest, ἀνεπιχείρητος, ut exponit Gloss. Hinc usurpatur pro turpi, & reprehensibili, ut impetibile scelus, apud *Apul. Apol.* Sic *Plin. l.* 20. *c.* 18. Impetibilis valetudo. h. e. non terenda, vel quæ medicamentis peti, & curari non potest. Et *l.* 25. *c.* 5. Impetibiles cruciatus. Alii tamen legunt *impatibilis*. ¶ Item qui peti potest, seu in quem impetum facere possumus. *Solin. de chamæleonte*. Impetibilis est coraci.

Impetiginōsus, a, um, adject. impetigine affectus. *JCti l.* 6. *ff. de Ædil. edict.*

Impetīgo, nis, f. 3. *volatica, scabbia, serpigine, impetigine*, ילפת, Ger. *die jueckende neude*, λειχὼν, ἀλφὸς, depetigo, impetix, volatica, papula, summæ cutis asperitas cum multa prurigine, squamis, & furfuribus, ab *impeto*, quod corpus impetat, & infestet scabiei instar. *Plin. l.* 13. *c.* 7. Hyberna caprificus in aceto cocta, & trita impetigines tollit. V. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. ¶ Impetigines quoque, vel lichenes vocantur squamulæ anteriorum crurum in equis sub armorum partibus natæ, quas etiam hirundines, callos, verrucas vocant. *Col. lib.* 5. Impetigines, & scabies aceto, & alumine detricantur in equis.

Impĕto, is, a. 3. *assaltare*, פרץ, Ger. *angreiffen*, Gal. *assaillir*, Hisp. *acometer, arremetter*, προσβάλλω, invado, adorior, a peto, quia est violenter aliquem petere, seu invadere. *Var.* 3. *de R. R. c.* 16. Itaque impetentes a se ejiciunt fucos. Alii legunt *infestantes*. *Senec. in Hippol. v.* 275. Cupido impetens flammis simul & sagittis. *Solin. c.* 55. Quidquid impetit, facile ictu ejus perforatur. *Apul.* Jurgiis me oppido impetens. ¶ Impetere aliquem cdacitatis, apud *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. *in conc.* est insimulare.

Impetrabĭlis, le, o. 3. *che facilmente si può impetrare*, Germ. *das zu erlangen ist*, Gal. *impetrable*, Hisp. *cosa, que se puede alcancar*, συγχωρητὸς, quod facile potest impetrari. *Liv. l.* 39. *c.* 29. Magnitudo rerum gestarum triumphum ei impetrabilem faciebat. ¶ Aliquando active accipitur pro eo, qui facile impetrat. *Plaut. Most.* 5. 2. 40. Non potuit venire Orator magis ad me impetrabilis. ¶ Compar. *impetrabilior. Liv. l.* 30. *c.* 16. Impetrabilior pax.

Impetrasso, futurum conjunctivi pro impetravero, apud vet. Hinc fut. infinitivi impetrassere, pro impetraturum esse. *Plaut. Mil.* 4. 3. 35. & *Cas.* 2. 3. 53.

Impetratio, onis, f. 3. *impetrazione*, Ger. *erlangung*, Gal. *impetration*, Hisp. *impetracion*, κατάληψις, actus impetrandi. *Cic. Att. lib.* 11. *epist.* 22. Istas impetrationes nostras nihil valere.

Impetrativus, a, um, adject. ut impetrativum augurium, quod optatum evenit, & fecundum vota. *Serv. in illud Virg.* 6. *Æn.* Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ, &c.

Impetrātor, oris, m. qui impetrat. *Cod. Theodos. l.* 12. *tit.* 6. Impetratores beneficii.

Impetrīo, is, a. 4. κηλλιερίω, idem ac impetro apud veteres Augures. Nam, ut ad *Festum* scripsit *Scaliger*, quod in sacrificiis erat litare, id in auspiciis erat impetrire.

Impetrītus, a, um, *ottenuto*, βέβαιος, idem ac impetratus apud veteres Augures, ut *negibundus*, idem ac *negabundus*. *Festus* exponit firmum, ac fecurum. *Plaut. Asin. a.* 2. *sc.* 1. Impetritum, inauguratum 'st, quovis admittunt aves.

Impĕtro, as, avi, atum, a. 1. *impetrare, ottenere*, לקח, Ger. *erwerben*, Gal. *impetrer*, Hisp. *impetrar*, τυγχάνω, obtineo, exoro, a patro, quasi perficio, seu id, quod cupio, facio. *Cic. in Fam.* 5. *ep.* 12. Fas esse non arbitror, quicquam me rogantem abs te non impetrare. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 2. Impetrabis a Cæsare, ut tibi abesse liceat. *Id. Att. lib.* 7. *ep.* 13. Minus honeste nunc quidem, quam si olim de ratione habenda impetrasset. ¶ *Plaut. Pœn.* 5. 2. 14. Incipere multo est, quam impetrare, facilius. h. e. quam perficere, ad exitum perducere. ¶ Translatum etiam fuit ad auspicia, in quibus idem erat, ac *litare* in sacrificiis: in qua tamen significatione *impetrire* potius, quam *impetrare* dicebant.

Impetuōsus, a, um, *impetuoso*, Ger. *gæch*, Gal. *impetueux*, Hisp. *impetuoso*, *arrebatado*, ὁρμητικὸς, qui magno fertur impetu. *Plin. l.* 35. *cap.* 10. Impetuosus animus. Ita vulgo affertur; sed *Harduin.* hanc vocem rejicit. nihil enim tale in MSS. inquit reperiri.

Impĕtus, us, m. 4. *impeto, assalto violento*, הון, Ger. *anfallung*, Gal. *impetuosité*, Hisp. *impetu*, ἐπιφορὰ, ὁρμὴ, vis, vel violenta invasio, ab *impeto*, quia violente quis alium petit, & invadit. *Cic. pro Cæc.* Arma, multitudinem hominum, incursionem, atque impetum armorum. *Liv. l.* 4. *c.* 28. Dare impetum. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 25. Impetum facere in aliquem. Et *c.* 52. Impetum alicujus sustinere. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 5. Tota mente, omnique animi impetu in rempubl. incumbere. *Id. pro Dejot.* Impetus dicendi. *Aurel. Vict. de Vir. Illust. in Horat. Coel.* Primo impetu. *Plin. l.* 14. *c.* 22. Tribus congiis epotis uno impetu. *in un fiato. Lucret. l.* 5. *v.* 201. Quantum cœli tegit impetus ingens. h. e. cœli ambitus magno impetu volubilis. ¶ Apud *Vitruv.* impetus ponitur pro pondere. Sic enim ille *l.* 5. *c.* 3. *de cavis ædium*. Tetrastyla sunt, quæ subjectis sub trabibus angularibus columnis, & utilitatem trabibus, & firmitatem præstant, quod neque ipsæ magnum impetum coguntur habere, neque ab interpensivis onerantur, *non anno troppo peso da sostentare*.

Impexus, a, um, *non pettinato*, Ger. *unge strælt*, Gal. *qui n'est poipeignè, ny acoutré*, Hisp. *no peynado*, ἀκτένιστος, non pexus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 366. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. ¶ Translate pro inculto ponitur. *Tac. in dial. de Or. c.* 20. Antiquitas trifis, & impexa.

Impiātus, a, um, adject. *contaminato*, pollutus. *Apul. l.* 1. Ut me adhuc credam cruore esse humano aspersum, atque impiatum. *Sen. Hippol.* 4. *v.* 1180. Thalami impiati facinore.

Impĭco, as, a. 1. *impegolare*, Germ. *verbichen*, Gal. *empoisser, enduire de poix*, Hisp. *empegar*, πισσόω, pice illino. *Col. lib.* 12. *c.* 29. Eamque oblinito, & impicato diligenter.

Impictus, a, um, nom. ex particip. varie pictus. *Apul. lib.* 2. *A. A.* Hic vitrum affabre figillatum, ibi crystallum impictum. Multa MSS. habent *impunctum*, hoc est punctis, & vario artificio distinctum. ¶ Hujus generis fortasse sunt calices allassontes versicolores, de quibus *Vopisc. in Saturn. c.* 8.

Impĭe, adv. *empiamente*, Ger. *gottlosslich*, Gal. *avec impiete*, Hisp. *malvadamente*, ἀσεβῶς, ἀνοσίως, scelerate, nefarie, & proprie, quando quis de Deo, patria, aut de parentibus male meretur, aut de iis, qui parentum loco sunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 16. Quæ qui videat, non solum indocte, sed etiam impie faciat, si Deos esse neget. ¶ Superlat. impiissime, est *Salviani l.* 3. *de Avarie.* &c.

Impiĕtas, atis, f. 3. *empietà*, רשע, Germ. *gottlossigkeit*, Gal. *impiete*, Hisp. *impiedad*, *malvad*, ἀσέβεια, sceleratus, inhumanusque affectus adversus Deum, patriam, parentes, eosve, qui parentum loco sunt, & generatim scelus, fraus, peccatum. *Cic. Fin. l.* 4. *cap.* 24. Etsi vero impietas molita quippiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet, id fore semper occultum. *Tac. Ann.* 6. *cap.* 47. Albucilla defertur impietatis in principem. h. e. criminis læsæ majestatis.

Impĭger, gra, grum, *diligente, sollecito*, הרוץ, Ger. *burtig*, Gal. *diligent, soigneux*, Hisp. *diligente, cuydadoso*, ἄσκυλος, non piger, sed strenuus, & diligens. *Cicer. in Fam.* Quis est tam impiger in scribendo, quam ego? *Id. pro Font.* Virum ad labores belli impigrum.

Impĭgre, adverb. *diligentemente, velocemente*, ἀσκύλως, diligenter. *Liv. l.* 2. *c.* 47. Impigre secuti sunt. *Id. l.* 4. *bel. Pun.* omnia impigre facta.

Impigrĭtas, atis, f. 3. *sollecitudine*, Ger. *unfaulkeit*, Gal. *diligence*, Hisp. *diligencia*, ἀσκυλία, diligentia. *Cic. lib.* 3. *de Republ.* ut citat *Nonius c.* 2. *n.* 424. Nunquam viri fortissimi, fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

Impilĭa, lium, n. 3. πῶδια, vel πώδια, socculi, pedum tegumenta e lana coacta, non quasi fine pilis, sed a Græco ἐμπίλια, *coactilia*, quæ ita dicuntur, quia πιλητὰ, *coacta*, *stipata*. *Plin. l.* 10. *c.* 2. Ex qua impilia, vestesque quædam conficiantur.

Impingo, is, impegi, impactum, a. 3. *spingere*, כשל, Germ. *entreiben*, Gall. *jetter, heurter contre*, *empuxar*, Hisp. *tropecar*, ἐπάγω, impello, infigo, illido, a *pango*. *Virg.* 5. *Æn.* Examinata sequens impingeret agmina muris. *Cic.* 3. *Tusc.* Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat. *Impingendus* dixit, quasi illidendus, & nolenti ingerendus. Denotat enim vim aliquam. *Plaut. Rud.* 3. 4. 5. Impingere pugnum alicui in os, *Lactant. l.* 2. *c.* 3. Impingere se in lapides. *Aldi* editio non habet *se*. ¶ Usurpatur etiam pro imponere. *Plaut. Capt.* 3. 5. 76. Jubere hic crassas compedes impingier. ¶ *Impingere dicam*, idem est, quod scribere dicam, vel actionem intendere. *Ter. Phor.* 2. 3 92. Dicam tibi impingam grandem. ¶ *Beneficium impingere. Senec. l.* 1. *de benef. c.* 1. Gratus adversus eum quisquam esse potest, qui beneficium aut superbe injecit, aut iratus impegit?

Impinguatus, a, um, *ingrassato*. *Tert. de jejun. c.* 6. Cui cor impinguatum.

Impĭo, as, avi, atum, a. 1. polluo, contamino, *macchiare*. *Pacat. panegyr. Theodos. c.* 43. Ne oculos istos omnibus salutares homo funebris impiaret. *Prudent. hymn. ante somn. v.* 53. At qui coinquinatum Vitiis

cor impiavit. ¶ Impiare ſe, eſt ſe ſcelere obſtringere, impie agere. *Plaut. Rud.* 1. 3. 8. Si erga parentem, aut Deos me impiavi. ¶ *Impiatum eſt* imperſonaliter. *Minut. Fel. in Octav. c.* 25. Toties Romanis impiatum eſt, quoties triumphatum.

Impĭus, a, um, *empio*, *ſcellerato*, רשע, Ger. *gettloſſ*, Gal. *mechant*, Hiſ. *malvado*, ἀνόσιος, ἀσεβὴς, ἄθεος, ſceleratus, nefarius, & præcipue qui de Deo, patriave, aut parentibus male meretur. *Cic. in Piſ.* Me fugerat, Deorum immortalium has eſſe in impios, & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas. Superlat. *impiiſſimus* habet *Auſon. ad Gratian.* & *Hieron. ep.* 26. *cap.* 2. ¶ Item ſævus, crudelis. *Horat. epod.* 5. *v.* 13. Impube corpus, quale poſſet impia Movere Thracum pectora.

Implacabĭlis, & le, o. 3. *implacabile*, *che non ſi può placare*, Germ. *unverſechnlich*, Gal. *implacable*, Hiſ. *implacable*, ἀπαραίτητος, qui placari non poteſt. *Cic. in Piſ. c.* 33. Seque mihi implacabilem, inexpiabilemque præberet.

Implacabĭliter, adv. *implacabilmente*, Ger. *unverſoehnlich*, Gal. *implacablement*, Hiſp. *implacablement*, ἀπαραιτήτως, ſine placatione. *Tac. lib.* 1. *Ann. c.* 13. Cui implacabilius iraſcebatur.

Implacātus, a, um, *non placato*, non placatus. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 851. Implacatæque vigebat flamma gulæ.

Implacĭdus, a, um, *inquieto*, δυσάρεστος, non placidus, inquietus. *Hor. lib.* 4. *Carm. od.* 14. Genaunos implacidum genus, Bennoſque. *Stat.* 9. *Theb. in princ.* Mars Divûm implacidiſſimus.

Implăgo, as, a. 1. in plagas, ſeu retia conjicio, irretio. *Sidonii* exemplum vide in Implicatura.

Implānus, a, um, *non piano*, *ineguale*. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 27. Inter implana urbis. *ſubaudi* loca.

Implementum, i, n. *riempimento*. *Cœl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 5. Capitis implemento affici.

Implĕo, es, evi, etum, a. 2. *empire*, מלא, Ger. *erfuellen*, Gal. *remplir*, Hiſ. *hinchir*, ἐμπλήθω, plenum facio. Eſt quinti ordinis activorum. *Cic.* 2. *Phil.* Is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & tōtum tribunal implevit. *Plaut. Caſ. a.* 1. *v.* 35. Ego te implebo flagris. *Petron. in Satyr. c.* 16. Implevimus nos cœna. *Colum. l.* 12. *c.* 36. Implere aliquid ad ſummum. *Quintil. l.* 3. *c.* 1. Impleverat jam annum quinquageſimum. *avea compito*. ¶ Conſtruitur etiam cum genitivo. *Cic.* 9. *Fam.* Quando, ut video, æſtimationes tuas vendere non potes, neque ollam denariorum implere. ¶ Item cum ablat. & præp. *de*. *Cic.* 4. *Acad.* De quibus rebus volumina impleta ſunt non a noſtris ſolum, ſed etiam a Chryſippo. ¶ Item in primo ordine, omiſſo caſu rei. *Cic. in Or.* Tamen non ſemper implet aures meas. ¶ Fœminæ brutorum impleri dicuntur, cum mare adhibito fœtum concipiunt. *Plin. l.* 14. *c.* 63. Canes implentur uno coitu. *Col. l.* 7. *c.* 6. Itaque quinquennis parum habetur idoneus fœminis implendis. ¶ Sæpe accipitur pro præſtare, *adempire*. *Cic. pro Cluent. cap.* 18. Ne aut id profiteri videar, quod non poſſim implere. *Plin. lib.* 3. *ep.* 14. Implere fidem. ¶ Implere aliquem, pro, omnino ſimilem alicui eſſe. *Solin. c.* 5. Plancum Rubrius ſic implevit, ut & ipſe a populo Rubrius vocaretur. ¶ *Impleſſe* pro *impleviſſe* habet *Plin. in Epiſt.*

Implētus, a, um, nom. ex particip. plenus, *empito*, *pieno*. πληρωθεὶς. *Cic.* 4. *Acad. c.* 27. De quibus volumina impleta ſunt. *Juſtin. l.* 22. *c.* 6. Impletus ſpe.

Implexus, a, um, *involto*, *intricato*, נבוך, Ger. *eingeflachten*, Gal. *entrelacé*, Hiſp. *enhetrado*, ἐμπεπλεγμένος, involutus, innexus. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Et quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum implexum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 482. Implexæ crinibus angues.

Implexus, us, m. ἐμπλοκὴ, implicatio. *Plin. l.* 1. *c.* 65. Mutuo implexu jungi.

Implicatĭo, onis, f. 3. *invoglio*, ἐμπλοκὴ, involutio, connexio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Nervos, eorumque implicationem corpore toto pertinentem. ¶ Implicatio rei familiaris apud *eund. pro Sext. c.* 26. dicitur de ære alieno.

Implicatūra, æ, f. implicatio. *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. Vernaculis implicaturis in retia ſua præcipites implagabuntur.

Implicatus, a, um, adject. implicitus, involutus, *intricato*, *involto*, *imbrogliato*, ἐμπλεχθεὶς. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 12. Omnes Cæſaris familiares habeo implicatos conſuetudine, & benevolentia. *Nepos* 10. 1. Dion tyrannide implicatus. *Gel. l.* 6. *c.* 2. Obſcuriſſima, & implicatiſſima quæſtio. *Ammian. l.* 26. Implicatior ad loquendum.

Implicĭſcor, d. 3. ἐπιβασκάζω, implicor, involvor, ab *implico*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 97. Ubi primum tibi mulier ſenſiſti impliciſcier? Al. aliter leg.

Implĭcite, adv. *intricatamente*, ἀτρακτῶς, perplexe, involute. *Cic. de Inv. c.* 2. Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, non ut negotialis implicite, & abſcondite, ſed patentius, & expeditius recti, & non recti quæſtionem continet.

Implicĭto, as, a. 1. freq. ab implico. *Plin. l.* 9. *ep.* 33. Varios orbes implicitat, expeditque. hoc eſt involvit, & evolvit.

Implicĭtus, a, um, adject. idem quod implicatus. *Horat. de Ar. poet. v.* 423. Litibus implicitum eripere. *Nepos Ageſil. in fi.* In morbum implicitus deceſſit. Adde *in Cim. c.* 3.

Implĭco, as, ui, vel avi, citum, vel catum, *avviluppare*, *ingroppare*, כלך, Ger. *einvvicklen*, Gal. *entralacer*, Hiſ. *embolver*, ἐμπλέκω, involvo, innecto. *Sen. in epiſt.* 22. Quod male implicuiſti, ſolvas potius, quam abrumpas. *Ovid.* 1. *Met.* Dixit, & implicuit materno brachia collo. *Id.* 5. *Faſt.* Sertaque cœleſtes implicitura comas. ¶ Translate eſt occupare, detinere. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Multis moleſtiis, & negotiis implicari. ¶ Implicari morbo, *Liv. l.* 1. *c.* 31. & Implicari in morbum. *Id. l.* 23. V. Implicitus. ¶ Implicare ſe aliqua re. *Cic. pro Dom.* Niſi te etiam muliebribus religionibus implicuiſſes. *Id.* 2. *Fin.* Implicare ſe ſocietate omnium. ¶ Implicare crinem auro. h. e. ornare. *Virg.* 4. *Æn.* Sic *Plaut.* Implicat ad ſpeculum caput. ¶ Implicare aliquem ſermonibus. h. e. circumvenire, fallere. *Liv. l.* 27.

Implorabĭlis, le, adject. qui imploratur, vel implorari poteſt. *Valer. Flacc. lib.* 1. *v.* 573. lumenque innoxia fudit purpureum; miſeris olim implorabile nautis.

Imploratĭo, onis, f. *invocazione*, ἀνάκλησις, invocatio, auxilii petitio in rebus afflictis. *Cic.* 7. *Verr.* Si te illius acerba imploratio, & vox illius miſerabilis non inhibebat. *Id.* 2. *de Or. c.* 47. Omniumque Deorum, & hominum, & civium, & ſociorum imploratio.

Implorātus, a, um, adject. *implorato*. *Juſtin. lib.* 23. *c.* 3. Imploratus in auxilium. Et *lib.* 22. *c.* 1. Imploratus ad alicujus rei auxilium. *Catul. carm.* 69. *v.* 65. Jam prece Pollucis, jam Caſtoris implorata, h. e. implorata Caſtoris, & Pollucis apud majores Deos interceſſione.

Implōro, as, avi, atum, a. 1. *dimandare ajuto*, *invocare*, רקא, Germ. *anruffen*, Gal. *implorer*, Hiſp. *implorar*, ἀνακαλέω, plorans opem poſco, auxilium peto, invoco, a *ploro*, quia proprie dicitur, cum quis in malis poſitus eſt, & cum miſeratione auxilium petit. *Cic. in Ver.* Deos, hominesque implorabat. *Id. pro Quinct.* Deum, atque hominum fidem implorabis. ¶ Dicimus implorare auxilium alicujus, & ab aliquo. *Cic. pro Rabir. perduel. c.* 3. & *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 31.

Implŭit, ebat, imp. 3. *piovere ſopra qualche coſa*, Germ. *hinein regnen*, Gal. *pluvoir deſſus*, Hiſp. *llover ſobre algo*, ἐμβρέχω, ſuper aliquid pluit. *Col. l.* 2. *c.* 8. Priuſquam impluerit, ab avibus, aut formicis ſata edi. ¶ Translate *Plaut. Moſt.* 4. 1. 15. Malum cum impluit cæteros, ne impluat mihi.

Implumbo, as, a. 1. *impiombare*, plumbo connecto, conglutino. *Vitruv. l.* 10. *c.* 6. Ferreos enodaces in capitibus ſcaporum implumbavit.

Implūmis, & me, o. 3. *ſenza piume*, Ger. *ungefluecke*, Gall. *denuè de plumes*, Hiſp. *deſplumado*, ἄπτερος, quod plumis caret. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, &c. Adde *Horat. epod.* 1. *v.* 19. ¶ Dicitur etiam de eo, quod pilis caret. *Plin. l.* 8. *c.* 55. *de lepore*, Aliud educans, aliud in utero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Al. leg. *impile*, h. e. ſine pilis.

Impluvĭa, æ, f. *pluviale*, idem ac veſtis impluviata. Sed aliqui cenſent, genus hoc veſtis dictum eſſe a colore fuſco, vel pullo. alii definiunt veſtem, qua Sacerdotes per imbrem utebantur. *Varr.* Salium quoque ſereno tempore impluvia amictum fuiſſe criminabantur.

Impluviātus, a, um, quod impluvii ſimilitudinem habet, ut Vites impluviatæ, Veſtis impluviata, ideſt quæ quatuor quadrata lateribus undique corpus ambit, quæ forma eſt impluviorum in cavædiis. *Turneb. l.* 14. *c.* 19. Sed *Nonius c.* 16. *n.* 3. cenſet, hanc veſtem dictam eſſe a colore impluviato, hunc autem colorem ſic dici quaſi fumato ſtillicidio impletum, & eſſe fuſcum, ſeu pullum, quem Mutinenſem vocant. *Plaut. Epid.* 2. 2. 40. Impluviatam, ut iſtæ faciunt veſtimentis nomina.

Impluvĭum, vii, n. 2. locus in ædibus ſub cœlo ſine tecto relictus, unde lucem deorſum caperent, a pluvia, quia in eum locum aer impluit, & aqua pluvialis collecta de tecto illabitur. *Cic.* 3. *Verr.* Ne hæc quidem duo ſigna pulcherrima, quæ nunc ad impluvium tuum ſtant. *Feſtus*: Impluvium, quo aqua impluit collecta e tecto.

Impœnitendus, a, um, adject. non pœnitendus, *da non pentirſi*. *Apul. l.* 11. Impœnitendæ ſe pauperiei committere.

Impœnītens, entis, *impenitente*, quem non pœnitet. *Auct. declam. quæ inſcribitur* Tribunus Marianus, *quam quidam perperam Quintiliano tribuunt*. Ut impœnitentem rigor non prætereat ultionis.

Impœnītus, a, um, adject. impunitus, a pœna. *Gell. l.* 12. *c.* 7. Veneficium non admittendum impœnitum videbatur.

Impolīte, adv. *rozzamente*, Ger. *unzierlich*, Gal. *groſſierement*, *lourdement*, Hiſp. *toſcamento*, *groſſeramente*, ἀκόμψως, ineleganter. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 49. Cum ſæpiſſime tibi Senatus breviter, impoliteque dicenti maximis ſit de rebus aſſenſus.

Impolitĭa, æ, f. 1. *rozzezza*, Ger. *unzierlichkeit*, Gal. *ſaletè*, *rudeſſe*, ἀκομψία, ἀκοσμία, inelegantia, incuria, ruditas, a *polio*. Hinc *impolitiæ rei*, qui a Cenſoribus notabantur, quia paterentur, equum fieri gracilem, & *impolitias facere* dicebantur Cenſores, auctore *Feſto*, cum equiti æs abnegabant ob equum male curatum. *Gel. l.* 4. *c.* 12. Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur.

Impolītus, a, um, *rozzo*, *goffo*, גלם, Ger. *unbuenſtlich*, Gal. *malpoly*, Hiſ. *toſco*, *no polido*, ἄκομψος, nondum politus, rudis. *Cic. in Bruto*. Significant enim quandam formam ingenii, ſed admodum impolitam, & plane rudem. *Id. de Prov. Conſ. c.* 14. Impolitæ vero res, & acerbæ ſi erunt relictæ. *Quintilian. l.* 8. *c. ult.* Structuræ lapidum impolitiorum.

Impollūtus, a, um, *non macchiato*, *non violato*, ἀμίαντος, non pollutus. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 35. Virginitas impolluta. Et *l.* 16. *c.* 36. Intemeratus, impollutus.

Impomenta, a. 2. quaſi imponimenta, quæ poſt cœnam menſis imponebant. *Feſtus*.

Impōno, is, oſui, ſitum, a. 3. *imporre*, *ſoprapporre*, הרים, Ger. *auffſetzen*, Gal. *metre deſſus*, *impoſer*, Hiſ. *poner encima*, ἐπιτίθημι, ſuprapono. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 12. *Stat.* 6. Imponere coronam. *Theb. v.* 321. cum natum imponeret axi. h. e. currui. *Petron. in Satyr. c.* 12. Imponere aliquem periculo. h. e. ponere aliquem in periculo. ¶ Translate eſt injungere, imperare. *Cic.* 1. *de Or.* Neque vero ego hoc tantum oneris imponam noſtris præſertim Oratoribus, nihil ut iis putem licere neſcire. ¶ Imponere finem, vel clauſulam rei alicui, eſt finire, vel abſolvere. *Virg.* 7. *Æn.* Finemque imponere curis. ¶ Imponere extremam manum, eſt perficere. *Virg.* 7. *Æn. v.* 572. Nec minus interea extremam Saturnia bello imponit Regina manum. ¶ Interdum ſignificat decipere, fallere, *ingannare*, *dare ad intendere*. In hac vero ſignificatione impono neutrum eſt 3. ordinis, vel, ſi activum eſt, aliquis accuſativus ſubintelligitur, ut fraudem, deceptionem, fallaciam. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 6. Maxime Catonis, cui tamen egregie impoſuit Milo noſter. ¶ Eſt etiam nauticum verbum, & ſignificat ſupra navim ponere, *imbarcare*. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 9. Ipſi expediti navem conſcenderent, quo major numerus militum imponi poſſet. Adde *Cic.* 2. *de Div. c.* 40. ¶ Item ſacrorum. *Virg.* 4. *Æn.* Cum dona imponeret aris. Adde *Varr. lib.* 4. *de L. L. & ibi Scalig.* ¶ Imponere præſidium civitati, aut arci, *metter guarnigione*. *Liv.* & *Curt. l.* 3. *c.* 7. ¶ Imponere perſonam improbam alicui, *farlo parere malvagio*. *Cic. Verr.* 4. ¶ Imponere tributum, vectigal, *metter gabelle*. *Id. pro Leg. Agrar.* &c. ¶ Imponere neceſſitatem, vim, &c. alicui, *neceſſitare*, *ſforzare*. *Id. pro Syll.* & *Verr.* 4. ¶ Imponere alicui injurias, *caricare d' ingiurie*. *Cicer. Verr.* 6. *c.* 9. Quibus tu privatim injurias plurimas, contumeliaſque impoſuiſti. ¶ Imponere vocabulum, nomen, *dar nome*. *Liv. l.* 35. *c.* 47. *Ovid.* 9. *Met. v.* 707.

Imporcatus, a, um, adject. in porcas redactus, *coperto nelle porche*, *o ſolchi*. *Col. l.* 2. *c.* 10. Cum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatumque occabimus.

Imporcĭtor, oris, m. qui porcas facit in agro arando. *Feſt.*

Imporco, as, αὐλακίζω, porcas in agro facio, ſeu ſemen in porcas redigo. Nam porcas faciebant tertia aratione, eaque ſemen in porcas redigebant. V. Imporcatus.

Importabĭlis, le, adject. o. 3. qui portari, ſeu tolerari non poteſt. *Tertul. l.* 4. *adv. Marc. c.* 27. Excuſandos cenſuiſſet, ſi importabilia portare non poſſent.

Importatitĭus, a, um, adject. qui importatur. *Hirt. de B. Afric. cap.* 20. Frumento ſe in Africa, niſi importatitio, uti non poſſe.

Importo, as, a. 1. *portare dentro*, הביא, Ger. *eintragen*, Gal. *porter dedans*, *apporter*, Hiſp. *traer adentro*, εἰσφέρω, infero, inveho. *Hirt. l.* 8. *B. G. c.* 35. Sylveſtribus, anguſtiſque itineribus frumentum importare in oppidum inſtituit. ¶ Sumitur etiam pro introducere. *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 2. Germani jumentis importatis non utuntur. *giumenti foraſtieri*. ¶ Translate uſurpatur pro afferre. Hinc dicimus importare ægritudinem, calamitatem, damnum, detrimentum, incommodum, malum, ſolicitudinem, ſuſpicionem, &c. *Cic.* 2. *Offic. cap.* 5. Per eoſdemque, ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus. Adde *Fam.* 16. 1. *Fin. Tuſcul.* 4. & *pro Sext.* &c.

Importūne, adv. *fuor di tempo*, *fuor di propoſito*, Ger. *ungeſtuemmiglich*, Gal. *hors de temps*, & *ſaiſon*, Hiſ. *importunamente*, ἀκαίρως, intempeſtive, præter loci, temporis, aut perſonarum rationem. *Cic.* 4. *Acad.* Hoc eſt enim virum eſſe, confidere ſuis teſtibus, & importune inſiſtere. *Gel. l.* 20. *c.* 6.

c. 6. Importunissime facere. *Lactant.* 5. 2. Importunius veritati insultare.

Importunĭtas, atis, f. 3. *importunità*, *noja*, Ger. *ungestümmigkeit*, Gal. *importunité*, Hisp. *importunidad*, ἀκαιρία, intempestivitas, quæ neque loci, ut ait Donatus, neque temporis observat commoditatem. *Ter. Andr.* 1. 4. 4. Importunitatem spectate aniculæ. ¶ Accipitur non raro pro immanitate, feritate. *Cic. pro Cluent. c.* 61. Importunitatem matris a filii capite depellite. *Id. ibid.* Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto vellet. *Id. in Pison.* Animal ex omnium scelerum importunitate, & omnium flagitiorum impunitate concretum.

Importūnus, a, um, *importuno*, ἄκαιρος, proprie dicitur locus portu carens, eoque navibus infestus. *Ovid. Met.* 14. *v.* 481. Quos communis hiems, importunusque Caphareus Mersit aquis. Al. leg. *importunis* eodem sensu. *Serv. in illud Virg.* 11. Æn. Bellum importunum cives cum gente Deorum, invictisque viris gerimus. Importunum bellum inde vocat, quod portu, idest quiete careat. ¶ Translate accipitur pro gravi, molesto, qui aliquid facit præter rationem loci, seu temporis, aut personarum. *Cic. pro Cluent.* Repente exorta est mulieris importunæ nefaria libido. *Hor. l.* 3. *Carm.* Importuna tamen pauperies abest. *Cels. l.* 4. *c.* 6. Morbus importunior. ¶ Item pro imminani, detestando, execrando. *Cic. in Ver.* Istius effrænatum animum, importunamque naturam tanta oppressit amentia. *Id. in Phil.* Quin nulla societas cum illa importunissima belua esse posset.

Importuōsus, a, um, *senza porto*, ἀλίμενος, quod est sine portu. *Sall. in Jug. c.* 17. Mare sævum, & importuosum, & ager frugum fertilis. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Importuosissima insula.

Impos, tis, o. 3. *impotente*, ἀκρατὴς, qui non potest aliquid, qui rem aliquam in potestate sua non habet, a *potis*. *Prisc.* in 4. ait, ut a *do* est *dos*, a *custodio custos*, sic a *competo* esse *compes*, & mutato *e* in *o compos*. *Var. l.* 4. *de L. L.* deducit a *potentia*. ¶ *Impos animi*, est qui animi sui potens non est, cui mens sana non est. *Plaut. Cas.* 3. 5. 7. Eripite huic gladium, qui sui est impos animi.

Impositĭo, nis, f. 3. *imposizione*, ἐπίθεσις, actus imponendi. *Plin. l.* 27. *c.* 13. Impositione spicuia e corpore ejicit. ¶ Apud *Varr. l.* 4. *&* 9. *L. L. impositio verborum*, aut *nominum* est eorum inventio, & usus ad significanda ea, quibus imponuntur.

Impositĭtius, ἐπιθετικὸς, quod impositum est, ut Nomina imposititia, quæ ex aliqua re externa imponuntur. Servitus imposititia, non naturalis. *Leg.* 41. *Dig. de Leg.* 1. Canthari, per quos aquæ saliunt, si imposititii sint, &c. *posticci*.

Impositīvus, a, um, adject. idem quod imposititius. *Plin. l.* 28. *cap.* 4. Impositiva nomina.

Impositor, oris, m. qui imponit. *Var. l.* 6. *de L. L. circa princ.* Cum hæc adminicula addas ad eruendam voluntatem impositoris. h. e. ejus qui rei nomen imposuit.

Impositus, a, um, *imposto*, partic. ab imponor. *Ovid.* 15. *Met. v.* 820. Impositum foret orbis onus. *Cic. Attic.* 1. *ep.* 16. Tanto imposito Reip. vulnere. h. e. inflicto. ¶ *Impostus* per syncop. *Propert. l.* 4. *el.* 2. *v.* 29. Sobrius ad lites, at cum est imposita corona, &c.

Imposĭtus, us, m. idem ac impositio. *Plin. l.* 24. *c.* 4. Ulcera commanducatu, imposituque efficacissime sanari.

Impossĭbilis, le, o. 3. *impossibile*, Ger. *unmiglich*, Gal. *impossible*, Hisp. *imposſible*, ἀδύνατος, quod fieri non potest. *Quinct. l.* 5. *c. de Argum.* Non enim longum tantum, sed etiam impossibile. *Id. l.* 10. *c.* 13. Impossibilia aggrediantur, pro effectis relinquant vix dum inchoata.

Impossibilĭtas, atis, f. *impossibilità*. *Apul. l.* 6. *Met.* Impossibilitate ipsa mutata in lapidem. Adde *Tertull. de Baptism. c.* 2.

Impostor, oris, m. 3. *ingannatore*, מוסם, Ger. *betrieger*, Gal. *imposteur*, Hisp. *enganador*, πλάνος, φένακ, deceptor, qui decipit, ab *impono*, qua notat decipere. Hoc nomine ab Ethnicis Christiani appellati sunt, quod falsa religione, ac prædicatione simplicibus imponere conferentur. *Ulp. l.* 1. §. *Medicos*, *ff. de var. & extraord. cog.* Si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) exorcizavit. Al. leg. *in posterum*.

Impostūra, æ, f. *frande*, *inganno*, עקבה, Ger. *betrug*, Gall. *imposture*, Hisp. *enganno*, ἐξαπάτη, fraus, deceptio. Unde impostūram facere, est decipere, circumvenire. *Ulp. l.* 3. *de crim. ff. stelion.* Si quis impostūram fecerit, aut collusionem in necem alterius.

Impŏtens, tis, o. 3. *impotente*, *debole*, Ger. *unmaechtig*, Gal. *impotent*, *perclus*, Hisp. *impotente*, ἀκρατὴς, non potens, infirmus, debilis, inops. *Cic. pro Mur.* Ad salutem innocentium, & ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum hæc valeant. ¶ Item incontinens, qui in sua potestate non est, seu qui affectuum suorum potens non est, sed ab appetitibus vincitur. *Cic. de Aruſp. resp.* Nihil lœci iratus, nihil impotenti animo. *Id. in Part. c.* 35. Motus animi impotentes. *Liv. l.* 29. *c.* 9.

Impotentior rabies. h. e. quæ cohiberi non potest. *Id. l.* 35. *c.* 11. *ad fin.* Equus impotens regendi. *Cic. Phil.* 5. *c.* 16. Homo impotentissimus. ¶ Jungitur & genit., ut impotens animi, *Curt. l.* 8. *c.* 1. Impotens amoris, *Tacit. 4. hist. c.* 44. Impotens iræ, *Liv.* 21. 9. ¶ Accipitur etiam pro valde potenti. *Nepos in Lysandr. c.* 1. Ut Athenienſium impotentem dominationem refringeret. ¶ Hæ tamen duæ posteriores significationes affines sunt, ac fere eædem, neque enim nimia potentia ista accipitur unquam nisi in malam partem.

Impotenter, adv. ἀκρατῶς, incontinenter, cum impotentia, *sregolatamente*, *con debolezza di animo*, *o di affetto*. *Quintil. l.* 1. *c.* 3. Ne quid impotenter faciat, monendus est puer. *Liv. lib.* 27. *c.* 48. Impotentius regi. *Senec. l.* 4. *de Benef. c.* 17. Impotentissime facere.

Impotentĭa, æ, f. *impotenza*, *debolezza*, Ger. *unmacht*, Gal. *impuiſſante*, Hisp. *impotencia*, ἀδυναμία, imbecillitas, infirmitas, *Ter. Adel.* 3. 3. 16. Magis propter suam impotentiam se semper credunt negligi. ¶ Sæpe sumitur pro animi effrænatione. *Cic.* 4. *Tusc.* Inflammant appetitionem nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, a temperantia, & moderatione plurimum dissidentem. ¶ Item pro insana, immoderataque potentia. Hinc a *Seneca* impotentia fortunæ ascribitur, cujus successu elatiores, insolentioresque reddi homines consueverunt. *Vellei. l.* 2. *c.* 29. Nunquam potentia sua ad impotentiam usus.

Impræpedīte, &

Impræpedīto, adverb. sine impedimento, nullo impediente. *Ammian. l.* 27. *c.* 21. Impræpedite abduxit. *Id. l.* 26. *c.* 16. Ut impræpedito ipse pergeret, quo tendebat.

Impræsentiārum, *al presente*, *in τῷ παρόντι*, unica dictio est, idem significans, quod tempore præsenti, neque solum dicitur de eo, quod nunc præsens est, sed sæpius de eo, quod præsens fuit, aut præsens erit. Nata est ex eo, quod vulgo compendio studentes *rum* pro *rerum* scriberent. Integrum igitur est *in præsentia rerum*. *Voss. Cato R. R. cap. de olea legenda*: Extra quam si quem socium impræsentiarum dixerit. *Ulp. de tab. exhibendis*, Cur noceat ei, qui responderit, quod impræsentiarum ei videbatur? Adde *Tacit. 4. Ann. c.* 59. & *Apulejum* sæpe. ¶ *Scioppius in comment. de stil. hist.* hanc vocem Latio plane exterminat, quippe cujus nullam mentionem fecerint veteres Grammatici, putatque lutea linguæ ætate confictum, & ab indoctis exscriptoribus in Codices Scriptorum, quos attulimus, insertam. *Voss. de Vit. serm. l.* 1. *cap.* 25. & *l.* 4. *c.* 33. damnare non audet; illud tamen admonet, quod certissimum est, *in præsentia*, *in præsens*, & *in præsenti* multo elegantius usurpari, tametsi non æque buccas impleant. Denique *Norisius in Cenotaph. Pisan. dissertat.* 4. *c.* 6. refert ad auream ætatem auctoritate *Fannii*, cujus verba recitat *Priscian.* apud *Putsc. pag.* 960.

Impræputiātus, a, um, adject. idem quod præputiatus, habens præputium. *Tertul. de Monogam. c.* 11. Impræputiatus vocatus es, ne circumcidaris.

Impræscientĭa, æ, f. præscientiæ carentia. *Tertul. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 7. Deceptus ex impræscientia futuri.

Impræstabĭlis, le, adject. qui nihil præstat. *Firmic. l.* 8. *c.* 29. Longævi, & impræstabiles.

Impransus, a, um, *che non ha ancora desinato*, ἄριστος, qui nondum pransus est, partic. a prandeo, in signincatione activa. *Hor.* 2. *Ser. Sat.* 2. Verum hic impransi mecum disquirite.

Imprecatĭo, onis, f. *maledizione*, ἀρὰ execratio, devotio, diræ. *Senec. de benef. c.* 35. Dira imprecatio. Adde *Plin. l.* 5. *c.* 8.

Imprĕcor, aris, atus sum, d. 1. *maledire*, קלל, Ger. *fluchen*, Gal. *pricr mal*, *maudire*, Hisp. *maldezir*, *rogar mal a otro*, καταράομαι, malis quippiam precor. *Virg.* 4. Æn. Litora litoribus contraria, fluctibus undas imprecor. *Quintil. Declam.* 15. *ad fin.* Imprecari debilitates, naufragia, morbos. ¶ In bonam partem quandoque accipitur. *Apul. l.* 9. *Metam.* Solito sermone salutem ei fuerat imprecatus.

Impresse, adverb. efficaciter, attente, graviter. *Tertul. de exhort. Cast.* Alte & impresse recogitare. *Id. de carn. Christi c.* 12. Ut impressius dixerim.

Impressĭo, onis, f. *impressione*, ἐμβολὴ, actus imprimendi. Translate sumitur pro imagine, quam mente efformamus. *Cic.* 4. *Acad.* Cum visa in animos imprimuntur, non vos id dicere, inter ipsas impressiones nihil interesse. ¶ Frequenter accipitur pro violento impetu, qualem facere solent acies instructæ, cum alteram in alteram irrumpere conatur, & generatim pro vi acriore, & vehementiore, *violenza*, *assalto violento*, פרץ, Ger. *eintrunckuag*, Gal. *impression*, *assaut*, Hisp. *impresſion*, *arrebatamiento*, προσβολὴ. *Cic.* 5. *Fam.* Quam me, quacumque ratione posset, non judicio, neque disceptatione, sed vi, atque impressione evertere. *Cæs. lib.* 8. *B. G.* Ut omni multitudine in fines Suessionum, qui Rhemis erant attributi, facerent impressionem. *Liv. lib.* 4. *c.* 28. Dant impressionem, qua P. Albinus cohortes objecerat.

Impressus, us, ui, m. idem ac impressio. *Prudent. Psychom. v.* 273. Sub pectoris impressu.

Impressus, a, um, *impresso*, partic. ab imprimor. *Cic. ad Att.* Ut vix impressam orbitam possimus videre. *Id. pro Mil.* Ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. *Virg. Æn.* 5. *v.* 536. Crater impressus signis.

Imprimis. V. Primus.

Imprĭmo, is, essi, essum, a. 3. *imprimere*, *calcare*, חק, Ger. *eintrucken*, Gal. *imprimer*, Hisp. *imprimir*, ἐκτυπόω, ἐντυπτίζω, premendo immitto, rei cuipiam figuram aliquam induco, cum dat. vel abl. & præp. *in*, vel acc. & præp. *in*, vel cum casibus, aut adverbiis status in loco. *Cic. in Acad.* Quid, si in ejusmodi cera centum sigilla hoc anulo imprimero? *Id. de Div.* Sus rostro humi A literam imprimit. ¶ Translate sumitur pro introducere, inferere, eodemque regit casus. *Cic. in Acad.* Quo e genere nobis notitiæ rerum imprimuntur. *Id. ibid.* Cum visa in animos imprimuntur. *Id. de Fato*, Visum objectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem. *Id. Phil.* 5. Imprimere dedecus Reipublicæ. ¶ Interdum ponitur pro signare, obsignare, informare. *Cic.* 1. *Tusc.* An imprimi quasi ceram putamus animum?

Improbabĭlis, le, o. 3. *che non si può provare*, ἀδοκίμαστος, quod probari non potest. *Cic.* 4. *Acad. c.* 11. Quamobrem sive tu probabilem visionem, sive improbabilem, & quæ non impediatur, sive aliud quid præferres. *Senec. epist.* 75. Affectus sunt motus animi improbabiles. h. e. qui non possunt a ratione probari.

Improbatĭo, nis, f. *riprovazione*, נוצל, Ger. *verwerffung*, Gal. *reprouvement*, Hisp. *reprovamiento*, ἀδοκιμασία, actus improbandi. *Aucl. ad Her. l.* 2. *c.* 6. Hæc & ad improbationem, & approbationem testium pertinebunt.

Improbātor, oris, m. qui improbat. *Apul. de Deo Socrat.* Malorum improbator, bonorum probator.

Improbatus, a, um, non probatus. *Cic. pro Fontejo c.* 4. Multa improbata. *Instit. cap.* 3. *lib.* 18. *Gellii*. Homo improbatissimus.

Improbe, adv. *malvagiamente*, Germ. *unfrommiglich*, Gall. *mechamment*, Hisp. *malvadamente*, πονηρῶς, non probe, prave, perverse. *Cic. pro Rosc. Am. c.* 36. Multa improbe fecisti. *Id.* 5. *Ver.* Est aliquid, quod improbius fieri potest? *Id. in Pis. c.* 6. Improbissime respondere.

Improbĭtas, atis, f. *malvagità*, רשעת, Germ. *unfrommigkeit*, Gall. *malchancere*, Hisp. *maldad*, πονηρία, malignitas, perversitas. *Cicer.* 4. *Ver.* Ex multis similibus ea sumam, quæ maxime improbitate excellere videbuntur. Adde *pro Mur. c.* 4.

Improbĭter, adverb. imbrobe. *Petron. in Satyr. c.* 66. Quidam improbiter nos pugno sustulerunt.

Improbo, as, avi, atum, a. 1. *riprovare*, מאס, Ger. *verwerffen*, Gal. *reprouver*, Hisp. *reprovar*, ἀδοκιμάζω, non probo, damno, rejicio, vitupero. *Cic.* 2. *de Or. cap.* 37. Ego ista studia non improbo, moderata modo sint. *Id. in Bruto*. Semper ne in Oratore probando, aut improbando vulgi judicium cum intelligentium judicio congruit?

Improbro, a. 1. probro afficio. *Plaut. Merc.* 5. 4. 8. Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo, ingenium improbrant. Al. leg. *improbant*. *Tac. Ann.* 2. 2. 25. Rus tu mihi improbras? h. e. exprobras. Al. leg. *opprobras*.

Improbŭlus, o. 1. 2. dim. ab improbus, *cattivello*. *Juv. Sat.* 5. *v.* 74. Finge tamen te improbulum, superest illi, qui ponere cogat.

Improbus, a, um, *tristo*, *maligno*, רשע, Ger. *unfrom*, Gal. *mechant*, Hisp. *malo*, *malvado*, πονηρὸς, non probus, nequam, sceleratus, facinorosus, perfidiosus. *Cic. pro Sylla*. Siquid ab improbis de me improbe dicitur. *Id. in Brut.* Vir improbissimus. ¶ *Improbum os*, dicax, injuriarum plenum. *Suet. de Cl. Gram. cap.* 15. Quod cum oris improbi animo inverecundo scripsisset. ¶ Interdum sumitur pro corrupto, vilis conditionis. *Plaut. Mil.* 3. 1. 134. Sicuti merci pretium statui, pro virtute ut vencat: quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperet. Sed aliqui *mercem improbam*, injustam, vel in qua nullum est lucrum, interpretantur. ¶ Item pro turpi, deformi, fœdo. *Lucil. apud Non. c.* 4. *n.* 250. ¶ Item pro fœvo. *Virg.* 10. *Æn.* Lavit improba teter ora cruor. ¶ Item pro magno. *Virg.* 1. *Georg. v.* 145. Labor omnia vincit improbus. Ubi *Serv.* Improbus, vel magnus, vel nulli probabilis. *Senec. epist.* 94. Improbum lumen. h. e. nimium, *Martial. l.* 12. *epigr.* 18. Ingenio fruor improboque somno. ¶ Item pro insatiabili, damnoso. *Virg.* 1. *Georg.* Nihil improbus anser, Strimoniæque grues. Ubi *Serv.* Improbus, insatiabilis, nulli probandus. ¶ Item pro impudenti, audaci. *Lucan. l.* 5. *v.* 130. Spes improba. *Flor. l.* 3. *c.* 10. Improba classis. ¶ Item pro intimi. *Lex. XI. Tab.* Improbus, intestabilisque esto. Adde *Plaut. Caſ.* 1. 2. 31.

¶ Improbum teſtamentum, h. e. iniquum, non legitime factum. *Cic. Ver.* 3.

Improcĕrus, a, um, *non alto*, *baſſo*, μικρός, βραχύς, non procerus, humilis. *Gell. l.* 4. *c.* 19. Corpora eorum improcera fieri. Adde *Tacit. de Germ. c.* 5.

Improcreabilis, le, adject. qui procreari non poteſt. *Apul. de dogm. Plat.* Materia improcreabilis.

Improfeſſus, a, um, qui conditionem nondum profeſſus eſt, hoc eſt, palam fecit, part. a profiteor. *Sueton. Domit. c.* 12. Ad quem deferebantur, qui vel improfeſſi, Judaicam intra urbem viverent vitam &c. al. leg. *veluti profeſſi*. *Martian. JCtus l. fin. Dig. de Publican.* Si quis improfeſſus ſervus fuerit, &c.

Improlis, vel Improlus, qui nondum eſt aſcriptus in civitate. *Feſt.*

Impromiſcŭus, & Impromiſcus (nam & *promiſcuus*, & *promiſcus* legitur) a, um, adject. ἄμικτος, non mixtus, impermixtus. *Gell. l.* 1. *c.* 7. Verbum liberum undique, & impromiſcuum. *Id. l.* 12. *c.* 4. Suavitas impromiſca.

Impromptus, vel impromtus, a, um, *non pronto*, βραδύς, tardus. *Liv. l.* 7. *c.* 4. Quia intacundior ſit, & lingua impromptus.

Imprŏpe, adverb. *prope*. *Tertul. Exhort. ad Caſt. c.* 9. Si orationem facit ad Dominum, improbe eſt cœlo.

Improperanter, adverb. pedetentim, ſenſim. *Auſon. epit. ph.* 35. Improperanter agens primos e carcere curſus.

Improperātus, a, um, *non affrettato*, Germ. *unbehend*, Gall. *qui n'eſt point hate*, Hiſp. *no apreſſurado*, non feſtinatus, partic. paſſ. ab impropero. *Virg.* 9. *Æn. v.* 798. Haud aliter retro dubius veſtigia Turnus improperata refert.

Improperium, ii, n. *improperio*, nota, opprobrium. *Auct. declam. quæ inſcribitur* Tribunus Marianus, *quam quidam falſo Quintiliano tribuerunt*. Sempiternum incuſſit improperium paludatis.

Impropĕro, as, n. 1. intro propero, hoc eſt, feſtinanter, & properanter ingredior. *Plin. l.* 35. *c.* 13. Quo ſiquis improperaret, ſine glomere lini. ¶ Sæpe eſt activum, pro crimen, vel aliquid aliud alicui objicere, *rimproverare*, חרף, Ger. *auffrupffen*, Gal. *reprocher*, Hiſp. *caherir*, ὀνειδίζειν. *Plaut. Rud.* 3. 4. 28. Etiam vim improperas flagitii flagrantia? Melius tamen legitur *opprobrat*. Adde *Petron. in fragm. Tragur.*

Impropĕrus, a, um, adject. *tardo*, tardus, non properus. *Silius l.* 3. *v.* 96. Improperæ cui ducant fila ſorores.

Impropŕie, adv. *impropriamente*, Ger. *uneigentlichen*, Gal. *improprement*, Hiſp. *no propriamente*, κυρίως, non proprie. *Gell. l.* 7. *c.* 1. Ut ſcribere auſi ſint M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconfiderate locutum. Adde *Plin. l.* 8. *c.* 10.

Impropriĕtas, atis, f. *impropriedà*. *Gell. l.* 1. *c.* 22. Cavenda eſt impropriĕtas verbi.

Impropriŭs, a, um, *improprio*, Ger. *uneigentlich*, Gall. *impropre*, Hiſp. *no proprio*, ἄκυρος, non proprius. *Plin. l.* 37. *c.* 8. Improprium cognomen. ¶ *Improprium*, ii, n. *impropriedà*, ἄκυρον, ἀκυρολογία, vitium orationis. *Quint. l.* 8. *c.* 2. Ei contrarium eſt vitium id, quod apud nos impropriŭm vocatur, quale eſt. *Virg.* 4. *Æn. v.* 421. tantum ſperare dolorem.

Impropugnātus, a, um, adject. *non diſeſo*. *Ammian. l.* 29. *ſub fin.* Impropugnata civitas.

Improſpecte, adv. incaute, improvide. *Tertul. de anim. c.* 24. Satis improſpecte.

Improſpectus, a, um, *non veduto*, non proſpectus. *Sever. in Ætna*, *v.* 339. vel qua liberrimus Ætna Improſpectus hiat.

Improſper, a, um, ἀτυχής, infelix. *Tacit. l.* 14. *Ann. ad fin.* Orta inſidiarum magna moles, ſed improſpera.

Improſpĕre, adv. *infelicemente*, Ger. *ungluecklich*, Gal. *malheureuſement*, Hiſp. *deſdichadamente*, δυσχῶς, non proſpere, infeliciter. *Colum. l.* 1. *c.* 1. Ubi quid perperam adminiſtratum ceſſerit improſpere.

Improtectus, a, um, *ſenza difeſa*, ἀνυπερασπίστος, non protectus, defenſore deſtitutus, indefenſus. *Gell. l.* 13. *c.* 26. Nequa in re adverſa, & repentina incurſio imparatis, improtectiſque nobis oboriatur. Adde *Ammian. l.* 21. *c.* 25.

Improvide, adv. *incautamente*, *non accortamente*, Germ. *ungervvoerlich*, Gal. *ſans avoir pourveu*, Hiſp. *no proveidamente*, ἀπρονοήτως, incaute. *Liv. l.* 2. Neque pro veteris prudentia ducis tam improvide iſſet.

Improvidentĭa, æ, f. providentiæ carentia. *Tertul. l.* 2. *adverſ. Marc. c.* 23. Improvidentia ſententias vertere.

Improvĭdus, a, um, *incauto*, *non accorto*, Ger. *unfiſichtig*, Gal. *qui ne prævoit*, *ni pourvoit point*, Hiſp. *inconſiderato*, *incauto*, ἀπρονόητος, qui non prævidet, quod futurum eſt, incautus. *Cic. de Leg.* Neceſſitas quædam fatalis improvidas hominum mentes occupavit. ¶ Sumitur etiam paſſive, ut Improvida tela, quæ non prævidentur. *Plin. in epiſt.* 22. *l.* 4. Non ſecus, ac tela, quæ ipſa cæca, & improvida feruntur.

Improvĭſe. V. Improviſo.

Improvĭſo, adv. *improvviſamente*, *all' improvviſta*, Ger. *unverſehenlich*, Gal. *l'improviſte*, Hiſp. *de improviſo*, ἀπροσδοκήτως, ἐκ τοῦ ἀφανοῦς, ſubito, repente, de repente. *Cic. Att. l.* 15. Cum hominem temperantem, ſummum medicum tantus improviſo morbus oppreſſerit. ¶ Revera ablat. eſt adjectivi *improviſus*; quare interdum additur præpoſit. *ex*, & *de*. *Cic. Ver.* 1. *c.* 43. Ex improviſo ſi quæ res natæ eſſent. Et *pro Roſc. Amer. cap.* 52. In quos de improviſo incidunt. ¶ Addunt quidam Lexicographi dici etiam *improviſe*, adducuntque locum ex *Plaut. in Truc.* ſed lectio ſuſpecta eſt.

Improvīſus, a, um, *improvviſo*, *non provviſto*, Ger. *unverſehen*, Gall. *improviſto*, Hiſp. *improviſo*, ἀπροσδόκητος, quod non eſt prævisum, inopinatum, ſubitum, repentinum. *Cic.* 2. *Fam.* Caſtella munita improviſo adventu capta, & incenſa. *Tac. l.* 2. Quo improviſior, graviorque peſtis fuit.

Imprūdens, tis, o. 3. שׁוֹגֵג, Ger. *unvveiſs*, Gal. *imprudent*, Hiſp. *imprudente*, ἄφρων, non prævidens, inſciens, non prudens, *imprudente*, *inavvertente*, & fere cum genit. conſtruitur vel abſolute. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 3. Freto Siciliæ, imprudente, & inopinante Curione, provehitur. *Ter. Eun.* 1. 2. 56. Imprudens harum rerum, ignarusque omnium. *Id. in Hecyr.* 5. 4. 40. Plus hodie boni feci imprudens, quam ſciens unquam. *Liv. l.* 34. *c.* 9. Hiſpani imprudentes maris. *Id. l.* 31. *c.* 14. Imprudens religionis. *Senec. de Conſtant. Sap. c. ult.* Quidquid ab imprudentioribus fieret negligendum. *Id. ep.* 90. Multa facit ſapiens, quæ ab imprudentiſſimis æque fieri videmus. ¶ Pro valde prudenti, *Virg.* 1. *Georg. v.* 373. Nunquam imprudentibus imber obfuit. Ita exponit *Priſcian.* Alii Interpretes aliter.

Imprudenter, adv. *imprudentemente*, *ſenza conſiderazione*, בשׁגגה, Germ. *unvviſſentlich*, Gal. *imprudemment*, Hiſp. *neciamante* ἐξ ἀγνοίας, inſcie, & per imprudentiam. *Cic.* 1. *de Inv.* Nam ſi iis, qui imprudenter læſerunt, ignoſci convenit. *Ter. Eun.* Ad flammam accelſit imprudentius.

Imprudentĭa, f. 1. *imprudenza*, *inavvertenza*, שׁגגה, Ger. *unvveiſſheit*, Gal. *imprudence*, Hiſp. *imprudencia*, ἄγνοια, inſcitia, error, inſcientia. *Cic.* 2. *de Inv.* Imprudentia eſt, cum ſciſſe aliquid is, qui arguitur, negat. *Id. pro Rab.* In his rebus omnibus imprudentia laberis.

Impūbes, is, o. 3. vel impubis, & be, vel impuber eris, *giovanetto ſenza barba*, Ger. *unmannbar*, Gall. *jouvenceau*, Hiſp. *mancebo*, ἀγένειος, qui ad annos pubertatis nondum pervenit, hoc eſt, qui nondum lanuginem circa genitalia membra emiſit, quam Latini pubem vocant. *Cic. in Cat.* Cum filium eius impuberem necandum eſſe dixit. *Ovid.* 2. *Faſt.* Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Puer impubis ſi detracto ramo detrahat.

Impubeſcens, o. 3. quod nondum lanuginem emittit. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Corticem ejus impubeſcentem. Harduin. tamen legit *intumeſcentem*.

Impūdens, tis, o. 3. *ſenza vergona*, עזמים, Germ. *unverſcampt*, Gall. *impudent*, Hiſp. *deſvergoncado*, ἀναιδής, qui nullo pudore ducitur, inverecundus, perfrictæ frontis, effrons. *Cic.* 4. *Acad.* Utrum igitur nos impudentes, qui labi volumus, an illi arrogantes, qui ſibi perſuaſerint ſcire ſe ſolos omnia? *Id. l.* 1. *Off. c.* 35. Impudentior intemperantia. *Id. l.* 6. *Attic. ep.* 2. Impudentiſſimæ literæ.

Impudenter, adv. *ſfacciatamente*, ἀναιδῶς, petulanter, inverecunde. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 12. Non ignoro, quam impudenter faciam. *Id.* 6. *Ver. c.* 7. Impudentiſſime mentiri. *Id.* 9. *Fam. ep.* 22. Batuit, impudenter: depſit, multo impudentius.

Impudentĭa, æ, f. 1. *ſfacciatezza*, Ger. *unſchamhafftigkeit*, Gal. *impudence*, Hiſp. *deſverguenca*, ἀναισχυντία, inverecundia, audacia, effrænata confidentia. *Cic.* 5. *Ver.* Quid ad hanc impudentiam addi poteſt?

Impudentiuſculus, a, um, *ſfacciatello*, aliquantum impudens. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 5. Simus enim impudentiuſculi, quam per te vix licet, verum &c. Plerique Cod. habent *putidiuſculi*.

Impudicātus, a, um, ſtupratus. *Feſt.*

Impudĭce, adverb. *impudicamente*. *Ambroſ. ad Virg. Inſp. c.* 8. & *Tertul. de Idolol. c.* 2. Et impudiciſſime *Eutrop. l.* 8. *c.* 22.

Impudicĭtia, æ, f. 1. *impudicizia*, Ger. *unzucht*, Gal. *impudicité*, *paillardiſe*, Hiſp. *impudicicia*, *deshoneſtidad*, ἀσέλγεια, libido. *Cic. Octavio*, Cui forma per dedecus pecuniam, & nomen nobile conſceleratum impudicitiæ dediſſet. Adde *Quintil. l.* 4. *c.* 2. & *Tacit. Ann.* 13. *c.* 45.

Impudĭcus, a, um, o. 1. 2. *impudico*, *non caſto*, Ger. *unzuechtig*, Gal. *impudique*, *paillard*, Hiſp. *impudico*, *deshoneſto*, ἀζελγής, ἀκόλαστος, non pudicus, impurus, qui pudicitiam ſuam proſtratam habet, & proprie qui alienam libidinem excipit. *Auctor. carm. Priap.* Si fur veneris, impudicus ibis. *Cic.* 2. *Catil.* In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique verſantur. ¶ Ponitur etiam pro temerario, & pro eo, qui nullo pudore ducitur. *Plaut. Rud.* 2. 3. 62. O facinus impudicum, quam liberam eſſe oportet, ſervire poſtulare. ¶ *Digitus impudicus*, eſt medius, qui etiam infamis, & famoſus, & verpus vocatur, ita dictus a tangendo podice. Quando porrigebatur, ſignum erat deriſionis, & contumeliæ. *Martial. l.* 6. *epigr.* 70. Oſtendit digitum, ſed impudicum Alconti. ¶ Superlat. impudiciſſimus. *Cic. Phil.* 2. *c.* 28. Impudiciſſimus Antonius. ¶ Comparat. *impudicitior* eſt apud *Plaut. Curcul.* 1. 1. 52.

Impugnatĭo, onis, f. 3. *oppugnazione*, מלחמה, Germ. *beſtreitung*, Gall. *reſiſtance*, *impugnation*, Hiſp. *opoſicion impugnacion*, προσβολή, oppugnatio. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 3. Ipſe domum P. Syllæ pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumpſerat.

Impugnātor, oris, m. qui impugnat. *Liv. l.* 27. *c.* 15. Caulonis impugnatores. Ita legit *Gruter*. Aſt alii *oppugnatores*.

Impugnātus, a, um, oppugnatus, victus. *Plin. l.* 5. *c.* 24. Primo hunc illi impugnatus curſum Taurus aufert. Al. leg. *in pugna*. ¶ Item non oppugnatus, ſine certamine relictus. *Gell. l.* 1. *c.* 6. Turpe eſt rhetori, ſi quid in mala cauſa deſtitutum, atque impugnatum relinquat.

Impugno, as, avi, atum, a. 1. *impugnare*, *oppugnare*, נלחם, Ger. *ber ſtreiten*, Gal. *impugner reſiſter*, Hiſp. *impugnar*, προσβάλλω, oppugno. *Cic. ad Brut.* Ut in præſens ſceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem. ¶ Per translationem ponitur pro adverſari, *contendere*. *Cic.* 3. *Fam.* Nullam ne in tabellæ quidem latebras fuiſſe abſconditam malevolentiam, quæ te impugnare auderet.

Impulſĭo, onis, f. 3. *impulſione*, *incitamento*, *inſtigazione*, ἐλατήρ, ὁρμή, actus impellendi, impulſus, incitatio. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 5. Impulſio eſt, quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, &c. *Id.* 3. *de Or.* Erroris inductio, & in hilaritatem impulſio.

Impulſor, oris, m. 3. *impulſore*, *inſtigatore*, qui impellit, & incitat ad aliquid faciendum. *Cic. Act. l.* 16. *ep.* 7. Quamvis non fueris ſuaſor, & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti.

Impulſus, us, m. idem ac impulſio. *Cic.* 2. *de Nat. Deor. c.* 11. Is ardor non alieno impulſu, ſed ſua ſponte movetur. *Id.* 9. *Fam.* Fratremque ſuum, hominem non ſapientem, impulſu inimicorum ſuorum eo progreſſum eſſe, id eſt, ſuaſu, & hortationibus.

Impulſus, a, um, *ſpinto*, *moſſo*, *incitato*, *inſtigato*, ἐπαχθής, partic. ab impello. *Juven. ſat.* 10. Unde altior eſſet Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ. *Velleſ. l.* 2. *c.* 51. Prælio graviter impulſi milites. *Nepos* 1. *c.* 5. Ejus auctoritate impulſi Athenienſes.

Impulverĕus, a, um, adject. qui eſt ſine pulvere, hoc eſt ſine labore. *Gell. l.* 5. *c.* 6. Impulverea, incruentaque victoria.

Impunctus. V. Impictus.

Impūne, adv. *ſenza punizione*, *ſenza pena*, חנם, Ger. *ohne ſtraff*, Gall. *impunement*, Hiſpan. *ſin caſtigo*, *impunidamente*, ἀζημίως, ſine pœna, abſque mulcta. *Ovid.* 2. *Met.* Haud impune feres: adimam tibi namque figuram. ¶ Significat etiam ſine damno. *Virg.* 2. *Georg.* Et ſæpe alterius ramos impune videmus vertere in alterius. ¶ Comp. impunius, ſup. impuniſſime. *Cic.* 6. *Verr.* Ille, civis Romanus quod erat, impunius id facturum putavit. *Plaut. Pœn.* 1. 3. 2. Nam impuniſſime tibi quidem hercle vendere haſce ædes licet.

Impūnis, ne, adject. *impune*, *ſenza pena*, *o caſtigo*. *Solin. c.* 27. Impunis, rediit. *Plaut. Merc.* 4. 6. 4. Id ſi reſcivit mulier, impune eſt viro. Quod tamen & adverb. eſſe poteſt.

Impunĭtas, atis, f. 3. *impunità*, *perdono*, חמילה, Germ. *unſtræfflgkeit*, Gal. *impunité*, Hiſp. *impunidad*, ἀτιμωρησία, venia peccati, licentia, cum ſcilicet qui peccavit, nulla mulctatur pœna. *Cic.* 2. *Fin. c.* 22. Quæ libido ſe non proripiet, ac projiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia?

Impunĭte, adverb. impune. *Matius ad Cic. Fam.* 11. *ep.* 28. O ſuperbiam inauditam! alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impunite licere. Al. leg. *impune*. *Feſt.* Impunitius mœchari.

Impunītus, a, um, *non punito*, *aſſolto*, Ger. *ungeſtraffe*, Gall. *impuny*, Hiſp. *impunido*, ἀτιμώρητος, non punitus, pœnis ſolutus. *Cic.* 7. *Ver.* Poſſemus hanc injuriam, ignominiamque noſtris Rom. inultam, impunitamque dimittere? *Liv.* 3. 50. Quo impunitior libido, & effrænatior eſt.

Impūno, onis, m. *audace*, *ſfacciato*, impudens, impunitatis ſpe, quæ magna eſt peccandi illecebra, impudenter quidlibet patrans, ab impune, apud vet. *Lucil.* apud *Non.* Homo impuratus, & impuno, & rapinator. ¶ Apud Junianum Majum pro *impuno* eſt *impudo*. Erit autem *impudo*, *onis*, a non pudendo.

Impuratus, a, um, idem ac impurus. *Ter. Phor.* 4. 3. 64. Impuratus me

ille ut etiam irrideat? *Apul. 9. Metam.* Nefario ſcelere impuratiſſima capita. *Plaut. Rud.* 3. 4. 45. Scio probiorem hanc eſſe, quam te, impuratiſſime.

Impūre, adv. *lordamente*, Ger. *unlauterlich*, Gal. *impurement*, Hiſp. *impuramente*, ἀκαθάρτως, αἰσχρῶς, ſpurce, fœde. Translate ponitur pro impudice, turpiter, flagitioſe. *Cic.* 3. *Fin. c.* 11. Quis animo æquo videt eum, quem impure, ac flagitioſe putet vivere? *Id. 9. Att. ep.* 12. Impuriſſime ab aliquo deſpici.

Impurgabĭlis, le, adject. inexcuſabilis. *Amm. l.* 22. *c.* 4. Impurgabile crimen.

Impuritās, tis, f. 3. *lordura*, טֻמְאָה, Ger. *unreinigkeit*, Gal. *impureté*, Hiſ. *impuridad*, ἀκαθαρσία, ſpurcities, fœditas. Translate accipitur pro impudicitia, improbitate, ſcelere. *Cic.* 2. *Phil.* 3. Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino, luſtriſque confectus.

Impuritĭa, æ, f. 1. idem ac impuritas. *Plaut. Perf.* 3. 3. 7. Tuas impuritias traloqui nemo poteſt.

Impūrus, a, um, *immondo*, *ſporco*, טָמֵא, Ger. *unrein*, Gal. *impur*, Hiſ. *impuro*, ἀκάθαρτος, fœdus, ſpurcus, contaminatus. Translate ad mores, vitamque refertur. *Cic.* 4. *Phil.* In illa tetra, atque impura legatione. *Id. pro Domo c.* 18. Omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus. *Id. Phil.* 3. Quis illo maledico impurior?

Imputatĭo, onis, f. *imputazione*, *il dar la colpa*. *l.* 82. *Dig. de condit. & demonſtr.* Ut explorari poſſit, imputationes probe, an improbe referantur.

Imputatīvus, a, um, adject. qui imputari poteſt, accuſatorius. *Ter. adverſ. Marc. l.* 2. *c.* 25. Non ſimplici modo, ideſt interrogatorio ſono legendum eſt, Ubi es Adam? ſed impreſſo, & incuſſo, & imputativo.

Imputātor, oris, m. exprobrator, *chi imputa*. *Senec. l.* 2. *de Benef.* Multi ſunt ſuperbi, & imputatores.

Imputātus, a, um, *non potato*, ἄπωτος, quod non eſt putatum, ſeu amputatum, partic. ex *in*, & *puto*. *Plin. l.* 14. *c.* 12. Eadem lege ex imputata vite libari vina Diis nefas ſtatuit. Adde *Horat. Epod.* 16.

Impūto, as, avi, atum, a. 1. *imputare*, חָשַׁב, Ger. *zurechnen*, Gal. *imposer*, *imputer*, Hiſp. *imputar*, ἀναπίθημι, προσίθημι, eſt commodi, vel incommodi alicujus cauſam in aliquem rejicere. Et tam in bonam partem accipitur, quam in malam. *Plin. l.* 18. *c.* 1. Noſtris eam criminibus urgemus, culpamque noſtram illi imputamus. *Quintil. Declam.* 13. Imputa nobis propitios ventos, & ſecundum mare, &c. ¶ Significat etiam annumerare, in expenſi tabulas referre, *metter'in conto*. *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 42. Stat ſuper caput fatum, & pereuntes dies imputat. *Id. ep.* 8. Hoc non imputo in ſolutum de tuo tibi. ¶ Hinc translate fumitur pro loco beneficii exprobrare. *Plin. Paneg. c.* 24. Copiam tui, non imputes, facis. *Sueton. Tiber. c.* 53. Imputavit etiam, quod non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abjecerit. *Tacit. de Germ. c.* 21. Gaudent muneribus, ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur.

Imputreſco, is, utrui, n. 3. *marcirſi*, κατασήπομαι, intus putreſco. *Col. l.* 6. *c.* 17. Et cum imputruit, conteritur.

Imputribĭlis, is, *incorruttibile*, qui non imputreſcit. *Hieronym. epiſt.* 128. *ad Fabiol. de veſt. ſacerd.* Ligna imputribilia. Adde *Auguſt. in Pſalm.* 95.

Imputribĭlĭter, *incorrottibilmente*. *Auguſtin. epiſt.* 32. *ad Paulin.* Cedri Libani Mundi hujus fluctus imputribiliter ſecant.

Imus, a, um, *infimo*, *baſſiſſimo*, תַּחְתִּי, Ger. *undeſte*, Gal. *bas profond*, Hiſp. *baxo*, *cabero*, κατώτατος, ὕστατος, ſuperlativum nominis *inferus*, idem ſignificans ac infimus. Nam ab *inferus* eſſet *inferiſſimus*, pro quo dicimus per ſinc. *infimus*, & altera ſync. *imus*, ut a *ſuperus* eſſet *ſuperimus*, pro dicimus *ſupremus*, & altera ſync. *ſummus*. *Cic. in Somn.* Nam terra immobilis manens ima ſede ſemper hæret, complexa medium mundi locum. *Virg.* 6. *Æn. v.* 581. fundo volvuntur in imo. *Horat. l.* 1. *od.* 34. Ima ſummis mutare. *Velley. l.* 2. *c.* 2. Ima ſummis miſcere. *Plin. l.* 11. *c.* 47. Eſt in ima aure memoriæ locus. h. e. in ima auris parte. ¶ Imus etiam dicitur poſtremus in ordine. *Horat. de Ar. poet. v.* 32. Æmilium circa ludum faber imus. *h. e.* in ultima ejus vici parte habitans. ¶ In convivio *imus* dicitur, qui e quatuor convivis ultimum locum tenet, *ſummus* enim eſt, qui ad caput lecti accumbit, *medius* qui poſt ipſum, *infra*, qui tertio loco, *imus* denique qui poſt hunc accumbit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 40. ſecutis omnibus imis.

I A N T E N.

In, *in*, *nel*, *in*, *eis*, præpoſitio ex earum genere, quæ & ſeparari, & componi ſolent, ab *ἐν*, pro quo Æoles *ἰν* dixiſſe videntur. Sed Græcis *ἐν* quietem indicat, *εἰς*, vel *ἐς* motum, Latinis *in* utrique inſervit. Accuſativum exigit, quando cum verbis motus ad locum conjungitur, & tunc ſignificat intro, *nel*. *Cic.* 1. *Catil.* In exilium proficiſcere. ¶ Item cum accuſativo ſæpe ſumitur pro erga, in bonam partem. *verſo. Cic.* 2. *Off.* Prima igitur adoleſcentis commendatio proficiſcitur a modeſtia, tum pietate in parentes, tum in ſuos benevolentia. ¶ Hoc ſenſu uſurpata eſt cum ablat. ab eod. *Rem. l.* 3. *ep.* 8. in te benemerito grati eſſent. ¶ Item in malam partem, pro adverſus, contra. *Virg.* 1. *Æn.* Quid meus Æneas in te committere tantum quid Troes potuere? ¶ Item loco præp. *pro*, ut Aliquid in bonam, vel in malam partem capere, Pecuniam in aliquid reficiendum perſcribere, &c. *Cic.* 2. *Off.* Magnam vim eſſe in fortuna in utramque partem, vel ſecundas ad res vel adverſas, quis ignorat? *Ter. And.* 2. 2. 32. Olera, & piſciculos minutos ferre in cœnam ſeni. ideſt pro cœna, vel gratia cœnæ. ¶ Item pro *ob*, ſeu *propter*, ut in ſpem alicujus rei aliquid facere. *Liv. l.* 2. In ſpem univerſæ prædæ flumen trajiciunt. ¶ Item pro *ad*, ut in aſſem ferre. ideſt ad pretium aſſis. *Col. l.* 2. *c.* 13. In familiæ luctum nubere. *Cic.* pro *Cluent.* ¶ Item pro *uſque ad*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 29. In lucem ſemper Acerra bibit. ¶ Cum accuſativo item jungenda eſt in nominibus temporis, ut in horam, in diem, in dies, in ſingulos dies, in diem trigeſimum, in perpetuum, &c. *Cic.* 3. *Off.* Et ſimul ad cœnam hominem in hortos invitavit in poſterum diem. *Liv.* Bellum in trigeſimum diem indixerant. ideſt ad diem trigeſimum, vel poſt triginta dies. ¶ Item cum ſermo eſt de diviſione, ut Orbis terrarum in quatuor partes dividitur: aut diſtributione, ut *Cic.* pro *Flacco*. Unde leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. Huc pertinent illa, In militem, in capita, in naves. *Cic.* 5. *Verr.* Ne amplius in jugera fingula, quam terna medimna exigeret. hoc eſt pro ſingulis jugeribus. ¶ Denique aliquando accuſativo jungitur pro ablativo, ut Hunc in modum, pro hoc modo, In rationem eandem, vel eandem formam, in modum brutorum, in morem Græcorum, Multos in omnes partes fallere, In os laudare, &c. *Cic. Sueton. Virg. Senec.* &c. ¶ Poſtulat autem ablativum, quando cum verbis ſtatus in loco conjungitur. *Cic. Att. l.* 12. In hac ſolitudine careo omnium colloquio. ¶ Item cum ponitur pro inter. *Virg.* 1. *Æn.* Penthefilea furens mediis in millibus ardet. ¶ Interdum invenitur cum accuſat. etiam in verbis ſtatus. *Cic. pro L. Manil. c.* 12. Cum veſtros portus in prædonum poteſtatem fuiſſe ſciatis. Adde pro *Quinct. c.* 5. *Plaut. Bacch.* 1. 3. 53. Ecquid in mentem eſt tibi? *Ter. Eun.* 2. 2. 29. Ubi videt me eſſe in tantum honorem. ¶ Sic contra cum verbis motus interdum habet ablat. *Manil. l.* 5. *v.* 384. Cum venit in regione tuæ, Capricorne, figuræ. *Phæd. l.* 5. *fab.* 1. *v.* 15. Quinam cinædus ille in conſpectu meo Audet venire? Plura pro utraque conſtructione exempla congerunt *Par. in Lex. Crit.* & *Taubman. in Plaut. Amph.* 1. 1. 25. & alii; ſed eorum pleraque variam habent lectionem. ¶ Interdum *in* omnino redundat. *Plaut. Capt.* 1. 2. 64. In his diebus. *Sueton. Tiber. c.* 60. In paucis diebus. *Id. in Claud. c.* 18. Etiam in tempore hiberno. ¶ Compoſita quoque variis capitur modis. Nam in quibuſdam vocibus negativa eſt, ſeu privativa, ut *Ignavus*, *inutilis*: In quibuſdam intenſiva, ut *increpuit*, *infonuit*. In aliquibus interdum privativa, interdum intenſiva eſt, ut *Invictus*, *incanus*, *infractus*, & aliis quibuſdam, quæ V. ſuis locis. ¶ Interdum notat motum ad locum, ut *Infero*, *imporro*. ¶ Interdum ſolemnitatem quandam ſignat, ut *Indico*, quod eſt ritu ſolemni quicquam promulgare, aut jubere. ¶ Interdum ſignificat *intra* vel *intro*, ut *Ingredior*, *induco*. ¶ Interdum ſupra, ut Immineo, impendeo. ¶ Interdum contra, ut *Inclamo*, *inſulto*.

Ina, æ, f. vena, ſeu pars chartæ tenuiſſima. *Feſt. Voſſ. in Etymol. v. Inane* exempla affert ex *Plin. l.* 13. *c.* 12. & ex *Varrone l.* 3. *R. R. c.* 9. Ibi tamen in optimis codicib. *vena* legitur. V. tamen *Scalig. in loc. Var. cit.* ¶ Eſt ab *ἰς*, *ἰνὸς*, vena.

Inabruptus, a, um, ἀδιάῤῥηκτος, quod non eſt abruptum, aut quod abrumpi non poteſt. *Stat.* 5. *Sylv.* 1. *v.* 44. Junxit inabrupta concordia longa catena.

Inabſolūtus, a, um, adject. non abſolutus, non perfectus. *Apul. lib.* 1. *dogm. Plat. poſt init.* Rerum formas inabſolutas, informes, &c.

Inaccenſus, a, um, adject. non accenſus. *Silius l.* 1. *v.* 96. inaccenſi flagrant altaribus ignes. *Claudian. de rapt. Proſ. l.* 1. *v.* 225. Pectus inaccenſum Veneri. Utrunque ita reſtituit *Heinſ.* ex vet. libris.

Inacceſſibĭlis, le, adject. inacceſſus. *Tertull. adverſ. Prax. c.* 15. ex 1. *Timoth.* 6. 16.

Inacceſſus, a, um, *inacceſſibile*, *dove non ſi può andare*, Germ. *unzugangig*, Gall. *inacceſſible*, Hiſp. *enriſcado*, *empivado*, *inacceſſible*, ἄβατος, ἀπρόσβατος, ad quod non acceditur, vel accedi non poteſt. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Saba regio a dextra maris ſcopulis inacceſſa. *Virg.* 7. *Æn.* vocat inacceſſos lucos, ad quos nemo debet accedere.

Inacreſco, is, evi, n. idem quod acreſco. *Tertull. adverſ. Gnoſtic. c.* 1. *amed.* Naſea nominis inacreſcit. Al. leg. *inacreſcit*, h. e. acris, ſeu acida fit, inacreſcit.

Inaccuſātus, a, um, adject. *non accuſato*. *Tertull. Apol. c.* 49. inaceuſati, & impuniti.

Inacēſco, is, acui, n. 3. idem quod aceſco. *Apul. l.* 5. *A. A.* Si tibi etiam, ut par eſt, inacuit noſtra contumelia. *h. e.* diſplicuit.

Inachĭa, f. 1. Argia, *Ἰναχία*, regio Peloponneſi, ab Inachio opp. ¶ Item Coryphaſium, opp. Peloponneſi, in Argia reg. apud Inachum fl.

Inachĭdes, is, patronym. maſc. 3. ab Inacho. *Ovid. 1. Met. v.* 574. Non tulit Inachides. h. e. Epaphus Iſidis ſeu Jus filius. Ipſa autem Jo patrem habuit Inachum. ¶ Inachides in plur. ſunt Argivi Inachiæ incolæ. *Stat. l.* 3. Trepidi de ſedibus aſtant Inachides.

Inăchis, idis, f. 3. *Ἰναχίς*, Jo filia Inachi. *Ovid. 1. Met.* Inque nitentem Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.

Inachĭus, a, um, quod ad Inachum ſpectat. *Virg.* 2. *Georg.* Inachiæ Juno peſtem meditata juvencæ. *Id. Æn.* 7. *v.* 286. Argi Inachii. *h. e.* in qua urbe aliquando Inachus regnavit.

Inăchus, m. 2. Ἴναχος, filius Oceani, pater Jus, Phoronei, & Phegei, primus Rex Argivorum, qui Inacho fl. nomen dedit, a quo item Argivi ipſi Inachidæ appellati ſunt, ætate Xerxis Regis Aſſyriorum, & Jacob Patriarchæ, circa ann. mundi 3347. V. *Io*.

Inăchus, m. 2. *Planizza*, fl. Peloponneſi, dictus ab Inacho Argivorum Rege, qui per Argiam reg. fluit, & in ſin. Argolicum inter Naupliam, & Praſiam exit. ¶ Inachus alter, fl. Acarnaniæ, qui in Acheloum influit. ¶ Adjective *Stat.* 8. *Theb. v.* 363. Inacha pubes.

Inacreſco, is, n. 3. acer fio. *Tertull. adv. Gnoſt. cap.* 1. Naſea nominis inacreſcit. Al. leg. *inacreſcit*, hoc eſt creſcit.

Inadibĭlis, le, *inacceſſibile*, qui adiri non poteſt, inacceſſibilis. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 2. Lacus voraginoſus, & veſtigio inſpectoris inadibilis.

In adverſum. V. Adverſus adverb.

Inadulabĭlis, le, o. 3. *non ſoggetto alle adulazioni*, ἀκολάκευτος, non obnoxius adulationi. *Gel. l.* 14. *c.* 4. Judicem oportere eſſe gravem, ſanctum, ſeverum, incorruptum, inadulabilem.

Inaduſtus, a, um, adject. non aduſtus. *Ovid. Heroid. epiſt.* 12. *v.* 93. Jungis & æripedes, inaduſto corpore, tauros. *Prudent. Apotheoſ. v.* 131. Inaduſtis fratribus. h. e. tribus pueris in fornace Babyl.

Inædificatĭo, onis, f. actus inædificandi. *Plaut. Mil.* 2. 2. 55. Ecce autem ædificat: columnam mento ſuffulſit ſuo; apage, non placet profecto mihi illa inædificatio.

Inædificātus, a, um, in aliquo loco ædificatus. *Liv. l.* 39. *c.* 44. Et quæ in loca publica inædificata, immolitave privati habebant, demoliti ſunt.

Inædĭfico, as, a. 1. *fabbricare*, בָּנָה, Ger. *bauven*, Gal. *edificer*, Hiſp. *edificar*, ἐποικοδομέω, eſt ædificare, vel locum aliquem ædificiis implere. *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 27. Inædificare plateas. ideſt plateas ædificiis obſtruere. ¶ Aliquando accipitur pro jungere, vel adaptare in ædificio. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Inædificatur nido lapis aetites, quem aliqui dixere gagatem. ¶ Aliquando pro deſtruere id, quod ædificatum eſt. *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 15. A Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine fœdata eſſe neſcimus? ¶ Translate ponitur pro inſerere, immittere. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 2. Adoleſcens patiens laboris, quantumcumque imponere avunculus, & ut ita dicam, inædificare voluiſſet, laturus.

Inæquabĭlis, le, adject. *diſuguale*, ἄνισος, inæqualis. *Cic. Partit. c.* 4. Inæquabili varietate diſtinguere.

Inæquabilĭtas, atis, f. *diſuguaglianza*. *Arnob. l.* 2. Inæquabilitas elementorum.

Inæquabĭlĭter, adverb. inæqualiter. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 9. Ova inæquabiliter matureſcunt.

Inæquālis, le, o. 3. *diſuguale*, Ger. *ungleich*, Gal. *inegal*, Hiſp. *deſigual*, ἀνώμαλος, non æqualis, diſpar. *Mart. l.* 1. *epigr.* 56. Pinguis inæquales onerat cui villica menſas. *Plin. l.* 9. *ep.* 5. Nihil eſt ipſa æqualitate inæqualius. *Sueton. Auguſt. c.* 75. Inæqualiſſimiarum rerum ſortes.

Inæqualĭtas, atis, f. *diſuguaglianza*, Ger. *ungleicheit*, Gal. *inegalité*, Hiſp. *deſigualdad*, ἀνισότης, diſparitas. *Col. l.* 3. *c.* 12. Opus eſt inter has inæqualitates magno temperamento.

Inæqualĭter, adv. *inegualmente*, ἀνίσως, cum inæqualitate. *Col. de arb. c.* 7. Sicubi inæqualiter findi videbitur. *Liv. l.* 37. *c.* 53. Inæqualiter alios deprimere, alios extollere.

Inæquātus, a, um, adject. inæqualis, *diſuguale*. *Tibull. l.* 4. *el.* 1. *v.* 43. Qualis inæquatum ſi quando onus urget utrinque.

Inæquo, as, a. 1. *uguagliare*, *ſpianare*, ἰσόω, adæquo, complano, planum, & æquum facio. *Cæſ.* 1. *B. C. c.* 27. Hæc levibus cratibus, terraque inæquat.

Inæſtimabĭlis, le, o. 3. *ineſtimabile*, Germ. *das man nicht ſchetzen kan*, Gal. *ineſtimable*, Hiſp. *ineſtimable*, ἀτίμητος, quod æſtimari non poteſt. *Cic. 3. Fin. c. 6.* Contraque inæſtimabile, quod ſit ſuperiori contrarium. *Liv. l. 35. c. 14.* Inæſtimabilis imperator.

Inæſtimātus, a, um, adject. non æſtimatus, ut inæſtimata prædia, *Triphonin. Digeſt. 23. 3. 10.* Inæſtimatus fundus.

Inæſtŭo, as, n. 1. idem quod æſtuo, aut valde æſtuo. *Hor. Epod. 11.* Bilis inæſtuat præcordiis.

Inaffectātus, a, um, non affectatus. *Quinct. l. 11. c. 1.* Quia mire ſimplicitas illa, & ſecuritas inaffectatæ orationis tenues cauſas decet.

Inagitabĭlis, le, adject. qui agitari non poteſt. *Senec. l. 5. quæſt. nat. c. 5.* An exiſtimas, aerem inertem, inagitabilem relictum eſſe?

Inagitātus, a, um, adject. *non agitato. Senec. epiſt. 95. ad fin.* Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus nec mortem horrebimus, nec Deos.

Inalbeſco, is, n. 3. albus fio. *Celſ. l. 2. c. 7.* Venæ ſub lingua inalbeſcunt.

Inalbo, as, avi, atum, a. 1. album facio, *imbiancare*. *Apul. l. 10. Met.* Cerei nocturnas tenebras inalbabant.

Inalgeſco, is, n. 3. idem ac algeſco. *Celſ. l. 3. c. 3.* Ubi extremæ partes membrorum inalgeſcunt.

Inalienātus, a, um, adject. non alienatus. *Scribon. Larg. compoſit. 214.* Adjicitur propolis inalienatæ, ſinceræ, bonæ ſelibra.

Inaliēnus, a, um, non alienus. *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. c. 8.*

Inalpīni, m. 2. qui Alpes incolunt. *Plin. l. 3. c. 5. & Sueton. Aug. c. 21.*

Inaltĕro, as, a. 1. *Tertull. de Virg. veland. c. 14.* Quas non diviſit, tacendo inalteravit. h. e. alteram in altera complexus eſt.

Inaltātus, a, um, in altum ſublatus, *Apul. in Triſmegiſt.* Inaltata eſt Mundi rotunditas in modum ſphæræ.

Inamabĭlis, le, o. 3. ἀνέρατος, qui non poteſt amari, in quo nihil eſt, quod ametur. *Ovid. l. 1. de Pont. ep. 6.* Non cadit in mores feritas inamabilis iſtos. *Senec. Controverſ. 20.* Nihil eſt inamabilius, quam diligens ſtultitia.

Inamarēſco, is, n. 3. idem ac amarēſco. *Hor. 5. Ser. Sat. 7. v. 107.* Namque inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ.

Inamātus, a, um, *non amato*, inamabilis. *Sil. l. 12. v. 527.* hinc Aliſanus Jaccho non inamatus ager.

Inambitiōſus, a, um, *ſenza ambizione*, non ambitioſus. *Ovid. 11. Met. v. 766.* Secretos montes, & inambitioſa colebat rura.

Inambulatĭo, onis, f. 3. *paſſeggio*, *paſſeggiamento*, ambulatio, deambulatio. *Aut. ad Herenn. l. 3, c. 15.* Si contentio fiet, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara ſuppoſitione uti oportebit. Adde *Cicer. in Brut.*

Inambŭlo, as, n. 1, *paſſeggiare*, περιπατέω, ſpatior, ſpatia ambulando conficio. *Cic. Att.* Ante lucem inambulabam domi. *Liv. l. 23. c. 43.* Per muros inambulare.

Inamœnus, a, um, *ſpiacevole*, ἀηδὴς, injucundus. *Ov. 10. Met. v. 15.* Perſephonen adiit, inamœnaque regna tenentem.

Inanefactus, a, um, inanis, atque irritus factus. *Ulpian. Dig. l. 10. tit. 4. leg. 18.* Solutione chirographo inanefacto, & pignoribus liberatis. *Al. leg.* inani facto.

Inanēſco, is, n. 3. inanis fio, *κενόομαι*. *Ammian. l. 23. c. ult.* Conchulæ concuſſæ metu fulgurum inaneſcunt.

Inanĭa, æ, f. 1. idem ac inanitas. *Plaut. Aul. 1. 2. 6.* Inaniis oppletæ ſunt, atque araneis.

Inanilòquus, a, um, κενολόγος, qui inania loquitur. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 44.* Surdus ſum profecto, inaniloquus es. Al. leg. *inanilogus*, alii *inaniloguſta*, quæ idem ſignificant.

Inanimālis, le, adject. inanimatus, non animalis. *Apul. Triſmeg.* Animalia omnia, & inanimalia. *Macrob. l. Sat. 4. c. 6.* Sermo dirigitur ad inanimalia. Adde *Tertull. Apol. c. 48.*

Inanĭmans, antis, adject. o. 3. inanimalis. *Senec. epiſt. 58.* Corpus quomodo divido? ut dicam, aut animantia ſunt, aut inanimantia. Al. leg. *inanimata.*

Inanimātus, a, um, *ſenza anima*, Ger. *ohne leben*, Gal. *inanimè*, Hiſp. *inanimado*, ἄψυχος, anima carens, expers animæ, quod non habet animam, non vivit. Vocem hanc *Lambinus* omnino rejicit ut barbaram. *Voſſius* dubiam habet: defendunt *Manut.* & *Borrich.* In optimis tamen Ciceronis editionibus hæc verba leguntur *l. 3. N. Deor. c. 16.* Stellas belluarum nomine appellas, ut Capram, Lupam, Taurum; aut rerum inanimatarum, ut Argon, Aram, Coronam. Et *in Top. c. 18.* Animata inanimatis anteponantur.

Inanimentum, i, n. inane, res inanis. *Plaut. Stich. 2. 1. 19. (al. 1. 3. 19.)* Inanimentis explementum quærito.

Inanĭmis, e, adject. o. 3. inanimus. *Apul. l. 1. A. A.* Inamimis, nudus, & frigidus. Al. leg. *inanis.*

Inanĭmus, a, um, idem ac inanimatus. *Cic. 1. Tuſc.* Inanimum eſt omne, quod pulſu agitatur externo. *Id. 4. Acad. c. 12.* Inter inanimum, & animal hoc interſit.

Inanĭo, is, ivi, itum, a. 4. *votare*, חרים, Ger. *leer machen*, Gal. *vuider*, Hiſp. *vaziar*, ὑνάω, *ἰνίω*, κενόω, vacuo. *Plin. l. 20. c. 3.* Herbacea arefacta per ſe inanit alvum. ¶ Comp. exinanio.

Inānis, ne, o. 3. *voto*, ריק, Ger. *leer*, Gal. *vnde*, Hiſ. *vazio*, *vano*, *hueco*, κενὸς, vacuus, caſſus, ab *ἰνάω*, vel *ἰνίω*, inanio. *Cic. in Acad.* Tu ne inane quicquam eſſe putas, cum ita completa, & conferta ſint omnia? &c. ¶ Jungitur ſæpe genitivo. *Cic. 1. de Or.* Deinceps omnia plena conſiliorum, inania verborum videmus. ¶ Vel ablativo. *Cic. in Fam.* Nulla abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili, & ſuavi venerat. ¶ Translate accipitur pro vano, ſupervacaneo. *Cic. 3. de Or.* O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, & inanes noſtras contentiones! ¶ Quandoque ponitur pro otioſo. *Hor. in Ser. l. 1. Sat. 4. v. 76.* Inanes hoc juvat. ¶ Item pro ambitioſo, ſuperbo. *Cic. epiſt. 3. ad Brutum.* Nihil eſt in me inane, neque enim debet. *Salluſt. Jug.* Homo inanis, & regiæ ſuperbiæ. ¶ Comp. inanior, ſup. inaniſſimus. *Cic. in Verr. 5. c. 52.* Ager Agyrinenſis ſeptuaginta aratoribus inanior eſt. *Id. pro Mur. c. 12.* Hæc inaniſſima prudentiæ reperta ſunt. ¶ Inane, is, ſubſt. n. 3. id, quod a Philoſophis vacuum dicitur. *Cic. de nat. Deor.* Nihil eſt, quod vacet corpore, corporibus omnis obſidetur locus: ita nullum inane eſſe poteſt. *Ovid. 2. Faſt. v. 41.* Vectam frenatis per inane draconibus, &c. *per l'aria.*

Inanĭtas, atis, f. 3. *vacuità*, ריק, Ger. *laerheit*, Gal. *vuide*, *vanità*, Hiſ. *vanidad*, *vacuidad*, κενότης, vacuitas. *Cic. de Fato.* Cum duo individua per inanitatem ferantur. ¶ Item pro vanitate ponitur. *Cic. 1. Fin.* Ut ſapiens ſolum, amputata, circunciſaque inanitate omni, & errore, naturæ finibus contentus ſine ægritudine poſſit, & ſine metu vivere.

Inanĭter, adv. *vanamente*, ריק, Ger. *vmſonſt*, Gal. *en vain*, *vainement*, *vanamente*, κενῶς, vane. *Cic. 4. Tuſc.* Cum tamen inaniter, & effuſe animus exultat. ¶ Item fruſtra, *in vano*. *Ovid. 2. Met.* Et medicas exercet inaniter artes.

Inanītus, a, um, *votato*, evacuatus, partic. ab inanior. *Plin. l. 25. c. 5.* Cortex remanet, hoc inanito medulla cadit.

In ante. V. Ante.

Inanteſtatus. V. Inatteſtatus.

Inapertus, a, um, non patens, non expoſitus. *Sil. l. 7. v. 26.* Fraudi inaperta ſenectus.

Inapparatĭo, onis, f. 3. *negligenza*, incuria, negligentia apparationi contraria. *Auct. ad Her. l. 2. c. 4.* Ex altera parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demonſtrabitur fuiſſe.

Inapprehenſibĭlis, le, adject. *che non ſi può comprendere*. *Tertull. adverſ. Valent. c. 11.*

Inaquōſus, a, um, adject. ficcus, aridus. *Tertull. de Baptiſm. c. 1.* Serpentes aridæ, & inaquoſa ſectantur.

Inaratus, a, um, *non arato*, ἀνάρωτος, non aratus. *Virg. 2. Georg.* Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

Inarcŭlum, i, n. virgula erat ex malo punico incurvata, quam regina ſacrificans in capite geſtabat. *Feſtus.*

Inardĕo, es, n. 2. idem ac ardeo. *Cic. 2. de Or. c. 54.* Flammam a ſapiente facilius ore inardente opprimi. *Hor. Epod. 3.* Nec munus humeris efficacis Herculis inarſit æſtuoſius.

Inardeſco, n. 3. idem ac ardeſco, flammam concipio, igne accendor, igne, ſeu calore conſumor. *Virg. 8. Æn. v. 623.* Qualis cum cærula nubes Solis inardeſcit radiis, longeque refulget.

Inarefactus, a, um, adject. aridus factus. *Plin. l. 32. c. 10.* Cinis inarefactus.

Inareſco, is, n. 3. idem ac areſco, vel intus, vel penitus areſco. *Col. l. 1.* Cum prædictum tectorium inaruerit. *Quintil. l. 6. c. 1.* Inareſcunt lacrymæ.

Inargentatus, a, um, *inargentato*, מצפה כסף, Ger. *uberſilbert*, Gal. *argente*, Hiſp. *plateado*, argento coopertus, obvolutus, illitus. *Pl. l. 21. c. 2.* Poſtquam a lamina ærea tenui inaurata, aut inargentata dabantur.

Inargūte, adv. *non argutamente*, Germ. *nicht ſubtil*, Gal. *ſans ſubtilité*, Hiſp. *ſin ſutileza*, non acute. *Gell. l. 21. c. 13.* Non mehercule inargute, inquit, nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianum.

Inargūtus, a, um, adject. *non arguto*, ut ſententia non inarguta, *Ulp. Dig. 7. 5. 5.*

Inarīme, es, inſula in ora Campaniæ prope Neapolim, in ſinu Puteolano. *Plin. l. 3. c. 6.*

Inăro, as, n. 1. idem ac aro. *Plin. l. 18. c. 14.* Inarari protinus ſolum opus eſt, *Col. l. 2. c. 2.* Inarare arbores. ¶ Interdum idem eſt, quod arando obruere, ut cum lupinum, fabaliave, aut quid ſimile ſtercorandi agri gratia aratro obruimus. *Varro l. 1. de R. R. c. 23.* Lupinum pro ſtercore inarare ſolent.

Inarticulatus, a, um, *non articolato*, ἄναρθρος, non articulatus, non expreſſus, & nihil ſignificans, ut *coax*, *cra* (quod affert exemplum *Priſcian. initio l. 5.*) quæ a nullo affectu mentis proficiſcuntur. *Arnob. l. 2. pag. 59.* Nonne, vocem ſi fuerit coactus emittere, ut ſolemne eſt mutis, inarticulatum neſcio quid ore hiante clamabit?

Inartificiālis, le, adject. *non artificioſo*. *Quintil. l. 5. c. 1.* Illas ἀτέχνως, ideſt inartificiales vocaverunt. Adde *c. 5.*

Inartificialĭter, adv. *non artificioſamente*, Ger. *nicht kuen ſtlich*, Gal. *ſans artifice*, Hiſp. *ſin artificio*, ἀτέχνως, ſine artificio. *Quinct. l. 2. c. 17.* Qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Inaſcenſus, a, um, adject. non aſcenſus, inacceſſus. *Plin. Paneg. c. 65.* Procedere in roſtra, inaſcenſumque illum ſuperbiæ principum locum tenere.

Inaſpectus, a, um, *non viſto*, non viſus, non conſpectus. *Stat. 1. Theb. v. 50.* Imæque receſſu ſedis inaſpectos cœlo, radiiſque Penates ſervantem.

Inaſpicĭus, a, um, adject. ἀυσόρατος, inaſpectus. *Auſon. epiſt. 23. v. 22.* Semper inaſpicuis prodentur ſcripta tavillis.

Inaſsātus, a, um, *arroſtito*, ὀπτητος, idem ac aſſatus. *Plin. l. 30. c. 8.* Verendorum formicationibus, verrucisque medetur arietini pulmonis inaſſati ſanies.

Inaſsĕro, as, avi, atum, a. 1. contabulo, *intavolare*. *Vet. Inſcript. apud Grut. p. 207.* Ferroque figito, inaſſerato aſſeribus abiegnis ſectilibus.

Inaſſuētus, a, um, *inuſitato*, *non conſueto*, ἀηθὴς, inſuetus, inuſitatus. *Ov. in Ibin.* Cogit inaſſuetas ſumere tela manus. Adde *Sil. l. 3. v. 136.*

Inattaminātus, a, um, adject. *non contaminato*. *Tertull. de cor. mil. c. ult.* Serva Deo rem ſuam inattaminatam.

Inattente, adverb. *ſenza attenzione*, *ſenza badare*. *Ammian. l. 30. c. 8.* Ad pavores irritos aliquoties abjectius pallens, & quod nuſquam erat, inattente formidans.

Inattenuatus, a, um, adject. *non aſſenuato*. *Ovid. 8. Metam. v. 850.* Attenuarat opes, ſed inattenuata manebat Tum quoque dira fames.

Inatteſtatus, a, um, particip. qui teſtatus non eſt, qui in jus non eſt vocatus. *Plaut. Curc. 5. 3. 17.* Hoccine pacto indemnatum, atque inatteſtatum me arripi? Alii leg. *inteſtatum*, alii *inanteſtatum*.

Inaudax, acis, o. 3. *timido*, δειλὸς, timidus. *Hor. l. 3. Carm. ode 20.* Dura poſt paulo fugies inaudax Prælia raptor.

Inaudibĭlis, le, adject. qui nequit audiri. *Cenſorin. c. 13.* Ut dulciſſimam concinant melodiam, ſed inaudibilem.

Inaudĭo, is, a. 4. *rilevare*, ὑπακούω, idem eſt ac ſimplex audio, ſed ab antiquis videtur uſurpatum de rebus occultis. *Cic. Panſæ, apud Non.* Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram. *Id. 9. Fam.* Aquini, & Fabrateriæ conſilia ſunt inita de me, quæ te video inaudiſſe.

Inauditiuncŭla, æ, f. *dottrinella*, ἀκροαματίδιον, auditiuncula. *Gell. l. 5. c. 21.* Habebatque nonnullas diſciplinæ Grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoatafque, partim non probas.

Inauditus, a, um, *inaudito*, *nuovo*, לא שכיות, Ger. *unerhoert*, Gal. *inoui*, Hiſp. *no oydo*, ἀκήκοος, non auditus, novus, inuſitatus, partic. ab *in*, & *audior*. *Cic. 1. de Or.* Nihil dicam reconditum, nihil expectatione veſtra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. ¶ Interdum ſignificat id, quod non audit, teſte *Nonio*, qui adducit etiam verba *Gell. l. 8. c. 7.* Quædam animalium aut cæca gignuntur, aut inora, aut inaudita. Al. leg. *inſurita*.

Inaverſabĭlis, le, adject. ἀναπόστροφος, qui averti, & evitari non poteſt. *Apul. in Triſmegiſt.* Æternitas inaverſabilis, immobilis, inſolubilis eſt. Al. leg. *inaverſibilis*.

Inaugurāto, adv. οἰωνιστικῶς, idem ac augurato, ideſt, captato augurio, præcedente augurio, & addicentibus avibus. *Liv. l. 1.* Id quia inaugurato Romulus fecerat.

Inaugurātus, a, um, adject. auguriis captis electus, dedicatus. *Cic. in Brut. init.* Recordabar me inauguratum ab eodem. ¶ In *vet. gloſſ.* inauguratus exponitur inauſpicatus, ἀποιωνιδὴς, ſed caret exemplis.

Inaugŭro, as, a. 1. οἰονίζομαι, augurium capto. *Plaut. Aſin. 2. 1. 11.* Impetritum, inauguratum eſt. *Liv. l. 1. c. 7.* Palatinum Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum capiunt. ¶ Inaugurare locum, eſt, capto augurio locum rei gerendæ auſpicatum deligere. *Liv. l. 3. c. 20.* Augures juſſos adeſſe ad Regillum lacum exciverat, lacumque inaugurari, ubi auſpicato cum populo agi poſſet. Transtertur etiam ad homines, cum munus aliquod publicum ſuſcipiunt, netas enim erat veteribus

Ma-

Magiſtratum aliquem, aut Sacerdotium aſſumere, aut ædem Diis ſacrare, niſi captis prius auguriis. *Cic. Phil.* 2. *c.* 43. Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? Sume diem; vide, qui te inauguret. *Liv. l.* 30. *c.* 26. Augur in locum eius inauguratus eſt filius. ¶ Interdum inaugurare eſt divinare, *indovinare*. *Liv. lib.* 1. *c.* 36. Age dum divine, inaugura, fieri ne poſſit, quod nunc ego mente concipio.

Inaurator, oris, m. 3. *indoratore*, χρυσόχους. *Firmic. l.* 3. *c.* 4. Faciet aurifices, inauratores, &c. Adde *Inſcript. apud Grut. p.* 1074. *n.* 12.

Inaurātus, a, um, *indorato*, טצפה זהב, Ger. *ubergueldet*, Gall. *doré*, Hiſp. *dorado*, χρυσοβαφής, auro intectus. *Cic. Verr.* 4. *c.* 21. Inaurata ſtatua. *Tertull. de Pall. c.* 3. Omni patagio inauratior.

Inauris, f. 3. *ornamento dell' orecchie*, *pendente*, נזם, Germ. *eine ohrenſpange*, Gal. *pendant d'oreilles*, Hiſp. *cercillo*, ἐνώτιον, ἑλλόβιον, ornamentum ab aure pendens. *Plin. l.* 9. *c.* 55. Antonia Druſi murænæ, quam diligebat, inaures addidit.

Inauritus, a, um, *che non ha orecchie*, ἄωτος, carens auribus. Exemplum V. in *Inauditus*.

Inauro, as, a. 1. *dorare*, *indorare*, צפה זהב, Ger. *ubergguelden*, Gall. *dorer*, Hiſp. *dorar*, χρυσόω, auro tego, vel aurum induco. *Plin. l.* 33. *c.* 3. ¶ Per Metaphoram accipitur pro divitem facere. *Cic. ad Treb. f.* 7. *Fam.* Puto, te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari.

Inauſpicāto, adv. *ſenza auſpizj*, *con importuni auſpizj*, Ger. *zur boeſen ſtund*, Gal. *ſans auſpices*, Hiſp. *ſin auſpicios*, ἀπαισίως, non captatis, vel perperam captatis auſpiciis. *Cic.* 1. *de Div. c.* 17. Quod inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet.

Inauſpicātus, a, um, adject. non auſpicatus, infelix, ſine auſpicio. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Bibente conviva, menſam tolli, inauſpicatiſſimum habetur. *Id. l.* 18. *c.* 1. Inauſpicatorum animantium vice.

Inauſus, a, um, ἀτολμητέις, quod quis non audet. *Virg.* 8. *Æn. v.* 205. quid inauſum, aut intentatum, ſceleriſve, dolive fuiſſet. *Sen. Thyeſt.* Ac me innocentem faciat, & inauſa audeat.

Incæduus, a, um, *che non ſi taglia*, ἄτμητος, quod non cæditur, ex *in*, & *cæduus*, ut Incædua ſylva, quæ non cæditur, Incædui montes, intonſi, ſylvoſi, in quibus arbores non cæduntur. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 435. Multis ſi, ſylvoſi, in quibus arbores non cæduntur. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 435. Multis incæduus annis Junonis magnæ nomine lucus erat. *Id. l.* 3. *Amor. v.* 1. Stat vetus, & multos incædua ſilva per annos. Alii utrobique *inciduus* legunt.

Incæſpitātor. V. Cæſpitator.

Incalare, invocare. *Feſtus*: incalanto, invocanto.

Incalatĭo, onis, f. invocatio. *Feſtus*.

Incalatīve, adverb. vocative. *Feſt.*

Incaleſco, is, lui, n. 3. *ſcaldarſi*, *divenir caldo*, διαθερμαίνομαι, valde calidus fio. *Col. l.* 2. *c.* 4. Proſcindendi ſunt anni tempore jam incaleſcente. *Liv. l.* 1. *c.* 57. Incaluerat vino.

Incaltacĭo, is, eci, actum, a. 3. *ſcaldare*, θερμαίνω, calidum facio. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 919. Quantum ſi culmos Titan incaltacit.

Incallīde, adv. *ſenza aſtuzia*, *ſemplicemente*, *puramente*, ἁπλῶς, non callide, ſimpliciter. *Cic.* 3. *Off. c. ult.* In his tribus generibus non incallide verſantur.

Incallĭdus, a, um, *ſemplice*, *non aſtuto*, ἄδολος, ἁπλοῦς, non callidus, ſimplex. *Cic.* 1. *de Inv.* Arbitror, alios fuiſſe non incallidos homines. Adde *pro Cluent. c.* 16.

Incălo, a. 1. *chiamare*, καλέω, voco, ab in, & calo. *Feſt.*

Incandeſco, is, incandui, n. 3. *divenir infocato*, ἐκπυρόομαι, candens, & ignitus fio, vehementer incendor. *Ov. Met.* 2. *v.* 729. Volat hoc, atque incandeſcit eundo.

Incandĭdo, as, avi, atum, a. 1. candidum facio. *Firmic. de error. reliq.* Maculas Chriſti ſanguis incandidat.

Incaneſco, is, nui, n. 3. *farſi canuto*, *imbianchirſi*, πολιόομαι, canus fio. *Catul. in Argon.* Spumis incanuit unda.

Incantamentum, ti, n. 2. *incantamento*, כשף, Germ. *zeuberey*, Gal. *enchantement*, Hiſp. *encantamiento*, ἐπῳδή, μάγγανα, incantatio. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Valeant ne aliquid verba, & incantamenta carminum.

Incantatĭo, onis, f. ἐπῳδή, incantamentum. *Firmic. l.* 5. *Aſtrol. c.* 5. Magicas inſequentur incantationes. *Tertull. l.* 1. *de cul. fœm. c.* 2. Incantationum vires.

Incantātor, oris, n. 3. *incantatore*, *ſtregone*. *Tertull. de idololatria c.* 9. Aut incantatores, aut conjectores, aut magos.

Incanto, as, avi, atum, *incantare*, כשף, Ger. *zeuberey treiben*, Gal. *enchanter*, Hiſp. *encantar*, ἐπᾴδω, eſt magicis carminibus moliri aliquid ſupra naturam, ab *in*, & *canto*. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Qui malum carmen incantaſſet. *Horat. lib.* 1. *Sat.* 8. *ad fin.* Incantata vincula. ¶ Pro cantare in aliquo loco. *Apulei. lib.* 9. *Metam.* Paſſerem incantantem ſeniculæ conſectatur arripere.

Incānus, a, um, *canuto*, שיב, Germ. *gruavv vor alter*, Gall. *chenu*, Hiſp. *muycano*, πολιός, idem quod canus, aut valde canus. Nam *in* ſæpe otioſum eſt, vel auget. *Catull. de nupt. Pelii*, & *Thetidis*. Cum cineri incanos ſolvent a vertice crines. ¶ Incana herba, ſeneſcens, vel ſubalbida lanugine canitiem referens. *Col. l.* 8. *c.* 2. Quæ velut incanæ herbæ dependent.

Incăpax, acis, adject. o. 3. non capax, *incapace*. *Prudent. in Rom. v.* 588. Scio, incapacem te ſacramenti, impie. Et *v.* 348. Ædes incapax ſolvi.

Incapiſtro, as, avi, atum, a. 1. capiſtro vincio, irretio. *Apul. l.* 11. Cum me malis incapiſtraſſet erroribus.

Incarcĕro, as, a. 1. in carcerem detrudo. Sunt qui Varroni tribuunt, ſed valde incerta res eſt, ipſaque per ſe vox minus redolet latinitatem. Habet tamen *Sarisber.* ætatis luteæ Auctor, *l.* 6. *c.* 18. ¶ Hinc incarceratio, onis, & incarceratus, a, um, ejuſdem farinæ ſunt: quorum primum nonnulli *Plinio* tribuunt, ſecundum *Livio*.

Incaſeātus, a, um, inſtar caſei coagulatus, ut Mons incaſeatus, *Auguſtin. l.* 9. *Confeſſ.*

Incaſſum, *in vano*, ריק, Germ. *vmbſonſt*, Gal. *en vain*, Hiſp. *en vano*, φύδην, μάτην, fruſtra, inaniter, a *caſſus*, vanus, inanis. *Virg.* 7. *Æn. v.* 421. Turne, tot incaſſum fruſtra patiere labores. Adde *Liv. l.* 10. *c.* 29. ¶ Scribitur & diviſim *in caſſum*.

Incaſte, adverb. non caſte, inceſte. *Senec. controverſ.* 13. *l.* 2. Si cum liberis torta eſt, & incaſte.

Incaſtigātus, a, um, *impunito*, ἀζήμιωτος, non caſtigatus. *Hor.* 1. *Ep.* 10. *v.* 45. Nec me dimittes incaſtigatum.

Incavillatĭo, onis, f. per deſpectum irriſio. *Feſtus*.

Incăvo, as, a. 1. *cavare*, *incavare*, κοιλαίνω, idem quod cavo, excavo, effodio. *Col. l.* 4. *c.* 25. Cum allevare, ſcalpro, cum incavare, roſtro.

Incaute, adv. *incautamente*, *inconſideratamente*, Germ. *vnvorſichtig*, Gal. *par megarde*, *imprudemment*, Hiſp. *incautamente*, ἀπροσῆτως, improvide, imprudenter. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 10. Stulte omnia, & incaute agi judico. *Liv. l.* 21. *c.* 7. Sed dum incautius ſubit muros.

Incautus, a, um, *incauto*, *non avveduto*, Germ. *vn vorſichtig*, Gall. *imprudent*, Hiſp. *incauto*, ἀξύνετος, qui ſibi cavere nequit. *Cic. pro Planc.* Qui te incautum fortaſſe nunc tuo loco dimovere potuerunt. *Liv. l.* 40. *cap.* 5. Juvenis incautus a fraude fraterna. *Id. l.* 30. *c.* 13. Juventa incautior. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. Incautiſſimus, quia credulus. ¶ Eſt item ille, qui non cavetur. *Silius l.* 2. *v.* 99. rueretque inopina ſub ictu Ante fera incauto. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 50. Iter incautum hoſtibus. *non guardato da' nemici*.

Incēdo, is, ſi, ſum, n. 3. *camminare*, צעד, Germ. *beriin gehen*, Gal. *marcher*, βαδίζω, eſt ingredi, ideſt, ambulare, ire. *Cic.* 1. *de Div.* Quacunque incederet, omnia arbuſta, virgulta, tecta pervertere. *Senec. l.* 6. *Controv.* Dives, & pauper eadem veſtigia inceſſimus. *Virg.* 1. *Æn.* Regina inceſſit ad templum. *Liv. l.* 8. *c.* 36. Inceſſit deinde, qua duxit prædæ ſpes, victor exercitus. *Plaut. Rud.* 3. 3. 31. Militiæ lenonis contra incedam. h. e. adverſabor. ¶ Incedere magnifice, *camminar con pompa*. *Salluſt. Jug. c.* 176. Incedunt per ora veſtra magnifice. ¶ Sæpe incedere ſignificat tarde ambulare, *andar' adagio*. *Senec. l.* 7. *quæſt. nat. c.* 31. Tenero, & molli paſſu ſuſpendimus gradum: non ambulamus, ſed incedimus. Al. leg. *repimus*. Adde *Plaut. Men.* 5. 3. 19. ¶ Item advenire. *Tacit. l.* 11. *Ann. c.* 32. Nuntii incedunt undique. Eſt tamen, qui ſuſpicetur legendum *incidunt*. *Colum. l.* 2. *c.* 1. Ubi crepuſculum inceſſerit. ¶ Item ingruere, irrepere. *Id. Ann.* 3. *c.* 26. Poſtquam pro modeſtia, ac pudore timor, & vis incedebat. ¶ *Pedes incedere* dicitur qui pedibus iter facit. *Liv. l.* 28. *c.* 9. Neronemque, etiam ſi pedes incedat, memorabilem fore. *Plin. in paneg.* dixit incedere pedibus. ¶ *Virg. Æn.* 1. Aſt ego, quæ Divum incedo regina. h. e. ſum, habeor, appareo. ¶ Incedere lætitia, h. e. exultare, exſilire. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 9. Repente inceſſi omnibus lætitiis.

Incelebratus, a, um, adject. *non pubblicato*. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 7. Ab aliis incelebrata.

Incelĕbris, bre, o. 3. *non celebre*, ἀδοκίμαστος, non celebris. *Silius l.* 8. *v.* 379. Incelebri valle. *Gell. l.* 5. *c.* 14. Non incelebres libri.

Incendetacĭo, is, a. 3. incendo. *Trebel. Pol. in Claud. c.* 8. Qui carraginem tantam nunc incendefecit. Ita legit *Salmaſ.* Alii *incendi fecit*: alii *incendio affecit*.

Incendiarius, a, um, quod ad incendium ſpectat, ut Avis incendiaria. *Plin. l.* 10. *c.* 13. Inauſpicata eſt, incendiaria avis, propter quam ſæpenumero luſtratum Urbem, in Annalibus invenimus, ſicut L. Caſſio, C. Mario Coſſ. quo anno & bubone viſo luſtrata eſt. Quæ ſit avis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam eſſe, quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel altaribus. Alii ſpinturnicem eam vocant. Sed hæc ipſa quæ eſſet inter aves, qui ſe ſcire diceret, non inveni. Hæc Plinius.

Incendiarĭus, ii, m. 2. πυρώς, qui ædificiis ignem injicit. *Quinctil. l.* 9. *Declam.* Morabar inter ſacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus eſt) homicidias incluſos turpiore cuſtodia. Adde *Tacit.* 15. *Ann. c.* 67. *Sueton. Vitel. c.* 17.

Incendiōſus, a, um, adject. incendio, ſeu calore plenus. *Apul. de herb. c.* 58. Folia guſtu remordentia, & incendioſa. *Fulgent. l.* 1. *Mythol. c.* 15. Solis fervor incendioſior.

Incendĭum, dii, n. 2. ſumitur pro inflammatione, combuſtione, *incendio*, חכירה, Germ. *brunſt*, Gal. *embraſement*, Hiſp. *incendio*, ὑμπρησις, ἐμπύρωσις. *Cic. in Catil.* Eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atque urbis incendia. ¶ Per Metaphoram accipitur pro calamitate, damno, exitio. *Cic. pro Mur.* Si quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum. ¶ Item pro vehementi commotione animi. *Cic.* 2. *de Or.* Qui in accuſando ſodali, & Quæſtore meo tantum incendium non oratione ſolum, ſed multo etiam magis vi, & dolore, & ardore animi concitaras, &c. ¶ Sumitur etiam pro augmento; nam *incendo* ſignificat etiam augere. Hinc annonæ incendium, h. e. annonæ caritas, *careſtia di vitto*. *Manil. l.* 2. Et gravia annonæ ſpeculantem incendia ventis Credere opes. *Quintil. Declam.* 12. Etiam ſi quid reſidui erat, ut carius venderent, ad annonæ incendium ſuppreſſum eſt. V. *Incendo*.

Incendo, is, di, ſum, a. 3. eſt inflammare, comburere, *infiammare*, *abbruciare*, חכעיר, Ger. *antzuenden*, Gal. *bruler*, Hiſp. *quemar*, ἐμπυρίζειν. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 6. Naves, quibus uſus non eſt, omnes aut præciſſe, aut incendiſſe dicunt. ¶ Transfertur eleganter ad animum, & ſignificat affectum aliquem vehementer commovere, concitare. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 21. Cum incendiſſet cupiditatem meam conſuetudinis augendæ noſtræ. *Id. Tuſc.* 1. *c.* 2. Omnes incenduntur ad ſtudia gloria. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 47. Incendi ira. Sic incendi amore, deſiderio, dolore, &c. apud *Cic. Virg.* & *al.* ¶ Incendere aliquem ſimiliter dicimus pro concitare, commovere. *Virg.* 4. *Æn. v.* 360. Deſine meque tuis incendere, teque querelis. ¶ Et incendere aliquid, pro augere. *Id. Æn.* 9. *v.* 500. Illam incendentem luctus. Qua ratione incendere annonam, apud *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 2. *incarire il vitto*. Et *Nonius*: Edones Roinam, ut turba annonam incendat. ¶ Incendere genus ſuum, *rovinar la ſua caſa*. *Plaut. Trin.* 3. 2. 49. Si iſtud conare, tuum incendes genus. V. integrum Plauti locum. ¶ Incendere urbem clamore, h. e. implere. *Virg.* 11. *Æn. v.* 147.

Incenſe, adverb. vehementer. *Gell. l.* 10. *c.* 3. Cicero odium in Verrem apud cives R. incenſe, atque acriter, atque inflammanter facit.

Incenſĭo, onis, f. idem ac incendium. *Cic. pro Sylla*. Incenſione Urbem, internecione cives, vaſtitate Italiam, interitu Rempublicam liberavit.

Incenſīvus, a, um, adject. ad incendendum aptus. *Macer l.* 4. *c.* 10. Juniperi virtus eſt incenſivaque, & acris.

Incenſor, oris, m. qui incendit, incendiarius. *l.* 16. *Dig. de pœnis*. Meſſium incenſores. ¶ Item commotor, concitator. *Ammian. l.* 31. *c.* 25. Perempto incenſore turbarum.

Incenſus, a, um, adject. ab incendo, *acceſo*, *abbruciato*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 327. Incenſa urbs. ¶ Translate commotus, incitatus. *Id.* 3. *Æn. v.* 298. Incenſum pectus amore. *Cic. de prov. Conſ. c.* 14. Incenſus ad Rempe bene gerendam. *Id. de opt. gen. Orat.* Inimicitiis incenſa contentio. *Hirt. l.* 8. *B. Gall. c.* 48. Equus incenſus calcaribus. ¶ Addit *Paſſerat.* exemplum ex *Claudiano l.* 3. *de rapt. Proſ. v.* 201. Phlegra nobis incenſior æther, ſed ibi legendum *inſenſior*.

Incenſus, a, um, adject. a cenſeo, *non cenſus*, ἄτιμητος, h. e. qui nomen ſuum, & res in cenſum non detulit. *Liv. l.* 1. *c.* 44. Cenſu perfecto, quem maturaverant metu legis de incenſis latæ. *Cic. pro Cæcin. ſub fin.* Dum populus incenſum vendit, hoc judicat, &c.

Incentĭo, onis, f. 3. ἐπαύλησις, cantio, ſeu cantilena, ab *incento*, *as*, quod a *canto*. *Gell. l.* 4. *c.* 13. Democritus docet, plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum. ¶ Speciatim ſumitur pro incantamento, quod vocis modulatione fiebat. *Gell. l.* 16. *c.* 11. Et incentionibus, herbarumque ſuccis faciant medelarum miracula.

Incentīvum, i, n. ſtimulus, incitamentum, *incentivo*. *Prudentii* eſt, *Ammiani*, *Hieronymi*, & ſimilium ſequioris ævi ſcriptorum.

Incentīvus, a, um, ἐπαυλητικός, quod ad canendum inſervit. Tibia incentiva, quæ a dextra canit, ſicut ſuccentiva, quæ a ſiniſtra ſuccinit. *Var. de re ruſt. l.* 1. *c.* 2. Et ut dextra tibia alia, quam ſiniſtra, ita, ut tamen ſit quodammodo conjunctiva, quod eſt altera ejuſdem ea minis modorum incentiva, altera ſuccentiva. ¶ Accipitur etiam pro incita-

tivo,

tivo, quod milites incentione tubarum ad prælium ſolent incitari. *Plin. in Pan.* Non tubæ ſolum, ſed etiam Spartanæ tibiæ incentivum aliquid feruntur habuiſſe.

Incentor, oris, m. qui incinit, a cantor. *Iſid. l. 6. c. 19.* ¶ Item auctor, ſtimulator. *Paulin. Nolan. epiſt. 29.* Incentor potius, quam conſolator lacrymarum. *Ammian. in princ. l. 15.* Igneus turbarum incentor. *Oroſ. lib. 7. cap. 28.* Perſecutionis Chriſtianorum incentor.

Inceps, pro deinceps, apud Vet. *Feſtus*.

Incepſit, pro inceperit, antiq. *Feſtus*.

Inceptĭo, onis, f. principium, actus incipiendi. *Cic. in Acad. 4. c. 38.* Tam præclari operis inceptio intermitti non debet.

Inceptīvus, a, um, adject. initialis, ut inceptiva litera, apud *Diomed. Gram.*

Incepto, as, a. 1. *cominciare*, ἐπιχειρέω, freq. ab incipio. *Gell. l. 1. c. 11.* Tibicines inter exercitum poſiti canere inceptabant. *Terent. Heaut. 3. 3. 39.* Inceptare facinus. *Id. Andr. 5. 4. 22.* Inceptare fabulam. ¶ Sunt qui ſcribunt *incœpta*, *incœptum*, &c. cum œ diphthongo, & a *cœpi* derivant: nos a capio ducimus, & diphthongum omittimus.

Inceptor, oris, qui incipit. *Ter. Eun. 5. 9. 4.* O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector.

Inceptum, i, n. *principio*, *tentativo*, ἐγχείρημα, principium, inſtitutum. *Cicer. in Catil.* Si cujus ego non modo factum, ſed inceptum ullum, conatumve contra patriam deprehendero. *Vellej. l. 2. c. 68.* Incepto pari ſimilis fortuna fuit.

Inceptus, us, m. inceptum. *Nepos 21. 2. 5.* Epaminondæ retardavit inceptus. Al. leg. *impetus*.

Inceptus, a, um, nom. ex partic. *principiato*, *intrappreſo*. *Ter. Andr. 3. 3. 37.* Amicitia, quæ incepta a parvis, cum ætate accrevit. Adde *Virg. 2. Georg. v. 39.*

Incerātus, a, um, adject. *incerato*, cera obductus. *Celſ. l. 8. c. 8.* Ex ferula facto canaliculo, eoque incerato.

Incernicŭlum, li, n. *crivello*, נפה, Ger. *einſieb*, Gal. *bluteau*, Hiſp. *cedaco*, τηλία, inſtrumentum, quo frumenta purgantur, antequam molantur, ab incerno. *Plin. l. 8. c. 44.* Ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

Incerno, is, evi, etum, a. 3. *crivellare*, הניף, Germ. *beuteln*, Gal. *bluter*, Hiſp. *cerner*, διαλέγω, ἀποκρίνω, cribro, a *cerno*, quod eſt dirimere, ſejungere, ſeparare, & ſpeciatim cribrare. *Cato de re ruſt. c. 48.* Et eo terram cribro incernito.

Inceramentum, V. Interamentum.

Incēro, as, a. 1. *incerare*, Ger. *vbervvachſen*, Gall. *enduire de cire*, Hiſ. *encerar*, κηρόω, aliquid cera tego. Sic genua Deorum incerare, erat ceratis tabellis ſua vota inſcribere, eaque Deorum genubus affigere. *Juv. ſat. 10. v. 55.* Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum. Hinc *Prudent. l. 1. contra Symmach.* Saxa illita ceris.

Incerte, adverb. *incertamente*. *Ennius apud Gell. l. 19. c. 10.* Incerte meus errat animus.

Incerto, adverb. idem ac incerte. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 7.* Quotumas ædes dixerit, id ego admodum incerto ſcio.

Incerto, as, a. 1. *far dubbio*, Ger. *vngevviſſmachen*, Gal. *rendre douteux*, Hiſp. *hazer dudoſo*, ἀδηλόω, incertum, ſeu dubium reddo. *Plaut. Epid. 4. 1. 18.* Longa dies meum incertat animum.

Incertus, a, um, *dubbioſo*, *incerto*, Germ. *vngeviſſ*, Gal. *incertain*, *douteux*, Hiſp. *dudoſo*, ἄδηλος, ἄπορος, dubius, anceps. *Cic. Att. l. 2.* Et ille incertus, ubi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petivit. *Id. pro Mur.* Nihil eſt incertius vulgo, nihil obſcurius voluntate hominum. *Id. pro Sext. c. 22.* Incertiſſima ſpes. ¶ Cum genitivo *Stat. 5. Theb. v. 524.* Incertuſque fui liquidum nunc aera lambit. Adde *Senec. in Herc. Fur. v. 183.* ¶ Incertum, neut. abſolute ponitur pro re incerta, *incertezza*, ut incerta fortunæ. *Plin. l. 3. ep. 19.* Incertum maris, *Tacit. Ann. 3. c. 54.* ¶ *Sueton. Aug. c. 19.* Deprehenſus eſt cultro venatorio cinctus: impos ne mentis, an ſimulata dementia, incertum. *non ſi ſa, ſe* &c.

Inceſſabĭlis, le, adject. *inceſſante*. *Oroſ. l. 7. proœm.* Inceſſabilibus cladibus nullus finis fuit. Adde *Eutrop. l. 1.* & *Hieron. ep. 26.*

Inceſſabilĭter, adverb. *inceſſantemente*. *Capel. l. 9.* Superum inceſſabiliter pectorum arcana tenere.

Inceſſanter, adverb. inceſſabiliter. *Sidon. l. 8. ep. 11.* Legebat inceſſanter auctores antiquos. Adde *l. 10. Cod. de Aquæduct.*

Inceſsĭo, onis, f. *Cic. Att. l. 12. ep. 5.* Inceſſionum ἀρχέτυπα fugienda. h. e. vituperationum origines. Ita legit, & explicat *Manutius*. Alii aliter.

Inceſſit, imp. 3. eſt invadere, intrare, occupare, ab inceſſo, quod eſt freq. verbi incedo. Sed fortaſſe inceſſit eſt Præteritum verbi *incedo*. Ut enim recte dicimus, Dolor me, vel in me invadit, ita dici poſſe videtur, Dolor me, vel in me incedit. Et ſane nuſquam apud veteres in hac ſignificatione reperitur, *inceſſebat*, *inceſſet*, *inceſſat*, *inceſſeret*, *inceſſere*, ſed *inceſſit*, & *inceſſerat*, quæ terminationes ſunt præteriti perfecti, & pluſquam perfecti. Uſurpatur vel abſolute. *Cæſ. l. 2. B. C. c. 29.* In caſtris Curionis magnus omnium inceſſit timor. ¶ Vel cum dativo. *Cæſ. l. 3. B. C.* Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumque ſtudium infamiæ ſarciendæ. *Salluſt.* Quibus pro rei magnitudine belli timor tantus inſolitus inceſſerat. ¶ Vel cum accuſativo. *Liv. l. 1.* Timor deinde Patres inceſſit. *Id. l. 24.* Ipſum deinde cupido inceſſit Tarenti potiundi. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*. *Ter. Andr. 4. 2. 15.* Intelligo, unde nova religio in te iſthæc inceſſit. V. *Incedo*, & *inceſſo*.

Inceſſo, is, ſſi, vel ivi, itum, a. 3. *moleſtare*, *provocare*, נרה, Ger. *anfallen*, Gal. *moleſter*, *provoquer*, Hiſp. *enojar*, *deſafiar*, βάλλω, eſt ire in aliquem, moleſtia afficere, laceſſere, &c. freq. verbi *incedo*, a ſup. *inceſſum*. *Liv. l. 8. c. 24.* Jaculis hoſtem inceſſere. *Gel. l. 1. c. 2.* Objurgatione juſta inceſſivit. ¶ Item adoriri. *Virg. 12. Æn. v. 595.* Regina ut tectis venientem proſpicit hoſtem, Inceſſi muros, ignes ad tecta volare, &c. Ita legit *Servius*; alii *incendi*. ¶ Item accuſare. *Symmachus lib. 1. epiſt. 5.* Nequicquam taciturnitatis inceſſimur. ¶ Alias hujus verbi notiones V. in *Inceſſit*.

Inceſſus, us, m. *paſſo*, *il camminare*, צעד, Germ. *gang*, Gall. *deportement*, Hiſp. *grave andadura*, βάδισμα, βάδισις, greſſus, ambulatio, & dicitur tum de hominibus, tum de aliis animalibus. *Cic. 1. Offic.* Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. *Plin. l. 10. c. 38.* Inceſſus omnibus animalibus certus, & uniuſmodi, & in ſuo cuique genere. ¶ Sæpe ſumitur pro greſſu ſublimiore, & faſtum præ ſe ferente. *Cic. 2. Fin.* Quod ſi vultum tibi, ſi inceſsum fingeres, quo gravior viderere, non eſſes tui ſimilis.

Inceſte, adverb. non caſte, turpiter, impure. *Liv. l. 1. c. 45.* Quidnam tu hoſpes paras inceſte ſacrificium Dianæ facere? *Cic. pro Cæl. c. 14.* Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſte uterere. *Arnob. l. 5.* Agit inceſtius res ſuas.

Inceſtifĭcus, a, um, inceſtuoſus. *Sen. Theb. v. 225.* Ego caſtam manum nefandus, inceſtificus, execrabilis attrecto.

Inceſto, as, a. 1. *macchiare*, *violare*, טנא, Ger. *blutſchande begeben*, Gall. *violer*, *polluer inceſtueuſement*, Hiſp. *enſuziar*, *violar*, μιαίνω, proprie eſt polluere quovis illicito concubitu, & ſpeciatim dicitur de iis, cum quibus conſanguinitas intercedit. *Suet. in Tib. c. 43.* Triplici ſerie connexi invicem inceſtarent ſe coram illo. *Tac. lib. 6. Ann. c. 19.* Poſt quos Sex. Marius Hiſpaniarum ditiſſimus defertur inceſtaſſe filiam. ¶ Translate accipitur pro contaminare ſimpliciter. *Virg. 6. Æn. v. 150.* Totamque inceſtat funere claſſem.

Inceſtum, ti, n. 2. *inceſto*, Ger. *bluſchand*, Gall. *inceſte*, Hiſp. *inceſto*, ἡ ἀνόσιος συνουσία, flagitium, quod committitur cum ea, cum qua alioqui non erat futurum legitimum matrimonium, ut cum matre, ſorore, ſacris virginibus, aut ſimilibus, ab *in*, & *caſtus*. Aliqui deducunt a κεστὸς, *ceſtus*, ideſt cingulum Veneris, quo in nuptiis honeſtis utebantur ad conciliandum amorem maritalem, ut inceſtus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulum illud, juſtarum nuptiarum inſigne, non adhibetur. *Cic. 4. Tuſc.* Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique. *Papin. l. ſi adulterium*, *ff. ad l. Juliam de adulteriis*. Inceſtum, quod per illicitam matrimonii conjunctionem admittitur. ¶ Ponitur etiam pro quovis illicito concubitu. Hinc *Senec. in Herc. Fur.* inceſtum vocat concubitum Jovis cum Alcmena.

Inceſtuōſus, a, um, adject. inceſtus. *Val. Max. l. 6. c. 3. n. 7.* Mandavit, ut de his, quæ ſacris bacchanalium inceſtuoſæ fuerant, inquirerent. Al. leg. *inceſtu uſæ*.

Inceſtus, a, um, ἀσελγὴς, non caſtus, inceſtuoſus. *Sen. Hippol. a. 4. ſc. 1.* Juveniſque caſtus crimine inceſtæ jacet. *Cic. pro Domo*: Qui non ſolum aſpectu, ſed inceſto flagitio, & ſtupro polluit cærimonias. ¶ Tranſlate ſumitur pro impuro, polluto, *macchiato*, טנא, Ger. *bluſtchendig*, Gal. *violé*, *corrompu*, Hiſp. *enſuziado*, *violado*, μιαρὸς. *Cic. in Phil. 11.* Cum verborum contumeliis optimum virum inceſto ore laceraret.

Inceſtus, us, m. idem ac inceſtum. *Cic. in Brut.* Sunt & aliæ, & pro Ser. Fulvio de inceſtu nobilis oratio. Adde *pro Mil. c. 22.*

Inchoatīvus, a, um, adject. *cominciativo*, ad inchoationem pertinens, ut inchoativa verba, quæ rem inchoatam ſignificant, ut *albeſco*, *albus fio*, &c. V. Grammaticos. *Martian. Capell. lib. 3.* Inchoativa verba.

Inchoātor, oris, m. inceptor. *Prudent. Præfat. Hamartig. v. 27.* Mortis inchoator.

Inchoatus, a, um, *principiato*, inceptus, partic. ab inchoo. *Cic. 11. de Or.* Quæ pueris nobis inchoata, atque rudia exciderunt. *Id. in Top. c. 18.* Perfecta anteponuntur inchoatis.

Inchŏo, a. 1. *cominciare*, *dar principio*, החל, Germ. *anfahen*, Gal. *commencer*, Hiſp. *comencar*, ἄρχομαι, incipio. *Cic. de Fin.* Natura hominem inchoat, ſapientia perficit. ¶ Quandoque ſignificat perficere. *Virg. 6. Æneid. v. 253.* Tunc Stygio Regi nocturnas inchoat aras. Ubi *Serv.* inchoat, perficit, & eſt verbum ſacrorum. ¶ Neutrorum more, *Symmach. lib. 7. epiſt. 75.* Scio, expectari a vobis litteras meas, quia moris eſt, ut munus hujuſmodi a proficiſcentibus inchoet. ¶ Magna lis eſt inter Grammaticos, utrum *inchoo*, an *incoho*, ſcribendum ſit. *Servius* priorem orthographiam retinet, atque ita uſus videtur obtinuiſſe. V. Voſſium.

Incĭcur, uris, vel oris, o. immanſuetus, & ferus, a *cicur*. *Pacuv.* apud *Feſt.* Reprime incicorem iracundiam.

Incĭdo, is, di, n. 3. *cadere*, *incorrere*, נפל, Ger. *einfallen*, Gall. *tomber*, *arriver*, Hiſp. *caer*, *acontecer*, ἐμπίπτω, in aliquid, ſeu ſupra aliquid cado, ab *in*, & *cado*. *Liv. l. 22.* Sagunti ruinæ veſtris capitibus incident. *Stat. 5. Theb. v. 233.* Incidere alicui. *cader addoſſo a qualcheduno*, *incontrarſi per accidente con qualcheduno*. *Ovid. 5. Metam. v. 104.* Incidere aræ, *cader ſull' altare*. *Liv. l. 4. c. 41.* Huic timendo hoſti, utrum cum declinarem, certamen improviſus videor incidiſſe, an occurrere. *Liv. lib. 5. c. 11.* Incidere portis, *h. e.* accedere ad portas. ¶ Sumitur frequenter pro caſu venire, ſeu incurrere. *Cic. Curioni.* Quod in id Reipublicæ tempus non incideris, ſed veneris. *Id. Divin. in Ver. c. 15.* Non conſulto, ſed caſu in eorum mentionem incidi. *Cæſ. l. 3. B. Civ. c. 13.* Tantus terror incidit exercitui, ut, &c. *gli venne addoſſo tanta paura*. ¶ Incidere in aliquem, *abbatterſi in qualcheduno*. *Id. l. 7. Fam. epiſt. 3.* Ut haberes, quid diceres, ſi quando in vituperatores meos incidiſſes. Sic incidere in inſidias, in manus hoſtium, &c. *Id. loc. cit. Sen. epiſt. 4.* & al. Incidere alicui in mentem. *Ter. Phor. 1. 3. venir' in mente*. ¶ *Incaſurus* invenitur apud *Plin. l. 1. c. 27.* Hæc ideo facta, quia incaſura erant illa.

Incīdo, is, di, ſum, a. 3. *tagliare*, חטב, Ger. *abhauven*, Gal. *graver*, Hiſp. *entallar*, διατέμνω, κατακόπτω, cædo, præcido, ab *in*, & *cædo*. *Cic. in Catil.* Litteras proferri juſſimus, linum incidimus. ¶ Apud *Celſ. in præfat. lib. 1. ſub fin.* ſignificat ſecare mortuorum corpora. *fare la notomia*. ¶ Translate eſt auferre, tollere. *Cic. 2. de Or.* Inciditur enim omnis jam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri. *Liv. lib. 3. c. 58.* Incidere ſpem. Adde *Horat. l. 1. ep. 14. v. 36.* ¶ Accipitur etiam pro inſcribere, inſculpere, *intagliare*, cum dat. vel cum accuſ. & præp. *in*, vel cum abl. & præp. *in*. *Plin. in Paneg.* Quando non trabibus, aut fanis nomen tuum, ſed monumentis æternæ laudis inciditur. *Cic. 1. Phil. c. 10.* Quæ ille in æs incidit. *Id. 13. Fam.* Incidere in tabula.

Incidŭus, V. Incæduus.

Incĭens, entis, f. mulier propinqua partui, ab *incieo*, quod eſt incitare, quaſi ſe ſe ciens, ſeu incitans, & movens ad fœtum pariendum. *Feſtus* ait, incientem dici, quod partus ejus incitatus ſit. *Arnob. l. 7. Plin. l. 20. c. 23.*

Incĭeo, V. Incio.

Incīle, is, n. 3. διώρυξ, derivatio aquæ de rivo communi facta, ſeu foſſa, quæ in via aliqua facta eſt ad deducendam aquam. *Feſt. Ulp. l. 43. Pand. tit. 21. de rivis.* Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur. Inciditur enim lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi poſſit. *Colum. l. 5. c. 9.* Incilia excitentur, quæ limoſam aquam ad codicem deducant. ¶ Dicitur etiam *Incilia*, *æ*, f. *Feſt.*

Incīlis, le, adject. ut incilis foſſa, idem quod incile, apud *Cat. R. R. c. 155.*

Incīlo, as, a. 1. increpo, objurgo. *Lucret. l. 3. v. 978.* Jure, ut opinor, agat, jure increpet, inciletque. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 430.* Quis erit, qui me non ſpernat, incilans probris, &c.

Incinefactus, a, um, adject. *ridotto in cenere*. *Commodian. Inſtruct. 41.* Tunc Babylon meretrix erit incinefacta favilla.

Incinctus, a, um, adject. *cinto*. idem ac cinctus. *Liv. lib. 8. c. 9.* Cinctu Gabino incinctus. *Apulej. lib. 7. Metam.* Uxor pretioſiſſimis zonis incincta. *Solin. c. 15.* Capitum oſſa auro incincta in poculorum tradere miniſterium. ¶ *Habere aliquid incinctum* eſt in zona habere, ac geſtare. Utitur hac phraſi *Scribon. Larg. compoſ. 163. & 164.* ubi *Rhodius* ſuſpicatur legendum eſſe *in cinctu*.

Incingo, is, a. 3. *cigner*, περιζώννυμι, cingo, circumcingo, circumligo. *Ovid. 3. Am. el. 8. v. 47.* Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes?

Incĭno, is, a. 3. *cantare*, ἐπαυλέω, cum quadam modulatione cano. *Gel. l. 4. c. 13.* Si modulis levibus tibicen incinat. *Propert. l. 2. el. 22.* Seu varios incinit ore modos.

Incĭo, is, ivi, itum, a. 4. *movere*, *impregnare*. *Lucret. l. 5. v. 960.* Et

Venus in ſilvis incibat corpora amantum. Alii legunt *inciebat*, ab *incieo*, *es*, ut ſit ſynæreſis.

Incipĕro, as, n. 1. impero, jubeo. *Plaut. Truc.* 3. 2. 8. non eſt tamen certa lectio.

Incipeſſo, ſeu incipiſſo, pro incipio, ἀρχαϊκῶς dixit *Plaut. Capt.* 3. 3. 17. *Trinum.* 4. 2. 42. & *Mil.* 2. 2. 82.

Incipĭo, is, epi, eptum, n. 3. *cominciare*, *incominciare*, ἄρχομαι, ἀπάρχομαι, cœpi, inchoo, initium facio, a *capio*. Si *Scaligerum* audimus *lib. de cauſis L. L. c.* 24. habet præteritum *incœpi*, a *cœpio*. Sed cum a *facio* ſit *feci*, ſic ab *incipio* videtur eſſe *incepi*. Fere uſurpatur cum infinitivo. *Cic. in Catil.* Cum jam pontem ingredi inciperent. ¶ Interdum uſurpatur abſolute ut neutrum primi ordinis. *Cic. in Off.* Ut incipiendi ratio fuit, ita ſit definendi modus. *Plaut. Capt.* 3. 3. 3. Hic annus incipit viceſimus. ¶ Interdum cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Quinct. l.* 2. *c.* 8. Ut ab Homero, atque Virgilio lectio inciperet. ¶ Interdum ut verbum tranſitivum, ideſt cum accuſ. *Ter. Heaut. a.* 5. Neque quod principium incipiam ad placandum ſcio. ¶ Interdum ut paſſivum. *Liv. l.* 9. Armatos, cum ab neutris prælium incipitur, nox oppreſſit. ¶ Interdum imperſonaliter paſſive. *Quinct. l.* 6. Optime incipitur a longis.

Incircumcīſus, a, um, adject. non circumciſus. *Tertul. adv. Jud. c.* 1. *ad fin.*

Incircumſcriptus, a, um, nom. ex partic. non circumſcriptus. *Prudent. Apotheoſ. v.* 863. Incircumſcriptus Dominus.

Inciſe, adverb. *minutamente*, *in più parti*, Ger. *ſtichweiſſ*, Gal. *par morceaux*, *en pieces*, Hiſp. *menudamente*, *a cortaduras*, κατὰ κόμματα, inciſim, per inciſiones, minutatim. *Cic. in Or. c.* 63. Quo autem pacto deceat inciſe, membratimve dici.

Inciſim, adv. idem ac inciſe. *Cic. in Or. c.* 47. Sed quæ inciſim, aut membratim efferuntur, ea vel aptiſſime cadere debent.

Inciſĭo, onis, f. *taglio*, *intaglio*, Germ. *ein hieb*, Gal. *inciſion*, *coupure*, Hiſp. *cortadura*, *inciſion*, διατομή, actus incidendi. *Col. l.* 3. Infra inciſionem, & alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato ex utraque parte. ¶ Speciatim eſt pars orationis, al. incifum. *Cic. in Or.* In inciſionibus vero multo magis, & in membris.

Inciſum, i, n. 2. κόμμα, eſt pars minor periodi, ideſt pars membri, quæ conſtat ex duabus, vel pluribus vocibus, vel etiam ex ſingulis, & frequenter eſt ſine verbo, ſæpe neque affirmat, neque negat. *Cic. in Or. c.* 62. Quæ, neſcio, cur, cum Græci κόμματα, & κῶλα nominent, nos non recte inciſa, & membra dicamus.

Inciſūra, æ, f. 1. idem ac inciſio. *Plin. l.* 11. *c.* 39. Pili reciſi, non, ut herba, ab ipſa inciſura augentur, ſed ab radice exeunt. ¶ Inciſuræ etiam dicuntur in manibus, quæ vulgo lineæ vocantur. *Plin. l.* 11. *c.* 52. Et in manu duas inciſuras longas habentes.

Inciſus, a, um, *tagliato*, *troncato*, ἐκτετμημένος, idem ac cæſus, particip. ab *in*, & *cædor*. Translate uſurpatur pro amiſſo. *Liv. l.* 3. *c.* 58. Itaque ſpe inciſa, prius, quam prædicta dies adeſſet, Appius mortem ſibi conſcivit. ¶ Sæpe accipitur pro inſculpto, inſcripto per inciſionem, *intagliato*, ἐγκεκολαμμένος, & conſtruitur cum dativ. vel cum accuſ. & præp. *in*, vel cum ablat. & præpoſ. *in*. *Suet. de Clar. Gram.* In quo faſtos a ſe ordinatos, & marmoreo parieti inciſos publicarat. *Liv. l.* 3. Leges in æs inciſas in publico propoſuerunt. *Cic. 6. Ver.* Id non modo tum ſcripſerunt, verum etiam in ære inciſum nobis tradiderunt.

Inciſus, us, m. idem ac inciſio. *Plin. l.* 16. *c.* 12. Fructum quædam proximo anno ab inciſu largiuntur.

Incĭta, V. Incitus.

Incitabŭlum, li, n. idem ac incitamentum. *Gel. l.* 15. *c.* 2. Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii, virtutiſque.

Incitamentum, ti, n. 2. *incitamento*, *ſtimolo*, גירוי, Ger. *anreitzung*, Gal. *allechment*, Hiſp. *incitamiento*, θήλυντρον, κινητήριον, ſtimulus. *Cic. pro Arch. c.* 10. Hoc maximum & periculorum incitamentum, & laborum.

Incitāte, adv. *incitatamente*, ὁρμητικῶς, cum incitatione. *Cic. Att. l.* 2. Ut nihil acrius, neque incitatius fieri poſſet. Adde *in Orat. c.* 20.

Incitatĭo, onis, f. 3. *incitamento*, *inſtigazione*, Ger. *antreibung*, Gal. *incitation*, Hiſp. *incitacion*, ὁρμησις, commotio, inſtigatio. *Cic. de Or. l.* 1. *cap.* 9. Ejuſdem & languentis populi incitatio, & effrænati moderatio. ¶ Item properatio, curſus effuſus. *Id. Ar. l.* 4. *c.* 26. Sol tanta incitatione fertur, ut celeritas ejus quanta ſit, ne cogitari quidem poſſit.

Incitātor, oris, m. qui incitat. *Prudent. Rom. v.* 67. Incitator, & fax omnium.

Incitātrix, icis, f. ea quæ incitat. *Arnob. l.* 2. Incitatrix ad vitia. *Lactant. de Ira Dei, c. ult.* Opulentia libidinum incitatrix.

Incitātus, a, um, *incitato*, *commoſſo*, παρορμηθείς, commotus, partic. ab *incitor*, ut Ira incitatus, aut alia perturbatione. *Cic.* 1. *Fam.* Te vero monui cum beneficiis tuis, tum amore incitatus meo. *Id.* 4. *Acad.* Exclamant quaſi mente incitati. *Id.* 1. *de Orat.* Populum incitatum mitigare. ¶ Interdum pro vehementi ponitur, vel pro veloci. *Cic. in Bruto.* Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. *Id. in Som. Scip. c.* 5. Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima converſione ſonitus. *Id. in Or. c.* 12. Alter incitatior fertur.

Incitātus, us, ui, m. idem ac incitatio. *Plin. l.* 2. *c.* 45. Qui ſive aſſiduo mundi incitatu, & contrario ſiderum occurſu naſcuntur, &c. Alii legunt *incitu*.

Incitēga, f. 1. machinula, in qua conſtituebatur in convivio amphora, de qua ſubinde deterrentur vina. *Feſt.* Uſus ejus erat, ne amphora fundo ſuo maculam menſæ imprimeret. Nomen ex eo, quod tegeret menſæ partem, ab *incitego*, pro *intego*, interjecta ſyllaba *ci* per Epenthefin, quod veteres in multis faciebant, ut *concipilo* pro *compilo*, *recipero*, ſive, ut nunc dicimus, *recupero*, pro *repero*, ſeu *reparo*, &c. *Scaliger*.

Incĭto, as, avi, atum, a. 1. *incitare*, *commuovere*, הסית, Ger. *anreitzen*, Gal. *inciter*, Hiſp. *incitar*, παρορμάω, commoveo, impello, ab *in*, & *cito*, freq. verbi *cieo*. *Cic. in Orat.* Loquuntur cum doctis, quorum ſedare animos malunt, quam incitare. *Plin. l.* 20. *c.* 7. Nec ulla res majorem in cibis aviditatem incitat. ¶ Sæpe eſt irritare, provocare. *Cic. pro Flac.* Neque enim deſunt, qui iſtos in me, atque in optimum quenque incitent. ¶ Item cohortari, exacuere. *Cic.* 1. *de Or.* Hiſce ego cohortationibus ad ſtudium, & ad laborem incitandos juvenes vehementer aſſentior. Sic incitare in ſtudia, *Treb. Cic.* 12. *Fam.* ¶ Item vi magna impello, celeriter moveo; quæ prima eſt hujus verbi ſignificatio. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 14. Ex caſtris ſe incitant. *Id. l.* 3. *c.* 24. Scaphæ, ſigno dato, ſe in hoſtes incitaverunt. ¶ Incitare pœnas, apud *Tac. An.* 3. *c.* 25. eſt intendere, augere.

Incĭtus, us. V. Incitatus, us.

Incĭtus, a, um, adject. *incitato*, incitatus, a *cieo*. *Lucret. l.* 6. *v.* 136. valida vis incita venti Perſcindat nubem. ¶ Item qui moveri non poteſt, ut calculi inciti, *ſcacchi intavolati*, qui redacti ad lineam ultimam in tabula luſoria (quæ linea & ipſa *incita* dicebatur) cieri amplius, h. e. moveri non poſſunt. *Iſid. l.* 18. *Orig. c.* 67. Hinc ad incitas redigi, *eſſer intavolato*: translate vero eſt eo redigi, ut vix ullum evadendi conſilium capere poſſis, *ridurſi in angustie*, *ridurſi tra l'uſcio, e'l muro*. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 136. Ad incitas redactus eſt. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 422. Illud ad incitas eum redit, atque internecionem. *Idem*: Villicum corrupit, ad incitas adegit. *Apul. l.* 3. *A. A.* Ad extremas incitas deducti. ¶ Dicitur etiam, *redigi ad incita*; ubi ſubaudiendum *loca*, quod *Livineius* notavit in *Manert. Paneg. ad Julian. c.* 9. duobus inſuper adjectis exemplis ex Lucilio. V. *Scalig. in Append. ad conject. Var. l.* 6. *de L. L.* ubi notat ab antiquis vocatos etiam *incitos* eos terminos, ſeu fines, qui amplius promoveri non poſſent, ducta metaphora a luſoriis calculis, ut dictum eſt.

Incivĭlis, le, adject. expers civilitatis, ſævus, *aſpro*, *incivile*. *Aurel. Vict. in Macrin. & Diadum.* Horum nihil præter ſævos, atque inciviles animos reperimus.

Incivĭlĭter, adv. *incivilmente*, *aſpramente*, ἀκόσμως, inurbane, vel inhumaniter. *Apul. l.* 7. *A. A. ſub fin.* An te nos tractamus inciviliter, qui noſtrum aſinum furatus abducis? *Sueton. in Tito*, *c.* 6. Egit aliquanto incivilius, & violentius.

Inclamatĭo, onis, f. 3. actus clamandi. *Tert. adv. Marc. l.* 4. *c.* 41. Inclamatio imprecationis.

Inclamĭto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. ab inclamo. *Plaut. Epid. ſc. ult. v.* 46. Etiam inclamitor quaſi ſervus.

Inclamo, as, a. 1. *chiamare con voce alta*, יונק, הוכיח, Gal. *remontrer*, *crier*, Hiſ. *venir*, *reprender*, ἐπιβοάω, eſt altiore voce clamare, vel vocare. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 18. Ita te para, ut, ſi inclamaro, advoles. *Id. de Inv.* Comitem illum ſuum inclamavit ſemel, ac ſæpius. *Liv. l.* 26. Inclamare nomine. ¶ Interdum eſt clamore objurgare, *ſgridare*, *riprender gridando*. *Plaut. Stich.* 2. 3. 4. Tuos inclama, tui delinquunt. *Id. Ciſt.* 1. 1. 110. Nolito acriter eum inclamare.

Inclareſco, is, vel Inclareo, es, ui, n. *eſſer chiaro*, *famoſo*, *manifeſto*, ἐπιφανομαι, clarus fum, manifeſtus, notus. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Inclaruit maxime diſcipulo Nicea Athenienſi, qui diligentiſſime mulieres pinxit. *Suet. de Illuſt. Grammat. c.* 17. Docendi genere inclaruit.

Inclārus, a, um, *oſcuro*, non clarus, obſcurus. *Symmach. l.* 3. *epiſt.* 4. An ita vel mei animi fides inclara eſt, vel meriti tui anguſta monumenta ſunt, ut, &c.

Inclēmens, tis, o. *crudele*, *aſpro*, אכזר, Ger. *unbarmhertzig*, Gall. *inclement*, Hiſp. *inclemente*, ἀπλωής, durus, aſper. *Liv. l.* 8. *c.* 32. Increpabant inclementem Dictatorem. *Id. l.* 9. *c.* 34. Inclementiori verbo appellare. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 10. Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſſimus incuſator.

Inclementer, adv. *crudelmente*, *aſpramente*, Germ. *unbarmherziglich*, Gal. *ſans clemence*, Hiſp. *ſin clemencia*, ἀπλωῶς, dure, aſpere. *Plaut. Amph.* Iterum hic jam in me inclementer dicit. *Liv. l.* 3. *c.* 48. Si quid inclementius in te ſum invectus.

Inclementĭa, æ, f. 1. *crudeltà*, *aſprezza*, אכזריות, Ger. *ungnad*, Gal. *inclemence*, Hiſp. *inclemencia*, ἀπλωία, crudelitas, aſperitas. *Virg.* 2. *Æneid. v.* 602. Verum inclementia Divum has evertit opes. ¶ Translate inclementia cœli, *intemperie dell' aria*. *Colum.*

Inclinabĭlis, le, adject. qui facile inclinat, & propendet. *Sen. epiſt.* 95. Dubios, & in pravum inclinabiles animos revocat ad rectum bonorum virorum converſatio.

Inclinamentum, i, n. *inclinazione*, *terminazione*, ἔγκλισις, inclinatio, declinatio, terminatio. *Nigid. Figul.* apud *Gel. l.* 4. *c.* 9. Hoc inclinamentum ſemper hujuſcemodi verborum, &c.

Inclinatĭo, onis, f. 3. *inclinazione*, קרבה, Ger. *neigung*, Gal. *inclination*, Hiſp. *inclinacion*, ἔγκλισις, inflexio. *Plin. l.* 16. *c.* 43. *de lignorum ſectione*, Alterna inclinatione egerunt ſcobem. *Quint. l.* 1. *c.* 11. Inclinatio corporis. ¶ Inclinationes rerum, & temporum dicuntur, quando Reipub. conſtitutio tenorem ſuum jam non amplius ſervat, ſed ad mutationem ſpectare videtur. *Cic. in Phil.* 5. *c.* 10. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. ¶ Item propenſio. *Cic.* 2. *de Or. c.* 29. Ut inclinatione voluntatis propendeat in nos. ¶ Item κλίμα, *clima*. *Gel. l.* 14. *c.* 1. Sub ea inclinatione cœli, ſub qua Chaldæi fuerunt. Adde *Vitruv. l.* 6. *c.* 1. ¶ Apud Grammaticos inclinationes verborum ſunt variæ eorum inflexiones per tempora, & perſonas. *Var. l.* 8. *de L. L.*

Inclinātus, us, m. idem ac inclinatio. *Gel. l.* 3. *c.* 12. Neque aliud eſt, quod ſimili inclinatu dicatur. ideſt declinatione.

Inclinātus, a, um, adject. *inclinato*, *piegato*, ἐγκλινής. *Cic. Tuſc.* 3. *c.* 3. Inclinato in poſtmeridianum tempus die. ¶ Item proclivis, propenſus. *Liv. l.* 23. *c.* 46. Plebs ante inclinatior ad Pœnos fuerat. ¶ Inclinatus etiam dicitur, qui optimum ſtatum, ſeu tenorem non amplius ſervat, *chi ha preſo cattiva piega*. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 16. Inclinata fortuna, & prope jacens. *Liv. l.* 42. *c.* 59. Inclinata res. Sic inclinatæ copiæ. h. e. ad fugam verſæ. *Nepos Pelop. ad fin.* ¶ Inclinatus morbus, *malattia in declinazione*. *Celſ.* & *Plin. l.* 23. *c.* 4.

Inclīnis, e, adject. o. 3. qui inclinatur, & flectitur. *Valer. Flac. l.* 4. *v.* 307. ſonat omnis vulnere cervix Inclinis, ceditque malis. ¶ Item Inflexus, non inclinatus, ἀλλικής. *Manil. l.* 1. *v.* 596. His eadem eſt via, quæ mundo, pariterque rotantur Inclines.

Inclīno, as, avi, atum, a. 1. *incbinare*, הקריב, Ger. *biegen*, Gal. *incliner*, Hiſp. *inclinar*, ἐγκλίνω, inflecto. *Liv. l.* 40. Ad quæ jam ſua ſponte animum inclinaſſet. ¶ Acies inclinari dicitur, cum retrocedit, & paulatim in fugam convertitur. *Liv. l.* 1. Ut Hoſtius cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies. ¶ Inclinat dies, vel Sol, cum ad veſperam vergit. *Horat. l.* 3. *od.* 28. *Liv. l.* 9. ¶ Significat etiam propendere, proclivem fieri. *Liv. l.* 7. *c.* 9. Inclinat animus, ut arbitrer. *Id. l.* 29. *c.* 33. Hæc animum inclinant, ut credam. *Id. l.* 27. *c.* 46. Multorum eo inclinabant ſententiæ, ut &c. ¶ Inclinare fortuna dicitur, aut Reſpub. aut quid ſimile, cum in deteriorem ſtatum mutatur. *Lucan. l.* 3. Fata ducum inclinant. V. Inclinatus. ¶ Inclinare culpam in aliquem, h. e. derivare, *gettar la colpa* &c. *Liv. l.* 5. ¶ Inclinare in fugam, *voltarſi alla fuga*. *Liv. l.* 34. ¶ Habet etiam obſcœnum ſenſum. *Juven. ſat.* 9. & 10. ¶ Inclinare, apud Grammaticos eſt verba, & nomina in caſus, perſonas, & tempora mutare. *Gel. l.* 4. *c.* 9. & *Macrob. Saturn.* 6. *c.* 7.

Incloctores, um, m. 3. vox ficta de lorariis, qui crebris ictibus ſervorum terga cædentes κλωγμὸν, ſeu ſtrepitum edebant. Quidam tribuunt *Plau. Aſin.* 3. 2. 6. Verum alii alia.

Inclūdo, is, ſi, ſum, a. 3. *vinchiudere*, *ſerrare dentro*, סגר, Ger. *einſchlieſſen*, Gal. *enfermer*, Hiſ. *encerrar*, *incluyr*, κατακλείω, intus claudo. *Cic. de Sen.* Nam dum ſumus incluſi in his compagibus corporis. *Id. de Un.* Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat. *Id. Ver.* 7. *c.* 55. Includere in cuſtodias. *Id. Att. l.* 13. *epiſt.* 19. Includere in dialogos, *introdur' a parlare*.

Incluſĭātus, V. Induſiatus.

Incluſĭo, onis, f. 3. *vinchiudimento*, actus includendi. *Cic. in Vatin. c.* 10. Bibulum, cujus incluſione contentus non eras, interficere volucras.

Incluſus, a, um, partic. ab includor. *Cic. in Cat.* Intus incluſum periculum eſt.

Inclūtus, V. Inclytus.

Inclytus, a, um, o. 1. 2. *inclito*, *glorioſo*, *illuſtre*, נכבר, Ger. *breuehmt*, Gall. *illuſtre*, *renommé*, Hiſp. *inclito*, ἐπίσημος, qui valde *clust*, ideſt ingentem famam habet, qui celebris eſt, glorioſus, inſignis, a *clueo*.

Sed

Sed aliqui derivant a κλειτὸς, *celebris*, quod a κλύω, *celebro*. Nam quod mediam syllabam brevem habet, id nihil obstat. Et in hac sententia *Cicero* videtur fuisse, qui *in Orat. c.* 48. ita scripsit: Quid vero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? inclytus dicimus brevi prima litera, infanus producta, inhumanus brevi, infelix longa, &c. In antiquis libris & *inclytus*, & *inclitus*, & *inclutus* legas, uti *lacryma*, *lacrima*, *lacruma*. *Liv. l.* 1. *c.* 18. Inclyta justitia, religioque ea tempestate Numæ Pompilii erat. ¶ *Cato* apud *Gel. l.* 3. *c.* 7. Claritudo inclutissima.

Incoactus, a, um, *non isforzato, volontario*, ἑκούσιος, voluntarius. *Valer. l.* 4. *c.* 7. Incoactam voluntatem esse in amicitiis contrahendis. Adde *Senec. epist.* 66.

Incoctilia, n. 3. *vasi di metallo stagnati*, Ger. *uberzogen in fevur, mit silber, bley, zien*, Gal. *vaisseaux, etainez*, Hisp. *vasos estanados*, vasa ænea, quibus plumbum incoctum est, ne quid ex ære ingrati saporis accedat. *Plin. l.* 34. *c.* 17. Album plumbum incoquitur æris operibus, Galliarum invento, ita ut vix discerni queat ab argento, eaque incoctilia vocant.

Incoctio, onis, f. actus coquendi. *Cæl. Aurel. Tard.* 4. 3. Incoctio aquosi liquoris.

Incoctus, a, um, ἐνεψημένος, in aliquo coctus, partic. ab incoquor. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert. *Hor. Epod.* 3. Cruor incoctus herbis. *Sil. l.* 15. *v.* 684. Incocta cerastis spicula. *h. e.* cerastarum veneno tincta. ¶ Item valde coctus. *Sil. l.* 17. *v.* 633. incocti corpora Mauri. *h. e.* nimio Sole adusti. Hinc incoctæ mulieres, apud *Festum*, dicuntur, quæ plus æquo calamistris utuntur. ¶ Significat etiam non coctus. *Plaut. Mil.* 2. 2. 53. Incoctum non expromit, bene coctum dabit. *Gel. l.* 10. *c.* 15. Incocta caro. ¶ Pectus incoctum honesto, h. e. imbutum, apud *Pers. sat.* 2. *v.* 74.

Incœnatus, *chi non ha cenato*, ἄδειπνος, non cœnatus, partic. ab *in*, & *cœnatus*. *Cat. de R. R.* Bibat aquam mulsam, cubet incœnatus.

Incœnis, ne, o. 3. *senza cena*, ἄδειπνος, sine cœna, qui non cœnavit. *Plaut. Caf.* 4. 1. 18. Illæ autem senem incœnem extrudere cupiunt ex ædibus.

Incœno, as, n. 1. idem ac cœno. *Suet. in Tib. c.* 39. Incœnante eo, complura, & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt.

Incœpto, V. Incepto.

Incogitabilis, le, qui non solet cogitare, cum quid rerum gerit, *sconsiderato*, ἀλόγιστος. *Plaut. Mil.* 2. 6. 63. Nunc demum scio, me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem.

Incogitandus, a, um, adject. *da non pensarsi*, non cogitandus, ut incogitandus mœror. *Plaut. Stich.* 1. 1. 48.

Incogitans, tis, o *sconsiderato*, Ger. *unbedacchtig*, Gal. *etourdy, inconsidere*, Hisp. *descuydado*, ἀλόγιστος, non cogitans, temerarius, inconsideratus. *Ter. Phor.* 1. 3. 3. Quod nisi fuissem incogitans, ita eum expectarem, ut par fuit.

Incogitantia, æ, f. 1. *inavvertenza*, inconsideratio. *Plaut. Merc. prol. v.* 27. Incogitantia, excors impudentia.

Incogitatus, a, um, *non pensato*, non cogitatus, partic. ab *in*, & *cogitor*. *Sen. ep.* 58. Alacritas incogitata, & injussa. ¶ Sumitur etiam active pro non cogitante, *inconsiderato*. *Plaut. Bac.* 4. 3. 1. Petulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato, sine modo, & modestia sum.

Incogito, as, avi, atum, a. 1. idem quod cogito, vel valde cogito. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 122. Non fraudem socio, puerove incogitat ullam.

Incognitus, a, um, *incognito*, לא ירוע, *unbeckandt*, Gal. *inconnu*, Hisp. *incognito, disfracado*, ἄγνωστος, non cognitus, *Cic. pro Cæc.* Dum incognita re judicare voluissent.

Incognosco, is, ovi, itum, a. 3. idem quod cognosco. *Apul. l.* 4. *Florid.* Propius accessit, ut penitus incognosceret.

Incohibesco, is, n. 3. nullo modo cohibeo, impotens sum ad cohibendum. *Lucret. l.* 3. *v.* 445. Aere qui credas posse hanc cohiberier ullo, Corpore qui nostro rarus magis incohibescit? Alii aliter legunt, sed fortasse non detendent Lucretium a vitio battologiæ, nisi ita legant, quemadmodum est in emendatissima Pii editione, in Aldina, & aliis.

Incohibilis, le, adject. qui cohiberi non potest. *Ammian. l.* 24. *c.* 2. Incohibili cursu evasit. V. sequentem dictionem.

Incoibilis, le, o. 3. quod coire, & conjungi non potest. *Gel. l.* 5. *c.* 3. Eo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili. Alii legunt incohibili.

Incŏla, æ, com. 1. *abitatore*, יושב, Ger. *einvvohner*, Gal. *habitant*, Hisp. *incola, morador*, ἔνοικος, εἰκήτης, qui in aliena urbe, vel regione habitat quasi civis, aut municeps, sed sine jure civitatis, aut municipii, ab *incolo*. Pomponii JCti definitione incola est, qui in aliqua regione domicilium conduxit, quem Græci πάροικον appellant. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam qui in alicujus oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum se quasi in aliquam sedem recipiant. *Cic. 1. Off.* Peregrini, & incolæ officium est nihil præter negotium suum agere. *Phædrus l.* 1. *fab.* 7. *de ranis*, Quædam tum stagni incola. ¶ *Plin. l.* 12. *c.* 3. *de arboribus*. Quæ in incolarum numero esse cœperunt, dicentur inter fructiferas. *h. e.* quæ ex aliis regionibus advectæ apud nos feruntur. *Id. l.* 3. *de fluminibus*. Adduam, Ticinum, Mincium, Ollium omnes Padi incolas. *h. e.* in Padum influentes.

Incolatus, us, m. habitatio in aliena patria, seu tempus, quo quis in aliquo loco habitat, ita ut inde discessurus sit. Inscript. vetus circa Hadriani tempora apud *Cellar. in curis poster.* Omnia per oppida incolatum evitant. Adde *Modestin. l.* 34. *ff. ad municipal.*

Incŏlo, lis, olui, cultum, a. 3. *abitare*, ישב, Ger. *einvvohnen*, Gal. *habiter*, Hisp. *morar, habitar*, κατοικέω, inhabito. *Cic.* 1. *Tusc.* Ubi sunt ergo ii, quos miseros dicis, aut quem locum incolunt? *Id. de Div.* Loca, quæ a quibusque incoluntur. *Plaut. Rud.* 4. 2. 1. Neptuno, qui salsis locis incolit. ¶ Incolere vitam, pro agere. *Ter. Heaut.* 1. 1.

Incolorate, adv. *Leg.* 18. *ff. de Minorib.* Incolorate restitui desiderans. h. e. nullo colore, seu causa allegata.

Incolŭmis, me, o. 3. *sano, e salvo*, שלם, Ger. *gesund, frisch*, Gal. *sain, & sauf*, Hisp. *sano, yrezio*, ἄνοσος, ἄρπος, ὑγιὴς, sanus, integer. Nam præpos. *in* hic auget. Usurpatur & de corporis habitudine, & de status felicitate, & de personis, & de rebus. *Cic. pro Rosc.* Quibus incolumibus & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. *Id. pro Plan.* Qui ne equestrem quidem splendorem a calamitate judicii incolumem retinere potuit. ¶ Ædes incolumes, pro integris, & non ruinosis, apud *Ulp. l. qui bona fide*, §. *cum inter*, *ff. de dam. infec.* ¶ *Horat. l.* 3. *od.* 24. Virtutem incolumem odimus. h. e. virtutem eorum, qui vivi, & incolumes sunt. ¶ Comparativum *incolumior* affert *Gel. l.* 17. *c.* 2. *ex Q. Claud. Annal.*

Incolumĭtas, atis, f. 3. *sanità, salute*, שלום, Ger. *gesundheit*, Gal. *entiere santé*, Hisp. *sanidad entera*, ὑγίεια, est, ut *Cic.* inquit, salutis tuta, atque integra conservatio. *Id.* 5. *Fin.* In quibus numerant incolumitatem, conservationemque omnium partium. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 28. Incolumitatem deditis pollicebatur.

Incŏmes, omitis, o. *senza compagnia*, sine comite. *Fest.*

Incŏmis, e, adject. non comis, rusticus, incivilis. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 7. *a med.* Incomis, & tenebrosa vita.

Incomitātus, a, um, *scompagnato*, ἀκολούθητος, non comitatus, comitibus destitutus, partic. pass. ab *in*, & *comitor*. *Cic.* 1. *de Or. c.* 55. Cujus artem cum indotatam esse, atque incomitatam videres.

Incomitĭo, as, n. 1. est conviciari, vel tale commissum facere, propter quod necesse sit in comitium, hoc est, in conventum venire, a comitiis. *Fest.* Alii interpretantur accusare. *Plaut. Curc.* 3. 1. 31. Adolescens ob Rempub. hoc intus mihi quod insigne habeo, quæso, ne me incomities.

Incommeabĭlis, le, adject. *che non si può passare*, non commeabilis. *Ammian. l.* 16. *c.* 20. Via clivosa, & incommeabilis.

Incommendatus, a, um, adject. *non raccomandato*, non commendatus. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 34. Nil illis (ventis) vetitum, incommendataque tellus Omnis, & omne fretum.

Incommiscibĭlis, le, adject. qui misceri non potest. *Tert. de Anim. c.* 12. Simplex, & incommiscibilis animus.

Incommodatio, f. 3. *incommodità*, incommoditas. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 17. Atque in ista incommodatione alienati illius animi, & offensi illud inest tamen commodi. Ita referunt cum *Nizolio* plerique Lexicographi: at libri habent *incommoditate*.

Incommŏde, adv. *con incommodo, scomodamente, disconciamente*, Ger. *unfiglich*, Gal. *incommodement*, Hisp. *incomodamente*, ἀχρήστως, molestе, intempestive. *Cic. Att.* Posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire. ¶ Comp. incommodius, sup. incommodissime. *Cic. de Amic. c.* 4. Quamobrem cum illo quidem actum optime est, mecum autem incommodius. *Id. Att. l.* 5. *ep.* 9. Incommodissime navigare.

Incommodistĭcus, vox a parasito efficta apud *Plaut. Capt.* 1. 1. 19. h. e. incommodus. Alii leg. *incommodestĭcus*, vel *incomcdestĭcus*, ab edendo.

Incommoditas, atis, f. *incommodità, danno*, נזק, Ger. *un fug*, Gal. *incommodité*, Hisp. *incomodidad*, βλάβη, damnum, molestia. *Liv. l.* 10. Romæ tum desiderio viri, tum incommoditate temporis tristis nuntius fuit. *Macrob. l.* 2. Morborum incommoditatibus frangi. V. Incommodatio.

Incommŏdo, as, n. 1. *incommodare, nuocere*, הרע, Ger. *schaden thun*, Gal. *incommoder*, Hisp. *incomodar*, βλάπτω, noceo, obsum, damnum infero. *Cic. pro Quinct.* Ut cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint. *Ter. And.* 1. 1. 124. Magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato.

Incommŏdum, di, n. 2. *incommodità, danno*, נזק, Ger. *schaden*, Gal. *incommodité*, Hisp. *incommodo*, βλάβη, damnum, detrimentum. *Cic.* 11. *Fam.* Quam quidem ego a Repub. meis privatis, & domesticis incommodis libentissime redemissem. *Id.* 1. *Off. c.* 7. Incommodo affici. Dicimus autem afferre, importare, capere, dare incommodum &c. *Cic.* sæpe, & alii.

Incommŏdus, a, um, *incommodo, molesto, dannoso*, Ger. *ungelegen*, Gal. *incommode*, Hisp. *incomodo*, βλαβερὸς, quod damnum affert, vel molestum est. *Cic.* 5. *Ver.* Quæ aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata. *Plaut. Asin.* 1. 1. 46. Uxor incommoda, & importuna. *Cic. pro Cluent.* Rebus incommodis aliquem sublevare. *Ter. Hec.* 3. 4. iter incommodum. *Ampelius de* 12. *signis:* Carcinus incommodiorem faciebat Herculem.

Incommūnis, e, adject. 3. non communis. *Tert. de Pal. c.* 3. *ad fin.* Quarum pars gentilitus inhabitantur, cæteris incommunes.

Incommutabĭlis, e, *immutabile*. *Var. l.* 8. L. L. Omnia verbi principia incommutabilia viderentur.

Incomparabĭlis, le, o. 3. *incomparabile*, ἀσύγκριτος, cui nihil potest comparari. *Plin. l.* 7. *c.* 25. Illa fuit vera, & incomparabilis invicti animi sublimitas. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Incomparabilis magister.

Incomparabiliter, *incomparabilmente, senza paragone*, ἀσυγκρίτως, sine comparatione. *Augustin. l.* 21. *de Civ. Dei, c.* 9. *a med.* Incomparabiliter plura.

Incompassĭbĭlis, le, adject. qui simul pati non potest. *Tert. adv. Prax. c.* 29.

Incompertus, a, um, *non trovato, incognito*, ἀγνώστος, incognitus, & de quo nullam certitudinem habemus. *Plin. l.* 34. *c.* 13. Origo, atque natura ejus incomperta est mihi. *Liv. l.* 4. *c.* 23. Cætera vetustate incomperta.

Incomplētus, a, um, adject. *non compito, imperfetto*. *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 2. Et qui semper imperfecta, incompletaque sua consilia derelinquant.

Incomposĭte, adv. *senza ordine*, ἀτάκτως, inordinate, ineleganter. *Liv. l.* 25. *c.* 37. Et in hostem negligenter, & incomposite venientem incurrunt.

Incompositus, a, um, *non ornato, non elegante, rozzo*, Ger. *vnordentlich*, Gal. *mal agence, sans ordre*, Hisp. *incompuesto*, ἀκαλλώπιστος, incomptus, inornatus, inelegans. *Liv. l.* 4. Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur. *Id. l.* 5. *c.* 28. Agmen incompositum.

Incomprehensĭbĭlis, le, o. 3. *incomprensibile*, Germ. *unbegreifflich*, Gal. *incomprensible*, Hisp. *incomprensible*, ἀκατάληπτος, quod comprehendi non potest. *Plin. in Epist.* Ut est in disputando incomprehensibilis. *Col. in proœm. l.* 10. Incomprehensibilis arenæ parvitas.

Incomprehensus, a, um, *non compreso*, ἀσύλληπτος, non comprehensus. *Cic. in Acad. l.* 4. *c.* 30. Quæ nos incomprehensa, & non percepta dicimus.

Incomptus, vel incomtus, a, um, *non ornato, non acconcio, rozzo*, ἄκομψος, inornatus. *Cic. in Orat. c.* 23. Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. *Suet. Aug. c.* 69. Incomptiore capillo.

Inconcessĭbĭlis, le adject. qui concedi non potest. *Tertul. de pudic. c.* 9.

Inconcessus, a, um, *non concesso, illecito*, ἀσυγχώρητος, non concessus, negatus, prohibitus, illicitus. *Virg.* 3. *Æn.* Pergama cum peteret, inconcessosque hymenæos. Adde *Quintil. l.* 10. *c.* 2.

Inconciliāte, adv. *inconsideratamente*, ἀπερισκέπτως, sine deliberatione, inconsulte, perperam, a concilium. *Plaut. Most.* Ne inconciliate quid nos porro postulet. Sed Vossius legit, *Ne inconcilitare quid nos porro postules*. V. Inconcilio.

Inconcilĭo, as, a. 1. *inimicare*, est inimicum facere, irritare. *Plaut. Most.* 3. 1. 84. Ne inconciliare quid nos porro postules. hoc est, cum pater tibi sit pretium soluturus, non est, quod importune adeo fœnus urgeas, nosque non optime erga te animatos, magis etiam malevolentes reddas. *Id. Trin.* 1. 2. 98. Inconciliasti eum, qui mandatu' st tibi? h. e. abalienasti ne? vel ut explicat *Festus*. in voce *Inconciliare*, decepisti ne eum, qui tibi mandatus est? ¶ *Sidon. l.* 3. *ep.* 9. videtur usurpasse hoc verbum pro *accuso*.

Inconcinnĭtas, f. 3. ruditas, inelegantia. *Suet. in Aug. c.* 86. Vitatis sententiarum ineptiis, & inconcinnitate verborum.

Inconcinnĭter, adv. *rozzamente*, ἀκαιρίως, inornate, incompte impolite. *Gell. l.* 10. *c.* 17. Vertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter.

Inconcinnus, a, um, *mal composto, sconcio, rozzo*, Ger. *ungereimbt*, Gal. *mal faconné, qui n'a point de grace*, Hisp. *desaviado*, ἀκόσμητος, inelegans, inornatus, incompositus. *Cic.* 2. *de Or. c.* 4. Aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est.

Inconcĭtus, a, um, adject. non concitus, non concitatus. *Ammian. l.* 24. *c.* 23. Leni & inconcito gradu.

Inconcrētus, a, um, non concretus. *Nazar. in paneg. Constantin. c.* 14. Caligantem aciem simplex, & inconcreta substantia naturæ tenuis eludit.

Inconcussē, *fermamente*, constanter, firmiter. *Augustin. l.* 1. *Retract. c.* 11. Hoc sane inconcusse retinendum esse, non dubito.

Inconcussus, a, um, *che non si commuove*, Ger. *unbevvegt*, Gal. *inebranlable*,

teole, Hiſp. *imobil*, *que no ſe puede mover*, ἀκίνητος, quod non concutitur. *Stat. ſ. Syl. 1. v. 142.* Florebant hilares, inconcuſſique Penates. *Senec. ep. 67. ad fin.* Inconcuſſum otium.

Incondĭte, adv. *diſordinatamente*, Ger. *ungeſchicklich*, Gall. *ſans ordre, ſans meſure*, Hiſp. *ſin orden, y concierto*, ἀτάκτως, incompoſite, inordinate. *Cic. 3. Off.* Dicam, ut potero, incondite fortaſſe, ſed tamen ut res poſſit intelligi.

Incondĭtus, a, um, *diſordinato, mal compoſto*, Ger. *ſto unfeſchickt*, Gal. *mal compoſté, mal baty, ſans ordre*, Hiſp. *ſin orden, mal compueſto*, ἀσύντακτος, inordinatus, incompoſitus, ex *in*, & *conditus*. *Liv. l. 4. c. 20.* In eum milites carmina incondita, æquantes cum Romulo, canere. *Id. l. 22.* Incondita turba hominum. ¶ Item pro inſepulto. *Lucan. l. 6. v. 101.* Incondita corpora. ¶ Item pro non condito, non repoſito. *Colum. l. 3. c. 2.* Inconditum fructum mercantibus vendere.

Inconfectus, a, um, adject. non confectus, non conſumptus. *Celſ. l. 4. c. 19.* Inteſtinorum lævitas, qua continere nihil poſſunt, & quidquid aſſumptum, inconfectum protinus reddunt. Ita meliores libri: al. leg. *imperfectum*.

Inconfeſſus, non confeſſus. *Ovid. 2. Met. v. 557.* Servandum dederat, ſed enim inconfeſſa, quid eſſet.

Inconfūſus, a, um, adject. non confuſus. *Senec. l. 3. qu. nat. proœm.* Vir bonus officia ſua exſequitur intrepidus, inconfuſuſque.

Incongelabĭlis, le, o. 3. *che non ſi può congelare*, ἀκρυστάλλιστος, quod non poteſt congelari. *Gel. l. 17. c. 8.* Mare omne incongelabile ſit. Alii leg. *ingelabile*.

Incongreſſibĭlis, le, adject. quem alloqui non poſſumus, cum quo congredi non licet. *Tertul. l. 2. adver. Marc. c. 27.*

Incongrŭe, adv. incongruenter. *Macrob. l. 5. Satur. c. 13.* Dicere incongrue.

Incongrŭens, tis, o. 3. *diſconvenevole*, Germ. *ungereimet*, Gal. *qui ne convient pas*, Hiſp. *no conveniente*, ἀνάρμοστος, quod non congruit rei, de qua agitur. *Plin. in Epiſt. 9. l. 4.* Illam alteram diſſolutam, atque etiam incongruentem vocant.

Incongruenter, adver. inconvenienter. *Tertull. de Baptiſm. cap. penult.* Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur.

Incongruentĭa, æ, f. inconvenientia. *Tertull. de Anim. c. 6.* Incongruentia definitionis.

Incongrŭus, a, um, adject. incongruens. *Valer. Max. l. 4. c. 1. n. 12.* Quam incongruo ambitu amplectar. Al. leg. quam anguſto. *Apul. l. 3. dogm. Plat.* Incongruæ inter ſe propoſitiones.

Inconnexus, a, um, adject. non connexus. *Auſon. Idyll. 12. ad Paulin.* Cura exigua eſt, & faſtiditur, inconnexa, & implicatur.

Inconnīvens, o. 3. *che non muove le palpebre degli occhi*, ἀνυπνόβλεπτος, quod palpebras non movet, particip. a conniveo. *Gel. l. 2. c. 1.* A ſummo lucis ortu ad Solem alterum orientem inconnivens. ¶ Translate *Ammian. l. 39. c. 16.* Inconnivens juſtitiæ oculus. V. *Conniveo*.

Inconnīvus, a, um, idem ac inconnivens, ut Inconnivi oculi, inconnivæ vigiliæ, apud *Apul. l. 2. & 6. A. A.*

Inconſcĭus, a, um, *non conſapevole*, ὁ σύνοιδώς, non conſcius. *Liv. l. 21. c. 12.* Alcon inconſciis Saguntinis cum ad Annibalem noctu tranſiliſſet. Meliores tamen libri hab. *inſciis*.

Inconſcriptus, a, um, adject. non conſcriptus, *non ſcritto*. *Servii* eſt *ad Eclog. Virg. 2. v. 3.*

Inconſentanĕus, a, um, adject. non conſentaneus. *Mart. Capell. l. 5. poſt init.* Nihil magis inconſentaneum, atque indecens.

Inconsĕquens, entis, adject. qui non conſequitur. *Aſcon. in proœm. Act. in Verr.* Inconſequens locutio. ¶ Hujus decompoſito *perinconſequens* uſus eſt *Gell. l. 14. c. 1.* V. ſuo loco.

Inconſequentĭa, æ, f. 1. ἀνακολουθία, vitium orationis, cum aut res, aut verba prætermittuntur, quæ ad ſuperiora ſubſequi deberent. *Quinct. l. 8. c. 6.* Quæ eſt inconſequentia rerum fœdiſſima.

Inconſidĕrans, antis, o. idem ac inconſideratus. *Cic. 2. de Div. c. 27.* Nos ita leves, atque inconſiderantes fumus. Al. leg. *inconſiderati*. *Tertull. l. 2. adverſ. Marc. ad fin.* Inconſiderantiſſime Marcion.

Inconſiderantĭa, æ, f. *inavvertenza*, Ger. *unbedæchigkeit*, Gal. *inconſideration*, Hiſp. *inconſideracion*, ἀλογιστία, inconſulta ratio. *Sueton. in Claud. c. 39.* In eo mirati ſunt homines & oblivionem, & inconſiderantiam. Giſanii liber habet *inconſiderationem*. Quidam etiam Ciceroni tribuunt, *l. 3. Q. Fr. ep. ult.* Verum MSS. omnes, & codices antiqui habent *conſiderantiam*.

Inconſiderāte, adv. *ſconſideratamente*, Ger. *unzedechtiglich*, Gal. *inconſidérement*, Hiſp. *inconſideratamente*, ἀκρίτως, inconſulte, temere. *Cic. in Off. l. 1. c. 29.* Temere, & fortuito, inconſiderate, negligenterque. *Valer. Max. l. 1. c. 5.* Inconſideratius præliari.

Inconſiderātio, onis, f. 3. idem ac inconſiderantia. V. Inconſiderantia.

Inconſiderātus, a, um, qui non conſiderat, *ſconſiderato, che non conſidera, traſcurato*, Ger. *des nicht bedenckt*, Gal. *inconſidéré*, Hiſp. *inconſiderado*, ἀνεξέταστος. *Cic. pro Quinct. c. 25.* O rem incredibilem! o cupiditatem inconſideratam! *Id. de Aruſp. reſp. c. 26.* Plenus inconſideratiſſimæ temeritatis. *Nepos in Conon. c. 6.* Inconſideratior in ſecunda, quam in adverſa fortuna.

Inconsĭtus, a, um, *non coltivato*, incultus. *Varr. l. 4. de L. L.*

Inconſolabĭlis, le, o. 3. *inconſolabile, che non riceve conſolazione*, Ger. *nichs zu kroeſten*, Gal. *inconſolable*, Hiſp. *que no ſe puede conſolar*, ἀπαράμυθητος, cujus dolori conſolatio nulla mederi poteſt. *Ovid. 5. Met. v. 426.* Inconſolabile vulnus mente gerit tacita.

Inconſpectus, a, um, adject. inconſideratus. *Gel. l. 17. c. 21.* Ne in ſermonibus inconſpectum aliquid temere diceremus.

Inconſpicŭus, a, um, adject. non conſpicuus, incelebris. *Flor. l. 4. c. 2. a med.* Non inconſpicua tamen morte.

Inconſprētus, a, um, adject. non ſpretus, non improbatus. *Feſtus*.

Inconſtans, tis, o. *inconſtante, inſtabile*, קל, Ger. *unbeſtendig*, Gal. *inconſtant*, Hiſp. *inconſtante*, ἀδίβατος, qui ſibi non conſtat; levis, mobilis, volubilis. *Cic. Planco, l. 10. Fam.* Cum is frigidas ſane, & inconſtantes recitaſſet litteras Lepidi. *Id. de Div.* Si ea quoque divina ſunt, quid inconſtantius Deo? *Senec. epiſt. 99.* Populo nos damus inconſtantiſſimo. *Gell. l. 13. c. ult.* Vultu inconſtantiſſimo, & mæſtiſſimo.

Inconſtanter, adv. *inconſtantemente*, Ger. *leichtfertig*, Gall. *inconſtamment*, Hiſp. *inconſtantemente*, ἀβεβαίως, leviter, nullaque conſtantia. *Cic. 4. Tuſc.* Si aut ambigue, aut inconſtanter, aut incredibiliter dicta ſunt. *Id. de Fin.* Hæc dicuntur inconſtantiſſime.

Inconſtantĭa, f. 1. *incoſtanza, inſtabilità*, פחז, Ger. *unbeſtendigkeit*, Gal. *inconſtance*, Hiſp. *inconſtancia*, ἀστασία, levitas, mutabilitas, mobilitas. *Cic. Att. l. 10.* Nemo doctus unquam mutationem conſilii inconſtantiam dixit eſſe.

Inconſuētus, a, um, *non conſueto, inuſitato*, ἀσύνηθες, non aſſuetus. *Sil. l. 11. v. 282.* Stupet inconſuetus opime Sidonius menſæ miles.

Inconſulte, adv. *pazzamente, ſenza conſiglio*, Germ. *unbeſonnen*, Gal. *ſans y penſer, a la volée*, Hiſp. *ſin mirar, ſin conſejo*. ἀβούλως, ſtulte, temere, abs re, nullo conſilio. *Cic. 1. de nat. Deor.* Hæc, qui conſideret, quam inconſulte, ac temere dicantur. *Cæſ. l. 1. B. Civ. c. 45.* Incitati ſtudio inconſultius proceſſerant.

Inconſulto, adv. idem ac inconſulte. *Ulp. l. 1. de his quæ in teſtam. &c.* Inconſulto deleta, & inducta.

Inconſultum, i, n. temeritas. *Silius l. 8. v. 216.* arma ſenatus Ex inconſulto poſuit Tirynthius heros. ¶ Videtur tamen eſſe adverb. ex adjectivo formatum.

Inconſultus, a, um, is, a quo conſilium non eſt petitum, partic. a conſulor. *Varro l. 1. de re ruſt.* Etenim inſcio, atque inconſulto domino ſervi ſæpe ex agro diſcedunt. ¶ Sæpe nomen eſt, & active ſumitur pro imprudente, temerario, nullius conſilii, *ſenza conſiglio, imprudente*, Ger. *ungeſtager*, Gal. *mal conſeillé*, Hiſp. *el que es ſin conſejo*, ἄβουλος. *Cic. pro Dejot.* Homo inconſultus, & temerarius hæc non videbat. *Liv. l. 3. c. 21.* Turba inconſulta. ¶ Item pro eo, cui non datum eſt conſilium. *Virg. Æn. 3. v. 452.* Inconſulti abeunt, ſedemque odere Sibillæ. ¶ Superlat. *inconſultiſſimus* eſt apud *Salvian. l. 2. de avarit.* Comparat. *inconſultior* apud *Nazar.* in *paneg. Conſtant. c. 13.*

Inconſultus, us, m. ſine conſilio, ſeu conſultatione, nomen defectivum, cujus ſolus abl. in uſu eſt, ut *Inconſultu meo*, ſine meo conſilio, me inconſulto. *Plaut. Trin. 1. 2. 130.* Me abſente, atque inſciente, inconſultu meo ædes venales haſce inſcribit literis.

Inconſummātio, onis, f. imperfectio, ut inconſummatio generationis, apud *Tertull. adverſ. Valentinian. c. 10.*

Inconſummātus, a, um, adject. non perfectus. *Ammian. l. 31. c. 42.* Ut erat inconſummatus & rudis. h. e. non plane peritus.

Inconſumptus, a, um, *non conſumato*, Germ. *noc nicht verbrauchet*, Gal. *qui n'eſt point conſumé*, Hiſp. *no acabado*, non conſumptus. *Ovid. 7. Met.* Inque manu thuris pars inconſumpta reperta eſt. Adde *l. 4. v. 17.*

Incontaminabĭlis, le, adject. qui contaminari non poteſt. *Tertull. lib. 4. adverſ. Marc. c. 9.*

Incontaminātus, *non contaminato, puro, ſincero*, טהור, Ger. *unbefleckt*, Gal. *non contaminé, ſans tache*, Hiſp. *limpio, no ſuziado*, ἀμίαντος, impollutus, purus, ſyncerus. *Liv. l. 4. c. 2.* Ne quid ſynceri, ne quid incontaminati ſit.

Incontemplabĭlis, le, adject. quem contueri, & contemplari non licet. *Tertull. de reſurr. carn. c. 55.* Incontemplabilis claritas. Ita legit *Junius*.

Incontemptibĭlis, le, adject. non contemptibilis. *Tertul. Apolog. c. 45.* ubi alii leg. *intemptibilis* eodem ſenſu.

Incontentus, a, um, adject. non tenſus, *non tirato, lento*. *Cic. l. 4. Fin. c. 27.* Ut in fidibus, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſervare poſſit, omnes æque incontentæ ſint, &c.

Incontigŭus, a, um, adject. non contiguus, qui non tangitur. *Arnob. l. 7. poſt init.* Deus omni eſt incontiguus tactu.

Incontĭnens, tis, o. 3. quod continere non poteſt. *Plin. l. 8. c. 43.* Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit. ¶ Item intemperans, qui ſe a libidine, gulave non continet. *incontinente*, Germ. *der ſich nitchs ſelbſt halten kan*, Gal. *incontinent*, Hiſp. *incontinente*, ἀκρατής, *Plaut. Aſin. 5. 2.* Madidum, nihili, incontinentem, atque oſorem uxoris ſuæ. ¶ Reperitur & cum genit. *Senec. l. 3. nat. quæſt. c. 30.* Nihil eſt tam violentum, & incontinens ſui.

Incontinenter, adv. *incontinentemente, intemperantemente*, Ger. *unzuechtiglich*, Gal. *incontinement*, Hiſp. *incontinentemente*, ἀκράτως, intemperanter, ſine continentia. *Cic. 3. Off. c. 8.* Nihil tamen avare, nihil injuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum.

Incontinenti. V. Continens.

Incontinentĭa, æ, f. 1. *debolezza*, infirmitas, imbecillias, ut Incontinentia urinæ, infirmitas muſculi retentivi, cum urinam continere non poſſumus. *Plin. l. 28. c. 8.* Veſicam in vino potam contra urinæ incontinentiam. ¶ Incontinentia item ſumitur pro intemperantia, immodeſtia, *incontinenza, immoderanza*, Ger. *unzucht*, Gal. *incontinence*, Hiſp. *incontinencia*, ἀκρασία, *Cic. pro Cœlio*. Is multa de incontinentia, intemperantiaque differuit.

Incontradicibĭlis, le, adject. cui contradici non poteſt. *Tertul. l. 4. adverſ. Marc. c. 39.* Quid incontradicibilius confeſſione ſimplici?

Incontroverſus, a, um, adject. qui in dubium vocari non poteſt. *Cic. l. 1. de Orat. c. 57.* Licet impune Oratori omnem hanc partem juris incontroverſi ignorare. Ita legit Lambinus. Sed MSS. & antiqu. edit. *in controverſiis*.

Inconvenĭens, entis, o. 3. *inconveniente, che non ſta bene*, Germ. *das ſich nicht reimend*, Gal. *inconvenient*, Hiſp. *inconveniente*, ἀσύμφορος, indecens. *Caſſius ad Cic. l. 12. Fam. ep. 53.* Hæc noviſſima noſtra facta non ſubita, nec inconvenientia, ſed ſimilia illis cogitationibus. *Sen. de Beata Vita, c. 12.* Definant igitur inconvenientia inter ſe jungere.

Inconvertibĭlis, le, adject. qui converti, & immutari non poteſt. *Tertull. adverſ. Hermog. c. 12.*

Inconvolūtus, a, um, adject. convolutus, involutus. *Ammian. l. 29. c. 16.* poſt inconvolutos multiplices caſus.

Incopiōſus, a, um, adject. non copioſus, ut ſolitudo incopioſa, apud *Tertull. de jejun. c. 5.*

Incoprĭo, as, avi, atum, a. 1. proprie ſignificat ſtercore fœdare, a κόπρος, ſtercus: translate conviciis, & opprobriis impetere. *Commodian. Inſtruct. 19.* Incopriat cives hic deteſtabilis omnes.

Incŏquo, is, oxi, octum, a. 3. *cuocere dentro a qualche coſa*, ἐνέψω, intus coquo, in re aliqua coquo. *Virg. 4. Georg.* Hujus odorato radices incoque Baccho. ¶ Eſt item coquendo applicare, ut cum metallum aliquod inauratur, deargentatur, deplumbatur. Hinc vaſa ænea ſtanno ad ignem illita incocta dicuntur. *Plin. l. 34. c. 17.* Deinde & argentum incoquere ſimili modo cœpere.

Incordĭo, as, a. 1. *metter nel cuore*, in cor immitto, apud vet. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 101.* Et ut ut me erga eſt meritus, tamen incordies. Sunt tamen optimi cod. qui habent *mihi cordi eſt tamen*.

Incoronatus, a, um, adject. corona privatus. *Apul. l. 4. A. A.* Simulacra incoronata, & aræ viduæ frigido cinere fœdatæ.

Incorporabilis, le, adject. incorporalis. *Tertull. l. 3. adverſ. Marc. c. 17.*

Incorporālis, le, o. 3. *incorporale*, ἀσώματος, quod non habet corpus. *Sen. epiſt. 90.* Deinde a corporibus ſe ad incorporalia tranſtulit. *Quinct. l. 5. c. 10.* Jus, quod ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe.

Incorporalĭtas, atis, f. corporis carentia. *Macrob. l. 1. ſomn. Scip. c. 5. & 11.*

Incorporalĭter, adverb. ſine corpore. *Claud. Mamer. l. 3. de ſtatu anim. c. 14.* Memoria incorporaliter etiam corporalium reminiſcitur.

Incorporatĭo, onis, f. corporatura, corporis conſtitutio, μετενσωμάτωσις. *Colum. l. 6. c. 2.* de bobus domandis. Cuſtodiendum eſt, ne incorporatione, vel ſtatura, vel viribus impar cum valentiore jungatur.

Incorporatus, a, um, adject. *incorporato, incarnato*. *Prudent. Cath. 12. v. 80.* Ducem ſalutis cælitus incorporatum gignere.

Incorpŏrĕus, a, um, *ſenza corpo*, Ger. *das keinen leth hat*, Gal. *qui n'a point de cors*, Hiſp. *que no tiene cuerpo*, ἀσώματος, corpore carens. *Macrob. l. 7. Sat. c. 15.* De incorporeis diſputat. Gell. Macrobio antiquior *l. 5. c. 15.* teſtatur, fictam eſſe hanc vocem a quibuſdam ad explicandam

græcam ἀσάμωτος. Quare prudenter dubitari poteſt, an ea uſus fuerit Cicero, cujus hæc verba afferuntur ex *l.* 3. *Fin. c.* 14. Omnis iſta rerum incorporearum æſtimatio, &c. Alii enim legunt *in corpore ſitarum*: alii *corporearum* &c.

Incorpŏro, as, a. 1. *incorporare*, *ἐνσωματίζω*, unio, conjungo in uno corpore. *Solin. c.* 25. *al.* 22. Variæ animalium effigies incorporantur.

Incorrectus, a, um, *incorretto*, *ſcorretto*, Ger. *nicht verbeſſert*, Gal. *incorrect*, Hiſp. *incorrecto*, *ἀδιαπανόρθωτος*, non correctus. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 14. *v.* 23. Nunc incorrectum populi pervenit ad ora.

Incorrupte, adv. *puramente*, Ger. *aufrichtigklich*, Gal. *incorrompu*, Hiſp. *incorrupto*, *ἀδιάφθαρτως*, pure, ſyncere. *Cic. pro Marcel. c.* 9. Qui multis poſt ſæculis de te judicabunt, & quidem haud ſcio an incorruptius, quam nos. *Id. Fin. l.* 1. *c.* 9. Incorrupte atque integre natura judicante.

Incorruptēla, æ, ſ. incorruptio. *Tertull. de Reſur. carn. c.* 51.

Incorruptibĭlis, le, adject. *incorruttsibile*. *Lactant. l.* 1. *c.* 3.

Incorruptibĭlĭtas, atis, ſ. *incorruttsibilità*. *Tertul. Apol. c.* 48. & alibi.

Incorruptīvus, a, um, incorruptibilis. *Hieron. epiſt.* 152. *ad Minerv. & Alex. circa med.* Corruptivum hoc incorruptivum efficitur.

Incorruptorĭus, a, um, adject. incorruptus. *Tertul. l.* 2. *adverſ. Marc. c.* 16.

Incorruptus, a, um, *incorrotto*, *puro*, *intiero*, *ἄφθαρτος*, quod corruptum non eſt, aut corrumpi non poteſt. *Plin. l.* 13. *c.* 9. Quoniam incorrupta etiam in aquis durat. *Cic. de Clar. Or.* Conſuetudinem vitioſam, & corruptam pura, & incorrupta conſuetudine emendat. *Gell. in præfat.* Incorruptior ſermo. ¶ Animus incorruptus, immortalis, æternus. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 19. Animus incorruptus, ſuique ſimilis. ¶ Sæpe incorruptus dicitur, qui officio ſuo ita fungitur, ut nullis aut blanditiis, aut muneribus a fide poſſit abduci. *Cic.* 1. *Fin. c.* 11. Integer, atque incorruptus teſtis. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 81. Cuſtos incorruptiſſimus.

Incoxo, as, n. 1. in coxam ſedeo, a *coxa*. Eſt complicatis pedibus ſedere. *Pacuvius*. Adeo incoxanti mihi pes obſtupuerat. *Pompon.* apud *Non. c.* 1. *n.* 180. Neque interim cacandi cauſa unquam incoxavi nates.

Increatus, a, um, *non creato*, *ἄκτιστος*, non creatus. *Lact. lib.* 1. Unus Deus, qui ſolus principatur, iſque ampliſſimus increatus.

Increbreſco, vel increbeſco, is, increbrui, vel bui, n. 3. *accreſcerſi*, ישנא, Ger. *vvachſen*, Gal. *croitre de plus en plus*, Hiſp. *eſpeſſarſe*, *divulgarſe*, *διαφυλλόομαι*, invaleſco, augeor, vehementior fio. *Cic.* 14. *Phil. c.* 5. Hac conſuetudine, quæ increbruit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 93. Si increbuit aura. *Liv. l.* 7. *c.* 12. Increbreſcit fama. *Plaut. Merc.* 5. 1. 9. Mores deteriores increbreſcunt in dies.

Increbro, as. V. Crebro, as.

Incredendus, a, um, partic. o. 1. 2. incredibilis. *Apul. l.* 2. *A. A.* Incredenda fabula. Et *l.* 2. *Florid.* Incredendæ potentiæ.

Incredĭbilis, le, o. 3. *incredibile*, Ger. *vngleublich*, Gal. *incroyable*, Hiſp. *increyble*, *παράδοξος*, non credibilis. *Cic. Sulp.* 13. *Fam.* Incredibile eſt enim, quas mihi gratias omnes agant. *Id. l.* 5. *Att. ep.* 16. Incredibilem in modum. *Senec. l.* 3. *quæſt. natur. c.* 17. Quanto incredibiliora ſunt opera luxuriæ. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 3. Incredibilis, impoſque animi, inamabilis vivo. *b. e.* indignus, cui credatur.

Incredibilĭtas, atis, ſ. *incredibilità*. *Martian. JCtus. l.* 29. *Dig. ad leg. Jul. de adult.* Adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis. Al. leg. *incredulitatis*. *Apuley. in Triſmeg.* Incredibilitas contemnit humana.

Incredibĭlĭter, adv. *incredibilmente*, Ger. *vngeuclich*, Gal. *incroyablement*, Hiſp. *increyblemente*, *ἀπίστως*, præter fidem. *Cic. de Sen. c.* 15. Quibus ego incredibiliter delector.

Incredĭtus, a, um, adject. *non creduto*. *Senec. l.* 5. *controv.* 30. Increditam adhuc inertiam miratus eſt. *Apul. de Deo Socrat.* Incredita vaticinia Caſſandræ.

Incredulĭtas, atis, f. 3. *incredulità*, *ἀπιθάνεια*. *Apul. l.* 1. *Metam.* Obſtinata incredulitate ſermonem ejus reſpuebat.

Incredŭlus, a, um, *incredulo*, Ger. *vnglaubig*, Gal. *incredule*, Hiſ. *incredulo*, *ἄπιθής*, cui quid facile perſuaderi non poteſt. *Hor. in Arte*, *v.* 118. Quodcunque oſtendis mihi hic, incredulus odi. ¶ Ponitur etiam pro incredibili. *Gell. l.* 9. *c.* 4. Res inauditæ, incredulæ.

Incremātus, a, um, *abbruciato*, crematus. *Flor. l.* 4. *c. ult. ante med.* Viginti centurionibus incrematis.

Incrementŭlum, i, n. diminut. ab incrementum. *Apul. l.* 5. *A. A.* Incrementulum uteri.

Incrementum, ti, n. *augmento*, *accreſcimento*, מרביה, Ger. *das zunemen*, Gall. *accroiſſement*, Hiſp. *acrecentamiento*, *αὔξησις*, augmentum, ab increſco. *Cic.* 2. *Fin.* Negat, ſummo bono afferre incrementum diem. ¶ Speciatim eſt pars amplificationis Rhetoricæ. *Quintil. l.* 8. *c.* 4. Quatuor generibus video conſtare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. ¶ Sumitur etiam pro ſemine, ex quo fit incrementum. *Ovid.* 3. *Met.* Vipereos dentes populi incrementa futuri. *Virg. Ecl.* 4. *v.* 49. magnum Jovis incrementum.

Increpatīve, adverb. increpando. *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. Non increpative, ſed conſolatorie aliquem compellare.

Increpatorĭus, a, um, adject. *riprenſivo*, ad increpandum inſerviens. *Sidon. l.* 9. *ep.* 7. Noſtra judicia nil minantur increpatorium.

Increpĭto, as, n. 1. *riprendere*, *dir villania*, *ἐπιπλήττω*, arguo, convicior, maledico, freq. ab increpo. *Virg.* 10. *Æn.* Hoſtis amare, quid increpitas? *Cæſ. l.* 2. *B. G.* Increpitare, atque incuſare reliquos Belgas.

Increpĭtus, us, ui, m. objurgatio, actus increpandi. *Apul. de Deo Socrat.* Increpitu indignatus. Adde *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 8.

Increpĭtus, a, um, nom. particip. *ripreſo*. *Liv. l.* 23. *c.* 26. Præfecti graviter increpiti. *Velley. l.* 2. *c.* 55. Increpita fortuna, quod &c.

Increpo, as, pui, pitum, & ātum, ſed rarius, n. 1. *fare ſtrepito*, המה, Ger. *ein geruſch machen*, Gal. *faire bruit*, Hiſp. *hazer eſtruendo*, *κατα-βρέμω*, ſono, crepitum emitto. *Liv. l.* 1. Ut primo ſtatim concurſu increpuere arma. *Virg.* 9. *Æn.* At turba terribilem ſonitum procul ære canoro increpuit. ¶ Interdum eſt præcinere, intonare, *intuonare*. *Turpilius*. Age tu hymenæum increpa. ¶ Item commovere, excitare. Hinc apud *Plaut. Rud. prol. v.* 69. Arcturus ita loquitur: Increpui hibernum, & fluctus movi maritimos. ¶ Translate ſumitur pro audiri, referri. *Cic. pro Mur. c.* 10. Simul atque increpuit ſuſpicio tumultus. ¶ Eſt etiam verbum activum, & ſignificat objurgare, accuſare. *Cic. ad Q. Fr.* Cum illius in me perfidiam increparet, *Sueton. Calig. c.* 39. Modo avaritiæ ſingulos increpans. *Liv. l.* 1. *c.* 51. Hæc Aricinus in regem Romanum increpans. *Pruden. cathem. v.* 195. Increpata fraude. ¶ Significat etiam ferire, pulſare. *Tibul. l.* 1. *el.* 1. *v.* 12. Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves. *Horat. Epod.* 17. Ergo negatum vincor, ut credam miſer, Sabella pectus increpare carmina. h. e. incantationes commovere, ac perturbare mentem, & animum.

Increſco, is, evi, etum, n. 3. *creſcere*, *prendere aumento*, רב, Ger. *vvachſen*, Gal. *s' augmenter*, Hiſp. *crecer*, *αὐξάνομαι*, valde, ſeu magis creſco, augeor, invaleſco. *Quint. l.* 8. *c.* 4. Hoc genus increſcit, ac fit manifeſtius. *Liv. l.* 1. *c.* 33. Ad terrorem increſcentis audaciæ.

Increto, as, avi, atum, a. 1. creta oblino, ut increcare faciem, *Petron. in Satyr. c.* 102. Increcare faciem.

Incrētus, a, um, non cretus, indiviſus, a cerno. *Feſt. Apul.* etiam *l.* 7. *A. A.* Furtures apponebat increcos, ac ſordidos.

Incriminatĭo, onis, ſ. q. d. criminationis, vel criminis, vel accuſationis carentia. *Tertul. de Reſur. carn. c.* 23.

Incriſpo, as, avi, atum, a. 1. *increſpare*. Apud *Tertul. de Idolol. c.* 8. incriſpare ornamenta parietibus. Ita legit *Junius*, alii incruſtare.

Incruentātus, a, um, non maculatus cruore. *Ovid. Met.* 12. *v.* 496. manet imperfoſſus ob omni Inque cruentatus Cœneus Elateius ictu.

Incruente, adverb. *ſenza ſangue*. *Prudent. in Romano*, *v.* 1094. Si vos ſinatis, incruente vivimus.

Incruentus, a, um, *ſenza ſangue*, *non ſanguinolento*, Germ. *unblutig*, Gal. *non ſanglant*, Hiſ. *no ſangriento*, *ἀναίμακτος*, *ἀναίμαντος*, ſine cruore, ut *Incruenta victoria*, in qua nullus cruor effuſus eſt, nulli, aut pauci ſunt occiſi. *Liv. l.* 7. Nec Romanis incruenta victoria fuit. *Id. l.* 8. Haudquaquam tamen incruento milite ſuo.

Incruſtatĭo, onis, f. *incroſtatura*, *κονίασις*, applicatio cruſtæ ad parietem, pavimentum, aut vas aliquod. *leg.* 79. *de verb. ſignif.*

Incruſto, as, a. 1. *incroſtare*, *far croſta*, טח, Ger. *vbertbefeln*, Gal. *enerouter*, Hiſ. *encroſtar*, *κονιάω*, cruſtam induco, ſive cruſtam applico. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 14. Ut ollam cum foraminibus incruſtent ſapa, & tarre. *Hor.* 1. *Serm. ſat.* 3. At nos virtutes ipſas invertimus, atque ſyncerum cupimus vas incruſtare. ideſt virtutem quaſi vitium interpretamur.

Incubatĭo, onis, f. 3. *covazione*, *ἐγκοίμησις*, actus incubandi. *Plin. l.* 10. *c.* 56. Rara incubatio ovis noxia. Et *c.* 54. Incubationi detur initium poſt nonam lunam. Al. leg. *incubitioni*. ¶ Pro injuſta rei detentione accipitur *leg. ult. Cod. Ne rei domin.* &c.

Incubator, oris, m. 3. qui incubat. *Macrob. in Somn. Scip. l.* 1. *c.* 10. Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſſimus incubator. ideſt Regni Siciliæ poſſeſſor iniquus. *Tertul. de anim. c.* 49. Incubatores fanorum. V. Incubo.

Incubātus, us, m. idem ac incubatio. *Plin. l.* 10. *c.* 54. Si incubatu tonuerit, ova pereunt.

Incubitatus, a, um, ſtupratus, qui muliebria patitur, partic. ab *incubito*, quod ab *incubo*, eadem ratione, qua tales dicebantur culcitæ, & ſpondæ interiores. *Plaut. Perſ. c.* 2. *ſc.* 4. Duza malebat apud Plautum legere, *intercutius*, aut *impudicatus*: Sed contra manuſcriptorum, & impreſſorum omnium fidem.

Incubĭto. V. Incubatio.

Incubĭto, as, n. 1. freq. ab incubo. *Col. l.* 8. *c.* 14. Cellas, in quibus incubitant.

Incubĭtus, a, um. particip. *covato*. *Plin. l.* 29. *c.* 3. Cum ova triduo incubita tolluntur.

Incubĭtus, tus, m. idem ac incubatio. *Plin. l.* 10. *c.* 54. Quædam autem citra incubitum ſponte naturæ gignunt. ¶ Incubitus dextri lateris eſt, dum aliquis ſupra dextrum latus cubat. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a ſupinis.

Incŭbo, onis, m. 3. V. Incubus.

Incŭbo, as, bui, bitum, n. 1. *appoggiarſi*, *ſtar ſopra*, *covare*, רבץ, Ger. *draufſitzen*, Gal. *coucher ſurquelque choſe*, Hiſ. *eſtar acoſtado ſobre algo*, *empollar*, *ἐγκυμαι*, *ἐπίκυμαι*, in re aliqua cubo, ſuper cubo, inſideo, innitor, a *cubo*, quod eſt dormire, ſeu quieſcere, conſiſtere. Conſtruitur vel abſolute, vel cum abl. & præp. *in*, vel cum dativo. *Col. l.* 8. Quo purius, & mollius incubent. *Plaut. Caſ.* Qui in morbo ſuo imo in lecto incubat. *Virg.* 1. *Æn.* Ponto nox incubat atra. *Quint. l.* 10. Velut theſauris clauſis incubabit. ¶ Speciatim erat dormire in templis ad accipienda reſponſa. *Virg.* 7. *Æn.* Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit. *Plaut. Curc.* Nanque te incubare ſatius fuerat Jovi, qui tibi auxilio in jurejurando fuit. hoc eſt dormire apud Jovem in Capitolio, ut ejus reſponſa poſſes accipere. ¶ Speciatim item dicitur de avibus, cum excludendi fœtus gratia ova fovent. Et in hac acceptione uſurpatur vel abſolute, vel cum abl. & præp. *in*, vel cum dat. vel etiam active, & paſſive. *Col. l.* 8. *c.* 9. Gallinæ incubare cupiunt ab idibus Januarii. *Lact. l. de Opif.* Et ciborum expertes incubant ovis. *Var.* 3. *de R. R.* Negant plus viginti quinque ova incubare. *Plin. l.* 10. *c.* 54. Ova incubari infra decem dies edita utiliſſimum. ¶ Translate ponitur pro inhabitare, tenere, obruere. *Apul. l.* 7. *Met.* Tabernulam quandam, vitatis maris fluctibus, incubabat. *Cic. pro Planc.* Ab iis ipſis, qui in te ipſum incuberunt. *Virg.* 1. *Æn. v.* 86. Venti incubuere mari. ¶ Item pro inhiare, vehementer cupere. *Cic. pro Cluent.* Qui illi pecuniæ, quam conſiderat, ſpe jam, atque animo incubaret. ¶ Item pro curam habere, translatione ſumpta ab avibus, quæ incubatu ova fovent. *Apul. l.* 3. *Met.* Aureos tolles incubabat. ¶ Apud JCtos, & *Aſconium* incubare ſignificat mala fide poſſidere, rem aliquam injuſte detinere. ¶ Legitur etiam præterit. *incubavi*. *Plin. l.* 11. *c.* 16. Nam niſi incubavere, favos lividos faciunt.

Incŭbus, bi, m. ſive incubo, onis, m. 3. *ἐφιάλτης*, morbus eſt noctu quieſcentes infeſtans, cum ſcilicet externa quædam vis dormientes videtur invadere, & veluti ſuo pondere preſſos gravare, ab *incubando*. *Cœl. Aurelian. l.* 1. *χρονίων*, *c.* 3. Fuere, qui Cupidinem, aut Semideum putarent: Sed opinionem iſtam jam olim Soranus in *αἱμολογυμένων* libris refutavit. Eſt enim re vera morbi genus, quod naſcitur copia vaporum ex voracitate, & cruditate in caput redundantium. V. *Aurelian.* ¶ Dæmones tamen incubos exiſtere, qui cum mulieribus vel noctu, vel diu rem Veneream interdum agant, non omnino abſurdum videtur. Hujus generis præſertim ſunt, quos antiqui Panes, Faunos, Sylvanos vocabant. V. *Dionyſ. Hal. l.* 1. *Ant. Rom.* ¶ Incubus, i, legitur apud *Auguſt. l.* 15. *de Civ. Dei*, *c.* 23. & *Hieron. in Hilarion.* At *Incubo*, *onis*, apud *Petron. in fragm. Tragur. Tertul. de anim. c.* 44. & *Scribon. Larg. compoſit.* 100.

Inculcatĭo, onis, f. *l' inculcare*. *Tertul. Apol. c.* 39. Diſciplinam præceptorum inculcationibus denſamus.

Inculcātor, oris, m. qui pedibus calcat. *Tertul. adverſ. Gnoſt. c.* 6. Deus hominem diaboli inculcatorem voluit efficere.

Inculcatus, a, um, adject. calcatus, infartus. *Plin. l.* 29. *c.* 2. Lana ſuccida canis rabioſi morſibus inculcata. ¶ Translate, *inculcato*, *ripetuto*. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Miſi *ἀρχέτυπον* ipſum crebris locis inculcatum, & refectum. *Quintil.* Inculcata perſuaſio.

Inculco, as, a. 1. *calcare*, שנן, Germ. *offt ſirſagen*, Gal. *inculquer*, Hiſp. *inculcar*, *ἐνισάττω*, infarcio, quaſi calcando immitto, a *calco*. *Colum. l.* 2. *c.* 20. Area molari lapide condenſetur, & rurſus ſubjectis paleis inculcetur. ¶ Item infarcire, *infaccare*. V. *Incultatus*. Hinc pro obtrudere ponitur. *Senec. de vita beata*, *c.* 24. Beneficia quibuſdam offeram, quibuſdam etiam inculcabo. ¶ Uſurpatur etiam pro docendo ſæpe repetere, & imprimere, *inculcare*. *Cic. l.* 1. *Nat. Deor. c.* 39. Animis inculcare aliquid. *Id. l. Offic. c.* 31. Græca verba inculcantes.

Inculpabĭlis, le, adject. *non colpevole*, qui culpari non poteſt. *Solin. c.* 30. (*al.* 43.) Hyacinthus lapis pretioſus, ſiquidem inculpabilis inveniatur. *Prudent. Apotheoſ. v.* 951. inculpabile Numen. *Avien. in Arat. v.* 280. Mores inculpabiles.

Inculpātim, adverb. ſine culpa. *leg.* 20. *Cod. Theodoſ. de palatin. ſacrar. largit.* Qui inculpatim ad calcem, terminumque militiæ pervenerint.

Inculpatus, a, um, *ſenza colpa*, תמים, Ger. *vngeſcholten*, Gal. *incoupable*,

ble, Hiſ. *inculpado*, ἀνέγκλητος, qui culpa caret. *Ovid. 9. Met. v. 964.* Sed vita, fideſque inculpata fuit. *Gell. l. 14. c. 2.* Vita inculpatiſſima.

Inculte, adv. *rozzamente, inornatamente*, Ger. *vnzierlich*, Gal. *ſans ornement*, Hiſpan. *no polidamente*, ἀκόσμως, aſpere, horride, inornate. *Cic. pro Quinct.* Vixit enim ſemper inculte, atque horride. *Id. in Bruto.* Et dicere non inculte ſolebat. *Salluſt. Jug. c. 19.* Gætulos partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare.

Incultus, us, ui, m. cultus omiſſio, *orridezza*. *Salluſt. Catil. cap. 55. de carcere Tulliano*: Incultu, tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies. *Id. Jug. c. 2.* Incultu, atque ſocordia torpeſcere.

Incultus, a, um, *incolto, rozzo*, Ger. *vngebauet*, Gal. *inculte, malpoly*, Hiſp. *inculto*, ἀγεώργητος, non cultus, non exercitatus. Proprie dicitur de agris, quorum cultus deſeritur. *Cic. de nat. Deor.* Terræ regio inhabitabilis, & inculta. *Id. Agrar. 2. c. 5.* Corpus incultum. *Id. de provinc. conſul.* Quid incultius oppidis? *Pomp. Mela l. 2. c. 1.* Incultior regio. ¶ Per translationem accipitur pro inornato, impolito. *Cic. in Brut. c. 31.* Sed ut vita, ſic oratione durus, incultus, horridus. *Id. 3. de Orat. c. 25.* Inculta oratio.

Incumba, æ, f. 1. eſt pars pilæ in fornicibus, cui onus ædificii incumbit. *Vitruv. l. 6. c. 11.* Cum cunei ab oneribus parietum preſſi per coagmenta ad centrum ſe prementes extruſerint incumbas. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

Incumbo, is, ubui, ubitum, n. 3. *appoggiarſi*, שכב, Ger. *auffligen*, Gal. *etre couche, ou appuye ſur quelque choſe*, Hiſ. *eſtar a coſtado, o aplicado*, ἐπίκυμαι, innitor, inhæreo. Eſt 3. ordinis neutrorum. *Virg. 8. Ecl.* Incumbens tereti Damon ſic coepit olivæ. ¶ Reperitur etiam uſurpatum in primo ordine, cum acc. & præp. *in*, vel *ad*. *Cic. de Inv.* Ille autem, qui in gladium incubuerat. *Id. pro Corn. Balb.* Ut etiam in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. ¶ Et ſine præpoſit. *Plaut. Caſ. 2. 4. 28.* Gladium incumbam. ¶ Translate ſumitur pro obnixe alicui rei operam dare, *attendere*. Et conſtruitur vel abſolute. *Cic. 1. Fam.* Cum me univerſa Reſp. cunctis Ordinibus, hominibuſque incumbentibus, omnibus denique ſuis viribus recuperaſſet. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. 10. Fam.* Quamobrem incumbe toto pectore ad gloriam. Adde *Ovid. Metam. 9. v. 385.* ¶ Vel cum acc. & præp. *in*. *Cic. de Or.* Pergite, ut facitis, & in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite. ¶ Vel cum adverbiis motus ad locum. *Cic. pro Planc.* Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ut*. *Cæl. Cic. 8. Fam.* De provinciis incubuiſſe cum Senatu Pompejus videtur, ut, &c. ¶ Vel cum infinito, ſed rarius. *Tacit. 2. hiſt. c. 10.* Criſpus propria vi incubuerat delatorem fratris ſui pervertere. ¶ Interdum ſumitur pro incubare, cum de avibus dicitur ova foventibus. *Petronius Satyr.* Gallina erat lignea patentibus alis, quales eſſe ſolent, quæ incumbunt ova. ¶ Incumbere etiam dicitur quod nos gravat. *Tacit. l. 14.* Cætera invidiam movent, quæ quidem intra tuam magnitudinem jacent, ſed mihi incumbunt. Hinc *Ulp. l. 1. Dig. de tutel. & rationibus*. Officio tutoris incumbit. *appartiene al tutore*. ¶ Significat etiam inclinare, propenſum eſſe. *Cic. Phil. 6.* Volunt id omnes ordines, eodem incumbunt municipia. *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Ad lenitatem, ambitionemque incumbunt mores. ¶ Alias huic verbo notiones attribuunt Lexicographi quidam, quæ ad *incubo* potius pertinere videntur.

Incunabŭla, orum, n. 2. σπάργανα, ea, quæ cunis inſunt, quæ ad cunas muniendas, & ornandas pertinent, ideſt lectulus, & faſciæ lineæ, laneæque, quibus infantes involvuntur. *Plaut. Truc. a. 5. ſc. 1.* Faſciis opus eſt, pulvinis, cunis, incunabulis. ¶ Translate hæc vox ſumitur pro loco, unde orti ſumus, vel pro natalibus, & origine generis. *Cic. Att.* Ego vero ad montes patrios, & ad incunabula noſtra pergam. ¶ Denique generatim pro principio, & origine. *Liv. l. 4.* Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. *Cic. in Or.* Non alienum fuit de Oratoris quaſi incunabulis dicere.

Incunctabĭlis, le, adject. qui moram, vel dubium non patitur. *leg. 21. Dig. de teſtibus.*

Incunctanter, vel Incontanter, adverb. nen cunctando. *Lactant. l. 6. cap. 12.* Incunctanter ac fortiter mortem ſubire. *Apul. lib. 11. A. A.* Incunctanter continuare pompam.

Incupĭdus, a, um, adject. non cupidus. *Afran.* apud *Non. c. 9. n. 1.* Majores noſtri incupidiores liberum fuere.

Incurātus, a, um, adject. non curatus. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 24.* Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. *Vopiſ. in Aurelian.* Neque quidquam vir fortis reliquit, quod aut imperfectum videretur, aut incuratum.

Incuria, æ, f. 1. *negligenza, poca cura*, עַצְלוּת, Ger. *vnfleis*, Gal. *nonchalance*, Hiſp. *deſcuydo*, ἀμέλεια, negligentia, ab *in*, & *cura*. *Cic. de Am. c. 23.* Vituperanda eſt rei maxime neceſſariæ tanta incuria.

Incuriōſe, adv. *negligentemente*, ἀμελῶς, ſine cura, negligenter. *Liv. l. 8. c. 38.* Caſtra in hoſtico incurioſe poſita. *Tacit. 4. hiſt. c. 38.* Cæſæ cohortes incurioſius agentes.

Incuriōſĭtas, atis, f. negligentia, curæ omiſſio; vox ſemibarbara, quam habent *Caſſiodor. l. 7. ep. 4. Salvian.* & *vetus Gloſſ.*

Incuriōſus, a, um, *negligente*, Germ. *forgenlos*, Gal. *nonchalant*, Hiſp. *deſcuydado*, ἀμελής, curæ expers, negligens. *Tacit. Ann. 2. ad fin.* Vetera extollimus recentium incurioſi. Adde *Plin. l. 8. ep. 20.* ¶ Agnus incurioſus ab *Apul. in Florid.* ponitur pro pingui, quia qui ſine cura ſunt, pingueſcere ſolent. V. *Curio*.

Incurĭus, adverb. pro *incurioſius* quidam legunt in *Juſtin. l. 5. c. 9.*

Incurro, is, incurri, urſum, n. 3. *correre contra a qualcuno*, פשט, Germ. *in etwas lauffen*, Gal. *ecourir*, Hiſ. *incurrir*, ἐμβάλλω, ἐπιδίκω, contra aliquem curro, impetum facio. *Liv. l. 5.* Iraque magis, quam conſilio in Romanos incurrunt. ¶ Aliquando eſt incurſiones facere, agrumque hoſtilem populari, *far ſcorrerie*. *Cic. Fam. 11. ep. 10.* Vaſtet ea loca, quæ incurrerit. ¶ Aliquando accurrere. *Liv. l. 1.* Utrinque a cornibus poſitos, cum jam pelleretur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe a lateribus ferunt. ¶ Aliquando intro currere, vi ſe aliquo injicere. *Sall. in Catil.* In confertiſſimos hoſtes incurrit. ¶ Translate eſt invehi, inſectari. *Trebon. Cic. 12. Fam.* In quos tanta libertate verborum incurreret. *Cic. pro Cæl.* Incurrere in famam alicujus. ¶ Item protendi, dilatari. *Cic. in Rull.* Agros, qui in publicum Campanum incurrebant. ¶ Item incidere in aliquam rem, venire, ut incurrere in odium, reprehenſionem, fraudem, perniciem, &c. *Cic. 2. de Or.* Me in ea, in quibus nonnunquam aliquid efficere videor, uſu ſolere in dicendo, vel caſu potius incurrere. *Id. in Fam. 9. ep. 2.* Quis eſt, qui nihil offendat, nuſquam incurrat? *non inciampi*. *Id. 1. Off.* Ii quæſtus, qui in odia hominum incurrunt. *Id. Fam. 4. ep. 2.* Nihil conſtitui poteſt, quod non incurrat aliquam difficultatem. *Id. 1. Fin.* Incurrere in morbum. ¶ Item obtingere, accidere. *Cic. in Tuſc.* Caſus in ſapientem poteſt incurrere. *Id. Fam. 15. ep. 11.* Navigatio incurrebat in ipſos eteſias, *s'incontrava*. ¶ Denique ponitur interdum pro peccatum committere. *Lamp. in Alex. Sev. c. 12.* In milites graviſſime animadvertit, ſi forte incurrerent aliquid, quod videretur injuſtum. *Lactant.* Crimen loquacitatis incurrere.

Incurſātus, a, um, particip. paſſ. *inſeſtato da ſcorrerie*. *Liv. l. 24. c. 41.* Agrum Romanum impune incurſatum ab equitibus hoſtium fuerat.

Incurſax, acis, adject. o. qui incurſiones crebro facit. *Isidon. l. 8. ep. 12.* Incurſaces Maſſagetæ.

Incurſim, adverb. incurrendo, celeriter. *Cæcil.* apud *Non. cap. 2. n. 448.* Rem omnem incurſim perdere.

Incurſio, onis, f. *correria, ſcorreria*, ἐπιδρομή, actus incurrendi. *Liv. l. 1. c. 11.* Cum incurſionem in agrum Romanum feciſſent. *Cæſ. l. 8. B. G.* Qui ſubitas hoſtium incurſiones ſuſtinerent.

Incurſĭto, as, freq. ab incurſo. *Sen. 2. de Ira, c. 35.* Properanti in multos incurſitandum eſt.

Incurſo, as, avi, atum, n. 1. *correre contro, correre addoſſo*, Ger. *einen einfallthun*, Gal. *courir ſur quelqu'un*, Hiſp. *correr contra alguno*, ἐπιδρέχω, freq. ab incurro, curro adverſus aliquem. *Plaut. Aſin. 1. 1. 22.* Ubi vivos homines mortui incurſant boves. ¶ Item incurſionem facio. *Liv. l. 5. c. 31.* Ultro agros Romanos incurſavere. ¶ Dicimus etiam incurſare in aliquem. *Ad Heren. l. 4. cap. 39.* Incurſare in fortunas omnium civium. ¶ Et cum dat. *Plin. l. 28. c. 8.* In lana ovis nigræ, cui nullus alius color incurſaverit. Sic incurſare oculis, auribus, *Quintil. l. 10. c. 3.* Adde *Ovid. 2. Metam.* ¶ Interdum incurſare fumitur pro occurrere, accidere. *Plin. lib. 11. c. 37.* Natura oculos lubricos compoſuit propter incurſantia.

Incurſus, ſus, m. idem ac incurſio. *Cic. pro Cæc.* Impetum armati Antiochi, cæterorumque tela, & incurſus refugit. Adde *Liv. l. 2. cap. 25.* ¶ *Tertull. de cor. mil. c. 8.* Dum incurſum quæſtionis excutio. h. e. incurrentem, ſeu occurrentem quæſtionem.

Incurvatio, onis, f. *curvamento*, actus incurvandi. *Plin. l. 16. c. 23.* Flagello infra relicto, & naſci coacto incurvatione materiæ. *Hygin. l. 3. Aſtron. c. 16.* Incurvatio caudæ.

Incurvātus, a, um, o. 1. 2. *incurvato*, ἐπικυρτωθείς, partic. ab incurvor. *Cic. 2. Fin.* Incurvatum bacillum. *Ovid. Metam. 6. v. 426.* Incurvata dolore membra.

Incurveſco, is, -. 3. *divenir curvo, torto*, שוח, Germ. *krumb vverden*, Gal. *ſe courber*, Hiſpan. *encorvarſe*, κυρτόομαι, incurvus fio. *Cic. 3. de Orat. c. 38.* Ramos baccarum ubertate incurveſcere.

Incurvicervicumpĕcus, h. e. pecus cervicem curvam habens. *Pacuv.* apud *Var. l. 4. L. L. V.* ibi *Scalig.* ¶ Alii ita diſtinguunt *incurvicervicum pecus*, ut ſit adject. *incurvicervicus, a, um*.

Incurvo, as, a. 1. *incurvare, torcere*, כפף, Germ. *Krumb machen*, Gal. *courber*, Hiſp. *encorvar*, κυρτόω, incurvum facio. *Virg. 5. Æn. v. 550.* Tum validis flexos incurvant viribus arcus.

Incurvus, a, um, *curvo, torto molto*, נשוח, Ger. *krumb*, Gal. *courbé*, Hiſp. *encorvado*, κυρτός, curvus, valde curvus. *Cic. 1. de Div.* Incurvum, & leviter a ſummo inflexum bacillum. *Terent. Hecyr. 2. 3. 44.* Incurvus, tremulus, labiis demiſſis.

Incus, udis, f. 3. *incude*, Ger. *ein amboſſ*, Gal. *enclume*, Hiſp. *la yunque*, ἄκμων, inſtrumentum ferreum, ſuper quod fabri ferrum cudunt, ab *incudo*. Nam penultimam in obliquis producit. *Becman.* deducit ab *incutio*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Quas vos effici poſſe fine ſollibus, & incudibus, non putatis. ¶ Reddere verſus incudibus, ſumitur translate pro emendare, expolire. *Hor. in Arte, v. 441.* Et male tornatos incudi reddere verſus.

Incuſabĭlis, le, adject. accuſabilis. *Tertul. l. 1. ad Nation. c. 12.* Hoc quidem vos incuſabiliores, &c.

Incuſatĭo, onis, f. *riprenſione, querela*, αἰτίασις, reprehenſio, querela, actus incuſandi. *Cic. 3. de Or. c. 27.* Quorum partim habent vitiorum, & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incuſationem aut querelam.

Incuſatīvus caſus apud *Diomed. l. 1.* eſt accuſativus caſus.

Incuſātor, oris, m. accuſator. In *Cod. 12. 36. 18.*

Incūſo, as, avi, atum, a. 1. *accuſare*, הוכיח, Ger. *anklagen*, Gal. *accuſer, ſe plaindre de quelqu'un en l'accuſant*, Hiſ. *quexarſe acuſando*, αἰτιάομαι, idem quod accuto. *Plaut. Truc. 1. 2. 58.* Qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet. ¶ Item reprehendo cum querela. *Ter. Heaut. 5. 2. 7.* Quid me incuſas, Clitipho? Adde *Virg. 2. 745.* ¶ *Serv. ad Æn. 1. v. 410.* hanc ſtatuit differentiam inter *accuſare*, & *incuſare*, quod illud de paribus, aut inferioribus uſurpetur; hoc de ſuperioribus. Verum hoc non eſt perpetuum. Vide *Vall. l. 6.*

Incuſſus, us, ui, m. *urto, l'urtare*. *Tacit. 4. hiſt. c. 23.* Armorum incuſſu præcipitati.

Incuſſus, a, um, adject. injectus, impactus, ἔμβλητος. *Tacit. 4. hiſt. c. 30.* Incuſſæ trabes perfregere. *Plin. l. 22. c. 14.* Medetur contuſis, incuſſiſque. h. e. pulſatis, percuſſis.

Incuſtoditus, a, um, *non guardato*, ἀφύλακτος, non cuſtoditus. *Ovid. l. 2. Met. v. 686.* Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros proceſſiſſe boves.

Incūſus, a, um, particip. ab *incudo*, inuſitato, ſignificat cudendo impreſſus. *Virg. 1. Georg. v. 275.* lapidemque revertens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. *hoc eſt* molam cudendo aſperatam. *Perſ. ſat. 2. v. 52.* incuſaque pingui Auro dona feram. ¶ Adde Auſonium, qui transfert ad obſcœna epigr. 131.

Incutĭo, is, cuſſi, cuſſum, a. 3. *percuotere*, הכה, Germ. *ſchalagen*, Gal. *jetter contre, frapper*, Hiſp. *ſacudir, herir*, ἐμβάλλω, ictum infero, impingo, infligo. *Liv. l. 6.* Scipione eburneo in caput incuſſo iram moviſſe. *Juv. ſat. 9.* Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſervo. ¶ Per translationem ſumitur pro immittere, injicere. *Virg. 1. Æn.* Incute vim ventis. *Cic. 8. Fam.* Sane quam multis incutit magnum metum. Sic incutere religionem, pudorem, &c. *Liv. Horat.* &c. ¶ Incutere voluntatem alicui, *far venir voglia*. *Velleſ. l. 2. c. 126.* Recte faciendi omnibus aut incuſſa voluntas, aut impoſita neceſſitas.

Indagabĭlis, le, reus obnoxius crimini, is, in quem de crimine aliquo quæſtio haberi poteſt. *Varr. l. 4. L. L.* Qui aliter facit, indagabilis ex ambitu cauſam dicit.

Indaganter, adv. *ſeguendo la traccia diligentemente*, cum indagatione. *Col. l. 5. c. 1.* Boni venatoris eſt indaganter quamplurimas feras capere.

Indagatĭo, onis, f. *inveſtigazione*, חקר, Ger. *nachſuchung*, Gal. *recherche, enquête*, Hiſp. *eſcrutinio, inquiſicion*, ἴχνευμα, inquiſitio ferarum, & translate omnis inquiſitio, ſeu perſcrutatio. *Cic. 1. Offic. 5.* Velut ex ea parte, quæ primo deſcripta eſt, ineſt indagatio, atque inventio veri.

Indagātor, oris, m. *inveſtigatore*, חוקב, Ger. *nachſucher*, Gal. *chercheur*, Hiſp. *inquiridor*, ἰχνευτής, venator, & translate inquiſitor in genere. *Col. l. 9. c. 8.* Sed indagatorem conveniet matutina tempora veſtigandi eligere. *Id. l. 2. c. 2.* Indagator aquarum.

Indagātrix, cis, f. *inveſtigatrice*, quæ indagat. *Cic. 5. Tuſc. c. 2.* O vitæ Philoſophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

Indagātus, us, m. indagatio. *Apul. l. 7. Met.* Vexillationum indagatu.

Indāges, is, f. indagatio. *Mamert. l. 2. c. 8.* Sublimium indage cauſarum.

Indāgo, as, avi, atum, a. 1. *inveſtigare, cercare*, דרש, חקר, Ger. *der ſpur nachghen*, Gal. *chercher avec ſoin*, Hiſ. *inquirir, indagar*, ἰχνεύομαι, proprie venatorum verbum eſt, & ſignificat feras inveſtigare, ab *in*, & *ago*, *d* interpoſito, vel ab *inde*, & *ago*, quia inde, hoc eſt, ex loco ſuo, agimus, quæ venamur. *Cic. 2. de Fin. c. 13.* Canis natus ad indagandum. ¶ Per translationem accipitur pro quovis modo inqui-

inquirere, vel perſcrutari. *Cic. 5. Fin.* Conſideratio, cognitioque rerum cæleſtium,& earum, quas a natura occultas,& latentes indagare ratio poteſt.

Indagor, aris, dep. 1. idem quod indago. *Varr. l. 4. L. L.* Veſtigator a veſtigiis ferarum, quas indagatur.

Indāgo, inis, f. 3. *inquiſizione*, חקר ראש, Germ. *nachſuchung*, *ſtellung*, Gal. *panneaux*, *techerche*, Hiſp. *red*, *inquiſicion*, θήρ-μα, ζοιχισμός, inveſtigatio, inquiſitio, actus indagandi. *Plin. l. 49. c. 7.* In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem video, & eam multis perſuaſiſſe doctrinæ indaginibus. *Leg. Fin. Cod. de compenſat.* Res majorem expoſcit indaginem. ¶ Item retia, ſeries plagarum, qua venatores ſaltus, locave alia cingunt. *Virg. 4. Æn.* Saltuſque indagine cingunt, ubi tamen Servius non rete intelligit, ſed inquiſitionem. ¶ Translate ſumitur pro foſſa, & turrium munitarum ſerie. *Cæſ. 8. B. G.* Sylvis undique impeditiſſimis, aut altiſſimo flumine vel indagine munitum. ¶ Item pro captionibus, quas quis non facile queat effugere. *Tac. l. 13. de Seneca*, Romæ teſtamenta, & orbos velut ejus indagine capi. ideſt captorem eſſe orborum, & teſtamentorum.

Inde, *indi*, *da quel luogo*, בושם, Germ. *dannenher*, Gal. *de là*, Hiſp. *deinde*, ἐκεῖθεν, adv. motus de loco, idem ſignificans, quod ex eo loco. *Cic. Att.* Qui veniunt inde, id modo nuntiant. ¶ Aliquando dicitur non de loco, ſed de rebus. *Liv. in Præfat.* Inde tibi, tuæque Reipub. quod imitere, capias. ¶ Item de perſonis. *Ter. Adelph. 1. 1. 21.* Nati filii duo: inde ego hunc majorem adoptavi. ¶ Ponitur etiam pro ex illo tempore. *Cic. de Prov. Conſ. c. 13.* Jam inde a principio hujus Imperii id conſtitutum eſt. ¶ Uſurpatur etiam pro deinde. *Liv. l. 1.* In Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos, collecta juvenum manu, hoſtilem in modum prædas agere. ¶ Veteres aliquando cum Genitivo *loci* uſurparunt. *Lucret. l. 5. v. 789.* Inde loci mortalia fæcla creavit, h. e. ex eo tempore. Sic *Enn.* Inde loci lituus ſonitus effudit acutos. ¶ Jungitur & cum aliis particulis eleganti uſu. *Ter. Heaut. 1. 1.* Inde adeo, quod agrum hic mercatus eſt. h. e. ex quo tempore. *Cic. pro Arch. c. 1.* Inde uſque repetens. *Id. in Brut.* Deinceps inde multæ.

Indebĭte, & Indebito, adverb. *indebitamente*. *Paul. JCtus l. 25. de præſump. & probationib.* Si cautio indebite expoſita eſſe dicatur. *Ulp. l. 25. Dig. de condict. indeb.* Tria indebito ſoluta ſunt.

Indebĭtum, i, n. non debitum. Sæpe legitur apud JCtos. *Dig. de condict. indebiti.*

Indebĭtus, a, um, *indebito*, *non dovuto*, Ger. *das man nicht ſchuldig iſt*, Gal. *indeu*, Hiſp. *indevido*, ὃ οὐκ ὀφειλόμενον, quod non debetur. *Virg. 6. Æn. v. 66.* non indebita poſco Regna meis fatis.

Indĕcens, tis, o. *indecente*, *ſconvenevole*, לא־ראוי, Ger. *das ubel anſtehet*, Gal. *meſſeant*, Hiſp. *indecente*, ἀπρεπής, non decens, indecorus, turpis. *Mart. l. 5. ep. 14.* Oculoque ludos ſpectat indecens uno. *Suetom. Claud. c. 30.* Indecens riſus. *Senec. l. 1. controv. 29.* Nihil indecentius, quam ubi ſcholaſticus, quod non novit, imitatur. ¶ Affertur & locus *Senecæ l. 1. de Benef. c. 1.* Indecentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium. Sed meliores libri habent *decentiſſimum*, & ita videtur ſenſus poſtulare.

Indecenter, adv. *indecentemente*, *ſconvenevolmente*, Ger. *vngebuerlich*, Gal. *indecemment*, Hiſp. *indecentemente*, ἀπρεπῶς, non decenter, parum decenter. *Quintil. l. 1. c. 5.* Non indecenter efferri. Et *l. 8. c. 3.* Interſiſtere indecentiſſime.

Indecentĭa, æ, f. *indecenza*. *Vitruv. l. 7. c. 5.* Non magnum indecentiæ vitium.

Indĕcet, ebat, cuit, imp. 2. *eſſere ſconveniente*, *ſtar male*, Germ. *es gezjemet nicht*, Gall. *il eſt meſſeant*, Hiſp. *ſer indecente*, ἀπρεπές ἐστι, idem, quod dedecet. *Plin. jun. in ep. 1. l. 3.* Juvenes adhuc confuſa quædam, & quaſi turbata non indecent.

Indeclinabĭlis, le, o. 3. *che non ſi può ſchifare*, Ger. *das nicht abzuvvendens iſt*, Gall. *indeclinable*, *inevitable*, Hiſp. *indeclinable*, *inevitable*, ἀδιάφορος, quod declinari, vel vitari non poteſt. *Gell. l. 6. c. 2.* Fatum eſt ſempiterna quædam, & indeclinabilis ſeries rerum. *Ammian. l. 25. c. 13.* Indeclinabilis judex, h. e. rigidus, ſeverus. *Senec. ep. 60.* Animum rectum, & indeclinabilem virtus præſtat. h. e. non declinantem. ¶ Apud Grammaticos indeclinabilis dicitur vox, quæ non habet caſus.

Indeclinātus, non declinatus, partic. a declinor. *Ovid. 4. de Ponto.* Qui perſtas indeclinatus amico. *Id. l. 4. Triſt. el. 5.* indeclinata amicitia. h. e. conſtans.

Indĕcor, oris, o. vel indecoris, & re, o. *indecente*, *di diſonore*, ἀσχήμων, ἄπρεπής, idem ac indecorus. *Servius in 7. Æn.* putat compoſitum eſſe a nomine *decor*, & penultimam obliquorum naturaliter produci, ſed a Poetis corripi per Syſtolem, vel certe hoc nomen carere nominativo ſingulari. Sed Nonius aſſerit, apud antiquos fuiſſe in uſu nominativum *indecoris*, & *indecore*. Utcunque ſit, hodie nominativus ſingularis non eſt in uſu, ſive ille *indecor*, ſive *indecoris* fuerit. *Accius*, *Athamante*, apud *Non. c. 8. n. 43.* Cujus ſit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit. *Virg. 7. Æn.* Non erimus Regno indecores, Adde 11. *Æn.*

Indecorabĭlĭter, adv. indecore. *Accius in Bacchis*, apud *Charif.* Indecorabiliter alienis alunt.

Indecŏre, adv. *diſonoratamente*, Ger. *unzierlich*, Gall. *avec meſſeance*, *meſſeamment*, Hiſp. *indecentemente*, *ſcamente*, ἀσχημόνως, indecenter, turpiter. *Cic. 1. Offic. c. 4.* Ne quid indecore, effœmineque faciat.

Indecŏro, as, a. 1. *diſonorare*, *injamare*. *Acc.* apud *Non. c. 2. n. 430.* Incitans probris, fermone indecorans.

Indecōrus, a, um, *ſconveniente*, *diſoneſto*, שוער, Germ. *das ubel ſtehet*, Gal. *meſſeant*, Hiſp. *indecente*, ἄπρεπής, quod eſt præter decorum, turpe. *Cic. 1. Off. c. 27.* Et juſta omnia decora ſunt, injuſta contra ut turpia, ſic indecora.

Indefatigabĭlis, le, o. 3. ἀκάματος, qui defatigari non poteſt. *Sen. 2. de Ira, c. 12.* Vigiliam indefatigabilem extendit.

Indefatigātus, a, um, *indefeſſo*. *Senec. de conſol. ad Mar. c. 18.* Intratura es urbem indefatigata officia volventem.

Indefectus, a, um, adject. indeficiens, perpetuus, *indeficiente*. *Apul. de Deo Socrat.* Vivacitas æterna, & indefecta.

Indefenſus, o. 1. 2. *non diſeſo*, *ſenza diſeſa*, Ger. *vnverlhedig*, Gal. *indefendu*, Hiſp. *non defendido*, ἀνυπολόγητος, non defenſus, defenſore, patronove deſtitutus. *Liv. l. 4. c. 28.* Hic præbituri vos telis hoſtium eſtis indefenſi, inulti?

Indefeſſe, adverb. *ſenza ſtanchezza*. *Auſon. in gratiar. act.* Omnia agere indefeſſe, & benigne. *Spartian. in Vero*, c. 5. Indefeſſe curſitare.

Indefeſſus, a, um, o. 1. 2. *indefeſſo*, *non ſtanco*, Ger. *mith muede*, Gal. *qui ne ſe laſſe point*, Hiſ. *no canſado*, *indefeſſo*, ἀκάματος, non fatigabilis. *Ovid. 9. Met. v. 200.* Ego ſum indefeſſus agendo. Adde *Plin. Paneg. c. 14.*

Indeficiens, tis, adject. o. *indeficiente*, qui non deficit. *Lactant. l. 4. c. 8.* Indeficiens lumen. *Tertull. adverſ. Jud. c. 14.* Decor indeficiens.

Indefinīte, adverb. non determinando. *Gell. l. 2. c. 24.* Promiſcue, atque indefinite largiri.

Indefinītus, a, um, *infinito*, ἄπειρος, quod nullis rationibus circumſcriptum eſt, obſcurum, & implexum. *Gell. l. 16. c. 4.* Indefinitus, inexplicabiliſque ſermo fiet.

Indefletus, a, um, *non pianto*, ἄκλαυτος, non defletus, cujus mortem nemo lacrymis eſt proſecutus. *Ovid. 7. Met. v. 611.* Indefletæque vagantur natorum, matrumque animæ.

Indeflexus, a, um, *non piegato*, Germ. *ungebogen*, Gal. *qui n'eſt pas ployé*, Hiſp. *no torcido*, ἄκαμπτος, quod non flectitur, non inclinatum. *Plin. in Paneg. c. 4.* Ad hoc ætatis indeflexa maturitas, hoc eſt nondum deflexa in ſenii debilitatem. *Apul. de Deo Socrat. poſt princip.* Indeflexo curſu.

Indejectus, a, um, adject. non dejectus. *Ovid. 1. Met. v. 288.* Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto Indejecta malo. Al. leg. *indiſjecta*.

Indelaſsātus, a, um, adject. *non ſtancato*. *Manil. l. 5. v. 63.* Indelaſſato properantia corda labore.

Indelebĭlis, le, o. 3. *indelebile*, *ſempiterno*, *perpetuo*, Ger. *nicht auſſzutilgen*, Gal. *indeleble*, *ineffacable*, Hiſp. *quo no ſe puede vzer*, *o quitar*, ἀνεξάλειπτος, quod deleri non poteſt. *Ovid. 15. Met. in fin.* Nomenque erit indelebile noſtrum.

Indelectātus, a, um, *non dilettato*, non delectatus. *Petron. Satyr.* At ille non indelectatus nequitia mea.

Indelibātus, a, um, *non tocco*, *intiero*, *puro*, ἄθικτος, illibatus, intactus. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 4. v. 28.* Indelibatas cuncta ſequuntur opes. *Silius l. 15. v. 271.* Indelibata virgo.

Indelĭctus, a, um, non malus, nihil delicti in ſe habens. *Attius apud Feſt. in voce Probrum.* Qui, niſi probrum, omnia alia indelicta æſtimant.

Indemnātus, a, um, *non condannato*, ἄκριτος, non damnatus. *Cic. de leg. Agrar.* Cum bona indemnatorum civium funeſta illa auctione ſua venderet. *Vell. l. 2. c. 45.* Indemnatum civem interimere.

Indemnis, ne, o. 3. *ſenza danno*, ἀζήμιος, nullo affectus damno, a *damnum*. *Senec. ep. 9.* Illæſus, & indemnis evaſit. Adde *de conſtant. Sapient. c. 5.*

Indemnĭtas, atis, f. *indennità*, vitatio damni, ratio damni vitandi, ab *indemnis*. *Papin. in l. fidejuſſor, ff. de neg. geſt.* Exiſtimans indemnitati ſuæ conſuſis prædiis conſuli poſſe. *Ammian. l. 21. cap. penult.* Nec provinciarum indemnitati proſpexit.

Indemonſtrābilis, le, adject. qui demonſtrari non poteſt. *Apul. περὶ ἑρμωνείας* non ſemel.

Indemutabĭlis, le, adject. qui mutari non poteſt. *Tertull. adverſ. Hermog. c. 12.* Deus inconvertibilis, & indemutabilis.

Indenuntiātus, a, um, nom. compoſ. ex particip. non denuntiatus. *Senec. Suaſor. 5.* Arma indenuntiata. *Id. Suaſor. 2.* Indenuntiata morte perire. Indepiſcor. V. Indipiſcor.

Indeplorātus, a, um, *non pianto*, ἄκλαυτος, indefietus. *Ovid. 3. Triſt. Eleg. 3. v. 46.* Indeploratum barbara terra teget.

Indepravātus, a, um, *non guaſto*, ἄφθαρτος, incorruptus. *Sen. ep. 77.* Si vita indepravata virtus eſt.

Indeprecabĭlis, le, o. 3. ἀπαράιτητος, quod nullis precibus poteſt averti. *Gell. l. 1. c. 13.* Et pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.

Indeprehenſibĭlis, le, o. 3. ἀκατάληπτος, quod deprehendi non poteſt. *Quinctil. declam. 8.* Inenarrabile, indeprehenſibile eſt.

Indeprehenſus, & per ſyncop. Indeprenſus, a, um, non deprehenſus, incognitus. *Virg. 5. Æn.* de labyrintho: Falleret indeprenſus, & irremeabilis error.

Indeptare, conſequi. *Feſtus*, *Varr.*

Indeptus, partic. *chi ha conſeguito*. V. Indipiſcor. ¶ Paſſiva ſignificatione, *acquiſtato*, *conſeguito*. *Plin. in præfat. hiſt. natur.* Honoribus indeptis gaudens. *In Cod. l. 12. tit. 24. leg. 14.* Indeptæ dignitatis honor.

Indeſertus, a, um, *che mai non ſi abbandona*, quod nunquam deſeritur. *Ovid. 2. Amor. Eleg. 9. v. 52.* Indeſerta meo pectore regna gere.

Indēſes, idis, o. 3. *non pigro*, Germ. *nicht faul*, Gal. *non pareſſeux*, Hiſp. *non percoſo*, ἄοκνος, impiger, qui deſes non eſt. *Gel. l. 7. c. 22.* Non omnino inculpatum, neque indeſidem viſum eſſe.

Indeſinenter, adv. *inceſſantemente*, *continuamente*, Germ. *obn unterlaſs*, Gal. *ſans relache*, *ſans ceſſe*, Hiſp. *ſin parar jamas*, ἀδιαλείπτως, ſemper, ſine intermiſſione. *Varr. de re ruſt. c. 9.* Et, ſi alter indeſinenter æger eſt. Quæ tamen lectio viris doctis Scaligero, P. Victorio, Borrich. & aliis mendoſa videtur. *Veget. l. 1. de re milit. c. 26.* Ut aſſiduo exercitio milites in acie diſpoſitos ordines indeſinenter obſervent. Adde *Oroſium l. 6. c. 16.*

Indeſpectus, a, um, adject. qui deſpici, ſeu aſpici non poteſt. *Lucan. l. 6. v. 748.* Indeſpecta tenet vobis qui Tartara.

Indeſtrictus. V. Indiſtrictus.

Indetonſus, a, um, *non toſato*, ἄκαρτος, non tonſus, intonſus. *Ovid. 4. Metam. v. 13.* Additur his Niſus, indetonſuſque Thyoneus.

Indetrītus, a, um, adject. *non logorato*, ut indetrita veſtimenta, *Tertull. de reſurrect. carn. c. 58.*

Indevitātus, a, um, adject. *non ſchivato*. *Ovid. 2. Metam. v. 607.* Indevitato trajecit pectora telo.

Indevorātus, a, um, adject. *Martial. l. 7. epigr. 19.* Indevorato capite turturem truncum. Ita refert Theſaurus L. L. Verum alii legunt *& devorato*, alii *inde vorato*.

Indevotĭo, onis, f. devotionis carentia. Legitur *l. 35. Cod. de donation. & leg. fin. Cod. de fideicom. libert.* Affertur etiam *Ulpian. l. 1. Dig. de pen. leg.* ſed Tribonianı (qui interior multo Ulpiano eſt) ea verba putat Briſſonius.

Indevōtus, a, um, adject. non devotus, *indevoto*. Ejuſdem fere ætatis vox eſt ac indevotio: habetur enim *l. 35. Cod. de Donat. & in ep. Caſſiodori 16. l. 2.*

Index, icis, c. 3. *dimoſtratore*, *manifeſtatore*, בוקרים, Ger. *angeber*, Gal. *montreur*, Hiſp. *deſcubridor*, μάντις, qui, vel quæ aliquid indicat, & defert, ab *indico*. *Aſconius* ſcribit eſſe, qui facinoris, cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. *Cic. 4. Catil. c. 3.* Hæc omnia indices detulerunt. Adde *Liv. l. 32. c. 26.* ¶ Sed generatim ſumitur. *Cic. 7. Ver.* Cujus rei neque index, neque veſtigium aliquod, neque ſuſpicio cuiquam eſſet ulla. *Id. in Or. c. 18.* Imago animi vultus eſt, indices oculi. ¶ Item lapis, quo auri, vel argenti gradus cognoſcitur, ab indicando. Nam lapidis hujus attritus auri bonitatem nobis indicat. *Ovid. 2. Met.* In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur index. ¶ Item elenchus, quo res, quæ continentur in libris, indicantur, *indice*, *tavola*. *Cic. Attic. l. 4.* Ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci, ut opinor, σιλλάβους appellatis, *Gell. l. 20. c. 11.* Neque item deſunt, qui indices libris ſuis fecerunt. ¶ Item titulus, ſive ſimplex inſcriptio. *Cic. 2. de Orat.* In Philoſophos veſtros ſiquando incido, deceptus indicibus librorum, qui ſunt fere inſcripti de rebus notis, verbum prorſus nullum intelligo. *Tibull. l. 4. ad Meſſal.* Nec quærit, quid quaque index ſub imagine dicat. Ubi *Index* eſt titulus imagini ſubjectus. ¶ *Index digitus* dicitur, qui pollici proximus eſt, quod eo ad aliquid indicandum utimur. *Horat. l. 2. Sat. 8. v. 26.* Qui, ſi quid forte lateret, Indice monſtraret digito.

Indĭa, æ, f. 1. *India*, regio Aſiæ Orientalis ab Indo fluv. ſic dicta, ab eo uſque ad Sinarum regnum ſe extendens. Duplex eſt, citerior, quæ intra Gangem fluv. & ulterior, quæ ultra jacet. Eam accurate deſcribunt

bunt *Plin. Mela*, & *Curt. l. 8. c. 9. Virg. l. 1. Georg.* India mittit ebur. ¶ Notat *Turneb.* latissime Indiæ nomine usos Veteres, ut qui Æthiopiam interdum eo significarent. ¶ India Occidentalis, *l' America*. ¶ De utraque V. Geographos, præsertim recentiores.

Indiānus, a, um, *Indiano*. Inscript. apud *Gruter. pag.* 519. *n.* 7. Albano Vitali eq. alæ Indianæ Treviro an. XXX. stip. X. &c. Fortasse alam designat, quæ cum Traiano Imp. in expeditione fuit, cum ad Indos prope accessit, qua Oceanus rubro mari infunditur.

Indicabĭlis, le, adject. qui indicat. *Cæl. Aurel. Acut. 2. c. 3.* Signum facere indicabile lethargi.

Indicatĭo, onis, f. 3. *stima del prezzo di qualche cosa*, Ger. *anschlag*, Gal. *prisée*, Hisp. *estimacion*, τίμησις, æstimatio, ac probatio alicujus rei. *Plin. l. 22. c. 24.* Mellis causas, atque differentias, nationesque, & indicationem in apium, ac deinde florum natura diximus. *Plaut. Perf.* 4. 4. 37. Tua merx est, tua indicatio est.

Indicatīvus, a, um, ἀπαγγελτικὸς, id, quo aliquid indicatur. Indicativus modus est unum ex accidentibus, seu attributis verborum. Dictus est, quia eo præsentem actionem indicamus. V. *Grammaticos*.

Indicātor, oris, m. qui indicat. *Solin. c.* 53. Anaxagoras naturæ indicator.

Indicatūra, æ, f. 1. idem ac indicatio. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura. *Id. l. 29. c. 1. de medicis*. Dolorum indicaturam, & mortis arrham, aut arcana præcepta. h. e. pretium a medicis constitutum pro morbis sanandis. V. *Indicatio*.

Indicātus, a, um, ostensus, demonstratus, partic. ab indicor. Sæpe pro æstimato capitur. *Plin. l. 28. c.* 13. Eadem ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus sit, jubent magi, nulla pretii contatione. *Id. l.* 31. *c.* 1. Indicatus smaragdus sex aureis denariis.

Indĭcens, is. V. Indico, is.

Indicīna, æ, f. 1. indicium, vel merces, quæ indici datur. *Apul. l. 7. A. A. sub fin.* Ob indicinæ præmium.

Indicĭum, ii, n. 2. *manifestazione*, *segno*, אות, Ger. *anzeigung*, Gal. *indice*, Hisp. *indicio*, μήνυσις, τεκμήριον, signum, insigne, argumentum, nota, specimen, ab *index*. *Cic. pro Cluent.* Omnia, quæ solent esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. ¶ Item delatio, accusatio, detectio criminis, præsertim facta ab eo, qui illius conscius fuerit. *Sal. in Catil.* Frequens Senatus decrevit, Tarquinii indicium falsum videri. ¶ Indicio est, pro signum, seu argumentum est. *Terent. Heaut.* 2. 4. 4. Quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. ¶ Indicium facere. *dar' indizio*. *Id. Adelph.* 4. 4. 8. Credit, mihi me psaltriam hanc emisse: id anus mihi indicium fecit. ¶ Indicium profiteri, h. e. deferre. *Sallust. in Jugurtha*: Sed ipse deprehensus, multis hortantibus, indicium profitetur. Adde *Martian. l. 1. ad leg. Corn. de Sic.* ¶ Indicium interdum sumitur pro mercede, quæ indici datur. *Ulp. l. Idem, Dig. de cond. ob turp. caus.*

Indĭco, as, avi, atum, a. 1. *manifestare*, *palesare*, הגיד, Ger. *anzeigen*, Gal. *indiquer*, Hisp. *enseñar*, *demonstrar*, δείκνυμι, manifesto, detego, patefacio, enuntio, ostendo, expono, palam facio. *Cic. 9. Fam.* Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. *Sallust. in Catil.* Si quis indicasset de conjuratione, quæ contra Remp. facta erat. ¶ Est item deferre, accusare. *Cic. Tusc.* 3. Potius quam conscios indicaret. Adde *Ulp. l. Indicasse. Dig. de V. S.* ¶ Item æstimare, vel pretium rei venalis statuere. Et est venditoris, sicut liceri emptoris. *Cic.* 3. *Offic.* Cum postulasset, ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur. *Plaut. Perf.* 4. 4. 25. Hanc eme. D. Modo ut sciam, quanti indicet.

Indīco, is, ixi, ctum, a. 3. *denunziare*, *intimare*, יעד, Ger. *anordnen*, Gal. *denoncer*, Hisp. *denunciar*, προαγγέλλω, denuncio, promulgo, a *dico*, quasi dicendo significo, vel denuntio. Differt a *denuntio*, quia *denuntiare* est simpliciter significare, *indicere* vero est solemniter, & quadam cum auctoritate significare, ut Indicere bellum, concilium, tributum, supplicationem, &c. Sed tamen hæc differentia non observatur. *Cic.* 1. *Off.* Nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit, & indictum. *Liv. l.* 1. Ipsum, qui concilium indixerat, non adesse. *Id. l. 6. c.* 12. Indicere exercitum in aliquem locum. *Id. l.* 31. *c. ult.* Indicere diem comitiis. ¶ *Voluptatibus bellum indicere*, per translationem dicimus pro eo, quod est, cum voluptate pugnare, frænum voluptati injicere. *Cic. de Sen. c.* 14. Ne omnino bellum videar indixisse voluptati. ¶ *Indicere spectaculum*, est denuntiare, & significare futurum spectaculum. *Liv. l.* 1. Indici deinde finitimis spectaculum jubet. ¶ *Indicere funus*, est vocare homines per præconem ad funus. *Cic. pro Domo*. Tamen id funus jure indictum esse dicebant. V. *Indictivus*. ¶ *Indicere justitium*, est imperare cessationem dicendi juris, quod non aliter, quam in maximo Reipub. luctu, aut periculo fieri consuevit. *Cic. in Phil.* Justitium indici dico oportere. ¶ *Legem sibi indicere*, est imponere. *Cic.* 5. *Ver.* Legem ubi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutum omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt. ¶ Significat interdum non dicere, sumpta *in* privativa. *Liv. l. 22. c.* 39. Nam & duo boni consules, etiam indicente me, omnia e Rep. faceretis. Al. leg. *etiam me tacente*. Sed Gronov. priorem lectionem acerrime defendit. ¶ *Indice* pro *indic.* ἀρχαικῶς. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 133.

Indictĭo, onis, f. 3. *specie di tributo*, collatio tributi, vel exactionis genus, quod a Principibus populo indicitur, hoc est imperatur. *Pædianus in* 4. *Verr. c.* 2. Omne genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. *Plin. Paneg. c.* 29. Nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt. ¶ Est etiam genus computi, quo utuntur in publicis diplomatis, & chirographis, qui quindecim annorum spatio definitur: de cujus origine alii alia. Sunt enim, qui Constantinum ejus auctorem primum agnoscunt: sunt qui Augustum: sunt denique qui omnia vocant in dubium. V. *Onuphr. Panvin. Comment.* in 2. Fast. in anno 1064. *Petavium l. 7. Rationar. temp. c.* 1. &c.

Indictionālis, le, adject. ad indictionem pertinens, h. e. ad tributum. *Ammian. l. 17. c.* 3. Indictionale augmentum oblatum sibi humi projecit.

Indictītus, a, um, adject. indictivus. *Cassiod. l.* 5. *Var. ep.* 14. Indictitia onera.

Indictīvus, a, um, o. 1. 2. σύγκλητος, quod indictum est. Indictivæ feriæ eædem erant, ac imperativæ, idest, quas Consules, vel Prætores indicebant. Indictivum funus erat, ad quod per præconem evocabantur. *Fest.* & *Varr. l. 6. L. L.* ¶ Formulam, qua usi, docebit *Ter. Phor.* 5. 8. 37. Exequias Chremeti, quibus commodum ire, jam tempus est. His adde ex *Var. loc. cit.* Ollus letho datus est.

Indictus, a, um, *non detto*, non dictus, partic. ab *in* particula privativa, & participio *dictus*. *Liv. l.* 5. Ea se, nec uti indicta sint, revocare posse. ¶ Hinc indicta causa, non dicta, non defensa, ἄκριτος, *Cic. pro Rabirio*. Sed indicta causa Civem Romanum capitis condemnari coegit. ¶ Est etiam partic. ab indicor, & significat, quod solemniter promulgatum est, *pubblicato*, כיוער, Germ. *vngesagt*, Gall. *commandé*, *publié*, Hisp. *denunciado*, προαγγελθείς. *Cic. in Verr.* Tanto mercatu Prætoris indicto concurritur undique ad istum Syracusas. ¶ Ponitur etiam pro denuntiato simpliciter. *Cic. in Verr.* Tacitæ magis, & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ, & apertæ. *Ovid. 6. Fast. v.* 594. Si vires, indictas exige dotis opes. h. e. promissas.

Indiculum. V. Iniculus.

Indiculus, i, m. parvus index, *picciol' indice*. Vox est sequioris latinitatis. *Bunod. l. 5. ep.* 34. Cognationem indiculo comprehensam. ¶ Ejusdem fere auctoritatis est Indiculum, i, n. parvum indicium. Legitur tamen apud *Augustinum*, qui Ennodio aliquanto antiquior est.

Indĭcum, i, n. *indaco*, pigmenti, seu coloris genus ex India apportati. *Plin. l.* 33. *c. 6. Isid. l.* 19. *c.* 17. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Indĭcus, a, um, adject. ad Indiam pertinens, *Indiano*, *d' India*. *Ter. Eun.* 3. 1. 23. Indici elephantes. *Ovid.* 1. *Pont. ep.* 5. *v.* 80. Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua.

Indĭdem, adv. *da quell' istesso luogo*, משם, Ger. *vom dem orth*, *her*, Gal. *de ce lieu la même*, Hisp. *del medesmo lugar*, ἐντεῦθεν, οὐ'πόθεν, ex eodem loco, ab inde, & idem. *Cic. pro Rosc. Am. c.* 27. Indidem ne Ameria, an hosce ex urbe ficarios? *Nepos Epamin. c.* 5. Habuit obtrectatorem Meneclidem indidem Thebis. h. e. ipsum quoque Thebanum, ut erat Epaminondas. *Liv. l.* 39. Indidem ex Aventino.

Indifferĕns, tis, o. *indifferente*, Ger. *nicht unterschieden*, Gal. *indifferent*, Hisp. *indiferente*, ἀδιάφορος, quod non differt, quod sua natura neque bonum est, neque malum. *Cic.* 3. *Fin.* Quod illi ἀδιάφορον, dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem. ¶ Indifferens homo, qui non est difficilis, aut morosus in re aliqua. *Suet. in Cæs. c.* 53. Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem fuisse docet.

Indifferenter, adv. *indifferentemente*, *senza differenza*, Ger. *ohne unterschied*, Gal. *indifféremment*, Hisp. *indiferentemente*, ἀκρίτως, ἀδιαφόρως, indiscriminatim. Indifferenter ferre, est æquo animo ferre. *Suet. in Domit. ad fin.* Occisum eum populus indifferenter, miles gravissime tulit. *Quint. l.* 11. *c.* 3. Utraque appellatione indifferenter uti licet.

Indifferentĭa, æ, f. *indifferenza*, Germ. *gleiches veerht*, Gal. *indifference*, Hisp. *indiferencia*, ἀδιαφορία, similitudo, affinitas, convenientia. *Gell. l.* 13. *c.* 3. Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia.

Indĭgem, liberum dixit. *Cicero de Orat. ex Pacuv.* pro sine liberis.

Indigĕna, c. 1. *nativo del paese*, אזרח, Ger. *inlandischer*, Gal. *né*, *natif*, Hisp. *natural*, αὐτόχθων, genitus in eo loco, ubi degit, ab antiqua præp. *indu* pro *in*, & *geno* pro *gigno*. *Ser. in* 8. Æn. Omnes terræ habitatores aut indigenæ sunt, aut advenæ, aut convenæ. Indigenæ sunt inde geniti, quos vocant Aborigenes Latini, Græci αὐτόχθονας, ut de Faunis Virgilius dixit. Advenæ de uno loco venientes, ut Saturnus. Convenæ de diversis, ut Ausones, & Sicani. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Tertius est ex Idæis indigenis, cui inferias afferunt. ¶ Aliquando adjectivi vim habet, jungiturque substantivis cujusvis generis. *Plin. l.* 14. *c.* 6. Dixisse hospiti de indigena vino. *Flor. l.* 2. *c.* 18. indigena potio. *Ovid. 6. Metam.* Indigenæque Dei. ¶ Veteres dixerunt. *Indigenus*, *a*, *um*.

Indigenitalis, le, adject. *nativo*, nativus, non alienigena, *Cic.* 3. *de Orat. c.* 38. Sensus difertus, indigenitalis. Al. aliter leg.

Indĭgens, entis, o. *bisognoso*, ἐνδεὴς, qui indiget, partic. ab indigeo. *Cic.* 2. *Fin. c. ult.* Cum opem indigentibus, salutemque ferres. *Id. de Am.* Quid? Africanus erat indigens mei?

Indigentĭa, æ, f. 1. *bisogno*, מחסור, Ger. *mangel*, Gal. *indigence*, Hisp. *menester*, ἔνδεια, inopia, egestas, penuria. *Cic. de Amic. c.* 8. A natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia.

Indigĕo, es, gui, n. 2. *aver bisogno*, חסר, Ger. *bedurffen*, Gal. *avoir besoin*, Hisp. *aver menester*, ἀπορέω, egeo, ex *in*, & *egeo*, *d* euphoniæ gratia interjecto. Est 2. vel 5. ord. neutrorum. *Cic.* 1. *de Or.* Jam illa non tam artis indigent, quam laboris. *Id. Art. l.* 2. Precibus nostris, & cohortatione non indiges. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Plin. l.* 10. Nunquam conspectis, nisi cum præsidio earum indigetur. ¶ Indigere, pro cupere. *Cic. pro Syll. c.* 8. Contemnere omnes libidines, non auri, non argenti, non cæterarum rerum indigere.

Indĭges, is, adject. 3. indigens, V. *Indigem*.

Indĭges, etis, m. V. Indigetes.

Indigestē, ad. *disordinatamente*, Ger. *vnordentlich*, Gal. *confusément*, Hisp. *sinorden*, ἀτάκτως, inordinate, incomposite. *Gel. l.* 20. *c.* 11. vel *in præfat.* Quas breviter, & indigeste, & incondite annotationibus, tractationibus, lectionibusque variis feceramus.

Indigestĭbĭlis, le, adject. *indigestibile*, qui concoqui in ventriculo non potest. Et

Indigestĭo, onis, f. *indigestione*, *crudità*, Voces sunt Theodori *Prisciani* Medici antiqui *c. 6. & 12.*

Indigestus, a, um, *mal composto*, *vozzo*, Ger. *vngenordenet*, Gal. *confus*, Hisp. *indigesto*, ἄτακτος, non digestus, confusus, perturbatus, sine ordine. *Ov. 1. Met. v. 7. Plin. l.* 13. *c.* 15. Indigesta simplicitas.

Indigētes, m. 3. *Santi*, Ἀνθρωποθαύμονες, qui ex hominibus Dii facti sunt, ab *in*, & *dico*, hoc est, dedico, consecro, unde *indices*, & *c* in *g* conversio *indiges*, inter Deos consecratus. *Salmas.* Aliquibus dicti videntur ab *indigito*, invoco, quod ab *indu* pro *in*, & *cito*, voco, quia una cum cæteris Diis invocantur. *Serv. in* 12. Æn. Aliqui derivant a *Deus*, & *ago*, quasi in Diis agentes. *Serv. in* 12. Æn. Aliqui censent, Deos Indigetes esse Deos patrios, seu Deos Topicos, qui Græcis Θεοὶ πατρῷοι, & ἐγχώριοι, τοπικοὶ, vel ἐπιτόπιοι vocantur, & dici ab *indu* pro *in*, & *ago*, habito, ut Indiges sit, qui locum aliquem incolit. *Serv. in* 12. Æn. Sed hac acceptione dicti potius fuerunt ab *inde*, & *geno*, seu *genitus*, quod in eo loco geniti sint, in quo coluntur. Cæterum Servius aliorum opinionem hic recitat. Nam in 1. *Georg.* Deos patrios ab Indigetibus distinguit, his verbis: Patrii Dii sunt, qui præsunt singulis civitatibus, ut minerva Athenis, Juno Carthagini: Indigetes autem proprie sunt Dii ex hominibus facti, quasi in Diis agentes. ¶ Al. qui stricte exponunt Semideos Curetes. Gloss. vet. Indigetes, ἡμίθεοι Κάρητες. *Arnob. l.* 3. Aut si Curetas pro Laribus invocaro, quos Indigetes Samothracios pars vestrorum asseverat auctorum. ¶ Sed universe dicebantur Indigetes, qui Dii ex hominibus facti essent. Aliqui Indigetes dicunt esse Deos tutelares, quorum nomina vulgari non licet. Aliqui omnes Deos Indigetes appellari volunt ab *indigeo*, quod nullius rei indigeant, vel quod nos eorum indigeamus. *Macrob. l.* 1. *de Somn. Scip. c.* 9. *Serv. in* 12. Æn. *Liv. l.* 8. Lares, Dii Novensiles, Dii Indigetes, Divi, quorum est potestas nostrum, hostiumque *Virg.* 1. *Georg. ad fin.* Dii patrii, Indigetes, & Romule, Vestaque mater. ¶ In singulari num. est Indiges, etis. *Virg. Æn.* 12. *v.* 794. Indigetem Æneam scis ipsa, & scire fateris, Deberi cœlo.

Indigĕto, vel Indigito, as, avi, atum, a. 1. proprie significat invocare, *invocare*, ab *in*, vel *indu* pro *in*, & *cito*. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 17. Namque Virgines Vestales ita indigetant, Apollo Medice, Apollo Pæan. ¶ Alii aliam huic verbo originem affingnant, nam & a digito derivant, ut sit idem ac ostendere, ac digito velut monstrare, quos reprehendit *Voss. l.* 1. *de vit. sera. L. L. c.* 24. ¶ Hinc & pro nominare usurpari putant, quod qui aliquem ostendit, ejus etiam nomen docere solet. *Ar-*

nob. l. 4. Qui Patrocles Thurius ſcriptorum in titulis indigitatur. Sed al. leg. *indicatur*. ¶ Pro indicere, imperare, *intimare*, uſurpare videtur *Tertul. de jejun. c.* 16. his verbis: Cum aret annus, Magiſtratus purpuras ponunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurant.

Indigitamenta, orum, n. 2. appellantur libri Pontificales, qui Deorum nomina, & eorum invocandorum rationem, rituſque continent, *ἱερατικὰ, βιβλία. Arnob. l.* 2. Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta neſcire. V. *Voſſ. de vit. L. L. c.* 24.

Indigito. V. Indigeto.

Indignabundus, a, um, *ſdegnato*, indignatus. *Liv. l.* 38. *c.* 57. Cum illa mulierbriter indignabunda nihil de communi filia ſecum conſultatum adjeciſſet.

Indignans, antis, adject. o. *ſdegnoſo*, *irato*, *che ſdegna*. *Ovid. 6. Metam. v.* 584. Verbaque quærenti ſatis indignantia linguæ Defuerunt. *Colum. l.* 8. *c.* 17. *de mulis*. Genus ſervitutis indignantiſſimum.

Indignanter, adverb. *ſdegnoſamente*. *Arnob. l.* 3. Muſſitare indignanter. *Ammian. l.* 15. *c.* 1. Indignanter ferre.

Indignatio, onis, f. *ira*, *ſdegno*, ἀγανάκτησις. *Vellej. l.* 2. *c.* 66. Indignatio erumpens animo ac pectore. *Plin. l.* 9. *c.* 30. Alicujus in ſe indignationem convertere. *Horat. Epod.* 4. Liberrima indignatio. ¶ Eſt etiam oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offenſio concitetur. Hæc *Cic. l.* 1. *de Invent.*

Indignatiuncŭla, æ, f. dim. ab indignatio. *Plin. l.* 6. *ep.* 17. Indignatiunculam, quam in cujuſdam amici auditorio cepi, non poſſum mihi temperare, quominus apud te per epiſtolam effundam.

Indignatīvus, a, um, adject. qui indignatur. *Tertul. de anim. c.* 16. Indignativum, quod appellant θυμικὸν.

Indignātus, a, um, partic. ab indignor. *Virg.* 2. *Georg. v.* 163. Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor.

Indigne, adv. *indegnamente*, Ger. *unehrlich*, Gal. *indegnement*, Hiſp. *indignamente*, ἀναξίως, inhoneſte, præter dignitatem. *Ter. Adel.* Cui miſeræ indigne per vim vitium obtulerat. *Id. ib.* 1. 1. 11. Clamant omnes, indigniſſime factum eſſe.

Indignĭtas, atis, f. *indegnità*, Ger. *ubelſtand*, Gal. *indignité*, Hiſ. *indignidad*, ἀναξία, ἀπρέπεια, quod indignum eſt, quod eſt contra dignitatem, dedecus, ignominia. *Cic. 6. Fam.* Atque omnem adeundi, & conveniendi illius indignitatem, & moleſtiam pertuliſſem. *Id. pro Mur. c.* 25. Neque ſatis ſevere pro rei indignitate decrevit. *Cæſ. l.* 2. *B. G. c.* 14. Omnes indignitates, contumeliaſque perferre. *Cic.* 4. *Verr.* Qui indignitate ſervos, temeritate fugitivos, crudelitate hoſtes vicerit, h. e. abjiciendo ſe vitiis.

Indignĭter, adverb. indigne. *Vetus monumentum apud Ferret. in Muſlap. p.* 261. Parcæ vitæ finem ſtatuerunt indigniter.

Indignor, aris, atus ſum, *ſdegnare*, כעס, Ger. *zornen*, Gal. *s'indigner*, Hiſp. *enojarſe*, *indignarſe*, ἀγανακτέω, graviter fero, ſtomachor. Eſt tertii ordinis deponentium, & fere conſtruitur cum acc. rei. *Quinct. l.* 1. *c.* 3. Quidam indignantur imperia. ¶ Conſtruitur etiam cum infinitivo. *Brut. Cic.* 11. *Fam.* Quod ſi indignaris, auſos eſſe id facere. ¶ Item cum particula quod. *Cic.* 1. *de Inv.* Per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit. ¶ Item cum membro orationis. *Sulpic. Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 5. Hem nos homunculi indignamur, ſiquis noſtrum interiit. ¶ Interdum dativum regit, ſed rarius. *Ulp. l.* 2. *Dig. ad leg. Jul. de adult.* Qui matrimonium ſuum contemnit, quique contaminationi (adulterii) non indignatur.

Indignus, a, um, o. 1. 2. *indegno*, Ger. *unwürdig*, Gal. *indigne*, Hiſ. *indigno*, ἀνάξιος, non dignus. *Ter. Adel.* 3. 3. 54. Hæc te admittere indigna genere noſtro? *Cic. in Vatin. c.* 16. Cæſar te omni honore indigniſſimum judicat. ¶ Cum genit. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 9. Quoniam illa (exta) non bona aruſpex dixit, Deum eſſe indignam credidi. Verum neque hæc lectio conſtans eſt, neque, etiamſi ſic legatur, probe conficitur hinc, *indignus* cum genit. uſurpari. Poteſt enim ſic apte explicari, Deum (h. e. Venerem, de qua hic eſt ſermo. Solebant autem Veteres *Deus* uſurpare etiam in gen. fœm. V. *Deus*) indignam eſſe, cui vitiata exta offerrentur. Hac autem ratione uſurpatur *indignus* ad laudem. Sic *Cic. in Piſon.* L. Flaccus vir tua legatione indigniſſimus, h. e. vir tantæ probitatis, ut minime decuerit, eum eſſe Piſonis hominis improbiſſimi legatum. Adde *Lucret. l.* 2. *v.* 1101. ¶ Interdum ſumitur pro fœdo, miſerando, crudeli. *Liv. l.* 19. Lictoribus indignum in modum multatis. *Cic. pro Quint. c.* 31. Indignum eſt a pari vinci, aut ſuperiore, indignius ab inferiore, atque humiliore. ¶ *Indignum*, abſolute poſitum interjectio indignantis eſt, ſicut *infandum*. *Ovid.* 5. *Met.* Iſſet, & (indignum!) ſcelerato profuit ara. ¶ Indignas turres, pro magnis dixit *Ennius*.

Indĭgus, a, um, אביון, Ger. *mangelhafft*, Gal. *indigent*, Hiſp. *meneſteroſo*, ἐνδεὴς, ἄπορος, egenus, qui indiget. *Plin. l.* 8. *c.* 40. Stipendiorum indiga. *Virg. l.* 3. *Georg. v.* 428. Haud opis indiga noſtræ.

Indilĭgens, tis, o. *negligente*, ὀλιγωρῶν, negligens. *Ter. Adel.* Sed vereor, ne indiligens nimium ſies. *Plin. l.* 13. *c.* 12. Deprehenditur etiam odore, cum fuerit diligentior. *Gell. l.* 15. *c.* 28. Rerum memoriæ non indiligens. ¶ Uſurpatur etiam paſſiva ſignific. pro neglecto, inculto. *Plin. l.* 19. *c.* 4. Statim faciebant judicium, nequam eſſe in domo matremfamilias, ubi indiligens eſſet hortus.

Indiligenter, adv. *negligentemente*, ὀλιγωρῶς, negligenter. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum. *Cæſ. l.* 2. *B. G. c.* 33. Indiligentius ſervare præſidia.

Indiligentĭa, æ, f. 1. *negligenza*, עצלות, Ger. *unfleiß*, Gal. *negligence*, *nonchalance*, Hiſp. *deſcuydo*, ὀλιγωρία, negligentia. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Nihil eſſe a me, niſi orationis acerbitatem, & iracundiam, &, ſi forte raro, literarum miſſarum indiligentiam reprehenſam. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 49. Indiligentia veri, & adulandi libidine.

Indimiſſus, a, um, adject. non dimiſſus. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 34. Illicite dimiſſam uxorem pro indimiſſa docens, adulter eſt.

Indipiſco, is, activa forma, idem ac indipiſcor. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 13. Numquam ædepol quadrigis albis indipiſcet poſtea.

Indipiſcor, eris, indeptus ſum, d. 3. *conſeguire*, *acquiſtare*, τυγχάνω, adipiſcor, aſſequor, apud vet. *Plaut. Rud.* 5. 2. 28. Largiter mercedis indipiſcar. *Liv. l.* 26. *c.* 39. Quam quis indeptus navem erat. *Id. l.* 17. *c.* 2. Conabamur memoriæ vegetandæ gratia indipiſci animo, ac recenſere. h. e. mandare memoriæ.

Indirectus, a, um, *diſordinato*, *vozzo*, Ger. *nicht gerad*, Gall. *indirect*, *mal dreſſé*, Hiſp. *no polido*, *indirecto*, ἄτακτος, ἀδιάθετος, incompoſitus, & inordinatus. *Quinctil. l.* 5. *c.* 13. Indirecta fere, atque, ut ſic dicam, clamoſa eſt actio.

Indireptus, a, um, adject. non direptus. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 71. Sic Capitolium claufis foribus indefenſum, & indireptum conflagravit.

Indiſciplinātus, a, um, *indiſciplinato*, diſciplina carens. *Auguſtin. epiſt.* 169. & *Cyprian. epiſt.* 62. *ad fin.*

Indiſciſſus, a, um, non diſciſſus. *Hieronim. epiſt.* 57. *ad Damaſ.* Indiſciſſa Domini tunica.

Indiſcrēte, adverb. indifferenter, indiſcriminatim, *ſenza diſcernimento*, *alla rinfuſa*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Avium & animalium vocis indiſcrete editur imitatio. *Capitolin. in Nigro c.* 3. Cum indiſcrete ſubſellia Circi repleta eſſent.

Indiſcrētus, a, um, *che non ſi può diſcernere*, *confuſo*, Ger. *nicht unterſchieden*, Gal. *indiſcret*, Hiſp. *no apartado*, ἄκριτος, quod diſcerni non poteſt, maxime conjunctum. *Plin. l.* 35. *c.* 10. Imagines adeo ſimilitudinis indiſcretæ pinxit. *Virg.* 10. *Æn. v.* 392. Simillima proles indiſcreta ſuis.

Indiſcriminātim, adv. *indifferentemente*, Ger. *ohne unterſchied*, Gal. *indifféremment*, Hiſp. *indiferentemente*, ἀκρίτως, ἀδιαφόρως, indifferenter, & ſine diſcrimine. *Var. de L. L. apud Non. c.* 2. *n.* 449. Quibus nos in hoc libro utamur indiſcriminatim.

Indiſcuſſus, a, um, adject. non examinatus, ἀλογοθέτητος. *Claud. Mamert. l.* 3. *de ſtatu animæ*, *c.* 11. Illud indiſcuſſum reſtat.

Indiſerte, adverb. non diſerte, *ſenza eloquenza*. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 1. Orationem meam non indiſerte collaudavit.

Indiſertus, a, um, *ſenza eloquenza*, בכד פה, Ger. *unbered*, Gal. *indiſert*, Hiſp. *indiſerto*, ἄρρητος, non diſertus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Neque indiſertum Academicum pertimuiſſem. *Idem* 3. *de Orat. c.* 35. Malim equidem indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem.

Indiſiectus. V. Indejectus.

Indiſpenſātus, a, um, adject. non penſatus, non diſtributus. *Silius l.* 16. *v.* 341. Indiſpenſato laſſantem corpora niſu. hoc eſt immoderato.

Indiſpoſīte, adverb. non diſpoſite, *ſenza diſpoſizione*. *Senec. ep. ult.* Quid ergo, inquis, muta animalia perturbate, & indiſpoſite moventur?

Indiſpoſītus, a, um, adject. *non diſpoſto*, *confuſo*. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 68. Apud Vitellium omnia indiſpoſita, temulenta, pervigiliis, ac bacchanalibus, &c.

Indiſſimilis, le, adject. non diſſimilis. *Var. l.* 8. *de L. L. c.* 29. Formæ vocum indiſſimiles. Affertur etiam exemplum *Vellej. l.* 2. *c.* 80. Sed ibi legitur *diſſimillimus*.

Indiſſimulabĭlis, le, adject. non diſſimulatus, *che non ſi può diſſimulare*. *Gel. l.* 10. *c.* 22. Cum quadam indiſſimulabili veritate diſſeruit.

Indiſſociabĭlis, le, adject. *che non ſi può diſgiungere*. *Lactant. de Opific. Dei c.* 10. Indiſſociabilem prætendunt unitatem.

Indiſſolubĭlis, le, o. 3. *indiſſolubile*, *che non ſi può ſlegare*, Ger. *nauflöeflich*, Gal. *qu'on ne peut diſſoudre*, Hiſp. *indiſſoluble*, ἄλυτος, quod diſſolvi non poteſt. *Cic. de Univ. c.* 11. Immortales vos quidem eſſe, & indiſſolubiles non poteſtis.

Indiſſolubĭlĭter, adverb. ita ut non poſſit diſſolvi. *Claud. Mamert. l.* 2. *c.* 2. Indiſſolubiliter nexum.

Indiſſolūtus, a, um, *legato*, non diſſolutus, non ſolutus, colligatus. *Cic. de Univ. c.* 11. Hæc ſunt indiſſoluta, me invito. Al. leg. *non ſunt diſſoluta*.

Indiſtincte, adv. *confuſamente*, ἀδιακρίτως, inordinate, confuſe. *Gell. l.* 20. *c. ult.* Indiſtincte, atque promiſcue adnotabam.

Indiſtinctus, a, um, *non diſtinto*, *confuſo*, Ger. *nicht unterſchieden*, Gal. *confus*, *indiſtinct*, Hiſp. *indiſtincto*, ἀδιάκριτος, inordinatus, confuſus. *Quinct. l.* 8. *c.* 2. Neque inordinata, neque indiſtincta. *Catull. de nupt. Pel. & Thet. v.* 283. Indiſtinctæ corollæ.

Indiſtrictus, a, um, *non oſteſo*, non diſtrictus. *Ovid.* 12. *Met. v.* 92. Tamen indiſtrictus abibo. i. e. illæſus. Heinſius legit *indeſtrictus*. V. *Diſtringo*.

Indĭtus, a, um, nom. particip. ab indo, is, datus, impoſitus, immiſſus, *impoſto*, *dato*, ἐντεθειμένος. *Curt. l.* 4. *c.* 9. A celeritate, qua defluit, Tigris nomen eſt inditum. *Id. l.* 10. *c.* 10. Venenum potioni inditum. *Flor. l.* 3. *c.* 1. *ſub fin.* Indita monti urbs. h. e. impoſita.

Individuĭtas, atis, f. *indiviſibilità*. *Tertull. de Monogam. c.* 5. Individuitas matrimonii.

Individŭus, a, um, *individuo*, *che non ſi può ſeparare*, Ger. *unzer theuer*, Gal. *qu'on ne peut diviſer*, Hiſp. *individuo*, ἄτομος, quod non poteſt dividi, vel quod non ſeparatur. *Cic.* 1. *Fin. c.* 6. Ille atomos quas appellat, id eſt, corpora individua. *Id. in Acad.* Ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni affirmat.

Indiviſibĭlis, le, adject. *indiviſibile*, individuus, ut indiviſibilis materia, apud *Diomed. l.* 2. Indiviſibilis anima, apud *Tertull. de anim. c.* 51.

Indiviſibĭlĭter, adverb. *indiviſibilmente*, ἀδιαιρέτως. *Tertull. de anim. c.* 51. Mors indiviſibili animæ indiviſibiliter accidens.

Indiviſus, a, um, *indiviſo*, ἄσχιστος, non diviſus. *Var.* 2. *de R. R. c.* 7. Equorum, qui ungulas indiviſas habent.

Indo, is, didi, ditum, *imporre*, שים, Ger. *dreinthun*, Gal. *impoſer*, *mettre dedans*, Hiſ. *metter a dentro*, ἐντίθημι, impono. *Plaut. Capt.* 5. 3. 7. Pægnium vocitatus eſt, poſt vos nomen indidiſtis Tyndaro. ¶ Quandoque eſt intus dare, immittere. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 31. Si ego in os meum vini guttam indidi. *Id. Mil.* 2. 5. 1. Indere ignem in aram. ¶ Interdum imprimere. *Plaut. Aſin.* 3. 2. 7. Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt. ¶ Item injicere. *Id. Men.* 1. 1. 3. Fugitivis ſervis indunt compedes. ¶ Item immiſcere, ut indere aliquid in aurum, aut argentum, ut deterius fiat. *Ulp. l.* 1. *Dig. ad leg. Jul. pecul.* ¶ Cum ablat. & præpoſit. *in*. *Cato R. R. c.* 21. Indere aliquid in aliqua re.

Indocibĭlĭtas, atis, f. *durezza d'ingegno*, *mente indocile*. *Apul. l.* 2. *de dogm. Plat.* Prudentiam indocibilitas impugnat.

Indocĭlis, le, o. 3. *indocile*, Germ. *ungelehrig*, Gal. *indocil*, Hiſp. *indocil*, ἀδίδακτος, δυσμαθής, qui doceri non poteſt. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Sed quia nimis indocile quidam, tardique ſunt. *Id.* 4. *Acad. c.* 1. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo non deſideravit indocilem uſus diſciplinam. *Ideſt* quæ doceri, vel tradi non poteſt. Sic *Sil. l.* 12. *v.* 726. virum indocilem pacisque, modique. *Id. l.* 1. *v.* 237. Nec Cereri terra indocilis, nec innoſpita Baccho. h. e. tellus quæ cultum patitur, & reſpondet. *Id. l.* 11. *v.* 11. Tum Gens Hirpini vana, indociliſque quietem. h. e. *che non ſa ſtar in pace*. Græca conſtructio eſt. Alii leg. *quieti*. Cum infinito *Stat.* 6. *Theb. v.* 313. Indocilis teneri. ¶ Item rudis, ineruditus. *Ovid. lib.* 4. *Triſt. eleg.* 1. Hoc eſt cur cantet vinctus quoque compede foſſor, Indocili numero cum grave mollit opus. ¶ Item nativus, nec ulla arte paratus. *Propert. l.* 1. *el.* 12. Et ſciat indociles currere lympha vias. h. e. ignotas, non monſtratas. ¶ Ponitur etiam pro indocto, *ignorante*. *Virg.* 8. *Æn.* Is genus indocile, & diſperſum montibus altis Compoſuit, legeſque dedit. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Indocilis cœli agricola.

Indocte, adv. *vozzamente*, Ger. *ungeſchickt*, Gal. *indoctement*, Hiſp. *indoctamente*, ἀμαθῶς, imperite. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 16. Quæ qui videat, non indocte ſolum, verum etiam impie faciat, ſi Deos eſſe neget. *Gell. l.* 12. *c.* 5. Dicam ego indoctius, & apertius.

Indoctor, oris, m. pro ſervorum caſtigatore uſurpatur a *Plauto Aſin.* 3. 2. 6. quemadmodum doctores puerorum virgis eos caſtigare ſolent. Eſt tamen ibi lectionis mira varietas. V. *Taubman.*

Indoctus, a, um, *ignorante*, Ger. *ungelehrt*, Gal. *indocte*, Hiſp. *indocto*, ἀπαίδευτος, qui doctus non eſt, rudis, ineruditus, imperitus, ignarus. *Cic. in Bruto*. Qui & plane indocti, & inurbani, & ruſtici etiam fuerunt. ¶ Dicitur etiam de rebus, ut Indocta oratio, indocti verſus, &c. *Cic.* 3. *de Or.* Nam ſi rudis, & indocta putanda eſt illa ſine intervallis loquacitas perennis, & perfluens. *Id. l.* 2. *Divin. c.* 63. Ex leviſſimo enim, & indoctiſſimo genere conſtant. ¶ Comparat. indoctior. *Id. Tuſc. l.* 1. *c.* 2. Habitus eſt indoctior Themiſtocles, cum in epulis lyram recuſaſſet.

¶ Cum

¶ Cum infinito, *Horat. l. 2. od. 6.* Cantaber indoctus juga ferre noſtra. ¶ Cum genitivo, *Id. de ar. poet. v.* 380. Indoctus pilæ, trochive. ¶ Cum accuſativo, Græco more. *Gell. l. 9. c.* 10. Homo ſane pieraque alia non indoctus. ¶ *Horat. l. 2. epiſt.* 2. Canere indoctum. h. e. indocte, more adverbii.

Indolatĭlis, le, adject. qui dolari nequit. Translate *Sidon. l. 5. ep.* 5. Corporibus, ac ſenſibus rigidi, indolatileſque. Al. leg. *indociles*.

Indolātus, a, um, adject. non dolatus. *Arnob. l. 7.* Lapis indolatus, & aſper.

Indolentĭa, æ, f. 1. *privazione di dolore*, Gal. *indolence*, Hiſp. *indolencia*, ἀνωδυνία, vacuitas doloris, cum ſibi dolet. *Cic.* 2. *Fin. c.* 4 Num propterea idem voluptas eſt, quod, ita dicam, indolentia? Adde 2. *Off. Senec. epiſt.* 66. ¶ Cicero tamen libentius uſurpat *doloris vacuitas*, quam *indolentia*.

Indoleſco, is, lui, n. 3. *dolerſi molto*, דרחיל, Ger. *beſſtigt rauvren*, Gal. *avoir douleur*, Hiſp. *dolerſe*, ἀνιάομαι, valde doleo. *Cic.* 2. *Phil. c.* 25. Quis, qui non indoluerit, tam ſero ſe, quem hominem ſecutus eſſet, cognoſcere? *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 599. At multos indoluiſſe malis. ¶ Reperitur etiam cum genitivo. *Ovid.* 2. *Met.* Succeſſorumque Minervę indoluit. ¶ Item abſolute. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Tanta intentione oculorum opus eſt, ut indoleſcant. ¶ Præteritum *indolui* quidam ab *indoleo* ducunt, non autem ab *indoleſco*.

Indŏles, lis, f. *natura*, *ingegno*, Ger. *art*, *zuneigung*, Gall. *le naturel*, Hiſp. *la ſenal de virtud en los ninos*, φύσις, vis innata, & ingenita, & per Metaphoram egregia ſpes in pueris, ſeu ſignificatio quædam futuræ probitatis, & in viris ſignum præſentis virtutis, & generatim præſtantia, ſeu generoſitas quædam virtutis, atque animi, ab *inoleſco*, creſco, *Cic. de Sen.* Ut enim adoleſcentibus bona indole præditis ſapientes ſenes delectantur. *Id.* 3. *Off.* Homines, in quibus eſt virtutis indoles, commoventur. *Liv. l.* 25. *c.* 37. L. Martius ad ſummam indolem acceſſerat Cn. Scipionis diſciplina. *a ſomma abilità*. ¶ Aliquando etiam in malum dicitur. *Liv. lib.* 21. *cap.* 4. Cum hac indole virtutum, ac vitiorum ſub Aſdrubale meruit. ¶ Transfertur quoque ad muta, atque inanimata. *Gell. l.* 12. *c.* 1. In arboribus, & frugibus major plerumque vis, & poteſtas eſt, ad earum indolem vel deterendam, vel augendam &c. *Id. l.* 20. *c.* 6. In plures libros mendæ iſtius indoles manavit. *Plaut. Rud.* 2. 4. 10. Papillæ cujuſmodi! tum quæ indoles eſt in ſavio! *quanta grazia*!

Indoleſcendus, a, um particip. paſſiv. dolendus, *da dolerſi*. *Sidon. l.* 2. *epiſt.* 12. Mœroris retia amicis, & externis indoleſcenda.

Indŏlor, ris, adject. o. ἀνόδυνος, dolorem non afferens, ut indoloria medicamenta, *Cæl. Aurel. Tard.* 2. *c.* 4.

Indolorĭa, æ, f. idem ac indolentia. *Sidon. in epiſt. præfixa carmini* 14. ſcribit, Ciceronem ipſum hac voce uſum, ſc. *l.* 2. *Fin. c.* 4. ubi tamen vocem hanc viri docti rejiciunt, & *indolentia* ſubſtituunt: ipſum etiam Sidonium eodem modo corrigendum cenſent, quamquam Sirmondus eam lectionem tueri videtur.

Indomabĭlis, le, o. 3. *che non ſi può domare*, *inſoggettabile*, פרא, Ger. *ungezaemlich*, Gal. *indontable*, Hiſp. *indomable*, ἀδάμαστος, qui domari non poteſt. *Plaut. Caſ.* 4. 3. 12. Ædepol næ tu, ſi eſſes equus, eſſes indomabilis.

Indomĭtus, a, um, *indomito*, פרא, Germ. *ungezehmet*, Gall. *indonté*, Hiſp. *indomito*, ἀδάμαστος, qui domari non poteſt, & miteſcere. *Auct. ad Her. l.* 4. Neque equus indomitus, quamvis natura bene compoſitus ſit, idoneus poteſt eſſe ad eas utilitates, & aptus, quæ deſiderantur ab equo. ¶ Translate dicitur de animi motibus immoderatis, qui a ratione non vincuntur, & ſubiguntur. *Cic. pro Roſc. Am.* Luxuries igitur hominem, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerunt.

Indonātus, a, um, nom. particip. *chi è ſenza dono*. *Lamprid. Heliogab. c.* 28. Nec quenquam facile indonatum relinquebat.

Indormĭo, is, n. 3. *dormire ſopra qualche coſa*, ἐπικοιμάομαι, eſt in re aliqua, vel ſuper rem aliquam dormire. *Hor.* 5. *Ser. Sat.* 1. *v.* 70. Congeſtis undique ſaccis indormis. ¶ Per Metaphoram accipitur pro ceſſare, & tardum eſſe. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Qui in iſto homine colendo tam indormivi diu. ¶ Indormire cauſæ, eſt remiſſius, & ſegnius tractare negotium. *Cic.* 2. *Phil.* 12. An faces admovendæ ſunt, quæ te excitent tantæ cauſæ indormientem? *Senec. de vita beata*, *c.* 10. Deſidiam diſſolutionemque ſegnis animi indormientis fibi. h. e. ſibi uni vacantis, & ſecuri.

Indotātus, a, um, adject. dote carens, *ſenza dote*, ἄπροικος, *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 46. Indotata mihi ſoror eſt. ¶ Translate *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 55. Cujus artem, cum & indotatam eſſe, & incomptam videres, verborum eam dote locupletaſti. *Ovid.* 7. *Metam.* Indotata defunctorum corpora. h. e. quibus juſta perſoluta non ſunt.

Indu, præp. apud vet. pro *in* a Syracuſano ἔνδοι, ſive ἐνδοῖ, pro ἔνδον, *intus*. Nam ab ἔνδοι, fit *endæ*, & converſo æ in *u*, *indu*, quomodo a *pœna* eſt *impune*, a *Pœnus*, Punicus. Giffanius negat, invenire ſe *indu* a veteribus dictum pro *in*, ſed *endo*, unde *Endo*, *procinctu endoperator*, *endogredi*, *endoitum*, *endoplorato*, &c. Sed dubium non eſt, quin *indu* quoque dixerint, quia in veteribus libris Lucretii, aliiſque non tantum *endo*, ſed & *indu*, & corrupte interdum *inde* legitur, quod Giffanius ipſe agnoſcit, & quia in compoſitis *indu* non minus reperitur, quam *endo*, ut *Induperator*, *indigena*, *induciæ*, *indigito*, *induſtrius*, &c. *Enn. Annal. l.* 17. Indu mari magno fluctus extollere certant.

Indubitabĭlis, le, o. 3. *certo*, certus, de quo dubitari non poteſt. *Quintil. l.* 4. *c.* 5. Illo ſequenti (ſi modo indubitabile ſit) utendum ſolo.

Indubitabĭlĭter, adverb. indubitanter. *Arnob. l.* 5. Cunctis indubitabiliter notum eſt.

Indubitandus, a, um, nom. particip. indubitatus. *Auguſtin. epiſt.* 19. *c.* 2. Ut veritas indubitanda perſiſtat.

Indubitanter, adv. *certamente*, באמת, Ger. *gevviſſlich*, Gal. *ſans doute*, Hiſp. *ſin duda*, ἀναμφιβόλως, certo. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit. In editione Harduini legitur *indubitata*. *Auguſtin. de vera relig. c.* 46. Indubitanter invictus eſt. *Ulpian. Dig.* 37. 11. 2. Indubitanter probatur.

Indubĭtāte, adv. indubitanter, ſine dubitatione. *Velleius l.* 2. *c.* 60. Indubitate corrupti commentarii. *Liv. l.* 33. *c.* 11. Quæ indubitate Lyſimachi erant. ¶ Superlat. *indubitatiſſime* Oroſii eſt *l.* 3. *ad fin.*

Indubĭtātus, a, um, *certo*, *ſicuro*, נאמן, Ger. *ungezvvaifelt*, Gall. *certain*, *indubitable*, Hiſp. *indubitable*, *cierto*, ἀναμφίβολος, certus, de quo dubitari non poteſt. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. In iis vero, quæ indubitata ſunt. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Indubitata ſpes.

Indubĭto, as, n. 1. *dubitare*, *diffidarſi*, ἀπιστῶ, idem ac dubito, diffido. *Virg.* 8. Æn. *v.* 404. abſiſte precando Viribus indubitare tuis. *Stat. in epiſt. l.* 3. *Syl. ult.* Sed ingratus, qui plura adnecto, tuiſque moribus indubito.

Indubĭus, a, um, adject. *indubitato*. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 45. Plurimorum indubia innocentia. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Exempla indubia.

Inducĭæ, arum, f. 1. *tregua*, ἀνοχαί, ἀνακωχή, erant quidam ſocietatis conſenſus factus pleruque Imperatorum arbitrio, interdum auctoritate Senatus, & juſſu Populi, per ſponſores, ſimplici juramento, quo a bello, & ab omnibus rebus hoſtilibus ad tempus ceſſabatur. Dictæ ſunt ab *in*, & *ocium*, inſerto, *e*, vel ab *induco*, ut Manutio placet in Orthogr. Differunt a pace, ſeu fœdere. Induciis enim pax non in perpetuum, ut fœdere, ſed in certum temporis ſpatium dabatur, aut dierum, aut menſium, aut annorum. Quare ſæpe factum animadvertimus, ut P. R. hoſtibus fœdus petentibus inducias dederit. *Liv. l.* 4. Inducias annorum octo impetraverunt. *Cic.* 1. *Off. c.* 10. Quo in genere etiam in Republica multa peccantur, ut ille, qui, cum centum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ. *Salluſt. in Jug. c.* 29. Agitare inducias. *Liv. l.* 7. *c.* 20. Facere inducias in centum annos. ¶ Translate *Terent. Eun.* 1. 1. 15. In quo (amore) inſunt inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum. ¶ Dicimus autem, facere, impetrare, conſervare inducias, &c. *Liv. Cic. Nepos*, *& al.*

Indŭco, is, uxi, uctum, a. 3. *introdurre*, *condur dentro*, הכניא, Germ. *einfihren*, Gal. *introduire*, Hiſp. *introduzir*, ἐισάγω, εἰσάγω, introduco. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Inducere armenta in rura. ¶ Translate ſumitur pro afferre, in medium proponere, innovare, in uſu ponere, *introdurre*, *Cic.* 1. *Phil.* Ut inexpiabiles religiones in Remp. inducerentur. *Id.* 2. *de Or.* Qui hoc primus in noſtros mores induxit. ¶ Item pro impellere, illicere, inclinare, *indurre*, *perſuadere*, *Cic.* 2. *de Leg.* Idque ut facerem, & orationibus inducebar tuis, & verſibus. Sic inducere animum ad miſericordiam, *Id.* ¶ Hinc inducere animum, vel Inducere in animum, pro ſibi perſuadere, quaſi animum inclinare, vel introducere in animum. *Cic. Att. l.* 6. Et id, quod animum induxerat, pauliſper non tenuit, ſed cito ad ſe rediit. *Id. Att. l.* 14. Quoniam ſemel induxit animum ſibi licere, quod vellet. *Id. in Catil.* Si mea voce ire in exilium animum induxeris. *Id. pro Roſc. Am.* Qui potuit animum inducere, ut filium exhæredaret? *Terent. Heaut.* 5. 4. 5. Ne iſtuc in animum inducas tuum, alienum te eſſe. ¶ Inducere item, eſt ducto per ceras ſtylo tegere, abolere, delere, *cancellare*, *annullare*. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 14. Etſi nomina jam facta ſunt, tamen vel induci, vel mutari poſſunt. ¶ Item decipere, ſeducere. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 40. Homines honeſtiſſimos inducit, decipit, deſtituit. *Id.* 3. *Off.* Si hoc non eſt, emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere. ¶ Item tegere, ſuperinducere. *Cic.* 3. *Verr.* Ex quo tantum tectorium vetus deletum ſit, & novum inductum. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Gluta pellibus induxerunt. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Inducere parietem. ¶ Hac ratione & picturis dicitur. *Horat. de Ar. poet. v.* 1. Cervicem pictor equinam Jungere ſi velit, & varias inducere plumas. Sic *Plin. l.* 35. *c.* 10. Huic picturæ quater colorem induxit. ¶ Significat etiam inducere, veſtire. *Cic.* 2. *de Inv.* Et ſtatim lignæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. *Auct. ad Her. l.* 1. Et ſoleæ lignæ pedibus inductæ ſunt. ¶ Item fingere, perſonam aliquam loquentem facere, ſeu producere, *introdurre*, tracta Metaphora a fabularum actionibus, in quibus perſonæ induci proprie dicuntur, cum ad agendum ſcenam ingrediuntur. *Cic.* 3. *Off.* Hinc ille Gyges inducitur a Platone. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Qui & ira inflammatos & libidine furentes induxerunt Deos. ¶ Hinc & ad judicia pertinet, ut inducere teſtes, &c. *preſentare*. *Sueton. Claud. c.* 40. Inducta teſte in Senatu. *Id. in Domit. c.* 11. Quoſdam majeſtatis reos in curiam induxerat, & facile perfecerat, ut condemnarentur. ¶ Similiter & fabulæ induci dicuntur, *rappreſentare*. *Sueton. Ner. c.* 11. Inducta eſt & Afranii togata. ¶ Pertinet etiam ad res militares, *condurre*, *far marciare*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 88. Illico equites jubet dextra inducere. *Liv. l.* 31. *c.* 28. Inducere exercitum in Macedoniam. ¶ Significat etiam interdum producere, emittere. *Col. l.* 5. *c.* 9. Nec fructum, nec lætam frondem olea inducet. ¶ Inducere in errorem, *ingannare*, *far fallare*. *Cic. de clar. Orat.* Ut imperitos poſſes in errorem inducere. ¶ Inducere in ſpem, *dare ſperanza*. *Cic.* 2. *Offic.* Quæ te, malum, ratio in iſtam ſpem induxit, ut &c. Sic inducere in amorem, *far' amare*. *Catull. epigr.* 18. Inducere in viam, in iter, *iſtradare*. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 2. & *Quintil. proœm. l.* 8. ¶ Inducere ſeditionem in civitatem, pro concitare. *Cic.* 1. *Off.* ¶ Inducere in rationem pecuniam aliquam, *metter' in conto*, *in partita*. *Id.* 3. *Verr.* Tutores pecuniam Prætori ſi pupillæ nomine dediſſent, grandem præfertim, quemadmodum in rationem inducerent, non videbant. *Id. Agrar.* 2. *c.* 26. Hic ager omnis quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. h.e. tanquam ingenti pecunia vobis acquiſitus, in tabulas publicas referetur. ¶ Inducere rotam, pro impellere. *Mart. l.* 14. *epigr.* 168. de trocho: Inducenda rota eſt &c. ¶ Inducere novercam filiæ, *dar' alla figliuola una madrigna*. *Plin. in epiſt.* ¶ Inducere animum ad meretricem *attaccarſi ad una meretrice*, *Terent. Hecyr.* 4. 4. ¶ *Inducere ſolum*, pro æquare, conjungere, complanare. *Plin. l.* 2. *v.* 80. Hiatus vero alias remanet, oſtendens quæ ſorbuit, alias occultat ore compreſſo, rurſuſque ita inducto ſolo, ut nulla veſtigia extent. *rammarginato*. ¶ *Induxti*, pro *induxiſti*, *Tevent. Andr.* 5. 3. 12.

Inductĭbĭlis, le, adject. qui poteſt induci, & illini. *Cæl. Aurel. Auct. l.* 2. *c.* 37. Coagulata, inductibiliaque, & digitis convoluta.

Inductĭo, onis, f. 3. *introduzione*, ἀγωγή, ductus, ductio, introductio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Nos aquarum inductionibus terræ fœcunditatem damus. ¶ Inductio animi, benevolentiam ſignat. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 8. Tantum enim animi inductio, & mehercule amor erga Pompeium apud me valet. ¶ Eſt etiam incruſtatio, & tectorii appoſitio. *Pallad. l.* 1. *c.* 15. Prima trullis frequentetur inductio. ¶ Item litura. *Leg.* 1. *Dig. de his*, *quæ in teſtam.* Lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe feci. ¶ Eſt etiam genus argumentationis, in quo ex pluribus particularibus veris aliquid generale infertur. V. *Cic. l.* 1. *de Invent. c.* 31.

Inductĭve, adverb. cum inductione, ſeu ſuaſu, ut inductive indulgere, *Cæl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 5.

Inductor, oris, m. idem ac ductor. Inductores appellantur a Plauto, qui ſervos cædunt, quod exercitum ulmorum in eorum terga inducunt. *Aſin.* 3. 2. 6. Al. aliter legunt, & explicant.

Inductrix, icis, f. quæ inducit & impellit. *Apul. l.* 4. *Florid.* Prædæ, quam ore geſtabat, inductricem compotivit.

Inductŭs, us, m. *perſuaſione*, *indotta*, ἐπαγωγή, inductio, impulſio ſuaſio. *Auct. ad Heren. l.* 2. *c.* 17. Quod alieno inductu fecerit.

Inductus, a, um, adject. ex particip. ab induco, totidem fere habens ſignificationes. Primo enim ſignificat *indotto*, *perſuaſo*. *Cic. pro Quint. c.* 3. Inductus conſuetudine, ac familiaritate fecit. ¶ Item *introdotto*. *Sueton. in Claud. c.* 34. Inducti per ſimulationem Comœdi. ¶ Item *cancellato*. *Ulp. l.* 1. *Dig. de his quæ in teſtam.* Quæ in teſtamento legi poſſunt, ea inconſulto deleta, & inducta. ¶ Item aſcititius, aliunde petitus. *Plin. in epiſt.* 3. *l.* 4. Neque enim conjectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, cum hoc inſititio, & inducto tam præclara opera perfeceris. Adde *l.* 3. *epiſt.* 18. ¶ Item illitus. V. Induco.

Inducŭla, æ, f. veſtis interioris genus, ab induendo. *Plaut. Epid.* 2. 2. 28. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

Indugredĭor, d. 3. ingredior, apud vet. *Lucr. l.* 1. *v.* 82. Viamque indugredi ſceleris. Al. leg. *endogredi*, eodem ſenſu.

Indul-

Indulcĭtas, atis, f. 3. idem quod dulcitas, apud *Non. c. 2. n. 215.* ubi *Cæcilius:* Tanta huic invasit in corda indulcitas.

Indulco, as, a. 1. *addolcire*, מתיק, Ger. *süeſſ machen*, Gal. *faire doux*, *adoucir*, Hiſp. *endulcar*, γλυκαίνω, dulce facio. *Tertull. adverſ. Jud. c.* 13. Hoc lignum, quo Moyſes aquam amaram indulcavit.

Indulgens, entis, adject. o. qui indulget, clemens, *indulgente*, *corteſe*, συγχωρέων, ἐνδιδύς. *Cic. de Amic. c.* 24. Peccatis indulgens præcipitem amicum terri ſinit. *Id. pro Cluent. c.* 5. Ipſum nomen amantius, indulgentiuſque maternum. *Plin. Trajano epiſt.* 11. Rogo ergo, indulgentiſſime Imperator. *Cic.* 3. *Off. c.* 31. Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus in filium. ¶ Item is, cui indulgetur. *Quintil. Declam.* 10. Fili indulgentiſſime, vidi te &c. Hinc & pro pulcro, ac venuſto ponitur. *Id. Declam.* 18. Si filio obtigerit indulgentior facies. h. e. cui plus natura indulſit, vel ideo indulgentior, quia pulcris facile indulgemus.

Indulgenter, adv. *piacevolmente*, *corteſemente*, Ger. *mit nachlaſſung*, Gal. *avec indulgence*, Hiſp. *indulgentemente*, φιλοεργως, obſequenter, blande, ad nutum, & pro arbitrio alicujus. *Cic. Att. l.* 9. Ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potius loquar. *Liv. l.* 36. *c.* 14. Captivis indulgenter habitis. *Senec. l.* 4. *Benef. c.* 32. Dii alios indulgentius tractant. *Id. de conſol. ad Helv. c.* 5. Omnia quæ in me indulgentiſſime conferebat. *Solin. c.* 4. (*al.* 9.) Voluptati aurium indulgentiſſime deditus.

Indulgentĭa, æ, f. 1. *compiacimento*, *clemenza*, *corteſia*, חסלה, Ger. *nachlaſſung*, Gal. *indulgence*, Hiſp. *indulgencia*, φιλοεργία, obſequium, quædam lenitas propenſior patrum in filios, dominorum in ſervos, &c. *Cic.* 1. *de Leg.* Cum animus cognitis, perceptiſque virtutibus, a corporis obſequio, indulgentiaque diſceſſerit. *Quinct. l.* 1. *c.* 3. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis, & corporis frangit. ¶ Aliquando accipitur pro pulcritudine. *Stat.* Egregiæ tanta indulgentia formæ. Ponitur & pro clementia, beneficentia, liberalitate. *Plin. l.* 10. *ep.* 2. Videor ego ſummam voti mei conſecutus, cum inter initia principatus tui probaveris, me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere. ¶ Item pro pœnæ remiſſione. *Capitolin. in Pio c.* 6. His, quos Hadrianus damnaverat, indulgentias petiit. Adde *Plin. l.* 10. *ep.* 107. *ad Trajan.* ¶ Indulgentia fortunæ. *Liv. l.* 23. *c.* 1. ¶ Indulgentia cœli, *bontà di clima*, *buon' influſſo di cielo*. *Virg.* 2. *Georg.*

Indulgĕo, es, ſi, tum, n. 2. *compiacere*, *far coſa grata*, חמל, Germ. *nachlaſſen*, Gal. *être inaulgente*, Hiſp. *ſer indulgente*, χαπαχαρίζομαι, obſequor, conſentio, inſervio, facile concedo, plus æquo permitto. Eſt tertii ord. neut. *Cic. 5. Verr.* Cives Romanos coluit, his indulſit. ¶ Accipitur etiam pro operam dare, *attendere*. *Cic. Tironi*. Indulge valetudini tuæ. *Id. de Amic.* Indulgere novis amicitiis. ¶ Item pro obſequi, *condeſcendere*. *Sen. ep.* 8. Indulgere genio. ¶ *Plin. l.* 10. *ep.* 2. Indulgere precibus. *Plin. l.* 5. *epiſt.* 9. Indulgere dolori. Sic indulgere gaudio. *Id. l. eod.* ¶ Conſtruitur etiam cum accuſat. rei, & dat. perſonæ, & ſignificat *permettere*, *concedere*. *Sveton. Claud. c.* 24. Ornamenta conſularia etiam procuratoribus indulſit. ¶ Et cum infinito. *Plin. Jun. l.* 10. *epiſt.* Balneum fieri indulſit. ¶ Interdum cum ſolo accuſat. *Terent. Eun.* 2. 1. 16. Nimis me indulgeo. Sic *Lucil. l.* 3. Iram indulges nimis. ¶ Et cum ſolo ablat. ſed poeticum potius eſt. *Virg.* 4. *Georg.* Quod nec concubitu indulgent. Niſi forte *concubitu* dixit pro *concubitui*: quod & a Cicerone, & a Cæſare in hujuſmodi nominibus 4. declinat. factitatum, obſervat Erythræus in Indice Virgilii. ¶ *Martial. l.* 1. *epigr.* 105. Improbæ tigres Indulgent patientiam flagello. h. e. flagella libenter patiuntur. ¶ Invenitur etiam *indulgeor* paſſiv. *Gell. in præfat.* Quando animus eorum, interſtitione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuiſſet.

Indulgĭtas, tis, f. 3. idem ac indulgentia, apud vet. *Siſenna hiſt. l.* 3. apud *Non. c.* 2. *n.* 439. Baſſus affidua indulgitate victus.

Indultor, oris, qui indulget. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 9. *ad fin.* Malus jam, quando legis everſor; ſi bonus, cum legis indultor.

Indumentum, ti, n. *veſtimento*, מלבוש, Ger. *kleid*, Gal. *habillement*, Hiſp. *veſtido*, ἔνδυμα, veſtimentum, ab induo. *Gel. l.* 16. *c.* 19. Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus ſe in ſalum ejaculaverat, extitiſſe.

Indŭo, is, ui, utum, a. 3. *veſtire*, הלביש, Germ. *kleid aglegan*, Gal. *vetir*, *habeller*, Hiſp. *veſtir*, ἐνδύω, veſtio, a verbo Græco allato. Eſt 5. ordinis, ideſt, præter caſum perſonæ conſtruitur cum abl. ſine præp. ejus rei, quæ quis induitur. *Curt. l.* 7. *c.* 2. Depoſita veſte, quam habebat, Arabica induitur. ¶ Reperitur etiam in tertio ordine. *Cic.* 2. *Fin.* Ex ejus ſpoliis ſibi & torquem, & cognomen induit. ¶ Item in primo, cum unico acc. rei, in qua conſtructione accipitur etiam pro aſſumere. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 23. Quare talaria induamus. *Liv. l.* 3. Adeoque novum ingenium induerat. ¶ Item in quarto, ideſt, cum caſu perſonæ, & acc. rei, ſed ſolum apud Poetas, & Hiſtoricos, & duntaxat in voce paſſiva. *Virg.* 2. *Æn.* Androgei galeam, clypeique inſigne decorum induitur. *Curt. l.* 10. Itaque revocatus veſtem patris induitur. ¶ Sumitur etiam pro implicare. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 73. Quo qui intraverunt, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant. *Cic. 7. Verr. c.* 6. Sua confeſſione induatur, ac juguletur. ¶ Item pro onerare. *Col. l.* 4. *c.* 24. Nam ita ſe induunt uvis, ut nequeant capere maturitatem. ¶ Item pro convertere, transformare. *Cic.* 2. *de Div.* Cum autem ſe in nubem induerint. *Virg.* 1. *Georg. v.* 177. Cum ſe nux plurima ſylvis induet in florem. ¶ Item pro injicere, ſeu immittere. *Cic.* 4. *Acad.* Et in id ipſum ſe induit, quod timebat. *Id.* 4. *Verr.* Hic videte in quot laqueos ſe induerit. ¶ Induere animum bonis artibus, *fornire l' animo* &c. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 45. ¶ Induere eloquentiam alicui, *Petron. in Satyr. cap.* 4. h. e. docere aliquem eloquentiam. ¶ *Virg.* 10. *Æn. v.* 681. Induere ſe mucrone, *trafiggerſi*. ¶ Significat etiam in animum inducere, & ad affectiones refertur. *Claudian. de III. Conſ. Honor. v.* 157. Induc mente patrem. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 33. More gentico diverſa induere, *ſi perſuaſero chi d' una coſa*, *chi d' un' altra*. *Id. An.* 12. *c.* 40. Induere hoſtilia. ¶ Induere perſonam alicujus, *rappreſentare*. *Cic.* 3. *Off.* & *Tuſcul.* 5. ¶ Induere ſe Republica, *porſi negli affari della Repubblica*. *Senec. de Clem.* ¶ Induere munia Ducis, *far le parti di Capitano*. *Tacit. Annal.* 1. *c.* 69. ¶ Induere ſeditionem, *mover ſedizione*. *Id.* 2. *Ann. c.* 15. ¶ Induere iras, *h. e.* ſumere. *Sid. l.* 1. 38.

Indupedĭo, a. 4. impedio, apud vet. *Lucr. l.* 4. *v.* 68. Quanto minus indupediri pauca queunt. ¶ Legitur & *endopedio*.

Indupedĭtus, a, um, impeditus. *Lucret. l.* 2. *v.* 101. Indupedita ſuis perplexis ipſa figuris.

Induperātor, is, m. 3. Imperator, apud Poetas. *Juven. Sat.* 4. *v.* 29. Quales tunc epulas ipſum gluriſſe putamus Induperatorem? Adde *Lucret. l.* 5. *v.* 1226. ¶ Legitur & *endoperator*.

Indurātus, a, um, adject. *indurato*. *Stat.* 3. *Theb. c.* 64. Robora indurata flammis. *Liv.* 30. 18. Induratus præter ſpem reſiſtendo hoſtium timor. *Sen. l.* 1. *de Ira*, *c.* 11. Germanis quid induratius ad omnem patientiam?

Indureſco, is, n. 3. *divenir duro*, קשח, Germ. *hart vverdent*, Gal. *s' en durcir*, Hiſp. *enduecerſe*, σκληρύνομαι, durus fio. *Col. l.* 2. *c.* 21. Antequam ex toto grana indureſcant. *Quintil. l.* 1. *c.* 3. Frangas citius, quam corrigas, quæ in pravum indurruerunt.

Indūro, as, a. 1. *indurare*, *far duro*, הקשה, Germ. *hart machen*, Gall. *endurcir*, Hiſp. *endurecer*, σκληρύνω, durum facio. *Plin. l.* 15. *c.* 17. Punica aqua marina fervente indurari oportet.

Indus, m. 2. *Indo*, *Indu*, *Hiind*, incol. *Sinde*, Cambajenſibus *Inder*, circa oſtia *Diul*, Ἰνδός, flu. maximus Aſiæ, in India, quæ ab eo nominata eſt. Oritur ex Paropamiſo monte Tauri parte exceliſſima, in provincia Caſſimera, in dominio Magni Mogolis, verſus confinia Tartariæ, longoque decurſu in Meridiem fluens, pluribus oſtiis in Oceanum Indicum ſe exonerat, prope Tattam, inter Regnum Guzaratæ, & confinia Perſiæ, juxta ſinum Indicum ab eo dictum, Baracenque inſulam efficit. V. *Plin. l.* 6. *c.* 20. & *Curt. l.* 8. *c.* 9. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 720. Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas.

Indus, i, m. 2. Indiæ accola, *Indiano*, ut diſcolor Indus, *Ov.* 5. *Triſt. el.* 3. *v.* 24. Colorati Indi, *Virg.* 4. *Georg. v.* 293. h. e. fuſci propter Solis ardorem.

Indufiārius, m. 2. *chi fa camicie*, qui conficit indufia. *Plaut. Aul.* 3. 5. 35. Patagiarii, indufiarii, flammearii, violarii.

Indufiātas, æ, f. idem ac indufium. *Plaut. Epid.* 2. 2. 45. Indufiatam, patagiatam, &c. ¶ Apud *Var. l.* 4. *L. L.* ſcribitur intufiata. Ejus verba ſunt: Unum, quod foris, ac palam, palla; alterum quod intus, a quo intufium: id quod Plautus dicit intufiatam.

Indufiātus, a, a, um, *chi veſte camicia*, qui indufio eſt indutus. *Apul. l.* 2. *Mileſ.* Pueri pulcre indufiati. Et *l.* 10. Indufiatus adoleſcens.

Indufio, as, avi, atum, a. 1. induo, veſtio. *Capel. l.* 1. Cum ipſum tonantem induviis indufiari cernerent.

Indufium, fii, n. *camicia*, χιτωνίσκος, genus veſtis, ab intus, quaſi intuſium, quod intus, & mox ſupra carnem ſumebatur. Aliqui derivant ab *induo*. *Non. c.* 14. *n.* 18. & *Var. l.* 4. *de L. L.* ſcribitur & intufium.

Induſtrĭa, æ, f. 1. *induſtria*, *arte*, *ingegno*, דיות, Ger. *geſchickligkeit*, Gal. *induſtrie*, Hiſp. *induſtria*, φιλοτεχνία, ſtudium, ingenium, ars, promptitudo quædam, & habilitas ad aliquid faciendum. *Cic. in Or.* Quare non eſt, cur eorum, qui ſe ſtudio Eloquentiæ dediderunt, ſpes infringatur, aut langueſcat induſtria. *Id.* 3. *Fam.* Qui in ſcribendo tantum induſtriæ ponam. ¶ In plurali num. *Plaut. Moſtell.* 2. 1. 1. Summis opibus atque induſtriis me periiſſe cupit. ¶ *De induſtria*, vel *ex induſtria* aliquid facere, eſt dedita opera, *appoſta*. *Cic.* 1. *Off.* At illæ quidem injuriæ, quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur. *Liv. l.* 26. *c. ult.* Ex induſtria famam captæ Carthaginis compreſſerant.

Induſtrĭe, adv. *induſtrioſamente*, *diligentemente*, τεχνικῶς, ſtudioſe, ingenioſe. *Aucl. ad Her. l.* 1. Dabimus operam, ut nihilo minus induſtrie, quam rei utilitas poſtulabit, quæſiſſe videamur. ¶ Comp. induſtrius. *Cic. pro Dom. c.* 11. Quis apud Populum Rom. de illius dignitate induſtrius, quis in Senatu ſæpius dixit?

Induſtriōſe, adv. idem ac induſtrie. *Cat. l.* 1. *Orig.* apud *Charif.* Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur. *Auctor vitæ Juvenalis*, *quæ Suetonio tribuitur a quibuſdam*. Genus ſcripturæ induſtrioſe excoluit.

Induſtriōſus, a, um, adject. idem ac induſtrius. *Sen. de Provid. c.* 2. Induſtrioſo otium pœna eſt. Adde *Valer. l.* 3. *c.* 4. *n.* 2.

Induſtrĭus, a, um, *induſtrioſo*, שוקר, Ger. *geſchikt*, Gall. *induſtrieux*, Hiſp. *induſtrioſo*, φιλόπονος, qui multæ induſtriæ eſt, diligens, qui eſt prompto ingenio ad aliquid faciendum, ab *indu* pro *in*, & *ſtruo*, quia ut *Feſtus* ait, quicquid agit, intro ſtruit, & ſtudet domi. *Cic. Pro L. Man.* Deinde cæteris ex ordinibus homines navi, & induſtrii partim in Aſia negotiantur. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 71. Quo neque induſtrior de juventute erat arte gymnaſtica, diſco, haſtis, &c.

Indutĭlis, le, adject. qui indui poteſt, *Cato R. R. c.* 135. Vomis indutilis optimus erit.

Indutorius, a, um, ad induendum pertinens, ut Indutoria pellis, apud *Jul. Paul. lib.* 3. *ſententiar. tit.* 7. *a med.*

Indūtus, a, um, *veſtito*, περιβεβλημένος, veſtitus, partic. ab induor. *Auct. ad Her. l.* 4. Palla inaurata indutus. *Curt. l.* 7. *c.* 5. Thoracem indutus procedit ad milites.

Indūtus, us, m. veſtitus. *Tac. l.* 16. *Ann. c.* 4. Niſi ea, quam indutui gerebat, veſte detergeret.

Induvĭæ, arum, f. 1. *veſtimenti*, ἐνδύματα, indumenta, quibus quis induitur, ab induo, ſicut exuviæ ab exuo. *Plaut. Men.* 1. 3. 9. Induviæ tuæ, atque uxoris exuviæ, roſa.

Induvĭum, vii, n. 2. idem ac induviæ. Translate dicitur de cortice arboris. Nam arbor cortice induitur. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Utilem ſibi, arboriſque induviis circulum mira pernicitate homine ſubeunte.

Inebræ aves, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent, ab inhibendo, quod inhibeant. Nam generatim omnia inebra appellantur, quæ tardant, vel morantur agentem. *Feſt.* Antique etiam enebræ, ſeu enibræ, ſeu enubræ dicebantur. Nam ut *Menerva* dicebant pro *Minerva*, ita & *enubro* pro *inhibenti*, eodem *Feſto* teſte.

Inebriātor, oris, m. qui inebriat. *Tert. l.* 5. *adv. Marc. c.* 18. Inebriatores increpantur.

Inebrĭo, as, avi, atum, a. 1. *inebriare*, הרוה, Germ. *truncken machen*, Gal. *enivrer*, Hiſ. *embriagar*, *emborrachar*, μεθύσκω, ebrium reddo. *Plin. lib.* 12. *c.* 22. Palma, quæ vocatur adipſos, veſcentes inebriat. *Juven. Sat.* 9. *v.* 113. Miſerani vinoſus inebriet aurem. h. e. impleat, garrulitate obtundat, ut ebrii ſolent.

Inedĭa, æ, f. 1. *dieta*, *digiuno*, רעבון, Ger. *hunger*, Gal. *famine*, *faute de manger*, & *de boire*, Hiſp. *hambre*, ἀσιτία, abſtinentia a cibo, & tempus, quo quis ab edendo abſtinuit, ab *in*, & *edo*. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 27. Vigiliis, & inedia necatus. ¶ Differt a fame; nam fames ſemper eſt cum cupiditate edendi, inedia non item, ut in ægrotis, & in iis, qui voluntaria ciborum abſtinentia ſibi mortem inferunt.

Ineditus, a, um, non editus, non promulgatus, ἀνέκδοτος. *Ovid.* 4. *de Pont. el.* 16. *v.* 39. Eſſent & juvenes, quorum quod inedita cura eſt, Appellandorum nil mihi juris adeſt.

Ineffabĭlis, le, o. 3. *ineffabile*, *che non ſi può eſprimere*, Ger. *unausſprechtlich*, Gal. *ineffable*, Hiſp. *inefable*. ἀνεκφώνητος, quod effari non poſſis, aut exprimere. *Plin. in præf. l.* 1. Populorum ejus, oppidorumque nomina vel maxime ſunt ineffabilia. Adde *l.* 28. *c.* 2. & *Apul. lib.* 8. *A. A.*

Ineffabilĭter, adv. *ineffabilemente*. *Aug. Ench. c.* 89. Deus ineffabiliter artifex.

Inefficacĭter, adv. non efficaciter. *Leg.* 2. *ff. Quæ ſent. ſine appel. reſcind.* inefficaciter condemnatur.

Inefficax, cis, o. *debole*, ἀνενεργής, quod vim aliquid efficiendi non habet. *Plin. l.* 34. *c.* 11. Fit & ex candido ære ſquama, Cypria longe inefficacior. *Sen. l.* 1. *de Ira*, *c.* 10. Ratio ſine affectu inefficax. *Inſcript.* apud *Grut. p.* 4. 15. *n.* 10. Parentes inefficacitſimi. h. e. ſine liberis.

Ineffigiabĭlis, le, adject. qui effingi non poteſt. *Tert. de anim. cap.* 24. Anima inviſibilis, ineffigiabilis.

Ineffigiātus, a, um, *ſenza forma*, *che non ha alcuna effigie*, Ger. *ungeſtalt*, Gal. *qui n' a nulle forme*, Hiſp. *ſin forma*, ἄμορφος, quod eſt informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem. *Gell. l.* 17. *c.* 10. Namque ut illa beſtia totum ederet ineffigiatum, informemque.

Ineffugĭbĭlis, le, adject. *inevitabile*. *Apul. de Mundo*, *ad fin.* Ineffugibilis neceſſitas ultionis.

Inela-

Inelaborātus, a, um, *senza politezza*, ἀνήκατος, artificio non satis excultus. *Quint. l.* 4. *c.* 1. Sed sæpe simplici, atque inelaboratæ similis. *Sen. de Tranquil. c.* 1. Inelaborata oratio.

Inelĕgans, tis, o. ροζζο, *senza eleganza*, Ger. *ungezieret*, Gal. *qui n'est point poly*, *qui n'a point de grace*, Hisp. *no elegante*, *ni galan*, ἄκομψος, quod non est elegans, sine elegantia. *Cic. in Brut. c.* 81. Ineratque & ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia.

Ineleganter, adv. *rozzamente*, ἀκόμψως, sine elegantia. *Cic.* 2. *Fin. c.* 9. Primum divisit ineleganter.

Inelŏquens, tis, adject. non eloquens. *Lactant. de opif. Dei, c. ult.* Tullius eloquentiæ unicum exemplar, ab indoctis, & ineloquentibus, qui tamen pro vero nitebantur, sæpe superatus est.

Ineloquibĭlis, le, adject. ineffabilis. *Lactant. l.* 7. *c.* 12. Ineloquibilis, & divinus fructus.

Ineluctabĭlis, le, o. 3. *invincibile*, *che non si può domare*, Germ. *unubevvintlinch*, Gal. *invincible*, Hisp. *invencible*, ἀκαταγωνιστὸς, quod domari, & lucta vinci non potest, & generatim quod est insuperabile, & translate quod non potest vitari. *Virg.* 8. *Æn. v.* 334. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. Adde *Vellei. l.* 2. *c.* 57.

Inemendabĭlis, le, o. 3. *incorreggibile*, Ger. *nichtzuendern*, Gal. *incorrigible*, Hisp. *incorrigible*, ἀδιόρθωτος, quod emendari non potest. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. *in fine*. Pravitas inemendabilis. *Sen. l.* 3. *de Ira*, *c.* 41. Inemendabilis affectus, cum ex ira in odium occalluit.

Inemeribĭlis, le, adject. *che non si può meritare*. *Ter. de resurrect. ear. c.* 18.

Inemorĭor, eris, tuus sum, dep. 3. immorior, in aliqua re morior, ἐπιθνήσκω. *Hor. Epod.* 5. *v.* 34. Inemori spectaculo.

Inemptus, a, um, *non comprato*, ἀώνητος, non emptus. *Virg.* 4. *Georg. v.* 133. Dapibus mensas onerabat inemptis.

Inenarrabĭlis, le, o. 3. *che non si può narrare*, *o raccontare*, Germ. *nicht zu sagen*, Gal. *inenarrable*, Hisp. *inenarrable*, ἀνεκφράστος, ἀνεκδιήγητος, quod enarrari non potest. *Plin. l.* 8. *c.* 7. Sed Pompejani amissa fugæ spe misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes, supplicavere. Adde *Quin. l.* 11. *cir. fin. Sen. l.* 3. *Qu. nat. c.* 22.

Inenatabĭlis, le, adject. qui enatari non potest, ut inenatabile profundum, apud *Tert. de Idololat. c. ult.*

Inenarrabiliter, adv. *indicibilmente*. *Liv. l.* 41. *c.* 15. Jecur omne inenarrabiliter absumptum.

Inenarrātus, a, um, non narratus. *Gel. l.* 12. *c.* 6. Quod inenarratum relinquamus.

Inenodabĭlis, le, o. 3. *che non si può snodare*, *o sciogliere*, Ger. *unauflöeslich*, Gal. *qu'on ne peut denouer*, Hisp. *que no se puede desenredar*, ἀκατάλυτος, quod enodari, & dissolvi non potest, inextricabile, perplexum. *Cic. de Fato*, *c.* 9. Et uno tempore suscipiat res duas inenodabiles.

Inenormis, e, adject. non enormis. *Apul. l.* 2. *A. A. sub init.* Inenormis proceritas, rubor temperatus.

Inĕo, is, ivi, vel ii, itum, n. 4. *entrare*, בוא, Germ. *hineinen gehen*, Gall. *entrer dedans*, Hisp. *entrar dentro*, εἰσέρχομαι, ingredior. *Cic. pro Balbo*. Ne quis castra Imperatoris iniret. *Liv. lib.* 24. *c.* 9. Inire in urbem. ¶ Interdum est aggredi, corripere. *Plaut.* apud *Fest.* Iniit te unquam febris? ¶ Interdum inchoare, incipere. *Ter. Andr.* 5. 1. 5. Ut beneficium verbis initum dudum nunc re comprobes. *Virg. Ecl.* 4. *v.* 11. Decus hoc ævi te consule inivit. ¶ Interdum suscipere, ingredi. *Cic.* 5. *Phil.* Primus in hoc ordine esse, quoad Magistratum iniret. *Id.* 1. *Off.* Ut caveat, ne prælium ineat. ¶ Interdum coire, concumbere. *Var.* 2. *de R. R. c.* 7. Et coegisset matrem inire. *Plin. l.* 8. *c.* 40. Si ineantur opportuno, & commodo tempore. ¶ Causam, & rationem alicujus rei inire, est cogitando invenire. *Liv. l.* 4. *bel. Mac.* Atque ego nonnullarum cupiditatum ne causam quidem, aut rationem inire possum. ¶ Consilium inire, est capere. *Cic.* Nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur. ¶ Gratiam ab aliquo inire, est ejus benevolentiam demereri. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 9. Jam cum bonis omnibus summam ineant gratiam. ¶ Nexum inire, est vinciri, devinciri, illigari, astringi, detineri. *Liv. l.* 7. Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. ¶ Rationem inire, est viam, ac modum aliquid agendi quærere. *Ter. Heaut.* 4. 27. Ratio de integro ineunda est mihi. ¶ Significat etiam subducere, computum facere, *far'i conti*. *Cic. in Rull.* Ineatur ratio quæstus de vestra pecunia. *Cato de R. R.* Rationem inire oportet operarum dierum. ¶ Inire numerum, pro numerare, aut numerum colligere. *Liv. l.* 38. *c.* 23. Numerus intertectorum haud facile iniri potuit. ¶ Inire mensuras agrorum, h. e agros metiri. *Col. l.* 5. *c.* 3. ¶ Inire imperia alicujus, pro imperiis obedire. *Stat. l.* 1. *Achil.* Dominique negat captivus inire imperia. ¶ Inire inducias, pro facere. *Plin. Paneg.* ¶ Inire negotiationem, pro negotiari. *Leg. si negotia*, *ff. de negot. gest.* ¶ Inire pugnam, prælium, *porsi in battaglia*, *combattere*. *Virg. Liv.* ¶ Inire societatem cum aliquo, *far società*. *Plane. Cic. l.* 10. *Fam.* ¶ Inire convivia, *far banchetti*. *Suet. in Claud. c.* 35. ¶ Inire somnum, pro capere. *Virg. Ecl.* 1. ¶ Inire viam, *mettersi in istrada*, *Ovid. Propert. Cic.* ¶ Inire æstimationem alicujus rei, *stimare*, *far giudizio di alcuna cosa*. *Sen. l.* 5. *de Benef. c.* 8. ¶ Inire dapes cum aliquo, *banchettare*. *Stat. l.* 1. *Silv.* 6. ¶ Legitur etiam pass. *ineor*, *iris*. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Ineuntur a partu sexto mense.

Ineopte, eo ipso. *Festus*.

Inepte, adv. *sciocamente*, Ger. *ungeschicklich*, Gal. *ineptement*, Hisp. *neciamente*, ἀναρμόστως, minus apte, imprudenter. *Cic.* 1. *Acad. c.* 4. Inepte quisque Minervam docet. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Ineptissime fieri.

Ineptĭa, æ, f. 1. *sciocchezza*, סכלות, Ger. *ungeschicklichkeit*, Gal. *ineptie*, Hisp. *inepcia*, ἀπαιρκαλία, inconvenientia, absurditas, ab ineptus. *Plaut. Merc. prol. v.* 26. Ineptia, stultitiaque adeo, & temeritas. ¶ Fere tamen pluraliter usurpatur. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 37. Pellantur istæ ineptiæ pene aniles.

Ineptĭo, is, ivi, itum, n. 4. *far cose sconcie*, *far cose sciocche*, נהבל, Ger. *narrenpossen treiben*, Gal. *rever*, Hisp. *hazer*, *o hezir decedades*, ineptias facio, dico, aut facio, quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque personis convenit. *Lactan. de Opif.* Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus. *Ter. Phorm.* 2. 3. 73. Haud desinam. Ph. ineptis.

Ineptiŏla, æ, f. diminut. ab ineptia. *Auson. epist. Idyl.* 11. *præmissa*. Fuit ineptiolæ hujus ista materia.

Ineptitūdo, inis, f. 3. idem ac ineptia. *Cæcil.* apud *Non.*

Ineptus, a, um, *sciocco*, Ger. *ungeschikt*, Gal. *inepte*, *non propre*, Hisp. *inepto*, ἀπαιρόκαλος, qui non est aptus, qui a quovis reprehendi potest, qui sui, aliorumque rei, loci, temporis, modi nec habet, nec callet rationem. *Cic.* 2. *de Or. c.* 4. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus. Idque in sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur, &c. *Id. de Leg.* Est in loquendo multus, & ineptus ad summam impudentiam. *Catul. carm.* 40. Risu inepto res ineptior nulla est. *Quint. l.* 11. *c.* 3. *de actione oratoria*: Discursare ineptissimum. *Hor. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 32. Sine, vivat ineptus. *Cic. Att. l.* 16. Longum iter, & via inepta. h. e. incommoda, difficilis.

Inequitabĭlis, le, adject. qui equo adiri non potest. *Curt. l.* 8. *c.* 14. Imber campos lubricos, & inequitabiles fecerat.

Inequĭto, as, n. 1. idem ac equito. *Apul. l.* 6. *Metam.* Aurora commodum inequitante. ¶ Translate pro insultare. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 15. Quæ ergo (Medicina) conjicit de carne lutulenta, audet inequitare Philosophiæ de incorporeis, & vere divinis tractanti.

Inerctus, a, um, indivisus. *Fest.* Inercta, indivisa. Sed aliqui legunt *Increta*. Et sane *erctum* non notat divisum, sed patrimonium, hæreditatem.

Inermis, me, o. 3. *senz'arme*, *disarmato*, Germ. *vverloff*, Gal. *desarme*, Hisp. *desarmado*, ἄνοπλος, non armatus. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *ad fin.* Vel licet armatis hostis inermis eat. *Id. ib. eleg.* 6. *v.* 32. Vel testudineæ carmen inerme lyræ. *Cic. ad Brut. epist.* 10. Perterritos, inermes, saucios non sunt persecuti. ¶ Translate *Id.* 1. *Fin.* Inermis in philosophia.

Inermo, as, a. 1. *disarmare*, armis spolio. *Fest.*

Inermus, a, um, idem ac inermis. *Virg.* 12. *Æn. v.* 131. Et vulgus inermum, invalidique senes. *Sal. in Jug.* Neque quenquam decere, qui manus armaverat, ab inermis pedibus auxilium petere. Adde *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 12.

Inerrabĭlis, le, non errans. *Apulej. l.* 1. *de dogm. Plat.* Globorum cœlestium supremum esse eum, qui inerrabili meatu censetur.

Inerrans, antis, o. 3. ἀπλανὴς, non errans. Unde inerrantes stellæ dicuntur, quæ & fixæ appellantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 21. Sequitur stellarum inerrantium maxima multitudo. *Id. ib.* Nec vero eæ stellæ, quæ inerrantes vocantur, non significant eandem mentem, atque prudentiam, quarum est quotidiana conveniens, constansque conversio.

Inerro, n. 1. ἐμπλανάομαι, idem ac erro, vel in loco quopiam erro, quia præposit. *in* interdum privat, interdum otiosa est. *Plin. lib.* 1. *ep.* 6. Non magis Dianam montibus, quam Minervam inerrare.

Iners, tis, o. 3. *senz'arte*, Ger. *kunstlos*, Gal. *sans ars*, Hisp. *sin arte*, ἄτεχνος, qui nullam exercet artem. *Cic. Fin. l.* 2. *c.* 34. Sed lustremus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus nominabantur. ¶ Generatim dicitur de nihil agente, nihil moliente, otioso, deside, quasi nullam artem exercente. *Cic. de Senect.* Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavæ, somniculosæ senectutis. *Id. de Fato*. Recte genus hoc interrogationis ignavum, atque iners nominatum est. *Plin. l.* 8. *c.* 21. Iners membris. *Col. l.* 6. *c.* 27. Iners in Venerem. ¶ Comp. inertior, sup. incrtissimus. *Cic.* 4. *Ver. ad fin.* At homo inertior, ignavior. *Id. l.* 1. *Fin. c.* 2. Rudem esse in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut &c. ¶ Ponitur etiam pro rudi. *Hor. ad Pison. ad fin.* Vir bonus, & prudens versus reprehendet inertes. ¶ *Id. l.* 3. *od.* 4. terram inertem, dixit, *h. e.* gravem, quæ non movetur. *Id. l.* 2. *Sat.* 6. *v.* 61. Inertes horæ, h. e. quas otiosi transigimus. Sic frigus iners dicitur ab *Ovid.* 8. *Metam.* quod inertes facit. ¶ Rursus *Hor. l.* 2. *Sat.* 4. inertem carnem. h. e. insipidam: quo sensu *Plin.* dixit Sal iners. ¶ Aliquando in bonam partem accipitur. *Tibul. el.* 1. *v.* 5. Me mea paupertas vitæ traducat inerti. h. e. placidæ, quietæ. ¶ In ablat. habet *inerte*, & *inerti*. *Ovid.* 1. *de Pont. el.* 6. *v.* 7. carminis usus Deficit, estque minor factus inerte situ.

Inertĭa, æ, s. 1. *pigrizia*, *poltroneria*, עצלות, Germ. *faulheit*, Gal. *paresse*, Hisp. *baronia*, ῥᾳθυμία, proprie artis ignorationem significat, accipitur tamen pro ignavia, socordia, desidia. *Cic. in Partit. c.* 10. Aut quemadmodum affecti sunt virtutibus, vitiis, artibus, inertiis. *Idem* 1. *de Orat.* Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ nostræ.

Inerticŭla, s. 1. ἀμέθυστος, vitis genus est, vinum ferens nervis innoxium, ab *iners*, quod iners habeatur in tentandis nervis. *Col. l.* 3. *c.* 2. Inerticula tamen nigra, quam quidam Græci amethystion appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod & boni vini est, & innoxia. Adde *Plin. l.* 14. *c.* 2.

Inerudīte, adv. *rozzamente*, non erudite, ἀπαιδεύτως. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Non inerudite ficta materia. *Gel. l.* 7. *c.* 3. Cato inerudite principio nimis insolenti usus est.

Ineruditus, a, um, *ignorante*, ἀμαθὴς, non eruditus. *Cic.* 1. *de Fin.* Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui &c. *Id.* 4. *Acad.* Modo nequis illud tam ineruditum, absurdumque respondeat. *Suet. de clar. Gram. c.* 15. Præterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem.

Inescatorĭum, ii, n. 2. *adescamento*. *Sarisber. l.* 3. *c.* 7. Gratia inescatorium est lucri.

Inescātus, a, um, δελεασθὶς, esca captus, & translate deceptus, partic. ab inesco. *Liv. l.* 22. *c.* 4. Quin potius credere velut inescatam temeritatem ferocioris Consulis.

Inesco, as, a. 1. *adescare*, פתה, Germ. *locken*, Gal. *amorcer*, Hisp. *cevar*, δελεάζω, decipio, & proprie est pisces, & aves esca captare. Translate sumitur pro decipere in genere. *Ter. Adel.* 2. 2. 12. Nescis inescare homines.

Inevectus, a, um, adject. idem ac evectus. *Virg. in culice*, *v.* 335. Cur aliquis propriæ fortunæ munere dives Tendit inevectus cœlum super?

Inevitabĭlis, & le, o. 3. *inevitabile*, ἄδραστος, quod vitari non potest. *Ovid. ad Liviam*, *v.* 443. Sed rigidum jus est, & inevitabile mortis. *Curt. l.* 4. *c.* 6. Inevitabile fatum.

Inevitabiliter, adv. *inevitabilmente*. *August. Enchir. c.* 13. Inevitabiliter nos compellit.

Inevolūtus, a, um, adject. non evolutus. *Mart. l.* 11. *epigr.* 1. *ad librum suum*: Vadas, & redeas inevolutus.

Inexaminātus, a, um, adject. *non esaminato*. *Firmic. l.* 1. *c.* 2. Inexaminatæ partis allegationes.

Inexcitabĭlis, le, adject. qui excitari non potest. *Sen. ep.* 83. Oppressus inexcitabili somno.

Inexcītus, a, um, adject. non excitus, non excitatus. *Virg.* 7. *Æn. v.* 623. Ardet inexcita Ausonia, atque immobilis ante.

Inexcogitabĭlis, le, adject. *inescogitabile*, qui excogitari non potest. *Lactant. l.* 1. *c.* 8. inexcogitabilis, & nulli alii satis notus. Adde *Tert. adv. Valentin. c.* 27.

Inexcogitātus, *impensato*, quod excogitatum, & præmeditatum non est. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Novum, & inexcogitatum antea, posteaque remedium invenit ille Rex.

Inexcultus, a, um, *incolto*, *rozzo*, ἄκομψος, ἀπέργαστος, inornatus. *Gel. l.* 13. *c.* 22. Villas suas inexcultas, & rudes, ne tectorio quidem præditas fuisse dicit.

Inexcusabĭlis, le, o. 3. *inescusabile*, Ger. *nichtzu entschuldigen*, Gal. *inescusable*, Hisp. *inescusable*, ἀναπολόγητος, quod excusari non potest. *Ovid. 7. Met. v.* 511. Gratia diis felix, & inexcusabile tempus. h. e. in quo nulla excusatio afferri potest.

Inexercitātus, a, um, *non esercitato*, Ger. *ungeveht*, Gal. *qui n'est point exercité*, Hisp. *no exercitado*, ἀγύμναστος, non exercitatus. *Cic. de Senect. c.* 18. Nec tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse.

Inexercĭtus, a, um, idem ac inexercitatus. *Macrob. l.* 7. *Saturn. cap.* 8.

Di-

Disarium nostrum inexercitum non relinquo. Affertur & locus *Cicer. Tusc.* 5. *c.* 39. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum Philosophum. Sed mira hic lectionum varietas.

Inexēsus, a, um, adject. non exesus. *Minut. Felix in Octav.* Pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.

Inexhaustus, a, um, *che non si può votare*, Ger. *unerschoepfflich*, Gal. *inepuisable*, Hisp. *inexausto*, ἀνεξάντλητος, quod exhauriri non potest, nunquam desinens. *Cic.* 3. *Fin. c.* 2. Erat enim in eo inexhausta aviditas legendi. ¶ Inexhausta metalla, mineræ, quæ exhauriri non possunt præ abundantia. *Virg.* 8. *Æn.* Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Inexorabĭlis, le, o. 3. *che non si può placare*, Germ. *unerbittlich*, Gall. *inexorable*, Hisp. *inexorable*, ἀπαραίτητος, Implacabilis, qui exorari non potest. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 2. In literis mittendis nimium te inexorabilem præbuisti.

Inexorātus, a, um, adject. non rogatus, apud *Arnob. l.* 3. his verbis, Hoc est proprium Dei, inexorata beneficia præbere.

Inexperientĭa, æ, f. *inesperienza*. *Tert. de Anim. c.* 20. Obtundunt inscitiæ, inexperientiæ, otia, vitia.

Inexperrectus, a, um, *non svegliato*, non experrectus. *Ovid.* 12. *Met. v.* 317. In tanto fremitu cunctis sine fine jacebat sopitus venis, & inexperrectus Aphydnas.

Inexpertus, a, um, *non provato*, Germ. *unerfahren*, Gal. *inexprimenté*, Hisp. *inexperto*, ἄπειρος, non expertus, intentatus. *Virg.* 4. *Æn.* Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. *Plin. l.* 8. *ep.* 14. Genus quæstionis inexpertum. *Tac.* 2. *hist. c.* 75. Legiones civili bello inexpertæ. *Liv. l.* 23. Exercitus bonis inexpertus, atque insuetus. *Id. l.* 6. Animus ad contumeliam inexpertus.

Inexpiabĭlis, le, o. 3. *inespiabile*, *che non si può purgare*, Germ. *unversöhnlich*, Gal. *inexpiable*, Hisp. *que no se puede limpiar*, ἀνίλαστος, quod expiari non potest. *Cic.* 1. *Tusc.* Nec inviolatas tam inexpiabili religione sanxissent. ¶ Translate sumitur pro æterno, indelebili. *Liv. l.* 39. *c.* 51. Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. *Id. l.* 4. *c.* 35. Inexpiabile bellum. h. e. implacabile.

Inexplanātus, a, um, *impedito*, non planatus, impeditus, ut Inexplanata lingua. h. e. impedita. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Metellum Pontificem linguæ adeo inexplanatæ fuisse accipimus.

Inexplebĭlis, le, o. 3. *che non si può empire*, *insaziabile*, Ger. *nicht zuerfuellen*, Gal. *qu'on ne peut assouvir*, Hisp. *que no se puede saciar*, ἀσυμπλήρωτος, quod expleri non potest, insatiabile. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 6. Omnia rapide appetentem cum inexplebili cupiditate.

Inexplētus, a, um, non expletus, non completus, inexplebilis. *Stat.* 8. *Theb. v.* 667. Cædes inexpletæ. hoc est, nondum completæ. ¶ Inexpletum reperitur pro inexplebiliter. *Virg.* 8. *Æn. v.* 559. Inexpletum lacrymans.

Inexplicabĭlis, le, o. 3. *inesplicabile*, *inviluppato*, Ger. *nicht zu ercklaeren*, Gal. *inexplicable*, Hisp. *inexplicable*, ἄλυτος, ἀδιέξιτητος, quod explicari non potest, unde se se quis facile extricare nequit. *Quint. l.* 5. *c.* 10. Laquei inexplicabiles. *Plin. l.* 5. *c.* 5. Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. ¶ Et translate *Plin. l.* 21. *c.* 2. De generibus singulis dicere, immensum, & inexplicabile est. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 3. O rem difficilem, & inexplicabilem!

Inexplicabiliter, adv. *inesplicabilmente*. *Apul. l.* 2. *Mileſ. ſub fin.* Cætera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia. h. e. ita ut explicari verbis non possint.

Inexplicātus, a, um, adject. inexplicabilis, non explicatus. *Arnob. l.* 7. Inexplicatum quid, & intactum relinquere.

Inexplicĭtus, a, um, idem ac inexplicabilis. *Mart. l.* 9. *epigr.* 48. Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas.

Inexplorāte, adv. ἀκαταλόκτως, sine exploratione, & inquisitione. *Cel. l.* 5. *c.* 19. Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur.

Inexplorāto, adv. idem ac inexplorate. *Liv. l.* 21. *c.* 25. Ibi inexplorato profectus, in insidias præcipitatus &c. *Id. l.* 22. *c.* 4. Inexplorato angustiis superatis.

Inexplorātus, a, um, *oscuro*, *non investigato*, ἀκατασκέπτος, non exploratus. *Liv. l.* 26. *c.* 48. Non altitudo mœnium, non inexplorata stagni vada. ¶ Accipitur interdum pro incerto, & incomperto. *Plin. l.* 35. *c.* 6. Inexploratæ adhuc inventionis mihi.

Inexpugnabĭlis, le, o. 3. *inespugnabile*, Ger. *nicht zu gewinnen*, Gall. *inexpugnable*, Hisp. *inexpugnable*, ἀνάλωτος, quod expugnari non potest. *Liv. l.* 2. *c.* 7. Ibi alto, & munito loco arcem inexpugnabilem fore. ¶ Et translate. *Cic.* 5. *Tusc.* Volumus enim, eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum, atque munitum.

Inexpugnātus, a, um, adject. non expugnatus, non victus. *Paulin. Nolan. epist.* 18. *ad Victric. n.* 5. Voluntas sanctis operibus, & pio ministratu inexpugnata.

Inexputabĭlis, le, o. 3. *innumerabile*, ἀσυλλόγιστος, quod numerari non potest. *Col. l.* 9. *c.* 4. Nam inexputabilis erat numerus.

Inexsaturabĭlis, le, adject. *insaziabile*, Ger. *unersettig*, Gal. *insatiable*, Hisp. *insaciable*, ἀπλήρωτος. *Virg.* 5. *Æn. v.* 781. Junonis gravis ira, & inexsaturabile pectus. *Arnob. l.* 2. Inexsaturabilis appetitus.

Inexspectātus, a, um, adject. *inaspettato*, ἀπροσδόκητος, *Senec. ep.* 107. Nihil insolitum, nihil inexpectatum est. *Ovid.* 12. *Met. v.* 61. inexpectatus in armis Hostis adest.

Inexstinguibĭlis, le, adject. *inestinguibile*, qui extingui non potest. *Lactant. l.* 7. *c.* 19. Flamma inexstinguibilis. ¶ Translate *Var. apud Non. exp.* 2. *n.* 479. Mala consuetudo diu importata est inextinguibilis.

Inexstinctus, a, um, adject. *non estinto*. *Ovid.* 6. *Fast. v.* 297. Ignis inextinctus templo celatur in illo.

Inexstirpabĭlis, le, adject. *che non si può estirpare*. *Plin. l.* 15. *c.* 20. Radices multæ, atque altæ, & ideo inexstirpabiles.

Inexsuperabĭlis, le, o. 3. *insuperabile*, *che non si può vincere*, ἀνυπέρβλητος, quod superari non potest. *Liv. l.* 5. *de Alpibus*. Quas inexsuperabiles vias, haud equidem miror. *Id. l.* 8. Inexsuperabilis vis fati.

Inexterminabĭlis, le, adject. qui exterminari non potest. *Claud. Mamert. l.* 2. *c.* 10.

Inexstricabĭlis, le, o. 3. *che non si può stricare*, ἄλυτος, quod extricari non potest, seu unde quis extricare se non potest, insolubile. *Plin. l.* 36. *c.* 13. Inque basi quadrata intus labyrinthum inexstricabilem. *Cic. in Acad.* Hæc inexstricabilia esse dicitis.

Inexstricabiliter, adv. *inestricabilmente*. *Apul. l.* 11. Inexstricabiliter contorta fatorum licia.

Infābre, adv. *senza artifizio*, *rozzamente*, ἀτέχνως, ἀκόμψως, inartificiose, inornate, impolite. *Liv. l.* 36. *c.* 40. Argenti infecti, factique in Gallicis vasis non infabre suo more factis duo millia CCCXL. pondo.

Infabricātus, a, um, *rozzo*, ἀκατασκεύαστος, ἀνέργαστος, non fabricatus, impolitus. *Virg.* 4. *Æn. v.* 400. Frondentesque ferunt ramos, & robora sylvis infabricata fugæ studio.

Infacēte, & rectius inficete, adverb. non facete, rustice, ineleganter, *rozzamente*, *senza grazia*, ἀχαρίστως. *Vellei. l.* 2. *c.* 33. Haud inficete togatum vocare assueverat. *Plin. l.* 35. *c.* 4. Inficetissime pictus.

Infacetĭæ, arum, f. 1. *rusticherza*, ἀχαριστία, inurbanitates, & rusticitates. Unde *Catul. carm.* 37. annales Volusii dicit esse plenos infacetiarum. ¶ Scribitur & *inficetiæ*, & quidem rectius, ut volunt Critici.

Infacētus, & rectius Inficetus, a, um, *non faceto*, *rustico*, ἄκομψος, inurbanus, rusticus, nihil salis habens, aut leporis. *Cic.* 3. *Off.* Non infacetus homo. *Id. pro Cel.* Infacetum mendacium. *Catul. carm.* 22. Idem inficeto est inficetior rure.

Infactus, pro infectus, legitur apud *Tertul. Apologet. c.* 11. *in edit. Rhenani.*

Infacundĭa, f. 1. ἐν τῷ λέγειν ἀπειρία, dicendi inscitia. *Gell. l.* 11. *c.* 16. Tui erroris culpam esse intelligo, in mea scilicet infacundia.

Infacundus, ὁ ἄπειρος τοῦ λέγειν, inelegans, nulla dicendi facultate præditus. *Liv. l.* 4. *c.* 49. Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus, &c. *Id. l.* 7. *c.* 4. Infacundior, & lingua impromptus.

Infæco, as, avi, atum, a. 1. fæce polluo, maculo, conspurco. *Tertul. de Anim. c.* 53. Animam concretione carnis intæcat.

Infamatus, a, um, adject. *infamato*, vituperatus. *Nepos in Alcib. c.* 11. Hunc infamatum a plerisque tres historici laudibus extulerunt. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 446. Infamatæque relinquunt Tecta Deæ.

Infamĭa, æ, f. 1. *infamia*, *disonore*, חרפה, Ger. *boefsenachrede*, Gall. *infamie*, Hisp. *infamia*, ἀτιμία, δυσφημία, nota, macula, probrum. *Cic.* 5. *Ver.* Nihil ad tuas aures de tua infamia perveniſſe. *Cic. Casil.* 1. *c.* 6. Infamiam alicui inurere. *Id. de Provinc. Conſ. c.* 12. Urgeri infamia alicujus rei. *Id. ib. c.* 15. Aliquem infamia liberare. *Id. ad Q. Fr.* Infamiam subire. *Ter. Andr.* 2. 6. 13. Ne unquam infamiæ ea res sibi effet. *Cic. l.* 2. *ad Attic.* Esse in infamia. ¶ In plur. num. *Plaut. Perſ.* 3. 1. 19. Si ad paupertatem admigrant infamiæ, gravior paupertas fit.

Infāmis, me, o. 3. *infame*, *vituperoſo*, מכוזרח, Ger. *der ein boſſ gerueche hat*, Gal. *infame*, Hisp. *infame*, ἄτιμος, qui ob vitium aliquod, aut turpitudinem male audit, aut cui fama est parum secunda, aut integra. *Cic.* 6. *Ver.* Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris, flagitiisque feciſti. *Id. pro Cluent. cap.* 47. Homines vitiis infames. *Liv. l.* 8. Infamis annus pestilentia. *Id. lib.* 21. *c.* 31. Infames frigore Alpes. *Serv. in* 12. *Æn. v.* 603. mors infamissima. ¶ Infamis digitus, V. Digitus.

Infamissĭme, adv. superlat. ab infamiter (cujus tamen adhuc exempla non vidimus) *infamiſſimamente*. *Capitol. in Pertin. c.* 13. Cornificiæ infamissime dicitur adhæsisse.

Infāmo, as, avi, atum, a. 1. *infamare*, *svergognare*, נרף, Ger. *kundbar machen*, Gal. *infamer*, Hisp. *infamar*, ἀτιμάζω, infamia afficio, ignominiam, vel notam inuto. *Cic. Dolab.* 9. *Fam. ep.* 12. Ut tua moderatio, & gravitas aliorum infamet injuriam. *Ovid.* 3. *de Pont. el.* 6. *v.* 43. Define mitem animum vano infamare timore. *Sil. l.* 3. Ferrum infamare veneno. h. e. imbuere. *Liv. l.* 40. *c.* 7. Infamandæ rei causa januam obserare jubet, *per dar cattivo colore alla cosa*. *Quint. Declam.* 8. Infamare aliquem parricidii. *Col. l.* 1. *c.* 7. Ita fit, ut & actor, & familia peccent, & ager sæpius infametur. h. e. agro imputetur peccatum familiæ, & domini damnum.

Infandus, a, um, *ineffabile*, *inesplicabile*, ἄῤῥητος, quod vix fari quis potest, quod oratione exprimi nequit, inenarrabile, nefarium. *Cic. de Or.* Si crudelis, si infanda. *Virg.* 2. *Æn.* Infandum Regina jubes renovare dolorem. ¶ Ponitur interdum pro interjectione. *Virg.* 1. *Æn.* Navibus (infandum) amissis. ¶ Superlat. infandissimus dixit *Varius tragicus Poeta* apud *Quintil. l.* 3. *c.* 8.

Infans, tis, c. 3. *fanciullo*, *bambino*, עולל, Ger. *ein kleines kind*, Gal. *petit enfant*, *enfancon*, Hisp. *nino*, *infante*, νήπιος, παιδίον, puer, qui nondum fari cœpit, a fari. *Var. l.* 5. *de L. L.* Fatur, is, qui primum homo significabilem ore emittit vocem: ab eo, antequam ita faciant pueri, dicuntur infantes, cum id faciunt, jam fari. *Cic.* 3. *Ver.* Ille infanti pupillæ fortunas patrias ademit. ¶ Sæpe adjective sumitur, & conjungitur cum *puer*, & *filius*, nisi dicere malimus, tunc duo substantiva continuata esse. *Cic. pro Cluent.* Cum ille alter filius infans necatur. ¶ Dicitur etiam de fœtu adhuc in utero incluso. *Celſ. l.* 7. *c.* 29. ¶ Per Catachresin dicitur de brutorum anima ium, atque ipsarum etiam avium fœtu, *parto*. *Plin. l.* 10. *c.* 61. *de vespertilione*. Geminos volitat amplexa infantes. ¶ Imo etiam de rebus sensu expertibus dicitur, pro parvo. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Nec tunica minor gratia in cibo infantis boleti, idest parvi, & nondum adulti. ¶ Sæpe usurpatur pro infacundo, & loqui nescient. *Cic. in Bruto*. Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. Et in hac acceptione dicitur etiam de rebus inanimatis, ut de oratione, de historia. *Cic. in Brut. c.* 26. Quæ neque nimis est infans, neque perfecte diserta. ¶ Habet comp. infantior, sup. infantissimus. Quare clare perspicitur potius adjectivum esse, seu participium, quam substantivum. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 4. Gabinius absolutus est, omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusque infantius, nihil illo concilio surdidius. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 11. Et, dum caute, expediteque loqui volunt, infantissimi reperiuntur.

Infantarĭus, a, um, adject. ab infans. Infantaria a *Martiale epigr.* 88. *l.* 4. dicitur mulier, quæ infantes amat, vel quæ infantem peperit. ¶ Infantarii olim dicebantur Christiani, quod crederentur in sacris suis infantem mactare, & comedere, V. *Tertul. l.* 1. *ad Nation. c.* 2.

Infantĭa, æ, f. 1. *infanzia*, נזיר, Ger. *kindheit*, Gal. *enfance*, Hisp. *ninez*, νηπιότης, ætas hominum usque ad annum septimum, ut colligitur ex *Ulpian. Dig.* 26. 7. 1. quod ad id fere tempus rationabiliter, & naturæ humanæ congruenter fari non possumus. *Quint. l.* 1. *c.* 2. Et quantum in infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. ¶ Usurpatur & pro ineloquentia, & generatim pro ea imbecillitate, cum quis rem aliquam novit, quam tamen explicare non potest. *Cic. l.* 3. *de Orat.* Neque infantiam ejus, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscitiam ejus, cui res non suppetit, verba non desint, esse laudandam. ¶ Ab infantia, *sin da fanciullo*. *Tacit. l.* 1. *Ann.*

Infanticīda, æ, m. qui infantem occidit. *Tertul. Apol. c.* 3.

Infanticidĭum, ii, n. cædes infantis. *Tertul. Apolog. c.* 2.

Infantīlis, le, adject. ad infantem pertinens, *infantile*, *puerile*. *Juſtin. l.* 16. *c. ult.* Parvulum infantilibus blandimentis inductus diu protexit. *Apul. l.* 5. infantilis uterus.

Infanto, as, a. 1. Infantis instar nutrio. *Tertul. l.* 1. *adverſ. Marc. c.* 14. Lactis, & mellis societatem, qua suos infantat.

Infantŭla, æ, f. *fanciullina*, diminut. *Apul. l.* 10. *Metam.* Habebat filiam parvulam de marito. huic infantulæ &c.

Infantŭlus, li, m. *fanciullino*, diminut. ab infans. *Apul. l.* 8. *A. A.* Gerebamus infantulos, & mulieres.

Infarcio, vel infercio, is, si, tum, a. 4. *empire*, מלא, Germ. *fuellen hinein stopffen*, Gall. *remplir*, *entasſer*, Hisp. *hinchir*, *recalsar*, ἐμπλήττω, impleo. *Col. l.* 12. *c.* 53. Et maxime in eas partes, quibus ossa relicta

ſunt, largum ſalem infarcito. ¶ Infarcire verba, inculcare, & ſine ordine inſerere. *Cic. in Or.* Neque infarciens verba, quaſi rimas expleat.

Infarſus, vel inferſus, a, um, adject. impletus. *Tertul. de Pall. c.* 4. & *l.* 3. *adverſ. Marc. c.* 10.

Infaſtiditus, a, um, adject. *che non dà faſtidio. Sidon. Carm.* 16. *v.* 124. Infaſtiditum ſers ipſe ad buſta cadaver.

Infatigabilis, le, o. 3. *che non ſi ſtanca*, Ger. *unermidlich*, Gal. *infatigable*, Hiſp. *infatigable*, ἀκάματος, qui non defatigatur. *Plin. l.* 28. *c.* 19. Dentes quidem eorum maximi equis quoque alligati infatigabilem curſum præſtare dicuntur. *Senec. epiſt.* 60. Animum ſervare infatigabilem.

Infatŭo, as, a. 1. *far' impazzire*, סכל, Germ. *zum narren machen*, Gal. *infatuer*, Hiſp. *enloquecer*, ἐκμωραίνω, fatuum facio, a *fatuus*, & præp. *in*, quæ hic ſignificationem auget. *Cic. pro Flac.* Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. *Id.* 3. *Phil. c.* 9. Ut hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica.

Infavorabĭlis, le, adject. non favorabilis. *Celſ. JCtus. Dig.* 37. 6. 6. Nec infavorabilis ſententia eſt.

Infavorabĭlĭter, adv. ſine favore. *Ulp. l.* 2. *Dig. de Decur. & fil. eor.*

Infauſtus, a, um, *ſfortunato, infelice*, Germ. *ungluͤcklich*, Gal. *malheureux*, Hiſp. *infauſto*, δυσυχὴς, infelix, infortunatus. *Ovid. l. Met.* 14. *v.* 529.

Infectĭo, onis, f. *il non far niente*, ἀπραξία. Hoc ſenſu legitur apud *Eumen. in panegyr. ad Conſtantium Cæſ. c.* 18. invitis tamen Criticis Grutero, Acidalio, Livineio, & aliis, qui ſubſtituunt, *affectione*, vel *feſtinatione*, vel *confectione*. ¶ *In vet. Gloſſa* infectio exponitur βαφὴ, βάμμα, *tintura*. ¶ Neutro ſenſu, ſi certa non occurrant exempla, latino ſcriptori uſurpanda.

Infectĭvus, a, um, adject. ad inficiendum, ſeu tingendum pertinens. *Vitruv. l.* 7. *c.* 14. Hæc ſunt infectiva.

Infector, m. 3. *tintore*, כובם, Ger. *faerber*, Gal. *teinturier*, Hiſp. *tintorero*, βαφεὺς, qui lanam colore aliquo inficit, ideſt, tingit. *Cic. pro Cæl.* Curtius dibaphum cogitat, ſed eum infector moratur. ¶ Infector ſuccus, quo lanæ, vel quidpiam aliud tingitur, & inficitur. *Plin. l.* 11. *c.* 33. Purpurarum generi infector ille ſuccus.

Infectorĭus, a, um, adject. infectivus. *Marcel. Emp. c.* 4. Infectorium alumen.

Infectus, a, um, *non fatto*, עשוי, Germ. *ungemach*, Gall. *non fait*, Hiſp. *no echo*, ἄπρακτος, non factus, partic. ab *in*, & *fio*. *Ter. Eun.* 1. 1. 8. Infecta pace ultro ad eam venies. *Liv. l.* 34. Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo ſeptingenta triginta duo, ideſt non ſignati, nec cælati. *Ter. Phor.* 5. 8. 4. Factum infectum fieri nequit. *Liv. l.* 9. *c.* 11. Omnia pro infecto ſint, *s'abbino per non fatte. Plaut. Moſt.* 1. 3. 27. Infecta dona facere. *h. e.* dona ante promiſſa revocare. ¶ Infectus item, eſt tinctus, partic. ab inficior, *tinto*, βεβαμμένος, διαφθαρμένος. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Mulieribus etiam palpebræ infectæ quodam modo: tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque. ¶ Et ſpeciatim pro venenato uſurpatur. *Suet. in Calig.* Quibus mox a Claudio demerſis infecta maria traduntur. ¶ Et translate *Stat. 9. Thebaid.* Infectus ſanguine. h. e. cæde pollutus. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 85. Infecti ſuperſtitione.

Infectus, us, m. 4. *tintura*, βαφὴ, *Plin. lib.* 8. *cap.* 48. De reliquarum infectu ſuo loco dicemus.

Infelicĭtas, atis, f. 3. *infelicità*, Ger. *unglich*, Gal. *malcheur*, Hiſp. *deſdicha, infelicidad*, δυσυχία, adverſa fortuna, calamitas. *Cic.* 1. *Fin.* Beate autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item omnem infelicitatem in dolore. *Ter. Adelph.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitatis? Plurali num. *Apul. l.* 2. *Dogm. Plat.* Miſeriæ, & infelicitates.

Infelicĭter, adv. *infelicemente, diſgrazjatamente*, Germ. *ungluͤcklich*, Gal. *malheureſemente*, Hiſ. *deſdichamente*, δυστυχῶς, miſere, calamitoſe. *Liv. l.* 1. *c.* 45. Ob rem toties infeliciter tentatam in armis. *Quintil. l.* 8. *c.* 1. Sed hoc feliciter evaluit: at contra infelicius &c.

Infelicĭto, as, a. 1. *fare infelice*, Germ. *unſelig machen*, Gall. *rendre, malheureux*, Hiſp. *hazer, bolver, deſdichando*, δυστυχῆ ποιῶ, infelicem, & miſerum facio. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 30. Dii me, & te infelicitent. Ad*de Merc.* 2. 3. 99. & *Pœn.* 2. 1. 1. &c. quibus locis *Taubman.* & *Pareus in Lex. Crit.* contendunt, legendum eſſe *infelicare* eod. ſenſu pro *infelicitare*. ita enim ajunt in MSS. eſſe.

Infelĭco, V. Infelicito.

Infelix, cis, o. *infelice, miſero, ſfortunato*, δυστυχὴς, infortunatus, miſer. *Ter. Eun.* Proh fidem Deum! facinus fœdum! o infelicem adolecſcentulum! ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod infelicem efficit. *Cic. pro Rab.* Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. ¶ Sumitur etiam pro infœcundo. *Virg.* 5. *Ec.* Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. *Plin. proœm. op.* infelix ingenium. ¶ Gradus ſunt *Liv. l.* 5. *c.* 12. Infelicior domi, quam militiæ. *Cic. pro Mil.* Infeliciſſima lingua. *Inſcript. apud Grut. p.* 670. *n.* 1. Infeliciſſima puella.

Infenſe, adv. ἐχθρῶς, inimice. *Tac. l.* 5. *Ann. c.* 3. Etſi infenſe invectus cætera ambigua reliquerat. *Liv. l.* 34. *c.* 15. habet Infenſius.

Infenſo, as, n. 1. *eſſer nimico*, intenſus ſum. *Tac. l.* 13. *Ann. c.* 41. Ut quaſi infenſantibus Diis, exitio tradi crederetur. ¶ Eſt item verbum activum pro infeſtare, turbare, ἐνοχλῶ. *Tac. l.* 6. *Ann. c.* 34. Adequitare caſtris, infenſare pabula. *Id. l.* 13. Sed palam infenſare Armeniam. Poſſis & primum exemplum huc traducere, ut *infenſantibus Diis* ſit omnia infeſta & turbata reddentibus. V. locum Taciti.

Infenſus, a, um, *adirato, nemico*, אויב, Ger. *vvider einem zornig*, Gal. *contraire, nuſible*, Hiſp. *infeſto*, ἐχθρὸς, iratus, qui ira in alium elatus eſt. Differt ab infeſtus, quia infenſus eſt vehementer iratus, infeſtus dicitur vehementer moleſtus, & qui alicui malum infert, & plus eſt, quam inimicus. *Cic.* 10. *Fam.* Ne cui obtrectatori viderer & nimium pertinaciter Lepido infenſus, & mea patientia bellum alere. *Idem. Ver.* 4. *cap.* 61. Infenſo, atque inimico animo in aliquem eſſe. *Claudian. l.* 3. *de rapt. Proſerp. v.* 201. Phlegra nobis infenſior æther. ¶ In exemplo *Sueton. in Vitel. c.* 14. quod a Calepino & Paſſerat. affertur, legitur *offenſior*.

Infer, ra, rum, idem ac inferus, apud vet. ut *proſper*, & *proſperus*. *Cato de re ruſt. c.* 149. Ubi ſuper, inferque vicinus permittet, tum decedito. hoc eſt ille, qui pratum ſuper te, quique infra te habet.

Inferax, acis, non ferax. *Hieron. homil.* 2. *translata ex Orig. ante med.* Silvæ inferaces exiſtimantur.

Infercĭo. V. Infarcio.

Inferi, orum, m. *Inferno, Demoni infernali, i morti*, οἱ κάτω, loci inferi terræ, vel Dæmones, & homines mortui, qui in centro terræ habitant. *Cic.* 1. *Tuſc.* Num te illa terrent, triceps apud Inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſvectio Acherontis, &c.? *Liv. l.* 26. *c.* 32. Si ab inferis exiſtat rex Hiero. *Cic.* 2. *Catil. c.* 9. Si ſalvi eſſe velint, Sylla ſit iis ab inferis excitandus.

Inferiæ, arum, f. *eſequie*, ἐναγίσματα, ſacrificia, quæ Diis Manibus veteres inferebant, ab *infero*. Hinc Inferias facere, dare, ferre, inferre, eſt Manes ſacrificiis placare. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Tertius eſt ex Idæis indigenis, cui inferias afferunt. *Virg.* 9. *Æn. v.* 215. Abſenti ferat inferias. *Curt. l.* 7. *c.* 9. Inferias dare. ¶ Conſtabant inferiæ victimis, & liquoribus, ut aqua, vino, lacte, ſanguine, oleo, melle, &c. V. *Kirchman. de Fun. l.* 4. *c.* 2.

Inferiālis, e, adject. ad inferias pertinens, feralis. *Apul. l.* 8. Officiis inferialibus ſtatim exactis.

Inferĭor. V. Inferus.

Inferĭum vinum, idem ac calpar, ideſt vinum novum, quod ex dolio demebant ſacrificii cauſa, in honorem Jovis, antequam vina guſtarent. Niſi enim id facerent, vinum omne in apothecis ſacrum fiebat, uſubuſque humanis eripiebatur: vini parte libata, hac religione ſolvebantur. Dictum eſt inferium, quia ſolum inferretur, his verbis, *Macte hoce vino inferio eſto*. Feſtum, quo id fiebat, Vinalia appellabatur. *Var. l.* 5. *de L. L. Feſt. Carrio. l.* 2. *Emend. c.* 3.

Inferĭus, adv. *più a baſſo, inferiormente*, κατώτερον, magis infra. *Ovid. l.* 2. *Met.* Inferiuſque ſuis fraternos currere Lunæ admiratur equos. *Id.* 2. *Triſt. v.* 263. Perſequar inferius (modo ſi licet ordine terri) Poſſe nocere animis carminis omne genus.

Inferna, orum, κατακτόνια, partes ſubterraneæ, loca Inferorum. *Senec. Herc. Fur. a.* 2. *v.* 422. Inferna tetigit, poſſet ut ſupera aſſequi. *Lactant. l.* 1. *c.* 11. Ajunt, Jovi cœlum obtigiſſe, Neptuno mare, inferna Plutoni. ¶ Alio ſenſu *Plin. l.* 25. *c.* 11. Hyſſopum purgat cum fico ſumptum per inferna, cum melle vomitionibus. ¶ Revera adject. eſt, & ſubintelligitur *loca*.

Infernālis, & le, o. 3. *infernale, dell' Inferno*, κατακτόνιος, quod ad Inferos ſpectat, quod eſt Inferorum, ut Infernales Furiæ. *Alcim. Avit. l.* 2. *v.* 290. Infernali jamdudum nocte ſepultis. Adde *Prudent. l.* 1. *adverſ. Symmach. v.* 388.

Infernas, atis, o. quod eſt ex regione Infera. Infernatia ligna dicuntur, quæ ex Apennino, qua parte mare Inferum ſpectat, cæduntur: ſupernatia, quæ adverſa parte, quæ ad ſeptentrionem vergit. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Et ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur. Adde *Vitruv. l.* 2. *cap. ult.* ¶ Infernates, m. 3. pop. Italiæ, qui mare Inferum, hoc eſt, Thyrrenum accolunt.

Inferne, adv. κάτωθεν, ex parte inferiore. *Lucret. lib.* 6. *v.* 596. Tecta ſuperne timent, metuunt inferne, cavernas Terrai ne diſſolvat natura repente. Adde *v.* 674.

Infernus, i, ſubſtant. *l' inferno*, ἅδης, locus inferorum, orcus, inferi. Uſurpatur frequentiſſime a Chriſtianis Scriptoribus, qui ea voce locum deſignant, ubi damnatorum animæ, & mali Angeli æterno cruciatu puniuntur. Latini antiqui Scriptores *inferi, orcus, inferna loca*, & his ſimilia dixerunt. *Varro* tamen *in quodam fragmento apud Nonium c.* 4. *n.* 226. videtur hac voce uſus ſubſtantive, cum ait: Infernus tenebroſus κακοδαίμονας tenet. At editio Pariſienſis ex MSS. habet: Infernus Tenebrio &c. eaque ratione *infernus* adjectivum eſt. Adde *Jul. Obſequentem de prod. c.* 45. Fremitus ab inferno ad cœlum ferri viſus.

Infernus, a, um, ὁ, ἡ, τὸ κάτω, quod eſt infra nos, ſicut ſupernus, quod ſupra nos eſt, ut Infernus fluctus, Infernæ umbræ, Inferna ſtagna, &c. *Plin. l.* 2. *c.* 47. Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris ſpirat. *Virg.* 6. *Æn. v.* 106. Rex infernus. h. e. Pluto. *Cic. lib.* 2. *de Nat. Deor. ex poeta:* Hic ſe ſe internis e partibus erigit Hydra. ¶ Inferna fulmina dicuntur, cum e terra exiliunt ignes. *Senec. l.* 2. *Nat. quæſt. c.* 49.

Infero, infers, intuli, illatum, a. anom. *portar dentro*, הכניא, Germ. *hineim tragen*, Gal. *porter, dedans*, Hiſp. *traer a dentro, o meter*, εἰσφέρω importo, inveho, introduco, ut Inferre pedem, ignem, &c. *Cic. pro Cæc.* Atque etiam ipſe inferebat, & intrudebat. *Id. in Catil.* Qui non ſolum veſtris domiciliis, atque tectis, ſed etiam Deorum templis, atque delubris ſunt funeſtos, ac nefarios ignes inferre conati. ¶ Interdum eſt irruere, *lanciarſi. Liv. de Bell. Pun.* Inferentibuſque ſe ſe magno impetu Romanis, terga vertit. ¶ Item ingredi, incedere cum faſtu. *Plaut. Mil.* 4. 2. 54. Viden' ignavum, ut ſe ſe inferat? ¶ Interdum ſignificat contra ferre, ut inferre ſigna, inferre arma. *Cic. Oct. avio*, Quibus cogitas arma inferre? *Id.* 5. *Philip.* Ille furens infeſta jam patriæ ſigna Brundufio inferebat. *Liv. lib.* 3. *cap.* 18. Inferre ſigna hoſtibus trepidantibus. *Id. lib.* 4. *c.* 18. Inferre ſigna contra aliquem. ¶ Eſt etiam tricliniare verbum, & ſignificat *portar' in tavola*. Hac ratione paſſim uſurpatur ab *Apic.* præſertim *lib.* 4. ¶ Interdum eſt ingerere, inferere, miſcere. *Cic.* 3. *Off.* Turpe eſt, & valde vitioſum in re ſevera convivio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. ¶ Interdum iniicere, imponere. *Cic. in Parad.* Et æque peccare ſe, ſi privatis, ac ſi Magiſtratibus manus inferantur. ¶ Interdum afferre, ut Inferre periculum, terrorem, malum, injuriam, turpitudinem, vim, ſtuprum, vaſtitatem, mortem, ſumptum, moram, &c. *Cic. in Parad.* Quamcunque in domum ſtuprum intulerint. *Liv. de bell. Pun.* Quas primus adventus Annibalis intuliſſet Italiæ clades. ¶ Interdum ſubjicere, ſeu apponere. *Laſt. l.* 1. Quod clarum fiet exemplo, quod interemus. ¶ Interdum objicere. *Cic. de Am.* Ut ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. *Id. Ver.* 7. Aliis proditionis crimen inferret. ¶ Interdum concludere, ex una re aliam deducere, *inferire. Senec.* Cum argumentis, quod propoſuerat, intuliſſet. *Cicero:* Inferre unum ex alio. ¶ Eſt etiam verbum funebre, & ſumitur pro ſepelire, *ſeppellire. Cic.* 2. *de Leg.* De ſepulcris nihil eſt apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat. ¶ Inferri etiam dicebantur munera, quæ mortuorum manibus conſecrabantur. hinc inferiæ. *Virg.* 3. *Æn. v.* 66. Interimus tepido ſpumancia cymbia lacte, Sanguinis & pateras. ¶ Inferre pedem aliquo, *metter piede, avanzarſi. Cic. pro Cæc. c.* 14. Sic inferre gradum, apud *Liv. l.* 10. & utraque phraſis uſurpatur pro aggredi. Inferre ſe cum impetu, apud eund. *Liv. loc. cit. & l.* 9. ¶ Inferre oculos, *volgere, o fiſſar gli occhi. Cic. pro Font.* Inferte oculos in Curiam. ¶ Inferre litem alicui, vel in aliquem, pro intentare, *Cic. pro Cluent. & Papin. l.* 2. *Dig. Ne de ſtat. defunct.* ¶ Inferre ſumptum, h. e ſumptibus onerare, *Cic. pro Flac.* Cum accepiſſet pecuniam a P. Varino prætore, celavit ſuos cives, ultroque iis ſumptum intulit. ¶ Inferre aliquem in pauperiem, *ridurlo in poverta. Plaut. Truc.* 2. 7. 19. Velut meretrix meum miſerum herum ſua blanditia intulit in pauperiem. ¶ Inferre aliquid rationibus, *metter' in conto, o a conto. Colum. l.* 1. *c.* 7.

Inferſus. V. Infarſus.

Interfacĭo, is, a. 3. idem ac fervefacio, vel intus fervefacio. *Col. l.* 12. *c.* 17. Liquatumque acetum interfaciant.

Interfactus, a, um, partic. ab interfacio. *Col. l.* 7. *c.* 13. Omnia eadem æquis ponderibus in unum lævigata, & fictili vaſe cum Amineo vino interfacta.

Interfĭo, is, actus ſum, paſſ. 3. fervens fio, interfeſco. *Scribon. Larg. Compoſit. ult.* Tertio die, cum interfiunt.

Interfĕo, es, bui, n. 2. idem quod ferveo. *Cato c.* 108. Facito, bis, aut ter interveat. *Hor.* 2. *ſerm. ſat.* 4. *v.* 67. Hoc ubi confuſum ſectis interbuit herbis.

Interfeſco, is, n. 3. idem ac ferveſco. *Cato c.* 90. Et fabæ tertia pars ut

Inferveſcat. *Sillus l.* 13. *v.* 341. Obtendenſque manum, ſolem inferveſcere fronti Arcet.

Inferum mare, *il mar Toſco*, *il mar Tireno*, idem ac Tyrrhenum, ſive Thuſcum, ſicut Superum eſt idem atque Hadriaticum. Dictum eſt, quod ex Urbe Roma verſus Hadriaticum euntes fere ſemper aſcendunt, contra qui ſunt ad mare Thuſcum, ad Urbem venientes deſcendunt: aut certe eo, quod Hadriaticum mare Italiam ab Oriente alluit, Tyrrhenum ab Occidente, & Meridie. Protenditur ab oſtio Macræ fl. uſque ad fretum Siculum. *Cic. l.* 9. *Attic. ep.* 3.

Inferus, a, um, *ciò, ch'è di ſotto*, ὁ, ἡ, τὸ κάτω, quod eſt infra, quemadmodum ſuperus, a, um, quod eſt ſupra. *Cic.* 1. *Tuſc.* Eademque ab animo, tanquam ab oculis, caliginem diſpulit, ut omnia ſupera, infera, prima, media, ultima videremus. *Liv. l.* 31. *c.* 31. Deos ſuperos, inferoſque. ¶ Compar. eſt inferior, *inferiore*, κατώτερος. *Cic.* 4. *Phil.* Scelere par eſt, belli induſtria inferior. ¶ Superl. eſt infimus, *infimo*, κατώτατος. *Cic.* 1. *Fin.* In quo nihil æque nec ſummum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum ſit. *Cic. pro Flacc. c.* 11. Infimo loco natus, *di baſſa condizione*. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. Infima fæx populi. *Liv. l.* 29. *c.* 30. Supplex infimis precibus ab eo auxilium impetravit. *con umiliſſime preghiere*.

Infeſtatio, onis, f. 3. *infeſtazione*, *moleſtia*, ἐνόχλησις, vexatio, moleſtia, *Tertul. Apol. c.* 1. Sectæ hujus infeſtatio obſtruit defenſioni.

Infeſtátor, oris, m. *infeſtatore*, qui moleſtiam infert. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Nomadas, infeſtatoreſque Chaldæorum Scenitæ claudunt.

Infeſtátus, a, um, adject. *moleſtato*, *infeſtato*. *Velley. l.* 2. *c.* 73. Latrociniis ac prædationibus infeſtatum mare. Superl. infeſtatiſſimus, legitur apud *Oroſium in præfat. ad Auguſtinum*, etſi alii legunt *infeſtiſſimus*.

Infeſte, adv. *nojoſamente*, noxie, inimico animo. *Liv. l.* 26. *c.* 13. Age contra, quæ illi infeſte in nos fecerint, repetite. *Id. l.* 2. *c.* 55. Quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circumſcindere, & ſpoliare victor. *Cic. pro Quint. c.* 21. Sin inimiciſſime, atque infeſtiſſime contendere perſeveret.

Infeſtiv̄ter, adverb. non feſtive, *ſpiacevolmente*. *Cell. l.* 9. *c.* 9. Cætera vertit non infeſtiviter.

Infeſtivus, a, um, *ſpiacevole*, *non faceto*, ἐκτράπελος, σκαιὸς, infacetus, injucundus. *Gel. l.* 1. *c.* 5. Homo ſubagreſti ingenio, & infeſtivo.

Infeſto, as, avi, atum, a. 1. *moleſtare*, עגה, Ger. *ſchaden zu fügen*, Gal. *infeſter*, Hiſp. *infeſtar*, ἐνοχλέω, divexo, moleſtiam infero. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Quos a gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. ¶ Ponitur item pro vitiare, corrumpere. *Plin. l.* 15. Arborem ipſam fertilitate confumi, muſco, præterea rubro infeſtari. ¶ Item pro hoſtiliter agere, excurrere. *Velley. l.* 2. *c.* 73. Mare infeſtare piraticis ſceleribus.

Infeſtus, a, um, *inimico*, *più che nemico*, ἐχθρὸς, δυσμενὴς, πρόσωπος, ἀκήμονος, ὀργίλος, ἐπαχθὴς, ἐπεχθὴς, χόλιος, ἀπειρὸς, inimicus, adverſus, moleſtus, qui alicui malum infert, & eſt pluſquam inimicus, a *feſtus*, quaſi minime lætus, & jucundus. *Voſſ. Etymol. Cic.* 5. *Ver.* Quis hunc audet dicere aratoribus infeſtum, & inimicum fuiſſe? ¶ Accipitur etiam paſſive pro eo, qui infeſtatur. *Cic. pro Roſc. Am.* Filii vita infeſta, ſæpe ferro, & inſidiis appetita. ¶ Infeſtum mare habere, eſt, latrocinando mare infeſtare. *Cic.* 3. *de Rep.* Quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone. ¶ Signa infeſta dicuntur, quæ adverſum tendunt, hoc eſt, vexilla in hoſtem euntia, ut moleſtiam inferant. *Cæſ.* 6. *B. G.* Illi, ubi præter ſpem, quos fugere credebant, infeſtis ſignis ad ſe ire viderunt. ¶ Comp. infeſtior, ſup. infeſtiſſimus. *Cic. pro Planc.* Si hujus ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior. hoc eſt magis infeſtaretur. *Nepos* 18. *c.* 10. Antigonus ei fuit infeſtiſſimus.

Infibŭla, læ, f. uncus fibulam iniens. *Tertul. de Pal. c.* 1. Pallii habitus infibulæ morſu humeris acquieſcebat. Ita legit *Junius in Not.*

Infibulátus, a, um, adject. fibula vinctus; ut infibulati Flamines æreis fibulis. *Feſtus*.

Infibŭlo, & per ſyncop. infiblo, as, avi, atum, a. 1. *affibbiare*, Germ. *einheften*, Gal. *emboucler*, Hiſp. *abrochar*, *abotonar*, ἐμπερπάω, eſt fibula conjungere. *Apic. l.* 8. *c.* 7. Charta præcludes, & infiblabis. ¶ Speciatim erat ſuper glandem penis fibulam, hoc eſt, circulum æneum inducere, quod fiebat duabus de cauſis, vel valetudinis, vel vocis ſervandæ gratia. *Celſ. l.* 7. *c.* 25. Infibulare quoque adoleſcentulos interdum valetudinis cauſa quidam conſuerunt.

Inficētus, V. Infacetus.

Inficiālis, le, o. 3. negativus, ut Inficialis conſtitutio, qua negamus, quod objicitur, vel quod petitur. *Cic. in Top. c.* 24. Itaque aut inficialis, aut conjecturalis prima appellatur.

Inficias, nomen defectivum, tantum accuſativi caſus, & plur. numeri. Conjungitur cum *eo*, *is*, ſine præpoſitione, & ſignificat negare, *negare*. *Gel. l.* 16. *c.* 19. Nautas ſtupefactos, convictoſque inficias ire non quiſſe. *Ter. Adelph.* 3. 2. 49. Si inficias ibit teſtis, mecum eſt annulus. *Quintil. l.* 3. *c.* 7. Neque inficias eo, eſſe quaſdam &c. *Liv. l.* 6. *c.* 40. Quorum alterum neque nego, neque inficias eo, nos enixe operam dediſſe, ut &c.

Inficiatio, onis, f. *negazione*, ἐξάρνησις, negatio. *Cic.* 2. *de Or. cap.* 25. Ac noſtræ fere cautæ, quæ quidem ſunt criminum, plerunque inficiatione defenduntur.

Inficiātor, oris, m. 3. *negatore*, ὁ ἐξαρνὸς ὤν, qui negat, ſe vel debere, quod actor petit, vel commiſiſſe, quod accuſator objicit. *Cic.* 1. *de Or.* Si ille inficiator probaſſet judici, ante petitam eſſe pecuniam, &c. *Id.* 2. *Catil. c.* 10. Hos non tam milites acres, quam inficiatores lentos eſſe arbitror. ¶ De ſcribendi ratione. V. *inficior*.

Inficiatrix, icis, f. quæ negat. *Prudent. Pſychom. v.* 632. Fidei fraus inficiatrix.

Inficiens, tis, nom. ex particip. non faciens, iners, nihil agens. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. *de apibus*: Neque ipſæ ſunt inficientes, necnon oderunt inertes. *Id. l.* 5. *L. L.* Dicimus, qui aliquid agit, non eſſe inficientem.

Inficio, is, eci, actum, a. 3. non facio. *Var. l.* 3. *c.* 16. *R. R.* Neque ipſæ ſunt inficientes, nec non oderunt inertes. ¶ Inficio item eſt tingere, imbuere, *tingere*, βάπτειν. *Cæſ.* 5. *B. G.* Omnes ſe Britanni glaſto inficiunt. ¶ Per translationem ſumitur pro venenare. *Virg.* 2. *Georg.* Pocula ſiquando fævæ infecere novercæ. ¶ Item pro vitiare, maculare, turpitudine afficere. *Cic.* 5. *Tuſc.* Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, deſidia animum infecimus. *Id.* 3. *Leg. cap.* 13. Cupiditatibus principum & vitiis infici ſolet civitas. ¶ Item pro imbuere. *Cic.* 3. *Fin.* Inficere puerum bonis artibus.

Inficio, as, pro inficior, aris, quidam legunt in *Plaut. Ciſt.* 4. 1. 9. Sed varia eſt lectio.

Inficior, aris, atus ſum, d. 1. *negare*, ἀρνέομαι, eſt negare. *Cic. in Catil. l.* 3. *c.* 5. Nam cum id poſſet inficiari, repente præter opinionem confeſſus eſt. *Plaut. Amph.* 2. 2. 147. Qui, quæ facta inficiare. ¶ Inficiandus, a, um, part. paſſivum. *Ovid. epiſt.* 9. *v.* 4. Fama Pelaſgiades ſubito pervenit ad urbes Decolor, & factis inficianda tuis. h. e. quam factis tuis debes oſtendere falſam eſſe. ¶ Lis eſt de hujus verbi origine: nam alii ab *in*, & *facio*, deducunt, & per *c* ſcribunt, alii ab *in* & *fateor*, & ſcribunt per *t*. Poſterior hæc etymologia verior videtur, tum quia verbi ſenſum propius attingit, tum quia in MSS. Plauti *infitior*, ſcriptum legitur, & in quibuſdam optimis Ciceronis editionibus.

Infidēlis, le, o. 3. *infedele*, *senza fede*, Ger. *entreuw*, Gal. *infidele*, Hiſ. *infiel*, ἄπιστος, qui promiſſis non ſtat, nec fidem promiſſam exſolvit, quin potius violat. *Cic.* 3. *Off.* Nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit. *Id. Fam.* 15. *ep.* 4. Ut ex infideliſſimis ſociis firmiſſimos redderem. *Plaut. Capt.* 2. 3. 83. Infidelior mihi ne fuas, quam ego ſum tibi.

Infidelĭtas, atis, f. *infedeltà*, Ger. *miſtreuw*, Gall. *infidelité*, Hiſp. *infidelidad*, ἀπιστία, fides violata, perfidia. *Cic.* 5. *Tuſc.* Quantopere vero amicitias deſideraret, quarum infidelitatem extimeſcebat. *Id. pro Mil. c.* 26. Quantæ infidelitates in amicis.

Infidelĭter, adverb. *infedelmente*, Germ. *untreuwlich*, Gall. *infidelement*, Hiſp. *infelmente*, ἀπίστως, ſine fide. *Cic. ad Brut.* Infideliter illi id fuaſit.

Infīdus, a, um, *infido*, *di cui non ſi dee fidare*, Germ. *treuweoſſ*, Gall. *deloyal*, Hiſp. *el de quiem no ſe deve fiar*, *desleal*, ἄπιστος, non fidus cui non eſt fidendum. *Cic. de Amic. c.* 15. Tum, cum exul eſſet, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos haberet, quos infidos. *Hor. l.* 1. *od.* 35. *v.* 25. Vulgus infidum. *Liv.* 1. *c.* 14. Infida regni ſocietas.

Infīgo, is, ixi, ictum, n. 3. *figgere*, *ficcar dentro*, תקע, Germ. *einſtecken*, Gall. *ficher*, *enfoncer*, Hiſp. *hincar*, ἐνερείδω, intus figo. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 22. Gladium hoſti in pectus infixit. ¶ Infigere animo, *metterſi ben'a mente*. *Quintil. l.* 1. *c.* 8. Præcipua illa infigat animis.

Infigurabĭlis, le, adject. &

Infigurātus, a, um, adject. non figuratus, informis, deformis. *Ammian. l.* 24. *c.* 4. Compage ſcutorum, velut teſtudine infigurabilium fornicum, operiebantur. *Theod. Priſcian. l.* 2. *c.* 1. Febris ſimplex, & infigurata.

Infimates, m. 3. *uomini di baſſa condizione*, οἱ ὑστερώντες, qui ex infima plebe ſunt, ut Summates, qui maximæ, & ſummæ nobilitatis ſunt, vel auctoritatis. *Plaut. Stic.* 3. 2. 37. Summates viri ſummi accumbent, ego infimatis infimus.

Infimātus, a, um, adject. infimus factus, *abbaſſato*. *Apul. de Deo Socrat.* Ingenia ad miſerias infimata.

Infimĭtas, atis, f. *baſſezza*. *Ammian. l.* 17. *c.* 13. Ad infimitatem obſequiorum venire ſervilium. *Id. l.* 29. *c.* 2. Ipſa ſortis infimitate ad omnia præceps.

Infĭmo, as, a. 1. *abbaſſare*, deprimo, infimum facio. *Apul. l.* 1. *Miſef.* Manes ſublimare, Deos infimare.

Infĭmus, V. Inferus.

Infindo, is, idi, iſſum, a. 3. idem ac findo, vel findendo incido, *fendere*, *ſpaccare*, *aprire*, ἐνοχίζω. *Virg. 4. Ecl. v.* 33. Quæ jubeant telluri infindere ſulcos. Adde 5. *Æn. v.* 142. ¶ Item inferere, *inneſtare*. *Cic. in Brut. c.* 16. Translate. Cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infinderentur genus. Ita corrigit P. Victorius: vulgo infunderentur.

Infinibĭlis, le, adverb. qui finem habere non poteſt. *Apul. de dogm. Plat.* Cum viduata ſit fine, infinibilis recte videri poteſt.

Infinĭtas, atis, f. *infinità*, ἀπειρία, immenſitas. *Cic.* 1. *Off.* Ut enim ab illa diſcedatur infinitate. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 26. Infinitas locorum. *Ammian. l.* 15. *c.* 1. Infinitas Mundorum.

Infinīte, adv. *infinitamente*, Germ. *unendlich*, Gal. *infiniment*, Hiſp. *infinitamente*, ἀπειρίστως, ſine fine, immenſe. *Cic. in Parad.* 6. *c.* 3. Supellectilem, & veſtem infinite concupiſcenti. *Id.* 1. *Acad.* Infinite ſecare, ac dividere aliquid.

Infinītio, onis, f. 3. idem, ac infinitas. *Cic.* 1. *Fin. c.* 6. Infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt.

Infinītivus modus, ſeu infinitus, ſeu indefinitus, ἀπαρέμφατον, eſt unus ex modis verborum. Dictus eſt, quia nullum certum num. nec perſonam ſibi aperte definit, Nam numeri, & perſonæ in infinitivo ſunt incerta, obſcure latent, evolvenda ſunt beneficio pronominum, ut Me amare, illos amare, &c. V. *Grammaticos*.

Infinīto, adv. idem ac infinite. *Plin. l.* 25. *c.* 8. Quicquid in Creta naſcitur, infinito præſtare cæteris ejuſdem generis alibi genitis, *Id. l.* 11. *c.* 3. *ſub fin.* Infinito magis illa fixa ſunt, *infinitamente più*.

Infinītus, a, um, *infinito*, *ſenza fine*, Germ. *unendlich*, Gall. *infiny*, Hiſp. *infinito*, ἄπειρος, quod finitum non eſt, quod finem, vel terminum non habet. *Cic. pro Roſc. Com.* Qui tantas, ac tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiavit. *Id. 6. Ver.* Eſt ſpelunca quædam converſa ad Aquilonem infinita altitudine. *Plin. l.* 13. *c.* 9. Siccatus dureſcit ad infinitum. ¶ Infinita quæſtio dicitur a Rhetoribus, in qua aliquid generatim quæritur, ut expetenda ne ſit eloquentia: cui opponitur quæſtio certa, in qua aliquid in perſonis, & in conſtituta re, & definita quæritur. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 10. ¶ Uſurpatur interdum infinitus pro multo. *Plin. l.* 5. *ep.* 15. In infinitum epiſtolam extendere. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 1. Infinitus rerum forenſium labor. *Id. pro Dejot. c.* 5. Infinita ſpes. ¶ *Ad infinitum*, in infinitum, *Plin. l.* 34. *c.* 2. & *l.* 36. *c.* 15. ¶ Comparat. *infinitior*. *Cic. in Top. c.* 8. Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio. ¶ Pro finito, *finito*, *terminato*, afferunt quidam illud *Cic. in Orat. c.* 40. Verſus inſuaviſſima litera infinitus. Sed Manut. & Lambinus, & al. reponunt. *finitus*. ¶ Infinitum, i, ſubſtant. ut infinitum auri ſubintellige pondus. *Eutrop. l.* 9. *c.* 9.

Infirmatio, onis, f. 3. eſt actus infirmandi. *Cic. in Rull. Agrar.* 2. *c.* 3. Sed ſuſpicione, ac perturbatione judiciorum, infirmatione rerum judicatarum. ¶ Speciatim ſumitur pro argumento, quo ratio infirmatur, *Cic.* 1. *de Inv.* Judicatio eſt, quæ ex infirmatione, & confirmatione rationis naſcitur controverſia. ¶ Item pro una ex partibus præcipuis orationis, quam alias confutationem vel reprehenſionem vocant. V. *Rhetoras*.

Infirmātus, a, um, adject. debilitatus, fractus, *indebolito*. *Cic. in Piſon. c.* 19. Infirmatus conſcientia ſcelerum. *Ammian. l.* 17. *c.* 5. Infirmato imperii robore.

Infirme, adv. *debolmente*, Ger. *ſchwaechlich*, Gal. *foiblement*, Hiſ. *flaquemente*, ἀδένως, debiliter. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 1. Etſi intelligebam, ſocios infirme animatos eſſe. *Sueton. in Aug. c.* 60. Tonitrua paulo infirmius expaveſcebat.

Infirmis, me, adject. o. 3. idem ac infirmus. *Ammian. l.* 2. *c.* 6. Coagmenta lapidum recens ſtructorum, madoreque etiamnum infirmium.

Infirmĭtas, atis, f. *infirmità*, *debolezza*, חלושה, Ger. *ſchwuchheit*, Gal. *infirmité*, Hiſp. *flaqueza*, ἀδένεια, invaliditas, imbecillitas, debilitas illa, quæ vel ex ætate, vel ex morbo contingit. *Cic. de Sen.* Ut enim infirmitas eſt puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam conſtantis ætatis. *Id. in Brut.* Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis. Translate *Id. pro Roſc. Amer. c.* 4. Impoſitum onus propter infirmitatem animi deponere. ¶ Ponitur & pro levitate, & inconſtantia, *incoſtanza*, *leggerezza*, *Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 5. Cæſar infirmitatem Gallorum veritus, quod ſunt in conſiliis capiendis mobiles, & novis plerumque rebus ſtudent. ¶ Item pro morbo. *Ulp. l. ficui*, *Dig. ex quib. cauſ. major.* & *Celſ. l.* 2. *c.* 6.

Infirmĭter, adv. infirme. *Arnob. l.* 7. Quam infirmiter invalideque dicatur.

Infirmo, as, avi, atum, a. 1. *indebolire*, חלש, Germ. *schvvaechen*, Gal. *infirmer*, *affoiblir*, Hisp. *enflaquecer*, ἀσθενόω, debilito, infirmum reddo. Translate sumitur pro refutare, refellere. *Cic. de nat. Deor.* Quanta vero illa sunt, quæ vos Academici infirmatis, & tollitis? ¶ Infirmare fidem alicui, est frangere. *Cic. Att. l.* 15. Utrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio. ¶ Infirmare fidem testis apud judicem, est infirmum reddere testem. idest ostendere, eum esse fide indignum. *Cic. pro Rosc. Com.* ¶ Infirmare legem; h. e. auctoritatem ei adimere. *Liv. l.* 34. *Quintil. l.* 7. *c.* 2.

Infirmus, a, um, *infermo*, *debole*, חלש, Germ. *schvvach*, Gal. *infirme*, *foible*, Hisp. *flaco*, *no firmo*, ἀσθενής, non firmus, imbecillis, debilis. *Cic.* 1. *Acad.* Sum enim admodum infirmus. ¶ Transfertur ad res inanimatas, ut Infirmæ vires, infirma classis, infirmum argumentum, &c. *Cic. pro Cæc.* Ad probandum utraque res infirma, nugatoriaque est. ¶ Infirmi saporis vinum, est ingenerosum, debile. *Col. de arb. c.* 3. Sed infirmi saporis vinum, nec perenne faciunt. ¶ Comp. infirmior, sup. infirmissimus. *Cic. ad Q. Fr.* Quæ quo majore conatu aguntur, eo leviora, infirmioraque existimo. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 45. Infirmissima valetudine. *Vellej. l.* 2. *c.* 70. Infirmissimus valetudine. ¶ Infirmus absolute pro ægroto, *ammalato*. *Plin. l.* 7. *ep.* 26. Nuper me cujusdam amici languor admonuit, optimos esse nos, dum infirmi sumus. ¶ Infirmæ nuptiæ dicuntur a Terentio in *Phorm.* 5. 1. 6. quæ parum duraturæ sunt.

Infit, *comincia*, ἄρχεται, verbum defectivum, idem quod incipit. *Plaut. Aul.* 2. 4. 59. Infit ibi postulare plorans, ejulans. ¶ Frequenter per Ellipsin invenitur pro fari incipit. *Liv. l.* 1. Ibi infit, annum se tertium, & nonagesimum agere. ¶ In Veterib. Glossis legitur etiam *infe*, ἄρχῃ, præsens imperativi; sed sine graviori auctoritate non est usurpandum.

Infitĕor, d. 2. non fateor. *Fest.*

Infitĭor. V. Inficior.

Infixus, a, um, adject. *fitto*, *infisso*, *ficcato dentro*. *Virg.* 4. *Æn. v.* 4. Hærent infixi pectore vultus. *Liv. l.* 3. *sub fin.* Infit, se rem vetustate obliteratam, cæterum suæ memoriæ infixam afferre.

Inflabello, as, a. 1. *Tertull. advers. Valent. c.* 23. Ignis inflabellatus est omnibus elementis, & corporibus. h. e flando immissus.

Inflabĭlis, le, adject. qui inflari potest. Hinc *Lactant. de Opific. Dei c.* 11. pulmonem vocat viscus inflabile, atque aeris capax.

Inflaccĕo, es, n. 2. flaccidus, infirmus, inutilis fio. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 323. Inflaccebunt conditiones.

Inflăgro, as, n. 1. intus flagro, vel accendo. *Solin. c.* 5. (*al.* 11.) *de Sicilia:* Sarmenta, licet viridia, ignem sponte concipiunt, & nullo inflagrante halitu, ab ipso numine fit accendium.

Inflammanter, adverb. *con ardore*. *Gell. l.* 10. *c.* 3. Acriter, & inflammanter facit.

Inflammatĭo, nis, f. 3. *infiammazione*, φλεγμονή, actus inflammandi, ut inflammationes mammarum, quas Græci φλεγμονὰς, vocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte veluti cujusdam ignis ardor sentitur, apud *Plin. l.* 20. *c.* 21. *Cels. l.* 7. *c.* 25. Inflammationem reprimere. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 46. Inflammatio animi.

Inflammātrix, icis, f. 3. quæ inflammat, incitat, & accendit. *Ammian. l.* 14. *c.* 1. Megæra inflammatrix. *Mamertin. Paneg. Juliani*, *c.* 3. Eædem odii causæ, quæ amoris inflammatrices.

Inflammatus, a, um, adject. accensus, *infiammato*, *acceso*. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 7. Ad gloriam inflammatus. *Id* 3. *de Leg. c.* 11. Inflammata invidia. *Id. pro Dom. c.* 23. Mentes inflammatæ in aliquem.

Inflammo, as, avi, atum, a. 1. *infiammare*, הבעיר, Germ. *anzuenden*, Gall. *enflammer*, Hisp. *inflamar*, καταργίω, incendo, inflammationem infero. *Cic.* 7. *Ver.* Classem pulcherrimam Populi R. in litus expulsam, & ejectam inflammari, incendique jussit. *Id. Att. l.* 8. Cum eadem lucerna epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam. idest, combusseram. ¶ Est item accendere. *Cic.* 5. *Verr.* Dicitur inflammasse tedas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt. ¶ Translate est commovere, concitare, urgere. *Cic.* 1. *de Or.* Neminem posse eorum mentes, qui audirent, aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere. *Id.* 5. *Tusc.* Quem libidinibus inflammatum, & furentem vidimus. ¶ Item ingenti cupiditate implere, & passive vehementer appetere, & desiderare aliquid. *Cic. de Am.* Honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur. ¶ Item augere. *Cic.* 1. *Ver.* Cum sint parati, qui concionibus, & legibus hanc invidiam Senatus inflammare conentur. ¶ Inflammare alicujus animum in aliquem, est, incitare, impellere. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 56. Qui possit languentem populum inflammare in improbos.

Inflate, adverb. *superbamente*, *gonfiamente*. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 79. De prælio ad Dyrrhachium facto latius inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat.

Inflatĭo, onis, f. 3. *gonfiamento*, actus inflandi. *Cic.* 1. *de Div.* Quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærentis vera contrariam. *Col. l.* 6. *c.* 6. Inflatio ventris. *Plin. l.* 20. *c.* 10. inflatio stomachi.

Inflātus, a, um, o. 1. 2. *gonfiato*, *gonfio*, Ger. *auffgeblasen*, Gal. *enfle*, Hisp. *hinchado*, partic. ab inflor. *Cic. in Bruto*, Ut si tibiæ inflatæ non referant sonum. *Liv. l.* 40. *c.* 33. Inflatus annis. ¶ Translate accipitur pro elato, turgido. *Cic.* 1. *Off.* Cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur. *Id.* 3. *Tusc.* Sic igitur inflatus, & tumens animus in vitio est. ¶ Et dicitur etiam de rebus, quæ supra modum elatæ sunt. Hinc stylus inflatus, qui ex sententiis gravioribus, & verbis nimium elatis constat. *Auct. ad Her. l.* 4. Nam ut corporis bonam valetudinem tumor imitatur sæpe, ita gravis oratio sæpe imperitis videtur ea, quæ turget, & inflata est. ¶ Lætitia inflatus, *gonfio d' allegrezza*. *Cic. Philip.* 14. *c.* 6. Inflati lætitia, atque insolentia impii cives. *Id. pro Murc. c.* 15. Spe, atque animis inflatus. *Liv. l.* 39. *c.* 53. Juvenis inflatior redierat, subnixus erga se judiciis senatus. ¶ Inflatior vestis, *apud Tertull. de Pall. c.* 4. *Veste, che ha più falde*.

Inflatus, us, m. ἐμφύσησις, actus inflandi, inflatio, *il soffiar dentro*. *Cic. de clar. Orat. c.* 51. Inflatum recipiunt aures. Et *l.* 4. *Acad. c.* 7. Primo inflatu tibicinis. ¶ Item afflatus, *ispirazione*. *Id. de Divin. l.* 1. *c.* 6. Instinctu, inflatuque divino futura renunciat.

Inflecto, is, exi, exum, a. 3. *piegare*, idem quod flecto, ἐγκάμπτω. *Col. l.* 5. *c.* 6. Radices in nodum inflectere. *Cic.* 7. *Verr.* Ubi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur. ¶ Vestigium cursus sui inflectere, est a cursu suo declinare. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* Stellæ nunquam cursus sui vestigium inflectunt. ¶ Voces inflectere, est variare. *Tibull. l.* 2. *el.* 7. Voces inflectere cantu. ¶ Translate est mutare, *mutare*, *piegare*. *Cic.* 1. *Fam.* Ne magnitudinem animi tui unquam inflectas cujusquam injuria. *Id. pro Cæcin. c.* 26. Jus civile neque inflecti gratia, neque pertringi potentia, neque adulterari pecunia potest. ¶ Inflectere orationem. *Cic. de clar. Orat.* Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, teneramque reddidit. ¶ Inflectere sensus, *Commovere*. *Virg.* 4. *Æn.* Solum hic inflexit sensus, animumque labentem Impulit. *m' ha fatto mutar' opinione*. ¶ Inflectere aliquem lacrymis, *piegarlo col piangere*. *Statius* 8. *Thebaid.* ¶ Inflectere oculos alicujus. *Cic. post redit. ad Quirit.* Frater erat unus, qui suo squallore vestros oculos inflecteret. h. e. in se converteret, & misericordiam moveret.

Inflētus, a, um, adject. *non pianto*. *Auson. in Parental. carm.* 10. Non ego te infletum memori fraudabo querela. *Virg. Æn.* 11. *v.* 372. Inhumata, infletaque turba.

Inflexibĭlis, le, o. 3. *che non si può piegare*, Germ. *unbiegig*, Gal. *inflexible*, Hisp. *inflexible*, ἄκαμπτος, quod inflecti non potest. *Plin. ep.* 97. *l.* 10. Pervicaciam certe, & inflexibilem obstinationem debere puniri.

Inflexĭo, onis, f. *piegamento*, ἔγκαμψις, inflectendi actus. *Cic.* 3. *de Or. c.* 59. Laterum inflexione hac forti, ac virili, non ab scena, & histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palæstra.

Inflexus, a, um, *piegato*. *Cic.* 1. *de Div. c.* 17. incurvum, & leviter a summo inflexum bacillum. *Id.* 2. *de Orat. c.* 46. Inflexa ad miserabilem sonum voce dicere.

Inflexus, us, m. idem ac inflexio. *Senec. de brevit. vitæ*, *c.* 12. Vocem inflexu modulationis inertissimæ torquere. *Arnob. l.* 2. Inflexibus sinuosis adire.

Inflictĭo, onis, f. 3. actus infligendi. *Theod. l.* 9. *tit.* 17. Multa inflictione corrigere.

Inflictus, us, m. inflictio, collisio, ut inflictus dentium & labiorum, quo nempe sonos articulamus, apud *Arnob. l.* 3.

Inflīgo, is, ixi, ictum, a. 3. *percuotere*, *dar colpi*, הכה, Ger. *schlagen*, Gal. *frapper*, Hisp. *apretar*, *herir*, προστρίβομαι, ictum infero, incutio. *Cic. in Pis.* Quæ discessus meus Reipublicæ vulnera inflixit? *Id. in Vat. c.* 8. Si hanc quoque mortiferam plagam inflixisses Auguratus tui. *Id. in Pison. c.* 26. Turpitudinem alicui infligere. h. e. afferre, inurere. Sic infligere colaphum, *dar' una guanciata*. *Id. & Plin. l.* 8. *c.* 36.

Inflo, as, avi, atum, n. 1. *soffiare*, *gonfiare*, הפיח, Germ. *auffblasen*, Gall. *enfler*, *souffler*, Hisp. *soplar*, *hinchar*, ἐμπνευματόω, intro flo, turgefacio. Usurpatur vel absolute instar verbi neutrius, vel cum acc. instar verbi activi. *Hor.* 1. *Ser. Sat.* 1. Quin Jupiter ambas iratus buccas inflet. V. infra. ¶ Speciatim signat canere, *suonare*. *Varro* 3. *de re rust. c.* 13. Qui cum eo venisset cum stola, & cithara, & cantare esset jussus, buccinam inflavit. *Cic. in Acad.* Simul ac inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur. *Id.* 3. *de Or.* Qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum aut remissum excitaret, aut a contentione revocaret. ¶ Translate est turgescere, tumere, efferri, superbire, vel active efferre, extollere, *insuperbire*. *Cic.* 1. *de Leg.* Fannii autem ætate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius. *Id. in Pis.* Cum tibi spe falsa animos rumor inflasset. ¶ Hinc inflare alicujus spem, est augere. *Liv. l.* 35. Spem regis inflarat. Adde *Curt. l.* 3. *c.* 2. Sic *Paul. JCtus l.* 9. *Dig. tit.* 4. *l.* 39. Inflare locationem, dixit. *crescer l' affitto*.

Inflorĕo, es, n. *fiorire*. *Claudian. in II. Consul. Stilic. v.* 124. Pristina Romuleis infloruit arcibus ætas.

Influens, tis, nom. partic. qui intus fluit, qui ingruit. *Cic. de Provinc. Cons. cap.* 13. Influentes in Italiam Gallorum copias repressit. *Plin. in Paneg. c.* 81. Influentia negotia. ¶ Proprie *Curt. l.* 8. *c.* 9. Amnis influens.

Influentĭa, æ, f. ἐπιῤῥοή, actus influendi, concursus, ut influentia vitiorum, apud *Jul. Firmic. l.* 1. *Mathes.*

Influvĭum, ii, n. *flusso*, profluvium. *Vellej. l.* 2. *c.* 120. Ut protinus pariter sanguinis influvio exspiraret. Alii legunt *profluvio*, alii *effluvio*.

Influo, is, xi, xum, n. 3. *scorrere*, *inondare dentro*, נזל, Germ. *hineinfliessen*, Gall. *influer*, Hisp. *influir*, εἰσρέω, intro fluo, illabor. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 39. Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* In quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. *Id.* 1. *de Div. c.* 35. Atque in amnes mare influxerit. ¶ Translate ponitur pro se se insinuare, sensim irrepere. *Cic. Off.* Ut in universorum animos tanquam influere possimus. *Id. de Am.* Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis? ¶ Item pro irrumpere. V. *Influens*.

Influxĭo, onis, f. influxus, illapsus, actus influendi. *Macrob. l.* 1. *Somn. Scip. c.* 12. Materialis influxio in corpus.

Influxus, us, m. actus influendi, *influsso*. *Frimic. l.* 1. *c.* 1. Si ex stellarum influxibus pendeamus.

Infodĭo, is, odi, ossum, a. 3. *cavare*, *piantare*, ἐνορύττω, intus planto, fodiendo sepelio, terra obruo. *Virg.* 2. *Georg.* Quam lætum infodias vitis genus. ¶ Nonnunquam idem valet, quod fodio. *Colum. l.* 4. Campestris locus alte duos pedes infodiendus est. ¶ Infodere corpora terræ. h. e. sepelire. *Virg.* 11. *Æn. v.* 206. sic *Nepos* in *Pausan. in fi.* Corpus procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus.

Infœcunde, adv. *sterilmente*, ἀτόκως, non fœcunde, steriliter. *Gell. l.* 19. *c.* 3. Qui infœcunde laudat.

Infœcundĭtas, tis, f. *sterilità*, Ger. *unfruchtarkeit*, Gal. *sterilitè*, Hisp. *sterilidad*, ἀφορία, sterilitas. *Col. l.* 1. *Proœm.* Audio culpantes modo agrorum infœcunditatem. Adde *Tacit. l.* 3. *Ann. c.* 6.

Infœcundus, a, um, *sterile*, עקר, Ger. *unfruchtbar*, Gall. *sterile*, Hisp. *no fertil*, ἄφορος, minime fœcundus, non ferax, sterilis. *Plin. l.* 12. *c.* 10. Lanigeris arboribus folia infœcunda. *Virg. Georg.* 2. *v.* 48. Infœcunda semina. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Infœcundior materia mista pinguiori.

Infœderātus, a, um, adject. fœdere non junctus. *Tertull. de Præscriptionibus c.* 12. Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hostibus regibus stipendium captat, nisi plane desertor?

Informabĭlis, le, adject. qui formari, & creari nequit. *Tertull. advers. Praxeam*, *c.* 27. Deus immutabilis, & informabilis.

Informatĭo, nis, f. *il primo schizzo*, יצר, Ger. *formierung*, Gal. *èbauche*, Hisp. *dibuxo*, ὑποτύπωσις, περιγραφὴ, proprie dicitur prima illa, & rudis forma, quæ ab artifice operi alicui inducitur. Translate accipitur pro notione a natura animo impressa, hoc est, quasi præsumpta notitia, & anticipata. *Cic.* 1. *de Nat. Deor.* Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec disputari possit.

Informātor, oris, m. qui informat, & instruit. *Tertul. l.* 4. *advers. Marcion.* Moses populi informator.

Informātus, a, um, instructus, *instrutto*. *Cic.* 1. *Offic. c.* 4. Ut nemini parere animus bene a natura informatus velit, &c. ¶ Item nondum formatus, imperfectus, rudis. *Virg.* 8. *Æn. v.* 426. His informatum manibus, jam parte polita, Fulmen erat. *Cic. l.* 1. *Att. ep.* 1. Petitorum hæc est adhuc informata cogitatio. h. e. rudis adhuc & impolita, non certa & explorata.

Informidabĭlis, le, adject. *non formidabile*. *Corippus l.* 1. *v.* 354. Omnis erit judex informidabilis illi.

Informidatus, a, um, adject. *non temuto*. *Silius l.* 15. *v.* 241. Hac tacite nitens informidatus adire.

Informis, me, o. 3. *sformato*, *senza forma*, *rozzo*, Germ. *ungestal*, Gal. *sansforme*, Hisp. *informe*, ἄμορφος, sine forma. *Plin. lib.* 7. *cap.* 25. Ea

est caro informis, inanima, ferri ictum, & aciem respuens. *Id. l.* 10. *c.* 63. Informia ursæ pariunt. h. e. informes partus edunt. ¶ Item deformis, squalidus, fœdus. *Horat. l.* 2. *od.* 10. Informes hyemes reducit Jupiter. hyems nempe terrarum faciem deformem facit. *Virg. l.* 8. *Æn.* Informe cadaver. ¶ Translate *Tacit. Ann.* 12. *n.* 37. Sors mea mihi informis, tibi magnifica est.

Informitas, atis, f. formæ carentia. *Solinus in proœm.* Scabra informitas.

Informo, as, avi, atum, a. 1. *far la prima abbozzatura, far il primo schizzo*, יצר, Ger. *entvverffen*, Gal. *façonner, ebaucher*, Hisp. *dibuxar, dar forma*, ὑποτυπόω, est primam illam, & rudem operi alicui formam inducere. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Velut funis informabitur in eam crassitudinem. ¶ Ponitur etiam pro simplici formo, quod est figurare, efficere. *formare*. *Cic. de Fin.* Informari non potest virtus, si quicquam, nisi, quod honestum sit, numeretur. *Id. de nat. Deor.* Deos ne conjectura quidem informare possumus, idest, iis formam tribuere, seu sub forma concipere. ¶ Translate capitur pro describere, *descrivere*. *Cic. in Or.* Atque ego in summo Oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. ¶ Item pro docere, certam formam morum imprimere animo. *informare, istruire*. *Cic. pro Archia, c.* 3. Atque ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. ¶ Informare areas, apud *Col. l.* 11. *c.* 3. *formare le porche degli orti*. V. locum Columellæ.

Informus, a, um, valde calidus, apud vet. ex præp. *in*, quæ hic auget, & *formus*, calidus. *Fest.* Adde *Tertull. de Pal. c.* 2. ut legi vult Junius, & Stevvechius in notis ad Arnobium.

Infŏro, as, a. 1. *forare dentro*, ἐντιτραίνω, intus foro, ex *in*, & *foro, as*. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Timebant prisci truncum findere, mox inforare ausi medio. ¶ Est item in forum, sive in jus vocare, ab *in*, & *forum*. *Plaut. Curc. a.* 3. *v.* 31. Licet ne inforare, si incomitiare non licet: Ubi tamen alius latet sensus ut & *in Priap. carm.* 77. ¶ Quod ad Plinii locum attinet, Harduinus ex MSS. legit *imperare*. V. Impero.

Infortunātus, a, um, *infelice, misero, sfortunato*, Ger. *unglickhafftig*, Gal. *infortuné*, Hisp. *infortunado*, δυστυχής, infelix, miser, calamitosus, ærumnosus. *Ter. Eun.* 2. 3. O infortunatum senem. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 24. Nihil me infortunatius. *Apul. l.* 4. *A. A.* infortunatissimus maritus.

Infortunĭtas, atis, f. idem ac infortunium. *Gell. l.* 6. *c.* 1. Itidem sunt bona, & mala, felicitas, & infortunitas, dolor, & voluptas.

Infortunĭum, ii, n. *infelicità, disgrazia, miseria*, רעה, Ger. *unglick*, Gal. *infortune*, Hisp. *infortunio*, ἀτυχία, infelicitas, calamitas, ærumna. *Ter. Adel.* 2. 1. Si attigisses, ferres infortunium. ¶ Infortunium habere, calamitosum esse. *Liv. l.* 1. *c.* 50. Ni pareat patri, habiturum infortunium esse. ¶ *Vitare infortunio*, pro vitare infortunium, habet *Plaut. Curcul.* 2. 3. 19. quemadmodum *Bacchid.* 1. 2. 39. cavere malo, dixit.

Infossus, a, um, adject. intus fossus, perfossus. *Stat.* 8. *Theb. v.* 534. Infossa crebro vulnera. *Horat. Epod.* 5. *v.* 33. Infossus puer. *h. e.* sepultus. Eodem sensu *Plin. l.* 13. *c.* 13. Tot infossi duraverunt annis.

Infra, *di sotto*, תחת, Ger. *dranten*, Gal. *dessous*, Hisp. *debaxo*, ὑπό, præp. ex iis, quæ acc. inserviunt. Valla docet, *infra* referri & ad locum, & ad dignitatem, sive personam, ut infra tectum, Infra dignitatem meam, & *intra* ad spatium, & ad numerum, ut Intra muros, intra dies viginti. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Infra autem hanc propius a terra Jovis stella fertur. *Id. in Or.* Nam in Poetis non Homero soli locus est, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. *Liv. l.* 18. Me infra ætatem filii sui posuit. ¶ *Aliquid infra nos esse*, interdum est, dedecere dignitatem nostram, vel vilius esse, quam ut conveniat officio, & dignitati nostræ. *Cic. de Fin. l.* 3. Ducere omnia humana infra se sapiens debet. ¶ In conviviis *infra aliquem accumbere*, est ad dexteram accumbere cubantis in medio (qui locus honoratior habebatur) sicut supra, est ad sinistram. *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. *v.* 22. Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra. Adde *Cic.* 9. *fam. ep.* 26. ¶ Infra sine casu adverbium est, nec tamen sensum mutat. *Cic. Att.* Earum literarum exemplum infra scripsi.

Infractĭo, onis, f. 3. idem quod fractio. Translate dicitur de animo pro torpore, demissione, pusillanimitate. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 7. In eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.

Infractus, a, um, adject. ab infringor, idem quod fractus, vel valde fractus, ut *in* hic sit ἐπιτατικὸν, *franto, rotto, spezzato*, & translate *indebolito, posto in cattivo stato, vinto, abbattuto*, ἐκπλαγείς. *Cic.* 4. *Acad. c.* 25. Tu autem te negas infracto remo commoveri. *Id. pro Domo c.* 24. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. *Virg.* 12. *Æn.* Turnus ut infractos adverso Marte Latinos defecisse videt. *Servius* interpretatur *antea semper infractos*. Sed melius Donatus, *valde fractos*. ¶ Infractus animus dicitur, *rimesso, vile*, qui demissus est, & dejectus, & rerum adversariarum fluctibus pessundatus. *Cic post red. ad Quirit. c.* 8. Non modo non infracto animo erat, verum etiam confirmato, & renovato. ¶ Res infracta, idest perdita, afflicta, & desperata. *Cic. Att. l.* 9. Tum poterimus deliberare, non scilicet jam integra re, sed minus infracta. ¶ Oratio infracta, id est, humilis, & demissa, qualis solet esse eorum, quibus parum propitia est fortuna. *Liv. l.* 38. *c.* 14. Et oratio fuit summissa, & infracta, extenuantis opes suas, &c. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 10. Pericles oratione nulla ex parte infractiore concionatus est. ¶ Vox infracta, *voce troppo delicata, femminile, molle*. *Gell. l.* 3. *c.* 5. ¶ Infracta constitit ira, *Ovid.* 5. *Metam. v.* 51. *rintuzzata cessò*. ¶ Veritas pluribus modis infracta, libidine assentandi, &c. *Tacit. Ann.* 17. *oscurata*. ¶ Infractus pro non fracto, invicto, ut *in* sit στερητικὸν, usurpatur a recentioribus fere latinis scriptoribus. *Symmachus l.* 1. *ep.* 3. Fractæ opes infractos animos repererunt. ¶ Perperam autem affertur a Calepino, & Passerat. exemplum *Plin. l.* 8. *c.* 20. Ejus enim loci hæc est germana lectio: *Mares* (caprarum) *quam maxime simos, longis auribus infractisque, armis quam villosissimis probant*. Dicuntur autem *infractæ aures*, quæ non erectæ surgunt, sed quasi fractæ sint, flaccidæ & deciduæ pendent. *Colum. l.* 7. *c.* 6. Caper optimus habetur cruribus crassis, brevi cervice, flaccidis, & prægravantibus auribus, exiguo capite, &c. ¶ *Danetius* quoque ex *Statio* affert *infracta virtus*, pro mascula & invicta, & locum quidem non assignat. Sed fortasse est *l.* 2. *Achilleid. v.* 213. Hæsit & occulto virtus infracta calore. Ubi certe vox *infracta* significat, valde fracta, & enervata.

Infrænatus, & rectius infrenatus, a, um, *sfrenato*, Ger. *ungezeunt*, Gal. *affrené*, Hisp. *desenfrenado*, ἀχάλινος, non frænatus, ab in, & frænor. *Liv. l.* 21. *c.* 44. Generosissimarum gentium equites frænatos, & infrænatos video. ¶ Item qui frænum habet, frænatus. *Id. lib.* 37. *c.* 20. Non stratos, non infrænatos magna pars habebant equos. Sic enim ibi legitur in melioribus Editionibus, non, ut vulg. *non stratos, & infrænatos*. *Silius lib.* 4. *v.* 316. undique nudi Assiliunt frenis, infrenatique manipli.

Infrænis. V. Infrænus.

Infræno, vel potius Infreno, as, avi, atum, a. 1. *frenare, mettere il freno*, רסן, Ger. *zeumen*, Gal. *brider*, Hisp. *enfrenar*, χαλινόω, proprie est equis fræna imponere. *Liv. l.* 37. *c.* 20. Pauci stabant impavidi equi, eos ipsos non sternere, non infrænare, aut ascendere facile poterant. ¶ Per translationem ponitur pro cohibere, detinere, *ritenere*. *Plin. l.* 9. *c.* 31. Statim pluribus anchoris navigia infrænant. *Id. l.* 32. *c.* 1. Infrænat impetus, & domat mundi rabiem.

Infrænus, (rectius Infrenus) a, um, & infrænis, ne, o. 3. *senza freno, sfrenato*, ἀχάλινος, sine fræno, non frænatus. *Virg.* 10. *Æn.* Illum infrænis equi lapsu tellure jacentem. *Id.* 4. *Æn. v.* 41. Hunc Numidæ infræni cingunt. Ubi Numidas infrænos vocat, quod equis uterentur infrænatis, quos sola regebant virga. ¶ Item immoderatus. *Col. l.* 10. Sed quid ego infræno volitare per æthera cursu passus equos? *Gel. l.* 1. *c.* 15. Infrænis lingua.

Infragĭlis, le, o. 3. *non fragile, fermo, saldo*, ἄρρηκτος, firmus, & validus. *Ovid.* 1. *Trist.* Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset. *Senec. de vita beat. c.* 9. Summum bonum est infragilis animi rigor. Ubi minus recte al. leg. *infrangibilis*. *Albinovan. ad Liviam, v.* 354. Infragilemque animum, quod potes, usque tene.

Infrangibĭlis. V. infragilis.

Infrascriptus, a, um, adject. *infrascritto*. *Vet. Inscript. apud Grut.* Vixit sine ulla querela cum conjuge infrascripta.

Infrĕmo, is, ui, n. 3. idem quod fremo, hoc est, murmure indignationem ostendo. *Virg.* 10. *Æn. de apro*: Infremuitque ferox. ¶ Accipitur aliquando pro personare, & sonitu horrorem incutere. *Sil. l.* 3. *v.* 230. Nec bellum raptis tam dirum mille carinis acrius infremuit.

Infrendĕo, es, dui, n. 2. *fremere*, τοὺς ὀδόντας βρύχω, est dentes irascendo quatere, & invicem collidere. *Virg.* 3. *Æn. v.* 664. Dentibus infrendens gemitu. ¶ Est etiam *infrendo, is*, 3. conjugat. *Tertul. Apolog. c.* 12. Infrendite, inspumate.

Infreno &c. V. Infræno.

Infrĕquens, tis, o. *poco frequentato, solitario*, Ger. *ungeng*, Gal. *infrequent*, Hisp. *infrequente*, μανός, parum frequentatus, ut *Infrequens forum*, quo pauci conveniunt, *Infrequens Senatus*, paucorum Senatorum conventus. *Liv. l.* 3. Præterquam quod infrequens Senatus indicio erat sociis, afflictam civitatem pestilentia esse. *Id. l.* 31. *c.* 23. Qua infrequentissima urbis sunt. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui non frequentat. *Cic. l.* 3. *Q. Fr.* Sum equidem Romæ, & in prædiis infrequens. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 2. Copiæ infrequentiores imponuntur. *Festus*: Infrequens appellabatur miles, qui abest, absuitve a signis. ¶ Regit interdum genitivum. *Gel. l.* 13. *c.* 24. Infrequens sum vocum latinarum.

Infrequentātus, a, um, adject. *non frequentato*. *Sidon. l.* 9. *ep.* 15. Metrum infrequentatum durius texitur.

Infrequentĭa, æ, f. 1. *solitudine, deserto*, Ger. *vven nicht viel leut dar sind*, Gal. *infrequence*, Hisp. *infrequencia*, μανότης, paucitas, raritas. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 2. Summa infrequentia. *Liv. l.* 2. *c.* 23. Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus.

Infriatus, a, um, *fregato, stritolato*. *Col. l.* 7. *c.* 5. Superfusoque aceto, vel æris ærugine infriata.

Infricātus, a, um, adject. *fregato*. *Plin. l.* 30. *c.* 12. Muscæ infricatæ digito medico.

Infrĭco, as, ui, ictum, & atum, a. 1. *fregare*, ἐντρίβω, est fricare, & fricando contundere, vel etiam illinere. *Col. l.* 12. *c.* 30. Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato, & oblinito. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Cinerem ex aceto infricare.

Infrictio, onis, f. actus infricandi. *Cels. l.* 8. *c.* 11. *sub fin.* Infrictionem membro adhibere.

Infrictus, a, um, adject. ab infrico, infricatus. *Marcel. Empir. c.* 10. Infrictus naribus. ¶ Item frixus, *fritto*, a radice frigo. *Plin. l.* 20. *c.* 13. Dederunt & cum bitumine infrictam (rutam) potioni propter anhelitum. Al. & rectius, legunt *infractam*.

Infrigesco, is, xi, n. 3. *raffreddarsi*, frigesco. *Cels. lib.* 5. *c.* 25. *n.* 4. Infervetque, donec crassitudinem sordium habeat: cum infrixit, catapotia ex eo fiunt.

Infrigĭdo, as, a. 1. refrigero, *rinfrescare*. *Theodor. Priscian. de Dieta, c.* 1. & 2.

Infrīgo. V. Infrictus.

Infringo, is, egi, actum, a. 3. *rompere*, κατακλάω, valde frango. *Plin. l.* 22. *c.* 6. Ne insidens ales infringat. ¶ Interdum est illidere, & infligere. *Ter. Adel.* 2. 1. 46. Plus quingentos colaphos infregit mihi. ¶ Translate est minuere, debilitare. *Cic. pro Mil.* Ad ejus non salutem modo extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. ¶ Item reprimere. *Cæs.* 3. *B. C.* Ut primus excursus, visque militum infringeretur. *Liv. l.* 38. *c.* 16. Animum alicujus infringere. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 7. Spes infringitur. ¶ Infringere jus, h. e. violare, *Tacit. l.* 4. *Ann.* ¶ Infringere Deos humili precatu, *Stat. l.* 1. *Achil.* h. e. placare.

Infrĭo, as, a. 1. ἐντρίβω, idem ac frio, hoc est, comminuo, vel rem friatam, & comminutam rei alicui infero, *stritolare, o fregare sopra, o in qualche cosa*. *Cato de re rust. c.* 7. Eos melle ungito, papaver infriato. *Col. l.* 8. *c.* 5. Atque ita paulum triti salis vulneribus infriatur.

Infrons, ondis, adject. *privo di frondi*, sine frondibus. *Ovid.* 4. *de Pont. el.* 10. *v.* 31. Hic agri infrondes. h. e. sine arboribus.

Infructuosĭtas, atis, f. inanitas. *Tertul. de resur. carn. c.* 33.

Infructuōsus, a, um, *infruttuoso, senza frutto, non utile*, Ger. *unfruchtbar*, Gall. *infructueux*, Hisp. *infructuoso*, ἄκαρπος, quod non fert fructum. *Col. l.* 11. *c.* 3. Post quem diem fera, & infructuosa fit hujusmodi rerum cultura. ¶ Infructuosæ preces, vanæ, frustra factæ. *Plin. ep.* 23. *l.* 8. Obversantur oculis cassi labores, & infructuosæ preces. Sic infructuosa epistola, *Senec. Controvers.* 19. Infructuosa malitia, *Tacit.* 1. *hist. c.* 51.

Infrunītus, a, um, *stolto, stolido*, ἄφρων, stolidus, insipiens, a frunitus, quod a φρονέω, *sapio, intelligo*. Aliqui interpretantur hominem insulsum, & agrestem, *sgraziato, rustico*. *Senec. de vita beata, c.* 23. Nec jactabit opes, nec ostendet: alterum infruniti animi est, alterum timidi, & pusilli. *Id.* 3. *de Benef. c.* 16. Infrunita & antiquata est, quæ nesciat, matrimonium vocari unius adulterium. *Gel. l.* 4. *c.* 9. Verba infrunita, & obtundentia.

Infucātus, a, um, adject. fuco tinctus, tectus, simulatus. *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 25. Animi judicio etiam magis infucata vitia noscuntur.

Infūco, as, avi, atum, a. 1. *imbellettare*, φυκόω, fuco tingo. Translate sumitur pro tegere, simulare. *Plaut. Mil.* 2. 6. 46. Nunc pol ego metuo, ne quid infucaverit. Ubi infucare aliquid dixit, pro fallaciam aliquam latenter struere, & quibusdam quasi coloribus ita simulare, ut deprehendi vix possit. Al. leg. *infuscaverit*. *Id. Cist.* 1. 1. 21. Infucare merum. h. e. aqua diluere. Sed varia ibi quoque lectio est. V. *Taubman.*

Infŭla, læ, f. κωσία, στέμμα, fascia in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ plerumque lata est, plerumque tortilis ex albo, & cocco. *Serv. in Æn.* 10. *v.* 538. ¶ *Festus* filamenta lanea interpretatur. ¶ Infulæ ornamentum erant Sacerdotum. *Virg.*

loc. cit. Phœbi, Triviæque Sacerdos, Infula cui ſacra redimibat tempora vitta. *Cic. 6. Ver. c. 50.* Præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis, ac verbenis fuerunt. ¶ Item ornamentum victimarum, teſte *Varr. l. 6. de L. L.* Hinc *Flor. l. 4. c. 2.* Quæ omnia velut infulæ in deſtinatam morti victimam conterebantur. ¶ Item pacem petentium, & caduceatorum. Hi enim caduceum laneis filamentis velatum præferebant. *Liv. l. 30. c. 36.* Velata infulis, ramiſque oleæ navis occurrit: decem legati erant miſſi ad petendam pacem. Adde *Cæſ. l. 2. B. C. c. 12.* ¶ Denique infulæ dicebantur ornamenta, & inſignia Magiſtratuum. Hinc infulas honorum, *leg. 1. Cod. de tempor. & repar. appellat.* Et, infulas imperiales, *Juſtinian. l. ult. Cod. de quadrien. præſcript.* Sic & pro ipſo Magiſtratu uſurpantur, ut & faſces. *Spartianus in Adrian. c. 6.* Marium Turbonem poſt Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum Pannoniæ, Daciæ quoque, ad tempus præfecit. V. *Salmaſ.* ¶ *Infularum locum eſſe*, vel *habere*. eſt, ſacrum, ac religioſum eſſe, ac veneratione dignum. *Sen. ep. 74.* Hæ literæ non dico apud bonos, ſed apud mediocriter malos, infularum loco ſunt. *Id. de Conſol. ad Helviam, c. 13.* Qui adverſus fævisſimos caſus ſe extollit, & ea mala, quibus alii opprimuntur, evertit, ipſas miſerias infularum loco habet. h. e. miſeriæ ipſę venerationem ipſi conciliant, quando ita affecti ſumus, ut nihil æque magnam apud nos admirationem occupet, quam homo fortiter miſer.

Infulātus, a, um, adject. κεχοσμημένος, infula ornatus. *Suet. in Calig. c. 27.* Infulatus, verbenatuſque.

Infulcio, is, ulſi, ultum, n. idem ac infercio, ingero. *Sen. ep. 115.* Non deſinit omnibus locis hoc verbum infulcire. *Suet. in Tiber. c. 53.* Mori inedia deſtinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum juſſit.

Infulgens, tis, adject. idem quod fulgens. *Catul. in Argon. carm. 63. v. 383.* Sæpe Pater Divum templo infulgente reviſens. Alii tamen leg. *in fulgente*.

Infulgĕo, es, ulſi, n. 2. fulgeo, inclareſco. *Capitolin. in Opil. Macr. c. 5.* Infulſit præterea nomen Severi, cum illius nulla cognatione tangeretur.

Infumātus, a, um, adject. *fecato al fumo*. *Plin. l. 28. c. 9.* Infumata pilis oculorum medetur.

Infumibŭlum, n. 2. *cammino*, Ger. *camin*, Gal. *cheminèe*, Hiſp. *chimenea*, καπνοδόχη, ſpiraculum, per quod fumus exit. *Plin. l. 24. c. 15.* Is nidor per infumibulum imbibitur. V. Infurnibulum.

Infundibŭlum, li, n. *imbottatoja*, *pevera*, *imbuto*, מוצמה, Ger. *ein trichter*, Gall. *entonnoir*, *robinet*, Hiſp. *embudo*, *tolva*, χώνη, ἐπίχυσις, inſtrumentum, quo in vaſa liquorem infundimus. *Cat. de R. R.* In cella olearia hæc opus ſunt, dolia olearia, & opercula, feſtarium olearium unum, infundibula duo. Adde *Col. l. 3. c. 22.* & *Vopiſc. in Aurel. c. ult.* ¶ Item canalis, per quem frumentum in molam decurrit, *tramoggia*, *Vitruv. l. 10. c. 10.*

Infundo, is, udi, uſum, a. 3. *infondere*, *gettar dentro*, יצק, Germ. *eingieſſen*, Gal. *verſer dedans*, *infuſer*, Hiſp. *infundir*, ἐγχέω, intro fundo. *Cic. 11. Phil.* At hic nuper ſororis filio infudit venenum, non dedit. *Col. l. 6. c. 4.* Cum vino conteras, & in naribus infundas. *Id. l. 6. c. 5.* Infundere per nares. Et *c. 6.* Infundere faucibus. ¶ Translate *Cic. 2. de Orat. c. 87.* Orationem in aures alicujus infundere. *Id. l. 3. de Leg. c. 14.* Vitioſi principes vitia infundunt in civitatem.

Infurnibŭlum, li, n. *pala da infornare*, pala, qua panes in furno diſponuntur. *Plin. l. 24. c. 15.* Radix ejus (Chamæ leuces herbæ) imponitur carbonibus cupreſſi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tuſſi. Ita legit *Voſſ.* Videtur tamen legendum *infumibulum*. Qua enim ratione poſſit tuſſi laborans fumum radicis uſtæ per infurnibulum imbibere?

Infuſcātus, a, um, *infoſcato*. *Col. l. 11. c. 2.* Si jam infuſcata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. ¶ Translate ponitur pro obumbrato, vel inquinato. *Cic. pro Planc.* Retinens veterem illum officii morem, non infuſcata malevolentia, non aſſueta mendaciis, non fucata, non fallax. ¶ *Infuſcata vox* apud *Senec. in præfat. l. 1. controverſ.* eſt minus clara, aut canora: cui opponitur *candida*.

Infuſco, as, a. 1. *offuſcare*, ἀμαυρόω, fuſcum reddo. *Col. l. 7. c. 3.* Infuſcare vellera. ¶ Translate ponitur pro turbare, turbidum facere. *Plin. l. 9. c. 29.* Infuſcata aqua abſconduntur. ¶ Item pro corrumpere. *Col. l. 12. c. 19.* Quo naturalis ſapor ejus infuſcetur. ¶ Item pro obtuſum reddere. *Plin. l. 10. c. 29.* Modulatus editur ſonus, variatur, copulatur, infuſcatur ex inopinato. ¶ Item pro inquinare. *Cic. in Brut.* Nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat. ¶ Infuſcare vinum, apud *Plaut. Ciſt. 1. 1. 21.* eſt diluere: nam vinum merum nigrum eſt; addita aqua, ad fuſcum colorem, & minus nigrum accedit. Alii legunt *infucare*.

Infuſcus, o. 1. 2. idem quod fuſcus. *Col. l. 9. c. 10.* Quidam etiam infuſci, atque hirſuti reperiuntur.

Infuſio, onis, f. 3. *infuſione*, ἔγχυσις, actus infundendi. *Plin. l. 20. c. 21.* Vulvas & cibo, & infuſione mollit in oleo.

Infūſor, oris, m. qui infundit. *Prudent. Cathemer. 4. v. 11.* Infuſor fidei.

Infuſus, us, m. idem ac infuſio. *Plin. l. 24. c. 6.* Sonitus aurium emendat infuſu, ſtrumas illitu.

Infūſus, a, um, adject. *infuſo*, *ſparſo*, ἐγχυθείς. *Virg. 9. Æn. v. 461.* Infuſus ſol, ſc. terris. *Id. 6. Æn. v. 26.* Mens infuſa per artus. *Ovid. ep. 1.* Collo infuſus amantis. h. e. innixus, vel collum amplexus. *Plin. 32. 11.* Infuſa terræ maria. *Curt. l. 5. c. 6.* Immenſa agmina infuſa in Græciam.

Ingauni, m. 2. Albingauni, pop. Liguriæ, quorum urbs Albingaunum, in ora Liguſtica.

Ingelabĭlis, V. Incongelabilis.

Ingeminātus, a, um, adject. geminatus, *raddoppiato*, *doppio*. *Ovid. l. 4. de Pont. el. ult. v. 43.* Maternos Cottas cui, Meſſalaſque paternos Maxima nobilitas ingeminata dedit.

Ingemĭno, as, a. 1. *raddoppiare*, ἐπιδιπλασιάζω, idem quod gemino, aut frequenter gemino. *Ovid. 6. Faſt.* Hoſtiles ingeminavit opes. ¶ Reperitur etiam neutrum. *Virg. 1. Geor. v. 333.* Ingeminant Auſtri, & denſiſſimus imber. Ubi *Servius*: ingeminant, pro ingeminantur.

Ingemiſco, n. 3. idem ac ingemo. *Cic. in Epiſt.* Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati. ¶ Ingemiſcere malo alicui, eſt mali alicujus gratia ingemiſcere. *Cic. 2. Tuſc.* Quem vidit nemo ulli ingemiſcentem malo. *Ammian. l. 30. c. 7.* Clades ingemiſcendæ.

Ingĕmo, is, ui, a. 3. *gemere*, γέμω, vehementer gemo, graviter fero. *Cic. 5. Phil.* Una illa in re civitas ſervitutis oblita ingemuit. ¶ Habet aliquando poſt ſe accuſativum. *Virg. Ecl. 5. v. 27.* Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones interitum. ¶ Et dativum. *Horat. Epod. 5. v. 31.* Ingemens laboribus. *Liv. l. 36. c. 28.* Ingemuerunt conditioni ſuæ.

Ingĕner, a, um, adject. genitalis, generans. *Colum. l. 10. v. 196. de verno anni tempore*. Ingenera nunc ſunt genitalia tempora mundi: Nunc amor ad coitus.

Ingenerāſco, is, a. 3. idem quod ingenero. *Lucr. l. 3. v. 736.* cur omnia membris Ex ineunte ævo ingenerāſcunt, ingenioque? Si non certa ſuo quia ſemine? &c. Optimæ tamen editiones habent *generaſcunt*.

Ingenerātus, a, um, adject. ingenitus, innatus. *Cic. pro Sext.* Ingenerata familiæ tuæ frugalitas.

Ingenĕro, as, a. 1. *ingenerare*, נתן, Germ. *einzeugen*, Gall. *engendrer*, Hiſp. *engendrar*, ἐντεκνόω, idem ac genero, vel intus genero, ingigno, gignendo inſero. *Cic. 1. Off.* Ingeneratque in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati ſunt. *Liv. l. 5.* Ingeneravit natura ſocietatem utriſque.

Ingeniātus, a, um, adject. apto ingenio præditus, natura aptus, a nomine *ingenium*. *Plaut. Mil. 3. 1. 135.* Qui lepide ingeniatus eſſet, vitam longinquam darent; qui improbi eſſent, iis adimerent animam cito. Alii legunt *ingenuatus*, ſed minus recte. Adde *Gell. l. 12. c. 1.*

Ingeniculatus, i, m. idem ac Ingeniculus, ſc. Herculis fidus. *Vitruv. 9. 6.*

Ingenicŭlo, as, avi, atum, n. vel a. 1. *inginocchiarſi*, ברך, Germ. *niderknyen*, Gal. *s'agenouiller*, *ſe mettre a genous*, Hiſp. *arrodillarſe*, *hincarſe de rodillas*, γονατίζω, γονυπετέω, genua flecto, in genua procumbo, a genu. *Hygin. in Engonaſin.* Sed poſtquam Herculem tela deſecerint, multitudine Barbarorum, & inopia armorum deſeſſum ſe ingeniculaſſe, multis jam vulneribus acceptis. *Lamprid. in Heliog. c. 5.* Nudufque ingenicularet.

Ingenicŭlus, m. 2. *ἐν γόνασι*, ſignum in cœlo ex viginti octo ſideribus conſtans, idem ac Hercules, qui dextro genu nixus ſiniſtro pede capitis draconis cuſtodis horti Heſperidum dextram partem opprimere conatur. Sed *Hyginus* ſcripſit ita dictum fuiſſe, quod in prælio cum Barbaris, ideſt Liguribus, telis eum deficientibus, multiudine Barbarorum, & inopia armorum deteſſus, multis jam vulneribus acceptis, ſe ingeniculaverit. *Firmic. l. 6.* Ingeniculus, qui & Engonaſis, in extremis partibus oritur. Hoc ſidere nati erunt mendaces, fugaces, callidi. ¶ Ingenicula per ſyncopen, & adjectivi more. *Manil. l. 5. v. 646.* Engonaſi. ingenicla juvenis ſub imagine conſtans.

Ingeniŏlum, i, n. diminut. parvum ingenium. *Arnob. l. 5.* Ingeniola puerilium fictionum.

Ingeniōſe, adv. *ingegnoſamente*, Ger. *ſinnreichlich*, Gall. *ingenieuſement*, Hiſp. *ingenioſamente*, δεξιῶς, ſubtiliter, & cum ingenio. *Cic. in Acad. l. 4. c. 27.* Tractantur iſta ingenioſe, diſputantur etiam eleganter. *Velleï. l. 2. c. 48.* Homo ingenioſiſſime nequam. *Sen. Controv. 10.* Declamavit longe ingenioſius.

Ingeniōſus, a, um, *ingegnoſo*, *accorto*, Germ. *ſenureich*, Gal. *ingenieux*, Hiſp. *ingenioſo*, δεξιός, ſubtiliter, & cum ingenio. *Cic. in Acad. l. 4. c. 27.* Tractantur iſta ingenioſe, diſputantur etiam eleganter. *Velleï. l. 2. c. 48.* Homo ingenioſiſſime nequam. *Sen. Controv. 10.* Declamavit longe ingenioſius.

Ingeniōſus, a, um, *ingegnoſo*, *accorto*, Germ. *ſenureich*, Gal. *ingenieux*, Hiſp. *ingenioſo*, δεξιός, qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habet, qui multum habet ingenii, acutus, & ſolers. *Cic. in Tuſc.* Ariſtoteles ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe. *Id. pro Q. Roſc. com. c. 11.* Quo quiſque eſt ingenioſior, & ſolertior, hoc docet iracundius, & laborioſius. *Id. pro Mur. c. 3.* Homo ingenioſiſſimus. *Ovid. 2. Triſt.* Inque meas pœnas ingenioſus eram. ¶ Dicitur & de rebus inanimis. *Ovid. 2. Amor. eleg. 6.* Vox mutandis ingenioſa ſonis. *Id. 4. Faſt.* Ager ingenioſus ad ſegetes. h. e fertilis.

Ingenĭtus, a, um, adject. innatus, inſitus a natura, *innato*, *naturale*, *Ovid. ad Piſon. v. 92.* Ingenita nobilitas. *Sen. epiſt. 11.* Quidquid fixum, & ingenitum eſt, lenitur arte, non vincitur. *Col. l. 3. c. 7.* Ingenita ſterilitate laborantibus.

Ingenĭum, nii, n. 2. φύσις, natura cujuſque rei, ab *in*, & antiquo *geno* pro *gigno*, quia rebus ingenita eſt, *la proprietà*, *o naturalezza di ciaſcheduna coſa*. *Plin. l. 14. c. 1.* Ingenium ſoli, *Gel. l. 12. c. 1.* Lætis ingenia, & proprietates. *Tac. 5. hiſt. c. 14.* Campi ſuopte ingenio humentes. *Nev. apud Non. c. 4. n. 235.* Ingenio arbuſta nata ſunt, non conſita. h. e. ſponte nata. ¶ De hominibus etiam dicitur, & ſignificat indolem, & naturam cujuſque. *Ter. Andr. 1. 1. 50.* Ingenium eſt omnium hominum proclive ad libidinem. *Plaut. Merc. 4. 1. 2.* Ingenium ſuum facere, *viver' a ſuo modo*, *ſoddisfar' il genio*. Sic *Liv. l. 3.* Ingenio ſuo vivere. *Plaut. Stich. 1. 2. 69.* Ædepol vos lepide tentavi veſtrumque ingenium ingenii. ¶ Hinc *ad ingenium redire* dicuntur, qui diſſimulatis, & tectis aliquandiu vitiis, tandem ad animi pravitatem redeunt, primiſque, & ſuis moribus utuntur. *Ter. Adel. 1. 1. 45.* Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet: ſi ſperat fore clam, rurſus ad ingenium redit. Sic *Liv. l. 2. c. 22.* Volſcis ſuum redit ingenium. ¶ Speciatim & ſæpiſſime ſumitur pro vi, ac virtute mentis, qua res homo acute, & celeriter intelligit, invenit, efficit, *ingegno*, *mente*, δύφια, ἀγχίνοια. Hinc ingenium acre, tardum, acutum, ferax, velox, durum, & ſimilia apud optimos Scriptores. *Cic. l. 5. Fin. c. 13.* Prioris generis eſt docilitas, memoria, quæ fere omnia appellantur uno ingenii nomine, eaſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur. *Idem pro Font. c. 14.* Multum habere ingenii ad fingendum. *Plaut. Pœn. 5. 4. 28.* Ingenium patris habet, quod ſapit, *ſi aſſomiglia al padre nella ſaviezza*. ¶ Interdum ſumitur pro rebus ingenio inventis. *Plin. Paneg. c. 49.* Exquiſita ingenia cœnarum. hoc eſt, ingenioſi apparatus. *Tert. de reſur. carn. c. 8.* Atrocia pœnarum ingenia. ¶ Item pro ipſis hominibus. *Sen. de Conſol. ad Polyb. c. 8.* Intentatum Romanis ingeniis opus. *Id. epiſt. 2.* Certis ingeniis immorari, atque innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere. ¶ Uti alicujus ingenio, eſt opera alterius uti. *Tac. l. 1. hiſt. c. ult.* In rebus urbanis Galerii ingenio utebantur. Sic ingenium offerre, h. e. operam. *Id. Ann. 14. c. 3.* Obtulit ingenium Anicetus.

Ingĕno is, a. 3. ingigno, gigno. *Manil. l. 5. v. 135.* His etiam ingenitur, viſendi nota cupido.

Ingens, tis, o. 3. *grande*, *ſmiſurato*, רב, Ger. *ſehr groſſ*, Gal. *forgrand*, Hip. *muy grande*, ἀμαγέθης, quod magnum, & immenſum eſt. Plus eſt, quam magnus, *Ter. Eun. a. 3. ſc. 1.* T. Magnas vero agere gratias Thaïs mihi? G. ingentes. *Cic. de Prov. Conſ.* Ingentem pecuniam pendunt L. Piſoni quotannis. ¶ *Ingens animus*, fortis, magnus, & conſtans. *Plin. in Paneg.* Ingentis animi ſpecimen haberetur. Adde *Liv. l. 21. c. 1.* Sic ingens animi fœmina, *Tac. 1. Ann. c. 69.* ¶ Ingens rerum vir, *di gran potenza*, *Id. 4. hiſt. c. 66.* ¶ Ingens eloquio, *di gran facondia*, *Stat. l. 1. Silv. 4.* ¶ Habet etiam ſuos gradus. *Virg. Æn. 11. v. 124.* fama ingens, ingentior armis. *Veget. l. 4. de re milit. c. 8.* Rotæ ingentiſſimæ fabricantur.

Ingenuātus. V. Ingeniatus.

Ingenŭe, adv. *ingenuamente*, ἐλευθερίως, liberaliter, & quemadmodum hominem liberum decet. *Cic. 5. Fin.* Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenue non ipſa turpitudine, etiamſi eum læſura non ſit, offenditur? ¶ Translate ſumitur pro ſimpliciter, vere, libere, ἁπλῶς, ut Ingenue loqui, Ingenue fateri. *Cic. Metel. l. 5. Fam. ep. 2.* Et quod me abs te cupiſſe laudari, aperte, atque ingenue confitebar.

Ingenuĭtas, atis, f. 3. *ingenuità*, ἐλευθερότης, liberalitas, honeſtas, nobilitas. *Cic. 3. Ver.* Detrahes ornamenta non ſolum fortunæ, ſed etiam ingenuitatis. ¶ In plur. *Arnob. l. 2. ſub fin.* Sublatis ingenuitatibus ſervitutes. ¶ Translate ſumitur pro pudore, pro morum probitate. *Cic. 1. Acad. c. 11.* Ut præ ſe probitatem quandam, & ingenuitatem ferat.

Ingenŭus, a, um, *nativo*, *naturale*, proprie eſt, quod ingenitum, hoc eſt, natura inſitum eſt, ab *in*, & *geno* pro *gigno*, ut Ingenui fontes, nativi, non manu facti, *Lucret. l. 1. v. 230.* Ingenua indoles, propria, & innata. *Plaut. Mil. a. 3. ſc. 1.* Ineſt in hoc amuſitata ſua ſibi ingenua indoles. ¶ Homo ingenuus eſt is, qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt, *ingenuo*, *libero*, ἐλεύθερος, ſive ex duobus ingenuis matrimonio

editus ſit, ſive ex altero ingenuo, altero libertino, ſive ex duobus libertinis, ſive ex matre libera, & patre ſervo, quocumque ex tribus temporibus mater libera fuerit, vel in conceptione, vel in partu, vel medio tempore, ſive ex matre libera, & patre incerto. V. Juſtinian. & alios JCtos. *Mart. l.* 3. *epig.* 32. Ingenuam malo, ſed ſi tamen illa negetur, Libertina mihi proxima conditio eſt. V. Liber, a, um. ¶ Antiquiſſimis Romæ temporibus ingenui dicebantur, qui patrem quoquo modo, certum tamen haberent. *Liv. l.* 10. *c.* 8. An Romæ unquam fando audiſtis, patricios primo eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, ideſt nihil ultra quam ingenuos? ¶ Tranſlate ingenuus uſurpatur pro honeſto, modeſto, pulcro, liberali, *civile, oneſto*, ut ingenua facies. *Mart. l.* 3. *epigr.* 32. Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris. *Juven. Sat.* 11. *v.* 154. Sic ingenuæ artes, quæ ſcil. ingenuos decent, minimeque ſerviles. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 3. ¶ Vires ingenuæ dicuntur a *Martiali*, quæ mediocres ſunt, quales ſolent eſſe hominum nobilium, *l.* 10. *epigr.* 48. Mens quieta, vires ingenuæ, ſalubre corpus. Hinc ingenuum latus, h. e. delicatum, apud *eund. l.* 3. *epigr.* 46. Adde *Ovid. l.* 1. *Triſt. eleg.* 4. ¶ *Mart. l.* 10. *epigr.* 82. Per gemitus noſtros, ingenuaſque cruces. h. e. quæ cum ſint ſervorum ſuppliciuin, ab homine ingenuo feruntur. ¶ Ingenuus color dicitur, qui ſincerus eſt, non fucatus, nulla arte quæſitus. *Propert. l.* 1. *el.* 4.

Ingero, is, eſſi, eſtum, a. 3. *portar dentro, porre dentro*, חבוא, Germ. *lincin verffen*, Gal. *poter dedans*, Hiſp. *meter dentro*, ἐμβαλλω, intero, importo. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 24. Tu, qui urnam habes, aquam ingere. *Id. Bacch.* 4. 8. 34. Mala multa in aliquem ingerere. *Tib. l.* 2. *eleg.* 1. Ingere ligna foco. *Suet. de Clar. Gram.* Oſculum ingerere. ¶ Semen ſolo ingerere, eſt ſeminare. *Col. l.* 2. *c.* 10. ¶ Convicia ingerere alicui, vel ingerere dicta in aliquem, eſt conviciari, maledicere. *Hor. l.* 1. *Sat.* 5. Pueris convicia nautæ ingerere. *Plaut. Aſin.* 5. 2. 76. Modo, cum dicta in me ingerebas. ¶ Ingerere pugnos in ventrem, *Ter. Phor.* 5. 7. *ad fin. dar de' pugni*. ¶ Ingerere ſe, eſt affectare aliquid, ambire, *ingerirſi. Plin. Paneg. c.* 85. Præfectum Prætorii non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere. ¶ Ingerere aliquid, interdum ſignificat, repetere, in memoriam revocare. *Sen. l.* 1. *de Benef. c.* 12. Auctorem ſuum ingerit, & inculcat. *Tac. in Orat. c.* 7. Quorum nomina prius parentes liberis ſuis ingerunt. ¶ Ingerere ſceleri, *aggiungere. Senec. in Thyeſt.* ¶ *Inger* pro *ingere*. *Catul. carm.* 27. Inger mi calices amariores.

Ingeſtabilis, & le, o. 3. quod geſtari non poteſt. *Plin. l.* 7. *c.* 6. Ingeſtabile onus crurum.

Ingeſto, as, a. 1. idem quod geſto. *Apul. l.* 11. *Metam.* Carbaſus lintea votum ingeſtans progerebat.

Ingeſtus, us, m. actus ingerendi, & immittendi. *Tert. de reſur. carn. c.* 42. Immortalitatis ingeſtus.

Ingeſtus, a, um, partic. ab ingeror, *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 72. Nomen patris patriæ Tyberius a populo ſæpius ingeſtum repudiavit, ideſt violenter, aut moleſte oblatum.

Ingigno, is, ingenui, ingenitum, a. 3. *ingenerare*, Germ. *einplantzen*, Gall. *engendrer*, Hiſp. *engendrar*, ἐγγενάω, inter gignendum inſero, una, vel ſimul gigno, ingenero. *Cic.* 5. *Fin. c.* 11. Sive maior aliqua cauſa, atque divinior hanc vim ingenuit. *Id.* 2. *Fin.* Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi.

Inginium. V. Ignuvium.

Inglomĕro, as, avi, atum, a. 1. גלם, Germ. *in einander vvickln*, Gall. *ammonceler*, Hiſp. *embolver*, μαρύω, idem ac glomero, ideſt, coacervo, accumulo, & veluti in globi formam involvo. *Stat. l. Theb. v.* 350. Sed plurimus Auſter inglomerat noctem.

Inglorĭus, a, um, *senza gloria, ignobile*, ἄδοξος, qui nullam gloriam ſua virtute conſecutus eſt, inhonoratus, ignobilis. *Cic.* 1. *de Leg.* Beati, qui honorati ſunt, videntur, miſeri, qui ſunt inglorii. *Virg. 9. Æn. v.* 598. Parmaque inglorius alba. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 59. Inglorius militiæ.

Ingluvĭes, ei, f. 5. ſinus ille interior circa guttur, in quem aves demittunt cibos, priuſquam in ventrem recondant, a *gula*, quaſi ingluvies. *Feſt. Col. l.* 8. *c.* 13. Nam niſi vacua eſt ingluvies, cruditatem ſignificat. ¶ Sumitur etiam pro gurgulione, ſeu collo. *Apul. l.* 1. *Metam.* Reſtis ad ingluviem aſtricta. ¶ Præterea voracitatem ſignat, luxuriam, liguritionem, *ingordigia. Ter. Eun.* Harum videre ingluviem, ſordes, inopiam. *Hor. l.* 1. *Sat.* 2. *v.* 8. Parentis præclaram rem ingluvie ſtringere.

Ingluviōſus, a, um, adject. guloſus, vorax, heluo. *Feſt.* Ingluvies a gula dicta: hinc ingluvioſus.

Ingrandeſco, is, dui, ſine ſup. n. 3. *aggrandirſi, divenir grande, farſi grande*, μεγαλύνομαι, augeor, grandior fio. *Col. l.* 11. *c.* 3. Licet porrum, ſi jam ingranduit, transferre. *Id. l.* 2. *c.* 10. Quæ ut celeriter prodeat, & ingrandeſcat.

Ingrāte, adv. *ſpiacevolmente, ingratamente*, ἀχαρίστως, non iucunde, non libenter. *Plin. lib.* 18. *cap.* 3. Non ingrate nominando M. Varronem. ¶ Item animo ingrato. *Cic. Caſſio Fam.* 12. *epiſt.* 1. Ingrate noſtra facilitate abutuntur.

Ingrātia, æ, f. contrarium gratiæ, ἀχαριστία. *Tertul. de Pœnit. c.* 1. Pœnitet fidei, amoris, ſimplicitatis, prout quid in ingratiam incidit. Et *c.* 3. Viderit ergo ingratia hominum, ſi etiam bonis factis pœnitentiam cogit. ¶ In ablativo plurali ſumitur adverbii more, *contra genio, contra voglia*, ἀκόντι. *Plaut. Caſ.* 2. 5. 7. Vobis invitis, atque amborum ingratiis. *Id. Merc.* 2. 4. 11. Nimium multum ſcis. En. Tuis ingratiis. *Nepos in Themiſt. c.* 4. Ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. *Terent. Eun.* 2. 1. 14. Ingratus dormire. *domir per forza*.

Ingratificus, a, um, ingratus, beneficii immemor. *Cic. pro Sext. c.* 57. explicans Xenophontis illud, ἀχάριστος. O ingratifici Argivi, inanes Grai, immemores beneficii.

Ingratiis. V. Ingratia.

Ingrātis, adv. ἀκουσίως, invite, non ultro, præter gratiam, præter voluntatem, ab *ingratiis* per Syncopen. Aliqui derivant a *gratus*, quia ultronea grata ſunt, quæ ab invitis, & recuſantibus fiunt, ſunt ingrata. *Cic. pro Quinct. c.* 14. Extorquendum eſt invito, atque ingratis, quod non debet. Alii legunt *ingratiis. Lactant. l.* 2. *cap.* 10. Ingratis eripiet.

Ingratitūdo, nis, f. *ingratitudine*, ingrati animi vitium, ἀχαριστία. Perperam ponitur in titulo *l.* 5. *Val. Max.* ut diximus in V. *Gratitudo*. Habet tamen *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 1. his verbis: Ingratitudinis vitio inquinati.

Ingratus, a, um, *ingrato, non grato*, ἀχάρις, non gratus, non acceptus, injucundus. *Cic. in Fam.* Non enim mihi ingrata ſunt, quæ feciſti. *Curt. l.* 4. *c.* 11. Ingrata oratio Regi fuit. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui non meminit accepti beneficii, nec gratiam ullam habet. *Sen. l.* 3. *de Benef. c.* 1. Ingratus eſt, qui beneficium ſe accepiſſe negat, ingratus, qui diſſimulat, ingratus, qui non reddit; ingratiſſimus omnium, qui obliviſcitur. *Cic. l.* 8. *Att. epiſt.* 4. Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non ineſt. *Corniſ. ad Heren. l.* 4. *c.* 40. Ingratus in amicos. *Liv. l.* 38. *c.* 50. Duas maximas urbes ingratas in principes inventas, Romam ingratiorem. *Velley. l.* 2. *c.* 69. Adverſus Cæſaris merita ingratiſſimus. ¶ Accipitur & pro invito. *Ter. Eun.* 2. 1. 14. Ingratus ut dormiam. Alii rectius legunt *ingratiis*.

Ingravate, adv. non gravate. *di buona voglia. Ammian. l.* 17. *c.* 21. Obſecundabant imperiis ingravate.

Ingravatĭo, onis, f. vexatio, moleſtia, onus, *Cod. Theod. l.* 7. *tit.* 13. Perpetuæ ingravationi addici.

Ingravatus, a, um, gravis factus. *Plin. l.* 28. *c.* 11. *a med.* Ingravatas aures lic perluendas putant. *h. e.* quæ gravitate, & difficultate audiendi laborant. *Spartia. in Severo, c.* 21. Ingravatus morbo. *aggravato*.

Ingraveſco, is, ui, n. 3. *divenir più grave, più moleſto*, כבר, Germ. *beſchvverlich vverden*, Gal. *s' appeſentir*, Hiſp. *hazerſe, peſado*, ἐπιβαρύνομαι, gravior, & moleſtior fio. *Cic. de Sen.* Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingraveſcunt. *Id. ad Brut. ep.* 10. Ingraveſcit in dies malum: *Id. pro Domo c.* 5. Annona ingraveſcit. h. e. carior fit. *Id.* 2. *Divin.* Ingraveſcens morbus.

Ingrăvis, e, adject. valde gravis, moleſtus. *Ulp. l.* 3. *ff. de S. C. Silan.* Si quis ingravi valetudine affectus.

Ingrăvo, as, avi, atum, a. 1. *aggravare*, βαρυποιῶ, gravius facio, exaggero. *Virg. Æn.* 11. *v.* 220. Ingravat hæc ſævus Drances. ¶ Item graviter afficio, corrumpo. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Si non ſævitia hyemis ingravat.

Ingredĭor, eris, eſſus ſum, d. 3. *entrare*, בא, Germ. *hinein gehen*, Gall. *entrer*, Hiſp. *entar*, εἰσέρχομαι, introeo; aliquem locum adeo, in aliquem locum me confero. *Cic. in Catil.* Cum jam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. *Id. in Brut.* In vitam paulo ſerius, tanquam in viam, ingreſſus ſum. *Id.* 1. *de Or.* Sed iis, qui ingrediuntur ad ſtadium. *Id. pro Cæc.* Et jam ingrediens intra finem ejus loci. ¶ Aliquando capitur pro ſimplici gradior, quod eſt incedere ambulare, *camminare. Celſ. l.* 5. *c.* 28. *n.* 14. Clavus dolorem ingredienti movet. *Plane. ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 17. Cum primum poſſe ingredi cœpit; non magis ſibi, quam Reip. convaluiſſe ſe exiſtimans, &c. ¶ Translate accipitur pro exordiri, incipere. *Velley. l.* 2. *c.* 6. Decimum annum ingreſſus. *Cic. ad Attic. l.* 15. *epiſt.* 11. Ingredi in orationem. *Id. l.* 6. *Fam. epiſt.* 1. Ingredi in cauſam. *Id. pro Cæcin. c.* 28. Ingredi diſputationem. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Ingredi *Conſulatum*. ¶ Et cum infinito. *Cic. ad Att. l.* 15. Quanquam ingreſſus eſſem dicere quid oportuiſſet. Et *in Top. in princ.* Majores nos res ſcribere ingreſſos. ¶ Et ſubaudito infinito *dicere. Virg. Æn.* 4. *v.* 107. Sic contra eſt ingreſſa Venus. ¶ Ingredi iter, *metterſi in ſtrada. Cic. Phil.* 12. Cum iter ingreſſus fuero. *Id. de Senect.* Cum ingreſſus iter pedibus ſit. ¶ Dicitur etiam ingredi in viam. *Plaut. Pſeud.* 4. 2. 4. Ingredere in viam doloſe. ¶ Ingredi veſtigiis patris, *camminare ſulle veſtigia paterne. Cic. in Somn. Scip.*

Ingreſſĭo, onis, f. 3. *entrata*, בוא, Ger. *der eingang*, Gal. *entrée*, Hiſp. *entrada*, ἔισοδος, actus ipſe ingrediendi. *Cic.* 5. *Phil. c.* 4. Ita ab ingreſſione fori populum, Tribunoſque plebis propulſari videres. ¶ Item ambulatio, inceſſus. *Cic. in Brut. c.* 59. Interdum curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreſſio. ¶ Item principium. *Cic.* 1. *de Orat.* Ac video, hanc primam ingreſſionem meam e media Philoſophia repetitam, &c.

Ingreſſus, us, m. צעד, Germ. *eingung*, Gal. *marchure*, Hiſp. *andadura*, ἔισοδος, actus ingrediendi, ambulatio, inceſſus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio, comprehenſio. ¶ Item initium. *Quint. l.* 9. *c.* 4. Si pars poſterior in clauſula deprehendatur rurſus in ingreſſu.

Ingrŭo, is, ui, utum, n. 2. *aſſalire, venir addoſſo*, נפל, Germ. *hineinfallen*, Gal. *aſſaillir*, Hiſp. *arremeter*, ἐπιβάλλω, eſt ſimul, & contertim, & cum clamore invadere, ſeu impetum facere, a *gruibus*, quæ magno agmine, & vehementi clangore volitant. *Voſſius* a ruo deducit. g inſerto. *Virg. Æn.* 12. *v.* 628. Ingruit Æneas Italis, & prælia miſcet. *Plin. l.* 7. *c.* 50. Univerſis gentibus ingruunt morbi. *Liv. l.* 4. *c.* 30. Morbi in agreſtes ingruerant. ¶ Item accedere, proximum eſſe, *eſſer imminente. Col. l.* 4. *c.* 29. Ingruit frigus. *Liv. l.* 4. *c.* 32. Ingruente fato. *Id. l.* 5. Periculum ingruens. ¶ *Virg.* 2. *Georg. v.* 410. Bis vitibus ingruit umbra. h. e. vites bis umbroſæ fiunt, bis frondes emittentes.

Inguen, inis, n. 3. *inguinaglia*, βυβών, ῆβη, locus ille ad latera pubis, ubi femur, & coxendix coeunt, ab antiquo *ingeno*, quaſi *ingen*, quia ſunt ibi partes genitales. Sumitur pro partibus genitalibus tam fœminarum, quam virorum. *Suet. in Ner.* Virorum, ac fœminarum ad ſtipem deligatorum inguina invaderet. *Adde Celſ. l.* 7. *c.* 20. *& ſeq.*

Inguinalis, le, adject. ad inguina pertinens, ut inguinalis herba, apud *Apul. de Herb. c.* 60.

Inguinaria, æ, f. 1. Σαβάνιον, argemon, herba, quæ ſedat dolores inguinis. *Plin. l.* 25. *c.* 9.

Inguini, m. 2. pop. Umbriæ, quorum urbs Ignuvium.

Ingurgitatĭo, onis, f. *il mangiare o bere con troppa voracità. Firmic. l.* 5. *c.* 8. Qui conviviis, & ingurgitationibus delectantur.

Ingurgitatus, a, um, nom. particip. qui ſe ingurgitavit. *Petron. Satyr.* Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum ſenſit.

Ingurgĭto, as, a. 1. *bere o mangiare con troppa voracità*, גלע, Ger. *ſchlucken*, Gall. *avaler*, Hiſp. *tragar*, γαστρίζω, cum vehementia inglutio, gulam impleo, cibo, aut potu intemperanter me obruo. *Cic.* 2. *Fin.* Crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitant. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 35. Ingurgitat ſe in merum: *ubi alii legunt: ingurgitat in ſe merum. Apul. l.* 3. *A. A.* Merum ſævienti ventri tuo ſoles aviditer ingurgitare. ¶ Translate ſumitur pro immergere ſe, immittere, *ingolfarſi. Cic. in Piſon. c.* 18. Ingurgitare ſe in flagitia. *Gell. l.* 5. *c.* 16. Ingurgitare ſe in Philoſophiam. *Lactant. l.* 4. Sus, quæ ſe cœno ingurgitat.

Inguſtabilis, & le, o. 3. *inguſtabile, che non ſi può guſtare*, בלתי אכל, quod guſtari non poteſt. *Plin. l.* 10. *cap.* 27. Fert baccas acerbas, & inguſtabiles cunctis animantibus.

Inguſtātus, a, um, *non guſtato*, non guſtatus, partic. ab in, & guſto. *Hor. l. Serm. ſat.* 8. *v.* 30. Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi, ideſt, quæ ante nunquam guſtaveram.

Inguſto, as, avi, atum, a. 1. guſtandum do, apud *Tertull. adverſ. Gnoſt. c.* 7. Jovi in media urbe ſanguis humanus inguſtatur.

Inhabĭlis, le, o. 3. *inabile, non atto*, Germ. *ungeſchickt*, Gall. *inabile*, Hiſp. *no abil*, ἀνεπιτήδειος, non aptus. *Col. l.* 2. *c.* 1. Progenerandis eſſe fœtibus inhabilem. *Liv. l.* 26. *c.* 16. Inhabilis ad conſenſum. *Id. l.* 33. *c.* 30. Inhabilis magnitudinis navis.

Inhabitabĭlis, le, o. 3. *non abitabile*, ἀοίκητος, quod habitari non poteſt. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 10. Atque terræ magnas regiones inhabitabiles, inculteſque videmus.

Inhabitātor, oris, m. qui inhabitat. *Ulpian. l.* 9. *Dig. tit.* 3. *leg.* 5.

Inhabĭto, as, n. 1. *abitare*, ישב, Germ. *einnvvohnen*, Gal. *habiter, demeurer en quelque lieu*, Hiſp. *morar*, ἐνοικέω, in loco aliquo habito. *Liv. l.* 24. *c.* 3. Procul aberant vici, qui inhabitabantur. Gronovius legit *habitabantur. Plin. l.* 11. *c.* 37. Inhabitat animus in oculis. ¶ Alio ſenſu *Tertul. de Pal. c.* 3. Varias indumentorum formas promulgaverunt, quarum pars gentilitus inhabitantur. h. e. tanquam veſtimenta induuntur.

Inhærĕo, es, æſi, n. 2. *eſſere attaccato*, דבק, Ger. *anhangen*, Gal. *tenir*

a, *ou contre quelche coſe*, Hiſp. *arrimarſe*, *allegarſe*, προσκολλάομαι, ad rem aliquam hæreo, vel affixus ſum. *Col. l.* 3. Cacumina deinde olivæ, ſicut matri inhærent. *Plin. in epiſt.* 27. *l.* 7. Inhærebat oculis memoria imaginis. hoc eſt, ſemper præ oculis erat, verſabatur ob oculos Al. leg. *inerrabat*. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 15. Inhæret in mentibus. *Colum. l.* 9. *c.* 8. Prioribus inhærens veſtigiis.

Inhæreſco, is, n. 3. *attaccarſi*, προσκολλάομαι, adhæreo, inhærens fio. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 57. In ſordibus aurium, tanquam in viſco, inhæreſceret. *Id.* 3. *Tuſc. c.* 2. Inhæreſcunt penitus in mentibus.

Inhălo, as, avi, atum, a. 1. *ſpirare*, ἐμπνέω, halitu inſpiro. *Cic. in Piſ. c.* 6. Cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes.

Inhiatĭo, onis, f. cupiditas, aviditas. *Trebel. Pol. in Gallien. c.* 6. Uniuſcujuſque vultum mira inhiatione mirantes.

Inhibĕo, es, ui, ibitum, a. 2. *impedire*, עצר, Ger. *aufhalten*, Gall. *defendre*, *empecher*, Hiſp. *vedar*, ἀνείργω, eſt rem cœptam, ne ulterius progrediatur, impedire, ſiſtere, cohibere, ab *in*, & *habeo*. *Virg.* 12. *Æn. v.* 693. Et vos tela inhibete Latini. *Ovid. ad Liv.* Curſuſque inhibebat equorum. *Plin. l.* 19. *c.* 18. Candidis ſolvi alvos modice, nigris inhiberi, *ideſt*, ſiſti, aſtringi. *Id. l.* 28. *c.* 2. Inhibere profluvium ſanguinis. *Catul. Carm.* 89. A turpi mentem inhibere probro. *h. e.* avocare, revocare. ¶ Dicitur etiam, inhibere quin, inhibere quominus, &c. *Curt.* & *Plin.* ¶ Inhibere imperium, eſt imperium exercere, *eſercitar' il comando*, quaſi dicas habere imperium in aliquem. *Plaut. Stich.* 5. 4. 18. Utrum Fontinali, an Libero imperium te inhibere mavis? *Liv. l.* 36. *c.* 28. Dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos modo decreto ſuo, ante armis victos. Et *l.* 37. *c.* 51. Magnis contentionibus certatum eſt, & imperia inhibita ultro citroque, & pignora capta, & multæ dictæ. ¶ *Inhibere damnum*, *& coercitionem alicui* apud *Liv. l.* 4. *c.* 53. dicitur magiſtratus, qui alicui pœnam infligit, & imperio coercet aliquem ob noxam. Quædam editiones habent *ferre* pro *inhibere* minus recte. ¶ Inhibere ſpem in aliqua re, eſt idem ac ſpem habere. *Cic. Agrar.* 3. *c.* 2. Sed tamen inhibet illis legibus ſpem nonnullam. Non deſunt tamen Editiones, quæ habent *habet in illis legibus ſpem*, &c. ¶ Inhibere ſupplicium alicui, pro minitari, intentare. *Cic. Phil.* 13. *c.* 18. Qui hæc litteris, memoriæque mandarit, ita ſibi conveniſſe cum Dolabella, ut ille Trebonium, &, ſi poſſet, etiam Brutum diſcruciatos necaret, eademque inhiberet ſupplicia nobis. ¶ Pertinet etiam hoc verbum ad rem nauticam. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 33. Ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa navis motum, & curſum ſuum, intermiſſo impetu, pulſuque remorum; ſic &c. *Liv. l.* 37. Cum divellere ſe ab hoſte cupientes inhiberent Rhodii. *Inhibere* igitur, ut explicat *Cic. Attic. lib.* 13. *epiſt.* 21. ſignificat non remos ſuſtinere, ſed in aquam deprimere, & alio modo remigare; inhibitio enim, inquit, remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. ¶ Dicitur etiam *inhibere remis*, *rinculare*. *Curt. l.* 4. *c.* 4. Tyrii inhibentes remis ægre evellere navem, quæ hærebat. Et *inhibere retro*. *Liv. l.* 26. Cum roſtris concurriſſent, neque retro navem inhiberent. ¶ Quod ſi quis dixerit *inhibere remos*, aliud omnino ſignificabit, ſcil. a remigando ceſſare, quemadmodum inhibere tela eſt ceſſare a telorum jactu. *Quint. in præfat. l.* 12. Hoc mare ingreſſus contrahit vela, inhibetque remos. h. e. ulterius progredi non audet.

Inhibĭtĭo, onis, f. 3. actus inhibendi, *il rinculare*. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 21. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim.

Inhibĭtus, a, um, nom. particip. *tirato in dietro*. *Liv. l.* 30. Ut quæque retro inhibita roſtrata oneraria hærentem unco trahebat. ¶ Sic inhibita imperia, ſed alio ſenſu. V. *Inhibeo*.

Inhĭo, as, avi, atum, n. 1. *ſtar con la bocca aperta*, Germ. *das maul auffihun*, Gall. *deſtrer à bouche ouverte*, Hiſp. *codiciar à boca abierta*, ἐγχαίνω, ore aperto ſum, os apertum teneo. *Virg.* 4. *Georg.* *v.* 483. Tenuitque inhians tria Cerberus ora. ¶ Translate ponitur pro rem aliquam vehementer cupere, tractum a lupis famelicis, qui aperto ore, linguaque exerta cibum appetere dicuntur. Conſtruitur modo cum dativo, modo cum accuſativo. *Apul. l.* 11. His inhians propius acceſſi. *Plaut. Stich.* 4. 2. 25. Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus. *Cic. Catil.* 3. *c.* 8. Romulum uberibus lupinis inhiantem. *Virg.* 2. *Georg.* Nec varios inhiant pulcra teſtudine poſtes.

Inhoneſtamentum, i, n. dedecus, dehoneſtamentum. *Gracchus* apud *Iſidor. l.* 2. *Orig. c.* 21. Pueritia tua adoleſcentiæ tuæ inhoneſtamentum fuit. *Apul. Apolog.* Ne quid maculæ, aut inhoneſtamenti in me admittam.

Inhoneſtas, atis, f. *diſoneſtà*. *Tertul. adverſ. Jud. c. ult.* Omni inhoneſtate proſtratus.

Inhoneſte, adverb. *diſoneſtamente*, αἰσχρῶς, turpiter, fœde, indecore. *Cic. Att. l.* 2. Accuſavit Naſicam inhoneſte. *Capitolin. in Vero*, *c.* 8. Inhoneſtius indulſit libertis.

Inhoneſto, as, a. 1. *diſonorare*, ἀπιμάζω, dedecoro. *Ovid. l.* 4. *Triſt. el.* 8. Et multas palmas inhoneſtet adeptas. *Heinſio* hic verſus ſuſpectus eſt.

Inhoneſtus, a, um, o. 1. 2. *diſoneſto*, *brutto*, αἰσχρὸς, turpis, fœdus. *Ter. Eun.* 2. 3. 65. Illum ne, obſecro, inhoneſtum hominem? h. e. deformem. *Virg.* 6. *Æn. v.* 497. truncas inhoneſto vulnere nares. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 6. Inhoneſtiſſima cupiditas. *Valer. Max. l.* 7. *ad fin.* quid hoc joco inhoneſtius?

Inhonorabĭlis, le, adject. inhonorus. *Tertul. l.* 3. *adverſ. Marc. c.* 17. Si inglorius, ſi ignobilis, ſi inhonorabilis.

Inhonorātus, a, um, o. 1. 2. *ſenza onore*, *diſonorato*, ἄτιμητος, non honoratus. *Liv. l.* 33. *c.* 23. Inhonoratior triumphus. *Id. l.* 35. *c.* 12. Quod omnium Græciæ gentium eſſent inhonoratiſſimi. *Id. l.* 37. *c.* 54. Inhonoratum quem dimittere. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 34. Vita inhonorata, & ingloria.

Inhonorĭficus, a, um, adject. *non onorifico*. *Senec. de Conſtan. Sapient. c.* 10. Ob factum, dictumque inhonorificum.

Inhonōro, as, avi, atum, a. 1. *diſonorare*. *Tertul. de Reſur. carn. c.* 9. & *de fuga in perſecut. c.* 5.

Inhonōrus, a, um, o. 1. 2. *ſenza onore*, *ignobile*, ἄτιμος, ſine honore, ignobilis. *Plin. l.* 5. *c.* 3. 30. Aliæque inhonoræ civitates. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 62. Revulſæ imperatorum imagines, inhonora ſigna.

Inhorrĕo, es, ui, n. 2. *eſſer orrido*, *aſpro*, φρίττω, horridus ſum. *Liv. l.* 8. *c.* 8. Haud ſecus, quam vallo ſepta inhorret acies. *Virg.* 3. *Æn. v.* 195. Inhorruit unda tenebris.

Inhorreſco, is, ui, n. 3. valde horridus fio. *Plin. l.* 10 *c.* 41. Inhorreſcunt edito ovo. *Pacuv. apud Cic. l.* 1. *de Div. c.* 14. Inhorreſcit mare.

Inhortātus, a, um, partic. paſſivæ ſignificationis, *eſortato*, apud *Apul. l.* 9. *A. A. ſub fin.* Canes paſtoricios in eorum exitium inhortatos immitti præcepit.

Inhortor, aris, atus ſum, dep. 1. idem quod hortor, vel valde hortor. *Apul. l.* 8. *A. A.* Jubilationibus, & hujuſcemodi vocibus nobis inhortantur.

Inhoſpitālis, & le, o. 3. qui nullos recipit hoſpites, inhabitabilis. *Plin. l.* 6. *in Præf.* Pontus Euxinus ante ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus.

Inhoſpitalĭtas, atis, f. 3. ἀξενία, vitium contrarium hoſpitalitati. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ut inhoſpitalitas ſit opinio vehemens, valde fugiendum eſſe hoſpitem, eaque inhærens, & penitus inita.

Inhoſpitalĭter, adverb. crudeliter, inciviliter. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 24. Populum inhumane, & inhoſpitaliter copiis defraudare.

Inhoſpĭtus, a, um, o. 1. 2. ἄξενος, quod hoſpitio proprium, & aptum non eſt, aut commodum, vel propter aſperitatem, & incultum loci ſtatum, vel propter inhumanitatem incolarum. *Ovid.* 1. *Met.* Et inhoſpita tecta Tyranni Ingredior. id eſt in quibus non eſt tutum hoſpitari. *Virg.* 5. *Æn.* Et Numidæ infræni cinguntur, & inhoſpita Syrtis. Ubi Serv. *Inhoſpita*, barbara, aſpera.

Inhoſtus, a, um, adject. iniquus. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 31. Vitellius ventre, & gula ſibi inhoſtus. Et *l.* 15. *Ann. c.* 25. Pax inhoſta. Ita legit Pareus, & Grævius: Alii priore quidem loco, *ſibi ipſe hoſtis*: poſteriore vero *inhoneſta* legunt.

Inhŭber. V. Inuber.

Inhumāne, adv. *inumanamente*, *crudelmente*, ἀνανθρώπως, duriter, & contra legem humanitatis, vel inurbane, inciviliter. *Cic.* 3. *Off. c.* 6. Inhumane feceris, contraque naturæ legem. *Id. de Amic.* 13. Inhumanius dicere.

Inhumanĭtas, atis, f. 3. *inumanità*, *diſcorteſia*, ἀπανθρωπία, vitium contrarium humanitati. *Cic.* 1. *de Or.* Quod ego non ſuperbia, atque inhumanitate faciebam.

Inhumanĭter, adv. idem ac inhumane. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. Illum tam inhumaniter feciſſe.

Inhumānus, a, um, *inumano*, ἀνάνθρωπος, humanitatis expers. *Ter. Eun.* 5. 2. 41. Non adeo inhumano ingenio ſum, Chærea. *Cic. Ver.* 4. *in fi.* Quis inhumanior? quis inſidioſior? *Ter. Hec.* 1. 2. 11. Miles inhumaniſſimus. ¶ Apud *Apulej.* uſurpatum invenitur pro non humanus, h. e. plus quam humanus, cœleſtis, divinus, *l.* 5. *Met.* Inhumanæ menſæ lautitiis eas opipare reficit.

Inhumātus, a, um, *inſepolto*, *non ſepolto*, ἄταφος, ἄθαπτος, inſepultus. *Cic.* 1. *Tuſc.* Diogenes juſſit ſe projici inhumatum. Adde *Virg.* 4. *Æn. v.* 620.

Inhumĭgo, as, a. 1. madefacio, *bagnare*. *Livius Andron. apud Non. c.* 1. *n.* 311. Confluges ubi conventu campum tutum inhumigant.

Inhŭmo, as, a. 1. *ſotterrare*, ἐνθάπτω, humo intego, terra obruo, terræ injicio. *Plin. lib.* 17. *c.* 18. Non inhumare taleas, aut ficcare prius, quam ſerantur, utilius compertum.

Inĭa, f. 1. Inias, Ixias, *Carolei*, opp. Brutiorum, in agro Conſentino, Menecinæ proximum, a Conſentia urbe 4. M. P.

Inĭbi, adv. *in quell' iſteſſo luogo*, שם, Ger. *aadem orth*, Gall. *en ce lieu meme*, Hiſp. *en el miſmo lugar*, ὠυτόθι, in eo ipſo loco, ex *in*, & *ibi*. *Cic. Agrar.* 1. *c.* 7. Et ſuperbia nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur. ¶ Aliquando ſignificat prope. *Cic.* 14. *Phil.* Quod ſperare nos quidem debemus aut inibi eſſe, aut jam eſſe confectum. ¶ Aliquando ſign. ſic. *Pacuvius*, *Ilione*, *apud Non.* Profecto aut inibi eſt, aut jam potiuntur frugum.

Injectĭo, onis, f. ἐπιβολή, actus injiciendi. Manus injectio eſt jus domini in re capienda, quam ſuam agnoſcit, ſeu vindicatio rei nobis debitæ, nulla judicum auctoritate expectata. *Quintil. l.* 7. *c.* 8. Patri in filium, patrono in libertum manus injectio ſit. *Paul. l. pen. ff. de ſerv. exp.* Quæro, an ſit manus injectio, & cui.

Injecto, as, avi, atum, frequentat. ab injicio. *Stat. l.* 9. *Theb. v.* 133. Auſus erat turto dextram injectare. *Stat. Ital. l.* 3. *v.* 183. Jamque videbantur dextram injectare.

Injectus, us, ui, idem ac injectio. *Lucret. l.* 2. *v.* 739. Animi injectus in corpora. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Quamvis levi injectu operto capite.

Injectus, a, um, nom. ex particip. immiſſus, *gettato dentro*. *Cic. pro Cluent. c.* 28. Injectus eſt hominibus ſcrupulus. *Id. de Divin. c.* 27. In plauſtrum injectus, & ſupra ſtercus injectum. *Nepos* 7. 3. Timor injectus multitudini. ¶ Injectæ Turno catenæ, apud *Liv. l.* 1. hoc eſt Turnus catenis ligatus.

Inĭens, euntis, nom. particip. ab ineo, *che principia*. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 21. Ab ineunte ætate. *Id. pro Marcel. c.* 12. Ineunte vere. Sic ineunte menſe, anno, &c. *Id.* & *Sueton.*

Inĭgo, is, egi, actum, a. 3. intro ago, verbum ruſticorum, quod de pecudibus uſurpabant, ut contra *exigere* dicebant, cum e ſtabulis educebant. *Var. de re ruſt. l.* 2. *c.* 2. Inigere pecus in ſtabula. *Id. l.* 4. L. L. Inigere carpentum ſupra aliquid. ¶ Hinc particip. *inactus*. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 52. Apud alios (ſeges) exteritur grege jumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quod ungulis e ſpica exteruntur grana.

Injicĭo, is, injeci, ctum, a. 3. *gettare dentro*, יהד, German. *hineinen vverffen*, Gal. *jetter dedans*, Hiſp. *echar a dentro*, ἐνιβάλλω, ἐμβάλλω, intro jacio, immitto. *Ter. Andr.* 1. 1. 113. Quæ ſeſe in ignem injicere voluit. *Cic. l.* 1. *Divin. ex poeta*: Et Capitolinis injecit ſedibus ignes. ¶ Aliquando eſt ſimpliciter jacere, *Plaut. Epid.* Tragulam in te injicere adornat. ¶ Aliquando innectere, imponere, ligare. *Plaut. Cap.* Injicit huic manicas maſtigiæ. ¶ Aliquando immittere. *Plaut. Caſ.* Jam pol ego huic aliquem in pectus injiciam metum. *Cic.* 11. *Fam.* Quantam cupiditatem nominibus injiciat novitas. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 3. Injicere cogitationem alicui de aliqua re. *metter' in capo qualche penſiero*. *Id. pro Mil.* Cui primum mentem injecit, ut laceſſere fortiſſimum virum auderet. Dicimus etiam injicere ſuſpicionem, ſpem, curam, ſcrupulum, &c. *Cic. Terent. Nepos*, *& al.* ¶ Injicere manum alicui, vel in aliquem, *metter le mani addoſſo*, *trattenere*. *Cic. pro Roſc. Com.* Ipſa mihi veritas manum injecit, & pauliſper conſiſtere coegit. ¶ Proprie eſt phraſis Juris, & ſignificat rem aliquam apprehendere tanquam noſtram, & vindicare, non expectata judicis ſententia. *Liv. l.* 3. *c.* 44. Virgini venienti in forum miniſter Decemviri manum injecit. *Plaut. Truc.* 4. 2. 49. Ego te manum injiciam quadrupli, venefica. Ubi notanda eſt ſingularis conſtructio. Al. tamen leg. *inte*. *Id. Perſ.* 1. 2. 18. Ubi quadruplator quempiam (Al. *in quempiam*) injexit manum. pro *injecerit*. ¶ Translate *Plin. in epiſt. ad Trajan.* Itaque & quieti ejus injeci manum, & exegi, ut me in Bithynia conſilio inſtrueret. ¶ Injicere aliquid, pro addere, inſerere inter loquendum. *Cic. Att. l.* 16. Bruto cum ſæpe injeciſſem de ὁμοπλοία. *Trebonius ad Cic. in Fam.* Cum mihi in ſermone injeciſſet, ſe velle Aſiam vifere. Additur a quibuſdam etiam *Varronis* exemplum *l.* 1. *R. R. c.* 18. *Injicio illud*, *quod*. Sed Scaligeri editio habet *mitto*.

Inimicālis, le, adject. inimicus. *Sidon. l.* 1. *ep.* 3. Stimulis inimicalibus excitari.

Inimĭce, adv. *da nemico*, ἐχθρῶς, hoſtiliter, adverſo animo, & contrario. *Cic.* 2. *Phil.* Ego autem, vide, quam tecum agam non inimice. *Id. pro Quint. c.* 21. Inimiciſſime contendere.

Inimicĭter, adv. idem ac inimice, apud veteres. *Accius*, *Didaſc. l.* 1. *apud Non.* Pacare hoſtem ferocem, inimiciter accenſum. Adde *Claud. Quadrigar.* apud *Gell. l.* 3. *c.* 8.

Inimicĭtĭa, æ, f. *inimicizia*, ἔχθρα, ſimultas, alienatio, disjunctio. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 9. Inimicitia eſt ira ulciſcendi tempus expectans. ¶ Fere uſurpatur in num. plur. *Ter. Phorm.* 2. 3. 23. Capere inimicitias in familiam ſuam. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 18. Suſcipere inimicitias. *Id. pro Cæl. c.* 13. Intercedunt mihi inimicitiæ cum aliquo. *Id. pro Roſ. Amer. c.* 6. Erant ei veteres inimicitiæ cum Roſcio. *Nepos Att. c.* 11. Gerere inimicitias, &c.

Inimīco, as, a. 1. *inimicare*, ἐχθραίνω, inimicum facio. *Horat. l. 4. Carm. od. ult.* Et miseras inimicat urbes.

Inimīcor, aris, d. 1, *inimicarsi*, ἀπεχθάνομαι, Inimicitias exerceo. *Q. Cic. de pet. Conf. c.* 12. Sin autem id neges, ſtatim abalienant ſe, & inimicantur. Ita reterunt quidam Lexicographi. Sed corrupta eſt lectio: ſic autem legendum: Sin autem id neges, & certe abalienes, & ſtatim, & plures,

Inimīcus, ci, m. *inimico*, *nemico*, ἐχθρός, qui non eſt amicus, qui alium odio proſequitur, ulciſcendique tempus expectat. Eſt autem inimicus proprie privatus, hoſtis publicus. *Cic. l. 1. Fam.* Quod inimicum meum (meum autem? imo legum, judiciorum, otii, patriæ, bonorum omnium) ſic amplexabantur. *Plaut. Baceb.* 3. 6. 18. Inimicos in ſe omnes habent. ¶ Dicitur etiam inimiciſſimus, i, ſubſtantive. *Cic. pro Mil. c.* 9. Ubi vidit inimiciſſimum ſuum certiſſimum conſulem. Adde *Nepotem in Annib. c.* 12.

Inimicus, a, um, *inimico*, *contrario*, ἐναντίος, quod ad inimicum pertinet, contrarius, infenſus. *Cic. 4. Ver.* At videte, quam non inimico animo ſim acturus. ¶ Transfertur & ad res inanimatas, accipiturque pro noxio. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Inimicæ oculis vomitiones, maxime autem dentibus. ¶ Comp. inimicior, ſup. inimiciſſimus. *Cic. l.* 1. *Fam.* Cæſaremque inimiciſſimum mihi futurum, gaudere ſe ajebant. *Id. Ver.* 4. *c.* 43. Nemo inimicior Sthenio, quam hic fuit.

Inimitabĭlis, & le, o. 3. ἀμίμητος, *che non si può imitare*, *inimitabile*, quod nemo facile queat imitari. *Quintil. l.* 2. *cap.* 17. Opera quædam nobis inimitabilia. *Velleï. l.* 2. *c.* 97. Morum dulcedo inimitabilis.

Inĭnde, adverb. ex eo loco, ἐκεῖθεν. Hoc Livii exemplum affertur a quibuſdam Lexicographis: *Ita exercitus ininde domos abducti*. Sed quis tibi perſuadeat integrum eſſe?

Inique, adv. *iniquamente*, ἀγωμάνως, ἀδίκως, injuſte. *Cic. ad Brut.* Inique facis, qui hoſtilis animi in Remp. homines, cives appelles. *Ter. Adelph.* 2. 2. 3. Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam. *Cic. pro Cluent. c.* 21. Hoc prope iniquiſſime comparatum eſt.

Iniquĭtas, atis, f. 3. *inegualità*, ἀνωμαλία, ἀγωμοσύνη, inæqualitas, *Liv. l.* 7. Si ab eo conſilio iniquitate loci deterreretur. *Id. l.* 8. *c.* 38. Septam gentem locorum iniquitatibus. ¶ Sæpe ponitur pro injuſtitia, malignitate, injuria, *iniquità*, *ingiuſtizia*, ἀδικία. *Cic. pro Quint.* Ita accidit Prætoris iniquitate, & injuria. *Id. l.* 1. *Fam.* Ut poteſt in tanta hominum perfidia, & iniquitate. ¶ Interdum pro difficultate, & anguſtia. *Liv. l.* 35. Servierunt temporum iniquitate preſſi. Eadem habet *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 1. ¶ Interdum & pro eo vitio ponitur, quod vocatur ab Italis *indiſcretezza*, cum ſcil. plus poſtulatur, quam quod præſtare quis poteſt. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 48. Quæ ſi vobis hominibus eruditiſſimis non probabuntur, veſtram iniquitatem accuſatore, qui ex me ea quæſieritis, quæ ego neſcirem.

Iniquo, as, a. 1. iniquum facio. *Liber. apud Non. c.* 2. *n.* 444. Æquum animum indignanti iniquat contumelia.

Iniquus, a, um, adject. *diſeguale*, non æquus, Germ. *ungleich*, Gall. *inegal*, *qui n'eſt point uni*, Hiſp. *noparual*, ἀνώμαλος, non æquus. *Liv. l.* 2. *c.* 31. Quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes. ¶ Ponitur univerſim pro difficili, arduo, invio, *arduo*, *diſaſtroſo*, *faticoſo*, *diſavvantaggioſo*. *Liv. l.* 28. *c.* 16. Cum hoſtis nequicquam ſubire iniquo aſcenſu conatus eſſet. *Cæſ. l.* 2. *B. G. c.* 27. Aſcendere altiſſimas ripas, ſubire iniquiſſimum locum. Sic iniqua palus apud *Tacit. l.* 1. *Ann. c.* 63. dicitur, quæ difficulter tranſiri poteſt: Et iniquum agmen, 2. *Ann. c.* 5. quod difficulter tueri licet. ¶ Item pro impari. *Virg.* 10. *Æn. v.* 889. Pugna congreſſus iniqua. ¶ Iniquus etiam dicitur, qui modum non habet, ſed vel excedit, vel deficit. *Virg.* 1. *Georg. v.* 164. Iniquo pondere raſtri. h. e. nimis magno. *Valer. Flac. l.* 3. *v.* 65. Iniquum merum. h. e. plus juſto hauſtum, *Virg.* 4. *Georg. v.* 147. iniqua ſpatia. h. e. anguſtiora. ¶ Eleganti metaphora uſurpatur ſæpiſſime pro injuſto, ἄδικος. *Ter. Heaut.* 2. 1. 1. Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes judices. *Horat. l.* 1. *ſerm. ſat.* 3. *v.* 67. Legem ſancimus iniquam. ¶ Tribuitur & rebus inanimis, eodem ſenſu. *Ulp. l. ſi quis. Dig. de action. empt.* Pondera iniqua. *Ovid. ep.* 14. *ad fin.* Prætium pietatis iniquum. *Cic. l.* 8. *Att.* Iniqua conditio. ¶ Accipitur & pro inimico, noxio, infeſto, *nemico*. *Id. pro Planc.* Homo aſper natura, atque omnibus iniquus. *Id. Ver.* 7. Quæ nunc animo te iniquiſſimo tuetur. Et ſubſtantive, quemadmodum de *inimiciſſimus* diximus. *Id. l.* 11. *Fam. ep.* 27. Me a te contra iniquos meos ſolere defendi. ¶ Tribuitur & aliis. *Cic. l.* 1. *ep.* 9. Quorum iniqui ſermones ad me perferuntur. *Lucan. l.* 8. Sidus iniquum gentibus. Sic iniquum litus, iniqua caſtra apud *Horat. &c.* ¶ Iniquo animo ferre, vel pati, *ſopportare di mala voglia*. *Terent. Cic & al.*

Initalĭa, um, n. 2. ſacra, & cæremoniæ initiorum. *Capitalin. in Marco, c.* 27. Athenis fuit, & initalia Cereris adiit. Al. leg. *initialia*.

Initĭa, orum, n. 2. μυσήρια, Cereris ſacra. Ita dicta ſunt, quod eſſent initium melioris vitæ. *Var. de R. R. l.* 2. *c.* 4. & *l.* 3. *c.* 1. *Cic. 2. de Leg. c.* 14. Nam mihi cum multa eximia, divinaque videntur Athenæ tuæ peperiſſe, atque in vitam hominum attuliſſe, tum nihil melius illis Myſteriis, quibus ex agreſti, immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus; initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus. Neque ſolum cum lætitia vivendi rationem accepimus, ſed etiam cum ſpe meliore moriendi. ¶ Initiorum dies dicebantur, quibus ſolemnia ſacrificia celebrabantur, in quibus non initiatos adeſſe nefas erat. *Liv. l.* 31. *c.* 14. Acarnanes duo juvenes per Initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingreſſi ſunt. ¶ Sed tamen *Initia* de aliis etiam ſacrificiis dicebantur, e. g. de ſacrificio pro pace, de illis, quibus pueri, cum a lacte, & cunis ad ſolidiores cibos, & lectulos tranſibant, Eduliæ, Potinæ, & Cubæ, edendi, potandi, & cubandi Deabus initiabantur. *Val. l.* 2. *de R. R.* Cujus veſtigia, quod Initus Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis, fœdus cum feritur, porcus occiditur. *Id. l.* 4. *de L. L.* Initia Samothracum. ¶ Initia etiam dicuntur, quæ in hujuſmodi ſacris adhiberi ſolent. *Catul, in carm. de Att*, *v.* 9. Tympanum, tubam, Cybele, tua, mater, initia.

Initiālis, e, adject. ad initium pertinens, *Apul. l.* 11. *A. A. poſt princ.* Natura rerum parens, ſæculorum progenies initialis.

Initiamentum, i, n. initium, principium. *Senec. epiſt.* 90. Hæc initiamenta ſunt, per quæ ingens omnium deorum templum, Mundus ipſe referatur.

Initiātio, onis, f. actus initiandi ſeu cooptandi in participationem ſacrorum, quod quibus ritibus perageretur, docet *Apuleï. l.* 11. *Miles.* ¶ Item ipſa Initiorum ſacrorum celebratio. *Sueton. in Ner. c.* 34. Peregrinatione quidem Græciæ, Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii & ſcelerati voce præconis ſubmoventur, intereſſe non auſus eſt.

Initiātor, oris, m. qui in ſacrorum communionem adſcifcit, μυσταγωγός, Translate *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 14. Novi teſtamenti initiator.

Initiātus, a, um, adject. μεμυημένος, ſacris Initiorum imbutus, *conſacrato*, *inſtrutto nelle coſe ſacre*. *Var. l.* 4. *L. L.* Non initiati Templum Cereris ingreſſi ſunt. *Juſtin. l.* 11. *c.* 7. Mida ab Orpheo ſacrorum ſolemnibus initiatus Phrygiam religionibus implevit. ¶ *Initiati* præcipue dicebantur, qui nondum ad majora myſteria admittebantur, & adhuc ſacris addiſcendis dabant operam, quos *Initiantes* vocat *Vitruv. præfat. l.* 7. *ſub fin.* ¶ Translate ſignificat imbutum in primis alicujus rei initiis. Item abſolute, inſtructum, edoctum. *Leg. Breviter. Dig. de off. Præf. Præt.* His cunabulis prætectorum auctoritas initiata in tantum augeri meruit, &c. *Plin. l.* 5. *ep.* 15. Aliis enim chartis, aliis ſum literis initiatus.

Initĭo, as, avi, atum, *ordinare nelle coſe ſacre*, חנך, Germ. *oeffnen unterweiſen*, Gal. *initier*, Hiſp. *conſagrar*, μυέω, inauguro, ſacris imbuo, inſtruo. Nam ut inchoo, ita & initio verbum ſacrorum erat. *Cic.* 2. *de Leg.* Initienturque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur. *Id. l.* 1. *Nat. Deor. c.* 42. Mitto Eleuſinam ſanctam illam, & auguſtam, ubi initiantur gentes terrarum ultimæ. *Tertul. de Pal. c.* 4. Ob privilegium galeri Cereri initiantur. ¶ Item inſtruere, edocere, *Plin. l.* 30. *c.* 2. Magicis etiam cœnis eum initiaverat. *Quintil. l.* 1. *c.* 3. Neque enim ſanctius eſſe ſacris iiſdem, quam ſtudiis initiari. *Symmach. l.* 4. *ep.* 20. Initiari Græcis literis. ¶ Initiari pueri dicebantur, cum a lacte, & cunis ad ſolidiorem cibum, & le tulum tranſibant, & Eduliæ, & Potinæ, ſc. edendi, & potandi Deabus veluti conſecrabantur, ſacrificiis factis a nutricibus, *Varr. de liber. educ. apud Non. c.* 1. *n.* 310. *Ter. Phorm.* 1. 1. 15. Ubi erit puero natalis dies: ubi initiabunt. V. *Alex. ab Alex. l.* 2. *c.* 25. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 9. Initiare munditiis munditiarii deo. h. e. munditiarum cauſa Amori munditiarum Deo ſacrificare. Alii aliter legunt. ¶ Initium pro initium habere, inchoare. *Tertul. adverſ. Valentin. c.* 15. Ex his initiata ſunt cætera. *Jul. Firmic.* Ver initiatur, cum primam Arietis partem ſol fuerit ingreſſus. ¶ *Initiantes* apud *Vitruv.* V. Initiatus.

Initĭum, tii, n. 2. *principio*, תחלה, Ger. *anfang*, Gall. *commencement*, Hiſp. *principio*, ἀρχή, principium, ab ineo, ingredior, ideſt, a ſup. initum. *Valla*, & *Quintil.* dicunt, eſſe principium rei majoris. Sed indifferenter uſurpatur. *Cic. 9. Fam.* Initium mihi ſuſpicionis, & cautionis, & diligentiæ fuiſſe litteras tuas. ¶ Ab initio, a principio. *Cic. Att.* Cui Conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. ¶ Initio, in principio. *Cic. in Fam.* Redeo ad illud quod initio ſcripſi. ¶ Dicimus etiam, initium facere, ponere, ſumere, ducere, capere, dare, &c. *Cic. Quintil. Cæſ. & al.* ¶ Initiis obſcuriſſimis natus, h. e. genere ignobili. *Velleï. l.* 2. *c.* 76. ¶ Initia etiam dicebantur ſacra Cereris. V. *Initia*, *orum*.

Inĭto, as, ἐμβατεύω, freq. ab ineo. *Pacuvius*. Loca arida initas.

Inĭtus, a, um, partic. paſſ. ab ineo. *Cic. 3. de Leg.* Altera de capite Civis rogari, niſi maximo comitatu vetat, nondum initis ſeditioſis Tribunis plebis. ideſt nondum creato, vel conſtituto Magiſtratu Tribunorum. *Velleï. l.* 2. *c.* 65. Inita potentiæ ſocietas. *Cæſ. l. B. G. c.* 2. Inita ætate. *principiata*. *Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 29. inita ſubductaque ratione, *fatti i conti*.

Inĭtus, us, m. coitus, ab ineo. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Et quæ non primo initu generare cœperit. ¶ Item ingreſſus, adventus. *Lucret. l.* 1. *v.* 13. Aeriæ primum volucres te, Diva, tuumque ſignificant initum, perculſæ corda tua vi. Al. leg. *initium*, ut ſit ſynæreſis.

Injucunde, adv. *ſpiacevolmente*, ἀηδῶς, ingrate, inſuaviter. *Cic. Att. l.* 1. *ep. ult.* Quæ res mihi aſperius a nobis, atque noſtris, & injucundius actæ videbantur,

Injucunditas, atis, f. *ſpiacevolezza*, τὸ ἀτερπές, inſuavitas, *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 55. Nequid habeat injucunditatis oratio.

Injucundus, a, um, *noioſo*, *ſpiacevole*, ἀηδής, quod diſplicet, minimeque gratum eſt, inſuave, triſte, moleſtum. *Cic.* 1. *de fin. c.* 1. Minime nobis injucundus labor.

Injudicātus, a, um, ἄκριτος, non judicatus. *Gel. l.* 13. *c.* 23. Decem hominibus vitam eripis indicta cauſa, injudicatis, indemnatis. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Id injudicatum relinquo.

Injugātus, a, um, adject. qui jugum non habet. *Sidon. in carm. poſt epiſt. ult. lib. ult.* Vinxit ad tauri latus injugati.

Injūges, hoſtiæ, ἀζύκτα θύματα, vocabantur, quæ nunquam domitæ, aut jugo ſubditæ fuerant. *Feſt. Macrob. l.* 3. *Sat. c.* 5.

Injunctĭo, onis, f. *commiſſione*, juſſum, mandatum. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 2. Sic benedictione lætor, quod injunctione confundor.

Injunctus, a, um, adject. *unito*, junctus, conjunctus. *Liv. lib.* 5. *c.* 7. Cum agger promotus ad urbem, vineæque tantum non jam injunctæ mœnibus eſſent. *Senec. Thyeſt. v.* 517. Manus injunctæ pedibus. Al. leg. *injectæ*. ¶ Item disjunctus, non junctus. *Tertul. l.* 2. *ad Uxor. c.* 2. Fideles injuncti. h. e. innupti.

Injungo, is, unxi, unctum, *unire*, ἐπισάττω, ἐνιζεύγνυμι, intus, vel ſupra jungo. *Liv. l.* 37. *c.* 16. Utrinque vineas & aggeres muro injunxit. *Col. l.* 5. Pingui terra ſingulis brachiis licebit bina injungere flagella. ¶ Translate eſt imponere, demandare, præcipere, ἐπιτάσσειν, προστάσσειν, *Liv. l.* 3. *c.* 35. Comitiorum illi habendorum munus conſenſu injungunt. *Id. lib.* 16. Privatis id, ſeu æquum, ſeu iniquum, onus injungendum eſſe. ¶ Item addere. *Liv. l.* 3. *c.* 65. Injungere injuriam. ¶ Injungere detrimentum Reipublicæ, eſt inferre, aut addere. *Brut. ad Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 13. Ne quid detrimenti Reip. injungant, ſumma a nobis dabitur opera. ¶ Injungere ſervitutem, eſt in ſervitutem redigere. *Liv. l.* 5. & *Cæſ. l.* 8. *B. G. c.* 77. ¶ Injungere amicitiam cum aliquo, *ſtringer' amicizia*. *Plin. de Vir. Illuſtr.*

Injurātus, a, um, *chi non ha giurato*, ἀνώμοτος, qui non juravit. *Cic. in Cæc.* Cum id jurati dicunt, quod ego injuratus infimulo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 281. Injurato, ſcio, plus credet, mihi, quam jurato tibi. Adde *Liv. l.* 10. *c.* 41.

Injūria, æ, f. *ingiuria*, עשק, Germ. *unehr*, Gal. *injure*, Hiſp. *injuria*, ἀδικία, omne id, quod non jure fit, ſive re fiat, ut cum manus inferuntur, ſive verbis, quale eſt convicium, ab *in* particula negativa, & *jus*, *juris*. Differt a contumelia, quia contumelia eſt injuria tantum verborum. *Auct. ad Her. l.* 4. Injuriæ ſunt, quæ ut pulſatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuſpiam violant. *Virg. Æn.* 1. *v.* 31. Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ. ¶ Dicitur autem, facere, inferre, pati injuriam, injuria afficere, onerare, &c. *Cic.* paſſim, *& alii*. ¶ Sæpe accipitur pro detrimento, quod rei alicui infertur, *danno*. *Cic. in Ver.* Fructus aratorum omni lacerabantur injuria. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 64. Injuriam virgini facere. h. e. ſtuprum inferre. ¶ Item pro iniquitate & injuſtitia. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 70. Facis injuriam qui fingis falſas cauſas ad diſcordiam. *Cic. Ver.* 3. Ne per ſummam injuriam pupillum fortunis patriis conetur evertere. ¶ *Liv. l.* 29. *c.* 1. Omnium primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim judiciis etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis, ſuas res Syracuſanis reſtituit. h. e. in pertinaces ad retinenda ea, quæ injuſte Syracuſanis ademerant. ¶ *Injuria*, ablativ. abſolute poſitus, adverbii more uſurpatur, & ſignificat immerito, injuſte. *a torto*. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. Hoc horret Milo, nec injuria. *Id. l.* 3. *nat. Deor.* Non injuria tibi illud accidit.

Injurĕ, adverb. injuroſe. *Nævius apud Non. c.* 2. *n.* 429. ¶ Superlat. *injuriſſime* habet *Ammian. ſub fin. l.* 16.

Injurĭor, aris, atus ſum, dep. 1. injuriam facio, *far' ingiuria*. *Senec. de*

Conſtant. c. 9. Omne fortuitum circa nos ſævit, atque injuriatur. Adde *Tertul. adverſ. Gnoſt. c. 6.*

Injuriōſe, adv. *ingiuriosamente*, בחכם, Ger. *unbillich*, Gal. *à tort*, *injurieusement*, Hiſp. *injuriosamente*, ὑβριστικῶς, cum injuria. *Cic. l. 1. ad Q. Fr. ep. 1. c. 7.* Quæ in Magiſtratibus injurioſe decreverant. *Id. pro L. Man. c. 5.* Majores veſtri ſæpe mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis bella geſſerunt.

Injuriōſus, a, um, *ingiurioso*, ὑβριστής, qui injuriam infert. *Cic. 1. Off.* Primum in eo peccant, quod ſint injurioſi in proximos. ¶ Quando de rebus dicitur, id ſignificat, quod injuriæ plenum eſt, ὑβριστικός, *Cic. pro Corn. Balbo.* In ſocios vero ipſos, & in eos, de quibus agimus, fœderatos injurioſum, & contumelioſum eſt, &c. ¶ Injurioſa vita, plena ſceleribus, quæque alteri damnum infert, & injuriam. *Cic. 1. de Leg. c. 14.* Quod ſi pœna, ſi metus ſupplicii, non ipſa turpitudo deterret ab injurioſa, facinoroſaque vita. ¶ Habet & gradus. *Senec. l. 2. Controverſ. 12.* Adverſus patrem injurioſior. *Vopiſc. in Saturn. c. 8.* Genus hominum injurioſiſſimum.

Injurĭum, ii, *n.* perjurium. *Feſtus.*

Injurĭus, a, um, *ingiurioſo*, idem ac injurioſus. *Ter. Andr.* Ipſus ſibi eſſe injurius videatur. ¶ Cum ad res refertur, ſignificat iniquum. *iniquo*, ἄδικος, *Cic. 3. Off. c. 23.* Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebit ne eam ſapiens, ſi potuerit? negat, quia ſit injurium. *Ter. in Hec.* Injurium autem, ulciſci adverſarios?

Injūrus, a, um, ſine jure, exlex, impius. *Plaut. Perſ. 3. 3. 3.* Impure, inhoneſte, injure, illex.

Injuſſus, a, um, *non comandato*, ἀπροστάγκλητος, non juſſus. *Hor. l. 1. Serm. ſat. 3.* Inter amicos ut nunquam inducant animum cantare rogati, injuſſi nunquam deſiſtant. ¶ Translate ponitur pro ſpontaneo, vel naturali. *Virg. 1. Georg. v. 55.* Atque injuſſa viteſcunt gramina.

Injuſſus, us, m. *senza comandamento*, ἄνω προστάγματος. ſine juſſu, alio non præcipiente. Uſurpatur fere in ablativo. *Cic. pro Corn. Balb.* Populus Rom. non poteſt injuſſu ſuo religione obligari. *Id. de Sen.* Vetatque Pythagoras injuſſu Imperatoris, hoc eſt Dei, de præſidio, & ſtatione vitæ diſcedere. ¶ Abſolute *Liv. l. 7. c. 12.* Dictator gravem edixerat pœnam, ſi quis injuſſu in hoſtem pugnaſſet. Adde *l. 3. c. 63.*

Injuſte, adv. *ingiuſtamente*, ἀδίκως, inique, injurioſe. *Cic. 2. de Fin.* Quam multa vero injuſte fieri poſſunt? *Salluſt. Jug. c. 85.* Injuſtiſſimæ luxuria, & ignavia, peſſimæ artes, illis qui coluere eas, nihil officiunt.

Injuſtĭtĭa, æ, f. 1. *ingiuſtizia*, *iniquità*, ἀδικία, iniquitas. *Cic. 1. Off.* Sed injuſtitiæ duo genera ſunt, unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant injuriam. ¶ Item nimia ſeveritas. *Ter. Heaut. 1. 1. 82.* Ego eum hinc ejeci injuſtitia mea, *indiſcretezza*.

Injuſtus, a, um, *ingiuſto*, ἄδικος, non juſtus. *Cic. 2. de Or.* Ut illam non Norbani ſeditionem, ſed Pop. Rom. iracundiam, neque eam injuſtam, ſed emeritam, ac debitam tuiſſe detenderes. *Ter. Adelph. 1. 2. 18.* Homine imperito nunquam quidquam injuſtius, qui, niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat. *Cic. Tuſc. 5. c. 20.* Vir maleficus, & injuſtus. *Id. Fam. 5. ep. 17.* Injuſtiſſima, & acerbiſſima incommoda. ¶ Aliquando ponitur pro immodico, *ſmoderato*. *Virg. 3. Georg. v. 346.* acer Romanus in armis, Injuſto ſub faſce viam cum carpit.

Inivus, V. Inuus.

Inlaqueātum, alii pro vincto utuntur, alii pro ſoluto. *Feſt.*

Inlargĭo, is, a. 4. idem quod largior. *Cato apud Non. c. 7. n. 19.*

Inlenteſco, is, *n.* 3. lentus, & flexibilis fio. *Col. l. 2. c. 11.* Paulum aqua maceratur, dum inlenteſcat.

Inlex, ēgis, f. qui legi non paret: At inlex, ēgis, inductor, ab inliciendo. *Plaut.* Eſca eſt meretrix, inlex. Hæc *Feſt.*

Inlĭces canales, in quos aqua confluit in viis lapide ſtratis, ab eliciendo dicti. *Feſt.*

Inlicitātor, oris, m. emptor. *Feſt.*

Inlicĭum, V. Illicium.

Inliterāta pax, quæ literis comprehenſa non eſt. *Feſt.*

Inludĭum, ii, *n.* illuſio. *Ter. de reſurrect. carn. c. 16.* Inludia animarum.

Inlŭtus, a, um, adject. non lutus, non madefactus. *Arnob. l. 1.* Qui per altiſſimos gurgites pedem ferebat inlutum.

Innabĭlis, le, o. 3. *che non ſi può nuotare*, *o navigare*, non nabilis, innavigabilis. *Ovid. 1. Metam. v. 16.* Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda.

Innarrabĭlis, le, adject. inenarrabilis. *Lactant. in carm. de Phœnice, v. 54. ex MS. Voſſ.* Innarrabilibus nocte, dieque ſonis.

Innaſcibĭlis, le, adject. qui naſci non poteſt. *Tertul. de præſcript. adv. Hæretic. c. 46.*

Innaſcor, eris, atus ſum, d. 3. *naſcere*, ἐμφύομαι, naſcor, ſimul naſcor. *Cic. 1. Off.* Quod in hac elatione, & magnitudine animi facillime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur. *Horat. l. 1. Sat. 3. v. 37.* Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Innāto, as, avi, atum, n. 1. *nuotare*, שׂח, Ger. *ſchwimmen*, Gall. *nager deſſus*, *ou dedans*, Hiſ. *nadar*, *en*, *o ſobre*, ἐννήχομαι, intus nato, freq. ab *inno. Col. l. 11. c. 4.* Ubi non innatent, ſed ſemper ſint jure ſubmerſa. *Virg. 2. Georg.* Nec non & torrentem undam levis innatat alnus. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 48.* Innatarunt piſciculi in concham.

Innātus, a, um, adject. inſitus, intus natus, *innato*, ἐγγινόμενος. *Cic. l. 4. Fin. c. 2.* Inſitam quandam, vel potius innatam ſcientiæ cupiditatem habemus. *Juſtin. l. 2. c. 6.* Non advenæ, ſed eodem innati ſolo, quod incolunt. ¶ Item non natus. *Tertul. adv. Valentinian. c. 15.* Materia, quam innatam volunt. Adde *Prudent. in Apotheoſ. v. 246.*

Innavigabĭlis, & le, o. 3. *innavigabile*, ἄπλοος, ubi quis navigare non poteſt. *Liv. l. 5. c. 13.* Adeo, ut viæ clauſæ, Tiberis innavigabilis fuerit.

Innavĭgo, as, *n.* 1. in aliquo loco navigo. *Pompon. Mela l. 2. c. 1.* Europa modo ſiniſtro latere innavigantium appoſita.

Innecto, is, exui, exum, a. 3. *legare*, *aggroppare*, חבש, Ger. *zuſammen knuepffen*, Gal. *lier*, *& joindre enſemble*, Hiſp. *atar*, *y travar una coſa con otra*, ἐμπλέκω, ἐνέιρω, colligo, circumligo. *Virg. 8. Æn.* Tum lactea colla auro innectuntur. *Id. 4. Æn. v. 425.* Et paribus palmas amborum innexuit armis. *Id. 4. Æn.* Cauſas innecte morandi. *Stat. l. 4. ad fin.* Innectere brachia collo. *Ovid. l. 10. Metam.* Innectere fauces laqueo. h. e. obſtringere.

Innexus, a, um, nom. ex particip. idem quod nexus, colligatus. *Tacit. Ann. 6. c. 36.* Alicui per affinitatem innexus, *Virg. 5. Æn. v. 511.* Columba vinculis innexa.

Innĭtor, eris, innixus ſum, vel innixus ſum, d. 3. *appoggiarſi*, *attaccarſi*, סמך, Ger. *ſich anlehnen*, Gal. *s' appuyer*, Hiſp. *arrimarſe*, ἐπιχειζομαι, inhæreo, incumbo. Conſtruitur cum dativo. *Quinct. l. 6. c. 2.* Omnia curæ, tutelæque unius innixa. ¶ Vel cum ablat. *Liv. l. 4.* Ipſa haſta innixus ſe ſe in pedes excipit. ¶ Vel cum accuſat. & præpoſ. *in*. *Plin. l. 7. c. 53.* Hora diei ſecunda in Panſam fratrem innixus obiit.

Innixus, a, um, o. *appoggiato*, partic. ab innitor. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 27.* Vix hæc innixa in omnium noſtrum humeris cohærebunt. *Virg. 4. Æn. v. 690.* Cubito innixa. *Plin. l. 7. c. 53.* in fratrem innixus.

Inno, as, *n.* 1. *nuotare dentro*, ἐνιπτάμαι, intus no. *Virg. 3. Georg. v. 142.* Fluvios innare rapaces. *Liv. l. 21. c. 26.* Dummodo innare aquæ, & capere onera poſſent.

Innobilĭtātus, a, um, adject. ignobilis, *Lamprid. in Heliog. c. 4.* Quæ nobilitatos maritos non habuerant, innobilitatæ remanerent.

Innŏcens, tis, o. 3. *innocente*, *giuſto*, נקי, Ger. *unſchuldig*, Gal. *innocent*, Hiſp. *inocente*, ἄκακος, innoxius, qui nihil nocet, qui nemini injuriam facit. *Cic. 5. Tuſc.* Ut enim innocens is dicitur, non qui leviter nocet, ſed qui nihil nocet. *Id. 7. Fam.* Epiſtolam tuam conſcidi innocentem. *Id. Ver. 4. c. 33.* Pater innocentiſſimus. *Mart. l. 1. epigr. 78.* Innocens ruina. ¶ Item ſalubris, non noxius. *Plin. l. 22. c. 23.* Noxii erunt fungi, qui in coquendo puriores fient; innocentiores, qui nitro addito coquuntur. Et *l. 23. c. 7.* Non eſt alius eis pomis innocentior cibus.

Innocenter, adv. *innocentemente*, בנוקיון, Ger. *unſchuldiglich*, Gal. *innocemment*, Hiſ. *inocentemente*, ἀβλαβῶς, innoxie, ſine noxa. *Cic. in Sall.* Antequam eos res ſuæ geſtæ, & vita innocentiſſime acta commendavit. *Plin. l. 18. c. 31.* Innocentius decreſcente Luna, quam creſcente fiunt. *Quint. l. 7. c. 4.* Innocenter victuri.

Innocentĭa, f. 1. *innocenza*, נקיון, Ger. *froemmigkeit*, Gal. *innocence*, Hiſp. *inocencia*, ἀκακία, affectio animi talis, quæ noceat nemini. *Cic. 3. Tuſc. c. 8.* Eſt enim omnis abſtinentia animi innocentia, quæ apud Græcos uſitatum nomen nullum habet, ſed habere poteſt, ἀβλαβίαν. Nam eſt innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini. ¶ Sumitur etiam generatim pro vitæ, vel morum integritate. *Cic. 1. de Orat.* Cum eſſet ille vir exemplum innocentiæ. *Id. pro Leg. Manil. c. 13.* Quanta innocentia debent eſſe imperatores &c. ubi pro abſtinentia uſurpat, quæ rapacitati, & avaritiæ opponitur.

Innocŭe, adv. non nocendo. *Sueton. in Domit. c. 19.* Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent.

Innocŭus, a, um, *che non nuoce*, ἄκακος, qui non nocet. *Plin. l. 8.* Eoſdem peſtiferos ferunt in Græcia, innocuos eſſe in Sicilia. ¶ Paſſive etiam ſumitur pro eo, cui non nocetur, *ſenza danno*. *Virg. 10. Æn. v. 301.* Et ſedere carinæ Omnes innocuæ. V. ibi *Serv. Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 195.* Subita cum luce comarum Innocuus flagraret apex. V. *Vall. l. 6. c. 17.*

Innodātus, a, um, adject. ἐνδεδεμένος, vinctus, nodo conſtrictus, *legato*. *Ammian. l. 28. cap. penult.* Innodato gutture laquei nexibus interire. *Leg. fin. Cod. de Compenſ.* Cauſa multis ambagibus innodata.

Innōdo, as, avi, atum, a. 1. nodo conſtringo, *legare con nodo*. *Sidon. l. 9. ep. 9.* Spiris categoricis lubricas quæſtiones innodare.

Innominabĭlis, le, adject. *che non ſi può nominare*, *Apul. l. 1. Dogm. Plat.* Deus innominabilis. Adde *Tert. adverſ. Valent. c. 27.*

Innoteſco, is, otui, ſine ſup. *farſi noto*, διαγνωρίζομαι, notus fio. *Plin. l. 34. c. 11.* Creſiluchus Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit. *Ovid. 3. Amor. el. 12. v. 7.* An noſtris innotuit illa libellis. *Valer. Max. l. 8. c. 14. n. 3.* Sceleribus innoteſcere.

Innōtus, pro ignotus, legitur apud *Ammian. l. 29. c. 16.*

Innovatĭo, onis, f. *il rinnovare*. *Apul. in Triſmeg.* Innovatio omnium rerum. *Arnob. l. 3.* Innovatio ſucceſſionis. Adde *Tert. l. 1. cont. Marc. c. 1.*

Innŏvo, as, a. 1. *rinnovare*, καινίζω, novum facio, novam rei alicujus rationem, aut morem induco. *Cic. in Piſon. c. 36.* Quo te modo ad tuam intemperantiam, ſcelerate, innovaſti?

Innoxĭe, adv. *ſenza nuocere*, ſine noxa, innocue. *Vopiſc. in Aurel. c. 4.* Quod vinctum Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverat. *Minut. Fel. in Octav.* Caſte, innoxie, religioſe Deum colere.

Innoxĭus, a, um, *innocente*, *che non nuoce*, ἀβλαβής, innocens, qui nemini nocet. *Plaut. Capt. 3. 5. 7.* Servus innocens, atque innoxius. *M. Cato* apud *Priſcian. l. 3.* Vita innoxior. *Plin. l. 3. c. 5.* Innoxii ſaltus. h. e. in quibus nullum eſt periculum. ¶ Uſurpatur etiam paſſive pro eo, cui noceri non poteſt. *Col. l. 2. c. 10.* Erit a curculionibus innoxia. Adde *l. 5. c. 9. Salluſt. in Catil.* Hi magiſtratus provincias, aliaque omnia tenere, ipſi innoxii, florentes, ſine metu ætatem agere.

Innubĭlo, as, avi, atum, a. 1. nubilum induco, obſcuro. *Solin. c. 66.* Orbiculi lapillorum ruto colore innubilantur.

Innubĭlus, a, um, *non nuvoloſo*, *ſereno*, *chiaro*, ἄθλιος, non nubilus, clarus, ſerenus. *Lucret. l. 3. v. 21.* Semperque innubilus æther Integit.

Innūbis, & be, o. 3. *ſenza nuvole*, ἀνέφελος, quod eſt ſine nubibus: ut Dies innubis, quo nullæ apparent nubes. *Sen. Herc. Oet. v. 238.* Et fulſit Jole, qualis innubis dies.

Innūbo, is, upſi, ptum, n. 3. *andare a marito*, ἐγγαμέω, eſt tranſire ad domum mariti. Unde innubere in illuſtrem familiam dicuntur mulieres, quæ nobili viro nubunt. *Liv. l. 1. c. 34.* Ea cum innupſiſſet. ¶ Per Catachreſim ſumitur pro tranſire in genere. *Lucil. l. 6. Sat.* Invadere, atque innubere cenſent. Ita *Nonius c. 2. num. 431.*

Innūbus, a, um, *chi mai non ſi è maritato*, ἄγαμος, qui matrimonio devinctus non eſt, ut Mulier innuba, quæ nunquam nupſit, Vir innubus, qui uxorem non duxit. Sic laurus dicitur innuba propter Daphnen virginem, quam fabulantur in laurum fuiſſe converſam. *Ovid. 10. Metam. v. 92.* Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus.

Innumerabĭlis, le, o. 3. *innumerabile*, בראסטבר, Germ. *unzechlich*, Gall. *inombrable*, Hiſp. *inumerable*, ἀναρίθμητος, quod numerari non poteſt. *Cic. poſt red. in Sen.* Cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ad eum ſupplex ſordidata veniſſet. Adde *pro Quinct. c. 11.*

Innumerabĭlĭtas, atis, f. ἀπειρία, infinitas. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 26.* Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemque mundorum.

Innumerabĭlĭter, adv. ſine numero. *Lucret. l. 5. v. 275.* Qui corpore toto innumerabiliter privas mutatur in oras.

Innumerālis, le, o. 3. idem ac innumerabilis, apud vet. *Lucret. l. 2. v. 1084.* Non eſſe unica, ſed numero magis innumerali.

Innumerōſus, a, um, idem ac innumerabilis. *Plin. l. 10. c. 65.* Ex omnibus, quæ perfectos fœtus, vel tantos, & innumeroſos edunt.

Innumĕrum, adv. *innumerabili volte*. *Tert. de exhortat. caſtit. c. 6.* Innumerum nubere. V. *notas Junii.*

Innumerus, a, um, idem ac innumerabilis. *Cic. 2. de Or. c. 22.* Cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt. ¶ Innumeri numeri in Epitaphio, quod ſibi fecit Plautus, referente *Gel. l. 1. c. 24.* ab aliquibus exponuntur verſus lege ſoluti (ut ait Horatius) & qui maxime ad proſam accedunt, quales ſunt Comicorum.

Innuo, is, ui, utum, n. 3. *accennare*, קרץ, Ger. *vincken*, Gal. *faire ſigne de la tete*, Hiſp. *hazer ſenas*, ἐνίσσω, ſigno aliquo capitis voluntatem oſtendo, & dicitur tum de affirmatione, tum de negatione. *Ter. Eun. 4. 5. 9.* Abiens innuit mihi. ¶ Exempla quæ ex Cicerone afferebantur, valde dubiam habent lectionem.

Innuptus, a, um, *non maritato*, ἄγαμος, non nuptus. *Virg. 2. Æn. v. 238.* Circum pueri, innuptæque puellæ Sacra canunt. ¶ Innuptæ nuptiæ dicuntur, quæ præter jus, faſque contractæ ſunt. *Cic. 3. de Orat. ſub fin. ex Poeta.* Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis.

Innutrĭbilis, le, adject. qui non nutrit. *Cœl. Aurel. lib. 2. Acut. cap. 9.* Ju-

9. Juſcellum innutribile. *brodo magro.*

Innutrĭo, is, ivi, itum, a. 4. *nodrire*, ἐντρέφω, in loco aliquo nutrio, vel ſimul nutrio. *Plin. in epiſt.* Donec homines innutritos mari ſubiret timendi pavor. *Senec. epiſt.* 2. Certis ingeniis immorari, atque innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere.

Innutrītus, a, um, nom. ex partic. nutritus in aliqua re, vel loco. *Sveton. in Aug. c.* 3. Innutritus amplis opibus. *Senec. de Conſol. ad Polyb. c.* 21. Animus liberalibus diſciplinis innutritus. ¶ Item non nutritus. *Cæl. Aurel. Acut. l.* 1. *c.* 17. Ægrotantem innutritum relinquere.

Ino, us, f. 4. contr. ἰνὼ, filia Cadmi, & Hermiones, uxor Athamantis Thebarum Regis, nutrix Liberi Patris, quæ, cum illam, & filium Melicertem Athamas furens tanquam leænam, & leonem inſequeretur, una cum filio ſe de ſcopulo præcipitem miſit in mare, & Deorum miſeratione ambo in Deos marinos verſi ſunt, & Ino quidem Leucothea, & Matuta dici cœpit, Melicertes vero Palæmon, & Portumnus. *Ovid. 4. Metam. Cic.* 3. *de nat. Deor.* ¶ Apud *Hygin. Fab.* 2. & 4. reperitur *Ino, onis.*

Inobaudientĭa, pro Inobedientia, *inobbedienza. Tert. l.* 4. *adv. Marc. c.* 17.

Inobaudĭo, pro inobedio. *Tertul. l.* 3. *c.* 16. *adverſ. Marc.*

Inoblector, aris, dep. 1. in aliqua re oblector. *Tertul. adverſ. Hermog. c.* 18. Inoblectabatur in filiis hominum.

Inobliterātus, a, um, adject. non obliteratus, non deletus. *Tertul. de Anim. c.* 24. Scientia inobliterata.

Inoblĭtus, a, um, perpetuo memor. *Ovid.* 4. *de Ponto eleg.* 15. Semper inoblita repetam tua munera mente.

Inobrŭtus, a, um, *non oppreſſo*, non obrutus. *Ovid.* 7. *Met. v.* 356. Deucalioneas effugit inobrutus undas.

Inobſcurabĭlis, le, adject. qui obſcurari non poteſt. *Tertull. de Anim. c.* 3. Inobſcurabilis regula.

Inobſcūro, as, a. 1. *ofcurare*, ἀκυρόω, obſcurum reddo. *Cic.* 9. *Phil. c.* 5. Nulla ejus legationis poſteritatem inobſcurabit oblivio.

Inobſeptus, a, um, non ſeptus. *Lactant. de opif. Dei, c.* 8. Aurium foramina inobſepta.

Inobſequens, tis, o. 3. *diſubbidiente*, Ger. *hungehorſam*, Gal. *non obeiſſant*, Hiſp. *deſobedicnte*, ἀπειθὴς, inobediens. *Sen. Hippol. v.* 1068. Inobſequentes pretinus frænis equi rapuere currum.

Inobſervabĭlis, le, o. 3. quod obſervari non ſolet, nec poteſt. *Plin. l.* 2. *c.* 17. Cujus eſt maxime inobſervabilis curſus. Adde *Catul. de nupt. Pel. & Thet. v.* 115.

Inobſervans, antis, particip. non obſervans. *Pallad. l.* 1. *c.* 25. Quod ſi inobſervantes homines ſub aere deprehendant, &c.

Inobſervantĭa, æ, *f.* indifferentia circa rem aliquam, *non curanza. Sueton. Aug. c.* 76. Ex hac inobſervantia nonnunquam ſolus vel ante initum, vel poſt dimiſſum concilium cœnitabat.

Inobſervātus, a, um, *non guardato, non cuſtodito*, ἀπροφύλακτος, non obſervatus. *Martial. l.* 8. Luſerat hos caſus, niſi inobſervata maneret. *Ovid. Faſt.* 3. *v.* 111. Inobſervata fidera.

Inobſolētus, a, um, adject. *non invecchiato, non lordo*, non obſoletus. *Tertul. de reſurrect. carn. c.* 38. Veſtimenta inobſoleta, & indetrita.

Inoccidŭus, a, um, non occiduus, ut Viſus inoccidui, ideſt, oculi ſemper vigilantes. *Stat. 6. Theb. v.* 277. Spectat inocciduis ſtellatum vifibus Argum. *Lucan. l.* 8. *v.* 174. Axis inocciduus, gemina clariſſimus Arcto.

Inocco, as, avi, atum, a. 1. *coprire*, ἐμβωλοκοπέω, eſt ſemen cooperire, quod fit, cum ſemen in agro ſeminatum eſt, & glebas farculis, aut cratibus diſſolvimus, ut ſemen humo contegatur, ex *in*, & *occo. Col. l.* 2. *c.* 8. Semen, quod ficco ſolo ingeſtum, & jam inoccatum eſt. *Id. l.* 11. *c.* 2. Lupini ſparguntur, & inoccantur.

Inoculatĭo, nis, fœm. 3. *incalmazione*, ἐνοφθαλμισμὸς, genus inſitionis. *Plin. l.* 17. *c.* 14. In ficis autem, & malis hæc fuit inoculatio antiqua.

Inoculātor, ris, m. 3. qui inoculat. *Plin. l.* 18. *c.* 33.

Inoculātus, a, um, adject. *incalmato*. Item ornatus, diſtinctus. *Apul. l.* 8. *A. A.* Inoculatus bullis aureis.

Inocŭlo, as, avi, atum, a. 1. *inneſtare a occhio, inocchiare, ingemmare*, ἐνοφθαλμίζω, eſt oculum ſurculi in arbore aperire, & alterius arboris oculum intro inſerere. *Col. l.* 11. *c.* 2. His quidem diebus arbores ficorum inoculantur. ¶ Translate *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 1. Ad hunc juſtitiæ affectum pectoribus inoculandum. h. e. inſerendum.

Inodōro, as, avi, atum, a. 1. *far odorifero*, Germ. *riechen, machen*, Gal. *parfumer d'odeur*, Hiſp. *dazer oliente*, odore inficio. *Col. l.* 11. *c.* 3. Neque mandentium halitus inodorare.

Inodōror, aris, atus ſum, d. 1. eſt indagare, quod in occulto latet. *Cic. Att. l.* 2. *ep. ult.* Mirabiliter enim inodoratus eſt, ſicut nolti, ἀλικτά. Ita legit *Manut.* Alii *moratus.*

Inodōrus, a, um, o. 1. 2. *ſenza odore*, Ger. *ungeſmacke*, Gal. *ſans odeur*, Hiſp. *ſin olor*, ἄοσμος, quod eſt ſine odore. *Perſ. Sat.* 6. *v.* 35. Offa inodora dabit.

Inoffenſe, adverb. ſine offenſione. *Gell. l.* 6. *c.* 2. Omnem illam vim, quæ de fato extrinſecus ingruit, inoffenſius, tractabiliuſque tranſmittunt.

Inoffenſus, a, um, *non offeſo*, ἀβλαβὴς, quod non offenditur, ſeu ad quod quis non offendit, ut Inoffenſa tempora a valetudine, hoc eſt, nullo morbo læſa, & offenſa. *Gel. l.* 2. *c.* 1. Ut omnia fere vitæ tuæ tempora a valetudine inoffenſa vixerit. *Tibul. l.* 1. *el.* 7. *in fine.* Inoffenſum pedem referre. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 8. Detur inoffenſæ vitæ tibi tangere metam. h. e. felicis, nullis vexatæ malis. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. Inoffenſa copulatio vocum. h. e. quæ aures non offendit.

Inofficiōſus, a, um, *diſcorteſe*, Germ. *undienſtbar*, Gall. *incivil, deſobligeant*, Hiſp. *no oficioſo, deſcortes*, ἀχάριτος, qui facit contra officium, vel qui amico nullum officium præſtat. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 27. Aliter enim fuiſſemus & in hos inofficioſi, & in noſmet ipſos. ¶ Inofficioſum teſtamentum dicitur (ut ait Paul. Juriſc.) quod non ex officio pietatis paternæ conſectum eſt, filiis ſine legitima cauſa exhæredatis. *Cic.* 3. *Ver.* Teſtamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficioſum, non inhumanum. ¶ Inofficioſus alicujus rei, h. e. negligens, apud *Tertull. Apolog. c.* 40.

Inŏlens, tis, adject. o. 3. non olens, *chi non ha odore alcuno. Lucret. l.* 2. *v.* 849. Inolentis olivi Naturam, nullam quod mittat naribus auram.

Inoleſco, ſcis, lui, levi, olitum, n. 3. *creſcere, aggrandirſi*, נגדל, Germ. *mitwuchſen*, Gal. *croitre*, Hiſ. *crecer*, ἐνιφύομαι, ſuper increſco, grandis fio. *Virg.* 2. *Georg. verſ.* 76. Udoque docent inoleſcere libro. ¶ Reperitur etiam active pro augere, confirmare. *Gel. l.* 12. *c.* 5. Natura induit nobis, inolevitque in ipſis ſtatim principiis, quibus nati ſumus, amorem noſtri, & caritatem. h. e. inſeruit. *Id. ib. c.* 1. In moribus inoleſcendis magnam fere partem ingenium altricis, & natura lactis habet.

Inominālis, le, adject. inominatus, infauſtus, ut inominales dies, apud *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 16. & *Gel. l.* 5. *c.* 17.

Inominātus, a, um, *infelice, sfortunato*, δυσώνυμος, male ominatus, infelix. *Horat. Epod.* 16. Mollis, & expers inominata perprimat cubilia.

Inopăco, as, a. 1. *ofcurare*, ἐκτυπλίζω, opacum reddo, & obſcurum. *Col. l.* 8. *c.* 15. Quæ inopacant avium receptacula.

Inoperātus, a, um, partic. otioſus. *Tertul. l.* 2. *adverſ. Marc. c.* 12. Nec natura inoperatam debuit continuiſſe bonitatem.

Inopertus, a, um, adject. non opertus, *ſcoperto. Senec. de Otio Sapient. c.* 10. Inoperta, ac confeſſa veritas. *Id. de vit. beat. c.* 13. Capite inoperto.

Inophŏrum. V. Oenophorum.

Inopĭa, æ, f. 1. *ſcarſezza, biſogno*, חוסר, Ger. *mangel*, Gal. *diſette*, Hiſ. *falta*, ἀπορία, egeſtas, indigentia. *Cic. de Am.* Quam ex inopia, atque indigentia naſci volunt. *Id.* 3. *Off.* Inopia, fames, & ſumma annonæ caritas. *Id. Attic. l.* 6. Inopia conſilii. *Id. pro Domo:* inopia tecti. *Id. pro Roſc. Amer.* Inopia argumentorum. *Id. de clar. Orat.* Inopia, & jejunitas oratori cavenda. *Liv. lib.* 1. Inopia loci, cum ſcil. locus deeſt. ¶ Plus eſt Inopia, quam paupertas. Hæc enim eſt rerum ad vitam ſuſtentandam pertinentium: inopia vero omnium, ſicut & egeſtas.

Inopinabĭlis, le, o. 3. *coſa, che non ſi può penſar, che avvenga*, quod quis nunquam exiſtimaſſet futurum. *Gel. l.* 12. *c.* 18. Atque id etiam quod magis inopinabile eſt.

Inopĭnans, antis, o. *che non conſidera quello, che può accadere*, ἀπρονόητος, improvidus, incautus, cui aliquid accidit præter opinionem, partic. ex *in*, & *opinor. Cæſ. 6. Bell. Gal. c.* 29. Multos in agris inopinantes deprehendit. Adde *Liv. l.* 27. *c.* 48.

Inopinanter, adv. *ſubitamente, all' improvviſo*, Ger. *unverſehens*, Gal. *ſans penſer*, Hiſ. *ſin penſar, de improvviſo*, ἀπροσδοκήτως, ſubito, & præter expectationem. *Suet. in Tib. c.* 60. Piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat.

Inopināte, adv. *all' improvviſo*, ἀπροσδοκήτως, præter ſpem. *Liv.* 1. *Bell. Mac.* Qui ad id, quod futurum erat, ne inopinate accideret, &c. Al. leg. *inopinato. Senec. de conſol. ad Helv. c.* 5. Hoſtium adventus eos proſternit, quos inopinate occupavit. *Inſcript. vet. apud Sponium p.* 203. inopinate disjunxit amicitiam.

Inopinātō, adverb. idem ac inopinate. *Liv. l.* 26. *c.* 6. Cum inopinato in caſtra Romana Numidæ, Hiſpanique cum elephantis irrupiſſent.

Inopinātus, a, um, *non penſato, improvviſo*, ἀπροσδόκητος, quod præter ſpem, & opinionem evenit, improviſum. *Cic.* 4. *Ver. c.* 28. Cum hoc illi improviſum, atque inopinatum accidiſſet. ¶ *Ex inopinato*, adverbii more uſurpatum, idem quod inopinato, *impenſatamente. Sueton. Galb. c.* 10. Repente ex inopinato prope cuncta turbata ſunt.

Inopīnus, a, um, idem ac inopinatus, vel inopinabilis. *Virg.* 5. *Æneid. v.* 837. Vix primos inopina quies laxaverat artus.

Inopiōſus, a, um, *ſenza aiuto*, ἄπορος, ſine ope. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 2. Sæpe ego res multas tibi mandavi, dubias, egenas, inopioſas conſilii.

Inoppidātus, a, um, adject. oppidis carens, *diſabitato*, ἀκίστος, ἀλίμενος. *Sidon. l.* 5. *ep.* 13. Singulos Gabalitanos ſparſos, inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit, nunc &c.

Inopportūnus, a, um, non opportunus. *Cic. de Orat. l.* 3. *c.* 5. Sedes huic loco non inopportuna ſermoni.

Inops, opis, o. 3. *povero, ſenza ajuto*, רל, Ger. *duerftig*, Gall. *diſeteux*, Hiſp. *menguado*, ἄπορος, ſine ope, pauper, impotens, a ſimplici *ope*, quo veteres uſi ſunt nunc pro copia, atque auxilio, nunc pro Matre Deorum. *Cic.* 2. *Off.* Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant. ¶ Sæpe jungitur cum genitivo. *Cic. de Am.* Quam fuerint inopes amicorum. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 200. Inops mentis. Auctor *de cauſis corrupt. eloquent. c.* 12. Inops criminum. ¶ Item cum abl. ſine præp. *Cic. in Bruto c.* 70. Non tardus ſententiis, non inops verbis. ¶ Item cum abl. & præp. *a*, vel *ab. Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 1. Qui ſic inopes & ab amicis, & ab exiſtimatione ſunt. ¶ Item cum acc. & præp. *ad. Cic. in Bruto.* Ex hac inopi ad ornandum, ſed ad inveniendum expedita Hermagoræ diſciplina. ¶ Aliquando inops dicitur inſepultus, ἄθαπτος, quia eſt ſine Ope, ideſt ſine terra. *Virg.* 6. *Æn.* Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataque turba.

Inoptabilis, le, adject. non optabilis. *Apul. l.* 9. *Metam.* Inoptabilis officinæ diſciplina.

Inoptātus, a, um, adject. non optatus. *Senec. l.* 8. *Excerpt. controverſ. ult.* Lacryma eſt indicium inoptatæ rei.

Inŏpus, i, m. ſons, ſeu fluvius inſulæ Delos, ubi Dianam, & Apollinem Latona peperit. *Plin. l.* 3. *c.* 103. *Valer. Flac. l.* 5. *v.* 105. Fidus, & Inopi materna gratior unda.

Inorabĭlis, le, *ineſorabile*, inexorabilis. *Acc.* apud *Non. c.* 8. *num.* 28. Aiax pervico animo, atque inorabili.

Inorātus, a, um, non oratus. *Cic. pro Roſc. Am. c.* 10. Legati Ameriam re inorata reverterunt. id eſt re non expoſita.

Inordināte, adv. *diſordinatamente*, ἀτάκτως, ſine ordine. *Celſ. l.* 3. *c.* 3. Febres inordinate redire dicunt. Et *l.* 4. *c.* 25. Inordinate agere.

Inordinātim, adverb. inordinate. *Ammian. l.* 19. *c.* 14. Acies non inordinatim incedebant.

Inordinatĭo, onis, f. ἀταξία, confuſio, *diſordine, confuſione. Apulei. ad Aſclep.* Senectus mundi, inordinatio, irrationabilitas bonorum.

Inordinātus, a, um, *diſordinato*, אין, תקון, Ger. *ohne ordnung*, Gal. *deſordonné, confus*, Hiſp. *deſordenado*, ἄτακτος, non ordinatus. *Cic. de Univ. c.* 3. Idque ex inordinato in ordinem adduxit. *Liv. l.* 22. *c.* 50. Inordinati, & incompoſiti milites. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Inordinatiſſimi pili.

Inorĭor, iris, vel oreris, ortus ſum, d. 4. idem quod orior. *Tacit. l.* 12. *Ann. c.* 23. Quid, ſi memoria eorum inoriretur? Critici tamen ſuſpectam habent hanc lectionem. V. *notas Rycbii.*

Inornāte, adv. *rozzamente*, ἀκόμψως, ſine ornatu. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 31. Hoc pacto non inornate poterimus dicere.

Inornātus, a, um, *rozzo, ſenza ornamento*, Ger. *ungezieret*, Gal. *mal accoutre, mal agencé*, Hiſp. *no afeytado, deſcompueſto*, ἄκοσμος, non ornatus, incultus, rudis. *Cic. in Or.* Non quod tenuis ſit, & inornatus, ſed quod nihil habeat inſolens, & ineptum. *Hor. in Ar. Poet. v.* 234. Inornata verba. *Id. l.* 4. *od.* 9. Non ego te meis chartis inornatum ſileri patiar. h. e. illaudatum.

Inorno, as, a. 1. idem quod orno. *Tertull. de Anim. c.* 19. Et folia formantur, & floſculi inornantur.

Inōro, as, avi, atum, a. 1. circa oram ornare. *Tertul. de reſurrect. carn. c.* 16. Calix de coronis quoque potatoris ſui inorabitur.

Inōris, e, adject. inorus, ſine ore. *Turpil. apud Feſt.* Inores oſtreas age. Al. leg. *inoras.* V. ibi Scalig.

Inōrus, a, um, *ſenza bocca*, ἄστομος, quod ore caret. *Gell. l.* 7. *c.* 6. Et aut cæca natura gignuntur, aut inora, inauritave. Quidam legunt *inodora* ex Nonio, quod certe magis convenit cum præcedentibus. V. *locum Gellii.*

Inotiōſus, a, um, adject. non otioſus, ἄσχολος, ut inotioſa actio. h. e. geſtus non lentus, & gravis, ſed celer, & velut curſitans. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *ad fin. ex Lena Popilio.* Al. leg. *jocoſa.*

Inōus, a, um, adject. ab Ino Cadmi filia. *Stat. l.* 2. *Silv.* 2. *v.* 35. Culmen ab Inoo tert femita tecta Lechæo. *Ovid. de ar. am. l.* 3. *v.* 176. Diceris Inois eripuiſſe dolis. V. Ino.

Inphronitus. V. intrunitus.

In poſterum. V. poſterus.

In præsentia. V. præsentia.

In primis. V. primus.

Inquæsītus, a, um, adject. inquisitus, *cercato*. *Tertul. l. 5. advers. Marc. carm. c. 3.* Inquisita ergo, sed non erepta probatur.

Inquam. V. Inquio.

In quantum. V. quantus.

Inquĭes, tis, f. 3. idem ac inquietudo. *Plin. l. 14. c. 22.* Furiales somni, & inquies nocturna.

Inquies, etis, o. 3. idem ac inquietus. *Sallust. l. 1. Hist. apud Priscian.* Humanum genus inquies, atque indomitum. *Vellei. l. 2. c. 68.* Vir inquies. *Plin. in proœm. operis*. Animus inquies pascitur opere.

Inquiescens, entis, idem quod quiescens. *Apulei. sub init. l. 9. Metam.* Immo vero jam virus, inquiescente sævitia, prorsus exstinctum.

Inquietatĭo, onis, f. *l'inquietare*, σφαδασμὸς, actus inquietandi. *Liv. l. 22. c. 27. de bobus, quorum cornibus sarmenta succensa alligaverat Annibal.* Capitum inquietatio excitans flammas, hominum passim discurrentium speciem præbebat.

Inquietātor, oris, m. qui inquietat. *Tertul. de Spectac. c. 23.* Inquietator animarum.

Inquietātus, a, um, nom. ex particip. *inquietato*, *molestato*. *Sueton. Calig. c. 26.* Inquietatus fremitu. Et *c. 59.* Inquietatos umbris.

Inquiēte, adverb. sine quiete, & intermissione. *Solin. c. 43.* Mons ingenito igne per æternum fervidus, & inquiete jugis flagrantibus. *Ammian. l. 15.* Inquietius agere.

Inquietĭtas, atis, fæm. inquietudo. *Cæl. Aurelian.* apud *Rutgers. l. 3. var. Lect. c. 3.*

Inquiēto, as, avi, atum, a. 1. *inquietare*, *turbare*, החריד, Ger. *unruhigmachen*, Gal. *inquieter*, Hisp. *inquietar*. ἐνταράττω, turbo, quietem agere non permitto. *Col. l. 8. c. 5.* Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. *Sueton. Aug. c. 53.* Ne quem officii causa inquietaret. *Tacit. hist. 3. c. 84.* Inquietare victoriam.

Inquietūdo, inis, f. 3. *inquietudine*, *perturbazione*, הרדה, Germ. *unruhe*, Gal. *inquietudo*, Hisp. *inquietud*, ταραχὴ, privatio quietis. *Sen. de Benef. l. 2. c. 8.* Tametsi inquietudinem Tyberius ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere.

Inquiētus, a, um, *inquieto*, *senza riposo*, טרשין, Germ. *unruhig*, Gall. *inquiet*, Hisp. *inqueto*, ἄστατος, qui est sine quiete. *Liv. l. 1. c. 46.* Animus inquietus. *Id. l. 22. c. 21.* Ingenia inquieta, & in novas res avida. *Plin. l. 1. ep. 9.* Nullis rumoribus inquietior. *Senec. l. 7. de Benef. c. 17.* Inter affectus inquietissimos. *Vopisc. in Saturnino, c. 1.* Ex gente hominum inquietissima.

Inquilīna, æ. f. V. Inquilinus.

Inquilinātus, us, ui, m. habitatio inquilini. *Tertul. de Anim. c. 38.* Desiderabit inquilinus toto inquilinatus sui tempore.

Inquilīnus, ni, m. 2. *chi abita su quello d'altri*, הושב, Germ. *ein vvohner*, Gal. *habitant d'un leu pris à loüage*, Hisp. *morador de lugar alqui lado*, ἔνοικος, qui in alieno, & privato habitat, proprie tamen in conducto, sive in urbe, sive ruri, ab *in*, & *colo*, quasi *incolinus*, *c* in *q* abeunte. Differt a colono (præsertim apud JCtos) quia inquilinus nihil aliud proprie præter domum alienam colit, colonus vero agros quoque. Hinc *l. 6. Cod. de agric.* &c. Coloni & Inquilini opponuntur. Differt ab *incola*, quia *incola* habitatorem in genere notat, *inquilinus* dicitur, qui incola quidem est, sed domus alienæ, hoc est, qui in ædibus habitat conductitiis. *Isid. l. 9. c. 4. Valla l. 4. c. 56.* Differt etiam ab *advena*, quod, *advena* non perpetuo inhabitat, sed postea migrat, *inquilinus* stabile habet domicilium. *Isid. l. 9. c. 4. Cic. 2. Phil. c. 41.* At vero te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum. *Id. l. 15. Fam.* Ubi igitur, inquies, Philosophia tua illa quidem inquilina? *Manut. Lamb. & alii legunt*, in culina. *Varr.* apud *Non. c. 4. n. 444.* In quarum locum subierunt inquilinæ impietas, perfidia, impudicitia. ¶ Inquilinus probri, vel odii causa quis appellatur, quasi domum propriam non habeat. *Sall. in Cic.* M. Tullius inquilinus civis urbis Romæ. ¶ Apud *Festum* Inquilinus dicitur, qui eundem colit locum, vel ejusdem loci cultor.

Inquinamentum, n. 2. *lordura*, טנאה, Ger. *unflat*, Gal. *hordure*, Hisp. *suziedad*, ῥυπαρία, sordes, & immunditia. *Gel. l. 2. c. 6.* Ut jam squallor de re nulla alia, quam de inquinamentis solis dici cœperit.

Inquināte, adv. *lordamente*, Germ. *unfletiglich*, Gall. *ordement*, *salement*, Hisp. *suzidamente*, ῥυπαρῶς, sordide, turpiter. *Cic. de Clar. Orat. c. 37.* Neque tamen est admodum inquinate locutus.

Inquinātus, a, um, *imbrattato*, *macchiato*, *lordo*, *sozzo*, μολυνθεὶς, fœdatus, contaminatus, pollutus. *Cic. 5. Tusc.* Darius in fuga, cum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibisset, negavit, unquam se bibisse jucundius. ¶ Et translate. *Cic. pro Rosc. Am. c. 24.* Nisi turpis adolescentia, nisi omnibus vitiis inquinata. *Idem pro Flacco, c. 22.* Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. *Id. in Off. l. 2. c. 6.* Quæ sordidissima quidem est ratio, & inquinatissima.

Inquĭno, as, avi, atum, a. 1. *imbrattare*, *macchiare*, טנף, Ger. *verunreinigen*, Gal. *souiller*, Hisp. *ensuziar*, κηλιδόω, μολύνω, maculo, polluo, fœdo. *Horat. l. 1. Sat. 8. v. 37.* Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis. ¶ Translate *Cic. Tusc. 1. c. 30.* Quibus cæcati velut domesticis vitiis, atque flagitiis se inquinassent. *Liv. l. 29. c. 37.* Inquinare famam alicujus.

Inquĭo, is, n. 3. *dire*, φημὶ, aio, dico, verbum defectivum est ab ἐνέπω, per metathesim pro *enqueo*, π abeunte in *q*, ut linquo a λείπω &c. *Catul. carm. v. 27.* Mane, inquio puellæ. ¶ *Inquis*, *inquit*, *inquiunt*, & præteritum *inquisti*, & *inquiit* leguntur apud *Cic.* sæpe, *Pers. Juvenal. Catull. carm. 10.* & al. *Inquies*, *inquiet*, apud *eund. Cic.* teste *Priscian. l. 10.* *Inquimus* apud *Horat. l. 1. Sat. 3. v. 66.* *Inquiebat*, & *Inquibat* apud *Cic. Acad. 2.* & *in Top.* *Inquĭtis*, *Arnobii* est. *Inque*, præsens Imperativi, *Inquito* futurum ejusdem modi, hoc Plauti est *Aulul. 4. 10. 58.* illud *ejusd. Pseud. 1. 5. 124.* & *Ter. Heaut. 4. 7. 1.* *Inquiat*, potentiale, apud *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 3.* ¶ *Inquam*, pro *inquio* (quod parum est in usu) passim apud *Cic.* & al. legitur, & eo eleganter utimur, cum rem aliquam repetituri sumus, *Cic. 2. Phil. c. 44.* Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem defende, si potes. ¶ *Inquam*, *inquis*, *inquit*, &c. cum usurpantur, eleganter post unum, aut alterum verbum in oratione ponuntur. *Nepos in Hannib. c. 2.* Pater, inquit, meus Hamilcar. ¶ *Inquam* servit etiam indignationi. *Lucret. l. 2. v. 257.* Libera per terras unde hæc animantibus extat: Unde est hæc, inquam, fatis avulsa voluntas? Adde *Cic. pro Planc.*

Inquīro, is, sivi, itum, a. 3. *cercare*, *investigare*, חקר, Ger. *nachfragen*, Gal. *enquerir*, Hisp. *escudrinar*, *pesquiar*, ἐξετάζω, ἐπιζητέω, investigo, quasi intus quæro. *Cic. 1. Off. c. 34.* Nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere. ¶ Sumitur item pro eo, quod vulgo dicunt, capere informationem, *informarsi*. *Cic. 6. Verr.* Nimirum didici etiam, dum in istum inquiro, artificum nomina. *Ovid. 1. Met. v. 148.* Filius ante diem patrios inquirit in annos. h. e. capiendæ hæreditatis impatiens, patris ætatem sciscitatur, & ejus mortem cupit.

Inquisīte, adverb. cum inquisitione. *Gell. l. 1. c. 3.* Theophrastus super hac re inquisitius, quam Cicero, disseruit.

Inquisitĭo, onis, f. *investigazione*, חקר, Ger. *nachfrag*, Gal. *inquisition*, *recherche*, Hisp. *inquisicion*, *escudrino*, ἐξέτασις, investigatio. *Cic. 1. Off. c. 4.* In primisque hominis est propria veri inquisitio, atque investigatio. ¶ Item informatio, ut vocant, *informazione*. *Cic. 4. Ver.* Ecquem existimatis unquam ulla in Provincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum? Hinc agere inquisitionem, *prender' informazione*. *Plin. l. 29. c. 1.* Decuriæ censuris principum examinantur, inquisitio per parietes agitur. ¶ *Plaut. Cas. 3. 1. 16.* Cave, inquisitioni mihi sis. *guarda di non ti far cercare*.

Inquisītor, oris, m. *inquisitore*, *investigatore*, דורש, Germ. *nachfrager*, Gal. *inquisiteur*, *chercheur*, Hisp. *inquisidor*, *buscador*, ἐξεταστὴς, qui inquirit, seu investigat. *Senec. l. 6. quæst. nat. c. 13.* Rerum naturæ inquisitor fuit. *Plin. l. 8. c. 40.* Scrutatur vestigia, (canis) atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro trahens. h. e. venatorem. *Sueton. in Cæs. c. 1.* Ut prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimere. *Spie.* Adde *Juven. Sat. 4. v. 49.* ¶ Item *chi prende informazione*. *Plin. l. 3. ep. 9.* Norbanum Licinianum legatum, & inquisitorem reum postulavit.

Inquisītus, a, um, adject. *cercato con diligenza*, ἐπιζητηθεὶς. *Liv. l. 10. c. 40.* Inquisita, & comperta res. ¶ Item contra, *non cercato*, non quæsitus, non exploratus. *Plaut. Amph. 4. 1. 9.* Quæstionem inquisitam amittere. *Id. ib. 2. 2. 217.* Istam rem inquisitam certum est non amittere.

Inrādo, is, a. 3. idem quod rado. *Cato R. R. c. 157.* Silphium inradito.

Inrāsus, a, um, idem quod rasus. *Cato R. R. c. 157.* Laserpitium inrasum.

Inrecogitatĭo. V. Irrecogitatio.

Inrīmor, aris, depon. 1. rimor, investigo. *Pacuv.* apud *Non. c. 4. n. 395.* Cum incultos pervestigans inrimare sinus.

Insalūbris, bres, o. 3. *non sano*, Germ. *ungesund*, Gal. *mal sain*, Hisp. *no saludable*, νοσώδης, non salubris. *Plin. l. 18. c. 5.* Neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum. *Gel. l. 19. c. 5.* Manet quod est sordidius, gravius, insalubrius.

Insalubrĭtas, atis, f. *insalubrità*, pestilentia, mala alicujus rei qualitas, qua insalubris fit. In titulo *c. 31. l. 3. hist. nat. Plinii* legitur *De insalubritate aquarum*.

Insalubrĭter, adverb. saluti nocendo. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 6.* Non tenaciter tantum, sed etiam insalubriter vinciuntur.

Insalutātus, a, um, ἀπροσηγόρητος, non salutatus. *Sidon. l. 4. epist. 10.* Annis jam multis insalutatus. ¶ Per tmesim *Virg. 9. Æn. v. 289.* Inque salutatum linquo.

Insanabĭlis, le, o. 3. *che non si può sanare*, ἀνίατος, quod sanari non potest. *Cic. pro Sext.* Ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera. *Liv. l. 28. c. 25.* Lætari, quod nihil tristius, insanabiliusque esset. *Id. l. 1. c. 28.* Ingenium insanabile. h. e. quod corrigi, & mutari nequit.

Insāne, adv. *pazzamente*, ἐμμανῶς, insipienter, stulte. *Horat. l. 1. sat. 10. v. 34.* In silvam non ligna feras insanius, ac si &c. ¶ Accipitur etiam pro vehementer, quod insani omnia faciant vehementer, inquit *Varr. l. 6. de L. L.* ubi citat locum Plauti (*Mil. 1. 1. 24.*) his verbis. Si unum epityrum apud illum esuriens insane edam. *Id. Mil. 1. 1. 24.* Esuriens insane bene.

Insanĭa, æ, f. 1. *pazzia*, הוללה, Ger. *unsinigkeit*, Gal. *folie*, Hisp. *locura*, μανία, stultitia, dementia, animi impotentia. *Cic. 3. Tusc. c. 4.* Quia nomen insaniæ significat mentis ægrotationem, & morbum, idest, insanitatem, & ægritudinem animi (al. *ægrotum animum*) quam appellarunt insaniam. Et *infra:* Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam, constantiaque censebant. his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam, propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit. ¶ Latius patet furore. *Cic. 3. Tusc. c. 5.* Hanc enim insaniam, quæ juncta stultitiæ patet latius, a furore disjungimus. Et *infra*. Quod cum majus esse videatur, quam insania, tamen ejusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. ¶ Sumitur etiam pro magnitudine immodica. *Cic. ad Q. Fr.* Quæ objurget cæterarum villarum insaniam. Hinc *prov.* apud *Plin. l. 18. c. 5.* Optimum aliena insania frui, h. e. immodicis aliorum impensis, aut ædificiis. ¶ Usurpatur etiam in plurali. *Cic. Fam. 4. epist. 1.* Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. Adde *Plaut. Aulul. 4. 4. 15.* ¶ Ad insaniam aliquid concupiscere, *bramar con eccedente desiderio*. *Cic. ad Attic.*

Insanĭens, tis, nom. particip. qui insanit, *che impazzisce*, μαινόμενος. *Horat. l. 1. od. 34.* Insanientis sapientiæ consultus. *Id. l. 3. od. 4.* Insanientem navita Bosphorum tentabo. h. e. procellosum, undis furentem.

Insanĭo, is, ivi, itum, n. 4. *impazzire*, השתגע, Ger. *unsinig sein*, Gal. *ètre insensè*, *devenir fou*, Hisp. *enloquecer*, μαίνομαι, furo, desipio, insanus sum, alienus sum a sanitate mentis. *Cic. 3. Tusc.* Qui autem in morbo sunt, sani non sunt, & omnium insipientium animi in morbo sunt, omnes insipientes igitur insaniunt. *Id. in Or. c. 67.* In alienos insanus insanisti. *Senec. de vita beat.* Insanire insaniam hilarem. *Horat. l. 1. Sat. 3. v. 26.* *Cic. l. 13. ad Attic.* Othonem vincas volo, nec tamen insaniturum illum puto.

Insanĭtas, tis, f. idem ac insania. *Cic. 3. Tusc. c. 5.* Quia nomen insaniæ significat mentis ægrotationem, & morbum. idest insanitatem, & ægritudinem animi, quam appellarunt insaniam. Et *infra:* Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademque dementia.

Insanĭter, adv. insane. *Pompon.* apud *Non. c. 11. n. 4.* Ludit nimium insaniter.

Insānum, adv. idem ac insane, idest, valde, vehementer. *Plaut. Bacch. a. 4. sc. 5.* Insanum magnum molior negotium. *Id. Mostel. 3. 3. 5.* Porticus insanum bona. h. e. valde bona.

Insānus, a, um, הולל, Germ. *unsinnig*, Gall. *fou*, *insensè*, Hisp. *loco*, παράφρων, μανικὸς, non sanus, vesanus, amens, furens, fanaticus, qui non est sani consilii, qui non habet mentem integram. *Cic. 3. Tusc.* Eos enim sanos intelligi necesse est, quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit: qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. *Liv. 32. 17.* Insana trepidatio. ¶ Insanus tolerabilior est, quam furiosus. *Cic. 3. Tusc.* Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulæ. Itaque non est scriptum: Si insanus, sed si furiosus esse incipit. ¶ Sumitur etiam pro vano, nugigerulo. *Pers. sat. 3. v. 46.* Discere ab insano multum laudanda magistro. Alii leg. *non sano*. ¶ Item pro ingenti, immenso, immodico, quia insani in omnibus modum excedere solent, ut Insanum studium equorum, armorum, &c. *Virg. 9. Ecl.* Insani feriant, sine, litora fluctus. *Cic. pro Mil.* Quo in fundo propter insanas illas substructiones facile hominum mille versabatur. *Liv. l. 30. c. 39.* Insani montes. ¶ Comp. insanior, sup. insanissimus. *Cic. pro Mil. c. 17.* Quo insanissima concio ab ipsius mercenario Tribuno pl. est concitata. *Id. Ver. 6. c. 18.* Insanior inter sanos.

Insatiabĭlis, le, o. 3. *insaziabile*, *che non si può saziare*, Ger. *unersettlich*, Gal. *insatiable*, Hisp. *insaziable*, ἀκόρεστος, quod satiari non potest. *Cic. 5. Tusc.*

5. *Tusc.* Ex quo insatiabili gaudio complentur. *Id. 1. Fin.* Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modo singulos homines, sed universas familias evertunt. *Id. 2. de nat. Deor.* Nulla est insatiabilior species, nulla pulchrior.

Insatiabilitas, tis, f. *insaziabilità*, ἀπληστία, cupiditas inexplebilis. *Ammian. l. 31. c. 12.*

Insatiabiliter, adv. *insaziabilmente*, ἀκορέστως, sine satietate. *Plin. in Epist. 6. l. 9.* Quos ego cum recordor in re inani, frigida, assidue, tam insatiabiliter desidere.

Insatiatus, a, um, nom. ex particip. non satiatus, *non sazio. Stat. 6. Theb. v. 305.* Insatiatus ardor eundi.

Insatietas, atis, f. *insaziabilità. Plaut. Aulul. 3. 5. 13.* Quorum animis avidis, atque insatietatibus neque lex, &c.

Insativus, a, um, *che non si semina*, quod non seritur, quod sponte provenit. *Plin. l. 19. c. 12.* Hoc insativum rumex vocatur. Sed legendum est *in sativis*.

Insaturabilis, le, o. 3. idem ac insatiabilis. *Cic. pro Sext. c. 51.* Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

Insaturabiliter, adv. idem ac insatiabiliter. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 25.* Animisque præteritis insaturabiliter expletur.

Insaturatus, a, um, adject. insatiatus. *Avien. in Phænom. Arat. v. 183.* Noverca insaturata odiis.

Insculptus, a, um, *scolpito*, insculptus. *Plin. l. 36. c. 5. ad fin.* Sunt certe etiamnum in columnarum spiris insculpta, nominum eorum argumento, rana atque lacerta.

Insendo, is, di, nsum, n. 3. idem quod ascendo. *Plaut. Amph.* Quadrigas si nunc insecndas Jovis. *Gell. l. 5. c. 2.* Haud unquam se ab alio insecndi, nisi a Rege, passus est. *Plaut. Men. 5. 1. 110.* Insendere in currum. ¶ Insendo, absolute, pro navem insendo, *imbarcarsi. Id. Mil. 2. 1. 38.*

Insensio, onis, f. ascensio. *Plaut. Rud. 2. 6. 19.* In navem insensio.

Insensus, us, m. insensio. *Apul. l. 7. Metam.* Equarum insensus.

Insensus, a, um, *ascelo, montato. Apuleg. l. 7. Metam.* Properiter insensum (*asinum*) baculo obverberans, per obliquam ducebat viam.

Insciè, adverb. inscienter. *Apul. de Deo Socrat.* Omnes sed insciè metuunt.

Insciens, tis, o. *ignorante*, שׁוֹנֵא, Germ. *unwissend*, Gal. *ignorant*, Hisp. *ignorante*, ἀγνώς, ignarus. *Cic. 5. Fam.* Nihil in ea re per Collegam meum me insciente esse factum. *Terent. Phorm. 1. 2. 9.* Abi, sis, insciens. *Id. Heaut. 4. 1. 19.* Si peccavi, insciens feci.

Inscienter, adv. *ignorantemente*, בִּשְׁגָגָה, Ger. *unwissentlich*, Gal. *insciemment*, Hisp. *ignorantemente*, δι' ἄγνοιαν, per imprudentiam, sive ignorantiam. *Cic. in Topic. 8.* Ut si partiri velis tutelas, inscienter facias: ¶ Superlat. *inscientissime* legitur apud *Hygin. l. 2. Astron. c. 12.*

Inscientia, æ, f. 1. *ignoranza*, ἄγνοια, ignorantia. *Cic. 1. Acad.* Sed inter scientiam, & inscientiam comprehensionem illam, quam dixi, collocabat. *Id. 1. de Or.* Neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. *Cæs. l. 3. B. G. c. 9.* Inscientia locorum. *Nepos 15. c. 7.* Inscientia belli.

Insciter, adv. *senza scienza, rozzamente*, ἀμαθῶς, ἀτέχνως, imperite, inelegauter, incompte, impolite. *Cic. 3. Fin.* Insciter autem medicinæ, & gubernationis ultimum cum ultimo sapientiæ comparatur. *Id. 2. de Div.* Democritus non insciter nugatur. *Gell. l. 10. c. 16.* Insciitissime petit.

Insciti'a, æ, f. 1. *ignoranza*, יִשְׁנוּת, Germ. *unwissenheit*, Gal. *ignorance*, Hisp. *ignorantia*, ἄγνοια, ignorantia, imprudentia, ab insciens. *Cic. 1. de Or.* Atque earum rerum, quæ quali traduntur in arte, insciitia. *Horat. l. 2. Sat. 1. v. 81.* Legum insciitia.

Insciti'ulus, a, um, adject. parum placens, parum amabilis. *Afran.* apud *Non. c. 1. n. 41.* Insciitula ancillula.

Insciitus, a, um, *indotto, inelegante, mal composto*, ἄμουσος, ἄτεχνος, indoctus, vel inelegans, & male compositus. *Plaut. Mil.* Mulier hæc insciita est, & stulta. *Cic. 2. de Div. c. 13.* Quid insciitius autem est quam mentes mortalium falsis, & mendacibus visis concitare? h. e. absurdius. *Plaut. Mostel. 5. 2. 16.* Quid confugitli in aram, insciitissimus? *Id. Rud. 3. 1. 5.* Mirum, atque insciitum somniavi somnium. *Stravagante.*

Insciius, a, um, *chi non sa, imprudente*, ἀνεπιστήμων, non sciens, nescius. *Cic. 4. Acad.* Qui distingues artificem ab insciio? *Id. 5. Fin.* Nec vero sum insciius, esse utilitatem in historia. *Id. de clar. Orat. c. 85.* Socrates se omnium rerum insciium fingebat.

Inscrībo, is, psi, ptum, a. 3. *scrivere in qualche cosa, soprascrivere*, כָּתַב, Ger. *einschreiben*, Gal. *graver*, Hisp. *intitular*, ἐπιγράφω, idem ac scribo, vel intus, sive supra scribo, seu scribo in re aliqua. *Cic. pro Arch. c. 11.* Ipsi illi Philosophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. ¶ Est item adjungere. *Cic. Att. l. 4.* Tamen ea inscribam brevi, quæ te puto potissimum ex meis litteris velle cognoscere. ¶ Item incidere, imprimere, *intagliare. Cic. 12. Fam.* Primum in statua, quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti optime merito. ¶ Item nomen indere, vel imponere, *intitolare. Cic. 15. Fam.* Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendavi. *Id. 2. Acad.* Quin contra suum doctorem librum etiam ederet, qui Sosus inscribitur. *Id. 2. de Or.* Quod sunt fere inscripti de rebus notis, & illustribus. ¶ Inscribere epistolam, fasciculum, litteras alicui, est in epistola, &c. nomen illius inscribere, ad quem perferenda est. *Cic. Att. l. 8.* Tu fasciculum, qui est M. Curioni inscriptus, velim, cures ad eum perferendum. ¶ Invenitur etiam usurpatum pro dilacerare. *Plaut. in fragm.* Corpus tuum virgis ulmeis inscribam. id est signabo, vel ita dilacerabo, ut notæ inscriptæ appareant. ¶ Item pro notis compungere, stigmate notare, στίζω, *Plin. l. 22. c. 1.* Mares etiam apud Dacos, & Sarmatas corpora sua inscribunt. ¶ Apud JCtos accipitur & pro accusare. *V. Cod. de Injur. leg. ult.* ¶ Inscribere ædes, est ædes venales, seu locandas proponere, affixa tabella, seu titulo, in qua exprimebatur pretii summa. *Ter. Heaut. 1. 1. 92.* & *Plaut. Trinum. 1. 2. 131.* ¶ *Ovid. 6. Metam.* Sua quemque inscribit facies. h. e. facies indicium animi est. ¶ *Id. l. 15. Metam.* Inscripsere Deos sceleri. h. e. Deos sceleris auctores fecere. ¶ Inscribere orationem in animo, *imprimere nella mente. Cic. l. 2. de Orat.*

Inscriptio, onis, f. 3. *inscrizione, titolo*, כְּתֹבֶת, Ger. *ein zeddel, tittel*, Gal. *inscription*, Hisp. *inscription*, ἐπιγραφή, actus inscribendi, nota. *Plin. l. 29. c. 1.* Hinc illa intelicis monumenti inscriptio, turba se medicorum pertisse. *Cic. pro Domo.* Quid operum Publicanorum exactio? quid nominis inscriptio tibi? *Id. 13. Phil. c. 4.* Cur decerneretis statuam in rostris cum inscriptione præclara. ¶ Item accusatio, apud JCtos. *Ulp. l. 2. Dig. ad l. Jul. de adult.* & *Alexander Imp. l. 3. Cod. de his, qui accus. non poss.*

Inscriptum, n. 2. idem ac inscriptio. *Gell. l. 20. c. ult.* Quædam alia inscripta nimis lepida, multaque prorsus concinnitates redolentia. V. *In scriptus.*

Inscriptūra, æ, f. 1. inscriptio, seu nota impressa alicui rei. *Tertull. adverf. Valentinianos c. 30.*

Inscriptus, a, um, adject. *inscritto, intitolato*, Gal. *ecrit, gravé dessus*, ἐπιγεγραμμένος, adscriptus, notatus. *Tibull. l. 1. el. 3. v. 54.* Lapis inscriptus notis. *Virg. Ec. 3. v. 106.* Inscripti nomina Regum Nascantur flores. *Cic. l. 6. Att. ep. 3.* Legit epistolam inscriptam patri suo. *Quint. l. 1. c. 24.* Libri falso inscripti. ¶ Item stigmate notatus, *bollato, segnato. Martial. l. 8. epigr. 74.* Quatuor inscripti portabant vile cadaver. ¶ Significat etiam non scriptus. *Quintil. l. 3. c. 8.* Alia esse scripta, alia inscripta. Hinc inscriptæ merces dicebantur a Veteribus, quas mercatores, ne portoria solverent, apud publicanos non erant professi, *mercatanzie di contrabbando. Varro l. 2. R. R. c. 1.* Greges ovium ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 169.* Facit idem, quod illi, qui inscriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent. Ubi notandum, minus recte a quibusdam Lexicographis hoc Lucilii exemplum afferri sub voce *Inscriptum, i*, ut significet breve quoddam scriptum a Prætectis datum ad merces exportandas &c. ¶ Inscriptum maleficium dicitur, de quo in legibus expressa mentio non fit, seu in quod nulla est a legibus pœna statuta. V. *Quintil. Declam. 252. Turneb. l. 10. c. 6.* & *Senec. in Excerp. l. 5. controverf. 1.*

Inscrūtor, aris, atus sum, depon. 1. valde scrutor, investigo. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 1.* Si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius.

Insculpo, is, psi, lptum, a. 3. *scolpire, intagliare*, פִּסֵּל, Ger. *ungeschrieben*, Gal. *engrauer*, Hisp. *esculpir*, ἐγγλύφω, est incidere aliquid in ære, argento, marmore, gemma, & simili materia, a scalpo, vel potius a sculpo. *Cic. 2. de Divin.* In robore insculptæ priscarum literarum notæ repertæ sunt. ¶ Translate est imprimere, infigere. *Cic. 2. de nat. Deor.* Omnibus innatum est, & animo quasi insculptum, esse Deos.

Insecabilis, le, o. 3. *che non si può tagliare*, ἄτμητος, quod secari, ac dividi non potest, quales sunt atomi. *Vitruv. l. 2. c. 2.* Atomi, quas nostri insecabilia corpora vocitaverunt. *Quintil. l. 2. c. 17.* Aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint.

Insĕce, h. e. persequere, dic, narra. *Cato* apud *Gell. l. 18. c. 9.* ¶ Ejusdem etiam est *insecendo*, h. e. fando, narrando. V. *Gell. ibid.*

Insecendo. V. vocem præced.

Insĕco, as, cui, ctum, a. 1. *tagliare, intimo*, ἐντέμνω, idem quod seco, sive intus seco. *Auct. ad Her.* Insecare aliquid dentibus. *Col. l. 4. c. 15.* Sequente deinde anno insecatur superior pars curvaturæ usque ad medullam.

Insecta, n. 2. ἔντομα, animalia partim terrestria, ut scolopendræ, & stelliones, partim volucria, ut apes, & vespæ, partim ex utroque participantia, ut formicæ, partim & pennis, & pedibus carentia, ut tineæ, quæ in homine nascuntur, dicta ab incisuris, quæ in eorum corporibus cernuntur. *Plin. l. 11. c. 1.* Insecta appellata ab incisuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum, atque alvi præcinctu separant membra tenui modo fistula cohærentia. Aliqui existimant, dicta esse, quod dissecta nihilominus vivant. Sed falluntur, quia id commune iis est cum sturione, polypo, pulmone marino, pluribusque aliis animalibus perfectis. *Cæs. Scalig. Exer. 226. sect. 15.*

Insectanter, adv. ὀνειδιστικῶς, cum insectatione. *Gell. l. 19. c. 3.* Insectanter, & graviter vituperari.

Insectatio, onis, f. 3. *persecuzione*, διωξις, actus insectandi. *D. Brut. in epist. Cic. ad Fam. l. 11. ep. 1.* Tanta est hominum insolentia, & nostri insectatio. *Liv. l. 2.* Inde illam absentis insectationem esse natam, quod morando spem destituerit.

Insectator, oris, m. qui insectatur, *chi perseguita. Liv. l. 3. c. 33.* Trux, & sævus insectator plebis. *Quintil. l. 10. c. 1. ad fin.* Seneca egregius vitiorum insectator.

Insectio, onis, f. narratio, sermo, ab insecendo. Veteres ea voce usi sunt, teste Gellio, quem consule *l. 18. c. 9.*

Insecto, as, avi, atum, a. 1. idem ac insector, apud veteres. *Plaut. Capt. 3. 4. 61.* Jam illic insectabit lapidibus.

Insector, aris, atus sum, d. 1. proprie est pedibus urgere, instare, freq. ab *insequor*. Translate est sæpe, & multum persequi, alicui Negotium facessere ob susceptas inimicitias, *perseguitare*, רָדַף, Germ. *ernstlich nachfolgen*, Gal. *poursuivre*, Hisp. *perseguir*, ἐνδιώκειν, κατεδιώκειν, *Cic. Att.* Semperque ita statui, non esse insectandos inimicorum amicos, præsertim humiliores. *Phædr. l. 3. fab. 11.* Damnum insectatus est amissi corporis. *h. e.* exprobravit, objecit. ¶ Item pro urgere, instare, *incalzare, esser' addosso. Id. pro Font. c. 1.* Insector ultro atque insto accusatori, insector, inquam, ac flagito testes. *Id. pro Planc.* Etiam atque etiam insto, atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen. ¶ Insectari terram rastris, h. e. assidue exercere. *Virg. l. 1. Georg.*

Insectūra, æ, f. *incisura, taglio. Senec. l. 1. Quæst. nat. c. 7.* Virgula totidem redderet soles, quod habuisset insecturas.

Insectus, a, um, adject. dissectus, *tagliato. Ovid. 6. Metam. v. 58.* Percusso feriunt insecti pectine dentes. *Plin. l. 10. c. 37.* Insecti alarum articuli. ¶ Insecta, h. e. parva animalia, V. *supra loco suo.*

Insecūtor, oris, m. persecutor, sectator, *persecutore. Tertull. Apol. c. 5.* Tales semper nobis insecutores, injusti, impii. *Prudent. in hymn. Epiphaniæ, v. 126.* Quos lucis ipso in limine Christi insecutor sustulit.

Insedabiliter, adv. sine ulla quiete. *Lucr. l. 6. v. 1164.* Insedabiliter sitis arida corpora mersans.

Insedātus, a, um, *non acquietato, turbato*, non sedatus, turbulentus, commotus. *Cic. in Part. c. 22.* Et omne, quod est ejus generis, grave, insedatum, turbulentum.

Inseminātus, a, um, adject. *seminato. Vitruv. in proœm. l. 8.* Terra ex cœlestium imbrium conceptionibus inseminata. Adde *Arnob. l. 2.*

Insemĭno, as, a. 1. *seminare*, ἐμβάλλω, insero. *Gel. l. 19. c. 5.* Tabem, & morbos sensim, atque in diem longam visceribus inseminare.

Insenesco, is, nui, sine sup. *divenire vecchio in qualche cosa*, זָקַן, Ger. *seyn alter in einer sache*, Gall. *envieillir en quelque chose*, Hisp. *envejecer alguna cosa*, ἐγγηράσκω, diutissime immoror in aliqua re, quasi in ea ætatem consumo, & senex fio. *Tac. l. 4. Ann. c. 6.* Cum plerique iisdem negotiis insenescerent. *Horatius l. 2. v. 82.* Insenuit libris, & curis. *Quintil. l. 10. c. 3.* Quomodo sufficere civilibus officiis possit, qui singulis actionum partibus insenescat?

Insensibilis, le, o. 3. *insensibile*, Ger. *unempfindlich*, Gal. *insensible*, Hisp. *insensible*, ἀναίσθητος, quod non sentitur, quod sub sensum cadere non potest. *Gell. l. 17. c. 10.* Innumerabile esse ait, & propemodum insensibile. ¶ Item qui expers est sensus. *Lactant. l. 6. c. 13.* Insensibilia simulacra.

Insensĭlis, le, o. 3. idem ac insensibilis. *Lucr. l. 2. v. 864.* Necesse est ex insensilibus tamen omnia confiteare principiis constare.

Insensuālis, le, adject. idem quod insensibilis. Vox est *Cassiodori l. 2. epist. 40.*

Inseparabilis, e, *inseparabile*, qui separari non potest. *Senec. ep. 85.* Si virtus voluptati juncta semper est, atque inseparabilis. *Id. epist. 118.* Aliquid inter se habent mixtum, & inseparabile.

Inseparabiliter, adv. ἀδιαχωρίστως, non separabiliter. *Macrob. l. 1. Somn. Scip. c. 22.* Quæ inseparabiliter involuta rerum necessitas in se vinxit. *Lactant. l. 3. c. 11.* Inseparabiliter connexa.

Inseptus, a, um, *circondato*, idem quod septus. *Senec. l. 4. de benef. c. 19.* Hunc inseptum ingenti muro, divisumque a conspectu mortalium, &c. ¶ Significat etiam non septum, teste *Festo.*

Insepultus, a, um, *non sepolto*, Ger. *unbegraben*, Gal. *non enfevely*, Hisp. *no enterrado*, ἄθαπτος, non sepultus, inhumatus, qui sepultura, & justis exequiis caruit. *Cic. Cat. c. 6.* Cerno animo miseros, atque insepultos

acervos civium. *Id. Phil.* 1. funus Cæsaris vocat, insepultam sepulturam, quia raptim, & turbulente, nec more, & ritu veteri factum erat. *Senec. de Tranquill. c.* 13. Mors insepulta. h. e. ubi is, qui moritur, sepultura privatur. ¶ Item non sepultus, ut *in* augeat, quemadmodum in *infractus*, *incanus*. *Id. Phil.* 14. *c.* 22. Vestra virtus nec oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. Aliquis legit *sepulta*, Gruterus *insepulta* tuetur.

Insĕquens, entis, o. 3. *seguente*, *che segue*, partic. ab insequor. *Auct. epist. ad Octav.* Quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo R. illuxit? ¶ Insequens officium, de quo mox dicturi, aut deliberaturi sumus. *Plane. ad Senatum*, *l.* 10. *Fam. Cic.* Huic prius excusandum me esse arbitror, quam de insequente officio quidquam ulli pollicendum.

Insequenter, adv. ἀκολουθῶς, inconsequenter. *Gell. l.* 10. *c.* 20. Obscure, & insequenter particula illa posita.

Insĕquo. V. *Gell. l.* 18. *c.* 9. ubi hujus vocis originem, vim, & varias lectiones multas affert.

Insĕquor, eris, sequutus vel secutus sum, d. 3. *seguitare*, *seguir dietro*, חרכיב, Ger. *nach eilen*, Gal. *poursuivre*, Hisp. *perseguir*, ἐπακολουθέω, ἕπομαι, sequor, vel subsequor, cum acc. *Cic. in Bruto c.* 10. Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. ¶ Usurpatur etiam absolute, sed accusativus aliquis subintelligitur. *Cic. in Orat.* Quin etiam postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. ¶ Et cum infinito. *Virg.* 4. *Æn. v.* 32. lentum convellere vimen Insequor. ¶ Sæpe ponitur pro persequi, insectari. *Cic.* 2. *Phil.* Cum tu illum in foro spectante populo R. gladio strictо insecutus es. *Id. ad Attic. l.* 14. Homines benevolos grave est insequi contumelia.

Inserēnus, a, um, adject. non serenus, nubilus, *nuvolato*. *Stat. l.* 1. *Silv. ult. v.* 21. Non tantis Hyas inserena nimbis Terras obruit.

Insĕro, is, insevi, insitum, n. 3. *seminare*, ἐνσπείρω, insemino, a *sero*, qua notat seminare. *Col. l.* 5. *c.* 7. Si frumentum non inseritur. ¶ Dicitur & de arboribus, quando seminantur, aut plantantur, item cum furculus unius arboris alteri arbori scisso trunco ineluditur, sive cum oculus unius alteri imponitur, *innestare*, *incalmare*, ἐμφύειν, *Col. l.* 1. Vitem, quam insiturus es, resecato. *Varro l.* 1. *de re rust. c.* 40. Est altera species ex arbore in arborem inserendi. ¶ Translate sumitur pro immittere, introducere. *Horat. lib.* 1. *sat.* 3. *v.* 34. Num qua tibi vitiorum inseverit olim Natura, aut etiam consuetudo mala.

Insĕro, is, erui, insertum, a. 3. *inserire*, *porre dentro*, Ger. *einlassen*, Gal. *mettre dedans*, Hisp. *enxerir*, ἐντίθημι, ἐμβάλλω, immitto, impono, ingero, introduco, a *fero*, qua notat nectere, jungere. *Ter. Heaut.* 3. 3. Vidin' ego te modo manum in sinum huic meretrici inserere. *Col. l.* 6. *c.* 4. Si integrum gallinaceum crudum ovum jejunis taucibus inseras. *Cic.* 6. *Verr. c.* 17. Inserere collum in laqueum. ¶ Item interponere, miscere, *frammischiare*. *Ovid.* 2. *Trist. v.* 444. Historiæ turpes inseruisse jocos. *Id.* 3. *Metam.* Inserere se bellis civilibus. *Id.* 3. *Amor. el.* 6. Inserere oscula. *Auct. Dial. de Or. c.* 10. Inserere nomen famæ.

Inserpo, is, psi, ptum, n. 3. idem ac serpo, vel in aliquo loco serpo, *Stat.* 2. *Thebaid. v.* 340. jam somnus avaris Inserpit curis, *Apul. Metam.* 7. Ei lanugo malis inserpebat.

Inserta, æ, f. ἐμβλημα, *incastratura*, *Mosaico*. Translate *P. Syrus in mim.* Frugalitas inserta est rumoris boni. Alii aliter legunt. V. *Scaliger*.

Insertātio, onis, f. actus inserendi, insitio, immissio. *Cæl. Aur. Tard. l. c.* 1.

Insertātus, a, um, idem ac insertus, immissus. *Prudent. Apotheos. v.* 464. Jamque insertato reserarat viscera cultro.

Insertim, adverb. inserendo, immittendo. *Lucret. l.* 2. *v.* 114. qua solis lumina cunque Insertim tundunt radios per opaca domorum.

Insertīvus, a, um, adject. qui inseritur. *Calphurnius Declam.* 24. Nemo unquam sacra gentilitia insertiva stirpe corrupit. h. e. filiis illegitimis.

Inserto, as, a. 1. *por dentro*, παρεντίθημι, sæpe insero, vel insero simpliciter, freq. verbi insero, a supino *insertum*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 672. Clypeoque sinistram insertabam aptans. *Silius l.* 5. *v.* 483. arbor nubibus insertans caput.

Insertus, a, um, *inserito*, ἐμβλητὸς, ἐντεθὼς, immissus, impositus, introductus, partic. ab *inseror*, qua notat nectere, jungere. *Plin. l.* 10. *c.* 57. Penna per transversas inserta nares. *Plin. alter l.* 3. *ep.* 19. Prædia agris meis vicina, atque etiam inserta. *Vellei. l.* 2. *c.* 60. Insertis falsis commentariis.

Inservĭo, is, ivi, itum, n. 4. *servire*, δουλεύω, obsequor, & quasi officium servientis alicui præsto, in rebus, & negotiis alicujus studiosus sum. *Cic.* 1. *Off. c.* 15. A quo enim plurimum sperant, etiamsi ille his non eget, tamen ei potissimum inserviunt. ¶ Translate ponitur pro studere. *Cic.* 1. *de Or.* Aut plures cæteris artibus inservire. ¶ Commodo, vel commodis inservire, est utilitati consulere. *Cic.* 2. *Fin. c.* 30. Quos suis commodis inservituros arbitramur. ¶ Inservire valetudini, h. e. valetudinem curare. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 17. ¶ Inservire honoribus, pro operam dare, *attendere agli onori*. *Id.* 2. *Offic. cap.* 1. ¶ Inservire honori alicujus, est, dignitati alicujus consulere. *Id.* 3. *Fam. ep.* 13. ¶ Cum accus. jungit *Plaut. Mostell.* 1. 3. 33. Non meretricium est, unum inservire amantem. *Id. Pœn.* 4. 2. 105. Inservire consilium. *mettere in opera il consiglio*. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 12. Nihil a me est inservitum temporis causa.

Inservo, as, avi, atum, a. 1. idem quod servo. *Stat.* 8. *Thebaid. v.* 194. Elysias dedit inservare volucres.

Insessor, oris, m. ut insessor viarum, h. e. obsessor, apud *Symmach. l.* 2. *ep.* 48. Sic *Festus*. Insessores, latrones, qui circa vias insidientur sedentes.

Insessus, a, um, nom. partic. præsidio occupatus, *assediato*, *occupato*. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 39. Montes præsidiis insessi. *Liv. l.* 9. Insessis omnibus viis.

Insibĭlo, as, n. 1. idem ac sibilo, vel spiro. *Ovid.* 15. *Met. v.* 603. Ubi trux insibilat Eurus. *Sil. l.* 12. Membris insibilat ignis.

Insiccabĭlis, le, adject. qui siccari non potest. *Sidon. l.* 9. *ep.* 16. Licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina, & calamo durior gutta.

Insiccātus, a, um, o. 1. 2. *non seccato*, non siccatus. *Stat.* 3. *Theb. v.* 364. Vulneraque ista terens putri insiccata cruore.

Insĭcia, æ, f. 1. vel Insicium, ii, n. 2. genus farciminis, seu obsonii ex carne concisa. *Var. l.* 4. *de L. L.* V. Isicium.

Insiciarius, ii, m. qui insicia facit. Legitur in quodam ludicro testamento M. Grunnii Corocottæ porcelli, quod habetur apud *Interpretes Apicii l.* 8. *c.* 7.

Insĭdĕo, es, edi, essum, n. 2. *sedere sopra qualche cosa*, רכב, Ger. *auff sitzen*, Gal. *etre assis dessus*, Hisp. *assentarse sobre*, ἐπικάθημαι, in re aliqua, sive super rem aliquam sedeo. *Liv. l.* 7. Equo deinde, quam poterat maxime exornato insidentem se in specum immisisse. ¶ Metonymice ponitur pro locum aliquem occupare. *Liv.* 5. *bell. Pun.* Viæque omnes hostium præsidiis insiderentur. *Liv. l.* 2. *bell. Pun.* Mago locum monstrabit, quem insideatis. ¶ Translate usurpatur pro consistere, *fermarsi*. *Cic. de nat. Deor.* Cum in locis semen insedit. ¶ Item pro inhærere, *essere posto*, *impresso*. *Cic. in Tusc.* Cum hic tervor mentis inveteraverit, & tanquam in venis, medullisque insederit. *Auct. ante Exil.* Cum jam domesticis pax non insideat. *Id.* 5. *Fam.* Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset, etenim penitus insederat. ¶ Item imminere, incumbere. *Horat. epod.* 3. Non tantus unquam iiderum insedit vapor Siticulosæ Apuliæ. ¶ Item habitare, incolere. *Virg.* 8. *Æn. v.* 479. Lydia Gens bello præclara jugis insedit Hetruscis.

Insĭdiæ, arum, f. 1. *insidie*, *aguati*, ארב, Ger. *hinderliſt*, Gal. *embuches*, Hisp. *insidia*, ἐνέδρα, dolosa expectatio ad aliquem aggrediendum, ab insidendis locis, quæ ad insidias deligimus. *Cic. in Catil.* Illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus. Dicimus autem insidias parare, ponere, moliri, facere, tendere alicui, &c. *Cic. Ter. Virg. Ovid. Plaut.* Esse, latere, considere in insidiis. *Cæs. Cic. Liv.* &c.

Insĭdianter, adverb. per insidias, cum insidiis. *Justin. l.* 6. *c.* 6. ¶ Secuti insidianter absentiam Arcadum speculati. Al. leg. *insidiantes*.

Insĭdiātor, ris, m. 3. *insidiatore*, ἐνεδρευτὴς, qui tendit insidias. *Cic. in Catil.* Nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ. Adde pro *Mil. c.* 7.

Insidiātrix, icis, f. *insidiatrice*. *Ammian. l.* 24. *c.* 17. Insidiatrix manus.

Insĭdio, as, avi, atum, a. 1. insidior, *insidiare*. *Dig. l.* 28. *tit.* 19. *leg.* 28. Servi, qui saluti dominorum suorum insidiaverint.

Insĭdior, aris, atus sum, d. 1. *insidiare*, *far aguati*, ארב, Ger. *auff einen lauren*, Gall. *guetter*, Hisp. *poner assechanças*, ἐνεδρεύω, insidias tendo. *Cic. pro Mil.* Hæc fica intentata est nobis, hæc insidiata Pompejo est. *Id. pro Cæl.* Magnum crimen vel in legatis insidiandis, vel in servis solicitandis. ¶ Interdum sumitur pro observare. *Cic. de Or.* Quod neque precibus unquam, nec insidiando, nec speculando assequi potui. *Liv. l.* 23. Insidiari tempori.

Insĭdiōse, adv. *insidiosamente*, *occultamente*, *astutamente*, Ger. *mit liſt*, Gall. *avec embuches*, Hisp. *con insidia*, μετ' ἐπιβουλῆς, ex insidiis, cum insidiis, dolose, fraudulenter, *Cic. pro Rab.* Insidiose in gratiam rediit cum illo. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 3. Me sceleratissime, insidiosissimeque tractavit.

Insidiōsus, a, um, *insidioso*, עקוב, Ger. *hinterliſtig*, Gall. *plein d'embuches*, Hisp. *lleno de insidias*, ἐπιβούλευτος, ἐπιβουλευτικὸς, qui sæpe insidiatur, plenus insidiis, fallax. *Cic. Att.* Hujus insidiosa clementia delectantur. *Id.* 4. *Ver. ad fin.* Quis acerbior, quis insidiosior; quis crudelior unquam? *Plin. l.* 29. *c.* 1. In qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt.

Insĭdo, is, insedi, insessum, n. 3. *sedere*, ישב, Ger. *ſie auff ettvvasſetzen*, Gal. *s'asseoir*, Hisp. *assentarse*, ἐνίζάνω, ad sedendum descendo, vel clam, & sensim delabor, vel ingredior. *Virg. Æn.* 6. *v.* 707. Ubi apes æstate serena floribus insidunt variis. *Quintil. l.* 10. *c.* 7. Dum illa verba fabricentur, & memoriæ insidant. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Stat.* 2. *Theb.* Fessis insiditur astris. ¶ Præterit. *insidi* pro *insedi* legitur apud *Silium*, *l.* 1. *v.* 3. & apud alios; sed variat ubique lectio.

Insigne, is, subst. n. 3. *insegna*, נקידות, Ger. *zjechen*, Gal. *marque*, *enseigne*, Hisp. *las insignias*, σημεῖον, signum, indicium, nota, monimentum, id, quod in veste, vexillo, & hujusmodi insignitum est, aut ipsa vestis, vexillum, &c. *Cic. Att.* Minerva singulare est insigne ejus gymnasii. *Id. in Ver.* Bulla erat ornamentum puritiæ, indicium, & insigne fortunæ. *Id. pro Sext.* Sedebat cum purpura, & sceptro, & insignibus illis Regiis. *Virg. l.* 2. *Æn.* Danaumque insignia nobis aptemus clypeos. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 6. Naves triremes duæ, quæ ex insigni facile agnosci poterant. ¶ Translate ponitur pro omni honorum genere. *Cic. Appio*. Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt. *Id. pro Sylla*. Sibi habeant honores, imperia, triumphos, & alia præclara laudis insignia. ¶ Item pro ornamento. *Cic. de Or.* Oratio variauda est, atque distinguenda quasi quibusdam verborum, sententiarumque insignibus. ¶ Accipitur etiam simpliciter pro signo. *Cic.* 3. *de Or.* Quod erat insigne, eum, qui ita faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam.

Insignĭo, is, ivi, itum, a. 4. *ornare*, כתם, Ger. *zeichnen*, Gal. *marquer*, Hisp. *sennalar*, ἐπισημαίνω, signis noto, seu distinguo. *Auct. ad Her. l.* 4. Quo magis insignita sit forma. *Virg.* 7. *Æn. v.* 790. At lævem clypeum sublatis cornibus Jo auro insignibat. *Claud. l.* 1. Hic elementorum seriem, sedesque paternas insignibat acu. ¶ Item insignem facere. *Tac. in Agric. c.* 41. Insignire annum cladibus *Senec. ep.* 18. Illud temperantius, non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus.

Insignis, gne, o. 3. *segnato*, נכרם, Ger. *gezeichnet*, Gal. *segnalè*, *remarqué*, Hisp. *sennalado*, ἐπίσημος, proprie est, quod signo aliquo, vel nota inter alia eminet, in quo aliqua sunt signa, quibus ab aliis discernitur. *Fest.* Insignes appellantur boves, qui in femine, & in pede album habent, quasi insigniti. *Virg.* 3. *Georg.* Maculis insignis, & albo, hoc est, insignitus. ¶ Sed quia quæ aliis meliora, aut deteriora sunt, signo notari solent discriminis causa, hinc est, quod insignis accipitur in laudem pro præstanti, eximio, claro, nobili. *Liv. l.* 1. Insignique eum veste, & curuli regia sella adornavit. *Virg.* 1. *Æn.* Insignem pietate virum. *Cic. de Am.* Sed etiam posteris erit clara, & insignis. *Id.* 3. *Fin.* Habet insigne quiddam ad decus, & ad gloriam. ¶ Vel in vituperationem, pro eo, quod valde malum est. Hinc insignia scelera dicuntur, quæ vulgaria non sunt, sed insigniter mala. *Cic.* 6. *Verr.* Os hominis, insigneque impudentiam cognoscite. *Id. pro Rab.* Cum hominem omnibus insignem notis turpitudinis P. Furium accusaret. *Horat. l.* 2. *sat.* 1. *v.* 46. Flebit, & insignis tota cantabitur urbe. *h. e.* infamia notatus. ¶ *insignes*, & *insigniti* dicebantur pueri, qui aliqua deformi corporis nota, aut depravatis membris nati essent. *Cic.* 3. *Leg. c.* 8. Insignis ad deformitatem puer, brevi tempore creatus, multo quoque tetrior natus est. *Plaut. in fragm.* Sin ea mihi insignitos pueros pariat postea, aut varum, aut valgum, &c. ¶ Comparat. *insignior*, superl. *insignissimus*. *Liv. l.* 4. *c.* 4. Insignior contumelia. *Tertul. Apolog. c.* 21. Insignissima religio.

Insignĭte, adv. *segnalatamente*, *ſommamente*, *chiaramente*, σημειώσως, insigniter, valde, summe, clare. *Cic. pro Quinct. c.* 23. Neque quisquam inventus est tam insignite improbus. *Liv. l.* 8. *c.* 13. Quo insignitius omissa res consuli exprobraretur.

Insignĭter, adv. idem ac insignite. *Cic.* 3. *Phil. c.* 4. Quis Rex unquam fuit tam insigniter impudens? *Id. in Parr.* Parentibus, amicis, hospitibus præcipue, atque insigniter diligendis. *Paulin. Nolan. carm.* 24. *de natal. S. Felic.* 9. *v.* 144. me decet insignius isto Exsultare die.

Insignītus, a, um, *segnato*, *notato*, *ornato*, ἐπίσημος, signatus, signis notatus, & distinctus. *Cic.* 1. *de Div.* In quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant. *Tac. l.* 4. *Ann. c.* 51. His partæ victoriæ spes, & si cedant, insignitius flagitium. *Cic. in Top. c.* 5. Quædam confirmatio insignita, atque impressa intelligentia. ¶ Insignita, in plur. num. & neutro gen. dicuntur vitia quædam in cute, aut circa oculos, *lividure*, *contusioni*. *Plin. l.* 27. *c.* 4. & 12. V. Insignis. ¶ *Cato* apud *Gell. l.* 10. *c.* 3. Insignitæ injuriæ.

Insīle, insilis, n. 3. suspendiculum, vel perpendiculum, quod telam demissam examinat, dictum, ut credit Interpres Lucretii, quod appulsa pectine tela resultet, & subsiliat. Alii volunt, insilia esse duo instrumenta lignea, pedibus textorum suppositа, quibus alternis resurgentibus, & depressis telæ aperiuntur, & contrahuntur. *Lucr. l.* 5. *v.* 2351. Nec ratione alia possunt tam lævia gigni insilia, ac fusi, radii, scapique sonantes. *Lambin. legit insubula*.

Insĭlĭo, is, insilui, insilivi, insilii, insultum, *saltare in qualche cosa*, רחץ, Ger. *einſpringen*, Gall. *sauter dessus*, Hisp. *saltar en algo*, o *sobre*,

bre, εἰσάλλομαι, saltu ingredior, vel super aliquid salio. *Plaut. Rud.* E navi timidæ ambæ in scapham insiluimus, *Plin. l.* 8. *c.* 16. Dum sequitur, insiluit saltu. *Liv. l.* 6. *c.* 7. Insilire in equum. *Phædrus l.* 1. *Fab.* 3. *v.* 20. Supra lignum insilire. *Sueton. in Claud. c.* 21. Insilire tauros, *Ovid.* 12. *Metam. v.* 345. Insilire alicujus tergo.

Insimul, adv. idem ac simul. *Stat.* 1. *Syl. ult. v.* 36. Et gentes alis insimul togatas. Adde *Flor. l.* 2. *c. ult.*

Insimulatio, onis, f. 3. *accusa*, שִׂרְטָה, Ger. *beschuld igung*, Gal. *accusation*, Hisp. *acusacion*, ὑπόκρισις, accusatio. *Cic. pro Font. c.* 13. In falsam, atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur.

Insimulator, oris, m. 3. accusator, *accusatore*, *Apul. Apolog.* Piscium insimulator. h. e. accusator magiæ, quæ est ex piscium inspectione. Adde *Pacat. paneg. ad Theodos. c.* 43.

Insimulatus, a, um, adject. accusatus, *accusato*. *Cic. Verr.* 5. *c.* 7. Villicus impulsu tuo insimulatus.

Insimulo, as, a. 1. *accusare*, *incolpare*, שטן, Ger. *benschuldigen*, Gal. *accuser*, Hisp. *acusar*, ὑποκρίνω, προσάλλομαι, proprie notat in aliquem simulate agere, & hinc sumitur pro accusare aliquem falso, & simpliciter pro accusare, criminari. *Cic. in Verr.* Illum insimulabat falso. *Id. in Bruto.* Nam, cum in sylva Scantia facta cædes esset, insimularetur que familia, &c. *Id. in Phil.* Probi insimulasti pudicissimam fœminam. ¶ Accipitur etiam pro simplici simulo. *Cic. 4. Verr. c.* 24. Insimulant homines fraudandi causa discessisse. *Id.* 3. *Offic.* Solus neglexit fidem, furere insimulavit.

Insincērus, a, um, adject. *non sincero*, *corrotto*, διεφθαρμένος, non integer, corruptus. *Gell. l.* 5. *c.* 3. Protagoras insincerus quidem Philosophus. *Virg.* 4. *Georg. v.* 285. Insincerus cruor.

Insinuatio, onis, f. 3. *insinuazione*, παρεισδυσις, actus insinuandi. *Cic.* 1. *de Inv.* Insinuatio est oratio quadam dissimulatione, & circuitione obscure subiens auditoris animum. V. *Quinctil. l.* 4.

Insinuātor, oris, m. qui se insinuat. *Arnob. l.* 1. *sub fin.* Insinuator, magister, atque auctor. *Tertull. l.* 2. *ad Nation. c.* 1. Insinuatores Deorum.

Insinuātus, o. 1. 2. in sinu positus, seu conditus, a sinu hominis. *Apul. l.* 9. *Metam.* Siccine vacuus, & otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi? Sed aliqui explicant manibus inflexis, complicatis, compressis. ¶ Item qui se insinuavit, & alicujus familiaritatem, & gratiam est adeptus. *Sueton. Othon. c.* 2. Per hanc insinuatus Othoni.

Insinuo, as, avi, atum, a. 1. *mettere nel seno*, ἐγκολπίζω, est in sinum, vel pectus immittere, & translate introducere, *insinuare*, *introdurre*, Ger. *in scoff legen*, *einschieben*, Gal. *insinuer*, Hisp. *insinuar*, ὑποδύομαι, *Cic. de Am.* Callidus ille, & occultus ne se insinuet. *Plaut. Mil.* 2. 1. 27. Insinuat se se ad illam amicam heri mei. *Cæs. l.* 4. *B. G. c.* 33. Insinuare se in equitum turmas. *Liv. l.* 7. *c.* 10. Insinuare se mucrone surrecto inter corpus & arma. *Cic. pro Cæcin. c.* 5. In familiaritatem alicujus se insinuare. *Id. Agrar.* 2. *c.* 5. In aliquorum sermonem se insinuare. *Virg.* 2. *Æn.* novus per pectora cunctis Insinuat pavor. Subaudi *se*. Sic *Cic.* 1. *de Orat. c.* 20. Quo ita nati essemus, ut & blandiri, & suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, possemus. *Plin. paneg. c.* 62. Hoc est igitur, quod penitus illos animo Cæsaris insinuavit. *h. e.* commendavit, introduxit. ¶ *Avien. Arat. v.* 31. Terris ratem insinuare. *h. e.* appellare, applicare.

Insipĭdus, a, um, *insipido*, בטל, Germ. *vngeſmack*, Gal. *insipide*, Hisp. *insipido*, ἄγευστος, ἄνοστος, ἄχυμος, quod saporis expers est, aut quod saporem injucundum habet. *Firmic. l.* 2. *Astron. c.* 12. Sapor salsus, & insipidus. ¶ Per translationem accipitur pro stulto, & insipiente. *Gel. l.* 6. *c.* 1. Nihil est prorsus iis insipidius, qui opinantur, bona esse potuisse, &c. Al. rectius leg. *insubidius*. Adde *Firmic. l.* 11. *Astron. c.* 12.

Insipiens, tis, o. *pazzo*, *sciocco*, נבל, Ger. *unvveiſe*, Gal. *fou*, Hisp. *necio*, ἀνόητος, non sapiens, decipiens, qui non cogitat, quæ agenda sunt. *Cic. de Am.* Neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. *Id. de Fin.* Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere. *Id.* 2. *Divin. c.* 23. Ego insipientior, quam illi ipsi. *Senec. l.* 2. *quæst. nat. c.* 59. Timidissimus omnium, & insipientissimus.

Insipienter, adv. *sciocamente*, Germ. *vnvveislich*, Gal. *folement*, Hisp. *neciamente*, ἀνοήτως, imprudenter, *Cic. de Sen. c.* 19. Sperat adolescens diu se victurum, insipienter sperat.

Insipientĭa, æ, f. 1. *sciocchezza*, אולת, Ger. *unvveisheit*, Gal. *folie*, Hisp. *necedad*, ἀνοησία, dementia, amentia, imprudentia. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 5. Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademque dementia.

Insĭpo, is, pui, a. 3. jacio, injicio, apud vet. a sipo. *Cato de R. R. c.* 83. Ita insipito in aulam novam. *Pompon. Atellanarum scriptor.* Partem insipui, concluſi, condepsui. *Id. Fullone.* Facite, ut ignis fervat, ligna insipite, far concidite. *Varro l.* 4. *de L. L.* Quod ita sonet, cum aqua ferventi insipitur. Apud Festum legitur etiam *insipo*, *as*.

Insistio, is, institi, instatum, vel institum, n. 3. *stare sopra qualche cosa*, ἐφίσταμαι, in aliqua re consisto. *Cæs.* 2. *B. G.* Ut cum primi eorum cecidissent, proximi jacentibus insisterent. hoc est, super mortua cadavera starent, & pugnarent. ¶ Est item resistere, desit, immorari, sistere gradum, cujus contrarium est progredi, *fermarsi*. עבר, Germ. *auff etvvas ſtehen*, Gal. *inſiſter*, *preſſer*, Hisp. *inſiſtir*, ἐπιμένειν. *Cic. in Verr.* Ut, si singulis insistere velim. *Id.* 5. *Fin.* Quæ cum dixisset, paulumque institisset. Et active *fermarsi*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 41. *ex poeta*, Exsultantem se reprimentem validæ legum habenæ, & imperii insistent jugo. ¶ Item inesse. *Cic.* 6. *Verr.* Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcherrime factum Victoriæ. ¶ Item urgere, solicitare. *Plin.* Frequentius, ut id ageret, insistebat. ¶ Insistere hastæ, est inniti. *Plin. de Vir. Illust.* Hastæ insistens, & solemnia verba respondens. ¶ Insistere vestigia, est firmare. *Virg.* 11. *Æn.* Utque pedum primis intans vestigia plantis insteterat. ¶ Insistere vestigiis alienis, est inhærere, & sequi aliena vestigia. *Quintil. in proœm. l.* 3. Sic *Cic.* 3. *de Orat. c.* 9. Quibus vestigiis primum insisti. Et *Liv. l.* 5. *c.* 30. Insistere vestigiis suarum laudum. ¶ Insistere viam, aut iter est viæ te dare, & in ea pergere, *incamminarsi*. *Plaut. Cist.* 4. 2. Utrum hac, an illac iter insisterit. *Id. Epid.* 3. 3. 35. Recta institit, *si è ben incamminato*. Sic, insistere rationem pugnæ, h. e. instituere, capere. *Cæs. l.* 3. *B. G. Terent. Eun.* 2. 3. 2. Ubi quæram? quam insistam viam? *che ſtrada ho io da prendere?* ¶ Insistere negotium, est persequi, urgere, attente agere. *Plaut. Mil.* 3. 3. 55. Insistite hoc negotium sapienter. ¶ Usurpatur etiam pro instituere, incipere, aggredi. *Plaut. Capt.* 3. 4. 53. Ne quid tu huic temere insistas credere. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 16. Flagitare senatus institit Cornutum, ut &c. *Cæs. l.* 6. *B. G.* Insistere mente & animo in aliquam rem, *applicarsi con tutto lo ſpirito*.

Insĭtio, onis, f. 3. *inneſtamento*, Ger. *impfung*, Gal. *enture*, Hisp. *enxerimiento*, ἐμφυτεία, inserendi actus. *Cic. de Sen. c.* 15. Nec constitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agricultura solertius.

Insĭtĭtius, a, um, *inneſtato*, ἐγκεντρόδης, quod insitum est, ut Surculus insititius. Per Metaphoram accipitur pro omni eo, quod proprium, aut naturale non est, sed aliunde ascitum. *Plin. in Ep.* 3. 4. Cum hoc insititio, & inducto tam præclara opera perfeceris. ¶ *Varr. l.* 1. *R R. c.* 2. Somnum insititium vocat, qui inter diei negotia inseritur.

Insĭtīvus, a, um, adject. idem ac insititius, *d'incalmo*, *o incalmato*. Ut insitiva pyra. *Horat. epod.* 2. *v.* 19. ¶ Translate, insitivi liberi, h. e. illegitimi. *Phædr. l.* 3. *fab.* 4. *v.* 10. insitivum alimentum, h. e. lac alienæ nutricis, diversum a lacte matris. *Gell. l.* 12. *c.* 1.

Insĭtor, oris, m. *inneſtatore*, Ger. *pfropffer*, Gal. *enteur*, Hisp. *enxeridor*, qui inserit. *Plin. l.* 18. *c.* 33. Hunc caveat insitor calamis, gemmisque inoculator. ¶ Hoc nomine Flamen Cerealis Deum invocabat, ut ex Fabio Pictore testatur *Serv. ad Virg. Georg.* 1.

Insĭtum, ti, n. *inneſto*, *neſto*, τὸ ἔμφυτον, ἐμφύημα, surculus ex una recisus arbore, & in aliam implantatus. *Col. de arb. c.* 26. Terram circa arborem aggerato usque ad ipsum insitum.

Insĭtus, a, um, *inneſtato*, *inſerito*, impositus, partic. ab inferor. *Colum. de arborib. c.* 20. Arbos insita fructuosior est, quam non insita. ¶ Translate ponitur pro innato, ingenito. *Cic. 6. Verr. c.* 48. Ut animis eorum insitum, atque innatum esse videatur. *Id.* 5. *Verr.* Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libera. ¶ Item pro adscripto. *Sall. in Cic.* Et paulo ante infitus huic urbi civis.

Insĭtus, us, m. idem ac insitio. *Plin. l.* 14. *c.* 3. Cætera regionum, locorumque, aut ex his inter se insitu mista.

Infobres, pro Insubres, scribebant Veteres, teste *Scalig. in l.* 2. *Varronis de R. R.*

Insociabĭlis, le, o. 3. *che non ſi può accompagnare*, Ger. *vngeſellig*, Gall. *inſociable*, Hisp. *inſociable*, ἀκοινώνητος, quod sociari, vel conjungi non potest. *Liv. l.* 27. *c.* 39. Omni generi humano insociabiles erant. *Plin. l.* 16. *c.* 42. Et inter se, & cum aliis insociabili glutino.

Insolabĭliter, adv. *inconſolabilmente*, *ſenza conforto*, ἀπαράκλητος, sine consolatione. *Hor.* 1. *epist.* 14. Rapto & de fratre dolentis insolabiliter.

Insolatio, onis, f. 3. actus insolandi, siccatio ad Solem. *Plin. l.* 21. *c.* 14. Candidissima vero fit post insolationem etiamnum recocta.

Insolātus, a, um, *ſoleggiato*, siccatus, aut caletactus in Sole, vel ad Solem, partic. ab insolor. *Col. l.* 4. *c.* 27. Et uvæ commodius insolatæ percoquuntur.

Insŏlens, entis, o. 3. *non ſolito*, *non avvezzo*, *inuſitato*, Ger. *vngevvohnet*, *ſolten*, Gal. *inſolent*, Hisp. *inſolente*, ἀήθης, insuetus, insolitus, a *ſoleo*. *Cic. pro Sext.* Non fum tam ignarus causarum, non tam insolens in dicendo. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 21. Itaque ille noster amicus insolens infamiæ. *Cic. in Bruto*, Nec vero ullum (verbum) aut durum, aut insolens, aut humile, aut longius ductum. ¶ Translate ponitur pro superbo, arrogante, audaci. *Cic.* 2. *de Or.* Non fuisse insolentem in pecunia. *Id. pro Marc. c.* 3. In victoria, quæ sua natura insolens, & superba est. ¶ Item pro intemperante, immoderato. *Cic. pro Sex. Rosc.* Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena. *Sen. Suasor.* 9. Nihil est insolentius novitio divite. *Alter Senec. de brevit. vitæ, c.* 16. Persarum rex insolentissimus.

Insolenter, adv. *inſolentemente*, *di rado*, ἀηθῶς, præter morem, & consuetudinem, raro. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 28. Deinde natura ejus evenire ne vulgo soleat, an insolenter, & raro. ¶ Translate usurpatur pro superbe, arroganter, immoderate, *ſuperbamente*, *arrogantemente*, Germ. *hoffertig*, Gal. *inſolemment*, Hisp. *inſolentemente*, ἀλαζονικῶς. *Cic. 4. Tusc.* Quod aut cupias ardenter, aut adeptus te efferas insolenter. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 46. Pompejani insolentius nostros premere. *Val. Max. l.* 3. *c.* 2. *n.* 21. Insolentissime obequitantem interemit.

Insolentĭa, f. 1. *inſolenza*, ἀήθεια, insuetudo, res non solita, vel non consueta. *Cic. pro Dom.* Insolentia dominatus extulerat animos. ¶ Item novitas. *Cic. pro Dejot. c.* 2. Moveor etiam loci ipsius insolentia. ¶ Item superbia, arrogantia, *ſuperbia*, *arroganza*, Ger. *vngevvonheit*, Gal. *inſolence*, Hisp. *inſolencia*, ἀλαζονεία. *Cic.* 5. *Ver.* De luxuria Apronii loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia, ac turpitudine. ¶ In plur. num. *Phædr. sub fin. l.* 4. Integritatis qui fiduciæ conscius A noxiorum premitur insolentiis. ¶ Item prodigalitas, nimii sumptus, qui in cœnas fiunt, & res alias. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 20. Nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam. *Id. Phil.* 9. *c.* 6. Ser. Sulpitius majorum continentiam diligebat, hujus sæculi insolentiam vituperabat.

Insolesco, is, n. 3. insolens, & superbus fio, *diventar inſolente*, *inſuperbire*. *M. Cato in orat. pro Rhodienſib. apud Gel. l.* 7. *c.* 3. Ne Romani, Persa quoque rege victo, ad superbiam, ferociamque, & immodicum modum insolescerent.

Insŏlet, ebat, idem quod solet, assolet. *Cæcil.* apud *Gell. l.* 3. *c.* 16. Insolet ne mulier decimo mense parere? Pol nono, etiam septimo, atque octavo.

Insolidum. V. Solidus.

Insolĭdus, a, um, non solidus, infirmus, tener. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 202. tunc herba recens, & roboris expers Turget, & insolida est.

Insollĭte, adv. *inſolitamente*, vox est *Auguſtin. de doctr. Chriſt. cap.* 23. ¶ Sunt qui tribuunt & *Gellio l.* 1. *c.* 2. sed plures libri habent *insubide*.

Insolĭtus, a, um, *inſolito*, Ger. *vngevvohnt*, Gal. *inaccoutumé*, Hisp. *desacoſtumbrado*, *inſolito*, ἀήθης, non suetus. *Cic.* 3. *Ver.* Cur prudentissimas, electissimasque fœminas in tantum virorum conventum insolitas, invitasque prodire cogis? *Cæs.* 3. *B. C. c.* 85. Insolitus ad laborem exercitus. *Sallust. in fragment.* Genus armis ferox, & servitii insolitum.

Insōlo, as, avi, atum, a. 1. *ſeccar al Sole*, *ſoleggiare*, Ger. *an die ſonne legen*, Gal. *ſecher au Soleil*, Hisp. *aſſolear*, *ſecar al Sol*, ἡλιάζω, ad Solem sicco. *Col. l.* 12. *c.* 39. Quas per triduum insolaveris. *Id. l.* 4. *c.* 17. Nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoquitur.

Insolubĭlis, le, o. 3. *inſolubile*, ἄλυτος, quod solvi non potest. *Quint. l.* 5. *c.* 9. Ubi est signum insolubile. ¶ Beneficium insolubile, *Senec. de benef. l.* 4. *c.* 12. h. e. quod penſari non potest.

Insolubĭliter, adverb. ita ut solvi non possit. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 6. Insolubiliter vinciuntur.

Insolum, *insolito*, veteres pro insolitum dixerunt. *Afran. apud Non. c.* 2. *n.* 426. Quod insolum non venit cæco, ac dementi.

Insolūtus, a, um, non solutus, *non pagato*. Exemplum *Senecæ* ex *l.* 2. *de Benef. c.* 26. V. in Solutus.

Insomnĭa, æ, f. *vigilia*, ἀγρυπνία, vigilia, ab *in*, & *somnus*. *Sueton. Calig. c.* 50. Incitabatur insomnia maxime. *Gel. l.* 6. *c.* 4. Eadem insomnia cruciatos perisse.

Insomnietas, atis, f. insomnia, vigilia. *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 35. Insomnietatem pati. *Theodor. Prisc. l.* 2. *c.* 1. Insomnietates procurare.

Insomniōsus, a, um, *che ſi ſogna molte coſe*, חולם, Ger. *der treume bat*, Gal. *qui ſonge beaucoup*, Hisp. *el que mucho ſueña*, ἐνυπνιώδης, qui multum somniat. *Cato de R. R. c.* 157. Omnino qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies.

Insomnis, ne, o. 3. *ſenza ſonno*, *vigilante*, עיר, Ger. *ohne ſchlaff*, Gal. *ſans ſommeil*, Hisp. *deſvelado*, ἄϋπνος, pervigil. *Stat.* 3. *Theb. v.* 328. Oculi insomnes. *Virg.* 9. *Æn. v.* 165. Noctem custodia ducit insomnem ludo.

Insomnium, nii, n. *ſogno*, *viſione veduta in ſogno*, חלום, Ger. *ein traum*, Gal. *ſonge*, Hisp. *viſion en ſuenos*, ἐνύπνιον, quod in somnis videmus, &

fere uſurpatur de malis ſomniis. *Virg.* 4. *Æn. v.* 9. quæ me ſuſpenſum inſomnia terrent? ¶ *Cic. de ſenect.* Caret ergo vinolentia, cruditate, & inſomniis. *Tibul. l.* 3. *el.* 4. *init.* Dii meliora ferant, nec ſint inſomnia vera.

Insŏno, as, ui, itum, n. 1. idem quod ſono, vel valde ſono, reſono, *ſonare*, *riſonare*, ἐντρέω, *Lucan. l.* 1. *v.* 578. Inſonuere tubæ. *Ovid.* 11. *Metam.* Calamis agreſtibus inſonat ille.

Inſons, tis, *o. innocente*, נקי, Ger. *vnſchuldig*, Gal. *innocent*, Hiſp. *inocente*, ἄκακος, innocens, qui extra culpam eſt, a ſons, nocens. *Liv. l.* 4. *c.* 15. Etiamſi Regni crimine inſons fuerit. *Id. l.* 34. *c.* 32. Publici conſilii inſons. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 149. Fraterni ſanguinis inſons. ¶ Item qui non nocet. *Horat. l.* 2. *od.* 19. Te vidit inſons Cerberus aureo cornu decorum.

Insŏnus, a, um, *ſenza ſuono*, *che non ha ſuono*, ἄφωνος, quod eſt ſine ſono, ſeu ſtrepitu. *Apul. l.* 3. *A. A.* Inſono veſtigio me perducit. *Ammian. l.* 27. *c.* 12. Inſonis paſſibus repentes.

Inſopibilis, le, adject. qui ſopiri non poteſt. *Martian. Capel. l.* 9. Inſopibilis flamma. Adde *l.* 4.

Inſopītus, a, um, *vigilante*, ἄϋπνος, inſomnis, pervigil. *Ovid.* 7. *Met. v.* 36. Terrigenaſque feros, inſopitumque draconem.

Inſordeſco, is, ui, n. 3. ſordidus fio. *Sidon. l.* 5. *epiſt.* 13. Dejectu caducæ frondis ager inſorduit.

Inſortītus, a, um, non ſortitus. *Plaut. Caſ.* 2. 4. 27. Spicula etiam inſortita ſunt mihi. Al. leg. Etiam ſpecula in ſortitu eſt mihi.

Inſpeciātus, a, um, adject. in ſuas ſpecies non diviſus. *Tertul. adverſ. Valentin. c.* 10. Subſtantia informis, & inſpeciata.

Inſpeciōſus, a, um, adject. non ſpecioſus, deformis. *Petron. in fragment. Tragur.* Non inſpecioſus puer.

Inſpectātio, nis, f. 3. actus inſpectandi. *Sen. l.* 6. *nat. quæſt. c.* 4. Quorum adeo mihi dulcis inſpectatio.

Inſpectĭo, onis, f. *conſiderazione*, השכל, Ger. *beſichtigung*, Gal. *inſpection*, Hiſ. *inſpection*, ἐπισκοπή, ἔφοδία, ἐπίσκεψις, actus inſpiciendi. *Colum. l.* 1. *c.* 4. Nam prima inſpectione neque vitia, neque virtutes abditas oſtendit. *Quintil. l.* 2. *c.* 18. Poteſt aliquando res inſpectione eſſe contenta. h. e. ſola conſideratione, ſine uſu. *Id. l.* 2. *c.* 18. Artes in inſpectione poſitæ. *le ſcienze ſpeculative*. *Cic. Phil.* 2. *c.* 32. Nos (augures) nunciationem ſolum habemus; Conſules, & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. Plures interpretes legunt *ſpeftionem*. V. *Speftio*.

Inſpecto, as, a. 1. *guardare con diligenza*, ἐφοράω, continue, ſive attente intueor, freq. ab inſpicio. *Cic. ad Brut. epiſt.* 4. Utinam inſpectare poſſis timorem de illo meum. *Id. Ver.* 6. Civem Romanum iſte, multis inſpectantibus, ſuſtulit. ¶ Affertur etiam Suetonii exemplum *in Cæſ. c.* 86. ubi inſpectare pro cuſtodire, *far la guardia*, uſurpatur. Verum meliores editiones habent *ſectantium* pro inſpectantium.

Inſpector, oris, m. 3. ἐπίσκοπος, θεωρός, qui inſpicit, ut qui de opificiis, vel de rebus venalibus cognoſcunt. *Plin. l.* 37. *c.* 7. Accedit religio narrata, a fiderum cognatione, ab inſpectoribus.

Inſpectus, us, ui, m. inſpectio. *Apul. l.* 10. *Metam.* Oculi inſpectu minaces.

Inſpectus, a, um, nom. partic. *conſiderato*, *veduto*, *noto*, *Plaut. Aulul. argum.* 2. *v.* 7. Re inſpecta. *Id. Trinum.* 3. 3. 65. Caulas apud portitorem reſignatas ſibi, inſpectaſque eſſe.

Inſperabĭlis, le, o. 3. *inſperabile*, Germ. *nicht zu offen*, Gal. *cequi ne ſe peut eſperer*, Hiſ. *lo que no ſe pucde eſperar*, quod vix ſperari potuiſſet. *Gel. l.* 4. *c.* 18. Pacemque, & victoriam vobis peperi inſperabilem.

Inſperans, tis, o. 3. *cio non ſperа*, *ſenza ſperanza*, Ger. *der nicht hoffet*, Gal. *qui n'eſpere poin*, Hiſp. *el que no eſpera*, ἀνέλπιστος, qui non ſperat. *Cic. 1. de Orat. c.* 21. Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem dilaberemini.

Inſperāte, adverb. *inſperatamente*, ἀνελπίστως. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 8. *extern.* 2. Inſperatius prodeſt.

Inſperāto, adverb. idem quod inſperate. *Argumentum primum Aululariæ Plauti v.* 14. Aulam inſperato invenit. *Apulej. l.* 9. *Metam.* Inſperato reſiſtens juvenis.

Inſperātus, a, um, adject. *non iſperato*, ἀνέλπιστος, παράλογος, *Cic.* 4. *Phil. c.* 1. Conſilium inſperatum. *Ter. Eun.* 3. 5. 57. Occaſio inſperata. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 8. Salve, homo inſperatiſſime mihi. *Plin. l.* 25. *c.* 2. Servatus eſt ex inſperato, *fuor d'opinione*, præter ipem.

Inſpergo, is, erſi, erſum, a. 3. *ſpargere*, ἐπιπάσσω, aſpergo, abluo, & humecto liquorem aliquem ſpargendo. *Cic.* 2. *de Div. c.* 16. Simul ac molam, & vinum inſperſeris. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus præter liquorem. *Col. l.* 11. *c.* 2. Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata digerenda, pars oleis, & cæteris arboribus inſpergenda.

Inſperſio, onis, f. actus inſpergendi, aſperſio. *Pallad. l.* 4. *tit.* 9. Ruta ſeritur locis apricis, ſola cineris inſperſione contenta.

Inſperſus, a, um, idem ac ſparſus, *ſparſo*. *Hor.* 1. *Ser. Sat.* 6. *v.* 67. Velut ſi egregio inſperſos reprendas corpore nævos.

Inſperſus, us, ui, m. 4. inſperſio. *Apul. l.* 9. *A. A.* Comæ ſordentes inſperſu cineris. Adde *l.* 7.

Inſpicĭo, is, exi, ectum, a. 3. *guardare*, הביט ראה, Germ. *drein ſehen*, Gal. *regarder dedans*, *voir de pres*, Hiſp. *mirar*, *ver*, ἐφοράω, aſpicio, intueor. *Cic. de Leg.* Nequis inſpiciat tabellam. ¶ Sæpe capitur pro intro aſpicere, valde intueri, penitus conſiderare. *Cic. in Phil.* 2. Vis ne igitur, te inſpiciamus a puero? *Plaut. Perſ.* 2. 5. 15. Inſpicere morbum tuum lubet. *Petron. Satyr.* Inſpicere querelam. h. e. cognoſcere de querela.

Inſpĭco, as, a. 1. *aguzzare*, ἐκστοχάζω, eſt incidere, ſeu acuere ad ſpicæ, & ariſtarum ſimilitudinem. *Virg.* 1. *Georg. v.* 292. Ferroque faces inſpicat acuto. ¶ *Strabo Gall. c.* 5. & quas inſpicat ariſtas Ramorum ubertas.

Inſpiramentum, i, n. inſpiratio. *Cæl. Aurelian. Tard.* 2. *c.* 13. Inſpiramentis inſerere.

Inſpiratĭo, onis, f. *iſpirazione*. *Solin. c.* 12. Fontes (Aganippidis, & Hippocrenes) poti inſpirationem literariam faciunt.

Inſpirātor, oris, m. qui inſpirat, & injicit. *Cæl. Aurel. Tard. l. c.* 5. Apollo furoris inſpirator.

Inſpirātus, a, um, nom. ex particip. *iſpirato*, ἔμπνευστος. *Juſtin. l.* 18. *c.* 5. Cum inſpirati vates canerent.

Inſpiritālis, le, adject. non ſpiritalis. Eſt vox *Paulini epiſt.* 22. (*al.* 7.)

Inſpīro, as, avi, atum, a. 1. *inſpirare*, נפח, Ger. *einblaſen*, Gal. *inſpirer*, Hiſp. *inſpirar*, ἐκπνέω, afflo, intro ſpiro, ſpiritum, ſeu ventum infundo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 688. Occultum inſpires ignem. *Col. l.* 1. *c.* 6. Et modicis teneſtellis Aquilonibus inſpirentur. *Stat. l.* 1. *Silv.* 2. tacitum inſpirat amorem. *Quintil. l.* 2. *c.* 5. *de lectione Oratorum*: Quanta deinceps in dividendo prudentia, quam ſubtilis & crebra argumentatio, quibus viribus inſpiret, qua jucunditate permulceat &c. h. e. inſerat id, quod dicit. ¶ Apud *Gell. l.* 2. *c.* 3. inſpirans litera. eſt aſpero ſpiritu notata. Notum eſt, inquit, Atticos ἰχθῦς, ἵππον, inſpirantis primæ literæ dixiſſe. Al. leg. *inſpirantes primæ literæ*.

Inſpiſsātus, a, um, adject. compiſſatus. *Veget. l.* 2. *rei veterin. c.* 30. Caro inſpiſsata.

Inſpoliātus, a, um, *non ſpogliato*, non ſpoliatus. *Quintil. l.* 7. *c.* 2. Occiſus eſt non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt. *Virg.* 11. *Æn. v.* 594. corpus & arma Inſpoliata ferain tumulo.

Inſpūmo, as, n. 1. ſpumas emitto. *Tertul. Apolog. c.* 12. O ſacrilega convicia! infrendite, inſpumate.

Inſpŭo, is, ui, utum, a. 3. *ſputare ſopra qualche coſa*, ἐπιπτύω, ſuper aliquid ſpuo. *Plin. l.* 22. *c.* 21. Commanducata ea ſi inſpuatur, mori ſerpentem. *Id. l.* 31. *c.* 9. Et oculis jumentorum inſpuitur.

Inſpūto, as, n. 1. freq. ab inſpuo. *Plaut. Capt.* 3. 4. 23. Quibus inſputari ſaluti fuit. Loquitur de comitiali morbo laborantibus, quos credebant, ſi ter inſpuerentur, levari: ipſumque illum, qui inſpueret, avertere a ſe ejuſmodi malum. *Id. Capt.* 3. 4. 21. Eum morbum mihi eſſe, ut qui me opus ſit inſputarier? V. *Plin. l.* 28. *c.* 4. *Apulej. in Apolog.* & *Taubman. ad Plaut. loc. cit.*

Inſtabĭlis, le, o. 3. *inſtabile*, נד, Germ. *unbeſtendig*, Gall. *inſtable*, Hiſp. *inſtable*, ἀστήρικτος, quod ſuo loco ſtare non poteſt. *Plin. l.* 36. *c.* 14. Rurſus ne in lubrico, atque inſtabili fundamento tantæ moles locarentur. ¶ Translate fumitur pro inconſtanti, levi. *Virg.* 4. *Georg.* Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. *Aurel. Vict. in Galba*: Queis rebus inſtabilior.

Inſtabĭlĭtas, atis, f. *incoſtanza*, Ger. *unbeſtendigkeit*, Gal. *inſtabilité*, *incoſtance*, Hiſ. *inſtabilidad*, ἀστασία, inconſtantia. *Plin. l.* 24. *c.* 17. Hanc autem a Regibus Perſarum comedi, aut bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatem mentis.

Inſtans, antis, adject. o. *inſtante*, *preſente*, ἐνεστώς, præſens, qui urget, qui inſtat. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. Præteritum, inſtans, futurum. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 6. Quæ venientia metuuntur, eadem afficiunt ægritudine inſtantia. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 83. Species terribilior, & inſtantior. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. Fons quidem unus, qui acriora facit & inſtantiora, quæ dicimus, & vim quandam præſeterentia.

Inſtanter, adv. *inſtantemente*, *ſtantemente*, Ger. *behavrlich*, Gal. *ſens ceſſe*, *avec iſtance*, Hiſp. *apreſſuradamente*, ἐναπτικῶς, ſedulo, perſeveranter, vehementer. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Ubicunque acriter erit, & inſtanter, pugnaciterque dicendum. *Id. l. eod. c.* 3. Inſtantius dicere. *Gell. l.* 4. *c.* 18. Inſtantiſſime deſiderare. Adde *Plin. l.* 7. *ep.* 22.

Inſtantĭa, æ, f. t. *inſtanza*, Ger. *anhaltung*, Gal. *inſtance*, Hiſp. *inſtanzia*, ἔντασις, ſedulitas, aſſiduitas, & continua intentio. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Quid eſt enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia poſſit efficere? *Plin. l.* 5. *epiſt.* 8. *de differentia orationis*, *& hiſtoriæ*: Hæc vel maxime vi, amaritudine, inſtantia, illa tractu, & ſuavitate, atque etiam dulcedine placet.

Inſtar, *a guiſa*, *a ſimilitudine*, כמו, Ger. *gleich*, Gal. *comme*, Hiſp. *aſemejanca*, δίκην, Gl. vet. ἐμοίωμα, ἀπεικόνισμα. Eſt nomen μονότυπον, ideſt, unius caſus, eſtque idem ac exemplar, ſeu ſimilitudo: itaque dicimus, Ad inſtar incliti montis, *Apul. l.* 9. *Metam.* & Ad inſtar amnis Ægyptii. *Solin.* ¶ Frequentius autem & elegantius tollitur *ad* per eclipſim, & uſurpatur cum ſolo genitivo. *Cic. in Piſ.* Unus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit. *Cic. de clar. Oratoribus c.* 51. Plato mihi unus eſt inſtar omnium, *vale per tutti*. ¶ Uſurpatur & abſolute. *Virg.* 6. *Æn. v.* 865. quantum inſtar in ipſo eſt! *h. e.* quale exemplum ad imitandum! *quanto avvi in eſſo da imitare*! *Juſtin. l.* 4. *c.* 4. Gyſippus ſolus, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat. *Sueton. in Cæſ. c.* 61. Cujus (equi) inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicavit. *h. e.* cujus imaginem. *Ovid. Heroid. ep.* 2. *v.* 29. Unum in me ſcelus eſt, quod te ſcelerate recepi: Sed ſcelus hoc meriti pondus, & inſtar habet. *h. e.* habet ſpeciem. ¶ Significat etiam, ad menſuram. *Colum. l.* 2. *c.* 5. In campo rarius, in colle ſpiſſius acervi ſtercoris inſtar modiorum quinque diſponentur. ¶ Item ad æquiparantiam. *Id. l.* 3. Simul atque pampinus inſtar quatuor digitorum erit.

Inſtauratĭo, nis, f. 3. *rinnovazione*, חוקה, Ger. *erneuverung*, Gal. *reſtauration*, *inſtauration*, Hiſp. *inſtauracion*, ἀνακαίνισις, refectio. *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 11. Et mentes Deorum immortalium ludorum inſtauratione placantur.

Inſtauratitĭus dies, erat dies ultimus Circenſium, Jovis propitiandi gratia additus, ab inſtauro, redintegro. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 11. ex *Varrone*.

Inſtauratīvus, a, um, adject. qui inſtauratur, & renovatur, ut inſtaurativi ludi, qui in locum eorum, qui aut prætermiſſi erant, aut perperam facti, inſtaurabantur. *Cic. de Div. c.* 26. Itaque ludis intermiſſis inſtaurativi conſtituti ſunt.

Inſtaurator, oris, m. 3. qui inſtaurat, & renovat. *Inſcript. apud Reinef. Claſſ.* 2. *n.* 31. Inſtauratori mœnium.

Inſtaurātus, a, um, *inſtaurato*, *rinnovato*. *Cic. de Prov. c.* 8. Ne inſtauratas maximi belli reliquias, ac renovatas audiamus. *Vellej. l.* 2. *c.* 66. Inſtauratum Syllani exempli malum.

Inſtauro, as, avi, atum, a. 1. *riſtaurare*, *rinnovare*, חדל, Ger. *ernevven*, Gal. *inſtaurer*, Hiſp. *inſtaurar*, ἀνακαινίζω, reficio, innovo, renovo. Dicitur non ſolum de ædificiis, ſed de omnibus fere rebus, ut de ludis, de ſacrificio, de bello, de ſcelere. &c. *Cic. Att. l.* 1. Idque ſacrificium cum virgines inſtauraſſent. *Virg.* 3. *Æn.* Ergo inſtauramus Polydoro funus. ideſt integramus, ſupplemus. *Cic. Verr.* 2. *c.* 4. Scelus inſtauravit. ¶ Dicitur etiam translate de animo. *Virg.* 4. *Æn.* Inſtaurati animi Regis ſuccurrere tectis. hoc eſt recreati, & reſtituti. ¶ Interdum ſignificat ſimpliciter apparare, ſtruere. *Plin. l.* 31. *c.* 2. In qua (villa) & monumentum ſibi inſtauraverat.

Inſterno, is, inſtravi, atum, a. 3. *diſtendere di ſopra*, *coprire*, הציע, Ger. *bedecken*, Gal. *couurir*, Hiſ. *epeuder ſobre*, *cobrir*, ἐπιστρώννυμι, ſuperſterno, ſuperextendo, operio. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Si palo adacto caverna palea inſternatur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 722. Fulvique inſternor pelle leonis.

Inſtigatĭo, onis, f. *ſtimolo*, Ger. *anreitzung*, Gal. *inſtigation*, Hiſp. *inſtigacion*, inſtigandi actus. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 30. Amplificatio eſt res, quæ per locum communem inſtigationis auditorum cauſa ſumitur.

Inſtigātor, oris, m. *inſtigatore*, qui inſtigat. *Auſon. epiſt.* 17. Superfluus inſtigator agitabo. *L.* 20. *Dig. de his*, *qui infam. not.* Inſtigator accuſationis.

Inſtigātrix, icis, f. quæ inſtigat, *iſtigatrice*. *Tacit.* 1. *hiſt. c.* 51. Acerrima inſtigatrix adverſus Galbianos.

Inſtigātus, us, ui, m. inſtigatio. *Ulp. l.* 1. *Dig. ſi quadrup. pauper fec.* Si inſtigatu alterius fera damnum dederit.

Inſtĭgo, as, avi, atum, a. 1. *inſtigare*, *ſtimolare*, דחיה, Ger. *anreitzen*, Gal. *inſtiguer*, Hiſp. *inſtignr*, ἐπικεντρίζω, παροξύνω, παρορμάω, incito, impello, a στίζω, *pungo*. Alii derivant ab *inſto*, quia qui inſtat, atque urget, is proprie inſtigat. *Cic. in Piſ.* Cum in Palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus injectis inſtigante te. *Liv. l.* 33. *c.* 47. Intenſi, & irati Romanos in Annibalem inſtigabant. *Senec. epiſt.* 10. Inſtigare iracundiam. *Vellej. l.* 1. *c.* 16. Inſtigare ad arma. *Petron. in Satyr. c.* 55. Inſtigare canem in aliquem. *aizzare*.

Inſtillatĭo, onis, f. 3. ἐνστάλαξις, infuſio ſtillatim, & guttatim facta. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Inſtillatio lactis ſedat dolorem.

Inſtillātus, a, um, nom. particip. guttatim infuſus. *Ovid.* 3. *Triſt. El.*

3. *v.* 22. Linguam inſtillato reſtituere mero. *Quinctil. l.* 1. *c.* 2. Senſim inſtillatus humor.

Inſtillo, as, avi, atum, a. 1. *inſtillare*, *gocciare*, הטיף, Ger. *eintreyffen*, Gal. *inſtiller*, Hiſp. *infundir*, ἐνςαλάζω, intro ſtillo, guttatim immitto, vel infundo, a *ſtilla*. *Cic. de Sen. c.* 11. Niſi tanquam lumini oleum inſtilles. *Id.* 2. *Tuſc. cap.* 10. ex poeta. Guttæ, quæ ſaxa aſſidue inſtillant Caucaſi, ideſt ſtillant, ſeu cadunt in ſaxa. *Ovid. Heroid. epiſt.* 18. Inſtillare merum in ignes. ¶ Translate capitur pro perſuadere, ſenſim in animum mittere. *Cic. Att. lib.* 9. Quæ mihi quiddam, quo ſtarem, inſtillarunt. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 8. *v.* 16. Præceptum auriculis hoc inſtillare memento.

Inſtimulātor, oris, m. *inſtigatore*. *Cic. pro Dom. c.* 5. Seditionis inſtimulator, & concitator. Ita *Gruter. ex MSS.* alii *ſtimulator*.

Inſtimulātus, a, um, nom. particip. *inſtigato*, *ſtimolato*. *Marcell. l.* 3. *Dig. de inoffic. teſtam.* Falſo inſtimulati parentes liberos ſuos vel exhæredant, vel prætereunt.

Inſtimŭlo, as, avi, atum, a. 1. ſtimulo, inſtigo, *iſtigare*, *ſtimolare*. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 508. Inſtimulat fictis inſidioſa ſonis.

Inſtinctor, oris, m. *ſtimolatore*, ſtimulator, impulſor. *Tac. l.* 1. *hiſt. c.* 22. Nec deerat ſceleris inſtinctor. Et *l.* 4. *c.* 68. Acerrimus inſtinctor belli.

Inſtinctus, a, um, inſtigatus, ſtimulatus, incitatus, *iſtigato*, ab inſtinguo. *Cic.* 7. *Verr. cap. ult.* Quorum templis, & religionibus iſte nefario quodam furore, & audacia inſtinctus bellum ſacrilegum ſemper, impiumque habuit indictum. *Liv. l.* 9. *c.* 40. His vocibus inſtinctos milites in prælium ducit. *Lucan. l.* 5. ſacro mens inſtincta furore.

Inſtinctus, us, m. *inſtinto*, Ger. *anreitzung*, Gal. *inſting*, Hiſp. *inſtincto*, παρόξυσμὸς, παρόρμησις, inſtigatio, ſtimulatio, incitatio, impulſio, & proprie eſt impulſus naturæ, ab *inſtinguo*. *Cic.* 1. *de Div.* Sed illa, quæ inſtinctu divino, afflatuque funduntur. *Plin. in Pan. cap.* 73. Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam, & imperio. ¶ Extra auferendi caſum cave uſurpes, antequam exempla reperias.

Inſtinguo, is, nxi, nctum, a. 3. inſtigo, ſtimulo, *incitare*, *iſtigare*, a *ſtinguo*, quod a ςίζω, *pungo*. *Gell. l.* 17. *c.* 20. Hæc admonitio non modo non repreſſit, ſed inſtinxit nos ad elegantiam affectandam.

Inſtipŭlor, aris, d. 1. idem ac ſtipulor. *Plaut. Pſeud.* 4. 6. 6. Quas abs te eſt inſtipulatus etiam Pſeudulus. *Id. Rud.* 5. 325. Ni dolo malo inſtipulatus ſis.

Inſtita, æ, f. 1. limbus, ſive faſcia, quæ matronarum ſtolæ ſubſuebatur, & per Synecdochen ipſa ſtola, ita dicta, quod ſtola ei inſiſtat, dum geſtatur, aut quod ſtolæ inſiſtat, atque incumbat. *Ovid.* 1. *v.* 32. *de ar. am.* Quæque tegit medios inſtita longa pedes. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 29. Subſuta talos tegit inſtita veſte. ¶ Sumitur & generatim pro faſcia ad vinciendum. *Petron. Satyr. c.* 20. Duas inſtitas ancilla protulit de ſuris: altera pedes noſtros alligavit, altera manus. *Et infra*: Ut annecteret pedes & manus inſtitis.

Inſtitio, onis, f. actus ſtandi, ſeu ſiſtendi ſe, ςάσις, *il fermarſi*, ab inſiſto. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 25. Qui errantium ſtellarum motus, progreſſiones, inſtitiones notavit. Al. leg. *inſtitutiones*.

Inſtito, as, n. 1. ſæpe urgeo, contra ſto, repugno, freq. ab *inſto*. *Cæſ.* 1. *B. G.* rurſus inſtitare, & prælium redintegrare cœperunt. Al. leg. *inſtare*.

Inſtitor, oris, m. *fattore di mercatante*, רוכל, Ger. *kraemer*, Gal. *facteur de marchand*, Hiſ. *factor de mercader*, παλιγκάπηλος, ἐπιςάτης, ὁ προϊςάμενος ἐργαςηρίῳ, qui a mercatore negotiationi alicui eſt præpoſitus, quales ſunt illi, quibus mercatores committunt merces aliquas vendendas: item ſervi pecuniis dandis præpoſiti: item quibus veſtiarii, aut lintearii dant veſtes, linteaque circumferenda, ac diſtrahenda, quia inſtat, hoc eſt, urget merces, ac negotia aliena, quomodo & Græcis vocatur ἐπιςάτης, ab ἐφίςασθαι. *Liv. l.* 5. Urbi frequentandæ multitudo incolarum, libertinorumque, & inſtitorum, opificumque retenta. ¶ Translate *Quinct. l.* 11. *c.* 1. Quem tumidum, ac ſui jactantem, & ambitioſum inſtitorem eloquentiæ in ancipiti ſorte videat.

Inſtitorĭus, a, um, ἐμπορικός, καπηλικός, quod ad inſtitorem pertinet. *Suet. in Nerone*, *cap.* 27. Et matronarum inſtitorias operas imitantium. ¶ Inſtitoria actio, δίκη ἐμπορικὴ, dicitur, qua dominus inſtitorem convenit, vel pro inſtitore convenitur. *Ulp. l. quicunque*, *ff. de inſt. act.* Dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem.

Inſtitŭo, is, ui, tutum, a. 3. *decretare*, *deliberare*, *ſtabilire*, προαιρέομαι, conſtituo, decerno, propono, certum mihi eſt. *Cic.* 4. *Ver.* Tu, qui inſtitueras in eos animadvertere, qui perperam judicaſſent. *Ter. Adelph.* 1. 1. 13. Inſtituere in animum. Al. leg. *inſtituere in animo*. ¶ Significat etiam incipere, *cominciare*. *Terent. Phorm.* 4. 2. 14. Petam hinc, unde a primo inſtitui. *Cic. pro Cluent. c.* 3. Quæſo, ut me, Judices, ſicuti facere inſtituiſtis, benigne, attenteque audiatis. ¶ Item parare, comparare, facere. *Horat. de arte poet. v.* 22. Amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit? *Cæſ. lib.* 5. *B. G. c.* 4. Magnus muralium pilorum numerus inſtituitur. *Terent. Phorm.* 2. 1. Animum ad cogitandum inſtituere. Sic Inſtituere amicitiam cum aliquo, *Cic.* 13. *Fam.* Inſtituere ſermonem de aliqua re, *Id.* 2. *de Orat. c.* 73. Inſtituere dapes, *Virg.* 7. *Æneid.* Inſtituere hiſtoriam, *Cic. l.* 1. *de leg.* Inſtituere iter, *Cato ad Cic. Fam.* 15. *ep.* 5. Inſtituere officinam, *Cic. Verr.* 6. Inſtituere nundinas, *Plin. in epiſt.* Inſtituere negotium, inſtituere quæſtum, *Plaut. Pæn. & Moſtell.* 3. 2. 93. ¶ Inſtituere teſtes, *ſubornare*, *appoſtare*. *Cic. pro Cluent.* Inſtituere aliquem hæredem. *Plin. l.* 5. *ep.* 1. Inſtituere tutorem alicui, *Cic. l.* 1. *de Or.* Legem iniquam inſtituere. *Id. pro Mur.* Vineas inſtituere, *piantare*. *Id. Agrar.* 2. *c.* 25. Inſtituere ſegetes, *Varro l.* 1. *R. R. c.* 37. ¶ Denique uſurpatur frequentiſſime pro erudire, *ammaeſtrare*. *Cic. pro Quint. cap.* 21. Educare aliquem, & a puero inſtituere. *Id. Verr.* 3. *c.* 60. Inſtituere, atque erudire filios ad majorum inſtituta. *Quintil. l.* 1. *c.* 27. Jam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat. ¶ Cum infinito *Veget. l.* 3. *Strategem. c.* 13. Diſpoſito quibuſdam locis cibo, columbas illuc devolare inſtituerat. ¶ Inſtituere aliquid ad aliquem, eſt *indirizzare*, *dedicare*. *Cic. Acad. l.* 1. *c.* 1.

Inſtitutĭo, onis, f. 3. *inſtituzione*, ἐνςασις, κατάςασις, actus inſtituendi, inſtructio, doctrina, perceptio. *Cic.* 1. *Off.* Quia magis ad inſtitutionem vitæ communis ſpectare videntur. ¶ Inſtitutiones item, εἰσαγωγαὶ, dicuntur ipſa præcepta, quibus homines inſtituuntur, atque docentur, & libri, in quibus prima elementa alicujus artis deſcripta ſunt, ut *Inſtitutiones Legales Juſtiniani*, *Inſtitutiones Oratoriæ Quinctiliani*, &c. *Cic. Q. Fr. lib.* 1. *ep.* 1. *c.* 6. Inſtitutio hæc, atque diſciplina. ¶ Item propoſitum, ſcopus. *Plin. l.* 16. *c.* 4. Longum eſt, nec ex inſtitutione operis.

Inſtitūtor, oris, m. qui inſtituit, & edocet, *maeſtro*. *Lamprid. in Commodo*, *cap.* 1. Qui in aula inſtitutores habentur. ¶ Item qui aliquid inſtituit, & facit. *Tertul. de Spectac. c.* 2. Multum intereſt inter inſtitutorem, & interpolatorem.

Inſtitūtum, ti, n. *inſtituto*, *oggetto*, *ſoggetto*, προαίρεσις, σκοπὸς, ſcopus, propoſitum, inceptum. *Cic. in Top.* Sed ad hujus libri inſtitutum illa nihil pertinent. ¶ Sumitur etiam pro more, ſeu certa quadam vitæ ratione ad mores ſpectante, *uſanza*, חוק, Ger. *gewonheit*, Gal. *coutume*, Hiſp. *coſtumbre*, ἔθος. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 17. Me non oblitum conſuetudinis, & inſtituti mei rarius ad te ſcribere. ¶ Et ſpeciatim dicitur de publicis moribus conſilio, & ratione ſumptis, & civili diſciplina, quæ literis non mandatur, ſed obſervatur communi opinione bonorum virorum per quandam conſuetudinem. Unde de inſtitutis antiquis titulus eſt apud *Valer. Max. l.* 2. id eſt, de moribus antiquorum uſu, & conſuetudine receptis. *Cic. de Clar. Or.* Sed bene Juris publici leges, & inſtituta cognoverat. *Id.* 2. *Agrar.* Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoque majorum. *Nepos* 17. *c.* 4. Inſtitutis patriæ parere. ¶ Uti inſtituto ſuo, *far come ſi ha in coſtume*. *Cæſar Oppio inter epiſt. Cic. ad Attic. l.* 9.

Inſtitūtus, a, um, adject. tot fere habet uſus, quot inſtituo. *Cic. pro L. Manil. c.* 14. Ab inſtituto curſu devocavit. *cominciato*, *intrapreſo*. *Sueton. in Galb. c.* 1. Arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe. *piantata*. *Cæſ. lib.* 5. *B. G. c.* 52. Inſtitutas turres. Et *Cic. pro Dom.* Inſtitutas cæremonias perſequi. *Id.* 2. *Orat. c.* 39. Doctrina liberaliter inſtitutus. *inſtruito*. Et 3. *Fin. cap.* 3. Inſtituti a natura, &c.

Inſto, as, inſtiti, inſtatum, n. 1. *ſtare ſopra*, *o vicino*, *eſſer' imminente*, ἐφίςημι, imminere, impendere, propinquum eſſe. *Sall. Catil. c.* 15. Nox, quæ inſtabat. *Lentulus Cic. Fam.* 12. *ep.* 14. Inſtat periculum. ¶ Plus eſt, quam appropinquare. *Cic. Catil.* 2. *c.* 5. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, aut inſtare jam plane, aut certe jam appropinquare. ¶ Significat etiam urgere, premere, *incalzare*, *eſſer' addoſſo*. *Liv. l.* 10. *c.* 36. Diverſique integri, atque intacti abiiſſent, ni cedenti inſtaturum alterum timuiſſent. *Cic. Verr.* 3. *c.* 27. Cædere januam ſaxis, inſtare ferro. ¶ Huic ſignificationi ſimilia ſunt illa: *Virg. Ecl.* 9. *v.* 66. Quod nunc inſtat, agamus. *quel che piu preme*. *Cic. pro Quint. c.* 10. Tibi inſtat Hortenſius, ut eas in conſilium. *ti fa premura*. *Liv. l.* 2. *c.* 4. Evincunt inſtando, ut &c. ¶ Cum accuſ. *Plaut. Curc. a.* 3. *ſc.* 1. *v.* 6. Si magis me inſtabunt, ad Prætorem ſufferam. Al. leg. *mi*. *Id. Pæn.* 4. 2, 96. Tantum eum inſtat exitii. ¶ Significat etiam perſeverare, perſiſtere. *Cic.* 4. *Verr.* Inſtat Sandalius poſcere Recuperatores. *Liv. l.* 40. *c.* 39. Celtiberiæ agrum inſtitit vaſtare. ¶ Item contendere, contra diſputare. *Ter. Andr.* 1. 1. 120. Ego illud ſedulo negare factum: ille inſtat factum. h. e. contendit factum eſſe. ¶ Item inſiſtere, ingredi. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 38. Rectam ut inſtas viam! ea res eſt. *Id. Ciſt.* 4. 2. 11. Utrum hac, an illac iter inſtiterit. ¶ Inſtare operi, *incalorire il lavoro*. *Virg. Æn.* 1. Inſtans operi, regniſque futuris. ¶ *Liv. l.* 27. *c.* 2. Marcellus, ubi lux fugam hoſtium aperuit, veſtigiis inſtitit ſequi. h. e. perſecutus eſt iiſdem veſtigiis. ¶ Inſtare famæ, *ſecondar la riputazione*, *che ſi ha*; *non la laſciar languire*. Apud *Tacit. in Agric. c.* 18.

Inſtragŭlum, li, n. idem ac ſtragulum. *Cato de R. R. c.* 10. Culcitas octo, inſtragula octo, pulvinos ſeptem, &c.

Inſtratum, n. 2. ſubſt. *coperta*, מכסה, Ger. *decke*, Gal. *couverture*, Hiſ. *eſtrado*, *repoſtero*, ἐπόχιον, omnis veſtis ſtragula, ab inſternendo. *Ulpian. Dig.* 50. 16. 45. Inſtrato omne veſtimentum contineri, quod injicitur, Labienus ait.

Inſtrātus, a, um, adject. *coperto*. *Sueton. Aug. c.* 73. Torus humilis, & modice inſtratus. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Inſtratus ornatu regio.

Inſtrenŭe, adverb. non ſtrenue. *Juſtin. l.* 17. *c.* 2. Lyſimachus non inſtrenue moriens.

Inſtrenŭus, a, um, *non bellicoſo*, *non generoſo*, ῥάθυμος, imbellis, timidus, piger, ad res gerendas minime promptus. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 23. Atque ubi illo immigrat nequam homo, indiligens cum pigra familia, immundus, inſtrenuus. ¶ Inſtrenuus animus, ignobilis, vilis. *Ter. Heaut.* 1. 1. 67. Tamen animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.

Inſtrepito, as, avi, atum, n. 1. frequentat. ab inſtrepo. *Venant. Fortun.* 3. *carm.* 7. *v.* 26. Floribus inſtrepitans mella rapit.

Inſtrĕpo, is, ui, epitum, n. 3. *fare ſtrepito*, ἐμβρέμω, idem ac ſtrepo, cum quadam tamen intenſione ſoni ex vi præpoſitionis accedente, ut ſit gravem ſtrepitum, & ſonum emittere. *Virg.* 3. *Georg. v.* 172. Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis inſtrepit. *Liv. lib.* 4. Unde ſi quid inſtrepat terroris.

Inſtrīdo, is, vel inſtrideo, es, n. 3. vel 2. idem quod ſtrideo, vel valde ſtrideo. *Silius l.* 14. *v.* 437. Fax ambuſto inſtridens pelago.

Inſtrictus, a, um, adject. valde ſtrictus, præſtrictus. *Apul. lib.* 8. *A. A.* Uxor dolore pellicatus inſtricta.

Inſtringo, is, nxi, ictum, a. 3. idem ac ſtringo, vel valde ſtringo, *Quintil. Declamat.* 5. Jacet inter vincula, quibus inſtringat adhuc recentem pirata captivum. ¶ Translate *Catul. carm.* 71. Quin te animo obfirmas, teque inſtringiſque, reduciſque. h. e. te colligis. Sed varie hic locus ab Interpretibus & legitur, & explicatur.

Inſtructe, adverb. cum apparatu, aut ordine. *Liv. l.* 1. *c.* 35. Ludos opulentius, inſtructiuſque, quam priores reges, fecit. *Apul. Apolog.* Inſtructius accuſare.

Inſtructĭlis, le, adject. non ſtructilis, ut inſtructilis anima. *Tertul. de anim. c.* 14.

Inſtructĭo, nis, f. 3. *ordinazione*, *ordinanza*, כיון, Ger. *zuruestung*, Gal. *appareil*, Hiſp. *apareio*, κατασκευὴ, præparatio, ordinatio, diſpoſitio, ut inſtructio exercitus, inſtructio militum, &c. *Cic. pro Cæcin. c.* 15. Inſtructione, aſpectuque ſignorum magnæ copiæ pulſæ. ¶ Item ædificatio. *Trajanus ad Plin. l.* 10. *epiſt.* 25. Inſtructio novi balinei.

Inſtructor, ris, m. *colui*, *che ordina*, κατασκευαςής, qui inſtruit, vel parat. *Cic. poſt red. in Sen. c.* 6. Hi ſunt conditores, inſtructoreſque convivii.

Inſtructus, a, um, κατασκευαςὸς, paratus, ornatus, *fornito*, *adorno*. *Cic. in Ver.* 4. *c.* 34. Domum exornatam, & inſtructam fere jam iſte reddidit nudam, & inanem. *Id. in Brut. c.* 43. Qui a Philoſophia, a Jure Civili, ab Hiſtoria eſſet inſtructior. *Id.* 3. *de Or. c.* 8. Inſtructiſſimus ad dicendum. *Ter. Heaut.* 3. 1. 41. Inſtructa pulchre ad perniciem. *Cæſ. l.* 3. *B. C.* Inſtructus telis exercitus.

Inſtructus, us, m. *apparecchio*, κατασκευὴ, apparatus. *Cic.* 3. *de Or. c.* 6. Eodem eſt inſtructu, ornatuque comitata.

Inſtrumentum, ti, n. כלי, Germ. *kueſtzeug*, Gal. *inſtrument*, Hiſp. *inſtrumento*, ἐργαλεῖον, copia, & apparatus earum rerum, ſine quibus tueri, aut exercere aliquam rem non licet, ſupellex. *Cic. pro Dom. c.* 24. In fundum vicini Conſulis non inſtrumentum, aut ornamenta villæ, ſed etiam arbores transferebantur. *Id. Ver.* 4. *c.* 44. Hoſtium ſpolia, monumenta imperatorum, decora, atque ornamenta fanorum poſthac, præclaris his nominibus amiſſis, in inſtrumento, ac ſupellectili C. Verris numerabantur. *Suet. in Cæſ. cap.* 37. Primum triumphum egit Gallicum, ſequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, diverſo quemque apparatu, & inſtrumento. Sic inſtrumentum venatorium, *Plin. lib.* 3. *epiſt.* 20. Inſtrumenta, quibus ad lanificia utuntur, *Cic. in Oeconom.* apud *Colum. l.* 12. *c.* 1. Adde *Suet. in Calig. c.* 39. ¶ Translate uſurpatur pro ſubſidio, præſidio, *mezzo*, *ajuto*. *Quintil. l.* 12. *c. ult.* Inſtrumentum dicendi. *Cic.* 1. *Leg. c.* 22. Inſtrumenta multa habet homo ad adipiſcendam ſapientiam. *Tacit.* 4. *hiſt. c.* 7. Nullum majus imperii boni inſtrumentum, quam amici multi. ¶ Inſtrumenta litis, ſeu cauſæ dicuntur ea chirographa, ſeu tabulæ, quibus lis inſtrui poteſt, *carte*, *ſcritture*, quæ etiam minus latine *documenta* vocantur. *Quintil. l.* 12. *c.* 8.

Ideo-

Ideoque opus eſt intueri omne litis inſtrumentum, quod videre non eſt ſatis : perlegendum eſt. ¶ Atque hoc ſenſu ſæpe utuntur JCti. ¶ *Suet. in Veſpaſ. c.* 8. Undique inveſtigatis exemplaribus, inſtrumentum imperii confecit, quo continebantur pene ab exordio urbis Senatuſconſulta, plebiſcita &c. *un' inventario.*

Inſtrŭo, is, uxi, uctum, a. 3. *apparecchiare, fornire*, יָרַד, Ger. *zurunſtten*, Gal. *equipper, ordonner*, Hiſp. *ordenar, poner a punto*, κατασκευάζω, paro, apparo, adorno, compono. *Cic. in Ver.* Non te inſtruere domum tuam voluerunt in provincia. Sic inſtruere villam, h. e. omnibus inſtrumentis apparare, & adornare. Inſtruere navim, milites armis, menſas epulis, &c. *Ovid. Liv. Colum. Cic. Virg. Sueton. Veſpaſ. c.* 13. Vitellii filiam ſplendidiſſime maritavit, dotavitque etiam, & inſtruxit. *h. e.* matronali ſupellectile ornavit. ¶ Proprie ſignificat in aliqua re ſtruere, ſeu ædificare. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 9. Ubi turris altitudo perducta eſt ad contignationem, eam in parietes inſtruxerunt, &c. ¶ Inſtruere accuſationem, actionem, vel litem, eſt tabulis, ac teſtibus, cæteriſque ad agendum neceſſariis eam adornare ac munire. *Cic. pro Cluent.* Illa accuſatio, & omnis teſtium copia a matre hoc tempore inſtruitur. ¶ Dicimus etiam, inſtruere locum inſidiis, inſtruere inſidias, fraudes alicui, &c. *Liv. l.* 6. & 23. *c.* 35. *Catul. epigr.* 18. *Cic. loc. cit.* ¶ Præterea ſignificat ordinare, diſponere. *Ter. Eun.* 4. 7. 2. Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia. *Cic. pro Mur. c.* 9. Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. ¶ Item docere, erudire, *iſtruire. Quintil. l.* 4. *c.* 2. Judex notitia rerum inſtruendus videtur. *Cic. de ſenect.* Inſtruere ad officii munus.

Inſtudiōſus, a, um, adject. ἀφιλότεχνος, non ſtudioſus. *Apuleÿ. Apolog.* Medicinæ neque inſtudioſus, neque imperitus.

Inſtupĕo, es, ui, n. 2. *ſtupire*, ἐξίστημαι, idem ac ſtupeo, aut valde ſtupidus, & ſenſus expers ſum. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Salpæ torporem ſedari, quocunque membro inſtupente, ſi quis in ſinum expuat.

Inſuāſum, i, n. color ſimilis luteo, qui fit ex fumoſo ſtillicidio. *Feſt.*

Inſuāvis, ve, o. 3. *non ſoave, aſpro, acerbo*, Germ. *unlieblich*, Gall. *non doux, amer*, Hiſp. *no ſuave, aſpero*, ἀηδής, injucundus, aſper, auſterus. *Cic. de Am.* Inſuavem illam admirationem ei fore. *Id. de Orat. c.* 49. A, inſuaviſſima litera. *Id.* 2. *de Orat.* Vita inſuavis. *Gel. l.* 1. *c.* 7. Inſuavius, & imperfectius.

Inſuavĭtas, atis, f. acerbitas, moleſtia. *Tertul. de pœnit. c.* 10. Per inſuavitatem medentur. *Gel. l.* 1. *c.* 21. Inſolentia, & inſuavitas dictionis.

Inſubĭde, adv. *ſenza conſiderazione*, præcipitanter, priuſquam ſubeat, aut veniat in mentem, quid faciamus, aut quid dicamus. *Macrob. l.* 7. *Sat.* Ipſam vero videndi naturam non inſubide introſpexit Epicurus. *Gel. l.* 1. *c.* 2. Multa, atque immodica de Philoſophiæ doctrinis intempeſtive, atque inſubide diſſerebat. ¶ Alii exponunt inveneuſte, ruſtice. V. *Inſubidus.*

Inſubĭdus, a, um, adject. improviſus, inconſideratus, cui non ſubit, quid agendum ſit. Alii exponunt, invenuſtus, ruſticus, truculentus, durus. *Gel. l.* 19. *c.* 9. Sed ne nos, ideſt, nomen latinum, tamquam profecto vaſtos quoſdam & inſubidos condemnetis. Et *l.* 6. *c.* 1. Nihil eſt prorſus iſtis imperitius, nihil inſubidius, qui opinantur, bona eſſe potuiſſe, ſi non eſſent ibidem mala. Et *l.* 13. *c.* 20. relato Virgilii verſiculo *Urbis ne inviſere Cæſar* &c. ſubdit: Verte, & muta, ut *urbes* dicas, inſubidius neſcio quid facies, & pinguius. In duobus his poſterioribus locis ſunt qui legant *inſipidius.*

Insŭbres, m. 3. pop. Galliæ Tranſpadanæ, inter Seſſitem, & Adduam fl. quorum regio Inſubria, quæ a Liguria Pado, a Venetia Addua, a Gallia Subalpina, ſeu Pedemontano Principatu Seſſite fl. dividitur. Minus late patet, quam Ducatus Mediolanenſis, quia hic partem Liguriæ complectitur, in qua ſunt Alexandria, Dertona, & Bobium. Urbes Inſubrum ſunt, Comum, Cremona, Laus Pompeja, Mediolanum, Novaria, Papia, Viglebanum. *Plin. l.* 3. *c.* 17. ¶ In ſingulari num. *Liv. l.* 22. *c.* 6. Inſuber eques.

Inſubrĭa, V. Inſubres.

Inſubtilĭter, adverb. *non ſottilmente. l.* 7. *Dig. de Pactis:* Quod non inſubtiliter dici poteſt.

Inſuccātus, a, um, adject. ſucco imbutus, *intinto. Colum. l.* 9. *c.* 13. Uvæ paſſæ vino inſuccatæ. *Cœl. Aurel. Acut.* 3. *c.* 8. Panis inſuccatus ex mulſo.

Inſucco, as, a. 1. *bagnare, tingere*, ἐγχυλίζω, ſucco imbuo, humecto, irrigo, inficio. *Col. l.* 7. *c.* 5. Involuta lanis oleo, atque vino inſuccatis.

Insūdo, as, avi, atum, n. 1. idem quod ſudo, *ſudare. Celſ. l.* 2. *c.* 2. Corpus circa partes aliquas contra conſuetudinem inſudat.

Inſuefactus, a, um, nom. particip. *aſſuefatto. Cæſ. l.* 4. *B. G. c.* 24. Paululum in aquam progreſſi equos inſuefactos incitarent.

Inſuefco, is, evi, etum, *aſſuefarſi*, συνεζεσαι, ἐθίζομαι, aſſuefio. *Ter. Adelph.* 1. 1. 30. Nam qui mentiri, aut fallere inſuevit patrem. *Tac. Ann.* 11. *c.* 29. Duas pellices, quarum corpori inſueverat, id eſt cum quibus conſuetudinem habuerat. ¶ Habet etiam accuſativum, & ſignificat. activam, *aſſuefare. Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 105. Inſuevit pater optimus hoc me, ut fugerem &c. *Colum. l.* 6. *c.* 4. Maxime tamen habet ſalutaris amurca, ſi tantundem aquæ miſceas, & ea pecus inſuefcas. Et paſſive, *Id. l.* 11. *c.* 3. Ubi cœperunt aliquod incrementum habere, ſic inſuefci debent, ut &c.

Inſuēte, adverb. præter conſuetudinem. *Cœl. Aurel. Tard.* 5. *c.* 3. Inſuete immorari.

Inſuetūdo, inis, f. ut inſuetudo cibi, h. e. cui quis non eſt aſſuetus. *Spartian. in Severo, c.* 16. Fluente quoque per inſuetudinem cibi alvo militum.

Inſuētus, a, um, *non avvezzo*, ἄσκητος, qui rei alicui non aſſuevit, cum gen. vel cum dat. *Cæſ. 7. B. G. c.* 30. Inſuctus laboris. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 21. Tam vehemens vir, tamque acer in terro, & tam inſuetus contumeliæ. *Tibul. l.* 1. *el.* 4. Inſuetus operi. *Liv. l.* 31. Inſuetus vera audire. ¶ Sumitur etiam paſſive pro re inſolita, vel cui non aſſuevimus, *inſolito, non uſato*, Ger. *ungevvohnt*, Gal. *inaccoutumé*, Hiſ. *no accoſtumbrado. Virg.* 5. *Æn.* Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos. *Cic. Act. l.* 4. Cum populus more hoc inſueto, & novo plauſum eo nomine in recitando dediſſet. ¶ Eſt etiam idem ac ſuetus, *aſſuefatto, avvezzo. Liv. l.* 24. *c.* 48. Ita a principiis gentis majores ſuos bella geſſiſſe, ita ſe a pueris inſuetos.

Insŭla, f. 1. *iſola*, אִי, Ger. *inſel*, Gal. *ile*, Hiſp. *isla*, νῆσος, terra, quæ undique aquis maris clauditur, a *ſalum*, mare, quaſi *in ſalo*, *a* in *u* mutato. *Cic. pro L. Man.* Quam multas exiſtimatis inſulas eſſe deſertas? ¶ Dicitur etiam de terra, quæ flumine, vel lacu ambitur. *Cic.* 2. *de Leg. de inſula fl. Fabreni.* Sed ventum in inſulam eſt. ¶ Per Metaphoram dicebatur de ædibus potentiorum, quæ a privatorum domibus diſtinctæ erant, ut ab incendiis eſſent tutiores. *Cic. pro Cœl.* Nunc demum intelligo, P. Clodii inſulam eſſe venalem. ¶ Denique impropriè, ac laxiore ſignificatione quælibet domus inſulæ vocabantur, etſi communibus parietibus cum vicinis jungerentur, ut Senecæ, Ulpiani, Martialis, aliiſque locis probat Laurentius Ramirez ad Epigr. 1. Martial. lib. de Amph. & Caſaubonus ad Sueton. in Cæſ. c. 41.

Insulānus, a, um, adject. inſularis, *iſolano*, νησιώτης. *Serv. in* 8. *Æn. v.* 725. Inſulani populi. *Pacat. in panegyr. ad Theodoſ. c.* 23. Pauci homines, & inſulani.

Insulāris, & re, o. 3. *ciò, che appartiene ad iſola*, νησιωτικός, quod eſt inſulæ, & ad inſulam pertinet. *Ammian. l.* 15. *c.* 27. Matrona, & Sequana, poſt circumclauſam inſulari ambitu Lutetiam, conſociatim meant. *Id. l.* 15. *c.* 17. Inſulari pœna multavit. h. e. deportatione in inſulam. *Auctor Priapeorum, carm.* 32. Ductor ferreus inſularis. h. e. ad metalla damnatus in inſulis, χαλκήρυξ.

Insulārius, ii, m. νησιώτης, ſervus, qui inſulas, hoc eſt, ædes ſeparatas principum, vel alias quaſcumque cuſtodit. *Ulpian. l. ult. ff. de off. Præf. Vig. Pompon. l.* 16. §. 1. *ff. de uſu, & habit.* Dominus proprietatis, etiam invito uſufructuario, vel uſuario, fundum, vel ædes per ſaltuarium, vel inſularium cuſtodire poterit.

Insulātus, a, um, nom. particip. *fatto a iſola. Apul. de Mund. ſub fin.* Audivimus, regiones, quæ prius fuerint continentes, hoſpitibus atque advenis fluctibus inſulatas.

Insulensis, e. adject. inſularis. *Solin. c.* 54. Ab inſulenſi ad continentem.

Insulōsus, a, um, adject. *pieno d' iſole*, inſulis plenus. *Ammian. l.* 23. *c.* 18. Inſuloſum, & celebre Perſicum mare.

Insulse, adv. *ſciocamente, imprudentemente*, Ger. *ungeſchickt*, Gal. *ſadement, niaiſement*, Hiſp. *deſabridamente*, ἀνοήτως, inepte, imprudenter. *Cic. Att.* Sane inſulſe, ut ſolet, niſi forte quæ non ames, omnia videntur inſulſe fieri. *Gel. l.* 16. *c.* 12. Nil poteſt dici inſulſius. *Id. l.* 12. *c.* 2. Hoc etiam addidit inſulſiſſime.

Insulsĭtas, atis, f. *rozzezza*, תִּפְלָה, Germ. *ungeſchicktigkeit*, Gal. *ſotiſe*, Hiſp. *necedad*, ἀπειροκαλία, ineptia. *Cic. pro Rab.* Jam noſtis inſulſitatem Græcorum. *Id. Att. l.* 13. *epiſt.* 29. In villa, cujus inſulſitatem bene noram.

Insulsus, a, um, *non ſalato*, תָּפֵל, Ger. *ungeſchickt*, Gal. *ſans gout, ſade*, Hiſp. *deſabrido*, ἄναλτος, quod ſalſum non eſt. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Oleas inſulſa amurca rigare. Adde *Pallad. Februar. tit.* 30. ¶ Translate accipitur pro inſuavi, injucundo, infaceto, inepto. *Cic.* 2. *de Or.* Sic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum, niſi ipſa inſulſitas, rideatur. *Planc. Cic.* Ad cogitationem Conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, & inſulſa cum efflagitatione ſe ſe tranſtulerunt. *Mart. l.* 12. *epigr.* 51. Inſulſiſſimus, improbiſſimuſque eſt.

Insultātio, onis, f. ἔξαυσις, actus inſultandi. Translate ponitur pro amara quadam irriſione, & inſolatbo enlamitate alicujus contumelia, *beffeggiamento*, σαρκασμός. *Quint. l.* 8. *c.* 5. Non tam probatio, quam extrema quaſi inſultatio.

Insultatōrie, adverb. inſultando. *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. Libere queror, non inſultatorie.

Insultatorĭus, a, um, adject. ad inſultandum, & irridendum inſerviens, ut inſultatorium verbum, apud *Tert. adv. Marc. l.* 5. *c.* 10.

Insulto, as, avi, atum, n. 1. *ſaltare*, ἐπιπηδάω, eſt multum, & cum impetu ſuper rem aliquam ſalire, irruere, freq. ab *inſilio*, ab ejus ſupino *inſultum*. Conſtruitur cum dativo. *Virg.* 3. *Georg. v.* 116. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. ¶ Vel cum accuſativo. *Ter. Eun.* 2. 2. Næ tu iſtas, taxo, calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. ¶ Per translationem ponitur pro moleſtum eſſe, irridere, contumelioſius in aliquem aliquid vel dicere, vel facere, *inſultare, moleſtare*, ἐπιχαίρειν. *Salluſt. in fragm.* Multos tamen ab adoleſcentia bonos inſultavit. *Cic. pro Flac.* Nunc vero non inſultabo vehementius. *Id. pro Mil.* Quæ tot annos illum in hanc Rempublicam inſultare videret, & pateretur. ¶ Inſultare capiti alicujus apud *Suet. in Cæſ. c.* 22. eſt ludibrio, & contemptui habere. Latet autem ſub hac phraſi obſcenus ſenſus, quod aliis verbis illudere capiti alicujus dicitur. V. Illudo.

Insultūra, æ, f. actus inſiliendi. *Plaut. Mil.* 2. 3. 10. Ne hodie maximum in malum cruciatum inſiliamus. P. Tu ſali ſolus; nam ego iſtam inſulturam, & deſulturam nihil moror.

Insum, ines, infui, n. anom. ab *in*, & *ſum*, *eſſere*, *trovarſi*, יֵשׁ, Ger. *in etwas ſeyn*, Gal. *être dedans, en*, Hiſp. *ſer en algo*, ἔνειμι, in re aliqua ſum, cum ablat. & præpoſ. *in*, vel cum dativo. *Cic. in Epiſt.* In qua nihil inſit, niſi miſeria. *Plin. in Paneg. c.* 88. Cui plus injuriæ, quam pulchritudinis ineſt. *Plaut. Perſ.* 1. 2. 26. Num inſuerit febris. *Id. Rud.* 5. 2. 23. Quid inſuerit ibi.

In ſumma, V. Summa.

Insūmo, is, mpſi, mptum, a. 3. *conſumare, ſpendere*, Ger. *verbrauchen*, Gall. *employer, dépenſer*, Hiſp. *gaſtar, conſumir*, ἀναλίσκω, impendo, conſumo. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 17. Ut nullus teruncius inſumatur in quemquam. ¶ Translate uſurpatur pro ponere, adhibere, ut Inſumere curam, operam, tempus, &c. *Plin. lib.* 9. *cap.* 46. Omnis ergo cura ad ſpeculandum hoc malum inſumitur. *Liv. lib.* 10. *cap.* 18. Inſumere operam fruſtra. ¶ Pro aſſumo, *Stat. Thebaid.* 12. *v.* 663. Dignas cœptis inſumite mentes.

Insumptĭo, onis, f. actus inſumendi. *In Cod. Theodoſ. l.* 6. *tit.* 24. *leg.* 3.

Insŭo, is, ui, utum, *cucire, chiudere in qualche coſa*, תָּכַר, Ger. *einneen*, Gall. *coudre en, ou dedans*, Hiſp. *coſer en algo*, ἐνράπτω, in re aliqua inſuo, includo. *Varro l.* 2. *de R. R.* Quæ intra capita inſuitur pellis mollis. *Cic. pro Roſc. Amer.* Inſui in culeum. ¶ Per translationem accipitur pro implicare, conjungere. *Liv. l.* 40. *c.* 51. Privatamque publicæ rei impenſam inſuerat.

Insŭper, adv. *oltre a ciò*, עַוד, Germ. *darueber*, Gall. *outre, par deſſus*, Hiſp. *demas deſto, o dello*, πρόσθεν, ad hoc, præterea. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 23. Non modo id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione victus eſt. *Virg.* 9. *Æn. v.* 206. Corpora, captivoſque dabit, ſuaque omnibus arma. Inſuper his campi, quod rex habet ipſe Latinus. Ita quidam Lexicographi; ſed ibi legendum cum optimis codicibus, *inſuper id campi. Liv. l.* 23. *c.* 7. Hæc pacta: illa inſuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt. ¶ Pro ſuper, *ſopra. Virg. Æn.* 3. *v.* 579. Ingentemque inſuper Ætnam Impoſuit. *Lucret. l.* 6. *v.* 190. cumulata videbis Inſuper eſſe aliis alia. *Vitruv. l.* 5. *c.* 12. Inſuper eam æquationem. Et *l.* 10. *c.* 20. Inſuper hanc compactionem. ¶ *Inſuper habere* eſt negligere, *ſprezzare, non far conto. Apul. l.* 4. *Metam.* Lacrymis inſuper habitis, *Gel. l.* 1. *c.* 19. Conſtantiam non inſuper habendam intelligit.

Insuperabĭlis, le, o. 3. *inſuperabile, invincibile*, Ger. *undemlich*, Gal. *inſuperable*, Hiſp. *inſuperable*, ἀδιάκτος, quod ſuperari, & domari non poteſt. *Virg. Æn.* 4. *v.* 40. Genus inſuperabile bello. ¶ Interdum ponitur pro impervio, inacceſſo, proprieque de montibus dicitur, qui facile trajici non poſſunt. *Liv. l.* 21. *c.* 23. Alpiumque inſuperabili tranſitu. ¶ Interdum pro incurabili, inſanabili. *Plin. in Epiſt.* Ut, ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret e vita.

Insuperātus, a, um, *non ſuperato. Maximian. Gal. eleg.* 1. *v.* 33. Spernebat cunctas inſuperata minas.

Insurgo, is, inſurrexi, ectum, n. 3. *levarſi*, קוּם, Ger. *aufſteigen*, Gal. *ſe lever l'encontre*, Hiſp. *levantarſe*, ἀνίστημι, ſurſum me erigo. *Virg. Æn.* 9. *v.* 34. Ac tenebras inſurgere campis. ¶ Item contra ſurgo. *Virg.* 11. *Æn. v.* 697. Altius inſurgens oranti, & multa precanti, &c. ¶ Inſurgere remis, *vogare*, vehementer adniti. Solent enim remiges, cum totis viribus remis incumbunt, e ſedilibus ſuis aſſurgere. *Virg.* 5. *Æn. v.*

189. Nunc nunc insurgite remis. ¶ Insurgere altius in oratione verba dicuntur, cum subsequentia pondere superant priora. *Quint. l.* 8. *c.* 4. Verbis omnibus altius, atque altius insurgentibus.

Insuscéptus, a, um, *non pigliato*, non susceptus. *Ovid. ad Liviam*, *v.* 197. Vota insuscepta reliquit.

Insustentabĭlis, le, adject. *che non si può sostentare, o tollerare*. *Lactant. l.* 7. *c.* 16. Insustentabilis dominatio. *Id. de mort. in persecut. c.* 49. Insustentabilis dolor.

Insusurratĭo, onis, f. actus insusurrandi. *Capitolin. in Antonin. Philos. c.* 19. Cum suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione moveretur.

Insusurrātus, a, um, in aurem dictus. *Senec. de brevit. vitæ*, *c.* 14. Insusurratum millies nomen oscitatione superbissima reddent.

Insusurro, as, avi, atum, n. 1. *mormorare*, רגן, Ger. *blasen*, Gal. *murmurer*, *direbas*, *& en l' oreille*, Hisp. *cumbar*, ἐμψιθυρίζω, in aures leniter obstrepo. *Cic.* 5. *Tusc.* Aquam ferentis mulierculæ, insusurrantisque alteri: Hic est ille Demosthenes. *Id.* 4. *Acad.* Verum, quoniam non solum nauta significat, sed etiam Favonius ipse insusurrat, navigandi nobis tempus esse. *Sen. epist.* 10. Turpissima vota Dius insusurrant. *Cic. Ver.* 7. *c.* 41. Cum erat ad eum ventum, & in aurem ejus insusurratum.

Insutitĭus, a, um, adject. insutus, ut insutitius Asinus, & tartilis, cujus sc. corio latrones puellam quandam insuere volebant; apud *Apul. l.* 6. *Metam. ad fin.*

Insūtus, a, um, nom. ex particip. *cucito*. *Virg.* 5. *Æn. v.* 505. Terga boum plumbo insuto, ferroque rigebant. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 11. Insutus in culeum. *Val. Max. l.* 1. *c.* 2. *n.* 13. Insutus culeo.

Insyncerus. V. Insincerus.

Intabesco, is, intabui, n. 3. idem ac tabesco, ideſt, marcore, ac tabe consumor, langueo. *Col. l.* 4. *c.* 3. Et sic intabescit novella vitis, ut nullis deinceps impensis recreari possit. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 55. Diuturno morbo intabescere. *Hor. Epod.* 5. Interminato cum semel fixæ cibo Intabuissent populæ. ¶ Significat etiam liquescere. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 486. ut intabescere flavæ Igne levi ceræ, matutinæque pruinæ Sole tepente solent.

Intactĭlis, le, o. 3. *che non si può toccare, che fugge il tatto*, Germ. *nicht zu beruehren*, Gal. *que no se peut toucher*, Hisp. *que no se puede tocar*, ἀψαυστος, tactum refugiens, sive quod tangi non potest. *Lucret. l.* 1. *v.* 437. Sin intactile erit.

Intactus, a, um, *non tocco, incorrotto, puro*, תמים, Germ. *unberueret*, Gal. *non touche, impollu*, His. *no tocado, no corrompido*, ἀμίαντος, non tactus, & metaleptice integer, immaculatus, impollutus. *Catull. in Carm. nupt.* Virgo intacta manet. *Juven. Sat.* 6. *v.* 162. Intactior omni Sabina. ¶ Item intractatus. *Hor.* 1. *Ser. Sat.* 10. Et Græcis intacti carminis auctor. ¶ Item illæsus. *Liv. l.* 5. Integri, intactique fugerunt. ¶ Intacti religione animi vir, quem nulla religio tangit, *Liv. lib.* 5. ¶ Intactus a sibilo, ideſt, nunquam exhibilatus, aut explosus. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 2. Quod intactus a sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem.

Intactus, us, m. non tactus, ut inusus, non usus, *il non toccare*. *Lucret. l.* 1. *v.* 453. Pondus uti saxis, calor ignibu', liquor aquai, Tactus corporibus cunctis, intactus inani.

Intaminatus, idem ac incontaminatus. *Hor.* 3. *Carm. od.* 2. Virtus repulsæ nescia tordidæ intaminatis fulget honoribus.

In tantum, V. Tantus.

Intectus, a, um, *non coperto, scoperto*, ἀσκέπαστος, detectus, & nudatus. *Tacit. l.* 1. *hist. c.* 22. Dux semisomnis, ac prope intectus. *Id. de mor. Germ. c.* 17. Tegumen omnibus sagum; cætera intecti. ¶ Translate *Id. Ann.* 4. *c.* 1. Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut obscurum adversus alios, sibi uni incautum, & intectum efficeret. ¶ Est etiam idem ac tectus, *coperto*. *Liv. l.* 27. *c.* 3. Stramento intecta omnia.

Integellus, a, um, dim. ab integro. *Cic. in epist. ad Dolabel. Fam. l.* 9. *epist.* 10. Suavissimum συμβιώτην, nostrum præstabo integellum.

Intĕger, gra, grum, *intiero*, ישׁלם, Ger. *gargantz*, Gal. *entier*, *integre*, Hisp. *entero*, *integro*, ἀθικτος, ἄθικτος, ὁλόκληρος, ἀκέραιος, ὑγιὴς, intactus, solidus, totus, plenus, perfectus, incorruptus. *Cic. Att.* Præsertim cum integram rem, causamque reliquerim. Translate capitur pro sano, firmo, vegeto. *Cic. pro Planc.* Quos ego florentes, atque integros vidi. *Id.* 2. *Fin.* Ut integrum se, salvumque velit. ¶ Item pro recente, laboribus non fracto. *Cæs. l.* 1. *B. C.* Cum crebro integri defessis succederent. ¶ Item pro sobrio, qui ex crapula nihil detrimenti sentit. *Cic.* 1. *Divin. c.* 29. Si ad quietem integri ireimus. ¶ Item pro incolumi, illæso. *Cic. pro Quinct.* Dum existimatio est integra, facile honestas consolatur egestatem. ¶ Item pro florente, ut Ætas integra. *Ter. And.* 1. 1. 45. Egregia forma, atque ætate integra. ¶ Item pro inviolato, casto. *Cic. in Verr.* Conjuges integras ab illius petulantia conservare non licitum est. ¶ Item pro innocente, nullis vitiis corrupto. *Cic.* 6. *Ver.* Non loquor de integris, innocentibus, religiosis. *Id. l.* 1. *de Or.* Cum illo nemo esset integrior, neque sanctior. *Id. pro Dom.* Integerrimæ, pacatæque gentes. ¶ Item pro indemni. *Cic. in Fam. l.* 13. *ep.* 4. Si Volaterranos omnibus rebus integros esse volueris. ¶ Item pro rudi, seu circa quod nihil est laboratum. *Cic. l.* 3. *nat. Deor. c.* 3. Eadem me discipulum, atque integrum accipe, & ea, quæ requiro, doce. ¶ Si casus obliqui cum hoc nomine jungantur, fere genitivo utimur. *Horat. l.* 2. *Sat.* 3. Integer mentis. Et *l.* 1. *od.* 22. Integer vitæ. ¶ Integer ævi, dicitur adolescens, cui adhuc ætas integra superest. Unde *Ennius* Deos integros ævi vocat, quod cum immortales sint, nihil de eorum ævo imminuatur. Sic *Virg.* 9. *Æneï.* Integer ævi Ascanius. ¶ Integrum se servare, interdum est neutri parti se addicere. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 26. Quod me amicissime admones, ut me integrum, quoad possim, servem, gratum est. ¶ In integrum restituere, est in pristinum statum reducere, *rimettere nel primo stato*. *Cic.* 7. *Ver.* Ut damnati in integrum restituantur, vincti solvantur. ¶ Res integra est, scil. recens, nova, intacta. *Cic. pro Mur.* Ea dicam vobis audientibus antisso jam tempore, quæ re integra sæpe dixi. ¶ In integro res est, hoc est in potestate, ita, ut adhuc possit vel fieri, vel omitti, *essere in potestà*. *Cic.* 15. *Famil.* In integro res nobis erit. ¶ Integrum mihi est, in arbitrio, & potestate est, liberum est, *essere in potere*, *essere ad alcuno in libertà*. *Cic. pro Flac.* Constituent, quid agant, quibus integrum est. *Id. in Pis.* Non est integrum Cn. Pompejo consilio jam uti tuo. *Id.* 1. *Fam.* Si mihi integra omnia, ac libera fuissent. ¶ Integrum sibi reservare, est reservare facultatem, potestatem, libertatem. *Cic.* 1. *Fam.* Ut integrum mihi de causa Campaniæ ad suum reditum reservarem. ¶ *De integro*, *Ex integro*, vel *Ab integro*, est iterum, rursus, denuo, *nuovamente*. *Cic. pro Cluent.* Habetur de integro quæstio, nulla vis tormentorum prætermittitur. *Virg.* 4. *Ecl.* Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. Calor ille cogitationis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro vires.

Intĕgo, is, exi, ectum, a. 3. idem quod tego, *coprire*. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 2. Integebantur porticus lignis conjunctis inter se. *Plaut. Rud.* 1. 2. 13. Villam integendam intelligo totam mihi. ¶ Integere viam, pro sternere. *Ves. Inscript. apud Paroum in Lex. Crit.* Viam integendam curavere.

Integrasco, is, n. 3. *essere integrato*. ἀνακτίζομαι, integror, instauror. *Ter. Andr.* 4. 2. 5. Hoc malum integrascit.

Integratĭo, onis, f. reparatio, instauratio, perfectio. *Ter. Andr.* 3. 3. 23. Amantium iræ amoris integratio est. Ita enim legendum, non *redintegratio*.

Integrātor, oris, m. qui renovat, & in integrum restituit. *Tertull. Apolog. c.* 46. Integrator veritatis.

Integrātus, a, um, adject. renovatus, instauratus. *Auson. epist.* 14. Vigor integratus.

Intĕgre, adv. *intieramente*, Ger. *gantz*, Gal. *entierement*, *aver integrità*, His. *enteramente*, *integramente*, κεθαρῶς, intacte, syncere, innocenter, continenter, sine vitio. *Cic.* 1. *Fin.* Id facit nondum depravatum, ipsa natura incorrupte, atque integre judicante. *Id. in Sall.* Cujus & res gestæ illustres, & vita integerrime acta.

Integritas, atis, f. *integrità*, תום, Ger. *redligkeit*, Gal. *integrité*, His. *integridad*, ἀδιαφθορία, incorruptio, status, vel forma inviolata, & incorrupta. *Cic.* 5. *Fin.* Summum donum cumulatur ex integritate corporis, & ex animi ratione perfecta. ¶ Translate sumitur pro puritate. *Cic. in Brut. c.* 35. Incorrupta quædam Latini sermonis integritas. ¶ Item pro innocentia, castitate. *Cic.* 2. *de Orat.* Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. *Idem.* 3. *Ver.* Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate, pudicitiaque existimari.

Integritūdo, inis, f. idem ac integritas. *Ulpian. in proœm. ff. de testam. milit.* Secutus animi mei integritudinem erga commilitones.

Intĕgro, as, avi, atum, a. 1. *reintegrare*, *rinnovare*, חדש, Germ. *vviedr anfahen*, Gall. *reintegrer*, *restaurer*, His. *enterar*, *reyntegrar*, ἀνατείλω, ἐνισκευάζω, integrum facere, renovare. *Cic.* 1. *de Inv.* Sic animus detessus audiendo aut admiratione integratur, aut risu renovatur. *Stat.* 8. *Theb.* Bellum integrabat Enyo. Sic integrare seditionem, pugnam, lacrymas. *Liv. l.* 5. *c.* 25. & 1. *c.* 29. &c.

Integumentum, ti, n. *coprimento*, *coperta*, מכ סה, Ger. *eine decke*, Gal. *couverture*, His. *cobertura*, σκέπασμα, id, quo quid integitur. *Cic. de Or.* Id per quædam involucra, & integumenta perspicit. ¶ Translate ponitur pro simulatione. *Cic. in Pis. c.* 6. Qui istius insignem nequitiam frontis involutam integumentis nondum cernat. ¶ Apud *Plaut. Bacch.* 4. 2. 19. integumentum corporis esse dicitur, qui custos corporis est, stipator, satelles.

Intellectĭo, nis, f. *intendimento*, νόησις, actus intelligendi. Figura est Rhetorica, quæ Græco vocabulo *Synecdoche* dicitur. *Auct. ad Her.* 4. *c.* 33. Intellectio est, cum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars. ¶ Pro ipso intelligendi actu non solent Latini hac voce uti, sed *intelligentia*.

Intellectuălis, le, adject. *intellettuale*. *Apul. de dogm. Plat.* & *Augustin. l.* 12. *de Gen. ad litt. c.* 7.

Intellectualĭtas, atis, f. intellectus. *Tert. de Anim. c.* 38.

In ellectus, us, m. *intelligenza*, actus intelligendi. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Nam in circo ad currus juncti non dubie intellectum adhortationis, & gloriæ fatentur. ¶ Sumitur etiam pro perceptione, & sensu *sentimento*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, hominis & in palato. ¶ Item pro significatione, *significato*. *Quint. l.* 7. *c.* 10. Verba quædam divisos intellectus habent. *Id. l.* 8. *c.* 3. In obscenum intellectum sermo detortus. ¶ Ipsa intelligendi facultas a Latinis fere dicitur *mens*, *intelligentia*, non *intellectus*. Adhiberi tamen videtur a *Quintil. l.* 2. *c.* 16. ubi ait, loquendi facultatem *magis dee Je* brutis animalibus, *quam intellectum*, *& cogitationem*.

Intelligens, tis, o. *intendente*, *savio*, *dotto*, כבון, Ger. *verstendig*, Gall. *inteligent*, *entendu*, Hisp. *intelligente*, *intendido*, σωφρων, qui intelligit, sciens, ingeniosus, callidus, sapiens, partic. & nomen ex participio, ab *intelligo*. *Cic. de Fin.* Doctus, & intelligens vir. *Id. ibid.* Erat & cupidus voluptatum, & cujusvis generis ejus intelligens, & copiosus. *Id. in Brut.* Non semper vulgi judicium cum intelligentium judicio congruit. *Id. ib.* Qui teretes aures habent intelligensque judicium.

Intelligenter, adv. *con intelligenza*, Ger. *verstendlich*, Gal. *entendiblement*, Hisp. *inteligiblemente*, σωφρόνως, cum intellectione. *Cic. in Part. c.* 8. Sumuntur autem trium rerum gratia, ut amice, ut intelligenter, ut attente audiamur.

Intelligentia, æ, f. 1. *intelligenza*, *intelletto*, בינה, Ger. *verstan*, Gal. *intelligence*, Hisp. *intelligencia*, νόησις, facultas animæ nobilissima, qua res etiam incorporeas, & ab omni materia abstractas contemplamur. *Cic. in Top.* Intelligentia est, per quam animus perspicit, quæ sunt. *Id. de Univ.* Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. ¶ Dicitur item de speciebus intelligibilibus, seu de particularibus notionibus, quas mente apprehendimus. *Cic.* 1. *de Leg. c.* 22. Principio homines rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo, ac mente concipiunt. ¶ Sæpe pro intellectione, cognitione, notitia usurpatur. *Cic. in Tusc.* Quæ nos magis ad cognitionem, intelligentiamque convertant. *Id.* 3. *Off.* Tamque id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit. *Id.* 9. *Phil.* Qui ex omni ætate in hac civitate intelligentiam juris habuerunt.

Intelligibĭlis, le, o. 3. *che si può intendere*, νοητὸς, quod mente percipi potest. *Sen. ep.* 124. bonum intelligibile. Adde *Macrob. l.* 1. *Som. Scip. c.* 6.

Intellĭgo, (antiq. intellego) is, exi, ectum, a. 3. *intendere*, הבין, Ger. *verstehen*, Gal. *entendre*, His. *entender*, συνίημι, mente percipio, intelligentia, & ratione comprehendo, ab *intus*, & *lego*, vel ab *inter*, & *lego*. Usurpatur vel absolute. *Cic.* 2. *Off.* Quem qui audiunt, intelligere etiam, & sapere plus, quam cæteros, arbitrantur. ¶ Vel cum accus. *Cic. Tyroni*. Tu istic, si quid librarii manu mea non intelligent, monstrabis. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *in*. *Cic.* 6. *Ver.* Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo. ¶ Vel cum præpos. de. *Id. in Catin.* De gestu intelligo, quid respondeas. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Corpus quid sit, intelligo: quasi corpus quid sit, nullo prorsus modo intelligo. ¶ Est etiam certiorem fieri, cognoscere. *Cic. in Fam.* Mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil commissurum temere. *Petron. in Satyr. c.* 109. Ut intellexit Chrysis, me perlegisse totum convicium, solent, inquit, &c. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Cic.* 1. *Fin.* ¶ Significat etiam sentire. *Colum. l.* 12. *c.* 21. Ut aquæ salsæ non intelligatur sapor. *Et c.* 20. Cavendumque est, ne conditus sapor intelligatur. *Id. de arborib. c.* 13. Intelligere frigus.

Intemerandus, a, um, non violandus, aut contaminandus, referturque ad res sacras. *Val. Flac.* 5. *Argon. v.* 640. An Martia templa intemeranda minus?

Intemerabĭlis, le, adject. inviolabilis. *Claud. Mamert. l.* 1. *c.* 2. Intemerabilis hilaritas.

Intemerāte, adverb. incorrupte. *Cod. Theodos. l.* 15. *tit.* 5. Intemerate alicui servire.

Intemerātus, a, um, *inviolato*, *incorrotto*, תם, Ger. *unbefleckt*, Gal. *non vio-*

violé, Hisp. *no violado*, ἀμίαντος, inviolatus, incorruptus. *Virg.* 2. *Æn.* Per ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam, intemerata fides. ¶ Intemerata ſacra dicuntur, quæ rite perfecta ſunt, & ut ſacrificii ratio exigebat. *Virg.* 3. *Æn. v.* 178. Et munera libo intemerata focis. Ubi *Serv.* Intemerata, rite perfecta.

Intemperabĭlis, le, adject. qui temperari, ſeu contineri non poteſt, aſſiduus, continuus, ut intemperabilis punctio, apud *Cæl. Aurelian. Tard.* l. c. 4.

Intemperans, tis, o. *intemperante*, *immoderato*, Ger. *der keine masshalten kan*, Gal. *intemperant*, Hiſp. *deſtemplado*, ἄκρατος, intemperatus, incontinens, voluptatibus, & ventri præter modum indulgens, qui ſe in omni libidine effundit. *Cic. de Sen. c.* 9. Libidinoſa etenim, & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. ¶ Accipitur etiam pro imprudente, vel inconſtante. *Cic.* 1. *Acad. c.* 1. Intemperantis etiam arbitror eſſe ſcribere, quod occultari velit. *Id. in Vatin.* Fui paulo in te intemperantior fortaſſe, quam debui. *Id.* 9. *Fam.* Homo intemperantiſſimus.

Intemperanter, adv. *intemperantemente*, *immoderatamente*, Germ. *uber die maſſ*, Gal. *intemperamment*, Hiſ. *deſtempladamente*, ἀκράτως, intemperate, immodice, inſolenter. *Cic. in Phil.* Nimis iracunde hoc quidem, & valde intemperanter. *Id.* 1. *Tuſc.* Hominis eſt intemperanter abutentis & otio, & literis. *Liv. l.* 31. *c.* 37. Aviditate cædis intemperantius inſecuti.

Intemperantĭa, æ, f. *intemperanza*, *incontinenza*, Ger. *unmeſſigkeit*, Gal. *intemperance*, Hiſ. *deſtemplanca*, ἀκολασία, ἀκρασία, incontinentia, immoderatio, intemperies, inſolentia. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 9. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt a tota mente, etiam a recta ratione defectio, ſic averſa a præſcriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Intemperantia libidinis. *Id. l.* 11. *c.* 37. Intemperantia riſus. *Senec. de conſtant. Sap. c.* 9. Cœli intemperantia. *h. e.* intemperies. ¶ In plurali num. *Cato R. R. c.* 141. Mars pater, te precor, uti tu calamitates intemperantiaſque prohibeſſis.

Intemperāte, adv. idem ac intemperanter. *Cic. de Univ. c.* 12. Qui autem immoderate, & intemperate vixerit, eum ſecundus ortus in figuram mulierem transferet.

Intemperātus, a, um, *intemperato*, non temperatus. *Cic. de Am.* Nequis intemperata quadam benevolentia impediat magnas utilitates amicorum. *Id. in Piſ.* Quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperatiſſimas perpotationes prædicem? *Senec. de Conſol. ad Helv. c.* 6. Quid intemperatius?

Intemperiæ, arum, f. 1. idem ac intemperies. *Cato c.* 141. Calamitates, intemperiaſque prohibeſſis. ¶ Intemperiæ item Eumenides, ſeu Furiæ dictæ ſunt, quia ab intemperie cerebri calida provenit inſania, ac furor, furorem autem Furiæ immittere credebantur. *Plaut. Aul.* 1. 1. 30. Neſcio pol, quæ illum hominem Intemperiæ tenent. ¶ *Gel. in præfat. ad fin.* Homines intemperiarum, negotiorumque pleni. h. e. qui non facile patiuntur literarias exercitationes.

Intemperies, ei, f. *intemperie*, *mala diſpoſizione*, Ger. *ungewitter*, Gal. *intemperie*, Hiſp. *deſtemplanca*, δυσκρασία, rerum mixtarum inconveniens temperatura, a *temperies*, ut Intemperies cœli, cum aer immoderate aut calidus eſt, aut frigidus, aut humidus, vel ſiccus. *Liv. l.* 8. Fœdus inſequens annus ſeu intemperie cœli, ſeu humana fraude fuit. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Intemperies anni. *Et ibid.* Intemperies Solis. ¶ Translate *Cic. l.* 8. *Attic.* Qui videor non ſtulte illius amici intemperiem tuliſſe. *h. e.* intemperantiam. *ſtravaganza di coſtumi. Gellius l.* 1. *c.* 17. Has Xantippis intemperies in maritum Alcibiades demiratus, &c.

Intempeſtas, atis, f. idem ac intemperies. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Malum patremfamilias, quiſquis interdiu faceret, quæ noctu poſſet, niſi intempeſtate cœli.

Intempeſtĭve, adv. *non a tempo*, ἀκαίρως, importune, extra tempeſtatem, ſive tempus. *Cic.* 1. *Off.* Ne ſi iraſeamur aut intempeſtive accedentibus, aut imprudenter rogantibus. *Ovid. l.* 4. *de Pont. el.* 11. cum longa dies ſedavit vulnera mentis, Intempeſtive qui movet, ille novat.

Intempeſtivĭtas, atis, f. inopportunum tempus, *tempo improprio*, ἀκαιρία. *Gel. l.* 3. *c.* 16. Octavi menſis (ad partum) intempeſtivitas.

Intempeſtivĭter, adverb. intempeſtive. *In lemmate c.* 20. *l.* 4. *Gellii*. Dicere joca quædam intempeſtiviter.

Intempeſtīvus, a, um, *fuor di tempo*, *importuno*, Germ. *unzeitig*, Gall. *hors de temps*, *& faiſons*, Hiſp. *fuera de ſu tiempo*, ἀκαίρος, quod eſt præter tempeſtatem, ideſt, præter tempus, quod ſit præter temporis opportunitatem. *Cic. Att. l.* 4. Nunquam enim mihi tua aut intempeſtiva epiſtola, aut loquax viſa eſt. *Valer. Max. l.* 7. *c.* 8. *ſub fin.* Quid hoc joco intempeſtivius? ¶ Intempeſtiva convivia. Vide *Tempeſtivus*. ¶ Accipitur etiam pro ominoſo, & mali portenti, *di mal' augurio*. *Plin. l.* 18. *c.* 3. de indiciis tempeſtatum, Anteres continuo clangore intempeſtivi, pecora exultantia, & indecora laſcivia ludentia, eandem ſignificationem habent.

Intempeſtus, o. 1. 2. *intempeſtivo*, *fuor di tempo debito*, ἄωρος, παράκαιρος, intempeſtivus. Hinc nox intempeſta, ἀκροννχία, ideſt ea pars noctis, quæ eſt inter noctem concubiam, & mediam noctem, quaſi intempeſtiva, ita dicta, quia non habet idoneum tempus rebus agendis. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 3. *Cenſorin. de die natali, cap. de diebus. Serv. in* 3. *Æn.* dicit eſſe mediam noctem, & dictam eſſe, quia caret tempore, quaſi inactuoſam, ſive actibus carentem, quibus tempus dignoſcitur. *Var. l.* 5. *de L. L.* ait noctem intempeſtam vocari, quæ eſt inter veſperuginem, & jubar, quia, ut Ælius voluit, nullum tunc eſt agendi tempus, cum homines prope omnes, aliaque animantia cubare ſoleant, unde a quibuſdam *concubium*, ab aliis *ſilentium noctis*, ab aliis *conticinium* vocatur. Denique *Feſtus* ſcripſit: Intempeſtam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horæ, quam diei poſſunt intelligi. *Cic.* 6. *Ver. c.* 43. Repente nocte intempeſta ſervorum fit armatorum concurſus, atque impetus. ¶ Accipitur etiam pro eo, quod eſt ſine temperie, pro peſtilenti. *Virg.* 10. *Æn. v.* 184. Et Pyrgi veteres, intempeſtæque Graviſcæ.

Intemporālis, le, adject. qui eſt extra tempus, hoc eſt æternus. *Prudent. in Roman. v.* 316. Intemporalis ante, quam primus dies.

Intemporalĭter, adverb. intempeſtive, importune. *Cæl. Aurelian. Tard.* 1. *c.* 4. Intemporaliter adjutoria adhibere.

Intendo, is, endi, enſum, a. 3. *eſtendere*, *tirare*, *drizzare*, *caricare*, נשמה, Ger. *ſpannen*, Gal. *tendre*, *itendre*, Hiſp. *tender*, *enteſar*, ἐκτείνω, proprie eſt valde tendere, ſeu extendere, porrigere, quod lentum, & remiſſum eſt. *Virg.* 8. *Æn. v.* 704. Arcum intendebat Apollo. *Cic. l.* 16. *ad Attic. epiſt.* 14. Intendere dexteram ad ſtatuam. ¶ Hinc intendere aciem, intendere oculos, eſt attentius inſpicere. *Cic.* 4. *Tuſc.* Aciem acrem in omnes partes intendere. *Plin. l.* 2. *ep. ult.* Componit vultum, intendit oculos. ¶ Translate intendere animum, eſt totis ingenii viribus incumbere. *Liv. in præfat.* Ad illa pro ſe quiſque animum intendit. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 35. Intendas animum ſtudiis, & rebus honeſtis. *Salluſt. in Jug.* In regnum Adherbalis animum intendit. ¶ At, intendere animo, eſt animo ſtatuere, propoſitum habere, *aver' intenzione*,

o mira. Cic. Phil. 10. *c.* 4. Si Antonius, quod animo intenderat, perficere potuiſſet. ¶ Dicimus etiam, intendere cogitationem, curam, &c. in, vel ad aliquid. *Liv. l.* 37. Omnem curam in belli apparatum intendit. *s' applicò. Id. l.* 40. Intendere cogitationem ad aliquid. Sic, intendere conſilium, h. e. capere. *Ter. Andr.* 4. 4. 12. Repudio conſilium, quod primum intenderam. ¶ Cum infinito *Liv. l.* 38. *c.* 2. Poſtero die ducere ad Argitheam intendit. ¶ Significat etiam augere. *Tacit. l.* 2. *Ann. c.* 38. Langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſocordia. Sic intendere formidinem, gloriam, cupiditates, &c. *apud eund. ſæpe*. Intendere luſus Principis, h. e. adjuvare, & augere, *Id. l.* 13. *Annal.* ¶ Item tendere, *Cic. pro Mur. c.* 9. Ut eo, quo intendit, cum exercitu mature perveniat. *Liv. l.* 36. Intendere iter ad Prætorem. Et *l.* 20. Intendere iter in Italiam. ¶ Item inferre, intentare. *Cic. pro Mil. c.* 14. Diem mihi dixerat, mulctam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. h. e. in judicium vocarat. *Liv. l.* 9. Intendere crimen in aliquem. h. e. accuſare. Sic intendere periculum, h. e. faceſſere, *Cic. pro Quint.* Intendere alicui inimicorum formulam, *Sueton. in Vitel. c.* 7. V. *Formula*. ¶ Item intentionem habere, *prestendere*, *aver' intenzione*. *Teren.* 3. 3. 19. Hanc ſe intendit eſſe. ¶ Item illigare, innectere. *Virg.* 2. *Æn.* Et ſtupea vincula collo intendunt. ¶ Item adverſari, contendere. *Cic. ad Lentul. ep.* 2. *l.* 1. Proxima erat Hortenſii ſententia, cum Lupus Trib. pleb. intendere cœpit. ¶ Alii legunt *contendere*. ¶ Intendere ſe adverſarium in aliquem, *dichiararſi nemico*. *Cæl. Cic. lib.* 8. *Fam. ep.* 4. ¶ Intendere ſe in rem, *applicarviſi*. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. ¶ Intendere ſe ad firmitatem, *raſſodarſi*. *Cic. Tuſc.* 4. Nec vero unquam ne ingemiſcit quidem vir ſapiens, niſi forte, ut ſe intendat ad firmitatem. ¶ Intendere leges, eſt earum ſeveritatem augere. *Plin. ep.* 9. *l.* 4. ¶ Intendere officia. h. e. officiis plene ſatisfacere. *Salluſt. in Jug.* Numidæ, ſicuti plerique in nova deditione, officia intenderant. ¶ Intendere in ſe. *attendere a ſe*. *Senec. in præfat. l.* 1. *quæſt. nat.* Cum diſco, quid ſit Deus, totus in ſe intendat, an ad nos aliquando reſpiciat.

Intenſĭo, onis, f. extenſio, intentio. *Senec. l.* 2. *quæſt. nat. c.* 6. Quid eſt vox, niſi intenſio aeris? Adde *l.* 8. *c.* 9.

Intenſus, a, um, adject. intentus, extenſus, *teſo*, *tirato*. *Nazar. in Paneg. Conſtant. c.* 23. Virtus in parvis prope ad ſecuritatem remiſſa, in mediocribus modice intenſior. *Senec.* 2. *de Ira*, *c.* 35. Intenſior impetus. ¶ Afferuntur loca alia ex *Cicerone*, in quibus plerumque *intentus* legitur. nam *intenſus*, quamquam idem ſignificat, minus frequenter tamen uſurpatur.

Intentatĭo, onis, f. actus intentandi, ut intentatio criminum, h. e. accuſatio, objectio, apud *Tertul. in Apolog. c.* 46. Intentatio digitorum, apud *Senec. l.* 2. *de Ira*, *c.* 4. h. e. intenſio, immiſſio. verba ſunt; Nec oculi ad intentationem ſubitam digitorum comprimantur. Alii tamen leg. *intentionem*.

Intentātus, a, um, extenſus, partic. ab intentor. *Liv. l.* 9. *c.* 27. Gladii etiam plerique intentati, & vulnerati quidam, necatique. ¶ Item non tentatus, ideſt non expertus, *non tentato*, ἀπείρατος. *Hor. in Art. Poet.* Nil intentatum noſtri liquere poetæ. Adde *Mart. l.* 2. *epigr.* 14.

Intente, adv. *intentamente*, *diligentemente*, Ger. *fleiſſiglich*, Gal. *ſoigneuſement*, Hiſp. *con cuydado*, ἐπιμελῶς, accurate, diligenter. *Quinctil. l.* 2. *c.* 2. Audire aliquem intente, & modeſte. *Liv. l.* 25. *c.* 23. Intentius cuſtodire locum. *Lamprid. in Heliogab. c.* 14. Intentiſſime exſpectans. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 35. Intentius ſe excuſare.

Intentĭo, onis, f. 3. *intenzione*, *eſtenſione*, ἐπίτασις, ἔντασις, proprie idem eſt ac extenſio, augmentum, cui opponitur laxatio, vel remiſſio. *Col. l.* 6. *c.* 6. Cruditatis ſigna ſunt, crebri ructus, ac ventris ſonitus, faſtidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi. *Gell. l.* 16. *c.* 5. Ve particula, ſicut quædam alia, tum intentionem ſignificat, tum minutionem. ¶ Ponitur etiam pro conatu, vehementia. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 23. Simillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum, remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere. ¶ Item pro animadverſione, & diligentia, qua animus ad id, quod agendum eſt, intenditur, ſeu dirigitur. *Quinct. l.* 8. *c.* 2. Non ſemper tam eſſe acrem judicis intentionem, ut obſcuritatem apud ſe ipſe diſcutiat. *Plin. in ep.* 10. *l.* 2. Ut tantum curæ, intentionisque ſuſcipere & poſſint, & velint. ¶ Per Synecdochem ponitur pro voluntate, & deliberatione aliquid agendi. *Plin. in paneg. c.* 78. Hæc nempe intentio tua eſt, ut libertatem revoces. ¶ Metonymice uſurpatur pro ſcopo, ſeu fine. *Id. l.* 2. *ep.* 5. His tu, rogo, intentionem ſcribentis accommodes. ¶ Apud Rhetores eſt oratio, qua crimen, vel debitum alicui objicitur. *Cic. l.* 1. *de Invent.* & *Quintil. l.* 3. *c.* 11. ¶ Apud Logicos eſt major ſyllogiſmi propoſitio, *la maggiore*. *Quintil. l.* 5. *c. ult.* ¶ Sumitur & pro harmonia. *Auctor fragmenti de muſica*, *quod cum Cenſorino edi ſolet*. Organon quondam tres habuit intentiones, gravem, mediam, & acutam. ¶ Apud JCtos accipitur pro actione in judicio. *Ulp. l.* 1. *Dig. Si menſor* &c. Si autem ex locato fuerit actum, dicendum erit, nec tenere intentionem.

Intento, as, avi, atum, a. 1. *diſtendere*, πρτείνω, freq. ab intendo, ut Intentare arma, gladios, ſicam, ideſt, extendere in aliquem. *Liv. l.* 3. *c.* 47. Intentans in Appium manus. ¶ Ponitur etiam pro comminari, *minacciare*, Germ. *revven*, Gal. *menacer*, Hiſp. *amenacar*, ἀπειλῶ. *Virg.* 1. *Æn.* Præſentemque viris intentant omnia mortem. ¶ Item pro injicere, imponere. *Hirc.* 6. *bell. Hiſp.* Et ei manus intentare cœperunt. ¶ Item pro tentare, experiri. *Liv. l.* 8. *Bell. Mac.* Irrito incepto, cum intentaſſent magis, quam iniſſent certamen, Ætoli abſceſſerunt. Sed hic fortaſſe pro *minari*, vel pro *oſtendere* accipiendum eſt.

Intentus, a, um, *intento*, *eſteſo*, נמתח, Ger. *geſpannen*, Gal. *itendu*, Hiſ. *tendido*, ἐντεταμένος, extenſus, porrectus, ab intendor. *Cic.* 3. *de Or.* Nam voces, ut chordæ, ſunt intentæ, quæ ad quenque tactum reſpondeant. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. Sella intenta loris. ¶ Item attentus, diligens. *Liv. l.* 3. Operi certe, id quod conſtat, agreſti intentus. *Quint. l.* 10. *c.* 1. Vix ſingula quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſit. *Salluſt. in Catil. c.* 2. Intentus aliquo negotio artis bonæ famam quærit. Rurſus *Liv. l.* 23. *c.* 35. Intentior ſtruendæ fraudi. *Id. l.* 26. Intentus in omnem occaſionem rei gerendæ. *Cic. Phil.* 11. Intentus ad liberandum. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 60. Intentior ſermo. h. e. vehementior. *Tacit. l.* 17. Intentis alimentorum pretiis. h. e. auctis.

Intentus, us, m. extenſio. *Cic. pro Sext. c.* 55. Voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnem profuderunt.

Intepĕo, es, ui, n. 2. idem ac tepeo, vel tepidus fio. *Prop. l.* 4. *Eleg.* 1. *v.* 124. Et lacus æſtivis intepet Umber aquis.

Intepeſco, is, pui, n. 3. idem fere ac interpeo, *divenir tepido*. *Sen. ep.* 78. Ne quis intepeſcat cibus. *Col. l.* 1. *c.* 1. Intepeſcente frigore.

Inter, *tra*, *fra*, בין, Germ. *zwiſchen*, Gal. *entre*, Hiſp. *entre*, μεταξύ, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt, & denotat medium quiddam, dicturque de loco, de tempore, de perſona, ab *in*, ut ſubter a *ſub*, propter a *pro*. *Cic. Att. l.* 3. Inter me, & Brundiſium Cæſar eſt. *Id. de Am.* Quæ ſæpe inter me, & Scipionem de amicitia diſſerebantur. ¶ Accipitur etiam pro *in numero*. *Cic. pro Planc.* P. Craſſus inter Equites

R. ſummo ſplendore fuit. ¶ Item pro *in locum*. *Cic. in Catil.* Dico te priore nocte veniſſe inter falcarios, in M. Leccæ domum. ¶ Item pro *in*. *Cic. ad Q. Fr.* Hæc inter cœnam Tyroni dictavi. *Id. Verr. 7. c. 11.* Erat exitus ejuſmodi, ut alius inter manus e convivio, tanquam e prælio auferretur, alius tanquam occiſus relinqueretur. Sic inter diem, pro interdiu. *Gel. l. 9. c. 4.* Inter vias, *Terent. Eun. 4. 2. 1.* pro in via. ¶ Item pro *intra*. *Cic. pro Quinct. c. 14.* Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintium. ¶ Inter hæc, *in queſto mentre*, tranſitionibus inſervit. *Liv. l. 24. & alibi.* ¶ Uſurpatur etiam pro *invicem*, *mutuo*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Dii inter ſe diligunt. ¶ Item pro *poſt*. *Virg. 6. Æn. v. 30.* Hunc inter fluvio Tyberinus amœno. ¶ Componitur fere cum omnibus literis. Sed in *intelligo*, & ſimilibus *r* in *l* mutatur.

Interæſtŭo, as, avi, atum, n. 1. per intervalla æſtuo. *Plin. l. 6. epiſt. 16.* Stomachus illi natura invalidus, & frequenter interæſtuans erat.

Interalbĭco, as, n. 1. eſt colorem album per intervalla oſtendere inter alios colores emicantem, quod in quibuſdam varii coloris gemmis accidere ſolet, & in veſtibus quibuſdam. *Plin. l. 37. c. 10.* Leucochryſos fit chryſolito interalbicante.

Interamentum, i, n. quidquid ad aliquid interius muniendum, vel inſtruendum requiritur, ab *inter*, vel *intra*. *Liv. l. 28. c. 45.* Populonienſes ferrum, Tarquinienſes lintea in vela, Volaterrani interamenta navium, & frumentum polliciti ſunt. h. e. interiorem navium apparatum. Aliquis legit *inceramenta*. h. e. picem, & ceram, & ſimilia ad naves oblinendas. V. *Cera* in fine.

Interamna, f. 1. *Terni*, *Terani*, urbs Umbriæ Interbito ad Narem fl. in planitie, inter Spoletium 12. M. P. & Narniam 6. in via, quæ Romam ducit. Pop. *Interamnates*. ¶ Interamna altera, opp. Volſcorum, in Latio, in R. Neap. & in prov. Terræ laboris, ad Lirim fl. aliquot mill. infra Inſulam ad Mer. cujus nunc veſtigia viſuntur prope vicum *Ponte Corvo*. Alii credunt, tuiſſe paulo ſupra, ubi nunc caſtr. *l' Iſoletta*, aliquot mill. ab Aquino in Occ. Alius eſt *Torre di Termine*.

Interamnānus. V. Interamnus.

Interamnĭa, f. 1. *Teramo*, urbs alias Samnitum, in Præcutiano agro, nunc R. Neap. in Aprutio ult. ab ora maris Hadriatici 14. M. P. in Occ. inter Batinum, & Vomanum fl.

Interamnis, e, adject. qui eſt ex Interamna. *Cic. pro Mil.* C. Caſſius Interamnis.

Interamnus, vel Interamnanus, a, um, adject. qui inter duo amnes jacet, *μεσοποτάμιος*. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 56.* Terras interamnas (*Meſopotamiæ ſcilicet*) recepimus. Al. leg. Interamnanas. *Solin. c. 32.* Spatia amplecti interamna.

Interanĕa, nium, n. 2. *interiori*, *τὰ ἔντερα*, inteſtina, ab intra, quod intra corpus ſint condita. *Plin. l. 30. c. 7.* Interaneorum morbi. *Id. lib. 22. c. ult.* Lens paluſtris glutinat interanea procidentia. *Colum. l. 9. c. 14.* Aves occiſas exemptis interaneis. ¶ In ſingulari num. *Plin. 32. 9.* Procidentis interanei morbus.

Interanĕus, a, um, internus, intimus. *Plin. 20. 11.* Hippoſelinum poto ſemine torminibus interaneis medetur.

Interareſco, is, arui, n. 2. *ſeccarſi in tutto*, *διαξηραίνομαι*, eſt penitus areſcere, hoc eſt, omnino aridum fieri. *Cicer. 5. Tuſc. c. 14.* Nihil enim interareſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit.

Interātim, adv. idem ac interim. *Feſtus.*

Interbĭbo, is, n. 3. *bere tutto*, *ἐκπίνω*, totum bibo, plane ebibo. *Plaut. Aul. 3. 6. 22.* Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenen poteſt.

Interbĭto, is, n. 3. idem quod intereo, pereo. *Plaut. Moſt. 5. 1. 47.* Ne illi huc confugere poſſint, quæſtioni quos dabo, Hic ego tibi præſidebo, ne interbitat quæſtio. Eadem ſignificatione uſurpatur *Perbito* ab eodem Plauto, & aliis apud Nonium c. 2. n. 654. Itaque minus recte plures Lexicographi interbitere exponunt, intervenire.

Intercæſa, & porrecta. V. Intercīſi dies.

Intercalāris, & re, o. 2. *interpoſto*, *ἐμβόλιμος*, *ἐμβολιμαῖος*, quod interſeritur, interjectitium, interpoſititium, ut Menſis intercalaris, ideſt, Februarius, cui dies quarto quoque anno, Terminalibus jam peractis, intercalabatur, ſeu inſerebatur, nempe inter diem 24. & 25. ſeu ante 5. Cal. Martii, ut anni civiles cum aſtronomicis congruerent, a *calo*, voco, vel potius ab *inter*, & *calendæ*, quia ille dies inter ſextum, & quintum calendas Martias interponebatur. V. *biſextus*. ¶ Intercalares calendæ, dicebatur primus dies Februarii. Sed aliqui intelligunt calendas Martii, quia intercalationem in Februario factam, quinque tantum diebus interpoſitis, ſequerentur. *Cic. ad Ligar. l. 6. Fam. ep. 15.* Cum ad tertium calendas intercalares rogatu fratrum tuorum veniſſem mane ad Cæſarem. ¶ Intercalaris verſus eſt, qui frequenter intercalatur, ac repetitur, ſeu inter aliquos verſus interponitur. *Serv. in 8. Ecl.* dictus eſt ad exemplum, quo dicebant *dies intercalaris*. *Sed Voſſ. & Scal. l. 7. de emend. temp.* contra ajunt, veteres diei intercalationem vocaſſe a carmine ſuccentivo, quod colis, & ſtrophis abſolutis iterabatur. Hujus exemplum habes in *Virg. Ecl. 8.*

Intercalarĭum, rii, n. ſubſt. tempus, quod intercalatur, ut annus cum curſu Solis conveniat. *Cic. 2. Ver. c. 52.* Tunc Cephaleditani decreverunt intercalarium quadraginta quinque dies longum, ut reliqui menſes in ſuam rationem reverterentur.

Intercalarĭus, a, um, idem quod intercalaris. *Liv. l. 37. c. 59.* Triumphavit menſe intercalario pridie calendas Martias.

Intercalatĭo, onis, f. interpoſitio. *Plin. l. 1. c. 47.* Per ſingulas intercalationes. *Macrob. lib. 1. Sat. c. 13.* Omni intercalationi menſis Februarius deputatus eſt. V. *Intercalaris*.

Intercalātor, oris, m. qui interponit. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 13.* Octo intercalatores dies.

Intercalātus, a, um, interpoſitus, atque ita dilatus, prorogatus, *Liv. l. 9. c. 9.* Hanc jam ut intercalatæ pœnæ uſuram habeant. V. *intercalo*.

Intercălo, as, a. 1. *intraporre*, *intramettere*, *παρεμβάλλω*, interſero, interpono. Sæpe uſurpatur impersonaliter. *Cato de R. R. c. 150.* Si intercalatum erit calendis Majis, anno 30. ne amplius promittat. *Plin. l. 18. c. 25.* Ita, ut 12. annis continuis non intercalaretur. ¶ Ponitur etiam pro differre, prorogare. *Cic. Att. l. 5. ep. ult. in fin.* Cum ſcies, Romæ intercalatum ſit, nec ne. *Id. ibid. ep. 9.* Te rogo, ut pugnes, ne intercaletur. Sed etiam in his locis poteſt exponi pro *interponere*: e. g. Ne interponatur aliquid ſpatii.

Intercapedinātus, a, um, nom. ex particip. intervallo diſtinctus, diviſus. *Martian. Capel. l. 9.* Vaneſcentia intercapedinatæ prolixitatis oblivia.

Intercapēdo, inis, f. *intervallo*, Ger. *vuas darfivviſchen iſt*, Gal. *intervalle*, Hiſ. *intervalo*, *διάστημα*, *διαχώρημα*, quod inter duo temporis ſpatia intercipitur, interſtitium temporis. *Cic. Tyroni, l. 16. Fam.* Itaque jam me non pœnitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe. *Id. 1. Fin. c. 18.* Quas ob cauſas in eorum vita nulla eſt intercapedo moleſtiæ. ¶ Generatim accipitur pro quovis intervallo. *Sueton. in Veſpaſ. cap. 10.* Litium ſeries excreverant, intercapedine jurisdictionis. Adde *Cic. Fam. 9. ep. 22.*

Intercardinātus, a, um, adject. ut intercardinatæ trabes, h. e. cardine ſimul colligatæ, *incaſtrate*, apud *Vitruv. l. 10. c. 20.*

Intercēdo, is, eſſi, eſſum, n. 3. *frapponerſi*, *ἐπίστασθαι*, proprie idem eſt, quod medium eſſe, & inter duo ſpatia ſive temporis, ſive loci interponi, intervenire, interjacere. *Cæſ. l. 1.* Non ſe hoſtem veteri, ſed anguſtias itineris, & magnitudinem ſylvarum, quæ inter eos, & Arioviſtum intercederent. *Cic. 2. de Or.* Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ. ¶ Accipitur etiam pro eſſe, extare, ut Amicitia, neceſſitudo, ſocietas, affinitas, controverſia, diſſenſio mihi cum aliquo, vel inter nos intercedit. *Cic. 1. Fam. ep. 2.* De his rebus Senatus auctoritas graviſſima interceſſerat. *Id. Ap. Pulchro, l. 3. Fam.* Veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt. ¶ Item pro opponere ſe, hoc eſt, rem aliquam impedire, & prohibere, quod apud Romanos proprium fuit Tribunorum plebis, *intercedere*, *intramettersi*, *impedire*, *ἐπίστασθαι*, *Cic. 10. Fam.* Meæque ſententiæ rogatu Servilii P. Titius interceſſit. *Cæſ. l. 8.* Nihil intercedit, quominus Samniti populo pacis, bellique arbitrium ſit. *Ter. Andr. 5. 5.* Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit, intervenerit, vel impediverit. ¶ Item pro ſpondere, fidejubere. *Cic. Att. l. 1.* Accerſivit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. *Id. Att. l. 6. ep. 1.* Adſcribit, & quaſi calcar admovet, interceſſiſſe ſe pro iis. ¶ *Plin. l. 32. c. 1.* Quadringentorum remigum obſequio contra ſe intercederet. h. e. impediret, ne ii remiges obſequerentur, & navim agerent. De echeneide piſce loquitur. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Cic. de Provinc. Conſ.* Qua intercedi de provinciis non licebit. *Id. l. 1. Fam.* Cui ſcis interceſſum eſſe.

Interceptĭo, onis, f. *occupazione*, actus intercipiendi. *Cic. pro Cluent. c. 60.* Per quem porro datum? unde ſumptum? quæ deinde interceptio poculi?

Interceptor, oris, m. qui intercipit. *Liv. l. 4. cap. 50.* Prædæque interceptorem, fraudatoremque etiam malum minari inſilitibus? *Id. l. 3. c. ult.* Interceptor litis alienæ.

Interceptus, a, um, *intercetto*, *tolto di mezzo*, *μεσολαβηθείς*, partic. ab intercipior. *Cic. ad Q. Fr.* Ne cujuſquam animum meæ litteræ interceptæ offendant. *Plin. in ep. 50. l. 10.* Interceptus mortalitate. h. e. morte præventus. *Tacit. Ann. 3. c. 12.* Interceptus veneno. h. e. exſtinctus.

Interceſſĭo, onis, f. 3. *oppoſizione*, *impedimento*, *ὑπεξαίρεσις*, oppoſitio, prohibitio, ne quid fiat. Erat autem interceſſio propria Tribunorum, quibus jus fuit intercedendi, hoc eſt, vetandi, prohibendique. Nam (ut Gel. docet l. 12. c. 13.) Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non juri dicendo, ſed interceſſionibus faciendis, ut injuria, ſi qua fieret, arceretur, & ut vim fieri prohiberent. *Cic. 2. Phil.* Cum auſpicia Augur, interceſſionem Conſul ſuſtuliſſes. ¶ Item interventus, præſentia. *Gell. l. 14. c. 2.* Probari debere pecuniam datam, chirographi exhibitione, tabularum obſignatione, teſtium interceſſione. ¶ Dicitur etiam de fidejuſſione in re pecuniaria, quemadmodum intercedendo pro fidejubeo adhibetur, quod V. loco ſuo. *Cic. lib. 1. Att. ep. 3.* Mea interceſſio & eſt, & fuit parata. *Id. Parad. 6. cap. 2.* Interceſſiones pecuniarum in coitionibus candidatorum.

Interceſſor, oris, m. *chi s' oppone*, פּוֹרֵעַ, Ger. *verhinderer*, Gal. *interceſſeur*, Hiſ. *interceſſor*, *ἐνστάτης*, *μεσίτης*, oppolitor, qui intercedit. *Cic. Agrar. 2. c. 12.* Cum interceſſio ſtultitiam interæſſoris ſignificatura ſit, non rem impeditura. *Liv. l. 4. c. 53.* Interceſſores legis Agrariæ. ¶ Item fidejuſſor. *Senec. ep. 119.* Nolo per interceſſorem mutueris.

Interceſſus, us, m. interventus. *Valer. Maxim. l. 5. cap. 4. n. 2.* Conſulem graviter ſaucium interceſſu ſuo ſervavit.

Intercīdo, is, cidi, cīſum, a. 3. *tagliare per mezzo*, *o in mezzo*, *διακόπτω*, per medium ſeco, ex *inter*, & cædo. *Plin. l. 6. ep. 22.* Corrupto ſcribæ ſervo interceperat commentarios, intercideratque. *Colum. l. 4. c. 32.* Arundinetum denſatum poteſt intercidi, & diſrarari: quod opus ruſtici caſtrationem vocant.

Intercĭdo, is, cidi, caſum, n. 3. *cadere*, *παρπίπτω*, idem ac cado, vel inter aliqua cado. *Liv. l. 26.* Ut vix ullum telum in mare vanum intercideret. ¶ Eſt item perire, interire, deficere, *perire*, *ἀπόλλυμι*. *Cic. pro Dejot.* Pereant amici, dum una inimici intercidant. *Liv. l. 2. c. 8.* Credo, quia nulla geſta res inſignem fecerit Conſulatum, memoria intercidiſſe. *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 6.* Quod ſi interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox. h. e. ſi oblitus fueris.

Intercinctus, a, um, *diſtinto*, maculis quibuſdam circumquaque diſtinctus. *Plin. l. 37. c. 10.* Candore intercincto variis coloribus. Melius legitur interſtinctus.

Intercĭno, is, a. 3. *cantare in mezzo*, *παῳδῶ*, cantum immiſceo, interpono, infero. *Hor. in ar. poet. v. 194.* Neu quid medios intercinat actus, quod non propoſito conducat, hoc eſt, nihil ſcribat, quod non ad propoſitum faciat.

Intercĭpio, is, epi, eptum, a. 3. *togliere di mezzo*, לבד, Ger. *auffſahen*, Gal. *intercepter*, Hiſp. *entrefacar*, *tomar*, *μεσολαβῶ*, interverto, impedio, efficio, ne quid eo perveniat, quo deſtinatum eſt. *Cic. pro Cluen.* Id, cum daretur in muſſo, Balbutium quendam ejus familiarem intercepiſſe, bibiſſe, ſtatimque eſſe mortuum. *Caſſius ad Cic. l. 12. Fam. ep. 12.* Intercipere litteras. *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 6.* Intercipere regnum. *Id. in Paneg.* Intercipere victoriam. *Col. l. 9. c. 3.* Intercipi morbo. ¶ Eſt item aliquem inter agendum occupare, incautum per inſidias capere. *Plaut. Aſin. 1. 1. 93.* Quid, ſi forte in inſidias devenero? tum redimes me, ſi me hoſtes interceperint. *Tacit. Agric. c. 5.* Exercitus intercepti. h. e. deleti. *Nepos in Iphicrate c. 2.* Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit. Al. leg. *interfecit*. V. Mora. ¶ Intercipere iter, *ſerrar la ſtrada*. *Curt. l. 4. cap. 2.* Præceps in ſalum murus pedeſtre interceperat iter.

Interciſe, adv. *diviſamente*, *σωτόμως*, ſectim, & per inciſiones. *Cic. in Partit. c. 7.* Deinde idem interciſe, atque permixte. *Gell. l. 11. c. 2.* hæc etiam ſparſim, & interciſe commeminimus.

Intercīſi dies, erant ſpecies dierum promiſcuorum, qui prima, & ultima parte erant nefaſti, ſed media faſti erant. *Macrob. l. 1. Sat. c. 16.* Dicti ita fuere, quia faſti erant inter cæſa, & porrecta, ideſt, inter cædem hoſtiæ, & oblationem extorum. Nam medio illo intervallo Sacerdos cæremonias quaſdam peragebat, & tunc Prætori licebat fari verba illa, *do*, *dico*, *addico*, ideſt, juriſdictionem exercere. Vel intercīſi dicti ſunt, quia inter primam diei partem, & ultimam fas intercedebat, vel etiam, quia nefas ſacrificio interciſum fuerat. *Varro l. 5. de L. L.* Vel ita appellati ſunt, quod diviſi eſſent, partem eorum ſibi Diis, partem hominibus vendicantibus. Sed in commune erat omnibus diebus promiſcuis, qui Deorum, hominumque communes erant. Iidem dies *Endotercīſi* vocabantur. Nam veteres *endo* pro *in* dicebant. Hi dies in Calendario literis *En.* ſcribebantur.

Intercisĭo, onis, f. *rodimento*, roſio, morſus. *Plin. l. 20. c. 14.* Interciſiones ſtomachi. Al. leg. *Item roſiones*. *Varr. in fragment.* A ſecuris interciſione.

Intercisīvus. V. Interſecivi.

Interclūſus, a, um, nom. ex particip. *tagliato a mezzo*, *troncato*, abruptus, reſciſſus. *Cic. in Parad.* Intercīſæ pactiones. *Cæſ. l. 8. B. G. c. 14.* Jugum mediocri valle a caſtris interciſum. ¶ Dies interciſi, V. ſup. *Intercīſi*.

Interclū-

Intercludo, is, si, sum, a. 3. *serrare, chiudere*, עצר, Ger. *narzuvischen zuschliessen*, Gal. *enclorre, fermer*, Hispan. *cerrar, estorvar*, ἀποκλείω, claudo, interscpio. *Cic. Att. l.* 9. Ut plane intercluſi, captique simus. ¶ Sæpe usurpatur pro iter claudere, iter impedire, *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 63. Ita, ut quibusdam sit intercluſa anima. ¶ Item pro impedire. *Virg.* 2. *Æn. v.* 110. Sæpe illos aspera ponti intercluſit hyems. *Cæſ.* 1. *B. C.* Hostes intercludere ab oppido, & ponte. ¶ Fugam intercludere, est iter occupare, per quod inimici fugam arripere possent. *Cæſ.* 7. *B. G. c.* 11. ¶ Commeatum alicui, vel commeatu aliquem intercludere, est impedire, & itinera obsidere, ne inimicis commeatus possit desetri. *Plaut. Mil.* 2. 2. 68. Interclude inimicis commeatum, tibi muni viam. *Cæſ.* 1. *B. G. c.* 48. Eo consilio, uti frumento, commeatuque, qui ex Sequanis, & Heduis importaretur, Cæsarem intercluderent. ¶ *Cic. Att. l.* 8. *c.* 8. Intercludi dolore. *h. e.* opprimi.

Interclusio, onis, f. *impedimento*, מעצר, Germ. *verbinderung*, Gal. *coupement, empêchement*, Hisp. *encerramiento, estorvo*, ἀπόκλεισις, impedimentum, occupatio. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 46. Clausulas enim, & interpuncta verborum animæ intercluſio, atque anguſtiæ spiritus attulerunt. *Quinctil. l.* 9. *c.* 5. Parenthesim intercluſionem appellat.

Intercluſus, a, um, *serrato, impedito*, clauſus, impeditus. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 11. Nobis iter illud omnino intercluſum videtur. *Curt. l.* 3. *c.* 6. Intercluſus spiritus.

Intercolumnium, n. *spazio fra l'una, e l'altra colonna*, Germ. *ein zwischen zweyen seulen*, Gal. *espace entre deux colomnes*, Hisp. *espacio entre dos columnas*, μεσοστύλιον, spatium inter columnas. *Vitr. l.* 3. *c.* 1. *Auct. ad Her. l.* 4. Ædes, intercolumnium, angulum, fornicem. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 2. Intercolumnia ambulationis conveſtit hedera.

Interconcilio, as, avi, atum, a. 1. idem ac concilio, ideſt, benevolum reddo. *Quinctil. l.* 12. *c.* 10. Sive aliud interconciliandi videtur præstare officium.

Interculco, as, avi, atum, a. 1. calco in medio, vel inter aliqua, ex inter, & calco. *Col. l.* 12. *c.* 43. Ita distantes, ut interculcari possint vinacea.

Intercurro, is, intercurri, rsum, n. 3. *intervenire*, μεσιτεύω, intervenio, intercedo. *Cic.* 8. *Phil. c.* 6. Pugnatur acerrime, qui intercurrerent, misimus tres principes civitatis, hos contempsit Antonius. *Id.* 2. *Tusc.* Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit.

Intercurso, as, avi, atum, n. 1. frequentat. ab intercurro, sed ejusdem fere significationis. *Liv. l.* 2. *c.* 35. Intercurſantibus barbaris. *Plin. l.* 3. *c.* 26. Æstuariis intercurſantibus. ¶ Per tmesim *inter enim curſare* dixit *Lucret. l.* 3. *v.* 263.

Intercurſus, us, m. *intervento, il frapporsi*. *Liv. l.* 2. *c.* 29. Consulum intercurſu rixa sedata est. *l.* 34. *c.* 5. Intercurſu matronarum inter duas acies prælium sedatum est.

Intercus, utis, o. p. gen. c. *tra carne, e pelle*, Ger. *zwischen haut, und fleisch*, Gal. *entre chuir, & chair*, Hisp. *entre cuero, y carne*, ὑποσαρκίδιος, τὸ ὑπὸ τ῾ δέρματος, inteſtinus, quasi inter carnem, & cutem, vel quasi intra cutem, ut *Aqua intercus*, quæ vulgo hydropisis dicitur, eum intra cutem aqua colligitur, qua corpus turgeſcit. *Cic.* 3. *Off.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. *Cato, de intercutitis, apud Priscian.* Intercutibus ſtupris flagitati. ¶ Translate ponitur pro occulto, ut *Vitium intercus*, quod foris non apparet, quasi intra cutem consiſtens. *Gell. l.* 13. *c.* 8. Cum vitia facundiſſime accuſarent, intercutibus vitiis ipsi madentes.

Intercuſſus, us, m. ab *inter*, & *quatio. Senec. l.* 3. *quæſt. natur. c.* 27. Quod olim fuerat nubilum, nox est, & quidem horrida, & terribilis, intercuſſu luminis diri. *h. e.* lumine inter noctem se quatiente. Quidam vetus codex habet *intercurſu*.

Intercutiti, mares ſtuprum paſſi, qui etiam inter cutem flagitati vocantur. *Feſt.*

Interdătus, a, um, adject. *Lucr. l.* 4. *v.* 866. Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus, Et recreet vires interdatus. h. e. interjecto convenienti temporis ſpatio datus, vel, inter corporeos meatus divisus.

Interdiānus, a, um, adject. interdius, diurnus. *Cæl. Aurel. Tard.* 3. *c.* 9. Poſt interdianum cibum ambulatio adhibenda.

Interdīco, is, xi, ctum, a. 3. *interdire, proibire, vietare*, מנע, Germ. *verbieten*, Gal. *defendre*, Hisp. *vedar, entredezir*, παραγγέλλω, veto, prohibeo, decretum interpono. Dicitur de loco, de homine, de re. Interdum usurpatur ut activum 3. ordinis. *Liv. l.* 34. *c.* 7. Fœminis duntaxat usum purpuræ interdicemus. *Id. l.* 8. Interdictumque mare Antiati populo est. *Sen. l.* 3. *de ira*. Statim illi domum meam interdicam. *Cic. pro Domo*. Ut mihi aqua, & ignis interdiceretur. Plerique leg. *igni*. ¶ Interdum in primo activorum ordine. *Suet. de Ner. c.* 33. Et cum interdixiſſet usum amethyſtini, ac Tyrii coloris. ¶ Frequentiſſime est neutrum 3. ordinis, sed præter dat. personæ exigit abl. rei sine præp. *Cæſ.* 1. *B. G.* Qua arrogantia in colloquio Arioviſtus usus omni Gallia Romanis interdixiſſet. ¶ Conſtruitur etiam cum conjunctivo, & particula *ne*, vel *ut ne*. *Cic. de Fin.* Mihi, ne faciam, interdictum puto. *Id. de Or.* Non interdictum est a rerum natura, aut a lege aliqua, aut more, ut ſingulis hominibus ne amplius, quam ſingulas artes noſſe liceat. ¶ Et cum infinito. *Sueton. in Galb. c.* 6. Pari severitate interdixit commeatus peti. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter paſſive. *Cic.* 6. *Phil.* Tanquam si illi aqua, & igni interdictum sit. ¶ Aliquando est interdictum promulgare. *Cic. pro Cæc.* Prætor interdixit, ut unde dejectus esset, reſtitueretur. *Id. ibid.* Prætor Dolabella interdixit de vi, hominibusque armatis. ¶ Aliquando est obstare, & tunc cum solo dativo conſtruitur. *Cic.* 4. *Ver.* Si Prætor improbus, cui interdicere nemo poſſit, det, quem velit, judicem. ¶ Interdicere rem capitalem alicui, h. e. capitis accuſare. *Cato apud Charisium l.* 2. Cum otioſus ambulas, qui apud Regem fuiſti, domi cum ille tibi interdixit rem capitalem. ¶ *Interdixem* pro *interdixiſſem*, *Q. Catulus in quodam carmine* apud *Gell. l.* 19. *c.* 8. Quid si non interdixem?

Interdictio, onis, f. *proibizione*, מניעות, Ger. *verbietung*, Gall. *defenſe, interdiction*, Hisp. *entredicho, prohibicion*, ἀπόῤῥησις, prohibitio. *Cic. pro Dom.* Non ademptione civitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. *Liv. l.* 42. *ad fin.* Ne interdictione finium noſtrorum & nos quoque regno arceamur.

Interdictor, oris, m. qui interdicit. *Tertul. de Præſcript. c.* 33. Interdictores nuptiarum.

Interdictum, i, ſub. n. *interdetto, divieto*, παράγγελμα, παραγγελία, vetatio, prohibitio, idem ac interdictio. *Cic. in Pis.* Numen, interdictumque Deorum vendidit. *Id. 1. de Or.* Multisque præſſem, qui interdicto tecum contenderent. ¶ Sed proprie Interdicta erant formæ, & conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut prohibebat, quod tunc maxime faciebat, cum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur. *Cic. in Rullum*. Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur?

Interdictus, a, um, *vietato*, vetitus, prohibitus, partic. ab interdicor. *Cic. pro Corn. Balbo*. Non modo nullo propoſito præmio, sed etiam interdicto. *Suet. in Cæl. c.* 25. Brevique miſſam facit, interdicto cujuſquam in perpetuum coitu.

Interdĭu, adv. *di giorno*, μεθ' ἡμέραν, die, de die, per diem, cui contrarium est noctu, an interdiu.

Interdĭus, idem ac interdiu, apud vet. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 9. Negotioſus interdius. *Id. Aulul.* 1. 1. 33. Pervigilat noctes totas, tum autem interdius, quaſi ſutor claudus, domi ſedet totos dies.

Interduātim, adv. idem ac interdum, apud vet. *Feſt.* Affertur & locus *Plauti in Truc.* 4. 4. 29. ſed non caret varia lectione.

Interductus, us, m. διαστολή, interpunctio, & diſtinctio, quæ inter ſententias a librariis duci ſolet. *Cic. in Orat. c.* 68. Ne infinite feratur, ut fiumen, oratio, quæ non aut ſpiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, ſed numero coacta debet inſiſtere.

Interdum, adv. *qualche volta*, ἐνίοτε, aliquando, nonnunquam, ex *inter*, & particula *dum*. *Cic. de Fin.* Interdum, vel potius nimium ſæpe id accidit. *Id. de clar. Orat. c.* 67. Genus acuminis ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. ¶ Videtur etiam uſurpari pro *interim*. *Juſtin. l.* 11. *c.* 9. Movebat hæc inultitudo hoſtium reſpectu paucitatis ſuæ Alexandrum, ſed interdum reputabat, quanta res cum iſta paucitate geſſiſſet. *Vellej. l.* 2. *c.* 74. L. Antonius vitiorum fratris ſui conſors, ſed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers. Adde *Apulej. ſub init. l.* 3. *Metam.*

Interdŭo, is, a. 3. pro interdo, as, a. 1. idem fere ac do. *Plaut. Capt.* 3. 5. 36. Dum pereat, nihil interduo. *Id. Trin.* 4. 2. 152. Ciccum non interduim.

Interĕa, adverb. *tra tanto, fra questo mezzo*, ἐν τούτῳ, ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, interim, ex *inter*, & *ea*. Habet ultimam longam, etſi accuſativus *ea* corripitur, quia adverbium est, ut *præterea, antea*, & ſimilia. *Cic. pro Rab.* Nec interea verbum interpoſuit Nævius. ¶ Ponitur etiam pro tamen. *Virg.* 1. *Georg.* Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ. ¶ Interea loci, *fra questo tempo*, ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, idem est, quod interea temporis. *Ter. Heaut.* 2. 3. 16. Tu interea loci collocupletaſti te, Antiphila.

Interemptibĭlis, le, adject. qui interimi poteſt. *Tertul. l.* 3. *cont. Marc. c.* 6.

Interemptĭo, onis, f. 3. *uccisione*, κατάφασις, actus interimendi, occiſio. *Cic. pro L. Manil. c.* 11. Iter Gallorum interemptione patefactum est. Ita legit *Gruter*. Alii *interitione*, vel *internecione*. *Porcius Latro declam. in Catil.* Haſtam contorquere in omnium interemptionem.

Interemptor, oris, m. qui interimit, *uccisore*. *Senec. epiſt.* 70. Interemptorem ſui fieri. Adde *Valer. Max. l.* 6. *c.* 1. *n.* 2.

Interemptrix, icis, f. quæ interimit. *Lactant. l.* 1. *c.* 10. Fratris interemptrix. Adde *Tertul. de Spectac. c.* 17.

Interemptus, a, um, particip. *uccifo*. *Horat. l.* 4. *od.* 4. *v.* 72. Aſdrubale interempto.

Interĕo, is, interii, itum, n. 4. *perire, morire*, διαφθείρομαι, occido, intercido, pereo. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Non intelligo, quomodo calore extincto corpora intereant, non intereant autem aut humore, aut ſpiritu amiſſo. *Id. pro Arch. c.* 8. Quas (tabulas) Italico bello, incenſo tabulario, interiiſſe ſcimus omnes. *Id.* 1. *Acad. c.* 7. Nil valentius, a quo intereat. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 7. Omnibus exitiis interii. ¶ *Interii* frequens est deſperantis exclamatio apud Comicos. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 38. Qui ſunt in lecto illo altero? N. Interii miſer! ¶ Interire pro inter aliquid ire, ſpectata verbi compoſitione, habet *Sever. in Ætna, v.* 450. Candentes efflat lapides, disjectaque ſaxa intereunt venis. Sic Gloſſæ vet. *intereo*, ἐπισέρχομαι.

Interequĭto, as, n. 1. *cavalcare tra mezzo*, διιππεύω, in medio equito. *Cæſ. l.* 6. *B. G.* Equites interequitant. *Liv. l.* 6. *c.* 7. Ordines interequitant.

Intererro, as, avi, atum, n. 1. inter aliquid erro. *Prudent. Cathem.* 6. *v.* 43. Non ſplendor intererrat.

Intĕrest, imp. anom. n. 1. *importare, appartenere*, διαφέρει, refert, pertinet, ab *inter*, & *ſum*. Conſtruitur cum nomin. & genit. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Hoc vehementer intereſt Reipublicæ. ¶ Loco nominativi sæpe conſtruitur cum infinitivo, ut omnia imperſonalia. *Cic.* 2. *Phil.* Quis enim est hodie, cujus interſit iſtam legem manere? ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. in Fam.* Utriuſque noſtrum magni intereſt, utrius ut te conveniam, quam decedas. ¶ Loco genitivi rei inanimatæ poteſt uſurpari cum acc. & præp. *ad. Cicer. Att.* Quanquam magni ad honorem noſtrum intereſt quam primum ad Urbem me venire. ¶ Item loco genitivorum *mei, tui, ſui, noſtri, veſtri*, exigit ablativos *mea, tua, ſua, noſtra, veſtra*. Est enim quaſi *in re eſt mea, tua*, &c. *Cic. in Fam.* Quod ego & mea, & Reipublicæ, & maxime tua intereſſe arbitror. ¶ Loco item genitivi *cujus* cum abl. *cuja* uſurpari poteſt. Sed genitivus *cujus* uſitatior est. *Cic. pro Vaveno apud Priſcian. l.* 12. Ea cædes, ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cuja interfuit, non ei, cuja nihil interfuit. ¶ Denique præter genitivum proprium, vel alium caſum loco genitivi, uſurpari poteſt etiam cum uno ex his quatuor genitivis communibus, *magni, parvi, tanti, quanti*. *Cic. in Fam.* Magni mea intereſt hoc tuos omnes ſcire. *Id. ibid.* Permagni intereſt, quo tibi hæc tempore epiſtola reddita ſit. *Ulpian. ff. de furt. l.* 2. Si tanti interfuit. ¶ Sed tamen pro genitivis *magni, parvi, tanti, quanti*, legitur etiam cum adverbiis *magnopere, parum, tantopere, tantum, quantopere, quantum*. *Cic. pro Mil.* Semper, quantum intereſſet Clodii ſe perire, cogitabat. *Id. in Or.* Quod ſi in Philoſophia tantum intereſt, quemadmodum dicas. ¶ Uſurpatur etiam ſine caſu poſteriore. *Cic. in Fam.* Non tam intereſt quo animo ſcribatur, quam quo accipiatur. ¶ Alias præterea habet ſignificationes, quas V. infra in *Interſum*.

Interfacĭo, is, feci, actum, a. 3. *fare in mezzo*, μεταξυποιέω, interim, ſeu per intervalla facio. *Liv. l.* 25. *c.* 11. Reliquit tamen modicum præſidium, ut ſimul interfaciendo muro adjuvaret. Ita referunt plures Lexicographi. At meliores codices habent *in faciendo*.

Interfāris, atus, ſum, d. 1. *interrompere, intramettersi a parlare*, Ger. *dazwischen reden*, Gal. *entrerompre le discours d'autruy*, Hisp. *estornar, o interromper al que habla*, διακόπτω, interpello, loquentem interrumpo. *Liv. l.* 2. *c.* 47. Interfatur Appius. *Id. l.* 8. *c.* 36. Interfante Decio, diſtulit concionem. *Virg.* 1. *Æn. v.* 390. medio interfata dolore est. *Plin. in epiſt.* Quem interfari nefas esset.

Interfatĭo, onis, f. actus interfandi. *Quint. l.* 4. *c.* 2. Interim expediet narrationes breviter interlatione diſtinguere. Audiſtis quæ ante acta ſunt: accipite nunc quæ inſequuntur.

Interfectibĭlis, le, adject. *Apul. de Herb.* Ruta interfectibilis viperarum.

Interfectĭo, onis, f. *uccisione*, cædes, φόνος, *Brutus ad Cicer. ep.* 3. Interfectio Trebonii. *Lamprid. in Commod. c.* 4. Compulit ad ejus interfectionem conſilia inire.

Interfectivus, a, um, adject. lethalis, *mortale*, ut interfectivus morbus, apud *Cæl. Aurel. Acut. præfat.*

Interfector, ris, m. *uccisore*, רוצח, Germ. *todtſchlaeger*, Gall. *meurtier*, Hisp. *matador*, φονεύς, qui interfecit. *Cicer. pro Mil. c.* 27. Quorum interfectores implerunt orbem terrarum nominis ſui gloria.

Interfectrix, icis, f. *interfettrice*. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 17. Interfectricem nepotis aſpicere.

Interfectus, a, um, *uccifo*, occiſus, partic. ab interficior. *Cicer. pro L. Man.*

Mar. Vos legatum Populi R. omni supplicio interfectum inultum relinquetis? ¶ Translate *Apul. l. 5. A. A.* Nova nupta interfectæ virginitatis.

Interfeminium, ii, n. τὰ γυναικεῖα, genitalia muliebria, quod inter femina fiunt collocata. *Apul. in Apol.*

Interficio, is, eci, ectum, a. 3. *uccidere*, *ammazzare*, הרג, Ger. *toedten*, Gall. *tuer*, Hisp. *matar*, ἀναιρέω, κτείνω, φονεύω, occido, interimo, ab *inter*, quod hic significat penitus, ut in *interimo*, & *interneco*, & a *facio*, quod eam habet notionem, quam in *conficere*. *Cicer. pro Domo.* Quod eum toties per insidias interficere voluistis. ¶ Interficere vita, est vita privare. *Plaut. Truc.* 2. 6. 37. Qui me interfecisti pene & vita, & lumine. *Gel. l.* 12. *c.* 7. Eadem mulier & virum, & filium, venenis clam datis, vita interfecerat. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis. *Plaut. Merc.* 5. 1. 4. Usustructus, victus, cultus jam mihi harumce ædium interemptus est, interfectus est, alienatus est: occidi. *Virg.* 4. *Georg.* Per stabulis inimicum ignem, atque interfice messes, idest perde, & crema.

Interfio, is, n. pass. anom. *consumarsi*, *morire*, ἀναιρέομαι, plane tollor, consumor, intereo, apud vet. *Lucr. l.* 3. *v.* 886. Ut aut putrefcat corpore posto, aut flammis interfiat, malisve ferarum. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 131. Istic oportet obseri mores malos, si in obserendo possint interfieri.

Interfluo, is, xi, n. 3. *scorrere per mezzo*, Germ. *dazwischen*, *fliessen*, Gal. *passer*, *couler entre*, Hisp. *correr entre medias*, διαῤῥέω, per medium fluo. *Liv. l.* 7. *Bel. Pun.* Per fretum, quod Naupactum, & Patras interfluit. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Angusto freto interfluuntur. *Cic. de Senect. c.* 6. Cum inter duos consulatus anni decem interfluxissent.

Interfluus, a, um, *che scorre di mezzo*, Ger. *dazwischen*, *fliessend*, Gal. *qui coule entre deux*, Hisp. *el que corre entre medias*, μεσορρόος, quod interfluit. *Plin. l.* 6. *c.* 26. Interfluo Euphrate.

Interfodio, is, odi, ossum, a. 3. idem ac fodio. *Lucret. lib.* 4. *v.* 720. Pupillas interfodiunt.

Interfringo, is, egi, actum, a. 3. idem quod infringo. *Cato c.* 44. Et si quid ventus intertregerit, ea omnia eximito.

Interfugio, is, a. 3. inter aliquam rem fugio. Per tmesim dividitur a *Lucret. l.* 6. *v.* 331. Inter enim fugit, ac penetrat per rara viarum.

Interfulgĕo, es, n. 2. inter aliquam rem fulgeo. *Liv. l.* 28. *c.* 23. Cum aurum, argentumque cumulo aliarum rerum interfulgens rapere ex igne vellent.

Interfundo, is, udi, usum, a. 3. *sparger di mezzo*, διαχέω, per medium fundo. *Avien. in Periegesi*, *v.* 255. Sic vasti moles pelagi interfunditur oras. *Id. ib. v.* 1100. Et tentis procul interfunditur undis.

Interfurio, is, n. 3. *infuriarsi di mezzo*, in medio duorum insanio. *Stat.* 1. *Achil. v.* 395. Et alternum Mavors interfurit orbem.

Interfusio, onis, f. actus interfundendi. *Lactant. l.* 7. *c.* 3. *sub fin.* Maris opulenta, & copiosa interfusio.

Interfūsus, a, um, *sparso di mezzo*. *Plin. l.* 3. *c.* 8. Sicilia Brutio quondam agro cohærens, mox interfuso mari avulsa. *Virg.* 4. *Æn. v.* 654. Maculisque trementes Interfusa genas.

Intertutūrus, a, um, partic. futuri temporis ab interfum, *chi ha da esser presente*. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 1. Quinam ei convivio essent interfuturi.

Intergarrĭo, is, n. 4. idem fere ac garrio, vel per intervalla garrio. *Apul. in Apolog.* Dein pauculis verbis intergarritis, &c.

Intergerinus, vel intergerivus, a, um, adject. qui inter duas aliquas res interjectus est, easque separat, ut intergerinus paries, qui duas diversas ædes separat, & ambabus communis est, *muro che tramezza*. *Festus:* intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur. Adde *Plin. l.* 35. *c.* 14. & *Vitruv.*

Intergerium, ii, n. quidquid alicui rei interjicitur, seu intergeritur. Itaque *Plinius l.* 13. *c.* 12. intergerium vocat glutinamentum quoddam, quod inter duas chartas inseritur in earum confectione.

Intergero, is, essi, estum, a. 3. *portare*, *o gettar tra mezzo*, interpono, interfero. Exemplum Festi V. in *Intergerinus*.

Intergressus, us, m. interventus. *Minuc. Felix in Octav. c.* 15. Vires actionis meæ intergressu graviffimæ disputationis interfringere.

Interhio, as, n. in medio hio. *Tertul. Apolog. c.* 48. Finis, & limes medius, qui interhiat.

Interjacĕo, es, n. 2. in medio jaceo, *giacere in mezzo*, παρέγκειμαι. *Plin. l.* 5. *c.* 4. Regio, quæ duas Syrtes interjacet. *Id. l.* 4. *c.* 12. Interjacet hæc inter eam. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Spatium, quod fulcis interjacet. *Plin. alter in paneg. c.* 14. Vastitas interjacentis soli.

Interjacĭo, is, jeci, jectum, a. 3. intersero, interpono. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 10. Pleraque latino sermone interjaciebat.

Interĭbi, adverb. idem quod interea, ab *inter*. *Plaut. Rud.* 4. *c.* 20. Tu interibi adorna, quod opus est. *Gel. l.* 3. *c.* 7. Consul interibi, dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos, atque editos.

Interibĭlis, le, adject. qui interit, *mortale*, *Arnob. l.* 2. & *Tertull. de resurr. carn. c.* 34.

Interjectĭo, onis, f. *interposizione*, Ger. *ein einwurff*, Gal. *entrejet*, *interposition*, Hisp. *entrepojicion*, παρένθεσις, interpositio, insertio. *Ausb. ad Hev. l.* 1. Et tamen occulte dicimus interjectione verborum. ¶ Apud Grammat. est pars orationis indeclinabilis, quæ varios animi affectus ostendit, ut *Euge*, *malum*, *vah*, &c. ¶ Item Figura Rhetorica, eadem ac Parenthesis, seu Interruptio. *Quint. l.* 8. *c.* 2. Etiam interjectione, qua & Oratores, & Historici frequenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi, quod interponitur, breve est.

Interjectus, a, um, *interposto*, interpositus, partic. ab interjicior. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. *Id.* 1. *Off.* Aut interjecti inter Philosophos, & eos, qui Remp. administrarent.

Interjectus, us, m. idem ac interjectio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 40. Luna interpositu, interjectuque terræ repente deficit. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 51. Interjectu temporis. Et *l.* 6. *c.* 39. Interjectu noctis.

Interjicĭo, is, jeci, jectum, a. 3. *gettare fra qualche cosa*, *interporre*, Ger. *dazwischen einwerffen*, Gall. *entrejetter*, Hisp. *entreponer*, *o meter*, παρεμπίπτω, inter aliquid jacio, interpono, intermitto, cum dat. vel cum acc. & præp. *inter*. *Cic. de Or.* Alii eis interjecti, & tanquam medii sunt. *Id. de Un.* Idque interjecit inter individuum, atque id, quod dividuum esset in corpore. *Liv. l.* 1. *c.* 58. Paucis interjectis diebus.

Interĭm, adverb. *tra questo mezzo*, *intanto*, μεταξύ, interea, ab *inter*. *Cic.* 2. *de Or.* Hoc interim spatio conclave illud concidit. *Id. pro Lig.* Interim Varus Uticam venit. ¶ Ponitur & pro *aliquando*, seu *interdum*. *Quint. l.* 1. *c.* 9. Sed quia interim excusantur hæc vitia aut consuetudine, aut auctoritate, aut vetustate, denique vicinitate virtutum. *Trajan.* apud *Plin. l.* 10. *ep.* 27. Constitui interim navibus, interim vehiculis uti. *Ter. And.* Tristis interim, nonnunquam collacrymabat. Adde *Tacit. Ann.* 1. *c.* 4. ¶ Jungitur & cum *dum*. *Plaut. Truc.* 4. 2. 5. Ego interim hic præsidebo, dum iste sic faciat.

Interĭmo, is, emi, emptum, a. 3. *ammazzare*, *uccidere*, הכה, Ger. *umbringen*, Gal. *tuer*, Hisp. *matar*, διαφθείρω, interficio, ab *inter*, quod hic notat penitus, & *emo*, quod antique signabat etiam tollere. *Cic. pro Rosc. Am.* Quos servare per compositionem volebat, ipse ab his interemptus est. ¶ Interimere vita, est privare. *Plaut. Cist.* 4. 2. 39. Nam dudum, ut concurrimus, Alchelimarchus ne se vita interimeret. Alii leg. accurrimus ad Alchelimarchum, ne suam vitam interimeret. ¶ Translate ponitur pro destruere, delere. *Cic. pro Mur.* Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.

Interior, & us, o. 3. *interiore*, *che è più dentro*, ἐνδότερος, quod est magis intra, ab *intus*, vel *intra*. *Cic. pro Sext. c.* 10. Interior ædium pars. *Liv. l.* 42. *c.* 39. Interiora regni. h. e. regiones a finibus remotiores. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 5. Interiore epistola. h. e. media. *Nepos Hannib. c.* 2. Interiora consilia. *h. e.* occultiora. ¶ Nonnunquam *interior* idem est, ac propinquior, sumpta significatione a ludis Circensibus, in quibus rota, & equus interior propinquior erat metæ; ex qua propinquitate cum minus spatium conficeret, quam exterior, ejus curfus brevior erat. Hinc *Cic. in Arato*: Nam curfu interiore brevi convertitur orbe. *Liv. lib.* 24. *cap.* 35. *a med.* Quæ propius quidem subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent. *h. e.* muro propinquiores, atque adeo tormentorum ictibus minus expositæ. ¶ Quia porro currus agitabantur a dextro in lævum, hinc rota & equus interior sinister erat; unde factum est, ut *interior* pro sinistro aliquando usurpetur, *exterior* pro dextro. *Virg. Æn.* 5. *v.* 162. 170. 203. Ubi *Servius* consulendus. ¶ Interior in ambulando neque dexter, neque sinister dicebatur, sed qui parieti vicinior erat, & locum nobiliorem tenebat, ut hodie quoque in hac civitate usuvenit. *Ovid. Fast.* 5. *v.* 67. Et medius juvenum, non indignantibus ipsis, Ibat, Et interior, si comes unus erat. Hinc *exterior* dicebatur qui magis a pariete distat, & latus alterius tegebat. *Horat. l.* 2. *Sat.* 5. Nec tamen illi Tu comes exterior, si jusserit, ire recuses. Ex hoc nata illa, *tegere latus* apud Horatium, & Suetonium, & *claudere latus* apud Juvenalem.

Interitĭo, onis, f. 3. idem quod interitus. *Cic. in Verr. frumentaria*, *c.* 54. Cum bis in eadem provincia magnæ fugitivorum copiæ vectatæ sunt, tum interitio tecta nulla est. Sic enim legit Nonius. Sunt tamen, qui legant *internecio*. *Hirt. de B. Hisp. c.* 24. Centurionum interitio.

Interitus, a, um, *estinto*, διεφθαρμένος, partic. pass. a neutro intereo. *Q. Claud. Quadrigar.* apud *Prisc.* Pugna acriter commissa, & multis utrinque interitis. *Sidon. l.* 2. *epist.* 19. Dedere abolitam, interitamque.

Interĭtus, us, m. *distruzione*, *morte*, אבדון, Germ. *untergang*, Gal. *destruction*, *mort*, Hisp. *muerte*, *perdicion*, ἀπώλεια, mors, obitus, occasus, ab *intereo*. *Cic.* 1. *Tusc.* Est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac diremptio earum rerum, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur. *Id. in Bruto*, Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæque literæ fecerunt. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus extra corpus, pro excidio, vel eversione. *Cic. pro Sylla*. Cum ad occasum, interitumque Reip. Catilina dux esset constitutus.

Interjungo, is, unxi, unctum, a. 3. *congiungere*, ζεύγνυμι, est jungere. *Liv. l.* 22. *c.* 30. Tum dextræ interjunctæ, militesque concione dimissa a notis, ignotisque benigne, atque hospitaliter invitati. ¶ Interjungere equos proprie dicuntur aurigæ, qui in itinere cibi, aut somni capiendi causa equos disjungunt, & iter interrumpunt ad tempus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 67. Et hora lassos interjungit equos meridiana. *Id. l.* 2. *epig.* 6. Lassus tam cito deficis, viator, Et cum currere debeas Bovillas, Interjungere quæris ad Camænas.

Interĭus, adverb. *interiormente*, *più a dentro*, ἐνδοτέρω, Germ. *innvendig*, Gal. *plus dedans*, *interieurement*, Hisp. *mas a dentro*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 49. Ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius. *Senec. de Tranquil. c.* 9. Non in cursu tantum, Circique certamine, sed in his vitæ spatiis interius flectendum est. h. e. ad metam propius. V. *Interior*. *Senec. de Benef.* de natura queri, quod aurum non interius absconderit.

Interlăbor, eris, apsus sum, dep. 3. inter aliquid labor, *scorrere*, *o cadere tra mezzo*, παρμπίπτω. *Stat.* 2. *Theb. v.* 649. Parce per has stellis interlabentibus umbras. *Virg.* 3. *Georg. v.* 349. *per tmesin:* Inter enim labentur aquæ.

Interlectĭo, onis, f. lectio per intervalla, vel lectio aliquid interrumpens. *Tertul. l.* 2. *ad Uxor. c.* 6. Scripturarum interlectio.

Interlĕgo, is, egi, ectum, a. 3. per intervalla lego, aut colligo. *Pallad. l.* 2. *c.* 25. Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa.

Interlĭdo, is, isi, isum, a. 3. idem fere ac illido. *Paulin. Nolan. carm.* 10. *v.* 261. gravem interlidere dentem.

Interlĭgo, as, 1. *legare tra mezzo*. *Stat.* 7. *Theb. v.* 571. alterno maculas interligat ostro.

Interlĭno, is, interlevi, itum, a. 3. *cancellare*, מחה, Ger. *durchstreichen*, Gal. *effacer*, Hisp. *borrar*, καταλείφω, est scripturam, vel picturam atramento, vel aliqua alia re superinducta corrumpere, deturere, abolere. *Cic. pro Cluent. c.* 44. Qui tabulas publicas municipii sui corrupisse judicatus sit, qui testamentum interleverit. ¶ Item illinere, seu allinere. *Curt. l.* 5. *c.* 1. Constat Babylonios muros hujus fontis bitumine interlitos fuisse.

Interlĭtus, a, um, part. ab interlinor. *Cic. pro Cluent. c.* 33. In eo codice non haberet, qui tum interlitus proterebatur. hoc est deletus. *Id.* 4. *Ver. c.* 42. Corruptæ atque interlitæ tabulæ. ¶ Item illitus. *Curt. l.* 5. *c.* 1. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus.

Interlocutĭo, onis, f. 3. διαλογισμός, sermonis interpositio. *Quint. l.* 5. *c.* 7. Brevi interlocutione patroni retutandus est.

Interlŏquor, eris, quutus, seu cutus sum, d. 3. *rompere il parlare*, διαλέγομαι, διακόπτω, est alio loquente sermones intermiscere, ac quodammodo interturbare loquentem. *Ter. Heaut.* 4. 3. 13. Siccine mihi interloquere? *Gel. l.* 14. *c.* 2. Aliter, atque aliter eadem in causa, eodemque in tempore sentire, & interloqui videatur.

Interlucatĭo, onis, f. collucatio, recisio ramorum inutilium. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima.

Interlucĕo, es, uxi, n. 2. *tralucere*, Germ. *under etwas scheinen*, Gall. *entreluire*, Hisp. *entreluzir*, παραμαύω, in medio lucco, inter aliquid luceo. *Liv. l.* 29. *c.* 14. Duos Soles visos, & noctu interluxisse. ¶ Translate ponitur pro interapparere, interconspici. *Auct. ad Heren.* Ut loci distincte interlucere possint. *Liv. l.* 1. Quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet.

Interlūco, as, a. 1. διακαθαίρω, ramos, seu plantas inutiliter pullulantes cum intervallo reseco, lucis causa superfluos ramos amputo, a *luce*, quod, cum cæduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior. *Plin. l.* 17. *c.* 23. Deputantur enim pariter cum vite, interlucata densitate ramorum, qui sint supervacui.

Interlūdo, is, usi, usum, a. 3. inter aliquid ludo. *Auson. Mosel. v.* 75. Interludentes examina lubrica pisces.

Interlūnis, e, adject. ut, nox squalida, & interlunis, apud *Ammian. l.* 19. *c.* 19. cum scilicet interlunium est.

Inter-

Interlunium, nii, n. 2. σύνοδος, σιγμωΐα, Lunæ silentium, Luna silens, cum Luna est in conjunctione Solis, id spatium temporis, quo nec amplius Luna vetus apparet, nec adhuc nova videtur, quia radiis solaribus superne illustratur, non autem ab ea parte, quæ nobis conspicua est, ab *inter*, & *Luna*, quasi aliquod tempus sit inter veterem, novamque Lunam. *Plin. l.* 7. *c.* 5. Septimo non nisi pridie, posterove plenilunii die, aut interlunio concepti nascuntur. *Id. l.* 16. *c.* 39. Inter omnes convenit, utilissime in coitu Lunæ sterni, quem diem alii interlunium, alii silentia Lunæ appellant. *Horat. l.* 1. *od.* 25. *v.* 11. Thracio baccante magis sub interlunia vento.

Interluo, is, ui, utum, a. 3. *bagnare in mezzo*, Ger. *durechrinnen*, Gal. *mouiller en pussant debans*, Hisp. *mojar entre medias*, διαλύζω, *Liv. l.* 41. *c.* 25. Quantum interluit fretum? *Virg.* 3. *Æn. v.* 418. *de freto Siculo*: arvaque & urbes Litore diductas angusto interluit æstu. ¶ Aliquando est lavare. *Cato de re rust.* Manus interluito, postea vinum sumito.

Interluvies, ei, f. 5. μεταξὺ πορθμὸς, fretum interluens, seu interfluens. *Solin. c.* 35. (*al.* 22.) Hebudes insulæ angusta interluvie dividuntur. ¶ Legitur & Interluvium, apud *Prisc. an. l.* 2.

Intermaneo, es, ansi, n. 3. *stare in mezzo*, inter, vel in medio maneo. *Luc. l.* 6. *v.* 47. Defessus Cæsar mediis intermanet agris.

Intermedius, a, um, *fra mezzo*, Ger. *der mittelste*, Gal. *entredeux*, Hisp. *entre medias*, παρέμεσος, interjacens, interjectus. *Cic. in Or. c.* 6. Est autem quidam interjectus, intermedius & temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum. Alii leg. *inter hos medius*. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 5. Porticus intermediis arbusculis humilibus ordinatæ.

Intermenstruum, i, n. interlunium. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 37. Quoad veniat ad intermenstruum, a quo die dicitur Luna esse extrema, & prima.

Intermenstruus, a, um, quod inter duos menses interjectum est, ut Luna intermenstrua. *Plin. l.* 18. *c.* 32. Maxime autem intermenstrua, dimidiaque stercorato.

Intermeo, as, avi, atum, n. 1. *scorrere di mezzo*, Ger. *durchgehen*, Gal. *passer entre*, *parmy*, Hisp. *correr*, *entre medias*, διαῤῥέω, interluo, per medium meo, seu fluo. *Plin. l.* 5. *c.* 30. Longeque clarissimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Silenus.

Intermestris, stre, o. 3. interjectus inter menses, ut Luna intermestris, idest, interlunium, coitus Lunæ. *Plin. l.* 16. *c.* 39. Nisi intermestri Luna, atque dimidiata ne tangas materiam.

Intermico, as, icui, n. 1. *risplendere in mezzo*, Ger. *dazwischen*, *scheinen*, Gal. *entreluire*, Hisp. *resplandecer*, *entremedias*, διαστίλβω, in medio splendeo. *Claud. l.* 1. *de Rapt. Prof. vers.* 183. Rutilum squamis intermicat aurum. *Stat. Theb.* 12. *vers.* 252. E speculis moriens intermicet ignis.

Interminabilis, le, adject. qui finiri non potest. *Sidon. l.* 2. *ep.* 7. Interminabile jurgium.

Interminatus, a, um, *non terminato*, *senza termine*, Ger. *ohn ende*, Gal. *quin' a point de borne*, Hisp. *cosa sin termino*, ἀπέραντος, non terminatus, termino carens, indefinitus. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 20. Si immensam, & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. *Velles. l.* 2. *c.* 33. Interminata cupiditas impetii. ¶ Item vetitus, prohibitus, *proibito*, a minor, aris, participp. passivæ significat. *Hor. epod.* 5. *v.* 39. Interminato cum semel fixæ cibo Intabuissent pupulæ.

Interminor, as, avi, atum, a. 1. idem ac interminor. *Plaut. Mil.* 2. 3. 42. Quis homo interminat?

Interminor, aris, atus sum, d. 1. *minacciare qualche gran male*, Germ. *drewen*, Gal. *menacer*, Hisp. *amenacar*, ἐπαπειλέω, vehementer minor, magnum malum denuntio. *Ter. Andr.* 3. 2. 16. Dixi ne tibi? interminatus sum, ne faceres? ¶ Interminari vitam, est minari, se interfecturum aliquem. *Plaut. Cas.* 3. 5. 28. Imitatur malarum malam disciplinam, viroque interminatur suo vitam.

Interminus, a, um, idem ac interminatus. *Avien. Periegesi v.* 74. Oceanus interminus. *Prudent. l.* 2. *adverf. Symmach. v.* 106. longis interminus tædis. *Auson. ep.* 16. *v.* 38. Perge, o libelle, & utere Felicitate interminus.

Intermisceo, es, iscui, ixtum, a. 2. *frammescolare*, לוֹז, Germ. *untermischen*, Gal. *entremesler*, Hisp. *entremezclar*, παρεμμίγνυμι, misceo in medio. *Col. l.* 11. *c.* 3. Quibus & aliquod saturejæ semen intermiscendum erit. Adde *Virg. Ecl.* 10. *v.* 5.

Intermissio, onis, f. *intermissione*, διάλειψις, vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. *Cic.* 2. *de Div. c.* 68. Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi. *Id. l. de nat. Deor. c.* 41. Cum sine ulla intermissione pulsetur, agiteturque atomorum incursione sempiterna. *Id. l.* 1. *Off. c.* 6. Virtutis laus in actione consistit, a qua tamen sæpe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus.

Intermissus, a, um, *tralasciato*, omissus ad tempus. *Cic.* 3. *de Or.* Et ab usu quotidiani sermonis jamdiu intermissa. *Plin. l.* 10. *c.* 46. Continenti, nec intermisso spiritu. ¶ Item interpositus, *frapposto*. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 26. Triduo intermisso. Et *c.* 27. Nocte intermissa. *Plin. alter l.* 2. *epist.* 17. Litus ornant nunc continua, nunc intermissa tecta villarum. *case ora contigue*, *ora lontane l'una dall' altra*.

Intermissus, us, m. idem quod intermissio. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Lusciniis diebus, ac noctibus quindecim garrulus sine intermissu cantus.

Intermitto, is, isi, issum, a. 3. *tralasciare*, נִיחַ, Germ. *unterlassen*, Gal. *entrelaissiar*, Hisp. *entremeter*, *dexar*, διαλείπω, ad tempus omitto, cesso, desero. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 19. Ne quem diem intermitterem. *Id. l.* 7. *Fam. ep.* 12. Quod tu mihi literas mittere intermisisses. *Id. l. de Div. c.* 34. Galli gallinacei in eo loco sic assidue canere cœperunt, ut nihil intermitterent. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 38. Flumen pene totum oppidum cingit, reliquum spatium, qua flumen intermittit, mons continet, h. e. qua non fluit.

Intermixtus, a, um, nom. ex particip. *frammischiato*. *Liv. l.* 10. *c.* 20. Intermixti hostibus.

Intermontium, n. 2. Intramontium, *Tramonti*, opp. amplum Picentinorum, inter Nuceriam, & Lycteras ad 4. M. P.

Intermorior, eris, d. 3. *morire*, παραπόλλυμι, penitus morior, pereo, intereo. *Bithynicus ad Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 16. Si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas.

Intermortuus, a, um, *tramorteto*, *mezzo morto*, qui inter mortem, vitamque ex dolore procumbit similis expiranti, partic. ab *intermorior*. *Liv. l.* 37. *c.* 53. In ipsa concione intermortuus paulo post expiravit. *Sueton. in Ner. c.* 42. Collapsus, animoque male fracto, diu, & sine voce, & prope intermortuus jacuit. ¶ Translate ponitur pro eo, quod pene interiit, pro tracto, debilitato. *Cic. in Pis. c.* 7. Quam quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis. *Id. pro Mur. c.* 7. Et memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare. *Id. pro Mil. c.* 5. Intermortuæ conciones.

Intermundium, dii, n. spatium medium inter plures mundos. Voluit enim Epicurus, infinitos esse mundos, & inter eos spatia magna inania, quæ atomi volitantes alios, atque alios mundos coagmentarent. *Cic.* 3. *Fin.* Individua cum dicitis, & intermundia, quæ nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 8. Tanquam modo ex Epicuri intermundiis descendisset.

Intermuralis, le, o. 3. *tra due muri*, quod est inter muros. *Liv. l.* 44. *c. ult.* Divisa est intermurali amni, & eadem ponte juncta.

Internascor, eris, d. 3. *nascere in mezzo*, παρεμφύομαι, in medio nascor. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Internascentesque herbas excludi.

Internātus, a, um, partic. ab internascor. *Liv. l.* 28. *c.* 2. Angustiæ, & internata virgulta ordines dirimebant.

Interne, adverb. intra, interius, *internamente*. *Auson. de clar. Urb. in Burdigala, v.* 14. Distinctas interne vias mirere domorum. Alii aliter legunt.

Internecatus, a, um, nom. ex particip. *ammazzato*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 32. Internecatis hostibus.

Internecīalis, vel internicialis, le, adject. lethifer, *mortale*. *Liv. l.* 27. *c.* 23. Pestilentia magis in morbos longos, quam interneciales evasit. Ita legit Rhenanus ex vet. Cod. Alii *in perniciales*.

Internecīnus, a, um, o. 1. 2. vel melius internecivus, *ciò che si appartiene ad uccisione*, Ger. *das einem das leben kostet*, Gall. *pernicieux*, *mortel*, Hisp. *cosa perteneciente a estrago*, παναλέθριος, quod ad internecionem pertinet, ut *Internecinum testamentum*, propter quod dominus ejus necatus est. *Festus*. *Internecinum bellum*, quod ad internecionem sit alterius partis. *Liv. l.* 9. *c.* 25. Nullus modus fuit cædibus, deletaque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internecino bello certasset. *Justin. l.* 26. *c.* 2. Bellumque internecinum cum liberis, liberorumque matribus gererent. h. e. capitale, exitiosum, desperatum.

Internecio, onis, f. *uccisione*, רֶצַח, Ger. *ertoedtung*, Gall. *tuerie*, Hisp. *estrago*, παναλέθρια, ἀναίρεσις, σφαγή, occisio, vitæ privatio, ab *interneco*. *Prisc. l.* 4. ait internecio pro internectio e elisо dici euphoniæ causa. *Cic.* 5. *Ver.* Tamen aratorum internecio facta nulla est. *Velles. l.* 2. *c.* 110. Ad internecionem cædi. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 21. Internecio gentis. h. e. Excidium.

Internecive, adverb. cum internecione, ad internecionem. *Ammian. l.* 27. *c.* 20. Internecive cuncta disperdere.

Internecivus. V. Internecinus.

Internectio, onis, f. vitæ privatio, internecio. *Festus*.

Interneco, as, necui, nectum, a. 1. *uccidere*, *ammazzare*, הָמִית, Germ. *alles ertoedten*, Gal. *faire main basse*, Hisp. *matar*, ἐξολεθρεύω, interficio, & multitudinem totam ferme complectitur. *Prudent. in præfat. Apothes. v.* 49. Ne forte culmum fibra inanis spiceum Simul revulsa internecet. Aliud Plauti exemplum V. in *Internecatus*.

Internecto, is, xui, & exi, exum, a. 3. *legare insieme*, Ger. *dazwischen hefften*, Gal. *entrelacer*, Hisp. *atar juntamente*, σωδέω, est colligare, inter se connectere. *Stat.* 8. *Theb. v.* 168. Et afflantes libet internectere plagas.

Internidifico, as, avi, atum, n. 1. intus nidifico. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Ripas excavant, atque ita internidificant.

Internigrans, antis, *negro*, inter alia nigricans, particip. fine verbo. *Stat. 9. Treb. v.* 336. Noctemque, diemque assimilans maculis internigrantibus albæ.

Internitео, es, ui, n. 2. *lecere tra l'altre cose*, Ger. *zwischen scheinen*, Gal. *entreluzire*, Hisp. *entreluzir*, καταλάμπομαι, συλλάμπω, inter alia niteo, vel pelluceo. *Curt. l.* 5. *c.* 4. Etiam si qua fidera internitebant. *Plin. l.* 37. *c.* 5. tellure internitente.

Internodium, dii, n. *spazio tra l' uno e l'altro nodo*, Germ. *zwischen*, *zwyeynen knoten am halm*, Gal. *ce pui est entredeux noeuds*, Hisp. *le que esta entre dos nudos*, φάλαγξ, spatium medium inter duos nodos, quale videmus in arundinibus, & culmis. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Arundines vero tantæ proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. *Colum. de Arborib. c.* 3. Brevia internodia habent. *Ovid.* ad crura transtulit *l.* 6. *Metam. v.* 256. Mollia nervosus facit internodia poples. ¶ Est etiam internodius, ii, masc. gen. *Colum. l.* 3. *c.* 2. Internodius quoque rarior.

Internodius. V. Internodium.

Internosco, is, ovi, a. 3. *discernere*, *conoscer tra gli altri*, דכיר, Germ. *unter andern kennen*, Gal. *entreconoistre*, Hisp. *distinguir*, διαγινώσκω, inter alios nosco, sive discerno. *Cic.* 2. *de Orat.* Quos cum humare vellent, non potuerunt obtritos internoscere. *Id. de Am.* Secerni blandus amicus a vero, & internosci potest, adhibita diligentia.

Internuncia, æ, f. quæ internunciat. *Plaut. Mil.* 4. 1. 39. Hæc illius cælox est, quæ hic egreditur internunciat. Adde *Plin. l.* 10. *c.* 37.

Internunculus, vel internuculus, i, n. puer impudicus, meretricius. *Petron. in Satyr.*

Internuncio, as, a. 1. *mandar messaggieri vicendevolmente*, est nuntios vicissim mittere. *Liv. l.* 42. *c.* 39. Paulisper internunciando cunctatio fuit.

Internuncius, ii, m. *messaggiere*, *mezzano*, *interprete*, מְלִיץ, Ger. *unterhendler*, Gall. *nonce*, *messager*, Hisp. *nuncio*, *mensagero entre dos*, διάκτωρ, qui inter alios medius est ad aliquid tractandum, & modo huic, modo illi per vices nunciat. *Cic. Octav.* Quæ quidem si nullo alio, me certe internuncio ad illos celeriter deferentur. *Idem* 10. *Fam.* Namque assiduis internunciis cum Lepido egi, ut &c.

Internundinium, ii, n. spatium novem dierum, inter quos fiunt nundinæ. *Mar. Victorin.* ut Latinum agnoscit, *l.* 1. *artis Gramm. pag.* 2469. *Putsch.*

Internus, a, um, adject. ab *intra*, qui est intra, interior, *interno*, ἐντόσιος. *Plin. l.* 2. *c.* 68. Oceanus interna maria allatrat vicino accessu. *Tac. Ann.* 2. *c.* 27. Internæ discordiæ. *Sen. l.* 6. *Quæst. nat. c.* 27. Interni ignes.

Intĕro, is, ivi, itum, a. 3. *tritare*, ἐντρίβω, idem ac tero, vel intus tero. *Var.* 2. *de R. R. c.* 9. Nec non ita panem hordeaceum dandum, ut non potius eum in lacte des intritum, &c. *Ter. Phor.* 2. 2. 4. Ad te summa solum Phormio redit: tute hoc intristi, tibi omne est exedendum. Ubi *Donatus*: Paræmia apta parasito, quæ de cibo est. Hoc autem inter rusticos de alliato moretario dici solet. Et bene, *intristi*, proprie enim *intrita*, dicitur hujusmodi cibus. Sensus autem est: tu te in hoc periculum conjecisti; tu quoque te expedire debes.

Interordinium, ii, n. *μεσοστίχιον*, spatium, quod est inter ordines arborum. *Col. l.* 3. *c.* 13. Minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum. Adde *l.* 5. *c.* 4. & *l.* 4. *c.* 16.

Interpatĕo, es, ui, n. 2. patesco, apertus sum. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 18. Ei Deo ædes dicata est specie rotunda, cujus medium interpatet tectum,

Interpedio, is, ivi, itum, a. 4. impedio, *impedire*. *Macrob. l.* 7. *c.* 12. Guttatum linguæ tervor interpedit.

Interpellatio, onis, f. *interrompimento*, מְעַנֵּר, Germ. *verhindrung*, Gall. *rompiment de propos*, Hisp. *estorvo*, διακοπή, interruptio. *Cic. l.* 6. *ep.* 18. *Fam.* Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus fine ulla interpellatione versor. *Id. in Partit. c.* 8. Si interventus alicujus, aut interpellatio dederit occasionem.

Interpellator, oris, m. *chi rompe il parlare*, עַיכֵּר, Ger. *verhinderer*, Gall. *detourbeur*, Hisp. *estorvador*, ὁ ὑποβάλλων, interventor, qui interrumpit sermonem, aut aliquid aliud agentem. *Cic.* 3. *Off. c.* 14. Et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. *Auct. ad Her. l.* 1. Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores.

Inter-

Interpello, as, avi, atum, a. 1. *interrompere*, יצר, Ger. *einreden*, Gal. *rompre le propos*, Hisp. *estorvar*, ὑποβάλλω, est loquentem interrumpere, ab antiquo *pello*, *as*, quod erat loqui. *Cic. 1. Tusc. c. 8.* Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. ¶ Translate est aliquem aliquid agentem impedire, vel aliquid remorari. *Brut. Cic. 11. Fam.* Interpellent me, quominus honoratus sim, dum ne interpellent, quominus Respublica a me commode administrari possit. *Cæs. 3. B. C.* Sed sive ipsorum perturbatio, sive error aliquis, sive etiam fortuna partam jam, præsentemque victoriam interpellasset. ¶ Aliquando est dicere, vel commonere. *Lucil.* apud *Non. c. 4. n. 264.* Verum tu quid agis? Interpella me, ut sciam. ¶ Aliquando rogare, *pregare*. *Val. Max. l. 3.* Iterum deinde, ac sæpius interpellatus in proposito perstitit. ¶ Interpellare virginem, vel matronam de stupro, frequens est apud *JCtos* pro ambire, vel petere ejus concubitum, *tentare*. Sed Interpellare stuprum, idem est, quod impedire, & interrumpere. *Liv. l. 3. c. 57.* Stupro interpellato magis, quam cæde motus. ¶ Interpellare debitorem, est debitum exigere. *Pomp. l. Labeo, ff. de naut. fæn.* Si nemo sit, qui a parte promissoris interpellari trajectitiæ pecuniæ possit.

Interpensīva, n. 2. *χρεωκοπία*, perticarum, tigillorum, afferumve genera, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in collicias derivandos, vel alium quemvis usum interlocantur. *Vitr. l. 6. c. 3.* V. ibi *Baldi Lex.*

Interplĭco, as, icui, icitum, a. 1. *παρεμπλέκω*, passim implico. *Stat. 4. Theb. v. 218.* Albaque puniceas interplicat infula cristas.

Interpolamentum, i, n. quidquid aliunde immittitur, interpolatio. *Claud. Mamert. in præf. l. 1.* Sine alienorum interpolamento finem liber accepit.

Interpolatĭo, onis, f. renovatio. *Plin. l. 13. c. 12.* Tenuatamque curiosa interpolatione principalem fecit e plebeja.

Interpolātor, oris, m. *rigattiere, straccivuolo*, Ger. *der altre kleider neuw macht*, Gal. *radoubeur*, Hisp. *remendador*, ἐπισκευαστὴς, qui antiquas vestes refarcit, ac renovat, ut facilius vendat. *Tert. de Spectac. c. 2.* Multum interest inter institutorem, & interpolatorem. ¶ Translate *Id. l. 1. de cultu fæm. c. 8.* Diabolus interpolator naturæ.

Interpolātrix, icis, f. quæ interpolat, & rei veteri novam speciem inducit. *Pompon. in fragm.* Interpolatricem arcessire oportet, quæ huic vestem adducet. Translate quę fucum facit, & corrumpit, *Nazar. in paneg. Constantini c. 15. de historia*. Neque in hoc veri interpolatrix tenenda, *non si dee stimare, che abbia alterata la verità*. *Tert. adv. Hæret. c. 7.* Sapientia humana affectatrix, & interpolatrix veritatis.

Interpolatus, a, um, renovatus, instauratus, partic. ab interpolor, & proprie dicitur de vestimentis, quibus a fullonibus ita nova lana est ducta, ut fallere possint. Translate usurpatur de quacumque re in novam formam redacta. Sic mancipia interpolata dicuntur apud JCtos, quæ, cum sint veterana, tamen a venalitiariis ita ornantur, finguntur, & quasi renovantur, ut pro novis vendi possint.

Interpŏlis, le, o. 3. ἐπισκεύαστος, quod iterum politum est, ut Interpolis vestis, quæ ex vetusta facta est quasi nova. *Plin. l. 19. c. 2.* Est quidem ejus natura interpolis, rursusque quamlibet vetustum novo miscetur. ¶ Translate mulier interpolis dicitur, quæ figmentis novam sibi faciem parat. *Plaut. Most. 1. 3. 117.* Nam isthæc veteres, quæ se unguento unctitant, interpoles, vetulæ, edentulæ.

Interpōlo, as, avi, atum a. 1. *rinnovare, instaurare*, דרש, Germ. *vernevven*, Gall. *regratter*, Hisp. *remendar*, ἀνακαινίζω, ἐπιχράττω, est immittere, interponere, & novam formam e vetere fingere in vestibus. Est autem proprium artis fullonicæ, quæ poliendo diligenter vetera quæque quasi in novam speciem mutat. *Cic. ad Q. Frat. ep. 1c.* Quod nolit, inquam, renovare honores eosdem, quominus togam prætextam quotannis interpolet. ¶ Translate ponitur pro rebus quibuslibet vetustis novam formam inducere, immutare, renovare, instaurare, *Cic. 3. Ver. c. 61.* Tollendo quod esset, & semper aliquid demendo, mutando, curando, ne litura appareat, interpolando. *Plaut. Amph. 1. 1. 161.* Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo. *Plin. l. 15. c. 14.* At hercle Alexandriæ, ubi thura interpolantur. idest rudia cum sint, poliuntur. Convehebatur enim illuc thus rude, aspectu simile cortici. *Ulp. l. præcipiunt Ædiles, ff. de Ædil. edict.* Quia igitur venalitiarii sciunt, facile decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt. ¶ *Curt. l. 6. c. 2.* Interpolabat fatietatem epularum ludis. h. e. interpositis ludis, cibi fatietate levabatur.

Interpŏlus, a, um, *vacconcio*, ἐπισκεύαστος, ἐξέγγραφος, idem quod interpolis. *Marcian. Dig. 18. 1. 45.* Si vestimenta interpola quis pro novis emerit.

Interpōno, is, osui, ositum, a. 3. *interporre*, Ger. *zuvischen einem setzen*, Gall. *entremettre*, Hisp. *entremeter*, παρεμβάλλω, interfero, interjicio. *Cic. de Amic.* Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne *inquam*, & *inquit* sæpius interponeretur. ¶ Sumitur etiam pro opponere, intercedere. *Cic. pro Mil.* Convocabat Tribus, se interponebat, &c. *Id. 2. Phil.* Quid enim interponerem tuæ audaciæ? ¶ Interponere accusatorem, est submittere. *Cic. 3. Ver. c. 11.* Interposuistis accusatorem, qui, cum ego mihi centum, & decem dies solos in Siciliam postulassem, centum, & octo sibi in Achajam postularet. ¶ Interponere auctoritatem suam, est auctoritate sua impedire, ne aliquid fiat. *Cic. 3. Phil.* Quod si auctoritatem tuam interponis sine armis. ¶ Fidem suam interponere, est aliquid in fidem suam recipere. *Cæs. 5. B. G.* Ipsi vero nihil nocitum iri, inque eam rem se suam fidem interponere. ¶ Interponere postulata, est proferre ea, quæ quis sibi postulet concedi. *Cic. 8. Phil.* Postulata hæc ab eo interposita sunt, quominus, quod opus esset ad bellum a vobis pararetur. ¶ Interponere se rei alicui, est se immiscere, *interponerse, intromettersi*. *Cic. Div. in Ver.* Cur te interponis, invitissimis his, quibus maxime lex consultum esse vult? *Id. l. 10. Fam. ep. 27.* Sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones. ¶ Interponere moram, est moram nectere. *Cic. 2. Acad.* Nullam moram interponendam putavimus, quin videremus. ¶ Interponere jusjurandum, pro jurejurando affirmare. *Liv. l. 34. c. 25.* ¶ Interponere aquam vino. h. e. miscere. *Martial. l. 1. epigr. 107.*

Interpositĭo, onis, f. *interposizione*, παρένθεσις, insertio, interjectio. *Cic. 1. de Inv. c. 6.* Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione. ¶ Sumitur etiam pro iis, quæ lineis superscribi, & interscribi solent, dum aliquid emendatur. *Cic. l. 16. Fam. epist. 22.* Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone.

Interpositus, a, um, *frapposto*. *Cic. pro Cluent.* Spatio interposito, & causa cognita consenescat. *Id. pro Mur. c. 17.* Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia.

Interpositus, us, m. idem quod interpositio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 40.* Luna interpositu, interjectuque terræ repente deficit.

Interprĕmo, vel Interprĭmo, is, essi, essum, a. 2. *soffocare*, συνπνίγω, comprimo, vel premendo collido, re aliqua compressa spiritum interciudo. *Plaut. Rud. 3. 2. 41.* Qui Sacerdoti scelestus fauces interpresserit. *Minut. Fel. in Oct. 11.* Quod colunt, & interprimunt. h. e. occultant.

Interpres, etis, m. 3. *mediatore, mezzano, sensale*, טרירנכן, Germ. *dolmetscher*, Gal. *interprete, truchement*, Hisp. *interprete*, ἑρμηνεὺς, ἑρμῆς, qui in aliqua re agenda medius est, veluti conciliator, & auctor, ab *inter*, & *pres*, sponsor, ut vult *Priscian.* Alii alia. *Plaut. Curc. a. 2. v. 64.* Quod te præsente istic egi, teque interprete. *Mil. 4. 1. 6.* Quæ tibi conditio nova, & luculenta fertur per me interpretem? *Liv. l. 21. c. 12.* Se pacis ejus interpretem fore pollicetur. *Cic. ad Brut. ep. 10.* Cæsarem quidam improbissimis literis, fallacibusque interpretibus, ac nuntiis impulerunt in spem certissimam consulatus. *Asconius* etiam scribit, Interpretem dici eum, per quem inducitur pactio. ¶ Quoniam vero hujusmodi homines animos eorum sciscitantur, quibuscum agunt, hinc interpres accipitur etiam pro eo, qui obscura exponit. *interprete. Virg. 3. Æn.* Trojugena interpres Divum. *Cic. 2. Div. c. 28.* Conjector, & interpres portentorum. *Juvenal. Sat. 4.* Sanctissimus legum interpres. ¶ Item pro eo, qui ex una in aliam linguam scripta convertit, *traduttore*. *Cic. de opt. gen. orat.* Nec converti, ut interpres, sed ut orator, &c.

Interpretabĭlis, le, adject. qui explicari potest. *Tert. cont. Valentin.*

Interpretamentum, ti, n. ἑρμήνευμα, idem ac interpretatio. *Gell. l. 6. c. 2.* Si cui istud interpretamentum videbitur obscurius. *Petron. Sat.* Interpretamenta somniorum.

Interpretatĭo, onis, f. 3. *interpretazione, esposizione*, מליצה, Ger. *auslegung*, Gal. *interpretation*, Hisp. *interpretacion*, ἑρμήνεια, expositio, conjectura, judicium. *Cic. 1. Off. c. 10.* Existunt etiam sæpe injuriæ calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa juris interpretatione. *Liv. l. 2. c. 8.* Nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. ¶ Speciatim Interpretatio est Figura Rhetorica, eadem ac illa, quæ Græco vocabulo Synonymia vocatur. *Auct. ad Her. l. 4.* Interpretatio est, quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod politum est, alio verbo, quod idem valeat.

Interpretātor, oris, m. explicator, interpres. *Tert. adv. Prax. c. 19.* Ipse interpretator est, quomodo cœlum solus extenderit.

Interpretātus, a, um, *interpretato*, expositus, explicatus, partic. ab interpretor, in passiva significatione. *Cic. 2. de Leg. c. 12.* Vena quasi focus Urbis, ut Græco nomine est appellata, quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus. *Id. de Arusp. resp. c. 17.* Quæ nunc ex Etruscis libris in te conversa, atque interpretata dicuntur.

Interpretium, ii, n. 2. *guadagno che si fa ma una compera, e una vendita*, lucrum inter emptum, & venditum, ut si quid pretio unius aurei emptum, duobus postea aureis vendam, interpretium erit unus aureus. *Ammian. l. 28. c. 5.* Verum quoniam denis modiis singulis solidis indigentibus venundatis, emerat ipse tricenos, interpretii compendium ad principis ærarium misit. Alii leg. *integrum compendium*.

Interprĕtor, aris, atus sum, d. 1. *interpretare, esponere*, באר, Germ. *auffligen*, Gal. *interpreter*, Hisp. *interpretar*, ἑρμηνεύω, expono, explico, explano, ab interpres. *Cic. 2. Off.* Nec quicquam aliud est Philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiæ. *Id. l. 1. Div. c. 23.* Interpretari somnium. *Id. l. 2. de Orat. c. 34.* Interpretari Scriptores. ¶ Item definire, pronunciare. *Liv. l. 1. c. 21.* Neque, recte, an secus, interpretor. *Plaut. Truc. 1. 2. 41.* Illa, haud ego, habuit publicum: perverse interpretaris. ¶ Usurpatur & cum infinito. *Cic. ad Attic.* Liberatum se esse jure jurando, interpretabatur. ¶ Interpretari memoriæ alicujus, est in memoriam revocare. *Plaut. Epid. 4. 1. 25.* Quia tuæ memoriæ interpretari me æquum censes. ¶ Interdum per timesim dividitur. *Lucret. l. 4. v. 830.* Cætera de genere hoc inter quæcunque pretantur. ¶ Interpretor, passiva significatione usurpavit. *Ammian. l. 23. c. 12.* his verbis. Locum, qui olea arbor interpretatur. Adde *l. 24. c. 21. & l. 37. ff. de hæredib. instituend.*

Interprĭmo. V. Interpremo.

Interpunctĭo, onis, f. *distinzione*, διαστολὴ, actus interpungendi, distinctio. *Cic. pro Mur. c. 11.* Res enim sunt parvæ prope in singulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatæ.

Interpunctum, i, n. idem ac interpunctio. *Cic. in Or. c. 80.* Clausulas, & interpuncta verborum animæ intercluso, & angustiæ spiritus attulerunt.

Interpunctus, a, um, *distinto*, διεστιγμένος, quod punctis distinctum est. *Cic. 2. de Or.* Sed & festivitatem habet narratio distincta personis, & interpuncta sermonibus.

Interpungo, is, nxi, ctum, a. 3. punctis distinguo. *Sen. ep. 40.* Nos etiam, cum scribimus, interpungere consuevimus.

Interpurgo, as, avi, atum, a. 1. idem fere quod purgo. *Plin. l. 18. c. 22.* Herbas malas radicitus erui, ficus interpurgari.

Interpŭto, as, a. 1. *περικαθαίρω, διατέμνω*, est quasi per circuitum putare, & purgare. *Cato de R. R. c. 30.* Ficos interputato.

Interquĕror, eris, estus sum, dep. 3. *lamentarsi*. *Liv. l. 33. c. 35.* Ætolorum principes interquesti sunt, quod, &c.

Interquiesco, is, evi, etum, n. 3. idem quod quiesco. *Cic. de Clar. Orat. c. 23.* Cum hæc dixissem, & paululum interquievissem.

Interrādo, is, asi, asum, a. 3. *radere d'ogni intorno, διαξέω*, hinc, illinc abrado, circumrado. *Plin. l. 16. c. 1.* Oleæ attondentur, sicut & vites, atque etiam interradi gaudent. ¶ Est item limare, exculpere, polire. *Plin. l. 35. c. 1.* Nec tantum ut parietes toti operiantur, verum & interraso marmore, vermiculatisque ad effigies rerum, animaliumque crustis.

Interrasĭlis, le o. 3. *scolpito, intagliato*, idem quod interrasus, hoc est, per intervalla erasus, limatus, & exculptus. *Plin. l. 12. c. 19.* Coronas ex cinnamomo interrasili auro incluses.

Interregnum, ni, n. *interregno*, Μεσοβασιλεία, Regni intervallum, tempus illud, quo Regnum Rege vacat, ab *inter*, & *Rex*, quia inter Regem defunctum, & Regem eligendum interpositum est. *Liv. l. 1.* Id abre, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum. ¶ Translate dicebatur, cum Consulum loco, quod abessent Reipublicæ causa, aut vitio creati fuissent, si Dictatorem dici non placeret, Interrex creabatur, per quem Consularia Comitia haberentur. *Cic. Att.* Nam permagni ejus interest, rem ad Interregnum non venire. *Id. ibid.* Tamen quiescat, rem adduci ad Interregnum. ¶ Interregnum inire, est interregium potestatem capere. *Liv. l. 3. c. 8.* Tertio die quam interregnum inierat, consules creat.

Interrex, egis, m. *Vicerè in assenza del Re*, Ger. *Stadthalter*, Gal. *Vice Roy*, Hisp. *Virey*, Μεσοβασιλεὺς, qui Regis mortui munere fungitur, donec novus Rex creatus sit. Apud Romanos primum Interrex creatus fuit post mortem Romuli. Hinc mox extitit, ut, quando Rex mortuus esset, Interrex constitueretur. Creatus est a Patribus, & ex Patribus. Patres enim illi, ex quibus Senatus a Romulo constitutus est, Romulo mortuo, decem factis Decuriis eorum Senatorum, qui prima electione ex Albanis electi fuerant (nam *Livius* quidem centum Senatores a Romulo creatos esse scripsit, sed *Dionysius* ducentos, duabus electionimbus, prima ex Albanis, altera ex Sabinis) singulos ex singulis legerunt,

runt, qui ſummæ rerum præeſſent, & ex his unum decreverunt, qui eſſet cum faſcibus, & reliquis Regiæ poteſtatis inſignibus. Primi illius Interregni imperium quinque dierum ſpatio finiebatur. Nam ſingulos imperare oportebat, eo ordine quo ſors unicuique obtigiſſet. Tranſacto quinquaginta dierum ſpatio, quo illi decem primi regnarant, rurſus decem decuriis factis ex ſecundæ electionis Senatoribus, qui ex Sabinis erant, decem alii creati eum Magiſtratum ſuſcepere. Atque ita imperium per omnes in orbem ibat. Regni intervallum annuum fuit, Rege denique conſtituto Numa Pompilio. Vide *Dionyſ. l. 2. Liv. l. 1.* ¶ Etiam Reipub. tempore Interrex creari ſolitus fuit. Cum enim Conſules abeſſent Reipub. cauſa, aut vitio creati fuiſſent, ſi Dictatorem Comitiorum cauſa dici non placeret, res deducebatur ad Interregem, & per eum Conſularia Comitia habebantur. Ejus imperium ſimiliter quinque dierum erat, ut tradit *Aſcon. in Milonian.* ¶ Interregem patritium eſſe, & a patritio prodi neceſſe erat. *Cic. pro Dom. Id. in Rul.* L. Flaccus Interrex legem de Sylla tulit, ut omnia, quæcunque ille feciſſet, rata eſſent.

Interritus, a, um, *che non ha paura*, ἄδεής, ἄφοβος, imperterritus, qui non terretur. *Ovid. 10. Met. v. 616.* Quid, quod ineſt virtus, & mens interrita lethi? *Velley. l. 2. c. 70.* Caſſius cervicem interritus liberto præbuit.

Interrogatĭo, onis, f. *interrogazione*, שאלה, Ger. *eine frag*, Gal. *interrogation*, Hiſp. *interrogacion*, ἐρώτησις, ἐρώτημα, actus interrogandi. *Cic. de Fato.* Recte genus hoc interrogationis ignavum, atque iners nominatum eſt. *Quint. l. 5. c. 7.* Inſtare interrogationi. ¶ Apud *Rhetores* eſt Figura ſententiarum, quæ non ſimpliciter ſciſcitandi gratia, ut vulgo fit, ſeu inſtandi, ſeu urgendi cauſa aſſumitur. *Cic. de Invent.* & *Auct. ad Heren.*

Interrogatīve, adv. cum interrogatione. *Aſcon. Pedian. in Ver. 3. c. 56. ad fin.* Interrogative pronuntiandum eſt.

Interrogatiuncŭla, æ, f. parva interrogatio. *Cic. in proœm. Parad.* Sed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit.

Interrogatīvus, a, um, adject. qui interrogationem continet, apud *Priſcian. & alios Grammat.*

Interrogator, oris, m. *interrogatore*, ἐπερωτητής, qui interrogat. *Ulpian. Dig. lib. 11. tit. 1. leg. 11. circ. med.* An obſcure reſpondeat, ut incertum dimittat interrogatorem.

Interrogatorĭus, a, um, adject. qui ad interrogandum pertinet, vel qui continet interrogationem. *Tert. l. 2. adverſ. Marcion. c. 25.* Interrogatorio ſono legendum eſt: Adam ubi es? Sic Interrogatoria actio apud JCtos.

Interrogātus, a, um, nom. ex partic. *interrogato*. *Velley. l. 2. c. 35.* Inter ultimos interrogatus ſententiam. *Cic. in Or. c. 40.* Ad interrogata reſpondere. ¶ Item accuſatus, *accuſato*. *Velley. l. 2. c. 13.* Interrogatus lege repetundarum.

Interrŏgo, a, avi, atum, a. 1. *interrogare*, *domandare*, שאל, Germ. *fragen*, Gal. *interroger*, Hiſp. *preguntar*, ἐρωτάω, quæro, rogo, ſciſcitor, percontor. *Cic. in Vatin.* Quid te de Hiſpanienſibus furtis interrogem? *Id. 1. Catil.* Interrogas me, num in exilium? *Id. 1. Tuſc. c. 24.* Puſionem interrogat Socrates quædam geometrica de dimenſione quadrati. ¶ Significat etiam accuſare. *Tac. Annal. 13. c. 14.* Pepigerat Pallas, ne cujus facti in præteritum interrogaretur. *Id. Annal. 14. c. 46.* Interrogare repetundarum.

Interrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *interrompere*, Germ. *zerbrechen*, Gal. *interrompre*, Hiſp. *interromper*, ἀπορρήγνυμι, medium abrumpo. *Planc. Cic.* Pontes, quos feceram, interrupi. ¶ Interdum eſt confundere. *Col. l. 11. c. 2.* Interrumpere ordinem. ¶ Item interturbare, *diſturbare*. *Plin. l. 28. c. 4.* Interrumpere ſomnos.

Interrupte, adv. *interrottamente*, *diviſamente*, *ſeparatamente*, Ger. *zerruventer*, Gal. *par interruption*, Hiſp. *con interrompimiento*, σωτόμως, inciſe, cæſim, diviſe. *Cic. 2. de Or. c. 80.* Si verbis uſitatis, ſi ordine temporum conſervato, ſi non interrupte narrabitur.

Interruptĭo, onis, f. *interrompimento*, actus interrumpendi. Eſt hoc nomine figura Rhetorica. *Quint. l. 9. c. 2.* Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant.

Interruptus, a, um, *interrotto*, ab interrumpor. *Cic. 15. Fam. ep. 14.* Sed longis intervallis temporum interruptam conſuetudinem habuit. *Idem pro Cœlio, c. 24.* Interruptis, atque morientibus verbis. *Virg. Æn. 4. v. 88.* Pendent opera interrupta. *Tac. 3. Ann. c. 31.* Itinera interrupta, & impervia. *Id. 1. hiſt. c. 70.* Interrupti pontes.

Interſcalmĭum, ii, n. *μεσοστόλμιον*, ſpatium illud in navi, quod eſt inter ſcalmum, & ſcalmum. *Vitr. l. 1. c. 2.*

Interſcapilĭum, ii, n. *μεταφρενον*, ſpatium illud in dorſo, quod inter ſcapulas eſt. *Apul. l. 2. Florid.* Cum interſcapilium crates retexiſſet, quod erat acuto gibbere.

Interſcindo, is, idi, iſſum, a. 3. *fendere*, *tagliare per mezzo*, Ger. *zerſchneiden*, Gal. *couper par le milieu*, Hiſp. *entrecortar*, διακόπτω, medium diſcindo, ſive abrumpo, divido. *Cic. 2. de Leg. c. 4.* A tergoque pontem interſcindi juberet.

Interſcribo, is, ipſi, iptum, a. 3. *ſcrivere di mezzo*, Ger. *darzuviſchen*, *ſchreiben*, Gal. *ecrire entre deux*, Hiſp. *eſcriver entre medias*, παρεγγράφω, in medio ſcribo, inter verſus ſcribo, interpono, interſero. *Plin. ep. 9.* Multa detinere, plura tranſire, alia interſcribere, alia reſcribere.

Interſecīvi, vel Interciſivi termini in agris dicuntur, qui interciduntur manibus, vel alio ſoli genere, quod culturam non patitur. *Frontin. de Colon. pag. 119. edition. Goeſii.*

Interſĕco, as, ecui, ectum, a. 1. *tagliare per mezzo*, διατέμνω, per medium ſeco, in partes ſeco. *Auct. ad Her. l. 3. c. 14.* Ut ipſa pronuntiatione res ipſas, quas demonſtravimus, inſerere, aut interſecare videamur in animis auditorum. Alii aliter legunt. *Ammian. l. 29. c. ult.* Tiberis media interſecans mœnia.

Interſectĭo, onis, f. *interſecazione*, actus interſecandi. *Vitruv. l. 3. c. ult.* Interſectio, quæ Græce μετοχή, dicitur, ſic eſt dividenda, &c.

Interſeminātus, a, um, nom. ex particip. in medio, vel per intervalla ſeminatus. *Apul. Apolog.*

Interſepĭo, is, epſi, eptum, a. 4. *intramezzare*, סך, Ger. *underzeunen*, Gal. *clorre de hayes*, Hiſp. *entrevcrar*, διέρχω, ſepibus quibuſdam intercludo, & generatim intercludo, munio. *Cicer. 1. Tuſc.* Foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, terrenis, concretiſque corporibus ſunt interſepta quodammodo. *Liv. l. 5. bel. Pun.* Interſepire urbem vallo. *Id. l. 2. bel. Maced.* Nunc præliis laceſſendo, nunc operibus interſepiendo quædam, ne exitus ad fugam eſſet.

Interſeptus, a, um, *chiuſo*, *ſerrato*, part. ab interſepior. *Cic. pro Cornel. Balbo, c. 18.* Ne interſeptum ſit his iter perpetuo ad hoc ampliſſimum præmium civitatis.

Interſĕro, is, erui, ertum, a. 3. *trametter*, *interporre*, Germ. *zuviſchen einmenge*, Gal. *entrémeler*, Hiſp. *entrexerir*, παρεμβάλλω, interpono, interjicio. *Ovid. 10. Met. v. 559.* Medius interſerit oſcula verbis.

Inter-ĕro, is, ſevi, ſitum, a. 3. *piantare*, *o ſeminare tra altre coſe*, Germ. *darzuviſchen ſetzen*, Gal. *ſemer*, *ou planter entre deux*, παρεμφυτεύω, in medio aliorum planto, ſemino, infero. *Col. de R. R. l. 3. c. 17.* Coæquato deinceps paſtinato, malleolus ordinariis vitibus interſerendus eſt.

Interſiſto, is, ſtiti, atum, n. 3. *fermarſi in mezzo*, Germ. *zuviſchen ein ſtehen*, Gal. *s'arreter entre deux*, Hiſp. *eſtar entre medias*, διίσταμαι, in medio immoror. Translate *Quint. l. 8. c. 3.* Interſiſtere nos indecentiſſime cogit. h. e. in medio ſermone deſiſtere.

Interſĭtus, a, um, partic. ab interſero, qua notat ſeminare, & plantare. *Col. l. 8. c. 15.* Ea contegantur interſitis buxeis, aut myrteis fruticibus.

Interſĭtus, a, um, adject. ab *inter*, & *ſitus*, *ſituato in mezzo di qualche coſa*. *Apul. de Deo Socrat.* Sunt quædam mediæ poteſtates inter ſummum æthera, & infimas terras, in iſto interſitæ aeris ſpatio. *Plin. l. 3. ep. 19.* Habet multum jucunditatis ſoli, cœlique mutatio, ipſaque illa peregrinatio interſita.

Interſŏno, as, ui, n. 1. in medio ſono. *Stat. Theb. 5. v. 344.* mediis interſonat Orpheus Remigiis.

Interſpersus, a, um, nom. ex particip. ſparſus per intervalla. *Apul. l. 5. Metam.* Interſperſus rara canitie.

Interſpiratĭo, onis, f. *reſpiro*, *il reſpirare*, διαπνοή. *Cic. l. 3. de Orat. c. 44.* Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, neque libratiorum notis, ſed verborum, & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt. *Plin. l. 23. c. 1.* Sine interſpiratione. ἀπνευστί.

Interſpīro, as, avi, atum, n. 1. *traſpirare*, רוח, Ger. *ſchna ben*, Gall. *ſouffler entre deux*, Hiſp. *eſpirar*, *y reſpirar*, διαπνέω, de medio, ſeu per medium ſpiro. *Cat. R. R. c. 112.* Relinquito, qua interſpiret.

Interſterno, is, interſtravi, atum, a. 3. *interporre*, Germ. *darzuviſchen legen*, Gal. *coucher entre deux*, Hiſp. *entreponer*, διαστρώννυμι, in medio ſterno, interjicio, intermiſceo. *Juſtin. l. 1. c. 2.* Murumque urbi coëto latere circumdedit, arena, pice, bitumine interſtrato. *Plin. l. 29. c. 2.* Aſſulis interſtratis.

Interſtes, itis, comm. interjectus, interpoſitus, ab *inter*, & *ſto*. *Tertul. l. 4. adverſ. Marcion. cap. 33.* Deſierunt vetera, & cœperunt nova, interſtite Joanne.

Interſtinctĭo, onis, f. 3. diſtinctio, diviſio. *Arnob. l. 6.* Sidereos evomunt variata interſtinctione fulgores.

Interſtinctus, a, um, nom. ex partic. diſtinctus, diviſus. διάστικτος. *Stat. l. 3. Sylv. 5. v. 90.* Spatia interſtincta columnis.

Interſtinguo, is, inxi, inctum, a. 3. *eſtinguere totalmente*, eſt penitus extinguere. Nam præpoſitio *inter* hic vim habet φθαρτικήν, ideſt corruptivam, ut interficio, interimo. *Feſtus*: Ignis Veſtæ ſiquando interſtinctus eſſet, virgines verberibus afficiebantur a Pontifice. *Apuleius l. 4. A. A.* Jamque protinus obliſis faucibus interſtinguere eam debuiſſet. ¶ Significat etiam diſtinguere, ſeparare. V. *Interſtinctus*.

Interſtitĭo, onis, f. *ceſſazione*, *vacanza*, Germ. *unterlaſſung*, Gall. *relache*, *ceſſation*, Hiſp. *ceſſamiento*, μεταπαυσωλή, ceſſatio, vacatio. *Gell. lib. 20. cap. 1.* Velut quoddam interſtitium, ideſt juris inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationem. *Id. lib. 20. cap. ult. ſeu in præfat.* Quando animus eorum interſtitione aliqua negotiorum data laxari, indulgerique potuiſſet.

Interſtitium, ii, n. *ſpazio*, *diſtanza*, רוח, Germ. *ein leucke*, Gall. *intervalle*, Hiſp. *ſpacio entre medias*, διάστημα, διακώρημα, τὸ μεταξύ, diſtantia, ſpatium, intervallum, quod inter aliqua interjectum eſt. *Macrobius l. 1. Somn. Scip. c. 6.* Cum quatuor ſint elementa, ex quibus conſtant corpora, terra, aqua, aer, & ignis, tribus fine dubio interſtitiis ſeparantur, quorum unum eſt a terra uſque ad aquam, ab aqua uſque ad aera ſequens, tertium ab aere uſque ad ignem. ¶ Dicitur etiam de ſpatio, ſeu intervallo temporis. *Tacit. Ann. 5. c. 4.* Dandum interſtitium pœnitentiæ.

Interſto, as, interſteti, *ſtare in mezzo*, διίστημι, inter aliquid ſto, ſeu intercedo. *Ammian. l. 22. c. 27.* Cum tempus interſtetiſſet exiguum. *Avien. in Periegeſi, v. 840. de Tauro monte.* Interſtatque jugo mediam ſc. Aſiam.

Interſtrātus, V. Interſterno.

Interſtrĕpo, is, pui, pitum, n. 3. *fare ſtrepito in mezzo gli altri*, *o in mezzo di qualche coſa*, Germ. *dauviſchen rauſchen*, Gal. *faire bruit entre autres*, Hiſp. *hazer eſtruendo*, *entre otros*, διαψοφέω, eſt ſtrepitum inter alios, vel inter rem aliquam emittere. *Virg. 9. Ecloga, v. 39.* Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores.

Interſtringo, is, xi, ictum, a. 3. *ſtringere*, ἀπολύγω, idem quod ſtringo, ſeu comprimo. *Plaut. Aul. 4. 4. 31.* Ibo intro, atque illi tuo ſocienno jam interſtringam gulam.

Interſtrŭo, is, xi, ctum, a. 3. *mettere inſieme*, *comporre*, Ger. *zuſammen ſetzen*, Gal. *batir*, *joindre enſemble*, Hiſp. *componer*, *ordenar*, διαθομέω, σωάττω, connecto, coapto, compono, conjungo, ſimul inter ſe conſtruo. *Silius l. 10. v. 149.* Teleſinus ad oſſa illiſo ſaxo, qua ſpina interſtruit artus, occumbit. ideſt ubi ſpina, quæ eſt in medio dorſo, artus connectit.

Interſum, interes, interfui, n. anom. *eſſere preſente*, Ger. *zugegen ſeyn*, Gal. *etre preſent*, Hiſp. *entrevenir*, ἐγκαθίσταμαι, præſens ſum, adſum, in re ſum. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. 1. de Invent.* Ut id, quod indignum eſt, perinde illi videatur indignum, ac ſi ipſe interfuerit, ac præſens viderit. ¶ Vel cum dativo. *Cic. Attic. l. 9. ep. 4.* Melioris medius fidius civis, & viri putabant, quovis ſupplicio affici, quam illi crudelitati non ſolum præeſſe, verum etiam intereſſe. ¶ Vel cum ablativo, & præp. *in*. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 14.* De luxuria purgavit Erutius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuiſſe. ¶ Significat etiam in medio eſſe, interjacere, interponi. *Cic. 1. Catil.* Magno me metu liberaris, dummodo inter me, atque te murus interſit. *Liv. l. 2. bell. Pun.* Id morari victoriam rati, quod intereſt amnis. ¶ Translate ponitur pro differre, diſcrepare, *eſſeve differente*, διαφέρει, quia ea, inter quæ aliquid eſt, non cohærent, ſed diſtant. Uſurpatur cum accuſativo, & præp. *inter*. *Cic. 1. Off.* Sed inter hominem, & beluam hoc maxime intereſt, quod &c. *Id. 3. de Orat.* Mirabile eſt, cum plurimum in faciendo interſit inter doctum, & rudem, quam non multum tamen differat in judicando. Conſtruitur etiam hoc ſenſu cum ablativo, & præp. *a* vel *ab*. *Cic. 2. Acad.* Qui illa viſa, e quibus omnia decreta ſunt nata, negant quicquam a falſis intereſſe. *Id. ibid.* Nullum eſſe viſum verum a ſenſu profectum, cui non appoſitum ſit viſum aliud, quod ab eo nihil interſit. Vel cum ablativo, & præp. *in*. *Cic. 2. Acad.* Quæ ita videantur, ut etiam alia multa eodem modo videri poſſint, neque in his quicquam interſit. Reperitur etiam cum dativo. *Ter. Eun. 2. 2. 2.* Homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens quid intereſt? Et cum caſu communi. *Teren. Adel. 1. 1. 51.* Hoc pater, ac dominus intereſt. ¶ Significat etiam referre, pertinere, *importare*, *appartenere*, ſed de hac notione vide ſupra *Intereſt* ſuo loco.

Intertalĕo, as, a. 1. cædo, incido, divido, a talea. *Varr. l. 1. de re ruſt.* apud *Non. c. 4. n. 473.* Nam etiam nunc ruſtica voce intertaleare dicitur dividere, vel excidere ramum ex utraque parte æquabiliter præciſum, quas alii clabulas, alii taleas appellant.

Intertextus, a, um, *teſſuto in mezzo*, *che ha qualche coſa teſſuta di mezzo*, Ger. *gewvirchet*, Gal. *entretiſſu*, Hiſp. *texido entre medias*, παράφαντος, quod in medio textum aliquid habet, ut *chlamys intertexta auro*, eſt chlamys ſerica, quæ aurum habet inter byſſum translucens, a Phrygioni-

gionibus intertextum, quod genus veſtium. *Suet. in Auguſt. Phrygianas* dicit, vulgus hodie vocat *broccato*. *Quinct. l. 8. c. 5.* Neminem deceat intertexta pluribus notis veſtis. *Ovid. 6. Metam. v. 118.* Flores hederis intertexti.

Intertignĭum, n. 2. ſpatium inter tigna. *Vitr. l. 4. c. 2.*

Intertinctus, a, um, nom. ex particip. *tinto fra mezzo*. *Plin. l. 36. c. 8.* Intertinctus aureis guttis lapis.

Intertortus, a, um, diſtortus, contortus. *Petron. in Satyr. c. 124.* Atque intertorto laceratam pectore veſtem. *Al. aliter leg.*

Intertrăho, is, axi, actum, a. 3. *levar via*, ἐξέλκω, plane extraho, de medio traho, eripio, aufero. *Plaut. Amph. 2. 2. 41.* Næ ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Intertrīgo, iginis, f. παράτριμμα, morbus, cum femina ſive equitando, ſive alia de cauſa attrita ſunt, aduſta, excoriata, item cum in genere veterinario pes pedem, aut ungula ungulam terit, ab intero. *Col. l. 7.* Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida, mox decocto, ac trito ſale cum adipe deſiccatur. *Plin. l. 20. c. 14.* Intertrigines menta prohibet. Adde *Varr. 4. L. L.*

Intertrimentum, ti, n. *danno*, נזק, Ger. *abgang ſchad*, Gal. *perte dommage*, Hiſp. *dano*, βλάβη, ἀπουσία, eſt damnum rei detritæ, ab *intero*, quia cum duo inter ſe teruntur, etiam imminuuntur, ut videre eſt in veſtibus ex attrectatione, & uſu. *Varro l. 4. de L. L.* ¶ Sumitur etiam tranſlate pro evanida argenti parte, quæ ex incoctione deperit. *Liv. l. 32. c. 2.* Pecunia Romæ mutua ſumpta, intertrimentum argenti ſuppleverunt. ¶ Item pro damno tum dantis, tum accipientis, ſeu pro communi jactura, quæ accidit in conficiendo aliquo negotio. *Cic. 3. Verr. c. 50.* Cum eo nullo intertrimento convenerat jam, quemadmodum traderetur. Ubi *Aſconius*. Detrimentum unius partis eſſe poteſt; intertrimentum vero dantis, & accipientis. *Ter. Heaut. 31. 39.* Nunc ſine magno intertrimento haberi non poteſt.

Intertritūra, æ, f. 1. idem quod intertrimentum. *l. ult. ff. de pign. act.* Quæro intertrituram, quæ ex operis facta eſt, &c.

Interturbatĭo, onis, f. ſumitur pro conſtantia, ſeu tranquillitate, quæ nunquam turbatur. *Liv. l. 23. c. 8.* Animi quoque ejus mirabilem interturbationem cum quæreret.

Interturbo, as, a. 1. *ſturbare*, διαταράττω, valde turbo. *Ter. And. 4. 1. 39.* Davus interturbat omnia. ¶ Eſt item aliquem aliquid agentem, aut dicentem interpellare. *Plaut. Bacch. 4. 4. 81.* Ne interturba, imperatum jam in cera eſt.

Intervăco, as, n. 1. *reſtare vacuo in mezzo*, διακενόομαι, in medio vacuus maneo. *Col. l. 4. c. 32.* Bulbus tripedaneis intervacantibus ſpatiis obrutus anno celerius maturam perticam præbet.

Intervallatus, a, um, περιοδικός, per intervalla disjunctus, ut Intervallata febris, quam intermittentem, & revertentem vocamus. *Gel. l. 1. c. 12. 7.* Hæc biduo medio intervallata febris. *Ammian. l. 26. c. 2.* Intervallato brevi tempore.

Intervallum, i, n. *intervallo*, *ſpazio*, רוח, Ger. *ein luecke*, Gal. *intervalle*, Hiſ. *eſpacio*, διάστασις, proprie eſt ſpatium inter palos, qui vallum caſtrenſe conſtituunt, ſed per Synecdochen ſpeciei, ad alia quævis ſpatia extenſum eſt, a *vallus*, quia eſt inter capita vallorum, ideſt, ſtipitum, quibus vallum fit. *Cic. de nat. Deor.* Non a Sole longius, quam unius ſigni intervallo diſcedit. *Id. pro Arch.* Interim ſatis longo intervallo venit Heracleam. ideſt, longo poſt tempore. *Liv. lib. 3.* Cur ex tanto intervallo rem deſuetam uſurparent. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c. 4.* Singulos per intervalla interfecit, *l' un dopo l' altro*. *Liv. l. 2.* Ne intervallo quidem facto. *ſenza perder tempo*. *Ulp. l. Si vero. Dig. Mand.* Dare alicui intervallum ſolvendi.

Intervello, is, elli, vulſum, *ſtirpare di mezzo*, παρατίλλω, e medio aliorum evello, ut cum lolium e tritico, canos e capillis, aut barba evellimus. *Senec. epiſt. 14.* Barbam aut vellere, aut intervellere. *Quintil. l. 10. c. 7.* Ita ſunt natura copulata, ut mutari, aut intervelli non poſſint.

Intervenĭo, is, n. 4. *ſopravvenire*, *intravvenire*, Ger. *darzu kommen*, Gal. *entrevenir*, Hiſ. *entrevenir*, ἐπέρχομαι, in medio negotio ſupervenio, inter aliquam rem venio. *Tacit. 3. Ann. c. 23.* Ludorum diebus, qui cognitionem intervenerant. *Cic. pro Cluen. c. 16.* Multi viri boni cum ex occulto interveniſſent. ¶ Eſt etiam caſu venire, vel venire ſimpliciter. *Cic. 2. de Or.* Niſi forte moleſti intervenimus. *Liv. l. 23. c. 18.* Plures cecidiſſent, niſi nox prælio interveniſſet. ¶ Item intereſſe, adeſſe. *Cic. in Fam.* Quod non eſſet factum, ſi ipſe interveniſſem. *Id. ad Q. Fr.* Etenim intervenit nonnullorum querelis. ¶ Item intercedere, ſeu ſeſe opponere. *Cic. 2. Phil.* Sed cito Curio intervenit, qui te a meretricio quæſtu abduxit. ¶ Item accidere, obvenire. *Cic. 1. Fin.* Quod exiguam dicit fortunam intervenire ſapienti. *Id. 3. Tuſc.* Aut in omnia, aut in magna parte vitæ, dolore non interveniente. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Ter. Heaut. 2. 3. 40.* Ubi de improviſo eſt interventum mulieri.

Intervenĭum, n. 2. μεσοφλέβιον, quod eſt inter venas terræ. *Vitr. l. 8. c. 1.* Sed non per intervenia dilabantur, & decreſcant.

Interventĭo, onis, f. interceſſio, interpoſitio, ſeu fidejuſſio. *Leg. 7. Dig. de minorib.* & *Leg. 13. Cod. Theodoſ. de Hæreticis*.

Interventor, oris, m. *interventore*, Ger. *der darzvviſchen koempt*, Gal. *entrevenant*, Hiſ. *entrevenidor*, interpellator, qui alicui rei intervenit. *Cic. de Fato, c. 1.* Et quodam liberiore, quam ſolebat, & magis vacuo ab interventoribus die. ¶ Aliquando etiam accipitur pro fidejuſſore, *mallevadore*, apud *Juriſ. leg. 3. Dig. de pecul.* Et apud *Lamprid. in Commod. c. 4.* Interventorem, ne conjuratio latius puniretur. h. e. deprecatorem.

Interventus, us, m. *ſopravvenuta*, *intervenimento*, Ger. *darzvviſchen kommung*, Gal. *ſurvenüe*, Hiſp. *ſobrevenida*, ἐπιφάνεια, actus interveniendi. *Cic. in Catil.* Tum interventu Pontini, atque Flacci pugna, quæ erat commiſſa, ſedatur. *Cæſ. l. 3. B. Gal. c. 15.* Noctis interventu.

Interverſĭo, onis, f. everſio, ſubverſio, turbatio. *Tertul. l. 1. adverſ. Marcion. c. 20.* O Chriſte patientiſſime, qui tot annos interverſionem prædicationis tuæ ſuſtinuiſti.

Interverſor, oris, m. qui ex pecunia publica aliquid intervertit. *L. 8. Cod. de jure Fiſci*.

Interverſus, a, um, nom. ex particip. ſurreptus, ablatus, everſus. *Cic. 4. Ver. c. 30.* Interverſo regali dono. *Tacit. Ann. 16. c. 10.* Interverſis patroni rebus. *Aur. Vict. de vir. illuſt. c. 33.* Interverſæ pecuniæ reus.

Interverto, is, erti, erſum, a. 3. *toglier via con aſtuzia*, Ger. *binderhaltem*, Gal. *detourner*, Hiſ. *arrebatar*, ὑπεξαιρέομαι, callide ſurripio, quod plerunque fit, cum rem commodatam, aut creditam nobis vindicamus, doloque, ne domino reſtituatur, efficimus. Unde *Cic. 6. Ver.* candelabrum, quod Rex Ægypti Jovi Capitolino dono tulerat, a Verre, qui illud commodato a Rege acceperat, interverſum eſſe conqueritur. *Id. Phil. 2.* Promiſſum & receptum intervertit, ad ſeque tranſtulit. *Plaut. Aſin. 2. 1. 10.* Unde ſumam? quem intervortam? h. e. decipiam, pecunia ſpoliem. *Gell. l. 11. c. 18.* Qui fundo, quem conduxerat, vendito, poſſeſſione ejus dominum intervertiſſet. ¶ Tranſlate *Senec. de conſol. ad Mart. c. 22.* Neque enim recta ingenia, qualem in adoleſcentia ſpem ſui fecerant, uſque in ſenectutem pertulerunt, ſed interverſa plerunque ſunt, *diſtolti*, *traviati*. Significat etiam ſubvertere, evertere. *Paul. JCtus l. amiſſione Dig. de capit. diminut.* Publica jura interverti non conſtat. ¶ Item decoquere. *Tacit. l. 2. hiſt. c. 95.* Novies millies ſeſtertium pauciſſimis menſibus intervertiſſe creditur.

Intervibro, as, a. 1. *Mar. Capell. l. 6. poſt init.*

Intervigĭlo, as, avi, atum, n. 1. idem ac vigilo, vel per intervalla vigilo. *Lamprid. in Alexandro, c. 6.* Dormientibus cunctis, ſolo tantum imperatore intervigilante, viſus eſt. *Senec. ep. 83.* Somno breviſſimo utor, & quaſi intervigilo. Meliores tamen libri hab. *interjungo*.

Intervirĕo, es, n. 2. in medio vireo. *Claud. de rapt. Proſ. l. 2. v. 100. de Iride.* Semita diſcretis interviret humida nimbis. *Stat. Theb. 4. v. 98. de angue*: lætiſque minax interviret herbis.

Intervīſo, is, a. 3. ἐπισκοπέομαι, per intervalla inviſo. *Cic. l. 7. Fam. ep. 21.* Quodque nos minus interviſis, hoc fero animo æquiore. *Id. Q. Fr. epiſt. 7. c. 2.* Urbanam expolitionem crebro interviſo.

Interŭla, f. 1. *camicia*, Ger. *hembde*, Gal. *chemiſe*, Hiſ. *camiſa*, χιτωνίσκος, ſubucula, induſium, tunica linea, veſtis intima, & corpori proxima. *Tertul. de Pall. c. 5.* Si quid interulæ ſupereſt.

Interŭlus, a, um, adject. interior, ut interula tunica, h. e. ſubucula. *Apul. l. 2. Florid.* Et *Vopiſc. in Prob. c. 4.* Interulas paragaudias duas huic dari jubebis. *Martian. Capell. l. 9.* Quin etiam interulos gaudens diſſolvere nexus.

Interundatus, a, um, adject. in undarum figuram diſtinctus. *Solin. c. 17.* (*al.* 27.) Hoc fulvum nigrantibus ſegmentis interundatum, varietate apprime decet.

Intervocalĭter, adverb. *Apul. l. 9. Metam.* Intervocaliter clamare, h. e. magna voce.

Intervolĭto, as, avi, atum, n. 1. in medio volito. *Liv. l. 3. c. 10.* Carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuiſſe fertur.

Intervŏlo, as, avi, atum, n. 1. in medio volo. *Valer. Flac. l. 2. v. 614.* Immittitque ratem, mediaſque intervolat urbes. Et *l. 5. v. 27.* Ille recens oculis intervolat Idmon.

Intervŏmo, is, ui, itum, n. 3. *vomitar tal volta*, inter aliquid vomo, vel interdum vomo. Tranſlate *Lucret. l. 6. v. 894.* Quod dulces inter ſalſas intervomit undas. h. e. interfundit.

Interuſurĭum, ii, n. commodum, vel uſura medii temporis, *profitto di uſura*. *Ulp. l. 9. Dig. de pecul.* Ut medii temporis interuſurium creditor conſequatur.

Intervulſus, a, um, nom. particip. evulſus, avulſus, non continuus, interruptus. *Solin. c. 5.* Tres Lepidi, intervulſa tamen ſerie, ex eadem domo, obducto membrana oculo ſimiles.

Inteſtabĭlis, le, o. 3. *chi non può far teſtimonio*, ἄμαρτυς, qui in jure teſtimonium dicere non poteſt. *Cajus* in *l. cum lege, ff. de teſtam.* Inteſtabilis cum lege quis eſſe jubetur, eo pertinet, ne ejus teſtimonium recipiatur, & eo amplius (ut quidam putant) neve ipſi dicatur teſtimonium. *Hor. 2. Serm. Sat. 3. v. 181.* Is inteſtabilis, & ſacer eſto. Ubi interpres *Porphyrio*: Antiqui eos, quos ad teſtimonium admitti nolebant, inteſtabiles vocabant: deteſtabiles, quorum teſtimonium malum, & execrandum eſſet. ¶ Capitur etiam pro deteſtabili. *Gel. l. 7. c. 18.* Eos tamen, qui ad Annibalem non rediiſſent, uſque adeo inteſtabiles, inviſoſque fuiſſe, ut tædium vitæ ceperint, necemque ſibi conſciverint. *Tacit. l. 6. Ann. c. ult.* Inteſtabilis ſævitia Tiberius. *Salluſt. in orat. Lepidi ad pop. R.* Pejor, atque inteſtabilior.

Inteſtāto, adv. *ſenza teſtamento*, Ger. *ohne teſtament*, Gal. *ſans teſtament*, Hiſ. *ab inteſtato*, *ſin teſtamento*, ἀδιαθέτως, ſine teſtamento. *Cic. 2. de Inv. c. 50.* Si paterfamilias inteſtato moritur, familia, pecuniaque ejus agnatorum, gentiliumque eſto.

Inteſtātus, a, um, *inteſtato*, *che non ha fatto teſtamento*, ἀδιάθετος, dicitur non ſolum qui mortuus eſt nullo confecto teſtamento, ſed etiam cujus ex teſtamento adita non eſt hæreditas. *Paul. in l. teſtatus, de verbor. ſignific. Ulp. de ſuis, & leg. hæred.* Inteſtati proprie appellantur, qui, cum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. *Cic. pro Cluent.* Haud hæres eſt Cluentius, inteſtatum dico eſſe mortuum. *Dig. 29. 4. 1.* Ab inteſtato hæreditatem poſſidere. *h. e.* ſine teſtamento ejus, qui mortuus eſt. ¶ Item cujus verbis non adhibetur fides, quive teſtis eſſe non poteſt. *Pompon. apud Non. c. 4. n. 237.* Ipſe cum uno ſervo ſenex inteſtatus proficiſcitur. ¶ Item nullis teſtibus convictus. *Plau. Curt. 5. 3. 17.* Hoccine pacto indemnatum, atque inteſtatum me arripi? Alii aliter legunt. *Id. Mil. a. 5. v. 24.* Et ſi inteſtatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia. Ludit hic *Plautus* in ambiguo vocis ſenſu. Nam *inteſtatus* poteſt etiam dici, qui teſticulis privatus eſt.

Inteſtīna, orum, n. 2. *interiori*, ἔντερα, σπλάγχνα, interanea, quidam quaſi membranacei canales, qui in interiore ventris parte ſiti alimentorum excrementa e ventriculo excipiunt, longiſque orbium anfractibus tandem per ſeceſſum dejiciunt. Dicta ſunt, quia interiore corporis parte clauduntur. Differunt a viſceribus, quia viſcera ſuperiora ſunt, inteſtina inferiora. Ab omento conteguntur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Ex inteſtinis autem, & alvo ſecretus a reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad jecur per vias quaſdam a medio inteſtino uſque ad portas jecoris. *Plaut. Caſ. 4. 3. 6.* Mihi inanitate jamdudum inteſtina murmurant. *Cic. l. 7. Fam. ep. 26.* Ex inteſtinis laborare. ¶ Uſurpatur & in ſingulari num. *Celſ. l. 2. c. 1.* Inteſtinum tenue. *Id. l. 7. c. 16.* Latum inteſtinum interdum glutinatur.

Inteſtīnus, i, m. idem ac inteſtinum. *Plin. l. 11. c. 37. verſus fin.* Inteſtinus quibuſdam ab ore incipit, & quibuſdam eodem reflectitur, ut ſepiæ, polypo. Ita legi in omnib. MSS. teſtatur *Harduinus*. Adde *Varron. apud Non. c. 3. n. 114.*

Inteſtīnus, a, um, *interno*, *coſa di dentro*, פנימי, Ger. *invvendig*, Gal. *inteſtin*, *interieur*, Hiſp. *inteſtino*, ἐντόσθιος, ὁ ἔνδοθεν, quod intus reconditum eſt, & foris non apparet, intimum, interaneum, internum. *Serv. Sulp. Cic. 4. Fam. ep. 5.* Quid eſt, quod tantopere te commoveat tuus dolor inteſtinus? ¶ Sæpe ponitur pro civili, ut *Inteſtina diſcordia*, *inteſtinum malum*, *inteſtina peſtis*, ideſt conſpiratio maxima, & periculoſiſſima, *inteſtinum bellum*, cum civitas veluti in ſua viſcera conjurat. *Cic. ad Brut.* Ingraveſcit enim in dies inteſtinum malum, nec externis hoſtibus magis, quam domeſticis laboramus. *Id. in Catil.* Ut bellum inteſtinum, ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſſimum, & maximum me uno togato duce, & imperatore ſedetur. ¶ Inteſtinum odium. *Liv. l. 2.* Inteſtino inter Patres, Plebemque flagrabat odio. ¶ Inteſtinum opus, quod ad ornatum ædium ex ligno conficitur. *Varr. l. 3. de re ruſt. c. 1.* Cum villam haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pavimentis e nobilibus lithoſtrotis ſpectandam. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Intexo, is, xui, xtum, a. 3. *teſſere in qualche coſa*, *inteſſere*, ἐνυφαίνω, eſt intus texere, texendo inſerere. *Virg. 3. Georg.* Utque purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Ubi Servius: Intexti, intus texti. Nam in velis ipſi erant picti, qui eadem vela portabant. ¶ Tranſlate ponitur pro annectere, innectere, implicare. *Virg. 2. Georg.* Illa tibi lætis intexit vitibus ulmos. ¶ Item pro immiſcere. *Cic. in Partit.* Læta triſtibus, incredibilia probabilibus inteximus. ¶ Intexere aliquem, eſt inducere loquentem. *Cic. Att. l. 13.* Scis me antea orationes, aut ali-

quid

quid id genus ſolitum ſcribere, ut Varronem nuſquam poſſem intexere. *Id. ibidem ep.* 22. Te ἀσυνέτως intexui, faciamque crebrius.

Intextus, us, ui, m. *teſſitura. Plin. l.* 2. *c.* 8. Æterna eſt cœleſtibus natura, intexentibus mundum, intextuque concretis.

Intextus, a, um, nom. ex partic. *inteſſuto*, intus textus. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.*47. Chlamys coloribus variis intexta. *Cic. de nat. Deor. l.*2. *c.* 55. Arteriæ toto corpore intextæ.

Intimatĭo, onis, f. *intimazione, inſinuazione*, denunciatio. *Martian. Capell. l.* 9. *poſt prine.* Doctæ intimationis excurſus.

Intimātor, oris, qui aliquid introducit, atque inſinuat. *Jul. Cap. in Pertinace*, *c.*10. Velut ſtultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat.

Intĭme, adv. *intrinſecamente*, Ger. *inniglich*, Gal. *intimement*, Hiſp. *intimamente, de l'alma*, εἰκειότατα, intrinſece. *Apul. l.*2. *Metam.* Intime uri. ¶ Translate ſignificat ex intimo animi ſenſu, vehementer. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi a me intime commendari.

Intimĭde, adverb. non timide. *Ammian. l.* 26. *c.* 17. Huic intimidius incedenti nec reſiſtebat populus, nec favebat. *Hadrian. Valeſius* exponit, valde timide, ut *in* augeat.

Intĭmo, as, avi, atum, a.1. ſignificat intimum reddere. Eo tamen utuntur ſolummodo Auctores cadentis latinitatis. *Apul. in Anaxomeno.* Intimare amplexus. *Solin. c.* 4. Nilus cum mari intimatur. *Ammian. l.* 15. *c.* 6. Oceani gurgitibus intimatur. ¶ Item proponere, denuntiare, inſinuare, *Symmach. l.* 10. *ep.* 40. Prædeceſſor meus perennitati veſtræ rationem dicitur intimaſſe. Affertur & locus *Livii l.* 4. *c.* 46. his verbis: Intimaſſe filio, ut milites ſcriberet. Sed corrupta eſt lectio, & *inſtitiſſe* legendum eſt.

Intĭmus, a, um, *intimo, più a dentro*, בְּנִימִי, Ger. *drinnen*, Gal. *intime*, Hiſ. *intimo*, ἐνδότατος, quod maxime intus reconditum eſt, ſup. ab antiquo *interus*, per Sync. *Cic. 6. Verr. c.* 45. In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum. ¶ Translate ponitur pro familiari, domeſtico, pro eo, qui cum aliquo omni tum officiorum, tum conſuetudinis, tum familiaritatis genere eſt conjunctus. *Cic. in Catil.* Qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. *Ter. Andr.* 3. 3. 44. Davus intimus eſt eorum conſiliis. *Nepos in Dione*, *c.* 1. Erat intimus Dionyſio priori. ¶ In intimis alicujus eſſe, eſt valde amari ab aliquo. *Cic. Att. l.* 4. Itaque in intimis eſt meis, cum antea notus non eſſet. *Id.* 3. *Fam.* M. Æmilius unus eſt ex meis familiariſſimis, atque intimis.

Intinctĭo, onis, f. tinctio. *Tertull. de Pœnit. c.* 2. & 12.

Intinctus, us, m. *ſapore*, ἅμβαμμα, condimentum ad obſonia condienda. *Plin. l.* 15. *c.* 29. Eadem origine aprorum ſapor commendatur, plerunque ad intinctus additis myrtis.

Intinctus, a, um, nom. ex particip. tinctus. *Vitr. l.* 1. *c.* 5. Intinctus in aqua. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 634. Nutriat intinctos miſſa patella cibos, h. e. conditos. Alii aliter legunt.

Intingo, is, inxi, inctum, a. 3. *intingere, bagnare*, ἐμβάπτω, immergo, madefacio, humecto. *Plin. l.* 20. *c.*17. Omnibus, quæ condiuntur, quæque intinguntur. *Cat. c.* 156. Crudum ſi edas, in acetum intingito.

Intolerabĭlis, le, o. 3. *intollerabile, inſopportabile*, Ger. *unerträglich*, Gall. *intolerable*, Hiſp. *intolerable*, δύσοιστος, quod tolerari, & terri non poteſt. *Cic. ad Q. Fr.* Quod certe & ad honeſtatem, & ad fugiendos intolerabiles dolores tuit aptiſſimum. *Id.* 3. *de Orat.* Mihi omnia ſunt intolerabilia ad dolorem. *Juven. Sat.* 6. *v.* 459. Intolerabilius nihil eſt, quam fœmina dives. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui non tolerat, *impaziente. Afran.* apud *Non.* 2. 435. Quod ſi feciſſem id ſæpius, didiciſſet is ferre, & non eſſet intolerabilis.

Intolerabĭlĭter, adv. *intollerabilmente*, Ger. *unleidlich*, Gall. *intolerablement*, Hiſp. *intolerablemente*, ita ut terri non poſſit. *Col. l.* 1. *c.* 4. Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

Intolerandus, a, um, idem quod intolerabilis. *Cic. in Rull.* Nunc proſpicite omnium rerum infinitam, atque intolerandam licentiam. *Liv. lib.* 22. *c.* 1. Intoleranda frigora. ¶ *Intolerandum* adverbialiter. *Gell.* 17. 8. Aula intolerandum ſervit.

Intolĕrans, antis, o. *impaziente*, Ger. *ungeduldtig*, Gal. *impatient*, Hiſp. *impaciente*, ἀνέχτων, impatiens, qui tolerare non poteſt. *Liv. l.* 9. *c.* 18. Quarum nemo intolerantior fuit. *Id. l.* 10. *c.* 28. Intolerantiſſima laboris corpora. ¶ *Levius* apud *Gell.* 19. 7. *curas intolerantes* dixit pro *intolerandas*.

Intoleranter, adv. *impazientemente*, Ger. *ungeduldtiglich*, ἀνωάτως, impatienter, impotenter, *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 10. Cum ipſum Herculem tam intoleranter dolere videamus. *Id. in Vatin. c.* 12. De tuis divitiis intolerantiſſime gloriaris. *Id.* 2. *de Orat. c.* 52. Intolerantius ſe jactare.

Intolerantĭa, æ, f. *intollerauza, impazienza*, Ger. *ungedult*, Gal. *intolerance*, Hiſ. *intolerancia*, ἀνωαπία, impatientia, impotentia. *Cic. pro Cluent. c.* 40. Quis illum cum illa ſuperbia, atque intolerantia terre potuiſſet?

Intollo, is, a. 3. extollo, ut clamores abſonos intollere. *Apul. l.* 8. *A. A.*

Intonātus, a, um, particip. ab intono. *Horat. Epod.* 2. Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc vertat mare, h. e. procelloſa tempeſtas Eoum mare tonitru, & ventis verſans.

Intondĕo, es, ondi, onſum, a. 2. *toſare d' intorno*, περικείρω, circumtondeo. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Et librarum ſummas partes intondeas.

Intŏno, as, ui, a. 1. idem quod tono. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 42. Partibus intonuit cœli Pater ipſe ſiniſtris. ¶ Per translationem dicitur & de quovis alio ſono vehementiore. *Plin. l.* 9. *c.* 40. Intonuit ingenti latratu canis. ¶ Et ſpeciatim ſumitur pro iracunde dicere, & cum quodam vocis impetu loqui. *Liv.* 3. Cum hæc intonuiſſet plenus iræ. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 7. Intonare minas. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 1. Orto apud libertos certamine, quis delegeret uxorem Claudio cœlibi vitæ intonanti. h. e. invehenti in vitam cœlibem. Alii leg. *cælibis vitæ intoleranti*. ¶ Partic. *intonaturus* legitur apud *Sidon. l.* 9. *ep.* 13.

Intonſus, a, um, *non toſato*, Ger. *unbeſchoren*, Gal. *non tondu*, Hiſp. *no treſquilado*, ἄκειρος, non tonſus. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine, barba abraditur, præterquam in ſuperiore labro. *Liv. l.* 1. *B. Pun.* Intonſi homines, & inculti. *Horat. epod.* 15. Capilli intonſi. *Col. l.* 7. *c.* 3. Intonſæ oves.

Intorquĕo, es, orſi, ortum, a. 2. *tirare, trarre con impeto*, חצץ, Ger. *umbkruemmen*, Gal. *entortiller*, Hiſp. *torcer*, συστρέφω, contra, ſeu intus torqueo, vel jacio, cum impetu jaculor, vibrando emitto. *Virg.* 2. *Æn. v.* 231. Et tergo ſceleratam intorſerit haſtam. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 4. Si quod in me telum intorſerit. ¶ Item circumtorqueo, *torcere. Cic.* 2. *de Or. c.* 66. Sex. Pinario mentum in dicendo intorquenti, &c. *Hirt. de B. Hiſpan. c.* 38. Intorquere talum, *ſlogarſi un piede*.

Intorte, adverb. involute. *Plin. l.* 16. *c.* 16. Intortius criſpus.

Intortĭo, onis, f. actus intorquendi. *Arnob. l.* 3. Hos capillorum intortione criſpulos.

Intortus, a, um, nom. ex particip. *torto. Martial. l.* 8. *epigr.* 33. Fortior intortos ſervat veſica capillos. *Liv. l.*25. Intorto circa lævum brachium paludamento. *Id. l.* 28. *c.* 30. *a med.* Ut fugientem navem videres retro vertice intortam victricibus illatam. *voltata, e girata a forza*. Et mox Navis repente intorta in proram circumagebatur. ¶ Translate *Plaut. Ciſt.* 4. 2. 64. Intorta oratio. h. e. involuta, obſcura.

Intra, *entro, dentro, intra, tra*, בְּתוֹךְ, Ger. *drinnen*, Gal. *dedans*, Hiſp. *dentro*, ἐντός, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt, ſignificatque ſpatium temporis, aut loci. *Cic. ad Att.* Niſi intra parietes meos de mea pernicie conſilia inirentur. *Id. pro Sext.* Antiochus intra montem Taurum regnare juſſus eſt. *Id. in Verr.* Quæ intra decem annos in rebus judicandis nefarie, & flagitioſe facta ſunt. *Liv. l.*23. *c.*41. Intra paucos dies. ¶ Accipitur etiam pro citra, ut *Intra famam*, ideſt citra opinionem, & minus ipſa fama. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Hortenſii ſcripta intra famam ſunt. *Flor. l.* 4. *c.* 11. Regina ante pedes Cæſaris provoluta tentavit oculos ducis fruſtra; nam pulcritudo intra pudicitiam principis fuit. h.e. minor pudicitia Principis. *Cic. ad Sulp. l.* 4. *Fam.* Modice hoc faciam, aut etiam intra modum. ideſt minus, quam modice. *Id.* 9. *Fam. ep. ult.* Epulamur una non modo non contra legem, ſi ulla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem. ideſt minus conſumimus, quam lex præſcripſerit. Item pro fine. *Horat. in Art. Poet. v.*266. Intra ſpem veniæ cautus. *Lambinus* legit *extra*. ¶ *Florus l.* 1. *c.*3. Facinus intra gloriam fuit. h. e. intra terminos gloriæ. ¶ *Plin. l.*3. *ep.*10. Intra me futurum eſt. h. e. apud me & ſecreto. ¶ *Gell. l.* 12. *c.* 1. Pluribus diſputat an *intra Calendas* ipſum Calendarum diem comprehendat. V. ¶ Intra, ſine caſu, adverbium eſt, cui contrarium eſt extrinſecus. *Col. l.*12. *c.*43. Hæc vaſa, & opercula & extrinſecus, & intra diligenter picata eſſe debebunt.

Intrabĭlis, le, adject. *dove ſi può entrare*, qui adiri poteſt. *Liv. l.* 22. *c.* 19. Intrabile os amnis. Ita legit *Gronov.*

Intractabĭlis, le, o. 3. *che non ſi può domare*, Ger. *unhandſam*, Gal. *intraitable*, Hiſp. *intratable*, ἀδάμαστος, indomabilis, qui tractari, domarive non poteſt. *Plin. l.*19. *c.*5. Virus illi intractabile eſt. *Virg. Æn.* 1. *v.*339. Genus intractabile bello. *Gell. l.* 18. *c.* 7. Domitius erat natura intractabilior, & moroſior.

Intractātus, a, um, *non maneggiato, indomito*, פרא, Germ. *unberitten*, Gal. *indomté*, Hiſp. *indomito*, ἄδμητος, non tractatus, indomitus. *Cic. de Am. c.* 19. Nemo eſt, qui non eo, quo conſuevit, libentius utatur, quam intractato, & novo.

Intractĭo, onis, f. *contrazione. Plin. l.* 7. *c.*12. Rictum in loquendo, intractionemque linguæ, & ſermonis tumultum piſcator quidam reddidit. Al. leg. *contractionem*.

Intrăho, is, axi, actum, a. 3. traho. *Apul.* 5. *Met.* Sulcatos intrahens greſſus. *Id. ib. l.* 11. Sol inclinatus intrahebat veſperam. ¶ Apud *Feſtum* intrahere, eſt contumeliam intorquere.

Intramurānus. V. Extramuranus.

Intranſitīvus, a, um, adject. ut intranſitiva elocutio, apud *Priſcianum l.* 14. h. e. non tranſiens ab alia in aliam perſonam.

Intrātus, a, um, nom. ex particip. paſſivæ ſignificationis ab intro, as. *Velley. l.* 2. *c.* 105. Intrata protinus Germania. *Liv. l.* 21. *c.* 25. Ubi rurſus ſilvæ intratæ. *Silius l.* 12. *v.*323. Phœbo jam intrata ſacerdos. h.e. afflata.

Intremĭſco, is, ui, n. 3. *intremire*, contremiſco. *Plin. l.* 2. *c.* 79. Terræ intremiſcunt, ſopito mari.

Intrĕmo, is, mui, n. 3. *tremare, intremire*, idem quod tremo. *Celſ. l.* 3. *c.* 3. Totum corpus intremit. *Ovid.* 2. *Met. v.* 180. ſubito genua intremuere timore. ¶ Tranſitive *Silius l.* 16. *v.* 664. Hannibalem ecce ſenectus Intremit, aut ægros ſimulat mentita timores.

Intremŭlus, a, um, adject. *tremolante*, idem quod tremens, ſeu tremulus. *Auſon. in epitaph. Heroum* 34. Intremulam baculo non ſubeunte manum.

Intrepĭde, adv. *intrepidamente*, ἀδεῶς, ſine pavore, audacter. *Liv. l.* 26. *c.* 4. Poſtquam aſſuetudine quotidiana ſatis intrepide viſum eſt fieri.

Intrepĭdus, a, um, *intrepido, che non ha paura*, Ger. *unerſchrocken*, Gal. *intrepide*, Hiſp. *intrepido*, ἀδεής, qui nihil timet, impavidus. *Ovid.* 13. *Met. v.* 478. Pertulit intrepidos ad fata noviſſima vultus. *Plin. in præfat.* Hæc quis poſſet intrepidus æſtimare? *Tacit. in Agric. c.* 22. Intrepida ibi hiems. h. e. hibernæ militum ſtationes tutæ.

Intribŭo, is, ui, utum, a. 3. idem quod tribuo, vel contribuo, confero. *Trajan. ad Plin. l.* 10. *ep.* 35. Ne quid ideo intribuant.

Intributĭo, onis, f. contributio, tributum. *Paul. JCtus Sentent. l.* 2. *tit.* 7. Collatio intributionis.

Intricātus, a, um, adject. involutus, implicatus. *Plaut. Perſ. argum.* Intricatum ludit potans Dorpalum.

Intrĭco, as, avi, atum, a. 1. implico, involvo, *imbarazzare*, ἐμπλέκω, a tricis. *Afranius apud Non. c.* 1. *n.* 26. Ita intricavit hanc rem temeritas.

Intrīgo, inis, f. idem ac intertrigo. *Varr. l.* 4. *de L. L. ad fin.*

Intrimentum, i, n. 2. idem ac intritum. *Apul.* 10. *Met.* Qui ſapidiſſimis intrimentis ſuccum pulmenta condita vapore mollibat.

Intrinsĕcus, adv. *intrinſecamente, di dentro*, מִבְּפְנִים, Germ. *invvendig*, Gal. *par dedans*, Hiſp. *de dentro*, ἐσώθεν, in interiore parte, a *intra*, & *ſecus*, qua notat juxta, prope. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 11. Eam intrinſecus eadem re perungunt. *Col. l.* 12. *c.* 43. Lata vaſa intrinſecus & exterius craſſe picari jubebat.

Intrīta, æ, f. 1. idem ac intritum. *Don. in Phor. a.* 2. *ſc.* 2. 4. Proprie enim intrita dicitur hujuſmodi cibus. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Intrita panis e vino, V. *Intritum*.

Intrītum, i, n. μυττωτόν, genus edulii ex allio, porro, caſeo, oleo, ovis concinnatum, ita dictum, quod in mortario teratur. *Apul. lib.* 2. *Met.* Inſuper fluctus libant intritum lacte confectum. ¶ Eſt etiam intritum, vel melius intrita, calcis genus manibus ſubactum, neque ſtatim ad opus adhibitum, ſed tempore maceratum, fermentatumque. *Plin. l.*36. *c.*23. Intrita quoque quo vetuſtior, eo melior. ¶ Item emplaſtri genus ad inſitionem accommodatum, quod conſtabat ex argilla manibus ſubacta. *Plin. l.*17. *c.*16. Atque ita coagmentari, & illa ſua intrita oblini.

Intrītus, a, um, adject. tritus, maceratus. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 9. Panis in lacte intritus.

Intro, as, avi, atum, n. 1. *entrare, andar dento*, בּוֹא, Ger. *hineiv*, Gal. *dedans*, Hiſ. *dentro, ingredior*, introeo, ab adv. *intro. Cic.* 2. *Phil.* Tu ingredi illam domum auſus es? tu illud ſanctiſſimum limen intrare? *Id. pro Domo.* In Capitolium intrare turbulento illo die non debuiſti. *Silius l.* 11. *v.*473. Intrare Ponto. *& l.* 9. *v.* 289. Intrare Cœlo. ¶ Translate ſumitur pro ſe ſe inſinuare, penetrare, &c. *Cic. ad Q. Fr.* Qui in tuam familiaritatem penitus intravit. *Id. pro Flacco.* Sed intrabo etiam magis. *Id.* 5. *Fin.* Intrandum eſt igitur in rerum naturam, & penitus, quid ea poſtulet, pervidendum. *Tacit. in Agric.* Intravit animum militaris gloriæ cupido. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 5. At ſi mare intretur &c. V. *Intratus*. ¶ Significat interdum transfigere, *trafiggere. Martial. l.*7. *epigr.* 97. Quem (aprum) meus intravit ingenti cuſpide dexter. *Id. l.* 14. *epigr.* 30. *de venabulis:* Intrabunt urſos, ſit modo firma manus. ¶ Eſt etiam verbum judiciorum, & ſumitur pro in judicio adeſſe. *Plin. l.* 5. *ep.* 4. Vicentini ſine advocato intraverunt. *Id. l.* 6. *ep.* 31. A parte hæredum intraverunt duo.

Intro, *entro, dentro*, בּוֹא, Ger. *hinein gehen*, Gall. *entrer*, Hiſp. *entrar*, ἔσω, adv. motus ad locum ab ἐντός, *intus. Plaut. Amph.* 4. 3. 11. Intro ædepol abiit, credo, ad uxorem meam. ¶ Intro dare ſe, eſt ultro ſe ſe

introducere, vel offerre gerendis negotiis. *Cic. pro Cæc. c.* 5. Atque etiam se ipse offerebat, & intro dabat. Legendum tamen est *intrudebat*.

Introclūdo, a. 3. *rinchiudere*, ἐγκατακλείω, in interioribus claudo. *Sen.* Qui domi introclusus otiabatur. Ita Calepinus, & Passerat. sed locum non indicant.

Introcurro, is, n. 3. *correr dentro*. *Nævius* apud *Non. c.* 3. *n.* 92. Per fretum introcurrimus.

Intro do. V. Intro.

Introdūco, is, uxi, uctum, a. 3. *introdurre*, *menar dentro*, הביא, Germ. *hinein fuehren*, Gal. *introduire*, Hif. *introduzir*, εἰσφέρομαι, intra aliquem locum duco. *Sal. in Catil.* Vulturtium cum legatis introducit. *Cæs.* 2. *B. G.* Si suas copias Hedui in fines Bellovacorum introduxerint. ¶ Sumitur etiam pro inducere. *Cic.* 11. *Phil. c.* 8. Quam ambitionem constantissimus, & gravissimus civis L. Cæsar in Senatum introduxit. *Id. de Amic. c.* 1. Catonem introduxi senem disputantem. Melius tamen legitur *induxi*. ¶ *Introduce* pro introduc ἀρχαϊκῶς habet *Plaut. Aulul.* 3. 3.

Introductĭo, onis, f. actus introducendi, *l' introdurre*, *introduzione*, εἰσαγωγή. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 16. Noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum introductiones nonnullis judicibus pro mercedis cumulo ferunt.

Introductorĭus, a, um, adject. *che fa introduzione*, ut introductorius liber, apud *Cassiod. c.* 24. *divinar. lectionum*.

Introĕo, is, ivi, itum, n. 4. *entrare*, εἰσέρχομαι, ingredior. *Cic.* 16. *Fam.* Eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia. *Id. in Pis.* Quasi vero ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Varro l.* 1. *c.* 63. Quo cum periculo introitur recenti apertione. *Ulpian. l. lex Cornelia. Dig. de injur. & fam. libell.* Introitum est in fundum alienum. ¶ Et cum accusat. & præposit. *ad*. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 35. Qui vidisse eum diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicam. ¶ Et sine præposit. *Suet. Calig. c.* 47. Triremes, quibus introierat Oceanum.

Introfĕro, ers, tuli, latum, anom. a. *portar dentro*, infero, in aliquem locum porto, εἰσφέρω, εἰσκομίζω. *Cic.* 7. *Ver. c.* 13. Lectica in urbem introferri solitus est. *Liv. l.* 43. *c.* 7. Princeps eorum pedibus captus, lectica est introlatus.

Introgredĭor, eris, essus sum, d. 3. *entrare*, εἰσέρχομαι, introeo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 520. Postquam introgressi, & coram data copia fandi.

Introĭtus, us, m. *entrata*, מבוא, Ger. *eigang*, Gal. *entreé*, Hisp. *entrada*, εἴσοδος, ingressus, actio introeundi. *Cic.* 11. *Phil.* Qui nocturnus introitus in Smyrnam, quasi in hostium urbem? *Id. pro Cæc.* Iste ad omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum, armatos homines opponit. *Col. l.* 11. *c.* 2. Introitum facere. ¶ Translate sumitur pro principio. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 18. Etenim post profectionem tuam primus introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ.

Introĭtus, a, um, particip. pass. *Ulpian. l. Lex Cornel. Dig. de Injur.* Quod se pulsatum, verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat.

Intromitto, is, isi, issum, a. 3. *ricevere dentro*, הביא, Ger. *hinein lassen*, Gal. *mettre dedans*, Hif. *meter dentro*, εἰσδέχομαι, προσάγω, in domum admitto. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 40. Nemo voluit visentem ad eam intromittere. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 12. Cave, quemquam alienum in ædes intromiseris. *Id. ib.* 3. 6. 17. Qui intromisisti in ædibus quingentos coquos. Alii legunt *in ædes*. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 9. Phœdriam comissatum intromittamus. ¶ *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 12. Intromittere mares in fœminas. h. e. admittere.

Introrsum, adv. *verso dentro*, εἰς τὸ ἔσω, vel ἔσω, introversus, hoc est, interiora versus. *Liv. l.* 10. *c.* 33. Hostem introrsum in media castra accipiunt. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 44. Introrsum turpem, speciosum pelle decora.

Introrsus, adv. idem ac introrsum. *Cæs.* 2. *B. G. c.* 18. Ut non facile introrsus inspici posset. *Senec. de vita beata*, *c.* 3. Foris nitent, introrsus misera sunt.

Introrumpo, is, upi, uptum, n. 3. *entrare con furia*, εἰσβάλλω, irruo, cum impetu introeo. *Gel. l.* 15. *c.* 22. Cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit. *Ter. Eun.* 5. 5. 26. Cesso huc introrumpere? ¶ Cum accusat. sine præposit. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 51. Introrumpere portas.

Introspecto, as, a. 1. *guardar dentro*. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 27. Quid volunt? quid introspectant? ¶ Potest etiam divisim scribi *intro specto*.

Introspĭcio, is, exi, ectum, a. 3. *guardare dentro*, εἰσοράω, introrsus aspicio, diligentissime video. *Cic.* 2. *de Div.* Scilicet causas, omnium introspicere, ut videant, quid cuique conducat. *Id.* 2. *Fin. c.* 35. Introspice in mentem tuam. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 7. Ad introspiciendas procerum voluntates. h. e. ad explorandas.

Introversus, adverb. idem ac introrsus. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 186. Quare fit, ut introversus, ut ad te spectent, atque ferant vestigia se omnia prorsus? Adde *Petron. in Satyr.*

Introvocatus, us, ui, m. *il chiamar dentro*. *Ammian. l.* 29. *c.* 6. Primo introvocatu.

Introvŏco, a. 1. *chiamare dentro*, εἰσκαλέω, in domum advoco. *Liv. l.* 10. Priusquam introvocarentur ad suffragium Tribus. *Cic. in Ver.* 3. *c.* 26. Cur ad nos filiam non introvocari jubes?

Intrūdo, is, usi, usum, a. 3. *cacciar dentro*, εἰσωθέω, intro trudo, & quasi vi quadam. *Cic. pro Cæc. c.* 5. Atque etiam se ipse interebat, & intrudebat.

Intubacĕus, a, um, quod est ex intubo. *Plin. l.* 27. *c.* 12. Intubacea folia.

Intŭbus, vel intybus, i, m. vel f. 2. vel intubum, seu intybum, i, n. 2. *cicorea*, *radicchio*, *endivia*, ἔντυβον, σέρις, herba eadem ac cichorea, ut *Servius* ait *in* 1. *Georg.* Sed aliis herba est ex cichoriorum genere, radice capillata, quam vulgo vocant endiviam. *Plin. l.* 20. *c.* 8. Intubi quoque non extra remedia: succus eorum cum rosaceo, & aceto capitis dolores lenit. *Virg. l.* 1. *Georg. v.* 120. Et amaris intuba fibris.

Intuĕor, eris, tuitus sum, d. 2. *guardare*, εἰσοράω, θεάομαι, aspicio, inspicio, video, cum acc. *Cic. in Tusc.* Cum oculis Solem deficientem intueretur. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*, vel *ad*. *Cic. in Bruto*. Sed in te intuens, Brute, doleo. *Id.* 5. *Tusc.* Delecti pueri ad nutum illius intuentes diligenter ministrabant. ¶ Translate est contemplari, animadvertere, observare. *Cic. pro Domo*. Et intuemini paulisper animis juventutem. *Id.* 1. *de Or.* Ac mihi quidem sæpenumero in summos homines, ac summis ingeniis præditos intuenti. *Id.* 5. *Tuscul.* Rerum naturam studiose intueri. ¶ Intueri interdum dicuntur ædificia, quæ prospectum habent. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Cubiculum, quod hippodromum, vineas, montes intuetur.

Intuĭtus, us, m. actus intuendi, aspectus, *il guardare*, ἔποψις. *Quinct. l.* 10. *c.* 1. Non ad intuitum rei, pugnamque præsentem. *Plin. l.* 16. *c.* 10. Abies hilarior intuitu.

Intumesco, is, intumui, n. 3. *gonfiarsi*, turgesco, inflor, ὀγκύλλομαι. *Plin. l.* 2. *c.* 81. Fluctus intumescens. *Col. l.* 1. *c.* 4. Loco tamen ipso paululum intumescente. h. e. altius surgente. *Ovid.* 6. *Fast.* Vidi virgineas intumuisse genas. ¶ Translate sumitur pro efferri, superbire. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. Jure quodam potestatis intumescere. ¶ Item pro irasci. *Ovid.* 2. *Fast. v.* 607. Jupiter intumuit, quaque est non usa modeste, eripit huic linguam. *Id.* 4. *de Pont. el.* 14. Intumuit vati non tamen Ascra suo. h. e. in vatem ira non exarsit. *Stat.* 1. *Thebaid.* Iræ intumuere.

Intumulātus, a, um, insepultus, inhumatus. *Ovid. in ep.* 2. *v.* 136. Occurramque oculis intumulata tuis.

Intŭor, eris, intutus sum, d. 2. idem ac intueor. *Plaut. Most.* 3. 2. 150. Profecto nullam equidem illic cornicem intuor.

Inturbātus, a, um, *non turbato*, ἀτάραχος, non turbatus. *Plin. in Paneg. c.* 64. Et sedit inturbatus, interritus; & tanquam ita fieri soleret.

Inturbĭdus, a, um, adject. non turbidus, quietus, tranquillus. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 52. Inturbidus externis rebus annus. *Id.* 14. *Ann. c.* 22. Esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta, & inturbida juventa frueretur.

Inturgesco, is, n. 3. idem quod turgesco. *Veget. l.* 1. *R. milit. c.* 56.

Intus, *dentro*, בפנים, Ger. *drinnen*, Gal. *dedans*, Hif. *dentro*, ἔνδον, ἔσω, adv. status, ab ἐντός. *Prisc. in* 15. deducit ab *in*, ut *subtus* a *sub*. *Cic. in Catil.* Intus inclusum periculum est. *Id. de Univ. c.* 10. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat. *Pers. Sat.* 3. *v.* 30. Ego te intus, & in cute novi. *Lucret. l.* 2. *v.* 710. Intus in artus. ¶ Est etiam adverbium motus de loco. *Plaut. Pers.* 2. 4. *in fi.* Egreditur intus. h. e. domo. *Id. Bacchid.* 1. 2. 62. Jubebo intus efferri foras. *Id. Epid.* 3. 4. 40. Quin tu fidicinam produci intus jubes? Quidam tamen hæc, & similia exempla, quæ præsertim in Plauto sæpe leguntur, per ἔσω explicant, ut v. g. *fidicina intus ducatur*, pro *fidicina quæ intus est*. Sic *patera intus*, *argentum intus* &c. ¶ Interdum ponitur pro intro. *Lucret. l.* 4. *v.* 1088. Nam cibus, atque humor membris assumitur intus. *Plut. Cas.* 5. 2. 7. Ubi intus hanc novam nuptam deduxi via recta. ¶ *Intus sibi canere*, proverb. est, & significat proprii tantum commodi gratia aliquid agere. *Cic. in Rull.* 2. *c.* 26. V. Cano, & *Aspendius*. ¶ Intus equum agere, est breviore gyro circumagere, ad metam propius accedendo; sumptum a cursu equorum in Circo, de quo vide *Interior*. Hinc translate *Ovid.* 6. *Fast. v.* 585. Tertia causa mihi spatio majore canenda est, Nos tamen adductos intus agemus equos.

Intusĭum &c. V Indusium.

Intūtus, a, um, *mal sicuro*, *non sicuro*, ἐπισφαλής, non securus, incustoditus, indefensus. *Liv. l.* 5. *c.* 45. Castra Gallorum intuta, neglectaque ab omni parte nacti invadunt. *Plin. l.* 34. *c.* 14. Intutum est scribere stylo. *Nazar. in paneg. Constant. c.* 26. Non intutior tempore, quam Deo tectior.

Intybus. V. Intubus.

Invādo, is, si, sum, n. 3. *entrare*, פשט, Germ. *anfallen*, Gall. *envahir*, Hif. *acometer*, ἐπέρχομαι, ingredior, intro, irruo, irrumpo. *Cic.* 3. *Ver.* Si in eas vi cum exercitu, imperioque invasisses. *Id.* 3. *Off.* Panætius negat, ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse. *Virg.* 6. *Æn.* Nunc invade viam. *Tacit. l.* 11. *Ann.* Biduo tria millia stadiorum invadit. ¶ Est item repente, & cum impetu aggredi, petere, oppugnare, *assalire*, *venire addosso*. *Cic. ad Q. Fr.* Subitoque bonus Imperator noctu urbem hostium plane invasisset. *Idem* 11. *Phil.* In Galliam invadit Antonius, in Asiam Dolabella. ¶ Item invehi in aliquem, insectari, exagitare. *Cic. in Sall.* Nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem, & in filiam meam invasisti. *Id.* 1. *Off.* In quo me invadi solere ab invidis, & improbis audio. ¶ Item incessere, corripere, *entrare*, *sorprendere*. *Cic. in Fam.* 16. *ep.* 12. Mirus furor invasit improbos. *Varro de vita pop. R.* Tanta porro invasit cupiditas bonorum plerisque. *Lucret. l.* 6. *v.* 1210. Usque adeo mortis metus his invaserat acer. Rursus *Sallust. in Catil.* Tanta vis avaritiæ in animos eorum invaserat. ¶ Item capessere, occupare. *Plin. de Vir. illustr.* Marius vigintiquinque annorum consulatum invasit. *Cic. Phil.* 2. In multas præterea pecunias, ejectis veris hæredibus, invasit. ¶ Item aggredi, suscipere. *Virg.* 9. *Æn. v.* 187. Aliquid jamdudum invadere magnum, Mens agitat, mihi. ¶ Item aggredi alloquendi causa. *Virg. Æn.* 4. *v.* 265. Continuo invadit: Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, &c.

Invalentĭa, æ, f. 1. idem quod invaletudo. *Gell. l.* 20. *c.* 1. Vitium aliquod imbecillitatis, atque invalentiæ demonstratur.

Invalesco, is, lui, n. 3. *corroborarsi*, חזק, Ger. *zunemen*, Gal. *s'enforcer*, Hisp. *convalecer*, ἐπιῤῥώννυμαι, robur, ac firmitatem acquiro. *Plaut. Most.* Usque invaluisti? ¶ *Consuetudinem invalescere*, est inveterare, & confirmari. *Quint. l.* 2. *c.* 1. Tenuit consuetudo, quæ quotidie magis invalescit. ¶ Aliqui existimant, invalescere aliquando significare infirmum, ac debile fieri, in desuetudinem venire. *Quinct. l.* 10. *c.* 2. Cum verba intercidant, invalescantque temporibus. Sed sententia est: verba certis intervallis obsolescere, & rursus redire in consuetudinem; ut est apud *Hor. de arte Poet.*

Invaletudinarĭus, a, um, adject. idem ac valetudinarius, sæpius ægrotans, *infermiccio*. *Senec. in præfat. l.* 1. *quæst. nat.* Non video, quare sibi placeat, qui robustior est invaletudinario.

Invaletūdo, inis, f. 3. *debolezza*, *infermità*, חלושה, Germ. *schwachheit*, Gall. *debilitè*, *faute de forces*, Hisp. *flaqueza*, ἀῤῥωστία, imbecillitas. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 2. Invaletudo tua me valde conturbat.

Invalĭde, adverb. debiliter. *Arnob. l.* 7. *ad fin.* Quam infirmiter, invalideque dicatur. Legitur etiam in *Cic. l.* 10. *Attic. ep.* 8. An invalide tuli scelus? Sed mira hic textus varietas.

Invalĭdus, a, um, *debole*, *poco gagliardo*, Germ. *schwach*, Gal. *foible*, Hisp. *flacco*, ἄῤῥωστος, infirmus, debilis, ægrotus. *Liv. l.* 6. *c.* 8. Qui ubi videre Camillum, jam ad munera corporis senecta invalidum, vadentem in hostes. *Col. l.* 2. *c.* 11. Ne alterius generis herba invalidam medicam perimat. *Plin. l.* 8. *c.* 36. Invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum. ¶ Item valde validus. *Lucret. l.* 1. *v.* 969. Invalidis telum contortum viribus. Al. leg. *Id. validis*.

Invāsor, oris, m. 3. *invasore*, qui invadit, & occupat *Aurel. Vict. in Aureliano*, *c.* 49. Romanum orbem tricennio ab invasoribus receptavit.

Invāsus, us, m. occupatio, aggressio. *Cæl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 4. Primo invasu affici passione.

Inūber, eris, adject. o. non uber. *Gell. l.* 20. *c.* 8. Ostreæ cum appositæ fuissent, & multæ quidem inuberes, macræque essent.

Invectĭo, onis, f. 3. *il portar dentro*, invehendi actus. *Cic.* 2. *Off. c.* 3. Jam vero & earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, invectio certe nulla esset. ¶ Ponitur etiam pro insectatione, & impetu animi in aliquem, *invettiva*. *Cic.* 2. *de Inven. c.* 54. Clementia, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati comitate retinentur. Alii aliter leg.

Invectitĭus, a, um, o. 1. a. quo invehitur aliunde. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Cum Theophrastus tradat, invectitias esse in Asia etiam columbas. *Senec. ep.* 23. Quodcumque invectitium gaudium est, fundamento caret.

Invectivalĭter, adverb. *con invettiva*. Est *Sidonii l.* 1. *ep.* 11.

Invectīvus, a, um, στηλιτευτικός, quo in aliquem invehimur, h. e. maledictis eum insectamur. Unde *invectivæ orationes* dicuntur adversus aliquem scriptæ, quibus in illius mores, vel ingenium, aut vitam invehimur. *Ammian. l.* 22. *c.* 32. Invectivum volumen. *Priscian.* quoque *l.* 1. 16. *pag.* 1023. *Putsch.* & alibi *invettivas* vocat orationes Ciceronis in Catilinam.

Invector, oris, m. qui aliquid invehit. *Symmach. l.* 10. *ep.* 27. (*al.* 34.) Lanati pecoris invector.

Invectus, a, um, partic. ab invehor, pro feror, importor. *Cic. in Somn.*

Cum

Cum eris curru in Capitolium invectus. *Id. de Fin.* Rex Perſes eodem flumine invectus. *Liv. l.* 4. Ipſe triumphans invectus Urbem Dictatura ſe abdicavit. ¶ Eſt etiam pro maledictis infectatus. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 133. Triſtibus invectus verbis.

Invectus, us, m. idem quod invectio. *Plin. l.* 4. *c.* 1. Et Artemiram inſulam aſſiduo terræ invectu continenti annectens.

Invĕho, is, exi, ectum, a. 3. *menare dentro*, ἐμφορέω, ἐσάγω, intro veho, navi, vel vehiculo importo, infero. *Cic.* 2. *Off.* Tantum in ærarium pecuniæ invexit. *Id. pro Mur.* Qui jam in portum ex alto invehuntur. *Id. de prov. Conſ.* Si in Capitolium invehi victor cum illa inſigni laurea geſtiret. ¶ Sæpe ponitur pro ſimplici veho. *Virg. Æn.* 5. Centauro invehitur magna. ¶ Translate ſumitur pro afferre. *Cic. in Tuſcul.* Quemcunque caſum fortuna invexerit. *Id. ibid.* Mala, quæ tibi caſus invexerat, *Id. pro Mur.* Cum bellum invectum totam in Aſiam eſſet. ¶ Item pro aliquem maledictis inceſſere, infectari. *Cic. Philip.* 2. *c.* 29. De quo Cæſar in Senatu, aperte in te invehens, queſtus eſt. Sed hac ſignificatione frequentius utimur voce paſſiva. V. *Invehor.*

Invĕhor, eris, ectus ſum, *inveire*, paſſiv. 3. ab inveho, ſignificat ferri, rapi impetu ſermonis in aliquem, infectari aliquem, aut maledictis aggredi, *inveire*, הקיט, Ger. *mit beſcheltung anfahren*, Gal. *outrager de paroles*, Hiſp. *hazer invectivas*, ἀποτέθραμμαι, maledictis aggredior. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 75. Si in homines caros acerbius, & contumelioſius invehere. *Id. de Amic. c.* 16. Infectari, & invehi in aliquem. ¶ Et addito accuſativo communi. *Nepos Timol. c.* 5. Cum nonnulla inveheretur in Timoleonta.

Invendibĭlis, le, o. 3. quod non poteſt facile vendi. *Plaut. in Pœn.* 1. 2. 128. Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere.

Invendĭtus, a, um, non venditus, ut Prædia invendita. *Scævola l. ult. Dig. de reſcind. vendit.*

Invenĭo, is, eni, entum, a. 4. *ritrovare*, בּיצא, Ger. *finden*, Gal. *trouver*, Hiſ. *hallar*, εὑρίσκω, εὑρίσκομαι, comperio, reperio, nanciſcor, deprehendo, quaſi in rem venio. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 16. Everſam in perpetuum Provinciam nos inveniſſe, ſcito. *Plin. l.* 10. *c.* 21. Invenitur in annalibus. *Id. l.* 14. *c.* 13. Inveniemus inter exempla. *Liv. l.* 13. Apud pleroſque auctores invenio. ¶ Sunt qui putant, inter *invenire*, & *reperire* hoc eſſe diſcriminis, quod *invenire* fit rem quæſitam offendere, *reperire* autem caſu in rem aliquam incidere. Alii contra: ſed utrique nugantur, qua de re V. *Popmam de differ. verbor.* Locus vero *Ovidii* 1. *Met. v.* 654. *tu non inventa, reperta es*, qui & ab ipſo *Popma*, *& a Fabro in Theſauro*, & a multis præterea eruditis affertur, mendoſus eſt: ita enim legendum. *tu non inventa reperta Luctus eras levior.* Ita ut *inventa* ſit primus caſus, *reperta* ſextus. ¶ Uſurpatur etiam invenire pro excogitare, comminiſci. *Cic. pro Dom. in prine.* Cum multa divinitus a majoribus noſtris inventa, atque inſtituta ſunt. *Ter. Heaut.* 3. 3. 35. De fallacia dicis? ſt', inveni nuper quandam. Sic dicimus invenire viam, rationem, remedium alicui rei, &c. *Virg. Terent. Cic.* ¶ Item pro comparare, acquirere. *Cic. Phil.* 3. Cognomen ex contumelia invenit, *Plin. l.* 7. *c.* 43. Pecuniam bono modo invenire. *Plaut. prol. v.* 27. Invenire ſibi gratiam a Diis. ¶ Item pro cognoſcere. *Ter. Heaut.* 4. 1. 44. Quid nunc ſuſpicare, aut invenis de illa? *Plaut. Capt.* 3. 4. 106. Nunquam hoc invenies ſecus. ¶ *Invenibo*, pro inveniam, antique, *Pompon.* apud *Non. c.* 7. *n.* 96.

Inventarĭum, ii, n. *inventario*, בדרש, Ger. *ein regiſter*, Gal. *inventaire*, Hiſp. *inventario*, ἀναγραφή, idem quod repertorium. *Ulp. l.* 7. *ff. de admin. tut.* Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo feciſſe videtur. Ex quo colligas, Ulpiani temporibus vocem hanc minus receptam apud doctos fuiſſe, & *repertorium* elegantius uſurpari.

Inventĭo, onis, f. *invenzione*, Ger. *orfindung*, Gal. *invention*, Hiſ. *invencion*, εὕρεσις, εὕρημα, actus inveniendi. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 25. Quid? illa vis quæ tandem eſt, quæ inveſtigat occulta, quæ inventio, atque excogitatio dicitur? ¶ Speciatim inventio eſt pars officii Oratorii. *Cic.* 1. *de Inv. & Auct. ad Her. l.* 1. Inventio eſt excogitatio rerum verarum, aut veriſimilium, quæ cauſam probabilem reddant.

Inventiuncŭla, æ, f. 1. parva inventio. *Quint. l.* 8. *c.* 5. Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent.

Inventor, oris, maſc. *inventore*, אב, Ger. *erfinder*, Gal. *inventeur*, Hiſp. *inventor*, εὑρετήρ, qui quippiam primus invenit. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Ariſtæus, qui olivæ dicitur inventor. Adde *l.* 1. *Fin. c.* 10.

Inventrix, icis, fœm. *inventrice*, Germ. *eine erfinderin*, Gall. *inventrice*, Hiſp. *inventora*, quæ invenit. *Cic.* 1. *de Or. c.* 4. Atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 21. Qui genuiſſe Minervam dicitur, quam principem, & inventricem belli ferunt.

Inventum, i, n. εὕρημα, commentum, res inventa, *invenzione*, *partito*, *coſa inventata*. *Cic. pro Mur. c.* 29. Æmuli inventorum Zenonis. *Virg.* 4. *Georg. v.* 454. Memoranda inventa. *Ter. Heaut.* 4. 6. 7. Ut te omnes dii cum iſtoc invento, atque incepto perdant.

Inventus, a, um, *ritrovato*, εὑρεμένος, repertus, partic. ab invenior. *Cic. de Or.* Non ſatis eſt reperire, quid dicas, niſi id inventum tractare poſſis. *Plaut. Truc.* 2. 4. 62. Inventa malefacta. *Id. Cap.* 2. 3. 81. Serva in perpetuum tibi amicum me, atque hunc inventum inveni. V. ibi *Taubman. Ter. Eun.* 5. 8. 6. Scis, Pamphilam meam inventam civem. h. e. cognitam. *Id. Phorm.* 3. 3. 26. Invenias reddam. h. e. inveniam.

Inventus, us, m. idem ac inventio. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Ex eodem inventu eſt ſurculos abſciſſos ſerere.

Invenuſte, adv. *fenza grazia*, Ger. *anlieblich*, Gal. *ſans grace*, Hiſp. *ſeamente*, ἀμόσως, ἀχαρίτως, illepide, ineleganter, impolite, inepte. *Gel. l.* 17. *c.* 12. Inibi in eiſdem laudibus non herele hac ſententiola invenuſte luſit.

Invenuſtus, a, um, *fenza grazia*, Germ. *unlieblich*, Gall. *mal plaiſune*, *mauſſade*, Hiſp. *no gracioſo*, ἄμουσος, illepidus, & ſine Venere (ut inquit Donatus) ideſt ſine gratia. *Cic. de Cl. Or. c.* 65. Non invenuſtus actor, ſed iners, & inimicus fori. *Catul. epigr.* 12. Sordida res, & invenuſta. ¶ Proprie ſignificat eum, cui amores male procedunt, ἀναφρόδιτος; atque hinc ſumitur pro infelici. *Ter. Andr.* 5. 11. Adeone hominem eſſe invenuſtum, aut infelicem quemquam, ut ego ſum? V. *Venus*, & *Venuſtus*.

Inverecunde, adverb. *fenza verecondia*, *sfacciatamente*, impudenter, ἀναισχύντως, *Senec. epiſt.* 114. Aliqua ætas fuerit, quæ translationis jure uteretur inverecunde. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. Non inverecunde dicet.

Inverecundĭa, æ, f. *sfacciataggine*, impudentia, ἀναισχυντεία. *Arnob. l.* 4. Obduratus inverecundia. *Tertul. de Pœnit. c.* 6. Præſumptio inverecundiæ portio eſt.

Inverecundus, a, um, *fenza vergogna*, Ger. *unſchamhafft*, Gal. *impudent*, Hiſp. *deſvergoncado*, ἀναιδής, impudens, omnis verecundiæ expers. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 45. Sin inverecundum animi ingenium poſſidet. *Plaut. Rud.* 3. 2. 38. Legirupa, impudens impurus, inverecundiſſimus. *Valer. Max. l.* 7. *c.* 7. *n.* 1. Quid enim illis inverecundius?

Invergo, is, inverſi, inverſum, ſecundum Diomedem, a. 3. *inclinare*, *riverſciare*, נטה, Germ. *biegen*, Gal. *incliner*, Hiſp. *enclinar*, ἐγκλίνω, inclino. *Plaut. Curc.* 1. 2. 12. Invergere in me liquores tuos ſino ductim. *Virg. 6. Æn. v.* 244. frontique invergit vina ſacerdos.

Inversĭo, onis, f. 3. *inverſione*, ἀναστροφή, tranſpoſitio, actus invertendi. *Auct. ad Her. l.* 1. Ab apologo, a fabula veriſimili, imitatione, depravatione, inverſione, &c. ¶ Speciatim eſt Figura, per quam verba inverteruntur. *Cic.* 2. *de Or. de Facetiis*. In verbis etiam illa ſunt, quæ aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex unius verbi translatione, aut ex inverſione verborum.

Inverſor, aris, dep. 1. in aliqua re verſor. *Lucil.* apud *Lactant. l.* 6. *c.* 5. Queis inverſamur, queis vivimus.

Inversūra, æ, f. *piegatura*, *volta*. *Vitruv. l.* 5. *c.* 3. Aditus directus, & ſine inverſuris.

Inverſus, a, um, nom. ex particip. *roverſciato*, *voltato*, *mutato*, ἀνεστραμμένος. *Quint. l.* 3. *c.* 11. Inverſa conſuetudo. *Horat. epod.* 2. *v.* 63. Inverſus vomer. *Id. l.* 3. *od.* 5. Inverſi mores. *Ter. Heaut.* 2. 5. 131. Inverſa verba.

Inverto, is, ti, erſum, a. 3. *rivoltare*, *riverſciare*, καταστρέφω, in contrarium verto, perverto, immuto. *Virg.* 3. *Georg.* Et campum horrentem fractis invertere glebis. *Cic.* 3. *Off.* Cum in locum anulum inverterat. *Plin. l.* 32. *c.* 2. *de muræna:* Infixam hamo invertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato. ¶ Invertere verba, eſt ea præpoſtere pronuntiare. V. *Inverſio*. ¶ Translate ſumitur pro perturbare. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. Quid quæris; probe premitur, niſi noſter Pompeius Diis, hominibuſque invitis negotium invertit. *Id. in Partit. c.* 7. Invertere ordinem.

Inveſperaſcit, ebat, imp. 3. *farſi ſera*, ἑσπεράζει, veſper fit. *Liv. l.* 39. *c.* 50. Jam inveſperaſcebat.

Inveſtigabĭlis, le, adject. qui inveſtigari poteſt. *Lactant. l.* 3. *c.* 27. Res non inveſtigabiles.

Inveſtigatĭo, onis, f. *inveſtigazione*, חקר, Ger. *nachſuthung*, Gal. *recherche*, Hiſ. *inveſtigacion*, ἀνίχνευσις, inquiſitio, diſquiſitio, inventio. *Cic.* 1. *Off. c.* 4. In primiſque eſt hominis propria veri inquiſitio, atque inveſtigatio. Adde *l.* 5. *Fin. c.* 4.

Inveſtigātor, ris, m. *inveſtigatore*, *inquiſitore*, חקר, Ger. *nachſucher*, Gal. *rechercheur*, Hiſp. *inveſtigador*, ἀνιχνεύτης, inquiſitor. *Cic. de Un. c.* 1. Acer inveſtigator, & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ ſunt. Adde *pro Syll. c.* 30.

Inveſtigātrix, icis, f. quæ inveſtigat. *Mart. Capel. l.* 5. *poſt init.* Inveſtigatrix comprehenſio.

Inveſtĭgo, as, a. 1. *inveſtigare*, ἰχνεύω, eſt per veſtigia quærere, & invenire. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Et tam incredibilis ad inveſtigandum ſagacitas narium. ¶ Translate ſumitur pro ſimpliciter quærere, & indagare. *Cic.* 6. *Ver. c.* 21. Qui inveſtigabant, & perſcrutabantur omnia. ¶ Item reperire, *Id. pro Ligar.* Sed quoniam diligentia inimici inveſtigatum eſt, quod latebat. *Ter. Heaut.* 4. 2. 8. Nihil tam difficile eſt, quin quærendo inveſtigari poſſit.

Inveſtimentum, i, n. veſtimentum, amiculum. *Liv. l.* 4. *c.* 25. Ne cui album inveſtimentum addere petitionis cauſa liceret. Melius tamen legitur *in veſtimentum*.

Inveſtĭo, is, a. 4. *adornare*, κοσμέω, veſte tego, orno. *Plin. l.* 35. *c.* 7. Publicas porticus inveſtivit pictura. *Senec. epiſt.* 114. *ex Mecenate:* Focum mater, aut uxor inveſtiunt. h. e. circumſident, cingunt, vel veſte obducta tegunt. V. *Lipſ. in hunc loc.*

Inveſtis, ſte, o. 3. *fenza veſte*, *nudo*, ἄχλυτος, ſine veſte, nudus. *Tertul. de pal. c.* 3. Nudus certe, & inveſtis figulo ſuo conſtitit. ¶ Item imberbis, impubes, qui necdum pubertate veſtitus eſt, *sbarbato*, ἄπηβος. Nam veſtis etiam auctore *Feſto* lanuginem malas, aut inguina veſtientem ſignat. *Macrob. l.* 3. *Satur. c.* 8. Romani pueros, & puellas nobiles, & inveſtes camillos, & camillas appellant, Flaminicarum, & Flaminum præminiſtros. *Pallad. l.* 11. *c.* 14. Ut quoties vinum movetur, inveſtis puer hoc, aut aliquis ſatis purus efficiat. ¶ Item quia impuberes Venerem neſciunt, inveſtis accipitur etiam pro eo, qui Venerem expertus non eſt, ἄφθορος. Sed *Nonius* ſcripſit, inveſtem dici quaſi *in Veſta*, hoc eſt pudicitia, ſeu caſtitate, quam amat Veſta, cujus nempe virginibus nubere non licebat. Igitur idem eſt *mas* inveſtis, & *mas virgo*. Sed tamen *virgo* proprie de muliebri ſexu dicitur, *inveſtis* de virili. *Tertul. l. de veland. Virgin. c.* 8. Si virgo mulier non eſt, nec vir inveſtis eſt. Si non operitur virgo, quia mulier non ſit, operiatur inveſtis, quia vir non ſit. *Id. c.* 11. Mater familiæ vocatur licet virgo, & pater familiæ licet inveſtis.

Inveteraſco, is, ſine præt. & ſup. a. 3. *invecchiarſi*, בלה, Ger. *altvverden*, Gall. *s'enviellir*, Hiſp. *envejecerſe*, πεσγηράσκω, vetuſtatem acquiro. *Cic. in Tuſc. c.* 14. Nihil inveteraſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit. ¶ Translate *Cæſ. l.* 2. *B. Gal. c.* 1. Populi R. exercitum hiemare, atque inveteraſcere in Gallia moleſte ferebant. ¶ Metaleptice ſumitur pro invaleſcere, confirmari. *Cic. Catil.* 3. 11. Res noſtræ literarum monumentis inveteraſcent, & corroborabuntur.

Inveteratĭo, onis, f. *antichità*, תבלית, Germ. *veraltung*, Gal. *envielliſſement*, Hiſ. *envejecimiento*, παλαιότης, vetuſtas, antiquitas. *Cic. in Tuſc.* 4. *c.* 37. Inveteratio autem ut in corporibus ægrius depellitur quam perturbatio.

Inveterātus, a, um, *antico*, *vecchio*, πεπαλαιωμένος, antiquus, ab inveteror. *Cic.* 5. *Phil. c.* 11. Omne malum naſcens facile opprimitur, inveteratum ſit plerumque robuſtius. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Inveteratum vinum. *Nepos in Eumen. c.* 8. Inveterata licentia.

Invetĕro, as, avi, atum, *invecchiarſi*, idem ac inveteraſco. *Cic.* 2. *Verr.* Inveteravit jam opinio pernicioſa Reip. vobiſque periculoſa. *Id. pro Sylla*. Quorum jam & nomen, & honos inveteravit & huic Urbi, & hominum famæ, ac ſermonibus. ¶ Sumitur etiam pro invaleſcere, corroborari. *Cic. pro L. Man. c.* 3. Quæ penitus inſedit, atque inveteravit in Populi R. nomine. ¶ Reperitur etiam active, & paſſive, & notat ad vetuſtatem ſervare. *Plin. l.* 23. *c.* 2. Atque ita vinum defendebant, inveterabantque. *Id. l.* 19. *c.* 6. Si diutius allium, cæpeque inveterari libeat. ¶ Item invenitur imperſonaliter. *Cic.* 2. *Off.* Quanquam intelligo, in noſtra civitate inveteraſſe jam bonis temporibus, ut ſplendor Ædilitatum ab optimis viris poſtuletur. Sed ſubintelligitur *morem*, vel *conſuetudinem*, vel membrum orationis vice caſus antecedentis fungitur. ¶ Significat etiam abolere, antiquare. *Lactant. l.* 2. *c.* 17. Hac verſutia, & his artibus veri Dei notitiam apud omnes gentes inveteraverunt.

Invetĭtus, a, um, adject. non vetitus, *non proibito*. *Silius l.* 2. *v.* 441. It liber campis paſtor, cui fine fine ullo Invetitum ſaltus penetrat pecus.

Invĭa, orum, n. 2. ἄβατα, loca, ad quæ accedi non poteſt, aut ad quæ, vel per quæ difficillime acceditur, inacceſſa, inacceſſibilia. *Liv. l.* 21. *c.* 35. Per invia pleraque, & errores.

Invĭcem, adv. *ſcambievolmente*, *a vicenda*, Ger. *eines umbs ander*, Gall. *chacum ſa fois*, Hiſ. *a vezes*, πρὸς ἀλλήλους, viciſſim, mutuo, ab *in*, & *vicem*. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 11. Habes res urbanas; invicem res ruſticas ſcribe. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Invicem manibus apprehenſis, *Senec. in Apocolocynt.* Noli mihi invidere: mea res agitur: deinde ſi quid volueris, invicem faciam. h. e. mutua faciam. ¶ Item per vices. *Plin. l.* 6. *c.* 1. Alitum

cantus, canumque latratus invicem audiuntur. *Cels. l. 1. c 3.* Invicem modo aqua, modo vinum bibendum eſt. ¶ Item e contrario, contra. *Liv. l. 28. c. 44.* Requieſcat aliquando vexata tamdiu Italia, uratur, evaſteturque invicem Africa.

Invictus, a, um, *invitto, che non ſi può vincere*, Ger. *unuberwindlich*, Gall. *invincible*, Hiſp. *invicto*, ἀνίκητος, fortis, & qui vinci non poteſt. *Cic. pro Marc.* Recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipſius victoriæ conditio, viſque devicta eſt. *Id. 2. Agr.* Quæ ipſum Annibalem armis etiam tum invictum voluptate vicit. ¶ Invictus a labore, eſt indefeſſus. ἀκάματος, *Cic. 1. Off.* Nec qui invictum ſe a labore præſtiterit, vinci a voluptate. *Cic. 4. Verr. cap.* 38. Nomen invictiſſimi Imperatoris. ¶ *Invictus, & Invictiſſimus* tituli erant Imperatorum. *Inſcript.* apud *Grut.* Magno, & invicto Imp. M. Aurelio. *Item*: Aureliano invictiſſimo Principi.

Invidendus, a, um, nom. particip. invidiæ obnoxius. *Horat. l. 3. od. 1. in fi.* Cur invidendis poſtibus, & novo Sublime ritu moliar atrium? *Id. l. 2. od.* 10. Caret invidenda Sobrius aula.

Invĭdens, ntis, adject. o. 3. invidus, *invidioſo*. *Cic. Tuſc. 4. c. 8.* Nocere invidenti. *Velleſ. l. 2. c. 73.* Specioſis invidens. ¶ Item nolens, invitus. V. *Invideo*, in fine.

Invidentĭa, æ, f. 1. *Invidia*, φθόνος, *βασκανία*, ægritudo animi, quam deſcribit *Cic. 4. Tuſc. c. 8.* Invidentiam eſſe dicunt ægritudinem ſuſceptam propter alterius res fecundas, quæ nihil noceant invidenti. *Et ſuperius*: Atqui quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus adverſis, ſic invidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. *Id. 3. Tuſc. c. 9.* Poſſet in invidentiam. Non dixi in invidiam, quæ tum eſt, cum invidetur: ab invidendo autem invidentia recte dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ, quod verbum ductum eſt a nimis intuendo fortunam alterius. Et *l. 4. cap. 7.* Ut ægritudini invidentia. Utendum eſt enim docendi cauſa verbo minus uſitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet, ſolum dicitur, ſed etiam in eo, qui invidetur.

Invidĕo, es, idi, iſum, n. 2. *invidiare, aver invidia*, קנא, Ger. *miſſgaennen*, Gal. *avoir envie*, Hiſ. *aver embidia*, φθονέω, *βασκαίνω*, ex alicujus rebus ſecundis dolore afficior, ab *in*, & *video*, quod oculos, & animum in eos, quibus invidemus, continue intentos teneamus. Suapte natura activum eſt primi ordinis, & acc. poſtulat vel perſonæ, vel rei, ut ſimplex video, unde factum eſt. Sed ex conſuetudine fere uſurpatur in 3. ordine neutrorum, aliquando in tertio activorum. *Cic. Tuſc. 3. c. 9.* Ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ, quod verbum ductum eſt a nimis intuendo fortunam alterius, ut eſt in Menalippo, Florem quiſnam liberum invidit meum? Male Latine videtur. Sed præclare *Accius*. Ut enim videre, ſic invidere florem rectius, quam flori dicitur. Nos conſuetudine prohibemur; Poeta jus ſuum tenuit, & dixit audacius. *Id. 2. de Or.* Invident autem homines maxime paribus, aut inferioribus. *Id. 3. Tuſc. c. 2.* Ut nobis optimam naturam invidiſſe videantur. *Id. 2. Agrar.* Qui honori inviderunt meo. *Horat. lib. 1. Sat. 6.* Invidere honorem alicui. ¶ Conſtruitur etiam cum dat. & abl. & præp. *in*. *Cic. pro Flacco.* In qua tibi invideo, quod unis veſtimentis tandiu lautus es. *Id. 2. de Orat.* Niſi interdum in hoc Craſſo paulum inviderym. ¶ Invenitur etiam paſſive. *Hor. in Arte, v. 56.* Ego cur, acquirere pauca ſi poſſum, invideor? ¶ Uſurpatur ſæpe imperſonaliter. *Cic. 2. de Or.* Invidetur enim commodis hominum ipſorum. ¶ Reperitur etiam uſurpatum pro inſpicio. *Salluſt. in orat. 2. ad Cæſ. de Republ. ordin. circa fin.* Mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam divino numine invideri. Al. leg. *inviſi*. Huc pertinet & illud *ex Menalippo*, quod affertur a *Cic. modo cit.* ¶ Item pro nolo, invitus ſum. *Horat. l. 1. od. 37. de Cleopatra.* Sævus liburnis ſcilicet invidens Privata deduci &c. ¶ Qui invident, Strabones dicuntur. V. *invidus*.

Invidia, æ, f. *invidia, odio*, קנאה, Ger. *miſſgunſt*, Gal. *envie*, Hiſ. *embidia*, φθόνος, *βασκανία*, mœror ex aliena proſperitate, ab *in*, quod hic auget, & *video*, ideſt a nimis intuendo fortunam alterius. Differt ab invidentia, quia invidentia active ſumitur, invidia tum active, tum paſſive, i. e. dicitur & de eo, qui invidet, & de eo, cui invidetur. V. *invidentia*. Differt etiam ab odio. Nam invidemus fortunato, odimus vitioſum. Deinde invidia hominum tantum eſt, odium reliquorum etiam animantium. ¶ De invidia, cum pro invidentia uſurpatur (quod tamen rarius eſt) hæc exempla ſunto. *Nepos in Eumen. c.* 10. Invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque militum Antigono eſt deditus. *Cic. Phil. 14. cap. 6.* Digna imitatione, non invidia, excellentium hominum virtus eſt. Adde *eund. 2. de Orat. & in Rull.* ¶ Sæpius vero uſurpatur paſſive pro odio, & malevolentia, cum ſcil. quis invidetur, ut dictum eſt. Hinc invidiam facere alicui, *farlo odioſo, Brut. ad Cic. l. 11. Fam. ep. 1.* ¶ Invidiam ſubire, *ſoggiacer' all' altrui odio*. *Cic. 1. Ver.* ¶ In invidia eſſe, *eſſer' odioſo*. *Salluſt. in Jugurth.* ¶ Onerare, ſeu cumulare invidia aliquem; conflare invidiam alicui, &c. *Id. Sueton. & alii*. ¶ Invidia aliquid incendere, *caricare di odioſità*. *Quintil. l. 4. c. 2.* ¶ Invidiæ alicui eſſe, *apportar' odioſità*. *Liv. l. 4. c. 49.* Impelleret in eas voces, quæ invidiæ univerſo ordini eſſent. ¶ In invidiam rapere, trahere, adducere. *Cic. 1. Fam. ep. 1. ad fin. & Agr. 3.* ¶ Invidiam habere, h. e. invidiæ eſſe obnoxium. *Cic. Agr. 2.* Syllanus ager tantam habet invidiam, ut veri, ac fortis Tribuni plebis ſtridorem unum perferre non poſſit. *Id. Verr. 6.* Cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus invidiæ habiturum. ¶ Sine invidia aliquid dare, apud *Martial. l. 3. epigr. 65.* ſignificat, libenti animo, & non invidenti, ſine repugnantia. ¶ *Abſit verbo invidia*, formula eſt, qua utimur, cum aliquid invidioſum dicimus. *Liv. l. 9. c. 19. ad fin.* Abſit verbo invidia, & civilia bella fileant. *Id. l. 36. c. 7.* Hoc ego adjuncto (abſit verbo invidia) qui dubitare de eventu poſſim?

Invidiōſe, adv. *odioſamente*, ἐπαχθῶς, inviſe, odioſe, ut Invidioſe aliquid dicere, vel facere, ideſt, eo animo quippiam dicere, vel facere, ut aliquem in invidiam, hoc eſt in odium adducamus. *Cic. 4. Acad.* Num minus hæc invidioſe dicuntur? *Id. pro Mil.* Conciones illæ, quibus invidioſe potentiam meam criminabare. *Velleſ. l. 2. c. 45. de Ciceronis exilio*: Neque quiſquam aut expulſus invidioſius, aut reſtitutus lætius.

Invidiōſus, a, um, מקנא, Ger. *verhaſſer*, Gal. *envié*, Hiſ. *embidiado*, ἐπίφθονος, is, cui invidetur. *Cic. pro Corn. Balbo.* Pecunia L. Cornelii neque invidioſa eſt. ¶ Sumitur etiam pro inviſo, pro eo, quod invidiam, ideſt odium alicui conflat. *Cic. ad Q. Fr.* Ut ſumma feveritas animadverſionis non modo non invidioſa, ſed etiam popularis eſſet. ¶ Reperitur etiam active pro eo, qui invidet. *Ovid. 15. Met. v. 324.* Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas omnia deſtruitis. ¶ Comp. invidioſior, ſup. invidioſiſſimus. *Cic. 4. Verr.* Putabant, abſentis damnationem, præſertim tantæ pecuniæ, multo invidioſiorem fore. *Id. pro Cluent. c. 37.* Quod fuit in illo judicio invidioſiſſimum.

Invĭdus, a, um, *invidioſo*, מקנא, Ger. *miſſgunſtig*, Gal. *envieux*, Hiſ. *embidioſo*, φθονερός, *βάσκανος*, qui alicui invidet, hoc eſt, qui ex alterius proſperitate dolore afficitur. *Cic. pro Mur.* Quantum neque ambitioſus Imperator, neque invidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit. ¶ Sæpe ſubſtantive ponitur. *Cic. 6. Fam. ep. 16.* Perſuaſerat nonnullis invidis meis. *Id. pro Flacco.* Sed ſi forte aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hoſtis, aut laudis invidus extitiſſet. ¶ Aſpiciunt autem invidi aliena bona oculis non rectis, ſtrabonum in morem. Unde ſcite dixit *Lucil.* apud *Non. c. 1. n. 109.* Nulli me invidere, non ſtrabonem fieri deliciis me iſtorum. *Varr. ibid.* Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones facti ſunt. *Hor. l. 2. od. 2.* Quiſquis ingentes oculo irretorto ſpectat acervos.

Invigilātus, a, um, nom. ex particip. evigilatus, elucubratus. *Cinna vetus Poeta apud Iſid. l. 6. c. 12.* Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis Carmina.

Invigĭlo, as, avi, atum, n. 1. *vegghiare*, שקד, Germ. *vvachen ſeyn*, Gal. *veiller*, Hiſp. *velar*, ἐπαγρυπνέω, cum cura, & ſolicitudine vigilo. *Col. l. 10. v. 159.* Invigilate viri, tacito nam tempora greſſu diſfugiunt. *Lact. lib. 4.* Vel cuſtodiendis domibus invigilat. ¶ Translate ſumitur pro incumbere in rem aliquam. *Virg. 4. Georg. v. 158.* Namque aliæ victu invigilant.

Invincibĭlis, le, adject. qui vinci non poteſt, invictus, *invincibile*. *Apul. Apolog.* Cum hæc ab illis quaſi gravia, & invincibilia dicerentur.

Invincibĭlĭter, adverb. invicte, *invincibilmente*. *Apul. l. 4. Florid.* Ratio concluſa acriter, & invincibiliter videbatur.

Invinctus, a, um, valde vinctus. Nam præp. *in* interdum negat, interdum auget. *Calliſtr. l. pen. ff. de lege Fabia.*

Invīnus, a, um, *che non beve vino*, ἄοινος, abſtemius, qui vinum non bibit, quaſi ſine vino, ſicut invius ſine via. *Apul. l. ult. A. A.* Neque ullum animal eſſem, & invinius eſſem. In veteri Onomaſtico legitur *invînus*, ἄοινος.

Invĭo, as, avi, atum, a. 1. viam facio, vel viam ingredior, calco, ἐποδίζω. *Solin. c. 2. (al. 8.)* Parcius depavita levibus veſtigiis inviare.

Inviolabĭlis, le, o. 3. *inviolabile, che non ſi può violare*, Ger. *unverletzig*, Gal. *inviolable*, Hiſp. *inviolable*, ἀνεκβίαστος, quod violari non poteſt, aut vulnerari. *Sil. lib. 16. v. 16.* Velut inviolabile telis ſervabant, ſacrumque caput. Adde *Lucret. l. 5. v. 306.*

Inviolabĭlĭter, adv. *inviolabilmente*. *Marcellinus*, & *Fauſtinus in libello ad Impp. Valentin. Theod. & Arcad.* Fidem integram inviolabiliter poſſidere.

Inviolāte, adv. *incorrottamente*, ἀνεκβιάστως, incorrupte. *Cic. de Sen. cap. 22.* Memoriam noſtri pie, inviolateque ſervabitis.

Inviolātus, a, um, *inviolato, incorrotto*, תמים, Ger. *unverſehrt*, Gall. *inviolè*, Hiſp. *inviolado*, ἀνεκβίαστος, illæſus, incorruptus, integer. *Cic. pro Rab. c. 4.* Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum defendo ſervari oportere. *Id. pro Sext. c. 67.* Invulnerati, inviolatique vixerunt. *Auct. carm. ad Liviam de morte Druſi, v. 43.* Pudicitia inviolata.

Inviſcĕro, as, avi, atum, a. 1. indo, intus gigno. *Nemeſin. in Cyneg. v. 214.* Hoc canibus blandis inviſcerat æſtus.

Inviſibĭlis, le, adject. *inviſibile*, ἀόρατος. *Celſus in præfat.* Inviſibilia foramina. *Lactant. l. 7. c. 9.* Deus inviſibilis.

Inviſĭtātus, a, um, nom. ex particip. *non viſitato, non veduto ſpeſſo*. *Liv. l. 27. c. 39.* Galli inviſitati ante alienigenis, nec videre ipſi advenam in ſua terra aſſueti. *Quintil. Declam. 12.* Nulla celebris civitas inviſitata tranſitur. *Apul. l. 4. Florid.* Quod ſum vobis nec lare alienus, nec pueritia inviſitatus.

Inviſo, is, iſi, iſum, a. 3. *andare a vedere*, פקר, Ger. *beſuchen*, Gall. *aller voir, viſiter*, Hiſp. *yr a ver*, ἐπισκοπέω, idem quod ſimplex viſo, niſi quid addat compoſitio vehementiæ. *Cic. Att. lib. 1.* Et ut jam inviſas nos, non ſolum rogo, ſed etiam ſuadeo. *Id. Att. l. 4.* Domum meam quod crebro inviſis, eſt mihi valde gratum. *Plaut. Stich. 1. 2. 9.* Ad meam filiam inviſo. ¶ Item inſpicere, intueri. *Virg. 1. Georg. v. 25.* Urbes invifere, terrarumque curam.

Inviſor, oris, m. qui invidet, *invidioſo*. *Apul. l. 1. Florid.* Si quis forte ex inviſoribus meis malignus ſedet.

Inviſus, a, um, *non viſto*, Ger. *ungeſehend*, Gal. *non veu*, Hiſ. *no viſto*, ἀόρατος, ἀθέατος, non viſus. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 27.* Occulta, & majoribus non inviſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere pervertit. ¶ Frequentiſſime ponitur pro odioſo, ſive pro eo, qui odio habetur, qui diſplicet, μισητός, quia quem odimus, eum æquo animo videre non poſſumus. *Cic. pro Lege Manil. c. 16.* Ne aut inviſa Diis immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe videatur. *Id. 1. Off.* Quo enim quis verſutior, & callidior eſt, hoc inviſior, & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. *Plin. Ep. 40. l. 2.* Cujus marito inimiciſſimus, ipſi inviſiſſimus fuerat. *Martial. l. 7. epigr. 20.* O Nero crudelis, nullaque inviſior umbra. hoc eſt nulla re magis inviſus, quam cæde Lucani, de quo eſt epigramma.

Invitabĭlis, le, o. 3. *dilettevole*, ἐπαγωγός, blandus, delectabilis, jucundus. *Gel. l. 13. cap. 11.* Sermones jucundos, & invitabiles, & cum quadam illecebra, & voluptate utiles.

Invitamentum, i, n. *invito*, *allettamento*, invitatio, illecebra. *Cic. in Hortenſ.* apud *Non. c. 4. n. 232.* Voluptates nulla ad res neceſſarias invitamenta afferunt ſenibus. *Id. l. 5. Fin. c. 6.* Fons reperiendus eſt, in quo ſint prima invitamenta naturæ.

Invitatio, onis, f. *invito*, קרוא, Ger. *ladung*, Gal. *invitation, convoi*, Hiſp. *combite*, πρόκλησις, invitamentum. *Cic. Att. l. 9.* In Epiro vero invitatio quam ſuavis, quam liberalis, quam fraterna! *Id. Tuſc. 3. c. ult.* Ægritudo non natura exoritur, ſed judicio, ſed opinione, ſed quadam invitatione ad dolendum.

Invitātor, oris, m. qui invitat, præſertim ad cœnam. *Martial. lib. 9. epigr. 93.* Ad cœnam ſi me diverſa vocaret in aſtra Hinc invitator Cæſaris, inde Jovis. *Sidon. l. 9. ep. 13.* Quos undique aſcitos invitator in unam cœnam contraxerat.

Invitatus, us, m. invitatio, *invito*. *Cic. 7. Famil. epiſt. 5.* Ut initio mea ſponte, poſtea invitatu tuo mittendum duxerim.

Invitātus, a, um, nom. ex particip. allectus, *invitato*. *Plin. l. 2. c. 23.* Invitata improbitas parvo ſucceſſu. *Liv. l. 1. c. 9.* Invitati per domos hoſpitaliter.

Invīte, adv. *contra voglia, mal volentieri*, Ger. *mit un vvillan*, Gal. *a regret*, Hiſp. *forcoſamiente*, ἀκουσίως, non libenter, coacte. *Cic. Att. l. 8. ep. 3.* Invite cepi Capuam. *Id. 2. Orat. cap. 89.* Quem ego paulo ſciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus ſermonis accedere. *Id. 3. Fam. ep. 10.* Qui cum maximis rebus ſuis coactus a me invitiſſime diſceſſiſſet. Melius tamen *invitiſſimo*.

Invitiabĭlis, le, adject. qui vitiari, & corrumpi non poteſt. *Prudent. Pſycomach. v. 626.* Spes invitiabilis ævi.

Invĭto, as, avi, atum, a. 1. *invitare*, קרא, Ger. *laden*, Gal. *inviter, convier*, Hiſ. *combidar*, προσκαλέω, voco, convoco, attraho, allicio, a *vis*, quaſi ſit blanda vi ad ſe allicere. Conſtruitur vel abſolute. *Virg. 1. Georg.* Invitat genialis hyems, curaſque reſolvit. ¶ Vel cum acc. *Cic. 5. Fin.* Ut ipſum per ſe invitaret, & alliceret appetitum animi. *Id. 13. Fam.* Præſertim cum abs te honorificentiſſime invitarer. ¶ Vel cum accuſativo motus. *Cic. 4. Verr.* Eum autem ininiciſſimi Sthenii domum ſuam ſtatim invitant. *Cic. 3. Off.* Et ſimul ad cœnam hominem in hortos invitavit in poſterum diem. *Id. Att. l. 2.* A Cæſare valde liberaliter invitor in legationem illam. ¶ Vel cum acc. & abl. ſine præp. *Cic. 6. Verr.*

Rex denique ecquis eſt, qui Senatorem P. R. tecto, ac domo non invitet? *Id.* 12. *Phil.* Tota familia occurret, hoſpitio invitabit propter familiaritatem notiſſimam. ¶ Vel cum abl. communi. *Cic. ad Brut.* Præclara illa quidem ingenia, quæ gloria invitantur. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ut*. *Cic. Att. l.* 12. Invito eum per litteras, ut apud me diverſetur. ¶ Invitare aliquem poculis, eſt propinare, vel præbibere, & ad bibendum provocare, quod *Cicero* dixit poculis poſcere. *Plaut. Rud.* 2. 3. 32. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. ¶ Hinc invitare ſe, *hoc* eſt largiter bibere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 127. Mira ſunt, niſi invitavit ſe in cœna plusculum. *Sueton. Aug. c.* 77. Quoties largiſſime ſe invitaret, ſenos ſextantes non exceſſit. ¶ Dicimus etiam *invitare aliquem*, pro vocare ad cœnam, & liberaliter accipere. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 74. Alii ſuos in caſtra invitandi cauſſa adducunt, alii ab ſuis abducuntur. ¶ Invenitur etiam uſurpatum pro vita privare, ut ſit ab *in* privat. & *vita*. *Plaut. Caſ.* 4. 6. 21. Gladium ancilla Caſinam habere ait, qui me, ac te invitet. V. *Lipſ. l.* 2. *antig. lect. c.* 11.

Invituperabĭlis, le, adject. non vituperabilis. *Tertull. l.* 2. *adv. Marc. c.* 10. Invituperabiles conditiones.

Invĭtus, a, um, *ſuo mal grado*, *contra ſua volontà*, Ger. *ungern*, Gall. *contraint*, Hiſ. *forcoſamente*, ἄκων, ἀκούσιος, non libens, recuſans, repugnans, contra voluntatem. *Cic. in Parad.* Sapiens nihil facit invitus, nihil dolens, nihil coactus. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Invita in hoc loco verſatur oratio. *Id.* 3. *Fam. ep.* 64. Ego eum a me invitiſſimus dimiſi. ¶ Invita Minerva. V. *Minerva*.

Invĭus, a, um, *ſenza via*, *ove non ſi può andare*, Ger. *ungebachnet*, Gal. *hors de chemin*, Hiſp. *fuera de chamino*, ἄνοδος, quod eſt ſine via, & per quod iri non poteſt. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Saba regio undique rupibus invia. *Liv. l.* 9. *c.* 14. Invii ſaltus. *Ovid. Metam. v.* 113. Invia virtuti nulla eſt via. ¶ Uſurpatur etiam ſubſtantive. V. *Invia*, *orum*.

Inŭla, f. 1. *enula*, ἑλένιον, herba, vulgo enula Campana, folia ferens verbaſci foliis non diſſimilia, ſed anguſtiora, & oblongiora, radice ſubcandida, ad rufum colorem nonnihil tendente, ex qua gratiſſimum condimentum fieri ſolet. *Col. l.* 12. *c.* 46. & *Horat. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 44.

Inulte, adver. *ſenza vendetta*. *Curt. l.* 4. Nonnulli ruunt in hoſtem, haud inulte tamen perituri.

Inultus, a, um, *non vendicato*, *impunito*, Ger. *ungerochen*, Gal. *qui ne s'eſt pas venge*, Hiſp. *el que no ſe a vengado*, ἀνεκδίκητος, impunitus, non vindicatus, de quo non eſt ſumptum ſupplicium. *Cic. pro Cluent.* Cur hunc eſſe inultum tandiu finis? ¶ Interdum de eo dicitur, qui accepit injuriam, de qua nulla ſumpta eſt vindicta. *Virg.* 2. *Æn.* Nunquam omnes hodie moriemur inulti. ¶ Uſurpatur etiam pro illæſo, indemni. *Curt. l.* 3. *c.* 4. Jugum, unde inultus ſubeuntem prohibere potuiſſet, &c.

Inumbrātus, a, um, adject. ſimulatus, *apparente*, *finto*. *Celſ. JCtus lib.* 18. *Dig. de acquir. poſſeſſ.* In conſpectu inumbratæ quietis conſtitutus.

Inumbro, as, avi, atum, a. 1. *adombrare*, *far ombra*, הצל, Ger. *ſchatten machen*, Gal. *ombrager*, Hiſ. *haſer ſombra*, ἐπισκιάζω, eſt tegendo umbram facere, opacare. *Virg.* 11. *Æn.* Inſtructoſque toros obtentu frondis inumbrant. ¶ Translate ponitur pro obſcurare. *Plin. Paneg. c.* 19. Imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur.

Inuncātus, a, um, *rampinato*, particip. ab inuncor. *Col. l.* 7. *c.* 3. Quibus velut hamis inuncata a paſcentium tergoribus avellitur.

Inunco, as, avi, atum, a. 3. *rampinare*, גזל, Germ. *berbey hacken*, Gal. *acrocher*, Hiſp. *arrebatar*, ἁρπάζω, rapio, arripio, quaſi unco invado, unco ad me traho. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *num.* 425. Aut qui nummos triſtis inuncat. *Apul. l.* 1. *Florid.* Unde unguibus inuncet.

Inunctĭo, onis, f. 3. *unzione*, ἐπάλειψις, mollis frictio ex oleo, ſive aſperſio, illitio, illitus. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Felle glaucomata, & ſuffuſiones corrigi prope creditur tridui inunctione.

Inundatĭo, onis, f. 3. *diluvio*, שטף, Germ. *ein urbes chvvemmung*, Gal. *debordement*, Hiſ. *reboſſadura*, κατακλυσμός, diluvium. *Col. l.* 3. *c.* 11. Quæ fluminum alluvie, & inundationibus concreverint. *Plin. l.* 1. *c.* 3. Joppe Phœnicum antiquior terrarum inundatione.

Inundo, as, avi, atum, a. 1. *ſpanderſi fuora*, שטף, Ger. *uberflieſſen*, Gal. *ſe deborder*, Hiſp. *reboſſar*, πλημμύρω, extra alveum diffluo, vel effundor. *Virg.* 10. *Æn.* Inundant ſanguine foſſæ. ¶ Quandoque active accipitur pro undis obruere, aqua operire, devaſtare, *inondare*, ἐπικλύζων. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 37. Ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua. ¶ Translate accipitur pro copioſe accurrere, & quaſi undarum more affluere. *Virg.* 12. *Æn.* Hinc denſi rurſus inundant Troes, &c.

Inungo, is, unxi, unctum, a. 3. *ungere*, משח, Ger. *beſalben*, Gal. *oindre*, Hiſp. *untar*, ἐπαλείφω, illino, oleo leviter aſpergo. *Plin. l.* 8. *c.* 54. Mira ſolertia viſco inungunt oculos.

Invocatĭo, onis, f. 3. *invocazione*, actus invocandi. *Quinctil. l.* 9. *c.* 2. Sive ad invocationem aliquam convertimur. *Id.* 6. *c.* 2. Et Deorum etiam invocatio ex bona conſcientia profecta.

Invocātus, a, um, nom. ex particip. non vocatus, *non chiamato*, ἄκλητος, *Plaut. Capt.* 1. 1. 2. Quod invocatus ſoleo eſſe in convivio. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. *c.* 38. Quid? quod imagines etiam veniunt invocatæ. *Nepos in Cimone*, *c. ult.* Quotidie ſic ei cœna coquebatur, ut quos invocatos vidiſſet in foro, omnes devocaret. ¶ Item vocatus, *chiamato*. *Juſtin. l.* 18. *c.* 6. Diu viri nomine cum multis lacrymis, & lamentatione flebili invocato.

Invŏco, as, avi, atum, a. 1. *chiamare dentro*, קרא, Ger. *anruffen*, Gal. *invoquer*, Hiſp. *invocar*, ἐπικαλέω, intro voco. *Plaut. in Capt.* 1. 1. 8. Nos quiſquam neque vocat, neque invocat. ¶ Sæpe ſumitur pro in auxilium vocare, ſubſidium petere, *invocare*, *chiamare in aiuto*, ἐπικαλέω. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Apud noſtros Junonem Lucinam in pariundo invocant. *Id.* 2. *de Or.* Atque ipſum advocatum ad communem Imperatorum fortunam defendendam invocarem. *Id. ante Exil.* Sociorum invocem ſubſidium? ¶ Interdum idem eſt ac ſimplex voco. *Curt. l.* 10. *c.* 5. Perſæ juſtiſſimum, ac mitiſſimum dominum, Macedones optimum, ac fortiſſimum regem invocantes, certamen quoddam mœroris edebant.

Involātus, us, m. idem ac volatus, verbum eſt augurum, ex avium volatu omen captantium. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 6. Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu oſcinis &c.

Involĭto, as, avi, atum, n. 1. freq. ab involo. *Hor. l.* 4. *carm. od.* 10. Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.

Involo, as, avi, atum, n. 1. *volare dentro*, גנב, Ger. *anfallen*, Gal. *derober*, Hiſp. *hurtar*, ἐμπίπτομαι, intro volo. *Varr. l.* 3. *de R. R.* At in villam intro involant columbæ. *Col. l.* 8. *c.* 3. Neque enim debent ipſis nidis involare. ¶ Translate ſumitur pro irruere in aliquem, manus violenter alicui inicere, translatione ab avibus in eſcam irruentibus. *Ter. Eun.* 5. 2. 20. Vix me contineo, quin involem in capillum. ¶ Item pro vi aliquid tollere, ſive clam, ſive aperte, *involare*, *rubare*, κλέπτω, ἁρπάζω, eadem translatione. *Plin. l.* 9. *c.* 59. Singulos involat verius, quam capit. *Cic.* 3. *de Or. c.* 31. Noſtra eſt, inquam, omnis iſta prudentiæ, doctrinæque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam, atque vacuam abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt.

Dig. 47. 9. 6. Anchoræ involantur de mari. ¶ *Tac. Ann.* 1. *c.* 49. Truces etiam tum animos cupido involat. *h. e.* inceſſit.

Involūcre, is, n. 3. ὠμόλινον, linteum illud, quo tonſores humeros tondendorum involvunt, ne veſtes capillorum ſegmentis ſordidentur, ab *involvo*. *Plaut. Capt.* 2. 2. 17. Ne is quidem involucre Injicere voluit, veſtem ut ne inquinet.

Involūcris, cre, o. 3. *che non può volare*, ἀπτὸς, quod adhuc volare non poteſt. *Gel. l.* 2. *c.* 29. Pulli tunc involucres erant.

Involūcrum, cri, n. *invoglio*, התולה, Ger. *eine decke*, Gal. *enveloppoir*, Hiſp. *embolvedor*, ἄλυμμα, ἐπίλημμα, quidquid aliquid tegit, & operit, a ſupino *involutum*. *Cic. in Ver.* 6. *c.* 28. Candelabrum involutum quam occultiſſime delatum involucris rejectis oſtenderunt. *Id.* 1. *de Or.* Divitias, ac ornamenta ejus ingenii per quædam involucra, atque integumenta perſpexi. ¶ Involucra ſimulationum, h. e. ſimulati affectus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Multis enim ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcujuſque natura.

Involuntarĭus, a, um, adject. *involontario*. *Cœl. Aurel. Tard.* 1. *c.* 4. Involuntarius actus.

Involuntas, atis, f. noluntas, non voluntas. *Tertul. Apol. c.* 45.

Involvo, is, involvi, involutum, a. 3. *imporre*, גלל, Ger. *drein vvoekeln*, Gal. *envelopper*, Hiſp. *embolver*, ἐπιπολιπέω, glomero, in, ſeu ſuper aliquid volvo, volvendo impono, aut injicio. *Virg.* 1. *Geor.* Scilicet atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum. *Ovid.* 12. *Metam.* Saxa, trabeſque ſuper, totoſque involvite montes. ¶ Sæpe accipitur pro circumplicare, circumvolvere, & re aliqua integere, *avogliere*, *avviluppare*. περιελίσσω. *Plin. l.* 11. *c.* 24. *de arancis*. Nam & lacertarum catulos venantur, hos primum tela involventes. *Sil. lib.* 7. Caſſide crinem involvit. *Hor.* 4. *carm. od.* 29. Et mea virtute me involvo. ¶ Per translationem accipitur pro obſcurare, occultare. *Virg.* 3. *Æn.* Involvere diem nimbi. *Id.* 6. *Æn.* Obſcuris vera involvens. ¶ Item pro ſe dedere, immergere. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 20. Ubi ſalutatio defluxit, literis me involvo. *Plin. l.* 7. *ep.* 3. Involvere ſe otio.

Involvŏlus. V. Involvulus.

Involūte, adverb. obſcure. *Spartian. in Caracal. c.* 2. Queſtus eſt de fratris inſidiis involute, & incondite.

Involutĭo, onis, f. actus involvendi, vel res involuta. *Vitruv. l.* 10. *c.* 11. Tabulæ pertegant etiam involutionem.

Involūtus, a, um, adject. *involto*, *inviluppato*. *Cic. Ver.* 4. *c.* 28. Ut id in Prætorium involutum quam occultiſſime deferatur. *Id.* 1. *Acad. c.* 4. Involutæ, & occultæ res. *Id. Phil.* 7. *c.* 6. Involutum bellum pacis nomine. *Senec. l.* 6. *quæſt. nat. c.* 5. Involutiſſima res.

Involvŭlus, vel Involvolus, li, ἴυξ, ἕλιξ, vermiculus, qui & convolvulus dicitur, qui ſeſe foliis arborum, & vitium involvit, & implicat. *Feſt. Plaut. Ciſt.* 4. 2. 63. Imitatus nequam beſtiam, & damnificam. P. Sed quidnam amabo? L. Involvulum, quæ in pampini folio intorta implicat ſeſe.

Inurbāne, adverb. *incivilmente*, ὡς ἀπείρως, ἀχαρίτως, inciviliter. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 19. Apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, &c.

Inurbānus, a, um, *incivile*, *ruſtico*, *rozzo*, Ger. *baevvriſch*, Gal. *incivil*, Hiſp. *deſcortes*, ἄχρειος, incivilis, invenuſtus, ruſticis moribus præditus. *Cic. in Brut.* Qui & plane indocti, aut inurbani, aut ruſtici etiam fuerunt. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Geſtus non inurbanus.

Inurgĕo, es, urſi, a. 2. *premere*, *urtare*, *ſpingere*, ἐπιπιέζω, contra aliquem urgeo. *Lucr. l.* 5. *v.* 1034. Cornua nata infenſus inurget.

Inurīno, as, avi, atum, n. 1. idem ac urino, aquam ſubeo. *Colum. lib.* 8. *cap.* 14. Lacus, piſcinaque manu fiant, ut ſint, quibus inurinare poſſint aves.

Inūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. *ſegnare con ferro caldo*, חרך, Ger. *einbrenen*, Gal. *marquer a'un fer chaud*, Hiſp. *ſegnalar confuego*, ἐγκαίω, eſt ignito ferro ſtigma imprimere, ut ſervorum fronti, & equorum coxis, ut cognoſcantur a domino. *Virg.* 3. *Georg. v.* 158. notas, & nomina gentis inurunt. ¶ Eſt item adhibito igne fingere; quod genus picturæ Encauſtice dicitur. *Plin. l.* 35. *c.* 4. Cujus ſupra caput tabula bigæ pendet, quam Nicias ſcripſit ſe inuſſiſſe. ¶ Per translationem *Cic. de Prov. Conſ.* Atque hanc inſignem ignominiam, quoniam uni præter ſe inuſta eſt, putet eſſe leviorem. *Liv. l.* 3. Orabatque, ne Claudiæ genti eam inuſtam maculam vellent. h. e. impactam, impreſſam. ¶ Inurere famam ſuperbiæ, h. e. ſuperbiæ damnare. *Cic. pro Mur. c.* 4. ¶ Inurere dolorem alicui, h. e. afferre. *Id. Ver.* 3. *c.* 44. ¶ Inurere notam cenſoriam, *cenſurare*, *criticare*. *Plin. l.* 9. *ep.* 13. ¶ Inurere leges, pro imponere, cum ignominia afferre, *Cic. pro Mil.* ¶ Uſurpatur etiam pro ſimplici uro. *Col. l.* 11. *c.* 3. Solum quod conſerere vere deſtinaverimus, poſt autumnum patiemur effoſſum jacere brumæ frigoribus, & pruinis inurendum.

Inuſitāte, adverb. *fuor di coſtume*, ἀήθως, ἀκαίρως, præter conſuetudinem. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Abſurde, & inuſitate ſcriptæ epiſtolæ. *Id. in Bruto*, *c.* 75. Inuſitate loqui. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 4. Inuſitatiſſime *nox* pro *nocte* dixerunt.

Inuſitāto, adverb. inuſitate. *Plin. in Paneg. c.* 5. Inuſitato enituit.

Inuſitātus, a, um, *inuſitato*, *fuor d'uſanza*, Germ. *ungebreuchtig*, Gall. *inuſité*, Hiſp. *inuſitado*, ἀήθης, inſolitus, præter conſuetudinem, raro viſus, inauditus. *Cic.* 3. *Off.* Hominis mortui vidit corpus magnitudine inuſitata. *Id.* 2. *de Or.* Alter leporem quendam inuſitatum noſtris Oratoribus eſt conſequutus. *Cæſ. lib.* 4. *B. G. c.* 25. Species navium inuſitatior.

Inuſque pro uſque in, ut hucuſque pro uſque huc. *Avien. in ora marit. v.* 525. tum jugum Celebandicum Inuſque ſalſam dorſa porrigit Thetim. Adde v. 606. & 641.

Inuſtus, a, um, nom. particip. ab inuro. *Ovid.* 12. *Met. v.* 275. Arſerunt crines, & vulnere ſanguis inuſtus Terribilem ſtridore ſonum dedit. *Colum. lib.* 7. *cap.* 5. Urina inuſta teſtis candentibus. *Lucan. lib.* 9. *v.* 859. axis inuſtus Solis equis. *In zona torrida*. ¶ Translate ſignificat impreſſus, infitus. *Cic.* 2. *de Orat.* Niſi omnes ii motus, quos Orator adhibere volet Judici, in ipſo impreſſi, atque inuſti videantur. V. *Inuro*. ¶ Significat etiam non uſtus. *Lucan. lib.* 9. *v.* 787. ſemuſta rapit, reſolutaque nondum Oſſa ſatis nervis, & inuſtis plena medullis Æquorea reſtinguit aqua.

Inūſus, us, m. *non uſo*, *diſuſo*, ignavia. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 64. Ego ſum inuſu factus nimio nequior.

Inutĭlis, le, o. 3. *inutile*, Ger. *unnuetzlich*, Gal. *inutile*, Hiſ. *inutil*, ἄχρηστος, qui nulli uſui eſt. *Cic.* 2. *de Div.* Quis ſit optimus Reip. ſtatus, quæ leges, qui mores aut utiles, aut inutiles. *Id.* 1. *de Inv.* Is inutilis ſibi, perniciоſus patriæ civis alitur. *Ovid.* 13. *Met. v.* 38. Donec ſolertior iſto, & ſibi inutilior timidi commenta retexit. *Plin. l.* 22. *c.* 24. Stomacho inutiliſſimum. *Cic.* 1. *Fin. c.* 4. Inutile ad uſus civium. ¶ Ponitur & pro noxio, perniciоſo. *Lucil. l.* 22. Servus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam. *Cic.* 2. *Off.* Seditioſum, & inutilem civem in judicium vocavit. *Id. ib. l.* 3. *c.* 13. *in fi.* Hæc tot, & alia plura nonne inutile eſt vitiorum ſubire nomina? *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. *de apibus*. Animadvertat,

ne reguli plures existant: inutiles enim fiunt propter seditionem.

Inutilĭtas, atis, f. *inutilità*, *danno*, Ger. *unnuetzig*, Gal. *inutilitè*, Hisp. *inutilidad*, ἀχρηστία. *Cic.* 2. *de Inv. c.* 52. Ut appetendarum rerum partes sint honestas, & utilitas, vitandarum turpitudo, & inutilitas.

Inutilĭter, adv. *inutilmente*, Ger. *unnuetzlich*, Gal. *inutilment*, Hisp. *inutilmente*, ἀχρήστως, non utiliter. *Liv. l.* 3. *c.* 51. Responsum quamquam non inutiliter, fortuito tamen magis consensu, quam communi consilio esse. ¶ Item perniciose. *Hirt. de B. Alex. c.* 65. Multa Romæ male, & inutiliter administrari.

Invulgatus, a, um, nom. ex partic. vulgatus, vulgaris. *Gel. l.* 11. *c.* 7. Culpatius esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata, & sordentia.

Invulgo, as, avi, atum, a. 1. idem ac vulgo, divulgo, *divolgare*. *Gel. l.* 20. *c.* 5. Non recte eum fecisse, quod disciplinas ἀκροατικὰς, libris foras editis, invulgasset.

Invulnerabĭlis, le, adject. qui vulnerari non potest. *Sen. ep.* 9. Animus invulnerabilis. *Id. de Consol. ad Helv. cap.* 13. Virtus animum undique invulnerabilem præstat.

Invulneratus, a, um, *non ferito*, Germ. *unvervvundt*, Gall. *qui n'a ete point blessè*, Hisp. *no berido*, ἄτρωτος, non vulneratus. *Cic. pro Sext. c.* 67. Aut omnino invulnerati, inviolatique vixerunt.

Inūus, m. 2. Πάν, Ἐφιάλτης, Pan, Faunus, Fatuus, Fatuellus, Incubo, incubus, ab *ineundo*, quod passim iniret cum omnibus animalibus. In antiquis Livii codicibus pro *Inuus* legere est *Inivus*. Fortasse ab *ineo* dixere Inuus, & Inivus, ut a *vaco* est vacuus, & vacivus. *Virg.* 6. *Æn. v.* 775. Pometios, Castrumque Inui. Vide Ephialtes.

Inuxorĭus, vel Inuxorus, a, um, adject. cœlebs, ut inuxora virginitas, apud *Tert. in exhort. ad castit. c.* 9.

Inycus, f. 2. Inicum, Camicus, *Longobardo*, opp. Siciliæ ad ost. Crimissi fl. e regione Selinuntis.

I ANTE O.

Jo, ἰώ, dolendi particula est. *Tibul. l.* 2. *el.* 4. *v.* 6. Uror io, remove sæva puella faces. ¶ Quandoque exprimit gestientis lætitia affectum. *Ovid.* 2. *de Art.* Dicite jo Pæan, & jo bis dicite Pæan.

Jo, Jus, f. 4. contract. Ἰώ, filia Inachi. Hanc Jupiter amavit, fugientemque nube remoratus est, & compressit. Cum Juno inusitatas tenebras diurnis horis aspexisset, suspicans aliquid fraudis a conjuge admitti, e cœlo delapsa est, & caliginem discussit. Jupiter præsentiens Junonis adventum, puellam, ne agnosceretur, in juvencam transformavit. Sed Juno suspicata id, quod res erat, vaccam eam a Jove sibi dono dari postulavit, quam cum accepisset, apposuit ei custodem Argum centoculum. Ab Argo molestissima custodia servabatur. Id ægre Jupiter ferens per Mercurium eum interficiendum curavit. Quam ob rem irata Juno Argi oculos pavonis caudæ affixit, œstrum pellici immisit, cujus aculeis exagitata in Ægyptum usque perfugit. Ibi implorato Jovis auxilio pristinam formam recuperavit, Regique Osiridi nupsit. Ægyptiis omnibus adeo chara fuit, ut post mortem Dea habita sit, quam illi Isidem appellarunt, sacraque ejus Isiaca, quibus anser immolari consuevit. *Suidas* scribit, Jovem Isim ex Argo Græciæ urbe rapuisse, &, cum Junonem timeret, mutasse nunc in bovem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam, cumque ea oberrantem in Ægyptum venisse. Mythologici Isidis in vaccam metamorphosin de navi interpretantur, qua Jupiter in Ægyptum navigavit, quod vacca navis insigne fuerit. Ab Ægyptiis in Deorum numero habita fuit, quod eos literas, agriculturam, lini usum, & multa alia docuisset. *Ovid. Metam. Boccat. l.* 7. *Geneal.*

Jocabundus, a, um, qui aliquid jocose facit. *Valer. l.* 2. *c.* 15. Juventus rudi, ac incomposito motu corporum jocabunda gestus dedit. *Id. l.* 1. *c.* 8. Cum jocabundus, quasi delusa fortium fide reverteretur. Adde *Lactant. l.* 2. *c.* 7.

Jocalĭter, adv. jocose, jlocaliter. *Ammian. l.* 15. *c.* 12. Quos jocaliter Murcos appellant.

Jocasta, f. 1. Ἰοκάστη, filia Creontis Thebanorum Regis, & uxor Laii. Post mariti necem Oedipo filio imprudens nupsit, ex quo Eteoclem, & Polynicem genuit: qui cum se mutuis vulneribus confecissent, ipsa quoque sibi manus intulit. *Stat.* 2. *Theb.*

Jocatĭo, onis, f. actus jocandi, jocosa, & faceta narratio, aut locutio. *gioco*, *scherzo*. *Cic. ad Papir. l.* 9. *Fam. epist.* 16. Nunc venio ad jocationes tuas.

Joco, as, activa forma, pro jocor. *Plaut. Cas.* 4. 4. 20. Quasi jocabo.

Jocor, aris, atus sum, d. 1. *scherzare*, צחק, Ger. *schertzen*, Gal. *iouer*, Hisp. *burlar*, παίζομαι, χαριεντίζομαι, facete, & cum venustate aliqua loquor, per jocum aliquid facio, vel dico. *Cic.* 3. *Fam.* Libet enim jocari. *Id.* 2. *Fam. ep.* 4. Jocerne tecum per literas. *Id.* 7. *Fam.* Hæc jocati sumus & tuo more, & nonnihil etiam nostro. *Id.* 4. *Fin.* Ut mihi in hoc jocari videantur interdum.

Jocōse, adv. *piacevolmente*, *da giuoco*, *da scherzo*, Ger. *schempfflich*, Gal. *par jeu*, *par raillerie*, Hisp. *de burlas*, παιδικῶς, cum joco, per jocum, & risum, joco, festive. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 11. Eumque lusi jocose satis. *Horat. l.* 1. *Sat.* 4. *v.* 103. liberius si Dixero quid, si forte jocosius.

Jocōsus, a, um, *giocoso*, *piacevole*, Ger. *vol schimpffes*, Gal. *enjoue*, Hisp. *lleno de burlas*, *y juegos*, εὐτράπελος, quod ad jocum pertinet, ut Jocosa contentio, quæ in joco, vel de joco oritur. *Mart. l. de Spectac. epigr.* 20. Non potuit melius litem finire jocosam. ¶ Idem quod festivum est, jucundum. *Cic.* 1. *Off. c.* 37. Si feriis severitatem adhibeat, si jocosis leporem. ¶ Dicitur etiam de personis, & significat facetum, lepidum, jocis abundantem. *Var. l.* 2. *de R. R.* homo multum humanus, & jocosus.

Joculanter, adv. jocose. *Sidon. l.* 1. *epist.* 2. Joculanter compellare.

Joculāris, re, o. 3. *da ridere*, *da scherzo*, Germ. *im schertz*, Gal. *a rire*, Hisp. *cosa da reir*, παιγνιώδης, quod joco fit, diciturve, quod joco, risuque dignum est. *Cic. de Fato*, O licentiam jocularem! *Id. de Leg. l.* 1. *c.* 20. Joculare illud quidem, & a multis sæpe reprehensum.

Jocularĭter, adv. idem ac jocose. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Hæc est, quam Aristophanes Euripidi poetæ objicit jlocaliter. *Ascon. in Cicer. Divin. Verr. c.* 11. Jlocaliter irridere. Adde *Sueton. in August. c.* 75.

Jocularĭus, a, um, idem ac jocularis. *Hor.* 1. *Serm. Sat.* 1. Præterea ne sic, ut qui jocularia ridens percurram. *Ter. And.* 4. 5. 43. Jocularium in malum insciens pene incidi.

Joculatĭo, onis, f. jocus, facetiæ, festivitas. *Firmic. l.* 5. *c.* 5. Joculationes, cantusque exercebunt.

Joculator, oris, m. 3. qui jocos facit. *Cic.* 4. *Att. ep.* 16. Joculatorem senem illum interesse nolui. Alii aliter legunt. V. Joculatorius.

Joculatorĭus, a, um, idem ac jocularis. *Cic. ad Att. l.* 4. *epist.* 16. Huic joculatoriæ disputationi senem illum, ut noras, interesse sane nolui. Alii aliter legunt. V. Joculator. *Diomed. Grammat.* Joculatoria quædam pronunciare.

Jocŭlor, aris, d. 1. dimin. a jocor. *Liv. l.* 7. *c.* 10. Inter carmina propemodum incondita quædam militariter joculantes.

Jocŭlus, i, m. dim. a jocus, *scherzetto*. *Plaut. Stich.* Novi illum, joculo hæc dicit. *Id. Mostel.* Joculo aliquem fallere.

Jocundus, V. Jucundus.

Jocus, ci, m. 2. & n. pl. joci, orum, m. 2. vel joca, orum, n. *scherzo*, *giuoco*, צחק, Ger. *schertz*, Gal. *jeu*, *raillerie*, Hisp. *juego*, παιδιά, ludus, risus, facetiæ, lepor, festivitas. Differt a *ludo*, quod *ludus* factis, *jocus* præcipue verbis fieri dicitur. *Cic.* 2. *de Or.* Ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. *Id. ad Att. l.* 14. *ep.* 14. Joca tua plena facetiarum sunt. *Sueton. in Aug. c.* 99. Effundi in jocos. ¶ *Joco*, & *per jocum* idem est ac jocose, seu festive. *Cic. ad Q. Fr.* Eæ literæ abs te per jocum missæ ad Q. Fabium, &c. *Ter. Heaut.* 3. 2. 30. Joco ne, an serio illæc dicat, nescio. ¶ Extra jocum, est serio. *Cicer.* 7. *Fam.* Sed mehercule extra jocum, homo bellus est. Sic Remoto joco. h. e. extra jocum. *Cicer.* 7. *Fam.* Remoto joco, tibi hæc amicissimo animo præcipio. ¶ Interdum dicitur jocus de re levi, & parvi momenti. *Ter. Eun.* 2. 3. 7. Qui si amare occeperit, ludum, jocumque dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.

Johia, interjectio renuentis, aut negantis, *oibò*. *Plaut. Merc.* 4. 3. 31. ubi alii aliter legunt.

Jol, urbs Numidiæ, Jubæ regia, postea Colonia Cæsarea a Claudio vocata. *Plin. l.* 5. *c.* 2.

Jolāus, m. 2. Ἰόλαος, Iphicli filius, al. Aristæi, & nepos Herculis ex fratre. Herculi Hydram interficienti adfuit, ferroque candenti cruorem restrinxit, atque cohibuit. Cum ad decrepitam ætatem pervenisset, Herculis precibus juventuti restitutus est. Ad extremum cum Thespiadis in Sardiniam venit, eam ad pacem reduxit, priorem illius partem tenuit, & Joleam a se denominavit, populosque Jolenses, ibi plures urbes condidit. *Ovid.* 9. *Met. v.* 339. Ora reformatus primos Jolaus in annos.

Jolchiácus, vel Jolciacus, a, um, adject. ad Jolcum pertinens. *Ovid. Met.* 7. *v.* 158. Victor Jolciacos tetigit cum conjuge portus. *Virg. in Ciri*, *v.* 377. Regis Jolchiacis animum defigere votis. h. e. magicis devotionibus.

Jolchos, vel Jolcos, f. 2. *Jaco*, opp. Thessaliæ, in Magnesia, ad sin. Pelagiscum, seu Pagasicum, ad rad. Pelii M. ¶ Patria fuit Jasonis, & venenorum ferax.

Jole, es, f. 1. Ἰόλη, Eurythi Oechaliæ Regis filia fuit, ab Hercule adamata, quam cum Eurythus jam victus ei tradere recusasset, licet certaminis lege debitam, ira accensus Hercules Eurythum interfecit, urbeque direpta Jolen abduxit. Postea Hylo filio suo uxorem tradidit. *Ovid.* 9. *Met.* Sed ab aliquibus scriptum est, Hylum, patre mortuo, Jolem in uxorem duxisse.

Jon, n. 2. Ἴον, violaceæ gemmæ species, colore tamen dilutiore, adeo, ut visum non satiet. *Plin. l.* 3. *c.* 10.

Jon, m. 3. Ἴων, Zuthi filius, a quo Pelasgi Ægiales, qui Achajam Peloponnesi regionem incolebant, Jones primum appellati sunt. *Hered. l.* 7. ¶ Jon alius, filius Orchomenis, ex Chio Insula, Poeta Tragicus, & Philosophus, cujus scripta commemorantur a *Suida*.

Jonĭa, f. 1. *Sarchiom*, vel *Sarchan*, Turc. *Quiscum*, vel *Quiscon*, Ἰωνία, Asiæ minoris regio maritima, in ora maris Ægæi. Dicta est a Jone filio Zuthi; qui cum tredecim coloniis Græcorum in Asiam profectus est, & hanc regionem inter Æolidem, & Cariam subegit. Alii dictam esse volunt a Javan filio Japhet. *Voss.* Habet a Septen. Æolidem Hermo fl. separante a Mer. Cariam, dividente Meandro fl. ab Or. Lydiam. Sed aliorum descriptione rigatur fluviis Caistro, & Mæandro, qui per eam labitur, sed non ipsam dividit a Caria, cum Miletus sit ultra Mæandrum.

Jōnes, um, m. 3. Joniæ populi. *Plin. l.* 5. *c.* 29. Quod primo condidisse Jones narrantur.

Joniácus, a, um, adject. Jonius. *Ovid. ep.* 9. *v.* 73. Inter Joniacas calathum tenuisse puellas.

Jonĭce, Ἰωνικῶς, more, vel sermone Jonico. *Gell. l.* 6. *c.* 15. Ἔχον, & ἔσχον Jonice a verbo ἔχω.

Jonĭcus, a, um, o. 1. 2. ἰωνικὸς, quod est ex Jonia, ut Jonica lingua, una ex quinque dialectis Græcorum. *Horat. l.* 3. *carm. od.* 6. Motus doceri gaudet Jonicos Matura virgo. ¶ Jonicas columnas primi erexere in Asia in templo Dianæ Ephesinæ Athenienses illi tredecim, qui duce Jone Zuthi, vel Apollinis filio cum tredecim coloniis in Asiam profecti sint, & tredecim urbes condiderunt, qui a suo duce Jones appellari fuere. Hoc genus columnæ factum fuit ad similitudinem pedis muliebris, sed crassitudo erat octava pars altitudinis. Adhibuere autem ornamenta. Nam basi supposuere spiram quasi pro calceo, in capitulo a dextera, & sinistra collocaverunt volutas, seu concrispatos cincinnos præpendentes, a fronte cymatios, & encarpos ad instar capillorum, toto corpore demiserunt strias quasi pro rugis stolarum. Placuit hoc genus columnæ appellare Jonicum, eo quod secundum suum exemplum, non alienum effecissent. *Vitr. l.* 4. *c.* 1. ¶ Interdum Jonicus ponitur pro lascivo. *Plaut. Stich. ad fin.* Quis Jonicus, aut cinædicus, qui hoc tale facere possiet? ¶ Hinc Jonica saltatio pro molli, & petulantiore, qualis erat Jonum. *Horat. l.* 3. *od.* 6. Motus doceri gaudet Jonicos Matura Virgo.

Jōnis, idis, f. mulier ex Jonia. *Sen. in Troad. v.* 362. quo jugari Thessalæ cultu solent, Jonidesve, vel Mycenææ nurus. ¶ Jonides insulæ sunt, quæ in Ægæo mari prope litus Joniæ jacent. *Avien. in pareig. v.* 722. Nec minus attolluntur Jonides insulæ ab alto.

Jonĭum Mare, *il Mar Jonio*, Ἰώνιον πέλαγος, ea pars Maris Mediterranei, quæ inter Siciliam ad Occ. & Græciam ad Or. idest, Macedoniam, Epirum, Achajam, & Peloponnesum, extenditur. Dictum est, non quod Joniam alluat, sed ab Jone Italo Adriæ patre, a qua deinde Mare Adriaticum dictum est, vel ab Jonum naufragio, quod Jones in eo perierint, vel ab Jonio Illyrico, vel ab Jonio quodam Dyrrachii filio, quem Hercules cum imprudenter occidisset, in mare projecit, ut memoriam ejus propagaret, ut *Didymus* scripsit, vel ab Jus Inachi filiæ errore, ut *Lycophron* ait, vel, quod *Solinus* censet, ab Jonia, seu Jonica, regione, seu tractu Magnæ Græciæ in Italia, circa Crotonem urbem. Differt ab Adriatico, quia Adriaticum est pars Jonii inter Italiam, & Illyricum. Sed postea omne Mare Jonium Adriaticum, item Siculum appellatum est. Differt ab Ægæo, quia Ægæum est inter Macedoniam, & Græciam ad Occ. Asiam minorem ad Or. Thraciam ad Bor. Cretam ad Mer.

Jonĭus, a, um, Ἰώνιος, quod spectat ad Joniam regionem, vel ad Mare Jonium. *Cic.* 3. *de Or.* Ut Philosophi tanquam in superum Mare Jonium defluerent, Græcum quiddam, & portuosum. *Hor. Epod.* 10. Jonius sinus.

Jonthus, i, m. Ἴονθος, tuberculum exiguum, & durum in facie. *Priscian. l.* 1. *c.* 18.

Joppe, f. 3. Jope, *Iaffa*, *Zaffo*, Ἰόππη, urbs Palæstinæ, & Tribus Dan, maritima, in ora Maris Mediterranei, in edito saxo, cum portu,

omnium

omnium urbium orbis terræ antiquiſſima, condita ante diluvium univerſale, nunc exciſa, cujus nihil extat, niſi turris, & diverſorium excipiendis peregrinis, qui ex Europa Hieroſolymam tendunt, a Cæſarea 20. M. P. ¶ Joppe altera, urbs Æthiopiæ, vel Indiæ, vel Æthiopiæ Indicæ, Regia Cephei patris Andromedæ.

Jordanis, m. 3. *Giordano*, Ἰορδάνης, fl. Paleſtinæ maximus, & pene unicus, cum reliqui omnes potius torrentes, quam fluvii dicendi ſint. Oritur in Cœleſyria, ad radices montis Libani, 4. M. P. ſupra Cæſaream Philippi, ex duobus fontibus, Jor, & Dan, deinde in Auſtrum per Samachonitem lacum fluens ad Capharnaum, per lacum Geneſaram, ſeu mare Galilææ, & Tyberiadis labitur, rigatiſque aliquot urbibus, in Mare Mortuum, ſeu Aſphaltitem lacum deſinit, Tribus Ruben, & Gad cum dimidia Tribu Manaſſe ab aliis ſeparans. Fuit primus limes Terræ promiſſæ.

Jos, f. 2. *Nio*, Ἴος, inſ. Maris Ægæi, olim Phœnice, una Sporadum, circuitus 25. M. P. inter Naxum ad Bor. & Theram ad Auſtr. cum oppido cogn. in parte Boreali. In hac inſula Homerus ſepultus eſt, Oraculo jubente, quoniam mater ejus ex Jo foret, ipſe vero certa matre, incerta eſſet patria.

Jota, f. 1. ἰῶτα, litera Græca, a jod litera Hebræorum. *Cic.* 3. *de Or.* Ut jotam literam tollas, & e pleniſſimum dicas.

Jotacíſmus, i, a Grammaticis dicitur vitium orationis, quo jota litera ſæpius eodem loco concurrit, ut *Juno Jovi iraſcitur*, vel *Troja*, *Mojia*, *Diomed. lib.* 2. *Martian. Capell. lib.* 5.

Jovialis, le, adject. ad Jovem pertinens. *Arnob. l.* 5. Jovialis incontinentia. *Macrob. l.* 5. *c.* 16. Ganymedes Jovialium poculorum miniſter.

Jovinianus, m. 1. cognomen Maximiani Imper. quo ſe vocari voluit, quod ſe fortiter in Illyrico geſſiſſet.

Jovis, is, m. qui nunc Jupiter dicitur, olim recto caſu dicebatur, teſte *Var. l.* 7. *L. L.* Nam, ut ait *Gel. l.* 5. *c.* 12. quod eliſis, aut immutatis literis eſt Jupiter, id plenum, atque integrum eſt Jovis pater. *Apul. l.* 4. *Metam.* Quem tremit ipſe Jovis. Adde *Hygin. fab.* 54. ¶ Hinc *Joves* in plurali num. apud *Plaut. Caſ.* 2. 5. 26.

Jovis flos, Διὸς ἄνθος, flos eſt æſtivus, & inodorus, colore purpureo, cujus gratia coronamentis expetitur. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Colore tantum placet Jovis flos, & odor abeſt, ſicut & ille, qui Græce phlox vocatur.

Jovis gemma, Διὸς λίθος, gemmæ ſpecies, quæ ultra candorem & lævis eſt, & tenera. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

I A N T E P.

Iphianaſſa, f. 1. ἰφιάνασσα, & Lyſippe filiæ fuerunt Prœti Argivorum Regis, quibus Pærottus Mæram, & Euryalem addit, quæ cum ad Junonis templum veniſſent, Deam contumeliis affecerunt, patris ſui domum divitiis templi Junonis, vel, ut alii ferunt, formam ſuam Deæ pulchritudini præferentes, & ob eam rem a Junone in furorem verſæ ſunt, ut putarent, ſe eſſe vaccas. Ad quas curandas accerſitus eſt Melampus, cui pater Regni partem, & alteram filiam, quam vellet, nuptui promiſit. Placata igitur per ſupplicationem, & hoſtias Junone, Melampus Prœtidas a morbo curavit, & Iphianaſſam uxorem duxit. ¶ Hoc nomine appellatur etiam a nonnullis Iphigeniæ, Agamemnonis filia ex Clytæmneſtra. Vide in ſequenti voce.

Iphianaſſæus, a, um, adject. poſſeſſ. ab Iphianaſſa. *Lucret. l.* 1. *v.* 85. quo pacto Trivia virginis arma Iphianaſſæo turparunt ſanguine fœde. Alii legunt *Iphianaſſai*, ſcil. pro Iphianaſſæ, ut *Lucretio* moris eſt. Hic autem Iphigeniam intelligit.

Iphias, adis, patronym. 3. Evadne Iphidis filia, quam alii Martis filiam faciunt. *Ovid. 6. Triſt. eleg.* 14. *v.* 38. Auſaque in accenſos Iphias ire rogos.

Iphiclus, m. 2. ſive Iphicles, m. 3. Amphitryonis, & Alcmenæ filius, eodem partu cum Hercule editus, Jolai pater. *Boccat. l.* 12. *Geneal.* Sepultus eſt apud Pheneum Arcadiæ urbem. *Pauſan.*

Iphicrátes, m. 3. Ἰφικράτης, vir Athenienſis, quem viginti annos natum Athenienſes in auxilium Bœotiorum adverſus Lacedæmonios cum exercitu miſerunt. Hujus adoleſcentis ſupra ætatem virtus admirablis fuit, nec unquam ante eum Athenienſes inter tot, tantoſque duces aut ſpei majoris, aut indolis maturioris Imperatorem habuerunt, in quo non imperatoriæ tantum, verum & oratoriæ artes fuere. *Juſtin. l.* 6. ¶ Primus omnium ſpoliis bello captis nomen ſuum inſcripſit, cum antea ſolius civitatis nomen inſcriberetur. *Suid.*

Iphidámas, antis, m. 3. Ἰφιδάμας, Antenoris filius, corpore lato, atque procero. Ab Agamemnone in bello Trojano interemptus fuit.

Iphigenía, f. 3. Ἰφιγένεια, Agamemnonis, & Clytæmneſtræ filia. Cum Agamemnon in Aulide cervum Dianæ ignarus occidiſſet, Dea irata ventorum flatus amovit, ut Græci navigare in Troadem non poſſent. Quapropter cum Oraculum conſulerent, reſponſum eſt, Agamemnonio ſanguine Deam eſſe placandam. Miſſus igitur Ulyſſes Iphigeniam aſtu a matre abduxit, ſub prætextu facti cum Achille matrimonii. Sed cum jam immolanda eſſet, Dea ejus miſerta, cervam pro ea ſuppoſuit, virginem autem in Tauricam regionem tranſtulit, ubi a Thoante Rege ejuſdem Deæ ſacris præfecta eſt, quæ humano ſanguine fieri ſolebant. Quo cum poſtea Oreſtes a furiis agitatus, & ab incolis captus veniſſet, jamque eſſet immolandus, a ſorore agnitus, & liberatus eſt, cum quo non multo poſt occiſo Thoante Rege auſugit, ablato ſecum Dianæ ſimulacro in lignorum faſce abſcondito, propter quod illam Faſcelidem vocarunt. Tandem venerunt in Italiam, & in Aricino nemore ſimulacrum locaverunt, ædificato Deæ inſigni templo. *Ovid.* 12. *Metam. Cic. in Orat.* 1. *Tuſcul. l.* 3. *Offic.*

Iphimedía, f. 1. Ἰφιμεδία, uxor fuit Aloei, quæ compreſſa a Neptuno filios geminos peperit, Oetum, & Ephialtem, qui ſingulis menſibus novem digitorum longitudinem ſtaturæ ſuæ adjiciebant, cumque paucis annis in ſummam corporis molem excreviſſent, una cum cæteris gigantibus adverſus Superos bellum moventes, Apollinis, & Dianæ telis confixi ſunt. *Serv.*

Iphis, m. 2. Ἶφις, puer fuit formæ venuſtate conſpicuus, qui cum Anaxaretem puellam efflictim amaret, neque illa ejus amori reſponderet, impatientia amoris vitam laqueo finivit, cumque jam ad ſepulturam afferretur, Anaxarete e feneſtra proſpiciens in ſaxum mutata eſt. *Ovid.* 14. *Metam.* ¶ Fuit item Iphis puella quædam Cretenſis, ex Phæſto oppido, Lygdi, & Telethuſæ filia, quam mater inſcio viro (qui, ſi filia ſibi naſceretur, occidi eam imperarat) virili habitu Iſidis juſſu educaverat. Qua ratione cum ad annos pubertatis patrem fefelliſſet, Lycdus Janthen puellam ei deſpondit. Quapropter inops conſilii Telethuſa Iſidis auxilium imploravit, quæ ipſo nuptiarum die Iphidem transformavit in marem. *Ovid. lib.* 9. *Metam.* ¶ Denique Iphis Mercurii filius, unus fuit Argonautarum. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 441.

Iphítus, m. 2. Ἴφιτος, filius Praxonidis, ſive Hemonis, qui primus Olympia inſtituit. ¶ Iphitum item alius Eurythi Oechaliæ Regis filius fuit, & frater Joles, quem Hercules e turri præcipitavit. ¶ Alius denique Trojanus fuit, tempore belli, & incendii urbis Ilii. *Virg.* 2. *Æn.*

Ipſe, a, um, o. 1. 2. *eſſo*, *iſteſſo*, הוּא, Ger. *der*, Gall. *luymeme*, Hiſp. *el meſmo*, αὐτὸς, pronomen demonſtrativum, quod cum aliis pronominibus junctum eorum accipit ſignificationem, ut ego ipſe, ille ipſe, &c. *Cic. de Clar. Orat.* Qui ipſe tum fuit. *Id.* 2. *Divin.* Ille ipſe Divinationis auctor Chryſippus. *Ter. And.* 1. 1. Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti. *Id. Adel.* 4. 4. Ipſe egomet ſolvi argentum. *Cic. pro leg. Man.* Ident ipſe Mithridates. *Id.* 15. *Fam. ep.* 17. idipſum faceret commodius. *Id.* 2. *Fin.* Hic ipſe jampridem rejectus eſt. *Curt. l.* 6. *c.* 11. Semetipſum cogitaſſe. ¶ Interdum invenitur uſurpatum abſque aliis, per Ellipſim. *Virg. Ecl.* 1. Ille meas errare boves, ut cernis, & ipſum Ludere quæ veſtem calamo permiſit agreſti. h. e. me ipſum. ¶ Aliquando eſt relativum. *Id.* 3. *Æn.* Ipſe arduus, altaque pulſat ſidera. ¶ Sæpe emphaſim habet. *Id.* 3. *Æneid. v.* 356. Jove miſſus ab ipſo. Et 2. *Æn.* Ipſe pater Danais animos viresque ſecundas ſufficit. ¶ Interdum etiam uſurpatur reciproce. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. Circa quem inexplicabilis & Grammaticis inter ipſos, & Philoſophis pugna eſt. ¶ Additur etiam non raro ad rem magis indicandam. *Cic. Act. l.* 4. Illo ipſo die, quo lex lata eſt. *Id. l.* 5. *Act.* Cum ibi decem ipſos fuiſſem dies, Et *de clar. Orat.* Mortuus eſt annis LXXXIII. Ipſis ante me Conſulem. ¶ Habet præterea alios uſus. *Ter. And.* 5. 6. 10. O Charine, in ipſo tempore mihi advenis. h. e. opportune. *Id. ib.* 5. 4. 13. in ipſis nuptiis. h. e. tempore, quo nuptiæ fiunt. ¶ *Ipſe*, & *ipſa*, quemadmodum & αὐτὸς græce, dicebantur a ſervis domini, & a pueris magiſtri, proprio nomine diſſimulato, honoris cauſa. *Plaut. Caſ.* 4. 2. 10. Quid tu hic agis? *Ancilla:* Ego eo, quo me ipſa miſit. h. e. hera mea. V. ibi *Taubm.* & *Parœum in Lex. Crit.* qui alia adducunt exempla. ¶ Olim dicebant *Ipſus a*, *um*, ut ſæpiſſime legitur apud *Plaut.* & *Terent.* Hinc *ipſi* in genitivo uſurpat *Sever. in Ætna*, *v.* 218. Quin & *ipſiſſimus* legitur apud eundem *Plaut. Trinum.* 4. 2. 146. quemadmodum & Græci αὐτοτατος dicunt.

Ipſipſus, pro is ipſus, vel quaſi ipſe ipſus, vel ipſe ipſe. *Plaut. Ciſt.* 2. 3. 58. & *Trucul.* 1. 2. 23. Ubi alii aliter legunt.

Ipſullices, vel ipſillices, f. 3. ſubſillæ, bracteæ in virilem, muliebremque ſpeciem expreſſæ, ideſt, imagunculæ, quibus Magi utebantur, ut eum, cujus imago eſſet, pellicerent in amorem, ab *ipſe*, & *illix*, quia ipſum, cujus ſpecies expreſſa foret, carminibus, & vinculis in amorem pelliciebant. *Feſt.*

I A N T E R.

Ir, V. Hir.

Ira, æ, f. 1. *ira*, *collera*, אַף, Ger. *zorn*, Gal. *colere*, Hiſp. *ira*, ὀργὴ, animi excandeſcentia, iracundia, indignatio. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 9. Quæ autem libidini ſubjecta ſunt, ea ſic definiunt, ut ira ſit libido puniendi ejus, qui videatur læſiſſe injuria. *Id.* 1. *Offic. c.* 38. Sed tamen ira procul abſit, cum qua nihil recte fieri, nihil conſiderate poteſt. *Virg.* 2. *Æn.* Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? *Ter. Hecyr.* 3. 1. 30. Iras gerere. *Liv. l.* 23. *c.* 3. Iræ Indulgere. *Ter. Adel.* 3. 2. 14. Iram in aliquem evomere. ¶ Dicimus autem, accendi ira, incitari, inflammari. Iram contundere, cohibere, ſuſcitare, ſedare: Iram, vel iras exercere, concire, &c. *Cic. Virg. Liv.* & alii. ¶ Ira in bonam partem ſumitur pro animi impetu, ſeu pro ſtimulo quodam ad res terribiles obeundas. Hinc a *Cic. Acad.* 4. *c.* 44. & *Tuſc.* 4. *c.* 9. ex Stoicorum ſententia, cos fortitudinis appellatur. De ea hic *Senec. l.* 1. *de Ira*, *c.* 9. Ira, inquit Ariſtoteles, neceſſaria eſt, nec quicquam ſine illa expugnari poteſt, niſi illa impleat animum, & ſpiritum accendat: utendum autem illa eſt, non ut duce, ſed ut milite. ¶ Interdum pro culpa uſurpatur. *Gratius in Cyneget. v.* 374. furtim commiſſam ulciſcitur iram. *Liv. lib.* 2. *cap.* 51. Nunquam ante tam inviſus plebi reus ad judicium vocatus populi eſt: plenus fuarum, plenus paternarum irarum, *odioſitâ*.

Iracunde, adv. *con iſdegno*, irate, Germ. *zornmitgklich*, Gall. *de colere*, Hiſp. *ayradamente*, ὀργίλως. *Cic. Phil.* 8. *c.* 5. Vehementer me tecum agere fateor, iracunde, nego. *Id. pro Roſc. Com. c.* 11. Quo quiſque eſt ingenioſior, eo docet iracundius.

Iracundía, æ, f. 1. *iracondia*, כַּעַס, Ger. *zornmnetigkeit*, Gall. *ire*, *depit*, Hiſp. *ira que permanece*, ὀργιλότης, proclivitas in iram. *Verrius*, ſive *Feſtus*, ſive *Paulus* dicit, iracundiam dictam eſſe, quod iram accendat, quaſi hæc vox conflata ſit ex *ira*, & veteri *cando*, unde *accendo*, & *incendo*. Differt ab ira, quia iracundia eſt vitium, ira eſt motus animi ad tempus. *Cic.* 4. *Tuſc.* Ex quo in aliis anxietas, unde anxii, in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt, eſtque aliud iracundum eſſe, aliud iratum, ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, neque anxii ſemper anguntur, ut inter ebrietatem, & ebrioſitatem intereſt, aliudque eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Sed hæc differentia non obſervatur. *Id.* 4. *Acad.* Ipſam iracundiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant. *Id.* 4. *de Aruſp. reſp.* Qui heſterno die dolore me elatum, & iracundia longius prope digreſſum arbitrabantur, quam ſapientis hominis cogitata ratio poſtularet. *Ter. Adel.* 3. 2. 12. Ardere iracundia. *Cic. pro Marcel. c.* 3. Iracundiam cohibere.

Iracunditer, adv. idem ac iracunde. *Cæcil. apud Non. c.* 11. *n.* 45. Temere rem agere, & iracunditer.

Iracundus, a, um, כַּוּשׁ, Ger. *zornuetig*, Gal. *colerique*, Hiſ. *iracundo*, ὀργίλος, qui natura ad iram proclivis eſt, & ex parva, vel nulla cauſa iraſcitur. Differt ab *iratus*, quia *iratus* dicitur, qui ira concitatus eſt, *iracundus*, qui facilis eſt ad iram, etiamſi tunc nulla ira movetur. V. Iracundia. *Cic. de Senect. c.* 18. Sunt moroſi, & anxii, & iracundi, & difficiles ſenes. *Horat. l.* 1. *od.* 3. Iracunda Jovem ponere fulmina. *Id. lib.* 3. *od.* 9. Improbo iracundior Adria. *Sen. l.* 2. *de Ira*, *c.* 7. Aut iniquus erit ſapiens, ſi æqualiter iraſcetur delictis inæqualibus, aut iracundiſſimus, ſi &c.

Iraſcentía, æ, f. iracundia. *Apul. de dogm. Plat.* Iraſcentiam ad domicilium cordis deductam eſſe.

Iraſcibílis, le, adject. qui facile iraſcitur, iracundus. *Firmic. l.* 5. *c.* 9. Iraſcibilem effici.

Iraſcor, eris, iratus ſum, d. 3. *adirarſi*, אָנַף, Germ. *zuernen*, Gal. *ſe mettre en colere*, Hiſp. *enotarſe*, ὀργίζομαι, ira commoveor, ſuccenſeo. Conſtruitur cum dativo. *Cic. pro Q. Roſc.* Dii immortales hominibus iraſci, & ſuccenſere conſueverunt. *Id. Act. l.* 1. Negant, me ei iratum fore. ¶ Vel cum abl. & præp. *cum*. *Cic.* 4. *Tuſc.* Mihi vero ne Scipio quidem ille Pont. Max. iratus videtur fuiſſe cum Tib. Graccho. ¶ Vel tum præpoſit. *de*. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 56. De nihilo illi eſt iraſci. *Cic. l.* 15. *Attic.* Arabioni de Sicio nihil iraſcor. ¶ Vel cum alia orationis particula. *Plin. l.* 3. *ep.* 9. Iraſcor, quod ſim evocatus. ¶ Vel denique cum accuſat. *Liv. l.* 34. Remittimus hoc tibi, noſtram ne vicem iraſcaris. ¶ *Iraſcere*, pro iraſci, legitur apud *Non. c.* 2. *n.* 446. *ex Pomponio*, & *Nigidio*.

Iráte, adv. *iratamente*, Ger. *zornigklich*, Gal. *par courroux*, Hiſp. *ayaradamente*, πρὸς ὀργὴ, per iram. *Col. lib.* 7. *c.* 12. Ut nonnunquam etiam conſervos iratius intueantur.

Irātus, a, um, *adirato*, *corrucciato*, כּוֹעֵס, Ger. *zornig*, Gal. *en courroux*, Hisp. *apasado*, *enoiado*, ὀργισθείς, qui aliqua re lacessitus excandescit, etiamsi natura non sit iracundus, partic. ab irascor. *Cic. pro Cœlio.* Huic ego Deos propitios, plerique autem iratos putant. *Id. Attic.* 14. *ep.* 19. Nolo te illum iratum habere. *Id. 1. de Orat.* Facere judicem iratum adversario. *Id. Phil.* 8. *c.* 6. Qui illis fuerat iratissimus. *Id. 4. Tusc. c.* 36. Cum Archytas villico factus est iratior. *Juvenal. Sat.* 1. *v.* 49. Exul ab octava Marius bibit & truitur Diis iratis. h. e. licet Deos iratos habeat, hilariter tamen vivit. ¶ Tribuitur etiam rebus inanimis. *Horat. Epod.* 2. Iratum mare. h. e. procellosum. *Id. 1. 2. Sat.* 8. Iratus venter. h. e. jejunus, & avide cibum exposcens.

Irenarches, sive Irenarcha, m. 1. εἰρηνάρχης, qui ad tollendas discordias, & pacandos civium animos eligitur, sive qui disciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur, ab εἰρήνη, *pax*, & ἄρχω, *princeps*. Hujus officium erat tranquillitatem publicam servare, & iter facientibus vias tecuras præstare. *Arcad. Dig. lib.* 50. *tit.* 4. *leg.* 18.

Īrĭa, m. 1. Scripia, *la Scrivia*, fl. Liguriæ, qui ex App. M. apud antiliam, Dertonam, & Castrum novum fluit, ac in Padum post 5. M. P. labitur.

Īrĭa, æ, f. 1. Vicus Iriæ, *Voghera*, opp. præclarum Liguriæ, in Gallia Cispadana, inter Dertonam 10. M. P. & Placentiam 30. a Ticino 15. Dertonam versus.

Īrĭnum, n. 2. ἴρινον, oleum, sive unguentum, quod ex iride herba fit. *Plin. l.* 13. *c.* 1. Irinum Corinthi diu maxime placuit.

Īrĭon, onis, n. ἐρύσιμον, frugis genus est, culmo assurgens ferulaceo, foliis, & flore sesamo non dissimile. Seritur in Italia ante Vergiliarum exortum, in Græcia autem, & Asia sub earundem occasum. *Plin. l.* 18. *c.* 7.

Iris, is, vel idis, f. *Arco celeste*, קֶשֶׁת, Ger. *Regenbogen*, Gal. *l'Arc en Ciel*, Hisp. *el arco del Cielo*, *e de las nuves*, ἶρις, Arcus cœlestis, ab ἄειρω, *dico*, *nuntio*, quia nunc pluviam, nunc serenitatem portendit. Unde etiam Poetæ Irim Junonis nuntiam esse finxerunt. Thaumantis filia dicta est propter admirationem, quam in animis hominum parit. Hujus arcus causa est radius Solis, cavæ nubi immissus, qui repulsa acie in Solem refringitur. Nubes enim formam arcus discoloris efficiunt, quia alia parte quædam earum tumidiores sunt, alia submissiores, quædam crassiores, quam ut Solem transmittant, aliæ imbecilliores, quam ut excludant. Hæc inæqualitas alternis lucem umbramque commiscet, & exprimit illam mirabilem arcus varietatem. *Virg.* 9. *Æn. v.* 2. Irim de cœlo misit Saturnia Juno. *Id. ibid. v.* 18. Iri, decus cœli. ¶ Est & iris herba gladioli foliis, sed majoribus, latioribus, & pinguioribus, radice odorata, sternutamenta movente, flore colorum varietate arcus cœlestis speciem referente. Vulgus lilium cœruleum appellat, *giglio pavonazzo*, *ghiaggiuolo*. *Plin. l.* 21. *c.* 7. ¶ *Iridis* in genitivo habet *Tertull. de Solem. v.* 8.

Iris, m. 3. *l'Irio*, inc. *Casalmach*, fl. Asiæ min. qui oritur in Cappadocia, in conf. Armeniæ minoris, supra Sebastiam, & auctus Lyco fl. & aliquot aliis in Pontum Euxinum se exonerat inter Themisyram ad Or. & Amisum ad Occ. 25. M. P. utrinque.

Irnĕa. V. Cirnea.

Irnella, f. 1. genus vasis in sacris, dim. ab irnea. *Fest.*

Ironĭa, f. 1. εἰρωνεία, Illusio, irrisio, est quædam species Allegoriæ, quæ non solum aliud verbis, aliud sensu, sed etiam contrarium ostendit. *Cic.* 4. *Acad. c.* 5. Socrates autem de se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita cum aliud diceret, atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν, vocant, quam ait etiam in Africano fuisse *Fannius*. ¶ Est etiam Ironia Figura sententiarum, per quam Orator, aut Poeta totam suam mentem, & voluntatem fingit. Differt a Tropo, quia Tropus est brevior, & apertior, sed in Figura fictio totius voluntatis inest. V. *Rhetores.*

Ironĭce, adverb. *ironicamente*, εἰρωνικῶς, per ironiam. *Ascon. Ped. in pvoem. Action. in Verr.* Ironice dictum est.

Irpex, vel Hirpex, vel Hyrpex, vel Urpex, vel Hurpex, icis, f. genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes, ad extirpandas herbas in agris, ab ἅρπαξ, vel ἁρπαγή, *crates*, vel *rastrum*, quia rapit, & verrit quicquid inutile excrescit, atque ita agrum purgat. *Var. l.* 4. *de R. R.* & *Festus.*

Irpi. V. Hirpi.

Irpices. V. Irpex.

Irpīni. V. Hirpini.

Irradĭo, as, avi, atum, a. 1. illustro, *illustrare*, ἀκτιβολίω. *Stat. Theb.* 6. *v.* 64. hoc undique gemmæ Irradiant. ¶ Item illustris sum, radiis splendesco. *Sedul. in Matth. c.* 28. Cœperat interea post tristia sabbata felix Irradiare dies.

Irrādo. V. Inrado.

Irrāsus, a, um, *raso*, idem quod rasus. *Plaut. Rud.* 5. 2. 10. Dii te ament cum irraso capite. V. *Inrasus.*

Irrationabĭlis, le, o. *irragionevole*, ἄλογος, ratione carens. *Cels. in præfat.* Irrationabile animal. *Quintil. Declam.* 325. Irrationabiles impetus animorum. Adde *Lactant. de Ira Dei*, *c.* 7.

Irrationabilĭtas, atis, f. rationis carentia. *Apul. ad Asclep.* Irrationabilitas bonorum omnium.

Irrationabilĭter, adverb. irrationaliter. *Tertul. de Pœnit. c.* 2.

Irrationālis, le, adject. ratione carens, *irragionevole*, ἄλογος. *Quint. l.* 7. *c.* 3. Est equus animal, sed irrationale.

Irrationalĭter, adv. *irragionevolmente*, sine ratione, ἀλόγως, *Tertul. de Fuga perfec. c.* 4. Si irrationaliter quis perit.

Irraucesco, is, n. 3. *divenir rauco*, βραγχιάζω, raucus fio. *Cic.* 1. *de Or. c.* 61. At Æsopum, si paulum irraucuerit, explodi. Alii legunt *irrauserit.*

Irrecitabĭliter, adverb. ineffabiliter. *Venant. Fortun. lib.* 3. *carm.* 9. *v.* 49. Irrecitabiliter manans de corde Parentis.

Irrecuperabĭlis, le, *irrecuperabile*, ἀνεπιτεύκτος, qui recuperari non potest. *Tertul. de Pudic. c.* 14. Immunditia irrecuperabili tabiosum cadaver.

Irrecusabĭlis, le, qui recusari non potest, ut irrecusabilis occasio, *lib.* 3. *Cod. tit.* 1. *leg.* 13.

Irredīvivus, a, um, irreparabilis, a *redeo*. *Catul. ep.* 17. *ad Coloniam*, Sed vereris inepta crura ponticuli, irredivivus ne supinus eat, cavaque in palude recumbat.

Irrĕdux, irreducis, o. quod raditurum non est, vel id, unde aliquis redituras non est. *Lucan. l.* 9. *v.* 408. Irreducemque viam deserto limite carpit. hoc est viam, a qua rediturus non est.

Irreformabĭlis, le, adject. qui in meliorem formam redigi non potest. *Tertul. de virg. veland. c.* 1. Regula fidei immobilis, & irreformabilis.

Irregibĭlis, le, adject. qui regi, seu flare non potest. *Veget. l.* 2. *de re veter.* Irregibile se parieti impingit.

Irreligātus, a, um, *sciolto*, ἄλυτος, non ligatus, solutus. *Ovid.* 1. *de Arte*, *v.* 5[illegible]. Nuda pedem, croceas irreligata comas.

Irreligio, onis, f. irreligiositas. *Apul. ad Asclep.* Irreligio, inordinatio.

Irreligiōse, adverb. sine religione, aut pietate. *Arnob. l.* 1. Vestra sunt hæc irreligiose opinata, & irreligiosius credita. *Quintil. Declam.* 8. Irreligiosius ille anheli pectoris pallor insipicitur.

Irreligiosĭtas, atis, f. religionis carentia, impietas, ἀσέβεια. *Tertul. Apol. c.* 24. Crimen irreligiositatis committere.

Irreligiōsus, a, um, *irreligioso*, אִישׁ בְּלִיַּעַל, Ger. *gottloss*, Gal. *irreligieux*, Hisp. *irreligioso*, ἀσεβὴς, pietati, & religioni repugnans. *Liv. l.* 5. *c.* 40. Irreligiosum ratus, Sacerdotes publicos, sacraque Populi Romani pedibus ire. *Arnob. l.* 5. Potest irreligiosius quippiam existimari? *Tertul. de Orat. c.* 12. Factum illud irreligiosissimum est.

Irremeabĭlis, le, o. 3. *donde non si può tornare a dietro*, unde remeare non possis. *Virg.* 5. *Æn. v.* 591. Qua signa sequendi falleret indeprensus, & irremeabilis error.

Irremediabĭlis, le, o. 3. *a cui non si può trovar rimedio*, ἀλιατος, cui remedium adhibere non possumus. *Senec. epist.* 114. *ex verbis Metœnatis.* Tyranni irremediabilis factio. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Scythæ sagittas tingunt viperina sanie, & humano sanguine; irremediabile id scelus, mortem illico affert levi tactu.

Irremōtus, a, um, *non cacciato*, *non allontanato*, non remotus. *Prudent. Peristeph.* 2. *v.* 408. *de corvo.* Hoc munus implet sedule, & irremotus excubat. ¶ Scribitur & *inremotus.*

Irremunerabĭlis, le, o. 3. *che non si può rimunerare*, ἀνταπόλαυστος, quod ob magnitudinem remunerari non potest, nec par pari rependi. *Apul. l.* 11. *A. A.* Irremunerabile beneficium.

Irreparabĭlis, le, o. 3. *che non si può riparare*, ἀνεπισκεύαστος, quod reparari, & in integrum restitui non potest. *Virg.* 3. *Georg. v.* 274. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrepertus, a, um, *non ritrovato*, non repertus. *Hor.* 3. *Carm. ode* 3. Aurum irrepertum, & sic melius situm cum terra celat, spernere fortior.

Irreplētus, a, um, adject. non repletus. *Paulin. Nolan. carm.* 17. *v.* 67. Cogimur victo, licet irrepleti, Cedere voto.

Irrēpo, is, epli, eptum, n. 3. *rampicarsi*, *entrare di nascosto*, παρεισπίπτω, passim, & latenter more reptilium introeo. *Cic.* 3. *de Or.* Quæ dissimulatio maxime quasi irrepit in hominum mentes. *Id. pro Arch.* Qui etiam post legem Papiam in eorum municipiorum tabulas irrepserunt. *Plin. l.* 26. *c.* 1. Lues in Italiam irrepsit. *Colum. lib.* 3. *c.* 18. Aquæ irrepentes. ¶ Scribitur & inrepo.

Irrepositĭcius, le, adject. qui repositi non potest. *Apul. Apol.* Vidua nihil affert irrepositicile.

Irreprehensĭbĭlis, e, adject. qui argui non potest, *irreprensibile*. *Arnob. l.* 2. Irreprehensibiles vivimus.

Irreprehensus, a, um, *che non si può riprendere*, נָקִי, Germ. *ungescholten*, Gal. *irreprehensible*, *sans reprehension*, Hisp. *irriprensible*, ἀνέλεγκτος, qui reprehendi jure non potest. *Ovid.* 5. *Trist. eleg.* 4. *v.* 22. Et tanta probitas irreprehensa fuit.

Irrepto, as, n. intus repo, irruo, ingredior. *Stat.* 11. *Theb. v.* 731. vis, Argos eat, hostilesque Mycenas Squalidus irreptet? *Id. l.* 3. *Silv.* 1. *v.* 177. grexque protervus Nunc humeris irreptet avi.

Irrequīes, etis, f. sine quiete. *Auson. Idyl.* 12. Irrequies gens.

Irrequiētus, a, um, *che non ha quiete*, ἀτύπωτος, quod nullam habet requiem. *Plin. l.* 2. *c.* 3. Æterno, & irrequieto ambitu. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 386. Sors mea principiis irrequieta fuit.

Irresectus, a, um, non resectus, *Hor. Epod.* 5. *v.* 47. Hic irresectum sæva dente livido Canidia rodens pollicem.

Irresolubĭlis, le, adject. non solubilis. *Apul. l.* 2. *dogm. Plat.* Irresolubili nexu junguntur.

Irresolūtus, a, um, non solutus, non remissus. *Ovid.* 1. *de Pont. eleg* 2. Vincula semper habens irresoluta manet.

Irrextinctus, a, um, *non estinto*, non extinctus. *Silius lib.* 3. *v.* 29. Irrestincta focis servant altaria flammæ.

Irretĭo, is, ivi, itum, a. 4. *invogliare nelle reti*, יקשׁ, Ger. *netzbringen*, Gal. *envelopper*, Hisp. *enredar*, σαγηνεύω, περιβάλλω, reti involvo, illaqueo, implico. *Cic.* 4. *Acad.* Quid enim ad illum, qui te captare vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? ¶ Irretire illecebris, est allectare, & detinere, *lusingare*. *Cic. in Catil.* 1. *c.* 5. Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætulisti?

Irretītus, a, um, *legato*, *preso*, יקוּשׁ, Ger. *netzgebringet*, Gall. *envelloppè*, Hisp. *enredado*, περιπλακείς, qui reti captus est, & translate, qui aliqua fraude, dolo, blanditiis deceptus detinetur, partic. ab *irretior. Cic.* 5. *Fin. c.* 18. Si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Irretortus, a, um, *dritto*, rectus. *Hor. l.* 2. *Carm. ode* 2. Quisquis ingentes oculo irretorto spectat acervos. V. *Invidus.*

Irreverēns, tis, adject. qui non reveretur. *irriverente*. *Tertul. l.* 2. *adverf. Marc. c.* 14. Immisit pueris ursos, sed irreverentibus in Prophetam.

Irreverenter, adv. *senza riverenza*, Ger. *ohnefehbam*, Gal. *irevveremment*, Hisp. *irreverentemente*, ἀνοσίως, sine reverentia, & honore. *Plin. l.* 2. *ep.* 14. Ad declamandum huc transeunt tam irreverenter, & temere.

Irreverentĭa, æ, f. *irriverenza*, Ger. *unzucht*, Gal. *irreverence*, Hisp. *irreverencia*, ἀνοσία, vitium reverentiæ contrarium. *Tac. l.* 13. *Ann. c.* 26. Quibusdam coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse frementibus.

Irrevocabĭlis, le, o. 3. *che non si può rivocare*, Ger. *unvviderruflich*, Gal. *irrevocable*, Hisp. *irrevocable*, ἀναπότρεπτος, quod non potest revocari. *Horat. l.* 1. *epist.* 18. *v.* 73. Et semel emissum vocat irrevocabile verbum. *Tacit. c.* 42. Domitiani natura quo obscurior, eo irrevocabilior. *Plin. l.* 32. *c.* 1. Anchoræ pondere irrevocabili jactæ.

Irrevocandus, a, um, quod non potest revocari, ut Error irrevocandus, apud *Claud. de bel. Get. v.* 123.

Irrevocātus, a, um, non revocatus. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 401. Sed enim irrevocatus ab acri cæde lupus perstat dulcedine sanguinis asper.

Irrevolūtus, a, um, *non rivolto*, non revolutus. *Manilial. l.* 11. *epigr.* 1. Vadas, & redeas irrevolutus. Correctiores libri habent *inevolutus.*

Irridenter, *burlando*, irridendo. *Labet.* apud *Charif. l.* 1. *pag.* 181. *Putsch.* Irridenter petit. *Augustin. ep.* 5. *a med.* Irridenter admonere.

Irridĕo, es, irrisi, sum, a. 2. *beffare*, לעג, Germ. *verspoten*, Gal. *se moquer*, Hisp. *escarnecer*, καταγελάω, derideo, ludibrio habeo, contemno. *Cic. de nat. Deor.* Nihil tam irridet Epicurus, quam prædictionem rerum futurarum. *Id. de Fin.* Quæ irrideri ab imperitis solent. ¶ *Irridunt* pro *irridenti* dixit *Brutus* apud *Diomed. l.* 1.

Irridicŭle, adv. *senza riso*, intacete, ineleganter. *Cæs.* 1. *B. G. c.* 42. Non irridicule quidam ex militibus decimæ legionis dixit.

Irridiculo, adverb. ut irridiculo habere, h. e. contemnere, irridere, *Plaut. Pœn.* 5. 4. 10. Præpotentes, pulcræ, soror, fuimus, neque ab juventute ibi irridiculo habitæ.

Irridiculum, i, n. res ridicula. *Plaut. Cas.* 5. 2. 3. Irridiculum fumus ambo. Alii aliter leg.

Irrigātio, onis, f. *inacquamento*, רִי, Ger. *feuchtigung*, Gal. *arrusement*, Hisp. *regadura*, ἄρδεις, actus irrigandi. *Cic. Off l.* 2. *c.* 4. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, &c.

Irrigātus, a, um, *irrigato*, *adacquato*. Translate *Plaut. Epid.* 1. 2. 18. Homi-

Hominem irrigatum plagis piſtori dabo.

Irrĭgo, as, avi, atum, a. 1. *inacquare, bagnare*, הוה, Germ. *vvaeſern*, Gal. *arrouſer*, Hiſp. *regar*, ἀρδεύω, adaquo, humecto, quaſi rivos in agrum deduco. *Cic. 1. de nat. Deor.* Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigavit. *Cato R. R. c.* 151. Aquam irrigato leniter in areas. *Virg. Georg. 4. v.* 114. Ipſe feraces Figat humo plantas, & amicos irriget imbres. *Id. 3. Æn.* Feſſos ſopor irrigat artus. *Id. 1. Æneid.* At Venus Aſcanio placidam per membra quietem Irrigat. *h. e.* infundit, immittit. *Plaut. Pœn. 3. 3. 86.* Vetuſtate vino edentulo ætatem irriges, h. e. foveas, & firmes vires.

Irrigŭus, a, um, *che facilmente ſi può adacquare*, καταῤῥυτος, quod irrigatur, vel facile irrigari poteſt. *Hor. l. 2. ſat. 4. v. 16.* Irriguo nihil eſt elutius horto. ¶ Accipitur & in ſignificatione activa, ut Acqua irrigua, quæ irrigat. *Virg. 4. Georg. v.* 32. Irriguumque bibant violaria fontem.

Irrĭo. V. Hirrio.

Irriſĭo, onis, f. *ſchermo, beffa*, משחק, Ger. *verlachung*, Gall. *moquerie*, Hiſp. *eſcarnecimiento*, χλεύασμος, ſubſannatio, deriſus, contemptus. *Cic. 1. Off. c.* 39. Deforme etiam eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

Irriſor, ris, m. *beffatore*, לֵיץ, Germ. *verlacher*, Gall. *moqueur*, Hiſp. *eſcarnecador*, χλευαστής, qui irridet. *Cic. in Parad. 1.* Veniant igitur iſti irriſores hujus orationis, ac ſententiæ.

Irriſus, us, ui, m. idem ac irriſio. *Plin. l. 31. c. 9.* Quæ ſcripſiſſe eos non ſine contemptu & irriſu generis humani, arbitror. *Tacit. 1. hiſtor. c.* 7. Irriſui eſſe alicui. h. e. ludibrio haberi.

Irrīſus, a, um, nom. particip. ab irrideor, *beffato, ſprezzato*, χλευασθείς. *Plaut. Epid. 3. 4. 83.* Me impune irriſum eſſe habitum. *Tacit. Ann. 4. c. 9.* Ad vana, & toties irriſa revolutus.

Irritabĭlis, le, o. 3. *che facilmente ſi irrita*, Ger. *dei leicht zuerzuernen*, Gal. *aiſè a ſe courrocer*, Hiſ. *enojadico*, ἐρεθιστικός, qui facile irritatur, cujus contrarium eſt placabilis. *Cic. Att. l. 1. ep.* 17. Et irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles. ¶ Item qui facile irritat, & provocat. *Lactant. l. 6. c.* 23. Diabolus objicit oculis irritabiles formas ſuggeritque fomenta, & vitiis pabulum ſubminiſtrat.

Irritabilĭtas, atis, f. proclivitas ad iraſcendum. *Apul. l. 1. de dogm. Plat.* Excandeſcentia, & irritabilitas.

Irritāmen, inis, n. idem ac irritamentum. *Ovid. 12. Met.* Cum ſua terribili petit irritamina cornu. *Id. 13. Met. v.* 435. Magnas adjeciſſet opes animi irritamen avari.

Irritamentum, ti, n. *provocamento, ſtimolo*, ἐρέθισμα, id, quo quis irritatur, & accenditur, ut Irritamenta gulæ, condimenta, quibus edendi aviditatem provocamus. *Ovid. 1. Met. v.* 140. Effodiuntur opes irritamenta malorum, *Liv. l. 30. c. 11.* Irritamentum certaminum.

Irritāte, adverb. provocando. *Ammian. l. 20. c.* 37. Gingivam irritatius titillare.

Irritatĭo, onis f. 3. *iſtigazione*, כעס, Ger. *anreitzung*, Gal. *irritation*, Hiſp. *irritacion*, παρόξυσμός, inſtigatio, accenſio. *Liv. l. 51. c. 14.* Et irritatio animorum ea prima fuit. *Senec. ep.* 9. Ad amicitiam fert ſapientem naturalis irritatio.

Irritātor, oris, m. qui irritat, & provocat. *Senec. ep. 108.* Cum irritator acceſſit, tunc illa animi bona velut ſopita excitantur.

Irritātus, a, um, nom. ex partic. *irritato, provocato, irato. Liv. l. 2. c.* 46. Irritatis animis. *Ter. Phorm. 2. 1. 10.* Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. *Gel. l. 10. c. 19.* Taurus iſto ipſo defenſionis genere irritatior, homo, inquit, ſtulte, &c.

Irrĭto, as, avi, atum, a. 1. *irritare, provocare, inſtigare, ſtimolare*, כעם, Ger. *anreitzen*, Gal. *irriter*, Hiſp. *irritar*, ἐρεθω, ἐξοργίζω, laceſſo, provoco, & ad iram incendo. Varia eſt Etymologorum de origine hujus vocis ſententia, V. *Voſſ. Cic. pro Mil.* Ut vi irritare, ferroque laceſſere fortiſſimum virum auderet. *Id. 7. Phil.* Irritari Antonium non oportuit. *Virg. 10. Æn. v.* 644. Irritatque virum telis. *Vellej. l. 2. c.* 66. Irritare ad alicujus necem. ¶ Interdum eſt ſimpliciter commovere. *Quintil. l. 4. c. 1.* Irritare adoleſcentiam ad diſcendum. *Ov. 3. Amor. el. 4.* Vitia irritare vetando. ¶ *Irritare crabrones*, proverbium eſt, quod ſignificat, rem aliquam aggredi periculoſam. *Plaut. Amph. 2. 2. 75.* Certa res hanc eſt objurgare. So. Irritabis crabrones. ¶ Scribit *Nonius* irritare tractum eſſe a canibus, qui cum provocantur, irriunt. *Lucilius* apud *eund.* Irritata canis, quod *R* quam plurima dicit. Eadem notat *Donat. ad Ter. Adelph. 2. 4.* ¶ *Irrito, as*, pro antiquare, improbare, barbarum eſt.

Irrĭtus, a, um, *vano*, ריק, Germ. *unkraefftig*, Gall. *vain*, Hiſp. *vano*, ἄθετος, non ratus, inanis, vanus, futilis, ab *in*, & *ratus*. In antiquis monumentis reperitur *inritus*. *Cic. 4. Ver.* Quam cum ea, quæ in Magiſtratu geſſiſti, fuſtulit, atque irrita juſſit eſſe. *Plin. in Pan. c.* 26. Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant. *Liv. l. 2. cap. 6.* Spes ad irritum cadit. ¶ Invenitur etiam cum genitivo, & ponitur pro falſus, deceptus. *Curt. l. 6. c. 5.* Petere perſeveravit, ne ſe irritam ſpei pateretur abire. *Vellej. l. 2. c. 62.* Cum ſuaſiſſet Lepido, ne ſe cum Antonio hoſte judicato jungeret, irritus conſilii gladio ſe transfixit. *h. e.* cum fruſtra ſuaſiſſet. ¶ *Irritus* etiam dicitur, qui quod voluit, aſſecutus non eſt. *Senec. lib. 6. de Benef. cap.* 11. Totam porticum perſcrutatus eſt, alia quoque loca, in quibus illum inveniri poſſe ſperabat; & domum non minus laſſus, quam irritus rediit.

Irrobŏro, as, a. 1. *fortificare*, חזק, Germ. *ſtarck vvdrden*, Gall. *enforſificer*, Hiſp. *fortalecer*, ἐνισχύω, eſt confirmare robur, ac vires augere. *Gell. l. 1. c. 22.* Irroboravit, inveteravitque falſa, atque alienа verbi ſignificatio, quod dicitur, Hic illi ſupereſt.

Irrogatĭo, onis, f. 3. ἐπιβολή, actus irrogandi, inflictio, impoſitio. *Cic. pro Rab. c.* 3. Quod eſt in eadem multæ irrogatione præſcriptum.

Irrŏgo, as, avi, atum, a. 1. *dare, imporre*, העניים, Germ. *auflegen*, Gal. *impoſer*, Hiſp. *imponer*, ἐπιτίθημι, infero, infligo, impono. *Cic. pro Dom. c.* 17. Vetant XII. tabulæ, leges privatis hominibus irrogari; id eſt enim privilegium. *Id. pro Mil. c.* 17. Mulctam alicui irrogare. *Tacit. Ann. 16. c.* 5. Irrogare ſupplicium tenuioribus. *Horat. l. 1. ſat. 3. v.* 118. Irrogare pœnas peccatis. *Quintil. l. 19. c.* 3. Labori non plus irrogandum, quam quod ſomno ſupererit.

Irrŏro, as, avi, atum, a. 1. *bagnare*, Germ. *mit, thavvbefeuchtigen*, Gal. *arrouſer*, Hiſp. *rociar*, ἐπιῤῥαίζω, rore aſpergo, vel ſimpliciter madefacio. Uſurpatur abſolute. *Col. l. 12. c. 22.* Noctibus autem labrum operire conveniet, ne irroretur. ¶ Vel cum accuſ. & dativ. *Ovid. 1. Met.* Inde, ubi libatos irroravere liquores veſtibus. ¶ Vel cum acc. & abl. ſine præp. *Ov. 7. Met.* Ter ſumptis flumine crinem irroravit aquis.

Irrŏto, as, avi, atum, a. 1. rotando, ſeu circumagendo impello. *Minut. Fel. in Octav. de puerili quondam luſu*: teſtam ſuper undas irrotare.

Irrubeſco, ſcis, irrubui, *farſi roſſo, arroſſirſi*, אדם, Ger. *roth vverden*, Gal. *devenir rouge*, Hiſp. *bazerſe roxo*, ἐρυθριάω, ruber fio, rubore ſuffundor. *Stat. 9. Theb. v.* 647. Irrubuit cœli plaga ſidere mixto. *Id. 5. Syl.* Irrubuit mihi vultibus ignis. i.e. vultus meos afflavit, vel ſuffudit.

Irructo, as, a. 1. *ruttare*, ἐρεύγω, eſt ructu afflare. *Plaut. Pſeud. 5. 2. 6.* Quid tu, malum, ergo in os mihi ebrius irructas?

Irrufātus, a, um, *fatto roſſo*, rufus factus. *Tertull. in Apolog. c. 22. extr.* Barba tactu irrufata. *Id. adverſ. Pſych. c. ult.* Si tibi lenticulam detruto irrufatam obtulero.

Irrūfo, as, a. 1. *far roſſo* caput rufum facio, ἐρυθράινω, *Hieron. epiſt. 7. ad Lætam, ante med.* Nec caput gemmis oneres, nec capillum irrufes.

Irrūgo, as, a. 1. *far creſpe*, כרה, Ger. *runzeln*, Gal. *ſe rider*, Hiſp. *arrugar*, ῥυτίδω, in rugas contraho. *Gel. l. 12. c. 1.* Ne æquor illud ventris irrugetur.

Irrumatĭo, onis, f. actus irrumandi. *Catul. carm. 21.*

Irrumātor, oris, m. 3. qui irrumat. *Catul. carm. 10.* Præſertim quibus eſſet irrumator Prætor.

Irrumātus, a, um, partic. ab irrumor. *Virg. in Priap. carm. 71.* Cuſtodes habeatis irrumatos.

Irrūmo, a. 1. *lattare*, θυλάζω, eſt lactare, quaſi rumam, ſeu rumen, hoc eſt mammam in os inſerere. Translate eſt virilia fellatori præbere. *Catul. carm. 16.* Pædicabo ego vos, & irrumabo.

Irrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *rompere*, penitus rumpo, ſeu frango. *Lact. l. 6.* Summum inter ſe hominum vinculum eſt humanitas, quod qui irruperit, nefarius, & parricida exiſtimandus eſt. ¶ Fere neutraliter ſumitur pro violenter, & cum impetu ingredi, *entrare violentemente, con impeto*, εἰσπίπτειν. *Cic. in Rull. 2. c.* 17. Irrumpant in ærarium. *Tacit. 3. hiſt. c. 6.* Irrupit ſtationes hoſtiles. Et *Ann. 2. c. 25.* Majoribus copiis Marſos irrupit. ¶ Cum dativo, *Silius l. 2. v.* 378. ceu templo irrumperet hoſtis. Adde *l. 13. v.* 176. ¶ Cum accuſativo *Varro* apud *Non. c. 4. n. 76.* Irrumpere ſe, *cacciarſi dentro con preſtezza*. ¶ Translate ſignificat irrepere, ſe immittere, *Cic. 4. Acad.* Irrumpunt in animos noſtros imagines. *Lucan. l. 1.* Fama irrupit animos populi.

Irrŭo, is, ui, utum, n. 3. *entrare con furia*, פרץ, Germ. *ungeſtuem einfallen*, Gal. *ſe jetterdeſſus, ruer*, Hiſp. *acometer*, εἰσπάλλω, cum impetu feror, violenter me aliquo immitto, impetum in aliquem facio. *Cic. 2. de Fin.* Et equo admiſſo in mediam Latinorum aciem irruebat. *Id. 1. de Or.* Quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. *Id. 2. Ver. c.* 12. Irruere in odium. *Terent. Adelph. 4. 2. 11.* Vide, ne ille huc prorſus ſe irruat. ¶ Habet etiam obſcenum ſenſum, *Plaut. Caſ. 5. 2. 14.*

Irruptĭo, onis, f. *impeto, ſcorreria*, בזרוע, Germ. *einbruch*, Gal. *irruption*, Hiſp. *acometimiento*, ἐμβολή, impetus, incurſio. *Cic. pro Lege Man. c. 6.* Nam cum hoſtium copiæ non longe abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur. *Plaut. Pœn.* Irruptionem facite in popinam.

Irruptus, a, um, nom. ex particip. non ruptus, non fractus. *Horat. l. 1. od.* 13. Felices ter & amplius, quos irrupta tenet copula.

Irtiŏla, æ, f. genus vitis Umbriæ, Piceno, & Mevanati agro peculiare. *Col. l. 3. c. 2.* Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtiolam, ferreolamque, non facile aſſeverem, quo gradu habendæ ſint. Adde *Plin. l. 14. c. 3.*

Irus, m. 2. ἶρος, mendicus fuit Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, quem Ulyſſes domum reverſus pugno interfecit. *Hom. 18. Odyſſ.* Hujus paupertas abiit in proverbium, ut hominem extremæ inopiæ Iro pauperiorem dicamus. *Ovid. 3. Triſt. el. 7. v.* 42. Irus erit ſubito, qui modo Crœſus erat.

I ANTE S.

Is, ea, id, *queſto, quello, colui, coſtui*, זה, Ger. *der*, Gal. *ce, celuy*, Hiſp. *el, ella, ello*, ἐκεῖνος, ἕτος, ille, hic, pron. dem. ab *ὅς, qui*, converſo *o* in *i*. *Cic. 4. Fam.* Neque enim tu is es, qui, qui fis, neſcias. *Id. pro Sylla.* Neque enim una eſt ratio defenſionis ea, quæ poſita eſt in oratione. ¶ Ponitur etiam relative. *Cic. Att. l.* 1. Venit mihi obviam puer tuus, is mihi litteras abs te reddidit. ¶ Nonnunquam accipitur pro talis, vel ejuſmodi. *Cic. Att. l.* 3. Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis. ¶ Aliquando affumit adjectionem ſyllabicam. *Gell. 3. 14.* Quiſquam Veterum iiſce verbis uſus eſt. ¶ *Id* elegantер genitivo jungitur, ut id ætatis, id temporis, &c. V. *Id* ſuo loco. ¶ *Eare*, eſt propterea. *Cic. l. 8. Att.* O rem turpem, & ea re miſeram! ¶ *Eapſe*, pro ea ipſa. *Plaut. Ciſtel. 1. 2. 17.* Eapſe quod ſibi ſupponeret. Sic *eampſe*, apud eund. *Aulul. 5. 1. 7.* ¶ *Ibus* pro is, in dat. plurali, aliquoties legitur apud eundem, ut *Mil. 1. 1. 74.* & alibi. ¶ *Eabus* pro *iis* fœminine dixit *Cato R. R. c.* 152.

Iſæus, m. 2. ἰσαῖος, Philoſophus, & Rhetor Aſſyrius, cujus hoc fuit inventum cujuſvis rei argumentum in breve contrahere compendium.

Iſagōge, es, f. 1. *introduzione*, חנוך, Ger. *ein einleytung*, Gal. *introduction*, Hiſp. *introducion*, εἰσαγωγή, introductio, prima artis, ſcientiæve alicujus rudimenta, quæ ad majora, altioraque viam muniunt, ab εἰσάγω, *introduco. Gell. l. 1. c. 2.* Se in theorematibus tantum nugalibus, & puerilium iſagogarum commentationibus oblectantes.

Iſagogĭcus, a, um, *introduttorio*, εἰσαγωγικός. Legitur hæc vox Græce ſcripta apud *Gell. l. 14. c. 7.* at in titulo ejuſdem capitis Latine, his verbis. Dedit commentarium, quem appellavit iſagogicum.

Iſăpis. V. Sapis.

Iſăra, æ, m. fluvius Galliæ Narbon. qui in Rhodanum influit, *l'Iſere*. *Lucan. l. 1. v.* 399.

Iſātis, idis f. *guado*, herbæ genus ſativæ, & ſilveſtris, qua lanæ inficiuntur, glaſtum, *Plin. l. 20. c. 7.*

Iſauria, æ, f. regio Aſiæ, pars Galatiæ Auſtralis, Piſidiæ finitima, inter Lycaoniam ad Or. & Ciliciam ad Occ. non procul a Tauro M. Ejus metropolis eſt Seleucia. Pop. *Iſauri.*

Iſaurĭcus, m. 2. cognomen P. Servilii Civis Romani, qui Iſauriam regionem ſubegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, vi cepit. *Ovid. 1. Faſt.* ¶ Adeo pauper fuit, ut Romæ publico funere elatus fuerit.

Iſaurĭcus, a, um, adject. ab Iſauria, ut Iſaurica gens. *Plin. l. 5. c. 27.*

Iſaurus. V. Piſaurus.

Iſburus, m. 2. *Calatabellota*, al. *Mayhaſoli*, fl. Siciliæ, qui in mare Africum ſe exonerat inter Mazaram ad Occ. & Agrigentum ad Or. fere 35. M. P. utrinque.

Iſchæmon, n. 2. ἰσχαιμον, herba a Tracibus primum inventa, qua ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modo vena, verum etiam præciſa. Serpit e terra milio ſimilis, foliis aſperis, & lanuginoſis. *Plin. lib. 5. c. 8.*

Iſchĭa, orum, n. 2. *coſcie*, ἰσχία, coxæ, coxendices, vox Græca eſt, unde latinæ quæ ſequuntur profluxerunt.

Iſchiăcus, a, um, *ſciatico*, idem ac iſchiadicus. *Cato de R. R. c.* 123. Vinum ad iſchiacos ſic facito.

Iſchiadĭcus, a, um, *ſciatico*, ἰσχιαδικός, qui iſchiade, ſeu morbo coxendicum laborat. *Plin. l. 27. c. 4.* Radices medentur iſchiadicis. ¶ Iſchiadici dolores, *dolori di ſciatica*, *Id. l. 26. c. 7.* Iſchiadicos dolores levat agaricum potum.

Iſchĭas, adis, f. 3. *ſciatica*, Ger. *hueffvvee*, Gal. *ſciatique*, Hiſp. *ejatica*, ἰσχιάς, dolor iſchiadicus, ſeu iſchiacus, arthritidis ſpecies, quæ iſchia, ſeu

seu coxendices præcipue infestat. *Plin. l. 27. c. 1.* Bibitur propter ischiada, & stranguriam in vino.

Ischias, adis, f. 3. ἰσχίας, λευκάκανθα, herba quædam radice cyperi, quæ commanducata dentium dolorem sedat. Alii leucocantham vocant, alii polygonaton, alii sigillum Salomonis. *Plin. l. 22. c. 16.*

Ischnon eromenion, ἰσχνὸν ἐρωμένιον, h. e. amicula gracilis. Græcæ voces a Lucretio usurpatæ. *l. 4. v. 1149.*

Ischomache, es, f. Ἰσχομάχη, Hippodamia, Atracii, seu Atracis filia, uxor Pirithoi, ex Atracia Thessaliæ regiuncula, quam cum Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule, & Theseo profligati sunt. Dicta est ab ἴσχω, *cohibeo*, & μάχη, *pugna*. *Prop. l. 2. Eleg. 2. v. 9.* Ischomache Lapithæ genus heroinæ.

Iselasticus, a, um adject. εἰσελαστικός, ab εἰσελαύνω, invehor, ingredior, ut iselastica certamina, in quibus victores cum magna pompa coronati quadrigis introducebantur quisque in patriam suam. *Plin. l. 10. ep. 119.* Quæ pro iselasticis certaminibus constituisti. ¶ Iselastici etiam dicebantur ipsi victores. *Id. ibid.* Ego contra scribo Iselasticorum nomine. ¶ Iselasticum, absolute pro eo quod Iselasticis victoriæ nomine dabatur. *Trajan. ad Plin. ep. 120.* Iselasticum tunc primum mihi videtur incipere debere, cum quis in civitatem suam εἰσήλασεν.

Isiaci, m. 3. ἰσιακοί, Isidis Sacerdotes in Ægypto, qui vestibus tantum lineis, quas illi λινοστολίας appellabant, amiciebantur. *Valer. Max. l. 7. c. 3. n. 8.* M. Volusius Trib. pl. proscriptus, assumpto Isiaci habitu, per itinera viasque stipem petens &c. Adde *Sueton. in Domit. c. 1.* & ibi *Casaub.* ¶ Hinc Græcum proverbium apud *Plutarch.* Isiacum non facit linostolia, Italice *l'abito non fa il monaco*.

Isiăcus, a, um, quod ad Isim, seu Isidem spectat. *Juv. Sat. 6. v. 488.* Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ.

Isicia. V. Isicium.

Isiciarĭus. V. Insiciarius.

Isiciātus, a, um, adject. ut isiciatus pullus, h. e. isicio conditus. *Apic. l. 8. c. 7.*

Isicĭum, vel insicium, ii, n. vel isicia, æ. f. 1. ἴσικιον, ἰσίκιον, genus farciminis, ab *inseco*, quia ex insecta carne fit. Nam veteres dicebant *insicare*, *prosicare*, *dissicare*. *Varro l. 4. de L. L.* Aliqui scribunt *insitium*, & putant sic dici quasi insititium, eo quod fiat insitis in intestinum minutis carnis suillæ frustulis. *Cæs. Scal. com. in Hipp. de insomn.* censet ab ὗς, *sus*, hysicium dictum esse. *Macrob. l. 7. c. 8.* Dicas, quæso, quæ causa difficile digestu facit insicium, quod ab insectione insicium dictum (amissione enim literæ postea, quod nunc habet, nomen obtinuit) cum multum in eo, &c. *Arnob. l. 7.* Quid, inquam, sibi hæc volunt, apexabo, isicia, silicernia, longavo? quæ sunt nomina, & farciminum genera, hirquino alia sanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus.

Isis, is, vel idis, f. Ἶσις, Jo, filia Inachi. Accusativum Græcum habet in *in*, vel in *da*, Latinum in *im*, vel in *dem*. *Tacit. de Germ. c. 9.* Pars Suevorum & Isidi sacrificat. V. *Jo*.

Isitium. V. Isicium.

Ismarĭcus, a, um, &

Ismarius, a, um, adject. ad Ismarum pertinens. *Avien. in descript. orbis, v. 33.* Ismarici flabris aquilonis. *Ovid. 10. Metam. v. 305.* Gentibus Ismariis, & nostro gratulor orbi. *Id. 9. Metam. v. 640.* Ismariæ Bacchæ.

Ismărus, i, m. & n. pl. Ismara, orum, mons Thraciæ partim asper, partim olivetis, ac vinetis cultus, apud Hebrum fl. & Maroneam urb. quem Orpheus incoluit, cujus accolæ ab Homero Cicones dicuntur, ubi palus, & Ismara, vel Ismarum urbs quondam fuit. *Virg. Ecl. 6.* Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea. *Lucret. l. 5. v. 30.* Thracen, Bistoniasque plagas, atque Ismara propter.

Ismēne, es, f. 1. Ἰσμήνη, Oedipi filias, Cyrrhei cujusdam juvenis sponsa, qui ante nuptias a Tydeo occisus est.

Ismēnis, idis, f. mulier Thebana, ab Ismeno fl. ¶ Ismenides, um, Thebani, *Ovid. 3. Metam. in fine*.

Ismenias, a, um, Thebanus. ¶ Ismenius heros, sc. Polynices, apud *Stat. 2. Theb. v. 307.*

Ismēnus, m. 2. Ismenius, *Ismeno*, fl. Bœotiæ, cum opp. & monte cogn. qui ex Cithærone M. oritur, Thebas alluit circa Dircem fontem, & apud Saganeum opp. in Euripum labitur, non procul ab Aulide. Dictus est ab Ismeno Pelasgi filio.

Isocinnămon, n. 2. ἰσοκίνναμον, frutex, al. daphnois præstantissimi odoris, in iisdem fere locis nascens, in quibus cinnamomum, & casia, ita dictus, quod cinnami præstantiam adæquare videatur. *Plin. l. 12. c. 20.*

Isocōlon, n. 2. ἰσόκωλον, Latinis *Compar*. Figura verborum per similitudinem, per quam membra periodi ex pari ferme numero vocabulorum constant, ab ἴσος, *æqualis*, & κῶλον, *membrum*. *Quintil. l. 9. c. 3.* Græcis literis hanc vocem scribit.

Isocrătes, m. 3. Ἰσοκράτης, præstantissimus Rhetor, & Orator Atheniensis. Adolescens senem Gorgiam audivit, & Platonem. *Cic. in Orat.* ¶ Plato exagitator omnium Rhetorum Isocratem unum mirabatur. *Cic. in Or.* ¶ Pudore, & timiditate abstinuit a dicendo. *Cic. 2. de Or. in Brut.* ¶ Isocrati Aristoteles invidens una cum Philosophia etiam Rhetoricam docere cœpit dicens, turpe sibi esse tacere, cum Isocratem dicere pateretur. *Cic. 3. de Or.* ¶ Appellatur pater Eloquentiæ; Sed ejus Eloquentia non est apta ad forum. *Cic. de opt. gen. Or.* ¶ Scripsit in senectute idest, anno ætatis 94. Panathenaicum ad Philippum Macedonem. *Cic. de Sen. & in Or.* ¶ Vixit annos novem, & nonaginta. *Cic. de Sen. & in Or.* ¶ Unam orationem vendidit viginti talentis, h. e. 12. mille Philippeis. *Plin. l. 7. c. 30.*

Isocratēus, a, um, adject. ad Isocratem pertinens. *Cicer. in Orat. c. 61.* Isocrateo more dicere. *Id. Fam. 1. ep. 9.* Isocratea ratio oratoria.

Isocratĭcus, a, um, Isocrateus. *Isocratici* dicti sunt, qui Isocratem sunt secuti, seu imitati. *Quintil. l. 9. c. 4.*

Isodŏmon, n. 2. ἰσόδομον, genus structuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis sunt crassitudinis. Nam ubi crassitudo est inæqualis, pseudisodomon appellant. *Plin. l. 36. c. 22.* Græci e lapide duro, ac silice æquo construunt veluti lateritios parietes: cum ita fecerint, Isodomon vocant genus structuræ, at cum inæquali crassitudine structa sunt, pseudisodomon. Adde *Vitruv. l. 11. c. 8.*

Isopȳron, n. 2. ἰσόπυρον, herba, quam aliqui vocant phaseolum, quoniam ejus folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula habet in summo caule tenuia, plena seminis melanthii. *Plin. l. 27. c. 11.*

Israel, elis, nomen Patriarchæ Jacobi, & totius populi ex eo nati. ¶ Ab Isidoro exponitur *vir Deum videns*. Hinc

Israelītæ, arum, m. Israelis posteri. *Juvenc. l. 1. v. 234.*

Israelītis, itidis, com. idem ac Israelita. *Hieron. in lib. Num.* Arrepto pugione ingressus est post virum Israelitidem.

Issa, f. 1. Hissa, *Lissa*, *Jesa*, Slavis *Vuis*, ins. Liburniæ, postea Dalmatiæ, in mari Illyrico, cum urbe cogn. ¶ Item Ins. parva Latii, apud Marruvium, a Septem Aquis 40. stad. ¶ Item urbs Lesbi ins. quæ Himera, & Pelasgia dicta fuit.

Issa, æ, f. nomen catellæ. *Martial. l. 1. epigr. 110.* Issa est deliciæ catella Publi. ¶ Hinc factam esse vocem *Issulus*, qua Parentes filios suos parvulos blandimenti causa appellabant, putat *Fabrettus* hanc afferens in *Vet. inscrip. pag. 45.* Aponius & Aponia Issulo, & Delicio suo fecere.

Issĭcus, a, um, adject. ab Isso opp. Ciliciæ, ut Issicus sinus, *il Golfo di Lajazzo*, qui id oppidum alluit, apud *Ammian. l. 26. c. 25.*

Isso, ivero. *Festus*.

Issŭlus, V. in Issa.

Issus, f. 2. Issum, Nicopolis, *Lajazzo*, *Ajazza*, *Ajassa*, Urbs Ciliciæ extrema, in Syriæ confinio, prope Amanum M. ad mare Mediter. Hic Darius Rex primo fusus fuit ab Alexandro Magno.

Istac, vel isthac, *per costà*, διὰ τᾶδε τ̃ τόπου, adv. motus per locum. *Terent. Heaut. 3. 3. 27.* Abi sane istac, istorsum, quovis.

Istactĕnus, adverb. *sino a qua*. *Plaut. Bacch. 1. 2. 58.* Istactenus tibi, Lyde, libertas data est.

Iste, ista, istud, & istuc, gen. istius, *questo*, *cotesto*, זה, Germ. *der*, Gal. *cettuy ci*, Hisp. *este*, *esso*, ἔτος, pron. dem. ab ὅς, *qui*, & τε, &. Proprie dicitur de eo, qui apud te est, aut de quo tu loqueris. *Cic. Cælio l. 2. Fam. ep. 1.* Putaresne, nunquam accidere posse, ut mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam levia nostratia? *Id. pro Quint.* Tuus iste vir optimus. ¶ Accipitur etiam pro *hic*. *Quint. lib. 11. c. 1.* Nos institutionem professi, non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus. ¶ *Istuc* sæpe pro *istud* legimus, ut *Plaut. Curcul. 1. 1. 32.* Istuc verbi quid est? *Ter. Eun. 5. 1. 14.* Istuccine interminata sum hinc abiens tibi? h. e. istud ne? ¶ Et *istic*, pro *iste*, usurpatur ab eodem Plauto sæpe, ut *Captiv. 3. 4. 16.* Ne tu, quod istic fabuletur, aures immittas tuas, & *alibi*. Genit. *istius* apud Poetas indifferentis est quantitatis in penult. *Martial. l. 14. epigr. 171.* Istius pueri Brutus amator erat. *Ovid. 4. de Pont.* Istius ingenium corporis esse nega. ¶ *Istæ* in dativo, pro isti, *Plaut. Trucul. 4. 3. 16.* Istæ dedi.

Ister, tri, m. 2. Germaniæ fluvius, qui & Danubius vocatur; unde *binominis* dicitur ab *Ovid. l. 1. Pont. ep. 8.* V. Danubius. ¶ Istro fallacior vocatur Marcion a *Tert. l. 1. c. 3. adv. eund.* quod istri navigatio periculosissima sit propter rapiditatem, & latentes subinde scopulos, & cautes.

Isthmĭa, orum, n. Ἴσθμια, numerantur inter quatuor solemnia certamina, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari solebant, in honorem Neptuni instituta a Theseo, ut Plutarcho videtur, aut certe in honorem Palæmonis, ut ex Archiæ poetæ Græco epigrammate colligitur, quod etiam hodie circumfertur. Hujus certaminis victores pinu coronabantur, ut tradit *Plin. l. 15. c. 10.* ¶ Dicta sunt Istmia ab Istmo Peloponnesi, in cujus faucibus celebrabantur, non procul a Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

Isthmiăcus, a, um, gentile ab isthmo, præsertim Peloponnesi. *Claud. de 4. Conf. Hon.* Et puer isthmiaci jampridem litoris exul. *Plin. l. 15. c. 10.* Istmiaca corona.

Isthmĭcus, a, um, Isthmius. *Val. Max. l. 4. c. ult. n. 5.* Isthmicum spectaculum.

Isthmĭus, a, um, adject. Isthmiacus, ut Isthmius Neptunus, cujus scil. templum fuit in Isthmo Peloponnesi. Et Isthmii ludi, qui & Isthmia absolute dicuntur a *Livio l. 33. c. 32.* V. Isthmia.

Isthmus, m. 2. ἰσθμός, *istmo*, *lingua di terra*, proprie apud Græcos, unde fluxit hæc vox, collum significat, a cujus similitudine terra oblonga, & angusta inter duo maria Isthmus dicitur. *Ovid. 7. Metam. v. 406.* bimarem pacaverat Isthmon. ¶ Isthmi multi numerantur. Primus est Peloponnesi, qui & Corinthiacus, & Achaicus vocatur, & Peloponnesum reliquæ Græciæ connectit. In hujus Isthmi faucibus Corinthus sita est, totius Peloponnesi urbs clarissima. Hunc Nero perfodere frustra conatus est. *Sueton. in Ner. c. 19.* Hinc prov. *Isthmum fodere*. hoc est rem aggredi quæ fieri non potest. ¶ Secundus est Chersonesi Thraciæ, vulgo *Hexamili*, inter Cardiam, seu Lysimachiam, & Macrontichon. Tertius Ægypti, qui a Ptolemæo Dorsum Arabiæ dictus est, vulgo *Sur*, inter mare Mediterraneum, ubi Pelusium, & sinum Arabicum, ubi Urbs Heroum, quod Ægyptus Palæstinæ, & Arabiæ Petrææ jungitur. Quartus Tauricæ Chersonesi, *Zucala*, in quo Taphræ urbs, Tartarorum Regia, quo Taurica Sarmatiæ continenti copulantur. Quintus Acanthæus in Macedonia, qui Athon montem continenti jungit. Hic a Xerxe perfossus est. Sextus Italiæ in parte Boreali Calabriæ Ulterioris, inter sinum Scylleticum, & Hipponiatem. Septimus Asiæ, inter Tarsum, & Amisum, Asia nusquam angustiore. Octavus Græciæ, inter Crisæum sinum, & Oetæum, ubi Thermopylæ. V. *Plin. l. 3. c. 4. 10. & 11.*

Istic, vel isthic, istæc, istoc, idem, ac iste, ista, istud, quasi iste hic, ista hæc, istud hoc. *Cic. in Fam. 7. ep. 23.* Istæc ipsa, quæ te emisse scribis, erunt mihi grata, *Plaut. Merc. 3. 1. 25.* Istæc res est. *Id. Truc. 3. 2. 16.* Istoc modo. *Id. Amph. 1. 1. 203.* Ergo istoc magis, quia vaniloquus, vapulabis. *Id. Bacch. 3. 1. 15.* Priusquam malum istoc addis, dicam patri.

Istic, vel Isthic, *costì*, *in cotesto luogo*, αὐτόθι, adv. status in loco, & dicitur de loco a me remoto, idest, de eo loco, in quo tu es. *Cic. l. 1. Fam. ep. ult.* Et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare.

Istimŏdi, idem quod istiusmodi. *Plaut. Trucul. a. 5. v. 38.* Faceta es, quæ ames istimodi.

Istinc, vel Isthinc, *di costì*, αὐτόθεν, adverb. motus de loco. *Cicer. in Fam. l. 1. ep. ult.* Qui instinc veniunt, superbum te esse dicunt.

Istiusmŏdi, *di questa sorte*, talis, istius modi, formæ, speciei, generis, duo genitivi conjuncti per modum adverbii. *Cic. Ver. 6. c. 5.* Nihil istiusmodi, *Ter. Heaut. 2. 4. 7.* Vos esse istiusmodi, haud mirabile est.

Isto, *costà*, ἐκεῖσε, adv. motus ad locum, & dicitur de loco a me remoto, quemadmodum istic. *Cæl. ad Cic. 8. Fam. ep. 15.* Sic causa est properandi isto mihi. *Plin. l. 3. ep. 6.* Destino enim excurrere isto.

Istoc, vel Isthoc, idem ac istud. ¶ Usurpatur etiam adverbialiter pro istinc, seu ab isto loco. *Ter. Adel. 2. 1. 15.* Accede istuc Parmeno, nimium istoc abisti.

Istorsum, *verso costà*, πρὸς τόνδε τὸν τόπον, adv. motus versus locum, idest, versus eum locum, ubi tu es. *Ter. Phorm. 5. 1. 14.* Concede hinc a foribus paululum istorsum, sodes Sophrona.

Istri, m. 2. pop. extremi Italiæ, Liburnis finitimi, quorum regio Istria. Hos fama est originem a Colchis duxisse missis ab Æeta Rege ad Argonautas persequendos, qui ut a mari intraverunt Istrum fl. nec raptores invenere, sive metu Regis, sive tædio longe navigationis, juxta Aquilejam consederunt, Istrique ex amnis nomine, quo a mari concesserant, sunt appellati.

Istrĭa, vel Histria, f. 1. *Istria*, Ἰστρία, prov. Italiæ, pars Galliæ Traspadanæ, in confinio Illyrici. Habet a Sept. Carniolæ Ducatum, a quo separatur Alpibus, *Monti della Vena*, ab Or. Illyricum, & sinum Flanaticum, ab Occ. sinum Tergestinum, & mare Adriaticum, seu sinum Venetum, a Mer. mare Adriaticum. *Plin. l. 3. c. 19.*

Istriāni, orum, Istri. *Justin. l. 9. c. 2.* Cum bello Istrianorum premeretur.

Istrĭcus, a, um, *Istriano*, ad Istriam pertinens. *Liv. l. 41. c. 1. & 11.* Istricum

cum bellum. *Plin. l.32. c.6.* Istrica ostrea. ¶ Scribitur & *Histricus*.

Istrus, a, um, Istricus. *Martial. l. 12. epigr. 64.* Istra nec minus absoluta testa. *h. e.* oleo ex Istria, in testis condito, quod laudat *Plin. l.15.c.2.* ¶ Scribitur & *Hirtus*.

Istuc, *costà*, ἐκεῖσε, adverb. motus ad locum. *Plaut. Asin.* 3.3.55. Interea, si videtur, concedite istuc. *Id. Pœn.* 3.3.1. Jam istuc ego revertar. ¶ *Istuc* pro istud. V. in *Iste*.

Istuccine? pro *istuc ne? Terent. Eun.*5.1.14. Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?

I A N T E T.

Ita, *così*, *a questo modo*, *in tal maniera*, כֵּן, Ger. *also*, Gal. *ainsi*, Hisp. *assi*, οὕτως, sic, adv. similitudinis. *Cic. 6. Verr. c.* 52. Est ita, ut dicitur. *Id. de Amic. ep.* 9. Ut ita dicam. *Id.* 12. *Attic. ep.* 18. Investiges, sit ne ita. *Id. ib. l.* 7. *ep.*9. Hoc tibi ita mando, ut dubitem &c. ¶ Sæpe adverbium est respondentis, & affirmantis. *Plaut. Most.* 2. 2. 60. Nempe ergo in somnis? *ER.* Ita. *Ter. Eun.*1. 2. Hic quoque bonam, magnamque partem ad te attulit. *T.* Ita est. ¶ Interdum est adv. optantis, vel fidem facientis, vel assentientis. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 15. Ita vivam, ut maximos sumptus facio. *Id. in Verr.* 1. *c.* 13. Ita mihi Deos omnes propitios esse velim, &c. *Ter. Heaut.* 4. 5. Ita me Dii ament, honestus est. *Id.*3.2. Ita me Dii amabunt, ut nunc Menedemi vicem miseret me. ¶ Frequenter ponitur pro valde, vel nimis, vel tantum, præcipue cum conjungitur cum negatione. *Cic. in Verr. 6. c.* 49. Simulacra præclara, sed non ita antiqua. *Id. Fam.* 11. *ep.* 21. De his non ita valde laboro. ¶ Item pro adeo, tantopere, cum conjunctivo, & particula *ut*. *Cic.*1. *Tusc.* Non sum ita hebes, ut ista dicam. ¶ Quandoque illativa conjunctio est pro igitur. *Cic.* 1. *Tusc.* Ita nobilissima Græciæ civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignoravisset, nisi ab homine Arpinate didicisset. ¶ Vel pro itaque. *Cic. de nat. Deor.* 1. *c.* 40. Virtus actuosa est, & Deus vester nihil agens. Expers virtutis igitur. Ita ne beatus quidem est. ¶ Vel pro talis. *Plaut.Stich.*5. 3. Ita est ingenium muliebre. ¶ Vel pro in eo statu. *Ter. Eun.* Sed ita res erat, faciendum fuit. *Cic.* 4. *Fin. c.*2. Ita nos esse natos, ut ad virtutes apti essemus. ¶ Conjungitur interdum cum *quemadmodum*. *Cic. in Verr.* 3. Quæsturam ita gessi, quemadmodum cognovistis. ¶ Item cum *ut*. *Ter. Eun.* 2. Cœpi egomet mecum inter vias, ita, ut fit, ubi quid in animo est molestiæ, aliam rem ex alia cogitare. ¶ Item cum quasi. *Cic. pro Quinct.* Qua in re ita diligens erat, quasi ii, qui magna fide societatem exercent. ¶ Item cum *ne*, & est particula scisitantis, vel commiserantis, vel indignantis. *Ter. Andr.* 3. 2. Ita ne contemnor abs te? *Cic.* 7. *Verr.* Ita ne vero tu tua pericula communi periculo defendes?

Italĭa, æ, f. 1. *Italia*, Ger. *Vvelschland*, Gal. *Italie*, Hisp. *Italia*, Ἰταλία, regio Europæ. Habet ab Occ. & Sept. Alpes, quibus dividitur a Gallia, & a Germania, ab Or. mare Hadriaticum, & mare Jonium, a Mer. mare Siculum, seu Ausonium, mare Tyrrhenum, & mare Ligusticum. ¶ Variis nominibus varils temporibus appellata est, Janicula, Oenotria, Chamasena, Saturnia, Hesperia, Ausonia, &c. Quorum nominum rationem vide suis locis. ¶ Italia autem dicta est vel ab Italo rege, vel ab ἰτελός, quod bovem sonat; antiqui enim Italiæ populi boves *italos* vocabant, testibus *Festo*, *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. *& Colum. l.* 5. *R. R. in præf. Virgilius l.* 3. *Æn. v.* 166. Nunc fama, minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Italĭca, æ, f. 1. *Sevilla la vieja*, col. & urbs Hisp. Bæt. condita a Scipione Africano, ad Bætim fl. Hispali vicina, patria Silii poetæ, & trium Imperatorum, Trajani, Hadriani, & Theodosii senioris. Aliis est *Alcalà del Rio*. opp. inter Hispalim 4. l. & Castrum Album 3. ¶ Italica item vel Italicum Corfinium urbs Pelignorum in Aprutio cit. cognominatum est bello Italico, seu Marsico, seu sociali, quod Marsi, Picentes, Peligni, Vestini, Marrucini, Frentani, Hirpini, Pompejani, Picentini, Venusini, Japyges, Lucani, Samnites, atque omnis ora a Liri fl. usque ad Jonium sin. cum Populo R. gesserunt. Hi enim Corfinium communem patriam, & belli caput legere, & Italicum appellavere. *Sigon. de ant. jure Italiæ l.* 3. *c.* 1.

Italĭce, Italorum more. *Mesala Corvin.* incertæ, & fortasse nullius auctoritatis scriptor, *de progen. Aug. c.* 11. Troja namque vulgo Italice, Latineque scrofa, vel sus dicitur.

Italicensis, se, adject. qui est ex urbe Italica. *Inscript. apud Grut. p.* 385. *n.* 1. Coloni Italicenses.

Italĭcus, a, um, *Italiano*, Ἰταλιώτης, quod ad Italiam spectat. *Liv. l.* 32. *c.* 23. Transfugæ Italici. *Ovid.* 15. *Met. v.* 9. Graja quis Italicis auctor posuisset in oris mœnia. Al. leg. *Ausoniis*. *Aurel. Vict. de Origine gent. Rom. c.* 6. Italici homines.

Italis, idis, f. mulier Italica. *Ovid.* 2. *Fast. v.* 441. Italidas matres, inquit, facer hircus inito. Lectio tamen incerta est. *Virg.*11. *Æn. v.*657. Larinaque virgo, Tullaque, & æratam quatiens Tarpeja securim, Italides. Adde *Martial. l.* 11. *epigr.* 54.

Itălus, a, um, *Italiano*, Ἰταλός, quod est ex Italia, seu ad Italiam spectat. *Virg.*6. *Æn.* Qui maneant Itala de gente nepotes. *Id.*3. *Æn.* Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala Regna vocare. ¶ Itali, orum, *gl' Italiani*. *Claud. de B. Gildon. v.* 114. Pœnos, Italasve petenti Opportuna sedes.

Itălus, i, nom. propr. est cujusdam, cui filia fuit nomine Roma, quæ & Urbi ipsi nomen dedisse existimatur nonnullis. *Plut. in Romulo in princip.*

Itălus, i, m. 2. Rex Italiæ, quem Cato scripsit fratrem fuisse Hesperi, Isidorus Siculi. Regnavit primum in Arcadia, deinde in Celtiberia, tandem, Hespero fratre mortuo, in ea Italiæ parte, quæ est inter sinus Napetinum, & Scyllaticum, quæ idcirco prima Italia est appellata. *Dionys. Halic. l.* 1. *Rom. antiq. & Aristotel. l.* 7. *Polit. c.* 10.

Itaque, *per la qual cosa*, *per tanto*, לָכֵן, Ger. *der alben*, Gal. *c'est pour cela*, Hisp. *por lo qual*, *portanto*, διό, τοίνυν, ergo, igitur, conjunctio causalis, ab *ita*. *Cic.* 1. *Fam.* Itaque cum sententia prima Bibuli pronuntiata esset. *Liv. l.* 1. *c.* 25. Itaque ergo erecti, suspensique. ¶ Junctum cum particula *ergo* sæpe legitur apud *Liv. l.* 3. *c.* 31. *l.*9. *c.*31. *l.*28. *c.* 12. *l.* 39. *c.* 25. &c. ¶ Interdum *dictio* gemina est ex *ita*, & *que*, pro *& ita*. *Cic.* 1. *Ver.* Cum Quæstor in Sicilia fuissem, itaque ex ea Provincia decessissem, ut &c. *Id. pro Cluent. c.* 19. Itaque feci, *e così feci*. *Id.* 1. *Offic.* Alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itaque in formis aliis dignitatem inesse, aliis venustatem.

Itargus, i, m. fluv. Germaniæ, quem nonnulli Visurgin vocant. *Albin. ad Liv. v.* 386. Decolor infecta testis Itargus aqua.

Item, adv. *similmente*, *parimente*, אַף, Ger. *auch*, Gal. *aussi*, Hisp. *assi mesmo*, ὁμοίως, similiter, etiam, præterea, ab *itidem* per Sync. vel ab *ita*, vel ab ἔτι, *insuper*. *Donat.* & *Valla l.*2. *c.*5. deducunt ab *iterum*, *& idem*. *Cic.* 2. *de Or.* In re est item ridiculum, quod &c. *Id.* 2. *Attic. ep.* 21. O spectaculum uni Crasso jucundum, cæteris non item. *Ter. Andr.* 1. 1. 50. Unus, & item alius. ¶ Videtur aliquando usurpari pro autem. *Plaut. Aulul.*2.2.50. Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te esse hominem divitem, me item esse hominem pauperum pauperrimum.

¶ Et pro iterum, *la seconda volta*. *Sueton. in Tiber. c.* 6. Parentes vagitu suo pæne bis prodidit, semel cum a nutricis ubere, item cum a sinu matris raptim auferretur. *Al. tamen leg.* iterum. ¶ Sæpe conjungitur cum *quæ*, pro *& item*. *Cic.* 4. *Acad.* Itemque si id, quod officii sit, non occurrit animo, nihil aget.

Iter, itineris, n. *viaggio*, דֶּרֶךְ, Germ. *reiff*, Gal. *voyage*, Hisp. *viaje*, πορεία, actus eundi, via, profectio. Aliqui derivant a sup. *itum*, alii a freq. *ito*, *as*, alii ab *itiner*, (quo usus est *Plautus Mere.* 5. 2. 71. Incensus hoc itiner perficere exequar.) *Liv. l.* 25. *c.* 15. Legatos ad Annibalem miserunt, qui nuntiarent, duos Consules ad Beneventum esse, diei iter a Capua. *Cic. ad Pomp. l.*8. *Attic. ep.*11. Iter ad te in Apuliam facere cœpi. *Cæs. l.* 7. *B. Gal. c.* 56. Ut iter in Provinciam converteret. *Nepos Alcib.c.*10. Cum ille iter ad regem compararet. *Cic.l.* 2. *Fam.* Iter habebant ad Laium regem. ¶ Dicimus etiam iter conficere, ingredi, instituere, &c. Pedibus, equo, vehiculo iter facere &c. *Cic. sæpe*, *Cæsar*, *Liv. Nepos*, *Plin.* & al. ¶ Iter est ei aliquo. *Cic. pro Mil. c.* 10. ¶ Iter justum, quid sit, V. *Justus*. ¶ Maximis itineribus ire, *a gran giornate*, *affrettando il viaggio*, *Planc. ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 15. Maximis itineribus eum quatuor legionibus subsequar. ¶ Dicitur etiam de navigatione. *Cic. Attic. l.* 2. Nobis est iter in Asiam, maxime Cyzicum. Adde *Terent. Hecyr.* 34. Item de alio quovis transitu, seu meatu, ut itinera aquarum, apud *Colum. l.* 8. *c.* 27. Iter vocis, apud *Virg.* 7. *Æn. v.* 534. Iter urinæ, apud *Cels. l.*7. *c.*25. *& 26.* ¶ Sæpe sumitur pro ipsa via, *strada*. *Cic. pro Cæcin.* Descripta jura finium, possessionum, aquarum, itinerumque sunt. Adde *Virg.* 1. *Geor. v.* 380. ¶ Translate usurpatur pro incepto, seu instituto. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. Neque ego impediri Cæcronis iter, atque illum disciplinam volo, & ipse puer magis illo declamatorio genere delectari videtur; in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur, illum ire nostris itineribus. Adde *Plin. l.* 5. *epist.* 8. ¶ Genitivus hujus nominis olim fuit *iteris*, ablativus *itere*. *Lucr. l.* 5. *v.* 652. Concussos itere, & labefactos aere multo. *Accius apud Non.*8. *n.* 13. Studium iteris reprime. *Laber.* apud *Non. c.* 2. *n.* 428. Ignotæ iteris summus, tute scis.

Iterabĭlis, le, adject. *che si può replicare*. *Tertul. l.* 2. *adverf. Marc. c.* 28. Iterabilem injuriam facere.

Iteratĭo, onis, f. 3. *replicazione*, שְׁנוּיָה, Ger. *vviederholung*, Gal. *iteration*, *repetition*, Hisp. *reiteracion*, ἀνάληψις, repetitio, resumptio, redintegratio, geminatio. *Cic. in Or. c.*25. Itemque si quæ verborum iterationes contentionem aliquam, & clamorem requirent. ¶ Est item genus arationis, qua ager secundo proscinditur. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Sato semine, sequitur iteratio. *Salmas.* legit *ternatio*. ¶ Item iteratio, secunda olearum pressura dicitur. *Col. l.* 12. *c.* 50.

Iteratīvum verbum, h. e. frequentativum, apud *Diomed. l.* 1.

Iterāto, adverb. *replicatamente*, iterum, πάλιν. *Justin. l.* 5. *c.* 9. Quibus accitis, iterato præliantur.

Iterātus, a, um, *replicato*. *Cic. in Partit.* Duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur. *Id.* 2. *de Or. c.* 30. Ut agro non semel arato, sed novato, & iterato.

Iterdŭcus, a, um, adject. ut Iterduca Juno, apud *Martian. Capell. l.* 1. quæ sc. itineri feliciter conficiendo præerat.

Itĕro, as, a. 1. proprie est iter repetere. Alii ducunt ab *iterum*, alii ab *iter*. Nam in Philoxeni Glossis est, *Iterat*, δεύτερον. *Gell. l.*3. *c.*18. Sed eos Senatores, qui Magistratum Curulem nondum acceperant, pedibus iteravisse in Curiam. Aliqui legunt *iteravisse*. ¶ Translate aequitur pro rursus aliquid agere, *replicare*, *risare*, δευτερεῖν. *Liv. l.* 1. Resistere, atque iterare pugnam jubet. ¶ Et speciatim pro iterum proscindere, seu arare. *Col. l.*2. Optime inter Calendas, & Idus Septembris aratur, ac subinde iteratur. Adde *Plin. l.* 18. *c.* 19. ¶ Item pro iterum navigare. *Hor. l.*1. *od.*7. Cras ingens iterabimus æquor. ¶ Item pro iterum dicere, *ripetere*, *vidire*. *Cic. in Orat. c.* 39. Cum duplicantur, iteranturque verba. *Et c.* 10. Ut quod dixit, iteret. *Plaut. Rud.* 4. 8. 1. Iterum mihi isthæc omnia itera.

Itĕrum, adv. *un' altra volta*, *di nuovo*, *ancora*, עוֹד, Ger. *vviederumb*, Gal. *encore*, Hisp. *otra vez*, πάλιν, αὖθις, αὖ, rursus, denuo, ab *iter*. *Cic. pro Flacco*. Iterum iste Romam se retulit. ¶ Sæpe significat secundo. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 39. Primo quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertio turpe. *Id. pro Sext.* L. Saturninus iterum tribunus creatus est. *Id. pro Rosc. Am.* Iterum, ac tertio nominavi. *Id. pro leg. Manil.* Testis est iterum ac sæpius Italia. Et pro *Font.* Pecuniam semel atque iterum dare. *Virg.* 2. *Æn. v.* 770. Iterumque, iterumque vocari.

Ithăca, f. 1. *Isola del Compare*, *Val di Compare*, Turc. *Phiachi*, al. *Thezchi*, Ἰθάκη, insula maris Jonii, Regnum Laertæ, & Ulyssis, inter Cephaleniam ad Occ. & Echinadas ad Or. a Cephalenia 5. M. P. versus Ætoliam, & Peloponnesum, ab Araxo prom. 12. *Virg.* 3. *Æn. v.*272.

Ithacensis, se, adject. ad Ithacam pertinens, ut Ithacensis Ulysses, *Horat. l.* 1. *epist.* 6. *v.* 63.

Ithacesiæ, f. 1. tres insulæ parvæ Brutiorum, contra Vibonem ad fin. Hipponiatem, quarum una *Braces*, altera *Praca*, tertia *Turrecula*, vel *Turricella* nominatur.

Ithacesius, a, um, adject. Ithacensis, ut Ithacesia sedes, *Sil. l.* 8. *v.* 540.

Ithacus, i, m. Ulysses, Rex Ithacæ insulæ. *Virg.* 2. *Æn. v.*104. Hoc Ithacus velit.

Ithōme, es, f. 1. Ἰθώμη, arx Messeniæ, in monte illi imminente, non secus ac Acrocorinthus Corintho.

Ithonæus, a, um, adject. possess. ab Ithone urbe. Hinc Ithonæi ejus urbis incolæ, apud *Stat. 7. Theb. v.* 330.

Ithōne, sive Ithonēa, f. 1. Ἰθώνεια, urbs Bœotiæ, sive, ut Strabo inquit, Thessaliæ, in Phthiotide, ad Amphrisum fl. dicta ab Ithonio filio Amphictyonis, vel Herculis ex Paphyra. Ibi Pallas colebatur, unde Ithonea, seu Ithonia cognominata est.

Ithyphalli, vel potius Ithyphallici, m. 2. ἰθυφαλλικοί, qui in sacris Bacchi erectum penem gestabant. Phallum enim ligneum, sive ex aluta rubra sibi ita inter femina adaptabant, ut inde enatus videretur. Aliqui dicunt, hoc nomine appellatos esse, qui per Liberi dies festos phallum plaustro impositum muliebri veste induti per rura prius, deinde per urbem sequebantur, & ad carminis phallici, seu ithyphallici numeros saltabant. V. *Phallica*.

Ithyphallĭcum carmen, idem ac Priapejum, quod constabat ex Jambico senario, & trochaico dimetro brachycatalecto, & in erectum penem canebatur, ab ithyphallus. V. *Grammat. & vet Poet. Script.*

Ithyphallus, m. 2. ἰθύφαλλος, penis erectus, effigies membri virilis, quæ primum ex siculneo ligno, postea ex aluta rubra fieri solebat, ab ἰθύς, *rectus*, & φαλλός, *penis*. ¶ Accipitur & pro ipso Priapo. *Colum.*10.31. sed truncum forte dolatum Arboris antiquæ, numen venerare Ithyphalli.

Ithyræus. V. Ityreus.

Itĭdem, adv. *similmente*, *parimente*, כֵּן, Ger. *gleich*, Gall. *pareillement*, Hisp. *semejantemente*, παραπλησίως, similiter, eodem modo, ab *ita*, & *dem*. Aliqui derivant ab *iterum*, & *idem*. *Sueton. de Aug.* Centuriones statione deserta, itidem ut manipulares, capitali animadversione puni-

punivit. *Cic.* 2. *de Leg. e.* 3. Nunc itidem ab eo ſunt nobis agendi capienda primordia.

Itĭner. V. Iter.

Itinerarĭum, ii, n. *deſcrizione del viaggio*, Ger. *reiſebuch*, Gal. *livre de voyage*, Hiſp. *itinerario*, ὁδοιπορικὸν, deſcriptio itineris. *Veget. l.* 3. *c.* 6. Itineraria regionum pleniſſime habere perſcripta. *Ammian. l.* 24. *c.* 1. Itinerarium ſonare lituos jubet, *ſuonar la marchia*.

Itinerarĭus, a, um, quod ſpectat ad iter. *Lampr. in Comm. c.* 9. Sumptus itinerarius. *Ammian. l.* 21. *c.* 15. Ratus, itinerario motu imminutæ valetudinis excuti poſſe diſcrimen.

Itĭo, onis, f. *andata*, *partita*, הליכה, Ger. *gehung*, Gal. *allée*, *allure*, Hiſp. *yda*, πορεία, profectio, actus eundi, a ſup. itum. *Cic. Att. l.* 11. *ep.* 16. De obviam itione laciam, ut ſuades. *Ter. in Phorm.* 5. 8. 24. Hæcine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni?

Itĭto, as, idem quod *ito*, ut ititare exſequias, *Nævius*.

Ito, as, n. 1. *andar ſpeſſo*, φοιτάω, frequenter eo. *Suet. de Cl. Rhet. c.* 1. *referens edictum Cn. Domitii*, *& Licinii Craſſi Cenſorum*. Et quos in ludos itare vellent.

Itōnus, i, Theſſaliæ rex, auctor æris, argenti, & auri conflandi gignandæque monetæ. *Lucan. l.* 6. *v.* 402. Primus Theſſalicæ rector telluris Itonus In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ &c.

Itrum, n. 2. Atrium, *Istri*, oppidulum R. Neap. in prov. Terræ Laboris, intra montes, medium inter Fundos ad Occ. & Formias ad Or. aliquot tantum milliaribus ab ora maris Tyrrheni. Quibuſdam eſt Mamurrhæ antiquorum.

Ituræa, f. 1. Petræa, *Bacar*, regio parva Palæſtinæ, Trachonitidi finitima, trans Joardanem fl. inter Samariam, & Arabiam. Sed aliqui Ituræam, & Trachonitidem eandem eſſe dicunt. Erant gentes cum Tribubus Gad, & Ruben immixtæ. ¶ Item regio montana Scytharum.

Ituræi, ſive Ityræi, orum, Syriæ populi ſagittandi arte præſtantes. *Plin. l.* 5.

Ituræus, vel Ityræus, a, um, adject. ad Ituræam pertinens, ſeu ad Ituræos populos. *Lucan. l.* 7. *v.* 230. Ituræis curſus fuit inde ſagittis. *Virg. Georg.* 4. *v.* 447. bona bello Cornus, Ituræos taxi curvantur in arcus.

Itūrus, a, um, particip. futuri ab eo, is, *che è per andare*. *Ovid. l.* 3. *de ar. am.* In amplexus uxor itura viri. *Cic.* 3. *Verr.* In conſilium iturum putaſti.

Itus, us, m. idem ac itio, a ſup. *itum*. *Cicer. Attic. l.* 15. *ep.* 5. Quis porro noſter itus, reditus, vultus, inceſtus inter iſtos? *Lucr. l.* 3. *v.* 389. Repentis animantis itum ſentire. Adde *Vet. Inſcription.* in quibus *itus*, *aditus*, *ambitus* ſepulcrorum mentio fit.

Itўlus, & Neis, vel Thius, filii Zethi ex Aedone conjuge. Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans, eum eſſe Amalea Amphionis filium. Invidebat enim uxori Amphionis, eo quod ei eſſent ſex filii maſculi. Quæ cum errorem ſuum cognoviſſet, optavit mori, ſed Deorum commiſeratione in carduelem verſa, Itylum deflet. *Hom. in Odyſſ.* ¶ Eſt etiam idem ac Itys. *Catull. carm.* 66. *ad Ortalum*. Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris Daulias, abſumpti fata gemens Ityli.

Ityphalli. V. Ithyphalli.

Ityræus. V. Ituræus.

Itys, ityos, ityn, m. 3. Ἴτυς, Terei, & Prognes filius fuit, qui (ut eſt in fabulis) a Progne matre diſcerptus, & patri epulandus appoſitus in phaſianum mutatus eſt. *Serv. apud Virgilium in Sileno*. Aliqui dicunt, mutatum fuiſſe in carduelem. *Ovid. 6. Met.* V. Progne. ¶ Ponitur & pro Itylo. *Senec. in Agamemn. v.* 671.

J ANTE U.

Juba, æ, f. *chioma*, Ger. *der maen*, Gal. *orin*, Hiſp. *orin*, χαίτη, crines, qui a collo animalium pendent, ut leonum, & equorum, a φόβη, *crinis*. *Cic.* 1. *de Div.* Et equum alacrem lætus aſpexit, cujus in juba examen apum confederat. *Virg. Æn.* 11. *v.* 492. luduntque jubæ per colla, per armos. ¶ *Colum. l.* 8. *c.* 2. jubas vocat etiam plumas extantes in collo gallinaceorum. Et *Virg.* 2. *Æn. v.* 241. hoc nomen uſurpat de ſerpentum criſtis.

Juba, m. 1. Rex Mauritaniæ fuit, Pompejanorum partium conſtantiſſimus aſſertor, qui Curionem a Cæſare in Africam miſſum cum omnibus copiis delevit. Victo Pompejo, cum Scipione copias conjunxit. Sed commiſſo prælio ſuperatus, cum nulla jam ſpes reliqua eſſet, magnifice epulatus, cum Petrejo mutuis vulneribus concurrens ſortiſſime cecidit. Ejus filius, Juba quoque nomine, puer admodum a Cæſare Romam in triumpho ductus eſt fortunatiſſima captivitate, qua effectum eſt, ut ex barbaro inter doctiſſimos Scriptores connumeretur. *Plut. in vita Cæſ.*

Jubar, aris, n. *lo ſplendore del Sole*, *o d'altra ſtella*, זהר, Ger. *glantz*, *ſtern*, Gal. *èclat*, *lueur*, Hiſp. *reſplandor*, σέλας, ſplendor Solis, aliorumve ſiderum, jubarum quandam ſimilitudinem referens. Aliqui dicunt, proprie dici de Lucifero, ſeu Heſpero. *Varro l.* 5. *& 6. de L. L. Feſt.* Sed non Luciferi modo, ſed & Solis, Jovis, aliorumque ſiderum ſplendor jubarum refert ſimilitudinem. *Virg.* 4. *Æn. v.* 130. It portis jubare exorto delecta juventus. ideſt Sole. ¶ Generatim etiam dicitur de cujuſcunque rei ſplendore, ut ignis, auri, argenti, gemmarum, & ſimilium rerum. *Ovid.* 1. *Faſt.* Et tremulum ſumma ſpargit in æde jubar. *Stat. l.* 3. *Theb.* Criſtatum jubar galeæ. ¶ Translate uſurpatur de hominis majeſtate. *Claudian. l.* 2. *in Rufin. v.* 144. Per fratris regale jubar. *Martial. l.* 8. *epigr.* 65. Purpureum fundens Cæſar ab ore jubar. ¶ Reperitur etiam in genere maſculino. *Sever. in Ætna*, *v.* 332. Purpureoque rubens ſurgat jubar aureus oſtro. *Priſcian. l.* 5. affert etiam exemplum Ennii.

Jubātus, a, um, *che ha chioma*, *o creſta*, κεχαιτημένος, quod jubam habet. Unde jubati leones dicuntur, qui jubam habent, ad differentiam eorum, qui jubam non habent. *Plin. l.* 7. *c.* 16. Sic jubati angues apud *Plaut. Amph.* 5. 1. 56. ¶ Translate ponitur pro criſtato. *Auct. ad Her. l.* 4. Iſte quotidie per forum medium tanquam jubatus draco ſerpit.

Jubĕo, es, juſſi, juſſum, a. 2. *comandare*, צוה, Ger. *heiſſen*, Gal. *commander*, Hiſp. *mandar*, κελεύω, præcipio, impero, volo, mando. *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 223. Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas. *Ter. Eun.* 8. 3. *ad fin.* Jubes ne? C. Jubeo, cogo, atque impero. ¶ Fere uſurpatur cum infinito. Itaque non dicimus, jubeo te, ut hoc facias (quod admonet etiam *Voſſ. de Conſtruct. c.* 36.) ſed, facere. *Virg.* 2. *Æn. v.* 3. Infandum regina jubes renovare dolorem. *Cic. Att.* 12. *ep.* 6. Cæſar te ſine cura eſſe juſſit. ¶ Et cum dativo. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 98. Militibuſque ſuis juſſit, ne qui eorum violarentur, neu quid ſui deſiderarent. Sunt qui legunt, *commendavit*, ſed vulgata Criticis fere omnibus probatur. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 40. Tergum mille equites tuebantur, quibus juſſerat, ut inſtantibus comminus reſiſterent. *Id. ib. c.* 33. Ubi Britannico juſſit, exſurgeret. ¶ Accuſativum perſonæ, vel rei per ſe non regit; ſed ubicumque accuſativus additur, ſubintelligendum eſt aliquod infinitum, *Cic.* 13. *Fam. ep.* 26. Literas ad te a M. Lepido ſumpſimus, non quæ te aliquid juberent. *ſc.* facere. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 19. Aut ſi reſpexis, donicum ego te juſſero. *ſc.* reſpicere. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 15. Neque jubere cædem fratris palam audebat. *ſc.* patrari, fieri. *Martial. l.* 9. *ep.* 67. Sed tu juſſiſſes Euryſthea. *ſc.* ſervire, *aut* pati. ¶ Similiter cum legimus, jubere legem, Conſulem, &c. ſubintelligitur, eſſe, ferri, fieri, aut quid ſimile. Moris enim erat, ut quæ Magiſtratus cenſuiſſent, de iis populum rogarent, an rata eſſe vellet. Proprium enim eorum erat, cenſere, vel decernere; hujus vero jubere, h. e. ratum habere, ſeu imperare, ut ratum haberetur. Itaque ſic interrogabant: Velitis, jubeatis &c.? V. *Gell. l.* 5. *c.* 19. *& l.* 10. *c.* 20. *Senec. de conſol. ad Helv. c.* 5. Ita enim populus juſſit. *Id. l.* 3. Ne poſtea eoſdem Tribunos juberent. *Cic. pro Balb.* Populus Romanus legem juſſit de civitate tribuenda. ¶ Uſurpatur interdum pro ſimpliciter velle, ut cum dicimus, Jubeo te valere. *Cic. l.* 4. *Attic. ep.* 14. Dionyſium jube ſalvere. *Ter. And.* 3. 3. Chremetem jubeo, ubi ſubintelligitur, valere, aut ſalvere. ¶ Fide ſua eſſe jubere, eſt ſponſorem ſe conſtituere, & periculum in ſe recipere, fidejubere. *Ulp. l. Ubi autem*, *Dig. de Verb. oblig.* ¶ Reperitur etiam paſſive. *Tacit.* 4. *hiſtor. c.* 76. Germanos, qui ab ipſis ſperentur, non juberi, non regi. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *ad fin.* jubetur Rura ſuburbana indictis comes ire Latinis. ¶ *Juſſitur*, antiquum pro jubetur, vel jubebitur. *Cato de R. R. c.* 17. Parietes omnes, uti juſſitur, calce & cæmentis, &c. ¶ *Juſſo*, pro *juſſero*. *Virg. Æn.* 11. Cætera, qua juſſo, mecum manus inferat arma.

Jubilæus, ſeu Jubelæus apud Hebræos dicebatur annus quinquageſimus excluſive, ſcilicet quadrageſimus nonus, quo fiebat remiſſio a ſervitute, & fundi redibant ad veterem dominum, & ſervi fiebant ſui juris. Hinc & annus remiſſionis vocatus eſt. *Arator in Act. Apoſt. c.* 19. quinquageſimus annus Cum Jubilæus adeſt, proprii diſtractio ruris Antiquo donatur hero.

Jubilatĭo, onis, f. ἀλάλαγμα, ἀλαλαγμὸς, clamor, quod ad lætam aliquam rem acclamatur. *Apul. l.* 8. *A. A.* Jubilationibus ſolitis inhortantur.

Jubĭlo, as, avi, atum, n. 1. *giubilare*, *gridare per allegrezza*, רנן, Ger. *jauchtzen*, Gal. *ſe crier de joye*, Hiſ. *hazer arbolbolas*, ἀγαλλιάομαι, ἀλαλάζω, clamo ex lætitia. *Jul. Scalig. l.* 1. *de cauſis L. L. c.* 32. dici ſuſpicatur ab ἰώ, ἰώ, triumphatorum voce, & verbo βιῶ, *vivo*, quia ſuperſtites Apollini vitam ferentes acceptam, Pæanaque ei accinentes dicerent ἰὼ, βιῶ παιάν. Aliquorum autem ſententia *jubilare*, & *quiritare* dicebantur, qui inclamabant aliorum operam, ſiqua ſibi vis fieret; & differunt, quod illud ruri, hoc in urbe fiebat. *Donat. in Adelph.* Et *quiritare* dictum eſt ex eo, quod Quiritum opem implorarent; *jubilare Joſ. Scaliger* dici putat ex eo, quia ruſtici inclamarent, ἰὼ, ἰὼ, *Varro lib.* 6. *L. L.* Ut quiritare urbanorum, ſic jubilare ruſticorum. *Feſt.* Jubilare, eſt ruſtica voce inclamare.

Jubĭlum, li, n. *giubilo*, *allegrezza*, תרועה, Ger. *das jauchtzen*, Gal. *joye*, Hiſp. *alborbolas*, ἀγαλλίαμα, dicitur id gaudium, quod exprimitur voce, tamen verbis non explicatur. *Silius l.* 14. *v.* 476. Et lætus ſcopulis audivit jubila Cyclops.

Jucuncŭlus, V. Junculus.

Jucunde, adv. *lietamente*, Ger. *lieblich*, Gal. *joyeuſement*, Hiſp. *alegramente*, ἡδέως, ſuaviter, dulciter. *Cic.* 1. *Fin.* Clamat Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe jucunde vivi, niſi ſapienter, honeſte, juſteque vivatur, &c. *Id. pro Mur. c.* 31. Non iſta quidem meliora, quæ nunc ſunt optima, ſed certe condita jucundius. *Valer. Max. l.* 7. *c.* 2. Ut quam jucundiſſime loqueretur.

Jucundĭtas, atis, f. *diletto*, *piacere*, נועם, Ger. *liebligkeit*, Gal. *rejiouiſſance*, Hiſp. *alegria*, חדוה, amœnitas quædam, ex qua naſcitur voluptas. *Cic. ad Att. l.* 10. *ep.* 8. Nihil mihi unquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius acciditſe, quam, quod meam Tulliolam diligentiſſime coluiſti. *Id. Or. c.* 7. Multa in eo homine jucunditas, & jocandi lepos. *Id.* 2. *Fin. c.* 3. Jucunditate perfundi. *Id.* 1. *Offic.* 34. Jucunditati ſe dare. *Quintil. in proœm. l.* 6. Jucunditas vocis.

Jucundor, aris, atus ſum, *aver piacere*, *ricever dilettazione*, נעם, Ger. *luſtig ſeyn*, Gal. *ſe rejouir*, Hiſp. *alegrarſe*, ἡδύνομαι, voluptate, delectatione, gaudio afficior. *Lact. l.* 4. *c.* 6. Quotidie autem jucundabar ante faciem ejus.

Jucundus, a, um, *ſoave*, *dolce*, *dilettevole*, *caro*, נעים, Germ. *lieblich*, Gal. *joyeux*, *gay*, Hiſp. *el que da plazer a otro*, ἡδύς, qui cauſa exiitit alteri, ut gaudeat, ſuavis, voluptuoſus, gratus, lætitiæ plenus. In veteribus lapidibus jucundus, & jocundus legere eſt. *Ald. in Orthogr.* Hoc nomen factum eſt a *juvo*, quia quæ jucunda ſunt, mentem, & ſenſus juvant. *Cic.* 2. *Fin. c.* 4. Hanc jucunditatem transfer in animum. Juvare enim in utroque dicitur, ex eoque jucundum. ¶ *Jucundus* differt a *gratus* quia in *jucundo* eſt delectatio, voluptas, lætitia, in *grato* etiam fructus, utilitas, commodum. E. g. aſpectus roſarum jucundus eſt, aſpectus plenæ meſſis gratus. *Cic.* 2. *Fam.* Quoniam privatis, ſummis, infimis fueram jucundus. *Id.* 10. *Fam.* Quæ omnia mihi jucunda, hoc extremum etiam gratum erit. *Id.* 2. *Fam.* Mihi te neque chariorem, neque jucundiorem eſſe quenquam. *Id.* 3. *Fam.* Mihi illa ex tuis literis jucundiſſima fuerunt. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. Et mihi pergratum, perque jucundum erit. *Id.* 1. *de Orat.* Verba ad audiendum jucunda. *Id.* 2. *Agrar.* Agri jucundi, & fertiles.

Judæa, f. 1. *Giudea*, Ἰουδαία, regio Palæſtinæ, dicta a Juda filio Jacob, vel potius a Tribu Juda. Nam Judæa proprie dicta non eſt tota Palæſtina, vel Terra Sancta, ſed pars illius, quæ ex duabus tantum Tribubus conſtabat, Juda, & Beniamin, ex quibus Tribus Juda princeps fuit, quæ etiam omnium Tribuum nobiliſſima habita eſt. Habet a Sept. Samariam, a Mer. Idumæam, ab Occ. mare Syrium, ab Or. Arabiam Petræam, Jordane fl. & Aſphaltite lacu diſcreta. Huic ſoli balſamum ferre a natura conceſſum eſt. *Plin. l.* 12. *c.* 15. In ea metropolis fuit Hieroſolyma.

Judæi, m. 2. *Giudei*, Turc. *Chifont*, Ἰουδαῖοι, Hebræi, qui a Juda primogenito Jacob originem trahebant. Sed poſtquam Regnum Hebræorum in Regnum Judæ, & in Regnum Iſrael diviſum fuit, duarum Tribuum populi, Judæ, & Benjamin appellari Judæi cœpti ſunt, ideſt, quicunque ſub Regno Judæ continebantur. Progreſſu temporis hoc nomen ad omnes Hebræos, ſeu Iſraelitas translatum eſt.

Judæus, a, um, *Giudeo*, quod eſt ex gente Judæorum. *Cic. de Prov.* Judææ nationes natæ ſervituti.

Judaĭcus, a, um, quod ad Judæam ſpectat. *Quintil. l.* 3. *c.* 7. Judaica ſuperſtitio. *Cic. pro Flacc.* Aurum Judaicum.

Judaĭſmus, i, m. Judæorum ſecta, ſeu religio. *Tertul. l.* 1. *adverſ. Marc. c.* 20. *& l.* 4. *c.* 11.

Judex, icis, m. 3. *giudice*, שופט, Ger. *richter*, Gal. *juge*, Hiſ. *juez*, κριτὴς, qui ex juriſdictione propria, aut ſibi delegata, & commiſſa, jus habet cauſas litigantium cognoſcendi, a *jure dicendo*. *Var. l.* 5. *de L. L. Cic. pro Roſc. Amer. c.* 30. L. Caſſius ille quem Populus Rom. veriſſimum, & ſapientiſſimum judicem putabat. *Id. Fam. 9. ep.* 10. Eſſe judicem inter aliquos. ¶ *Judicem alicui ferre* eſt eum in judicium vocare: quod fiebat per particulam *ni*. *Liv. l.* 3. *c.* 57. Se judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in ſervitutem dederit. h. e. ni probet, eum dediſſe &c. Ac. Adde *ib. c.* 24. V. Quæſtio. ¶ *Judicem rejicere*, vel *nolle*, vel *ſuiquum ejurare* eſt a judicio ſuæ cauſæ tanquam ſuſpectum rejicere. *Plin. in Paneg.* Licet rejicere, licet exclamare, hunc nolo, illum nolo, &c. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 70. Cum ei Flaccus P. Mutium judicem tuliſſet, ejero, inquit,

inquit, iniquus est. Cum esset admurmuratum, ah, inquit, P. C. non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus. ¶ Sæpe Judex generatim sumitur pro rei cujuslibet controversæ arbitro, disceptatore, existimatore, vel æstimatore. *Cic.* 3. *Fin.* Quia te æquissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem, & judicem. ¶ Est etiam generis fœminini. *Cic. Phil.* 5. c. 18. Hanc sibi judicem constituit. *l.* 2. *Metam.* ¶ Olim Romæ etiam Consules Judices dicebantur. *Var. l.* 5. *de L. L.* Accensus dicit: Omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad Judices. V. ibi *Scalig.*

Judicatio, onis, f. *giudizio*, κρίσις, cognitio, actus, vel facultas judicandi. *Cic.* 3. *Fam.* Longi subsellii judicatio, & mora si quem tibi item unum, alterumve diem abstulerit. *Quintil. l.* 6. c. 5. Consilium est ratio quædam alte petita, habetque in se & inventionem, & judicationem. ¶ Apud *Rhetores* judicatio est quæstio nata ex conflictione, & quasi concursu inter rationem Rei, & infirmationem Accusatoris, in qua quæritur, quid veniat in judicium, & de quo disceptetur, e. g. Cum dicat Orestes, se matrem interfecisse, quod illa patrem suum occiderat, Accusator vero dicat, non tamen ab Oreste filio Clytæmnestram occidi, & indemnatam pœnas pendere oportuisse; judicatio est, rectumne fuerit, Clytæmnestram ab Oreste occidi. *Cic. l. de Inv. Auct. ad Her. l.* 1.

Judicato, adv. *considerataménte*, maturo judicio, non temere. *Gell. l.* 14. c. 1. An ita serio, judicatoque pronuntiaret.

Judicatorius, a, um, ad judicandum pertinens, ut judicatorius rigor, h. e. severitas judicum, *Augustin. epist.* 54. *ante med.*

Judicātrix, icis, f. quæ judicat, ut judicatrix ars, scil. κριτικὴ, *critica*. *Quintil. l.* 2. c. 15.

Judicātum, i, subst. n. 2. idem ac res judicata. *Auct. ad Her. l.* 1. Judicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. *Cic. l. de Inven. c.* 30. Judicatum est res assensione, aut auctoritate, aut judicio alicujus, aut aliquorum comprobata. *Id.* 2. *de Inv.* Judicatum, de quo jam ante sententia alicujus constitutum est. ¶ Judicatum facere, est judicis sententiæ parere, ex. gr. solvere pecuniam, quam Judex solvendam esse pronuntiavit. *Cic. pro Flac.* Cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. ¶ Judicatum solvere, idem est ac judicatum facere. *Cic. pro Quinct.* Iste postulat, ut procurator judicatum solvi satisdaret. ¶ Judicatum negare, est Judicis sententiæ non obedire. *Cic. pro Flac.* Frater meus pro sua æquitate, prudentiaque decrevit, ut, si judicatum negaret, in duplum iret.

Judicātus, a, um, *giudicato*. *Cic.* 4. *Ver.* Atque ut aliquando de rebus ab isto cognitis, judicatisque, & de judiciis datis dicere desistamus. ¶ Res judicata, idem ac judicium, decretum, sententia Judicis, vel res, de qua judicium factum est. *Cic. pro Cluent.* Majores autem nostri nunquam neque judicium nominarunt, neque perinde ut rem judicatam observaverunt animadversionem, atque auctoritatem Censoriam. ¶ Huc phrases pertinent, Re judicata stare, Rem judicatam rescindere, infirmare, irritam facere, apud *Cic.* & alios. ¶ Judicatus pecuniæ, *condannato per debiti*. *Liv. l.* 6. c. 14. Centurionem judicatum pecuniæ cum duci vidisset.

Judicātus, us, m. *giudizio*, judicatio, facultas judicandi, officium Judicis. *Cic. Att. l.* 12. Maxime quid de judicato meo responsum sit. *Id.* 2. *Phil.* Isti Ordini judicatus lege Julia, etiam ante Pompeja, Aurelia non patebat?

Judiciālis, & le, o. 3. *ciò, ch' a giudizio s' appartiene*, δικαστικὸς, quod ad judicium pertinet. *Cic. pro Cluent.* Statuit sibi ad easdem prædas, suppressionesque judiciales revertendum. *Id. 6. Ver.* Quem legibus, ac judiciali jure persequor? ¶ Genus judiciale est illud, in quo accusatur, & defenditur, vel petitur, & negatur. *Cic.* 1. *Inv.* Judiciale est, quod positum in judicio habet in se accusationem, & defensionem, aut petitionem, & recusationem. *Id.* 2. *de Div.* Ut in causis judicialibus alia est conjectura accusatoris, alia defensoris, & tamen utriusque credibilis.

Judiciārius, a, um, *che appartiene a giudice, o a giudizio*, δικαστικὸς, quod ad Judicem, sive ad judicium pertinet. *Cic.* 3. *Ver.* Ut finis aliquando judiciariæ controversiæ constitueretur. *Id. in Pison.* Ecquid vides, ecquid sentis, lege judiciaria lata, quos posthac Judices simus habituri?

Judiciōlum, li, n. 2. diminut. parvum judicium. *Ammian. l.* 27. c. 4. (*al.* 21.) Juste, an secus, non judicioli est nostri.

Judicium, ii, n. 2. *giudizio*, משפט, Ger. *gericht*, Gall. *jugment*, Hisp. *juicio*, κρίσις, est legitima disceptatio duorum, aut plurium coram Judice, a *judico*. *Jul. Scalig. l.* 3. *de causis L. L. c.* 1. censet esse a *jus*, & δίκη, *dica*. *Cic. pro Cæc.* Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. ¶ Apud JCtos variis modis dicitur judicium, sed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione causæ disputiendæ in jure fit coram Judice. Et est actus legitimus trium personarum, scil. Judicis, actoris, & rei. *Quint. l.* 7. c. 5. Judicium redditur, an reus causa sit mortis. ¶ Accipitur etiam judicium pro causæ actione. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 21. Quid enim simile habet epistola aut judicio, aut concioni? quin ipsa judicia non solemus omnia tractare uno modo. ¶ Item pro loco, in quo judicium exercetur. *Quintil. l.* 4. c. 2. Cn. Pompejus, qui propter aliquam gratiam judicium militibus armatis clauserat. ¶ In judicium vocare, arcessere, adducere, judicium committere, facere, reddere, exercere, pronuntiare; judicio sistere, condemnare; judicium sollicitare, corrumpere, &c. sæpissime leguntur apud *Cic.* & alios. ¶ Judicium dare in aliquem, est idem ac dare actionem, h. e. actori permittere, ut jus suum judicio, seu actione persequatur. *Cic. Ver.* 3. c. 52. Mihi ne adimat; in me judicium ne det. *Id.* 4. *Ver.* edixit, se se judicium injuriarum non daturum. Adde *Ulp. l.* 1. *ff. de bis, qui dejec. vel effund.* ¶ Perfundere judicio aliquem, V. Perfundo. ¶ *Judicium accipere*, & *judicium pati*, est judicium subire. Utraque phrasis est *Cicer. pro Quinct.* c. 20. ¶ Translate accipitur pro existimatione, seu opinione, sententia, mente. *Ter. Phor.* 5. 8. 59. Ejus judicio permitto omnia; quod is jubebit, faciam. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 29. Ut primum per ætatem judicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset, *Id. Fam.* 1. *ep.* 7. Judicium facere alicujus rei ex eventu. *Id. l.* 1. *de Orat.* Quo etiam gravius judicium in dicendo subimus. *Id. de clar. Orat. c.* 8. Aluit intra parietes eam gloriam, quam nemo quidem, meo judicio, est postea consecutus. *Nepos* 25. c. 15. Non inertia, sed judicio fugit Reip. procurationem. *Cæs. l.* 1. *B. C. c.* 35. Renunciant, intelligere se, divisum esse populum Rom. in duas partes; neque sui judicii, neque suarum esse virium discernere, utra pars justiorem causam habeat. *Cic. Att. l.* 14. Si bonitas tua responderit judicio meo, quod semper habuit de te, gaudebo.

Judĭco, as, avi, atum, a. 1. *giudicare*, שפט, Ger. *richten*, Gal. *juger*, Hisp. *juzgar*, κρίνω, jus dico, judicium exerceo, statuo, decerno, sententiam fero, a *jure dicendo*. *Var. l.* 5. *de L. L. Isid. l.* 18. c. 15. Sed tamen proprie loquendo aliud est *judicare*, aliud *jus dicere*. Nam Judex pedaneus proprie *jus* non *dicit*, quanquam cognoscendi habet, judicandique facultatem; at Prætor, aliusve Magistratus *jus dicere*, non *judicare* dicendus est, quando judici a se dato jus quasi constituit, & formulam juris, atque æquitatis præscribit, a qua in cognoscendo, judicandoque recedere non possit. Hoc discrimen valde firmat, quod interdum ut diversa conjunguntur, quomodo titulus est *lib. Cod. Just.* 3. *tit.* 5. Ne quis in sua causa judicet, vel jus sibi dicat. Argumento quoque est, quod, cum possit quis in sua causa judicare, jus tamen dicere non possit. *L.* 70. *ff. de judiciis.* In privatis negotiis pater filium, vel filius patrem judicem habere potest. *l.* 10. *ff. de jurisd.* Qui jurisdictioni præest, neque sibi jus dicere debet, neque uxori vel liberis suis, neque libertis, vel cæteris, quos secum habet. ¶ Usurpatur vel absolute. *Cic. pro Rosc. Amer.* Si recte, & ordine judicaris. ¶ Vel cum accus. rei. *Cic. pro Flac.* Itaque Recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione judicarunt. ¶ Interdum est condemnare. *Liv. l.* 26. c. 3. Judicare aliquem capitis, vel pecuniæ, *condannarlo nella vita, e nell' roba*. Adde *l.* 6. c. 14. *Fel. l.* 20. c. 1. Quantæque pecuniæ judicati essent. Hinc judicare de se ipso, hoc est, sibi mortem consciscere, apud *Tertul. Apol.* c. 4. ¶ Interdum alicujus causam audire, & pro illo sententiam ferre, & tunc constituitur cum dativo. Hinc Judicare quempiam creditori, est debitorem ei addicere, ita, ut abduci possit, & vinciri. *Plaut. Men.* Nam ego ad Menæchmum nunc eo, cui jamdiu sum judicatus, ultro eo, ut me vinciat. ¶ Est etiam æstimare. *Cic.* 2. *Off.* Non enim numero hæc judicantur, sed pondere. ¶ Item existimare, putare, *far giudizio*, cum accus. rei. *Cic.* 2. *de Div.* Oculorum fallacissimo sensu judicant ea, quæ ratione, atque animo videre debebant. *Id.* 3. *Fam.* Quod egomet multis jam argumentis judicaram. ¶ Vel cum ablat. sive rei, sive personæ cum præp. *de*. *Cic. pro Marc.* Qui multis post sæculis de te judicabunt, & quidem haud scio, an incorruptius, quam nos. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *in*. *Cic.* 1. *de Or.* Itaque in his artibus quam diligenter, & quam prope fastidiose judicamus. ¶ Vel cum Infinitivo. *Cic.* 3. *Fam.* Ut ita esse vere possis judicare. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. de Amic.* Tamen judicare solet, quid intersit inter popularem, idest, assentatorem, & levem civem, & inter constantem, severum, gravem. ¶ Item in numero habere, vel in loco ponere. *Cic.* 12. *Fam.* Sententiis omnibus hostis a Senatu judicatus est. *Nepos in Annib. c.* 7. Bona ejus publicarunt, ipsum exulem judicarunt.

Juerne, es, f. *iuerna*, *Stephano*, Ierna *Straboni*, Juverna *Melæ*, *Cæsari* vero Hibernia est. *Juven. Sat.* 2. *v.* 150. arma quid ultra Litora Juvernæ promovimus? *Claud. de IV. Consul. Honor. v.* 33. Scotorum cumulos flevit glacialis Jerne.

Jugabilis, le, adject. qui est jugo habilis, qui conjungi potest. *Macrob. l.* 2. *Somn. Scip. c.* 2. Per jugabilem competentiam fœderari.

Jugāles, m. 3. subst. *cavalli legati al giogo*, ζύγιοι ἵπποι, equi, qui in quadrigis, ubi fronte æquata equi quatuor irent, intra jugum erant juncti, seu in medio ibant, ac utrinque habebant funalem, unum dextrum, alterum sinistrum. Ibant enim hoc ordine, *dexter funalis*, *dexter jugalis*, *sinister jugalis*, *sinister funalis*. Dicti sunt, quod interjecto temone jungerentur. Antiquis temporibus in quadrigis non duo jugales erant, sed quatuor. Neque enim tum unus erat temo, sed geminus, dexter, & sinister, ac dextro duo, totidem sinistro temoni equi nectebantur. Primus Clisthenes Sicyonius tantum medios jugavit, eisque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Græci συμβώτας, Latini funales vocant. *Isid.* & *Voss.* Hodie in quadrigis duo funales præire, sequi duo jugales solent. *Virg.* 7. *Æn.* Absenti Æneæ currum, geminosque jugales.

Jugālis, le, adject. ad jugum pertinens, ut jugalia jumenta, quæ sc. jugum trahunt. *Cur. l.* 9. c. 10. ¶ Translate *Virg. Æn.* 4. *v.* 16. Cui vincla jugalia curæ. h. e. matrimonii. Sic jugalis lectus, pro conjugalis, *Id. ib. v.* 496. ¶ Jugale os dicitur a *Celso l.* 8. c. 1. quod est inter os temporum, & superiorem maxillam, & a Græcis dicitur ζυγώδες.

Jugalĭtas, atis, f. conjunctio. *Fulgent. l.* 1. *Mythol.* Una eademque fervoris, humorisque jugalitate gigni.

Jugamento, vel Jugumento, as, avi, atum, a. 1. in modum jugi transverfi religare, aut conjungere, apud *Vitruv. l.* 2. c. 1. & *lib.* 7. c. 1. V. ibi *Baldum*.

Jugamentum, vel Jugumentum, i, n. opus, seu structura jugo similis. *Cato R. R. c.* 17. Limina, postes, jugamenta, asseres. Et *mox*: Jugamenta, & antepagmenta, quæ opus erunt, indito.

Jugarius, ii, m. *bifolco*, βοώτης, auriga boum, bubulcus, qui juga ducit, & regit. *Col. l.* 1. c. 6. Lata bubilia esse oportebit ad procumbendum pecori, & jugario ad circumeundum.

Jugarius vicus, fuit vicus Romæ, dictus, quia ibi Junonis Jugæ ara erat, quam putabant matrimonia conjungere. *Fest.*

Jugatinus, i, Deus conjugii præses apud vet. Ethnicos. *Augustin. l.* 6. *de civ. Dei*, c. 9.

Jugatio, onis, f. in modum jugi alligatio. *Var. R. R. l.* 1. c. 8. *de vitibus*, Jugationis species duæ, una directa, altera compluviata in longitudinem, & latitudinem jugata.

Jugātor, m. qui jugo jungit. *Arnob. l.* 5. Boum jugator Triptolemus.

Jugatorius, a, um, *di giogo*, ὑποζυγιώδης, quod spectat ad jugum, ut Jugatorius bos, qui jugo subditur. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 5. Boni enim generis in Italia, plerique Gallici ad opus, contra jugatorii Liguslici.

Jugātus, a, um, *congiunto, legato*, ἐπιζύγμενος, conjunctus, alligatus, part. a *jugor*. *Cic.* 2. *Tusc.* Omnes enim inter se nexæ, & jugatæ sunt. ¶ Jugatæ vites dicuntur, quæ pedamentis, quibus stant, transversæ alligantur. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 8. V. supra in Jugatio. V. *Colum. de Arborib. c.* 4. Vinearum genera tria, jugata humi projecta, &c.

Jugerālis, le, adj. ad jugerum pertinens, ut jugeralis tabula, apud *Pallad.* 3. 9.

Jugerātim, adv. *a campo per campo*, Germ. *auff die ecker*, Gall. *par arpents*, Hisp. *pro yugadas*, κατὰ πλέθρα, per singula jugera. *Col. l.* 3. c. 3. Ut primæ vineæ centenas amphoras jugeratim præberent.

Jugeratio, onis, f. 3. divisio, & assignatio agrorum per jugera. *Front. de colon.*

Jugĕre, dicitur milvus, cum vocem emittit. *Festus* Sic Glossæ: jugit, ἱκτὶς βοᾷ. h. e. milvus clamat. ¶ Tribuitur & aliis. *Apulej. l.* 5. *Metam.* Jubet tibias jugere, sonatur. Al. aliter leg.

Jugĕrum, ri, n. *campo*, מנה, Germ. *ein jauchart*, Gall. *arpent*, Hisp. *yugada da tierra*, πλέθρον, mensura ex ducentis, & quadraginta pedibus in longitudinem, centum, & viginti in latitudinem. Nam fit ex duobus actibus quadratis, seu ex actu quadrato duplicato in longitudinem, actus autem quadratus centum, & viginti pedes ex omni parte continet. Ita describunt *Plin. l.* 17. c. 3. *Var. l.* 4. *de L. L. Col. l.* 5. c. 1. *Quintil. l.* 1. c. 10. ¶ Dictum est, quod uno jugo boum in die exarari potest. *Plin. ibid.* ¶ In num. sing. frequentius est 2. decl. in plurali sæpius per 3. inflectitur, ab antiquo nominativo *juger*, vel potius *jugus*, *eris*. Reperitur tamen in singulari abl. *jugere*, & in plur. legitur *jugeris* pro *jugeribus*. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 10. In Hispania ulteriore metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano, ac Latino jugeris. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 3. Ut multo innumeram jugere pascat ovem. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 32. Is partes fecit in cipa, nescio quotenorum jugerum. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. Jugera quinquaginta prati facile irrigabis. *Ov.* 4. *Met. v.* 456. novemque jugeribus distentus erat. *Plaut. Men.* 5. 5. 15. Non potest hæc res ellebori jugere meti potest. obtinerier. h. e. tanta ellebori copia, quanta ex agri jugere meti potest.

Juges, c. 3. *ὁμόζυγες*, ejusdem jugi pares. *Fest.*

Jugis, ge, o. 3. *continuo*, *διηνεκής*, assiduus, continuus, quasi semper jugo affixus. *Cic. 1. de Div. c. 1.* Qui cum vidisset haustam aquam de jugi puteo, terræmotus dixit instare. ¶ Juge auspicium est, cum junctum jumentum stercus facit. *Cic. 2. de Div. c. 36.* Huic simile est, quo nos Augures præcipimus, ne juge auspicium obveniat, ut jumenta jubeant disjungere.

Jugĭtas, atis, f. perpetuitas, diuturnitas. *Marcel. Empir. c. 8.* Lacrymarum jugitatem sedare. *Constantin. lib. 7. Cod. de repud.* Post tam magni temporis jugitatem.

Jugiter, adv. *continuamente*, *διηνεκῶς*, assidue, continue. *Plaut. Mil. 3. 1. 62.* Venerem, amorem, amœnitatemque accubans exerceo, & quidem ædepol omnes mores ad venustatem jugiter. Alii aliter legunt. *Apul. de Mundo.* Machina jugiter per circuitum suis legibus terminata.

Juglans, andis, f. 3. *noce*, אגוז, Ger. *ein vvelscher*, *nussbaum*, Gal. *noix*, Hisp. *nuex*, *κάρυον βασιλικὸν*, nux basilica, seu regia, quæ per Antonomasiam nux appellatur, & inter nuces primum locum obtinet, quasi Joviglans, seu Jovis glans. *Varro l. 4. de L. L. Cajus JCtus. Serv. ad 8. Ecl. Gabius Bassus apud Macrob. l. 3. Sat. c. 18. Plin. in libris histor.* sæpissime *nucem juglandem* conjungit. At absolute *Cic. 5. Tusc. c. 20.* Ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi, & capillum adureret. ¶ Est & aliud nucis juglandis genus, quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, ut vix attrectata frangatur. *Plin. l. 15. c. 22.* ¶ Hoc nomen de ipsa arbore, & de fructu dicitur, ut videre est apud *Plin. ibid.*

Jugo, as, avi, atum, a. 1. *congiungere*, צמד, Germ. *zusammen jochen*, Gal. *accoupler*, Hisp. *ayuntar*, *ζεύγνυμι*, conjungo, a *jugum*, quasi ad unum jugum alligo, vel a *ζυγῶ*, *jugo*. *Col. lib. 12. c. 39.* Inter quaternos pedes figere, & perticis jugare. ¶ Jugari vites dicuntur, quæ in jugum constituuntur. *Col. l. 4. c. 26.* Sequitur jam adminiculandæ, jugandæque vineæ cura. ¶ Translate dicitur de aliis quibuscunque rebus, quæ simul uniuntur. *Cic. Tusc. 3. c. 8.* Hoc quidem est commune virtutum. Omnes enim inter se nexæ, & jugatæ sunt. *Horat. in carm. secul.* Decreta super jugandis fœminis. h. e. matrimonio copulandis. *Catull. carm. 63. de nupt. Pelei, & Thet. v. 21.* Tum Thetidi pater ipse jugandum Pelea sensit.

Jugo, is, n. 3. V. Jugere.

Jugōsus, a, um, acclivis qui in jugum acuitur, vel jugis abundat. *Ovid. 1. Amor. eleg. 1. v. 9.* Quis probet, in silvis Cererem regnare jugosis?

Jugŭla, æ, f. *ὠρίων*, signum cœleste, quod & Orion vocatur, ita dictum a spatio, quod est inter jugulum, & collum, *Varro l. 7. de L. L.* Jugula signum est, quod Accius appellat Oriona, cum ait, Citius Orion patefit. Hujus signi caput dicitur ex stellis quatuor, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter quas quod videtur, jugulum, unde Jugula dicta. Sed *Cæsius Bassus* vult, Orioni hoc nomen esse a gladio, quo sidus hoc illustre est, quia gladius jugulum petit. *Festus* nominis rationem hanc affert, quod hoc signum sit amplius cæteris, quasi nux juglandis. *Plaut. Amph. a. 1. sc. 1. v. 119.* Nec Jugulæ, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt. *Manil. l. 5. v. 175.* Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra consurgunt Jugulæ. Sed *Manilio* Jugulæ dicuntur, quos alii Asellos in signo Cancri interpretantur.

Jugulatĭo, onis, f. *scannamento*, *uccisione*, *ἀπόσφαξις*, actus jugulandi. *Hirt. de B. Hisp. c. 16.* Jugulatione oppidanorum facta.

Jugŭlo, as, avi, atum, a. 1. *scannare*, שחט, Ger. *den hals abstechen*, Gal. *égorger*, Hisp. *degollar*, *σφάττω*, jugulum præcido, incido, & generatim interficio. *Cic. 5. Tusc.* Ne stridorem quidem serræ tum audiunt, cum acuitur, aut grunnitum, cum jugulatur sus. *Id. 3. Phil.* In hospitis tectis Brundusii fortissimos viros, cives optimos jugulari jussit. ¶ Sæpe translate usurpatur. *Cels. l. 2. c. 15.* Quartana neminem jugulat. *Cic. 4. Verr.* Posteaquam tam multis eum factis, decretisque jugulasset. *Idem 13. Phil.* Ut facilius reviviscat Pompejanorum causa toties jugulata. ¶ Jugulare hominem suis verbis, sua confessione, &c. est convincere. *Ter. Eun. 3. 1. 27.* Pulchre mehercle dictum, & sapienter, papæ, jugularas hominem. Quid ille? *Cic. 7. Verr.* Jugulari sua confessione. ¶ Jugulari suo gladio, suoque telo dicitur, qui suis verbis, suo invento, dolove capitur. *Ter. Adelph. 5. 8. ad fin.* ¶ Jugulare gladio plumbeo, est futili, levique argumento, & nullo negotio aliquem convincere. *Cic. Att. l. 1. ep. 14.* Cum illum plumbeo gladio jugulatum tamen iri diceret. ¶ Jugulare falernum, apud *Martial. l. 1. epig. 19.* est depravare, corrumpere, nimia aqua, vel deteriore vino immixto.

Jugŭlus, li, m. vel jugulum, i, n. *gola*, *strozza*, Ger. *gurgel*, Gal. *gorge*, *gosier*, Hisp. *garganta*, *δειρή*, *σφαγή*, anterior colli pars, scilicet duo ossa concava, quorum unum jugulum dexterum, alterum sinistrum dicitur, (ut colligitur ex *Celso l. 8.*) unde vox & halitus per asperam arteriam procedit. Accipitur tamen fere pro tota gula. *Cic. in Catil. 3. c. 1.* Mucrones eorum a jugulis vestris rejecimus. *Id. de Fato, c. 5.* Quod jugula concava non haberet. *Juvenal. sat. 4. v. 110.* tenui jugulos aperire susurro. ¶ Dare jugulum, est sese alicui offerre ad mortem. *Cic. pro Mil. c. 11.* Certe optabilius Miloni fuisset dare jugulum P. Clodio non semel ab illo, neque tum primum petitum. ¶ Ostentare jugulum pro capite alicujus, est se objicere periculo capitis pro vita alterius. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. ¶ In agendis causis jugulum petere tunc dicitur Orator, quando quod est potissimum, id invadit, ac premit validissime adversarium, videturque illum jugulare argumentis. *Quint. l. 8. c. 6.* Nam illa agendis causis jam detrita, Pedem conferre, & Jugulum petere, & Sanguinem mittere inde sunt, nec offendit tamen.

Jugum, gi, n. 2. *giogo*, עול ראש, Ger. *buegel*, *last*, Gal. *sommet*, *jug*, Hisp. *cumbre*, *yugo*, *ζυγός*, *ζεῦγος*, ligneum instrumentum, quo junguntur boves, & invicem arctantur, a *ζυγός*. *Plin. lib. 8. c. 16. de leonibus.* Jugo subdidit eos, primusque Romæ ad currum junxit M. Antonius. ¶ Accipitur & pro pari boum, imo pro pari cujuscunque generis rerum. *Cic. 5. Ver.* Quid? qui in singulis jugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. Sed aliqui singula jugera interpretantur. *Plin. l. 10. c. 4.* Jugum aquilarum. *Id. l. 18. c. 26.* In singula juga, *a ogni pajo*. Adde *Hor. l. 2. od. 5.* ¶ Jugum etiam in Hispania ulteriore est mensuræ genus, quod respondet jugero Latinorum. *Var. l. 1. de R. R. c. 10.* ¶ Jugum item dicitur vertex, sive cacumen montis, *sommità di monte*, *κορυφή*, *λόφος*, quia ibi mons jungitur, & in acutum astringitur. *Cæs. 4. B. G.* Tandem Germani ab dextro latere summum jugum nacti hostes loco depellunt. *Virg. 5. Ecl.* Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit. ¶ Item scapus trutinæ, idest, ferrum, vel lignum transversum in libra, de quo lances utrinque pendent. Hinc pro sidere Libræ ponitur. *Cic. 2. Div. c. 47.* ¶ Item pro ligno, quo textores telam convolvunt. *subbio*. *Ovid. 6. Met. v. 55.* Tela jugo juncta est, stamen secernit arundo. ¶ Est item instrumentum in militia ex hastis duabus humi fixis, unaque transversa super eas deligata, sub quo hostes, vel milites inermes ignominiæ causa mittebantur. *Cic. 3. Off.* Quia male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub jugum missis. V. *Liv. l. 3. c. 28. & l. 9. c. 5.* ¶ Item in vitibus jugum dicitur, cum pedamentis, quibus vitis stat, transversa alligatur. Nam more jugi militaris duæ perticæ humi figuntur, & ex una in alteram vitis transfertur, vel pluribus perticis fixis, aliæ super alias transversæ alligantur, & super illas vites extenduntur. Quod si hastilibus in terra defixis singulæ transversæ perticæ in unam tantum partem ordinis annectuntur, hoc jugum dicitur *canterium*, & vites *unijugæ* vocantur. *Plin. l. 16. c. 37.* Salices quædam in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum perticas. *Id. l. 7. c. 11.* Simplici jugo constat porrecto ordine, canterium appellant. ¶ Item dicitur de transtris, seu tabulis navium, in quibus remiges sedent. *Virg. 6. Æn. v. 411.* Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant. ¶ Item de ordine in militia, qui a latere ad latus dirigitur; nam qui a fronte in tergum, versus appellatur. V. Versus. ¶ Translate jugum accipitur pro servitute, onere, vel tyrannide. *Cic. Phil. 1. c. 2.* Cujus a cervicibus jugum servile dejecerant. *Plin. Paneg. c. 11.* Ergo sustulerant animos, & jugum excusserant. *Ovid. l. 1. de remed. Amor. v. 90.* Et tua læsuro subtrahe colla jugo.

Jugumentum. V. Jugamentum.

Jugurthīnus, a, um, adject. ad Jugurtham pertinens, qui Numidarum rex fuit, & cum populo R. bellum gessit, quod a *Sallustio* describitur: ut Jugurthina conjuratio. *Cic. in Brut. cap. 33.* Jugurthinum bellum, *Hor. Epod. 9.*

Julæus, a, um, adject. idem ac Julius, a, um. *Propert. l. 4. el. 6. v. 17.* Actia Julææ pelagus monumenta carinæ. ¶ Scribitur & Juleus sine diphthongo. *Ovid. 6. Fast. v. 797.* Tempus Juleis cras est natale Calendis. ¶ Julæus, item adject. est a *Julo*, qua genus quoddam cantilenæ significat. V. *Julus*.

Julēus, V. Julæus.

Julĭa gens, f. 1. *ἰούλιον φῦλον*, una ex gentibus Romanis. Dicta est ab *julus*, quæ vox apud Græcos notat lanuginem efflorescentem e genis puberum. Sed ipsa ad commendationem sui videri voluit id nomen accepisse ab *Julo* Æneæ, vel juxta alios Ascanii filio. *Festus*, & *Virg. 1. Æneid.*

Juliānus, a, um, quod ad C. Julium Cæsarem spectat, ut Juliani Fasti, a Julio Cæsare confecti, vectigalia Juliana, a Julio imposita, & exacta, Juliani milites, veterani, quorum opera Julius Cæsar usus fuerat. *Suet. in Cæs. cap. 75.* Juliani limites, qui a D. Julio Cæsare in Dictatura constituti fuerant.

Julienses, Italiæ populi sub Alpibus. *Plin. l. 3. c. 1. & 5.*

Julis, idis, f. genus piscis. *Plin. l. 32. c. 9.*

Julĭus Cæsar, V. Cæsar.

Julĭus, ii, m. *Luglio*, nomen mensis a Julio Cæsare sic dicti. V. Quinctilis, & *Macrob. l. 1. Saturn. c. 12. Mart. l. 10. epigr. 62.* Tostamque fervens Julius coquit messem. *Col. lib. 11. c. 2.* Sexto Calendas Julii solstitium. ¶ Adjective *id. ibid.* Calendis Juliis Favonius, vel auster, & calor.

Julus, i, m. natu major filiorum Ascanii, nepos Æneæ. Cum Regnum paternum hæreditario jure peteret, & controversiam haberet cum Sylvio, qui erat filius Æneæ, & Laviniæ, Populus suis suffragiis eam litem diremit, cum aliis rationibus ad hoc adductus, tum vero præcipue hac, quod Sylvius ex matre procreatus esset, ad quam hæreditario jure Regnum pertinebat, & Regnum Sylvio contulit, ac Julo pro Regno sacram quandam potestatem, & honorem attribuit, qui Regia dignitate præstantior est. Hinc Gens Julia originem habuit, quæ semper usque ad extrema Reipublicæ tempora Sacerdotio functa est. *Dionys. l. 1. Rom. Ant.* Sed aliqui dicunt, Julum cognomen fuisse Ascanii filii Æneæ, ita dictum, quod adhuc adolescens, cum primam cœpisset emittere lanuginem, Mezentium singulari certamine superaverit. *Virg. & Serv. 1. Æn.* Aliqui Sylvium cum Julo confundunt, & dicunt, Sylvium fuisse filium Ascanii, casu quodam in sylvis natum. *Liv. lib. 1.* ¶ Apud *Julium Pollucem l. 1.* Julus dicitur genus quoddam cantilenæ, quæ in honorem Cereris canebatur. Hinc *Auct. carm. de Phœnice, v. 74. inter opera Lactantii*. Incipit illa sacri modulamina fundere cantus, Et mira lucem voce ciere novam: Quam nec Julææ voces, nec tibia possit Musica Cyrrheis assimilare modis.

Jūlus, i, m. *ἴουλος*, est avellanæ nucis globulus plurimis veluti squamulis compactus, qui tandem in florem dehiscit. *Plin. l. 16. c. 29.* Ferunt & avellanæ julos compactili callo, ad nihil utiles.

Jumentarĭus, ii, m. qui jumenta curat, *ἱππατλωίτης*. *Inscript. apud Fabret. p. 707.* Locum sepulturæ donavit collegio Jumentariorum. *Leg. Dolia, ff. de instr. vel instrum.* Molas jumentarias instrumenti esse.

Jumentarĭus, a, um, adject. ad jumenta pertinens. *Apul. l. 9. Miles.* Jam de meo jumentario contubernio quid memorem?

Jumentum, ti, n. *giumento*, בהמה, Ger. *ein ehier*, Gal. *jument*, Hisp. *jumento*, *ὑποζύγιον*, animal majus ex eorum genere, quæ sarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt, ut equi, muli, asini, cameli, boves, a *juvando*, quod nostrum laborem, vel onera subvectando, vel arando juvent. Alii a *jugamentum* deducunt, a quo videtur fieri per syncop. jumentum. *Cic. 1. Tusc. cap. 47.* Cum illam curru vehi jus esset, morarenturque jumenta. *Col. l. 6. c. 19.* Qua clausa jumenta, bovesque curentur. *h. e.* equi. *Cato R. R. c. 5.* Pecus, & jumenta. ¶ Sumitur etiam pro vehiculo. *Gel. l. 20. c. 1.* Jumentum non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur, veteres nostri jumentum a jungendo dixerunt. ¶ Malam rem jumento suo arcessere. h. e. sui mali auctorem sibi & fabrum esse, prov. apud *Plaut. Amph. 1. 1. 171.*

Juncētum, ti, *giuncheto*, Ger. *ein bintzig ortk*, Gal. *joncaye*, Hisp. *juncal*, *σχοινών*, locus juncis consitus. *Var. l. 1. de R. R. c. 8.* Primum genus, quod dixi, maxime quærit salicta, secundum arundineta, tertium junceta.

Juncĕus, a, um, *di giunco*, מן סוף, Germ. *auff bintzen*, Gal. *de jonc*, Hisp. *de junco*, *σχοινώδης*, quod est ex junco. *Plin. l. 21. c. 14.* Juncea cratis. *Col. l. 22. c. 6.* Juncea sporta. ¶ Translate ponitur pro tenui, gracili, tenero. *Ter. Eun. 2. 3. 24.* Deducunt cibum, tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas.

Juncīnus, a, um, idem ac junceus. *Plin. l. 15. c. 7.* Sic & rhodinum e rosis, juncinum e junco.

Juncōsus, a, um, *pieno di gianchi*, *σχοινώδης*, juncis plenus. *Plin. l. 18. c. 6.* Juncosus ager verti pala debet.

Junctim, adv. *congiuntamente*, יחדיו, Ger. *beysammen*, Gall. *ensemble*, Hisp. *juntamente*, *ζυγάδην*, sine intervallo. *Suet. Tiber. c. 9.* Magistratus & maturius inchoavit, & pene junctim percurrit.

Junctĭo, onis, f. *congiunzione*, חבורה, Ger. *eine fuge*, Gal. *conjonction*, Hisp. *ayuntamiento*, *ζεῦξις*, conjunctio. *Cic. 1. Tusc. cap. 29.* Quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Junctūra, æ, f. *giuntura*, *congiuntura*, *σύνδεξις*, conjunctio. *Col. l. 2. c. 2.* Hoc enim genus juncturæ maxime probatum est. ¶ Translate sumitur pro continuatione, vel compositione. *Quintil. l. 9. c. 4.* In omni compositione tria sunt necessaria, ordo, junctura, numerus.

Junctus, us, m. junctio. *Varr. l. 4. L. L.* Locus a carinarum junctu dictus Carinæ.

Junctus, a, um, nom. ex particip. *giunto*, *congiunto*, *ἐζευγμένος*. *Ovid.*

id. l. Trist. el. 7. fœdere aliquo juncti. *Liv. l. 35. c. 14.* Juncta matrimonio puella. *Id. l. 42. c. 65.* Juncta vehicula. *h. e.* quæ habent jumenta juncta. *Cic. de Fato, c. 16.* Causa propior, & cum exitu junctior. *Tac. 4. hist. c. 52.* Principum prosperis & alii fruuntur, adversa ad junctissimos pertinent. *Cic. in Partit. c. 15.* Verba juncta: *h. e.* apte composita.

Juncŭlus, i, m. diminut. dulciariæ placentæ genus, ad similitudinem junci effictum. *Apul. l. 10. A. A.* Hic panes, crustula, junculos, hamos, &c. Ita legit, & explicat *Beroaldus.*

Juncus, ci, m. *giunco*, גומא, Ger. *ein binsze*, Gal. *jonc*, Hisp. *junco*, σχοῖνος, species fruticis, a *jungo*, quia juncis aliquid jungi, hoc est vinciri, ligarique solet. *Tibul. l. 2. eleg. 3.* Et fiscella levis detexta est vimine junci. ¶ Juncorum multæ species sunt. *Plin. l. 21. c. 18.* ¶ Juncus odoratus, σχοῖνος ἀρωματικός, medicæ herbæ genus, scapo exili, rubente, flore copioso, vinoso, sapore linguam mordicans, a rosæ odore, quem spirat. Præstantissimus nascitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. *Dioscor. l. 1. c. 18. Plin. l. 21. c. 22.*

Jungo, is, unxi, unctum, a. 3. *giungere, congiungere*, חבר, Ger. *fuegen*, Gal. *joindre*, Hisp. *apuntar*, ζεύγνυμι, connecto, compono, copulo, a *jugo*, *n* inserto. Usurpatur vel cum accus. *Ovid. 2. Metam.* Jungere equos Titan velocibus imperat Horis. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Duobus essedis, & rheda equis juncta. *Plin. l. 8. c. 16.* Leones ad currum jungere. ¶ Vel eum accus. & dat. *Cic. de Inv. l. 2. c. 11.* Indignatio juncta est conquestioni. ¶ Vel cum accusat. & præpos. *ad. Cic. pro Rosc. Am.* Junxit se ad illum. *Id. de Fin. l. 5. c. 14.* Sic ad illa, quæ semper habuit, junget ea, quæ postea accesserint. ¶ Vel cum accus. & præp. *inter. Cic. 5. Tusc.* Tu eos inter se primo domiciliis, deinde conjugiis, tum literarum, & vocum communione junxisti. *Id. de Amic.* Ut omnis charitas inter duos jungatur. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *cum. Cic. pro Dejot.* Cum hominibus nostris consuetudines, amicitiasque jungebat. *Id. de Div. l. 2. c. 69.* Hæc vero qua cum somniis naturali conjunctione junguntur? ¶ Vel cum ablat. & præpos. *ex. Cic. de Inv. l. 2. c. 52.* Id junctum est ex multis partibus. ¶ Jungere fœdera, *far confederazioni. Liv. l. 7. c. 30.* Neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum est. ¶ Jungi alicui fœdere, *essere confederato. Id. l. 26. c. 24.* ¶ Flumina jungi dicuntur, quibus pontes imponuntur. *Curt. l. 3. c. 7.* Ad Euphratem contendit, junctoque eo pontibus, &c. *Id. l. 5. c. 5.* Pons lapideus flumini impositus jungit urbem.

Junia, nomen muliebre apud Romanos, ut Junia Calvina, Silana, Torquata, &c.

Juniānus, a, um, adject. ad Junium (nomen viri) pertinens, ut Junianum judicium, in quo scil. C. Junius quæsitor fuerat, apud *Cic. pro Cluent. c. 1.*

Junices. V. Junix.

Junicŭlus, m. 2. palmes vetus in magnam longitudinem, & ad quartum usque pedamentum porrectus, quem alio nomine draconem vocant, ad masculeta conficienda idoneum. *Plin. l. 12. c. 22.* Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii juniculos vocant, ut faciant, quæ masculeta appellant.

Junior. V. Juvenis.

Junipĕrus, ri, f. *ginepro*, ארזים, Ger. *wachholderbaum*, Gal. *genevre*, Hisp. *enebro*, ἄρκευθος, arbuscula, quæ in locis arenosis frequens nascitur, pro foliis spinas habens perpetuo virentes, unde & topiario operi idonea est, a *junior*, & *pario*, quod juniores, & novellos fructus pariat antiquis matureſcentibus. Parit enim usque ad tertium annum arbori suæ inhærente fructu. Materiam habet cariei non obnoxiam. Aliqui scribunt, ex Junipero sandaracam nasci, seu vernicem, qua utuntur scriptores pennarii ad papyrum exasperandum. V. *Plin. l. 16. c. 25. & l. 24. c. 8.*

Junius, ii, m. 2. *Giugno*, חמוז, Ger. *Brachmonat*, Gal. *Juin*, Hisp. *Junio*, ἰούνιος, ἕκτος μὴν ἀπὸ, sextus ex mensibus anni, a *junioribus*, quos Romulus voluit Regio corpori adesse, & armis Remp. defendere. *Ovid. 1. & 6. Fast.* Aliqui censent, vocatum esse a Juventute, seu Hebe, filia Junonis, uxore Herculis, quam Romani in Deorum numero venerati sunt. Alii volunt, a Junone esse appellatum, & primo dictum fuisse Junonialem, vel Junonium, deinde Junium, per Sync. *Ovid. 6. Fast.* Alii a L. Junio Bruto, qui primus Consul fuit, & civitatem Regio dominatu liberavit, vel simpliciter in ejus honorem, vel etiam quod die prima hujus mensis, pulso Tarquinio, sacrum Carnæ Deæ in Cœlio monte voti reus fecerit. Alii a *jungo*, extrito *g*, in memoriam illius unionis, qua Romulus, & T. Tatius Rex Sabinorum Regnum, & populum junxerunt. *Ovid. 6. Fast.* ¶ Dicimus, *Calendis Junii, Idibus Junii* &c. & adjective *Calendis Juniis, Idus Junias*, &c. Utramque loquendi rationem leges apud *Colum. l. 11. c. 2.* Adde *Cic. 6. Attic. ep. 2.*

Junĭus, ii, m. Plures hujus nominis celebrantur in Romana historia. Primus fuit L. Junius Brutus, qui exactis regibus, libertatem attulit Reipublicæ. Alter M. Junius Brutus idem præstitit, occiso Julio Cæsare. Prior ille ex familia Juniorum patritia fuit, posterior ex plebeia.

Junĭus, a, um, adject. ut Junia lex, apud *Cic. pro Sext. c. 64.* quæ sc. lata fuit a Junio Silano. Junia familia, apud *Tacit. 3. Ann. c. 24.*

Junix, icis, f. 3. *foranella*, δάμαλις, vacca ætate viridior, quæ jam vitula esse desiit, necdum tamen ad summam magnitudinem pervenit, quasi *juvenix*. Quibusdam placet dici a *jugum*, quasi *jugenix*. *Plaut. Mil. 2. 3. 33.* Quam mox ad stabulum junix recipiat se de pabulo. *Pers. Sat. 2. v. 47.* Tot tibi cum in flamma junicum omenta liquescant.

Juno, onis, f. 3. *Giunone*, Ἥρα, filia Saturni, & Opis, soror, & conjux Jovis, ita dicta a *juvando*. Græce dicitur Ἥρα, vel Ἠέρη, quasi ἠερίη, idest *amabilis*, propter amorem, quo Jupiter in eam afficitur, vel ab ἀήρ, *aer*, per Metathesim. Physici ajunt per Junonem intelligi aerem, idcirco autem Jovis conjugem, & sororem putari, quod summa sit aeris cum æthere similitudo. *Cic. 2. de nat. Deor.* Sed *Servius* dicit, Jovem fere accipi pro æthere, interdum vero pro æthere simul, & aere, Junonem item plerumque pro aere, interdum pro terra, & aqua. ¶ Narrabant veteres, Junonem a Thetide educatam fuisse. Aer enim aquæ humore alitur, & instauratur. ¶ Dicebant, Reginam esse Deorum, vel quia & ipsi aerem Dæmonum refertum esse noverant, vel quia credebant, etiam Deos ex terra ortum habuisse. ¶ Præsidem censebant esse Regnorum, & divitiarum, quia Regna in terrarum orbe sita sunt, divitiæ ex terra eruuntur. ¶ Eam nuptiis præficiebant, & pronubam Junonem sæpe nuncupabant. Matrimonium enim proprium est hominum, qui terrestrem vitam vivunt. ¶ Existimabant præesse partui mulierum. Hinc *Juno Lucina* cognominata est. *Cic. 2. de nat. Deor.* Eadem enim ac Luna vulgo habita est: Luna autem magnam vim in fœtum hominum, & bestiarum, & aliarum rerum habet. ¶ Curru per aerem ferri fingebant, quod aer perpetuo in motu versetur. Pavones ejus currui adjungebant, quod aer est sedes propria avium. ¶ Ex Jove Vulcanum peperit. Præterea Heben, & Martem absque Jove, aut alio viro genuisse dicitur. ¶ A multis populis culta fuit. Hinc varia nomina sortita est, ut *Junonis Curetis*, seu *Curitis*: quod hasta armata colebatur a Sabinis; *Junonis Lucinæ*, quod templum habuit amplissimum in Brutiis, & Magna Græcia, ad Lacinium prom. *Cic. 1. de Div.* A Romanis colebatur nomine *Junonis Sospitæ*, ut Remp. servaret. Illi omnes Consules rem divinam faciebant. ¶ Ejus templum L. Julius, qui cum P. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio, bello Marsico. *Cic. 1. de Div. Boccat. l. 9. Gen.* ¶ Apud veteres Juno mulierum Genius erat. *Senec. ep. 110.* Stoici singulis Genium, & Junonem dederunt. V. ibi Lipsium. *Plin. l. 2. c. 7.* Singuli quoque ex semetipsis totidem deos faciunt, Junones, Geniosque adoptando sibi. ¶ Hinc per Junonem jurabant mulieres: ac proinde *Juven. sat. 2. v. 98.* reprehendit quendam per Junonem jurantem, tanquam effœminatum, & mollem. ¶ Per antonomasiam Juno interdum pro uxore accipitur. *Plaut. Caf. 2. 3. 14.* Eja, mea Juno, non decet te esse tam tristem tuo Jovi.

Junonālis, le, adj. Junonius. *Ovid. 6. Fast. v. 63.* Junonale leges tempus.

Junonicŏla, læ, com. 1. qui Junonem colit. *Ovid. 6. Fast. v. 69.* Adde senem Tatium, Junonicolasque Falisco.

Junonigĕna, m. 1. Vulcanus, filius Junonis. *Ovid. 4. Met. v. 173.* Junonigenæque marito Furta tori, furtique locum monstravit.

Junonius, a, um, o. 1. 2. quod ad Junonem spectat, ut Junonius mensis, Junius, Junonia avis, pavo, *Ovid. 1. de Arte.* Laudatas ostendit avis Junonia pennas. ¶ Junonius etiam dictus est Janus, quod esset princeps Calendarum, quæ Junoni sacræ. V. *Scalig. Conject. in Var. l. 4. de L. L.*

Jupĭter, vel Juppiter, (ut in antiq. monumentis interdum legitur) Jovis, Jovi, Jovem, Jove, m. 3. Rex Deorum, & hominum, secundum fabulas, ab antiquo nominativo *Jovis*, & *pater*, quasi Jovis pater, ut Saturnus pater, Neptunus pater, Janus pater, Marspater, ideſt Mars pater, &c. *Gell. l. 5. c. 12.* Sed *Ciceroni 2. de Nat. Deor.* dictus videtur, quasi juvans pater. ¶ Secundum Ptisicianum Jupiter habet gen. proprium *Jupiteris*, vel *Jupitris*. Nam gen. *Jovis* est ab antiquo nom. *Jovis*, de quo V. sup. suo loco. Sed hodie nullus alius genitivus, quam *Jovis*, usitatus est. ¶ Joves tres ab antiquis Theologis numerantur, duo primi Arcades, tertius Cretensis. Primus filius fuit Ætheris ex Die; secundus filius fuit Cœli; tertius fuit filius Saturni, & Opis. Suos quisquis filios habuit, sed hic fuit fœcundissimus. ¶ Proclus posuit Jovem unum universalem mundi totius opificem, & insuper tres Joves sub illo opifices particulares. *Ficin. in Plat. de Rep.* Denique multi alii Reges hoc nomine appellati sunt, ut Corythus Rex Etruriæ, Tantalus Rex Phrygiæ, qui jussit Ganymedem rapi, &c. ¶ De Jove tertio narrant, in Creta insula illum eodem cum Junone partu, sed posteriorem editum fuisse: cum Saturnus ex pactione cum Titano fratre inita filios suos omnes devoraret, pro Jove lapidem ei datum esse devorandum, Jovem autem fuisse educatum clam patre a Curetibus, & ab Amalthea, & Melissa virginibus lacte caprino; & melle, in Ida monte: cum Titanes comperissent, Jovem servatum fuisse, bellum Saturno intulisse, Saturnum, & Opim victos esse, captos, & conjectos in vincula, a filio, ubi adolevit, liberatos esse; Saturnum etiam tuno vitæ Jovis insidiatum esse, sed cognitis insidiis a Jove expulsum fuisse ex Regno, Jovem mundi Imperium cum fratribus Neptuno, & Plutone divisisse, Jovi Cœli, & terræ Regnum obtigisse, ideſt Cretæ, Neptuno maris, ideſt insularum maris Ægæi, Plutoni inferorum, ideſt partis inferioris Græciæ, nempe Epiri; Jovem sororem suam uxorem duxisse, quæ ei Vulcanum peperit, illum in amore versatum esse, & sub variis formis plurima flagitia admisisse. *Plato in Gorgia, Cic. 4. Tusc. Ovid. 6. Met.* & alibi. ¶ Jupiter alia specie a Romanis colebatur, qui eum Capitolinum dicebant, quod in Capitolio magnificentissimum templum haberet, alia ab Afris, qui eum arietis forma signabant, & Ammonem Jovem appellabant. *Cic. 1. de nat. Deor.* Colebatur ab Afris in memoriam metamorphosis illius, cum in Ægypto in convivio sedens, superveniente Typhone, seu Typhœo gigante, nimio timore correptus, se in arietem immutavit, cæteris item Diis sub aliis formis se se celantibus. *Ovid. 5. Met.* ¶ A matribus Præneſtinis Jupiter puer cum Junone lactens, in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens colebatur. *Cic. 2. de Div.* ¶ Habuit amplum templum in Peloponneso, in Elide, apud Olympiam, quingentis passibus ab urbe, ubi Ludi Olympici in ejus honorem celebrabantur. Celebre etiam est templum illud Jovis, quod extitit apud Dodonam urbem Molossiæ, seu Thesprotiæ in Epiro, in sylva, juxta Dodonem fl. ubi oracula fundebat, *Cic. 1. de Div.* ¶ A Romanis optimus, & maximus vocabatur. *Cic. pro Domo*, Quocirca te, Capitoline, quem propter beneficia Populus R. optimum, propter vim maximum nominavit. ¶ Chrysippus dicebat, Jovem ætherem esse, item legis perpetuæ, & æternæ vim, quæ quasi dux vitæ esset, & magistra officiorum. *Cic. 1. de nat. Deor.* ¶ Multorum Physicorum interpretatio est, Jovem esse ætherem, seu ignem cœlestem, dictumque esse a juvando, quia maxime salutaris est. *Plato in Philebo, Cic. 1. de nat. Deor.* ¶ Non desunt, qui aerem intelligant. *Hor. l. 1. Carm. od. 1.* Manet sub Jove frigido venator teneræ conjugis immemor. ¶ Accipi etiam videtur pro pluvia. *Virg. 2. Georg.* Et jam maturis metuendus Jupiter uvis. ¶ Denique Jupiter est secunda stellarum errantium. *Cic. 2. de nat. Deor.* Infra autem hanc propius a terra Jovis stella fertur, quæ Φαέθων dicitur, eaque eundem duodecim signorum orbem annis duodecim conficit, easdemque, quas Saturni stella, efficit in cursu varietates. ¶ Jovem lapidem jurare, dicebantur juraturi, qui, ut docet Festus, lapidem silicem tenebant, & his verbis jurabant: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salva urbe arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem. *Gel. l. 1. c. 21.* Jovem lapidem, quod sanctissimum jusjurandum est habitum, sum paratus jurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse. Adde *Cic. l. 7. Fam. ep. 12.* ¶ *Jupiter!* exclamatio est admirantis. *Plaut. Merc. 5. 2. 24.* Jupiter! Est ne illic Charinus? *Catul. carm. 1.* Omne ævum tribus explicare chartis Doctis, Jupiter! & laboriosis. ¶ Proh Jupiter! V. Proh.

Juramentum, ti, n. *giuramento*, שבועה, Germ. *ein eydschwuur*, Gal. *serment*, Hisp. *juramento*, ὅρκος, sacramentum, jusjurandum, hoc est, affirmatio, vel negatio rei alicujus sacra attestatione firmata. *Sen. l. 2. de Clem. c. 1.* O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba Principes, Regesque juramentum faciant! Plures tamen Critici *Lipsius, Muretus*, & *Vorst.* hanc lectionem rejiciunt, putantes hanc vocem vix antiquiorem *Ammiano l. 21. c. 9.* & *Severo l. 1. c. 8.* habere auctorem. ¶ Legitur quidem & in *Ulp. l. 34. §. 5. Dig. de jurejur.* sed ibi quoque non desunt, qui Triboniano tribuant.

Jurandum, di, n. idem quod jusjurandum. *Plaut. Cist. 2. 1. 26.* Verum haud metuo, ne jurandum nostrum quispiam culpitet.

Jurandus, a, um, nom. particip. is, in quem jurare licet, vel oportet. *Horat. l. 2. epist. 1. v. 16.* Jurandaque tuum per nomen ponimus aras.

Juratĭo, nis, f. actus jurandi, juramentum. *Macrob. 1. Sat. c. 9.* Verba jurationis concipit, nullam esse in villa sua scrofam.

Jurāto, adverb. *con giuramento. Paulus JCtus l. ult. Dig. Qui satisd. cog.* Qui jurato promisit judicio sisti.

Jurātor, oris, m. qui jurat. *Macrob. l. 5. Saturn. c. 19.* Mox in lacu amittebat vitam falsus jurator. ¶ Juratores etiam dicuntur testes jurati. *Se-*

nec. Apocolocynth. in princ. Quis unquam ab historico juratores exegit? Ita legit, & tuetur *Lipsius*, & *l. 2. epistolic. quæst. epist. 24.* Sic *Plaut. in prol. Pœn. v. 58.* Vos, qui juratores estis, quæso, operam date. Ubi *Turneb. l. 19. c. 12.* per translationem interpretatur spectatores, veluti arbitros, & censores Fabulæ.

Juratorĭus, a, um, ad juramentum pertinens. *In Cod. 12. 19. 12.* Juratoriæ cautioni committatur.

Jurātus, a, um, partic. a juro. Sumitur & passive pro eo, quod juratum est, *giurato*, ὁρκωτός. *Cic. 3. Off.* Quod enim ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est. *Ovid. epist. 2. v. 23.* nec te jurata reducunt Numina. ¶ Et active pro eo, qui juravit, seu jurejurando obligatus est, ὀμόσαντος. *Cic. 3. Off.* Cum vero jurato sententia dicenda sit, meminerit, Deum se adhibere testem. *Plin. in præfat. operis*: Juratissimus auctor. h. e. fidelissimus. ¶ Cum infinito *Liv. l. 32. c. 22.* Juratus, se eum sua manu interempturum.

Jure. V. Jus.

Jureconsultus. V. Jurisconsultus.

Jureperītus. V. Jurisperitus.

Jurejūro, as, a. 1. idem ac juro. *Liv. l. 41. c. 15.* Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt.

Jurĕus, a, um, adject. jurulentus. *Plaut. Perf. 1. 3. 15.* Quasi jureum esse jus decet collyricum. Subintellige, *placentam*.

Jurgatorĭus, a, um, adject. ad jurgium pertinens. *Ammian. l. 27. cap. 1.* Vocis jurgatorio sono.

Jurgiōsus, a, um, *contenzioso*, ריב, Ger. *zanckisch*, Gal. *noiseux*, His. *renzilloso*, φιλόνικος, contentiosus, seu contumeliosus. *Gel. l. 1. c. 17.* Mulier morosa admodum fuisse fertur, & jurgiosa.

Jurgium, ii, n. *contesa*, ריב, Ger. *ein zanck*, Gal. *noise*, Hisp. *renzillo*, φιλονεικία, ἔρις, contentio, concertatio, dissensio, & levior quædam lis, qualis nonnunquam etiam inter propinquos, & amicos solet accidere. Ex Festi sententia dicitur quasi *juragium*, a *jure*, & *ago*. Differt a *lite*, quia jurgium levior res est. Siquidem dissensio, vel concertatio inter propinquos, aut amicos, *jurgium*, inter inimicos *lis* dicitur. *Cic. l. 4. de Rep. apud Non.* Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis inimicorum, jurgium dicitur. *Id. de Sen.* Ut Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in jurgio respondisse.

Jurgo, as, n. 1. & jurgor, aris, d. 1. *contendere*, ריב, Germ. *zancken*, Gall. *noiser*, Hisp. *renir*, ζυγομαχέω, contendo, litigo, rixor, a *jure*, unde *jurgo*, & per Sync. *jurgo*, ut a *mare marigo*, *mergo*. *Varro l. 6. de L. L. Festus* deducit ex *jure*, & *agere*, quasi sit jure, vel de jure agere. *Cic. 4. de Rep. apud Non. c. 5. n. 34.* Jurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. *Hor. 2. Ser. sat. 2.* Jure, inquit, Trasius istis jurgatur verbis. *Ter. Andr. 5. 1. 19.* Cum Davo ego vidi jurgantem ancillam.

Juridicālis constitutio, est species constitutionis generalis, in qua quæritur, utrum aliquid jure, an injuria factum sit, ut An L. Opimius recte C. Gracchum interfecerit. *Auct. ad Her. l. 1.* Juridicialis constitutio est cum factum convenit, sed jure, an injuria factum sit, quæritur. *Cic. 1. de Inv.* Juridicialis est, in qua æqui, & recti natura, aut præmii, aut pœnæ ratio quæritur. ¶ In duas distribuitur partes, absolutam, & assumptivam. *Auct. ad Her. ibid. Cic. ibid.*

Juridicīna, æ, f. 1. locus, ubi jus dicitur, vel ipsa jurisdictio. *Tertul. l. de Pall. c. 3.*

Juridĭcus, ci, m. *giudice*, *chi tiene ragione*, δικαστής, qui jus dicit. *Sen. Her. Fur. v. 581.* Flentes Eurydicen juridici sedent.

Juridĭcus, a, um, *giuridico*, ἐνδικος, quod jurisdictioni destinatum est. Juridici conventus, in quibus jus redditur. *Plin. l. 3. c. 1.* Juridici conventus ei quatuor.

Jurisconsultus, sive Jureconsultus, ti, m. 2. *Dottore di leggi*, νομικός, juris, sive legum interpres, seu qui jus profitetur. *Cic. 2. de Leg. c. 19.* Sed Jurisconsulti, sive erroris objiciendi causa, quo plura, & difficiliora scire videantur, sive (quod similius veri est) ignoratione docendi (nam solum scire aliquid artis est, sed quædam ars etiam docendi) sæpe quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertiuntur. *Id. pro Mur. c. 12.* Ea Jureconsultorum ingeniis pleraque corrupta, & depravata sunt. Et per transpositionem, *Horat. de art. poet. v. 369.* Consultus juris, & actor causarum.

Jurisdictĭo, nis, f. *giurisdizione*, Ger. *gerichtszwang*, Gal. *jurisdiction*, Hisp. *jurisdicion*, δικαιοδοσία, ipse actus juris dicendi. *Cic. de Arusp. Resp.* Justitium edici oportere, jurisdictionem intermitti. *Id. 2. Fam.* Jurisdictionem conficere. *Ser. Sulp. Cic. 4. Fam.* Jurisdictionem absolvere. ¶ Item facultas, seu potestas jurisdictionis exercendæ. *Sueton. Calig. c. 16.* Magistratibus jurisdictionem liberam, & sine sui appellatione concessit. *Senec. de Clement. lib. 1. c. 1.* Quas nationes funditus exscindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio est. ¶ Interdum & ipsa loca, in quibus jurisdictio exercetur, hoc nomine appellantur. *Plin. l. 5. c. 28.* Sed prius mediterraneas jurisdictiones indicasse conveniat.

Jurisperītus, & Jureperitus, i, m. idem ac jurisconsultus. Divisim *Cic. de cl. Orat. cap. 21.* Fabius Pictor & juris, & literarum, & antiquitatis bene peritus. *Id. pro Cluent. c. 38.* Quis jure peritior?

Jurisprudentĭa, æ, f. juris scientia. *Ulp. l. 10. Dig. de justit. & jur.* Jurisprudentia est justi, & injusti scientia.

Juro, as, avi, atum, n. 1. *giurare*, נשבע, Ger. *schwören*, Gal. *jurer*, His. *jurar*, ὀμνύω, jurejurando aliquid affirmo, vel nego, a jure, quia qui jurat, religiose spondet, se aliquid, ceu jus esset, servaturum. Usurpatur vel absolute. *Cic. pro Flac.* Qui si aram tenens juraret. ¶ Vel cum accus. *Cic. Att. l. 12. ep. 13.* Et perpetuum morbum jurabo. h. e. jurabo, me morbo laborare. *Id. 5. Fam. ep. 2.* Magna voce juravi verissimum, pulcherrimumque jusjurandum. ¶ Vel cum acc. & præp. *per*. *Cic. in Acad. l. 4. c. 20.* Jurarem per Jovem, Deosque Penates. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ut*. *Liv. l. 22. c. 53.* Ex mei animi sententia juro, ut ego rempublicam non deseram. ¶ Vel deponentis forma in præteritis; item cum infinito. *Plaut. Perf. 3. 2. 2.* Qui mihi juratus est sese hodie argentum dare. Adde *Cic. 2. de Invent.* ¶ Vel passive. *Claudian. de IV. Consul. Honor. v. 447.* Juratur Honorius absens. Adde *Stat. 7. Theb. v. 102. & Gell. l. 5. c. 19.* ¶ *Jurare conceptis verbis*, est jurare certa verborum formula excogitata, & dictata ab eo, qui juramentum defert. *Plaut. Cist. 1. 1. 100.* At ille conceptis juravit verbis apud matrem meam, me uxorem ducturum esse. ¶ *Jurare in verba*, est fere idem, ac conceptis verbis, vel jurare ex eo, quod ab aliquo viro magnæ auctoritatis dictum est, ut Jurare in verba magistri. *Cæs. 1. B. C.* Princeps in hæc verba jurat, ipse idem jusjurandum adigit Afranium. ¶ Jurare in legem alterius, est jurare, se servaturum legem illius. *Cic. pro Sex. c. 16.* Is in legem per vim latam jurare noluit. ¶ Interdum jurare accipitur pro conjurare. *Ovid. Heroid. epist. 10. v. 117.* In me jurarunt somnus, ventusque, fidesque. *Cato* apud *Plin. l. 29. c. 1.* Jurarunt inter se, barbaros necare omnes. ¶ Jurare in se, *farsi delle imprecazioni*. *Liv. l. 2. c. 4.* Idem deinceps omnis exercitus in se quisque jurat. ¶ Jurare calumniam dicitur accusator, cum initio judicii jurat, se non per calumniam, sed ex legitima causa ad accusandum descendere. *Cæl. ad Cic. l. 8. Fam. ep. 8.* Cum calumniam jurasset. *Liv. l. 33. c. 47.* Nisi velut accusatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent. ¶ Jurare in litem. *Cic. pro Q. Rosc. Com. c. 1.* Quod in codicem injuratus referre noluit, id jurare in litem non dubitet? h. e. quod nomen non est ausus referre in tabulas suas, accepti & expensi, id audebit intentata lite nunc demum petere? Itaque *jurare aliquid in litem* est in jure petere aliquid sibi debitum, quod in actionibus *pro socio*, & ceteris bonæ fidei, delato a judice jurejurando, fiebat. Huc pertinet *tanti in litem jurare*, & similia, quoties quantitas, quæ debetur, non est certa, aut certum non est pretium ipsius quantitatis, ob affectionem domini, ob rei contumaciam, vel ob alias ejusmodi causas. *Paul. in l. Arbitrio. Dig. de dolo.* Ut possit per contumaciam suam tanti reus condemnari, quanti actor in litem juraverit. V. etiam titulum *De in litem jurando*, *Dig. lib. 12.* ¶ Jurare alicui, est jurare alicui fidem, *dar giuramento di fedeltà*, quod facit Princeps subjectis, subjecti Principi. *Plin. in Paneg. c. 68.* Scis, tibi ubique jurari, cum ipse juraveris omnibus. ¶ Jurandus Vide supra suo loco.

Jurulentĭa, æ, f. liquor eorum quæ coquuntur. *Tertul. de Jejun. cap. 1.* Siccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentia.

Jurulentus, a, um, *cotto con brodo*, *alesso*, Ger. *mit einer bruee*, Gal. *plein de bouillon*, Hisp. *guisado con su caldo*, ζωμώδης, quod cum jure coctum est, seu quod est juris plenum. *Cels. l. 2. c. 10.* Tum res eadem magis alit jurulenta, quam assa, magis assa, quam frixa.

Jus, juris, n. *brodo*, Ger. *eine bruche*, Gal. *bouillon*, His. *el caldo de la carne*, *o pescado*, ζωμός, liquor eorum, quæ coquuntur. *Cic. Fam. 9. epist. 20.* In ea cœna cocus meus præter jus fervens nihil potuit imitari. *Ter. Eun. 5. 4. 17.* Ex jure hesterno panem atrum vorare. h. e. sordidum, & atro jure diei hesternæ maceratum. *Cic. Tusc. 5. cap. 34.* Negavit, se jure illo nigro delectatum. *Plaut. Mostell. 1. 3. 120.* Iidem olent, quasi cum una multa jura confundit cocus: quid oleant, nescias, nisi id unum, ut male olere intelligas. ¶ *Jus Verrinum* dixit *Cicero Verr. 1. c. 46.* ludens in ambiguo, ut Verrem jus dicentem irrideret, est enim *verres* porcus masculus. Negabant, inquit, mirandum esse, jus tam nequam esse Verrinum.

Jus, juris, n. *gius*, *legge*, *diritto*, *ragione*, *costituzione*, Ger. *das recht*, Gal. *droit*, His. *razon*, *derecho*, δίκη, τὸ δίκαιον, a *jubeo*, ut quidam volunt; est enim universim id, quod legibus constitutum est sive naturalibus, sive divinis, vel gentium vel civilibus. Alio nomine vocatur æquitas communis, æquum universale, legitimum, idest adæquatum legi, tanquam norma ac regula actionum humanarum. *Ter. Heaut. 4. 1.* Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum, neque æquum sciunt? *Cic. l. 1. Tusc.* Jus hominum situm est in generis humani societate. *Plaut. Epid. 3. 4. 85.* omnium legum, atque jurium fictor, conditor cluet. ¶ Atque hæc est notio juris universalis; Est enim jus etiam particulare, seu privatum, quod collectum est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus, ut ait *Justinian. l. 1. Instit. de justit. & jur. §. 4.* ¶ Jus Latium V. in *Latius*, *a*, *um*. ¶ Jus trium liberorum, quid sit V. *Liberi*. ¶ Sumitur præterea speciatim pro æquo, & justo, quod alicui ex justitia debetur. *Cic. pro Cæc.* Ut per interdictum jus meum teneam. *Id. pro Quinct. c. 9.* Ubi nostrum jus contra ipsos obtineremus. ¶ Jure suo agere, est libere agere, nemine impediente. *Flor. l. 3. c. 17.* Equites Romani tanta potestate subnixi peculabantur suo jure Rempublicam. ¶ Significat etiam, & quidem sæpius, pro auctoritate & facultate, seu potestate a legibus seu jure concessa agere. *Ter. Adelph. 1. 1. 27.* Non necesse habeo omnia pro meo jure agere. Hinc Sui juris facere, *far suo*. *Vellej. l. 2. c. 69.* Decem legiones in eo tractu sui juris fecerat. ¶ Sumitur item jus pro justitia legali, seu pro ipsis legibus, *le leggi*. *Horat. l. 1. sat. 1.* Juris, legumque peritus. *Cic. 1. de Orat.* De jure alicui respondere. Et *1. de Leg.* Respondere jus. Ital. *dar consulti in materia legale*. ¶ De variis juris divisionibus in civile, naturale, &c. V. JCtos. ¶ Sumitur etiam translate pro facultate, & licentia. *Cic. de Offic.* Si compascuus est ager, jus est compascere. *Lucan. in princip.* Jusque datum sceleri canimus. *Plin. l. 18. c. 34.* Zephyrus vites putandi, fruges curandi, arbores serendi jus dabit. ¶ Item pro loco, in quo jus redditur. *Ter. Phorm. 5. 7. 43.* In jus ambula. *Nepos in Attic. c. 7.* In jus de sua re nunquam ivit. *Cic. pro Quinct. c. 25.* Ut statim de jure aliquis cucurrerit. ¶ Item pro sententia a judice prolata. Hinc Prætor cum sententiam pronuntiat, jus dicere, aut reddere dicitur. *l. 1. Dig. de just. & jure. Cic. l. 13. Fam.* Ea res a Volcatio, qui Romæ jus dicit, rejecta in Galliam est. ¶ Item pro eo, quod vim habet sanctionis, & legis. *Cic. 3. Leg. ex lege XII. Tab.* Quod is, qui bellum geret, imperassit, jus ratumque esto. *Ulp. l. 3. Dig. de legib.* Non ambigitur, Senatum jus facere posse. ¶ Item pro necessitudine, aut conjunctione. Sic dicitur jus sanguinis, jus amicitiæ &c. Jurisconsulti loco citato, & *Sueton. in Calig. c. 26.* ¶ Sui juris esse, est liberum esse, suique arbitrii. *Senec. ep. 11.* Nihil adversus hæc sapientia promittit; sui juris sunt, injussa veniunt. *Brut. ad Cic. ep. 16.* Ut esset sui juris ac mancipii Respublica. ¶ Item pro conditione, seu statu. *Cic. Ver. 3. c. 6.* Ut eodem jure essent, quo fuissent. *Id. 2. Offic. c. 8.* Universas provincias uno calamitatis jure comprehenderet. ¶ Jus summum dicitur, cum leges severe, & sine ulla mitigatione observantur. *Cic. Ver. 7. c. 2.* Non agam summo jure tecum. *Id. l. 1. Offic. c. 10.* Ex quo illud, *Summum jus*, *summa injuria*, factum est jam tritum sermone proverbium. *Colum. l. 1. c. 7.* Jus summum antiqui summam putabant esse crucem. ¶ Jus petere, orare, postulare, est rem justam petere. *Plaut. Pseud. 5. 2. 16.* Quid dubitas dare mihi argentum? S. Jus petis, fateor. Adde *Trinum. 5. 2. 37.* ¶ Jus est, pro justum est, vel licet. *Plaut. Perf. 1. 3. 26.* Jus est apponi pernam frigidam. Sic jus fasque est, apud *eund. Cistel. 1. 1. 22.* ¶ Æquo jure agere, disceptare, h. e. ex æquo & bono, leniter, remisse. *Cic. Ver. 4.* ¶ Ablativus, *jure*, eleganter ponitur more adverbii, & significat merito, *giustamente*, *con ragione*. *Cic. Ver. 7. c. 8.* Quamobrem jure in eum animadverteretur. *Id. Catil. 3. c. 6.* Prætores merito ac jure laudantur. *Juven. Sat. 2. v. 34.* Nonne igitur jure, ac merito vitia ultima fictos contemnunt Scauros? *Plaut. Most. 3. 2. 24.* Te ipse jure optimo merito incuses licet, ubi nota Pleonasmum. ¶ Huic opponitur *injuria*. *Cic. Ver. 4. c. 61.* Non quæro, jure, an injuria sint inimici. *Se con ragione*, *o a torto*. *Ter. Andr. 1. 3. 9.* Quo jure, quaque injuria præcipitem me in pistrinum dabit. ¶ De discrimine inter *jus*, & *justum*, item inter *jus*, & *legem*, V. JCtos.

Juscellum, i, n. juscul. *Theod. Priscian. l. 2. c. 13.* Juscellum gallinarum.

Juscŭlum, i, *brodetto*, *guazzetto*, ζωμίδιον, liquor eorum, quæ coquuntur, & quodlibet cibarium liquidius, quod constat pingui, vitellis ovorum, omphacio, croco, cinnamo, &c. *Cato de R. R. c. 156.* Postea inde juscul um frigidum sorbere.

Juscum, i, n. idem ac juscul um, seu pulpamentum liquidum. *Apul. l. 2. A. A.* Quæ suis dominis parabat juscum tartim concisum.

Jusjurandum, jurisjurandi, jurijurando, jusjurandum, jurejurando, n. 2. *giuramento*, ὅρκος, juramentum, sacramentum, a *jure*. *Cic. 3. Off. c. 29.* Est enim jusjurandum affirmatio religiosa. *Id. 5. Fam. ep. 2.* Maxima

xima voce juravi veriſſimum, pulcherrimumque jusjurandum. *Id. 2. de Leg. c. 7.* Jurejurando firmare. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 76.* Ipſe idem jusjurandum adigit Afranium. h. e. ad jusjurandum. *Plaut. Moſtel. 5. 1. 36.* Jusjurandum pollicitus eſt dare, ſi vellem, mihi. ¶ Deferre jusjurandum, V. *Defero*. ¶ Stare jurijurando, *Quint. l. 5. c. 6.* ¶ Additur in *Theſauro Baſ. Fabri* legi in genit. *jusjurandi*, pro *juris jurandi*, apud *Cæſarem*, & *Tacitum*, ſed loca non indicantur. ¶ *Jurajuranda* in plur. num. dixit *Pacuv.* teſte *Feſto*. ¶ Interdum inſerto verbo dividitur. *Cic. pro Cæl. c. 22.* Socius veſtræ religionis, juriſque jurandi. ¶ Jurisjurandi militaris formulam habes apud *Gel. l. 16. c. 4.* ¶ Jusjurandum in litem, *l. 1. Dig. de in lit. jurand.* V. *Juro*.

Juſſio, onis, f. actus jubendi, juſſus, juſſum, *comando*, ἐπίταγμα. *Lactant. l. 4. c. 15.* Hæc omnia verbo, & juſſione faciebat. *Arnob. l. 2.* Uno verbo potuit, aut unius verbi juſſione. Legitur etiam in Epitoma *Livii*.

Juſſitur, &

Juſſo. V. Jubeo.

Juſſulentus, a, um, idem ac jurulentus, apud *Apul. in Apolog.* Qualiter quiſque piſcium aſſus, aut juſſulentus optime ſapiat.

Juſſum, i, n. idem ac juſſio, vel juſſus. *Cic. pro Roſc. Am. c. 24.* Cum præſertim Deorum immortalium juſſis atque oraculis id feciſſe dicantur. ¶ Sæpe ponitur pro lege. *Cic. 2. de Leg. c. 5.* Perniciosa, & injuſta juſſa populis deſcripſerunt. *Id. pro Cæſ. c. 33.* Putaſne, ſi populus juſſerit, id juſſum ratum, atque firmum futurum?

Juſſus, a, um, *comandato*, προστεταγμένος, partic. a jubeor. *Liv. l. 1.* Aliis alio itinere juſſis certo tempore ad Regiam venire paſtoribus. *Martial. l. 1. epigr. 34.* Juſſæ proſiliunt lacrymæ.

Juſſus, us, m. *comandamento*, מצוה, Ger. *eiy geheyſſ*, Gal. *commandement*, Hiſp. *mandamiento*, πρόσταγμα, ἔντολη, juſſum, juſſio, imperium, præceptum. *Cic. pro L. Man. c. 9.* Veſtro juſſu coactus partem militum dimiſit, partem Glabrioni tradidit.

Juſta, orum, n. 2. quæ juſta, legitima, debita ſunt, quæ ſecundum jus fieri debent. *Cic. de Aruſ. reſp.* Omnia ſolemnia, ac juſta ludorum, omnibus rebus obſervatis ſumma cum cæremonia eſſe ſervata. *h. e.* legitimas celebritates ludorum. *Id. 1. Off. c. 13.* Servis ita jubent uti, ut mercenariis: operam exigendam, juſta præbenda. *ideſt* mercedem tribuendam. *Liv. l. 9. c. 6.* Juſtis omnibus hoſpitalibus, privatiſque & publicis funguntur officiis. *h. e.* omnibus illis rebus, quas hoſpitalitas poſtulat. *Id. ibid. c. 8.* Nec prius ingredi hoſtium fines, quam omnia juſta in deditionem noſtram perfecta erunt. *Col. l. 1. c. 8.* Juſta reddere. *ideſt* opus debitum, & conſuetum perficere. *Id. l. 6. c. 14.* Ad juſta perducere. ideſt ad juſtum laborem. *Id. l. 11. c. 2.* Item vinearum foſſio iiſdem locis peragenda, arbuſtorumque ſive putatio, ſive alligatio, ſumenda eſt, quorum juſta certa eſſe non poſſunt. ideſt conſtituta, quæ neceſſario præſtari debent. ¶ Speciatim juſta dicuntur parentalia, exequiæ, ſacrificia, quæ mortuis impenduntur. *eſequie*, *pompe funerali*, ἐναγίσματα, a *jus*, quod ſint officia ſancta, jureque debita. Jure enim fiunt iis, qui de nobis viventes bene meriti fuerunt. Græci ſimiliter κηδείαν, hoc eſt parentationem, ſeu funerationem, vocant ὅσιαν, quaſi juſtum, ſanctumque officium. *Cic. pro Flac.* Juſta Catilinæ facta ſunt. *Id. pro Roſ. Am.* Nondum paterno funeri juſta ſolverat. *Id. 2. de Leg. c. 27.* Juſta funerum rejicit ad interpretes religionum. *Id. ibid. c. 17.* Non ſolum vita cruciati, atque dedecore, verum & ſepultura, & juſtis exequiarum caruerunt. *Plin. l. 2. c. ult.* Cum ſecutis diebus juſta peragerent.

Juſte, adv. *giuſtamente*, Ger. *gerechtiglich*, Gal. *juſtement*, Hiſ. *juſtamente*, δικαίως, recte, legitime, jure. *Cic. 1. Off.* Aut utilitatis cauſa juſte & legitime imperanti. *Id. in Sall.* Juſtius huic, quam mihi ſuccenſere debetis. *Brut. Cic. epiſt. 4.* At hoc ipſum, inquies, inique facis: imo juſtiſſime. *Horat. l. 2. ſat. 4. v. 86.* tanto reprendi juſtius illis, &c.

Juſti dies, idem ac juſtitium. *Gel. l. 20. c. 1.* Confeſſi itaque æris, ac debiti judicatis triginta dies ſunt dati conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſolverent. Eoſque dies Decemviri Juſtos appellarunt, velut quoddam juſtitium, i. e. juris inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationem, quibus diebus nihil cum his agi jure poſſet. ¶ Dicebantur præterea in bellis ſuſcipiendis dies juſti numero tres, & triginta, ab eo ſcilicet die, quo res repetitæ erant per Fecialem, quibus elapſis, niſi reditæ res eſſent, haſta in fines hoſtium conjecta, bellum indicebatur.

Juſtificātrix, icis, f. quæ juſtum facit. *Tertul. 4. adverſ. Marc. c. 36.*

Juſtificātus, a, um, adject. juſtus factus. *Prudent. Apotheoſ. v. 885.* & comparat. juſtificatior, apud *Tertul. de Orat. c. 13.*

Juſtificus, a, um, *chi fa giuſtizia*, δίκαιος, juſtitiam faciens. *Catul. Argon.* Juſtifica mens Deorum.

Juſtinianus, a, um, adject. a Juſtino Imperatore R. Hoc utitur *Corippus* poeta non ſemel.

Juſtiniānus, i, Juſtini Imp. ex ſorore nepos, Imperator R. celeberrimus, qui JCtis uſus præſtantiſſimis, jus civile in eum redegit ordinem, quo nunc utimur. Obiit A. C. 565.

Juſtinopŏlis, f. 3. *Capo d' Iſtria*, Ger. *Gafers*, urbs Iſtriæ primaria, quæ Venetis paret. Olim *Ægida* dicebatur; unde & *Capri* apud *Anonym. Ravenn.* Quando autem, & qua de cauſa *Juſtinopolis* appellari cœperit, non convenit inter ſcriptores.

Juſtīnus, i, hiſtoricus, Trogi Pompeji libros hiſtoriarum in epitomen redegit. Floruit Antonini Imperatoris ætate, ſi *Voſſio* credimus. Alii ipſius Trogi diſcipulum putant. Quidam cum Juſtino martyre perperam confundunt.

Juſtĭtĭa, æ, f. 1. *giuſtizia*, צדקה, Ger. *gerechtigheit*, Gal. *juſtice*, Hiſ. *juſticia*, δικαιοσύνη, eſt virtus, qua ſuum cuique tribuimus, a juſtus. Alia eſt univerſalis, quæ obedientia eſt erga leges, & virtutes omnes morales complectitur, juxta illud Theognidis, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἵσταται. Alia particularis, quæ virtus eſt ſuum cuique tribuens. Sed de his, & aliis diviſionibus V. *Juriſconſultos*. ¶ De particulari juſtitia *Cic. 5. de fin.* Juſtitia eſt animi affectio ſuum cuique tribuens, atque hanc, quam dico ſocietatem conjunctionis humanæ, magnifice, & æque tuens. ¶ Aliquando pro æquitate, atque clementia ponitur. *Ter. Heaut. 4. 1. 33.* Nunc te obſecro, quanto tuus eſt animus natu gravior, ignoſcentior, ut meæ ſtultitiæ in juſtitia tua ſit aliquid præſidii. Adde *Nepotem in Ariſtide*, c. 2. & *Cic. pro Marcel.* ubi juſtitiam, & lenitatem conjungit. ¶ *Florus l. 1. c. 21.* Ordinataque erat in XII. tabulis tota juſtitia. h. e. juris ratio, leges.

Juſtĭtĭum, ii, n. ἀπραξία, juris dicendi intermiſſio, quæ fieri ſolet in publico luctu, & Reipublicæ calamitatibus, quaſi juris ſtatio, hoc eſt ſilentium, per translationem. *Gel. l. 20. c. 1.* Velut quoddam juſtitium, ideſt juris inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationem, quibus diebus nihil agi cum his jure poſſit. *Cic. 5. Phil.* Juſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere. *Id. de Aruſp. Reſp.* Juſtitium edici oportere, juriſdictionem intermitti, claudi ærarium, judicia tolli. ¶ Juſtitium remittere, eſt priſtinam facultatem tractandarum litium publice reſtituere. *Liv. l. 10.* Ut Romam reditum eſt, juſtitium remiſſum eſt. ¶ Interdum pro luctu publico ponitur. *Sidon. l. 2. ep. 8.* Deceſſit nudius tertius, non abſque juſtitio, matrona Filimatia. ¶ Juſtitii tempore non juris ſolum adminiſtrandi, ſed aliorum etiam publicorum munerum ceſſatio erat, ut ex *Taciti Ann. l. 1. c. 16.* & 50. & *l. 2. c. 82.* aperte colligitur. V. etiam *Sueton. in Calig. c. 24.*

Juſtum, i, n. *il dovere*, *il conveniente*, δίκαιον, juſtitia, æquitas, congruentia. *Quinct. l. 9. c. 4.* Membrum longius juſto tardum, brevius inſtabile eſt. *Velleſ. l. 2. c. 49.* Juſto ferocior.

Juſtus, a, um, *giuſto*, צדיק, Ger. *gerecht*, Gal. *juſte*, Hiſ. *juſto*, δίκαιος, qui juris præcepta ſervat, æquus, innocens, a *jus*. *Cic. pro Cæc.* Qui ita juſtus, & bonus vir eſt, ut &c. ¶ Sæpe ponitur pro legitimo, debito, merito. *Cic. 2. Fam.* Ita victoria juſta imperator appellatus ſum apud Iſſum. *Id. in Catil.* Et vitam iſtam multis ſuppliciis juſtis, debitiſque ereptam fugæ, ſolitudinique mandare. *Id. de Leg. l. 3.* Præter Idææ matris famulos, eoſque juſtis diebus, nequis ſtipem cogito. Sic apud *eund. 1. Off.* Juſti domini, & 3. *Off.* Juſtus, & legitimus hoſtis. ¶ Interdum pro vero. *Cic. in Bruto*. Illam juſtam Eloquentiam, quam Dialecticam dilatatam eſſe putant. ¶ Interdum pro integro, pleno, perfecto, ut Juſtus exercitus, juſtum prælium. *Cl. Attic. l. 5.* Deinde cogitabam ſine ulla mora juſta itinera facere. *Vell. l. 2. c. 61.* Quorum exemplum ſecuti alii, brevi in formam juſti coiere exercitus. *Liv. l. 49.* Primo levibus prœliis fatigavit, poſtremo coactos in aciem deſcendere juſto prælio devicit. ¶ Interdum pro miti, & leni. *Terent. Andr. 1. 19.* Ut ſemper tibi apud me juſta, & clemens fuerit ſervitus. ¶ Interdum pro apto, tacili, plano. *Tacit. 2. Ann. c. 5.* Fundi Germanos acie & juſtis locis, juvari ſilvis, & paludibus. ¶ Juſti dies pro juſtitio, V. ſupra *Juſti* ſuo loco. ¶ Juſtus vas, idoneus ſponſor. *Feſtus*. ¶ Comparat. eſt juſtior, ſuperlat. juſtiſſimus. *Cæſ. l. 4. B. Gall. c. 16.* Juſtiſſima cauſa. *Liv. l. 4. c. 53.* Juſtiorem cauſam reſiſtendi præbere.

Juturna, f. 1. ἰωτύρη, Dauni filia, & Turni Rutulorum Regis ſoror, quam Jupiter pro erepta virginitate immortalitate donavit, Numicique fluminis Nympham fecit. Hæc in bello fratrem adverſus Æneam multum adjuvit: ſed videns fratri necem inſtare, in Numicum ſe fluvium occultavit. *Virg. in Æn.* Alii dicunt, eam rem habuiſſe cum Latino Rege, eoque flagitio palam facto, ſua ſponte ſe in Numicum præcipitaviſſe. *Boccat. l. 12. Gen.*

Juturna, m. 1. *Treglio*, fons, & lacus Latii, apud Numicium fl. ¶ Item fons Romæ, in Velabro, ubi nunc ſacra ædes S. Mariæ Liberatricis.

Jutus, a, um, particip. a juvo, *ajutato*. *Tac. Ann. 14. c. 4.* Solertia tempore juta.

Juvāmen, inis, n. 3. *giovamento*, ὠφέλημα, auxilium. *Æmil. Macer*, *c. de Betonica*. Fert hæmophthiſicis cum poſca ſumpta juvamen.

Juvamentum, i, n. juvamen. *Veget. l. 3. c. 4.* Juvamentum præſtare.

Juvantĭus, m. 2. *Trontino*, *Tordino*, fl. Præguttiorum, in Aprutio ult. qui labitur juxta Interamnam, & in ſin. Venetum ſe exonerat.

Juvat, abat, juvit, imp. 1. *giova*, *piace*, τέρπει, delectat, cum acc. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 12.* Teque hilari animo, & prompto ad jocandum eſſe valde me juvat. *Virg. Ecl. 4.* Non omnes arbuſta juvant, humileſque myricæ. *Sen. epiſt. 6.* Quæ ſcire, magis juvat, quam prodeſt.

Juvenacŭum, n. 2. *Giovenazzo*, urbs Apuliæ Peucetiæ, maritima, a Barolo 18. a Melficto 3. M. P. diſtans.

Juvenālis, le, adject. idem ac juvenilis. *Apul. de Mundo*: Valenti habitudine, pubertate juvenali. *Auſon. in Profeſſ. Burdigal. 15.* Animo juvenali ſenex. ¶ Juvenalis dictus fuit feſtus dies a Caligula inſtitutus, & Saturnalibus adjectus, a juvenibus præcipue celebrandus, unde & nomen. *Sueton. in Calig. cap. 17.* Ut lætitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adjecit diem Saturnalibus, appellavitque Juvenalem. ¶ Juvenales ludi, a Nerone inſtituti, cum primum barbam depoſuit, & Jovi Capitolino dicavit, ut *Dio* & *Xiphilin.* ſcripſere, ſcenici fuerunt, privatimque per domos, aut in hortis agitabantur. In hiſce Nero primum vocis ſuæ tirocinium poſuit. *Tacit. Ann. 14. c. 15.* Inſtituit ludos Juvenalium vocabulo, in quos paſſim nomina data. *Id. 15. Ann. c. 33.* Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiſcuas ſcenas frequentandi. nam adhuc per domos, aut hortos cecinerat Juvenalibus ludis, quos ut parum celebres, & tantæ voci anguſtos ſpernebat. *Sueton. in Ner. c. 11.*

Juvenālis, is, D. Junius Juvenalis, poeta Satyricus, Satyras, quibus in corruptiſſimos ſæculi ſui mores acerrime invehitur, ſexdecim ſcripſit varietate, ubertate, & acumine pulcherrimas. In exilio mortuus creditur, ob Paridis hiſtrionis invidiam, quem non ſemel verſibus ſuis perſtrinxerat. Vixit ſub Domitiano, teſte Suida, vel ſub Trajano, ut alii volunt, quod & contra ipſum Domitianum liberius ſcripſerit, quæ eo vivo ſcribere non potuiſſe videtur.

Juvenca, æ, f. *manza*, *manzuola*, פרה, Germ. *eine junge kuhe*, Gal. *une geniſſe*, Hiſ. *becerra*, δάμαλις, πόρτις, vacca junior, quæ jam vitula eſſe deſiit, nondum tamen in juſtam magnitudinem excrevit. *Virg. 3. Georg.* Paſcitur in magna ſylva formoſa juvenca. ¶ Dicitur etiam de puella, vel florentis ætatis muliere. *Ovid. 5. Epiſt.* Graja juvenca venit, quę te, patriamque, domumque perdat, io prohibe, Graja juvenca venit.

Juvencŭlus, i, m. μειράκιον, νεώτερος, dim. a juvencus. Dicitur de adoleſcentulo. *Catull. ad puerum*, *carm. 24.* Qui floſculus es juvenculorum.

Juvencus, ci, *manzetto*, *giovenco*, פר, Ger. *ein junger ochſe*, Gal. *jeune taureau*, Hiſ. *becerro*, μόσχος, πόρτιξ, bos junior, qui jam vitulus eſſe deſiit, nondum tamen in juſtam magnitudinem excrevit, a *juvando*, quod jam dominum in agro colendo adjuvare poſſit. *Varro l. 4. de L. L. Iſid. l. 12. c. 1. Col. l. 6. c. 2.* Ubi plauſtro, aut aratro juvencum conſueſcimus. ¶ *Varro l. 2. de re ruſt. c. 5.* quatuor diſtinguit bubuli generis ætates, quarum prima eſt vitulorum, ſecunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. ¶ Dicitur etiam de hominibus adoleſcentulis. *Hor. l. 2. Carm. od. 8.* Te ſuis matres metuunt juvencis. ¶ Adjective de equo, *Lucret. l. 5. v. 1173.* ubi equus florenti ætate juvencus. Sic juvencæ aves, apud *Plin. l. 10. c. 53.*

Juvencus, i, Presbyter Hiſpanus, Evangelia quatuor libris heroico carmine complexus, pene ad verbum tranſtulit. Vixit ſub Conſtantino M. circa ſæculum Chriſti IV.

Juveneſco, is, n. 3. *ingiovenirſi*, *farſi giovane*, היות לנער, Ger. *ſich jungmachen*, Gal. *devenir jeune*, Hiſp. *bolverſe joven*, νεανίζω, juvenis fio. *Plin. l. 8. c. 54.* Rurſus æſtate juveneſcunt. *Horat. l. 6. od. 2.* Vitulus largis juveneſcit herbis.

Juvenīlis, le, o. 3. *giovanile*, *da giovane*, Germ. *vvas jung iſt*, Gall. *de jeune*, Hiſ. *jovenil*, νεανικός, quod ad juvenem pertinet. *Cic. in Bruto*, Et ſuperfluentes juvenili quadam dicendi impunitate. *Ovid. 14 Metam. v. 644.* Silenuſque ſuis ſemper juvenilior annis. ¶ *Juvenile* adverbialiter pro juveniliter. *Stat. 3. ſilvar.* Juvenile vagari.

Juvenilĭtas, atis, f. *giovanezza*, ætas juvenilis. *Varro* apud *Non. c. 2. num. 418.* & *c. 5. n. 42.* Quam dereliquit multicupida juvenilitas.

Juveniliter, adv. *giovanilmente*, *da giovane*, νεανικῶς, more juvenum. *Cic. de Sen. c. 4.* Et Annibalem juveniliter exultantem patientia ſua molliebat.

Juvĕnis, is, com. 3. *giovane*, עלם, Germ. *jung*, Gal. *jeune*, Hiſp. *joven*, νέος, adoleſcens, vel, ut Juriſc. definiunt, qui adoleſcentis ætatem exceſſit, a *juvo*, quia proprie ſignificat vegetum, firmumque, & ætatis beneficio ad juvandum aptum. Varro a trigeſimo uſque ad quadrageſimum ætatis annum juvenes appellat. V. *Adoleſcens*. *Cic. de Senect.* In-

firmitas puerorum eſt, ferocitas juvenum. *Plin. l. 7. c. 36.* Cornelia juvenis eſt, & parere adhuc poteſt. ¶ Aliquando ponitur pro filio. *Horat. l. 2. od. 12.* Domitoſque Herculea manu Telluris juvenes. h. e. Gigantes, qui terræ filii dicuntur. *Ovid. 5. Triſt. el. 1.* Sic juvenis tib conſimilis ſit natus. ¶ Gradus comparativus eſt *Junior*. V. vocem ſeq.

Juvĕnis, is, adject. comm. 3. *giovane*. *Ovid. 7. Metam. v. 295.* Juvenes nutricibus annos Poſſe ſuis reddi. ¶ Comp. *juvenior*. *Apul. 8. Metam.* Unus præ ceteris & animo fortior, & ætate juvenior. Sed *junior* uſitatius eſt. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 44.* Qui vel menſe brevi, vel toto eſt junior anno. Adde *Colum. l. 9. c. 11.* Et ſubſtantive, *Plin. l. 18. c. 3.* Juniorum familiæ bubulum nominaverunt.

Juvĕnor, aris, d. 1. *parlar inconſideratamente*, *parlar da giovane*, νεανίζω, temere, & inconſiderate, & juvenum more aliquid dico, vel facio. *Hor. in Arte, v. 246.* Aut nimium teneris juvenentur verſibus unquam.

Juventa, æ, f. 1. *gioventù*, נעורים, Ger. *jugent*, Gal. *jeuneſſe*, Hiſ. *mocedad*, νεότης, juventus, ætas juvenilis, a *juvenis*. *Plin. l. 7. c. 13.* Aliis ſterilis eſt juventa, aliis ſemel in vita datur gignere. *Liv. l. 35. c. 42.* Non ita ſe a juventa eum geſſiſſe. ¶ Differt a Juventate, & juventute, quia juventa eſt ætas, Juventas Dea, juventus multitudo hominum. *Acron in Hor. l. 1. Carm. od. 30. Voſſ. & Non.* Sed hæc differentia non obſervatur. Igitur juventa invenitur etiam pro juvenum multitudine. *Mart. l. 2. epigr. 98.* Quinctiliane vagæ moderator ſumme juventæ.

Juventas, atis, f. יֵשֶׁן, Dea, quæ juventuti, ſeu florenti ætati præeſſe putabatur. *Cic. 1. de nat. Deor.* At Poetæ quidem nectar, ambroſiam, epulas comparant, & aut Juventatem, aut Ganymedem pocula miniſtrantem. V. *Hebe*. ¶ Metonymice accipitur pro ætate juvenili. *Virg. l. 8.* Tum mihi prima genas veſtibat flore juventas. *Horat. l. 2. od. 11.* fugit retro levis juventas, & decor.

Juventus, utis, f. 3. *gioventù*, νεολαία, multitudo juvenum. *Cic. 3. de Or.* Ob eamque cauſam juventus noſtra dediſceret pene diſcendo. ¶ Sæpe ſumitur pro ætate. *Cic. de Sen.* An iis, quæ geruntur juventute, & viribus? ¶ Item pro Dea, quæ præeſſe putabatur ætati juvenili. *Cic. 1. Tuſc. c. 26.* Non enim ambroſia Deos, aut nectare, aut Juventute pocula miniſtrante lætari arbitror. *Liv. l. 36.* Juventutis ædem in Circo Maximo C. Licinius Duumvir dedicavit. Adde *Plin. l. 35. c. 10.* Sed his tribus locis alii legunt *juventatis*.

Juverna. V. Ivernia.

Juvo, as, juvi, jutum, a. 1. *giovare*, הועיל, Germ. *helffen*, Gal. *aider*, Hiſ. *ayudar*, ὠφελέω, opem fero, auxilior. *Cic. in Top.* Conſilio juvare cives æqua in laude ponendum eſt. *Id. 1. Fin. c. 21.* Juvare ad beatam vitam. *Id. Att. l. 16.* Multum potes nos apud Plancum juvare. *Plaut. Capt. 1. 2. 33.* Neque unquam quiſquam me juvat, quod edo domi, *non mi fa buon pro*. *Ovid. 9. Metam. v. 1073.* Juvare auxilio. ¶ Diis juvantibus, formula eſt bene precantis, & ominantis, Græce ξὺν θεῷ, *Liv. l. 25. c. 28.* Ite, Diis bene juvantibus, corpora curate &c. ¶ Significat etiam delectare. *Cic. in Orat.* Conſule aures, probabunt; quære, cur ita; dicent, ſe juvari. In hac ſignificatione ſæpe uſurpatur impersonaliter. V. ſupra *Juvat*. ¶ Juvare alicui, pro aliquem. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 118.* Quando ira tibi juvat, vale, atque ſalve. Quædam tamen optimæ editiones, & MSS. habent *lubet*. ¶ Præteritum eſt *juvi*. Legitur tamen particip. *juvaturus*, tamquam a *juvavi*, apud *Salluſt. Jugurth. c. 47. & Plin. l. 4. ep. 15. ad fin.* ¶ Particip. *Jutus* V. ſupra ſuo loco.

Juxta, *appreſſo*, אֵצֶל, Ger. *bey*, Gal. *aupres*, Hiſp. *cerca*, παρὰ, πλησίον, apud, vel prope, præp. ex iis, quæ acc. inſerviunt. *Nepos in Attic. ad fin.* ſepultus juxta viam Appiam. *Tacit. de Germ. c. 30.* Velocitas juxta formidinem. h. e. formidini proxima. ¶ Significat etiam poſt, *dopo*. *Tacit. 2. hiſt. c. 76.* Juxta Deos in tua manu poſitum eſt. ¶ Item ſecundum. *Nazar. in paneg. Conſtantini, c. 23.* Juxta magnitudinem exantlati laboris. *Solin. c. de Macedonia*. Juxta reſponſum datum a Deo. Quidam etiam huc trahunt locum *Gellii l. 4. c. 9.* ubi hæc habentur: Nigidius Figulus homo, ut ego arbitror, juxta M. Varronem doctiſſimus. Sed hic particula *juxta* idem valet ac *poſt*, & ad paragraphum ſuperiorem referri debet. ¶ Interdum eſt adverbium, & ſignificat æque, ſimiliter, eodem modo, & uſurpatur vel abſolute. *Sall. Jug. c. 67.* Juxta boni, malique, ſtrenui, & imbelles multi obtruncati ſunt. hoc eſt æque boni, ac mali. ¶ Vel cum præp. *cum*. *Sall. in Catil.* Juxta mecum omnes intelligitis. *Plaut. Trin. 1. 2. 160.* Juxta eam curo cum mea. ¶ Vel cum partic. *ac*. *Cic. poſt red.* Qui me omnibus officiis juxta, ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentavit. hoc eſt æque, ac ſi, quaſi, tanquam ſi. *Liv. l. 37. c. 54.* Humanum genus nomen veſtrum, imperiumque juxta, ac Deos immortales jampridem intuentur. ¶ Vel cum partic. *atque*. *Liv. l. 5.* Et ſe juxta hyeme atque æſtate bella gerere poſſe.

Juxtim, adv. idem ac juxta, *appreſſo*, *vicino*. *Suet. in Tib. c. 33.* Aſſidebatque juxtim, vel ex adverſo in parte primori. Adde *Lucret. l. 4. v. 1206.*

I ANTE X.

Ixia, ἰξία, herbæ genus, ab ἶξος, *viſcum*, quod quibuſdam in locis circa radicem ejus invenitur, quo pro maſtiche utuntur mulieres. Cum terra colorem mutat. Unde & chamæleon appellatur. Hujus duæ ſunt ſpecies candido, & nigro colore diſtinctæ. *Plin. l. 22. c. 18.*

Ixĭon, Ixionis, m. 3. ἰξίων, filius Phlegiæ, Rex Lapitharum in Theſſalia. Sed aliqui Æetionis, alii Jovis filium faciunt. Uxorem duxit Diam filiam Dejonei, ſeu Ejonei, quæ illi Pirithoum peperit. Socero cum multa pro compenſatione dotis pollicitus eſſet, & ob id ille ad hunc veniſſet, ut munus reciperet, Ixion facta ſcrobe, eaque lignis, & ſtramentis intecta, illum in ea fraude peremit. Ab hac cæde cum neque homines, neque Dii eum luſtrare vellent, diuque incertus vagaretur, Jupiter illius miſertus in cœlum aſſumptum expiavit. Cum jam purgatus apud Superos degeret, Junonem amare cœpit, eamque de ſtupro interpellavit. Quod cum Jupiter ab uxore intelleciſſet, nubem illi ſub Junonis effigie oppoſuit, ex qua ille Centauros genuit. Dejectus deinde in terram cum paſſim gloriaretur, ſe cum Deorum Regina rem habuiſſe, Jupiter indignatus, fulmine ad inferos Ixionem detruſit, curavitque, ut ibi rotæ volubili alligatus perpetuo volutaretur. *Ovid. 4. Metam. v. 461.* Volvitur Ixion, & ſe ſequiturque, fugitque. *Virg. 6. Æn. v. 601.* Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?

Ixionĕus, a, um, adject. ad Ixionem pertinens, *Virg. 4. Georg. v. 484.* Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.

Ixionĭdes, æ, m. 1. filius Ixionis, ideſt, Pirithous, vel aliquis ex Centauris. *Propert. l. 2. Eleg. 1. v. 38.* Hic Ixioniden, ille Menætiadem.

Ixionĭus, a, um, idem quod Ixioneus. *Lamprid. in Heliogab. c. 24.* Para ſitos ad rotam aquariam ligabat, eoſque Ixionios amicos vocavit.

I ANTE Y.

Iynx, iyngis, f. 3. ἴυγξ, avis, paulo major fringilla, colore vario, linguam ſerpentibus ſimilem habens, quam longitudine quatuor digitorum exerit, rurſumque contrahit intra roſtrum. Torquilla a quibuſdam eſt appellata, quia collum circumagit in adverſum, reliquo quieſcente corpore. Ob eandem cauſam vocatur etiam verticilla, a colli verſura. Sunt qui & turbinem vocent, putentque, avem eſſe amatoriis medicamentis infamem. Frequens hujus avis mentio eſt apud *Theocr. in Pharmaceutria*, & *Plin. l. 11. c. 47.*

DE LITERA K.

K Litera Græcorum eſt, non Latinorum, quam ipſi κάππα nominant. Ea Latini vix utuntur, niſi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis utuntur, ut *Kyrie eleiſon*. Sed hujuſmodi, quoniam mere Græca ſunt, ſatius fuerit ſcribere Græcis literis. Nam & *Priſcianus* teſtis eſt, k apud Latinos eſſe ſupervacuum, & *Quinctilianus l. 1. c. 7.* non obſcure innuit, loco ejus nos habere literam c, quæ ad omnes vocales vim ſuam perferat.

DE LITERA L.

L Litera Latinorum eſt, Græcorum *lambda*, ſono, & poteſtate reſpondens, una ex iis, quæ a Græcis ἀμετάβλητα, hoc eſt immutabiles, a Latinis *liquidæ* appellantur. Quo fit, ut mutam immediate ſubſequens in eadem ſyllaba, præcedentem ſyllabam, ſi brevis fuerit, reddat indifferentem. ¶ In vocibus ab hac litera incipientibus, ſi cum præpoſitione *ad*, vel *in* componantur, poſterior litera præpoſitionis convertitur in *l*, ut *Allabor*, *alluo*, *illuo*, *illuſtris*, pro *Adlabor*, *adluo*, *inluo*, *inluſtris*. In notis numeralibus ſignificat quinquaginta.

L ANTE A.

Labărum, n. 2. λάβαρον, vexillum militare auro intextum, gemmiſque intermicantibus ſplendidiſſimum, quod Imperatori præferri, ac a militibus pene adorari ſolebat, a λάφυρον, υ in α abeunte, ut *calix* a κύλιξ, quia primitus labarum fuerit λάφυρον, hoc eſt exuviæ, ſeu ſpolia hoſti vivo detracta, e. g. paludamentum imperatorium, quod vexilli loco geſtabatur. Quidam a *labore* deducunt, quod *laborum* vulgo diceretur. Et ſane *Hermias Sozomenus l. 1. c. 4.* λάβωρον per ω a Romanis vocari ſcribit. Sed Prudentius mediam ſyllabam corripit *l. 1. adv. Symmach. v. 487.* Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro Signabat labarum. Erat autem Labarum haſta longa cum ligno in apice tranſverſo; a quo pendebat pretioſus pannus cum Imperatoris icone. Huic Conſtantinus M. coronam impoſuit cum cruce, & literis initialibus nominis JESU CHRISTI, quod contra Maxentium pugnaturus crucem in aere vidiſſet cum verbis ἐν τούτῳ νίκα. ¶ De labaro ſcripſere, vel meminere *Tertull. in Apol. Ambr. in Epiſt. Sozom. l. 1. c. 4. Euſeb. l. 1. & 2. de vita Conſtantini*, *Alciat. in 12. l. Cod. tit. de Præpoſitis laborum*, *Cujacius ad l. 12. tit. 18. Lipſius ad l. 3. de cruce. c. 15. & obſerv. l. 11. c. 20. Meurſius in Gloſſario*, voce λάβαρον.

Labaſco, is, n. 3. & labaſcor, eris, d. 3. *pendere*, *ſtar per cadere*, καταρρέμαι, caſum minor, ruinæ vicinus ſum, inchoativum, a *labo*, *as. Lucr. l. 4.* Vincitur in longo ſpatio tamen, atque labaſcit. ¶ Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de priſtina conſtantia excidere. *perdere l'animo*. *Ter. Eun.* Labaſcit victus uno verbo, quam cito. *Varro apud Non. c. 7. n. 41.* Poſtquam vidit, miſericordia labaſci mentem infirmam populi.

Labda, æ, f. 1. λάβδα, filia Amphionis cujuſdam ex Bacchiadarum genere. Cum claudа eſſet, & ob id a Bacchiadis cæteris ſperneretur, Ætioni nupſit, eique Cypſelum peperit. V. *Cypſelus*.

Labda, æ, m. 1. dictus eſt flagitioſus homo, qui id agit, quod *Varro in Marcipore* dixit buccam offendere, *Suetonius* ore morigerari. *Varro in Margopoli*: Depſiſtis, dicite labdæ? *Auſon.* Cui ipſe linguam cum dedit ſuam, labda eſt. *Ex Voſſii Etymol.*

Labdacĭdes, æ, m. 1. Laius Labdaci filius, Oedipi pater. *Stat. 6. Theb. v. 451.* Nec verbera pallidus addit Labdacides.

Labdacĭdæ, m. 1. λαβδακίδαι. Thebani, a Labdaco. *Stat. 10. Theb. v. 36.* ſic ille truces hortatibus implet Labdacidas.

Labdacis, idis, adject. fæmin. Λαβδακίς, Thebana, ut Labdacides cohortes, *Stat. 9. Theb. v. 650.*

Labdacĭſmus, i, eſt, cum pro uno duo *ll* pronuntiantur. *Iſid. l. 1. c. 31.* ¶ Alii labdaciſmum vocant, cum litera canina R pronuntiari non poteſt. *Eraſm. in Dialogo de pronunt.* ¶ Eſt a λαμβδα, pro λαμβδα, litera μ ob euphoniam ſublata, ut Græcis mos eſt.

Labdacius, a, um, adject. Thebanus, a Labdaco. *Statius 2. Theb. v. 210.* Labdacius dux. *h. e.* Eteocles, cujus avus Laius fuit Labdaci filius, & Thebanorum rex.

Labdăcus, m. 2. λάβδακος, filius Agenoris, qui, cum Cadmus ejus frater Regno pulſus eſſet, Amphion ſuis manibus ſibi mortem conſciviſſet, Lycus interfectus eſſet ab Hercule, rogatus ab amicis, ut Syria relicta in Græciam veniret, quod propter ſenectutem itineri ſe minus idoneum cerneret, Laium filium miſit, qui Regni ſtatim potitus eſt. *Theodont.* Alii dicunt, Labdacum filium fuiſſe Phœnicis, ſenem Thebas a Thebanis vocatum veniſſe, ibi aliquandiu regnaviſſe, & Lajum genuiſſe. *Boccat. l. 2. Gen.*

Labeātis lacus, *lago di Scutari*, lacus Dalmatiæ, montibus undique ſeptus, niſi ad Septentriones, apud Scodram urb. Aliis eſt lacus Albaniæ, in mediterraneis. Pop. *Labeates*, quorum urbs *Scodra*.

Labecŭla, æ, f. 1. *picciola macchia*, κηλίδιον, dim. a labes. *Cic. in Vatin. c. 17.* Et clariſſimo viro nonnullam tua laudatione labeculam aſpergas.

Labefactĭo, is, eci, actum, a. 3. *movere*, *rompere*, הפיל, Ger. *veerderben*, Gal. *gâter*, Hiſ. *hazer caer*, *quebrar*, καθαιρέω, λυμαίνω, rumpo, frango, deſtruo, perdo, a *labo*, quaſi labare facio. *Ter. Adel. 2. 2. 36.* Omnes dentes labefecit mihi. ¶ Translate ponitur pro enervare, frangere, debilitare. *indebolire*. *Lucr. l. 4. v. 1106.* Uſque adeo Veneris compagibus hærent membra, voluptatis dum vi labefacta liqueſcant. ¶ Item pro deterrere, & a conſtantia abducere, *rimovere*. *Cic. pro Sext.* Quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit. ¶ Labefacere fidem ſuam dicitur debitor, cum male ſolvendo efficit, ne quis ei quippiam velit credere. *Suet. Veſpaſ. c. 4.* Ut qui prope labefacta fide omnia prælia fratri obligaret.

Labefactātio, onis, f. idem quod labefactio. *Quintil. l. 8. c. 4.* Hic & Catilina, & Gracchus, & mediocris labefactatio cædi, & incendiis, & vaſtationi comparatur.

Labefactātus, a, um, nom. particip. enervatus, infractus, debilitatus. *Cic. de Sen. c. 6.* Maximas Reſpublicas ab adoleſcentibus labefactatas, a ſenibus ſuſtentatas, & reſtitutas reperietis.

Labe-

Labefactĭo, onis, f. destructio, corruptio, actus labefaciendi. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Tussim veterem inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem. Al. leg. *labefactationem*.

Labefacto, as, a. 1. *guastare, corrompere, distruggere, offendere, danneggiare*, השחית, Germ. *schwechen*, Gal. *gater, corrompre*, Hisp. *destruir, corromper*, λυμαίνω, corrumpo, damno, afficio, lædo, freq. a *labefacio*. *Cic. Ver.* 6. Demoliri signum, ac vectibus labefactare. *Col. l.* 2. *c.* 2. Ac minus colla eorum labefactentur. ¶ Translate sumitur pro vexare, affligere. *Cic. ad Cornif.* Nec vero postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua injuria, contumeliaque Reipub. provinciam absens obtinebat. ¶ Item pro corrumpere, pravum reddere. *Cic. pro Cluent.* Quorum fidem pretio labefactare conata sit. ¶ Item pro debilitare, ac veluti prosternere. *Cic. l. Fin.* Ne invidia verbi labefactetur oratio mea. *Id. pro Cluent.* Labefactare opinionem. *Id. l. de Fin.* Labefactare, & evertere Rempublicam. ¶ Item pro commovere, & a proposito avertere. *Ter. Eun.* 3. 3. 3. Ita me video ab ea astute labefactarier. ¶ Item imminuere, violare. *Cic. pro Rabir. Posth.* Labefactare dignitatem alicujus.

Labefactus, a, um, loco motus, corruptus, destructus, partic. pass. a labefacio. *Virg.* 4. *Æn.* Animum labefactus amore. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 22. Dejecta turri, labefacta parte muri.

Labefio, is, passiv. anomal. *esser guasto, o distrutto. Senec. de constant. Sapient. c.* 6. Sub isto tot civitatum everfore munimenta incussu arietis labefieri.

Labellum, n. 2. Lavellum, *Lavello*, urbs parva Apuliæ Peucetiæ, in Basilicata, in R. Neap. in lim. Capitanatæ, inter Melphim ad Occ. & Minervinum ad Or.

Labellum, li, n. *labricciuolo*, χειλάριον, dim. a labrum. *Cic. l. de Inv.* At Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis confedissent. ¶ Interdum pro vasculi genere ponitur, facto ad similitudinem labri, quo in balneis uti solemus ad lavandum. *Cic.* 2. *Leg. c.* 26. Super tumulum noluit quidquam statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum. *Catul. epigr.* 53. Te campo quæsivimus minore, Te in Circo, te in omnibus labellis. h. e balneis.

Labens, entis, particip. *Liv. l.* 2. *c.* 20. Labentibus super corpus armis. *cadendo. Petron. in Satyr. cap.* 127. Labentis mundi cursus. *h. e.* se circumagentis. *Virg. Æn.* 2. *v.* 14. Tot jam labentibus annis. *h. e.* transactis. *Sueton. in Aug. c.* 99. Labentes malæ. *fmunte*.

Labĕo, onis, m. is, cui labia immodica sunt, a *labium*. *Charis. apud Priscian. l.* 4. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Labra, a quibus brocchi labeones dicti. *Arnob. l.* 3. Capitones, frontones, labeones. ¶ Hinc nomen.

Labĕo Antistius, Jurisconsultus apud Romanos. *Gel. l.* 13. *c.* 10. & 12.

Laberius, m. 2. Poeta mimographus, qui a Cæsare anulo equestri donatus est. *Macr. Sat. l.* 2. *Gel. l.* 11. *c.* 9. *Sen. l.* 3. *Declam.* 18. Laberium mimum Divus Julius ludis suis produxit, deinde Equestri Ordini reddidit, quem cum jussisset ire sessum, omnes Equites ita se coarctaverunt, ut venientem non reciperent.

Labes, is, f. 3. *rovina, danno*, כוּם, Ger. *fcad*, Gal. *tache*, Hisp. *manzilla, caymiento*, πτῶμα, ruina, lapsus, a *labor, eris, Serv. in* 1. *Æn.* Proprie enim ruinam, aut lapsum notat: quia autem quæ labe conciderunt, deformia sunt, per translationem sumitur pro macula. *Cic.* 1. *de Div. c.* 43. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra defedisset. *Ibid.* Ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque defederint. *Liv. l.* 21. *c.* 36. Per nudam infra glaciem, fluentemque labem liquescentis nivis ingrediebantur. Alii legunt *tabem*. *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido! ¶ Translate accipitur pro damno, corruptione, depravatione. *Cic. pro Flac.* An innocentiæ labem aliquam, aut ruinam fore putatis? ¶ Vel active, pro eo, qui exitium affert. *Cic.* 2. *Ver.* Prædonem juris urbani, labem, atque perniciem provinciæ Siciliæ. *Id. pro Dom.* Nam si illa labes, ac flamma Reip. fuum illum pestiferum, & funestum Tribunatum humana æquitate tueri non potest. ¶ Et alia translatione pro vitio, infamia, ignominia. *Cic. pro Dom.* Hanc vero labem turpitudinis, & inconstantiæ poterit P. R. dignitas sustinere? *Id. in Vatin.* Ne qua ex tua indignitate labes illius dignitati aspergi videatur. *Id.* 2. *de Leg.* Animi labes nec diuturnitate evanescere, nec manibus ullis elui potest. *Id.* 3. *Off. c.* 21. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? ¶ In ablat. casu *labi* pro labe, *Lucret. l.* 5. *v.* 928. Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla.

Labiæ, arum, f. *le labbra*, idem ac labia. *Plaut. Stich.* 5. 4. 41. Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Ita legit *Nonius c.* 3. *n.* 120. Sic *Nævius apud eund. Non. ibid.* Homini labias pugnis cædere. *Vetus poeta apud Gel. l.* 19. *c.* 11. Animula ægra & faucia cucurrit ad labias mihi.

Labīci, m. 2. *Valmontone*, Col. & urbs olim Latii, nunc opp. Ducatus titulo insignitum, in Camp. Rom. medium inter Tusculum, & Anagniam. Cluverius credit esse *Zagarolo*, oppidulum magis ad Bor. Lucas Holstenius credit, fuisse, ubi nunc *la Colonna*, castrum Campaniæ R. in illo tractu, sub Tusculo. Conditum dicitur a Glauco Minois filio, quem Labicum appellarunt a scuto militari intus ansato, quod primus in Italia ostendit, nempe a λαβή, *ansa*. *Liv. l.* 2. *c.* 39. Deinde Lavinium recepit, Vitelliam, Trebiam, Labicos. ¶ Pop. *Labici, Lavici, Labicani*. Possess. *Labicanus*, seu *Lavicanus*, ut Ager Labicanus, & Via Labicana, seu Lavicana, *Strada di Valmontone*, quæ Roma Labicum ducebat. Sic Labicanus ager apud *Plin. l.* 3. *c.* 5. ¶ Labicus, i, ejus oppidi incola. *Virg.* 6. *Æn. ad fin.* Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

Labīcum, i, oppidum Latii, idem ac Labici. *Silius* 12. *v.* 534. campos ingressus, & arva Labici.

Labĭdus, a, um, adject. idem quod labilis. *Vitruv. l.* 6. *in proem.* Labidis itineribus vadere.

Labĭlis, & le, o. 3. quod facile labitur. *Arnob. l.* 7. Dulcedo labilis. *Ammian. l.* 27. *c.* 23. Per labilem limum digressus.

Labinius, m. 2. *Lavino*, fl. Galliæ Togatæ, inter Bononiam, & Mutinam, apud quem Triumviratus inter Octavianum, M. Antonium, & Lepidum firmatus est.

Labiōsus, a, um, adject. qui magna labia habet. *Lucret. l.* 4. *v.* 1162. Simula Silena, ac fatura est, labiosa Philema.

Labrum, bii, & labrum, bri, n. *labbro*, שִׂפְתַי, Ger. *Iefftzen*, Gal. *levre*, Hisp. *labio*, χεῖλος, est extremitas alicujus rei, & præcipue dicitur de extremitatibus, & operculis oris, quæ sunt veluti valum quoddam tegendis dentibus a natura datum, a λαβεῖν, a. 2. inf. verbi λαμβάνω, *capio*, quia labiis cibum apprehendimus. *Isid. l.* 11. *c.* 1. deducit a labendo. *Ter. Eun.* Labiis demissis. *Cic.* 3. *de Or.* In cujus labris leporem habitasse ferunt. ¶ Aliqui labium a labro distinguunt. *Donat. ad Eun. a.* 2. *sc.* 3. Labra sunt superiora, labia inferiora. At contra *Agræcius*: Labium superius dicitur, labrum inferius. *Verrius Flaccus*, quemadmodum *Charisius* tradit *l.* 1. sic distinxit, modica esse labra, labia autem immodica, & inde labeones dici. Sed recte monet Charisius, labra, & labia indistincte dici. *Mart. l.* 2. Basia dimidio quod das mihi, Posthume, labro. *Virg.* 2. *Eclog.* Necdum illis labra admovi. *Perf. in Præfat.* Nec fonte labra prolui Caballino. ¶ Primis, vel primoribus labris aliquid attingere, vel degustare, est leviter aliquid attingere. *Cic. l. de nat. Deor.* Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse Physiologiam? *Id. l. de Or.* Quæ isti Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. ¶ A summis labris, h. e. non ex animo. *Senec. ep.* 10. Non a summis labris ista venerunt. ¶ Dicitur etiam de marginibus, & extremis oris fossæ, fluminis, fontis, lacus, & hujusmodi, *ripe*. *Cæs.* 7. *B. G.* Fossam pedes viginti latam directis lateribus duxit, ut ejus solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. Adde *Liv. l.* 37. *c.* 37. *in fi.* ¶ Labrum item dicitur vas amplum, in quod aqua e fonte delabitur. *Plin. ep.* 6. *l.* 5. Inter has marmoreo labro aqua exundat. ¶ Est & labrum genus vasis in balneis ad lavandum aptum, λουτήρ, ita dictum, quasi *lavabrum*. *Cic. l.* 14. *Fam.* Labrum si in balneo non est, fac, ut fit. ¶ Denique dicitur de vase cujuscumque generis, ut *Labrum lupinarium*, in quo lupinus conditur, *vinarium*, *olearium*, &c. in quod vinum a lacu, oleum e cortina transfertur. *Cato de R. R. c.* 10. 11. & 13.

Labo, as, n. 1. *vacillare*, מוּט, Ger. *fallen*, Gal. *branler*, Hisp. *bambanear*, ὑποφέρομαι, vacillo, nuto, a *labor, ris*, per Sync. quia, qui labat, idem laborat, ut vitet lapsum. Valla hoc discrimen statuit inter *labare*, & *labi*, quod labare sit ruere, & repente cadere, *labi*, leviter, sensimque deorsum ire. *Cic. in Verr.* 6. *c.* 43. Signum illud nulla lababat ex parte. *Virg.* 2. *Æn.* Labat ariete crebro janua. *Id.* 12. *Æn.* Genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis. ¶ Translate ponitur pro deficere, inconstantem esse, dubitare. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 14. Labat consilium meum. *Celf. l.* 2. *c.* 7. Mens labat. *Plin. l.* 14. *c.* 22. Labare sermone. ideft inconstanter, & timide loqui. *Liv. l.* 5. *c.* 18. Memoria labat. *Id. l.* 36. Labant animi. *Sueton. in Cæs. c.* 14. Labantem ordinem confirmare.

Labor, eris, lapsus sum, d. 3. *scorrere, cadere, discendere*, נפל, Germ. *fallen*, Gal. *tomber*, Hisp. *caer*, ὀλισθάνω, deorsum feror, leviter, sensimque deorsum eo, a *labo, as*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 262. Demissum lapsi per funem. *Ovid.* 2. *Metam.* labuntur lacrymæ. Sic labi dicuntur angues, flumina, pisces in aqua, ætas, &c. *Ovid. Virg. Horat.* ¶ Labi etiam dicuntur ii, qui in lubrico figentes vestigia in terram ruunt, *sdrucciolare. Horat. l.* 2. *Sat.* 8. *v.* 74. Si patinam pede lapsus frangat agaso. ¶ Translate ponitur pro deficere, exolescere, *mancare. Liv. in præf. l.* 1. Labente deinde paulatim disciplina. ¶ Item pro dissipari, perire. *Cic. de Am.* Serpit enim deinde res, quæ proclivis ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. ¶ Item pro divertere. *Cic. Att. l.* 4. Neque mihi licet labi ad eos, qui etiam tum, cum misereri mei debent, non desinunt invidere. ¶ Item pro descendere, devenire. *Cic.* 2. *de Leg.* Quorum mores lapsi ad mollitiem. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 6. Labi in adulationem. ¶ Item pro errare, falli, peccare. *Cic.* 2. *Fam.* Nunquam labere, si te audies. *Id.* 7. *Phil.* Si hoc tempore consilio lapsi erimus. *Id. pro Rab.* Sed in his rebus omnibus imprudentia laberis. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 53. Hac spe lapsus Indutiomarus. h. e. frustratus. ¶ Item pro digredi, *far delle digressioni*. *Cic.*

Labor, & Labos, oris, m. *fatica*, עָמָל, Ger. *arbeit*, Gal. *travial*, *fatigue*, Hisp. *trabajo*, πόνος, opera, defatigatio. *Cic. de Sen.* Nonne melius fuisset otiosam ætatem, & quietam fine ullo labore, aut contentione traducere? *Virg.* 1. *Æn.* Qualis apes æstate nova per florea rura exercet sub Sole labor. *Id.* 1. *Georg. v.* 145. Labor improbus omnia vincit. ¶ Hinc ferre, perferre, sustinere labores, labore frangi, exercere se in laboribus, laborem insumere in aliquam rem, esse in labore, &c. *Cic. sæpe*, *Ovid. Liv. & al.* ¶ Sæpe usurpatur pro molestia, calamitate, incommodo. *Cic.* Labores belli. *Virg.* 4. *Æn.* Iliaci labores, & 2. *Æn.* Et breviter Trojæ supremum audire laborem. h. e. excidium. ¶ Labores Lucinæ, h. e. dolores partus, *Virg. Georg.* 4. Labores Lunæ, h. e. Eclipsis, *Id.* 2. *Georg.* ¶ Sumitur & pro morbo. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Nervorum labores reficiunt. Adde *Plaut. Curc.* 2. 1. 4. ¶ Dicitur etiam *labos*, pro *labor*, sed a Poetis. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 6. Quibus est aliquis objectus labos: Adde *Plaut. in Trinum.* & *Catull.*

Laborātus, a, um, adject. labore perfectus, elaboratus, *lavorato*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 643. Arte laboratæ vestes. *Martial. l.* 4. *epigr.* 33. Plena laboratis habeas cum ferinia libris. *Tertul. de vel. Virg. c.* 10. Continentia laboratior.

Laborīæ, f. 1. Campi Laborini. *Terra di lavoro*, *Territorio di Guado*, campi fertilissimi circa Capuam, Cales, Calenum, & Sinuessam. *Plin. l.* 18. *c.* 11.

Laborĭfer, ra, rum, *faticoso*, ἐπίπονος, ferens laborem, laboris patiens. *Ovid. 9. Met. v.* 285. Laborifieri cum jam natalis adesset Herculis.

Laborīni campi, m. 2. *terra di lavoro*, Laboriæ. *Plin. l.* 17. *c.* 4.

Laboriōse, adv. *con fatica*, ἐπιπόνως, cum labore. *Cic. pro Rosc. Com. c.* 11. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius, & laboriosius. *Id. l. Verr.* Itaque semper hi diligentissime, laboriosissimeque accusarunt. *Catull. epigr.* 39. Male est, Cornifici, tuo Catullo; Male, mehercule, & laboriose.

Laboriōsus, a, um, *faticoso, pieno di fatica*, יגע, Germ. *arbeitsam*, Gal. *laboureux*, Hisp. *trabajoso*, ἐπίπονος, qui laborem non invitus subit, qui multum laboris sustinet. *Cic. pro Cælio c.* 1. Vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. ¶ Item quod conjunctum est cum labore, seu labore plenum est. *Cicer. l. Fin.* Quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam? ¶ Sumitur etiam passive, ut Opus laboriosum, quod non sine labore perficitur, Ager laboriosus, in quo colendo plurimum laboratur. *Cic.* 5. *Fam.* Omnia, quæ in tuis rebus agam, & non laboriosa mihi, & honesta videbuntur. *Nepos Attic. c.* 12. Quod utrum ei laboriosius, an glorioſius fuerit difficile fuit judicare. *Liv. l.* 5. *c.* 19. Opus fuit omnium longe maximum, ac laboriositimum.

Labōro, as, avi, atum, n. 1. *affaticarsi, faticare, durar fatica*, עָמַל, *arbeiten*, Gal. *travailler*, Hisp. *trabajar*, πονέω, fatigor, & cum labore aliquid ago. *Quint. l.* 3. *c.* 11. Ambitiose circa aliquid laborare. ¶ Interdum est laborando efficere, ut Arte laboratæ vestes. Laborati libri. V. *laboratus*. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 16. *ad fin.* Ad quid laboramus res Romanas? Quidam tamen optimi Codices aliter legunt. ¶ Metaleptice sumitur pro male se habere, agitari, morbo, vel corporis doloribus affici, *essere travagliato, ammalato, infermo*. *Cic.* 1. *Fin.* Nec vero quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. *Id.* 7. *Fam.* Cum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem. *Id.* 2. *Tusc.* Cum ex renibus laboraret. *Id. ibid.* Quod vehementer ejus artus laborarent. *Ter. And.* 1. 5. Laborare dolore. *Liv. l.* 34. Diversisque duobus vitiis, avaritia, & luxuria civitatem laborare. ¶ Item pro pati. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Laborare a frigore. Sic a *Cic.* 1. *Tusc.* & *Juven. sat.* 6. *v.* 442. Luna laborare dicitur, cum patitur Eclipsim. Et ab *Horat. l.* 3. *od.* 22. puella dicitur laborare utero, cum paritura est. ¶ Item pro indigere. *Cæs.* 3. *B. C.* Illi omnia perpeti parati maxime re frumentaria laborant. ¶ Item pro angi, solicitum esse, *affliggersi*. *Cic.* 16. *Fam.* Quæ cogitatio si non incidisset, non laborarem. *Id.* 4. *Fam.* Non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. *Id.* 2. *Fam.* Quod tam vehemen-

hementer de Milone laborem. *Id. 8. Fam.* Pompejus dicitur valde pro Appio laborare. ¶ Item pro curare. *Cic. ad Q. Fr.* Quod ego non nimium laboro. *Id. 16. Fam.* Nihil laboro, nisi, ut salvus sis. *Id. 3. Fam.* Ut quam in partem accipias, minus laborem. Hoc sensu usurpatur etiam cum infinito. *Horat. de art. poet. v.* 192. Nec quarta loqui persona laboret. *Nepos Pelop. c.* 3. Ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. ¶ Item pro parere. *Sil. l. 16. v.* 411. Et nobis, & equis lethum commune laboras. ¶ Translate Laborare fides dicitur, quæ vacillat. *Flor. l. 1. c.* 12. Fides annalium laborat. ¶ Translate item accipitur pro conari, eniti. *Cic. in Verr.* 7. Nullam ad rem, nisi ad officium, & veritatem, omnes meæ curæ, vigiliæ, cogitationesque laborarunt. *Id. 5. Verr.* Omnibus enim nervis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, ut &c. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Cic. l. 1. Fam. ad Lent.* Laboratur vehementer, inclinata res est.

Labos. V. Labor.

Labōsus, a, um, adject. idem quod Laboriosus, a *labos* pro labor. *Lucil. apud Non. c.* 8. Iter labosum. *Idem.* Pœne labosæ.

Labradeus, m. 2. cognomen Jovis, qui in Caria colebatur. Hujus simulacrum primum dicitur consecrasse Arselis Rex, cum Gygi adversus Candaulem Lydorum Regem supperias tulisset, indeque securim, Lydorum Regum gestamen, in Cariam retulisset. Securim autem Lydi λάβρυν, appellant. Unde Jovi Labradeo cognomen factum est. V. *Cæl. l. 6. c.* 11. ¶ Jovis Labradei meminit etiam *Plin. l. 32. c.* 2. ubi tamen *Harduin.* ex Ælian legit *Labrandeus*, ex Labranda Cariæ oppido ducta appellatione.

Labron, onis, m. *Livorno*, oppidum, & portus Hetruriæ, apud Pisas. *Cic. l. 2. ad Q. Fr. ep.* 5.

Labrōsus, a, um, *chi ha gran labbri*, χειλοσιδὴς, quod extremitates habet prominentes veluti quædam labia. *Celsus l. 7. c.* 26. Ferramentum fecit in summa parte labrosum.

Labrum. V. Labium.

Labrum Venereum, n. 2. δίψακος, herba est ex genere aculeatarum, echinata ferens capitula, quibus fullones pannis, vestibusque lanam inducunt. Dioscorides dipsacum appellat, vulgus herbariorum virgam pastoris. *Plin. l. 25. c.* 13.

Labrus, m. 2. piscis genus, cauda placens. *Plin. l. 32. c. ult.*

Labrusca, æ, f. 1. & labruscum, i, n. 2. *lambrusca*, *e lambrusco*, ἀγριαμπέλος, ἀμπελος ἀγρία, vitis agrestis, quæ & erratica dicitur, quod in agrorum labris, seu marginibus, & extremitatibus, idest in sepibus nascatur. *Serv. ad Ecl.* 5. *Non. & Isid. l.* 17. *c.* 5. *Virg.* 1. *Buc.* Sylvestris raris sparsit labrusca racemis. *Id. in Cul. v.* 52. Densaque virgultis avide labrusca petuntur. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *ad fin.* Ut eos fastidiant, efficit uva labrusca de vepribus immatura lecta.

Labundus, a um, labens. *Accius* apud *Non. c.* 10. *n.* 4. Unda sub undis labunda sonit.

Laburnum, n. 2. arbor Alpina, dura, candidaque materia, aquas refugiens, cujus florem cubitali longitudine non attingunt apes. *Plin. c.* 16. *cap.* 18.

Labyrinthēus, a, um, o. 1. 2. quod ad labyrinthum spectat. *Catull. carm.* 63. Ne labyrintheis e flexibus egredientem, &c.

Labyrinthīcus, a, um, adject. idem ac Labyrintheus. *Sidon. in carm. ep.* 13. *l. 9. inferto.* Iter asperum, viasque Labyrinthicas cucurrit.

Labyrinthus, m. 2. *laberinto*, Germ. *ein irrgang*, Gal. *labernthe*, Hisp. *laberinto*, λαβύρινθος, locus multis viarum ambagibus inflexus, ex parietibus, vel ex arboribus, a λάβυρος, *fovea*, vel a λαβεῖν, & ῥινᾶν, quod prehendendo decipiat, vel a λαβεῖν θύρας, quasi λαβύθυρος, quod varia ab ingresso aperiuntur, & quasi prehenduntur ostia, nec tamen exitus invenitur. Quatuor præcipue labyrinthi celebrantur. *Plin. l.* 36. *c.* 13. Primus fuit Ægyptius, in urbe Heliopoli, omnium maximus, portentosissimum humani ingenii opus, lapideis e Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis. *Mela l.* 1. Secundus Creticus, apud Gortynam urb. perplexis parietibus, factus a Dædalo, qui exemplar ab Ægyptio sumpsit, jussu Minois, in quo Minotaurus monstrum inclusum est. Centesimam tantum portionem ejus, qui in Ægypto erat, continebat, itinerum tamen ambagibus, occursibus, & recursibus multo admirabilior fuit. *Ovid.* 8. *Met.* Tertius fuit Lemnius columnarum nitore insignis. Centum enim, & quinquaginta columnas habebat. Quartus fuit Italicus, quem Porsena Hetruscorum Rex sepulchri causa sibi extruxit. ¶ Translate ponitur pro oratione, vel re alia quacumque inexplicabili. *Boeth. l.* 3. *de Consol. Philos. prosa* 12. Inextricabilem labyrinthum rationibus texens.

Lac, lactis, n. 3. *latte*, חלב, Germ. *milch*, Gall. *lait*, Hisp. *leche*, γάλα, succus maternus, quo animalia nutriuntur, a gen. γάλακτος, *lactis*, truncata prima syllaba, ut *nosco* a γινώσκω. *Lucr. l.* 5. *v.* 812. Dulci repletur, peperit cum fœmina, lacte. *Plaut. Amph.* 2. 1. 54. Neque lac lacti magis est simile. ¶ *Lac gallinaceum*, proverbium est de re admodum rara usurpatum. *Plin. in præfat. hist. nat.* Inscriptionis apud Græcos mira felicitas, χίρων inscripsere, quod volebant intelligi tavum: alii χίρας ἀμαλθείας, ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine hausturn. ¶ Lac dicitur etiam herbarum succus, aut arborum. *Virg. 4. Georg. v.* 514. Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni. *Plin. l.* 23. *c.* 7. Lactis ficulni natura adversatur crabronum venenis. Adde *Ovid. de nuce v.* 95. ¶ Translate *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Jucundioris disciplinæ cibo, ac lacte satiari. ¶ Invenitur etiam in gen. masculino. *Gel. l.* 12. *c.* 1. quam ad præbendum lactem adhibetis. *Apul. l.* 8. *Met.* Hominum lactem concupiscere. ¶ Veteres declinabant *lacte*, *clis*. *Var.* apud *Non. c.* 8. *n.* 4. Candidum lacte papilla cum fluit. *Plaut. Met.* 5. 9. 30. Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti usquam similius &c.

Lacæna, æ. f. λάκαινα, mulier ex Laconia. *Virg.* 2. *Æn.* Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ.

Lacca, cæ, f. genus morbi in cruribus, cum venæ nimis turgescunt. Vox est *Vegetii l.* 1. *de re milit. c.* 27. & *l.* 3. *c.* 19.

Lacedæmon, onis, m. Λακεδαίμων, filius Jovis secundi ex Taygeta filia Agenoris Regis Phœnicum. Sed *Eusebius* dicit, filium fuisse Semeles ex patre incerto. Regnavit in Laconia in urbe Sparta. Hinc urbs *Lacedæmon* dicta est, populi *Lacædemonii*, V. *Sparta*.

Lacedæmŏnes, um, m. 3. vel Lacedæmonii, orum, m. 2. Spartani, a Lacedæmone Jovis secundi filio. *Veget. l.* 3. Athenienses, & Lacedæmones, ac Macedonas rerum potitos. *Cic.* 3. *Off.* Classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse. *Hor. l.* 3. *od.* 5. Lacedæmonium Tarentum.

Lacedæmonĭus. V. Lacedæmones.

Lacer, vel lacerus, a, um, *lacerato*, *stracciato*, *squarciato*, קרוּע, Germ. *zerzerr*, Gal. *dechire*, Hisp. *despedacado*, διεῤῥηγὼς, dilaniatus, & proprie amputatus membris, aut oculis, vel auribus. *Fest.* Lacer, qui auribus curtatus est, lacerum, quodcunque in corpore imminutum. *Virg.* 6. *Æn.* Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora. *Liv. l.* 1. *c.* 18. In diversum concitati equi lacerum corpus portantes. *Lucret. l.* 3. *v.* 404. Quamvis est circumcælis lacer undique membris. *Ovid.* 2. *de Pont. ep.* 3. *v.* 28. In mediis lacera puppe relinquor aquis. *Plin. in Paneg.* Laceras gentilitates colligere, h. e. sparsas, huc illuc dispersas.

Lacerabĭlis, le, adject. qui lacerari potest. *Auson. Idyll.* 15. *v.* 17. ipsa senectus Objicit innumeris corpus lacerabile morbis.

Laceratĭo, onis, f. *stracciamento*, קרע, Ger. *zerressung*, Gal. *decbirement*, Hisp. *despedacadura*, σπάραγμα, actus lacerandi. *Cic. in Pison.* An ego, si te, & Gabinium cruci suffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quam afficior ex infamia? *Id. 3. Tusc. c.* 26. Muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones.

Lacerātor, oris, *laceratore*, διάτμισις, qui lacerat. *August. de morib. Eccles. Cathol. c.* 1.

Lacerātrix, icis, f. quæ lacerat, *Macer* 2. *c.* 6. Scabies cutis laceratrix.

Laceratus, a, um, nom. ex particip. *lacero*, *laceratо*. *Cic. Phil.* 11. Laceratum corpus. *Liv. l.* 3. *c.* 58. Tergum laceratum virgis.

Lacerna, æ, f. 1. *casacca*, *mantello*, φενόλης, vestis exterioris genus, simile pallio, aut penulæ, aut chlamydi, quod utrinque indui poterat, & ex utraque parte reiici, quo veteres in via utebantur frigoris propulsandi causa, item ad imbres arcendos, in castris, in spectaculis, a λακερὸν, *vulgare*. *Cic.* 2. *Phil.* Nam quod quærebas, quomodo rediissem, primum luce, non tenebris, deinde cum calceis, & toga, nullis nec caligis, nec lacerna. *Mart. l.* 14. Amphitheatrales nos commendamus ad usus, Cum tegit algentes nostra lacerna togas. ¶ In spectaculis utebantur Romani lacernis albis. Hinc ridet *Mart. l.* 4. *epigr.* 2. Horatium quendam, quod unus nigris lacernis in Theatro visus esset. *Sen. epist.* 114. Lacernas improbi coloris fumunt. h. e. coloris non usitati, qualis erat purpureus, aut coccineus. ¶ Honoris causa solebant etiam lacernas deponere. *Suet. in Claud. c.* 6. Quin & spectaculis advenienti assurgere, & lacernas deponere solebat. V. ibi *Salmas.* plura differentem de usu lacernarum. ¶ An & mulieres lacernis uterentur, Vide in sequenti dictione.

Lacernātus, a, um, *mantellato*, χλαμυδωτὸς, indutus lacerna. *Juv. Sat.* 1. *v.* 62. Ipse lacernatæ dum se jactaret amicæ. Ex hoc Juvenalis loco quidam colligunt, lacernas mulierum quoque fuisse; verum ibi loquitur Poeta de Sporo molli puero, quem Nero pro uxore habuit. V. *Ferrar. de re Vest. l.* 3. *c.* 19.

Lacernŭla, æ, f. diminut. parva lacerna, *Arnob. l.* 2. Lænas, lacernulas, trabeas sibi fecerunt.

Lacĕro, as, avi, atum, f. *stracciare*, *squarciare*, טרף, Ger. *zerzerren*, Gal. *dechirer*, Hisp. *despedacar*, περιστύρω, dilanio, conscindo, discindo, membratim discerpo. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 8. Quæ lateri inhærens morsu lacerat viscera. *Ovid.* 11. *Met.* Ora, comas, vestem lacerat. ¶ Translate sumitur pro nocere. *Cic. Off. l.* 1. *c.* 17. Qui lacerarunt omni fcelere patriam. *Plaut. Cur.* 4. 2. 22. Lacerare homines male suadendo. ¶ Item pro affligere, vexare. *Cic. Att. l.* 3. Meus me mœror lacerat, & conficit. *Id. pro Dom.* Quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. ¶ Item pro bonis aliquem spoliare. *Cic. pro Quinct.* Sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. ¶ Item pro maledicere, convitiis insectari. *Cic.* 11. *Phil.* Cum verborum contumeliis optimum virum incesto ore laceraret. *Id. in Brut.* Ab obtrectatione, & invidia, quæ solet lacerare plerosque. ¶ Item pro absumere, prodigere, *Plaut. Merc. prol. v.* 48. Lacerari valide suam rem, illius augerier. ¶ Lacerare diem, est terere tempus, apud eundem. *Plaut. Stich.* 3. 1. 45. & *Asin.* 2. 2. 25.

Lacerta, æ, f. 1. vel lacertus, i, m. 2. *lucerta*, חמט, Germ. *ein eydex*, Gall. *laisarde*, Hisp. *lagarto*, σαῦρα, σαῦρος, serpentis genus, dictum, quod pedes habeat ad nostrorum lacertorum, hoc est, brachiorum similitudinem. *Isid. l.* 12. *c.* 4. Ejus duo sunt genera, colore, & magnitudine distincta. Minorem zignyda vocant, sive chalcidem, tergo ferrugineo, distincto maculis quibusdam nigricantibus. Alterum genus viride est, superiore multo majus. Utroque in genere mas lacertus dicitur. *Vir. Ecl.* 2. Nunc virides etiam occultant spineta lacertos, *ramarri*. *Cic. Att. l.* 2. Nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ.

Lacertōsus, a, um, *musculoso*, Ger. *starck von armen*, Gal. *qui a de gros muscles*, Hisp. *morcilloso*, μυώδης, qui magnos lacertos habet. Et quoniam lacerti musculosi sunt, pulpasque habent duras, factum est, ut lacertosus dicatur de membris carne torosa constantibus. *Colum. l.* 7. Feminibus lacertosis, cruribus compactis. Adde *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 7. ¶ Item sumitur pro robusto, valido, quia hominis robur in torosis lacertis maxime est conspicuum. *Cic.* 8. *Phil. c.* 9. Quos Centuriones pugnaces, & lacertosos inter mimorum, & mimarum greges collocavit.

Lacertus, ti, m. *braccio*, proprie est caro musculosa, & torosa, quæ quia præcipue in superiore brachii parte exstat, & conspicitur, hinc lacertus est pars brachii ab humnero ad cubitum: nam a cubito ad manum est brachium. *Ovid.* 1. *Metam.* laudat digitosque, manusque, Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos. *Cic. de Sen.* Afpexisse lacertos suos dicitur, illacrymansque dixisse, At hi quidem jam mortui sunt. ¶ Translate accipitur pro nervis, & viribus. Nam pars hæc corporis validis, & robustis toris, seu musculis compacta est. *Cic.* 1. *de Or.* Ipse eas Oratoris lacertis, & viribus torquebit. *Id. in Brut.* In Lysia sunt sæpe lacerti, sic, ut fieri nihil possit valentius. *Flor. in prol. ad fin. de Rep. R.* A Cæsare Augusto in sæculum nostrum inertia Cæsarum quasi consenuit, nisi quod sub Trojano Principe movet lacertos. h. e. erigit se, & vires resumit. ¶ Lacertus item genus est serpentis, ut dictum est. V. Lacerta. ¶ Item genus piscis, mari peculiare, cui inde nomen, quod lineis, quibus pictus, referat lacertum terrestrem. *Plin. l.* 32. *c. ult. Mart. l.* 7. *epigr.* 77. Cum saxetani fertur tibi cauda lacerti.

Lacessīso, is, a. 4. idem ac lacesso, ut accersio, idem ac accerso. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 8. *a med.* Hos ego sermones lacessivi nunquam, sed non valde repressi. *Col. l.* 9. *c.* 8. Solent cœli novitate lacessiri.

Lacessītĭo, onis, f. irritatio, provocatio. *Ammian. l.* 16. *c.* 6. (al. 4.) Lacessitionibus crebris occupare obsidioni adhærentes.

Lacessītus, a, um, προκαλούμενος, provocatus, irritatus, partic. a lacessor. *Cic.* 1. *Off.* Ne cui quis noceat, nisi lacessitus injuria. *Id. pro Leg. Manil.* Duo potentissimi Reges, alter relictus, alter lacessitus.

Lacesso, is, lacessivi, lacessitum, n. 3. *provocare*, *incitare*, הכעיס, Germ. *reytzen*, Gal. *provojuer*, Hisp. *provocar*, προκαλίζομαι, provoco, irrito, incito, a *lacio*, ut *capesso* a *capio*. In præteritis habet lacessi, & lacessivi. Sed cum usurpetur & lacesso in 3. conjug. & lacessio in 4. præteritum *lacessi* videtur proprium esse verbi *lacesso*, *lacessivi*, verbi *lacessio*. Usurpatur tam in bonam partem, quam in malam. *Cic.* 5. *Tusc.* Tuis me amantissimis libris lacessisti. *Id. Cornif.* 12. *Famil. ep.* 20. Meque amabis, & scripto aliquo lacesses. *Idem.* 2. *Phil.* Ultro maledictis me lacessisti. *Id.* 2. *de Orat.* Sæpe aliquis testis aut non lædit, aut minus lædit, nisi lacessatur. Sic lacessere prælio, bello, sponsione, &c. *Cic. Ver.* 5. *Cæs. l.* 1. *B. C. Vell. l.* 2. &c. ¶ Significat etiam titillare. *Lucret. l.* 4. Hæc loca per voces veniant, aurefque lacessant. h. e. per hæc loca, &c. *Sen. de vita beat.* Mollibus, levibusque fomentis totum lacessit corpus. ¶ Item ferire, tangere. *Lucret. l.* 4. *v.* 217. Corpora, quæ feriant oculos,

los, visumque lacessant. ¶ Item excitare, promovere. *Cic. l.*3. *Fam.* Hos ego sermones lacessivi nunquam, sed non valde repressi. ¶ Item fatigare precibus *importunare*. *Hor. l.*2. *od.* 18. nihil supra Deos lacesso, nec potentem amicum Largiora flagito.

Lachanisso, as, n. 1. λαχανίζω, langueo, vacillo, a λάχανον, *olus*, quia olera languidos faciunt. *Suet. in Aug. c.*87. ponit betissare, pro languere, quod vulgo, lachanissare, dicitur. ¶ Scribitur & *lachanizo*.

Lachănum, i, n. 2. *herba da mangiare*, λάχανον, olus generatim. *Horat. l.* 1. *Serm. Sat.* 6. Ad porri, & ciceris refero, lachanique catinum. *Torrent.* & alii legunt *laganum*. V. Laganum.

Lachĕsis, f. 3. λάχεσις, una Parcarum, quam Latine sortem interpretari possumus, a λαγχάνω, *sortior*. Fingunt enim, eam præesse tempori futuro, sortiri de hominibus, quid futurum sit, nere vitam, prosperitatem, & calamitatem hominum. V. Parcæ. *Ovid.*5. *Trist. eleg.*10. *ad fin.* O diram Lachesim, quæ tam grave sidus habenti Fila dedit vitæ non breviora meę.

Lachryma, V. Lacryma.

Lacidas, V. Lacydes.

Lacinĭa, æ, f. *lembo*, κράσπεδον, fimbria, extrema pars vestis ad talos delapsa. *Serv. in Æn.* Cinctus Gabinus est toga sic in tergum rejecta, ut ima ejus lacinia a tergo revocata hominem cingat. *Sueton. Calig. c.* 35. Ut calcata lacinia togę pręceps per gradus iret. *Plaut. Merc.* 1. 2. 16. Sume laciniam, atque absterge sudorem tibi. vulgo *un lembo della veste*. Sic servare aliquid in lacinia, apud *Cic.*16.*Fam. ep.*21. ¶ Translate laciniæ sunt papillæ, quæ ex faucibus caprarum pendent. *Plin. l.* 8. *c.* 50. Fœminarum generositatis insigne, laciniæ corporibus a cervice dependentes. Has *Var. lib.* 2. *R. R. cap.* 3. appellat mammillas pensiles. ¶ Quia porro ampla, & magnifica vestis, qualis fuit Romanorum toga, in extrema parte sinuosa est, plicisque corrugata, hinc V. Laciniosus. ¶ Et quia rursus tum complicationes ipsæ in multas partes dividere laciniam videntur, tum de facto in duo, vel plura segmenta aliquando dividitur, ne ambulationi impedimento sit, hinc *Colum. l.* 7. *c.* 5. Cum deinde grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis distribuatur: nam particulatim facilius, quam universus coalescit. Vide Laciniatim. ¶ Per Synecdochen lacinia accipitur pro tota veste. *Apul. l.* 1. *A. A.* Unam e duabus laciniis meis exuo, eumque vestio.

Laciniătim, adverb. particulatim, a *laciniis*, qua particulas imæ vestis significant. *Apul. l.* 8. Non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato difficultates illas transabiremus. Sententia est, periculum posse evitari, si non commearent dispersi per lacinias, & particulas, sed stipati instar cunei.

Lacinĭo, as, a. 1. verbum est *Apul. l.* 10. *A. A.* Ut ventus adhærens pressule, membrorum voluptatem graphice laciniaret. hoc est membra per lacinias distingueret, & singulorum voluptatem delibaret. Alii aliter legunt. Additur a Calepino exemplum *Plaut. Asin.* 3. 2. 41. Verum ibi legitur in probatis edition. *lacrymantem*, non *laciniantem*. ¶ Laciniare pro in lacinias secare. Translate *Tert. l.*1. *adv. Marc. c.*1. blasphemiis laciniatur, Alii legunt *lancinatur*.

Laciniōse, adv. in laciniarum modum. *Plin. l.* 16. *c.*43. Laciniose crispa. Ita legit *Harduin.* Alii *lacunose*, alii *lacrymose*.

Laciniōsus, a, um, adject. κολπώδης, crispatus, & in particulas extrema parte divisus. *Plin. l.* 25. *cap.* 10. Folia erant plantaginis, nisi angustiora essent, ac magis laciniosa. *Id. l.* 5. *c.* 10. *de Alexandriæ figura*. Ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosa. ¶ Translate pro implicato, & impedito usurpatur. *Apul. in Apol.* 1. Ut corporis sanitas expedita est, imbecillitas laciniosa. *Tert.*4. *adv. Marc. c.*29. Laciniosæ vittæ, & implicitæ. Sic apud *eund. de Virgin. veland. cap.* 4. & apud *Hieron. epist. ad Theod.* laciniosus sermo. hoc est, flexuosus, implicatus, & per lacinias ductus. V. Lacinia.

Lacinĭum, ii, n. 2. *Capo delle Colonne*, λακίνιον, prom. Brutiorum, in Magna Græcia, in eo tractu, ubi nunc pars Borealis Calabriæ Ulterioris, inter mare Hadriaticum, & Jonium. Dictum est a Laceno, seu Lacino latrone ibi ab Hercule interempto, qui partem illam Italiæ infestabat. Nonnulli causam afferunt, quod latro ille boves quasdam ab Herculis armento abegisset, & prædatus esset. Vulgo autem dicitur *Capo delle Colonne*, ab extantibus columnis templi Junonis Laciniæ. Nam prope hoc promontorium Hercules occiso latrone prædicto, superbissimum templum extruxit in honorem Junonis, quam Laciniam appellavit. *Liv. l.* 42. *c.* 3.

Lacinĭus, a, um, adject. ut Jūno Lacinia, de qua vide in Lacinium, *Ovid.* 15. *Metam.* Lacinia litora.

Lacĭo, is, lacui, & lexi, lacitum, & lectum, a. 3. *menare nell' aguato*, פתה, Ger. *einlocken*, Gal. *tromper*, Hisp. *guiar an el engano*, δελεάζω, in fraudem induco. *Fest.* Lacit, decipiendo inducit. Lax enim fraus est. *Lucret. l.* 4. *v.* 1200. Quæ lacere in fraudem possent, vinctosque tenerent. ¶ Hoc verbum nunc fere obsolevit, & pro eo in usu sunt *allicio*, *pellicio*, & cetera ejus composita.

Lacmon, onis, m. 3. vertex Pindi Montis, ex quo Æas, & Inachus fluunt.

Laco, vel Lacon, onis, m. 3. λάκων, qui est ex Laconia regione. *Nepos Timoth. cap.*1. A quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 421. Taurea vulnifico portat, cælataque plumbo Terga Laco. *Ovid. l.* 3. *Metam.* Prævalidusque Lacon, & cursu fortis Aello. Ubi canem ex Laconia intelligit. Adde *Horat. Epod.* 6. *v.* 5. ¶ Lacones, um, iidem ac Lacedæmonii. *Claud. de B. Gild. v.* 222. Naufraga Ledæi sustentant vela Lacones. Adde *Stat.* 6. *Theb.*

Lacōnes. V. Laco.

Lacōnĭa, & Laconica, æ, fœm. 1. Lacedæmonia, Oebalia, *Zaconia*, *Tzaconia*, *Sacania*, λακωνική, regio Peloponnesi, in ora Australi. Cingitur a Mer. Laconico sinu, & partim Messeniaco, ab Or. Argolico sinu, a Sept. terminatur Argia, ab Occ. Arcadia, & Messenia. Metropolis est Lacedæmon. In Laconia marmor viride, & pretiosum est, apud Tenarum. *Nepos Timoth. c.* 2. Circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit.

Laconĭcum, ci, n. 2. *stuffa*, Germ. *schvvitzbanck*, Gall. *estuue*, Hisp. *estufa*, λακωνικόν, prima balneorum cella, orbiculari ambitu in se recurva, in qua sicco calore sudorem provocabant. Causam, cur laconicum dicatur, reddit *Dio l.* 53. ubi ait, sic vocari, quod Lacones in primis sudatoriis hujusmodi cruditatem coquebant. Frequentabatur enim a crudis, ut per desudationem extruderetur, quidquid excrementitii, & sudoriferi humoris in corpore resedisset. *Cels. l.*2. *c.*17. *Vitr. l.*5. *c.* 10. & *l.* 7. *c.* 10. *Colum. in præf. l.* 1. Quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus. *Cic.* 4. *Att. ep.* 10. Nostram ambulationem & laconicum invisas.

Laconĭcus, a, um, quod ad Lacones spectat. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Laconicæ canes octonos pariunt. *Horat. l.* 2. *od.* 18. Nec Laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras clientæ. ¶ Laconica clavis erat malitiosius quoddam, ac dolosius genus clavis, a cæteris communibus distinctum, de quo *Plaut. Mostel.*2.1.52. Clavem mihi harumce ædium Laconicam jube efferri intus; hasce ego ædes occludam hinc foris. Has claves *Aristophanes* citatus a *Suida* vocat κρυπτὰς, & κλειδοθεσίας, Meander ab eodem Suida citatus significare videtur, Laconicas claves adhibitas fuisse ad ostium foris claudendum, ita ut intus aperiri non posset. ¶ Laconica cœna, proverb. Græcum apud *Athen. l.* 2. & *Plutarch. in Lycurgo*; & dicitur de cœna frugali, quia Lacones temperatissimi erant.

Lacōnis, idis, f. *Spartana*, Lacæna. *Ovid.* 2. *Met. v.* 223. matre Laconide nati.

Laconismus, mi, m. 2. *parlar breve*, *e corto*, λακωνισμὸς, breviloquium, breviloquentia, a Laconum, seu Lacedæmoniorum moribus, sive quod illis prolixa loquacitate nihil esset odiosius, quippe qui factis magis, quam eloquentia præcellerent, sive quod in apophthegmatis præcipue valerent, quorum præcipua est gratia, ut paucissimis verbis plurimas sententias complectantur. *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 25. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum: altera jam pagella procedit.

Lacotŏmus, i, λακότομος, linea recta meridianum circulum secans, a λακίς, frustum, fragmentum, & τέμνω, seco. *Vitruv. lib.* 9. *c.* 8. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

Lacryma, æ, f. 1. sine aspiratione, (V. Manut. in Orthograph.) *lagrima*, דמעה, Ger. *ein zacher*, Gall. *larme*, Hisp. *lagrima*, δάκρυμα, δάκρυον, δάκρυ, humor ex oculis flentium manans. In aliquibus codicibus scribitur *lacrima* per *i*, pro quo in vett. inscriptionibus pag. 1442. n.2. apud Gruter. & alibi aliquoties *lacruma* per *u* invenitur. Dicta est a δάκρυμα, quod est verbale a δακρύω, *lacrymor*. Nam δ in *l.* facile convertitur, ut in *alacris* ab ἄδακρυς, in *oleo* ab ὄδωδα. Imo veteres *dacrima* pro *lacrima* dixisse, Livii Andronici auctoritate docuit *Festus*. *Cicer. in partit. c.* 17. Cito arescit lacryma, præsertim in alienis malis. *Id. pro Planc. c.* 42. Lacrymas effundere. *Ter. Adelph.* 4. 1. 20. Homini illico, quasi puero, lacrymæ cadunt. *Virg.* 9. *Æn. v.* 251. Vultum lacrymis rigare. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 23. Effundi in lacrymas. ¶ Translate dicitur de humore naturali in arboribus, quem interdum emittunt. *Plin. in proœm. l.* 23. Lacrima vitium, quæ veluti gummi est, lepras, & lichenas, & psoras nitro ante præparata sanat. *Id. l.* 11. *c.* 6. Ex lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt.

Lacrymabĭlis, le, o. 3. *lagrimevole*, *miserabile*, δακρυτέος, πολύδακρυς, lacrymas commovens, dignus lacrymis, miserabilis. *Ovid.*6.*Met.* Doleamne, geri lacrymabile bellum? *Id.* 2. *Met.* Quia nil lacrymabile cernit.

Lacrymabilĭter, cum lacrymis. *Hieronym. Epist.* 139. *ad Cyprian. post med.* Propheta lacrymabiliter deprecatur.

Lacrymabundus, a, um, qui lacrymatur. *Liv. l.* 3. *c.* 46. At ille lacrymabundus, Gratum est, inquit.

Lacrymandus, a, um, particip. passiv. deflendus. *Stat. Theb.* 9. *v.* 100. Exsequiis lacrymandus eat.

Lacrymans, antis, o. partic. a lacrymor. *Ovid.* 13. *Met.* Manuque simul velut lacrymantia tersit lumina. *Plin. l.*17.*c.*14. Lacrymans calamus.

Lacrymatĭo, onis, f. *il lagrimare*, δάκρυσις, actus lacrymandi. *Plin. in proœm. l.* 23. Genarum scabiem emendat, oculorumque lacrymationes.

Lacrymātus, a, um, *distillato*, emissus per modum lacrymæ, partic. a lacrymor. *Ovid.* 1. *Fast. v.* 339. Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas.

Lacrymo, as, n. 1. & lacrymor, aris, d. 1. *lagrimare*, *piangere*, דמע, Germ. *vveinen*, Gall. *pleurer*, Hisp. *llorar*, δακρύω, lacrymas effundo. *Ovid.* 3. *de Arte*, Discunt lacrymare decenter. *Cic.* 7. *Ver. c.* 46. Ecquis fuit, quin lacrymaretur? ¶ Reperitur cum acc. communi. *Terent. Eun.* Num id lacrymat virgo? idest, ob id. *Nepos Alcib. c.* 6. Ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrymarit. Ubi subauditur, *ob*, vel *propter*. ¶ In vet. codicibus reperitur *lacrumo*. *Terent. Adel.* 3. 4. 49. Oh, lacrumo gaudio. ¶ Non desunt etiam qui scribant per *i*, ut dictum est in voce *lacryma*.

Lacrymōse, adv. cum lacrymis. *Plin. l.*16. *c.*43. Argumento similitudinis, quoniam lacrymose crispa. *Harduin.* legit *laciniose*, aut *lacunose*.

Lacrymōsus, a, um, *lagrimoso*, ἔνδακρυς, abundans lacrymis. *Plin. l.* 17. *c.* 28. Quin & vitium radicibus aquam salsam jubent affundi, si sint lacrymosæ. *Id. l.* 29. *c.* 6. Oculi lacrymosi. ¶ Item quod lacrymas provocat. *Hor. l.* 1. *ser. Sat.*5. Nisi nos vicina Trivici villa recepisset lacrymoso non sine fumo. *Ovid. epist.* 13. Lacrymosa funera.

Lacrymŭla, æ, f. 1. *lagrimetta*, δακρύδιον, dim. a lacryma. *Cic. pro Planc.* Et mihi lacrymulam Crispiani judicii objectas. *Catul. carm.* 67. Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.

Lactans, antis, o. quod lac habet, vel lac præbet. *Gel. l.* 11. *c.* 1. Nam plerumque sine discrimine, quæcunque lactans est eo tempore, offerri solet. *Var. l.* 2. *R.R. c.*7. Anniculis jam factis dandum hordeum, & furfures, usquequo aderunt lactantes. ¶ Apud *Celsum* lactantia dicuntur cibi ex lacte confecti, *latticini*, *l.* 2. *c.* 28. & 29. ¶ Lactans Deus erat apud Veteres, qui credebatur segetibus se infundere, & eas lactescere facere. *Serv. in* 1. *Georg. vers.* 318. *ex Varrone*.

Lactāris, e, adject. *Capra lactaris* dicitur a *Marcell. Empir. c.*22. *post med.* quæ lac habet, & fœtum lactat.

Lactarĭus, ii, m. γαλακτουργος, qui cibos ex lacte conficit. *Lamprid. in Heliogab. c.* 27. Dulciarios, & lactarios tales habuit, &c.

Lactarĭus, a, um, *che ha latte*, γαλακτώδης, quod lac in se habet, sive succum lacteum, quod ex se lac producit. *Plin. l.* 26. *c.*8. Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam. *lattaiuola*. ¶ Lactaria animalia dicuntur, quæ lactis gratia pascuntur. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 1. Dandum bubus lupinum, & lactariis medica, & cythisum. ¶ Dicitur item lactarius de cibo, qui ex lacte est confectus, qui vulgo *Lacticinium* dicitur. *Lamprid. in Heliogab. c.* 27. Ut quæcunque coqui de diversis eduliis exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

Lactarĭus, m. 2. Lacteus, *Monte di Lettore*, al. *di Lettere*, mons alias Campaniæ, nunc Principatus cit. in R. Neap. inter Surrentum ad Austr. & Vesuvium M. ad Bor. trans Sarnum fl. ita dictus vulgo ab urbe cogn. cui insidet. Sed Lucæ Holstenio est *Monte Lattario*, a Stabiis, & Leteris 3. M. P. utrinque.

Lactātus, m. 4. *il lattare*, actus ipse lactandi. *Plin. l.* 33. *c.* 2. *de murænis*. Ob id sibilo a piscatoribus, tanquam serpentibus, evocari, & capi, pinguescere lactatu.

Lactens, entis, o. 3. quod lac sugit. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 5. Lactentes cum matribus ne cubent. *Id. c.*4. Porci, qui depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici vocantur, neque jam lactentes dicuntur. ¶ Lactentia frumenta dicuntur, cum in granis lacteum succum habere incipiunt. *Virg.* 1. *Georg. v.* 318. Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

Lactĕo, es, n. 2. *lattare*, ינק, Germ. *milch saugen*, Gall. *teter*, Hisp. *mamar*, θηλάζω, lac sugo. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 47. Romulus lactens fulmine ictus. ¶ Item lacte plenum esse, ut lactentia frumenta. V. in *Lactens*. Sic ficus lactens, *Ovid.* 2. *Fast.*

Lacteōlus, a, um, dim. a, lacteus. *Catul. Epigr.* 51. Puellæ lacteolæ.

Lactes, ium, f. 3. num. plural. γαλακτίδες, μισεντέριον. Latini hoc nomen usurpant vel pro intestinis tenuibus, vel pro mesenterio, omento,

pan-

pancreate, pro glandulis mesenterii, vel pro succo, quem persimilem lacti in piscium masculorum ventriculis cernimus, qui genitalis succus, vel ros appellari potest. *Plin. l.*11.*c.*37. hac voce definit partes corporis a ventriculo, per quas in homine,*& ove cibus labitur. Nam in cæteris *ile* appellari ait. Probus sic describit. Lactes sunt loca in lateribus sub umbilico pube tenus, adeo delicata, ut plagam ferre non possint. Quidam pro intestinis pinguibus accipiunt. Secundum *Cels. l.* 4. lactes dicuntur graciliora intestina, per quæ labitur cibus, quæ tria sunt, tenue, jejunum, pyluros, quæ involvuntur mesenterio, ut a spinæ contactu duro munitiora, tutioraque reddantur. *Priscian. l.6.* dicit, esse partes intestinorum. Dictæ sunt a lacte, propter mollitiem, & lacteum candorem. *Plaut. Curc.*2.3.40. Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. *Pers. Sat.* 2. Emeris auriculas pulmone, & lactibus unctis. ¶ Singulare est hæc *lactis, is. Titinn.* apud *Prisc.* Craticula, cerebellum, lactis agnina. ¶ Alligare canem fugitivum agninis lactibus, proverb. est apud *Plaut. Pseud.* 1. 3. 84. & significat, lentum, & inutile remedium magno malo adhibere.

Lactesco, scis, n. 3. *convertirsi in latte*, Germ. *zu milch vverden*, Gal. *devenir lait, avoir du lait*, Hisp. *ser, o hazerse leche*, γαλακτίζομαι, est in lac converti. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 51. Omnis fere cibus matrum lactescere incipit. ¶ Nonnunqam lacte impleri. *Plin. l.*11.*c.*41. Asinæ prægnantes continue lactescunt.

Lactĕus, a, um, *di latte*, γαλακτικός, quod ex lacte est. *Lucret. l.* 1. *v.* 258. candens lacteus humor Uberibus manat distentis. ¶ Quandoque accipitur pro candido, & lactis candorem referente. *Virg.*8. *Æn.* Tum lactea colla auro innectuntur. ¶ Lacteus porcus, qui lacte alitur. *Martial. lib.* 3. *epigr.* 47. Nondumque victa lacteum faba porcum, hoc est porcum adhuc lactentem, & fabam per ætatem frangere non valentem. ¶ Lacteus orbis, sive circulus, *galassia, via lattea*, dicitur pars cœli plurimis, & minutissimis stellis distincta, a lactis candore, quem refert. Græce γαλαξίας κύκλος vocatur, ob eandem causam. *Cic. in Somn. Scip.* Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (ut a Grajis accepistis) orbem lacteum nuncupatis. ¶ Hic circulus etiam via lactea vocatur. *Ovid.* 1. *Met.* Est via sublimis cœlo manifesta sereno, Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.

Lacticinĭa, orum, n. 2. ὠόγαλα, lactaria seu cibi ex lacte confecti, apud *Apic. l.* 7. *c.* 11.

Lactĭcŏlor, oris, adject. lacteum colorem habens. *Auson. epist.* 7. *v.* 54. oblinat Furvam lacticolor spongia sepiam.

Lactinĕus, a, um, adject. lacticolor, lacteus. *Venant. Fortun.* Regia lactineo commutans pallia cultu.

Lactĭto, as, a. 1. *allattare*, idem quod lacto. *Martial. l.* 7. *epigr. ult.* Cur fit ager sterilis, cur uxor lactitet, edam.

Lacto, as, avi, atum, a. 1. *lattare, dar il latte*, היניק, Ger. *saeu, gen*, Gall. *alaiter*, Hisp. *amamantar*, θηλάζω, lac præbeo, quod proprie matrum est, a *lacte*. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 17. Anniculis jam factis dandum hordeum, & furtures, usquequo aderunt lactantes. ¶ Translate significat blanditiis trahere, per blanditias in fraudem illicere. quo sensu quidam putant esse frequentat. a *lacio*, ut *jacto*, a *jacio*. *Ter. And.*4.1.24. Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres. *Id.ib.*5.4.8. Solicitando, & pollicitando animos eorum lactas? ¶ Interdum simpliciter notat trahere. *Lucr. l.*5. *v.*1067. At catulos blande cum lingua lambere tentant, aut ubi eos lactant pedibus, morsuque petentes suspensis, teneros imitantur dentibus haustus. Al. leg. *jactant*.

Lactŏris, f. 3. herba est oleæ folio, sed minore, & flore luteo, intus plena lactis, quod gustatum vomitiones concitat. *Plin. l.* 24. *c.* 18.

Lactūca, æ, f. *lattuca*, כרור, Ger. *lattick*, Gal. *laitue*, Hisp. *le buga*, θρίδαξ, herbæ species, a *lacte*. Nam lactucæ unum duntaxat genus olim cognitum erat, miconium nempe. Id quia lacte abundat, lactucæ nomen universo generi dedit. *Var. l.* 4. *de L. L. Plin. l.* 19. *c.*8. *Isid. l.* 17. *c.* 10. *Martial. l.* 13. *epigr.* 14. Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum, dic mihi, cur nostras incipit illa dapes? ¶ Lactucarum varia genera sunt, de quibus *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Lactucarĭus, ii, m. qui lactucas vendit. *Diomed. Grammat. l.* 1.

Lactucīni, m. 2. proceres quidam ex Valeria familia, a lactucis. *Plin.*19.4.

Lactucŭla, æ, f. dim. a lactuca. *Col. l.* 10. *v.* 111. Jam teneris frondens lactucula fibris.

Lacturcĭa, æ, Dea lactescentium frumentorum. *Aug. l.*4. *de Civ.Dei*, *c.* 8.

Lacūna, æ, fœm. *laguna, acqua morta*, τέναγος, aquæ collectio, vel fossa, in qua aqua collecta stare consuevit, a *lacus*. *Var. lib.* 4. *de L. L.* & *Fest.Virg.*1. *Georg.* Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ. ¶ Lacuna etiam dicitur fossa ad siccandos agros parata. *Virg.* 3. *Georg.* Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ. ¶ Translate accipitur pro quacumque fossula, sive cavitate. e. g. in pavimento lacuna pro loco sidente ponitur, *Vitr. l.* 7. *c.* 1. ¶ Item pro cavitate sub superciliis. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. His majores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam cum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub iis lacunæ, ex observatu dicunt, eum equum habere annos sexdecim. ¶ Explere lacunam rei familiaris, per translationem dicitur pro eo, quod est, sarcire damnum acceptum, vel rem familiarem exinanitam explere, & redintegrare. *Cic.* 4. *Ver. c.*55. Dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. ¶ Lacuna in auro est adulteratio, vel fraus, & legitimi valoris imminutio. *Cic. Att. l.*12. *ep.*6. Vide, ne qua sit lacuna in auro. Hinc & apud *Gel. l.* 1. *c.* 3. lacuna famæ.

Lacūnar, aris, n. 3. φάτνωμα, tignorum interstitium, dim. a *lacus*, per Metaphoram, quia lacuum quandam refert similitudinem. Nonnulli putant, esse trabem præcipuam in ædificiis, quæ contignationem sustinet. *Hor. l.* 2. *Carm. od.* 18. Non ebur, neque aureum mea renidet in domo lacunar. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 21. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari, seta equina appensum, demitti jussit. *Vitruv. l.* 6. *c.* 5. Lacunaria delumbata. V. *Delumbatus*. ¶ In Veterib. Glossis lacunar exponitur etiam οὐροδόχιον. h. e. matella, quia nimirum est diminut. a *lacus*; sed latina exempla nondum vidi.

Lacunarĭum, ii, n. dim. a lacunar. *Serv. in* 1. *Æn. v.*730. & *Vitruv. l.*4. *c.* 3.

Lacunarĭus, ii, m. qui lacunas fodit. *Jul. Firmic. l.* 8. *c.*21.

Lacunātus, a, um, ad lacunæ formam depressus. *Plin. l.* 15. *c.* 10. Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.

Lacūno, as, avi, atum, a. 1. φατνόω, καμαρόω, lacunaris similitudinem rei alicui induco. *Ovid.*8. *Met. v.*565. Molli tellus erat humida musco, summa lacunabant alterno murice conchæ.

Lacunōse. V. Lacrymose.

Lacunōsus, a, um, lacunis plenus, inæqualis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 18. Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexas continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

Lacus, us, m. *lago*, אגם, Ger. *see*, Gal. *lac*, Hisp. *lago*, λάκκος, λίμνη, τέλμα, locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, unde rivi, & flumina oriuntur, a λάκκος, *fossa*. Differt a *stagno*, quod hoc temporalem habet aquam stagnantem, quę plerumque hyeme colligi solet, æstate siccari, sed *lacus* aqua perpetua, & perennis est. *Cic.* 7. *Ver.* Deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosque colitis. ¶ Translate dicitur de vase amplo, in quo mustum prælo, vel pedibus expressum recipitur. *Ovid.*4. *Fast. v.*888. Præmia, de lacubus proxima musta tuis. *Cic. in Bruto*. Sic ego istis censuerim & novam istam quasi de musto, ac lacu fervidam orationem fugiendam. ¶ Item dicitur de conceptaculo aquæ fabrorum, in quam metallum candens demergunt. *Virg.*4. *Georg. v.* 114. ¶ Item de loco, ubi calx rutro subigitur, maceraturque. *Vitr. l.* 7. *c.* 2. ¶ Item de loco, quo distinguitur granarium ad legumina separanda. *Col. l.* 1. *c.* 6. ¶ Item de tignorum, sive trabium interstitio, ut idem sit, ac lacunar. *Lucil. apud Serv.*1. *Æn. v.*730. Resultant ædesque, lacusque.

Lacuscŭlus, m. 2. dim. a lacus. *Col. l.*12. *c.*50. Oportet habere lacusculos, tam multos, quam postulabit modus olivæ.

Lacȳdes, m. 3. Λακύδης, Philosophus Hyrenæus, discipulus Arcesilæ, magister Evandri. *Cic.* 4. *Acad.* Hunc tradit *Plin. l.* 10. *c.* 22. tantopere ab ansere quodam fuisse adamatum, ut ei perpetuo comes adhæserit, nusquam ab eo, non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus. ¶ Fuit præterea hoc nomine quidam ex Argivorum Regibus molli incessu, comaque perpetuo unguentis delibuta. *Plut.* in eo opusculo, quo docet, quo pacto utilitatem ab inimicis capere possimus.

Lada, f. 1. ladon, vel ledon, n. 2. *imbrentina*, λῆδον, herba in Cypro ex cisti, vel cisthi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhærescit, indeque depexum colatur, cogiturque in offas, & ladanum appellatur. *Plin. l.* 13. *c.* 26.

Ladănum, n. 2. *ladano, laudano*, λήδανον, pingue illud roscidum, quod ladæ herbæ insidet, & barbis caprarum inhærescit. *Plin. l.* 13. *c.* 26.

Ladas, m. 1. Λάδας, Alexandri Macedonis cursor, qui traditur fuisse tanta pedum velocitate, ut vestigia ejus in arena non apparerent. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam νικοφόρον cognominabant. Hinc *Mart. l.* 10. *epigr.* 10. Habeas licebit alterum pedem Ladæ, Inepte frustra crure ligneo curres.

Ladon, onis, m. 3. Λάδων fl. Peloponnesi, qui oritur ex lacu Pheneo, inter Helim, & Megalopolim, decurrit per agrum Cletoriensem, & per Arcadiam in Alpheum fluit. Juxta hunc Poetæ fabulantur Syringa Nympham in fistulam fuisse mutatam. *Ovid.*1. *Metam.* ¶ Est & nomen canis Actæonis. *Ovid.* 3. *Metam.*

Lædo, is, æsi, æsum, a. 3. *offendere*, הכה, Ger. *verletzen*, Gal. *offenser*, Hisp. *offender, danar*, βλάπτω, aliquid mali alicui infero, verbo, factove aliquem offendo, injuriam alicui facio, a δηλέω, δηλῶ, per Metathesin. Construitur cum accus. *Cic. in Fam.* 1. *epist.* 7. Quos tu Reipub. causa læseras. ¶ Vel cum accus. & dat. *Ter. Adel.*5. 4. 10. Ille clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus, hoc est, neminem præsentem offendere. ¶ Vel cum accus. & ablat. *Cic. pro Cluent. c.* 5. Itaque diutius suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit. *Metel. ad Cic. l.* 5. *Famil.* Nec absentem ludibrio læsum iri. ¶ Lædere fidem, est violare. *Cæs. l.* 6. *B. G.*

Lælaps, apis, m. canis nomen, quod signat procellam, aut turbinem. *Ovid. Met.* 7. *v.* 772. & *l.* 3. *v.* 211.

Læna, æ, f. 1. χλαῖνα, toga duplex, vestis auguralis. *Serv. in* 4. *Æn.* Sane Sacerdotalem fuisse indicat, quod Popilius Flamen Carmentalis Lænatis cognomen accepit ex eo, quia cum læna in publicum prodiisset, ut seditionem sedaret, quam, dum sacrificium faciebat, obortam intellexit. Sed *Non. c.* 14. *n.*26. putat, esse vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumebatur. Hæc vox est a Græca χλαῖνα, quæ ita dicitur, quasi χλιαῖνα, a χλιαίνω, *calefacio*. Sed *Var. lib.* 4. *de L. L.* origine Latinam putat, dictamque lænam, quod esset de lana multa. Duarum enim togarum instar erat, ut antiquissimum mulierum ricinium. *Cic. in Brut. c.* 14. Qui, cum Consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione, & seditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem. ¶ Olim fuit propria Regum, & Heroum. Hinc *Virg. Æn.*4. *v.*262. *de Ænea:* Tyrioque ardebat murice læna Demissa ex humeris. ¶ Postea vulgo usurpata. *Juven. Sat.* 5. *v.* 130. plurima sunt, quæ Non audent homines pertusa dicere læna. Ex quo loco colligimus, lænæ usum fuisse etiam in conviviis, hyeme scilicet, cum togis depositis, sola cœnatoria vestis non satis erat ad frigus arcendum, ut ait *Ferrar. de re vest. l.*2. *c.*12. quem consule. Hinc & *Pers. sat.*1. *v.*32. Ecce inter pocula quærunt Romulidæ saturi, quid dia Poemata narrent. Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est, &c.

Læneus, i, Cretæ fluvius, apud quem Europam a Jove raptam ferunt. *Strabo Gallus* adjective dixit; Læneus liquor.

Laertes, æ, m. 1. Λαέρτης, filius Acrisii. Ex uxore Anticlia filia Autolyci Ulyssem suscepit, & Echimenen. *Boccat. l.*11. *Gen.* Hinc Ulysses dicitur Laertiades, & Laertius Heros.

Laertiădes, æ, m. Λαερτιάδης, Lacertæ filius, aut nepos. *Horat. l.* 2. *sat.* 5. *v.* 59. O Laertiade, quidquid dicam, aut erit, aut non. *Ovid.* 13. *Met. v.* 48. Laertiadæque precaris, Quæ meruit.

Laertĭus, a, um, quod ad Laertem spectat, ut Laertia Regna, Ithaca insula, ubi Laertes regnavit. *Virg.* 3. *Æn.* Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia Regna. ¶ Diogenes Laertius. V. Diogenes.

Læsĭo, nis, f. 3. *offesa*, ὕβρισις, actus lædendi. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 53. Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque execratio.

Læsūra, æ, f. idem ac læsio. *Vet. Inscript. apud Grut. p.* 567. *n.* 8. Vixit mecum annis 17. sine ulla animi læsura. *Tert. de Patient. c.* 7. læsura divitiarum. h. e. detrimentum.

Læstrygŏnes, m. 3. Λαιστρυγόνες, pop. Latii novi circa Formias urbem excisam incolentes, ubi Læstrygonia regio, cum urbe cognomine, quæ & Lamus dicta est. Immanissimi fuisse dicuntur, & humana carne victitasse. *Plin. l.*7. *c.*1. *Gel. l.*15. *c.*23. ¶ Item pop. Siciliæ, qui & Leontini, apud Lycophronem. ¶ Scribitur & Lestrygones, sine diphthongo.

Læstrygonĭus, a, um, adject. ad Læstrygones pertinens. *Hor. l.* 3. *od.* 16. Læstrygonia Bacchus in amphora.

Læsus, a um, nom. ex partic. *offeso*, δεδηλημένος. *Cic. pro Cluen. c.* 42. Læsa dignitas. *Hor. l.* 1. *od.* 33. Læsa fides. *Ovid.* 5. *Trist. el.* 12. *v.* 21. Ingenium longa rubigine læsum.

Lætabĭlis, le, o. 3. *degno d'allegrezza, lieto*, γηθόσυνος, lętitia dignus. *Cic.* 1. *Tusc.* Quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum? *Mamertin. in Genethliaco Maxim. c.* 18. Quanto hoc lætabilius, ac melius.

Lætabundus, a, um, adject. lætans, valde lætus. *Gel. l.* 11. *c.* 15.

Lætāmen, inis, n. *letame*, רכן, Germ. *misthauff*, Gall. *fumier*, Hisp. *muladar*, κόπρος, fimus, qui per agros jacitur, a *lætatum*, quod facit lætas segetes. h. e. pingues, ac fertiles, votisque agricolæ respondentes. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Ipsumque pro lætamine est. Adde *Pallad. l.* 8. *c.* 5.

Lætans, antis, o. partic. a lætor, *allegro*. *Cicer. pro Cluent. c.* 9. Itaque nubit Oppianico continuo Sassia lætanti jam animo, & spe optima confirmata. *Virg.* 1. *Æn. v.*397. Lætantes agmine cygni.

Lætan-

Lætanter, adv. læte. *Lamprid. in Comm. c.* 5. Quod Commodus lætanter accepit.

Lætaſter, qui lætum ſe oſtendit. *Titin.* apud *Feſt. in voce Obſtrudant.*

Lætatĭo, onis, f. lætitia. *Cæſ. l.* 5. *B. G. c.* 52. Neque hoſtibus diutina lætatio, neque ipſis longior dolor relinquatur.

Læte, adv. *lietamente*, בשמחה, Germ. *frevvlich*, Gal. *allegrament*, Hiſp. *alegramente*, ἱλαρῶς, jucunde, hilariter. *Cic. Phili.* 9. *c.* 3. Læte, atque inſolenter tulit. *Pallad. l.* 4. *c.* 9. Lætius frondere. h. e. uberius. *Gell. l.* 3. *c.* 15. Lætiſſime gaudere.

Lætificans, tis, adject. pro læto poſuit *Plaut. Perſ.* 5. 1. 8. Unde ego omnes hilaros, lubentes, lætificantes faciam ut fiant.

Lætifĭco, as, avi, atum, a. 1. *far allegro*, *allegrare*, שׂמח, Ger. *erfrevven*, Gal. *rejouir*, Hiſ. *alegrar*, εὐφραίνω, lætum facio. *Luc. l.* 3. *v.* 48. Illum gloria lætificat. ¶ Significat etiam pinguem facere, ſtercorare. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Regius fenex agrum ſuis manibus lætificans reperitur. *Cic. l.* 2. *nat. Deor.* Sol contrahit terram, tum viciſſim lætificat. V. Lætus.

Lætifĭcor, aris, d. 1. idem ac lætor. *Plaut. Aul.* 4. 9. 15. Nunc eo alii lætificantur, meo malo, & damno. Poteſt etiam hoc loco eſſe paſſivum a Lætifico.

Lætifĭcus, a, um, lætum faciens. *Stat. Theb.* 16. *v.* 531. Lætifici plauſus. *Vetus Poeta apud Cic. Tuſc.* 1. *c.* 28. Vites lætificas pampinis pubeſcere. Alii leg. Vites lætiſcere, pampinis pubeſcere.

Lætiſco, ſcis, n. 3. *allegrarſi*, φαιδρύνομαι, lætus fio. *Siſen. l.* 4. *apud Non. c.* 2. *n.* 494. Utrumne Dii cultu erga ſe mortalium lætiſcant, an ſupernæ gentes humana negligant. V. Lætificus.

Lætitia, æ, f. 1. *letizia*, *allegrezza*, שׂמחה, Ger. *frevv*, Gal. *rejouiſſance*, Hiſ. *alegria*, εὐφροσύνη, γηθοσύνη, χαρά, eſt exultatio animi (ut definit *Gel. l.* 2. *c.* 27.) cum gaudio efferventiore, propter eventum rerum expetitarum. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 7. Lætitia, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur. ¶ Differt a *gaudio*, quia proprie *lætitia* eſt, cum ita movetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, *gaudium*, cum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat. Hinc dicunt Stoici, gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 31. Atque, ut conſidere decet, audere non decet, ſic gaudere decet, lætari non decet, quoniam docendi cauſa a gaudio lætitiam diſtinguimus. *Id. in Catil.* 1. *c.* 10. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? *Id.* 2. *Fam. ep.* 9. Repente inceſſi omnibus lætitiis. *Id.* 6. *Fin. c.* 4. Ille Cæcilianus, qui omnibus lætitiis lætum ſe eſſe narrat. *Id. pro Dejot. c.* 9. Lætitia efferri. *Ter. Heaut.* 2. 3. 51. Ne me in lætitiam fruſtra conjicias. Sic Capere, percipere lætitiam, lætitia afficere, lætitiam afferre, &c. apud *Cic.* ſæpe. ¶ Dicitur etiam lætitia de agris, aut arboribus fertilibus. *Col. l.* 4. *c.* 24. Si benignitas terræ, aut ipſius trunci lætitia non adſit. V. Lætus.

Lætĭtūdo, nis, f. idem ac lætitia, apud vet. *Accius in Baccb.* ut citat *Nonius*, *c.* 2. *n.* 487. Quanta in venando affectus eſt lætitudine!

Læto, as, a. 1. *allegrare*, φαιδρύνω, lætum facio, apud vet. *Accius*, *Pelopidis*, *apud Non. c.* 2. *n.* 494. Et te ut triplici lætarem bono.

Lætor, aris, atus ſum, d. 1. *allegrarſi*, *aver diletto*, שׂמח, Ger. *ſich frevven*, Gal. *ſe rejouir*, Hiſp. *alegrarſe*, ἥδομαι, χαίρω, γηθέω, lætitiam capio, lætitia afficior. Differt a *gaudeo*, quia *gaudere* intrinſecus eſt, *lætari* extrinſecus. In lætitia enim profuſi neſcio quid, & exultantius geſtientis animi ineſt. Sed hæc differentia non obſervatur. *Cic.* 2. *de Div.* An Cn. Pompejum cenſes tribus ſuis Conſulatibus, tribus triumphis, maximarum gloria lætaturum fuiſſe, ſi ſciret, ſe in ſolitudine Ægyptiorum trucidatum iri? ¶ Reperitur etiam cum ablat. & præpoſ. *de*. *Cic. pro Marc.* Lætari de communi ſalute. ¶ Item cum ablat. & præpoſ. *in*: *Cic.* 11. *Phil.* Ut in hoc ſit ſemper lætatus, quod ea faceret. ¶ Et cum infinito. *Id. Fam.* 7. Utrumque lætor, & ſine dolore te fuiſſe, &c. ¶ Item cum accuſ. præſertim communi. *Cic.* 7. *Fam. ad Marium*. Utrunque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe. Hinc gerundium. *Cic. pro L. Man.* Atque illud in primis mihi lætandum jure eſſe video, quod &c. ¶ Invenitur denique cum gen. *Virg.* 11. *Æn. v.* 280. Nec veterum memini, lætorve malorum.

Lætus, a, um, *allegro*, *lieto*, שׂמח, Ger. *luſtig*, Gal. *gay*, Hiſp. *alegre*, γηθόσυνος, qui hilaritatem, quam intus habet, etiam vultu oſtendit, a λαίω, *fruor*, vel a λάϊτος, quod incolumem notat, & metaleptice hilarum. *Tac.* 3. *hiſt. c.* 4. Lætus beneficio. *Ter. Adelph.* 2. 2. *ad fin.* Lætus eſt de amica. *Cic. pro Font.* Vagantur læti, atque erecti toto foro. ¶ A Poetis genitivo etiam jungitur. *Sil. l.* 15. *v.* 569. Lætus laboris. Et *l.* 17. *v.* 312. Lætiſſimus iræ. ¶ Et infinito. *Id. l.* 9. *v.* 455. Lætus ſpectari. Et *l.* 16. *v.* 564. Lætus bellare. ¶ Lætus etiam dicitur, qui lætitiam affert. *Cic. Att. l.* 7. Omnia erant facta hoc triduo lætiora. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 75. Cædem ejus lætam fuiſſe Muciano accepimus. ¶ Sumitur interdum pro fauſto, & felici. *Plin. l.* 8. *c.* 47. Sunt enim delubra gemina, alterum intraſſe lætum eſt, in altero dira portendit. ¶ Item pro propitio, ut læti Dii, læta omina, &c. *Plaut. Amph. prol. in prine.* Ut vos in voſtris voltis mercimoniis Emundis, vendundiſque me lætum lucris afficere. Verba ſunt Mercurii. ¶ Item pro libenti, quemadmodum & *triſtis* pro invito ponitur. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 10. *v.* 39. Inſpice ſi, poſſim donata reponere lætus. ¶ Sæpe pro fertili, & ubere ponitur, & tribuitur agris, ſegetibus, arboribus, &c. *fertile*, *abbondante*. *Virg. in princ. Georg.* Quid faciat lætas ſegetes, &c. *Cic. de nat. Deor.* Uberrimi, & lætiſſimi fructus vitium. Hinc, læta indoles, apud *Quintil. l.* 2. *c.* 4. h. e. ſpem bonam afferens. ¶ Læta armenta. h. e. pinguia. *Virg.* 3. *Æneid. v.* 220. Læta boum paſſim campis armenta videmus. ¶ Lætus Eois Eurus equis, apud *eundem Æn.* 2. *v.* 388. h. e. celer, velox.

Læva, æ, f. *mano ſiniſtra*, שׂמאל, Ger. *dielincke*, Gal. *la gauche*, Hiſ. *la mano izquierda*, λαιά, σκαιά, manus ſiniſtra, a λαιὸς, *ſiniſter*. *Virg.* 2. *Æn.* Comam implicuit læva. *Plaut. Mil.* 4. 6. 1. Ad lævam, *alla ſiniſtra*. *Liv. l.* 4. Dextra montibus, læva Tyberi amne ſeptus. ¶ Revera adjectivum eſt, & ſubintelligitur *manus*, aut *pars*, &c.

Læve, adv. *ſiniſtramente*, male, ſtulte, contra ac fieri debet. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 7. *v.* 52. Puer hic non læve juſſa Philippi Accipiebat.

Lævĭānus, a, um, ad Lævium pertinens, ut Læviana verba, *Gell. l.* 19. *c.* 7. ¶ Fuit autem *Lævius* antiquus Scriptor Latinus Pacuvio, Titinnio, Ennio, Lucillio, &c. annumerandus.

Lævīni, m. 2. familia Romana, ſic dicta, quod ejus princeps læva manu uteretur.

Lævis, Lævigatio, Lævitas, &c. V. Levis ſine diphthongo.

Lævorſum, & Lævorſus, adv. verſus lævam, ſiniſtrorſum. *Apul. l.* 1. *Flor.* Lævorſum, vel dextrorſum tanta mole corporis labitur. *Ammian. l.* 31. *c.* 10. Lævorſus flexo itinere.

Lævus, a, um, *ſiniſtro*, שׂמאל, Ger. *liuck*, Gal. *gaucher*, Hiſ. *izquierdo*, λαιός, σκαιός, ſiniſter, a λαιά, *u* inſerto, ut *ſcævus* a σκαιός. *Cic.* 4. *Acad.* Cum autem lævam manum admoveret. *Horat. l.* 3. *od.* 26. Lævum marinæ qui Veneris latus cuſtodit. *Virg.* 5. *Æn.* Radit iter lævum. ¶ Lævus, in divinis propitium ſignificat, in humanis vero contrarium. Hinc læva auſpicia apud Romanos fauſta habebantur, vel quia quæ ſunt ſiniſtra nobis, Diis dextera ſunt, ut ait *Serv. in* 2. *Æn. v.* 693. Credebantur enim Dii vultus ſuos ad eos convertere, qui auſpicia captabant; itaque quæ tonitrua, aut fulgura &c. ab eorum dextris proficiſcebantur, auguribus ſiniſtra erant. Vel quia Augures ad Meridiem ſe obvertentes Orientem a ſiniſtra habebant; quæ cœli pars cum nobilior haberetur, ideo quæ inde proveniebant auguria, auſpicatiora erant. *Virg. loc. cit.* Subitoque fragore Intonuit lævum. ¶ Tuſci, ut narrat *Plin. l.* 2. *c.* 54. mundum in ſexdecim diviſere partes, ex quibus octo ab exortu lævas, totidem ab occaſu dextras appellavere, nulla habita ſpectantis ratione. Hinc *id. loc. cit.* Læva proſpera exiſtimantur, quoniam læva parte mundi ortus eſt. ¶ Hinc Numina læva, hoc eſt propitia. *Virg.* 4. *Georg. v.* 7. Si quem Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo. *Gellius* tamen *l.* 5. *c.* 12. interpretatur Numina, quæ vim nocendi habent, & placanda ſunt, quemadmodum dexter pro favente uſurpatur. ¶ Apud Græcos læva auſpicia infauſta fuere, ut docet *Cic. l.* 2. *de Div. c.* 39. ¶ Hinc lævus translate ponitur pro infelici, & averſo. *Horat. l.* 3. *od.* 37. Teque nec lævus vetet ire Picus. ¶ Item pro inopportuno. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. Peccatum fateor, cum te ſic tempore lævo interpellarim. ¶ Item pro ſtolido, & fatuo, *ſtolto*, *pazzo*. *Virg.* 2. *Æn. v.* 54. Et ſi fata Deum, ſi mens non læva fuiſſet. *Hor. de ar. poet.* O ego lævus, qui purgo bilem &c. ¶ *Lævi boves* dicuntur, quorum cornua terram ſpectant. *Philargyr. ad Æn.* 3. *v.* 55.

Lagănum, ni, n. *laſagna*, דקיק, Ger. *paſtete*, Gal. *crepe*, Hiſp. *laſana*, *oreja de abad*, λάγανον, placentæ genus ex farina aqua ſubacta, addito butyro, caſeo, aliiſque condimentis. *Acron in Hor. l.* 1. *Sat.* 6. Lagana ſunt quædam quaſi membranulæ ex farina, & aqua, quæ jure pingui coctæ, & caſeo, pipere, croco, cinnamomoque conditæ in cibis dantur. Dictum eſt a λαγαρὸς, *laxus*. Uſus ea voce creditur *Horatius l.* 1. *Ser. ſat.* 6. *v.* 115. Ad porri, & ciceris retero, laganique catinum. Ita legit *Acron*. Sed meliores codices habent *lachani*, quod rectum eſſe liquet, tum quod lagana non ſint cibus facilis, & ineptus, de cujuſmodi agit Horatius, tum quod non laganum, ſed *lachanum*, hoc eſt olus, optime conjungatur cum cicere, & porro.

Lagari, λαγαρεῖ, dicuntur verſus, qui in medio breves ſyllabas pro longis habent. *Macrob. l.* 5. *ſat. c.* 14.

Lagarĭa, f. 1. *Lagara*, urbs exc. Lucaniæ, in monte, apud Calyſtarnum fl. proxima. Grumento opp. exc. non longe a Nemæa fl. Gent. *Lagarinus*, ſeu *Lagaritanus*, *a*, *um*, ut Vinum Lagarinum, mite, & dulce.

Lagēna, æ, f. λάγυος, λάγυνος, menſuræ genus, veluti choa, & cotyle, a Græca voce allata, quæ a לוג, quod & ipſum eſt genus menſuræ, & a *Hieronymo Lev.* 14. *ver.* 12. ſextarius transtertur. In veteri inſcriptione eſt *laguna*. In *Gloſſis* etiam *Cyrilli* eſt λάγυνος, *lacuna*, ubi *laguna* legendum. Factum hoc Græcorum more, in quorum veteribus libris plurimum per ὑλάγυνος, ſcribitur, interdum λάγλως per *n*. ¶ Sumitur etiam pro genere vaſis teſtacei, præcipue ad vinum accommodati, imo etiam pro poculi genere. *Mart. l.* 4. 46. Et nigri Syra defruti lagena. *Item in veteri inſcriptione* apud *Gruter.* 578. 1. M. Ulpio Aug. Lib. Prædimo Divi Trajani Aug. a laguna. *ideſt* a cyathis.

Lagēos, m. 2. λάγιος, genus uvæ, quæ & leporaria dicitur, ab Jonico λάγος, quod Attice λαγώς, *lepus*. *Plin. l.* 14. *c.* 3. *Virg. l. Georg.* 2. *v.* 93. Et paſſo pſythia utilior, tenuiſque lageos.

Lagēus, a, um, adject. Ægyptius, a Lago rege. *Lucan. l.* 10. *v.* 394. præſtet Lagea juventus Hoc regi. *Sil. l.* 1. *v.* 195. Lageus amnis. h. e. Nilus. *Id. l.* 10. *v.* 322. Lagea ratis.

Lagōis, f. 3. λαγωΐς, vel λαγώς, aut λαγωὸς θαλάσσιος, lepus marinus, genus piſcis, a λαγώς, *lepus*. *Hor.* 2. *Ser. ſat.* 2. *v.* 22. Nec ſcarus, aut poterit peregrina juvare lagois. Aliqui dicunt, lagoidem etiam avem eſſe, quæ leporinas habet carnes.

Lagophthalmos, m. 2. λαγωφθαλμὸς, oculorum vitium, cum ſuperior palpebra non deſcendit, cui vitio contrarium eſt ectropium, cum inferior palpebra parum ſurſum attollitur, nec cum ſuperiore committitur, a λαγώς, *lepus*, & ὀφθαλμὸς, *oculus*, quia lepores apertis oculis dormire conſueverunt. *Celſ. l.* 7. *c.* 7. habet, ſed græcis litteris ſcriptum.

Lagōpus, odis, f. 3. λαγώπους, avis Alpina, candida, magnitudine columbæ, habens pedes villo leporino, a λαγώς, & πούς, *pes*, quaſi leporipes. *Plin. l.* 10. *c.* 48. *Mart. l.* 7. *v.* 87. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. Scaliger tamen in l. 4. Propert. el. 3. legendum contendit *glaucopide*, h. e. bubone, ſeu ululâ. ¶ Eſt & lagopus herba quædam a pedis leporini ſimilitudine ſic dicta. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Lagopus ſiſtit alvum e vino pota, aut in febri ex aqua. Naſcitur in ſegetibus.

Lagotrophĭon, n. 2. λαγωτρόφιον, locus leporarius, ſeu in quo lepores aluntur. *Colum. l.* 8. *c.* 1. uſurpat, ſed ſcribit græcis literis.

Lagūna. V. Lagena.

Lagunc̆ŭla, æ, f. 1. λαγυνίδιον, parva lagena. *Plin. in Epiſt.* 6. *l.* 2. Vinum parvulis lagunculis in tria genera deſcripſerat. *Colum. l.* 12. *c.* 38. Picatis lagunculis condere.

Lagunculārius, re, adject. ad lagunculam pertinens, ut lagunculariſ pix. *Marcel. Empir. c.* 36.

Lagus, i, Ptolemæi Ægypti regis pater: a quo Ægypti reges omnes, qui inter Alexandrum M. & Auguſtum Cæſarem fuerunt, Lagidæ appellati ſunt. *Lucan. l.* 10. *v.* 527. non omnis regia Lagi.

Laĭcus, a, um, adject. a λαὸς, populus, apud *Terrull.* ſignificat quempiam e populo, qui ſacerdos non ſit, *laico*. *Id in exhortat. ad caſtit. c.* 7. Vani erimus, ſi putaverimus, quod ſacerdotibus non liceat, laicis licere.

Lais, idis, f. 3. λαὶς, nomen proprium famoſiſſimæ meretricis, quæ a Scriptoribus Corinthia dicta eſt, quia Corinthi habitavit. Ad eam propter inſignem pulchritudinem ditiores homines ex omni Græcia conveniebant. Nec quiſquam admittebatur, niſi qui dabat, quod poſceret. Unde profectum creditur proverb. *Non cujuſvis hominis eſſe adire Corinthum*. Tam care enim Lais ſuas locabat noctes, ut vel potentiſſimi magnitudine pretii deterrerentur. Inter quos etiam Demoſthenes fuiſſe fertur, qui cum ſcorti tam nobilis fama accenſus aliquando Corinthum navigaſſet, illaque noctis unius operam decem millibus drachmarum indicaſſet, pretii immenſitate deterritus, reſpondit: οὐκ ὠνοῦμαι μετανοίας δραχμῶν μυρίων, Non emo millibus drachmarum pœnitentiam. *Gell. l.* 1. *c.* 8.

Laĭus, m. 2. filius Labdaci Regis Thebarum, pater Oedipi, a quo poſtea occiſus eſt. V. *Oedipus*.

Laletāni, m. 2. Laetani, Lætani, populi Hiſpaniæ citerioris, ſeu Tarraconenſis, inter Indigetes ad Or. & Coſetanos ad Occ. quorum regio Laletania, ubi nunc magna pars Cataloniæ, inter Gerundam, & Tarraconem, & verſus oram maris mediterranei. Hinc vinum Laletanum, quod magis copia, quam bonitate laudatur. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

Laletanĭa, æ, f. Laletanorum regio. V. Laletani. *Mart. l.* 1. *epig.* 50. Aprica repetes Tarraconis litora, Tuamque Laletaniam.

Lalisĭo, onis, m. 3. pullus onagri, dum lacte materno vivit, ab ἄλαλος, *infans*. *Plin. l.* 8. *c.* 40. *Martial. l.* 13. *epigr.* 97. Dum tener eſt onager, ſolaque lalisio matre paſcitur, hoc infans, ſed breve tempus habet.

Lallo,

Lallo, as, n. 1. lacteo, seu lac fugo, apud vet. Vossius putat, lallare dici de ea, quæ cantillando puerum demulcet, eique somnum conciliat. Factum est a sono. Aliqui dicunt, esse de iis vocibus, quibus nutrices alumnis suis se accommodant, cujusmodi sunt *pappa* pro patre, *mamma* pro matre, & similes. *Pers. sat.* 3. v. 18. Et natus mammæ lallare recusas.

Lallus, i, m. nutricum vox infantes ad lac fugendum prolectantium. *Auson. epist.* 16. Nutricis inter lemmata, lallique somniferos modos. ¶ Apud *Turneb. l.* 18. *adverss. c.* 14. Lallus Deus est nutricum.

Lama, æ, f. *laguna*, *fossa*, *τέναγος*, *παλώδης τόπος*, aquarum collectio, quæ & lacuna dicitur. *Festus. Vetus Interpres Hor. l.* 1. *epist.* 13. lamas definit lacunas majores continentes aquam pluviam. Dicta est a *λαμᾶς*, *ingluvies*, & *vorago viarum*, seu *fossa fluviorum*. *Hor. l.* 1. *ep.* 13. v. 10. Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.

Lambdacismus, i, m. vitium orationis, quo *l* littera sæpius repetitur. *Diomed. l.* 2.

Lambĕro, as, a. 1. secundum *Festum* est scindere, atque laniare. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 53. Lepide, Charine, me meo ludo lamberas. h. e. me meo lacessis ludo, inquit *Scalig.*

Lambĭto, as, a. 1. freq. a lambo. *Solin. c.* 25. (*al.* 15.) Ægyptii canes e Nilo nunquam nisi currentes lambitant.

Lambĭtus, us, m. actus lambendi. *Aurel. Vict. de orig. Gentis R.* Lupam primo lambitu pueros deterssisse.

Lambo, is, bi, sine sup. sed lambitum, secundum Prisc. a. 3. *leccare*, לחך, Ger. *laecken*, Gal. *lecher*, Hisp. *lamar*, *λείχω*, lingo, hoc est, lingua aliquid leviter tango, sicut canes bibentes, quod a sono lambentium factum videtur. *Col. l.* 8. *c.* 17. Aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. ¶ Translate fumitur pro leviter tangere. *Virg.* 3. *Æn. v.* 574. Attollitque globos flammarum, & sidera lambit. ¶ Interdum pro leviter alluere. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 22. Vel quæ loca fabulosus lambit Hydaspes.

Lambrāni, m. 2. pop. Insubriæ circa Lambrum fl. quorum pagus adhuc *Lambra* nominatur. *Sueton. in Cæs. c.* 10.

Lambrus, m. 2. fl. Insubriæ, quem Padus defert in mare Hadriaticum. *Plin. l.* 3. *c.* 16. *&* 19.

Lamella, æ, f. 1. dim. a lamina. *Vitr. l.* 7. *c.* 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum. *Senec. de brevit. vitæ, c.* 12. Æruginosæ lamellæ.

Lamellŭla, æ, f. parva lamella. *Petron. in Satyr.* Glebulas emi, lamellulas paravi.

Lamenta, æ, f. 1. lamentatio, apud veteres. *Pacuv. in Herm. apud Non. c.* 2. *n.* 493. Lamentas, fletus facere compendio licet.

Lamentabĭlis, le, o. 3. *lamentevole*, Ger. *klaeglich zu bevweinen*, Gal. *lamentable*, Hisp. *lamentable*, *πολύθρηνος*, dignus lamentatione. *Virg.* 2. *Æn.* Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum eruerint Danai. ¶ Item conjunctus cum lamentis, plenus lamentis. *Cic.* 2. *de Leg.* Postquam sumptuosa fieri funera, & lamentabilia cœpissent. *Id. ibid.* Afflictus ne, & jacens, & lamentabili voce deplorans audies, O virum fortem?

Lamentarĭus, a, um, *θρηνώδης*, quod ingerit lamentationem. *Plaut. Capt.* 1. 28. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt.

Lamentatĭo, onis, f. *lamento*, קִנָּה, Ger. *vvehecklag*, Gal. *lamentation*, Hisp. *lamentacion*, *θρῆνος*, est (ut *Cic.* 4. *Tusc.* docet) ægritudo cum ejulatu. *Id.* 2. *Tusc. c.* 13. Sed illa lugubris lamentatio, fletusque mœrens ex eo est, quod, &c.

Lamentatus, a, um, particip. a lamentor, sed passivæ significationis, *pianto*, *compianto*. *Silius l.* 13. *v.* 711. Armipotens ductor, quam sunt tua fata per urbem Lamentata diu!

Lamentor, aris, atus sum, d. 1. *lamentarsi*, *dolersi*, קוֹנֵן, Ger. *vvehklagen*, Gal. *lamenter*, Hisp. *lamentar*, *θρηνέω*, est voce querula, tristique oratione damnum, ac dolorem testari. *Ter. Phor.* Suam matrem lamentari mortuam. *Cic.* 1. *de Or.* Lapides mehercule omnes flere, ac lamentari coegisset. *Id.* 2. *Tusc. ex Pacuv.* hos refert versus: Conqueri adversam fortunam, non lamentari decet: Id viri est officium; fletus muliebri ingenio additus. ¶ Passive usurpat *Apul. l.* 4. *A. A. sub fin.* Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis. V. *Lamentatus.*

Lamentum, ti, n. *lamento*, *θρῆνος*, lamentatio a Dorico *λαμᾶς* pro *λημᾶς*, quod est lippire, quia lamenta lippitudinem parsunt. *Cic. de Sen. c.* 20. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. *Id.* 2. *Tusc. c.* 21. Si se lamentis muliebriter, lacrymisque dedet.

Lamiæ, arum, f. *lammie*, *streghe*, *λάμιαι*, veneficæ mulieres, quæ strigum instar infantium sanguinem sugunt, sive ipsæ striges. Hæ cum foris essent egregie oculatæ, domi prorsus cæcutiebant, ut scribit *Plutarch. de curiosit.* V. plura apud *Cœl. Rhodig. l.* 29. *c.* 5. Dictæ sunt a *λημᾶς*, *ingluvies*, ut quæ infantes & adolescentes devorarent. *Vetus Horatii Interpres ad ep.* 13. *l.* 1. *Hor. l.* 1. *od.* 36. Neu pranæ Lamiæ puerum vivum extrahat alvo. *Apul. l.* 1. *de Asino*. At ille colore spurcissimi humoris percussus, quo me Lamiæ illæ infecerant, aspernatur.

Lamĭæ, arum, m. 1. nobilis familia Romæ in gente Æliorum, ortum habens a Lamo Antiphatis patre, & Rege Læstrygonum, qui Formiis regnavit. Ex hac familia fuit Ælius ille Lamia Senator. *Horat. l.* 3. *carm. od.* 17. Tantæ nobilitatis hæc familia habita est, ut viri nobiles Lamiæ dicerentur. *Juven. sat.* 4. *in fi.* Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

Lamiānus, a, um, adject. a Lamiis familia Rom. *Sueton. Calig. c. ult.* Cadaver in hortos Lamianos asportatum.

Lamĭna, æ, f. *lama*, *piastra*, לוּחַ, Ger. *lammem*, Gal. *lame*, Hisp. *lama*, *λεπίς*, *ἐλασμός*, metalli cujusvis fructum in latitudinem ductum, crassius tamen, quam bractea, a *latus*, quasi *latamina*, vel ab *ἐλαμίνη*, seu *ἐλαμίνη*, quod ab *ἐλάω*, sive *ἐλάω*, *ductile opus facio*. *Cic.* 4. *Verr.* Quid? cum ignes, candentesque laminæ, cæterique cruciatus admovebantur? *Id.* 2. *de Leg.* Cum lamina esset inventa, & in ea scriptum, &c. *Ovid.* 5. *Met. v.* 173. Ensis lamina dissilit. *Id. eleg. de nuce*, *v.* 9. usurpat pro putamine, quo nuces involutæ sunt. Et *Cæl. Aurel. Tard. l.* 2. *c.* 13. aurium laminas dixit. h. e. imas aurium partes. Sic *Arnob. l.* 2. Gemmas, lapillos, margaritas compararent; innecterent his colla, laminas pertunderent aurium. ¶ Erant etiam laminæ ferreæ, quibus igne candentibus servi adurebantur. *Plaut. Asin.* 3. 2. 4. Adversum stimulos, laminas, crucesque, compedesque. ¶ Per syncop. *Lamna* dicitur. *Horat. l.* 2. *od.* 2. Abditæ terris inimice lamnæ. h. e. auri, aut argenti. *Id. l.* 1. *ep.* 15. Ventres lamna candente urere. Adde *Vitruv. l.* 7. *c.* 9. ¶ *Giffanius* asserit, in aliquibus MSS. se reperisse scriptum *lamna*, & *lammina*, duplici m.

Lamĭum, n. 2. urticæ genus prorsus innoxium, quam urticam mortuam herbarii appellant. *Plin. l.* 21. *c.* 15. Quæ innoxia est, morsu carens, lamium vocatur.

Lamna. V. Lamina.

Lamnŭla, læ, f. lamella. *Tertull. de Corona mil. c.* 12.

Lampăda, æ, f. idem, ac lampas, ab acc. Græco *λαμπάδα*, ut *hebdomas*, & *hebdomada*, & alia. *Plaut. Cas.* 4. 4. 16. Tene hanc lampadam.

Lampadārius, ii, m. qui lampada fert. Vox est sequioris latinitatis, *l. fin. C. de divers. offic.*

Lampadĭas, æ, m. *λαμπαδίας*, genus cometæ ardentem facem imitantis. *Plin. l.* 2. *c.* 25.

Lampadĭon, ii, diminut. Ita suas puellas loquaculas appellant amatores. *Lucret. l.* 4. *v.* 1158. Loquacula Lampadion sit.

Lampădo, onis, m. bulbus. *Theod. Prisc. de dieta, c.* 10.

Lampas, adis, f. 3. *lampana*, *face*, לַפִּיד, Germ. *eine ampel*, Gal. *lampe*, Hisp. *lampara*, *λαμπάς*, ignis, splendor, fax, a *λάμπω*, luceo. *Virg.* 4. *Æn. v.* 6. Postera Phœbea lustrabat lampade terras Aurora. *Id.* 9. *Æn.* Princeps ardentem conjecit lampada Turnus. ¶ Frequenter sumitur pro instrumento, in quo ignis in oleo lucet, quod & lychnus pensilis vocatur. *Cic. in Verr.* 4. *c.* 47. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. *Colum. l.* 12. *c.* 18. Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. ¶ Est etiam lampas inter Meteora, fax quædam in aere. *Plin. l.* 2. *c.* 26. Duo genera facium, lampades vocant plane faces, alterum solidas, quale Mutinensibus malis visum est. ¶ *Lampada cursu tradere*, prov. pro partes suas quasi successione in alium transferre, tractum a ludo quodam juvenum Athenienssium, qui cursum instituentes, ei qui victor esset, lampada, seu facem præbebant, qui deinde sequenti se tradebat, secundus tertio, similiter omnes, donec currentium numerus impleretur. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Quod de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibi trado. *Pers. sat.* 6. *v.* 61. Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis? Adde *Lucret. l.* 2. *v.* 77.

Lampetĭa, f. 1. Clampetia, Dampecia, *lo Cerraro*, opp. marit. Brutiorum, in ora Calabriæ cit. inter Blandam ad Bor. & Paulam ad Austr.

Lampetĭe, es, f. 1. filia Solis ex Clymene, vel ex Neæra, ut alii scribunt, soror Phaethontis, Phaethusæ, & Lampetusæ. *Ovid.* 2. *Metam. & Propert. l.* 3. *eleg.* 10.

Lampĕtra, vel Lampreta, æ, f. 1. *lampreda*, *μύραινα*, piscis genus, aliter muræna, a lambendis petris. Eam *Ausonius* mustelam vocat. V. *Joseph. Scalig. l.* 1. *lection. in Auson. c.* 26. Cæterum caret hæc vox latino auctore. Neque enim invenitur apud *Auson.* ut *Danetius*, neque apud *Varr.* ut *Calepinus* citat.

Lampetūsa, f. 1. una ex filiabus Solis, & fororibus Phaetontis. Vide Phaethontiades.

Lampeus. V. Lampia.

Lampĭa, f. l. Lampeus, *Lampeo*, mons Arcadiæ, apud Erymanthum M. ex eo Lampia fl. *Elanda*, al. *Turboa*, ortum habet. *Stat.* 4. *Theb.* ¶ Ibi etiam ejusdem nominis oppidum fuit.

Lampridĭus, ii, Ælius nomine, historicus latinus gesta scripsit quatuor Imperatorum R. vixitque tempore Constantini M.

Lampsacēnus, a, um, adject. possessiv. a Lampsaco, ut Lampsacena urbs, apud *Valer. Maxim. l.* 7. *c.* 3. & *Cic.* 3. *Verr.*

Lampsacĭus, a, um, adject. idem ac Lampsacenus. *Martial. l.* 11. *epigr.* 17. Non mea Lampsacio lascivit pagina versu. h. e. obsceno. Nam Lampsaci Priapus colebatur.

Lampsăcum, n. 2. & Lampsăcus, f. 2. olim Pityusa, *Lampsico*, *Turc. Lepseke*, *λάμψακος*, urbs Asiæ minoris, in Mysia minore, ad Hellespontum, ubi exit e Propontide, ad ostia Granici fl. Hic Priapus colebatur. Inde Charon Historicus, Adimanthus, Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis extiterunt.

Lampsāna, f. 1. olus silvestre inter segetes. *Plin. l.* 19. *c.* 8.

Lampўris, idis, f. *lucciola*, *λαμπυρίς*, vermiculus noctu lucens, al. cicindela, nitedula, noctiluca, a *λάμπω*, *splendeo*, & *πῦρ*, *ignis*. Alii scribunt *λαμπυρίς*, a *λάμπω*, & *ὀρά*, *cauda*. *Plin. l.* 18. *c.* 26. *& l.* 11. *c.* 28.

Lampўrus, m. 2. piscis ex genere lacertorum. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Lamus, m. 2. filius Neptuni, Rex Læstrygonum, Caretæ, & Formiarum conditor, unde cognomen in Ælia gente apud Romanos. *Horat. l.* 3. *od.* 17. ¶ Item filius Herculis ex Omphale. ¶ Item equus generosus. *Sil. l.* 16.

Lamўrus, i, m. lacerti genus. *Plin. l.* 32. *c.* 11. ¶ Inter pisces refertur in *Ovid. fragmento Halieutic. v.* 120.

Lana, æ, f. 1. *lana*, צֶמֶר, Ger. *voll*, Gal. *laine*, Hisp. *lana*, *ἔριον*, pili ovium, a Dorico *λᾶνα*, pro *λῶνα*. *Varro l.* 4. *de L. L. Cic.* 2. *de nat. Deor.* Quando ad me venis cum tua colu, & lana? *Ovid.* 4. *Metam. v.* 34. Aut ducunt lanas, aut stamina pollice verfant. *Justin. l.* 1. *c.* 3. Lanam tractare. h. e. quod, lanam facere, dixit *Lucret. l.* 5. *v.* 1353. Lana, & tela victum quæritare, *Te. And.* 1. 1. 48. ¶ Si absolute usurpetur, tere dicitur de pilis ovium: at si cum addito, etiam aliorum animalium. nam lana leporina, anserina, & caprina legitur apud *Ulp. l. si cui, ff. de leg.* 3. & *Hor. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 15. Hinc, *vixari de lana caprina*. h. e. de re nullius momenti, prov. est apud *eund. Hor. l. c.* ¶ *De lana sua cogitare*, aliud proverb. apud *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 686. h. e. de iis, quæ ad se pertinent. ¶ Dicitur *interior lana* interior avium pluma, quæ lanæ similis est, *penna matta*. *Martial. l.* 14. *ep.* 161. Laffus Amyclea poteris requiescere pluma, Interior cygni quam tibi lana dedit.

Lanaria, f. 1. *saponata*, herba, quam vulgus saponariam appellat, inde nomen habens, quod lanæ, quæ ob pinguedinem colorem recipere non possunt, ejus succo eluantur. *Plin. l.* 24. *c.* 18. Herba lanaria ovibus jejunis data lactis abundantiam facit.

Lanāris, & re, o. 3. *lanoso*, *ἐριώδης*, quod habet lanam. *Varr. l. de* 2. *R. R. c.* 9. Nos, qui pecus pascimus lanare.

Lanarĭus, rii, subst. m. *lanajuolo*, *ἐριουργός*, qui lanam curat. *Plaut. Aul.* 3. 5. 34. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Al. leg. linarius.

Lanātus, a, um, *lanoso*, *coperto di lana*, צַמְרִי, Ger. *vvuollaechtig*, Gal. *lanu*, Hisp. *lanudo*, *ἠριώδης*, quod lanam habet, quod lana tectum est. *Col. l.* 6. *c.* 2. Sed jaculi, quibus copulantur, lanatis pellibus involuti sunt. ¶ Lanatæ vites, Amineæ dictæ, quod caneſcant lanugine. *Col. l.* 3. *c.* 2. Lanatam quoque Amineam quidam maxime probant, quæ hoc vocabulum non ideo usurpat, quod sola ex omnibus Amineis, verum quod præcipue caneſcit lanugine. *Plin. l.* 21. *c.* 20. Nisi quod molliora folia sunt, lanatiore canitie.

Lancĕa, æ, f. *lancia*, חֲנִית, Ger. *ein glan*, Gal. *lance*, Hisp. *lanca*, *λόγχη*, teli genus longissimum. *Var. apud Gel. l.* 10. *c.* 20. vult esse vocem Hispanicam, *Diodorus Siculus* Gallicam. Inde habuere Romani, a Romanis Itali, qui & hodie *lancia* appellant. *Festus* origine Græcam esse putat. Nam deducit a *λόγχη*. *Gel. l.* 15. *c.* 30. Additur literis, & militum lanceis, pilisque *Apul. l.* 1. *A. A.* Lancea venatoria.

Lancearĭus, rii, m. *chi porta lancia*, *λογχοφόρος*, qui lanceam gerit. *Ammian. l.* 21. *c.* 13. *& l.* 31. *c.* 13.

Lanceātus, a, um, *colpito di lancia*. *Jul. Firmic.* Quicunque habuerint horoscopum in 21. parte Tauri, lanceati morientur.

Lancĕo, as, n. 1. lanceam mitto. *Tert. l. adv. Jud. c.* 9. & *l.* 3. *adv. Marc. c.* 13. Qui ante norint lanceare, quam lancinare.

Lanceŏla, f. 1. *lancetta*, *lanciuola*, *λογχάριον*, dimin. a lancea. *Capitol. in Maxim. Jun. c.* 4. Lanceola fista est fulmine.

Lances. V. Lanx.

Lancicŭla, læ, f. parva lanx. *Arnob. l.* 2. Trulla, lancicula, candelabrum.

Lancinātor, oris, m. qui lancinat, & discerpit. *Prudent. in Rom. v.* 1057. Lancinatores gregum.

Lan-

Lancinātus, a, um, nom. ex partic. laceratus, ſciſſus, diſcerptus. *Arnob. l.* 1. Membratim conjugem lancinatum.

Lancīno, as, avi, atum, a. 1. *lacerare*, פרם, Ger. *ſtechen*, Gal. *piquer*, *dechirer*, Hiſp. *deſpredacar*, θωράζω, lacero, diſſipo, ſcindo, a λακίζω, ut lacero, & lancino ejuſdem originis ſint. *Plin. l.* 11. *c.*34. Eſt & volucre, canibus peculiare malum, aures maxime lancinans, quæ defendi morſu non queunt. *Sen. ep.* 32. Diducimus vitam in particulas, ac lancinamus. ¶ Translate ponitur pro diſſipare, ſeu conſumere opus, quod etiam lacerare dicitur. *Catul. epigr.* 30. Paterna prima lancinata ſunt bona. Apud *Salluſt.* quoque *in Catil.* ubi in vulgatis, *Bona patria laceraverat*, in quibuſdam manuſcriptis eſt *lancinaverat*.

Lancŭla, vel langula, æ, f. diminut. parva lanx, λεκάνιον. *Vitruv. l.*10. *c.* 8. *Var. l.* 4. *de L. L.* Magidam, aut Langulam, alterum a magnitudine, alterum ab latitudine finxerunt.

Lanĕa, ſive Lania, æ, f. idem quod laniena. *Liv. l.*44. *c.*16. Laneaſque, & tabernas conjunctas in publicum emit. Optimæ pleræque editiones habent *lanienas*.

Laneſtris, e, adject. lanoſus, laneus. *Vopiſc. in Aureliano*, *c.* 29. Laneſtre pallium.

Lanētum, n. 2. οἰσύπιον, veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum, a lana, ut quercerus a quercus. *Feſt.*

Lanĕus, a, um, *di lana*, Germ. *vvolin*, Gall. *de laine*, Hiſp. *de lana*, ἐρίνεος, quod eſt ex lana. *Cic.* 3. *nat. Deor.* Eique laneum pallium injecit. ¶ Translate ſumitur pro molli. *Catull. ad Thullum*, Laneum latuſculum. ¶ Laneus lupus piſcis eſt Timavi fluvii, ita dictus a candore, & mollitia carnis, ut *Plin. l.*9. *c.*17. ſcribit. *Mart. l.*13. *epigr.* 89. Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi.

Langa, æ, f. animalis genus, al. Languria, circa Padum flu. cujus urinam Zenothemis in electrum putavit concreſcere. *Plin. l.* 37. *c.* 2.

Lagīa, æ, f. fl. Peloponneſi in Arcadia, qui ex Nemæa ſylva per Sicyoniam in ſinum Corinthiacum fluit. Poſtea Archemorus dictus eſt ab Archemoro filio Lycurgi Thracum R. quem ibi, cum Hypſipyle nutrix Argivis fluvium hunc, ſive fontem ejus oſtenſura in gramine reliquiſſet, ſerpens interemit. *Stat. l.* 4. *Theb. Strab. l.* 8.

Languefacĭo, is, eci, actum, a. 3. *far languire*, languere facio, languorem affero. *Cic. de Leg. l.* 2. *c.* 15. Incitare languentes, & languefacere excitatos. Eſt qui legit *languere facere*.

Languens, tis, nom. ex partic. *languido*, *languente*. *Cic.* 2. *Leg. c.*15. Incitat languentes. Comparativ. *languentior* legitur in *Priapeiis*.

Languĕo, es, langui, n. 2. *languire*, *eſſer debole*, אמלל, Germ. *abnemmen*, Gal. *languir*, Hiſp. *enflaquecer*, ἀσθενέω, deficio, infirmus ſum, a λαγγάω, quod eſt otiari, ut languentes ſolent. Et dicitur tam de animo, quam de corpore. *Cic.* 1. *Phil.* Cumque a via languerem, & mihimet diſplicerem. ¶ Interdum eſt otioſum eſſe, *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Niſi plane otio langueat. *Sall. in Catil.* Seque, ſi pauci adjuvarent, languentibus aliis, in curiam impetum facturum. ¶ Interdum eſt timidum eſſe. *Sal. in Catil.* Si paulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt.

Langueſco, ſcis, n. 3. *divenir languido*, *languire*, נחלה, Germ. *faul ſeyn*, Gal. *defaillir*, Hiſp. *enflaquecerſe*, ἐκχαυνόω, invalidus, tepidus, otioſus fio. *Cic.* 12. *Phil.* Ipſa illa Martia cœleſtis, & divina legio hoc nuntio langueſcet, & mollietur. *Id. de Sen.* Orator, metuo, ne langueſcat ſenectute. ¶ Aliquando ponitur pro languore confici. *Virg.* 11. *Æn.* Purpureus veluti cum flos ſuccisus aratro langueſcit moriens. ¶ Aliquando pro minui. *Plin. ep.*173. Seu quod omnium rerum cupido langueſcit. ¶ Langueſcere interdum dicuntur colores, cum dilutiores fiunt. *Plin. l.* 27. *c.* 13. Langueſcente colore in luteum.

Languĭde, adv. *languidamente*, *pigramente*, Ger. *fauliglich*, Gall. *lachement*, Hiſp. *flacamente*, ἐνδόσιμως, ἐπιλίγδην, cunctanter, negligenter, otioſe. *Col. l.*11. *c.*1. Ne ſtatim a prima luce familia cunctanter, & languide procedat. *Cæſ.*7. *B.G.* Suos quoque languidius in opere verſari juſſit.

Languidŭlus, a, um, *languidetto*, dim. a languidus. *Catul. Argon. carm.* 65. Somni languiduli.

Languĭdus, a, um, *languido*, חלש, Ger. *faul*, Gal. *langoureux*, *laſche*, Hiſp. *flaco*, χαλαρός, νωθρός, qui languet, remiſſus, debilis, infirmus. *Cic. de Sen.* Senectus non modo languida, atque iners non eſt. *Idem in Catil.*2. Vino languidi, confecti cibo, &c. *Id. Phil.*8. Languidiores facti ſumus. *Hor.* 3. *od.* 21. Vina languidiora. h. e. minus auſtera, mitia.

Languifĭcus, a, um, adject. languidum faciens. *Auſon. in Eclogar.* Languificuſque Leo proflat ferus ore calores.

Langŭla. V. Lancula.

Languor, oris, m. *languore*, *languidezza*, כרוה, Germ. *ſchvſtachheit*, Gal. *langueur*, Hiſp. *flaqueca*, παρειμένη, ἀσθένεια, defectio virium & ſucci naturalis, remiſſio vigoris. *Cic.* 1. *de Div.* Animus cum languore corporis nec membris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in varia viſa, & incerta. *Hor. l.*2. *od.* 2. Languor aquoſus. h. e. hydrops. ¶ Ponitur etiam pro laſſitudine. *Plaut. Aſin.* 3. 2. 28. Ubi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores ulmeis affectos lentis virgis. ¶ Transfertur ſæpe ad animum, & pro debilitate, torpore, inertiaque uſurpari ſolet. *Cic.* 1. *Off.* Nihil autem magis cavendum eſt ſenectuti, quam ne languori ſe, deſidiæque dedat.

Langurĭum, n. 2. quidam ex Græcis Scriptoribus ſuccinum appellarunt, quod putarent, circa Padum beſtias quaſdam eſſe langurias, ſive langas appellatas, quarum urina in ſuccinum concreſceret. *Plin. lib.* 37. *cap.* 2. ¶ Differt a lyncurio, quod eſt lapis ex urina lyncis. V. ſuo loco.

Laniarĭum, n. 2. κρεωπώλιον, idem quod laniena. *Varr.* 2. *R. R. c.*4. Qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quam ex domeſtico fundo. Sunt qui putant, hoc loco ablativum *laniario* eſſe a recto *laniarius*, *beccajo*.

Laniarĭus, ii, m. idem ac lanius. Inſcript. Narbonenſis apud *Gruter. pag.* 105. *num.* 4. Nigidius primus Laniarius. V. diction. præced.

Laniatĭo, onis, f. *lo ſcorticare*, *ſtrazio*, פרק, Germ. *zerhavvung*, Gal. *dechirement*, Hiſp. *deſpedacadura*, ἄμυξις, σπάραξις, κρεουργία, actus laniandi. *Senec.*2. *de Clement.c.*4. In cædes hominum, & laniationes pervenit.

Laniātus, a, um, nom. ex particip. *sbranato*, *lacerato*. *Ovid.* 7. *Met. v.* 349. Laniatum merſit in undis. *Virg.* 6. *Æn. v.* 494. Laniatum corpore toto Deiphobum vidit. *Id. Æn.* 12. *v.* 606. Laniata genas.

Laniātus, us, m. idem, ac laniatio. *Cic.* 1. *Tuſc. c.*43. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti?

Lanicĭum, ii, n. ἔριον, idem, quod lana, vel lanæ proventus, ut fuga, & effugium. *Virg.* 3. *Georg.* Si tibi lanicium curæ, primum aſpera ſylva, lappæque, tribulique abſint. *Plin. l.* 6. *c.* 17. Seres lanicio Sylvarum nobiles.

Lanicūtis, e, adject. qui lanam habet. *Laberius apud Tertul. de Pal. c.* 1. arietem lanicutem.

Laniēna, æ, f. *beccaria*, Ger. *ein metzig*, Gall. *boucherie*, Hiſp. *carniceria*, κρεωπώλιον, macellum, officina, in qua laniantur, ac venduntur carnes, a laniendo. *Plaut. Epid.* 2. 2. 15. Per myropolia, & lanienas, circumque argentarias rogitando ſum raucus factus. ¶ Accipitur etiam pro ipſa laceratione. Hinc *Prudent. in Rom. v.* 498. Medicorum ſectiones vocat lanienam Hippocraticam. ¶ Tabernæ lanienæ, adject. dixit *Var. l.* 2. *de vita pop. Rom. apud Non. c.* 12. *n.* 55. ubi tamen alii legunt *ligneæ*. Male nonnulli, *lanignæ*, tanquam a *lanius*.

Lanĭfer, ra, rum, *che produce lana*, ἐριοφόρος, quod lanam fert. *Plin. l.* 13. *c.* 14. Æthiopia Ægypto contermina inſignes arbores fere non habet, præter laniferas.

Lanifĭca, æ, f. *lanajuola*. *Feſt.* ſeu potius *Paul. in voce Gaja*. Quam ſummam aſſeverant lanificam fuiſſe.

Lanificĭum, cii, n. *lanificio*, Germ. *vvolvverch*, Gall. *ouvrahe de laine*, *travael en laine*, Hiſp. *obra de lana*, ἐριουργία, lanæ opificium. *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c.* 9. Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. *Col. l.* 12. *in præfat.* Ut ne lanificii quidem curam ſuſcipere dignentur.

Lanifĭcus, a, um, *lanajuolo*, Ger. *vollen vveber*, Gal. *ouvrier en laine*, Hiſp. *lanero*, ἐριουργός, qui lanæ artem exercet. *Mart. l.* 6. Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores ſtamina. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 1. Manum lanificam imponere penſis. *Claud. in Eutr.* Lanificæ doctiſſimus artis.

Lanĭger, ra, rum, *che porta lana*, ἐριοφόρος, quod lanam gerit. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 22. Pecus lanigerum eximia pulchritudine. *Plin. l.* 12. *c.* 10. Ejuſdem infuſæ excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum.

Lanignus, a, um, V. Laniena.

Lanĭo, as, avi, atum, a. 1. *fendere*, *ſtraziare*, טרף, Germ. *zerreiſſen*, Gal. *dechirer*, Hiſp. *deſpedacar*, κρεουργέω, σπαράττω, ἀμύσσω, ſcindo, lacero. *Cic.* 7. *Fam.* Cum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur. *Virg.* 3. *Georg. v.* 514. Laniabant dentibus artus. *Liv. l.* 9. *c.* 1. Lanianda viſcera præbere.

Lanĭo, onis, m. idem ac lanius. *Paul. JCtus l.*18. *Dig. de Inſtruct.* Lanionis inſtrumentum.

Lanionĭus, a, um, κρεουργικός, quod ad lanium pertinet, ut lanioniæ menſæ, in quibus ſcinditur caro. *Suet. in Claud. c.* 15. Carnificem ſtatim acciri cum machæra, menſaque lanionia flagitavit.

Lanipendĭa, f. 1. quæ lanam pendit, & diſtribuit, *l.*31. *ff. de donat. inter. viv.*

Laniſta, æ, m. 1. *lanajo*, λανιστής, lanarius, lanæ carminator, a voce Græca allata, quæ e λανίζω, *lanam carmino*. Latinis laniſta erat, qui ludo præerat gladiatorio, qui gladiatores exercebat ad mutuam lanienam, unde vocis etymon. Porro Laniſtæ familias habebant domi ad gladiaturam exercendam, quas inſtituere, & mox paratas vendere ſolebant munerariis. *Juven. ſat.* 3. *v.* 158. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos juvenes, juveneſque laniſtæ. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 6. ad Laniſtam ſe conferre. ¶ Translate laniſtæ avium dicti ſunt a *Columella*, qui aves certaminibus præparabant. *l.* 8. *c.* 2.

Laniſtitĭus, a, um, adject. ad Laniſtam pertinens, ut laniſtitia familia, apud *Petron. in fragment. Tragur.*

Lanitĭa, æ, f. &

Lanitĭes, ei, f. lana. *Laber. apud Non. c.*3. *n.* 133. Mollis e lanitia Attica veſtis. *Tertul. adv. Marc. l.* 1. *c.* 3. lanities renovata hæc corpora veſtit.

Lanitĭum. V. Lanicium.

Lanĭus, ii, m. *beccajo*, טבח, Ger. *fleiſcher*, Gal. *boucher*, Hiſp. *carnicero*, κρεωπώλης, κρεουργός, qui carnes in carnario vendit populo, a laniandis pecudibus, quod eas concidat, lanietque. *Var.* 2. *R.R. c.* 5. Lanii, qui ad cultrum bovem emunt. *Cic.* 1. *Offic. c.* 42. Cetarii, lanii, coqui, ut ait *Terentius Eun.* 2. 2. 26.

Lanocŭlus, m. 1. qui lana tegit oculi vitium. *Feſtus*.

Lanosĭtas, atis, f. lanities, lana. *Tertul. de Pal. c.* 3. Muſcoſæ lanoſitatis conchæ.

Lanōſus, a, um, *lanoſo*, Germ. *das vielvvolen hat*, Gal. *qui a beaucoup de laine*, Hiſp. *lanudo*, ἐριώδης, lana abundans. *Col. l.* 7. *c.* 3. Prolixi villi, nec aſperi, lanoſi, & ampli uteri.

Lanterna. V. Laterna.

Lanuginōſus, a, um, *lanuginoſo*, quod lanugine abundat. *Plin. l.* 22. *c.* 2. Eſt & alia ſimilis, lanuginoſior, & minus pinguis. *Id. l.*19. *c.*3. Spinoſa, & caule lanuginoſo.

Lanūgo, inis, f. *lanugine*, *prima barba*, *peluria*, Ger. *vvol an der frucht*, Gal. *poil folet*, Hiſp. *velo bozo*, ἴουλος, tenera quaſi lanæ cujuſdam mollities, qualis in adoleſcentium genis, in avibus, in herbis, in fructibus quibuſdam, ut in malis Cydoniis, cernitur, a lanæ ſimilitudine. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 14. Comæ graciles inſtar lanuginis. *Id. epiſt.* 21. Primæ lanuginis ætas. *Lucr. l.* 5. Molli lanugine abundans herba. ¶ Ponitur aliquando pro ſcobe. *Col. l.* 4. *c.*29. Nulla interveniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

Lanŭla, læ, f. *lanuzza*, diminut. a lana. *Celſ. l.*7. *c.* 27. Carnunculæ lanulis ſimiles.

Lanuvīnus, a, um, quod eſt ex Lanuvio. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.*22. At honeſti Colei Lanuvini, Cliternini non honeſti.

Lanuvĭum, n. 2. Lavinium, *Indovina*, & *Città Indovina*, urbs olim, nunc pagus, ſive oppidulum Latii, in via Appia, ab urbe Roma 16. M. P. inter Albam, Ariciam, Ardeam, & Velitras, in agro Laurenti.

Lanx, cis, f. *piatto*, πίναξ, τάλαντον, proprie eſt vas eſcarium, latum, & rotundum, idem ac patina, in quo caro tam toſta, quam elixa conditur, menſæque infertur. Sed aliqui lancem a patina diſtinguunt, quod lanx minus excavata ſit, quam patina. Dicta eſt a *latitudine*. *Plin. l.* 33. *c.* 11. Lances e centenis libris argenti tunc ſupra quingentas numero Romæ fuiſſe conſtat. ¶ Ob ſimilitudinem translatum hoc nomen fuit ad duo illa vaſcula in libra, quibus res ponderantur, in quorum altero pondus, in altero res ponderanda imponitur, unde & libra *bilanx* dicta eſt, quod duas habeat lances. *Cic.* 5. *Fin.* Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere. *Perſ. ſat.*4. *v.*10. Scis etenim juſtum gemina ſuſpendere lance Ancipitis libræ. ¶ Æqua lance penſare, eſt æqualiter, juſte, recte. *Plin. l.*7. *c.*7. Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. ¶ Lanx etiam vas eſt rebus divinis aptum. *Auſon. in Monoſyllab.* Thuribula, & pateræ, quæ tertia vaſa Deum? lanx. ¶ Per lancem, liciumque furtum concipere, apud antiquos dicebatur is, qui ad rem furtivam inveniendam alienam domum intrabat. Mos enim erat Romanis ab Athenienſibus acceptus, ut qui rem ſibi furto ablatam apud alium, qui ſuſpectus eſſet, quæreret, nudus, & ſolo licio cinctus domum ingrederetur, præterea lancem ob oculos teneret, teſtatus primum Deos, ſe ſpe inveniendi quærere: ſi inveniſſet, is, apud quem invenerat, mulctabatur. Hujus autem rei rationem reddit *Scholiaſtes Ariſtoph. in Nubib.* quod nudus ſc. incedebat, ne quid forte veſtibus contectum inferret, quo falſum crimen probare poſſet: lancem autem tenebat ante oculos, ne corrumpendi fœminas potius, quam furti concipiendi cauſa ingreſſus videretur. *Gell. l.* 11. *c.* 18. Ea quoque furta, quæ per lancem liciumque concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent, vindicaverunt. Adde *Feſtum* in Voce *Lance*.

Laodamīa, f. 1. Λαοδάμεια, Bellerophontis filia ex Achemene conjuge, quam, cum forma excelleret, Jupiter amavit, ſuſcepitque Sarpedonem,

nem, qui poſtea Lyciæ Rex factus eſt. Verum cum Bellerophon rerum ſucceſſu elatus in cœlum evolare Pegaſo inſidens conaretur, Jupiter hominis temeritatem ægre ferens, œſtrum equo immiſit, quo exagitatus ſeſſorem excuſſit. Diana quoque Laodamiæ intenſa ſuis eam telis confixit. *Hom. 6. Iliad. Boec. l.* 13. *Gen.* ¶ Altera fuit Laodamia, Acaſti, & Laodotheæ filia, quæ tanto amore Proteſilaum virum ſuum adamavit, ut, cum ab Hectore occiſum cognoviſſet, ſuperſtes ei eſſe nolucrit. Priuſquam tamen interiret, in ſolatium mœroris optaverat, ut mortui umbram videret, qua viſa in illius amplexibus expiravit. *Ov. ep.* 10.

Laodicenſis, ſe, &

Laodicēnus, a, um, ad Laodiceam urbem pertinens, ut Laodicenſis civitas, apud *Cic.* 5. *Fam. ep.* 20. & Laodiceni, orum, ejus urbis cives, apud *Caſſ. ad Cicer. Fam.* 12. *ep.* 13. Porro Laodicea, Λαοδίκια, triplex eſt: prima in Cœleſyria ad Libanum montem, & Orontem fluvium: altera Syriæ metropolis in ora maris Phœniciæ: tertia in Lydia ad Lycum fluvium. V. Geographos.

Laomēdon, ontis, m. 3. Λαομέδων, filius Ili, nepos Trois, pronepos Erichthonii, abnepos Dardani, Rex Troadis. Filios habuit Antigonem, Bucolyonem, Clytonem, Heſionen, Joetaonem, Lampum, Priamum, Titonem. Cum de ædificandis Trojæ mœnibus cogitaret, Apollini, & Neptuno id negotii dedit, pactus mercedem, quam mox exſtructis mœnibus ſe ſoluturum jurejurando affirmavit. Verum perfecto opere perjurus pactam mercedem negavit. Propter quod Dii irati, Neptunus aquam, Apollo peſtem, urbi immiſere. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio Oraculum conſuluit. Reſponſum eſt, non aliter Deos placari poſſe, quam ſi ſingulis annis virgo Trojana ceto dilaceranda exponeretur. Inſtitutum itaque eſt, virginem quotannis exponi, eamque ſorte eligi. Sed cum tandem ſors in Heſionen Laomedontis filiam cecidiſſet (quam tamen alii ſolam ab Apolline, & Neptuno expoſtulatam tradunt) & jam ſcopulo alligata monſtrum expectaret, Hercules forte illac tranſiens, vel, ut alii ſcripſere, in Colchos cum Argonautis proficiſcens, liberaturum ſe filiam Laomedonti pollicitus eſt, ſi equos divino ſemine procreatos, quos habere eum conſtabat, in præmium ſibi traderet. Rex pollicitus eſt, & jurejurando ſe obſtrinxit. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules, interfecta belua, virginem liberavit. Sed cum Laomedon promiſſis non ſtaret, indignatus Hercules, collecto undequaque exercitu, Ilium expugnavit, Laomedontem occidit, Heſionen Telamoni uxorem dedit, quod primus murum conſcendiſſet, Priamum Regis filium captivum abduxit, qui poſtea auro a vicinis redemptus fuit, ideoque ἀπὸ τῆ πρίασθαι, hoc eſt a redimendo nomen obtinuit. *Bocc. l.* 6. *Gen. Deor.*

Laomedontēus, a, um, Λαομεδόντειος, ad Laomedontem ſpectans, Trojanus. *Virg.* 4. *Æn.* Necdum Laomedonteæ ſentis perjuria gentis?

Laomedontiădes, æ, m. 1. patron. Priamus, vel alius ex filiis Laomedonti. *Virg.* 8. *Æn.* Laomedontiadem Priamum Salamina petentem. ¶ Laomedontiadæ in plur. num. ſunt Trojani. *Virg.* 3. *Æn. v.* 248. Laomedontiadæ, bellum ne inferre paratis?

Laomedontĭus, a, um, adject. Laomedonteus. *Virg.* 8. *Æn. v.* 18. Talia per Latium: quæ Laomedontius Heros Cuncta videns, &c.

Lapăthum, n. 2. vel lapathes, f. 3. λάπαθος, λάπαθον, herba acidi ſaporis, quæ a Latinis rumex appellatur, a λάπτω, ſeu λαπάζω, *mollio*, *evacuo*, quia mollit alvum. *Diſc. l.* 2. *c.* 8. *Plin. l.* 20. *c.* 21. Nec diſſimiles lapathum effectus habet. ¶ Multæ ſunt lapathi ſpecies, quas vide apud *Plin. l.* 20. *c.* 21.

Lapăthus, f. 2. caſtr. in conſ. Epiri, & Theſſaliæ, ad Aſcuridem pal. qua ad Tempe Theſſalica aditus erat.

Laperſæ, m. 1. Λακέρσαι, dicti ſunt Caſtor, & Pollux, Jovis filii, ab eo, quod Laam agri Laconici urbem expugnaverint.

Lapicīda, æ, m. 1. *tagliapetra*, *ſcarpellino*, חצב, Ger. *ſtein brecher*, Gal. *tailleur de pierres ſcarrier*, Hiſp. *canſero*, λατόμος, λιθουργός, qui lapides vel ex rupe excidit, vel ædificio adaptat, a *lapis*, & *cædo*, ut *homicida*, qui hominem occidit, *parricida*, qui patrem. *Varr. l.* 7. *de L. L.* Qui lapides cædunt, lapicidas; qui ligna, lignicidas non dici.

Lapicidīna, æ, f. 1. *luogo*, *dove ſi tagliano le pietre*, λατομία, locus, ubi excidiuntur lapides, a *lapis*, & *cædo*, unde lapicædina, & æ in i converſo *lapicidina*. *Feſt.* Heraldus contendit, dicendum eſſe *lapidicina*. Et ſane in manuſcriptis compluribus ita ſcribitur, & in veteri Gloſſario. Sed hunc errorem ipſa lapicidæ vox ſatis refellit. *Cic.* 2. *de Div.* Poteſt igitur tale aliquid etiam ſua ſponte in lapicidinis Chiorum extitiſſe. *Plaut. Capt.* 5. 1. 24. In lapicidinas compeditum condidi, ubi reſcivi, mihi data eſſe verba.

Lapidarĭus, ii, m. lapicida. *Ulp. l.* 5. *Dig. Commod. &c.* Si ſervus lapidario commodatus ſub machina perierit.

Lapidarĭus, a, um, λατομικός, quod ad lapides pertinet. *Plaut. Cap.* 3. 5. 65. Tyndarus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur. *Petron. in Satyr. c.* 58. Lapidariæ litteræ. *h. e.* ſaxis inciſæ.

Lapĭdat, abat, imp. 1. lapidibus pluit. *Liv. l.* 7. *bell. Pun.* Veiis de cœlo lapidaverat. *Id. l.* 43. *c.* 13. Reate imbri lapidavit. ¶ Et paſſive, *Id. l.* 29. *c.* 14. Novendiale ſacrum, quod de cœlo lapidatum eſſet, factum. Adde *l.* 44. *c.* 18.

Lapidatĭo, onis, f. *il lapidare*, jactus lapidum, actus lapidandi. *Cic.* 6. *Verr.* Fit magna lapidatio. *Plin. de Vir. Illuſt.* Intercedentem Bebium Collega facta per populum lapidatione ſubmovit.

Lapidātor, m. *lapidatore*, λιθοβόλος, lapides jaciens. *Cic. pro Domo*, *c.* 5. Percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor curiæ.

Lapidātus, a, um, nom. ex partic. lapidibus ictus, *lapidato*. Translate *Macr. l.* 2. *Satur. c.* 7. Notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam.

Lapidesco, is, n. 3. *divenir pietra*, *converterſi in pietra*, Germ. *ſteinin*, *vverden*, Gal. *divenir pierre*, Hiſp. *hazerſe piedra*, λιθόομαι, in lapidem convertor, ſeu in lapideam duritiem. *Plin. l.* 32. *de baccis coralii*. Ajunt, tactu protinus lapideſcere. Adde *l.* 16. *c.* 6.

Lapidĕus, a, um, *di pietra*, Ger. *ſteinin*, Gal. *de pierre*, Hiſp. *de piedra*, λίθινος, quod ex lapidis materia conſtat, ut Lapidea Niobe, ideſt in lapidem converſa. *Cic.* 3. *Tuſc.* Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium. *Plaut. Truc.* 4. 3. 44. Lapideus ſum, commovere me miſer non audeo. *Liv. l.* 30. *c.* 38. Lapideo imbri pluit. *Id. l.* 1. *c.* 38. Lapideus murus. ¶ Ponitur etiam pro lapidoſo. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in provincia Narbonenſi refertos ſcimus.

Lapidicīna. V. lapicidina.

Lapĭdo, as, avi atum, a. 1. *lapidare*, סקל, Germ. *ſteinigen*, Gal. *lapider*, Hiſp. *apedrear*, λιθάζω, lapidibus cædo, vel obruo, lapides in aliquem jacio. *Sueton. Calig. c.* 6. Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubverſæ aræ. *Tertull. adverſ. Prax.* Stephanus cum lapidaretur. *Petron. Satyr. c.* 114. Præteriens aliquis translatitia humanitate lapidabit. h. e. naufragorum cadavera e mari in litus ejecta lapidibus operiet. ¶ Uſurpatur & imperſonaliter, & ſignificat lapidibus pluere. V. ſupra *Lapidat*.

Lapidositas, atis, f. durities ſimilis lapidi. *Tertull. de habit. mulier. c.* 6. In piſcium cerebris lapidoſitas quædam eſt.

Lapidōſus, a, um, *pietroſo*, *ſaſſoſo*, Ger. *ſteinechtig*, Gal. *pierreux*, Hiſp. *pedregoſo*, λιθώδης, quod lapidibus abundat. *Plin. l.* 19. *c.* 8. In locis incultis, lapidoſis. ¶ Aliquando pro duro ponitur. *Virg.* 2. *Georg.* Et prunis lapidoſa rubeſcere corna. *Senec.* 2. *Benef.* 1. 7. Lapidoſus panis. *Id. l.* 34. *c.* 12. Et miſy eſt lapidoſius.

Lapillŭlus, i, m. diminut. a lapillus, *ſaſſolino*. *Solin. c.* 15. Grues ſublatis lapillulis ſaburrantur.

Lapillus, m. 2. *pietra picciola*, חצץ, Ger. *ſteinlin*, Gall. *pierrette*, Hiſp. *piedrecilla*, λιθάριον, calculus, parvus lapis. *Plin. l.* 10. *c.* 23. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno, & decidens indiligentiam ſono coarguat. *Martial. l.* 9. *epig.* 58. Qui littoribus nitent lapilli. Et *epigr.* 53. Dieſque nobis ſignandi melioribus lapillis. h. e. albis. Sic enim notabant Antiqui dies fauſtos; infauſtos vero atris. ¶ Sæpe lapillus pro lapide pretioſo, ſeu gemma ponitur. *Horat. l.* 1. *Sat.* 2. *v.* 80. inter niveos, virideſque lapillos. Adde *Ovid. de Nuce*, *v.* 141.

Lapĭo, is, ivi, itum, a. 4. *impietrire*, λιθόω, durum efficio, & quaſi in lapidem converto, apud vet. *Pacuv. apud Non. c.* 1. *n.* 87. Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. h. e. perſtringit, & veluti indurat. *Voſſ. in Etymol.* verbum neutrum putat, & hæc verba ita exponit, cor lapit, h. e. lapideſcit cura, & mœrore. ¶ *Feſto* lapire, eſt dolore afficere.

Lapis, dis, m. 3. *pietra*, *ſaſſo*, אבן, Ger. *ſtein*, Gall. *pierre*, Hiſp. *piedra*, λίθος, πέτρα, petra, ſaxum; ſed plerumque lapis vox eſt nitidioris ſignificationis, ſaxum durius aliquid, & aſperius ſignificat, qualia ſunt ea, quæ a rupibus exciduntur, & ſimilia, unde gemmæ, lapides, non ſaxa dicuntur. *Plin. l.* 36. *c.* 22. Eſt & viridis lapis, vehementer igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus, & ubi invenitur, lapis, non ſaxum eſt. h. e. pretioſius aliquid & rarius, quam ut ſaxum appellari debeat. *Cic. pro Dom. c.* 5. Lapidibus percuſſus. *Virg.* 2. *Georg.* Lapis bibulus. h. e. pumex. *Id.* 1. *Georg.* Lapis incuſus. h. e. mola cudendo exaſperata. *Plin. l.* 36. *c.* 19. Lapis vivus, *pietra focaja*, Græcis pyrites. *Catull. ad Mall. carm.* 69. *v.* 148. Quem lapide illa diem candidiore notat. V. *Lapillus*. ¶ *Plaut. Aſin.* 1. 1. 16. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? h. e. in piſtrinum. ¶ Lapidem ferre altera manu, altera panem oſtentare, proverb. apud *Plaut. Aulul.* 2. 2. 18. ſignificat, coram amice blandiri, & clam nocere. ¶ Lapidem verberare, aliud proverb. h. e. in vanum laborare. *Plaut. Cure.* 1. 3. 41. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum. ¶ Lapis eſt ſæpe limes in agris poſitus. *Tibull l.* 1. *el.* 3. Non fixus in agris, Qui regeret certis finibus arva, lapis. Hic ſacer etiam dicebatur, vel quia ſæpe Dei alicujus imaginem referebat, vel quia nefas erat illum violare. *Senec. Hippolyt. v.* 528. nullus in campo ſacer Divifit agros arbiter populis lapis. *Liv. l.* 41. *c.* 13. Avem ſangualem ſacrum lapidem roſtro cecidiſſe. ¶ Sumitur interdum pro gemma. *Catull. in Ruf. carm.* 68. *v.* 4. Non ſi illam raræ labefactæ munere veſtis, Aut pelluciduli deliciis lapidis. ¶ Item pro ſepulcri lapideo integumento. *Tibul. l.* 1. *el.* 4. lapis inſcriptis ſtet ſuper oſſa notis. *Propert. l.* 3. *el.* 1. Lapis indicet oſſa. ¶ Erat etiam Romæ lapis locus eminens, ſeu lapideus ſuggeſtus, ad quem venales ſervi vendebantur, & præcones artem ſuam exercebant. Hinc homo de lapide emptus, h. e. viliſſimus, & nullius pretii, apud *Cic. in Piſon. c.* 15. Et *Colum. l.* 3. *c.* 3. ¶ Omnem movere lapidem, eſt omnia experiri, conari. Varias hujus proverbii origines affert *Eraſm. in Adag.* Græce habet *Plin. l.* 1. *epiſt.* 20. Omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. ¶ Metonymice lapis accipitur pro milliario. Nam Romani ſingula paſſuum millia erecto lapide diſtinguebant, in quo inſcriptus erat numerus indicans, quotum milliarium eſſet. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Non a tertio lapide, ſed ipſas portas obſidione quatiebat. *Liv. l.* 3. *c.* 69. Ad decimum lapidem manere. *Ovid.* 2. *Faſt.* Sacra videt fieri ſextus ab urbe lapis. Interdum *lapis* omittitur. *Tacit.* 2. *Hiſt. cap.* 24. Ad duodecimum a Cremona locus Caſtrorum vocatur. ¶ Translate lapis dicitur de homine duro, ſtupido, ſtolido, & negligenti. *Terent. Heaut.* 4. 6. Hei quid ſtas, lapis? *Tibul. l.* 1. *el.* 11. *ad fin.* Ah lapis eſt, ferrumque, ſuam quicumque puellam Verberat. ¶ Lapides loqui, eſt, duro, & aſpero ſermone uti. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 30. Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta, ſoror; lapides loqueris. ¶ Invenitur lapis apud Vet. in gen. fœminino. *Ennius apud Non. c.* 3. *n.* 123. Tanto ſublatæ agmine ſunt lapides.

Lapīthæ, f. 1. filia Apollinis, ex qua Lapithæ populi Theſſaliæ originem habuere. *Iſid. l.* 15. *Orig. Bocc. l.* 5. *Gen.*

Lapīthæ, m. 1. Λαπίθαι, pop. Theſſaliæ, circa Olympum M. & Lariſſam urb. incolentes, dicti a Lapitha filia Apollinis, teſte Iſidoro, qui primi omnium equos domuiſſe, eorumque frænos, & ſtrata inveniſſe creduntur. Eorum Rex aliquando Pirithous Ixionis filius fuit, in cujus nuptiis cum Centauris Hippodamen ſponſam rapere conantibus certaverunt. *Ovid.* 12. *Met.* ¶ Generoſi, ac plurimum ſibi arrogantes fuere, ut in proverbio ſint apud Euſtathium, & Plutarchum in eos, qui ſibi tantum arrogant, ut omnes in ſui admirationem trahere præſumant.

Lapithæus, a, um, adject. ad Lapithas pertinens. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 530. O ſalve, dixit, Lapithææ gloria gentis.

Lapithēius, a, um, o. 1. 2. quod ad Lapithas ſpectat. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 570. nec quæ Lapitheia movit Prælia.

Lapithonĭus, a, um, ex ſtirpe Lapitharum. *Stat. l.* 7. *Theb. v.* 297. Confudere modos, puerum Lapithonia Nympha, &c. ideſt Cænis.

Lappa, æ, f. *lappola*, Ger. *kletten*, Gal. *bardanes*, Hiſp. *amor da borlelano*, ξανθίον, tribuli genus, capitula habens leviter humata, ideoque veſtibus adhærentia, a λαμβάνω, prehendere, quod veſtes prehendat. *Ovid. l.* 2. *de Pont. el.* 1. Mixta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet. Hinc *Plin. l.* 18. *c.* 17. eam numerat inter frugum morbos.

Lappacĕus, a, um, quod lappæ eſt, ſeu lappæ formam habet. *Plin. l.* 22. *c.* 17. *de helxine*. Semina in capitibus lappaceis adhærentia veſtibus.

Lappāgo, inis, f. herbæ ſpecies, a *lappa*, quia lappæ ſimilis eſt, ut *cunilago*, quia ſimilis *cunilæ*. *Plin. l.* 26. *c.* 10.

Laprĭus, cognomen Jovis apud *Lactant. l.* 1. *c.* 22. ¶ Quidam *Elaphum* intelligunt, ſecundum Heſychium in Creta cultum.

Lapſabundus, a, um, adject. labaſcens, *rovinoſo*. *Senec. epiſt.* 52. Fundamenta lapſabunda. Al. leg. *laſſaverunt*.

Lapsana, f. 1. λαψάνη, ſylveſtris braſſicæ genus, trium foliorum, a λάπτω, quod Euſtathius exponit κενῶν, *evacuare*. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Inter ſylveſtres braſſicas & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis foliis, napi ſimillimis, niſi candidiore eſſet flore. Coquitur in cibo, alvum leniter emollit. *Idem lib.* 19. *cap.* 9. Nec non olus quoque ſylveſtre eſt trium foliorum. Divi Julii carminibus, præcipue jocis militaribus, celebratum. Alternis quippe verſibus exprobravere, lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachium, præmiorum parſimoniam cavillantes.

Lapsĭlis, pro Dapĭlis legunt in pluribus MSS. *Plauti Pœnus*, & *Lipſius l.* 1. *antiquar. lection. c.* 15.

Lapsĭo, ouis, f. *caduta*, *rovina*, *errore*, מכשׁול, Germ. *ein fall*, Gall. *chute*, Hiſp. *cayda*, πτῶσις, casus, lapſus, ruina, præcipitium.

tium. *Cic.* 4. *Tusc.* c. 12. In malis proclivitas, ut significet lapsionem.

Lapso, as, n. 1. *cader spesso*, *star per cadere*, נכשל, Germ. *schwancken*, Gall. *glisser*, Hisp. *deleznar*, ὀλισθαίνω, lubrico, & nutanti gradu incedo, freq. a *labo*, seu *labor*. *Virg.* 2. *Æn.* v. 551. Et in multo lapsantem sanguine nati. *Sil. l.* 3. Lapsantem gressum firmare.

Lapsus, a, um, *caduto*, *discesso*, ολισθήσας, πεσών, part. a labor. *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. v. 72. *Si* patinam pede lapsus frangat agaso. *Virg.* 4. *Georg.* v. 449. Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus. h. e. afflictis. *Ulpian. l.* 1. *Dig. de Magistr. conven.* Lapsus facultatibus. h. e. qui in paupertatem incidit. *Id. l. Furti. Digest. de his qui not. infam.* Tempora provocationis lapsa, *passato il tempo*. *Senec. in Thyest.* v. 617. Nemo desperet meliora lapsus. *Senec. in Hippol.* Lapsæ genæ, *smunte*.

Lapsus, us, m. idem, ac lapsio. *Plin. l.* 7. c. 37. Et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. ¶ Per translationem accipitur pro errore, vel culpa per imprudentiam admissa. *Plin. l.* 5. c. 1. Haud alio fidei proniore lapsu, quam ubi falsæ rei gravis auctor existit. ¶ Lapsus serpentium, progressus dicitur. *Virg.* 2. *Æn.* At gemini lapsu delubra ad summa dracones effugiunt. Sic & lapsus fluminum. *Horat. l.* 1. *od.* 12. ¶ Lapsus rotarum, est cursus, vel facilitas ad currendum. *Virg.* 2. *Æn.* Pedibusque rotarum subjiciunt lapsus. idest labiles rotas, quibus scilicet subjectis ingens ille equus igneus facilius laberetur.

Laqueāre, ris, & per Apocopen laquear, aris, n. רחיט, Ger. *ein gevvelbo*, Gal. *lambris*, Hisp. *caquicani*, *sobrado*, φάτνωμα, ὀροφή, tignorum, sive trabium interstitium, a *lacus*, pro *lacuar*. *Serv. in* 1. *Æn.* A nonnullis laqueare definitur camera, hoc est, pars superior cubiculi, & cœnationis concava, quæ variis adornari solet sculpturis, & coloribus. Quidam etiam laquearia pro trabibus planis accipiunt. *Virg.* 4. *Æn.* Dependent lychni laquearibus aureis. *Id. l.* 8. v. 25. Summi laquearia tecti. *Plin. l.* 33. c. 3. Laquearia inaurata. ¶ *Laquear*, pro *Laqueare* legitur in *Glos. Cyrilli*.

Laquearium, ii, n. idem, ac laquear, a lacunarium, per Antisthæcon, seu immutationem literarum. *Serv. in* 1. *Æn.* v. 730.

Laquearius, ii, m. qui laquearia extruit. *Cod. Theod.* 13. 4. 2. Architecti, laquearii, &c. ¶ Scribit *Isidorus l.* 18. c. 52. Laquearios fuisse etiam appellatos gladiatores quosdam, qui laqueum adversario injiciebant, ut prosternerent, & perimerent. Id tamen nullo latini Scriptoris testimonio confirmat.

Laqueātus, a, um, *allacciato*, *legato*, יולש, Germ. *im strick*, *gefangen*, Gal. *enlacé*, Hisp. *enlacada*, ἐμπαγιδεύς, quod est laqueis irretitum. *Col. l.* 6. c. 19. Cæterum corpus laqueatum, & distentum temonibus obligatur. ¶ Laqueatum item dicitur id, quod laquearibus est ornatum. *Cic.* 2. *de Leg.* Magnificas villas, & pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. *Liv. lib.* 41. *cap.* 20. Antiochiæ Jovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantum, sed parietibus totis lamina inauratum.

Laquedonia, f. 1. *Cedogna*, urbs alias Apuliæ Dauniæ, nunc Principatus ult. in R. Neap. in planitie, ad rad. Apennini M. & versus Aufidem fl. limitesque Capitanatæ prope Bisacium.

Laquĕus, m. 2. *laccio*, מוקש, Ger. *strick*, Gal. *lacs*, Hisp. *lazo*, παγίς, vinculum ita nexum, ut pondere depressum claudatur, a *lax*, quod fraudem notat, Festo teste, unde & *lacio*, idest in fraudem induco, ut idem exponit. *Virg.* 1. *Georg.* Tum laqueis captare feras, & fallere visco inventum. *Cic.* 6. *Verr.* Homini jam perdito, & collum in laqueum inferenti subvenisti. *Sallust. Catil.* c. 55. Laqueo gulam fregere. *Senec. Hippolyt.* v. 259. Laqueo vitam finire. ¶ Translate ponitur pro quacunque re, qua homo capi, ac irretiri potest. *Cic. pro Mil.* Cum illam beluam judicii laqueos declinantem jam irretitam tenerent. ¶ Et speciatim pro captiosis argumentationibus. *Cic. de Fato*, c. 4. Ad Chrysippi laqueos revertamur. *Id. pro Cæc.* Neque æquitatem rei verbi laqueo capi putas oportere.

Lar, h. e. Lartes, unum ex prænominibus Civium Romanorum. *Liv. l.* 3. c. 65.

Lar, olim Lalar, f. 3. Alio nomine Lara, & Larunda, una Najadum Tiberis, filia Almonis, sic dicta a loquacitate, nempe a λαλέω, *loquor*. Cum Jupiter Juturnam amaret, illique vim pararet, Lar admonuit Juturnam de Jovis insidiis, insuper Junonem adiit, & Jovis amorem narravit. Jupiter Lari linguam eripuit. (Hinc Dea Muta appellata est) & jussit a Mercurio ad Inferos adduci, & Stygiæ paludis Nympham esse, Mercurius Larem in itinere compressit. Illa gravida facta geminos peperit, qui a nomine matris *Lares* dicti sunt, & a Romanis tanquam compitorum præsides, & urbis Romæ custodes, seu patroni culti fuere. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 599. *Lact. l.* 1. *de falsa relig.* c. 20. *Boccat. l.* 2. *Gen.* V. *Lares*.

Lara. V. Lar.

Lararium, n. 2. ἐφέστιον, sacrarium domesticum, locus, in quo Dii tutelares domus reponebantur, & adorabantur, a *Lare*, vel *Laribus*. Scribit *Lampridius* c. 29. Alexandrum Severum in larario rem divinam matutinis horis factitasse ad effigies Deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum, & Christum, in secundo Larario habuisse simulacrum Virgilii, & Ciceronis.

Lardum, five laridum, n. 2. *lardo*, Germ. *lack*, Gal. *lard*, Hisp. *lardo*, χοιρεία σάρξ, caro suilla quovis modo salita, vel potius pingue illud, quod suis corpus undequaque circumdat. *Macrob. l.* 7. c. 12. censet, contractum esse ex *laridum*, & hoc dici quasi large aridum. Hinc *Juven.* illud, *Sicci terga suis*, vetus interpres laridum interpretatur. *Ovid.* 6. *Fast.* Pinguia cur illis gustantur larda Calendis? *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta perais pestis veniet? quanta labes larido?

Larentia, f. 1. nobilissima meretrix fuit, quam aliqui suspicantur eandem fuisse, ac Accam Laurentiam, alii eandem dicunt, ac Floram. Populum Romanum moriens hæredem fecit, & Dea habita est. V. *Acca Laurentia*, & *Flora*.

Lares, ium, & rum, m. 3. duo filii Laris, seu Laræ, seu Larundæ Nymphæ, qui compita servare, & pro urbis Romæ conservatione vigilare credebantur. *Ovid.* 2. *Fast.* ¶ *Vossius ex Plauto*, & *Prisc. l.* 5. dicit, proprie Lares esse Deos familiares, seu domesticos. Nonnullis Lares iidem sunt, qui Penates, & privatorum domibus præesse censentur. Aliis Lares sunt custodes agrorum. ¶ Colebantur domi, focusque illis sacer erat. Appellati sunt a matre, sed Scaligeri, & Vossii sententia Lar est vox Hetrusca, & principem significat. *Arnobius l.* 3. deducit a λαὸς, *vicus*, quod Dii essent vicorum. *Ovid.* 2. *Fast.* Fitque gravis, geminosque parit, qui compita servant, Et vigilant nostra semper in urbe Lares. *Tibul. l.* 1. *el.* 1. Vos quoque felices quondam, nunc pauperis agri Custodes fertis munera vestra Lares. *Plaut. Aul. prol.* 2. Ego Lar sum familiaris ex hac familia, unde exeuntem me aspexistis. ¶ Metonymice, quoniam Lares etiam privatorum domibus præesse credebantur, Lar ponitur pro ædibus, seu pro domo, & etiam pro urbe. *Sal. in Catil.* Illos binas, aut amplius domos continuare, nobis Larem familiarem nusquam ullum esse? *Martial. l.* 1. O mihi curarum pretium non vile mearum, Flacce, Antenoreï spes, & alumne Laris, ideſt urbis Patavii. ¶ Ponitur & pro parte interiore domus, & pro foco. *Ovid.* 1. *Fast.* Omnis habet geminas hinc, atque hinc janua frontes, E quibus hæc populum spectat, at illa Larem. *Col. l.* 11. c. 1. Consuescatque rusticus circa Larem domini, focumque familiarem semper epulari. ¶ Homo sine lare. h. e. pauperrimus. *Curt. l.* 5. c. 12. Sine pignore, sine Lare, terrarum orbis exulem. ¶ Lares præstites, viales, cunctales, &c., qui fuerint, V. suis locis. ¶ *Larum* in genitivo pl. habetur in *monumento Ancyrano*. Ædem Larum.

Larex, f. 1. Larix, Larices, *Larfeld*, opp. Norici, intra Alpes, in lim. Carnorum, medium inter Aquilejam, & Virunum. Aliis est *Reca*.

Large, adv. *largamente*, *splendidamente*, Ger. *reichlich*, Gal. *largement*, *abondamment*, Hisp. *largamente*, δαψιλῶς, liberaliter, abundanter. *Horat. l.* 1. *od.* 9. Ligna super foco large reponens. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. Large effuseque donare. *Id. Verr.* 2. c. 8. Decuriæ mihi copia quam largissime facta. *Curt. l.* 7. c. 4. Circumferri merum largius jubet.

Largifĭcus, a, um, copiosus, abundans. *Lucan. l.* 2. v. 627. Stipe largifica aliquem ditare.

Largiflŭus, a, um, quod large, & abundanter effluit. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 39. ex vet. Poeta: Grando mixta imbri largifluo subita, & præcipitans cadit.

Largilŏquus, a, um, *copioso nel dire*, qui abundanter loquitur. *Plaut. Cist.* Quæ ubi suburratæ sumus, largiloquæ exemplo sumus, plus loquimur, quam sat est. *Id. Mil.* 2. 3. 47. Nonne tibi istam prætruncari linguam largiloquam jubes?

Largimentum, i, n. largitio. *Fulgentii* est *l.* 2. *Mythol.*

Largĭo, is, pro *largior* dixere *Accius*, & *Lucil. apud Non. c.* 7. *n.* 19. Adde *Prisc. an. l.* 8.

Largĭor, iris, itus sum, *donar largamente*, נרב, Germ. *schencken*, Gall. *donner*, Hisp. *dar*, δωρέομαι, χαρίζομαι, profuse dono. Usurpatur cum accus. & dat. qui quidem dativus interdum non exprimitur, sed tamen subintelligitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 155. Proin tu istam cœnam largire, si sapis, esurientibus. *Cic. pro Quint.* Cui summam copiam, facultatemque dicendi natura largita est. *Id. pro Corn. Balbo.* Tum vel nimium parcus in largienda civitate. ¶ Usurpatur item cum ablat. & præpos. *ex*, vel *de*. *Cic.* 3. *Fam.* Cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. *Cæs.* 5. *de bell. Afr.* Ac de sua pecunia largitus est. Item sine præpos. *Plaut. Pseud.* 1. 4. 3. & *Perf.* 2. 3. 13. ¶ Interdum est assentiri, permittere, concedere. *Col. l.* 5. c. 9. Si tempus non largitur. ¶ Olim in futuro indicativi habuit largibor. *Plaut. Mil.* 4. 6. Nam tu te vilem feceris, si te ultro largibere. *Idem Bac.* 4. 7. Tuam libertatem Crysolao largibere.

Largĭtas, atis, *liberalità*, *larghezza*, נדבה, Ger. *freigibigkeet*, Gal. *largesse*, Hisp. *largueca*, *liberalidad*, δαψιλεία, liberalitas, seu actus liberalitatis. *Ter. Adel.* Quæ isthæc subita est largitas? *Cic.* 2. *Nat. Deor.* c. 62. Fruges terra cum maxima largitate fundit. ¶ Differt a largitione. V. *Largitio*.

Largĭter, adv. idem ac large, affatim, abunde. *Plaut. Rud.* 4. 4. 144. Credo, illic ineſſe auri & argenti largiter. *Horat. lib.* 1. *Sat.* 4. *ad fin.* Fortassis & istinc largiter abstulerit longa ætas, *Cæsar. lib.* 1. *B. Gall.* c. 18. Largiter posse.

Largitĭo, onis, *donazione*, Ger. *auffspendung*, Gal. *largesse*, Hisp. *donacion*, *dadiva*, δόσις, actus largiendi. *Largitio*, & *largitas* inter se differunt, quod *largitas* humanitatis sit, ut Agretius ait, *largitio* ambitionis. Est enim *largitas* rationabilis, & definitur liberalitatis effectus, *largitio* est expensa sine modo, quæ fit ad aucupandum favorem in petitione Magistratuum, vel simpliciter ad sibi benevolentiam conciliandam. *Cic.* 2. *Offic.* Quod largitione benevolentiam Macedonum consectetur. *Id. ibid.* Jam in proverbii consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. h. e. immodica liberalitate vel maximas opes exhauriri. *Id. in Pis.* Ego Cal. Jan. Senatum, & bonos omnes Legis Agrariæ, maximarumque largitionum metu liberavi. *Cæs.* 1. *bel. Civ.* c. 39. Et largitione redemit militum voluntates. Hoc *Cæsaris* loco largitio in bonam partem accipitur, pro liberalitate.

Largitionālis, le, adject. Largitionales dicebantur, qui Imperatorum muneribus, & largitionibus præerant. *Vopisc. in Carino*, c. 20. Cum ei quidam largitionalis suus editionem Cari laudaret. *L.* 12. *Cod. de vectigal.* Largitionales tituli.

Largītor, aris, dep. frequentat. a *largior*. *Plaut. Trinum.* 3. 3. 14. Ex ea dote largitari te illi.

Largītor, oris, m. 3. *donatore*, *prodigo*, *liberale molto*, נדיב, Ger. *der viel verschencket*, Gal. *donneur*, Hisp. *donador*, δωμάς, profusor, prodigus. *Liv. l.* 6. Prædam militi dedit, quo minus speratam, minime largitore duce, eo militi gratiorem. ¶ Speciatim accipitur pro eo, qui largitione populum corrumpit, & ambitus crimen committit. *Cic.* 1. *Off.* Existuntque in Rep. plerumque largitores, & factiosi, ut opes quam maximas consequantur.

Largitūdo, inis, f. idem quod largitas. *Nepos* apud *Charis. lib.* 1. Largitudo nusquam invenitur.

Largītus, a, um, particip. a largior. *Plin. l.* 17. c. 11. Aut si id conditio largita non sit. *Cic. de Arusp. resp.* c. 25. secunda fortuna regnum largita. ¶ Passiva significatione *Tibull. l.* 4. *carm.* 1. v. 129. Cum largita tuis sunt muta silentia votis.

Largĭtus, adv. large, largiter. *Afran.* apud *Non. c.* 11. *n.* 44. Quid lacrymas? largitus proloquere.

Largiuscŭlus, a, um, adject. diminut. aliquantum liberalis. *Solin. c.* 7. (*al.* 12.) Largiusculos hausstus salivarum facit.

Largus, a, um, adjectiv. copiosus, abundans, *abbondante*, *copioso*, a λαύρος, vel a *largior*. *Virg.* 2. *Æn.* fletus largos effundere. *Ovid.* 4. *Fast.* Larga messis. *Liv. l.* 40. c. 13. Largiore vino uti. *Plin. lib.* 11. *cap.* 39. Pili equis in juba largi. ¶ Item prodigus, in dando effusus, *prodigo*, *splendido*, εὐδάπανος, λαμπρός. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. *Id. Verr.* 5. c. 50. Qui si largissimus esse vellet, cumulatiore mensura uteretur. *Virg.* 11. *Æn.* Largus opum. *Plaut. Asin.* Largus opera nocturna. *Id. ib.* Largior lingua. *Horat. lib.* 4. *od.* 12. Largus donare.

Larĭdum. V. Lardum.

Larifŭga, æ, m. & f. qui lares suos deserit, erro, vagabundus. *Petron. in frag. Tragur.* c. 57. *Burm.* Larifuga nescio quis, non valet lotium suum.

Larignus, a, um, adject. qui est ex larice. *Vitruv. l.* 2. c. 9. Larigna materies.

Larīnas, atis, m. & f. qui est ex Larino oppido. *Cic. pro Cluent.* Larinas mulier.

Larīne, es, f. 1. κρήνη, fons Atticæ. *Plin. l.* 4. c. 7.

Larīnum, n. 2. *Larino*, *Larina*, urbs Frentanorum, in Aprutio, apud Apuliæ fines, nunc in R. Neap. in Com. Molisino, in conf. Capitanatæ prov. ad Tifernum, al. prope Frentonem fl. inter Histonium opp. Aprutii 8. M. & Theanum urb. exc. Apuliæ 18.

Larissa, f. 1. *Larizzo*, *Larizza*, al. *Larsa*, urbs Thessaliæ mediterranea, in Pelasgiotide regiuncula, & in confinio Macedoniæ, Metr. ampla, patria Achillis, ad Peneum fl. ¶ Larissa altera, quæ Larissa Pensilis dicta fuit, item Gremaste, *Larso*, *Larizo*, al. *Armino*, urbs maritima Thessaliæ, in Phthiotide regiuncula ad M. Ossam, & ad Pagasicum sinum, al. prope Maliacum sin. in colle, Pagasis proxima. ¶ Larissa item, *Laris*, urbs Syriæ sub Metr. Apamena, inter illam, & Epiphaniam 16. M. P. ¶ Item opp. Æolidis, a Cuma urbe 10. stad. ¶ Item opp. Peloponnesi, arx Argivorum. ¶ Item opp. agri Attici. ¶ Item urbs Asiæ, apud Tralles, a qua Larissæus Jupiter dictus est. ¶ Item urbs Italiæ, quam Pelasgi condidere.

Larissæus, a, um, adject. ad Larissam pertinens. *Virg.* 2. *Æn. v.* 197. Quam neque Tydides, nec Larissæus Achilles, &c.

Larius, m. 2. *Lago di Como*, Ger. *Cumersee*, lacus Insubriæ, & Ducatus Mediolanensis, totius Italiæ amplissimus, versus Boream, & Rhætos, a Mediolano 25. M. P. in Bor. Dictus est a λαρὸς, *larus*, *fulica*, nempe a fulicarum multitudine. Per hunc lacum medius fluit Abdua fl. aquasque ejus reddit suaviores, deinde per oppositam lacus partem erumpens, in Padum non longe a Cremona influit.

Larius, a, um, quod ad Larium lac. spectat. *Catull. epigr.* 33. Veronam veniat novi relinquens Comi mœnia, Lariumque litus.

Larix, icis, f. *larice*, λάριξ, arboris genus cognatum abieti, & pino, a λαρὸς, *suavis*, nempe ab odoris suavitate. Resinam enim fundit, & vere flores gignit odoratos. Nullam quantumvis longa senecta cariem sentit. Neque ignem per se concipit, neque ulla ratione ardet, eo quod plurimum terrestris, aqueæque habeat substantiæ, minimum autem igneæ, aut aeriæ. V. *Vitruv. lib.* 2. *c.* 9. Nec est alia ratio eam consumendi, quam si magna lignorum copia uratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici litora, vix alibi nota. *Plin. l.* 16. *c.* 10. *Lucan. l.* 9. Et larices, fumoque gravem serpentibus urunt abrotanum.

Larvæ, arum, f. *anime malefiche*, *ombre notturne*, Ger. *gespenst*, Gal. *masques*, *fantomes*, Hisp. *disfraces*, *fantasmas*, μορμῶνες, μορμολύκεια, genii mali, ac noxii defunctorum, a *Lare*, hoc est malo genio. A Laribus familiaribus eo differebant, quod hi certis ædibus curam gererent posterorum, Larvæ autem vagarentur sedibus incertis, curæque ejusmodi exsortes forent. Quæ pœna eos mansit ob vitam male transactam. *Aug. l.* 4. *de Civ.* Larvæ dicuntur animæ hominum depravatæ, & in malis vitæ meritis maculosæ, quæ a corpore separatæ terriculamentum sunt mortalibus. *Apul. in Apol.* Larvas appellat noctium occursacula, bustorum formidamina, sepulchrorum terriculamenta. *Plaut. Amph.* Nam hæc quidem ædepol larvarum plena sunt. V. *Turneb. in pref. Plinii.* ¶ Larva etiam persona dicitur, quam Itali vocant *mascara*, σκελετός. *Apul. in Apol.* Hunc denique (Mercuriolum, sive Mercurioli simulacrum affabre factum) qui larvam putat, ipse est larvatus. Ubi larvam vocat, non Lemurem, terriculamentum nocturnum, sed σκελετὸν, quomodo & alibi formam larvalem dixit, & Petronius larvam argenteam. *Hor.* 1. *Serm. Sat.* 5. Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis. ¶ Translate larva dicitur de homine stupido, & insano. *Plaut. Merc.* 5. 4. 20. Etiam loquere larva tu? Adde *Cas.* 3. 4. 2.

Larvālis, le, o. 3. *terribile*, *spaventevole*, μόρμος, terribilis, deformatus, pallens, emaciatus, ac prorsus horrendus, a *Larva*. *Ammian. lib.* 31. Larvale simulacrum. *Senec. ep.* 24. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat, & tenebras, & larvalem habitum &c. ¶ *In Priapeis carm.* 38. legitur *larvialis* epenthesi τȣ̃ *i*. Pallorem maciemque larvialem.

Larvātus, a, um, adject. larva indutus, personatus, *mascherato*. Accipitur fere pro furioso, & mente capto, & quasi a larvis agitato, auctore *Festo*. *Plaut. Men.* 5. 4. Quid esse illi morbi dixeras? narra, senex, num larvatus, aut cerritus?

Larvo, as, a. 1. larvis infesto, terreo. *Firmic. l.* 3. *cap.* 14. Fascinantes mulieres, quæ etiam ipsos artus larvari, ac fascinari faciant.

Larunda, æ, f. eadem ac Lara, de qua V. in *Lar*. *Auson. Idyll.* 5. *v.* 52. Nec genius domuum Larunda progenitus Lar.

Lasănum, n. 2. *cantaro*, Ger. *scheisstopff*, Gal. *pot de chambre*, Hisp. *servidor*, *servicio*, λάσανον, vas evacuando ventri accommodatum, seu quo retrimenta cibi excipiuntur, a Græca voce allata, quam Hesychius familiaricam sellam interpretatur. *Hor.* 1. *Serm. Sat.* 6. *v.* 108. Cum Tyburte via Prætorem quinque sequuntur te pueri, lasanum portantes, œnophorumque.

Lascīve, adv. *lascivamente*, ἀκολάστως, libidinose, molliter, petulanter procaciter. *Martial. in ep. præfixa l.* 8. Lascive loqui. *Avien. in Arat. prognost. v.* 514. Et si persultans aries lascivius herbas Appetit.

Lascivĭa, æ, f. 1. *lascivia*, *petulanza*, ἀσέλγεια, Germ. *der muthwville*, *geilheit*, Gal. *lascivetè*, Hisp. *lozania*, animi incontinentia ex saturitate fere & otio nascens, quæ vel in procacitatem, vel in libidinem erumpit. Sæpe tamen est sine malitia. *Senec. de consol. ad Helv. c.* 16. *de blandissimo puero*: Cujus non lacrymas ejus hilaritas supprimat? cujus non contractum solicitudine animum illius argutiæ solvant? quem non in jocos vocabit illa lascivia? Sic *Plin. l.* 9. *ep.* 33. lasciviam vocat ludicros cursus decursusque delphini. Et *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 14. Ut provectione læti piscium lasciviam intuerentur. Sic *Tacit. de Germ. c.* 25. saltationem inter gladios, audacem lasciviam dixit. ¶ Interdum pro libidine ponitur. *Suet. in Calig. c.* 36. Cum maxime placitam sevocasset, paulo post, recentibus adhuc lasciviæ notis, reversus &c. ¶ Item pro petulantia, & procacitate. *Quint. l.* 9. *c.* 2. Assistentes oderint hanc maledicendi lasciviam. Sic *Tacit. Ann.* 11. *c.* 12. Theatralem lasciviam vocat jocos impudentes, & probra a populo in Theatro jactata in consulares viros, & illustres fœminas. ¶ Est etiam lascivia in oratione, cum scilicet intemperanti stylo quis utitur. *Quint. l.* 2. *c.* 6. ¶ *Plaut. Asin.* 2. 2. 32. O catenarum colone! L. O. virgarum lascivia! h. e. in cujus tergum virgæ lascivire solent.

Lascivibundus, a, um, lasciviens. *Plaut. Stich.* 2. 1. 16. Quidnam dicam Dinacium lascivibundum tam libenter currere?

Lascivĭo, is, ii, itum, n. 4. *lussureggiare*, סרר, Ger. *uppig seyn*, Gal. *folatre*, *etre lascif*, Hisp. *bolverse*, *o ser lascivo*, ἐξυβρίζω, est petulanter agere, ut equi indomiti solent, & qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrant, præter solitum, aut lusitant, exultantque. *Liv. l.* 2. Et lascivire magis plebem, quam sævire. *Col. l.* 7. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. *Ovid.* 7. *Met.* Fuga lascivit agnus.

Lascivĭtas, atis, f. lascivia, petulantia. *Firmic. lib.* 1. *Astrol. c.* 1. & *Cœl. Aurel. l.* 3. *Tard. c.* 8.

Lascivĭter, adv. lascive, petulanter. Habet hanc vocem *Lævius* apud *Charisium l.* 2. *pag.* 183. *Putsch.*

Lascivŭlus, a, um, *lascivetto*. *Lev.* apud *Priscian. l.* 10. Manu lascivula, ac tenellula.

Lascīvus, a, um, *lascivo*, *petulante*, סורר, Germ. *geilu*, Gall. *lascif*, Hisp. *lascivo*, ἀσελγὴς, ἀκόλαστος, petulans, procax, libidinosus, V. *Lascivia*. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 64. Malo me Galatea petit lasciva puella, & fugit ad salices, & se cupit ante videri. *Martial. lib.* 1. *epigr.* Lascivus leporis cursus. *Ovid. Met.* 13. tenero lascivior hædo. *Suet. in Tiber. c.* 43. lascivissimæ picturæ. *Plin. l.* 10. *c.* 42. Lascivus in vino. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Siculi ut sunt lascivi, & dicaces. *Spartian. in Adriano*, *c.* 14. Idem severus, lætus, comis, gravis, lascivus, cunctator, sævus, clemens, & semper in omnibus varius. h. e. temerarius, præceps.

Laser. V. Laserpitium.

Laserātum, i, n. condimentum ex lasere. *Apic. l.* 1. *c.* 30.

Laserātus, vel Lasaratus, a, um, adject. lasere conditus, ut laseratum acetum, apud *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 21.

Laserpitiarĭum, ii, n. condimentum ex laserpitio. *Petron. in fragment. Tragur.* De laserpitiario, mimo canticum extorsit.

Laserpitiātus, a, um, quod laserpitio mixtum est. *Cato de R. R. c.* 116. Permisceto lentim aceto laserpitiato. *Plin. l.* 18. *c.* 30. Sunt, qui lentem aceto laserpitiato aspergant.

Laserpitĭfer, a, um, adject. laserpitii ferax, ut Laserpitiferæ Cyrenæ, apud *Catull. carm.* 3.

Laserpitĭum, ii, n. vel laser, eris, n. 3. ὀπὸς σιλφίου, succus sirpis, seu silphii. Sirpe, seu silphium est magis virgultum herbidum, quam arbustum. Officinæ asam fœtidam appellant. Nascitur in Cyrenaica regione. Odoratis est radicibus. Ex ejus culmo æstate exsudat pingue roscidum in modum lactis, quod pascentium hircorum inhæret barbulis, & cum arefactum inolevit, guttis stiriatis colligitur ad usum mensarum, & medicinæ. Hujusmodi succus dicitur laserpitium, & truncata voce laser, quasi lac sirpitium, seu sirpicum, idest sirpis virgulti, quoniam manat in modum lacteum. *Solin. c.* 30. *Plin. l.* 18. *c.* 3. distinguit laser a laserpitio, laserpitium accipit pro planta sirpis, seu silphii, laser pro succo. *Cato l.* 3. *Orig.* Laserpitium pro pulmentario habet. *Plaut. Rud. a.* 3. *sc.* 2. Si speras, tibi hoc anno multum futurum sirpe, & laserpitium. *Palladius l.* 3. laserpitium vocat opon Cyrenaicum, idest, succum Cyrenaicum. Nam gignitur in Cyrenaica regione, ut dictum est.

Lases, olim dicebantur, qui nunc Lares. *Terent. Scaur. de Orthogr.*

Lassātus, a, um, nom. ex particip. a lassor, aris, defatigatus, *stanco*, *stancato*, κοπωθεὶς, *Ovid.* 6. *Metam.* Lassata membra. *Juven. sat.* 6. *v.* 130. Et lassata viris, nec dum satiata recessit.

Lassesco, is, n. 3. *divenir lasso*, נלאה, Germ. *mued vverden*, Gall. *se lasser*, Hisp. *casarse*, ἐκκάμνω, fatigor, lassus fio. *Plin. l.* 10. *c.* 16. Non lassescere in ullo labore, qui nervos ex alis gruis, & cruribus habeant. *Id. l.* 7. *c.* 40. Me lassescat fortuna, metus est. *Prudent. lib.* 2. *adv. Symmach. v.* 101. Lassescere visu.

Lassitūdo, inis, f. *stanchezza*, הלאה, Ger. *mueste*, Gal. *lassetè*, Hispan. *cansancio*, κόπος, molestia, quam ex labore suscipimus. *Cic. de Inv. l.* 2. *c.* 4. Postquam illos arctius ex lassitudine dormire sensit. *Id. lib.* 12. *Fam. ep.* 25. Sed nulla lassitudo impedire officium, & fidem debet.

Lasso, as, a. 1. *stancare*, *affaticare*, הלאה, Ger. *ermueden*, Gal. *lasser*, Hisp. *cansar*, κοπόω, fatigo. *Ovid.* 3. *de Ponto*, *el.* 7. Quam sua qui tumidis brachia lassat aquis. *Plin. ep.* 9. *l.* 3. Multisque causis non lassaretur modo, verum etiam contunderetur. *Martial. l.* 8. *epigr.* 31. supplicibus dominum lassare libellis.

Lassŭlus, a, um, dim. a lassus, *Catull. carm.* 64. *v.* 37. Lassulæ nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.

Lassus, a, um, *lasso*, *stanco*, *affaticato*, נלאה, Germ. *mued*, Gall. *las*, Hisp. *cansado*, κεκμηκὼς, κοπωθεὶς, fessus, fatigatus, corporis, vel animi labore fractus. Aliqui deducunt a *labore*, alii a *lapsu*. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 66. Nam ut lassus veni de via. *Ovid.* 5. *Trist. eleg.* 4. Lassus via. *Ter. Andr.* 2. 1. 4. Animus lassus, & cura confectus. *Plaut. Stich.* 4. 1. 16. Si res lassa labat, itidem amici collabascunt. *Plin. l.* 17. *c.* 5. Terra lassa, h. e. sterilis, seu effœta. ¶ Cum genit. *Hor. l.* 2. *od.* 6. Sit modus lasso maris, ac viarum, militiæque. ¶ Cum infinito. *Propert. l.* 2. *el.* 13. *v.* 28. Nec fueris nomen lassa vocare meum.

Lastaurus, m. 2. λάσταυρος, catamitus, qui muliebria patitur. Hesychius, & Suidas scripsere, accipi etiam pro scortatore. Quidam dicunt, proprie notare bene mutoniatum, metaleptice accipi pro homine salaci. Alii malunt sic vocari eum, cui taurus hirsutus, seu hispidus est. Phrynichus auctor est, veteribus quidem dictum catamitum, sed suo sæculo sic vocari hominem pravum, ac cruce dignum. Vox Græca est, quæ facta est ex λα particula intensiva, & ταῦρος, quod significat ὄῤῥον, i. e. partem illam, quæ est inter podicem, & scrotum. *Sueton. de Illust. Grammat. c.* 15. Lenæus Pompeji libertus mores ejus sigillatim expressit, nebulonem, lurconem, popinonem, & lastaurum appellans.

Late, adv. *largamente*, πλατέως, εὐρέως, in multis locis. *Cic. pro L. Man.* Tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque dispersum, &c. *Id. Catil.* 4. *c.* 3. Latius opinione disseminatum est hoc malum. *Id.* 1. *Off.* Latissime patere videntur ea, quæ, &c. *Id.* 2. *Fin. c.* 6. Latius loqui. *Plin. l.* 4. *ep.* 20. Ingenii velis latissime vehi. ¶ Latius narrare aliquid, *ingrandire*. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 17. Atque hæc ad eum latius Afranius, atque inflatius perscribebat.

Latĕbra, æ, & latebræ, arum, f. *spelonca*, *grotta*, סתר, Germ. *unterschleiff*, Gal. *cachette*, Hisp. *escondrijo*, φωλεὸς, locus, ubi aliquid occultatur, a *lateo*. Quidam volunt, latebras de hominibus, latibula de feris dici. Sed hæc differentia non observatur, & latebræ dicuntur de locis, in quibus se homines abdunt, & de ferarum cubilibus, & de quibusvis locis, in quibus aliquid absconditur. *Lucan. l.* 1. Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbus erit. *Liv. l.* 46. Inter vepres, & latebras ferarum noctem unam delitui. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 2. Non metuo, ne quispiam inveniat: ita probe in latebris situm est. ¶ Ponitur interdum latebra pro excusatione, & prætextu. *Cic.* 3. *Off. c.* 20. Viderint, ne quæratur latebra perjurio, i. e. excusatio, qua lateat perjurium. *Idem* 2. *Divin. cap.* 20. Se in mirificam latebram conjicere.

Latebricŏla, æ, m. φωλητὴρ, latebras incolens. *Plaut. Trin.* 2. 1. 14. Latebricolarum hominum corruptor.

Latebrŏse, adv. *occultamente*, בסתר, Ger. *verborgenlich*, Gall. *en cachette*, Hisp. *escondidamente*, κρύβδην, occulte, clam. *Plaut. Trin.* 2. 2. Neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo.

Latebrŏsus, a, um, *dove son molti luoghi da nasconderſi*, אכל, Ger. *voll hoelen*, Gal. *plein de cachettes*, Hisp. *lleno de escondrijos*, φωλεώδης, in quo frequentes latebræ sunt. *Plaut. in Bacch.* 1. 1. 22. Nam huic ætati non conducit, mulier, latebrosus locus. *Liv. l.* 21. *c.* 54. Locus latebrosus ad equites tegendos. *Virg.* 5. *Æn.* Pumex latebrosus. h. e. fistulosus.

Latens, tis, adject. o. abditus, occultus, *nascosto*. *Virg.* 1. *Æn.* Saxa latentia. *Pompon. l.* 2. *de orig. jur.* In latenti jus civile retinere.

Latenter, adv. *nascosamente*, בסתר, Ger. *verbengenlich*, Gall. *en cachette*, Hisp. *a escondidas*, κρύβδην, clam, occulte. *Cic. in Top. cap.* 17. Eventus obscura causa, quæ latenter efficitur. *Ovid.* 3. *de Pont. eleg.* 6. *in fin.* Si res est anceps ista, latenter ama.

Latĕo, es, tui, sine sup. n. 2. *esser ascoso*, *nasconderſi*, נסתר, Ger. *verborgen ligen*, Gal. *estre caché*, Hisp. *estar escondido*, λανθάνω, in occulto sum, clam sum, delitesco, a Dorico λάθω pro λήθω, θ in *t* converso. *Cic.* 3. *Verr.* Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæ, quæ latent in simu-

simulatione officii. ¶ Et quoniam ea, quæ in occulto sunt, fere ignoramus, factum est, ut latere accipiatur pro ignorari: sed in hac significatione fere impersonaliter usurpatur. V. *latet*. ¶ Dicimus autem, latere in, & sub aliqua re. *Virg. Cic.* & *Liv.* Item cum abl. sine præposit. *Ter. Heaut.* 4. 2.

Later, eris, m. 3. *quadrello*, *mattone*, לבנה, Ger. *ein zjegel*, Gal. *brique*, Hisp. *ladrillo*, πλίνθος, terra cocta, & in lapidem durata, a λᾶς, seu λάας, *lapis*. *Cic.* 2. *Div.* Num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta est, potuit valere? *Col. l.* 9. *c.* 6. Ut vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur. ¶ Laterum tria erant genera, de quibus V. *Plin. l.* 35. *c.* 14. & *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. ¶ Lateres cocti, seu cocti les sunt, qui in fornace cocti sunt. *Vitruv. l.* 1. *c.* 5. Sive silex, sive cæmentum, aut coctus later, sive crudus. ¶ *Laterem lavare*, proverbio dicitur, pro operam ludere, inde tractum, quod rubedo illa in lateribus ablui non possit. *Ter. Phor.* 1. 4. 9. Purgem me? Laterem lavem.

Lateralis, le, adject. ad latus pertinens, ut lateralis dolor, *dolor di fianco*. *Plin. l.* 21. *c.* 21. ¶ Lateralia, um, substantive, sunt crumenæ, seu capsulæ ad latera ephippii pendentes, in quibus necessaria itineri recondimus, *facchette*. *Scævola l.* 102. *Dig. de legat.* 3. Pecuniam in lateralibus condidit.

Lateramen, inis, n. opus lateritium. *Lucret. l.* 6. *c.* 232. Conlaxat, rareque facit lateramina vasi. h. e. vas ipsum lateritium. Loquitur enim de doliis, quæ apud veteres lateritia fuere, nisi malis lateramina interpretari vasis latera.

Laterāni, m. 2. familia clarissima, apud Romanos. Habitavit in Cœlio monte, qui & inde Lateranus est appellatus. Ex hac egregius ille vir fuit, qui Consul designatus Neronis jussu interfectus est. Sed aliqui dicunt, Lateranum fuisse nomen proprium nobilissimi Romani, ejusque familiam ab eo Lateranorum nomine a Scriptoribus nuncupari. *Juven. sat.* 10. Egregias Lateranorum obsidet ædes Tota cohors.

Laterānus, m. 2. Deus, seu Genius focorum, a *later*. *Arnob. l.* 4. Lateranus, ut dicitis, Deus est focorum, & Genius, adauctusque hoc nomine, quod ex laterculis crudis ab hominibus caminorum istud exædificetur genus. ¶ Item Consul R. qui a Nerone occisus est V. *Laterani*. ¶ Nunc Lateranus templum est magnificentissimum Romæ in Cælio monte. V. *Hieron. ep.* 30.

Laterarĭa, æ. V. Laterarius.

Laterarĭum, ii, n. genus tigni, a *latus*, *eris*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 20. Ipsi autem laterariis circa fixis continentur, teganturque tabulis maxime palmeis.

Laterarius, ii, m. qui lateres facit, πλινθαγός. *Non. c.* 5. *n.* 97.

Laterarĭus, a, um, idem, quod lateritius. *Plin. l.* 17. *c.* 56. Laterarias domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis. Sed aliqui legunt, *Lateravias*, *ac domos*, ideſt, officinas, fornaceisque fingendis, coquendisque lateribus aptas. ¶ Significat etiam, aptum lateribus faciendis, ut laterariæ terra. *Id. l.* 19. *c.* 8.

Latercŭlum, i, n. codex dignitatum omnium tam militarium, quam civilium; ita dictum, teste *Isidoro l.* 6. *c.* 17. quod ordinem habeat stratum annorum. Ejus fit mentio *leg.* 1. & 2. *Cod. de Offic. Quæst.* ¶ Hinc a nonnullis Latereulenses dicuntur, qui hujusmodi librorum curam habent. V. *Pancirol. in notit. Imper. Orient. c.* 94.

Latercŭlus, li, m. *mattoncello*, πλινθίον, parvus later. *Col. l.* 18. *c.* 14. Sub porticibus deinde quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. ¶ Item panificium quadratum operis dulciarii, a laterum forma. *Plaut. Pœn. a.* 1. *sc.* 2. *v.* 12. Nil, nisi laterculos, sesamum, papaveremque. *Apul. l.* 10. Hic panes, crustula, junculos, hamos, laterculos, plura scitamenta mellita.

Laterensis, se, adject. ad latus pertinens, ut laterensis satelles, qui corpus Principis custodit. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 43. Tot fere laterensibus uti solebat.

Laterīna, æ, f. latrina, *cloaca*. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marc. c.* 2. Pro laterinis deductis, pro civitatibus ædificatis. Alii laterinas hic intelligunt laterarias officinas, vel lateritia opera.

Lateritĭus, a, um, *mattonato*, *di mattoni*, כלבנה, Germ. *von ziegel*, Gal. *de brique*, Hisp. *de ladrillo*, πλινθινος, quod est ex latere. *Plin. l.* 35. *c.* 14. Græci parietes lateritios præxulere.

Laterna, æ, f. *lanterna*, נר, Ger. *ein latern*, Gall. *lanterne*, Hisp. *lanterna*, λυχνοῦχος, instrumentum ex laminis corneis, vel ex alia materia, in quo candela accensa, vel ignis oleo ardens includitur, ne a vento extinguatur, a *lateo*, quia in ea ignis latet. Primam syllabam longam habet, etsi prima in lateo brevis est. *Cic. ad Att. l.* 4. *ep.* 3. Pauci in vestibulo pannosi, sine laterna. *Martial. l.* 14. *epigr.* 61. Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis, & tuta est gremio parva lucerna meo. ¶ *Pareus in Lex. Cvit.* testatur, se in quodam MS. legisse *lanterna*, in *Plauti Aulul.* 3. 6.

Laternarĭus, rii, m. *chi porta la lanterna*, Germ. *laternträger*, Gal. *lanternier*, Hisp. *lanternero*, λυχνοφόρος, qui alteri laternam præfert. *Cic. in Pis. c.* 9. An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario? V. *Lautumarius*.

Latesco, is, n. 3. latus fio, *allargarsi*, *dilatarsi*. *Col. l.* 2. *c.* 10. *ad fin.* Rapæ non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. *Manil. l.* 1. *v.* 680. bis sex latescit fascia partes.

Latesco, is, n. 3. idem quod lateo, *esser nascosto*. *Cel. l.* 8. *c.* 1. Ossa latescentia ad spinam tendunt. *Cic. in Arat. v.* 385. Hic equus a capite, & longa cervice latescit.

Latet, ebat, tuit, imp. 2. *essere incognito*, *occulto*, *non saperſi*, est incognitum esse, ignorari, a *lateo*, quia ea, quæ in occulto sunt, fere ignoramus. Plerumque acc. habet. *Virg.* 1. *Æn. v.* 134. Nec latuere doli fratrem Junonis, & iræ. ideſt, nec frater ignoravit dolos, &c. *Ovid.* 5. *Fast. v.* 361. quorum me causa latebat. ¶ Interdum & dativum. *Cic. post redit. in Sen. c.* 6. Ubi nobis hæc auctoritas tanta latuit? *Varr. l.* 8. *de L. L. c.* 52. Quæ & oculis, & auribus latere soleat. *Lucan. l.* 1. *v.* 417. at mihi semper, Tu, quæcumque moves tam crebros causa meatus, Ut Superi voluere, lates. Addunt aliqui alterum ex Cicerone locum *Catil.* 1. *c.* 6. quod mihi latere valeat in tempore. Sed ea lectio Criticis valde suspecta est, & creditur scribæ alicujus additamentum.

Latex, icis, m. 3. *fonte*, *umore*, משקה, Ger. *feuchtigkeit*, Gal. *fontaine*, *liqueur*, Hisp. *fuente*, *humor*, ὑγρόν, fons, vel aliud simile a *lateo*, quia in eo latet humor. *Serv. in Æn.* Festo dici videtur a lapsu, quia profluens aqua fit. *Lucr. l.* 5. Liquoris vitigeni laticem, ideſt, uvam. ¶ Metonymice ponitur pro ipso liquore, ut Latex Lyæus, h. e. vinum, Latices Palladii, h. e. oleum. *Virg.* 4. *Æn.* Sparserat & latices simulatos fontis Averni.

Lathyris, f. 2. λαθύρις, herba, al. cataputia major. *Plin. l.* 27. *c.* 11. Lathyris folia habet multa, lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis continetur, ut capparis.

Latĭa Saturni, uxor Saturni. *Gel. l.* 13. *c.* 21. ex Pontif. Indigitamenis.

Latiālis, & le, o. 3. *Latino*, quod ex Latio est. *Ovid. Met.* 15. *v.* 481. Latialis populus. ¶ Latialis sermo, Latinus, seu Romanus. *Plin. l.* 3. *c.* 1. Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia.

Latialĭter, adv. latine. *Sidon. carm.* 23. *v.* 235. Et te seu latialiter sonantem &c. Alii leg. *latiariter*, quod idem est. *Martial. Capell. l.* 5. *init.* Peplo circa humores involuto latialiter tegebatur.

Latiar, ris, n. 3. *Sigon. l.* 1. *de antiq. jur. Ital. c.* 3. testatur, ita appellatum fuisse ab Romanis solemne sacrificium, quod a Latinis populis tempore latinarum feriarum Jovi Latiali fiebat.

Latiāris, o. 3. idem, ac Latialis. *Cic. pro Mil. c.* 31. Tu qui ex tuo monte, Latiaris sancte Jupiter.

Latiarĭter. V. Latialiter.

Latibŭlo, as, n. 1. & latibulor, aris, d. 1. idem, ac lateo, apud vet. *Varro*. Vide, ne servus domini latibulet. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 495. Progredere, & ne quis latibuletur, prospice.

Latibŭlum, li, n. *luogo dove si nasconde*, מטמא, Ger. *ein schuploch*, Gal. *cachette*, Hisp. *escondrijo*, φωλεός, in quo aliquid delitescit. Dicitur non solum de bestiis, sed etiam de hominibus. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 13. Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. *Id. l. Off. c.* 4. Generi animantium omni est a natura tributum, ut pastum, ut latibula, &c.

Laticlavĭalis, le, adject. qui laticlavia tunica est indutus. *Vet. Inscript. apud Grut. p.* 180. *n.* 3. Tribunus laticlavialis.

Laticlavĭus, a, um, adject. qui latum clavum habet. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 1. *n.* 7. Et tunica laticlavia donatum ad Masinissam remisit. *Sueton. in Domit. c.* 10. Laticlavius Tribunus. ¶ Laticlavii, absolute, dicti sunt Senatores, & Patritii, quorum insigne erat latus clavus in tunica. V. *Clavus*, *& Manut. & l.* 2. *de quæst. per epist. epist.* 2. *Suet. Ner. c.* 26. A quodam laticlavio cæsus. *Id. in Aug. c.* 38. Binos laticlavios præposuit singulis alis.

Latifŏlius, a, um, πλατύφυλλος, quod lata folia habet. *Plin. l.* 15. *c.* 7. Optima laurus ad id latifolia, sylvestris nigra baccis.

Latifundĭum, ii, n. *gran podere*, Ger. *ein feldgut*, Gal. *fond de grand etendue*, Hisp. *hegedad grande*, ἀροῦρα, magnus, & amplus fundus. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Latifundiis non legitima naturæ festinatio, ideſt, non potest una certa ratio præscribi putandæ vineæ in magnis prædiis, quod aliæ serius id, aliæ maturius desiderant. *Id. l.* 18. *c.* 6. Latifundia perdidere Italiam. Adde *Senec. ep.* 88.

Latīnæ, arum, f. subaudi *feriæ*, tempus sacrificii solemnis a Latinis populis faciendi. V. *Latinus*, & ibi exempla.

Latīne, adv. *latinamente*, Germ. *latein intsche*, Gall. *latin*, Hisp. *latino*, Λατινιστί, more Latinorum. Latine loqui, est loqui proprie, & eleganter. *Cic. in Bruto*. Eodem tempore M. Herennius in mediocribus Oratoribus latine, & diligenter loquentibus numeratus, est. ¶ Interdum est loqui aperte, clare, plane, nullo astu, nulla malitia, nulla fraude, nulla Metaphora, nullo verbi ambigui prætextu. *Cic. 6. Verr.* Latine me scitote, non accusatorie loqui. *Id. 7. Phil.* Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Anton. gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane, & latine loquuntur. *Quintil. Declam.* 3. De injuria nostra latine queri non possumus: parcendum verbis est. h. e. de stupro militi a tribuno intentato. ¶ Latine scire, est scire Latine loqui. *Cic. pro Cæc.* Quid enim facilius est, quam probari iis, qui Latine sciant, in uno servulo familiæ nomen non valere?

Latīni, orum, m. 2. Latii incolæ, qui olim Aborigines appellati fuerant. Dicti sunt a regione, quam incolebant. Et hoc nomen æque antiquum est, ac nomen Latii, usitatum usque ab eo tempore, quo Saturnus in Italia latitavit. *Virg.* 12. *Æn.* Sed *Dionys. l.* 1. *Rom. antiq.* scripsit, vetus Aboriginum nomen usque ad bellum Trojanum servatum fuisse, ideſt usque ad expeditionem Græcorum in Asiam, a Latino Rege, Fauni filio, qui belli Trojani temporibus regnavit, Latinos dici cœpisse, statim cum Regni potitus est. *Justin. l.* 20. dicit, Latinos populos ab Æneæ conditos videri. *Liv. l.* 1. narrat, Aborigines vocatos fuisse Latinos post bellum Trojanum, facta permixtione ex Aboriginibus, & Trojanis, authorem nominis Æneam fuisse, eum utranque gentem Latinos appellavisse, non Trojanos, ante bellum cum Mezentio, ut animos Aboriginum sibi conciliaret. *Virg.* 12. *Æn.* fabulatur, cum Juno a Jove prohibita esset ulterius pro Turno, & adversus Æneam progredi, eam petiisse, ut nomen Trojæ sempiterna hominum oblivione deleretur, ne Latini vetus nomen, vestem, loquendi rationem mutarent. ¶ In Latio quinam recenserentur, V. *Sigon. de antiq. jur. Ital. l.* 1. *c.* 3. Latini etiam ut populi fœderati Reip. Rom. spectantur. Hæc acceptione sic definiuntur: Latini erant Latii incolæ, Populi R. fœderati, jure Latii donati. *Sigon. ib.* Vel Latini erant illi, qui Latium incolebant, & habebant jus census, jus tributorum, jus militiæ, jus suffragii, jus honorum. Cives autem jure Latii erant, qui donati fuerant eo jure, quod ante Legem Juliam Latinorum proprium fuerat, etsi extra Latium habitarent, cujus generis erant, ex. gr. Galli, Hispani, &c. Ex *Sigon. de ant. jur. Italiæ l.* 1. *c.* 4. *Panvin. de jure Latii*. ¶ Postquam a Romanis in societatem recepti sunt, varie sunt nominati, *Socii*, *Latini Socii*, *Socii nominis Latini*, *Socii ab nomine Latino*, *Socii nomenque Latinum*, *Socii ac Latium*, *Latium*, *& Socii*. Sæpe tamen Italici de Latinis, & Latini de Italicis dicti inveniuntur. *Sigon. l.* 1. *c.* 2. Sed *Manutius* censet, quando veteres dicebant, *Socii*, *& Latini*, vel *Socii*, *& Latium*, eos duos Sociorum genera, Socios Italiæ, & Socios Latii, intellexisse.

Latinienſis, & se, o. 3. idem quod Latinus. *Cic. de Aruſp. Resp. c.* 10. Quod in agro Latinienſi auditus est strepitus cum fremitu.

Latinĭtas, atis, f. *favella latina*, locutio Latina, sive sermo Latinus. *Cic. Att. l.* 7. Secutusque sum, non dico Cæcilium, mane ut ex portu in Pireæum (malus enim auctor Latinitatis est) sed *Terentium*, cujus tabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a C. Lælio scribi. ¶ Accipitur etiam pro jure Latii. *Suet. Aug. c.* 47. Urbium quasdam, merita erga populum Rom. allegantes, Latinitate vel civitate donavit. V. Latius, a, um.

Latinīzo, as, a. 1. in latinum verto. Vox est *Cælii Aurel. Acut.* 2. *c.* 1. Latīno, as, a. 1. idem quod latinizo. Est ejusdem Auctoris *Tard.* 5. *c.* 6.

Latīnus, a, um, *Latino*, Λατῖνος, quod est ex Latio, seu ad Latium spectat, ut Sermo Latinus, quo utebantur in Latio, *Virg.* 1. *Æn.* Genus unde Latinum. *Cic. 1. Fin.* Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse, quam Græcam. *Col. in præf. l.* 12. Hæc in Oeconomico Xenophontis, & deinde Cicero, qui eum Latinæ consuetudini tradidit. h. e. vertit in Latinum sermonem. ¶ Vertere in Latinum, est in linguam Latinam. *Quintil. l.* 10. *c.* 5. Vertere Græca in Latinum veteres nostri Oratores optimum judicabant. ¶ Latini, populi Latii incolæ. V. supra Latini. ¶ Reperitur etiam comparat. *latinior*, & superlat. *latinissimus*. *Hieron. epist.* 13. Nihil latinius tuis voluminibus. *Idem ep.* 51. Homo latinissimus. Adde *Augustin. de Grammat. c. de adverbio*. ¶ Latinæ feriæ dicebantur, cum ex populis Latinis viri simul, & mulieres in montem Albanum hostias adducebant, & quatriduano sacrificio facto in honorem Jovis Latialis, accepta carne in suam quique civitatem digressi revertebantur. Ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes cæsæ distribuerentur. Viscerationem mox & Cæsar populo dedit, ut apud *Suetonium* legimus. ¶ Ferias autem Latinas maximo Romanorum a

Latinorumque Magiſtratuum conventu, Conſules procurabant, cum interea cum populo agere non liceret, ut ob eam cauſam Latinæ aliquando a Conſulibus inſtaurarentur, cum Tribunis pleb. obſiſtere vellent, populares leges, & Reipub. perniciоſas ferre cupientibus. Itaque *ad Q. Fr. l.* 2. Conſul, *inquit*, Lentulus dies comitiales exemit omnes. Nam etiam Lanæ inſtaurantur. Nec tamen deerant ſupplicationes. Sic legibus perniciоſiſſimis obſiſtitur, maxime Catonis. Inſtaurabant Latinas etiam Pontifices, ut *Liv. l.* 32. tradit. Id autem fiebat, quaſi jam faciendis iis aut prætermiſſum aliquid eſſet, aut, quod non oporteret, commiſſum. ¶ Primus eas in unum diem Tarquinius Superbus inſtituit, ſecundus dies additus pulſis Regibus, tertius poſt ſeceſſionem in Aventinum, quartus Plebe, & Patribus a Dictatore Camillo in concordiam reductis. *Ex commentar. P. Manut. in epiſt. ad Att. & ad Q. Fr.* ¶ Non habebant certum, ſtatumque diem. nam legimus apud *Liv. l.* 41. *cap.* 16. celebratas fuiſſe III. Nonas Maji. Et *l.* 44. *c.* 19. prid. Idus Aprilis, &c. ¶ Latinorum Concilium erat congregatio populorum Latii veteris, ideſt, Albanorum, & Rutulorum, in lucum Ferentinæ, qui erat ſub monte Albano, ubi de negotiis publicis conſultabant, & peracta conſultatione duos Prætores creabant, qui Rempub. Latinam adminiſtrarent. Fuit ſimile Concilio Amphictyonum, in Græcia. *Dionyſ. l.* 3. *in Anco. Liv. l.* 8. *Sigon. de antiq. jure Italiæ l.* 1. *c.* 3. ¶ Celebratum fuit uſque ad Conſulatum V. Maximi, & P. Decii Muris, ideſt uſque ad annum Urbis 441. *Feſtus ex Cincio in l. de poteſtate Conſulum. Sigon. l.* 1. *c.* 3.

Latīnus, m. 2. Λατῖνος, Rex Aboriginum, ſeu Laurentium. Stupro procreatus eſt ex Hercule, & filia Fauni, eo tempore, quo ille extincto Geryone armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat. *Juſtin. l.* 43. Sed *Dionyſ. l.* 1. *Rom. Ant.* tradit, fuiſſe filium Herculis, & mulieris Hyperboreæ; Herculem, cum ex Italia diſcederet, mulierem Hyperboream jam prægnantem Fauno in matrimonium reliquiſſe. *Virg. lib.* 7. *Æn.* ſcriplit, Latinum filium fuiſſe Fauni ex Marica Nympha Laurente, nepotem Pici, pronepotem Saturni. *Serv. ex Heſiodo in Aſpidopia* narrat, fuiſſe filium Ulyſſis, & Circes filiæ Solis, Circen a nonnullis Maricam appellari, Maricam Deam fuiſſe litoris Minturnenſium prope Lirim fl. poetica licentia Laurentem dici pro Minturnenſem, alios Maricæ nomine Venerem intelligere, cujus fanum fuerit ad Maricam ſylvam Latii apud Minturnas, & Lirim fl. *Hyginus* vult, Latinos plures fuiſſe. Similiter *Boccat. l.* 8. *Gen.* Maricas plures fuiſſe ſuſpicatur. Uxorem habuit Amatam ſororem Dauni Regis Ardeatium. *Virg.* Sed *Var. L. L.* dicit, Latino uxorem fuiſſe Pallantiam Evandri filiam. Hoc tenente Regnum Æneas, Troja a Græcis expugnata, in Italiam venit, cui pars agri Laurentis, & Lavinia in matrimonium data eſt. Latinus interiit in prælio cum Rutulis. *Dionyſ. l.* 1. *Liv. l.* 1. *Juſtin. l.* 43. *Boccat. l.* 8. *Gen.*

Latĭo, onis, f. actus ferendi, *il portare. Cic.* 3. *Att. ep.* 26. Mihi in animo eſt, legum lationem exſpectare. *Liv. l.* 38. *c.* 36. Pronuntiavit, uti iis ſuffragii latio eſſet.

Latĭpes, edis, adject. o. qui latos pedes habet. *Avien. in prognoſt. Arat. v.* 358. Latipedemque anatem cernes excedere ponto.

Latitabundus, a, um, adject. qui latet. *Sidon. l.* 1. *epiſt.* 6. Nobilem latitabundum pauperis honorati ſententia premet.

Latĭtans, antis, *naſcoſto*, *latente*, qui ſæpe latet, vel idem quod latens. *Horat. in fin. od.* 12. *l.* 3. arcto latitantem fruticeto excipere aprum. *Ov. 10. Met. v.* 449. tegunt nigræ latitantia ſidera nubes. *Lucan. l.* 6. *v.* 712. Latitans in antro.

Latitatĭo, onis, f. actus latitandi. *Quint. l.* 7. *c.* 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, ſimilia.

Latĭto, as, avi, atum, n. 1. *naſconderſi ſpeſſo*, נסתר, Ger. *innen ligen*, Gal. *ſe cacher*, Hiſp. *aſconderſe*, φωλέω, ſæpe, aut fere ſemper lateo. *Cic. pro Cluen.* Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. *Hor.* 3. *Carm. Od.* 12. Et celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. ¶ Speciatim latitare, inquit *Budæus*, dicuntur, qui ad judicium vocati fruſtrantur, & ludificantur. *Cic. pro Quinct.* Ego experiri non potui: latitavit, procuratorem nullum reliquit. ¶ Eſt etiam freq. verbi *fero*, a ſup. *latum. Feſt.* Latitaverunt *Cato* poſuit, pro ſæpe tulerunt.

Latitūdo, inis, f. *larghezza*, *ampiezza*, רחב, Ger. *breyſte*, Gal. *largueur*, *étendue*, Hiſp. *anchura*, πλάτος, ſpatioſitas. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 11. In hac immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. *Idem* 3. *Agr.* Qui latitudinem poſſeſſionum tueri, qui invidiam Syllanorum agrorum terre non poſſunt. *Id.* 2. *de Or. c.* 22. Oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur. *Col. de arbor. c.* 17. Creſcere in latitudinem.

Latĭum, tii, n. *Lazio*, *Campagna di Roma*. regio Italiæ. Habet ab Occ. Hetruriam, a Mer. Mare, ab Or. Campaniam, a Sept. Sabinos, & Samnites. *Sigon. l.* 1. *de ant. jur. Ital.* hos fines Latio veteri tribuit, ab Occ. Tyberim, & Hetruſcos, a Sept. Anienem, & Sabinos, ab Or. Utentem fl. cum Volſcis, a Mer. mare Tyrrhenum: deinde ait, utrique Latio ad Occ. objectum eſſe Tyberim, a Sept. Anienem cum Sabinis, & Marſis, ad Or. Samnites, & Campanos, ad Merid. Mare. ¶ Dictum eſt a *latendo*, quod ibi Saturnus latitarit. *Virg.* 11. *Æn. Ovid.* 1. *Faſt. Arnob. l.* 4. Pulſum a Jove, Italorum delituiſſe in finibus, & quod tutus fuiſſet a filio, nomen Latio impoſuiſſe pro munere. Sed *Varro* a Latino Rege dictum aſſerit. ¶ Duplex eſt, vetus, & novum. Antiquum extendebatur ab Hetruria, & Tyberi fl. uſque ad Circeios urb. vel ad ſummum uſque ad Tarracinam urb. Volſcorum, & Utentem flu. Novum productum fuit a Circeiis, ſeu a Tarracina, & Utente flu. uſque ad Campaniam, & Lirim fl. Latium novum poſt bellum Tarentinum originem habuiſſe videtur. Nam neque bello Punico primo, neque Gallico Ciſalpino, neque ipſo bello Punico ſecundo omnium difficillimo mentio ulla uſurpatur auxiliorum, quæ a Volſcis, Oſcis, Auſonibus miſſa ſint, cum tamen aliorum omnium populorum, quibus Latium cingitur, apud *Polybium*, & *Livium* memoria celebretur, Marſorum, Pelignorum, Samnitium, Campanorum, Sabinorum, Umbrorum, Picentum, Etruſcorum. Igitur veriſimile eſt, Volſcos, Hernicos, Auſones, Oſcos vel expulſos fuiſſe, vel ad internecionem deletos, & gentem Latinorum in hanc regionem eſſe immiſſam, atque inde Latium novum appellari cœpiſſe. Quod quidem inter Tarentinum, & Punicum bellum factum videtur. *Sigon. lib.* 1. *c.* 7. ¶ Latium differt ab agro Romano, *Campagna di Roma*. Nam ager Romanus Latio vetere continetur. Latium autem novum, ſeu quicquid inter Tarracinam, & Lirim jacet, ad Regnum Neapolitanum ſpectat.

Latĭus, a, um, *Latino*, quod ex Latio eſt, vel ad Latium ſpectat, ut Agri Latii, Gens Latia, Lingua Latia, Muſæ, Latiæ, &c. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 42. Sylvius in Latia gente vocatus erat. *Id.* 2. *Pont. eleg.* 3. *v.* 75. Latiæ facundia linguæ. ¶ Jus Latium erat jus populorum nominis Latini, quo utebantur in re publica adminiſtranda, item jus civitatis Rom. adipiſcendæ, jus ſuffragiorum, &c. Vide *Sigon. l.* 1. *de Jure Ital.*

Latmĭus, a, um, adject. a Latmio monte. *Ovid.* 3. *de ar. aman. v.* 84. Latmius Endymion non eſt tibi, Luna rubori.

Latmus, m. 2. *Monte di Palatia*, Λάτμος, mons Cariæ, in Joniæ confinio, apud Mæandri fl. oſtia, & Miletum urb. juxta quem Heraclea urbs inter Mæandrum, & Miletum ſita eſt. Celebris eſt fabula Endymionis, quem cum Luna adamaret, in hoc monte ab ea ſopitum narrant, ut unum ab eo oſculum auferret. *Cic.* 1. *Tuſc.*

Latōis, idis, f. 3. Λατωΐς, Diana filia Latonæ. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 384. Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arva.

Latoĭus, a, um, adject. Latonius. *Ovid.* 8. *Met. v.* 542. Quas Parthaoniæ tandem Latoia clade Exſatiata domus. *Idem* 3. *Triſt. el.* 2. *v.* 3. Nec vos, Pierides, nec ſtirps Latoia veſtro, &c. Ita ex MSS. legit *Heinſius*. Alii *Latonia*.

Latomĭa, æ, f. 1. *luogo, d' onde ſi tagliano le pietre*, Ger. *ſteinbruch*, Gal. *carriere*, Hiſp. *cantera*, Λατομία, lapidicina, locus, unde lapides excidunture, a Λάας, *lapis*, & τέμνω, *Plaut. Capt.* 3. 5. 65. Inde ibis porro in latomias lapidarias. V. Latumia.

Latōna, f. 1. Λητώ, filia Cei Titanis. A Jove tertio amata, & compreſſa eſt, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem, & Dianam ſecundam. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Quod Juno adeo ægre tulit, ut pellici omni terra ad pariendum interdixerit, & immiſſo contra illam Pythone ſerpente per totum terrarum orbem perſecuta ſit, donec errando ad ſororem Aſterien inſulam Ortygiam pervenit, a qua ſuſcepta eſt, ibique Dianam peperit, quæ e veſtigio obſtetricis officium in naſcituro fratre matri præſtitit, & Apollinem naſcentem ſuſcepit, qui adultus mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare reſponſa. Deinceps hæc inſula Delos vocari cœpit, quod, cum antea aquis merſa fuiſſet, ſubito Jovis juſſu conſpicua fuerit reddita. Nam δῆλον, Græci dicunt, quod nos *oſtendere*. Dicta etiam eſt Latonia, quod in ea Latona enixa ſit Dianam, & Apollinem. Fabulantur etiam, cum Latona per Lyciam Apollinem, & Dianam adhuc infantes ferret, & ad lacum quendam ſiti laborans acceſſiſſet, ruſticos quoſdam aquam turbaviſſe, Latonam ruſticis interitum precatam eſſe, ruſticos in ranas verſos lacum incolere cœpiſſe. *Boccat. l.* 4. *Gen.*

Latonĭa, f. 1. Diana, a matre Latona. *Virg.* 9. *Æn. v.* 405. Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos.

Latonigĕna, æ, m. & f. Latonigenæ dicuntur Apollo, & Diana Latonæ filii. *Sen. Agamen. v.* 320. & *Ovid.* 6. *Met.*

Latonĭus, a, um, adject. ad Latonam pertinens. *Virg.* 3. *Georg. v.* 6. Delos Latonia. *Ovid.* 8. *Metam.* Latonia proles. V. Latona.

Lator, oris, m. qui fert, *portatore*, a ſup. latum verbi *fero*. *Sen. de tranquil. c.* 5. Debet plus virium eſſe in latore, quam in onere. ¶ Accipitur & pro tabellario. *Sueton. in Calig. c.* 44. Magnificas Romam literas miſit, monitis ſæpe latoribus, ut vehiculo, &c. Optimi Codices habent *ſpeculatoribus*, pro *ſæpe latoribus*. ¶ Lator legis eſt, qui legem vel inſtituit, vel promulgat. *Liv. l.* 3. *c.* 31. Cum de legibus conveniret, de latore tantum diſcreparet. *Cic. Catil.* 4. *c.* 5. Lator legis Semproniæ.

Latōus, i, m. Apollo dictus eſt Latonæ filius. *Hor. l.* 1. *od.* 31. Frui paratis & valido mihi, Latoe, dones.

Latrabĭlis, le, adject. ut latrabilis vox, apud *Cæl. Aurel. Acut.* 3. *c.* 11. quæ latrare videtur.

Latrans, antis, o. partic. a latro. *Proper. l.* 5. Colla latrantia canis. ¶ *Latrans* abſolute pro cane. *Ovid.* 4. *Met.* 412. jaculum miſit, & in mentum fixit latrantis.

Latrātor, oris, m. *abbaiatore*, נובח, Germ. *beller*, Gall. *abayeur*, Hiſp. *ladrador*, qui latrat. *Virg.* 8. *Æn.* Et latrator Anubis. *Mart. l.* 12. *epig.* 1. latratoreſque Molotti. ¶ Translate ponitur pro rabula moleſto. *Quintil. l.* 12. *c.* 9. Si modeſtia a viro bono in rabulam, latratoremque convertitur.

Latratus, a, um, partic. a latror. *Stat. l. Achil. v.* 451. Juxtaque Caphareus latratum pelago tollens caput.

Latrātus, us, m. *abbajamento*, Germ. *das bollen*, Gall. *abbayment*, Hiſp. *ladrido*, ὑλαγμός, ὠλακή, vox canum, latrandi actus. *Plin. l.* 8. *c.* 30. Laniatu, & latratu adactum, ut cogeretur fateri ſcelus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 411. apros Latratu turbabis agens.

Latreus, m. 2. Λατρεύς, unus ex Centauris. *Ovid. l.* 12. *Met.*

Latrīna, æ, f. 1. *bagno*, כויצאר, Germ. *ſcheiſſhauſſ*, Gal. *retrait*, Hiſp. *la privada*, Λατρὸν, ἀπόλουτρον, olim notabat balneum privatum, a *lavando*, quaſi *lavatrina*, ut *tonſtrina* a *tondeo*. *Lucil. apud Non. c.* 3. *n.* 131. ¶ Aliis locum notat, in quem faturi eunt. Qua ſignificatione fortaſſis a latendo dicitur, quod in eam ſe ſe homines abdant, ne conſpiciantur. Item locum in ædibus, in quem ſordes confluunt, & differt a cloaca, quæ publica eſt. *Plaut. Curc.* 4. 4. 24. Non pluris facio, quam ancillam meam; quæ latrinam lavat. Ubi *Lambinus* locum excrementorum, ſed *Turnebus l.* 21. *c.* 20. privatum intelligit balneum. *Apul. l.* 9. *de Aſino*. Omnia prorſus ut in quandam cœnoſam latrinam, in ejus animum confluxerant vitia. *Colum. l.* 10. *v.* 85. Immundis quæcunque vomit latrina cloacis.

Latro, as, avi, atum, n. 1. *abbiare*, נבח, Germ. *bellen*, Gal. *abbayer*, Hiſp. *ladrar*, ὑλακτέω, proprium eſt canis, cum vocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens, a ſono, ob liquidam r. *Cic. pro Roſc. Am.* Quod ſi luce quoque canes latrent, cum Deos ſalutatum aliqui venerint. *Horat. epod.* 5. *v.* 57. Senem adulterum Latrent Suburanæ canes. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Plin. l.* 25. *c.* 10. Hanc habentes negant latrari a canibus. ¶ Et impersonaliter. *Ovid.* 2. *Triſt.* Scit, cui latretur, cum ſolus obambulat ipſe. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat. c.* 15. Latrant jam quidam oratores, non loquuntur. ¶ Latrare aliquem, eſt maledicere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 64. Etiam me meæ latrant canes? Al. leg. *in me. Horat. l.* 2. *ſat.* 1. ſi quis Opprobriis dignum latraverit improbus ipſe. ¶ Sumitur & pro poſcere. *Lucr. l.* 2. *v.* 17. nonne videre eſt, Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi, ut, &c. *Feſt.* quoque notat, *Ennium* latrare pro petere uſurpaſſe. ¶ Latrare ſtomachus dicitur, cum eſt jejunus, & fame irritatus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet.

Latro, onis, m. 3. olim notabat militem conductum, item ſatellitem, ſeu ſtipatorem, quem Græci σωματοφύλακα, nominant. Dictus eſt, non quidem quia ad latus ferrum haberet, ſed quaſi *latero*, quia ſtiparet Regis ſui latus, vel a λάτρον, ideſt *ſtips*, quam mercedis nomine accipiebat. Unde & ſtipator appellatus eſt. Moris autem erat, ut hos Rex & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen. *Var. l.* 6. *de L. L. Feſtus. Serv. in* 12. *Æn. Plaut. Mil.* 4. 1. 2. Nam ego hodie ad Seleucum Regem miſi paraſitum meum, ut latrones, quos conduxi hinc, ad Seleucum duceret, qui ejus Regiam tutarentur. ¶ Poſtea latrones generatim vocati ſunt viarum obſeſſores, idque, quia milites conductitii, qui primo latrones dicti ſunt, id facere ſolerent. *Feſt.* Latrones dicti, quod latenter inſidientur. Hinc hæc vox pro venatore uſurpatur. *Virg.* 12. *Æn.* Fixumque latronis impavidus frangit telum. ¶ Speciatim vero latrones dicuntur viarum obſeſſores, graſſatores, excurſores, qui ex rapto, & cæde vivunt, qui publice, & per vim furantur, *latroni*, *aſſaſſini di ſtrada*, פריץ, Germ. *ſtraſſenreuber*, Gall. *larron*, Hiſpan. *ladron*. Λῃστὴς, *Cic.* 1. *Phil.* Erat enim vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. Inteſti latrones. ¶ Latrones etiam dicuntur calculi in ludo latrunculorum. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 20. Inſidioſorum ſi ludis

bella

bella latronum. *Id. l. 7. epig. 71.* Sic vincas Noviumque, Publiumque Mandris, & vitreo latrone clauſos. V. *Latrunculus.*

Latrocinālis, le, adject. *da ladrone. Apul. l. 2. A. A.* Id omne latrocinalis invaſit manus. *Ammian. l. 31. c. 16.* Latrocinalia caſtra.

Latrocinaliter, adverb. more latronum. *Martian. Capel. l. 6.* Latrocinaliter interimere.

Latrocinatĭo, onis, f. 3. idem, ac latrocinium. *Plin. l. 19. c. 4.* Multitudinis innumeræ læva latrocinatio.

Latrocinĭum, nii, n. olim militiam notabat. *Gracchus apud Non. c. 2. n. 408.* Qui apud Regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti. ¶ Sæpius uſurpatur pro latrocinandi actu, ideſt, aggrediendi homines in via, ſpoliandi, deprædandi, *ladroneccio*, גנבה, Ger. *ſtraſſenraub*, Gal. *larcin*, Hiſp. *latrocinio*. Λῃστεία. *Cic. pro Deiot.* Sed quibus fines ſuos ab excurſionibus hoſtium, & latrocinis tueretur. *Tacit. 12. Ann. c. 27.* Latrocinia agitare. ¶ Item pro fraude, & inſidiis. *Salluſt. Jug. c. 9.* Furtim, & per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia & honores nituntur. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 22.* Putares, hic latrocinium futurum. h. e. Roſcium per vim, & inſidias damnatum iri.

Latrocĭnor, aris, atus ſum, d. 1. olim erat militare. *Plaut. Mil. a. 2. ſc. ult.* An quia latrocinamini, arbitramini, quidvis licere facere vobis, verbero? *Id. Trin. 2. 4.* Ibit latrocinatum aut in Aſiam, aut in Ciliciam. ¶ Poſtea cœpit uſurpari pro latronum more prædari, *rubbare*, Λῃστεύειν. *Cic. 1. de nat. Deor.* Tot millia latrocinantur morte propoſita, alii omnia, quæ poſſunt, ſana expilant. *Plin. l. 9. c. 42.* Latrocinari ex occulto.

Latruncularĭus, a, um, adject. ad latrunculos, ſeu calculos pertinens, ut latruncularia tabula, apud *Senec. epiſt. 117.* in qua ſcil. latrunculis luditur. *Io ſcacchiere.*

Latrunculātor, oris, m. *giudice di maleficio*, rerum capitalium judex, ſive quæſitor, qui vulgo judex maleficiorum vocatur. *Ulp. l. 5. Pand. l. ſolemus, de Judic.* Latrunculator de re pecuniaria judicare non poteſt.

Latrunculus, m. 2. parvus latro, *ladroncello. Cic. de Prov. Conſ. c. 7.* Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis a Proprætore una cohorte auxiliaria geſta. ¶ Sunt etiam latrunculi, ſive latrones, *ſcacchi*, calculi, quibus ludimus ſexdecim ſcrupis gemina acie utrinque directis, in quibus duo Reges ſunt invicem contendentes, duæ Reginæ, quatuor equites, ſexdecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones. Hi in abaco, ſeu tabula latruncularia diſponuntur in ſuas quiſque regiones, ſeu cellulas lineis decuſſatis diſtinctas, eaque lege luditur, ut ſi unus ex hoſtili agmine incomitatus deprehendatur, captivus ex acie abducatur. Dicti ſunt latrunculi, quod ſint veluti parvi quidam milites certantes. *Plin. l. 8. c. 54.* Tradunt, Simias & latrunculis luſiſſe fictis cera. *Senec. epiſt. 106.* Latrunculis ludimus, in ſupervacuis ſubtilitas teritur.

Latumia. V. Lautumia.

Latus, a, um, particip. anomal. verbi fero, *portato. Cic. Phil. 2. c. 41.* Latus eſt operta lectica per oppidum. *Id. pro Sext. c. 16.* Unus in legem per vim latam jurare noluerat. Sic, Lata pœna in aliquem. h. e. decreta. *Id. pro Corn. Balbo.*

Latus, a, um, o. 1. 2. *ſpazioſo, largo, ampio*, רחב, Ger. *breit*, Gal. *large*, Hiſp. *ancho*, πλατὺς, εὐρὺς, εὐρύχωρος, ſpatioſus, amplus, cujus contrarium eſt anguſtus, a πλατὺς abjecto initiali π. *Cic. 6. Ver.* Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoque disjuncta. *Virg. 8. Æn. v. 8.* latos vaſtant cultoribus agros. *Cic. de Clar. Orat. c. 31.* Latior, & liberior oratio. *Juven. ſat. 12. v. 59.* digitis a morte remotus Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda. *Plin. l. 6. c. 26.* Muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis. *Colum. l. 1. c. 11.* Areas latas pedum denum facito. *Id. l. 3. c. 13.* Sulcum faciunt latum pedum quinque. ¶ Latus clavus. V. *Clavus.* ¶ *Culpa lata* a Juriſconſultis dicitur, quæ manifeſta eſt & inexcuſabilis. *Ulpian. Digeſt. 21. t. 31.*

Latus, eris, n. 3. *lato, fianco*, צלע, Ger. *die ſeite*, Gal. *coté*, Hiſp. *lado*, πλάγιον, πλευρὰ, quod eſt infra alam, a *latendo*, quia latet, conditurque ſub axillis. *Iſid. l. 11. c. 1. Cic. pro Cluent.* Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. ¶ Hinc lateris dolor, quem Græci πλαγιοπληξίαν vocant, Ital. *punta. Cic. 3. de Or.* Dieque ſeptimo eſt lateris dolore conſumptus. ¶ Metonymice pro viribus, & ſpiritu ponitur. *Cic. de Sen.* Cum legem Voconiam magna voce, & bonis lateribus ſuaſiſſem. *Id. de Sen.* Neque ex te unquam ex nobilitatus, ſed ex lateribus, & lacertis tuis. ¶ *A latere* dicuntur cari, & amici Principum, qui eorum lateribus ſemper adſunt. *Liv. l. 24. c. 5.* Ab latere inde eos nominant Tyranni, quorum capita viliſſima fingenti inter dolores, gemituſque concurrerunt. *Curt. l. 3. c. 5.* Cum ad perniciem ejus etiam a latere ipſius pecunia ſollicitaret hoſtis. ¶ Lateri alicujus adhærere, eſt vicinum eſſe. *Liv. l. 29. c. 25.* procul abeſſe libertatis auctores Romanos; lateri adhærere gravem dominum. *Quintil.* Adjungere aliquem lateri filii. *provvederlo di guida, e maeſtro.* ¶ Tegere, aut claudere latus dicitur, qui ad latus alicujus incedit, & quidem loco exteriore, & minus honorato. *Sueton. in Claud. c. 34.* In Capitolium eunti, & inde revertenti latus texit. *Horat. l. 2. ſat. 5. v. 17.* Vis ne, tegam ſpurco Damæ latus? *Juvenal. Sat. 3. v. 131.* Divitis hic ſervi claudit latus ingenuorum filius. ¶ Latus alicui fodere dicuntur, qui pulſato leviter latere comitis, de quopiam tranſeunte admonere ſolent, vel de alia quavis re, quod præcipue nomenclatorum officium. *Horat. l. 1. epiſt. 6.* Mercemur ſervum, qui dictet nomina, lævum Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram porrigere. Huc pertinet & illud *Ter. Hec. 3. 5. 16.* Dic juſſiſſe te. Ph. Noli fodere: juſſi. ¶ Latus præbere, latus tegere, &c. Gladiatorum etiam ſunt, cum vulneribus ſe exponunt, aut ab iis defendunt. Hinc, latere tecto diſcedere, apud *Ter. Heaut. 4. 2. 5.* eſt periculum evadere, illæſum diſcedere. Translate *Flor. l. 3. c. 5.* Nudum Imperii latus oſtentabant procul Marius, & Sylla. ¶ Latus dicitur etiam de aliis rebus. *Cic. 3. Leg.* Latera inſulæ. *Ovid. 10. Metam.* latus campi. *Id. ib. l. 1.* Latus navis. *Vitruv.* Latus templi. *Tacit. & Cæſ. l. 1. B. G. c. 25.* latera exercitus. *le ale.* ¶ Aliquando latus accipitur pro ipſo comite, qui latus tegit. *Martial. l. 6. epigr. 68.* Eutychus ille, tuum, Caſtrice, dulce latus. ¶ Item pro genere, & familia. *Plin. in epiſt.* A meo tuoque latere.

Latuſcŭlum, li, n. 2. parvum latus. *Catul. ad Thallum, epigr. 22.* Ne laneum latuſculum, manuſque mollicellas inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent. *Lucr. l. 4. v. 311.* Quin etiam quæcunque latuſcula ſunt ſpeculorum.

Lavācrum, n. 2. *dove ſi lava, bagno*, רחצה, Ger. *bad*, Gal. *lavoir*, Hiſ. *lavadero*, Λουτρὸν, balneum, in quo quis lavari commode poteſt, a ſup. *lavatum*, ut *involucrum* ab *involutum. Gel. l. 1. c. 2.* Lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, & mollibus, ædium poſticum refrigerantibus lavacris.

Lavandrĭa, orum, n. vaſa, aliaque ad lavandum inſtrumenta. Vox eſt *Laberii*, quæ inter obſoletas, & nimis licenter effictas retertur a *Gell. l. 16. c. 7.*

Lavatĭo, onis, f. *lavazione*, Λοῦσις, Λουτρὸν, lavandi actus, a ſup. lavatum. *Plin. l. 8. c. 45.* Lavatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere. ¶ Item lavacrum, ſeu balneum. *Cic. l. 9. Fam. ep. 5.* Et ante te certiorem faciam, ut lavatio parata ſit. *Phædr. fab. 63. v. 22.* Lavatio argentea. h. e. vaſa ad lavandum apta, ex argento.

Lavātor, oris, m. ponitur pro fure. *Acr. in Hor. l. 1. ep. 17.* Laverna dicta a lavando: Nam fures lavatores dicuntur. Voſſius dubitat, an hic locus ſanus ſit, & ſuſpicatur legendum eſſe *levando*, & *levatores*.

Lavatrīna. V. Latrina.

Lavatūrus, a, um, partic. a lavor, a ſup. lavatum. *Ov. 3. Faſt. v. 12.* Sacra lavaturas mane petebat aquas.

Laudabĭlis, le, o. 3. *lodevole*, Ger. *loeblich*, Gal. *louable*, Hiſp. *digno de ſer alabado*, αἰνετὸς, ἐπαινετὸς, quod merito laudari poteſt. *Cic. in Bruto.* Nonne cernimus, vix ſingulis ætatibus binos Oratores laudabiles conſtitiſſe? *Id. 2. Offic.* Quarum etſi laudabilior eſt defenſio. ¶ Veteres Critici cum in perlegendis Scriptoribus aliquid laude dignum inveniebant, notabant adſcripta litera *L. h. e. laudabilis*, vel *laus:* vel *L. L. h. e. locus laudabilis:* cujuſmodi notas non ſemel reperiri in manuſcriptis Varronis, teſtatur *Scalig.* & alii.

Laudabilĭtas, atis, f. *Leg. 1. Cod. de metallar.* Comes metallorum hoc titulo infignitur: Laudabilitas tua.

Laudabilĭter, adv. *lodevolmente*, Ger. *loeblich*, Gal. *louablement*, Hiſ. *loablemente*, ἀξιεπαίνως, cum laude, & commendatione. *Cic. 5. Tuſc.* Quid? ad recte, honeſte, laudabiliter, poſtremo ad bene vivendum ſatiſne eſt præſidii in virtute? *Valer. Max. l. 5. c. 4.* Quo horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo ejus ſubvenit.

Laudāte, adv. idem, ac laudabiliter. *Orat. ante Exilium, quæ perperam Ciceroni olim tribuebatur, c. 3.* Non obeſt mihi turpis, & nocens, ſed honeſtiſſime, laudatiſſimeque acta vita. *Plin. l. 36. c. 6.* Regias domos laudatiſſime adornavit.

Laudatĭo, onis, f. *lode*, תהלה, Ger. *lobung*, Gal. *louange*, Hiſ. *alabanca*, αἴνεσις, ἐγκώμιον, laudantis oratio, commendatio. *Cicer. Fam. 15. ep. 6.* Quam lauream cum tua laudatione conferam? *Id. pro Cæl.* Lectiſſimos viros cum legatione ad hoc judicium, & cum graviſſima, atque ornatiſſima laudatione miſerunt. *Id. 2. Fin.* Lege laudationes non eorum, qui ſunt ab Homero laudati. *Senec. epiſt. 101.* Aliud eſt laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, ſed laudationem, cujus officium oratione conſtat. Cum dicimus aliquem laude dignum, non verba illi benigna hominum, ſed judicia promittimus.

Laudatīvus, a, um, ἐγκωμιαστικὸς, quod laudat, quod laudationi eſt accommodatum. Unde Laudativum genus orationis a Rhetoribus dicitur, quod alio nomine Demonſtrativum vocant. *Quint. l. 2. c. 16.* Laudativam totam, quæ eſt pars Rhetorices tertia.

Laudātor, oris, m. *lodatore*, מהלל, Ger. *lober*, Gal. *celuy qui loue*, Hiſp. *alabador*, ἐπαινετὴς, ἐγκωμιαστὴς, qui laudat, teſtis innocentiæ, vel virtutis alicujus. *Cic. poſt Red.* Qui rerum mearum geſtarum laudatores fuerunt. *Id. Attic. l. 6. ep. 2.* Laudator integritatis, & elegantiæ.

Laudātrix, icis, f. quæ laudat. *Cic. 3. Tuſc. c. 2.* Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laudātus, a, um, *lodato*, ἐπαινετὸς, laudibus celebratus, laudibus abundans, part. a laudor. *Cic. in Fam. 5. ep. 12.* Qui non tantum laudari ſe lætatur, ſed addit etiam a laudato viro. *Plin. l. 36. c. 21.* Laudatiſſimi ſunt in Melo, Sciro, Æoliis inſulis. *Id. l. 12. c. 8.* Saccharum & Arabia fert, ſed laudatius Indiæ.

Laudĕa, vel ludea, æ, f. idem ac laus. Quidam ſic legunt apud *Plaut. Ciſtel. 1. 3. 53.* Parite laudeam, & lauream. Alii *laudem*.

Laudemĭum, vel Laudimium, ii, n. vox ſequioris latinitatis, quæ accipitur pro præmio, quod datur pro renovatione emphyteutica. *l. 3. Cod. de jur. Emphyt.*

Laudicœnus, i, m. cœnipeta, qui cœnam laudat. *Plin. l. 2. ep. 14.* Inde jam non inurbane σοφιζομένης vocantur: iiſdem latinum nomen impoſitum eſt, laudicœni.

Laudo, as, avi, atum, a. 1. *laudare, lodare*, הלל, Ger. *loben*, Gal. *louer*, Hiſ. *alabar*, αἰνέω, ἐπαινέω, commendo, verbis extollo, effero, a *laus*. Differt a probo, quia re magis probamus, laudamus verbis. *Cic. ad Att. l. 12. ep. 22.* Laudantur exquiſitiſſimis verbis legiones. ¶ Laudare cum exceptione, eſt non integre. *Cic. l. 1. ad Q. Fr.* Neque te patiar cum exceptione laudari. ¶ Ponitur etiam pro nominare, & appellare, item pro citare, & in teſtem adducere. Ratio eſt, quod Antiqui non ſine laude aliquem nominare ſolebant, præſertim cujus teſtimonio uti vellent. Unde genus illud loquendi, *Laudare aliquem teſtem*, pro *nominare. Plaut. Capt. 2. 3. 66.* Id ſcias, Jovem ſupremum teſtem laudo. *Cic. 3. de Or.* Atque hæc quidem ab his Philoſophis, quos tu maxime diligis, Catule, dicta ſunt, quod eo ſæpius teſtificor, quod auctoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. id eſt his Philoſophis nominatim citandis, quos auctores harum rerum habeo. Adde *Gel. l. 2. c. 6.* ¶ *Virg. Georg. 2. v. 412.* Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Ubi *Turneb. l. 28. adverſ. c. 14.* laudare, inquit, poſitum eſſe pro rejicere, vituperare, quemadmodum eſt ἐπαινεῖν apud Græcos. Verum non eſt neceſſe verbum *laudo* hic a propria in inſolentem ſignificationem traducere: ſenſus enim eſt: lauda quidem eos, qui latifundia poſſident, tu tamen agros parvos excole.

Laver, eris, n. vel f. 3. *berla*, herba, vulgo berla, & berula, in aquis naſcens, frutice pingui, recto, foliis latis olulatro ſimilibus, ſed minoribus, & odoratis. *Plin. l. 26. c. 8.* Laver quoque naſcens in rivis, condita, & cocta torminibus medetur.

Laverna, f. 1. πρακτικὴ, Dea, in cujus tutela fures eſſe putabantur, a λαβεῖν, *accepiſſe*, quaſi Laberna, β converſo in *u*, vel a levo, ideſt, furor, quaſi Levarna. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 60.* Labra movet, metuens audiri: pulcra Laverna, Da mihi fallere, da juſtum ſanctumque videri. ¶ Ponitur & pro fure ipſo. *Auſon. epiſt. 4. ad fin.* Hic eſt ille Theo poeta falſus, Bonorum mala carminum Laverna.

Lavernālis Porta, una ex Portis urbis Romæ, ita dicta, quod ibi ara Lavernæ Deæ fuerit. *Var. l. 4. de L. L. & Feſt.*

Lavernĭo, onis, m. fur, ita dictus, quod ſub Lavernæ tutela eſſet. *Feſtus.*

Lavinĭa, f. Λαβινία, filia fuit Latini Regis Aboriginum, ſeu Laurentum, & Amatæ. Primum Turno deſponſata eſt, deinde Æneæ tradita eſt in matrimonium, ita Diis per ſigna, & Oracula jubentibus. *Virg. Æn. 7. & 12. Liv. l. 1.*

Lavinĭum, n. 2. prius Lavinum, teſte Servio, *Città Lavinia*, urbs olim Latii, in colle, nunc oppidulum Campaniæ Romanæ, apud Ardeam. ¶ Conditum fuit ab Æneа, anno tertio poſt Trojæ excidium, & ita appellatum a Lavinia uxore, filia Latini Regis Aboriginum.

Lavinĭus, & Lavīnus, a, um, adject. a Lavinio. *Virg. 1. Æn.* Lavinaque venit litora. *Id. 4. Æn. v. 236.* Nec prolem Auſoniam, & Lavinia reſpicit arva.

Lavo, as, lavi, lavatum, lautum, lotum, a. 1. *lavare*, רחץ, Ger. *baden*, Gal. *laver*, Hiſp. *limpiar*, λούω, de corpore, νίπτω de manibus, πλύνω de veſtibus, eſt abluere, quod ſordidum eſt, aqua purgare. *Virg. 3. Ecl.* Omnes in fonte lavabo. *Hor. 1. Serm. Sat. 6. v. 125.* Aſt ubi me ſeſ-

ſum

fum Sol acrior ire lavatum admonuit. ¶ Interdum ſignificat madefacere, humectare. *Plaut. Pſeud.* Geſtas tabellas tecum, eas lacrymis lavas. ¶ Item purgare, expiare, translate. *Terent. Phorm.* 5. 7. 80. Venias nunc precibus lautum peccatum tuum. ¶ Præteritum *lavavi* pro *lavi* habet *Plaut. Trucul.* 1. 2. 94. Jam exibit: jam lavavit. Particip. *lavaturus* V. ſupra ſuo loco. ¶ Obſervandum eſt, Latinos, cum de balneis ſermo eſt, *lavare* uſurpare interdum pro *lavari*; niſi malis ſubintelligere accuſativum *ſe*, aut *corpus*, &c. *Plaut. Truc.* 2. 3. 3. Si amentur mulieres, quamdiu lavant, omnes amantes balneatores fient. *Terent. Eun.* 3. 5. 47. Ventulum huic facito, dum lavamus: ubi nos laverimus, ſi voles, lavato.

Lavo, is, a. 3. idem quod lavo, as. *Horat. l.* 3. *od.* 12. Miſerarum eſt, neque amori dare ludum, neque dulci mala vino lavere. *Id. l.* 1. *Sat.* 5. *v.* 24. Ora manuſque tua lavimus, Feronia, lympha. Adde *Lucret. l.* 5. *v.* 948.

Laurĕa, f. 1. *foglia di lauro*, Ger. *lorberblat*, Gal. *feuille de laurier*, Hiſ. *laurea*, δαφνὶς, δάφνιον φύλλον, proprie lauri folium appellatur perpetuo virens, & topiario operi accedens. *Ovid.* 3. *Faſt.* Cedit ab Iliacis laurea cana focis. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Unius arborum Latina lingua nomen imponitur viris, unius folia diſtinguuntur appellatione, laureamen enim vocamus. ¶ Aliquando ponitur pro lauro. *Horat.* 2. *Carm. od.* 15. Tum ſpiſſa ramis laurea fervidos. ¶ Aliquando pro corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. *Plin. l.* 7. *c.* 30. *de Cicerone*: Salve primus in toga triumphum, linguæque lauream merite. *Cic. de Provinc. Conſ. c.* 12. Si in Capitolium ingredi victor cum inſigni illa laurea geſtiret. ¶ Interdum metonymice laurea, & laurus pro rei militaris gloria, aut victoria ponitur, vel quia ipſa eſt victoriæ præmium, vel quia victores laureamen terebant in ſinum Jovis Capitolini. Hinc *Plin. Paneg. c.* 14. Cum Parthica lauro gloriam patris augeres. *Stat. l.* 4. *Sylv.* Laurus Indica. *Cic.* 1. *Offic. c.* 22. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Laureātus, a, um, *coronato*, *o ornato di lauro*, Ger. *gekrænt*, Gal. *couronne de lauriers*, Hiſp. *laureado*, δαφνηφορὴς, qui laurea coronatus, vel circumvolutus eſt. *Cic. pro Mur.* Qui imaginem parentis ſui laureatam in gratulatione ſua conſpexit. *Plin. l.* 35. *c.* 18. Tantumque non cum laureatis faſcibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenîſſent. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. Poſtes laureati. ¶ Laureatæ literæ erant, quæ alicujus victoriæ nuntium ferebant, atque ideo lauro ornabantur. *Tacit. in Agric. c.* 18. & *Lamprid. in Alexandr. c.* 58. ¶ Laureati lictores, qui ante Magiſtratus laurea ornati, poſt aliquam victoriam, incedebant. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 10.

Laurens, tis, o. λαυρέντιος, adject. a Laurentio opp. *Virg.* 12. *Æn.* Laurentis regia Pici. *Virg.* 12. *Æn.* Te quoque Laurentes viderunt Æole campi oppetere. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Laurens prædium.

Laurentalĭa, n. 3. λαυρέντια, feriæ in honorem Accæ Laurentiæ, cui Sacerdotes in Velabro ſacrificabant. *Var. l.* 5. *de L. L.*

Laurentes, m. 3. pop. Latii litoralis, iidem fere, ac Oenotrii, & Pelaſgi, quorum metropolis Laurentum. *Plin.* V. *Laurens*.

Laurentĭa. V. Acca Laurentia.

Laurentīnus, a, um, adject. idem quod Laurens. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Laurentinum meum. h. e. prædium. *Valer. Max. l.* 8. *c.* 5. *n.* 6. Laurentina via. ¶ *Laurentinæ Feriæ* apud *Var. l.* 5. *L. L.* ſunt ipſa Laurentalia.

Laurentum, n. 2. urbs Latii, verſus oram maris Tyrrheni. Videtur eſſe locus qui nunc dicitur *Pratica*. Dictum eſt vel a ſylva laurea, qua exciſa ædificatum eſt, vel, ut Priſcianus ait, a lauro ibi primum inventa, dum Picus hanc urbem conderet. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Laureŏla, æ, f. 1. dim. a laurea, & pro corona triumphali capitur. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 10. Velles enim, tantum modo ut haberem negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis. ¶ Laureolam in muſtaceo quærere, eſt ex re frivola inſignem laudem captare. V. *Eraſmum. Cic. ad Att. l.* 5. *ep.* 20. Bibulus, credo, voluit appellatione hac inani nobis eſſe par: in eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere.

aureŏlus, m. 2. latro ſceleratiſſimus, qui in crucem ſublatus a feris devoratus fuiſſe dicitur. Quæ fabula aliquoties Romæ in ſpectaculis repræſentata eſt. *Juven. Sat.* 8. *v.* 186. Laureolum velox etiam bene Lentulus egit, judice me, vera dignus cruce. Domitianus hanc fabulam repræſentaturus nocentiſſimum quendam ultimo ſupplicio damnatum in crucem erigi juſſit, & immiſſa urſa dilacerari, atque ita rei veræ, non fictæ, ſpectaculum populo exhibuit. *Martial. in Amph. Cæſ.* Nuda Calidonio ſic pectora præbuit urſo, non falſa pendens in cruce Laureolus.

Laureōtis, otis, f. ſpodium, ſeu cinis, qui, dum argentum in fornace uritur, in ipſa fornacis area colligitur ex favillis argenteis ſurſum aſcendentibus, ac deinde in aream decidentibus. *Plin. l.* 34. *c.* 13. Fit & in argenti fornacibus ſpodos, quam vocant laureotin.

Laurētum, i, n. *luogo pieno di allori*, Ger. *lorbeer garten*, Gal. *lieu plein de lauriers*, Hiſp. *lauredal*, δαφνὼν, locus in quo laurorum copia eſt, ut roſetum, myrtetum, ſpinetum. *Plin. l.* 15. *c. ult.* Quando lauretum in Aventino vocatur, ubi ſylva lauri fuit. ¶ Plerique codices habent *loretum* ea ſcilicet ratione, qua *caudex* & codex, *cauda* & *coda* dicitur. Porro *Loreti* nomine dicti ſunt duo vici Urbis in regione decimatertia, quorum alter *Loretum majus*, alter *Loretum minus* appellabatur; ducta appellatione a ſilva lauri, quæ ibi quondam fuerat. *P. Victor. de regionib. Urb. Romæ.*

Laurētum, n. 2. *Loreto*, urbs recens Piceni, inter Recinetum, & oram maris Hadriatici, ubi templum auguſtiſſimum, in quo ædicula Deiparæ Mariæ virginis, ad quam peregrini ex tota Europa religionis cauſa quotidie confluunt.

Laurĕus, a, um, *di lauro*, δάφνινος, quod eſt ex materia lauri. *Ovid.* 2. *Triſt.* Ponat & in nitida laurea ſerta coma. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Laurea corona. *Id. l.* 15. *c.* 15. Laurea pyra. *h. e.* odore laurum referentia. *Id. ib. c.* 25. Laurea cerafa. *maraſche*. ita dicta, quod in lauro inſeri primum cœpta ſunt.

Laurĭces, m. 3. cuniculi, vel fœtus cuniculorum a matre execti, vel uberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti gratiſſimis in cibis habebantur. Vox eſt Balearica, etſi fortaſſe a Græcis profecta eſt, ideſt a λαῖρος, *latus*, *multus*, *copioſus*, propter jocunditatem hujus generis animalium. *Plin. l.* 8. *c.* 55.

Lauricŏmus, a, um, ornatus comas lauro, ut Montes lauricomi. *Lucret. l.* 6. *v.* 151. Lauricomos ut ſi per montes fama vagetur.

Laurĭfer, ra, rum, δαφνηφόρος, ferens laurum. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Laurifera tellurem illam oſculatus ex reſponſo. *Luc. l.* 5. *v.* 332. Lauriferos nullo comitetur vulnere currus.

Laurĭger, ra, rum, δαφνηφόρος, gerens, ſeu ferens laurum. *Ovid. de Arte.* Viſite laurigero ſacrata palatia Phœbo. Adde *Martial. l.* 3. *epigr.* 66.

Laurīnus, a, um, *d' alloro*, δάφνινος, quod eſt lauri, vel ad laurum ſpectat. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Exit & in cubitalem altitudinem foliis laurinis, ſed mobilibus. ¶ Item quod eſt ex lauro factum, ut Laurinum oleum, δαφνέλαιον. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Oleum laurinum utilius, quo recentius.

Laurus, ſ. 2. & 4. *lauro*, *alloro*, Ger. *loerberbaum*, Gal. *laurier*, Hiſp. *laurel*, δάφνη, genus arboris perpetua virens coma. Videtur a *laude* dici, quod ſit laudis, & gloriæ inſigne. Et quidem veteres dicebant *laudum* pro *lauro*, & *laudam* pro *laurea*. *Serv. ad* 8. *Ecl. Iſid. l.* 17. *c.* 17. A Græcis δάφνη appellatur, quæ res Poetis fabulandi occaſionem videtur præbuiſſe, Daphnen puellam fuiſſe, quæ, cum ab Apolline adamaretur, ejuſque vim effugere non poſſet, Deorum miſeratione in laurum verſa eſt. *Ovid. l. Met.* ¶ Apollini qui Delphis præcipue colebatur, ſacram eſſe credebant, eo, quod hæc arbor frondes ſemper virentes habeat, & Apollo ſemper juvenis, & imberbis eſſe exiſtimetur. Alii cauſam afferunt, quod ſpectatiſſima naſcitur in Parnaſſo. Alii, quod Apollo Daphnen puellam amavit, quo nomine etiam hæc arbor Græce appellatur. Hinc Apollinea, & Delphica cognominatur. *Ovid. 6. Faſt.* Venit Apollinea longas Concordia lauro nexa comas. *Hor. l.* 3. *Carm. ode* 30. Et mihi Delphica lauro cinge volens Melpomene comam. ¶ *In* igne ſtrepitum edit. Gyraldus dicit crepantem in igne laurum bonum fuiſſe omen, tacitam autem infelix. *Ovid. l. Faſt.* Et non exiguo laurus adufta ſono. *Tibull. l.* 2. *eleg.* 6. At laurus bona ſigna dedit, gaudete coloni. *Prop. l.* 2. *eleg.* 29. Et tacet extincto laurus adufta foco. ¶ Vates lauro veſci ſoliti fuere, quod valere crederent ad divinationem. *Juven. Sat.* 7. nec ſit quicumque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit. Hinc fatidica appellata eſt. Sed aliqui dicunt, fatidicam eſſe vocatam, vel quod Apollini fatidico Deo eſſet dicata, vel quod ex ejus crematæ ſtrepitu futura colligerentur. ¶ Erat ſignum pacis, & ea triumphantes coronabantur. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus, janitrix Cæſarum, Pontificumque, quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. *Id. l.* 15. *c.* 30. Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. ¶ Sola arborum fulmine non tangitur, ut Poetæ fabulati ſunt, & credidit etiam *Plin. l.* 15. *c. ult.* ubi plura Lauri genera recenſet. ¶ Legitur etiam laurus, us, in 4. declinat. *Senec. Oedip. v.* 16. Hoc me Delphicæ laurus monent. ¶ Laurus pro victoria. V. *Laurea*.

Laus, laudis, f. 3. *laude*, *lode*, *gloria*, *onore*, תהלה, Germ. *loh*, Gal. *louange*, Hiſp. *alabanca*, ἔπαινος, ἐγκώμιον, præconium, commendatio, gloria, ſplendor, decus, a λαὸς, *populus*, ut laus proprie ſit ſermo populi de virtute alicujus teſtantis, vel a λάω, *eloquor*, vel ab antiquo λαύω, *fruor*, ut ſic dicatur, quia nullus virtutis major eſt fructus, quam laus, V. *Laudatio*. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 14. Summis laudibus ad cœlum extollere. *Id. pro Planc. c.* 3. Laudi dare aliquid alicui. *Id.* 15. *Fam. ep.* 6. Ea eſt profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt. *Id. Verr.* 5. Ponere aliquid in laude. *Id. in Bruto*: Laus dicendi, Et, laus oratoria. h. e. facultas, vel eloquentia. ¶ Aliquando laus accipitur pro virtute, ſeu recte factis, quæ laude digna ſunt. *Virg. Æn.* 1. *v.* 460. Sunt hic etiam ſua præmia laudi. *Id.* 9. *Æn. v.* 252. Quæ vobis, quæ digna, viri, pro laudibus iſtis Præmia poſſe rear ſolvi?

Lauſus, m. 2. quem Dionyſius Ægeſtum vocat, filius Numitoris, & frater Iliæ, ſeu Rheæ Sylviæ, & ab Amulio Albanorum Rege per dolum necatus. *Dionyſ. l.* 1. *Rom. Antiq. Ovid.* 3. *Faſt. Bocc. l.* 6. *Gen.* ¶ Alius fuit Mezentii filius, quem Æneas interfecit, cum parentem vulneratum defenderet. *Virg.* 10. *Æn.*

Lauſus, us, m. planctus, ejulatus, lugubris lamentatio. *Varr. apud Non. c.* 1. *n.* 234. Funus exſequiati, cum lauſu ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus. Alii leg. *plauſu*.

Laute, adv. *ſplendidamente*, Ger. *herlich*, Gal. *ſplendidement*, Hiſp. *afeytadamente*, λαμπρῶς, ſplendide, eleganter. *Plaut. Caſ.* 4. 1. 10. Laute veſtitus, exornatuſque ambulat. *Id. Mil.* 4. 11. Loquitur laute, & minime ſordide. *Terent. Adelph.* 5. 1. Laute munus adminiſtrati tuum. *Nepos in Chabr. c.* 3. Quod vivebat laute, & indulgebat ſibi liberalius. *Cic.* 2. *Leg. c.* 1. Villa lautius ædificata. *Id. de Amic. c.* 28. *ex veteri Poeta*. Lautiſſime ludere.

Lautĭa, orum, n. 2. ἐνδύματα, eſculenta, ſupellectilia, & alia ad lautiorem victum accommodata, quæ Legatis exterarum Nationum, & etiam hoſpitibus ſuppeditabantur. Dicta ſunt a *lautus*, vel a δώτια. nam veteres etiam *dautia*, pro *lautia* dixere. *Liv. l.* 28. *c.* 39. Locus inde, lautiaque Legatis præberi juſſa. *Id. l.* 30. *c.* 17. Ad hoc ædes, libera loca, lautia Legatis decreta. Sunt qui hic legunt *lautiæ*, ut ſit gen. fœminini. *Id. l.* 33. *c.* 24. Macedones deducti in villam publicam, ibique iis locus, & lautia præbita. *Id. l.* 45. *c.* 20. Conſulti a M. Junio Patres, ſtantibus in comitio Legatis, an locum, lautia, Senatumque darent, nullum hoſpitale jus in iis ſervandum cenſuerunt.

Lautĭtĭa, æ, f. *ſplendidezza*, *delicatezza*, πολυτέλεια, epularum magnificentia, vel generatim munditia, quæ in cibo, & in veſtitu fit, a *lavatione*, vel potius a ſup. *lautum*, verbi *lavo*, quia apud antiquos elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erant, & raro quis lavabat. *Feſt. Cic. in Ep.* 16. *l.* 9. *Fam.* Fama ad te de mea nova lautitia veniet. *Id. ibid. ep.* 20. Lautitia, munditia, elegantia. *Sueton. in Cæſ. c.* 45. Lautitiarum ſtudioſiſſimus. ¶ Lautitia farina appellabatur ex tritico aqua conſperſo. *Feſtus.*

Lautiuſcŭlus, a, um, adject. diminut. aliquantum lautus. *Apul. l.* 7. *Metam.* Veſtem lautiuſculam proferunt.

Lautulæ, arum, f. 1. ἔρημαι, locus fuit in urbe Roma, non procul a Jano Gemino, a ſup. *lautum* verbi *lavo*. *Varro l.* 4. *de L. L.* Lautulæ a lavando, quod ibi ad Janum Geminum aquæ calidæ fuerunt. ¶ Fuerunt & Lautulæ extra Urbem. *Feſt.* Lautulæ, locus extra Urbem, quo loco, quia aqua fluebat, lavandi uſum exercebant.

Lautumarĭus, m. 2. qui lautumias incolit. *Cic. in Piſon. c.* 9. juxta codices antiquos, ut Turnebus monet *l.* 21. *Adverſ. c.* 15. In vulgatis eſt *laternarius*. Ita vocat fodalem Catilinæ, quaſi qui aliquando lautumiæ, ſive carceris colonus fuiſſet.

Lautumiæ, vel latumiæ, vel latomiæ, arum, f. λατομία, lingua Siculorum ſignificat lapicidinam, ſeu locum cæſis lapidibus exfectum, teſte *Aſconio in Verr. de Præt. urb.* Hinc *Plaut. Pœn* 4. 2. 5. Vel in lautumiis, vel in piſtrino mavelim ætatem agere. ¶ Præcipue ita appellatus eſt carcer Syracuſanus, de quo *Cic. Verr. ult. c.* 27. Lautumias Syracuſanas omnes audiſtis: Opus eſt ingens magnificumque regum, ac tyrannorum. Totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, &c. ¶ Inde nomen translatum eſt ad Romanos carceres. *Liv. l.* 32. *c.* 26. Triumviri carceris lautumiarum intentiorem cuſtodiam habere juſſi.

Lautus, a, um, *lavato*, נרוח, Ger. *zierlich*, Gal. *magnifique*, Hiſp. *afeytado*, *magnifico*, λαμπρὸς, partic. verbi *lavor*, a ſup. *lautum*. *Hor. 2. Sat.* 3. Lautis mane ſenex manibus currebat. *Cic. pro Dejot.* Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? ¶ Translate tumitur pro mundo, nitido, eleganti, magnifico, delicato, *lauto*, *delicato*, λαμπρὸς, δαψιλὴς. Cauſa translationis eſt, quod homines magnifici, & ſplendidi crebro admodum ſe ſe in balneis lavarent. *Cic. in Ver.* 3. *c.* 6. Cum ille, atque iſtius amici, homines lauti, atque urbani ſermones hujuſmodi diſſiparent. *Id.* 1. *Fam. ep.* 14. Valde jam lautus es, qui gravere literas ad me dare. ¶ Lauta cœna dicitur, quæ magnifice, opipareque eſt inſtructa. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 16. ¶ Sumitur etiam pro divite, potenti. *Cic. Acilio l.* 13. *Fam. ep.* 32. In Halefina civitate tam lauta, quam nobili. *Id. pro Rab.* Lautum, & copioſum patrimonium. ¶ Item pro magno. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. *circa med.* Lautum negotium. ¶ Comp. lautior,

tior, ſup. lautiſſimus. *Cic.* 15. *Fam.* Nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius. ¶ *Id. pro Planc.* c. 26. Lautiſſimi in iis locis ſolent eſſe. ¶ *Novius c.* 4. *n.* 280. ait, lautum dici etiam inquinatum, maculatum. Verum quæ affert exempla ex *Virg.* & *Accio* id non ſatis confirmant.

Lax, fraus, unde lacio. *Feſtus*.

Laxamentum, ti, n. *rallentamento*, מרפא, Ger. *ein nachlaſſung*, Hal. *relaſche*, Hiſ. *floxura*, ἄφεσις, relaxatio, remiſſio, dilatatio, quies. *Cic. pro Cluent.* Non modo cauſæ, ſed ne legi quidem quidquam per Tribunos plebis laxamenti datum. *Id. Att. l.* 12. Ego tamen nactus in navigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnavi tibi munuſculum. *Liv. l.* 7. *c.* 38. *in fi.* Dare laxamentum cogitationibus.

Laxatĭo, onis, f. actus laxandi ſpatium interjectum. *Vitruv. l.* 4. *c.* 7. Trabes ita ſint compactæ, ut compactura duorum digitorum habeat laxationem.

Laxatĭvus, a, um, adject. *laſſativo*, qui ad ſolvendum, & laxandum pertinet, ut laxativa cataplaſmata. *Cal. Aurel. Tard.* 2. *c.* 3.

Laxātus, a, um, adject. remiſſus, ſolutus, dilatatus, *rilaſſato*, *allargato*. *Cic. in Somn. Scip.* Qui jam vixerunt, & corpore laxati. *Id. de Senect. c.* 3. Libidinum vinculis laxati. *Id.* 1. *Tuſc.* Laxatus curis. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 25. Laxati ordines. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Lini membrana laxatior.

Laxe, adv. *largamente*, Germ. *vveit*, Gal. *largement*, Hiſp. *anchamente*, χαλαρῶς, late, large, cui anguſte contrarium eſt. *Cic. pro Domo*. Habitare laxe, & magnifice voluit. *Varro l.* 2. *de re ruſt. c.* 10. De numero paſtorum alii anguſtius, alii laxius conſtituere ſolent. *Plin. l.* 2. *c.* 16. Ab his Mercurii ſtella laxiſſime, ſupple *vagatur*.

Laxĭtas, atis, f. *ampiezza*, *capacità*, ὑγκωμία, amplitudo, capacitas. *Cic.* 1. *Offic. c.* 39. In domo, in quam hoſpites multi recipiendi, adhibenda eſt cura laxitatis. *Colum. l.* 4. *c.* 18. Laxitas ſemitarum. *Pallad. l.* 1. *c.* 5. Laxitas aeris. *luogo dove campeggia l'aria*. ¶ Item remiſſio, ut laxitas animi, apud *Senec.*

Laxo, as, avi, atum, a. 1. *rallentare*, רפה, Ger. *vveit machen*, Gal. *lascher*, Hiſp. *afloxar*, χωρόω, χαλάω, laxum facio, quod tenſum erat, remitto, ut Laxare arcum, fides, rudentes, &c. *Cic. in Bruto*. Quanto facilius non modo laxare modos, ſed totos mutare poſſumus? ¶ Translate accipitur pro dilatare, ſeu ampliare, *allargare*. *Cic. Att. l.* 2. Ut monumentum illud eo uſque laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Laxatur hic plaga, non adimitur. ¶ Item pro aperire. *Virg.* 2. *Æn.* Laxat clauſtra Sinon. ¶ Item pro lenire. *Cic. in Brut.* Laxaret judicum animos, atque a ſeveritate pauliſper ad hilaritatem, riſumque traduceret. ¶ Item pro relaxare, & ex eo, quod debebatur, aliquid remittere. *Cic. ad Att. l.* 6. *ep.* 1. Tantum abeſt, ut ex eo, quo aſtricti ſumus, aliquid laxari velim. ¶ Item pro liberare cura, & ſolicitudine, pro recreare. *Cic. pro Roſc. Amer.* Habet animi laxandi cauſa rus amœnum, & ſuburbanum. *Id. de Or.* Aliquando ab hac contentione diſputationis animos noſtros, curamque laxemus. *Id. l.* 5. *Fam. ep.* 14. Ut iſtis te moleſtiis laxes. ¶ *Stat.* 1. *Achill.* Innumeros ferrum laxatur in uſus. h. e. ad plurimas res inſervit. ¶ *Liv. l.* 26. Annona haud multum laxaverat. h. e. parum decreverat annonæ pretium.

Laxus, a, um, o. 1. 2. *rallentato*, נרפה, Germ. *luck*, Gal. *lasche*, Hiſp. *floxo*, χαῦν@, χαλαρός, remiſſus, languidus, non tenſus, ut Laxi arcus, laxæ fides, laxi rudentes, laxa vela, a χαλῶ, *laxo*. *Ovid. de arte am. v.* 516. Ne vagus in laxa pes tibi pelle natet. *Virg.* 11. *Æn.* Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. ¶ Hinc Laxæ habenæ per Translationem pro molli, & leni imperio, translatione ab equis ſumpta. *Virg.* 1. *Æn.* Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas. ¶ Accipitur etiam pro amplo, capaci. *Col. l.* 1. *c.* 3. Quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam anguſtus eximie. ¶ Item pro longo. *Cic. ad Att. l.* 6. Ego ſic diem ſtatuo ſatis laxam. ideſt, tempus ſatis longum. *Proculus l. cum ſtipulatus*, *ff. de verb. oblig.* Cum ipſe arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim. i. e. cum diem protulerim. ¶ Comp. laxior, ſup. laxiſſimus. *Plin. in ep.* Quod poſt duos & Conſulares, & diſertos tempus ſibi, & quidem laxius vindicavit. *Cic. de Am. c.* 13. Commodiſſimum eſt quam laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas. ¶ Laxæ opes, h. e. amplæ. *Martial. l.* 2. *epigr.* 30. Et cujus laxas arca flagellat opes. ¶ Laxa cutis, pro *mollis*, & veluti rugoſa. *Id. l.* 5. *epigr.* 80.

L A N T E E.

Lea, f. 1. idem, ac leæna, a leo, *lioneſſa*. *Lucr. l.* 5. Irritata leæ jaciebant corpora ſaltu. *Varro ad Cic. l.* 3. Sicut nocet panthera, & lea. ¶ Lea item braſſicæ genus, latis foliis e caule exeuntibus, Græci Λάχανα, appellant, hoc eſt, lævem, a foliorum lævitate. *Plin. l.* 10. *c.* 9. Alteram leam, latis foliis e caule exeuntibus. V. *Leæna*.

Leæna, æ, f. 1. *leona*, *leoneſſa*, לביא, Ger. *loevvin*, Gal. *lionne*, Hiſ. *leona*, λέαινα, leonis fœmina, quæ & lea appellatur, a voce Græca allata. Veteres Grammatici Latinum eſſe negarunt, ut ſcribit Junius Philargyrius in 2. *Ecl. Virgilii*. *Iſid. l.* 12. *c.* 2. leæna totum eſſe Græcum, lea Latinum, ſed Poeticum eſſe ait. Sane antiquiſſimi Latini nec leæna, nec lea dixiſſe videntur, ſed leo fœmina. Monuit id Philargyrius, ac ſententia ejus confirmatur illo *Plauti in fragment. Vidular.* Nam audivi fœminam ego leonem ſemel parire. *Virg.* 2. *Ecl.* Torva leæna lupum ſequitur.

Leander, m. 2. Λέανδρ@, juvenis nomen, ex Abydo Aſiæ oppido in litore Helleſponti ſito, qui cum Herus puellæ amore captus eſſet, quæ in oppoſiti litoris oppido Sexto habitabat, noctu ad eam tranſnabat. Quod ubi aliquoties non inteliciter cecidiſſet, jam audacior factus, cum mari tumido, & impacato ſe ſe commiſiſſet, vi ventorum, fluctuumque victus, in Helleſponto ſubmerſus eſt. Fabulam hanc, aut fortaſſis hiſtoriam elegantiſſimo carmine apud Græcos proſequutus eſt Muſæus, a quo Ovid. mutuatus eſt argumentum Epiſtolarum Herus ad Leandrum, & Leandri ad Hero.

Leandrĭus, a, um, adject. ad Leandrum pertinens, ut Helleſpontus Leandrius, apud *Silium* 8. *v.* 622.

Learchæus, a, um, adject. ad Learchum pertinens. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 401. Mæſta Learcheas mater tumulaverat umbras.

Learchus, m. 2. Λέαρχ@, Athamantis, & Inus filius, quem pater furore correptus occidit. Quod cum vidiſſet Ino, arrepto Melicerta altero filio in mare ſe præcipitavit. Atque Ino quidem in Deam maris mutata eſt, quam Græci Leucotheam, Latini Matutam vocant, Melicertes autem in Deum marinum, quem Græci Palæmona, Latini Portunum. *Ovid.* 6. *Faſt. Bocc. l.* 13. *Gen.*

Lebĕdus, f. 2. Ptolemæo Lesbos, *Lebeditzi*, *Chiſar*, urbs Aſiæ minoris, in Jonia, in ora ſinus Jonici, inter Teon ad Bor. & Colophonem ad Auſt. Hic ſcenicorum hiſtrionum Collegium fuit, qui ludos, & certamina Libero Patri quotannis celebrabant. *Horat. l.* 1. *ep.* 11.

Lebes, etis, m. *paiuolo*, *caldaja*, סיר, Germ. *ein tiegel*, Gal. *chaudiere*, Hiſp. *caldero*, λέβης, olla. *Serv. in* 3. *Æn.* & *Porphyr. in* 9. *Æn.* dicunt, eſſe vas æneum, in quo aliquid igni applicamus, ut ebulliat. Eſt a Græco λέβης, quod a λείβω, *fundo*, quoniam in eum aqua funditur. Latini tamen Auctores videntur ſignificare genus quoddam vaſis nobilioris, ut ſunt quæ Italice dicimus *bacini*, & *ſottocoppe*, & hujuſmodi. *Virg.* 5. *Æn.* Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes. *Id. Æn.* 3. *v.* 466. Stipatque carinis Ingens argentum, Dodonæoſque lebetes. Ubi *lebetes Dodonæos* quidam interpretantur vaſa rebus variis apta, ex ære Dodonæo præſtantiſſimo.

Lebinthus, f. 2. Lebynthos, *Levita*, λέβινθ@, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, ſi Sporadum, non procul a Pathmo, & Lero. *Ov.* 8. *Met.*

Lechæum, n. 2. *Leſbejocori*, λεχαῖον, opp. & navale Corinthiorum, ad ſin. Saronicum, Cenchreis alteri oppido, & navali ad ſinum Corinthiacum adverſum, a Corintho 12. ſtad. a Cenchreis 70. in Or. Sed aliis contra Lechæum eſt in iſthmo ad ſinum Corinthiacum, ſeu Criſſæum, Cenchreæ in ſinu Saronico ad Ortum Corinthi, & Lechæum vix 46. ſtad. diſtat a Cenchreis in Occ. *Propert. l.* 3. *eleg.* 19. (*al.* 20.) *v.* 19. Deinde per Jonium vectus cum feſſa Lechæo ſedarit placida vela phaſelus aqua.

Lecte, adv. cum electione, *con iſcelta*. *Cic. de Orat. c.* 68. Optimis ſententiis, verbiſque lectiſſime dicere.

Lectĭca, f. 1. *lettica*, צב, Ger. *ein tragbeth*, Gal. *litiere*, Hiſp. *litera*, φορεῖον, κλίνη, cathedra, aut ſedes, qua terebantur divites, & potentes, in qua pulvinar, & lectuſus ſtratus erat, a *lectus*. Quod ſi a ſex ſervis geſtaretur, *hexaphorum* dicebatur, ſi ab octo, *octaphorum*. Tenuiores autem vel duobus contenti erant. *Juven. Sat.* 3. Namque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra. Adde *Cic. l.* 10. *Attic.*

Lecticariŏla, æ, f. 1. mulier, quæ ſubit lecticarii officium, vel potius quæ lecticariorum (id erat viliſſimum ſervorum genus) amores ſectatur, ut ancillariolus, qui ancillari officio fungitur, vel qui ancillarum inſanit amore. *Mart. l.* 12. *epigr.* 58. Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipſa lecticariola eſt: eſtis, Alauda, pares.

Lecticarĭus, rii, m. *portatore di lettica*, Ger. *ſenfftentraeger*, Gal. *porteur de litiere*, Hiſp. *moco da litera*, κλιτοφέρ@, φορειοφόρ@, qui lectica defert. *Serv. Sulpic. ad Cic.* 4. *Fam. ep.* 12. Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſque lecticariis in urbem eum referre.

Lecticŭla, æ, f. *lettighetta*, κλινάριον, dim. a lectica. *Cic. Mario*. Ut noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula circumcurſare poſſis. *Liv. l.* 23. *c.* 42. Scipio lecticula in aciem illatus.

Lectĭo, onis, f. *lezione*, בקרא, Ger. *das leſen*, Gal. *lecon*, Hiſp. *lecion*, ἀνάγνωσις, actus legendi. *Cic. ad Att. l.* 1. *epiſt.* 10. Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulo graviorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releverit? *Quint. l.* 1. *c.* 8. In lectione puer ſciat, ubi ſuſpendere ſpiritum debeat, &c. ¶ Item electio, *ſcelta*. *Suet. Aug. c.* 35. Senatorum affluentem numerum admodum priſtinum redegit duabus lectionibus. ¶ Item collectio, *raccolta*. *Col.* 2. *c.* 2. At ſaxoſum facile eſt expedire lectione lapidum.

Lectĭpes, edis, f. κλιτοπόδιον, herba ſerpillo ſimilis, furculoſa, palmi altitudine. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Lectiſterniator, oris, m. 3. qui menſam, ac lectulos diſcubitorios ſternit. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 29. Tu eſto lectiſterniator, tu argentum eluito.

Lectiſternium, ii, n. διακοσία, non privatorum cubiculorum fuit, ſed erat ſacrificii genus, in quo Diis in templis pulvinaria, ſive lecti ſternebantur, conviviumque iis apponebatur. Dictum eſt lectiſternium, quia lecti ſternerentur. Idem vocatum eſt *dapſ*, aut *epulum*, quia cibi apponebantur. Sed appoſitis epulis, non ipſi Dii, ſed ſeptem Sacerdotes, qui dicti ſunt *Epulones*, fruebantur. *Liv. l.* 22. *c.* 10. Curatum lectiſternium, & per triduum habitum, decemviris ſacrorum curantibus: ſex pulvinaria in conſpectu fuere, Jovi & Junoni unum, alterum Neptuno ac Minervæ, tertium Marti & Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano, ac Veſtæ, ſextum Mercurio ac Cereri.

Lectĭto, as, avi, atum, a. 1. *leggere ſpeſſo*, ἐπαναγινώσκω, frequenter lego. *Cic. Pæto*. Pyrrhi te video libros lectitaſſe. *Id. Att.* 12. *ep.* 18. Lectitare auctores. ¶ Ponitur pro identidem colligere. *Valer. l.* 8. *c.* 8. Conchulas, & calculos in litore lectitaſſe.

Lectiuncŭla, æ, f. diminut. brevis lectio. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 1. Quin per eos dies matutina tempora lectiunculis conſumpſeris.

Lecto, as, avi, atum, a. 1. idem ac lectito, frequentativum. *Hor. l.* 1. *Sat.* 6. *ad fin.* aut ego lecto, Aut ſcripto, quod me tacitum juvet.

Lector, oris, m. *lettore*, קורא, Germ. *leſer*, Gal. *lecteur*, Hiſp. *lector*, ἀναγνώστης, qui aliquid legit. *Cic.* 2. *de Orat.* Cum enim Brutus duos lectores excitaſſet, & alteri de Colonia Narbonenſi Craſſi orationem legendam dediſſet, alteri de Lege Servilia.

Lectrix, icis, f. *lettrice*, quæ legit. *Inſcripc.* apud *Fabrett. c.* 4. *n.* 347. Colit oſſa ejus Cnide lectrix conjunx ejus. *Cledonius in Arte*, *pag.* 1802. *Puſtch.* Dictor facit dictrix, lector facit lectrix, auctor non facit auctrix, quia eſt communis generis.

Lectuālis, le, adject. *Spartian. in Adrian. c.* 23. In morbum incidit lectualem. h. e. qui diu in lecto ægrotum detinet, ut exponit *Salmaſ.* qui ibi notat, ipſos quoque hujuſmodi ægros *lectuales* dictos.

Lectŭlus, m. 1. *letto*, *letticello*, κλινάριον, dim. a lectus. *Cic. Att. l.* 14. *epiſt.* 13. A ducenda autem uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quicquam jucundius.

Lectum, n. 2. *Scorpiæ*, λεκτόν, prom. Troadis, in quod Ida mons deſinit, quod ab *Ariſtotele* Idæ promontorium appellatur, inter Troadem urb. ad Bor. & Aſſum prom. & urb. ad Mer.

Lecturĭo, ire, 4. ἀναγνωσείω, deſidero legere. *Sidon. l.* 9. *ep.* 7. Cum merito lecturiremus.

Lectus, ti, m. 2. *letto*, מטה, Ger. *ein beth*, Gal. *lit*, Hiſp. *lecho*, κλίνη, ἄρτη, κοίτη, cubile, a λέκτρον. *Varroni* dictus videtur a legendis, hoc eſt, colligendis ſtramentis, quod lectis herbis, & frondibus veteres ſibi cubilia facerent. *Cic. Pæto*, *l.* 9. *Fam.* Dixit, te *in* lecto eſſe, quod ex pedibus laborares. *Id.* 7. *Ver. c.* 7. Nam pater grandis jam diu lecto tenebatur. ideſt, decumbebat, & morbo vexabatur. ¶ Antiqui lectos habebant, non ſolum in quibus dormirent, ſed etiam in quibus in tricliniis recumbentes cibum ſumerent, qui & *diſcubitorii*, & *triclinarii* vocantur, ad quorum differentiam lectos cubiculares vocat *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 65. quibus nocturnæ quietis cauſa in cubiculis utimur. *Id. Ver.* 4. Non quæro unde habueris quinquaginta triclinium lectos. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 11. In obſequium plus æquo pronus, & imi deriſor lecti. ¶ Lectus funebris dicebatur, in quo mortui cadaver collocabatur. *Val. Max. l.* 4. *c.* 4. Cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit. ¶ Lectus Genialis. V. Genialis. ¶ Lectus adverſus erat, qui novæ nuptæ magnifice ſternebatur, atque in nuptiis ipſis lectus *Genialis* vocabatur, poſt nuptias vero, *Adverſus*, quia ex adverſo ante januam collocatus erat, tanquam conjugii monumentum, & pignus. In eo ſedebant matresfamilias lanificio operam dantes. *Laber.* Materfamilias tua in lecto adverſo ſedet. ¶ Idem, mortua conjuge, mutabatur, & alius novæ nuptæ ſternebatur. *Proper. l.* 4. *eleg. ult. v.* 81. Seu tamen adverſum mutarit janua lectum, Sederit & noſtro cauta noverca toro. Vide *Lipſ. l.* 1. *Elect. c.* 17. ¶ Alienum lectum concutere, violare, eſt adulterii crimen committere. *Juven. Sat.* 9. *Ovid. l.* 1. *de ar. am.* ¶ Invenitur & lectum, i, n. *Ulp. l. librorum*, *ff. de leg.* 3. Legatum lectum continet &

fulcra. ¶ Et lectus, us, m. 4. *Plaut. Amph.* 1. 3. 15. Prius abis quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus.

Lectus, us, m. 4. *scelta, elezione*, συλλογή, electio, sive collectio. *Tac. l.* 4. *hist. c.* 70. Tutor Trevirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas veterano pedite, atque equite firmavit. Optimæ tamen editiones habent *delectu*.

Lectus, a, um, adject. particip. a *lego*, & est idem ac electus, *scelto, ottimo*, λεκτός, ἄριστος. *Virg.* 9. *Æn.* Viginti lectis equitum comitatus. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 37. Lectis, & illustribus verbis utendum est. *Id.* 3. *Ver. c.* 6. Lectissimi, atque ornatissimi viri. *Id. l.* 1. *Inv. c.* 31. Ut neque vir melior, neque fœmina lectior in terris sit. *Stat. l.* 5. *Silv.* 1. Lectissimus juvenum. ¶ Item collectus, *raccolto*. *Quint. l.* 6. *c.* 14. Ostendi lecta e vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas.

Lecythus, f. 2. *vaso dell' oglio, utello*, אסוך, Ger. *oelkrug*, Gal. *pot a huile*, Hisp. *azeytera*, λήκυθος, ampulla olearia, vasis genus ventre protuberante, oreque angustiore, oleo asservando accommodatum. Sed vox Græca est. Translate quemadmodum *ampulla*, sic & *lecythus* accipitur pro oratoriis pigmentis, & coloribus, ducta metaphora a pictoribus, qui in hujusmodi vasis pigmenta habent ad colorandum. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 11. Totum hunc locum, quem soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους) valde pertexuit. Hinc & *Plin. l.* 1. *ep.* 2. Non tamen omnino Marci nostri τὰς ληκύθους fugimus, quoties paulum itinere decedere non intempestivis amœnitatibus admonebamur.

Leda, f. 1. λήδη, Tyndari Laconiæ Regis uxor, quam cum Jupiter adamaret, transformatus in cygnum cum ea concubuit, ex quo congressu Leda duo peperit ova, unum immortale, ex quo nati sunt Pollux, & Helena, alterum mortale, ex quo Castor, & Clytemnestra.

Ledæus, a, um, adject. ad Ledam pertinens, ut Ledæi fratres, h. e. Castor & Pollux. *Ovid. ad Liviam, v.* 283. Dii Ledæi, iidem, *Id.* 1. *Fast.*

Legālis, le, o. 3. *cosa che a legge s' appartiene*, νομικός, quod ad legem pertinet. *Quinct. l.* 3. *c.* 10. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in privata maxime consilia. *Id. l.* 3. *c.* 5. Legale genus quæstionum.

Legalĭter, adverb. secundum leges. *Cassiod. l.* 4. *ep.* 37.

Legarĭum, rii, n. idem, quod legumen. *Varr. de R. R. l.* 1. *c.* 32. Cæteraque, quæ alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant.

Legatarĭus, ii, m. *legatario*, is, cui ex testamento aliquid legatum est. *Paul. l.* 14. *Dig. de Usurpationib.* In ea re legata legatarius quodammodo hæres est.

Legatarĭus, a, um, adject. ut legataria editio munerum, seu ludorum, quæ scil. testamento mandata est. *Tertull. de Spectac. c.* 6. Legataria Provincia, quæ alicui est delegata. *Cic. Att. l.* 15. O rem miseram, primum ullam ab istis, dein, si aliquam, hanc legatariam Provinciam, &c. Est ibi tamen varia lectio.

Legatĭo, onis, f. *legazione, ambasciata*, Ger. *botenschafft*, Gal. *ambassade*, Hisp. *embaxada*, πρεσβεία, πρεσβεύμα, actus legandi, legatorum missio, munus, officium, functio legati. *Cic. de opt. gen. Or.* Quod legationem ementitus esset. *Id.* 8. *Phil.* Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eju monumentum extare voluerunt, ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius. ¶ Legationes liberæ dicebantur, quæ ornamenti tantum causa ab Senatu impetrabantur, quemadmodum Honorarii Magistratus a Principibus honestamenti causa conceduntur, tituloque tenus obeuntur, & geruntur. Has autem ii Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant, aut votum solvere. Nam legatorum personis acceptis, commendabiliores controversias habebant, atque favorabiliores. Ideo autem liberæ dicebantur, quia introire in Urbem, & rursus exire liberam legationem habentibus licebat. Nam ceteri magistratus, qui extra Urbem gererentur, ingredientibus in Urbem deponendi erant. *Cic.* 3. *de Leg.* & *l.* 15. *ad Attic. ep.* 11. *ad fin.* V. *Manuc. in ep. ad Q. Fr.* ¶ Legationem accipere, obire, gerere, suscipere, &c. *Ciceronis* sunt, *Quintil. & Nepotis*. ¶ Interdum legatio ponitur pro ipsis Legatis. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Missa ad Achillem legatio. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 4. Senatus haberi non potest, nisi perfectis, aut rejectis legationibus. h. e. legatorum negotiis.

Legatĭtium. V. Legativum.

Legatĭvum, vi, n. 2. dicebatur id, quod dabatur Legato nomine viatici, & impensæ. *Ulpian. in l. munerum, ff. de Muner. & hon.* Legati quoque, qui ad sacrarium Principis mittuntur, quia viaticum, quod legativum dicitur, interdum solent accipere, sed & nicostrategi, & pistrinorum curatores personale munus ineunt. *Id. l.* 2. *ff. de leg.* His, qui non gratuitam legationem susceperunt, legativum ex forma restituitur. Alii *legatitium* legunt.

Legātor, oris, m. qui aliquid legat per testamentum. *Suet. in Tib. c.* 31. Quin rata voluntas legatoris esset.

Legātum, ti, n. *legato*, Ger. *das vermacht ist*, Gal. *lagat*, Hisp. *legado*, τὸ κεκαλυπτόμενον δῶρον, diminutio quædam hæreditatis, qua testator ex eo, quod universum hæredis foret, alicui quid collatum velit. *Plin. ep.* 44. Illa, ut in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit. *Quinct. l.* 4. *c.* 14. Petere legatum ex testamento. *Cic.* 7. *Att. ep.* 3. Hortensii legata cognovi.

Legātus, ti, m. 2. *Legato, Ambasciatore*, מלאך, Ger. *gesander*, Gal. *ambassadeur*, Hisp. *embaxador*, πρεσβευτής, qui legatione fungitur, sive qui refert mandata alterius, a *legando*, idest, mittendo, quia Legati a Senatu, vel a Rege legantur, seu mittuntur. *Cic. in Vatin.* Ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo unquam ademit, ut Legati ex ejus Ordinis authoritate legarentur. ¶ Legatus item in bello dicebatur, *luogotenente*, ἀντιστράτηγος, ὕπαρχος, vicarius Imperatoris, qui Imperatoris vice fungebatur, aut ejus locum tenebat. Maximam Imperatore absente in exercitu obtinebat auctoritatem, & ab illo cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. *Cæs. l.* 2. *B. C.* Neque se ignorare, quod sit officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eum oporteret. *Cic. pro Cluent.* Qui M. Æmilio clarissimo viro Legati, & Præfecti, & Tribuni militares fuerunt. ¶ Præterea Legati dicebantur, quos Proconsules, & Prætores ituri in Provincias sibi adjungebant, vel a Senatu accipiebant, consiliorum, atque officii adjutores. *Nepos in Attico, c.* 8. Prætecturas delatas sic accepit, ut neminem in Provinciam sit secutus: qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cum apud eum legati locum obtinere posset. non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisset, assectam esse Prætoris. ¶ Denique temporibus Imperatorum Legati dicebantur, qui soli mittebantur ad administrandas Provincias, eas, inquam, Provincias, quas Imperator sibi reservasset: Unde & Legati Cæsarum dicti sunt, & Legati Prætorii, seu pro Prætore. *Spartian. in Adrian. c.* 6. V. ibi *Salmas.* & *Casaub.* Iidem & Consulares sunt appellati, cum sc. in Consulares provincias mittebantur. *Trebell. Pol. in Censorino cap.* 1. Bis Consul, quarto Proconsul, tertio Consularis, legatus Prætorius secundo, &c. Hic quoque *Salmasium* consule.

Legibĭlis, le, adject. qui legi potest, *che si può leggere*, ἀναγνωστός. *Ulp. l.* 1. *ff. de his, qui in testam.* Sufficit, si legibilia sint

Legicrĕpa, æ, m. rabula, qui leges crepat, seu inculcat. *Var. Atacinus apud Fulgent.* Legicrepæ tundunt, latrant fora, classica turbant.

Legĭfer, ra, rum, *legislatore*, νομοθέτης, qui legem fert. *Ovid.* 3. *Amor. eleg.* 9. Optavit Minos similes sibi legifer annos. *Virg.* 4. *Æn. v.* 58. Legifera Ceres. Hæc enim, inventis frugibus, leges prima dicitur condidisse, & homines ad societatem collegisse. Hinc ejus sacra a Græcis Θεσμοφόρια appellata.

Legĭo, onis, f. *legione*, τάγμα, certa militum manus, in qua cives R. militabant, a legendo dicta, quod milites legerentur. *Var. l.* 4. *de L. L.* Dividebatur in decem cohortes peditum: Cohors in quinquaginta manipulos: manipulus vigintiquinque milites habebat. His adjungebantur equites in tres centurias divisi, ac subinde in turmas. De singulis hisce nominibus V. suis locis. ¶ Numerus militum in legionibus non semper idem fuit. Nam sub Romulo legio fuit trium millium peditum, & trecentorum equitum; vel, ut alii volunt, tres legiones fuere ex mille peditibus, & equitibus centum. Deinde post Sabinos in civitatem receptos, scribit *Plutarchus*, duplicatum eum numerum fuisse, Bello Punico ex quatuor millibus constabant, teste *Livio l.* 21. Bello Asiatico contra Antiochum ex quinque millibus, & quadringentis, ut scribit *l.* 37. *c.* 39. Bello Persico ex sex, teste *cod. l.* 42. Denique *Vegetio* legio est 6666. militum. ¶ Varius quoque fuit ipsarum legionum numerus. Nam primo una tantum conscripta fuit, deinde crescentibus Reip. opibus, usque ad decem, & amplius crevere, prout Senatui visum, vel bellum ipsum postulavit. ¶ Legiones ex solis R. civibus constabant, auxilia ex sociis. Quod si aliquando servi asciti, id necessitate factum est, ut post cladem Cannensem, bello Punico secundo. Interdum tamen legiones & de auxiliis, & de externis quoque gentibus dicuntur. *Liv. l.* 37. Duæ legiones Romanæ, quæ sociorum, & Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos singulæ habebant. *Plaut. Amph.* 1. 1. 62. Teleboæ ex oppido legiones educunt suas. ¶ Variis nominibus Romanæ legiones distinguebantur, vel ab ordine, ut prima, secunda, tertia, vicesima, &c. vel ab institutoribus, ut Augusta, Claudiana, Galbiana, &c. vel a Provinciis devictis, ut Parthica, Gallica &c. vel a Deorum nominibus, ut Apollinaris, Veneria &c. vel denique ab eventibus, ut Victrix, fulminatrix &c. Ab his interdum data nomina oppidis, in quibus hyemandi causa confederunt, vel circa quæ agros Imperatorum munere consecutæ sunt, ut Legio Victrix, *Vitry*, Legio Germanica, *Lione*, &c. V. *Geographos. Cæsar. l.* 1. *B. G. c.* 43. Legionem passibus CC ab eo tumulo constituit. *Liv. l.* 29. *c.* 24. Ita eas legiones supplevit, ut &c. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 17. Quid existimem de legionibus, quæ decretæ sunt in Syriam. ¶ De legionibus accurate scripsere *Onuphr. Panvin. Veget. Manut.* & præsertim *Lipsius de Roman. militia*.

Legionarĭus, a, um, adject. ad legionem pertinens, ut legionarius miles, *Asin. ad Cic. l. Fam.* 10. *ep.* 32. Centurio legionarius, Legionariæ cohortes, *Liv. l.* 10. *c.* 43. &c. Legionarii defensores, *Cæs. l.* 3. *B. C.*

Legirŭpa, æ, f. *chi rompe la legge*, παρανόμος, qui legem frangit. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 119. Perjure, legirupa, pernicies adolescentum.

Legirupĭo, onis, m. idem, ac legirupa. *Plaut. Rud.* 3. 4. 4. Accedat prope hunc legirupionem.

Legirŭpus, a, um, adject. qui legem violat, a *lex*, & *rumpo*. *Prudent. Hamartig. v.* 238. Omnia legirupis quassantia viribus orbem.

Legislātor, vel legumlator, oris, m. *legislatore*, מחוקק, Ger. *gesetzheber*, Gall. *legislateur*, Hisp. *legislador*, νομοθέτης, legis scriptor, qui leges fert, qui jura statuit, vel præscribit. Duæ voces sunt, & separatim usurpantur a Scriptoribus, Cicerone præsertim. *Liv. l.* 34. *c.* 31. Noster legumlator non in paucorum manu Remp. esse voluit. *Cic.* 4. *Catil.* Ipsum latorem legis Sempronæ jussu populi pœnas Reipub. dependisse. *Id. pro Mur.* Me & Consulem, & legis ambitus latorem, & tam severe gesto Consulatu causam L. Murenæ attingere.

Legitĭme, adv. *legittimamente*, Ger. *nachrecht*, Gal. *legitimement*, Hisp. *legitimamente*, νομίμως, juste, ratione legum observata. *Cic. pro Cæc.* Is, qui legitime procurator dicitur. *Id.* 1. *Off. c.* 4. Juste, & legitime imperanti.

Legitimus, a, um, o. 1. 2. *legittimo*, Ger. *nach recht*, Gal. *legitime*, Hisp. *legitimo*, νόμιμος, νομικός, quod est æquum, justum, conveniens, & secundum legem factum, a *lege*. *Cic. in Ver.* 7. *c.* 22. Quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere. *Liv. l.* 25. Ætas legitima ad petendum consulatum. *Cic.* 1. *Invent.* legitimæ nuptiæ. *Id. de Leg. Agrar.* legitimum impedimentum. *Senec. l.* 4. *Controverf.* Legitima verba. h. e. verba legis. *Justin. in proœm. Institut.* legitima scientia. h. e. scientia legum. ¶ *Legitimus Senatus* dictus est, qui legitimis diebus vocabatur: cui opponitur *indictus*, scil. vocatus extra ordinem. *Capitolin. in Gordian. c.* 11. Non legitimo, sed indicto Senatus die consul venit in Curiam. ¶ Legitima, orum, dicuntur solemnes ritus legum, & judiciorum. *Nepos in Phocion. sub fin.* Inde judicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus, traditus est undecim viris, &c. ¶ Legitimum etiam dicitur, quod verum est, & cui nihil deest, quod & *justum* vocatur. *Senec. in Claud. c.* 21. Anniversarium in castris Prætor, sine venatione, apparatuque, justum atque legitimum in septis exhibuit. *Ovid.* 3. *de Arte*. Quid, cum legitima fraudatur litera voce? Legitimum carmen erat, quod in Saliaribus quibusdam sacrificiis canebatur: ita dictum, quod erat legitime conceptum, & religiose, & solemniter edisceba tur, & recitabatur, quemadmodum leguleji formulas juris solent. Hoc idem dicitur necessarium a *Cic. l.* 2. *Leg. c.* 23. Hinc & *Tertul. de fuga in persecut. c.* 3. legitimam vocat Orationem Dominicam, quia pro lege perdiscenda, & in orando usurpanda est.

Legiuncŭla, æ, f. τάγμα τι, parva legio. *Liv. l.* 35. *c.* 49. Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris Regis.

Lego, as, avi, atum, a. 1. *mandare legati, ambasciadori*, שׁרח, Ger. *eine botschafft auffsenden*, Gal. *envoyer en ambassade*, Hisp. *embiar embaxador*, πρεσβεύω, ἀποστέλλω, in legationem mitto, legatum mitto. Construitur cum casibus motus ad locum. *Cic.* 5. *Ver.* Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. *Sal. in Jug. c.* 25. Legantur tamen in Africam majores natu. ¶ Interdum legare verbum est militare, idem significans, quod legatum sibi facere, & parti copiarum aliquem præficere. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 11. Dolabella me sibi legavit. ¶ Metaleptice capitur pro committere. *Plaut. Caf. a.* 1. *v.* 12. Quin potius, quod legatum est tibi negotium, id curas? ¶ Item pro assignare, adscribere, imputare. *Liv. l.* 28. *c.* 42. Patere, nos omnia, quæ prospera tibi, & Populi R. imperio evenere, tuo consilio assignare, adversa casibus incertis belli, & fortunæ legare. ¶ Est item decernere, & testamento aliquid alicui relinquere, *lasciare per eredità*. *Cic. pro Cæc. c.* 4. Usumfructum omnium bonorum Cæsenniæ legat. *Id. in Top. c.* 4. Paterfamilias uxori ancillarum usumfructum legavit a filio, neque a secundo hærede legavit. h. e. ut ei traderetur a filio. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Cic. in Famil. l.* 3. *epist.* 8. Ut privatæ rei causa legari putarem. idest legationem, seu legatum mitti.

Lego, is, egi, ectum, a. 3. *raccogliere*, קרא, Ger. *lesen*, Gal. *lire*, Hisp. *leer*, συλλέγω, συλλέγω, proprie est colligere, hinc, atque illinc decerpere,

pere, vel eligere, a λέγω. *Virg.* 3. *Ecl.* Qui legitis flores, & humi nascentia fraga, *Id.* 2. *Ecl.* Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. ¶ Metaleptice accipitur pro scripta oculis percurrere, quia literæ, voceſque colliguntur, ut oratio fiat, *leggere*, ἀναγινώσκειν. *Cic. Mario l.* 7. Dummodo is tibi quidvis potius, quam orationes meas legerit. ¶ Item quoniam nautæ, dum aspera loca prætereunt, legere, idest, colligere vela consueverunt, quandoque accipitur pro præterire, vel præternavigare, *passare*. *Virg.* 3. *Æn.* Litoraque Epiri legimus. Adde *Liv. l.* 45. ¶ Item pro furripere, *rapire*, quod ea, quæ furamur, colligimus. *Virg.* 10. *Æn.* Quid soceros legere, & gremiis abducere pactas? *Horat. l.* 1. *sat.* 3. *v.* 117. Et qui nocturnus Divum sacra legerit. Hinc legere alicujus sermonem, est furtim arripere, & excipere. *Plaut. Pseud.* 1. 4. 21. Huc concedam, ut horum sermonem legam. ¶ Item pro eligere, *scegliere*. *Liv. l.* 40. *c.* 51. Censores fideli concordia Senatum legerunt, Princeps electus est ipse Censor, tres ejecti; retinuit quosdam Lepidus a collega præteritos. *Pompejus ad Consules sub epist.* 12. *l.* 8. *ad Attic.* Cum iis militibus, quos Faustus legit. *Liv. l.* 23. Legere in demortui locum. *Cic. pro Cluent.* legere in Senatum. *Gell. l.* 4. *c.* 10. Legere aliquem principem in Senatum. *Virg. Æn.* 11. *v.* 632. Implicuere inter se acies, legitque virum vir. h. e. sibi quisque hostem designat, quem feriat. Nonnulli hic *legere* pro ferire accipiunt. Nam hoc sensu & *Plaut.* videtur usurpare *Amph.* 1. 1. 160. Alia forma oportet esse, quem tu pugno legeris.

Legŭla, læ, f. pars concava aurium, quæ exterius patet. Glossæ exponunt μύσφαν, h. e. cochlear, a similitudine. Alii intelligunt imam partem aurium, quia ligulam, h. e. laminam refert. V. *Voss. Etymol.* in V. *Ligula*. *Sidon. l.* 1. *ep.* 2. Aurium legulæ crinium superjacentium flagellis operiuntur.

Legulĕius, ii, m. *leggista*, *colui che studia nelle leggi*, Ger. *ein jurist*, *vorsprach*, Gal. *legiste*, Hisp. *lotrado*, νομικὸς, qui legum studia sectatur, seu versatur in legibus. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 55. Ita & tibi Jurisconsultus per se nil nisi legulejus quidam cautus videtur.

Legŭlus, li, m. συλλεγεύς, qui uvas, aut oleas colligit. *Cat. cap.* 144. Legulos, quot opus erit, præbeto. *Calpburn. ecl.* 3. *v.* 49. extremas legulus cum fustulit uvas. *Var. l.* 5. *de L. L.* A legendo leguli, qui oleam, aut uvas legunt.

Legūmen, inis, n. *legume*, זרוע, Ger. *huelsenfrucht*, Gal. *legume*, Hisp. *legumbre*, ὄσπριον, quicquid ex terræ satis in siliquis nascitur, ut sunt fabæ, pisum, cicer, lens, & similia, a legendo, quod manu legatur. *Var. l.* 1. *R. R. Virg.* 1. *Georg. v.* 74. Unde prius lætum siliqua quassante legumen.

Legumentum, ti, n. 2. idem, quod legumen. *Gel. l.* 4. *c.* 11. Nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis.

Leguminōsus, a, um, adject. legumine abundans, ut leguminosæ epulæ, apud *Celsum*.

Leiostrĕa, vel Lioſtrea, æ, f. λειόστρεον, ostrea levi cortice. *Lamprid. in Heliogab. c.* 19. Primus fecit de piscibus ificia, primus de ostreis, leiostreis, & aliis marinis conchis.

Lelegēis, idis, f. Miletus, Joniæ urbs. *Plin. l.* 5. *c.* 29. ¶ Lelegeides Nymphæ, apud *Ovid. 9. Metam. v.* 652.

Lelegeĭus, a, um, quod ad Lelegas spectat. *Ovid.* 8. *Met. v.* 6. Interea Minos Lelegeia litora vastat. h. e. Megarensia Atticæ proxima.

Lelĕges, m. 3. vel Lelegæ, m. 1. genus hominum ex variarum gentium colluvie mixtum, quæ laribus carentes diu erraverant, quasi λελεγμένοι, i. e. collecti, quod diversis e locis collecti sint, a λέγω, *colligo*. *Dionys. l.* 1. *Strabo l.* 7. *Eustath. Dionysius* eosdem facit, atque Aborigines. Sed *Aristoteles in Polit.* Leleges dicit fuisse populos Acarnaniæ, & eorum appellationem ad Lelegem quendam Leucadium refert, cujus nepotem ex filia tradit fuisse Teleboum. ¶ Hoc nomine speciatim appellati fuere populi Achajæ apud Locros Epicnemidios. Aliqui dicunt, Lelegas olim appellatos fuisse, quos postea Locros Epicnemidios nominarunt, per quos Cephisus amnis in mare labitur. *Plin. l.* 4. *c.* 7. ¶ Item pop. Thessaliæ, seu Acarnaniæ. *Arist. in Polit.* ¶ Item populi Asiæ Caribus contermini, vel ipsi Cares. Horum originem nonnulli ad Thessalos referunt. *Serv. in* 8. *Æn.* Alii narrant, Leleges Asiæ populos origine Græcos fuisse, qui primum insulas tenuerunt, indeque in continentem transgressi, partim in Mysia ad Adramyttenum sinum consederunt, ubi & Homerus majorem Lelegum partem videtur collocare, partim in eo Joniæ tractu, qui Cariæ est proximus, unde etiam Plinius tradit Miletum Joniæ totius caput Lelegeida olim fuisse appellatam. *Virg.* 8. *Æn.* Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos finxerat. *Ovid.* 9. *Met.* Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.

Lema, f. 1. Λῆμη, humor albus in oculis concretus, ex quo lippitudo nascitur. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Vel si lemæ in oculis erunt.

Lemanus, i, m. 2. *lago di Ginevra*, Ger. *Genesserjee*, Gal. *lac de Geneve*, & *lac de Lofanne*, Λήμανος, lacus Allobrogum, in Gallia Narbonensi, in Sabaudia, al. inter Galliam Lugdunensem, & Viennensem. Habet a Sept. Helvetios, a Mer. Sabaudiam. Per eum Rhodanus ex Sedunis fluit, ad cujus egressum Geneva urbs sita est.

Lembŭlus, li, m. diminut. a *lembus*, lembusculus. *Prudent. in Vincent. v.* 455. Levique vectum lembulo Amplum per æquor auferas.

Lembunculus, i, m. dim. a lembus. *Tac. l.* 14. *Ann. c.* 5. Nando deinde occursu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam.

Lembus, i, masc. *brigantino*, *fregata*, *galeotta*, Λέμβος, naviculæ exiguæ genus, sed miræ velocitatis, cujusmodi ante classem explorandi gratia solent præmitti. Pro *lembus* reperias *limbus* apud *Isid. l.* 9. *c.* 1. item in Gl. Isid. inque Gl. Arabicolat. ¶ Erant autem & majores lembi, bello utiles. *Liv. l.* 5. Antenor, qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriam inde trajecit. ¶ Erant & minores scapharum instar, quibus fiebat a litore ad onerarias advectio. *Plaut. Mere.* Dum hæc aguntur, lembo advehitur pater tuus pauxillulo. ¶ Lembi etiam inter naves actuarias annumerantur. *Liv. l.* 44. Neve ipse navim ullam præter duos lembos, qui non plus, quam sexdecim remis agerentur, haberet. ¶ Item inter lyntres fluviatiles. *Virg.* 1. *Georg.* Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum remigiis subigit.

Lemma, atis, n. Λῆμμα, sumptio, assumptio in syllogismo, quomodo Dialectici usurpant, quasi τὸ λαμβάνειν, a λαμβάνω, *sumo*. *Cic.* 2. *de Div. c.* 53. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea, quæ λήμματα appellant Dialectici, sed eos Latine loqui maluimus. ¶ Accipitur item pro materia epigrammatis, aliusve scripti, seu pro themate, aut argumento, ut loquuntur, quod nobis in carmine, aliove opere efficiendo proponimus, quodque in scribendo solet carmini, aliive operi præfigi paucis verbis, & veluti succinctus titulus indicat totum id, de quo in opere differitur. *Auson. in præfat. Parent.* Sed quosdam solet commendare materia, & aliquoties tortasse lectorem solum lemma solicitat tituli, ut festivitate perfusus & ineptiam terre contentus sit. *Plin. ep.* 92. Nam lemma sibi sumpsit, quod ego interdum verfibus ludo. *Martial. l.* 14. *epigr.* 2. Lemmata, si quæris, cur sint adscripta, docebo: Ut, si malueris, lemmata sola legas.

Lemniăcus, a, um, quod ad Lemnum spectat. *Ovid.* 2. *Met.* Stirps Lemniaca. *Stat.* 3. *Sylv.* Antra Lemniaca. *Mart. l.* 5. *epigr.* 7. Lemniacæ catenæ. h. e. in Lemno insula a Vulcano factæ.

Lemnăs, adis, f. Λημνιάς, mulier e Lemno. *Ovid. heroid. ep.* 6. *v.* 52. Lemniadesque viros nimium quoque vincere norunt. *Stat. Theb.* 5. *v.* 500. Lemnias exsul. *h. e.* Hypsipyle.

Lemniscātus, a, um, lemnisco ornatus. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 35. Multas esse infames palmas, hanc primam tamen esse lemniscatam, quę Romę deferatur.

Lemniscus, sci, m. 2. *fiocco*, פְּתִילוֹם, Ger. *baender an kranzen*, Gal. *rubans*, *floccons*, Hisp. *bendas*, *o baudas*, λημνίσκος, fasciola colorata dependens ex coronis, a λῶπος, *lana*, quod antiquum genus coronarum fuit lanearum. *Fest. Vossio* maxime placet Hesychii sententia, qui docet esse verbum Syracusanum, ac notare tæniam angustam. Λημνίσκους, inquit, τὰς στενὰς Συρακόσιοι ταινίας. V. *Turneb. l.* 18. *c.* 3. & *Cæs. Bulling. lib. de spoliis bellicis*, *cap.* 17. Quidam a *lamna*. h. e. *lamina* dici arbitrantur, ut prius fuerit lamniscus, & unius literæ mutatione lemniscus. Ratio hujus sententiæ est, quod lemnisci sæpe fuerunt sive ex auro, sive ex alio metallo. Sed antiquitus fuisse laneos docet *Festus*. *Plin. l.* 21. *c.* 3. Crassus dives primus argento, auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit, accesserunt quoque & lemnisci, quos adjici, ipsarum coronarum honos erat, propter Hetruscas, quibus jungi, nisi aurei, non debebant. ¶ Accipitur etiam pro linamento, quod chirurgi vulneribus imponunt, oleo, vel unguento illitum, *tasta*. *Cels. l.* 7. *cap.* 28. Intus implicitum in longitudinem linamentum (λημνίσκους Græci vocant) in aceto tinctum demittere.

Lemnius, a, um, quod est ex Lemno. *Ovid.* 5. *Trist. eleg.* 1. Saxa Lemnia. *Id. in Ibin.* Lemnia turba.

Lemnos, f. 2. *Stalimene*, λῆμνος, insula Græciæ, in mari Ægæo, satis fertilis, & plana. Dicta etiam est Hypsipylea, seu Hypsiphilea, ab Hypsipyle, seu Hypsiphile filia Thoantis, quæ in ea regnavit. ¶ In Lemno insula colebatur Vulcanus Deus ignis. Unde & Lemnius ardor, λήμνιον πῦρ, dicitur a Poetis. Nam, ut est in fabulis, cum Juno eum peperisset, eumque turpem conspexisset, e cœlo in eam insulam dejecit, in collem quendam Hephæstiadi urbi imminentem. Hujus fabulæ occasionem præstitit collis ejus color, & sterilitas. Nam & exusto simillimus est, & nullam omnino plantam gignit. ¶ In ea quotannis terra illa effoditur, quæ Lemnia terra dicitur. Hujus tres a Galeno enumerantur species, quarum una fullonibus in usu est ad extergendas vestes, altera fab is, quæ a Græcis μίλτος, a Latinis rubrica vocatur, tertia Medicis, quæ a Græcis σφραγὶς λημνία, hoc est, sigillum Lemnium appellatur, ab imagine capræ, ut vult *Dioscorides*, aut certe Dianæ, ut mavult *Galenus*, quæ illi imprimi solet.

Lemonĭa, vel Læmonia, nomen unius ex tribubus rusticis Romanis, dicta a pago Lemonio, qui est extra portam Capenam, via Latina, ubi posita erat. *Festus*.

Lemonĭum, n. 2. herba succum lacteum emittens, concrescentem gummi modo, humidis locis. Quidam volunt, eandem esse herbam, ac veratrum nigrum. *Plin. l.* 25. *c.* 9.

Lemovīces, m. 3. Lemovici, pop. & urbs Galliæ Aquitanicæ, caput regionis.

Lemŭres, urum, m. 3. *fantasme*, Ger. *poltergeister*, Gal. *fantomes*, *esprits*, Hisp. *fantasmas*, οἱ μορμόνες, τὰ μορμολύκεια, νυκτερικοὶ δαίμονες, Dæmones nocturni, & noxii. A *Nonio* definiuntur Larvæ nocturnæ, & terrificationes imaginum, & bestiarum. Dicti sunt quasi *Remures* a *Remo*, cujus occisi anima Romulus exagitabatur, r conversо in *l*. *Ovid.* 5. *Fast.* Differunt Lemures, & Lares, quod illud nomen natura sit commune, singulariter autem de noxiis dicatur, contra quam in Laribus fit, qui propitii. *Apul. l. de Deo Socrat.* Lar dicitur familiaris, qui ex Lemuribus posterorum suorum curam sortitus pacato, & quieto numine domum possidet. *Var. l.* 1. *de vit. P. R.* Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra januam ejicere. *Ovid.* 5. *Fast.* Mox etiam Lemures animas dixere silentum. ¶ In singulari num. *Apul. de Deo Socrat.* Est & species Dæmonum, animus humanus, emeritis stipendiis vitæ corpori suo abjutans: hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum.

Lemurĭa, orum, n. 2. feriæ Lemurum, sic dictæ a Lemuribus, quibus sacra hæc fiebant idibus Maji. Cum hæc sacra celebrarentur, templa omnia claudebantur, nuptiæque omnes infaustæ putabantur. Quæ res fecit locum proverbio, Malum mense Majo nubere. *Ovid.* 5. *Fast.*

Lemuris, m. 3. *Lim*, *Lemo*, fl. Liguriæ, qui ex Apennino M. juxta Octavium, & Gavium opp. in Urbem fl. agri Alexandrini influit.

Lena, æ, f. *ruffiana*, Ger. *hurenwirtin*, Gal. *maquerelle*, Hisp. *alcahueta*, μαστρωπός, quæ mulieres quæstuarias prostituit, item ea, quæ alterius rei nomine hoc vitæ genus exercet, ut si qua cauponam exercens in ea corpora quæstuaria habeat. *Ulp. l. palam*, *ff. de ritu nupt. Tibul. l.* 1. *eleg.* 6. Venit in exitium callida lena meum. ¶ Translate *Cic.* 1. *de nat. Deor.* Num vides, quam blanda conciliatrix, & quasi fui sit lena natura?

Lenæus, m. 2. λῳαῖος, unum ex Bacchi cognominibus, a λῶπος, *lacus torcularis*. Aliqui deducunt a leniendo. *Virg. l.* 2. *Georg.* Huc Pater o Lenæe, tuis hic omnia plena muneribus.

Lenæus, a, um, adject. ad Lenæum, h. e. Bacchum pertinens. *Virg.* 4. *Æn. v.* 207. Lenæum libat honorem. h. e. vinum. *Id.* 3. *Georg. v.* 510. Latices infundere cornu Lenæos.

Lene, adv. idem quod leniter. *Mart. l.* 1. *epigr.* 50. Tepidum natabis lene Congedi vadum. Nonnulli *lene* accipiunt pro navis parvæ genere, quæ declinetur *lene*, *is*, n. Verum si *lene* hic navigium sit, minus proprie additur *natabis*. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 60. Lenius, ac remissius dicere. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 2. Leniſſime sentire.

Lene, is, n. V. Lene adv. & Lenis subst. infra.

Lenīmen, inis, n. idem quod lenimentum. *Ovid.* 11. *Met. v.* 450. Addidit illis hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem.

Lenimentum, ti, n. *lenimento*, *correzione*, תלקה, Ger. *eine linderung*, Gal. *alegement*, Hisp. *halago*, κήλησις, mulcimentum, mitigatio, id, quo aliquid lenitur. *Plin. l.* 25. *c.* 5. Nuper invenere dissectis raphanis inferere helleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat, vis, atque eo lenimento dare.

Lenio, nis, nivi, vel nii, nitum, a. 4. *mitigare*, *placare*, הרחיק, Ger. *lindern*, Gal. *aleger*, Hisp. *halagar*, ἡτιάω, κηλέω, mulceo, placo, flecto. *Cic. ad Q. Fr.* Primum Dionysiopolitas, qui erant inimicissimi mei, lenivi. *Id.* Jam vero ipse se placabit, & leniet provinciæ Galliæ. ¶ Aliquando est imminuere, levare, adimere. *Sallust. in Catil.* Qui Ciceronis invidiam, quæ postea oborta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederant. ¶ Interdum consolari. *Cic.* 15. *Fam. ep.* 21. Omne desiderium literis mittendis, accipiendisque leniam. ¶ Sunt, qui lenire etiam accipi putent pro lævigare, & polire. *Col. l.* 5. *c.* 11. Cum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam lenito. Sed optima exemplaria habent *levato*. ¶ In futuro indicativi veteres Poetæ dicebant etiam *lenibo*. Sed hæc terminatio communis fuit omnibus verbis quartæ conjugationis. *Proper. l.* 3. *eleg.* 19. Lenibunt tacito vulnera nostra sinu. ¶ Sic *lenibant*, pro leniebant, habet *Virg. Æn.* 4. *v.* 528. ¶ Iræ leniunt, pro leniuntur, *Plaut. Mil.* 2. 6. 100.

Lenis, is, subst. m. genus vasis, a λῶς, lacus torcularis, *Afran.* & *Laber.* apud *Non. c.* 15. *n.* 13. ¶ Item genus navigii, a similitudine Ληνὸς, i. e. *vasis*

vasis torcularis. affertur hic versus *Martialis l.* 1. quem vide in Lene adverb

Lenis, ne, o. 3. *molle*, *delicato*, חלק, Ger. *gelinde*, Gal. *doux*, Hisp. *blando*, λειος, quod leve est. h. e. quod tactu nullam asperitatem habet, a voce Græca allata. *Cic.* 2. *Fin.* Sensus judicat dulce, amarum, lene, asperum, prope, longe, &c. ¶ Transfertur & ad alios sensus. Hinc Lenes cibi dicuntur, qui gustum non lædunt. *Cels. l.* 2. *c.* 22. ¶ Lene vinum dicitur delicatum, non vehemens, aut asperum, neque linguam, aut cerebrum feriens. *Ter. Heaut.* 3. 1. 50. Pitissando modo mihi quid vini absumpsit? sic hoc dicens, Asperum pater hoc est, aliud lenius. ¶ Lene venenum dicitur, quod mitem quodammodo, & vix sensibilem mortem inducit. *Cic. Att. l.* 2. *epist.* 21. Sed ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse viderentur sine dolore interire. ¶ Lenis sonus, *soave*. *Cic. l.* 3. *de Orat.* Ille autem superior leniore quodam sono est usus. ¶ Lenis oratio, quæ remissa, & placida est. *Cic.* 2. *de Orat.* Non semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maxime commendat reos. ¶ Lenis Auster, qui suaviter spirat. *Cic. Att. l.* 7. *epist.* 2. Ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Auster, & mitis. ¶ Lene jugum dicitur a *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 24. quod ascensu facile est. ¶ Transfertur etiam ad animum, & pro miti, facili, indulgente accipitur. *mite*, *benigno*, *piacevole*, πρᾶος, προσηνὴς, *Cic.* 5. *Fam.* Lenis a te, & facilis existimari debeo. *Id. ibid.* In qua me causa lenissimis, & amantissimis verbis utens re graviter accusas. *Idem pro Rosc. Amer.* Qui quondam in hostes lenissimus existimabatur. *Horat. l.* 3. *od.* 4. Lene consilium.

Lenitas, atis, f. *politezza*, *mollizie*, Ἀειότης, mollities earum rerum, quæ sub tactum cadunt. Translate de aliis sensibus dicitur. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Differentia intelligitur lenitate gustus. *Cic.* 2. *de Orat.* Hæc adjuvant in Oratore, lenitas vocis, vultus, pudoris significatio, verborum comitas. ¶ Huc referitur lenitas styli, quæ & in verbis, & in sententiis consistit, interdum in suavitate sola verborum. *Cic. in Or.* Elaborant alii lenitate, & æquabilitate, & puro quasi quodam, & candido genere dicendi. *Id.* 1. *de Or.* Neque minus hæc tamen tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis, & contentio probatur. ¶ Usurpatur etiam translate de animo pro mansuetudine, facilitate, moderatione, modestia, *mansuetudine*, *piacevolezza*, Ger. *lindigkeit*, Gal. *douceur*, Hisp. *halago*, πρᾳότης. *Cicer. pro Sylla*, Qua mollitie fuit animi, ac lenitate. ¶ Item de aliis rebus pro æquitate. *Cic. pro Rab.* Sed lenitate legum munitam esse voluerunt. *Id.* 13. *Fam. ep.* 1. Ad lenitatem se dare.

Leniter, adverb. *mollemente*, *soavemente*, Ger. *senftiglich*, Gal. *doucement*, Hisp. *blandamente*, Ἀειῶς, molliter, suaviter, non vehementer. *Cic.* 3. *de Or.* Quam leniter, quam remisse, quam non actuose agit hunc versum Roscius! *Id.* 1. *Off.* Alterum imitatio presse loquentium, & leniter. ¶ Translate accipitur pro moderate, modeste, placide, *piacevolmente*, *con mansuetudine*, πρᾴως. *Liv. l.* 7. *B. Pun.* Castigando, increpandoque, & plusquam leniter agendo. Gradus lenius, lenissime. V. supra in *Lene*, adverb.

Lenitūdo, nis, f. idem, quod lenitas. idest mollitudo expers asperitatis. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 16. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea si bona dicemus, quid erit in Philosophi gravitate? ¶ Item mansuetudo, facilitas. *Cic.* 6. *Verr. c.* 61. Virorumque, quibuscum nuptæ erant, nimia in istum non lenitudine, sed etiam liberalitate oppugnaret.

Leno, onis, m. 3. *ruffiano*, Ger. *hurenvvirt*, Gal. *maquereau*, Hisp. *alcabuete*, μαστρωπὸς, qui scortorum prostitutione quæstum facit, etiam invitarum personarum, a *leniendo*, quod mentes deliniendo seducat, quod leniendo animos adolescentium corrumpat. *Prisc. in* 4. *Isid. l.* 10. Communis generis est, teste Prisciano. Sed tamen habet fœm. *lena*. *Cic. post red. in Sen.* Cum adolescentes nobilissimi se ad lenonis impurissimi pedes abjecissent. *Terent. Adelph.* 2. 1. 34. Leno sum, pernicies communis adolescentium. Adde *Plaut. Rud.* 3. 2. 42. ¶ Olim & pro mediatore accipiebatur, *Isidoro* teste. *Justin. l.* 2. *c.* 3. Præmissis lenonibus, qui hostibus parendi legem indicerent.

Leno, as, a. 1. lenocinor, concilio. *Vetus epigramma*: Quod si formosus redeas lenare puellas. Et *aliud*: lenandi callidus arte.

Lenocinamentum, i, n. lenocinium. *Sidon. l.* 7. *ep.* 9. Pro omni gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento.

Lenocinātor, oris, m. προαγωγὸς, conciliator, leno. *Tertull. l.* 1. *adv. Marc. c.* 22. Gratiæ lenocinator.

Lenocinium, ii, n. *ruffianesimo*, Germ. *hurenherberg*, Gall. *maquerelage*, Hisp. *alcahueteria*, μαστρωπεία, lenocinandi actus, exercitium lenonis. *Cic. post red.* Qui egestatem domestico lenocinio sustentavit. *Ulp. l. athleta*, *ff. de his*, *qui not. infam.* Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habuerit, sed & qui in liberis hunc quæstum exercet. ¶ Translate ponitur pro deliramento, illecebra, *carezza*. *Cic. pro L. Mur.* Utrum lenocinium a grege delicatæ juventutis, an orbis terrarum imperium a Pop. R. petebas? *Id. pro Sext. c.* 66. Et se vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt. ¶ Item pro quovis nimis exquisito ornamento, quod alicui rei adhibetur ad conciliandam ei gratiam. *Sueton. in Aug. c.* 79. Quanquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo incuriosus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 58. Perspicuum est, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint. ¶ In oratione lenocinia dicuntur fucata ornamenta, & illecebræ verborum. *Sueton. in Calig. c.* 39. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis, ac lenocinii adhibuit. *Tacit.* 1. *hist. c.* 18. Nec ullius oratione lenocinium additum.

Lenocĭnor, aris, d. 1. *ruffianare*, Germ. *hurenvvirt seyn*, Gall. *etre maquerean*, Hisp. *alcahuetear*, μαστρωπεύω, lenocinium facio. Per translationem pro blandiri ponitur, sive allicere, quod lenones facere solent. *Cic. Div. in Verr. c.* 15. Tibi serviet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet, quam potest. ¶ Interdum significat gratiam conciliare. *Plin. l.* 2. *ep.* 19. Ut quanquam in his difficultatibus libro isti novitas lenocinetur.

Lenonĭce, adverb. lenonum more. *Lamprid. in Commodo*, *c.* 15. Quæ gladiatorie, quæ lenonice faceret.

Lenonĭus, a, um, *cosa da ruffiano*, μαστρωπικὸς, quod ad lenonem pertinet. *Plaut. Men.* Ab iis locis lenoniis. *Id. Rud.* Te hic fide lenonia uti.

Lens, dis, f. 3. *lendine*, Germ. *nisse von leusen*, Gal. *lende*, Hisp. *liendre*, κόνις, ovum pediculorum, capillis adhærens, ex quo postea pediculi generantur. *Plin. l.* 29. *c.* 6. Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo.

Lens, tis, f. *lenticchia*, עדשׁ, Ger. *ein linse*, Gal. *lentille*, Hisp. *lenteja*, φακὸς, φακὴ, genus leguminis, folio viciæ, tribus, quatuorve in filiqua granis, inter legumina minimis, ab antiquo nominativo *lentis*, quo veteres usos esse ait *Prisc. Virg.* 1. *Georg.* Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. ¶ In acc. habet etiam *lentim*, apud vet. *Cato c.* 35. Lentim in rudeto, & rubicoso loco, qui herbosus non fiet, ferito. Et in ablativ. *lenti*, apud eosdem veteres. *Titin.* apud *Non.* Lenti callido. Ubi nota usurpatam & masculino gen.

Lentātus, a, um, nom. particip. dilatus, *prolongato*, *ritardato*. *Trebel. Poll. in Claudio*, *c.* 6. Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata.

Lente, adv. *lentamente*, Ger. *gemachlich*, Gal. *lentement*, Hisp. *flojamente*, βραδέως, βραδίων, tarde, cunctanter, remisse, segniter. *Col. l.* 2. *c.* 15. Id animal lentissime mandit, ideoque facilius concoquit. *Senec. l.* 7. *Quæst. nat. c.* 29. Stella Saturni iter suum lentissime efficit. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 40. Ipse cum reliquis copiis lentius subsequitur. *Cic. ad Attic. l.* 2. Quem tibi librum non essem ausus mittere, nisi eum lente, & fastidiose probavissem. ¶ Lente ferre aliquid, est, patienter, æquo animo ferre. *Cic. in Hortens.* Qui cum publicas injurias lente tulisset, suam non tulit. ¶ Lente agere, h. e. segniter, remisse. *Liv. l.* 1. *c.* 10. Lente agere iis Tatius, Sabinique visi sunt. ¶ Festina lente, proverb. V. *Festino*.

Lentĕo, es, n. 2. *esser lento*, γλισχραίνομαι, lentus sum. *Lucr.* apud *Diomed.* Lentet opus. idest lente procedit.

Lentesco, scis, n. 3. *rallentarsi*, נרך, Ger. *zach vverden*, Gal. *devenir lent*, Hisp. *hazerse floxo*, γλισχραίνομαι, lentus fio. *Ovid.* 2. *de Arte*, Lentescunt tempore curæ. ¶ Interdum est cohærere, glutinosum fieri. *Virg.* 2. *Georg. v.* 250. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. idest cohæret, ut exponit Servius. *Col. l.* 2. *cap.* 11. *de cicera*. Paulum aqua maceratur, dum lentescat. hoc est cohæreat, vel glutinosa fiat.

Lenticŭla, æ, f. 1. *lente picciola*, φακὴ, genus est leguminis, lenti similimum, sui autem generis. *Plin. l.* 15. *c.* 11. Folia sunt lenticulæ simillima. ¶ Lenticula etiam dicitur macula in cute, ita dicta, quod sit figura lentis. *Cels. l.* 6. *c.* 5. Lenticulas tollunt galbanum, & nitrum. ¶ Est etiam genus vasis unguentarii, apud *Isid. l.* 20. *c.* 7. ¶ Denique ita appellatur gemma quædam, alio nomine clypeidos, ob figuræ similitudinem. V. *Plin. l.* 37. *c.* 12.

Lenticulāris, & re, o. 3. φακοειδὴς, quod ad lenticulam spectat. *Apul. l.* 2. *Flor.* Ampullam olearium, quam gestabat lenticulari forma.

Lenticulātus, a, um, adject. idem ac lenticularis, ut lenticulata folia, apud *Celsum*.

Lentiginōsus, a, um, *lentigginoso*, Ger. *laubfleckaechtig*, Gal. *lantilleux*, Hisp. *pecoso*, φακώδης, quod lentiginem habet. *Val. Max. l.* 1. *c.* 7. Prævalentem virum, flavi coloris, lentiginosi oris.

Lentīgo, inis, f. *lentiggine*, ברקת, Ger. *sommersproffen*, Gal. *lentille*, Hisp. *peca*, φακὸς, vitium cutis, ita dictum, quia ad lentis similitudinem maculis subrubis, ac nigris faciem fœdat. *Isid. l.* 4. *c.* 8. *Plin. l.* 20. *c.* 20. *de atriplice*. Stomacho contrarium esse, lentigines, & papulas gignere.

Lentĭpes, edis, adject. o. qui lentus est pedibus. *Auson. epist.* 21. *v.* 40. Spondeus ille lentipes ibat comes.

Lentiscifĕrus, ra, rum, χιοφόρος, ferens lentiscos. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 714. Lentisciferumque tenetur Lintermum.

Lentiscĭnus, a, um, quod ex lentisco factum est. *Plin. l.* 23. *c.* 2. Tunc addito oleo lentiscino illita, una nocte rufat capillum.

Lentiscus, f. 2. *lentisco*, Germ. *mastixbaum*, Gal. *lentisque*, Hisp. *lentisco*, χῖνος, arbor magnitudine roboris, forbi folio, terebinthi odore, acinis, dum matureseunt, rufis, ubi maturuerint, nigris, mastichen exudans in modum gummi, quæ perpetuo viret, terque in anno fructus profert, ita dicta, quod folia ejus lentescant, vel potius, quod ipsa arbor lentescat, dum resinam, idest mastichen fundit. Nascitur præcipue in Chio, item in Italia, & in Gallia Narbonensi. *Cic. de Div. l.* 1. *c.* 9. *versibus ex vetusto Poeta adductis*. Jam vero semper viridis, semperque gravata lentiscus triplici solita grandescere fœtu, ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi. ¶ Ex arboris hujus ligno præstantissima fiunt dentiscalpia. *Mart. l.* 14. Lentiscus melius, sed si tibi frondea cuspis defuerit, dentes penna levare potest. ¶ Ipsum quoque oleum, quod ex tali arbore exprimitur, lentiscus dicitur. V. *Plin. l.* 15. *c.* 6. & *Var. l.* 1. *R. R. c.* 60.

Lentitĭa, æ, f. *flessibilità*, *tenacità*, γλισχρότης, flexibilitas, vel tenacitas, viscositas. *Plin. l.* 16. *c.* 37. Aliæ virgas sequacis ad vincturas lentitiæ.

Lentitĭes, ei, f. idem quod lentitia. *Sever. in Ætna*, *v.* 540. Lentitiem plumbum non exuit.

Lentitūdo, inis, f. *tardezza*, Ger. *langsamkeit*, Gal. *lanteur*, Hisp. *pereza*, βραδύτης, νωθεία, tarditas. *Cic. ad Q. Fr.* Nam illud non solum est gravitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. *Id.* 4. *Tusc. c.* 19. Eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitiosa lentitudinis nomine appellant. h. e. indolentiæ, ἀναλγησίας, *insensibilità*.

Lento, as, avi, atum, a. 1. *lentare*, הרך, Ger. *vvich*, *machen*, Gal. *rendre lent*, Hisp. *bolver floxo*, χαυνόω, lentum reddo. *Virg.* 3. *Æn. v.* 384. Ante & Trinacria lentandus remus in unda. Ubi Serv. Lentandus, aut lente tibi navigandum est (nam totam Siciliam circuit) aut flectendus; unde lentum vimen dicimus, idest flexibile. *Silius l.* 8. *v.* 11. Lentando fervida bella Dictator. h. e. protrahendo. *Stat.* 1. *Achil. v.* 436. Arcus lentare.

Lentor, oris, m. *tenacità*, Germ. *zache*, Gal. *humeur gluant*, Hisp. *humor tenedor*, γλισχρότης, tenacitas, viscositas, humor tenax, & glutinosus. *Plin. l.* 9. *c.* 36. Mutuoque attritu lentorem cujusdam ceræ salivant.

Lentŭli, m. 2. Λέντυλοι, nomen familiæ Romanæ nobilissimæ, a *lente*, teste *Plin. l.* 18. *c.* 13. A lentibus, fabis, pisis, ciceribus, ut quisque aliquod optime fereret, reperta nomina Lentuli, Fabii, Pisonis, Ciceronis.

Lentulĭtas, atis, f. vox ficta a *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 7. ad explicandam per jocum nobilitatem; vel etiam superbiam, fastumque Lentuli.

Lentŭlus, a, um, dim. a lentus, *alquanto lento*. *Cic. Att. l.* 10. *epist.* 11. An existimas illum in isto genere lentulum, aut restrictum?

Lentus, a, um, *pieghevole*, *lento*, Ger. *vveich*, *zach*, Gal. *lent*, *pliant*, Hisp. *floxo*, *que se puede doblar*, χάμπυλος, proprie tener, & qui facile flectitur, mollis, a λεπτὸς, *tenuis*, quia quod tenue est, hoc est flexibile. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 800. Lentior & salicis virgis. *Virg.* 5. *Ecl.* Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ. ¶ Translate ponitur pro tardo. *Cic. in Bruto*. Nimis ille quidem lentus in dicendo. ¶ Item pro leni, ac placido. *Cic.* 2. *de Or.* In quo ego nimium patiens, & lentus existimor. ¶ Interdum pro securo, & otioso. *Virg.* 1. *Ecl.* Tu Tityre lentus in umbra, &c. ¶ Interdum pro remisso, & trigido. *Virg.* 1. *Georg.* Noctis lentus non deficit humor. ¶ Interdum pro moderato, remisso. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Probatur casia gustu quam maxime fervens potius, quam lento tepore leviter mordens. ¶ Item pro longo, & protracto. *Plin. l.* 8. *c.* 27. Vivacitatis adeo lentæ, ut ejectis interaneis diu pugnet. *Senec. epist.* 70. Lentissimo tædio lassant. ¶ Lentus color est dilutus, *color poco vivo*. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus.

Lenullus, i, m. parvus leno, dimin. a *leno*, ut docet *Prisc. l.* 3. *Plaut. Pœn. a.* 2. *sc.* 1. *v.* 24. Ita ut occœpi dicere, Lenulle, de illa pugna.

Lenuncularius, ii, m. qui lenunculum navigii parvi genus regit. *Vetus quædam Inscript.* apud *Liendebr. ad Ammian. l.* 14.

Lenuncŭlus, li, m. dim. a *leno*, idem, ac lenullus. *Prisc. l.* 3. *Plaut. in Pœn.* 5. 5. 7. Ære militari tetigero lenunculum. ¶ Lenunculus quoque vocatur navigii genus, κέντυλος, σκαφίδιον. *Gell. l.* 10. *c.* 15. *Sall. l.* 1. *hist.* Incidit torte per noctem lenunculo piscantis. *Cæs.* 2. *B. C. c.* 43. Horum fuga navium onerariarum magistros incitabat: pauci lenunculi ad officium, imperiumque conveniebant. Al. leg. *Lembunculi*.

Leo, onis, m. *lione*, אריה, Ger. *ein levv*, Gal. *lion*, Hisp. *leon*, Λέων, λῖς, animal

animal ferox, & omnium animalium generoſiſſimum, a Λέων. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Leonis præcipua generoſitas tunc, cum colla, armoſque veſtiunt jubæ. ¶ Antiquiſſimi nec leæna, nec lea dixere, ſed leo fœmina. *Plaut. in fragem. Vidularie.* Nam audivi fœminam ego leonem ſemel parere. ¶ Eſt & leo marinus, ex cancrorum genere. *Plin. l.* 32. *c.* 11. ¶ Leo item eſt ſignum cœleſte ex viginti ſeptem ſtellis. Hic ille leo eſt fecundum fabulas, quem Hercules interfecit in ſylva Nemea, ſive, ut alii dicunt, in Theumeſio monte Bœotiæ apud Thebas, & Jupiter in cœlum tranſtulit. *Plin. l.* 17. *c.* 24. ¶ Translate Leo dicitur de viro forti, ut Cervus, & lepus de imbelli, & timido. Hinc *Tertull. de coron. mil. c.* 1. In Prætoriis leones, in caſtris lepores. ¶ Fuit leo Cybele ſacer, unde & ejus currum trahere fingitur. V. *Cybele*. Item Vulcano, propter vim igneam. ¶ *Subula leonem excipere*, proverbium de eo uſurpatum, qui parvis viribus magnas res aggreditur. Eo utitur *Senec. epiſt.* 82. (*al.* 83.) *in fine*.

Leo, es, levi, letum, a. 2. lævigo, apud vet. a Græco λειόω, pro quo & λειαίνω, dicitur, *lævo*, *ac glabrum reddo*, quæ duo verbo ſunt a λεῖος, *lævis*. Quia autem unguento aliquid lævigatur, inde metaleptice leo ſignificat linere, ungere. In præſenti amplius in uſu non eſt. Remanſit tamen præteritum *levi*, quod *lino* ab obſoleto *leo* mutuatur. *Hor. l.* 1. *Carm. od.* 20. Græca quod ego teſta conditum levi.

Leochăres, m. 3. Λεωχάρης, nobilis ſtatuarius, unus ex iis, qui Mauſoli Regis Cariæ ſepulchrum cælaverunt. *Plin. l.* 45. *c.* 5.

Leocorium, n. 2. λεωκόριον, monumentum ab Athenienſibus in medio Ceramico erectum, in honorem Lei filii Orphei. Nam cum Attica univerſa maxima fame laboraret, unumque hoc ab Oraculis oſtenderetur remedium, ſi quis liberos ſuos immolaret, Leos tres filias ſuas virgines, Paſitheam, Theopen, & Eubulen, tradidit immolandas. Cujus beneficii memores Athenienſes monumentum in Ceramico erexerunt, quod Leocorion appellarunt. *Suid.*

Leocrocotta, f. 1. λεοντοκροκόττη, fera perniciſſima, ita dicta, quia partim leonem, partim crocottam refert. Apud *Plin. l.* 8. *c.* 21. & *Solin.* hujus feræ mentio fit, ubi alii leg. *Leucrocotta*.

Leodămas, antis, m. Λεωδάμας, Philoſophus Thaſius. Excelluit in Mathematicis. *Laert. in. vita Architæ Tarentini*.

Leonicum, n. 2. *Lunigo*, opp. Cenomanorum, in agro Veronenſi, inter Coloniam, & Ateſte, a Verona 18. M. P. in Or. hyem.

Leonĭdas, m. 1. Λεωνίδης, Lacedæmoniorum Rex, ex genere Heraclidarum, qui apud Thermopylas, cum anguſtias adverſus Xerxem tueretur, fortiſſime pugnans occubuit, cujus cadaver Perſæ, abſciſſo capite, e cruce ſuſpenderunt. *Juſtin. l.* 2. *Herod. l.* 7. *Cic.* 2. *Fin.* 1. *Tuſc.* ¶ Dicitur Lacedæmonios ſic hortatus eſſe. *Pergite animo forti, Lacedæmonii, hodie apud Inferos fortaſſe cœnabimus*. *Cic.* 1. *Tuſc.*

Leonĭdes, m. 3. Λεωνίδης, Alexandri Magni pædagogus, qui cum diſcipulum videret in pueritia ſine parſimonia thura aris ingerentem, monuit illum, ut tum demum, cum thuriferas regiones ſubegiſſet, illo modo ſupplicaret. Cujus rei memor Alexander Arabiæ jam potitus, miſit ei navim thure onuſtam, hortans eum, ut in Deos parcus eſſe deſineret. *Plin. l.* 12. *c.* 4.

Leonīnus, a, um, λεόντειος, λεοντώδης, quod ad leonem ſpectat. *Plin. l.* 24. *c.* 17. Adeps leoninus. *Varro l.* 2. *de re ruſt. c.* 9. Leonina ſpecies. ¶ Leonina ſocietas dicitur, ubi alius damnum ſolummodo, alius lucrum ſentit. *Leg.* 29. *Dig. pro Soc.* ¶ Leonini verſus dicuntur, in quibus in media ſyllaba, & in extrema ſervatur figura ſimiliter cadens, ut: *Vir, precor, uxori, frater ſuccurre ſorori*. Appellati ſunt Leonini a Leonio quodam S. Benedicti Canonico, & Monaſterii S. Victorii Pariſienſis Religioſo, qui circa annum Chriſti 1160. eos non invenit quidem, ſed in primis frequentavit. Monſtroſum certe genus carminis, & a latina gravitate maxime abhorrens.

Leontĭca ſacra, λεοντικά, erant Mithræ, Perſarum dei (quo nomine ſolem intelligebant) qui ſpecie leonis in ſpelunca colebatur. Hinc *Arnob. l.* 6. *pag.* 196. Inter deos videmus veſtros leonis torviſſimam faciem, mero oblitam minio, & nomine Frugiferi nuncupari. Hinc etiam ipſi ſacerdotes a *Tertull. leones Mithræ* dicuntur *l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 13. Porro hæc ſacra etiam a Romanis recepta fuere, ut videre eſt in Inſcriptionib. apud *Gruter. pag.* 303. *n.* 1. & *pag.* 1087. *n.* 5. in quibus *Leontica tradere* dicuntur, qui illis quempiam imbuunt.

Leontĭce, f. 1. λεοντική, herba, quam Dioſcorides cacaliam, Officinæ *carui agreſte* appellant, foliis grandibus, & candidis, inter quæ ſemen dependet minutis margaritis ſimile, cujus grana quindecim in oleo macerata, atque adverſo capillo illita, porriginem tollunt. *Plin. l.* 25. *c.* 11.

Leontīni, orum, m. & Leontium, *Lentini*, urbs Siciliæ quondam maxima, condita a Naxiis, antiqua Leſtrygonum ſedes, patria Gorgiæ, apud oram Orientalem, media pene inter Catinam ad Bor. & Syracuſas ad Mer. Pop. *Leontini*, qui quondam bellicoſi fuere, ſed a Phalaride victi, armiſque exuti potationibus operam dare cœpere.

Leontīnus, a, um, adject. poſſeſſiv. ut Leontinus ager, apud *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 32. & Leontina civitas. *Id.* 5. *Verr. c.* 46. V. Leontini.

Leontĭos, m. 2. λεοντίος, gemma, a leoninæ pellis ſimilitudine nominata, quemadmodum pardalios a ſimilitudine pellis pantheræ. *Plin. l. ult. c.* 11.

Leontĭum, ii, n. Siciliæ urbs. V. Leontini.

Leontopetălon, n. 2. λεοντοπέταλον, herba eſt caulem emittens dodrantalem, ſeu ſemipedalem, lenem, plurimis aliis concavum, & in cacumine ſemina parva duo, aut tria, eaque in ſiliquis, ciceris modo, flore punicei coloris, anemonæ ſimiles, folia brafficæ, ſed papaveris diviſura, radicibus nigris, grandibus, rapæ ſimilibus. Vulgus pedem leonis appellat, quia folia habet ſimilia pedi leonis. Naſcitur vulgo in arvis. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Leontophŏnos, m. 3. λεοντοφόνος, exiguum eſt animal, in iis tantum regionibus naſcens, in quibus leones gignuntur, a λέων, *leo*, & φόνος, *cædes*. Leonibus enim tam præſens eſt venenum, ut guſtato leontophono ſtatim exſpirent. *Plin. l.* 8. *c.* 38.

Leontopodion, n. 2. *piede di leone*, λεοντοπόδιον, herba, al. leuceoron, & dorypetron, & thorybetron, duorum digitorum, folio, parvo, anguſto, digitorum trium, quatuorve longitudine, hirſuto, lanoſioreque ad radicem, & ſubcandido, habens in cacumine caulium capitula tanquam perforata, floribus nigris erumpentibus, ſemen, quod oculis vix poſſit deprehendi propter circundatam lanuginem. Ruellius exiſtimat, eam eſſe, quam vulgus *cruciatam* appellat. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Leopardus, i, *leopardo*, נמר, Ger. *leuupard*, Gall. *leppard*, Hiſp. *leon pardo*, λεοπάρδαλος, animal ex pardo, & leæna natum, jubis carens, nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus, a *lea*, pro *leæna*, & *pardus*. *Iſid. l.* 12. *c.* 2. *Plin. l.* 8. *c.* 15. ¶ *Vopiſcus Lamprid.* & *Jul. Capitolin.* hanc vocem uſurpant.

Leopŏlis, f. 3. Fanum S. Leonis, urbs Umbriæ, in Duc. Urbini, in lim. Romandiolæ, prope Ariminum fl.

Lepantum, n. 2. *Levanto*, opp. oræ Liguſticæ, inter Segeſtam ad Occ. 5. M. P. & Portum Veneris ad Or. 22.

Lepas, adis, f. 3. ſive, ut apud Nonium eſt, lepas, λεπάς, conchæ genus eſt, petris ita arcte adhærens, ut vix avelli queat, a λέπω, *delibro* decortico, ob tenue putamen, vel quod petris corticis inſtar adhæreat. *Plaut. Rud.* 2. 1. 8. Echinos, lepadas, oſtreas captamus.

Lepaſta, V. Lepiſta.

Lepĭde, adv. *congarbo*, *con bella grazia*, Ger. *holdſeliglich*, Gal. *plaiſamment*, Hiſp. *graciosamente*, χαριέντως, venuſte, eleganter, decore, ornate, appoſite, cum lepore. *Cic.* 3. *de Or. c.* 43. In quo lepide ſoceri mei perſona luſit. *Plaut. Pœn.* Lepide ſtratus lectus. *Id. Trucul.* Lepide referre gratiam. *Id. Mil.* 3. 3. 66. Datne ab ſe mulier operam? P. Lepidiſſime, & comiſſime. *Id. ib. v.* 52. Lepidius fieri poteſt. ¶ *Lepide eſſe*, h.e. commode tractari. *Id. Bacch.* 1. 1. 50. Ubi lepide voles eſſe tibi, mea roſa, mihi dicito. ¶ Hac voce utebantur & in acclamationibus, V. *Terent. Eun.* 3. 1. 37.

Lepidium, n. 2. λεπίδιον, herba in cubitalem, & majorem altitudinem aſſurgens, foliis lauri, ſed mollioribus, & majoribus, a λεπίς, *ſquama*, quia abſtergit ſquamas, ac lentigines faciei. Vulgus Herbariorum piperitim vocat, quia ejus folia trita ſinapim olent, & piperis acrimoniam referunt. *Plin. l.* 19. *c.* 8. *Colum. l.* 12. *c.* 8.

Lepidōtes, m. 1. λεπιδώτη, gemma, quæ ſquamas piſcium variis coloribus imitatur, a λεπίς, *ſquama*. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Lepidŭle, adv. dim. a lepide. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 115. Eam circunducam lepide.

Lepidŭlus, a, um, *grazioſetto*, diminut. a *lepidus*. *Martian. Capell. ſub init. l.* 7. Ne infacetus, & impar lepidulis videretur. Adde *poſt init. lib.* 8.

Lepĭdus, a, um, *grazioſo*, *piacevole*, *bello*, נעים, Ger. *holdſelig*, Gall. *plaiſant*, *de bonne grace*, Hiſp. *gracioſo*, χαλλιεπής, χαρίεις, κομψός, venuſtus, feſtivus, in quo leporis eſt plurimum, a *lepore*. Dicitur de homine, de oratione, & aliis rebus. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 10. Pueri lepidi, ac delicati, qui non ſolum amare, & amari, neque cantare, & pſallere, ſed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt. *Auct. ad Her.* Lepida, & concinna exornatio. *Ter. Andr.* O lepidum caput! *Plaut. Aul.* O lepidum diem! *Id. Moſt.* Quin tu te exornas moribus lepidis? ¶ Comp. lepidior, ſup. lepidiſſimus. *Plaut. Mil.* Non invenies alterum lepidiorem ad omnes res. *Ter. Eun.* 3. 3. O capitulum lepidiſſimum!

Lepinus Mons, *Monte di Segni*, jugum montium Latii valde extenſum inter vias Latinam, & Appiam, in quo Signia urbs ſita eſt, ab urbe Roma 30. M. P. quod deinde ubi altius conſurgit, dicitur *la Montagna di Carpineto*, & diſtinguit Campaniam Romanam in duas provincias, *la Campagna*, & *la Marina*.

Lepiſta, ſeu lepaſta, æ, f. 1. λεπάστη, vel λεπαστή, genus vaſis aquarii, al. depaſta, vel depeſta. *Feſt.* & *Non. c.* 15. *n.* 35. Eſt a voce Græca allata, quæ Dolopum eſt, & dicitur, teſte Euſtathio, διὰ τὸ λεπτὸν, καὶ ἐκπέτασιν ἔχειν κατὰ λεπάδας, ideſt, quod vel illud tenue, ac patulum foret ad modum conchæ. *Varr. l.* 1. *de vita P. R.* apud *Non.* Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut fictitiæ ſunt, aut æneæ.

Lepontĭcus, a, um, adject. ad Lepontios populos pertinens. *Sil. l.* 4. *v.* 235.

Lepontĭi, orum, qui Viberi Plinio dicuntur. Germ. *Levontinerthal*, & *Eſchenthal*, pop. Alpini, Galliæ Tranſpadanæ, circa fontes Rhodani, & Ticini fl. inter Inſubres, & Alpes ſummas, quorum regio Vallis Leponti, *Val Levontina*, nominatur. Narrant, Lepontios ex conſitatu Herculis ibi reliquos fuiſſe, quod membra haberent nive præuſta. *Plin.* 3. 20.

Lepor, oris, & lepos, oris, m. *grazia*, נועם, Ger. *liebligkeit*, Gal. *bone grace*, Hiſp. *gracia en donayres*, χαλλιέπεια, ſermo nitidus, & quaſi lautitia quædam ſermonis, venuſtas, urbanitas, ornatus, concinnitas, elegantia in loquendo. *Cic.* 7. *Verr.* Lepore ac venuſtate affluens. *Id.* 1. *de Orat.* Multa erat in homine jucunditas, & magnus in jocando lepos. *Id.* 4. *Acad. c.* 6. Quanquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi. ¶ Sumitur etiam generatim pro gratia, & amœnitate cujuſcunque rei, pro feſtivitate, urbanitate. *Cic. in Or.* In quo omnes verborum, omnes ſententiarum illigantur lepores. *Luc. l.* 4. *v.* 1126. Medio de fonte leporum Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat.

Leporarĭum, ii, n. *vivaio*, *barco*, λαγωτροφεῖον, locus, ubi lepores aluntur, & generatim, ſecundum Varronem, omne ſeptum villæ affixum, quod habet incluſa animalia, quæ inibi paſcuntur. *Var. de S. R. c.* 3. *l.* 3. Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritavi noſtri dicebant, ubi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta, affixa villæ quæ ſunt, & incluſa habent animalia, quæ paſcuntur. *Gell. l.* 2. *c.* 20. Vivaria veteres quandoque leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia.

Leporīnus, a, um, *ciò ch' è di lepre*, λαγῶος, quod eſt ex lepore. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Leporinus cinis. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 11. Leporinum lac.

Lepos. V. Lepor.

Lepræ, arum, *lebbra*, צרעת, Ger. *anſſatz*, Gall. *lepre*, *ledrerte*, Hiſp. *lepra*, λέπρα, ſcabiei genus eſt, ab atra naſcens bili, cutem deformi obducens cruſta, corpuſque vehementi pruritu infeſtans. Galen. & omnes Medici Græci. Sed Avicenna, cæterique Arabicæ ſectæ lepræ vocabulum proprie uſurpant pro elephantia, ſeu elephantiaſi, quod morbi genus ſuperiore multo eſt perniciouſus, ut quod non ſolum cutem infeſtet, verum etiam carnem ipſam uſque ad oſſa depaſcatur. In Theſauro *L. L.* lepra idem morbus eſſe dicitur, ac elephantia, & duplex ponitur, una quæ poteſt curari, alia, quæ incurabilis eſt, quam maſam ſcabiem *Hor. in Arte Poet.* nominat. *Voſſio* lepra eadem eſt, ac impetigo, vel depetigo, vel ſane ſpecies ejus. Dicta eſt a λέπος, vel λεπίς, *ſquama*, ſive a λέπω, *deſquamo*, *decortico*. Lepra enim cutim ſcabram, & aſperam reddit, inque ſquamas reſolvit. *Plin. l.* 24. *c.* 8. Corticis interior tilia lepras ſedat.

Leprōſus, a, um, adject. *lebbroſo*, qui lepræ morbo laborat. *Sedul. l.* 4. decem maculoſa gerentes Leproſi portenta viri. *Prudent. in S. Laurent. v.* 285. Nil tam leproſum, aut putidum.

Leptĭcus, a, um, &

Leptitānus, a, um, ad Leptin pertinens, quæ eſt urbs Africæ in Byzacena provincia, ut eſt apud *Plin. l.* 5. *c.* 4. item alia, cognomine magna, prope Syrtes & Neapolim, nunc *Tripoli* dicta, teſte *eod. ibidem*. Hinc Leptica oſtrea, *Id. l.* 32. *c.* 6. & Leptitani, orum, ejus cives. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 38. & *Salluſt. in Jug. c.* 80.

Leptomerĭcus, a, um, adject. λεπτομερικός, tenuis, exilis, gracilis. *Theod. Priſc. de dieta c.* 10. Acori radix habet virtutem leptomericam.

Lepton centaurium, n. 2. κεντώριον λεπτόν, centaurium minus, herba, quam Latini *fel terræ* vocant, propter ſummam amaritudinem, Galli vocant *exacum*, eo quod potum omnia medicamenta mala per alvum exigat. *Plin. l.* 25. *c.* 6.

Leptophyllon, n. 2. λεπτόφυλλον, tithymali ſpecies, in petris naſcens, ita dicta a tenuitate foliorum, al. dendroides. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Leptŏrax, agis, f. λέπτοραξ, uva quædam, quæ dulces quidem habet acinos, ſed tenues tamen, & minutos, cujuſmodi ſunt, quas uvas Corinthicas appellamus, a λεπτός, *tenuis*, & ῥάξ, ῥαγὸς, *acinus*. *Plin.* 14. 1.

Leptyntĭcus, a, um, adject. λεπτυντικός, qui attenuandi vim habet. *Theod. Priſcian. de dieta*, *c.* 10. Cæparum virtus leptyntica.

Lepus, oris, m. *lepre*, ארנבת, German. *ein haaſſ*, Gall. *lievre*, Hiſp.

liebre, Λαγώς, animalis ſpecies, a voce Æolum, & Siculorum, qui hanc feram Δίνοφαν vocabant. *Varro l.* 4. *de L. L.* & *l.* 3. *de R. R. c.* 12. *Virg. l. Georg.* Auritoſque ſequi lepores, tum figere damas. ¶ Affinitas vocum *lepos*, & *lepus* originem præbuit opinioni, ut lepidi, ac formoſi fore crederentur, qui carnibus veſcerentur leporinis. Vide *Martial. l.* 5. *epigr.* 30. ¶ Per translationem pro infami, impudico, ſive pathico, ſive quod puerorum amatores non ſecus illos ſectentur, venenturque, atque canes leporem, ſive quod lepori utrunque ſexum tradant ineſſe, ſicut & hyænæ. *Ter. Eun.* 3. 1. 36. Lepus tute es, & pulpamentum quæris. *ideſt* tu ipſe muliebria pateris, & mulierem pertentas, *ſei lepre, e vuoi mangiar lepre.* ¶ Lepus etiam piſcis eſt e lacertorum genere inter marina venena numeratus, præſertim in Indico Oceano, ubi vel ſolo tactu peſtilens vomitum, diſſolutionemque ſtomachi protinus creat, in noſtro mari colore tantum lepori ſimilis, in Indis & magnitudine, & pilo duriore. *Plin. l.* 9. *c.* 49. & *l.* 32. *c.* 11. ¶ Eſt etiam lepus inter cœleſtia ſidera, qui Orionis canem fugere dicitur. Fabulam narrat *Hygnus l.* 2. *c.* 33.

Lepuſcŭlus, li, m. *leprettino*, Λαγώδιον, dim. a lepus. *Cic. l. de nat. Deor. c.* 31. In qua lepuſculos, vulpeculaſque ſæpe vidiſſes.

Leria, ornamenta tunicarum aurea. *Feſtus.*

Lerna, æ, vel Lerne, es. *Lerna*, Λέρνη, palus Argiæ, in Peloponneſo, apud Argos urb. ubi Lernæus, al. Amymonius fons, & fluvius, qui ex palude egreditur. Poetæ fabulati ſunt, in Lerna hydram fuiſſe ſerpentem ſeptem capitibus, quorum uno reſciſſo alia ſeptem naſcebantur, & hoc monſtrum ab Hercule clava, & igne interfectum eſſe. Palus enim hæc eum noxia eſſet incolis, quod aquam multis ex partibus effunderet, quæ ſi uno loco clauſa fuiſſet, ex pluribus aliis erumpebat, ab Hercule exſiccata eſt, aliorſum verſis fluviis, qui in eam influebant. Hinc Græc. adagium, *Lerna malorum*, Λέρνη κακῶν, de malis multis in unum congeſtis. ¶ Lerna item, *Phonea*, al *Petrina*, opp. Laconicæ mediterraneum, inter Lacedæmonem, & Cyphantam, Orientem verſus. Aliis eſt opp. Argiæ, in Peloponneſo, ad quod palus, & fluvius, & fons Amymonius Hydræ fabulis inclytus, in intimo receſſu ſinus Argolici.

Lernæus, a, um, adject. ad Lernam pertinens. *Lucret. l.* 5. *v.* 26. Lernæaque peſtis Hydra venenatis poſſet vallata colubris.

Lernĭfer, a, um, adject. a Lerna, ut venenum lerniferum, apud *Ovid. ep.* 9. *v.* 140. ubi tamen rectius legit *Heinſius*: Semivir occubuit in lethifero Eveno.

Lesbiăcus, a, um, quod ad Lesbum ſpectat. Hinc Lesbiaci libri, dicti ſunt tres libri Dicæarchi contra animæ immortalitatem, quia Mitylene urbe Lesbi ſermo habetur. *Cic.* 1. *Tuſc.*

Lesbĭas, adis, adject. f. ad Lesbum pertinens, Λεσβιάς. *Ovid. heroid. ep.* 15. *v.* 16. Nec me Leshiadum cetera turba juvat.

Lesbis, idis, adject. fœm. quæ eſt ex Lesbo. *Ovid. Heroid. ep.* 1. Lesbides, infamem quæ me feciſtis amatæ. *Id. ibid. ep.* 15. *v.* 100. Et modo dixiſſes: Lesbi puella vale.

Lesbĭus, a, um, Λέσβιος, quod eſt ex Lesbo. *Gell. l.* 13. *c.* 5. Lesbium vinum. *Horat. l.* 1. *od.* 26. Lesbium plectrum. h. e. carmen lyricum, quale fuit Alcæi, & Sapphus.

Lesbos, i, f. 2. Lesbia, olim Hemerte, Laſia, Ægira, Pelaſga, Æthiope, Macaria, teſte Plinio, *Metelino*, Λέσβος, inſ. Aſiæ minoris, in mari Ægæo, verſus oram Troadis, & Myſiæ majoris. Dicta eſt Lesbos ab urbis Metr. nomine, quæ alias *Mitylene* appellatur, ſive a Lesbo Japeti filio, qui in eam inſulam navigavit. Soli fertilitate, & vini generoſitate inter alias præſtat, nec non puellarum formoſitate. Olim univerſæ Troadis imperium obtinuiſſe dicitur. Portus habet capaciſſimos duos, qui vulgo dicuntur *Geremia*, & *Caloni*. Ex hac inſula Pittacus unus ex ſeptem Sapientibus, Alcæus, Sappho, Theophraſtus Philoſophus, & alii viri ſcientia clariſſimi orti fuere.

Lesbŏus, a, um, ex Lesbo. *Horat. l.* 1. *carm. od.* 1. Lesboum refugit tendere barbiton.

Leſſus, us, m. *pianto*, Θρῆνος, ejulatio funebris, a ſono ejulantium, qui eſt *le le*, vel *oi*, unde ejulo, ut leſſus nihil ſit aliud, quam, ut *Horatius Epod.* 10. loquitur, illa non virilis ejulatio, quam *Cicero* 2. *Tuſc.* ait ne mulieri quidem convenire. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 23. Mulieres genas ne raduntо, neve leſſum funeris ergo habento. *Plaut. Truc.* 4. 2. 18. Thetis quoque lamentando leſſum fecit filio.

Leſtrygŏnes. V. Læſtrygones.

Lethæus, m. 2. *Fiume di Mangreſia*, Λήθαιος, fl. Lydiæ, qui ex Pactya monte erumpit, Magneſiam urb. alluit, & per agrum Magneſianum in Mæandrum deſcendit. ¶ Item fl. Macedoniæ, Triccam urb. attingens, apud quem Æſculapium natum ferunt. ¶ Item fl. Cretæ, vulgo *Lestor*, al. *Anapodari*, al. *Naporal*, qui Gortynam urb. præterfluit, & decurrit per oram Auſtralem, inter Catarractum fl. & Inatum opp.

Lethæus, a, um, Λήθαιος, quod ad Lethem fl. ſpectat. *Virg. 6. Æn.* Lethæumque domos pallidas qui prænatat, amnem. *Ovid.* 1. *Triſt. eleg.* 7. Cunctave Lethæis merſa feruntur aquis.

Lethabĭlis, vel Letabilis, le, adject. idem quod lethalis. *Ammian. l.* 19. *c.* 4. Lues voluceri velocitate lethabilis.

Lethălis, vel Letalis, & le, o. 3. *mortifero*, *mortale*, Ger. *toedtlich*, Gal. *mortel*, Hiſp. *mortal*, Θανάσιμος, mortifer. *Virg. Æn.* 11. *v.* 759. Lethale vulnus. *Plin. l.* 11. *c. ult.* Lethalis inedia. ¶ *Lethale* adverbialiter. *Stat.* 12. *Theb.* Jam lethale furens.

Lethalĭter, vel Letaliter, adv. *mortalmente*, Θανασίμως, mortaliter. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Oves quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lethargia, f. 1. idem, ac lethargus. *Plin. l.* 24. *c.* 9. Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti, in lethargia, & phreneſi.

Lethargĭcus, a, um, Ληθαργικός, quod ad lethargum ſpectat. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *init.* Gravedinem enim, morbumque lethargicum patitur. *Auguſtin. epiſt.* 48. Lethargicus ſomnus.

Lethargicus, ci, m. qui lethargia laborat, lethargum patitur. *Plin. l.* 20. *c.* 4. Hydropicis quoque ex aceto, & ſinapi ſumpti, & lethargicis. ¶ Sumitur etiam pro furioſo. *Hor. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 30. Ut lethargicus hic cum ſit pugil, & medicum urget.

Lethargus, m. 2. *letargo*, הרדמה, Ger. *ſchlafſucht*, Gal. *lethargie*, Hiſ. *letargo*, Ληθαργος, Ληθαργία, veternus, deſidia oblivioſa, torpor, & inexpugnabilis pene ſomni neceſſitas, cum alienatione mentis, ut inquit *Celſ. l.* 3. *c.* 20. Dictus eſt a Λήθη, *oblivio*, & ἄργος, *iners*, ſive ἀργία, *torpor*, quia oblivionem, inertiamque homini inducit. *Cæl. Aurel. l.* 2. *ὀξέων*, *c.* 2. *Plin. l.* 20. *c.* 12. Præterea inſaniam facere, & lethargos, & jecinoris vitia. ¶ Eſt & ſpecies phrenitidis. *Celſ. l.* 3. *c.* 20.

Lethătus, vel Letatus, a, um, morte mulctatus, interemptus, partic. a lethor. *Ovid.* 3. *Met. v.* 55. Ut nemus intravit, lethataque corpora vidit.

Lethe, es, & Lethes, æ, f. 1. Λήθης, fluv. Interorum a Poetis fingitur, filius Phlegethontis, cujus latices ſi quis guſtaverit, omnium præteritarum rerum oblivíſcitur. Dictus eſt a Λήθη, *oblivio*. Locus fabulæ hinc datus eſt, quia morientibus omnium rerum oblivionem ſurrepere Ethnici vulgo credebant. *Lucan. l.* 9. *v.* 355. Quam juxta Lethes tacitus delabitur amnis, Occultis, ut fama, trahens oblivia venis. *Ovid. de Ponto l.* 2. *eleg.* 4. Non ego, ſi biberes ſecuræ pocula Lethes, Excidere hæc credam pectore poſſe tuo.

Lethĭfer, vel Letifer, a, um, *mortifero*, *che dà morte*, Θανατοφόρος, quod mortem infert. *Col. l.* 7. *c.* 12. Lethifer morbus huic generi. *Virg.* 3. *Æn. v.* 149. Lethifer annus. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 123. Sanguine lethifero totus miſcebitur orbis.

Letho, vel Leto, as, avi, atum, a. 1. *dar la morte*, *uccidere*, המית, Ger. *toedten*, Gal. *tuer*, Hiſp. *dar la muerte*, Θανατόω, morte afficio. *Virg. in Culice*, *v.* 322. Rurſus acerba fremit, Paris hunc quod lethat. Ita Scaliger legit ex veteri codice. In vulgatis eſt *ledat*. Voſſio ob inſolentiam hæc vox ſuſpecta eſt.

Lethum, vel Letum, i, n. 2. *morte*, מות, Ger. *tods*, Gal. *mort*, Hiſp. *muerte*, Θάνατος, mors, a Λήθη, *oblivio*, quia per mortem omnium rerum obrepere oblivionem credebant. Hæc eſt Varronis etymologia; At Priſcianus deducit a ſupino verbi, *leo*, *les*; quia nimirum mors *let*, ſive *delet* omnia. Itaque qui hunc ſequuntur, ſine aſpiratione ſcribunt; & ſane in antiquis monumentis ita fere legitur, teſte *Manut. in Orthogr.* Qui vero a Λήθη, trahunt cum Varrone, aſpirationem addant neceſſe eſt. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 153. Vive memor lethi: fugit hora: hoc quod loquor, inde eſt. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 26. Tamen eodem ſibi letho, quo ipſe interiiſſet, eſſe pereundum.

Letus Mons, *Monte di S. Pellegrino*, mons, pars Apennini, arduus, & valde difficilis, in ditione Reip. Lucenſis, in Carferoniana.

Levabĭlis, le, adject. qui levari poteſt. *Cæl. Aurel. Auct.* 3. *c.* 7. Levabilis, & poſſibilis motus.

Levāmen, nis, n. idem, ac levamentum. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 16. Quod ſi eſſet aliquod levamen, id eſſet in te uno, &, cum primum ab aliquo poterit eſſe, a te erit.

Levamentarĭus, ii, m. qui levat naves. *Cod. Theodoſ. l.* 13. *tit.* 4.

Levamentum, ti, n. *alleggiamento*, *allevamento*, מרפא, Ger. *leichterung*, Gal. *allegement*, Hiſp. *alivio*, κουφισμός, conſolatio, id quod levat, & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit. *Cic.* 5. *Fin. c.* 19. Nos autem non ſolum beatæ vitæ iſtam oblectationem videmus ſed etiam levamentum miſeriarum.

Levāna, f. 1. Dea, quæ recens natos de terra levabat. *Auguſt. l.* 4. *de Civ. c.* 11.

Levaſſo, fut. conjunctivi, pro *levavero*. *Cic. de Sen. ex Ennio*. Si quid ego adjuro, curamve levaſſo.

Levatĭo, onis, f. *alleggerimento*, κουφισμός, allevatio, diminutio. Proprie *Vitruv. l.* 10. *c.* 8. Onerum levationes facere. ¶ Translate *Cic. Att. l.* 12. Levatio quædam eſt, ſi minus doloris, at officii, & debiti. *Id.* 1. *Tuſc.* Qui levationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum. ¶ Item conſolatio. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 4. Animi ægritudo, cui ſi majorem aliquam levationem reperire potuiſſem.

Levātor, oris, m. fur, qui aliquid aufert. *Petron. Satyr.* Unde plani autem, unde levatores viverent, niſi aut locellos, aut ſonantes ære ſacellos pro hamis in turbam mitterent?

Levātus, a, um, nom. ex particip. *innalzato*, *alleggerito*, *ſollevato*. *Liv. l.* 21. *c.* 58. Aqua levata vento. *Horat. Epod.* 16. ſimul imis ſaxa renarint vadis levata.

Levātus, vel Lævatus, a, um, adject. politus, lævis, levigatus, *liſciato*. *Virg. Æn.* 5. *v.* 306. Gnoſia bina dabo levato lucida ferro ſpicula. *Gell. l.* 17. *c.* 8. Faciliora ad coeundum videntur, quæ levatiora, levioraque ſunt. Loquitur *Gell.* de iis liquoribus, qui facile gelu coaleſcunt.

Leuca, æ, f. *lega*, menſura itinerum apud Gallos, ut paraſanga apud Perſas, milliarium apud Latinos. Ea mille & quingentorum paſſuum olim erat. *Ammian. l.* 16. *c.* 23. A loco, unde Romana promota ſunt ſigna, ad uſque vallum barbaricum, quarta leuca ſignabatur, & decima, ideſt, unum & viginti millia paſſuum. Adde *Hieronym. in cap.* 9. *Joel.* ¶ Nunc bis mille paſſibus conſtat, ſecundum vulgatum illud carmen: miliare Octo dabunt ſtadia; duplicatum dat tibi leucam. Neque id tamen apud omnes perpetuum eſt: nam apud Hiſpanos, qui & ipſi hac menſura utuntur, & *legua* vocant, longior eſt. *Iſid.* vero *l.* 15. *c.* 16. quingentorum tantum paſſuum eſſe putat; niſi forte ibi ſit mendum, ut *Voſſio* videtur *de vit. ſerm. l.* 3. *c.* 19. Quidquid ſit, ipſa certe vox barbara eſt, & ab Anglis ortum duxit, ut idem *Voſſ.* putat *loc. cit.* ¶ Sunt etiam qui pro *leuca* ſcribunt *leuga*, & *leuva*.

Leuca, f. 1. *S. Maria di Leuca*, urbs Salentinorum, apud Japygium prom. a Saſone inſ. Epiri 50. M. P. ¶ Item urbs Cypri. ¶ Item oppidum Joniæ, medium inter Cumas, & Clazomenas, apud Hermum fl.

Leucacantha, f. 1. λευκάκανθα, herba, al. rhamnus, in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores ſedat. *Plin. l.* 22. *c.* 16.

Leucachātes, æ, m. 1. λευκαχάτης, gemma candida ex genere achatarum. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Leucadĭa, f. 1. Leucata, Leucas, Leucates, Neritis, *S. Maura*, inſ. Græciæ, in mari Jonio, oræ Epiri occiduæ adeo vicina, ut continenti juncta videatur. *Plin. l.* 4. *c.* 1. ¶ Olim peninſula fuit, opera accolarum a continente abſciſſa eſt. *Ovid.* 15. *Met.*

Leucadĭus, a, um, quod eſt ex inſula Leucade, ſeu Leucadia. *Ovid. in Ep. Sapphus*. Ne ſim Leucadiæ mortua crimen aquæ. *Liv. l.* 33. *c.* 17. Eos acie in foro inſtructa Leucadii ſuſtinuerunt.

Leucæthiŏpes, m. 3. λευκαιθίοπες, pop. inferioris Libyæ, qui ſupra Getulos Meridiem verſus primi occurrunt, Libyæ Ægyptiis proximi. *Plin. l.* 5. *c.* 7.

Leucanthĕmis, f. 3. λευκανθεμίς, herba eſt, quæ & anthemis, & leucanthemum a nonnullis vocatur, ab aliis etiam chamæmelon, ab Officinis chamomilla. *Plin. l.* 22. *c.* 21.

Leucargillon, n. 2. λευκαργίλιον, argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico utuntur, in humida duntaxat, frigidaque terra proveniens. Vide *Plin. l.* 17. *c.* 7.

Leucas. V. Leucadia.

Leucasĭa. V. Leucoſia.

Leucaſpis, idis, f. λευκάσπις, albis ſcutis armata. *Liv. l.* 44. *c.* 41. Leucaſpis phalanx.

Leucātes, æ, m. 1. Leucata, Leucate, *Capo di S. Maura*, λευκάτης, prom. Epiri, apud Leucadem inſ. Apollinis templo nobile. Dictum eſt a petræ candore.

Leuce, f. 1. λεύκη, herba Mercuriali ſimillima, niſi quod per medium folium linea alba tranſcurrat, unde & meſoleucon appellarunt. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Leuce, f. 1. *S. Teodoro*, inſ. parva Cretæ, in ora Boreali, contra Cydonem urb. ab ea parum recedens in Bor. vix uno, aut altero milliari ab ora Cretæ inſ. cum arce cognomine ſatis munita, in monte. ¶ Item inſ. parva in Ponto, oſtro Boryſthenis flu. objecta, cum opp. cognom. Dicta eſt etiam Macaron, item Achillea, quod Achilles in ea ſepultus fuerit. *Plin. l.* 4. *c.* 13. ¶ Item nomen eſt quinque inſularum Lesbo adjacentium. *Plin. l.* 6. *c.* 32. ¶ Item parvum opp. in finibus Joniæ, & Æolidis, non longe a Smyrna. *Plin. l.* 5. *c.* 29.

Leucippus, m. 2. Λεύκιππος, Philosophus fuit Eleates, sive, ut aliis placet, Abderites, Zenonis auditor, qui universum infinitum esse dixit, ejusque partes plenum esse, & inane, omniaque fieri ex atomis sibi invicem implicatis. *Cicer. 4. Tusc. Laert.*

Leucochrȳsus, m. 2. Λευκόχρυσος, gemma ex hyacinthorum genere, inter auri colorem vena candida interveniente. *Plin. l. 37. c. 10.*

Leucogæa, f. 1. gemma, al. galactites, & leucographia, tota candida, lactis succo, & sapore notabilis. *Plin. l. 37. c. 10.*

Leucogæus collis, seu Leucogæi colles, *l' Alumera*, locus Campaniæ, inter Neapolim, & Puteolos, ubi sulphur præstantissimum effoditur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admixtum candorem simul affert, & teneritatem. *Plin. l. 18. c. 11. & 35. c. 15.* Ibi etiam Leucogæi fontes, qui firmitatem dentibus, oculis claritatem, & vulneribus sanitatem afferunt. *Plin. l. 31. c. 2.*

Leucographis, idis, Λευκόγραφις, herba quædam utilis sanguinem excreantibus. *Plin. l. 27. c. 11.*

Leucoïon, n. 2. *viola, garofano*, Ger. *violen*, Gal. *violette*, Hisp. *alheli blanco*, Λευκόϊον, viola in genere, quasi Λευκὸν, ἴον, alba viola. Aliqui dicunt, leucoii nomine intelligendum non esse eum florem, quem ἴον Græci, Latini violam proprie appellant, sed illum, quem vulgus ab odoris similitudine caryophyllon nominat, sive is albus sit, sive luteus, sive purpureus. *Plin. l. 34. c. 12.* Sed ex eo candidum colorem sentientem violam leucoion appellant. ¶ Quia vero leucoion significat violam generatim, si species aliqua sit experimenda, coloris nomen addendum est, ut Leucoion album, luteum, purpureum, &c. *Col. l. 2.* Leucoia candida.

Leucon, f. 3. Λεύκων, species ardeæ avis, ita dicta a candore, *Pl. l. 10. c. 60.*

Leucon, nis, m. Λεύκων, Rex Ponti, a fratre Oxylocho necatus, quod cum ejus uxore adulterii, & incestus consuetudinem haberet. *Ovid. in Ibin.*

Leuconium, nii, seu leuconicum, ci, n. Λευκώνιον, tomentum e lanæ rasæ floccis, quo ditiores utebantur, a Leuconibus pop. Galliæ, qui iidem erant, ac Leuci, quos Ptolemæus Lingonibus vicinos facit. *Turneb. l. 9. c. 24.* Leuconicum vocari tomentum putat a Leuconio Æoliæ oppido, cujus *Thucydides* meminit *l. 8.* Alii censent esse a Λεύκων, albus, nempe quia flocci essent e lana alba. ¶ Differt a Lingonico. Nam hoc dictum est a Lingonibus populis Celtarum, cujus Cæsar, & alii meminere. Hinc *Plin. l. 8. c. 46.* dicit, suo tempore tomenta Gallicis discerni nominibus. *Martial. l. 11. epigr. 22.* Culcitra leuconico quam viduata suo.

Leuconótus, i, m. *ponente garbino*, λευκόνοτος, ventus Africæ occidentalis, inter Notum, & Favonium spirans: a λευκὸς, albus, & νότος, Notus: de quo *Horat. l. 1. od. 7. v. 12.* Albus ut obscuro deterget nubila cœlo sæpe Notus *Auson. in Technopægn. de deis, v. 12.* Velivolique maris constrator leuco notus Libs.

Leucopetălos, f. 2. Λευκοπέταλος, gemma, quæ candorem nivis auro distinguit. *Plin. l. 37. c. 10.*

Leucopĕtra, f. 1. *Capo dell' Arme*, Λευκοπέτρα, prom. Brutiorum, in Meridionali parte Calabriæ ulterioris, juxta fretum Siculum, ultra Rhegium urb. 12. M. P.

Leucophæātus, vel aspiratione detracta, leucopæatus, a, um, qui est leucophæo colore indutus. *Mart. l. 1. epigr. 97.* Amator ille tristium lacernarum, & bæticatus, atque leucophæatus.

Leucophæus, a, um, *fosco, quasi nero, grifo*, Germ. *gravv*, Gal. *cender*, Hisp. *pardillo*, Λευκόφαιος, color cinereitius, seu ex albo, & fusco mixtus, a Λεύκος, *albus* & φαιὸς, *fuscus*. *Plin. l. 32. c. 10.* Jecur rubetæ, vel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. *Vitr. l. 8. c. 3.* Fontes, & flumina sunt, quorum potu pecora, quamvis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore.

Leucophlegmatia, f. 1. Λευκοφλεγματία, species est hydropis, al. hyposarx, qua aqua subter cutem inæqualiter collecta alibi aliter extuberat. *Cels. l. 3. c. 21.*

Leucophŏrum, n. 2. Λευκοφόρον, glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex sinopidis Ponticæ felibra, salis lucidi libris decem, & melini Græcienſis libris duabus, mixtis, & per dies duodecim una tritis. *Plin. l. 35. c. 6. & l. 33. c. 3.*

Leucophthalmos, m. 2. Λευκόφθαλμος, gemma, quæ candidam, nigramque oculi speciem continet, alias rutila. *Plin. l. 37. c. 10.*

Leucosĭa, f. 1. Leucasia, *Leucosa, la Licosa*, Λευκοσία, inf. parva maris Tyrrheni, Lucaniæ adjacens, in sinu Pæstano, contra Posidoniate prom. quod ab ea *Capo della Licosa* nominatur. Dicta est, teste Festo, ab Æneæ consobrina sepulta in ora Lucaniæ. Sed *Plin. l. 2. c. 90.* vult, dictam esse ab una Sirenum, quæ ibi submersa, & sepulta est, seu, ut alii scribunt, quæ hoc in loco periit, cum spreta ab Ulisse in mare se abjecisset.

Leucothĕa, f. 1. Λευκοθέα, Ino Cadmi, & Hermiones filia, uxor Athamantis, &c. V. *Ino*. ¶ Item fons in Samo inf. forte a filia Cadmi. ¶ Item inf. maris Tyrrheni, apud Capreas, & promontorium Minervæ, in ora Picentium, non apud Leucosiam in ora Lucaniæ, ut Ortelius scribit.

Leucothŏe, f. 1. Orchami Regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quæ a Phœbo, qui ei matris specie primum apparuit, gravida facta est. Clytie, quæ antea a Phœbo amata fuerat, Leucothoe invidit, ejusque crimen patri indicavit. Ille vivam defodit. Sed puella Phœbi miseratione mutata est in arborem thuriferam. *Ovid. 4. Metam. Boccat. l. 12. Gen.*

Leucozōmus, a, um, adject. Λευκόζωμος, albo jure conditus, ut pullus leucozomus, apud *Apic. l. 6. c. 9.*

Leucrocotta. V. Leocrocotta.

Leuctra, æ, f. 1. vel Leuctra, orum, n. 2. vel Leuctræ, arum, f. 1. Λεῦκτρα, opp. Bœotiæ, inter Plateas, & Thespias, in confinio Megaridis, ubi ingens planities, in qua Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeoque attrivit, ut postea Imperium nequiverint reparare. *Cic. 1. & 2. de Div. 1. Tusc.*

Leuctrĭcus, a, um, quod ad Leuctra spectat. *Cic. 1. de Div.* Lacedæmoniis paulo ante Leuctricam calamitatem quæ significatio facta est?

Leucum, n. 2. *Leoco*, opp. Insubriæ, cum arce apud Larium lac. ubi Adduam fl. emittit.

Levenna homo, hoc est *levis homo*. dictum est a *Laberio*, sed nimis prælicenter, ut notat *Gell. l. 16. c. 7.*

Levi, m. 2. Lævi, pop. Liguriæ, qui cum Maricis Ticinum condiderunt, circa Ticinum fl. incolentes, quorum locus adhuc *li Lobi* nominatur, in agro Alexandrino, apud Maricos.

Levicŏmis, e, adject. leves comas habens. *Fulgent. l. 1. Mythol.*

Leviculus, a, um, *leggieretto*, ὑπέλαφρος, dimin. a levis. *Cic. Tusc. 5. c. 36.* Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ, &c.

Levidensis, se, o. 3. ἀκμὴς, quod est ex tela leviter densata, cui pavitensis opponitur, a *levi*, & *denso*. *Isid. l. 19. c. 23.* Levidensis vestis dicta, quod raro filo sit, leviterque densata. Translate *Cic. l. 9. Fam. ep. 12.* Sed ego hospiti veteri, & amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. idest, munus vile, & minimi pretii, sc. orationem parum elabboratam, atque expolitam. Sunt tamen qui aliter legunt.

Levisĭdus, a, um, *che non ha ferma fede*, κίβδηλος, ἄπιστος, qui habet levem fidem, cui secretum non possis tuto committere, qui facile fidem violat. *Plaut. Perf. 2. 3. 61.* Omnes sunt lenæ levisidæ.

Levigatio, vel Lævigatio, onis, f. actus levigandi, & poliendi. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Levigationibus & polituris cum fuerint perfecta.

Levigātus, vel Lævigatus, a, um, adject. politus, complanatus, *polito, lisciato*. *Macrob. l. 7. Sat. c. 12.* Quod & levigatius, & spissius est.

Levigo, vel Lævigo, as, avi, atum, a. 1. *lisciare, polire, spianare*, a levis. Ger. *gletten*, Gal. *aplanir*, Hisp. *alisar*, Λειαίνω, complano, polio, quasi læve ago. *Plin. l. 13. c. 12.* Scabritia (chartæ) levigatur dente. *Varr. R. R. l. 3. c. 11.* Omnes parietes tectorio levigantur. ¶ Significat etiam terere, in pulverem redigere, *stritolare, polverizzare*. *Colum. l. 6. c. 6.* Myrti silvestris foliorum duæ libræ levigantur. *Id. l. 12. c. 41.* Quæ in colo subsiderunt, diligenter contrita levigantur. Adde *l. 6. c. 17. l. 7. c. 5. & l. 9. c. 13.*

Levipes, edis, o. *che ha i piedi veloci*, ἀκύπους, celer, & pedibus levis. *Varr. l. 3. de R. R. c. 12.* Dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset.

Levir, viri, m. 2. *cognato*, יבם, Ger. *schwager*, Gal. *beaufrere*, Hisp. *cunado*, δαὴρ, ἀνδράδελφος, frater mariti, secundum *Non. c. ult. n. 5. & leg. 4. Dig. di Gradib.* vel frater uxoris, secundum *Fest.*

Levis, ve, o. 3. *lieve, leggiero, senza peso*, Ger. *leicht*, Gal. *leger*, Hisp. *ligero, liviano*, ἐλαφρὸς, quod est sine pondere, quodque facilius sursum attolitur, quam deorsum tendat. *Virg. 13. Æn.* Corytique leves humeris, & lethifer arcus. ¶ Leve etiam dicitur, quod licet non prorsus sine pondere sit, parum tamen habet ponderis. Levis enim armaturæ milites sunt pedites expediti, non magno armorum pondere onerati. *Cic. 10. Phil.* Nostræ sunt legiones, nostra levis armatura, nostri equitatus, &c. Hinc Levis armaturæ excursio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorum leviorum textura. *Cic. 2. de Div. c. 10.* Sed hæc fuerit nobis, tanquam levis armaturæ, prima orationis excursio: nunc cominus agamus, experiamurque, si possimus, cornua commovere disputationis tuæ. ¶ Transfertur etiam ad animum. Unde leves homines vocantur mobiles, inconstantes, qui facile opinionem mutant, quemadmodum e contrario graves dicimus eos, qui constantes sunt, & prudentes. *Cic. pro Rosc. Am.* Qui minime ipsi leves sunt. *Tacit. 1. hist. c. 88.* Levissimus quisque, & futuri improvidus. Hinc Levis auctor dicitur, cui nulla sit adhibenda fides. *Liv. l. 5.* Sed auctorem levem, nec satis fidum super tanta re esse Patres rati. ¶ Et levis esse sententiæ dicuntur ii, qui sententiam, sive propositum sæpe mutant. *Ter. Hec. 3. 1. 32.* Itidem mulieres illæ sunt ferme, ut pueri, levi sententia. ¶ Translate etiam dicitur de rebus inanimatis, pro inani, vano, quasi nullius ponderis. *Cic. pro Rosc. Com.* Quod apud omnes leve, & infirmum est. ¶ Item pro parvo, exiguo. *Cic. 1. Fin.* Quod mors sensu careat, dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis soleat esse. *Plin. l. 11. c. 53.* Mortem illico affert levi tactu. *Sil. l. 10. v. 592.* Levis numerus. ¶ Item pro miti. *Cic. pro Rosc. Am.* Sin eos, quos, qui leviore nomine appellant, percussores appellant. ¶ Item pro indiligenti. *Cic. Att. l. 4. ep. 15.* Consules, qui illud levi brachio egissent, rem ad Senatum detulerunt. ¶ In levi habere, est parum curare, apud *Tacit. 2. hist. c. 21.*

Levis, e, vel Lævis, (quamquam cum sit a λεῖος, rectius, sine diphthongo scribitur, nam ει in e, vel i latinum transit, nunquam in æ) adject. *polito, spianato, liscio*, Ger. *glatt*, Gal. *mollet*, Hisp. *alisado*, λεῖος, planus, politus, tactu non asper. *Pers. sat. 1. v. 65.* Ut per leve fessros Effundat junctura ungues. *Virg. 5. Æn. v. 93.* inter pateras, & pocula levia serpens Libavitque dapes &c. ¶ Accipitur & pro glabro, & depilato. *Tibull. l. 1. el. 8.* Charior est auro juvenis, cui levia fulgent ora. *Horat. l. 2. od. 11.* Fugit retro levis juventas, & decor. h. e. imberbis. ¶ Translate pro molli & effæminato. *Ovid. l. 3. de arte*: Fœmina quid faciet, cum vir sit levior ipsa? *Pers. sat. 1. v. 82.* Trossulus exultat tibi per subsellia levis.

Levisomnus, a, um, *che ha sonno sottile*, quod levi somno est. *Lucr. l. 5. v. 862.* At levisomna canum fido cum pectore corda.

Levĭtas, atis, f. *leggierezza*, Ger. *leichte*, Gal. *legereté*, Hisp. *liviandad*, ἐλαφρότης, κουφότης, id, quo res ponderosa non est. *Plin. l. 12. cap. 12.* Syncerum quidem deprehenditur levitate. ¶ Translate ponitur pro inconstantia, mobilitate, vilitate. *Cic. in Phil. 2. c. 31.* Videte hominis levitatem. *Id. in Off. l. 1. c. 26.* Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. ¶ Item pro vanitate. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 17.* Cujus opinionis levitas confutata est. *Id. de Fin. l. 1. c. 18.* Amatoriis levitatibus sunt dediti.

Levĭtas (vel Lævitas) atis, f. *politezza*, Ger. *glette*, Gal. *delicateſſe*, Hisp. *lisura*, λειότης, complanatio, expolitio, æqualitas, asperitati contraria, a levis. *Plin. l. 9. c. 29. de Polypis.* Soli mollium in ficcum exeunt, dumtaxat asperum, levitatem odere. ¶ Accipitur interdum pro lubricitate. *Cels. l. 4. c. 19.* Ex torminibus interdum intestinorum levitas oritur, quæ continere nihil possunt.

Levĭter, adv. *leggiermente*, Ger. *leichtlich*, Gal. *legerement*, Hisp. *livianamente*, ἐλαφρῶς, sine pondere. Translate ponitur pro parum, & pro admodum parum. *Cic. 2. de nat. Deor.* Genæ oculis subjectæ, leviterque eminentes. *Id. 2. de Or.* Homo leviter eruditus, idest parum, sive mediocriter. ¶ Item pro leniter, remisse, modeste. *Cic. in Off. 1. c. 24.* Medici leviter ægrotantes leviter curant. *Id. in Fam. 3. epist. 10.* Cum tu omnibus ornamentis redundares, illi, ut levissime dicam, multa deesserent. ¶ Item pro imperfecte, indiligenter. *Suet. de clar. Gram. c. 9.* Functusque militia, studia repetit, quæ jam inde a puero non leviter attigerat. ¶ Item pro facile, patienter, æquo animo. *Cic. de Prov. Conf. c. 20.* Sed leviſſime feram, si forte his omnibus probaro. *Id. Fam. l. 4. c. 3.* Id aliquando levius ferebam. ¶ Item pro breviter. *Cic. pro Rosc. Amer.* Sed in animo est, quemadmodum ante dixi, leviter transire, ac tantummodo perstringere unamquamque rem. *Quintil. l. 7. c. 4.* Leviter in transitu attingere aliquid.

Levītes, æ, m. *Levita*, *Diacono*, sacer Ordo Ecclesiasticus Sacerdotio dignitate proximus: dictus a Levitis Hebræorum, qui ministri erant sacrorum, & ex Tribu Levi assumebantur; unde & nomen *Sidon. l. 9. ep. 2.* Albiso antistes, Proculusque Levites.

Levitūdo, vel (Lævitudo) inis, f. idem quod levitas, a levis. *Lactant. de Ira, c. 10.* Si quis velit milium in unam coagmentationem constringere, levitudo ipsa granorum in massam coire non finit.

Levo, as, avi, atum, a. 1. *levare, alzare*, הרים, Ger. *aufheben*, Gal. *lever en haut*, Hisp. *alcar*, αἴρω, in altum tollo, veluti leve quiddam. *Quintil. l. 2. c. 12.* Levare manum. *Plin. l. 2. c. 16.* Levare in sublime. *Ovid. 2. Metam.* De cæspite virgo se levat. ¶ Sæpe significat inirmare, minuere. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 10.* Multa fidem promissa levant. *Cic. 2. Inven.* Illa autem acerrima accusatorum criminatio levabitur. Sic levare annonam, est annonæ pretia imminuere, apud *Liv. l. 26. & Cic. pro Mil.* ¶ Item leve facere, lenire, *alleggerire*. *Virg. 1. Æn.* Nostrumque leves quæcunque laborem. *Id. 8. Æn. v. 309.* Levare viam sermone. *Plaut.* genitivo jungit *Rud. 1. 4. 27.* Ut me omnium jam labo-

rum levas! ¶ Interdum auferre. *Virg. 2. Æn.* Atque arcta levari vincla jubet Priamus. ¶ Interdum exonerare, & quasi relevare. *Virg. 9. Ecl.* Ego hoc te fasce levabo. *Plaut. Mil. 4. 6. 57.* Levandum morbum mulieri video. ¶ Interdum adjuvare, subvenire. *Cic. pro Corn. Balbo.* Gaditani Populum Rom. in caritate frumenti suppeditato levaverunt. ¶ Aliquando recreare, consolari, *sollevare*. *Cic. de Sen. c. 11.* Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur, *Id. Att. l. 11. epist. 8.* Nonnihil me levant tuæ litteræ hoc tempore. ¶ Aliquando liberare. *Cic. de Amic. cap. 20.* Qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere levandi sunt. Sic levare aliquem metu, *Liv. lib. 2.* Et, levare metum alicui, *Cic. 2. Tuscul.* ¶ Aliquando curare, sive sanare, *guarire*. *Plin. l. 7. c. 2.* Serpentum ictus contactu levare solitos. *Hor. in carm. secul. v. 63.* Qui salutari levat ante fessos corporis artus.

Levo, (vel Lævo) as, avi, atum, a. 1. idem quod levigo, polio, *spianare, lisciare, polire*, λειαίνω, a levis. *Stat. 1. Theb. v. 519.* Pars teretes levare manu, ac disponere mensas. *Celsus.* Levat, quæ exasperata sunt.

Levor, (vel Lævor) oris, m. idem ac levitas, a levis. *Plin. l. 9. c. 35. de unionibus*; Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, levore, pondere. *Lucret. l. 2. v. 423.* Haud sine principali aliquo levore creata est.

Leutarnia, æ, f. *Levidona, Alvidona*, opp. Lucaniæ, in Magna Græcia, al. in lim. Brutiorum, nunc in Calabria cit. ab Amygdalatia, & a sinu Tarentino 7. M. P. in Occ.

Levus. V. Lævus.

Lex, egis, f. *legge*, תורה, Ger. *ein gesatz*, Gal. *loy*, His. *ley*, νόμος, recta ratio rerum agendarum, & omittendarum. Dicta est a *legendo*, quia cum ferretur, populo legebatur, quo omnibus innotesceret. *Var. l. 5. de L. L.* Aliqui dictam putant a *legendo*, quia scriberetur, legendaque proponeretur. *Cic. l. 1. de Leg.* placet, dictam esse a *legendo*, quatenus legere est eligere, quasi lex sit electa regula, & norma vivendi. Aliqui a *ligando* derivant, h. e. obligando. *Cic. 3. de Leg.* Vereque dici potest, Magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum esse Magistratum. ¶ Lex varie dividitur, ut in Legem naturalem, & positivam, seu civilem, in Divinam, & humanam, in veterem, & novam, &c. de quibus V. *JCtos*. ¶ Apud Romanos lex dicebatur, quod Populus Rom. Senatorio Magistratu interrogante, constituebat. Atque hoc pacto a Plebiscito distinguebatur. Quamquam & Plebiscita ipsa aliquando leges dicuntur. Ac primis quidem temporibus Regum, vel etiam Consulum responsa, & decreta pro legibus habebantur: postea vero missis Athenas Legatis (Decemvirum Magistratu ad id constituto) descriptæ Solonis leges in XII. tabulis, & ad Remp. regendam adhibitæ, additis successu temporum quamplurimis aliis, quas, proponente aliquo, populus Rom. acceptabat. Porro qui legem aliquam laturus erat, eam prius domi describebat, deinde promulgabat, h. e. proponebat in publicum per trinundinum: tum populum rogabat per formulam. *Felicis, jubeatis*, &c. quæ si acciperetur, lata dicebatur, si displiceret, antiquata. Hinc patet, quid sit promulgare legem, legem ferre, seu rogare, legem accipere, legem antiquare; quæ loquendi formulæ passim leguntur apud *Cic.* & *Liv.* Abrogare legem quid sit V. in Abrogo. ¶ Legem ferre alicui, h. e. in favorem alicujus, *Cic. pro Domo sua, c. 30.* ¶ Legem perferre, hoc est ita proponere, ut ab omnibus accipiatur. *Liv. l. 33. cap. 46.* Legem promulgavit, pertulitque, ut in singulos annos judices legerentur. ¶ *Figi* etiam *leges* dicebantur, cum postquam latæ essent, in æreis tabulis incidebantur, & affigebantur parietibus, ut ab omnibus perlegi possent. *Cic. Att. 14. Virg. 6. Æn. v. 622.* ¶ Legibus aliquem solvere, est ei speciali privilegio concedere, ut legibus parere non teneatur, *dispensare*. C. Cornelius Trib. pl. C. Calpurnio Pisone, M. Acilio Glabrione Coss. legem promulgavit, ne qui in Senatu legibus solveretur, nisi ducenti affuissent, neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. *Pædian. in Cornelianæ, quæ non extat, Comment. Manut. de Sen. Rom. Cic. 11. Phil.* Ille homo summo ingenio, summa potentia, qui ex Ædilitate Consulatum petit, legibus solvatur. ¶ Lege agebatur, cum Prætor sedebat pro tribunali, & tria verba fabatur, *Do, Dico, Addico*. *Manut. de vet. dier. ratione.* ¶ Interdum accipitur pro exequi sententiam a judice latam. *Liv. l. 26.* Flavius acceptas litteras, neque resolutas cum in gremio reposuisset, præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet, i. e. ut ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exequeretur. ¶ Item pro actionem intendere in judicio, sive judicio experiri, contra aliquem litigare. *Cic. 1. de Or. c. 36.* Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII. Tabulis permiserat. *Id. ib. cap. 38.* Cum egisset lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. Adde *Ter. Phor. 5. 7. 90.* Una injuria est tecum. Ch. Lege agito ergo. ¶ Huc & illa pertinent, legibus experiri, apud *Nepot. in Timol. cap. 5.* Legibus aliquem aggredi, apud *Suet. in Aug. c. 9.* ¶ Hinc & ablativus *lege* eleganter usurpatur pro, secundum legem, seu, ex lege, *in vigor delle leggi*. *Ter. Andr. 4. 5. 4.* Ejus morte ad me lege redierunt bona. ¶ Accipitur interdum lex pro conditione, aut pacto. *Ter. Andr. 1. 2. 28.* Te, Dave, in pistrinum dedam, ea lege, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. ¶ Item pro norma, regula, typo. *Cic. 3. de Or. c. 49.* Hanc igitur ad legem formanda nobis oratio est. *Id. in Or.* Quo etiam difficilius est oratione uti, quam versibus, quod in illis certa quædam, & definita est lex, &c. ¶ Item pro præceptis artis, ut leges Grammaticorum, Dialecticorum, &c. *Cic.* & alii.

Lexidium, ii, n. *paroletta*, λεξίδιον. *Gell. l. 18. c. 7.* Vos Philosophi mera estis mortuaria glossaria. namque colligitis lexidia, &c.

Lexipyrĕtus, a, um, adject. λεξιπύρετος, febres finiens, ut lexipyreta cataplasmata, apud *Theodor. Prisc. Prisician.* Adde *Plin. l. 20. c. 18.*

Lexis, f. 3. *parola, vocabolo*, λέξις, dictio. *Cic. de Orat. l. 3. c. 43. ex vetusto Poeta.* Quam lepidæ lexes compositæ, ut tesserulæ omnes arte pavimento, atque emblemate vermiculato!

L A N T E I.

Liacŭlum, i, n. λειαντήρ, instrumentum, quo levigantur intectoria in parietibus, a λεῖος, *planus, lævigatus*. *Vitr. lib. 7. c. 3.* Liaculorum subactionibus fundatæ soliditates. Alii legunt *baculorum*. Adde *l. 2. c. 4.*

Libadion, n. 2. λιβάδιον, herbæ genus, quod nostris vulgo centaurium minus appellatur, a λιβάς, *gutta*, quod fontibus, & locis irriguis gaudeat. *Plin. l. 25. c. 65.*

Libāmen, inis, n. idem ac libamentum. *Virg. 6. Æn.* Ignibus imponit sacris libamina prima.

Libamentum, i, n. λοιβή, σπονδή, quicquid in sacris libatur. *Cic. de Leg. lib. 2. cap. 12.* Quod tempus ut sacrificiorum libamenta ferventur. ¶ Translate *Gel. l. 16. c. 8.* Hoc breve ex Dialectica libamentum dedisse, satis erit, *un saggio*.

Libanius, m. 2. λιβάνιος, Sophista Antiochenus, discipulus Diophanti. Floruit Juliani Apostatæ temporibus usque ad Theodosium seniorem. Scripsit encomium Constantii Cæsaris, & alterum Juliani, præterea Progymnasmata Rhetorices, argumenta in Orationes Demosthenis, & epistolas quasdam. *Suid.*

Libanŏchros, m. 2. al. libanochnes, λιβανόχρως, gemma, quæ thuris similitudinem ostendit, & succum mellis. *Plin. l. 37. c. 10.*

Libanōtis, idis, f. *rosmarino*, λιβανωτίς, frutex, odorem thuris habens, qui rosmarinus appellatur, a λίβανος, *thus*, & οἶνος, *oleo*. *Plin. l. 19. c. 12.* Libanotis radicem habet olusatri, nihil a thure differentem. Usus ejus post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant.

Libanōtus. V. Libonotus.

Libānus, i, m. *Libano*, לבנון, Λίβανος, mons Syriæ, a לבן, *albus*, quia altissima ejus juga propter nives longissime conspicua sunt, quomodo & Alpes in Italia ab ea ipsa causa nomen habent. Inter montes totius Palæstinæ celeberrimus est. Ab agro Damasceno in Arabiæ confinio Tripolim usque Phœnicis urbem perducitur. Altissimus est, & nihilominus fertilis, & amœnus, in valles, & campos hinc inde effusus. Cedris abundat. Quidam scribunt in eo duntaxat cedrum arborem provenire. In ipso sunt Jordanis fontes. Huic monti ex adverso obtenditur Antilibanus, valle tantum interjecta. Olim muro conjuncti erant. Inter duos hosce montes Orontes fl. oritur, teste *Plin. l. 6. c. 19. 20. & 22.*

Libānus, f. 2. לבונה, Λίβανος, frutex, sive arbuscula thurifera, al. dendrolibanus, item ipsum thus, a voce Hebraica allata, quæ & arborem thuriferam, & ejus resinam notat, & est a לבן, *albus*, propter alborem. *Isid. l. 17. c. 8.* ¶ Poetæ fabulantur, nomen accepisse a juvene quodam Assyrio in hunc fruticem commutato.

Libarius, ii, m. 2. qui liba vendit. *Sen. ep. 57.* Jam librarii varias exclamationes.

Libarnum, n. 2. Libarna, *Villa Barna*, castr. Liguriæ, & agri Dertonensis. Aliis est *Bobio*, al. *Incisa*.

Libatio, onis, f. 3. λοιβή, σπονδή, sacrificatio, vel ea degustatio, quæ in sacrificiis fieri solebat. *Cic. de Arusp. resp. c. 10.* Tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

Libella, æ, f. 1. diminut. parva libra. ¶ Accipitur pro nummulo argenteo, qui & *as* dicitur. Nam iste nummulus argenteus dictus est libella, quod libram æris, i. e. assem, valebat. Erat decima pars denarii. Romani, cum minimam pecuniam significare volebant, assem, & libellam dicebant. *Cic. 4. Verr.* Ecquis Volcatio, si sua sponte veniisset, unam libellam dedisset? *Id. pro Rosc. Com. de pœna plus petentium*. Si petierit H. S. LIII. hic, nisi planum facit. H. S. LIII. ad libellam sibi deberi, causam perdit. idest si minimo quidem nummo minus debitum fuit, ex formula plus petitionis, causa cadit. ¶ Item pro universa hæreditate. *Cic. Attic. l. 7. epist. 2.* Fecit palam te ex libella, me ex teruncio. subaudi *hæredem*. ¶ Libella etiam est fabrile instrumentum, quod nostrates *livellum* appellant, *livella, traguardo*. *Plin. l. 7. c. 56.* Fornicem autem, & libellam, & tornum, & clavem Theodorus Samius invenit. *Id. l. 36. c. 22.* Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet.

Libellāris, e, adject. ad librum, seu libellum pertinens. *Sidon. l. 9. ep. 11.* Libellare opus conficere.

Libellarium, ii, n. loculus, seu cista, in qua libri asservantur. *Cic. pro Mil. c. 12.* Exhibe, quæso, Sexte Clodi, libellarium illud legum vestrarum, quod te ajunt eripuisse e domo, tanquam Palladium, &c. Al. leg. *Librarium*.

Libellĭo, nis, m. *corriere*, γραμματεύς, a veteribus dicebatur, quem nos tabellionem vocamus, a *libellus*. *Var.* apud *Non. c. 2. n. 499.* Tum ad me ferunt, quod libellionem esse sciebant. ¶ Accipitur interdum pro librario, qui libros scribit, & vendit, βιβλιόγραφος, βιβλιοπώλης. *Stat. l. 4. Syl. 9. v. 21.* Sed Bruti senis oscitationes, de capsa miseri libellionis, emptum plus minus asse Cajano, donas.

Libellŭlus, li, m. *libricciuolo*, parvus libellus. *Martian. Capell. l. 3. pag. 71. in carm.* Quantumque solo inditum libellulo Potest probare ferium fastidium.

Libellus, li, m. 2. *libretto*, Ger. *bueclin*, Gal. *livret*, His. *librillo*, γραμματεῖον, βιβλίον, parvus liber. *Cic. 1. de Orat.* Scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente, & invito excidit. ¶ Aliquando etiam ponitur pro commentario, pro scripto memoriæ causa facto, *memoriale*. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est, Salaminii pecuniam debent M. Scaptio, & P. Mantinio familiaribus meis. *Id. 1. Phil. c. 8.* Nisi forte, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. ¶ Pro libello simpliciter, etiam libellum memorialem dicimus. *Suet. in Cæs. c. 56.* Epistolæ quoque ejus ad Senatum extant, quas primum videtur ad paginas, & formam memorialis libelli convertisse. ¶ Aliquando sumitur pro tabella, sive epistola, *lettera*. *Brut. Cic. l. 11. Fam. ep. 11.* Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti, qui in me inciderunt. ¶ Aliquando pro epistola affertoria, quam vulgo certificationem vocamus, *fede, mandato*. *Paul. in l. si Publicanus, ff. de Publican.* Significent id libello manu sua subscripto, eumque ad Publicanum mittant. ¶ Aliquando pro scripto, quod continet supplicationem, vel accusationem, vel aliud simile, *supplica, polizza*. Tales Principibus dari solent ad negotia explicanda, in quibus petitiones continentur. *Cic. Att. l. 16. ep. 18.* Ut primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus libellum composuit eum mihi, ut darem Cæsari; eram enim cœnaturus apud eum illo die; cum libellum Cæsari dedi, probavit causam, rescripsit Attico, æqua eum postulare. *Suet. in Cæs.* Libellumque indicem insidiarum ab obvio quodam porrectum libellis cæteris, quos sinistra tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. ¶ Hic etiam supplex libellus nominatur. *Mart. l. 8. epigr. 31.* Supplicibus dominum lassare libellis. ¶ Hinc Libellos signare, sive subnotare dicuntur, qui libellis supplicibus Principum nomine respondent. *Suet. in Aug. c. 50.* In diplomatibus, libellisque, & epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri. *Plin. in Epist.* Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. ¶ Hinc libellos agere, quod est libellis præfectum esse. L. *rescriptum ff. de distr. pign.* Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano. ¶ Hinc A libellis ministri illi esse dicuntur, qui Principi in hoc negotio subserviunt, ut supplices libellos accipiant, evolvant, illisque respondeant. *Suet. in Domit. c. 14.* Epaphroditum a libellis capitali pœna condemnavit. ¶ Accipitur etiam pro scripti genere, quo aliquis in judicium vocatur, *citazione*. *Plaut. Curt. 1. 3. 6.* Ubi tu es, qui me libello Venereo citasti? ecce me sisto, ades contra. ¶ Libellus denique est genus mensuræ. *Cat. de R. R. c. 15.* Parietes villæ si locet in pedes centum, i. e. pedes denos quoquoversum, habeat libellum in pedes quinos, &c. ¶ Pro taberna libraria ponitur apud *Catul. epigr. 52.* Te quæsivimus in minore campo, Te in Circo, te & in omnibus libellis. Al. leg. *labellis*, & fortasse rectius.

Libens, vel Lubens, tis, o. *volontario, facile*, נדיב, Ger. *gutwvillig*, Gal. *volontaire*, His. *aplazible*, ἄσμενος, ἑκών, volens, voluntarius. *Cic. Att. l. 10.* Si vera sunt, ignosces, si falsa, me libente, eripies mihi hunc errorem. *Idem pro Cluent. cap. 2.* Eamque animis vestris aut libentibus,

aut

aut æquis remittatis. *Ter. Andr.* Fugin' hinc? B. Ego vero ac libenſ. *Cic. Att. l. 4. ep. 2.* Illam porticum redemptores ſtatim ſunt demoliti libentiſſimis omnibus. ¶ Sumitur & pro læto, & hilari. *Ter. Adelph. 4. 7. 38.* Hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis. ¶ *Libens, meritoque*, formula ſolemnis erat in precibus, & gratiarum actionibus. *Plaut. Perſ. 2. 3.* Jovi opulento, inclyto bonas copias commodanti lubens meritoque vitulor, quia &c. Legitur etiam ſæpe in antiquis Inſcriptionibus.

Libenter, & Lubenter, adv. *volentieri*, Ger. *gern*, Gal. *volontier*, Hiſp. *de buena gana*, ἀσμένως, non gravate, æquo, gratoque animo. *Cic. 4. Acad.* Itaque cum aliud diceret, atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, &c. *Hor. 2. ep. 1. v. 262.* Diſcit enim citius, meminitque libentius illud, quod quis deridet, quam quod probat, & veneratur. *Cic. 6. Ver. c. 27.* Sine ulla ſuſpicione libentiſſime dedit. ¶ Aliquando ſignificat delicate, cum copia, & luxu. *Ter. Eun. 5. 9. 44.* Cum illa libenter vivis; etenim bene libenter victitas. *Cato R. R. c. 158.* Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter. Adde *Enn. apud Gel. l. 12. c. 4.*

Libentia, & Lubentia, æ, f. voluptas, gratia, complacentia, libido. *Gel. l. 15. c. 2.* Cui libentiæ, gratiæque omnes conviviorum incognitæ ſint. *Plaut. Stich. 2. 2.* Onuſtum pectus porto lætitia, lubentiaque. ¶ Fuit etiam lubentia lætitiæ, & voluptatis Dea. *Plaut. Aſin. 2. 2.* Illos lubentiores faciam, quam Lubentia eſt.

Libentina, æ, f. Dea libidinis, Venus. *Auguſt. de civ. Dei, l. 4. c. 8.* & *Var. l. 5. de L. L.*

Liber, m. 2. in gen. Liberi, *Bacco*, Διονύσιος, Dionyſius, ſive Bacchus, vini inventor. Aliqui cenſent, Solem Liberum dictum eſſe. *Macrob. in Saturn. l. 1. c. 19.* A *Diodoro* multos fuiſſe Liberos, ſive Bacchos, ſive Dionyſios ſcriptum eſt. *Cic. l. 2. & 3. de nat. Deor.* duos enumerat, primum filium Jovis primi ex Cerere, fratrem Liberæ, ſeu Proſerpinæ, alterum filium Jovis ſecundi ex Semele. *Boccat. l. 2. Gen.* Omnium longe celeberrimus eſt, qui ex Jove, & Semele Thebis Bæotiis natus fertur. *Cic. l. 2. de nat. Deor.* dicit, Liberum appellatum eſſe a *liberis*, ideſt filiis. Aliquibus dictus videtur a *liberando*, quod libertatis Deus fuerit, ſive quod Bœotiæ urbes liberas fecerit. Nam, ut *Plutarchus* narrat, pro Bœotiæ libertate pugnavit. *Sen. l. 1. de tranq. vit.* Liberum appellatum dicit ob vini inventionem, quia vinum liberat ſervitio curarum animum, & triſtitiæ medetur. *Virg. 4. Geor.* Vos o clariſſima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber, & alma Ceres. Hic aliqui Solem intelligunt. Sed hæc verba, *Vos o clariſſima mundi Lumina, Liber, & alma Ceres*, non uniuntur per modum nominativi continuati, ſed ſubintelligitur, *Vos item Liber, & alma Ceres*. Patet ex illis verbis, *Et vos agreſtum*, &c. Igitur Virgilius primo Solem, & Lunam invocat, deinde Bacchum, & Cererem, tertio Faunos, quarto Dryades. ¶ Fere *Liber Pater* conjunctè dicitur. *Curt. l. 9. c. 5.* Qua Herculem, Liberumque Patrem æquabo. ¶ Interdum pro vino ſumitur. *Hor. l. 1. ſat. 4. v. 70.* Condita cum verax aperit præcordia Liber.

Liber, bri, m. 2. *ſcorza d'albero*, Βίβλος, φλοιὸς, λέπος, pars interior corticis, quæ ligno adhæret, medium illud inter lignum, & corticem, quod in plures phyliras dividi poteſt. *Serv. ad Ecl. 10. Iſid. l. 6. c. 12.* & *l. 17. c. 6.* Dictus eſt quaſi *leper*, ab Æolico λέπορ pro λέπος, cortex, r converſo in *b*, & *e* in *i*, veteri more, quo dicebant *mageſter* pro *magiſter*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Obducunturque libro, aut cortice trunci, quo ſint a frigoribus, & a caloribus tutiores. ¶ Indifferenter tamen pro quovis cortice poſitum invenitur. *Virg. 2. Georg.* Huc, aliena ex arbore germen includunt, udoque docent inoleſcere libro. ¶ Et quoniam primo in palmarum foliis ſcriptitatum eſt, deinde in quarundam arborum libris, teſte *Plin. l. 13. c. 11.* & *Caſſiod. l. 11. Var. epiſt. 38.* & præcipue in libris, qui papyris in Ægypto detrahebantur, hinc factum eſt per Metonymiam materiæ, ut & folium, & liber poneretur pro membrana ſcripta, obtinuitque uſus, ut, quamvis mutata re, aliiſque jam inventis chartarum generibus, priſcum tamen manſerit nomen, liberque dicatur, qui ex pluribus concinnatus eſt chartis, ex quacunque materia præparatæ fuerint, *libro*, ספר, Ger. *buch*, Gal. *livre*, Hiſp. *libro*, Βίβλος, *βιβλίον*. Sic univerſa Virgilii opera ſimul compacta unum librum, grandem quidem, unum tamen coarctaſſe. ¶ Quandoque libros vocamus operis alicujus partes, certaque ſegmenta, in quæ totum opus diſtinguitur, ut cum dicimus, Virgilii Æneidem in duodecim libros diſtinctam eſſe. *Cic. 2. de Div.* Quibus rebus editis tres libri pertecti ſunt de natura Deorum. ¶ Liber præterea ponitur pro inventario, ut vulgo dicitur, ſive regiſtro. *Cic. 5. Ver.* Miſit literas ad Carpinatium, quas ego Syracuſis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum miſſarum apud Tullium magiſtrum familiarem tuum inveni.

Liber, a, um, *libero, non ſervo*, חפשי, Ger. *frey*, Gal. *libre, franc*, Hiſ. *libre*, ἐλεύθερος, proprie is dicitur, qui ſui juris eſt, hoc eſt, qui aut ingenuus natus eſt, aut ab hero ſuo libertatem eſt aſſecutus, habetque antitheton *ſervus*. Unde fit, non ſatis patet. Plerique deducunt a *liber*, quia liberi poſſunt, quod libet. *Cic. 2. de nat. Deor.* Qui eſt de libera matre, liber eſt. *Id. pro Cæc.* Non poteſt jure Quiritum liber eſſe, qui in numero Quiritum non ſit. ¶ Differunt liber, & ingenuus in eo, quod ingenuus dicitur, qui liber natus eſt, nimirum ex liberis parentibus, liber vero dicitur etiam is, qui manumiſſus eſt. *Plaut. Mil. 4. 1. 15.* Ea ingenua ne, an feſtuca facta e ſerva libera eſt? ¶ Accipitur etiam pro eo, qui nullius habito reſpectu, quod ſentit, dicit, & facit. *Cic. 1. de nat. Deor.* Ludimur ab homine non tam faceto, quam ad ſcribendi licentiam libero. *Id. pro Sylla*. Integro me animo, ac libero P. Syllæ cauſam defendere. ¶ Hinc Libera uti lingua, eſt audacter loqui, quod ſentias, nihilque aut potentiæ alicujus, aut gratiæ tribuere. *Plaut. Caſt. 1. 2. 8.* Quia cum adeo me complevi flore Liberi, magis libera uti lingua collibitum eſt mihi. Hinc Libero corde fabulari. *Plaut. Epid.* Facile tu iſtue ſine periculo, & cura corde libero fabulare Jovi. ¶ Item pro expedito, ſoluto, nulla re implicato, & dicitur tam de rebus, quam de perſonis, vel ſine caſu, vel cum ablat. ſine præp. vel cum ablat. & præpoſ. *a*, vel *ab*. *Cic. pro Dom.* Liberum Senatus judicium propter metum non fuit. *Id. de Aruſp. Reſp.* Quanquam veſtræ domus, cæterorumque civium multo maxima ex parte funt liberæ religione. *Id. 1. Off.* Et ab omni animi perturbatione liber ſis. ¶ Item pro immuni, ſive alicui rei non obnoxio. *Cic. 6. Ver.* Soluti, ac liberi fuerunt ab omni ſumptu, moleſtia, munere, *Id. in Rul.* Soluti a cupiditatibus, liberi a deliciis, &c. Hinc Liber a legibus, ideſt qui non ſubditur legibus. *Plaut. Trin.* Ambitio jam more ſancta eſt, libera eſt a legibus. ¶ Et Liber ab irriſione, ideſt, qui nihil aut fecit, aut dixit, cur merito poſſit irrideri. *Cic. 4. Acad.* Liber igitur a tali irriſione Socrates, liber Ariſto Chius, &c. ¶ Et liber a fide, ideſt qui fidem ſolvit. *Liv. l. 7. bel. Pun.* Ut liber a fide incepta exequeretur. ¶ Item pro otioſo, pro eo, qui omni negotio, curaque vacuus eſt. *Cic. 4. Ver.* Ubi animo ſemper ſoluto, liberoque erat. *Mart. l. 1. epigr. 68.*

Liber homo es nimium, dicis mihi Chærile ſemper: In te qui dicit, Chærile, liber homo eſt. ¶ Hinc Liberum tempus, ideſt vacuum, quo omni cura ſoluti ſumus. *Cic. 1. Fin.* Nam libero tempore, cum ſoluta nobis eſt eligendi optio, &c. *Hor. l. 1. epiſt. 7. v. 136.* Otia divitiis Arabum liberrima muto. ¶ Item pro amplo, & aperto, pro eo, in quo nihil impedimenti interponitur. *Cic. de Or. l. 2. c. 16.* Illa pars quæſtionum vaga, libera, late patens. ¶ Item pro magno, ſeu valido, *grave, potente*. *Ov. ep. 8.* Pertruor infelix liberiore malo. ¶ Item pro eo, quod omnibus æque commune eſt. *Cic. 1. Tuſc.* Et in liberum cœlum, tanquam in domum ſuam, venerit. ¶ Liberum arbitrium, eſt animi voluntas, ac ſententia libera. *Liv. l. 7. bel. Maced.* Et permiſſo libero arbitrio, ne in corpora ſua fæviretur, metuebant. ¶ Liberæ ædes dicuntur, quibus quis uti poteſt, tanquam ſuis. *Plaut. Mil.* Liberæ ſunt ædes, liber ſum autem ego, me uti volo libere. ¶ Liberæ literæ, quæ liberius, atque audacius loquuntur. *Cic. Att. l. 1.* Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulo liberiores literas committere audeo. ¶ Libera mandata, quæ plenam rei conſtituendæ poteſtatem habent, *plenipotenza*. *Liv. l. 7. bel. Maced. de legatis*. His, quæ præſentis diſceptationis eſſent, libera mandata de ſumma rerum Senatus conſtituit. *Plaut. Amph. prol. 105.* Homo liber rerum multarum. h. e. intemperans, profuſus. Ubi adverte genit. caſum. ¶ Reperitur etiam cum dat. *Cic. 3. de Orat. c. 38.* Quæ ſunt poetarum licentiæ liberiora, quam noſtræ. Sed alii leg. *licentia*, & *noſtra*. *Quintil. l. 8. c. 3.* Omnia liberiora Poetis, quam Oratoribus.

Liber, i, m. *figliuolo*, filius. L. 33. *Cod. de inoff. teſtam.* Si quis maximam portionem libero relinquat. ¶ Fere uſurpatur in plurali numero. V. infra Liberi, orum.

Libera, æ, f. περσεφόνη, filia Jovis primi, & Cereris, ſoror Liberi, quæ & Proſerpina dicitur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Non eum, quem noſtri majores auguſte, ſanctequeLiberum cum Cerere & Libera conſecraverunt. ¶ Hoc nomine etiam appellatur Ariadna ab *Ovid. 3. Faſt. v. 512.* quod Liberi Patris uxor fuerit.

Liberalia, lium, n. 3. vel orum, n. 2. διονύσια, Liberi, ſeu Bacchi ſacra. Celebrabantur XVI. Cal. Aprilis. *Cic. Conſif. l. 12. Fam. epiſt. 25.* Liberalibus literas accepi tuas. *Id. Att. l. 14. epiſt. 10.* Liberalia tu accuſas? ¶ Pro Liberalia dicimus etiam Ludos Liberales. *Næv. l. 14. ep. 10.* Libera lingua loquuntur Ludis Liberalibus.

Liberālis, & le, n. 3. *liberale, ingenuo*, ἐλευθέριος, ingenuus, nobilis, non ſervilis, a *liber*. *Cic. pro Cæl.* Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. ¶ Liberali ingenio dicitur eſſe, qui eſt, ut vulgus loquitur, bonæ naturæ, *di buona natura*. *Ter. Adel. 4. 5. 50.* Nam ingenium novi tuum liberale. ¶ Liberale reſponſum, eſt ingenuum, humanum, benignum, vel liberum, & minus diſſimulanter prolatum. *Cic. Att. l. 3.* Qui me Pompeji minus liberali reſponſo perterritum a turpiſſimo conſilio revocaret. ¶ Liberale conjugium eſt, quod libere, & inter liberos fit. *Ter. Andr.* Spero conſuetudine, & conjugio liberali devinctum, Chreme, dehinc facile ex illis ſe ſe emerſurum malis. ¶ Liberale judicium, & liberalis cauſa, ἐλευθερία δίκη, dicitur, in qua de alicujus agitur libertate. *Quintil. l. 6. c. 4.* Contra quem judicio liberali aderat. ¶ Et liberali cauſa manu aſſerere, eſt aſſerere in libertatem judicio, ſeu cauſa, ſeu actione de libertate. *Ter. Adel. 2. 1. 40.* Nam ego illam liberali cauſa aſſero manu. Ubi *Donat.* Ordo eſt, Ego liberali cauſa aſſero illam manu, & ſunt juris verba, a quibus etiam aſſertores dicuntur vindices alienæ libertatis, quin & cauſa ipſa liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. ¶ Liberales artes, ἐλευθέριοι παιδεῖαι, quæ ſolius ingenii, non manuum miniſterio exercentur, ut Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Geometria, cæteræque id genus, ita dictæ, quod dignæ ſint liberis hominibus, ſeu quod liberum hominem potiſſimum deceant. Aliter dicuntur Liberales doctrinæ, Liberalis eruditio, Liberalia ſtudia, Ingenuæ artes, &c. *Cic. 1. de Invent.* Quos habuerit artium liberalium magiſtros, quos vivendi præceptores. *Id. 2. Tuſc.* Illiberales vero mechanicæ, quæ in manuum opera conſiſtunt. Habent enim ſervile miniſterium. ¶ Accipitur etiam pro pulchro, & eleganti. Nam egregia forma hominis liberi propria vulgo exiſtimatur. *Ter. Eun. 3. 2. 20.* Quam liberali facie, quam ætate integra! ¶ Item pro benigno, munifico, eo, qui virtute in recte dando conſiſtente præditus eſt, cui opponuntur parcus, tenax, ſordidus, *liberale*, ἐλευθέριος, ἀψιλής. Virtus enim hæc eſt hominis non ſervili vel conditione, vel animo, ſed vere liberi. *Cic. 1. de Orat.* Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre ſupplicibus? &c. *Id. pro Q. Roſc. Com. c. 8.* Roſcius ſemper liberaliſſimus, munificentiſſimuſque fuit. *Liv. l. 22. c. 26.* Animum ad ſpem liberalioris fortunæ adjecit.

Liberalĭtas, atis, f. *ingenuità, bontà*, ἐλευθεριότης, ingenuitas, humanitas, bonitas, a liberalis. *Ter. Adel. 1. 1. 32.* Pudore, & liberalitate liberos retinere ſatius eſt, credo, quam metu. *Cic. 1. Off.* Et opes vel fortunæ, vel liberalitati ingenii magis conveniunt. ¶ Fere accipitur pro munificentia, benignitate, *liberalità*, נדבה, Germ. *freygebigkeit*, Gall. *libéralité*, Hiſp. *liberalidad*, ἐλευθεριότης. Eſt autem liberalitas virtus nobiliſſima in pecuniis, cæteriſque rebus donandis decorum ſervans. Huic opponitur avaritia, cum minus datur, quam oporteat; & prodigalitas, cum magis datur, quam oporteat. Virtutem porro in recte dando conſiſtentem, liberalitatem vocant, quod virtus hæc ſit hominis non ſervili vel conditione, vel animo, ſed vere liberi. *Cic. 1. Offi.* Juſtitiæ eſt conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. *Id. ibid.* Videndum eſt igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. ¶ Hinc & ipſa ea, quæ per liberalitatem in alios conferuntur, *liberalitates* vocantur. *Suet. Claud. c. 29.* Ne ſigillatim enumerem revocatas liberalitates. *Tacit. 1. hiſt. c. 20.* Appellari ſingulos juſſit, decima liberalitatis parte apud quemque relicta.

Liberaliter, adv. *ingenuamente, civilmente, nobilmente*, ἐλευθερίως, ingenue, ut libero homine dignum eſt. *Cic. 3. Fin.* Eſſeque hominis ingenui, & liberaliter educati velle bene audire a parentibus. ¶ Liberaliter eruditus, vel inſtructus is dicitur, qui optimis artibus inſtitutus eſt. *Cic. 2. Tuſc. c. 2.* Qui liberaliter eruditi, adhibita etiam differendi elegantia, ratione, & via philoſophantur. ¶ Liberaliter ſervire, eſt bono animo, & libero, libenter obſequendo. *Ter. And. 1. 1. 11.* Propterea, quod ſerviebas liberaliter. ¶ Frequenter accipitur pro large, munifice, abundanter, *liberalmente*, Ger. *freygeblich*, Gal. *liberalement*, Hiſp. *liberalmente*, ἐλευθερίως. *Nepos in Lyſandro, c. 4.* Huic ille liberaliter pollicetur. *Cic. Att. l. 16. epiſt. 6.* Fui libenter apud Talnam noſtrum, nec potui accipi liberalius. *Apul. l. 10. Metam.* Dotem largiri liberaliſſime. ¶ Item pro indulgenter, & licenter. *Nepos in Chabr. c. 3.* Vivebat laute, & indulgebat ſibi liberalius.

Liberatĭo, onis, f. *liberazione*, הצלה, Ger. *erledigung*, Gal. *delivrance*, Hiſp. *liberacion*, ἀπόλυσις, actus liberandi, remiſſio, abſolutio. *Cic. in Piſon.* Quid ego rerum capitalium, quæſtiones, reorum pactiones, redemptiones, acerbiſſimas damnationes, libidinoſiſſimas liberationes proferam? *Id. pro Lig. c. 1.* Cum a te non ſolum liberationem culpæ, ſed

etiam errati veniam impetravisſent. ¶ Accipitur etiam pro acceptilatione, quæ a Græcis ἀπαχὴ dicitur, ſive pro abſolutione a nexu. Unde Titulus eſt in Pandectis, *de liberatione legata*.

Liberātor, oris, m. *liberatore*, מציל, Ger. *erloeſer*, Gal. *qui delivre*, Hiſ. *el que libra*, *librador*, ἐλευθερωτὴς, λυτρωτὴς, vindex libertatis. *Cic. 1. Phil.* Patriæ liberatores urbe carebant ea, cujus a cervicibus jugum ſervile dejecerant. *Curt. l. 3. cap. 10.* Terrarum orbis liberatores.

Liberātus, a, um, *liberato*, ἀπελεύθερος, particip. a liberor. *Cic. 2. de nat. Deor.* Cum cavea liberati pulli non paſcerentur. *Id. 4. Tuſcul. cap. 1.* Dominatu regio republica liberata. *Curt. l. 9. cap. 7.* Pœna bis liberatus.

Libĕre, adv. *liberamente*, *nobilmente*, ἐλευθέρως, liberaliter, ingenue, quemadmodum liberum hominem decet. *Ter. And. 5. 4. 7.* Tu ne hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, educatos libere in fraudem illicis? ¶ Item nullo timore, nullo metu, nulla aſſentatione, &c. *liberamente*, Ger. *frey*, Gal. *franchemente*, Hiſp. *libremente*, μετὰ παῤῥησίας. *Cic. de Div. l. 2. c. 48.* Animus ſomno relaxatus ſolute movetur, & libere. *Id. pro Quinct.* Quem tu reſpirare libere non ſinis. *Id. Att. l. 4. epiſt. 16.* Conſtanter, & libere me geſſi. *Id. in Orat.* Ut ingredi libere oratio, non errare licenter videatur. ¶ Libere vivere, eſt ſuo more vivere, neque ſubjici alicujus voluntati. *Teren. And. 1. 1. 24.* Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſias, liberius vivendi fuit poteſtas. ¶ Libere loqui, vel dicere, eſt confidenter, ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ alicujus. *Cic. 4. Ver.* Ne quis hoc me magis accuſatorie, quam libere dixiſſe arbitretur. *Id. pro Planc.* Aſperius, inquit, locutus eſt, imo fortaſſe liberius.

Liberi, orum, m. *figliuoli*, בנים, Germ. *kinder*, Gal. *fils*, *enfans*, Hiſ. *hijos*, τὰ τέκνα, οἱ παῖδες, filii, vel filiæ. Romani filios dixere liberos, non ſimpliciter, ſed ad diſcrimen ſervorum, vernarumque. *Cic. Att. l. 8. epiſt. 2.* Vagamur egentes cum conjugibus, & liberis. ¶ Hoc nomine etiam utimur, cum de uno tantum filio, aut filia loquimur. *Cajus l. non eſt, ff. de verb. ſign.* Non eſt ſine liberis, cui vel unus filius, unave filia eſt. *Sulpic. Cic. 4. Fam. epiſt. 5.* Malum eſt liberos amittere. De Tulliola loquitur. Adde *Plaut. Aulul. 4. 10. 5.* ¶ In genit. plurali *liberum* pro liberorum habet *Tacit. Annal. 3. c. 35.* ¶ Liberorum appellatione etiam nepotes, & pronepotes, cæterique ex his deſcendentes continentur. *Plaut. ff. de grad. affi. l. Juriſc.* Liberi vocantur uſque ad trinepotem. *Calliſtratus l. liberorum, ff. de verb. ſignif.* Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his deſcendunt, continentur. Hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tabul. comprehendit. *Cic. 3. Ver.* Habitus ſis in liberum loco, ſicut mos majorum ferebat. ¶ Dare operam liberis, eſt procreandorum liberorum cauſa cum uxore rem habere. *Cic. 1. Off.* Liberis dare operam, re honeſtum eſt, nomine obſcœnum. ¶ Jus trium liberorum, apud Romanos, erat privilegium quoddam ejus, qui plures liberos procreaſſet, ut primo in petitione Magiſtratus præterretur; ſecundo ut in ipſo Magiſtratu priorem locum teneret; tertio, ut ante annum vigeſimum quintum poſſet ad honores admitti. Hoc autem jure carebat, qui pauciores, quam tres liberos haberet. Poterat tamen Princeps peculiari quadam indulgentia hoc jus iis tribuere, qui totidem liberos non procreaſſent: cujus exempla legimus apud *Plin. jun. Juven. Martial.* & alios.

Libĕro, as, avi, atum, a. 1. *liberare*, *donare la libertà*, חצל, Ger. *ledigen*, Gal. *delivrer*, Hiſp. *livrar*, ἐλευθερόω, manumitto, ex ſervo liberum facio, libertatem do. Proprie heri eſt, cum ſervum de poteſtate ſua emittit. *Cic. 5. Fr. l. 3. epiſt. 1.* translate. Teque item ab eo vindico, & libero. ¶ Nonnunquam tamen & ſervus ſe liberare dicitur, cum periculo ſuo ſe redimit. *Cic. 1. de Or.* Si quis apud nos ſerviſſet ex populo fœderato, ſeſeque liberaſſet. ¶ Translate ponitur pro libere dimittere, ut aliquis abeat. *Cic. 3. Famil. epiſt. 7.* Ut eos quam primum ad facultatem ædificandi liberarem. ¶ Item pro extricare, ſolvere, & moleſtia, damno eripere. Et conſtruitur cum accuſ. vel cum accuſ. & ablat. ſine præpoſ. vel cum accuſ. & ablat. cum præpoſ. *a*, *ab*, *ex*, *de*. *Cic. de Div. l. 2. c. 46.* Quorum linguæ ſic inhærent, ut loqui non poſſint, hæ ſcalpello reſectæ liberantur. *Id. 1. Tuſcul.* Cum defenſionum laboribus, Senatoriiſque muneribus aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. *Id. Att. l. 1. ep. 14.* Te a quartana liberatum gaudeo. *Id. 5. Ver.* Cæteros profecto multos ex iis incommodis pecunia ſe liberaſſe. ¶ Item pro liberum præſtare, incolumem ſervare, defendere. *Cic. de Univerſ.* Deus motum cœli ab omni erratione liberavit. *Id. ante Exil.* Arcem urbis ab incendio, & flamma liberavi. ¶ Eſt item judicii verbum, & ſignificat abſolvere, actione intentata liberum judicare. *Cic. pro Cluen.* Judices hunc, quem jam bis condemnatum acceperant, liberarent? In hac acceptione reperitur etiam cum accuſ. & genit. ſed rariſſime. *Liv. l. 45.* Senatus neque liberavit ejus culpæ Regem, neque arguit. ¶ Liberare fidem, eſt præſtare promiſſum. *Cic. pro Flac. c. 20.* Ipſe tamen Fuſius fatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. ¶ Liberare ſe ære alieno, eſt creditam ſibi pecuniam creditori numerare, ſive debita perſolvere. *Cic. Att. l. 6. epiſt. 2.* Ita multæ civitates omni ære alieno liberatæ, &c. ¶ Liberare debitorem, dicitur creditor, aut ejus hæres, cum quod ſibi debebatur, ei acceptum refert. *Paul. l. Legati Titio, ff. de Leg.* Utroque enim modo liberandus eſt debitor, & utroque caſu competit ultro ad liberandum debitorem actio. ¶ Liberare flumen, vel mare, eſt trajicere, apud *Hygin. fab. 257.* & *Frontin. Stratagem. lib. 1. c. 4.* & *l. 4. cap. 7.*

Liberta, æ, f. mulier, quæ ex juſta ſervitute in libertatem manumiſſa eſt. *Horat. l. 1. Serm. Sat. 1.* At hunc liberta ſecuri Divifit medium fortiſſima Tyndaridarum. *Modeſtin.* Libertis, libertabuſque meis libertum libertæ teſtatoris non contineri. *Libertabus* dixit ad diſtinctionem, qua ſi non ſit opus, habet in dat. plur. *libertis*, ut & in Anima, Aſina, Filia, & ſimilibus adnotavimus.

Libertas, atis, f. *libertà*, חרותה, Germ. *freyheit*, Gal. *liberté*, Hiſp. *libertad*, ἐλευθερία, a liber. A *Cic. in 6. Parad.* definitur his verbis. Quid enim eſt libertas? poteſtas vivendi ut velis. *Id. 1. Off.* Libertate uterentur, cujus proprium eſt ſic vivere, ut velis. ¶ Accipitur etiam pro eo, quod Græci vocant παῤῥησίαν, hoc eſt, pro loquendi, admonendi, increpandi fiducia, cum ſcilicet quidvis, quod ſentimus, libere loquimur, & ingenue, ut liberos homines decet, cui opponitur aſſentatio. Differt a licentia, quia libertas accipitur fere in meliorem partem, licentia plerumque in malam partem, diciturque, cum quis libertate abutitur uſque ad temeritatem, & procacitatem. *Liv. l. 44.* Omnium rerum libertatem, immo licentiam, ſi vera dicere voluimus, deſiderant. *Virg. 11. Æn. v. 346.* Det libertatem fandi, flatuſque remittat. ¶ Quandoque tamen in malam partem accipitur. *Cic. Ver. 5.* Nunquam ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiam, libertatemque vivendi. ¶ Interdum libertas abſolute ponitur pro loquendi libertate. *Juſtin. l. 15. c. 3.* Miſertus tanti viri, non culpæ, ſed libertatis pœnas pendentis. *Horat. l. 2. Sat. 7. v. 4.* libertate Decembri, Quando ita majores volverunt, utere, narra. ¶ Nonnunquam etiam pro Democratia ponitur, ſeu pro ſtatu libero Reip. *Tac. princ. Ann.* Libertatem, & Conſulatus Brutus inſtituit. ¶ Libertates, in plurali num. *Plaut. Caſ. 2. 8. 70.* Tribus non conduci poſſim libertatibus, quin illis comparem magnum malum. Adde *Dig. 49. 14. 45.*

Libertas, atis, f. Dea libertatis, cui templum in Aventino dedicatum fuit. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut ſine Deo regi non poſſet, ipſa res Deorum nomen obtinuit.

Libertina, æ, f. *Horat. lib. 1. Sat. 2. v. 48.* Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda, Libertinarum dico.

Libertinĭtas, atis, f. ſtatus, ſeu conditio libertinorum. *Ulpian. l. 14. ff. de Probation.* Qui ſe ex libertinitate ingenuum dicat.

Libertinĭum, ii, n. idem quod libertinitas. *Calpurn. Declam. 14.* Ego poſtulo tenue libertinium, quod &c.

Libertīnus, a, um, adject. ad Libertinum pertinens. *Martial. lib. 5. ep. 13.* Et libertinas arca flagellat opes. *Modeſtin. l. Homo liber. ff. de ſtatu hom.* Libertinæ conditionis homo.

Libertīnus, i, m. *libertino*, ἀπελεύθερος, qui aliquo pacto ſe ex ſervitute in libertatem vindicaverat. ideſt aut cenſu, aut vindicta, aut teſtamento. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 6.* ¶ Eundem hominem dicebant libertum, & libertinum, ſed libertum quidem, quatenus reſpectum dicebat ad patronum, qui eum manumiſerat, libertinum vero, quatenus ſignificabatur conditio hominis: unde dicebatur libertus Cæſaris, libertus Ciceronis; libertinus homo, libertina mulier. *Cic. in Ver. 3.* inquit. Trebonius fecit hæredem libertum ſuum. Et paulo poſt de eodem ſubdit: Equiti Romano libertinus homo ſit hæres. ¶ Ante App. Claudii ætatem, & per ipſa Appii tempora libertini dicebantur libertorum filii. *Sueton. in Claud. c. 24.* Ignarus temporibus Appii, & deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. Vid. *Manut. de quæſt. per epiſt. l. 1. epiſt. 7.*

Libertus, i. m. *fatto libero di ſervo*, Ger. *freygelaſſner*, Gall. *affranchy*, Hiſp. *liberto*, ἀπελεύθερος, qui cum eſſet ſervus, factus eſt liber. Relativum eſt patroni, ut Libertus Cæſaris, &c. V. Libertinus. *Cic. l. 13. Fam.* Ut Ammonium libertum in patroni ejus negotio tueare.

Libet, & Lubet, ebat, buit, vel libitum eſt, imp. 2. *piace*, יאה, Ger. *eſgeliebt*, Gal. *il past*, Hiſp. *agrada*, *o plaze*, ἔοικε, ἀρέσκει, φίλον ἐστὶ, placet. *Plaut. Pſeud.* Cur id auſus facere? B. libuit. *Id. Aſin.* Ubicumque libitum erit animo meo. *Cic. pro Quinct.* Sin & poterit Nævius id, quod libet, & ei libebit, quod non licet. *Id. Att. l. 2. epiſt. 18.* Sed de Repub. non libet plura ſcribere. *Suet. in Cæſ. c. 20.* Cætera item, quæ cuique libuiſſent, dilargitus eſt. *Plaut. Amph. 1. 1. 17.* Quodcunque homini accidit libere, poſſe retur.

Libēthra, æ, f. 1. Libethros, Pimplea, λιβήθρα, fons Magneſiæ, in Macedonia. *Solin. l. 4. c. 9. Mela lib. 2.* Aliqui dicunt, Libethram cavernam eſſe ad radicem Libethri montis, fontem Pimpleam vocari. Aliqui eum conſtituunt in Theſſalia, alii in Thracia, alii in Bœotia. Sed Theſſalia, & Thracia ſunt partes Macedoniæ, Bœotia Theſſaliæ contermina eſt. Fuit Muſis ſacer.

Libethrĭdes, f. Λιβηθρίδες, Muſæ, a Libethra fonte Magneſiæ Muſis ſacro. *Pomp. Mela l. 2. Strabo l. 10.* auctor eſt, Muſas appellatas eſſe Libethridas a Libethro Thraciæ monte, quem poſtea Macedones tenuerunt, ſub quo & antrum fuiſſe ait Muſis Libethridibus a Thracibus conſecratum. *Virg. 7. Ecl.* Nymphæ, noſter amor, Libethrides aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite.

Libethrii, m. 2. pop. Magneſiæ, in Macedonia, inter Pieriam ad Bor. & Theſſaliam in Auſt. Apud eos Libethra fons fuit, Muſis ſacer. A Muſica tamen alieni, & idiotæ habiti ſunt, cum Orpheum interemiſſe ferantur.

Libēthrus, m. 2. Λιβήθρος, mons, oppidum, & fons Bœotiæ, apud Heliconem M. & Coronearn urb. ab ea 40. ſtad. *Pauſan.* ¶ Libethros etiam, ſeu Libethra fons eſt Magneſiæ, Muſis ſacer. *Solin. Plin.*

Libidinĭtas, vel Lubidinitas, atis, f. libido. *Laber. apud Non. c. 8. n. 61.* Lubidinitate labitur.

Libidĭnor, aris, d. 1. *darſi alla luſuria*, ἡδυπαθέω, libidinem perago, voluptati indulgeo. *Sueton. cap. 28.* Olim etiam, quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceſte, ac maculis veſtis proditum affirmat.

Libidinōſe, adv. *libidinoſamente*, Ger. *muttwilglich*, Gall. *impudiquement*, Hiſp. *luxurioſamente*, ἀσελγῶς, nimis appetenter, ſecundum animi libidinem. *Cic. 1. Ver. c. 12.* Quæ ille libidinoſe, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit. *Liv. l. 3.* Abſtinebatur a Patribus, in humiliores libidinoſe, crudeliterque conſulebatur.

Libidinōſus, a, um, *libidinoſo*, *luſurioſo*, יצרני, Ger. *geyl*, Gal. *impudique*, Hiſp. *luxurioſo*, ἀσελγὴς, qui in libidinem propenſus eſt, quique Veneri plus æquo indulget, mulierioſus, intemperans. *Cic. de Sen. cap. 9.* Libidinoſa enim, & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. *Id. Ver. 6. c. 33.* Libidinoſiſſima mulier. *Id. in Piſon. c. 27.* Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius. ¶ Libidinoſas ſententias *Cic. pro Domo ſua, c. 2.* dixit, quæ pro libidine cujuſque feruntur. ¶ Libidinoſæ dapes dicuntur exquiſitæ, & curioſæ. *Col. in præf. lib. 10.* Mox cum ſequens, & præcipue noſtra ætas dapibus libidinoſis pretia conſtituerit. ¶ Libidinoſa eloquentia, apud *Quintil. l. 5. c. 12. eloquenza effeminata.*

Libido, vel Lubido, inis, f. 3. *libidine*, *cupidigia*, *deſiderio*, תאוה, Ger. *muttvvil*, Gal. *convoitiſe*, *paillardiſe*, Hiſp. *codicia*, *luxuria*, ἐπιθυμία, eſt cupiditas in genere, & tam in bonam, quam in malam partem accipitur. id eſt pro cupiditate tam honeſta, quam inhoneſta. Dicta eſt a *libet*. *Salluſt. Orat. 1. ad Cæſ. de Rep. ordin.* Si tibi bona libido fuerit Patriæ gratificandi. *Cic. 4. Tuſc.* Libidini ſubjiciuntur ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigentia, deliderium, & cætera ejuſmodi. *Id. 3. Tuſc.* Quanquam ipſa iracundia libidinis eſt pars. Sic enim definitur iracundia, ulciſcendi libido. *Salluſt. in Catil. c. 7.* Magis in decoris armis, & militaribus equis, quam in ſcortis, & conviviis libidinem habebant. ¶ Libido nauſeæ, eſt cupiditas vomendi. *Cato c. 156.* Ubi libido veniet nauſeæ, eumque apprehendet, decumbat, purgetque ſe ſe. ¶ Frequenter in malam partem ſumitur, pro cupiditate effrænata, & impetu quodam animi non recto, vel pro qualibet voluptate temere ſuſcepta. *Cic. 4. Tuſc.* Idem inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi a temperantia, & moderatione plurimum diffidentem. *Id. 1. de Or.* Sed auctoritate, nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. ¶ Et ſpecialim pro luxuria, mulierofitate, appetitu venereo. *Id. pro Mil.* Nunquam ille a liberis, a conjugibus veſtris effrænatas libines ſuas cohibuiſſet. ¶ Fingere aliquid ad libidinem, *fingerſi qualche coſa a ſuo capriccio*. *Cic. l. 2. de Finib.*

Libitīna, æ, f. 1. Dea, in cujus templo vendebantur, & locabantur ea, quæ ad ſepulturam pertinebant. Aliqui cenſent, eſſe Proſerpinam Plutonis uxorem. Quia enim Inferorum credebatur Regina, eam mortuis præeſſe putaverunt. Ideoque etiam ea, quibus mortui veluti exornati ad Inferos deducuntur, in ejus templo Romani voluerunt aſſervari. Romanorum eruditiſſimi arbitrati ſunt, Venerem eſſe, quemadmodum tradit Plutarchus in Numa. Apud eundem in Quæſtionibus

Roma-

Romanis problema eſt, cur in templo Libitinæ, quæ eadem, ac Venus putaretur, funebria venderentur. Reſpondetur, id forte factum, ut indicaretur, eandem Deam & ortui, & interitui præſidere, & eo ipſo humanæ fragilitatis homines admonerentur, certo ſcientes, exitum ab ortu non procul abeſſe, cum eadem Dea morientibus præeſſet, & vitam ingredientibus, atque id eo firmari, quod Delphis ſit imaguncula Veneris ἐπιτυμβίας, ſive ſepulchralis, ad quam manes eorum evocant, quibus libant. Etiam *Dionyſius Halicarnaſſenſis* ſcribit *l.* 4. Servium Tullium quo numerum noſſet quotannis obeuntium, imperaviſſe, ut nummus in templum Veneris cognomento Libitinæ ferretur, quoties quis naturæ concederet. ¶ Metonymice pro morte *Juvenal. ſat.* 12. *v.* 122. ſi Libitinam evaſerit æger. *Horat. l.* 3. *od. ult.* Multaque pars mei Vitabit Libitinam. ¶ Significat & feretrum, ſeu pyram, in qua mortui collocantur. *Aſcon. in Milonian.* Faſces ex lecto libitinæ raptos attulit ad domum Scipionis. *Martial. l.* 10. *epigr.* 97. Dum levis arſura ſtruitur libitina papyro. ¶ Item pro apparatu, & expenſis funeris. *Suet. Ner. c.* 29. Peſtilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem libitinæ venerunt. ¶ Denique pro ſepeliendi arte, ſeu vendendi ea, quæ ad ſepulturam pertinent. *Val. Max. l.* 5. *c.* 2. *n.* 10. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum ſuarum uſum, tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt.

Libitinarĭus, ii, m. κτεριστὴς, ἐνταφιαστὴς, ταφίους, is, qui locat, aut vendit ea, quæ ad pompam funebrem ſunt neceſſaria, vel qui curam habet ſepeliendorum hominum, a Libitina Dea, in cujus æde aſſervabantur ea, quæ ad inſtructionem funebris pompæ erant neceſſaria. Honeſtior erat libitinarii conditio, quam pollinctoris. Nam pollinctor ſervus erat libitinarii, hic pollinctoribus præerat. Igitur cum libitinario tranſigi ſolebat de ſumptibus, quos funeri impendi oporteret. Hic deinde pollinctorum, præficarum, vel pillonum opera adminiſtrabat, quæcunque ad juſta, ac parentationem pertinerent. *Sen. l.* 6. *de Ben. c.* 38. An tu Aruntium, & Atejum, & cæteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores, & libitinarios, vota?

Libitinenſis, e, adject. ut Libitinenſis porta, apud *Lamprid. in Commodo, c.* 16. Galea ejus, inquit, bis per portam Libitinenſem elata eſt. Ubi intelligendam eſſe portam Amphitheatri, qua interfectorum gladiatorum cadavera efferebantur, cenſet *Kirchman. de fun. Rom. l.* 2. *c.* 20.

Libĭto, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a libo, as. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. Si de tua prolixa, beneficaque natura libitavit aliquid poſterior annus. Al. leg. *limavit*.

Libĭtum, i, n. *ciò che piace*, quod libet. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 1. Sua ipſi libita velut in captos exercebant. *Id. l.* 12. *c.* 6. Vidiſſe ipſos, arripi conjuges ad libita Cæſarum.

Libo, as, avi, atum, a. 1. *ſacrificare*, λείβω, ſtillo, in ſacrificiis fundo, ſacrifico, a verbo λείβω, libo, fundo. *Liv. l.* 39. *c.* 43. Ubi libare Diis dapes, ubi bene precari, mos eſſet. *Virg.* 3. *Æn.* Et munera libo intemerata focis. *Cic.* 3. *de Leg.* Certas fruges, certaſque baccas Sacerdotes publice libanto. ¶ Translate ſumitur pro leviter dare. *Virg.* 1. *Æn.* Oſcula libavit natæ. ¶ Item pro leviter deguſtare, & quaſi primis labris attingere, *guſtare leggiermente*, *aſſaggiare con le labbra*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 54. Purpureoſque metunt flores, & flumina libant. ¶ Item pro ſumere, recipere. *Auct. ad Her. l.* 4. Qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudem, h. e. laudis, quæ alteri debebatur, partem præripere, & tibi vindicare. ¶ Item pro excerpere legendo Auctores, &, quod ſibi utile eſt, arripere. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 29. Libaſque ex omnibus, quodcunque te maxime ſpecie veritatis movet. ¶ Item pro minuere. *Liv. l.* 29. Integro bello nunquam ante libatis viribus Italiam aggrediendam cenſent.

Libonótus, m. 2. Λιβόνοτος, A'γρίτης, *Oſtro Garbino*, ventus, idem ac Leuconotus, & Argeſtis, ita dictus, quod ſit ei Libs hinc, & inde Notus. *Iſid. l.* 13. *c.* 11. Sed corrupte apud eum editum eſt *Libanotus*, cum λιβανωτὸς ſit liquor λιβάνου, ſeu thuriteræ arboris. *Plin. l.* 2. *c.* 47. *Sen. l.* 5. *nat. Q. c.* 16. A meridiano axe Euronotus eſt, deinde Notus, Latine Auſter, deinde Libonotus, qui apud nos ſine nomine eſt. In multis veteribus editionibus eſt *Leuconotus*.

Libra, æ, f. *libra*, מנה, Ger. *ein pfund*, Gal. *livre*, Hiſp. *livra*, λίτρα, σαθμὸς, ζυγὸς, pondus duodecim unciarum. Eſt a Siculis, qui obolum dixere λίτραν. Æquivalet aſſi, & inter minora pondera maximum eſt, inter majora minimum. Fuit autem libra Romana aliquanto major, quam mina Attica. *Var. l.* 4. *de L. L.* As erat libræ pondus. *Liv. l.* 4. *c.* 20. Corona aurea libræ pondo. ¶ Libræ partes eædem ſunt atque aſſis: aſſes enim librales erant, ut conſtat ex *Plin. l.* 35. *c.* 3. V. *As*. ¶ Erat etiam libra apud Romanos menſuræ genus conſians duodecim partibus æqualibus, quas ſimiliter vocabant. *Sueton. in Cæſ. c.* 38. Frumenti denos modios, & totidem olei libras. ¶ Erat autem libra hæc teſte *Gal. l.* 1. *de compoſit. med.* menſura cornea, qua oleum admetiebantur R. interſecta lineis quibuſdam dividentibus ipſam in duodecim partes. Corneis autem menſuris oleum apud Romanos vendi conſueviſſe oſtendit etiam *Hor. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 60. ¶ Eſt item libra inſtrumentum, quo res ponderantur, habens duas lances, ex quarum depreſſione, vel elevatione juſtum rei pondus deprehenditur. Unde etiam bilancem vocant. Statera vero inſtrumentum eſt, quo res ſine lancibus, vel unica lance ponderantur. *Cic.* 5. *Tuſc.* Quo in loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis, & externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram, & maria deprimat. *Perſ. ſat.* 4. Scis etenim juſtum gemina ſuſpendere lance ancipitis libræ. ¶ Emere, & teſtamentum facere per æs, & libram. V. *Mancipium*, & *Teſtamentum*. ¶ Libra etiam inſtrumentum eſt fabrile, ſeu potius Geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluviorum, num ſcilicet altiora ſint eo loco, quo ea ducere conſtituimus, quæ machina & *libella* appellatur per diminutionem. Quanquam etiam non raro libræ vocabulum uſurpamus pro ipſa altitudine, quam machina hujuſmodi deprehendimus. Unde lacum dicimus eſſe pari libra cum mari, ideſt æquali altitudine. ¶ Item fontem dicimus eſſe infra libram montis, cujus ſcaturigo monte eſt inferior. *Col. l.* 8. *c.* 17. Sin autem locus, ubi vivarium conſtituere cenſemus, pari libra cum æquore maris eſt, in pedes novem defodiatur piſcina. ¶ Ponitur quoque pro libramento. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Contra flatus quoque pervicax libra Bononienſibus calamis. h. e. pondus æquilibratum. ¶ Eſt & Libra cœleſte ſignum in Zodiaco poſitum inter Virginem, & Scorpionem, eumque locum occupans, quem ipſæ Scorpii chelæ: atque adeo ex ipſis compoſitum. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 18. Libram, ideſt Scorpii chelas oriri videmus. ¶ Hinc ſignum Libræ non agnovit *Virg.* & poſt Virginem Scorpionem poſuit, cum ait 1. *Georg. v.* 33. Qua locus Erigonen inter, chelaſque ſequentes, &c. *Ovid.* quoque 1. *Met. v.* 195. Eſt locus, in geminos ubi brachia contrahit arcus Scorpios, & cauda, flexiſque utrinque lacertis Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum. ¶ Conſtat autem ex octo ſtellis, quod Cæſaris ætate octavo, hodie decimo tertio Cal. Octobris, Sole ipſum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. *Virg.* 1. *Georg. v.* 208. Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas. Aliqui dicunt, Libram eſſe imaginem Aſtrææ filiæ Aſtræi, & Auroræ, vel Jovis, & Themidos, ut alii malunt, quæ a gentibus Dea juſtitiæ antiſtita habita eſt. Hujus virginis nos quoque ſimulacrum retinemus. Fictum autem a Poetis fuit, ſæculo aureo, Saturno regnante, Juſtitiam e cœlo delapſam eſſe, & forma humana, ut alios Deos, verſatam inter homines fuiſſe, ſed tamen ſcelerum pertæſam, quæ ferreo ſæculo a genere hominum admittebantur, ultimam Deorum cæleſtium terras reliquiſſe, & in cœlum remigraſſe, ibique pro ſidere coruſcare.

Librālis, e, o. 3. *d'una libra*, λιτραῖος, quod eſt unius libræ. *Plin. l.* 19. *c.* 2. Excedunt ſæpe magnitudinem mali cotonei etiam librali pondere. ¶ Librales offæ ſunt, vel quæ libræ unius pondus exæquant, vel quæ lingula librantur, & demittuntur in os bovis. *Col. l.* 6. *c.* 2. Librateſque offas in præfulſæ adipis liquamine tinctas lingula demittito.

Librāmen, inis, n. libramentum, vis librandi, & ejaculandi. *Liv. l.* 42. *c.* 65. Huic ſpiculo ad libramen pinnæ tres, ut ſagittis ſolent, circumdabantur.

Libramentum, i, n. *uguaglíamento*, *equilibrio*, ἰσορροπία, æquamentum. *Col. l.* 1. *c.* 5. Temperatum libramentum ventorum hyemalium & æſtivorum. *Senec. de benef. l.* 5. *c.* 6. *de eclipſi ſolari*. Modo excludit (luna) totius ſolis aſpectum, ſi recto libramento inter ſolem terraſque media ſucceſſit, *a perpendicolo*. Sic *Cic.* 4. *Acad. c.* 36. extremitatem mathematicam *quaſi libramentum* dicit, ob ſummam æqualitatem. ¶ In aquæductibus libramentum aquæ eſt collatio altitudinis loci, unde deducitur, cum altitudine loci, quo ducitur, ut aqua commode vel aſcendere, ubi opus ſit, vel deſcendere poſſit. *Plin. l.* 31. *c.* 6. Libramentum aquæ in centenos pedes ſicilici minimum erit. h. e. deſcenſus, ſeu declivitas quæ deducenda eſt, *il livello dell'acqua*. *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. Si canalibus, (fiat deductio) ſtructura fiat quam ſolidiſſima, ſolumque rivi libramenta habeat taſtigiata. h. e. poſitiones, non quidem aquas, ſed initio quidem ſublimes, in fine declives, *Plin. jun. l.* 4. *epiſt. ult.* de aqua in parvo quodam fonte creſcente, & decreſcente: An neſcio quod (inquit) libramentum abditum & cæcum, quod cum exinanitum eſt, ſuſcitat, & elicit fontem, cum repletum, moratur & ſtrangulat? h. e. cavea quædam naturalis ad librandam ipſius fontis aquam. ¶ In bellicis tormentis libramenta ſunt pondera, quæ balliſtis illigantur, ut majore impetu, ac facilius miſſilia jacere poſſint. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 23. Niſi vincla, ac libramenta tormentorum abſcidiſſent, *contrappeſi*. Hinc *Liv.* ſimpliciter pro pondere, ſeu magno pondere uſurpavit, *lib.* 38. *c.* 5. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipiteſque robuſtos incutiebant. Ubi tamen adverte, ideo pondera illa dici libramenta, quia tollenonibus dejiciebantur.

Librāria, æ, f. ſubſt. *libraria*, Ger. *buchladen*, Gal. *biblioteque*, Hip. *libreria*, βιβλιοπωλεῖον, bibliotheca, locus, ſeu taberna, in qua libri proſtant. *Gell. l.* 5. *c.* 4. Apud Sigillaria forte, in libraria ego, & Julius Paulus poeta, vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus. ¶ Eſt & libraria a *libra*, quo nomine ſignificatur ancilla, quæ præficitur partiendis penſis. *Juv. ſat.* 6. *v.* 475. Si nocte maritus averſus jacuit, periit libraria, ponunt coſmetæ tunicas.

Librariŏlus, li, m. 2. dim. a librarius, pro ſervulo a manu. *Cic. Att. l.* 4. *epiſt.* 4. Et jam velim, mihi mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.

Librarĭum, rii, n. tablinum, theca, ſive ſcrinium, quo libri continentur. *Cic. pro Mil. c.* 12. Exhibe, quæſo, S. Clodi, librarium illud legum veſtrarum. Al. leg. *libellarium*.

Librarĭus, rii, m. ſubſt. *copiſta*, *ſcrittore di libri*, Ger. *buchſchreiber*, Gal. *libraire*, Hiſ. *librero*, βιβλιογράφος, qui libros manu ſua deſcribit, pretio ad id conductus. Nam qui eos vendit, Græco potius nomine *bibliopola*, βιβλιοπώλης, dicitur. *Cic. Agr.* 1. Concurrunt juſſu meo plures uno tempore librarii, deſcriptam legem ad me afferunt. *Id. l.* 16. *ep.* 21. Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem græcus, qui mihi exſcribat ὑπομνήματα. ¶ Eſt etiam nomen a libra deductum, & ponitur pro eo, qui præficitur partiendis penſis. *Juven. ſat.* 9. *v.* 109. Et quæ finxerunt pariter librarius, archimagiri, &c. Quidam tamen hic quoque pro exſcriptore, ſeu bibliopola accipiunt.

Librarĭus, a, um, *ciò che s'appartiene a libri*, γραφικὸς, quod ad libros pertinet, ut Atramentum librarium, quo libri ſcribuntur, quemadmodum ſutorium, quo coria, & tectorium, quo parietes demigrantur. *Plin. l.* 35. *c.* 6. Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium, & tectorium glutino admixto. ¶ Taberna libraria, *libraria*, βιβλιοπωλεῖον, in qua libri venales proſtant. *Cic.* 2. *Phil. c.* 9. Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet. ¶ Eſt etiam adjectivum a *libra*, λιτραῖος, & ſignificat, quod eſt ponderis unius libræ. *Col. l. ult. c.* 53. Caro in libraria truſta conciditur.

Librātĭo, onis, f. λιτρασμὸς, ponderatio. *Diomed. l.* 3. Auctor hujus librationis Agretius. ¶ Libratio aquarum eſt idem ac libramentum, ſeu inquiſitio altitudinis aquæ, quæ aliquo deducenda eſt. *Vitruv. l.* 8. *c.* 6. V. *Libra*, & *Libramentum*.

Librātor, oris, m. *ſcandagliere*, Ger. *ein wvaeger*, Gal. *poiſeur*, Hiſ. *nivelador*, σαθμώμενος, qui in inducendis aquis peritiam habet librandi, hoc eſt expendendi, & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quando ſcilicet altiores ſint eo loco, quo eos ducere conſtituimus. *Plin. in ep.* 50. *l.* 10. Supereſt, ut tu libratorem, vel architectum, ſi tibi videtur, mittas, qui diligenter exploret, ſit ne lacus altior mari, quem artifices regionis hujus quadraginta cubitis altiorem eſſe contendunt. ¶ Librator etiam dicitur, qui eminus cum hoſtibus pugnat, tela, aut lapides, aut glandes torquendo. *Tac. l.* 13. *Ann. c.* 39. Libratoribus, funditoribuſque attributus locus, unde eminus lapides, & glandes torquerent.

Librātus, a, um, ponderatus, æquatus, *equilibrato*. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 24. Unde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria ſuſtineantur. *Liv. l.* 30. *c.* 10. Gravior, & pondere ipſo librationis ſuperne ex onerariis ictus erat. ¶ Item complanatus, ad libellam poſitus. *Vitruv. l.* 8. *c.* 6. Archimedi placet, aquam non eſſe libratam, ſed ſphæroides habere ſchema. h. e. non habere æquam ſuperficiem, ſed curvam, & rotundam.

Librīle, n. 3. ζυγὸς, idem eſt, ac libra, vel eſt ſcapus libræ, ut exponit *Feſtus*, hoc eſt trabs illa tranſverſa, ex qua lances dependent. ¶ Accipitur & pro tota libra. *Gell. l.* 10. *c.* 1. Perpendi in librili. ¶ Item pro inſtrumento bellico, de quo ita *Paulus ad Feſt.* Librilia appellantur inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem in modum flagellorum loris revincta. ¶ *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 81. Fundis librilibus, ſudibuſque Gallos perterrent. h. e. fundis librales lapides projicientibus.

Librīpens, dis, m. ζυγοστάτης, qui ante argentum ſignatum, cum Romani adhuc ære gravi uterentur, militibus appendebat ſtipendia, a *libra*, & *pendo*, quia libra ænea militibus æs grave pendebat in ſtipendium. Olim enim pecuniam pendebant, non numerabant. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Populus R. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum Regem devictum uſus eſt. Libralis (unde etiam nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur aſſis. Quare *æris gravis pœna* dicta, & adhuc *expenſa* in rationibus dicuntur, item *impendia*, & *dependere*. Quin & militum ſtipendiorum,

diorum, h. e. ſtipis ponderandæ penſatores, *libripendes* dicuntur. Qua conſuetudine in his emptionibus, quæ mancipii ſunt, etiam nunc libra interponitur. Hæc *Plinius*. ¶ In mancipationibus quoque, & in teſtamentis, libripendis opera utebantur. V. *Mancipium*.

Libro, as, avi, atum, a. 1. *peſare*, *ponderare*, *eſaminare*, שקל, Germ. *wyegen*, Gall. *poiſer*, Hiſp. *peſar*, πελαντόω, ϛαθμίζω, ϛαθμάομαι, proprie ſignat libra ponderare, atque expendere, a *libra*. *Plin. l.* 19. *cap.* 5. In priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. ¶ Librare aquam apud *Vitruv. l.* 8. *c.* 6. eſt ejus altitudinem explorare, & deducere ad libram cum altitudine loci, quo ducenda eſt. V. *Libra*. ¶ Translate eſt æſtimare, examinare. *Apul.* Omnia prius, quam aliquid ſtatuas, libranda ſunt. *Stat. 9. Theb.* Paulum ſtetit anxius heros, librabatque metus. ¶ Metaleptice fumitur pro æquare. *Col. l.* 4. Sic permenſum, & libratum opus in ſimilitudinem vervacti ſemper procedit. *Id. l.* 10. Et paribus Titan orbem libraverat horis. ¶ Item pro jaculari, & librando jacere, quaſi libra, ideſt juſte dirigere, *lanciare*. *Virg. 9. Æn.* Hoc acrior idem ecce aliud ſumma telum librabat ab aure. *Plin. in Paneg.* Cum libero Marte nunc cominus tela librares, nunc vibrata ſuſciperes. ¶ Hinc etiam aves ſe librare dicuntur, cum ſe in aera tollunt, vel ex aere demittunt. *Ovid.* 8. *Met.* Corpus libravit in alas. *Virg.* 4. *Georg. de apibus*: ſæpe lapillos Tollunt, his ſe ſe per inania nubila librant. *volando ſi contrappeſano*.

Libs, Libis, m. 3. *Garbino*, λίψ, Africus, ventus ab occaſu brumali flans adverſus Vulturnum, ita dictus, quaſi Λίβυς, a Λιβύη, *Libya*, quod a Libya ſpirat. Nam ſimiliter Latinis Africus dicitur, quia ab Africa ſpirat. Hujus venti meminere *Plin. l.* 2. *c.* 47. & *Gell. l.* 2. *c.* 22. ¶ Invenitur interdum eadem ſignificatione, qua Libys, h. e. homo ex Libya. *Sidon. carm. 9. v.* 94. *labores Herculis recenſens*: Neſſus, Libs, juga, poma, virgo, ſerpens. Ubi per τὸ *Libs* Antæum intelligit.

Libum, bi, n. 2. ψωμὸς, genus dulciarii cibi, ex farre, caſeo, melle, & oleo, a verbo *libo*, quod libandi cauſa fieret, ut ait *Varr. l.* 6. *de L. L. Cato R. R. c.* 75. Libum ſic facito: caſeum bene diſtere in mortario, ubi bene triveris, farinæ ſiligineæ libram, aut, ſi voles, tenerius eſſe, ſelibram ſimilaginis ſolum eodem indito, permiſceto que cum caſeo bene, ovum unum addito, & permiſceto una bene, inde panem facito, folia ſubdito, in foco calido ſub teſta ea coquito leniter. *Virg.* 7. *Æn. v.* 109. Et adorea liba per herbam ſubjiciunt epulis.

Liburna, æ, vel Liburnica, f. Λιβυρνὶς, genus navigii leviſſimi, velociſſimique, quod *Liv. l.* 34. levem biremem appellat. Ratio nominis tracta eſt a Liburnis populis in Illyrico, qui olim navibus velocibus uſi, Jonium mare, inſulaſque prædabantur. Qua ex cauſa Romani naves leviores, celeritateque præſtantes Liburnas appellavere, aut Liburnicas, ſicut refert *Appianus*. Ejus deſcriptionem pete ex *Vegetio l.* 5. *c.* 4. 7. & 13. *Hor. in Epod.* Ibis Liburnis inter alta navium amice propugnacula. *Suet. in Aug. c.* 17. Utrobique parte Liburnicarum demerſa, ſimulque ejus, qua vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diſtracto.

Liburni, m. 2. Λιβυρνοὶ, populi ex Liburnia. Hos Servius Rhætorum Vindelicorum partem fuiſſe, & ab Amazonibus originem traxiſſe ex Horatio teſtatur. *Virg.* 1. *Æn.* Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus Regna Liburnorum. ¶ Liburni item viatores erant, qui ex agris cives juſſu Magiſtratuum vocabant, inde dicti, quod fere ex Liburnia eſſent, qui hoc viliſſimum officii genus adminiſtrabant. *Juv. ſat.* 4. Primus, clamante Liburno, Currite, jam ſedit, rapta properabit ab olla. ¶ Lecticarii etiam, & hujuſmodi infimæ operæ homines Liburni erant. *Id. ſat. 6. v.* 475. ponunt Coſmetæ tunicas; tarde veniſſe Liburnus Dicitur. *Id. ſat.* 3. *v.* 240. Ingenti curret ſuper ora Liburno. Sunt tamen, qui poſteriore hoc loco intelligunt lecticam ad modum Liburnicæ navis conſtructam, in qua ditiores clauſi per urbem veherentur.

Liburnĭa, æ, f. *Croazia*, Ger. *Crabaten*, & *Krayn*, Λιβυρνὶς, regio Illyrici ad Occid. ſupra intimum Adriatici ſinus receſſum, inter Iſtriam, & Dalmatiam ad Or. ab ea Titio fl. diviſa.

Liburnĭca, æ. V. Liburna.

Liburnĭcus, a, um, quod ad Liburniam, ſeu ad Liburnos ſpectat, ut Liburnicus ſinus, *il Quarnero*, ſinus maris Adriatici. Liburnicum mare, *Mare di Dalmazia*, inter Dalmatiam propriam, & Iſtriam. *Plin. l.* 31. *c.* 26. Liburnicæ inſulæ.

Liburnum, i, lecticæ genus. V. *Liburni*.

Liburnus, a, um, adject. idem quod Liburnicus. *Propert. l.* 3. *el.* 9. *v.* 44. Contis roſtra Liburna ſequi. ¶ Liburni, orum, Liburniæ populi. *Plin. l.* 3. *c.* 21. V. ſupra *Liburni*.

Libus, i, m. idem quod Libum. *Nigid. apud Non. c.* 3. *n.* 127. Faciat libos quatuor.

Libya, f. 1. filia Epaphi, & Caſſiotæ. *Iſid. l.* 14. *c.* 5. Apud *Bocc. l.* 2. *Gen.* pro Caſſiota Caſſiopea ſcriptum eſt. Ex Neptuno Buſiridem peperit: aliqui addunt Ægyſthum. Regnavit in ea Africæ parte, quæ ab ea Libyæ nomen accepit.

Libya, æ, vel Libye, es, f. 2. Λιβύη, latiſſime ſumpta eadem eſt, ac Africa. Sic enim Africa a Græcis dicta fuit. Origo nominis eſt ab Hebræis. Nam Afri dicuntur לובים, Lybim. ¶ Libya paulo reſtrictior erat pars Africæ inter Æthiopiam ad Or. & mare Atlanticum ad Occ. Ejus varias diviſiones V. apud *Geographos*. ¶ Eſt etiam hoc nomine fluvius in Mauritania.

Libўcus, a, um, *Libiano*, Λιβυκὸς, quod ad Libyam ſpectat. *Virg.* 4. *Æn.* Te propter Libycæ gentes, Nomadumque Tyranni Odere. ¶ *Libycus campus*, agri Argivi pars, inde nomen habens, quod illuc primum fruges ex Libya allatæ ſint a Cerere. Libycum mare, *mare di Barca*, mare Africæ, quod Cyrenaicam alluit.

Libyphœnĭces, vel Libophœnices, m. 3. pop. Africæ proprie dictæ. Byzacenam regionem incolentes, ubi nunc Regnum Tunetanum.

Libys, yos, & ys, m. 3. Λίβυς, vir ex Libya. *Prudent. l.* 2. *cont. Symmach. v.* 685. Affirmentque, Libya Collinæ a cardine portæ Annibalem Jovis imperio, Martiſque repulſum.

Libyſſa, æ, f. 1. Λίβυσσα, quæ eſt ex Libya. *Catul. carm.* 7. Quam magnus numerus Libyſſæ arenæ. ¶ Libyſſa item Ceres ab Argivis cognominata eſt, quod ex Libya fruges attuliſſet in agrum Argivum. *Feſt.*

Libyſſĭnus, a, um, adject. idem ac Libycus, a Libyſſa. *Catul. carm.* 59. Num te leæna montibus Libyſſinis Tam mente dura procreavit?

Libyſtĭcæ fabulæ dicuntur ab *Iſid.* 1. *Orig. c.* 39. in quibus homines inducuntur cum beſtiis colloquentes.

Libyſtĭnus, m. 2. Λιβύστινος, dictus eſt Apollo ab his, qui Pachinum Siciliæ promontorium incolebant, eo quod immiſſa Libybus, hoc eſt Carthaginienſibus hoſtibus peſte, pene cunctos ſubita morte interemerit.

Libyſtis, idis, f. 3. Λιβυστὶς, quæ eſt ex Libya, a Libys. *Virg.* 8. *Æn.* Et pelle Libyſtidis urſæ.

Libyſtos, f. 2. opp. Scytharum Aroterum, non procul ab oſt. Danubii. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

Licens, tis, adject. *licenzioſo*, *libero*, quod licet, aut liberum eſt, παῤῥησιαστικὸς. *Stat. l.* 1. *Silv. ult.* Quis ſpectacula, quis jocos licentes, &c. *Martial. l.* 4. *epigr.* 8. egreſſu timet ire licenti Ad matutinum noſtra Thalia Jovem. *Cic.* 3. *Orat. c.* 48. Inde illic licentior, & divitior fluxit dithyrambus. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 1. *n.* 2. Licentior vita. h. e. diſſoluta.

Licenter, adv. *licenzioſamente*, Ger. *frefenlich*, Gal. *licencieuſement*, Hiſp. *licencioſamente*, ἀδεῶς, nimium libere, a *licens*. *Cic. in Or. c.* 23. Non ut licenter videatur errare. *Idem pro Cœl.* Sed licentius, liberius, familiarius cum domina vivere.

Licentĭa, f. *licenza*, *preſunzione*, רשׁיון, Ger. *erlaubung*, Gal. *licence*, Hiſ. *licencia*, ἄνεσις, ἄδεια, libertas immoderata, impunitaque quædam facultas agendi, dicendique, quicquid velis. In malam fere partem accipitur, in quo differt a libertate, quia licentia eſt, cum quis libertate abutitur uſque ad temeritatem, & procacitatem. *Cic. in Rull. l. c.* 5. Nunc proſpicite omnium rerum infinitam, atque intolerandam licentiam. *Id. pro Cœl.* Is abhorret non modo ab hujus ſæculi licentia. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, ut idem ſit, quod libertas. *Cic.* 3. *Off.* Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut, quodcumque probabile maxime occurrat, id noſtro jure liceat defendere. *Idem l.* 1. *Off. c.* 29. Pueris non omnem licentiam ludendi damus. Dicimus etiam, licentiam permittere, *Cic. l. Tuſc.* licentiam largiri, *Id.* 2. *Acad.* licentiam præcidere, &c. *Id. Verr.* 4. & 5. ¶ Licentia etiam παῤῥησία, eſt Figura ſententiarum. *Auct. ad Her. l.* 4. Licentia eſt, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro jure noſtro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi poſſe videantur.

Licentiōſus, a, um, *licenzioſo*, *proſontuoſo*, Ger. *muttwilpig*, Gal. *licencieux*, Hiſ. *licencioſo*, παῤῥησιαστὴς, qui nimia utitur licentia. *Quinct. l.* 2. *c.* 10. Nam Ebor dicere non minus eſt licentioſum, quam ſi Sulphuri, & Gutturi ſubjicerent *o* mediam in genitivo. *Apul. l.* 4. *Miles.* Lamentationes licentioſæ. *Senec. in excerpt. controv. l.* 6. *controv. ult.* Non in illa cultus luxurioſior, non converſatio cum viris licentioſior.

Licĕo, es, cui, citum, n. 2. *eſſere ſtimato nell'incanto*, *eſſere prezzato*, יקר, Ger. *geſaetzt*, *umb ein geld angeſchlagen*, Gal. *etre mis a prix*, Hiſ. *ſer pueſto en precio*, πελιστιμᾶσθαι, eſt in auctione æſtimari. A Grammaticis in neutris paſſivis numeratur. Conſtruitur vel abſolute, vel cum communibus caſibus. Si ablativus perſonæ agentis exprimendus ſit, ad verbum *liceor* conjugiendum eſt. *Plaut. Men.* 5. 9. 97. Omnia venibunt, quiqui licebunt, præſenti pecunia. h. e. quomodocunque æſtimabuntur. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 23. De Druſi hortis quanti licuiſſe tu ſcribis. *Hor. l.* 1. *Ser. ſat.* 6. Contra Levinum Valeri genus, unde Superbus Tarquinius Regno pulſus fuit, unius aſſis, non unquam pretio pluris licuiſſe. *Martial. l.* 6. *epigr.* 66. Parvo cum pretio diu liceret.

Licĕor, ris, d. 2. *offerire il prezzo nell'incanto*, היקר, Ger. *dranffbieten*, Gal. *prifer*, *mettre en chere*, Hiſ. *poner en precio*, *en almoneda*, ἀντωνέομαι, μεγγανεύω, pretium offero in auctione alicujus rei. Conſtruitur vel abſolute, vel cum acc. vel etiam cum gen. vel abl. pretii. *Cic.* 5. *Verr.* Liciti ſunt uſque eo, quoad efficere poſſe arbitrabantur. *Id. pro Cæc.* Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, fundus addicitur Ebutio. *Id.* 3. *Off.* Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe licetur, emptor opponet. *Perſ. ſat.* 5. *in fin.* Et centum Græcos curto centuſſe licetur. ¶ Mos erat Romanis, ut in actionibus, qui liceretur in turba, & pretium augeret, digitum tolleret. Hinc *Cic. Ver.* 5. *c.* 11. Utrum eſt æquius, eum qui manu quæſierit, an eum, qui digito licitus ſit, poſſidere?

Liceſſit, pro licuerit, *Plaut. Aſin.* 3. 3. 13. Næ iſte hercle ab iſta non pedem diſcedat, ſi liceſſit.

Licet, ebat, licuit, vel licitum eſt, imp. 2. *eſſere lecito*, Ger. *es ziemet ſich*, Gal. *il eſt permis*, Hiſ. *es licito*, ϑέμις, ἔστι, ἔξεστι, ἐνεστι, fas eſt, honeſtum eſt, rectum eſt, a ἔικω, *ius*, δ in *l* abeunte, ut δάκρυμα, lacryma, Ὀδυσεύς, Ulyſſes. *Cic.* 13. *Phil.* Neque enim, quod quiſque poteſt, id ei licet. *Id. ibid.* Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum, ſi quidem licere id dicimus, quod legibus, quod more majorum, inſtitutiſque conceditur, *Senec. l.* 1. *de clement. c.* 18. In ſervum omnia licent. ¶ Sæpe ſignificat, poſſibile eſt, conceditur, poteſtas datur, *Cic. pro Mur.* Neque enim jam mihi licet, neque eſt integrum, ut meum laborem hominum periculis ſublevandis non impertiam. *Martial. l.* 3. *epigr.* 44. Piſcinam peto, non licet natare. ¶ Sæpe etiam ponitur pro facile eſt. *Cic.* 1. *Off.* Licet enim ora ipſa cernere iratorum. ¶ Cum verbo licet infinitivus uſurpari poteſt vel active, vel paſſive, pro arbitrio. *Cic. l. Tuſc. c.* 12. Idque cum multis aliis rebus, tum e Pontificio jure, & cæremoniis ſepulchrorum intelligi licet. ¶ Si conjungatur cum infinitivo *eſſe*, vel alio ex neutris primi ordinis, ut *vivere*, *redire*, &c. poſt illum infinitivum modum poteſt habere tum dat. tum acc. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 15. Licuit enim eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminondæ. *Id. pro Corn. Balbo*. Quid, ſi Civi Romano licet eſſe Gaditanum ſive exilio, ſive rejectione hujus civitatis? *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 14. Licet me id ſcire. ¶ Regit etiam conjunctivum ſine conjunctione *ut*, quemadmodum oportet. *Cic.* 1. *de Or.* Fremant omnes, licet, dicam, quod ſentio. ideſt, fremere poſſunt. *Id.* 1. *de Inv.* Sequatur Hermagoram, licebit. ¶ Frequenter ponitur cum acc. & præp. *per*, ut Si per te licebit, ideſt, ſi permiſeris, vel ſi potero, a te non impeditus. Non licet mihi per te hinc abire. ideſt, tu non vis, ſeu pateris, me hinc abire. Licet hoc mihi per leges facere, vel non licet per leges facere. ideſt, legibus approbantibus, vel improbantibus. *Cic. pro Flacco*. Cur his per te frui libertate ſua, cur denique eſſe liberos non licet? ¶ *Liceſſit*, *licitum*, *liciturum*. V. ſuis locis.

Licet, *benchè*, *febbene*, κἂν, καίτοι, εἰ ℭ, conjunctio adverſativa, quæ ſignificat *etſi*, *quanquam*, *quamvis*. *Cic. pro Roſc. Am.* Licet hercule undique omnes in me terrores, periculaque impendeant omnia. *Virg.* 6. *Æn.* Licet ingens janitor antro æternum latrans exangues terreat umbras. ¶ Eodem modo, ac ſignificatione uſurpatur licebit. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 14. Detrahat auctori multum fortuna licebit. *Horat. Epod.* 15. Sic pecore, & multa dives tellure licebit. ¶ Quamquam hujuſmodi, quæ Conjunctiones a Grammaticis appellantur, nihil aliud quam Verba ſunt, poſt quæ particula *ut* ſubauditur.

Lichănos, i, λιχανὸς, unus ex phthongis muſicis mobilibus, qui inter ſtantes, & immotos ſunt in tetrachordo diſpoſiti. Eſt autem duplex, alter a recentioribus Muſicis vocatur *G ſol re*, alter *D ſol re*. Primus eſt mediarum chordarum, ſecundus ſummarum. *Vitruv. l.* 15. *c.* 4. V. ibi *Bald. in Lexico*.

Lichen, enis, m. λιχὼ, morbus in cute facici ſerpens, Latino nomine mentagra dictus. *Plin. l.* 26. *c.* 1. Graviſſimum ex his lichenas appellavere Græco nomine. *Martial. l.* 11. *epigr.* 99. Non triſte mentum, ſordidique lichenes. ¶ Naſcitur hic morbus etiam in equorum facie, & ſuper pedum ungulas. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Equi lichene vexati. ¶ Eſt etiam herba quædam in ſaxoſis locis naſcens, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus, quæque inter alia etiam ad lichenas prodeſt: Italice *fegatella*. *Plin. l.* 26. *c.* 4.

Lichiōne, es, f. 1. filia Pædalionis, virgo præſtantiſſima forma. Anno ætatis decimo quarto Penio nupſit. Cum Mercurius e Cyllene monte, Apollo Delphis rediret, Lichiones amore accenſi ſunt. Mercurius caduceo tactam Lichionem ſopivit, remque cum illa habuit. Apollo annis ſpecie ad Lichionem

chionem noctu ingreſſus eſt. Ex Mercurio Antilochum peperit, qui famoſiſſimus latro fuit, ex Apolline Philemonem, qui cithara, & Poetica arte præſtitit. Tandem propter ſuperbiam, qua ſe Dianæ præferebat pulchritudine, ab illa ſagittis confoſſa eſt. *Boccat. l. 11. Gen.*

Lichnobii. V. Lychnobii.

Licia, orum, n. *licia*, Germ. *vvebergreiff*, Gal. *lices*, Hiſp. *lizos*, λίνοι, βάμματα, ſunt fila, quibus in telis textrices implicant ſtamina, quamvis nonnunquam etiam pro ipſis accipiantur ſtaminibus, a λίγξ, ideſt, πλάγιος, ut Heſychius interpretatur, ſc. *obliquus*, quia licium obliquum ſtamini implicatur. *Plin. l. 8. c. 48.* Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. ¶ Magnus liciorum uſus in veneficiis fuit, nempe quia iis putarent mentes implicari, ac conturbari, haud ſecus, ac liciis implicatur ſtamen. Ea autem licia diſcolora erant, ut loquitur *Apulejus in Apol.* ſive varii coloris filis intorta, ut id extulit Petronius. *Virg. Ecl. 8. v. 33.* Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore licia circundo. *Ovid. 2. Faſt. v. 575.* Tunc cantata tenet cum fuſco licia rhombo. ¶ Uſurpatur hoc nomen & in ſingulari numero. Hinc per licium & lancem furtum concipere, de quo V. in *Lanx*.

Licĭni boves dicuntur, qui cornua habent ſurſum verſum reflexa. *Philargyr. ad 3. Georg. v. 55.*

Licinĭa, æ, f. genus olivæ, ita dictum ab inventore. *Col. l. 11. c. 49.* Videntur autem & alia genera huic rei magis eſſe idonea, ſicut Liciniæ, & culmineæ.

Liciniāna, f. 1. idem, ac Licinia. *Cato de R. R. c. 6.* Qui ager frigidior, & macrior erit, ibi oleam Licinianam ſeri oportet.

Licitatĭo, onis, f. *offerta all' incanto*, ἀντώνησις, auctio, oblatio pretii in auctione. *Cic. 4. Verr.* Exquiſitis palam pretiis, & licitationibus factis deſcribebat Cenſores binos in ſingulas civitates Timarchides. *Paul. Dig. 39. 4. 9.* Licitatione vincere.

Licitator, oris, m. ἀντωνήμενος, πλειστηριαστής, qui crebro licetur, quique pro re emenda, conducendave pretium alio majus pollicetur. Licitatorem apponere, eſt ſubornare aliquem, qui coram emptore majus pretium ponat, ut res pluris æſtimetur, vendaturque. *Cic. ad Marium l. 7. Fam.* Nunc quoniam tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veneat. *Idem 3. Off.* Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem venditor, nec, qui contra ſe liceatur, emptor apponet.

Licĭto, adverb. idem quod licite. *Solin. c. 11. (al. 16.)* Ædem Dianæ nudus veſtigia nullus licito ingreditur.

Licĭtor, aris, atus ſum, d. 1. freq. a *liceor*, ſed tamen ejuſdem omnino ſignificationis. *Plin. l. 1. c. 38.* Ariſtidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus eſt. *Curt. l. 4. c. 1.* Licitamini hoſtium capita. ¶ Translate ponitur pro decipiendo inducere. *Feſt.* ¶ Licitari item, teſte *Nonio c. 2. n. 505.* congredi & pugnare ſignificat. *Cæcil. ibid.* Quin machæra licitari adverſum eum cœpiſti ſciens.

Licĭtum eſt, præt. verbi *licet*. Sed ſæpe uſurpatur pro præſenti *licet*, inſtar nominis. *Plaut. Amph. 2. 1. 70.* Quin introire in ædes nunquam licitum eſt. ideſt, nunquam permittitur.

Licitūrum eſt, partic. temporis futuri verbi licet. *Cic. Att. l. 2. ep. 1.* Quod nihilo magis ei liciturum eſſet plebejo Remp. perdere. *Liv. l. 32. c. 21. ad fin.* Non quemadmodum hodie utrumque vobis licet, Sic ſemper liciturum eſt.

Li ĭtus, a, um, adject. quod licet, *lecito*. *Ulp. l. 2. Dig. de jure patron.* Ne citatio licita. *Virg. 8. Æn.* Et licito tandem ſermone fruuntur.

Lic ium, V. Licia, orum.

Lictor, oris, m. *littore*, *birro*, ῥαβδοῦχος, unus ex ſervis publicis Conſulum, vel aliorum Magiſtratuum, qui faſciculos virgarum cum ſecuri ſe entes Magiſtratus præcedebant, a *ligo*, ideſt, a ligandis reis. Feſtus cenſet, dictum eſſe a ligandis virgarum faſcibus. A. Gellius alia duo etyma proponit ex Tyrone Ciceronis liberto. eum V. *l. 12. c. 3. Cic. pro Rab. c. 4.* Lictor colliga manus. ¶ Quicunque apparebant Magiſtratibus in Urbe hoc apparitionis genere, erant e Plebe Romana, teſte *Liv. l. 2.* Imo etiam ante bellum Punicum confectum Plebs R. lictores e ſuo corpore tribuebat, ut Magiſtratibus in provinciis apparerent. Sed Punico bello confecto, qui Magiſtratibus in provincia apparerent quolibet apparitionis genere, ii tere e Bruttiis fuere, unde Bruttiani dicti ſunt. Cum enim ad Annibalem defeciſſent, pulſis, victiſque Pœnis, Romani Bruttios, ignominiæ cauſſa nec milites ſcripſere, nec habuere pro ſociis, ſed Magiſtratibus in provinciam euntibus parere, & præminiſtrare ſervorum vice juſſerunt. *Gell. l. 10. c. 3.* ¶ Lictoribus uſi ſunt Conſules, Prætores, Interreges, Dictatores, & ſiqui alii Magiſtratus non poteſtatem ſolum habuerunt, ſed etiam imperium. Et ab initio quidem lictores duodecim inſtituti ſunt, & duodecim tandiu fuerunt, quandiu Reſp. in poteſtate Regum fuit. Sed exactis Regibus lictores facti ſunt viginti quatuor, quia duodecim ſingulis Conſulibus apparebant; omnes autem 24. Dictatori. Imo inſtitutis Proconſulibus, Prætoribus, & ſiqui alii Magiſtratus imperium præ ſe ferebant, alii lictores præter viginti quatuor additi ſunt, videlicet ſex pro Prætoribus, ſex pro Proconſulibus, &c. Fœminas quoque Auguſtas lictores habuiſſe, tradit *Lipſ. ad l. 1. Ann. Tac.* ¶ Munera lictorum hæc erant: Magiſtratibus adminiſtrabant in omnibus rebus, quæ opus eis eſſent; geſtabant ante Magiſtratus virgarum faſciculos, in quorum uno ſecuris incluſa erat, Populum ſummovebant, ut locus eſſet Magiſtratibus prætereuntibus: eos, qui Conſulibus obviam venirent, jubebant de equo deſcendere; ſontes virgis cædebant, & ſecuri feriebant. Hinc a *Livio l. 45.* ſummotores dicti ſunt. Denique Comitiis Curiatis lictores triginta pro triginta Curiis ſuffragabantur. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 17. & l. 2. c. 15.* ¶ Proximus lictor dicebatur, qui cæteris præerat, & proximus magiſtratui erat ad juſſa excipienda. *Salluſt. in Jugurth.* Qui proximus lictor Jugurthæ carus acceptus ſemper ei fuerat. Hic a *Cic. ep. 1. ad Q. F.* primus lictor dicitur.

Lictorius, a, um, ῥαβδοῦχικός, quod ad lictorem pertinet. *Plin. l. 7. c. 30.* Faſces lictorios januæ ſummiſit, cui ſe Oriens, Occidenſque ſummiſerat.

Lidūna, æ, f. receſſus maris, ſicut Malina acceſſus, quæ duæ voces a Germanicis ſumptæ poſt Druſi Germanici tempora a quibuſdam uſurpabantur. *Marcell. Empir. c. 25.* Liduna ante prandium. V. *Roſin. antiq. Rom. l. 2. c. 14.*

Lien, enis, & Lĭēnis, is, m. 3. *milza*, Ger. *miltz*, Gal. *rate*, *ratelle*, Hiſp. *bazo*, σπλήν, viſcus eſt in humano corpore, alio nomine ſplen. *Plin. l. 11. c. 37.* Ventriculo adnectitur lien in ſiniſtra parte adverſus jecur, cum quo locum aliquando permutat, ſed prodigioſe. *Cato R. R. c. 157.* Lienes turgent. *Celſ. l. 4. c. 9.* At lienis, ubi affectus eſt, intumeſcit. ¶ Curſu lien intumeſcere ſolet, & dolorem afferre. Hinc eleganter *Plaut. Merc. 2. 1. 14.* Genua hunc curſorem deſerunt: ſeditionem facit lien, occupat præcordia.

Lienĭcus, a, um, idem, ac lienoſus. *Plin. l. 29. c. 3.* Hæc & illita lienicis. *Harduin.* tamen legit *lientericis*.

Lienōſus, um, σπληνικός, σπληνώδης, qui liene laborat. Accidit autem hic morbus (ut inquit *Ariſtoteles l. 3. de part. anim.*) quoties plus excrementi in lienem divertit, quam calor ejus viſceris poſſit conficere. *Plin. l. 7. c. 2.* Sicut Pyrrho Regi pollex in dextro pede, cujus tactu lienoſis medebatur. *Plaut. Caſ. 2. 6. 62.* Cor lienoſum, opinor, habeo.

Lienterĭa, æ, f. 1. λειοντερία, lævitas inteſtinorum, paſſio ventriculoſa, ſpecies alvi fluxus præternaturalis, cum inteſtina ob imbecillitatem cibum non continent, ſed talem propemodum excernunt, qualis eſt ingeſtus. *Celſ. l. 2. c. 1.* Fit etiam lævitas inteſtinorum, quæ lienteria vocatur. Pleræque tamen editiones habent λειοντερία, Græcis litteris.

Lienterĭcus, a, um, adject. qui lienteria laborat. V. *Lienicus*.

Ligāmen, inis, n. idem, ac ligamentum. *Col. l. 11. c. 2.* Et ad vitium ligamina præparari.

Ligamentum, ti, n. *ligame*, *legatura*, אסור, Ger. *ein band*, Gal. *lien*, *liement*, Hiſ. *atadura*, δεσμός, σφίγγεμα, id, quo aliquid ligatur. *Tacit. Ann. 15. c. 54.* Vulneribus ligamenta, quibuſque ſiſtitur ſanguis, parare eundem monet.

Ligarianus, a, um, adject. ad Ligarium civem R. pertinens, ut Lagariana oratio, qua Cicero Ligarium nobilem Romanum defendit apud Cæſarem, quod in civili bello a Pompejo ſtetiſſet. *Id. Attic. l. 13. ep. 19.* Ligarianam præclare auctoritas ſua commendavit.

Ligatĭo, onis, f. ligamen, ligatura. *Scribon. Larg. compoſ. 255.* Hoc malagma facit ad nervorum ligationem.

Ligatūra, æ, f. ligamen, *legatura*. *Palladius l. 1. c. 6.* Ligatura in vitibus locum debet mutare.

Ligātus, a, um, *legato*, a ligor. *Cic. in Catil. 4. c. 6.* Filium ejus impuberem ligatum a Prætore miſſum in carcerem necandum eſſe dixit. *Tibul. l. 1. el. 6. v. 73.* Quamvis non vitta ligatos Impediat crines.

Ligēa, f. 1. λιγεία, Nympha, filia Nerei, & Doridis, a λιγὺς, εῖα, ὐ ſtridulus, *ſonorus*, nempe a cantus ſuavitate. *Virg. 4. Georg. v. 336.* Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.

Ligellum, li, n. *caſetta*, καλύβη, οἰκίδιον, breve domicilium, & tuguriolum. *Non. c. 2. n. 504. Plaut. Aul. 2. 4. 22.* Divum, atque hominum clamat continuo fidem, de ſuo ligello ſumus ſi qua exit foras. Alii rectius legunt *ligillo*. Al. *ligillo*. h. e. parvo ligno.

Liger, & Ligeris, is, m. 3. Liger, *la Loire*, fl. Galliæ Celticæ. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 5.* Cum ad flumen Ligerim perveniſſent. *Tibul. l. 1. el. 8.* Carnuti & fluvii cærula lympha, Liger.

Ligerĭcus, a, um, ad Ligerim pertinens. *Inſcrip.* apud *Gruter. pag. 472. n. 1.* L. Tauricio patrono nautarum Araricorum, & Ligericorum.

Lignarĭus, ii, ſubſt. m. *legnajuolo*, qui lignatum it. *Liv. l. 35. c. 41.* Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Lignarĭus, a, um, ξυλικός, quod ad lignum pertinet, ut Faber lignarius, *legnajuolo*, qui ligna dolat. *Capitol. in Pertin. c. 1.* Ex continuatione lignariæ negotiationis.

Lignatĭo, onis, f. ξυλοφορεία, lignorum defectio, vel deportatio. *Cæſ. l. 5. B. G.* Qui lignationis, munitionisque cauſa in ſylvas diſceſſiſſent. ¶ Sumitur etiam pro loco, unde ligna accipi poſſunt. *Col. l. 1. c. 5.* Sit autem vel intra villam, vel extrinſecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque vicinum.

Lignator, oris, m. *ſoldato*, *che va a far legna*, ξυλεύς, ξυλεύτης, miles, qui lignatum vadit. *Liv. l. 10. c. 25.* Paucis citra millibus lignatores ei cum prælidio occurrunt.

Ligneŏlus, a, um, dim. a ligneus. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 7.* Hanc ſcripſi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Lignĕus, a, um, *di legno*, ξύλινος, quod eſt ex ligno. *Cic. 5. Tuſc.* Ejuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet. *Nepos 2. 2. 6.* Lignea mœnia. h. e. naves.

Lignicīda, æ, m. qui ligna cædit. Affertur hæc vox a *Varr. lib. 7. L. L.* & ſimul damnatur.

Lignor, aris, atus ſum, d. 1. *far legna*, Ger. *holtzen*, Gall. *querir*, *faire proviſion de bois*, Hiſp. *hazer lenã*, ξυλεύομαι, verbum eſt caſtrense, ſicut aquor, pabulor, frumentor, & ſimilia, & ſignificat ad capienda ligna ire, ligna colligere, & congerere *Liv. l. 1.* Reſpondentibuſque, lignatum ſe ire. *Hirt. de B. Hiſp. c. 7.* Dum lignantur, interfecti ſunt.

Lignōſus, a, um, *legnoſo*, ξυλώδης, quod inſtar ligni durum eſt. *Plin. l. 12. c. 7.* Arbor radice lata, lignoſaque.

Lignum, ni, n. *legno*, עץ, Ger. *holtz*, Gal. *bois*, Hiſp. *lenã*, *madera*, ξύλον, pars arboris interna, præcipue in caudice, quæ fiſſilis eſt, & dura, eſtque veluti caro ipſarum arborum, a *lego*, ut *regnum* a *rego*, quia ex agro caduca leguntur ligna, ut in foco urantur. *Var. l. 5. L. L. Cic. 3. Ver. c. 27.* Cædere januam ſaxis, inſtare ferro, ligna, & ſarmenta circundare, ignem ſubjicere cœperint.

Ligo, onis, m. *zappa*, מחרשה, Ger. *ein hauw*, Gal. *un boyau*, Hiſp. *el acada*, δίκελλα, μάκελλα, ruſticum inſtrumentum, ad extirpandas herbarum radices accommodatum, a λίζω, *rado*. *Plin. l. 18. c. 6.* Adduxit graves ligones, vomeres ponderoſos. *Horat. epod. 5.* Ligonibus duris humum Exhauriebat.

Ligo, as, avi, atum, a. 1. *legare*, אסר, Germ. *binden*, Gall. *lier*, Hiſp. *atar*, δέω, vincio, conſtringo, a λυγῶ, *v* converſo in i, quomodo a φύω eſt *fio*, a φρύγω, *frigo*, &c. *Cic. de Un.* Ut diſſolvi nullo modo poſſit, niſi ab eodem, a quo eſt ligatus. *Quinct. l. 5. c. 14.* Quæ apprenſa Græci magis in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt. *Ovid. 6. Metam. v. 134.* laqueo liga.it guttura. ¶ Translate *Stat. l. 4. Silv. 3. v. 75.* Legibus eum ligaſti. *Propert. l. 4. el. 4.* ligare pacta.

Ligŭla, ſeu lingula, æ, f. *linguetta*, γλωσσάριον, γλωσσὶς, parva lingua, dim. a lingua. In veteribus libris promiſcue reperitur *ligula*, & *lingula*. Sed *Martial. l. 14. carm. 109. lingula* indoctorum Grammaticorum appellationem facit. Nempe ad originem vocis reſpexere, non cogitantes, uti ab *offa* eſt *ofella*, a *mamma mamilla*, a *curru curulis*, prima correpta, ſic a *lingua* dici potuiſſe *ligula*, p. c. prout Senatorem, & Equites loquebantur. ¶ Translate ita dicebatur pars in calceis linguæ inſtar faſtigiata, *Feſt.* Sed Juvenalis vetus Interpres ligulas in calceis ait eſſe anſas calceorum, neque hanc notionem a *linguæ* ſimilitudine fluxiſſe, ut diximus ex Feſto, ſed a *ligando*. *Juven. ſat. 5. v. 20.* propter quod rumpere ſomnum debeat, & ligulas dimittere, &c. *Martial. l. 2. epigr. 29.* Non extrema ſedet lunata lingula planta. Ubi *lingula* ſcripſit, etſi in Grammaticis id alibi damnat. ¶ Præterea ita in tibiis vocabant, a ſimilitudine linguæ exertæ, quod γλωττὶς, a Græcis, ſimili Metaphora, dicitur. *Feſt.* ¶ Item inſtrumentum eſt cavum, & oblongum, quale eſt, quo aromatarii educunt unguentum e vaſis. Nomen ex eo eſt, quia habet figuram linguæ ad palatum retractæ, atque ita cavæ. *Plin. l. 21. c. 14.* Inde ligulis eligunt florem. ¶ Item inſtrumentum ad purgandam e vaſe ſpumam. *Colum. l. 9. c. 15.* Iſque ſæpius ligula eſt purgandus. ¶ Item genus menſuræ, quarta pars cyathi, a figura linguæ ad palatum retractæ, atque ita cavæ. *Plin. l. 20. c. 5.* Item opiſthotonicis, & jecinorum vitiis, & torminibus, & ſtrangluriæ duarum, aut trium ligularum menſura. Idem creditur, ac cochleare. Sed tamen ab eo diſtinguitur, ſaltem ut pars a parte. *Martial. l. 8. ep. 33.* Ligulam cum mittere poſſis, Mittere cum poſſis vel cochleare mihi. V. Cochlear.

chlear. ¶ Ad hæc ligula est gladiolus oblongus in speciem linguæ factus. *Var. l. 6. de L. L. Gel. l. 10. c. 25. Nævius in Hesion.* Sine, mihi morem gerere videar, haud lingua, verum ligula. ¶ Similitudo quoque linguæ nomen in Architectura dedit lingulis vectium, quæ & linguæ dicuntur. *Vitruv. l. 10. c. 8.* ¶ Item lingulis tubulorum, quos lingulatos idcirco *Vitruvius* dicit *l. 8. c. 7.* ¶ Adhibetur etiam ad contemptum, metaphorice, quatenus ansam calceorum significat *Plaut. Pœn.* 5. 5. 30. Ligula, i, in malam crucem. h. e. homuncule triobolaris.

Ligur, uris, com. qui est ex Liguria. *Lucan. l.* 1. Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora Crinibus effusis toti prælate Comatæ.

Liguria, æ, f. *Liguria*, regio Italiæ. Gemina est, litorea, quæ vulgo nominatur *le Riviera di Genova*, inter Alpes ad Occ. & Macræ ostia ad Or. extensa inter Galliam Narbonensem, & Hetruriam supra 200. M. P. cujus caput est Genua, inter montem Apenninum, & mare Ligusticum perstricta, & mediterranea, quæ est Galliæ Cisalpinæ non modica portio, inter Apenninum M. ad Mer. & Or. Alpes maritimas, & Cortias ad Occ. Padum fl. ad Bor. & Or. in qua Mons Ferratus Ducatus, magna pars Principatus Pedemontani, parsque Ducatus Mediolanensis continentur. V. *Flor. l. 2. c.* 3.

Ligurīnus, a, um, adject. ad Liguriam pertinens, ut Ligurinæ Alpes. *Gratius, in Cyneget. v.* 510.

Ligurĭo, is, ivi, itum, a. 4. *consumare il suo in mangiare*, אכל, Ger. *ver schlaecken*, Gal. *gourmander*, Hisp. *comer, y gastar en golosina*, λιχνεύω, est delicatissima undique carpere, & degustare. *Charis. l.* 3. interpretatur simpliciter degustare. Est a *ligo*, quod veteres dixere pro *lingo*, a λείχω. Nam liguritor videtur esse, qui cupediis sic deditus est, ut digitos quoque lingat. Vulgo unico *r* scribitur. Tamen *ligurrire r* geminato præfert Manutius, quomodo & in veteribus libris se invenisse testatur *P. Victorius in Varr. l. 3. de R. R. c.* 16. Non ut muscæ ligurriunt apes, quod nemo has videt, ut illas, in carne, aut adipe, aut sanguine. ¶ Interdum significat suavissima quæque gustare paulatim, & cum quadam mora, atque elegantia comedere. *Ter. Eun.* 5. 4. 14. Quæ, cum amatore suo cum cœnant, liguriunt. V. ibi *Donat.* ¶ Vulgo non solum accipitur pro suaviora edulia carpere, vel cum quadam elegantia, & urbanitate comedere, sed etiam pro devorare, multa avide consumere. *Hor. l. 2. sat.* 2. Puer unctis tractavit calicem manibus, dum furta ligurit. ¶ Translate ponitur pro suppilare, seu rapere, involare cum fraude. *Cic. Fam. 11. ep.* 21. Cum quidam de Collegis nostris Agrariam ligurirent curationem, disturbavi rem, totamque nobis integram reservavi. Quidam tamen *ligurirent* interpretantur hic pro eo, quod est, appeterent, & præpropera quadam spe quasi devorarent. ¶ Item pro sensim depeculari, seu furari. *Cic. 5. Ver.* Commissa est pecunia tanta Prætori: non reperietis hominem timide, nec leniter hæc improbissima lucra ligurientem.

Ligurĭtio, f. *gran desiderio di mangiare, ardente appetito*, λιχνεία, aviditas, immoderata appetentia. *Cic. 4. Tusc. c.* 11. Ægrotationi autem talia quædam subjecta sunt, mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & siqua sunt similia.

Liguritōres, m. *golosi*, λίχνοι, gulosi, & voratores eduliorum suavium, a λείχω, *lingo*, quia consumptis dapibus digitos, & catillos etiam lingunt. Hinc a veteribus *catillones* vocabantur. Translate Liguritores inguinum, fellatores dicuntur. *Auson. epigr.* 128.

Ligurnus Portus, Liburnus, Labro, *Livorno*, Gal. *Liguorne*, urbs nova, sed culta, & probe munita in agro Pisano, sub dominio Magni Ducis Hetruriæ, emporium celeberrimum illius tractus, cum triplici arce, in planitie, intra paludes, prope Montem Nigrum.

Ligus, uris, com. 3. qui est ex Liguria. *Virg. 11. Æn. v.* 715. de Auno filio Auni, Vane Ligus, frustraque animis elate superbis. *Tacit. 2. Hist. c.* 13. Auxit invidiam in fœmina Ligus.

Ligus, uris, m. Fabio Pictori Ligystus, λίγυς, filius Phaethontis. Regnavit in ea Italiæ parte, quæ postea ab eo Liguria appellata est. *Bocc. l. 7. Gen.*

Ligustĭcum, n. 2. herba est, in ea Apennini parte præcipue nascens, quæ Liguriæ imminet, unde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt, quod panaceam Heracleoticam caule referat, radice, & effectu. Galenus vocat Ligysticum. Alii Libysticum dicunt, putantque in Libya præcipue nasci. Officinæ levisticum appellant. *Plin. l. 19. c.* 8.

Ligustĭcus, a, um, Λιγυστικὸς, quod ad Liguriam spectat. *Juven. sat.* 3. Qui saxa Ligustica portat. ¶ Ligusticæ Alpes, *Montagna di Tenda*, eædem, ac Maritimæ, in Liguriæ, Galliæque Narbonensis confinio, inter Taurinos, & Nicæam. ¶ Ligusticum mare, Ligusticus sinus, *Mare di Genova*, e *mare di Leone*, mare, quod Liguriam alluit, inter Gallicum ad Occ. & Tyrrhenum ad Or. ac inter ostia Vari, & Macræ fl.

Ligustis, idis, adject. fœmin. Ligustica. *Sidon. l. 9. ep. 15. in carmine.* Humo, atque gente cretus in Ligustide.

Ligustrum, stri, n. 2. κύπρος, aliis φιλυρέα, arbor, ex cujus ligno tesseræ fiunt aptissimæ, olivæ similis folio, flore candido, & odorato, semine coriandri. Eadem est, atque illa, quæ in Oriente *cypros* dicitur, a cujus ubertate Cypro Carpathii maris insulæ nomen inditum est. *Plin. l. 12. c. 24. & l. 24. c.* 10. Dictum est a ligando, quia lignum ejus facile flectitur. Perottus putabat dici a *legendo*, quasi *legustrum*, cum Maro tamen dicat, cadere ligustra, sed legi vaccinia. Sed eo respexit, quod ligustra etiam de vacciniis dicantur. Atque hoc in causa est, cur ligustra Maro quidem alba, nivea item Ovidius, at Columella nigra appellet. Nimirum flos ligustri albus, bacca autem nigra. Aliis placet, ligustrum esse smilacem, atque ita a ligando dici, quia vicis implicetur, ac circumvolvatur. Ita smilax major, album erit ligustrum. Campana vero cœruleopurpurea, nigrum ligustrum vocabatur. Coquitur in oleo, premiturque, quod postea cyprinum vocatur, ab arbore sua. *Plin. l. 24. c.* 10. Ligustra non nisi in aquosis proveniunt, sicut salices, alni, populi, siler. *Col. l.* 10. Et nigro permixta ligustro balsama.

Lilæa, æ, f. 1. urbs Phocidis, apud *Stat. Theb. 7. v.* 348.

Liliacēus, a, um, *di giglio*, λειρινος, quod ex liliis est, ut Oleum liliaceum. *Pallad. l. 6. c.* 14.

Liliētum, ti, n. *luogo giglieto*, Ger. *liliengarte*, Gal. *lieu planté de lis*, Hisp. *rugar lleno de lirios*, κρινών, locus, in quo liliorum copia est. *Pallad. l. 3. c.* 21.

Liliŭm, lii, n. *giglio*, שושנה, Ger. *lilien*, Gal. *lis*, Hisp. *lirio*, λείριον, κρίνον, flos proximam, teste *Plin. l. 21. c. 5.* a rosa nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, & semine stantibus in medio crocis, a λείριον, *r* mutato in *l*. *Var. l. 4. de L. L. Virg. 6. Æn.* Et candida circum lilia funduntur. ¶ Liliorum diversa genera sunt, candida, rubra, violacea, &c. V. *Plin. l. 21. c.* 4. ¶ *Ex similitudine, floris lilium* appellabant genus quoddam munitionis, de quo V. *Cæs. l. 7. B. Gal. c.* 73.

Lilybætānus, a, um, adject. Lilybejus, ut Cicero Quæstor Lilybætanus, apud *Ascon. in Divinat. Verr.* Adde *Cic. Ver.* 6.

Lilybæum, n. 2. *Capo Boeo*, al. *Capo Coco*, Λιλύβαιον, unum ex tribus promontoriis Siciliæ, quod Africam prospectat. ¶ Item urbs Siciliæ, *Marsala*, in valle Mazaræ.

Lilybæus, a, um, quod spectat ad Lilybæum prom. vel urb. *Lucan. l.* 4. Namque rates audax Lilybæo litore solvit.

Lilybeĭus, a, um, quod ad Lilybæum prom. sive urb. spectat. *Virg.* 3. *Æn. v.* 706. Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

Lima, æ, f. *lima*, פצירה, Germ. *eine feile*, Gal. *lime*, Hisp. *lima*, ῥίνη, instrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud terendo expolitur, a Græca voce allata. Nam sæpe *ρ* in *l*, & *ν* abit in *m*. *Apul. l. 2. Florid.* Nec radio, nec scibula, nec lima, nec id genus ferramentis uti nosse. ¶ Sæpe translate sumitur pro stylo, seu diligentia. *Ov. l. 1. de Ponto*, Scilicet incipiam lima mordacius uti, ut sub judicium singula verba vocem. *Quintil. l. 10. c.* 3. Opus poliat lima. *Vellej. l. 2. c. 9. de quibusdam scriptoribus*: Adeo ut in illis plus limæ, in hoc plus videatur fuisse sanguinis.

Limacēus, a, um, adject. lutosus, *fangoso*, a limo, *Tert. de resur. carn. c.* 49. Primus homo de terra choicus, idest limaceus.

Limarĭus, a, um, *fangoso*, limosus. *Front. de aquæd. l.* 1. Interposita est limaria piscina.

Limāte, adv. polite, ornate, perfecte. *Cic. l. 5. Fin. c.* 5. Duo genera librorum, unum populariter scriptum, alterum limatius. *Ammian, l. 15. c. ult.* Cum limatius superstitionum quæreret sectas. hoc est accuratius.

Limatŭlus, li, m. ὑπερρινισμένος, dimin. a limatus. *Cic. l. 5. Fam. epist. ult.* Opus est hic limatulo, & polítulo tuo judicio. idest terso, & subtili.

Limatus, a, um, *limato, polito, ornato*, Germ. *gefeilt*, Gal. *limé*, Hisp. *limado*, partic. a limor. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Vir moribus domesticis, ac nostrorum hominum urbanitate limatus. *Id. de clar. Orat. c.* 34. Limatius dicendi genus. *Id. 1. de Orat. c.* 39. Vir oratione maxime limatus, atque subtilis. *Hor. l. 1. Sat. 10. v.* 65. Comis, & urbanus, fuerit limatior idem.

Limax, acis, m. *lumaca*, חומט, Ger. *schneck*, Gal. *limacon*, Hisp. *caracol*, κοχλίας, idem est, quod cochlea, a *limus*, quia per hyemem in limo delitescit, vere prodiens. *Var. l. 6. de L. L. Isid. l. 12. c.* 5. & *Fest.* Nonnulli tamen volunt, limacis nomen generalius esse, quam cochleæ, ut cochlea tantum dicatur, quæ conchæ includitur, suamque secum domum circumfert, limax etiam illa, quæ testa caret. *Colum. l. 10. v.* 324. Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. ¶ Translate dicitur de meretrice. *Var. l. 6. de L. L.* afferens illud *Plauti in fragmen. Clitellar.* Non quasi ut sunt hic, limaces lividæ. ubi nota, in fœminino genere efferri. Ita autem metaphorice meretrices appellantur, quia sicut limaces herbarum folia, ita meretrices amatorum bona abrodunt, & devorant.

Limbatus, a, um, limbum habens, ut *limbata chlamys*, *Trebell. Poll. in Claud. c.* 17.

Limbolarius, vel Limborarius, ii, m. (solent enim literæ *r* & *l* sæpe confundi, ut in *Latiale*, & *Latiare*) est θυσανορράπτης, hoc est qui vestium limbos consuit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 45. Textores, limbolarii, arcularii. *Pareus* legit *limborarii*, ut sit a *limbus*, & *ora*.

Limbus, pro Lembus, V. Lembus.

Limbus, bi, m. *lembo*, כנף, Ger. *ein saum*, Gal. *bordure*, Hisp. *borde*, κράσπεδον, κροσσὸς, θύσανος, est pars infima vestis muliebris, imos pedes contingens. A *Serv. in 4. Æn.* describitur fascia, quæ ambit extremitatem vestium, secundum antiquum ritum. Aliter institam vocari scribit *in 2. Æn. Virg. 5. Æn.* Sidoniam picto clamydem circundata limbo.

Limen, inis, n. *soglia, entrata di casa*, סף, Ger. *die schuvelle*, Gal. *linteaux*, Hisp. *ambral*, βηλὸς, οὐδὸς, βατὴρ, quod ex transverso in janua est, a *limus*, idest transversus, quia ingredientibus, exeuntibusque transversum est. *Fest. Ter. Hec.* 3. 3. 18. Jam ut limen exirem, ad genua accipit. ¶ Nec solum inferiorem partem significat, quæ pedibus calcari solet in ingressu, sed etiam superiorem, quam Græci ὑπέρθυρον, & ὑπερθύριον appellant. *Juven. Sat.* 6. Pendentia liquit vela domus, & adhuc virides in limine lauros. ¶ *Nævius* apud *Non. c. 4. n.* 278. limen superum, & inferum dixit. Exime limen superum, quod mihi misero sæpe confregit caput, inferum quoque, ubi ego omnes detregi digitos. ¶ Limen superum, inferumque discedentes salutabant. *Plaut. Merc.* 5. 1. 1. Limen superum, inferumque salve, simul autem vale. ¶ Ponitur interdum limen pro ingressu, *entrata*. *Virg. 2. Æn.* Limen erat, cæcæque fores, & pervius usus tectorum. ¶ Interdum pro domo ipsa. *Virg. 2. Georg.* Penetrant aulas, & limina Regum. ¶ Interdum pro loco standi, seu pro carceribus, unde stadiodromi cursum auspicantur. *Virg. 5. Æn.* Signoque repente corripiunt spatia audito limenque relinquunt. ¶ *Servus ad limina*, est atriensis, qui a *Budæo* janitor vocatur. *Virg. 9. Æn.* Fidusque ad limina custos. Usus est *Apulejus*. ¶ Musas vix a limine salutasse, prover. Metaphora dicuntur ii, qui vix leviter, & summis tantum labris literas degustarunt. *Sen. ep.* 49. ¶ Interdum limen translate pro amicitia ponitur; quia clientes, & amici ad limina potentiorum stabant salutandi, ac deducendi causa. *Juven. sat. 3. v.* 124. Limine submoveor, perierunt tempora longi servitii. *Virg. Æn. 7. v.* 579. se limine pelli. ¶ Item pro principio, ut limen vitæ, apud *Sen. Trag.* Limen belli, apud *Tacit. Ann. 3. c.* 74.

Limenarcha, æ, m. 1. Λιμενάρχης, Præfectus portus, qui portibus præest, ex quibus scilicet frequens est trajectus ad exteras nationes, a λιμὴν, *portus*, & ἀρχὸς, *princeps*. *Paul. JCtus l. Limenarchæ, ff. de servis fugit.*

Limentinus, i, m. Deus qui limentis, seu liminibus præerat, *Arnob. l.* 4. & *Tertul. de Idololatria*, *c.* 15.

Limes, itis, m. *sentiero, via per traverso*, נתיב, Ger. *malhstein*, Gal. *listere, detor*, Hisp. *linde, senda*, ἀτραπὸς, semita transversa, militari via angustior, tum in agris, tum in urbibus, a *limus*, obliquus. *Fest.* Aliqui derivant a *limen*. Quemadmodum enim limen introitum, exitumque loco præstat, ita per limitem ingressus in agrum, & ex eo egressus patet. Nem agrorum divisores in singulis Centuriis singulos limites constituebant, ut agri & mensuræ, & itineris causa pervii essent. *Col. l.* 1. Semitas, novosque limites in agro fieri non patiatur. ¶ Limites possunt dividi his divisionibus. Prima est: antiqui Latini quatuor genera limitum in agris habebant, duo latiorum, duo angustiorum. Ex latioribus unus ab Oriente in Occidentem spectabat, qui primo *Duodecimanus*, deinde *Decimanus* est appellatus, alter a Meridie in Septentrionem, qui *Cardo*. Angustiorum unus ab Occidente in Orientem intuebatur, qui *Prorsus*, alter a Septentrione in Meridiem, qui *Transversus* nuncupabatur. Progressu temporis alia limitum nomina invenere, vel ex natura loci, ut *Maritimum*, *Montanum*, vel ex limitum ordine, ut *Actuarium*, vel ex modo latitudinis, ut *Linearium*. *Hygin.* Sed de his, & aliis limitum generibus consule Auctores de limitibus, quos uno libro edidit *Goesius*. ¶ Limites item in agris dicuntur etiam ipsi termini, teste *Festo*, quibus agrorum fines distinguuntur. *Virg. 1. Georg.* Nec signare quidem, aut partiri limite campum fas erat. ¶ Sumitur etiam pro quavis via. *Liv. l. 31. c.* 24. Intra eam, extraque latæ sunt viæ, & extra limes mille ferme passuum in Academiæ gymnasium ferens. Sic *Virg. Æn. 9. v.* 324. Lato te limite ducam. ¶ Interdum pro aggere. *Tac. Ann. 1. c.* 50. Romanus limitem a Tiberio cœptum scindit.

¶ Trans-

¶ Translate *Sen. l. 1. Benef. c. 14.* Benignitatis fines introrſus referre, & illi minus laxum limitem aperire.

Limeum, n. 2. herba, qua venatores ſagittas inficiunt. Unde venenum cervarium appellatur. *Plin. l. 27. c. 11.*

Limi Dei, obliquitatum curatores, a limus, obliquus, tranſverſus. *Arnob. l. 4.*

Limicŏla, æ, m. qui in limo habitat. *Auſon. epiſt. 7. c. 36.* Junctus limicolis muſculus oſtreis.

Limigĕnus, a, um, adject. in limo genitus. *Auſon. Moſel. v. 45.* Limigenis ripam prætexeris ulvis.

Liminăris, re, o. 3. quod ad limen pertinet, ut Lapis liminaris, qui in domus aditu tranſverſus jacet. Liminares trabes, apud *Vitruv. l. 6. c. 4.*

Limis, me, V. Limus, a, um.

Limitanĕus, a, um, quod ad limites ſpectat, ut Agri limitanei, qui in limitibus alicujus provinciæ proxime hoſtes ſunt ſiti, Limitanei fundi, qui ſunt limiti deputati, Limitanei milites, qui ſunt in limitibus, i. deſt in finibus Imperii, in præſidio conſtituti, ad incurſus vicinorum arcendos. *in l. fin. Cod. de fund. limitrop.* Agros limitaneos univerſos cum paludibus, omnique jure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio, atque arare conſueverunt. Adde *Spartian. in Nigr. c. 7.*

Limitāris, e, adject. ut limitare iter, apud *Varr. l. 4. L. L.* h. e. limes, qui inter agrorum confinia relinquitur.

Limitatĭo, onis, f. *limitazione*, גבלות, Ger. *unterſcheidung*, Gal. *limitation*, Hiſp. *limitacion*, ὅρισμός, reſtrictio, diſtinctio. *Col. l. 3. c. 12.* Velut formulam, ad quam poſita eſt limitatio terræ vinealis.

Limitātus, a, um, qui limitibus diſtinctus eſt, ut Limitatus ager, qui in centurias eſt diviſus, quarum ſingulæ limitibus diſtinguebantur. *Feſt.* ¶ Translate limitata quæſtio, h. e. terminata, abſoluta, apud *Varr. l. 2. R. R. c. 2.*

Limĭto, as, avi, atum, a. 1. *limitare, terminare*, גבל, Ger. *vnderſcheiden*, Gal. *limiter*, Hiſp. *limitar*, ἀφορίζω, limitibus diſtinguo, divido, termino. *Plin. l. 17. c. 22.* Vineas limitari oportet decumano XVIII. pedum latitudinis. ¶ Per translationem accipitur pro reſtringere, ſive reſecare. *Cic. 3. Fam. ep. 8.* De tua prolixa, beneficaque natura limitavit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiam temporum. Quo tamen in loco quædam exemplaria *limavit* habent.

Limitrŏphus, a, um, adject. ut limitrophus ager (de quo eſt titulus in *Codice*) unde limitanei milites aluntur.

Limnorĭa, f. 1. λιμνορία, Nympha, a cura lacus ſic dicta. λίμνη enim *lacus*, & ὥρα, *cura* dicitur.

Limo, adv. oblique, limis oculis. *Solin. c. 4.* Numquam limo vident.

Limo, as, avi, atum, *limare, polire*, Ger. *feilen*, Gal. *limer*, Hiſ. *limar*, λιμάω, lima polio, lævigo, ſuperflua detraho. *Plin. l. 36. c. 6.* Scalpere, atque limare gemmas. ¶ Translate ponitur pro expolire, & redundantia circumcidere expoliendi cauſa. *Cic. 1. de Or.* Ut ars aliquid limare non poſſit. *Id. in Acad. l. 1. c. 1.* Et limantur a me politius. *Id. 3. de Or.* Sed tantum alteri affinxit, de altero limavit. *Id. de opt. gen. Or.* Quoniam ſe ipſe conſulto ad minutarum genera cauſarum limaverat. ¶ Item pro diligenter, ſeu ſubtiliter inquirere. *Cic. 2. Off.* Cum veritas ipſa limatur in diſputatione. ¶ Aliquando eſt conjungere, teſte Nonio. *Plaut. Pœn. 1. 2. 81.* Cum illa nunquam limavi caput. Sed aliqui hic interpretantur *perfricare*. ¶ Aliquando eſt limis oculis aliquid intueri. *Hor. l. 1. epiſt. 14.* Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam limat. Sed alii hic rectius accipiunt pro atterere, imminuere. Quo ſpectat & illud *Cic. 3. Fam. ep. 8.* De tua benefica natura limavit aliquid poſterior annus. Ubi aliqui leg. *limitavit*.

Limocinctus (ut *alticinctus* apud *Phædrum*) miniſter Magiſtratus, ut viator lictor, licio cum tranſverſa ſeu obliqua purpura, ceu inſigni, cinctus. Ita *Reinef.* ad illam Inſcription. *claſſis 6. n. 44.* Honori M. Gavi M. F. Pob. Squillani Curatori Vicetinor. apparitores, & limocincti tribunalis ejus.

Limonĭa, f. 1. λειμωνία, genus anemones. *Plin. l. 21. c. 11.*

Limoniădes, f. 3. λειμωνιάδες, Nymphæ florum, & pratorum, quas aliquando mori, & deficere dicit Ariſtoteles, ſicut Faunos, & Satyros. Dictæ ſunt a λειμών, *pratum*.

Limoniātes, m. 1. λειμωνιάτης, gemma. Eadem exiſtimatur, ac ſmaragdus. *Plin. l. 37. c. 10.*

Limonĭum, n. 2. λειμώνιον, herba eſt ſimilis betæ, verum foliis tenuioribus, & minoribus, numero circiter decem, cæule tenui, recto, altitudine liliorum, pleno ſeminis rubri, quod guſtatum linguam aſtringit. *Plin. l. 22. c. 22.*

Limosānum, n. 2. *Limoſan*, olim urbs, nunc opp. Samnii, apud Campobaſſum, a Benevento ad 24. M. P.

Limōſus, a, um, *pieno di fango*, Ger. *ſcleimig*, Gall. *boueux*, *fangeux*, Hiſp. *limoſo*, ἰλυώδης, limo plenus, cœnoſus. *Virg. 2. Æn.* Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva delitui. *Plin. l. 15. c. 36.* Ubi limoſiore callo induruit.

Limpĭdo, as, avi, atum, a. 1. limpidum facio. *Macer, l. 2. v. 5.* Appoſitum humores limpidat omnes.

Limpĭdus, a, um, *limpido, chiaro*, בהיר, Ger. *lauter*, Gal. *clair comme l'eau*, Hiſp. *limpio, claro*, διαφανής, clarus, purus, lucens, a *limpha*, vel a λαμπρός, *ſplendidus*. *Col. l. 12. c. 28.* Vere florente roſa defæcatum quam limpidiſſimum in vaſa bene picata, & pura transferto. *Plin. lib. 34. c. ult.* Limpida vox. *Id. l. 37. c. 9.* Limpidæ gemmæ. *Vitruv. lib. 8. c. 7.* Limpidior aqua fiet.

Limpitūdo, inis, f. 7. *limpidezza*, διαφάνεια, puritas. *Plin. lib. 32. c. 11.* Qua limpitudo eſt.

Limŭla, æ, f. *limetta*, parva lima, λίμιον. *Terentian. Maur. de ſyllab. pag. 2390. Putſch.* Perpolite, quam poteſtis, crebriore limula.

Limŭlus, a, um, dim. a *limus*, ideſt tranſverſus. *Plaut. Bacch. 5. 2. 12.* Viden', limulis ut, obſecro, intuentur?

Limus, i, m. ſpecies cinguli a *limus, a, um*, obliquus, quod purpuram tranſverſam haberet. *Aggen. de limit. conſtit. pag. 151. Edition. Goeſii.* Limum cinctum, ideo, quod purpuram tranſverſam habeat. *Serv. in 12. Æn.* Limus autem eſt veſtis, qua ab umbilico uſque ad pedes teguntur. Hæc autem veſtis in extremo ſui purpuram limam, ideſt flexuoſam habet. Unde & nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. *Virg. 12. Æn. v. 120.* Velati limo, & verbena tempora vincti, Alii leg. *lino*.

Limus, i, m. *fango*, טיט, Ger. *ſchleim*, Gal. *boue*, *fange*, Hiſp. *cieno*, *limo*, ἰλύς, πηλός, ἐόρβορον, lutum, cœnum illud mollius, quod ab aquis deferri ſolet, a λειμών, *locus irriguus*, vel a λειμός, *locus humidus*, vel a λῖμα, *ſorde*. *Virg. 4. Geor.* Tu tamen & lævi rimoſa cubilia limo unge.

Limus, a, um, vel limis, & me, o. 3. *traverſo, torto*, עקלקל, Germ. *ſchlimm*, Gal. *de travers*, Hiſp. *tuero, de traves*, πλάγιος, obliquus, tranſverſus, obtortus, apud vet. & Oculi limi, vel limes, quibus ex obliquo aliquem aſpicimus. *Plin. l. 8. c. 16.* Nec limis intuentur oculis, aſpicique ſe ſimili modo nolunt. *Ter. Eun. 3. 3.* Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum. Ubi *Donatus*: Limis, ſi nominativus ſingularis eſt, tranſverſum ſignificat, ſi ſextus pluralis, deeſt *oculis*. Cum igitur diſſimulant homines ſe videre, quod vident, & non recta facie, ſed tranſverſa intuentur, *limes* dicuntur aſpicere. *Ammian. l. 20. c. 9.* Limis oculis quem contueri.

Limȳra, f. 1. Limira, *Limira*, urbs Lyciæ, medit. ad Limyrum fl. non longe inde diſtans, ab ora lit. 20. ſtad. Apud Limyram fons eſt, cujus piſces reſponſa dabant cibo, annuentes, cum illum arriperent, negantes, cum cauda rejicerent. *Plin. l. 31. c. 2.*

Limȳrus, m. 2. Lorymus, fl. Lyciæ, qui inter Andriacam, & Aperras urb. exit, & prope Limyram urb. fluit in mare Lycium.

Linamentum, ti, n. ταῦτα, Ger. *eine vviede*, Gal. *tente*, Hiſ. *hilacas*, πλατύ, λημνίσκος, penicillus, qui vulneri imponitur ex linteolo, vel ſpongia, vel lana, ad exſiccandam ſaniem, vel purulentiam extrahendam. *Celſ. l. 5.* Linamentum involutum, & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendumque in nares. ¶ Dare linamentum in plagam, eſt hujuſmodi feſtucas lintei in vulnus inſerere. *Celſ. l. 7. c. 9.* In ulteriores vero, lunataſque plagas linamentum dandum eſt. ¶ Linamenta item dicuntur, quæcunque ex lino conſtant. *Plin. l. 32. c. 10.* Delphini adipe linamenta accenſa excitant vulvæ ſtrangulatu oppreſſas.

Linarĭus, m. 2. λινοπλόκος, qui lini artem exercet. *Plaut. Aulul. 3. 34.* ubi alii leg. *lanarius*.

Linctus, us, m. *lambimento*, lingendi actus. *Plin. l. 31. c. 9.* Multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſere.

Linĕa, æ, f. *linea*, קו, Ger. *ein linien*, Gal. *ligne*, *raye*, Hiſ. *linea*, *raya*, γραμμή, id, de quo hamus dependet, a *ligneum*, quia e lino eſt *Martial. l. 5. epigr. 57.* Tremulaque captos linea trahit piſces. Hinc lineam mittere, apud *Plaut. Moſt. 5. 1. 22.* h. e. fallere, decipere. ¶ Item filum illud, quo fabri utuntur ad materiam ſignandam. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1.* Aliquando perpendiculo, & linea diſcet uti. ¶ Translate linea dicitur figura, ſeu magnitudo tantum longa, ut Mathematici loquuntur. *Plin. l. 35. c. 10.* Apelli fuit perpetua conſuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in proverbium venit. *Perſ. Sat. 3. v. 4.* Quinta dum linea tangitur umbra. De horologio ſolari loquitur. ¶ Ponitur interdum pro principio, aut fine cujuſcumque rei. *Horat. l. 1. epiſt. 10. in fi.* Mors ultima linea rerum eſt. Sic primas lineas ducere, eſt alicujus rei prima principia pertractare. *Quintil. l. 2. c. 6.* Quidam materias latius dicendo perſequebantur; alii, cum primas modo lineas duxiſſent, &c. ¶ Ad lineam, & recta linea, *per diritto, a dirittura*. *Plin. l. 19. c. 8.* Ad lineam grana bina paxillo demitti. *Cic. 1. Tuſcul.* Rectis lineis ad cœleſtem locum ſubvolent ignes. ¶ Tranſilire, ſeu tranſire lineas, *trapaſſar' i confini*. *Cicer. Parad. 3. c. 1.* Peccare eſt tanquam tranſire lineas. ¶ Apud *Senec.* Linea dicitur terriculamentum quoddam ad aves impellendas in plagas, *in Hippolyt. v. 46.* Picta rubenti linea pinna Vano eludat terrore feras. ¶ In Circo lineæ dicebantur ordines ſubſelliorum. Hinc linea dives, apud *Martial. l. 8. epigr. 78.* h. e. locus unde Senatores & Equites ſpectabant. Quamquam aliter hunc locum explicat *Turneb. l. 29. c. 9.* aliter alii. Sic & *Ovid. 3. Amor. eleg. 2. v. 19.* Quid fruſtra refugis? cogit nos linea jungi. Et *Terent. Eun. 4. 2. 12.* Certe extrema linea amare haud nihil eſt. h. e. de longinquo. V. ibi *Interpret.* ¶ Apud *ſCtos* linea eſt ordo perſonarum conſanguinitate junctarum. ¶ Alba linea, proverb. dicitur de iis, qui omnia ſine diſcrimine probant: ductum a linea fabrorum, quæ ſi nullo colore tincta ſit, nihil diſcernit. *Gell. in præfat.* Multa & varia lectitantes, in quas res cum inciderent, alba, ut dicitur, linea ſine cura diſcriminis, ſolam copiam ſectari converrebant.

Lineālis, e, adject. *di linea*, linearis. *Ammian. l. 22. c. 40.* Omnes ambitus lineales farina reſperſit.

Lineamentum, ti. n. *lineamento*, Ger. *die liedmaſſ*, Gal. *trait*, Hiſp. *traça*, γραμμή, lineæ ductio, ſeu productio. *Cic. 1. de Or.* In Geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines, &c. ¶ Lineamenta item dicuntur ipſæ extremitates, & quaſi lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei uniuſcujuſque forma dignoſcitur a lineari pictura tracta, in qua per ſolas lineas effigies hominis cognoſcebatur. *Cic. 4. Ver.* Quod eum multo magis figura, & lineamenta hoſpitæ delectabant. ¶ Translate *Id. l. 3. Fin.* Animi enim lineamenta ſunt pulchriora, quam corporis.

Lineāris, & re, o. 3. *lineare*, Ger. *von linien*, Gal. *de ligne*, Hiſ. *de linea*, γραμμικός, quod ad lineam pertinet. *Quintil. l. 1. c. 10. in fi.* Lineares probationes. ¶ *Linearis pictura* vocata eſt, quæ nullis adhibitis coloribus rei pingendæ ſimilitudinem ſolis lineis exprimebat, *diſegno*. Unde & Græcis γραφὶς dicta eſt. Primi hanc picturam exercuerunt Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius. *Plin. l. 35. c. 3.*

Lineatĭo, onis, f. lineæ ductio, ſeu productio. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Ejus radii paribus lineationibus extenduntur.

Lineātus, a, um, adject. *diſegnato, delineato*. *Plaut. Mil. 3. 3. 42.* Bene lineatam ſi ſemel carinam collocavit.

Linĕo, as, avi, atum, *tirar linee*, האר, Ger. *entvverffen mit linien*, Gal. *tracer, tirer des lignes*, Hiſp. *tracar*, ἀπογράφω, eſt lineas ducere, lineis rem aliquam figurare, & formare. *Cato de re ruſt. c. 14.* Succidet, dolabit, lineabit, ſecabitque materiam ſolam duntaxat.

Lineŏla, æ, f. 1. diminut. *lineetta*, parva linea. *Gell. l. 10. c. 1.* Numerus conſulatus tribus lineolis ſignificatus eſt.

Linĕus, a, um, λίνεος, ĕος, *di lino*, quod ex lino eſt. *Plin. l. 12. c. 6.* Sed unde lineas veſtes faciunt. *Virg. Æn. 5.* Nodos, & linea vincula rupit.

Lingo, is, xi, ctum, a. 3. *leccare*, לקק, Ger. *lechen*, Gal. *lecher*, Hiſp. *lamar*, λείχω, lingua molliter tango, & delibo, a verbo Græco allato, inſerto *n*, quomodo a θίγω, eſt *tango*. *Plaut. Caſ. 2. 8. 21.* Mel mihi videor lingere. ¶ Nonnunquam eſt paulatim deglutire, ut cum aliquid in ore tenentes ſenſim demittimus in ſtomachum. *Plin. l. 37. c. 17.* Sed lingentium calculos frangit, pellitque.

Lingŏnes, m. 3. pop. Galliæ Celticæ, Heduis, Sequanis, & Leucis vicini, in Burgundiæ, & Campaniæ confinio, al. in Campania, quorum urbs item Lingones, al. Andemantunum, *Langres*, antiquiſſima, anno poſt Diluvium 591. ut ferunt, condita, ad Vogeſi montis radices. *Cæſ. l. 1. B. G.*

Lingonĭcus, a, um, quod ad Lingones ſpectat. Lingonicum tomentum erat e lanæ raſæ floccis. Dictum eſt a Lingonibus. Differebat a Leuconico, quod nomen habuit a Leuconibus, qui iidem erant, ac Leuci, quos Ptolemæus Lingonibus vicinos facit. *Plinius* enim *l. 8. c. 46.* dicit, ſuo tempore tomenta Gallicis diſcerni nominibus. Apud Romanos Lingonicum erat ditiorum, ut Circenſe, quod ex arundine ſucciſa, pauperum fuit. *Martial. l. 14. ep. 159. ſub lemmate Lingonicum tomentum:* Accipe Lingonicis vellera raſa ſagis. ¶ Bardococullus Lingonicus erat veſtimenti viliſſimi genus, quod Lingonibus præcipue fuit in uſu. *Martial. l. 1. epigr. 54.*

Lingŏnus, a, um, ex Lingonibus. *Martial. l. 8. epigr. 54.* Lingonus a recta Flaminiaque recens.

Lingua, æ, f. 1. *lingua*, לשון, Ger. *die zung*, Gal. *langue*, Hiſp. *lengua*, γλῶσσα,

γλῶσσα, γλῶττα, pars corporis voci formandæ, dignoscendisque saporibus destinata, a *lingo*, quasi *lingua*, quia unicum est linctus instrumentum, ut ait *Varro*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. Deinde in ore ista lingua est, finita dentibus. Ea vocem immoderate profusam fingit, & terminat; quæ sonos vocis distinctos, & pressos efficit, cum & ad dentes, & ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis, quæ ad nervos resonant in cantibus. *Id.* 3. *de Or.* Hæc tibi est excidenda lingua, qua vel evulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. ¶ Lingua bisulca, trisulca, &c. dicitur, quæ in duas, aut tres partes scissa est. *Virg.* 3. *Georg.* Linguis micat ore trisulcis. ¶ Metonymice lingua accipitur pro sermone, locutione, oratione. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 2. Ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus. ¶ Linguam convertere, seu vertere ad mores alicujus, est reprehendere. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 24. Si respondebunt, Punice pergam loqui, si non, tum ad horum mores linguam vertero. ¶ Item pro differentia sermonum, *linguaggio*. Unde dicimus linguam Latinam, linguam Græcam, &c. *Horat. l.* 3. *od.* 8. Doctus sermones utriusque linguæ. ¶ Quin etiam in una lingua sermonis diversitas, διάλεκτος, lingua dicitur. Hinc in Græca lingua quinque linguarum diversitates esse dicuntur, Communis, Attica, Æolica, Jonica, Dorica. *Cic. pro Flacco*. Quæ tam procul a Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguaque divisa tic Optimatum consilio gubernatur. ¶ Item pro licentia, seu libertate loquendi. *Cic. pro Flacc. c.* 23. Lingua quasi flabellum est seditionis. Hinc linguam cohibere, continere. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 13. ¶ *Favere linguis*. V. Faveo. ¶ Est præterea lingua, promontorium, vel alia quævis terra longa, & angusta, quæ in modum linguæ exertæ in mare excurrit. *Liv. l.* 37. *c.* 31. *ad fin.* Inde in altum lingua mille passuum excurrit. *Lucan. lib.* 2. *v.* 613. tenuem producit in æquora linguam. *Pacuv.* apud *Gell. l.* 4. *c.* 17. Lingua promontorii. ¶ *Lingua* item herba est, quæ circa fontes nascitur. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

Linguarium, rii, n. pretium, vel tributum pro temeraria locutione. *Sen. l.* 4. *de Ben. c.* 36. Quod dicere solemus, linguarium dabo. hoc est pendam aliquid ob linguam temere locutam. Sed aliqui interpretantur instrumentum, quo lingua alicui occluditur.

Linguātus, a, um, adject. linguam habens, facundus. *Tertull. de Anima*, *c.* 3. Apostolus Athenis expertus linguatam civitatem.

Linguax, cis, o. *cianciatore*, Ger. *schwetzig*, Gal. *languart*, His. *parlero*, λάλος, verbosus, multum loquens, qui nimis, & stulte loquitur. *Gel. l.* 1. *c.* 15. Hoc genus homines in verba provectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt. Plerique tamen legunt *lingulacas*.

Lingŭla, læ, f. diminut. *linguetta*, parva lingua, ligula. *Prisc. l.* 2. Lingua, lingula, & per concisionem *n* ligula. V. *Ligula*. ¶ Item promontorium, vel pars terræ angusta ad similitudinem linguæ in mare se extendens. *Cæs. l.* 3. *B. G.* Oppida posita in extremis lingulis, promontoriisque. V. *Lingua*. ¶ A *Vitruv.* lingula dicitur pars illa in ferreo vecte, quæ similitudinem linguæ habet, *l.* 10. *c.* 8. ¶ Alias ex eodem *Vitruv.* notiones V. in *Ligula*.

Lingulāca, æ, f. piscis ex planorum genere, quem Germani linguam vocant, Galli a similitudine solearum, quæ calceis subsuuntur, soleam appellant, a *lingua*, propter linguæ similitudinem. *Varro l.* 4. *de L. L.* & *Fest.* Lingulaca, genus piscis, vel mulier argutatrix. *Plaut. Caf.* 2. 8. 62. ambigue de pisce, & de muliere: Vin' lingulacas? ST. quid opus est? quando uxor est domi. Ea lingulaca est nobis. Nam nunquam tacet.

Lingulātus, a, um, adject. ad modum lingulæ factus, ut lingulati tubi, quorum scilicet alius ad modum lingulæ acuminatus in alium intrat. *Vitruv. l.* 8. *c. ult.*

Linguōsus, a, um, adject. lingua, seu verbis abundans. *Petron. fragment. Tragur.*

Linificus, ii, m. qui linum texit. *Cod. Theodos. l.* 8. & 16. *de Murileg. & Gynæc.* quamquam ibi variat lectio.

Liniamentum, pro lineamentum, legitur apud *Tertull. l. de resurrect. carn.*

Linĭger, ra, rum, *chi porta veste di lino*, λινοφόρος, gerens vestes lineas. *Ov.* 1. *Met.* Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Isidis intelligit, qui lineis vestibus indui solebant. Adde *Juven. Sat.* 6. *v.* 33.

Linīmen, inis, n. actus liniendi, unctio. *Theod. Prisc. l.* 1. *c.* 18. Pro linimine adhibere.

Linimentum, i, linimen. *Pallad. in Octobr. tit.* 14. Linimentum dolii non gypso, *sed* sarmentorum cinere debebis inducere.

Linĭo, is, ivi, itum, a. 4. *ungere*, χρίω, ἀλείφω, est ungere, fricare, digito, aut aliquo instrumento rem aliquam mollem alteri superinducere, vel imprimere, sed tenuiter, non crasse. *Col. l.* 8. Amaris nucibus contritis liniendæ sunt.

Liniphiarius, ii, m. 2. &

Liniphio, onis, m. 3. lini textor. *Vopisc. in Saturn. c.* 8. Et *Cod. Theodos. l.* 8. & 16. *de Murileg.* &c.

Linītus, us, ui, m. linimen, actus liniendi, apud *Celsum l.* 6. *c.* 6. ubi agit de collyrio Evelpidis, quod Phynon dicitur.

Lino, nis, lini, livi, levi, litum, a. 3. *ungere*, *incrostare*, est ungere, seu rem aliquam mollem alteri superinducere, idem ac *linio*, a λειαίνω, quod est lævo, ac lubricum reddere, uti unguento fit. Habet tria præterita, *lini*, *livi*, & *levi*. Ex his præteritum *levi* ceterorum usitatissimum, videtur mansisse ab antiquo verbo *leo*. *Col. l.* 7. Fibula ahena si locum læsum compungas, cretaque Cimolia, & aceto linas. *Id. l.* 12. *c.* 50. Cum semel nova dolia, vel serias crassa gummi liverunt. *Ovid. de medicam. faciei*, *v.* 7. auro sublimia tecta linuntur. *Hor. l.* 1. *Carm. ode* 20. Græca quod ego ipse testa conditum levi. ¶ Aliquando est obturare, *ferrare*, *chiudere*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 38. Neque illæ nequicquam in tectis certatim tenuia cera spiramenta linunt. ¶ Aliquando insignire, & quasi linendo, & poliendo exornare, *ornare*, *polire*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 11. Lucretii poemata, ut scribis, lita sunt multis luminibus ingenii. ¶ Linere alicui labra, est fucum alicui facere, decipere, fallere, ea ratione, qua dicimus *os alicui sublinere*. *Martial. l.* 3. *ep.* 42. Lomento rugas uteri quod condere tentas, Polla, tibi ventrem, non mihi labra linis. V. *Sublino*.

Linostrŏphon, n. a. λινόστροφον, herba, quam nonnulli prasion, alii marrubium vocant. V. *Plin. l.* 20. *c.* 22.

Linozostis, f. 3. λινόζωστις, herba, quam Latini Mercurialem vocant. *Plin. l.* 25. *c.* 5.

Linquo, is, liqui, lictum, a. 3. *abbandonare*, עזב, Ger. *verlaffen*, Gall. *quiter*, His. *desamparar*, λείπω, delero, a λίμπω, quod a λείπω. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 3. Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva. *Id.* 3. *Æn. v.* 213. mensasque metu liquere priores. ¶ Linqui animo, *andar'in fastidio*. *Sueton. Cæs. c.* 45. Fuisse traditur valetudine prospera, nisi quod tempore extremo repente linqui animo, atque etiam per somnum exterreri solebat. Sic *Curt. l.* 9. *c.* 5. Ut injicere corpori suo manus sensit, linquentem revocavit animum.

Linteamen, inis, n. idem quod linteum. *Lamprid. Heliogab. c.* 26. Linteamen lotum nunquam attigit. *Apul.* 11. *A. A.* Candido linteamine cinctum pectorale.

Lintearius, a, um, adject. ad linteum pertinens, ut lintearia negotiatio. *Ulp. l.* 5. *ff. de tribut. act.* §. 15.

Lintearius, ii, m. *chi fa*, *o vende panni*, *o vesti di lino*, λινουργός, λινοπώλης, qui lintea conficit, aut vendit. *L.* 5. *ff. de instit. act.* & *Cod. Theod. l.* 16. *de murileg. & gynæc.*

Linteātus, a, um, linteis indutus, idest lineis vestibus, quali habitu tertur fuisse Apollonius Philosophus, quoniam hujusmodi habitus videbatur mundior, quam qui ab animalibus deglubebatur. *Liv. l.* 10. *c.* 38. Ea legio Linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. *Senec. de vita beat. c.* 27. Linteatus senex.

Linteŏlum, i, n. dim. a *linteum*, βάκος, *picciol pano lino*, linamentum, lemniscus. *Plin. l.* 21. *c.* 12. Vulneribus in linteolis imponitur.

Linteŏnes, m. 3. *testori*, ὀθονοποιοί, λινοκλόσται, qui texunt linteamina in vestium usum. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 38. Propolæ, linteones, calceolarii.

Linter, tris, m. & f. λιντήρ, proprie dicitur arbor excavata, qua accolæ fluviorum olim utebantur vice navicularum. *Cæs.* 7. *B. G.* Conjurit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas in eandem partem mittit. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 5. Exiguus pulsa per vada linter aqua. *Cic. pro Mil. c.* 27. Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit. ¶ Item genus vasis vinarii, *tinazzo*. *Tibul. l.* 1. *el.* 5. *v.* 23. Hæc mihi servabit plenis in lintribus uvas. Adde *Virg.* 1. *Georg.* 262.

Linterninus, a, um, ad Linternum pertinens, ut Linterninum rus, *Plin. l.* 14. *c.* 44. & *l.* 16. *c.* 44.

Linternum, n. 2. Liternum, *Patria*, *Torre di Patria*, olim Col. & urbs Campaniæ, nunc vicus tenuis Provinciæ Terræ Laboris, in ora maris Tyrrheni, prope Liternum fl. inter Vulturnum, & Cumas. Abundat lentisco. Ibi Scipio Africanus superior mortem obiit.

Linternus, a, um, adject. ad Linternum pertinens, ut Linterna palus, *lago di Patria*, apud *Silium l.* 7.

Lintĕum, tei, n. *panno di lino*, *lenzuolo*, אסיון, Ger. *leinvvand*, *leylach*, Gal. *linge*, *linceul*, His. *ropa blanca*, *lienco*, ὀθόνη, σινδών, pannus lineus, a *linum*. *Cic. pro Rab. Postb. c.* 10. Merces fallaces chartis, & linteis delatæ. ¶ Speciatim sumitur pro sudario, quo in balneis utimur, & aliis negotiis ad extergendum. *Plaut. Most.* 1. 3. 109. Linteum cape, tuque exterge tibi manus. *Mart. l.* 14. *ep.* 51. Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. ¶ Lintea etiam dicuntur vela, *vele*, quibus utuntur nautæ. *Virg.* 3. *Æn.* 2. 686. Certum est dare lintea retro.

Lintĕus, a, um, *cosa di lino*, בד, Ger. *von leinvvad*, Gal. *leinge*, His. *de lino*, λινεῖος, ᾶς, quod ex lino est confectum. *Cic.* 7. *Ver.* Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, thus alii, atque odores, vestemque linteam. ¶ *Lintei libri*, qui de lino fiebant, cujusmodi Sibyllini quidam fuerunt. *Liv. l.* 4. Et in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ ædem inventis.

Lintrarius, ii, m. qui lintri præest. *Ulp. l.* 1. *Dig. Nautæ*, *Caupones*, &c.

Lintriculus, i, m. parvus linter. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 10. Ego vero vel lintriculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio.

Linum, ni, n. *lino*, פשתה, Germ. *flachs*, Gal. *linge*, His. *lino*, λίνον, herba, quæ cannabis modo in lanæ mollitiem contusa netur in usum intimarum vestium, a Græco λίνον, a quo non aliter differt, quam modulo syllabæ. Nam priorem Græcis corripit, Latinis producit. *Virg.* 1. *Georg.* Urit enim campum lini seges. ¶ Interdum pro filo sumitur. *Celsi. l.* 7. *c.* 14. A quibuidam tumor ad imum acu trajectatur duo lina ducente, deinde utriusque lini duobus capitibus diversæ partes astringuntur. Item pro tunc. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 587. Dumque parant torto subducere carbasa lino. ¶ Item pro quavis re ex lino confecta, ut nodosa lina, pro cassibus venatoriis, *Id.* 3. *Metam. v.* 153. Lina humida, pro retibus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 142. Et linum sinuatum, *Sil. l.* 7. *v.* 502. eodem sensu. ¶ Lino epistolæ obligabantur, signo super impresso. Hinc linum incidere, est epistolam aperire, apud *Cic. Catil.* 3. *c.* 5.

Linus, m. 2. λῖνος, filius Apollinis ex Psammate Crotopi Argivorum Regis filia. Cum enim Apollo, occiso Pythone serpente, ad Crotopum venisset, ab eodem hospitio susceptus est, ubi clam cum Psammate filia concubuit. Quæ cum concepisset, & tempore debito secus Nemeum flumen occulte peperisset, filium suum Linum appellavit, eumque, ut quorundam est opinio, exposuit, qui sic repertus, a canibus devoratus est. Alii dicunt, hanc pastori infantem alendum tradidisse, pastorem eum ex incuria in herba jacentem neglexisse, a canibus inventum dilaniatum esse. Apollo monstrum in eam regionem immisit, quod omnia vastaret, quod postea a Chorœbo interfectum fuit. *Bocc. l.* 5. *Gen.* ¶ Alius fuit Linus Apollinis, & Terpsichores filius, lyræ peritissimus, in qua discipulos habuit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro, & cithara occisum ferunt, cum eum rusticius canentem nimis petulanter corripuisset. *Virg.* 4. *Ecl.* Sed *Hermodotus Platonicus l.* 1. *Disciplinarum* dicit, Linum Mercurii ex Musa Urania filium fuisse, & Thebis genitum, fuisse Poetam antiquissimum, scripsisse de mundi generatione, item de Solis, & Lunæ cursu, animaliumque, & fructuum generatione. Hic in principio sui operis omnia simul nata dixit, quem secutus est Anaxagoras. Occubuit in Eubœa, sagitta ab Apolline transfixus. Aliqui addunt, hunc primum a Phœnicia ad Græcos literas attulisse. *Boc. l.* 5. *Gen.* ¶ Alius fuit Linus Hyperminestræ maritus, Ægysthi filius, al. Ægypti, quem tamen *Ovid. in Epist. Her.* Lynceum appellat, non Linum.

Lio, as, a. 1. λειαίνω, polio, lævigo, a, λεῖος. *Tertull. de Idolol. c.* 5. Liare cisternam. hoc est, tectorio polire.

Liostrĕa. V. Lejostrea.

Lipăra, f. 1. Liparis, antea Meligunis, *Lipari*, Λιπάρα, inf. maris Tyrrheni, princeps Æoliarum, dicta a Liparo Rege Ausonis Regis filio, cui successit Æolus. *Plin. l.* 3. *c.* 6.

Lipăra, æ, f. genus medicamenti pinguis, & lenis. *Plin. l.* 33. *c.* 6. Addunt & in medicamentis, quæ vocant liparas, ad excrescentias ulcerum. *Celsi. l.* 5. *c.* 19. Λιπαρὰς scribit, Græcis literis.

Liparæus, a, um, o. 1. 2. λιπαραῖος, quod ad Liparam inf. spectat. *Juven. Sat.* 13. *v.* 45. Liparæa taberna. h. e. Vulcani taberna. Nam Lipara insula, vel Lipare, Vulcano sacra fuit.

Lipăre, es, f. 1. nomen proprium unius ex Liparæis insulis Vulcano sacræ. *Virg.* 8. *Æn. v.* 417. Insula Sicanium juxta latus, Æoliamque Erigitur Liparen. *Claudian. de III. Conf. Honor. v.* 196. Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.

Liparensis, e, adject. Liparæus. *Cic. Verr.* 5. *c.* 37. Liparensium testimonium.

Lipăris, m. 3. λιπαρεύς, Ciliciæ fluvius, ad Selinuntem urb. a λιπαρὸς, *pinguis*, *nitidus*, quoniam, ut scribit *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. natantes in hoc flumine, aut se lavantes, non aliter unguntur ab ipsa aqua, quam si oleo, aut adipe lavarentur.

Lipăris, is, m. 3. piscis quidam ex genere lacertorum. *Plin. l.* 30. *c.* 11. ¶ Est & gemmæ nomen, quæ suffita bestias omnes evocat. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Lipari-

Liparitānus, a, um, adject. Liparensis, ut Liparitana obsidio. *Val.Max. l. 2. c. 6. n. 4.*

Lipīo, is, n. 3. verbum est milvii vocem exprimens. *Auctor. carm. de Philom. v. 24.* Accipiter pipat, milvus hianſque lipit.

Lippĭo, is, ivi, itum, n. 4. *divenir lippo*, Germ. *triefſen augen haben*, Gal. *être chaſſieux*, Hiſp. *ſer laganoſo*, Λημάω, lippus fio, hoc est mareorem in oculis contraho. *Cic. Att. l. 7. epiſt. 14.* Cum leviter lippirem, has literas dedi. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Plin. l. 28. c. 8.* Aut ne omnino lippiatur. ¶ Translate, & jocularitor. *Plaut. Curc. 2. 3. 39.* Lippiunt fauces fame. sc. ob salivam, quæ inde defluit.

Lippitūdo, inis, f. 3. Δῆμα, oculorum lacrymantium vitium. *Cic. l. 10. Attic. ep. 17.* Crebro refricat lippitudo, quæ impedit scriptionem.

Lippŭlus, a, um, adject. diminut. a lippus. *Arnob. l. 7.*

Lippus, pi, m. 2. Λημῶν, qui oculos habet lacrymantes, cum putredo ab his defluat, a λείβω, *ſtillo*. *Hor. l. 1. Sat. 3. v. 25.* Cum tua perviedes oculis mala lippus inunctis. *Id. ibid. Sat. 7. v. 3.* Omnibus & lippis notum & tonſoribus esse; qui versus in proverbium transiit. Nam lippi, & tonsores, cum domo raro exeant, curiosius exquirunt aliena negotia. *Martial. l. 7. ep. 59. de luſco.* Lippa sub attrita fronte lacuna jacet, h. e. cavum oculi lacrymans, oculo amisso. ¶ Lippa ficus dicitur, quæ lacteum humorem emittit, atque adeo parum matura. *Martial. l. 7. epigr. 19.* Et lippa ficus, debilisque boletus.

Liptŏte, es, f. 1. Figura, quando vis verborum rei magnitudini non respondet, a Λείπομαι, *deficio*. *Serv.*

Liquabĭlis, le, o. 3. τηκτός, quod liquescere potest. *Apul. Apol.* Ceram liquabilem.

Liquāmen, inis, n. χύλισμα, materia liquefacta. *Col. l. 7. c. 4.* Succus excocti lupini, veteris vini fæx, & amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ovis imbuitur. ¶ Speciatim dicitur de pinguitudine animalis ad ignem liquefacta, & adhuc magis speciatim de garo, quod est genus condimenti liquidi, ex putrefactis piscium intestinis, aliave ratione confectum, & in usum coquinarium servatum, ad condiendos cibos. *Col. l. 6. c. 2.* Libraleſque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas lingula demittito.

Liquaminātus, a, um, adject. ut liquaminatus porcellus, apud *Apic. l. 8. c. 7.* h. e. liquamine conditus.

Liquaminōsus, a, um, adject. liqamine abundans. *Marcell. Empir. c. 5.* Res salsæ, & liquaminosæ.

Liquatĭo, onis, f. *liquefazione*, actus liquandi. *Vopisc. in Aureliano, c. 46.* Aurum per varios bracteārum, florum, & liquationum usus perit.

Liquatorĭum, ii, n. vas ad liquandum aptum. *Cæl. Aurel. Acut. 2. c. 39.* Si vinum sine fæce per liquatoria fundatur.

Liquātus, a, um, adject. *liquefatto*, *colato*. *Cic. Tusc. 2. c. 10.* Ex quo liquatæ solis ardore excidunt guttæ. *Ovid. 4. Faſt. v. 152.* Expressis mella liquata favis.

Liquefacio, acis, feci, actum, a. 3. *liquefare*, *far liquido*, רמיק, Ger. *vveich machen*, Gall. *faire fondre*, Hiſp. *derretir*, διαχέω, ἐκτήκω, igne solvo, liquidum, & fluidum facio, admoto ignis, vel Solis calore. *Catull. epigr. 89. in Gellium.* Omentum in flamma pingue liquefaciens. ¶ Liquefacere voluptatibus, est mollem reddere, & effæminatum. *Cic. 5. Tuſcul. c. 6.* Contra illi beati, quos nullæ futiles lætitiæ exsultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

Liquefactus, a, um, *liquefatto*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Glaciem calore liquefactam, & dilapsam diffundi. *Silius l. 11. v. 416.* Et carmina rursus Pieria liquefacta lyra. h. e. suavissime composita.

Liquefĭo, is, n. pass. *divenir liquido*, διαχέομαι, ἐκτήκομαι, liquesco, fundor. *Cic. in Catil. 3. c. 8.* Et legum æra liquefacta sint. ¶ Translate *Ovid. 1. de Ponto ep. 2. v. 57.* Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis.

Liquens, entis, o. liquidus, partic. a *liqueo*, ut Liquentes campi, seu mare. *Virg. 6. Æn. v. 724.* Principio cœlum, & terram, camposque liquentes spiritus intus alit. *Id. 5. Æn. v. 238.* vina liquentia fundam. *Varr. l. 2. R. R. c. ult.* Lac est omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile. ¶ Est etiam *liquens*, *tis*, priore longa, a *liquor*, *eris*, sed tamen eodem sensu. *Virg. 1. Æn. v. 436.* Educunt fœtus, aut cum liquentia mella, &c. Et *l. 9. v. 679.* Liquentia flumina. ¶ Ponitur etiam pro nitido, puro, ac simplici. *Gell. l. 18. c. 5.* Ut non turbidæ fidei, nec ambiguæ, sed puræ liquentisque esset. Aliqui minus recte leg. *liquentius*, tanquam sit comparativum a *liquenter* adverb.

Liquentĭa, f. 1. *Livenza*, fl. Venetiæ, qui Venetiam a Carnis, seu Marchiam Tarvisinam a Forojulio dividit, cum portu cognomine. Oritur in Opiterginis montibus, & in mare Adriaticum cadit. *Plin. l. 3. c. 8.*

Liquĕo, es, liqui, n. 2. *eſſer liquido*, נמס, Germ. *zerſchmeltzen*, Gall. *ſe fondre*, Hiſp. *derretirſe*, τήκομαι, est liquidum, & fluidum esse instar aquæ, vel olei discurrere, ac diffluere, vel clarum, perspicuum, purum esse instar aquæ. *Plaut. Moſt. a. 2. ſc. 1. v. 69.* Efficiam, quæ facta hic turbavimus, profecto ut liqueant omnia, & tranquilla sint. ¶ Plura V. in *Linquet*.

Liquesco, is, n. 3. *divenir liquido*, τήκομαι liquidus, fluidusque fio, solvor, mollesco; vel clarus fio, perspicuus, purus, a *liqueo*, ut *caleſco* a *caleo*. *Perſ. Sat. 2.* Tot tibi cum in flammas junicum omenta liquescant. *Virg. 8. Ecl.* Limus ut hic duresci, & hæc ut cera liquescit. *Id. 8. Æn.* Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit. Ubi Servius, Liquescit proprie dixit. Nam ferrum non solvitur, sed mollescit. *Liv. l. 21. c. 36.* Per nudam infra glaciem, fluentemque labem liquescentis nivis ingrediebatur. ¶ Liquescere voluptate, & fluere mollitia, est mollem fieri, & delicatum. *Cic. 2. Tuſc. c. 22.* Quam eadem in voluptate, qua cum liquescimus, fluimusque mollitia. ¶ Accipitur interdum pro imminui, evanescere, abire in nihilum, *disfarſi*, *conſumarſi*. *Senec. ep. 26.* Incommodum summum est, minui, & deperire, & ut proprie dicam, liquescere.

Liquet, ebat, imp. 2. *eſſere manifeſto*, Ger. *es iſt offentlich*, Gall. *il eſt manifeſte*, Hiſp. *es manifieſto*, σαφὲς, δῆλον, πρόσφατές ἐστι, constat, manifestum, & certum est, compertum, & certum habeo, quoniam quæ resolvuntur, certa, constantia, & manifesta fiunt. *Voſſius* Metaphoræ causam affert, quia liquent, quæ sunt jam defæcata. Liquere enim, & turbari contraria sunt. V. *Liqueo*. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 12.* Qui se se negat omnino de Diis habere, quod liqueat, sint, non sint, qualesve sint. Et *l. 2. c. 1.* Si haberem aliquid, quod liqueret. *Terent. Eun. 2. 3.* Illum liquet mihi dejerare. ¶ *Non liquet*, speciatim in judiciis usurpabatur, & significabat, non satis constare de causa, seu non satis clarum, & manifestum esse, condemnandus ne esset reus, an absolvendus, vel qua pœna puniendus esset, ideoque opus esse *ampliatione*, idest, causam de integro agi, & reum in aliud tempus rejici oportere. Hæc verba judices non pronuntiabant, sed inscripta erant in una ex tabellis literis *N. L.* Ternæ enim tabellæ singulis judicibus dabantur suffragii causa, una, in qua litera *A* inscripta erat, idest, *Abſolvo*, altera, in qua *C*, idest, *Condemno*, tertia, in qua *N. L.* idest, *Non liquet*. *Cic. pro Cluent. c. 28.* Homines sapientes, qui neque absolvere nocentissimum possent, neque eum, de quo esset orta suspicio, re illa incognita, condemnare vellent, non liquere, dixerunt. *Senec. ep. 66.* Aut ser sententiam, aut, quod facilius est, nega, tibi liquere. ¶ *Liquuit*, præteritum. *Tert. de carne Chriſti c. 17.* Quamquam liquuit de nomine hominis. *Id. l. 5. adverſ. Marcion. c. 13.* O summum præconium legis, per quam liquuit, delictum latere.

Liquĭde, adv. *liquidamente*, idem, quod liquido. *Gell. l. 14. c. 1.* Siderum observatio haudquaquam liquide consistit. *Id. l. 2. c. 21.* Cœlum liquide serenum. *Cic. 10. Fam. 10. ep. 10.* Liquidius de isto sensu tuo judicavi.

Liquidĭtas, atis, f. *fluidezza*, *chiarezza*. *Apul. de Mundo*. Aeris liquiditas ad modum tegminis.

Liquidiuscŭlus, a, um, adject. diminut. lenis, mollis. *Plaut. Mil. 3. 1. 17.* Liquidiusculus ero, quam ventus est Favonius.

Liquĭdo, adv. *liquidamente*, *manifeſtamente*, Ger. *offenbar*, Gall. *manifeſtement*, *clairement*, Hiſ. *claramente*, Φανερῶς, σαφῶς, clare, perspicue, pure, aperte, manifeste. *Cic. ad Catonem l. 15. Fam.* Te libenter amicitiæ dedisse, quod liquido veritati dares. *Id. 5. Ver.* Nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret. *Terent. Andr. 4. 3. 14.* Liquido jurare.

Liquĭdum, di, subst. n. aqua. *Hor. 1. Serm. Sat. 1. v. 54.* Ut tibi si sit opus liquidi non amplius urna, vel cyatho.

Liquĭdus, a, um, *liquido*, *chiaro*, נמס, Germ. *vveich*, Gall. *liquide*, Hiſp. *liquido*, ὑγρὸς, mollis, fluxus; vel clarus, perspicuus, purus, cui turbidus opponitur, a *liqueo*. *Lucr. l. 4. v. 1252.* Crassaque conveniunt liquidis, & liquida crassis. *Celſ. l. 1. c. 6.* Liquida alvus. *h. e.* fluens. ¶ Prima syllaba a *Lucretio* usurpatur indifferenter, quia liquidus potest esse tam a *liquor*, quam a *liqueo*. *Virg. 6. Æn.* Liquidumque per aera lapsæ. *Id. l. 4. Georg. v. 102.* Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum & liquida, & durum Bacchi domitura saporem. idest defæcata, & sine sordibus. Sic liquidissima cœli tempestas. h. e. serena. Et liquidissimus æther, apud *Lucret. l. 4. v. 168.* & *l. 5. v. 501.* Et translate. *Cic. in Brut. c. 79.* Oratio ita erat pura, ut nihil liquidius. ¶ Liquidum ausPicium, apud *Plut. Pſeud. 2. 4. 72.* pro fausto, quia sereno cœlo ostenditur. ¶ Liquida vox. h. e. pura, limpida. *Lucret. l. 2. v. 145.* liquidis loca vocibus opplent. Adde *Horat. l. 1. od. 24.* ¶ Hinc *liquidum* adverbialiter pro liquida voce *Ov. 1. Amor. eleg. 13.* Et liquidum tenui gutture cantat avis. ¶ Liquida fides. h. e. sincera, *Valer. Max. l. 6. c. 5.* ¶ Liquido animo esse, h. e. sine curis, apud *Plaut. Pſeud. 1. 3. 3.* ¶ Liquida mente videre aliquid, apud *Catul. carm. 62. de Aty*, v. 46. h. e. clara, nullo turbata affectu. ¶ Liquida voluptas, apud *Cic. l. 1. de Fin. c. 18.* h. e. ab omni dolore immunis. ¶ Liquidus venter, pro laxo, & fluido. *Mart. l. 13. epigr. 116.* Potabis liquidum Signina morantia ventrem. ¶ Liquidi odores apud *Hor. l. 1. od. 5.* sunt unguenta. ¶ *Ad liquidum* est manifesto, aperte, sine ambagibus, aut dubitatione. *Liv. l. 35. c. 8. ad fin.* Donec ad liquidum res explorata esset. *Senec. ep. 71.* Redigere aliquid ad liquidum.

Liquo, as, avi, atum, a. 1. *liquefare*, *purgare*, τήκω, διαχέω, liquidum facio, ut cum aliquod metallum igne dissolvimus, vel purgo, defæco, cui contrarium est *turbo*. Differt a *liqueo*, quia *liquo* activum est, *liqueo* neutrum. Nam, ut liqueat vinum, quod ante turbidum est, liquatur. h. e. defæcatur per saccum. *Plin. l. 15. c. 6.* Oleum in labra fundendum, ut fraces, & amurca liquentur. ¶ Liquare alvum. h. e. fluidum, & laxum reddere. *Celſ. l. 4. c. 4.* Liquanda alvus, interdum etiam duranda. ¶ Liquare vina, pro fundere, depromere, aut etiam colare. *Hor. l. 1. od. 11.* Sapias, vina liques.

Liquor, oris, m. *liquore*, Ger. *feucht*, Gal. *liqueur*, Hiſp. *licor*, ὑγρότες, humor liquidus, a *liqueo*. *Cic. 1. de nat. Deor.* Aquæ admixtum esse calorem; primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. *Lucret. l. 1. v. 936.* Liquor mellis. *Id. l. 5. v. 14.* Liquoris vitigeni latex. *Id. l. 2. v. 846.* Amaracini blandum, stactæque liquorem, *il ſucco*.

Liquor, eris, d. 3. absque præt. & sup. *eſſer fatto liquido*, נמס, Germ. *fleiſſen*, Gal. *couler*, Hiſp. *derretirſe*, τήκομαι, διαχέομαι, liquefio, liquesco, diffluo, resolvor. *Virg. 1. Georg. v. 43.* Canis cum montibus humor liquitur. ¶ Translate *Lucret. l. 2. v. 1130.* vires, & robur adultum Frangit, & in partem pejorem liquitur ætas. h. e. deficit, corrumpitur.

Lira, æ, f. *ſolco*, רלם, Ger. *ackerforch*, *vvaſſerfurch*, Gal. *ſeillon*, Hiſp. *ſulco*, *emelga*, αὖλαξ, sulcus, sive fossa recta in agro, in quam terræ uligo confluit. *Non.* Sed *Columella* per liram intelligit porcam, idest, editiorem terræ cumulum inter duos sulcos interceptum. Inquit enim *l. 1. c. 4.* Liras rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. *Id. l. 11. c. 3.* Est autem lira similis ei porcæ, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent. *Idem Col. l. 2.* Prius jaciemus semina, deinde proscindemus terram, prosciſsamque in liram revocabimus.

Lirātim, adv. *a ſolco a ſolco*, κατ' αὔλακας, per liras. *Col. l. 11. c. 3.* Eæque cum sint divisæ, liratim seri debent.

Lirĭnon, n. 2. Λείριον, unguentum est ex liliis confectum, quæ Græci Λείρια appellant. *Plin. l. 23. c. 4.* Lirinon, quod & Phaselinum, & Syrium vocavimus, renibus utilissimum est, sudoribusque evocandis.

Liriŏpe, f. 1. Λειριόπη, Nympha marina, Oceani, & Tethyos filia, ex qua Cephysus amnis Narcissum puerum formosissimum suscepit. *Ov. l. 3. Met.*

Liris, m. 3. Lyris, Liternus, *Garigliano*, Λίρις, fl. Italiæ, qui Latium a Samnio, & Campania separat. Supra Soram apud Atinam oritur Minturnas urb. excisam præterlabitur, & in mare Tyrrhenum inter Formias, & Sinuessam definit.

Liro, as, avi, atum, a. 1. αὔλακας ἑλκύω, est liras facere, seu sulcos. in quos ex porcis aqua defluat, quod fieri solet tertia aratione, jacto jam semine. Solebant enim antiqui, teste *Var. l. 1. de R. R. c. 29.* tres facere arationes. Primo terram arabant, idque vocabant *proscindere*. Deinde secunda aratione excitatas grandiores glebas frangebant, quod dicebant *offrangere*. Tertia aratione, jacto semine, *lirare* dicebantur, cum tabellis ad vomerem additis simul & satum frumentum operiebant in porcis, & sulcabant fossas, quo pluvia aqua delaberetur. Dictum est a *lira*. *Plin. l. 18. c. 20.* Quod vocant lirare, operientes semina, unde primum appellata deliratio est. *Col. l. 11. c. 2.* Lirantur autem jugera duo opera una.

Lirœ, Λῆροι, liri, ideſt deliria, gerræ, nugæ. Interdum enim nomina secundæ declinationis per diphthongum œ more Græcorum usurpata reperiuntur. Sic *Adelphœ* inscribitur Terentii Comœdia, quæ Græce Ἀδελφοί. *Plaut. Pœn. 1. 1. 9.* Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, gerræ germanæ, atque ædepol lirœ, lirœ. Sunt qui græce legunt λῆροι λήρων.

Lis, tis, f. 3. *lite*, *controverſia*, ריב, Germ. *ein*, *zanck*, Gall. *proces*, Hiſp. *pleyto*, δίκη, ἔρις, controversia, vel, ut *Varro* definit *l. 9. de L. L.* res, quæ in controversia est. Dicta est ab *elis* per Aphæresin, quod est ex ἔρις, vel a *ſtlis*, *itis*, pro *lis*, auctore *Festo*. *Cic. 1. de Leg.* Ut nollent ætatem in litibus conterere. ¶ Est nomen generale, quod dicitur tum de causa civili, tum de criminali. *Cic. pro Cluent.* Siqua in eum lis capitis illata est. ¶ *Litis conteſtatio*, est utrinque apud judicem negotii principalis facta narratio. Oritur enim litis contestatio ex petitione actoris, & exceptione rei. Nomen ex eo est, authore *Festo*,

quod ordinato judicio utraque pars dicere solet, *Testes estote*. Est enim contestari palam testes ciere. Hinc contestari litem, *attaccar la lite*. *Cic.* 10. *Att.* Neque enim illi contestabuntur. ¶ *Litis æstimatio*, est appendix damnationis, qua de damno a reo illato judicatur. *Cic. pro Cluent.* Sed hoc statuitur, æstimationem litium non esse judicium. ¶ Hinc *Litem æstimare*, est aliquo damnato, damnum illatum, de quo litigatum fuit, & actorum dispendia, & incommoda æstimare, & in pectium, ac certam pecuniæ summam redigere, quam reus solvere debeat. *Cic.* 4. *Ver.* Qua in civitate C. Catoni clarissimo viro, Consulari homini, H. S. XVIII. millibus lis æstimata sit. ideſt C. Cato damnatus sit octodecim millibus nummum judicio repetundarum. ¶ *Litem capitis æstimare*, est criminaliter agere, vel potius declarare, aliquam causam capitalem esse. *Cic. pro Cluent.* Omni contentione pugnatum est, ut lis hæc capitis æstimaretur. ¶ Litem alicui intendere, *muover lite*. *Cic. l.* 1. *de Orat.* Tum singulæ familiæ litem tibi intenderent. ¶ *Litem dare*, est judicare, adjudicare. *Cic. pro Rosc. Com.* Quominus secundum eas lis detur. ¶ *Litem perorare*, est causam dicere. *Cic.* 3. *Off.* Ut perorandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. ¶ *Litem suam facere*, est litis causam suscipere, & tanquam suam defendere. *Cic.* 2. *de Or.* Quid? si, cum pro altero dicas, litem tuam facias? ¶ *Litem in rem suam vertere*, est rem inter duos controversam adjudicare sibi, quod fit, cum judex ita cum litigatoribus agit, ut ei jure suo cedant. *Liv. l.* 3. Ne pessimum facinus exemplo admitterent judices litem in rem suam vertendo. ¶ Dicimus etiam agere litem adversus aliquem, litem habere cum aliquo, litem facere, constituere, resolvere, instruere, & similia. *Quintil. Cic. Horat.* & alii. ¶ Litem perdere, *perder la lite*. *Horat. l.* 1. *sat.* 7. Et casu tunc respondere vadato Debebat; quod ni fecisset, perdere litem. Adde *Cic. l.* 1. *de Orat.* & *Plaut. Casin.* 3. 3. 6. quo sensu, lite cadere, dixit *Festus*. ¶ *Jurare in litem*, V. Juro. ¶ Instrumenta litis dicuntur acta ipsa, *le carte*, *o scritture*. *Quintil. l.* 12. *c.* 8. ¶ Usurpatur etiam hæc vox de quacunque controversia extra forum. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 108. Non nostrum inter vos tantas componere lites. h. e. certamen canendi. *Horat. ad Pison. v.* 78. Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

Lisæ, arum, f. venæ majores gutturis. *Donat. in* 8. *Æn.* Venæ maiores gutturis lisæ dicuntur: unde elisum dicimus, quidquid ipsa ex causa fuerit mortuum. Sed *elisum* potius dici censet Vossius, quia spiritus fuerit elisus, ut nempe sit participium ab *elido*; *lisæ* autem Latinum esse non putat, etsi id Donatus sit suspicatus ex eo, quod *elisos* dicamus.

Lissa, f. 1. *Lissa*, *Isola di Zara*, inf. Illyrici, quæ oræ Liburnicæ contra Jaderam adjacet.

Lissus, f. 2. Lissum, *Alessio*, al. *Alissa*, Λίσσος, urbs Macedoniæ, in Illyrici confinio, in Albania regione, in Prævalitana provincia, ad ostia Drilonis fl. in ora maris Adriatici, in intimo recessu sinus Illyrici, qui a Drilone fl. ibi se exonerante dicitur Italis *Golfo dello Drino*. ¶ Lissus item, Lyssus, seu Lyctus, *Fionissi*, opp. Cretæ, in ora Australi, apud Criumetopon prom. & Tarham opp. ¶ Lissus item fl. Thraciæ, in mare Ægæum inter Thasum, & Samothracen inf. exiens unus ex illis, quos Xerxis exercitus bibendo exsiccavit, teste *Herod. l.* 7.

Litabĭlis, le, adject. qui litari potest. *Lactant. l.* 1. *c.* 21. Priapo litabilis victima est asellus. h. e. justa, & grata, qua illud Numen placari potest. *Minuc. Fel. c.* 31. Litabilis hostia. Rursus *Lactant. in Epitom. c.* 5. Litabilior victima.

Litanía, æ, f. *preghiera*, *supplica*, Λιτανεία, supplicatio, preces, a Λιτή, unde Λιτανεύω, supplico. Vox græca est, quam tamen usurpat *Sidon. l.* 5. *ep.* 7. Adde *leg.* 3. *Cod. de Hæretic. & Manich.*

Litámen, inis, n. sacrificium, quod litatur. *Prudent. in præfat. Hamartig. v.* 50. de Cain immolante: Cujus litamen sordet, & terram sapit.

Litatío, onis, f. κλλιέρησις, κλλιέρημα, actus litandi, sacrificii peractio rite facta, voti per cæsam victimam impetratio. *Liv. l.* 27. *c.* 23. Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ, diuque non impetrata pax Deorum. *Id. l.* 41. *c.* 15. cum relatum esset, jecur hostiæ defluxisse; Senatus, inquit, majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari jussit. Adde *Plaut. Pseud.* 1. 3. 99.

Litato, adv. addicentibus victimis, sicuti auspicato, addicentibus avibus, hoc est lætum rei institutæ exitum promittentibus. *Liv. l.* 5. *c.* 38. Nec auspicato, nec litato instruunt aciem.

Litátus, a, um, adject. *Festus*: Litatum alii solutum, deditum deo, quasi luitatum, alii ex Græco, a precibus, quas illi Λιτὰς dicunt. *Virg.* 4. *Æn. v.* 50. Tu modo posce Deos veniam, sacrisque litatis Indulge hospitio. Ubi *Servius*: Diis litatis debuit dicere. non enim sacra, sed Deos sacris litamus, ideſt placamus. Ergo nove dixit.

Litera. V. Littera.

Literninus, a, um, ad Liternum pertinens, ut Literninum rus, *Plin. l.* 14. *c.* 4. Liternina villa, *Val. Max. l.* 2. *c.* 10. *n.* 2.

Liternum, i, n. *Torre di Patria*, Λιτέρνον, oppidum Campaniæ in ora maris Tyrrheni, prope fluvium cognominem, inter Vulturnum, & Cumas. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & *Sil. l.* 6. *v.* 654. ubi *stagnosum* appellat, & *Ovid. Met.* 15. *v.* 714. ubi *lentisciferum* a lentisci copia. De flumine *Liv. l.* 32. *c.* 19. ¶ Literni rus Africani superioris fuit, qui ibidem in exsilio diem obiit extremum, teste *eod. l.* 38. *c.* 53. ¶ Scribitur & *Linternum*.

Liternus, a, um, ad Liternum pertinens, ut Linterna palus, *Sil. l.* 7. *v.* 278. Liternus ager, *Cic.* 2. *Agrag. c.* 25.

Lithargyrĭum, seu Lithargyrus, *litargirio*, Λιθάργυρος, spuma argenti, vel plumbi. *Plin. l.* 26. *c.* 9.

Lithizontes, m. 3. Λιθίζοντες, gemmæ quædam ex genere carbunculorum, lividius, & languidius lucentes, a Λιθίζω, *lapidesco*, quod ad lapidum potius, quam gemmarum naturam accedant. *Plin. l.* 37. *c.* 7.

Lithocolla, f. 1. Λιθόκολλα, glutinum, quo lapides conjunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino. *Plin. l.* 7. *c.* 56

Lithospermon, n. 2. Λιθόσπερμον, herba, quæ nomine notiore milium Solis dicitur, a Λίθος, *lapis*, & σπέρμα, *semen*, quia semina tanquam calculos fert, candore, & rotunditate margaritarum, duritia vero lapidea. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

Lithostrōta, orum, n. 2. Λιθόστρωτα, pavimenta lapidibus strata, a Λίθος, *lapis*, & στρώννυμι, *sterno*. Proprie lithostrota erant e parvis crustulis marmoris diversi coloris. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Pavimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. V. ibi plura. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 2. Emblema, aut lithostrotum.

Lithotŏmos, i, Λιθότομος, qui calculos in vesica findit, atque comminuit. Vox græca a Λίθος, *lapis*, & τέμνω, *seco*, qua utitur *Celsus l.* 7. *cap.* 26.

Litĭcen, inis, m. *trombetta*, σαλπιγκτὴς, qui lituo canit, quemadmodum tubicen, qui tubam inflat. *Var. l.* 4. *L. L. c.* 16. & *Non. c.* 1. *n.* 268.

Litigator, oris, m. *litigatore*, דיין, Germ. *zancker*, Gal. *plaideur*, Hisp. *pleytador*, ἐριστὴς, qui litigat, h. e. qui litem habet in judicio. *Cic. pro Dom. c.* 44. Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius, quam æstimabat.

Litigātus, us, m. lis, contentio, *litigio*. *Quintil. declam.* 6. Quamquam in hoc litigatu quodammodo tibi ipsa excidisti.

Litigiōsus, a, um, *litigioso*, Ger. *zanckisch*, Gal. *litigieux*, Hisp. *contencioso*, φιλόδικος, qui frequens in litibus versatur, vel quavis de causa litem movet. *Cic.* 4. *Ver.* Hominemque id ætatis minime litigiosum quam tumultuosissime adoriantur. ¶ Interdum litigiosus idem est, ac controversus, seu de quo lis est, ἐριστικὸς, ἀμφισβητήσιμος. *Cic.* 3. *de Orat.* In parvo, & eo litigioso prædiolo relicti sumus. ¶ Dicitur etiam de re plena litibus, seu de loco, in quo lites agitantur. *Ovid.* 4. *Fast.* Fora litigiosa. ¶ Item de oratione contentiosa. *Cic.* 5. *Fin. c.* 26. Habent enim & bene longam, & satis litigiosam disputationem.

Litigium, ii, n. *lite*, *controversia*, ריב, Ger. *zanck*, Gal. *proces*, Hisp. *pleyto*, ἔρις, litis actio, lis, controversia. Poetæ fabulantur, Litigium ex Demogorgone, & ex Chao ortum fuisse. *Plaut. Cas.* 3. 2. 31. Ego quid contrahere cupio litigii inter eos. *Id. Men.* 5. 2. 15. Cum viro litigium natum.

Litĭgo, as, avi, atum, n. 1. *litigare*, *far lite*, ריב, Ger. *zancken*, Gal. *avoir debas*, *ou proces*, Hisp. *pleytear*, ἀμφισβητέω, ἐρίζω, disceepto, contendo, a *lis*, quasi litem ago. *Cic.* 9. *Fam. epist.* 25. Noli pati litigare fratres, & judiciis turpibus confligitari. *Id. Att. l.* 13. Nisi Hirtium cum Quinto acerrime litigasse. *Plaut. Rud.* 4. 4. 16. Qua de re litigatis inter vos?

Lito, as, avi, atum, a. 1. *placare con sacrificii*, כפר, Ger. *mitopffern Gott versoenen*, *etwas zuerbervven*, Gall. *impetrer par facrifice*, Hisp. *placar por sacrificio*, κλλιερέω, sacrificio facto Deos placo, votumque impetro, freq. a *luo*, quod est solvo. Nam ut *optimus* pro *optumus*, *maximus* pro *maxumus* dixere posteriores, sic *litare* pro *lutare*. Igitur litare est sacra persolvere. Ideo autem fumitur pro placare, quia qui solvit, quod debet, is a creditoris se molestia liberat. *Varro* ἐκατόμβη περίθυσία. Habes, qui, & cujus rei causa fecerim hecatomben, in quo ego, ut puto, quoniam est luere, solvere, lutavi. Citat *Non.* in *Lutavi*. Tunc autem litasse credebant veteres, cum exta hostiarum iuculenta, & notis felicibus insignita essent. *Suet. Cæs. c.* 81. Pluribus hostiis cæsis cum litare non posset, introiit curiam spreta religione. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 41. Si istuc unquam factum est, tum me Jupiter faciat, ut semper sacrificem, nec unquam litem. *Mart. l.* 10. *epigr.* 73. Non quacumque manu victima cæsa litat. *Cic. l.* 2. *Div.* Cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? ¶ Litare victimas est, cæsis victimis Deos placare. *Sueton. in Othon. c.* 8. Victimas Diti Patri cæsas litavit. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 24. Parva faginati lustrabant compita porci, Pastor & ad calamos exta litabat ovis. ¶ Ponitur interdum pro Deo offerre, sacrificare. *Tertul. de patien. c.* 7. Quem autem honorem litabimus Domino Deo? ¶ Translate *Sen. Med. sub fin.* Plura non habui, dolor, tibi quæ litarem. *Apul. l.* 3. *A. A.* De latronis hujus sanguine legibus vestris, & disciplinæ publicæ litate. h. e. hujus morte legum vim tuemini, & servate. *Plin. in Pæneg.* Statuæ aureæ strage, & ruina publico gaudio litaverunt. h. e. satisfecerunt.

Litorālis, le, o. 3. *litorale*, αἰγιαλώδης, quod ad litus spectat. Litoralis piscis, qui in litore vivit. *Plin. l.* 9. *c.* 17. Nec litoralibus gratia. ¶ Dii litorales, qui præsident litoribus. *Catul. de Phasel. carm.* 4. Neque ulla vota litoralibus Deis sibi esse facta.

Litorĕus, a, um, *di lito*, αἰγιαλώδης, quod ad litus spectat, ut Litorea domus, quæ in litore, aut juxta litus constructa est. *Mart. l.* 10. Et propius Bajas, litoreamque domum. ¶ Litoreæ aves paludstres. *Virg.* 12. *Æn. v.* 248. Litoreas agitabat aves.

Litorōsus, a, um, quod est circa litus. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Calais sapphirum imitatur, candidior, & litoroso mari similis, ideſt eum aquæ marinæ colorem referens, qui est circa litus.

Litōtes, itis, f. figura loquendi, cum minus dicitur, quam significatur, ut *non sperno*, ideſt *accipio*. *Serv. ad* 1. *Æn. v.* 81.

Littĕra, æ, f. *lettera*, אות, Ger. *buchstab*, Gal. *lettre*, His. *letra*, γράμμα, elementum, minima, ac individua pars orationis, ex qua syllaba constituitur, ut *A*, *b*, *c*, &c. a sup. *litum*, unde & *litura*. Nam qui literam pingit, atramentum chartæ inducere, atque illinere solet. Ita gigni hanc vocem putant qui simplici *t* scribunt. *Manutius* tamen *in Orthogr.* veterum monumentorum auctoritate contendit, scribendum esse *littera*, duplici adhibito *t*. ¶ Litteras invenerunt Cadmus, & Evander; auxerunt Palamedes, & Simonides. V. *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Usurpatur & numero singulari, & plurali. *Cic.* 3. *de Or. c.* 12. Ut *iota* litteram tollas, & *e* plenissimum dicas. *Id. pro P. Syl.* Litteræ posteritatis causa repertæ sunt. *Id.* 4. *Ver.* Hinc etiam Romæ videmus in basi statuarum maximis literis incisum, a communi Siciliæ datas. *A lettera majuscola*. *Plin.* 37. 9. Litterarum ordine. *per alfabetto*. ¶ Homo trium litterarum, h. e. *fur*. nam hæc vox tribus constat litteris. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 46. ¶ Litteram longam facere, pro in patibulo pendere, ad similitudinem litteræ I vel T. *Id. ib.* 1. 1. 38. V. ibi *Taubman*. ¶ Littera salutaris, est, A, quia *absolvo* significat; tristis vero C, quia *condemno*. *Cic. pro Mil.* ¶ Per Synecdochen accipitur pro scripto, seu scriptura. *Cic.* 3. *Ver.* Ut Romam rediit, nullam litteram pupillo, nullam matri ejus, nullam tutoribus reddidit. *ideſt* schedulam nullam misit, qua testaretur, & agnosceret, se accepisse pecunias. ¶ Metonimice ponitur pro scribentis manu. *Cic. ad Att.* Quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ. ¶ *Ad litteram*, idem est, ac ad verbum, & quod barbari *litteraliter* dicunt. *Quinct. l.* 9. *c.* 1. Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad litteram subjeci. ¶ Litteræ, arum, num. pl. pro scripturis, seu scriptis accipiuntur. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 2. Quod meis omnibus litteris in Pompejana laude esset perstrictus. Hinc litteris aliquid mandare, confignare, &c. *scrivere*. *Cic.* & *Plin.* ¶ Item litteræ, γράμματα, epistolam designant. *lettera*, *epistola*. *Cic.* 2. *Fam.* Tamen obviæ mihi, velim, sint litteræ tuæ. *Id.* 1. *Att. ep.* 13. Litteræ non committendæ sunt ejusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 3. Venio ad tuas litteras, quas pluribus epistolis accepi. *litteræ* hic sunt sensa ipsa, & quod Scholastici dicunt, *formale*; *epistolæ* vero quod vocant, *materiale*. ¶ *Litteras dare alicui ad aliquem* est alicui epistolam committere, ut ad alterum perferat. *Cic.* 12. *Fam.* Litteras ad te nunquam habui, cui darem, quin dederim. ¶ Interdum est reddere, h. e. perferre. *Id. Fam.* 7. Litteræ mihi dantur a te. h. e. quæ a te ad me scriptæ fuerant. V. *Reddo*. ¶ Dicimus etiam litteras scribere, conficere, mittere, tradere, &c. apud *Cic.* passim. ¶ Litteræ laureatæ dicebantur, quibus victoria nunciabatur. V. *Laureatus*. ¶ A Poetis interdum usurpabatur *littera* in sing. pro epistola. *Ov. ep.* 3. Quam legis, a rapta Briseide littera venit. ¶ Litteræ publicæ sunt quæ barbari *registra publica* vocant. *Cic. Ver.* 3. Unam ex decem navibus horribili tempestate amissam in litteras publicas retulerunt. ¶ Usurpantur etiam pro testimoniis scriptis. *Cic. Ver.* 3. Diligentiam meam multitudo litterarum, & testium declaravit. Sic Prætoriæ litteræ, pro auctoritatibus, seu edictis Prætoris, apud *eund. Verr.* 7. ¶ Item pro cautionibus, & syngraphis. Hinc titulus in Jure *de litterarum obligationibus*. ¶ Litteræ frequentissime sumuntur pro disciplinis, & scientiis, quæ litterarum monumentis continentur. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 12. Unum est perfugium, doctrina, & litteræ. *Id. Ver.* 6. *c.* 44. Homo sine ingenio,

sine litteris. ¶ Litteræ interiores, & reconditæ, sunt abstrusiores, altioresque disciplinæ, vulgares illæ dicuntur, quæ facile ab ingeniis etiam mediocribus percipi possunt. *Cic. de clar. Orat.* Erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam, & reconditæ. ¶ Litteris operam dare, versari in litterarum studiis, litteris se dare, dedere, &c. *Ciceronis* sunt. Illa quoque, litteris eruditus, imbutus, tinctus, & similia, apud eund. & alios passim leguntur. ¶ Nescire litteras, significat nescire scribere. *Senec. l. 2. de element. c. 1.* Quam vellem nescire litteras! ¶ Item in omni disciplina rudem esse. *Sueton. in Cæs. c. 77.* Syllam nescisse litteras, qui dictaturam deposuerit.

Litterālis, le, adject. *letterale*, litterarius. *Cœl. Aurel. l. 1. c. 5.* Litteralis lectio adhibenda. Adde *Diomed. Grammatic. l. 1. & Symmach. 4. 54.*

Litterarĭus, a, um, *ciò che si appartiene a lettere*, γραμματικὸς, quod ad litteram, vel ad litteras pertinet, ut *Ludus litterarius*, schola, gymnasium. *Plin. l. 9. c. 8.* Ex Bajano Puteolos in ludum litterarium itantem.

Litterāte, adv. docte, erudite, eleganter. *Cic. in Pis. c. 25.* Ita enim sunt perscriptæ scite, & litterate. *Id. de clar. Orat. cap. 56.* Scriptorum veterum litterate peritus. *Id. ib. c. 58.* Loqui litteratius latine.

Litteratĭo, onis, f. γραμματικὴ, prima Grammaticæ rudimenta circa litteras. *Varr.* apud *Augustin. l. 2. de Ordine, c. 12.*

Litterātor, oris, m. *leggiermente letterato*, γραμματιστὴς, qui litteras novit modice. Differt a litterato, quia *litterator* non perfectus litteris, sed imbutus tantum est. *Suet. de clar. Gram. cap. 4.* Unde apud majores, ait Orbilius, cum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem litteratum in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum litteris, sed imbutum. *Gell. l. 16. c. 6.* Linguæ latinæ litterator.

Litteratorĭus, a, um, adject. litterarius, ut litteratoria eruditio, apud *Tertul. de Idol. c. 10.* Adde *Quintil. l. 2. c. 15.*

Litterātrix, icis, f. a litterator. Exemplum V. in *Litteratura*.

Litteratŭlus, a, um, *saputello*, qui aliquantum litteras didicit. *Hieronym. l. 1. adv. Rufin. c. 7.*

Litteratūra, æ, f. 1. γραμματικὴ, Grammatica, ars, quæ de litteris tractat. *Quinct. l. 2. c. 15.* Non ipsam nunc volumus significare substantiam, ut Grammatice litteratura est, non litteratrix, quemadmodum oratrix, nec litteratoria, quemadmodum oratoria. *Senec. ep. 88.* Prima illa litteratura, per quam pueris elementa traduntur. ¶ Aliquando pro litterarum scientia, & cognitione. *Cic. 2. Phil. c. 45.* Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura, cogitatio, diligentia.

Litterātus, a, um, *letterato*, Ger. *gelerth*, Gal. *schavant*, His. *letrado*, *hombre de letras*, πεπαιδευμένος, qui litteris præditus est, litteris ornatus, eruditus, doctus. *Cic. pro Balb. c. 1.* Viri litterati, ac studiis, doctrinisque dediti. *Id. Tusc. 5. c. 37.* Frater tuus, quem litteratissimum fuisse judico. *Senec. l. 4. quæst. nat. c. 13.* Quibus nec litteratior fit quisquam, nec melior. ¶ Grammatici olim, teste *Sueton. de illustr. Grammat. cap. 4.* litterati dicebantur, & proprie sic appellabantur Poetarum interpretes. Quo pertinent verba *Cic. in Tusc.* modo allata. ¶ Litteratus etiam dicitur, qui notis, seu litteris inscriptus est. *Plaut. Cas. 2. 6. 49.* Hoc age fis. Ol. si hic litteratus me finat. Ubi intelligit servum stigmate in fronte notatum. *Id. Rud. 4. 4. 112.* Enficulus est aureolus litteratus.

Litterĭo, onis, m. *sciolo*, litterator, vel contemptius aliquid. *Ammian. l. 17. c. 22.* Julianum carpentes, & appellantes litterionem Græcum.

Litterōsus, a, um, idem, quod litteratus. *Cassius Hemina Annal. l. 4.* ut citat *Nonius c. 2. n. 495.* Homo mere litterosus.

Litterŭla, f. γράμμιον, dim. a littera. *Cic. ad Tiron. l. 16. Fam.* Accepi tuam litteram vacillantibus litterulis. ¶ In numero plurali usurpatur pro epistolio. *Cic. Att. l. 14.* Nostro more tamen ne patiamur, intermitti litterulas. ¶ Item pro scientiis, sive disciplinis, aut earum studiis. *Cic. ad Tiron. l. 16. Fam.* Litterulæ meæ, sive nostræ, tui desiderio oblanguerunt.

Litūra, æ, f. *untura*, ἄλοιφὴ, linitio, linimentum, a sup. *litum* verbi *lino*. *Cic. l. 4. c. 24.* Solem etiam, & pluvias arcet ejusmodi litura. ¶ Fere sumitur pro superinductione illa, & complanatione, qua scriptura in tabula cerata deletur, vel qua scriptura, vel pictura superinducto atramento, aliove liquore destruitur, *cancellazione*, ἐξάλειψις. *Cic. pro Arch.* Et unius nominis litura se commotum esse dixerit. *Hor. de ar. poet. v. 292.* carmen reprehendite, quod non Multa dies, & multa litura coercuit. ¶ Item pro macula, quæ scribendo fit, *sgorbio*, *scorpio*. *Ovid. 3. Trist. Eleg. 1. v. 15.* Littera suffusas quod habet maculosa lituras.

Liturarĭus, a, um, adject. ad liturandum, seu delendum pertinens. *Auson. in præfat. ad Centonem*: Hoc cum inter liturarios meos reperissem. h. e. codicillos, in quibus concepta carmina perscribimus, & subinde, quæ displicent, delemus.

Litūro, as, avi, atum, a. 1. *cancellare*, περιχάραξω, cancello, expungo. *Sidon. Apol. l. 6. epist. 3.* Tunc vel certius probasse reliqua gaudebo, si lituraſſe aliqua cognovero.

Litus, oris, n. *lito*, חוֹף, Ger. *ein gestad*, Gal. *bord*, *rivage*, His. *ribera*, αἰγιαλὸς, ἀκτὴ, terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur. *Cels. l. litus*, ff. *de verb. signif.* Litus est, quousque maximus fluctus a mari pervenit, idque M. Tullium ajunt, cum arbiter esset, primum constituisse. *Cic. pro Rosc. Amer.* Quid tam commune, quam mare fluctuantibus, litus ejectis? ¶ Late accipitur pro terra mari vicina. *Virg. 4. Æn.* Cui litus arandum, cuique loci leges dedimus. ¶ Proprie litus de mari dicitur, ripa de fluminibus. *Ovid. 1. Met.* Campoque recepti liberioris aquæ pro ripis litora pulsant. Quandoque tamen litus dicitur de fluminibus. *Virg. in Diris.* Litora, quæ dulces auras diffunditis agris: cum de Mincio Mantuani agri fluvio loqueretur. ¶ Interdum litus pro secessu ad otiandum apto usurpatur. *Tac. 3. hist. c. 63.* Vitellius de numero servorum, & electione litorum loqui. ¶ Sunt qui scribunt *littus* duplici t. Sed *Manutius* stat ab illis, qui per simplex t scribunt, cum deducatur a *lido*, sive *lino*, & ita sit in veteribus monumentis. De etymologia Vide plura apud *Voss.*

Litus, a, um, *unto*, *tinto*, κεχυσμένος, unctus, aspersus, inspersus, partic. a *linor*. *Virg. 4. Georg. v. 99.* Elucent aliæ, & fulgore coruscant ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

Litus, us, m. unctio, a litum supino verbi lino. *Plin. l. 33. c. 6.* Usus ejus ad collyria, & litus, ad muliebrium cicatricum fœditates tollendas.

Lituus, m. 2. λίτυος, genus tubæ minoris, incurvum, gracilem edens sonum, quo in bello utebantur, a λιτὸς, *tenuis*, *acutus*, nempe ob sonum. *Ovid. 3. Fast.* Jam lituus pugnæ signa daturus erat. ¶ Item baculus incurvus, quo Augures sedentes avibus templum designabant, ita dictus a similitudine tubæ. *Cic. 1. de Div. c. 17.* Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne Auguratus, unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit, tum, cum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, idest incurvum, & leviter a summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit, cum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Hactenus *Cicero*. Sed quis credat, Ciceronem putasse opus, ut, quid lituus esset, exponeret? Omnino interpretatio illa e glossemate in textum irrepsit, ut jam alii observarunt. Interim tamen vera dicuntur. *Plut. in Romulo. Gel. l. 5. c. 8.*

Livēdo, inis, f. *lividula*, livor. *Apul. l. 9. Metam.* Quales illic homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti!

Livĕo, es, n. 2. *esser livido*, Germ. *bleyfarb*, *seyn*, Gall. *è sve ternè*, His. *ser cardeno*, πελιδνόομαι, lividus sum, hoc est plumbei coloris. *Ovid. 2. Met.* Livent rubigine dentes. *Virg. 7. Æn. v. 687.* pars maxima glandes Liventis plumbi spargit. ¶ Translate sumitur pro invidere, quia invidi aliena felicitate pallent, & livescunt. *Tacit. Ann. 13. c. 42.* Livere iis, qui eloquentiam exercent. *Martial. l. 6. epigr. 86.* Potiidgat Libycas messes, Hermumque Tagumque, Et potet calidam, qui mihi livet, aquam.

Liventer, adverb. fusce, ad modum lividi coloris. *Paulin. Petrocor. l. 5. v. 192.* Liventer facto nigrescunt gutture fauces.

Livesco, is, n. 3. *divenir livido*, Germ. *bleychhschvvartzvverden*, Gall. *ternir*, His. *bazerse cardeno*, πελιδνόομαι, lividus fio. *Lucr. l. 3. v. 539.* Digiti livescunt in pedibus. ¶ Translate sumitur pro invidere. *Claud. l. 3. de Rapt. v. 27.* Nec enim livescere fas est, vel nocuisse Deos.

Livianum, i, n. *Luvigliano*, rus est in collibus Euganeis Tauriliæ in Merid. & Titulo in Occid. proximum, ubi T. Livius villam habuisse dicitur, & loco nomen dedisse.

Livĭānus, a, um, adject. ad Livium, vel Liviam familiam Rom. pertinens, ut Livianæ fici, apud *Col. l. 5. c. 10.* Livianum, æs, *Plin. l. 34. c. 2.*

Livĭde, adv. fusce, livido colore. *Plin. l. 37. c. 7. de carbunculis* Languidius, & lividius lucent.

Lividĭnans, antis, particip. qui invidet, & livore tabescit. *Petron. Satyr.* Ipse Paris Dearum lividinantium judex. Ita legit *Gruter. Suspicion. l. 1. c. 22.* Alii *libidinantium*, alii *litigantium*.

Lividĭnĕus, a, um, adject. lividus, ut vibices lividinei, apud *Apul. l. 9. A. A.* ita legit *Salmas.* alii aliter.

Lividŭlus, a, um, sublividus. *Juv. sat. 11. v. 110.* Quibus invideas, si lividulus sis.

Livĭdus, a, um, *livido*, Ger. *blavv*, Gall. *terne*, His. *amarillo*, *cardeno*, πελιδνὸς, idem, qui plumbeus, subniger, a voce Græca allata, per Metathesin. *Virg. 6. Æn. v. 320.* Illæ remis vada livida verrunt. *Catul. carm. 17.* lividissima vorago paludis. ¶ Speciatim lividus dicitur, qui fuscum colorem in cute ex ictu contraxit, exilibus venis collisis, sanguineque ad cutem diffuso. *Horat. l. 1. od. 8.* Neque jam livida gestat armis brachia. *Ovid. epist. 20. v. 82.* Oraque sint digitis livida facta tuis. ¶ Translate lividus dicitur invidus, aut malevolus, *malevolo*, *invidioso*. *Martial. l. 1. epigr. 41.* Omnibus invideas livide, nemo tibi. (Adde *Cic. Tusc. 4. c. 12.*) *Senec. l. 2. controv. 14.* Longe lividiorem sententiam dixit.

Livĭus, m. 2. cognomento Andronicus, Λίβιος, Latinorum Poetarum antiquissimus, qui primus apud Romanos Latino sermone comœdiam scripsit. Primam fabulam dedit anno U. C. 510. al. 514. C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano Coss. anno antequam Ennius natus est. *Cic. 1. Tusc. in Brut. & de Sen.* Fuit major natu, quam Plautus, & Nævius. *Cic. 1. Tuscul.* Floruit post Sophoclis, & Euripidis, mortem annis plus fere centum, & sexaginta. *Gel. l. 17. c. ult.* ¶ T. Livius nobilis Historiæ Romanæ scriptor, patria Patavinus, quem Quinctilianus opponit Herodoto, Sall. Thucydidi. De hoc *Hrer. ad Paulinum* inquit. Ad Titum Livium, lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hispaniæ, Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus, & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis, celebrandumque miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quærerent.

Livĭus, a, um, adjectiv. ut Livia familia, inter Romanas nobilis, *Tacit. Ann. 6. c. 31.* Livia arbor, *Colum. l. 10. v. 413.* Liviæ leges, *Cic. 2. de Leg. c. 6.*

Livonĭa, f. 1. *Livonia*, Ger. *Liffland*, regio Sarmatiæ Europææ. Terminatur a Sept. sinu Pianico, a Mer. Semigallia, & Lithuania, ab Occ. sinu Rigensi, seu mari Baltico, ab Or. Ingria, & Plescovia prov. Moscoviæ. Dividitur in duas partes, in Esthoniam, quæ in Boream tendit, & in Litlandiam, quæ ad Austrum.

Livor, oris, m. *lividore*, הכורה, Germ. *die bleyfarb*, Gall. *couleur de plomb*, His. *cardenal*, πελιδνότης, color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum nonnulli appellant, qualem in contusis corporis partibus videre est, cum exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. *Plin. l. 20. c. 22.* Illinitur & livoribus, fugillatisque cum melle. ¶ Hinc livorem contrahere, est nigrescere. *Col. l. 12. c. 47.* Quia hæc candidior est oliva, quam ea, quæ contusione livorem contrahit. ¶ Et quoniam talis est color invidorum, ideo livor accipitur pro invidia. *Brutus ad Cic. l. 11. Fam. ep. 10.* Malevolentia, & livore impediuntur ne quid faciant.

Lix, licis, f. cinis, vel aqua cinere mixta. *Var. l. 4. L. L. Nonius c. 1. n. 309. & Plin. l. 36. c. 27.*

Lixa. V. Lixæ.

Lixabundus, inter libere, & prolixe faciens. *Festus.*

Lixæ, arum, m. *vivandieri*, σκηνοφόροι, qui quæstus gratia exercitum sequuntur, a *lix*, aqua, quod munus eorum esset aquam ferre militibus, teste *Nonio*, vel a *lixando*, sive *elixando*, hoc est, coquendo cibos militibus. *Liv. l. 33. c. 16.* Impedimenta subsequi jussit, calones, lixasque, & invalidos milites. *Tacit. Ann. 2. c. 62.* Lixæ, & negotiatores reperti, quos jus commercii, dein cupido augendi pecuniam hostilem in agrum transtulit.

Lixivĭa, æ, f. vel lixivium, ii, n. *ranno*, Ger. *laug*, Gal. *lessive*, His. *lexia*, λουτὸν, aqua, in qua lavandi gratia decoctus est cinis, a *lix*, aqua. *Col. l. 12. c. 16.* Et ex eo quod cremaverint, cinere lixivium faciunt. Et *paulo post*, In olla fictili ampla præparatam lixiviam cineris sarmenti calefieri convenit.

Lixivĭus, & Lixivus, a, um, adject. qui colatur, & transit. *Col. l. 12. c. 41.* Lixivum mustum, quod destillat, antequam nimium calcetur uva, *prefmone*. *Plin. l. 14. c. 20. lix*, Lixivius cinis.

Lixŭlæ, f. 1. circuli ex farina, caseo, & aqua, qui olim inter viliora cibaria numerati sunt, a *lix*, aqua. *Varro l. 4. de L. L.*

L A N T E O.

Lobæ, f. 1. λόβαι, culmi in milio Indico. *Plin. l. 18. c. 7.*

Localis, le, adject. ad locum pertinens, *locale*. *Tert. l. 4. adverf. Marc. c. 34.* Localis determinatio. *Ammian. l. 14. c. 7.* Locales ærumnæ.

Localĭter, adverb. ex loco. *Tertul. de Pal. c. 2.* Mutat localiter habitus. *Ammian. l. 19. c. 12.* Localiter appellatus.

Locarii, m. 2. qui in spectaculis sedes locabant. *Martial. l. 5. epigr. 25.* Hermes supposititius sibi ipsi, Hermes divitiæ locariorum, Hermes cura, laborque ludiorum.

Locarĭum, n. 2. *l'affitto*, ἐνοίκιον, pretium, quod pro taberna, stabulove persolvitur, ut in eo quis consistere possit, a *locando*. *Varro l. 4. de L. L.*

Locarius. V. Locarii.

Locatio, onis, f. *locazione*, *affittanza*, German. *ein auffleihung*, Gall. *louage*, Hisp. *arrendamiento*, διαμίσθωσις, actus locandi. *Cic. Att. l.* 4. Disturbata porticus Catuli, quæ ex S. C. locatione reficiebatur. ¶ Inducere locationem, est irritam facere locationem, tabulasque de locatione contectas interlinire, aut discerpere. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 17. Ut inducereturlocatio, postulaverunt. ¶ Item collocatio, dispositio. *Quint. l.* 9. (*si salva est lectio.*) Amphiboliam fieri vitiosa verborum locatione, nemo est qui nesciat.

Locatitius, a, um, qui locatur. *Sidon. l.* 6. *ep.* 8. Mercenariis prosecutionibus, & locatitia fatigatione.

Locător, oris, m. *colui che dà a pigione*, שכר, Germ. *verleicher*, Gal. *loueur*, Hisp. *arrendador*, ἐργολάβος, qui rem aliquam pretio utendam dat, ut Locator prædii, vel ædium, qui pro prædii, ædiumve usu conductori concesso pretium accipit. ¶ Interdum tamen locator is dicitur, qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedem constituit. *Plin. l.* 7. *c.* 52. Romæ quoque Corfidium materteræ suæ maritum, funere locato revixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

Locātus, a, um, adject. *collocato*, *posto*, positus. *Cic. de clar. Orat. c.* 57. Membra suo quæque loco locata. *Enn.* apud *eund. l.* 2. *Offic. c.* 18. Benefacta male locata malefacta arbitror.

Locellus, i, m. Βαλάντιον, crumenula, dim. a loculus. *Mart. l.* 14. *ep.* 13. Si quid adhuc supereſt in nostri fæce locelli.

Locīto, as, avi, atum, a. 1. freq. verbi loco. *Ter. Adelph.* 5. 8. 26. Agelli est hic sub urbe paululum, quod locitas foras.

Loco, as, avi, atum, a. 1. *collocare*, שים, שכר, Ger. *setzen*, *verleihen*, Gal. *placer*, *louer*, Hisp. *poner*, *alquilar*, τάττω, pono, constituo, a *locus*. *Cic. pro Mur.* Quæ possunt locare hominem in amplissimo gradu dignitatis. *Id. in Acad. l.* 1. Inter recte factum, & peccatum media locabat quædam. *Plaut. Rud.* Locare insidias alicui. ¶ Interdum est nuptui tradere. *Ter. Phor.* Quæso, qui si filiam suam unicam locaret? *Id. ibid.* Ut potui, virginem nuptum locavi huic adolescenti. *Plaut. Tri.* 3. 3. 52. Ubi erit locata virgo in matrimonium. *Id. Cist.* Ubi tu jam locere in luculentam familiam. *Cic. in Phil.* 2. Curio te in matrimonio certo, ac stabili locavit. *Auct. ad Her. l.* 2. Cur me huic locabas nuptiis? ¶ Interdum insumere, impendere, ut argentum, aut operam bene, vel male locare. *Plaut. Most.* Nec quicquam argenti locavi tam diu usquam æque bene. ¶ Et translate *Cic. in Fam.* Mentem omnem in Milonis consulatu fixi, & locavi. ¶ Interdum usum alicujus rei pretio concedere, aliquid pretio utendum dare, *affittare*, μισθοῦν, ἀπομισθοῦν, cum acc. rei, dat. personæ, & abl. pretii. Sed tamen non semper hi omnes casus exprimuntur. *Cic. 1. Agr.* Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu Populi R. non licet. *Id. pro Rosc. Com.* Disciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat se non minus H. S. CCCLIII. ¶ Non solum vero rem aliquam homines locare dicuntur, ut domum, agrum, sed etiam operam, vel laborem suum, quod est aliquid faciendum mercede suscipere. *Plaut. Trin.* 4. 2. 2. Nam operam meam tribus nummis ego locavi ad artes nugatorias. *Gell. l.* 3. *c.* 3. Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. ¶ Interdum est aliquid alicui faciendum tribuere, constituta mercede. *Cic. in Verr.* 3. *c.* 50. Cum L. Octavius, C. Aurelius Coss. ædes sacras locavissent. *Id. ibid. c.* 56. Quod opus H. S. DLX. millibus faciendum locasti. *Pers. sat.* 6. *v.* 47. ingentesque locat Cæsonia Rhenos. ¶ Locare virtutem pro æstimare, magnificare. *Cic. de Amic. in fine.* Vos hortor, ut virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest. Verum ea lectio Criticis suspecta est. Mallet Grævius *colatis*.

Locrensis, is, adject. qui ex Locrorum urbe est. *Cic. Verr. 7. c.* 34.

Locri, orum, masc. 2. Λοκροί, pop. Achajæ. Gemini fuerunt. Alii incoluerunt circa fauces sinus Corinthiaci, proximi Ætolis, quorum regio Locris, & urbs primaria Naupactum. Alii habitavere in adversa ora ad sin. Oetæum, Opuntiis proximi, quorum opp. Scarphia. Cognominati sunt Epicnemidii, a Cnemide, opp. & monte Bœotiæ. Locri item, cognomento Epizephyrii, Naritia, *Gieraci*, urbs exc. Magnæ Græciæ, in confinio Brutiorum. Condita fuit a Locris, qui Ajacem Oileum ad Trojam secuti sunt, ipso duce, teste Solino, vel Evante duce, ut alii scripsere. Hi cum bovem, quem Diis immolarent, non haberent, compositoex lignis minutis bovis simulacro, rem sacram eo fecerunt. Inde Græcum adag. *Locrensis bos*, de re vili, & munere sordido. Iidem, cum fœdus, quod cum Peloponnesiis inierant, violassent, ad Heraclidarum partes transeuntes, adagio causam dedere apud Zenodotum, & Eustathium, *Locrense pactum*, in fœdifragos. Alii dicunt, adagium inde natum esse quod Siculos elusissent.

Locris, idis, f. Locrorum regio. *Cic. ad Attic. l.* 3.

Loculamenta, orum, n. 3. σηκοί, loca distincta, sive capsulæ, in quibus aves, apes, aut etiam majora animalia seorsum nidificare, seu habitare solent, a *loculus*. *Col. l.* 8. *c.* 8. Quæ vel loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo, sive theca rei alicujus. *Vitr. l.* 10. Inclusum in alterum loculamentum collocetur. *Senec. de Tranquill. c.* 9. Librarunt tecto tenus extructa loculamenta.

Locularis, e, adject. in loco factus, ut locularis refina. *Pallad. l.* 2. *c.* 25.

Loculātus, a, um, *che ha molti luoghi*, σηκωτός, quod habet diversos locos. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 17. Nam ut Pausanias, & cæteri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent arculas.

Loculōsus, a, um, σηκώδης, quod multos habet loculos, seu sinus, septo aliquo intermedio distinctos. *Plin. l.* 15. *c.* 22. Sola differentia generum in putamine duro, fragilive, & tenui, ac crasso loculoso, & simplici.

Locŭlus, li, masc. *luoghetto*, χωρίον, exiguus, & angustus locus. *Plaut. Mil.* 3. 2. 38. Sed in cella paululum erat loculi lubrici. ¶ Per Synecdochen loculi dicuntur loculamenta quædam separata in piscinis, ornithotrophiis, aliorumve animalium stabulis, in quibus unaquæque seorsum aluntur. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 17. Cum piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos. ¶ Item loculus dicitur de sacculo, in quo pecunia servatur, λάρναξ, βαλάντιον, γλωσσόκομον. *Mart. l.* 14. Hos nisi de fulva loculos implere moneta non decet. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 175. Nummum in loculos dimittere. ¶ Item de capulo, feretro, conditorio, ubi mortui feruntur, vel mortuorum reliquiæ conduntur, quem etiam locum dicebant νεκροφορεῖον. *Plin. l.* 7. *c.* 2. Hinc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.

Locŭples, etis, o. *ricco*, עשיר, Germ. *reich*, Gall. *riche*, Hispan. *rico*, πλούσιος, dives, multa possidens, cui egens, & tenuis contraria sunt, a copia locorum, ut scribit Cornelius Fronto, nempe, ut Vossius explicat, ex *locus*, quomodo agros in primis dixere, & *ples*, quod ab antiquo *pleo*, unde *impleo*, *repleo*, *depleo*. Nam antiquorum opes non in pecuniæ loculis sitæ erant, sed in locis, sive agris. Itaque locuples esse potest, qui dives non sit, ut si quis sit obæratus, sed tamen plus possideat, quam debet. Et confirmatur hoc etymon auctoritate *Cic.* 2. *Catil.* Unum genus est eorum, qui magno in ære alieno majores etiam possessiones habent, quarum amore adducti dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima, sunt enim locupletes, voluntas vero, & causa impudentissima. *Plin. item l.* 18. *c.* 3. Locupletes dicebant loci, hoc est, agri plenos. ¶ Dicitur de hominibus, & de rebus. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 137. Annus locuples frugibus. *Cic. pro Planc.* Egentes in locupletes armabantur. *Id. 1. de Or.* Tanquam in aliquam locupletem, & refertam domum venissem. ¶ Translate ponitur pro copioso, & bene instructo, in quocunque genere. *Cic. 1. de nat. Deor.* Locupletior igitur hominum natura ad beate vivendum, quam Deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum. Hinc Locuples oratio, ideſt, dives verborum, & abundans. *Cic.* 3. *de Or. c.* 48. Cujus membra, & pedes sunt in omni locuplete oratione diffusa. ¶ Item pro firmo, certoque, & magnæ auctoritatis, indubitatæque fidei homine, *autorevole*, ἀξιόπιστος. Unde locupletem auctorem, testem, fidejussorem, dicimus, de cujus fide nemo debeat ambigere. *Cic.* 3. *Offic.* Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio, an gravissimum, Regulum nolite, quæso, vituperare. Quem enim locupletiorem quærimus, quam principem Pop. Rom. qui retinendi officii causa cruciatum subierit ultro? *Id.* 2. *Divin. c.* 58. Pythagoras, & Plato locupletissimi auctores.

Locupletator, oris, m. qui locupletat. *In duobus nummis Hadriani apud Mediobarb.* Locupletatori Orbis terrarum.

Locupletissime, *ricchissimamente*. *Spartian. In Hadrian. c.* 3. A Trajano locupletissime muneratus.

Locuplēto, as, avi, atum, a. 1. העשיר, Ger. *reich machen*, Gall. *enrichir*, Hisp. *enriquecer á otro*, πλουτίζω, est locis, & possessionibus quempiam divitem facere, & generatim bonis vel externis, vel corporis, vel animi ditare. *Cic.* 2. *Fam.* Quoniam jurisdictionem confeceram, civitates locupletaveram. *Idem* 1. *de Orat.* Verborum eam dote locupletasti.

Locus, i, m. 2. *luogo*, מקום, Germ. *orth*, Gal. *lieu*, Hisp. *lugar*, τόπος, quicquid aliquid continet, sive, ut ait *Varro l.* 4. *L. L.* ubi quicquam consistit, a λίγομαι, *cubo*, *jacco*, unde λέχος, *lectus*, item λόχος, quod Homero significat locum insidiis accommodatum: fit autem mutato χ in κ, quemadmodum *ficcus* fit a σιχὸς. Prius fuit *flocus*, quasi *fistlocus*, deinde factum est *locus*, ad fugiendum sonum contragosum. *Cic. Att. l.* 8. *epist.* 6. Omnes copias primo quoque tempore in unum locum convenire necesse est. *Id. l.* 16. *Fam.* Dum mihi deesse nullo loco vis. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 49. Ultra eum locum, quo in loco Germani consederant. ¶ Ex loco superiore agere dicitur Orator, qui pro Rostris agit, ex æquo, qui in Senatu, ex inferiore, qui ad Judices. *Cic.* 3. *de Or.* Nam sive de Cœli natura loquitur, sive de terræ, sive de Divina vi, sive de humana, sive ex inferiore loco, sive ex æquo, sive ex superiore. ¶ Ponitur etiam pro tempore, vel spatio. *Ter. Heaut.* Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus. *Cic. Att. l.* 9. *c.* 7. Si nunc est ullus gaudendi locus. *Sallust. Jug.* Interea loci. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 32. Post id locorum. h. e. deinde, postea. Eodem modo locutus est *Liv. l.* 22. *c.* 38. Hinc priore loco causam dicere, est ante defendere, quam quis accusatus sit. *Cic. pro Quinct.* Ut ipse causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. ¶ Item pro opportunitate, occasione, facultate, *comodità*. *Id.* 6. *Fam.* Nullum locum prætermittemus tui juvandi, aut levandi. *Id. Att. l.* 1. *ep.* 15. Nactus mihi videbar locum refecandæ libidinis, & coercendæ juventutis. ¶ Hinc *Loco*, vel *In loco*, est opportune, commode, recte, cum res postulat, *a tempo*. *Cic. in Pætit.* Loco tu quidem quæris, sed plenius, quod vis, explicabitur, &c. *Id. in Fam.* 11. *ep.* 16. Sic epistolæ offendunt non loco redditæ. *Id. ante Exil. c.* 1. Fidei conducit in loco beneficium retribuere. ¶ Loco dicere, est aliquem rogatum sententiam dicere. *Cic.* 3. *de Leg. c.* 18. Huic jussa tria sunt, ut adsit, ut loco dicat, ideſt, rogatus; ut modo, ne sit infinitus. ¶ Notat etiam ordinem rerum. Hinc Primo loco, est primum, Secundo loco, est deinde, præterea. *Cic.* 1. *Fam.* Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum. ¶ Item accipitur pro genere, pro natalibus, pro conditione nativitatis. *Cic. pro Flacco*, *c.* 11. Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem. *Liv. l.* 1. *c.* 34. Loco summo natus erat. ¶ Item pro statu, fortuna. *Cic.* 5. *Fam.* Et quem in locum res deducta sit. *Id. pro Sext. c.* 31. Eo loci res est, ut &c. ¶ Item pro dignitate. *Cic. pro Cluent.* Qui in summum locum civitatis aut non potuerunt ascendere, aut non petiverunt. *Id. in Bruto*. Mature in locum principum Oratorum venit. *Id.* 3. *de Fin.* Quæ secundum locum obtinent. ¶ Item pro auctoritate, æstimatione, amore, gratia. *Cic. pro Planc.* Qui in mea salute principem semper locum, auctoritatemque tenuistis. *Id. in Phil.* 2. *c.* 29. Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? *Id. l.* 13. *Fam.* Eodemque apud me loco esset, quo est apud patronum suum. *Id.* 3. *Fin.* Nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus. ¶ Item pro vice. *Id. in Phil.* Cur eum habes in loco patrui? Et alibi, Quem parentis loco colere debebas. *Cic. in Bruto*. Ex quo Augurum institutis in parentis eum loco colere debebam. *Id. in Verr.* 1. Prætorem Quæstori suo parentis loco esse oportet. *Id. ad Brut. ep.* 23. Illis in patris locum succeſſit. ¶ Item pro ratione, genere, numero, vel simpliciter pro præp. *pro*. *Cic. in Pison. c.* 15. Si quis impediret reditum meum, in hostium loco putaretur. *Id. de Am.* In injuriæ loco id numerant. *Id. de Inv. l.* 2. Petebat id sibi loco præmii. *Id.* 3. *Fam.* Ne id, quod petat, exigere magis, quam rogare, & in beneficii loco ponere videatur. *Idem l.* 7. *Fam. ep.* 3. Criminis loco putant, quod vivam. ¶ Item pro quæstione, parte alicujus Doctrinæ, vel operis, *passo*. *Cic. de Div. l.* 2. *c.* 1. Magnus locus, Philosophiæque proprius, a Peripateticorum familia tractatus ubertime. *Id. de Leg.* Hunc locum satis in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. ¶ Olim locus idem erat ac fundus, seu ager. V. *Locuples*. ¶ Movere loco, est vel expellere. *Ter. Prol. Phorm.* Per tumultum noster grex motus est loco. ¶ Vel auferre. *Hor. l.* 2. *Epist.* Audebit, quæcunque parum splendoris habebunt, verba movere loco. ¶ Vel depellere de dignitate. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Urgere illi, ut nos loco moverent. ¶ Locum dare, interdum est cedere. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 1. Dandus est locus fortunæ, cedendum ex Italia. *Id. pro Quint. c.* 16. Atque avaritia paululum aliquid loci rationi, & consilio dedisset. ¶ Interdum dare causam, ansam. *Cic.* 3. *Fam.* De tuo in me animo secus existimandi videris nonnihil dedisse loci. *Id. pro Cæl.* Quoad ætas M. Cœlii dare potuit suspicioni locum. ¶ Interdum dare opportunitatem, facultatem. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 8. Avertis orationem, nec das respondendi locum. ¶ Interdum admittere, accipere. *Cic. de Or. l.* 1. *c.* 26. Si hæc turba, & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis Oratoribus. ¶ Locum esse alicui personæ, vel rei, est illam admitti, vel recipi. *Cic. pro Cluent.* In concionibus esse invidiæ locum, in judiciis veritati. *Id. ibid.* Erit profecto dignitati nostræ locus. ¶ Vel numerari. *Cic. in Or.* Nam in Poetis non Homero soli locus est, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro. ¶ *Si in isto essem loco*, pulchre dicitur pro eo, quod est, si meum esset negotium, si mea res ageretur. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 116. Verum, ut ego opinor, si ego in isthoc siem loco. *Cic.* 4. *Fam.* Is enim, si eo loco esset, negavit, se facturum fuisse. ¶ Ponere in loco maledicti, &

ti, & contumeliæ, *avet a male*. *Cic. in Pis.* Tu ne ausus es meum discessum illum testem sceleris, & crudelitatis tuæ maledicti, & contumeliæ loco ponere? ¶ In n. pl. indifferenter dicimus *loci*, g. m. & *loca*, g. n. *Cic. de Fato*. Inter locorum naturas quantum interfit, videmus: alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis esse pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exsiccatos, atque aridos, multaque sunt alia, quæ inter locum, & locum plurimum differunt. *Id. l. 9. Fam. ep. 2.* Venisse in illa loca ploratum potius, quam natatum. ¶ Loci, vel loca, orum, speciatim dicuntur vascula in fœminis semen recipientia, quem etiam uterum, & matricem Latini appellant. Ita dicuntur quod sint λάκκοι, sive recessus uteri, ut censet *Cæs. Scaliger in 3. Arist. Hist. Animal. Plin. l. 11. c. 37. de fœminis*, Unde dictus uterus, quem alio nomine locos appellant. *Colum. l. 8. c. 11.* de pavonibus. Sæpiusque digitis loca fœminarum tentanda sunt: Nam in promptu gerunt ova. ¶ Frequenter loci usurpantur pro sedibus argumentorum, ex quibus, veluti ex promptuariis quibusdam, petuntur argumenta. Sed in hac notione *locus* etiam num. sing. dicitur. Loci communes sunt illi, ex quibus argumenta ad omnes quæstiones desumi possunt. *Cic. 2. de Or.* Sed hi loci ei demum Oratori prodesse possunt, qui est versatus in rebus. *Id. in Top. c. 2.* Locus est argumenti sedes. ¶ De his locis, & eorum divisionibus V. *Cic. loc. cit.* & *l. 1. de Invent. Arist. l. 1. Rhet. c. ult.* & *Quintil.*

Locusta, æ, f. *cavalletta*, ארבה, Ger. *ein heuvuschreck*, Gal. *sautereile*, Hisp. *langosta*, ἀκρὶς, insecti genus, a *locus*, & *ustus*, quia tactu multa urit, morsu vero omnia erodit. *Tacit. Ann. 15. c. 5.* Exorta vis locustarum. ¶ Parthos quondam, & Indiæ gentem locustis victitasse, scribit. *Plin. l. 7. c. 2.* & *l. 11. c. 29.* ¶ Carere palpebris locustæ dicuntur; ideo oculos habent durissimos. Hinc *Plaut. Men. 5. 5. 24.* Solent tibi oculi unquam duri fieri? M. Quid? tu me locustam censes? ¶ Est etiam genus piscis, corpore longo, cornua ante oculos bina, longa & aspera habens. *Plin. l. 9. c. 30.* ¶ Fuit hoc nomine mulier veneficiis insignis, Neroni grata. *Tacit. Ann. 12. c. 66.* & *Juven. sat. 1. v. 71.*

Locutio, sive loquutio, onis, f. *il parlare*, *ragionamento*, φράσις, sermo, vel ipse loquendi actus. *Cic. 3. de Or.* Quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius Oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

Locutor, sive loquutor, m. *parlatore*, λάλος, qui nimium loquitur. *Gel. l. 1. c. 15.* Qui sunt leves, & futiles, & importuni locutores.

Locutius, ii, qui & Aius Locutius, Deus apud Romanos. Cum enim noctu audita esset vox humana major, admonens Gallos adventare, Dei alicujus vox credita est; cujus cum nomen ignorarent, ex re ipsa Aium Locutium appellavere. *Liv. l. 5. c. 50.* & *Cic. 2. Div. c. 32.*

Locutulēius, m. 2. αὐτοδίδακτος, homo in verba provectus, quem & blateronem, & linguacem dicimus. *Gel. l. 1. c. 15.*

Locūtus, vel Loquutus, us, ui, m. loquela, locutio, sermo. *Apul. 2. Florid. sub fin.* Passis verbibus, soluto locutu, libera oratione.

Lodicŭla, æ, f. σισύρνιον, dim. a lodix. *Suet. in Aug. c. 83.* Ita, ut in extremis spatiis subsultim decurreret sestertio, vel lodicula involutus.

Lodix, icis, f. *coltra*, στρῶμα, στιβάς, lecti operimentum, a *lotum*, quia subinde eam lavari opus est. *Juven. sat. 6. v. 194.* Ζωὴ, καὶ ψυχὴ, modo sub lodice relictis uteris in turba. ¶ In masculino genere *hos lodices* dixit *Pollio*; non tamen est imitandus, *Quintil.* judice *l. 1. c. 6.*

Lœbertas, atis, f. libertas, apud vet. *Fest.*

Lœbĕrus, a, um, liber, a, um, apud vet. *Fest.*

Lœdoria, f. 1. *verso*, λοιδορία, mordax convicium. Differt a scommate, quod hoc sit mordacitas quadam urbanitate, & joco adumbrata, lœdoria vero apertum, amarulentumque est convicium, nulla urbanitatis specie velatum. *Macrob. in Satur. l. 7. c. 3.*

Lœmŏdes, is, m. & f. *pestilenziale*, λοιμώδης, pestilens. *Ammian. l. 19. c. 4.* Prima species luis Pandemus appellatur, secunda Epidemus, tertia Loemodes.

Logarion, n. 2. λογάριον, leviores, minutioresque rationes, quales iis de rebus, quæ quotidie in usum familiæ erogantur, in adversariis solent conscribi. *Ulp. l. 3. ff. de pen. leg.* Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad logarion paratas contineri appellatione penoris.

Logēum, n. 2. λογεῖον, pulpitum in scena, in quo chorus tragœdiarum, & comœdiarum (quod comœdiæ chorum habuerunt) cæterique personam non habentes, fabulæ subserviebant. *Vitr. l. 5. c. 8.*

Logĭce, es, f. *Logica*, λογική, Disciplina rationalis, ars differendi, quæ & Dialectica dicitur. *Cic. 1. Fin.* Jam in altera Philosophiæ parte, quæ est quærendi, ac differendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester, ut mihi quidem videtur, plane inermis, ac nudus est. *Id. de Fato, c. 3.* Totaque est Logice, quam rationem differendi voco. ¶ Inventa est a Zenone Eleate. ¶ Logica, orum, num. pl. gen. n. res Logicales, seu quæ ad Logicen spectant. *Cic. 4. Tusc. c. 14.* Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quæ Logica appellant, quia differuntur subtilius.

Logĭcus, i, m. qui logicen callet, vel docet. *Sidon. carm. 15. v. 101.*

Logista, m. 3. *contista*, λογιστὴς, supputator, sive æstimator, a λογίζομαι, quod est cogitare, rem aliquam diligenter expendere, æstimare, rationes subducere. Athenis Logistæ Magistratus erant, quorum munus erat expendere, quæ in Magistratu quisque gessisset. *Vet. Inscrip. Hispanica*: Logistæ civitatis Nicomediensium.

Logistŏricus, m. 2. liber fuit Varronis, fermonum & dictorum insignium narrationem continens. *Gel. l. 4. c. 19.* M. Varro in Logistorico scriplit. *Macr. l. 3. Satur.* Varro in Logistorico, qui inscribitur Martius de Fortuna.

Logodædalia, æ, f. λογοδαιδαλία, ingeniosa nimis, & curiosa sermonis elaboratio. *Auson. Idyll. 12.* E logodædalia strides modo qui nimium trux.

Logographus, i, *computista*, λογόγραφος, rationarius, qui libros rationum scribit, quique in acta refert quæ ad Remp. pertinent. V. *Cod. l. 10. tit. 69.* & *Dig. l. ult. tit. 4. leg. 18. §. 10.*

Logos, vel logus, m. 2. *ragionamento*, *parola*, *ragione*, λόγος, verbum, ratio, sermo. Vox græca est. A latinis scriptoribus usurpatur pro dicto ridiculo, futili, contemnendo, ad nihil prorsus conducente. *Ter. Phor. 3. 2. 8.* Fœneratum istud beneficium tibi pulchre dices D. logi. Adde *Cic. apud Non. c. 1. n. 318.* & *Plaut. Stich. 1. 3. 68.* ¶ *Æsopei logi* apud *Senec. de consolat. ad Polyb. c. 27.* sunt Æsopi fabulæ.

Loliacĕus, a, um, o. 1. 2. *di loglio*, σάρινος, quod ex lolio est, ut Farina loliacea, apud *Var. l. 3. R. R. c. 9.*

Loliarius, a, um, *da loglio*, quod ad lolium spectat, ut Cribrum loliarium, quo lolium ex frumento excernitur. *Col. l. 8. c. 5.* Cribro viciario, vel loliario, qui jam fuerit in usu, pulli superponantur.

Lolīgo, vel lolligo, inis, *lolligine*, *totano*, τευθὶς, τεύθης, piscis genus, fortasse ab atro succo, quem habet. Sane ater iste succus in sepia vocatur ὄλος. Itali hodie a thecæ calamariæ similitudine calamarium appellant. Habet enim cruorem nigrum atramenti similitudine, & duo officula, quorum alterum calami, alterum gladioli perspicui, pellucidique imaginem refert. Unde succus loliginis pro livore hominis atri, ideft malevoli, ponitur. *Hor. 1. serm. sat. 4. v. 100.* Hic nigræ succus loliginis, hæc est ærugo mera. V. *Plin. l. 9. c. 15.*

Loliguncŭla, f. 1. τευθίδιον, dim. a loligo. *Plaut. Cas. 2. 8. 37.* Emitto fepiolas lepidas, loliunculas, &c.

Lolium, ii, n. *loglio*, ἄιρα, ζιζάνιον, herba in segetibus nascens, iisque inimica, hordeo similis, cujus etiam vitium esse putatur, quasi δόλιον, hoc est adulterinum. Fit enim e corruptis triticis, ac hordei seminibus. *Plin. l. 18. c. 17.* Nam lolium, & tribulos, & carduos, lappasque, non minus, quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestem numeraverim. ¶ Lolio victitare dicitur, qui visu est imbecillo. Nocet enim oculis lolium propter vapores acres, quos in cerebrum attollit. *Ovid. 1. Fast. v. 691.* Et careant loliis oculos vitiantibus agri. Adde *Plaut. Mil. 2. 3. 50.*

Lomentum, ti, n. ἐρεβίνθων, σμίγμα, farina fabacea, qua ad rugas e cute tollendas usa est antiquitas, a *lotum*, ut *fomentum* a *fotum*, quod ea ad lavandum uterentur. *Mart. l. 3. epigr. 42.* Lomento rugas uteri quod condere tentas. ¶ Est item coloris genus, quod in usum pictorum ex cœruleo confici solet. λείμαξ. *Plin. l. 2. c. 13.* Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum, perficitur id lavando, terendove, & hoc est cæruleo candidius.

Lonchus, i, m. hasta, lancea, λόγχος. *Tertul. de Cor. Mil. c. 11.* Requiescens super loncho, quo perfossum est corpus Christi. Al. leg. *lunebo*, eodem sensu.

Lonchītis, f. 3. λογχῖτις, herba in locis sitientibus nascens, foliis porri ad radicem rubentibus, flores habens, ceu galericulos, personis comicis similes, parvam exerentes linguam, semen vero involucris clausum, triangulum, & lanceæ similes, unde sibi nomen vendicavit. λόγχος enim lancea est. *Plin. l. 25. c. 11.*

Londinum, n. 2. seu Londinium, *Londra*, λονδίνιον, urbs Albionis, Regia Angliæ, caput Comitatus Midlesexiæ, amplissima, & Emporium celeberrimum. *Tacit. Ann. 14. c. 13.*

Longăbo. V. Longano.

Longævĭtas, atis, f. *vecchiaja*, πολυετία, annositas, senectus. *Macrob. l. 7. Satur. c. 5.* De longævitate eorum (corvorum) opinio fabulatur.

Longævus, a, um, *di lunga età*, *vecchio*, *attempato*, כבד ימים, Ger. *alt*, Gall. *de longue vie*, Hisp. *de larga edad*, πολυετὴς, annosus senex, quasi longi ævi. *Virg. 3. Æn.* Et hæc lætus longævo dicta parenti haud dubitanda refer. *Id. Æn. 1. v. 525.* sacra longævum in fede locavit. V. *Gel. l. 2. c. 16.*

Longăno, vel longanon, & longabo, onis, m. 3. ἀτευθυσμένον ἔντερον, intestinum rectum, a crasso intestino, quod κῶλον appellant, ad sedem usque porrectum, spinæ e directo incumbens. Ratio nominis inde tracta est, quod in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, ut cætera intestina. *Veget. l. 1. c. 42.* ¶ Metonymice fumitur pro farciminis genere. *Var. l. 4. de L. L.* Longabo, quod longius, quam duo illa, sc. hilum, & apexabo. *Arnob. l. 7. contra gentes.* Quid sibi hæc volunt, apexabo, isicia, filicernia, longano?

Longe, adv. *di lungi*, ברחק, Ger. *vveil*, Gal. *loin*, *de lain*, Hisp. *lexos*, πόρρω, procul, longo intervallo, longo loci spatio. Constituitur vel absolute. *Cic. in Fam. l. 2. ep. 7.* Longe absum, audio sero. *Id. in Ver. 4.* Epicrates mihi obviam longe processit. *Id. pro Quint.* Quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? *quanto v'è?* ¶ Vel cum abl. *Cic. in Fam. l. 4. ep. 12.* Cum longe a Piræo abessem. ¶ Vel cum genitivo *gentium*, in qua constructione videtur significare longe omnino. *Cic. Att. l. 6. ep. 3.* Tu autem abes longe gentium. *Id. l. 1. de Or.* Longissime ab imperitorum intelligentia disjunctum. ¶ Aliquando accipitur pro eo, quod barbari dicunt a longe, *da lontano*. *Virg. 2. Georg.* Litora longe resonantia. *Plaut. Truc. 4. 3. 79.* Næ ista stimulum longe habet, quę usque illinc cor pungit meum. ¶ Longe esse alicui, & longe esse ab aliquo, *esser lontano da alcuno*. *Virg. 12. Æn. v. 53.* Longe illi dea mater erit. *Cæs. l. 1. B. Gall.* Si id non fecissent, longe ab his fraternum nomen populi R. abfuturum. ¶ *Longe*, *lateque*, est multis, variisque in locis. *Cic. pro L. Man.* Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque dispersum, &c. ¶ Dicitur etiam de temporis intervallo. *Cic. de clar. Or.* Varro vitam Nævii producit longius. *Id. in Fam. 2. ep. 8.* Longe in posterum prospicere. ¶ Longe prospicere futuros casus, est eos longe ante videre, quam eveniant. *Cic. de Am.* Ut nos longe prospicere oporteat futuros casus Reipublicæ. ¶ Sæpe significat valde, multum. Tunc usurpatur cum nominibus superlativis, vel cum iis, quæ superlativi vim habent. *Cic. in Verr. 7. c. ult.* Quarum sacra longe maximis, atque occultissimis cæremoniis continentur. *Id. 13. Fam.* L. Castronius Pætus longe princeps municipii Lucensis. Vel cum comparativis. *Virg. 9. Æn.* At pedibus longe melior Lycus. ¶ Vel cum nominibus, quæ diversitatem, vel dissimilitudinem significant. *Cic. 5. Fam.* Longe alia conditione ego sum, ac cæteri Imperatores. *Id. de Orat.* Multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ, atque sejunctæ. ¶ Vel cum verbis *antecello*, *præsto*, *supero*, *vinco*, *diffundo*, *discrepo*, *dissentio*, *fallor*, & similibus. *Cic. 3. Off.* Longe illam vitam huic anteponit. ¶ Vel cum adverbiis, *aliter*, *ante*, *post*, *secus*, & similibus, *Cic. in Bruto*. Est longe aliter in versibus.

Longilŏquus, a, um, vox est *Donati ad Terent. Eun. 2. 2. 34.*

Longimănus, a, um, μακροχείρ, qui alteram manuum longiorem habet. Cognomen fuit Artaxerxis Persarum Regis. Alteram enim manuum habuit longiorem.

Longinque, adverb. longe, a longe. *Enn. apud Non. c. 11. n. 49.* Annos multos longinque a domo bellum gerentes.

Longinquĭtas, atis, f. *distanza*, *lontananza*, ברחק, Ger. *vveite*, Gal. *longue distance*, Hisp. *lexura*, διάστημα, locorum distantia. *Cic. Cæl. l. 2. Fam.* Quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur. ¶ Dicitur etiam de tempore, & ponitur pro diuturnitate, *longo tempo*. *Cic. 2. Fin.* Si negabit, voluptatem crescere longinquitate. *Id. 10. Phil.* Nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus est. *Id. de Div. l. 1. c. 7.* Nihil est, quod non longinquitas temporis efficere possit. *Ter. Hecyr. 4. 2.* Longinquitas ætatis. h. e. diuturnitas.

Longinquo, as, a. 1. distare facio, removeo, *allontanare*. *Claud. Mamert. l. 1. c. 1.* Deum a se longinquare.

Longinquum, adv. remote, vel diu. Longinquum loqui, est diutius loqui, *far molte parole*. *Plaut. Merc. 3. 4. 23.* Oratio næ odiosa est, cum rem agas, longinquum loqui.

Longinquus, a, um, *lontano*, רחוק, Ger. *ferr*, Gall. *lointain*, Hisp. *de lexos*, μακρὸς, ἀπώτερος, remotus, distans. *Cic. Marc. l. 15. Fam.* Te pietatis in tuos fructum cepisse gaudeo. Non dubito, quid præsentes sentiant. Nos quidem longinqui, & a te ipso missi in ultimas gentes ad cœlum mehercule tollimur verissimis, ac justissimis laudibus. *Id. pro L. Man.* Quod ex locis tam longinquis, tam diversis, tam brevi tempore omnes una huic se dediderunt. *Cæs. l. 1. B. C. c. 60.* Longinquiores civitates. ¶ *E longinquo*, est e loco remoto. *Plin. l. 7. c. 51.* Vagamque e longinquo multa annuntiare, quæ nisi a præsenti nosci non possent. ¶ Dicitur etiam de tempore, & pro diuturno ponitur, *lungo*, *Cic. 2. Fin.* Quod autem magnum dolorem brevem, longinquum levem esse dicitis. *Id. de Div. l. 2.* Aut quam longinquo tempore

potuit observari? ¶ Ex longinquo veniens nobilitas, dicitur antiqua nobilitas. *Plin. l.* 10. *c.* 42. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit. ¶ Per Catachresin usurpatur pro longo. *Plaut. Mil.* 3. 1. 136. Vitam longinquam darent. ¶ Vel pro eo, quod in longum tenditur. *Claud. l.* 3. *de rapt. Pros. v.* 363. Sic qui vecturus longinqua per æquora merces molitur tellure ratem. ¶ Translate capitur pro extero, & peregrino. *Ovid. in Ibin, v.* 228. Si mea longinquus viscera piscis edet. *Cic. pro Dejot. c.* 3. Iisdem rebus est perturbatus homo longinquus, & alienigena, quibus nos in media Rep. nati, semperque versati. ¶ Item pro sero, sive lento, *tardo*. *Plaut. Merc.* 5. 2. 55. Longinquum amanti istud.

Longĭpes, edis, o. *lungo di piedi*, Ger. *langfuessig*, Gal. *qui à longs pieds*, Hisp. *el que tiene largos pies*, μακροσκελής, longos pedes, sive longa crura habens. *Plin. l.* 30. *c.* 4. Simillimum scarabæo longipedi.

Longisco, is, n. 3. *allungarsi*, ἐκτανύομαι, longus fio, in longum cresco. *Enn. l.* 17. *Annal. apud Non. c.* 2. *n.* 506. Neque corpora firma longiscunt quicquam.

Longĭter, adverb. longe. *Lucret. l.* 2. *v.* 682. Non ut opinor, ea ab telo jam longiter errat. Adde *l.* 5. *v.* 134.

Longitĭa, æ, f. longitudo, *Auctor de limitib. edit. Goesii*, *pag.* 272.

Longitrorsus, adv. in longum, in longitudinem. *Fest.* Longitrorsus sic dicitur, sicut dextrorsus, sinistrorsus.

Longitūdo, inis, f. *longhezza*, ארך, Germ. *lenge*, Gall. *longeur*, Hisp. *largueca*, μακρότης, prolixitas, extensio per longum, magnitudo extensa per longum. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. ¶ Ponitur etiam pro longinquitate, seu distantia loci. *Cic.* 9. *Phil. c.* 1. Non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit. ¶ Item pro diuturnitate, seu pro longo tempore. *Cic.* 7. *Ver.* Noctis longitudo stupris, & flagitii conterebatur. ¶ Consulere in longitudinem, pro in futurum prospicere, usurpavit *Ter. Heaut.* 5. 2. 10.

Longiuscŭle, adverb. longule. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. *sub fin.* Longiuscule me progredi amor impulit.

Longiuscŭlus, a, um, *lunghetto*, paulo longior. Factum est a comp. neutro longius. *Cic. pro Arch. c.* 10. Quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis.

Longo, as, a. 1. *allungare*, μακρύνω, produco, extendo, longum facio. *Venant. Fortunat.* Tempore longatur, nec variatur amor.

Longobardi, Langobardi, Lancobardi, olim Bardi m. 2. *Lombardi*, pop. Vandaliæ, seu Ducatus Magnopolitani, in Ducatu Mechelburgensi, in ora maris Baltici, circa Svevum fl. al. circa Albim fl. Dicti sunt a voce Germanica *lang*, quæ longum, & a *bardt*, quæ barbam notat, nempe a barba prolixa, quam gerebant. *Isid. l.* 19. *Orig.* Alii dicunt, a sua urbe nomen accepisse, quæ fuit Bardum, *Bart.* Alii arbitrantur, Longobardorum gentem ex Lingonibus, & Bardiis Galliæ populis coaluisse, quemadmodum Celtiberi ex Celtis pop. Galliæ, & ex Iberis creduntur commixti, ideoque potius Lingobardos appellandos putant. Hi migravere in Germaniam, & sedes posuere in Marchia Brandeburgica. Deinde in Italiam venere, Albino duce, atque hic victis Gothis ducentos annos regnaverunt. Tandem a Carolo Magno deleti sunt.

Longobardia, f. 1. Langobardia, Lancobardia, *Lombardia*, pars Italiæ, ita dicta a Longobardis, qui eam occupaverunt. Continet majorem partem Galliæ Cisalpinæ. Dividitur in superiorem, & in inferiorem. In Longobardia superiore sunt Pedemontium, & Ducatus Mediolanensis, & Montis Ferrati. In inferiore sunt Ducatus Mantuanus, Mutinensis, & Parmensis, cum parte occidentali Ditionis Venetæ, ubi territoria Cremense, Bergomense, Brixianum, Veronense, Vicentinum, & Patavinum, & Ducatus Ferrariensis, atque territorium Bononiense. ¶ Dividitur etiam Longobardia in Cispadanam, & in Transpadanam. In Cispadana, quæ a Placentia Bononiam usque perducitur, sunt Ditiones Mutinensis, Parmensis, Monsferratus, pars minor Ducatus Mediolanensis, pars Borealior Ditionis Pontificiæ, & pars Pedemontii. In Transpadana, quæ complectitur Insubres, Cenomanos, & Bechunos, sunt pars Pedemontii, major pars Ducatus Mediolanensis, Ditio Veneta Longobardica, & Ducatus Mantuanus.

Longŭle, adver. dim. a longe. *Plaut. Rud.* 1. 5. 8. Haud longule ex hoc loco.

Longŭlus, a, um, dim. a longus. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 13. Longulum sane iter, & via inepta.

Longum, adverb. longe, diu, *alla lunga*. *Virg.* 10. *Æn. v.* 740. Nec longum lætabere. *Claudian. l.* 2. *de rapt. v.* 234. Sis memor, o, longumque vale.

Longurĭo, onis, m. προμήκης, longus homo, & procerus, apud vet. a perticæ, quam *longurium*, vocant, similitudine. Usurpatur convicii loco, haud aliter, ac *vacerram*, ac *stipitem* pro eo dicimus. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 484. Hic, qui ante me est, nescio quis longurio.

Longurĭus, rii, m. *perticone*, χάραξ, pertica longior, quæ sepibus hortorum, vel etiam bellicis trajici solebat ad eas confirmandas, a *longus*. *Cæs.* 3. *B. G.* Falces præacutæ insertæ, adfixæque longuriis, non absimili forma muralium (al. ruralium) falcium, Adde *l.* 7. *c.* 84.

Longus, a, um, *lungo*, ארוך, Ger. *lang*, Gal. *long*, Hisp. *largo*, μακρὸς, quod porrectum, seu extensum est, sive per planum sit porrectum, sive sit erectum in altum, a λόγχη, *lancea*, idest a longa figura lanceæ. *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 31. Longissimum agmen. *Virg.* 3. *Æn.* Stant longis innixi hastis, & scuta tenentes. ¶ Construitur cum acc. vel abl. mensuræ. *Plin. l.* 6. *c. ult.* In hoc cœli circumplexu æquinoctii die media umbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. *Plaut. Trin.* 4. 2. 58. Qua facie est homo? S. Sesquipede quidem est, quam tu, longior. ¶ Reperitur etiam cum genitivo. *Col. l.* 2. *c.* 11. In morem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito. ¶ *Longæ naves*, genus navium. Ab onerariis differebant, quia onorariæ velis duntaxat incitabantur, longæ etiam remis agebantur. *Lentul. Cic. l.* 12. *Fam.* A classe discesserunt, navique longa profugerunt, onerariis relictis. ¶ Per translationem ponitur pro diuturno. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 5. Quotidie horæ, quibus expectabam, longæ videbantur. *Virg.* 3. *Æn.* Et longum Andromaches testentur amorem. *Cels. l.* 3. *c.* 1. Morbi longi. ¶ Item pro prolixo, & fuso. *Cic. pro Rab. perduel. c.* 3. An de tabulario incenso longa oratio expromenda est? ¶ *Longum est*, significat, est multi temporis. *Cic.* 3. *Ver.* Longum est dicere, quam improbe fecerit. ¶ *Nihil mihi longius est*, pulchre dicitur, pro nullius rei tanta cupiditate, aut exspectatione teneor. *non vedo l'ora*. *Cic. pro Rab. Post.* Non mihi longius est quicquam, quam videre hominum vultus. *Id.* 11. *Fam. ep.* 27. Tum ille nihil sibi fuisse longius ait, quam ut me videret. *Id.* 5. *Ver.* Nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. ¶ Ne longum faciam, idest ut breviter dicam. *Hor.* 1. *ser. sat.* 3. ¶ In longum, *a lungo*, *per lungo tempo*. *Virg. Ecl.* 9. Causando nostros in longum ducis amores. h. e. differs, protrahis. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 27. Otia parare in longum. *Id. Ann.* 1. *c.* 20. Nec in longum fuit. *nè durò troppo*. ¶ Homo longus, accipitur pro stolido, & fatuo. *Catull. carm.* 68. (al. 66.) *in fi.* ¶ Denique *longus* nomen est Romanæ familiæ, ductum ab habitu corporis, ut docet *Quintil. lib.* 1. *cap.* 6.

Lopas, adis, f. λεπάς, genus conchæ marinæ. V. Lepas.

Loquacĭtas, tis, f. *loquacità*, πολυλογία, multiloquium, inanis & immodica garrulitas. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 4. Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas.

Loquacĭter, adv. *loquacemente*, λαλητικῶς, φλυαρῶς, multis, & inanibus verbis. *Cic. pro Mur. c.* 12. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille? *Horat. l.* 1. *ep. v.* 4. Scribetur tibi forma loquaciter, & situs agri.

Loquacŭlus, a, um, λαλίσκος, dim. a loquax. *Lucr. l.* 4. *v.* 1158. At flagrans, odiosa, loquacula.

Loquax, acis, o. 3. *loquace*, *cianciatore*, *chi parla molto*, λάλος, σπερμολόγος, verbosus, garrulus, multus, vel nimius in loquendo. *Cic.* 2. *de Or.* Quare istam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. *Id. de Sen.* Et senectus est natura loquacior. *Id. pro Flac.* Repente homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit.

Loquēla, æ, f. *loquela*, דברה, Ger. *die red*, Gal. *parole*, Hisp. *habla*, λαλιά, sermo, quem loquendo proferimus. *Cic.* 4. *Fin.* Ex ea difficultate illæ fallacis loquelæ, ut ait Accius, malitiæ natæ sunt. Alii legunt fallaciloquentiæ. *Virg. Æn.* 5. *v.* 842. Funditque has ore loquelas.

Loquentia, æ, f. 1. facultas loquendi, loquacitas. *Sal.* ut legit *Valerius Probus apud Gel. l.* 1. *c.* 1. Satis loquentiæ, sapientiæ parum. Sed vulgo legitur eloquentiæ.

Loquĭtor, aris, d. 1. *cianciare*, *parlare molto*, πολυλογέω, multum loquor, verba multa inaniter profundo, garrio, freq. a *loquor*. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 5. Eho tu loquitatus ne es gnato meo male?

Loquor, eris, loquutus, vel locutus sum, d. 3. *parlare*, *ragionare*, *divisare*, דבר, Ger. *reden*, Gal. *parler*, Hisp. *hablar*, λαλέω, ἀγορεύω, φράζω, φθέγγομαι, verba facio, sermonem habeo. Construitur vel absolute. *Cic.* 3. *de Or.* Primum ut pure, & Latine loquamur, deinde ut plane, & dilucide, tum ut ornate, post ad rerum dignitatem apte, & quasi decore. ¶ Vel cum ablat. instrumenti, seu modi. *Cic. de Or.* Poetas omnino quasi alia quadam lingua loquutos non conor attingere. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *cum*. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 2. Ita cum illo sum locutus. ¶ Vel cum accus. *Cic. Att. l.* 14. *ep.* 4. Horribile est, quæ loquantur, quæ minitentur, *Id. Att. l.* 5. Nihil, nisi classes loquens, & exercitus. ¶ Vel cum accus. & ablat. & præp. *cum*. *Cic. l.* 9. *Fam.* Cum eo & homine docto, & amantissimo tui loquutus ea sum, quæ pertulisse illum ad te existimo. ¶ Vel cum ablat. & præp. *de*. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 2. Loqui asperius de re aliqua. ¶ Vel cum ablat. rei, & præp. *de*, & altero ablat. personæ cum præp. *cum*. *Cic.* 6. *Fam.* De curatione aliqua munerum Regiorum cum Oppio loquutus sum. ¶ Vel cum accus. personæ, & præp. *inter*, & acc. vel ablat. rei cum præp. *de*. *Cic.* 3. *Fin.* Sic equidem diligentius, sæpiusque ista loquemur inter nos. *Id. Att. l.* 10. *epist.* 4. Ego enim ad eum scribam, ut tu ipse voles, de ea re nos inter nos loquutos. ¶ Reperitur etiam cum dat. *Plaut. Truc.* 2. 2. 10. Pergin' male loqui mulier mihi? ¶ *Loquuntur vulgo*, est vulgi in ore, versatur, seu vulgo circumfertur. *Cic.* 7. *Ver.* Cum vulgo loquerentur, suppositum in ejus locum, &c. ¶ *Loqui ad voluntatem*, est assentari, adulari. *Cic.* 6. seu potius 5. *Paradox.* Loquitur ad voluntatem, quicquid denunciatum sit, facit. ¶ *Loqui ad voluptatem*, est sermone suo voluptatem audientibus velle afferre. *Cic. pro Quinct.* Fatetur, se non belle dicere, non ad voluptatem loqui posse. ¶ *Loqui in eandem sententiam*, est in eundem sensum, ut barbari dicunt. *Cæs. l.* 1. *B. C.* In eandem sententiam loquitur Scipio, Pompejo esse in animo Reip. non deesse. *Loqui*, & *dicere* inter se differunt, quod *loqui* est simpliciter verba facere, *dicere* est diserte, & eleganter loqui. V. Dico. ¶ Aliquando significat narrare, exprimere. *Plaut. Men.* 2. 2. 47. Quos tu parasitos loquere. *Id. Ibid.* 5. 9. 7. Adolescens, quæso, loquere tuum mihi nomen. ¶ Sæpe *loquor* extra personam egreditur, & tunc significat indicare, ostendere. *Cic.* 1. *de Leg.* Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum affecti simus, loquuntur. *Id. pro Domo*. Ut annales Populi Rom. & monumenta vetustatis loquuntur. ¶ *Res ipsa loquitur*. h. e. apertissima est, & sermone non indiget. *Cic. Att. l.* 2. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur. ¶ *Loqui rem*, est loqui verum, non verba, & nugas. *Plaut. Epid.* 2. 2. 101. Tu quidquid acturus, age. P. Rem loquere. ¶ Dare aliquid alicui loquendum. h. e. prædicandum, laudandum. *Mart. l.* 5. *epigr.* 26. Quem chartis, famæque damus populisque loquendum, qui Stygios non vult totus adire lacus. ¶ *Loquitur* passivum impersonale *Varr. init. lib.* 5. *de L. L.* Sedetur, ambulatur, loquitur.

Lora, sive Lorea, æ, δευτερία, τρυγοφάνιος, οἶνος, genus potionis, quod fit ex maceratis aqua vinaceis, postquam totum mustum ex acinis expressum est. *Var. de vit. P. R. apud Non.* Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram. *Plin. l.* 14. *c.* 10. Non possunt jure dici vina, quæ Græci δευτερίας appellant, Cato, & nos loram, maceratis aqua vinaceis, quamvis inter vina operaria numerentur. *Cato de R. R. c.* 25. Indidem si voles, lavito; paulatim erit lorea familiæ, quod bibat.

Loramentum, ti, n. idem ac lorum. *Justin. l.* 11. *c.* 7. Cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset.

Lorării, orum, m. qui alios loris cædunt, quorum hominum præcipue usus erat in scenis. *Gel. l.* 10. *c.* 3. *de lictoribus Bruttianis*. Hi sequebantur Magistratus, tanquam in scenicis fabulis qui dicebantur lorarii, & quos erant jussi, vinciebant, aut verberabant.

Loratus, a, um, nom. ex partic. loris vinctus. *Auctor Moreti*, *in fin.* Sub juga parentes cogit lorata juvencos.

Lorĕa. V. Lora.

Lorētum. V. Lauretum.

Lorĕus, a, um, o. 1. 2. ex loro. *Plin. l.* 18. *c.* 31. Antiqui funibus, vitisque loreis ea detrahebant. *Plaut. Mil.* 2. 2. 2. Ego vestra faciam latera lorea, h. e. loris lacera.

Lorīca, æ, f. *panciera*, *corazza*, שריון, Ger. *ein pantzer*, Gal. *cuirasse*, Hisp. *coraca*, θώραξ, est munimentum pectoris, ut ait *Var. l.* 4. *L. L.* sic dicta a loris, quod olim de corio crudo pectoralia faciebant; postea vero ferreas loricas invenere. *Id. ibid.* Quidam deducunt a θώρηκα, accus. Jon. h. e. pectus. *Cic. pro Mur.* Cum illa lata insignique lorica. ¶ Fiebant enim loricæ ex lino. *Suet. in Galba*, *c.* 11. ¶ Item ex consertis loris. h. e. funiculis e plurimis liciis, sive filis. Unde & bilices, & trilices dicebantur. *Virg.* 3. *Æn.* Loricam consertam hamis, auroque trilicem. ¶ Item ex cornibus rasis, & lævigatis plumarum in speciem linteis indumentis innexæ. *Ammian. l.* 17. ¶ Per Metaphoram lorica vocatur quævis rei protectio, & munimentum. Hinc in ædificiis accipitur pro projectura, vel structura fastigiata aquam pluviam dispellente extra perpendiculum, *sporto*. *Vitr. l.* 2. *c.* 8. Cum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, non patietur lorica testacea lædi laterem, sed projectura coronarum rejiciet extra perpendiculum stillas. *Curt. l.* 9. *c.* 4. Angusta muri corona erat, non pinæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant, sed perpetua lorica transitum sepserat. ¶ Lorica etiam dicitur crusta, seu corium ex calce, & arena, quod parietibus, & pavimentis inducitur. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Supra fricaturam incernatur marmor, & supra loricæ ex calce, & arena

arena

rena induuntur. ¶ Usus est hujus vocis in bellicis munimentis pro quolibet sepimento, *parapetto*, *trincea*. *Cæs. l.* 3. *c.* 10. Octodecim castellis, ingentique lorica circundatam (urbem) fame domuit. *Id. l.* 5. *B. G.* Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur. ¶ Item pro quolibet muro extra usum rei bellicæ, quo aliquid circumdatur. *Ammian. l.* 25. Erat in hac regione extentum spatium, lorica ambitu circumclausum, destinatas regiis voluptatibus feras continens. *Apul. l.* 6. *A. A.* Jam domus eorum extremam loricam perveneramus.

Loricatio, onis, f. actus inducendi loricam, seu tectorium in pavimentis, aut parietibus. *Vitr. l.* 7. *c.* 1. Coassatio clavis fixa præbeat contignationi loricationem.

Loricātus, a, um, τεθωρακισμένος, lorica indutus, partic. a loricor. *Liv. l.* 23. *c.* 19. Statua ejus indicio fuit Prænestæ in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite.

Lorīco, as, avi, atum, a. 1. ἐπιθωρακίζομαι, loricam induo, lorica munio. *Plin. lib.* 8. *c.* 24. *de Schneumone*. Mergit se limo sæpius, siccatque Sole, mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicationem pergit. ¶ Loricare parietes, est iis tectorium inducere. *Varro*. Parietes opere tectorio loricandi.

Loricŭla, æ, f. *panzieruola*, προβόλιον, parva lorica. Accipitur pro munimento, quod obsessores urbium construunt, cum ultra jactum teli fossam faciunt, eamque vallo, fudibus, & turriculis instruunt, ut erumpentibus ex urbe possint obsistere. *Hirt. lib.* 8. *B. G. cap.* 9. Quorum frontes viminea loricula munirentur.

Lorĭpes, edis, o. *che ha il piè torto*, ἱμαντόπους, qui pedem in modum lori tortum habet. *Juven. sat.* 2. *v.* 23. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Lorum, ri, n. *correggia*, *staffile*, מכות, Germ. *ein zuegel*, Gal. *fangle*, *longue*, *courroye*, Hisp. *correa*, ἱμὰς, corrigia ex corio, qua servi verberabantur, a *lorum*, quod lingua veteri corium notavit. *Cic.* 13. *Phil.* Quos Antonius deliciarum causa loris in convivio cædi jubebat a suis publice. *Terent. Adel.* 2. 1. 20. Usque ad necem operiere loris. ¶ Lora etiam dicuntur habenæ, quia plerunque ex corio fiunt. *Ovid. Met.* 2. *v.* 145. Phœbus Phaethonti inquit: Corripe lora manu. Et *v.* 200. Mentis inops, gelida formidine lora remisit. ¶ Ponitur etiam pro quocunque ligamento. *Gel. l.* 5. *c.* 14. Leonem tenui loro vinctum, *Cic. de Arusp. Resp.* Aut thensam, aut lorum omisit.

Lorus, i, m. λῶρος, idem ac lorum. Sed raro usurpatum invenitur. *Apul. l.* 3. *A. A.* Lorum quempiam finu suo deprimit.

Lotharingĭa, f. 1. Lotharii Regnum, prius Austrasia, quæ tamen magis patebat, *Lorena*, pars Galliæ Belgicæ, inter Campaniam ad Occ. & Alsatiam ad Or. & inter Luxemburgum ad Sept. & Com. Burgundiæ ad Mer. ita dicta a Lothario Rege Galliæ.

Lotĭo, onis, f. *lavatura*, *lavamento*, λουσμὸς, actus lavandi. *Vitruv. l.* 7. *c.* 9. Glebæ minis cum sunt aridæ, pilis ferreis contunduntur, & lotionibus, & cocturis efficiuntur, ut adveniant colores. ¶ Speciatim ita dicitur clyster, quo alvus abluitur, & ducitur: idipsum enim & Græca vox significat, a λούζω, lavo. *Cels. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 2. Plerumque vero alvus lotionibus ducenda est.

Lotiolente, adv. impure, fœde, a *lotium*. *Titinn. apud Non. c.* 2. *n.* 485.

Lotis, idis, vel Lotos, i, f. Λωτὶς, Λωτὼς, Nympha quædam fuit filia Neptuni, quam cum amatam Priapus persequeretur, illa Deorum miseratione in arborem conversa est, quæ vulgo faba Syriaca dicitur. *Serv. in* 2. *Georg. Ovid.* 9. *Met. v.* 347.

Lotĭum, tii, n. *orina*, מי רגלים, Ger. *bruntz*, Gal. *urine*, Hisp. *orina*, οὖρον, urina, a *lotu*, etsi quantitas dispar est, quia intus humore eo corporis partes abluuntur, per quas meat. *Suet. in Vesp. c.* 23. Reprehendenti filio Tito, quod & urinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur: at illo negante, Atqui, inquit, e lotio est.

Lotomētra, æ, f. panis ex semine loti herbæ. *Plin. l.* 22. *c.* 21.

Lotophăgi, m. 2. Λωτοφάγοι, populi in Africa, ad Syrtim parvam, in insula Lotophagite, in conspectu Neapolis, al. in R. Tripolitano. Dicti sunt a *lotus*, & φάγω *edo*, quod arboris ejus fructu credantur victitare. *Plin. l.* 5. *c.* 4.

Lotor, oris, m. qui lavat. *Inscript. apud Fabret. pag.* 435. Dianæ Aug. Colleg. lotor sacr.

Lotos, f. 2. Λωτὸς, arbuscula, seu frutex in Africa, circa Syrtes, atque Nasamonas, in Regno Tripolitano. Ligno nigro est, & myrti modo baccas fert adeo dulces, ut advenis incutiant patriæ oblivionem. Unde cum Ulyssis socii delati fuissent in Africam, & hujus arboris fructus gustassent, vix inde abducti sunt. *Hom. l.* 9. *Odyss.* Quidam arbitrantur, esse eam arborem, quam Romani visciolum dicunt. *Plin. l.* 13. *c.* 17. & *l.* 21. *c.* 17. Poetæ fabulantur, appellatam esse a Loto, seu Lotide, Nympha, quæ Priapum fugiens in hanc arborem conversa fuerit. Genti, & terræ nomen dedit. ¶ In Ægypto etiam frutex paluster est, seu herba hoc nomine, quam Homerus inter herbas subnascentes Deorum voluptati primam nominavit. Hæc recedentibus aquis Nili provenit similis fabæ, in cujus capite fructus est papaveri similis, intus grana habens ceu milium, ex quo incolæ faciunt panem, quem lotometram appellant. *Plin. l.* 22. *c.* 21. ¶ Item in Italia lotus nascitur. Dicitur lotus a loto Africano, ob fructuum suavitatem. Nominatur etiam faba Græca, vel Syriaca, a figura. *Plin. l.* 24. *c.* 2. *Virg.* 2. *Georg.* Nec salici, lotoque, nec Idæis cypariſſis. *Ovid.* 10. *Met.* Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos. ¶ Lotos est etiam tibiæ genus apud *Silium l.* 8. *v.* 506. & *l.* 11. *v.* 432. Sic *Martial. l.* 8. *epigr.* 51. Palladius tenero lotos ab ore sonat. ¶ Adverte, hoc loco efferri mascul. genere.

Lotūra, æ, f. Λοῦσις, lavatio. *Plin. l.* 33. *c.* 7. Sequentis autem loturæ optimum.

Lotus, a, um, *lavato*, idem quod lautus. *Stat. lib.* 1. *Silv.* 5. *v.* 62. Qui modo lotus in unda.

Lotus, us, m. lotio. *Cels. l.* 1. *c.* 3. *de his*, *quæ calefaciunt*, *& refrig.* Refrigerant omnia acida, aqua, oleum, & lotus.

Loxias, æ, m. Λοξίας, cognomen Apollinis, a Λοξὸς, *obliquus*, vel propter obliqua, & tortuosa responsa, quæ hujus vates reddebant, quo facilius consultoribus imponerent, vel quod Apollo, ideſt Sol Zodiacum oblique pererrat. *Macrob. l.* 1. *Satur. c.* 17.

L A N T E U.

Lua, f. 1. Dea, quæ purgationibus præerat, a *luendo*, ideſt purgando. Unde & ei ad lustrandam hominum cædem, hostium arma, spoliaque incendebantur. *Liv. l.* 8. *c.* 1.

Lubens, Lubentĭa, Lubido, Lubet, &c. — V. Libet, &c.

Lubrĭce, adv. *instabilmente*, Ger. *schlipfferzechtig*, Gal. *en glissant*, *incostemment*, Hisp. *dudosamente*, *delezнablemente*, γλισχρῶς, inconstanter, & parum syncere, dubiæ, periculose. *Cic.* 2. *Phil. c.* 24. Et lubrice versatus in bello est. Meliores tamen Cod. ita eum locum exhibent. Difficilis sane reprehensio, & lubrica. Versatus in bello est, &c.

Lubricātus, a, um, nom. partic. lubricus, seu lævis factus, ut lubricatus lapis, apud *Arnob. l.* 1.

Lubrĭco, as, a. 1. γλοιόω, lubricum facio. *Juven. sat.* 9. *v.* 173. Qui Lacedæmonium ptyſmate lubricat orbem.

Lubrĭcum, ci, subst. n. 2. τὸ γλισχρὸν, lubricitas, quod lubricum est. *Tac. 1. hist. cap.* 79. Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate. *Id. l.* 1. *Ann. c.* 65. Illi sanguine suo, & lubrico paludum lapsantes, &c. *Id. l.* 3. *hist. c.* 82. Per angusta, & lubrica viarum flexerunt.

Lubrĭcus, a, um, *sdrucciolofo*, γλισχρὸς, præceps, periculosus, in quo quis nequit consistere, qualis est terra argillosa humectata, marmora lævigata, aqua gelata, cæteraque hujusmodi, ubi commode vestigium figere non possumus, a *labor*, *eris*, quasi *labricus*, *a* in *u* abeunte. *Virg.* 5. *Æn.* Et se se opposuit Salio per lubrica surgens. ¶ Lubricum item dicitur, quod si comprehendatur, manibus elabitur, facileque effluit. *Virg.* 2. *Æn.* Lubrica convolvit sublato pectore terga. Et 5. *Æn.* Adytis cum lubricus anguis abimis. ¶ Translate ponitur pro difficili, incerto. *Cic.* 2. *Off.* Qui locus est sane lubricus, quoniam vix invenitur, &c. ¶ Item pro inconstanti, proclivi ad lapsum. *Cic. pro Cœl. c.* 17. Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. ¶ Item pro mobili, *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Natura oculos fecit lubricos, & mobiles. ¶ Item pro fallaci, & qui multas vias elabendi novit. *Virg.* 11. *Æn.* Nequicquam patrias tentasti lubricus artes.

Luca, f. 1. *Lucca*, Λῦκκ, urbs Hetruriæ. Respublica est optimis legibus temperata, circuitus 3. M. P. permunita, cum undecim propugnaculis, probe culta, condita a Tuscis anno mundi 1469. quo Tarentum, & Syracusæ, ad alveum Auseris, seu Sarculi fl.

Luca Bos. V. Lucas.

Lucanĭa, f. 1. *Basilicata*, regio Italiæ, in Regno Neapolitano, ubi nunc Basilicata cum parte maxima Principatus ulterioris versus Austr. & parte Calabriæ citerioris. Dicta est, quod regio ætherea sit, i. e. multæ lucis, vel quia sita est ad partem stellæ Luciferæ, vel a populis, qui in ea habitavere, qui Lucani appellati sunt, vel a Lucilio duce, vel quod primitus in luco consederint. *Justin. l.* 23. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & *Liv. l.* 22. *c.* 42.

Lucanĭca, f. 1. *lucanica*, *falciccia*, Ger. *eine bratwurſt*, Gall. *fauciſſe*, Hisp. *longanica*, ἀλλᾶς, genus farciminis ex porcinis carnibus, a Lucanis populis, a quibus primum inventum est. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 16. *ad fin.* Solebam antea delectari oleis, & lucanicis tuis. *Mart. l.* 13. *epigr.* 35. Filia Picenæ venio Lucanica porcæ.

Lucanĭcus, a, um, ad Lucanos pertinens. *Spartian. in Caracall. cap.* 5. Cum Germanos subegisset, Germanicum se appellavit, vel joco, vel serio, ut erat stultus & demens: afferens, si Lucanos vicisset, Lucanicum se appellandum.

Lucānus, m. 2. Poeta, nepos Senecæ Tragici. Bellum civile inter Cæsarem, & Pompejum gravissimo carmine perscripsit, item Orphei Tragœdiam, multaque alia, quæ hodie non extant. Periit incisa jussu Neronis vena, jam Consul designatus, propterea quod inter eos nominatus esset, qui cum Pisone conjurarant. *Crinit.* ¶ *Quintil. l.* 10. *c.* 1. eum Oratoribus magis, quam Poetis annumerandum censet. Quo fortasse & *Martialis* respexit *l.* 14. *epigr.* 194. Sunt quidam, qui me dicunt non esse poetam, At qui me vendit, bibliopola putat.

Lucānus, a, um, adject. ad Lucaniam pertinens, ut Lucana pascua, *Horat. Epod.* 1. Lucanum mare, *Stat. l.* 3. *Silv.* 1. *v.* 85. ¶ Lucani, orum, Lucaniæ populi. *Liv. lib.* 22. *c.* 42. Lucanorum turba Lucani appellati dicuntur, &c.

Lucar, aris, n. θεωρικὸν, θεατρὸν ἀργύριον, pecunia, quam spectatores pro loco solvunt, a *luo*, h. e. solvo, quemadmodum etiam lucrum a *luo* factum est, quia pro ludorum spectaculis persolvebatur. *Voss.* Vel dicendum est, quod nunc est *lucar*, prius dictum esse *locar* a *locis*, pro quibus illud locariis solvebatur a sedentibus. Aliqui deducunt a *lucus*. *Fest.* Lucar, pretium, quod ex lucis captatur, vel erogatio, quæ ex lucis fiebat. V. Lucaris. Sunt etiam, qui lucar exponunt mercedem, quæ datur non locariis, sed ipsis histrionibus. Legitur hæc vox apud *Liv. lib.* 3. Hinc translate *Tert. adv. Gnostic. cap.* 8. de Joanne Baptista: Contumelioſe truncatur in puellæ saltricæ lucar. h. e. in præmium.

Lucaria, orum, n. 2. vel Lucaria, ium, n. 3. festa, quæ in luco Romani faciebant, qui permagnus erat inter viam Salariam, & Tyberim, eo quod victi a Gallis, fugientes e prælio ibi se se occultaverunt. *Fest.*

Lucāris, re, adject. in luco datus, ut Lucaris pecunia, apud *Fest.*

Lucas bos, vel Luca bos, est Elephantus. *Var. l.* 6. *de L. L. Plin. l.* 8. *c.* 6. Causam nominis triplicem affert *Var. l.* 6. *de L. L.* unam suam, ut sic dicantur *a luce*, quod longe relucerent propter inauratos clypeos. Alteram C. Ælii, ut a Libycis sit factum Lucæ. Tertiam Verginii, quam solam probat *Vossius*, quod Romani elephantes primum conspexerint in Lucania Pyrrhi bello; bovem autem vocasse, quod maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem. *Lucas* igitur dixere pro *Lucans*, *Lucans* autem fecere e *Lucanus*, ut Picens pro Picenus. *Lucr. l.* 5. *v.* 1031. Inde boves Lucas turrito corpore. *Sen. Hippol. v.* 351. Amat insani belua ponti, Lucæque boves.

Lucellum, li, n. 2. κερδύφιον, parvum lucrum. *Cic.* 5. *Verr. c.* 30. Si Apronio e deliciis Prætoris lucelli aliquid justi sunt dare. *Id. ib. c.* 44. Facere aliquid lucelli. *Sen. ep.* 5. Hujus diei lucellum tecum communico. *Catul. carm.* 28. *ad Pisonis Prætoris Comites*. Ecquidnam in tabulis patet lucelli? h. e. pecuniæ, seu lucri vobis a Prætore expensi, & dati.

Lucens, entis, o. *lucente*, φαίνων, splendens, splendidus, clarus, conspicuus. *Virg.* 6. *Æn. v.* 725. Lucentemque globum Lunæ. *Stat.* 9. *Theb.* Tunicæ lucentes auro.

Lucensis, e, adject. qui est ex urbe Luca, ut Lucense municipium, apud *Cic.* 13. *Fam. epist.* 13.

Lucĕo, es, xi, n. 2. *lucere*, *risplendere*, אור, Ger. *scheinen*, Gal. *reluire*, Hisp. *luzir*, λάμπω, splendeo, lucem emitto. *Cic. in Somn. Scip. c.* 3. Luna, quæ luce lucebat aliena. ¶ Lucere facem alicui, aut cereum, est alicui præferre facem, aut cereum. *Plaut. Cas.* 1. 2. 30. Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem. *Id. Curc.* 1. 1. 9. Tute tibi puer es lautus, luces cereum. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Cic. pro Rosc. Amer. cap.* 34. Nondum lucebat, cum Ameriæ scitum est. ¶ Translate *Id. Att. l.* 3. *ep.* 15. Mea officia, quæ parum antea luxerunt. *Id.* 1. *Offic.* Æquitas lucet ipsa per se. *Id. pro Mil.* Cum res ipsa tam claris argumentis, signisque luceat.

Lucĕŏlum, n. 2. Luceoli, *Ricivoli*, *Ponte di Rezzoli*, vel *Riccioli*, oppid. Umbriæ, ad Cantianum flu. & apud Apenninum M. excisum a Narsete, inter Eugubium, & Callium.

Lucĕres, vel Lucerenses, m. 3. erat variorum hominum turba, qui in Romuli asylum confugerant, vel quia jam a patria exulabant, vel quia Regum suorum tyrannidem ferre non poterant. Dicti sunt a *luco* asyli. *Plut. in Romulo*. *Voss.* Sed aliqui dicunt, Ardeates fuisse, qui duce Lucero Ardeæ Rege auxilio fuerint Romulo adversus Tatium, & Sabinos bellum gerenti. *Fest.* Alii fuisse Hetruscos, qui duce Galerito

Lucre-

Lucretiuo, seu Lucumone Romanis adversus Sabinos opem tulerint, & bello confecto Romæ remanserint, appellatos esse a suo Rege. *Junius apud Varronem l. 4. de L. L. Aur. Victor de Vir. Illustr.* Hi tertiam ex tribus primis Tribubus Populi Rom. effecere. *Dionys.* A *Livio* appellantur tertia Centuria Equitum. Sedes illis inter Palatium, & Capitolium data est. ¶ Prima hujus vocis syllaba dubia est quantitatis. *Ovid. 3. Fast. v.* 132. Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit. *Propert. l. 4. el. 1. v.* 31. Hinc Tatios, Ramnesque viri, Lucresque coloni.

Lucĕria, æ, f. *Lucera*, urbs Apuliæ Daunicæ, in R. Neapol. in prov. Capitanata, in planitie. Ibi lanæ optimæ conficiebantur. *Horat. l. 3. od.* 15. ¶ Luceria item, seu Nuceria, *Lucera*, opp. nunc castr. Gall. Cisp adnæ, ad Padum fl. in Duc. Mantuano.

Lucĕrius, m. 2. Λυκέριος, Ardeæ Rex, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium. *Fest.*

Lucerna, æ, f. *lucerna*, נר, Germ. *ein kertz, odor lampe*, Gal. *lumiere, lampe*, Hisp. *candil*, λύχνος, instrumentum, quod uno, vel pluribus ellychniis in eo accensis, oleoque totis, nobis lumen præbet, a *luceo*. *Cic. 4. Acad.* Itaque Timagoras Epicureus negat, sibi unquam, cum oculum torsisset, duas ex lucerna formulas esse visas. ¶ Lucernarum usum primi Ægyptii monstravere. *Euseb. l. 10. Præp. Evang.* ¶ Lucernarum alia simplex est, quæ habet partem unam tantum exporrectam, & quæ uno ellychnio contenta est, quæ *cubicularia* dicitur, alia *dimyxos*, ad duo ellychnia ferenda, alia *trimyxos*, ad tria, alia *polymyxos*, ad multa. *Mart. l. 14. epigr.* 40. Illustrem cum tota meis convivia flammis, totque geram myxos, una lucerna vocor. ¶ Est etiam lucerna marinus pisces, ita dictus, quod noctu tranquillo mari, lingua ignea per os exerta relucet. *Plin. l. 9. c. 27.*

Lucernātus, a, um, adject. lucernis illustratus. *Tert. l. 2. ad uxor. c. 6.* Janua laureata, & lucernata.

Lucescit, ebat, imp. 3. *si fa giorno*, ἡμέρα γίνεται, clarum fit, dies fit. *Cic. l. 15. Fam.* Ut ad 3. Id. Octob. cum lucesceret, in Amanum ascenderem. ¶ Antiqui *lucifcit* dicebant. *Ter. Heaut. 3. 1. 1.* Lucifcit hoc jam. *Plaut. Amph. 1. 3. 45.* Eamus Amphitryo, lucifcit hoc jam. h. e. hoc cœlum.

Lucesco, is, n. 3. lucere incipio, vel luceo. *Virg. ecl. 6. v.* 37. Jamque novum terræ stupeant lucescere solem. V. Lucescit.

Lucetius, m. 2. Διὰκτιος, Jovis cognomen, quasi lucis auctor, a luce, quam præstare hominibus putabatur. *Fest.*

Luci, adv. *di giorno*, interdiu, cui opponitur noctu. *Cic. 12. Phil. c.* 10. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi? *Plaut. Casin. 4. 2.* Venire luci.

Lucĭānus, i, Λουκιανὸς, Samosatensis, sub Trajano Imperatore varia scripsit, & quidem jucundi argumenti. Contumeliose, & impie in Christianam Religionem invectus tandem pœnas dedit discerptus a canibus, ut scribit *Suidas*.

Lucĭde, adv. *chiaramente*, φανερῶς, clare. *Cic. 2. de Or. c.* 25. Ut verbum illud, quod causam facit, lucide, & breviter uterque definiat. *Sen. epist. 71.* Animus lucidius, & tranquillius inter divina mansurus. *Quintil. l. 4. c. 5.* Ostendere causam lucidissime.

Lucĭdus, a, um, *lucido, chiaro*, מאיר, Ger. *heiler*, Gal. *clair*, Hisp. *claro, lucido*, φανερὸς, clarus, perspicuus, a *lux*. *Hor. 1. carm. ode 3.* Sic fratres Helenæ lucida sidera. *Ovid. 1. Fast.* Lucidior visa est, quam fuit ante, domus. *Vitr. l. 9. c. 6.* Lucidissima stella. ¶ Translate *Quint. l. 10. c. 1.* Philistus imitator Thucydidis, ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. ¶ *Lucidum* adverbii more positum pro lucide. *Hor. l. 2. ode 12.* me voluit dicere lucidum fulgentes oculos.

Lucĭfer, i, m. *Lucifero*, φωσφόρος, stella Veneris, a *luce ferenda*. Ita dicitur mane, cum antegreditur Solem. Nam vesperi, cum subsequitur, eadem *Hesperus* vocatur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Infima est quinque errantium, terræque proxima Stella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, *Lucifer* Latine dicitur, cum antegreditur Solem, cum subsequitur autem, Hesperos. Ea cursum anno conficit, & latitudinem lustrans significri orbis, & longitudinem.

Lucĭfer, eris, m. filius Jovis, & Auroræ, qui Trachinnam Nympham amavit, & ex ea suscepit geminam prolem, Ceycem, & Dædalionem. Dictus est Auroræ filius, quia stella illa, quæ & Venus dicitur, mane Solem præcedens, quasi ex ejusdem sinu oriri videtur. *Boccat. l. 11. Gen.*

Lucĭfer, ra, rum, o. 1. 2. *che mena la luce*, φωσφόρος, quod lucem fert. *Cic. 2. de nat. Deor.* Itaque ut apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant. *Ovid. ep. 11. v.* 46. Denaque Luciferos Luna premebat equos.

Lucĭficus, a, um, adjectiv. lucem emittens, illustrans, lucidus. *Cæl. Aurel. Acut. 2. 9.* Vapor lucifici solis.

Lucĭfĭdus, a, um, adject. luce fluens, lucidus. *Prudent. Phsychom. v.* 625. & *Juvencus in Matth. c.* 24.

Lucĭfŭga, æ, com. idem ac lucifugus. *Sen. ep.* 122. lucifugas homines appellat, qui contra naturam nocte utuntur pro die, qui & λυχνόβιοι dicuntur, quasi lucernarii. Adde *Apul. l. 5. A. A.*

Lucĭfŭgus, a, um, *che fugge la luce*, qui fugit lucem, & gaudet tenebris. *Cic. 1. Fin. c.* 18. Lucifugi, maledici, monstrosi, etiam aliis amatoriis levitatibus dediti. *Minut. Fel. c.* 8. Lucifuga natio. Alii legunt *lucifugax*.

Lucilianus, a, um, adject. ad Lucilium pertinens. *Cic. l. 19. Att. ep.* 11.

Lucilius, m. 2. Poetæ vetustissimi nomen, patria Aruncani, qui primus Latinorum Satyram scribere aggressus est. Obiit apud Neapolim anno ætatis suæ 46. publicoque funere elatus fuit. *Cic. 2. de Orat. c. 9.* C. Lucilius homo doctus, & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse.

Lucina, f. 1. ἐλείθυια, Dea partuum præses, eadem ac Luna, sive Diana, quæ & Juno Lucina appellabatur, item Luna Lucifera, & Diana Lucifera. A *luce* enim, vel *luceo* est *Lucina*, & a *Lucina* per contractionem *Luna*. *Var. l. 4. de L. L. Cic. 2. de nat. Deor.* Adhibetur autem ad partus, quod ii matureſcunt aut septem nonnunquam, aut plerumque novem Lunæ curſibus. *Ter. Andr.* Juno Lucina fer opem. *Virg. in Pollione.* Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. *Id. 3. Georg. v.* 60. Ætas Lucinam, justosque pati Hymenæos.

Lucĭnus, a, um, adject. a luce, ut lucinæ horæ, quibus scil. in lucem edimur, apud *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v.* 222. Et qui lucinas tribuo nascentibus horas.

Lucĭpărens, tis, idem, ac luciferus, ut luciparens nox, apud *Avien. in Phænom. Arat. v.* 854.

Lucĭpor. V. Marcipor.

Lucĭsător, oris, m. lucis auctor. *Prudent. Cathemer. 3. v. 1.*

Lucĭsco, V. Lucesco.

Lucĭus, m. 2. prænomen est Romanis familiare, quod idcirco illi, qui primo hoc prænomine fuit appellatus, impositum creditur, quia prima luce natus fuerit. *Fest.* Alii deducunt a Lucumonibus pop. Hetruriæ.

Lucĭus, ii, m. genus piscis, qui & lupus dicitur, stagna colens, & rapinas infestans. *Auson. Mosella, v.* 120.

Lucrātio, onis, f. *guadagno*, actus lucrandi. *Tertull. l. 2. ad Uxor. c. 7.* Spem lucrationis accipere.

Lucrātīvus, a, um, adject. lucrum afferens, *lucroso*. *Quintil. l. 10. c. 7.* Neque vero tam nullus est dies occupatus, ut nihil lucrativæ operæ ad scribendum, aut legendum capi aliquo momento temporis possit.

Lucretĭa, f. 1. fil. Sp. Lucretii Tricipitini Prætecti Urbis Romæ, uxor L. Tarquinii Collatini, quam Sex. Tarquinius Superbi filius, Collatiæ ab ea hospitio susceptus, cum precibus exorare non posset, vi oppressit. V. *Liv. l. 1. ad fin.*

Lucretilīnus, a, um, adject. ad Lucretilem spectans, ut Lucretilinus sol, apud *Cic. 6. Att. ep.* 11. Al. leg. *Lucretianus*.

Lucretĭlis, m. 3. mons in Sabinis, valli imminens, per quam Farfarus fl. decurrit. Sed Acron Horatii interpres illum Latio Gabiis proximum statuit. *Horat. l. 1. od.* 17.

Lucretĭus, m. 2. Poeta Latinus, Ciceronis ætatem non multo antecessit. Scripsit de rerum natura libros sex elegantes, sed archaismis refertissimos. ¶ Periit furore, propinato sibi ab uxore Lucilla veneficio poculo. *Hieron. in Chronic. Euseb.*

Lucrifacĭo, is, eci, actum, a. 3. idem, ac lucror. *Martial. l. 8. ep.* 10. Emit lacernas millibus decem Bassus, Tyrias coloris optimi; lucrifecit. ¶ Lucrifacere injuriam, est impune alicui injuriam inferre, nullaque ob eam pœnas luere. *Plin. l. 7. c.* 39. Quam quidem injuriam lucrifecit ille mercatus in luctu civitatis, quoniam arguere nulli vacabat. *Valer. Max. l. 4. c. 1. n.* 10. Traduc equum, & lucrifac censoriam rotam. h. e. a censore non notaberis.

Lucrifactus, a, um, partic. a lucrifico. *Cic. Verr. 3. c.* 75. Jam vero ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

Lucrificabĭlis, le, o. 3. *che porta guadagno*, κερδαλέος, lucrum afferens. *Plaut. Perf. 4. 7. 2.* Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

Lucrifĭcus, a, um, adject. *lucroso*. *Plaut. Perf. 4. 3. 46.* Lucrifica fortuna.

Lucrifĭo, is, factus sum, passiv. anom. *esser guadagnato*. *Cic. Verr. 5. c.* 46. Quid, si ostendo, in hac una optione lucrifieri tritici modios centum?

Lucrifŭga, com. 1. *che fugge il guadagno*, μισοκερδὴς, qui lucrum fugit. *Plaut. Pseud. 4. 7. 33.* Cum hos huc adigit lucrifugas.

Lucrĭi Dii, qui lucrorum consecutionibus præsidebant. *Arnob. l. 4.*

Lucrinensis, e, adject. ad Lucrinum lacum pertinens. *Cic. 4. Att. ep.* 10.

Lucrīnus lacus, Lucrinus sinus, Bajanus lacus, *Mar morto*, al. *Lago di Licola*, λακκίνος κόλπος, parvus lacus, seu sinus Campaniæ, inter Puteolos, & Bajas, ac inter Avernum lacum, & mare Tyrrhenum, prope intimum recessum sinus Puteolani. Sed ex quo terræmotu anni 1538. mons hic novus extitit, qui vocatur mons Cireneus, nihil laci Lucrini supereſt, nisi palus lutosa cum arundineto. Dictus est a *lucro*, propter multitudinem delicatissimorum piscium, qui ibi capiebantur. *Festus*.

Lucrīnus, a, um, adject. ut Lucrina aqua, apud *Propert. l. 1. el.* 11. Lucrina conchylia, apud *Horat. epod. 2. v.* 49.

Lucrĭo, onis, m. *amico del guadagno*, φιλοκερδὴς, qui undique lucrum aucupatur. *Festus* in voce *Cercops*.

Lucripĕta, æ, m. qui lucri est avidus, ut lucripeta fœnerator, *in argumento Mostell. Plauti, v.* 6.

Lucror, aris, atus sum, d. 1. *guadagnare*, בצע, Ger. *gewvinen*, Gal. *gaigner*, Hisp. *ganar*, κερδαίνω, lucrifacio, lucrum, vel quæstum facio. *Cic. Verr. 7. c.* 24. Stipendium omne lucrari. ¶ Lucrari malum aliquod eodem modo dicitur, quo Lucrifacere injuriam. V. *Lucrifacio*. *Cic. Verr. l. 1. c.* 12. Lucretur indicia veteris intimiæ. h. e. impune ferat. *Stat. l. 9. Theb.* Lucrari moram fati, *differir la morte*.

Lucrōfe, cum lucro. *Hieron. epist. 22. ad Eustoch. c.* 5. Lucrosius perire.

Lucrōsus, a, um, *utile*, κερδαλέος, plenus lucro. *Ovid. 2. Amor. eleg.* 10. Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas. *Plin. l. 37. c.* 12. Neque est ulla fraus vitæ lucrosior. *Id. l. 18. c.* 31. Id peræque lucrosissimum.

Lucrum, cri, n. *guadagno*, *utilità*, בצע, Ger. *gewvinn*, Gal. *gain*, Hisp. *ganancia*, κέρδος, quæstus, utilitas, a sup. *lutum* verbi *luo*, solvo. *Varro l. 4. de L. L.* Aliqui putant, dici a *lucis*, proprieque eo notari lucrum proventum, ut nempe prima sua acceptione lucrum idem fuerit, quod *lucar*. *Cic. 5. Tusc.* Alii emendi, aut vendendi quæstu, & lucro ducerentur. ¶ *Lucri est*, significat prodest, vel utile est *Plaut. Amph.* Lucri est, quod miseriam deputat. ¶ *Lucro est*, idem ac lucri est. *Cic. 7. Verr.* Quibus, utri nostrum ceciderint, lucro futurum est. ¶ *Deputare*, vel *ponere in lucro*, est tanquam lucrum æstimare. *Ter. Phorm. 2. 1.* Quicquid præter spem eveniet, omne id deputabo in lucro. *Cic. pro Flacc.* Et me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Eodem modo *Horat. l. 1. od. 9.* Quem fors dierum cumque dabit, lucro appone. ¶ *Vivere de lucro* dicitur ille, qui magno vitæ periculo elapsus est. *Liv. l. 40. c.* 8. De lucro, pater, vivere me scito. ¶ *Facere rem aliquam lucri*, est lucrum facere alicujus rei. *Nepos in Thrasyb. c. 1.* Quæ ille universa naturali quodam bono fecit lucri. ¶ Lucrum masc. genere habet *Plaut. apud Non.* Unde tu prægrandem lucrum facias.

Lucta, æ, f. *lotta*, נִמְחוּל, Ger. *ein kampff*, Gal. *luite, lutte*, Hisp. *lucha*, πάλη, certaminis genus, unum ex Græcorum pentathlo, quo alius alium prosternere in terram nititur. *Sidon. l. 2. ep. 1.* Palæstritarum luctæ. *Auson. epigr.* 93. Ne quis certamine luctæ, nec cursu te, Lyce, prætereat.

Luctāmen, inis, n. 3. idem, ac luctatio. *Virg. 8. Æn. v.* 89. Remo ut luctamen abesset. *Lamprid. in Alex. c.* 30. Operam luctaminibus mollioribus dare.

Luctans, antis, nom. ex partic. qui luctatur, & certat. *Virg. 1. Æn. v.* 57. Luctantes venti. *Id. 4. Æn. v.* 696. Luctans anima. *Ovid. 4. Met. v.* 358. Luctantia oscula carpere.

Luctātio, onis, f. actus luctandi, conatus, nisus, *sforzo*. *Liv. l. 21.* Tetra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie non recipiente vestigium, &c. ¶ Per translationem accipitur pro pugna, sive contentione, seu concertatione, *contesa*. *Cic. 2. de Fin.* Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant. *Senec. l. 5. nat. quæst. c.* 13. Spiritus inclusi, & in exitum nitentis luctatio.

Luctātor, oris, m. *lottatore*, παλαιστὴς, qui lucta cum altero contendit. *Ovid. in Ibin, v.* 393. Ut jacet Aonio luctator ab hospite fusus. *Plaut. Pseud. 5. 1. 6.* Magnum hoc vitium vino est; pedes captat primum: luctator dolosus est.

Luctātus, us, m. 4. idem, quod luctatio. *Plin. l. 8. c. 12.* Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus. Adde *l. 32. c. 2.*

Luctĭfer, a, um, *ch' apporta pianto*, γοερφόρος, ferens, vel nuntians luctum. *Sen. Her. Fur. v.* 687. Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.

Luctificabĭlis, le, o 3. quod luctu affectum est. *Perf. sat. 1. v.* 78. Antiopa ærumnis cor luctificabile fulta.

Luctĭficus, a, um, *ch' induce pianto*, γοώδης, quod luctum inducit. *Cic. 2. Tusc. c. 10. ex poeta:* Luctifica clades nostro infixa corpori.

Luctisŏnus, a, um, *pianto*, luctum sonitu præferens. *Ovid. 1. Met. v.* 733. Et gemitu, & lacrymis, & luctisono mugitu.

Luctĭ-

Luctĭto, as, n. 1. freq. a lucto, apud vet. *Priſcian. l.* 8.

Lucto, as, avi, atum, n. 1. idem, ac luctor. *Ter. Hec.* 5. 3. 3. Dicitque ſe illi anulum, dum luctat, detraxiſſe.

Luctor, aris, d. 1. *lottare, giuocare alla lotta*, נפתל, Ger. *ringen*, Gall. *luiter, lutter*, Hiſp. *luchar*, παλαίω, eſt lucta contendere, quod fit, cum duo ſe invicem complectentes alter alterum in terram dejicere conatur. *Virg. 6. Æn. v.* 643. Et fulva luctantur arena. ¶ Item niti, conari, cum labore aliquid agere, certare. *Ovid. 4. Triſt. eleg.* 5. remis ad opem luctare ferendam. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Eſt & illud vitium nimium ſolliciti, & circa omnia momenta luctantis. *Liv. l.* 7. An æquum eſſe, dedititios ſuos illa fertilitate perfrui, ſe militando feſtos in peſtilenti, atque arido ſolo luctari, *affaticarſi indarno*. *Sil. l.* 10. Luctari morti. *combatter colla morte*. *Id. l.* 14. *v.* 454. bonus ille per artem luctari pelago. ¶ Translate *Cic. l.* 1. *de Orat.* Non luctabor tecum, Craſſe, amplius. h. e. non diſputabo.

Luctuōſe, adverb. *luttuoſamente*, cum luctu. *Varr. l.* 4. *L. L.* Luſcinia luctuoſe canere exiſtimatur. *Liv. l.* 28. *c.* 39. Imperatores veſtri luctuoſius nobis prope, quam vobis perierunt.

Luctuōſus, a, um, *pieno di pianto*, θρηνώδης, luctu plenus. *Hor.* 3. *Car. Ode* 6. Dii multa neglecti dederunt Heſperiæ mala luctuoſæ. ¶ Dicitur etiam luctuoſum, quod luctum affert. *Cic.* 1. *Agr.* Quam mehercle ego præconi huic ipſam luctuoſam, & acerbam prædicationem futuram puto. *Id. pro Quint.* Luctuoſum eſt tradi alteri cum bonis, luctuoſius inimico. *Id.* 2. *Philip.* Luctuoſiſſimum bellum.

Luctus, us, m. *pianto*, בכי, Ger. *klage*, Gal. *pleur*, Hiſp. *lloro, llanto*, πένθος, θρῆνος, γόος, eſt dolor extrinſecus, apparens ex aſpectu, lacrymis, geſtibus, aut clamore. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 8. Luctus, ægritudo ex ejus, qui charus fuerit, interitu acerbo. *Id.* 3. *Offic.* Theſeus in maximis luctibus fuit. *Id. in Piſon.* Aliquem luctu afficere. ¶ Sæpe etiam ipſe habitus, vultuſque, & veſtis, luctus dicitur. Unde poſt cladem illam Cannenſem Senatuſconſulto cautum eſt, ne matronæ ultra triginta dies in luctu eſſent, ut narrat *Liv. l.* 22. *c.* 56. Quod decretum pro dolore accipi non poteſt, quandoquidem in poteſtate Senatus non erat dolori imperare, ſed potius pro veſte lugubri, cæteriſque exterioribus doloris indiciis. ¶ Antiqui etiam efferebant luctus, lucti, per 2. decl. *Accius apud Non. c.* 8. *n.* 17. Ceſſo hinc ire, & rapere lucti veſtem in lecto conjugis.

Lucu, dicebant Veteres pro luce, h. e. die. *Donat. ad Terent. Adelph.* 5. 3. 55.

Lucubratĭo, onis, f. *vigilia, fatica fatta vegghiando*, νυκτουργία, ἀγρυπνία, vigilia, & opus, quod fit lucubrando. *Cic.* 1. *de Nat. Deor.* Nam iſta, quæ vos diciris, ſunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum. ¶ Sunt & lucubrationes ruſticanæ, veſpertinæ, & antelucanæ, quando a veſpere, & ante lucem conficiuntur intra villam opera rei ruſticæ conducibilia. *Col. l.* 11. *c.* 2. Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem. Adde *Plin. l.* 18. *c.* 26. ¶ Sumitur interdum lucubratio pro rebus, quæ per lucubrationem fiunt. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 2. Perire meam lucubrationem nolui, & eam ipſam Caninio dedi. ¶ Item pro ſpatio noctis quo lucubrando actæ. *Auſon. in ep. præfixa Centoni nuptiali.* Opus die uno, & addita lucubratione properatum.

Lucubratiuncŭla, læ, f. brevis lucubratio. *Gell. in præfat.* Si cui forte voluptas erit, lucubratiunculas iſtas cognoſcere.

Lucubratorĭus, a, um, adject. ad lucubrandum aptus, ut lucubratoria lecticula, in qua lucubrare ſolebat Auguſtus, ſcribente *Sueton. in ejus vita, c.* 78.

Lucubratus, a, um, lucubrando elaboratus. *Cic. in Parad. proœm.* Accipies igitur hoc parvum opuſculum lucubratum his jam contractioribus noctibus. *Martial. l.* 4. *epigr.* 90. Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis. h. e. lucubrando tranſacta.

Lucŭbro, as, avi, atum, n. 1. *vegghiare, comporre qualche coſa vegghiando*, Ger. *aey li echte arbaiten*, Gal. *veiller, de nuit*, Hiſp. *volar trabajando*, νυκτουργέω, προσαγρυπνέω, vigilo, & nocte ad lucernam aliquid compono, a *luce*, quaſi *lucibro*. *Liv. l.* 1. *c.* 57. Inter lucubrantes ancillas ſedentem invenit. *Apul. A. A. l.* 6. Lucubrare viam. h. e. noctu iter facere.

Luculente, adv. φανερῶς, clare, & ſplendide. *Cic. de Div. l.* 1. Cum ipſe paucis interpoſitis verſibus dicat ſatis luculente. ¶ Aliquando ponitur pro aperte. *Cic. de Clar. Or.* Et luculente ſcripſerunt, etiamſi minus, quam tu, polite. ¶ Luculente diem habere, eſt laute, & opipare ſe tractare. *Plaut. Epid.* 1. 2. 54. Eamus intro ad te, ut hunc hodie diem luculente habeamus. ¶ Luculente vendere, apud *eund. Merc.* 2. 3. 88. eſt proſpere, cum lucro.

Luculenter, adv. idem, ac luculente. *Cic.* 2. *Fin.* Cum Græce, ut videor, luculenter ſciam. h. e. ſatis, vel abunde. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 5. Sane texebatur opus luculenter. h. e. apte, & proſpere.

Luculentĭa, æ, f. ſplendor, nitor. *Arnob. l.* 3. Verborum luculentias a Cicerone ſumere.

Luculentĭtas, atis, f. ſplendor, pulchritudo, apud vet. Laberius Tucca, ut citat *Nonius c.* 2. *n.* 510. Dominus noſter tua luculentitate captus.

Luculentus, a, um, *pieno di luce, illuſtre*, גונה, Germ. *ſcheinbar*, Gal. *fort clair*, Hiſp. *lleno de luz, muy claro*, διαυγής, λαμπρός, luce plenus, ſplendens, a *lux*. Proprie dicitur de foco, aut camino, ſed metaphorice ad orationem, atque alia transfertur. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 10. Gamino luculento utendum. *Plaut. in fragm. Cornicular.* Pulchrum, & luculentum hoc nobis evenit prælium. *Id. Epid.* 3. 2. 5. Proh dii immortales, mihi hunc diem dediſtis luculentum! *Id. Ciſtell.* 2. 3. 18. Luculenta familia. ¶ Aliquando accipitur pro ornato, perſpicuo, & aperto. *Sall. in Catil. c.* 31. Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & utilem Reip. *Cic.* 12. *ad Att. ep.* 21. Luculentioribus verbis rem comprehendere. ¶ Aliquando pro probato, & optimo. *Plaut. in Rud.* 5. 3. Vin tibi luculentam conditionem ferre me? Sic luculentus ſcriptor, apud *Cic.* 7. *Att. ep.* 17. ¶ Aliquando pro divite. *Plaut. Capt.* 2. 2. 76. Multos jam lucrum luculentos homines reddidit. ¶ Aliquando pro magno. *Cic.* 7. *Phil.* Luculentam tamen ipſe plagam accepit, ut declarat cicatrix. ¶ Aliquando pro pulchro, ut luculenta forma, *Terent. Heaut.* 3. 2. 12. Luculenta facies, *Apul. l.* 4. *A. A.*

Luculliānum, n. 2. olim Megaris, *Caſtel dell' Ovo*, arx in mari, apud Neapolim urb. Campaniæ, in inſula parva, ante portum Neapolitanum, cui ponte jungitur.

Luculliānus, a, um, adject. *Sidon. Paneg. Anthem. v.* 511. Lucullanis freta cincta carinis.

Lucullĕus, a, um, adject. ad Lucullos pertinens, ut Luculleum marmor, quo ſc. Lucullus Romam invexit, apud *Plin. l.* 36. *c.* 6.

Luculli Horti. *Cento Camerelle*, locus Campaniæ, inter Bajas, & Miſenum.

Luculli Villa, *Bagni d' Agnano*, pag. Campaniæ, juxta prom. Miſen. contra Puteolos, vix 3. M. P.

Lucullus, m. 2. Λεύκολλος, nomen nobiliſſimi Romani, & ditiſſimi, Pompeji, & Ciceronis æqualis, qui in Quæſtura ampliſſimum populo munus edidit, Prætor Africam juſtiſſime rexit, adverſum Mithridatem miſſus, Collegam ſuum Cottam Chalcedone obſeſſum liberavit, Cyzicum obſidione ſolvit, Mithridatis copias ferro, & fame afflixit, eumque Regno ſuo Ponto expulit, rurſum cum Tigrane Rege Armeniæ bellum inſtaurantem magna felicitate ſuperavit. Splendidiſſime cœnabat. Hinc *Luculli cœnæ* in proverbium abiere. Maxime ſignorum, & tabularum amore flagravit. Ingraveſcente ætate, cum jam deſipere cœpiſſet, tutela ejus M. Lucullo fratri promiſſa eſt. Vide latius vitam ejus apud *Plut. in Lucullo.*

Lucŭlus, i, m. *boſchetto*, parvus lucus, *Auctor vitæ Horatii, quem nonnulli Suet. eſſe putant.* Domus ejus oſtenditur circa Tiburtini luculum.

Lucŭmo, & per ſync. Lucmo, onis, m. Rex, Præfectus. Vox eſt Thuſca, ex Δυκίων, Lycaon, quod fuit nomen Regis Arcadiæ, a quo Arcadia aliquando Lycaoniæ nomen habuit, qui in lupum, a Jove commutatus dicitur, ut præter Poetas tradit *Pauſan.* Thuſci enim ex Arcadia venere. Sed *L. Jo. Scoppa Collect. l.* 1. *c.* 18. ait, Lucumonem dici a Syriaco *luca* ſignificante ſenem, & *moni* ſignificante rationem, ſapientiam. *Serv. in Æn.* Thuſcia duodecim Lucmones habuit, ideſt Reges, quibus unus præerat. Et in illud 5. *Æn.* Tres equitum numero turmæ, Lucumones exponit Thuſcos. Hinc Galeritus ille, qui cum exercitu Hetruſcorum Romulo cum T. Tatio, & Sabinis bellum gerenti auxilium tulit, Lucumo ab Hiſtoricis quaſi nomine proprio appellatur. ¶ Sumitur etiam pro melancholico, vel inſano. Nam λυκάων apud Græcos utranque habet notionem. *Feſt.* Lucumones, quidam homines ob inſaniam dicti, quod loca, ad quæ veniſſent, inteſta facerent. *Auſon. ad Theonem, epiſt.* 4. *v.* 68. Salito decies ſi cor purgeris aceto, anticipeſque tuum Samii lucumonis acumen.

Lucuncŭlus, m. 2. dim. a. lucuns. *Afran. apud Non. c.* 2. *n.* 483. Piſtori non: at cur non ſcribilitario, ut mittat fratris filio lucunculos? *Apul. l.* 10. *Metam.* Panes, cruſtula, lucunculos, & complura ſcitamenta.

Lucuns, untis, f. edulii genus, quaſi λεύκωντηρ, vel λεύκωντηρ, quia farina, quæ alba eſt, aſpergebatur. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 483. Ac nulla ambroſia, ac nectar, non allia, farſæ, panis, pemma, lucuns cibu' qui puriſſim' multo eſt.

Lucus, ci, m. *boſco, ſelva*, ἄλσος, τέμενος, nemus, ſylva ſacra, locus arboribus conſitus aquam habens, Diiſque ſacer, a λόχος, *inſidiæ*, aut a λοχιὰς, *ſylva*, quia inſidiantibus eſt apta. *Quint. l.* 1. *c.* 6. lucum dici putat per antiphraſim, quod umbra opacus parum luceat. Deſcribitur lucus a *Valla l.* 4. *c.* 56. Lucus nequaquam cæduus eſt, quin potius manu conſitus, religioſuſque, atque vel alicui Deo, vel alicujus hominis cineribus conſecratus. Itaque aut circa Delubra Numinum, aut circa ſepulchra poſitus eſt. *Virg.* 1. *Æn.* Lucus in urbe fuit media lætiſſimus umbra. Ubi *Serv.* Ubicunque Virg. lucum ponit, ſequitur etiam conſecratio, ut *Luco tum forte parentis Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat. Cic. pro Mil.* Vos enim Albani tumuli, atque luci, vos, inquam, imploro, atque obteſtor.

Lucus, m. 2. *Lugo*, opp. amplum Æmiliæ, a Foro Livii 14. M. P. Ferrariam verſus 35.

Lucus Feroniæ, col. & opp. mediter. Hetruriæ Capenatibus proximum. ¶ Item *Pietra Santa*, opp. Hetruriæ, apud oram litor. inter Lucam, & Lunam. Nonnullis eſt *Bicatina*, pag. inter Florentiam, & Lucam.

Ludĭa, æ, f. 1. ὀρχηστρίς, ὑπαξάτης, mulier geſticulatrix, quæ ſaltu, & geſticulatione homines oblectat, mulier, quæ artes ludicras exercet, vel uxor, aut amica ludii. *Mart. l.* 5. *epigr.* 25. Hermes cura, laborque ludiarum. *Martian. Capel. de nupt. Philologiæ.* Ludiam quandam Gaditanam ſaltantem vidimus ſemicinctam.

Ludibriōſe, adv. cum ludibrio. *Ammian. l.* 26. *c.* 6. Ludibrioſe ſublatus.

Ludibriōſus, a, um, adject. ludibrio plenus. *Ammian. l.* 15. *c.* 13. Ludibrioſa auſpicia.

Ludibrĭum, ii, n. *ſcherno*, התול, Ger. *geſpaett*, Gal. *appartenant à jeu*, Hiſp. *pertinecente a juego*, παιγνίωσον, quod ludimus, deridemuſque, res vana, & deridenda, a *ludus*, ut *manubrium* a *manus*. *Metel. ad Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 1. Ludibrio aliquem lædere. *Cic. pro Domo.* Libertatis ſignum poſuiſti ad ludibrium impudicitiæ. *Id. in Parad.* 1. Ille hæc ludibria fortunæ ne ſua quidem putavit. ¶ *Haberi in ludibrio*, eſt deridei, illudi, vitiari. *Ter. Hec.* 4. 1. 11. Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. *Id. ibid.* 1. 2. 74. Sed quam decrerim me non poſſe diutius habere, eam ludibrio haberi, quin integram reddam, ut accepi, ſuis, neque honeſtum eſt mihi &c. h. e. eam vitiari. ¶ Eſſe alicui ludibrio, idem eſt ac ludibrio haberi. *Cic. ad Brut. ep.* 2. Nec pati, ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe Imperium Populi Romani. ¶ Debere ludibrium alicui. V. Debeo. ¶ Ludibrium interdum dicitur de ipſo homine, qui ludibrio habetur. *Liv. l.* 1. Is ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius, quam comes.

Ludibundus, a, um, *chi giuoca*, παίζων, quaſi ludens, & nullo negotio faciens aliquid. *Cic. Ver.* 5. *c.* 67. Si Vultejum habebis, omnia ludibundus perficies. *Id. ad Tiron. l.* 16. *Fam.* Poſtridie in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus.

Ludĭcer, cra, crum, *da giuoco, vile*, παιγνιώδης, luſorius, jocularius, levis, a *ludus*. *Priſcian. l.* 7. dicit eſſe tertiæ declinationis, ut *volucer, eris, cre*, inde eſſe ablativum *ludĭcri*. In Onomaſtico eſt *ludicrus*. Et probat etiam Perottus. Sed *ludicer* eſſe dicendum, in Animadverſionibus Grammaticis Voſſius oſtendit. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 37. Pueri etiam cum ceſſant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. *Id. de Orat.* Ars ludicra armorum & gladiatori, & militi prodeſt *Virg.* 12. *Æn.* Neque enim levia, aut ludicra petuntur Præmia. ¶ Ars ludicra, ſpectacula pro hiſtrionica, & ſcenica ſumitur. Unde artem facere ludicram, hiſtrionicam exercere. *Plaut. Aul.* 4. 3. 3. translate, Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, id eſt ſubſilire. ¶ Ludicræ tibiæ, quibus uti ſolebant in ludis ad modos faciendos. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Nunc ſacrificæ Tuſcorum e buxo, ludricæ tibiæ loro, oſſibuſque aſinimis, & argento fiunt. ¶ Ludicra nox, quæ ludendo tranſigitur. *Tac.* 1. *Ann. cap.* 50.

Ludĭcre, adv. *da giuoco*, *ſcherzando*, per ludum. *Apul. l.* 9. *Met.* Aſtu meretricio ludebat ludicre. *Enn. apud Non. c.* 2. *n.* 505. Pars ludicre jactant.

Ludĭcrum, cri, ſubſt. n. *coſa da ſcherzo*, משחק, Ger. *frevvdenſpiel*, Gal. *farceire, jeu de bateleur*, Hiſp. *coſa de burla, y juego*, παίγνιον, ludus, & quæcunque res jocularis, & non ſeria. *Catul. de nupt. Mill. v.* 22. Quos Hamadryades Deæ ludicrum ſibi roſcido nutriunt honore. *Plin. l.* 5. *c.* 11. Quæ in proverbiis ludicrum vertere. ¶ Accipitur etiam pro ludis, ſeu ſpectaculis. *Tac. Ann.* 1. *c.* 54. Indulſerat ei ludicro Auguſtus. h. e. ludis Auguſtalibus. *Liv. l.* 27. Quod Olympiæ ludicrum ea ætate futurum erat.

Ludĭcrus, V. Ludicer.

Ludifacĭo, is, a. 3. idem quod ludifico. *Plaut. Epid.* 5. 2. 41. Quomodo me ludificiſti de illa conductitia fidicina?

Ludificabĭlis, le, o. 3. plenus ludo, jucunditate. *Plaut. Caſ.* 4. 1. 3. Neque uſquam ludos tam feſtivos fieri, quam hic intus fiunt ludi ludificabiles ſeni noſtro.

Ludi-

Ludificatio, onis, f. deceptio, fraus, tergiversatio. *Cic. pro Sex. c.* 35. Cum omni mora, ludificatione, calumnia Senatus auctoritas impediretur.

Ludificator, oris, m. qui ludificat. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 18. Ego illum ante ædes prætolabor ludificatorem meum.

Ludificatus, a, um, nom. particip. passivæ significationis a ludifico, deceptus, *ingannato*, *burlato*. *Sallust. Jug. c.* 50. Ludificati incerto prælio. *Apul. l.* 10. *A. A.* Ludificato judicio pœnam facinoris evadere. ¶ Est etiam particip. depon. *Silius*, *l.* 7. *v.* 644. nunc lævus in orbem. Nunc dexter levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo.

Ludificatus, us, ui, m. 4. ludificatio. V. Ludificus.

Ludifico, as, avi, atum, a. 1. *burlare*, *ingannare*, *beffare*, Ger. *verspotten*, Gal. *se mocquer*, Hisp. *escarnecer*, βωμολοχεύομαι, per ludum fallo, decipio. *Plaut. Amph.* 2. 1. 38. Qui heium ludificas dictis delirantibus. *Sallust. Jug. c.* 36. Patis mora consulem ludificare.

Ludificor, aris, atus, sum, depon. 1. idem ac ludifico. *Ter. Eun.* 4. 3. 3. Tu me hic etiam, nebulo, ludificabere? *Plaut. Most.* 4. 3. 41. Te ludificatus, & me hodie in perpetuum modum. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 20. Aperte ludificari, & calumniari. *Liv. l.* 39. Qui ludificati priorem locationem erant. *Flor. l.* 2. *c.* 2. Ludificari rostra fuga. h. e. declinare impetum rostratarum navium irruentium.

Ludificus, a, um, adject. ludificans, ludificabilis, decipiens. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 2. Me sibi habeant scurræ ludificis caveis. Al. leg. *ludificati*.

Ludimagister, m. 2. *maestro di scuola*, γυμνασιάρχης, γραμματιστής, qui ludo literario præest. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 26. Sed cum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. *Martial. l.* 10. *epigr.* 62. Ludimagister parce simplici turbæ. ¶ Legitur etiam *Magister ludi* apud *Cic. Div. in Ver. c.* 14.

Ludio, onis, m. idem, ac ludius. *Liv. l.* 7. *c.* 2. Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos saltantes.

Ludius, dii, m. *giocolatore*, Ger. *spielman*, *gaukeler*, Gal. *bateleur*, *joueur*, Hisp. *truhan*, *albardan*, ὀρχηστής, χορεύτης, joculator, histrio. *Turnebus l.* 6. *Adverf. c.* 26. & *Voſſius el.* 2. *Dionyſ. Halic.* hic definiunt: Ludii, sive Ludiones erant pueri impuberes, elegantibus tunicis induti, galea insuper, ense, & parma armati, Circensibus, & Theatralibus pompis ordine incedere soliti, veluti pompæ duces, Saliis similes. Dicitur hæc vox a *ludus*, sed in vet. libr. scribitur & *Lydius*, qua de re V. *Ludio. Cic. pro Sext.* Ille ipse maxime ludius, non solum spectator, sed actor, & acroama. *Ovid. l. de Arte*, *v.* 112. Dumque rudem præbente modum tibicina Thusco ludius æquatam ter pede pulsat humum. ¶ Quia autem ludi in scenici vel impuberes erant, vel saltem videri debebant, idcirco qui grandiusculi, & jam vetticipes erant, pilis evulsis læves, ac glabri reddebantur. *Plaut. Aul. a.* 2. *ſc.* 9. Tu illum gallum, si sapis, glabriorem reddes mihi, quam volsus ludius est.

Ludo, is, si, sum, n. 3. *giuocare*, שָׂחַק, Ger. *spielen*, Gal. *jouer*, Hisp. *jugar*, *burlar*, παίζω, est ludo delectationis causa sese exercere, a *Lydis*, qui ludos invexere in Hetruriam, unde eos accepere Romani. Construitur fere cum ablativo rei, qua luditur, *Cic. Phil.* 2. Qui non dubitavit vel in toro alea ludere. *Plaut. Most.* 5. 2. 36. Scis, solere illanc ætatem tali ludo ludere. ¶ Item cum accus. ludum. *Ter. Eun.* 3. 5. 38. Consimilem luserat jam olim ille ludum. ¶ Imo reperitur cum acc. instrumenti. *Suet. in Aug. c.* 70. Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam. ¶ *Ludere suo corio*, est de suo largiri, aut suo sumptu, periculoque quidpiam aggredi. *Ludere alieno corio*, est in re aliena munificum se præbere, & liberalem. *Mart. l.* 3. *epigr.* 16. Ut velles corio ludere cerdo tuo. ¶ *Ludere in numerum*, est saltare ad rhythmi modum, & sonum cantilenæ. *Vir. Ecl.* 6. *v.* 27. Tum vero in numerum Faunosque, ferasque videres ludere. ¶ Interdum versibus scribere, sed non nisi in opusculis fere, qualia sunt epigrammata, & elegiæ. *Virg.* 1. *Ecl.* Ludere quæ vellem calamo, permisit, agresti. *Id* 4. *Georg. ad fin.* Carmina qui lusi pastorum. ¶ Frequenter usurpatur pro jocari. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. Cum Deos nihil agere, nihil curare confirmat, ludere videtur. *Id. de Or. l.* 3. In me quidem ille lusit, ut solet. *Id.* 2. *Div.* Hoc civili bello quam multa luserunt! ¶ Item pro irridere, illudere, *beffare*, *ſchernire*. Et tunc activum est. *Cic. l.* 2. *ep.* 12. Eum lusi jocose satis. *Id.* 2. *de Or.* Illam disputationem facetiis lusit. *Id. l.* 1. Oratio aut nulla sit, necesse est, aut omnium irrisione ludatur. ¶ Aliquando pro decipere, *ingannare*. *Virg.* 1. *Æn.* Vana spe lusit amantem. *Ter. Eun.* 2. 3. An potius hæc pati æquum est fieri, ut a me ludatur dolis. ¶ Interdum pro moveri. *salsellare*. *Ter. Adel.* 3. 3. 24. Congrum istum maximum in aqua finito ludere paulisper. *Virg. l.* 9. *Æn.* Geminos huic ubera circum ludere pendentes pueros. ¶ *Ludere operam*, est ipsam perdere, & frustra laborare. *Plaut. Cas.* 2. 7. Si nunc me suspendam, meam operam luserim. *Ter. Phorm.* 2. 2. 18. In illis fructus est, in his opera luditur. ¶ Dicitur etiam ludere de rebus venereis. *Catul. in Epithalam. v.* 211. Ludite, ut lubet, & brevi liberos date. ¶ Ludere etiam dicuntur, qui in gladiatoriis ludis se exercent. *Horat. de arte. Poet. v.* 379. Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis. ¶ Ludere par impar, *giuocare a pasо*, *e caſſo*. V. *Par.*

Ludus, di, m. *giuoco*, שְׂחוֹק, Ger. *ein spiel*, Gal. *jeu*, Hisp. *juego*, παιδία, παίγνιον, quodvis ludicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri solitum, proposita tamen quadam lucri spe, & damni periculo. Nam quæ ad solam voluptatem fiunt, *Valla* teste *l.* 4. *c.* 16. *lusus* proprie dicuntur, vel *lusiones*. Unde ludum aleæ melius dicimus, quam lusum: & contra lusum trochi melius, quam ludum. Hæc tamen differentia perpetua non est. *Ter. Eun.* 2. 3. 8. Ludum jocumque fuisse dices. *Cic. pro Cæl.* Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati. *Horat. l.* 1. *ep.* 14. Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum. ¶ Differt a joco, quia ut *Valla* inquit, ludus dicitur in factis, jocus in verbis. Sed tamen ludus interdum ponitur pro joco. *Hor. l.* 1. *sat.* 1. Sed tamen amoto quæramus seria ludo. Et jocus pro ludo. *Ov. l.* 3. *de Arte.* Mille tac esse jocos, turpe est nescire puellam ludere: ludendo sæpe paratur amor. ¶ Per Synecdochen speciei ponitur pro cantilena, *canzone*. *Virg.* 7. *Ecl.* Posthabui tamen illorum mea seria ludo. ¶ Translate accipitur pro re jucunda, & minime tactu difficili. *Cic. de Or. l.* 2. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. ¶ Item pro re vana, inani, futili. Hinc *Ludos operam facere*, est operam perdere. *Plaut. Rud.* 4. 1. 9. Jam nunc & opera ludos facit, & retia. ¶ Item pro irrisione: Hinc *Ludos facere*, vel *Ludos alicui facere*, est illudere, seu irridere, *beffare*. *Ter. Phorm.* Ut ludos facit! *Plaut. Capt.* Nunc is te ludos facit. ¶ *Ludos reddere*, est idem, ac ludos facere. *Ter. Andr.* Hiccine me si imparatum in veris nuptiis adortus esset, quos mihi ludos redderet? ¶ Item pro techna, artificio, dolo. *Plaut. Amph.* At at novi jam ludum, id Sosiæ factum est opera. ¶ Metonymice dicitur de loco, in quo aut vires corporis, aut ingenii acumen exercemus, aut etiam in quo pueri instruuntur a suis præceptoribus, quod etiam Græci ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, vocant gymnasium. Sic dicimus ludum palæstræ, pilæ, gladiatorium, literarium, pro loco ipso, in quo hujusmodi rebus exercemur, aut instruimur. *Suet. on. in Cæs. c.* 31. Ludum gladiatorium ædificare. *Cic. ad Q. Fr.* Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum dicendi. *Plaut. Mer* Hodie ire in ludum occepi literarium. ¶ *Ludum aperire*, est ludimagistrum agere. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 18. Dionysius Tyrannus, cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse. ¶ *Ludo*, ponitur pro per ludum. *Virg. l.* 5. *Æneid.* Qua ludo indutus belli simulacra ciebat. ¶ Ludi, orum, num. pl. erant publica spectacula, seu celebritates publicæ in cavea, aut circo, religionis causa factæ, & ad populi voluptatem, *spettacoli pubblici*, ἀγῶνες, *Cic. pro Muren.* Populus, ac vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur. Hinc ludos apparare, facere, præbere, &c. apud *Cic. Liv.* & al. ¶ Apud Græcos quatuor ludorum genera præcipua fuerunt, Olympici, Pythii, Isthmici, Nemæi. Apud Romanos alii in Circo fiebant, qui Circenses dicebantur, ut Romani, Plebeji, Apollinis, Martis, Cereris, Cybeles, Augusti, &c. alii in Theatro, ut Tragœdiæ, & Comœdiæ, alii & extra Circum, & extra Theatrum, ut Compitalia, Floralia, &c. Universe de ludis scribit Uvolfgangus Lazius l. 10. de Rep. Rom. de Circensibus Onuphrius Panvinius, & Cæsar Bulliogerus; de Scenicis Cæsar Scaliger l. 1. de re Poet.

Luela, æ, f. luitio, pœna. *Lucr. l.* 3. *v.* 1028. sceleriſque luela carcer.

Lues, is, f. 3. *malattia*, *epidemia*, λοιμός, dicitur, cum in urbe, aut agro febris, aliudve morbi genus homines, vel pecora, arboresve, aut fata corripit, a *luo*, quod ea corpora solvantur. *Prisc. l.* 4. Differt a peste, quod hæc aut cito perimit, quæ corripuit, aut cito abit ab eo, quem invasit, lues vero generalius accipitur etiam pro iis malis, quæ lente ea, quæ corripiunt, conficiunt. *Virg.* 3. *Æn. v.* 138. Subito cum tabida membris Corrupto cœli tractu, miserandaque venit Arboribusque, satisque lues, & lethiter annus. ¶ Sæpe translate usurpatur. *Cic. de Arusp. Resp. c.* 12. Ut eos ludos hæc lues impura pollueret. ¶ Lues quandoque dicitur nix, aut glacies tepore soluta, & in tabem, aquamque liquata. *Petron. in Satyr.* Et paulo ante lues jam concidenda jacebat. h. e. glacies, quæ paulo ante liquida erat, jam induruerat, ut ferro frangenda esset.

Luis, is, f. pro lues, fortasse metri causa. *Prudent. Hamartig. v.* 249. Si terras luis incentiva tatigat. Et *Pſychomach. v.* 508. stupuit luis improba.

Lugdunensis, e, adject. ad Lugdunum pertinens. *Juvensl. sat.* 1. *v.* 44. Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. V. Lugdunum.

Lugdūnum, n. 2. Gal. *Lyon*, Ital. *Lione*, Hisp. *Lion de Francia*, urbs Galliæ Celticæ, quæ ab eo dicta est Lugdunensis, in ipso limire Delphinatus, a quo tantum separatur, Rhodano fl. condita a L. Munatio Planco, cum Galliæ Comatæ præesset, sub Augusto. Ibi Romani Duces aureum numisma, argenteumque signarunt. Lugduni etiam templum fuit, communi universæ Galliæ impensa extructum, & Cæsari Augusto consecratum, ea parte ante urbem, ubi amnes confluunt; inibique ara dignitatis eximiæ erat, gentium sexaginta titulo insignis, dicatis ibi totidem gentium simulacris. In hac etiam urbe, teste Suetonio, a Caligula Cæsare institutum fuit certamen Latinæ, Græcæque facundiæ. Quo certamine ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorundem & laudes componere coactos; eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia, linguaque delere justos, nisi terulis verberari, aut flumine proximo mergi maluissent. Huc spectasse videtur *Juvenalis*, cum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunensem dicturo, *Sat. 1. v.* 44. ¶ Lugdunum Batavorum, Lugodunum, *Leyden*, urbs ampla, & culta Hollandiæ, ad antiquum Rheni alveum, caput agri Rhenolandici, cum Academia percelebri.

Lugĕo, es, xi, ctum, n. 2. *piangere*, πενθέω, ὀδύρομαι, fleo, ploro. *Cic.* 4. *Fam.* Sed ut quam honestissime lugeamus. *Id pro Planc.* Hos pro me lugere, hos gemere videbam. ¶ Usurpatur etiam active, pro deflere, deplorare. *Cic. ad Curium l.* 7. *Fam.* Sed mehercule & tum Remp. lugebam. ¶ Interdum notat ob necessarii alicujus interitum veste lugubri dolorem testari. *Liv. l.* 2. Matronæ annum ut parentem eum luxerunt. ¶ Luxti, pro luxisti, dixit *Catul. carm.* 61.

Lugesco, is, n. 3. est acutum clamorem edere, apud *Ammian. l.* 31. *c.* 3. de Hunnis, ubi ait. Utque ad pernicitatem sunt leves, ita subito de industria dispersi lugescunt, & imposita acie cum cæde vasta discurrunt. Al. leg. *vigescunt*.

Lugĭum, gii, n. pro luctu legitur apud *Commodian. Instruction.* 29.

Lugūbre, adv. idem, quod lugubriter. *Plaut. Cist.* 1. 1. 47. Lugubre fame familia pereat. *Sil. l.* 12. *v.* 140. Lugubre immugire.

Lugūbris, & bre, o. *lugubre*, *funebre*, Germ. *leydſam*, Gal. *lugubre*, *de deuil*, Hisp. *lugubre*, *enlutado*, *lloroſo*, πενθικός, quod ad luctum pertinet, ut Vestis lugubris, qua dolorem post necessarii alicujus interitum testamur. *Cic. post Red. ad Quirit.* Fratrisque mei miserrimi, atque optimi quotidianæ lacrymæ, sordesque lugubres a vobis deprecatæ sunt. *Id. 1. Tusc.* Sed illa lugubris lamentatio, fletusque mœrens ex eo est, quod &c. *Horat. l.* 1. *od.* 24. præcipe lugubres cantus Melpomene. ¶ Lugubria, absolute, pro lugubribus vestibus. *Ovid. Met.* 11. Surge age, da lacrymas, lugubriaque indue, nec me &c.

Lugubriter, adverb. cum luctu, luctuose. *Apul. l.* 3. *Miles.* Lugubriter ejulare.

Luitio, onis, f. solutio. *Ulp. ff. de cap. & postlim. rev. l. si patre*. Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius post mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum est, suum ei posse hæredem existere.

Luma, æ, f. ἄκανθα, genus herbæ, vel potius spinæ, quæ in pratis nascitur, & locis uliginosis, *Festus*. ¶ Apud *Trebel. Pol. in Zenob.* luma accipitur pro sago, ex græco λῶμα. V. *Salmas.*

Lumarius, a, um, adject. ad lumam pertinens, ut lumariæ falces, apud *Var. l.* 4. *de L. L.* quibus lumæ secantur.

Lumbāgo, inis, f. vitium, & debilitas lumborum. *Fest.*

Lumbellus, i, m. lumbulus. *Apic. l.* 7. *c.* 7.

Lumbifragium, ii, n. lumborum fractura. *Plaut. in Amph.* 1. 1. 298. Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lumbrīcus, m. 2. *verme*, תּוֹלַעַת, Germ. *regenvvurm*, Gall. *ver*, Hisp. *gusano*, ἕλμινς, vermis intestinorum. Sed aliqui volunt, lumbricum primo dici de iis vermibus, qui sub terra nascuntur, deinde de iis, qui in ventre animalium. *Col. l.* 6. *c.* 24. Solent autem vitulis nocere lumbrici, qui fere nascuntur e cruditatibus. *Id. l.* 6. *c.* 30. Solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis. ¶ Usurpatur etiam lumbricus, ut dictum est, de vermibus terrenis. *Plaut. Aul.* 4. 4. 1. Foras lumbrice, qui sub terra erepsisti modo. Ubi per metaphoram hominem intelligit, qui ex sordido statu ad summas dignitates evectus est. *Serem. Sammonic. c.* 12. Lumbricos terræ, sævumque ex anfere rauco, &c.

Lumbŭlus, m. 2. dim. a lumbus. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Sicca lippitudo lumbulis suum tostis, atque contritis, & impositis tollitur.

Lumbus, bi, m. *lombo*, מָתְנַיִם, Ger. *eine lende*, Gal. *rable*, Hisp. *lomo*, ὀσφύς pars corporis quinque inferiores spinæ vertebras complectens, a cinctura ad nates, a *lubidine*, sive *libidine*, quia lumbi sunt Veneris sedes. *Martial. l.* 13. *ep.* 5. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. *Cic. in Arato*. Cepheus conditur ante lumborum tenus. *Horat. l.* 1. *sat.* 5. *v.* 22. Nautæque caput, lumbosque saligno fuste dolat. *Plin. l.* 20. *c.* 3. Lumborum dolor, *dolor di reni*.

Lumectum, vel Lumētum, i, n. locus lumis plenus, a *luma*. *Var. l.* 4. *de*

L. L. Lumariæ falces, quibus secant lumecta, cum in agris serpunt spinæ.

Lumen, inis, n. *lume*, Ger. *licht*, Gal. *clarté*, φῶς, lux, splendor, claritas a lucido corpore profecta, a *luceo*, quasi *lucimen*, ut *fulmen* a *fulgeo*, quasi *fulgimen*. *Cic.* 2. *de Div.* Cujus lumine collustrari putatur. *Id. ibid.* Radios ejus, & lumen obscurat. *Id. in Brut. c.* 75. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. ¶ *Serv. in* 2. *Æn.* lumen a luce distinguit, quod in lumine sit splendor, sed cum fumo, in luce solus splendor. *Virg.* 6. *Æn.* Nec fumea tedis lumina. *Id.* 7. *Æn.* Tum fumida lumine fulvo involvi. Verum hæc Servii differentia non est perpetua. Nam lumen dicitur de luce Solis, & Lunæ, & cæterorum cœlestium corporum, quæ tamen fumi omnino sunt expertia. *Ovid.* 5. *Trist. el.* 10. Dum lumen solare tenebo. ¶ Metonymice ponitur pro corpore lucido, quod lumen emittit, seu claritatem de se diffundit. *Cic.* 1. *de Div.* Noctu lumine appositio exsperrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. *Suet. in Cæs. c.* 37. Capitolium ascendit ad lumina, n. e. ad lucernas. ¶ Item pro eo quod lumen recipit, ut pro oculis, seu pro nervis opticis. *Cic.* 5. *Tusc.* Democritus luminibus amissis alba scilicet, & atra discernere non poterat. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluisset. Item pro die. *Cic. pro Rab. ex Enn.* Si te secundo lumine hic offendero, moriere. *Virg.* 6. *Æn. v.* 356. Vix lumine quarto prospexi Italiam. ¶ Translate usurpatur pro colorum claritate. Lumina enim in pictura umbris opponuntur. *Plin. l.* 35. *c.* 5. Tandem se ars ipsa distinxit, & invenit lumen, atque umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante. ¶ Item pro præstantia, indicio, nota. *Cic. de Am.* Quod in eo quasi lumen aliquod probitatis, & virtutis prospicere videamur. *Id.* 1. *de Or.* Et prope cunctis civibus lumen ingenii, & consilii sui porrigentem, atque tendentem. ¶ Hinc lumina civitatis dicuntur insignes viri, & clari. *Cic.* 3. *Catil.* Lumina civitatis extincta sunt. ¶ Item pro ornamento. Hinc lumina orationis sunt sententiæ, & figuræ, quæ suis locis velut emblemata quædam interserta orationem mirum in modum illustrant. *Cic.* 2. *de Or.* Ut certis dicendi luminibus ornentur. ¶ Item pro explanatione. *Cic.* 1. *Tusc.* Nec ullum habuit lumen literarum Latinarum. *Id.* 7. *Fam. epist.* 19. Doctorem lumenque desiderant. ¶ Item pro claritate, perspicuitate. *Cic.* 3. *de Or.* Ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet. ¶ Item pro adjumento, ope, subsidio. *Cic.* 2. *de Or.* Ordinem esse maxime, qui memoriæ lumen afferret. ¶ Significat etiam ipsas fenestras, per quas in ædes lumen admittitur. *Apul. l.* 2. *Met.* Conclave obseratis luminibus umbrosum. ¶ Hinc *luminibus obstruere*, est altius ædificando, vel objecto pariete vicinis ædibus lucem detrahere. *Cic. pro Domo.* Primo se luminibus ejus obstructurum minabatur. ¶ Per translationem quoque alterius luminibus obstruere dicimur, cum nominis ejus claritatem obscuramus. *Cic. in Bruto.* Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. Sic luminibus officere. *Id. pro Rabir.* Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ, & gloriæ. ¶ Ponitur etiam pro capacitate alicujus rei. *Frontin. de aquæd. artic.* 36. Longitudo calicis habere debet digitos. ¶ *Lumen præferre menti alicujus*, est consilium dare, opem ferre. Ductum est ab iis, qui nobis in tenebris prælucent, quorum quasi ductu ambulamus, & progredimur. *Cic. pro Sylla.* Vos denique in tantis tenebris erroris, & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. ¶ Denique metaphorice lumen usurpatur pro vita. *Lucr. l.* 3. *v.* 1047. Lumine adempto animam moribundo in corpore ponam. *Plaut. Cist. a.* 3. *v.* 12. Remorare? lumen linque S. Amabo, accurrite, ne se interimat.

Lumĕtum. V. Lumectum.

Lumināre, aris, n. *lume*, *luminare*, φωστήρ, ipsum lumen, aut id, quod claritatem, splendoremve de se diffundit. Metaphorice ponitur pro ornamento. Hinc Luminaria appellamus viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor elucet, quique sui ordinis hominibus decori sint, & ornamento. *Cic.* 2. *Phil. c.* 21. In te autem, M. Antoni, id decrevit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis.

Luminātus, a, um, adject. *Apul. l.* 9. *Metam.* male luminatum dicit eum, qui debili visu est.

Lumĭno, as, avi, atum, a. 1. *illuminare*, האיר, Germ. *leuchten*, Gal. *eclairer*, Hisp. *alumbra*, φωτίζω, illustro. *Mart. Capel. l.* 1. Quos stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. *Apul. in Trismegist.* Qui me videndæ divinitatis tuæ luminasti lumine.

Luminōsus, a, um, *luminoso*, *lucente*, φωτεινός, quod clarum, & apertum est. *Cic. in Orat. c.* 36. Tum sunt maxime luminosæ, & quasi actuosæ partes duæ. *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. Omnia ædificia luminosa ut sint, curare oportet.

Luna, æ, f. *luna*, σελήνη, una e septem stellis errantibus, a *luceo*, quasi *Lucina*, quia sola noctu lucet. *Var. l.* 5. *de L. L. Cic.* 2. *de nat. Deor.* Luna a lucendo nominata sit. Ea est enim Lucina. ¶ Poetæ filiam fuisse Hyperionis, neptem Titani, & sororem Solis fabulantur. *Boc. l.* 4. *Gen.* ¶ Ei currum duarum rotarum attribuunt, qui a duobus equis, uno albo, altero nigro, trahatur, quod pro Jove adversus patruos, & Gigantes stetisset. *Id. ibid. Ovid.* tamen albis ambobus equis usam asserit, dum *l.* 1. *de remed. amor.* Ut solet, inquit, in niveis Luna vehetur equis. Alii ejus currum a mulo trahi finxerunt. V. *Mulus.* ¶ Adamata fuit a Pane, cui albi velleris munere gratificata est, ut Nicander, & Virgilius in Georg. cecinere. *id. ibid.* ¶ Ipsa Endymionem pastorem adamavit, eumque in Latmio Cariæ monte consopivit, ut dormientem oscularetur. *Cic.* 5. *Fin.* & 1. *Tusc.* ¶ Ex aere rorem peperit, ut ab Alcina Lyrico Poeta scriptum est. ¶ Veteres mulieres Lunam in partu invocabant. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Adhibetur autem ad partus, quod ii matureſcunt aut septem nonnunquam, aut plerunque novem Lunæ cursibus. Multis nominibus Luna appellari solet a Poetis, sed præcipue Luna dicitur cum in Cœlo est, nobisque lucet, Proserpina, cum apud Inferos, hoc est in hemisphærio inferiore. V. *Mythолog.* ¶ Hæc in fabulis. Ad latinam linguam quod attinet, dicimus, luna prima, secunda, tertia &c. cum post novam Lunam unus, aut alter, aut tertius dies &c. transiit. *Plin. l.* 2. *c.* 97. Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octava, nonaque luna. ¶ Lunæ defectus, & labor, *Ecclisse*, dicitur, cum luna ita Soli opponitur, ut terræ umbra usque ad ipsam pertingens, eam lumine privet. Credebant autem Veteres, tunc lunam laborare, & deficere; ideoque ut subvenirent, æra, & crepitacula pulsabant, qua de re Vid. *Barthium ad Stat.* 2. *Thebaid.* Hinc *Juven. sat.* 6. *v.* 442. *de muliere loquacissima.* Verborum tanta cadit vis: Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas Pulsari jam nemo tubas, nemo æra fatiget: Una laboranti poterit succurrere Lunæ. *Liv. l.* 26. *c.* 5. Tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ nocte cieri solet, edidit clamorem, ut &c. ¶ Lunæ cornua, passim apud *Poet.* quod in duo cornua divisa, videatur, cum plena non est. Quapropter Luna bicornis dicitur ab *Horat. in carm. sæcul.* ¶ Luna crescens, & decrescens, Luna plena, cava, &c. sæpe legitur apud *Plin. in hist. natur.* & alios. ¶ Luna silens, V. *Silens.* ¶ Lunæ coitus. V. *Coitus.* ¶ Luna sicca. V. Siccus. ¶ Luna assuta calceis erat apud Romanos Patriciorum insigne. *Juvenal. sat.* 7. *v.* 192. nigræ lunam subtexit alutæ. V. Lunula. ☞ In plurali numero *Solin. c.* 32. Lunis cœptantibus. *Id. c.* 37. Lunis deficientibus.

Luna, f. 1. *Luna*, urbs Hetruriæ, exc. in conf. Liguriæ, ad ost. Mac æ fl. cui Sarzana, quæ nova Luna dici potest, ad 3. M. P. successit, una ex 12. primis Thusсorum coloniis.

Lunāris, & re, o. 3. *lunare*, σεληνιαῖος, quod ad Lunam pertinet, ut Lunaris annus, qui mense uno suum efficit cursum. *Cic. in Somn. Scip.* Lunares currus, *Ovid.* 15. *Metam. v.* 790.

Lunatĭcus, a, um, m. 2. *lunatico*, σεληνιακός, qui furore laborat, non illo quidem perpetuo, sed intervallis quibusdam recurrente, a *Luna*, quia melancholia, qua laborat, accrescit, & decrescit pro ratione Lunæ. *Paul. JCtus l. Boves Dig. de Ædil. edict.* Mancipium lunaticum. *Veget. l.* 2. *c.* 18. Lunaticus oculus. h. e. qui certis temporibus caligat, & cæcutit.

Lunātus, a, um, *lunato*, *a guisa di Luna*, σεληνοειδής, quod est ad Lunæ similitudinem factum, quod habet speciem Lunæ. Tres porro sunt figuræ crescentis Lunæ. Nam modo curvatur in cornua, modo in orbem circumacta est, ut cum est plena, & Soli adversa, modo dimidio orbe cæsa, hoc est cum æqua proportione dividitur. *Col. l.* 12. *c.* 54. Deinde decussatim ferramento lunato incidito. *Virg.* 1. *Æn. v.* 494. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens. ¶ Lunati calcei gestabantur apud Rom. ab iis qui e Patricio erant genere, qua de re V. *Lunula.* Hinc *Martial. l.* 1. *epigr.* 50. Lunata nusquam pellis, & nusquam toga.

Lunchus, V. Lonchus.

Lunensis, se, o. 3. Lunensis caseus est genus casei sola magnitudine laudatum, quod librarum mille pondus nonnunquam æquabat. Unde inter servorum obsonia refertur. Dictus est a Luna urbe, in cujus agro fiebat, & a Luna sidere, quod ab Hetruscis figura lunari efformabatur, vel signabatur. *Mart. lib.* 14. Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ præstabit pueris prandia mille tuis. ¶ Lunense marmor, genus marmoris, quod in agro Lunæ urbis effoditur, miro candore conspicuum. *Plin. l.* 36. *c.* 6.

Luno, as, avi, atum, a. 1. *torcere a guisa di Luna*, σεληνοειδῆ ποιῶ, est in modum Lunæ, quando in cornua curvatur, flectere. *Ovid.* 1. *Amor. v.* 23. Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum.

Lunŭla, æ, f. 1. *Lunetta*, σεληνοείδιον, dimin. a Luna. *Plaut. in Epid.* 1. 1. 33. Lunulam, atque anellum aureolum in digito. ¶ Patricii homines apud Romanos lunulas in calceis habebant figura *C*, quibus significabatur, eos ex numero esse centum illorum Patrum, quos primo Romulus in Senatum allegerat. Alii dicunt, ideo hujusmodi lunulas gestasse, ut ostenderent se antiqua Evandri regis stirpe oriundos, qui originem suam ad Lunam usque referebat. V. *Plutarch. in problemat.* & *Rosin. antiquit. Rom. l.* 5. *c.* 36.

Lunus, i, m. 2. Deus Carrenorum. *Spartian. in Caracall. c.* 7. & *Cæl. Rhodig. l.* 20. *c.* 7.

Luo, is, lui, a. 3. *sciogliere*, פרה, Ger. *bezalen*, Gal. *payer*, *satisfaire*, Hisp. *soltar*, *pagar*, λύω, solvo, persolvo, a verbo Græco, quod allatum est. *Curt. l.* 10. *c.* 2. Cum pluribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ni æs alienum luissem. *leg.* 78. *Dig. ad S. C. Trebell.* Luere fundum a testatore obligatum. ¶ Luere peccata, est delictorum supplicium ferre. *Liv. l.* 38. *c.* 48. Pro dignitate Imperii vestri coactis luere peccata sua. ¶ Luere pœnas, vel supplicium, est dare pœnas, supplicium ferre. *Cic. Att. l.* 3. Itaque mei peccati luo pœnas. *Id.* 3. *Phil.* Utrum ille pœnas Reipublicæ luat. *Justin. l.* 1. Quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. *Claud. de VI. Conf. Honor. v.* 140. piratica puppis Vastato tandem pœnas luitura profundo. ¶ Luere capite, est capite plecti, puniri. *Liv. l.* 9. Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. ¶ Luo etiam significat lavare, eluere, abstergere, a λύω, *lavo*. *Cic.* 7. *Verr.* Cum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. *Id. de Sen.* Qui morte sua luit Collegæ in Cannensi ignominia temeritatem. *Liv. l.* 1. Ut tamen debito supplicio scelus lueret.

Lupa, æ, f. *lupa*, Ger. *eine wolffin*, Gal. *louve*, His. *loba*, λύκαινα, fœmina in genere luporum. *Ovid.* 3. *de Arte v.* 8. Rapidæ tradis ovile lupæ. ¶ Etiam meretrices lupæ dicuntur, quia luparum instar sunt rapaces. Ea vocis lupæ homonymia, ut Livius quoque testatur, occasionem præbuit fabulæ de Romulo, & Remo, quibus, cum in litore essent expositi, lupa admovisse ubera dicitur. Nam lupa ea, non quadrupes, sed meretrix fuit, quæ infantes expositos sustulit, atque aluit. *Cic. pro Mil.* Ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. *Aurel. Vict. de Vir. Ill.* Ad vagitum lupa accurrit, eosque uberibus suis aluit.

Lupānar, aris, n. *bordello*, Ger. *ein hurrnhauff*, Gal. *bourdeau*, Hisp. *burdel*, πορνεῖον, πορνοβοσκεῖον, prostibulum, ganeum, locus, in quo lupæ, hoc est meretrices prostant. *Quinctil. l.* 7. *c.* 4. An deprehensus in lupanari cum aliena uxore adulter sit, quæritur. *Juven. Sat.* 6. *v.* 121. Intravit calidum veteri centone lupanar.

Lupanāris, & re, o. 3. χαμαιτυπικός, quod ad lupanar spectat. *Apul. l.* 9. *Metam.* Larem mariti lupanar maculare infamia.

Lupanarĭum, rii, n. idem, quod lupanar. *Ulp. de pet. hæred. l.* 27. Licet a lupanario præceptæ sint. Nam & in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercentur.

Lupātus, ti, m. *morso*, מתג, Ger. *ein bart gebiff*, Gal. *mors de briride*, Hisp. *bocado*, χαλινός, frænum asperrimum. Dictum est a lupinis dentibus, qui inæquales sunt. Unde etiam eorum morsus vehementer obest. *Virg.* 3. *Georg. v.* 208. Et duris parere lupatis. *Solin. c.* 45. Equus qui spernit lupatos. ¶ Adjectiva forma *Horat. l.* 1. *od.* 8. Gallica nec lupatis temperet ora frænis.

Luperca, æ, f. Dea apud Romanos, quæ lupam Romulo, & Remo mitem, & benignam reddidit. *Arnob. l.* 4. *ex Varrone.* Quod abjectis infantibus pepercit lupa non mitis, Luperca Dea est auctore appellata Varrone.

Lupercal, alis, n. λυκεῖον, antrum sub Palatino monte sacratum ab Evandro Pani Deo Arcadiæ, a *Lupercus*, quod fuit ejusdem Panis cognomen, ideo impositum, quod non fineret, lupos in oves fævire. *Justin. l.* 43. Nam ob eandem causam multis ante sæculis etiam in Arcadia mons Lycæus Pani fuerat consecratus, & ipse quoque Lycæus appellabatur. Ergo ideo & Evander in Latio Deo gentis suæ sacravit locum, & nominavit Lupercal, quod præsidio ipsius Numinis lupi a pecudibus arcerentur. *Serv. in* 8. *Æneid.* Aliqui Lupercal literarum trajectione factum putant a *luo*, & *caper*, quod sub monte Palatino fuerit quædam spelunca, in qua caprum luebant, hoc est sacrificabant, cujus deinde pelle urbem purgabant. *Ovid. l.* 2. *Fast. v.* 381. dictum esse scripsit vel a Lycæo monte Arcadiæ, vel ab illa lupa, quæ illic Romulum, & Remum aluit.

Lupercalia, lium, n. 3. λύκαια, solemnia quædam sacra, quæ Romæ a Lupercis fiebant in honorem Panis Pastorum Dei. Hæc sacra ab Evandro ex Arcadia in Latium advecta fuere. *Ovid.* 2. *Fast.* ¶ Celebrabantur xv. Cal. Martii, idest, die 15. Febr. ¶ Fiebant lustrationis causa,

ſa, in ſpelunca ſub monte Palatino, quæ Lupercal dicta eſt. *Serv.* ¶ Ritus hic fuit. Capram paſtores, quorum Pan tunc præcipuum Numen erat, immolabant, deinde variis ludis, rejectis veſtibus, ſe ſe exercebant. Romulus item inſtituiſſe creditur, ut canis immolaretur. Hac re lupæ nutrici ſuæ gratias referre videbatur. Nam canis natura adverſatur lupis. Temporis denique progreſſu pro capra hircus immolari cœptus eſt. *Ovid.* 2. *Faſt.* Regnante Romulo, & deinceps, Sacerdotes, qui Luperci appellabantur, peracto ſacrificio, faciem ſibi larva tegebant, vel potius ſanguine fœdabant, & nudi diſcurrebant circum urbem veterem, ideſt Palatium. Adoleſcentes accurrebant cum lana lacte madida, qui tabum abſtergerent. Inſtitutum etiam aliquando fuit, ut hirci pellem in lora ſecarent, & lora in curſu illo in manibus geſtarent, & obvias quaſque fœminas iis loris circa uterum, & manus cæderent. Quæ enim mulieres ex ſuis viris vel concipere, vel conceptos fœtus edere nequirent, ad Lupercos confugiebant, a quibus ubi loris ex tergore hirci ſectis cæſæ fuiſſent, e veſtigio gravidæ, aut effœtæ efficiebantur. *Ovid. ibid.* Primo paſtores, deinde nobiliſſimi adoleſcentes civitatis Lupercalia celebrarunt. V. *Plutarch. in Romul. & in Cæſ.*

Lupercālis, le, adject. ad Lupercalia pertinens, ut Lupercale ſacrum. *Sueton. Auguſt. c.* 31.

Luperci, orum, m. 2. Sacerdotes Panis. V. *Lupercal*, & *Lupercalia*. ¶ Horum duo ordines erant, Fabiani, & Quinctiliani, ſic dicti a quodam Fabio, & Quinctilio. Additus deinde fuit tertius ordo Julianorum, qui in honorem C. Julii Cæſaris inſtituti ſunt. *Cicer.* 2. *Phil. c.* 34. Ita eras Lupercus, ut te Conſulem eſſe, meminiſſe deberes.

Lupillus, i, m. diminut. a lupinus. *Plaut. Stich.* 5. 4. 9. Lupilli comminuto cruſtulo.

Lupinarĭus, a, um, ad lupinos pertinens, ut *lupinarium labrum*, apud *Caton. R. R. c.* 10. & 11. hoc eſt ad lupinos lavandos, vel coquendos aptum. ¶ *Lupinarius*, *ii*, lupinorum negotiator, apud *Lamprid. in Alex. Sev. c.* 33. Sed V. ibi *Caſaub.* de lectionis veritate dubitantem.

Lupīnus, a, um, *lupino*, *di lupo*, λύκινος, quod eſt lupi. *Cicer. in Catil.* 3. *c.* 8. Quem inauratum in Capitolio parvum, atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.

Lupīnus, ni, m. & lupinum, ni, n. *lupino*, θέρμος, leguminis genus eſt, omnium amariſſimum, quod ſui circumactu agricolis horas etiam nubilo die oſtendit, teſte *Plin. l.* 18. *c.* 14. Eſt a λύπη, *dolor*, *agritudo*, quia vultum guſtantis amaritudine contriſtat. *Plin. loc. cit.* Circumagitur lupinus quotidie cum ſole. *Virgil.* 1. *Georg. v.* 75. Triſtiſque lupini ſuſtuleris fragiles calamos. ¶ Ex lupino macerato fiebant nummi, quorum in Comœdiis uſus erat. *Plaut. Pœn. a.* 3. *ſc.* 2. *Hor. l.* 1. *epiſt.* 7. Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis. hoc eſt quid interſit inter veros nummos, & ex lupinis factos. ¶ *Lupinum* neutro genere uſurpat *Colum. l.* 2. *c.* 10. ¶ In plurali numero exempla neutrius generis nondum vidimus.

Lupor, aris, d. 1. *andar'alle meretrici*, πορνεύω, ſcortor, meretricor. *Turpil. apud Non. c.* 2. *n.* 497. Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupantur.

Lupŭla, æ, f. parva lupa. *Apulei. l.* 5. *Metam.* Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias inſidias tibi comparant.

Lupus, i, m. 2. *lupo*, זְאֵב, Ger. *ein wolff*, Gal. *loup*, Hiſp. *lobo*, λύκος, animal rapax, & ovibus præcipue infeſtum, a nomine Græco, quod allatum eſt. *Ovid.* 1. *Triſt.* Excuſſa eſt avidi dentibus agna lupi. ¶ Ovem lupo commiſiſti, *Ter. in Eun.* 5. 1. 16. Concinne hoc utimur proverbio, quoties ei ſervandum aliquid committitur, cujus gratia cuſtodem magis oporteat adhiberi. *Cic.* 3. *Phil. c.* 11. Etenim in concione dixerat, ſe cuſtodem futurum urbis, uſque ad Cal. Majas ad urbem exercitum habiturum. O præclarum cuſtodem ovium, ut ajunt, lupum! Cuſtos ne urbis, an direptor, & vexator eſſet Antonius? ¶ Lupo agnum eripere. *Plaut. Pœn.* Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt. Hoc uti poſſumus proverbio, ubi quis fruſtra conatur prædam recipere, cui ſemel manus injecit rapax aliquis. Stultum enim videtur ſperare, futurum, ut lupus agnum ſemel arreptum dimittat. ¶ Lupus eſt in fabula, *Terent. Adelph.* 4. 1. 21. Proverbium eſt vulgatiſſimum, quo utimur, quoties noſtro ſermoni ſupervenit is, de quo loquebamur, & nobis ſua præſentia amputat loquendi facultatem. Proverbium tractum eſt a lupi natura, quem ferunt iis, quos prior aſpexerit, vocem intercludere. Ad quod alludit *Virg. 9. Ecl.* Vox quoque Mœrim jam fugit ipſa, lupi Mœrim videre priores. ¶ Lupum auribus tenere, proverbium eſt, quod in re anceps, periculoſaque dici ſolet. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere poteſt ſine periculo. *Suet. in Tiber. c.* 25. Cunctandi cauſa erat metus undique imminentium diſcriminum, ut ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret. ¶ Fuit hoc animal Marti ſacrum; hinc Martiales lupos dixit *Horat. l.* 1. *od.* 17. ¶ Lupus etiam piſcis eſt nomen ita dicti a voracitate. *Plin. 9. c.* 17. Poſtea præcipuam auctoritatem fuiſſe lupo, & aſellis, Corn. Nepos, & Laberius poeta mimorum tradidere. ¶ Luporum laudatiſſimi ſunt qui appellantur *lanati*, ſeu *lanei*, a candore, molliticque carnis, circa Timavum fl. cujus proprii ſunt. *Mart. l.* 13. Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi, æquoreo dulces cum ſale paſtus aquas. ¶ Item genus eſt fræni aſperrimi, quod & lupatum dicitur, a lupinis dentibus, qui inæquales ſunt, & propterea morſus eorum aſperrimus. *Ovid.* 4. *de Triſt. El.* 6. Et placido duros accipit ore lupos. ¶ Item inſtrumentum aduncum, quo aliquid extrahitur, vel attollitur. Alio nomine harpago dicitur, *rampino. Liv. l.* 28. *c.* 3. In alios lupi ſuperne terrei injecti, ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur. ¶ Item aranei genus. *Plin. l.* 11. *c.* 24. Luporum nomine minimi non texunt.

Lura, ſive lora, æ, f. culeus, uter, ſive os culei, ſive utris, apud vet. *Feſt.* Ita appellata eſt eo quod ſit ex corio, quod *lurum*, vel *lorum* dicitur. *Lucil. apud Cic.* 4. *Tuſc.* In os prius accipiam ipſe, quam gladium in ſtomacho lura, ac pulmonibus ſiſto.

Lurcabundus, a, um, *trangugiatore*, *goloſo*, lurco. Vox eſt *Catonis*, quam tamen ut nimis antiquam damnat *Quintil. l.* 1. *c.* 6.

Lurco, as, n. 1. & lurcor, aris, d. 1. *trangugiare*, λαφύσσω, cibum cum aviditate nimia ſumo. Ducunt aliqui a λαῖφος, avidus, vorax. *Lucil. apud Non c.* 1. *n.* 34. Ut lurcaretur laridum, & carnaria furtim. *Varr. apud eund. ibid.* Cum pſaltria, & cum Flora lurcare.

Lurco, onis, m. *goloſo*, *trangugiatore*, Germ. *ſchlemmer*, Gal. *gourmand*, Hiſ. *gloton*, λίχνος, capacis gulæ homo, guloſus, bonorum ſuorum conſumptor. *Suet. de Clar. Gram. c.* 15. Laſtaurum, & lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 16. Lurco edax.

Lurconiānus, a, um, adject. ad lurconem pertinens. *Tertull. de anim. c.* 33. Apiciana, & lurconiana condimenta.

Luridātus, a, um, adject. luridus. *Tertul. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 8. Luridati delinquentiæ maculis.

Lurĭdus, a, um, *pallido*, יִרְקָרָק, Germ. *bleyfarb*, Gal. *blaffar fort pale*, Hiſ. *amarillo*, ὠχρὸς, πελιδνὸς, ſupra modum pallidus. *Feſt. Hor. l.* 4. *Od.* 13. Quia luridi dentes te, quia rugæ turpant. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Luridus color. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 267. Pallor luridus. & *v.* 797. Lurida ſulphura. *Senec. epiſt.* 95. Luridæ bilis ſuffuſio. *itteritia*.

Luror, oris, m. *pallidezza*, יֹרֶק, Germ. *bleich*, Gal. *paleur*, Hiſp. *amarillez*, ὠχρότης, pallor, color ſubflavus, a luræ, ſive lori colore. *Lucr. l.* 4. *v.* 333. Quia luroris de corpore eorum femina multa fluunt ſimulacris obvia rerum.

Luſcinĭa, æ, f. *roſignuolo*, Ger. *ein nachtgal*, Gal. *roſſignol*, Hiſ. *ruiſeñor*, ἀηδών, avis cantus ſuavitate præcellens, quæ & Philomela appellatur, & Aedon, & Atthis, ita dicta, quod lugens canat. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Luſciniis diebus, ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondium germine. V. *Philomela*.

Luſciniŏla, æ, f. 1. dim. a luſcinia. *Plau. Bacch.* 1. 1. 4. Luſciniolæ ne defuat cantio.

Luſcinĭus, ii, m. idem ac Luſcinia. *Phædr. l.* 2. *fab.* 18. *v.* 2. & *Senec. epiſt.* 76.

Luſcĭnus, a, um, idem, ac luſciioſus, vel luſcitioſus. Fuit cognomen Fabriciorum, uti Luſcus Anniorum, quemadmodum ex lapidibus Capitolinis videre eſt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites vocabantur: qui parvis utriſque, Ocellæ: Luſcini, injuriæ cognomen habuere.

Luſciōſus, a, um, adject. qui exiliter admodum videt, *chi ha debole*, o *corta viſta*, νυκτάλωψ. *Plin. l.* 23. *c.* 7. & *l.* 28. *c.* 10.

Luſcitĭo, onis, f. vitium oculorum, cum quis clarius veſperi, quam meridie cernit. *Feſtus*.

Luſcitiōſus, a, um, adject. idem ac luſciioſus. *Plaut. Mil.* 2. 3. 52. Tu quidem cæcus non luſcitioſus. ¶ *Ulpian.* cenſet luſcitioſum proprie eſſe eum, qui admoto lumine parum videt. *l.* 10. *Dig. de Ædil. edict.*

Luſcus, a, um, o. 1. 2. *loſco*, Germ. *eineugig*, Gal. *lucbe*, Hiſ. *tuerto menguado de un ojo*, ἑτερόφθαλμος, cocles, unoculus, qui altero captus eſt oculo, a luce, s interjecto. Non eſt idem, qui ſtrabo, uti vulgus eo utitur. *Juven. Sat.* 10. Cum Getula Ducem geſtaret bellua luſcum. ideſt Annibalem, qui alterum oculum in tranſitu Alpium perdiderat. *Cic.* 2. *de Or.* Et tamen id dixit, quod in omnes luſcos conveniret. *Martial. l.* 4. *epigr.* 64. Quo fiat iſtud, quæris, modo? luſca eſt.

Luſĭo, nis, luſus, actus ludendi, qui ad ſolam voluptatem fit. *Cic.* 5. *Fin.* Infantes luſionibus vel laboriоſis delectantur. *Id. de Sen.* Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant, & teſſeras.

Luſitanĭa, f. 1. Lyſitania, una ex tribus partibus Hiſpaniæ, & in Occ. & Auſtr. vergens. Separatur a Tarraconenſi Durio fl. ad Bor. & montibus ad Or. ſejungitur a Bætica Ana fl. Differt a Portugallia. Nam ſub Portugallia continetur pars Tarraconenſis inter Durium, & Minium, in qua Bracara, in Luſitania vero Extremadura regio, cum parte Caſtellæ vet. extra Portugalliam. Nomen accepit a Luſo Bacchi filio, vel comite, vel a Lyſa ſocio Luſi. Pop. *Luſitani*, *Lyſitani*, *Lyſiades*.

Luſitānus, a, um, ad Luſitaniam pertinens. *Senec. in epigr. ad Cordub.* Non Luſitanus quateret cum mœnia latro. *Plin. l.* 15. *c.* 25. Luſitana ceraſa.

Luſĭto, as, n. 1. *giuocare*, ἀθύω, freq. a ludo. *Plaut. Capt.* 5. 4. 6. Aut coturnices dantur, quibuſcum luſitent.

Luſĭus, m. 2. fl. frigiditiſimus Arcadiæ, qui Gortynam vicum præterfluit, in quo Jovem primum ablutum fuiſſe Arcades aſſerunt, unde & nomen accepiſſe putatur. *Cœl. l.* 18. *c. ult.*

Luſor, oris, m. *giuocatore*, παίκτης, qui ludit. *Ovid. l.* 4. *Triſt. El.* 9. Ille ego, qui fueram tenerorum luſor amorum. ideſt ſcriptor. ¶ Item qui decipit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 62. Te ut deludam contra luſorem meum? ¶ Proprie *Ovid. de arte am. l.* 1. *v.* 451. Sic ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor; Et revocat cupidas alea fæpe manus.

Luſorĭe, adverb. per ludum, *burlando*, *con frode*, *da ſcherzo*. *l.* 50. *Dig. de legat. & fideicom.* 1. Pronunciaverit contra hæredem non agentem cauſam, vel luſorie agentem.

Luſorĭum, ii, locus luſibus deſtinatus. *Lamprid. in Heliog. c.* 25. Stravit ſibi triclinium in ſummo luſorio.

Luſorĭus, a, um, *coſa che s'appartiene a giuoco*, παικτικὸς, quod ad ludum ſpectat, ut Tabula luſoria, id eſt alveus, in quo teſſeris, aut latrunculis ludimus. *Plin. l.* 37. *c.* 2. Tranſtulit alveum cum teſſeris luſorium gemmis duabus. ¶ Luſoria quæſtio dicitur, vel quæ ludo fit, vel quæ de ludo tractat. *Plin. l.* 7. *c.* 53. Pudore Diodorus ſapientiæ Dialecticæ profeſſor luſoria quæſtione non protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta obiit. ¶ Luſorium fulmen dicitur, quod innoxium eſt. *Senec. l.* 2. *Quæſt. natural.* ¶ Luſoria arma, *Sen. epiſt.* 117. quibus tyrones exercentur.

Luſtrālis, & le, o. 3. quod ad luſtrum ſpectat, ut Cenſus luſtralis, qui quinto quoque anno fiebat. *Ulp. Inſt. tit.* 1. *de libert.* ¶ Ponitur etiam pro eo, quod expiandi, ſeu purgandi vim habet, καθάρσιος, a *luſtrum*, non qua Olympiada notat, ſed qua ſignat luſtrationem, ſeu purgationem. Hinc Luſtralia exta, h. e. ad expiationem apta. Sed aliqui luſtralia exta explicant præpinguia, eo quod bos luſtralis, ideſt quinquennalis, dicitur eſſe perfectæ ætatis. *Virg.* 8. *Æn.* Veſcitur Æneas ſimul, & Trojana juventus perpetui tergo bovis, & luſtralibus extis. ¶ Sacrificium luſtrale erat, quod luſtrationis cauſa fiebat. *Liv. l.* 1. Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat. ¶ Luſtralis aqua erat, quæ a Sacerdote purgationis cauſa aſpergebatur. *Ovid.* 5. *de Ponto*, *el.* 2. Spargit aqua captos luſtrali Graja Sacerdos.

Luſtrāmen, inis, n. idem, quod luſtramentum. *Valer.* 6. *Arg.* Sævam miſero luſtramine verſant congeriem.

Luſtramentum, ti, n. purgatio, præſertim facta per ſacrificium, aut veneficium, ſeu incantationem. *Marcel. ad l. Cornel. de venefic.* §. *ſicut*, *l. ejuſdem*. Si quis luſtramenti cauſa dederit cantharides. Sed Voſſius interpretatur ἀφλεγεσίαν, ἀφροδισιασμὸν, ideſt laſciviam, libidinem, incitamentum ad Venerem, a *luſtrum*, qua metaphorice dicitur de popinis, & lupanaribus.

Luſtratĭo, onis, f. κάθαρσις, expiatio, purgatio per ſacrificium *Col. l.* 2. *c.* 22. Quoſdam debderaturos luſtrationum cæterorumque ſacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priſcis uſurpatum. ¶ Metaleptice ſumitur pro circuitione, ſeu peragratione, περιπέλησις. *Cic.* 2. *Phil. c.* 23. Quæ fuit ejus peragratio itinerum? luſtratio municipiorum?

Luſtrātor, oris, m. qui obambulat, qui circuit. περιοδευτὴς. *Apul. in Apol.* Hercules luſtrator orbis, pugnator ferarum.

Luſtrātus, a, um, *purgato*, מכופר, Ger. *gereiniget*, Gal. *purgé*, *expié*, Hiſ. *purgado*, καθαρθεὶς, purgatus, expiatus. *Liv. l.* 3. *c.* 19. Luſtratum, atque purgatum Capitolium. *Cic.* 1. *de Div. c.* 35. Exercitus luſtratus. *Ovid. Metam.* 14. *v.* 605. Luſtratum corpus ungere.

Luſtrĭcus, a, um, καθαρτήριος, idem tere eſt, quod luſtralis. Unde diem illum, quo infanti nomen imponebatur (Nominalia appellat *Suetonius in Ner. c.* 6.) luſtricum diem vocarunt, quia eo infans luſtraretur, hoc eſt religioſe purificaretur. Erat is dies octavus puellarum, nonus puerorum, ut ſcribunt Feſtus, Plutarchus, Macrobius. *Suet. in Claud.* Ejuſdem futuræ infelicitatis ſignum evidens die luſtrico extitit. Adde *Macrob. Sat. c.* 16.

Luſtri-

Luſtrifícus, a, um, idem, quod luſtralis. *Val.* 3. *Arg.* v. 448. Cantus luſtrificus.

Luſtro, onis, m. homo libidini Veneræ deditus. *Catul. epigr. penult.* Tamen ipſe eſt maximus luſtro. *Nævius apud Feſt.* in voce *Aleo:* Peſſimorum peſſime, audax, ganeo, luſtro.

Luſtro, as, avi, atum, a. 1. *purgare*, כִּפֶּר, Ger. *reinigen*, Gal. *purgere*, Hiſp. *purgar*, καθαίρω, ἁγνίζω, expio, purgo. *Cic. de Div.* Cum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret. *Virg.* 5. *Ecl.* Et cum luſtrabimus agros. *Liv. l.* 3. Ibi inſtructum exercitum ove, ſue, tauris tribus luſtravit. ¶ Metaleptice ponitur pro circuire, ambire, peragrare, περιοδεύειν, περιτρολᾶν. Nam ad expiandos homines, urbes, & arva ambire ſolebant. *Cic.* 5. *Fin. c.* 25. Cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtravit, & Perſarum Magos adiit? *Propert. l.* 2. *eleg.* 8. v. 5. luſtrare Helicona choreis. ¶ Item pro recenſere, recognoſcere, *riconoſcere*. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* Ibique exercitum luſtravit. ¶ Item pro circumquaque aſpicere, & oculis quodammodo ambire, *guardar per tutto*. *Virg.* 8. *Æn.* v. 153. Ille os, oculoſque loquentis jamdudum, & totum luſtrabat lumine corpus. ¶ Item pro perpendere, & examinare, ἐξετάζειν, *conſiderare*. *Cic. Off.* 1. *c.* 17. Sed cum omnia ratione, atque animo luſtraveris. ¶ Item pro ſequi. *Virg.* 2. *Ecl.* Tua dum veſtigia luſtro. ¶ Item pro clarificare, illuſtrare, *illuminare*. *Virg.* 3. *Æn.* Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras orta dies.

Luſtror, aris, atus ſum, paſſ. verbi luſtro. *Virg.* 4. *Æn.* v. 279. Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus aras. Ubi Servius: Aut luſtramur, ideſt purgamur, ut Jovi ſacra faciamus, aut certe luſtramur Jovi, ideſt expiamur. *Ovid.* 10. *Met.* v. 398. Magico luſtrabere ritu. ¶ Luſtror, aris, d. 1. eſt ſcortari, luxurioſe vivere, ſuaque bona abligurire, *andar a meretrici*, πορνεύειν, a *luſtris*, quæ interdum pro meretricum latibulis accipiuntur. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 6. Luxuriantur, luſtrantur, comedunt, quod habent.

Luſtrum, i, n. *abitacolo delle fiere*, פֶּרֶץ, Germ. *hoele der wilden thieren*, Gal. *caverne*, Hiſp. *cueva*, σπήλαιον, quando pronuntiatur per *u* tenue, quod ſonat ut Græcum Υ, ſignat cubile ferarum in ſylvis, & factum eſt a *lutum*, quia apri, & ſues in locis fere lutoſis ſua habent antra. *Feſt. Virg.* 2. *Georg.* v. 471. Non abſunt illis ſaltus, ac luſtra ferarum. ¶ Translate dicitur de popinis, & lupanaribus. Hinc qui in locis abditis, & ſordidis ventri, & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere. *Cic. Caſſio.* Quæ autem in luſtris, & in vino commentatio potuit eſſe? *Id. Phil.* 2. *c.* 3. Vino, luſtriſque confectus. ¶ Quando autem pronuntiatur per *u* craſſum, quaſi per diphtongum, *ou*, ut *louſtrum*, ſignificat populi luſtrationem, ſive expiationem, quæ cenſu peracto ſuovetaurilibus fieri ſolebat, ſive ſacrificii quoddam genus, quo urbis luſtrandæ gratia ſus, ovis, & taurus immolabantur, ſive ut *Dionyſius* ait *l.* 4. taurus, aries, & hircus. *In* hac acceptione eſt a λύτρον, inſerto *s*, vel a *luo*, quia luſtrum ſignificat etiam ſolutionem cenſus, quæ quinto quoque anno fiebat, teſte *Varrone*. *Liv. l.* 1. *c.* 44. Ibi inſtructum exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit, idque conditum luſtrum appellatum, quia in cenſendo finis factus eſt. ¶ Aliud longe erat cenſum agere, aliud luſtrum condere. Livius enim dicit, cenſu peracto demum ſuovetaurilibus populum eſſe luſtratum, atque id vocari luſtrum conditum. *Dionyſius* item *l.* 4. refert, Servium Tullium, peracto cenſu, omnibuſque, quæ ad eum pertinent, conſtitutis, præcepiſſe, ut cives omnes in Campo Martio adeſſent armati, iiſque in ordinem digeſtis, taurum, arietem, & hircum ter circum exercitum juſſiſſe circumagi, deinde Larti Campi præſidi immolaſſe, atque ita populum expiaſſe. Imo non tantum prius agebatur cenſus, quam luſtrum conderetur, ſed interdum cenſu peracto non condebatur luſtrum, ut ſi annus eſſet funeſtus. *Liv. l.* 3. Cenſus actus eo anno: luſtrum propter Capitolium captum, Conſulem occiſum, condi religioſum erat. ¶ Luſtrum item ſumitur pro ſpatio temporis quinquennali perfecto, vel, ut alii volunt, pro perfecto quadriennio, ita ut quatuor annis elapſis, quintus appelletur luſtrum. *Feſtus:* Cum ejuſdem vocabuli (*luſtrum*) prima ſyllaba producitur, ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem. *Varr. l.* 5. *de L. L.* Luſtrum nominatum tempus quinquennale, a luendo, hoc eſt ſolvendo, quod quinto quoque anno vectigalia, & tributa per Cenſores perſolvebantur. *Tacit.* 16. *Ann. c.* 2. Quinquennale ludicrum ſecundo lucro celebrabatur. h. e. quarto anno exacto. Nam hujuſmodi ludicrum a Nerone inſtitutum erat more Græci certaminis, ut narrat *Id. Tacit. Ann.* 15. *c.* 20. mos autem Græcorum erat, ut ſingulis Olympiadibus, ſeu quarto quoque anno exacto, & quinto incepto Olympia facerent. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 2. Publicani, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſolverant. *Virg.* 1. *Æneid.* veniet luſtris labentibus ætas.

Luſus, a, um, *burlato*, *deriſo*. *Cic.* 2. *Fin. c.* 1. Sed & illum, quem nominavi, & cæteros Sophiſtas luſos videmus a Socrate.

Luſus, us, m. *giuoco*, *ſcherzo*, παίγμα, exercitatio, quæ ad ſolam voluptatem fit, ſine ulla ſpe lucri, aut periculo damni. Quo modo a ludo differat, V. *Ludus*. *Ovid. de Pont. l.* 1. *el.* 4. Nec, juveni luſus qui placuere, placent. *Quint. l.* 1. *c.* 3. Nec me offenderit luſus in pueris; eſt & hoc ſignum alacritatis. *Id. l.* 5. *c.* 13. Dare venuſtiſſimos luſus.

Lutamentum, ti, n. πήλωμα, opus ex luto confectum, lutove oblitum. *Cato de re ruſt. c.* 128. Neque lutamenta ſcindent ſe.

Lutarius, a, um, quod in luto degit, ut Teſtudines lutariæ, apud *Plin. l.* 32. *c.* 4. ¶ Lutarius mullus, qui ex luto ſibi pabulum petit, viliſſimum ex omni mullorum genere. *Plin. l.* 9. *c.* 17.

Lutātus, a, um, adject. luto aſperſus. *Lamprid. Heliogab. c.* 14. Lutati tituli ſtatuarum. *Perſ. Sat.* 3. v. 104. craſſis lutatus amomis. h. e. delibutus.

Lutĕa, V. Lūtum.

Lutenſis, e, adject. a lūtum. *Plin. l.* 9. *c.* 37. Purpuræ nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera, lutenſe, putri limo, algenſe, contritum alga, &c.

Luteŏlus, a, um, ὑπωχρος, dim. a luteus, *gialletto*. *Col. l.* 12. Cum primum ex albo dulcoratur, fitque luteola. *Virg. Ecl.* 2. v. 50. Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Lutesco, is, n. 3. *divenir fango*, πηλόομαι, luteus fio, & in luti morem molleſco. *Col. l.* 8. *c.* 17. Nam quæ limo, cœnoque luteſcunt.

Lutetia. V. Pariſii.

Lūtĕus, a, um, *giallo*, *di color d'oro*, צָהֹב, Ger. *bleichgelb*, Gal. *jaune*, Hiſp. *amarillo*, ὠχρὸς, κροκώδης, μήκων, idem, ac croceus, qualis color cernitur in ovorum vitellis, in malo Cydonio, in auro, in igne, in Aurora, &c. *Plin. l.* 21. *c.* 6. Lutea viola. *Virg.* 7. *Æn.* v. 26. Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. ¶ Hoc colore nuptialia vela, quæ flammea vocabant, olim tingebantur. *Plin. lib.* 21. *cap.* 8. Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. *Lucan. l.* 1. Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.

Lŭtĕus, a, um, *di terra*, *fangoſo*, בֹּשֶׁת, Ger. *leimin*, Gal. *de boue*, Hiſ. *de lodo*, πηλώδης, quod ex luto confectum eſt. *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 158. Et luteum celſa ſub trabe fingit opus. *Juvenal. Sat.* 10. v. 131. A carbone, & torcipibus, gladioſque parante Incude, & luteo Vulcano. h. e. luto ſo, deformi fuligine conſperſo. ¶ Per translationem luteum dicimus, quicquid vile eſt, & nullius pretii. *Cic.* 6. *Verr. c.* 14. Luteum negotium eſſe, non dignum, quod in ſuo argento Verres haberet.

Luto, as, avi, atum, a. 1. *infangare*, Ger. *mit leym beſtreichen*, Gal. *enduire*, *ou faire de boue*, Hiſ. *enlodar*, πηλόω, luto inficio, inungo, oblino. *Cato de re ruſt. c.* 92. Poſtea conſpergito amurca bene omne, quod lutaveris. ¶ Ponitur etiam generatim pro maculare. *Mart. l.* 14. *epigr.* 50. Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos. ¶ Apud *Nonium* legitur & *luto*, *as*, frequentativum a *luo*: Obſoletum eſt.

Lutōſus, a, um, *fangoſo*, πηλώδης, cœnoſus, luto plenus, vel luto infectus. *Plin. l.* 18. *c.* 49. Lutoſam terram ne tangito. *Col. l.* 12. *c.* 54. Raporum quam rotundiſſima ſumito, eaque, ſi ſint lutoſa, detergito.

Lutra, vel lytra, f. 1. *lontra*, ἔνυδρις, animal amphibium, ſimile fibro, ſola cauda differens, quia fiber piſcis caudam habet. *Plin. lib.* 8. *cap.* 30. *Varr. l.* 4. *L. L.*

Lutulentus, a, um, idem, quod lutoſus. *Cic. in Sal.* Itaque nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus cum quovis volutari. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 30. Non lutum eſt lutulentius. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 6. v. 95. Lutulentus amnis.

Lutŭlo, as, avi, atum, a. 1. in luto verſo, luto conſpurco. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 15. Eoſdem lutulant, quos collaudant.

Lūtum, i, n. ſive luteum, i, ſive lutea, æ, ſ. ἴσατις, al. λυσιμάχειον, herba, in paluſtribus, & aquoſis locis naſcens, flore rufo, vel aureo, cauliculos ſpargens cubitales, & cubito majores, quorum e geniculis folia exeunt gracilia, ſalicis foliis non diſſimilia. Pannorum infectoribus in maximo uſu eſt, qui cærulei coloris pannos ei incoquentes colorem viridem efficiunt. Nam ex flavi, cœruleique commixtione viridis color emergit. Olim etiam hac herba cœruleo ſubtrita chryſocollam adulterinam conficiebant. *Virgil. l.* 4. *Ecl.* Jam crocea mutabit vellera luto. *Vit. lib.* 7. *c.* 14. Herba, quæ lutum appellatur, cœruleum inficiunt. al. leg. *luteum*. *Plin. l.* 33. *c.* 5. Luteam putant a luto herba dictam, quam ipſam cœruleo ſubtritam pro chryſocolla inducunt, viliſſimo genere, atque fallaciſſimo.

Lūtum, ti, n. *loro*, *fango*, טִיט, Germ. *leym*, Gall. *bone*, Hiſp. *lodo*, πηλός, terra humore ſoluta, quam & cænum vocamus. Videtur eſſe a ſupino verbi *luo* pro lavo, nempe ut proprie dicatur de ſordibus, quæ abluuntur. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. Amica luto ſus. *Cic. in Piſ.* Quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus dare hæc præclara præcepta ſapientiæ? ¶ *In eodem luto hæſitare*, eſt aliquem ſic implicari cuipiam negotio, ut ſe inde nequeat extricare, quin in idem, aliudve ſimile recidat. *Ter. Phorm.* 5. 2. 15. Quid fiet? in eodem luto hæſitas. ¶ Translate *Perſ. ſat.* 3. v. 23. Udum & molle lutum es, nunc nunc properandus, & acri Verſandus ſine fine rota. h. e. indoles tua mollis colenda eſt ingenuis artibus, ducta metaphora ab argilla, & figulis. ¶ Lutum, per convicium dicitur de vili homine, & nequam. *Plaut. Moſtel. l.* 5. 2. 45. Verberibus cædĕre, lutum, pendens. ¶ Lutus, i, m. uſurpatum fuit a *Claud.* apud *Non. c.* 3. *n.* 132.

Lux, lucis, f. *luce*, *ſplendore*, אוֹר, Germ. *liecht*, Gall. *jour*, *lumiere*, Hiſp. *luz*, φῶς, ſplendor, fulgor, claritas, proprie ea, quæ a Sole diffuſa orbem illuſtrat, a λύκη, apud veteres Græcos per Syac. *Cic. de Div.* Ut patefactus aratro lucem aſpiceret. ¶ Sumitur etiam generatim pro quocunque ſplendore, & nitore. *Lucr. l.* 4. Viridis cum luce ſmaragdi. ¶ Item pro die. *Cic. pro Mil. c.* 35. Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii. *Horat. l.* 4. *od.* 6. Feſtæ luces. ¶ Prima luce, eſt ubi primum cœperit diluceſcere, *aurora*. *Ter. Adel.* 5. 3. 55. Cæterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. *Liv. l.* 1. *c.* 44. Ut omnes cives Romani, equites, peditesque in ſuis quiſque Centuriis in Campo Martio prima luce adeſſent. ¶ Ad lucem, ante auroram. *Suet. in Cæſ. c.* 31. ¶ Ponitur aliquando pro vita. *Cic. Tuſc.* 2. *c.* 4. Fore aliquando finem hujus lucis, & amiſſionem omnium vitæ commodorum. ¶ Lucem intueri, vel aſpicere, eſt vita frui. *Cic. pro Roſc. Am.* Propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit. ¶ Lucis uſuram alicui dare, eſt ſinere, eum vivere. *Cic.* 7. *Ver. c.* 29. Cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? ¶ Interdum pro loco publico. *Cic. de Sen.* Nec vero ille in luce modo, atque in oculis civium magnus, ſed intus, domique denique præſtantior. ¶ Nonnunquam pro oculis. *Stat. l. Theb.* 11. v. 585. Et effoſſæ ſqualent veſtigia lucis. ¶ Nonnunquam pro ſtellis, præſertim in num. pl. *Cic. in Arato*. Illæ, quæ fulgent luces ex ære coruſco. Item pro colore. *Manil. l.* 5. v. 258. Tyrias imitata papavera luces. ¶ Dicitur translate de omni eo, quod aliquid illuſtrat, & ornat. *Cic. l.* 2. *Orat. c.* 9. Hiſtoria lux veritatis. *Plin. l.* 17. *c.* 5. Lux doctrinarum altera Cicero. *Cic. Catil.* 4. *c.* 6. Hæc urbs lux orbis terrarum. ¶ Quemadmodum lux pro die ponitur, ita etiam interdum pro anni tempeſtate, *ſtagione*. *Virg.* 4. *Georg.* Æſtiva lux. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 10. Lux brumalis. ¶ Denique lux eſt in blanditiis. *Martial. l.* 5. *epigr.* 30. Si non derides, ſi verum, lux mea, narras. ¶ Lux, maſculino genere olim efferebatur. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 18. Luce claro deripiamus aurum matronis palam. Al. leg. *luce*. ¶ *Luci*, pro *luce*. V. ſupra ſuo loco.

Luxatūra, æ, f. σφίμμα, oſſis e loco motio. *Marcell. Empir. c.* 36.

Luxātus, a, um, ſuo loco motus, & ſolutus, *diſavolato*, *ſconciato*, *ſvolto*. *Senec. epiſt.* 104. Ut tracta pars jungatur, aut luxata in locum reponatur. *Plin. l.* 17. *c.* 28. Luxata membra jungere.

Luxo, as, avi, atum, a. 1. *ſiniſtrare*, *muover di luogo*, רִקַּע, Germ. *verreuken*, Gall. *denover*, Hiſp. *deſencaxar*, ἐξαρθρόω, membrum ſive aliam rem intorqueo, & ſuo loco moveo. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Vel etiam ſubarator imprudens luxavit radices. *Prudent. in hymn. matut.* Luxante claudus poplite, temurque victus debile.

Luxor, aris, dep. 1. idem quod luxurior. *Feſt.* ¶ Adde *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 6. ubi tamen alii aliter legunt.

Luxuria, æ, f. vel luxuries, ei, *luſuria*, יֶנֶב, Ger. *kleidern*, Gal. *luxure*, *ſuperfluité*, Hiſ. *luxuria*, *ſuperfluidad*, ἀκρασία, ſuperfluitas, & nimia profuſio, ſumptuoſior cibi, veſtitus, & aliarum rerum cura. *Cic.* 1. *Off. c.* 30. Quam ſit turpe diffluere luxuria, & delicate, ac molliter vivere. *Plin. lib.* 36. *cap.* 6. Menander luxuriæ diligentiſſimus interpres. ¶ Speciatim ſumitur pro intemperantia in re Venerea. *Cic.* 1. *Off.* Luxuria cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. ¶ Translate dicitur de ſumma germinum ubertate, ac redundantia. *Cic. in Or.* In ejus oratione, ut in herbis ruſtici ſolent dicere, in ſumma ubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 112. Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

Luxurĭo, as, n. 1. & luxurior, aris, d. 1. *luſuregiare*, פרה, Ger. *mutwillig wverden*, Gal. *s'abandoner aux voluptez*, *coitre trop*, Hiſp. *luxuriar*, ἀκρατεύομαι, ſuperabundo, rebus fecundis, otioque laſcivio. *Liv. l.* 1. *c.* 19. Ne luxuriarent otio animi. ¶ Translate dicitur de agris, cum abunde ſtercorati præter modum feraces evadunt, item de plantis, cum nimia alimenti ubertate quodammodo laſciviunt, & ramos, frondeſque juſto plures emittunt. *Ov.* 1. *Ep.* Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus. *Plin. l.* 18. *c.* 24. Ne ante hyemem luxurient. *Col. l.* 3. Cacumina virgarum,

garum, ne luxurientur, demutilato. *Liv. l.* 23. *c.* 12. *a med.* Vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis, ac vana evadat.

Luxuriōſe, adv. *luſurioſamente*, Ger. *uberflüſſigklich*, Gall. *avec exces*, Hiſp. *con exceſſos, luxurioſamente*, ἀσώτως, molliter, & delicate. *Cic. pro Cæl.* Cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe vivere. *Nepos in Pauſan. cap.* 3. Luxurioſius fercula ſtruere. *Auguſtin. de morib. Eccleſ. c.* 34. Luxurioſiſſime bibere.

Luxuriōſus, a, um, *luſurioſo*, פרוע, Ger. *mutvvillig*, Gal. *luxurieux*, Hiſ. *luxurioſo*, ἄσωτος, qui immodice voluptatibus, deliciiſque indulget, & in epularum apparatu, veſtium ornatu, rei Venereæ uſu, & aliis rebus modum excedit, & plus juſto laſcivit. *Cic. in Rull.* Ut in ſuis rebus, ita in Repub. luxurioſus nepos. *Id.* 7. *Phil.* Multa, & lauta ſupellex, non illa quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. ¶ Luxurioſus cultus, delicatus, & mollis. *Quinctil. l.* 8. *in proœm.* Muliebris, & luxurioſus cultus non corpus exornat, ſed detegit mentem. ¶ Luxurioſa lætitia, dicitur nimia, & profuſior, quam par ſit. *Liv. l.* 2. *c.* 21. Sed Patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia. ¶ Dicitur etiam de herbis, & arboribus, cum nimia foliorum, aut frondium ubertate abundant. *Col. l.* 4. *cap.* 21. Luxurioſa vitis. *Cic. in Orat.* Luxurioſa frumenta. ¶ Habet & ſuos gradus. *Senec. epiſt.* 7. Avarior redeo, ambitioſior, luxurioſior. *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 8. Luxurioſiſſima peſtis.

Luxus, us, m. *luſſo*, vitium diſſoluti animi, profuſa impenſa, idem, quod luxuries. *Cic.* 5. *Verr.* Niſi forte exiſtimatis, cum in vino, & luxu non riſiſſe. *Terent. Adelph.* 5. 7. *in fi.* Adoleſcens luxu perditus. *Tacit.* 2. *hiſt. c.* 36. In luxum effuſus. ¶ Accipitur interdum in bonam partem pro apparatus magnificentia. *Virg. Æn.* 1. At domus interior regali ſplendida luxu inſtruitur. *Id.* 6. *Æn.* Epulæque ante ora paratæ Regifico luxu. ¶ Interdum etiam pro luxatura. *Apulej. in Florid.* Articulus loco conceſſit, exque eo luxu adhuc fluxus eſt.

Luxus, a, um, o. 1. 2. idem, ac luxatus, ſeu diſſolutus, loco motus. *Nonius c.* 1. *n.* 272. & *Feſtus*.

L ANTE Y.

Lyæus, i, m. 2. λυαῖος, unum ex Liberi Patris cognominibus, a λύω, *ſolvo*, quod mentem curis ſolvit, vel quod corpus nimio potu ſolvitur, morbuſque gignitur, quem vocant paralyſin. *Virg.* 4. *Æn.* Legiferæ Cereri, Phœboque, Patrique Lyæo.

Lyæus, a, um, adject. pro Lyæius, quod ad Bacchum ſpectat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 690. Regales inter menſas, laticemque Lyæum.

Lycabētus, m. 2. Lycabeſus, mons Atticæ, altiſſimus, proximus Athenis, finitimus Hymetto. *Plin. l.* 5. *c.* 7.

Lycæa, n. 2. λύκαια, idem, ac Lupercalia, ideſt, ſacra in Lyceo M. Arcadiæ in honorem Panis. *Ovid.* 2. *Faſt.* Pauſanias tamen in Arcadicis Lycæa Jovis ſacra fuiſſe tradit, a Lycaone Pelaſgi filio ad Jovis Lycæi aram primum inſtituta. *Cæl. Rhod. l.* 24. *c.* 17.

Lycæus, a, um, quod eſt ex Lyceo monte. *Ovid.* 2. *Faſt.* Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Lycambes, is, m. 3. vel Lycambes, æ, m. 1. λυκάμβης, vir Lacedæmonius, Neoboles pater, qui cum filiam Archilocho poetæ deſpondiſſet, poſteaque pœnitentia ductus non tradidiſſet, tam acerbo carmine ab eo eſt perſtrictus, ut una cum filia laqueo vitam finierit.

Lycambēus, a, um, o. 1. 2. quod ad Lycamben ſpectat. *Ovid. in Ibin, v.* 51. Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.

Lycāon, Lycaonis, m. Λυκάων, Arcadiæ Rex fuit, Titani, & Terræ filius, pater Caliſtus, quem Jupiter, quod aram ſuam in Lyceo monte, mactato puero, ſanguine reſperſiſſet, in lupum mutavit. *Pauſan. in Arcadicis. Ovidius tamen l.* 1. *Met. v.* 198. fabulam aliter tradit.

Lycaŏnes, m. 3. Λυκάονες, pop. Lycaoniæ, in finibus Cappadociæ, ad Taurum montem, qui & Lycaonii appellantur. *Plin. l.* 5. *c.* 28. ¶ Item luporum jubatorum genus. *Id. l.* 8. *c.* 34.

Lycaonĭa, f. 1. *Cogni*, Λυκαονία, regio Aſiæ min. Cappadociæ pars in Auſtrum, Ciliciam verſus, ab ea Tauro M. diviſa, inter Iſauriam ad Occ. & Armeniam min. ad Or. *Plin. l.* 5. *c.* 27. ¶ Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, a Lycaone Rege, Titani, al. Pelaſgi filio, & patre Arcadis, a quo deinde Arcadia dicta eſt.

Lycaŏnis, idis, f. patronym. fœmininum. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 173. Cui Dea, Virgineos, per jura Lycaoni cœtus deſere. h. e. Caliſto Lycaonis filia.

Lycaonĭus, a, um, quod ad Lycaonem ſpectat. *Ovid.* 3. *Faſt.* Quæque Lycaonio terra ſub axe jacet. ideſt, ſub polo Arctico, ubi Caliſto filia Lycaonis in urſam mutata.

Lycaſte, f. 1. Λυκάστη, filia Priami ex concubina, cujus amore flagrans Polydamas Antenoris, & Theanes ſororis Hecubæ filius, eam uxorem duxit. *Bocc. l.* 6. *Gen.* ¶ Fuit item Lycaſte meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ cum Buthem, Amyci Bebryciorum Regis filium, hoſpitio excepiſſet, ejus concubitu uſa, Erycem ei peperit, quo factum eſt, ut apud poſteros creditum fuerit, Buthem ex Venere Erycem genuiſſe.

Lycaſtrus, m. 2. opp. exc. Cretæ, apud Dictæum M. a Lycaſte Nympha, vel a luporum multitudine, quæ ibi eſſe perhibetur.

Lycaſtum, n. 2. Lycaſtrum, Lycaſtia, *Docaſtelli*, opp. Cappadociæ, apud Halym fl. in Paphlagoniæ confinio, al. opp. prope oram Ponti Euxini, & ſinus Amiſeni.

Lycēum, n. 2. *Liceo*, Λύκειον, gymnaſium juxta Athenas, in quo Ariſtoteles docuit. *Cic.* 1. *Acad.* Qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo. ¶ Fuit & Lyceum gymnaſium Ciceronis in fundo Tuſculano, a nomine ſcholæ Ariſtotelicæ dictum. *Cic.* 1. *de Div.* Nam cum ambulandi cauſa in Lyceum veniſſemus.

Lycēus, i, m. 2. Λύκειον, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, qui & Olympus dicitur, Jovi, & Pani ſacer. Ab incolis ἱερακορυφὴ, ideſt, ſacer vertex, eſt appellatus, quod Jovem ibi educatum exiſtimarent. In eo Jovis ara fuit, a Lycaone Pelaſgi filio primum conſecrata: quam cum poſtea mactati pueri ſanguine reſperſiſſet, in lupum dicitur eſſe transformatus. Erat ibidem & Jovis Lycæ lucus, quem ſi quis lege ſpreta eſſet ingreſſus, annum ſupervivere negabatur. Item fons inſignis, nomine Agno, tam admirabilis naturæ, ut re divina ibi curioſius peracta, quernoque ramo aqua leviter commota, mox denſus inde ſurgeret vapor nebulæ aſſimilis, qui non multo poſt effectus nubes, aggregatis item aliis, largos demitteret imbres. *Pauſan. in Arcad. Virg.* 1. *Georg. de Pane.* Ipſe nemus linquens patrium, ſaltuſque Lycei.

Lychnĭcus, a, um, adject. a lychnus. *Lychnicus lapis* apud *Hygin. fab.* 123. idem eſt qui Lychnites. V.

Lychnis, idis, f. λυχνὶς, herbæ genus. Alia eſt coronaria, alia ſilveſtris, &c. V. *Plin. l.* 21. *c.* 4. & *l.* 25. *c.* 10.

Lychnītes, m. 1. *marmo bianco*, λυχνίτης, marmor album, quod in Paro inſula effodiebatur, ſic cognominatum, quod ad lucernam in cuniculis cæderetur. *Plin. lib.* 36. *c.* 5. ¶ Lychnites item, ὁ λυχνίτης, vel ἡ λυχνῖτις, vel etiam λυχνὶς, genus gemmæ ardentis, a λύχνος, *lucerna*, ſive quia ſimiliter luceat, ac lucerna ardens, ſive quia in primis luceat lucernis accenſis. *Plin. l.* 37. *c.* 7. & *Solin.*

Lychnītis, idis, f. λυχνῖτις, herba ex phlomidos generibus, alio nomine thryallis, foliis ternis, aut quaternis, craſſis, pinguibus, plumoſis, ad lumina lucernarum utilibus. *Plin. l.* 26. *c.* 10.

Lychnobĭi, m. 2. λυχνόβιοι, lucernarii, qui loco dierum noctibus utuntur, & ad lucernas vivunt. *Sen. ep.* 123. *al.* 124. Vos, inquit, & lychnobium dicetis. Quidam ſcribunt lichnobyum per *i*, h.e. helluonem, voracem. λίχνος enim græce, ſeu λιχνὸς guloſum ſignificat: at λύχνος lucernam notat.

Lychnūchus, m. 2. *lucerniere*, מנורה, Ger. *leuchte*, Gal. *pied de lampe*, Hiſ. *velador*, λυχνοῦχος, quicquid lucernas ſuſtinet. *Plin. l.* 34. *c.* 3. Placuere & lychnuchi penſiles in delubris. *Cic. l.* 3. *Q. Fr. ep.* 7. Hanc ſcripſi ad lychnuchum ligneolum.

Lychnus, ni, m. *lucerna*, *lume*, נר, Ger. *ein liecht*, Gal. *lumiere*, Hiſp. *candil*, λύχνος, lucerna, a λύειν νύχος, quod noctem, & tenebras ſolvat. *Virg.* 1. *Æn. v.* 730. Dependent lychni laquearibus aureis.

Lycĭa, f. 1. olim Mylias, Ogygia, Trimilis, *Aidinelli*, vel *Aldinelli*, al. *Bricquia*, Λυκία, regio Aſiæ minoris, in ora Auſtrali, pars Caramaniæ late ſumptæ, dicta a Lyco Rege Pandionis filio, teſte Iſidoro. Habet ab Or. Pamphyliam, ab Occ. Cariam, a Sept. Phrygiam, a Mer. mare Mediterraneum, ſeu Lycium ab ea dictum. In ea eſt Chimæra mons, qui crebro ignem eructat. *Ovid.* 6. *Met. v.* 339. ¶ Eſt & regio parva Troadis juxta Idam M. ubi Apollo natus traditur, teſte Strabone ex Homero.

Lyciſca, f. 1. canis, a λύκος, *lupus*, quia e cane, lupoque natus, vel a lupi, & canis forma, ac ſimilitudine. *Virg.* 3. *Ecl.* Multum latrante lyciſca.

Lycĭum, n. 2. λύκιον, ſpinæ genus, folia habens buxeis ſimilia, unde & pyxacantham appellarunt, virgaſque tricubitales, quibus cum radicibus tuſis, ſuccoque expreſſo fit medicamentum, quod & ipſum Lycium appellant, a Lycia, ubi copioſiſſime naſcitur. *Plin. l.* 24. *c.* 14.

Lycĭus, m. 2. λύκιος, Apollinis cognomen, a Lycia Aſiæ regione, in qua præcipue colebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo inſignem. *Propert. l.* 3. *eleg.* 1.

Lycĭus, a, um, quod ad Lyciam ſpectat, ut Lyciæ ſortes, id eſt, ſortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram reſponſa edebat. *Stat. l.* 1. *Silv.* 2. *v.* 222. Lycii montes. *Virg.* 7. *Æn.* Lycia pharetra. ¶ Lycii, orum, Lyciæ incolæ, apud *Virg.* 1. *Æn. v.* 117. *Horatius* tamen, Lycias catervas pro Trojanis poſuit *l.* 1. *od.* 18.

Lycomēdes, m. 3. λυκομήδης, Scyri inſ. Rex, cui Thetis filium Achillem, dormiente præceptore Chirone clam raptum, ſervandum tradidit, ut ibi inter ejuſdem Regis filias (erat enim facie venuſta, & puellari) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Trojanum, a quo illum non reverſurum eſſe ſciebat, proficiſci cogeretur. Apud quem cum deliteſceret, Deidamiam ejus filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius. *Hom. l.* 9. *Iliad.*

Lycŏphos, Græci dicunt, quod nos primum tempus lucis; dictum, quaſi λευκὸν φῶς, ideſt lumen candidum. *Feſt.*

Lycophthalmos, m. 2. λυκόφθαλμος, gemma eſt quatuor colorum, ex rutilo, & ſanguineo, in medio nigrum candido cingente, ut luporum oculi, illis per omnia ſimilis. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Lycopſis, f. 3. λύκοψις, anchuſæ ſpecies, longioribus, quam lactuca, foliis, craſſioribuſque, caule longo, hirſutoque. *Plin. lib.* 27. *c.* 11. Galli linguam caninam appellant.

Lycōris, idis, f. 3. λυκωρὶς, Volumnii Senatoris liberta fuit, vero nomine Citheris dicta, miſere a Cornelio Gallo adamata, quo tamen ſpreto, Antonium in caſtra ſequuta eſt. *Virg. Ecl.* 10. *Ovid. de arte l.* 3. Eoæ novere Lycorida terræ.

Lycos, m. 2. λύκος, lupus. Speciatim lycos dicitur minimum aranei genus, a rapacitate. *Plin. l.* 30. *c.* 6. Araneus, & maxime qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni.

Lyctĭus, a, um, Λύκτιος, quod ad Lyctum urb. ſpectat. *Virg.* 3. *Æn.* Et Salentinos obſedit milite campos Lyctius Idomeneus.

Lyctus, f. 2. Lyttus, Lithus, *Paleocaſtro*, Λύκτος, urbs Cretæ quondam clara, nunc pagus, a Gnoſſo in Auſt. 15. M. P. ab ora Boreali 10. in qua Cherroneſus erat, Lyctiorum emporium.

Lycurgēus, a, um, λυκούργειος, denom. a Lycurgo. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 13. Noſmetipſi, qui Lycurgei a principio fuiſſemus, quotidie demitigamur. Ubi Interpres: Lycurgei, ideſt optimates, legum aſſeclæ, & propugnatores, qualis Lycurgus apud Lacedæmonas legum conditor. *Budæus* ſeveriſſimum interpretatur.

Lycurgus, m. 2. Λυκοῦργος, nobilis Spartiata, fil. Penthei, Al. Eunomi, & frater Polybitæ Lacedæmoniorum Regis, cujus etiam in Regnum ſucceſſit, ignarus fratrem uxorem gravidam reliquiſſe, quod ubi primum cognovit, poſito Regis nomine, Prodici, h. e. tutoris nomen aſſumpſit, Regique adulto (Charillo ei nomen erat) Regnum fideliter reſtituit. Verum cum civitatem peſſime inſtitutam animadverteret, ad conſtituendam ſalubrioribus legibus Remp. animum adjecit, ſanctiſſimiſque inſtitutis cives gubernavit. ¶ Hinc per antonomaſiam pro ſeveriſſimo judice ponitur. *Ammian. l.* 30. *c.* 29. Lycurgos reveniſſe ſe prædicabat, & Caſſios, columina juſtitiæ priſcæ. Lycurgi vitam habes apud *Plutarch.* & *Juſtin. l.* 3. *c.* 2. & 3. ¶ Fuit & Lycurgus quidam Nemeæ Rex, & pater Archemori, alumni Hypſiphiles. *Stat. l.* 5. & 6. *Theb.* ¶ Fuit & Lycurgus alius Thraciæ Rex, filius Dryantis, qui quod Thracas immoderate vino deditos conſpiceret, vites omnes toto Regno excidi juſſit. *Plutarch.* eo in opuſculo, quod *de Poetarum utilitate* conſcripſit. Hinc datus eſt Poetis locus fabulæ, Lycurgum infeſtiſſimo Bacchum odio proſecutum eſſe, adeo, ut nutrices illius in Nyſa latentes perſequeretur, & Baccho ipſi tantum terroris incuſſerit, ut præcipiti fuga trajecto mari, in Naxum ſe receperit, ideoque juſta Numinum ira Lycurgum in furorem converſum, &, cum vites quoque, ne Baccho in poſterum libaretur, excidere vellet, tibias ſibi ſuccidiſſe. Alii dicunt, in mare præcipitatum, quod primus aquam vino miſcuiſſet, & rem hauſtu ſynceram plurimis infeciſſet venenis. *Virg.* 3. *Æn. Bocc. l.* 11. *Gen.*

Lycus, m. 2. Λύκος, Bœotiæ Rex, qui Antiopam Nyctei Regis filiam uxorem duxit, quam poſtea, cum a Jove in Satyrum converſo compreſſam cognoviſſet, repudiavit, Dircenque uxorem ſuperinduxit, quæ verita, ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctiſſimis eam in vinculis aſſervavit, quibus Jovis miſeratione diſſolutis, in Cithæronem montem profugit, ubi Amphionem, & Zethum peperit, qui poſtea a paſtore, qui ipſos nutrierat, de Lyci injuriis edocti, eum una cum uxore interfecerunt. Alii dicunt, eum Mercurii interceſſione liberatum, dum ei mortem pararent, & ſic poſtea Amphioni, & Zetho Regnum reliquiſſe. ¶ Alius fuit Lycus, quidam exul Thebanus, qui id temporis, quo Hercules ad Inferos deſcenderat, rei bene gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus, Creonte occiſo, Regnum Thebanorum occupavit, cumque Megaræ Herculis uxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppreſſus eſt, & cum ſuis omnibus interfectus. *Sen. in Hercule Fur.* ¶ Sunt etiam hoc nomine varii amnes in Paphlagonia, Phrygia, Cappadocia, Scythia Europæa, Armenia, Sicilia: de quibus Geographos conſule.

Lydĭa, f. 1. ante Mœonia, ſeu Meonia, *Lidia*, *Carafia*, Turc. *Caraſicli*, Αυδία, regio Aſiæ minoris. Habet ab Or. & Sept. Phrygiam Magnam, ab Occ. Joniam, a Mer. Lyciam. Dicta eſt a Lydo Athyos filio. Mœonia autem appellata fuerat a Mœone fl. ut placet Stephano. A Strabone vocatur regio exuſta. Nam cinerulenta eſt, & nigra, & petroſa in ſuperficie, & tota arboribus caret, præter vitem vini jucundiſſimi feracem. Ei imminet Tmoli M. rupes altiſſima, ex qua Pactolus defluit.

Lydĭus, a, um, qui eſt ex Lydia. ¶ Lydius lapis, Λίθος Λύδιος, βάσανος, quem alii Heraclium vocant, ſpecies lapidis modici, ad quem auri, & argenti bonitatem periti explorant, quo ut lima cum e vena rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri ſit in ea, quantum argenti, vel æris, ſcrupulari differentia mirabili ratione non fallente. Dictus eſt a Lydia regione, quia primum in Tmolo Lydiæ fl. repertus eſt. Hæc *Plin. l.* 33. *c.* 8. ¶ Lydius ſonus ſpecies eſt cantilenæ Muſicæ. *Apul. l.* 1. *Florid.* Seu tu velles Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum. ¶ Ponitur etiam *Lydius* pro Tuſco. Nam Tuſci a Lydis profecti, & oriundi eſſe dicuntur. *Virg.* 8. *Æn. v.* 479. Urbis Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam Gens bello præclara jugis inſedit Hetruſcis. *Id. Æn.* 2. *v.* 781. Tiberim fluvium *Lydium* appellat, quia oritur in Hetruria. *Sil.* quoque *l.* 11. *v.* 39. *Lydia ſtagna* appellat lacum Traſymenum.

Lydĭus, ii, m. V. Ludius.

Lydĭus, m. 2. *Caſturo*, fl. Macedoniæ, qui oritur in Æmathia prov. deinde per Bæotiam fluens, ibi in ſin. Thermaicum ſe exonerat, inter Axium ad Bor. & Aliacmonem ad Auſtr.

Lydus, m. 2. Λύδος, Herculis filius ex Jole, pater Larrii, al. Lanii. *Bocc. l.* 13. *Gen.* ¶ Lydus alter, filius Athyos, & frater Tyrrheni, a quo Mœonia Lydia eſt appellata.

Lydus, a, um, ex Lydia. *Cic. pro Flacc.* Quis unquam Græcus comœdiam ſcripſit, in qua ſervus primarum partium non Lydus eſſet?

Lymĭra. V. Limyra.

Lympha, f. 1. *acqua*, ὕδωρ, νᾶμα, aqua, a νύμφη, fons, Dea præſes aquæ, ν in *l* converſo. *Virg.* 4. *Æn.* Dic, corpus properet fluviali ſpargere lympha. *Catul. Carm.* 27. At vos quo libet, hinc abite lymphæ, Vini pernicies.

Lymphatĭcus, a, um, *pazzo*, *furioſo*, משוגע, Ger. *unſinnig*, Gal. *forcené*, Hiſp. *loco*, νυμφόληπτος, furioſus, inſanus, a lympha, quod a Νύμφη. Credebant enim, Nymphas, ſi conſpicerentur, furorem immittere. *Feſt.* Alii ſcripſere lymphaticos dici, qui aquam timent, quos Græci ὑδροφόβους vocant: eoque morbo correptos huc atque illuc diſcurrere: hinc pro furioſo generatim lymphaticum dici. *Liv. l.* 10. *c.* 28. Victorem equitatum velut lymphaticus pavor diſſipat. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Lymphatica ſomnia. *Plautus Pœn.* 1. 2. *v.* 132. Lymphaticos nummos aureos dixit, qui ex crumena exſilire geſtiunt.

Lymphatĭo, onis, f. furor. *Plin. L* 35. *c.* 15. Et præfixiſſe in limine e ſepulchro evulſos clavos adverſus nocturnas lymphationes.

Lymphātus, a, um, furiatus, furore correptus, mente commotus, inſanus, *pazzo*, *furioſo*. V. Lymphaticus. *Virg.* 7. *Æn. v.* 377. Furit lymphata per urbem. *Liv. l.* 7. *c.* 17. Velut lymphati & attoniti.

Lymphātus, us, m. idem, ac lymphatio. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Aliam eodem nomine argentei coloris contra lymphatum habendam.

Lympho, as, avi, atum, a. 1. *infuriare*, משגע, Ger. *unſinnig*, *machen*, Gal. *rendre furieux*, Hiſ. *raviar*, ἐκμαίνω, in furorem ago, a lympha. *Val.* 3. *Arg. v.* 46. Deus ancipitem lymphaverat urbem, i. e. turbarat, & in belli furorem verterat. *Plin. l.* 34. *c.* 17. Hac herba epota lymphari homines. *Stat.* 7. *Theb. v.* 662. It, lymphante Deo, media inter millia.

Lymphor, oris, m. idem, ac lympha. *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 129. Impermiſtum Lymphorem.

Lynceſtis, V. Lynceſtius.

Lynceſtis, idis, f. Λυγκηστίς, regio medit. Macedoniæ in Occ. verſa, cujus caput eſt Heraclea. Pop. Lynceſtæ.

Lynceſtius, ii, vel Lynceſtis, is, m. *Linceo*, *Lincen*, Λυγκήστης, flu. Macedoniæ, qui per Lynceſtidem reg. decurrit, ac in Erigonem excipitur. Ejus aqua pota non minus ebrietatem inducit, quam ſi quis vino ſe ingurgitaſſet. *Plin. l.* 2. *c.* 103. *Ovid.* 15. *Metam.*

Lynceus, Lyncei, ſeu Lynceos, m. Λυγκεύς, unus ex Argonautis, admirabili oculorum acie. Ei a perſpicacibus oculis lyncis nomen factum eſt. Dictus eſt vel parietem viſu penetrare, imo terram ipſam, videreque ea, quæ apud Inferos fierent, ut *Apollonius in Argonauticis* tradit. *Tzetzes comment. in Lycophronem* ait, originem inde fabulam cepiſſe, quod primus reperiſſet æris, argenti, & auri fodinas. *Varro* Lynceum centum triginta millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit, ſolitumque exeuntem a Carthagine claſſem Punicam, & numerum navium e ſpecula manifeſtiſſime notare. Ex Hiſtoricis nonnulli prodiderunt, noviſſimam Lunam, primamque eodem die in ſigno Arietis illum conſueviſſe conſpicere, quod paucis mortalium contigit. *Solinus* refert, fuiſſe ſtrabonem. *Val. l.* 1. *Argon.* Solus tranſibit nubila Lynceus. Hic, & ejus frater Idas pro duabus Leucippi filiabus, quas deſponſatas Caſtor, & Pollux rapuerant, arma ſumpſerunt. Inita pugna Caſtor Lyncei, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas vero, cum ipſum etiam Pollucem conaretur adoriri, immiſſo a Jove fulmine interiit. *Ovid.* 5. *Faſt.* Et Lyncea perforat haſta. *Apollon.* tamen *in Argonaut.* Idam a Caſtore interfectum tradit, idque Lynceum per abietem vidiſſe, & Caſtorem occidiſſe.

Lynceus, a, um, *linceo*, Αύγκειος, quod ad Lynceum ſpectat. *Ovid.* 5. *Faſt.* Pectora trajectus Lynceo Caſtor ab enſe. ¶ Translate dicitur de eo, qui eſt maxime perſpicax, ſeu acutiſſime videt, vel quem non facile quis fefellerit, eſtque a lynx. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 2. Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? ¶ Oculis lynceis contemplari, eſt intenſiſſime conſpicere. *Hor. l.* 1. *ſer. ſat.* 2. Ne corporis optima lynceis contemplere oculis. Ubi per Synæreſin duæ ſyllabæ in unam contrahuntur.

Lyncurĭum, n. 2. Λυγκούριον, gemma eſt coloris ſubflavi, a Liguria. Nam aliter vocatur Λιγγούριον per *i*, ut apud *Strabonem in quarto* ſcriptum eſt, qui & in Liguria ait inveniri. Idem *Theophraſtus* ſcribit *in l. de lapidib.* atque ex eo *Plin. l.* 37. *c.* 2. Vetuſtas credidit, ex lyncis urina concrefcere, inde & nomen accepiſſe. ideſt a λύγξ, κός, *lynx*, & οὖρον, *urina*. Adde eundem *Plin. l.* 8. *c.* 38. & 1. 37. *c.* 2. *Solin. c.* 8. *Ovid.* 15. *Metam.* Sed plane id eſſe fabuloſum docuit experientia.

Lyncus, m. 2. Λύγκος, Rex Scythiæ fuit, qui miſſum a Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum uſum commonſtraret, ſuſceptum hoſpitio, ut in ſe gloriam transferret, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres eum convertit in lyncem feram varii coloris, ut ipſe variæ mentis extiterat. *Ovid.* 15. *Met.*

Lynx, lyncis, m. & f. *lince*, Ger. *ein luchs*, Gal. *loupe cervier*, Hiſp. *cerval*, *linco*, λύγξ, animal vario colore, & maculoſo tergore, acutiſſimoque viſu; a λύκη, *lux*. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Peregrinæ ſunt & lynces, quæ clariſſime omnium quadrupedum cernunt. *Horat. l.* 2. *od.* 13. Timidos agitare lynces. ¶ Fingunt Poetæ, lynces currum Bacchi trahere. *Propert. l.* 3. *eleg.* 17. Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis. ¶ In genit. plurali *lyncum* pro *lyncium* habet *Ovid. Metam.* 3. *v.* 698. *de eodem Baccho*. Quem circa tigres, ſimulacraque inania lyncum, Pictarumque jacent fera corpora pantherarum.

Lyra, f. 1. *lira*, λύρα, χέλυς, inſtrumentum muſicum, forma teſtudinis, in quo quot ſunt fides, tot reſonant voces, quaſi λύτρα, a λύτρον, *ſolutionis pretium*, propterea, quod Apollini a Mercurio (qui eam primus creditur inveniſſe) pro boum compenſatione, quos ei ſurripuerat, fuerit data, cum ante *chelys* diceretur. V. *Plin. l.* 7. *c.* 56. *Horat. l.* 1. *carm. od.* 10. Te canam magni Jovis, & Deorum nuntium, curvæque lyræ parentem. ¶ Lyra etiam ſignum cœleſte eſt, conſtans ex decem ſtellis, vel novem, ut alii volunt. Oritur circa diem 5. Januarii, & occidit circa initium Februarii. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 75. Illa nocte aliquis tollens ad ſidera vultus, Dicet, ubi eſt hodie, quæ Lyra fulſit heri? ¶ Poetæ fabulantur, Apollinem acceptam a Mercurio lyram, ut dictum eſt, Orpheo donaſſe, cujus cantu ille poſtea Plutonem flexerit, conjugemque redemerit; tandem cum quodam die in Thracia lyra caneret, a Bacchis fuiſſe diſcerptum; Apollinem autem lyram ſervaſſe, & in Cœlum tranſtuliſſe.

Lyrcēus, a, um, idem ac Lyrceus. *Valer. Flac. l.* 1. *Arg.* Dominum Lyrceia tellus, antraque deprenſæ tremuerunt conſcia culpæ.

Lyrcēus, ei, m. λύρκειος, mons, & fons Peloponneſi, in Argia regione, ex quo Inachus fl. exit. *Callimach.* Sed *Pauſanias* ſcripſit, fuiſſe montem Arcadiæ, ubi Lyrcea urbs extitit.

Lyrcēus, a, um, λύρκειος, quod ad Lyrceum montem, ſeu fontem, vel ad Lyrceam urbem ſpectat. *Ovid.* 1. *Met. v.* 598. Conſitaque arboribus Lyrcea reliquerat arva.

Lyrĭca, orum, hoc eſt carmina lyrica. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 3. Scribit enim & utraque lingua lyrica doctiſſima.

Lyrĭcus, a, um, *da lira*, λυρικός, quod ad lyram pertinet. *Ovid. epiſt.* 20. Cum Lyricis ſim magis apta modis. ¶ Poetæ Lyrici dicti ſunt, qui ad lyram ſua carmina cantabant, & ſunt odarum, & ſimilium fere poematiorum ſcriptores. *Hor.* 1. *Ode* 1. Quod ſi me Lyricis vatibus inſeris.

Lyriſtes, æ, m. 1. lyræ peritus, *ſuonator di lira*, λυρῳδός. *Plin. l.* 9. *epiſt.* 17. Cum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt. Adde *Sidon. l.* 8. *epiſt.* 11.

Lyrneſſĭades, ab oppido Phrygiæ Lyrneſſo dicti. *Feſt.*

Lyrneſſis, idis, f. Briſeis, a Lyrneſſo patria. *Ovid.* 4. *Triſt. eleg.* 1. *v.* 15. Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles.

Lyrneſſius, a, um, Λυρνήσιος, quod ad Lyrneſſum ſpectat. *Ovid. in epiſt. Briſeid. ad Achil.* Diruta Marte tuo Lyrneſſia mœnia vidi.

Lyrneſſus, i, f. Λυρνησσός, opp. Troadis, licet *Philoſtratus* Æolicum faciat. Everſum fuit ab Achille, bello Trojano. ¶ Item inſ. parva Troadis, Sigæo prom. objecta. *Plin.* ¶ Item oppid. Ciliciæ, teſte *Strabone*, & *Curtio*.

Lyſĭcus, a, um, Λυσιακός, ad Lyſiam pertinens. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. Lyſiaca gracilitas.

Lysĭas, æ, m. Λυσίας, Syracuſanus genere, Cephali filius, natus Athenis, quo pater ſe tranſtulerat. Puer Thurium coloniam migravit, rediit annos natus quadraginta ſeptem. Inter principes Oratores Athenienſes habitus eſt, & ſubtilitate omnibus præſtitit. *Cic.* 1. 2. 3. *de Orat. in Bruto*, & 5. *Fin. Juſtin. l.* 5.

Lyſidĭce, f. 1. Λυσιδίκη, filia Pelopis, & Hippodamiæ, Pithei ſoror, quæ Electryoni nupſit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, ut inquit *Plutarch.* Alii vero, inter quos eſt *Interpres Homeri*, matrem Alcmenes, non Lyſidicen Pelopis, ſed Anaxo Ancæi cujuſdam filiam dicunt.

Lyſimachĭa, æ, f. Λυσιμάχειον, herbæ ſpecies. Dicta eſt a Lyſimacho Rege Thraciæ, uno ex ſucceſſoribus Alexandri Magni, quod ab eo inventa fuit. *Plin. l.* 25. *c.* 7.

Lyſippus, i, m. Sicyonius, clariſſimus ſtatuarius, qui ad ſexcenta decem opera feciſſe traditur, quorum ſingula arti claritatem dare potuiſſent. Hic, teſte *Quintil.* ad veritatem optime acceſſit. Quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab uno Lyſippo ſe fingi voluit, ut pingi ab Apelle. *Horat. l.* 2. *ep. ad Auguſt. Cic.* 2. *Acad. in Bruto*.

Lyſis, is, & os, f. λύσις, ſolutio, a λύω, ſolvo. *Cic.* 3. *Tuſc.* græcis literis ſcribit, græca enim vox eſt. ¶ Lyſis in architectura, hiatus eſt januarum, ideſt ſolutio continui parietis. *Vitr. l.* 6. *c.* 10. ¶ *Baldus in lex. Vitr.* lyſin exponit, ut ſit pars ſinuoſa ſupra zophorum, & figuram addit.

Lyſiſtrātus, m. Λυσίστρατος, Lyſippi ſtatuarii frater, qui primus ſigna ex gypſo finxit. *Plin. l.* 35. *c.* 12.

Lysĭus, m. 2. Λύσιος, Liberi Patris cognomen apud Bœotios, ἀπὸ τῦ λύειν, hoc eſt a ſolvendo. Ferunt enim, Bœotios aliquando a Thracibus deprehenſos, partim captos, partim in fugam verſos fuiſſe, ex quibus cum nonnulli ad Trophonii ſpecum confugiſſent, viſus eſt iis nocte Deus Liberi Patris auxilium promittens. Quo ſomno alacriores redditi, Thracas inſidiis adorti ſunt, quos cum vino, ſomnoque obrutos inveniſſent, nullo negotio ſuperaverunt, receptiſque ſuis, cum in patriam rediiſſent, Libero cognomento *Lyſio* templum conſecrarunt.

Lytæ, apud *Juſtinian. ad Anteceſſor.* §. 5. dicuntur, qui poſt quartum ſtudiorum annum in Juris ſcientia adeo profecerunt, ut de eo interrogati reſpondere apte poſſint, & quæſtiones ſolvere, a λύω, *ſolvo*. Prolytæ *ibid.* dicuntur, qui Lytis doctiores evaſerunt, & a magiſtrorum ſcholis poſt quintum ſtudiorum annum honeſtam miſſionem impetrarunt.

Lytra, V. Lutra.

Lytrum, i, n. λύτρον, pretium redemptionis, quod datur liberatoribus, a λύω, *ſolvo*. In *Feſti*, & *Nonii* codicibus ſæpe citatur *Ennius in Hectoris Lytris*. h. e. ubi narrat, quomodo Prianius in caſtra Græcorum deſcenderit ad cadaver Hectoris redimendum.

Lytta, æ, f. λύσσα, vermiculus, qui naſcitur in lingua canum. Hic ſi infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. *Plin. l.* 29. *c.* 5.